And D. White
Stuttgart
Feb. 1878

BENEDICTI CARPZOVII JC.
Practica Nova
IMPERIALIS SAXONICA
RERUM CRIMINALIUM
IN PARTES
III.
Diviſa.

Georgii Sum [illegible]
Emptus Amstelodami

This is the renowned book of Carpzov, wh. had such a fearful influence in systematizing, perfecting & maintaining torture in legal procedure & especially in witchcraft trials

Carpzov. was of a family wh. fled from Spain on account of religious views. He was reverenced for his learning & piety. received the Communion once every month, - read the Bible through 52 times & condemned to death 20.000 persons. after torture.

A. D. W.

~~6072 G 64~~

PRACTICÆ NOVÆ IMPERIALIS SAXONICÆ RERUM CRIMINALIUM

Pars I.

QVÆSTIONUM FERE UNIVERSARVM IN MATERIA CUJUSque generis Homicidiorum, Fractæ pacis publicæ, læſæ Majeſtatis, tam humanæ quàm Divinæ, Falſificationis Monetarum, Blaſphemiarum, Perjurii & Sortilegiorum.

EX JURE CIVILI ROMANO IMPERiali, Saxonico, Ordinat. & Conſtitut. Elector.

DECISIONES ABSOLVTAS, RESPONSIS SCABINORVM *Lipſenſium approbatas, & uſu ac obſervantiâ Fori Saxonici confirmatas exhibens:*

AUTORE

BENEDICTO ÇARPZOV, JCTO.

Conſiliario Electorali Saxonico, ſupremi Appellationum Judicii Dreſdenſis & Curiæ provincialis Lipſienſis Aſſeſſore, Profeſſore Publico, ac Facultatis Juridicæ in Academiâ Lipſienſi Ordinario, & Scabinatus Electoralis Seniore.

Editio Quarta correctior, cum Indice Rerum & Verborum priore multùm locupletiore.

FRANCOFURTI ET WITTEBERGÆ,
Sumptibus Hæredum D. TOBIÆ MEVII, & ELERDI SCHUMACHERI.
Typis Balthaſari Chriſtophori VVuſtij, Typogr. Francofurt.
ANNO M. DC. LVIII.

CORNELL UNIVERSITY.
The
President White
Library
RECEIVED 1881.

6072 G 64

PRÆFATIO AD LECTOREM.

Miraberis, Lector amiciſsime, quid cauſæ ſit, quod novum jam moliar opus, Practicam nempe Rerum Criminalium, de quibus quum ſatis ſuperq; tùm olim, tùm noſtrâ etiam ætate ſcripſerint Criminaliſtæ, materiemq; hanc ad amuſſim, ut dici ſolet, pertractârint, & illuſtrârint, haud fieri poſſe, exiſtimabis, quin ea, quæ jam ante dicta, multoties repetita, ac ſæpius inculcata fuêre, non abſque tædio ſingulari, denuo à me dicantur, & tanquam novæ merces in forum proferantur. Inficias certè ire nequeo, inſignium & Clariſſimorum JCtorũ Scripta Criminalia, hactenus benè multa fuiſſe edita, quibus evolvendis, hominis vita, quantũvis diuturna, vix ac ne vix quidem ſufficere poſſit, ut qui plura exoptet, ſoli lucernam, & teruncium Crœſi argento addere velle cenſeatur, quod primâ fronte quivis, vel ſolius Proſperi Farinacii Operibus Criminalibus convictus lubens fateri neceſſe habebit. Attamen vereor, ne variis variorum Auctorum commentationibus jura Criminalia, ceu tenebris quibuſdam, mirum in modum involuta & obſcurata, à pleriſq; etiam generalia duntaxat præcepta pertractata fuerint. Quin & ob creſcentem, & nuſquam non terrarum pullulantem hominum facinoroſorum malitiam & perverſitatem, peſſimo hoc ſeculo, novæ ſemper ac multifariæ naſcuntur quaſi delictorum qualitates & circumſtantiæ, quibus, ſi vetuſtorum Criminaliſtarum, exterorumq; Doctorum traditis, ac Regulis generalibus in tàm multiplici præſertim opinionum diverſitate ſtrictè inhærere velint, facilimè ſimpliciores falli poſſunt judices, nunquam ferè ſoliciti de æquabili ac juſto ſuppliciorum temperamento, quod exactiori ſemper judicii acumine, peritiores etiam ponderare oportet, qui non improbo planè ac miſerando judicantium fato, vulgi imperitiam ſectari, atq; conſcientiam onerare malunt: Nec enim brachio leviori aut ſuperficialiter ſaltem cauſæ criminales ſunt tractandæ, in quibus non de glande legenda, non de calce fodienda, non de partibus lucri ex ſocietatis contractu debiti, neque de tribus poſthumi capellis, ſed de ſanguine agitur humano, qui nec ullam pecuniarum æſtimationem recipit, nec ſemel fuſus Reſtitutionem in integrum à Prætore impetrare habet. Et cum pleriq; Criminaliſtæ ſcripta ſua ad cujuſq; loci & provinciæ mores acomōdârint, quibus etiam in Imperio Romano-Germanico per Nemeſin Karulinam nil quicquam detractum aut derogatum fuit, de conſuetudinibus verò noſtrarũ provinciarum, quę in cauſis etiam Criminalibus jura regunt Saxonica, hactenus vel nihil vel oppidò pauca tradita fuêre; Ecquis me hercle has ſcire non valde aveat? Sed inquies, Tune ſolus obſervantiam noſti juris Saxonici, de quâ in rebus ctiminalibus alios ſat informare, certamq; deciſionum pœnalium normam &

regulam præſcribere vales. Hoc ſi à me expectaveris, non mea arrogantia, ſed tua te opinio fefellit: Non enim id mihi tribuo, nec quid egomet ſolus ſenſerim, aut de rebus tàm arduis judicaverim, in vulgum emittere unquam animus fuit; Sed quid in antiquiſſimo illo. & à D. Auguſto Electore Saxoniæ in hâc urbe Lipſiâ inſtaurato Scabinorum, ut vocant, Collegio, frequentiſſimè de cauſis criminalibus quæſitum, dubitatum, ac præviâ deliberatione maturâ, ex jure pariter civili & ordinatione criminali Carolinâ, moribusq; Saxonicis tandem concluſum & judicatũ vel Conſulentibus reſponſum accepi, ac ipſemet bona ex parte memini, tecum fideliter communicare, inq; lucem dare, commodum viſum fuit, imò neceſſarium; Etenim veriorem, ac moribus & juribus Saxonicis æquabiliorem criminaliũ cauſarum deciſionem vix aliunde diſcere licet. Noſti ſiquidem, quo hac in parte, judiciis ac Reipublicæ valde utilis atq; decora eſſet juris ęquabilitas, Sententiarumq; harmonia & conformitas, jamdudum ab illuſtriſſimo Saxoniæ Electore ſolis Scabinis Lipſenſibus de cauſis criminalibus in provinciis ſui Electoratus reſpondendi poteſtatem fuiſſe conceſſam, reliquis dicaſteriis eâdem facultate adempta. Fuêre hinc Scabini omni tempore ejuſmodi in materiis exercitatiſſimi, quippe quòd hujus farinæ negotia ac cauſę frequentius ad Scabinatum deferantur; Ceu ipſemet affirmare auſim, per integrum illud quindecim annorum ſpatium, quo in Collegio hoc munere Aſſeſſorio functus fui, nullum fere diem præteriiſſe, quo non caſus Criminales variis ex locis ad nos fuiſſet delati, ut quod alibi Henning Göden, de Scabinis Lipſenſibus ſcripſerit, Horum nempe Sententias jus facere in foro Saxonico, de Reſponſis in cauſis criminalibus, tuto aſſeri queat. Nil dicam de inſigni eruditione & experientiâ Anteceſſorum hujus Collegii, HARTMANNI, inquam ac MODESTINI PISTORIS, LVDOVICI FACHSII, JACOBI THOMINGII, DANIELIS MOLLERI, ANDREÆ GOLDBECCII, (lubet ſaltem eos referre, quorum fama ex ſcriptis eluceſcit,) qui uti extra controverſiam inter Germaniæ JCtos illuſtres & in Collegio Scabinatus præcipui fuerunt, ita & plurimum in decidendis cauſis criminalibus ſecundum jura imperialia, moresq; Saxonicos præſtitere, aliisque viam præmonſtravêre, à quorum veſtigiis Succeſſores illorum, quorum ipſe pars minima ſum, non temerè recedunt, utpote ea illis tribuentes, quæ excellens virtus, judiciumq; longo rerum uſu & experientia confirmatum jure omnino meretur. En horum deciſa atq; Reſponſa, amice Lector in forum profero; Quibus ſi fidem habere, eaq; in cauſis Criminalibus decidendis ſequi nolis, quam quæſo viam tutus ambulabis? Nullus ergo dubito, Operam meam Judicium tàm inferiorũ, quàm ſuperiorum ſubſelliis ac tribunalibus, nec non litium Criminalium Patronis & Advocatis utilem gratamq; fore, tantoq; gratiorem, quantò majori labore atque induſtria (Deum teſtor) inter multifaria & quodammodo continua Scabinatus negotia, quibus cottidie & ſingulis pene horis diſtineor, ex variis, ac fermè innumeris Sententiarum libris, qui in Scabinatu habentur, Reſponſa & præjudicia (ut ſolent vocari) Scabinorum colligere, nil quicquam aut valetudinis, aut temporis me impedire paſſus ſum; Non alio fine, quàm, quò in poſterum non ſolùm mihi, ſed aliis quoq; in eâdem harenâ verſantibus, quoties uſus incideret, & ut verum dixerim, BONO PVBLICO inſervirem. Scopum hunc ſi aliqua ex parte fuero conſecutus, ſatis uberes laborum fructus me percepiſſe exiſtimabo; Sin verò quod abominor, hæc me ſpes fallet, publicè tamen privatimq; omnibus bonis ac candidis (de aliis enim non manum verterim) prodeſſe voluiſſe, ſuſcepti laboris memoria ſemper recreabit. Vale.

BENEDICTVS CARPZOV. D.

PARS PRIMA.

INDEX QUÆSTIONUM, QUÆ IN PARTE PRIMA PRACTICÆ HUJUS CRIMINALIS HABENTUR.

Quæſtio I.

De pœnâ Homicidii: An ſemper requiratur animus occidendi, ut ea locū habeat?

Quæſtio II.

In quâ demonſtratur, nullam habendam eſſe differentiam atque reſpectum perſonarum, circa irrogationem pœnæ in crimine Homicidii.

Subquæſtio.

1. *Quomodo Nobiles in delicto Homicidii ſunt puniendi?* n. 3.
2. *An Clericus pœnam Homicidii incurrat.* n. 16.
3. *Quâ pœnâ plectendi, qui ſibi ipſis mortem conſciſcunt?* n. 25.
4. *Improbatur conſuetudo Carnificum quorundam, bona Reorum ἀυτο χειρίας ſibi arrogantium?* n. 3[illegible]
5. *Quâ pœnâ Conatus in Homicidio debeat coërceri?* n. 51.

Quæſtio III.

Ex quibusnam armis Homicidium doloſum præſumendum ſit: Et quâ pœnâ afficiendus, qui manu, alapâ vel ictu lapidis aliquem occidit?

Subquæſtio.

1. *Quænam arma ad occidendum regulariter habeantur apta?* n. 6.
2. *An Homicidium baculo perpetratum morte vindicari debeat?* n. 19.
3. *Num pœnam Homicidii incurrat, qui pedibus calcando, aut ſuffocando in aquis hominem interficit?* n. 28.
4. *Utrum pœnâ homicidii teneatur, qui pugno aut alapa aliquem necat?* n. 34.
5. *An Homicidium ictu lapidis commiſſum pœnam gladii mereatur?* n. 46.

Quæſtio IV.

Quæ ſit pœna mandantis Homicidium, ut & ipſius mandatarij?

Subquæſtio.

1. *An mandans ordinariâ Homicidii pœnâ teneatur?* n. 9.
2. *An mandatum de vulnerando, non autem de occidendo excuſet mandantem, ſi mandatarius fines mandati excedat?* n. 19.
3. *Quid juris, ſi mandatarius aliàs quoq; mandato non interveniente, occiſurus erat?* n. 27.

Quæſtio V.

Quomodo debeat puniri, qui volens occidere Titium, ex errore occidit Sejum? Et de intellectu Conſtit. Elect. 6. part. 4.

Subquæſtio.

1. *Quæ ſit pœna Homicidii ex errore perſonæ commiſſi?* n. 12.
2. *Homicidium ex caſu in perſonâ aſtante vel interveniente perpetratum, quâ pœnâ vindicari debeat?* n. 17.
3. *Quâ pœnâ afficiendus, qui mediatorem pacis cōſervandæ cauſâ intervenientem occidit?* n. 32.
4. *Cædes ex facto illicito proveniens quomodo puniri debeat?* n. 37.

Quæſtio VI.

An Homicidium, in Rixa ex calore iracundiæ perpetratum, mortis ſupplicio puniri poſſit?

Quæſtio VII.

De pœna Homicidii ex propoſito & prævia animi deliberatione commiſſi.

Subquæſtio.

1. *An non gravius puniendum ſit Homicidium proditoriè commiſſum?* n. 21.
2. *An judex pœnam deliberati Homicidii ex arbitrio quandoq; exaſperare queat?* n. 33.

Quæſtio VIII.

De crimine Parricidii, ejusque pœna, ſi in parentibus fuerit comiſſum.

Subquæſtio.

1. *Cur quatuor beſtiæ una cum parricidâ culeo inſuantur?* n. 9.
2. *An pœna culei etiamnum hodiè ſit in uſu?* n. 11.
3. *Pœna liberorum necantium parentes ſuos.* n. 25.
4. *Quomodo puniendi ſint liberi Naturales vel ſpurii occidentes ſuos parentes?* n. 28.
5. *Quâ pœnâ teneantur hi, qui ſocerum, ſocrum, vitricum aut Novercam occidunt?* n. 29.

Quæſtio. IX.

De Pœna Infanticidii.

Subquæſtio.

1. *Quâ pœnâ plectendi ſint parentes ſpurios ſeu liberos naturales occidentes?* n. 5.
2. *Quid juris in occiſore patre necante prolem ex publico ſcorto procreatum?* n. 9.
3. *Quomodo ſint puniendi parentes, liberos inceſtuoſos & adulterinos interficientes?* n. 11.
4. *An mater necans infantulum pœnâ culei plectatur?* n. 25.
5. *Meretrice infantulum ſuum necante quomodo impregnator puniri debeat?* n. 28.
6. *An Nobiles infanticidæ pœnæ culei æquè ſubjiciantur?* n. 38.
7. *Num & avus vel avia, cæteriq; aſcendentes ob Infanticidium in nepotibus perpetratum pœnâ culei teneantur?* n. 42.
8. *Quænam ſit pœna parentum occidentium Generum, Nurum, Privignum vel Privignam?* n. 62.

):(4 *Quæſtio*

regulam præſcribere vales. Hoc ſi à me expectaveris, non mea arrogantia, ſed tua te opinio feſellit: Non enim id mihi tribuo, nec quid egomet ſolus ſenſerim, aut de rebus tàm arduis judicaverim, in vulgum emittere unquam animus fuit; Sed quid in antiquiſſimo illo. & à D. Auguſto Electore Saxoniæ in hâc urbe Lipſiâ inſtaurato Scabinorum, ut vocant, Collegio, frequentiſſimè de cauſis criminalibus quæſitum, dubitatum, ac præviâ deliberatione maturâ, ex jure pariter civili & ordinatione criminali Carolinâ, moribusq; Saxonicis tandem concluſum & judicatũ vel Conſulentibus reſponſum accepi, ac ipſemet bona ex parte memini, tecum fideliter communicare, inq; lucem dare, commodum viſum fuit, imò neceſſarium; Etenim veriorem, ac moribus & juribus Saxonicis æquabiliorem criminaliũ cauſarum deciſionem vix aliunde diſcere licet. Noſti ſiquidem, quo hac in parte, judiciis ac Reipublicæ valde utilis atq; decora eſſet juris ęquabilitas, Sententiarumq; harmonia & conformitas, jamdudum ab illuſtriſſimo Saxoniæ Electore ſolis Scabinis Lipſenſibus de cauſis criminalibus in provinciis ſui Electoratus reſpondendi poteſtatem fuiſſe conceſſam, reliquis dicaſteriis eâdem facultate adempta. Fuêre hinc Scabini omni tempore ejuſmodi in materiis exercitatiſſimi, quippe quòd hujus farinæ negotia ac cauſę frequentius ad Scabinatum deferantur; Ceu ipſemet affirmare auſim, per integrum illud quindecim annorum ſpatium, quo in Collegio hoc munere Aſſeſſorio functus fui, nullum fere diem præteriiſſe, quo non caſus Criminales variis ex locis ad nos fuiſſet delati, ut quod alibi Henning Göden. de Scabinis Lipſenſibus ſcripſerit, Horum nempe Sententias jus facere *in foro* Saxonico, de Reſponſis in cauſis criminalibus, tuto aſſeri queat. Nil dicam de inſigni eruditione & experientiâ Anteceſſorum hujus Collegii, HARTMANNI, inquam ac MODESTINI PISTORIS, LVDOVICI FACHSII, JACOBI THOMINGII, DANIELIS MOLLERI, ANDREÆ GOLDBECCII, (lubet ſaltem eos referre, quorum fama ex ſcriptis eluceſcit,) qui uti extra controverſiam inter Germaniæ JCtos illuſtres & in Collegio Scabinatus præcipui fuerunt, ita & plurimum in decidendis cauſis criminalibus ſecundum jura imperialia, moresq; Saxonicos præſtitere, aliisque viam præmonſtravêre, à quorum veſtigiis Succeſſores illorum, quorum ipſe pars minima ſum, non temerè recedunt, utpote ea illis tribuentes, quæ excellens virtus, judiciumq; longo rerum uſu & experientia confirmatum jure omnino meretur. En horum deciſa atq; Reſponſa, amice Lector in forum profero; Quibus ſi fidem habere, eaq; in cauſis Criminalibus decidendis ſequi nolis, quam quæſo viam tutus ambulabis? Nullus ergo dubito, Operam meam Judicium tàm inferiorũ, quàm ſuperiorum ſubſelliis ac tribunalibus, nec non litium Criminalium Patronis & Advocatis utilem gratamq; fore, tantoq; gratiorem, quantò majori labore atque induſtria (Deum teſtor) inter multifaria & quodammodo continua Scabinatus negotia, quibus cottidie & ſingulis pene horis diſtineor, ex variis, ac fermè innumeris Sententiarum libris, qui in Scabinatu habentur, Reſponſa & præjudicia (ut ſolent vocari) Scabinorum colligere, nil quicquam aut valetudinis, aut temporis me impedire paſſus ſum; Non alio fine, quàm, quò in poſterum non ſolùm mihi, ſed aliis quoq; in eâdem harenâ verſantibus, quoties uſus incideret, & ut verum dixerim, BONO PVBLICO inſervirem. Scopum hunc ſi aliqua ex parte fuero conſecutus, ſatis uberes laborum fructus me percepiſſe exiſtimabo; Sin verò quod abominor, hæc me ſpes fallet, publicè tamen privatimq; omnibus bonis ac candidis (de aliis enim non manum verterim) prodeſſe voluiſſe, ſuſcepti laboris memoria ſemper recreabit. Vale.

BENEDICTVS CARPZOV. D.

PARS PRIMA.

INDEX QUÆSTIONUM, QUÆ IN PARTE PRIMA PRACTICÆ HUJUS CRIMINALIS HABENTUR.

Quæſtio I.

De pœnâ Homicidii: An ſemper requiratur animus occidendi, ut ea locũ habeat?

Quæſtio II.

In quâ demonſtratur, nullam habendam eſſe differentiam atque reſpectum perſonarum, circa irrogationem pœnæ in crimine Homicidii.

Subquæſtio.

1. *Quomodo Nobiles in delicto Homicidii ſunt puniendi? n. 3.*
2. *An Clericus pœnam Homicidii incurrat. n. 16.*
3. *Quâ pœnâ plectendi, qui ſibi ipſis mortem conſciſcunt? n. 25.*
4. *Improbatur conſuetudo Carnificum quorundam, bona Reorum ἀυτο χειρίας ſibi arrogantium? n. 31.*
5. *Quâ pœnâ Conatus in Homicidio debeat coërceri? n. 51.*

Quæſtio III.

Ex quibusnam armis Homicidium doloſum præſumendum ſit: Et quâ pœnâ afficiendus, qui manu, alapâ vel ictu lapidis aliquem occidit?

Subquæſtio.

1. *Quænam arma ad occidendum regulariter habeantur apta? n. 6.*
2. *An Homicidium baculo perpetratum morte vindicari debeat? n. 19.*
3. *Num pœnam Homicidii incurrat, qui pedibus calcando, aut ſuffocando in aquis hominem interficit? n. 28.*
4. *Utrum pœnâ homicidii teneatur, qui pugno aut alapa aliquem necat? n. 34.*
5. *An Homicidium ictu lapidis commiſſum pœnam gladii mereatur? n. 46.*

Quæſtio IV.

Quæ ſit pœna mandantis Homicidium, ut & ipſius mandatarij?

Subquæſtio.

1. *An mandans ordinariâ Homicidii pœnâ teneatur? n. 9.*
2. *An mandatum de vulnerando, non autem de occidendo excuſet mandantem, ſi mandatarius fines mandati excedat? n. 19.*
3. *Quid juris, ſi mandatarius aliàs quoq; mandato non interveniente, occiſurus erat? n. 27.*

Quæſtio V.

Quomodo debeat puniri, qui volens occidere Titium, ex errore occidit Sejum? Et de intellectu Conſtit. Elect. 6. part. 4.

Subquæſtio.

1. *Quæ ſit pœna Homicidii ex errore perſonæ commiſſi? n. 12.*
2. *Homicidium ex caſu in perſonâ aſtante vel interveniente perpetratum, quâ pœnâ vindicari debeat? n. 17.*
3. *Quâ pœnâ afficiendus, qui mediatorem pacis cõſervandæ cauſâ intervenientem occidit? n. 32.*
4. *Cædes ex facto illicito proveniens quomodo puniri debeat? n. 37.*

Quæſtio VI.

An Homicidium, in Rixa ex calore iracundiæ perpetratum, mortis ſupplicio puniri poſſit?

Quæſtio VII.

De pœna Homicidii ex propoſito & prævia animi deliberatione commiſſi.

Subquæſtio.

1. *An non gravius puniendum ſit Homicidium proditoriè commiſſum? n. 21.*
2. *An judex pœnam deliberati Homicidii ex arbitrio quandoq; exaſperare queat? n. 33.*

Quæſtio VIII.

De crimine Parricidii, ejusque pœna, ſi in parentibus fuerit commiſſum.

Subquæſtio.

1. *Cur quatuor beſtiæ una cum parricidâ culeo inſuantur? n. 9.*
2. *An pœna culei etiamnum hodiè ſit in uſu? n. 11.*
3. *Pœna liberorum necantium parentes ſuos. n. 25.*
4. *Quomodo puniendi ſint liberi Naturales vel ſpurii occidentes ſuos parentes? n. 28.*
5. *Quâ pœnâ teneantur hi, qui ſocerum, ſocrum, vitricum aut Novercam occidunt? n. 29.*

Quæſtio. IX.

De Pœna Infanticidii.

Subquæſtio.

1. *Quâ pœnâ plectendi ſint parentes ſpurios ſeu liberos naturales occidentes? n. 5.*
2. *Quid juris in occiſore patre necante prolem ex publico ſcorto procreatum? n 9.*
3. *Quomodo ſint puniendi parentes, liberos inceſtuoſos & adulterinos interficientes? n. 11.*
4. *An mater necans infantulum pœnâ culei plectatur? n. 25.*
5. *Meretrice infantulum ſuum necante quomodo impregnator puniri debeat? n. 28.*
6. *An Nobiles infanticidæ pœnæ culei æquè ſubjiciantur? n. 38.*
7. *Num & avus vel avia, cæteriq; aſcendentes ob Infanticidium in nepotibus perpetratum pœnâ culei teneantur? n. 42.*
8. *Quænam ſit pœna parentum occidentium Generum, Nurum, Privignum vel Privignam? n. 62.*

Quæſtio X.

De expoſitione infantum, ejusque pœnâ.

Subquæſtio.

1. *Si infans eo fine exponatur, ut pereat, mortuo eo, quâ pœnâ expoſitor plecti debeat?* n.5.
2. *Quid ſi infans expoſitus præter intentionem exponentis moriatur?* n.10.
3. *Si infans expoſitus vivus incolumis reperiatur?* n.15.
4. *Cuinam judici incumbat onus alendi & educandi infantem repertum?* n.25.

Quæſtio XI.

De pœnis procurantium abortus, necantium infantes præmaturos, vel adhuc in utero exiſtentes, criminisque infanticidii conſciorum.

Subquæſtio.

1. *Quæ ſit pœna procurantium abortum?* n.1.
2. *Quo tempore fœtus habeatur vitalis?* n.6.
3. *Quomodo punienda ſit Mater vim utero inferendo partum necans?* n.12.
4. *Pœna matris, quæ infantem in ſtercore & ſqualore jacentem interire ſinit?* n.28.
5. *Quâ pœnâ ſit plectenda mater infantem in cloacam emittens?* n.34.
6. *Pœna parentum necantium liberos præmaturos & imperfectos.* n.37.
7. *Pœna conſciorum criminis infanticidii.* n.44.

Quæſtio XII.

Quænam ſit pœna Mariticidii & Vxoricidii ſeu criminis Parricidii in conjuge commiſſi?

Subquæſtio.

1. *Quâ pœnâ plectendus ſit Sponſus Sponſam ſuam interficiens?* n.23.
2. *An & quatenus marito liceat caſtigare uxorem?* n.48.
3. *Pœna mariti ſævientis verberibus in uxorem?* n. 51.
4. *An & quando ob ſævitiam mariti permittendum ſit divortium?* n.53.

Quæſtio XIII.

De Parricidio in Fratribus, Sororibus, aliisque Conſanguineis & Affinibus commiſſo, ejusq; ſupplicio.

Subquæſtio.

1. *Quæ Perſonæ hoc Parricidii crimen committant?* n.9.
2. *An occiſor fratris ex uno tantummodò latere ſibi conjuncti pœnâ fratricidii teneatur?* n.14.
3. *Ad quem uſq; gradum conſanguinei & affines ſeſe necantes pœna parricidii teneantur?* n.31.
4. *Pœna occidentis conſobrinum, conſobrinamvè.* n.39.

Quæſtio XIV.

Quando & quomodo Parricidij pœna ob ingentem criminis atrocitatem exaſperari queat?

Subquæſtio.

1. *Quoties Infanticidii Reus ob reiterationem criminis ferro candenti aduri debeat?* n.11.
2. *An cujusvis indifferenter Parricidij reiteratio uſtulatione ferri candentis puniatur?* n.17.

Quæſtio XV.

An, & qua pœnâ afficiendus, qui præter intentionem & absque propoſito occidendi Parricidium committit?

Subquæſtio.

1. *Quomodo punienda mulier, quæ occultando graviditatem & puerperium cauſam dat morti infantis?* n.39.
2. *An in Parricidio culpoſo occiſor ad ſolutionem VVergeldi condemnari debeat?* n.53.

Quæſtio XVI.

An, & quâ pœnâ plecti debeat Reus Parricidii, ſi de corpore delicti certò non conſtet?

Subquæſtio.

1. *Quando dicatur liquidè & plenè conſtare de corpore delicti?* n.7.
2. *Quomodo conſtare poſſit de Parricidio, ſi cadaver ſuibus, aut canibus devorandum, vel in aquam profluentem projectum?* n.16.
3. *Quænam indicia ad probationem corporis delicti in crimine Parricidij ſint ſufficientia?* n.24.
4. *An, & quatenus per unicum teſtem corpus delicti probetur?* n.27.
5. *Num Secundinæ probent corpus delicti in crimine Infanticidij?* n.29.
6. *Quomodo Reus puniri debeat, ſine quidem ex indiciis certis de Parricidio conſtet?* n.31.

Quæſtio XVII.

Quomodo Conatus in crimine Parricidii puniri debeat?

Subquæſtio.

1. *Quænam ſit pœna attentati Parricidij, ſi ad actum proximum Reus devenerit, & damnum irrecuperabile dederit?* n.21.
2. *Pœna Parricidii attentati absq; damno irrecuperabili?* n.29.
3. *Pœna Conatus, ſi delinquens in actu remoto Parricidii ſubſiſtat?* n.36.

Quæſtio XVIII.

In quâ referuntur quædam exceptiones & cauſæ Reum à Pœnâ Parricidii ordinariâ eximentes.

Vtpote.

1. *Offenſio & juſta ira præcedens.* n.5.
2. *Error perſonæ.* n.14.
3. *Pœnitentia in ipſo actu Parricidii.* n.22.
4. *Ætas minorennis.* n.27.
5. *Melancholia.* n.33.
6. *Ebrietas.* n.42.
7. *Iuſſus parentum.* n.45.
8. *Metus ac timor.* n.49.
9. *Morbus Epilepticus.* n.45.

Quæſtio XIX.

De crimine Aſſaſſinii, ejusq; pœnâ.

Subquæſtio.

1. *Qua pœnâ ſit plectendus Aſſaſſinator parricida?* n.28.
2. *Num Aſſaſſinium committi queat absq; interveniente pecuniâ numeratâ?* n.35.

3. *An*

3. *An Aſſaſſinus pœnam Aſſaſſinii incurrat, etiamſi rem minimam acceperit?* n. 40.
4. *An perpetratum ſit Aſſaſſinium, priusquam pecunia promiſſa ſolvatur?* n. 44.
5 *Quomodo conatus in Aſſaſſinio debeat puniri?* n. 52.

Quæſtio XX.

De crimine Veneficij, & Pœnâ occidentis aliquem veneno.

Subquæſtio.

1. *An vendens venena, Reus fiat Veneficii, & quâ pœnâ ſit plectendus?* n. 4.
2. *Quo genere ſupplicii crimen Veneficii hiſce in terris coërceatur?* n. 14.
3. *Quâ pœnâ ſint puniendi, qui parentes, liberos, vel conjugem veneno necant?* n. 41.
4. *Nũ pœna Veneficii à judice mitigari queat?* n. 46
5. *Quãdo judex hanc pœnã debeat aggravare.* n. 48

Quæſtio XXI.

Quibus in caſibus pœna Veneficij ſit mitiganda?

Subquæſtio.

1 *Quomodo debeat conſtare de corpore delicti in veneficio ad hoc, ut pœna ordinaria tuto irrogari queat?* n. 5.
2. *Quæ ſit pœna propinantis philtrum ſeu poculum amatorium?* n. 15.
3. *Quomodo puniendus, qui bruta animalia veneno perimit?* n. 24.
4. *Quæ ſit pœna venenantium paſcua?* n. 29.
5. *Quomodo puniatur conatus in delicto Veneficii?* n. 33.

Quæſtio XXII.

De Latrocinio, ejusq; pœnâ.

Subquæſtio.

1. *Quomodo in Germania & foro Saxonico Latrones puniantur?* n. 8.
2. *Num Latrocinium in viâ ſolùm publicâ, aut ſylvâ, an verò in ædibus quoque committatur?* n. 19.
3. *Quâ pœnâ teneantur auxilium præſtantes in Latrocinio, illud approbantes vel in excubiis ſtantes?* n. 30.
4. *An pœnâ Latrocinii ſit plectendus, qui rem minimam lucratur?* n. 38.
5. *Quid ſi latro nihil prorſus lucretur ex Latrocinio?* n. 47.
6. *An Latrocinii pœnam incurrat, qui aliquem occidit eo fine, quo cum ipſius vidua matrimonium contrahere poſſit?* n. 52.
7. *Num pœna Latrocinii teneatur, qui in furto ab aliquo deprehenſus eum occidit?* n. 63.
8. *Quomodo conatus in Latrocinio debeat puniri?* n. 69.

Quæſtio XXIII.

Quando & quomodo pœna Latrocinij exaſperari poſſit?

Subquæſtio.

1. *Quot vicibus Latrocinii Reus ferro candenti lacerari debeat?* n. 18.
2. *An pœnæ ignis addi queat uſtulatio ferri candentis?* n. 44.

Quæſtio XXIV.

Quando & quatenus pœna Homicidii ſimplicis exaſperari debeat?

Subquæſtio.

1. *Quomodo puniendum Homicidium in fœminâ prægnante ab Imprægnatore commiſſum?* n. 20.
2. *Quomodo puniri debeat miniſter Dominum ſuum occidens?* n. 29.
3. *Pœna occidentis infantem?* n. 33.
4. *Pœna occidentis aliquem in propria domo?* n. 39.
5. *Qua pœnâ plectendus ſit occiſor perſonæ Eccleſiaſticæ, Sacra tractantis in templo?* n. 43.
6. *An graviori ſupplicio afficiendus, qui in via publica aliquem occidit?* n. 46.
7. *Pœna homicidij in diebus feſtis commiſſis?* n. 54.
8. *An reiteratio homicidii graviorem pœnam mereatur?* n. 65.

Quæſtio XXV.

De Pœna plurium in Rixa aliquem occidentium?

Subquæſtio.

1. *An non autor Rixæ morte puniendus ſit, ſi de occiſore in Rixa certò non conſtet?* n. 50.

Quæſtio XXVI.

De Inſpectione cadaveris occiſi: Et quâ pœnâ occiſor ſit plectendus, ſi vel inſpectio non ritè peracta, vel vulnus lethale non fuerit?

Subquæſtio.

1. *Vnde conſtare poſſit de vulneris lethalitate?* num. 19.
2. *Qualis inſpectio cadaveris eſſe debeat?* n. 30.
3. *An credendum Barbitonſoribus de lethalitate vulneris deponentibus?* n. 36.

Quæſtio XXVII.

De Pœna Homicidij culpoſi & caſualis.

Subquæſtio.

1. *Quodnam Homicidium dicatur doloſum?* n. 5.
2. *Quodnam Homicidium ſit culpoſum?* n. 8.
3. *Quodnam ſit Homicidium caſuale, & quomodo hoc à culpoſo homicidio differat?* n. 11.
4. *Pœna Homicidii culpoſi quænam?* n. 24.
5. *Num Reus Homicidii caſualis à ſolutione VVergeldi ſit immunis in foro Saxonico?* n. 51.

Quæſtio XXVIII.

De Moderamine inculpatæ tutelæ: in quonam illud conſiſtat, quisque ejus ſit effectus?

Subquæſtio.

1. *In quonam conſiſtat moderamen tutelæ legitimæ, quæq; ejusdem ſint requiſita?* n. 19.
2. *An paritas armorum præciſè requiratur in moderamine inculpatæ tutelæ?* n. 27.
3. *An ſervato hoc moderamine occiſor ab omni pœnâ ſit exemptus?* n. 30.
4. *Num occiſor hoc caſu immunis quoq; ſit à ſolutione VVergeldi & ſummæ mulctæ?* n. 34.

Quæ-

Quæſtio XXIX.

Quę ſit pœna exceſſus ratione cauſæ, tam in defenſione ipsâ, quàm moderamine inculpatæ tutelæ?

Subquæſtio.

1. *Quomodo puniatur exceſſus moderaminis inculpatæ tutelæ?* *n.* 12.
2. *Num ob hunc exceſſum pœna corporis afflictiva quæat irrogari?* *n.* 20.
3. *Annon exceſſus graviſſimus pœnâ homicidij ordinariâ puniri debeat?* *n.* 26.
4. *Quâ pœnâ plectendus autor Rixæ, qui poſtea in diſcrimine vitæ conſtitutus, ad ſui defenſionem aliquem occidit?* *n.* 42.
5. *Num offenſus ab aliquo, occidens alium veniam mereatur?* *n.* 50.
6. *An occidens minantem ſibi cædem exceptione defenſionis ſeſe tueri queat?* *n.* 56.
7. *Quomodo provocans aliquem ad duellum puniri debeat?* *n.* 73.
8. *Quæ ſit pœna provocati occidentis provocantem in duello?* *n.* 75.
9. *Quomodo ſit puniendus, qui absque contumelioſis verbis provocatus ad pugnam interficit provocantem?* *n.* 78.
10. *Quæ ſit pœna provocantis occidentis provocatum in duello?* *n.* 91.

Quæſtio XXX.

Quomodo puniatur Exceſſus defenſionis & Moderaminis inculpatæ tutelæ circa modum defendendi commiſſus?

Subquæſtio.

1. *Num exceptione defenſionis ſe tueri queat, qui leviter offenſus aliquem occidit?* *n.* 5.
2. *An offenſio jocoſa occiſorem a pœna homicidij liberet?* *n.* 14.
3. *An defenſionem prætendere queat qui pugno vel baculo percuſſus aliquem occidit?* *n.* 19.
4. *An excipiens colaphum percuſſorem impunè occidere poſſit* *n.* 34.
5. *Quomodo puniendus ſit, qui ab aliquo inſultatus aggreſſorem fugientem necat?* *n.* 43.
6. *Num inſultatus fugere teneatur?* *n.* 53.
7. *An conviciis laceſſitus honoris tuendi causâ injuriantem impunè occidere queat?* *n.* 68.

Quæſtio XXXI.

De pœnâ exceſſus ratione temporis in defenſione & moderamine inculpatæ tutelæ.

Subquæſtio.

1. *Quænam defenſio dicatur fieri in continenti?* *n.* 8.
2. *Quomodo puniendus, qui ab aliquo inſultatus, poſt breve temporis ſpatium effluxum, aggreſſorem necat?* *n.* 27.
3. *Quid, ſi longo tempore intervallo præterlapſo inſultatus aggreſſorem occidat?* *n.* 34.
4. *Quæ ſit pœna occidentis aggreſſorem poſt rixam ſedatam?* *n.* 45.

Quæſtio XXXII.

An & quando vitam alterius, nec non bona ſua internecione aggreſſoris defendere liceat?

Subquæſtio.

1. *An pro extraneis etiam perſonis defenſio ſuſcipi poſſit?* *n.* 9.
2. *An pro defenſione rerum impunè aliquem occidere liceat?* *n.* 14.
3. *An & quando furem nocturnum occidere liceat?* *n.* 37.

Quæſtio XXXIII.

In qua agitur de probatione Neceſſariæ Defenſionis, quæ & qualis ea eſſe debeat?

Subquæſtio.

1. *An, & quando accuſatori vel accuſato onus probandi incumbat?* *n.* 3.
2. *Probatio defenſionis qualis eſſe debeat: Et num ſufficiat, probari ſolam aggreſſionem?* *n.* 17.
3. *An & quatenus defenſio neceſſaria præſumptionibus probari queat?* *n.* 46.
4. *Quænam præſumptiones ad probandam defenſionem ſufficientes habeantur?* *n.* 49.
5. *Num exculpatio moribundi probet defenſionem legitimam?* *n.* 56.
6. *Num defenſio neceſſaria probetur per juramentum occiſoris?* *n.* 61.
7. *An, & quando pro obtinendâ defenſione ad torturam deveniri poſſit?* *n.* 63.

Quæſtio XXXIV.

De Wergeldo juris Saxonici, ejusdemque præſtatione.

Subquæſtio.

1. *An VVergeldum ſolvatur ut intereſſe, an verò nomine alicujus pœna?* *n.* 3.
2. *Quanta pecuniæ ſumma ſit VVergeldus?* *n.* 24.
3. *An pluribus exiſtentibus occiſoribus, quilibet integrum VVergeldum ſolvere teneatur?* *n.* 31.
4. *Quid juris, ſi Reus ob inopiam VVergeldum ſolvere nequeat?* *n.* 6.
5. *An ſolis Agnatis vel etiam cognatis occiſi VVergeldum debeatur?*
6. *Num fiſco cedat VVergeldum ſi hæredes occiſi necem vindicare nolint?* *n.* 63.
7. *An hæredes necem occiſi non vindicantes, hodiè ſeſe indignos reddant ejusdem hereditate?* *n.* 72.

Quæſtio. XXXV.

De crimine fractæ Pacis Publicæ ejusque pœnâ.

Subquæſtio.

1. *An conſtitutio Imperij de fractâ pace ad privatos quoque homines pertineat?* *n.* 23.
2. *An ex conſtit. fractæ pacis puniri debeant ædium expugnatores.* *n.* 31.
3. *Num effractores Carceris crimen fractæ pacis publicæ committant?* *n.* 39.

Quæſtio XXXVI.

An præter Imperatorem & Cameram Imperialem, Status quoque Imperii turbatores pacis publicæ in Bannum declarare poſſint?

Subquæſtio.

1. *An violatoribus pacis publicæ Salvus conductus concedi debeat?* *n.* 6.

Quæſtio XXXVII.

De Diffidationibus & Minitationibus, Bevehdungen vnd Drawung/earumque pœnis.

Subquæſtio.

1. *Num diffidatio ſit ſpecies fractæ pacis publicæ?* n.5.
2. *Quænam ſint requiſita ſubſtantialia veræ Diffidationis?* n.19.
3. *An pro Diffidatore habendus, & pœnâ gladii plectendus ſit, qui uni ſolum ex univerſitate incendium minitatur?* n.24.
4. *Num Diffidator gladio puniendus, etiamſi damnum non fuerit ſecutum?* n.26.
5. *Quid ſi Diffidator animum exequendi minas non habeat?* n.29.
6. *Quatenus pœnitentia in crimine Diffidationis excuſet?* n.35.
7. *Num pœnam Diffidationis incurrat, qui literas diffidatorias alieno nomine emittit?* n.40.
8. *An pro Diffidatore habendus, qui ad alterius mandatum literas diffidatorias offert?* n.45.
9. *Num Diffidatio conditionalis veniam mereatur?* n.52.
10. *Quâ pœnâ affici debeat ſcriptor literarum diffidatoriarum?* n.58.
11. *Quæ differentia diffidationis & Minitationis?* n.65.
12. *Num & Minitationes gladii pœna puniantur?* n.79.
13. *An cautionem, & qualem minas proferens verbales debeat præſtare?* n.79.
14. *Quid ſi Minitator cautionem præſtare nequeat?* n.91.
15. *Cujusnam ſumptibus Minitator in carcere alendus ſit?* n.96.

Quæſtio XXXVIII.

De crimine Incendii, ejusq; pœnis.

Subquæſtio.

1. *Quæ ſit pœna Incendiariorum in terris Saxonicis?* n.10.
2 *Quomodo fœminæ in hoc delicto puniantur?* n.19.
3. *Quæ ſit pœna Nobilium Reorum Incendii?* n.23.
4. *Num pœnâ ignis afficiendus, qui in villâ tugurium, horreum aut ſtabulum incendit?* n.33.
5. *Quid ſi per incendium damnum datum non fuerit?* n.38.
6. *An Reus audiendus, ſi damnum datum reſarcire velit?* n.44.
7. *Num ædes proprias inflammantes, igne puniendi ſint?* n.46.
8. *Quomodo Mandatarius in crimine incendii puniatur?* n.53.
9. *Num offenſio præcedens, aut ira, à pœnâ incendii ordinaria aliquem excuſet?* n.58.
10. *An propter reiterationem Incendii pœna ſit exaſperanda?* n.67.

Quæſtio XXXIX.

Quibusnam in caſibus pœna Incendii ordinaria ſit mitiganda?

Subquæſtio.

1. *An pœnitentia in crimine Incendii à pœnâ ordinanariâ aliquem liberet?*
2. *Num cauſa dolum excludens mitiget pœnã?* n.9.
3. *An minorennes in crimine Incendii mitius puniendi?* n.14.
4. *Quæ ſit pœna Incendij culpoſi?* n.32.
5. *An & quando Reus incendij culpoſi in foro Saxonico ad damni reſtitutionem teneatur?* n.42.
6. *Quatenus paterfamil. de culpa & negligentia familiæ ſuæ teneatur?* n.51.
7. *Cuinam incumbat onus probandi culpam in caſu incendij exorti?* n.58.

Quæſtio. XL.

De pœnis commiſſæ Vis publicæ atque Privatæ.

Subquæſtio.

1. *Quæ ſit pœna violantium ſecuritatem domus,* die den Haußfrieden brechen? n.11.
2. *Quomodo puniantur tranſcendentes murum vel portam civitatis?* n.20.
3. *Quonam ſupplicio coerceatur crimen Raptus?* n.26.
4. *Pœna percutientis aliquem in loco publico,* am gefreyten Ort? n.30.
5. *Quænam ſit pœna obſeſſionis itinerum,* die Verwegelagerung? n.36.
6. *An pœna amputationis manus etiamnum hodiè ſit in uſu?* n.41.
7. *Num hanc pœnam incurrat, qui unam tantummodò manum habet?* n.47.

Quæſtio XLI.

De crimine læſæ Majeſtatis, ejusq; ſupplicio.

Subquæſtio.

1. *Quidnam ſit, & in quo conſiſtat Majeſtas Principis?* n.17.
2. *Num crimen læſæ Majeſtatis committitur adverſus Pontificem Romanum?* n.39.
3. *Num Crimen Perduellionis committatur in Regem Romanorum?* n.74.
4. *An & quando adverſus Conſiliarios Imperatoris Crimen læſæ Majeſtatis committatur?* n.55.
5. *Num etiam adverſus Principes, & Status Imperii Romani crimen hoc committatur?* n.59.
6. *Quæ ſit pœna crimen læſæ Majeſtatis?* n.89.
7. *Num Reus læſæ Majeſtatis bona ſua ipſo jure amittat?* n.100.
8. *An maledicens Principi committat crimen læſæ Majeſtatis?* n.109.
9. *Quæ ſit pœna exercentis carcerem privatum, vel torturam privatam?* n.124.

Quæſtio XLII.

De crimine falſificationis Monetæ quoad materiam, ejusque pœna.

Subquæſtio.

1. *Num flammarum exuſtionibus ſint mancipandi, qui falſam monetam fabricant, & non exponũt, vel ab alio fabricatam expendunt?* n.26.
2. *An pœnâ ignis ſint afficiendi falſificantes monetam Principum inferiorum, aliorumq́ Statuum Imperii?* n.35.
3. *Num pœnæ ignis ſupponantur falſificatores Specierum monetæ minoris?* n.45.
4. *Quomodo puniendi falſificantes obulos vel nummos?* n.53.
5. *Quæ ſit pœna falſificatorum monetæ alicujus peregrinæ?* n.71.
6. *Quomodo puniantur falſam monetam cudentes non exponentes?* n.91.

7 *Quæ ſit pœna exponentium falſam monetam ab alio fabricatam?* *n.*97.
8. *Pœna exponentium falſam monetam in dubio?* *n.* 115.
9. *Quâ pœna plectendus, qui in domo ſua falſam monetam cudi patitur?* *n.*18.

Quæſtio XLIII.

Quæ ſit pœna Falſificationis Monetæ quoad formam.

Subquæſtio.

1. *An Princeps & Status Imperij proprio jure vel ex ſpeciali Imperatoris conceſſione teneant facultatem monetandi.* *n.* 8.
2. *Quæ ſit pœna fabricantium juſtã ac ponderoſam monetã, absq; ſpeciali impetrato privilegio?* *n.*20.
3. *Quomodo puniantur imponentes ſignum alienum juſtæ monetæ?* *n.*25
4. *Quæ ſit pœna eorum qui juſtam monetam radunt ac mutilant?* *n.*32.
5. *Qua pœnâ ſunt plectendi radentes pecuniam legitimum pondus excedentem, reducendo eam ad juſtum pondus?* *n.*33.
6. *Num pari pœna ſit afficiendus, qui argenteum radit numiſma, ac is qui nummos aureos mutilat.* *n.*43.

Quæſtio XLIV.

De crimine Hęreſeos, ejusq; pœna.

Subquæſtio.

1. *Nũ Hæretici ultimo ſupplicio ſint afficiendi?* *n.*20.
2. *Quæ ſit pœna Hæreticorum ſeditioſorum vel blaſphemorum in foro Saxonico?* *n.*45.
3. *Quomodo puniantur turbatores ſacrorum?* *n.* 51.

Quæſtio XLV.

Quæ ſit blaſphemiæ pœna.

Subquæſtio.

1. *Quomodo in terris Saxon. puniatur blaſphemia immediatè in Deum commiſſa?* *n.* 20.
2. *Quæ ſit pœna maledicentium Deo?* *n.*32.
3. *Num mitius puniatur, qui ſemel tantummodò DEVM blaſphemaverit?* *n.*36.
4. *Ruſticitas an in crimine blaſphemiæ aliquem excuſet?* *n.*43.
5. *An Clerici pœnæ blaſphemiæ ſint ſubjugandi.* 48.
6. *Quid de Iudæis habendum?* *n.* 52.
7. *Quatenus Ebrietas excuſet blaſphemantes.* *n.*57.
8. *Num mitius puniendus ſit, qui irâ commotus lubrico linguæ blaſphemat?* *n.*62.
9. *Quatenus pœnitentia excuſet blaſphemãtes?* *n.*66
10. *Quæ ſit pœna blaſphemantium Beatam Virginem, aliosvè Sanctos?* *n.*71.
11. *Quæ ſit pœna maledicentium per Sacramenta, paſſionem & vulnera Chriſti in terris Sax.* *n.*81.
12. *Quomodo puniantur Nobiles maledicẽtes.* *n.*90
13. *Quæ ſit pœna profanantium Sancta Sacramenta?* *n.*66.
14. *Cognitio de crimine blaſphemiæ ad quemnam judicem ſpectet?* *n.*104.

Quæſtio XLVI.

Quæ Pœna Perjurij.

Subquæſtio.

1. *Num perjurium jure civili Romano fuerit punitum?* *n.*3.
2. *Quænam pœna hodiè Perjuri plectantur?* *n.*34.
3. *Quibusnam in caſibus Perjurium amputatione digitorum puniatur?* *n.*52.

Quæſtio XLVII.

Quomodo puniri debeat Perjurium Relegati revertentis?

Subquæſtio.

1. *Pœna Relegati primâ vice contra præſtitam Vrphedam, revertentis.* *n.*9.
2. *An relegatus ad tempus certum, eo nondum elapſo reverſus, in perpetuum relegari debeat?* *n.*4.
3. *Quomodo puniendus, qui una cum fuſtigatione relegatus revertitur?* *n.*25.
4. *Quid juris ſi Perjuro digiti jam antea abſciſſi fuere?* *n.*35.
5. *Quânam pœnâ affici debeat Relegatus, qui provinciâ ex quâ relegatus eſt, non exceſſit?* *n.*40.
6. *Quænam cauſa Perjurum à Pœnâ ordinariâ excuſet?* *n.*48.
7. *Pœna Relegati ſecunda vice revertentis?* *n.* 56.
8. *Quomodo puniri debeat Relegatus tertiâ vice reverſus?* *n.* 61.

Quæſtio XLVIII.

De crimine ſortilegii: Et num rectè Magiſtratus in ſortilegos & Maleficos pœna mortis animadvertat?

Quæſtio XLIX.

Quomodo puniantur Malefici ac Sagæ cum Dæmone paciſcentes, ſeque ipſi mancipantes?

Subquæſtio.

1. *Quæ ſit pœna pactionis expreſſæ cum diabolo initæ.* *n.*13.
2. *Quomodo puniendi ſint Magi cum Dæmone paciſcentes, ſi nemini damnum intulerit.* *n* 23.
3. *An Malefici ac Sagæ cum Dæmonibus verè concumbant, ac Venerem exerceant.* *n.*30.
4. *Quæ ſit pœna Sagarum ac Lamiarum cum Dæmone concumbentium?*
5. *An non infirmitas ſexus muliebris delinquentem à pœnâ ignis in hoc crimine excuſet?* *n.*49.
6. *Quando & quomodo hoc in crimine de corpore delicti debeat conſtare?* *n.*59.
7. *An & quatenus pœnitentia maleficos à pœna liberet.* *n.*71.

Quæſtio L.

Quæ ſit pœna Ariolorum atque maleficorum, qui citra pactionem expreſſam cum Dæmone, artes magicas exercent?

Subquæſtio.

1. *Quomodo puniendi ſint Malefici, abſque fœdere cum Dæmone inito, hominibus pariter atque jumentis, damnum inferentes?* *n.* 3.
2. *Quid juris hoc caſu in fœminis Veneficis?* *n.*10.
3. *Pœna eorum, qui Veneficos conducunt ad damnum alij inferendum.* *n.*32.
4. *Quæ ſit pœna Magorum in cryſtallo aut vitro cum Dæmone colloquia miſcentium & converſantium.* *n.*37.
5 *Num Diabolus per Magos futura prædicere queat.* *n.* 43.
6. *Quomodo ſint puniendi Sortiarij vel ſortilegi,* Segenſprecher oder kluge Frawen? *n.*49.
7. *Pœna fœminarum juvenes in capro ſibi advehi curantium.* *n.* 61.
8. *Quomodo puniendi ſint conſulentes Magos, & ſortilegos?* *n.* 64.

FINIS.

Auſpice, quo nihil eſt infelix, Auſpice Chriſto.

PRACTICÆ NOVÆ
IMPERIALIS SAXONICÆ RERUM CRIMINALIVM,

PARS PRIMA,

QVÆSTIO I.

De Pœna Homicidii, an ſemper requiratur animus occidendi, ut ea locum habeat?

SVMMARIA.

1. *Homicidium eſt delictum frequens, horribile, grave & atrox, n.2 3.4.*
5. *Athenienſes in rebus quoq; inanimatis homicidium vindicarunt.*
6. *Lex Moſaica bruta animalia hominem interficientia damnat.*
7. *Homicidium crimen gravius eſt adulterio.*
8. *Pœna homicidii eſt ultimum ſupplicium.*
9. *Explicatio l.1.§.1.ff. de his qui dejec. vel effud. l.4 ff. de cuſtod. Reor. §. ob hominem Inſtit. de oblig. quæ ex quaſ. delict. naſc.*
10. *Ius Divinum quoque morte puniri iubet Reos homicidii.*
11. *Nec non Ordinatio Criminalis Caroli V. Imp.*
12. *Et Ius Saxonicum.*
13. *Variæ atque diverſæ ſunt qualitates homicidii.*
14. *Quare & varia huius criminis conſtituta ſunt ſupplicia.*
15. *Status quæſtionis huius quinam propriè ſit?*
16. *Recenſentur argumenta ſententiæ Negativæ. n.* 19.20.21.
17. *In delictis animus & voluntas attendenda eſt, non exitus, n.18. & quando hoc fallit, n.* 54.
19. *Intellectus l.1.§.3 ff Ad Leg.* Corn. *de Sicar. l.1. & l.5. C. eod. tit. n.*55.
20. *Senſus & explicatio l.3. §.2. ff. Ad Leg.* Corn. *de ſicar. n.*56.
21. Explicatio *art.146. in pr. Ord. Crim.* Carol. *n* 57
22. *Apud Iſraelitas ſex erant Conſtitutæ Civitates refugii in gratiam homicidarũ & quorũ, n.*58
23. *Adducuntur Interpp. pro negativa ſententia.*
24. *Quomodo de animo occidendi conſtare poſſit, n.* 25. 26. 27.
28. *Verior eſt ſententia affirmativa, rationibus ac fundamentis firmata, n.*33.34.36.37 39.40. 41.42.
29. *Dans operã rei illicitæ, tenetur de omni eo quod ſequitur præter intentionem etiam ac voluntatem; Quomodo hoc accipiendum, n.* 64.
30. *In delictis puniendis ſufficit dolus in genere.*
31. *Voluntas occidendi duplex, directa & indirecta, n.*32.
35. *Nil intereſt, occidat quis, an cauſam mortis præbeat.*
38. *Explicatio art. 13. lib. 2.* Landr. *verſ.* die einen Mañ ſchlagen, *&c.*
43. *Sententia Scabinorum Lipſenſium pro affirmativa opinione n.*44.45.46.47 48.49.50.
51. *In delictis puniendis dolus præciſè requiritur, nec lata culpa dolo æquiparatur, n.*16.
52. *Quodnam homicidium dicatur doloſum & voluntarium, n.*53.
59. *Textibus & rationibus magis eſt inhærendum, quàm Autoritatibus* Dd.
60. *Ex præſumptionibus & coniecturis nemo ad pœnam mortis condemnari debet.*
61. *Iuramentum purgatorium Reo non eſt imponẽdum, quando præſumptio adverſus ipſum militat.*
62. *Duplex ponitur Limitatio huius ſententiæ, n.*63

1 INter crimina multifaria Homicidium uti hoc noſtro ſeculo depravato frequens; ita & horribile, atque atrox eſt. Quid enim frequentius, quàm ut qui perpetuo quodam ſibi vinculo juncti ſunt homines, ſubinde mutuis ſeſe conflictationibus, verberibus ac vulneribus graviſſimè vexent, atque occidant? *Anton. Gomez. variar. reſolut. tom.3. cap.3. in pr. Iacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. par. 3. q* 107. *n.*10. Quid horribilius, quàm hominẽ 2 ad imaginem & ſimilitudinem Dei factum, occidere? *c.2. extr. de homicid.* Quid deteſtabilius, quàm hominem interficiendo, Dei officium ſibi uſurpare, in cuius manu ſtat vita & mors hominum? *Deut. cap.32 Iob. cap.14. Auguſtin in c. quicunq; percutit. 23 q.8.* Quid atrocius, quàm Rempublicam, cuius intereſt, homines conſervari, hominibus privare? *l. eum ratio. 7. ff. de*

bon.damnat.Bald.in l.f.col.2.verſ.ſed ponemus C. de negot.geſt.Tiber. Decian. in tractat.criminal. lib. 9. cap. 17.num.4.Petr.à Plach.in epit.delict. lib 1.cap.10.n.2.in fin.& ſeqq.Covarr.var.reſolut. lib.2.cap.9. Quid gravius, quàm ſibi naturâ ſimilem trucidare? *Roland. conſ.12.n.20.& ſeqq.vol.3.*

4 Vt hoc crimen non abſq; cauſâ dicatur grave, atrox, horribile, ac deteſtabile. *Iacob. Boulen. in repet. l. capitalium.* §. *famoſos.n.62.ff.de pœnis ſocin. conſ.157.n.11.lib.2. Angel.conſ.217. Proſp. Farin. lib.4.tit.14.in pr.crim.q.119.n.1. Ant.Gomez.var.reſolut.tom.3.cap.3.in pr.Decian.dict.lib.9.c.17.per tot.Petr.à Plach.in epit. delict.lib.1.cap.9.n.4.*

5 Quod etiam apud Athenienſes adeò fuit exoſum, ut iuxta legem Draconis, non modò animalia bruta cæde humanâ polluta morte mulctabantur, ſed & inanimata omnia puniebantur, ſi cædis cauſam præſtitiſſent; ſicuti de ſtatua Niconis Thaſii celebris pugilis refert Suidas, quam cum unus ex odio, quo vivum Niconem proſecutus fuerat, fuſtibus cæderet, eaq; ſtatua, veluti eius quem referebat vindex, collapſa flagellantem extinxiſſet, ob idq; eius hæredes necis ream ſtatuam accuſaſſent, tandem condemnata iudicum ſententiâ, iuxta legem Draconis in mare præcipitata fuit, ut refert ex Euſebio Tiber. Decian. *in tract.crim.dict. lib.9.cap.17.n.12.*

6 Quinimò & Lege Moſaicâ animalia bruta damnabantur, ſi hominem interfeciſſent; Vt Bos, qui cornu aliquem occidiſſet, lapidibus ex Lege obruebatur, ut habetur Exod. 21. Neque eius carnes comedi poterant, tanquam carnes ſanguine humano pollutæ: Et generaliter dicitur Geneſ. 9. *Sanguinem animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum.*

7 Gravius quoq; crimen eſſe homicidium adulterio, tradit; *Socin.in conſ.157 n.8.& ſeqq.l.2.* eò, quod in præceptis primò dicatur: Non occides. Et poſtea demum: Non mœchaberis. Et in Decretalibus primò ponatur titulus de homicidio, ſecundò titulus de adulteriis.

Et licet quidam tenuerint, adulterium gravius eſſe homicidio, *per l.codicillis.§.matre.ff.de legat.2.& per c.quod in omnibus.32.q.7.* Veritas tamen & communis opinio eſt in contrarium, inquit *Tiber.Decian.in tract.crim.dict.lib. 9.c.17.n.18.Hipp.de Marſ.in rubr.ad L.Cornel. de ſicar.n.3.Boer.deciſ.317.n.9.Decius in l. non debet ff.de Reg.iur.* A quâ opinione in iudicando non recedendum, iuxta *Farin.lib.4.tit.14 q. 119.n.2.*

8 Quò igitur homines ab hoc crimine deterreantur, in homicidas pœna ultimi ſupplicii ſive mortis naturalis conſtituta eſt, §. *item lex Cornel. Inſt. de publ.jud.l.3.§ patiatur,* ibi: *Homicida, parricidaq; quod fecit, ſemper expectet. C.de Epiſc.audient.l.9.§.qui alias perſonas.ff de parricid.l.un.in pr.verſ.& merito.C.de rapt.virg.l.3. §.legis Cornelia, ff.ad l.Cornel.de ſicar.l.quoniam multa facinora.C.ad L.Ful.de vi publ.* Per quæ & alia iura unanimiter concludunt Dd. Pœnam homicidii de iure civili eſſe pœnam mortis. *Anton.Gomez.de delict.cap.3.de homicid. n.1.Covarr.var.reſolut.lib.2 c.9 n.2.Petr.à Plach.in epit.delict.lib.1.cap.10.n.2,verſ.ſic etiam humanâ lege. Hipp.de Marſil.in l.1.n.1.& in l. qui cadem.n.1.ff.ad L.Corn.de ſicar.Boſſ.in tit. de homicid.n.107.Proſp Farin.de q.119 n.12.Socin.conſ.137.n.10.inf.lib.2.Dec.conſ 66.n.1.verſ. ſed pro homicidio.Iul.Clar.in §.homicidium,n.14. verſ.ſed quæro quæ ſit pœna, &c. Iacob.Airer.in repet.l.ut vim.p.2.n.13.15.ff.de juſt.& jur. Roland.conſ.57.n.1.lib 4.*

Quamvis enim pro homicidio videatur impoſita pœna pecuniaria, videlicet quinquaginta aureorum, in *l.1.§.1.ff.de his qui dejec.vel effud l.4.ff.de cuſt.reor.§.ob hominē.Inſt.de oblig. quæ ex quaſ.delict.naſc.* Attamen hoc ſolùm accipiendum de eo caſu ſpeciali, quando nimirū agitur ex Edicto *de his qui dejec.vel effud.* ſecus quando agitur criminaliter *ex L. Cornelia de ſicar.* tunc enim homicidii pœna ſine dubio eſt pœna mortis, *per jura ſupra allegata.* Licet & Aretin. prædictos textus intelligat de homicidio non doloſo, ſed culpoſo, & per negligentiam commiſſo, *in §.item 15.n.4.in fin.Inſt.de obligat. quæ ex quaſ.delict.naſc.* 9

Et in hoc convenit Ius Civile cum Iure Divino, quo æquè homicidæ morte mulctantur, ſecundum præceptum inter primas leges hominibus à Deo datas præcipuum: *Quicunq; effuderit humanum ſanguinem, effundetur ſanguis eius, Geneſ.c.9.* Quod poſtea tàm in Veteri quàm Novo Teſtamento ſæpius repetitum fuit: Vt Levit. 24. ibi: *Qui percuſſerit & occiderit hominem, morte moriatur.* Exod.*c.20.c.21.*. Deut *c.5.* Matth. *c.26.* ibi: *Omnes qui gladio ferierint, gladio peribunt.* Apoc *c.13.* *Qui gladio occidit, oportet eum gladium occidi. Tib.Decian.in tract.crim. lib.9.cap.17.n.8.*Hippol de *Marſil.in l.1.n.3.ff.ad L.Cornel.de ſicar.Gomez.de delict.c.3.n.1.Covarr.var.reſiolut.lib.2.c.9.n.1.& 2.Petr.à Plach. in epit.delict.lib.1.c.10.Farin.dict.q.119.n.15. Iacob.Boulen.in repet.l.capitalium.§.famoſos. n.27.& 60.ff.de pœn.Roland.conſ.12.n.23.lib.3. & conſ.57.n.1.lib.4.* 10

Quod ipſum etiam in Conſtitutione Criminali Imp. Caroli V. expreſſè ſancitum, *art.*137. ibi: **Ein jeder Mörder oder Todtſchläger / wo Er deßhalben nicht rechtmäſſige Entſchuldigung außführen kan / hat das Leben verwürcket.** 11

A quo non diſcrepat Ius Saxonicum, quod pro homicidio pœnam gladii conſtituit, **Landtrecht /** *lib.2.art.*13. ibi: **Die einen Mann ſchlagen** *(ſcilicet* **zu todt /** *ſecundum gloſs.in lit.K.)* **und fahen oder berauben / oder brennen ſonder Mordbrandt / oder Weib oder Mägde nothzögen / und den Friede brechen / und in Ehebrecherey begriffen werden / denen ſoll man die Häupter abſchlagen /** *gloſſ.in dict.artic.13.verſ.* **Alle Mörder /** *verſ.* **etlicher ſchlegt einen durch Zorn /** *gloſſ.in* **Weichbild /** *art.38.n.11.verſ.* **Etlicher aber ſchlegt den andern zu todt.** *Rothſchiz.in pract.part.2. artic.1.n.1.verſ.* **Wo nun ſolche That peinlich.** *Iacob Schult.in addit.ad Modeſt.Piſt.p.3.q. 107.n.37.* 12

Hocq; genus ultimi ſupplicii etiamnum hodiè in crimen homicidii uſitatiſſimum eſt; Inq; hiſce terris homicidæ gladio puniuntur, & ita per truncationem capitis vita ipſis adimitur.

13 Etſi verò hoc extra controverſiam ſit, nec à quopiam facilè in dubium vocetur, ſępè tamen pœna homicidii ordinaria aggravatur & exaſperatur, ſæpe etiam mitigatur, & vel in totum, vel ex parte remittitur. Non enim crimen homicidii unius generis eſt, ſed aliud doloſum, aliud culpoſum, aliud caſuale, aliud neceſſarium dicitur: Et doloſum rurſus vel ſimplex, vel Qualificatum eſt; quod vel ex propoſito, & animo deliberato: vel proditoriè; vel in Conſanguineis & Coniunctis perſonis, ut parricidium; vel pecunia interveniente ut aſſaſſinium; vel Veneno, ut Veneficium; vel lucri cauſa cum rapina, ut latrocinium committitur, *Clar. in §. homicidium. Farin. part. 5. oper. crimin. lib. 14. quæſt. 126. Gomez. var. reſolut. tom. 3 c. 3.*

14 Vnde fit, quod homicidæ non ſemper gladio ſolùm puniantur, ſed quandoq; ſimul trahę illigati ad locum ſupplicii raptentur: vel Rotæ ſupplicio afficiantur: vel unà cum cane, ſimiâ, vel eius loco fele, gallo gallinaceo, & angue culeo inſuti in fluvium coniecti ſuffocentur: quandoq; etiam pro numero necatorum ſimul forcipibus candentibus prehendantur & adurantur: quandoq; fuſtigatione, aut relegatione perpetua, aut temporali; quandoque etiam carcere, aut mulctâ pecuniariâ puniantur; Et hoc pro qualitate ac ratione homicidii perpetrati, & circumſtantiarum concurrentium: Quas iudex circumſpectus, vel alius, cui cognitio & poteſtas iudicandi ac ſententionandi in cauſis criminalibus commiſſa eſt, haud immemor iuramenti præſtiti & ſalutis æternæ, iuxta admonitionem Imp. Caroli V. in Conſt. Crimin. *art.* 150. diligentiſſimè & exactiſſimè ponderare & examinare debet.

De variis igitur homicidii qualitatibus, ut & diverſis generibus ſuppliciorum, & quando pœna homicidii ordinaria exaſperanda & aggravanda, vel etiam mitiganda veniat, ad informationē iudicis, quæſtionibus aliquot ſequentibus agere & tractare, quidq; in terris hiſce Electoratus Saxoniæ uſu & in praxi receptum ſit, diligenter adnotare operæ pretium duxi.

15 Ab initio autem non dubitandum eſt, pro homicidio ſimplici doloſo, quod in rixa committitur ex voluntate & animo occidendi, conſtitutam eſſe pœnam ordinariam gladij. *l. 1. §. 3. ff. ad L. Corn. de Sicar. Clar. in § homicidium n. 7. Plach. in epitom. delict. lib. 1. cap. 10. in pr. & n. 5. Gomez dict. tom. 3. var. reſol. cap. 3.* Quid autem, ſi animus occidendi deſit; Veluti; ſi quis gladio, vel ligno, vel alio ſimili inſtrumento Sempronium percuſſerit pravo animo, volens ei iniuriam irrogare, eiusque faciem cicatrice ſignare, non occidere, nec tamen potuit manum ita temperare, quin graviter percuſſerit, ex eaque percuſſione præter intentionem vulnerantis, mors fuerit ſecuta; Anne delinquens pœnâ mortis ſive gladii puniri debeat? quæſtio valdè dubia eſt.

Statꝰ Quæſtionis.

Et primâ facie videtur dicendum, pœnam gladii hoc caſu non habere locum, ſed aliâ pœnâ mitiori extraordinariâ & arbitrariâ Reum eſſe puniendū, idq; propter ſequentes rationes.

Argumēta pro ſententia Negativa.

16 Primò: Sicuti in aliis delictis, ita & in homicidio, quando de pœna mortis agitatur, dolus maximoperè requiritur, & lata culpa quoad pœnam mortis dolo non æquiparatur, *l. in lege Cornelia ubi gloſſ. Barthol. 7. & Hipp. de Marſil. ff. ad L. Cornel. de ſicar. Alciat. in l. magna n. 3. ff. de verb. ſignif. Cagnol. in l. contractus n. 9 verſ. item adverte, ff. de Reg. iur. Claud. Seyſell. in l. 1. n. 32. ff. de ll. Tiraquell de pœn temp. cauſ 14. n. 5. Anton Gomez de delict. tom. 3. cap. 3. n. 15. Clar. in pract. § fin quæſt 84. in pr. Cephal. conſil. 76. n. 71. lib. 1. Proſp. Farin. part. 3. oper. crim. q. 86. n. 22. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. caſu 324. n. 11. Paul. de Caſtro in l. 1. n. 9. verſ. quoniam in corporalibus pœnis, ff. de ll. Salicet in l. 1 n. 6. C. de Sicar.* Is autem qui præter intentionem aliquē occidit, non habens animum occidendi, culpâ magis quam dolo occidere videtur; Siquidem doloſum iſtud dicitur homicidium, quod committitur ex animo occidendi, *Iul. Clar. in pract. § homicidium, n. 7. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 126. n. 2. Carrer. in pract. crim. de homic. & aſſaſſ. § homicid. autem ſpecies, n. 2. Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 10. n. 5.*

17 Secundò: Certum eſt, quod in delictis attendatur animus & voluntas, non autem exitus, *l. Divus Adrianus 14. ff. ad L. Cornel. de ſicar.* cuius verba hæc ſunt: *Divus Adrianus in hæc verba reſcripſit, in maleficiis voluntas ſpectatur non exitus. Vbi gloſſ. Luc. de Penna. in l. quoties. n. 6. C. de exact. tribut. lib. 10. Tiraquell. de pœn. temper. cauſ. 51. n. 7. & 9.* ubi generalem ponit concluſionem: Quod actus hominum non eventu, ſed conſilio metiendi & æſtimandi ſint, *per l. verum, §. ſciendum, ff. de minor. l. ſed an ul. 10. § 1. ff. de negot. geſt. l. fraudis interpretatio, ff. de reg. jur.* Neque delictum abſq; voluntate committitur; malitia enim cuiusq; actus pravi à voluntate procedit, quæ præcipua eſt in omni peccato, cum prima cauſa peccati ſit in voluntate, quæ imperat omnes actus humanos. Peccatum autem ſive delictum nihil aliud eſt, quàm actus humanus malus, quemadmodum probatur *in cap. 1. 15. q. 1.* Idemq; docet *Ariſtot. 3. Ethicor. c. 1.* 18 Quo fit, ut maleficia, crimina & delicta voluntate diſtinguantur, ita ut voluntarium ſemper ſit delictum, involuntarium autem excuſetur, eò quod malitia ex voluntate procedat, igitur voluntas diſtinguit delictum à non delicto, & peccatum à non peccato diſcernit, *c. cum voluntate, de ſent. excom. l. qui iniuria, ff. de furt. l. verum in pr. ff. eod. l. quod Reipublicæ, ff. de iniur. Covarr. idem. ſi furioſus 2 Part. relect. n. 2.* Hinc & in delictis regulariter tria conſiderantur: Animus, factum, & delictum. Animus, ut quis intendat delinquere. Factum, & ſequatur delictum. Delictum, ut per legem ſit punibile, *Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. n. 30.*

Cum ergò is qui abſq; animo occidendi aliquem interficit, præter voluntatem peccet, utiq; nec propriè homicidium committit, nec pœna homicidii afficiendus eſt.

19 TERTIÒ: Non parum iuvant hanc opinionem textus Iuris Civilis: In *l.* 1. § 3. *ff. ad L. Cornel. de ſicar.* ubi habentur hæc verba: *Divus Hadrianus reſcripſit, eum qui hominem occidit, ſi non occidendi animo hoc admiſit, abſolvi poſſe.* Et paulò poſt: *Sed ſi clavi percuſſit aut cucuma in rixa, quamvis ferro percuſſerit, tamen non occidendi animo, leniendam eius pœnam, &c.* In *l.* 1. *C. eod. tit.* ibi: *Quid ſi probaverit, non occidendi animo hominem à ſe percuſſum eſſe, remiſſâ homicidij pœna, ſecundum diſciplinam militarem ſententiam proferet, &c.* In *l. eum qui.* 5. *C. eodem tit: Eum qui aſſeverat homicidium ſe non voluntate, ſed caſu fortuito feciſſe, ſi ho. ita eſt, neq; ſuper hoc ambigi poterit, omni metu ac ſuſpicione volumus liberari.* It: *in l. cum autem* 2;. *§.* 2. *verſ. capitalem ff. de ædil. edict. l. in L. Cornelia.* 7 *ff ad L. Cornel. de ſicar.* In quibus textibus coercitionem L. Corneliæ de ſicariis dolus expreſsè requiritur, culpa verò excluditur.

20 QUARTÒ: Extat apud Marcianum in *l.* 3. § 2. *ff. ad L. Cornel. de ſicar.* cuiusdam Senatusconſulti teſtimonium hiſcè verbis poſitum: *ſed ex Senatuſconſulto relegari iuſſa eſt ea, quæ non quidem malo animo, ſed malo exemplo medicamentum ad conceptionem dedit, ex quo ea, quæ acceperat, deceſſerit.* Vnde ſequitur, quod is, qui non animo occidendi vel præter voluntatem aliquem interficit, relegatione puniri debeat.

12 QUINTÒ: Idemque innuere videtur conſtitutiò criminalis Carolina, *art.* 146. *in princip.* **So einer ein ziemlich unverbotten Werck an einem Ende oder Orth / da ſolche Werck zu üben ziemlich iſt / thut / und dadurch von ungeſchickten gantz ungefehrlicher weiß / wider deß Thäters willen / jemand entleibet / derſelbige wird in viel wege entſchuldiget.** Homicidium ergò præter intentionem ac voluntatem perpetratum, excuſationem meretur, nec pro eo pœna mortis imponenda eſt.

22 SEXTÒ: Neq; ab hac opinione diſcrepat Ius Divinum, quo apud Iſraelitas, ſecundum Dei mandatum, ſex erant conſtitutæ civitates refugij, ad quas fugiebat, qui nolens aliquem occiderat, ubi habitare cogebatur tantiſper, donec Summo Sacerdote mortuo, in patriam urbem ipſi reverti liceret, Exod. *c.* 21. *verſ.* 12. & 13. ibi: *Qui percuſſerit hominem, volens occidere, & mortuus fuerit, morte moriatur. Qui autem non eſt inſidiatus, ſed Deus illum tradidit in manus ejus, caſu, conſtituam tibi locum, in quem fugere debeat, &c.* Num. 35. *verſ.* 10. 11. & *ſeqq.* Deut. 19. *verſ.* 4. 5. 6. Ioſ. *cap* 20. *verſ.* 1. 2. 3. Vnde apparet, quod Deus ipſemet delicta ex cauſis interioribꝰ actionum (quæ ſunt mens & voluntas) ab invicem diſcerni, voluntariasq; cædes ex inſidiis factas capitali ſupplicio vindicari, fortuitas verò cædes & caſu inopinato citra dolum malum perpetratas, impunitas eſſe velit. Chytræus *ad cap.* 35. *Num.* ubi & Andreas Oſiander *in Biblijs & ad c.* 20. *Ioſuæ.*

23 SEPTIMÒ: Denique huic ſententiæ adſtipulantur Dd. communiter ſtatuentes, homicidii pœnâ ordinariâ neminem afficiendum eſſe, niſi homicidium occidendi animo & doloſè cōmiſſum fuerit, *Iul. Clar. in pract, §. homicidiū n.* 3, *verſ. culpa dicitur. & n.* 4. *verſ dicitur etiam culpoſum. Iacob. Ayrer. in tract. de homicid. part.* 2. *n.* 103. *verſ. ratio limitationis eſt. Plach. in epit. delict. lib.* 1. *c.* 10. *n.* 5. 6. 10. *Belviſ in pract. lib.* 1. *cap.* 13. *in gloſſ. & ipſum interfeciſſet. n* 8. *infr. verſ. & hoc probato. Farin. part.* 5. *oper. crim quæſt.* 126. *Hartman. Piſtor. obſervat.* 108. *Dec. conſ* 9. *n.* 1. *lib.* 1. *Marſil. conſ.* 7. *n.* 36. *& n.* 53. *Cœpoll. conſ.* 33. *n.* 27. *Alexand. conſ.* 140. *n.* 4. *lib.* 2. *Harpr. ad §. item lex Cornelia de ſicarijs, Inſt de publ. iudic. n.* 21. *Alciat. lib.* 1. *diſput. c.* 17. *Maſcard. de prob. concl* 864 *n.* 4. *& alij quam plurimi, quos Maſcard. allegat.*

24 Inter quos diſcordia eſt, quomodo de animo occidendi conſtari queat; Communiter tamen concludunt, animum occidendi exterioribus ſignis & coniecturis probandum eſſe: Marſil. *in l.* 1. *§. Divus n.* 36. *ff. ad L. Corn. de ſicar. gloſſ. in l.* 1. *in pr in verb Non occidendi animo. C. de ſicar. ubi etiam Cyn. n.* 2. *Salicet: n.* 4. *Cœpoll. conſ.* 31. *n.* 3. *verſ. & quod iſtud ſit verum. Carrer. in pract. de homicid. & aſſaſſ. § homicidij autem ſpecies, n.* 57. *&* 76. *Plach. in epit. delict lib* 1. *c.* 10. *n.* 7 *Menoch. de præſumption. lib.* 5. *præſumt.* 40. *n.* 3. *Farin. dict. quæſt.* 126. *n.* 93. *Maſcard. de probat. lib.* 2 *concl.* 864. *n.* 2 *& concl,* 1042 *n.* 10. *&* 11. *Iacob Ayrer. d. part.* 2. *n.* 100. *verſ. ergo dolus.* Quænam verò coniecturæ & ſigna ſint ſufficientia ad probandum hunc animum, latiſſimè tractant ac diſputant Dd. non parum ab invicem diſſentientes, ut videre licet apud Farin. *dict. q.* 126. *ubi* 53. *concluſiones hâc de re ponit.*

25 Econtra alii putant, animum occidendi in homicidio, utpote ex actu per ſe illicitè geſto, ſemper præſumi, atque ſic ex ipſo actu & facti atrocitate probari: *Albert. in l. §. Divus. n.* 3. *ff. ad l. Cornel de ſicar. Boſſ. in tit. de homicid. n.* 44. *verſ. ſed ſi non ſumus in rixa. Ant. Gomez. de delict. cap.* 3. *n* 17, *Hartm. Piſtor. dict. obſervat.* 108. 26 ita tamen ut hæc præſumtio aliis coniecturis tolli, & ex eis animum occidendi quem non habuiſſe, doceri queat, in tantum, ut etiam dolus & occidendi animus per proprium iuramentum Rei quandoq; purgari debeat, *Alexand. conſ.* 126. *in* 4. *vol. Marſ. conſ.* 61. *& conſ.* 69. *Ioan. de Arnano, ſing.* 44. *ubi plures allegat.* Quod tamen *Hartm. Piſtor. dict obſervat.* 108. tunc demum admittit, ſi aliquæ coniecturæ pro reo militent: Niſi enim ex coniecturis de innocentiâ Rei aliquo modo appareret, ſatis eſſet periculoſum, cauſam iuramento ipſius committere; Cum quilibet ut vitam redimeret, perjurii pœnam ſubiret, *Bertaz. conſil.* 85 *n.* 23. *lib.* 1. *& conſ.* 208. *n* 22 *Burſat. conſ* 271. *n.* 16. *Maſcard. d. prob de concl.* 864. *n.* 23.

27 Quandoq; etiam ſi de animo occidendi certò non conſtet, præcedentibus quibusdam indiciis & circumſtantiis, homicidam torqueri poſſe, an occidendi animo vulneraverit, vel nō, tradit *Burſ. in conſ* 271. *n.* 35. 37. *& ſeqq. Carrer. in pract in* 3. *tract de homicid & aſſaſſ in § homicidij autem ſpecies n* 70 *Claud. à Bertaz. conſ.* 85 *lit: b. lib.* 1. qui adhoc ut torturam deveniri poſſit, tria coniunctim requirit; videlicet malam famam percutientis: indicia animi occidendi: & quod pro reo contraria non adſint indicia.

Verun-

Deciſio affirmativa.

Veruntamen hiſce non obſtantibus, contrarium, quod videlicet is, qui alterum gladio percutit, nolens ipſum occidere, præter intentionem verò ei vulnus lethale infligit, ex quo mors ſequitur, pœnâ ordinariâ æquè puniri debeat, ac ſi habeat animum occidendi, defendit *Anton. Gomez. tom. 3. var. reſolut. cap. 3. num. 17. & 18. ex Bald & Salicet. in l. cum mandati. circa fin. C. mandat. Ægid. Boſſius tit. de homicidio, n. 71.. & ſeqq. Angelus in l. quoniam multa. C. ad L. Iul. de vi publica. Autor. Conſultat. Saxon. tom. 3. part. 4. q. 13. n. 25. & ſeqq. Toming. deciſ. 38. n. 9 & 25.*

Quorum ſententiam iuri ac veritati magis conſentaneam eſſe arbitror, eò quod percutiens gladio animo ſolum vulnerandi, æque in dolo eſt, & quia ſcit, aut ſaltem ſcire debeat, certo & deſtinato modo vulnus, præſertim gladio vel ſimili inſtrumento ad homicidium perpetrandum apto, dari non poſſe, in effectu negari nequit, quin talis habeat animum occidendi, ut cuius voluntas fertur in percuſſionem, & in omne id, quod ex percuſſione doloſâ immediatè contingit. Idque ut clarius fiat, pro confirmatione huius ſententię ſequentia adducam fundamenta:

29 Primò notum eſt, quod dans operam rei illicitæ, teneatur de omni eo, quod ſequitur præter illius intentionem & voluntatem, ſi nimirum cauſa ſit ordinata, & tendat ad ſubſequutum delictum, ita quod delicti autor veriſimiliter aut cogitavit, vel cogitare potuit, aut ſaltem cogitare debeat de eo, quod indè facilè ſucceſſurum erat, *l. quoniam multa C. ad L. Iul. de vi publ. ubi gloſſ. in verb. quoniam & in verb. continentur. Cuman. in l. 1 §. Divus, ff. ad Leg. Corn. de ſicar. & in conſ. 134. col. 2. ante finem, verſ. ad ſecundum. Aretin. conſ. 34. in fin. Marſ. conſ. 7. n. 5. & 8. Gozadi. conſ. 61. n. 3. Cœpoll. conſ. 33. n. 2. Andreas Gail. lib. 2. obſerv. 110. n. 38.* Vnde Dd. inferunt ad eum, qui propoſuit mittere incendium in unâ domo & immiſit, ſi ex dicto incendio aliæ fuerint combuſtæ domus, tenetur immittens de omnibus, quia veriſimiliter incendium tendebat ad comburendas vicinas ædes, *l. 1. §. ex incendio. ff. de incend. ruin. naufrag. ubi gl. Cuman. in dict. §. Divus. n. 3. & 4. Farin. p. 5. oper. crim. q. 126. n. 77. Dec. in l. contractus n. 47. verſ. & hoc procedit, ff. de reg. jur. ubi etiam Cagnol. n. 88. Salyc. in l. quod Nerva. ad finem. verſ. item Fallit. in l. quoniam multa Cod. depoſiti. Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſol. c. 3. n. 17.*

Quis autem negabit, eum qui percutit gladio hac intentione ut vulneret, dare operam rei illicitæ, præſertim cùm ſciat, vulnera ad menſuram dari non poſſe, ex iisq; immediatè ut plurimum mortem ſequi, *Boſſ. in pract. tit. de homicid. n. 74. circa finem.* Quo reſpectu percutiens gladio, etiam verſatur in dolo in genere; Doloſe namq; agit quod vulnerat, & ſic vulnerando 30 doloſè cauſam mortis præbet. In delictis autē puniendis ſufficere dolum in genere, tradunt Dd. comm *Bald in l. ſi quis n. 9. C. de Epiſc. & Cler. Tiraquell. de pœna temp. cauſ. 14. n. 3. in f. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. c. 27. Farin. p. 3. oper. crim. quæſt 87. n. 57. Gomez. var. reſolut. tom. 3. c. 3. n. 34. in f. & alij quos allegat. Tiraquell. dicto loco.*

Secvndò: voluntariè quoque occidere videtur non ſolùm is, qui animum habet occidendi, ſed & qui vulnerando cauſam præbet mortis: Fertur enim voluntas quandoque in actum homicidii directè & per ſe; qnandoq; indirectè & per accidens: Directè fertur voluntas in homicidium, quando quis animum habet occidendi, & hæc eſt perfecta, propriaq; homicidii malitia, *l. 1. C. de Sicar. l. 1. § Divus. ff. eod.* Indirectè autem & per accidens fertur voluntas in homicidium, quoties fertur in id, ex quo immediatè & per ſe non per accidens homicidium ſequitur: Nam in id, quod per accidens ſequitur, nullo modo fertur voluntas nec directè nec indirectè, *Covarr. ad Clem. V. conſt. de homicid. ſecund. part. relect. in pr. n. 2. ubi allegat.* S. Thom. *in l. 2. q. 76.* explicantem hoc exemplo: Quod ſcilicet cauſa peccati non ſit directè voluntaria, ſed indirectè & per accidens, quando quis vult bibere vinum immoderatè, fertur quidem voluntas tunc directè in potum immoderatum, indirectè autem & per accidens in ebrietatem, quæ fuit ſecuta directè & immediatè ex potione immoderatâ. Vnde ſequitur duplicem eſſe voluntatem committendi homicidii: 32 Directam, & indirectam; Illam habet, qui occidendi animo aliquem aggreditur; Hanc verò qui vulnus infligit, & quo immediatè ſequitur homicidium. Vtraq; autem voluntas in actum homicidii fertur. Ergò & utraque voluntas homicidio ſubſecuto pœnam pro eo impoſitam meretur. 31

Tertiò: Huc quoque facit textus *in c. f. de homicid. in 6.* ubi quis mandavit aliquem verberari, ita tamen ne occidatur, vel membrum abſcindatur, & mandatarius exceſſit modum & fines mandati, & offenſus mortuus eſt, mandans tenetur de homicidio. Additur ratio: Cum mandando in culpa fuerit & hoc evenire poſſe, debuerit cogitare. Vnde concludit Gomez *dicto. c. 3. n. 18.* quando aliquot delictum vel factum eſt tale, quod non poteſt regulari & modificari animo & voluntate delinquentis, imò eſt tale factum, quod veriſimiliter poteſt extendi ultra intentionem eius, tunc delinquens efficaciter tenetur, & punitur ex delicto ſecuto; licet habuiſſet animum minus delinquendi *Gomez. d. loco.* 33

Quartò: Similis ferè textus eſt in *l. ſi quis aliquid 38. §. qui abortionis 5. ff. de pœnis*, ubi is; qui dedit mulieri poculum amatorium causâ amoris & libidinis, ex quo fuit ſecuta mors mulieris tenetur pœna mortis. Cuius deciſi nulla alia ratio eſt, quàm quod is; qui homicidii vel alterius delicti cauſam dat; teneatur de cauſato homicidio vel delicto, *Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 126. n. 63. Gomez dict. c. 3 n. 17. Covarr. ad Clement. V. Conſtit. de homicid. ſecund. part. relect. in pr. n. 2.* Eaque ratio manifeſtè proba- 35 tur ex *l. nihil intereſt ff. ad L. Cornel. de ſicar.* ubi dicitur: *Nihil intereſt, occidat quis, an cauſam mortis præbeat. & ibi gloſſ. Harpr. ad §. item lex Cornelia; numero 17. 18. Inſtit. de public. judic;* 34

Quintò: Notandum etiam, quod iis in lo-
36 cis & textibus, in quibus de pœnâ homicidii a-
gitur, nullius prorſus diſtinctionis fiat mentio,
an delinquens animum occidendi habuerit,
vel non, ſed pœna gladii ſimpliciter in homici-
das conſtituitur; non autem præſumendum,
Legiſlatores notabilem eiusmodi diſtinctionẽ
(ſi locum haberet in delicto homicidii) in re
tanta, ubi de hominis vitâ agitur, ſilentio præ-
37 teriiſſe. Imò contrarium ex *articulis* 137. & 148.
Carolinæ Conſt. Criminalis colligi poteſt: In *art.*
137. enim hæc verba habentur: Ein ieder Mör-
der oder Todtſchläger / wo er deßhalben nicht
rechtmäſſige Entſchuldigung außführen kan/
hat das Leben verwircket/ &c. Quilibet ergò ho-
micida, ſive habuerit animum occidendi, ſivè
non, mortis pœnam luet, ſi non exceptione ſeſe
tueri poterit, tali nimirum, quæ iuſta & proba-
bilis eſt: veluti neceſſariæ defenſionis aut caſus
fortuiti, de quibus ſolùm in ſubſequentibus ar-
ticulis agitur, & quarum expreſſa ibi mentio
fit. Sic etiam in *artic.* 148. manifeſtè conſtitu-
tum: So etliche Perſonen mit fürgeſetztem und
vereinigtem Willen und Muth jemand bößli-
chen zu ermorden / einander Hülff und Bey-
ſtand thun / dieſelbe Thäter alle haben das Leben
verwürcket. So aber etliche Perſonen unge-
ſchickt in einem Schlagen oder Gefecht bey ein-
ander weren / einander helffen / und jemand alſo
ohne gnugſame Urſache erſchlagen würde / ſo
man denn den rechten Thäter weiß / von deß
Händen die Entleibung geſchehen iſt / der ſol als
ein Totſchläger mit dem Schwerd zum Todt ge-
ſtrafft werden/ &c. Ecce hic manifeſtè ii, qui ex
inopinato & de improviſo (ita enim vocabu-
lum ungeſchickt accipiendum eſſe, patet ex præ-
cedentibus) in rixâ ſive tumultu aliquem per-
cutiunt & occidunt, opponuntur iis qui ex
propoſito & deliberato animo occidendi ali-
quem interficiunt, & nihilominus, ſi de certo
homicidâ conſtet, eum gladio puniendum eſ-
ſe diſponitur. Vndè apparet manifeſtè, etiam
eos qui ex inopinato & non animo occidendi
aliquem percutiunt, & præter intentionem oc-
cidunt, pœnâ gladii affici debere.

38 Sextò: Eundemque ſenſum & explicatio-
nem habere videntur verba *artic.* 13. *lib.* 2. Landt-
recht: Die einen Menſchen ſchlagen/ fahen/ oder
berauben/ denen ſoll man allen die Häupter ab-
ſchlagen / &c. Non dicitur ibidem: Die einen
Mann tödten/ ſed potius, die einen Mann ſchla-
gen / ſcilicet zu tode / *juxta gloſſ. ſub lit. K.* Hoc
enim ſubintelligi debet. Idque à Compilatore
Iuris Saxonici, propterea verbis non expreſ-
ſum, quod ſatis viſum fuit, homicidam habuiſ-
ſe animum percutiendi, ſi mors fuerit ſecuta,
aliâs ſanè ſi animus occidendi neceſſariò requi-
reretur, eâdem facilitate vocabulum töden / vel
zu tode ſchlagen/ exprimi potuiſſet.

39 Septimò: Convenit quoq; hæc opinio cum
Iure Divino: I. *Geneſ.* 9. *verſ.* 6. *Quicunque ef-*
fuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis
illius. Quæ verba generaliter loquuntur abſq;
ullâ modi aut animi ſpecificâ determinatione,
modò quis ex propoſito percuſſerit, vel inſi-
dias ſtruxerit, juxta *Exod* 21. *verſ.* 12. 13. *Dn.*
Iohan. Gerhard. in loco de lege Dei cap. 4. *Sect.* 9.
n. 152. *II. Exod.* 21. *verſ.* 12. *Qui percuſſerit ho-*
minem & mortuus fuerit, morte moriatur. Vbi 40
benè notandum, quod dicitur, *Qui percuſſerit,*
non qui occiderit, nempè quod ſufficiat, homi-
cidam habere animum percutiendi, ſi mors ſe-
quatur *III. Num.* 35. *vſ.* 16. *Si quis ferro percuſſerit,*
& mortuus fuerit, qui percuſſus eſt, reus erit homi- 41
cidij. verſ. 18. *Si ligno quo interfici quis poſſit, per-*
cuſſus interierit, percuſſoris ſanguine vindicabitur,
&c. Qui textus etiam de ſolâ percuſſione loqui-
tur, hocque innuit, quod is, qui tali inſtrumen-
to, quo quis interfici poſſit, pœnæ mortis ſub-
ijciatur, ſcilicet, quod percuſſit tali inſtrumen-
to, quo communiter quis interficitur, licet de-
ſit animus occidendi.

Octavò: & ſanè ſi aliud diceremus, res eſſet 42
peſſimi exempli, & infinita homicidia rema-
nerent impunita, *Ægid. Boſſ. de homicid. n.* 71.
in fin. Quilibet enim homicida quò mortis pœ-
nam effugeret, hâc exceptione ſeſe tueri poſ-
ſet, dicens; ſe non habuiſſe animum occiden-
di, neque putaſſe, mortem exinde eventuram.
Quod & poſtea leviuſculis quibusdam præ-
ſumptionibus hincinde congeſtis, ope & auxi-
lio Advocatorum, quorum ſtudium plerumq;
eſt lites ac inquiſitiones protrahere, tractu
temporis præſertim colorare ac contra verita-
tem defendere, ipſi haud difficilè foret.

Et ſecundum hanc ceu veriorem opinionem in Sca-
binatu Electorali Lipſienſi quotidiè pronuncia-
tur hiſce formalibus.

Ob nun gleich *Inquiſit* zu ſeinem Behelff fürge- 43
wandt/ daß er ſolche Stiche nit der Meinung
gethan/ ihm gäntzlich zu entleiben/ ſondern jhm
nur ſonſten ein Zeichen zu geben; Do er aber
dennoch uff ſeinen gethanen Bekantnuß für
Gericht freywillig verharren / oder deß ſonſten
wie recht überwieſen würde / ſo möchte er von
wegen ſolcher begangenen und bekandten
Entleibung ſeines gethanen Fürwendens un-
geachtet / hinwiderum mit dem Schwerd vom
Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W.
Ad requiſitionem Quæſtoris in Freyburgk / *M.*
Maio Anno 1596.

Simili ferè modo pronunciatum cum M. R. percuſ-
ſerat ligno G. K. ex qua percuſſione, ſubſequenti 44
die mors fuerat ſubſequuta:

Ob nun wol der Gefangene zu ſeinem Schutz angefüh-
ret / daß es nicht fürſetzlichen von jhm geſchehen/ in
Gemüth und Meinung den Entleibeten umzubrin-
gen / ſondern er hette jhm nur vorgeſetzt/ dem jeni-
gen ſo jhme einen Stoß gegebẽ/ widerum einen bey-
zubringẽ: Dieweil aber gleichwol G. K. darüber entlei-
bet worden / ꝛc. So mag der Gefangene/ wofern er
uff ſeinen gethanen Bekantnuß für öffentlichen Ge-
hegten peinlichen Halßgerichte freywillig verharren/
oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ hinwi-
derum mit dem Schwerd vom Leben zum Tode ge-
ſtrafft werden / V. R. W. *Ad petitionem Quæſtoris*
Torgenſis, M. Octob. Anno 1614.

Pari ratione M. G. qui I. B. ſecuri parva graviter 45
ferierat & occiderat, ad ultimum ſupplicium
condemnatus, licet exciperet, ſe non exiſtimaſſe,
ex percuſſione iſtâ mortem ſecuturam, hiſce for-
malibus:

So möchte Er wegen ſolcher begangenen und bekanten Entleibung ſeines fürwendens ungeachtet / daß er nemlichen keinen Groll zu dem Entleibten gehabt/ un̄ nicht vermeinet/ daß der Schlag ſo übel gerathen ſolle/ weil der Schaden tödlich geweſen/ und darfür erkant worden/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Tod gerichtet und geſtrafft werden / V R W. An Bürgermeiſter und Rathmanne zu Brünzelaw/ *M. Mart. Anno* 1625.

46 *Sic quoq; pœna gladii fuit dictata S.K. qui P. S. per inflictionem vulneris interfecerat, non habita ratione oppoſita exceptionis quod non habuiſſet animum occidendi, ſed ſolùm vulnerandi. Ad requiſitionem Præfecti VVeiſſenfelſenſis, M.* Iun. *Anno* 1624.

47 *Item, cum G.M. cultro C.H. vulnus infligendo cor ipſius perfodit, ad ultimum ſupplicium fuit condemnatus, non obſtante, quod non putaſſet, rem ita eventuram.* An Schöſſer zu Wolckenſtein/ *M. Iun. Anno* 1610.

48 *Simili modo pronunciatum ad requiſitionem Quæſtoris in VVeiſſenſee, quando K. Z. occidit L. C. eademq; exceptione, quod videlicet talem eventum non ſomniaſſet, ſeſe tueri voluit. M. Iul. Anno* 1602.

49 *It Cum L L. & M. S. inſidias ſtruxerant H.K. ipſumq; percuſſerant lignis, non animo occidendi, & tamen præter intentionem percuſſus exinde mortuus fuerat, ambobus pœna gladii fuit dictata. Ad conſultationem Quæſtoris* zu Sonnewalda, *M. Febr. Anno* 1607.

50 *Eadem Exceptione non obſtante, S.K. qui globulo A.P. occidit, ad mortem condemnatus fuit ad requiſitionem Prætoris* Lipſenſis. *Menſe Mart. Anno* 1624.

Reſponſio ad contraria argumenta pro negativa ſententia adducta.

51 Neque huic ſententiæ adverſantur rationes & jura, pro confirmatione contrariæ opinionis ſupra adducta.

Primum enim facilimè concedo, quod in homicidio puniendo perinde ac in cæteris delictis, in quibus pœna mortis obtinet, dolus requiratur, nec lata culpa dolo æquiparetur, *l in l. Cornelia ff. ad L. Cornel. de ſicar. l. 1. C. eod l. qui iniuria, ff. de furt. l. quod Reipublicæ, ff. de iniur. l. cum autem. §. excipiuntur ff. de ædil edict.* 52 Sed eum qui pravo animo aliquem percutit gladio, vel alio ſimili inſtrumento, licet non animo occidendi, non verſari in dolo, ſimpliciter nego ac pernego: Doloſè ſiquidem agit, dum alium pravo animo percutit. Cum dolus juxta Baldum *in l. quæ fortuitis n. 5 C. de pignor. act. ſi ars nocendi contra naturam*, hoc eſt, contra amicitiam naturalem: doloſè quoque agit, quod percutit gladio vel ſimili inſtrumento, quo communiter ictus & vulnera lethalia infliguntur, ex quibus mors neceſſariò ſequitur; adeoq; homicidium hoc maximè doloſum eſt, non culpoſum. Licet enim in percutiente dolus non ſit directꝰ in ipſummet homicidium, attamen ille actus doloſus, ſcilicet percuſſio, quæ fit gladio vel ſimili inſtrumento, ex propria vi ac natura maximè tendit in periculum mortis. *Covarr. ad Clem. V. conſt. de homicid. ſecund. part. relict. in pr ſub n. 3. Boſſ. de homic. n.* 71.

Et ita percutiens etiam ratione homicidii in dolo eſt, ut qui ex qualitate facti præcedentis & ſequentis arguitur, *l. dolus C. de reſcind. vendit.* juxta dictum Senecæ: *Nil prodeſt quo animo feceris, ſi quod feciſti vitioſum eſt, arg l. un. in pr. C. de rapt. virg. Angel. Aretin. de maleſic. ſub rubr. de homicid. n. 8. p.* 203. Et dolo malo delinquit, qui per nequitiam quid facit, propter quod capite puniendus eſt, *l. cum autem 23. §. 2. verſ. capitalem, ff. de ædil. edict.*

53 Ex quo apparet, malè à Dd. animum doloſū in homicidio definiri per animum occidendi; Etſi enim is qui animum pravum occidendi habet, ſemper in dolo verſetur, non tamen contra is, qui in dolo verſatur ſemper animum occidendi habet, *iuxta ſupra dicta*, adeoq; hæc duo minimè ſunt confundenda, ſed potius ita ſtatuendum: In homicidio quo pœna gladii locum habeat, ſemper requiri animum doloſum, quē habet is qui vel animo pravo occidendi aliquem interficit, vel etiam doloſè (abſq; animo occidendi) percutit aut vulnerat, unde poſtea mors neceſſario ſequitur.

54 Secundò non obſtat, quod in delictis attendatur animus & voluntas, non autem exitus & veritas, *per iura ſupra allegata*; Quia hoc verum eſt ſolùm in eo, qui omninò habet animum nō delinquendi, talis enim non tenetur de omni eventu & exitu, quia contra eius voluntatem contigit; & iſto caſu non veritas actus, ſed agentis intentio inſpicitur: Secus autem in eo qui habet animum delinquendi, ſed non tantum, quantum poſtea ſubſequutum fuit, qualis tenetur de omni exitu & eventu, & ſic non voluntas, ſed veritas attenditur, prout hoc ita declarat Bar. *in l. Divus Adrianus ante nu.* 1. *ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. Tiraquell. de revoc. donat. in verb. revertatur. n.* 353. ubi & hanc limitationem declarat, non procedere in pœnis impoſitis ipſo jure, in quibus etiam iſto caſu non magis inſpicitur opinio delinquentis, quàm veritas ſeu exitus, *Ang. Aretin. de malef. ſub rubr. de homicid. n. 8.*

Præterea, eum quoque qui vulnerando vel percutiendo cauſam mortis præbet, voluntariè occidere, dictum *ſupra num.* 31. quod hîc repetendum, & præſertim id, quod voluntas feratur in homicidium etiam tunc, quando fertur in id, ex quo immediatè & per ſe, non per accidens homicidium ſequitur, ex *Covarr. ſupra allegato.*

55 Tertiò non refragantur textus in *l. 1. §. 3. ff. ad L. Cornel. de ſicar. l. 1. l. eum qui 5. C. eod tit.* qui omnes loquuntur de homicidio caſu fortuito perpetrato, ubi nullus intervenit dolus, de quo hîc non agimus. Benè enim ab invicem ſunt diſtinguenda hæc tria: Animo occidendi percutere: Doloſe percutere tali inſtrumento, quo homicidium communiter committi ſolet: Et ita percutere vel committere quid, unde homicidium culpoſum vel caſuale ſequitur. Caſibus autem ſolùm duobus prioribus pœna gladii pro homicidio imponitur, non etiam caſu poſteriori in homicidio culpoſo vel caſuali, de quo prædictos textus accipiendos eſſe, ipſiſſima verba legum innuunt. Etſi enim in *d. l. 1. §. 3. ff. ad L. Cornel. de ſicar.* ab initio ſimpliciter

dicatur, *eum qui hominem occidit, ſi non occidendi animo hoc admiſit, abſolvi poſſe*, poſtea tamen *in fine* §. hoc reſtringitur ad eum qui in rixa caſu (ita enim legendum ſecundum *Gothofr. d. loco*) magis, quàm voluntate homicidium admiſit. Sic etiam *l. 1. C. eod tit.* non niſi de homicidio caſu perpetrato exaudiendam eſſe, expreſſiſſima verba textus ſuadent, quando in fine *d. l.* 1. dicitur: *Cæterùm ea, quæ ex improviſo caſu potius, quàm fraude accidunt, fato plerumq; non noxæ imputantur.* Alium ſenſum eſſe *L. 5. C. eod tit.* tantum abeſt, ut etiã *princ. d. l. 5.* expreſſiſſimis vetbis de caſu fortuito loquatur.

56 QUARTÒ: Ad *L. 3. §. 2. ff. ad L. Corn de ſicar.* quod attinet, Reſpondet Covarr. *ad Clem. V. de homicid. ſecund. part. relect. in pr. n.* 3. agi ibidem de eo caſu in quo poculum datur ad conceptionem, quod non periculoſum eſt, quippè quod confici ſoleat ex his, quæ vires corporis augent, hominesq; & fœminas naturâ debiles medicamine ipſo fortiores ad generationem reddit. Quâ ratione non ita tendit actus hic voluntate comprehenſus in periculum mortis, ut tendit ille, quo quis doloſè percurrit vel vulnerat, ſciens ex eiusmodi percuſſione aut vulnere mortem ut plurimum ſequi: Quam Reſponſ. confirmat *l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis ff. de pœn.* ubi is, qui mulieri poculum amatorium dat, ultimo ſupplicio afficitur; Nimirum quod dare poculum amatorium res eſt per ſe illicita, quæ tendit in periculum mortis, perinde ut percuſſio doloſa, quæ fit gladio vel inſtrumento, quo plerumque homicidium committitur, licèt deſit animus occidendi.

58 QVINTÒ: Non adverſatur *Conſt. Crimin. Carol. art. 146.* qui æquè ut textus ſuprà dicti Iuris Civilis *non de homicidio doloſo*, de quo nobis ſermo eſt, ſed *caſu fortuito* perpetrato loquitur; id quod non ſolùm ex verbis *d. art.* (von ungeſchickten gantz ungefährlicher weiſe) apparet; verùm etiam ex ſubiectis exemplis: veluti barbitonſoris, qui tondendo aliquem ab alio vehementer concuſſus collum cultro tonſorio abſcindit; & eius qui in loco ſolito ſagittans ictu ſclopeti pertranſeuntem occidit, clariſſimum eſt.

58 SEXTÒ: Nihil quoque pro confirmandâ opinione contraria facit, quod de civitatibus refugij Iſraelitarum ex Bibliis adducitur; Quia civitates iſtæ non in gratiam homicidiarum, qui dolo aliquem percuſſerant, conſtituebantur, ſed ut in illis commorarentur uſq; ad mortem Summi Sacerdotis ij tantum, qui ex caſu inopinato vel fortuito aliquem occidiſſent, prout de hiſce ſacri textus expreſsè loquuntur, ut Exod. 21. *verſ.* 12. & 13. *Qui non eſt inſidiatus, ſed Deus illum tradidit in manus eius.* Caſu. Numer. 35. *v. 22. Quod ſi fortuitò abſq; odio & inimicitijs quicquam horum fecerit.* Deut. 19 *v. 4. 5. 6. Qui percuſſerit proximũ ſuum neſciens, & qui heri & nudius tertius nullum contra eum odium habuiſſe cõprobatur, ſed abiiſſe cum eo in ſylvam ad ligna cædenda, & ſucciſione lignorum ſecuris fugerit manum, ferrumq; lapſum de manubrio amicum eius percuſſerit, & occiderit, hic ad unam ſupra dictarum urbium confugiet & vivet.* Ioſ. 20. *verſ.* 5. *Quia ignorans percuſſit proximum ſuum.* Qui textus Biblici ſolùm loquuntur de eo, qui vel ignorans percuſſit, vel caſu fortuito occidit, adeoque ad alios qui doloſè & ex propoſito aliquem percutiunt, extendi non debent, *Dn. Ioh. Gerhard. in loco de lege Dei cap. 4. ſect. 9. n.* 157.

59 Septimò: Quod denique de magno numero Dd. contrarium ſtatuentium affertur, iſtud parum adverſatur: Cum textibus & rationibus quibus noſtra opinio innititur, magis inhærendum ſit, quàm autoritatibus & ingenti numero Dd. Præſertim cum hæc noſtra opinio etiam uſu & in Scabinatu Electorali ſit recepta, ut ex præiudiciis *ſupra adductis* conſtat. Contraria verò opinio vel exinde ſolùm periculoſa eſt, quod Authores & Defenſores iſtius diſcrepant, quomodo de animo occidendi conſtare poterit, ſi inquiſitus hoc ſpontè non confiteatur. Alii enim coniecturis & præſumtionibus, de quib⁹ tamen & [illegible] illæ ſint, ipſimet non conveniunt, multum ponderis tribuunt; Alii verò ad iuramentum purgatorium; Alii deniq; ad torturam hoc caſu iudicem devenire poſſe exiſtimant. Quorum tamen neutrum extra periculum eſſe videtur.

60 Non enim ex præſumptionib⁹ & coniecturis criminaliter quis condemnari poteſt. *l. abſentem, in pr. ff. de pœn. ubi gloſſ. & Bart. col. 1. & in l. quod Nerva, n. 15. in f. ff. depoſit. Bald. in l. milites. n. 5. C. de quæſt. Boer deciſ. 164. n. 1. Gramm. conſ. 13. n. 37. Decius conſ. 189. n. 3. & 15. Boſſ. in tit. de convict. n. 16. Farin. p. 3. oper. crim.* 61
q. 86. n. 1. Et quid ſi præſumtiones pro utraq; parte adſint contrariæ, *Far. p. 5 oper. crim. q. 152 n. 99*

Non facilè etiam iuramentum purgatorium Reo vel inquiſito imponendum, quia præſumptio iuris, quod videlicet animo occidendi percuſſerit, militat contra ipſum; quo caſu non credendum aſſertioni iuratæ, *Bart. in l. inter omnes. §. rectè ff. de furt. Anton. Gomez. var reſolut. tom. 3. c. 3. n. 26.* Præterea & hoc ipſum valdè periculoſum eſt ob metum periurii, cuius pœnam ut vitam redimat; quilibet facilè ſubiret, *Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 864. n. 23. Hart. Piſtor. obſ.* 108. *Burſat. conſ.* 271. *n.* 16.

62 Neque ſemper ad torturam hoc caſu iudex ſecurè devenire poteſt, præſertim ſi pro utraq; parte adſint contrariæ præſumptiones, quo caſu una aliam tollit. *Cœpoll. conſ. 31. n. 8. & 9. Blanc. in pract. crim. §. iis ſi præmiſſis. n. 5. fol. 124. Bertaz. conſ. 208. n. 10.* Et quid ſi coniecturæ ac præſumptiones ſint æquales, *Bertaz. dict. conſ. 208. n. 10.*

62 Veriſſima ergò manet hæc noſtra ſententia, quod nimirum pœnâ gladii ſeu ultimo ſupplicio afficiendus ſit non ſolùm ille, qui animo occidendi aliquem interfecit, ſed & is qui doloſo ac pravo animo percuſſit gladio, nolens ipſum occidere, ſi mors ſubſequuta fuerit

Quæ tamen ſententia patitur limitationem: *Limitl.*
Primò: Si caſus eveniat, in quo homicida non potuiſſet à principio neceſſariò cogitare mortem, quæ poſtea ſecuta fuit. *Boſſ. de homicid. ſub. num. 73.* Veluti, ſi quis nolens occidere percutiat alium tali inſtrumento, vel tali

modo, quo quis perrarò interficitur, & tamen mors contingat, ut ſi quis alium ictu lapidis, vel alapâ occidat. Cum enim, ut ſupra dictum, homicida propterea dicatur in dolo verſari, quod percutit gladio vel alio inſtrumento, quo communiter & neceſſariò quis interficitur, ſequitur exinde, quod percutiens tali modo; quò rariſſimè mors contingit, doloſè non occidat, adeoq; iſtud homicidium magis culpoſum quam doloſum habeatur, ita ut non ſolùm pœna extraordinaria locum obtineat. De quo caſu, vid. plura *infra quæſt.* 3.

63 *Limit. II.* *Secundò:* Fallit hæc opinio, quando ex percuſſione doloſâ, quæ tamen fit abſque animo occidendi, homicidium non per ſe, ſed accidẽs ſequitur. Veluti ſi quis aliquem percutiat gladio, vel ligno, & percuſſus cadens in terram frangat collum, vel ſi vulnus non eſt lethale, nihilominus tamen vulneratus, vel ob defectum curæ, vel ob alia ſymptomata accedentia moriatur: Quo caſu homicida ordinariâ pœnâ non eſt afficiendus, *Boſſ. de homicid. ſub. n.* 75. *Covarr. ad Clem. V. de homic. ſecund. part. relect. in* §. 1. *ſub n.* 2. Supra dicta enim (quod nempè danti operam rei illicitæ imputari debeat, quicquid fuerit præter eius intentionem ex eo actu ſecutũ) procedunt tantùm, quantum ad ſubiectum, circa quod verſatur ipſa malitia illicitè operantis, & quantum ad ea, quæ illi obiecto per ſe immediatè junguntur, aut neceſſariò ſequuntur, non autem quoad illa, quæ per accidens oriuntur à re illa malâ, cui opera datur: quia illa quæ per accidens eveniunt, ex opere aliquo, & tanquam effectus remoti proveniunt ab illo, non imputantur agenti, nec ad malitiam, nec ad bonitatẽ, *Covarr. d. loco.* de quibus videantur plura *infra q.* 27. ubi de homicidio culpoſo & caſuali agetur.

QVÆSTIO II.

In qua demonſtratur, nullam habendam eſſe differentiam atq; reſpectum perſonarum circa irrogationem pœnæ in crimine homicidii.

SVMMARIA.

1. *Regula ponitur generalis de pœna homicidii Reis irrogandâ.*
2. *Pœna homicidij reſpectum perſonarum non admittit.*
3. *Nobiles mitius puniri debent, quàm ignobiles ac vilioris conditionis homines, n.* 5. *ſed in pœnis tantummodo arbitrariis n.* 12.
4. *Maximè quando de pœna agitur corporali.*
6. *Deportationis pœna hodiè in deſuetudinem abiit*
7. *In cuius locum ſucceſſit pœna arbitraria.*
8. *Nobilitas à pœna homicidii neminem excuſat.*
9. *Nec de Iure Divino Sanctione Carolinâ aut Iure Saxonico n.* 10. 11.
13. *Delinquentes in dignitate aliqua poſiti, graviorem pœnam merentur.*
14. *Explicatio L.* 3. §. *Legis Corneliæ, & l. pen. ff. ad Leg. Corn. de ſicar.*
15. *Quando pœna arbitraria ad mortem extendi poſſit.*
16. *Clericus de Iure Canonico ob commiſſum homicidium deponendus, & in monaſterium detrudendus eſt. n.* 17.
18. *Clericus à judice Laico judicari nequit.*
19. *Ex tranſactione Paſſavienſi jurisdictio Pontificis Eccleſiaſtica apud Status Imperii proteſtantes eſt ſuſpenſa.*
20. *De quibus cauſis Clericorum Conſiſtoriales judicant.*
21. *De Iure Divino Clerici à poteſtate Magiſtratus politici exempti non ſunt.*
22. *Circa irrogationem pœnæ nullus habetur reſpectus quoad perſonam occiſi.*
23. *Appellatione hominis veniunt etiam fœminas atq; infantes.*
24. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
25. *Quænã ſit pœna* ἀυτοχειρίας *n.* 29. 34. 35. 37. 38.
26. *Omni iure* ἀυτοχειρία *eſt prohibita. n.* 28.
27. *Explicatio L.* 9. §. 7 *ff. de peculio.*
30. *In cadaver occiſi non animadvertendum. n.* 33.
31. *Canina ſepultura habetur loco pœnæ.*
32. *Improbatur conſuetudo carnificum quorundam, bona Rerum* ἀυτοχειρίας *ſibi arrogantium.*
36. *Reo de crimine confeſſo in carcere ſemetipſum interficiente, num in cadaver ipſius ſæviendum ſit?*
39 *Sententia Scabinorum Lipſenſium n.* 40.
41. *Ex cauſa probroſa ſemetipſum vulnerans pœna haud effugit n.* 42. 44. 45. 46.
47. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n.* 48 49.
50. *Explicatio L.* 38. §. 2. *ff. de pœn. & l. omne delictum.* §. 7. *ff. de re militari.*
51. *Quomodo conatus in homicidio puniri debeat, effectu non ſubſequuto, n.* 43. 52. 53. 54. 55.
56. *Quid iuris in foro Saxonico.*
57. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n.* 58.

Satis & luculenter, opinor, probatum fuit, quæſtione præcedente, gladio puniendum quoque eſſe eum, qui doloſè aliquem occidit, etiamſi animum & propoſitum occidendi non habuerit, unde Regulam conſtituo generalem: 1 Quod Pœnâ homicidii univerſaliter teneantur omnes, qui doloſè aliquem percutiunt & occidunt.

Quæ Regula generaliter ita poſita certis quibusdam Ampliationibus explicanda erit. 2 Ac *Primò* quidem amplianda ea eſt in omnibus

bus indifferenter Reis homicidii doloſi, ita ut in pæna homicidii irroganda, nullus perſonæ tam occidentis quàm occiſæ reſpectus haberi debeat, ob generalitatem textus *in l. 3. C. de Epiſcop. audient. Levit. 24. Matth. 26 & Apocal.* 13. Qui certè textus generaliter loquuntur, ac omnes indifferenter homicidas morte puniri jubent. Quò & verba manifeſta *Ordin Crimin. Carol. artic.* 137. reſpiciunt, ibi: **Ein jeder Mörder oder Todtſchläger hat das Leben verwürcket.**

Q. I. Quomodo Nobiles in Crimine homicidii ſint puniendi.

Hinc infertur: *Primò*: Nobiles & Illuſtres 3 perſonas pænâ homicidii æquè teneri ac ignobiles atque plebeios. Quòd tamen primâ facie dubio non caret. Regula ſiquidem ab Interpp. juris communiter recepta eſt: Quod Nobiles, divites & digniores mitius puniantur, quàm ignobiles, pauperes, aliivè vilioris conditionis homines: Quam regulam probant, *l. Pedius* 4 *§. 1. ff. de incend. ruin. & naufr.* in verb. *Liberos quidem fuſtibus cæſos in triennium relegabis, aut ſi ſordidiores erunt, in opus publicum eiusdem temporis dabis.* Et paulò poſt: *Et omninò ut in cæteris, ita in huiusmodi cauſis ex Perſonarum conditione & rerum qualitate diligenter pænæ ſunt æſtimandæ l. fin.* ibi: *ſi humiliore loco. ff. eod. l. annonam, §. pæna autem*, ibi: *humiliores ad opus publicum dati ff. de ſepulch. violat. l. aut damnum 8. § in miniſterium ff de pœnis.* Vbi pro delicto, pro quo mulier poteſt in metallum damnari, ſi nobilis fuerit, talem pænam pati non debet, *l. ſacrilegii pœna, §. 1.* ibi: *aut ſi honeſtiori loco natus. ff. ad L. Iul. peculat. c. fin.* ibi: *volentes tamen Nobilitati favere ubi gloſſ. in verb. Nobilitati Hoſtienſ. n. 7. Abb. nu. 4 extr. de pœn. Felin. in c. Paſtoralis, n. 1. verſ. ſed regula ſit. de off. delegat. Tiraquell. de pœn. temp. cauſ.* 31 *n. 1. Salyc. in l. ſervos, n* 4. *in pr. iunct. verſ. ſi autem dignitas non auget delictum. C. ad Leg. Iul. de vi public. Gramm. deciſ.* 32. *n. 2. Petr. de* Bella *Pert. in l. nemo, col* 1. *verſ. ſed opponitur. C. de Summ Trinit. & fide Cathol. & alii à Tiraquell. dicto loco allegati.*

4 Quod maximoperè verum, quando agitur de pæna corporali, *Farin. par.* 3 *crim. quæſt.* 98. *n.* 102. *Salycet. d loco Foller. in pract crim. cap.* 16. *n.* 11. *Covarr. variar. reſolut. lib. 2. cap. 9. n. 3. Cæpoll. conſ crim* 39. *n. 23. Clar. in pract. § fin. quæſt.* 90. *verſ. prodeſt. etiam Roland conſ* 63. *n* 15. *& ſeq. libr.* 3. *Petr. à Plach. in epitom. delictor. lib.* 1. *cap. 1. n. 23.*

Idemq; obtinere in delicto homicidij, tex- 5 tus eſt expreſſus in *l* 3 *§ legis Corneliæ. ff. de ſicar.* ibi: *Legis Corneliæ de ſicariis pœna, inſulæ deportatio eſt, & omnium bonorum ademptio, ſed ſolent hodiè capite puniri, niſi honeſtiore loco poſiti fuerint, ut legis pœnam ſuſtineant, humiliores enim ſolent vel beſtiis ſubijci, altiores verò deportantur in inſulam.* Et in *l. qui cædem pen. ff. eod. tit.* ibi: *Qui cædem admiſerunt ſponte, dolove malo, in honore aliquo poſiti deportari ſolent, qui ſecundo gradu ſunt, capite puniuntur, &c.* Ex quibus manifeſtè conſtat, in Nobilibus alijsq. perſonis in dignitate quâdam conſtitutis, pœnam homicidij nõ eſſe gladij ſeu ultimi ſupplicij, ſed deportationis in Inſulam.

Et quamvis deportationis pœna hodiè ab 6 aula receſſit, ut poſt alios, quos allegat, teſtatur Iul. Clar. *in pract. §. fin. quæſt.* 67. Non tamen illius loco ſucceſſit decapitatio & ſic pœna mortis, prout tradit Rom. *ſing.* 574. Sed vel exilium, 7 vel alia pœna arbitraria, Iul. Clar. *d. quæſt.* 67. *Menoch. de arbitr. iud. quæſt. lib. 2. caſ.* 330. *num.* 5. *Petr. a Plach, in epitom. delict. c.* 44. *n.* 1 *verſ. & primò huic rei, &c. Guido Papæ deciſ.* 422. 423. *Farin. p. 1. crim quæſt.* 19. *n.* 15. *Corn lib.* 3 *conſ.* 175. *col.* 3 *Rol. conſ.* 38. *nu* 15. *lib.* 1. adeoque Nobiles in crimine homicidii non pœna gladii ceu pœna homicidii ordinaria, ſed vel Relegatione, ſive exilio, vel etiam aliâ pœnâ arbitrariâ afficiendi erunt, *Gomez. tom. 3 var reſolut. c. 3. n. 2. Hyppol. de Marſil. ad l. 3. §. legis Corneliæ. ff. ad l. Corn. de ſicar.*

Deciſio quæſtionis.

At verius eſt, in crimine homicidii à pœna gladii nullam excuſare dignitatem, ſed Nobiles aliosve honeſtiore loco poſitos, perinde ac humiliores ultimo ſupplicio afficiendos eſſe.

8 Idque 1. ob textum in *l. Nemo deinceps* 3. *C. de Epiſcop. audient.* ubi expreſſis verbis dicunt Impp. *Homicida, Parricidaque quod fecit ſemper expectet*, ubi maximè ponderandum verbum *(ſemper)* quod non admittit Perſonarum differentiam, *Iacob Boulen. in repet. l. capitalium. §. famoſos, n* 60 *iunct. n.* 73 *& ſeqq, ff de pœn.* præſertim quando de delictis agitur, in quibus leges magis reſpiciunt commodum publicum, quàm Perſonarum qualitates; *Nihil enim refert*, inquit Ariſtot. *probusne vir malum, an malus probum ſuo privarit, neque probus an improbus adulterium cõmiſerit, ſed ad ſolam nocumenti differentiam lex ſpectat, perindeque perſonis utitur ac ſi æquales ſint, ſi ille iniuriâ afficiat, hic afficiatur, hic lædat, ille lædatur. 5 Ethicor.* 4.

9 2. Cum quo convenit Ius Divinum, quod inter Nobiles & ignobiles, divites ac pauperes, digniores & minus dignos ſive humiliores, planè non diſtinguit, ſed quibusvis homicidis abſque omni reſpectu pœnam mortis pro commiſſo homicidio imponit: ut Gen. c. 9 *Quicunque effuderit ſanguinem humanum, effundetur ſanguis eius, &c.* Vbi notandum benè vocabulũ (*Quicunque*) quod neminem excludit, *Iac. Boulen. in d. l. capitalium, §. famoſos. ff. de pœnis. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt* 119. *n.* 17 *Levit.* 24. ibi: *QVI percuſſerit & occiderit hominem, morte moriatur, &c.* It: *Si QVIS per induſtriam occiderit proximum ſuum, &c.* Matth. cap. 26. Ibi: *OMNES, qui gladio ferierint gladio peribunt, &c.* Apoc. 13. *QVI gladio occidit, oportet eum gladio occidi, &c.* Sanè hi textus omnes generaliter loquuntur, omnemque reſpectum Perſonarum reſpuunt. præſertim cum & quintum Dei præceptum: *Non occides*, ſit univerſale, & Nobiles æquè atque ignobiles obliget, *Dn. Gerhard. in loco de Lege Dei. c. 4 ſect. 9. n.* 152. Hinc Davidi Regi ob homicidium in Vria commiſſum, gladii pœnâ annunciatur, N*on recedet*, inquit Nathan Propheta, *gladius de domo tua usq; in ſempiternũ.* Reg. 2 c. 12. *n.* 10. Et licèt Ioab Nobilis atq; in Dignitate militari ſummâ conſtitutus erat, attamen occiditur à Salomone Rege, ob ſanguinem innocentem ab ipſo, tempore pacis effuſum.

ſum. *Reddet* Dominus,inquit Salomon,*ſanguinem eius ſuper caput eius,quia interfecit duos viros iuſtos,melioresque ſeſe,& occidit eos gladio. Reg.3. cap.2.n.31.32.* Et Elias Propheta Regem Achabum ob homicidium in Nabotho commiſſum hiſce verbis increpat:*Occidiſti & poſſediſti, dicit Dominus,in hoc loco in quo linxerunt canes ſanguinem Nabothi , lambent quoq; ſanguinem tuum. Reg.3.c.21,n.19.*

10 3. Conſtitutio quoque Carolina Criminalis in homicidii pæna differentiam inter perſonas Nobiles & ignobiles, aliasque in dignitate illuſtri conſtitutas,planè non admittit,ita enim *art. 137.dict.conſt.* habet : **Ein jeder Mörder oder Todſchläger/ wo er deßhalben nicht rechtmeſſige Entſchuldigung außführen kan / hat das Leben verwircket.** Vbi ponderandum vocabulum (**Ein jeder**) quod tàm generale eſt, ut omnes omninò,ſive Nobiles, ſive ignobiles, divites vel pauperes ſint, absque dubio comprehendat.

11 4. Idemque diſponit Ius Saxon. **Landrecht/** *lib.2.art.*13.ibi: **Die einen Mann ſchlagen/und fahen oder berauben/ oder brennen/ ꝛc. denen ſoll man allen die Häupter abſchlagen.** Si ergò omnes ob commiſſum homicidium capite plectendi,utique Nobiles,qui ſub vocabulo generali æquè comprehenduntur,ab hac pœna non ſunt excepti. Maximè cum & aliàs pœnæ ſint imponendæ ſine delectu perſonarum, *c.ea quæ §.1.de ſtat.Monach.ubi Hoſtienſ.n 8.&9.*& in judiciis non habenda acceptio perſonarum, *c.in iudiciis de Reg.jur. in 6.*

12 Neque hiſce adverſatur ſupra adducta Regula,quæ Nobiles mitius quàm ignobiles puniri vult; Ea enim ſolùm procedit in pœnis arbitrariis & non uniformibus,quæ ſcilicet ex qualitate perſonarum diſtinguendæ ſunt per Iudicem: Secus autem in pœnis uniformibus & taxatis à Lege vel Statuto in quibus non eſt habenda diſtinctio perſonarum, *Bald.in l.nemo Clericus,n.1 in 4.notat.C.de Summ.Trinit.& fide Cathol,Salycet.in l.ſervos,n.4.C.ad L.Iul.de vi publ. Tiraquell.de pœn.temperand.cauſ.31.n.34 & 35.Foller.in pract.crim.c.16,n.18.Cæpoll.conſ.crim.39.ſub n.24.* In crimine autem homicidii pœnam uniformem tàm in Iure Divino , quàm humano eſſe conſtitutam, videlicet ultimi ſupplicii, *ex antea dictis* luculenter patet.

13 Taceo,quod in dignitate poſiti, ſecundum quorundam opinionem, gravius ſint puniendi quam alii, quia propter altitudinem dignitatis homo Chriſtianus fortiter cadit in peccatum, *c.homo Chriſtianus diſtinct.*40. & tanto gravius judicandus, quanto maiori præeminuerit quis dignitate,eiusque exemplo facilius alii poterũt ad ſimilia provocari, *c.cum quidam ubi gloſſ.& Felin n.1.de iureiur.* Quod & innuit *l.presbyteri. C de Epiſc & Cler.*ubi dicitur: *Multò magis enim pœna digni ſunt,quibus plurimum honoris per noſtram iuſſionem delatum eſt,ſi in occulto inveniantur crimine.*

14 Ad *L.3.ff. ad L. Cornel.de ſicar.* quod attinet, Reſpondet Iacob.Boulen *in repetit.l.capitalium §.famoſos ff.de pœnis.* Sanctionem iſtam procedere de iure Digeſtorum, non autem de iure Codicis,ubi aliud diſpoſitum in *l.3.C.de Epiſcop. audient.* Et cum deportationis loco ſucceſſerit hodiè pœna arbitraria, uti *ſupra dictum,n 7.* nil ſanè obſtat, quo minus Iudex in Nobilibus perſonis ſecundum Ius Divinum hoc arbitrium ſuũ ad pœnam usque mortis extendere queat; Arbitraria namque pœna ad mortem extendi poteſt quando in delicto aliquo conſuetum eſt, mortis pœnam imponi. *Fel.in c.ex literis,n.26.Dec.n.* 15 *14.de conſt.Marſil.in pract.§.conſtante.num.28, Boerius deciſ.317.n.3.Iul Clar in pract.§.in fin,q.83.verſ.ſcias etiam,Menoch.de arbitr.jud.quæſt. lib.1.q.26.n.20.Paris de Synd. verbo arbitrium, n.17.* Quicquid etiam ſit de Iure Civili: cùm Iure Divino pœna mortis pro homicidio cõmiſſo in homicidas indifferenter absq; ullo reſpectu perſonarum ſit conſtituta, meritò jus humanũ Iuri Divino cedit,adeoq; deportationem in delicto homicidii ceſſare,& pœnam gladii tàm in Nobili committente homicidium , quàm plebeio locum habere,communis eſt opinio,teſte Ægid.Boſſ.*de homicid.n.*109.*Iul.Clar.in pract.§.homicidium.n.*18 *Farin p.5.op.crim.qu.*129 *n.*17 *Ioh.Harpr in § item Lex Cornelia de ſicar. n. 93. Inſt.de publ.iud. Angel.in l.3.§.Legis Corneliæ, ubi & Hypp de Marſ.ff.ad L.Corn.de ſicar.*

Idq; uſu quotidiano hodiè practicari tàm notum eſt ut nullâ prorſus indigeat probatione.

Secundò: Ex hac Ampliatione infertur quoque, circa irrogationem pœnæ homicidii, conditionem perſonæ & ſexus qualitatem haud attendendam eſſe, ſed quemvis homicidam hac pœna teneri, ſive maſculus ſit,ſive fæmina,ſive etiam ſervus aut liber, *l.Cicero l ſi mulierem.ff.de pœn.L.ſi fortè C.ad L.Cornel.de ſicar.l.1.§.præterea.ff.eod,tit.Angel.de malef.in verbo & ex intervallo.n 1.Farin.p.5.crim quæſt 119.n.19.*

16 *Quid ſi autem Clericus homicidium commiſit, an & is pœna gladii ordinaria tenebitur?* De jure Pontificio hoc negandum eſt, in quo conſtitutum, quod Clericus ob commiſſum homicidium ſit deponendus, *c.cum non ab homine §.conſultationi tuæ extr.de iudic* ibi: *Quod ſi Clericus in quocunque ordine conſtitutus in furto, vel homicidio, vel perjurio,ſeu alio crimine fuerit deprehenſus legitimè,atque convictus,ab Eccleſiaſtico Iudice deponẽdus eſt.Iacob Boulen,in repet.l.capitalium §.famoſos.num.206.in fin ff.de pœn.Farin,part.5.oper.crim.quæſt.119.n.46.Iul.Clar,in pract.§.homicidium n.16.verſ,de jur.autem Canon.* 17 Et poſt depoſitionem in monaſterium vel etiam in carcerem detrudendus, *Petr.à Plach.in epit.delict.l.1.cap.11.n.13.14.* Quia in quibus Iura Civilia pœnam mortis naturalis imponunt, Iura Canonica pro graviſſimo etiam delicto pœnam carceris infligunt, *c.novimus de verbor.ſignif.c.pen.in f.de hæret.Iacob.Boulen.d.loco n.206.Fab.Montell.in pract.p 4.rubr.juris canonici ſanctio contra homicidas n.534.*

Q. II. *An Clericus pœnam homicidii incurrat?*

18 Hocq; caſu,ſicut & in aliis delictis, Clericus à Iudice Laico iudicari non poteſt , ſed ad judicem Eccleſiaſticum remitti debet, *c.cum non ab homine c.at ſi clerici,c.clerici.c.qualiter.de iudic.c.ſi diligenti,c.ſignificaſti de foro competente Gigas in tr.de crim.læſæ Maieſt.lib.1.tit.quis de crim.læſ.maj cognoſcere poſſit n.12.& ſeqq.Farin.in prax.crim. quæſt.*

quæſt.8.n.1. Roland.conſ.12.n.34.vol.2. In tantum, quod Rex, nec Imperator poteſtatem judicandi clericos habeat, *Clar.in pract.quæſt.36.in pr.* Et judex ſecularis remittens Clericum ad Iudicem Eccleſiaſticum non minus præmium acquirit, quàm ſacerdos ſacrificiũ offerens altari, opus miſericordiæ exercet, Deumq; habet retributorẽ, hîc & in alio ſeculo, *Far.dict.q.8.n.1.*

Deciſio Quæſtionis

19 Sed *hodiè* apud Status Imperij proteſtantes, poſtquam ex Tranſactione Religioſâ Paſſavienſi omnis jurisdictio Pontificis Eccleſiaſtica ſuſpenſa, ac jura Epiſcopalia ad Principes & Dominos ditionum, qui Pontificiæ Religioni repudium miſerũt, jure quaſi poſtliminij redacta ſunt, cognitio & punitio tàm contra ſacerdotes & perſonas Eccleſiaſticas, quàm in reliquis cauſis ſpiritualibus jure territorij ad ſuperiorem ſpectat, quæ non in Cancellariâ aut alio ſeculari judicio, ſed in Conſiſtoriis Eccleſiaſticis expediri ſolet. *Laurent. Ohm, de jure Epiſcop. th.* 18. *Engelb. de jurisdict. Imper. theſ.* 136. *Hillig. in Don. enucl.* 17. *comm.* 10. *lit. cc. Dn. Gerhard. in loco de Magiſtratu politico. n.* 440 *Steph. de iuriſdict. lib.* 3. *cap.* 15. *Petr. Syring. de pace Relig. th.* 29. *lit. B.*

20 Conſiſtoriales tamen non de omnibus Clericorum cauſis indiſtinctè, ſed ſolum de iis, quę Epiſcopalem jurisdictionem, officium, vocationem clericorum, &c. concernunt, ut & de cauſis civilibus eorundem, ut & levioribus delictis, certo ac limitato modo, iudicant; graviorum exceſſuum animadverſione commiſſâ Iudicibus loci Secularibus, qui abſq; reſpectu perſonarum, Clericos æquè atq; Laicos ob homicidium, aliudvè crimen commiſſum, pœnis pro eo conſtitutis ſubiiciunt. Idque receptum in *Ordinat. Electorali Eccleſiaſt.* Kirchenordnung/ *tit.* von beeden *Conſiſtorijs* zu Leipzig und Wittenberg/ *art.* 10 Was für Straffen das *Conſiſtorium* zu erkennen und zugebrauchen haben ſoll / *verſ.* Denn ob ſich wol ihr Erkäntnuß uff Leib und Leben nicht erſtrecket / welches den Gerichten der weltlichen Obrigkeit vorbehalten/ *&c. & art.* 7. Was ſachen in das *Conſiſtorium* gehörig/ *verſ.* Alle ärgerliche Sünde und Laſter an den Lehrern und Zuhörern wider die erſte und ander Taffel der Gebott Gottes / allein ſo viel die gradus admonitionum und nicht die weltliche Straffe belanget/ *&c.*

21 Quod ipſum quoque Iuri Divino conſentaneum eſt, quo perſonæ Eccleſiaſticæ à poteſtate Magiſtratus Politici non ſunt ſimpliciter exemptæ; Vt latè hoc probat contra Bellarm. *Dn. Gerhard. in d. loco de Magiſtratu Politico, n.* 441. *& Henning. Arniſ. de ſubiect. & exemt. cleric. cap.* 2. *&* 3. Idque vel ſolum apparet ex facto Salomonis, qui propter crimen læſæ Maieſtatis Abiatharem Pontificem non tantùm ſacerdotio exuit, ſed & morte mulctavit, quamvis gratiam ipſi fecerat propter merita, quibus parentem ſibi devincierat, 1. *Reg.* 2. *verſ.* 26.

Secundum quam ſententiam pronunciarunt Scabini, ad requiſitionem Prætoris Lipſienſis. Menſ. Iul. Anno 1597.

22 Tertiò: Sicuti reſpectu occidentis, ita etiam reſpectu occiſi nulla datur diſtinctio perſonarum, cum pari pœnâ puniatur occidens ſervum aut fœminam, ac liberum & maſculum, ſive in dignitate conſtitutum, ſive non, ſive divitem, ſive pauperem, *l.* 1. §. *præterea. ff. ad L. Cornel. de ſicar.* ibi; *Et qui hominẽ occidit, punitur, nullâ habitâ differentiâ, cuius conditionis hominẽ interemerit. ubi gloſſ. & in l. inde Neratius. § ſi dolo. ff. ad L. Aquil. Farin. part.* 5. *crim. quæſt.* 119. *n.* 20. Omnes enim ad imaginem Dei creati ſunt, qui omnibus communem vitam & naturã dedit. *l. hos accuſare.* 12. *inf. ff. de accuſat.* Geneſ. c. 9. Exod. 20. & 21. Num. 35. *circumcidere. §.* 1. *&* 2. *ff. ad L. Cornel. de ſicar.* 23 Et appellatione hominis tàm fœminæ & infantes, quàm mares & adulti continentur, *l. pen. C. ad L. Cornel. de ſicar. l.* 1. *ubi Gœdd. n.* 22. *& ſeq. l. hominis.* 152 *l. pronunciatio.* 195. *ff. de verb. ſing. l.* 3. *§* 1. *ff. de liber hòm. exhib. l.* 3. *§.* 1. *ff. unde legitimi. l.* 1. *§. generaliter. ff. de legat. præſtand. l. omnes omnino.* 6. *C. de agricol. & cenſit.* Cuiac. *lib.* 6. *obſ.* 21. Harpr. *ad §. Idem lex Cornelia. n.* 8. *Inſt. de publ. judicijs.*

*Hinc V.*R. *qui mendicum quendam cultro interfecerat, pœna gladij puniendum eſſe, pronunciaverunt Scabini, Senatui Sangerhuſano. M. April. Anno* 1619.

24 *Eodemq; modo reſponderunt, adverſus Nobilem quempiam qui Ruſticum pauperem pugione interemerat, verſus* Lobenſtein. *Menſe Februar. Anno* 1598.

Q. III. Quomodo puniendi ſint, qui ſibi ipſis mortem conſciſcũt.

Sed *quomodo puniendi ſunt ij, qui ſibiipſis, aut manus inferendo, aut ſe præcipites dando, in flumen vel puteum projiciendo, vel venenando, aut ſe etiã ſuſpendendo mortem conſciſcunt?* Hoc ſanè crimen horrendum ac deteſtabile eſſe, nemo eſt, qui negat; 25 Imò magis peccare eum, qui ſeipſũ interficit, quàm qui alium occidit, exinde apparet, quod qui alium necat, corpus ipſius tantùm occidere dicitur, animam verò lædere nequit: at qui ſemetipſum interimit, certè & corpus & animam nefandè perdit, *Iodoc. Damhoud. in pract. c.* 88. *n.* 1. *verſ. ratio autem. Decian. in tract. crim. lib.* 9. *cap.* 1.

26 Optimo itaq; iure αὐτοχειρία prohibita eſt, *l. fin. §. ſic autem ff. de bon. eor. qui ſibi mort. conſc. l. cum autem. §. excipitur & § malus ſervus. ff. de ædil. edict. l. ſi quis filio. §. eius qui ff. de iniuſt. rupt. & irrit. teſt. l. liber homo. ff. ad L. Aquil. l. nec ſi volens. C. de liberal. cauſ. Plach. in epit. delict. lib.* 1. *cap.* 23. *Corn. Conſ.* 195. *lib.* 2. *Roland. conſ.* 20. *n.* 24. *& ſeqq. lib.* 3. *Farin. part.* 5. *crim. q.* 128. *n.* 3. *Menoch. de arbitr. iudic. quæſtion. lib.* 2. *caſ.* 284. *Carrer. in pract. in* 3. *tract. de homicid. & aſſaſſ. §. modo hic. Peregr. de iur. fiſci, lib.* 4. *tit.* 4. *n.* 5. 27 Neque contrarium ex *l.* 9. *§.* 7. *ff. de peculio*, probari poteſt, quando dicitur, quod etiam ſervis naturaliter in ſuum corpus ſævire liceat. Siquidem nil aliud inde inferendum eſt, quam quod ſervi hoc facere queant de facto, dum eorum membra propter dominicam poteſtatem ita non conſtringantur, quominus ſibi ipſis manus impias inferre poſſint, adeoque prædicta verba non ius naturæ ſignificant; ſed factum denotant, ſive id quod revera & naturaliter fit: perinde ut naturaliter ſolvere dicitur, qui verè & cum effectu ſolvit, *l.* 49. *ff. de ſolut.*

Quin

28 Quin non minus hoc crimen damnatur de Jure Divino, quo homo hominem adeoque ſeipſum occidere prohibetur, Geneſ *cap.9. Dn. Gerhard in loco de lege Dei, cap.4.nu.155. Iodoc. in pract. crim c.88.nu.4 verſ. primum enim. Menoch. d. caſ.284 num.38. Far. d. q.128.n.8. Plach in epit. delict. lib.1. cap. 23. Decian. in tract. crim. dict. lib.9.cap.1.num.2.8. & 12.* Hinc D. Auguſtin. *Hoc dicimus*, inquit, *hoc aſſerimus, hoc modo omnibus approbamus, neminem ſpontaneam mortem ſibi inferre debere, velut fugiendo moleſtias temporales, ne incidat in perpetuas: Neminem propter aliena peccata, ne hoc ipſo incipiat habere graviſſimum proprium, quem non polluebat alienum: Neminem propter ſua peccata præterita, propter quæ magis hâc vitâ opus eſt, ut poſſint pœnitendo ſanari: Neminem velut deſiderio vitæ melioris, quæ poſt mortem ſperatur, quia reos ſuæ mortis melior poſt mortẽ vita non ſuſcipit.* Hactenus Auguſt. *de civitate Dei, cap.26.*

29 Inſontes ideoque non ſunt mortem ſibi inferentes, ſive hoc faciant conſcientiâ perpetrati criminis, metuvè ſubituræ pœnæ, ſive tædio vitæ, ſive doloris impatientiâ, vel ex deſperatione, furore, ebrietate, pudore contracti æris alieni, amore, vel etiam exjactatione, immortalitatiſvè conſequendæ causâ, vel ne ſecreta ſibi commiſſa pandant, aut peccato conſentiant, variiſque aliis de cauſis, quarum fit mentio in *tot. tit ff & C. de bon eor. qui ſibi mort conſciv. lib.2. C. qui teſt. facere poſſ. ubi Dd. l. ſi quis aliquid. §. fin. ff de pœn. l. ſi quis filio. §. dies verſ. quod ſi quis tædio. ff de injuſt. rupt. & irrit. l.1. §. ſi quis non metu. ff. ad Syllan. Iodoc. in pract. crim. lib.3. cap.18 rubr. de his qui ſibi mortem conſciv num.2. & 3. Plach. in epitom delict. dict. lib.1 cap.23. n.1.2. & 3.*

Deciſio quæſt.

Quâ verò pœnâ hi ſunt plectendi, haud expeditum eſt? Pro cuius quæſtionis reſolutione duo caſu, ab invicem ſunt diſtinguendi: Aut enim delictum perfectè perpetrarunt & mortem ſibi conſciverunt: Aut verò ſe occidere tentaverũt, ſed ab aliis detenti ſeu impediti hoc perficere non potuerunt.

30 PRIMO CASU, ſi delictum perfectè conſummatum, & mors ſecuta fuerit, in corpus occiſum ulterius non animadvertendũ eſt, nec ulla etiam pœna ſenſitiva vel afflictiva corporis hoc caſu infligi poteſt. Delinquentibus tamen ita (exceptis iis qui ſine animo fraudulento, ex furore potius, melancholiâ, vel aliâ animi impotentiâ, ſibi mortem conſciverunt, qui potius commiſeratione digni & ſepeliendi ſunt. *Petr. Heig. l.2. q.36.n.74.*) ſepultura honeſta denegatur, eorumque cadavera per feneſtras dejecta, vel ſub domus limine extracta, in locum infamem & cadaveribus deſtinatum projiciuntur, *Gloſſa in* Landrecht / *lib.2. artic.31. num.3. lit.B. Schneidevvin. in §. religioſum. num.9. Inſt. de rer. diviſ. VVeſembec. ad Schneidevvin. in §. juris præcepta, n.5. Inſt. de Iuſt. & Iur.*

31 Idque moribus noſtris obſervari, teſtatur experientia, *Heig. lib.2.q.36.n.64. & quæſt.37 n.32.*

33. Qualis ſepultura dicitur canina; & non pœna haberi poteſt pro eo, quod quis ſibimet ipſi impias manus intulit, *Iacob. Boulen in repetit. l. capitalium, §. famoſos, n.86. ff. de pœn. Carrer. in pract. crim. in 3. tract. de hom. & aſſaſſ. §. modo hic. n.5. Iodoc. in pract. crim. cap.88. num.5. Plach. in epitom. delict. libr.1. cap.23. num.14. Covarr. var. reſolut. lib.2. cap.1. ad fin. verſ. illud profectò. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. dict. lib.2. cap.284. num.35. Decian. in tract. crim. lib.9. cap.4. num 8. Peregrin. de jur. fiſci. lib.4 tit.4. num 10. in fin Socin Iun. conſ.91. n.2. lib.1.* Eſtq; introducta eo fine, quo alii, exemplo tam triſti deterreantur, iiſque horror injiciatur, *arg. l. capitalium. 28. §. famoſos. 15. ff. de pœnis. l.31. ff. depoſiti.*

32 Sunt ergò Carnifices, eorum qui ſibi mortem conſciverunt Veſpillones, qui plerisque in locis, neſcio quo titulo vel nomine, hoc juris ſibi vendicant, ut omne id, quod in loco, ubi homicidium ſui ipſius perpetratum & cadaver poſitum eſt, reperitur, quodque ipſi ſtantes juxta cadaver infra, ſupra, ſurſum ac deorſum in circumferentiâ gladio attingere poſſunt, ceu lucrum retineant. Quod jus tamen nequaquam ipſis competere, niſi legitimâ conſuetudine aliud introductum doceatur, *pronunciatum fuit à Scabin. Lipſenſ. ad requiſitionem carnificis VVeiſſenfelſenſis. M. Mart. Anno 1622.*

Q. IV. Improbatur mala conſuetudo Carnificum bona Reorũ αὐτοχειρίας ſibi arrogantium.

33 Præter denegationem autem Sepulturæ, alia pœna cadaveri non imponenda eſt. Quamvis enim Bald. *in l.2. num.2. C. qui teſtam. fac. poſſunt, quem refert Iaſon. in d. l.2 ſub num.2 & ſeqq.* exiſtimet, cadaver illius, qui ſeipſum occidit, ſuſpendi poſſe, ſi nempè ita judici viſum fuerit; quem ſequi videtur Carrer. *in pract. crim. in 3. tract. de homicid. & aſſaſſ. § octavò quæro:* 34 Attamen quia hæc opinio textu ac ratione probabili caret contrarium tenent DD communiter, *Anton. Gomez. de delict. cap.3. de homicid. num.13. Iohan. Sichard. in l.2. num.7. C. qui teſtam. facer poſſ. Farinac. part.5. crim. quæſt 128. num.11. Plach. in epit. delict. lib.1. cap.23 num.13. Decian. in tract. crim. lib.9. cap.4. num.14. Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſt.68 n.38. Peregr. de jur. fiſci. lib.4. tit.4. num.10.* Et licet pro *Baldi* opinione dici poſſit, cadaver illius, qui ſeipſum occidit propterea ſuſpendendum eſſe, quò alii ab hoc crimine deterreantur, iiſque horror injiciatur: hoc ipſum tamen efficere poteſt ſepultura Canina, quæ fit per Carnificem in loco famoſo & cadaveribus deſtinato, uti ſupra dictum. *Hocq; ita ſæpius practicatum fuiſſe memini.*

35 Idque fortaſſis facilè conceditur ſi quis tædio vitæ, ſeu doloris impatientiâ, vel pudore contracti æris alieni, vel alia de cauſa mortem ſibi intulit, maximè cum nec Conſt. Crim. Carol. *art.135.* hiſce caſibus aliquam pœnam exprimat, ſed ſeſe ſimpliciter referat ad Jus Civile, in quo tamen pœnæ alicuius cadaveri infligendæ non fit mentio.

36 At magis dubium eſt, *ſi Reus, de crimine confeſſus aut convictus, vel etiam condemnatus, in carcere ante executionem ſibi manus intulerit, an Iudex nihilominus pœnam pro crimine perpetrato impoſitam exequi, & ita in cadaver ſævire poſſit?* De quo vide infra *part.3. quæſt.131. n.39. & ſeq.*

37 POSTERIORI verò CASV, quando quis ſibi mortem inferre tentavit, hoc autem ab

aliis detentus vel impeditus efficere non potuit; Veluti ſi quis laqueo reperiatur ſuſpenſus & abſcindatur antequam moriatur, vel ſi quis ſeipſũ vulneraverit animo occidendi, & tamen non occiderit, aut ſi quis ex puteo in quem ſeipſum præcipitavit, adhuc vivus extrahatur; delinquẽs ob ejuſmodi conatum ab omni prorſus pœna immunis non erit.

38 Sanè ſi quis tædio vitæ, vel impatientia doloris, vel ex deſperatione, furore, aut alia animi impatientia ſeipſum vulneraſſet, tunc nulla pœna affici debet *l.3.§.ſi quis autem, in f. ff. de bon. eor.* ibi: *Niſi tædio vitæ vel impatientiâ alicuius doloris coactus eſt hoc facere. ubi gloſſ. l.38. §.12. ff. de pœn. l.6. §.7. de re militar.* Hinc Anton. Gomez *de delict. c.3. de homicid. n.14* ad hoc, ut ſeipſum vulnerans puniatur, requirit: quod non ſolùm hoc fecerit ex conſcientia patrati criminis, ſed etiam ut crimen ſit tale, pro quo imponatur pœna mortis & confiſcationis bonorum, adeoque is qui percuſſerit vel manus ſibi intulerit, tædio vitæ vel alia ex cauſſa, nulla prorſus pœna plecti debet. *Plach. in epit. delictor. lib.1. cap.23. n.19. verſ. quæ intelligenda eſſe exiſtimo f. l. 409. Far. in part.5. crim. quæſt. 128. n.39. Decian. in tract. crim. lib.9. cap.3. n.4. verſ. aut verò non metu pœnæ, &c.*

39 *Et in hunc modum veteres Scabinos ante plurimos annos pronunciaſſe reperio, hiſce verbis:*

Vnd da auß ſeinem Bericht erfunden wird/ daß er auß Vngedult etwan einer Kranckheit/ groſſer Betůmmerniß/ oder Schande/ oder daß jhme zu leben verdroſſen/ oder ſonſten auß Vnſinn oder Thorheit/ oder dergleichen Vrſach darzu kommen/ ſo were ſein mit der Straff zu verſchonen/ vnnd wůrden jhme billig auß mitleidung Gottfůrchtige Prediger vnd andere Leute zugeordnet/ die jhn von ſolchem Vbel wenden: *Hæc ſententia fuit lata, cùm Paſtor quidam ſe laqueo ſuſpendens à coniuge adhuc vivus abſciſſus fuerat.*

40 *Similem ſententiam concepit Modeſtinus Piſtoris M. April. Anno* 1557.

Dieweil auß ewrer Frage zu befinden/ daß das Weib/ ſo nach beſage ewrer Frage ins Waſſer geſprungen/ zur ſelben Zeit entweder nicht bey Sinnen geweſen/ oder vom Teuffel betrogen worden; So mag ſie derhalben mit keiner Straff belegt werden/ Es wird aber billich achtung vff ſie gegeben/ damit ſie jhr kein Leid thue/ vnd von den Predigern mit Gottes Wort alſo vnterrichtet/ daß ſie dem Teuffel nicht raum gebe/ noch ſich denſelbigen betriegen laſſe. V. R. W.

41 At *ſi quis extra eiuſmodi caſus, fortaſſis nimiâ habendi libidine flagrans ac ſpe aliena lucri fruſtratus, vel pudore æris alieni, in decoctor ac deceptor audire cogatur, vitam ſibi laqueo, ferro, aquâ vel quo alio modo finire velit, & in actu deprehenſus à pravo ac maligno ſuo propoſito impeditus fuerit?* Hunc eadem pœna ac ſi propoſitum ſuum perfeciſſet, afficiendum, ac capite plectendum eſſe, tradunt Dd *Gramm. deciſ.44. n.5. verſ. & quod vulnerans ſeipſum. Iacob. Bulen. in repet. l. capitalium. §. famoſos. n.85. in f. ff. de pœnis Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. caſ.284. n.22. Peregr. de jur. fiſc. lib.4. tit.4. num.4. Decian in tract. crim. lib.9. cap.3. num.4.*

42 Quæ opinio videtur probari in *l. ſi quis aliquid 38. §.8. miles 12. ff. de pœnis.* ibi: *Miles qui ſibi manus intulit, nec factum peregit, niſi impatientiâ doloris, aut morbi, luctuſve alicuius, vel alia cauſa fecerit, capite puniendus eſt.* Et in *l. omne delictum §.7. ff. de re militari.* ibi: *qui ſe vulneravit, vel alias mortem ſibi conſcivit, &c. ſi nihil tale prætendat capite puniatur.*

Cui accedit, quod affectus ſeu conatus puniatur etiam effectu non ſecuto, *Iul. Clar. in pract. §. fin. q.92. in pr. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib.2. caſ.360. n.86. Fel. in. in c. 1. n.2. in pr. de præſumpt. Cyn. in l. is qui cum telo, in 1. not. C. ad L. Cornel. de ſicar.* præſertim in delicto homicidii, in quo ſolus occidendi animus ad aliquem actum perductus mortis pœnam meretur, etiam homicidio non ſecuto. *Farin. part 5. crim. quæſt.124. num.22. Paul. de Castro in l.1. §. hæc autem verba. poſt num 2. verſ. aliquando tamen ff. quod quiſq; juris.* 43

At, contrarium quod non eadem pœnâ, nec pœna capitis, ſed mitiori arbitrio judicis puniri debeat is, qui ſeipſum occidere volens ab aliis impeditus non occidit, defendit Carrer. *in pract. crim. in 3. tract. de homicid. & aſſaſſ. §. octavo quæro, n. 9 & Dd. comm.* Anton. Gomez. *de delict. cap.3. n. 14. verſ. ſed advertendum*, ubi dicit; *juſtum & rationabile videri, quòd iſto caſu judex arbitrariam pœnam poſſit imponere*: Et ita apud eum ſervatum teſtatur in duobus caſibus, in quorum uno fuit impoſita pœna exilii, in altera pœna flagellorum *Plach. in epit. delict. lib.1. cap.23. n.19. Iul. Clar. in pract. § fin. quæſt. 68. num. 28. verſ. ſeipſum occidere volens. Ferrar. part.5. crim. q. 128. in 37. Iodoc. in pract. crim. cap.88. n.14.* 44

Quæ opinio de jure veriſſima eſt, *tùm* quod qui aliquem vulnerat, capite nõ plectendus, ſed potius arbitrariâ pœnâ afficiendus eſt; At verò ſecundũ receptam Dd. opinionem ſemetipſum vulnerans eadem pœna afficiendus qua puniendus eſſet, ſi alterum vulneraſſet, *Albert. Fulg. & Caſtrenſ. in l.2. C. qui teſt. fac. poſſ. ubi & Iaſon. num.4. Gramm deciſ 44. n.4.* 45

Tùm, quod dicitur in *l.3. §. ſi quis autem tædio ff. de bon. eor. qui mort. ſibi conſc. Qui ſibi non pepercit, multò minus is alii parcet, &c.* Vnde ex ratione à fortiori deſumpta ſequitur, eum qui ſeipſum vulnerat, eadem pœna puniendum eſſe, ac ſi alterum vulneraſſet.

Tùm quod juxta veriorem Dd. opinionem in delicto homicidii conatus effectu non ſecuto ordinaria pœna haud coerceri debet. *Ægid. Boſſ. de homicid. num.39. Anton. Gomez. de delict. c.3. n.30. Angel. Aretin. de malef. p. 203. n. 9. Hipp. de Marſil. in l. ſi mulierem. ff. ad L. Corn. de ſicar. Bartol. in l.3. §. Divus ff. eod. Iaſon. in l.1. § f. ff. quod quiſq; jur.* 46

Iuxta hanc quoq; opinionem à Veteribus Scabinis pronunciatum fuiſſe, apparet ex ſententia hiſce ferè verbis concepta: 47

Hat ſich ein Mann in ewrem Ampt ſelbſten erhencket/ vnnd iſt doch ehe er erwůrget/ abgeſchnitten worden/ &c. So mag bemelter Mann darůmb willkůhrlich vnd nach gelegenheit der Sachẽ wol geſtrafft werden/ es were denn/ daß derſelbige Mann auß ſchwachheit/ oder Betrůbung/ oder andern dergleichen Zufällen/ die jhme nicht auffgelegt/ ſich erhencket/ alsdenn und vff den fall bleibt er auch billich ohn alles entgeltniß/ vnd möchte darůmb weder peinlich noch bürglichen geſtrafft werden/ V. R. W.

Et

48 *Et cuidam ſemetipſum occidere volenti, ſibiq; vulnus infligenti, dictavimus fuſtigationem cum perpetuâ relegatione: Ad requiſitionem Henrici ab Alnpeiks. Menſ. Febr. Anno* 1630.

49 *Mitiorem verò carceris vel temporalis exilii pœnam in caſu ſimili decernere non dubitavimus; ad conſultationem Iudicis & Scabinorum Zvvikavienſium. Menſ. Febr. Anno* 1629.

50 Non obſtant huic opinioni *l. ſi quis aliquid* 38. §. 12. *ff. de pœn. l. omne delictum.* §. 7. *ff. de re militari.* Quia illi textus loquuntur tantùm de militibus, in quibus obtentatum homicidium gravius animadvertendum eſt, cùm etiam gravius delinquant, ſiquidem maiorem animi conſtantiam & intrepitationem atque fortitudinem oſtendere debent, quàm cæteri homines. *Gramm. dict. deciſ.* 44. *n.* 4. *Menoch. de arbitr. judic. quæſt. lib.* 2. *caſ.* 284. *n.* 23. 24.

Q. V. Quâ pœnâ conatus in homicidio ſit coercendus.

51 Nec quicquam etiam adverſatur, quod conatus ſeu effectus pari pœna puniatur, etiam effectu non ſecuto. Etſi enim hoc ita doceant Dd. comm. ſecundum Iohann. de Ligano *conſ.* 20. *n.* 15. *inter conſil. crim. diverſ. lib.* 1. & verum etiam ſit de jure communi; Attamen contrarium practicatur de generali conſuetudine, qua non punitur conatus ſeu attentatum, niſi etiam ſequatur effectus: de qua conſuetudine atteſtantur *Boër. deciſ.* 316. *n.* 3. *Carrer. in pract. crim. fol.* 186. *num.* 8. *Bertran. conſ.* 169. *n.* 1. *lib.* 3 *Gramm. deciſ.* 2. *num.* 8. *Gomeſ. in* §. *item ſi quis poſt n.* 29. *Inſt. de action. Foller in pract. crim. canon. fol.* 235. *num.* 4. *Iul. Clar. in pract.* § *f. quæſt.* 92. *num.* 1. *& alii quam plurimi ab ipſo allegati.*

52 *Alii* conatum pari pœna, ac ſi effectus ſecutus eſſet, tunc demum puniunt, quando lex vel ſtatutum hoc expreſsè ita diſponit. Iul. Clar. *dict. q.* 92. *n.* 2.

Alii hoc ſolùm verum eſſe exiſtimant in delictis atrociſſimis. *Felin. in c.* 1. *poſt. n.* 9. *verſ. limita.* 2. *de offic. delegati Didac. Covarr. in Clement. ſi furioſus. fol.* 276. *n.* 6. *Alii* deniq; hoc judicis arbitrio committunt, *Vid. Iul. Clar. d. q.* 92. *n.* 2. *in fin.* 53

Quicquid ſit in aliis criminibus, in delicto ſanè homicidii, *L. is qui cum telo. C. ad L. Cornel. de ſicar.* & omnes aliæ ll. punientes affectum, de conſuetudine generali ſunt ſublatæ. Et ideò inferens vulnera etiam animo deliberato occidendi, non punitur pœna homicidii ordinaria, ſed tantum de vulneribus, teſte Iul. Clar. *in pract.* §. *homicidium. n* 74. *Boſſ. de homicid. n.* 3. 9. *Anton. Gomez. de delict. c.* 3. *n.* 20. *Angel. Aretin. de malef. p.* 203. *n.* 9. 54

In genere quoque tradunt Practici Saxoniæ: Etſi lex civilis puniat conatum, tamen Ius Saxō: ſolummodò punire eventū. *Reinh. differ. pœn.* 6. *per c.* 39. **Lehenrecht.** Idemque ſtatutum videmus in Conſtit. Crim. Carolin *art.* 178. Ubi, quando eventus delicti non eſt actum propinquam inſecutus haud imponitur pœna ordinaria, ſed permittitur res arbitrio Peritorum: Quoties verò pœna permittitur arbitrio judicantis, levior pœna imponenda eſt *VVeſenb. part.* 3. *conſ.* 114. *n.* 34. 55

Quod ipſum quotidiè in hiſce terris practicari, & conatus ejuſmodi ſi ad proximum actum fuerit deventum, fuſtigatione & perpetua relegatione coërceri ſolet. 56

Quam pœnam dictavimus H. I. quum globulo aliquem transfixerat animo occidendi, qui tamen poſtea præter opinionem reconvaluerat. Verſus Zittau, ad requiſitionem Conſulum & Senatus, M. Ian. Anno 1626. 57

Pariter pronunciavimus in caſu attētati homicidii, Præfecto Pegavienſi Menſ. Mart. Anno 1627. 58

QUÆSTIO III.

Ex quibuſnam armis homicidium doloſum præſumendum; Et quomodo puniendus, qui alterum manu, alapâ, vel ictu lapidis occidit?

SUMMARIA.

1. *Pœna mortis pro quovis homicidio irroganda eſt, ſive hoc vulneratione, ſive percuſſione perpetratum fuerit.*
2. *Quodnam homicidium propriè dicatur doloſum. n.* 3 8
4 *Qualitas armorum in homicidio probè eſt attendenda. n.* 5.
6. *Ex quibus armis dolus occidētis præſumatur. n.* 7.
9. *Referuntur arma ad occidendum apta unde dolus occiſoris præſumendus. num.* 11. 13. 14. 15. 16. 17. 18.
10 *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n.* 12.
19. *An homicidium baculo perpetratum morte ſit puniendum. n.* 20.
21. *Ex percuſſione cum baculo grandiori in capite dolus conjecturatur.*
22 *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
23. *Bombardis cædes regulariter perpetratur.*
24 *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
25. *Homicidium armis ad occidendum veriſimiliter aptis perpetratum, morte punitur, etiamſi animus occidendi deſit.*
26. *Mortis ſupplicio ſupponendus homicida, quocunque etiam modo cædem perpetrarit, pungendo, pedibus calcando, ſuffocando in aquis, &c. n.* 28. 30. 34. 35.
27. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n.* 29. 31. 32. 33. 36. 37.
38. *Homicidium pugno commiſſum quam pœnam mereatur.*
39. *Pugnus ſæpè plus nocet quàm gladius.*
40. *In homicidio pugno perpetrato, de lethalitate ictus ſeu vulneris conſtare debet.*
41. *Caſus refertur ſpecialis qui Lipſiæ accidit.*
42. *Quænam pœna ſit occidentis aliquem alapâ.*
43. *Præjudicium Scabinorum Lipſenſium.*

44. *Intellectus textus Biblici Numer.35.verſ.21. n.45.*
46. *Quomodo puniendus qui ictu lapidis aliquem occidit.*
47. *Referuntur opiniones diverſæ Interpp.num.48. 49.56.*
50. *Deciſio vera huius Quæſtionis.*
51. *Explicatio l.omne delictum.§ ſi quis ff.de re militar.*
52. *Sententia Scabinorum Lipſenſ.n.53.55.*
57. *Expli.l.un.C de emend.ſervor.*
58. *Intellectus textus Biblici Numer 35.v.17.*
59. *Fallit deciſio in percuſſione, quæ fit cum lapide.*
60. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
61. *Quid iuris.ſi lapidem conjiciens, animum habeat occidendi.*
62. *Vnde animus occidendi hoc caſu præſumendus.*
63. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.n.64 65.*

1 SECVNDO Ampliatur Regula *quæſt. præcedenti.num.*1.poſita,ut locum habeat in quovis homicidio, qualicunque etiam modo, aut vulneratione, aut percuſſione, hoc perpetratum fuerit,modò de dolo occidentis conſtet. Certi namque juris eſt,gladii pœnam conſtitutam eſſe pro eo tantummodo homicidio, quod dolo committitur, *l.in Lege Cornel. ubi Bartol. & Hippol.de Marſil.ff. ad Leg. Corn. de ſicar.Iul. Clar.in pract.§.ult.q.84.in pr. Anton.Gomez tom.3.var.reſolut.c.3.n.15.*

2 Quamvis verò *Dd.* communiter doloſum homicidium iſtud ſolum appellitent, quod ex voluntate ac animo occidendi committitur, *Carrer in pract.crim. in 3.tract. de homicid. & aſſaſſin.§.homicidii autem ſpecies n.2 Plach.in epit.delictor,lib.1.cap.10 in pr.& n.5.Iul Clar.in pract.§.homicidium.n.5.verſ. doloſum autem.* Hoc tamen falſum eſſe, & doloſum homicidium quandoq; abſque voluntate & animo occidendi perpetrari,ſuprà *quæſt* 1.*n.*28. demonſtratum fuit: Nimirum, quando quis nolens occidere pravo ac doloſo animo alterum percutit, ex qua percuſſione poſteà mors ſequitur. Percutiens namque animo vulnerandi, vel quovis modo lædendi, æquè in dolo eſt, ac ſi animum occidendi haberet: ut,qui ſcit,aut ſaltem ſcire deberet,certo & deſtinato modo vulnus dari non poſſe, ejusque voluntas fertur in percuſſionem, & in omne id, quod ex percuſſione doloſâ immediatè contingit.

3 Vt ſic doloſum homicidium duplici modo committatur, 1.voluntate & animo occidendi. 2 animo ſolùm vulnerandi vel percutiendi, unde mors immediatè ſequitur. Quod tamen reſtringendum ad eiuſmodi vulnerationem ſeu percuſſionem,quæ tali modo &inſtrumento fit, quod ad cædem perpetrandam aptum eſt,&quo communiter ac ſæpiſſimè mors inferri ſolet, ut ita percutiens à principio talem eventum neceſſariò cogitare potuerit: Prout hoc fuit latius deductum *ſupra q.1.n.28.& 29.*

4 Ad qualitatem ergò ſeu genus armorum,quibus homicidium committitur,neceſſariò reſpiciendum eſt, non quod ex iis animus occidendi ſemper & infallibiliter præſumendus ut volunt *Fulgoſ.ad l.1.§.Divus num.1.ff. ad L.Cornel.de ſicar.Hyppol.de Marſil.num.1.& 20.Salycet.in l.1.num.4.verſ.ſimiliter.C.ad L.Cornel.de ſicar.Farin.part.5.crim quæſt.126.num.117. Felin.in c.ſignificaſti.num.11.extr.de homicid. Capoll.conſ.31.n.2.* ſed quia exinde dolus percutientis colligi poteſt. Si enim vulnus aut percuſſio facta fuerit cum armis,ex quibus veriſimiliter & ut plurimùm percuſſus mori ſolet,haud dubiè vulnerans vel percutiens dolosè interfeciſſe dicitur, ut cujus voluntas fertur in id, quod ex percuſſione ſeu vulnere immediatè & neceſſariò contingit.

5 Quam ob cauſam, differentiam armorum in delicto homicidii probè ponderandam eſſe, convincitur ex *l.1.§.Divus.ff.ad L.Cornel.de ſicar.& l.1.C de emendat.ſervor.* ibi: *Si virgis aut loris Dominus ſervum afflixerit,aut cuſtodiæ cauſâ in vincula conjecerit, nullum criminis metum ſervo mortuo ſuſtineat,ſed tunc reus homicidii ſit, ſi voluntate eum ictu fuſtis aut lapidis ceciderit,vel certè telo uſus lethale vulnus inflixerit,aut ſuſpendi laqueo perceperit, &c.l omne delictum 6 §.6.*ibi: *ſi quis commilitonem vulneravit,ſi quidem lapide,militiâ rejicitur,ſi gladio,caput amittit ff. de re militari Felin in c ſignificaſti.n.11 extr.de homicid.Belvis.in pract.lib.1.cap.13 in gloſſ & ipſum interfeciſſet n.6.Iodoc.in pract.cap.69.n.2 Capoll.conſ.31.n.2.* Et clarior eſt textus in Iure Divino *Numer.35.v.18.* ibi: *Si ligno quo interfici quis poſſit,percuſſus interierit,percuſſoris ſanguine vindicabitur, &c.* Quæ verba manifeſtè demonſtrant,multum intereſſe in crimine homicidii, an telo vel ligno, quo regulariter interfici quis poſſit, aliquis percutiat, vel non; Scilicet, quod is qui armis ad occidendum regulariter & veriſimiliter non aptis,aliquem interficit, hoc non dolosè feciſſe exiſtimetur, adeoque nec pœnam homicidii ordinariam incurrat.

6 Sed *quænam ſunt arma ad internecionem regulariter & veriſimiliter apta?* Armorum ſanè appellatione comprehenduntur omnia tela, ut fuſtes, lapides, non ſolùm gladii, haſtæ & frameæ, *l.3.§.armis dejectum.ff. de vi & vi armatâ.* Et armatos non tantùm eos accipere debemus, qui tela habuerint, ſed & eos qui habent aliquid,quod nocere poteſt, *l. armatos.ff.ad L.Iul. de vi publ.* Telorum quoque appellatione omnia,quib⁹ homines nocere poſſunt, accipiuntur, *l hi qui ædes.ff.ad L.Iul.de vi publica.* Et ICtus Cajus armorum appellatione non tantùm ſcuta, gladios & galeas ſignificat, ſed & fuſtes & lapides *in l.armor.ff.de verb.ſign.* Gell.*lib.*10 *cap.*25.

Q. I. Quænam arma ad occidendū regulariter apta habeātur?

7 Omnibuſque hujus generis armis cædes perpetrari poteſt: Et ſi quidem homicidium animo occidendi commiſſum fuerit, hoc ſimpliciter doloſum reputabitur. Quando verò animus occidendi abeſt; quænam arma hoc caſu ad homicidium veriſimiliter apta dicantur, ex quibus dolus occiſoris conjecturari poſſit, regula certa definiri nequit, ſed hæc res arbitrio Iudicis prudentis relinquenda, qui diligentiſ-

gentiſſimè & exactiſſimè genera armorum, uti &circumſtantias quaſvis minimas conſiderabit; Veluti, à quo, quomodo, & in qua parte occiſi facta ſit percuſſio, & ita quænam arma, quæcunque percuſſio ſit habenda pro veriſimiliter ac regulariter apta ad internecionẽ, & ex qua percutiens eventum talem triſtiſſimum cogitare potuerit, facilè conſtabit.

8 In genere tamen notandum, quòd homicidium dicatur doloſum, non ſolùm quod gladio vel enſe, ſed & alio ferro ſeu armis ferreis committitur, §. *item L. Corn.* 5. *Inſt. de publ jud.* Quamvis enim in *l.* 1. §. *Divus. ff. ad L. Corn. de ſicar.* in verb. *Quamvis ferro percuſſerit, tamen leniendam eſſe pœnam, &c.* contrarium videatur diſpoſitum; Attamen textus ille de peculiari inſtrumento, *Cucuma*, nimirum intelligi debet: *Cucumam* autem accipiunt pro vaſe coquinatorio ad calefaciendum aquam apto, ex ære & terra confecto, *Carrer. in pract. 3. tract. de homicid. n. 37. Plach. in Epit. delict. cap. 10. n. 6. Simon. Schard. in Lexic. in verb. cucuma. Menoch. de præſumt. lib. 5. præſumt.* 40. *n.* 5. Vel pro freni parte. *Schard. dict. loco, ubi allegat Bartol. & gloſſam. in l. un. C. nullis licere in frenis & equeſtribus. libr.* 10. Vt ita cucuma licet ferrea homicidium doloſum non perpetretur. Vel etiam dici poteſt, textum iſtum de homicidio agere caſuali; ſi nempè caſu fortuito cum 9 ferro homicidium perpetretur: Quod ipſum tamen ad eum qui voluntariè cum ferro percutit non extendendum. Homicidii igitur pœnam incurrit, qui ferro vel ſecuri arboratia aliquem occidit.

Ferrũ aut ſecuris arborariæ.

10 *Veluti pronunciatum ab Elect. Sax Scabinis verſus* **Annabergk.** *Ad Quæſtorem* **David Gorcken.** *M. Mart. Anno* 1582.

It: **nach Peitſch**; *Ad conſultationem* **Georg Müllers.** *M. Iun. Anno* 1606.

Nach Mauſitz; *Ad judicem & Scabinos. M. Iul. Anno* 1613

Ad nobiles fratres à **Bünaw.** *M. Maj Anno* 1620.

Arma ferrea minora, ut culter, pugio, parva ſecuris.

Quod & obtinet in ferro parvo ſeu armis ferreis minoribus, ut pugiõe, brevi gladio, malleo, cultro & parva ſecuri vel ſecuricula, quibus armis aliquem occidens æquè doloſum homicidium committit, & pœnâ gladii plectendus eſt: 11 Lex enim Cornelia quæ homicidas ultore ferro perſequitur, de ſicariis loquitur; *tot. tit. ff. & C. ad L. Cornel. de ſicar.* Sicarii autem à Sica dicuntur, quod ferreum cultrum ſignificat, §. *item Lex Cornelia.* 5. *Inſt. de publ. jud.* Et propriè ſicarii ſunt, qui brevibus gladiis & pugionibus homines occidunt, *Quintil. lib.* 10 *cap* 1. *Capoll. conſ.* 58. *n.* 7. *Farin. part.* 5. *crim. quæſt.* 119 *num.* 11. *& quæſt.* 126 *n.* 122. præſertim quia genus hoc armorum, prout experientia docet, magis eſt aptum ad occidendum, quàm Enſis, aut aliud ſimile armorum genus.

12 *Sic ei qui parvâ ſecuri aliquem trucidavit, pœna gladii à Scabinis fuit adjudicata*, **Nach Dreßden/an Richter vnd Schöppen** / *M. Iun. Anno* 1613.

It: **Nach Auma/an Stattrichter.** *M. Febr. Anno* 1617.

***Eadem pœna dictata ei, qui malleo alicui necem intulerat, Verſus* Sittichenbach / an Chriſtoff Denharden.** *M. Decemb. Anno* 1601.

Arma lignea.

Non ſolùm autem ferrum, ſed & lignum, vel arma lignea ad occidendum regulariter apta ſunt; Nam Lex Cornelia de Sicariis pœna afficit
eos, qui telo nocent, quo nomine etiam venit 13
lignum, §. *item Lex Cornelia* 5. *Inſt. de pub. jud.* imò telorum appellatione continentur omnia, quibus homines nocere poſſunt *l.* 11. §. *telorum. ff. ad L. Iul. de publ. Iodoc. in pract. cap.* 69. *n.* 2.

Gladio itaque puniendi, qui aliquem occidunt ligno ingente aut fulcro, *Vti pronunciatum.*

Carolo à Diskau. M. April. Anno 1602. 14

It. **Nach Maſchau / an Hans Maucken.** *M Octob. Anno* 1619.

Vel, cum Palo, *Ad conſultationem* **Hanſen von Lüttichau.** *M. Iun. Anno* 1582. 15

It: *verſus* **Torgau**/*Ad requiſitionem quæſtoris. M. Octob. Anno* 1614.

Vel, cum flagello frumentario, *ut pronunciatum Senatus in Kembergk. Menſ. Octobr. Anno* 1605. 16

Vel, cum Pedo, vulgò, **Hirtenkeule. Nach Elebergk an Chriſtoff Braun.** *Menſ. Iun. Anno* 1593. 17

It: **Nach Gommern** / *Ad Quæſtorem. M. Auguſti Anno* 1607.

Vel, cum Ligone herbario, **Krauthacken. Nach Eſpenhain/an Richter vnd Schöppen.** *M. April. Anno* 1618. 18

Et hoc minus dubium habet ob textum etiam in Iure Divino expreſſum *Num.* 35 *verſ* 18. ibi: *Si ligno quo interfici quis poſſit, percuſſus interierit, percuſſoris ſanguine vindicabitur, &c.*

Q. II. An homicidium baculo perpetratum morte vindicandum?

19 At *quid de baculo habendum?* Certè quia ex percuſſione cum baculo non facilè quis moritur, utique baculus inter arma quibus veriſimiliter & regulariter homines interfici poſſunt, non connumerabitur; Neque homicidium baculo perpetratum, ſi animus occidendi deſit, pro doloſo habendum, præſertim ſi percuſſio facta fuerit cum parvo baculo. *arg. l.* 1. *C. de emenda. ſervor Fulgoſ. in l.* 1. §. *Divus. ff. ad L. Cornel. de ſicar. Decius conſ* 9. *num.* 3. *verſ. & percutiens cum virgis. Maſcard. de probat. lib.* 1. *concl.* 97. *num.* 29. *Farin. part.* 5 *crim. quæſt.* 125. *n.* 130. *Bartol. in l* 1. § *Divus. in f. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. ubi Hyppol. de Marſil. n.* 16. & 23. *Felin. in cap. ſignificaſti. illat.* 2. *n.* 11. *de homicidio. Carrer. in pract. in* 3. *tract. de homicid & aſſaſſ.* §. *homicidii. autem ſpecies. n.* 45. 59. *Boſſ. in tit. de homicid. n.* 37. *Iul. Clar. in.* §. *homicidium num.* 4. *verſ. dicitur etiam culpoſum.*

20 Quod tamen fallit, quando percuſſio in capite baculo grandiori graviter, & reiteratis vicibus facta fuerit; quo caſu percutiens à pœna gladii ordinariâ vix ſe liberare poterit. Et ita intelligendi textus omnes, qui de ictu fuſtium loquuntur, *l.* 1. *C. de emendat. ſerv l.* 3. §. *armis. ff. de vi & vi armat.*

21 Quinimò ex percuſſione tali *Dd.* animum occidendi præſumunt, *Bartol. in d. l.* 1. §. *Divus in fin. ff. ad L. Cornel de ſicar. Felin. in d. cap. ſignificaſti. num.* 11. *Boſſ. de homicid. n.* 38. *& ſeq. Anton.*

Gomeʒ.de delict.c.3.n.17.& 18. Et pœnam ordinariam homicidii imponi poſſe, etiamſi baſtonatæ non fuerint datæ in capite, exiſtimat Menoch. *de præſumt.lib.5.præſumt.*40.*n.*11.*Vulpell.in conſ.*126,*n.*129.

22 *Hinc nobili cuipiam, qui puerum baculo caput ejus percutiendo necaverat, pœna gladii fuit dictata.* Nach Schlieben/an Schöſſer.*M.Febr.Anno* 1597.

Pariter in ſimili caſu pronunciatum fuit, Nach Torgau/an Schöſſer. *M.Iun.Anno* 1602.

Bombardæ ſeu Archibuſia.

De bombardis ſeu Archibuſiis, quin inter arma ad homicidiũ regulariter apta referri debeant, vix dubitari poteſt: Tùm quod ictu Sclopeti vel Archibuſii homines communiter vitâ priventur, nec vulnerati facilè reconvaleſcant. Tùm 23 quòd ſagitta & telum in numero armorum ad necem aptorum, præcipuum obtineat locum, §.5.*Inſt.de publ.jud.l.armatos.ff.ad l.Iul.de vi publ.* multò magis ergò archibuſium, quo vulnera ſolent inflıgi multùm periculoſiora: prout tradit Menoch.*de præſumt.*40.*nu* 7. *Farin.part.5.crim.quæſt.*126.*n.*117.*Carrer.in pract.in 3 tract.de homicid & aſſaſſ.§.homicidii autem ſpecies.n* 58 *Blanc.in tract.§ iis ſic præm ſſ.n.*60.*fol.*126. *Boſſ.de homicid.n.*37. *Anton.Gomez.de delict.cap.*3.*n.*17.*Plach.in epit delict.lib.*1.*cap.*10.*n.*6.

Adeoque is qui exonerando ſclopetum ſeu archibuſium necem alicui infert, abſque dubio doloſum dicitur perpetraſſe homicidium, obq; id capite plectendus eſt.

24 *Veluti ſi pronunciatum verſus Illenburgum. Ad conſultationem Quæſtoris. M. April. Anno* 1604.

Dominorum à Schönburgk. *M. April. Anno* 1604.

Verſus Reichenbach/*ad requiſitionem Iudicis oppidani. M.Octob.Anno* 1604.

Nach Eckersberga/ *Ad conſultationem Quæſtoris. M Maii,*1607.

Senatus Sangerhuſani,M.Iun.Anno 1609.

Nobilium à BeulvvitZ.M.Maii,Anno 1611.

Ad Conſultationem Sebaſtian von Schwartzen/ nach Dihren *M Octob.Anno* 1612.

Verſus Mülberg/*ad petitionem Quæſtoris. M.Iul. Anno* 1614.

25 Hiſce itaque armis, qui aliquem vitâ privat, abſque dubio pœnam homicidii ordinariam incurrit, etiamſi non habuerit animum occidendi: eò quod dolosè percuſſit aut vulneravit armis ad homicidium perpetrandum veriſimiliter aptis, eum eventum mortis cogitare facillimè potuerit.

26 Quod verum ſive quis pungendo, ſive percutiendo aliquem occidat. Quinimò ſi quis arma, veluti cultrum aut pugionem conjiciendo aliquem transfigat, pœna gladii æquè tenebitur; tùm quod hæc pœna pro homicidio abſque determinatione alicujus modi impoſita eſt, *tot.tit.ff.& C.ad L.Cornel.de ſicar.* tùm quod homicidium dicatur perpetratum quocunque etiam modo quis ſit occiſus. *l.quâ actione.§.occiſum.ff.ad L Aquil.Farin.part.5 crim.quæſt.*119.*n.*10. *Tiber.Decian.in tract.crim.lib.*8.*cap.*18.

Ideoq; Elect. Sax. Scabini pœnam gladii imponere non dubitaverunt cuidam Reo, qui conjiciendo parvum gladium(eine Plötze*)in A.L.ipſum necaverat, Ad conſultationem Senatus Quedlinburgenſis.M.Novemb.Anno* 1602. 27

Eandemq; pœnam impoſuerunt ei, qui projiciendo, in aliquem cultrum venatorium venas ipſi diſſecuerat, eumq; occiderat, an Joachim von Rodicke. *M.Octob.Anno* 1592. 28

Q.III. An pœna homicidii incurrat, qui pedib. calcando, aut ſuffocando in aquis hominem interficit?

Præterea quoq; homicidium doloſum reputatur iſtud, quòd abſque armis committitur. Ita enim Lex Cornelia de Sicariis & Veneficiis punit eum, qui hominem occidit, abſq; ullâ reſtrictione, modo homicida fuerit in dolo, *l.*1.*in pr.ff.ad l.Corn.de ſicar.* Adeoque & homicidii pœnam incurrit, qui hominem interficit, Pedibus 29 eum calcando, *l.necare.ff de lib.agnoſ.l.eum qui C.ad L.Corn.de ſicar.*

Veluti ſic pronunciatum, Verſus VVeiſſenfels, An Amptsvoigt. *M.Octob.Anno* 1602.

Vel ſuffocando in aquis, *l.quâ actione.§.occi-* 30 *ſum.ff.ad L.Aquil.Decian.in tract.crim.lib.*9.*cap.*18.*Farin.part.5.crim.quæſt.*119.*n.*9 *Petr.Theodor.in Colleg Crimin.diſp.*7.*th.*1.*lit.*F.

*Quod reſponſis ſuis approbarunt Scab.Lipſ.dictantes pœnam gladii B.S.qui ligno aliquem percutiendo in Elyſterum fluvium præcipitavit, eumq; poſtea aquis ſubmerſit & ſuffocavit. Verſus Martisburgam.M.*Iun.*Anno* 1599. 31

It: *Ad requiſitionem Dn. Comitis à Mansfeld. M. Iul.Anno* 1616. *Quando H.S.patris ſui ancillam, à ſeipſo prius impragnatam, in aquam projecit & ſuffocavit.* 32

It: *Ad conſultationem* Nobilium *à VVolffersdorff. Anno* 1620. *cum H.S fœminam à ſe impragnatam, manibus ſub aquâ tamdiu continuit, uſque dum ipſa animam exhalavit.* 33

In quibus duabus Sententiis poſterioribus ob atrocitatem criminis, dum unà cum matribus partus quoq; in uteris maternis fuerunt interempti, pœna ordinaria exaſperata, & delinquentibus ſupplicium Rotæ dictatum fuit.

Vel etiam manibus percutiendo, non adhibi- 34 tis armis, aut aliis inſtrumentis, *l.*7.*§.occiſum.ff.ad L.Aquil.*ibi: *Occiſum autem accipere debemus, ſive gladio, ſive etiam fuſte vel alio telo, vel manibus, ſi fortè ſtrangulavit eum vel calce periit, vel capite, vel qualiter qualiter &c. Tib.Decian in tract crim.lib.*9.*cap.*18. *Petr.Theod.dict.diſp.*7.*th.*1.*lit.F.Iul.Clar.in pract.§.homicidium.n.*4.*&* 8.

Q.IV. Num pœna homicidij teneatur, qui pugno vel colapho aliquem necat?

Quod tamen dubio non caret, cum enim manibus percuſſus ex ſolâ percuſſione non facilè moriatur, non videtur dolosè occidere is, qui aliquem verberibus coërcet, ut qui eventum mortis vix ſomniare poteſt. Pro reſolutione itaque hujus dubii tres caſus ſunt diſtinguendi.

Primus caſus.

PRIMVS CASVS eſt, quando quis vehe- 35 menter aliquem manibus ac pugnis contundit, miſerrimè cõſcindit, ac ferè exoſſat: hic certè, ſi ex vehementi iſtâ percuſſione mors ſubſequatur, doloſum cōmittit homicidiũ, adeoq; pœnâ homicidii ordinariâ afficiendus, & capite plectendus eſt, præſertim cùm ex percuſſione ejuſmodi horribili & crudeli animus occidendi præſumendus ſit, qui ſi deeſſet in percutiente, is haud dubiè affectus ſuos temperando occiſum ceu incudem non verberaſſet.

36 *Hinc quando M.M. aliquem in terram dejecit, unâ manu iugulum compreſſit, alterâ verò tam vehementer percuſſit, ut exinde percuſſus obierat, capite eum plectendum eſſe, pronunciarunt Scabini, Verſus* Schmiedebergk. *Ad Conſultationem Senatus. M Martio. Anno 1605.*

37 *Quam pœnam etiam dictaverunt H.S. qui C. T. vehementiſſimè percuſſerat, tot plagas, totq; ictus ipſi infigendo, usq; dum animam exſpiraverat.* An Jacob Henrichen von Bendeleben. *Menſ. Aug. Anno 1612.*

38 *Secūdus caſus.* SECVNDVS CASVS eſt, ſi quis alteri colaphum infringat, manu tamē contractâ, ſive pugno, mit voller Fauſt: hic, ſi percuſſus inde moriatur, à pœnâ ordinariâ homicidii nullatenus excuſabitur, præſertim ſi percuſſio fiat in loco periculoſo circa tempora capitis: Neque enim percutiens pugno caput extra dolum eſt, ut qui ſcit, aut ſaltem ſcire debet, necem pugno inferri poſſe, *l. ſi ſervus ſervum. § ſi mulier pugno. ff. ad L. Aquil. Blanc. in pract. crim. § iis ſic præmiſſis. n. 57. fol. 128. in fin. Anton. Gomez. de delict. lib. 1. cap. 3. n. 17. Plach. in epitom. delict. cap. 10 n. 6. lib. 1. Maſcard. de probat. lib. 1 concl. 97. n. 29. & lib. 2. concl. 864. n. 4. Brun. à Sol. quæſt. 43. n. 41.*

39 Quinimò ſæpè pugnus plus offendit propter fortitudinem corporis pugnum inferentis, quã gladius. *Odofred. in l. ſcientiam. § qui cum aliter. ff. ad L. Aquil. Hoſtienſ. in c. ſignificaſti. n. 10. ext. de homicid. Iacob. Boulen. in rep. l. capitalium. § famoſos. n. 140. verſ. niſi ſit ille multò major. ff. de pœn. Farin. part. 5. crim. quæſt. 43. n. 41.*

40 Quo tamen caſu ante omnia conſtare debet, ictum pugno illatum fuiſſe lethalem; nam ſi caſus forſan alius ſuperveniat, veluti ſi pugno percuſſus in terram cadat, capite in lapidem illiſo, Iudex ad pœnam homicidii ordinariã devenire nequit, ut qui ſemper dubius eſt, an percuſſus ex ſola percuſſione, an verò aliis ſupervenientibus ſymptomatibus mortuus fuerit. *Carrer. in pract. in 3. tract. de homicid. & aſſaſſ. §. homicidij autem ſpecies. n. 46. 49. Plach. in epitom. delict. lib. 1. c. 10. n. 6. Menoch. de arb. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 324. n. 6.*

41 *Caſus ejuſmodi accidit Lipſiæ Anno 1625. quum P. H. ruſtico cuipiam Schönfeldenſi in cellâ vinariâ manu contractâ ſive pugno colaphos aliquot infregerat, ex quibus ruſticus in terram prolapſus, ſubitò mortuus fuerat: Quamvis enim ſecundũ judicium Medicorum percuſſio ſive ictus illatus pro lethali haberetur, adeoq; & quidam ex Dominus Scabinis pœnam gladij dictandam eſſe exiſtimabant; Attamen quia percuſſus in fulcrum menſæ prolapſus erat, unde dubium oriebatur, an non magis ex capitis in lignum illiſione, quàm percuſſione ruſticus animam exhalaſſet, relictâ ſententiâ ſeveriori tandem fuit concluſum, delinquentem hoc caſu virgis cæſum in perpetuum relegandum eſſe. Ad requiſitionem Prætoris Lipſenſis. M. Aug. prædicti Anni.*

42 *Tertius caſus.* TERTIVS CASVS eſt, Quando quis alicui colaphum impingit manu vacua mit flacher Hand; tunc licet percuſſus mortuus fuerit, percutiens tamen ultimo ſupplicio non afficiendus, nec capite plectendus eſt.

Tùm, quod hoc caſu mors præter omnem intentionem & mentem percutientis ſupervenit, qui etiam in dolo neutiquam verſatur, cum rariſſimè vix accidere queat, ut ex alapâ quis moriatur.

Tùm, quod percuſſus ex aliis ſymptomatibus potius ſupervenientibus mortuus præſumatur, vid. quæ tradit Alexand. ad Bartol *in l. 1. §. Divus. licet. c. ff. ad Leg. Corn. de ſicar.* Ideoque hoc caſu aliam pœnam præter relegationem imponendã non eſſe, arbitratur *Decius. conſ. 9. in 3. Blanc. in pract. crim. §. iis ſic præmiſſis. n. 56. Menoch de præſumpt. lib. 5. præſumt. 40. n. 10. Foller. in pract. crim. in verb. pœnis debitis feriantur. n. 34.*

Quam opinionem ſecuti ſunt Dn. Scabini Lipſenſes, dictantes pœnam perpetuæ relegationis H. P. qui ſenem quendam bis manu vacuâ percutiendo, mortem ipſi intulerat, Nach Weiſſenfels / an Amptsvogt. *M. Iun. Anno 1597.* 43

Videtur tamen obſtare Ius Divinum Num. 35. *verſ.* 21. ibi: *Si per odium quis hominem impulerit, aut cum eſſet inimicus manu percuſſerit, & ille mortuus fuerit, percuſſor homicidij Reus erit, cognatus occiſi ſtatim ut invenerit eum, jugulabit, &c.* Vnde ſequitur, eum qui manu vel alapâ hominem occidit, Reum eſſe homicidii, adeoq; ultimo ſupplicio puniendum. 44

Sed *Reſp.* 1. Textum illum Biblicum accipiendum eſſe de eo, qui vel animo occidendi, vel pugno aliquem vehementer percutit & occidit, non autem de eo, qui manu vacuâ alapam alicui infringit.

2. In prædicto textu Num. 35. *v.* 21. vocabulum *manus* uſurpatur pro robore, virib9 & poteſtate, perinde ut Deut. 32. *v.* 36, *receſſit manus*, h.e. vires manuũ, robur ac facultas omnis, 2. *Sam.* 14. *v.* 19. *num manus Ioabi*, h. e. opera Ioabi. Num. 33. *v.* 1. *per manum Moyſis & Aaronis*, h.e. opera Moyſis & Aaronis. Iob. 5. *v.* 20. *à manib9 gladij*, h.e. poteſtate gladii. Dan. 6. *v.* 27. *de manu*, h.e. poteſtate leonũ. Vt ſenſus ſit, eum qui datâ operâ & propriis viribus hominem occidit, homicidii reum eſſe. 45

Quæritur porrò, *Quid de homicidio lapide commiſſo habendum, Veluti ſi quis ſtudio & operâ lapidem in aliquem conjiciat, eumq; occidat,* (nam qui lapidem verſus canem aut in aêrem proiicit, & tranſeuntem occidit, de culpâ ſolùm tenetur, & pœna arbitrariâ plectendus eſt, *Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 324. Farin. part. 5. crim. quæſt. 126. n. 17. 18.*) *anne iſtud pro doloſo reputandum, & homicida decapitandus ſit?* 46 *Q. V. Num homicidium ictu lapidis commiſſũ pœnam gladij mereatur?*

Quod affirmare videtur Anton. Gomez. *de delict. cap. 3. rubr. de homicid. n. 17. 18. Vulpell. in conſ. 126. per totum. Iodoc. Damhoud. in pract. cap. 69. n. 3.* Vbi lapidem inter arma ad occidendum apta ponit. Idque probari poteſt per textum in *l. armorum. 41. ff de verb. ſign.* ibi: *Armorum appellatio non utiq; ſcuta, & gladios, & galēas ſignificat, ſed & fuſtes & lapides.* Clarior eſt textus in *l. un. C. de emendat ſervor.* ibi: *ſed tunc Reus homicidij ſit, ſi voluntate eum ictu fuſtis aut lapidis ceciderit, &c.* 47

Et quis negabit, lepide præſertim magno & ingenti homines æquè occidi, ac gladio vel aliis armis, ut ſic lapide proiiciēs doloſè agere & occidere neceſſariò dicatur.

Cum quo convenit Ius Divinum in Num. 35. 48

verſ. 16.17. ibi: *Si quis ferro percuſſerit, & mortuus fuerit qui percuſſus eſt, Reus erit homicidii & ipſe morietur; ſi lapidem jecerit, quo interfici aliquis poſſit, & ictus occubuerit, ſimiliter punietur, &c.*

49 Contrarium, quòd ſcilicet lapidem in aliquem conjiciens, quamvis eum interficiat, regulariter non ordinaria homicidii pœna, ſed mitiori arbitraria puniendus ſit, defendit Felin. *in cap. ſignificaſti. n. 11. extr. de homicid.* Carrer. *in pract. in 3. tract. de homicid & aſſaſſ. §. homicidii autem ſpeciei n. 52. Foller in pract. crim. in verb pœnis debitis feriantur. 33. Blanc. in pract. ordin. § iis ſic præmiſſis, n. 62 fol. 129. Far. part. 5. crim. quæſt. 125. n. 137. Menoch. de præſumt lib. 5. præſumt.* 40. *n. 5. Dan Moller. 1. ſemeſtr. cap. 33. Ægid. Boſſ. in tract. crim. tit. de homicid. n. 39.*

Qui omnes pro ſtabilienda ſua opinione hoc fundamentum adducunt, quòd proiiciens lapidem non præſumatur habere animum occidendi. Quod ipſum tamen ad hoc, ut locum habeat in occidente pœna ordinaria gladii, neceſſariò non requiri, demonſtratum fuit ſuprà *quæſt. 1. n. 28. & ſeqq.*

50 *Deciſio quæſt.* Miſſo itaque hoc fundamento, pro confirmatione hujus ceu verioris opinionis dici poteſt, projectione lapidis, præſertim ſi non ſit gravis, homines raró occidi; proinde licet quandoque contrarium eveniat, non tamen homicidium regulariter pro doloſo habendum eſt, quia proiiciens lapidem ab initio eventum mortis, qui raró exinde contingit, neceſſariò cogitare non potuit, adeoque nec regulariter pœna ordinaria gladii hôc caſu obtinebit, *arg. c. ſignificaſti.* ibi: *ratione inſtrumenti, cum quo ipſe percuſſit, &c. extr. de homicid. l. 1. C. de emendat. ſervor.*

51 Accedit textus expreſſus in *l. omne delictum. § ſi quis commilitonem ff. de re militari.* ubi expreſsè dicitur: *Si quis commilitonem vulneravit, ſi quidem lapide, militiâ reiicitur, ſi gladio caput amittit.* Quæ ſanè verba manifeſtè differentiam inter homicidium gladio commiſſum, & id quod perpetratur lapide, conſtituunt, illudq; ſolùm morte puniri jubent.

52 *Quam opinionem Elect: Sax: Scabinos in reſpondendo ſecutos fuiſſe, Ad conſultationem Præfecti Sangerhuſ. Menſ. Octobr. Anno* 1583. *teſtatur Moller. 1. ſemeſtr. 33.*

53 *Et ſecundum eam etiamnum hodiè in Scabinatu pronunciari ſolet, Veluti ita reſponſum fuit,* nach Arnßhaug / *ad requiſitionem Quæſtoris,* hiſce verbis.

Ob nun wol inhalts der gerichtlichen Ruge / der Beſchädigte alſobald ſprachloß worden / vnd deß andern Tages hernach verſtorben ſeyn ſoll / dieweil aber dennoch bewehrter Rechtsgelehrten Meinung nach / in dergleichen Fall der Vorſatz / einen vmbs Leben zu bringen / nicht zu vermuthen / noch auch ſonſten die Todesſtraffe ſtatt hat / ſo verbleibt der gefangene *P. T.* geſtalten Sachen nach damit verſchonet / Er wird aber gleichwol mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billig verwieſen. V. R. W. *M. Iul. Anno* 1602.

54 *In ſimili quoq; caſu fuit alicui adjudicata fuſtigatio cum perpetuâ relegatione, Ad conſultationem Quæſtoris Sangerhuſani. M. Iul. Anno* 1621.

Pariter quoq; nuperrimè pronunciatum fuit Quæſtori Ilenburgenſi. M. Mart. Anno 1628.

Quandoq; etiam hoc caſu fuit dictata perpetua relegatio abſq; fuſtigatione, pro ratione circumſtantiarum cujusvis caſus pœnam delicti deminuentium Verſus, Weimar / an Landrichter. *Menſ. April. Anno* 1610. 55

It: *Verſus Dreſdam, Ad requiſitionem Quæſtoris. M. Iul. Anno* 1620.

Huic opinioni non adverſantur, quæ ſupra in contrarium fuêre adducta. Quantum enim ad hoc, quod *Iodoc. Damhoud. in pract. c. 69. n. 3.* lapides inter arma ad occidendum apta ponit; Iſtud quidem concedi poteſt, nego tamen projectione lapidis, perinde ut gladio vel aliis inſtrumentis, ut plurimũ homicidium committi: Cùm ergò per raró hoc fiat, proiiciens lapidem, ut qui contrarium eventum tàm facilè cogitare non potuit, in dolo haud eſſe videtur, adeoque nec regulariter capite plectendus eſt. 56

Ad *l. un. C de emendat. ſervor.* quod attinet: bene ponderandum, quod ibidem expreſsè agatur de homicidio voluntatio, in verb: *Si voluntate eum ictu fuſtis aut lapidis ceciderit, &c.* Is autem qui voluntariè & ex propoſito lapide aliquem occidit, à pœna ordinaria excuſandus nõ eſt, ut paulò poſt dicetur. *Vel Reſp.* Nil aliud probari ex *d. l. un.* quàm quòd proiiciens lapidem ſit Reus homicidii, quod non nego, exindè tamen non ſequitur eum ordinaria pœna afficiẽdum eſſe, cùm non omne homicidium ſit doloſum, neque etiam quivis homicida gladio puniri debeat. 57

Similiter non adverſatur textus Biblicus *Numer. 35. verſ.* 17. Quia in hebraico textu, unde genuina interpretatio deſumenda eſt, habetur vocabulum הכה *Hiccach,* quod teſte *Ioh. Buxtorffio in lexic. hebraico, fol.* 463. idem eſt ac *percutere*; Vt ſenſus ſit, ſi ladide percuſſerit, quo interfici quis poſſit, &c. jam verò longè diverſa ſunt, lapide aliquem percutere, & lapidem in aliquem coniicere: Qui enim lapide aliquem percutit, atque occidit, æquè in dolo eſt, ac is qui gladio hominem interficit, proinde & percutiens gladii pœna afficiendus eſt; Qui verò coniicit lapidem in aliquem, juxta *ſupra dicta* aliquo modo excuſari poteſt. 58

Ex quibus apparet, prædictam opinionem, quòd ſcilicet conjiciens lapidem in aliquem, ſi occidat eum, non ordinaria, ſed mitiori arbitraria pœna afficiendus ſit, limitandam eſſe.

Primò, ut locum non habeat in eo, qui non coniicit lapidem, ſed lapide aliquem percutit, & occidit, hic enim in dolo verſatur non minus, ac ille, qui gladio alicui necem infert: vix enim fieri poteſt, ut quis lapide præſertim in capite percuſſus non moriatur, quod quia percutiens ſcit aut ſcire debet, utique percutiendo, homicidium doloſum committit, adeoque pœnam gladii effugere nequit. *Vulpell. conſ.* 126. *Farin. part. 5. crim. quæſt.* 125. *n.* 141. ubi expreſsè loquitur de eo qui lapide percutit aliquem. 59 *Limit. 1.*

Quod obſervarunt Scabini dictantes pœnam gladij VV. K. qui lapide faciem & frontem alicujus percutiendo, ipſum interfecerat. Verſus Senfftenbergk / *Ad requiſitionem Quæſtoris. M. Iun. Anno* 1605. 60

Limi-

61 Limitatur *ſecundò* hæc opinio, ſi conſtet,
Limit. 2. coniicientem lapidem habuiſſe animum occidendi, tunc absque dubio pœna gladii ordinaria occiſori imponenda eſt. *Felin in c. ſignificaſti n. 11. extr. de homicid. Boſſ. de homicid. n. 39. Menoch. de præſumpt. lib. 5 præſumt. 40. n. 14. Plach in epit. delict. lib. 1. cap. 10. n. 6. in fin. Blanc. in pract. crim. §. iis ſic præmiſſis. n. 62. in f. Carrer. in pract. in 3. tract. homicid. & aſſaſſ. §. homicidij autem ſpecies. num. 54.*

62 Colligitur autem hoc caſu animus occidendi ex variis circumſtantiis; Vt ſi quis proiiciat lapidem admodum gravem & ponderoſum. *Boſſ. de homicid. n. 39.* Vel ſi quis ad eum, in quem vult lapidem coniicere, propius accedat; quo ſanè caſu ictus eſt periculoſior; Aut ſi proiectio fiat reiteratis vicibus in loco periculoſo capitis, oculorum, &c. quæ omnia iudicis arbitrio committenda ſunt.

Meritò itaq; pœna gladij à Scabinis adjudicata fuit A. H. qui M. F. reiteratis vicibus conjiciendo lapidem gravem in faciem & caput ejus, occiderat, Verſus Freybergk / *Ad requiſitionem Iudicis oppidani. Menſe Aug. Anno 1593.* 63

Eâdem pœnâ afficiendum eſſe A. M. in caſu ſimili pronunciatum fuit Præfecto in Heldrungen. *Menſ. Decembr. Anno 1601.* 64

Quam pœnam quoq; decernere nõ dubitavimus ei, qui ædes alicujus ingreſſus, lapidem ponderoſum, cum quo propius acceſſerat, ipſi in caput conjecerat, eumq; hoc modo necaverat. Ad requiſitionem Quæſtoris Sceudicenſis. Menſ. Iun. Anno 628. 65

QVÆSTIO IV.

Quæ ſit Pœna mandantis homicidium, ut & ipſius Mandatarii.

SVMMARIA.

1. *Nil refert an quis propriis manibus, an verò alterius ope aliquem occidat. n. 11.*
2. *Quomodo mandatum homicidii differt ab Aſſaſſinio.*
3 *Quomodo itidem differat à Conſilio.*
4. *Mandans & mandatarius ſunt correlata.*
5. *Delictum mandantis & mandatarij unum & idem eſt.*
6. *Mandatarius pœnam homicidij incurrit.*
7. *Mandatum Domini, ſervum in delictis non excuſat.*
7. *Neq; mandatum Patris, aut juſſus judicis.*
9. *Mandans homicidium tenetur pœnâ ordinariâ. n. 14.*
10. *Nil intereſt, an quis ipſe occidat, an verò cauſam mortis præbeat.*
12 *Mandans plus delinquit, quam mandatarius in homicidij delicto.*
13. *Quatenus obligatio oritur ex mandato rei turpis*
15. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n. 16.*
17. *Mandans non tenetur, ſi mandatarius fines mandati exceſſerit. n. 18.*
19. *An mandans vulnerare ſolùm, teneatur de homicidio mandatarij. n. 20. 21. 24. 25.*
21. *Animus occidendi non ſemper requiritur ad irrogationem pœnæ homicidij. n. 23.*
26. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
27. *Vtrum mandans puniendus ob homicidium, quod mandatarius etiam absq; mandato perpetraturus fuiſſet. n. 28. 29.*
30. *Vnde propoſitũ mandatarij conjecturãdũ. n. 31.*
22. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*

1 PArùm refert, an quis propriis manibus aliquem occidat, an verò per intermediam perſonam, ejuſque auxilio & ope hoc efficiat, quum uterque occidat, Reuſque fiat homicidii. Eaque
„ Tertia eſt Ampliatio Regulæ traditæ *ſupra q. 2.*
„ *n. 1.* ſcilicet, ut hæc in mandante quoque & jubente aliquem necari locum ſibi vendicet.

2 Mandare autem propriè is dicitur, qui alicui ſine mercede homicidium exequendum committit; quando enim pecunia intervenit non eſt propriè mandatum, ſed aſſaſſinium. *Tib. Decian. in tract. crim. lib. 9. c. 31. n. 1.* Idque fieri debet in 3 gratiam mandantis. In quo differt à conſilio, quod totum tendit in utilitatem conſultantis, non conſulentis, cùm contra mandatum tendat totum in utilitatem mandantis. *l. 1. ff. mandat. Bar. in l. non ſolùm. §. ſi mandato, in 1. q. verſ. veniamus ad perſuaſionem. ff. de injur.* & plus eſt mandare quàm conſulere.

4 Cumq; mandans & mandatarius procul dubio ſint correlata, ſicut Dominus & ſervus, pater & filius, uxor & maritus, actor & Reus, &c. ideò ſecundum naturam correlativorum, poſito uno ex iis, neceſſariò ponitur & alterum, *l. fin. ff. de acceptilat. Bald. in l. nemo martyres, & in Auth. quas actiones C. de SS. Eccleſ. & in l. conventicula. C. de Epiſc. & Cler. Tib. Decian. in tr. crim. lib. 9. cap. 33. n. 1.*

Obque id homicidio ſecuto, delictum mandantis & mandatarii ferè unum & idem eſt, *Bartol. in l. ſed ſi unius. §. ſervus meus. n. 5. de injur. Cyn. in l. non ideò minus. C. de accuſat. Decian. dict. lib. 9. cap. 32. n. 5.* 5

Vterq; igitur pœnâ homicidii tenetur. Quod quidem in perſona *Mandatarij* vix dubium habet, ut qui ob mandatum non excuſatur. *Bartol. in l. non ſolùm. §. ſi mandato ff. de injur. Decian. dict. lib. 9 cap. 37. n. 1.* Turpis namque vel injuſtæ rei mandatum adeò non eſt obligatorium, ut ne juramento quidem confirmetur. *l. 9. §. 3. & 7. l. 12. §. 11. l. 23. §. 6. ff. mandat. c. non eſt obligatorium. de Reg. jur. in 6. Iul. Clar. in pract. §. f. quæſt. 89. num. 1.* 6

Neque mandatum Domini regulariter ſervum in delictis excuſat. *l. ſervus non in omnibus ff. de obligat. & action. l. 1. §. quoties. ff. quod vi aut clam.* 7

*ciam.l.deniq́ȝ §.fin.ff.de injur l.non ſolùm.§.ſi mandato.ff.eod.l.non ideò minùs C.de accuſat. Decian. in tract. crim.dict lib.9.cap.37.n.*8.

Ac licet Judex vel pater iniuſtè quid iuſſerit, mandatarius tamen non excuſabitur *Bartol.in l.prohibitum. C.de jur.fiſci.lib.*10.*& in l.juſtè.ff.de acq.poſſeſſ. Dd.in c.ſignificamus. de conſtit. & in c. conſtitutus.de reſcript.ubi Felin.Decian.conſ.*535.*n.*3. *& ſeq. Angel Aret.de malef.in verb. Et Sempronium mandatorem.n.*10.

Hinc pronunciarunt Domini in Scabinatu Elector. B.S.gladio puniendum eſſe, propterea quod M. M. vulnus lethale inflixerat eumq́ȝ occiderat, non obſtante Soceri ſui mandato,cui hâc in re obtemperaverat, **Nach Zeitz / an Landrichter.** *M. Ianuar. Anno* 1586.

Et ita quotidiè pronunciare ſolemus.

Q. I. An mandans ordinaria homicidij pœna teneatur.

9 Quoad perſonam verò *Mandantis* certò ſtatuendum eſt,quòd is non minus ac mandatarius ultimo ſupplicio affici debeat, *Ægid.Boſſius ſub tit. de mandat.ad homicid.n* 7. *& per totum. Iul. Clar lib.*5.*ſent.§ fin quæſt.*89 *in pr.Menoch.de arbitr.jud.quæſt.lib* 2. *caſu* 353. *Tiber. Decian. in tract.crim.lib.*9.*cap* 39.*n.*1. *Farin.part.*5. *crim. quæſt* 135.*n* 1. *Angel. Aretin. de malefic in verb. Sempronium n.*32 *&* 33. *Plach.in epit.delictor.lib.* 1. *cap* 15.*n.*2. *Marſil ſingul* 181.*in pr.*

10 *Tum*, quia nihil intereſt utrum occidat quis ipſe,an verò cauſam mortis dolo malo præbeat, *l.nihil intereſt* 15.§ 1 *ff ad Leg.Cornel. de ſicar.l. non ſolùm* 11.*§.ſi mandatum ff de injur. l. non ideò C.de accuſation. Iul.Clar.in pract §.homicidium. n.*12.*VVeſemb in parat ff. ad L.Cornel. de ſicar. n.*13.*Harpr.in §.item lex Cornelia. n.*29. *Inſt.de publ.jud.*

11 *Tum*, quod parum referat, an propriis manibus quis deiiciat vel per alium; Nam quod quis per alium facit, per ſeipſum facere cēſetur. *c. qui facit.*72 *de reg.jur.in* 6.*l is damnum.* 169. *ubi Decius.ff.de reg jur. Salycet. in l. non ideò minus. C. de accuſat.q.*6.*Tib.Decian. in tr.crim.lib* 9 *cap.*39. *num.*1.

12 *Tum*, quod mandans plus delinquat, quam mandatarius. *Primò* enim delinquit in ſeipſum. *Secundò* in mandatarium, quem corrumpit, ut occidat *Tertiò* in occiſum. Mandatarius autem non delinquit,niſi in ſe & in interfectum. *Proſp. Farin.part.*5.*crim quæſt.*135 *n.*6.*ubi allegat.gloſſ.in l athletas.§.Pomponius.in verb.in ſervitute ff. de his qui not.infam. Gandin.in rubr.de transact in ult.quæſt.n.*26 *Capoll conſ.*34. *n.* 48. *Ægid. Boſſius in tit.de mandat an homicid.n* 1 *Maſcard.de probat.lib.* 2. *concl.* 1012.*n* 1 *Tib.Decian.in tract. crim lib.*9.*cap.*32.*n.*4. ubi latiſſimè tractat quomodo mandatarius ſit cauſa delicti ſecunda, ſed proximior effectui.

13 Et licèt quis obiiciat, quod rei turpis nullum ſit mandatum,nullus contractus,nullaque actio vel obligatio, *l.ſi remunerandi.§.ſi paſſus.ff.mādati.l.à reo.§.ff.de fidejuſſ.* attamen hoc ſolùm intelligi debet quoad actionem pariendam inter mandantem & mandatarium, non etiam quoad actionem vel accuſationem pariendam ei, in cuius præiudicium mandatum tendit, *Bartol. in l. non ſolùm. § ſi mandato. ff. de injur. Salicet. & Dd. comm. in l. non ideò minus. C. de accuſat.* Quo reſpectu mandans tenetur ex ipſo delicto propter mandatum,nō tamen principaliter ex mandato, *Anton.Gomez. de delict. c.*3.*n.*39 *Boſſ. in tit.de foro comp.n.*109 *Iul Clar.in pract.§.fin quæſt.* 89.*n.*4.*Proſp.Farin.dict.quæſt.* 135.*n.*8.*Decian in tract.crim.dict. lib* 9.*c.*32.*n.*4. *Angel.Aretin.dict.verb.Et Sempronium mactatorem.n.*18.

Ex quo ſequitur, mandantem pœnâ homicidii ordinariâ tunc demum afficiendum eſſe, ſi delictum fuerit ſecutum: Quia enim (*ut modò dictum*) ex delicto obligatur, eo nondum perfectè exiſtente, neque obligatus neque ut homicida puniendus erit, *Decian.in dict.lib* 9 *cap.*36. *n.*2.*Plach.in epit delict lib.*1 *cap.*14. *Boſſ ſub tit. de mandat. n.*16. *Salycet.in l. non ideò minus. in* 3. *quæſt C.de accuſat.* 14

Secundum prædicta,mandantem æquè ac mandatarium,homicidio ſubſecuto pœnâ gladij plectendum eſſe.pronunciarunt Scabin Lipſenſ 15

Hat der Gefangene *M. R.* als er auff vnſer jüngſt geſprochenes Vrtheil mit ſcharffer Frage angrieffen wordē/ bekandt daß er ſeinen Bruder *D. R.* zuerſchieſſen vnd vmbzubringen befohlen / welches auch darauff erfolget vnd geſchehen Da er nun auff ſeinen gethanen Bekantnuß vor Gericht freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde / ſo möchte er derowegen/daß ſolche Mordthat auff ſeinen Befehlich geſchehen / mit dem Schwerdt vom Leben zum Todt geſtrafft werden. V. R. W. *Senatui VVeidenſi. M. Iun Anno* 1599.

Pariter quoq́ȝ reſponderunt in caſu prorſus ſimili verſus **Anneburgk / an Hauptmann Georg Ludern/** *Menſ Novembr. Anno* 1589. 16

Quod ipſum tamen multis modis limitatur, ut videre eſt apud Menoch. *de arbitr. judic quæſtion.lib.*2 *cent* 4.*caſ* 352.*Farin.part.*5.*crim.q.*135. *Tiber Decian.in tract. crim.lib.*9.*cap* 36, 17

Inprimis verò hoc fallit, quando mandatarius exceſſit fines mandati præter mandantis voluntatem,tunc enim ratione exceſſus mandans non tenetur. Menoch. *dict.caſ.*352.*n.*3.*Decian. dict.cap.*36.*n.*5. Quod quidem indubitatè procedit,& nullum ferè habet contradicentem (ut putat *Decian.d.c* 36.*n.*6.) quando mandatum fuit quid fieri,ex quo veriſimiliter & regulariter non ſolet ſequi mors; Vt ſi quis mandaverit aliquem baculo parvo vel alapâ percutere, & tamen mandatarius enſe occiderit: Certè hoc caſu mandans de exceſſu mandati non tenetur; In poteſtate namque mandatarii fuit non excedere fines mandati, quod tamen præter voluntatem mandantis fecit. *Iul.Clar.recept.ſent.lib.*5.*§.fin. quæſt.*89.*n.*5.*Plach.in epit,delict.lib.*1.*cap.*15.*n.*1. *Ægid Boſſius ſub tit.de mandato.n.* 10. *Menoch. dict. caſ.*352.*n.*3.*ubi plures allegat*; Ex quo fundamento Decianus defendit delinquentem, qui aliquem juſſerat meretricis faciem cultello parvulo ad aptandum pennas parato, cæſim ſignare, qui tamen cultellum illum punctim in iugulum impingendo mulierem occiderat, prout ipſemet refert. *dict.lib.*9.*cap.*36.*n.*6. 18

19 *Q. II. An mandatū de vulnerando non autem de occidendo, excuſet mandantē ſi mandatarius fines mandati excedat.*

At quid,ſi mandatum fuit de vulnerando cum enſe,ſeu de exonerando archibuſium in aliquem,nō etiam de occidendo, mandatarius verò occidat? Ne hoc quidem caſu mandantem ordinariâ pœna homicidii afficiendum eſſe exiſtimant

Covarr. in Clement. ſi furioſus. de homicid. part. 2. §. 1. *n.* 3 *Johan* Harpr. *ad* § *item lex Cornelia n.* 32. *Inſt. de publ. jud. Romulejus de homicid. part.* 2. *n.* 293. *& ſeqq. Fach lib.* 1. *controv jur. cap.* 36. *Dec. conſ.* 234 *& conſ.* 482. *Hippol. de Marſil. conſ.* 7. *n.* 54. *& conſ.* 67. *& ſing.* 176.

20 Moti potiſſimùm hoc fundamento, quòd mandans in caſu præſenti non habuit animum occidendi; Et quòd ipſi non imputandus dolus mandatarii qui fines mandati exceſſit.

Deciſio quæſt.

21 Sed contrarium rectius aſſerunt *Iul. Clar. recept. ſentent. lib.* 5. § *fin. quæſt.* 89 *n.* 5. *Menoch. de arbitr jud. quæſt. lib.* 2. *cent.* 4. *caſ.* 352. *n.* 2. *Decian in tract crim. lib.* 9. *cap.* 36. *n.* 11. *Barthol Veronenſis conſ.* 34. *Voltzius ad Leg Cornel. de ſicar. cap.* 6 *n.* 28. *Anton. Gomez tom.* 3. *variar. reſol. cap.* 3. *num.* 18. Quam opinionem communem eſſe dicit Boſſius *ſub tit. de mandato n.* 10. ſecundum quam etiam conſuluit Cœpolla *conſ criminal.* 34.

22 Supra enim *quæſt.* 1. fuit probatum, ad hoc, ut pœna gladii in crimine homicidii obtineat, neceſſariò animum occidendi nõ requiri, ſed ſufficere, homicidam verſari in dolo, & cauſam mortis doloſè præbere *juxta l* 15 *ff. ad L. Cornel. de ſicar.* quod equidem facit is, qui mandat aliquem gladio vel enſe vulnerari, præſertim cùm vulnera infligi nequeant ad menſuram, & locus ſæpè lethale vulnus faciat, ac declinatione aut inflectione corporis facilè contingat, ut ictus accidat gravior.

23 Præterea, ſi hæc ratio, videlicet mandantem non habuiſſe animum occidendi alicujus eſſet ponderis ſequeretur exinde, ne quidem mandatarium hoc caſu de occiſo teneri; quia in delictis mandantis & mandatarii eadem eſt ratio, & unũ ac idem utriusq; delictum *Bartol in l ſed ſi unius. § ſervus meus. n* 5 *de injur. Decian in tract criminal lib.* 9. *cap.* 32 *n.* 5. Atqui mandatarium, licet is vulnerandi tantùm animo verberans aliquem occidat, ordinaria homicidii pœnâ plectendum eſſe, vix negabitur, quia ſufficit adeſſe animum malitioſum ad id, ex quo proximè mors ſequitur, *ſupr. quæſt.* 1. *n* 1 *n* 28. *&* 29.

24 Neque huic adverſatur, quod vulgò tradi ſolet, mandatarium hoc caſu fines mandati excedere non debuiſſe, & quia exceſſit, mandanti hoc nullatenus imputandum eſſe. *Quia* hæc cõſequentia ſolùm valet in mandato in contractibus, in quibus mandans non obligatur ex eo, quod mandatarius geſſit, ſed ex contractu mandati: In delictis verò mandans non ex contractu, ut qui de re turpi & inhoneſtâ invalidus eſt, ſed ex ſubſecuto delicto obligatur, *Ant. Gomez. de delict. cap.* 3. *n.* 39. *Boſſius de foro compet n.* 109. *Decian. in tract. crim. dict. lib.* 9. *c.* 32. *n.* 4. *Alexand. conſ* 65. *n.* 3. *lib* 4. *Angel. Aretin. de maleſ. in verb. & Sempronium mandatorem. n.* 18.

25 Deindè non fuit in poteſtate mandatarii, hoc caſu fines mandati cuſtodire; juſſus namq; cum gladio vel enſe vulnerare, ictus in poteſtate ſuâ non habet, ut vulnera ſecundum menſuram infligere queat, adeoque ea quæ ex mandato ſecuta ſunt, mandati ſunt imputanda.

26 ***Hanc opinionem Iul. Clar. ſecuti ſunt Scabini in pronunciando verſus Croſſen.*** **An Bürgermeiſter vnnd Rahtmanne.** ***Menſ: Novembr. Anno*** **1595.**

27 Præterea, pœna homicidii ordinaria in mandante locum non habet, quando mandatarius erat absque mandato, ſuâ voluntate & cauſâ delictum perpetraturus, *Menoch. de arbitr. jud. quæſt. cent,* 4 *cauſ.* 352. *n.* 1. *Tiber. Decian in tract. crim. lib.* 9. *cap* 36 *n.* 14 *Ægid Boſſius ſub tit de mandato. n* 46. *Hippol de Marſil in l* 1. § *Divus Antoninus n.* 7 *ff de quæſtion Cœpoll conſ.* 41. *Socin Iun. conſ* 38. *n.* 18. *lib* 2. *Alciat. reſponſ.* 468. *n.* 4. Vbi ſcribunt, hoc caſu pœnam extraordinariam ex arbitrio judicis imponendam eſſe.

Q III. Quid juris ſi mãdatarius aliàs quoq; mandato non interveniente occiſurus erat.

Et quamvis opinionem hanc, quâ diſtinguitur, an mandatarius aliàs erat facturus delictum, an non, reprobet Iaſon. *in l. n.* 22. *C. deſer fugit.* quem ſequitur Iul. Clar. *lib* 5. *ſentent.* § *in fin. quæſt.* 89. *n.* 1. ubi pro ſuâ intentione allegat Bartol. *in l. non ſolum.* § *ſi mandato. n.* 19. *ff. de injur. Curt. Iun. conſ.* 237. *n.* 5. *& alios multos,* contraque diſtinctionem prædictam Senatum Mediolanenſem pronunciaſſe, teſtatur: Ea tamen magis 28 æqua eſt, poſtea quã facto mandantis reipsâ ſecutum non eſt delictum. Ac licèt mandatum fuerit iniquũ attamen illa iniquitas ſatis punitur Iudicis arbitrio, *Menoch. dict. caſ.* 352. *n.* 13. Quin & Dd. à *Iul. Claro* allegatos in aliis terminis loqui latè probat *Tib. Decian. dict. lib.* 9 *c.* 36 *num.* 14.

29 Sciendum tamen, mandantem delictum, ſi mandatarius absque mandato etiam hoc perpetraturus erat, tunc demum à pœnâ ordinariâ homicidii excuſari, quando certò credidit, mandatarium etiam ſine mandato omnimodò occiſurum eſſe: ſi verò mandans ignoravit, aut credidit, quod mandatarius hoc facturus non eſſet, tunc indifferenter mandans tenebitur pœnâ ordinariâ, quia quoad ipſum ſatis eſt, quod putavit verè mandare ei, qui aliàs non eſſet facturus; Non enim poteſt iſtud mandatum tranſire in conſilium, ut quod datur gratiâ eius, qui conſilium petit, quod non ſit, quàndo mandans ignorat, mandatarium occidere velle. *Tib. Decian. dict: c.* 36. *n.* 14.

30 Vnde verò hoc probandum ſit, quod mandatarius aliàs facturus eſſet, etiamſi non mandatũ fuiſſet, tradit Decian. *dict cap.* 36. *n.* 15. 16. 17. 18. ponendo aliquot concluſiones: *Hypp. de Marſil. ſing* 218. *Carrer. in pract. crim* § 5. *Plach. in epit delict. lib.* 1. *c.* 15. *n.* 14 *Boſſius ſub tit. de mandat. n* 46.

31 Potiſſimùm hoc colligendum eſt ex indiciis & conjecturis; Veluti ſi inimicitia capitalis interceſſerit inter occiſum & mandatarium; Vel ſi minæ præceſſiſſent de occidendo, vel præparationes ad occidendum, &c. *Felin. in c. ſicut dignum. n.* 9. *verſ tertia concluſio in f de homicid. Carrer. dict* § *n.* 75. *Plach. in epit delict. lib.* 1. *c.* 27. *n.* 12.

32 ***Et ſecundum hanc opinionem Scabini dictaverunt pœnam fuſtigationis fœminæ cuidam M. S. quæ fratri ſuo vitricum propriâ ſpontè occiſuro, & jam jam percutienti, ipſum planè interficere mandaverat, hiſce formalibus:***

Hat die gefangene *M. S.* in guten bekandt vnd geſtanden/ daß ſie jhren Bruder Martin/ als derſelbe den Stieffvatter allbereit mit der Krautſtoſſen übel geſchlagen / daß er kaum ſitzen können/ geheiſſen/ den Stieffvatter vollend todt zu ſchlagen / denn ſie vor ihme künfftig nicht ſicher ſeyn würden / nach mehren Inhalt jhres gethanen Bekäntniß. So wird ſie geſtalten Sachen nach mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billig verwieſen/ *Verſus* Gruhna/ an Philip. Spiegeln. *M. Feb, Anno* 1616.

QVÆ

QUÆSTIO V.

Quomodo debeat puniri, qui volens occidere Titium, ex errore occidit Sejum? Et de intellectu Conſtit. Elect. 6. part. 4.

SVMMARIA.

1. *Error in perſona Reum homicidij non excuſat a pœnâ.*
2. *Diſcrepant Interpp. de pœnâ hoc caſu Reo irrogandâ, varia adducentes fundamenta. n.* 3. 4. 5. 6.
7 *In foro Saxonico gladij pœna obtinet in homicidio ex errore perſonæ occiſæ commiſſo.*
8. *Explicat. Conſt. Elect. 6. part. 4. n. 9. 10.*
11. *Non ſemper requiritur animus occidendi ad hoc, ut pœna homicidij locum habeat.*
12. *Homicidium errore perſonæ commiſſum quodnam dicitur.*
13. *Ex rubro nigrum eſt explicandum.*
14. *Quando actum per errorem geſtum noceat gerenti.*
15. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſ. n.* 16.
17. *Homicidium ex caſu in aliâ perſonâ commiſſum quomodo puniendum ſit. num.* 18. 19. 20. 21. 22. 28. 29.
23. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n.* 24. 25. 26. 27.
30. *Quodnam homicidium caſuale extraordinariâ pœnâ debeat coërceri.*
31 *Differt caſus fortuitus à caſu improviſo.*
32. *Pœna occiſoris, qui in rixâ mediatorem intervenientem necat. n.* 35.
33. *Sententiæ Scabin. Lipſenſ. n.* 34. 36.
37. *Cædes ex facto illicito exorta, quomodo coërceri debeat. n.* 38.
39. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
40. *Caſus impunitus non eſt, ſi dolus eum præcedat.*

1 POrrò pœnâ homicidii ordinariâ quoq; plectend9 eſt, qui ex errore aliquem occidit, cùm vellet occidere alium; Veluti ſi ferire volẽs eum cum quo rixatur, alium occidat. Eaq; Quarta eſt Ampliatio Regulæ *ſupra q.* 2. traditæ.

2 Qua de re tamen interpretes omni ex parte nõ conveniunt. Equidem haud pauci arbitrantur, eum, qui Titium occidere volens, Cajum occidit non pœnâ homicidii ordinariâ, ſed aliâ mitiori puniendum eſſe, *Weſemb. in §. item lex Cornel. de ſicar. 5. Inſt. de publ. jud. n. 2. verſ. & ſi data ſit opera. Carrer. in prax. crim. de homicid. §. 2. n. 57. Iacob. Damhouder. in prax. crim. cap. 85. n. 7. verſ. ad hũc modum ſi quisquam, Franciſc. Ripa in l. fin. q. 21. n. f. C. de revocand. donat. Bartol. Cæpoll. conſ. 33. n. 5. lib. 3. Philipp. Matth. in l. ſemper in dubiis, 56. ff. de reg. jur. n. 23. & ſeq. Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quæſt. cent. 4. caſu. 324. n. 10. Iaſon. in l. 1. ff. de LL.* ubi dicit hanc opinionem in judicando eſſe tenendam, *n. 18. in pr. & verſ. verius eſt, quod cum iſte ſit, & in l. ſi pater tuus, 4. ff. de hered. inſt. n. 9. Andr. Tiraquell. de pœn. temperand. cauſ. 14. n. 2. Proſper. Farinac. part. 5. crim. quæſt. 125. n. 152. & 53. Maſcard. de probation. lib. 2. concl. 864. n. 6. & ſeqq. Anton. Teſſaur. deciſ. 243. in f.* ubi Senatum Pedemontanum 17. Decembr. Anno 1585. ita judicaſſe, teſtatur.

3 Qui pro confirmandâ ſuâ opinione communiter adducunt *L. illud. 3. §. in fin. ff. de injur.* ubi qui voluit percutere ſervum proprium, & ex errore Titium hominem liberum, quem putabat ſervum ſuum eſſe, percuſſit, injuriarum non tenetur. *L. ſi cum ſervo. 4. ff. eod. tit.* Vbi injuriarum quoque non tenetur is, qui ſervum percutere volens, alium invitus percuſſerit. *L. Proſpiciendum. 11. §. delinquitur, 2. verſ. caſu verò ff. de pœn.* ubi caſu perpetraſſe homicidium dicitur, qui in venatione telam in feram miſſurus, hominem interficit; Homicidium autem caſuale pœnâ mortis non eſt coërcendum.

Ex adverſo, ordinariam mortis pœnam hoc caſu Reo eſſe infligendam, alii numero etiam non pauci ſcribunt, *Bartol. in l.* 11. §. *delinquunt. f. ff de pœn. n.* 7. ibi. *ultimò pone quod volebam percutere usque ad fin. Salycet in l. quoniam multa. C. ad L. Iul. de vi publ. n. 6. Anton. Gomez. tom. 3. var. reſol. cap. 3. num. 34. 35. Petr. Plach. in Epit. delict. cap. 27. Iul. Clar. in §. homicidium, num. 6. Iohan. Harpr. in §. item lex Cornelia de ſicariis. Inſt. de publ. jud. n. 118. & ſeqq. Andr. Fachin. lib. 1. contr. cap. 37. Carol. Molin. in Conſuetud. Pariſienſ. tit. 1. §. 3. quæſt. 41. n. 253. Nicol. Boer. deciſ. 83. num. 1. & ſeqq. Ferdin. Vasquius libr. 3. contr. illuſtr. cap. 96. n. 32.* 4

Hi pro ſtabiliendâ ſuâ ſententiâ præcipuè allegant *l. eum qui nocentem. 18. §. ſi injuria. ff. de injur.* ibi. *Si injuria mihi fiat ab eo, cum ſim ignotus, aut ſi quis putet me Lucium Titium eſſe, cum ſim Gajus Sejus, prævalet quod principale eſt, injuriam eum mihi facere velle: Nam certus ego ſum, licet ille putet, me alium eſſe quàm ſum, Et ideò injuriarum actionem habeo.* Item, *l. ſcientiam 46. §. qui cum aliter 4. ff. ad L. Aquil. l. ſi quis ſervo 20 ſub fin. Cod. de furt. l. 15. qui cum telo. 7. C. ad L. Cornel. de ſicar.* quas latè explicat Harppr. *in d. §. item lex Cornel. n. 218. ſeqq. Inſt. de publ. jud* ubi etiam diluit rationes & textus in contrarium adductos, quod & facit *Fachin. dict. cap. 37. &* Iacob. *Thomingius. deciſ.* 38. 5

6 Et ſecundum hanc poſteriorem ceu veriorem ſententiam iudicandum eſſe, non modò ſuadent textus pro confirmatione eius à Doctoribus adducti, ſed & in foro Saxonico hoc minus dubii habet ob manifeſtam *Conſtitut. Elector. 6. part.* 4. in qua conſtitutum, 7 Vt ſi quis occidere volens Titium, occidat alium, pœnâ gladii ordinaria puniatur, ſimulque additur deciſionis ratio in verbis: **Dieweil aber darinnen wider Gottes Gebott auch ohne zweiffel gehandelt / vnnd nicht verneinet werden mag / daß es ein Todſchlag ſey** / &c.

8 Quæ ſanè ratio teſte Dan. Mollero *ad dict. conſt.6.n.2.* tam evidens & manifeſta eſt, ut unicuiq; ſatisfacere meritò debeat: Et fortius ſtringit quàm textus ex Iure Civili à Doctoribus allegati, quorum *ſupra* mentio facta eſt.

9 Continent autem verba prædicta conſtitutionis duplex fundamentum quo nititur hæc deciſio. *Prius* deſumptum eſt ex Iure Divino in verbis: **Dieweil aber darinnen wider Gottes Gebot auch ohne zweiffel gehandelt.** Negari enim non poteſt, homicidium Iure Divino ſeverè eſſe prohibitū, ſive quis occidat iſtum, quem interficere ſibi propoſuit, ſive etiam alium: de hac diſtinctione etenim in Iure Divino nihil reperitur, ſed præceptum Dei generaliter loquitur, *Non occides:* Exod.24.v.14. *Quicunque effuderit humanum ſanguinem, effudetur ſanguis eius*, Gen. cap.9. *Qui percuſſerit & occiderit hominem, morte moriatur*, Lev.24. *Omnes qui gladio ferierint, gladio peribunt.* Matth. 26. *Qui gladio occidit oportet eum gladio occidi.* Apocal.13. Qui textus cum generaliter loquantur, generaliter quoq; intelligi debent, non habito reſpectu, num quis Titium vel Sempronium occidere voluerit; modò de animo & facto doloſo occidentis cōſtet, cædesque perpetrata fuerit.

10 *Poſterius fundamentum* deſumitur ex Iure Divino pariter & humano, in verbis: **Und nicht verneinet werden mag / daß es ein Todſchlag ſey.** Quo ipſo diluitur ratio, quâ potiſſimum nititur opinio contraria; quod ſcilicet is qui volens occidere Titium, occidat Seium, reſpectu Seii nō habuit animum occidendi: Etſi enim hoc concedendum, negari tamen nequit, homicidium fuiſſe commiſſum, & occidentem habuiſſe animum doloſum; etiam reſpectu Seij, ſi non in ſpecie, tamen in genere, dum vult percutere ſeu occidere Titium, ex quo facto per ſeſe illicito homicidium in Seium committitur, *l. quoniam multa facinora. C. ad L. Iul. de vi publ.* ex quo textu probari poteſt, ſi delictum aliquod tendat ad ea quæ ſequuntur, facientem quoad omnia in dolo eſſe. Quis enim poteſt excuſare à dolo invadentem cum exercitu in caſtrum alterius quoad homicidia, quæ hinc inde ſequuntur? certè nemo. *Ægi. Boſſ. de homic. n.74.* adeoq; negari non poteſt, homicidium in perſona Seji commiſſum, doloſum eſſe, ut quod ex facto prohibito & doloſo exoritur.

11 Neque etiam ad hoc ut in crimine homicidii pœna gladii ordinaria locum habeat, præciſè requiritur animus occidendi, ſed ſufficit adeſſe animum doloſum, ſcilicet, ut quis doloſè det operam rei illicitæ, ex qua ſubſequitur homicidium, ita ut delicti autor veriſimiliter aut cogitavit, aut cogitare potuit; aut ſaltem cogitare debuit id, quod inde facilè ſucceſſurum erat, prout demonſtravi *ſupra q. 1.*

Quamvis autem prædicta Conſtitutio Elect. *6. part. 4.* adeò ſit clara, ut nullâ indigeat explicatione, attamen cum non uno eodemq; modo accidat, ut quis occidere volens aliquem, ex errore occidat alium, non immeritò dubitatur; An ſemper hæc Conſtitutio locum habeat, & occiſor pœnâ gladii plectendus ſit? Pro cuius reſolutione tres potiſſimum caſus ab invicem ſunt diſtinguendi.

12 *Primus caſus.*

PRIMVS CASVS eſt, Quando error in perſona committitur. Vt ſi quis nocturno vel alio etiam tempore volens occidere Titium; quem nocte vel etiam irâ commotus non benè cognoſcere poteſt, aut planè illum non novit occidat Sejum, quem Titium eſſe putat.

De quo caſu ſuprà allegati Doctores principaliter agunt, exiſtimantes, abſque dubio occidentē, qui in perſona occiſi erravit; gladio puniendum eſſe, ut qui certum ſubjectum percuſſit, Sejumque occidit ex propoſito, licet exiſtimaverit, eum fuiſſe Titium. Et de hoc caſu Conſtitutionem Electoralem 6.p.4. loqui, apparet ex rubrica: **Ob ein Thäter mit dem Schwerdt zuſtraffen / wann im Todſchlag ein Irrthum an der Perſon begangen ꝛc.**

Per rubrum namque id quod in nigro habetur, ampliatur; & ex rubro nigrum explicandū eſt. *Everh. in topic. in loco 92. à rubro n.11. Gloſſ. & Bartol. in l. un. C. de capitatione civiū cenſibus eximen. Paul. de Caſtro in conſ. 388. Salyc. & Alex. in l.1. ff. ſi certum petatur.*

14 Neq; obſtat huic ſententiæ generalis regula, quâ dicitur: Actum per errorem geſtum gerenti non nocere, *l. ſi per errorem 15. ff. de iuriſd. Iſta* enim regula de actu licito & honeſto intelligenda eſt, qui ſi error interveniat nocere nequit; ſecus quando quid illicitè & doloſè agitur ut in caſu præſenti, quo licet error nil noceat, neq; proſit, delictum tamen per ſe ſubſiſtit; & efficit ut occiſor ordinariâ pœnâ plectatur.

15 *Et hoc de caſu Conſtitutionem Electoralem Scabinos Elect. intellexiſſe apparet ex eorundem reſponſo, dato Quæſtori in* Freyburg / *hiſce formalibus:* Hat H. S. als er dem Scharffrichter vorgeſtellt worden / bekant / daß der entleibte Zimpach in geringſten jhme nichts gethan / noch auch ſein Gemüth geweſen / jhm einigen Schaden zuzufügen / ſondern es hätte Sander Rulmannen / mit welchen er in der Stuben über den Spielen uneins worden / und jhn derſelbe in die Augen geſchlagen / geſollt und gegoltē / Er auch nicht anders gedacht / bemelter Rulmañ were es / ſo bald er aber erfahren / daß er Zimpachen beſchädigt / were es jhm leid geweſen / nach mehren Inhalt ſeines gethanen Bekentniß So wird nunmehr die in vorigen Vrtheil jhme zuerkante Straffe deß Schwers billich vollſtrecket V. R. W.

Menſ. Febr. Anno 1616.

16 *Eandemq; pœnam gladii dictavimus V. B. qui uxorem pictoris alicuius, in janua domus ſibi obvenientem interfecerat, putans, ſe maritum pictorem, quem gladio perſecutus fuerat, necaſſe. Verſus* Radeburg / *Ad requiſitionem Curatoris præfecturæ. Menſ. Sept. An. 1625.*

17 „*Secūdus* „*Caſus.* *Q. II. Homicidium ex caſu in perſona aſtante cōmiſſum, quomodo puniendū?*

SECVNDVS CASVS eſt: Si quis velit offendere vel occidere Titium, quem benè novit & in eius perſonâ non errat, ſed caſu quodā offendit vel occidit Sejum ibi proximè ſtantem vel prætereuntem.

Hoc caſu ordinariam mortis pœnam locum non habere, ſed homicidam extra ordinem, adeoque mitiori pœnæ genere coërcendum eſſe, putat Menoch. *lib.2. de arbitr. jud. quæſt. cent.4. caſ.324. n.9. Alexan. de Imola in addit. ad Bart. in l. reſpiciendum §. fin. ff. de pœnis. Iaſ. in l.1. ff. de L. & in l. clam poſſidere 6. §. qui ad nundinas. ff. de acq. poſſeſſ. & in l. ſi per errorem 15. ff. de Iuriſdict. Iohan. Harp. ad § item lex Cornel. de ſicariis, n.126. Inſt. de publ. jud.*

18 Quorum argumenta præcipua hæc ſunt. *Primò*, quod tunc demum actioni injuriarũ loc⁹ fit, quando aliquis Titium voluit percutere, & ex propoſito percuſſit Sejum ſibi ignotum, quem Titium eſſe putavit; quia videlicet certũ eſt, eum hoc caſu perſonam Seji veluiſſe percutere, injuriaq; afficere. *l. eum qui nocentem*, 18. §. *ſi iniuria ff. de iniuriis*. Ergo, inquiunt, à contrario ſenſu non tenebitur injuriarum, qui omninò nullum propoſitum Seji perſonam injuriãdi habuit.

19 *Secundò* adducit Ioh. Harpp. *l.* 3. §. *f. & l.* 4. *ff. de iniur.* ubi is, qui ſervum ſuum percutere volens, alium proximè adſtantem invitus percuſſit, injuriarum non tenetur.

20 *Tertiò* negari non poteſt, quòd homicidium in Sejo perpetratum ſit caſuale; Homicidii autem caſu fortuito commiſſi pœna vel prorſus nulla, vel modica, & arbitraria eſt. *Farin. p. 5. oper. crim. quæſt.* 126. *n.* 5. *&* 59.

21 At rectius, meo judicio, defendunt contrarium Bartol. *in l. reſpiciendũ n.* 11. §. *fin. ff. de pœnis. Iul. Clar. in* §. *homicidium n.* 6. *Salicet in l. quoniã multa facinora* 6. *C. ad L. Iul. de vi public. Anton. Gomez. tom.* 3. *var. reſolut. cap.* 3. *n.* 35. *& alii ab ipſo allegati.*

22 Quorum opinio in foro Saxonico apprehẽdenda eſt, vel ſolum propter textum in Conſt. Elect. 6. *part.* 4. quam de hoc caſu accipiendam eſſe, ipſiſſima verba Conſtitutionis ſuadent, ibi. **Ob einer ſo jhme fürgeſetzt auf den zuſchlagen/ mit welchem er in Zwietracht gerathen / und in ſolchem Vorhaben einen andern erſchlägt / erſcheuſt und ermordet / am Leben zu ſtraffen ſey.** Quæ verba expreſſiſſimè agunt de eo, qui volens ferire eum, cum quo rixatur, & quem benè novit, alium occidit: hunc autem gladio puniendum eſſe, manifeſtè ibidem diſponitur. Quo & ratio facit Conſtitutionis Electoralis, quod nempè contra legem Divinam peccetur, & homicidium committatur: Quis autem inficias ire velit, hoc caſu, de quo in præſenti agimus, contra Ius Divinum peccari & homicidium cõmitti, licet occidens alium voluerit percutere.

23 *Hancq; opinionem Bartoli & Iulii Clari ſequuntur Scabini Elect. in pronunciando; Veluti ita reſponderunt Quæſtori Ienenſi:* Hat *N.N.* in guten
bekant/daß er mit ſeinem Brodmeſſer/welches er zu
dem Ende auß dem Hoſen gezogen / daß er Wolff
Rembden damit ſtechen wolle / *C.H* Eheweibe/ſo
ſchwangers Leibes geweſen/einen Stich im Leibe zugefüget/daß ſie am vierten Tage hernach/nach dem
„ die unzeitige Leibsfrucht zuvor ohne Leben von jhr
„ kommen/geſtorben ꝛc. Da nun *N.N.* uf ſeinem gethanen
„ Bekentniß für offentlichen gehegten peinlichen
„ Halßgerichte freywillig verharren/oder deß ſonſten/
wie recht überwieſen würde/ſo möchte er von wegen
ſolcher begangenen und bekanten Entleibung/ſeines
gethanen fürwendens ungeachtet/in deme er fürgeben/daß ers nicht gerne gethan/ſondern obbenanten
Rembden ſtechen wollen/weil er auch hierdurch einẽ
Todſchlag begangen/hinwiderum mit dem Schwert
vom Leben zum Tode geſtrafft werden. V.R.W.
Menſ. April. Anno 1622.

24 *Simili ferè modo pronũciatum fuit, verſus* Salfeld/ſo möcht er ſeines Fürwendens ungeachtet/daß er nemlichen nicht gemeinet dem Entleibetẽ/ſondern *C.O* einem Spörer/ ſo acht Tage zuvor jhn in einer Zeche bey Hanſen Weinern vexiret und geſchlagen/ einen Stich im Arm zugeben/ſeiner daran zugedencken/und jhn ferner mit vexiren und ſchlagen zuverſchonen/von wegen ſolcher begangeneu und bekanten Entleibung mit dem Schwert vom Leben zum Todt geſtrafft werden / V.R.W. *Conſulibus & Senatui, M. Auguſt. Anno* 1606.

25 *Pariter fuit dictata pœna gladii H.S. qui exonerando ſclopetum in B.G. cum quo inimicitiã alebat, ex caſu improviſo trajecit L.K. verſus* Dihren/an Sebaſtian von Schwartz. *M. Octob. An.* 1612.

26 *Eodemq; modo reſponderunt Domini in caſu planè ſimili, Ad requiſitionem Iudicis oppidani* zu Auma. *Menſ. Febr. Ann.* 1617.

27 It. *Ad conſultationem Quæſtoris* in Hohenſtein/ *Menſ. Febr. Ann* 1623.

28 Neque obſtant argumenta ab *Harpp.* in contrariũ adducta. Quantum enim ad *Primum*, Reſp. argumentum à contrario ſenſu ex *l.* 18. §. *ſi iniuria, ff. de iniur.* deſumptum, cui aliàs in jure non ſemper firmum eſt, ita nec hoc caſu valet, maximè in foro Saxonico, propter textum expreſſe contrarium in Conſt. Elect. 6. *part.* 4.

29 *Secundò*: Ad *l.* 3. §. *f. & l.* 4. *ff. de iniuriis*, quod attinet, Reſpondet ipſemet Harp. *in d.* §. *item lex Cornelia, Inſt. de publ. iudiciis. n.* 122. *&* 123. percutientem ibidem non habuiſſe animum iniuriãdi, nec operam dediſſe rei illicitæ, quia ſervum ſuum leviter percutere & caſtigare voluit, quod procul dubio ipſi fuit permiſſum, *l un. C. de emẽdat. ſervor.* In noſtro verò caſu percutientem & occidentem in dolo verſari, reiq; illicitæ operam dare, extra dubium eſt.

30 *Tertiò*: Non adverſatur quoq; quod homicidium caſu fortuitò commiſſum extraordinariè arbitrio judicis coercendum ſit. Diſtinguendũ enim eſt inter caſum fortuitum provenientem ex actu licito, & inter eum caſum qui ex dolo provenit. In caſu fortuito ex actu licito accidẽte, dicendum omninò, pœnam ordinariam locum non habere: Secus verò ſi quis agat & operetur quid doloſe cui ſuperveniat caſus, tunc etenim agens doloſe de omni etiã quod caſu ſubſequutum eſt, tenebitur: prout diſtinguitur in Conſt. Carol. Crim. *art*, 146. **von ungefehrlicher Entleibung / die wider eines Thäters willen geſchicht auſſerhalb einer Nothwehr.** 31 Vel diſtinguẽdum eſt inter caſum fortuitũ, & caſum improviſum; In caſu fortuito nulla præcedit culpa, adeoq; nec pœna ordinaria locum habet: In caſu verò improviſo quandoq; procedit culpa, quãdoq; etiam dolus, qui ſi homicidium ſubſequatur, meretur pœnam ordinariam, *gl & Salic. in l.* 1. *in verbo plerumq; C. ad L. Cornel. de ſicar.*

32 Ampliatur quoq; hæc opinio in eo, qui cum aliquo rixatur, eumq; percutere volens, percutit & occidit mediatorem, qui pacis conſervandę causâ in rixa intervenit, quo caſu occiſor pariter pœna gladii ordinariâ puniendus eſt, ex ratione *dict. Conſt.* 6. *p.* 4. quæ nõ minus hîc locum habet, *Berl. ad dict. Conſt.* 6 *p.* 4 *n.* 9. *Thomin. dec.* 38. *n.* 9. *& ſeq. Math. Steph. ad art.* 145 *Ord. Crim.*

Ampliat.
Q. III. qua pœna afficiendus qui mediatorem intervenientẽ necat?

33 *Ideoq; pœnâ gladii dictata fuit à Scabinis G.S. qui pugione aliquem ferire volens occiderat mediatorem, qui componendæ rixæ cauſa intervenerat, Verſus* Grätzſch. *M. Aug. An.* 1584.

34 *Simili quoq; modo pronunciatum verſus* Hohẽſtein/ *cum B S in rixa matrem ſuam intervenientem interfecerat. Ad requiſitionem Quæſtoris. Menſ. Febr. An.* 1594.

Limitat. 35 Contra: fallit hæc opinio in eo, qui inſultans ſe voluit defendere, & mediatorem, qui pacis conſervandæ cauſâ in rixa intervenit, interficit Is enim pœna legis Corēliæ de ſicariis nō tenetur, ſed vel extraordinariè judicis arbitrio, vel planè non puniri debebit, maximè ſi mortis periculum evadere non potuit, *Iul. Clar. in* §. *homicidium. n* 31. *Proſper. Farinac. in p.* 5. *oper. crim. q.* 125. *n.* 142. *Menoch. lib.* 2. *arbitr. iudic. quæſt. cent.* 4. *caſ.* 324. *n.* 9. *Berlich. part.* 4. *concl.* 10. *n.* 11. *Nicol Boer. deciſ.* 83.

Et hoc ita expreſſe diſpoſitum in Carolin. Conſt. Crim. *art.* 145. **So einer in einer rechten erwieſenen Nothwehr wider ſeinen Willen einen unſchuldigen mit Stichen/Streichen/Würffen/ oder Schieſſen / ſo er den nöhtiger meinet / treffe und entleibet hätte / der iſt auch von peinlicher Straff entſchuldiget.**

36 *Et iuxta hanc Conſtit: quotidiè pronunciatur in Scabinatu, prout etiam nuperrimè reſpondimus verſus Kempniz, qùum quis ab alio inſultatus aggreſſoris patrem intervenientem occiderat. M. Maii Anno* 1628.

37 *Tertius caſus. Q. IV. Cædes ex facto illicito proveniens, quomodo puniri debeat?* TERTIVS CASVS eſt: Quando occiſor neque errorem in perſona occiſi committit, neq; aliquem percutiendo ex caſu ſuperveniēte alium occidit, ſed ſolùm doloſè rem agit illicitam, & caſu quodam accidente aliquem interficit. Veluti ſi quis graſſetur ante fores Titii tempore nocturnò, neſciens an Titius domi ſit, vel non, & gladio pungat feneſtram, vel exonerando archibuſium globulum per januam trajiciat, eumq;, qui caſu fortuito ſtat in limine domus, occidat: Quo ſanè caſu negari non poteſt, occidentem verſari in dolo, & rem agere illicitam, adeoq; doloſum committere homicidium deque omni eo teneri, quod ex actu iſto illicito doloſè peracto ſubſecutum eſt, juxta tradita ſupra *quæſt.* 1. *n.* 28. 29.

Haud itaq; vereor affirmare, occiſorem hoc caſu pariter gladio plectendum eſſe, ob rationē in Conſt. Electorali 6. p. 4. expreſſam, quod ſcilicet contra Ius Divinum fuerit peccatum & homicidium doloſum commiſſum. 38 Quicquid etiam dicat Ægid. Boſſius *ne homicid. n.* 75. exiſtimans, dolum, neq; directè neq; indirectè hoc caſu accōmodari poſſe ad id, quod ſecutum eſt, ideoq; Iudicem admonet, ut conſulat Principem, quâ pœnâ delinquentem afficere debeat.

Et ſic ante annos aliquot pronunciaſſe Scabinos invenio / **Hat der gefangene** *M. S* **in ſcharffer Fragen/damit er uff unſer voriges Vrthel angrieffen worden / außgeſagt und bekant / daß er in Adam Wolffens Hoff zu Frieſen / als er nach der Haußthür gangen/und die Magd dieſelbe vor jhme zugemacht/den Hahn auff ſeinem langen Rohr auffgezogen/ſolches auß Zorn und Frevel wiſſentlichen loßgedrucket/ und durch die Haußthür geſchoſſen / die Leute im Hauß dadurch zu pochen/daß ſie jhm deſto mehr geben ſolten / davon Adam Wolffens Söhnlein troffen worden und geſtorben n. m. t. S. vor Gericht/ꝛc. Da nun der Gefangene auff ſeinen gethanē Bekentniß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde / ſo möchte er von wegen deß an oberwehntes Adam Wolffens Söhnlein durch vorberürten Schuß begangene Entleibung/hinwider mit dem Schwert vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W.** 39

Verſus **Reichenbach.** *Ad requiſitionem Iudicis oppidani. M. Octob. An.* 1604.

Neque obſtat, quod homicidium caſu magis accidit, quàm dolo occidentis. 40 Caſus namque tunc demum non nocet, quando quis licitis & permiſſis fungitur officiis, & fortè fortunâ lædit vel occidit quempiam, quam læſionem vel occiſionem anteà non captaverat, ut loquitur Damhouder. *in prax. crim. c.* 85. *n.* 6. *ſeq.* ſecus ſi dolus caſum præcedat, & quando quis rem agit illicitam, tunc caſus ſuperveniens non ſemper veniam meretur, *Auctor. conſult. Saxon. tom.* 3. *part.* 4. *q.* 13. *n.* 2. 3.

QVÆSTIO VI.

An homicidium in rixa ex calore iracundiæ perpetratum, mortis ſupplicio puniri poſſit?

SVMMARIA.

1. *Referuntur Autores negativæ ſententiæ.*
2. *Argumenta huius opinionis. n.* 2. & 3.
4. *Delictum ex iracundiæ calore perpetratum, regulariter debet mitius puniri.*
5. *Difficilius eſt iram continere, quàm miracula facere.*
6. *Homo ira commotus non eſt in plenitudine intellectus.*
7. Deciſio *huius Quæſtionis affirmativa. n.* 8, 9. 10.
11. *Diſpoſitio Iuris Saxonici hac de re.*
12. *Iure Divino ira delinquentem à pœna homicidii non eximit.*
13. *Refutantur argumenta contrariæ opinionis. n.* 4.
15. *Quænam ira veniam mereatur. n.* 16.
17. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, num.* 18. 19. 20. 21.

QVintò: Ampliari quoque debet Regula, quæ homicidii Reos gladio puniri jubet, in iis qui irâ commoti aliquem occidunt. Sæpius namque accidit, ut in rixa, vel ex calore iracundiæ, vel iuſto dolore, aliove animi affectu homicidium committatur, *Quod, num pœnâ mortis coerceri debeat, dubitari ſolet?*

Etenim non deſunt, qui arbitrantur pro homicidio in rixa calore iracundiæ commiſſo, non pœnam ordinariam homicidii, ſed aliam mitiorem arbitrio iudicantis imponendam eſſe, uti aſſerunt Alber *in l ſi in rixa, poſt num.* 1. *ff. ad L. Cornel. de ſicar Cyn. in l. is qui cum telo. n.* 2. *verſ. & hoc C. ad L. Corn. de ſicar Socin. in conſ.* 178. *in fin. verſ. primò quia. lib.* 1. *Menoch. de arbitr. iud.* 1 *Referatur opinio negativa.*

quæſt.lib.3.caſ.362.poſt num.4.Iacob.Boulen in repet.l.capitalium §.famoſos,n.193 ff.de pœn. Novell.in tract.ad defenſam,nu.82.verſ.calor iracundiæ.

2 Pro qua ſententia Primò adduci poteſt, *l.1.§.Divus.in f.n.ff.ad L.Cornel.de ſicar.* in verb. *Leniendam eius pœnam, qui in rixa caſu magis quam ex voluntate homicidium admiſerit, &c.* Vbi ſimul ratio exprimitur, quod ſcilicet ea quæ ex improviſo caſu potius, quàm fraude accidunt, fato plerumq; non noxæ imputanda ſunt juxta *l.1.in fin.C.ad L. Corn.de ſicar.* Vbi gloſſ. & Dd. comm. tradūt, caſum improviſum eſſe propriè caſum fortuitum, in quo nulla eſt culpa, ſed eſſe ſubitaneam rixam, in qua eſt culpa.

3 Secundò facit huc quoq; *l.1.§.quæri.5.ff.ad SCt.Turpill.* ibi: *Quæri poſſit, ſi ita fuerit interlocutus, Lucius Titius temerè accuſaſſe videtur, an calumniatorem pronunciaſſe videatur: & Papinianus, temeritatem facilitatis veniam continere, & inconſultum calorem calumniæ vitio carere, & ob id hunc nullam pœnam ſubire oportere &c.* Vnde probatur, vitio carere id, quod inconſulto iracundiæ calore fit.

4 Tertiò convenit etiam huic regula iuris, quòd delictum irâ commiſſum mitius puniatur *l.2.* ibi: *ſeu calorem, &c.C.de abolit. l. aut facta, §. cauſa.* ibi: *Cum quis per iram ab extraneo pulſatus eſt.ff.de pœn.c.ſi quis iratus.ubi gloſſ.2.q.3.c.ira 11.q.3.* Per quæ & alia plura, additis autoritatibus Ariſtotelis, Platonis, Valerii Maximi, Plutarchi & Gellii, hanc regulam pluribus comprobat Tiraq. *de pœn.temper.cauſ.1.n.1. Felin. in c.ſicut num.2.& 4.de iureiur. Decius in l.quicquid num.7.8.ff.de reg.iur.ubi & Cagnol.num.6.& 7. Iaſon.in l.ſi filiam tuam.n.6.verſ.3.fallit. C. de inoff.teſtam.Iacob.Boulen.in rep l.capitalium. §.famoſos.nu.193.ff.de pœnis.Carrer.in pract.de homicid.§.7.num.1.& ſeqq.Petr.Plach.in epitom.delictor.lib.1.cap.2.n.19.Ægid.Boſſius de homicid.* 5 *n.6.* ubi ex D. Georgio dicit *difficilius eſſe iram continere, quàm miracula facere. Menoch. de arbitr.iud quæſt.lib.2.caſ.319.num.33.& de præſum. lib.5.præſumt.3.n.117.& lib.1.quæſt.14.nu.21.22.& 36.*

6 Et ſanè difficillimum eſt, juſtum dolorem & iracundiam temperare, cum homo intenſo dolore permotus, non ſit in plenitudine intellectus, *Felin.in c.dilecti filii n.12.& 13.in fin.de except.Iul.Clar.in pract.§.final.quæſt.60.verſ.ſed hic quæro.Dec.in l.quicquid poſt num.8.ff.de reg.iuris.* præſertim ſi ira ſit magna, & quis taliter concitatus, ut in totum à mente alienatus & ſuus non fuerit. *Proſp.Farin.part 3.oper.crim.q.91.nu.40. Carrer.in pract.de homicidio §.7.excuſat calor iracundiæ n.6.Andr.Gail.lib.2.obſ.106.n.12.& obſerv.110.n.35.verſ.& neceſſe eſt.*

7 **Deciſio affirmativa.** Quibus tamen non obſtantibus, contrarium verius eſſe exiſtimo, quòd ſcilicet homicidio in rixa calore iracundiæ commiſſo, occiſor, qui autor eſt rixæ æquè gladio puniendus ſit, neq; ob iracundiam quâ commotus fuit, à pœna homicidii ordinariâ ſe liberare queat, prout ſtatuunt Doctores comm. *Iul.Clar.in §.homicidiū. verſ.ex propoſito.n.8.& §.fin.quæſt.60 n.9 Ægid. Boſſ.de homicid.num.60,Gramm.deciſ.17.num.4. Proſp.Farin.part.5.crim.prax.quæſt.126.n.49.* ubi refert, tempore Sixti V. capite obtruncatum fuiſſe Virgilium de Mantico nobilem Romanum, qui in rixâ ſubitaneâ alium nobilem occiderat. *Ioſeph.Ludov.deciſ. Lucenſ.62.n.18.& ſeqq.Vulpell.conſil.126.n.1,11.12.* Hæcq; opinio rationibus haud frivolis nititur.

8 Primò enim iis in locis, ubi de pœna homicidii agitur, ſimpliciter ac univerſaliter gladii pœna pro homicidio impoſita reperitur, non habitu reſpectu an iracundiæ calore perpetrata fuerit cædes, vel non; ideoq; nec noſtrum eſt diſtinguere. Et ſanè ſi aliud diceretur, nunquā punirentur delicta, cùm nullum ferè ſit homicidium, quod abſque ira committatur. *Farin. part.3.prax.crim.quæſt.91.n.2.*

9 Secundò haud obſcurè probari hoc poteſt ex *l.ſi non convitii.C.de iniur.* ibi: *ſi autem in rixā inconſulto calore prolapſus homicidii convitium obieciſti, & ex eo die annus exceſſit, cùm iniuriarum actio annuo tempore præſcripta ſit, ob iniuriæ admiſſum conveniri non potes.* Vnde ſequitur, iniuriantem ſola exceptione iracundię ſeſe tueri nō poſſe adverſus iniuriarū actionem, niſi temporis præſcriptio acceſſerit. Et notat Bald. *in d.l. ſi non convitii nu.2.* quòd quædam ſint, quæ ſortiantur iuris effectum & repudium; Et iſta nihil operantur, ſi fiant calore iracundiæ, quia non procedunt ex animo, ſed potius ſecundum quādam alterationem: Quædam verò ſunt, quæ non ſortiuntur effectum, ſicut ſunt maleficia: Et in illis non diſtinguitur, an emanaverint calore iracundiæ vel non, quoniam maleficia nūquam debent remanere impunita. *Felin.in c.dilecti filij n.15.in fin. verſ. de aliis geſtis. de except. ubi verba Baldi refert.*

10 Tertiò: Pro hac confirmanda opinione facit etiam textus expreſſus in Conſtit. Crimin. Caroli V.Imperat. *art.137.Verſ.* **Aber nach** *ꝛc.* ibi: **Aber nach Gewonheit etlicher Gegend / werden die fürſetzlichen Mörder und Todſchläger einander gleich mit dem Rade gerichtet / darinnen der Vnterſcheid zu halten / und alſo / daß der Gewonheit nach ein fürſetzlicher muthwilliger Mörder mit dem Rade / und ein ander / der ein Todtſchlag auß Zorn gethan/und ſonſten auch gemelte Entſchuldigung nicht hat/ mit dem Schwert vom Leben zum Tode geſtrafft werden ſoll.**

Quamvis autem ibidem de conſuetudine quorundam locorum agatur, quâ homicidæ pœna Rotæ plectuntur; attamen hoc ipſum reſtringitur ad eos, qui prævia animi deliberatione ex propoſito homicidiū committunt; Et ſimul lege publicâ diſponitur, ut etiam iis in locis, ubi prædicta conſuetudo viget homicidæ, qui irâ commoti cædem perpetrarunt, gladio puniantur.

11 Quartò: Neque diſcrepat Ius Saxon. quod diſpoſitum *art.13.* **Landrecht** / *lib.2.* **Daß allen die einen Mann ſchlagen und fahen; die Häupter abgeſchlagen werden ſollen.** Quæ verba non ſolum indiſtinctè loquuntur, ſed etiam in genere homicidis omnibus, **Allen** / pœnam gladii imponunt; adeoq; & iis qui iracundiæ calore homicidiū perpetrāt, prout hoc ita explicat gloſſa

*in d.art.13.lit.K.*ibi: vernim zu Tode durch Feinde oder um Zorns willen und vorſetzlich.

12 Quintò: Convenit quoque cum hoc Ius Divinum, non ſaltem generaliter pro quovis homicidio absq; reſpectu caloris iracundiæ, pœnam mortis ſtatuens, ut Geneſis c.9. *Quicunq; effuderit ſanguinem humanum, effundetur ſanguis eius.* Et Matth.26. *Omnes qui gladio ferierint, gladio peribunt*: Sed & expreſſè diſponens Numer.35. v.21. Vt, ſi per odium quis hominem impulerit, aut cum eſſet inimicus manupercuſſerit, & ille mortuus fuerit, percuſſor homicidii reus ſit: Vbi per odium iram quoque ſubintelligi, ex præcedentibus & conſequentibus verbis textus, quivis facilè animadvertere poteſt; ideoq; & Geneſ.cap.4. Cain maledictus fuit à Domino, quòd fratrem ſuum iratus interfecerat, ſicuti ipſemet Deus eum alloquitur: *Quare iratus es, & cur concidit facies tua? dict.cap.4. Geneſis verſ.6.*

13 *Refutatio negativæ opinionis.* Contra hanc ſententiam nihil faciunt argumenta in contrarium adducta; Primò enim facillimè conceſſerim, leniendam eſſe pœnam eius, qui in rixa caſu magis, quàm voluntate hominem occidit. Et homicidium caſu perpetratum non puniendum eſſe ut homicidium doloſum, certi iuris eſt. At, omne homicidium quod in rixa calore iracundiæ committitur, pro caſuali haberi ex *l.1.§.Divus Adrianus ff.ad* L.*Cornel.de ſicar.* non evincitur: Agitur namque ibidem de homicidio, quod in rixa absque dolo commiſſum eſt; Vt ſi quis non habuerit animum occidendi, vel percuſſerit tali inſtrumento, quo rariſſimè cædes perpetratur: quo certè caſu homicida non verſatur in dolo, adeoq; nec homicidium ceu doloſum puniendum eſt. Quod ipſum tamen ad caſum præſentem, quo quis in rixa, irâ commotus animo occidendi vel doloſè alterum interficit, neutiquam extendi debet.

14 Secundò: Non etiam obſtat *l.1 §.quari poſſit ff.ad SCtum Turpillianum*, cuius intellectus genuinus eſt, quòd is qui temerè accuſat, non incurrat pœnam lege Remnia in calumniatores conſtitutam, ſed ob inconſultum calorem, qui vitio calumniæ eo caſu caret, ab omni pœnâ ſit immunis; idque absque dubio propterea quòd accuſare per ſe res ſit licita, ideoque temerè accuſans ob inconſultum calorem facilè excuſatur à pœna calumniatorum. Atqui homicidium ut & aliud quodvis delictum res per ſe illicita & prohibita eſt, quæ tàm facilè veniam non meretur: Adeoque argumentum *in d.l.1 §.quari*, à re per ſeſe licita, ad rem illicitam ceu maleficium non concludit.

15 Tertiò: Nihil quoque adverſatur regula adducta, quòd ſcilicet delictum irâ commiſſum mitius puniri ſoleat: Quia hæc regula de ira ex juſta cauſa proveniente accipienda eſt, ſecundum Iul.Clar. *in pract.§.fin. quæſt.60. num.9.*

16 Duplex etenim ira eſt: Alia ex juſta cauſa provenit, quæ ſi non in totum, tamen ex parte excuſat, ut delinquens mitius puniatur: Alia verò non provenit ex juſta cauſa, quæ in nihilo excuſat. Hæc diſtinctio communiter recepta eſt ab Interpretibus, prout teſtatur Menchia. *controv.illuſtr.cap.18.n.29.quem allegat* Iul.*Clar.d.n.9.Farin.part.3.crim.prax.quæſt.91.n.13.Maſcard.de probat.lib.3 concl.*1157.*n* 68. Si ergò juſta cauſa calorem iracundiæ præcedat, veluti ſi quis ab alio fuerit provocatus, aut alio modo offenſus, tunc is qui irâ & intenſo dolore permotus provocantem ſeu offendentem interficit, absque dubio à pœna ordinaria liberabitur. Secus verò, ſi quis absque juſta & probabili causâ iratus aliquem occidat, de quo caſu nos hîc loquimur, qui pœnæ homicidii ordinariæ neutiquam eſt eximendus.

Hancq; opinionem ſequuntur in ſententionando quotidie Scabini Lipſ. veluti ita pronunciarunt verſus Sachſenburg: Hat deß Heimbürger Knecht Hanſen Kehlen/als ſich derſelbe beym Tantze etwas ungebürlich erzeiget / mit einem Stäbichen auffn Rücken geklopffet/und vermahnet daß er ſich gebührlichen verhalten / und nicht vertröhen ſolle / Darauff Hanß Kehle nach Endung deß Tantzes demſelben mit einem Brodmeſſer zween Stiche zugefüget/davon er alsbald niedergefallen und verſtorben/und es hat ſich *Inquiſitus* zu ſolcher That freywillig bekant/ mit Fürwenden/ daß es auß Zorn geſchehen/und jhme leid were/da er nun auff ſeinen gethanen Bekentniß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ ſo möchte er ſolcher begangenen und bekanten Entleibung halber/ſeines gethanen Fürwendens ungeachtet/hinwider mit dem Schwert vom Leben zum Tode geſtraffet werden. V.R.W. An Levin von Genſau Hauptmann/*M.Iun.Anno*1587. 17

Item Hat Wolff Teche bekant und außgeſagt/daß er Wolffen Feſter / wie derſelbe jhme das Bier unter das Geſichte gegoſſen/und jhme ſein Plötz/ ſo er über jhn gezogen gehabt/genommen und von ſich geworffen / auß Zorn mit ſeinem Meſſer den Stich in die Bruſt / davon er geſtorben / zugefügt / ꝛc Da er nun auff dieſen ſeinen Bekantniß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ſo möchte er von wegen ſolcher an Wolff Feſtern / begangenen und bekanten Entleibung / ſeines gethanen Fürwendens ungeachtet/ daß er nemlich auß Zorn ſolches gethan / hin wider mit dem Schwert vom Leben zum Tode geſtrafft werden. V.R.W. *Quæſtori Zwickavienſi, Menſ. Novemb, Anno* 1593. 18

Item: Dieweil G.B bekant/ daß er dem Entleibten mit ſeinem Hirtenſtecken den Schlag davon er geſtorben/ zugefüget/ ꝛc. So wird er ſeines Fürwendens ungeachtet/ daß er nemlichen von Zorn übereilet worden/jedoch wofern er auf ſeinen gethanen Bekentniß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen wird/ wegen der begangenen Entleibung hinwider mit dem Schwert vom Leben zum Tode geſtrafft. V.R.W. *Verſus* Cleberg/ An Chriſtoff Braun/Starſtedeliſchen Gerichtsverwalter. *Menſ. Iun. Anno* 1593. 19

*Pariter pronunciarunt Scabini in ſimili ferè caſu, Ad requiſitionem Præfecti VVeiſſenfeldenſis, Menſ.Iul.An.*1598. 20

Et in alio caſu nach Reichenbach / an Stadt-Richter/*M.Octob. An.*1614.

QVÆSTIO VII.

De Pœna homicidii, ex Propoſito prævia animi deliberatione commiſſi.

SVMMARIA.

1. *Homicidium duplex eſt, ſimplex, & deliberatum ſeu præmeditatum.*
2. *Ponitur ratio dubitandi de pœna homicidii deliberati n.3.4.*
5. *Qui ex propoſito aliquem occidit, Latro potius eſt, quam homicida.*
6. *Pœna Latronis.*
7. *Gravius delinquitur ex propoſito, quàm ex improviſo quodam animi impetu.*
8. *Pœnâ Legis Corneliæ tenetur, qui hominis necandi cauſâ venenum confecit, aut cum telo ambulat.*
9. *Deciſio quæſtionis, & quæ pœna ſit homicidii deliberati.*
10. *Rationes & argumenta deciſionis n.* 13.14.15.
11. *Abſq; lege nihil temerè eſt aſſeverandum.*
12. *Quod lege non cavetur, in practica non habetur.*
16. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium. num.* 17.18.19.20.
21. *Pœna homicidii proditoriè commiſſi, n.* 22.
23. *Sententia Scabinor. Lipſenſ. n.* 24.25.26.
27. *Explicatio art.* 137. *Ordin. Crimin Carolinæ.*
28. *Intellectus art.* 130. *Ordin. Crimin. & art.* 13. *lib.* 2. **Landr.**
29. *Homicidæ impropriè nuncupantur latrones.*
30. *Quidnam propriè ſit Latrocinium.*
31. *Pecuniæ interventus pœnam auget.*
32. *Contra iura manifeſta nil admittendum.*
33. *Augmentum pœnæ homicidii præmeditati, nu.* 34.35.
36. *Iudicis arbitrium in pœnis dictandis, n.* 37.
38. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n.* 39.40.41.

1 SExtò, Ampliatur Regula ſupra *quæſt.* 2. *n.* 1. poſita in homicidio deliberato & præmeditato: Duplex namque perhibetur homicidium: Vnum quod eſt ſimplex, & ſæpiſſimè in rixa ex iracundiæ calore committitur; Alterum verò dicitur deliberatum ſeu præmeditatum, quod ex propoſito ſeu prævia animi deliberatione perpetratur. Dubium itaq; hinc oritur. *An pœna gladii in homicidio hoc deliberato ſeu præmeditato æq; locum habeat, an verò pœna homicidii exaſperari, & hoc caſu Rotæ ſupplicium infligi debeat.*

2 Rationem dubitandi præbet Primò: *Conſtit. Crim. Caroli V. Imperat. art.* 137. *verſ.* **Aber nach/** ubi hęc verba habentur: **Aber nach Gewonheit etlicher Gegend/ werden die fürſetzlichen Mörder und Todſchläger/ einander gleich mit dem Rade gerichtet / darinnen ſoll Unterſcheid gehalten werden/ und alſo / daß der Gewonheit nach ein fürſetzlicher muthwilliger Mörder mit dem Rade ꝛc. zum Tode geſtrafft werden ſoll.** Quibus verbis ſupplicium Rotæ decernitur adverſus eos, qui deliberato animo vel ex propoſito quempiam occidunt.

3 Secundò: Idem ferè habetur in *art.* 130. *Conſtit. Crim.* in verbis: **Wer jemand durch Gifft oder Venen / an Leib oder Leben beſchädiget/ iſt es ein Mannsbild/ der ſoll einem fürgeſetzten Mörder gleich mit dem Rade zum Tode geſtrafft werden/ ꝛc.** Vnde patet, homicidas, qui ex propoſito & prævia animi deliberatione aliquem occiderunt, ſupplicio Rotæ puniendos eſſe.

4 Tertiò: Huic convenit quoque textus manifeſtus in Iure Saxonico, **Landr.** *libr.* 2. *artic.* 13. *verſ.* **Alle Mörder / und die den Pflug berauben oder Mühlen/ oder Kirchen / oder Kirchhöfe/ und Verrähter / und Mordbrenner / oder die jhres Herrn Bottſchafft werben zu jhrem frōmen/ oder von eines andern wegē/ die ſol man alle Radebrechen.** Rotæ igitur pœnam ſuſtinent de Iure Saxonico Sicarij, qui Germanicè dicuntur **Mörder**, ij nimirum, qui prævia animi deliberatione cædem perpetrarunt, juxta *art.* 137. *Conſtit. Carolin.* in verbis: **Ein fürſetzlicher muthwilliger Mörder.** Neq; enim de iis, qui vel irâ, vel juſto dolore, vel alio affectu commoti aliquem interficiunt, textus hic Iuris Saxonici accipi poteſt, ut qui pœnâ gladii ordinariâ puniendi ſunt, ſecundum prædicta, & nimis rigoroſum eſſet, eiusmodi homicidiis ſupplicium Rotæ dictare.

Quartò: Nemo facilè inficias ire poterit, quin
is, qui animo deliberato & ex propoſito aliquē 5
occidit, latro potius dicatur, quàm homicida.
Ita enim ſolet definiri latrocinium: quòd ſit, aliquem ſubdolè, occultè, & non aperto Marte, è tergo occidere, vel aliquem occidere in noctis ſilentio tacitè & non loquendo vel indicando, ut ſeſe defenderet. Vid. Damhoud. *in prax. crim. rer. c.* 86. *n.* 1. Quod ſanè faciunt ij, qui homicidium ex propoſito committunt, locū & tempus ſibi eligentes tale, quo inſultatus ſe difficillimè tueri poteſt. Eiusmodi verò latronē ſeu aggreſ-
ſorem ſupplicio Rotæ puniendum eſſe, nihil 6
certius eſt prout quotidiana experientia teſtatur, & inſuper luculenter probat Conſt. Elect. 35. *part.* 4. *in fin.* ibi: **Und wo zu ſolchem Raub an jemands eine Mordthat mit begangen/ der ſol mit dem Rade geſtrafft und gerichtet werden.**

7 Quintò: In aperto præterea eſt, gravius delinquere eum, qui deliberato animo & ex propoſito aliquem occidit, quàm qui ex impetu quodam animi improviſo ad occidendum prorumpit; ceſſante namque tali impetu vel alio affectu, quo alioqui animus liber impeditur, ex iniquo & perverſo animo quis dicitur delinquere, vel ex ratiocinatione, quæ à Cic. *lib.* 2. *de invent.* definitur diligens & conſiderata faciendi aliquid aut non faciendi excogitatio. Et multùm certè intereſt, utrûm perturbatione aliquâ animi, quæ plerumq; brevis eſt, & ad tempus;

an conſulto, & cogitatè fiat iniuria, *Cicer. lib.* 1.
offic. Leviora enim ſunt ea, quæ repentino ali-
quo modo accidunt, quàm ea, quæ meditata, &
præparata inferuntur. Adeoque etiam graviori
ac ſeveriori pœna afficiendus eſt is, qui præviâ
animi deliberatione homicidium committit:
gravius enim delictum graviorem pœnam me-
retur, iuxta *l. perſpiciendum.* 11. *ff. de pœn ubi Bar-*
8 *tol.* Hæcque cauſa eſt, quòd pœna Legis Corne-
liæ teneatur, qui hominis necandi cauſa vene-
num confecit *l. 1. §. 1. l. 3. in pr. l. ff. ad L. Corn. de ſi-*
car. vel qui cum telo ambulat hominis occiden-
di cauſa, licet non occiderit, *l. is qui cum telo* 7. *C.*
ad Leg. Corn. de ſicar. Gloſſ. & Dd. in l. 1. §. 1. *ff. ad*
L. Corn. de ſicar. Blanc. in tract. de indic. num. 53.
Boſſius de homicid. num. 56. nimirum quod eius-
modi præparationes & deliberationes, ſi præ-
ſertim ad actum deveniant, licet effectus non
ſubſequatur, æquè pœna gladii coercendæ ſint,
graviori autem pœnâ ſi homicidium ſubſequa-
tur, ne ſcilicet unâ eademq; pœna afficiatur is,
qui præmeditato & deliberato animo occidit,
graviusq; delinquit, & qui affectu quodam per-
motus cædem committit, quod delictum levi-
us reputatur.

Deciſio Quæſtionis.

9 Attamē rationes hę tanti ponderis non ſunt, ut iis perſuadere quis ſibi patiatur, in homicidio prævia animi deliberatione vel ex propoſito cōmiſſo à pœnâ gladii ordinaria recedendum, eamque exaſperandam eſſe: Præterquam enim quòd nemo Doctorum, quantum ego animadvertere potui, ſtatuat, ſupplicium Rotæ hoc caſu delinquenti imponendum eſſe, certè ex prędictis argumentis hoc non evincitur, ut non dubitem aſſerere, homicidam qui deliberato animo ex propoſito cædem perpetravit, pœnâ graviori haudquaquam puniri debere.

10 Primò: Etenim nullibi ſupplicium Rotæ, vel
alia gravior pœna gladij ſupplicio reperitur ſta-
tuta in eos, qui ex propoſito & deliberato ani-
mo aliquem occidunt, ſed omnes ii textus qui
gladio in homicidas animadverti iubent, gene-
raliter & indifferenter loquuntur, non diſtin-
guentes, an calore iracundiæ, vel iuſto dolore,
aliovè animi affectu quis ſine cogitatione ad
delinquendum cōmotus fuerit; an vero præ-
meditatè & ex propoſito alterū quis occiderit.
§. itē Lex Cornelia Inſtit. de publ. jud. l. 3. §. patia-
tur. C. de Epiſc. audien. l. un. in pr. verſ. & merito.
C. de rapt. virgi. l. 3. § legis Corneliæ ff. ad L. Corn. de
ſicar. Hippol. de Marſil. in l. 1. *n.* 1. *& in l. qui cæ-*
dem n. 1 *ff. ad L Corn. de ſicar. Anton. Gomez. tom.*
11 3. *var. reſolut. c.* 3. *n.* 1. *Petr. à Plach. in epit. delict. l.*
1. *c.* 10. Ideoq; iuris diſpoſitioni ſtrictè inhærē-
dum, & gravior pœna hoc caſu imponenda nō
eſt: abſq; lege enim nil temerè aſſeverandum,
l. diſſentiendis 5. ibi: *nulla iuris præcipit conſtitutio*
&c. C. de repud. nec ſine certâ iuris autoritate
quicquam facilè dicendum *c. is qui in Eccleſia,* 18
in fin. pr. extr. de ſent. excomm. in 6. Hartm. Piſtor.
12 *quæſt.* 1. *n.* 100. ibi: *cum abſq; lege nihil &c. quæſt.* 13
n. 35. ibi: *cum ſine certa iuris autoritate &c. l.* 2. Et
quod lege non cavetur, in practica non habe-
tur, *Bald. in c. nihil.* 44 *n.* 35. *verſ. item quod in lege*
non cavetur &c. extr. de elect. & elect poteſt. Iaſon.
in l. illā. 19. *n.* 8. *verſ. alibi. C. de collat Hart. Piſtor.*
dict. quæſt. 13. *n.* 36. *verſ. alioqui locum habet illud*
vulgatum &c. lib. 2.

Secundò: In Conſtit. Carolin. *art.* 148. pœna mortis abſq; determinatione ſupplicij certi imponitur iis, qui adunato & deliberato animo ac voluntate cædem committunt, in verbis: **So etliche Perſonē mit fürgeſetzten und vereinigten willen und muth jemand bößlichen zu ermorden/ einander hülff und beyſtand thun/ dieſelbe Thäter alle haben das Leben verwircket** &c. Quæ ſanè verba homicidas, qui deliberato animo aliquem occiderunt, ſimpliciter morte puniri jubent; Atqui iuris indubitati eſt, certo ſupplicij genere non expreſſo, pœnam gladij ceu mitiorem ſubintelligi. 13

Tertiò: Pariter nec Ius Saxon. *in art.* 13. **Landr.** *lib.* 2. diſtinguit, an quis animi affectu permotus impetu quodam ad occidendum prorumpat: an verò præmeditato animo occidat: ſed generaliter pœnam gladij omnibꝰ indifferenter homicidis dictitat, in verbis: **die einen Mann ſchlagē/** &c. **den ſol man allen die Häupter abſchlagen.** Quod ipſum quoq; *gloſſa* extendit ad eos, qui prævia animi deliberatione homicidium committunt; conjungens pariter homicidas, qui ex calore iracundiæ, & qui ex propoſito delinquunt *in l. K.* ibi: **Vernim zu tode / durch Feide/ oder um Zorns willen und vorſetzlich** &c. 14

Quartò: Deniq; omne dubium tollit Conſt. Elect. 3 *part.* 4. quæ ſolummodò eos Rotæ ſupplicio affici vult, qui parentes, liberos vel conjugem ex propoſito & dolo malo (**bößlichen ūd freventlichen**) occidunt; Reliquos verò Parricidij in fratres vel ſorores commiſſi Reos trahę illigatos, & ad locum ſupplicij raptatos, gladio puniri jubet etiāſi ex propoſito deliquerint, ut patet ex verb. **Wann ſolcher Mord fürſetzlich geſchehen.** Vnde ſic argumentari licet: Si in Parricidio ex propoſito commiſſo ſuppliciū Rotæ non obtinet, *ut modò probatum fuit*, utiq; multo minus in leviori ac ſimplici homicidio deliberato pœna hæc rigoroſa locum habebit, quum ſupplicia delictis correſpondere debeant. *l. ſervos* 8. *C. ad Leg. Iul. de vi publ. l* 3. *C. de Epiſc. audient. l.* 28. *§ ſolent. ff. de pœn. Hipp de Marſil. in l.* 1. *n.* 256. *C. de rapt. virg. Nic. Reuſn. l.* 2. *deciſ.* 20. *n.* 8. 15

Hinc ob Homicidiū deliberato animo & ex propoſito commiſſum dictarunt Scabini Elect. Sax. pœnam gladij M. L. ad conſultationē Rudolphi à Bûnavv. M. Aug. an. 1586. 16

Pariter & S. P. gladio puniendum eſſe pronunciarunt, propterea quod ancillam ſuam ex propoſito & deliberato animo occidiſſet, **An Hanſen von Schlieben,** *M. Mart. Anno* 1590. 17

Eodemq; modo reſponderunt in caſu ſimili, verſus Bornam. Ad requiſitionem Quæſtoris. Menſ. Auguſt. An. 1591. 18

Dölitzſch an die Gerichte. *M Iul. An.* 1593.

Nach Bareuth/ An Häuptman Georgen von Radſtock. *Menſ. Sept. Anno* 1594.

An Richter und Schöppen zu Dölitzſch. *Menſ. Jun Anno* 1594.

It. **An Volckmar vō Heilingē** *M. Feb. An.* 1619 19

It **An Schöſſer zu Lauchſtadt/** *M. Maj. An.* 1607

Et cum 5 *perſonæ M. V. M. M. C. H. V. L. & T. G. coadunato conſil. & præviâ animi deliberatione quempiam verberando & pungendo* *miſerrimè tractaverant & occiderant, omnibus coniunctim pœna gladij fuit adjudicata, Verſus* **Auguſtusburgk** / *Ad Quæſtorem Tobiam* **Buchbach**/*Octobr. An.* 1588.

20 *Similiter pronunciatum verſus Rieben:* Haben *L. K* uñ *I. P.* geſtanden und bekandt/ daß ſie Bauerkleider angezogẽ/ und Martin Duben einen Schneider vorwegelagert/denſelben angefallen und *L.K.* uff *I. P.* befehl das Rohr/ ſo mit 20. runten und langen Schroten geladen geweſen/uff jhn loß geſchoſſen/ũn jhn alſo entleibet/ welches ſie auß dieſer Urſach gethan/ daß der Entleibte jhnen beyden in die Arbeit gefallen/*&c.* Do ſie nun uff jhren gethanen Bekäntnüß für gehegten peinlichen Halßgerichte freywillig verharren/oder deß ſonſten wie recht überwieſen würden/ So möchten ſie alle beyde von wegen ſolcher an Martin Duben begangener vorſetzlichen Mordthat und Entleibung/ hinwiederum mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W.

Ad requiſitionem Iudicis. Menſ. April. Anno 1607.

21 Quæque hactenus dicta fuêre de pœnâ homicidii ex propoſito & deliberato animo commiſſi, ea non ſolùm obtinent, quando inimicitia vel alia cauſa licet leviſſima intervenerit, cujus prætextu occiſor conſilium & propoſitum occidendi in effectum deduxerit, ſed & ſi nulla prorſus cauſa vel inimicitia præceſſerit, quod homicidium proditoriè dicitur committi: Puta ſi veniens cum Titio tanquam ſocius itineris, nulla interveniente cauſâ vel rixâ ipſum percutiat. *Iul. Clar. in §. homicidium, num.* 10. ubi dicit, hanc doctrinam eſſe Bartol. *in l. reſpiciendum. § delinquunt. n.* 1. *ff. de pœn.* quam omnes qui poſteriores ſunt, tranſcribant, allegans ad hoc Igne. in *l. ſi certus. § ſi unus ex Dominis. nu.* 14. *ad Syllan.*

22 Quamvis enim plus inſit in proditione, quã in ſolo animo deliberato, eaq; utrumque contineat, nempè animum deliberatum, & qualitatem proditionis, iuxta tradita Iacob. Menoch. *de arbitr. iud. quæſtion. lib. 2. cent.* 4 *caſ.* 361. *nu.* 25. attamen cùm & proditor animo præmeditato delinquat, & nullibi pro homicidio proditoriè commiſſo gravior & peculiaris pœna conſtituta ſit, ordinariam gladii pœnam hoc quoque caſu obtinere dixerim.

23 *Veluti ſic reſponderunt Scabini, Ad conſultationem VVilhelmi* von Oyenhauſen. Hat *I.K.* bekandt und geſtanden/ daß er *G. K.* ohne alle gegebene Urſach mit einem Brodmeſſer zween Stich zugefüget/ davon er in einer halben Stunden verſtorben/ inmaſſen auch ſolches von Zeugen außgeſagt worden/*&c.* So möchte er wegen ſolcher begangenen uñ bekanden Entleibung hinwieder mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden. V. R. W. *Menſ. Decembr* 1586.

24 *It. Verſus* Sonnewald: hat Hans Lehman einen Stich unter den lincken Arm bekommen / davon er alſobald Todt blieben/und es hat *D. R.* in guten bekant/ daß er jhme ohne alle gegebene Urſach auß eingeben deß böſen Feindes/ bößlichen erſtochen/ Do er nun uff ſeinen gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde / So möchte er von wegen ſolcher an Hanſen Lehman begangenen und bekanden Entleibung mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W. *Ad Capitaneum Henricum ab Eckersbergâ,* M. *Iul. An.* 1586.

25 *It:* Hat der gefangene *G. S.* in guten bekant und außgeſagt/ daß er Georg Brettigen zu Bornitz ohne alle gegebene Urſach mit einem Brodmeſſer einen Stich über der lincken Bruſt / eines fördern Fingers tieff zugefüget / davon er alſobald zur Erden geſuncken und Todt blieben *&c.* So möchte er wegen der angedachten Georg Brettigen begangenen und bekanten Entleibung / hinwiderum mit dem Schwerd võ Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W.

Ad Præfectum Oſſitienſem, M. Iun. *Anno* 1596. 26

It. Verſus Arnshaugk/ hat der gefangene *N. K.* in guten bekand und geſtanden/ daß er Lorentz Hellern einen Dreſcher von Wittigenſtein/ als er von Tripitz nach Schwartzbach gehen wollen/ ohne alle gegebene Vrſach entleibet/ũd geſtochen *&c.* Do er nun vff ſeinen gethanen bekäntnüß *&c.* So möchte er von wegen ſolche an vorbemelden Lorentz Hellern begangnen ũd bekanten Entleibung hinwieder mit dẽ Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W.

Ad requiſitionẽ Quæſtoris. M. Aug. An. 1608.

Eodem modo pronunciatum fuit in caſu ſimili. Præfect. Oſſitienſi, M. Nov. Anno 1612.

It. An die Gebrüdere von Bünau/ *Menſ. May. Anno* 1620.

Hancque ſententiam non infringunt argumenta ſupra adducta, quibus ſupplicium Rotæ probari videtur.

Quod enim Primò ad *art.* 137. *Conſtit. Crim.* 27 *Imper. Caroli V.* attinet, agitur ibidem de peculiari conſuetudine quorundam locorum, cuius vigore quivis homicidæ ſupplicio Rotæ affici debent, quæ conſuetudo reſtringitur ad homicidium præmediatum ita, ut in poſterum prędicta pœna Rotæ cõſuetudinaria locum habeat ſolùm in homicidio deliberato, reliqui verò homicidæ gladio puniantur. Id quod manifeſtè apparet ex verbis: **Aber nach gewonheit etlicher Gegent**; ubi ergò locorum talis conſuetudo nõ viget, ibi diſpoſitioni iuris communis, quo homicidæ indiſtinctè gladio puniuntur, ſtrictè inhærẽdum, nec conſuetudo certorum locorum ad alia loca extẽdenda eſt, *Decius conſ.* 483. *n.* 22. *Alexan. conſ.* 68. *n* 1. *lib.* 2. *& conſ.* 25. *n. fin. lib.* 5. *Ioſeph. Maſcar. de prob. vol.* 1. *concl.* 423. *n.* 13. *Zaſius ad l. de quibus n.* 46. *verſ. circa vim extenſivam ff. de legibus.*

Secundò & tertiò non obſtant *art.* 130. 28
Conſtit. Carolin. & art. 13. **Landrecht** *lib.* 2. Uterq;
n. textus expreſſiſſimè loquitur de Latronibus,
qui Germanicè vocantur **Mörder**/quorum pœ-
na eſt ſupplicium Rotæ. Sunt autem latrones,
qui homines in domibus vel viis publicis reb⁹
ſuis ſpoliant, & ſpoliis non contenti eos præte-
reà occidunt, animoq; occidendi promptiſſi-
mo adoriuntur. Iodoc. Damhoud. *in Enchir. rer.*
crim. c. 86 *n.* 2. Et licet quandoq, homicidæ, qui 29
animo deliberato ſeu ex propoſito cædes com-
mittunt, latrones appellitentur, ut in *art.* 137.
Conſtit. Crim. in verbis: **Ein Mörder oder Todt-**
ſchläger &c. attamen hoc fit generaliter & mi-
nus propriè. In ſpecie autem & propriè Latro-
nes de quibus agitur in dict. *art.* 130. *Conſt. Crim.*
& art. 13. *l.* 2. **Landrecht**, dicuntur ij, qui unà cum
rapinâ homicidium perpetrant, prout hoc ita
explicat *Gloſſ. germ. ad d. art.* 13. *verſ.* **Die einen**
Mann / ibi: **Etliche ermorden die Leute um Gel-**
des oder Gutes willen / und mit wohlbedachtem
Muth / dieſes ſind rechte Mörder / und von denen
ſagt er hie / Etlicher ſchlägt einen durch Zorn oder
Unfriedens willen zum Tode / dem ſchlägt man
das Häupt ab / &c.

Idemque reſpondendum eſt ad Quartum, 30 latrocinium nimirum eſſe homicidium deliberatum, quod cum ſpolio ſeu rapina coniunctum eſt, ut iam dictum, pro ea autem impoſita eſt pœna Rotæ; *Tùm*, quod in latrocinio duplex crimen, ut Rapina & homicidium concurrat, adeoque hoc crimen horribilius ac gravius fit homicidio ſimplici, *Tib. Decian. in tract. crim. lib. 9. c. 30. n. 4. Tùm*, quod interventus pecu- 31 niæ, ſeu divitiarum, quarum gratiâ homicidiũ in latrocinio perpetratur, pœnam augeat, prout tradunt Bartol. *in l. non ſolum § ſi mandato n. 14. ff. de iniur. Salicet in l. non ideò minus n. 36. verſ. veruntamen inquiunt Doctores, C. de accuſat. Farin. part. 5. crim. prax. quæſt. 123. nu. 5. Carrer. in pract. crim. tract. de homicid. & aſſaſſ. & circa igitur tertium, n. 36. Anton. Gomez. tom. 3. var. reſolut, c. 3. n. 10.* Quæ ratio cum in homicidio deliberato ſimplici deficiat, à pœna latrocinij ad pœnam ſimplicis homicidii inferre non licet.

Quintò denique non adverſatur, quòd gravius delinquat is, qui ex propoſito & præviâ animi deliberatione occidit, quàm is qui affectu aliquo commotus quempiam interficit: Licet enim hoc facilè concedatur: attamen inde non evincitur, eum qui deliberato animo occidit & gravius delinquit, ſupplicio Rotæ puniendum eſſe; quia hoc genus pœnæ ceu graviſſimum, & quod in atrociſſimis ſolùm criminibus locum habet, delicto homicidii non correſpondet, præſertim cum iura, quib⁹ pœna gladij pro homicidio imponitur, non diſtinguant, an deliberato animo, an verò calore iracundiæ, ſeu in rixâ cædes fuerit perpetrata, quibus in criminalibus ceu odioſis ſtrictè inhærendum, nec contra iura manifeſta gravior pœna ſubſtituenda eſt, *arg. l. 5. C. de repud. c, is qui in Eccleſia. 18. in fin. pr.* 32 *extr. de ſent. excomm. in 6. Bald. in c. nihil. 44. nu. 25. verſ. item quod extr. de elect. poteſt. Iaſon. in l. illam 19. n. 8. verſ. alibi, C de collat. Hart. Piſtor. q. 1. n. 100. & q. 13. n. 34 lib. 2.*

Q. II. An non judex pœnã deliberati homicidij ex arbitrio exaſperare queat?

Verum enimverò, etſi hæc veriſſima ſint & 33 pro homicidio deliberato ſeu ex propoſito cõmiſſo, ſupplicium Rotæ vel alia gravior, quàm gladii pœna nullibi conſtituta reperiatur; Attamen cùm variæ cauſæ ad circumſtantiæ, quibus homicidium deliberatum magis atrox & odioſum redditur, accidere queant: Veluti ſi quis aliquem per induſtriam & inſidias aut potius, ut loquitur Didac. Covarr. *lib. 2. var. reſolut. cap. fin. n. 7.* allegans ad hanc rem Exod. *c.* 21. per inſidioſam induſtriam, vel in viâ publicâ vel propriâ domo, quæ cuiuſq; ſecurum receptaculum eſſe debet, occidat, ita ut delictum hoc latrocinio ferè ſimilius quàm ſimplici homicidio eſſe videatur; tunc iudex in terrorẽ aliorum pœnam ordinariam aliquâ ex parte exaſperando, à tramitib⁹ juſtitię neutiquã aberrat.

Hinc arbitrati fuère *Scabini Elect. Sax.* ſi ho- 34 micidium eiusmodi deliberatum per inſidias fortaſſis in viâ publicâ, vel ædibus ſeu habitatione propria occiſi, aliisvè modis, quibus delictum aggravatur, commiſſum fuerit, cadaver delinquentis poſt factam pœnę gladii executionem non ſepeliendum, ſed Rotæ imponendum eſſe.

Quæ opinio ſicuti hiſce terris uſu recepta eſt, ita ratione non deſtituitur. Certum namq; 35 eſt, quòd in pœnis dictandis non modò Reus puniendus, aut huius damnati corpus conſideretur, ſed & ipſum παράδειγμα, quo alii meliores reddantur, & à criminibus deterreantur *l. 6. §. p. l. 20. ff. de pœnis. Hering. de fideiuſſ. cap. 10. num. 344. Tiraquell. de pœn. cap. 48. Duar. de pœn. cap. 1. Gilken ad tit. C. de Summ. Trin. n. 116. Petr. Heig. part. 2. q. 37. n. 27.* Et pœnarum fructus omnium maximus pertinet ad exemplum, *Iohann. Bodin. l. 7 de Republ. c. 4. n. 21.* Quò igitur omni tempore & in omnium oculis maneat ſpectaculum & recordatio pœnarũ, in hoc præſertim crimine reliquis atrociore, cadavera delinquentium in quopiam loco publico affigi debent. Ideoq; & cadavera ſuſpenſorum intuitu exempli & terroris aliis incutiendi, vel ad tẽpus, vel inperpetuum ſuſpenſa & inſepulta relinqui poſſe, tradunt Covarr. 2. *var. reſolut. 1. n. 11. Petr. Gregor. 31. ſyntagm. iur. 14. 8. Damhouder. in pract. crim. c. 153 n. 13. Farin. part. 1. crim. prax q. 20. n. 134 Menoch. de arbitr. jud. quæſt. Caſ. 387. n. 2* 36

Accedit iudicis arbitrium in pœnis augendis & minuendis pro ratione delicti delinquentium, & cauſæ ſufficientis, *gloſſ. & Doct. in l. & ſi ſeverior. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. l. hodiè. ubi Bartol. ff. de pœn. Petr. à Plach. in epit. delict. cap. 33. n. 5. Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. lib. 2 qu. 96. n. 14. Mynſing. obſervat. 30. cent. 2. Blanch. in pract. crim. §. poſtquam vidimus. n. 77. & 96. Vaſq. controv. Illuſtr. cap. 14. nu. 4. Gail. de pace publ. lib. 2 cap. 9. nu. 22.*

Quia enim delicta diverſis circumſtantijs & 37 qualitatibus perpetrantur, ex quibus crimen ipſum quandoq; fit excuſabile, quandoque autem magis atrox & odioſum, *c. ſicut dignum. in pr. extr. de homicid. l. Gracchus C. ad L. Iul. de adult.* dictasq; omnes circumſtantias & qualitates lex ipſa exprimere non potuerit, ſed quasdam tantummodò expreſſerit; ideò judici dedit hanc facultatem & arbitrium ut ſecundum facti contingentiam pœnas ipſas arbitrio ſuo ex cauſa augeret, minueret vel mutaret *l. reſpiciendum. ff. de pœnis l. 1. l. militis ff. de cuſtod. reorum.*

Secundum quæ Domini Scabini reſponderunt, 38 *hiſce formalibus:* Hat E. C. geſtanden/ daß er jhme fürgeſetzt/ Heinrich Scheffern deß Abts Schreiber ümzubringen/ weil er jhn einen Schelm und Dieb geſcholten/ darauff er jhn uff freyer Straſſen verwegelagert/ angefallen/ und mit der Barten gehauen/ und ob ſich wol der Schreiber gegen jhm gewehret/ hat er jhn doch überwältiget/ und mit dem Meſſer in die 20. Stiche zugefüget/ die beyde Augen außgeſtochen/ jämmerlichen zerſtümmelt ũd umgebracht/ &c. Do er nun uff ſeinen gethanen Bekäntnüß für offentlichen gehegten peinlichen Halsgerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten/ wie recht überwieſen würde/ So möchte er von wegen ſolcher muthwilligen und vorſetzlichen Entleibung/ hinwiderum mit dem Schwerd vom Leben zum Todte geſtrafft/ und der Cörper nach vollſtreckter *execution* andern dergleichen fürſetzlichen Todſchlägern zum Abſcheu und Exempel uff ein Rad geflochten und geleget/ und die langſtelichte Barte/ und dz Meſſer/ damit er ſolchen Todtſchlag begangen/ zugleich an das Rad genagelt ũd gemacht werden. V. R. W.

An Herrn Dietrichen / Abt deß Stiffts Corvey/ *Menſ. Septembr. An. 1613.*

39 It. Hat *H. G.* in guten bekandt und geſtanden/ daß er zu Margreten/ Wolffen Perſchmanns Wittiben/ in jhre Behauſung kommen / und derſelben anfänglichen einen guten Morgen gebotten / folgends ſein Rappier außgezogen / und jhr einen Stich damit beybracht/ und als ſie in den Hoff gelauffen / ſey er nachgefolget/ und habe jhr die andere gefährliche Stiche zugefüget/ davon ſie alſobald uff der Stette todt geblieben/ Darneben hat er ferner bekandt / daß er offtmals und lange in willens gehabt/ ſolche That an jhr zuverüben / derowegen daß ſie jhme die Ehe zugeſagt/ ſich aber geſtriges Tages mit einem andern verlobet / und were jhme nicht leid / daß ers gethan / Hätte auch in willens gehabt/ der Entleibten Mutter und Schweſter gleicher geſtalt uff die Haut zu ſtechen/ weil ſie jhn alſo genarret hätten / *&c.* So möchte er von wegen ſolches begangenen und bekandten fürſetzlichen Todſchlages und Entleibung hinwiderum mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtraffet/ und der Cörper nach vollbrachter *execution* andern fürſetzlichen und muthwilligen Todtſchlägern zum Abſcheu und Exempeln uff ein Rath gelegt und geflochten werden. V. R. W.

Iudic. oppidano Grimmenſi, Menſ. Mart. Anno 1613.

40 Item *verſus* Leißnigk: Hat *H. L.* in ſcharffer Frage bekandt/ daß er benebens ſeinen Geſellen Hanſen Schönbergen uff freyer Straſſen verwartet/ nachgelauffen / und ums Leben bringen wollen / inmaſſen auch die Entleibung würcklichen darauff erfolget/ in dem er jhn mit einer Hellenparten ſechs ſtiche zugefüget/ und übel gehauen ꝛc. So möchte er von wegen ſolches an Hanſen Schönbergen uff der Straſſen fürſetzlichen und muthwilligen begangenē Todſchlags und Entleibung (weil man der Erkündigung gewiß iſt) mit dem Schwerd hinwiderum vom Leben zum Tode gerichtet und geſtrafft/ uñ nach verrichter *execution* der Cörper andern dergleichen fürſetzlichen und muthwilligen Todtſchlägern zum Exempel und Abſcheu/ dieweil die That uff der Straſſe geſchehen/ und der Entleibete von dem Gefangenē und deſſen Geſellen/ greulichen und abſcheulichen geſtochen / gehauen und zugerichtet worden / auff ein Rad geleget und geflochten werden. V. R. W.

Ad requiſitionem Quæſtoris, Menſ. Mart. Anno 1615.

41 *Simili modo in crimine homicidii ex propoſito & prævià animi deliberatione commiſſi, fuit pronunciatum Senatui Sangerhuſano, Menſ. Iun. Anno* 1609.

It: *Quæſtori in Rhoda, Menſ. Novembr. Anno* 1611.

It. *Quæſtori in Bornſtadt, Menſ.* Maii *Anno* 1627.

QVÆSTIO VIII.

De Crimine Parricidii, eiusque Pœna, ſi in parentibus hoc fuerit commiſſum.

SVMMARIA.

1. *Homicidij pœna ſæpius exaſperatur.*
2. *Paricidium unde dicatur, & quodnam propriè ſit delictum.*
3. *Parricidium crimen eſt & atrociſſimum & immaniſſimum, n.* 6.
4. *Quare Solon de hoc delicto legem non tulit.*
5. *Parricidam impunè quondam occidere licuit.*
7. *Huius criminis pœna quanā apud Romanos fuit.*
8. *Ob quam cauſam pœna talis fuerit introducta, n.* 9. 10.
11. *Num hæc pœna etiamnum hodiè ſit in uſu, n.* 12. 13. 14. 15. 16.
17. *Qua pœna hodiè obtineat in foro Saxonico n.* 23
18. *Quatenus pœna paricidij à Romanis adinventa, hodiernis moribus fuerit immutata, nu.* 19. 20. 21. 22.
24. *Varijs modis & in diverſis perſonis committitur parricidium.*
25. *Pœna eorum qui parentes necant, n.* 26. 27.
28. *Num pari pœna teneatur occiſor filius naturalis vel ſpurius, ac legitimus.*
29. *Quomodo puniendus ſit, qui ſocerum vel ſocrū vitricum vel novercam occidit, num.* 30. 31. 32.
33. *Deciſio huius quæſtionis, n.* 34. 35. 36. 37.
38. *Socer, Socrus, Vitricus & Noverca ſunt affines, Non cognati vel conſanguinei.*
39. *Sententia Scabinorum Lipſenſium, num.* 40. 41. 42.
43. *Explicatio. l. 1. ff. ad L. Pomp. de parricidis, & §. 8. Inſt. de publ. judic. n.* 44.
45. *Socer & Socrus, Vitricus & Noverca impropriè dicuntur parentes.*
46. *Quandoq; pœna necantium Vitricum, Novercam &c. exaſperari poteſt.*
47. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*

1 Dictum ſupra *q. 2. n.* 14. homicidii pœnam ordinariam quandoque aggravari & exaſperari, id quod fit in *Parricidio, Aſſaſſinio, Veneficio, Latrocinio*, aliiſque caſibus quibus crimen homicidii per ſe atrox, ex concurrentibus qualitatibus & circumſtantiis redditur atrociſſimum, in quo haud immeritò à Regula generali *q 2. n. 1.* poſitâ recedendum, pœnaq; atrocior ob criminis qualitatem Reo delinquenti irroganda eſt.

2 Patricidium (de quo hîc & quæſtionibus aliquot ſequentib. agemus) licèt in genere quodvis ſignificet homicidium, quaſi quod ſit paris hominis occiſio, juxta *l. 2. §. & quia 23. ff. de orig. iur. Didac. Covarr. in Clement. ſi furioſus part. 2. relect. in pr. num. 12. de homicid. Ioh.* Harppr. *ad §. alia deinde lex. num. 2. Inſtit. de publ. jud. Petr. à Plach. in epit. delict. libr.* 1 *cap. 22. num. 2. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 5. num.* 1. Proprie tamen eſt cædes nefaria qualitercunq; cōtra pietatem & jus ſanguinis, in aſcendentes, deſcendentes, tranſverſales & affines perpetrata. *l. 1. ff. ad Leg. Pomp. de parricid. Decian. dict. c. 5. n. 2. Harppr. dict. loco. Farin. part. 5. crim. prax. quæſt.* 120. *n.* 136.

3 Eſtque hoc crimen aſperrimum, immaniſſimum, atq; prorſus execrandum; Et ſicuti inter delicta, quæ in hominem committuntur, nullum

lum gravi⁹ quàm homicidium, ita inter omnia 3 homicidia nullum, reputatur gravius, quàm parricidium, *Hoſtienſ. in ſummar. de his qui fil. occid. in pr.* de quo crimine Solon Athenienſium Legislator legem non tulit, quòd non ſperavit, tantæ immanitatis quempiam fore, qui tàm fædum & horrendum facinus perpetraturus eſſet, ut refert Cicero *in orat. pro Roſcio Amerino*, 4 Cuius exemplum ſecutus Romulus, ſimiliter nullum ſupplicium in parricidas conſtituit, quòd etiam exiſtimaverit, impoſſibile eſſe, ut quis tam dirum & impium ſcelus committere auderet, *Plutarch. in vitâ Romuli.*

Tantæ quoque atrocitatis hoc crimen fuit exiſtimatum, ut parricidam qui occiderit, impunitus non modò, ſed & laudatus remaneret. 5 Nam cùm duo à Nicete miſſi Timoleonem in Eccleſia exiſtentem interficere vellent, alter eorum ſocium Timoleoni aſtantem incautè occidit, & aufugit, ſed captus, Timoleone ſalvo, ſe excuſavit, & indulgentiã obtinuit, quòd is qui interfectus eſſet apud Leontinos, patrem necaſſet. Tanto enim odio dignum putarunt hoc tàm inhumanum facinus, ut vel ipſo, quem occidere volebat, judice impunitus foret, quòd hoc medio putaretur Deus voluiſſe parricidium vindicare, referente ex Plutarch. in vitâ Timoleonis, Tib. Decia. *in tract. crim. l. 9 c. 6. n. 17.*

Quid enim ipſi naturæ horribilius, quàm eſſe aliquem humanâ ſpecie & figurâ, qui tamen immanitate beſtias (quæ non modo fœtus, ſed etiam parentes ſuos amant) & feritate ſuperaret, 6 ut propter quos hanc ſuaviſſimam lucem aſpexerit, eos indigniſſimè luce privaret, ſuaq; propria viſcera & pignora nefariè trucidaret!

Ob immanitatem igitur huius criminis Majores Romanorum & Imperatores ſingulare 7 ſupplicium in parricidas excogitarunt, ut quos natura ipſa retinere in officio non poſſet, ij magnitudine pœnę maleficio ſubmoverentur. Nimirum inſui voluerunt in culeum ſive ſaccum ex corio factum vivos parricidij damnatos unà cum cane, vipera, ſimiâ, & gallo gallinaceo, atq; ita in mare vel flumen præcipitari, aut ſi mare vel flumen propinquum non ſit, adeoq; nec commode hæc pœna exerceri queat, beſtiis ſubijci *l. pœn. ff. ad. L. Pompei de parricid. l. un. C. de his qui par. vel lib. occid. §. alia deinde Inſtit. de publ. judic.*

Cuius pœnæ ratio ſingularis redditur in *d. l. un. & d. §. alia deinde. Inſt. de publ. jud.* Vt ſcilicet 8 omnium elementorum uſu vivus carere incipiat, & ei cœlum ſuperſtiti, & terra mortuo auferatur. Quam rationẽ etiam pulcherrimè deſcripſit *M. Tull. pro Roſcio Amerino*, inquiens: *O ſingularem ſapientiam judices! Nonne videntur hunc hominem ex rerum naturâ ſuſtuliſſe & eripuiſſe, uti repentè cœlum, aquam, terramq; ademerunt, ut qui eum necaſſet, unde ipſe natus eſſet, careret ijs rebus omnibus, ex quibus omnia nata eſſe dicuntur? Noluerunt feris corpus obijcere, ne beſtiis quoq;, quæ tantum ſcelus attigiſſent, immanioribus uteremur. Non ſic nudos in flumen deijcere, ne, cùm delati eſſent in mare ipſum polluerent, quo cætera, quæ violata ſunt, expiari putantur. Deniq; nihil tam vile, neq; tàm vulgare eſt, cuius partẽ ullam reliquerint. Etenim quid tàm eſt commune quàm ſpiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus ejectis? Ita vivunt, dum poſſunt, ut ducere animam de cœlo non queant: Ita moriuntur, ut eorũ oſſa terra non tangat: Ita jactantur fluctibus, ut nunquam abluantur: Ita poſtremo ejiciuntur, ut ne ad ſaxa quidem mortui conquieſcant:* Hæc Cicero. Idemq; expreſſit Ovidius *lib. 8. metamorphoſ.*

Dij te ſummoveant, ô noſtri infamia ſecli.
Orbe ſuo, tellusque tibi, pontusq; negetur.

Vnde manifeſtum, cur Imperatores ac Maiores noſtri parricidas culeo inſutôs in mare ſive flumen, proijci & præcipitari voluerint. Iohan. Harppr. *in §. alia deinde, 6. n. 16. Inſt. de publ jud. Domin. Cardin. Tuſch. tom. 6. pract. concluſ. lib. P. concl. 90. n. 8. & ſeq. Tib. Decian in tract. crim. lib. 9. cap. 16. n. 8. 9. Virgil. Pingitz. quæſt. 44. n. 6. Dan. Moller. in comm. ad Conſtit. Saxon. part. 4. cap. 3. num. 2. 3. 4. Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quæſt. cent. 4. caſ. 356. n. 6. Gothof. in l. pœna. verba deinde. lit. B. ff. ad L. Pompej. de parricid. VVeſemb. in parat. ff. eod. n. 4.*

Neque etiam ſine cauſa prægnante quatuor Beſtiæ unà cum parricida culeo inſuuntur. 9

Q. I. Cur quatuor beſtiæ unà cũ parricida culeo inſuãtur?

Canis

Canis nimirum, ut ſceleratum oſtendat hominem & immundum, qui parentem occiderit: Vel ad arguendam infidelitatem, quia canis homini fideliſſimum animal eſt: Vel quod fame rabidâ percitus canis parricidæ corpore & cadavere paſcatur.

Gallus gallinaceus.

Gallus gallinaceus, quòd pugnax ſit & viperæ inimicus, quæ cum eo inſuta eſt: Vel quòd gallus vigil cantu ſuo non permittat, parricidam ſomno cruciatum lenire: Vel ut cantu intercluſo audito à navibus prætereuntibus quilibet invitetur ad conſpiciendum atrociſſimum ſcelerati parricidæ ſupplicium.

Vipera.

Vipera, quod ſimili ſit obnoxia delicto, cùm & ipſa exeſo parentis utero prodeat in lucem: Vel quòd vipera & anguis maximum ſemper homini horrorem ac timorem incutiant:

Simia.

Simia, quòd præter humanam quandam ſimilitudinẽ nil habeat hominis, ut & parricida. *Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 9 cap. 16. n. 11. 12. 13. 14. Ioh. Harppr. in d. §. 6. Inſt. de publ. jud. n. 18. & ſeqq. Gothof. ad l. pœna. verb. vipera, lit. A. ff. ad Leg. Pomp. de parricid. Covarr. in relect. Clem. furioſus 2. part. 2. n. 12. verſ. culeo autem inſuitur, & ſeq. Rhodigin. lib. 6. lect. antiq. cap. 13.*

Harum rationum quaſdam exprimit quoque Gloſſ. in Landr. *lib. 2. artic. 14. Verſ.* Nun möchſtu ſagen &c. ibi: Der Hund zeiget an/ daß ein ſolcher Menſch ſeine Eltern/ nie mit Ehren erkant hat/ wie der Hund thut/ welcher die erſten neun Tage blind iſt. Der Hahn bedeutet deß Menſchen Frevel und durſtigen Hochmuth/ den er an ſeinem Vatter oder Kind begangen hat. Die Nater bedeutet ſolcher Eltern Unglück/ dann von dieſer Geberung ſagt man alſo/ daß wenn ſie ſich gatten wollen/ ſo ſtecket das Männlein ſein Häupt in deß Weibleins Mund/ darvon empfähet ſie/ und allda beiſſet ſie dem Männlein vor Wolluſt das Häupt abe/ darnach wenn ſie die Jungen gebühret/ muß ſie von jhnen wider ſterben: Denn/ als dieſelben ſollen geboren werdẽ/ beiſſen ſie ſich auß der Mutter Leib/ davon ſie dann 10

von ſtund an ſtirbet. Der Aff bezeichnet eines Menſchen Gleichnuß oder Todes Ebenbilde ohne Wercken / denn wie der Aff in vielen Dingen einem Menſchen gleich iſt / und iſt aber doch kein Menſch/ Alſo iſt dieſer Mörder einem Menſchen ähnlich geweſen / iſt aber mit der That und Hertzen kein Menſch geweſen / weil er ſo Unmenſchlichen hat an ſeinem eigenem Blute thun dörffen.

Q. 11. An pœna culei etiamnum hodiè ſit in uſu?

11 Pro crimine igitur crudeli pœna hæc crudeliſſima impoſita eſt. Quæ, num adhuc hodiè in uſu ſit, dubitari poteſt ob autoritates Dd. quorundam inſignium. *Bald. & Salic. in l. un. C. de his qui par. & lib. occid. Alexand. ad. Bartol. in l. 3. in* 1. *addit: in fin. ff. ad leg. Pom. de parricid. Tiber. Decian. in tractat. crim. lib. 9. cap.* 16. *n.* 18. *Angel. Aretin. de malefic. verb. & ex intervallo nu.* 16. *ſub fin. verſ. talis pœna non eſt hodiè in uſu pag.* 376. *Dō. Cardin. Tuſc. tom.* 6. *pract. concl. lit. P. concluſ.* 90. *n.* 9. *Iohan. Harppr. ad* §. *alia deinde lex,* 6. *Inſt. de publ jud. n.* 30. *& ſeq. ubi & VVeſemb. ad Schneidvvin n.* 3. *verſ. ideoq; pœna illa Ethnica. Proſper. Farin. part.* 5. *crim. prax. quæſt.* 120. *n.* 1. 2. Qui omnes docent, pœnam hanc propter crudelitatem totius penè mundi conſuetudine abolitam eſſe, & aliquo alio genere pœnæ, ſecundum qualitatem cuiusvis regionis; Veluti, ut parricidæ gladio feriantur, vel vivi defodiantur, vel in quatuor partes diſſecētur, vel canibus lacerandi tradantur, vel ſtrāgulentur.

12 Quibus aſſentitur Iodoc. Damhauder. *in prax crim. cap.* 87. *n.* 3. dicens, quòd apud eum parricidæ ad caudam equi, aut ad quodvis vehiculorum genus affixi, cratique vimineæ inſidentes aut aſſeri, dedecorosè pertrahantur ad ſupplicii locum, ubi decollentur, & corpora truncata rotæ in altum erigendæ affigantur, & tandem ſimul omnium bonorum proſcriptione aut confiſcatione plectantur,

13 In Hiſpaniâ quoq; criminis parricidii Reos non alio ſupplicii genere, quàm ſtrangulationis pœnâ affectos; ac poſtea dolio incluſos & in flumen proiectos fuiſſe, teſtatur Iul. Clarus *lib.* 5. *ſentent.* §. *parricidium nu.* 5. *verſ. dum eſſem in Hiſpaniâ,* ubi & refert Mediolanenſes parricidas prout alios homicidas quandoq; decapitari, quandoq; etiam furcis ſuſpendi, & ita pluries ſe vidiſſe obſervatum in mulieribus proprios infantes occidentibus vel ſuffocantibus.

14 Et quòd parricidis interdum pœna gladii, interdum Rotæ imponantur, quandoq; etiam forcipes addantur, prout hanc pænam circumſtantiæ Parricidii commiſſi poſtulaverint, tradit inſignis Germaniæ ICtus Hermannus Vultejus *in* §. *alia deinde lex* 6. *Inſtit. de publ. jud. nu.* 5. ibi: *ſed hac pœna hodiè.*

Deciſio. Quæſtionis.

15 Hiſce tamen autoritatib⁹ non obſtantibus, prædictam pœnam Culei cum quatuor animalibus in crimine parricidii adhuc vigere, nec per conſuetudinem abrogatam eſſe, afferre haud vereor cum Virgil. Pingitz. *quæſt.* 44. *n.* 6. *& ſeq. Petr. Heigio; part.* 2. *quæſt.* 33. *n.* 55. *Matth. Coler. deciſ.* 157. *n.* 1. *part* 1. *Anton Gomez. tom.* 3. *cap.* 3. *n.* 3. *Matth. Berl. part.* 4. *concl.* 6. *nu.* 6. *Dan. Moller. ad Conſt. Elect.* 3. *part.* 4. *n.* 11.

16 Quandoquidem pœna hac lege conſtituta eſt *l. un. C. de his qui par. vel. lib. occid.* quæ ſemper adhuc loquitur & in dubio uſu recepta. Et licēt tacito conſenſu omnium, leges per deſuetudinem abrogentur, *l. de quibus ff. de legibus.* hoc tamen quia facti eſt, luculenter & manifeſtè probari debet. *Bartol. in l. in illa, de Verb. obl. Natta conſ.* 340. *n.* 11. Nec ſufficit ad probationem huius Dd. quorundam teſtificatio, etſi ſint celeberrimi, maximè quando eſt contra Iura ſcripta, aliique Dd. contrarium teſtantur, *Heig. dict. quæſt.* 33. *n.* 53.

Idque eo verius eſt, quòd nec in Iure Saxonico, nec Conſt. Imp. Crim. de abolitione huius pœnæ alteriuſq; ſubſtitutione quicquam reperiatur, tantumque abeſt, Imp. Carolum V. ab hâc pœnâ Culei recedere voluiſſe, ut potius eandem approbare videatur, dum art. 131. fœminas liberos ſuos necantes, eo loco, ubi hæc pœna commodè exerci poteſt, aquis ſuffocari, expreſſè diſponit, quamvis ibidem beſtiarum, quæ ex lege Pompeja unà cum parricidis culeo immittuntur, nulla fiat mentio.

17 Et hoc minus dubium habet in terris Electoratus Saxonici, ob Conſt. Elect. 3. *part.* 4. ”
ubi manifeſtè ſancitum: ut ſi vel parentes libe- ”
ros ſuos, vel liberi parentes, vel deniq; conjux ”
conjugem occidat, parricida unâ cum Cane, ſi- ”
miâ, gallo gallinaceo, & angue culeo inſtus in fluvium conjectus ſuffocetur. &c.

18 Neutiquam tamen hoc ſilentio prætereundum eſt, pœnam culei, prout hæc à Romanis cōſtituta erat, paululum hodie fuiſſe immutatam eiusque acerbitatem aliquâ ex parte mitigatam.

19 PRIMÒ enim iure Romano culeus ſive ſaccus, cui damnati inſuebantur ex corio factus erat, in quo haud dubie aliquandiu vivere oportuit parricidas, eò quòd aqua in eum penetrare facilè non potuerit. *Mynſinger. in* §. *alia deinde lex. nu.* 11. *Inſt. de publ. iud. ubi & Iohan. Harppr. nu.* 17. At hodiè uſu receptum, ut parricidæ inſuantur lineo ſacco, in quo confeſtim in flumen deiecti ſuffocantur. *Daniel. Moller. ad Conſt. Elect.* 3. *part.* 4, *num.* 12. *Matth. Berl. part.* 4. *concl.* 6. *nu.* 13.

20 Secundò: Quia hiſce in terris ſimiæ magno in pretio habentur, loco ſimiæ felis adhiberi ſolet. juxta dict. *Conſt. Elect.* 3. *part.* 4. in verb. **Sampt einem Affen / der an ſtatt deſſelbigen einer Katzen/** &c.

21 Tertio: Vſu quoque receptum eſt, ut loco viperarum in chartâ ſeu linteo depingantur ſerpentes, & ita pictura cum parricida ſacco inſeratur. *Moller. dict. loco n.* 12. *& Berl. dict. concl.* 6. *n.* 15. quod tunc demum obtinet, ſi ſerpentes vivi habere nequeant, aliàs hoc caſu à modo iure præſcripto non recedendū: Veluti etiā quotidiè in ſententiis Scabinorum ſerpentū fit mentio.

22 Quartò deniq; cùm hæc pœna Culei commodè exerceri nequeat, niſi mare vel flumen propinquum ſit, conſtitutum eſt de Iure Civili, ut iis in locis, ubi commoditas aquæ deficit, parricidæ feris animalibus devorandi objiciantur. *l. pœna parricidij.* 9. *verſ. hoc ita ſi mare*

*proximum ſit.ff.ad L.Pomp.de parric.Ioh.Harppr. ad §. alia deinde lex,6. Inſt.de publ.judic.num.*15. *Proſp Farin part.*5.*prax.crim.quæſt.*120.*num.*7.*Iodoc.Damhoud.in prax.crim cap.*87.*num.*2. *verſ. vel alioquin huiusmodi parricidæ &c.*

Sed quia hæc pœna hodiè in deſuetudinem abiit, parricidæ iis in locis ubi mare vel flumen propinquum non eſt, pœna Rotæ afficiuntur, juxta Sanctionem Electoralem in *dict.Conſtit* 3. *part.*4. *verb.* **Würde aber die Gelegenheit deß Waſſers der Oerter nicht verhanden ſeyn / ſo ſoll ſolcher Miſſethäter mit dem Rad vom Leben zum Tod gerichtet vnd geſtrafft werden.**

23 Quibus hic obſervatis, pœnam culei etiamnum hodiè adverſus parricidas decerni notius eſt, quàm ut probatione indigeas, Dominis Scabinis in hunc modum quotidiè pronunciantibus:

> **Da nun der gefangene N.N. vff ſeinen gethanen Bekändtniß für offentlichen gehägten peinlichen Hals-Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde / So möchte er von wegen ſolcher an ſeinem leiblichen Vatter / Kinde / Eheweibe / ꝛc. begangenen vnd bekanten Mordthat / ſampt einem Hunde / Hahn / Schlangen / vnd einer Katzen / an ſtatt eines Affen / in einem Sack geſteckt / ins Waſſer geworffen / vnnd erträncket / oder da die Gelegenheit deß Waſſers deß Orts nicht verhanden / mit dem Rade vom Leben zum Tode gerichtet vnd geſtrafft werden / V.R.W.**

Quando autem de copia aquæ aut flumine alicujus loci certò conſtat, tum verba finalia **oder da die Gelegenheit deß Waſſers deß Orts nicht vorhanden / mit dem Rade vom Leben zum Tode gerichtet vnd geſtrafft**) non apponuntur, ſed pœna culei ſimpliciter adjudicari ſolet. Veteres quoque Scabinos quandoque hiſce verbis (**in einen Sack vernehet**) in ſententiis uſos fuiſſe reperio.

24 Cæterùm, quia non ſolùm hi qui parentes vel liberos interficiunt, ſed & ii, qui conjugem, fratres, ſorores, cognatos, affines, vitricum, novercam, ſocerum, ſocrum, privignum & privignam occidunt, parricidæ ſunt, & Lege Pompeiâ de parricidis tenentur, *l.*1 *& l.p.§.*1.*ff.ad Leg.Pomp.de parricid.§.alia deinde lex.*6.*Inſtit. de publ judic. ubi Ioh. Harppr.n.*23. *Tiber Decian.in tract crim. lib.*9 *cap.*5.*n.*3. dubium oritur; *An omnes indifferenter hujus criminis Rei prædictâ pœnâ culei, vel aquæ copiâ deficiente, ſupplicio Rotæ affici debeant?* Pro cujus reſolutione exactiori quatuor caſus ab invicem ſunt diſtinguendi.

Q. III. Pœna liberorum necantium parentes ſuos.

25 PRIMVS CASVS eſt: Si liberi parentes occidant; Quæ cædes uti omnium crudeliſſima ac horribiliſſima eſt, vitâ ſcilicet privare eos, à quibus vitam quis habet, ita & propriiſſimè parricidium dicitur, quaſi parentum cædes, *Decian. in tract.crim.lib.*9 *cap.*9.*num.*1. ut nullum prorſus dubium ſit, liberos hoſce peſſimos, qui non niſi nomine ſe liberos profitentur, pœnâ prædictâ Parricidii teneri *l. un. C de his qui par. vel lib.occid. §.alia deinde.*6. *Inſtitut.de publ.judic.*

Parentes maſculini generis.

26 Quod non ſolùm procedit in hiſce, qui patrem, avum, proavum, vel alium ex aſcendentibus in infinitum maſculini generis interficiunt, quod & dubium ferè nullum habet. *Iodoc. Damhouder.in prax.crim.cap.*87.*n.*1.2. *Iul Clar lib.*5.*ſentent.§.parricidium.num.*3. *Berlich part.*4.*concl.*6.*num.*24.25. *Proſper. Farinac. part.*5.*crim prax. quæſt* 120.*n.*108.

Sicuti Reſponſum fuit Hermanno à **Weißbach** / *M.Maii Anno* 1583.

Quæſtori in **Tungenhauſen** / *Menſ.Decemb.Anno* 1598.

Günthero à **Bünaw** / *M.Majo, Anno* 1617.

Parentes fœminini generis.

27 Sed & ii pœnæ huic ſubiiciuntur, qui matrem, aviam, reliquasq; aſcendentes ſexus fœminini occidunt, quippe quæ æquè nomine parentum veniunt *l.*1.*ff.ad Leg. Pomp.de parricid.l.un.C. de his qui parent.vel liber.occidunt. §.alia deinde Inſt. de publ. judic. Conſtit. Elect.*3.*part.*4. *Farin.part.*5.*prax.crim.quæſt.*120.*n.*105. *Menoch.de arbitr judic. quæſt.lib.*2.*caſ.*356.*n* 3.4.*& ſeqq. Iul. Clar.in pract.§. parricidium.n.*1.

Veluti & pronunciatum Senatui in **Mügeln** / *M.Octobr.Anno* 1588.

Senatui in **Aſchersleben** / *M.Octob.Anno* 1602.

Henrico à **Bünaw** / *M. Auguſt Anno* 1614. *in caſu quo quis patrem & matrem ejus ſimul veneno necaverat.*

Q. IV. Quid juris in liberis naturalibus & ſpuriis parentes ſuos occidentibus.

28 Nec refert, an liberi occidentes ſint naturales tantùm, an verò ſpurii, vel etiam ex coitu inceſtuoſo & adulterino nati: quicunque enim illi ſunt, pœnam parricidii ordinariam non effugient; quia hoc caſu ſubſtantia parentum & liberorum conſideratur, non qualitas, omnesq; iſti ſecundum naturam & ſanguinem liberi ſunt, adeoque parentibus eandem debent reverentiam, quam liberi legitimi præſtant parentibus legitimis. *l. parentes* 6.*ff. de in jus vocando. Iul.Clar. lib.*5.*ſentent.§. parricidium,n.*2. *Daniel Moller.ad Conſt.*3.*part* 4.*n.*18. *Matth Berlich dict concl.*6 *n.*33.34.35. *Menoch.lib.*2.*arbitr.judic quæſtion. cent.*4.*caſu.*356.*num* 15 *Schneidevv.ad § pœnales.Inſt.de action.num* 38. *Fe in.in.c.in præſentia extra de probat.col* 9.*num* 22.

Q. V. Qua pœna afficiendi necantes Socerum Socrum, Vitricum vel Novercam?

Quæritur hic, *quid de iis ſtatuendum, qui non quidem parentes, ſed eos qui loco parentum ſunt, veluti Socerum, Socrum, Vitricum novercam, alioſvè ſimiles trucidant, an & hi aſperrimâ iſtâ parricidii ſive culei pœnâ afficiendi ſint?*

Quod affirmant *Proſp.Farin.part.*5.*crim.prax. quæſt.*120.*n.*111.*&* 117. *Autor.Conſul Saxon.tom* 2.*part.*4.*quæſt.*46.*num* 3.*verſ.* **Deßgleichen die Perſonen / ſo wegen Schwägerſchafft.** *Dom Cardin. Tuſch.tom.*6.*pract.concl.lit.P.concl* 9.*num.*3 *Gloſſ.in §.alia deinde lex.*6. *Inſtit.de publ.judic.verb.continetur.verſ item affines quidam. Anton Gomez.tom.*3. *reſol var.cap.*3.*num.*3. *Decian.in tract. crim.lib.*9.*cap* 8.*num.*5. *Iodoc.Damhoud.in pract.crim.cap.*87.*num.*1. *Matth Berlich.part.*4.*concl.*6.*num.*51. *Iacob. Menoch.de arbitr.judic.quæſtion.libr.*2.*cent.*4.*caſ.*356.*n* 39.*& ſeqq. Hippol.de Marſil.ad l.*1.*n.*7.*ff.ad Leg.Pomp.de parricid. Bonifac.ad Vitalin. in tit.de publ.judic.§.*7.*n.*1.

30 Pro cujus ſententiæ confirmatione adducunt. Primò, *l.*1.*& l.*3 *ff.ad Leg.Pomp.de parricid.* in quibus dicitur, quòd Lege Pompeiâ de parricidiis teneantur etiam ii, qui ſocrum, vitricum, & novercam interficiunt.

Secundò, expreſſior eſt textus in *§.alia deinde lex* *de lex 6. Inſt. de publ. judic.* ubi manifeſtè diſponitur; Vt ſi quis parentis aut filii, aut omninò affinitatis ejus quæ nuncupatione parentum continetur, fata præparaverit &c. pœnâ parricidii teneatur, & neque gladio, neque ignibus neque ulli alii ſolenni pœnæ ſubjiciatur, ſed inſutus culeo cum cane, & gallo gallinaceo, viperâ & ſimiâ, vel in vicinum mare, vel in amnem projiciatur &c. Vbi propriè notanda ſunt verba hæc (*Affinitatis ejus, qua nuncupatione parentum continetur.*) Quæ de aliis perſonis quàm Vitrico, Novercâ, Socero, & Socru intelligi nequeunt.

32 Tertiò: Huc quoque facit, quòd Vitricus, Noverca, Socer, & Socrus ſint loco parentum, eorumque appellatione contineantur. *l. cum pater. 4. ff. ad Leg. Pomp. de parricid. § ſocrum 7. verb. quia matris loco Inſtit. de nuptiis. §. affinitatis 6. verſ. quia utrq; filii loco, Inſtit. eod tit.* Unde ſequitur, haſce perſonas occidentes eandem pœnam incurrere, qua ii qui parentes necant, affici ſolent, quæ nulla alia eſt, quàm pœna culei, vel flumine deficiente, ſupplicium Rotæ.

Vera deciſio Quæſtionis.

33 Hiſce forſitan fundamentis moti, *Veteres Scabini* pœnam culei adjudicarunt quondam ei, qui Vitricum occidit, ad conſultationem Quæſtoris Coldicenſis. Vt & huic qui Novercam necaverat, Verſus Roſla, ad conſultationem M.M Menſ. Januar. Anno 1571 quarum ſententiarum meminit Daniel. Moller. *ad Conſtit. Elector. 3. part 4 num. 15.* Qui tamen poſtea re penitus inſpecta nimis durum hoc arbitrari fuêre, dictantes in caſu ſimili parricidis pœnam gladii, addito tamen quandoque ſeverioris alicujus reatus judicio; nimirum ut Reus parricidii antequam gladii pœnam luat trahæ illigatus ad locum ſupplicii raptetur, *ut apparet ex ſententiis paulo poſt ſubjectis.*

34 Quæ opinio quoque non diſplicet Moller. *dict. Conſtit. 3. num. 15.* Eamque ceu veriorem ac mitiorem tuentur Matth. Weſemb. *In parat. ff. ad Leg. Pomp. de parricid. n. 9. verſ. ſed cum hoc tantum ſit ex interpretatione. & in §. alia deinde lex. 6. Inſtit. de publ. judic. n 3 verſ profectò nimis durum eſt & in ſupplement. ad Schneidvvin ibid. n. 3. poſt pr. Iohann. Harpp. ad § alia deinde lex. 6 Inſt tit. de publ jud. n. 24. & ſeqq.* Et quoad ſocerum ac ſocrum, Jacob. Menoch. *libr. 2. arbit. jud quæſt. cent. 4 caſ. 356 n. 70* ibi: *ita etiam ſocer* &c. ubi miror, præclarum Iureconſultum diſtinguere inter eum qui ſocrum vel ſocerum, & qui Vitricum aut Novercam ocidit, cùm tamen utriuſq; eadem ratio ſit, eodem quoque gradu affinitatis Vitricus ac Noverca, quo Socer ac Socrus ab occidente diſtent.

35 Neque hæc opinio fundamentis deſtituitur: Primò enim in *l. p. § 1. ff. ad Leg. Pomp. de parricid.* quoad irrogationem pœnæ culei ſolummodò patris & matris, avi & aviæ, non pariter ſoceri, ſocrus, vitrici & novercæ fit mentio, adeoque nec ad eas perſonas hæc pœna extendenda eſt: erubeſcimus namque ſine lege loqui, *Novell. 18. cap. 5. in princ.* Imò expreſsè *in d. §. 1.* Imperator eos, qui alias perſonas præter matrem & patrem avum & aviam occiderint capitis pœna plecti, aut ultimô ſuppliciô mactari jubet.

36 Secundò benè ponderanda ſunt verba *l. un. C. de his qui parent. vel libr. occid.* ibi: *aut omninò affectionis ejus, quæ nuncupatione parricidii continetur, fata præparaverit &c.* Quæ verba haud obſcurè innuunt, acerrimam illam Culei pœnam tunc demum imponendam eſſe, ſi quis ejus affectionis fata præparaverit, quæ nuncupatione parricidii continetur: Affectionem autem inter Socerum & Generum, Vitricū & Privignum nuncupatione parricidii propriè non contineri, in aperto eſt; quandoquidem perſonę iſtæ propriè ac verè parentes non ſunt. Idemque ferè habetur in Conſtit. Elect. 3. part. 4. quæ pœnam Culei tunc demum irrogari jubet, **Wenn die Eltern jhre Kinder / oder die Kinder jhre Eltern / oder aber durch die Eheleuthe eines das ander bößlich thut ermorden oder umbbringen.** Vbi ſanè nihil prorſus habetur de occidentibus vitricum, ſocerum vel novercam &c. Et quis negabit, majorem affectionem eſſe inter patrem & filium, quàm inter vitricum & privignum, ſeu etiam inter ſocerum & generum; adeoq; ad hoſce, pœna iſta culei crudeliſſima neutiquam extendenda erit, ne ſcilicet eâdem pœnâ, quæ pro majori delicto conſtituta eſt, minus delictum coërceatur: præſertim cùm in pœnalibus ſemper mitior via ſit eligenda.

37 Tertiò: Nullum hac de re dubium reſtat diligenter perpendenti Conſtit. Elect. 3. part. 4. *in fin.* in verb. **Oder nahen Verwandten / Schwägern / vnter welchen vermöge Göttlicher Schrifft wegen der Blutsfreundſchafft oder Schwägerſchafft keine Ehe vollzogen werden kan** &c. Ibi expreſsè diſponitur, quod parricidio commiſſo in affines, Reus non pœna culei afficiendus, ſed trahæ illigatus & ad locum ſupplicii raptatus, gladio puniendus ſit. 38 Atqui is qui Socerum vel Socrum, Vitricum vel Novercam occidit, parricidium in affines committit, ſunt etenim hi affines, non agnati nec conſanguinei *§. affinitatis. 6. & § ſocrum. 7 Inſtit. de nupt. l. 4. § 3. 6. 7 ff de gradib. & affinit l. 10. § 8. & ſeq. eod.* Adeoq; qui Vitricum, Socerum, vel Novercam occidit non culei ſupplicio, ſed gladio puniri debet, ita tamen, ut ſi quandoque judex ſeverius in eum animadvertere velit, trahæ illigatus ad locum ſupplicii raptetur,

39 *Quam opinionem in ſententionando ſequuntur Scabini; Veluti ita pronunciarunt Quæſtori Dresdenſi.*

Hat der gefangene G. N in guten bekant vnd außgeſagt / daß er Günter Petzſchen ſeinen Schweher / als er mit jhme durch den Thonantiſchen Wald ins Ampt gehen wollē hinterwerts mit einer Büchſe / ſo mit zweyen Kugeln geladen geweſen / erſchoſſen / vnd deß keine andere vrſach gehabt / denn daß gemelter ſein Schweher / wegen ſeines verkaufften Guts / Geld von jhme haben wollen / Da jhr euch nun allbereits erkundigt hettet / oder nochmals erkundigen würdet / daß ſolche Entleibung gewiß vnd in warheit geſchehen / vnd der Gefangene würde uff ſeinen gethanen Bekäntniß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen / So möchte er wegen ſolcher an obbemelten ſeinen Schweher begangenen vnd bekanten Entleibung zur Feimſtatt geſchleiffet / vnd folgends mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtrafft werden / V R W. *Menſ. Octobr. 1592.*

40 *Pariter dictata fuit pœna gladii VV. H. Diacono Brambacenſi, qui ſocerum ſuum gladio occiderat;*

derat; verſus **Voigtsbergk** / *Ad requiſitionem Quæſtoris. Menſe Septembr. Anno* 1605.

41 *Et quando G.H. interfecerat ſocrum ſuam, fœminam ſeptuagenariam, capite eum propterea plectendum eſſe, pronunciarunt* Domini, *verſus* **Pauſam** / *Ad requiſitionem Præfecti. Menſ. Iul. Anno* 1607.

42 *Quæ pœna etiam indicta fuit H.T. qui vitricum ſuum cultro transfoderat. Ad conſultationem Senatus Sangerhuſani, M. Decembr. Anno* 1595.

43 Neque contrarium evincitur ex argumentis ſuppra adductis. Quantum enim ad *l.1. ff. ad Leg. Pompei de parricid.* nihil aliud ex ea probatur, quàm quod Vitricum, Novercam, Socerum & Socrum occidens parricidii crimen committat, cui tamen propterea non ſtatim culei pœna imponenda erit, quod neutiquam ibidem aſſeritur, niſi quis dicere vellet, eadem pariter pœna plectendum eſſe eum, qui fratrem, ſororem, patruum, avunculum &c. necat, cujus etiam mentio fit in *d.l.1.* quod tamen abſurdum eſſet, & contra *l.p. §.1. ff. eod. tit. Conſtitut. Elect* 3. *in fin. part.*4. Imò occidentem Vitricum, Socrum &c. pœna teneri Legis Corneliæ de ſicariis, expreſſiſſimè dicitur in *d.l.1. ff. ad Leg. Pomp. de parricid.*

44 Similiter non obeſt §. *alia deinde lex.6. Inſtit. de publ. judic.* Iſte ſiquidem textus ad verbum ferè deſcriptus & tranſpoſitus eſt, ex *l.un. C. de his qui par. vel lib. occid.* in qua non vox affinitatis, ſed affectionis habetur, unde manifeſtum redditur; deleto ibidem verbo *affinitatis*, ſubſtituendam eſſe voculam *affectionis*: ut ſenſus ſit, eum tantummodò graviſſimo illo parricidii ſupplicio teneri, qui verum parentem occiderit, non etiam hunc, qui parentis loco habetur.

Deniq; concedi poteſt, Vitricum, Novercam, Socerum & Socrum loco parentum eſſe, eorũq; nomine contineri, ſed hoc fit, minus propriè: verè enim parentes non ſunt, ſed ſolùm affines *l.4. §.5. & ſeqq. l.10. §.8. & ſeq. ff. de grad. & affin.* & loco parentum habentur; In atrociſſimis autem pœnis extra proprietatem verborum extenſio facienda non eſt, *l. interpretatione.* 42. *ff. de pœnis l.1. §.20. verſ. in re igitur dubia. ff. de exerc. act. cap. odia. de Regul. jur. in 6to.* 45

Hæc autem licèt regulariter & per ſe veriſſima ſint, ſi tamen qualitates & circumſtantiæ occurrerent, quibus judex commotus graviorem pœnam ob parricidium in vitricum, ſocerum, vel ſocrum commiſſum adjudicandam exiſtimet, certè non valdè repugnarem: Ob enormitatem enim delicti judex pro ſuo arbitrio pœnam aggravare poteſt. *l. hodiè ubi Bartol. ff. de pœn. Petr. à Plach. in epit. delict. cap.33. n.5. Blanc. in pra. crim. §. poſtquam vidimus. n.77. Gail. de pac. publ. lib.2. cap.9. n.22.* 46

Quemadmodum etiam Scabini Rotæ ſupplicium decernere non dubitaverunt cum M.S. unà cum fratre vitricum ſuum horribili modo trucidaverat. **An Philip Spiegeln zu Grunhäin** / *Menſ. Feb. Anno* 1610. 47

QUÆSTIO IX.

De pœnâ infanticidii.

SUMMARIA.

1. *Quondam parentes jus vitæ necisq; in filios habebant.*
2. *Patria poteſtas in pietate, non atrocitate conſiſtere debet.*
3. *Pœna infanticidii quænam. n.*4.
5. *An hæc irroganda ſit parentibus ſpurios ſeu liberos naturales occidentibus. n.*6.
7. *Proles naturalis quoad naturale fœdus pro legitima habetur.*
8. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
9. *Quâ pœnâ plectendus parens prolem ex ſcorto publico procreatam occidens.*
10 *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
11. *Pœna infanticidii in liberis adulterinis vel inceſtuoſis commiſſi. n* 12.14.15.16.18.20.
13. *Pœnales ſanctiones non ſunt extendendæ.*
17. *Inter patrem & filium adulterinum naturale vinculum extat. n.*18.19.
21. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. numer.* 22. 23 24.
25. *An matres quoque liberos occidentes pœnâ culei plectendæ ſint. n.*26.27.
28. *Quomodo hoc caſu impregnator puniendus.*
29. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n.*30.31.33.
34. *Pater & mater ſimul infantem occidentes.*
35. *Delinquentes plures tenentur in ſolidum.*
36. *Sententiæ Scabinorum* Lipſenſium. *n.*37.
38. *Nobiles an huic pœnæ exemti ſint. n.* 39.40.
41. *Sententiæ Scabinor. Lipſenſium*
42. *Avus & avia Culei quoq; pœnam incurrunt ob infanticidium in nepotibus commiſſum, num.* 43.44.
45. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
46. *Varii referũtur modi, quibus hoc ſeculo nefandæ meretrices infantulos necare ſolent, adjectis ſemper præiudiciis Scabinor. Lipſenſ. n.*47. 48.49. 50.51.52.53.54.55.56 57.58.59.60. 61.
62. *Quæ ſit pœna parentum occidentium Generum, Nurum, Privignum, vel Privignam, num.*63. 65.67.
64. *Parentum & liberorum appellatione Vitricus, Noverca, & Privigni, propriè non comprehenduntur.*
66. *Absq; lege nil temerè eſt aſſeverandum.*
10. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n.*69.70.

SECUNDUS CASUS EST, quando parentes liberos occidunt: Quamvis enim parentibus quondam in filios non minus quàm dominis in ſervos jus vitæ, necisque competit *l. in ſuis in fin. ff. de liber. & poſth. l. fin. C. de patr. poteſt.* Vnde fortaſſis motus *Iacob. Menoch.* exiſtimat, pœna ordinaria parricidii parentes liberos necantes non teneri, ſed gladio ſolummodo plecti debere, *lib.2.arbitr.judic. quæſtion.cent.4.caſ.356.n.48.*

2 Attamen, quia patria poteſtas non in atroci-
tate ſed pietate conſiſtere debet, ut inquit Mar-
tian. in *l.divus ff.ad L.Pompei. de parricid.* ideò
jus iſtud ſummum eſt ſublatum, & indicta pœ-
3 na parentibus qui filios necant, *l.1.ff.eod.* Nimi-
rum hæc, ut cum quatuor animalibus culeo in-
ſuantur & in flumen projiciantur, vel ſi regionis
qualitas non tulerit, ut quod mare aut flumen
proximum deſit, ſupplicio Rotæ afficiantur. *l.
un.C.de his qui parent. vel liber. occid.§ alia de-
inde lex.6. Inſtitut. de publ.jud.Tiber.Decian.in.
tract.crim.lib.9.cap.8.num.2.Petr à Plach.in epit.
delict.lib.1.cap.22.num 3 & 24.Iodoc.Damhouder.
in prax.crim.cap.87.num.1. Proſper.Farinac.part.
5.prax.crim.quæſt.120.n.106. Iul.Clar. libr.5.ſent.
§.parricidium,n.1. Anton.Gomez.de delictis cap.
3.num.3.*

4 Idque etiam clarè diſpoſitum in Conſt.Elector. 3. *part.*4. in verbis, **Da es ſich hinfüro begebe/daß die Eltern jhre Kinder** &c. ubi *Daniel. Moller. & Berlich.part.4.concl.7.n.69. Gloſſ. in* **Landrecht** *lib.2.art.14.num.6.verb.* **bringet man aber/** *verſ.* **oder jhre eygene Kinder tödten.** *Auth. Conſult. Conſtitut. Saxon.tom.1.part.4. quæſt.17. num.1. & ſeq.& tom.2.part.4.quæſt.46.* Secundum quam conſtitutionem quotidiè pronunciari, & nefandis parentibus liberos ſuos necantibus pœnam Culei dictari, compertum habemus.

Quod ipſum multis modis ampliatur, ut videre eſt apud Farinac. *dict.quæſt.120.part.5.prax. crim.Matth.Berlich. dict.concl.6.num.72.& ſeqq. Part.4.Tiber.Decian dict.lib.9.cap.8.alioſque Dd. ſupra allegatos.* Præcipuæ tamen hujus aſſertionis ampliationes, quæ in dubium vocare ſolent, hæ ſunt:

Q. I. Quâ pœnâ plectendi ſunt parentes ſpurios ſeu liberos naturales necantes.

5 Prima eſt: Vt pœnâ culei ceu parricidii ordinariâ afficiantur quoque parentes occidentes liberos naturales ſeu ſpurios, inter quos hodiè hiſce in terris, ubi concubinatus non toleratur, nulla ferè differentia eſt, *Salycet. in l.un.C.qui par.vel liber.occid.* Iohan.Faber. *in §.alia,num.1. verſ.ſed nunquid. Inſtit. de publ.judic. Angel.de malef in verb.& ex intervallo.num.17. Carrer.in pract.crim.in 3.tract.de homicid. & aſſaſſin.§.9.n. 13.& 14. Anton.Gomez.de delict cap 3.rubr.de homicid.n.3. Petr.à Plach.in epitom delictor.lib.1.cap. 22.n.4.& 12. Farin.dict.quæſt.120 n.110. Berlich. dict.concl.6.n.75.76.Virgil.Pingitz.quæſt.44.n.13. Iul.Clar.in dict.§.parricidium,n.2. Decian.dict.lib. 9.cap.8.n.8.*

6 Hæc opinio à Doctoribus communiter recepta eſt, teſte Petro à Plach. *dict. cap.22.num.12.* & præcipuè hâc nititur ratione, quod in crimine parricidii violetur quaſi ipſa natura vel potius amor parentum naturalis erga liberos; Natura autem inter liberos legitimos & naturales non diſtinguit. *§.ſi.quis verò non habens, in Auth.quib. mod.nat.eff.legit.l.adoptivus. § ſerviles. verſ.unde nec vulgo ff.de rit.nuptiar. Decian.dict. cap.8. num.8.*

7 Hinc prolem naturalem quoad naturale fædus haberi pro legitima, dicit Petr. de Anchara. *conſ.225.col.pen.* & ſicut natura non diſtinguit legitimum à naturali, pariter neque amorem patris debere diſtinguere, tradit *Bald. in cap. quæ in Eccleſiarum. col.f. de Conſtitut. & in l. cum acutiſſimi.col.2.verſ quæro quid ſi per ſtatutum.C.de fideicom.*

8 *Eamq; opinionem quotidiè ſequuntur Scabini Elect.in pronunciando; Prout reſponderũt VVolffgango Alberto à* **Schleinitz in Dahlen** / *Menſ. Febr. Anno* 1583.

Quæſtori in **Seida**/ *Menſ.Maii, Anno* 1592.

Iudici oppidano Bornenſi, Menſ.April. Anno 1623.

9 Quod tamen eatenus verum eſſe arbitror, ſi certò conſtet, interfectorem fuiſſe patrem occiſi. Quando verò de hoc dubitatur, veluti ſi mater ſit ſcortum publicum, quæ pluribus copiam ſui fecit, isq; qui parens perhibetur, & infantem occidit, hoc ipſum neget, dicens, ſe quidem meretricem carnaliter cognoviſſe, eam tamen ab aliis, qui cum ipſa pariter concubuerunt, imprægnatam fuiſſe, aut certè ipſemet ignoret an ſit parens; Hoc ſanè caſu ceu in dubio parricidii pœna locum non habet, ſed occiſor pœnâ gladii plectendus eſt; Etenim quia incertus eſt pater, parricidium quoque incertum eſt, adeoque & pœna parricidii ceſſat, neque ſpurius videtur occiſus à patre, ſed ab extraneo, juxta tradita Iacob.Menoch. *de arbitr.judic.quæſtion.libr. 2.cent.4.caſ.356.n.16.in addit.*

Q. II. Quid juris in occiſore patre necante prolem ex publico ſcorto procreatã

10 *Et ita pronunciarunt Scabini in caſu, quo O.L. infantem ex ſcorto publico procreatum occiderat:* **So möchte er wegen begangenen Ehebruchs vnnd Mordthat/ nach Gelegenheit dißfalls/ vnd in Anſehung/ daß ſie B. W. eine gemeine Vettel/ vnd alſo vngewiß/ ob er der Vatter zum Kinde ſey/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden/** *Verſus* **Grunhain/An Schöſſer/** *Menſ.Iul.Anno* 1593.

11 Secundò ampliatur in patre filium inceſtuoſum vel ex adulterino & damnato coitu natum interficiente; quod tamen primo intuitu extra dubium non eſt, Eiuſmodi enim parentem, qui partum adulterinum vel inceſtuoſum necat, non pœna culei, ſed amputatione capitis plectendum eſſe arbitratur Virgil. Pingitz. *quæſt.44.n. 18 & ſeqq.* ubi refert. Ienenſes pœnam gladii adjudicaſſe alicui Sacerdoti pagano, qui ancillam cum infante ſuo adulterino recens nato in flumen præcipitaverat, matre quidem evadente ſalva & incolumi, infante verò aquis ſubmerſo. Eamque ſententiam Iuri conſentaneam fuiſſe, duplici argumento probare conatur.

Q. III. Quomodo puniendi parentes liberos inceſtuoſos & adulterinos occidentes?

12 Primò inquit, parricidium tantum committitur in iis perſonis, quæ conſanguinitate & neceſſitudine ſunt invicem conjunctæ *l.1.l.3.l. p. & tot.tit.ff. ad Leg. Pompei. de Parricid. l.un.C. de his qui par. vel liber.occid.* Atqui ſecundum Doctorum ſententiam communem, in liberis natis ex damnato coitu, nulla coniunctionis ratio habetur, nec ullum jus neceſſitudinis, quod de Iure Civili ſortiatur effectum, attenditur, ſed prorſus hi alieni habentur. *Auth.ex complexu.C. de inceſt.nupt.* Hinc Iure Civili ſpurii ne Naturalium quidem liberorum nomine digni judicantur, *de Auth.ex complexu, & Nov.89.cap.ult.* neque alendi ſunt, neque ad ſacros ordines admitten-

mittendi ſed ſimpliciter repellendi, tanquam infames & integritatis nota laborantes, *Hartman. Piſtor. lib. 1. quæſt. 42.* Si ergò nomen parricidii in ſpurio & adulterino filio non cadit, neque pœnam parricidii merebitur, parens occidens talem deteſtabilem nothum. *l. 1, §. 1. ff. ad Senatuſconſ. Turpill.*

13 Secundò: Pœnales ſanctiones in iis tantummodò caſibus recipiendæ ſunt, quorum expreſſa in legibus ſit mentio; neque enim pœna gravior alicui inponi debet, niſi in caſibus Iure expreſſis *l. at ſi quis verſ. Divus autem Marcus ff. de relig. & ſumt. funer.* Cum ergò nulla Conſtitutio, neque lex reperiatur, quæ pœnam parricidii impoſuerit occidenti ſpurium ſuum proprium adulterinum, Iudici certè extra fines & tramites ſine autoritate legis evagari non licet, ſed pœnis legibus contentus is eſſe debet, *l. ſi ita ſtipulando. 19. ff. de verb. obligat.* Eaque propter & pœnæ perſecutio ſit non judicis voluntati mandata, ſed legis autoritati reſervata. *l. 1. §. ſed non utique verſ. & quamvis. ff. ad SCtum Turpill. l. aliud fraus eſt. 131. verſ. & mulcta quidem. ff. de verb. ſign.*

14 Præterea hæc opinio magno Doctorum calculo recepta eſt. *Iaſon. in l. pœnales n. 6. Inſtit. de action. Imol. in l. Lucius § fin. ff. de legat. 2. Proſper. Farin. part. 5. crim. prax. quæſt. 120. n. 159. 160. 161. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 9. c. 15. n. 30. Iacob. Menoch. de arbit. judic. quæſt. libr. 2. cent. 4. caſ. 356. n. 23. verſ. altera fuit opinio in addit. Carrer. in practic. crim. in 3. tract. de homicid. & aſſaſſ. §. 9. quaro, n. 29. Corrad. in pract. rubr. de parricid. n. 6.*

Vera deciſio.

15 Rectius tamen meo judicio exiſtimat Daniel. Moller. ad *Conſtit. Elector. 3. part. 4. nu. 20.* parentem ex adulterino & damnato coitu filium procreatum necantem, pœna culei ordinariâ æquè plectendum eſſe, ac eum qui filium naturalem & legitimum occidit. Idemque aſſerunt Alexand. *in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. n. 43. ff. ad Trebell. & ibidem Ripa in fin. Fortun. Garz. in tract. de ult. fin. Iur. Civil. Canon. n. 121. Didac. Covarr. in epit. de ſponſal. in 2. part. cap. 8. §. 2. Matth. Berlich. dict. concl. 6. n. 77.*

16 Cujus aſſertionis ratio hæc eſt, quod in pœnâ parricidii conſideretur tantùm ſubſtantia parentum & liberorum ſeu filiationis, non qualitas, *Iul. Clar. in §. parricidium, num. 2.* Filii autem adulterini & ex coitu nefando ac inceſtuoſo procreati naturaliter æquè liberi ſunt, & ita appellantur in libro *Sapient. Salom. cap. 3. verſ. 16.*
17 *cap. 4. verſ. 6*, Neq; enim natura inter liberos differentiam facit, *Nov. 74. cap. 1. Nov. 89. cap. 9.* extatq; inter patrem & filium adulterinum naturale vinculum, quod ſanguinis & cognationis dicitur, ut inquit gloſſ. *ult. §. final. Inſtitut. de legit. agnat. ſucceſſ.* quam ſecuti ſunt ibidem Interpp. *Ruin. conſ. 9. n. 3. lib. 4.*

18 Quinimò, ſemen ipſum ex quocunq; homine ſit, Dei opus eſſe perhibetur, & undecunque homines naſcantur, ſi parentum vitia non ſectentur & Deum rectè colant, honeſti ſunt, *cap. undecunq; diſt. 56.* Unde erga ſpurios quoſvis omne officii & charitatis genus exercendum eſſe videtur, *cap. paſce cap. non ſatis cap. eſt probanda. diſtinct. 86.* Hinc monialem quandam, quæ filium ſuum occiderat, combuſtam fuiſſe, ex Bald. *in cap. naturales. 12. ſi de feudo fuer. contr.* refert. Iul. Clar. *in §. parricidium. n. 3.*

19 Ex quibus apparet argumenta *Pingizeri*, tanti ponderis non eſſe, ut hanc opinionē evertere queant. Ad *primum* namque reſpondeo, negando liberos ex coitu nefando & adulterino procreatos ſanguine & cognatione parentibus ſuis conjunctos non eſſe; Contrarium namque demonſtratum eſt ex gloſſ. *§. f. Inſtitut. de legit. agn. ſucceſſ. & Ruin. conſ. 9. n. 3. lib. 4.* Et quamvis liberi adulterini & inceſtuoſi neque pro naturalibus habeantur, nec ad ſacros ordines admittantur, ſed prorſus alieni & infames reputentur, hoc tamen ſolummodò verum eſſe quoad effectum Juris Civilis, *de Novell. 89. cap. f. Novell. 74. cap. f. Auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt.* ſecundum naturam autem & ſanguinem, qui ſolùm in parricidii pœnâ conſideratur, revera ſunt liberi *c. undecunq; diſt. 56.*

20 Pariter nec obſtat *alterum Pingitz: argumentum*. Quamvis enim pœna parricidii in parentes liberos adulterinos occidentes, nullibi expreſſis verbis conſtituta reperiatur, haud obſcurè tamen hoc ſupplicium probatur ex *l. un. C. de his qui parent. vel lib. occider. Conſtit. Elector. 3. part. 4.* qui textus generaliter loquuntur de liberis, adeoque & de liberis adulterinis & inceſtuoſis, qui ſecundum naturam & ſanguinem, qui in crimine parricidii cōſideratur, non minus liberi ſunt ac naturales & legitimi. Alias ſanè nec parentes filios naturales necantes pœna culei tenerentur, nam nec de hiſce pœnales ſanctiones expreſſis verbis loquuntur, quod tamen ipſemet Pingitz. aſſerit *dict. quæſt. 44. n. 13.*

21 *Et juxta prædictam Molleri ſententiam Scabini Elector. pronunciare ſolent. Reſpondentes ita Quæſtori Torgenſi:* Dann C. *a S.* vff ſeinen gethanen bekäntnüß für offentlichen gehägten peinlichen Halsgerichte freywillig verharren oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ So möchte er von wegen der an ſeinem Kinde/ ſo er mit N. N. in Ehebruch erzeüget/ begangnen vnd bekandten Mordthat/ zuſampt einem Hunde/ Hahn/ Schlangen/ vnd einer Katzen/ an ſtatt eines Affen/ in einen Sack geſteckt/ ins Waſſer geworffen vnd ertrencket werden V. R. W. *Menſ. Maii. Anno* 1617.

22 *Et in caſu ſimili Quæſtori Sangerhuſano, Menſ. Octob. Anno* 1598.

23 *Quæſtori in* Rottenburgk/ *M. Mart. An.* 1624.

24 *Sic & pœna culei, vel Rotæ, deficiente flumine, dictata fuit G. E. à VV. qui infantem ex inceſtu cum fratris ſui filiâ procreatum in cloacam projecerat. Quæſtori VVeidenſi, M. Octob. Anno* 1597.

Q. IV. An mater necans infantulum pœnâ culei ſit exempta:

25 Tertiò: Ampliatur ſupradicta aſſertio in Matre infantulum ſeu partum occidente. Quāvis enim Nonnulli exiſtiment, quod matres infantes proprios poſt partum occidentes vel ſuffocantes, ſolùm decapitari, aut furcis ſuſpendi vel concremari debeant. *Iul. Clar. libr. 5. ſentent. in § parricidium, num. f. Ludov. Carrer. in prax. crim. §. homicidium, n. 134.* Alii quoque aſſerant, conſuetudine longæva in Romano Imperio introductum eſſe, ut tales mulieres vivæ defodiantur, & ſtipite peracuto transfigantur. Weſemb. *in parat. ff. ad Leg. Pompei. de parricid. n. 5. verſ. hodiè tamen.* In quam ſententiam incli-

nare videtur Imper. Carolus V. *in Conſtitut. crim. art.* 131. *in pr.* Vrthel *poſt* Weichbild. *tit.* von *Inceſt.* mit dem Ehebruch *col* 3. *verſ.* ertrencken oder lebendig begraben / *col.* 4. *verſ.* vnd alſo nach Art vnd Gebrauch dieſer Lande / *fol.* 150. *col.* 2. *Aut. Conſul. Saxon. tom.* 1. *part.* 4. *quæſt.* 17. *n.* 3. *quæſt.* 76. *ſub fin. princ. Dan. Moller. ad Conſtit. Elector.* 3. *part.* 4. *num.* 16.

26 Nil tamen verius eſt, quàm quòd matres ob parricidium in propriam ſobolem commiſſum cum quatuor ſupra dictis animalibus, videlicet cum cane, ſimia, vel ejus loco fele, gallo gallinaceo & ſerpente culeo inſuantur, & in aquâ ſuffocentur, vel ſi flumen propinquum non ſit, ſupplicio Rotæ puniantur. *l* 1. *verſ. ſed & mater. ff. ad Leg. Pompei. de parricid. l. un. C de his qui par. vel lib. occider. Conſtit. Elect.* 3 *part.* 4. in verb. Die Eltern jhre Kinder: Quam Scabini omni tempore ſecundum generalitatem verborum etiam de matribus liberos ſuos necantibus interpretati fuêre. *Auth. Conſul. Saxon. tom* 1. *part.* 4 *quæſt.* 17. *n.* 1. *verſ.* denn etliche ſprechen / *n* 2. *&* *n.* 5. *verſ* wir ſprechen.

27 Idque teſte praxi quotidianâ certo certius eſt. Neque hîc veniam aut commiſerationem ullam meretur imbecillitas ſexus muliebris, quippè quòd delicto pœna ſemper debeat correſpondere: Hæc enim ſi unquam aggravanda; certè graviſſimum ſupplicium pro infanticidio imponendum erit, quod uti crudeliſſimum, ita & peſſimo ac nefando hoc ſeculo frequẽtiſſimum eſt. Quid namque crudelius, quàm ad evitandum vituperium ex crimine leviori fornicationis contractum, gravius crimen parricidii committere! quid horribilius, quàm contra affectionem, amorem naturalem, & jura ſanguinis liberis ſuis impias manus inferre! Nihilominus tamen, quod dictu horrendum, nullum ferè aliud crimẽ hoc ſeculo nefando frequentius committitur, ut totis illis duodecim annis, quibus Elector. Saxon. Scabinatus Lipſenſ. Aſſeſſor fui, ex variis actis criminalibus ad Collegium illud tranſmiſſis colligere potui.

Q. V. Meretrice infantulũ ſuum necante, quomodo impragnator puniri debeat?

28 Notandum tamen, quod hoc caſu, quo mater ob infanticidium perpetratum pœna culei vel rotæ, deficiente flumine, plectitur, imprægnator ſolùm propter fornicationem pro arbitrio judicantis carcere puniri, neque hæc pœna ob infanticidium ſubſequutum, ut quod nec ipſe commiſit; neque auxilium ad hoc præſtitit, in perſona ipſius aggravari debeat.

Veluti ita pronunciatum. Verſus Altenbergk.
So viel aber den gefangenen H. R. anlanget/ob wol
29 derſelbe bekannt vnd geſtanden/daß er mit der gefangenen
Chriſtinen etlich mahl fleiſchliche Vnzucht vnd
Hurerey begangen/ Dieweil aber dennoch auß den
überſandten *Inquiſition acten* nicht zu befinden / daß
er an obbemeldter beyder Kinder Mordthat ſchüldig/
So mag auch derentwegen wieder jhn nichts fürgenommen/
noch er über das allbereit erlittene Gefängnüß/
vor angezogener ſeiner Vnzucht halber mit ferner
Straff belegt werden / ſondern er wird der gefänglichen
Hafft vff einen gewöhnlichen Vhrfrieden/billich
entlediget/V. R. W.

Ad requiſitionem præfecti, M. Iulii, Anno 1606.
It: An Andreas Pflugen zu Eytern: So viel aber
30 P. B. vnd H. M. anlangt / wofern ſie der Bezüchtigung/
daß ſie nemblichen mit der Gefangenen fleiſchliche
Vnzucht begangen/geſtändig / werden ſie beyde geſtalten Sachen nach/ weil ſie bey dieſem Kindermord nichts gethan/ noch darzu gerathen vnd geholffen/ inmaſſen ſie denn von der Gefangenen ſelber dißfalls entſchüldigt werden / derowegen vff 14. Tage oder 3. Wochen mit der Straff der Gefängnüß belegt V. R. W. *M. Sept. Anno* 1613.

It. Nach Plauen/An Schöſſer/ *M. Mart. Anno* 1588.
It. An Statt-Richter zu Leipzig/ *M. April. An.* 1596.
It. Nach Zadel/An Friederich Reſchken / *Menſ. Iun. Anno* 1631.

31 *Additum tamen quandoq; ut Imprægnator ob ſcandalum datum extra diſtrictum jurisdictionis aliunde ob tempus ſe conferat,* So wird er 3. Wochen lang mit Gefängnüß geſtrafft / vnnd jhme darneben vnterſagt / ſich ewrer Gerichte wegen deß gegeben Ergernüß / eine Zeitlang zu enthalten. An Rath zu Freyburgk/ *M. Mart. Anno* 1613.

32 Quod ſi tamen conſtet, Imprægnatorem mulierem à ſe imprægnatam infantem occidere, & ſic infanticidium perpetrare juſſiſſe, vel etiam opem ac auxilium huic delicto præſtitiſſe, & parricidium promoviſſe, isque hoc ipſum confeſſus fuerit, nullum eſt dubium, quin & ipſemet ut ſocius criminis pœnâ ordinariâ culei afficiendus ſit: *Tùm*, quod hic ceu parens infanticidium matri perſuadendo crimen parricidii commiſerit: *Tùm*, quod hâc pœnâ etiam teneatur qui auxilium & opem crimini huic præbet §. *alia deinde lex.* 6. *Inſtit. de publ. judic. utrum* 6. *ff. ad Leg. Pomp. de parricid. Tiber. Decian. in tract crim. lib.* 9 *cap.* 13. *n* 6. 10. *Proſp. Farinac. part.* 5. *crim. prax. quæſt.* 120. *n.* 139. *Petr. Plach. in epit. delictor. lib.* 1. *cap.* 22. *n.* 16. *Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib.* 2. *caſ.* 356. *n.* 117. *in addit. Bajar. ad Clar. in* §. *parricidium. n.* 17. *in fin.* & *num.* 21.

33 *Hinc pœna culei dictata fuit M M. qui mulieri à ſe imprægnatæ infanticidium perſuadendo, ac poſtea occiſum infantem ſepeliendo ipſemet ſeſe delicti compotem fecerat,* An Statt-Richter zu Borna/ *Menſ. April. Anno* 1623.

34 Quarta Ampliatio eſt, ut pater & mater ſimul hac pœna afficiantur, ſi nempè communi voto in hoc crimen conſenſerint, iſtudque conjunctim commiſerint. Etenim ſi verum, uti veriſſimum eſt, quod plures ob unicum homicidium, cui voluntate & propoſito occidendi interfuerunt, pœnâ gladii puniantur, ſive interemptus unum tantum ſive etiam plura vulnera habuerit. *Didac. Covarr. in rep. Clem ſi furioſus* 2. *part. relect* §. 2. *num.* 3. *de homicid. Iul Clar. libr.* 5. *ſentent. in* §. *homicidium. num* 37. *Hippol. de Marſil. ſing.* 217. *ad fin. Bartol.* & *Angel in l. fin ff. ad Leg. Corn. de ſicar. Ludov Carrer. in prax crim. de homicid.* §. 2. *num.* 68. & 75. *Blanc de judic. num.* 225. *Gandin. in tract. malef. tit. de homicid num.* 12. quid obſtat, quo minus etiam plures ob unicum infanticidium pœna culei plectendi ſint, ſi conſtet, ipſorum voluntate & opera iſtud fuiſſe perpetratum, præſertim cum rubrica *l. un. C. de his qui par. vel lib. occid.* ut & Conſtit. Elect. 3. *part.* 4. de parentibus conjunctim in plurali numero loquantur.

35 Et aliàs Iuris notiſſimi eſt, quòd plures delinquentes contra unum teneantur omnes in ſolidum. *l. ſi plures.* 34. *ff de injur. Natta. conſ.* 79. *n.* 10. *Iul. Clar. lib.* 5. *ſent.* §. *fin. quæſt.* 84. *n.* 7. *Bald. in l.* & *ſi crimine C. de adult.*

38 *Et ſic utroſq; parentes patrem ſcilicet & matrem ſimul ob infanticidium commiſſum pœnâ culei ordinariâ plectendos eſſe pronunciarunt Scabini VVolffg. Abrahamo à* **Schleinitz in Dahlen**/ *Menſ. Febr. Anno* 1583.

It: *Præfecto in* **Seida**, *M. Majo, Anno* 1592.

37 *Sic quando mater adjuvante aviâ infantem occiderat, utriq; pœna culei fuit dictata.* **An Hanſen von Bißnitz**/ *Menſ. Iul. Anno* 1595.

Q. 6. An Nobiles in infanticidæ huic pœnæ æquè ſubjaceant.

38 Quintò ampliatur prædicta aſſertio, ut nemo cujuſcunque ſit ſtatus & conditionis ab hâc pœnâ culei accipiatur, ſed nobiles pariter ac ignobiles eâ ſunt afficiendi; *Tum*, quòd textus qui pœnam culei pro delicto parricidii imponunt, *l. un. C. de his qui par. vel lib. occid. §. alia deinde lex, 6. Inſtit. de publ. judic. Conſt. Elect. 3. part.* 4. generaliter & indiſtinctè loquantur, adeoque nec ullam prorſus diſtinctionem aut reſpectum perſonarum admittant, nec quempiam excludant, *arg. cap. ſi Romanorum* 1. *circa medium. verſ. dicendo verò omnia. diſt. 19. l. Iulianus. 68. in pr. ubi Bartol. ff. de legat. 3. gloſſ. fin. in c. ſolita 6. extr. de major. & obedient. Panorm. in cap. quoniam, fin. n. 15. extr. de præſcript. Tiber. Decian. conſ. 57. nu. 12. verſ. quis enim. lib. 1. Iaſon. in Auth. præterea nu. 15. verſ. & iſto caſu, C. unde vir & uxor.*

39 *Tum*, quòd conſtituti in dignitate quâdam peccando gravius delinquant, adeoque & gravius puniendi ſint, nec quicquam atrocitatis pœnarum ipſis remittendum, *c. homo Chriſtianus diſtinct.* 40. tantoque gravius iudicandi, quantò maiori præeminuerint dignitate, quorumq; exemplo facilius alii poterunt ad ſimilia provocari. *c. cum quidam, ubi gloſſ. & Felin. n. 1. de jurejur. l. presbyteri. C. de Epiſc. & Cler.*

40 Et quàmvis uſu aliàs receptum ſit, ut Nobiles divites, & digniores mitius puniantur, quàm ignobiles & pauperes, id quod nec iuſtitiæ adverſari videtur, *l. Pedius. §. 1. ff. de incend. ruin. & naufrag. l. annonam. § pœna ff. de ſepulch. violat. l. aut damnum. §. in miniſterium. ff. de pœn. l. ſacrilegij pœna § 1. ff. ad Leg. Iul. peculatus, Tiraquell. de pœn temper. cauſ. 31. n. 1. Salycet. in l. ſervos num. 4 in pr. juncto verſ. Si autem dubitas. C. ad Leg. Iul. de vi publ. Gramm. deciſ. 32. n. 2.* Attamen id ſolum in pœnis arbitrariis verum eſt, non etiam in pœnis uniformibus & taxatis à Lege vel Statuto, in quibus non eſt habenda diſtinctio perſonarum. *Bald. in l. nemo Clericus. n. 1. in 4. not. C. de Summ. Trin. & fid. Cathol. Salycet. in l. ſervos num. 4. C. ad Leg. Iul. de vi publ. Tiraquel. dict. cauſ. 31. n. 34. 35. Foller. in pract. crim. cap. 16. n. 18. Capoll. conſ. crim. 39. ſub. n. 24.*

41 *Adeoq; nec nobiles acerbitatem pœnæ infanticidij effugere poſſe, delicto hoc ab ipſis perpetrato, apparet ex Sententiis Scabinorum. Ad Conſultationem Conſiliariorum Aulicorum Deſſavienſium, M. Iulio Anno* 1582.

It: *Ad requiſitionem Quæſtoris Bitterfeldenſis, Menſ. Mart. Anno* 1585.

Quæſtoris VVeidenſis, Menſ. Octob. Anno 1597.

It: *Ad conſultationem Quæſtoris Torgenſis, M. Majo, Anno* 1617.

Q. 7. Num & avus vel Avia cæteriq; aſcendentes ob infanticidium in nepotibus perpetratũ hac pœna afficiãtur?

42 Sextò ampliatur prædicta aſſertio in Avo & Aviâ, aliiſque aſcendentibus, qui æquè paricridii pœnâ nempè culei tenentur, ſi unum ex deſcendentibus in infinitum interficiant, prout ſcribunt omnes in *l. 1. ff. ad Leg. Pompei de parricid. & in l. un. C. de his qui par. vel. lib. occid.* teſte Menoch. *lib. 2. arbitr. judic. quæſt. cent. 4. caſ. 356. n. 51. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 8. nu. 3 & 4. Iul. Clar. in § parricidium. n. 3. verſ. ſcias etiam. Emanuel. Soaretz in comm. opin lit. P. n. 17. gloſſ. in §. alia deinde lex. 6. in verb parentis. Inſtitut. de publ. judic. Bonifac. de Vitalin. in tit. de parricid. num. 1. Proſper. Farinac. part. 5. prax. crim. quæſt. 120. num. 109. Carrer. in pract. crim. in 3. tract. de homicid. & aſſaſſin. § 9 n. 1. Anton. Gomez. tom. 3. var. reſolut. cap. 3. num. 3. verſ. & licet nulla. Daniel. Moller. ad Conſtit. Elector. 3 part. 4. n. 17. Matth. Berl part. 4. concl. 6. n. 74 VVeſemb. in parat. ff. de lege Pompei. de parricid. nu. 6. Iodoc. Damhouder. in prax. crim. cap. 87. nu. 1. Petr. à Plac. in epit. delict. lib. 1 cap. 22. num. 3.*

Hoc ipſo enim, quòd *l. un. C. de his qui par. vel libr. occid. §. alia deinde. 6. Inſtitut. de publ. jud. & Conſt. Elect. 3. part.* 4. pœna culei in parentes liberos vel filios necantes conſtituitur, avus & avia aliique aſcendentes qui nepotes reliquoſq; deſcendentes occidunt, manifeſtè comprehendũtur, cum liberorum appellatione veniant, nepotes & reliqui omnes deſcendentes, cujuſcunq; ſunt ſexus. *l. liberos 10 ff. de Senat. l. idem erit. 3. §. liberos autem. 6 ff de aſſig. liber. l. liberorum 220. ff. de verb. ſign. Vdalr. Zaſ. in tract. ſubſt. cap. 6. ſub rubr. conditio ſine liberis. in pr. verſ. & primò non eſt ignotum. Iacob. Menoch. lib. 4. præſumt. 189. n. 14. & conſ. 1. n.* 198. ibi: *quia appellatione liberorum & n. ſeq. lib. 1. Iacob. Schultz. in addit. ad Modeſt. Piſt. part. 3. quæſt 118. n. 11. 12. 13. Corn. conſ. 230. n. 6. lib. 2. Dec. conſ. 248. nu. 2. & conſ. 253. n. 4. Curt. Iun. conſ. 49. Alciat. reſponſ. 563. nu. 1. Eman. Coſta in c. ſi pater. in verb. ſi abſq; liberis. n. 22. extr. de teſtam. in 6to.* 43

Et benè notanda ſunt verba (*aut omninò affectionis ejus &c.*) *in d. l. un. C. de his qui par vel lib. occid.* Quibus nepotes ſignificari videntur: ut quos ſolent avi adeò ſingulari quadam affectione proſequi, ut eos appellent filios, *dict. l. liberorum 220 ff. de verb. ſignif. Menoch. dict. caſ. 356. nu.* 52. Si ergò eadem vel etiam maior ſit affectio avorum erga nepotes reliquoſq; deſcendentes, quæ eſt parentum erga liberos, utique & eadem tenebuntur, avi & aviæ ſi contra eiuſmodi affectionem peccent, & nepotes occidant. Præterea manifeſtiſſimus hac de re eſt textus in *l. 1. ff. ad Leg. Pom. de parricid.* in verb. *Et avus qui nepotem occiderit.* 44

Hancq; ſententiã in pronunciando omni tempore obſervarunt Scabini reſpondentes ita Senatui Dreſdenſi, Menſ. Iun. An. 1582. 45

It. **An Hanſen von Biſnitz**/ *M. Iul. An.* 1595.

An die Stattgerichte zu Wurtzen/ *M. Mart. Anno* 1600.

Ad requiſitionem Præfecti VVeiſſenfeldenſis, quum avus nepotem ex ſtupro filiæ procreatũ, interfecerat, M. Decemb. Anno 1630.

It: *Verſus* **Kindelbrück**/ *ad Senatum Menſ. Iun. Anno* 1613.

Liebenwerde/an Raht/ *Menſ. Nov. An.* 1615.

Mügeln/ *Ad conſultationem Quæſtoris, Menſ. Majo, Anno* 1620.

46 SEPTIMA AMPLIAT. Parentes denique pœnâ parricidii ordinaria, culei nimirum vel Rotæ deficiente copiâ fluminis, afficiendi ſunt, ſive palam ſive etiam clàm & quocunque modo liberos occiderint. *l. un. C. de his qui par. vel. lib. occid. §. alia deinde. 6. Inſtit. de publ. judic. Decian. in tr. crim. lib. 9. cap. 8. n. 7. 8.*

Etenim quò immanes ac barbari parentes cõtra ipſum naturæ inſtinctum & plusquam feraciter agant, mille ſanè media ipſis non deſunt, & quidem crudeliſſima, quæ infanticidii crimen per ſe atrociſſimum graviori atrocitate aggravant. Quibuscunque igitur modis mortem liberorum procuraverint parentes, parricidii pœnam ordinariam incurrũt. Sive liberos ſuffocaverint, manu, ſupparo, aliavè re os ſive naſum cooperiendo, eoque modo ipſos aere privando.

47 *Veluti in tali caſu pronũciatũ verſus* Freyburgk/ *Ad Senatum. Menſ. Majo, An.* 1592.
Sckeuditz/ *Ad Quæſtorem M. April. An.* 1597.
Dölitzſch/ *Ad Quæſtorem, M. Aug. An.* 1603.
It. *Ad eundem, M. Febr. An.* 1617.
Olßnitz / *Ad conſultationem M. Nicolai* Schnauders/ *Menſ Febr. An.* 1618.
Wurtzen/ *Ad Quæſtorẽ. Menſ. Majo, An.* 1621.

48 Sive digitum, linteum, lignum, cineres aliaſvè res in os infantis immittendo.

Vti reſponſum, Ad conſultationem Ioſephi Alnpeckens in Großhartmansdorff / *Menſ. Octob. An.* 1595.
Verſus Greiffſtädt/ *Ad Gerhardum* Steinhauſen/ *Menſ. Octob.* 1599.
Dreſdam, Ad Quæſtorem, M Iul. An. 1606.
Ad conſultationem Alexandri à Miltitz / *Menſ. Mart. An.* 1609.
Weiſſenfelß / *ad Præfectum, M. Nov. An.* 1610.
Freyburgk / *Ad Senatum, M. Mart. An.* 1613.
Stolpen / *Ad Præfectum Paulum* Pein / *Menſ. Mart. An.* 1613.
Büntzlaw/ *Ad Conſules & Senatum Menſ. Majo, An.* 16 9
Verſus Auguſtusburgk / *Ad Quæſtorem, M. Auguſt. An.* 1628.

49 Aut etiam infantem lecto vel ſtramini ſupponendo.

Ad requiſitionem Præfecti Pegavienſis, Menſ. Sept. An. 1582.
Quæſtoris Bitterfeldenſis, M. Mart. An. 1585.
Ioſephi à Ehelers in Potſchappel / *Menſ. Iulio, Anno* 1588.
Quæſtoris Ilenburgenſis, M. Auguſt. An. 1597.
Ad conſultationem Iohan. VVolffgangi à Ponickavv. Menſ. Febr. An. 1599.
H. *ab* E. *Menſ Novemb. An.* 1618.
Prætoris Lipſenſis. Menſ. Ianuar. An. 1620.

50 Aut ſi parentes liberos necaverint, cultro eos mactando vel collum abſcindendo.

Veluti reſponſum verſus VVittenbergam ad Quæſtorem. Menſ. Iul. An. 1600.
Freyburgk / *Ad Quæſtorem Menſ. Majo, Anno* 1601.
Liebenvverdam, Ad Senatum Menſ. April. An. 1617.

51 Vel manibus crudeliſſimè diſcerpendo, iugulando, cerebrum excutiendo, & contrucidãdo:

Vti pron. Præfecto in Leinungẽ / *M. Sept. An.* 1584.
Quæſtori in Eckartsberga. Menſ. Aug. An. 1585.
Quæſtori in Libenvverda, M. Octob. An. 1594.
Prætori Lipſenſi. Menſ. April. Anno 1596.
Senatui in Hain. M. Novemb. Anno 1598.
Quæſtori in Schlieben / *M. Majo, An.* 1599.
Quæſtori in Lauchſtädt / *Menſ. Febr. An.* 1601.
Quæſtori in Auguſtusburgk / *M. Iul. An.* 1602.
Eidem Menſ. Iun. An. 1608.
Præfecto in Wendelſtein / *M. Iun. An.* 1610.
Præfecto VVeiſenfelſenſi, Menſ. Ian. An. 1613.
Ioachimo à Schleinitz / *Menſ. Febr. An.* 1616.
Ioachimo Boſen / *M. Junio, An.* 1618.
Senatui Chemricenſi, Menſ. Ian. Anno. 1627.

Aut infanti inſidendo eumque totis viribus comprimendo. 52

Verſus Hohenſtein / *Ad Quæſtorem Menſ. Iul. Anno* 1515.
Bitterfeld / *Ad Quæſtorem M. Nov. An.* 1616.
Sangerhauſen/an Rath / *Menſ. Iul. An.* 1619.

Vel pedibus infantem calcando & comprimendo. 53

Vti reſponſum ad requiſitionem Quæſtoris in Beichlingen / *Menſ. April.* 1591.
Quæſtoris in Hartenſtein / *M. Iun. An.* 1598.
Præfecti VVeiſſenfelſenſis, M. Mart. An. 1600.
Præfecti in Oelsnitz / *M. Decemb. An.* 1606.
Quæſtoris Coldicenſis, M. Auguſt An. 1609.
Præfecti in Harttenſtein / *M. Nov. An.* 1627.
Conſulum & Senatus in Radebergk / *Menſ. Iun. Ann.* 1628.

Vel infantem dum adhuc vivit in aquam, fluvium, vel puteum proiiciendo. 54

Quæſtori Sceudicenſi, M. Iunio, Anno 1583.
Præfecto Oſſitienſi, Menſ. Iun. An. 1599.
Nobilibus à Wurm / *M. Majo, An.* 1602.
Præfecto Mülbergenſi, M. Septemb. An. 1608.
Prætori & Scabinis in Reichenbach *Menſ. Aug. Anno* 1612.
VVolffgango Theodorico Truzſchlern / *M. Ian. An.* 1612.
Præfecto in Endorff / *M. Mart. An.* 1618.
Prætori & Scabinis Dreſdẽſib. *M. April. A.* 1626.

Vel manibus, lignis ſive lapidib9 percutiẽdo. 55

Ad conſultationem Præfecti in Sittichenbach / *Menſ. Auguſt. An.* 1584.
Georgii à Schleinitz in Rodegaſt / *Menſ. Octobr. Anno* 1600.
Conſulum & Senatus in Zſopaw / *Menſ. Ian. An.* 1622.
Quæſtoris in Roſſen / *M. Octob. An.* 1625.
Quæſtoris in Oſtra. Menſ Iun. An. 1626.
Senatus Bitterfeldenſis, *M. Auguſt An.* 1591.

Vel etiam infantis collum ſeu cervicem infringendo. 56

Veluti pronunciarunt Domini Senatui Hertzbergenſi, Menſ. Ian. An. 1582.
Præfecto Lutzenſi, M. Febr. An. 1582.
Friderico Rudolpho in Alſtädt / *M. Oct. An.* 1599.
Sculteto in Eythern / *M. Novembr. An.* 1606.
Sculteto in Gröbitz / *Menſ. Septemb. An.* 1606.
Sculteto in Mauſitz / *M. Mart. An.* 1607.
Quæſtori Coldicenſi, M. Auguſt. An. 1609.
Quæſtori in Weiſſenſee *M. Ianuar. An.* 1611.
Senatui in Kindelbrügk / *M. Iun. An.* 1613.

Vel proiiciendo vivum infantem in cloacã. 57

Senatui Annebergenſi, M. Iulii Anno 1601.

Prætori Lipſenſi. Menſ. Mart. An. 1605.

*Quæſtori VVeidenſi. M. Octob. An.*1597.

Aut ejiciendo per feneſtram.

58 **An Caſpar von Miltitzen zu Glåucha** / *Menſ. Ianuar. An.*1606.

59 Vel proiiciendo vivum infantem in fornacem igneum.

Ad conſultationem Prætoris & Scabinorum Iudicij Electoralis in **Züllichaw** / *M. Ian. An.* 1600.

60 Et quod horribile, vivum infantem terra obruendo & ſepeliendo.

Ad requiſitionem Quæſtoris in **Seida** / *Menſ. Majo. An* 1592.

*Quæſtoris VVittebergenſis, M. Febr. An.*1607.

*Præfecto VVeiſſenfelſenſi, M Octob. An.*1591.

61 Imò quod horribiliſſimum, canibus vel ſuibus vivum infantem ad devorandum obiiciendo.

Verſus **Lotbus an Richter vnd Schöppen** / *M. Majo Anno* 614.

Ad conſultationem **Wentzel Neiwegkens in Zörbigk** / *Menſ. April. Anno* 1595. *In quâ tamen ſententia adjudicata fuit delinquenti pœna gladij, eò quod non certò conſtitit de corpore delicti.*

Certè horrenda ſunt hæc facinora, quæ unumquemque obſtupeſcere poſſent. Ego ſanè mallem hîc conticeſcere, quàm talia & tàm deteſtanda crimina proferre, ſed cum barbari parentes hæc facere non erubeſcant, quis mihi vitio vertet, eiuſmodi facta horrenda, quæ pœnam parricidii ordinariam meruerunt, referre quò horror incutiatur huiuſmodi facinora audientibus.

Q. 8. Quænam ſit pœna parentum occidentium Generum, Nurum, privignũ, vel privignam?

62 Notandum tamen, ea quæ hactenus dicta fuerunt de pœna Culei in parentes liberos necantes conſtituta, ſolùm obtinere eo caſu, quo parentes occidunt liberos propriè ſic dictos, non etiam ſi Privignum, Privignam, Generum vel Nurum interſiciant, qui impropriè liberi vocantur.

Quamvis enim non deſint, qui pœnam culei quoque ad hunc caſum extendere velint, *Tib. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 8. n. 6 Iac. Menoch. lib. 2. arbit. quæſt. cent. 4. caſu. 356. n. 68. Proſper. Farinac. part. 5. prax. crim. quæſt.* 129. *nu.* 111. *Matth. Berlich part. 4. concl. 6. n. 78. Matth. Coler. deciſ.* 157. *part. 1. & ibi Iacob. Schult. in addit. n. 7. Daniel. Moller ad* Conſt. *Elector. 3. part. 4. n.* 13.

63 Illis tamen nequaquam aſſentiri poſſum; Ne ſcilicet durior pœna ſit Vitrici vel Novercæ, necantis privignum aut privignam, quàm ſi hæc vel ille vitricum vel novercam occidat; quo caſu pœnam Culei ceſſare, dictum *quæſtione præcedenti.* Quod enim juris quoad pœnam in Privigno, Privigna vel Genero occidente Vitricum, Novercam, aut Socerum, idem juris quoq; obtinet in hiſce necantibus privignum, privignam, generum & nurum, ob naturam correlativorum *l. fin. ff. de acceptilat. Bald. in l. nemo Martyr. & in Auth. quas actiones, C. de SS. Eccleſ.* Ideoq; & argumenta quæſtione præcedenti pro confirmanda hac aſſertione prolata hîc repetenda ſunt.

64 Imprimis verò ponderandum hoc, quòd parentum & liberorũ appellatione, Vitricus, Noverca, & Privigni, propriè loquendo, non comprehendantur, multò minus verò Socer, Gener, Nurus &c. hoc nomine veniunt, qui omnes invicem affinitate ſunt conjuncti, & affines quoq; appellantur. §. *item amitam, & affinitatis, & ſeqq. Inſtit. de nupt. l. 4. §. 5. & ſeqq. l. 10. §. ſunt & ex lateribus. 8. & ſeqq. ff. de gradib. & affin.*

Arbitratur quidem Decian. *dict. cap. 8. num. 6.* 65
Vitricum & Novercam occidentem privignum
& privignam pœnâ culei propterea teneri, quo
ipſis præripiatur occaſio ſæviendi in privignos:
odio namq; privignos habere præſumuntur Vitricus & Noverca *l. 4. ff. de inoff. teſtam. l. 1. ubi gloſ.
C. ubi pupil. educ. deb. Crav. conſ.* 142. *n.* 18. Sed un- 66
de probabitur hoc, quod in jure nullibi fundatum, adeoque nec abſque lege temerè aſſe verandum eſt. *l. diſſentientis. 5.* ibi: *nulla juris præcipit conſtitutio &c. C. de repud. captis qui in Eccleſia.* 18. *in fin. pr. ext. de ſent. excom. in 6to. Hartm. Piſtor. quæſt. 1. n. 100. q. 13. n. 35. lib. 2.*

Ceſſante itaque pœna culei aſperrima in Vi- 67
trico, Noverca & Socero occidente privignum »
vel generum &c. exiſtimo haſce perſonas ob *Deciſio.*
parricidium commiſſum pœna gladii plecten- »
das eſſe, ita tamen, ut in exemplum aliorum Iu- »
dici aliquo modo gravius animadvertere liceat; »
veluti ut cadaver poſt executionem Rotæ affi- »
gatur, vel parricidii Reus, antequam gladio puniatur, trahæ illigatus ad locum ſupplicii raptetur, quo ſupplicii genere parricidium in affinibus (quorum nomine etiam veniunt privignus, gener & nurus) commiſſum coërceri iubet Conſtit. Elect. 3. *in fin. part.* 4. Idemque aſſerit Iohan. Harpr. *in §. alia deinde, 6. num. 24. Inſtit. de publ. jud.*

68 *Eamq; pœnam dictarunt Scabini A. R. quæ privignam ſuam necaverat, hiſce formalibus.*

So möchte ſie wegen ſolcher an jhrer Stieff-Tochter begangnen und bekandten Mißhandlung / weil ſie ſelbſten geſtanden / daß ſie jhrer Stieff Tochter / als dieſelbe allbereit von dem Tretten und Stöſſen / ſo ſie von jhr in Rücken bekommen / drey Stuffen hinab ins Hauß gefallen / und liegen blieben / noch einmahl mit dem Fuſſe in die Seiten getretten / drauß dann / daß ſie böſ̈lichen und vorſetzlichen daſſelbe verübet und gethan / gnugſam abzunehmen und zuvermuthen / Weil ſonderlich die vereydete Zeugen von jhr der Gefangnen auch dieſes berichten / daß ſie jhre Stieffkinder mit Eſſen unnd ſonſten übel gehalten / und ſehr pflegen zuſchlagen / zur Richtſtadt geſchleiffet / und folgens mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtrafft werden. V. R. W.

*Ad requiſitionem Senatus Sangerhuſani, Menſ. Iun. An.*1616.

6 *Eadem pœna dictata fuit O. K. qui privignam ſuam veneno interfecerat:* So möchte er derowegen / daß er gedachten ſeinem Stieff-Kinde mit Gifft vergeben / zur Feimſtadt geſchleiffet / und alsdañ mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W.

Ad conſultationem Georgij à **Schleinitz in Radegaſt** *M. Aug. An.*1602.

70 *Sic & novercæ cuidam privignum ſuum occidenti pœna gladij fuit adjudicata cum impoſitione cadaveris in Rotam:* So möchte ſie von wegen ſolcher an jhrem Stieff Kinde begangnen und bekanten Mißhandelung / mit dem Schwerd vom Leben zum Tode gerichtet und der Cörper nachmals andern dergleichen zum Abſchew auff ein Rad geleget / unnd geflochten werden V. R. W. *Verſus* Arnſtadt / An die Gräffliche Schwartzburgiſche Befehlichshabere / *Menſ. Auguſt, An.*1597.

QVÆSTIO X.

De infantum expoſitione ejusque pœnâ.

SVMMARIA.

1. *Infanticidii pœnâ plectuntur ſolummodo parentes liberos manibus ſuis interficientes.*
2. *Expoſitio infantum pœnam quoq; meretur.*
3. *Quanam ſit pœnâ expoſitionis infantum*, n. 4.
5. *Quandoq; infans animo occidendi exponitur, Et quæ hujus delicti pœna, ſi infans moriatur*, n. 68.
7. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.n.9.*
10. *Si infans expoſitus præter intentionem exponentis moriatur.n.*11.
12. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
13. *Dans operam rei illicitæ, quando de omni eventu teneantur.n.*14.
15. *Quæ ſit pœna exponentis, ſi infans vivus & incolumis reperiatur, n.* 16.17.18.
19. *In dubio mitior eſt in pœnalibus eligenda via.*
20. *Sententia Scabinorũ Lipſenſium,n.*21.22.23.24.
25. *Cuinam judici incumbat educatio infantis, matrem non habentis.n.*26.27.
28. *Sententia Scabinor.Lipſenſium.*

1 SEverâ ac rigoroſâ illâ infanticidii pœnâ, *de qua hactenus diximus*, tenentur abſque dubio parentes, qui liberis ſuis impias manus inferunt, eosque doloſè & ex propoſito occidunt, haud absque inſigni atrocitate, à qua tamen alii, in quibus adhuc ſcintillula affectionis & amoris erga liberos ſupereſt, abhorrent, non manibus liberos trucidantes, ſed alio modo eos perimentes, cauſamq; morti præbentes, quos pari pœna plecti admodum rigoroſum eſſet, licet & hi impuniti haudquaquam remanere debeant.

2 Accidit hoc ſi parentes partus à ſe progenitos exponant, vel abiiciant, qui non minus adverſus ipſum naturæ inſtinctum agere videntur: cùm brutis hoc ineſſe videamus, ut quanquam feræ ſint, non tamen prolem ſuam negligant, haneq; inhumanitatem tantò quovis homicidio pejorem eſſe, quantò miſerioribus ea inferatur, inquit Imper. Iuſtinianus in *l f. C. de infant. expoſit.* Quocirca parentes ejuſmodi liberos ſuos exponentes, eos non modò amittunt, ſed etiam pœnam incurrunt. *l.2.l.f.C.eod.tit.Menoch.de arbit. jud.quæſt.lib.2.cent.4.caſu* 396.

3 Quæ tamen pœna uniformis non eſt, Etenim quandoque liberi exponuntur, eo animo ac propoſito quo pereant, quandoque verò conciliandæ potius à prætereuntibus miſericordiæ caſu, & quò parentes pœnam & vituperium fornicationis ſeu adulterii effugiant: interdum etiam liberi expoſiti moriuntur: interdum verò reperiuntur ab aliis & vivi conſervantur, ac educantur. Quæ circumſtantiæ delicti ipſam quoq; variant pœnam.

4 Neque etiam Doctores in hac omni ex parte conveniunt. Alii enim relegationem, vel fuſtigationem: Alii etiam mortis pœnam pro delicto hoc conſtitutam eſſe arbitrantur: Alij denique rem totam Iudicis arbitrio committunt, ut videre licet apud Weſembec. *in parat ff. ad Leg. Cornel. de ſicariis n.14. Iul. Clar. libr. 5. ſentent. §. 5. quæſt. 83. n.7. Matth. Berlich. part.4. concl.7. n. 32. & ſeqq. Daniel. Moller. libr. 4. ſemeſt. 45. Matth. Coler. part. 1. deciſ. 58. Ludovic. Gilhauſ. in arbor. jud. crim. cap. 2. tit. 15. n 1. & ſeq. Ægid. Boſſ. de homicid n.* 7. ita ut difficile ſit, certi quid ſtatuere. Ne tamen hæreamus in dubio, ad planiorem hujus rei explicationem tres caſus ab invicem diſtinguere lubet.

Primus caſus.

5 *Q. I. Si infans eo fine exponatur ut pereat, mortuo eo, qua pœna expoſitor puniendꝰ?*

PRIMVS CASVS EST, Quando infantes in locum ſolitarium, & à conſpectu hominum remotum, abiiciuntur ea intẽtione & propoſito, quo inedia conſumantur & moriantur, tunc eventu ſubſequuto exponentes pœna legis Corneliæ de ſicariis, nempè gladio puniendi ſunt. *Bartol. in l. 4. in fin ff. de agnoſc. & alend. liber. Ioh. Harppr. in § item lex Cornel de ſicar. n.* 42. *Inſtit. de publ. judic. VVeſemb. in parat. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. n. 14. Ægid. Boſſ. de homicid.* 7.

6 Etſi enim ipſimet manu ſua non interficiant liberos, attamen cùm cauſam mortis præbeant animo occidendi, utique morte ſubſecuta gladio plectendi ſunt, cùm parùm referat, an quis occidat, an verò cauſam mortis præbeat, *l. nihil intereſt.* 15. *ff. ad Leg Cornel. de ſicar.* Cũ quo convenit etiam Ordin. Crim. Carol. V. *in art.* 132. *in f.* ibi: Stirbt aber das Kind von ſolchen hinlegen/ ſo ſoll man die Mutter nach Gelegenheit deß gefährlichen Hinlegens an Leib oder Leben ſtraffen.

7 *Hinc gladii pœna dictata fuit H S. qui prolem ſuã ex fornicatione procreatam in campum ſolitarium penes fluvium abjecerat, ſurculis ſpinoſis eam cooperiendo, ubi omni ope & auxilio deſtituta perierat. Verſus* Rochlitz/ *Ad conſultationem Præfecti Menſ. Iun. Anno* 1582.

8 Quamvis &, meo judicio, Iudex delinquenti hoc caſu pœnam ordinariam Culei dictando neutiquam à tramite juſtitiæ aberret, cùm unum idemque ferè ſit, infantem manu necare, & in talem locum exponere, ubi fame & inedia eum perire oportet.

9 *Veluti ſic quoq; reſponderunt Scabini ad conſultationem Gregorii Adolphi à Hartitz:* So möchte A. T. deßwegen/ daß ſie jhr Kind alſo *doloſè* unnd fürſetzlich umbkommen vnd verſchmachten laſſen/ und es eben dafür zu halten/ als weñ ſie es ermordet unnd umbbracht/ und ſollichen Hand angeleget hätte/ mit einem Hunde/ Hahn/ Schlangen/ und Katzen an ſtatt eines Affen in Sack geſteckt/ ins Waſſer geworffen und ertrencket/ oder da die Gelegenheit deß Waſſers nicht verhanden/ mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W. *Menſ. Mart. Anno* 1617.

Eadem pœna dictata fuit in caſu ſimili, verſus Mülbergk/ an Schöſſer/ *Menſ. Octob. An.* 1599.
Ad requiſitionem Quæſtoris zur Moritzburgk/ *Menſ. April. Anno* 1591.
Ad conſultationem Ottonis à Dißkaw/ *Menſ. Novemb. Anno* 1599.

Alter Caſ.

Q. II. Si infans expoſitus præter intentionem exponentiũ moriatur?

10 SECVNDVS CASVS EST, Si parens infantem non quidem animo occidendi, neque in locum ſolitarium, ſed in eiuſmodi locum, quo homines frequenter ambulant, ut in plateâ ad ædes alicuius, exponunt, eo fine & propoſito, quò is, qui pater ipſius perhibetur, vel etiam alii miſericordiâ ducti eum recipiant & alant, eoque modo exponentes vituperium & pœnam fornicationis vel adulterii effugiant. Quo caſu, ſi infans præter intentionem exponentium, vel nimis ſerò, vel etiam planè non repertus, inediâ conſumatur aut frigore pereat, quin exponẽtes pœnam fuſtigationis cum perpetuâ relegatione incurrant dubium non eſt:

11 Etſi enim hic animus occidendi deſit, attamen cùm per expoſitionem ſobolis morti ipſi9 cauſa præbeatur, quæ ſi non fuiſſet expoſita, abſque dubio viva conſervari ac educari potuiſſet, & ſic exponens infantem in dolo verſatur, mortemque cauſatur, non immeritò pœna corporis afflictiva, fuſtigatio ſcilicet cum perpetuâ relegatione obtinebit, iuxta Ordinat. Crim. Carol. V. *in dict. art* 132. in verb. **Nach Gelegenheit deß gefährlichen hinlegens an Leib oder Leben** *Weſembec. dict. loco, n.* 14 *Matth. Berl. dict. concl.* 7 *n.* 34.

12 *Et tali caſu fuſtigatio cum perpetua relegatione dictata fuit à Scabinis verſus* **Rochlitz/** *Ad requiſitionem Præfecti, Menſ. Iun. Anno* 1582.

It. **An die Landherrn über deß Rahts Rittergüter zu Leipzig** *Menſ. Auguſt. Anno* 1609.

13 Neque hiſce obſtat, quòd dans operam rei illicitæ teneatur de omni eo, quod ſequitur præter illius intentionem & voluntatem; *l quoniam multa C. ad Leg. Iul. de vi publ. ubi gloſſ. in verb. quoniam. Cuman. in l.* 1. *§. divus ff. ad Leg. Corn. de ſicar. & in conſil.* 134 *col.* 2. *Marſil. conſ.* 7 *n.* 5. *&* 8. *Gozadin. conſ.* 61. *n.* 3. *Capolla conſ.* 33 *n.* 2. unde videtur ſequi, exponentem hoc caſu de morte infantis expoſiti teneri, adeoque pœnâ gladii plectendum eſſe, eò quod expoſitio infantis res per ſe illicita ſit, & mors inde evenerit.

14 Hoc inquam, non obſtat, quia dans operam rei illicitæ tunc demum de omni causâ tenetur, ſi nempè eventus ex opere illicito per ſe immediatè & neceſſariò ſequatur, non etiam ſi hoc fiat per accidens, & cauſa non ſit ordinata ad ſubſecutum eventum; nam quæ per accidens eveniunt ex opere aliquo, non imputantur agenti, *Covarr. ad clem. V. de homicid. ſecund. part. relect. in §* 1. *ſub n.* 1. *Boſſ. de homicid. ſub num.* 75. Quia ergò mors infantis ex ipſa expoſitione neceſſariò non provenit, ſed infans propterea, quòd nimis ſerò aut planè non repertus fuerit, vel inediâ vel frigore, & ſic per accidens periit, utique nec exponens pœnâ mortis tenebitur, propter expoſitionem tamen doloſam fuſtigatione plectendus eſt.

Tert. Caſ.

Q. III. Si infans expoſitus vivus & incolumis reperiatur?

15 TERTIVS CASVS EST: Quando infans expoſitus vivus ac incolumis reperitur. Tunc exponentem æquè ac caſu ſecundo, fuſtigatione & perpetuâ relegatione puniendum eſſe, tradit Dan. Moller. *lib.* 4. *ſemeſt.* 45 *numer.* 7. *Matth. Coler part.* 1 *deciſ.* 58 *n.* 2. *Matth. Berl. part* 4. *concl.* 7. *n* 36. *Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſput.* 7 *th.* 6. *lit. H.*

16 Quæ tamen ſententia tàm quoad intentionem exponentis, quàm quoad ipſum delictum expoſitionis mihi nimis dura videtur. Exponentis namque intentio alia non eſt, quàm ut onus alendi & educandi infantem vel in patrem infantis, vel etiam in alium transferatur; & ne delictum fornicationis vel adulterii manifeſtetur, (de hoc enim caſu hîc ſolùm agitur, non etiam ſi infans exponatur in locum ſolitarium ut pereat, quo caſu licet infans vivus reperiatur, fuſtigationem obtinere, facilè conceſſerim.) Hanc verò intentionem fuſtigatione coerceri, admodum durum eſſet. Neque etiam ipſa expoſitio pœnam corporis afflictivam meretur, ut quam non impietas cauſari ſolet, ſed proprius honor, qui non modò filiis, ſed & vitæ propriæ antefertur. *l. iſti quidem. §. p. ff. quod met cauſ. Iacob. Menoch de arbitr. jud. quæſt. lib.* 2. *cent.* 4. *caſ.* 396. *n.* 7. *Cravet. conſ.* 168. *n.* 3. *Socin. Iun. conſ.* 38. *n.* 40. *lib.* 2 Ideoq; & Senatum Mediolanenſem puellam, quæ ad infamiam evitandam partũ exponi juſſerat, abſolviſſe, refert Iul. Clar. *§. f. quæſt.* 83. *n.* 7. quam ſententiam laudat Menoch. *dict. caſ.* 396. *n.* 6.

17 Rectiùs meo judicio exiſtimat Weſembec. *in parat ff ad Leg. Cornel. de ſicar. n.* 14. Exponentem hoc caſu ſi infans incolumis repert9 fuerit, relegatione ſolùm puniri debere: *Tum*, quod & Iure Civili mulier exponens partum puniatur extraordinariè, *l unusquisq;* 2. *C. de infant. expoſ. Nov.* 153. *cap.* 1. *Jul. Clar. in dict. §. fin. quæſt* 83. *n.* 7. *Menoch. dict. caſ.* 396. *n.* 2. *Ludov. Gilhauſ. in arbor jud. crim. cap.* 2 *tit.* 15. *n.* 1. *& ſeq.*

18 *Tùm*, quòd hæc ſententia haud obſcurè conveniat *art.* 132. *Conſt. Crim. Carol. V.* ubi dicitur: **Stirbt aber das Kind von ſolchen Hinlegen / ſo ſoll man die Mutter nach Gelegenheit deß gefährlichen Hinlegens an Leib oder Leben ſtraffen.** Ergò à contrario ſenſu, quando infans non moritur, ſed incolumis reperitur, mater quæ ipſum expoſuit, neque ultimo ſupplicio, neque pœnâ aliquâ corporis afflictiva (qualis fuſtigatio quoque eſt) coërceri, ſed pro arbitrio Iudicis puniri debet, ſecundum verba præcedentia *dict. art.* 132. **Nach gelegenheit der Sache vnd Raht der Verſtändigen.**

19 *Tùm*, quòd in dubio, quando certa pœna legibus non eſt expreſſa, mitior ſemper eligenda eſt ſententia *l. hæ enim cauſæ* 4. *§. decreto.* 1. ubi gloſſ. *in verb. & verum eſt. ff de ſuſp. tutor. L. ſi præſes* 32 *inf. & l. interpretatione.* 42. *ff. de pœn. l. factum cuique.* 155. *§. fin. ff. de reg juris. cap in pœnis. ext. eod. in ſexto. Iac. Schult in addit ad Modeſt. Piſtor part.* 4. *q.* 133. *nu.* 26. *Menoch. de præſumpt. libr.* 5 *præſumt. fin. nu.* 2. *Ludolph. Schrad. de feud.* 2. *part non part. princ. ſect* 8 *n.* 16. *Proſper. Farin. in prax crim. lib.* 1. *quæſt.* 19 *n.* 3.

20 *Quam opinionem VVeſemb. ceu veriorem in pronunciando quoq; ſequuntur Scabini Elect. dictantes exponenti hoc caſu, quo infans vivus ac incolumis repertus fuit pro ratione circumſtantiarum relegationem temporalem vel perpetuam, quandoque etiam pœnam arbitrariam carceris vel temporalis relegationis.*

21 *Sic pœnam temporalis relegationis adjudicarunt C. K hiſce formalibus.*

Ob ſie nun wol darneben vorgewendet/daß ſie bemeltes Kind nicht der meinung hinweg gelegt/daß es umbkommen oder Schaden nehmen ſolte/ſondern weil ſie geſehen/daß es auffgehoben worden/were ſie davon gangen/*&c.* So wird ſie doch ſolches gethanes Fürwendens vngeachtet/derowegen auch zeitlicher Lands Verweiſung in Straff genommen V.R.W.

Ad conſultationem Sculteti zu Eytern / *Menſ. Septembr. Anno* 1600.

22 *Et cum M.B. partum ſuum ad ædes imprægnatoris exponere alicui mandaverat, utriq; tam mandatrici, quàm mandatario temporalis relegatio fuit indicta.*

So werden ſie deßwegen beyde geſtalten Sachen nach/ weil gleichwol dem Kinde nichts widerfahren/ auf etliche Jahr deß Landes verwieſen/ man wolle denn der verhafften *M. B.* in Anſehung daß ſie ſich ſelbſten angegeben/vnd ihr Bekäntniß freywillig gethan/Gnade erzeigen/auf den fall möchte ſie mit der Lands Verweiſung verſchonet/und ein zeitlang mit Gefängnüß geſtrafft werden V.R.W *Verſus* Lauchſtädt/ *Ad requiſitionem Præfecti, Menſ. Iul. Anno* 1614.

Pariter temporalis relegatio dictata fuit A. D. Nach Saltza / an Schöſſer / *Menſ. Jun. Anno* 1597.

I*n caſu ſimili fuit cuidam fœminæ indicta relegatio ad biennium, Ad requiſitionem Quæſtoris Zvvickavienſis, M. Novembr. Anno* 1630.

23 *Perpetua verò relegatio alicui adjudicata fuit in caſu ſimili, verſus* Rochlitz an die Statt Gerichte / *Menſ. Aug. Anno* 1606.

24 *Arbitraria pœna Carceris vel temporalis relegationis fuit impoſita hoc caſu exponenti* an Ritter zu Crimmitzſchaw / *M. Decembr. Anno* 1594.

It. *Ad conſultationem Joachimi* Reibolden in Vnter Nawendorff *Menſ. Febr. Anno* 1583.

It. *Ad requiſitionem Quæſtoris in* Zörbigk / *Menſe Septembr. Anno* 1629. *in qua ſententiâ fuit indicta pœna carceris etiam mandatario exponenti ſobolem ad mandatum & juſſum alterius.*

Quæritur hîc, *ſi infans cujus mater ignoratur, in loco, in quo uni merum imperium vel alta juriſdictio* die Obergerichte / *alteri inferior juriſdictio* Erbgerichte *competit, repertus fuerit, utri illorum, ſi hoſpitalia deſint, curatio & educatio ejus incumbat?* 25

Q. 4 Cuinam judicii incumbat onus alẽdi & educandi infantem repertũ?

Nobiles quidem hoc onus ruſticis & toti cõmunitati obtrudere ſolent, ſed quo titulo? Nullo certo alio, quàm quòd cõmuniter homines onera ex quibus nihil commodi ſperandum, in alios transferant; cùm tamen onera debeat ferre is qui ſentit commoda, adeoque ad magiſtratum qui reditus juriſdictionis habet, curatio & educatio liberorum expoſitorum pertinet. *Iacob. de S. Georg. in l. ff de jur. & fact. ignor.* 26

Et quamvis *Teſſaur. deciſ.* 118. contrarium velit probare ex *Novell.* 153. educationem nimirum horum infantum ſpectare ad communitatem ejus loci, in quo reperti ſunt infantes: Fruſtra tamen laborat prout luculenter demonſtrat Daniel Moller. *Lib. 4. ſem.* 45. ubi aſſerit, Educationem ejuſmodi infantum incumbere iudici, qui eo in loco iuriſdictionem ſuperiorem habet, die Obergerichte/*n. 6.* Quod etiam veriſſimum eſt: 27
Licet enim cauſa curationis & educationis in- ”
fantis expoſiti per ſe criminalis non ſit, à crimi- ”
ne tamen expoſitionis oritur, quod iudex ſupe- ”
rior der Oberrichter/regulariter ſolet punire, iu- ”
xta *Ordin. Provinc. Elector. Saxon.* was zu Ober- vnd Nieder- oder Erbgerichten gehöret/*Moll. dict. cap. 54. n. 7.*

Et Secundum Molleri *ſententiam pronunciavimus* gegen Schönsfels / *Ad Conſultationem actuarij judicialis, M. Majo, Anno* 1621. 28

Item *Ad requiſitionem Quæſtoris* in Arnshaug / *Menſ. Sept. Anno* 1629.

QUÆSTIO XI.

De Pœnis procurantium abortus infantes præmaturos necantium, vel adhuc in utero exiſtentes, criminisque infanticidii conſciorum.

SVMMARIA.

1. *Quæ ſit pœna procurantium abortus. n. 2. 3. 4.*
5. *Quo tempore fœtus in utero materno vivere incipiat. n. 6.*
7. *Sententiæ Scabinor. Lipſenſium.*
8. *Pœnâ matris hauſtâ potione partum abigentis.*
9. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
10. *Quomodo puniendus pater ſive imprægnator partum abigens.*
11. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
12. *Pœna matris vim utero inferentis & partum necantis. n. 13. 15. 16.*
14. *Fœtus in utero pro jam nato homine habetur, licet verè homo non dicatur. n. 18.*
17. *Explicatio Conſt. Elect. 4. part. 4. n. 19.*
20. *Argumentum ex ratione legis deſumptum firmum eſt.*
21. *Sententiæ Scabinor. Lipſenſium. n. 22. 23. 24.*
25. *Abortus non doloſè procuratus, mitius punitur.*
26. *Antequam pœna decernatur, conſtare debet de efficacia medicamenti adhibiti ad procurandum abortum.*
27. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
28. *Pœna matris, quæ infantem in ſqualore perire ſinit. n. 29.*
30. *In dubio mitior pœna Reo eſt imponenda.*
31. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n. 32. 33.*
34. *Quâ pœna plectenda mater infantem in cloacam emittens n. 36.*
35. *Reſponſum Scabinor. Lipſenſium.*
37. *Pœna parentum necantium liberos præmaturos & imperfectos. n. 38. 39. 40.*
41. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n. 42. 43.*
44. *Pœna conſciorum criminis infanticidii. n. 45. 48. 49. 50.*
46. *Intellectus l. utrum ff. ad Leg. Pompei de parricid. & §. 6. Inſtit. de publ. judic. n. 47. 54.*
51. *Refertur opinio Scabinorum Lipſenſium additis præjudiciis. n. 52. 53.*
55. *Conſcius criminis in jure duplici modo dicitur.*
56. *Infanticidium non doloſè commiſſum mitius puniri debet.*

PRæter Expoſitionem infantum, *de qua dictum quæſt. præced.* quatuor adhuc modi alii exiſtunt, quibus perpetratum infanticidium rigoroſâ illâ culei pœnâ coercendum non eſt, quos hâc quæſtione referre fert animus.

Primò autem ab ordinaria parricidii pœnâ eximuntur, qui partum in utero materno perimunt, veluti ſunt abortum procurantes, vel partum abigentes.

1 *Q. I. qua ſit pœna procurantium abortum.*

Quâ verò pœna hi afficiendi ſint, Doctores non conveniunt: *Alii* enim pro delicto hoc, non pœnam mortis, ſed ſolùm fuſtigationem ſeu relegationem imponendam eſſe exiſtimant *Anton. Teſſaur. deciſ. 12. n. 3. Iacob. Menoch. libr. 2. arbitr. iudic. quæſt. cent. 4. caſ. 357. n. 9. Fulgoſ. in l. ſi mulierem, ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. num. 1. ubi & Hippol. de Marſil. n 5. Dec. conſ. 535. n. 3. & ſeq. Alii* verò partum abigentes ſive abortui cauſam dantes pœna capitali indiſtinctè plectendos eſſe arbitrantur. *Tertul. in apolog. c. 9. Iacob. Cuiac. lib. 19. obſerv. c. 9.*

2 *Alii* & quidem communiter Dd. diſtinguunt inter partum animatum, & inanimatum: Ita ut qui partum animatum abigit, pœnâ ordinariâ legis Cornelię de ſicariis; partum verò nondum animatum abigens pœna extraordinaria veluti relegatione, fuſtigatione, vel etiam mitiori pro arbitrio judicis afficiatur, *gloſſa in l. divus ff. de extraord. crim. verb. exilium, Iodoc. Damhoud. in prax. crim. cap. 74. num. 9. Ang. Aretin. de mal fi. verb & ex intervallo, n. 10. Iohan. Harppr. in tract. crim. §. item lex Cornelia de ſicar. 5. Inſtit. de publ. jud. n 33. Petrus Flac. in epit. delict. lib. 1. cap. 26. n. 8. Anton. Gomez. de relict. tom. 3. cap. 3. nu. 32. Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fin. quæſt. 68. n. 2. Ludov. Gilhauſ. in arb. iudic crim c. 2. tit. de homicid. 12. num. 19. Matth. Berlich. part. 4. concl. 8. n 8. Tiber. Dec. in tract. crim. lib. 9. cap. 8. n. 13. VVeſemb. in parat. ff. ad L. Corn. de ſicar. n 7. Proſp. Farin. part 5. oper. crim. quæſt. 122. Claud. Battan. in prax. cauſ crim. reg. 85. n. 1. & 2.*

3 Quæ opinio ſicuti veriſſima & in jure tàm Civili, quàm Divino fundata, *l. divus. 4 ff. de extraord. crim. l. ſi mulierem. 8 ff. ad Leg. Corn. de ſicar. l. Cicero 39. ff. de pœnis Exod. c. 21. v. 22. & ſeqq.* Ita quoq; ab Imperatore Carolo V. *in Ordin. Crim. art. 133.* Straff der jenigen/ ſo ſchwangern Weibesbildern Kinder abtreiben/ recepta eſt.

4 Eamque expreſſe confirmavit D. Auguſtus Elector. Saxo. *part. 4. Conſt. 4* ſanciendo, ut abigens partum ſi in utero vivat, gladio puniatur, ſi verò nondum vitalis fuerit, pro arbitrio judicantis vel fuſtigatione, vel relegatione, aut carcere mulier mulctetur. *Dan. Moller. ad dict. Conſt Elect. 4. part. 4. VVeſemb. in parat ff. ad Leg. Corn. de ſicar. n. 7. verſ. quàm Conſtitutio provinc. Aut. Conſult. Saxon. Conſt. tom. 2. part. 4. quæſt. 47.*

5 *Notabile 1.*

Pro declaratione huius conſtitutionis notãdum Primò: Illuſtriſſ. Electorem non ſolum confirmaſſe diſtinctionem fœtus animati & inanimati, ſed etiam ſimul ſanxiſſe, ut fœtus poſt dimidium uterum gerentium tempus pro animato habeatur, in verb. Da aber die Frucht nit gelebet/ und welches noch unter der Helffte nach der Empfängniß geſchehen/ ꝛc.

Etenim haud fugiebant Electorem variæ diſputationes Dd. quo ſcilicet tempore fœtus ſit vitalis ſeu animatus. *Alii* namq; tempus conſtituunt in maſculo poſt diem 40. in fœmina verò 30. à die conceptionis. *Plin. lib. 7. de natur. hiſt. c. 6. Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr jud. quæſtion cent. 4. caſ. 357. n. 3. Alii* poſt diem 30. in maſculo, 40. in fœmina, ex ſententia Hippocr. *Anton. Teſſaur. deciſ. 12. n. 12. Alii* poſt diem 35. indifferenter, *Damhoud. c. 74. n 5. Alii* aliter ſentiunt, ut videre eſt apud Bartol. *in l. 4. ff. de extraordin. crim. n. 1. Claud. Battand. in prax cauſ. crim. reg 85. n. 6. Farin. dict quæſt. 122. n 139. & 143.* Quibus omnibus Elector in foro Saxonico hac ſanctione occurrere voluit, ne judices pœnam dictantes in dubio hærerent, & vel nocens mitiori, vel innocens duriori pœna afficeretur. 6 *Q. II. quo tempore fœtus habeatur vitalis?*

7 *Hocq; tempus Scabini, pœnam dictantes procurantibus abortum, accuratiſſimè, uti fas eſt & prædicta conſtitutio requirit, obſervant. Veluti conſtat ex ipſorum ſententiis. Verſus Bergam,*

Ad requiſitionem Præfecti. M. Iun. A. 1584.

Ad Quæſtorem in Mülberg/ *M. Iun. A. 1584.*

Ad conſultationem Quæſtoris Dippoldiſvvaldenſis, Menſ. Sept. An. 1623.

It. *Ad requiſitionem Iudicis & Scabinorum Torgenſium M Febr. Anno 1631.*

8 *Notabile 2.*

Secundò notandum, Conſtitutionem Electoralem comprehendere quoq; ipſam matrẽ, partum ſive hauſta potione, ſive etiam alio modo abigentem, ita, ut & hæc ſi fœtus vitalis pœna gladii, ſi verò adhuc inanimatus fuerit, arbitrariâ pœnâ vel fuſtigatione vel relegatione plectatur, *dict. Conſt. 4.* in verb. So ſol die Mißthäterin am Leben, quæ verba de ipſa matre intelligẽda eſſe, innuunt ſequentia, und die ſo darzu geholffen/ *Daniel. Moller. ad dict. Conſt. num. 1. in fin. VVeſemb. in parat. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. nu. 7. Matth. Berlich. dict. part. 4. concl. 8. n. 27.* Idq; non ſolùm convenit Iuri Civili *in l. Divus. ff. de extr. crim. l. ſi mulierem. 8. ff. ad Leg. Corn. de ſicar. l. Cicero 39 in fi. ff. de pœn.* ſed & Ordi. Crim. Carolin. V. *in art. 132.* in verb. und die Frau ſo ſie es auch an ihr ſelbſten thäte.

9 *Ita fuit pronunciatum in caſu, quo ipſamet mater hauſta potione partum abegerat.* Nach Weiſenfelß/ an Johann Trillern/ *M. Maio. A. 1595.*

Lißnigk/ an Schöſſer/ *M. Ian. An. 1608.*

Ad conſultationem Iudicis & Scabinorum Torgenſium, M. Febr. An. 1631.

It. Ad *conſultationem Quæſtoris Bornenſis,* An. 1582.

10 *Notabile 3.*

Tertiò: Eadem pœna in *Conſtitutione 4. part. 4.* expreſſa tenetur quoque ipſemet parens abigens partum; veluti ſi is qui mulierem imprægnavit, jubeat eam fœtum abigere, abortionis poculum præparando, ipſique præbendo. Etſi enim de parte abigente Conſtitutio expreſſè non loquatur, nihilominus tamen de eo quoq; intelligenda eſt; Quod etiam dubio videtur carere: ſi enim mater ipſamet, ut & extraneus fætum abigentes ſecundum diſtinctionem in *Conſtit. prædicta 4. p. 4* expreſſam puniantur; quantò magis tali pæna pater plectendus erit. Si quis enim putet hancce pænam, reſpectu patris nimis duram eſſe; is conſideret, extraneum quẽvis ita puniri. Quod ſi contrà quis arbitretur, patrē 39 propter jus ſanguinis graviora pœna affici debere; is cogitet, matrē abigentem fœtum, quē ipſamet ſub pectore habet, graviùs non puniri.

11 *Eandemq; pœnam dictaverunt Scabini impragnatori, qui poculum abortionis prabēao mulieri à ſe impragnata partum abegerat. Ad requiſitionem Quaſtoris Leiſnicenſis, M. Ian. An* 1608.

Notabile. 4 *Q. Quomodo punienda ſit Mater vim utero inferendo partum necans.*

12 Quartò: Notandum quoque, Matrem non ſolum puniri ſecundum ſanctionem huius Cōſtitutionis, ſi poculum abortionis ſumſerit, ſed & ſi aliis modis partum in utero interemerit, & cauſam abortui dederit; veluti ſi vim propriis viſceribus intulerit, uterum manibus comprimendo vel lapide aut ligno percutiendo, aut fortiter cingendo, vel ſeſe in terram proijciēdo aut de loco altiori in terram ſe præcipitando: quæ & alia media abortum promoventia, meretricibus imprægnatis hoc nefando ſeculo, proh dolor! notiſſima ſunt. Nam & hoc caſu, ſi partus vitalis in utero perimatur, pœna Legis Corneliæ, gladij ſcilicet obtinebit. Si verò fœtꝰ nondum fuerit animatus, telegatio, fuſtigatio, aut etiam carceris pœna, pro ratione delicti matri irroganda erit. *Hoſtienſ. in ſumm. ext. de homicid. n.*1. §.1. *poſt med. verſ. in hoc etiam caſu intelligo Proſp. Farin. part.* 5. *prax. crim. quaſt.*122.*n.* 144. 146. *Damhoud. in prax. cauſar. crim. c.* 74.*n.* 12. 13 *Claud Battand. in prax. cauſar. crim. reg.*85.*n* 4.

Quod quidem primo intuitu dubio non caret; pręterquam enim, quòd hâc de re Conſt. Elector. 4. *part.*4. expreſsè non loquatur, negari nequit, matrem æquè infanticidium committere ſi partum vitalem in utero materno interficiat, ac ſi partum iam natum occidat. Neq; intereſt, an natum enecet: vel non editum perimat: Audacior enim illa eſt quidem, quæ jam vivum vidit & amplexata eſt, eiq; præſentem ademit vitam: Crudelior autem quæ lucem invidet naſcituro, & antequam ei Solem conſpiciendum tribuat, aufert; Impium ſiquidem eſt, eum qui ſperatur ante vitam necare *l.* 1. §. *ſed & ſi quis, ff. de ventr. in poſſ. mitt. Tiber. Decian. in* 14 *tract. crim. lib.* 9. *c.*8.*n.*14. Idq; tanto verius eſt, quantò certius fœtus pro jam nato & homine habetur, ſi de eius commodo agatur. *l. qui in utero, ff. de ſtatu hom. l.* 2. §. 6. *ff. de excuſ. tutor.* Hic autem agi de commodo partus nondum nati, iuxta dubium eſt: cum multum referat, alicuius mortem & necem vindicari *tot. tit. ff. de his quib. ut indign. tot. tit. ff. ad SCT. Syllan.*

15 Quare ergò non aſſeramus, matrem hoc caſu ob infanticidium commiſſum, pæna parricidii ordinariâ, Culei videlicet, vel Rotæ deficiente copia fluminis, plectendam eſſe. Quam pœnam etiam Veteres Scabinos, proculdubio hoc fundamēto motos, quondam dictaſſe reperio:

Verſus Ilenburgum ad requiſitionem Prafecti, Menſ. Sept. An. 1584.

It. prafecti Rochlicenſis, Menſ. April. An 1588.

16 Verum enim verò, ſi rem diligentius penſitaverimus, manifeſtè deprehendemus, pænam Legis Corneliæ de ſicariis iuxta Conſt. Elect. 4. *part.* 4. hoc quoque caſu ſibi locum vendicare, eamq; quæ fœtū in utero materno quovis modo necat, non pæna parricidii ordinaria, ſed gladio puniendam eſſe. Quis enim non animadvertit, ſi robur aliquod prædicto argumento ineſſet, ex eo quoque contra *dict. Conſt. Elect.* 4. concludendum, & pœnam parricidij ordinariam ad eum caſum quo mater partum ſumpto poculo abortionis abigit, extendendam eſſe: quippe quod per eiuſmodi abortionis poculum partus vitalis in utero æquè interficiatur.

Ideoq, in rationes Conſt. Elect. 4 *part.* 4. in- 17 quirendum eſt. Exiſtimo autem, D. Auguſtum Electorem, in crimine procuratæ abortionis à pæna parricidii ordinariâ receſſiſſe, pœnamq; gladiij hoc caſu ſubſtituiſſe. 1. Quia parricidii pœna atrociſſima & crudeliſſima eſt, adeò ut ob atrocitatem nimiam plæriſq; in locis ab aula receſſerit, teſte Iul. Clar. lib. 5. *ſent.* §. *parricidium n.* 5. *Iodoc. Damhoud. in prax. crim. c.* 87. *v.* 3. *Farin. prax. crim part.* 5 *quaſt.*150.*n.*12. *Deci-* 18 *an. in tract. crim. l.* 9. *c.* 16 *n* 18. Cùm autem infans nondum natus adhuc in utero exiſtens, verè homo dici nequeat, *l.* 9 §. *f. ff. ad Leg. Falcid.* Sed tantū pro iam nato & homine habeatur, *l.* 38. §. 5. *ff. de pœn. l. qui in utero. ff. de ſtat. hom.* pœn. Leg. Corn. de ſicar. huic delicto ſat ſufficiens Illuſtr. Elect. viſa fuit, neq; is pœnā parricidii atrociſſimā huc extendere voluit; cum & alias pœnas odioſas ſtrictè interpretari debeamus, *c. ſtatutum,* 22. *ext. de elect. in 6to Corn, conſ.*114. *col.*2. *ſub lit. H. Menoch de praſumt. l.* 6. *praſumpt.* 4 *n.*33

2. Penſitandum quoque, culei pœnam rigo- 19 roſam tùm demùm irrogandam eſſe, ſi infans vivus occiſus fuerit: quod de nece poculo abortionis procurata, nunquam certè aſſerendū, cum mille modis fieri poſſit, ut partus in utero mortuus fuerit, quem tamen ipſamet mater adhuc vivere exiſtimet.

Quibus forſitan rationibus commotꝰ D. Elector Auguſtus pœnam gladii in matres hauſtâ potione partum abigentes conſtituit, *dict. Conſt* 20 4. *part.* 4. Jam verò ſi ex ratione legis argumentari licet, uti argumentum exindè deſumptum ſat firmum eſt, *arg. l. reg.* § *fin. ubi Bartol. & Bald. ff. de jur. & fact. ignor. Everh. in topic. loc.* 79. *n.* 1. haud obſcurè pateſcit ob prædictas rationes matrem quoq; eam, qui viſceribus ſuis vim inferendo partum in utero necat, pœnâ gladii plectendam eſſe: præſertim cum Conſt. Elect. hunc, aliosve caſus, quibꝰ fœtus in utero materno perimitur, non excludat, ſed potius ſubintelligat in verbis: **Wañ vorſetzlichen durch Geträncke / oder ſonſten Leibesfrucht abgetrieben werden/** &c.

Hinc ſæpiſſimè matribus vim propriis viſceribus 21 *inferendo, partum in utero necantibus, pœna ſolummodò gladij à Scabinis fuit adjudicata. Quā pœnam etiamnum hodiè dictare conſueverunt, pronunciantes in hunc modum Danieli à* Watzdorff: Hat S. P. in ſcharffer Frage bekand/ daß als ſie ſchwangers Leibes geweſen/ ſie jhren Bauch zu unterſchiedenen malen an die Tiſchecken/ mit gantzer Gewalt getruckt/ der meinung/ daß ſie jhre Leibesfrucht dadurch ũmkommen ſollen/ damit ſie der zeitlichen ſchande entgehen möchte/ und als ſich das Kind im Leibe noch gereget/ hat ſie es widerum ſo lang getruckt/ biß ſie vermeinet/ daß es Tode ſey/ darauff hernach das Kind von jhr kommen/ und die Füßlein an jhme gar welck geweſen &c. So mag ſie derowegen nach gelegenheit dißfals mit dem Schwert vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W. *M. Iul.* 1613.

22 *It.* Gegen Croſſen: Hat *V. V.* bekant/daß ſie wol gefühlet/daß eine lebendige Leibesfrucht bey jhr verhãden/und nichts deſtoweniger ſich im Graſe hin und wider gewältzet / auch den Leib mit beyden Händen hart zuſammen gedrücket/ und geknippen/ daß das Kind deß Todes davon ſeyn müſſen/ ꝛc. So wird ſie nach Gelegenheit dißfalls mit dem Schwert vom Leben zum Tode billich geſtrafft und hingerichtet. V. R. W. *Menſ. Aug. Anno* 1604.

23 *It. Quæſtor* in Freyberg: Hat *V. H.* bekant/daß als ſie jhr Gärtlein am Hauſe umgraben wollen / ſie jhren Leib mit einem Gürtel über den Nabel feſt gegürtet/ und ſolches zu dem Ende gethan/damit ſie jhr Kind/ ſo ſich im Leibe gereget/erſticken möchte/welches auch alſo erfolget/und ſie hernach das Kind Tod zur Welt gebracht/ꝛc So möchte ſie geſtalten Sachen nach mit dem Schwert vom Leben zum Tode gerichtet und geſtrafft werden. V. R. W. *Sept. An.* 16[illegible]0.

24 *Quandoque etiam additum ut factâ executione cadaver in terrorem Rotæ affigatur, Veluti ſic reſponderunt* gegen Freyburg: Hat *C. B.* bekant / daß ſie 9. Tage vor der Geburt / im Kuhſtalle ſich mit dem Leibe auff das Südefaß gelegt/und hart nieder gedrücket/im Gemüth und Meinung die Leibsfrucht/ ſo ſich etlich mal in Mutter Leibe gereget/ welches ſie eigentlich gefühlet/hierdurch von ſich zu treiben/und daß auch nach ſolchen drücken ſie ſich übel befunden/ auch die letzten 3. Tage gar eben gefühlet/daß jhr das Kindlein in der rechten Seiten wie ein Stein gelegẽ/ und ſich ferner nicht gereget/ꝛc. So wird ſie von wegen ſolcher an jhren eignen Kinde begangenen und bekanten Verbrechung / nach Gelegenheit dißfalls mit dem Schwert vom Leben zum Tode geſtrafft/ und auff ein Rad geleget/V. R. W. *Ad conſultationem Præfecti M Iun. An.* 1598.

Quintò: In prædicta quoq; Conſtit. Elect. 25 *Notabile* 5. 4. *part* 4. benè ponderanda ſunt verba: **Wenn fürſetzlichen Leibesfrücht abgetrieben werden ꝛc.** Vnde ſequitur ſi quis mulierem prægnantem, ignorans eam gravidam eſſe, vel abſque animo & intentione procurandi abortum, percuſſerit & ſic partum abegerit, eum nequaquam pœnâ gladii plectendum eſſe, licet fætus fuerit vitalis, ſed hoc caſu delinquens pænâ arbitrariâ vel relegationis, carceris, vel etiam pecuniaria pæna mulctabitur, *Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. iudic. quæſtion. cent.* 4 *caſ.* 357. *n.* 18. *Matth. Berlich part.* 4. *concl.* 8. *n.* 47. *& ſeqq. Farin. part.* 4. *prax. crim. quæſt.* 122. *n.* 153.

Prout in Scabinatu ſæpiſſimè pronunciatum memini.

Sextò: Denique & hoc obſervandum, quòd 26 *Notabile* 6. pæna Conſtitutionis irroganda non ſit, niſi prius cõſtet de efficacia medicamenti, quo mulier partum abegiſſe fertur. Quod ſi enim medicamentum tàm efficax non fuiſſet, atque abortus aliunde, caſu fortè fortuito proveniſſet, pæna hæc nullatenus infligi poterit. Id quod ſatis manifeſtè apparet ex verb. Conſt. **durch Geträncke oder ſonſten. It. Da aber das was zum abtreiben genommen/keine Wirckung gehabt/ ꝛc.**

27 *Quare & hoc caſu ita interlocuti fuimus*: So wird vor allen Dingen/ehe man zur gewiſſen Straffe gelangen kan/von nöhten ſeyn/die Gefangene hierüber zuvernehmen/wo ſie die Wurtzel habe/ und wo ſie dieſelbe hingethan/und wenn man die Wurtzel von jhr bekõmt/wird dieſelbe einem erfahrnen *Medico* untergeben/die Krafft und Wirckung ſolcher Wurtzel ſich zuerkündigen / was er davon halte/und ob er meine/das Krafft derſelben eine Leibesfrucht getödet und abgetrieben werden möchte. Wann nun deß *Medici judicium* hierüber eingeholet / und uns nebenſt den *acten* wider zugeſendet wird/ ergehet ſo dann der Vettel Perſon und Straff halber ferner was recht iſt V. R. W. *Ad conſultationem Matthæi* Franckens in Seeburg/ *M. Majo. An.* 1630.

Idemq́ʒ obſervavimus pronunciantes gegen Sittigenbach/an Verwalter Donat Zimerman/ *M. Iun. Anno* 1631.

28 Secundò: Infanticidii quoque pæna ceſſat, quando mater infanti jam jam nato auxilium & opem debitam non præſtat, ſed eum in ſtercore ac ſqualore jacentem, interire ac mori ſinit, eo animo, quo vituperium fornicationis effugiat, ne famâ periclitetur. Etſi enim negari nequeat, hoc caſu matrem pariter infantem necare, ac infanticidium committere, cùm & is qui per negligentiam cauſam mortis dat, à parricidio immunis non ſit, uti ex Plutarch. in vita Romuli refert Tiber Decian. *in tract. crim. lib.* 9. *c.* 15. *n.* 35. 29 Attamen pæna parricidii ordinaria, culei nimirum, vel deficiente copiâ fluminis Rotæ, neutiquam hoc caſu imponenda, ſed mater quæ infantem, quem vivum conſervare poſſet, deſerit, ac ſtudioſè mori ſinit, gladio punienda eſt. *Tum* quòd manu infantem non occidit, ſed ſolùm auxilium & opem denegando eum mori patitur: Inter hæc duo autem (*occidere & opem denegare*) cùm aliqua diverſitas ſit, utiq; etiam diverſa pæna obtinebit. *Tùm*, quòd hoc caſu ſemper in dubio verſemur, an infans ob deſertionem & culpam matris, an verò ex aliis ſymptomatibus, 30 ex debilitate vel aliunde ſupervenietibus, mortuus fuerit. In dubio autem mitior pæna eligenda eſt. *l* 32. *in f, & l.* 42. *ff. de pœn. Menoc. de præſum. lib.* 5. *præſumpt. fin. n.* 2. *Raphael Camanus conſ.* 134. *col fin. verſ. non autem*, *Iacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part.* 3. *quæſt.* 133. *n.* 25.

31 *Secundum ea reſponderunt Scabini ad conſultationem Adami Bernardi* Mordorffs: Hat *G. T.* bekant/daß ſie jhr Kind/nach dem ſie es mit einẽ Meſſer abgelöſet/fürſetzlicher weiſe im Kothe liegen / erſticken und ums Leben kommẽ laſſen/und daß ſie daſſelbe wol errettet haben wolte / wann ſie es nur thun wollen/und alſo ſchuldig an deß Kindes Tode/ꝛc. So möchte ſie wegen deß an jhrem Kinde vorſetzlicher weiſe verurſachten Todes/ geſtalten Sachen nach/ mit dem Schwerte vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W. *Menſ. April. An.* 1608.

32 *It* Gegen Döbeln. Hat Chriſtoff Rademans Magd bekant/daß ſie ein lebendig Kind zur Welt gebohren daſſelbe aber unterm Kothe liegen und erſticken laſſen/ꝛc. So möchte ſie ꝛc. in Anſehung daß ſie nicht Hand an das Kind geleget / mit dem Schwert vom Leben zum Tode geſtrafft werden. *Ad iudicem & Scabinos Menſ. Febr. Anno* 1587.

Et in caſu ſimili, Ad conſultationem Senatus Torgenſis Menſ. Octob. Anno 1590. 33

Iudicis præfecturæ in Arnshaucke/M. *Februar. Anno* 1583.

Ad requiſitionem Ottonis ab Hacken / *Menſ. Iulio. Anno* 1630.

Quæſtoris Saltzenſis, Menſ. Sept. Anno 1630.

Abrahami à Schönbergs in Frauenſtein/ *M. Ian. Anno* 1632.

Ad conſultationem VVolffg. Henrici Preuſſers zu Leipzig/ *M. Mart. Anno* 1627.

34 *Q. 5. Qua pœna plectenda mater infans* Ex hiſce quoque apparet, mulierem eam, quæ ſentiens dolores puerperii latrinã acceſſit, & infantem voluntariè & doloſè in cloacã emi-

tem in cloacam mittens ?

ſit,non pœnâ parricidii ordinariâ, ſed ſolummodo gladio plectendam eſſe. Quamvis enim & hæc cauſam morti infantis præbuit,adeoque doloſum infanticidium commiſit,*arg. l. nihil intereſt 15. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar.* Attamen cum hoc caſu vix certò conſtare poſſit, fœtum vivẽtem ex utero matris prodiiſſe,vel etiam ex ejectione in latrinã & non aliis de cauſis obiiſſe,utiq; potius in dubio mitiori pœna gladii quàm crudeliſſimo ſupplicio culei mater affici debet.

35 *Veluti etiam reſponderunt Scabini hiſce formalibus:* Hat *R.E.* bekant/daß ſie ſich fürſetzlichen auffs heimliche Gemach zu dem Ende geſetzt / auch darzu getrucket/daß jhr Kind ins Gemach fallen ſollen/und alſo jhr Gemüth/Meinung/und Vorſatz geweſen / daß es an bemeltem Ort erſticken und umkommen ſollen/welches dann auch erfolget/ꝛc. Da nun die Gefangene auff ſolchen jhren gethanen Bekentniß für offentlichen gehegten peinlichen Halßgerichte freywillig verharren/oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ſo möchte ſie von wegen ſolcher jhrer Verbrechung /auch andern dergleichen leichtfertigen Vetteln/welche mit jren Leibesfrüchtẽ alſo leichtfertig und bößlichen umgehen/geſtalten Sachen nach/ mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft werden. V. R. W. *Ad conſultationem Prætoris Lipſenſis, Menſ. Iul. Anno* 1615.

36 Niſi mater ignoraverit,ſe fuiſſe prægnantem aut eo animo latrinam acceſſerit,quo ventrem exoneraret; Tum ſi præter intentionem partus in latrinam cecidit, mulier ſolùm ob culpam pœna arbitrariâ; ut puta carceris, relegatione, vel etiam ſi graviditatem doloſè occultarit, fuſtigatione puniri debet,prout de eo caſu loquũtur Iacob. Menoch. *lib. 2. arbit. iud. quæſt. cent. 4. caſ. 357. n. 23. Proſp. Farin. part. 3. prax. crim. quæſt. 92. n. 136. Matth. Berlich. concl. 7. n. 25. Ant. Theſſaur. deciſ. 13. n. 3.*

Q. 6. Pœna parentum necantium liberos præmaturos & imperfectos.

37 Tertiò: Infanticidii pœnâ ordinariâ non afficiuntur parentes necantes liberos præmaturos & imperfectos,eos nimirum,qui quarto vel ſexto menſe naſcuntur, & in vita conſervari ac educari nequeunt,ſed quàm primùm nati fuerint,rurſus moriuntur. Quo caſu pœna Legis Corneliæ de ſicariis obtinet, & matres liberos eiuſmodi præmaturos occidentes gladio puniuntur.

Et quamvis hoc ita deciſum in terminis apud Doctores,præterquam Antonium Teſſaurum *deciſ. 13. num. 2.* (qui tamen de partu planè non vitali loquitur)non repererim,haud tamen rationibus hæc aſſertio deſtituitur.

38 Primò enim certum eſt, quòd interficiens partum brevi moriturum non adeò delinquat, ac is,qui omnibus modis perfectum fætum,qui vivus conſervari ac benè educari poteſt,occidit adeoque nec pœna parricidii ceu crudeliſſima ac odioſiſſima in necantes perfectum fœtum conſtituta,ad hunc caſum extendenda eſt, *arg. c. ſtatutum. 22. extr. de elect. in 6. Cornæus conſ. 114. col. 3. verſ. cum pœna ſint reſtringenda &c. Iacob. Schult. ad Modeſt. Piſtor. part. 4. quæſt. 136. nu. 17. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 4. n. 33.*

39 Secundò: Idemque videtur innuere Carolus V. Imp. in *Ordinat. Crim. artic.* 131. in verb. Welches Weib jhr Kind / das Leben oder Gliedmaß empfangen hätte. Et poſteà: So aber ein Weibsbild/als obſtehet/ein lebendig/gliedmäſſig Kindlein ꝛc. Vnde ſequitur, tunc demum matrem pœna parricidii ordinaria plectendam eſſe ſi partum vitalem & quoad membra ſingula maturum ac perfectum occiderit. Ergò minùs punienda, quæ fœtum præmaturum & imperfectum necat.

Tertiò: Quia hoc caſu de corpore delicti, 40 infantem nempè vitalem occiſum fuiſſe certò conſtare nequit. Quis enim tutò aſſerere aut credere poteſt,fœtum lucem unquam vidiſſe,ſi præmaturus & imperfectus fuerit? Ad pœnam parricidii verò ordinariam tunc demum perveniri poteſt,quando de corpore delicti conſtat: hoc eſt,ſi obſtetrices,facta inſpectione cadaveris fœtum occiſum maturum & perfectum fuiſſe,& ex vulnere,contuſione,livore,vel cicatrice occiſionem præſumendam eſſe, juratò deponant,uti ſæpius practicatum memini.

Hancque ſententiam Scabini in pronunciando quotidiè ſequuntur: Ita reſpondentes gegen Dölitzſch: So möchte *M.VV.* wegen ſolcher an jhrem eigenen Kinde begangenen und bekanten Mordthat geſtalten ſachen nach/weil ſonderlich die Gefangene dieſes außgeſagt/daß jhr Kind um 11. Wochen unzeitig/und zu früh zur Welt gebohren worden / welchem die abgehörte Weiber denn auch etlicher maſſen beyfall geben/mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft werden/V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris, Menſ. Mart. An.* 1611. 41

It: Gegen Endorff. So möchte *M. M.* wegen ſolcher begangenen und bekanten Mordthat/geſtalten Sachen nach / weil ſonderlich die Kinder Mutter und noch 2. andere Weiber/ſo bey der Beſichtigung geweſen/auf fürgehende Eidesleiſtung außgeſagt/ daß die Tode Leibesfrucht/nit allerdings zeitlich und vollkommen geweſen/welches ſie an den Nägeln/Haren und andern Kennzeichen befunden/mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft werden / V. R. W. An Verwalter/ *M. Aug. An.* 1611. 42

It: So möchte *V.B.* geſtalten Sachen nach / weil die geſchworne Wehmüttere einmütiglichen berichtet / daß das Kind noch nicht recht zeitig/und an demſelben die Nägel noch nicht gantz vollkommen geweſen alſo daß die Mutter noch 6: Wochen zuwarten gehabt/mit dem Schwerd vom Leben zum Tode gerichtet und geſtrafft werden/V. R. W. An Stadtrichter zu Leipzig/ *M. Iul. An.* 1625. 43

Q. 7: Pœna conſciorum criminis infanticidii:

Quartò: Præterea ceſſat infanticidii pæna ſicuti & mortis naturalis in conſciis infanticidii qui ſolam ſcientiam habent parricidii committendi vel jam commiſſi,iſtudq; non impediunt neque revelant. 44

De quo tamen Doctores non conveniunt: Conſcios etenim huius criminis, etiam extraneos ordinariâ parricidii pæna afficiendos eſſe, tradit Bartol. *in l. utrum 6. ff. ad Leg. Pomp. de parric. n. 2. ſub fin. verſ. item dicitur quod hic. & nu. 3. Bald. in c. 1. n. 5. de off. deleg.* Quos ſequuntur Cæpolla *in conſ. 5. n. 30. Ant. Gomez. to. 3. variar. reſolut. c. 3. n. 4. Petr. Plach. in epit. delict. c. 22. nu. 16. Iod. Damh. in pract. crim. c. 80. n. 10. Matth. Berlic. par. 4. concl. 6. n. 40. Iac. Menoch. lib. 2. cent. 4. caſ. 356. n. 24.* ubi ſcribit veriorem & probabiliorẽ eſſe opinionem hanc, & ob criminis huius atrocitatem ſufficere ſolam ſcientiam,tam in extraneo, quàm in parente aut filio. Idemq; aſſerunt Tiber. Dec. *in tract. crim. lib. 9. c. 13. & Bolog. in repet. l. ut vim. n. 82. ff. de iuſt. & iur.* 45

Qui omnes pro confirmanda hac ſententia adducunt *l. utrum. ff. ad Leg.* Pompei. *de parricid.* 46

cid. cuius verba hæc ſunt: *Vtrum qui occiderint parentes, an etiam conſcii pœna parricidii afficiantur, quæri poteſt? Et ait* Martianus*, etiam conſcios eadem pœna afficiendos, non ſolum parricidas.*

47 Idemq; ferè dicitur *in* §*.alia deinde lex, 6. Inſtit.de publ.jud.* ibi: *Nec non is cuius dolo malo id factum eſt, vel conſcius criminis exiſtit, licet extraneus ſit, pœnâ parricidii puniatur.*

48 Econtra, quòd ſola ſcientia abſque præſtito auxilio, non faciat ſcientem & non revelantem incurrere pœnam mortis naturalis, arbitrantur *Accurſ. Ang. Fulgoſ. Hippol. de Marſil. in l. 2. & l. utrum 6. ff. ad Leg. Pompei. de parric ubi & Alber. n. 1. Iacob. Boulen. in repet. l. capitalium. §. famoſos, n. 93. ff. de pœnis. Alciat. in l. bona fides, nu. 4. ff. de reg. iur. Proſp. Farin. part. 5. prax. crim quæſt.* 120. *n.* 154. *Azo in ſumm. de his qui par. vel lib. occid. n. 1. Ioan. Berber. in pract. part. 1. de parric. rub. 7. nu. 4. Bonifac. de Vitalin. de parricid. n. 1. Roland. conſ.* 38. *n. 6. lib. 2. Anton. Teſſaur. deciſ.* 80. *n. 6. & ſeq. Cyrill. in ſumm. crim. part. 2. rubl. de publ. iudic.* §. 7. *n. 2. in fin.* exiſtimantes, conſcium huius criminis arbitrariè, vel relegatione, vel carcere, aut etiam mulctâ pecuniaria puniri debere.

49 *Vera deciſio.* Quæ opinio ſicuti à Doctoribus communiter approbata, teſte Farin. *d. quæſt.* 120. *n.* 158. ita etiam veriſſima eſt 1. Quia nemo regulariter tenetur delictum revelare *cap. placuit, 6 quæſt. 2. l. pen. ff. de furt. l. 6. ubi* Iaſon. *C. de ſerv. fugit. l. culpa. cum ibi notat à Bartol. Dec. Cagnolo & aliis. de reg. iur.* Imò licet tempore delicti quis ſit præſẽs & poſſit juvare & obviare, & non fecit, non tenetur, *Bartol. Alber. & comm. Dd. in l. 3. §. ſed licet ff. quod met. cauſ. Salyc. in l. quisquis, §. id quod* C. *ad leg. Iul. maieſt.* Et quamvis Anton. Gometz. *tom. 3. var. reſol. cap. 3. n.* 4. ab hac regula communi excipiat filium vel perſonam ſubiectam ei, contra quem delictum erat committendum, ita ut nunc parens teneatur ex ſola ſcientia delicti, ſi non monuit, vel revelavit, vel non juvit, & obviavit, quando fuit præſens *l. 1. §. ſed in eo. & §. occiſorum. ff. ad Syllan.* attamen non ſtatim exindè ſequitur, parentem ob eiusmodi ſcientiam & occultationem criminis pœna mortis afficiendum eſſe, ſed ſufficit, ſi arbitrariè puniatur.

50 2. Ob textum hâc de re expreſſum in *l. 2. ff. ad Leg. Pomp. de parricid.* ubi dicitur, *Frater autem eius, qui cognoverat tantùm, nec patri indicaverat, relegatus eſt &c.* Ecce hîc conſcius criminis relegatione ſolùm punitur, quòd parricidium committendum (de hoc enim *d. l.* 2. loqui, patet ex fine *l. præcedentis*) non manifeſtaverit.

51 *Et iuxta hanc opinionem conſciis infanticidii à Scabinis quandoq; relegatio perpetua vel temporalis, quandoq; etiam pœna carceris vel pecuniaria fuit adiudicata pro ratione circumſtantiarum, & qualitate criminis. Sic fœminam quæ infanticidii à nuru ſua perpetrati conſcia iſtud occultaverat, perpetuò relegandam eſſe pronunciarunt, verſus* Lauchſtedt: So viel aber ihres Ehemannes Mutter anlangt / weil dieſelbe um ſolche Mordthat gewuſt/und ſie verſchwiegen/wird ſie derhalben deß Landes ewig billich verwieſen/V. R. W. 52 *Ad conſultationem Quæſtoris M. Feb. An.* 1601. *Temporalem relegationem dictaverunt I. S. quæ præſens infanticidium à ſorore committendum non impedivit, ſed commiſſum occultavit & cadaver infantis occiſi ſepelivit:* Dieweil ſie bekant/daß ſie nicht allein bey gedachter jhrer Schweſter/wie ſie jhres Kindes geneſen / geweſen/ und daß ſie das Kind/als es noch gelebt/in Händen gehabt / ſondern daß ſie noch mit angeſehen / wie jhre mitgefangene Schweſter dem Kinde zween Finger in Halß geſtecket/und es auf dieſe maſſe erſtickt/ und doch jhrer Schweſter nicht zugeredet/ſie davon abgehalten/ und alſo dieſe Mordthat wehren und verhüten helffen/darneben auch nach vollbrachter Mordthat das tode Kind in Keller verſcharret und begraben ꝛc. So wird ſie derowegen mit zeitlicher Landsverweiſung in Straff genommen/man wolle jhr denn / weil dadurch nicht allein die Gefangne/ſondern der Mann zugleich mit geſtrafft wird / die Landsverweiſung/ wann ſie es vor eine Gnade erkennet/und ſelbſten neben dem Mann dafür bitten würde/erlaſſen/auff den fall würde ſie auff etliche Wochen mit der Straff deß Gefängniß belegt. V. R. W. An Rath zu Freyburg/*M. Mart. Anno* 1613.

53 *Pœna verò arbitraria carceris ad tres ſeptimanas, vel pecuniaria mulcta dictata fuit M. L. eiuſq; coniugi conſciis & non revelantibus infanticidium à filia commiſſum. Verſ.* Wildenborn, *ad conſultationem Iohannis* Könzens, *M. Maio, An.* 1620. *Pari modo pœna carceris adiudicata fuit cuidam fœminæ, quæ infanticidium à filia commiſſum occultaverat, Ad conſultationem Bernardi à* Starſchedels/ *Menſ. Maio. An.* 1614.

54 Neq; contrarium probatur ex *l. utrum ff. ad Leg. Pomp. de parricid. & §. alia deinde 6. Inſtit. de publ. iud.* Quod enim ibidem dicitur, conſcios criminis parricidii pœna puniri, iſtud exaudiendum eſt de conſciis participibus, id eſt, de iis qui ſimul criminis participes ſunt, adeoque opem præſtiterunt.

55 Conſcius namq; in Iure duplici modo accipitur; uno, quando ſimul particeps eſt delicti; quo ſenſu reperitur hoc vocabulum *in l. 7. C. de pag l. 16. in pr. ff. de pœn. l. 2. C. qui teſtam. fac. Natt. conſ. 595. n. 12. in fin & 597. n. 4.* Et tali quoq; ſenſu vocula hæc intelligenda *in l. d. utrũ, & d. §. alia 6. Inſtit. de publ. iudic.* Alio modò dicitur conſciꝰ qui abſq; ulla participatione ſolummodò ſcivit delictum; quo ſenſu accipi debet in *l. 2. ff. ad Leg. Pomp. de Parricid.* & de conſciis iſtis qui abſque omni participatione ſolam notitiam infanticidii habent, iſtudque non relevarunt, hac quæſtione agitur, deq; iis veriſſimum eſt, quod pæna parricidii aut ultimo ſupplicio puniendi non ſint, Ita conciliant ſupra allegatos textus cum *l. 2. ff ad Leg. Pompei. de parricid. Alciat. in l. bona fides n. 4 ff. de reg. iur. & in repet. l. 4. §. Cato. n. 24. ff. de verb oblig Hoſtien. in ſum de his qui fil. occid. n. 1. verſ. ſed & ſi quis, Berber. in pract. part. 1. de parric. n. 1. in fin. verſ. item non ſolum. Carrer. in pract. de hom. & aſſaſſ. §. 9. n. 7. & alii quamplurimi.*

56 Denique infanticidii pæna ordinaria locum nõ habet, ſi infanticidiũ non ex propoſito, neq; doloſè commiſſum fuerit, juxta Conſt. Elect. 3. *part. 4. in pr. in verb.* da eins das andere böſslichẽ thut ermorden/oder umbringen. Verũ, quia hæc limitatio communis eſt parricidio in parentes, coniuges, & conſanguineos commiſſo, ideoq; ea quæ hîc tractanda eſſent, reſervabo ad explicationem caſuum, quibus pæna parricidii ingenere mitiganda venit, de quib. *infra q. 15. & ſeqq.*

QVÆSTIO XII.

Quænam ſit pœna Mariticidii, & Vxoricidii ſive criminis parricidii in coniuge commiſſi.

SVMMARIA.

1. *Coniunx coniugem occidendo parricidium committit.*
2. *Quænam huius delicti pœna n.* 3. 4. 6. 7. 8. 9. 10.
11. *Maior affectio coniugalis eſt, quam parentum erga liberos.*
12. *Vir & uxor una ſunt caro.*
13. *Pœna huius criminis in foro Saxonico quænam? num.* 18.
14. *Pro expreſſo etiam habetur, quod in genere dicitur.*
15. *Rationis identitas eandem facit juris diſpoſitionem.*
16. *In pœnis infligendis ſexus ratio habenda eſt ſolùm in caſibus à iure expreſſis.*
17. *Sententiæ Scabinor. Lipſenſ. n* 19. 20. 21. 22.
23. *Pœna ſponſi ſponſam interficientis. nu.* 24. 25 28. 29. 30 31. 33. 34. 44.
26. *Solus conſenſus nuptias facit.*
27. *Sponſus & ſponſa nomine mariti & uxoris veniunt.*
32. *Pœna Saxon. Iure non expreſſa, in foro Saxonico haud imponenda eſt.*
35. *De Iure Saxon. matrimonium per copulam Sacerdotalem conſummatur.*
36. *Ius Saxon. ad matrimonii conſummationem requirit etiam conſcenſionem thori.*
37. *Differunt ſponſalia & matrimonium, perſona deſponſata & coniuges, n.* 38.
39. *Non quodvis parricidium culei ſupplicio punitur.*
40. *Matrimonium conſenſu perficitur, copula verò ſacerdotali conſummatnr.*
41. *In favorabilibus nomine coniugum veniunt etiam perſona deſponſata.*
42. *Sponſus ac ſponſa nomine mariti & uxoris propriè non continentur.*
43. *Explicatio artic* 45. *lib.* 3. Landr.
45. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
46. *Quid ſi ſponſus ſponſam impragnatam occidat.*
47. *Sententiæ Scabinor. Lipſenſium.*
48. *Marito licitum eſt uxorem verberibus caſtigare, n.* 50.
49. *Vxores etiam quandoq; verberant maritos.*
51. *Pœna mariti ſævientis in conjugem.*
52. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
53. *An ob ſævitiam mariti divortium ſit permittendum.*
54. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n.* 55. 56.

TErtius Caſus Mariticidium & Vxoricidium
concernit, ſi nempè conjunx conjugem
1 occidat. Quam cædem parricidium æque ap-
pellari, ac ſi pater filium vel filius patrem in-
terficiat, extra dubium eſt. Quæ verò pœna
pro hoc parricidio coniugum imponenda ſit,
ex *l.* 1. *ff. ad Leg. Pompei. de parricid.* decidendum
eſſe, vulgò aſſeritur. Attamen ſicut huius le-
gis non uniformis Doctorum explicatio: ita
nec una eademque ſententia, quoad genus ſup-
plicii in hoc delicti genere ab omnibus rece-
pta eſt.

Quidam enim verba hæc *dict. l.* 1. *Vt pœna ea*
2 *teneatur, quæ eſt Legis Corneliæ de ſicariis*, ponde-
randa eſſe autumant: Quibus ſi conjungantur
præcedentia (*uxorem virum &c.*) ſequitur, con-
juges ſe invicem occidentes non pœna ordina-
ria, ſed tantùm pœnâ Legis Corneliæ de ſicariis
quæ eſt gladii, plectendos eſſe.

Quod ipſum quoque ICtus Modeſtinus vi-
3 detur aſſerere in *l. pœna parricidii*, 9 §. 1. *ff. eod. tit.*
quando inquit: *Qui alias perſonas occiderint, præ-
ter matrem & patrem & avum & aviam, quos
more Maiorum puniri, ſupra diximus, capitis pœ-
na plectentur, &c.*

Hinc pœnam gladii pro parricidio in conju-
4 ge commiſſo imponendam eſſe, tradunt Nicol.
Boer. *deciſ.* 262. *nu.* 2. *verſ. nam verum eſt ſi uxor.
Proſper. Farinac. part.* 5. *crim quæſt.* 120. *num.* 131.
verſ ego tamen &c. Iacob. Menoch. libr. 2. *arbitr.
iudic. quæſt. cent.* 4. *caſ.* 356. *n.* 79. *& ſeqq. Matth.
VVeſemb. in parat ff. ad* Leg. *Pompei. de parricid.
n.* 7. *verſ. ego tamen malim &c.*

Quod tamen alii reſtringunt ad uxorem ma-
ritum necantem, ita ut maritus interficiens u- 5
xorem pœna parricidii teneatur. *Gloſſ. in* §. *alia
6. Inſt. de publ. jud. verb. continetur. verb. Item af-
fines. Decian. tract, crim. lib.* 9. *cap.* 11. *nu.* 2. *Capoll.
conſ. crim.* 5. *n.* 33.

Contra ex *h. l.* 1. evincere conantur alii con-
juges ſe invicem occidentes pœnâ parricidii or- 6
dinariâ teneri, eo quod cum filio patrem necã-
te ſub una claſſe & verborum contextu ponan-
tur; unde videtur ſequi, eâdem pœnâ, quâ filius
patrem occidens tenetur, parricidium quoq; in
coniugem perpetratum vindicari: Prout ſic in-
ferunt *Hoſtienſ. in ſumm. de his qui fil. occid. nu.* 1.
verſ. ſcilicet uxore viro Matth. Berlic. part. 4. *concl.
7. n.* 43. *Iodoc. Damhoud. in prax. crim. c.* 87. *nu.* 1.
poſt pr. Petr. Plach. in epit. delict lib. 1. *cap.* 22. *n.* 30.
*Azo in ſumm. C. de his qui par. occid. Decian. in
tract. crim. lib.* 9. *c.* 11. *n.* 12. *& ſeqq. Anton. Gomez.
de delict c.* 3 *n.* 3.

Etſi verò horum ſententia veriſſima ſit, neu-
tiquam tamen ea ex *d. l.* 1. *ff. ad L. Pomp. de parri-* 7
cid. probari poteſt. Etenim ſi exinde, quod ſub
uno verborum contextu ponantur coniuges
invicem ſe occidentes cum filio necante patrẽ,
argumentari liceret, omnes iſtas perſonas par-
ricidii pœna ordinaria teneri, ſequeretur exin-
de etiam hoc, quod fratrem, ſororem, patrue-
lem, conſobrinum, privignum, &c. omneſq;
illas perſonas, quarum ibidem fit mentio, oc-
cidens indifferenter ſimili pœna plectendus
ſit, quod tamen falſum eſſe quivis facillimè
conceſſerit.

Minus verò *hâc. l.* 1. ſententia *Boer. Farinac.* & *VVeſemb.* & aliorum exiſtimantium coniuges ſe invicem necantes pœnâ gladii puniendos eſſe, fulcita eſt. Cùm JCti Marciani mens ſolummodò fuerit definire, à quibus & in quos parricidium committatur, ſimulque innuere, parricidium ultimo ſupplicio puniri, ac pœnâ utramq; Legis Pompeiæ de parricid. & Legis Cornel. de ſicar. eſſe mortis naturalis, licet diverſo ſupplicii genere ac modo irrogetur. Hùcq; ſenſũ genuinũ *d. l.* 1. eſſe, teſtatur Gloſs. *in verb. pœn. Hoſtienſ. in ſummar. de his qui fil. occid.* 2

9 Neq; etiam ipſis ſuffragatur *l. pen* §. 1. *ff. eod. tit.* Quia ibidem perſonæ quędam exempli cauſâ ſolummodò referuntur, alias verò perſonas, in quib⁹ par ratio eſt, excludi, tantum abeſt, ut potius cædem ſententia legis comprehenſæ videantur, prout ſentit Accurſ. *in d. l pen* §. 1. *verb. & aviam.*

10 Exiſtimo itaque poſteriorem ceu veriorem ſententiam, quod nempe pro parricidio in cõiuge commiſſo pœna parricidii ordinaria imponenda ſit, probari poſſe ex *l. un. C. de his qui par. vel liber. occid.* ubi regula ponitur, omnes nimirum parricidii pœna puniendos eſſe, qui parentis, aut filii, aut omninò affectionis eius, quæ nuncupatione parricidii continetur, fata præparaverunt: Cùm ergò affectio coniugalis nũcupatione parricidii quoq; contineatur, juxta *l. 1. ff. ad Leg. Pompei. de parricid.* neq; hoc parricidium ab hâc regula ullibi exceptum reperiatur, utiq; & eadem pœna coercendum erit.

11 Pręſertim cùm maior ſit affectio coniugalis, quàm parentum erga liberos & vice verſâ, iuxta *cap. admonere* 33. *q.* 2. Vir namq; & uxor adeò 12 coniuncti ſunt, ut una caro cenſeantur, & os ex oſſibus, ut dicitur *Geneſ. 2. & Matth.* 19. ideò iam non ſunt duo, ſed una caro, Inquit Salvator, *Marci* 10. & Paulus *ad Epheſ. cap.* 5. Dicuntur quoque coniuges ſocii humanæ & divinæ domus *l. adverſus, C. de crim. expil. hæredit. Anton. Gometz. tom.* 3. *variar. reſolut. cap.* 3. *nu.* 3. *Tiber. Decian. dict. cap.* 11. *num* 5. Quid igitur mirum, coniuges ſe invicem doloſè necantes eâdem pœnâ teneri, quâ puniuntur parentes occidentes liberos & vice verſâ, inter quos tamen minor eſt affectio.

13 Ideoque & hæc opinio placuit D. Auguſto Electori Saxoniæ conſtituenti, ut coniunx coniugem interficiens, cum cane, ſimiâ vel eius loco fele, gallo, & ſerpente, culeo inſutus in aquâ coniectus ſuffocetur, *part.* 4. *Conſt.* in verb. Oder aber auch die Eheleute eines das ander bößlichen thäte ermorden und umbringen &c.

Quæ Conſtitutio de conjugibus indiſtinctè accipienda, ſive maritus uxorem, ſive contra hæc illum occidat. Etſi enim ut antea dictum, Cæpoll. *in conſ.* 5. *n.* 33. exiſtimaverit, non æquè parricidium committi ab uxore in maritum, ſicut à marito in uxorem, allegando gloſſam in §. *alia, in verb. continetur Inſtit. de publ. iudic.* cui conſentit Decian. *in tract. crim. lib.* 9. *cap.* 11. *n.* 2. Contrarium tamen, quod & ab uxore in mariritum parricidium (quod in ſpecie mariticidium appellatur) committatur, & pœna culei ordinaria coerceatur, longè verius eſt.

Tum, quia prædicta Conſtitutio Elect. 3. *part.* 4. generaliter de coniugibus loquitur in verbis: Die Eheleute eines das ander/ adeoque etiam de 14 uxore interficiente maritum: cùm certum ſit, etiam id haberi pro expreſſo, quod in genere dicitur, *gloſſ. in l. fin. verb. ſpecialiter*, C. *quod cum eo qui in ali. pot, Bartol. in l. hæredes* 1. *n.* 7. *verſ. ego dixi & ideo dico circa hoc. &c. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. Alex. cõſ.* 75. *n.* 11. *verſ. ſed Iudæus &c. & paulo poſt n.* 13. *verſ. aliud eſt enim omninò ommiſſum eſſe &c. lib* 5. *& conſ.* 201. *n* 10. *ibi: confirmantur prædicta quia poſito &c. lib.* 6. *Andr. Tiraquell. in legib. connub. gloſſ.* 7. *in verb. expreſſ. n.* 87. *& ſeqq.*

Tum, quòd eadem ſit ratio in uxore occidẽte maritum, quæ eſt in marito interficiente uxorem, utroque enim caſu contra affectionem coniugalem peccatur; identitas autem rationis eandem facit iuris diſpoſitionem, *l. illud* 32. *ad leg. Aquil. his ſolis.* 7. §. *actionem.* 2. *C. de revoc.* 15 *donat. c. inter corporalia* 2. *verſ. unde cum non ſit. extr. de translat. Epiſcop. gloſſa in l. cum certum.* 19. *in verb. æquitatis ratio C. ad leg. Falcid. Matth. Coler. de proceſſ. execut. part.* 4. *cap.* 1. *n.* 38. *verſ. & eſt in promptu ratio &c. Andr. Tiraquel. in reg. ceſſante cauſâ. part.* 1. *num.* 156. *ibi: idq; eſt quod vulgò dicimus &c. Modeſt. Piſtor. conſ.* 16. *n.* 13 *ibi: vulgatiſſima enim eſt iuris regula &c. lib.* 1. Neq; imbecillitas ſexus muliebris hoc caſu ob atrocitatem delicti veniam meretur, cum nil quicquam hac de re in iure expreſſum ſit; In pœnis 16 autem infligendis ſexus ratio habenda ſolùm in caſibus à iure expreſſis. *l. fin. C. de iur. & fact. ignor. Alex. in l. ſi quis id, n.* 10. *verſ. & ibi dicit, ff. de iurisdict. ubi & Dec. c.* 34. *verſ. ultimo notandum. Tiraquell. de pœn. temp. cauſ.* 9. *n.* 5. *in fin. iunctis iis quæ ſcripſit in cauſ.* 11. *n.* 23. *Bero in cap. ſuper literis, in repet. nu.* 64. *de reſcriptis. Ripa in tract. de peſte. tit. de remed. præſervat. cont. peſt. n.* 245. Et ſic Conſt. Elect. generaliter quoque intellexerunt Scabini dictantes pœnam culei, vel deficiente copiâ fluminis, ſupplicium Rotæ, non ſolùm viris, qui uxores occiderunt, quod crimen in ſpecie vocatur Vxoricidium, quo caſu hanc pœnam obtinere nemo hodiè dubitat.

Veluti reſponderunt Nach Lauchſtädt / An Schöſſer/ *M. Iul. An.* 1584. 17
Mügeln/ an Richter und Schöppen/ *Menſ. Mart. An.* 1598.
Kempnitz / An Richter und Schöppen/ *Menſ. Aug. An.* 1599.
Arnshaugk/ An Schöſſer/ *Menſ. Iul. An.* 1603.
Grimm/ An Schulenverwalter/ *Menſ. Octob. Anno* 1603.
Sckeuditz/ An Schöſſer/ *M. Iun. An.* 1606.
Leipzig/ An Schöſſer/ *M. Novembr. An.* 1615.
Colditz/ An Schöſſer/ *M. Aug. Anno* 1619.
It. Verſus Wieſenburgk/ *Ad cõſultationem Pauli* Schöſlers/ *M. Majo, Anno* 1619.
Ad conſultationem Melchioris à Löven/ *Menſ. Iannar. Anno* 1622.
Verſus Walbach/ *Ad conſultationem Sculteti, Menſ. Iun. Anno* 1621.
Meiſſen/ *Ad conſultationem Quæſtoris, Menſ. Aug. Anno* 1622.
Wurtzen/ An Schöſſer/ *Menſ. Majo, Anno* 1623.

Sed & uxoribus necantibus ſuos maritos
18 abſq; diſcrimine, an ſolæ, an verò ſuaſu & auxi-
lio aliorum (cum quibus antea Venerem illici-
tam ſub ſpe matrimonii poſt obitum marito-
rum contrahendi, exercuerunt, quod haud ra-
rò accidit) parricidium hoc, quod vulgo Mari-
ticidium appellari ſolet, perpetraverint.

Pronunciantibus in hunc modum Dominis:
19 Hat *V. A.* in ſcharffer Frage bekant/ daß ſie 14. Tage nach einander in willens gehabt jhren Mann umzubringen/ jhn auch hernach an einem Sontag/ wie er im Bette geſeſſen/ mit einem Waſchbleul/ damit ſie gemandelt/ in den Nacken geſchlagen/ daß er ins Bette geſuncken/ und daß ſie jhme den Halß vollend ūmgedrehet/ und es hat ſich an dem todten Cörper/ als derſelbe wieder auß dem Grabe/ darin er vorhin gelaſſen/ gezogen und beſichtiget worden/ befunden/ daß der Kopff daran gewackelt und geſchlappet/ So möchte ſie wegen ſolcher an jhren Ehemann begangenē Morthat zuſamt einem Hunde/ Hahn/ Schlangen/ und Katzen an ſtatt eines Affen/ in einen Sack geſtecket/ ins Waſſer geworffen und ertrăncket werden. V. R. W. *Ad Conſultationē Iudicis oppidani Grimmenſis, Menſ. Iun. Anno* 1612.

20 *It:* hat *C. B.* bekant/ daß ſie mit *P. A.* einem ledigen Geſellē geehbruchet/ darauff ſie ſich beyde verglichen jhren Ehemann ūmzubringen/ und hernach einander zu ehlichen/ und als *A.* jhren Ehemann im Bette erwörget/ iſt ſie darbey geweſen/ hat auch nachmals den todten Cörper wegſchaffen helffen/ *&c.* So möchte ſie ſamt einem Hunde/ Hahn/ Schlangen/ auch einer Katzen an ſtad eines Affen in einen Sack geſteckt/ ins Waſſer geworffen und ertrăncket werdē V. R. W *Ad Conſultationem Præfecti Rochlicenſis, M. April. Anno* 1624.

21 *Eadem pœna dictata fuit M.K. ſuaſu & ope alterius maritum ſuum necanti. Verſus* Hain/ *Ad Senatum, Menſ. Iul.* 1594.

Pariter pronunciatum in caſu ſimili verſus
22 Voigtsberg/ An Schöſſer/ *Menſ. Iun. An.* 1625.

23 Idq; minus dubium habet in coniugibus ſe
invicem necantibus. ſed *quid iuris in ſponſo ſpon-
ſavè ſi nempe Sponſus Sponſam, vel contra hæc illum
occidat, anne & pœna parricidij ordinaria, Culei
nimirum vel Rotæ, deficiente copiâ fluminis ad hunc
caſum extendenda erit?*

Q. I. Quâ pœna plectendus ſit ſponſus ſponſam ſuâ interficiens.?

Rationem dubitandi movet 1. *l. 3. ff. ad Leg.*
24 *Pompei. de parricid.* ubi JCtus Marcianus dicit
*ſed & noverca & ſponſæ perſonæ omiſſæ ſunt, ſenten-
tiâ tamen legis continentur.* Et *l. 4. ſeq.* hæc verba
habentur: ***Cum pater & mater ſponſi, ſponſæ, ſoce-
rorum, ut liberorum ſponſi, generorum appellatione
continentur,*** unde concludit gloſſa in verb. ***qui
pari.*** Sponſum ſponſamve hoc caſu non minus
ac coniuges pœnæ parricidij ordinariæ ſubja-
cere.

25 2. Præſertim cum inter ſponſum & ſponſam
verum ſit matrimonium ſive conjugium con-
tractum, quia de conſenſu per verba de præſen-
ti conſtat, licet deductio in domum, benedi-
ctio ſacerdotalis, copula carnalis, aliaque pom-
26 pa & nuptiarum celebritas non fuerit ſubſecu-
ta; ſolus enim conſenſus nuptias facit *l. nuptias
30. ff de reg. iur. l. cum hic ſtatus 32. § ſi mulier. 13.
ff. de donat. int. vir. & uxor. l ſi donationum 22. C.
de nupt.*

27 3. Hinc & appellatione uxoris venit ſponſa,
quemadmodum & ſponſus mariti nomine cō-
tinetur: iuraque in uno loquentia locum quo-
que habent in altero. *l. ſi ſponſa ff. de iur. dot. l.
Lex Iulia. ff de fundo dotal. l. item apud § ſponſum
ff. de iniur. l. ſi uxor. §. divus & §. ſi minor. ff Ad
Leg. Iul. de adult. l. non ſine, C. de bon. quæ liber.
l. aſſiduis. §. 1. C. qui pot. in pign. hab. l. 2. §. ſi
ſponſa. C. de priv. creditor.* Et quod diſponitur de
nuptiis habet & locum in ſponſalib⁹, ut eſt tex-
tus in *l. tutor. §. 1. l. oratio. ff, de ſponſal. l. in ſponſali-
bus §. 1. ff, eod. l. cui fuerit ff. de condit, & demon-
ſtrat. gloſſ. in l. ea quæ ff. ad municipal & l. eum qui
duas C. de adult. Bartol. in l. cum pater. ff ad Leg.
Pompei. de parricid. & in l. nihil intereſt. ff. rer. a-
motar. Bald. in l. de nobis 42. C. de Epiſcop. & Cler.
col. 3. num. 7. verſ. ſed iuxta hoc pone. Dom. Cardi-
nal. Tuſch. tom. 7. pract. concl. lit. S. concl. 511 n. 58.
Anton Natta conſ. 282. n. 1. ſeqq. Nicol. Boer. deciſ.
22. nu. 33. & ſeqq. Alber. Genti. tract. de nup. lib. 2.
cap. 23. poſt pr.*

4. Idemq; ferè habetur in Jure Saxon. Landr. 28
lib. 3. art. 45. poſt pr. in verb. Der Mann iſt auch
Vormundt ſeines Weibes zuhand als ſie jhm ge-
trauet wird. Vbi expreſſè infertur, quod ad ma-
trimonium non requiratur benedictio ſacer-
dotalis aliavè feſtivitas aut ſolennitas, ſed ſuffi-
ciat deſponſatio. Quia ergo parricidii pœna in
coniuges ſeſe invicem occidentes conſtituta
eſt, eandem quoq; in ſponſo & ſponſa, qui quæ-
vè nomine coniugum veniunt, & inter quos
matrimonium ſeu conjugium contractum eſt,
obtinere dicendum videtur.

Et ita communiter ſtatuunt Doctores, *Pro-* 29
*ſper. Farinac. part. 4. crim. prax. quæſt. 120. nu. 132.
ibi: amplia 19. Matth. Berlich. part. 4. concl. 7. n.
51. Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. quæſt. cent. 4. caſ.
356. n. 85. ibi: extenditur primò. Bartol. in l. cum
pater, 4. ff. ad Leg. Pompei. de parricid. nu. 1. Ti-
ber. Decian. in tract. crim. lib 9. cap. 11. nu. 1. Petr.
Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 22. n. 31.* Juxta hanc
quoque ſententiam Veteres Scabinos ſponſo
cuipiam H.S. qui ſponſam à ſe prius imprægna-
tam brevi ante nuptias, poſt factam proclama-
tionem occiderat, pœnam culei dictaſſe repe-
rio *Verſus VVittebergam ad conſultationem Præ-
fecti. Menſ. Mart. Anno* 1583.

Verum enim verò ab hac opinione divorti- 30
um facit Matth. Weſemb. *in parat. ff. ad Leg.*
Pompei. de parricid. l. 9. verſ. ſed cum hoc tantum
ſit &c. exiſtimans, hoc in caſu non ordinariam ”
parricidii, ſed legis tantum Corneliæ pœnam ”
obtinere. Cuj⁹ ſententiam licet opinioni com- ”
muni contrariam, ut mitiorem, ita & veriorem
ac juris magis conſentaneam eſſe, aſſerere
haud vereor.

Vera deciſio.

Primò, namque indubitati juris eſt, hancce pœnam parricidii crudeliſſimam ac atrociſſimam eſſe, adeoque ad caſus in iure non expreſſos neutiquam extendendam, *cap. ſtatutum 22. extr. de elect. in 6to Cornæus conſ. 114. col. 2. ſub lit. H. verſ. cum pœnæ ſint reſtringendæ &c. lib. 1. Iacob Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 4. quæſt. 136. n. 17. Iacob. Menoch, de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 4. nu. 33 ibi: idem in pœnalibus &c.*

Præſertim in ditionibus Saxonicis, ubi pœ- 31
nam, quæ Saxonum Jure expreſſa non ſit, alicui
imponi poſſe aut debere, negat Gloſſa in Landr.
lib. 3. artic. 84. in verb. Tödtet ein Mann ſei-

nen Herrn/ *nu. 3. verſ.* **Es ſagen aber andere** &c. Jam verò hoc caſu, quo ſponſus ſponſam, aut contra hæc illum necat, pœna parricidii delinquentem puniri debere, nulli in Jure, nec Civili, nec Saxonico expreſſum reperitur, adeoque nec temerè hoc aſſerendum, nec pœna illa rigoroſa ad hunc caſum extendenda eſt.

33 Quod ſi quis obſtet, pœnam parricidii hac ratione ne quidem in conjugibus ſeſe invicem necantibus obtinere, cum in *l. un C. de his qui par. vel liber. occid. &* §. *alia deinde lex. 6 inſtit. de publ. judic.* in quibus textibus de pœna parricidii ex profeſſo agitur, tantùm parentum & liberorum, non etiam coniugum fiat mentio: Huic *reſpondeo*, præterquam in ditionibus Saxonicis in coniuges ſe invicem occidentes pœna parricidii expreſſiſſima ſit conſtituta in Conſtit. Elect. 3. *part.* 4. etiam in *d. l. un. & §. 6. Inſtitut. de publ. judic.* vix negari poterit, coniuges comprehendi ſub verbis: *Aut omninò affectionis eius, quæ nuncupatione parricidii continetur &c.* id eſt, ubi ſimilis eſt affectio: Inter conjuges autem maiorem affectionem eſſe, quàm inter parentes & liberos, eò quod facta benedictione ſacerdotali & conſummato ſic matrimonio una ſint caro, anteà dictum & etiam veriſſimum eſt. *Decian. tract. crim. lib. 9. cap.* 11. *nu. 5. Anton. Gomez. de delict. cap. 3. n. 3. verſ. item etiam &c.*

34 Secundò: Bene notandum, quòd in Conſtit. Elect. 3. *part.* 4. (ad quam in terris hiſce Electoratus Saxon. quoad pœnam parricidii infligendam unicè reſpiciendum eſt) tantum parentū, liberorum, & coniugum mentio fiat, in verb. **Da es ſich hinfüro begebe / daß die Eltern ihre Kinder / oder die Kinder Ihre Eltern / oder aber auch die Eheleute eines das ander bößlichen thäte ermorden** &c. 35 Sponſus autem & ſponſa coniuges non ſunt, neq; inter eos coniugium ſeu matrimonium revera contractum eſt; Jure namq; Saxonico matrimonium per copulam Sacerdotalem conſummatur, ita ut ſolâ deſponſatione ante ſacerdotalem benedictionem conſummatum coniugium ſeu matrimonium non ſit, prout hoc probatur expreſſis verbis in Cōſt. Elect. 2. *part.* 2. ibi: **Daß von Zeit der vollzogenen Ehe / und alſo wenn der Kirchgang geſchehen** *&c.* Quæ verba etiam repetuntur in Novo proceſſ. iudic. *tit.* 43. *verſ.* **welch der Weiber Recht.** &c.

36 Imò ad conſummationem coniugii ultra copulam & benedictionem ſacedotalem, etiā conceſſionem thori videtur requirere Jus Saxon. in **Landrecht** / *lib. 1. art. 45. verſ.* **Und tritt in ſein Recht / wenn ſie in ſein Bette tritt** / *& verſ.* **Das Weib iſt auch ihres Manns Genoſſen** / *Art. 76. verſ.* **Hat aber die Frau einen andern Mann:** *Gloſſ. lat. ad text. german.* **Landr.** *lib. 3. dict. art. 45. lit.* E. *Beuſt. ad l 1. ff. de iureiur. n.* 166. *& in l. admonendi* 31. *ff. eod. n.* 957. *Auth. conſult. Conſtit. Saxon. tom. 1. part. 2. quæſt. 34. num. 5. & ſeq. tom. 2. part. 2. quæſt. 25. n. 1. & ſeqq Zobel. part. 3. diff. 11. n. 3. & ſeqq.*

Hinc receptum, ſi ſponſus vel ſponſa moriatur ante conceſſionem thalami, ex bonis eius ſuperſtitem nihil lucrari, ſcilicet, quòd nondū ſit conſummatum matrimonium, *Conſtit. Elect. 19. part. 3. ubi Daniel Moller. Schneidvvin. in §. fuerat, nu.* 109. *Inſtit. de action. Matth Coler. deciſ. 286. n. 24. part. 2.*

37 Tertiò de Jure quoque Civili, aliud eſſe matrimonium & aliud ſponſalia, neque Conſtitutionem loquentem in matrimonio habere locum in ſponſalibus, probatur ex *l. in eo jure. §. hoc cap. ff. de rit. nuptiar. Panorm. in cap. 1. col. pen. de poſt prælat. Iaſon. in l cum quidam col. 3. verſ. 4. ff. de liber. & poſthum. & in l. 2. ff. de iuriſd.* Hipp. *de Marſil. in l. is qui cum telo. n. 39. C. de ſicar.*

38 Aliud idem maritus eſt, aliud ſponſus *l. 1. §. & primum. ff. pro dote*, aliud quoq; uxor, aliud ſpōſa. *l. ſancimus. C. de nupt.* nec venit altera appellatione alterius. *cap. tertio loco, extr. de præſumpt.* Et in ſponſa non eſt matrimonium. *l. quod Servius ff. de condict. ob cauſ.* Nam & ſponſus eſt maritus futurus, & ſponſa uxor futura. *l. 1. cum ſeq. ff. de ſponſ.* At quod eſt futurum, nondum eſt, *l. & quæ nondum ff. de pignor. Bald. in lib. 1. in 2. quæſtion. C unde vir. & uxor. ubi etiam Paul. Caſtr. Corn. & alij. Andr. Tiraq. in legib. connub gloſſ. 2. verb. en pouvoir de ſon mary, 8. n. 9. Hartvvig. Daſſel in conſuet. Luneb. art. 8. n. 9 Nicol. de Vbald. in tractat. de ſucceſſ. ab inteſt. part. 4 n. 4. Conrad. Mauſer. in tract. de nuptiis poſt pr. verſ. unum tamen debitis &c. pag. 305. Salycet in l. cum in te, 6. C. de donat. ant. nupt. n.* 4. ubi longè lateque & ſubtiliter hanc rem tractat.

39 Neque argumenta ſuprà adducta tanti ponderis ſunt, ut ſententiam hanc *VVeſembecii* evertere queant. 1. Etenim ex *l. 3. & 4. ff. ad Leg. Pomp. de parricid.* nil aliud probari poteſt, quàm quòd ſponſus & ſponſa ſub Lege Pompeiâ de parricidis contineantur, & parricidium ab ipſis comittatur, ſi ſponſus ſponſam, vel contra hæc illum interficiat, id quod procul dubio veriſſimum eſt; Exinde tamen non ſequitur, quòd ſtatim pœna parricidij ordinaria eo caſu obtineat, etenim non quodvis parricidium hac pœna coercendum eſt, niſi quis occiſorem quoq; fratris, ſororis, aliorumvè conſanguineorum huic ſupplicio ſupponere velit, quippe qui parricidium æquè commiſit, *l. 1. & ll. ſeqq. ff. ad Leg. Pompei. de parricid.* quod tamen abſq; vitio abſurdi aſſeri nequit.

40 *Ad 2. argumentum Reſp.* Etſi inter ſponſum & ſponſam matrimonium contractum ſit, juxta *l.* 30. *ff. de reg iur.* nō tamen iſtud ante copulam ſacerdotalem conſummatum eſt; perinde ut emptio venditio nudo conſenſu perficitur, traditione demum conſummatur, veluti Doctores triplicem perfectionē venditionis faciunt, *vid. VVeſemb. ad tit. Inſt. de contr. empt.* Et quicquid etiam ſit de Jure Civili, matrimonium Jur. Sax. in ditionib⁹ præſertim Elect. Sax. copulâ ſacerdotali conſummari antè probatum eſt, ex Conſt. Elect. 4. *p* 2. *& Nov. proceſſ. jud. tit.* 43.

41 *Neque obſtat*, quòd ſponſus nomi[illegible] mariti, & ſponſa vocabulo uxoris quandoq; comprehendatur. *Quia* hoc tum demum obtinet, quādo de favore ſponſi vel ſponſæ agitur *l. non ſine C. de bon. quæ lib Petr. Heig. part. 2. q. 28. n. 35. Dan. Moller. ad Conſtit. Elect. 19. n. 7. part. 3.* adeoq; in præiudicium vel odium ſponſi & ſponſæ præſertim in pœnalibus hoc neutiquam eſt trahendum *Bald. in conſ. 184. lib. 3. Tiraq. d. gloſſ. 2. n. 25.*

Dein.

Deinde appellatione mariti & uxoris non
42 propriè continetur ſponſus & ſponſa, ſed ex quâdam interpretatione. *l. oratio* ibi: *Vt suppleatur, quod orationi deeſt, & ibi Bald ff. de ſponſal.* Propriè enim loquendo ſponſus à marito, & ſponſa ab uxore maximoperè differt, ut probatum *ſupra fundam. tertiò.* In poenis autem atrociſſimis extra proprietatem verborum extenſio fieri non debet *l. interpretatione 42. ff. de pœn. l. 1. §. 20. verſ. in re igitur dubia. ff. de exerc. act. cap. odia de Regul. iur. in 6to.*

43 4. Nihil denique obeſt text. in **Landr.** *lib. 3. art. 45. in verb.* **Der Mann iſt auch Vormundt ſeines Weibes.** Quia ibidem agitur de tutela, quod nempè mulier ſtatim, ubi viro deſponſata eſt, tranſeat in eius tutelam ad hoc, ut vir eam contra iniurias defendere queat. Imò contrarium probatur ex textu, in verbis: **Zuhand als ſie jhm getrauet wird/** quod accipi poteſt de copulatione ſacerdotali, quæ fit in templo.

44 Adeoq; ſecundum Weſembec. *dict. num. 9. verſ. ſed cum hoc &c.* in caſu quo ſponſus ſponſam, vel contra hæc illum occidit, non ordinaria parricidii, ſed tantum Legis Cornelię pœna, quę eſt gladii, obtinebit. Quam ſententiam longè veriſſimam eſſe arbitror, addito tamen in exēplum & terrorem aliorum majoris alicuius reatus judicio; veluti ut Cadaver Rotæ affigatur: vel etiam delinquens trahæ illigatus ad locum ſupplicij raptetur, juxta Conſtit. Elect. 3. *part. 4. in fine.*

45 *Hancq; ſententiam ſequuntur Scabini in reſpondendo; Veluti ſic pronunciarunt Quæſtori Coldicenſi in caſu, quo C.K. ſponſa facta jam in templo proclamatione tertiâ vice, ſponſum ſuum veneno necaverat:* So möchte ſie wegen ſolcher begangenen und bekandten Morthat/ mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft/und nach vollbrachter *execution* andern zum Exempel der Cörper auff ein Rad gelegt und geflochten werden. V.R.W. *Menſ. Aug. Anno* 1612.

46 Hoc in tantum verum eſt, ut ne quidem in caſu, quo ſponſus ſponſam ante copulationem eccleſiaſticam à ſe imprægnatam occidit, ordinariam parricidij poenam locum habere, exiſtimem;

Tùm, quòd ante copulationem eccleſiaſticam revera matrimonium in ditionibus Saxonicis nō ſit conſummatū, *Conſt. Elect. 24. part. 2.*

Tùm quòd ſponſa, licet eam ſponſus non expectatâ eccleſiaſtica copulatione cognoverit, ante copulam ſacerdotalem pro conjuge reverâ non habeatur, neq; iure uxoris in ſucceſſione ſponſi defūcti gaudeat. *Reinh. in add. ad Dan. Moller. Conſt. Elect. 19. n. 6. part. 3. Frider. Penſold. in addit. ad Coler. deciſ. 286. n. 234. part. 2.*

47 *Pronunciarunt ita Domini Scabini ad conſultationem Nobilium à* **Wolffersdorff**/ *quùm* H. S. *ſponſam à ſe imprægnatam aquis ſubmergendo ſuffocaverat:* So möchte er von wegen ſolches an ſeiner Braut/ ſo von jhm ſchwanger und der Geburt nahe geweſen/ (alſo daß ſie der Wehemutter Bericht nach nur 8. Wochen zur Geburt/ auch bereit Milch in Brüſten gehabt/) begangenen und bekanten Mords/ anfänglichen zur Feymſtadt geſchleifft/ und folgends drauff mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft/ und gerichtet werden. V.R.W. *M. Majo, An.* 1620. *Quâ in ſententiâ pœna exaſperata & ſupplicium Rotæ dictatum fuit propterea q. una cum matre partus vitalis interierat.*

48 Cæterum, quę de pœna parricidii ordinariâ, in maritos uxoribus impias manus inferentes conſtituta modo diximus; hęc non eò extendēda ſunt, ut mariti uxores nullatenus verberare ac caſtigare queant. Quamvis enim ut Cato dicebat, *teſte Plutarcho in ejus vitâ* uxores & filios verberantes dicantur quaſi in Deorum templa manus inferre, atque ideò pro impiis habendi; maioriq; laude putet Cato eum, qui ſe bonum maritum exhibet, quàm qui in ordine Senatorum magnus habetur.

Q. 2. an & quatenus marito licitum ſit uxorem caſtigare?

49 Attamen cum & uxores non deſint quæ maritos verberant & viris dominantur, ut inquit Cyn. *in l. 2. C. de teſtib. &* Hoſtienſ. *in ſumm. tit. de jurejur. §. quomodo cenſeatur, verſ. ſed cum metus &c.* certè ſi hoc imperium, hancq; iniuriam mariti verberib⁹ non repellerent ac referrent, vecordes & viles atque hominis nomine indigni eſſent, ut loquitur Alexand. *Conſ. 156. col. 3. verſ. quos etiam deridet Cynus. poſt. Petr. de Bellapert.* Eosque maritellos vocat Bald. *in l. Curatorem C. de interdict. matr.*

50 Ideoque maritus ex poteſtate quam habet in uxorē, eam optimo iure caſtigare poteſt. Gloſſ. *in l. ſed & ſi quemcunq; § fin. in fin. ff. ad Leg. Aquil.* ubi allegat ad hanc rem *l. ſi conſtante matrimonio 24. §. ſi maritus 5. ff. ſolut. matrim. gloſſ. in verſ ſufficere, in §. quia verò quædam mulieres. in Auth. ut lic. mat. & avi. gloſſ. & Dd. in c. quemadmodum, de jurejur. Gandi: in tract. malef. in tit. de pœn. reor.* Tiber. *Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 11. n. 14. Bald. in l. filius. C. de patr. poteſt. & in l. nec patronis C. de oper. liber.*

Quod tamen de moderata caſtigatione accipi velim, iuxta *l. 24. §. 5. ff. ſolut. matr.* ſciant namque mariti, quòd ſicut horrendum & ignominioſum eſt uxorē occidere, ita & vile, eam abſq; cauſa ſufficienti verberare, *Gloſſ. & Panorm. in c. quēadmodum de jure jur. Decian. dict. c. 11. nu. 14.*

51 Quinimò ſi in exceſſu peccent mariti, non ſolùm carcere relegatione, quandoq; etiam fuſtigatione pro arbitrio iudicis & ratione exceſſus ac ſævitiæ puniuntur.

Q. 3. quæ ſit pœna mariti ſævientis in uxorē ſuā?

Quemadmodum pœna arbitraria Carceris, vel pecuniaria ob ſævitiam marito dictata fuit,
52 *Ad Senatum Pegaviēſem, Menſ. Decemb. An.* 1565. *It verſus Halam,* **An Rathmanne/ Meiſter der Innunge/ und Gemeine/** M. *Decemb. An.* 1596

53 Sed & divortium quoad thorum & menſam probatâ ſævitiâ hoc caſu concedi poteſt, *Ioach. à Beuſt. de ſponſ & matr. part. 2. cap. 9.* Non enim ſolum præterita ſævitia, ſed etiam timor futurę ſævitiæ attendi debet, ut notant. Canon. *in cap. literas, de reſt. ſpol.*

54 Antequam verò iudex ad divortium hoc caſu perveniat, omnibus modis laborandum, an mulier remedio cautionis provideri poſſit; nec facilè ad ſeparationem properandum eſt, *Panorm. in d. c. literas Beuſt. dict. loco.* Ubi duo potiſſimum conſideranda veniunt: 1. An maritus cautionem ſufficientem præſtare poſſit. 2. An uxor cautioni de nō offendendo ſtare velit.

Q. 4. An & quando ob mariti ſævitiam divortiū ſupermittendum?

Si enim alterutrum deeſt, ita ut vel maritus cautionem præſtare nequeat, vel etiam uxor non perſuaderi ſibi patiatur ut cautioni fidat, & ad maritum revertatur, judex eam cogere nequit, ſed divortium omninò permittendum eſt.

54 *Veluti ita pronunciarunt Scabini verſus* **Grätz**: So iſt gemelder *P.S.* ſeinem Weibe gnugſame *cautiõ* daß er derſelben hinfüro mit Vernunfft und gebührender Beſcheidenheit beywohnen wolle/ und daß ſie ſich nichts thätliches von jhm zubefahren haben ſol/ zubeſtellen ſchuldig / und uffn fall ſolche *caution* gebürlichen zubeſtellen / und auffzubringen nicht vermöchte/ oder das Weib über alles vermahnen und zureden damit nicht zufrieden ſeyn wolte / würde ſie zu Bett und Tiſch von jhm billich geſchieden und abgeſondert. *Ad requiſitionem Dominorum Conſiſtorialium. Menſ. Iul. Anno* 1626.

55 It. **Nach Kelbra**: *in caſu quo marito ob ſævitiã fuit dictata fuſtigatio cum perpetua relegatione, addita clauſula*: Es wolte dann ſein Eheweib jhme ſolchen an jhr geübten Frevel verzeihen/ und auff Beſtellung gnugſamer *caution* und gerichtlicher Zuſagung/ daß er ſich gegen jhr forthin friedlich erzeigen und verhalten wolle / ferner Ehelichen beywohnen / auff den fall bliebe er dem heiligen Eheſtand zu Ehrẽ/ mit vorberührter Straffe billich verſchonet / und möchte noch einen Monatlang mit Gefängniß geſtrafft werden/ V. R. W. *Ad requiſitionem quæſtoris, Menſ. Octob. Anno* 1606.

Simili modo reſpondimus Præfecto Gymnaſii Electoral. Miſnenſ. So wird *H.R* ſolcher Begünſtigung wegen/ wofern er derſelben geſtändig / oder überführet / 12. Tage lang mit Gefängniß geſtraffet / und iſt nachmals ſeinem Eheweibe gnugſame *caution*/ daß er hinfüro derſelben mit Vernunfft/ und gebührender Beſcheidenheit beywohnen wolle / und ſie nichts thätliches von jhme zubefahren habe/ zubeſtellen ſchuldig / darneben jhme unterſagt wird/ von ſolchen Ubeln beginnen und *ſævitien* gegen ſeinem Weibe abzuſtehẽ/ damit er nicht im widrigen fall mit gebührender auch wol einer Leibes Straff beleget werde / und auffn fall er gebührlichen *caution* zubeſtellen / und auffzubringen nicht vermöchte/ oder aber das Weib über vermahnen und zureden damit nicht zufrieden ſeyn wolte würde ſie zu Bett und Tiſche von jhme abgeſondert / und were er den alſo nichts weniger dem Weibe gebührenden Unterhalt zu reichen pflichtig / in Verbleibung deſſen würde ſie in die Güter jhres nothdürfftigen Unterhalts ſich darauß zuerholen / *immittiret* und darbey billich geſchützet/ *M. Mart. An.* 1629. 56

Simili ferè modo fuit pronunciatum Prætori Lipſienſi, Menſ. Iul. An. 1606.

QVÆSTIO XIII.

De Parricidio in fratribus, ſororibus, aliisque conſanguineis & affinibus commiſſo, eiusque ſupplicio.

SVMMARIA.

1. *Parricidium quoq; in Collateralibus, conſanguineis, & affinibus committitur.*
2. *Quæ ſit pœna huius delicti, n. 3. 4. 5. 6. 7.*
8. *Pœna huius criminis in foro Saxonico.*
9. *Quænam perſonæ hac pœna teneantur, num. 11. 12.*
10. *Quanto arctiori vinculo fratres coniuncti ſunt, tanto gravius odium quandoque inter eos exoritur.*
13. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
14. *Quid iuris in occiſore fratris ex uno tantummodo latere ſibi coniuncti, n. 16.*
15. *Diverſitas inter fratres utrinq; & ex uno tantum latere coniunctos.*
17. *Frater ex uno latere coniunctus in ſucceſſione hereditatis patruum excludit.*
18. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
19. *Pœna occidentis conſanguineos in gradu remotiori.*
20. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
21. *Occidens patruum, avunculum, amitam vel materteram, quo ſupplicio puniatur?*
22. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
23. *Pœna eius, qui fratris, ſororisvè filium filiamvè necat.*
24. *Correlativorum eadem eſt natura & ratio.*
25. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
26. *Pœna interficientis affinem, n. 29.*
27. *Quinam propriè dicantur affines, n. 28.*
30. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
31. *Ad quem uſq; gradum conſanguinei & affines ſeſe necantes pœnâ teneantur parricidii, n. 32.*
33. *Explicatio Conſt. Elect. 3. §. ult. p. 4. n. 34. 35. 36.*
37. *Odioſa reſtringenda potius ſunt, quàm extendenda.*
38. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
39. *Pœna occidentis conſobrinum, conſobrinamvè.*
40. *Cõſobrinã de Iure Divino in uxorẽ ducere licet.*
41. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
42. *Pœna hæc parricidii non obtinet, niſi occiſor habuerit animum & propoſitum occidendi, n. 44.*
43. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium, n. 46.*
45. *Cauſa etiam iniuſta à dolo & pœna ordinaria aliquem excuſat.*

1 QVartus denique caſus, quo parricidium committitur, hic eſt, ſi fratres, vel reliqui conſanguinei & affines ſe invicem occidant; Hi etenim omnes parricidium committunt, & ſub Lege Pompeia de parricidiis continentur. *Ac quomodo & qua pœna plectendi ſint, Doctores non minus ac priori caſu diſcrepant.*

Exiſtimant enim nonnulli parricidium hoc æquè pœna ordinaria, Culei nimirum, vel Rotæ, deficiente copia fluminis, coerceri, *Gloſſ. in §. alia deinde lex. 6. Inſtit. de publ. jud. verb. continetur. verſ. item collaterales, & verſ. item affines. Hoſtienſ. in ſumm. de his qui fil. occider. n. 1. verſ. & in proximioribus eius. Iodoc. Damhouder. in prax. crimin. c. 87, n. 1, Dom. Card. Tuſch. tom. 6. pract. concl.* 2

concl. lit. P. concl. 90. nu. 4. Ludovic. Gilhauſ. in arbor. crim. cap. 2. tit. 14. n. 2. Iul. Clar lib. 5. ſent. § parricid. n. 4. ibi: ſed quid dicẽdum. Anton. Gomez. 3. variar. reſolut. c. 3. n. 3. verſ. item etiam iſtud delictum &c. Bonifac. de Vitalin. in tit. de parricid. n. 1. Hancq; pœnam frequentius receptam eſſe, dicit Petr. Plach. *in epit. delict. cap. 22. lib. 1. nu. 4. &* quondam Scabinos Lipſenſes hanc pœnam dictaſſe refert Dan. Moller. *ad Conſt. Elect.* 3. *part.* 4. *num.* 24.

3 *Alij* verò dicunt, prædictas perſonas ob parricidium commiſſum teneri quidem lege Pompeiâ de parricidis, ſed coërceri tantùm pœnâ Legis Corneliæ de ſicarijs. *Ioh. Harppr. in* §. *alia deinde lex, 6. nu. 23. Inſtit. de publ. judic. Petr. Gregor. 36. ſyntag. cap. 24. n. 4. Tiber. Deciã. in tract. crim. lib. 9. cap. 10. num. 7. Proſper Farinac. part. 5. oper. crim. quæſt.* 120. *num.* 11. *verſ. in cæteris vero caſibus. Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæſt. cent. 4. caſ. 356. n. 72 & ſeqq.*

Et pro confirmandâ utraque opinione allegari ſolet *l. 1. in pr. ff. ad Leg. Pompei. de parricid.* Ex qua tamen neutra probari poteſt. Qualis enim genuinus ſenſus & intellectus *d. l.* 1. ſit, & quod neque ex contextu verborum & conjunctione parentum, aliorumq; conſanguineorũ, pœna parricidij ordinaria, neque ex verbis finalibus *dict. pr.* pœna gladij evinci queat, dictum & probatum ex Gloſſ. & Hoſtienſ. *quæſt. præced. n. 7. & 8.*

Neque Ictus Modeſtinus *in l. 9. §. 1. ff. eod. tit.* poſteriori opinioni ſuffragari videtur; dum capitis pœnã in eos, qui alias perſonas præter matrem & patrem, avum & aviam necant, conſtituit. *Cùm* ex ſequentibus verbis ſatis ſuperque conſtet, per pœnam capitis ultimum ſuppliciũ intelligendum eſſe, quo verò genere ſupplicij parricidæ plectendi ipſisque vita adimenda ſit, de hoc nihil prorſus dicitur.

4 Minus verò Imper. Iuſtinianus pœnam ordinariam Culei in affines ſe invicem necantes conſtituere voluit *in §. alia deinde lex. 6. Inſt. de publ. jud.* qui textus etiam pro confirmandâ opinione priori communiter allegari ſolet. *Rectè* enim ſi hic textus inſpiciatur, pateſcit, eum ad verbum ferè deſcriptum & tranſpoſitum eſſe ex *l. un. de his qui par. vel lib. occid.* in qua non vox (*affinitatis*) ſed vocula (*affectionis*) habetur, adeoque & in *d.* §. 6. pro verbo (*affinitatis*) legendum erit verbum (*affectionis*) & ſic lectio corrigenda, uti ex Franc. Hottom. refert Harppr *d. §. 6. num. 26. VVeſemb. in d. §. 6. Inſt. de publ. judic. nu. 3. verſ. nec moveor hoc textu. & in ſupplem. ad Schneidvv. n. 3. verſ. poſt pr.*

5 Neutra quoq; opinio, ſi ad veritatis & iuſtitiæ trutinam revocetur, ſubſiſtere poteſt. Non prior, quia nimis durum, una eademque pœna afficere eum, qui patrem, & qui conſanguineum vel affinem interficit, cùm tamen longe major ſit affectio inter liberos & parẽtes, quàm inter conſanguineos, adeoq; & parricidium, ꝙ in parentes committitur atrociùs & pœna atrociori coercendum erit. Non etiam poſterior, quia gravius quis peccat occidendo fratrem & conſanguineum, quàm extraneum, quare & meritò graviori ſupplicio coercendus; cum pœ- ſemper debeat correſpondere delicto *l. 8. C. ad Leg. Iul. de vi publ. l. 3. C. de Epiſc. audient. l. 28. §. ſolent. §. graſſatores. ff. de pœn.*

Igitur quò fratres, conſanguinei & affines ſeſe invicem necantes propter nimiam propinquitatem & delicti atrocitatem aſperiori pœna afficiantur; placuit quibusdam pœnæ Legis Corneliæ de ſicariis addere majoris alicuius reatus ſignum, ut nempe delinquentes, antequã gladio feriantur, vel trahæ impoſiti ad locum ſupplicii trahantur, vel ignitis forcipibꝰ diſcerpantur, vel caput amputatum Rotæ imponantur vel cadavera facta executione in quatuor partes ſcindantur. *Matth. VVeſemb. in §. alia deinde lex 6. Inſtit. de publ. jud. nu. 3 poſt med. verſ. quamobrẽ gloſſa hic &c. & in ſupplem. ad Schneidvvin. d. §. 6. n. 3. poſt med.* Et ſic Romæ quendam, qui fratrem veneno necaverat, capite obtruncatum & poſtea in fruſta ſciſſum fuiſſe, refert Farin. *d. quæſt.* 120 *part. 5. oper crim. n. 13. verſ. & alia vice. Auth consult. Conſtit. Saxon. tom.* 1 *part. 4. quæſt. 76. nu. 3. & tom. 2. part. 4. quæſt. 46. n. 3.* 6

Quæ opinio ceu inter utramq; priorem intermedia veriſſima eſt. Etenim cum certus ſupplicij modus neque in *l. un C. de his qui par. vel liber occid.* neque in §. *alia deinde lex 6. Inſtit. de publ. judic* nec alibi in iure pro parricidio in cõſanguineos & affines perpetrato conſtitutus reperiatur, æquum ſane eſt in hoc genere delicti, quod parricidio in parentes commiſſo levius, homicidio verò ſimplici gravius & atrocius 7
eſt intermediam quandam pœnam, quoad par- „
ricidii ſupplicium mitiorem, quoad legem Cor- „
nel. verò de ſicariis duriorem, apprehendere, „
& ſic delictum intermedium intermedia pœna „
coercere.

Quod ipſum quoq; placuit D. Auguſto Electori, ita tamen, ut variatio judicij majoris reatus arbitrio iudicis non relinqueretur, ſed certa lege definiatur: Sancivit enim, ut Reus trahę illigatus & ad locum ſupplicii raptatus gladio puniatur, in *Conſtit. Elect. 3. § f part.* 4. cuius verba hæc ſunt; **Wenn aber an Brűdern / Schweſtern oder auch andern nahen Blutsfreűnden / oder nahen verwandten Schwägern / unter welchen vermöge Göttlicher Schrifft / wegen der Blutfreundſchafft oder Schwägerſchafft / keine Ehe kan vollzogen werden / ſolcher Mord fürſetzlichen geſchehen So ſoll der Thäter zu der Feymſtadt geſchleifft / und folgends mit der Schwerd vom Leben zum Tode / wegen ſolcher ſeiner Mißhandlung / gerichtet werden.** Hinc regulam ponere licet, generalem: *Quod nempe in foro Saxonico Reus parricidij in conſanguineis vel affinibus commiſſi, traha illigatus & ad locum ſupplicij raptatus, gladio puniri debeat.* 8

Notabile. 1.

Pro cuius regulæ declaratione exactiori notandum primò: In quibus perſonis hæc pœna propriè locum habeat: quod ſatis manifeſtè exprimitur in verbis: **An Brűdern / Schweſtern / oder auch andern nahen Blutsfreunden / oder nahen verwanden Schwägern** / &c.

9 *Qu. 1. Quæ perſonæ hac pœna conſtitutionis teneantur?*

Primo loco ponuntur fratres & ſorores. Quamvis enim natura fratres arctiſſimo vinculo coniunxerit, adeò, ut Ariſtot. *lib. 3. cap. 16. Rhetor.* dicat, fratrẽ cariorem habendum, quàm

10 *Fratres & ſorores.*

uxorem aut filios, eò quòd & conjunx & alii filii haberi poſſint, non item fratres mortuis parentibus; Attamen non rarò inventa ſunt fratricidia, cum & ab ipſa mundi infantia humanæ naturæ hoſtis fratricidium induxerit, cum ante nullum homicidium auditum fuiſſet. *Tib. Decian. in tract. crim lib. 9. cap. 10, n. 2.* Ita enim Cain filius Adami primi parentis interfecit Abel fratrem ſuum, *Geneſ. cap. 4.* Fratres Joſephi fecerunt tractatum de eo interficiendo, illumque poſtea in puteum dejecerunt, & demum pro ſervo vendiderũt, *Geneſ. cap. 37.* & Abſolon fratrem Amnon occidit, 2. *Sam* 13. Atque in ipſius Romæ cunabulis Romulus Remum fratrem interfecit: Ut veriſſimum ſit iſtud Lucani: *Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.* Quem citat gloſſa in § *ſancta quoque res inſt. de rer. div. l. fin, ff. de rer. diviſ. Liv. lib. 2.*

11 Et ſi in, tanta ſanguinis conjunctione odium inter fratres gliſcere ceperit, majus profectò exardeſcit, quàm inter alios quoſcunque, ideoque Ariſtot. *Polit.* 7. acerba vocat bella fratrum & inexpiabilia: cujus rei cauſam affert, quia, qui ſupra modum amant, iidem & ſupra modum odio habent: Et ſicut altiori loco cadens graviori ruinâ, ſic & diſcedens ab intimâ amicitiâ, gravius concipit odium. *Plutarch. in problemat.*

12 Meritò ergò fratricidium ſub parricidio comprehenditur, cùm ferè par ſit amoris & conjunctionis ratio, quæ ne inter fratres & ſorores violenter, & in odium inexpiabile tranſeat, ſeveriori ſupplicio, quàm pœna legis Corneliæ de ſicariis puniendum eſt hoc delictum. *Tiber. Decian. dict. cap. 10. n 6 Menoch. de arbitr. judic. quæſt. libr. 2. caſ 356. n. 92. & ſeqq. Iohan Berber. in pract. part. 1. de parricid. rubr 7. n. 1. Cyrill in ſumm. crim. part. 2. rubr. de publ. jud. §. 7. n. 1.*

13 *Quemadmodum & in fratricidio & ſororicidio Scabini ſecundum Conſtit. Elect. quotidiè pronunciare ſolent:* So möchte N. N. von wegen ſolcher an ſeinem Bruder (Schweſter) begangnen vnd bekandten Entleibung zur Feymſtatt geſchleiffet/ vnd folgends hinwiderumb mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W Weiſſenfels/ *Ad requiſitionem Præfecti, Menſ. Mart. Anno* 1587.

Schwartzenbergk/ *Ad Quæſtorem, Menſ. Septemb. Anno* 1587.

Arnßhaugk/ *Ad conſultationem* Hanſen Eberts/ *M. Mart. Anno* 1590.

Pirnam, Adrequiſitionem Rudolphi à Bünaw/ *Menſ. Ian. Anno* 1590.

Radebergk/ *Adrequiſitionem Quæſtoris, M. Iul. Anno* 1603.

14 Idque verum eſt non ſolùm in fratribus & ſororibus utrinque conjunctis, ſed & in conſanguineis & uterinis, ſive ex uno latere tantùm conjunctis, *l. 1 ff. ad Leg. Pompei. de parricid. ubi gloſſa Hoſtienſ. in ſummar. de his qui fil. occid.* §. 1. *n. 1. Bonifac. de Vitalin. in tit. de parricid. n. 1. Proſp. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 120. num. 125. Azo in ſumm. de his qui par. occid. n. 1.*

Q. II. An occiſor fratris ex uno tantummodo latere ſibi conjuncti hâc regulâ contineatur?

15 Etſi enim diverſitas quædam ſit inter fratres utrinque, & ex uno tantùm latere conjunctos, tum ob pluralitatem vinculorum de Iure Civili; tum ob imparitatem graduum de Iure Saxon. Landr. *lib. 1. art. 3. ſub fin.* Hæc tamen effectum ſolùm ſortitur in ſucceſſionibus, in quibus utrinque conjuncti uterinis vel conſanguineis præferuntur. *Auth. poſt fratres C. de legit. hæred.* Landr. *lib. 1. art. 20.* Secus verò in caſu hoc præſenti, ubi tantùm jus ſanguinis & affectio naturalis conſideratur, cujus reſpectu nulla inter eos ferè differentia eſt, & de jure etiam civili pari gradu hi invicem habentur. *Coler. deciſ. 49. n. 24. part. 1. Roland. Paſſag. in tract. de ſucc. ab inteſt. n. 17. Didac. Covarr. in tract. de ſucceſſ. n. 9.*

16 Ac ſi pœnâ *Conſtit. Elect.* plectendus ille, qui patruum, hoc eſt, patris fratrem occidit, uti extra dubium eſt, multò magis huic pœnæ ſubjiciendus is, qui ſororem vel fratrem conſanguineum ſeu uterinum necat, ut qui ratione ſanguinis eſt proximior patruo: frater enim uterinus ex uno corpore matris, conſanguineus verò ex ejuſdem patris ſanguine procreatus eſt, quod neutrum de patruo dici poteſt.

17 Vnde & in ſucceſſione de Iure Civili frater ex uno latere conjunctus patruum excludit, *Auth. poſt fratres. verſ. hi autem fratrum filii. C. de legit. hæred.* ſicut etiam in terris Elect. Saxon. ſecundum Conſt. Elect. 18. *part. 3. Matth. Coler de proceſſ. execut. part. 1. cap 3. n* 38.

18 *Et hanc pœnam in Conſtit. Elector. expreſſam Scabini dictaverunt H. M. qui fratrem ex uno tantum latere ſibi conjunctũ occiderat. Verſus* Sondershauſen/ *ad requiſitionem DD Conſiliariorũ Comitũ Schvvartzburg. Menſ. Febr. Anno* 1583.

19 Secundò: prædicta pœna locum quoque habet in reliquis conſanguineis ſe invicem occidentibus, *d. §. f. Conſt.* 3. in verb. Oder auch andern nahen Blutsfreunden/ &c. Hi namq; ſimili pœnâ afficiuntur, quâ fratres ſe necantes tenentur, ob eandem nimirum affectionem idemque jus ſanguinis, quo conſanguinei invicem ſunt conjuncti. *Hoſtienſ. in ſumm. de his qui fil. occid* §. 1. *num. 1. Anton. Gomez. de delict. cap. 3. num. 3. Proſp. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 120. n. 126. Iul. Clar. in §. parricidium, n. 4.* 20

Reliqui conſanguinei.

Ita pron. verſus Cottbus: So möchte F. H. von wegen ſolcher an ſeinem nahen Blutsfreunde begangnen vnd bekanten Mordthat zur Feymſtatt geſchleifft/ vnd folgends mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W.

Ad Conſules & Senatum, *Menſ. Iul. Anno* 1598.

21 In ſpecie autem tenetur hac pœna, qui patruum, avunculum, amitam vel materteram occidit. *l. 1. ff ad Leg Pompei. de parricid. ubi Marſil. num. 56. Decian. in Tr. crim. lib 9. cap 10. n. 1. Iacob. lib. 2. arbitr. judic. quæſt. caſ. 356. num. 98. Iodoc. Damhoud. in pract. crim cap. 87. rubr. de parricid. n. 1. Bonifac. de Vital. in tit. de parricid. n. 1.*

Patruus, Avunculus Amit materteram

Tùm, quòd hæ perſonæ in tertio & ſic proximo gradu poſt fratrem & ſororem ſunt conjunctæ. §. 3. *Inſtit. de grad. cognat. l. 10.* § 14. *verſ. patruus & ſeq. ff. eod.* adeoq; non ferè minor cognatio inter eos eſt, ac inter fratres & ſorores.

Tùm, quòd hæ perſonæ loco parentum habentur. §. *item amitam. 5. Inſt. de nupt.*

22 *Secundum ea pœna in Conſtit. Elect. denominata adjudicata fuit à Scabinis H. VV. qui fratrem patris ſive patruum interfecerat, Ad requiſitionem Quæſtoris* in Sonnewalda/ *Menſ. Septembr. Anno* 1595.

23 Simili ratione hac pœna plectendus eſt il-

Fratris ſororumq;

filius filiavè. le, qui fratris ſororisque filium filiamvè occidit. *Decian. d. cap.* 10. *Dd. in l.* 1. *ff. ad Leg. Pompei. de parricid.*

24 Ob naturam enim correlativorum eadem ratio eſt in hiſce perſonis ac in patruo, avunculo, amita, & matertera; non ſolùm enim pari gradu, tertiò nimirum, & ſic proximo gradu poſt fratrem & ſororem conjunctæ, ſed & loco filiorum filiarumvè ſunt. §. 3. *&* 5. *Inſt. de nupt. d. l.* 10. 14. *ff. de gradib. & affin.*

25 *Quare & pœnam eandem decreverunt Domini adverſus M. L. qui fratris filium necaverat, Ad conſultationem* **Dieterichs von Schleinitz/** *Menſ. Iul. Anno* 1601.

26 *Affines.* Tertiò: quoque hæc pœna ad affines extendenda eſt, ita ut & hi ſe occidentes, priusquam gladio feriantur, trahæ allegati ad locum ſupplicii raptari debeant. Id quod probatur ex verbis manifeſtis, *dict. Conſtitut. Elect.* 3. **oder nahen verwandten Schwägern.** In affines enim parricidium æquè committitur, ac in ipſos conſanguineos juxta *l.* 1. *ff. ad Leg. Pompei de parricid. ubi Marſil. n.* 7. *Azo in ſumm. de his qui par. occid. n.* 1. *Iodoc. Damhouder. in pract. crim. c.* 78 *rubr. de parricid. Decian. dict. lib* 9. *cap.* 8. *n.* 6. *Menoch. lib.* 2. *arbitr. judic. quæſtion. c.* 356. *n.* 54 *&* 56. *in addit. Petr. à Plach. in epit. delict. lib.* 1. *cap.* 22. *n.* 23. *Bonifac. de Vital. in tit. de parricid n.* 1. *Cyrill. in ſumm. crimin. part.* 2. *rubr. de publ judic.* §. 7. *n.* 1.

27 Quod tamen ſolùm accipiendum de affinibus propriè dictis; Affinitas enim tantùm contrahitur inter maritum & conſanguineos uxoris, & econtrà, adeoque conſanguinei uxoris fiunt affines marito, & conſanguinei mariti fiunt affines uxori; Hicque ſe invicem necantes ſubjacent pœnæ Conſtit. Elector. *Tùm* quòd eadem ferè ſit affectio & cognatio inter eos, quæ inter conſanguineos eſt, cùm maritus & uxor ſint una caro. *cap. porro,* 35. *quæſt.* 5. *Tùm,* quòd conſanguinei uxoris quoto gradu ſint ipſi uxori jure conſanguinitatis, eodem gradu ſint ipſi marito jure affinitatis & econtra: perſona enim addita perſonæ per carnis copulam mutat attinentiæ & non gradum. *gloſſ. in cap. non debet ext. de conſ. & affin. Schneidvvin. Inſtit. de nupt. ſub tit. de arbor. affin. n.* 8.

28 Inter conſanguineos autem mariti, & conſanguineos uxoris, nulla eſt affinitas, adeoque conſanguinei uxoris non fiunt affines conſanguineis mariti nec vice verſâ *cap. quod ſuper his ext. de nupt.* licet impropriè affines appellentur; igitur nec pœnæ Conſtit. hæ perſonæ ſe invicem necantes ſunt ſubjugandæ.

29 Huc ergò referendi ſunt affines propriè ſic dicti, non ſolùm in linea aſcendenti & deſcendenti; Vt, vitricus, noverca, ſocer, ſocrus, privignus, privigna, gener, nurus, de quibus dictum *quæſt.* 8. *n.* 28. *& quæſt.* 9. *n.* 62. ſed & linea transverſali; ut fratris & ſororis uxor & maritus, &c.

30 *Ita Scabini dictaverunt hanc pœnam G. L. qui ſororis maritum, affinem ſuum occiderat:* **So möchte er ſolcher ſeiner Mißhandlung/ vnd ſonderlich der an ſeinem Schwager Martin Wagnitzen begangnen vnnd bekandten Ermordung halber zur Heimſtatt geſchleifft/ vnd alsdann mit dem Schwerd vom Leben zum Todt geſtrafft werden V. R. W.** *Verſus* **Meiſſen/** *Ad requiſitionem Nicolai* **Hahns/** *Menſ. Iul. Anno* 1583.

31 *Q. III. Ad quem uſque gradum conſanguinei & affines ſeſe necantes pœnâ parricidii teneantur?* Sed cùm ſanguinitas pariter & affinitas ſeſe in infinitum extendat, quæritur *ad quem uſque gradum collaterales & affines huic pœnæ ſubjiciantur?* Ad quod *Dd. communiter* reſpondent, pœnam hancce ad quartum uſque gradum incluſivè extendendam eſſe, ita ut ea teneantur collaterales & affines ei, qui matrimonium invicem contrahere nequeunt, *Iul. Clar. in dict.* §. *parricidium. n* 4. *Dom. Card. Tuſch. tom.* 6. *pract. concl. lit. P. concl.* 90 *num* 4 *Proſper. Farin. part.* 5 *oper crim. quæſt.* 120. *num.* 126. *Goſſ. in l.* 1 *ff. ad Leg. Pomp de parricid verb. conſobrinam & verb. pœna.*

32 Quod quidem de Iure Civili concedi poteſt, ſed D. Auguſtus Elector Saxon. in ſupradictâ *Conſtit.* 4. *part.* 4. expreſſis verbis ſancivit, ut pœna parricidii ibidem conſtituta (videlicet quod Reus trahæ illigatus & ad locum ſupplicii raptatus gladio puniri debeat) teneantur ſolummodò conſanguinei & affines illi, qui lege Divinâ prohibente, matrimonio jungi non poſſunt: *in verb. dict. Conſtit. Elect.* **Vnter welchen vermöge Göttlicher Schrifft wegen der Blutsfreundſchafft oder Schwägerſchafft keine Ehe kan vollzogen werden/** &c. Quæ verba Matth. Berlich. *part.* 4. *concl.* 7. *n.* 28. ita interpretatur, ut per Ius Divinum jus Canonicum intelligi debeat, propterea quòd generaliter loquendo Ius Divinum etiam Canonicum vocetur.

33 Sed non video quare hoc loco à communi intellectu & ſenſu verborum recedendum ſit, præſerim cum inter Ius Divinum & Canonicum quoad permiſſionem matrimonii magna ſit diverſitas, hocque matrimonium prohibeat in gradu quarto; Iure verò Divino conſobrini in ſecundo gradu conjuncti nuptias contrahere queant. *Iacob. à Beuſt. de ſponſ. c.* 12. *Schneidvvin. ad tit. Inſtit. de nupt. ſub tit. de arb. canon. n.* 8.

34 Exiſtimo potius, hæc verba Conſt. Elect. de Iure Divino, quod in ſacris Bibliis extat, intelligi debere; ut mens fuerit procul dubio illuſtriſſimi Conſtituentis; Eos ſaltem conſanguineos & affines pœnæ parricidii ibidem expreſſæ ſubjicere, qui jure Moſaico *Levit. cap.* 18. *&* 20. matrimonium contrahere prohibentur, quæ prohibitio non ſolùm de perſonis *dict. c.* 18.
& 20. enumeratis intelligenda, ſed etiam ad o-
mnes alios conſanguineos, & affines, qui in pa- »
ri ſunt gradu cum perſonis à Moiſe ibidem ex- »
preſſis extendenda eſt, ita ut de Iure Divino ma- »
trimonium in primo gradu lineæ æqualis, & in »
ſecundo lineæ inæqualis & inter omnes aſcen- »
dentes & deſcendentes non ſubſiſtat, idque tàm »
ratione conſanguinitatis, quàm affinitatis. *Beuſt. dict. cap.* 12. *Schneidevvin. dict. tit. Inſtit. de nupt. ſub tit. in quib. grad. jus div. prohibet matrimonium, n.* 15. *& ſeqq.* Præter hoſce itaq; conſanguineos & affines, alii remotiores vix pœna in Conſtit. Elect. expreſſa tenebuntur.

35 Huncque verum ac genuinum eſſe intellectum *dict. Conſtit.* 3. patet exinde: 1. Quod eadem ferè verba habeantur in *Conſtit. Elect.* 24. *part.* 4. ibi: **Welche Perſonen vermöge Göttlicher**

licher Schrifft miteinander die Ehe nicht vollnziehen können/&c. Quibus tamen non jus Canonicum, ſed Divinum ac Moſaicum, quod in ſacro Codice habetur, denotari, praxis iſtius Conſtitutionis docet, *ut ſuo loco demonſtrabitur.* Quemadmodum & hæc ipſa verba in *Conſtit. Elect. 2. part. 4.* De jure Divino accipienda ſunt.

36 2. Neminem ferè latet, Ius Pontificum ſeu Canonicum, Divinum non eſſe, nec omnia quæ in Iure Canonico habentur Iuri Divino convenire, neque etiam Ius iſtud immediatè autoritatem habet à Deo ut codex Biblicus, qui propriè & unicè Ius Divinum appellatur, ideoq; nec verba *Conſtit.* 3. quæ manifeſtè de Iure Divino loquuntur, de Iure Pontificio accipi debent: cum proprietati verborum omninò inhærendum ſit. *l. ea lege, ff. de teſtam. l. non aliter ff. de legat.* 3. *l. nepos procul. ff. de verb. ſign.*

37 3. Quia pœna in *Conſtit.* 3. expreſſa ceu dura ac odioſa potius reſtringenda quàm extendenda eſt, *cap. ſtatutum,* 22. *ext. de elect in 6. Menoch. de præſupt. lib. 6. præſupt.* 4. *n.* 33. *Iacob. Schult. ad Modeſt. Piſtor. part.* 4 *quæſt.* 136. *n.* 17. Reſtringitur autem, ſi per Ius Divinum in *dict. Conſt.* 3. leges Moſaicæ intelligantur, quibus matrimonium etiam permittitur in gradu ſecundo lineæ æqualis; quod tamen jus Canonicum in quarto etiam gradu prohibet. *cap. non debet ext. de conſanguin. & affin. Borch. in tract. de gradib. cap. in quib. caſib. matrim. permitt. ſub fin. pag.* 107. *Cunrad Mauſer. in §. inter eas quoque. 2. in med. Inſtit. de nupt.*

38 *Neque etiam pœnam in Conſtit. Elector. expreſſam, ob parricidium à conſanguineis & affinibus in lineâ tranſverſali commiſſum ultra gradum primum æqualis, & ſecundum lineæ inæqualis à Scabinis unquam dictatam fuiſſe memini.*

39 Ex hiſce facillimè decidenda quæſtio; *quomodo puniri debeat qui conſobrinum, hoc eſt, patrui ſui filium occidit?* Quamvis enim Tiber. Decian. *in tract. crim. lib.* 9. *c.* 10. *n.* 1. *Menoch. de arbitr. judic. quæſt. libr.* 2. *caſ.* 356. *num.* 98. *in addit. Bonifac. de Vitalin. in tit. de parricid. num* 1. *Hoſtienſ. in ſumm. de his qui fil. occid.* §. 1. *num.* 1. aliique Dd. communiter arbitrentur, & ex *l.* 1. *verb. conſobrinum, conſobrinam &c. ff. ad Leg. Pompei. de parricid.* (cujus tamen longè alium ſenſum eſſe ſuprà demonſtravi) probare velint, etiam in hiſce perſonis parricidii pœnam obtinere; Attamen, quia probatum, ſupra dicta pœna conſtitutionis Elect. 3. *part.* 4. illos demum conſanguineos ſe invicem occidentes teneri, qui de Iure Divino matrimonio conjungi nequeant.

Pœna occidentis conſobrinum conſobrinamvè.

40 Inter Conſobrinos verò nuptiæ lege divina prohibitæ non ſint, velut ex Patriarchæ Iacobi ducentis avunculi filias Rachaelem & Leam, *Geneſ.* 29. *verſ.* 18. Amram accipientis uxorem Iochabed patruelem ſuam, *Exod.* 6. *verſ.* 20. filiarum Selaphehad Maalæ, Terſæ, Heglah, &c. nubentium filiis patruorum ſuorum, *Num.* 36. *verſ.* 11. Othonielis ducentis Axam patrui ſui filiam, *Ioſ.* 15. *verſ.* 17. & Salvatoris noſtri Domini Ieſu Chriſti, matris virginis Mariæ, quæ Ioſepho patrui ſui Iacobi filio deſponſata fuit, exemplis apparet, *D. Gerhard. in loco de conjug. part.* 1. *ſect.* 2. *n.* 326. *in fin. Beuſt. de ſponſal. cap.* 12. *Schneidvvin. ad tit. Inſtit. de nupt. ſub rubr. in quib. grad. jus div. prob. matrim.* ſequitur exinde, conſobrinos ſe invicem occidentes ſecundum hanc Conſtit. non puniendos eſſe. Quamvis non negem hoc caſu pœnam gladii exaſperari poſſe, præſertim in homicidio ex propoſito, quo caſu etiam ob homicidium in extraneâ perſonâ perpetratum judici ſeveriorem pœnam dictare fas eſſe dixi ſupra *quæſt.* 7. *n.* 33. ita ut cadaver delinquentis in terrorem & exemplum Rotæ imponatur.

Ità reſponſum fuit à Scabinis Quæſtori Dippoldisvvaldenſi: So möchte M. B. mit dem Schwerdt vom Leben zum Todt geſtrafft/ vnnd ſo gends nach vollſtreckter *Execution* andern zum Abſchew vnnd Exempel/ weil der Gefangene gleichwol ſolche Entleibung an einer nahen Blutsfreundin/ ſeiner Mutter Schweſter Tochter begangen/ auch auß etlichen Vmbſtänden zu vermuthen/ als wann dieſelbe vorſetzlichen möchte geſchehen ſeyn/ welches aber doch der Gefangene in ſeinem Bekäntnüß nicht geſtändig/ deſſen Cörper auff ein Rad gelegt werden/ V. R. W. *Menſ. Iunio, Anno* 1612. 41

42 Secundò: Pro declaratione Regulæ anteà poſitæ benè ponderanda ſunt quoque verba hæc Conſtit. Elect. 3, §. *ult. p.* 4. Wann ſolcher Mordt fürſetzlichen geſchehen/&c. Ex quibus apparet, Reum antequam gladio feriatur, tunc demum trahæ illigatum ad locum ſupplicii raptandum eſſe, ſi parricidium in fratribus, conſanguineis, vel affinibus ex propoſito & animo occidendi deliberato perpetratum fuerit. Vnde concludendum eſt, hanc pœnam ceſſare, ſi parricidia fratrem, conſanguineum vel affinem injuriis forſitan provocatus aliovè modo verbis aut factis ab ipſis offenſus occiderit.

Notabile 2.

Quemadmodum Scabini tali caſu pœnam gladii ſolummodò dictaverunt, ad requiſitionem der Gevettern von Krombsdorff/ *M. Sept. An.* 1613. 43
It. *Ad conſultationem Bernhardi à* Schönberg. *Menſ. April. Anno* 1620.
It *Verſus* Geſick/ *Ad requiſitionem Marci* Hillers/ *Menſ. Iulio, Anno* 1626.

44 Quod & verum eſt, ſiquidem nulla offenſio præceſſerit, in rixa tamen inter fratres, conſanguineos vel affines exortâ parricidium perpetratum fuerit: Nam & hoc caſu pœna Conſtitutionis ceſſat, & Reus ſolùm gladio puniendus eſt; quia non ex propoſito ſive animo occidendi, ſed ex improviſo irâ commotus fratrem, conſanguineum vel affinem occidiſſe præſumitur.

45 Nam & alias quoq; cauſa quælibet etiam injuſta & beſtialis delinquentem à propoſito doloſo & pœna ordinaria excuſat. *l. igitur.* 12. §. *generaliter* 3. *ff. de liberal. cauſa l.* 47. §. 7. *ff. de furt. Alexand. conſ.* 37. *n.* 5. *l.* 1. *Guid Papa conſ.* 31. *n.* 24. *Curt. Iun. conſ.* 19. *n.* 5. *lib.* 1. *Philip Dec. conſ.* 170. *n.* 2. *Nicol. Boër. deciſ.* 168. *n.* 11. *Cravett. cōſ.* 6. *n.* 89. *l.* 1.

Veluti & hoc caſu Scabini pœnam gladii dictaverunt verſus Vffhoffen/ *Ad requiſitionem Iudicis, Menſ. Majo, Anno* 1603. 46
Ad conſultationem Quæſtoris in Sommern/ *M. Mart. Anno* 1610.
Quæſtoris in Voigtsberg/ *M. Auguſt. Anno* 1611.
Ad requiſitionem Quæſtoris Ilenburgenſis, Menſ. Auguſt. Anno 1630.

QUÆSTIO XIV.

Quando & Quomodo parricidii pœna ob ingentem criminis atrocitatem exaſperari debeat?

SVMMARIA.

1. *Parricidii crimen quandoque aggravatur.*
2. *Quare & tùm pœna quoque exaſperari debet, num.9.*
3. *Omnes hodiè in arbitrio judicantis ſunt, num.4.*
5. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n.6.7.*
8. *Reſponſum Ienenſium.*
10. *Pœna parricidii ob criminis reiterationem exaſperari debet.*
11. *Quoties infanticida ob delicti reiterationem ferro candenti uſtulandus.n.12.*
13. *Aggravatio pœnæ debet correſpondere aggravationi delicti.*
14. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.n.15.16.*
17. *An cuiusvis indifferenter parricidii reiteratio uſtulatione ferri candentis puniatur? n.18.19.21.*
20. *Identitas rationis idem jus facit.*
22. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium,n.23.*

1 QVibus Caſibus parricidium committatur, quaque pœnâ iſtud coërceatur, dixi *quæſtion. præcedentibus.*

Cum autem tanta ſit hominum petulantia, ut delictis delicta cumulent, & criminum atrocitatem horribiliſſimè ea perpetrando multum augeant, quandoq; etiam quo pœnam benè meritam aut ſaltem graviorem effugiant, varias exceptiones opponendo judicem dubium reddant, eumque in ſententiam benigniorem trahant, evenit hinc ſæpiſſimè, ut pœna parricidii ob delicti enormitatem augenda & aggravanda, quandoque etiam ob cauſas probabiles mitiganda veniat.

2 Quamvis enim, ut luculenter *quæſt. præcedentibus* demonſtratum, certa pœna in parricidas conſtituta ſit, eam tamen judex ſi res & ratio iſta poſtulat, propter enormitatem delicti pro ſuo arbitrio aggravare poteſt. *Iodoc. Damhoud. in prax. crim. cap* 87.*n.*4. Cauſsâ namq; exiſtente, hodiè omnes ferè pœnæ juxta facti & perſonarum qualitates in arbitrio judicantis ſunt. 3 *l.& ſi ſeverior ubi gloſſ.& Dd.C.ex quib.cauſ.infam.irrog. l.hodiè.ubi Bartol.ff de pœn l.quid ergò §.pœna gravior.ubi gloſſ.ff. de his qui not. infam. Aug. Aret.in tract malef.verb.quas ſi non ſolverit. Felin.in c.inquiſitio.col.5.de accuſat.Iaſon.in l.omnes populi.ff.de juſt.& jur. Hippol.de Marſil.ſing.*182.*& in l.1.§.ſed & ſiquis.col.2.ff.ad Leg. Corn.de falſ.Petr.Plach.in epit.delictor.cap.33 n.5.Mynſing.obſ.30.cent.2.Menoch.de arbitr.judic. quæſtion.lib.2.quæſt.96.n.14. Iul Clar.in pract.§.ult.quæſt.85. verſ.ulterius quæro. Andr.Gail de pace publ.lib.2.cap.9.n.22.*

4 Quod verum eſt non ſolùm in pœnis extraordinariis, verùm etiam in ordinariis & à lege expreſsè conſtitutis. *gloſſ. in l. hodiè ff.de pœnis. Bartol.ibid Bald.& Salyc.et.dict.l.& ſi ſeverior.Chirlan.de relaxat.carc.tit.de ſent.& pœn.execut.quæſt.6.n.6.*

5 *Hinc Scabini M.S. qui vitricum ſuum miſerrimè trucidaverat, dictaverunt pœnam Rotæ, licet aliàs trabæ illigatus & ad locum ſupplicii raptatus ſolùm gladio puniendus fuiſſet juxta Conſtit.Elect.3.part.4. Verſus* Gruhnaw / *Ad requiſitionem Philippi* Spiegels / *Menſ.Febr. Anno* 1610.

Similiter Rota ſupplicium fuit dictatum C. S. qui patruum ſuum in ædibus ſuis, quas vi ingenti aperuerat, occidit: 6 So möchte er von wegen ſolcher an ſeines Vattern Brudern begangnen vnd bekandten Mordthat / auch verůbter ſelbthätigen groſſen Gewalt / andern dergleichen muthwilligen Geſellen / zum Beyſpiel vnd Exempel mit dem Rade vom Leben zum Tode gerichtet vnd geſtrafft werden / V. R. W. *Ad conſultationem Chriſtophori Theodorici à* Liechtenſtein / *Menſ. April. Anno* 1625.

Eadem pœna fuit adjudicata H. K. qui cognatam ſuam à ſe imprægnatam miſerrimè interfecerat, verſus Sachſengruhn / An Friederich Rehmingen / *Menſ.Febr. Anno* 1614. 7

*Pariter Ienenſes in quendam parricidam qui matrem, ſororem, & puerum trivialem occiderat, hanc pœnam dictaſſe, ut primò candenti ferro bis uſtuletur in corpore, deinde corpus in quatuor partes diſſecetur, & partes ſuſpendantur ad portas civitatis in quotuor locis diverſis, refert Virg. Pingitz. in quæſt. Saxon. quæſt.*44. 8

Idque minus dubii habet ob Conſtit. Carol. crim. in *art.* 137. *in fin.* ubi poteſtas judici datur, ob circumſtantias concurrentes pœnam homicidii & parricidii pro arbitrio aggravare, in verb: **Vnd mag man in fürgeſetztem Mord / ſo er an den hohen trefflichen Perſonen / deß Thäters eygen Herrn / zwiſchen Eheleuten oder nahend geſipten Freunden geſchicht / durch etliche Leibesſtraffe / als mit Zangenreiſſen oder Außſchleiffung / vor der endlichen Tödtung ůmb gröſſer Furcht willen die Straffe mehren.** 9

In ſpecie autem notandum, ſi quis hoc crimen parricidii ſæpius commiſerit, pœnam ita aggravandum eſſe, ut Reus dum ad ſupplicium ducitur, forcipibus candentibus prehendatur & aduratur, juxta expreſſam ſanctionem D. Auguſti Elector. in *Conſtit.* 3. *part.* 4. verſ. **Vnd wofern das Kinder ůmbbringen mehr dann einmahl von der vorbrechenden Perſon geſchehen / ſo ſollen derſelbigen ſo viel Zangenriß / als viel ſie Kinder ůmbbracht / neben obgedachter Straffe zuerkandt werden** / &c. 10

11 Vbi duplex moveri poteſt quæſtio: Primò, *quomodo verba hæc* (So viel Zangenriß / ſo viel Kinder ůmbbracht) *accipiendæ ſint, an ſcilicet Reus pro numero infantum necatorum tot vicibus, quot infantes occidit, forcipibus candenti-*

Q.I. Quoties infanticidii Reus ob reiterationem criminis *bus aduri & nihilominus pœnâ parricidii ordinaria affici debeat, ita ut infanticida trium liberorum ante executionem pœnæ ter ferro candenti in corpore uſtuletur; An verò ſenſus prædictorum verborum hic ſit, Reum nempè pro uno infanticidio, pœnâ parricidii plectendum, pro reliquis autem tot vicibus, quot infantes ultra unum occidit, uſtulandum, adeoq; Reum infanticidii trium liberorum bis ignitis forcipibus lacerandum & poſtea culeo cum quatuor beſtiis inſutum in aquis ſuffocandum eſſe?*

ferro candenti aduri debeat?

Et licet prior ſenſus ipſis verbis Conſtitutionis (**So viel Zangenriß/ als viel ſie Kinder ümbgebracht/ neben obgedachter Straffe**) convenientior videatur; poſterior tamen intellectus & verior, & æquior eſt.

12 *Tùm*, quod Conſt. Carol. Crim. *in art.* 131. unde & D. Elector hanc pœnam deſumpſit, certum numerum forcipum candentium non ponit, ſed indefinitè hoc pœnæ augmentum probat, numerumque forcipum candentium, arbitrio judicis committit, in verbis: **Mit glüenden Zangen geriſſen/ alles nach Recht der Rechtsverſtändigen** &c. Atqui judicis arbitrium in mitiorem ſententiam inclinare debet. *l.* 32. 41 *ff. de pœn. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt. ult. n.* 2.

13 *Tùm* quòd aggravatio pœnæ debet correſpondere aggravationi delicti, infanticidium autem aggravatur ſolùm ex reiteratione delicti. Ergò etiam infanticidii pœna ex reiteratione criminis aggravari adeoque infanticida tot vicibus ignitis forcipibus aduri debet, quot vicibus infanticidium reiteravit. Cùm ergò infanticida trium liberorum infanticidium perpetratum, non niſi bis reiteravit, utique etiam ante executionem pœnæ non niſi bis forticipibus candentibus aduri debebit.

14 *Veluti ſic etiam prædicta verba Conſtit. Elect. intelligunt Scabini, prout apparet ex eorundem reſponſo hiſce formalibus concepto, verſus* **Freyberg: So möchte ſie von wegen ſolcher an jhren dreyen Kindern begangenen vnd bekanten Ermordung mit zweyen glüenden Zangengrieffen geriſſen / vnnd alsdann ſampt einem Hunde/ Hahn/ Schlangen/ vnd Katzen an ſtatt eines Affen in einen Sack geſtecket/ ins Waſſer geworffen vnd ertrencket/ oder da die Gelegenheit deß Waſſers deß Orts nicht verhanden/ mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W.** *Ad conſultationem Iudicis oppidani. Menſ. Decembr. Anno* 1583.

15 *Eodem modo pronunciatum verſus* **Lauterſtein/** *ad conſultationem Chriſtophori à* **Berbißdorff/** *M. Sept. Anno* 1587.

16 *Similiter in infanticidio duorum liberorum Scabini pronunciare ſolent, ut Reus antequam inſutus culeo in aquam proiicitur, non niſi unica vice ferro candenti uſtuletur: Reſpondentes in hunc modum verſus* **Altenbergk: So möchte ſie von wegen ſolcher an jhren eigenen beyden Kindern begangenen vnd bekandten Mordthat / Erſtlichen mit einem glüenden Zangengriff geriſſen / vnd hernacher mit einer Schlangen/ Hunde/ Hahnen/ vnd Katzen an ſtatt eines Affen/ in einen Sack geſtecket/ ins Waſſer geworffen vnd ertrencket/ oder da die Gelegenheit deß Waſſers deß Orts nicht verhanden/ mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W. An Ambtsverwalter/** *Menſ. Iul. Anno* 1606.

I. Ad Iudicem & Scabinos Pegavienſes, Menſ. Ian. Anno 1590.

Dölitzſch/ *ad conſultationem Quæſtoris, Menſ. Iun. Anno* 1615.

Rottenburg/ an Chriſtoff Lauerwalden/ Fürſtl. Magdeburgiſchen Ambtſchöſſern/ *Menſ. Mart. Anno* 1624.

17 Secundò quæritur: *An Sanctio Electoralis de aduſtione ferri candentis ad reiterationem quoque parricidii in parentes, conjuges, vel collaterales commiſſi, extendenda ſit?*

Qu. 2. An cuiusvis indifferenter parricidii reiteratio uſtulatione ferri candentis puniatur?

Rationem dubitandi præbent verba Conſtit. Elect. quæ tantùm de infanticidio loquuntur (**wofern das Kinder ümbbringen** &c. Item, **als vil ſie Kinder ümbgebracht** &c.

18 19 Sed verius eſt, quòd Reus etiam ab reiterationem parricidii in parentes, conjuges, & collaterales perpetrati, ante executionem pœnæ ordinariæ ferro candenti uti debeat, toties nempè, quoties delictum fuerit reiteratum, *juxta anteà dicta, n.* 13.

20 *Tum*, ob rationis identitatem: æquè enim graviter peccat, qui parēticidium, fratricidium, aut ſororicidium ſæpius reiterat, ac is qui infanticidium duplex vel triplex committit; eadem autem ratio idemque quoq; jus facit, *l.* 32. *ff ad Leg. Aquil. l. his ſolis.* 7. *§ actionem,* 2. *ibi: ſatis enim tacitè cautum &c. C. de revoc. donat. c. inter corporalia.* 2. *verſ. unde cum non ſit, extr. de translat. Epiſc. gloſſa in l. cum certũ.* 19. *in verb. æquitatis ratio. C. ad Leg. Falcid. gloſſa in cap. fraternitatis* 17. *verſ. ubi eſt eadem ratio, &c. ext. de teſtib.*

21 *Tùm*, propter textum in Conſt. Carol. Crim. *art.* 137. *in fine*, ibi: **Vnnd mag man in ſolchem Mord/ ſo zwiſchen Eheleuten oder nahend geſippten Freunden geſchicht/ durch etliche Leibesſtraffe/ als mit Zangenreiſſen oder Außſchleiffung vor der endlichen Tödtung ümb gröſſer Furcht willen die Straffe mehren.**

22 *Hancque ſententiam in reſpondendo ſecuti fuerunt Scabini in caſu, quo quis uxorem prioris matrimonii, & poſtea in ſecundo matrimonio adjuvante uxore binos liberos cum ipſâ extra matrimonium procreatos necaverat:* **So möchte ſie wegen der an den Kindern/ ſo wohl an ſeinen deß Gefangenen erſten Weibe begangenen Ermordung mit glüenden Zangengrieffen/ Er P. N. zwey mahl/ Sie die mitgefangene A. aber einmahl geriſſen/ vnd folgendes alsbald ſampt einem Hunde/ Hahnen/ Schlangen/ auch einer Katzen an ſtatt eines Affen/ ein jegliches in einen ſonderbahren Sack geſtecket/ ins Waſſer geworffen vnd ertrencket werden/ V. R. W.** *Verſus* **Rottenbürgk/ An Chriſtoff Lauerwalden Fürſtl. Magdeburgiſchen Amptſchöſſern/** *M. Mart. Anno* 1624.

23 *Eadem pœna dictata fœminæ cuipiam A. H. quæ liberos binos & maritum necaverat,* **Nach Thalwitz/ An Richter/** *Menſ. Decemb. Anno* 1609.

⁂

QUÆSTIO XV.

An & quâ pœnâ afficiendus, qui præter intentionem & abſque propoſito occidendi parricidium committit?

SUMMARIA.

1.Pœna parricidii quandoq; mitiganda eſt.
*2.Pœna ordinaria parricidii ceſſat quoties in occidente deeſt propoſitum necandi. num.*3.4.5.7.
6.Pœna odioſa ſtrictè interpretanda.
8.Vbi pœna certa definita non eſt, arbitraria eſt animadverſio.
*9.Pœna parricidii doloſi abſq; animo tamen occidendi perpetrati.n.*10 11.
12.Dans operam rei illicitæ de omni cauſa tenetur. n.25.
13.In omnibus delictis animus & voluntas eſt attendenda.
14.Pœna mortis locum non habet, niſi dolus intervenerit.n.15.23.
*16.Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.n.*17.18.19.20.21.
22.Pœna parricidii abſq; dolo perpetrati.n.24.
26.Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.num.27.28.29.30.31.32.
33.Quomodo culpa levis in parricidio ſit coercenda n.34.
35.Pro levi culpâ pœna extraordinaria imponenda eſt.
*36.Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.n.*37.38.
*39.Qua pœna plectenda ſit mulier, quæ puerperium occultando cauſam dat morti infantis.num.*40.42.43.48.
41.Perſiſtens in tortura melior reputatur, quàm ante accuſationem.
*44.Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.num.*45.46 47.
49.Ex præſumptionibus pœna corporis afflictiva nemini eſt irroganda.
50. Ex præſumptionibus arbitrariè quis poteſt puniri.
51. Ex actu clandeſtino dolus agentis præſumitur.
52.Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.
*54.An ob parricidium doloſum in VVergeldum occiſor condemnari debeat? num.*54.55.57.58.
56.Parricidium venit etiam nomine homicidii.
59.Sententiæ veterum Scabinorum.

1 NOn ſolùm autem pœna parricidii ordinaria, Culei nimirum, vel Rotæ copiâ fluminis deficiente, exaſperari, ſed & quandoque pro ratione circumſtantiarum; mitigari poteſt & debet. Quid enim ſi parricidium non occidendi animo & propoſito, vel non perfectè fuerit perpetratum, nec conatus in actum perfectum deductus; vel ſi de corpore delicti certò non conſtet; vel parricidium etiam taliter qualificatum ſit, ut aliquâ ex parte veniam mereatur? Certè ſi judex indiſtinctè pœnam parricidii imponere vellet, à tramitibus juſtitiæ & æquitatis multum aberraret, nec conſcientiæ ſuæ ſatis conſuleret.

Ideoque ut certò conſtet quando ordinaria parricidii pœna mitiganda, quodque ſupplicium pro ratione qualitatis ipſum delictum deminuentis imponendum ſit, Caſus quosdam hac & ſequentibus tribus quæſtionibus ſubjungam.

2 Primus Caſus eſt: Quando parricidium committimus abſque animo & propoſito occidendi & parricidium perpetrandi. Quo caſu pœnam parricidii ordinariam ſibi locum non vendicare, tradunt Dd. ferè unanimiter. *Tiber. Decian. in tract. crim. lib.9 cap.15.num.1. Bald in l. fin. C. de hæred. Inſtit. & in l. un. C. de emendat. ſervor. Salycet. in l.1. ubi etiam Hippol. C. de ſicar. Carrer. in pract. crim. § homicidii. num.153. Petr. à Plach. in epitom. delictor. lib.1. cap.22. num.34. Proſper. Farin. part.5. oper. crim. quæſt.120. num.182. Bonif. de Vital. in rubr. de parricid. n.5. in fin. verſ. item in talibus deſideratur dolus &c.*

Idque haud obſcurè probatur Primò ex *l.1. ff. ad Leg. Pompei. de parricid.* ibi: *Cujusvè dolo malo id factum erit &c.* Item in §. *alia deinde lex, 6. Inſtit. de publ. judic.* ibi: *Nec non is, cuius dolo malo id factum eſt &c.* Quibus verbis animum & propoſitum perpetrandi parricidii denotari, apparet tùm ex contextu verborum. *d.* §. *6.* maximè ſi conjugatur cum *l. un. C. de his qui par. vel lib. occid.* tùm, quòd dolus in criminalibus ſæpiſſimè ſumatur pro animi deſtinatione & propoſito ad certum delictum quoquo modo perpetrandum. *Decian. in tract. crim. lib.1, cap.4. n.6. & n.9.*

Secundò: Ex Conſtit. Elect. *part.4. in pr.* ibi: **So an jhren Kindern/ Eltern/ oder andern neheſten Freunden einen freventlichen böſen Mord begangen** &c. Et poſtea: **Oder aber auch die Eheleute eines das ander bößlich thäte ermorden oder ůmbbringen** &c. Et clariùs in §. *fin.* ibi, **Wann ſolcher Mord fürſetzlichen geſchehen.** Unde conſtat, pœnam ordinariam parricidii, de quâ *dict. Conſtit. Elect.* agitur, tunc demum imponendam eſſe, ſi ex propoſito parricidium fuerit perpetratum. 4

Tertiò: Idem verè probatur per *Conſt. Carol. crim. art.* 131. *in pr.* ibi: **Welches Weib jhr Kind/ daß das Leben oder Gliedtmaß empfangen hätte/ heimlicher/ boßhaffter/ williger weiſe ertödet** &c. Et *in* §.1. *circa medium*, ibi: **Denn daß dieſelbige Mutter durch boßhafftigen vorſatz vermeinet/ mit Tödtung deß vnſchuldigen Kindleins.** 5

Quartò: Quin & aliàs pœnæ atrociores & odioſæ ſtrictè ſunt interpretandæ & non exten- 6 tendendæ, *cap. ſtatutum 22. extr. de elect. in 6. Corn conſ.*114.*col.* 2. *lib.* 1. *Iacob. Menoch. de præſumpt lib.6. præſumpt.*4.*n.*33.

Quâ ergo pœnâ afficiendi erunt, qui parricidium præter intentionem & animum occidendi committunt? Hoc ſanè expediti iuris non eſt, neque etiam Interpp. hâc de re certi quid ſtatuunt, neq; ob facti & delicti cuiusvis circumſtantias varias certa regula conſtrui poteſt, ut ſi iudicis potiùs arbitrio relinquendum hoc, quàm univerſaliter quid decidendum ſit ? Vbi enim pœnæ neque ex legibus, neque ex ſtatuto aut conſuetu-
8 dine aliquâ certò definitæ ſunt, arbitraria eſt animadverſio. *Iaſon. in l. jubere.* 4. *num.* 17. ibi: *licet aliàs ubi pœna eſt expreſsè determinata. ff. de jurisdict. om. jud. Andr. Tiraquell. de pœn. temperand. cauſ.* 31. *num.* 34. *Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſtion. lib.* 1. *quæſt.* 86. *n.* 8. *Iacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part.* 3. *quæſt.* 104. *nu.* 9. *Ludolph. Schrader in tract. de feud part.* 10. *ſect.* 10. *num.* 122. *verſ. eam ob cauſam, quia in omnibus &c.*

Ad informandum tamen iudicis arbitrium tres caſus potiſſimùm ſunt notandi, ad quos ferè omnes circumſtantiæ & qualitates parricidii absq; propoſito commiſſi, referri poſſunt, haſce ſi probè iudex obſervarit, meo iudicio à vero & æquo vix aberraſſe videbitur.

Primus caſus.

9 PRIMVS CASVS EST: Quando parricidium non quidem ex propoſito & animo deliberato occidendi committitur, ex actu tamen doloſo immediatè ſequitur; Veluti ſi quis liberos, vel coniugem doloſè, hoc eſt, modum caſtigationis excedendo tàm vehementer, talibusq; armis, quibus communiter homicidium ſolet perpetrari, percutit, verberat, aut vulnerat, ut vulneratos vel percuſſos inde mortem obire oporteat: Quo caſu pœnam Legis Corneliæ de ſicariis, hoc eſt, gladii locum habere intrepidè affirmo.

10 PRIMO: Quando enim aliquod delictum vel factum eſt tale, quod non poteſt regulari & modificari animo & voluntate delinquentis, imò eſt tale factum, quod veriſimiliter poteſt extendi ultra intentionem eius, tunc delinquens efficaciter tenetur & punitur ex delicto ſecuto, licet habuiſſet animum minus delinquendi, prout tradit Gomez. *tom.* 3. *var. reſol. cap.* 3. *num.* 18. *c. fin. de homicid. in 6to.* Iam verò vehemens percuſſio aut vulneratio quæ fit gladio, cultro, ſimilibusque armis, tale factum eſt, quod voluntate & animo delinquentis regulari & modificari nequit. Ergò & delinquens ex ſubſequuto homicidio tenebitur. Licet enim hoc caſu pœna parricidii ordinaria ceſſet ob deficientem animum occidendi, attamen pœna homicidii propter dolum intervenientem locum habebit.

11 SECVNDO: Dictum & probatum *ſupra quæſt.* 1. pœnam Legis Corneliæ de ſicariis imponendam eſſe quoque ei, qui præter animum occidendi aliquem interficit, gladio nimirum aliisvè armis, quibus communiter homicidium perpetrari ſolet, eum vulnerando, aut percutiendo, quemadmodum etiam hoc ſtatuunt *Bald. & Salycet. in l. cum mandati. circa fin. C. mandat. Ægyd. Boſſ. de homicid. n.* 71. *& ſeqq. Ang in l. quoniam multa, C. ad Leg. Iul de vi publ. Thoming. deciſ.* 38. *n.* 9. *&* 25. percutiens namque gladio animo ſolùm vulnerandi æquè in dolo eſt, ac is, qui animum occidendi habet, & quia ſcit aut ſaltem ſcire debet, vulnera præſertim gladio ſimilivè inſtrumento ad homicidium perpetrandum apto, certo & deſtinato modo dari non poſſe, in effectu dici nequit, quin talis non habeat animum occidendi. Si ergò pœnâ gladii quis puniendus ob homicidium doloſum, præter intentionem tamen & animum occidendi commiſſum, multò magis eadem pœna obtinebit hoc caſu, quo quis præter intentionem & propoſitum parricidium perpetravit, cum gladio vel ſimili telo vulnerans ſcivit, vel ſaltem ſcire debuit, vulnera ad menſuram dari non poſſe.

12 Tertiò: Certi juris eſt, quòd dans operam rei illicitæ teneatur de omni eo, quod ſequitur præter illius intentionem & voluntatem, ſi cauſa ſit ordinata ad ſubſecutum delictum, ita, ut eventus ſubſecutus facilimè cogitari potuit. *l. quoniã multa. C. ad Leg. Iul. de vi publ. ubi gloſſ. in verb. quoniam Gozadin. conſ.* 61. *n.* 3. *Capoll. conſ.* 33. *n.* 2. *Marſil. conſ.* 7. *n.* 5. *&* 8. *Salycet. in l. quod Nerva, ad fin. verſ. item fallit in l. Quoniã multa. C. depoſiti, Dec. in l. contractus n.* 47. *verſ. & hoc procedit. ff. de reg. jur. ubi & Cagnol. n.* 88. Quia ergò percutiens aut vulnerans liberos, vel conjugem, aut conſãguineos, operam dat rei illicitæ, atque doloſè agit, benè ſciens ex vulneribus gladio, ſimilivè telo inflictis immediatè ut plurimũ mortẽ ſequi, *Boſſ. de homicid. n.* 74. *circa fin.* utique non immerito de ſubſecuto delicto ac parricidio tenebitur adeoque quia ordinaria parricidii pœna hoc caſu ceſſat, pœnâ Legis Corneliæ de ſicariis, gladio nimirum Reus erit plectendus.

13 Neq; hiſce obſtat, quòd ſicut in aliis delictis, ita quoq; in parricidio & homicidio attendatur animus & voluntas delinquendi, non exitus *l. divus Adrianus ff. ad L. Cornel. de ſicar. Tiraquell. de pœn. temp. cauſ.* 51. *n.* 7. *&* 9. *Luc. de penn. l. quoties. n.* 6. *C. de exact. tribut. Farin part.* 3. *oper. crim. quæſt.* 86. *n.* 7. *Reſpondeo* enim, Animum & voluntatem, non etiam exitum attendi in eo ſolùm, qui omninò habet animum non delinquendi, talis enim non tenetur de eventu & exitu; ſed qui animum aliqualem delinquendi habet, licet non tantum, quantum poſtea ſecutum fuerit, is tenetur de omni exitu. *Bartol. in l. Divus Adrianus. ante num.* 1. *ff. ad L. Corn. de ſicar.* Cùm autem percutiens vel vulnerans liberos aut coniugem gladio animum aliqualem delinquendi habeat, atque delinquat modum caſtigationis excedendo, igitur & de omni exitu & parricidio ſubſecuto tenebitur, licet parricidii pœna ob defectum animi occidendi mitiganda ſit.

14 Præterea non obſtat, quòd pœna mortis locum non habeat, niſi dolus intervenerit *l. in Lege Corneliâ. ubi gloſſ. Bartol. & Hippol. de Marſil ff. ad L. Corn. de ſicar. Iul Clar in pract. § fin. quæſt.* 84. *in pr. Alciat. in l. magna. n.* 3. *ff. de verb. ſignif. Paul. de Caſtro in l. n.* 9. *verſ. quoniam in corporal. pœn. ff. de legib. Nego* enim in dolo non verſari eum, qui

liberos, coniugem, aliasvè perſonas, in quibus parricidium committitur, gladio vulnerat, aut ſupra modum percutit, doloſè ſiquidem agit modum caſtigationis excedendo, doloſè quoq; agit percutiendo gladio, ligno ingenti, aliovè inſtrumento, quo communiter ictus & vulnera infliguntur lethalia, ex quibus mors neceſſariò ſequitur: Adeoq; parricidium hoc maximè doloſum eſt, licet enim in percutiente doloſꝰ non ſit directus in ipſummet parricidium, quo fit, quod parricidii pœna ordinaria hoc caſu ceſſat, attamen ille actus doloſus, percuſſio nimirum ſupra modum, quæ fit gladio, vel ſimili inſtrumento ex propria vi ac natura maximè tendit in periculum mortis & ſic in homicidium, unde & pœna homicidii obtinet.

16 *Secundum hanc ſententiam pronunciarunt ſæpiſſimè Scabini. Veluti etiam ita reſponderunt verſus* Freyburg: Hat B. K. geſtanden / daß er ſein Weib beym Armen genommen / niedergeriſſen / vnd etlich mahl mit Füſſen geſtoſſen / auch mit einem Hirtenſtecken vnd einen Sprügel / ſo er von des Kindes Wiege genommen / vnnd eines Fingers dicke geweſen / dermaſſen geſchlagen / daß der Stecken in zwey ſtücken zerbrochen / vnd iſt die dritte Woche darnach darvon verſtorben etc. Da jhr euch nun erkundiget hättet / oder nachmahls erkundigen würdet / daß das Weib von ſolchen ſchlägen vnd Stöſſen gewiß / vnd nicht von andern Zufällen verſtorben / vnd der Gefangene auff ſeinem gethanen Bekändtnüß für Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde / So möchte Er derowegen mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet vnd geſtraft werden V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris, Menſ. Aug. Anno* 1594.

17 *Pœna quoq; gladij dictata fuit H. T. qui uxori ſuæ in capillos involando, eam proiiciendo in terram, pedibus calcando, & flagello percutiendo cauſam mortis præbuerat, Ad conſultationem VVolffgangi* Löſers / *M. Febr. Anno* 1600.

18 *In caſu ſimili, quo maritus uxorem fuſtibus & flagellis verberando occidit, dictata fuit pœna gladii, Ad conſultationem Senatus Coldicenſis, Menſe Novembr. Anno* 1559.

19 *Pariter reſponderunt Scabini in caſu, quo quis uxorem ſuam, graviter eam percutiendo, & pedibus calcando, interfecerat: Verſus* Lauchſtädt / an Amptſchöſſer / *M. April. An.* 1588.

20 *Et in caſu ferè ſimili verſus* Freyburgk: *Ad conſultationem Quæſtoris, Menſ. Ianuar. Anno* 1620.

21 *Idemq; fuit obſervatum in liberis non quidem ex propoſito parentes ſuos necantibus, doloſè tamen cauſam mortis præbentibus. Sicuti reſponſum verſus* Rochlitz: Ob wol J. B. in ſcharffer Frage erhalten / daß er ſeiner Mutter den Kopff nicht eingeſchlagen / dieweil er aber deñoch geſtanden / daß er ſie von deß Richters Stalle / allda ſie kranck gelegen / nebenſt deß Richters Sohne die Stiegen herunter biß auffn Viehweg ſchleppen helffen / vnd daß ſie damahls noch geathmet vnd gelebet / nach dem ſie aber alsbald darauff verſtorben / hat er ſie auff Chriſtoff Rudels Güter geſchleiffet / damit Rubel vmb 1. Nß auffhebe Geld gebracht würde / vnd ſie begraben laſſē müſſe etc. Da er nun auff ſeinem gethanen Bekändtnüß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde / ſo möchte er derowegen mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet vnd geſtrafft werden V. R. W.

Ad Præfectum, Menſ. Majo, Anno 1585.

22 *Secundꝰ caſus.*

SECVNDVS CASVS EST: Quando parricidium neque ex propoſito committitur, neq; etiam ex actu quopiam doloſo immediate provenit, ex deviatione tamen incircumſpecta, imprudentia, & ſtultitia, actuque illicito cauſa parricidio præbetur. Veluti ſi quis agendo illicitè alioque fine ex imprudentia & imperitia mortem cauſetur; qualis eſt puerpera occultans puerperium & auxilio omni deſtituta partum negligendo, ipſique non debito modo ſub veniendo cauſam infanticidii præbens, quæ propriè dicitur verſari in culpa lata vel latiori. Quo caſu ne quidem pœna gladii obtinet, ſed taliter delinquens fuſtigatione, vel ad minimum perpetua relegatione puniri debet.

23 *Tùm*, quod pro homicidio pœna mortis non imponenda ſit, niſi Reus in dolo fuerit verſatus; lata culpa autem quoad pœnam mortis dolo nō æquiparatur. *l. in lege Cornelia, ubi gloſſ. & Hyppol. de Marſil. ff. ad L. Cornel. de ſicar. Tiraquell. de pœn. temper. cauſ.* 14. *num.* 5. *Anton. Gomez. tom.* 3. *var. reſol. cap.* 3. 15. *Iul. Clar. in pract. § fin. quæſt.* 84. *in princip. Cephal. conſ.* 76. *n.* 71. *lib.* 1. *Salycet. in l.* 1. *n.* 6. *C. de ſicar. Iac. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib.* 2. *cauſ.* 324. *n.* 11. *Alciat. in l. magna. num.* 3. *ff. de verb. ſignif.*

24 *Tùm*, quòd fuſtigatione vel relegatione pro iudicis arbitrio puniendus ille, qui præter intentionem exponendo ſobolem, vel medicinam minus convenientem & ſalutarem ex imperitia præbendo, mortem cauſatur. *Conſtit. Carol. crim. art.* 132. *in fin.* ibi: So ſoll man die Mutter nach Gelegenheit deß gefährlichen Hinlegens an Leib oder Leben ſtraffen. Et *art.* 134. in verb. vnd damit einem zum Tode Vrſach gegeben / der ſoll nach Geſtalt vnd Gelgenheit der Sachen / vnd nach Rath der Verſtändigen geſtrafft werden &c. Cur igitur non pari pœna plectendus eſſet, qui illicitum quid agendo, vel ex imperitia, vel per accidens parricidium cauſatur.

25 Neque hiſce adverſatur, quòd, *uti modo dictum nu.* 12. operam dans rei illicitæ, teneatur de omni eo, quod præter eius intentionem ex actu iſto ſequitur, iuxta *l. quoniam multa. C. ad Leg. Iul. de vi publ. Gozad. conſ.* 61. *n.* 3. *Capoll. conſ.* 33. *n.* 2. *Marſil. conſ.* 7. *num.* 5. *&* 8. adeoque & de homicidio vel parricidio exinde ſecuto. *Quia* iſtud tantùm verum eſt, quantùm ad ſubiectum circa quod verſatur ipſa malitia illicitè operantis, & quantum ad ea, quæ illi obiecto per ſe & immediatè iunguntur, aut neceſſariò ſequuntur, non autem quoad illa, quæ per accidens oriuntur à re illa mala cui opera datur; quia illa quæ per accidens eveniunt ex opere aliquo, tanquam effectus remoti non imputantur agenti. *Covarr. de Clem. V. de homicid. ſecund. part. relect. in §.* 1. *ſub. n.* 2. Ita etiam in caſu quo puerpera puerperium occultando & partum negligendo, cauſam dat parricidio, mors infantis non immediatè ex occultatione & negligentia provenit. ſed potiùs ex aliis ſupervenientibus ſymptomatibus nimia effuſione ſanguinis, frigore &c. quæ puerpera adiuta aliorum auxilio avertere potuiſſet; Ipſa itaque non tam principaliter de morte infantis, quàm de ſua negligentia & culpa enormi, mortem tamen cauſante tenetur.

Ideoque

26 *Ideoque fuſtigationem cum perpetuâ relegatione dictare ſolent Scabini cõmuniter in caſu, quo fœminæ puerperium occultantes vel cingulum umbilicâ infantis ex imperitiâ abrumpunt, vel juſto modo non reſecant, vel aliter partui nõ ſubveniunt, & per id cauſam præbent, ut infans ex nimiâ ſanguinis effuſione moriatur. Prout reſponderunt verſus* Wendelſtein: ob wol E F. in ſcharffer Frage erhalten/ daß ſie ihr Kind vorſetzlichē nicht vmbgebracht/ dieweil ſie aber dennoch bekandt/ daß ſie bey der Geburt/ die Nabelſchnure dem Kinde zu kurtz abgeriſſen/ alſo daß es geplatzet/ vnd ſich hernach das Kindlein verblutet/ daß es geſtorben/ etc. So wird die Gefangene/ wenn ſie jhre Sechswochen gehalten/ derowegen daß ſie das Kind heimlicher weiſe zur Welt gebohren/ vnd daſſelbe verwahrloſet/ mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billich verwieſen V. R. W. *Ad Quæſtorem, Menſ. Majo, Anno* 1601.

27 *Eodem modo pronunciatum in caſu ſimili, ad conſultationem Prætoris Lipſienſis, M. Mart. Anno* 1606.

28 *It. ad eundem:* Ob wohl V. H. in ſcharffer Frage erhalten/ daß ſie jhr Kind fürſetzlichen nicht ermordet/ dieweil ſie aber dennoch darneben bekant/ daß ſie zur Geburthzeit gar allein geweſen/ ein Meſſer genommen/ vnnd dem Kinde die Nabelſchnur damit abgelöſet/ ſie hätte nicht gewuſt/ daß ſie es verbinden müſſen/ habe es auch zu dem Ende nicht ligē laſſen/ daß es ſich verbluten ſolte/ etc. Als wird ſie wegen ſolcher an jhrem eigenen Kinde beſchehener Verwahrloſung öffentlich billich zur Staupen geſchlagen/ vnd deß Landes ewig verwieſen/ V. R. W. *M. Mart. Anno* 1627.

29 *Eandem pœnam dictarunt in caſu ſimillimo cuidam fœminæ E. F. ad requiſitionem Ioh. Ioachimi à* Coſſpot/ *M. Octob. Anno* 1606.

30 *Relegationem verò perpetuam abſque fuſtigatione dictarunt hoc caſu Scabini D. N. ad conſultationem Quæſtoris Dippoldiſvvaldenſis, Menſe Febr. Anno* 1625.

31 *Ob latam quoque culpam fuſtigatio cum perpetua relegatione fuit indicta M. N. fœminæ cuipiam, quæ infantem ſuum ſtramini impoſuerat, quo die ſequenti impregnatori eum afferre poſſet, infans autem alimentis deſtitutus vires amiſerat, & repertus brevi poſt baptiſmum animam exhalaverat,* Nach Dreſden/ an Richter vnd Schöppen/ *M. Auguſt. Anno* 1582.

32 *Simili modo pœna fuſtigationis ac perpetuæ Relegationis fuit adjudicata P. N. qui ſobolem extra conjugium procreatam occultando, & in horreum ponendo cauſam mortis præbuerat, verſus* Stolpen/ an Schöſſer/ *M. Iul. Anno* 1610.

33 TERTIVS CASVS EST: Quando quis neque in dolo, neque in culpâ latâ verſatur, incircumſpectè tamen agendo, & faciendo, aut omittendo id, quod diligens & perſpectus homo quisvis nec facere nec omittere ſolet, aliquomodo cauſam parricidio præbet; veluti ſi infans in lecto ex incuriâ & negligentiâ parentum ſuffocetur; vel ſi parentes modum caſtigationis aliquo modo excedant, aut aliud quid agendo, quod in culpam levem incidit, parricidium cauſentur. Quo caſu pœnam ſolùm arbitrariam relegationis, vel Carceris, vel etiam mulctam pecuniariam obtinere, exiſtimo.

Ter. Caſ.

34 *Tùm,* ob textum in *c. f. ext. de his qui fil. occid.* ubi dicitur, parentes non effugere omnem pœnam, ſi infans mortuus in ipſorum lecto reperiatur, licet non ipſis fuerit occiſus. Vnde gloſſ. aliique Dd. ſtatuunt, hoc caſu pœnam ſolùm arbitrariam, veluti carceris, aut relegationis imponendam eſſe. *Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quæſtion. caſ.* 356. *num.* 61. *Proſp. Farin. part.* 5. *oper. crim. quæſt.* 120. *n.* 178. *Hoſtienſ. in ſumm. de his qui fil. occid. §. quando & qualis n.* 3. *Tiber. Decian. in tract. crim. lib.* 9. *cap.* 8. *n.* 20. *Petr. Plach. in epit. delict. lib.* 1. *cap.* 22. *n.* 29. *Anton. Gomez. var. reſolut. tom.* 3. *cap.* 3. *n.* 19. *Bonif. de Vitalin. in tit. de parricid. n.* 5.

Tùm, quòd pro culpâ levi mitior & extraordinaria pœna imponenda ſit. *gloſſ. in l. reſpiciendum. §. delinquunt, in verb. aut caſu. in pr. verſ. aliquando culpâ levi ff. de pæn. & ibi Bartol. n.* 3. *& ſeq. Alber. in l. is qui cum telo, n.* 4. *verſ. ſi culpa, C. ad Leg. Corn. de ſicar. Proſp. Farinac. part.* 5. *oper. crim. quæſt.* 125. *n.* 11. Et quòd culpa levis nullo modo debeat puniri criminaliter, tradit Iul. Clar. *pract. §. homicidium. n.* 3. *verſ. culpa dicitur, circa med.* 35

Et ita pron. in caſu, quo parens ebrius infantem unius anni in lecto ſuo ſuffocaverat; verſus Weiſſenſee: Hat H. B. ſein Kind nur eines Jahrs alt in trunckener weiſe zu ſich ins Bette genommen/ dahero erfolget/ daß er es im Schlaff ertrucket vnnd erſticket/ daran auch die Magd/ ſo deß Kindes halben gemietet/ etlicher maſſen ſchuld gehabt/ daß ſie jhme als einem trunckenem Manne das Kind folgen laſſen/ etc. So werden ſie beyde wegen ſolcher Verwahrloſung 8. Tage lang mit leidlichen Gefängnüß billich in Straff genommen V. R. W. *Ad requiſitionem Senatus Menſ. Mart. Anno* 1603. 36

Pœna quoq; temporalis relegationis fuit dictata matri, quæ infantem lavando aquâ nimis calidâ cauſam mortis præbuerat, accedente patris caſtigatione immoderatâ: Verſus Kempnitz: Hat M. N. bekandt/ daß ſie das Kind in das warme Waſſer geſetzt/ vnd ein Topff voll heiß Waſſer auß dem Ofentopff genommen/ vnd daſſelbe dem Kinde zwiſchen die Beine gegoſſen/ vnd ſolches zu dem ende gethan/ daß ſie jhm die Vnreinigkeit abbringen vnnd abgewehnen möchte/ etc. So wird die verhaffte M. N. derowegen/ daß ſie jhr Stieff Kind übel gehalten/ vnd mit heiſſem Waſſer verbrand/ auff 5. Jahr deß Landes billich verwieſen/ darauß jhr Ehemann/ weil er dem Weibe nicht vnterſagt/ wie ſie ſich gegen dem Kinde bezeugen ſollen/ vnd gleichſam geſchehen laſſē/ daß das Kind alſo verderbet worden/ daß es endlichē darüber deß Todes ſeyn müſſen/ er auch ſelbſten es wieder den Ofen geworffen/ mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig/ V. R. W. An Richter vnd Schöppen/ *Menſ. Febr. Anno* 1624. 37

Perpetua autem relegatio fuit indicta cuidam marito, qui ex iracundia uxorem retrò pede calcando occiderat, Verſus Ilenburgum, Menſ. Sept. Anno 1620. 38

Quæritur hîc, *quâ pœna afficienda ſit mulier, quæ infantem ſe non interfeciſſe in tortura obtinuit, confeſſa tamen, ſe graviditatem & partum celantem, ſolamq; remotis aliis mulieribus in puerperio laborantem, vel fœtum mortuum peperiſſe?* De quo Dominos Scabinos ſæpius dubitaſſe memini. 39

Q. I. Quomodo punienda mulier, quæ occultãdo gravitatẽ & puerperium, cauſam infanticidij præbet?

Ex Conſtitutione enim Crim. Caroli V. Imper. *art.* 131. *§. fin.* apparet mulierem, quæ infantem mortuum ſe peperiſſe dicit, hoc ſufficienter probare debere, aut ſi probare id nequeat, in aſſertione tamen ſuâ perſeveret, torturæ ſubjiciendam & ad confeſſionem veritatis cogendam, atque ſi crimen fatetur, pœnâ infanticidii 40

ordinaria plectendam eſſe. Vnde ſequitur, ſi
in tortura innocentiam obtinuerit, eam nulla
prorſus pœna ratione infanticidii affici debere;
quia per torturam indicia ſunt purgata contra
41 tortam, & perſiſtens in tortura melior reputatur quàm ante accuſationem. *Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 64. verſ. illata vero tortura. Covarr. pract. quæſtion. cap. 23. n. 5. verſ. nam & verberibus torti. Cæpoll. conſil. crim. 32. n. 18. verſ. ſed tamen Proſp. Farin. part. 2. oper. crim. quæſt. 40. n. 1. & 2. Carrer. in pract. in 2. tract. de indit. & tortur. § viſo igitur. de indiciis n. 20. Cephal. conſ. 621. n. 1. lib. 5. Bertaz. conſ. 150. n. 12. vol. 1. & conſ. 427. n. 1. vol. 2. conſ. 528. n. 1. fol. 2. Magon. deciſ. 89. n. 12.*

42 Econtra tamen dici poteſt, mulierem in tortura ſolùm hoc obtinuiſſe, quòd infanti impias manus non intulerit, neque eum occiderit: quod licèt verum ſit, exinde tamen à muliere torta non omnis dolus neque culpa removetur, quoad cauſam morti præbitam. Dum enim fatetur, ſe graviditatem & partum occultaſſe, ſolámque remotis aliis mulieribus in puerperio laboraſſe, (unde forſitan factum, ut infans in ipſó puerperio mortuus fuerit, qui ope & auxilio aliarum mulierum vivus cõſervari ac educari potuiſſet) certè culpam non negat, ob quam, licet manibus infantem non occidit, æquè punienda erit, præſertim cum hoc caſu infans culpa matris mortuus præſumatur. *Jacob. Menoch. lib. 3. arbit. jud. quæſtion. cent. 4. caſu 357. n. f. Proſp. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 122. n. 156.* Ideoque & tum mulierem fuſtigatione ſeu relegatione afficiendam eſſe, arbitratur Anton. Teſſaur. *deciſ. 13. n. 4. verſ. quartò limita.*

Deciſio quæſt.

43 *Quid igitur hoc caſu dicendum?* Exiſtimò, diſtinguendum eſſe; An certò conſtet de culpa mulieris, qua infans periit; an verò de hac certo non conſtet. *Priori caſu*, quando conſtat de culpa, ut ſi ipſamet mulier culpam fateatur, quod nempè in puerperio ex imperitia aut negligentia quid agendo, & partui debito modo nõ ſubveniendo, cauſam mortis præbuit, vel hoc ipſũ ex inſpectione cadaveris appareat, quod certè obſtetrices facilimè animadvertere poſſũt: hoc caſu non dubito, quin mulier eiuſmodi ultra torturam adhuc fuſtigatione vel ad minimum perpetua relegatione affici poſſit.

Tùm, ob culpam mulieris intervenientem; quod occultando gravitatem & partum, ſeque aliarum mulierum auxilio in puerperio ſubtrahendo, & imperitè ac negligenter agendo cauſam mortis dedit, ut dictum *ſuprà caſu 2.*

Tùm, quod iuxta Conſtit. Carol. Crim. *art. 132. in fin.* pœna corporis afflictiva puniri poteſt ille, qui ſobolem exponendo præter intentionem mortem cauſatur.

44 *Secundum hanc ſententiam dictarunt Sabini fuſtigationem cum perpetuâ relegatione mulieribus, quarum negligentiâ & culpâ infantes periiſſe, vel ex earum confeſſione, vel aliundè conſtitit: veluti apparet ex eorundem reſponſis verſus* Schweinitz: Dieweil auß den überſandten *inquiſition Acten* zubefinden / daß die Gefangene M. G. jhre Schwängerung heimlich gehalten / vnd als ſie eines Kindes geneſen / daſſelbe in einen alten Kaſten geleget und verborgen / folgends aber auff jhrer Frauen und anderer Weiber anhalten ſolches wieder herauß genommen / vnd jhnen zugeſtalt / welches nach empfangener Tauff ungefehr eine Stunde gelebt / vnd dann geſtorben / vnd daß berührts Kind auch umb den Halß / ſo wohl an ſeiner Stirn / Naſen und Backen / braun und blaw geweſen / darauß abzunehmen / daß ſie daſſelbe in der Geburth verwahrloſet / So wird ſie derowegen nach gehaltenen Sechswochen mit Staupenſchlägen deß Landes ewiglich verwieſen / V. R. W.

Ad requiſitionem Quæſtoris, M. Aug. An. 1604.

It. *Et in caſu ſimili, ad requiſitionem Quæſtoris Chemnicenſis. M. Mart. Anno* 1623.

45 It. Dieweil C. H. Tochter in der ſcharffen Frage erhalten daß ſie jhr Kind vorſetzlichen nicht ermordet und umbgebracht / etc. So mag ſie auch mit der Todesſtraff nicht beleget werden / Sie wird aber gleichwol deßwegen / daß ſie die Geburth verborgen gehalten / und niemand darzu fordern laſſen / auch hernach das Kind heimlich ins Holtz getragen / mit Staupen-Schlägen deß Landes ewig verwieſen / V. R. W. *de culpâ namque exinde conſtitit, quod infans non ſolum juxta propriam matris cõfeſſionem ab initio vixerat, ſed & habitâ inſpectione cadaveris circa os infantis ſignum quoddam violentiæ adhibitæ apparuerat.* An Schöſſer zu Pirna / *Menſ. Iul. Anno* 1588.

46 *Et in caſu ſimili:* Dieweil D. T. in ſcharffer Frage erhalten / daß ſie jhr Kind nicht ümbgebracht / noch jhme einig Leid zugefüget / etc. So verbleibet ſie mit der ordentlichen Todes-Straffe verſchonet / Sie wird aber gleichwol von deßwegen / daß ſie die Schwängerung / ſo wol die Geburt deß Kindes verneinet / mit Staupen-Schlägen und ewiger Landes-Verweiſung billich in Straff genommen V. R. W. *Etſi enim culpa matris in hâc ſententiâ verbis non exprimatur; de ea tamen certò conſtitiſſe ex antea dictis nullus dubito.* An Schöſſer zu Leipzig / *Menſ. Septemb. Anno* 1591.

47 *Perpetua autẽ relegatio fuit indicta M. B. verſus* Meiſſen: Ob wohl M. B. in zimlicher ſcharffer Frage erhalten / daß ſie jhr Kind nicht ermordet / dieweil ſie aber dennoch bey wehrender *Tortur* außgeſagt / ſie wüſte nicht / ob ſie jhr Kind lebendig zur Welt gebracht / ſondern todt habe ſie es geſehen / vnd wie ſie ſich beſonnen / habe ſie das todte Kind in die Schürtz gewickelt / und ins Bette geleget / daraus abzunehmen / daß ſie ſo gar richtig mit dem Kinde nicht ümbgangen ſeyn müſſe / inſonderheit weil ſie beydes die Schwängerung und Geburt heimlich gehalten / vnd man an dem Kinde befunden / daß jhm das Blätlein auffm Häupt eingedruckt geweſen / etc. So wird die Gefangene über die außgeſtandene *Tortur* geſtalten Sachen nach / andern dergleichen Vetteln zu Abſchew und Beyſpiel mit Landes-Verweiſung in Straff genommen V. R. W. An Schöſſer / *M. Sept. Anno* 1623.

Poſteriori verò caſu, quando de culpa mulieris neque ex ejuſdem confeſſione, neque ex inſpectione cadaveris, aut aliis ſignis infallibilibus conſtat, tùm judicem ad fuſtigationem ſeu relegationem perpetuam tutò pervenire non poſſe dixerim, ut maximè graviditatem, nec non ipſum puerperium mulier celaverit.

48 Etſi enim hoc caſu, quo mulier ſola remotis aliis mulieribus in puerperio laboravit, infans culpa matris mortuus præſumatur, iuxta ea quæ tradit Teſſaur. *deciſ. 13. n. 4. & Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quæſt. caſ. 357. in fin.* ex ſola tamen hac præſumptione pœna corporis afflictiva imponẽda non eſt. *Paul. de Caſtr. in l. fin. n. 4. & ſeqq. C. de probat. Aret. in c. tertio loco, ſub n. 16. de probat. Felin. in c. afferte. n. 6. de præſumpt. Gandin. in tit. de præſumpt. & indic. indub. n. 2. Boſſ. in tit. de cõvict. n. 84. & ſeqq. Alciat. de præsũpt, reg. 2. præsũpt. 9. n. 4.*

Ideoque puto hoc caſu pœnam temporalis religionis ſufficere, eamq; iudicem mulieri quæ graviditatem occultans in puerperio ſola laboravit, tutò indicere poſſe.

50 *Tùm*, quòd poena arbitraria, pecuniaria vel relegationis ex præſumptionibus dictari queat. *Gandin. dict. tit. de præſumpt. n. 2. Proſper. Farin. part. 3. oper. crim. quæſt. 86. n. 82. Capoll. conſ. crim. 32. n. 16. Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 63. verſ. tu ſcis, &c.*

51 *Tùm*, quòd occultatio imprægnationis & partus per ſeſe pœnam arbitrariam mereatur: ex actu enim clandeſtino dolus & malus animus agentis præſumitur. *l. non exiſtimo. ff. de rit. nupt. l. palam. ff. eod. tit. Alex. conſ. 103. col 4. verſ. non obſtat vol. 1. Bald conſ. 427. in 5. vol.*

52 *Quemadmodum etiam hoc caſu pronunciarunt Scabini verſus Dreſdam*: Ob wol die Gefangene D.E. in zimlicher ſcharffer Frage erhalten/ daß ſie jhrem Kinde kein Leid gethan / dieweil ſie aber dennoch ſich ſchwängern laſſen/ vnd beydes die Schwängerung vnd Geburtszeit heimlich gehalten / etc. So wird die Gefangene über die allbereit außgeſtandene *Tortur* noch auff 3 oder 4 Jahr deß Landes verwieſen/ V. R. W. An Richter vnd Schöppen. *Menſ. Decembr. Anno* 1625.

Pariter fuit pronunciatum in caſu ſimili, an Schöſſer zu Leipzig/ *M. Mart. Anno* 1596.

It. *Ad conſultationem* Wolfgangi *Adami à* Geßnitz/ *Menſ. Mart. Anno.* 1610.

Iudicis & Scabinorum in Reichenbach/ *Menſ. Febr. Anno* 1630.

It. An die Gerichte zu Leipzig/ *Menſ. Iul. An.* 1630.

Q. 2. An in parricidio culpoſo occiſor, ad VVergeldi ſolutionem condemnari debeat?

Cæterùm, quia de Jure Saxonico conſtitutum eſt, ut is qui ob culpam aliumvè exceſſum in homicidio commiſſum, ſolâ relegatione carcerevè punitur, Wergeldum quoq; interempti agnatis ſolvere teneatur; Landr: *lib. 2. art. 38. Conſtit. Elect. 11. part. 4. ubi Daniel Moller. num. 1 Zobel.* 53 *part. 4. different. 28. Reinhard. part. 5. differ. 15 Coler. de proceſſib execut. part. 1. cap. 9. n. 52.* non immeritò quæritur: *An idem obtineat quoque in parricidio ex culpâ commiſſo?*

54 Equidem ſi in linea aſcendente vel deſcendente à patre aut liberis culpoſum parricidium fuerit perpetratum, diſpoſitionem hanc Iuris Saxonici ceſſare, nemò facilè negabit; eò, quod Wergeldus interfecti conjunctis proximioribus & ſic ipſimet delinquenti, quo ſanè in lineâ aſcendente vel deſcendente nullus exiſtit proximior, debeatur, nemo autem ſui ipſius debitor eſſe poteſt. *l. nemo. 87. ff. de verbo obligat. §. item nemo 21. ubi Dd. Inſtit. de Inutil. ſtipulat.*

Sed, *quid ſi ex culpâ à fratre conſanguineo vel affine parricidium fuerit commiſſum?* 55 Quamvis Conſtit. Elect. 11. *part.* 4. ubi de ſolutione Wergeldi agitur, tantum de homicidio loqui videatur, in verb. In Fällen den Todſchlag belangende. Idem tamen de parricidio culpoſo dicendũ, & hoc quoque caſu à conſanguineo vel affine Wergeldum ſolvendum eſſe exiſtimaverim.

Tùm, quòd parricidium quoque veniat nomine homicidii in genere, & ex lege Corneliâ de ſicariis coërceatur, *l. 1 ubi Hippol. de Marſil. & Dd. comm. ff. ad Leg. Pomp. de parricid* 56

Tùm, quia Jus Saxonicum de ſolutione VVergeldi diſponens loquitur in genere, Landrecht / *lib 2. artic.* 38. ibi: Ob ein Mann ſcheuſt oder wirfft einen Mann, & poſtea: Ob der Mann wohl ſtirbet/ &c. quia autem generaliter quid affirmat & conſtituit, is nihil prorſus excludit. *Iaſon. in Auth. preterea, n. 15. verſ. & iſto caſu. C. unde vir & uxor. Panorm. in cap. quoniam fin. n. 15. extr. de præſcript. Tiber. Decian. Conſ. 57. n. 12. lib. 1.* 57

Tùm, quia VVergeldus in ſolatium agnatorum occiſi ſolvitur: quæ ratio æquè obtinet in parricidio, ac in homicidio quovis ubi autem eadem ratio ibi quoque idem jus eſt. *l. illud. 32. ff. ad Leg. Aquil. his ſolis. 7. §. actionem 2. ibi: ſatis etiam tacitè cautum &c. C. de revocand. donat. Andr. Tiraq. in reg. ceſſante cauſa part. 1 num. 156. Modeſt. Piſtor. conſ. 16. n. 13. lib. 1. Panorm. in c. quoniam frequenter. 5. in 1. reſp. nu. 6. extr. ut lit. non conteſt.* 58

Et ſic etiam veteres Scabinos pronunciâſſe reperio: 59
Wo der Stieffvatter/ davon ewre Frage meldet/ ſein Stieff-Kind durch ſein ſtreichen vnd ſchlagen zum Tode verurſachet / ſo were er ſolche That gegen deß Kindes Freunden mit einem Wehrgeld zuverbüſſen verpflichtet / vnd möchte hierüber auß rechtlichem Ampt verwieſen werden V. R. W. *Menſ. Ianuar. Anno* 1562.

QUÆSTIO XVI.

An & quâ pœna plecti debeat Reus parricidii, ſi de corpore delicti certò non conſtet?

SVMMARIA.

1. *Ad ſolam Rei confeſſionem pœna parricidii irroganda haud eſt, priusquàm de corpore delicti conſtet. n. 7.*
2. *In poteſtate delinquentis non eſt, ſuâ confeſſione facere delictum, ubi delictum non eſt.*
3. *Nemo ſuorum membrorum eſt Dominus.*
4. *Delicta facti tranſeuntis indiciis & conjecturis validis probantur. n. 18. 19.*
5. *Non etiam delicta facti permanentis. n. 6.*
8. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
9. *De corpore delicti Reus quandoque tormentis interrogari poteſt. n. 10.*
11. *Territio propriè tortura non eſt.*
12. *Quomodo de corpore delicti certò conſtet in crimine parricidii. n. 13. 14.*
15. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
16. *Quomodo conſtare poſſit de parricidio, ſi cadaver canibus devorandum, vel in aquam profluentem fuerit projectum. n. 17. 22. 23.*
20. *Indicia valida ſemiplenam faciunt probationem.*

21. *In de-*

21. *In delictis difficilis probationis ſemiplena probatio pro concludenti habetur. n. 32.*
24. *Non quævis indicia tribuunt plenam fidem.*
25. *Quodnam indicium probet corpus delicti, ſi cadaver hominis occiſi in mare fuerit projectum.*
26. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
27. *Num per unicum teſtem corpus delicti queat probari.*
28. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
29. *An ſecundinæ probent corpus delicti in crimine infantitidii.*
30. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
31. *Quomodo Reus puniri debeat, ſi ne quidem ex certis indiciis de parricidio conſtet, num. 33.*
34. *Indicium ſufficiens ad irrogandam pœnam gladii.*
35. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n. 36. 37. 38. 39. 40.*
41. *Ad nudam Rei confeſſionem delinquenti pœna mortis irroganda haud eſt.*
42. *Sed ſolùm fuſtigatio ac perpetua relegatio.*
43. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*

1 SECVNDVS CASVS, quo pœna parricidii ordinaria, Culei nimirum vel Rotæ ceſſat, hic eſt, Quando de corpore delicti non conſtat.

2 Non enim ſufficit confeſſio delinquentis, ſed priuſquam judex eum punit, certus eſſe debet de delicto; ut uno ferè ore tradunt Doctores, & eſt communis hæc ſententia. *l. 1. §. item illud ff. ad Syllan. l. ſi per alium. § docere ff. ne quis eum qui in l. inde Neratius. §. fin. ff. ad Leg. Aquil. l. 1. §. ſi quis ultro ff. de quæſtion. l. divus Trajan. ff. de mil. teſtam. l. ſi is, §. tu Titium. ff. de furt. l. ſi quis legatum. verſ. cæterum, ff. ad Leg. Cornel. de falſ. Anton. Gomez. de captur. reor. n. 1 Ægid. Boſſius in pract. crim. tit. 1. in pr. Foller. in pract. crim. in verb capiat informat. n. 3. Anton. Gabriel. lib. 7. tit. de crim. concl. 17. n. 4. Blanch. in pract. in prin. n. 1. Dan. Moller. 2. ſemeſtr. 37. & 3. ſemeſtr. 40. Bertrand. conſ. 257. col. 1. vol. 3. & conſ. 258. col. 3. vol. 1. Roland. conſ. 51. n. 9. & ſeqq. vol. 1 Modeſt. Piſtor. part. 3. Quæſt. 117. Iacob. Schult. in addit. ad proceſſ. Rotſcitz. part. 2. art. 11. ſect. 1. n. 9 Gandin. de præſumpt. col. 2. verſ. aliud etiam notâ dignum. Hippol. de Marſil. in l. 1. ff. de quæſt. n. 3.*

3 Non enim in poteſtate alicujus eſt ſuâ confeſſione facere delictum, ubi delictum non eſt. *Gigas de crim. læſ. majeſt. lib. 2. tit. quomodo & per quos crim. læſ. majeſt. prob. quæſt. 1. num. 5. Brun. à Sol. in conſ. crim. n.* 200. quia nemo eſt Dominus membrorum ſuorum *l. liber homo, ff. ad Leg. Aquil. non tantum ff. de pœn.* unde nec inquiſitio contra aliquem formanda eſt, niſi de corpore delicti conſtet. *Proſper. Farin. part. 1. oper. crim. quæſt. 2. num. 1. Boſſ. de loc. num. 1. Iul. Clar. in pract. § fin. quæſt.* 4. Regulare namq; eſt in qualibet materiâ, quod ubi lex diſponit aliquid reſpectu certæ rei, debet prius de illâ re conſtare, *l. divus ff. de teſtam. milit gloſſ. in cap. ad diſſolvendum, verſ. accuſar. de deſponſat. impuber.* Et qui vult probare, qualitatem debet prius probare ſubſtantiam, in quâ illa qualitas fundatur. *gloſſ. in l. ſi arbiter. ff. de probat. Brun. à Sol. in conſ. crim. n. 13. n. 139. 141. 143. Anton. Gomez. dict. tit. de capt. reor. n. 1.*

4 Et quamvis in delictis facti tranſeuntis, cujus ſcilicet nulla ſolent remanere veſtigia; utputa adulterio, Sodomiâ, ſtupro, &c. ut in delictis, quæ ſolo animo perficiuntur; veluti hæreſi & ſimilibus, ſola etiam confeſſio, concurrentibus tamen conjecturis validis & à jure approbatis, ſufficens ſit ad condemnãdum, ut putat *Boſſ. dict. tit. 1. num. 20. Farin. dict. quæſt. 2. n. 12. Foller. in pract. crim. verb. capiat informationem. n. 78. verſ. fallit. tamen. Pariſ. conſ. 75. num. 18. lib. 1. Dec. in c. licet cauſam. n. 12. in fin. de probat. Boër. deciſ. 164. n. 4. Alex. conſ. 24. col. fin. libr. 2.*
Aliud tamen certè ſtatuendum eſt in delictis 5
facti permanentis, quod ſcilicet oculis ſubiici „
poteſt, & cujus remanere ſolent veſtigia; ut ho- „
micidio, incendio, parricidio & ſimilibus, Tunc „
enim niſi per inſpectionem ſeu viſitationem fa- „
ctam appareat delictum fuiſſe commiſſum, non „
poterit Reus ex ſolâ confeſſione condemnari, „
Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 55. n. 11. „

Quod ipſum quoque convenit Iuri Divino, 6 *Deut. cap.* 17. ubi qui populo nunciatus fuerit, contra legem Domini alienis Diis ſerviiſſe, & eos adoraſſe, tum demum lapidibus obrui jubetur, ſi habita diligenti inquiſitione verum populus repererit, quòd nunciatum fuit, & factam fuiſſe abominationem in Iſrael.

Quia ergò parricidium delictum eſt facti 7 permanentis, utique judex pœnam ordinariam pro crimine hoc jure conſtitutam, dictare nequit, niſi plenè & liquidè conſtet de corpore delicti. *Reinh. Roſa ad Dan. Moller. Conſt. Elect. 3. part. 4. n. 16 Iacob. Schultz. ad Matth. Coler. de- 158. n. 7. part. 1. Anton. Teſſaur. deciſ. 13. circa fin. Petr. Theod. in coll. crim. diſp. 7 th. 8. lit. G.*

Liquidè autem & plenè dicitur conſtare de corpore delicti in parricidio, quando hoc probatur per aſpectum cadaveris. *Gandin. in tit. de præſumpt. & indic. indub. col. 2. n. 6. verſ. aliud etiam notatu dignum.* Vt ſi iudex vel curia illi 9 cadaver occiſum oculis ſubiiciat. *Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 4. verſ. quando verò Blanc. in pract. in pr. num. 3* Ideoque cautus iudex ſolet perquiri facere cadavera eorum qui occiſi ſunt, eaque ſi fuerint ſepulta, exhumari, ut certus fiat ante omnia de corpore delicti. *Iul. Clar. dict. § fin. quæſt. 55. n. 1.*

Q. 1. Quãdo dicatur liquidè & plenè conſtare de corpore delicti in crimine parricidii.

8 *Quod ipſum quoquè in practicâ quotidie obſervatur, dum Reus ante omnia examinari ſolet, ubinam locorum cadaver ſepeliit vel projecit & confeſſione factâ ad locum denominatum ipſemet Reus quandoque deducitur, ut præcisè eum demonſtret, ubi poſtea cadaver diligentiſſimè perquiritur, ac in terrâ defoſſum exhumatur, quo certus fiat judex de corpore parricidii.*

Imò ſi Reus crimen confeſſus & in con- 9 feſſione perſeverans locum, in quem cadaver proiecit, indicare nolit, vel etiam dubitativè reſpondeat, aut dicat ſe locum non recordari, ſub tormentis interrogari poterit. Etſi enim tortura regulariter locum non habeat, niſi conſtet de corpore delicti, *l. 1. §. item illud. ff. ad Syllan.*

*Bartol.in l.fin.col.1.in fin.verſ.& ad evidentiam.ff. de quæſtion. Angel.de maleſ.in verb.quod fama publica n.*108.*Farin.part.*1.*oper.crim.quæſt.*38 *nu.*2. *Ægid Boſſius ſub tit.de indi.n.*14.*Plotus inter conſ. crim.diverſ.conſ.*132.*n.*22.Illud tamen ſolùm verum eſt, quando reus interrogari debet ſuper ipſo delicto an ſcilicet hoc commiſerit vel non; ſecus verò quando delictum præcedentibus indiciis ſpontè confeſſus, & in confeſſione illa perſeverat, circumſtantias autem & locum ubi delictum, homicidium, vel parricidium perpetravit, vel corpus hominis occiſi projecit, indicare nolit: quo caſu non dubito, Reum, licet nō ſemper torturæ ſubjiciatur, terreri tamen, ad locum tormentorum duci, ac quandoque ligari
11 poſſe. Territio enim maximè ſi fiat abſque ligaturâ, propriè tortura non eſt. *Gandin in rubr.de quæſt.& torm.n.*36.*Tiraquell.in tract.de reb. exig.pag.*34.*verſ.*11 *Boſſius in tit. de tortura num.* 15. *Marſil conſ.*80 *n.*27 *& conſ.*103.*n.*28.

Et ita à Scabinis ſæpiſſimè pronunciatum memini.

Neque ſilentio prætereundum eſt, quòd in
12 parricidio dicatur conſtare de corpore delicti, modò cadaver hominis occiſi oculis ſubjiciatur, licet non vulnus, cicatrix, aliudvè ſignum in cadavere appareat, ex quo colligi poſſit, impias manus ipſi illatas fuiſſe, quamvis multò certior reddatur judex, ſi etiam de ictu aut vulnere lethali conſtet. Etſi enim Conſt. Crim. Carol. *art.* 149. inſpectionem vulneris neceſſariò requirere videatur in tantum, ut judicis officium ſit, deſcribere ſeu deſcribi facere omnia vulnera particulariter cum omnibus qualitatibus ſuis, & cum quo genere armorum, an punctim vel cæſim illata videantur: *Angel.in l.ſi in rixam nu.* 2.*ff.ad Leg.Cornel.de ſicar.Iul.Clar.in pract.§ fin. quæſt.*4.*n.*4.*Proſper.Farin.par.*1.*oper.crim.quæſt.* 2.*num* 5.*Iodoc.Damhoud.in pract.titul de inſpect. occiſ.cap.*75.*num* 1. Verumtamen iſtud ſolum-
13 modò eſt in homicidio, *de quo etiam d Ct.Conſt. Crimin.ut & Dd. allegati loquuntur*, ubi inſpectio vulneris propterea neceſſariò requiritur, quod uti dictum *ſupra quæſt* 1; pœnâ homicidii teneatur is quoq;, qui non habuit animum occidendi, vulnus tamen lethale doloſè inflixit: priusquam ergò pœnâ gladii in homicidio Re⁹ afficiatur, de vulnere lethali & quod exinde occiſus reverâ mortuus fuerit, conſtare debet; Quæ ratio deficit in crimine parricidii, quippè quod pœnâ ordinaria non vindicatur, niſi delinquens parricidium ex propoſito & animo occidendi commiſerit, *Conſtit. Elect.*3.*part.*4. ſufficit ergò hîc, ſi Reus confiteatur, ſe ex propoſito & animo deliberato parricidium perpetraſſe, occiſumque corpus oculis judicis ſubjiciatur.

14 Et certè ſi aliud diceretur, infinita infanticidia impunita remanerent, cùm ſæpiſſimè meretrices infantes necantes digitum vel linteum in os infantis immittendo, eum ſuffocant; quo caſu in corpore occiſi infantis neque vulnus, nec cicatrix, neq; concuſſio aliqua, aliudvè ſignum apparet. Vnde quoq; iſtud evenit, quòd judex in parricidii crimine pœnam ordinariam tutò dictare queat, ſiquidem totum corpus occiſi infantis oculis non ſubjiciatur, oſſa tamen vel cranium infantis, eo in loco, quem reus ſignificavit, reperta fuerint.

Veluti ſic verſus Dölitzſch, *ad conſultationem* 15
Quæſtoris Menſ. Aug. Anno 1603.*& aliàs ſæpiſſimè pronunciatum ſcio.*

Sed: *Quid ſi Reus confiteatur, ſe cadaver homi-* 16
nis occiſi in mare aut aquam profluentem, aut etiã canibus vel ſuibus devorãdum projeciſſe, ita ut præter omnem diligentiam adhibitam, iſtud reperiri non potuerit, anne ſemper pœna ordinaria Culei, vel Rota, deficiente flumine, remittenda erit.

Q. Quomodo conſtare poſſit de parricidio, ſi cadaver ſuibus aut canibus devorãdum vel in aquam profluentem fuerit projectum.

Quod quidem ex ſupra dictis ſequitur: deficiente enim corpore delicti. Reum nequaquã pœnâ ordinariâ afficiendum eſſe, antea probatum fuit; Et in terminis terminantibus, ſi Reus confiteatur ſe occidiſſe hominem propè littus maris, & illum in mare projeciſſe, niſi de corpore delicti conſtet, pœnam ordinariam non obtinere tradunt Bald. *in addit. ad Specul. in tit de ſent.col.pen.verſ. Titius fuit confeſſus, & in l. cum probatio, in addit ff.de probat. Angel.in l centum, in pr.in verſ.in textu ff.de confeſſ. Alex con.*19 *col.* 2.*vol.*2.*Boſſ.in tit.de delict.n.*15.*Foller.in pract criminverb.& ſi confitebuntur,n.*34 *Igne: in l.*1.*§.uē illud n.*4 *ff ad Syllan Brun de indic.part.*2.*quæſt* 6. *n.*11.*Rolan.conſil* 51.*n.*13 *vol* 1.*& conſ.*17.*num.* 26. *vol.*3.

17 Verùm cùm evidentia facti ſive delicti perpetrati ex conjecturis ferè infallibilibus & indiciis urgentiſſimis quandoq; appareat, puto judicem à vero neutiquam aberrare, ſi concurrētibus eiuſmodi indiciis prægnantibus cum cōfeſſione Rei conſtante ac reiteratâ pænam ordinariam parricidii dictitet.

Deciſio Quæſtion.

Primò enim certum eſt, quòd in delictis oc- 18
cultis & difficilis probationis ſufficiat, conſtare de corpore delicti per coniecturas validas & jure approbatas, *Boſſius in tit.de delict. n.*20. *Foller. in pract crim. verb. capiat informationem nu.* 78. *verſ.fallit tamen Gabriel. concl.*17 *n.*14. *lib.* 7. *Iul. Clar.in pract.§.fin.quæſt* 66.*in pr.*

Quamvis autem Doctores hoc ipſum re- 19
ſtringant ad delicta facti tranſeuntis cuius nulla ſolent remanere veſtigia; ut ſunt Sodomia, adulterium, & ſtuprum &c. prout de hiſce ſupra dicti Doctores loquuntur, *Farin.part.*1.*oper crim. quæſt.*2.*n.*12.*Paris conſ* 75 *n.*18.*lib* 1. *Dec.in c.licet cauſam num.*12.*in fin.de probat Boer.deciſ.*164 *n.* 4.*Alex.conſ.*24,*col fin.lib.*2. Non tamen video, cur hoc ipſum ad delicta facti permanentis, de quo tamen nullatenus conſtare poteſt, extendi nequeat. Etenim non nego in delictis facti permanentis, quale etiam eſt parricidium, regulariter pænam ordinariam ſibi haud locum vendicare, priusquam ex inſpectione cadaveris de corpore delicti conſtet, adeoque judici incumbere, omnib. modis laborare, quo cadaver hominis occiſi producatur & oculis ſubjiciatur. At ſi præter omnem adhibitam diligentiam hoc fieri nequeat, veluti in caſu quo cadaver in mare fuerit proiectum, aut à ſuibus vel canibus devoratum adſint tamen indicia indubitata & in delictis facti tranſeuntis ad condemnandū ſufficientia certè quò parricidiū debito modo puniatur, meo judicio judex pænam ordinariam dictitans neutiquam à vero & æquo aberrat, aut

certè ratio diverſitatis danda eſt, quare in delictis facti tranſeuntis ſufficiant conjecturæ validæ & approbatæ ad condemnandum, quæ tamen ſufficientes non ſunt ad pænam in delicto facti regulariter quidem permanentis eò tamẽ redacti, ut nullo modo haberi ac oculis conſpici queat. Quod & voluiſſe videtur Carolus V. Imp. in *Conſtit. Crim. art. 6.* hoc ipſum, an ſcilicet delictum probatum fuerit, necne, arbitrio iudicis relinquens, *in verb.* **Darzu ſoll auch ein jeder Richter in dieſer groſſen Sachen vor der peinlichen Frage/ ſo viel müglich und nach Geſtalt uñ Gelegenheit einer jeden Sachen beſchehen kan/ ſich erkundigen und fleiſſig nachfragens haben/ ob die Miſſethat beſchehen ſey oder nicht ꝛc.**

20 *Secundò*: Negari non poteſt, conjecturas atque indicia valida & in jure approbata ſemiplenam facere probationem. *Maſcard. de probat. lib. 1. quæſt. 15. n. 4. Anton. Gomez var. reſolut. tom. 3. cap. 12. n. 2. verſ. advertendum &c. Iul. Clar. in pract. §. fin quæſt. 20 in pr. ibi: & hoc ego credo &c.*

21 In delictis autem, quæ difficilis ſunt probationis, ſemiplena & conjecturata probatio accedente confeſſione Rei pro plenâ & concludenti probatione habetur, *Bald. in l. quicunque col. 6. verſ. octavo nota. C. de ſerv. fugit. Dec. in c. licet cauſam n. 12. in fin. de probat Boër. deciſ. 164. n. 4. Proſper. Farinac. d. quæſt. 2. num. 12. ubi plures allegat.*

22 *Tertiò*: Suffragatur quoq; hiſce Conſt. Crim. Carol. *art. 60.* ibi: **So auff erfundene redliche Anzeigung/ einer Miſſethat halben/ peinliche Frage fürgen ommen/ auch auff Bekentniß deß Gefragten/ fleiſſige/ mügliche Erkundigung und Nachfrage beſchicht und in derſelben benannter That halben ſolche Warheit befunden würde/ die kein Unſchuldiger alſo ſagen und wiſſen könte/ alsdenn iſt derſelben Bekentniß unzweifflicher beſtendiger Weiſe zuglauben/ und nach geſtalt der Sachen peinliche Straffe darauf zu urtheilen/ ꝛc.** Ex quibus haud obſcurè apparet, ex coniecturis probabilibus & circumſtantiis concurrentibus confeſſioni plenam & indubitatam fidem adhibendam eſſe.

23 Et ita ſentit Gandin. *in tit. de præſumpt. col. 2. verſ. aliud etiam notatu dignum; &c.* à cuius opinione temerarium eſt recedere, juxta Paul. de Caſtro, *conſil. 196. col fin. eumq; principem haberi in maleficiis teſtatur Fulgoſ. conſ. 107. col. 2. & Gandin. aſſentitur Boſſius in tit. de delict. nu. 17. & Iul. Clar. in pract §. fin. quæſt. 55. n. 11. circa fin.*

Q. 3. Quænam indicia ad probationem corporis delicti in parricidio ſint ſufficientia?

24 Non tamen quævis coniecturæ & indicia ſufficiunt ad hoc ut iudex confeſſioni plenam fidem adhibere, ordinariamque pœnam dictare queat, ſed ſolùm ea, quæ validiſſima, urgentiſſima, & jure approbata ſunt, ideoque judex priusquam certi quid ſtatuat, pœnamque ordinariam imponat, omnia ac ſingula indicia exactiſſimè conſiderare atq; examinare debet.

25 In ſpecie autem videtur indicium ſufficiens in caſu ſupradicto, quo cadaver hominis occiſi in mare fuit projectum, ſi Reus confiteatur, ſe occidiſſe hominem cognitum & certum, de cuius vita facilè liquere poteſt, qui tamen non reperitur: igitur ex neceſſaria conſequentia dicitur liquere de eius morte, & propterea ſequi poteſt condemnatio confitentis ſe illum occidiſſe, & in mare proieciſſe, iuncto tamen adhuc alio adminiculo, veluti famæ aut ſanguinis reperti in loco perpetrati delicti, *Iul. Clar. dict. qu. 55. n. 11. Boſſ. dict tit. de delict. n. 15. Proſper. Farinac. dict. quæſt. 2. n 9.*

Et iuxta hanc doctrinam Scabini Rota ſupplicium dictaverunt M. S. qui vitricum ſuum necaverat, & in flumen proiecerat. Etſi enim de corpore delicti hoc caſu non conſtitit, iſtud tamen revera perpetratum fuiſſe, certò coniecturarunt Domini exinde, quod occiſus repertus non fuit, cui acceſſit fama communis de parricidio commiſſo, quod & ſocii criminis confeſſi fuerunt; Neque fefellit eos hac coniectura, quia poſt factam executionem, ſpatio unius ferè menſis effluxo, cadaver occiſi vitrici à Piſcatoribus in aqua repertum fuit. Formalia iſtius ſententiæ fuerunt hæc **Ob nun wol deſſelben todtee Cörper biſzhero uff fleiſſige Nachforſchung im Waſſer nicht gefunden werden können. So haben doch vier abgehörte Perſonen vormittels ihres leiblichen Eydes berichtet/ daß ſie** *P. S.* **den Stieffvater denſelben Abend wie Er ůmkommen/ vou Eulenberg friſch und geſund ins Dorff kommen geſehen/ welcher aber hernach und biß dahero von ihnen und andern ferner nicht geſehen worden** *&c.* **So nun der Gefangene auff ſeinem gethanen bekäntnůß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ So möchte er von wegen ſolcher an ſeinem Stieffvater begangenen und bekanten vorſetzlichen Mordthat mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W.** *Verſus* **Gruhnau/** *ad conſultationem Philippi* **Spiegels/** *Menſ. Febr. Anno 1610.* 62

Q. 4. An & quatenus per unicum teſtẽ corpus delicti quæat probari?

27 Indicium quoque ſufficiens eſt ad condemnationem, ſi teſtis unicus iurato deponat, ſe corpus delicti, cadaver ſcilicet occiſi hominis vidiſſe; nam & unicus teſtis omni exceptione maior de viſu deponens indicium facit ad torturam, *l. maritus ff. de quæſtion Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 21. verſ. unus teſtis, ubi multos alleg. Proſper. Farinac. quæſt. 36. n. 225. Brun. à Sol. in conſ. crim. n. 39. & ſeqq. Maſcard. de probat. l 2. concl. 89. 4. n. 5. & lib. 3 concl. 360. n. 5.* Et unum teſtem de viſu regulariter facere ſemiplenam probationem, aſſerit & probat Anton. Gomez. *var. reſol. tom. 3. cap. 12. n. 2.* Cum quâ ſemiplenâ probatione ſi concurrat aliud adhuc adminiculum, veluti famæ aut ſanguinis reperti &c. puto confeſſionem Rei, hoc caſu ſufficienter indiciis veſtitam eſſe, ita ut ordinaria pœna à iudice tutò dictari queat.

Veluti ſic etiam pronũciarunt Scabini: **Ob man nun gleich das Kind/ weil es unter das Eyß kommen im Waſſer nicht finden können/ So aber dennoch Eva Georg Titzſchels Tochter unnd Thomas Dölſchen Weib ihre Auſſage daß ſie nemblichen das Geblůt als Anzeigung der Geburt im Hauſe/ und inſonderheit Eva Titzſchels/ daß ſie auch das Kind uffm Miſt mit Aſchen biß uffs Köpfflein zugeſcharret geweſen/ unnd die Gefangene daſſelbe wiederum hinweg tragen ſehen/ auff vorgehenden gewöhnlichen Zeugen Eyd wiederholen/ und die Gefangene auff ihrem gethanen Bekäntnůß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen wůrde/ So möchte ſie von wegen ſolcher an ihren Kinde begangenen Mordthat/ zuſambt einem Hunde/ Hahn/ Schlan-** 28

Schlangen/ und Katzen an ſtatt eines Affen/ in einen Sack geſtecket/ ins Waſſer geworffen und ertrencket/ oder da die Gelegenheit deß Waſſers nicht vorhanden/ mit dem Rade vom Leben zum Tode gerichtet und geſtrafft werden/ V.R.W. An Richter und Schöppen zu Pegau/ *M. April. An.* 1600.

29 Arbitrati quoque fuêre Scabini, indicium ſufficiens eſſe ad dictandam pœnam ordinariam in puncto infanticidii, de cuius veritare & corpore non conſtat, ſi nempè teſtes viderint ſecundinas, & veſtes mulieris ſanguine cõſperſas, adminiculis adhuc quibusdam aliis concurrentibus.

Q.5. Num ſecundina probent corpus delicti in crimine infanticidij?

30 *Quemadmodum ita reſponderunt ad requiſitionem Bernhardi à* Starſchedels: Dieweil aber gleichwol neben der Gefangenen gütlichen und peinlichen zu unterſchiedenen mahlen gethanen Bekäntnüß allerley Vermuthungen in den *acten* und von euch angeführet werden/ und unter andern dieſes/ daß der Gefangenen Mutter unterſchiedlich bekandt unnd außgeſagt/ daß jhre Tochter jhr die Afftergeburt zugeſtellet/ welche Sie genommen und ins Waſſer geworffen/ und daß ſie auch die blutige Lumpen/ ſo jhre Tochter in der Geburt gebraucht/ gewaſchen/ welches dann die abgehörte Zeugen und Nachbarn gleichfals geſehen und die Gefangene es auch geſtanden/ daß ſie jhrer Mutter die Afftergeburt zwey Tage nach der Geburt gegeben unnd zugeſtellet/ unnd daß der Wehemutter Bericht nach/ vorberührete Afftergeburth ohne das Kind nicht von jhrem Leibe kommen/ darauß dann abzunehmen und zuſchlieſſen/ daß ein Kind gewißlich vorhanden geweſen/ und von jhr zur Welt gebohren ſeyn muß/ und auß gemeinen Wahn und Schluß der Rechtsgelehrten dafür gehalten wird/ daß man neben dem Bekäntnüß ſolche *indicia* und Vermuthungen von einem ermordeten und umgebrachten Menſchen vorhanden/ welche auff ein gewiſſes *corpus delicti* gerichtet/ wie in dieſem gegenwertigen Fall/ daß auch alſo dann/ wenn gleich der todte Cörper nicht gefunden und angetroffen/ eine ſolche am Leben geſtrafft werdē könne *&c.* So möchte die Gefangene *V.F.* wofern ſie auff jhrem gethanen Bekäntnüß für Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ wegen ſolcher an jhrem Kinde begangenen unnd bekandten Mordthat/ ſambt einem Hunde/ Hahn/ einer Schlangen/ unnd Katzen an ſtatt eines Affen/ in einen Sack geſtecket ins Waſſer geworffen unnd ertrencket/ oder do die Gelegenheit deß Waſſers deß Orts nicht verhanden/ mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft werden V.R.W. *Menſe Maio, Anno* 1614.

Hæcque veriſſima ſunt, quando ex indiciis urgentiſſimis ac ſufficientiſſimis conſtat, crimen parricidii perpetratum fuiſſe. Quod ſi verò indicia & argumenta talia non ſint, ut ex iis factum certò colligi poſſit, aut ſi judex ſaltem dubitet an indicia ſint ſufficientia & clara ad pœnam ordinariam infligendam, nollem ſuaſor eſſe, ut hoc caſu ſeverius agat, & pœnam ordinariam parricidii decernat, ne forſan per id macula conſcientiæ inureretur.

Q.5. Quomodo Reus puniri debeat, ſi ne quidem ex certis & indubitatis indiciis de parricidio cõſtet?

31 Quid ergo, *Annè tùm Reus crimen parricidij confeſſus ab omni pœnâ erit immunis*? Neutiquam ſanè. Abſurdum enim eſſet, eum qui delictum & quidem tàm atrox, quale parricidium eſt, confitetur, & in confeſſione reiteratâ perſeverat, prorſus abſolvere, & neſcio, ex quâ clementiâ vel commiſeratione non affectata & intēpeſtivâ judex hoc facere poſſet. Ideoq; puto, diſtinguendum eſſe, An cum confeſſione Rei concurrant quędam indicia & coniecturæ, ita ut confeſſio iiſdem aliquo modo veſtita ſit; An verò confeſſio adſit Rei nuda, omnib. argumentis, notis & conjecturis probabilibus deſtituta.

Priori caſu, ſi ultra confeſſionem Rei indicia licet non urgentiſſima & ſufficientia ad pœnam ordinariá, probabilia tamen & per ſeſe urgentia adſint, ex quib⁹ aliquomodo judex conjecturare poteſt, parricidium fuiſſe commiſſum, pœnam Legis Corneliæ de ſicariis, gladii nimirum, Reo dictandam eſſe exiſtimo.

32 Nam, uti ſupra dictum, etiam in delictis quandoq; probatio coniecturata pro plena & concludenti habetur. *Proſper Farinac. part.* 1. *oper crimin quæſtion.* 2. *numer.* 12. *Boer deciſ.* 164. *numer* 4. *Dec. in cap. licet cauſam. num.* 12. *in fin. de probat.* Licet ergò parricidium ex coniecturis & indiciis ſeſe offerentibus plenè probatum non fuerit, ut pœna ordinaria imponi poſſit, concludendum tamen ex iisdem ad minimum præſumptivè parricidium fuiſſe perpetratum, ita ut pœna mortis dictari queat. *Ægid. Boſſ. de delict. numer.* 19 *Hartman. Piſtor. obſervat.* 33. *numer.* 41. *ubi allegat. Iaſon. in l. iurisiurandum quod ex conventione,* §. *procurator. numer.* 23. *de iureiur. &. Chaſſan. in conſuetud. Burgund. tit.* 1. §. 5. *numer.* 40.

33 Non tamen quævis indiſtinctè coniecturæ & indicia ſufficientia ſunt ad dictandam pœnam gladii, ſed ſolùm probabilia & veriſimilia, ex quibus aliquo modo concludi poteſt, parricidium fuiſſe commiſſum, quæ res fere tota arbitrio iudicis prudentis committenda eſt.

34 In infanticidio certè Scabini coniecturam probabilem atq; veriſimilem iudicant, ſi conſtet, mulierem quæ infanticidium faſſa eſt, peperiſſe, idque vel ex inſpectione obſtetricum iuratarum, vel ex graviditate mulieris, quæ repentè rurſus ceſſavit; Quo caſu mulieri infanticidium confeſſæ pœnam gladii dictare ſolent, aliis præſertim adminiculis concurrentibus.

Etſi enim per eiusmodi indicium infanticidium non ſufficienter probatum ſit, fieri enim potuit, ut mulier infantem vivum expoſuerit, vel mortuum pepererit; Attamen quia certò conſtat mulierem infantem, & (ut in dubio præſumitur) vivum procreaſſe, qui tamen non reperitur, utique confeſſioni fides adhibenda eſt, vel ſolum ad hoc ut pœna gladii infligatur, ſiquidem & hoc caſu ad torturam deveniri poteſt iuxta Sanctionem Carolinam Crimin. in *art.* 35. Vide infra *part.* 3. *quæſt.* 122. *n.* 19.

35 *Quemadmodum Scabini ſæpiſſimè pronunciarunt, utpote verſus* Meiſſen/ *in caſu quo A.P. infantem occiſum ſuibus devorandum projecerat:* Ob man nun wol das ermordete Kind bey ſolchen Zuſtande nicht erlangen können/ dieweil man aber gewiſſe Nachrichtung erlanget/ daß die Gefangene ſchwangers Leibes geweſen/ hernach aber die Frucht von jhr heimlich hinweg kommen/ unnd ſich verlohren/ dahero dann gar wol zuvermuthen/ daß ein Kind vorhanden geweſen/ und ſie bekandter maſſen daſſelbe ümgebracht/ *&c.* So mag ſie geſtalten Sachen nach und auß ob angezogener Vermuthung/ an ſtatt der Erkundigung in dieſer böſen That gehalten wird/ wofern ſie auff jhrem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/

oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ mit dem Schwert vom Leben zum Tode geſtrafft und gerichtet werden/ V. R. W. An Stiffts *Syndicum, Menſ. Nov. An.* 1617.

36 *Simili modo pronunciatum, quando A. N. infantem vivum humaverat, cuius cadaver tamen in loco deſignato non potuerat reperiri*: Dieweil aber dennoch durch der vormittels Eydes abgehörter Zeugen Außſage/ gewiſſe Nachrichtung vorhanden/ daß die Gefangene ſchwangers Leibes geweſen/ hernach aber die Frucht von jhr heimlich hinweg kommen/ und ſich verlohren/ dahero dann gar wol zuvermuthen / daß ſie eines Kindes geneſen/ und damit jhren Bekäntniß nach umgangen/ und ſolches ermordet/ ꝛc. So möchte ſie von wegen ſolcher begangenen unnd bekandten Mißhandlung und Verbrechung/ geſtalten Sachen nach/ und auß ob angeführten Vermuhtungen / ſo anſtatt der Erkündigung in dieſer böſen That zuhalten/ mit dem Schwert vom Leben zum Tode geſtrafft und hingerichtet werden/ V. R. W. *Ad requiſitionem Præfecti Gymnaſio Elect. Miſnenſi Menſ. Mart. Anno* 1621.

37 It. *Ad conſultationem Theodorici à* Schleinitz/ *in caſu, quo ſues infantem devoraverant*: So möchte ſie wegen jhrer begangenen Mißhandlung geſtalten Sachen nach/ weil man den Cörper deß ermordeten Kindes nit haben können/ und doch gleichwol gewiſſe Nachrichtung vorhanden/ daß ſie ſchwängers Leibes geweſen / mit dem Schwert vom Leben zum Tode geſtrafft und hingerichtet werden/ V. R. W. *M. April. Anno* 1620.

38 *Et in caſu ſimili verſus Bornam, ad Iudicem Oppidanum, M. Febr. Anno* 1623.

Verſus Auguſtusburg/ *ad Quæſtorem, M. Majo, Anno* 1624.

39 *Eadem pœna dictata meretrici cuipiam, quæ infantem cani devorandum obiecerat, verſus* Zörbigk/ an Wentzel Nauwegken/ *M. April* Anno 1595.

40 *Pariter reſponſum ad conſultationem Theodorici à* Schleinitz, *quum A. H. infantem occiſum in aquam projecerat, quo caſu etiam ſanguis in loco à Rea denominato fuerat repertus, Menſ. Aug. Anno* 1628.

It. *Ad conſultationem Quæſtoris Dippoldis vvaldenſis, M. Aug. Anno* 1605.

It. Ad Iudicem & Scabinos Pegavienſes, M. Iul. Anno 1621.

41 At *caſu poſteriori*, quando præter confeſſionem inquiſiti nulla prorſus indicia & argumenta occurrunt, vel ſaltem leviuſcula, ex quibus parricidium perpetratum nullo modo conjecturari poteſt, pœna mortis Reus affici non debet. Ex ſola & nuda confeſſione enim ad mortem nemo condemnandus eſt. *Pariſ. de Puteo in tract. de Syndic. verb. confeſſio Alex. conſ.* 19. *vol.* 7. *Hyppol. conſ.* 8. *n.* 2 *& conſ.* 14. *n.* 18. *& conſ.* 22. *n.* 9. *& conſ.* 40. *n.* 6. *conſ.* 49. *n.* 11. *& conſ.* 53. *n.* 13. *Tho. Grammat, deciſ.* 1. *n* 38. *& deciſ.* 38. *& conſ.* 16. *n.* 4. *Guid. Pap. Quæſt.* 339. *in fin. Cravet conſ.* 48. *n.* 7. *& conſ.* 244. *in pr. & conſ.* 260 *Iaſo in l. iusiurandum quod ex conventione* § *procurator n.* 23. *de iureiur. Chaſſan. in conſ. Burgund. tit.* 1. §. 5. *n.* 40. *Hartm.* P*iſtor. obſerv* 33. *n.* 40. *Boer. deciſ.* 164. *n.* 9. *Foller. in pract. crim. in verb. etſi confitebantur, n.* 33.

42 Arbitraria tamen pœnâ fuſtigationis nimirum, vel ad minimum relegationis perpetuæ, Reum hoc caſu plectendum eſſe, puto. Siquidem & in aliis criminibus, ut adulterio & furto, ad nudam Rei confeſſionem, quando de corpore delicti non conſtat, fuſtigatio cum perpetua relegatione dictari ſolet, uti notiſſimum eſt ex Conſtit. Elect. 33. *part.* 4. *Hartm. Piſtor. obſervat.* 33. *&* 34.

43 *Quam ſententiam in pronunciando ſequuntur quotidiè Scabini, prout reſponderunt verſus* Lauchſtädt: Obwol die Gefangene ſich zum Kindermord bekant/ ꝛc. Dieweil aber dennoch das Kind von niemands geſehen noch auch im Saalſtrom gefunden worden ꝛc. So mag auch die Gefangene auff jhr bloſſes Bekentniß am Leben nicht geſtrafft werden; Sie wird aber gleichwol mit Staupenſchlagen deß Landes ewig verwieſen/ V. R. W. *M. Nov. Anno* 1603.

Verſus Wittembergam, *ad requiſitionem Quæſtoris, Menſ. Decemb. An.* 1603.

It. An Amtsvoigt zu Oſchatz/ *Menſ Sept. Anno* 1624.

44 *Perpetua autem relegatio dictata fuit V. VV. bis torta ob crimen infanticidii*: Obwol *V. VV.* ſich darzu bekant/ dieweil man aber dennoch im Stalle/ dahin die Gefangene jhr Kind vergraben haben wil/ ungeachtet man ſie an den Ort geführet/ und derſelbe durch den Todengräber auffgraben worden/ kein Kind gefunden/ und man alſo gar keine Nachrichtung vom Kinde oder deſſelben Gebeinen erlangen können/ ꝛc. So mag auch die Gefangene geſtalten ſachen nach/ weil man deß ermordeten Kindes halber keine gewiſſe Erkündigung haben kan/ an Leib oder Leben nicht geſtrafft werden/ ſie wird aber gleichwol über die zum andern mal erlittene *tortur* und Gefängnüß mit ewiger Landesverweiſung billich in Straff genommen/ V. R. W. An Schöſſer zu Saltza/ *M. April. An.* 1608.

QVÆSTIO XVII.

Quomodo Conatus in crimine parricidii puniri debeat?

SVMMARIA.

1. *Refertur opinio eorum, qui pro attentato parricidii ordinariam pœnam irrogandam eſſe, arbitrantur. num.* 3. 4.
2. *Maximè ſi veneno parricidium ſit attentatum.*
5. *Contrarium ſentientium opinio. n.* 7. 8. 9.
6. *De conſuetudine generali conatus non punitur pœnâ ordinariâ. n.* 14.
10. *Vera deciſio, n.* 11. 12. 13.
15. *Diſpoſitio Iuris Saxonici hâc de re, n.* 17.
16. *Ordinationis criminalis Caroli V. Imper.*
18. *Quænam pœna pro attentato parricidii infligenda ſit? n.* 19. 20.
21. *Si delinquens ad actum proximum devenerit & damnum irrecuperabile datum fuerit, n.* 22. 23. 24.
25. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n.* 26. 27. 28.
29. *Attentatum parricidii abſque damno dato irrecuperabili, n.* 30.
31. *Mitior pœna ſemper eſt eligenda.*
35. *Sententia Scabinorum Lipſenſium, numer.* 33. 34. 35.
36. *Conatus parricidij in actu remoto ſubſiſtens, numer* 37.
38. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*

TErtius Caſus, quô pœna parricidii ordinaria ceſſat, conatum huius delicti concernit; Si nimirum crimen parricidii attentatum & in actum quoq; deductum, ſed non plenè conſummatum fuerit.

1 Quod ipſum tamen omni dubio non caret; Sunt enim quamplurimi qui audacter aſſeverant, in parricidio ceu atrociſſimo delicto pænam ordinariam obtinere, etiamſi crimen hoc ſolùm attentatum, non etiam conſummatum fuerit, & ſic conatum puniri ſupplicio ordinario, effectu non ſecuto, *Hyppol. de Marſil. ad l. 1. in fin. n. 8. ff. ad Leg. Pompei. de Parricid gloſſ. in §. alia deinde lex, 6. in verb. praparaverit, Inſtit. de publ. iudic. Hoſtienſ. in ſummar. de his qui fil. occid. §. 1. n. 1. verſ. ſed & ſi quis &c. Boniſac. de Vital. in tit. de parricid. & aſſaſſ. §. 9. num. 2. & numer. 41. Matth. Berlich part. 4. concluſ 6. n. 45. Iodo. Damhouder. in pract. crimin. cap 87. nu. 5. Proſper. Farinac. part. 5. oper. crim. quæſt. 120. num 147. & 152. Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. iudic. quæſt. cent. 4. caſ. 356. n. 21. Ludov Gilhauſ. in arbor. iud. crim cap. 2. tit. 14. num. 6. Dom. Cardin. Tuſch tom. 6. pract. concl. lit. P. concl. 90. num. 22. & ſeqq. Ioh. Harppr. in §. alia deinde lex. 6. numer. 11. Inſtit. de publ. jud. Iacob. Cuiac. lib. 15. obſervat. 25. Nicol. Boer. deciſ. 316. num. 2. Gail. lib. 1. de pac. publ. cap. 14. num. 19. & 20.*

2 Idque eò magis obtinere autumant in caſu, quo parricidium cum veneno fuit attentatum, quum *l. 1. ff ad Leg. Pompei. de parricid.* loquatur expreſsè de filio, qui emerit venenum ut patri daret, quamvis non potuerit dare. *Angel. ad dict. l. 1. n. 1. Salycet. in l. un. C de his qui par. vel lib. occid. Iodoc. Damhouder. dict. cap. 87. num. 5. Petr. à Plach. in epitom. delict. libr. 1. cap. 22. num. 19. & numer. 32. Baiard. ad Iul. Clar. §. parricidium. poſt num. 16.*

3 Hoc ipſum velle videtur Imper. Iuſtinianus in §. *alia deinde lex, 6. Inſtit. de publ. iud.* in verb. ***Si quis parentis aut filii, aut omninò affectionis eius, quæ nuncupatione parentum continetur, fata præparaverit, ſive clam ſive palam id auſus fuerit &c.*** Quæ verba etiam habentur *in l. un. C. de his qui par. vel liber. occid.* Vnde ſequitur pœnâ parricidii teneri non ſolùm eum qui parentes vel liberos occidit, ſed & qui eosdem occidere auſus fuerit, ſeu attentaverit.

4 Maximè cum juxta communem ferè Doctorum opinionem pro delictis præſertim atrociſſimis attentatis eadem pœna imponenda ſit, quæ pro delictis conſummatis ſolet imponi. *Albert. & Dd in l. ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſcop. & Cler. Salyc. & Hyppol. de Marſil. in l. is qui cum telo. C. ad Leg. Cornel. de ſicar. Proſper. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 124. n 8. & 11,* Nicol. *Boer. deciſ. 316. nu. 4. Claud. ad Bertaz. conſ. 123. lit. A. Bald. in l. ſi fugitivi n. 2. in fin. verſ. ſed in atrociſſimis, C. de ſerv. fugit. Covarr. in Clem. ſi furioſus part. 2. §. initium n. 6. verſ. contraria tamen ſententia, de homic. Petr. à Plach. in epitom. delict. lib. 1. c. 21. n. 4. verſ. quare in hoc graviſſimo crimine Brun. à Sol. quæſt. 34. n. 34. in fin.*

5 Econtrà arbitrantur alii, pœnam ordinariam parricidii non imponendam eſſe pro conatu, licet is etiam ad actum parricidii proximum pervenerit, *Matth. VVeſemb. in §. alia deinde lex 6. Inſtit. de publ. iudic. n. 4. verſ. caterum cum hoc in Lege Cornelia, & in ſupplem. ad Schneidvvin. ibid. n. 4. verſ. caterùm cum hoc & ſeq. Auguſt. in add. ad Angel. tract. malefic. verb. & ex intervallo n. 16. poſt med. verſ. item adde &c. Carrer. in pract. crim. in 3. tract. de homic. & aſſaſſ. §. 9. n. 5.*

6 Quorum ſententia fundata eſt in conſuetudine generali, quæ attentatum ſeu conatum nō puniri permittit ordinariâ criminis pœnâ, niſi ſequatur effectus, de qua atteſtantur Doctores ferè omnes. *Specul. in tit. de accuſat. §. 1. n. 7. in fin. Alexand. conſ. 15. poſt n. 2. lib. 1. & conſ. 140. n. 2. lib. 2.* Iaſon. *in l. 1. §. fin. in fin. ff. quod quiſq; iur. Gand. de malef in titul. de reb. non portand. Bertram. conſil. 169. n. 1. lib. 3. Nicol. Boer. dec. 316. n 3. Ant. Gomez. var. reſolut tom. 3. c. 3. n 30. Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſt 92. n. 1. Proſp. Farin part. 5. oper. crim. qu. 124. n. 78. Andr. Tiraquell. de pœn. temp. cauſ. 37. n. 3.* Hippol *de Marſil. in l. qui falſam n. 14. in fin. & n. 24. ff ad Leg. Cornel. de falſ. Ægid. Boſſ in tit. de homicid. n. 12. Iacob. Menoch. de arbitr. iud. quæſt. lib. 2. caſ. 360. n. 92.* & alii quamplurimi quos refert Iul. Clar. & Farin. dd. locis.

7 Licet ergò fortaſſis contrarium quoad crimen parricidii ex Iure Civili deduci poſſet; attamen iſtud nequaquam attendendum, ſed potius generali totius mundi conſuetudini inhærendum eſſet.

8 Neque etiam ex *l. 1 ad Leg. Pompei. de parricid.* uti vulgò putant, probari poteſt, filium ementem venenum ut patri daret, quamvis non potuerit dare, pœnâ parricidii ordinaria afficiendum eſſe. Vti enim ſæpius dictum fuit, non agitur principaliter in *d. l. 1.* de pœna Culei vel Rotæ deficiente copia fluminis, ſed de pœna mortis in genere, qua omnes afficiendi ſunt, qui parricidium committunt, & quorum ibidem fit mentio; Quo genere & modo ſupplicii autē unus vel alter plectendus non exprimitur, & ſi aliud diceretur, ſequeretur exinde, pari pœna puniri filium occidentem parentes, ac eum qui fratrem aut conſobrinum occidit, quod tamen dictu abſurdum, prout ſentit gloſſ. *in d. l. 1 & Hoſtienſ. in ſumm de his qui fil.* Imò ſi quis verbis *d. l. 1.* ſtrictiſſimè vellet inhærere, is ſanè nihil aliud evincere poſſet, quàm quod filius emens venenum ut patri daret, licet non potuerit dare, teneatur pœna Legis Corneliæ de ſicarijs, de qua verba finalia *d. l. 1.* manifeſtiſſimè loquuntur: quàm multum verò differat hæc pæna legis Corneliæ à pæna parricidii, omnibus notum eſt.

9 Maioris momenti quoque non eſt argumentum deſumptum ex §. *alia deinde lex. 6. Inſtit. de publ. iudic. & l. un. C de his qui par. vel. liber. occid.* præterquam enim quod verba hæc (*ſive clam, ſive palàm id auſus fuerit*) cum effectu ſint accipienda, Impp. ibidem eximere voluerunt à pæna ordinaria culei eos qui parricidium cōmittunt, prȩter ipſorum voluntatem & intentionem, neq; id facere unquam auſi fuerunt.

10 In hac ergò Doctorum atq; Interpp. contrarietate, ſicuti in aliis delictis, ita etiam in crimine parricidii nonnulli varias & diverſas tradunt diſtinctiones, quibus opiniones invicem contrarias conciliare conantur. Diſtinguunt enim alii inter pœnam ordinariam & extraordinariã. Vel conſtituunt differentiam inter pœnam ſpiritualem ſeu eccleſiaſticam & temporalem. Itẽ an fuerit deventum ad actum proximum, vel remotum; Alii atrocia, ſeu atrociora, vel etiam atrociſſima crimina à levibus diſtinguunt; Alii denique ultra quam plures alias diſtinctiones, an civiliter, ſeu criminaliter agatur, & an pœna ipſo jure vel facto à lege vel ſtatuto infligatur, probè ponderandum arbitrantur: ut videre eſt apud Proſper. Farinac. *part. 5 oper. crimin. quæſt.* 124. Quarum diſtinctionum tamen neutra dubium omne tollit, neque ex iisdem quæſtio hæc clara & expedita, ſed multò intricatior & obſcurior redditur.

11 Multum autem in quæſtione hâc, quomodo
Vera de- nempe Conatus tàm in crimine quovis alio,
ciſio. quàm parricidio puniendus ſit, judicio & auto-
ritati magni ICti Julii Clari tribuendum eſſe
“ puto, qui in *pract. §. fin. quæſt. 92. n. 2.* quæſtio-
“ nem hanc longè intricatam breviſſimis verbis
“ ita decidit: Ego autem dico ſic, *aut* lex vel ſtatu-
“ tum in huiusmodi atrociſſimis expreſsè punit
“ ſolùm conatum & ſervanda eſt; *aut* non punit
“ expreſſè conatum & ſtandum eſt generali con-
“ ſuetudine, ut conatus non puniatur, niſi ſequa-
“ tur effectus: Et hæc opinio judicio meo tutior
“ eſt. Nihilominus, quia pluries vidi, in his caſi-
“ bus diverſimodè judicari, quandoque punien-
“ do Conatum in atrociſſimis pœna ordinaria, &
“ quandoque pœnâ extraordinariâ, crederem in
“ practica poſſe judicem adhærere cui opinioni
“ maluerit, inſpecta facti & perſonarum qualita-
” te, conſulo tamen, ut ſemper in mitiorem par-
“ tem inclinet. In his verò quæ atrociſſima
“ non ſunt, nullo modo debet judex pro ſolo co-
natu pœnam mortis imponere, niſi id expreſſè
(ut dixi) ſtatuto vel lege caveatur, & eo etiam
caſu, non niſi deventum fuerit ad actum pro-
ximum, & immediatum ipſi maleficio. *Hacte-
nus ille.*

12 Hæc opinio Julii Clari ſicuti meo judicio veriſſima eſt; ita etiam Dn. Scabinis & imprimis Iohanni Rosbachio ICto excellentiſſimo & Anteceſſori Scabinatus Electoralis eminentiſſimo, uti ex eiusdem manuſcriptis advertere potui, complacuit.

Quamvis autem verba *Iulii Clari* per ſe clara
& manifeſta ſint, & ab omnibus facilimè intel-
ligi queant, melioris tamen explicationis gratia
13 ex iis Regula talis formari Poteſt: Quòd *ſcilicet*
Regula. *in omnibus & quibusvis delictis ſive ſint atrociſſima
ſive non, Conatus quantumvis ad actum proximũ
fuerit deventum, ordinaria cuiusvis delicti pœna
non debeat puniri.*

Cuius Regulæ duæ exceptiones ponuntur 1.
Exceptio ſi lex ipſa vel ſtatutum conatum pœna ordinaria
1. puniat. Quo caſu attentatum delicti pœna con-
ſtituta coercendum eſt tunc demum, quando
deventum fuit ad actum proximum & imme-
Excep. 2 diatum ipſi maleficio. 2. Altera exceptio hæc eſt judicem in delictis atrociſſimis inſpecta facti & perſonarum qualitate conatum pænâ ordinariâ quandoque pro arbitrio punire poſſe, quamvis conſcientiæ magis conſulat in mitiorem partem ſemper inclinando.

Hancce regulam ſi judex in pronunciando ſequatur, eum nequaquam errare exiſtimo, ut enim hac vice exceptiones, de quibus ſuo loco etiam dicetur, omittam, ipſa certè regula à Iulio Claro tradita, conſuetudine & Iure Saxonico recepta & Conſt. Crim. Carolina approbata eſt.

14 *Primò* enim de conſuetudine generali, non puniri affectum, neq; conatum ſive attentatum alicuius delicti pœna ordinaria, niſi ſequatur effectus, dictum antea, & de hac conſuetudine atteſtantur Doctores communiter, quos magno agmine allegat Iul. Clar. *dict. quæſt. 92. n.* 1. & Proſp. Farin *dict. quæſt.* 124. *n.* 78. *& ſeq.* hancque conſuetudinem generalem eſſe & non indigere probatione, dicit Bald. *in l. ſi fugitivi n. 3. in fin. C. de ſerv. fugitiv. Tiraq. de pœn. temper. cauſ. 37. n. 3. Schneidvvin. in §. eadem leg. Inſtit de publ. iudic. Nicol. Reuſn. lib. 2. deciſ.* 21. eamque niti æquitate quæ ubiq; ſervanda eſt, teſtatur Covar. *in Clem. ſi furioſus part. 2. § initium, num. 6. verſ. tertio eſt omnino conſiderandum, de homicid. Anton. Gomez. tom. 3. var. reſolut. c. 3 n. 30.*

15 *Secundò.* Hæcq; conſuetudo Iure Saxonico maximè probata eſt in *c. 39* **Lehenrecht**/ubi dicitur: **Es geſchicht an Willen noch an ſchlechten Worten keine Gewalt/wenn keine That darnach folget.** Hinc in genere tradunt Practici Iuris Saxonici; Etſi lex civilis puniat conatum, tamen Ius Saxonicum ſolummodo punire eventum, *Reinhard. differ. 6. part. 5. Matth. VVeſembec. part. 5. conſil. 114. n. 33. in parat. ff. ad L. Iul. de adult. n. 5. & ad Leg. Pompei. de parricid. n. 7. Petr. Theod. in colleg. crim. diſput. 7. th. 6. lit. B.*

16 *Tertiò*: idemq; diſpoſitum in Conſtit. Crim. Caroli V. Imp. *art.* 178. **So jemand einer Miſſethat mit ehrlichen ſcheinlichen Wercken / die zu Vollbringung derſelbẽ Miſſethat dienſtlich ſeyn mögen/ſich unterſtehet/und doch an Vollbringũg derſelben Miſſethat durch andere Mittel / wider ſeinen Willen verhindert wird/ſolcher böſer Wille/darauß etliche Werck als obſtehet / folgen / iſt peinlich zuſtraffen/aber in einen Fall härter denn in den andern/angeſehen Gelegenheit und Geſtalt der Sachen/darum ſollen ſolcher Straff halber die Urtheiler/wie hernach ſtehet/ Raths pflegen / wie die am Leib oder Leben zuthun gebühret.** Vnde apparet, quando eventus delicti actum propinquum inſecutus non eſt, pœnam ordinariam haud imponendam, ſed arbitrio peritorum coercitionem relinquendam eſſe, quoties autem pœna permittitur arbitrio iudicantis, non debet ordinaria ſed levior pœna imponi, *Matth. VVeſemb. dict. conſ.* 114 *n.* 34.

17 *Quartò*: Denique in ſpecie quoad crimen parricidii benè ponderanda ſunt verba *Conſtit. Elect. 3 part.* 4. ibi: **Da eines das andere bößlich thete ermorden oder umbringen.** Et poſtea: **Und woferne das Kinder umbringen mehr denn einmal geſchehen.** Et iterum: **Wann ſolcher Mord fürſetzlichen geſchehen/ ꝛc.** Singula

certè hęc verba denotant ipſum effectum, quibus pœna culei conſtituitur in eos qui parricidium perfecerunt, adeoque ipſis ſtrictè inhærendum, nec pœna parricidii ceu odioſiſſima ad conatum extendenda eſt. *Menoch de præſumpt. lib. 6. præſumpt 4. nu.* 33. *Iacob. Schult. in addit. ad Modeſtin. Piſtor. part. 4. quæſt.* 136. *n.* 17. *Corn conſ.* 114. *col.* 2. *lib.* 1.

18 Iuxta prædictam itaq; regulam conatus ſive attentatum parricidij non ſecuto effectu, nequaquam pœnâ ordinariâ coërceri debet. At, *quænam pœna, quodve ſupplicium pro crimine parricidij attentato erit infligendum?* Certè propoſitum delinquendi in animo ſolùm ſubſiſtat, Reus ab omni prorſus ſupplicio procul dubio erit immunis, quia cogitationis pœnam nemo patitur. *l. cogitationis.* 18. *ff. de pœn. Schrad. de feud. part. 9. cap. 2. n. 74. verſ. quia clari juris eſt, &c. Tiber. Decian. conſ.* 18. *n.* 325. *l.* 1 *Iac Schuld. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt.* 130. *n.* 69. Si verò propoſitum hoc in actum prorumpat, quod propriè attentatum vocatur & nullo modo impunitum eſſe debet, tunc judex pro arbitrio & ratione attentati, an nempè ad actum proximum vel remotum delinquens pervenerit, quandoq; ſeverius, quandoque mitius hoc attentatum punire debet. *Iul. clar. dict. § fin. quæſt. 92. numer. 2. circa fin.*

19 Hocq; ipſum, quâ pœnâ ſcilicet attentatum delicti puniendum ſit, Conſt. Crim. Carol. in *art.* 178. arbitrio judicis & peritorum expreſsè committit, in verb. **Aber in einen Fall härter den in dem andern/ Anſehen Gelegenheit und Geſtalt der Sachen/ darum ſollen ſolcher Straff halben die Urtheiler Raths pflegen** &c.

20 Quia verò judici incumbit, arbitrium ſuum regulare & gubernare ſecundum terminos & tramites juris ac æquitatis, *l. 1. ff. de Vſur. c. judicet. 3. q. 7. gloſſ. in l. eas cauſas. ff de condit. & demonſtr. Bald. in l. 2. in 4. notab. C. de fideicommiſ. & in l. fin. C. de pœn. jud. qui mal. jud. Felin. in cap. quoniam frequenter. § porrò numer. 14. ut lit. non conteſtat. Gandin. tit. de quæſt. & torm. n. 41. verſ. nam ſecundum jura &c.* Ideò cautus & perſpectus hâc in re debet eſſe judex ac diligentiſſimè & exactiſſimè conſiderare circumſtantias & qualitates attentati, an iſtud ad proximum, an verò remotum actum parricidii pervenerit, ne mitiorem aut ſeveriorem pœnam, quàm jus requirit & permittit, dictitet: in dubio tamen ſemper in mitiorem partem inclinabit, prout etiam monet Iul. Clar. *dict. quæſt. 92. numer. 2. verſ. conſulo tamen &c.*

Primus Caſus.

21 In genere tamen ad demonſtrandas diverſitates attentati quæ pœnam in crimine parricidij variare ſolent, potiſſimùm tres caſus ab invicem ſunt diſtinguendi.

Q. 1. Quænam ſit pœna attentati parricidii ſi ad actum proximū Reus devenerit & damnum irreparabile dederit?

Primus Caſus eſt, quando delinquens non ſolùm ad actum proximum & immediatum ipſi parricidio pervenit, & ſic à ſuâ parte & quantū in ipſo eſt, delictum conſumavit, ſed etiam per damnum ingens vel adverſæ valetudinis, vel etiam mortis citius procuratæ, ei, adverſus quem delictum fuit directum, intulit, vel attentatum ejusmodi ſæpius reiteravit &c. Non dubito certè, hoc caſu iudicem ultimum ſupplicium, pœnam nempè gladii tutò dictare poſſe, quod & ſentit Daniel. Moller. *ad Conſt. Elect. 3. numero 26. part. 4.*

22 *Primò*: Propter textum in Conſt. Crim. Carol. *art.* 178. in verb. **Wie die an Leib oder Leben zu thun gebührt.** Ex quibus verbis colligitur, judicem in puniendo attentato ad pœnam mortis pervenire poſſe; Et ſanè ſi aliquando mortis pœna dictanda eſt ob attentatum delicti, hoc fieri debet in caſu præſenti, quo crimen à parte delinquentis conſummatum & damnum ſimul ingens illatum fuerit.

23 *Secundò*: Quia reſpectu delinquentis delictum reverâ conſummatum eſt, ipſe enim ſtudio & animo deliberato fecit & peregit id, unde mors & parricidium ſequitur neceſſariò, quod etiam fuiſſet ſecutum, niſi per gratiam Dei omnipotentis eiusq; ſingulari providentiâ effectus fuiſſet impeditus: Quid ergo obſtat, quo minus delinquens (remiſsâ ipſi pœnâ ordinariâ ob non ſecutum effectum) pœnâ mortis plectend⁹ ſit, præſertim quia per id damnum ingens proximo allatum fuit.

24 *Tertiò:* Idque eò magis verum eſt, quando per ejusmodi attentatum mors alicuius citius fuit procurata; ſi enim dans operam rei illicitæ tenetur de omni eo, quod ſequitur præter illius intentionem & voluntatem, ſi eventus facillimè cogitare potuerit, *l. quoniam multa. C. ad Leg. Iul. de vi publ. gloſſ. in verb. quoniam. Salycet. in l quod Nerva, ad fin. verſ. item fallit. C. depoſiti. Cagnol. in l. contractus numer. 88. ff. de reg. jur.* utique multò magis de eventu omni tenebitur is qui animo deliberato occidendi deliquit.

25 *Hancque ſententiam Scabini in pronunciando fuerint ſecuti, quùm M. B. infantem in latrinam proiecerat, qui adhuc vivus ibidem repertus & baptizatus poſtea ſexta die morte obierat:* So möchte ſie von wegen ſolcher Mißhandlung und Verbrechung geſtalten Sachen nach weil ſie zu dem Ende das Kind in das heimliche Gemach geworffen/ daß es darinnen umkommen/ ſterben und verderben ſolte/ und alſo der *conatus* bey jhr *ad actum proximum* kommen und jhre Vorbrechung *inter atrociſſima delicta referiret* wird/ Andern dergleichen leichtfertigen Vetteln zum Exempel und Beyſpiel/ welche mit jhren Leibesfrüchten alſo bößlichen umbgehen/ und damit zu jhrer Kinder Tode Urſach geben/ mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W. *Ad requiſitionem Iudicis & Scabinorum Dreſdenſium, M. Febr. Anno* 1617.

26 *Eadem pœna dictata M. S. quæ infantem jam jam moriturum in aquam projecerat ſimulque faſſa fuerat, ſe propoſitum occidendi partum ſemper habuiſſe:* So möchte ſie von wegen ſolcher jhrer begangenen und bekanten Vorbrechung/ weil man allhier in den *terminus* verſiren thut/ da nicht allein ein bloſſer *conatus* vorhanden geweſen/ ſondern daß auch der *effectus* darauff erfolget iſt/ ungeachtet es doch auß gemeinen Wahn etlicher Rechtsgelehrten dafür gehalten wird/ daß *in delictis atrociſſimis*, darunter auch dieſe Verbrechung zurechnen/ der *conatus* allein *pro effectu* zu ſtraffen/ mit dem Schmerdt vom Leben zum Tode geſtrafft unnd hingerichtet werden V. R. W. *Verſus* Croſſen/ *Ad Conſules & Senatum, Menſe Septembr. Anno* 1619

27 *Similimodo pronunciatum verſus* Torgaw/ *in caſu, quo A. K. infantem vivum humaverat, qui tamen adhuc vivus inventus, & baptizatus, quartâ die mortuus fuerat:* So möchte ſie wegen ſolcher Verbrechung geſtalten Sachen nach / weil die Verhaffte zu dem Ende das Kind in die Gruben verſcharret/ daß es nicht offenbahr werden ſolte/ und ſie noch vor eine Jungfrau gehalten werden möchte/ alſo daß jhr Gemüth und Meynung geweſen/ durch dieſes hochſträffliche Mittel jhr Kind zu töden/ und ums Leben zubringen/ auch der *affectus* und *conatus* bey jhr *ad actum proximum* kommen / zu deme dieſe Verbrechung *inter atrociſſima delicta referiret* wird/ und damit andere Vetteln dergleichen böſe Thaten/ wieder jhre leibliche Kinder vorzunehmen/ durch dieſes Exempel gleichſam geſchrecket / und abgehalten 28 werden / mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft und hingerichtet werden/ V. R. W. *ad conſultationem Quæſtoris, Menſ. Aug. Anno* 1619.

Pariter fuit adjudicata pœna gladij M. H. qui uxori ſuæ tribus diſtinctis vicibus venenum præbendo, morum & dolores capitis atque ventriculi ingentes cauſatus fuerat: So möchte er von wegen ſolcher Mißhandlung und Verbrechung/ geſtalten Sachen nach / weil er der Gefangene zu dreyen mahlen ſeinem Weibe Gifft und Mäuſepulver fürſetzlichen und bößlichen/ in Gemüth und Meinung/ ſie durch dieſes hochſträffliche Mittel zu tödten/ und ůms Leben zu bringen/ eingegeben und beygebracht/ und alſo der *effectus* und *conatus* bey jhme *ad actum proximum* kommen / auch dieſe Verbrechung *inter atrociſsima delicta referiret* wird / und damit andere dergleichen böſe Thaten wieder jhre Ehegatten fürzunehmen / durch dieſes Exempel gleichſam geſchrecket/ und abgehalten werden/ mit dem Schwert vom Leben zum Tode geſtrafft und hingerichtet werden V. R. W. *Ad Iudicem & Scabinos Zvviekavienſes Menſ. Auguſt. An* 1616.

Alter Caſus Quæſt. 2. Pœna parricidij attentati abſq; damno irrecuperabili.

29 Secundus Caſus eſt in attentato parricidii, quandoquidem ad proximum et am actum delicti perventum fuit, nec per Reum ſtetit, quo minus delictum conſummaretur, non tamen effectus ſecutus, neque etiam damnum irrecuperabile alicui illatum fuit, ſed is cuius mors appetebatur, vel planè in morbum non incidit, aut ſtatim reconvaluit & priſtinę valetudini reſtitutus eſt. Quo caſu pœnam mortis ceſſare, & ad ſummum iuſtigationem cum perpetuâ relegatione Infligi poſſe exiſtimo; Veluti etiam ſic ſtatuunt *Nicol. Reuſn. deciſ.* 21. *n.* 24. *Virgil. Pingitzer. in quæſt. Saxon.* 14. *nu.* 1. *Petr. Theod. in colleg. crim. diſput.* 7. *th.* 6. *lit. B.*

30 *Tùm*, quòd attentatum parricidii pro arbitrio iudicis puniendum eſt, iuxta Conſtit. Crim. Carol. *art.* 178. In delicto autem nondum perfectè conſummato, iudex arbitrium uſque ad mortē non niſi ex causâ urgentiſſimâ & lege expreſsâ probata extendere ſolet. *Fel. in c. ex literis. col. pen. verſ. ſecunda declaratio. & ibi etiam Dec. n.* 14. *verſ. tertio modo. de conſt. Proſper. Farin. part.* 1. *oper. crim. quæſt.* 17. *nu.* 48. *Jacob. Menoch. arbitr. iud. quæſt l.* 1. *quæſt. l* 1. *quæſt.* 86. *n.* 4. & 5.

Tùm, quòd ſemper mitior pœna eligi, & iudex in mitiorem partem inclinare debeat. 31 *Iul. Clar. in pract.* §. *fin. quæſt.* 92. *n.* 2. *Farinac. dict. part.* 1. *quæſt.* 19. *n.* 3. *Iacob Scult. ad Modeſt. Piſt. part.* 4. *quæſt* 133. *n.* 26 *Menoch de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt. fin. n.* 2. *Alexand. conſ.* 09 *n.* 5. *lib.* 4.

32 *Et ita Scabini pronunciarunt:* So mag ſie wegen ſolcher jhrer begangenen und bekanten Verbrechung/ in Anſehung / daß bemeldter jhr Ehemann von dem beygebrachten Gifft nicht geſtorben/ am Leben nicht geſtrafft werden. Sie wird aber mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billich verwieſen V. R. W. *Ad conſultationem Præfecti Nobil. à* Perlepſch/ zu Quetz/ *Menſ April. Anno* 1596.

33 *Simili modo reſponſum, quando ſponſa quædam venenum abdendo in potione ſponſum necare voluit. Ad requiſitionem Quæſtoris in* Kempnitz/ *Menſ. Decemb Anno* 160:.

34 *Eandē pœnam fuſtigationis cum perpetua relegatione dictavimus. M. E. quæ maritū ſuū malleo percuſſerat, quò moreretur; Ad requiſitionē Quæſtoris Wurzenſis, Menſe Majo, An.* 1624.

35 *Similis pœna à nobis fuit adiudicata M. R quæ toxicum præbendo, maritum interficere tentaverat. Ad conſultationem Quæſtoris Saltzenſis, M. Sept. Anno* 1626.

Tertius Caſus. Quæſt. 3. Pœna conatus, ſi delinquens in actu remoto parricidij ſubſiſtat.

36 Tertius denique caſus eſt, quando parricidium quidem attentatum fuerit, ſed conatus ad actum ſolùm remotum devenerit; Veluti ſi quis leviter aliquem percuſſit, aut emit venenum, ſed non propinavit vel impeditus, vel pœnitentiâ ductus. Is ſanè extra ordinem pro arbitrio iudicis & ratione attentati, vel relegatione, vel carcere, aut etiam mulcta pecuniaria plectendus eſt; Quoniam qui ad actum remotum ſaltem proceſſit, tàm ſeverè non puniendus eſt, ac is qui ad actum ipſi parricidio proximum & immediatum pervenit.

37 Ita ſtatuunt *Angel. in l.* 1. §. *ſi iniuria. ff. de extraord. crim. Bald. conſ.* 443 *Gramm. deciſ.* 2. *n.* 7. & *conſ.* 36. *n.* 19 *Pariſ. conſ.* 567. *n.* 13. *l.* 4. *Didac. Covarr. in Clem. ſi furioſus part.* 2. *in pr. n.* 11. *de homic.*

38 *Veluti ſic Scabini dictarunt perpetuam relegationē N. S. qui privignam infantem ſeſquianni circa umbilicum & pectus digitis & unguibus conſtringendo occidere tentaverat, quo poſtea ipſius hæreditatem lucraretur; Ad conſultationē Quæſtoris in* Rachsburgk/ *M. Octob. An.* 1586.

QVÆSTIO XVII.

In qua referuntur Quædam Exceptiones & cauſæ, Reum pœnæ parricidij ordinariæ eximentes

SVMMARIA.

1. *Pœna parricidij perinde ut alia ſupplicia arbitrio judicis eſt ſubjecta.*
2. *Quænam cauſæ Reum à pœnâ ordinariâ parricidij eximant. n.* 4.
3. *Cauſa etiam injuſta & beſtialis delinquentem à dolo excuſat. n.* 51.
5. *Offenſio præcedens, & iuſtæ iracundiæ calor Reum liberat à pœnâ ordinariâ.*
6. *Difficilimum eſt juſtum dolorem temperare*
7. *Ira ex juſta cauſa proveniens minuit delictum.*

8. *Ignoſcendum eſt ei, qui ſe ulciſci voluit.*
9 *Sententia Scabinorum Lipſenſium*, 10. 11. 12. 13.
14. *Parricidium ex errore commiſſum veniam meretur n.* 15. 16. 18.
17. *In delictis culpa non æquiparatur dolo.*
19. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium. n.* 20. 21.
22. *Pœnitentia ante conſummationem parricidii quatenus delinquentem excuſet. n.* 25.
23. *Pœnitentia ſuffragatur re adhuc integra n.* 24.
26. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
27. *Ætas minorennis in parricidii crimine veniam meretur. n.* 30.
28. *Minores regulariter puniuntur mitius.*
29. *Etiam in criminibus atrocibus.*
31. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
33. *Melancholici qua pœna plectendi. n.* 34 35. 36. 37
38. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n.* 39. 40. 41.
42. *Quatenus Ebrietas in delicto parricidii delinquentem excuſet. n.* 43.
44. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
45. *Mandatum & iuſſus parentum num Reum excuſet. n.* 46.
47. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
49. *Metus & timor an veniam mereatur. n.* 50.
52. *Sententia Scabinorum Lipſenſium, n.* 53.
54. *Morbus Epilepticus in quantum à pœna Reum liberat.*

PRæter cauſas, quæſtionibus præcedentibus relatas, quæ pœnâ ordinariâ Culei Reum liberant, variæ adhuc circumſtantiæ in parricidio occurrere ſolent, ob quas judex pœnam ordinariam remittere, aliamque mitiorem, gladii nimirum ſubſtituere poteſt. Eæque circumſtantiæ ad *Quartum Caſum*, quo pœna parricidii ordinaria ceſſat, referri debent.

1 Certum namque eſt, quod, uti aliæ pœnæ ſic quoq; ſupplicium parricidii in arbitrio judicis ſit, ita ut id juxta facti & perſonarum qualitates non ſolùm pro arbitrio exaſperari, ſed & deminui queat, *l. ſed & ſi ſeverior. ubi gloſſ. &* Dd. *C. ex quib. cauſ. infam. irrog. l. hodiè ubi Bartol. & Dd. ff. de pœn. l. quid ergo §. pœna gravior. ubi gloſſ. de iis, qui not. infam. Felin. in c. inquiſitio, col. 5 de accuſat. Iaſon. in l. omnes populi de juſt. & jur. Andr. Tiraq. in tract. de pœn. in præfat. n.* 16. *Petr. à Plach. in epit. delictor. cap.* 33. *num.* 5 *Iul. Clar in pract. §. fin. quæſt.* 85. *verſ. ulterius quæro. Andr. Gail. de pace publ. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 22. *Blanc in pract. crim. § poſtquam vidimus, &c. num.* 77. *&* 96. *Mynſ. obſerv.* 30. *cent.* 2.

2 At, *quænam ſunt iſtæ qualitates & cauſæ, ob quas pœna culei ordinaria remitti, aliaq; mitior, gladii nimirum, ſubſtitui poteſt?* Certa ſanè regulâ hę comprehendi ac definiri non poſſunt: notum ſiquidem eſt, quod in crimine parricidii dolus & animus deliberatus maximopere requiratur, *l. 1. ff. ad Leg. Pompei. de parricid. l. un. C de his qui parent. vel liber. occid. § alia quoq; Inſt. de publ. iud. Bald. in l. fin. C. de her. inſt. Salycet. in l.* 1. *ubi etiam Hyppol. C. ad Leg. Corn. de ſicar.*

3 At cauſa etiam iniuſta & beſtialis à dolo excuſat delinquentem, *l. igitur* 12. *§ & generaliter.* 3. *ff. de liber. cauſ. l. inter omnes* 47. §. *rectè dictum eſt* 7. *ff. de furt. Iaſon. in l.* 1. §. *hoc iudicium* 4. *verſ. facit trita regula, quòd qualibet cauſa &c. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. Ludolph. Schader. in miſcell. c.* 16. *ti. iniuſta cauſa an à pœnis excuſet. verſ. aut probatur illam cauſam extitiſſe &c. Iacob. Schult. ad Modeſt. Piſtor, part.* 3. *quæſt.* 104 *n.* 8. *Cravett. conſ.* 6 *n.* 89. *lib.* 1. *Paris. conſil.* 149. *n.* 18. *lib.* 4. *Iul. Clar. lib.* 5. *ſentent. §. fin. quæſt.* 60. *n.* 22. *Ægid. Boſſ. in prax. crim. tit. de decret. Mediol. n.* 19. *Andr. Tiraquell. in tract. de pœn. leg. temp. cauſ.* 43. *nu.* 1. *Nicol. Boer. deciſ.* 168. *n.* 11.

4 Quis ergo omnes ac ſingulas cauſas à dolo & pœna parricidii ordinariâ excuſantes referre poterit? Ideoq; hoc caſu pœnæ deminutio optimo jure judicis arbitrio relinquenda eſt, qui pro diſcretione legali facilimè arbitrabitur, quando & quibus ex cauſis pœna mitior pro crimine parricidii imponi debeat. Exempli tamen gratia certas quaſdam circumſtantias, ob quas pœna gladii huic crimini ſufficiens eſſe poteſt, referã.

Primò autem mitigari poteſt pœna parricidii ordinaria, ſi quis verbis aut factis offenſus, ex iracundiæ calore & juſto dolore commotus in coniugem aut liberos ſæviat & parricidium cõmittat. Etſi enim iracundia ab homicidio parẽtes & conjuges hoc caſu neutiquam excuſet; attamen à pœna ordinaria ceu ſeveriore ac duriore Reus liberari poteſt, ſubſtituta pœna gladii. 5

1. Offenſio præcedens.

Tum, quòd difficilimum ſit juſtum dolorem temperare: adeoque intenſo dolore homo permotus ob delictum perpetratum mitius puniri debeat. *l. ſi adulterium §. Imperatores. ff. ad Leg. Iul. de adult. l. Gracchus ff. eod. Bald. in c.* 1. *in verbo: vitam ſuam defendendo de pac. tenend. Felin. in ca. delicti filii, n.* 12. *&* 13. *de except. Tiraquell. in tract. de pœn. temper. cauſ.* 1. *ubi exemplis & autoritatibus quam plurimis hoc confirmat. Petr. à Plach. in epit. delict. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 19. *Boſſ. in tit. de homicid. n.* 60. *in fin. Carrer. in pract. crim. de homicid. verſ. ſexto igitur excuſat. &c. n.* 1 *& ſeq.* Jul. Clar. *in pract. §. fin. quæſt.* 60 *n* 19 *verſ. ſed hic quæro &c.* ubi ponit exemplum in marito occidente uxorem deprehenſam in adulterio. 6

Tùm, quia ira ex iuſta cauſa proveniens minuit delictum, adeoq; & pænam, quæ ſemper debet correſpondere ipſi delicto, *l.* 2. ibi: *ſeu calorem &c. C. de abolit. l. aut facta §. cauſas.* ibi: *Cum quis per iram ab extraneo pulſatus eſt, ff. de pæn. Felin. in c ſicut n.* 2 *&* 4. *de iureiur. Dec. in l. quicquid. n.* 7. *&* 8. *ff. de reg. iur. Cagn. ibid n.* 6. 7. *Iacob. Boulen. in rep. l. capitalium. §. famoſos n.* 193. *ff. de pœn. Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. lib.* 2. *caſ.* 319. *n.* 33. *& de præſumpt. lib.* 5. *præſum.* 3. *n.* 117. *Iul. Clar. dict. quæſt* 60 *n.* 9. *Petr. à Plach dict. c.* 2. *n.* 19. 7

Tùm, quòd aliquo modo ignoſcendum ſit ei, qui ſe ulciſci voluit, *l. qui cum maior. §. libertus. ff. de bon. libertor. Fel. in c. ſignificaſti, n.* 14. *de homic. & in c. dilecti filii, n.* 12. *de exception. Iaſon. in l. ut vim, n.* 11. *ff. de iuſt. & iur. Iacob. Boul. d. loco, n.* 195. *verſ. pro hoc facit, Tiraquell. de pœn. temper. cauſ.* 1. *n.* 5. *& ſeqq. Anton. Gomez. de delict. in tit. homicid. n* 24. *in fin.* 8

Iuxta hac Scabini dictarunt pænam gladii S. M. qui ab uxore ſua verbis & verberibus offenſus 9 *eam occiderat.* Nach Dreßden an Richter und Schöppen/ *M. Maio, Anno* 1585.

10 It: *Quum B. C. filium ſuum puerum* 20. *annorum ſuſpenderat, commota ad tantum facinus partim inobedientiâ ipſius filij, partim ſeveritate mariti qui propterea eam ſæpius miſerrimè tractaverat adjudicaverunt Scabini ipſi pœnā ordinariam cum appendice:* Ihr wollet ihr dann in Anſehung deß Knabens Vngehorſam / und ihres Mannes darzu gegebenen Vrſach / Gnade erzeigen uff den Fall würde ſie mit dem Schwert vom Leben zum Tode geſtrafft und uff ein Radt gelegt/ V. R. W. *Ad requiſitionem Iudicis & Scabinorum Numburgenſ. Menſ. April. An.* 1584.

11 *Pœna gladii quoq; fuit adiudicata H. S. qui conjugem ſuam de mendacio ſe arguentem, calore iracundiæ commotus, baculo percuſſerat & occiderat. Verſus* Heldrungen/ *ad conſultationem Præfecti, Menſ. Sept. An.* 1597.

12 *Eadem pœna fuit dictata P. H. occidenti uxorē ſuam, eo, quod famulum ab ipſo dimiſſum ex ſervitiis, denuò conduxerat, eumq; reverti juſſerat. Verſus* Weiſſenſee/ *Ad requiſitionem Quæſtoris, Menſ. Mart. Anno* 1608.

13 *Simili modo pronūciarunt Domini, quum M. L. interfecerat uxorem, quæ ad ipſius mandatum candelam accendere noluerat, Ad conſultationem Quæſtoris Lipſienſis Menſ. Mart. An.* 1616.

Error perſonæ.

14 Secundò: remittendum eſt ſupplicium Culei eo caſu, quo quis volens percutere Mevium, percutit & occidit Titium parentem ſuum, vel ex errore perſonæ, vel caſu quodam proximè ibi aſtantem aut prætereuntem, vel etiam in rixâ pacis conſervandæ causâ ceu mediatorem intervenientem. Sufficere enim hoc caſu pœnam gladii ad coërcendum parricidium errore commiſſum nullus dubito, veluti etiam ſic ſtatuit *Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 15. n. 7. ubi allegat gloſſ. & Bald. in cap. 1. quib. mod feud. amitt.*

15 1. Quia parricidii pœna ordinaria tunc ſolùm locum habet, quando ex propoſito parricidium fuit perpetratum. *l. 1. ff. ad Leg. Pompei de parricid.* ibi: *cuiusvè dolo malo id factum erit &c. Conſtit. Elect. 3. part. 4. in pr.* ibi: Einen freventlichen böſen Mordt *&c. § fin. &* ibi: Wann ſolcher Mord fürſetzlichen geſchehen *&c. Salycet. ad l. 1. ubi etiam Hyppol. C. ad Leg. Cornel. de ſicar. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 22. nu. 34. Carrer. in pract. crim § homicidii. n. 153. Bonifac. d. Vitalin. in rubr. de parricid. n. 5. in fin. verſ. item in talibus. Tib. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 15. n. 1.* Is verò qui ex errore delinquit, vel volens percutere alium, percutit ac occidit parentem caſu ibi aſtantem vel intervenientem, certè non ex propoſito, ſed præter intentionem parricidium perpetrat, adeoque neque pœnam parricidii ordinariam meretur.

16 2. Qui vult occidere Titium, ex errore autem & caſu parentem, fratrem, vel filium &c. intervenientem interficit, reſpectu parentis, fratris, & filii &c. magis in culpâ quam dolo verſatur: In delictis autē culpa non æquiparatur

17 dolo, *l. in lege Cornelia, ubi Hyppol. de Marſil. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. Alciat in l. magna. n. 3. verſ. quod ego verum, ff. de verb. ſignific. Cagnol. in l. contractus. n. 9. verſ. item adverte. ff. de reg. jur. Dec. in c. 2. n. 30. de Conſtit. Tiraquell de pœn. temp. cauſ. 14. n. 5 Anton. Gomez tom. 3 variar. reſolut. cap. 3. num. 15. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 324 n. 11. Iul. Clar. in pract. § fin. quæſt. 84. in pr.* neque culpa ordinariâ delicti pœnâ coërceri debet. *Marant. in ſpecul. part. 4. in pr. num. 58 Hyppol. de Marſil. ad d. l lege Cornelia. § cum quidam n. 3. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. Tib. Decian. in tract. crim. lib. 1. cap. 4. n. 9.*

Neque obſtat, quòd homicidium ex errore in perſonâ commiſſum nō excuſabile, nec pœna homicidii mitiganda. Conſtit. Elect. *6. part. 4. Bartol. in l.* 11. *§. delinquunt. fin ff. de pœn. n. 7. Ægid. Boſſ. in tit. de homicid. n. 73. Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. c. 3 n. 34. Petr. à Plach. in epit. delict. c. 27. Iul. Clar. in § homicidium. n. 6. Iohan. Harppr. in §. item lex Cornelia de ſicar. Inſtit. de publ. judic nu.* 118. *& ſeqq. Towing. deciſ.* 38. *Nicol. Boer. deciſ.* 83. *n.* 1. *& ſeqq. Iſtud* enim in homicidio abſq; dubio verum eſt, ubi ſufficit homicidam habere animum doloſum vel propoſitum occidendi, ſi effectꝰ ſequatur, nec intereſt, an hunc vel illum occidere voluerit: Pariter enim delinquit necando Mævium, vel Titium, qui habuit animum doloſum. In crimine autem parricidii res longè aliter ſe habet. Vti enim ſuprà demonſtratum eſt, pœna parricidii ordinaria tunc demum obtinet, ſi ex propoſito fuerit parricidium perpetratum; quia verò propoſitum hoc deficit in eo qui volens occidere Titium, caſu vel errore parentem interficit, utique neque pœna parricidii hoc caſu locum habere poteſt: ſubſtituenda eſt autem pœna gladii, quæ aliàs pro homicidio quovis doloſo irrogari ſolet. 18

Ideoque Scabini dictaverunt pœnam gladij B. S. qui in rixa ſive pugnâ quam cum alio habebat, matrem ſuam pacis causâ intervenientem occiderat. Nach Hohenſtein An Schöſſer/ *Menſ. Februar. Anno* 1594. 19

It: *Quùm H. C. petens gladio adverſarium W. B. patrem ſuū caſu ibi aſtantem vulneraverat & occiderat, ſolùm gladii pœnam ipſi indicere non dubitaverunt Scabini, Ad conſultationem Quæſtoris in* Beichlingē/ *Menſ. Maio. An.* 1595 20

Simili modo pronūciavimus verſus Hohenſtein/ *quùm M. B. volens vulnerare H. H. occiderat coniugem ſuam:* So möchte er von wegē ſolcher an ſeinem eigenem Weibe begangenen und bekanten Entleibung geſtalten ſachen nach mit dem Schwerd vom Leben zum Tode gerichtet und geſtrafft werden V. R. W. *Ad Requiſitionem Quæſtoris, Menſe Febr. Anno* 1623. 21

3. Pœnitentia anteconſummationem parricidii.

Tertiò: mitigari poteſt pœna parricidii ordinaria, ſi quem in ipſo actu parricidii nondum conſummato facti pœniteat, effectus tamen ex actu præcedenti ſubſequatur; Veluti ſi mulier interficiens infantem in ipſo actu percuſſionis pœniteat, & deſinat percutere infante adhuc vivo, qui tamen poſtea ex percuſſione moriatur. Qualis caſus Anno 1625. ad collegium noſtrum fuit transmiſſus, ubi fœmina quædam Nobilis ſibi propoſuerat infantem ſuum necare, eoque fine eum tibiis compreſſerat, in ipſo verò actu compreſſionis pænitentiâ quamvis ſerâ ducta infantem adhuc vivum ejulan- 22 tem receperat, exoptans ut vivus remaneret, qui tamen confeſtim mortuus fuerat.

23 Quamvis enim pœnitentia tunc demum dicatur ſuffragari, quando delictum nondum conſummatum eſt, *Hoſtienſ. in cap. pro humani, n. 22. verſ. ſi verò perficere potuiſſet. de homicid. in 6to. Cyn. in l. is qui cum telo. nu. 1. C. ad Leg. Cornel. de ſicar. ubi etiam* Salycet. *numer* 3. *in fin. Felin. in capit. 1. num. 4. ext. de præſumpt. Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſt.* 60. *n.* 21. *Farin. part.* 5. *oper. crimin. quæſt.* 124. *nu.* 150. poſt delictum autem perfectum & conſummatum non poſſit; *qui ea mente. ff. de furt. ubi gloſſ. & Bartol. Hier. de Mont. quæſt.* 16. *numer.* 26.

24 Attamen hoc eatenus verum eſt, quatenus delinquens ab omni pœnâ vult eſſe immunis; delicto autem conſummato pœnitentia prodeſt ad hoc, ut pœna ordinaria mitigetur, quemadmodum in crimine furti à D. Electore Auguſt. *Conſtit.* 23. §. *fin. part* 4. expreſsè ſancitum eſt, ut fures, qui, conſummato etiam furto, pœnitentiâ ducti res furtivas antequam deprehenſi in carcerem conijciantur, vel accuſentur, reſtituunt, vel illarum nomine Domino ſatisfaciunt, mitius puniantur.

Facit huc, quod pulchrè decidit Alberic. *in ult. part. tract. ſtat. quæſt.* 69. Si quis Bannitum receptaverit duobus vel tribus diebus, & poſtea pœnitens eum prodiderit, præſentaveritq; poteſtati, licet puniendus ſit ex formâ Statuti, huiusmodi receptionem prohibentis, pœnam tamen illi mitigandam eſſe, *arg.* §. *ſed etiam ſuſcipientes in Auth. de mandat. princ. Novell.* 17. quã opinionem Alberici refert & ſequitur Tiraquel. *in tractat. de pœn. temper. quæſt.* 60.

25 Pręterea in caſu prędicto, quando fœminam delinquentem delicti pœnitebat, infanticidium nondum perfectè & ex omni parte conſummatum fuerat; pœnitentia namq; mortem infantis præceſſerat.

26 *Quare hoc caſu pœnam gladij fœminæ delinquenti ob commiſſum infanticidium indicere haud dubitavimus. Ad Conſultationem Dn. D. à. F. in T. Menſ. Febr. Anno* 1625.

27 *4. Ætas minorennis.* Quartò: Ob ætatem quoque minorennem pœna ordinaria parricidii mitigari poteſt, ita ut delinquens minorennis ob commiſſum parricidium gladio ſolùm puniatur.

28 Etſi enim minor ætas delinquentem in totum neutiquam excuſet, *Hartman. Piſtor. obſ* 58. pœnam tamen mitigat, ita ut minores regulariter puniantur mitius, *l. ferè in omnibus ff. de reg. iuris. l. aut facta.* §. *perſonam ff. de pœn. gloſſ. in l. impunitas. verſ. mitius tamen. C. de pœn. Proſper. Farin. part.* 3. *oper. crimin. quæſt.* 92. *n.* 41. *Tiraquell. de pœn. temper. cauſ.* 7. *num.* 1. *Foller. in pract. crim. in verb. pœnis debitis feriantur, nu.* 17. *Petr. à Plaeh. in epit. delict. cap.* 32. *n.* 11. *Iul. Clar. in pract.* §. *fin. quæſt.* 60. *Tiber. Decian. conſil.* 24. *n.* 4. *lib.* 3. *Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſtion. lib.* 2. *caſ.* 329. *n.* 1. Idque minus dubium habet, ſi delinquens nondum ſit maior ſedecim annorum, ut tradit Vinc. de Franch. *in deciſ.* 230. Et teſtatur Farinac. *d. q.* 92. *n.* 108. in Vrbe nunquam minores 20. annorum fuiſſe morti traditos, niſi ipſo Principe conſulto.

Quod & verum eſt in criminibus gravibus, & atrocibus, *gloſſ. in d. l. ferè in omnibus, verſ. ſi criminaliter. ff. de reg. iur.* imò etiam in atrociſſimis ob ætatem minorem pœnam mitigandam eſſe, tradit Proſper. Farin. *dict. quæſt.* 92. *n.* 106. *Aretin. in tractat. malefic. in verb. ſcienter & doloſè. n.* 12. *Gandin. de pœn. Reor. n.* 30. 29

Refert quoque Menoch. condemnatum fuiſſe ad perpetuas triremes quendam Roggerium, adoleſcentem ſexdecim annorum qui patrem occiderat, *de arbitr. iudic. quæſt. lib.* 2. *caſ.* 356. *n.* 43. Et quendam Nobilem juvenem, qui nondum 18. compleverat annum, fuiſſe capite obtruncatum, eò, quod patrem veneno necaverat, meminit *Vincent. de Franch. dict. deciſ* 230 30

31 *Hinc pœna gladii fuit indicta M. L. puella quindecim annorum ob commiſſum infanticidium. Verſus* Arnshaugk / An Landrichter / *Menſ. Febr. Anno* 1583.

32 *Simili modo meretricem quandam* 17. *annorũ, eò quòd infantem ſuum ſuffocaverat, gladio puniendam eſſe, reſponderunt Scabini ad requiſitionẽ Senatus in* Kempnitz / *Menſ. Mart. An.* 1585.

33 *Melancholia.* Quinto: Mitiori quoque pœnâ in crimine parricidii afficiendi ſunt Melancholici, homines nimirum deſperatæ & amotæ mentis, abſurda & triſtia ſibi fingentes atq; dicentes. Melancholicas namq; affectiones in criminibus à pœnâ excuſationem aliquam præbere, teſtis locuples eſt *Claud. Bertazzol. in addit. ad Bartol. Bertaz. conſil.* 228. *verſ.* 5. *ſi quis erit naturâ melancholicus &c. & poſt eum Sfort. Odd. conſil.* 93. *numer.* 25.

34 Quorum tamen appellatione non comprehenduntur furioſi, qui ſicuti in aliis delictis, ita etiam in parricidio ab omni pœnâ ſunt immunes. *l. fin.* §. *fin. ff. ad Leg. Pompei. de Parricid. Igne. in l.* 3. §. *ignoſcitur. n.* 78. & 83. *ff. ad Syllan. Iodoc. Damhoud. in pract. crimin. cap.* 84. *n.* 6. *verſ. etiamſi matrem occidiſſent. Petr. à Plach. in epitom. delict. lib.* 1. *cap.* 29. *numer.* 1. *Iul. Clar. in pract.* §. *fin. quæſt* 60. *n.* 7. Quamvis non dimittantur, ſed cuſtodiantur à ſuis in carceribus, ac etiam ſi opus fuerit in vinculis & compedibus, non in pœnam delicti commiſſi, ſed ne quid pernicioſius in ſeipſos, aut in alios moliantur. *l. divus Marcus ff. de offic. Præſid. Bonifac. de Vitalin. in Clem.* 1. *n.* 7. *de homicid. Ripa in l. ex facto. n.* 74. *verſ. fallit.* 3. *ff. de vulg. & pupill. Ang. de malef in verb. ſcienter & doloſè. n.* 9.

Neque etiam per melancholicos hic intellectos velim, qui præter modum timidi, cupidi, avari, & iracundi ſunt, quos ob melancholiam temperatam à pœnâ ordinariâ immunes eſſe, nemo facilè dixerit.

35 Sed accidit quandoq; ut melancholicus humor ſalubriter humano corpori datus in atram bilem & venenum peſtiferum degeneret, indeq; morbus, quem melancholiam primariam vocant Medici, procreetur. ubi cerebrum primariò afficitur, ſive peculiari, ſive totius corporis vitio; Quâ mentis alienatione laborantes vel cogitant, vel loquuntur, vel efficiunt abſurda, longèque à ratione & conſilio abhorrentia, eaq; omnia cum metu & mæſtitiâ, *Petr. Heig. part.* 2. *quæſt.* 38. *n.* 36.

Hoc

36 Hoc igitur caſu iudex arbitrium ſuum temperare debet, ut intelligat, an delictum in ipſo delirio fuerit commiſſum, & tunc non facilè ad pœnam mortis ſive ultimum ſuppliciũ pervenire poterit. Prout hoc caſu mulieri melancholicæ ob infanticidium perpetratum, fuſtigationem cum perpetuâ relegatione dictatam fuiſſe à Wittebergenſibus, meminit Heig. *dict* q 38. *n.* 55.

37 Si verò tempore delicti perpetrati melancholia fuerit remiſſior, & delinquentes triſtes ac deſperati animi reperiãtur, gladii pœna tum irroganda erit. Non enim melancholia, etiamſi in ſummo gradu fuerit, facit, ut homines perpetuò inſaniant, vel delirent, ſed quietius plerumque agunt & per intervalla levius delirant, adeoq; & affectionis pravæ ſigna ſe aliâs minus, aliàs magis produnt.

38 *Ita reſponderunt Scabini, quùm G.S duplex infanticidium commiſerat & coniugem graviter vulneraverat:* Ob er nun wol dardurch verwircket/ daß er mit einem glüenden Zangengriff geriſſen und zuſamt einem Hunde/ Hahn/ Schlangen/ und Katzen/ an ſtatt eines Affen/ in einen Sack geſteckt/ ins Waſſer geworffen/ und erträncket werden ſolte: Dieweil aber dennoch auß etlichen Umſtänden zuvernehmen/ daß er durch gefährliche Melancholey und Einbildung in ſolchen Unfall gerahten/ er ſelbſten auch ſaget/ daß er nicht zuberichten wüſte/ wie jhme geweſen er hette vor der That mit ſeinem Weibe in die drey Stunden gebetet/ aber was hülffe es/ es were auch zum ſelben mahl nicht recht um jhn geſtanden/ und wolte Gott/ daß nimmermehr keinem Menſchen alſo were/ gleich wie jhme geweſen/ und alſo dieſe von dem Gefangenen verübete That allerdinge für einen freventlichen bößlichen Mord nicht zu halten: So mag der Gefangene auß ob angeregten *motiven*, und andern angeführten Umſtänden/ derowegen daß er ſeine beyde Kinder entleibet und umgebracht/ geſtalten Sachen nach/ jedoch wofern er uff ſeinen gethanen Bekäntnüß vor gehegtem peinlichen Halsgerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W. *Ad conſultationem Quæſtoris Deliciani, Menſ. Iun. Anno* 1615.

39 *Similiter pronunciatum verſus* Auguſtusburgk: So möchte *S. A.* von wegen ſolcher an jhrem eigenen Kinde begangenen und bekandten Mordthat/ wofern jhr die hohe Obrigkeit derowegen/ daß ſie laut jhrer Außſage beym 4. und 14. *artic.* es durch eingeben eines ſchwartzen Mannes gethan/ welcher jhr im Traum fürkommen/ daher ſichs anſehen leſſet/ daß es von jhr auß Traurigkeit/ Melancholey und Schwermütigkeit geſchehen ſey/ auß ſonderlichen Gnaden/ die ordentliche Straffe der Kindermörder nicht lindern und mindern wolte/ ſampt einem Hunde Hahn/ Schlangen/ und Katzen an ſtat eines Affen/ in einen Sack geſtecket/ ins Waſſer geworffen und ertrencket/ oder do die Gelegenheit deß Waſſers deß Orts nicht vorhanden/ mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W. *Ad conſultationem Quæſtoris, Menſ Iunio, Anno* 1608.

40 *In caſu ſimili pœna gladij fuit dictata*, G. S. Ob nun wohl keine Vernunfft an jhme zu mercken geweſen/ man auch die Zeit ſeiner gefänglichen Hafft keine Unſinnigkeit oder unvernünfftige Reden von jhme gehöret; Dieweil jhr aber dennoch in euren vorigen Fragen vermeldet/ daß er den Sommer ſiech und kranck geweſen/ und ſein Weib 14. Tage vor der Mordthat den Pfarrherrn/ welcher jhn den Tag zuvor das hochwürdige Sacrament gereichet/ wieder geholet und gebeten/ jhme zu zuſprechen und zu tröſten/ denn er gar irre worden; So bleibet er mit der ordentlichen Straffe der Weibermörder verſchonet/ Er wird aber gleichwol/ wofern er uff ſeinen gethanen bekäntnüß vor gehegtem peinlichen Halßgerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ mit dem Schwert vom Leben zum Tode billich geſtrafft V. R. W.

Ad conſultationem Laurentij à Schönbergs/ *Menſ. Octob Anno* 1585.

41 *Pariter pronunciavimus adverſus H. W. qui ex animo deſperato infantem tenellum occiderat perſuaſum ſibi habens, ſe tantum labore conſequi non poſſe, unde ad alimenta ſibi & infanti ſatu eſſet, ſimulque ultimo ſupplicio puniri exoptans. Ad Iudicem & Scabinos Schnebergenſes, Menſ Febr. Anno* 1629.

42 *Ebrietas*

Sexto: Ob Ebrietatem quoque delinquentis pœna parricidii mitigari ſolet. Vnde Alexaner. Raudenſ. *libr. 1. de analog capit. 22. allegatus à* Daniel *Moller. ad Conſtit. Elect. 3. part. 4. numer.* 28. refert, in Ducatu Mediolanenſi, Nobilem quendam, qui per ebrietatem uxorem ſuam interfecerat, cùm eam probaſſet, & remiſſionem à ſocru impetraſſet, a Senatu abſolutum fuiſſe.

43 Quamvis autem id apud nos vix quiſquam obtineret, ac immunitatem ab omni pœna impetraret, teſte Moller. *dict. nu.* 28. mitiori tamen pœnâ veluti gladio, ſi per ebrietatem etiã levem (nam graviter ebrius delinquens nequaquam ultimo ſupplicio afficiendꝰ eſt, *Tiraquell. de pœnis temp. cauſ. 6. n. 11. 12 Proſper. Farinac. part. 3 oper. crimin. quæſt. 193. n. 18. 19*) quis parricidium committeret, plectendus eſſet, modo delinquens non fuerit ebrioſus, hoc eſt, ſolitus & conſuetus ſe inebriare, qui duplicem maledictionem meretur tàm propter ebrietatem ipſam, quàm propter delictum in ebrietate cõmiſſum, ſecundum Ariſt. 3. *Ethic. capit. 5. Andr. Tiraquell dict. cauſ 6. n. 9. Socin. in cap. ad audientiam n. 55. verſ. aliter tamen, de homicid. Andr. Gail. libr. 2. obſervat. 10. n. 26. Blanch. in pract. crim. §. ebrius n. 7. 8.* At ebrio delinquenti, qui aliàs à vini immodica potatione abſtinet, aliquo modo ignoſcendum eſt. *c ſane ubi gloſſ. in verb. venia, & c. ebriaverunt 15. quæſt 1. l. omne delictum. §. per vinum. ff. de re milit. Salycet. in l. fin. in fin. C. ad Leg. Cornel. de ſicar Tiraquell. dict. cauſ. 6. nu. 1. Gig. de crim. læſ Maieſt. lib. 1. tit. qualiter & à quibus crim. læſ Maieſt quæſt 52. n. 7. Carrer in pract. in 3. tract. in homicid §. tertio n. 7. Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſol. c. 1. n 73. Petr. à Plach. in epit. delict. c 30. n. 1. in fin Iul. Clar. in pract. § fin quæſt. 6. n. 2. Iacob. Menoch. de arbitr. judic quæſt. lib. 2. caſ. 326. n. 1. & ſeq. Andr. Gail. l. 2. obſ. 110. n. 24 Bertaz. conſ. 26. n. 2. & ſeq. Maſcard. de probat lib. 2. concl. 579. n. 3.*

44 *Et ſic pœnam gladii dictaverunt alicui Reo Scabini, ob uxoricidium per ebrietatem commiſſum Ad conſultationem Henrici ab* Einſiedels/ *Menſe Maio,* 1586.

Eodem modo pronunciarunt in caſu ſimili, verſus Weißenfels/ *Ad requiſitionem Præfecti, Octobr. Anno* 1587.

It Verſus Heldrungen/ *Ad conſultationem Præfecti, M. Sept. Anno* 1597.

Septimò

45 7. *Iuſſu parentum.* Septimò: Remitti etiam poteſt parricidii pœna ordinaria in caſu, quo quis perſuaſione aut juſſu patris ſive matris deliquit & parricidium commiſit, ita enim filius delinquendo de mandato patris excuſatur, *arg. l. liber. homo. ff. ad Leg. Aquil. & l. velle non creditur. ff. de reg. jur. ubi gloſſ. & Dec. n. 1. & n. 7. Carrer. in pract. in tractat. de homicid. & aſſaſſin. §. ſequitur ex quibus cauſis. n. 1.* Quod & verũ in liberis delinquentib⁹ juſſu matris. *Menoch. de arbitr. judic. qu. lib. 2. caſ. 354. n. 41.*

46 Quamvis autem in delictis atrocioribus & atrociſſimis, quale parricidium eſt, aliud ſtatuendum ſit, ita ut in iisdem juſſus ſeu perſuaſio parentum nequaquam delinquentes excuſet; *Dec. in d. l. velle non creditur. n. 7. verſ. ſecus eſt in gravibus. ff. de reg. jur. ubi etiam Cagn. n. 5. 6. 8. Tiraquell. de pœn. temper. cauſ. 34. n. 1. Anton. Gomez. dict. c. 3. n. 42. Petr. à Plach. in epitom. delict. c. 15. n. 24. Proſper. Farin. part. 3. oper. crim. quæſt. 92. n. 254. Carrer. in 3. tract. de homicid. & aſſaſſin. §. ſequitur ex quibus cauſ. n. 1.* Hoc tamen eatenus verum eſt, ut liberi juſſu parentum delinquentes in atrocioribus non liberentur in totum, ex parte tamen excuſantur, & ſic à pœnâ ordinariâ, ſecundum *Salycet. in l. non ideò minus. n. 9. in fin. verſ. mitius tamen puniretur. C. de accuſat. Gomez. dict. c. 3. n. 42. in fin. pr. verſ. unum tamen eſt &c. Tiraquell. dict. cauſ. 34. n. 3.* Decius *lib. 4. conſ. 535. n. 3. & 4.* ubi dicit, in levibus juſſum matris excuſare in totum, in gravibus verò à pœnâ ordinariâ.

Exiſtimo itaque, ſi filia ex perſuaſione matris infantem occidat, pœnam ordinariam ipſi remitti poſſe, ſubſtitutâ pœnâ gladii.

47 *Quemadmodum in tali caſu pronunciaverunt Scabini verſus* **Böhlen** / *Ad requiſitionem VVolffgangi* **Siegfrieds** / *M. Aug. An.* 1628.

48 *Et quando M. D. juſſu matris ſuæ infantem occidit, adjudicata ipſi fuit pœna ordinaria culei cum appendice :* **Man wolte jhr dann in Anſehung / daß es ſie jhre Mutter geheiſſen / Gnade erzeigen / vff dem Fall möchte ſie mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft vnd hingerichtet werdẽ V. R. W.** *Ad Conſultationem Quæſtoru Plavienſis Menſ. Mar. Anno* 1588.

49 8. *Metus.* Octavò: Huc etiam referri poteſt parricidium ex metu ſeu timore commiſſum; veluti ſi filia metuens iram & juſtam indignationem parentum infantem occidat.

50 *Tùm*, quòd ii, qui minis ſeu metu coacti delinquunt, aliquo modo excuſentur; *Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 60. n. 17. Bertaz. conſ. 173. n. 8. lib. 1. & conſ. 266. n. 3. lib. 2.* nam propter metum delinquentes videntur coactè relinquere: coacta autem voluntas non eſt voluntas, *l. velle non creditur. ubi gloſſ. & Dec. n. 1. ff. de reg. jur.* Et coactus magis pati quam agere dicitur. *l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. de liber. cauſ.*

51 *Tùm*, quòd quælibet juſta credulitas, imò etiam cauſa injuſta à pœnâ ordinariâ excuſet. *Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 60. n. 22. Nicol. Boer. deciſ. 168. n. 11. Socin. Iun. conſ. 45. num. 16. Bajard. in pract. crim. fol. 138. n. 6. Boſſ. in tit. de decret. Mediol. n. 19. & quamplurimi allegati à Iacob. Schult. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 104. n. 8.*

52 *Ideoq; pœnam gladii dictaverunt Scabini fœminæ cuidam P. W. quæ ab alio impragnata, infantem brevi poſt nuptias cum marito ſuo contractas natum, occiderat, metuens increpationem ſocrus ſuæ :* **So möchte ſie wegen dero an jhrem eigenen Kinde begangenen vnnd bekandten Mordthat nach Gelegenheit dißfalß / weil ſie in groſſer Angſt geweſen / vnd was ſie gethan / were auß groſſer Furcht vor deß Mannes Mutter geſchehen / wegen der Beyſorge / die Mutter hette doch hernacher dem Sohn jhrem Ehemanne angezeiget / daß er von jhr entlauffen were / vnnd da ſie kranck worden / hette ſie mit dieſen Worten die Mutter ůmb Gottes willen gebeten / Můtterichen / Můtterichen / holet mir die Wehemutter / aber ſolches nicht erlangen / noch die Mutter erbitten können / mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet vñ geſtrafft werden / V. R. W.** *Ad conſultationem Senatus VVurzenſis, Menſ. Iul. Anno* 1628.

53 *Aliquando etiam in caſu ſimili dictavimus pœnam culei, adjectâ clauſulâ :* **Es wolte dann die hohe Obrigkeit in Anſehung / daß ſie ſich jhrem anzeigen nach / vor jhrem Vater gewaltig gefůrchtet / Gnade erweiſen / vff den Fall möchte ſie mit dem Schwerd vom Leben zum Tode gerichtet vnnd geſtrafft werden / V. R. W.** *Ad requiſitionem Iudicis præfecturæ Pegavienſis, Menſ. Aug. Anno* 1630.

54 9. *Morbiii.* Nonò: Ob morbum quoque Epilepticum, quo infanticida laborat, pœnam culei in gladii pœnam commutatam fuiſſe, memini; Ne ſcilicet Reus in executione pœnæ in epilepſiam incidens duplici affligeretur pœnâ.

Ad conſultationem Henrici à **Bůnaw / in Weiſſenſtein** / *Menſ. Aug. Anno* 1630.

Hiſce ergò caſibus in crimine parricidii pœna ordinaria culei remitti poteſt, quos exempli gratiâ hîc recenſuiſſe ſufficiat. Præter hoſce adhuc cauſæ & circumſtantiæ aliæ occurrere ſolent, ob quas pœna parricidii æquè mitigari poteſt, quæ diſcretioni & prudentiæ judicis committuntur.

QUÆSTIO XIX.

De crimine Aſſaſſinii, ejusque pœnâ:

SVMMARIA.

1. *Aſſaſſinium unde dicatur. n. 2.*
3. *Quidnam ſit Aſſaſſinium. n. 4. 5.*
6. *Crimen hoc crudele & horrendum eſt. n. 9.*
7. *Aſſaſſinium ſpecies homicidii eſt.*
8. *Interventus pecuniæ delictum facit atrocius.*
10. *Quænam ſit pœna hujus delicti. n. 11. 12.*
13. *Hæc pœna diverſa eſt, pro more cujusvis regionis.*
14 *In ditionibus Saxonicis illud ſupplicium irrogari debet, quod moribus Saxonicis eſt receptum.*
15. *Pœna Aſſaſſinatoris ſeu conductoris.*

16. *Sententia Scabinorum Lipſenſium n.17.18.*
15. *Pœna Aſſaſſinij ſive Locatoris.n.20.21.22.*
23. *Correlatorum eadem eſt ratio & diſciplina. numer.24.*
25. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.n.26.*
27. *Quænam ſint requiſita criminis aſſaſſinii.*
28. *Quâ pœnâ plectendus Aſſaſſinator parricida. n. 29 30.*
31. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n.32.33.*
34. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
35 *An ſemper pecunia numerata intervenire debeat in crimine Aſſaſſinii.n 36.38.*
57. *Aſſaſſinium æquiparatur Latrocinio.*
39. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
40. *Quid ſi Aſſaſſinus rem minimam acceperit. n.42.*
41. *Latrocinium in re minimâ perpetratur.*
43. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
44. *Num aſſaſſinium ſo â pecuniæ promiſſione committatur.n.45.46.*
47. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium. n 49.51.*
48. *Quid ſi pretium certum non fuerit expreſſum. n.50.*
52. *Quomodo conatus in Aſſaſſinio puniendus. n.53. 54.55.56.57.58.59.60 61.*
62. *Sententia Scabinorum Lipſenſium n.63.64.*

HActenus dictum de parricidio, ob cujus immanitatem durior ac ſeverior pœna, quàm pro ſimplici homicidio conſtituta eſt. Jam agendum quoque eſt de crimine Aſſaſſinii, in quo pœna homicidii æquè aggravatur, quando nempè quis occidit alium ad inſtantiam alterius, corruptus precio vel pecunia, quo caſu dicitur committi crimen Aſſaſſinii.

1 Hoc autem non dicitur à ſcindendo, quòd ſcilicet ſcindat animam à corpore, prout ſentit Gemin. in *capit. 1. §. cum igitur. de homicid. in 6to.* allegatus in Carrer. *in pract. crim. § 5. num. 3.* Convenit enim hæc derivatio cuicunque homicidæ non tantùm aſſaſſino. Sed nomen ac originem habet hoc delictum ab Aſſaſſinis incolis Aſiæ regionis ſeu Populis Parthicis, qui & Aſacidæ dicti, de quibus ſcribit Paul. Æmil *lib. 5. de reb. geſt. Francor.* Aſſaſſinos fuiſſe colluviem quandam gentis obſcuræ & perfidæ circa 60. virorum millia, quæ in regione Eſſenorum decem omninò incolebant oppida circa Phæniciam. Hi recepta Mahumetis perſuaſione, ſanctiſſimi omnium à Barbaris exiſtimabantur nulla ambitione honorum, ſed ipſi inter ſe maximè unanimes, quem virum optimũ putabant, illum ſibi præficiebant, illumque Seniorem aut Arſacidam vocabant; nihilque ſanctius aut glorioſius, quo & immortalitatem conſequi poſſent, judicabant, quàm pro patria, Arſacida ſeu Domino, ac pro Religione ac ſecta ei infenſos, adeóque homines Chriſtianos interimere, ejusque nomine mortem oppetere. Unde Chriſtianorum doctrinam edocti, ſéque Chriſtianos ſimulantes, proditoriè quosque ac proceres Chriſtianos inopinantes ex mandato Senioris accepto trucidabant, quantumvis certò ſcirent, ſe illicò deprehéſos gravos viciſſim daturos pœnas, quas etiam mira animi alacritate perpeſſi fuêre. *Duar. libr. 2. diſputat. cap. 12. circa fin. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 9 cap. 30. num. 1. Iacob. Menoch de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. cent. 4. caſ 360. numer. 41. Petr. Gregor. 36. Syntagm. 15 n. 16. Didac. Covarr. lib. 2. variar. reſolut. cap* 20. *num.* 10. Et refert Innocent. IV. Pontifex in *cap. 1. de homicid. in 6to.* aſſaſſinos iſtos ſuo tempore maximè fuiſſe graſſatos, adeò ut nonnulli Magnates timentes ab illis interfici, coacti fuerint ſecuritatem impetrare ab eorundem Aſſaſſinorum Domino.

2 Horum populorum mores cùm ſubſequentibus imitari cepiſſent Chriſtiani, Bannitos aliosvè audaces cònducendo & præmiis invitando, ut ſibi inimicos & infenſos è medio tollerent (quemadmodum etiamnum in Italiâ hoc facinus frequentiſſimum eſt) iſtud homicidium conductitium Aſſaſſinium vocari conſuevit. *Duar. dict. diſput. 12. Petr. Theodor. in colleg. crimin. diſp. 7. th. 4. lit. A.*

3 Eſt ergò hodiè Aſſaſſinium homicidium ab aliquo ad hoc mercede conducto ad alterius mandatum commiſſum. *cap. 1. de homocid. in 6to. ubi Dd. Anton Gomez. tom. 3 variar. reſolut. cap 3. n.* 10. Licet enim textus in *d. cap.* 1. loqui videatur de populo Aſſaſſinorum infideli, de quo antea dictum, & propterea aliqui ſenſerint, eum non extendendum eſſe ad Chriſtianos occidentes ſeu occidere facientes mediante pecuniâ, *gloſſ. in dict. cap. 1. ubi etiam Hoſtienſ. num.* 8. *&* 18. *in fin. Covarr. variar. reſolut. libr. 2. numer. 9. &* 10. Communiter tamen Doctores contrarium ſtatuunt, exiſtimantes deciſionem *dict. cap. 1.* etiam extendi debere ad Chriſtianos, qui pecunia Chriſtianum conducunt, ad occidendum etiam Chriſtianum, juxta *l. non poſſunt. 12. ff. de legib. Tiber. Decian. in tract. crimin. dict. cap. 30. numer. 4. Proſper. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 123. n. 22. Iul. Clar. in pract. §. Aſſaſſ. n. 1. Ægid. Boſſius in tit. de mandato ad homicid. n 16. Petr à Plach. in epitom. delictor. cap. 19. n. 2. Brun. à Sol. quæſt. 34 n. 5. & ſeqq.*

4 Negari quidem non poteſt, genus illud hominum Aſſaſſinorum, quorum antea mentio facta eſt, dediſſe occaſionem Decretali conficiendæ *in dict. cap. 1. de homicid. in 6to.* Attamen cùm illi, qui pecunia accepta occidunt homines, à quibus plerunq; nullam unquam injuriam acceperunt, ſimiles ſint in omnibus Aſſaſſinis illis veris, qui pariter ſe amicos ſimulantes incautos per inſidias occidebant; quid mirum, ſi ex interpp. opinione communi prædicta deciſio etiam ad Chriſtianos ſit extenſa. Nam ſi grave eſt per infidelem pecunia conductum occidi Chriſtianum, multò certè gravius erit, per Chriſtianum conductum occidi Chriſtianum, ſicut gravius eſt fratrem à fratre occidi quàm ab extraneo: cùm & Chriſtiani omnes fratres ſimus, ne, à quo ſperari deberet auxilium, inde mors proveniat. *Covarr. in pract. crimin. §. 5. num. 3. Decian. dict. lib. 9 cap 30. num. 4.*

5 Et dicitur Aſſaſſinus non ſolùm ille qui aliquem occidi precio mandat alteri, ſed & is qui ſuſcepta ab aliquo pecunia mediante man-

dato alterum occidit, adeoque mandans & mandatarius, ſive conductor & locator Aſſaſſinus dicitur, licet à quibusdam mandans Aſſaſſinator, mandatarius autem in ſpecie aſſaſſinus vocetur, *Iod. Damhoud. in pract. crimin. capit.* 83. *in fin.* Quamvis enim textus in *cap.* 1. *de homicid. in 6to.* non de mandatario ſive locatore interficiente, ſed de mandante & conductore loqui videatur; communi tamen interpretatione receptum eſt, ut & ad mandatarium & interfectorem extendatur. *gloſſ. in dict. cap.* 1. *in verb. pro humani. in fin. de homicid. in 6to. ubi & Hoſtienſ. num.* 21. *Bartol. in l. non ſolùm.* §. *ſi mandato num.* 14. *ff. de injur.* Salycet. *in l. non ideò minus. numer.* 36. *ad med. verſ. & aſſaſſini. C. de accuſat.* ubi tradit, Aſſaſſinos etiam vocari vulgò, qui pecuniâ receptâ vel promiſſâ homicidia committunt. *Angel. de malefic. in verb. & Sempronium numer.* 1. *verſ. ſi autem datâ pecuniâ. Carrer. in pract. in* 3. *tractat. de homicid. & aſſaſſ.* §. *circa igitur tertium. num.* 11. *Iodoc. Damhouder. in pract. crim. cap.* 83. *rubr. de aſſaſſ. numer.* 1. *Anton. Gomez tom.* 3. *variar. reſol. capit.* 3. *numer.* 10. *Petr. à Plach. in epitom. delict. libr.* 1. *capit.* 10 *numer.* 2. *&* 3. *Tiber. Decian. in tractat. crimin. libr.* 9. *cap.* 30 *num.* 9. *Roland. conſil.* 14. *numer.* 13. *libr.* 4. *Maſcard. de probat. libr.* 1. *concl.* 138. *n.* 1.

6 Crimen autem Aſſaſſinii non modo atrociſſimum, ſed & crudele, execrabile, & horrendum eſſe, extra dubium eſt, & expreſsè id probat *cap. pro humani.* 1. §. *cum igitur*, in verb. *horrenda inhumanitate deteſtandaque ſævitiâ mortem ſitiunt aliorum. Et* §. *ſacri in fin.* ibi: *Scelus tam execrabile; de homicid. in 6to. ubi Hoſtienſ. in pr. verb. aſſaſſinorum crudelitas. Corrad. in pract. rubr. de aſſaſſ. num. Covarr. variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 10. *Tiber. decian. dict. cap* 30. *n.* 4. *Roland conſil.* 14. *n.* 14 *lib.* 4.

7 Et quamvis Aſſaſſinium ſpecies homicidii dicatur, longè tamen gravius eſt ſimplici homicidio, idque propter pecuniam intervenientem, quæ regulariter facit delictum atrocius & pœnam auget. *Bartol. in l. non ſolùm.* §. *ſi mandato. numer.* 14. *ff. de injur. Salycet. in l. non ideò minus. numer.* 36. *verſ. veruntamen inquiunt Doctores. C. de accuſat. Carrer. in pract. in* 3. *tract. de homicid. & aſſaſſ.* §. *circa igitur tertium num* 36. *Anton. Gomez. dict. cap.* 3. *numer.* 10. *Gabr. libr.* 7 *concl.* 1. *num.* 30. *Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. lib.* 2. *caſ.* 357. *num.* 14. *Decian. dict. cap.* 30. *n.* 4. Hocque manifeſtè probat textus in *l. Cicero ff. de pœn.* ubi mulier quæ fecit abortum propter pecunias ſibi datas ab aliis heredibus, tenetur pœna mortis; ſi verò fecerit abortum non pecuniis, ſed odio mariti vel ex aliâ cauſâ, mitius punitur, pœna nempe exilii &c. Vnde conſtat crimen homicidii gravius reddi ſi pecunia interveniat, prout notat *Bartol. ad iſtum textum*, eumque ad hoc reputat ſingularem Felin. *in cap. ſi aliquis. de homicid.*

8 Accedit & alia ratio, quòd nempè ei qui prætendit propriam vindictam ex injuria ſibi facta, vel ira, vel odio, videatur magis parcendum; quia vix poteſt quis dolorem proprium temperare, & homo incenſus ira vel propria offenſa non dicitur in plenitudine intellectus; ſed iſte qui delinquit corruptus pecunia, non eſt propriè inimicus, nec habet excuſationem aliquam ſui delicti. *Anton. Gomez. dict. capit.* 3. *numer.* 10.

Cùm ergò crimen Aſſaſſinii gravius & atrocius ſit homicidio ſimplici, utique etiam ob gravitatem & atrocitatẽ gravius coërcendum erit, quod ferè nullum dubium habet. *Iodoc. Damhouder in Pract. crim. cap.* 83. *num.* 4. 10 *Qua verò pœnâ Aſſaſſini affici debeant?* Difficilè eſt definire & certi quid ſtatuere, cùm neque in Iure Civili, neque Conſtitutione Crim. Carolina, neque etiam in Iure Saxonico, certa pœna pro crimine Aſſaſſini conſtituta reperiatur; Neque etiam de Aſſaſſinis textum habemus in Iure Civili, neque vocabulum hoc ibidem reperiendum eſt, cùm eo jure appellentur generali nomine locatoris & conductoris operarum, in *l. non ſolum* § *mandato. ff. de injur.*

In Iure quidem Canonico ab Innocentio IV. Pontifice ſancitum eſt decreto generali: ut quilibet Aſſaſſinus, ſive clericus, ſive ſecularis, excommunicationis & depoſitionis à dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio, incurrat ſententias ipſo facto, & una cum bonis ſuis omnibus tanquam Chriſtianæ religionis æmulus à toto Chriſtiano populo perpetuò diffidatus ſit, *in cap. pro humani.* 1. *de homicid. in 6to.* Vnde aſſaſſinus ſeu diffidatus ab omnibus impunè occidi poteſt *Hoſtienſ. in dict. cap.* 1. *num.* 32. *Carrer. in pract. crimin.* §. *circa igitur tertium. num.* 13. *Tiber. Decian. in tract. crim. lib.* 4. *cap.* 9. *poſt num.* 78. ubi generalem facit concluſionem, paria eſſe, quòd ſtatutum reputet aliquem diffidatum, vel quòd mandet eum occidi, *& lib.* 9 *cap.* 30 *num.* 7. *Bajard. ad Iul. Clar. in* §. *homicidium, num.* 190. *& n.* 272. 11

Sed præterquam quòd *d. cap.* 1. *de homicid. in 6to* propriè & ſpecialiter loquatur de iis, qui Aſſaſſinos propriè ſic dictos, infideles ſcilicet, ad perpetrandum homicidium conducunt, adeoque etiam ſolùm de aſſaſſino conductore ſive Aſſaſſinatore, non certè colligendum exindè, quo genere ſupplicii magiſtratus in aſſaſſinos, locatores pariter ac conductores animadvertere debeat. 12

Ideoque non unica, eademque Aſſaſſinii pœna ubivis locorum obtinet, ſed pro more cujusvis regionis ea multùm variatur. Vel enim hujus delicti Rei ultra gladii pœnam prius ad locum ſupplicii pertrahuntur per caudam equi, ſi exilioris conditionis homo per Aſſaſſinium peremptus fuerit; vel Rota tunduntur, honeſtiore ſcilicet occiſo; Vel etiam huic Rotæ pœnæ additur præter tractionem illam uſtulatio, quæ fit ignitis forcipibus, ſi cum hoc delicto vis publica concurrat; Vel Reus in fruſta ſcinditur, poſtquam furca ſuſpenſus, aut malleo in capite confoſſus fuit. *Iul. Clar. in pract.* § *aſſaſſin. num.* 4. *Petr. Thedor. in colleg. crimin. diſput.* 7. *th.* 6. *lit. D. Carrer. in pract. in* 3. *tract. de homicid & aſſaſſin.* §. *circa igitur tertium. num.* 47. *Covar. variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 10. *ſub verſ. quarto eâdem ratione &c. Petr. à Plach. in epitom. delict. libr.* 7. *capit.* 19. *numer.* 5. *Decian. in tract. crimin. libr.* 9. *capit* 30. *numer.* 31. 13

14 Quarum tamen pœnarum neutra imponenda Aſſaſſinis in ditionibus Saxonicis, ut in quibus illud demum ſupplicium dictandum, quod Saxonum Jure & moribus receptum atque expreſſum eſt, juxta gloſſ. Landrecht.*lib* 3.*art*.84.in verb. Tödtet ein Mann ſeinen Herren *n*.3. ibi. Es ſagen aber andere. *Iacob.Schult.in addit.ad Modeſt.Piſtor.part*.4.*quæſt*.133.*n*.15.

Quapropter in crimine hoc coërcendo ad conſuetudinem hujus regionis maximoperè reſpiciendum eſt, ſecundum quam alio ſupplicii genere conductor ſive Aſſaſſinator, aliter quoq; Locator Aſſaſſinus puniri ſolet.

15 Quoad illum enim, moribus receptum eſt, ut Aſſaſſinator, qui pecunia promiſſa mandat committi homicidium, vel aliquem certa pecuniæ ſumma ad hoc delictum conducit, gladio puniatur, & poſtea cadaver ipſius Rotæ in altum erectæ affigatur. Quod certè haud ſine ratione introductum, ſupra enim *quæſt*.7.*n*.33. demonſtravi, pœnam homicidii deliberato animo & ex propoſito commiſſi in tantum exaſperari debere, ut cadaver delinquentis non ſepeliatur, ſed Rotæ imponatur; idque propterea, quo homines pœnæ hujus omni tempore recordentur, & ab ejuſmodi facinore deterreantur, qui ſanè fructus pœnarum non minimus eſt. *l*.6.§.*pen.l.* 20.*ff.de pœn. Bodin.libr*.7.*de Republ.capit*.4.*num.* 21. *Petr.Heig.part*.2.*quæſtion*.39.*numer*.27. *Hering.de fidejuſſor.cap*.10.*n*.344. Jam verò Aſſaſſinator, qui pecunia mediante mandat committi homicidium, deliberato animo & ex propoſito delinquit, & ſi unquam homicidiũ per inſidias induſtriamvè cõmitti poteſt, iſtud certè ab eo, qui alium ad occidendum certa mercede conducit, perpetratur: ut mirum non ſit, conducentem tali pœna affici, qua aliàs homicidium ex propoſito & per inſidias commiſſum coërceri ſolet.

16 *Quemadmodum etiam Scabini Aſſaſſinatori pœnam gladii dictare ſolent, ita ut cadaver poſt factam executionem Rotæ imponatur; Veluti ſic reſponderunt, quando A.I Aſſaſſinos duos* 400. *florenis conduxerat ad occidendum T.M. qui etiam poſtea ab ipſis fuerat interfectus*: So möchte er wegen ſolcher ſeiner Mißhandlung/ welche vor ein *Aſſaſſinium* zu halten mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft/ vnd nach vollbrachter *execution* andern dergleichen Mißhändlern zum Exempel vnd Abſchew/ der Cörper vff ein Radt geleget vnnd geflochten werden/ V.R.W. *Ad conſultationem Quæſtoris Torgenſis, Menſe Octobr. Anno* 1617.

17 *Eadem pœna fuit indicta C.W. & L.S. duobus Aſſaſſinatoribus*: So möchten ſie von wegen ſolcher jhrer begangenen vnd bekandten Verbrechung beyde mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft vñ hernach eines jeden Cörper vff ein Radt geleget vnd geflochten werden V.R.W. An Bürgermeiſtere vnd Rath zu Lübeck/ *Menſ Ian. Anno* 1601.

18 *Simili modo fuit pronunciatum verſus* Schweinitz / *Ad Quæſtorem, Menſe April. Anno* 1589.

It: *Verſus* Hohenſtein/ *quando crimen hoc aſſaſſinii à quibusdam Nobilibus perpetratum & aſſaſſino* 2000. *floreni promiſſi ab eoq; G.ab H. occiſus fuerat, Menſ. Sept. Anno* 1625.

19 Aſſaſſinus autem qui operam ſuam ad delictum hoc locat, & ſuſcepta ab aliquo pecunia mediante mandato alterum occidit, ſecundum conſuetudinem hujus regionis (quam etiam Scabini Electorales in pronunciando ſequuntur) Rotæ ſupplicio afficitur. Quæ conſuetudo videtur exinde promanaſſe.

Primò: Quia Conſtit. Crim. Carolina *art*.130. & *art*.13. Landrecht *lib*.2. pœnâ Rotæ Latrones affici jubet, qui homines ſpoliant, & ſpoliis non cõtenti eos occidunt: propterea, quòd in latrocinio interventus pecuniæ ſeu divitiarum, quarum gratiâ homicidium perpetratur, pœnam augeat, *Bartol in.l.non ſolùm § ſi mandato.n* 14.*ff. de injur. Salycet.in l.non ideò minus.n*.36.*verſ.veruntamen inquiunt Doctores. C.de accuſat.* quam rationem quoq; adducit gloſſa germ. *ad dict.art.* 13.Landrecht *lib*.2.in verb. Etliche ermorden die Leute vmb Geldes oder Gutes willen / vnnd mit wohlbedachtem Muthe / dieſes ſeyn rechte Mörder/ vnnd von denen ſagt er hie &c. Atqui Aſſaſſini ſpe lucri hominem occidentes, ſi non latrones ipſi, hiſce tamen æquales ac per omnia ſimiles ſunt, ut mirum haud ſit, eosdem quoque pari pœnâ affici.

Secundò: Videtur idem innuere *Conſtit.Elect.* 20 5.*part* 4. ubi veſpillones aliivè, qui tempore peſtis lue illa infectos in extremis laborantes interimunt, tumque obvia quæque furantur Rotæ ſupplicio affici: ii verò qui homines tantùm necant, nec quid furantur, gladio puniri jubentur. Cujus conſtitutionis ratio alia non eſt, quàm quòd poſteriores ſimpliciter occidant, priores autem lucri cauſa homicidium committant, & pro latronibus habendi ſint: prout ipſa Conſt. hoc exprimit, *in verb.* Als Räuber &c. Quum igitur hæc ratio in Aſſaſſinis locum quoque habeat, utique & eosdem ſupplicio huic ſubjugandos eſſe, nemo inficias ibit.

Tertiò: Negari non poteſt, graviùs delinquere 21 Aſſaſſinum, qui ſpe lucri ad occidendum invitatur, quàm qui calore iracundiæ vel alia de cauſa aliquem necat: auget enim interventus pecuniæ delictum, *arg l.Cicero ff.de pœn. Tiber.Decian in tract.crim lib* 9.*cap*.30.*n*.13. *Anton.Gomez de delict.cap*.3.*n*.10. *Carrer.in pract.crimin.tract de homicid & aſſaſſin.§.circa igitur tertium,n*.36. Quid ergò mirum ut Aſſaſſinus graviori pœna afficiatur; Gravius enim delictum graviorem pœnam meretur, juxta *l. perſpiciendum*.11. *ff. de pœn.ubi Bartol.*

Neque hiſce obſtat quòd Aſſaſſinator, qui 22 pecunia ad necandum aliquem conducit, mitiori ſupplicio, pœna nimirum gladii cum impoſitione cadaveris in Rotam affici ſoleat; unde videtur evinci idem ſupplicium in Aſſaſſinum ſtatuendum eſſe, cùm uterque committat Aſſaſſinium, & correlata ſint Aſſaſſinator & Aſſaſſinus; correlatorum autem eadem ſit diſciplina, *l legem* 23 *Iuliam in pr.ubi Bartol. & Iaſon. C.de indict.viduit.toll.Everhard.in locis legal.in loc.à correlat.n.* 3 *Nicol.Boer deciſ*.84.*num*.3. *Ludolph.Schrader. de feud.part*.10.*ſect*.5.*rubr.de par.cur.n*.228.*verſ. & certum eſt, &c. Alexand.conſil*.131.*num*.2.*lib*.5. *Ripa in l.ſi plagii* 123.*num* 11.*ibi: tu autem conſidera* 24 *&c.ff.de verb.obligat. Argumentum* enim à correlatis tunc demum firmum eſt, quando correlativolativorum eadem eſt ratio; quæ diverſiſſima eſt in Aſſaſſinatore mandante, & Aſſaſſino mandatario; Etſi enim uterq; Aſſaſſinium committat, Aſſaſſinus tamen eo quod lucri cauſâ & ſpe pecuniæ occidit, longè graviùs peccat Aſſaſſinatore, qui ex homicidio nullum prorſus lucrum ſperat; unde fit, quòd Aſſaſſinus pro latrone habetur, pœnamquem latronum meretur.

25 *Quemadmodum Scabini quotidiè pronunciare ſolent*: So möchte N.N. von wegen ſolcher begangenen vnnd bekandten vorſetzlichen vnnd gefliſſenen Mordthat/ darzu er ſich mit Gelde dingen laſſen/ mit dem Rade vom Leben zum Tode gerichtet vnnd geſtrafft werden V.R.W. *Verſus* Weiſſenfels/ *Ad conſultationem Iohannis* Meißners / *Menſe Mart. Anno* 1601.

Hain / *Ad requiſitionem Quæſtoris, Menſe Auguſt. Anno* 1618.

Martisburgum, Ad requiſitionem Quæſtoris Sceudicenſis, Menſe Mart. Anno 1628.

26 *Eadem pœna Rotæ fuit dictata tribus Aſſaſſinis, qui ab A.P certâ mercede conducti ipſius patrem dormientem interfecerant, in tribus diſtinctis ſententiis*, An Landrichter zu Zeitz/ *Menſe Octobr. Anno* 1620.

27 Cæterum, ut crimen aſſaſſinii tàm ex parte Aſſaſſinatoris quàm Aſſaſſini commiſſum dicatur, adeoque pœna prædicta obtineat, Doctores tria copulativè requirunt: Mandatum ad occidendum, non verò ſolùm ad vulnerandum; prout ſentit Alexand. *conſil.* 116. *num* 5. *lib* 2. Eſt enim aſſaſſinium homicidium ex propoſito prę-viâ animi deliberatione per inſidias commiſſum; adeoque conſtare debet omninò de voluntate, animo, & mandato occidendi. 2. Ut interveniat pecunia, vel alia merces data vel promiſſa; Ideoque non ſufficit, ſi committatur animo alteri complacendi, ſicut opinatur Iohan, Andr. *in cap. pen. de Cler. non reſid. Grammat. vot.* 9. *numer.* 3. Vt hujus præmii dati intuitu, aut ejuſdem ſaltem certâ ſpe Aſſaſſinus mandatum exequatur, aut ad minimum deveniat ad actum effectui proximum. *Petr. Theodor. in Colleg. crimin. diſput.* 7. *theſ.* 4. *lit. A. Carrer. in tract. crim. §. circa igitur tertium, numer.* 5. *Tiber. Decian. in dict. lib.* 9 *cap.* 30. *num.* 41. *Maſcard. de probat. concl.* 138. *num.* 10. *& ſeqq. Bertazzol. conſil. crimin.* 341. *n.* 38.

28 Hinc quæſtiones aliquot decidendæ ſunt: Primò: *Quâ pœnâ afficiendus ſit Aſſaſſinator parricida, qui conducit aliquem certâ pecuniâ ad necandum patrem, liberos, conjugem, alioſvè perſonas, in quas parricidium committitur?*

Q. I. *Qua pœna ſit plectendus Aſſaſſinator parricida?*

Et quamvis, juxta ſupra dicta, Aſſaſſinatoris pœna alia non ſit, quàm ut gladio plectatur, ejusque cadaver Rotæ in altum erectæ affigatur; Attamen ſi Aſſaſſinator ſit parricida & conducat Aſſaſſinum ad occidendum parentem, filium, vel conjugem, hoc caſu pœnam illam aſſaſſinii non ſufficere, ſed Aſſaſſinatorem pœnâ ordinariâ parricidii, Culei nimirum, vel Rotæ deficiente copiâ fluminis plectendum eſſe, puto.

29 *Primò*: Quia hoc caſu duplex delictum concurrit, Particidium nimirum, & Aſſaſſinium: quando autem delicta diverſi generis eodem tempore commituntur, & ad eundem finem tendunt, tunc delinquẽs punitur pœnâ majoris delicti, & pœna major minorem abſorbet. *Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſt.* 84. *n.* 4. Hyppol *de Marſil. in l. ſi in rixa n.* 15. *ff. ad Leg.* Cornel. *de ſicar. gloſſ. in l. qui de crimine. in verb. plurima. C. de accuſat. Vivius in lib. comm. opin. fol.* 196. *verſ. ſtatutum puniens &c.* Majorem & graviorem autem eſſe pœnam parricidii, quàm aſſaſſinii, nemini ignotum eſſe poteſt. Quare & pœnam hanc parricidii ceu graviorem hoc caſu obtinere quivis facillimè ceſſerit.

30 *Secundò*: Si Aſſaſſinator hoc caſu pœnâ Aſſaſſinii plecteretur, ſequeretur inde; melioris conditionis eſſe particidam, qui mediante aſſaſſinio parricidium cõmittit, quàm qui parentes, liberos, vel conjugem ipſemet occidit, vel occidere mandat, quod tamen abſurdum eſſet, cum gravius videatur delinquere qui ad occidendum mercede aliquem conducit; quàm qui ipſemet occidit aut occidere mandat alteri; id quod ex pœnâ aſſaſſinii, quæ durior eſt homicidii pœnâ, luculenter apparet.

31 *Veluti etiam Scabini dictarunt pœnam parricidii fœminæ cuidam A.P. quæ tribus aſſaſſinis promiſſâ mercede mandaverat, interficere ſuũ parentẽ; qui poſtea ab ipſis occiſus fuerat*: So möchte ſie wegen ſolcher jhrer Verbrechung vnd Mißhandlung/ daß ſie jhren eigenen Vatter Korn-Vrban ermorden vnd vmbbringen laſſen: Weil alles vor jhr *doloſè* vnd vorſetzlichen geſchehen/ vnd es dafür zu achten vnnd zu halten/ als wann ſie ſelbſten an jhren Vatter Hand angelegt/ ſambt einem Hunde/ Hahnen/ einer Schlangen/ vnd Katzen an ſtatt eines Affen/ in einen Sack geſtecket/ ins Waſſer geworffen/ vnd ertrencket werden V.R.W. *Ad conſultationem Quæſtoris Cizenſis Menſe Sept. Anno* 1618.

32 *Et cum A. W. Aſſaſſinum conduxerat ad necandam uxorem ſuam, homicidio ſubſecuto, pronunciarunt Scabini in hunc modum*: So möchte er wegen ſolches vff ſeinẽ Befehl beſchehenen Mords/ ſambt einem Hunde/ Hahnen/ Schlangen/ vnd Katzen an ſtatt eines Affen/ in einen Sack geſteckt/ ins Waſſer geworffen/ vnd ertrenckt werden/ V.R.W. *Ad conſultationem Quæſtoris VVittebergenſis, Menſe Aug. Anno* 1597.

33 *Eodem modo fuit pronunciatum ad requiſitionem, O. à D quùm M.K. mediante aſſaſſinio maritum ſuum veneno necari curaverat*: So möcht ſie von wegen ſolcher an jhrem Mann begangenen vnd bekandten bößlichen vnd vorſetzlichen Mordthat/ darein ſie ſelbſten gewilliget/ vnnd der Kirſchbachin dieſe Mordthat zu begehen vffgetragen/ befohlen/ vnd ſie darzu *conduciret* vnnd angenommen/ ſampt einem Hunde/ Hahnen/ Schlangen/ vnnd Katzen an ſtatt eines Affen/ in einen Sack geſtecket/ ins Waſſer geworffen vnnd ertrencket/ oder da die Gelegenheit deß Waſſers deß Orts nicht vorhanden/ mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft werden V.R.W. *Menſ. April. Anno* 1615.

34 *Pariter reſponſum in caſu ſimili verſus* Oſtraw/ An Johann Henningen/ *Menſ. Iunio, An.* 1584.

Cum H.I. Aſſaſſinum conducendo uxorem interficere procuraverat; Ad Iudicem & Scabinos Schnebergenſes, Menſ. Aprili, Anno 1600.

Et in caſu ſimili verſus Martisburgum; ad requiſitionem Quæſtoris Sceudicenſis, Menſe Mart. Anno 1628.

It: Ad requiſitionem Quæſtoris Torgenſis, Menſ. Octobr. Anno 1617.

Secundò quæritur: *An pecunia numerata neceſ-*

Q. II. Num aſſaſſinium committi queat abſque promiſſione pecunia numeratæ?

neceſſariò requiratur ad hoc, ut aſſaſſinium committatur, an verò pœna aſſaſſinii quoque locum habeat, ſi res qualibet alia fuerit data?

Poſterius placet *Tiber. Decian. in tract. crimin. lib. 9. cap 30. n. 16. Iodoc. Damhouder. in pract. crim. cap. 83. num. 1, Gram. vot. 9, num. 3.* Idque veriſſimum eſt.

36 *Tùm*, quòd *cap. pro humani* 1. *de homicid. in 6to.* In quo de aſſaſſinio ex profeſſo agitur, non requirat pecuniam numeratam, neque iſtius mentionem faciat, ſed pœnam conſtituat ſimpliciter in eos qui mortem alicujus per aſſaſſinos procurant. Neque etiam ullibi dicitur, quòd in aſſaſſinio pecunia numerata neceſſariò debeat intervenire.

37 *Tùm*, quòd aſſaſſinium æquiparetur latrocinio, & pœna quoque latrocinii imponatur aſſaſſinio, eò, quod lucrum ſperat ex homicidio commiſſo. Latrocinium autem homicidium eſt cum ſpolio cujusvis rei non tantum pecuniæ numeratæ, uti expeditum eſt, & apparet ex *Conſtit. Carol. Crim. art.* 130. *& Conſtit. Elect.* 5. *part.* 4. Et lucri cauſa is quoque occidit, qui ob ſpem alterius rei quàm pecuniæ numeratæ aliquem necat: Lucrum enim nomen generale eſt, & denotat omnem acceſſionem. *l. coiri. & l. ſeq. ff. pro ſocio l. actionum genera. §. actionum autem. ff. de obl. & act. l. ſi cum dotem. §. ſi patr. ff. ſolut. matr. l. Mutius ff. pro ſocio.*

38 *Tùm*, quòd appellatione pecuniæ veniant omnia, quæ in patrimonio noſtro ſunt, ſive ſint res corporales, ſive mobiles, ſive ſoli, ſive jura. *l.* 4. *l.* 5. *l.* 178. *l.* 122. *ff. de verb. ſignif. l.* 50. *ff. de verb obligat. l.* 36 *ff. de pecul. l.* 20. *§.* 1. *ff. de ſtipul. ſervor. l.* 93 *ff. de legat.* 3. *l.* 96. *ff. de verb. ſignif. Connan. lib.* 10. *c.* 5. *n.* 1.

39 *Hinc Scabini pœnam Aſſaſſinii dictare ſolent, etiamſi aſſaſſini non pecuniam numeratam, ſed quasvis res alias, veluti veſtes, induſia, farinam &c. acceperint, pro operâ ſuâ nefariâ præſtitâ & facinore commiſſo: veluti ſic pron.* An Ambtsvoigt zu Weiſſenfels/ *M. Mart. Anno* 1601.

It. An Schöſſer zum Hain/ *M. Aug. Anno* 1618.

An Johann Henningen zu Oſtraw/ *Menſ. Iunio Anno* 1584.

An Schöſſer zu Schweinitz/ *M. April. Anno* 1589.

Q. III. An Aſſaſſinus pœnam aſſaſſinii incurrat, etiamſi rem minimam acceperit?

40 Ne refert, *an præmium aliave res data ei, qui operam ſuam ad alicujus occiſionem alteri addixit, magni, aut minoris pretii ſit.* Nam ob minimam etiam mercedem, qui aliquem necat aſſaſſinium committit, pœnamque hujus criminis incurrit.

41 *Tùm*, quòd latrocinium, cui aſſaſſinium æquiparatur, ſimilique pœna coërcetur, in re etiam minimâ perpetratur, ſi homicidium ſpolii cauſa commiſſum fuerit, *art.* 130. *Conſtit. Carol. Crim. art.* 13. *lib.* 2. Landrecht/ *Conſtit. Elect.* 5. *part.* 4. qui textus indefinitè loquuntur, pœnamque Rotæ latronibus indifferenter decernunt, non habito reſpectu, an res ablatæ, quarum gratia homicidium perpetratum eſt, magni vel minimi pretii fuerint.

42 *Tùm*, quòd in aſſaſſinio, reſpectus ſolùm debeat haberi ad ipſum homicidium lucri gratia commiſſum, non etiam ad quantitatem lucri vel præmii. Æquè enim pecuniæ & lucri gratia occidit, qui ob groſſum, quem ſperat, aliquem necat, ac ſi mille floreni ipſi ſoluti fuiſſent. Et pecunia ſeu præmium hoc delictum enorme reddit, non etiam quantitas pecuniæ aut qualitas præmii. *Bald. in l. non ideò in pr. de accuſat. Panorm. in c. at ſi Clerici, extr. de judic. Iod. Damhoud. in pract. crim. c.* 83. *n.* 4.

Tùm, quòd gravius peccat qui ob pretſum leve & minimum lucrum tantum facinus perpetrare auſus fuerit, quàm ſi ingens commodum ex operâ ejusmodi illicitâ ipſi acceſſiſſet.

Ita dictaverunt Scabini pœnam Rotæ *H. T. qui ob modicum farinæ operam ſuam ad occidendum aliquem locaverat. Verſus* Hayn/ *Ad requiſitionem Quæſtoris, Menſ. Aug. Anno* 1618. 43

Idemque aſſerit Grammat, *vot.* 9. *in pr.* ubi ponit exemplum in Aſſaſſino, qui corruptus munere parvæ rei, utputa unius paris caligarum mandatum ad occidendum ſuſceperat. *Proſper. Farin. part.* 5. *oper. crimin. quæſtion.* 123. *numer.* 43.

Q. IV. An perpetratum ſit Aſſaſſiniũ ſi pecunia ſolùm promiſſa, non autem data fuerit?

44 Tertiò quæritur: *An etiam dicatur Aſſaſſinium perpetratum, ſi merces vel pecunia Aſſaſſino fuerit ſolùm promiſſa, nondum tradita?*

Quod affirmat Salycet. *in l. non ideò minus ad fin. numer.* 36. *verſ. & aſſaſſini vocantur C. de accuſat. Gram. vot* 9. *numer.* 2. *Carrer. in pract. in* 3. *tract. de homicid. & Aſſaſſ §. circa igitur tertium. n.* 4. *Iodoc. Damhoud. in pract. crim. cap.* 83. *num.* 6. *Petr. à Plach. in epit. delict. lib* 1. *cap.* 19. *n.* 10. *Maſcard. de probat. lib.* 1. *concl.* 138. *num.* 1. *Gabriel. lib.* 7. *concl.* 1. *n.* 2.

45 Si enim effectus fuerit ſecutus & homicidium ab Aſſaſſino ſub ſpe accipiendi pecuniam promiſſam perpetratum, certè delictum Aſſaſſinii conſummatum eſt, nec quicquam obſtat, quo minus pœna aſſaſſinii dictari queat. Dicitur namque aſſaſſinium homicidium à delinquente ad hoc conducto perpetratum; is autem qui promiſſionem acceperat, æquè conducitur & operam ſuam locat, ac ſi præmium ipſi ſolutum fuiſſet.

46 Accedit, quòd & is lucri gratiâ dicatur occidere, qui homicidium committit ob lucrum futurum, quod promiſſum certò ſperat; Atqui homicidium lucri cauſa commiſſum latrocinium eſſe, vel ſaltem latrocinio æquiparari, eandemque pœnam mereri, dictum antea, & etiam veriſſimum eſt.

47 Et quamvis differant dare & promittere, perinde ſicuti vendere & promittere de vendendo; eundem tamen ferè effectum ſortitur promiſſio, ſi fuerit acceptata. Perpetrato verò hoc caſu homicidio, certum eſt, quòd ex cauſa promiſſionis acceptatæ fuerit ſecutum, *argum. l. tutor datur. ff. de fideiuſſ. l. ſi id quod in pr. ff. de donat. l.* 2. *§. parvique refert. ff. de privil. cred. l. ſi filiusfam. in fin. ff. ad SCt. Macedon. Paris de Puteo in tractat. ſynd. in verb. baratariа. numer.* 4. *in fin. Tiber. Decian, in tract. crimin. libr.* 9. *capit.* 30. *numer.* 17.

48 *Et juxta ea dictarunt Scabini pœnam Aſſaſſinij, licet promiſſio de ſolvendo præmio ſolùm facta eſſet, verſus* Weiſſenfels/ *ad conſultationem Præfecti, Menſ. Mart. Anno* 1601.

Ad eundem, Menſ. April. Anno 1601.

Verſus Hain / *Ad requiſitionem Quæſtoris Menſe Aug. Anno* 1618.

48 Quod & verum arbitratur Tiber. Decian. *in d.libr.9.capit.*30.*numer.*16. eo caſu, quo quis ſine præmio certo, apparenti & denominato aliquem occidit, ſolum propterea, quòd ipſi remuneratio aliqua promiſſa fuerit, ubi ad hoc allegat Gramm. *vot.9. & Iohan. Andr. in capit.pen.de Cler.non reſid.* & ſecundum ea explicat mentem Carrer. *in pract.crimin.§.5.nu.* 4. *&* 5. qui tradit committi aſſaſſinium, etiam ſi quis occiderit ſine præmio apparenti, ſed ut rem gratam faceret amico.

49 *Quemadmodum etiam reſponderunt Scabini in caſu quo Aſſaſſino remuneratio quædam in genere absque denominatione certæ rei vel pecuniæ promiſſa fuerat. Ad conſultationem Quæſtoris Cizenſis, Menſ. Septembr. Anno* 1620.

50 Et docet Aretin. *conſ. 63.n.6.in fin.* Archiepiſcopum quendam Florent. commiſiſſe Aſſaſſinium, eò quod mandaverat occidi Laurentium de Medicis cum promiſſione concedendi homicidiæ direptionem & deprædationem domus dicti Laurentii. Super quo caſu etiam conſulit idem tenens Curt. Sen. *conſ.*20.*num.*43 *in fin. & Gram. vot.* 9 *n.*3.

51 *Quam doctrinam Aretini ſecuti ſunt Scabini dictantes pœnam Aſſaſſinii duobus Aſſaſſinatoribus, qui conduxerant militem ad occidendum aliquem, conceſſa ipſi poteſtate, occiſum poſtmodùm ſpoliandi, & res penes ipſum repertas auferendi.* Nach Lübeck. An Bürgermeiſter unnd Rath / *Menſ. Ian. Anno* 1601.

Q. 5. Quomodo conatus in crimine Aſſaſſinii debeat puniri?

52 Quartò denique quæritur: *Quomodo Conatus in Crimine Aſſaſſinii puniendus ſit?* Et Reſpondent Doctores ferè unanimiter, ob delicti hujus atrocitatem pœnam ordinariam pro ſolo affectu ſeu conatu imponendam eſſe, etiamſi homicidium non fuerit ſecutum *gloſſ. in cap. pro humani: in figuratione caſus. in fin. verſ. & ſic punitur affectus de homicid. in 6to. Proſper. Farin. part.5. oper. crimin quæſt.223. num.77. Curt. Sen. conſ. 20. num.43. in fin. verſ. nec obſtat quod non fuerit ſecuta mors &c.* Hyppol. *de Marſil. in l ejusdem. in pr. num.9 ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. Gram. vot. 9. numer.5. & 8 Carrer. in pract. crimin. in 3. tractat. de homicid. & aſſaſſin § circa igitur tertium. num. 7. Didac. Covarr. in Clem. ſi furioſus part.2 in pr. num. 9. de homicid. Iul. Clar. in § aſſaſſinium. num.7. Tiber. Decian. in tract. crimin. lib. 9. cap.30. numer. 13. Roland conſil.14. numer.18. lib.4. Maſcardus de probat. lib.1 concl.138. num.2. in pr.* Hancque opinionem frequentiſſimam, omniumq; conſenſu receptam eſſe, teſtatur Petr. à Plach. *in epitom. delict. libr.1. cap.19 num.9. Gabr. lib.7. concl.1. numer.7. & 8. Brun à Sole quæſt. legal. lib. quæſt.34. n.1. & n.7.*

53 Etſi enim in aliis delictis, ex conſuetudine generali, affectus regulariter non puniatur ordinariâ pœna, niſi ſequatur effectus; aliud tamen dicendum in crimine Aſſaſſinii, ubi etiam conatus puniendus eſt, ob expreſſam juris diſpoſitionem *in c. pro humani*, in verb. *quicunque Princeps, Prælatus, ſeu quævis alia Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona quempiam Chriſtianorum per prædictos Aſſaſſinos interfici fecerit, vel etiam mandaverit, quanquam mors ex hoc forſitan non ſequatur &c. de homicid. in ſexto.*

54 Idq; generaliter verum eſſe quidam arbitrantur, ſive aſſaſſinus ad actum proximum, ſive remotum ſaltem pervenerit, modò non ſteterit in nudis terminis cogitationis, prout ſentit Baldus *in l. non ideò minus. in 6. quæſt. C. de accuſat. Iodoc. Damhoud. in prax. crimin. capit. 83. in pr. Felin. in tract. de conat. in 3. limit. & in cap.1. coll.2. in 3. & 5. fallent. de præſumpt. & alii allegati à Farin. dict. qu. 123. n.77. & Decian. dict. cap.30. n.38. Tùm*, quòd *dict. cap.1. de homicid.* loquatur generaliter de eo qui ſaltem mandavit aliquem interfici. *Tùm*, quòd nuda & turpis conventio faciat Aſſaſſinium, hocque delictum ex ipſa conductione nomen ſortiatur.

55 Quod tamen nimis durum videtur: Præterquam enim quòd poena atrocior & odioſa non facilè ad ſolum conatum extendenda eſt, etiam eo caſu, quo lex ſeu ſtatutum expreſsè conatum punit, pænam ordinariam tunc demum imponi poſſe, ſi deventum fuerit ad actum proximum & immediatum ipſi maleficio, ſcribit Jul. Clar. *in pract. §. fin quæſt.92. num. 2. circa fin.* Extra quem caſum aſſaſſinium attentatum non poenâ ordinariâ, ſed extraordinariè pro arbitrio iudicis puniendum eſſe tradunt *Iacob Menoch. de arbitr. jud. quæſtion lib.2. caſ.360 numer.45. Carrer. in §. ſequitur de mandatario. n.6. Covarr. in Clem. ſi furioſus. part.2. in pr. n.9. de homicid. Gabr. lib.7. concl.1. num.11. Tiber. Decian. in tract. crim. lib.9. cap. 30. n.13. & 14.*

56 Neque hiſce adverſatur diſpoſitio *capit. pro humani 1. de homicid. in 6to.* quod nudum etiam mãdatum punit, licet ad actum proximum non ſit deventum, quodque aſſaſſinum appellat eum, qui ad occidendum conductus eſt, quantumvis etiam nihil amplius fecerit, unde aſſaſſinium ſola conventione contrahi, exiſtimari poteſt. *Hoc* enim obtinet ſolùm in Aſſaſſino vero, quando ſcilicet infidelis ad fidelem occidendum conductus fuit, ſicuti & illa qualitas expreſsè *in dict. capit.* 1. requiritur, *Carrer. pract. crim §. 5. numero decimo quinto.* Aliud autem dicendum in Aſſaſſinio ficto & improprio, ex interpretatione ſic dicto, de quo hic agitur, quando ſcilicet Chriſtianus ad occidendum Chriſtianum conductus fuit; tunc enim conductio nuda & turpis conventio Aſſaſſinium non facit, niſi illa ad affectum, aut ſaltem ad actum ei proximum fuerit producta. Non enim in hoc crimine conductionem ſeu conventionem de homine occidendo reſpicimus, ſed ipſum homicidium; neque aſſaſſinium couductio eſt ad perpetrandum homicidium, ſed potius homicidium ab aliquo ad hoc mercede conducto commiſſum, ſicuti communiter definiri ſolet. *Tiber. Decian. dict. capit.30. numero decimo. & ſequentib. Petr. Theodor. in colleg. crimin. diſp.7. th.4. lit. A.*

57 Arbitratur quidem Dan. Moll. *ad Conſtit. Elector.* 17. *part.* 4. gladii pœnam obtinere in aſſaſſino, qui mercede conduci ſe patitur ad necem alterius, etiamſi nil amplius fecerit, ob verba *dict. Conſtit. 17. part 4. in fin.* Daß diejenigen / welche ſich mit Geld oder in andere Wege

zu Mord oder Brennen beſtellen und annehmen laſſen/mit dem Schwerd ſollen gerichtet werden/ wann auch gleich darauff nichts ferners erfolget. Sed verbis probè inſpectis ac diligenter perpenſis in aperto eſt, non agi ibidem de crimine Aſſaſſinii, ſed ſolùm de incendio, pœnamq; gladii indici eis, qui ad incendium ſe conduci patiuntur, ſive iſtud incendium ſit ſimplex, ſive ſeditioſum, aut famoſum, hoc eſt, tale quod non modò certæ perſonæ, ſed univerſitati, pago, vel oppido ruinam ac damnum infert, quod vulgò dicitur **Mordtbrandt**, quia ſimile eſt latrocinio, quo non modò ædes ac oppida comburuntur, ſed & inhabitantibus hominibus quoad vitam & corpus inſidiæ ſtruuntur, ut ſenſus ſit verborum genuinus (**die ſich zu Mordbrennen oder Brennen beſtellen laſſen**) utrosque enim ob id, quod ad incendium ſe conduci paſſi fuerint, gladio puniri facilè conceſſerim propter ſpecialem ſanctionem *dict. Conſtit.* 17. *part.* 4. quæ utpote à jure ac conſuetudine communi exorbitans ad Aſſaſſinos nequaquam extendenda eſt.

58 Aliud autem ſtatuendum, quando Aſſaſſinus ad actum proximum & immediatum ipſi homicidio pervenit; Actus verò proximus in aſſaſſinio dicitur, quando fuit deventum ad inſultum vel offenſionem, prout latè explicat Proper. Farin. *part.* 5. *oper. crimin quæſtion.* 123. *num.* 106. *& ſequentib.* Non enim ſufficit, quòd actus ſit ſimpliciter propinquus delicto, ſed proximus eſſe debet ipſi conſummationi & perfectioni delicti, ita ut ſit ultimus actus, qui à delinquente agendꝰ eſt ad criminis perfectionem, *Covarr. in Clem. ſi furioſus. in pr. numer.* 10. *de homicid. Petr. à Plach. in epitom. delict. libr.* 1. *capit.* 10. *numer.* 10. qui quidem ultimus actus non poteſt verificari niſi in offenſione aut ſaltem in inſultu. Idque clarius explicat Decianus *dict. cap.* 30. *numer.* 13. ubi dicit; tria requiri ad hoc, ut aſſaſsinus pœnâ mortis puniri poſsit; *Primò*, quòd fuerit deventum ad actum morti proximum. *Secundò*, quòd non ſteterit per aſſaſsinum, quin conſummaretur delictum. *Tertiò*, quòd occidendus fortuito caſu evaſerit. Quamvis etiam alii actum proximum dicant eum, quando ultra tractatum deventum eſt ad actum aliquem ordinatum, ad ipſum factum; veluti ſi Aſſaſsinus perveniat ad locum deſtinatum homicidio, ibique expectet, ut occidendus tranſeat, veluti ſic ſtatuit Bald. *in l. non ideò minus. in* 6. *quæſtion. numer.* 13. *in fin. verſ. & ſi dicas. C. de accuſat. Felin. in capit.* 1. *numero ſexto. de præſumpt. Decian. dict. capit.* 30. *numer.* 38. *Bajard ad Clar. in* §. *aſſaſſinium, poſt numero vigeſimo quarto Brun. à Sol. in quæſt. legal. quæſt.* 34. *n.* 33.

59 Hoc igitur caſu juxta diſpoſitionem *capit.* 1. *de homicid. in 6to.* conatus in crimine aſſaſsinii pœnâ ordinariâ erit puniendus: Quod tamen Scabini Electorales eatenus ſolùm admittunt, ut pœna in Aſſaſsinatores conſtituta, gladii nimirum cum impoſitione cadaveris in Rotam indiſtinctè tàm Aſſaſsinatori, quàm ipſi Aſſaſsino, ob conatum & attentatum Aſſaſsinii imponatur.

Tùm, quòd *in dict. c.* 1. *de homicid. in 6to.* certum genus ſupplicii in Aſſaſsinos, ſive delictum ab ipſis conſummatum, ſive ſolum attentatum fuerit, non conſtitutum reperiatur; adeoque nimis durum ſit, pœnam Rotæ ceu atrociſsimam & odioſiſsimam ad ſolum conatum Aſſaſſinii extendere, præſertim cum eo ipſo quod cadaver Rotæ affigitur, recordatio & terror aliis incutiatur.

60 *Tùm*, quia pœna ſtatutaria ſeu conſuetudinaria, qualis eſt in crimine Aſſaſsinii pœna Rotæ, quoad perſonam Aſſaſsini, non obtinet, niſi delicto conſummato. *Bald. conſil.* 430. *incip. qui voluit alium facere. verſ. non quoad pœnam lib.* 2.

61 *Tùm*, quòd judicis arbitrio relictum ſit, an iuxta facti & perſonarum qualitatem & diverſitatem pœnam ordinariam aſſaſsinii, an verò mitiorem imponere velit, ut communiter ſentiunt Doctores. *Iul. Clar. in* §. *aſſaſſinium. verſ. ſcias etiam. in fin. Tiber. Decian. in tr. crimin. lib.* 9. *cap.* 30. *num.* 13. *Proſper. Farin. dict. quæſt.* 123 *num.* 132. *Gabr. lib.* 7. *concl.* 51. *nu.* 15. *Carrer. in pract. in* 3. *tract. de homicid. & aſſaſſ.* §. *circa igitur tertium numer.* 9.

62 *Secundum ea Scabini dictaverunt pœnam gladij cum impoſitione cadaveris in Rotam utrique tam Aſſaſſinatori, quàm aſſaſſino, in caſu, quo quis conductus ab alio certa mercede ad interficiendum M. M. ſenem quendam* 60. *annorum, ingenti ligno ipſum percuſſerat, ab ancilla autem, Domino ſuo M. M. ſuppetias ferente, impeditus eum non prorſus occiderat:* So möchten Sie wegen ſolcher begangenen und bekandten Mißhandlung/welche für ein *Aſſaſsinium* zuhalten/geſtalten Sachen nach/weil der *affectus* und *conatus* bey jhnen *ad actum proximum* kommen/ auch dieſe Verbrechung *inter atrociſsima delicta* gezehlet wird/vnnd damit andere dergleichen böſe Thaten fürzunehmen/ durch jhr Exempel geſchrecket und abgehalten/vngeachtet der alte M. M. nicht gar ermordet und umbbracht worden/beyde nach Scherffe der Rechte mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft und hingerichtet/vnd nach ergangener und erfolgten wircklichen *execution* jhre Cörper andern zum Exempel und Abſchew auff ein Radt geleget und geflochten werdē V. R. W. *Verſus* Stolpen/*ad Conſultationem Quæſtoris, Menſ. Iulio, Anno* 1617.

63 *Eandem pœnam dictaverunt Scabini ſex Aſſaſſinis, qui pecunia conducti ad interficiendum Illuſtriſſ. ac Sereniſſ. Principem Franciſcum Ducem Saxon. Angariæ & VVeſtphaliæ aſſaſſinium attentaverant expectando Principem in viâ publicâ: hoc autem perficere non potuerant:* Haben die 6. Gefangene H. S. J. H. J. E. H. G. H. T und J. T in guten bekandt/daß ſie im verſchienen 97. Jahre vor Michaelis ſich von B. M umb Geld darzu beſtellen laſſen/und jhme zugeſagt/Ewer Fürſtlich Gnaden erſchieſſen zu helffen/unnd daß ſie auch auff ſolche Beſtallung unnd Verpflichtung etlich Geld auff die Hand bekommen/unnd darauff außgangen/Ew. Fürſtliche Gnaden zuverkundſchaffen/und zuverwarten/auch auff dieſelbige in Lagersbruch im welchen Orth bey der newen Säge-Mühle mit langen Röhren gewartet/in Gemüth unnd Vorſatz Ew. Fürſtl. Gnad. Daſelbſten vom Leben zum Tode zu bringen/ſolches aber zu Wercke nicht richten können noch dörffen/dieweil Ew. Fürſtl. Gn. jhnen einmahl zu ſtarck/daß andermahl aber gar zu nahe als ſie geſchlaffen und erwachet auff den Halß kommen/dadurch ſie verſchüchert wordē und von einander ge-

lauffen etc. Da nun die Gefangene auff jhrem gethanen Bekäntnuß der offentlichen gehegten peinlichen Halßgerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würden / ſo möchten ſie alle ſechs nach Scherffe der Rechte mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft/und andern zum abſchewlichen Exempel auffs Radt geleget werden V. R. W. *Verſus* Lawenburg/An Hertzog Frantzen von Sachſen/Engern und Weſtphalen / *Menſ. Auguſto Anno* 1598.

Simili ferè modò pronunciatum in caſu attentati aſſaſſinii ad requiſitionem Eraſmi Pfeiffers zu Ponitz/ *Menſ. Junio*, *Anno* 1596.

QVÆSTIO XX.

De crimine Veneficij, & pœna occidentis aliquem veneno.

SVMMARIA.

1. *Veneficium generale nomen eſt, & accipitur quandoq; pro ſortilegio & incantatione.*
2. *Parùm refert, an quis præbeat venena ſimpliciter mala, an quæ alterius materiæ adjectione ſalubria fieri poſſunt.*
3. *Non eſt indifferenter prohibitum, venena comparare & habere.*
4. *Quando vendens venena Reus fiat veneficii. num.* 5. 6. 7.
8. *Quâ pœnâ vendens indifferenter venenum, plecti debeat. n.* 9.
10. *Crimen Veneficii atrociſſimum & graviſſimum eſt n.* 11.
12. *Reus Veneficii crimen proditionis committit.*
14. *Quapropter pœna hujus delicti exaſperandá eſt.*
14. *Quo genere ſupplicii hiſce in terris Reus Veneficii ſit plectendus. numer.* 21. 22. 23. 24. 25. 31. 32. 34.
15. *Pœna hujus delicti, de Iure Civili eſt capitis truncatio. n.* 16.
17. *Explicatio Conſtit. Elect.* 3 *p.* 4. *in* §. *ult. n.* 35.
18. *Pœna Veneficij de Iure Saxonico. n.* 19.
20. *Pœna occidentis aliquem veneno, quanam ſit ſecundum Ordin. Crimin. Carolin.*
26. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n.* 27. 28. 29.
30. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium, jus & conſuetudinem faciunt.*
33. *Statuta iis in locis, ubi vigent, jus faciunt civile.*
36. *Intellectus art.* 13. *verſ.* Welcher Chriſtenmann/ *&c. n.* 37.
38. *Ius Saxonicum autoritatem habet in foro Saxonico quatenus uſu & obſervantia eſt receptum.*
39. *Explicatio Conſtit. Elector.* 18. *p.* 4. *n.* 40.
41. *Quomodo puniendi ſint, qui parentes, liberos, vel conjugem veneno necant.*
42. *In delictis concurrentibus pœna gravioris delicti irroganda eſt.*
43. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n.* 44. 45.
46 *Iudex ex circumſtantiis delicti pœnam pro arbitrio mitigare poteſt.*
47. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
48. *Quando pœna Veneficii ſit exſperanda. num.* 49. 50.
51. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n.* 52.

AGgravatur quoque Pœna homicidii in crimine VENEFICII, quando quis alium veneno occidit. *Anton. Gomez. tom* 3 *variar. reſolut. capit.* 3. *numer.* 7. *Bald. in capit.* 1 *quibus mod. feud. amitt. col.* 4. *Salycet. in l.* 1 *C. ad Leg. Cornel. de ſicar. col.* 2. *Hyppol. de Marſil. in rubr. ff. eod. titul. num.* 4. *Ancha. in capit.* 1. *de homicid.*

1 Quamvis enim vocabulum hoc apud Doctores generaliter etiã pro Sortilegio & Incantatione ſumatur, ut & qui quæve illam nefariam artem exercent, Venefici & Veneficæ vocentur, propterea quod ea quæ adhibent, venena eſſe putentur, & tanquam venena eſſent, propinentur; Quandoque etiam venenis aut venenatis “ rebus utantur, de quo genere Veneficii ſuo loco etiam dicetur; Attamen Veneficium hîc tantum accipitur pro homicidio, quod veneno doloſè committitur, *l.* 3. *in pr.* ibi: *Qui venenum necandi hominis cauſâ fecerit, vel vendiderit, vel habuerit. ff. ad Leg. Corn. de ſicar.* adeoque ut Veneficium dicatur commiſſum, animus doloſus necandi maximoperè requiritur.

2 Vnde ſequitur Primò, parum referre in hoc crimine, an quis præbeat venena ſimpliciter mala, quæ ſcilicet nullo modo alterius materiæ adjectione ſalubria fiunt, & uſu nobis eſſe poſſunt, quemadmodum de ſerpentum veneno exploratum eſt, qualia venena abſolutè ſunt prohibita, eò, quod nullus eorum ſit uſus, niſi ad nocendum & necandum; An verò quis utatur iis venenis, quæ aliis mixta materiis adeò nocendi naturam deponunt, ut ex hiſce antidoti & alia quædam ſalubria medicamenta conficiantur, *l.* 35. § 2. *de contr. emt.* Veluti ſunt Cicuta, Salamandra, Aconitum, Pituocampæ, Mandragora &c. *l.* 3 §. 3 *ff. ad Leg. Corn. de ſicar. Gœdd. ad l* 236. *num.* 2. *ff. de verb ſignif. Alb Gentil. ad l.* 1. *C. de malef & Math. pag* 18. Quæ eatenus ſolùm prohibita ſunt, quatenus nempè quis hominis necandi gratia temerè ea tractet, *d. l.* 3. *in pr.* §. 1 & 3. Si enim præbens venena animum habeat necandi, & occidat aliquem, hoc crimen incurrit, non obſtante qualitate & varietate venorum, modò illa per ſeſe fuerint mala venena & notica.

3 SECVNDO: Neque prohibitum eſt ſimpliciter venena comparare & habere, ut quæ ratione finis tantùm illicita ſunt. Etſi enim quidam opinentur. Pigmentariis tantùm & Medicis venena habere & tractare permiſſum eſſe, extra hos præterea nemini, hoc tamen nullo textu probatur. Non enim *d. l.* 3. *ff. ad Leg. Corn. de ſicar.* nec ulla alia, inter perſonas diſtinguit, ſed generaliter prohibet venena tractare & habere, doloſè ſcilicet, temerè, vel necandi causâ, & eatenus etiam Pigmentarii Rei vene-

ficii dicuntur *in d. l. 3. §. 3.* Ad bonum autem finem, puta ad tollenda animalia detrimentoſa, & ad occidendum mures, venena comparare & habere nemini certè prohibitum eſt. *Decian. in tract. crim. lib. 9 c. 23. n. 5. Pet. Theod. in Coll. Crim. diſp. 7. th. 3. lit. A.* Imò contrarium demonſtrari poteſt ex Conſtitutione Carol. Crim. *art. 37. in pr.* ibi: **Er könte dann mit gläublichen Schein anzeigen / das er ſolche Gifft zu andern vnſträfflichen Sachen gebrauchet hätte / oder brauchen wollen.**

Q. I. An vendens venena Reus fiat veneficij, & qua pœna plectendus ſit?

4 Tertiò: Sequitur etiam exinde hoc, Quòd vendens venena non ſemper & indiſtinctè fiat Reus Veneficii, ſed tunc demum, ſi venenoſa medicamenta vendat hominis necandi causâ, prout dicitur *in dict. l. 3. in pr. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar.* Secus ſi vendat ignoranter, ſine dolo & non animo necandi. *Proſper. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt.* 122. 48. *Paul. de Caſtr. conſ. 299. col. 3. poſt. n. 3. lib. 2. Pariſ. conſ. 267. n. 4. & ſeqq. lib. 4.* In dubio autem ignorantia præſumitur, & dolum animumque necandi allegans, eum probare debet, præſertim, quando venenum ab aliquo publicè & palàm venditur. *Bertaz. conſ. 138. n. 3 lib. 1. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 23. n. 11. & cap. 26. n. 16.*

5 Quod eatenus verum eſſe puto, ut veneficii pœnâ ordinariâ is ſolùm teneatur, qui vendit venena hominis necandi causâ; Aliàs, ſanè, Veneficii quoque crimen incurrunt, qui temerario auſu, nimiâ incogitantiâ & imprudentiâ venena tractant, præparant, ac vendunt. Quæ temeritas redargui poteſt non ſolùm in patribus familiâs & aliis, qui non ſunt pigmentarii & Medici, ſi videlicet temerario auſu illius artis cujus gnari vel penitus, vel ſatis non ſunt, ſcientiam ſibi arrogando, hæc periculoſa venena ipſi præparare & aliis dare non vereantur; verùm etiam in ipſis pigmentariis, Pharmacopolis, medicamentorum venditoribus, & Aromatariis, ſi vel ſuæ profeſſionis terminos egrediendo ad morbos depellendos ipſi per ſe inſolenti auſu aliis venena præbeant, quæ tamen ab ipſis Medicis non niſi rariſſimè, & ſummâ circumſpectione pręviâ adhibentur; Vel venena nocitura vendant imperitis, fatuis, ſervis meretricibus, aliisque perſonis, in quas ſuſpicio cadit, quòd illa ad damnum & perniciem alterius ſint adhibituræ: *Ang. & Hypp. de Marſil. ad dict. l. 3. §. 2. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. Iodoc. Damhoud. in pract. crim. ca. 74. n. 9. Pet. Theodor. in Colleg. crim. diſp. 7. th. 3. lit. D. Petr. à Plach. in epitom. delict. lib. 1. cap. 20. num.*
6 *9. verſ. quod intelligendum &c.* (quod tamen Farin. *dict. quæſt.* 123. *num.* 49. quoad meretricem limitat in veneno tali, quo mulieres & meretrices uti ſoleant in poliendo viſum, prout eſt Sublimatum, tunc enim aromatarius hujuſmodi venenum illi vendens veriſimiliter credere poterat, quod non in alium uſum illud eſſet operatura) vix enim venditores hoc caſu dolo carere videntur, tanquam opem præſtantes delicto perpetrando.

7 Eoque magis peccant vendentes venena ejuſmodi emptoribus ſuſpectis, quia Pharmacopolæ, aliique venenorum venditores ac inſtitores juramento de non temerè vendendo & dando veneno ſine cognitione & permiſſu Magiſtratus ſunt adſtricti, *Conſtit. Carolin. Crim. artic. 37. §. fin.* ibi: **Es ſollen auch alle Obrigkeit an jeden Orten die Apotecker vnd andere/ſo Gifft verkauffen/oder damit hantieren / in Gelübd vnnd Eydt nehmen / daß ſie niemand einig Gifft verkauffen noch zuſtellen / ohne Anzeigung/Vorwiſſen/ vnnd Erlaubung derſelbigen Obrigkeit.** Vt ſic nullum dubium ſit, contra hanc conſtitutionem & juramentum præſtitum agentes, & venena abſque permiſſu Magiſtratus, præſertim perſonis ſuſpectis vendentes, Veneficii crimen incurrere.

8 Quamvis hoc modo delinquentis pœnâ Veneficii ordinariâ non plectendi ſint. Non enim participes ſunt venenationis futuræ, neque necandi causâ venena dederunt, licet doloſè contra prohibitionem eadem vendiderint. *Anton. Gomez. variar. reſolut. tom. 3. cap. 3. nu 9. verſ. item etiam infertur. Petr. à Plach. dict. cap. 20. n. 9. in fin. verſ. tametſi priori caſu &c.*

9 Licèt enim teneantur pœnâ Legis Corneliæ de ſicariis, ſi mors alicujus exinde ſecuta fuerit, *l. 3. § alio Senatusconſulto. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar.* Attamen quia pœnæ ex illâ Lege Cornelia variæ ſunt, *dict. l. 3. §. pen.* hodiè pœnam venena vendentium arbitrariam & extraordinariam eſſe rectè tradit. Anton. Gomez. *dict. cap. 3. num. 9. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſtion. libr. 2. caſ. 359. numer. 1, Petr. à Plach. dict. capit. 20. numer. 9.*

10 Eſt autem crimen Veneficii abſque dubio graviſſimum & atrociſsimum. *Gloſſ. in l. 1. verb. plus eſt. C. de malef. & math. & in §. eadem lege. in verb. Venefici. Inſt. de publ. judic. Iodoc. Damhoud. pract. crim. c. 74. n. 2. Anton Gomez. variar. reſolut. tom. 3. cap. 3. n. 7. Petr. à Plach. in epitom. delict. libr. 1. cap. 20. in pr. Tiber. Decian. in tractat. crim. lib. 9. c. 22. n. 1.*

11 Non ſolùm propterea, quòd plus ſit hominem extinguere veneno; quàm gladio occidere, ut loquitur Imperator Antonius in *l. 1. C. de Malefic. & Mathem. gloſſ. in §. eâdem. Inſtit. de publ. judic.* Vnde & Iudex Reum, quem propter delictum ad pænam mortis condemnare poteſt, veneno interficere prohibetur. *l. aut damnum.*
12 *§. 1. verſ. proinde ff. de pœn.* Sed & quia Reus Veneficii ſimul crimen proditionis & alevoſiæ cõmittit. *Bald. in l. nemo Clericus. C. de ſumm. Trin. & fid. cath & in l cum fratrem. C. de his quib. ut indig. Anton Gomez dict. cap. 3. num. 7. Proſper. Farin. part. 5. oper. crim quæſt. 122. n. 4. Damhouder. dict. c. 74. n. 1. Foller. in pract. crim. in verb. item quod ſororem venenarit. n. 3.* Venenare enim ſpecies proditionis eſt. *Tiber. Decian. dict. lib. 9. cap. 22. n. 1.* Et venena ut plurimùm propinantur occultè & per inſidias, ita ut difficilimè evitari queant. *l. conſenſu, §. ſi qua igitur & §. vir quoq; C. de repud. Ægid. Boſſ. in tit. de homicid. n. 14.* Hinc omnia diſpoſita in homicidio vel delicto proditorio procedere etiam in homicidio per venenum commiſſo, tradit Petr. à Plach. *in epitom. delict. cap. 20. in pr. & n. 1.*

13 Meritò igitur in crimine hoc Veneficii ob eius atrocitatem pœna homicidii exaſperanda & aggravanda eſt. Veluti etiam in Perſide Vene-

fici

ſici ita plectebantur, ut in amplo lapide caput impingerent, rurſusque alio ſuperinducto confringerent & colliderent, teſte Alexand. *Genial. libr.3.capit.5.* Et de Galba refert Sueton. *in vitâ ejus cap.9.* quòd in provincia cum tutorem quendam, qui pupillum, cui ſubſtitutus erat heres veneno necaſſet, cruci affigendum damnavit, implorante autem eo leges, & civem ſe Romanum clamante, quaſi ſolatio & honore aliquo pœnam levaturus, mutari pœnam juſſit, multoque præter cæteras altiorem & dealbatam ſtatui crucem juſſit, cui affigeretur. Romanos quoque ob Veneficium commiſſum ſepulchro majorum privatos fuiſſe, colligitur ex oratione *Tul. pro Cluen.* Dum Cluentio futurum ait, ut ſi Veneficii Reus damnetur, patris ſepulchro privetur.

14 *Qu.2. Quo genere ſupplicij Rei Veneficij hiſce in terris plectendi ſint.* *Sed quo genere ſupplicij Veneficij Rei hiſce in terris afficiendi?* Certè veneno aliquem occidentem pœnâ mortis naturalis plectẽdum eſſe, non minus ac ſi propriis manibus occidiſſet, vix dubitare licet ſecundum gloſſ. *in l. 1. in verb. plus eſt, C. de malefic. & mathem.* At quo genere pœnæ talis è medio tollendus ſit, adeò clarum & expeditũ non eſt, cùm triplex ferè pœna conſtituta reperiatur, qua Veneficii Reus puniri poteſt.

15 *Pœna Iuris Civilis.* Prima eſt Iuris Civilis, Poena nimirum Legis Corneliæ de ſicariis, quæ eſt gladii, *l. 1. in pr.* ibi: *Lege Corneliâ de ſicarijs & Veneficiis tenetur qui hominem occiderit &c.* Et §. 1. ibi: *Præterea, qui hominis necandi causâ venenum confecerit, dederit &c.* Et *l. 3. in pr.* ibi: *Ejusdem Legis Corneliæ de ſicariis & Veneficiis capite quinto, qui venenum necandi hominis causâ fecerit, vel vendiderit, vel habuerit, plectitur &c. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. & Venefic.* In quibus textibus Veneficii Rei non ſolùm cum ſicariis conjunguntur, iisdemque æquiparantur, ſed & poena Legis Corneliæ de ſicariis, quæ eſt capitis truncatio, *dict. l. 3. §. 5.* adverſus eosdem expreſsè decernitur. Et clarior eſt textꝰ in *§. eadem lege.* ibi: *Eâdem lege & Venefici capite damnantur, qui artibus odioſis, tàm venenis, quàm ſuſurris magicis homines occiderint, vel mala medicamenta publicè vendiderint. Inſtit. de publ. jud.* Et in *l. 28. §. 9.* ibi: *Venenarij capite puniendi ſunt. ff. de pœn.*

16 Quibus textibus commoti Doctores tradunt ferè unanimiter, venena dantem poenâ capitis puniendum eſſe, hancq; ſententiam communi conſenſu receptam, teſtatur Petr. à Plach. *in Epit. delict. lib 1. cap. 20. nu. 1. Gloſſ in §. eadem lege, in verb. Veneficii. Inſtit. de publ. judic. Iodoc. Damhouder, in pract. crim. cap. 74. num. 1. Proſper. Farin. part. 5. oper. crim quæſt. 122. num. 1.* Jul. Clar. *in §. homicidium nu. 13.* ubi tradit, à Senatu in cauſa cuiuſdam Medici, qui uxori venenum dederat, ita iudicatum, eique caput amputatum fuiſſe. *Schneidvvin ad §. eâdem lege Inſtit. de publ. judic. Petr. Theodor. in Colleg. Crim. diſput. 7. th. 6. lit. B. Anton. Gomez. tom. 3. var. reſolut. cap. 3 n. 7. Tib. Decian. in tract crimin. lib. 9. cap. 21. num. 1. & cap. 25. n. 1.*

17 Eandem poenam videtur approbare *Conſtitut. Elect. 3. part. 4. in § fin.* ubi pæna gladii conſtituta adverſus eum, qui fratrem, conſanguineum, vel affinem veneno necat, (de parricidio enim veneno perpetrato ibidem agi, apparet ex verbis præcedentibus *dict. Conſtit. Elect. in pr.* ibi: **Es geſchehe mit Gifft oder in andere Wege** *&c.* ad quæ ſeſe referunt verba §. *fin.* ibi: **Solcher Mord** &c.) addito tamen majoris reatus judicio, ut nempè Reus trahæ injectus ad locum ſupplicii rapiatur. Vnde ſic argumentari licet: ſi pœna hæc conſtituta eſt in occidẽtem veneno fratrem, conſanguineum, & affinem, certè mitiori pœna, adeoque pœna gladii absque pertractione in traha ad locum ſupplicii, afficiendus erit is, qui perſonam extraneam veneno interficit, magis enim delinquit qui fratrem, aliumvè conſanguineum necat, quàm qui perſonam prorſus extraneam, licet eodem modo occiderit.

Altera pœna eſt Iuris Saxonici: Pœna ſcilicet ignis, **Landr.** *lib. 2. art. 13. poſt. Med. verſ.* **Welcher Chriſtenmann** / ibi: **Welcher Chriſtenmann oder Weib ungläubig iſt / oder mit Zauberen umbgehet / oder mit vergifftniß / und der überwunden wird / die ſoll man auff einer Hörden brennen.** Adeoque de Iure Saxonico Venefici, qui venenum alicui miniſtraverunt, igneis flammis in craticulam exuruntur & concremantur. *Matth. Coler. parr. 1. deciſ. 180. n. 11. Aut. conſult. Saxon. tom. part. 4. quæſt. 34. Reinhard. part. 5. differ. 40. verſ. ſecus de Iur. Saxon. Matth. Berlich. part. 4. concl. 26. n. 7. 11. & 12.* 18 *Pœna Iuris Saxonici.*

Cum quo convenit *Conſtit. Elect. 18. part. 8.* 19 quæ igne puniri jubet eos, qui paſcua veneno inficiunt, *in verb.* **Die jenigen ſo die Weide vergifften / ſollen nach Sächiſchen Rechten mit dem Fewer geſtrafft werden** *&c.* Si ergò pœna ignis ille puniendus, qui paſcua unde pecora perire poſſunt, venenat, multò magis tali pœna dignus erit, qui hominem veneno necat.

Tertia pœna eſt Rotæ in Veneficis maſculini ſexus; ſuffocatio verò in aquis vel alia pœna in fœminis ex Conſtit. Carolin. Crimin. *artic. 130.* ibi: **Wer jemand durch Gifft oder** venen **an Leib oder Leben beſchädiget / iſt es ein Mannsbild / der ſoll einem fürgeſetzten Mörder gleich mit dem Rade zum Tode geſtrafft werden / thäte aber eine ſolche Miſſethat ein Weibesbild / die ſol man ertrăncken / oder in ander Wege nach Gelegenheit / vom Leben zum Tode richten** *&c.* Iuxta Conſtitutionem igitur Criminalem Carolinam, Venefici qui citra artes magicas, potionibus & venenis aliquem clàm interficiunt, veluti latrones puniri ſolent, Mares Rota, Fœminæ aqua. *VVeſemb. in parat. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. n. 30.* 20 *Pœna ordin. Criminalis Carolina.*

Apparet ex hiſce, Pœnam in crimine Veneficii non omni tempore ac jure uniformem fuiſſe. 21 Quemadmodum etiam *Veteres Scabinos* in dictandis pœnis Veneficii admodùm variaſſe reperio: non ſolùm enim pœnam Rotæ ſecundum *Conſtit. Carol. Crimin.* Reis Veneficii adjudicarunt, ſed quandoque eos gladio puniendos, & cadavera poſtmodùm Rotæ affigenda, eſſe reſponderunt.

Vt Iudici & Scabinis Pegavienſibus, Menſ. Ianuar: Anno 1605.

Quæſtori Coldicenſi, Menſe Auguſt. An. 1612.

Quandoque etiam Veneficii Reos ſecundum rigorem Iuris Saxonici igne comburendos & concremandos eſſe pronunciarunt:

Ad conſultationem Senatus Sangerhuſani Menſe Novembr. Anno 1585.

Iudicis & Scabinorum Cizenſium, Menſe April. Anno 1587.

Caſpari & Iohannis Theodorici à Schönbergks/ *Menſ. Iunio, Anno* 1595.

Vera deciſio.

22 Verùm, hoderno tempore poſterior pœna, ſcilicet Rotę, uſu communiter recepta eſt, ita tamen ut hiſce in terris Rei huius criminis indiſtinctè ſive Venefici maſculi, ſive Veneficæ fœminæ fuerint, Rotæ ſupplicio puniantur. Vt ſic Regulam generalem haud verear:

« Quod ſcilicet Reus veneno aliquem necans
« Rotâ contundi debeat.

Tùm, ob Conſtit. Criminal. Carolin. in *dict. artic.* 130. quæ expreſſè pœnam Rotæ decernit. Cuius Conſtitutionis ſanè autoritas in Imperio Romano, adeoque etiam hiſce in terris ſumma eſt.

23 *Tùm*, quòd nec pœna gladii, neque ignis ſupplicium huic crimini correſpondere videatur; Non certè illa, utpote mitior delicto, quam etiam meretur qui ſimplex homicidium committit, graviori ergò pœnâ plectendus ille, qui veneno aliquem necat, cùm plus ſit hominem extinguere veneno, quàm gladio occidere, *l.* 2. *C. de maliſic. & math.* Neq; hæc, ceu nimium dura, quâ propriè tenetur Venefici ii, qui artibus diabolicis nocent. Tertia igitur ceu media pœna, nempè Rotæ eligenda eſt, quæ etiam obtinet in Latrocinio, cui æquiparatur Veneficium. *dict. artic.* 130. *Ordinat. Crim.* in verb. Einem Fürgeſetzten Mörder gleich &c.

24 *Tùm*, quia in Conſtit. Elect. 3. *part.* 4. expreſſè diſpoſitum eſt, Vt ij, qui liberos, parentes vel conjugem veneno necant, pænâ parricidii ordinariâ. Culei nimirum, vel copiâ fluminis deficiente, Rotæ pœnâ plectantur, quod ſupplicium mitiꝰ eſt pœnâ ignis. Si ergo Venifici, qui extraneas etiam perſonas veneno perimunt, juxta rigorē Iuris Saxonici flammis igneis concremandi eſſent, certè pœnâ ſeveriori punirētur, quàm qui parentes, liberos, vel conjuges veneno necant, qui tamen ob duplex delictum concurrens Veneficii & Parricidii gravius ſupplicium ſuſtinere deberent.

25 *Tùm*, quòd pœna ignis in Conſt. Elect. 18. *part.* 4. decernatur ſolùm adverſus eos, qui paſcua veneno inficiunt: quâ Conſtitutione opus non fuiſſet, ſi in genere Venefici igne concremandi eſſent. Quia ergò conſtitutio illa, ſolùm eos, qui paſcua veneno inficiunt, ſecundum rigorem Iuris Saxonici vivos comburi vult, utique eo ipſo alios Veneficos pœnæ ignis eximit, cum unius incluſio ſit alterius excluſio.

26 *Hancq́; pœnam Scabini hodiè Veneficij Reis tàm maſculini quàm fœminini ſexus dictare ſolent. Veluti reſponderunt,* Nach Freyburgk: So möchte er von wegen ſolcher Verbrechung/ und daß er zu C. H. Mordthat ſelbſten geholffen/ auch Rath und Anleitung darzu geben/ daß derſelbe von ſeinem Weibe/ mit welcher er zugehalten/ Ehebruch und Ober-Hurerey getrieben/ durch Gifft/ nemlichen Mäuſepulver/ ſo er ſelber zu Hall zu dem Ende gekaufft/ daß er damit getödtet werden ſollen/ ermordet und umbbracht worden/ mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris, Menſe Aug. Anno* 1610.

27 *Eadem pæna dictata quoq; fuit cuidam fœminæ B. S. quæ cibū veneno infectum quatuor perſonis dederat, ex quo tres ægrotare ceperant, quarta autem prorſus perierat:* So möchte B. S. von wegen ſolcher jhrer begangenen und bekandten Verbrechung/ auch andern dergleichen Mißhändlern unnd Vbelthätern/ ſo Leuten mit Gifft nach dem Leben ſtehen/ dieſelbe dadurch zu ermorden unnd umbzubringen/ zum Abſchew und Exempel mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W. An Richter und Schöppen zu Langefeld/ *Menſe Iulio Anno* 1615.

28 *Simili modo pronunciatum verſus* Ehrenfriedersdorff, *quum ancilla M. R. veneno ſartorem quendam necaverat*, an Richter vnd Schöppen/ *Menſ Mart. Anno* 1617.

29 *Pariter fuit dictata pœna Rotæ Veneficis, ad conſultationem Caroli à* Dißkaw/ *Menſ. Aug. Anno* 1582.

Ad requiſitionem Iudicis Lipſienſis, Menſ. Sept. Anno 1582.

Quæſtoris Bornenſis, Menſe Octobr. Anno 1614 30

Ex hiſce Scabinorum ſententiis apparet, pœ-
nam Rotæ in Ordinat. Carol. Criminali in Ve-
neficos conſtitutam hiſce in terris uſu & conſue-
tudine receptam eſſe, ſiquidem Scabini Lipſen- „
ſes frequenter pronunciando conſuetudinem „
introducunt, teſte Hen. Goden. *conſ.* 47. *tit. de le-* „
gitima, n. 5. *verſ. prout Scabini Lipſenſes &c. Iacob.* „
Schult. ad Modeſt. part. 3. *quæſt.* 122. *n.* 15. præſertim „
cùm ejuſmodi Reſponſa non ſolùm ad notitiam „
populi pervenerint, ſed & transmiſſa ad Aulam „
illuſtriſſimi ac Sereniſſimi Dn. Electoris noſtri „
Saxon. approbata, & executioni mādata fuerint. „

31 Contra hanc pœnam nihil faciunt textus ex Iure Civili ſuprà adducti, *l.* 1. *in pr. &* §. 1. *l.* 3. *in pr. ff. ad Leg. Corn. de ſicar.* §. *eadem lege. Inſtit. de publ. judic. l.* 28. §. 9. *ff. de pœn.* quibus probatur, Veneficii Reos capite plectendos eſſe. *Non* enim nego, de Iure Civili, Veneficos pariter atq; alios ſicarios teneri pœnâ Legis Corneliæ de ſicariis, quæ eſt truncatio capitis. At pœnam hanc Iuris Civilis hodiè, præſertim in provinciis Electoratus regulariter obtinere in crimine Veneficii, pernego, non ſolùm ob Conſtit. Carolin. Crim. *art.* 130. ſed & quia conſuetudine pæna Rotæ in delicto Veneficii recepta eſt.

32 Et certè in delictis atque pænis dictandis magis ad Ordinationem Carolinam Criminalem, quàm ad diſpoſitionem Iuris Civilis reſpiciendum eſt. Prædicta enim Ordinatio conſenſu omnium Statuum Imperii ſancita atque promulgata juri communi derogat, & in Imperio Romano Ius Civile eſt, omneſque Imperio ſubiectos obligat. Si enim hæc vis eſt ſtatutorum, ut
iis in locis ubi vigent, Ius Civile ſint, *c. Ius Ci-* 33
vile, diſtinct. 1. *Alexand. conſil.* 81. *n.* 1. *verſ. quia ſta-*
tutum eſt Ius Civile &c. lib. 2. *Panormit. in cap. pa-*
ſtoralis. 8. *n.* 2. *verſ. hinc eſt quod appellentur Ius Ci-*
vile &c. extr. de fid. inſtrum. Bartol. in l. omnes popu-
li num. 60. *verſ. nam ſtatuta ſunt Ius civile &c. ff. de*
juſt. & jur. Felin. in cap. cum non liceat, 12. *num.* 10.
col. 4. *verſ. unde ſua ſtatuta poſſunt dici, extr. de*
præſcript:

præſcript. Franc. Vivius deciſ. 221. *n.* 1. atq; iuris communis autoritatem habeant, *Panormit. in dict. cap. paſtoralis* 8. *n.* 2. *verſ. nam ſtatuta loci habentur. extr. de fide inſtrum. Iacob. Schult. ad Modeſt. Piſtor. part.* 2. *q.* 78. *n.* 7. *Alexand. dict. conſ.* 81. *n.* 1. *verſ. quia ſtatutum. lib.* 2. *Iaſon. in l. præſcriptione. n.* 13. *verſ. quia talia iura ſtatutaria &c. C. ſi contra ius vel util. publ.* utique eadem & multò maior autoritas Ordinat. Criminal. aliisq; Receſſibus in Comitiis Imperialibus promulgatis tribuenda erit.

34 Maximè cùm ab Imper. Carolo V. expreſsè diſpoſitum reperiatur, ut in materiis pœnalibꝰ ad Jus Civile commune tunc demum recurrendum ſit, ſi certa pœna in Ordin. Crimin. non definita extet, in *artic.* 105. **Ferner iſt zu mercken in was peinlichen Fällen oder Verklagungen die peinliche Straff in dieſẽ nachfolgenden Artickuln nit geſetzet / oder gnugſam erklåret / oder verſtåndig were / ſollen Richter und Urtheiler / ſo er zu ſchulden komt / raths pflegen / wie in ſolchen zufälligen oder unverſtåndlichen Fällen unſer Käyſerlichen Rechten / unnd dieſer unſer Ordnung amgemåſſigſten gehandelt und geurtheilet werden ſol / und alsdann jhre Erkäntnüß darnach thun** &c.

35 Neque etiam ex *Conſtit. Elector.* 3. §. *fin. part.* 4. gladij pœna evinci poteſt. *Quæ* enim in *dict. §. in fin.* de parricidio in fratres, conſanguineos, vel affines perpetrato conſtituta ſunt, ea tunc demum obtinent, ſi parricidium alio modo quàm veneno fuerit commiſſum: Ne ſcilicet Veneficus parricida mitiori pœnâ afficiatur, quàm alius Veneficus extraneam perſonam veneno occidens. Et benè advertendum in *dict. §. fin.* agi ſolùm de parricidio ſimplici, non etiam de parricidio unà cum Veneficio perpetrato. Neque etiam ex verbis initialibus *dict. Conſtit.* 3. quæ expreſsè de parricidio veneno perpetrato loquuntur, certum quid probari poteſt. Cùm in §. *in fin.* verba hæc: **Solcher Mord /** non tàm modum parricidii commiſſi, quàm qualitatem & animum parricidæ denotare videantur, ita ut ſenſus hic ſit: Fratres aliosvè conſanguineos pœnâ parricidii tunc demum teneri, ſi parricidium ab ipſis dolosè & ex propoſito fuerit perpetratum. Non ſecus atque de parricidio parentum & liberorum in *pr. dict. Conſtit.* ſancitum eſt, *verb.* **einen freventlichen Mord** &c.

36 Quod ad pœnam verò ignis attinet, neutiquam ex iure Saxonico *lib.* 2. **Landrecht.** *artic.* 13. verſ. **Welcher Chriſtenmann** *&c.* evinci poteſt, Veneficos qui toxico aut veneno homines necant, igne concremandos eſſe *Primò* enim notandum, in *dict. artic.* 13. **Landr.** *lib.* 2. agi de iis Veneficis, qui artibus diabolicis hominibus nocent, adeoque *de Sortilegio & Incantatione*, quæ pœnam ignis meretur: Sicuti enim Venefici ac Veneficæ vocantur, incantatores & incantatrices, qui quævè ſortilegium ac magicas incantationes exercent, eò quod non ſolùm venenis aut venenatis rebus ſæpiſſimè utantur, ſed & ea quæ adhibent, venena eſſe putentur, & tanquã venena eſſent propinentur, ita & Veneficium, Germanicè **Vergifftnuß** / apud Doctores generaliter pro ſortilegio & incantatione ſumitur, *Th. Eraſt. in rep. diſp. de Lamijs p.* 37. Vt ſic *dict. art* 13. *verſ.* **Welcher Chriſtenmann** *&c.* de ſortilegio ac incantatione tantùm exaudiendus, & verba hæc (**mit Zauberey umgehet / oder mit Vergifftnüß**) coniungenda, atq; unum per alterum explicandum ſit, quaſi diceretur: Igne comburendi ſunt, qui artem magicam exercẽt, ſe diabolo devoventes, & veneno aliisvè rebus juſſu ac mandato Diaboli nocentes. Quæ reſponſio liquet non ſolùm ex verbis initialibus *dict. verſ.* **Welcher Chriſtenmann ungläubig iſt** *&c.* Vnde conſtat, agi ibidem de iis qui cultum divinum & fidem Chriſtianam abnegando, diabolo operam & obſequium pollicentur; ſed & ex particula *vel*, quæ non ſemper diſiunctiva, ſed quandoq; etiam explicativa eſt. *l. pen. ff. de fideiuſſor. Zaſ. in l. ſi famil. in fin. de iuriſdict.*

37 Hæcque explicatio *dict. art.* 13. eò magis ſubſiſtere poteſt, quòd in dubio verba iuris municipalis etiam ad ſignificationem minus propriam redigere liceat, ſaltem quo in concordiâ cũ iure communi ius municipale conſervetur, & non multum ab eodem diſcrepet. *Panorm. in c. cum dilectus.* 8. *nu.* 21. *ibi. in gloſsâ, in verb. nec juri &c. ext. de conſuetud. & conſil.* 111. *incip. in cauſa Catharinæ Monialis. numer.* 3. *verſ. quinimò debet impropriari &c. lib.* 2. *Alexand. conſil.* 85. *nu.* 21. *ibi: quod ne inducatur repugnantia &c. lib.* 4. Nam & aliàs, ſtatuta ac iura municipalia interpretationem declaratoriam & paſſivam, ut vocant à jure communi accipiunt. *Ludov. Roma conſil.* 144. *nu.* 3. *verſ. quia ſtatuta intellectum &c. Iaſon in Auth. præterea, n.* 14. *ibi: adde quod ipſa pro ſententia &c. C. unde vir & uxor. Corne. conſil.* 202. *incip. licet in hac conſultatione. col. fin. verſ. & quia ſtatuta recipiunt interpretationem &c. l.* 1. *Andr. Gail. libr.* 1. *obſervat.* 50. *num.* 8. *ibi: regulariter enim omnia ſtatuta &c. Hartm. Piſtor. quæſtion.* 31. *numer.* 29. *verſ. nam etſi ſtatuta regulariter. &c. lib.* 1.

38 *Deinde*, poſito ſed non conceſſo, quòd in *dict. art.* 13. verſ. **Welcher Chriſtenmann** *&c. libr.* 2. **Landr.** in Veneficos pœna ignis ſit conſtituta, negari certè nequit, Leges Saxonicas in iudiciis eatenus duntaxat iuris auctoritatem obtinere, quatenus obſervantiâ ac uſu ſint receptæ, quippè cum multa uſu reperiantur introducta, quæ cum verbis Juris Saxonici minimè conveniunt; contrà verò Jure Saxonico multa conſtituta reperiantur, quæ uſu non ſint recepta, atque adeò aliter non valeant, quàm ſi conſuetudine approbata fuerint, ut teſtatur Hartm. Piſtor. *l.* 1. *quæſt.* 16. *n.* 11. ubi tradit, falli eos, qui cognitionem Juris Saxonici magis ex verbis, quàm ex uſu ſibi parare ſtudent. *Et libr.* 2. *quæſt.* 25. *num.* 35. *& quæſt.* 26. *num.* 17. *Matth. Coler. de proceſſ. execut. in præfat. Andr. Scheffer. part.* 2. *quæſt.* 13. fruſtrà reclamante Andr. Knichen *in comm. de Saxon. non prov. iur. in verb. ius, capit.* 3. *numer.* 19. Vt ita textum aliquem Juris Saxonici pro ſe allegans, ſi quidem ille notoriè non eſſet practicabilis, probare debeat, illum uſu receptum & obſervatum eſſe; Cùm autẽ ſuprà luculenter demonſtratum fuerit, ſecundum Conſtit. Crimin. & conſuetudinem ho-

diernam, Veneficos ſupplicio Rotæ puniri, utique de verbis & mentę Iuris Saxonici in *dict. artic.* 13. **Landr.** *lib.* 2. non adeò ſolliciti eſſe debemus.

39 Magni quoque ponderis non eſt argumen-
tum deſumptum ex Conſtit. Elect. 18. *part.* 4.
quæ expreſsè loquitur de iis, qui paſcua veneno
inficiunt, eoſque vivos comburi iubet, adeoq;
hæc diſpoſitio ad alios Veneficos non exten-
denda eſt. *Tùm*, quòd in correctoriis & pœna-
libus extenſio non facienda *gloſſ. in Clement.* 2.
in verb. in eiusdem. de ætat. & qualit. Rom. conſil.
129. *Roland. conſ.* 29. *n.* 19. & 21. *lib.* 1. *Everh. in*
loco à ratione legis ſtricta, n. 24. *Proſper. Farin. in*
fragm. crim. arg. extenſio quando facienda ex iden-
titate rationis n. 77. Ne quidem ex Identitate ra-
tionis *Roland. conſ.* 47. *n.* 17. & 18. *lib.* 1. *Honde.*
40 *conſ.* 95. *n.* 118. *l.* 1. *Tùm*, quòd ratio iſtius Conſtit.
minus ritè ad caſum pręſentem applicari queat,
quæ in eo potiſſimum verſatur, quod paſcua ve-
neno inficiens non ſolùm plurima pecora pe-
rimat, ſed & hominibus innumeris noceat, qui
ex aëre infecto atq; eſu carnis venenatæ ſi non
prorſus pereant ac moriantur, in varios tamen
morbos incidunt; quod certè de occiſore ho-
minis unius aſſeri nequit, adeoq; veneno inter-
ficientes gravius delinquunt, quàm reliqui Ve-
nefici qui unum vel alterum hominem è me-
dio tollunt. Et, ſi robur aliqnod huic argumen-
to ineſſet, ſequeretur, ſolùm eos igne concre-
mandos eſſe, qui fontes, cereviſiam vel ſimilia
veneno inficiunt, unde homines quàm plurimi
& in magnâ copiâ necari poſſunt, quemadmo-
dum ita concludit poſt Matth: Coler. *part.* 1. *de-*
ciſ. 108. *n.* 6. & 11. Matth. Berlich. *part.* 4. *concl.*
26. *nu.* 11. allegans ad hoc ſententiam quandam
41 Scabinorum Lipſenſium.

Q. 3. Quomodo puniendi ſint qui parentes, liberos vel coniugem veneno necant?

At, *quid dicendum in caſu, quo parricidium unà cum Veneficio concurrit; veluti ſi quis parentes, liberos, vel coniugẽ veneno occidat?* Certè, quamvis ſupplicium Rotæ æquè grave videatur ac parricidii pœna, Culei nimirum, imò etiam parricidæ copiâ fluminis deficiente Rotâ puniri debeant, ſecundum *Conſt. Elect.* 3. *part.* 4. Attamẽ hoc caſu parricidam Veneficũ ſi aqua haberi queat; pœnâ Culei plectendũ eſſe arbitror.

1 Propter *Conſtitutionem Electoral.* 3. *part.* 4. *in pr.* ubi expreſſis verbis pœna Culei ſtatuitur in eos, qui liberos, parentes, vel coniuges, ſive veneno ſive alio modo ex propoſito & dolo malo occidunt *in verb.* **Do es ſich hinfüro begebe / daß die Eltern jhre Kinder / oder die Kinder jhre Eltern / oder aber auch die Eheleute eines das ander böߌich thät ermorden oder umbringen / es**
42 **geſchehe mit Gifft oder in andere Wege** &c.

2. In delictis concurrentibus pœna gravior & atrocior ſemper adiudicari debet Reo, *Iul. Clar. in pract. § fin. quæſt.* 84. *n.* 4 *Hyppol. de Marſil. in l. qui de crimine. in verb. plurima. C. de accuſat.* gravior autem habetur pœna Culei ſupplicio Rotæ, quippè quòd hoc, in caſu deficientis aquæ, demum parricidis imponatur, *Conſtit. Elect.* 3. *part.* 4. igitur & hoc caſu quo parricidium cum Veneficio concurrit, pœnâ Culei Reus affici debet.

Quam pœnam dictaverunt Scabini H. I. qui pa-
trem & matrem veneno necaverat: So möchte 43
Er geſtalten Sachen nach / wegen ſolcher an ſeinen
leiblichen und natürlichen Eltern begangenen unnd
bekandten Mordthat / ſanmt einem Hunde / Hahnen /
einer Schlangen / und Katzen / an ſtatt eines Affen /
in einen Sack geſtecket / ins Waſſer geworffen und
ertrâncket / oder do die Gelegenheit deß Waſſers / deß
Orts nicht verhanden / mit dem Rade vom Leben
zum Tode gerichtet und geſtrafft werden / Vnd mag
ſolche Straff / weil die That an jhrſelbſten greulich
und abſcheulich / auch andern zum Abſcheu unnd
Exempel / damit ſie dergleichen Vbelthat an jhren
Eltern zubegehen dadurch geſchrecket und abgehal-
ten werden / in eine andere Todesſtraffe / als da iſt /
deß Schwerds / nicht verwandelt werden / V. R. W.
Ad conſultationem H. à B. M. Auguſt. Anno
1614.

44 *Eadem pœna dictata A. S. quæ nepotem ſuum veneno occiderat*, An die Stadtgerichte zu Wurtzen. *Menſ. Mart. Anno* 1600.

45 *Similiter pronunciatum, Ad requiſitionem Prætoris Lipſenſis, quando R. T. marito ſuo venenum dederat eumq; occiderat:* Hat *R. T.* in ſcharffer Frage bekandt / daß ſie jhrer Magd befohlen / jhren Ehemann mit Gifft zuvergeben / und daß ſie hernacher den Gifft auch ſelbſten neben der Magd geſchabet / und erſtlich in eine Kanne Bier / das ander mahl in Wein und letzlichen in eine Waſſerſuppen gethan / und daß er von dem Bier und Wein getruncken / und alſo deß Giffts theilhafftig worden / davon er denn auch hernach verſtorben &c. So möchte ſie von deßwegen / daß ſie jhren Ehemann mit Gifft vergeben / und jhn dadurch ermordet / mit einem Hunde / Hahn / Schlangen / und Katzen an ſtatt eines Affen / in einen Sack geſtecket / und im Waſſer ertrenckt / oder da die Gelegenheit deß Waſſers nicht verhanden / mit dem Rade vom Leben zum Tode gerichtet und geſtrafft werden V. R. W. *Menſ. Iunio Anno* 1583.

46 Cæterum, quemadmodum iudex in aliis delictis iuxta circumſtantias & qualitates facti cuiusvis pœnam ordinariam temperare ac mitigare poteſt, *Bart. in l. quid ergò. § pœna gravior. in fin. ff. de his qui not. infam. & in l. fin. ff. de recep. Andr. Tiraquell. de pœn. in præf. n.* 22. *Blanch. in pr. crimin. § poſtquam vidimus quæ iudicia ſint civilia. n.* 71. *Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſt.* 85. *Ægid. Boſſ. in tit. de pœn. n.* 10. *Iacob. Menoch. de arbitr. iud. quæſt.* 99. *n.* 16. ita etiam in crimine Veneficii hanc licentiam ipſi competere, eumque relicto iuris rigore, certis ex cauſis mitiorem pœnam quandoq; dictantem nequaquam à tramite iuſtitiæ aberrare puto. Quemadmodum etiam reperio, Dn. Scabinos ob certas, quandoq, etiam leviuſculas cauſas pro arbitrio à pœna ordinariâ Rotæ receſſiſſe, & Veneficii Reis ſecundum diſpoſitionem Iuris Civilis pœnam gladii adiudicaſſe, ita tamen ut pro ratione delicti Reus trahæ injectus ad locum ſupplicii raperetur, vel ipſiꝰ cadaver poſt capitis truncationem Rotæ affigeretur.

Qu. 4. Nũ pœna Veneficij à iudice mitigari queat?

47 *Veluti ſic reſponderunt. Ad requiſitionem Quæſtoris Coldicenſis, Menſ. Aug. Anno* 1612.

Theodorici à Schleinitz / *Menſ. Iulio An.* 1601.

Prætoris Lipſenſis, Menſ. Iun. Anno 1583.

Georgii à Schleinitz in Radegaſt / *M. Aug. An.* 1602.

48 Econtra etiam, ob enormitatem ac immanitatem delicti pœnam Veneficii, ſi res ita poſtu-

Q. 5 Quãdo index.

hanc pœnā exaſperare debeat? poſtulat, aggravare judici fas eſt. Non ſolum enim, is pœnas pro arbitrio temperare ac mitigare, ſed etiam ex cauſa juſta eaſdem exaſperare & aggravare poteſt, *l. & ſi ſeverior. ubi gloſſ. & Dd. C. ex quib. cauſ. infam. irrog.* Angel. *Aretin. in tract. maleſic. verb. quas ſi non ſolverit. Felin. in capit. inquiſitio, col. 5. de accuſat. Iaſon. in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. Hyppol. de Marſil. ſing.* 182. *& in l.* 1. *§. ſed & ſi quis, col. 2. ff. ad Leg. Cornel. de falſ. Vaſq. contr. illuſtr. cap.* 14. *n.* 4. A*ndr. Gail. de pac. public. lib. 2. c. 9. n. 22.*

Inprimis autem, pæna aggravanda eſt in cri-
49 mine Veneficii, *Quando delictum hoc aliquoties*
" *reiteratum, & homines plures diſtinctis vicibus ve-*
" *neno necati fuerint.* Quo caſu Reus veneficii, antequam Rotę ſupplicio punitur, candentibus forcipibus aduri debet, perindeatq; in crimine parricidii ob reiterationem delicti Reum ferro candenti lacerandum eſſe, ſupra dictum fuit, *qu.* 14. *n.* 10.

50 Idque propter textum expreſſum in Conſt. Crim. Carol. *art.* 130. ibi: **Doch zu mehrer Furcht andern/ſollen ſolche boßhafftige mißthätige Perſonen/vor der endlichen Todesſtraffe geſchleiffet/ oder etliche Grieff in jhren Leib mit glüendē Zangen gegeben werden/viel oder wenig/nach Ermeſſigung der Perſon und Tödung/ wie von Mordt deßhalben geſetzt iſt.**

51 *Quod & obſervarunt Scabini Lipſenſes, pronunciantes in hunc modum*: A*d conſultationem Prætoris Lipſenſis:* Haben beyde Gefangene und erſtlichen C. M. bekant/ daß er drey Gifftpulver / derer eines ſchwartz/das ander gelb/uñ das dritte roth von Kröten/Schlangen und Molchen gemacht/und dem Todengräber zu Groß Zſchocher und ſeinem Knechte B. M. davon gegeben / welche es den Leuten hin und wider zu Dölitz/Groß Zſchocher/Golitz/Albrechtshain und allhier beybracht/und in die zwey und zwantzig Perſonen damit getödet und umgebracht / alles der Meynung/wann die Häuſer außſtürben / daß ſie viel zubegraben und zuſtelen hetten. Daß er auch mit ſeinem jetzigen Eheweibe/bey Leben ſeines erſten Weibes in die drey Jahr zugehalten/geehebruchet und ſie geſchwängert / und als ſein erſtes Weib in die Wochen kommen/ hätte er ſein jetziges Weib zu ſich ins Hauß genommen/ und mit jhr verlaſſen/ ſein erſtes Weib mit Gifft zu töden / jhr auch einmal 6. Pfenn. zu Fliegenpulver geben / welches ſie jhme gebracht/ und es folgends dem erſten Weibe in Suppen und Eſſen eingeben/ weil ſie aber davon nit ſterben wollen/hette er ſie in Wochenliegend mit einem Küſſen erſticket/und hernach ſein jetziges Weib zur Ehe genommen.

Hat auch B. M. bekant/daß er das Gifftpulver/ſo jhm ſein Meiſter C. M. gegeben/ſechs Kindern im Kovent beygebracht/davon ſie alle ſechs geſtorben / und daß ſein Meiſter jhm geſagt hätte/daß es Gifft were/ jhme auch befohlen/den Leuten ſolches beyzubringen/damit ſie ſterben/und ſie hernach alles nehmen und ſich darauß theilen möchten/wie ſie dañ auch auß den Sterbhäuſern viel Sachen geſtolen ꝛc. Da jhr euch nun allbereit erkundiget hättet / oder nochmals erkundigen würdet / daß obgedachte Perſonen alle / oder eins Theils gewiß und in Warheit umkommen/und beyde Gefangene C. M: und B. M. würden auff jhrem gethanen Bekäntniß vor Gericht freywillig verharrē/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen/ ſo möchten ſie beyde von wegen ſolcher jhrer begangenen und bekanten Mißhandlung C. M. mit fünff/ B M aber mit drey glüenden Zangengrieffen geriſſen: und mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W. *Menſ. Sept. An.* 1582.

Simili modo pronunciaverunt Scabini, ad conſultationem C. *à D. quando duo Veſpillones G. VV. & G. P. partim pulvere venenato, partim manibus ægrotos necaverant, & decem perſonas occiderant, ut nempe uterq; candenti forcipe ter à carnifice prehenſus adureretur, & poſtea Rota ſupplicio è medio tolleretur. Menſe* Auguſt. An. 1582. 52

QVÆSTIO XXI.

Quibus in caſibus pœna Veneficii ordinaria ſit mitiganda?

SVMMARIA.

1. *Plures accidere poſſunt caſus, in quibus pœna Veneficii debet mitigari.*
2. *Imprimis quando non conſtat ex veneno propinato mortem fuiſſe ſecutam.*
3. *Ex quibus indiciis præſumendum, quod ex veneno quis ſit abſumptus, n.* 4. 5. 6.
7. *Iudicio Medicorum hac in re fides habenda eſt, n.* 8. 9.
10. *Sententia Scabinorum Lipſenſium, n.* 11. 12.
13. *Ceſſat quoque pœna Veneficii, ſi præbens venenum non habuerit animum occidendi, numer.* 14.
15. *Quæ ſit pœna propinantis philtrum ſeu poculum amatorium, n.* 16. 18. 20. 21.
17. *In delictis propoſitum & intentio delinquentis ſpectanda eſt.*
19. *Explicatio l. ſi quis aliquid, §. qui abortionis. ff. de pœn.*
22. Re*ſponſa Scabinorum Lipſenſium n.* 23.
24. *Quomodo ſit puniendus, qui bruta animalia veneno perimit, n.* 26.
25. *Erubeſcimus ſine lege loqui.*
27. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium, n.* 28.
29. *Pœna venenantium paſcua, n.* 30.
31. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium, n.* 32.
33. *Quomodo puniatur Conatus in Veneficio, n.* 34. 35. 36. 37. 38 39.
40. *Intellectus l. 1. in fin. ff. ad Leg. Pomp. de parricid. l. 1. §. 1. l. 3. in princ. ff. ad Leg.* Cornel. *de ſicar.*
41. D*e conſuetudine generali conatus non punitur mortis pœna, effectu non ſecuto.*
42. *Explicatio art.* 130. *Ordin. Crim. Carol.*
43. *Vocula (*vel*) in jure quandoque eſt coniunctiva.*
44. *Sentertia Scabinorum Lipſenſium, n.* 45.

1 QVæ de pœna Veneficii *quæſtione præcedenti* dicta fuerunt ea quidem regulariter obtinent, quando conſtat, hominem à venefico veneno fuiſſe necatum; At, quia non rarò dubium de hac re incidit, vel, quòd non certò conſtet, occiſum fuiſſe venenatum, vel, animo occidendi venenum fuiſſe datum, vel, quia non homines, ſed animalia fuerint veneno peremta, aut etiam mors hominis non ſit ſubſecuta, quibus caſibus pœnam prædictam Veneficii dictare nimis rigoroſum eſſet, ideò neceſſarium duxi ſubjicere *quaſdam exceptiones*, quibus pœna ordinaria Veneficii meritò ceſſare, aliaque pœna extraordinaria adjudicari debet. Etſi autem pro ratione qualitatum & circumſtantiarum plurimi caſus accidere queant, in quibus Iudex pro arbitrio ſuo pœnam ordinariam mitigare poteſt, uti dictum *quæſtione præcedenti, n.46.* Attamē hac quæſtione ſolùm principaliores referre lubet, in quibus neutiquam ad pœnam ordinariā perveniri poteſt.

2 Primò autem, locum non habet pœna Veneficii ordinaria, quando certò non conſtat, ex veneno propinato mortem fuiſſe ſecutam.

Cum enim in cognitione cujuslibet delicti opus ſit, ut primò conſtet de delicto, pariter & in hoc oportebit conſtare, quòd is qui mortuus apparet, veneno ſit abſumptus, quia aliàs non conſtaret de delicto Veneficii, de quo tamen conſtare debet, *l.1.§.illud autem, ff. ad Syllan. Bartol. in l. fin. col.1. ff. de quæſtion. Tiber. Decian. in tractat. criminal. libro nono. cap.* 24 *num.* 4. Nec ſufficit de veneno alicui dato propria confeſſio Rei, hunc namque ceu idiotam cum lateat interiorum operatio, talis confeſſio impoſſibilis eſt, ac proinde nec ipſi cōfitenti præjudicare debet. *Hyppol. de Marſil. ad l.*1. §.1. *numer.*37. *ff. ad l. Corn. de ſicar. Alexand. conſi.*215. *numer.*2. *lib.*3. *Petr. Theodor. in Colleg. crimin. diſput.* 7 *th.*6. *lit. B. Ægid. Boſſ. in tit. de delicto nu.* 4. *Foller. in pract. verb. item quod ſororem venenavit, num.*15 *&* 27. *in fin. Proſper. Farin. part.*1 *oper. crimin. quæſt.*2. *n,*35. *Anton.* Gomez. *var. reſol. tom,*3. *c.* 3. *num.*8.

3 An autem ex veneno propinato quis ſit abſumptus, ex indiciis & ſignis exterioribus hominis venenati colligendum; Qualia potiſſimum ſunt livores in corpore, ſpumæ per os fluentes, & cor inuſtum, cuius ea natura exiſtimatur, ut veneno tinctum igne confici nequeat. Quibus ſignis convincebatur Cn. Piſo, quod Germanicum juſſu Tiberii veneno necaſſet, cū tamen ipſe ſe excuſaret, quòd morbo defunctus eſſet, *Sueton. in Caligula. Plin. libr.*10. *capit.* 37. Hinc ortum illum morem, putandum eſt, apud Romanos, ut circum cadavera tubis canerent, & amici convocarentur teſtandi gratia, eum neque veneno, neque gladio interiiſſe, ut refert ex *Hygin. in libr fab, capit.*47. *in fin. Decian, dict. cap.* 24. *n.*4.

4 Vomitum quoque frequentem, tumorem & nigredinem unguium eſſe ſigna veneni, tradit Honded. *2. conſ.*88. *n* 6. *& Decian. dict. c.* 24. *n.* 4. Et ſigna veneni docet Galen. *in* 5. *&* 6. *de locis affectis & de bonitate & vitio ſuccor.*

5 Quia verò vomitus provenire poſſunt ex materia cholerica aliavè cauſa, *Paris de Puteo: de Synd. in verbo fortunæ verſ mandavit Rex. nu.* 11. *Proſper Farin part,*1. *oper crim. quæ* 2. *n.*34. *in fin.* Et alia quoq; veneni ſigna apparentia non ſemper ex veneno propinato, ſed etiam aliunde per imprudentiam, aut ex veneno in corpore generato, aliisq; variis cauſis, puta ex humorum malitia, aeris corruptione, & malo regimine vitæ &c cauſam ſuam habent. *Farin. dict. qu.* 2. *n* 34. Ideò ne infantes ad ſupplicium rapiantur, ſumma judicis diſcreti circumſpectione opus eſt, qui pœnam ordinariam in crimine Veneficii tutò dictare nequit; Niſi de hiſce tribus conſtet, 1. Venenum reverâ fuiſſe propinatum. 2. Ex eo mortem ſecutam. 3. Venenum propinatum fuiſſe malum & noxium.

Q.1. Quomodo debeat cōſtare de corpore delicti in Veneficio ad hoc ut pœna ordinaria tutò irrogari queat?

De *Primo*, venenum ſcilicet reverâ fuiſſe propinatum, conſtare poteſt ex Rei confeſſione, quæ tamen ſola non ſufficit, niſi concurrant alia adhuc indicia, quorum mentionem facit Conſt. Crim. Carol. *art.*37. 9 Veluti ſi Reus arguatur ſuſpectus. & convincatur veneni empti, aut illo uſus fuiſſe, vel cum venenato ſimultatem inimicitiamq; habuiſſe; aut ſi ex morte eius lucrum ſeu commodum aliquod expectet; vel alioqui vilis perſona ſit, à qua eiusmodi expectari poſſent &c. Indicium quoque veneni propinati eſt, ſi Reus cibum vel potum præſtitum ſecretò tractavit, *Paul. de Caſtr conſil.*299. *n.*2. Aut, ſi quis venenum emiſſet, idq, coram magiſtratu negaret, diffiteretur que, emptio autem probaretur. *dict. Conſt. Carol. art.*37. *in fin. Tiber.* Decian *c,* 24. *n.* 5. 6. 7.

7 Quoad *poſteriora* verò, venenum propinatū nempè malum & noxium, ex eoq; venenatum mortuum fuiſſe, recurrendum eſt ad Iudicium Medicorum, qui conſiderata qualitate veneni propinati, habitaque inſpectione cadaveris, de utroque judicem certiorem reddere poſſunt; Ipſis enim incumbit, ſcindere & aperire cadaver, in ſigna & indicia veneni diligentiſſimè inquirere, aut poſt ſepulturam depoſitionem teſtium ſuper ſignis veneni benè ponderare atq; examinare, & poſtmodum juratò iudicium & ſententiam ſuam aperire, & iudicem ſuper hac re informare *Foll. in pract. crim. in verb. item quod ſororem venenavit. n.*14 Proſp. Farin. *part.* 1. *oper, crim q.*2. *n.*33. *&* 34. ubi docet, corpus delicti nō cenſeri probatum in crimine Veneficii ex atteſtatione Medicorum aſſerentium ſimpliciter quem mortuum ex veneno, niſi addiderint, ex veneno dato & non ingenito, quod non niſi ex aliquo extrinſecus apparente indicio colligendum eſt, puta, ſi poſt aſſumtionem cibi, immediatè quis incidiſſet in maximam mutationem ſtatus, tunc judicare poſſunt Medici, venenum eſſe introductum & non per ſe ortum, quia venenum in corpore natum non tam repentè operatur, ſicuti venenum datum, & cibus ille non potuiſſet producere ex ſe tale accidens: quod ſi huiusmodi actus extrinſeci non interveniant, Medici aliquid firmare non poterunt, *Boſſ. in tit. de delict. n.*6. *Foller. in verb. item quod ſororem venenavit, n.*4. 13. *&* 16.

8 Etſi autem ſigna veneni, uti antea dictum,

admodum dubia & fallibilia ſint, veluti etiam propterea hoc caſu Venefico pœnam ſolummodò gladii fuiſſe dictatam memini:

Ad conſultationem Quæſtoris Dreſdenſis, Menſ. Sept. Anno 1629.

Attamen hâc in re iuratis Medicis tanquam in arte ſuâ peritis omninò credendum eſt. *Ant. Gomez. tom.* 3. *var. reſolut. c.* 3. *n.* 8. *Petr. à Plach. in Epit. delictor. c.* 20. *n.* 10. *Proſper. Farin. dict. quæſt.* 2.31. *Iul. Clar. in pract. §. fin. qu.* 4. *verſ fin. Boſſ. dict. tit. de homicid. n.* 6. *&* 9. *Petr. Theod. in Colleg. crim. diſput.* 7. *th.* 6. *lit. b. Foll. dict. verb. item quod ſororem venenavit. n.* 14.

9 Qui ſi dicant & affirment, venenum propinatum malum & noxium, atq; ex eo ipſo venenatum mortuum fuiſſe, Iudex tutò pœnam Veneficij ordinariam dictare poteſt: ſi verò contrarium aſſerant, & deponant, venenum propinatum vel non admodum noxium, vel ad occidendum aptum non eſſe, neque etiam probabiliter mortẽ ex veneno iſto propinato proveniſſe; Aut etiam ſi ipſi de hoc dubij ſint: Certè, judex hoc caſu Veneficii Reum ad ſolam ipſius confeſſionem capitaliter condemnare nequit, *Boſſ. dict tit. de delicto. n.* 8, extraordinariè tamen delinquentem punire poteſt.

10 *Et huius perquiſitionis atq; judicii Medicorum rationem accuratiſſimam habent in crimine Veneficij Scabini Lipſenſes, neq; pœnam ordinariam dictitant, niſi ex depoſitione Medicorum conſtet, venenum propinatum malum & noxiũ, atq; ex eo mortem venenati ſecutam fuiſſe. Proindè non rarò in ſententiis hoc ipſum exprimere ſolent:* Do jhr euch nun allbereit erkündiget hettet/ oder nochmals erkündigen würdet/ daß *N. N.* von ſolchen Gifft gewiß und in Warheit geſtorben/ *&c. Vel ita:* Daß an *N. N.* dergleichen Anzeigungen/ daß jhm Gifft beybracht worden/ und er davon verſtorben/ zu befindẽ und zu ſpüren geweſen *&c. Vel ſic:* Vnd es iſt ſolches für recht Gifft erkandt und gehalten worden *&c.* Nach Erichſtäde/ An Levin Kieneſtedten/ *Menſ. Febr. Anno* 1591.

Nach Zwickau/ An Stadtvoigt ũd Schöppen/ *Menſ. Aug. An.* 1616.

An Georgen von Schleinitz/ *Menſe Aug. An.* 1602, *& aliis quamplurimis ſententijs.*

11 *Quandoq; etiam ut accuratior huius rei inquiſitio habeatur, ac Medicorum iudicium exploretur, ſolent interloqui hoc modo:* So wird vor allen dingen/ ehe man der Straff halber etwas gewiſſes erkennet/ von nöthen ſeyn/ von dem Gefangenen Erkündigung ein zu ziehen/ wo das übrige Pulver/ damit er *N. N.* vergeben/ hinkommen/ und wann ſolches erlanget/ wird es einem erfahrnen *Medico* übergeben/ deſſelben Natur/ Qualität/ und Eigenſchaft zuerforſchen/ ob es ein rechter Gifft/ oder wofür es eigentlich zu achten ſey *&c. Veluti ſic pronũciavimus ad requiſitionem Quæſtoris Dreſdenſis, M.* Aug. *Anno* 1629.

12 *It:* So wil vor allen dingen von nöthen ſeyn/ daß von dem verhandenen Mäuſepulver etwas einem erfahrenen *Medico* übergeben werde/ ſich deſſen *qualitet* zuerkundigen/ ob es der Krafft ũd Wirckung ſey/ daß man damit einen Menſchen ums Leben bringen möchte/ inmaſſen euch ferner obliegen wil/ die jenigẽ Perſonen/ ſo den verſtorbenen/ ehe er zur Erden beſtattet worden/ geſehen/ vormittels Eides abzuhören und ſich dermaſſen zu befragen/ Ob ſie an dem verſtorbenẽ vermerckete/ daß jhme Gifft beybracht worden/ ob der Leib davon uffgelauffen/ und wie der tode Cörper ſonſt allenthalben geſtalt geweſen/ und wann beydes die Erkundigung deß Mäuſepulvers und verblichenen Cörpers mit beſondern Fleiß uffgezeichnet/ und wieder überſandt wird/ ergehet ſo dann jhrer verwirckten Straff halber ferner was recht iſt/ V. R. W. *Ad conſultationem Quæſtoris Dreſdenſis, M. Maio,* Anno 1631.

Secundò: ceſſat pœna ordinaria Venefi- 13
cii, quando præbens venenum non habuit ani- »
mum occidendi ſive nocendi, ſed vel concilian- »
di amoris, vel depellendi morbi, præter inten- »
tionem autem mors ex veneno propinato ſe-
quatur.

14 Idq; luculẽter apparet ex *l.* 1. §. 1. ibi: *qui hominis necandi cauſâ venenum confecerit; dederit &c. ff. ad Leg. Corn. de ſicar.* Et L. 3. *in pr. qui venenum necandi hominis cauſa fecerit, vel vendiderit, vel habuerit &c.* Et §. 1. *qui in publicum mala medicamenta vendiderit, vel hominis necandi cauſa habuerit* Et §. 2. *verſ. ſed ex Senatus conſulto, ff. eod. tit.* Vnde conſtat, Reum Veneficij pœnam tum demum incurrere, ſi necandi cauſâ venena tractarit propinaverit. *Præterea* etiam Veneficium æquiparatur homicidio & latrocinio ex propoſito commiſſo, Conſt. Carol. Crim. *art.* 130. ibi: Wer jemand durch Gifft oder venenen an leib oder Leben beſchädiget/ der ſol einem fürgeſetzten Mörder gleich &c. Quemadmodum ergò latrocinium præter intentionem non committitur; ita nec Veneficium ab eo, qui necandi nocendivè animum non habet, perpetrari, neque is propriè Veneficus dici poteſt.

Q. 2. Quæ ſit pœna propinãtis Philtrum ſeu poculũ amatoriũ?

15 Ex quibus ſequitur, propinantem Philtrum ſeu poculum amatorium, ad amorem alicuius incitandum, ultimo ſupplicio non eſſe afficiendum, licet mors inde ſequatur. Quamvis enim haud pauci contrarium ſtatuant, per *l. ſi quis aliud §. qui abortionis. ff. de pœnis,* atq; ſic poculum amatorium pari paſſu ambulare cum poculo abortionis exiſtiment, *Proſper. Farin. part.* 3. *oper. crim. quæſt.* 87. *n.* 48. *& part.* 5. *quæſt.* 122. *nu.* 113. *Tiber. Decian. in tract. crim. lib.* 9. *c.* 23. *n.* 8. *Ioh.* Andr. *in c. ſi aliquis num.* 1. *in verb. meditatione, extr. de homicid. ubi etiam Hoſtienſ. nu.* 1. *Iacob. Boulen. in repetitione l. capitalium, § famoſos. num* 203. *ff. de pœnis. Jodoc. Damhoud. in pract. crim. cap.* 6. *n.* 88. 89. *Paul. Chirland, in tract. de ſortileg. qu.* 12. *n.* 3.

16 Hiſce tamen non videtur ſubſcribendum: *Tùm*, quòd perquàm durum & crudele ſit, dolo vacantem ullo in crimine vitâ privari, A*lciat. in l. magna. nu.* 3. *verſ. quod ergo verum. ff. de verb. ſignif. Cagnol. iñ l. contractus n.* 9. *ff. de reg. iur. Tiraquell. de pœn. temp. cauſ.* 14. *nu.* 5. Anton. *Gomez. de delict. cap.* 3. *num.* 15. *Iul. Clar. in pract. § final. quæſt* 84. *in pr.*

17 *Tùm*, quòd in delictis propoſitum & intentio delinquentis maximoperè ſpectanda ſit. *l.* 1. §. 3. *l.* 14. *ff. ad Leg. Corn. de ſicar.*

Tùm, ob *l.* 3. §. 2. *verſ. ſed ex Senatusconſulto. ff. eod. tit.* ubi relegatione ſolùm punitur, qui non malo animo, ſed malo exemplo medicamentum ad conceptionem dedit, ex quo ea quę acceperat, deceſſerit. 18

Rectius itaque aſſerunt *Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſtion. libr.* 2. *cent.* 4. *caſ.* 358. *Petr. à Plach. in epit. delict. libr.* 1. *cap.* 20. *n.* 6. *Nicol. Boer. quæſt.* 216. *nu.* 4. *in fin.* Anton, *Gomez. tom.* 3. *var.*

reſolut. cap. 3. n. 33. verſ. ſi verò ſine dolo &c. Ægid. Boſ. in tit. de homicid. n. 6. in fin. aliiq; allegati à Menoch. d. loco. ſi poculum amatorium ſine dolo, causâ amoris liciti datum & mors præter intentionem ſecuta fuerit, dantem nequaquam pœnâ mortis, ſed extraordinariè, veluti relegatione, vel aliâ pœnâ arbitrariâ puniendum eſſe.

19 Neque adverſatur *l. ſi quis aliquo. §. qui abortionis*, ibi: *Qui abortionis aut amatorium poculum dant, & ſi dolo non faciant, tamen, quia mali exempli res eſt, humiliores in metallum, honeſtiores in inſulam amiſſa parte bonorum relegantur: quod ſi ex eo mulier aut homo perierit, ſummo ſupplicio afficiuntur ff. de pœn.* Cuius deciſi ratio alia non eſt, quàm quòd is qui homicidii vel alteriꝰ delicti cauſam dat, teneatur de cauſato homicidio vel delicto, *Covarr. ad Clem. 5. de homicid. ſecunda. part. relect. in pr. n. 2. Harppr. ad §. item lex Corn. n. 17. 18. Inſtit. de publ. judic. Proſper. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 126, n. 63. Anton. Gomez. dict. c. 3. n. 17.* Non enim textus ille de ſimplici Philtro, quod tantùm conciliandi amoris gratiâ datur, accipi debet, ſed de tali Philtro quod Amaſiæ ad impediendam conceptionem ob libidinem ſecurius explendã exhibetur, in quo certè propinans itidem animo nocendi & occidendi carere nequit, dum genituram, ne ad perfectionem ſuam perveniat & tandem in lucem prodeat, ex propoſito impedit. Et licet quoad fœtum, nondum animatum quis homicida eſſe nequeat, tamẽ matre poculo amatorio necatâ, res hæc per ſe mali exempli eò recidit, ut perinde ſit, ac ſi fœtus animatus fuiſſet occiſus. Aliud verò dicendum eſt, quando poculum amatorium tantùm conciliandi amoris gratiâ fuerit datum, tunc enim, quia dolus deficit, pœna mortis locum habere nequit, juxta *l. 3. §. 2. verſ. ſed ex Senatusconſulto ff. ad Leg. Corn. de ſicar.* & ſic diſtinguit Bart. *in d. l. 3. verſ. ſed ex Senatusconſulto.* referente *Iacob. Menoch. dict. caſ. 358. n. 7. Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſp. 7. th. 7. lit. A.*

20 Neq; is qui cauſam mortis præbet de homicidio ſemper tenetur, ſed tunc demum, ſi doloſè cauſam præbeat, & in illicitis verſetur, veluti qui Philtrum dat ad impediendam conceptionem: Extra hunc autem caſum, exhibens poculum amatorium, quia in dolo non verſatur, neque de homicidio tenetur, neq; morte, ſed extra ordinem telegatione puniendus eſt, *argum. l. 3. §. 2. in fin. ff. ad Leg. Cornel de ſicar.* ita tamen, ut, ſi præterea ad malum exemplum accedat finalis intentionis ad vetitam libidinem aut adulterinum congreſſum directæ turpitudo, pœna quoque gravior, veluti fuſtigatio cum perpetuâ relegatione imponi debeat.

Quemadmodum fuſtigationem cum perpetua relegatione fuiſſe dictatam alicui fœminæ, quæ magicis artibus ad conciliandum alicuius amorem uſa fuerat, refert Daniel. Moller. ad Conſt. Elect. Aug. 2. n. 6. part. 4.

21 Multò minus autem propinãs Philtrum capitali pœnâ afficiendus erit, ſi mors inde non fuerit ſecuta, quo caſu vel relegationem, vel pœnam arbitrariam carceris dictandam eſſe, exiſtimo.

Hinc Scabini dictaverunt perpetuam relegationem ancillæ cuipiam B S. ob medicamentum ex crinibus & unguibus confectum in pane præbitum S.S quo ſumto is ægrotare cœperat. Gegen Kirchſcheidingen / An Richter und Schöppen / *Menſe Decembr. Anno 1623.*

23 *Et quando fœmina quædam M. R. marito ſuo venenum propinaverat, & juramento obtinuerat, ſe non alia intentione, quàm ad incitandum erga ſe conjugalem amorem hoc feciſſe; reſponderunt Scabini, ulteriori pœna eam non plectendam, ſed ex carcere, in quo jam per ſeptimanas quinq; detenta fuerat, dimittendam eſſe. Ad requiſitionem Quæſtoris Schvveinicenſis, Menſ. Auguſt. Anno 1605.*

24 Tertiò: Ceſſat quoq; pœna Veneficii ordinaria, Quando quis veneno non hominem, ſed bruta animalia necavit. Etſi enim venenans pecus, homini etiam noceat, ipſum privando ſuo iumento & pecore; attamen quia per id nõ corpori humano damnum aut mors infertur, videtur hoc caſu ſufficere pœna gladii, ſi ingens damnum datum fuerit, & pecora aliquot ex veneno præbito perierint.

Q. 1 Quomodo puniendus qui bruta animalia veneno perimit?

Tùm, quia in Ordin. Crimin. Carolin. *artic.* 130. pœna Rotæ ſancita eſt in Veneficos qui homines veneno necant, So jemand durch Gifft oder venen an Leib oder Leben beſchädigen / *&c.* adeoque hæc pœna ad alios, qui ſolummodò animalia bruta veneno perimunt, non extendi debet; præſertim cum longè gravius peccet occidens hominem, quàm perimens veneno animalia bruta.

25 *Tùm*, quòd nullibi gravior aut alia quædam peculiaris pœna in venenantes animalia bruta reperiatur conſtituta, adeoque nec ea imponenda, cùm erubeſcamus ſine lege loqui. *No. 18. ca. 5. verſ. ſed quia non hoc &c. Franc. Viv. deciſ. 338. n. 4. deciſ. 467. n. 2.*

26 Quamvis autem Jus Saxon. *artic. 13. libr. 2.* Landrecht. generaliter loquatur, ac vivos velit concremari eos, qui venena tractant, *in verb.* Welche mit Vergifftniß umgehen / *&c.* quæ etiam de venenantibus animalia bruta intelligi queunt; Attamen in *Conſtit. Elector. 18. part. 4.* hæc pœna ad eos ſolummodò reſtringitur, qui paſcua veneno inficiunt; quâ reſtrictione & explicatione opus non fuiſſet, ſi indiſtinctè quivis veneno bruta etiam animalia perimens igne puniendus eſſet. Pœnæ tamen gladij Reus hoc caſu non eximendus, propter damnum datum hominibus, qui non modò ſuis pecoribus privantur, ſed ex eſu animalium venenatorum, ſi non ſubitò moriantur, ſed mactentur, perire poſſunt.

27 *Quemadmodum etiam Scabini pœnam gladij dictaverunt M.T. qui veneno ac pulvere ad occidendum mures præparato, ſeptendecim oves necaverat. Ad conſultationem* Henrici à Schönbergk / in Frawenſtein / *Menſ.* April. *An. 1604.*

28 *Et cum C.H fœno venenum immiſcuerat, unde pecora aliquot, veluti undecim boves & tres vaccæ perierant, hunc propterea gladio puniendum eſſe, reſponderunt Domini Ad conſultationem Senatus* in Ehrenfriedensdorff / *Menſ. April. Anno 1624.*

Quod

29 Quod ipſum tamen ſolùm accipiendum eſt de hiſce, qui certa quædam animalia bruta, unum vel alterum veneno occidunt; non etiam de iis, qui paſcua veneno inficiunt; Hoſce enim, ſi quid damni inde ſecutum ſit, ſecundum rigorem Juris Saxonici vivos concremari, aut, ſi damnum per id non illatum fuerit, fuſtigatione vel relegatione pro arbitrio judicis puniri jubet expreſſè Conſt. Elect. 18. *part.* 4.

Q. 4. Quæ ſit pœna venenantium paſcua?

30 Quæ conſtitutio licet admodum rigoroſa ſit, ratione tamen non deſtituitur: Ex eiusmodi enim pratorum venenatione non ſolùm ingens damnum per occiſionem animalium infertur, ſed & verendum, ne ex aere infecto atq; eſu carnium venenatarum homines innumeri moriantur, aut certè in morbos graviſſimos incidant. Quapropter in terrorem tam rigoroſa pœna huic delicto fuit conſtituta, præſertim cùm ea ab illuſtriſſimo Conſtituente non noviter reperta, ſed ex Iure Saxo. *art.* 13. *lib.* 2. **Landrecht** deſumpta fuerit.

31 *Secundum hanc conſtitutionem dictaverunt Scabini pœnam ignis A. H. ob venenationem paſcuorum, ex qua millia aliquot pecorum perierunt. Ad conſultationem Nobilium à* Lüttichau / *M. Iun. An.* 1626.

32 *Et quando I. H. carnifex & alterius carnificis uxor A. H. prata veneno infecerunt, eo fine, quò ex coriis enecatorum pecorum pretium lucrarentur, quod ſummam ſexcentorum florenorum aquavit, delinquentes propterea igne concremandos eſſe pronunciatum fuit duabus diſtinctis ſententiis.* Ad *requiſitionem Nobilium à* Lüttichau *Menſ. Nov. An.* 1626. *Et menſe Auguſto Anno* 1627.

Quartò: Denique, Ordinaria huius delicti 33 pœna imponenda non eſt, quando Veneficium non fuit conſummatum, nec ſubſecutum homicidium. Vel propterea, quòd venenum non erat potens & ſufficiens ad enecationem; vel quod venenatus remediis & medicinis repentinè adhibitis ſanatus; vel etiam quòd veneficus venenum propinare impeditus fuerit.

Q. 5. Quomodo puniatur conatus huius delicti.

34 Etſi enim haud pauci in crimine Veneficii, ſolum conatum ultimo ſupplicio puniendum eſſe, exiſtiment, maximè eo caſu, quo fuit ad actum proximum deventum, ita enim in atrocioribus, prout eſt hoc crimen, conatus per actū proximum factus, pro actu habetur conſummato, ut tradit *Bartol. in l.* 1. *ff. de parricid. Ioh. Fab. in* §. *alia inſtit. de publ. ind. Didac. Covarr. in repet. Clem. ſi furioſus, de homic. in pr.* 2. *par. n.* 11. *verſ. verùm hac in quæſtione &c.*

35 Quibus ſuffragari videtur *l.* 1. *in fin. ff. ad Leg. Pompei de parricid.* quam legem extendit *Bartol. ibid.* ad quemcunque alium venenantem, non tantùm patrem, & ponit exemplum de quibusdam Monachis, qui volebant Abbatem veneno occidere; Et certè, ſi is qui venenum ſolummodò vendit & retinet hominis necandi cauſa, puniendus eſt ut Veneficus, prout diſponitur in *l.* 1. §. 1. *l.* 3. *in pr. ff. ad Leg. Corn. de ſicar.* utique multò magis pœna Veneficii locum habebit in conatu, quando ad actum proximum fuit deventum.

36 Idemque videntur innuere verba *in artic.* 130. *Ordin. Imper. Crimin.* **Wer jemand durch Gifft oder** venen **an Leib oder Leben beſchädiget** &c. Vbi pœna Rotæ conſtituitur in eos, qui veneno nocent alterius corpori aut vitæ. Sufficit ergò ſi venenatus in morbum forſitan incidat, licet non prorſus moriatur, nec homicidium ſubſequatur.

37 Nequaquam tamen iis ſubſcribendum eſt, ſed firmiter ſtatuendum, in Veneficio, licet ad actum proximum deventum & venenum propinatum fuerit, attamen cæde non ſecuta, ultimum ſupplicium ſive pœnam mortis ceſſare, & ad ſummum fuſtigationem cum perpetua relegatione delinquenti infligi poſſe. *Nicol. Reuſn. lib* 2. *deciſ.* 21. *n.* 24. *Petr. Theod in colleg. crim. diſp* 7. *th.* 6. *lit. b. Ant. Gomez. var. reſol. tom.* 3. *c.* 3. *n.* 7. *in fin. verſ. imò quod magis eſt &c. Schneidvvin. ad* §. *item lex Cornelia, verſ. eadem, n.* 4. *Inſt. de publ. ind. Petr. à Plach. in Epit delict. lib.* 1. *c.* 20. *n.* 3. *in fi. verſ. ſed ex præcedentibus, Tib. Decian. in tract. crimin. lib.* 9. *c.* 23. *n.* 3. *& c.* 26. *n.* 6.

38 Repetenda enim hic eſt regula ex Iul. Clar. *in pract. ff. fin quæſt.* 92. *n.* 2. Adducta & probata ſupra *quæſt.* 17. *n.* 13. Quod nempè in delictis etiam atrociſſimis conatus, quantumvis ad actū proximum devenerit, ordinariâ pœnâ non ſit puniendus, niſi lex vel ſtatutum expreſsè contrarium diſponat; Quum ergò jure communi aut ſtatutario pro conatu Veneficii pœna mortis expreſſè ſancita non reperitur; utique & in hoc crimine prædictæ regulæ inhærendum, & conatus ſolum extraordinariè pro arbitrio judicis puniendus erit.

39 Maximè, cum ſecundum Conſt. Elect 18. *par.* 4. venenans paſcua, ſi nihil damni inde ſecutum fuerit, tantummodo fuſtigatione ſeu relegatione puniri debeat. Si ergò in venenatione paſcuorum ceu crimine graviori, cui pœna ignis eſt præſcripta, conatus ultimo ſupplicio puniend⁹ non eſt, multò minus pro Conatu Veneficii mortis ſupplicium irrogari debet.

40 Neque contrarium probatur ex *l.* 1. *in fin. ad Leg. Pompei. de parricid. l.* 1. §. 1. *l.* 3. *in pr. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar.* Præterquam enim quòd *l.* 1. *ff. de parric.* expreſsè loquatur de crimine parricidii, reliqui verò textus non aliter accipiendi ſint, quàm homicidio ſubſecuto, ex iis nil aliud evinci poteſt, quàm pœnâ legis Corneliæ de ſicariis teneri eos, qui venenum vendunt, retinent, vel tractant; Atqui cum pœnæ ex illa lege Cornelia variæ ſint *l* 3. § *p. ff. ad L. Corn. de ſicar.* non abſurdè concluditur, vendentes, tractantes, ſeu propinantes venena, ſi mors inde non ſequatur, arbitraria & extraordinaria pœna afficiendos eſſe, prout tradit, *Anton. Gomez. variar. reſol. tom.* 3. *c.* 3. *n.* 9. *Menoch. de arbit. iudic. quæſt. l.* 2. *caſ.* 359. *n.* 1.

41 Taceo, quòd contra jus commune aliud introductum ſit, & de conſuetudine generali conatus non puniatur mortis pœna, effectu non ſecuto, *Matth. VVeſemb. in parat ff. ad Leg. Pompei. de parricid n.* 7. *& part.* 3. *conſ.* 114. *n.* 33. *Nicol. Reuſn. lib.* 2. *deciſ.* 21. *Schneidvv. in* §. *item lex Cornelia. verſ. eadem pœna n.* 4. *Inſtit. de publ. ind. Iul. Clar. in pract.* §. *fin. quæſt.* 92. *n.* 1.

42 Pariter non obſtat *Artic.* 130. *Ordin. Crim. in* verb. **An Leib oder Leben.** *Quia* ibidem particula *vel* ponitur pro particula *Et*: Vt ſenſus ſit, eum teneri pœna Rotæ, qui veneno damnum infert alicuius corpori & vitæ, **der einen an Leib und Leben beſchädiget/** adeoque pœna Rotæ tunc demum obtinet, ſi mors ſecuta ſit.

43 In Iure enim ſæpiſſimè particula *vel* eſt conjunctiva, & ponitur pro *Et, Etiam &c.* Vt in *l. ſæpè, ff. de verb. ſignif. l. cum quidam ff. eodem titul. l. quod ſi Epheſi ff. de eo quod certo loco. Zaſ. in l. ſi famil. in fin. ff. de juriſdict. Bartol. in l. ſupra iter §. officium ff. de aqua pluv. arcen. & in l. generali. C. de Sacroſ. Eccl.*

44 *Et ſecundum prædictam opinionem Scabinos Lipſenſes ante plurimos annos reſpondiſſe reperio:* Ob nun wol in deß H. Römiſchen Reichs peinlicher Halsgerichts Ordnung verſehen/ wer jemand durch Gifft oder *venen* an Leib oder Leben beſchädiget/ daß derſelbe am Leben mit Vnterſcheid / wie daſelbſt gemeldet/ geſtrafft werden ſoll/ dieweil aber dennoch der *effect* / darum ſie jhme ſolchen Gifft beybracht / als nemlichen der Tod jhres Ehemannes/ nicht erfolget/ und aber durch ein allgemeine Gewonheit eingeführet worden/ daß der böſe Fürſatz/ ja auch der angemaſte Fleiß eine Mißhandlung zubegehen/ ſo doch ins Werck nicht gerichtet/ einer vollbrachten Vbelthat gleich nicht zuſtraffen / ſo mag auch obgemelte Weibesperſon von wegen der unterſtandenen und da nicht vollbrachten Entleibung jhres Ehemannes am Leben nicht geſtrafft werden: Sie wird aber gleichwol dieſer und ander jhrer Verbrechung wegẽ/ billich zur Staupe geſchlagen/ und darüber auch mit ewiger Verweiſung in Straffe genommen/ V. R. W.

4 *Quemadmodum etiam hodiè pro conatu in crimine Veneficii, licet ad actum proximum fuerit deventum, fuſtigatio cum perpetua relegatione dictari ſolet: Veluti pronunciatum* Nach Quetz/ an Perlepſchen Vorwalter/ *Menſ. April. Anno* 1596.

An die Verwaltere deß Raths Rittergütere zu Leipzig/ *M. Auguſto, Anno* 1598.

Ad conſultationem Præfecti Chemnicenſis, M. Decemb. An. 1603.

Ad *requiſitionem Præfecti in* Wolckenſtein/ *M. Iul.* An. 1602.

Quæſtoris in Salza/ *M. Sept. an.* 1626.

QVÆSTIO XXII.

De Latrocinio, eiusque pœna.

SVMMARIA.

1. *Quidnam ſit Latrocinium, & quomodo definiatur, n.* 18.
2. *Latrocinii vocabulum quandoq; generaliter ponitur.*
3. *Quomodo in ſpecie accipiatur, & à deprædatione differat, n.* 4. 5. 6.
7. *Latrocinium multo gravius delictum eſt homicidio.*
8. *Quænam pœna Latrocinii in foro Saxonico, numer.* 9.
10. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
11. *Ratio exaſperationis ſupplicii in latrocinio, n.* 13.
12. *Interventus pecuniæ aggravat delictum, n.* 40.
14. *Reiicitur ſententia Nicol. Reuſneri lib.* 1. *deciſ. n.* 20. *n.* 15 16. 17.
19. *Latrocinium non ſolum in via publica, ſed & in domo committitur, n.* 20.
21. *Explicatio Conſt. Elect.* 5. *p.* 4.
22. *Domus cuique ſua tutiſſimum eſt receptaculum.*
23. *Sententia Scabinorum Lipſenſium, n.* 25.
24. *Veſpillones ægrotos necantes & ſpoliantes Latrocinium committunt.*
26. *Latrocinium committit, qui ſecum cohabitantem, dormientem, vel coambulantem occidit & ſpoliat, n.* 28.
27. *Nulla efficacior peſtis eſt ad nocendum quàm familiaris inimicus.*
29. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
30. *Auxilium præſtans in Latrocinio vel ſtans in excubiis illudque approbans, quâ pœnâ teneatur, n.* 34.
31. *Præſtans auxilium ex propoſito tenetur pœna ipſius delicti.*
32. *Latrocinii pœnâ plectendus eſt, qui latronem apprehendere potuit & tamen noluit.*
33. *In homicidio ex propoſito, omnes tenentur pœnâ ordinariâ*
35. *Identitas rationis idem jus facit.*
36. *Sententia Scabinorum Lipſenſium, n* 37.
38. *Latrocinium quomodo differat ab homicidio.*
39. *Num pœnam latrocinii incurrat, qui rem minimam ex latrocinio lucratur.*
41. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium, n.* 42. 43. 44. 45. 46.
47. *Quid ſi latro nihil lucretur.*
48. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, numer.* 49. 50.
51. *Ob quodvis lucrum homicidium perpetratum eſt latrocinium, n.* 52 53. 57.
53. *Latrocinii pœnam incurrit, qui aliquem occidit eo fine, quo cum ipſius vidua contrahat matrimonium.*
54. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium, n.* 56. 58.
59. *Horrendum refertur latrocinium, n.* 60. 61.
62. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
63. *An & quando pœnâ teneatur latrocinii, qui in furto ab aliquo deprehenſus eum occidit, numer.* 67.
64. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium, numer.* 65. 66. 68.
69. *Quomodo Conatus in Latrocinio puniri debeat? n.* 71. 72. 77. 78 81.
70. *Cogitationis pœnam nemo patitur.*

73. *Examinatur opinio Nicolai Reuſneri divortium faciendis à Scabinis Lipſenſibus libr. 2. deciſ.* 21 *n.* 74.

75. *Intellectus Conſtit. Elect.* 13. *part.* 4.

76. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n.* 79. 80. 82.

83. *Quando in attentato Latrocinij pœna ordinaria Rota locum habeat. n.* 84. 85. 90. 91.

86. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n.* 87, 88. 89.

1 PRæterea quoque exaſperanda eſt pœna homicidij in crimine Latrocinij, quando cædes ſpolii causâ committitur. Latrocinium namque vocamus illud homicidium, quo aliquem quis latenter & furtim per vim ſpoliat, & ſpoliis nequaquam contentus inſuper eum occidit.

2 Licet enim hoc vocabulum quandoque generalius uſurpetur pro quâvis Rapinâ deprædatione ſeu Robbariâ, & latrones etiam appellentur graſſatores ſeu Robbatores, qui in viis publicis ſine hominis occiſione furantur *Afflict. in cap.* 1. § *publici latrones, n.* 3. *de pac. tenenda. In uſibus. feud. Hoſtienſ. in ſumm. rubr. de condict. furtiv. n.* 5. *verſ. quod intelligas. Cyrill. in ſumm. crimin part.* 2. *rubr. de privat. delict.* § 3. *n.* 4. *Iodoc. Damhoud. in prax. crimin. capit* 102 *Paul. de Caſtro in Auth. ſed novo iure, C. de ſerv. fugit.* Alii etiam latronem præſertim famoſum appellitent ſolùm eum, qui conſuetus eſt furari. *gloſſ. in dict. Auth. ſed novo iure, in verb. caſtigatio C. de ſervis fugitiv. Bartol in l capitalium, §. famoſos, in fine verſ. quæro quis dicatur famoſus latro. ff. de pœn. Didac. Covarr. variar. reſolut lib.* 2. *capit.* 9. *n.* 7. *verſ. dicitur autem latro famoſus. Dom. Card. Tuſch. pract. concl. in verb. latro, concl.* 54. *nu.* 1. *Petr. Gregor. ſyntag: iur. lib.* 37. *cap.* 2. *rubr. de pœn. extraord. furt. nu.* 3. *verſ poſt tria furta autem &c. Nicol. Reuſn. l* 1. *deciſ.* 16. *n.* 20.

3 In ſpecie tamen & propriè Latrocinium appellatur homicidium cum ſpolio ſeu Rapinâ commiſſum; Et Latrones præſertim famoſi dicuntur ij, qui homines per vim in domibus vel vijs publicis aut privatis, ſuis rebus ſpoliant, & ſpoliis non contenti mortem inferunt recuſantibꝰ bona ſua relînquere, vel iis, à quibus ſe cognitos propalandos exiſtimant. *Iodoc. Damhoud. in prax. crim. C.* 86. *nu.* 1. *&* 2. *Tiber. Decian. in tract. crim. lib.* 9. *c.* 29. *n.* 18. *Proſp. Farin. part.* 7. *oper. crim. quæſt.* 165. *nu.* 1. 13. *Angel. in Auth. ſed novo iure. n.* 8. *G. de ſerv. fugitiv. Iacobin. de S. Georg. n* 6. *Capoll. ibid. n.* 53. *verſ. item quidam dicuntur pluſquã improbiſſimi fures. &c. & n.* 102. *verſ. item illi qui cum interfectione. & nu.* 103. *verſ. aut furatur cum interfectione &c. Alber. in l capitalium § graſſatores. n.* 1. *poſt med. ff. de pœn Iacob. Boulen, in repet. l. capitalium. §. famoſos, n.* 18. *ff. eod.* 4 Illi verò qui in ſtrata publica furantur ſine interfectione, propriè dicũtur Graſſatores ſive Robbatores. *Angel. in dict. Auth. ſed novo iure, nu.* 7. *verſ. quidam verò appellantur. Iacob. de S. Georg. n.* 5. *pract. Corrad. rubr. de latronibus. nu.* 3. *Iacob. Boulen. dict loco n.* 18. *verſ.* 3.

5 Hocque ipſum probat Iodoc. Damhouder. *dict. c.* 86. octodecim iuribus & textibus. Quorum præcipua ſunt 1. in *l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœn.* in verb. *Cognatis & affinibus interemptorum, &c.* Et in verb. *Quo latrones homicidia feciſſent &c.* 2. in *l. ſi ut allegas. C ad Leg. Corn. de ſicar.* ubi dicitur: *Si ut allegas latrocinantem peremiſti dubium non eſt, eum qui inferendæ cædis volũtate præceſſerat, iure caſum videri.* 3. in *c. ſuſcepimus. extr. de hom.* ubi Latrones dicũtur homines affligere non ſolùm in bonis, ſed etiam in perſonis. 4. in *cap. cum homo* 23 *quæſt.* 5 ubi dicatur Latronem homines occidere nocendi cupiditate, vel injuſtè aliquid auferendi. 5. in *l. divus ff. ad Leg. Pompei. de parricidis*, ubi habetur: Quod ſi quis filium cum Novercâ adulterantem occiderit, magis Latronis, quàm Patris iure interfeciſſe videatur, nam patria poteſtas in pietate, non in atrocitate conſiſtere debet. 6. in cap. *admonere,* 33. *quæſt.* 2 ubi notabiliter traditur, eum qui occidit uxorem, eam occidiſſe more Latronum 7. *l. itaq; ff. ad Leg. Aquil.* ibi: *ſervum tuum Latronem inſidiantem mihi &c.* 8. in *cap. eſt iniuſta.* 23. *quæſt.* 4. dum ibi dicitur, *ſi quis Latronem abſolvendum putat, innocentes tradit exitio, qui liberat multorum exitia cogitantem.* 9. In jure divino, *Marc.* 15. habetur, quòd Barrabas homicidium commiſerat. Et *Luc.* 23. quòd propter ſeditionem & homicidium miſſus fuerat in carcerem Et *Iob.* 18. quòd erat Latro. Et in *Act. Apoſt.* 3. *Vos ſanctum & iuſtum negaſtis. & petiiſtis homicidã vobis donari,* 10. in *Ezech.* 18. ibi: *Quod ſi genuerit filium Latronem effundentem ſanguinẽ, non vivet, cum univerſa hac deteſtanda fecerit, morte morietur, ſanguis ejus in ipſo erit &c.*

6 Ex quibꝰ textibus luculenter demonſtratur, latronum proprium eſſe homines occidere, & latronos dici eos, qui hominibꝰ inſidias ſtruũt, eoſq; ſubdolè necant, adeoque ſolam rapinam ſeu Robbariam Latrocinium propriè non eſſe, Cum quo convenit etiam Ius Saxonicum, quod Latrones vulgò Mörder appellitat eos, qui pecuniæ ſeu ſpolij causâ homines interficiunt, *gloſſ. in art.* 13. *l.* 2. Landr. *in verb* Die einen Mann &c. ibi: Etliche ermorden die Leute um Geldes oder Gutes willen/ ũd mit wohlbedachtem Muth/ dieſe ſind rechte Mörder / und von denen ſagt er hie &c. Reliqui verò qui homines tantummodò ſpoliant, ipſiſque bona ſua in viis publicis auferunt dicuntur graſſatores, prædones ſeu Robbatores, vulgò Räuber/ *dict. art. lib.* 2. Landr. *in verb.* Die einen Mann ſchlahen und fahen oder rauben/ *&c.* Vid. infrà *p.* 2. *q* 90. *n.* 3. *& ſeqq.*

7 Quia verò Latrocinium hoc multò nocentius ac gravius eſt homicidio, *Auth. ſed novo jure. C. de ſerv. fugitiv. Tiber. Decian. dict. c.* 30. *nu.* 13. *Damhouder. dict. cap.* 86. *in pr. Abb. conſil.* 25. *n.* 1. *in fin. vol.* 1. ideoque etiam graviori pœnâ coërcendum eſt. De Iure quidem Civili Latrones furcâ ſuſpenduntur, *l. capitalium. §. famoſos ff. de pœn. ubi gloſſ. in verb. graſſati. & Iacob Boulen. n.* 20. *& ſeqq. gloſſ. in Auth. ſed novo iure, in verb. caſtigabitur, verſ. niſi ſit publicus Latro. C. de ſerv. fugit Capoll n.* 104 *&* 106. *Proſper. Farin part.* 7. *oper. crim. q.* 167. *n* 89 *Hoſtienſ. in ſumm rubr. de condict. furt. n.* 5. Sed hodiè circa pœnam Latronum cõſuetudines Regionũ admodùm variare videmus. *Iod. Damb. dict. c.* 86 *n.* 7. *&* 8. *Covarr. var. reſol l* 2 *c* 6. *n.* 7. *verſ. niſi fuerit famoſus latro,*

Iacob. Menoch. de arbitr. jud quæſt. l. 2. caſ. 295. n. 14.

Q. 1 Quomodo in Germaniâ & terris Saxonicis Latrones puniãtur?

8 In Germania, & præſertim in hiſce terris, Latrones ſupplicio Rotæ afficiuntur. Idq; manifeſtum 1. ex Ordin. Crim. Carol. Imper. *art.* 130. in verb. **Der ſol einem fürgeſetzten Mörder gleich mit dem Rade zum Tode geſtrafft werden/** &c. Et *art.* 137. §. 1. in verb. **Und alſo daß der Gewonheit nach/ ein fürſetzlicher Muthwilliger Mörder mit dem Rade geſtrafft werden ſol** &c.

2. Cum hiſce textibus convenit Ius Saxon. *art. lib.* 2. **Landrecht**/ ibi: **Alle Mörder und die den Pflug berauben/oder Mühlen/oder Kirchen/ oder Kirchhöffe/ und Verräther/ und Mordbrenner/ oder die jhres Herren Bottſchafft werben zu jhren frommen/oder von eines andern wegen/die ſol man alle Radebrechen** &c.

3. Idemq; exprimitur in *Conſtit. Elect. 5. part. 4. in pr.* ibi: **Solche ſollen als Räuber mit dem Rade geſtrafft werden.** Vocabulo (**Räuber**) autem deſignari ibidem latrones qui homines necant & ſpoliant, ex ipſo contextu manifeſtiſſimum eſt. *Dan. Moller. ad dict. Conſtit. 5 part.* 4.

4. Et in *Conſt. Elect. 35. part.* 4. *in fin.* in verb. **Und wo zu ſolchem Raube an jemands eine Mordthat mit begangen/ als dann (ſoler) mit dem Rade geſtrafft und gericht werden.**

9 Vnde liquet, pœnam Rotæ Latrocinio præſcriptam eſſe, *Matth. Coler. part. 1. deciſ.* 185. *Gloſſ. in dict. artic.* 13. in verb. **Alle Mörder**/ *lib.* 2. **Landr.** *Nicol. Reuſn. l. 1. deciſ. 16. Matth. Berlich. part. 4. concl. 9. n. 2. Schneiduuin. ad §. item lex Iulia. nu. 3. Inſtit. de publ. jud.*

10 *Hinc latronibus pœna Rotæ adiudicari ſolet quotidiè à Seabinis in hunc modum:* **So möchte gefangener wegen ſolcher an** N. N. **begangenen Mordthat und Beraubung mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W.** *Veluti ita reſponderunt ad Conſultationem Quæſtoris Nobilium à* **Bottfeld**/ *Menſ. Sept. Anno* 1582.

Paul von Zaſchwitz/ zu Arnsdorff/ *Menſe Octobr. Anno* 1582.

Ad requiſitionem Quæſtoris Weidenſis, Menſe Auguſt. Anno 1583.

Præfecti **in Welhauſen**/ *Menſe Mart. An.* 1584

Quæſtoris Dresdenſis, M. Ian. Anno 1585.

Quæſtoris Zuvickavienſis, Menſe Septembr. Anno 1595.

Quæſtoris **in Glaucha**/ *M. Ian. Anno* 1598.

Quæſtoris Lipſenſis, M. Nov. Anno 1599.

Ad requiſitionem Quæſtoris **in Rammelburck**/ *Menſ. Decemb. Anno* 1603.

Conſulum & Senatus **in Croſſen**/ *Menſ. Maj. Anno* 1605.

Ad conſultationem Quæſtoris **in Finſterwalda**/ *Menſ. Iun.* Anno 1606.

Præfecti Oſſitienſis, Menſ. April. Anno 1608.

Quæſtoris Sangerhuſani. Menſ. Martio, Anno 1610.

Quæſtoris **in Freyburgk**/ *Menſ. Octob.* An. 1612

Quem modum pronunciandi etiamnum hodiè ſequuntur.

11 Sed, *quænam cauſa exaſperationis pœnæ in crimine Latrocinij?* Certè quod contra jus commune, quod furcarum pœnam Latronibus imponit, ſuppliciũ Rotæ introductum fuerit, id factum ex ratione urgentiſſimâ, eâque duplici:

Primò: Quia Latro duplex delictum committit, homicidium nempè, & Rapinam; quô fit, ut latrocinium homicidio ſimplici longè gravius atque atrocius ſit, adeoque & ſeveriori pœnâ coërcendum, quemadmodũ delicti hujus atrocitas haud obſcurè colligi poteſt, ex *l. divus ff. ad Leg. Pomp. de parricid. & c. non eſt crudelis. 23. quæſt. 5.*

Secundò: Quòd in latrocinio homicidium ſemper committatur, ſub ſpe lucri alicuius vel ſpolii; graviùs autem puniendum eſſe homicidium ob ſpem pecuniæ vel lucri perpetratum, quàm aliud quodvis ſimplex homicidium, evincitur ex *l. Cicero. ff. de pœnis*, ubi habetur, quòd mulier quæ fecit abortum propter pecunias ſibi datas ab aliis hęredib⁹ & ſubſtitutis, teneatur pœnâ mortis; ſi verò fecerit abortum non pecuniis ſed odio mariti, vel ex aliâ causâ, mitius puniatur, veluti pœnâ exilii. *Felin. in c. ſi aliquis de homic. Bartol. in l. non ſolùm. § ſi mandato. ff. de iniur. col. 3. n.* 14. Et expreſsè probatur hæc ratio in *Conſt. Elect 5. part.* 4. quæ Rotæ ſuppliciô eos, qui ægrotos interimunt, ac poſtea obvia quæq; furantur, alios verò, qui ſolùm necant ægrotos & nihil furantur, gladio puniri jubet. Nequaquam enim, excuſanda eſt malitia iſtius, qui corruptus pecuniæ ſpe hominem necare, & crimen tàm atrox cõmittere audet, licet parcendum ſit aliquo modo ei, qui prætendens vindictam & iniuriâ ſibi factâ vel irâ, vel odio delinquit; quia vix poteſt quis dolorem proprium temperare, & homo incenſus irâ vel propria offenſa non dicitur in plenitudine intellectus. Anton. *Gomez. variar. reſol. tom. 3. c. 3. n.* 10.

12 Hæcq; cauſa eſt, quòd interventus pecuniæ regulariter aggravet delictum, pœnamq; augeat. *Bartol d. l. non ſolùm. § ſi mandato n. 14. ff. de iniur. Salicet in l. non ideò minus. n. 36, verſ. veruntamen inquiunt. Doctores. C. de accuſat.* Alber. *in l. qui ſepulchra, in pr. C. de ſepulch. viol. Gramm. vot. 9. n. 1. in fin. Carrer. in pract. in 3. tract. de homicid. & aſſaſſ. §. circa igitur tertium n. 36 Iodoc. Damhouder. in prax. crim. c. 38. n. 4.* Proſp. *Farinac. part. 5. oper. crim quæſt. 132. n. 5. Cyrill. in ſumm. rubr. de publ. judic. §. 6. num. 11. in fine. Iacob. Menoch. de arbitr. iud. quæſt. lib. 2. caſ. 357. n. 14. Brun. à Sol. in quæſt. legal. quæſt. 34. n. 1. in fin.*

13 Quod ſi quis regerat, intentionem Latronum non eſſe principalem ut occidant, ſed tantùm ut deprædentur res & bona; Etenim quando non reſiſtentes ſpoliant, parcunt vitæ, vel ſi in pauperes incidunt, illis ſunt innocui juxta illud **Satyrici**: *Cantabit vacuus coram latrone viator.* Et refert. *Plutarch. in* Ariſtippo, cùm navigans intellexiſſet, navim piraticam adeſſe, ſtatim deprompſiſſe aurum ac numerare cepiſſe, moxq; in mare dejeciſſe, atque ingemuiſſe altâ voce, tanquam ſi imprudentia decidiſſet, atque ita hoc commento vitæ ſuæ conſuluiſſe, adempta piratis occidendi vinciendiq; materiâ, hac dicta ſententia: *ſatius eſt, ut hæc propter* Ariſtippum, *quàm propter hæc pereat* Ariſtippus. Huic *reſpondeo*, licet principalis intentio latronum ac Piratarum ſit deprædatio, quæ quidem ipſa per

ſe graviſſimum ſcelus eſt: attamen ſimul etiam Latrones intendunt mortem inferre recuſanti bona relinquere, vel ei à quo ſe cognitos & propalandos exiſtimant, *Tiber. Decia. in tract. crim. lib. 9. cap. 30. num.* 18. Et non rarò latronum intentio principalis hæc eſt, ut prius occidant etiam non reſiſtentes, imò quandoque dormientes, quò liberior ac tutior ſit poteſtas & facultas ſpoliandi.

14 Et hiſce apparet; in quonam qualitas Latrocinii conſiſtat, quidq; propriè Latrocinium conſtituat; Nimirum homicidium lucrandæ pecuniæ causâ alteriusvè rei commiſſum. Quamvis enim Nicolaus Reuſner. *libr.* 1. *deciſ.* 16. *numer.* 20. exiſtimet, pœnam Latrocinii tunc demum habere locum, ſi deprędatio & cædes fiat à Latrone publico famoſo, in quo hæc tria concurrant: *Primò*, quòd ſolitus ſit deprædari. *Deindè*, quòd cum ferro aggreſſus ſit. *Tertiò*, quòd in viis publicis hoc fecerit. Quibus præterea à nonnullis adjicitur. *Quartum* illud, quòd nempe publica fama contra eum laboret, ut tradit *Bartol. in l. capitalium*, 28. §. *famoſos. ff de pœn. quem ſequitur* Alexand *conſil.* 110 *num.* 6. *vol.* 4. *Iaſon. in* §. *ex maleficiis. num.* 5 *& ſeqq. Inſtit. de act. Paris. de Puteo in tractat. de ſyndic. in verb. Latro cap.* 2.

15 Hoc tamen ab eo non probatur, & contrarium apparet ex textibus ſupra adductis, quibus pœna Rotę definita eſt iis, qui homines necant & ſimul ſpoliant: quod cum quovis loco, quibusvè armis fieri queat, etiam ab iis qui antea deprædari ſoliti non fuêre, utique & pœna Rotæ obtinebit in Latrocinio quovis, absque reſpectu perſonæ delinquentis, loci, & armorum, quibus commiſſum fuerit. Et quis negabit Latrocinium committi ab eo, qui antea delicto eiusmodi ſe non contaminaverit, cum propter reiterationem Latrocinii ſeveriori pænæ, nempè uſtulationi ferri candentis Reus ſubjiciendꝰ ſit: prout dicetur *quæſtione ſubſequenti.* Imò quosvis Latrones, qui unà cum ſpoliis homines occidunt, famoſos eſſe, dictũ fuit *ſupra n.* 3. *Iodoc. Damhoud. in prax. crim. cap* 86. *num.* 2. *Angel. in Auth. ſed novo jure n.* 8. *C. de ſerv. fugit. Cæpoll. ibi. num.* 53. *verſ. item quidam dicuntur plusquam improbiſſimi fures &c. & n* 102 *verſ. item illi qui cum interfectione &c. Iac. Boulen. in repet. l. capitalium* §. *famoſos, n.* 18 *ff. de pœn.*

16 Neque etiam ratio habenda armorum & loci in Latrocinio: Non minus enim delinquit, nec mitiori pæna afficiendus eſt qui ligno, quã qui ferro hominem necat; Et appellatione armorum, quibus absque dubio latrocinium æquè ac homicidium ex propoſito perpetratur, comprehenduntur omnia tela, ut fuſtes, lapides non ſolùm gladii, haſtæ, & frameæ *l.* 3. §. *armis deiectum ff. de vi & vi armat.* Armatos quoque non tantùm eos accipere debemus, qui tela habuerint, ſed & eos qui habent aliquid quod nocere poteſt, *l. armatos, ff. ad Leg. Iul. de vi publ.*

17 Nec refert, quo in loco quis alium occiderit, cum, uti in aliis delictis, ita etiam in homicidio ac latrocinio non locus, ſed animus & propoſitum delinquentis maximè conſiderari debeat, *l. qui iniuria, in pr. ff. de furt. l.* 3. §. *ſi quis dolo. ff. de tab. exhib. l.* 1. *C. de ſicar. Tiber. Decian. in tract. crimin. lib.* 9. *c.* 27. *n.* 6.

18 Miſſis ergò requiſitis iis latrocinii, quos
tradit Nicolaus Reuſn. *dict. loco*, veriſſimum ma-
net, Latrocinium committere, ac ſupplicio Ro- »
tæ teneri omnes, qui aliquem ſpe conſequen- »
dę pecuniæ alteriusve rei occidunt, quęmad- »
modum & latrocinium definiri poteſt. Homi- »
cidium ſpolii ſeu lucri cauſa commiſſum. Quæ »
definitio haud obſcurè colligitur ex *gloſſ. germ. art.* 13. **Landrecht.** *libro ſecundo* in verb. **Alle die einen Mann/** *verſ.* **etliche ermorden die Leute um Geldes oder Gutes willen und mit wolbedachtem Muth/ dieſe ſind rechte Mörder/ ꝛc.**

Quâ definitione poſitâ, licet de crimine Latrocinii judicare haud difficilè ſit, Attamen, quum in pænis ante omnia natura & qualitas cujusq; delicti accuratè & diligenter conſiderari debeat, ut graviter & prudenter monet Bald. *in conſ.* 443. *lib.* 3. inquiens, uniuscuiusq; criminis titulum imprimis inveſtigandum atq; cognoſcendum eſſe, ſiquidem cognito nomine criminis, lex cognoſcitur, lege autem cognita, cognoſcitur pæna *l.* 2. §. *ubicunq; ff. de crim. ſtellon.* Ideoque pro explicatione huius Regulæ exactori notabilia quædam ſubjiciam.

Primum Notabile.

19

Q. 1. Num Latrocinium quoq; in ædibus privatis cõmittatur

Primò: Etſi Nicolaus Reuſn. *lib. deciſ.* 16. *numer.* 20. exiſtimet, latrocinium perpetrari ſolũ in viis publicis, ſi nempè quis in ſtrata publica aliquem adoriatur, occidat, eumq; poſtea ſpoliet; Nequaquam tamen huic aſſentiri poſſum, ſed ſtatuo potius cum *Iodoc. Damhoud. in prax. crimin. cap.* 86. *num.* 1. *&* 2 *& Proſper. Farin. part.* 7. *oper. crim. quæſt.* 165. *num.* 11. 12. quovis in loco latrocinium committi, non ſolùm in viis & ſylvis, ſed etiam in domibus ſeu ædibus privatis, modò quis alterum ſpe conſequendi lucri interficiat, adeoque ſi quis alterius ædes ingrediatur, & vel dominum ædium, aliumvè in domo iſta habitantem occidat deprædandi cauſa, vel etiam, ſi quis aliquem ceu hoſpitem in domum ſuam recipiat, ac poſtea jugulet ſpoliandi gratia, certè eiusmodi Latronem non minus ſupplicio Rotæ puniendum eſſe, puto, ac quemvis alium necantem viatores in ſylvis aut viis publicis.

20 *Primò*: Quia textus ſupradicti in *Ord. Crim. Imper. Carol. V. Iure Saxon. & Conſt. Elect.* Latrones quosvis indiſtinctè & generaliter ſupplicio Rotæ ſubjiciunt. Iam verò Latrones etiam dicuntur, qui aliquem in domo ſua jugulant, ac poſtea omnia, quæ ibi reperiuntur rapiunt atq; furantur. Nam & ab hiſce homicidium ſpolii cauſa committitur, quod nil aliud eſt, quàm Latrocinium ſecundum prædictam definitionem Latrocinii, *gloſſ. in art.* 13. *in verb.* **Alle Mörder** *lib.* 2 **Landr.**

21 *Secundò*: Per *Conſtit. Elector.* 5. *part.* 4. *in pr.* ubi expreſſè diſponitur, Veſpillones, aliosve, qui peſte infectos & in extremis laborantes occidũt, & obvia quæq; furantur, non ſecus ac Latrones publicè graſſantes rotæ ſupplicio afficiẽdos

dos eſſe; Quamvis autem hæc Conſtit. loquatur ſolùm de ægrotis peſte infectis generaliter tamen extendenda eſt ad omnes eos, qui in ædibus ſpolii cauſa necantur, cum delictum homicidii & latrocinii non tam æſtimandum ſit ex perſonâ occiſi, quàm ex animo & propoſito occidentis, *Tiber. Decian. in tractat. crimin. lib. 9. c. 27. numero ſexto.* Neque ratio huius Conſtitutionis in eo conſiſtit, quod ægroti hoc modo occidantur, ſed potius, quod homicidium una cum ſpolio committatur, ut apparet ex § *ſubſeq.* Da ſie aber ꝛc. ubi ſancitum, Veſpillones aliosvè, qui ægrotos tantùm occiderunt, nec quid furati fuerunt, pœna gladii plectendos eſſe.

22 *Tertiò*: Si maximè locus delicti perpetrati in crimine Latrocinii conſiderandus eſt, certè non minus atrox & horrendum erit homicidium ſpolii cauſa perpetratum in domo privata, atq; ſylvâ aut viâ publicâ, ob ſecuritatem & religionem ædium violatam; cum domus cuique ſua tutiſſimum ſit refugium atque receptaculum, l. 18 *ff. de in ius vocando.* Imò nihil ſanctius, aut omni religione munitius eſſe, quàm domum uniuscuiusq; civium, ait M. Cicer. *in Orat. pro domo ſua, & Xenophon libro ſeptimo Cyropæd. Mart. Dobb. in repert. lit. D. p.* 171. Atrocius autem redditur hoc delictum, ſi Dominus ædium hoſpitem ſuum occidat & ſpoliet, ob violatum jus hoſpitii, & conſpirationem in ædem eius, quem defendere debuit, ut perinde haberi illud debeat, ac ſi in ſylva aut via publica quis occiſus ſit, teſte ipſo Nicol. Reuſn. *dict. deciſ.* 16. *numero* 38.

23 *Atque iuxta ea, pœna Latrocinii, Rotæ nimirum à Scabinis fuit dictata non ſolùm his; qui in ædes alienas irruentes, vel etiam clam ingreſſi inhabitantes necarunt, ac obvia quæque furati fuere, ſed & iis qui hoſpites pariter activos & paſſivos amicè ſe recipientes vel in hoſpitium ſuū receptos nil minus ſuſpicantes occiderunt ac ſpoliarunt.*

Velutì ſic pronunciatum nach Saltza / an Bürgermeiſter und Rath / *Menſ. Iulio, Anno* 1584.

Ad requiſitionem Quæſtoris Sangerhuſani. M. Martio, Anno 1585.

An Richter und Schöppen zu Freyburg / *M. April. Anno* 1587.

Ad conſultationem Præfecti in Hohenſtein / *M. Maio, Anno* 1587.

Quæſtoris in Saltza / *M. Maio, An.* 1597.

Quæſtoris Dreſdenſis, Menſ. Nov. An. 1603.

Ad requiſitionem Iudicis oppidani VVeiſſenfelſenſis, M. Octob. 1603.

Quæſtoris in Saltza / *M. Aug. Anno* 1604.

Ad conſultationem Quæſtoris VVittebergenſis, M. Octob. Anno 1606.

Verſus Wiehe an Landrichter / *Menſ. Septemb. Anno* 1607.

Ad requiſitionem Quæſtoris Miſnenſis, Menſ. Febr. Anno 1610.

Senatus Sangerhuſani, M. Mart. An. 1610.

Iudicis Oppidani in Freyburgk / *Menſ. Ianuar. Anno* 1611.

Verſus Plauen / an Landrichter / *M. Maio, Ann.* 1613.

Verſus Lützen / *Ad Quæſtorem, M. Iul. An.* 1615

Ad eundem, Menſ. Aug. An. eodem.

Ad eundem, Menſ. Octob. Anno eodem.

Verſus Schwartzenberg / *Ad conſultationem G. à C. Menſ. Sept. An.* 1616.

Ad requiſitionem Senatus Miſnenſis, Men. Jul. Anno 1621.

Quæſtoris in Noſſen / *M. Aug. A.* 1624.

24 Minus autem dubium eſt, hac pœna teneri Veſpillones ægrotos & lue infectos in domibus ſuis necantes atque ſpoliantes, per ſupra allegatam *Conſt. Elect.* 5. *part.* 4. *in pr.*

25 *Quemadmodum etiam Veſpillonibus pœna Rotæ dictata fuit: Ad conſultationem C. à D. Menſ.* Aug. *An.* 1582.

Prætoris Lipſenſ. M. Sept. Anno 1582.

26 *Secundum Notabile.* Secundò: Latrones quoq; ſunt, ac Latrocinii pœnam incurrunt, non ſolùm, qui in ſylvis vel alibi juxta itinera publica viatores expectāt, eosq; offendunt, necant atq; ſpoliant, ſed etiam qui amicitiam ſimulantes, ſecum amicè cohabitantes, dormientes, vel in via ſocios coambulantes occidunt ſpoliandi ac rapiendi animo.

Tùm quod gravius videatur hoc Latrociniū reliquis, tanquàm proditoriè & cum alevoſia commiſſum, quod naturalem defenſionem tollit offenſo, cum ab eo nequeat præcaveri, eò, quod non eſſet inimicus, *l. propter inſidias C. qui accuſ. non poſſ. l. 4. ff. ad Leg. Iul. maieſt. l. fin. C. de delat. lib. 10. cap. ſi cupis 6. qu. 1. cap. Clericus, diſt. 46.*

27 Et nulla efficacior peſtis eſt ad nocendum, quàm familiaris inimicus, A*nton. Gomez. variar. reſolut. tom. 3. cap. 3. num.* 5. Hinc Lucas de Penna: *ô quàm crudelia & mortifera ſunt*, inquit, *iacula proditoris, vix enim erit, aut nuſquam, qui ſibi poſſit ab eius ictibus præcavere, & mores eius ſunt ſigna fidelitatis & amicitiæ oſtendere, ſuavia & dulcia verba proferre, exterioremque amicitiam in omnibus actibus ſignificare, unumque in mente gerit, & aliud contrarium verbis atque actibus oſtendit, in dict. l. fin. C. de delator.*

Tùm, quod textus pœnam Rotę Latronibus imponentes in *Ordinat. Crimin. Iur. Saxon. & Conſtit. Elect.* loquantur generaliter de Latronibus, adeoq; de iis etiam, qui amicitiam ac ſocietatem fingūt, odium autem venenoſum in corde alunt.

28 Et probè ſunt ponderanda in *artic.* 13. *lib.* 2. Landr. verba hæc. Alle Mörder; Notum autem eſt, quod qui univerſaliter affirmat aliquid, dicendo *Omnis*, aut *Totum*, nihil videatur excludere, *c. ſi Romanorum* 1. *circa med. verſ. dicendo verò omnia diſt.* 19. *l. Iulianus* 68 *in pr. ubi Bartol. ff. de legat.* 3. *Panorm. in c. quoniam fin. n.* 15 *ext. de præſcript. Tiber. Decian. conſ.* 57. *n.* 12. *verſ. qui enim omne dicit &c. lib.* 1. *Iacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part.* 4. *q.* 131. *n.* 30.

29 *Prout reſponderunt Scabini* an Paul Kindlern von Zackenſtein / zu NeuenZella / *Menſ. Aug.* Anno 1597.

Ad *requiſitionem Quæſtoris Voigtsbergenſis, M. Decemb.* 1610.

Quæſtoris Saltzenſis, M. April. An. 1611.

An Caſpar vnd Dieterich Ludwig Goldackern/ *M. April. Anno* 1616.

Ad requiſitionem Quæſtoris Grimmenſis, Menſ. Mart. An. 1617.

Quæſtoris Zvvickavienſis, Menſ. Decembr. Anno 1617.

30 *Tertium Notabile.*

Q. III. Qua pœna teneantur auxilium præſtantes in Latrocinio, illud approbantes vel ſtantes in excubiis?

Tertiò: Latrocinium non ſolùm committit is, qui manu propria aliquam necat & ſpoliat, ſed & qui auxilium & opem præſtat Latroni ſtando in excubiis, ut & is, qui in crimen iſtud conſentit, illud approbat, & de ſpolio participat; Talis enim æquè latro eſt, & latrocinii pœna tenetur, perinde, ac ſi manu ſua occidiſſet ac ſpoliaſſet.

31 *Primò:* Quia præſtans auxilium & opem in aliquo delicto ex propoſito & præcedente tractatu, tenetur pœna delicti iſtius ordinaria. *Iacob. Boulen. in repet. l. capitalium. §. famoſos, n.* 104. *ff. de pœn. Hyppol. de Marſil. in l. ſi in rixa. n.* 29. *verſ. & ideò ſcias. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. Proſper. Farin. part.* 5. *oper. crim. quæſt.* 131. *n.* 1. *Blanc. in pract. crim. in § poſtquam vidimus. n.* 4. *fol.* 118. *& n.* 5. *fol.* 119. *Petr. à Plach. in Epit. delict. lib.* 1. *c.* 17. *n.* 20. *Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſt.* 90. *n.* 1. Ubi relatis aliorum opinionibus concludit, quod quando auxilium fuit præſtitum, accedente conſenſu vel ſcientia ipſius auxiliatoris, auxiliator ſit puniendus ordinariâ pœnâ.

32 *Secundò:* Tenetur pœnâ Latrocinii, qui Latronẽ apprehendere potuit & noluit. *l.* 1. *§.* 1. *ff. de receptat.* ibi: *In pari causâ habendi ſunt, qui cum Latrones apprehendere poſſunt, pecunia acceptâ vel ſurreptorum parte dimiſerunt &c. ubi gloſſ. Vital. in rubr. de receptat. fur. num.* 2. *Carr. in pract. in* 3. *tract. de homicid. & aſſaſſ. §. poſt verò maleficium. num.* 39. *Foller. in pract. crimin. in verb. Banniantur. n.* 24. Multò magis ergò tenebitur pœna eadem, conſentiens in latrocinium ipſum, & auxilium præſtans.

33 *Tertiò:* Quia in homicidio ex propoſito & pręcedente tractatu commiſſo, omnes tenentur pœna ordinaria, ſive vulneraverint & occiderint omnes, ſive unicus tantum. *gloſſ. in l. ſi in rixâ. in verſ. nam ſi ex propoſito. ubi etiam Bartol. num.* 1. *& Hyppol. de Marſil. n.* 3. *ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. Cyn. in l. quoniam multa. num.* 7. *in fin. C. ad Leg. Iul. de vi publ. Felin. in cap. ſignificaſti n.* 10. *ext. de homicid. Proſper. Farin. part.* 3. *oper. crimin. quæſt.* 169. *n.* 72. *Blanc. de indic. num.* 226 *& ſeq. Gandin. in tit. de homicid. n.* 12. *in fin.* Latrocinium verò ſpecies homicidii eſt, adeoque etiam de latrocinio tenebuntur omnes, qui delicto interfuerunt, illudque approbarunt, & de ſpolio participarunt; licet non omnes manus admoverint.

34 *Quartò:* Per *Conſtit. Elect.* 39. *part.* 4. ubi ſancitum, quòd is, qui ſociis ſuis furtum committentibus, in excubiis fuerit, & delicto perfecto, ex rebus ſurreptis tantum participaverit, quantum ad pœnam mortis dictandam ſufficit, non minus ac ſocii, laqueo puniri debeat, etiamſi in ipſo furto manum non admoverit; ſi ergò hoc juris eſt in furto, utique etiam in Latrocinio idem obtinebit: *Tùm*, ob identitatem rationis, quæ idem

35 jus facit, *l. illud.* 32. *ff. ad Leg. Aquil. l. his ſolis.* 7. *§. actionem.* 2. *C. de revoc. donat. c. inter corporalia.* 2. *verſ. unde cum non ſit. extra de translat. Epiſc. Andr. Tiraq. in reg. ceſſante causâ. part.* 1. *n.* 168. *Modeſt. Piſtor. conſ.* 16. *n.* 13. ibi: *vulgatiſſima enim eſt juris regula &c. libr.* 1. *Matth. Coler. de proceſſ. execut. part.* 4. *cap.* 1. *num.* 38. *Tùm*, quia Latrocinium eſt gravius delictum quàm furtum, adeoq; eò magis puniendꝰ erit opem præſtans in Latrocinio, quàm in crimine furti.

Ideoq; pœna Rotæ fuit dictata his, qui aliis latrocinium committentibus, interea fuerant in excubiis & de ſpolio participaverant; Ad conſultationem Quæſtoris Zvvickavienſis, Menſ. Febr. & Mart. Anno 1596. 36

Ad requiſitionem Senatus Delitiani, Menſ. Decembr. Anno 1613.

Similiter fuit adjudicatum ſupplicium Rotæ C. B. conſentienti in latrocinium à ſociis ſuis commiſſum, & participanti de ſpolio 5 *florenos:* So möchte er wegen ſolcher Mordthat vnd Beraubung/ weil er vff die gemachte Vergleichung vnd Vereinigung ſeinen Willen vnnd Jawort darzu geben/ daß ſie Leute ermorden/ berauben/ vnd jhme von dem Straſſenraub ſeinen Antheil geben ſollen/ den er auch hernach bekommen/ vnnd eben ſo viel darbey gethan/ als wann er ſolche Mordthat ſelbſten an jhme verüben vnnd verbringen helffen/ weil er der Vergleichung/ vnd daß er davon *participiret* vnd ſeinen Antheil genommen/ vnnd alſo deß Straſſenraubes/ ſo wohl als die andere beyde genoſſen/ geſtändig/ er auch ohne allen Zweiffel dieſe Mordthat neben ſeinen beyden Geſellen ſelber verüben wollen/ wann ſie jhme nicht zuvor kommen/ weil er in ſeiner Vhrgicht vnter andern dieſes bekandt/ daß er nach gemachter Vereinigung ſeinen Weg nach dem Holtze zu genommen/ in Gemüth vnd Meynung ſeine beyde Geſellen daſelbſten anzutreffen/ mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W. *Ad conſultationem Quæſtoris* in Freyburgk/ *Menſ. Ian. Anno* 1613. 37

Eadem pœna fuit dictata conſentienti in Latrocinium & participanti de ſpolio, licet is manum non admoviſſet; Ad conſultationem Quæſtoris Sangerhuſani, Menſ. Febr. Anno 1621.

Et in caſu ferè ſimili; Ad requiſitionem ejusdem Quæſtoris, Menſ. Majo, Anno 1630.

Quæſtoris VVeidenſis, Menſ. Febr. Anno 1595.

Præfecti in Endorff/ *Menſ. Majo, Anno* 1619.

Quartò: Notandum benè, quòd Latrocinium definiatur homicidium, ſpolii ſeu lucri causâ commiſſum; unde conſtat, Latrocinium eſſe homicidium ac perfici occiſione alterius non rapina, licet intentio occidentis ſit directa ad ſpolium ſeu lucrum, in quo differt à ſimplici homicidio, in quo nulla prorſus habetur ratio præmii aut lucri. 38

Quartũ Notabile.

Q. IV. An pœnâ Latrocinii ſit plectendus; qui rem minimam lucratur?

Hinc apparet, parùm intereſſe, quidnam latro ex ſpolio conſecutus aut lucratus ſit, non minus enim ſupplicio Rotæ afficiendus deprædator rei minimæ, ac is, qui ex Latrocinio perpetrato ingens commodum habet, & plurimum lucratur.

Tùm, quia, ut dictum, Latrocinium perficitur occiſione alterius cum intentione ſpoliandi, non minus autem occidit Latro, nec minori propoſito ac intentione ſpoliandi, qui nil aut parùm lucratur ex deprædatione, quàm qui ingens ſpolium aufert, quod quærit & appetit quivis Latro, qui ſpe conſequendæ pecuniolæ alicujus homicidium committere 39 non veretur, licet non ſemper voti ſui compos fiat.

40 *Tùm*, quòd pecunia & ſpes lucri hoc delictum enorme reddat, non etiam quantitas aut qualitas ſpolii. *Bald. in l. non ideò in pr. de accuſat. Panorm. in cap. at ſi Clerici. ext. de judic. Iodoc. Damhoud. in prax crim. c. 83. n. 4. Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. conſ. 357. n. 14. Brun. à Sol. qu. 34. n 1. in fin.*

Tûm, quòd gravius peccet, qui ob ſpolium ac lucrum minimum tantum facinus perpetrare auſus fuerit, quàm ſi ingens ſpolium & commodum ex latrocinio ipſi acceſſiſſet.

41 *Hinc fuit dictata pœna Rotæ, A.G. qui ſocio criminis adjuvante, quendam occiderat & ſpoliaverat 3. groſſis & ſexagenâ ovorum. Ad requiſitionem Capitanei* in Lützen / *M. Iul. An.* 1591.

42 *Eadem pœna fuit adjudicata H.K. ob commiſſum Latrocinium ac ſpolium 3 groſſorum, 6. nummorum, & veſtimentorum occiſi; Ad requiſitionem Quæſtoris* in Mülbergk / *Menſ. Auguſt. Anno* 1599.

43 *Idemq; ſupplicium indictum fuit in caſu, quo C.S. necando anum quandam 80. annorum in domo ſuâ, 31. groſſos & 4. nummos in marſupio ejus reperērat. Ad conſultationem Iudicis Oppidani* in Freyburgk / *Menſ. Ian. Anno* 1611.

44 *Simili modo fuit pronunciatum adverſus P.B. qui ex latrocinio 6. groſſos fuerat lucratus; Præfecto VVeiſſenfelſenſi, Menſ. Aug. Anno* 1612.

45 *Idemq; ſupplicium Rotæ fuit indictum P S. qui ſocium ſuum in ſtabulo ſecum dormientem occiderat, ipſiusq; pileum unà cum duobus nummis abſtulerat,* An die Landherrn deß Raths zu Leipzig / *Menſ. Martio An.* 1619.

46 *Pariter pronunciavimus Quæſtori* in Noſſen / *quando H.G. ædes alicujus ingreſſus ipſum occiderat & ſpoliaverat adjuvante ſocio, de ſpolio autem non niſi florenum participaverat, Menſ. Auguſt. An.* 1624.

Q. 5. Quid Latro ex Latrocinio nihil lucretur?

47 Quinimò, ſi Latro nil prorſus lucretur, vel quòd nihil participet de ſpolio, vel quòd ſpoliũ nondum conſumptum, repertum ac reſtitutum fuerit, nihilominus tamen ipſum ſupplicio Rotæ afficiendum eſſe intrepidè affirmo.

Vti namq; dictum, latrocinium dicitur homicidium ſpolii ſeu lucri cauſa commiſſum. Sufficit ergò, ſi latro occidat ſpe lucri, licet nil lucretur. Prout etiam advertit *gloſſ. in artic. 13. libr. 2.* Landrecht / *in verb.* **Die einen Mann** ibi: **Etliche ermorden die Leute ümb Geldes oder Gutes willen / vnnd mit wohlbedachtem Muth / dieſe ſind rechte Mörder** / &c. Quæ verba ſolùm reſpiciunt intentionem ac propoſitum ſpoliandi, non ipſum ſpolium, adeoque ſufficit ut homicidium ſpe lucri perpetratum fuerit, ſpolio etiam non ſecuto.

48 *Hinc ſupplicium Rotæ fuit impoſitum H S. ob commiſſum Latrocinium, licet nihil prorſus de ſpolio participaverat; Ad conſultationem Quæſtoris Miſnenſis Menſ Iun. Anno* 1596.

49 *Simili modo fuit pronunciatum in caſu ſpolii recepti hiſce formalibus:* Hat *V. H.* bekant / daß er mit einem Boten von Franckfurth außgangen / vnd als ſie ſich vnterwegens nider geſetzet / vnd der Bote entſchlaffen / mit ſeiner Wehren denſelben ümb den Schlaff hefftig geſtoſſen / vnnd geſchlagen / auch mit einem Meſſer in die Kehle geſchnitten / jhn vor Todt liegen laſſen / vnnd jhme 100 Thaler / vnd was er an Zehrung bey ſich gehabt / genommen / ob nun gleich das Geld an dem Orte / dahin ers verſtecket / wider gefunden vnnd zu rechte gebracht worden / der Bote auch noch zur Zeit an den Schäden nicht verſtorben / da aber dennoch der Gefangene vff ſeinem Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht erwieſen würde / So möchte er von wegen ſolcher an mehr erwehnten Botten begangenen vnd bekandten gewaltſamen Beſchädigung vnnd Beraubung mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft vnd vff ein Rad geleget. Vffn Fall aber der Bote nochmals an deme jhme zugefügten Schäden verſterben würde / mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W. An Paul Kindlern von Zackenſtein vff Heintzendorff / Cloſtervoigt deß Stiffts Newen Zelle / *Menſ. Auguſto Anno* 1597.

50 *Pariter reſponderunt Scabini in puncto latrocinii, ſpolio non ſubſecuto:* Hat M. H bekant / daß er den Müller zu Sebenitz am 5. *Novembr.* nächſt verſchienen nach Mitternacht ümb 2 Vhr / als er auffgeſtanden / vnd die Mühle vorgeſetzt / vnnd zur Hinterthür wider ins Mühlhauß gehen wollen / mit einem Peile erſchlagen / daß er vff der ſtätte todt blieben / wie dann ewrem Bericht nach / als er vffgehoben / 13. Wunden / Stiche vnnd Schläge an jhm gefunden worden / vnnd hette ſolches darumb gethan / daß der Müller vor 8. Jahren jhme eine Maulſchelle geben / welche er jhm ſo lang nachgetragen hette / vnd daß er auch willens geweſen were jhn zu berauben / denn er gewuſt / daß ein Tiſch vnd ein Kaſten in der Stuben geſtanden / darinnen er Geld zu bekommen vermeynet hette. Da er nun vff ſolchen gethanen Bekändnüß vor öffentlichem gehegten peinlichen Halsgerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde: So möchte er wegen ſolcher ſeiner begangenen vnd bekandten Mißhandlung mit dem Rade vom Leben zum Tode gerichtet vnd geſtrafft werden / V. R. W. *Ad conſultationem Præfecti* in Hohenſtein / *Menſ. Novembr. Anno* 1587.

Quintũ Notabil.

51 Quintò: Notanda benè ſunt in definitione Latrocinii verba hæc (*lucri ſeu ſpolii cauſâ*) Quæ omnia generalia ſunt, de quovis etiam lucro & commodo generaliter accipi debent, *arg. l. Iulianus, 68. in pr. ubi Bartol ff. de legat. 3. Panormit. in cap. quoniam, fin. numer. 15. ext. de præſcript.*

52 Cujuscunque igitur rei conſequendæ gratia quis alterum occidit, Latrocinium committere videtur. Lucri enim vocabulum generale eſt, & accipitur pro omni acceſſione gratuita, *l. actionum genera, §. actionum autem ff. de obligat. & actiõ. l. ſi cum dotem § ſi pater, ff. de ſolut. matrim.* Et appellatione pecuniæ, cujus ratione Latrocinium committi, extra dubium eſt, veniunt omnia, quæ in patrimonio noſtro ſunt, ſive ſint res corporales, ſive mobiles, ſive ſoli, ſive jura. *l. 4. l 5. l. 122 ff. de verb. ſignific. l. 20 §. 1 ff. de ſtipulat. ſervor.*

Q. 6. An Latrocinii pœnam incurrat, qui occidit aliquem eo fine, quò cum ipſius vidua matrimoniũ contrahat?

Quinimò ſi quis aliquem occidat eo fine, quò poſtea cum ipſius vidua matrimonium contrahere queat, Latrocinium committi & pœnam Latrocinii hoc caſu obtinere puto. Etſi enim conjunx neque in patrimonio, neque in bonis ſit, homicidium tamen à Latrone committitur commodi ſui cauſa, qui non tantùm alterius conjugem, ſed & hoc medio bona ipſius ac commoda matrimonii concupiſcit.

Et

53 Et quis inficias ire poterit, gravius delinquere ejusmodi Latronem, qui matrimonium alterius, ceu vinculum indiſſolubile horrendo modo diſſolvere audet, quàm qui bona alterius appetit; adeoq; talis, ſi non graviori, pari tamen pœnâ plecti poteſt.

54 *Quemadmodum Scabini pronunciare non dubitaverunt adverſus M.L. indicentes ipſi pœnam Rotæ, propterea, quòd occiderat quempiã eo fine, quò cũ ipſius viduâ relicta matrimoniũ inire poſſet. Ad requiſitionem Quæſtoris* in Schlieben/ *Menſ. Aug. Anno* 1619.

55 Non ſolùm autem Latrocinium committitur ſpe lucri præſentis, ſed & ſi quis ob furtum & ſpolium anteactum aliquem interficiat; Veluti, ſi fur metuens à quodam furtum manifeſtari, illum occidat. Pariter enim delinquit occidens aliquem ob furtum & lucrum præteritum, quàm ob ſpolium præſens, & talis æquè homicidium committit lucri causâ, ac ſi aliquem necaret ſpe conſequendi ſpolii.

56 *Veluti hoc caſu dictata fuit pœna Rotæ furi cuipiam, qui occiderat ſocium criminis, ne ab ipſo furtum manifeſtaretur; Ad conſultationem M. à S. viduæ* in Limpach/ *Menſ. Ian. Anno* 1609.

57 Idemque obtinet in Latrocinio commiſſo ob ſpolium & lucrum futurum; Nam & tale homicidium ſpe lucri & conſequendæ pecuniæ perpetratur, adeoque nullum dubium eſt, quin talis occiſor pœnam Latrocinii incurrat.

58 *Hinc quando H. G. à Q. tabellarium, in Sylvâ Dreſdenſi exonerando in eum ſclopetum, occiderat, & inſtrumentum obligatorium aliquò deferendum ipſi datum abſtulerat, eoq; poſtea exhibito* 800 *florenos à debitore acceperat; reſponderunt Scabini, eum ceu Latronem ſupplicio Rotæ afficiendum eſſe; Ad requiſitionem Quæſtoris Dreſdenſis, M. Majo, Anno* 1610

59 Huc etiam referendum illud facinus atrociſſimum, quando Latrones (dictu certè horrendum) mulieres prægnantes adoriuntur, & diſſecantes uteros, fœtibus inde erutis manus abſcindunt, easq; cera cooperiunt, & lychnos conficiunt, quibus in domo, ubi furari conſtituerunt, accenſis, dormientes ibidem è ſomno ſuſcitari non poſſe ajunt, quò tutius furari & obvia quæque rapere queant. Hos certè Rotâ puniendos eſſe nullus dubito.

60 *Tùm*, quòd reverà ab iisdem Latrocinium committatur, quippe, qui mulierem diſſecando, horribiliter eam occidunt, non aliâ intentione, qnàm ut ex fœtus nondum nati manibus lychnos conficere, iisq; ad furandum & rapiendum uti, atque tali medio aliquid lucrari poſſint; Adeoque ſpe lucri futuri homicidium ab ipſis perpetratur.

61 *Tùm*, quòd hoc facinus per ſe horribiliſſimũ ac atrociſſimum eſt: Ob atrocitatem autem criminis judex pœnam benè aggravare poteſt. *Bartol. & Dd. in l. hodiè. ff. de pœnis. Hyppol. de Marſil. in ſingul.* 244. *incip. triſte illud &c. gloſſ. in art.* 13. *libro ſecundo.* Landrecht. *Martin. Dobb. in repert. jur. lit. D. fol.* 153. *Dan. Moller.* 3. *ſemeſt.* 17.

62 *Ita pronunciatum fuit à Scabinis ad requiſitionem Quæſtoris* in Wolckenſtein: Hat *M. W.* in ſcharpffer Frage bekandt/ daß er benebenſt ſeinem Geſellen/ Z. S. Eheweib vff der Straſſen ermordet/ vnd ins Waſſer geſchleiffet/ dieſelbe aber zuvor außgezogen/ vnd jhr mit ſeinem Meſſer ein ſtück auß dem Halſe vnd die Lincke Bruſt abgeſchnitten/ ſein Geſelle aber mit ſeiner Axt jhr den Leib auffgehawen/ vnnd das Eingeweide/ Hertz/ Lung vnd Leber herauß geriſſen/ in meinung/ die Leibesfrucht darinnen zu ſuchen/ von derſelben die Händlein abzuſchneiden vnd Liechtlein drauß zu machen/ damit ſie jhre Dieberey deſto beſſer vollbringen können/ deßgleichen die abgeſchnittene lincke Bruſt einem Hunde freſſen zu laſſen/ damit derſelbe die Leute auff den Straſſen anfallen ſollen/ vnd die ſolche deſto beſſer fällen mögen/ ꝛc. So möchte er von wegen dero an oberwehntes Z S Eheweib begangenen vnd bekanten erſchröcklichen Mordthat zur Feymſtatt geſchleiffet/ vnd mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W. *Menſ. Novemb. Anno* 1605.

Et in caſu ſimili Nach Merſeburgk/ An Küchenmeiſtern/ *Menſ. Feb. An.* 1608.

63 Ex hiſce quoque apparet, Latrocinium committere eum, qui rapiẽdi ſolùm animo aliquem aggreditur, poſtea tamen reſiſtentem & recuſantem bona relinquere occidit, vel ſi fur quipiam in domo deprehenſus ab aliquo, ipſum interficiat, quò furtum perficere & res furtivas auferre queat.

Q. 7. *Num pœna Latrocinii teneatur, qui in furto deprehenſus ab aliquo eum occidit?*

Etſi enim ab initio intentio iſtius alia non fuerit, quàm ut bona raperet, quia tamen in ipſo actu furti ſeu deprædationis mortem infert recuſanti bona relinquere, vel ei à quo ſe cognitum & propalandum exiſtimat, idque non alio fine facit, quàm ut res ablatas lucretur, & tutò ac abſque metu retineat, dubitandum non eſt, furem ejusmodi Latrocinium perpetrare & pœnâ Rotæ plectendum eſſe.

64 *Quæ pœna judicata fuit furi cuipiam, qui in furto deprehenſus ab ancilla, eam necaverat; Ad conſultationem Caſpari à* Schönbergs in Borſtenſtein/ *Menſ. Auguſt.*

65 *Et quando G. I. Equos currui junctos per vim auferens, aurigam reſiſtentem ictu ſclopeti interfecerat, eum ſupplicio Rotæ puniendum eſſe, reſponſum fuit, Ad requiſitionẽ Quæſtoris* in Dölitzſch/ *Menſ. Mart. Anno* 1625.

66 *Pari modo pronunciatum in caſu ferè ſimili; Ad conſultationem M. Iohannis* Engelharts/ zu Schraplau/ *Menſ. Iun. Anno* 1626.

67 Quod tamen tum demum verum eſſe arbitror, ſi fur confiteatur, ſe occidiſſe reſiſtentem propterea, quò furtum auferre poſſet, de quâ confeſſione ante omnia certò conſtare debet. Quod ſi verò fur necaſſet eum, à quo prehenſus & detentus fuiſſet, non alio fine, quàm ut vitæ ſuæ conſulere, aufugere, & pœnam furti evitare poſſet, idque ita in torturâ obtinuiſſet, hoc caſu judicem ipſi nequaquam ſupplicium Rotæ adjudicare poſſe, ſed ejuſmodi furem gladio ſolùm, ob commiſſum homicidium puniendum eſſe, puto. Quia deficit intentio ſpoliandi: Non enim homicidium à fure lucri ac ſpolij causâ, ſed remiſſo animo furandi, eo ſolùm fine, quò ſalvus & incolumis evadere poſſet, perpetratum fuit, adeoque iſtud nec Latrocinium eſt, nec pœnam Latrocinij meretur.

68 *Quemadmodum etiam hoc caſu furi cuipiam H. B. in furto deprehenſo occidenti eum à quo detentus fuerat, pœna gladii dictata fuit, Ad conſultationem Eraſmi à* Maltitz / *Menſ. Nov. Anno 1628.*

Cæterùm, quia crimen hoc atrociſſimum eſt, non immeritò quæritur: *Quomodo conatus ſeu attentatum Latrocinii puniri debeat?*

Q. 4. Quomodo conatus in Latrocinio debeat puniri?

69 Sanè, ſi propoſitum occidendi & ſpoliandi in animo ſolùm ſubſiſtat, nullo prorſus ſupplicio coërcendum erit, quia cogitationis pœnam nemo patitur. *l. cogitationis.* 18. *ff. de pœn. Tiber. Decian. conſ.* 18. *num.* 325. *lib.* 1. *Iacob. Schult ad Modeſt. Piſtor. part.* 3. *quæſt.* 130. *n.* 69. *Schrad. de feud. part.*
70 9. *c.* 2. *n.* 74. *verſ. quia clari juris eſt &c.* Si verò propoſitum hoc in actũ prorumpat, quod propriè attentatum vocari ſolet, nullatenus iſtud impunitum eſſe debet. Et ſi quidem delinquens ad actum ſolùm remotum pervenerit, judex attentatum hoc non pœna ordinaria, neque mortis ſupplicio, ſed extraordinariè pro arbitrio puniri poteſt, juxta Ordin. Crim. Imper. in *art.* 178. *verſ.* Aber in einem Fall härter dann im andern/ angeſehen Gelegenheit vnd Geſtalt der Sachen / darumb ſollen ſolcher Straff halber die Vrtheiler Raths pflegen &c. *Iul. Clar. in pract. §. fin. q.* 92. *n.* 2. *circa fin.*

71 Idque minus dubium habet: At, *ſi deventum fuerit ad actum proximum & immediatum ipſi Latrocinio, difficilius eſt decidere, utrum attentatum hoc Latrocinii, aquè ac ſi crimen conſummatum eſſet, pœnâ ſit puniendum, nec ne?* Veluti, ſi latro in via publica aliquem lethaliter vulneret, eumque, quem prorſus occiſum eſſe putat, ſpoliet. Quemadmodum *Nicol. Reuſner. libro ſecundo. deciſion.* 21. ejuſmodi caſum refert de pagano quodam, qui in via publica adortus Carrarium quendam, ex taberna metallaria frequenter argentum excoctum & in monetariam officinam transportare ſolitum, cæſo eo ac lethaliter vulnerato, ſpe magnæ prædæ ponendæ, truncum utrumque tàm minorem, quàm majorem effregerat, in quo tamen ipſe tunc nihil, niſi cupri adhuc rudis ſex libras invenerat; Poſtea hac re à Carrario ſe iterum recolligente patefacta & Reo carceri mancipato, Ienenſes de hoc caſu conſulti decreverunt, ei pœnam amputationis manus dexteræ, unà cum perpetuâ relegatione provinciæ Saxonicæ dictandam eſſe.

72 Quod decretum *Nicol. Reuſner. dict. loco.* repudiata ſententia Dicaſterii Lipſenſis, à quo in eadem cauſa pœna capitis Reo fuerat indicta, approbat, adducens rationes decidendi Ienenſium in ſcripto ad Principem eas poſtulantem tranſmiſſo comprehenſas, quarum præcipua eſt, quòd teſte Iul. Clar. *in pract. §. fin. quæſt.* 29. aliiſque ICtis; de generali conſuetudine in delictis atrocioribus attentatum pro completo non habeatur, atque ſecundum Ordin. Crimin. Imper. *art.* 178. *ſub. rubr.* Straff vnterſtandener Miſſethaten / conatus homicidii arbitrio judicis puniri debeat.

73 Sed miror, Reuſnerũ præclari judicii ICtum, hac in re feciſſe divortium à Iudicio Dicaſterii Lipſenſis, quod certè non ſine ratione prædicto Reo ob commiſſum attentatum Latrocinii pœnam gladii adjudicavit. Quamvis enim faciliimè Jenenſibus conceſſerim, de hodiernâ conſuetudine attentatum delicti pro completo non haberi, & ſecundum *Conſtit. Crim. Carol. V.* iſtud pro arbitrio judicis coërcendum eſſe; nequaquam tamen inde contra Lipſenſes infertur, attentatum Latrocinii ſupplicio mortis haud puniri poſſe; Neque enim pœna gladii, Latrocinii pœna ordinaria eſt, cujus reſpectu attentatum regulariter pro completo non habetur; Neq; arbitrium judicis pœnam mortis reſpuit. Imò judicem in attentato delicti arbitrium ad pœnam uſque mortis extendere poſſe, haud obſcurè apparet ex verbis final. *dict. art.* 178. *Ordin. Crim.* ibi: Wie die an Leib oder Leben zu thun gebühret.

74 Confirmat autem ſententiam Lipſenſium expreſſè *artic.* 126. *Ordin. Crimin. Imper. & artic.* 13. *lib.* 2. Landrecht / ubi pœna gladii decernitur adverſus graſſatores ſeu Robbatores, qui in viis publicis homines deprædantur, quamvis eoſdem non occidant; Licet ergò prædictus paganus ob attentatum Latrocinii nondum conſummati pœnam ordinariam Rotæ non promeruerit, ob ſpolium tamen & deprædationem conſummatam gladii pœnam nequaquam effugere potuit.

75 Cui accedit *Conſtit. Elector.* 13. *part.* 4. *in pr.* ubi pœna gladii conſtituitur in prædones, diffidatores, alioſvè, qui extra oppida, vicos vel pagos in ſylvis aut agris juxta itinera publica ſe occultant, eo animo, ut viatores ſpolient, vel occidant, aut aliud quippiam in eos committant, licet effectus non ſequatur. Si ergò gladio puniendi, qui in viâ publicâ intentione occidendi vel ſpoliandi viatores tantummodò expectant, multò magis eâdem pœnâ afficiendi erunt, qui viatores etiam adoriuntur, vulnerant, vel ſpoliant.

76 Adeóque non ſine cauſâ urgenti & ratione Iuris, Lipſenſes in caſu ſupradicto pœnam gladii decreverunt.

Quam pœnam etiam dictarunt Scabini in caſu ſimili: Würden die Gefangene vff jhrem beſchehenen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ nemblichen daß ſie ſich beyde vereiniget/ den Krämer/ bey deme ſie Geld gewuſt/ zu ermorden/ vnnd jhme das Geld zu nehmen/ wie ſolches auch von jhnen geſchehen/ vnd daß ſie jhn darauff in die Elbe geſtoſſen/ daß er vollends erſauffen ſolte. Ob dann wohl der Krämer wieder hernacher auß dem Waſſer gekrochen/ vnd beym Leben blieben/ ſo werden doch die Gefangene allein von Raubs wegen mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft V. R. W. *Ad conſultationem Præfecti in* Mühlbergk / *Menſ. Octobr. Anno* 1564.

77 Eodem modo etiamnum hodiè *Scabini* attentatum Latrocinii, quando ſcilicet ad actum proximum, & delicto ipſi immediatum deventum fuit, punire ſolet, adhibitâ tamen hâc diſtinctione: Num ſcilicet Latro adortus aliquem intentione occidendi & ſpoliandi, eum ſolummodò lethaliter vulneraverit, nihil autem abſtulerit, vel quod in ipſo delicto prehenſus fuit, vel impeditus aufugit: An verò vulneratum, qui pro mortuo & occiſo habitus eſt, ſimul ſpoliaverit & bona ſua abſtulerit.

Priori

78 *Priori caſu* latroni pœna gladii ſimpliciter adjudicatur: *Tùm*, ob *Conſtit. Elect* 13. *in pr. part* 4. ubi hoc clarè diſpoſitum eſt. *Tùm*, quod ejuſmodi crimen, vulneratio nimirum lethalis intentione ſpoliandi & occidendi facta, pœnam fractæ pacis publicæ meretur, quæ ultimum ſupplicium eſt. *Dan. Moller. ad dict. conſtit.* 13. *part.* 4.

79 *Veluti ſic pronunciatum in caſu quo H.G. tabellarium quendam in viâ publicâ animo occidendi & ſpoliandi adortus graviter eum percuſſerat, & proprio ipſius cultro vulneraverat, Latrocinium tamen non conſummaverat, tabellario reſiſtente & aufugiente*: So möchte er von wegen ſolcher uff offener Landſtraſſen vorſetzlichen frevelhafftigen That vnd Mißhandlung mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft werden V.R.W. *Ad requiſitionem Quæſtoris Sangerhuſani, Menſ. Iun Anno* 1616.

80 *Et in caſu ſimili*: H Z. bekandt/daß er vff *P.H.* einen Botten/mit welchem er gewandert/zugefallen/ jhn geſtochen/ die Gurgel ergriffen vnnd geknippen/ vnd daß ſein endlicher Vorſatz/Gemüth/ vnnd Meynung allerdings dahin gerichtet geweſen/obbemelten Botten zu ermorden vnd ümbzubringen/vnd hernach das Geld/ſo er bey ſich getragen/vnd wohl 100. Gülden geweſen abzunehmen vnd zu rauben Dieweil ſich aber der Botte gewehret/ſeiner mächtig worden/vnd jhme mit ſeinem Meſſer acht Stiche zugefüget/ hat ſein Vorhaben nicht vollbracht werden können/ꝛc. So möchte der Gefangene H.Z. von wegen ſolcher uff offener Landſtraſſen vorſetzlichen/bößlichen That vnnd Mißhandlung/ geſtalten Sachen nach/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden/V.R.W. *Ad requiſitionem Quæſtoris Zvvickavienſis, Menſ. Decembr. Anno* 1617.

81 *Poſteriori* verò *caſu*, quando Latro vulneratum ſimul rebus ſuis ſpoliat, dictari ſolet pœna gladii, ita ut cadaver poſt executionem Rotæ affigatur, idque propterea, quòd deprędatores ſive Robbatores pro more hujus regionis capite plectantur, eorumque cadavera Rotæ imponantur. Quia ergò attentatum Latrocinii cum ſpolio conjunctum, ad minimum deprædatio ſeu Robbariæ conſummata dici poteſt, utique etiam Latro hoc caſu haud immeritò pœnam deprædationis incurrit.

82 *Veluti ſic pronunciatum*, An Paul Kindlern von Zackenſtein zu Newen Zella/ *Menſ. Aug. Anno* 1597.
Ad requiſitionem Quæſtoris Grimmenſis, Menſ. Mart. Anno 1617.
Senatus Quedelburgenſis, Menſ. Ianuar. Anno 1628.

83 Quinimò atrocitas hujus delicti *Scabinos* adeò commovit, ut pro attentato Latrocinii quādoq; pœnam ordinariam Rotæ ſtatuere non dubitaverint. Quod licet durum, à ratione tamen juris prorſus alienum non fuit.

1. Quis enim non animadvertit gravius delinquere eum, qui unà cum deprædatione ac ſpolio ſpoliatum lethaliter vulnerat & percutit in tantum, ut pro mortuo habeatur, quàm qui ſimpliciter aliquem ſpoliat, nullâ vi ac injuriâ corpori ipſius illata. Atqui ob ſolam deprædationem hic gladio puniendus, ejusque cadaver Rotæ imponendum eſt, Ergò graviori ſupplicio ille qui ſimul vulnerat ſpoliatum animo & propoſito necandi, afficiendus erit.

84 2. Ob atrocitatem criminis judex pœnam non ſolùm exaſperare, *Hyppol. de Marſil. in ſingul.* 244. *Mart. Dobber. in repert. jur fol.* 153. *Dan. Moller.* 3. *ſemeſt.* 17. ſed & attentatum pœnam ordinariam dictare poteſt, ſi nempè ad actum proximum fuit pervētum. *Iul. Clar. in pract.* § *fin. quæſtion.* 92 *numer.* 2. ubi ſe pluries vidiſſe ait, in caſu attentati diverſimodè judicari, quandoque puniendo conatum in atrociſſimis (inter quæ etiam Latrocinium referendum) pœna ordinaria, & quandoque pœna extraordinaria,

85 3. Negari vix poteſt, quoad ipſum Latronem, crimen Latrocinii conſummatum eſſe. Si enim is intentione occidendi aliquem adortus tam graviter vulneret, ut pro occiſo habeatur, eumque poſtea ſpoliet, certè nil videtur reſtare ad conſummationem delicti reſpectu Latronis, qui ſi ſciviſſet, ſpoliatum animam nondum exhalaſſe, abſque dubio eum prorſus occidiſſet.

86 *Hinc quando Z. E. puerum quendam* 112. *thal.* 12. *groſſ. ſecum portantem in horreum deduxerat, & non ſolùm ſecuri percuſſerat, ſed & cultro mortiferè vulneraverat, eique pro mortuo relicto pecuniam abſtulerat & abierat, reſponderunt Scabini Reum ſupplicio Rotæ puniendum eſſe hiſce formalibus*: Ob nun wohl der Junge an den empfangenen Schäden nicht todt blieben/ ſondern noch am Leben iſt/ vnnd deß Baders Vertröſtung nach beym Leben erhalten werden möchte. Da aber dennoch der Gefangene uff ſeinem gethanen Bekändtnüß für Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde; So möchte er von wegen ſolcher an erwehntem Jungen begangenen vnnd bekandten Mördtlichen Beſchädigung vnd Beraubung mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft werden/V.R.W. *Verſus* Schwartzenburgk/ *Ad requiſitionem G. à C. M. Nov. Anno* 1695.

87 *Eadem pœna dictata T. S. conſpiranti cum ſociis ſuis in necem alicujus, eumq; lethaliter vulneratum, & pro mortuo habitum ſpoliant*: So möchte er von wegen ſolches uff freyer Landesſtraſſen begangenen vnnd bekandten Straſſenraubes/muthwilligen Vorwaltigung/ Weglagerung/ vnnd zugefügten mördtlichen vnd gefährlichen Beſchädigung geſtalten Sachen nach/ vnnd andern zum Abſchew vnnd Exempel mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft werden/V.R.W. *Ad requiſitionem Senatus Quedelburgenſis, Menſe Octobr. Anno* 1611.

88 *Pariter pronunciatum verſus* Gefell/ *quando H. S. Veſpillo in viâ publicâ mulierem quandam adoratus, intentione occidendi eam lethaliter vulneraverat: eamque pro mortuâ habitam ſpoliaverat*: So möchte er wegen ſolcher Verbrechung geſtalten Sachen nach/ weil gleichwohl nicht allein der bekandte Straſſenraub von jhme begangen/ ſondern er zugleich auch E.G. als eine Weibesperſon/ die ſich wieder jhn nicht wehren vnnd auffhalten können/ alſo bößlichen beſchädiget/vnnd darneben ſein Gemüth vnd Meynung geweſen/auch auß allen Vmbſtänden zu vernehmen/vnnd er ſelbſten geſtanden/daß er gedacht/ſie hette eine gnüge daran/ daß er dieſelbe gar ümbbringen vnnd ermorden wollen/andern dergleichen Frevelern zum Exempel mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft werden/

V.R.W. *Ad requiſitionem Iudicu, Menſ. Iul. Anno* 1615.

89 *Similiter reſponſum verſus* **Auguſtusburgk**/ *in caſu, quo A. G. aliquem in viâ publica propoſito occidendi graviter percuſſerat & ſpoliaverat, eoque mortuo relicto, aufugerat*: **So möchte er von wegen ſolcher ſeiner vff freyer Landſtraſſen begangenen vnd bekandten Mißhandlung vnd Beraubung/ andern dergleichen Vbelthätern zum Exempel vnd Abſchew/ mit dem Rade vom Leben zum Tode gerichtet vnd geſtrafft werden V.R.W.** *Menſ. Decemb. Anno* 1621.

90 Unde liquet, in arbitrio judicis eſſe, an in crimine Latrocinii ceu atrociſſimo, inſpectâ facti & perſonarum qualitate pro attentato pœnam ordinariam vel extraordinariam dictare velit, eumque adhærendo uni vel alteri opinioni, à ſcopo juſtitiæ non multum aberrare, neque nimis rigoroſum videbitur hoc perpendenti atrocitatem ingentem hujus delicti.

91 Quamvis conſulerem, ut judex ſemper in mitiorem partem inclinet, & relicto juris rigore pœnam leviorem, gladii nimirum eligat, prout etiam monet Jul. Clar. *in pract. §. fin. quæ. 92 n. 2. verſ. nihilominus, quia pluribus &c.*

QUÆSTIO XXIII.

Quando & quomodo pœna Latrocinii exaſperari poſſit?

SUMMARIA.

1. *In delicto Latrocinii multa ſpecialia reperiuntur.*
2. *Unicuiqꝫ Latrones impune occidere licet.*
3. *Pro famoſis Latronibus Advocatus non admittitur.*
4. *Princeps facta Latronum remittere nequit.*
5. *Hactenus relata ſpecialia in crimine Latrocinii de conſuetudine non obſervantur.*
6. *Quandoqꝫ Latrones trahæ illigati ad ſupplicii locum raptantur. n. 7.*
9. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n. 10. 11.*
12. *Quandoqꝫ Latrones forcipibus candentibus aduruntur. n. 13. 14. 16.*
15. *Quicquid de uno æquiparatorum conſtituitur, illud etiam de altero conſtitutum videtur.*
18. *Quoties Latrones ferro candenti ſint lacerandi. n. 19. 20. 21. 33.*
22. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n. 23. 24. 25. 26. 27.*
28. *Quid ſi Latro unius ſpolii causâ plures homines occiderit, an propterea ferro candenti uſtulandus.*
32. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n. 30. 31. 32.*
34. *Quid ſi de reiteratione Latrocinii liquidò non conſtet. n. 35.*
36. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n. 37.*
38. *Si cum Latrocinio delicta æquè gravia concurrant, quoties Latro ferro candenti lacerandus n. 40.*
39. *Pluribus & diverſis delictis concurrentibus, una & ſimplex pœna non ſufficit. Et quando hoc limitandum, n. 48.*
41. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n. 42. 43.*
44. *An pœnæ Ignis addi queat uſtulatio ferri candentis.*
45. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n. 46.*
47. *Quid ſi leviora crimina cum Latrocinio concurrant.*
49. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium. n. 50. 51.*
52. *Quoties latro ferro candenti uſtulandus, ſi Latrocinium ſæpius fuerit reiteratum n. 53.*
54. *Augmentum hoc pœnæ in terrorem eſt introductum, quo alii reddantur meliores.*
55. *Obſervantia Scabinorum, reſponſis eorundem probata. n. 56 57.*
58. *Quandoqꝫ repetitio forcipum candentium arbitrio judicis committitur. n. 59. 60.*
61. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n. 62.*
63. *Refertur alius modus exaſperationis pœnæ in crimine latrocinii.*
64. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
65. *Quandoqꝫ tabula, in qua facinora Latronis notata ſunt, Rotæ affigitur. n. 66. 67.*
68. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n. 69. 70.*

1 Latrocinii crimen horrendum & execrandum eſſe, ſatis teſtatur ſupplicii genus horribile crimini huic definitum, de quo dictum *quæſtione præcedenti*. Imprimis autem ſciendum, quòd ob delicti hujus atrocitatem, plura ſpecialia contra regulas juris communis in jure ſint tradita. *Bald. in Auth. ſed novo jure, n. 11. verſ. item circa præſentem materiam. C. de ſerv fugit.*

2 Adeò enim legibus exoſi ſunt Latrones, ut non modò unicuique eos impunè occidere liceat, *gloſſ. in cap. cum homo. 23 quæſtion. 2. l. 1. & 2. C. quando lic. unic. ſin. jud. ſe vind. l. ſi ut allegas. C. ad Leg. Cornel. de ſicar.* ſed & judex contra eos ordine non ſervato procedere, & ipſos ſtatim punire queat. *Paris. de Puteo in tractat. de Syndic. in verb. latro. lll. 1. per totum.* Neque Latronibus à ſententia contrà eos lata appellare conceditur; cùm damnatos illos ſtatim puniri publicè interſit. *l. conſtitutiones ff. de appellat. Iſern. in cap. 1. in verb. bona committentium. quæ ſint regal. & in cap. 1. §. publici latrones. de pac. tenenda. Paris. de Put. dict. loco Angel. Aretin. in tractat. malefic. in verb. præſente Cajo. num. 15. verſ. item videtur caſus. Tiber. Decian. in tract. crimin. libr. 9. cap. 29. num. 17.*

3 Quinimò, quòd judex non debeat pati aliquem advocare pro famoſis Latronibus, tradit Jacob. Boulen. *in repet. l. capitalium. §. famoſos. n. 21. & ſeqq. ff. de pœn. Iaſon. in §. ex maleficiis, n. 8. Inſtit. de action. Angel. de malef. in verb. etiam veſtem cœleſtem. n. 22. verſ. pro quibus Carrer. in pract. in prim. tract. de appellat. §. decimus octavus caſus eſt, num. 2, & ſeqq.*

Facta

4 Facta quoque Latronum tàm ingrata ſunt Principibus, ut ea ne quidem poteſtate ſuâ ordinariâ remittere poſſint aut velint. *Iodoc. Damhoud in pract. crim. c.86. n 6.* Neque auxilio Eccleſia Latrones gaudent, ſed ubique accuſantur, capiuntur, & puniuntur. *cap. inter alia. ext. de immun Eccleſ.* & judex negligens atq; diſſimulans eos caſtigari, infamis eſt & criminaliter punitur. *Bonif. in tract. de furt. §. fin. n.* 20. *Damhoud. dict. c.* 86. *n.* 4.

5 Hæc aliaque ſpecialia, quorum plurima refert Tiber. Decian. *in dict. lib. 9. c. 29 per totum. Proſp. Farin part. 7. oper. crim. qu.* 167. *n.* 91. *Iodoc. Damhoud. in pract. crim. dict. c. 86.* in crimine hoc ob ejus atrocitaté ſtatuta reperiuntur. Quæ omnia licet de conſuetudine forſan non obſerventur, Latrocinium tamen nihilominus crimen atrociſſimum reputatur, tantumq; abeſt, de ſeveritate ſupplicii aliquid remittendum eſſe, ut iſtud potius hodiè ob circumſtantias & qualitates facti incidentes haud rarò exaſperetur & aggravetur, Quæ pœnæ exaſperatio crimine Latrocinii verè triplex eſt.

6

Prima exaſperatio.

Primò: Ob ſeveritatem *L*atrocinii, ſi nempè horribiliter aut unà cum aliis delictis non minus atrocibus & horrendis fuerit perpetratum, ſupplicio Rotæ major additur Reatus, ut nempè Latro, priusquam Rotâ concutiatur, trahæ illigatus ad locum ſupplicii jumento raptetur.

7 Quod haud obſcurè colligi poteſt ex Conſtit. Carol. V. Imper. Crimin. *artic.* 137. §. 1. in verb. **Oder Außſchleiffung**/ ubi hæc pœna ſtatuitur in ejusmodi Latrones, qui vel perſonas in dignitate illuſtri conſtitutas, vel ſanguine conjunctas, vel Dominos ſuos occiderunt. Et quamvis ibidem caſus aliquot certi referantur, in quibus pœna Latrocinii debeat augeri, non tamen dubitandum eſt, quin idem quoque in caſibus aliis ſimilibus atrocioribus obtineat; Quemadmodum hoc pœnæ augmentum in crimine Veneficii quod Latrocinio expreſsè æquiparatur, judicis arbitrio committitur in Conſtit. Crim. Carol. *artic.* 130. *verſ.* **Doch zu mehrer Furcht** *&c.* in verb. **Nach Ermeſſigung der Perſon vnnd Tödtung**/ &c.

8 Maximè cum neminem lateat, judicem in atrocioribus pœnam ordinariam aggravare, & in defectum legum de ſimilibus ad ſimilia in pœnalibus procedere poſſe, *Modeſt Piſtor. part. 2. q. 92. n. 21. Proſper. Farin. part. 1. prax. crim. quaſt. 17 Dan. Moller. 3. ſemeſtr. 27.* in quem finem delicti aut criminis qualitas probè attendenda eſt, ut ea pœnæ qualitas rectè æſtimari, eaque poſtea delicto vel crimini admiſſo juſtè ac debitè commenſurari queat. *l. 16. §. ſed hæc quatuor, cum §. ſeq ff. de pœn. l. Pedius, in fin. ibi. & omninò ut in cæteris ff. de incend. ruin. & naufr. Hoſtienſ. in ſumm. de pœn. n. 6. & 10.*

9 *Sic pœna Latrocinii à Scabinis fuit exaſperata, quùm M. VV. in ſtratâ publicâ mulierem quandam adortus, diſſecando ventrem, inteſtina, cor, pulmones & jecur eruendo, atq; pectus & mammillas abſcindendo, miſerrime & horribiliter eam trucidaverat:* **So möchte er von wegen der an oberwehntem Weibe begangenen vnd bekanten erſchrecklichen Mordthat zur Feimſtadt geſchleiffet/ vnd daſelbſt mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W.** *Ad conſultationem Quæſtoris in* **Wolckenſtein**/ *M. Novembr. Anno* 1605.

Taliter quoque fuit pœna Latrocinii aggravata in caſu, quo G. B. cum ſociis ſuis, nocte alicujus ædes tranſcendens, hoſpitem necaverat, ejusq; conjugem graviter vulneraverat. Ad Præfectũ Gymnaſio Electorali Miſnenſi, M. Majo An. 1582. 10

Simili modo fuit pronunciatum in puncto commiſſi Latrocinii, aliorumq; delictorum enormium. Ad requiſitionem Senatus in **Commethaw**/ *M. Majo, Anno* 1586. 11

Secũda exaſperatio.

SECVNDO: Exaſperatur pœna *L*atrocinii reiterationem criminis, ſi nempè *L*atrocinium ab aliquo non ſemel, ſed aliquoties, & diſtinctis vicibus commiſſum, vel plures perſonæ unius ſpolii causâ occiſæ fuerint. Ex numero enim hominum interſectorum, non etiam ex bonis ablatis, *L*atrocinii crimen æſtimari debet, & quot cædes committuntur, tot *L*atrocinia perpetrata habentur. Quibus caſibus *L*atrones dum ad ſupplicium ducuntur, forcipibus candentibus prehendi & aduri debent. 12

13 Idque *Primò* ob textum clarum in Ordin. Crimin. Imper. *artic.* 137. §. 1. in verb. **Vnd man mag in vorgeſetztem Mord/ ſo der an hohen trefflichen Perſonen/ deß Thäters eigenen Herren/ zwiſchen Eheleuten/ oder nahend geſipten Freunden geſchicht durch etliche Leibesſtraff/ als mit Zangenriſſen oder Außſchleiffung/ vor der endlichen Tödtung vmb gröſſer Furcht willen die Straff mehren.** Enumeratione enim caſuum certorum, alios ſimiles & pares ibidem non excludi, ſed comprehendi, antea fuit dictum; ſive ergò de homicidio ex propoſito, ſive de certis quibusdam caſibus *dict. art.* 137. agat, exinde tamen ad reiterationem *L*atrocinii quoque inferri poteſt; cùm *L*atro ſemper animo deliberato & ex propoſito occidat, & non minus delinquat occidens homines plures licet conditionis humiliori, quàm perſonam unicam in dignitate illuſtri poſitam, præſertim, cum ibidem pœna augeatur in terrorem aliorum, uti verba habent (**vmb gröſſer Furcht willen**) quæ certè ratio æquè militat in *L*atrocinio repetito & diſtinctis vicibus commiſſo.

14 *Secundò*: Idem diſponitur *in artic.* 130. *Ordin. Crimin. Imper.* in verb. **Doch zu mehrer Furcht andern/ ſollen ſolche boßhafftige Perſonen/ vor der endlichen Todes-Straff geſchleiffet; oder etliche Griffe in jhre Leibe mit glüenden Zangen gegeben werden/ viel oder wenig/ nach Ermeſſung der Perſonen vnd Tödtung/ wie von Mordt deßhalben geſetzt iſt.** *L*icet autem iſte articulus loquatur principaliter de crimine Veneficii; attamen haud ineptè quoque ad *L*atrocinium extenditur, quia hoc crimen Veneficio æquiparatur, & pari pœna coercetur, prout ipſa verba *dict. artic.* 130. *in pr.* innuunt ibi: **Der ſoll einem fürgeſetzten Mörder gleich**/ &c. Vbi autem duo inter ſeſe in jure æquiparantur, quicquid de uno expreſſim ſtatuitur, id etiam de altero conſtitutum eſſe exiſtimandum eſt, quamvis hoc diſertis conſtitutionis aut legis alicuius verbis non reperiatur

expreſſum. *Iaſon. in l. Centur. 15. n. 33. verſ. ſecundo ſolutio ff de vulg. & pupill. ſubſt. Cornel. conſ. 114. col. 2. verſ. quando enim duo caſus &c. libr. 1. Blanc. in pract. crim. cap. poſtquam vidimus n. 14. Modeſt. Piſtor conſ. 19. n. 19. lib. 2.*

16 *Tertiò:* Huc etiam facit Conſtit. Elect. 3. *part.*
4. verſ. **Vnd woferne;** quæ matrem plures infantes
occidentem, præter pœnam Culei, vel Rotæ
deficiente copiâ fluminis, pro numero infantium
necatorum forcipibus candentibus dum ad
ſupplicium ducitur, prehendi & aduri iubet.
Quia autem Latrocinium æquè grave & horrendum
delictum eſt ac Infanticidium, utrumque
etiam in caſu deficientis fluminis pari pœnâ,
Rotâ nimirum coërcetur, utiq; aggravatio pœnæ
in repetitionem infanticidii ſtatuta, ad reiterationem
quoque Latrocinii extendi debet: cùm
iudici in defectum legum liceat procedere de ſimilibus
ad ſimilia, etiam in pœnalibus, in quibus
17 eadem eſt ratio. *Modeſt. Piſtor. part. 2. quæſt.*
92. n. 21. Et eadem ratio idem ius facit. *l. illud. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. his ſolis. 7. §. actionem. 2. C. de revoc. donat. c. inter corporalia. extr. de translat. Epiſcop. Panormit in c. quoniam frequenter. 5. in 1. reſp. n. 6. verſ. ſi ergò eadem ratio &c extr. ut lit. non conteſtata. Andr. Tiraquell. in reg. ceſſante cauſa. part. 1. n. 156. Iacob. Schult. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 124. n. 110. Matth. Coler. de proceſſ. execut part. 4. cap. 1. n. 38.*

Q. I. Quot vicibus Latrocinij Reus ferro candenti lacerari debeat?

18 Hocq; minus dubii habet & quotidiè ſic practicatur, ſed iſtud expeditum non eſt, *Quot vicibus Latrocinii Reus ferro candenti lacerari debeat?* Annè ſcilicet reſpectus habendus ſit perſonarum interfectarum, ita ut Latro tot vicibus forcipibus candentibus uſtuletur, quot latrocinia commiſit, vel ad reiterationem delicti, ita ut
“ Reus duplicis Latrocinii ſemel, triplicis verò bis
“ ferro candenti aduratur: Hoc enim expreſsè definitum
“ non eſt, ſed verba Conſtit. Crim. Carol. indiſtinctè loquuntur *art.* 130. ibi: **Oder etliche griffe in jhre Leibe mit glüenden Zangen gegeben werden / viel oder wenig nach Ermeſſung der Perſon vnd Tödtung** &c. Quæ verba certum numerum non exprimunt, ſed ſolùm qualitatem delicti & perſonæ occiſæ attendi iubent. Et *art.* 137 §. 1. ibi: **Als mit Zangenriſſen.**

> *Quemadmodum etiam in caſu multiplicis commiſſi Latrocinii & Sacrilegii Veteres Scabinos indefinitè pronunciaſſe, reperio:* **So möchte er** wegen ſolcher begangenen vnnd bekanten Beraubungen vnd Mordthaten / erſtlich etlich mahl mit glüenden Zangen gegriffen / vnnd darnach mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W.
> An Schöſſer zu Arnshaugk / *Menſ. Iunio, Anno* 1582.

19 Quamvis autem hæc quæſtio à nemine eorum, qui de pœnalibus & Conſtitutionibus Criminalibus Imperii aliquid commentati ſunt, quod ego quidem ſciam, tractata aut deciſa ſit;
“ Certi tamen quid ponere & rationem haben-
“ dam eſſe reiterationis Latrocinii, ita, ut Latro
“ tot vicibus, quot perſonas necavit, demptâ unâ,
“ ignitis forcipibus uſtulari debeat, audacter aſſe-
“ rere haud vereor. Idque propterea, quia, uti ex Ordin. Crim. Imper. *art.* 130. & 137. luculenter apparet, uſtulatio forcipum candentium ob enormitatem & aggravationem criminis introducta, adeoque in dictandâ pœnâ ad delicti aggravationem reſpiciendum eſt, & aggravatio pœnę aggravationi delicti correſpondere debet; Latrocinii autem crimen per ſeſe horrendum aggravatur reiteratione ejusdem, quòd ſcilicet Latrocinium aliquoties commiſſum fuerit; ſequitur hinc igitur, ſolam reiterationem ferro candenti coërcēdam eſſe. Quia ergò in *L*atrocinio duplici hoc crimen ſemel, in triplici bis, &c. reiteratum fuit, utique *L*atro duplicis latrocinii ſemel, triplicis bis &c. ferro candenti aduri debet, ita ut ſolùm reiteratio, non etiam numerus *L*atrociniorum aut hominum occiſorum conſideretur.

Neque obſtat *Elector. Conſtit.* 3. §. **Vnnd wofern** *part.* 4. in verb. **So viel Zangenriß alsviel ſie Kinder vmbgebracht / neben obgedachter Straffe** &c. unde ſequitur, Matrem pro numero infantium necatorum forcipibus candentibus lacerandam, & poſtea cum quatuor beſtiis culeo inſutam aquis ſuffocandam eſſe. Idem ergò de crimine Latrocinii dicendum, & Latro tot vicibus, quot perſonas necavit & *L*atrocinia commiſit, ferro candenti uſtulatus Rotâ puniendus erit. *Etenim* quæ *in dict. Conſtit.* 3. de numero forcipum candentium diſpoſita ſunt, uſu non obſervari, & matrem infanticidam non niſi toties, quoties infanticidium reiteratum fuit, ignitis forcipibus aduri, dictum ſupra *quæſtion.* 14. *n.* 11. 20

Stat ergò Regula generalis: Latrocinii Reum 21
toties, quoties hoc crimen reiteratum fuit, vel, „
quod idem eſt, tot vicibus, quot perſonæ inter- „
fectæ fuerunt, demptâ unâ, ferro candenti uſtu- „
landum eſſe.

Iuxta quam regulam etiam Scabini Lipſenſes quotidiè ſolent pronunciare. Veluti in caſu duplicis Latrocinii reſponderunt, Reum unicâ vice ferro candenti lacerandum & poſtea Rotæ ſupplicio plectendum eſſe. So möchte W. W. von wegen ſolcher an obbenanten zweyen Mannesperſonen vorſetzlichen begangenen vnd bekanten Mordthaten vnnd Beraubungen anfänglichen mit einem glüenden Zangengriff einmahl geriſſen / vnd folgends darauff mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtraft werden V. R. W. *Ad conſultationem Quæſtoris* in Saltza, *M. Majo Anno* 1613. 22

It. So möchte G. Z. von wegen ſolcher an beyden Perſonen begangenen vnnd bekandten Mordthaten vnd Beraubungen mit einem glüenden Zangengriff einmahl geriſſen / vnnd darauff mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft werden / V. R. W. An Richter vnd Schöppē zu Pegaw / *M. Aug. An.* 1607. 23

Pariter fuit pronunciatum in caſu ſimili verſus Lützen: So möchte J. P. von wegen ſolcher an oberwehnter Frawen / vnd deroſelben Magd begangenen vnd bekanten Mordthat vnd Beraubung anfänglichen mit einem glüenden Zangengriff einmahl gezwacket vnd geriſſen / vnd folgends darauff mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft werden / V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris, Menſ. Julio, Anno* 1615. 24

Ad eundem, Menſe Aug. Anno 1615.

Et iterum ad eundem, Menſ. Octobr. ejusdem Anni.

Et in caſu ſimili ad conſultationem Quæſtoris Sangerhuſani, Menſ. Sept. Anno 1621.

Ob

25 *Ob triplex vero Latrocinium commiſſum, Reum bis ignitis forcipibus uſtulandum & poſtea Rotâ contundendum eſſe, reſponderunt Scabini ad requiſitionem Quæſtoris Miſnenſis:* So möchte G. S. von wegen ſolcher grewlichen unnd abſchewlichen begangenen vnd bekanten dreyen Mordthaten vnnd Beraubung mit zweyen glüenden Zangengriffen geriſſen / vnnd folgends mit dem Rade vom Leben zum Tode geſträfft werden V. R. W. *Menſ. Febr. Anno* 1610.

In ſimili caſu nach Saltza / an Bürgermeiſtere vnd Rath/ *Menſ. Iulio, Anno* 1584.

Et ad requiſitionem Quæſtoris in Freyburgk / *M. Aug. Anno* 1595.

26 *Simili modo, ut Reus Latrocinii ob commiſſum quadruplex Latrocinium, ter candenti ferro uſturali & pœnâ Rotæ affici debeat, pronunciarunt ad Conſules & Senatum in Saltza, Menſ. Iulio, Anno* 1584.

Ad requiſitionem Quæſtoris Sangerhuſani, Menſ. Mart. Anno 1585.

Verſus Magdeburgum; Ad Conſules & Senatum, Menſ. April. Anno 1628.

Ad requiſitionem Quæſtoris in Pilnitz/ *M. Ianuar. Anno* 1631.

27 *Pariter in caſu, quo Reus quincuplex commiſit Latrocinium, reſponderunt Scabini, eum propterea quatuor vicibus candenti ferro lacerandum, & Rotâ plectendum eſſe; Ad requiſitionem Quæſtoris Torgenſis M. Mart. Anno* 1594.

Quæſtoris in Freyburgk / *Menſ. Auguſt. Anno* 1595.

28 Hocque non ſolùm procedit, ſi Latro quiſpiam diſtinctis vicibus & temporibus ſpolia diſtincta & Latrocinia committat, ſed & ſi ſpolii unius cauſa, uno eodemque tempore perſonas plures occidat, quo caſu etiam candentibus forcipibus Reus lacerandus eſt: tot nempè vicibus, quot perſonas ſpolii cauſa occidit, demptâ una, non minus ac ſi diverſis temporibus cum occiſione ſpolia diſtincta & Latrocinia perpetraſſet. Non enim ex qualitate ſpolii, bonisque ablatis Latrocinium æſtimandum eſt, ſed potius ex ipſo homicidio ſpolii cauſa perpetrato: Ita enim definitur Latrocinium, quòd ſit homicidium ſpolii ſeu lucri cauſa comiſſum, juxta tradita *gloſſ. german. art.* 13. Landrecht. *lib. 2. in verb.* Alle die einen Mann *verſ.* Etliche ermorden die Leute vmb Geldes oder Gutes willen / vnnd mit wohlbedachtem Muthe/ dieſe ſind rechte Mörder etc. Adeoque ſi Latro quipiam unius ſpolii cauſa uno eodemq; tempore plures homines interficiat, is certè tot Latrocinia committit, quot perſonas occidit, quare & ob reiterationem hujus criminis æquè candenti ferro uſtulari debet.

29 *Quemadmodum etiam ſic pronunciatum fuit in caſu, quo G Z. unà cum ſocijs ſuis, in viâ publica duos homines ſponſum & ſponſam occiderat, eosque ſpoliaverat:* So möchte er von wegen ſolcher an beyden Perſonen begangenen vnd bekandten Mordthaten vnnd Beraubung mit einem glüenden Zangengriff einmahl geriſſen / vnd darauff mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W. An Richter vnd Schöppen zu Pegaw / *Menſ. Auguſt. Anno* 1607.

30 *Et cum tres Latrones ædes alicujus fœminæ ingreſſi, eam unà cum ancillâ trucidaverant, & obvia quaquam abſtulerant, dictaverunt iis propterea Scabini contuſionem Rotæ, cum hac adjectione, ut unusquisque eorum ante executionem ſemel candenti ferro pungeretur. Verſus* Lützen / *ad requiſitionem Quæſtoris, Menſe Iulio, Auguſt. & Octobr. Anno* 1615.

Similiter reſponſum fuit in caſu, quo duo Latrones in hoſpitium alicujus fœminæ recepti, eam ejusq; filium & filiam occiderunt atque ſpoliarunt, an Bürgermeiſtere vnd Rath/ zu Saltza / *M. Iul. Anno* 1584. 31

Pariter pronunciatum, quando G S. unâ cum fratre ſuo ingreſſus hoſpitium alicujus viduæ, eam cum duobus inquilinis necaverat, & poſtmodùm ædes ſpoliaverat: Ad conſultationem Quæſtoris Miſnenſis, Menſ. Febr. Anno 1610. 32

Prædicta tamen REGVLA, quæ Latrocinii Reum toties, quoties crimen iſtud ab eo reiteratum fuit, forcipibus ignitis prehendi & aduri vult univerſaliter vera non eſt, ſed certis modis limitatur. 33

Primò enim locum hæc regula obtinet tunc demum, quando de corpore delicti omnibusq; Latrociniis liquidè & certò conſtat. Licet enim Latro plura Latrocinia & reiterationes delicti confeſſus fuerit, ſi tamen de unius vel alterius facti veritate certò non conſtet, ſanè ob ſolam Rei confeſſionem, quoad uſtionem forcipum candentium ejus ratio habenda non eſt, neque hoc caſu Latro tot vicibus quot Latrocinia confeſſus, ſed tantùm toties, quoties ab ipſo crimē reiteratum fuiſſe, ex inquiſitione & facti veritate apparet, ferro candenti aduri debet. 34 *Limit.* 1.

Quemadmodum enim Rotæ contuſio Latroni adiudicari non debet, niſi de corpore delicti & veritate Latrocinii conſtet; Ita nec Latro ferro candenti uſtulandus vel lacerandus eſt ob Latrocinii reiterationem, quæ ex inquiſitione & facti veritate non apparet, ut maximè etiam Reus de ea fuerit confeſſus; ex ſola namq; confeſſione pœna mortis ordinaria nec dictari, nec aggravari aut exaſperari poteſt. *l. 1. §. item illud ff. ad Syllan. l ſi per alium. §. docere. ff. ne quis eum qui. l. ſi quis legatum. verſ. cæterum ff. ad Leg. Cornel. de falſ. Ægid. Boſſ in pract crimin. titul. 1 in pr. Foller. in pract. crimin. in verb. capiat inform. numero tertio Daniel. Moller. 1. ſemeſtr. 37. & 3. ſemeſtr.* 40. *Roland. conſil.* 51. *numer. 9 & ſeqq. vol.* 1. Hyppol. *de Marſil. in l. 1. ff. de quæſtion. numer.* 3. Neque in poteſtate alicuius eſt, ſua confeſsione facere delictum, ubi delictum non eſt. *Gigas de crimin. læſ. majeſt. lib. 2. tit. quomodo & per quos crim. læſ majeſt. prob. quæſtion.* 1 *num.* 5. *Brun. à Sol. in conſil. crim. num.* 200. 35

Hinc licet Latro quidam de ſeptem latrociniis confeſſus fuerat quia tamen de tribus ſolummodò reverâ conſtabat, repetitio forcipum candentium quoad reliqua quatuor fuit omiſſa: So möchte A. B. von wegen der dreyen begangenen und bekanten Mordthaten/ derer man ſich erkundiget/ mit zweyen glüenden Zangengriffen geriſſen / vnd hernach mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W Nach Ermlein / an Ernſt Lauhern/ Boſiſchen Gerichtsverwaltern/ *Menſ. Iun. Anno* 1603. 36

Pariter

37 *Pariter pronunciatum in caſu, quo Latro triplex latrocinium confeſſus fuerat, de uno autem non aliter conſtabat, quam per ipſius confeſſionem:* So möchte P. N. wegen der an B. M und dem Schube Kärner (weil die Erkundigung mit dem halbhirten in der Schencke zu Gerſchen/ und wie es damit eigentlich zugangen/ nicht allerdings richtig vnd gewiß/ begangenen vnd bekandten Mordthaten vnnd Beraubungen/ ſo wohl der vorübten Pferde/ Küh/ Eſel vnd anderer Deuben halber/ anfänglich mit einem glüendẽ Zangengriff einmahl geriſſen/ vnd folgends darauff mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft vnnd hingerichtet werden V. R. W. Nach Zeitz/ an Landrichter/ *Menſ. Aug. Anno* 1618.

In caſu ferè ſimili fuit reſponſum Conſulibus & Senatui Magdeburgenſi. M. April. An. 1628.

Senatui Quedlinburgenſi, Menſ. Ianuar. Anno 1603.

38 *Secundò:* Fallit quoque hæc Regula in La-
Limit. 2. trone, qui non modò aliquot Latrocinia commiſit, ſed ſimul etiam alia delicta æquè gravia, & quæ eandem, Rotæ ſcilicet, aut etiam graviorẽ pœnam merentur, perpetravit; Vt ſi Reus Latrocinii triplicis, etiam ſacrilegium commiſiſſet: Quo caſu uſtulatio forcipum candentium tot vicibus repeti debet, quot perſonæ à Latrone necatæ fuerunt, adeoq; hoc caſu Latro non ratione reiterationis Latrocinii, ſed ſecundum numerum hominum interfectorum ferro candenti lacerandus eſt.

39 Huius limitationis ratio hęc eſſe poteſt, quòd pluribus & diverſis delictis concurrentibus, una & ſimplex pœna ſufficere non videatur, *l. fin. § id quoque. C. de mod. mulct. l. 3. §. 1. ff. ad Leg. Aquil.* & ſecundum communem iuris regulam nunquam plura delicta concurrentia faciunt, ut ullius detur impunitas, *l. nunquam plura. 2. in pr. ff. de privat. delict.* ſingulisque delictis ſingulæ pœnæ competere debent. *l. ſi ſervus. 27. ff. ad Leg. Aquil. l. Neratius. 11. §. 2. ff. de ſerv. corrupt. l. vulgaris. 21. in fin. pr. ff. de furt. l. ſi ſtuprum, 25. l. pater. 41. ff. de injur. l. 6. ff. ad Leg. Corn. de ſicar. Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. quæſt. 84. verſ. alius eſt caſus. in pr. Didac. Covarr. lib. 1. variar. reſolut. cap. 10. num. 8. verſ. ſecundo & illud cenſeo.*

40 Cùm ergò pro ſolo etiam crimine Sacrilegii, aliovè pœna Rotæ imponenda ſit, certè, ne Latrocinia ſimul perpetrata, non parum pœnam aggravantia, impunita remaneant, pro ſingulis etiam Reus candenti ferro aduri poteſt. Adeoque quia hoc caſu pœnam Sacrilegii quodvis Latrocinium aggravat, utique etiam pro quovis & ſic pro numero Latrociniorum & hominum necatorum uſtulatio forcipum candentium repeti debet.

41 *Quemadmodum in caſu Sacrilegii cum triplici Latrocinio commiſſi ita pronunciarunt Scabini verſus* Wolckenſtein: So möchte er von wegẽ ſolcher begangenen vnd bekanten Mordthaten vnd Kirchenberaubung/ mit dreyen glüenden Zangengriffen geriſſen/ vnd folgends mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W. *Ad conſultationẽ*
42 *Quæſtoris. M. Aug. Anno* 1604.

Similiter pronunciatum in caſu Sacrilegii & duplicis Latrocinii: So möchte T. F. von wegen der begangenen vnnd bekanten beyden Mordthaten vñ Kirchenberaubung/ mit zweyen glüenden Zangengriffen geriſſen/ vnd folgends mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W. *Ad Quæſtorem eundem* in Wolckenſtein/ *Menſ. Decembr. Anno* 1604.

43 *Pariter reſponſum in ſimili caſu, verſus* Marckersdorff/ an Verwalter/ *M. Ian. An.* 1598.

44 Idq; non ſolùm verum eſt in Sacrilegio à Latrocinii Reo commiſſo, ſed & in aliis delictis, quę graviorem pœnam merentur, ut in crimine incendii, pro quo pœna ignis ſtatuta eſt *Conſt. Elect. 17. part. 4.* Etſi enim ſciam, DD. Scabinos aliquando dubitaſſe, an pœna ignis unà cum uſtulatione forcipum candentium Reo adjudicari queat: quibusdam ſtatuentibus pœnas haſce (Fewr zu Fewr) non eſſe compatibiles; Attamen, inſpectis poſtea libris ſententiarum Veterum Scabinorum, reperi, ob comiſſum incendiũ & Latrocinium Reis pœnam ignis unà cum uſtione ferri candentis impoſitam fuiſſe, abſq; dubio ex ratione prædicta, quòd ſcilicet pluribus & diverſis delictis concurrentibus una & ſimplex pœna ſufficere non videatur, ſed ſingulis delictis ſingulæ pœnæ competant. *l. 27. ff. ad l. Aquil. l. 6. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar.*

Q. 2. An pœna ignis addi poſſit uſtulatio ferri candentis?

45 *Ita reſponderunt* Nach Saltza/ So möchte C. C. E. von wegen der begangenen unnd bekandten zweyen Mordthaten mit zweyen glüenden Zangengriffen geriſſen/ und hernacher deß begangenen und bekanten Brandſchadens halber mit dem Fewer vom Leben zu Tode geſtraffet werden V. R. W. an Schöſſer/ *Menſ. April. Anno* 1603.

It. Verſus Commethaw/ *ad requiſitionem Senatus, Menſe Majo, Anno* 1586.

Ad conſultationem Quæſtoris Dresdenſis, Menſ. Octobr. Anno 1599.

46 *Pari ratione pœna ignis cum repetitione forcipum candentium fuit alicui dictata ob commiſſa Latrocinia, & Sodomiam cum vacca peractam. Verſus* Auguſtusburgk: So möchte er von wegen ſolcher begangenen und bekandten Vnthaten mit dreyen glüenden Zangengriffen geriſſen/ und alsdann mit dem Fewer vom Leben zum Tode geſtrafft/ unnd die Kuhe zugleich mit jhme verbrandt werden V. R. W. An Schöſſer/ *Menſ. Octobr. Anno* 1584.

47 In criminibus autem levioribus cum Latrocinio concurrentibus pœna Rotæ non exaſperatur aut aggravatur, neque uſtulatio candentium forcipum Reo adjudicatur, niſi fortaſsis Latrocinium reiteratum fuerit.

48 Etſi enim, ut antea dictum, ſingulis delictis ſingulæ pœnæ competant, tamen hoc non procedit in delictis ſucceſsivis & iis, quæ inter ſe nõ compatibilia ſunt aut iterabilia, in quibus non niſi unica pœna, & quidem majoris atque atrocioris delicti, imponitur; Maior enim tùm pœna minorem abſorbet. *Alber. in l. illud. §. 1. ff. ad L. Aquil. Angel. in l. nunquam plura. col. 2. ibiq; gloſſa in verb. ob aliud. in fin. ff. de privat. delict. Ioh. Andr. in c. delictum. de Reg. jur. in 6to. Gomez. in §. ex maleficiis. n. 12. Inſtit. de action. Proſper. Farin. quæſt. crimin. 22. n. 18. 19. Covar. lib. 1. var. reſolut. cap. 10. n. 8. verſ. quartò ſi ejusdem actus, & verſ. ſexto his promiſſis &c.*

49 *Ideoq; ob commiſſa delicta Latrociniј, furti, adulterii, & homicidii ſolummodo pœnam Latrociniј dictarunt Scabini, ad conſultationem Senatus Sangerhuſani* So möchte S. H. von wegen ſolcher begangenen und bekanten Mordthaten/ Entleibungen/ Pferdedeuben/ und Ehebruchs/ mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W. *Menſ. Febr. Anno* 1610.

50 *Quemadmodum etiam hæc pœna fuit dictata ob commiſſum Latrocinium, furtum & adulteriū, ad requiſitionem Quæſtoris* in Hohenſtein/ *Menſe Majo, Anno* 1587.
Quæſtoris Zwickavienſis M. Febr. An. 1596.
Quæſtoris in Schlleben/ *M. Aug. An.* 16 9.
Et ſic quotidiè pronunciari ſolet.

51 *Concurrente autem crimine furti, adulterij, aliusvè delicti, cum duplici vel triplici Latrocinio, contuſio Rotæ unà cum uſtulatione forcipum candentium ob reiterationem Latrocinii adjudicari ſolet, ita, ut Reus ante executionem ferro candenti pungatur toties, quoties Latrocinium reiteratum fuit. Veluti ſic reſponſum verſus* Freyburgk/ an Schöſſer/ *M. Aug. An.* 1595.
Ad eundem Menſ. Aug ejusdem Anni.
An Richter vnd Schöppen zu Pegaw/ *M. Auguſt. Anno* 1607.

52 Limit. 3. *Tertiò:* Prædicta Regula quâ Latronem toties, quoties Latrocinium ab eo reiteratum fuit, ferro candenti uſtulandum eſſe, dixi, fallit quoque quando ab uno latrone valdè & ſuprà modum plurima fuerunt commiſſa Latrocinia isq; admodum frequentiſſimè & ſæpiſſimè hoc crimen reiteravit, ita ut ſi pro ſingulis reiterationibus Latrocinii, ſingulæ uſtiones forcipum candentium fieri deberent, verendum ſit ne Reus ob ingentes cruciatus atque dolores ex frequenti repetitione forcipum candentium procreatos ante executionem ſupplicii Rotæ, vitam finiat; Ideoque hoc caſu repetitio ferri candentis mitiganda & temperanda erit.

53 *Tùm*, ne Reus uti dictum, ex frequenti uſtulatione ante executionem moriatur, ſed Rotæ contuſio quę pœna principalis in Latrones conſtituta eſt, adhiberi queat.

54 *Tùm*, quòd uſtio forcipum candentium, ſicut & quævis aggravatio pœnæ principaliter in terrorem introducta eſt, quò alii meliores reddantur, & à criminibus deterreantur. *l. 6. §. pen. l.* 20. *ff. de pœn. Tiraq. de pœn cap.* 48. *Hering de fidejuſſ. cap.* 10. *numer.* 344 *Petr. Heig part* 2 *quæſtion.* 39. *numer.* 27. Atqui hoc ipſum efficit repetitio quævis forcipum candentium, licet non ſemper fiat ad numerum reiterationis, maximè ſi alias cruciatus ſupra modum aggravarentur, cùm tamen judex in pœnalibus ſemper benigniorem & humaniorem ſententiam ſequi debeat. *capit. in pœnis de reg. jur. in 6to l. factum. §. fin. ff de pœnis.*

55 *Hinc non memini, repetitionem forcipum candentium à Scabinis ultra ſextam vicem fuiſſe dictatam ut maximè etiam Reus Latrocinium ſæpiſſimè reiteraviſſet. Veluti reſponſum in caſu, quo C. S.* 40. *Latrocinia & quædam horribiliter, diſſecando mulieres prægnantes, & fœtus ex utero materno eruendo, ut & duplex incendium & multiplex furtum perpetraverat, hujusq; ſocius B. à R.* 12. *Latrocinio cum furto multis locis commiſerat, & literas diffidatorias affixerat hiſce formalibus:* Da ihr euch nun allbereit erkundiget hättet/ oder nochmahls eigentlichen erkundigen würdet/ das ſolche von jhnen bekandte Mordthaten alle/ oder eines Theils gewiß und in Warheit geſchehen/ auch die zwo Städte davon in der erſten Auſſage meldung geſchicht/ gewiß unnd in Warheit abgebrandt worden. So möchten beyde Gefangene von wegen der begangenen und bekandten Mordthaten und andern Verbrechungen zur Feimſtadt geſchleiffet/ und C. S. mit ſechs/ B. à R. aber mit drey glüenden Zangengriffen geriſſen/ und hernach ferner gemeldter C. S. mit dem Fewer/ B. à R. aber mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W. *Verſus* Commethaw/ an Rath/ *Menſe Majo, Anno* 1568

Simili modo, quando C. M Veſpillo 22 *homines ægrotos & peſte infectos pulvere venenato occidit & ſpoliavit, dictarunt ei Scabini pœnam Rotæ, hac adjectione, ut ante executionem forcipibus candentibus quinquies pungeretur. Ad conſultationem Prætoris Lipſenſis, Menſ. Sept Anno* 1582. 56
It. Duobus Veſpillonibus G. W & G. P ob commiſſa 12. *Latrocinia adjudicata fuit pœna Rotæ, adjecto hoc augmento, ut nempe quilibet Reorum ante executionem ter ferro candenti uſtuletur; Ad requiſitionem C. à D. Menſ. Auguſt. Anno* 1582.

Pariter quùm Latrocinia ſeptem modo horribili, unà cum aliis criminibus æquè horrendis fuerant commiſſa, pronunciarunt Scabini, Reum Rotâ plectendum, & ante executionem ex eſ ferro candenti uſtulandum eſſe. Verſus Freyburgk an Richter vnd Schöppen/ *Menſ. Apr. Anno* 1616. 57
An Küchenmeiſter zu Merſeburgk/ *Menſ. Feb. Anno* 1608.

Quartò: Licet ſupra dictâ Regulâ in crimine Latrocinii certus numerus forcipum candentiū exprimatur, per id tamen judici omne arbitrium in uſtulatione ac repetitione ferri candentis non adimitur, quippè qui cujusque delicti ac facti qualitate benè inſpectâ, & ponderatâ, pro ratione infirmitatis ac imbecillitatis Rei, aliarumvè circumſtantiarum numerum definitum forcipum candentium benè deminuere poteſt. 58 Limit. 4.

Iudici namque in conſpectu eſſe perpetuò debet aurea illa Marciani ſententia, quæ exſtat *in lib.* 2. *de publicis judiciis: Perſpiciendum eſt*, inquit, *judicanti, ne quid aut durius, aut remiſſius conſtituatur, quàm cauſa depoſcit: Nec enim aut ſeveritatis aut clementiæ gloria affectanda eſt: ſed perpenſo judicio prout quæquè res poſtulat, ſtatuendum: Planè in levioribus cauſis promtiores ad lenitatem judices eſſe debent, in gravioribus pœnis ſeveritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi l. perſpiciendum* 11. *in pr. ff. de pœn.* 59

Et certè judicis arbitrium in pœnis aggravandis & minuendis pro ratione delicti & qualitate delinquentium nunquam excluditur. *gloſſ. & Dd. in l & ſi ſeverior. C ex quibus cauſ in fam. irrog Petr. à Plach in e it. delict. capit.* 33. *numero quinto. Menoch. de arbitr. judic. quæſtion. libro ſecundo. quæſt* 96. *num.* 14. *Mynſing obſerv.* 30. *cent.* 2 *Vasq cont. ov. illuſtr. capit.* 14. *numero quarto. Blanc. in pract. crim. §. poſtquam vidimus. numer.* 77 *&* 96. 60

Hancq; ob cauſam Scabini, inſpectis cujusq; delicti circumſtantiis, haud raro à ſuprà dicta regula receſſerunt, & quandoq; non habita ratione reiterationis Latrocinii Latrones ſemel, bis, vel adplurimū ter ferro candenti lacerari juſſerunt: 61

Verſus Arnſtein/ *Ad requiſitionem Præfecti, M. April. Anno* 1584.

An Landrichter zu Zeitz/ *Menſe Ianuar. Anno* 1619.

62 *Quandoque etiam prorſus non attenta reiteratione Latrocinij, ſupplicium Rotæ absq; uſtulatione forcipum candentium dictaverunt. Ad conſultationem Pauli à* Zaſchwitz/in Arnßdorff / *Menſe Octobr. Anno* 1582.

Ad requiſitionem Quæſtoris Weidenſis, *M. Auguſt. Anno* 1583.

An Richter vnd Schöppen zu Pirna / *Menſ. Sept. Anno* 1596.

Ad conſultationem Franciſci Poppens zur Weiſſenburgk/ *Menſ. Iulio, Anno* 1603.

63 *Tertia exaſperatio.* Tertiò: Exaſperatur quandoque pœna Latrocinii, ob ſingularem criminis enormitatem in modo executionis hujꝰ pœnæ, ut ſcilicet non ſtatim collum aut cervix Latronis Rotâ contundatur, ut regulariter fieri ſolet, ſed prius crura & brachia frangantur, unde cruciatus & dolores Rei non parum augentur, eoq; demum peracto collum contundatur, ac poſtmodum cadaver
" Rotæ affigatur; Quod vulgò dicitur von vnten
" auff Rädern/

64 *Sicuti in caſu multiplicis commiſſi Latrocinij pronunciatum fuit verſus Magdeburgum:* So möchte er wegen ſolcher an unterſchiedenen Perſonen begangenen und bekanten Mordthaten unnd Beraubungen/ mit glüenden Zangengriffen dreymahl geriſſen/ folgends mit dem Rade von unten auff zerſtoſſen/ vnd alſo vom Leben zum Tode geſtrafft und hingerichtet/ auch nach vollbrachter *execution* der Cörper andern zum Abſchew auffs Radt geleget und geflochten werden V.R.W. An Bürgermeiſtere und Rathmanne/ *Menſe April. Anno* 1628.

65 Vſu quoque inolevit, ut hoc caſu quandoque poſt executionem peractam ad majorem deteſtationem Latrocinii tabula in quâ ſcripta & notata ſunt omnia & ſingula Rei facinora, unà cum baculis juxta numerum Latrociniorum perpetratorum Rotæ affigatur. Idq; propterea, ne executio pœnæ oblivioni ſtatim tradatur, ſed homines longè diuque iſtius memores ab ejusmodi facinoribus & criminibus deterreantur: cùm finis pœnarum ſit, ut inde homines emendentur, & peccare oderint, ſaltem (ut Flaccus canit) formidine pœnæ, ſi non virtutis amore. *l. ſi unus ex argentariis.* 27. *§. pacta quæ ff. de pact. l. ſi quis fortè.* 6. *§. pen. l. ſi pœna.* 20. *ff. de pœnis. l.* 1. *in pr. & ibi gloſſ. in verb. metu pœnarum, ff. de juſt. & jur. c. juſtum* 23. *quæſt.* 3. *cap. ſed illud. verſ. peccantem, ubi gloſſ. in verb. ut cæteri. diſtinct.* 45. Pœna enim unius eſt ſalus multorum. § *ſi quis autem. verſ. homicidia autem, ubi gloſſ. in verb. ſupplicium. Auth. de mand. princ. can. quid ergò: circa pr.* 23. *quæſt.* 5. *c. nec is qui invitus. verſ. illud quoque ſpecta.* 15. *q.* 1.

166 Quod haut obſcurè probat Calliſtratus in *libr. 6. de cognition. Famoſos,* inquit, *Latrones in his locis ubi graſſati ſunt, furca figendos compluribus placuit, ut & conſpectu deterreantur alij ab iiſdem facinoribus, & ſolatio ſit cognatis & affinibus interemptorum, eodem loco pœna reddita, in quo latrones homicidia feciſſent. l. capitalium.* 28. §. 15. *ff. de pœnis.*

67 De qua conſuetudine teſtatur, eamque approbat Jodoc. Damhouder. *in prax. crim. cap.* 86. *nu.* 7. *Apud multos,* inquit ille, *inolevit, ut poſt executionem peractam, ad majorem Latrocinij deteſtationem appendere ſoleant Rotæ eadem inſtrumenta, quibus Latrocinia commiſerunt, aut ſimilia indicia, veluti Ramos, baculos &c. quibus populo pertranſeunti commonſtraretur Latrocinium, aut commiſſa homicidia, juxta numerum baculorum.* Hactenus Damhoud.

Hancque conſuetudinem quandoque Scabini pro ratione atrocitatis & horribilitatis commiſſorum Latrociniorum ac facinorum, in pronunciando ſequuntur: Veluti ſic reſponderunt verſus Freybergk: Hat S.K. bekandt/ daß er A.K. Weibe/ allda er Geld gemercket/ in jhrem eigenen Hauſe mit einer Axt erſchlagen / hernach auch jhre Tochter vnd den Sohn/ folgends auch A.K. ſelbſten/ als er nach Hauſe kommen/ mit der Axt erſchlagen und ermordet: Darauff die vier Cörper in die Kammer getragen/ Strohe/ Brieffe vnd Schachteln darauff gelegt und angezündet/ in Meinung/ wenn das Hauß wegbrennete/ er auſſer den Verdacht kommen / unnd die Leute meinen ſolten die Perſonen weren mit verbrunnen / zuvor aber hätte er Kleider/ Leinengerete/ Ziechen und andere Sachen/ ſo er gefunden geraubet / und hinweg getragen: Ferner hat er bekandt / daß er noch drey andere Perſonen auff der Straſſen ermorden und berauben helffen/ welches ſich auch in der Erkundigung alſo befunden. Ingleichen daß er die Schencke zu Deutſchēbora angeſtecket und weggebrandt etc. So möchte er von wegen ſolcher an ſieben unterſchiedenen Perſonē begangenen unnd bekandten ſchändlichen unnd unmenſchlichen Mordthaten und Beraubungen / und daß er ingleichen die Schencke zu Deutzſchenbora/ und das daran gelegene Brawhauß/ auch vorbenante vier erſchlagene Cörpere mit Fewer angeſtecket/ mit glüenden Zangen ſechsmahl geriſſen / folgends mit dem Rade/ Jedoch wann zuvor jhme damit die Gliedere/ nemblich die Schenckel und Armen von unten auff zerſtoſſen/ vom Leben zum Tode gerichtet / und nach verrichteter und verbrachter *execution*, der Cörper andern Mißhändlern und Vbelthätern zum Abſchew/ und Exempel/ damit ſie dergleichen ſchreckliche Mordte und Vbelthat zubegehen / durch diß *ſupplicium* gleichſam abgeſchrecket und abgehalten/ hiervon auch / und was dieſem Vbelthäter begegnet und wiederfahren/ ein Gedächtnüß verbleiben möge / auff ein Radt öffentlich geleget und geflochten / und ſo viel Knüttel als er Mordthaten verübet / neben einem Täfflein / darauff ſeine Vbelthaten geſchrieben unnd verzeichnet/ gehangen und angemachet werden V.R.W. An die Stadtgerichte/ *M. April. Anno* 1616. 68

Simili modo pronunciarunt verſus Dreſdam, quando G.F. cum complicibus ac ſociis ſuis multifaria Latrocinia commiſerat, atque Conſiliario cuidam Elector. Saxon. inſidias ſtruxerat, illumque ſæpiꝰ in viâ publicâ expectaverat, quò ipſum necaret: So möchte er von wegē an vnterſchiedenen Perſonen begangenen unnd bekandten Mordthaten und Beraubungen/ mit glüenden Zangengriffen fünff mahl geriſſen / folgends mit dem Rade von unten auf zerſtoſſen/ und vom Leben zum Tode gerichtet/ auch nach verrichter uñ vollbrachter *execution*, der Cörper förder andern Mißhändlern uñ Vbelthätern/ damit ſie dergleichen ſchreckliche Mordt und Vbelthaten zubegehen / durch dieſes *ſupplicium* gleichſamb geſchrecket und abgehalten/ zum Abſchew und Exempel auffs Radt geleget und geflochten/ und ſo viel Knüttel/ als er Mordthaten verübet unnd erkündiget worden/ neben einem Täffelein/ darauff ſeine Vbelthaten geſchrieben und verzeichnet/ darzu gehangen und angemachet werden/ V.R.W. *Ianuar. Anno* 1620. 69

In caſu non multum diſſimili, quo quis multifaria Latrocinia commiſerat, & cum interfectâ ac mortua muliere ſe carnaliter commiſcuerat: iiſdem ferè formalibus reſpondimus Quæſtori in Pilnitz/ *M. Ian. Anno* 1631. 70

QVÆSTIO XXIV.

Quando & quatenus pœna homicidii ſimplicis exaſperari debeat?

SVMMARIA.

1. *Iudex ſecundum Leges & Conſtitutiones debet judicare.*
2. *Facti quæſtio in arbitrio iudicantis eſt; at perſecutio pœnæ autoritati legis reſervatur.*
3. *Ex juſta tamen cauſa pœna poteſt exaſperari, n. 9. 10. 11. 12. 13.*
4. *Non omnia peccata & delicta indifferenter ſunt æqualia, n. 5. 6.*
7. *Homicidium grave & atrox crimen eſt.*
8. *Separatorum factorum ſeparata eſt ratio.*
14. *Quænam cauſæ ſint ſufficientes ad exaſperandã pœnam homicidii, n. 15.*
16. *Homicidium ex propoſito & deliberato animo perpetratum gravius coercendum eſt.*
17. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
18 *Spes lucri in homicidio, delictũ aggravat. n. 19.*
20. *Si quis interficiat fœminam impregnatam, ne ſtuprum manifeſtetur n. 24. 25.*
21. *Sententia Scabinorum Lipſenſium n. 22. 23. 26.*
27. *Homicidium quandoq; in Crimen læſæ maieſtatis incidit.*
28. *Gravius redditur homicidium, quod in perſona illuſtri vel Domino committitur, n. 29. 30.*
31. *Pœna eius qui Magiſtrum ſuum occidit.*
32. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
33. *Pœna occidentis infantem.*
34. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium, n. 35.*
36. *Pœna occidentis ægrotum hominem, n. 37.*
38. *Decretum Scabinor. Lipſienſium.*
39 *An pœna homicidii exaſperanda ſit, ſi quis aliquem occidat in domo ſua n. 41.*
40. *Sententia Scabinorum Lipſenſium n. 42.*
43. *Homicidium in loco ſacro commiſſum.*
44 *Pœna turbatoris Sacrorum.*
45. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
46. *Pœnâ occidentis aliquem in via publica n. 47. 48. 50.*
49. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium, n. 51.*
52. *Ratione temporis delictum quando atrocius reddatur n. 53.*
54. *Homicidium die feſto commiſſum, num graviùs puniendum ſit, n. 58.*
55. *Reſponſa Scabinor. Lipſenſium, 56. 57.*
59. *Qualitas criminis auget pœnam n. 60.*
61. *Sententia Scabinorum Lipſenſium n. 62. 63.*
64. *Ratione quantitatis quomodo crimen homicidii aggravetur.*
65. *An & quatenus homicidium reiteratum ſeveriùs ſit puniendum, n. 66. 67. 69. 70. 75.*
68. *Abſq; lege nil temerè eſt aſſeverandum.*
71. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
72. *Intellectus art. 130 Ord Crim. & Cõſt. El. 3. par. 3*
73. *A ſeparatis nulla fit illatio.*
74. *Explicatio art. 137. §. 1. Ord. Crim.*
76. *Reſponſa Scabinor. Lipſenſium.*
77. *Ex eventu quoq; creſcit delicti atrocitas.*
78. *Iudicis arbitrium in exaſperandis pœnis quale eſſe debeat.*

IN homicidio qualificato, quod ſpeciale criminis nomen ſortitur, quale eſt *Parricidium*, *Aſſaſſinium*, *Veneficium & Latrocinium*, ob ſingularem atrocitatem pœnam homicidii ordinariam, quæ eſt gladii, aggravari, & pro ſingulis hiſce delictis ſpecialia ſuppliciorum genera cõſtituta eſſe hactenus luculenter fuit demonſtratum. Reſtat jam definire: *An etiam in homicidio doloſo ſimplici, pœna ordinaria quandoq; exaſperari queat ac debeat?*

1 Equidem, quod de judice ſcribit præclarè *M. T. Cicero*, meminiſſe eum debere non ſolùm ſibi poteſtatem datã, verum etiam fidem habitam eſſe, & ſemper non quid ipſe velit, ſed quid Lex & Religio cogat, cogitare, neq; ſibi quodcunq; concupierit, licere, ſed habere in conſilio Legẽ, Religionem, Æquitatem, Fidem: Id præcipuè in pœnis Reo infligendis eſt neceſſarium, ubi graviter mandatum eſt Iudici, ut non aliter judicet, quàm legibus, conſtitutionibus, aut morib. receptum eſt. *pro Clem Inſtit. pr. Inſt. de off iud. l. 1. §. ſed & ſi ff. ad Leg. Cornel. de falſ. Nov 82 §. omnis.*

2 Neq; ſicuti facti quæſtio in arbitrio judicantis eſt, ita etiam perſecutio pœnæ eius voluntati committitur, ſed autoritati legis reſervatur, *l. ſi operis 14. C. de pœn. l. 1 §. calumniatoribus, in fin. ff. ad SCt Turpillan. l. ordine 15. in pr ff. ad municip. c. de cauſis 4. §. fin de Offic. delegat. c. ſi quem pœnituerit. 8 §. notandum 2. q. 3. c. iudicet. 4. §. 1. 3. qu. 7. Robert. 4. ſent. 15.*

3 Nihilominus tamen circumſtantiæ occurrere poſſunt, ex quibus lenitatem pœnæ etiã exaſperare judici licet. *Lucas de Pen. in l. 1. C. de ſert, libr. 12. n. 44. & ſeqq. & in l. ſi apparitor. 6. n. 25. & ſeqq. C. de cohortal. eod. l.* Nam cũ delicta diverſis qualitatib. atq; circumſtantiis definiantur, quas ſingulas lex exprimere non potuit; Religioni certè judicãtis relinquendũ eſt, ut is eſtimet, ex quib. cauſis delictũ atrox efficitur. *l. nõ poſſunt ff. de leg.*

Non n. aſſentiendum eſt Stoicis, qui omnia peccata æqualia eſſe cõtendũt, propterea, quod peccare nihil aliud ſit, quã trãſilire lineas; 4 Quod cum ab aliquo factum eſt, eo ipſo culpa cõmiſſa eſt. Neq; ad augendam tranſeundi culpam quicquam pertinere, quàm longè ab aliquo progreſſio facta ſit in delicto, ſi ſemel ſit facta tranſgreſſio; Nam quicquid peccatur, perturbatione ordinis atq; rationis peccatur: ſemel autẽ perturbata ratione & ordine, nihil poteſt addi, quo magis peccari poſſe videatur, ut ex ſentẽtia Stoicorum tradit *M. T. Cicero in paradoxis.*

5 Licet namq; peccatum ipſum unum ſit genere, tamẽ ſpecie eſt multiplex, & diverſum, quod diverſitatem etiam inducit pœnarum; quas proprium caſum excedere nõ convenit, *l. ſi quis fortè 6. § fin. & l. capitalium 28. §. Incẽdiarii ff. de pœn. l. ſi ſervus 3 ubi gloſſ ff. ad Leg. Aquil. Azo in ſumm. C. de pœn & Hoſtienſ. in ſummar. eod. tit. n. 6. & 10. Soc. reg. 239* Et ut maximè dicatur tranſilire lineas, qui pauciores aliquot paſſus, ac is qui plures proceſſit; negari tn. non poteſt, progreſſionem huius, qui plures paſſus proceſſit, multò eſſe maiorẽ, adeoq; progreſſionis audacia culpã augeri; Quemadmodum & perturbatio animi alia maior, alia minor eſt: Cuius rei conſequens eſt etiam peccatum aliud alio maius aut minus eſſe ſolere. *Nicol. Reuſn. lib. 1. dec. 18. n. 8.*

Quamvis etiam concedendum, peccatũ maxiximè ex animo æſtimari, & mentem atq; propoſitum maleficia diſtinguere, adeò ut eadem facta non ab eodem, nec à cauſis iiſdem profecta longè diſſimilima judicentur, *l. qui injuriæ 53 ubi gloſſ ff. de furt. l. 33. de iniur. l. 1. C ad leg. Corn. de ſicar. c. non eſt 15. q. 1.* non tamẽ ſola voluntate aut affectione delinquentis, ſed & rei ipſius magnitudine & qualitate delicta metienda eſſe, non eſt dubium, *l. aut facta 16. § ſed hæc quatuor ff de pœn. l. Pedius ibi: & rerum qualitate ff de incend. ruin. naufr. c. ſicut dignum in pr. ubi gloſſ. in verb. quantitas de homicidio.*

6 Non ergò omnia delicta ac crimina æquè gravia, neq; unius delicti circumſtantiæ ac qualitates omnes cædes ac ſimiles ſunt; adeoq; multum omninò decernendum eſt non ſolùm inter delicta, quæ multum variant, *l. abſentem. 5. §. fin. l. perſpiciendum 11. §. delinquitur autẽ propoſito. ubi gl. in verb. aut caſu ff. de pœn. l. 1. in pr. junct. §. divus Adr ff. ad Leg. Corn. de ſicar. § placuit Inſt. de obl. quæ ex delict. naſcuntur.* verum etiam inter qualitates delicti, & ipſos delinquẽtes, ut noxa ſemper gravior ſequatur caput, & pœna major autorem quàm alios, qui autoritate vel exemplo ipſiꝰ peccant *l. 10. gl. ff. de ſerv corrupt. l. ſi quis al quid ex metallo, 38. §. auctores ſeditionis ff de pœn. l. ſancimus 22. ubi gloſſ in verb. teneant. C. eod. tit. quoniã multa 6. C. ad Leg. Iul. de vi publ.*

7 Sic nempè homicidium, etſi per ſe grave & atrox crimen eſt, Deo pariter & hominibꝰ ſummè deteſtabile, *c periculosè de pœn. diſt. 1. Gl. in l. ſi quis homicidij C. de accuſat. Paris de Puteo in tract. Synd. fol. 105. Hypp. de Marſil. conſ. 7. in pr.* multò tamen gravius & execrabilius ex varijs eiusdem qualitatibus & circumſtantiis reddi poteſt, ut non facilè quis negaverit pœnam homicidij quandoque exaſperari debere; *Tiraq. in tract. de pœn. leg. tẽper. cauſ. 49. n. 13. & ſeq.* 8 Cùm ſeparatorum factorum ſeparata ſit ratio, *atg. l. eum actũ. 17. ff de negot. geſt. l. fin. ff. de calumn. l. procuratoris. 5. § ſi plures ff. de tributor. act. l. 1. §. meritò ff. de poſiti l. cum eiusdem. 34. l. ædiles. 38. in fin. ff de ædil. edict l. ſi ſponſus. 5. §. 1. ff. de donat. int. vir. & uxor.*

9 Neq; videbitur iudex iſtud faciens, pœnam homicidii à Lege ſtatutam tollere, aut legi derogare, (quod ipſi neutiquam concedendum,) ſed factum potius ipſum, quod in pœnam incidit ita concludere atq; definire, ut non ea lege puniendum cenſeatur; maximè cum hodiè omnia ferè crimina ſint arbitraria, & extra ordinem puniantur, *l. 1. §. 1. ff. ad SCt. Turpill. hodiè 13. ff. de pœn. §. in ſumma Inſt. de iniur. pr. Inſt. de publ. jud.* ita ut pœnam à Statuto vel lege definitam judex augere, deminuere, vel in aliam cõmutare queat. *Bart. in l. quid ergo 3. §. pœna gravior ff. de his qui not. infam & in l. fin. ff. de receptat. Tiraq. de pœn. leg. in præfat. 20.* Minus quoq; hoc caſu videtur peccare Iudex contra ęquitatẽ, quę ſtricto iuri ſemper præferenda eſt. *l. 8. ubi Petr. Gilken. C. de jud Phil. Matth. & Petr. Fab ad l. 90. ff. de reg. iur.* Nam ut *Bologn. in tract. de leg. c. 28.* docet, æquitas non conſiſtit ſemper in comiſeratione & lenitate, ſed quandoq; in ſeveritate, ob quam ipſa etiã æquitas pœnas acuit; ut exẽplum eſt in *l. 1. §. 1. ff. ſi quis teſt. li l. 1. ff. de eo per quem fact. er. quo min. quis in iudic.* Imò etiam in ipſa ſeveritate æquitas & temperamentũ quodam benignitatis adhiberi debet, monente Martiano in *l. 11. in prin. ff. de pœn.*

10 Quinimò, ob immanitatem criminis judex hoc facere & pœnas ordinarias transgredi debet, quoniam favor publicæ diſciplinæ ſuadet, ut maleficia puniantur. *Thom. Gram. in vot. 14. n. 18. & ſeqq. Aug. Dulcet. in tract. de ſynd. n. 44. Paris de Puteo, de Synd. in verſ. lateo.* ubi ait, pœnam eſſe accelerandam contra malefactores propter publicam utilitatem & pacem, quietemq; in populo conſervandam. Æquè enim ſe habent, delinquere, & in delinquentes inferenda ſupplicia intercipere, ut ſcripſit *Procop. lib. 3. de bello Gothico.*

11 Nullum itaq; dubium eſt, quin judex in homicidio etiam ſimplici, ob enormitatem delicti pœnam ordi-
nariam gladii aggravare & exaſperare queat, ob textũ ”
expreſſum in Ord. Crim. Car. V. Imp. *art.* 137. §. 1. ita ut ”
Reus homicidii trahæ illigatus ad locum ſupplicii ra- ”
ptetur; Vel ante executionem forcipibus candentibus uſtuletur; Vel facta executione cadaver Rotæ affigatur; Vel etiam Rotâ contundãtur; pro ratione ſcilicet, enormitatis & qualitatis cuiusq; homicidij; cum nulla cauſa melius æſtimetur, quam ex facto ipſo & circumſtantiis emergentibus, quæ varietatẽ inducunt, adeoq; pro qualitate facti condemnatio exaſperetur, *arg. l. Pomponius. 15. in fin. ff de negot. geſt l. nonnunquam, 72. in fin. ff. de iudic l. iusiurandum. 34 §. non ſemper ff. de jurejur. l. item apud Labeonem, 15. §. quod ait prætor. in fin ff. de iniur. l. aut facta 16. ff. de pœn l. 5 C. de naufr. ruin. & incend.*

12 Exaſperare enim pœnam tunc demum licet, ſi cauſa legitima interveniat, quam iudex diſcretus benè ponderare atque examinare neceſſum habet, ita ut nec ſeveritatis neq; clementiæ laus affectetur. *l. perſpiciendum 11. ff. de pœn.* Neque enim iudex lege ſeverior, neq; clementior eſſe debet, *l. ſervos 8. C. ad leg. Iul. de vi publ. l. ſiqua pœna 244. ff. de verb ſignif. l. ſi hominem 7. in pr. ff. depoſit.* Sed omninò pœnas iuxta menſuram & qualitatem delicti infligere debet, quod & Divina lege præcipitur. *Deut. 25. Pro menſurâ peccati* (Inquit Jehova) *plagarum modus eſto; ne videlicet propter impunitatem, peccandi aut delinquẽdi occaſio aliqua præſtetur. Nicol. Reuſn. l. 2. deciſ. 16. n. 5*

Adeoq; ex perſonarum conditione & rerum qualitate diligenter ęſtimandum eſt, ne quid aut durius, aut remiſſius, quàm cauſa poſtulat, conſtituatur. *l. Pedius 4. in fin. ff. de pœn.* ſed modus ubique tenendus eſt, *l. ex damni. 40. in pr.* ibi: *quia honeſtus modus ſervandus eſt. ff. de dam. infect.* cùm æquè peccet id quod excedit, quàm quod deficit. *Senec. lib. 2. de benef. cap. 16.*

13 Idq; eò magis judex diligentiſſimè obſervare debet, quia jurato promiſit, ſe facturum & judicaturum ſecundum id, quod ei viſum fuerit juſtius & melius, *Auth. hodiè ubi gl. C. de jud. Ordin. Crim. Imp. art. 3. & art.* 150. ita nimirum, ut ab eo omnis timor, cupiditas, odiũ, ſeveritas, imprudentia, amor amicitia, gratia, munera, remiſſio vel miſericordia nimia, adeoq; alia omnia, quibꝰ humanum iudicium pervertitur, procul abeſſe debeãt. *c. iudicare. & c. quatuor, ubi gloſſ. 11. q. 3.*

14 At: *Quanam cauſæ iuſtæ, legitimæ, & ſufficientes, ad exaſperandam pœnam homicidij reputabuntur?* Sanè, hæ regulâ certa definiri ac comprehendi nequeunt, ob multifarias facti qualitates, quas ſingulas leges exprimere non potuerunt. Igitur religioni & arbitrio diſcreti judicis relinquendũ quando & quomodo pœnã homicid. aggravare debeat. In quã rẽ duos ſales adhibebit: Salem ſcientiæ, ne ſit inſipidus; & ſalem conſcientiæ, ne ſit Diabolicꝰ, *Bald. in l. 2. n. 7 C de ſentent. ex brev. recit.* Maximè verò in caſibus eiusmodi ſingularibus non tã ex iure ſcripto, quàm ex laudabili judiciorum principaliũ uſu & conſuetudine, & diligẽti conſideratione factorũ ipſorum, locorumq; ac tem-

ac temporum qualitate,&conditione perſonarum. Denique ex præceptis politicis atq;exemplis judicium ac ſententiam fieri debere conſentaneum eſt:Cum & aliàs in pœnis arbitrariis judex reſpicere debeat ad id; quod eo loco fieri conſuevit,ut notat Anton.Gomez.*lib.3 var.reſolut.c.6.n.*8.

Et ſic perpenſo judicio, prout quæq, res expoſtulat,ſtatuendum eſt ut monet JCtus Marcianus in *l.perſpiciendum,*11.*in pr ff.de pœn.*

15 Quemadmodum etiam omnes&ſingulas rerum,& facti ipſius circumſtantias, accuratè & diligenter ponderare jubet Claud. Saturn. *in l. aut facta* 16.*ff.de pœn.* ubi ſeptem modis delicta conſideranda eſſe tradit: Nimirum, *Cauſâ, Perſonâ: Loco:Tempore:Qualitate:Quantitate: & Eventu.*Quæ qualia ſint,& quando ex hiſce circũſtantiis pœna homicidii exaſperari queat,exempli quaſi loco paucis videbimus.

16 *Cauſa.* Et *primò* quidem *Cauſa* homicidium creſcere videtur,ſi non ex iracundia & vindicta, ſed animo deliberato & ex propoſito per inſidias perpetretur. Quale homicidium ferè ſimile eſt Latrocinio; cum quis nihil mali metuens,ab eo quem inimicum ſuum non novit,neq; reſiſtere poteſt,interficitur. Ideoq; hoc caſu poſt executionem pœnæ Cadaver Rei Rotæ affigendum, & ſic pœnam ordinariam aliquo modo exaggerandam eſſe,ſupra dictum fuit *quæſt.*7.*n.*33. idque in terrorem atq, exemplum,cum pænarum fructus omnium maximus ad exemplum pertineat,*Ioh.Bodin.lib.*7.*de Republ.c.*4.*n.*25. quò alii meliores reddantur,& à criminibus deterreantur,*l.6.§.pen,l.*20 *ff.de pœn.Tiraq.de pœn.cap.*48. *Gilken.ad tit.C.de ſumm.Trinit.n.*116.*Petr.Heig. part.2.quæſt.*39.*n.*27.

17 *Et ſic Scabinos pronunciare ſolere,ſupra fuit probatum, ex adductis ipſorum ſententiis Ad conſultationem Dom.Theodorici, Abbatis in* Corvey *M Septemb.Anno* 1613.

Ad requiſitionem Iudicis Oppidani Grimmenſis, M.Mart. Anno 1614.

*Senatus Sangerhuſani,M.Iulio,An.*1609.*Vide ſupr.qu.*7.*n.*38.39.40.41.

18 Aggravat quoque delictum homicidii, eiusque pœnam,ſi quis alium occidat ſpe magnæ prædæ potiundæ aut lucri faciendi cupiditate, quod ipſum in crimen Latrocinii incidit & pœnam Rotæ meretur,ut dictum *quæſtionibus duabus præcedentibus.*

19 Cum quo ferè convenit homicidium quodvis,alicuius utilitatis cauſa perpetratum: Si ſcilicet iſtud aut ſpe bonorum, aut malorum metu quis feciſſe dicatur.*Nicol.Reuſn.lib.2,deciſ.*21.*n.*3. Ex quo eſt Chaſſianum illud vetus,de eo quærere ſolitum,cui bono fuiſſet: de quo eſt *apud Tullium pro Sex. Roſcio.*

20 *Q.1.Quomodo puniendum homicidiũ in fœmina impregnata ab impregnatore commiſſum?* Huc referri poteſt homicidium in fœmina ſive ancilla imprægnata ab imprægnatore commiſſum. Eiusmodi namq; homicida non ſolùm delinquit utilitatis ſuæ cauſa,quò vituperium& pœnam fornicationis ſive adulterii effugiat; ſed & duplici modo peccat, dum criminis unius, fornicationis ſeu adulterii pœnam,per aliud crimen,homicidium nempè,avertere non veretur & ſic maleficium maleficio cumulat.Quid ergo mirum,ſi pœna homicidii hoc caſu exaſperetur? Certè,Reus judicem ob id nimiæ ſeveritatis minimè arguere poterit.

21 *Quod & placuit Scabinis in hunc modum reſpõdentibus*: Haben die Weiber/ davon eure Frage meldet/zufolge unſerm jüngſtgeſprochenen Vrthel vermittels Eides außgeſagt / daß die entleibete Magd ſchwangers Leibes geweſen/und über 10.Wochen nit zur Zeit der Geburt gehabt/und es hat der gefangene *M.S.* geſtanden/ daß er mit gemelter Magd fleiſchliche Vnzucht getrieben/ auch nachmals ferner bekant/daß er jetzo gedachte Magd/von deßwegen/daß er ſie nicht ehelichen wollen/wiſſentlich daß ſie ſchwangers Leibes geweſen/mit einẽ Steine geworffen und geſchlagen daß ſie davon ſterben müſſen/ꝛc. Da er nun auff ſolchem ſeinem gethanen Bekäntniß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ſo möchte er wegẽ dieſer begangenen uñ bekanten Mordthat nach Gelegenheit dißfalls zur Feymſtatt geſchleiffet/und mit dem Schwert vom Leben zum Tode geſtrafft / und folgends auff ein Rad geleget werden/V.R.W. *Ad conſultationem Quæſtoris* Dippoldis *VValdenſis, M.Sept.An.*1592.

Eodem modo pronunciaverunt in caſu ſimili, an Procurator Verwalter zu Meiſſen/*M.Iul.An.*1598.

22 Quinimò caſu hoc,quo imprægnator fœminam à ſe imprægnatam occidit, eo fine, ne fornicatio manifeſtaretur,ob criminis atrocitatem pœnam in tantum exaſperandam eſſe putaverunt Domini,ut quandoq; Reis ſupplicium Rotæ dictare non dubitaverint,

Veluti reſponderunt ad conſultationem Dn. Comitis à Mansfeld: So möchte *H.S.* von wegen ſolcher begangenen und bekanten vorſetzlichen und boßlichen Mordthat/ geſtalten Sachen nach / weil man der Schwängerung halber/ wie es damit eigentlich beſchaffen/und wie hoch ſie an der Zeit geweſen keine beſtändige Nachrichtung wird haben und erlangen können/mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft und hingerichtet werden.V.R.W. *M.Iul.An.*1616.

*Pariter pronunciatum, ad requiſitionem Quæſtoris Sangerhuſani,M.Febr.An.*1614.

23 *Imò; quòd Reus homicidii in fœmina à ſe imprægnata commiſſi,trabæ illigatus ad locum ſupplicii raptandus, & ſupplicio Rotæ afficiendus ſit, reſponderunt Domini,ad requiſitionem G.à S. M. Febr.* Anno 1622.

24 Quæ tamen ſententiæ, pœnam Rotæ decernentes,meo iudicio admodum rigoroſæ ſunt cũ nec *Conſt. Elect.5.part.*4.in abigentes partum vitalem,duriorem pœnam quàm gladii ſuppliciũ conſtituat. Niſi quis dicere velit;adverſus Reum hoc caſu propterea ſeverius animadvertendum, quòd unà cum infante mater occidatur. Sed reſpectu huius, non niſi ſimplex homicidium ex propoſito committitur. Neq; ob utrumq;&duplex homicidium Rota Reus contundi debet, cum, ut paulò poſt dicetur, homicidium duplicatum tam grave ſupplicium regulariter nõ mereatur, præſertim cùm nec infans in utero exiſtens verè homo dici queat,*l.9.§.fin.ff.ad leg Falcid.*ſed tantùm pro iam nato & homine habeatur,*l.38.§.5.ff.de pœn.l.qui in utero ff de ſtat. hom.*

25 Ideoq; ſepoſita hac ſeveritate ſemper pænam in prioribus ſententiis expreſſam,ut ſcilicet Re⁹ trahæ illigatus, & ad locum ſupplicii raptatus, gladio puniatur,ac poſtea cadaver Rotæ affigatur,eligere mallem,eaque ſatis dura & ſufficiens videatur,quum & *Scabinos Veteres* hoc caſu quãdoque pœnam gladii ſolùm dictaſſe repeterim.

ximè ex animo æſtimari, & mentem atq; propoſitum maleficia diſtinguere, adeò ut eadem facta non ab eodem, nec à cauſis iisdem profecta longè diſſimilima judicentur, *l. qui injuriæ* 53 *ubi gloſ ff. de furt. l.* 33. *de iniur. l.* 1. C *ad leg. Corn. de ſicar. c. non eſt* 15. *q* 1. non tamē ſola voluntate aut affectione delinquentis, ſed & rei ipſius magnitudine & qualitate delicta metienda eſſe, non eſt dubium, *l. aut facta* 16. § *ſed hæc quatuor ff de pœn. l. Pedius ibi: & rerum qualitate ff de incend. ruin. naufr. c. ſicut dignum in pr. ubi gloſſ. in verb. quantitas de homicidio.*

6 Non ergò omnia delicta ac crimina æquè gravia, neq; unius delicti circumſtantiæ ac qualitates omnes cædes ac ſimiles ſunt; adeoq; multum omninò decernendum eſt non ſolùm inter delicta, quæ multum variant, *l. abſentem.* 5. §. *fin. l. perſpiciendum* 11. §. *delinquitur autē propoſito. ubi gl. in verb. aut caſu ff. de pœn. l.* 1. *in pr. junct.* §. *divus Adr ff. ad Leg. Corn. de ſicar.* § *placuit Inſt. de obl. quæ ex delict. naſcuntur.* verum etiam inter qualitates delicti, & ipſos delinquētes, ut noxa ſemper gravior ſequatur caput, & pœna major autorem quàm alios, qui autoritate vel exemplo ipſiꝰ peccant *l.* 10. *gl. ff. de ſerv corrupt. l. ſi quis al quid ex metallo,* 38. §. *auctores ſeditionis ff de pœn. l ſancimus* 22. *ubi gloſſ in verb. teneant. C. eod. tit. quoniā multa* 6. *C. ad Leg. Iul. de vi publ.*

7 Sic nempè homicidium, etſi per ſe grave & atrox crimen eſt, Deo pariter & hominibꝰ ſummè deteſtabile, *c periculosè de pœn. diſt.* 1. *Gl. in l. ſi quis homicidij C. de accuſat. Paris de Puteo in tract. Synd. fol.* 105. *Hypp. de Marſil. conſ.* 7. *in pr.* multò tamen gravius & execrabilius ex varijs eiusdem qualitatibus & circumſtantiis reddi poteſt, ut non facilè quis negaverit pœnam homicidij quandoque exaſperari debere; *Tiraq. in tract. de pœn. leg. tēper. cauſ.* 49. *n.* 13. *& ſeq.* 8 Cùm ſeparatorum factorum ſeparata ſit ratio, *atg. l. eum actū.* 17. *ff de negot. geſt. l. fin ff. de calumn. l. procuratoris.* 5. § *ſi plures ff. de tributor. act. l.* 1. §. *meritò ff. depoſiti l. cum eiusdem.* 34. *l. ædiles.* 38. *in fin. ff de ædil. edict. l. ſi ſponſus.* 5. §. 1. *ff. de donat. int. vir. & uxor.*

9 Neq; videbitur iudex iſtud faciens, pœnam homicidii à Lege ſtatutam tollere, aut legi derogare, (quod ipſi neutiquam concedendum,) ſed factum potius ipſum, quod in pœnam incidit ita concludere atq; definire, ut non ea lege puniendum cenſeatur; maximè cum hodiè omnia ferè crimina ſint arbitraria, & extra ordinem puniantur, *l.* 1. §. 1. *ff. ad SCt. Turpill. hodiè* 13. *ff. de pœn.* §. *in ſumma Inſt. de iniur. pr. Inſt. de publ. jud.* ita ut pœnam à Statuto vel lege definitam judex augere, deminuere, vel in aliam cōmutare queat. *Bart. in l. quid ergo* 3. §. *pœna gravior ff. de his qui not. infam & in l. fin. ff. de receptat. Tiraq. de pœn. leg. in præfat.* 20. Minus quoq; hoc caſu videtur peccare Iudex contra ęquitatē, quę ſtricto iuri ſemper præferenda eſt. *l.* 8. *ubi Petr. Gilken. C. de jud Phil. Matth. & Petr. Fab ad l.* 90. *ff. de reg. iur.* Nam ut *Bologn. in tract. de leg. c.* 28. docet, æquitas non conſiſtit ſemper in comiſeratione & lenitate, ſed quandoq; in ſeveritate, ob quam ipſa etiā æquitas pœnas acuit; ut exēplum eſt in *l.* 1. §. 1. *ff. ſi quis teſt. li l.* 1. *ff. de eo per quem fact. er. quo min. quis in iudic.* Imò etiam in ipſa ſeveritate æquitas & temperamentū quodam benignitatis adhiberi debet, monente Martiano in *l.* 11. *in prin. ff. de pœn.*

10 Quinimò, ob immanitatem criminis judex hoc facere & pœnas ordinarias transgredi debet, quoniam favor publicæ diſciplinæ ſuadet, ut maleficia puniantur. *Thom. Gram. in vot.* 14. *n.* 18. *& ſeqq. Aug. Dulcet. in tract. de ſynd. n.* 44. *Paris de Puteo, de Synd. in verſ. lateo.* ubi ait, pœnam eſſe accelerandam contra malefactores propter publicam utilitatem & pacem, quietemq; in populo conſervandam. Æquè enim ſe habent, delinquere, & in delinquentes inferenda ſupplicia intercipere, ut ſcripſit *Procop. lib.* 3. *de bello Gothico.*

11 Nullum itaq; dubium eſt, quin judex in homicidio etiam ſimplici, ob enormitatem delicti pœnam ordinariam gladii aggravare & exaſperare queat, ob textū expreſſum in Ord. Crim. Car. V. Imp. *art.* 137. §. 1. ita ut Reus homicidii trahæ illigatus ad locum ſupplicii rapiatur; Vel ante executionem forcipibus candentibus uſtuletur; Vel facta executione cadaver Rotæ affigatur; Vel etiam Rotâ contundātur; pro ratione ſcilicet, enormitatis & qualitatis cuiusq; homicidij; cum nulla cauſa melius æſtimetur, quam ex facto ipſo & circumſtantiis emergentibus, quæ varietatē inducunt, adeoq; pro qualitate facti condemnatio exaſperetur, *arg. l. Pomponius.* 15. *in fin. ff de negot. geſt. l. nonnunquam,* 72. *in fin. ff. de iudic l. iusiurandum.* 34 §. *non ſemper ff. de jurejur. l. item apud Labeonem,* 15. §. *quod ait prætor. in fin ff. de iniur. l. aut facta* 16. *ff. de pœn l.* 5 *C. de naufr. ruin. & incend.*

12 Exaſperare enim pœnam tunc demum licet, ſi cauſa legitima interveniat, quam iudex diſcretus benè ponderare atque examinare neceſſum habet, ita ut nec ſeveritatis neq; clementiæ laus affectetur. *l. perſpiciendum* 11. *ff. de pœn.* Neque enim iudex lege ſeverior, neq; clementior eſſe debet, *l. ſervos* 8. *C. ad leg. Iul. de vi publ. l. ſi qua pœna* 244. *ff. de verb ſignif. l. ſi hominem* 7. *in pr. ff. depoſit.* Sed omninò pœnas iuxta menſuram & qualitatem delicti infligere debet, quod & Divina lege præcipitur. *Deut.* 25. *Pro menſurâ peccati* (Inquit Jehova) *plagarum modus eſto; ne videlicet propter impunitatem, peccandi aut delinquēdi occaſio aliqua præſtetur. Nicol. Reuſn. l.* 2. *deciſ.* 16. *n.* 5

Adeoq; ex perſonarum conditione & rerum qualitate diligenter ęſtimandum eſt, ne quid aut durius, aut remiſſius, quàm cauſa poſtulat, conſtituatur. *l. Pedius* 4. *in fin. ff. de pœn.* ſed modus ubique tenendus eſt, *l. ex damni.* 40. *in pr.* ibi: *quia honeſtus modus ſervandus eſt. ff. de dam. infect.* cùm æquè peccet id quod excedit, quàm quod deficit. *Senec. lib.* 2. *de benef. cap.* 16.

13 Idq; eò magis judex diligentiſſimè obſervare debet, quia jurato promiſit, ſe facturum & judicaturum ſecundum id, quod ei viſum fuerit juſtius & melius, *Auth. hodiè ubi gl. C. de jud. Ordin. Crim. Imp. art.* 3. *& art.* 150. ita nimirum, ut ab eo omnis timor, cupiditas, odiū, ſeveritas, imprudentia, amor amicitia, gratia, munera, remiſſio vel miſericordia nimia, adeoq; alia omnia, quibꝰ humanum iudicium pervertitur, procul abeſſe debeāt. *c. iudicare. & c. quatuor, ubi gloſſ.* 11. *q.* 3.

14 At: *Quanam cauſæ iuſtæ, legitimæ, & ſufficientes, ad exaſperandam pœnam homicidij reputabuntur?* Sanè, hæ regulâ certa definiri ac comprehendi nequeunt, ob multifarias facti qualitates, quas ſingulas leges exprimere non potuerunt. Igitur religioni & arbitrio diſcreti judicis relinquendū quando & quomodo pœnā homicid. aggravare debeat. In quā rē duos ſales adhibebit: Salem ſcientiæ, ne ſit inſipidus; & ſalem conſcientiæ, ne ſit Diabolicꝰ, *Bald. in l.* 2. *n.* 7 *C de ſentent. ex brev. recit.* Maximè verò in caſibus eiusmodi ſingularibus non tā ex iure ſcripto, quàm ex laudabili judiciorum principaliū uſu & conſuetudine, & diligēti conſideratione factorū ipſorum, locorumq; ac tem-

ac temporum qualitate,&conditione perſonarum. Denique ex præceptis politicis atq;exemplis judicium ac ſententiam fieri debere conſentaneum eſt:Cum & aliàs in pœnis arbitrariis judex reſpicere debeat ad id; quod eo loco fieri conſuevit,ut notat Anton.Gomez.*lib.3 var.reſolut.c.6.n.*8.

Et ſic perpenſo judicio, prout quæq, res expoſtulat,ſtatuendum eſt ut monet JCtus Marcianus in *l.perſpiciendum,*11.*in pr.ff. de pœn.*

15 Quemadmodum etiam omnes&ſingulas rerum,& facti ipſius circumſtantias, accuratè & diligenter ponderare jubet Claud. Saturn. *in l. aut facta* 16.*ff.de pœn.* ubi ſeptem modis delicta conſideranda eſſe tradit: Nimirum, *Causâ, Perſonâ: Loco:Tempore:Qualitate:Quantitate: & Eventu.*Quæ qualia ſint,& quando ex hiſce circūſtantiis pœna homicidii exaſperari queat,exempli quaſi loco paucis videbimus.

16 Et *primò* quidem *Cauſa* homicidium creſcere videtur,ſi non ex iracundia & vindicta, ſed animo deliberato & ex propoſito per inſidias perpetretur. Quale homicidium ferè ſimile eſt Latrocinio; cum quis nihil mali metuens,ab eo quem inimicum ſuum non novit, neq; reſiſtere poteſt,interficitur. Ideoq; hoc caſu poſt executionem pœnæ Cadaver Rei Rotæ affigendum, & ſic pœnam ordinariam aliquo modo exaggerandam eſſe,ſupra dictum fuit *quæſt.*7.*n.*33. idque in terrorem atq, exemplum,cum pænarum fructus omnium maximus ad exemplum pertineat,*Ioh.Bodin.lib.*7.*de Republ.c.*4.*n.*25. quò alii meliores reddantur,& à criminibus deterreantur,*l.*6.§.*pen,l.*20 *ff.de pœn.Tiraq.de pœn.cap.*48. *Gilken.adtit.C.de ſumm.Trinit.n.*116.*Petr.Heig. part.*2.*quæſt.*39.*n.*27.

Cauſa.

17 *Et ſic Scabinos pronunciare ſolere,ſupra fuit probatum ex adductis ipſorum ſententiis Ad conſultationem Dom.Theodorici, Abbatis in* Corvey *M Septemb. Anno* 1613.

Ad requiſitionem Iudicis Oppidani Grimmenſis, M.Mart. Anno 1614.

*Senatus Sangerhuſani,M.Iulio,An.*1609.*Vide ſupr.qu.*7.*n.*38.39.40.41.

18 Aggravat quoque delictum homicidii, eiusque pœnam,ſi quis alium occidat ſpe magnæ prædæ potiundæ aut lucri faciendi cupiditate, quod ipſum in crimen Latrocinii incidit & pœnam Rotæ meretur, ut dictum *quæſtionibus duabus præcedentibus.*

19 Cum quo ferè convenit homicidium quodvis,alicuius utilitatis cauſa perpetratum: Si ſcilicet iſtud aut ſpe bonorum, aut malorum metu quis feciſſe dicatur.*Nicol.Reuſn.lib.*2.*deciſ.*21.*n.*3. Ex quo eſt Chaſſianum illud vetus,de eo quęrere ſolitum,cui bono fuiſſet: de quo eſt *apud Tullium pro Sex. Roſcio.*

20 Huc referri poteſt homicidium in fœmina ſive ancilla imprægnata ab imprægnatore commiſſum. Eiusmodi namq; homicida non ſolùm delinquit utilitatis ſuæ cauſa,quò vituperium& pœnam fornicationis ſive adulterii effugiat; ſed & duplici modo peccat, dum criminis unius, fornicationis ſeu adulterii pœnam,per aliud crimen,homicidium nempè,avertere non veretur & ſic maleficium maleficio cumulat. Quid ergo mirum,ſi pœna homicidii hoc caſu exaſperetur? Certè,Reus judicem ob id nimiæ ſeveritatis minimè arguere poterit.

*Q.*1.*Quomodo puniendum homicidiū in fœmina imprægnata ab imprægnatore commiſſum?*

21 *Quod & placuit Scabinis in hunc modum reſpondentibus*: Haben die Weiber/ davon eure Frage meldet/zufolge unſerm jüngſtgeſprochenen Vrthel vermittels Eides außgeſagt / daß die entleibete Magd ſchwangers Leibes geweſen/und über 10. Wochen nit zur Zeit der Geburt gehabt/und es hat der gefangene *M.S.* geſtanden/ daß er mit gemelter Magd fleiſchliche Vnzucht getrieben/ auch nachmals ferner bekant/daß er jetzo gedachte Magd/von deßwegen/daß er ſie nicht ehelichen wollen/wiſſentlich daß ſie ſchwangers Leibes geweſen/mit einē Steine geworffen und geſchlagen daß ſie davon ſterben müſſen/etc. Da er nun auff ſolchem ſeinem gethanen Bekäntniß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ſo möchte er wegē dieſer begangenen uñ bekanten Mordthat nach Gelegenheit dißfalls zur Feymſtatt geſchleiffet/und mit dem Schwert vom Leben zum Tode geſtrafft / und folgends auff ein Rad geleget werden/V.R.W. *Ad conſultationem Quæſtoris* Dippoldis *VValdenſis, M.Sept. An.* 1592.

Eodem modo pronunciaverunt in caſu ſimili, an *Procuratur* Verwalter zu Meiſſen/*M.Iul. An.* 1598.

22 Quinimò caſu hoc,quo imprægnator fœminam à ſe imprægnatam occidit, eo fine, ne fornicatio manifeſtaretur,ob criminis atrocitatem pœnam in tantum exaſperandam eſſe putaverunt Domini,ut quandoq; Reis ſuppliciumRotæ dictare non dubitaverint,

Veluti reſponderunt ad conſultationem Dn. Comitis à Mansfeld: So möchte *H.S.* von wegen ſolcher begangenen und bekanten vorſetzlichen und bößlichen Mordthat/ geſtalten Sachen nach / weil man der Schwängerung halber/ wie es damit eigentlich beſchaffen/und wie hoch ſie an der Zeit geweſen keine beſtändige Nachrichtung wird haben und erlangen können/mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft und hingerichtet werden.V.R.W. *M.Iul. An.* 1616.

*Pariter pronunciatum, ad requiſitionem Quæſtoris Sangerhuſani,M.Febr.An.*1614.

23 *Imò; quòd Reus homicidii in fœmina à ſe imprægnata commiſſi,trabæ illigatus ad locum ſupplicii raptandus, & ſupplicio Rotæ afficiendus ſit, reſponderunt Domini,ad requiſitionem G.à S. M. Febr.* Anno 1622.

24 Quæ tamen ſententiæ, pœnam Rotæ decernentes,meo iudicio admodum rigoroſæ ſunt cū nec *Conſt. Elect.*5.*part.*4.in abigentes partum vitalem,duriorem pœnam quàm gladii ſuppliciū conſtituat. Niſi quis dicere velit;adverſus Reum hoc caſu propterea ſeverius animadvertendum, quòd unà cum infante mater occidatur. Sed reſpectu huius, non niſi ſimplex homicidium ex propoſito committitur. Neq; ob utrumq;&duplex homicidium Rota Reus contundi debet, cum, ut paulò poſt dicetur, homicidium duplicatum tam grave ſupplicium regulariter nō mereatur, præſertim cùm nec infans in utero exiſtens verè homo dici queat,*l.*9.§.*fin.ff.ad leg Falcid.*ſed tantùm pro iam nato & homine habeatur,*l.*38.§.5.*ff.de pœn.l.qui in utero ff de ſtat. hom.* 25

Ideoq; ſepoſita hac ſeveritate ſemper pænam in prioribus ſententiis expreſſam,ut ſcilicet Re⁹ trahæ illigatus, & ad locum ſupplicii raptatus, gladio puniatur,ac poſtea cadaver Rotæ affigatur,eligere mallem,eaque ſatis dura & ſufficiens videatur,quum & *Scabinos Veteres* hoc caſu quādoque pœnam gladii ſolùm dictaſſe repeterim.

Ad conſultationẽ Iohannis à Schlieben/ *M. Mart. A.* 1590 *Senatus VVeidenſis, M. Iun. A.* 1599.

Quæ ſententia fuit lata contra eũ, qui non quidem ipſemet fœminam à ſe imprægnatã necaverat, ſed eam occidere alteri mandaverat, effectu ſubſecuto.

Deinde : Perſóna augetur hoc crimen, non
27 *Perſona.* quidem eius, qui fecit, at eius qui paſſus eſt, hoc eſt, Principis ipſius. Quale homicidium incidit in crimen lęſæ maieſtatis, de quo ſuo loco peculiariter agetur. Vid. infra *quæſt.* 41.

28 Extra eum quoq; caſum aggravatur delictũ, ſi quis occidat perſonam in dignitate conſtitutã ortu conſpicuam, Dominum ſuum aut Patronum, *Petr. Theod in Colleg. crim. diſp. 7. th. 6. lit. A.* Qualem homicidam graviori pœna affici iubet Conſt. Crim. Imp. Carol. V. *art* 137. §. 1. in verb. **Vnd mag man in fürgeſetzten Mord / ſo der an hohen trefflichen Perſonen/ deß Thäters eigen Herrn/ ꝛc. durch etliche Leibesſtraffe / als mit Zangenreiſſen oder Außſchleiffung/ vor der endlichen Tödung um gröſſer Furcht willen die Straffe mehren.**

29 *Q. 2. Quomodo puniendus ſit, qui Dominum ſuũ occidit?* Cum quo convenit Ius Civile, quo ſervi, qui ſaluti dominorum inſidiati ſunt, igni abſumi jubentur, *l. 28. §. igni. ff. de pœn.* Aliter enim puniuntur ex iisdem facinoribus ſervi, quàm liberi, & aliter qui quid in dominum, parentemvè auſus eſt, quàm qui in extraneum, in magiſtrũ, vel in privatũ, *l. aut facta. 16. §. perſona 3. ff. eod. tit.* Nec mirũ, cum de jure Romano Domini in ſervos jus vitę necisq; habeant: Quæ ratio licet hodiè ceſſet, nihilominus ſervũ occidentem Dominum ſuum ob violatã reverentiam gravori pœna plectendũ eſſe, exiſtimo, juxta prdictaim Ord. Crim *art.* 137. in verb. **deß Thäters eigen H.** &c. Quæ tamen verba forſan nõ generaliter accipienda erũt, ſed ſolùm de iis, qui fide iuratâ Dominis obſtricti ſunt, qui violato juramento
30 necantes Dominum graviùs peccant: Quales ſunt Vaſalli qui Dominos ſuos, à quibus feuda habent occidentes, non ſolùm morte puniuntur, ſed etiam honorem ac bona ſua amittunt. *c. 1. §. porro, quæ fuit pr. cauſ.* Quod & verum de Iur. Sax. *lib. 3.* **Landr.** *art.* 184. ibi: **Tödet ein Mañ ſeinen Herren/ er hat verwircket ſeinen Leib und ſeine Ehre/ ũd das Gut/ daß er von jhme hat zu Lehen**/ &c.

31 Aliud autem dicendũ, quando ſervus Dominũ neq; in dignitate conſtitutũ, neq; cui iuramẽto obſtrictus eſt, interficit; veluti ſi diſcipulus artis alicuius mechanicæ, opificem ſuum dominum ſeu Magiſtrum occidat: Etſi enim & is ob violatam reverentiã graviter peccet, duriori tamen ſupplicio quàm pœnâ gladii non erit afficiendꝰ.

32 *Veluti in tali caſu à Scabinis fuit pronunciatum ad conſultationem Iudicis* **in Alsleben** / *M. Sept. An.* 1585.

Ad requiſitionem Senatus **in Mügeln**/ *M. Febr. A.* 1609.

33 *Q. Pœna occidentis infantem.* Ratione perſonę quoq; aggravanda eſt pœna in occidẽte infantẽ. Quia n. homicida ab infante non offendi, neq; infans homicidium præcavere, minus verò huic reſiſtere poteſt, utiq; homicidiũ ejusm. atrocius eſt quovis alio ſimplici adeoq; homicida talis graviori pœna affici debet.

34 *Hinc, cum H. S. infantẽ in cunis interfecerat, dictaverunt ipſi Scabini pœnam gladii, adjecta hac ſeveritate, ut poſt executionem cadaver Rotæ imponeretur. Ad conſultationem Quæſtoris Coldicenſis, M. Sept. An.* 1617.

In caſu ſimili, quo miles infantem trium annorum miſerè
35 *interemerat, & inſuper ancillam, infantem portantem, nec non eius matrem vulneraverat, pœnam gladii, ita tamen, ut Reus trahæ injectus ad Locũ ſupplicii, pertraheretur, dictatam fuiſſe in Scabinatu Ienenſi, M Iun. A.* 1609. Petr. Theod *in Colleg. crim. diſp. 7. th. 7. lit. B.*

36 Quamvis autem gravius quoque delinquere videatur occidens ægrotũ, propterea, quòd talis aggreſſori reſiſtere, & necem avertere nequeat: neutiquam tamen hoc caſu pœna homicidii exaſperanda eſt ob *Conſt. Elect. 5. part.* 4. quæ expreſsè eos qui necaverint homines ægrotos &
37 lue peſtiferâ infectos gladio puniri iubet; Secũdum Leges autem municipales & ſtatuta iudex arbitrio ſuo remoto pronunciare tenetur, quoties caſus in iis eſt deciſus. *Bart. in l. ambitioſa.* 4. *11. ibi: item ex vigore dicti arbitrii. ff. de decret. ab ord. faciend. Bald. in l. qui ergò 13. § pœna gravior. n. 12. verſ. hic quæro quando pœna eſt limitata &c. ff. de his qui not. infam. Iacob. Schult. ad Modeſt. Piſt. part. 3 q. 130. 33.*

38 *Ideoque pœna gladii fuit adiudicata M. H. quæ fœminam quandam ægrotantem & peſte infectam occiderat. Ad conſultationem Senatus Torgenſis, M. Mart. An.* 1584.

39 *Locus.* *Q. 4. pœna occidentis aliquẽ in propria domo?* *Tertiò*: Atrocitatem pœnæ auget *LOCVS, d. l. facta, 16. §. 4. ff de pœn.* gravius enim videtur delinquere occidens aliquem in propria ſua domo, violatâ eius ſecuritate & religione, quàm alibi, *Nicol. Reuſn. l. 1. deciſ. 16. n. 30.* cùm domus cuiq; ſua tutiſſimum ſit refugiũ atq; receptaculum, *l. pleriq; 18. ff. de in jus vocando*, nihilq; ſanctius, aut omni religione munitius ſit, quàm domus uniuscuiusq; civiũ, ut eleganter ait M. Cic. *in Orat. pro domo ſua, &* Xenophon. *l. 7. Cyropæd.* Quod eatenus verum arbitror, ſi quis occidendi & nocendi animo ædes ingreſſus, aliquem interficiat. Tunc enim in terrorem aliorum poſt executionem cadaver Rotæ affigendum eſſe puto. Siquidem hæc pœna obtinet in quovis alio homicidio ex propoſito & animo deliberato extra domum commiſſo, ut dictum *ſupra q. 7 n. 33.*

40 *Hinc quando H. G. animo occidendi ingreſſus domum alicuius viduæ, eam necaverat, ſimulq; faſſus fuerat, ſæpiſsimè ac diu ſe facinus iſtud perpetrare conſtituiſſe, propterea quòd vidua occiſa non obſtante promiſsione de matrimonio ſecum ineundo, cum alio ſponſalia contraxiſſet, reſponderunt Scabini Reum gladio plectendum & cadaver poſt executionem Rotæ imponendum eſſe Ad conſultationem Iudicis Grimmenſis, M. Mart. An.* 1613.

41 Aliud verò dicendum, ſi quis aliquem in rixa in eius domo, caſu fortuitò exorta, occidat. Licet enim & iſte non parum violet domus ſecuritatẽ; attamẽ cùm homicida amicè ædes occiſi ingreſſus, nil minus quàm talem eventum infeliciſſimum cogitans, ex cauſa quadam ſuperveniente & calore iracundiæ deliquerit, pœna homicidii neutiquam erit exaſperanda.

Veluti ſic etiam pronunciarunt Scabini verſus **Voigtsberg**/ *ad conſultationem Quæſtoris, M. Iun. Anno* 1601.

42 Huc quoq; referri debet homicidiũ in loco ſa-
43 *Q. 5. Quâ pœna plectendus ſit occiſor perſonæ Eccleſiaſtica ſacra tractãtis in templo?* cro commiſſum, præſertim in perſona Eccleſiaſtica. Veluti eiusmodi caſꝰ fuit transmiſſus ad Scabinos An. 1612. quãdo miles quidam in tẽplo præconẽ verbi feſto die S. Miehaelis finita concione de ſuggeſtu deſcendentem interfecerat, propterea, quòd præco increpando, eum è ſuggeſtu nuncupaverat **einen Hellenhund** / item **er ſolte deß Teuffels eigen ſeyn.** Quod facinus multò atrocius fuit alio quovis ſimplici homicidio; utpote perpetratum 1. In perſona eccleſiaſtica. 2. in templo. 3. Eo tempore quo tractabantur divina. 4. & quia per id divina fuerant turbata.

44 Ob haſce circumſtantias concurrentes turbatorem & interpellatorem quemvis ſacra-

rum

tum ſeu divinorum, licet perſona religioſa non fuerit occiſa, capitaliter puniri debere, docet Bald. *in l. ſi quis in hoc genus, cum Auth. ſed novo jure. C. de Epiſc. & Cler.* Quamvis in terris Saxonicis, turbatis divinis nunquam duriorem pœnam quàm fuſtigationem turbatoribꝰ infligi, ſe vidiſſe teſtetur Matth. Coler. *part.* 1. *deciſ.* 178.

Aggravato igitur in prædicto caſu, delicto homicidii, ſupplicium quoq; aggravandum eſſe, cenſuêre **Scabini**, dictantes homicidæ pœnâ Rotæ cum hoc augmento, ut nempe Reus
45 trahæ injectus ad locum ſupplicii pertraheretur.

In hunc modum: **So wird er von wegen ſicher begangenen und bekandten fürſetzlichen und bößlichen Mordthat / ſo er in *loco ſacro* an einem Prediger Göttliches Wortes / als derſelbe ſeinen Zuhörern Gottes Wort geprediget und außgeleget / und alſo ſeines ordentlichen Beruffs abgewartet / und dem Gefangenen nichts zu wieder und zu leide gethan / Sondern ſein Lehr- und Straff Ampt / wie ſichs gebühret / verrichtet / andern dergleichen Frevelern / damit ſie ſolche greuliche und abſcheuliche Mordthaten in der Kirche an den Dienern Göttliches Worts zubegehen und zuverüben gleichſam dadurch geſchrecket und abgehalten werden / anfänglichen zu der Feymſtadt billich geſchleiffet / und folgends darauff mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft / auch noch vollſtreckter *execution* der todte Cörper uff noch berührtes Radt / damit er gerechtfertiget worden / gelegt und geflochten. B. B. W. Nach Freyburgk / in der Landſchafft Kedingen zu Balley / An Graffen und Hauptleute deß Landes Kedingen /** *M. Decemb. Anno* 1612.

Q. An graviori ſupplicio afficiendus qui aliquem in viâ publica occidit?

46 Quæritur hic non impertinenter: ***An occidens aliquem in viâ ſeu ſtratâ publica graviori pœna debeat affici?*** Nam quod in viâ publicâ committitur, pro vi publicâ habetur, præſertim accedente machinatione improbâ, & graſſatione ſeu viæ obſeſſione, quæ ex *Conſtitutione pacis publica* gladio punienda eſt, etiam non ſubſecutâ cæde. *Conſt. Elect.* 13. *part.* 4. *gloſſ. in art.* 38. **Weichbild.** *n.* 15.

47 Pro reſolutione huius dubii puto diſtinguendum eſſe: An quis animo deliberato occidendi alterum expectet in viâ publicâ, eumq; poſtea aggrediatur & interficiat; An verò, rixa inter viatores coambulantes, aut ſibi invicem obvenientes, exortâ, alter alterum occidat. *Priori caſu* Homicidii Reus ex propoſito & animo deliberato aliquem interficiens, præterquam quòd capite plectendus eſt, executione peracta, cadaver quoque ipſius Rotæ affigi debet.

48 ***Tùm***, quòd judex pro arbitrio ſuo quemvis homicidam animo deliberato per inſidias aliquem interficientem, eiusmodi pœnâ afficere poteſt, ut dictum fuit *ſupra quæſt. n.* 33.

Tùm, quòd inſidioſus occultator expectans aliquem animo occidendi in viâ publicâ, pœnâ gladii plectendus, etiam homicidio non ſubſecuto. *Conſt. Elect.* 13. *in pr. part.* 4. gravius ergò puniri debet, ſi non ſolùm expectet, ſed etiam occidat aliquem.

49 *Ita pronunciatum Ad conſultationem Dn Theodorici Abbatis* **in Corvey** / *M. Sept. An.* 1613 *Ad requiſitionem Quæſtoris* **in Leißnigk** / *Menſ. Mart. Anno* 1615.

50 ***At***, ſi inter Viatores coambulantes in viâ publica rixâ exortâ, alter inconſulto calore & iræ fervore alterum occidat, tùm Reus homicidii ſolùm gladio puniri debet; utpotè ob ſimplex homicidiũ ex calore iracundiæ perpetratũ.

Sicuti reſponſum à Scabinis ad Conſultationem
Quæſtoris **in Freyburgk** / *M. Mart. An.* 1590. 51
It. Ad requiſitionem Quæſtoris Lipſienſis. Menſ. Maio, Anno 1600.

52 *Quartò*: Ratione *TEMPORIS* quoque augetur delicti & pœnæ atrocitas, veluti quod ſerò, veſperè vel potius nocte ingruente crimen ſit perpetratum; *l. aut facta* 16. §. 5. *ff. de pœn. Nicol. Reuſn. lib.* 2. *deciſ.* 21. *n.* 9. nam & nox aggravare delictum dicitur. *Alex. conſ.* 211. *vol.* 2. *& conſ.* 156. *col.* 4. *vol.* 5. *Bal. conſ.* 174. *col.* 1. *vol.* 2. *Dec conſ.* 163. *col.* 3. *Cravet. conſ.* 178. *n.* 2. *vol.* 1.

Tempus.

53 Quod quidem in aliis delictis veluti effractione & furto abſq; dubio verum eſt. *d. l.* 16. §. 5. *ff. de pœn.* In crimine autem homicidii non puto gravius puniendum eſſe Reum qui nocte, quàm qui tempore diurno aliquem necavit, cùm pleraq, homicidia committantur ab iis, qui tempore nocturno compotationibꝰ, commeſſationibus, aliisq; carnalibus voluptatibus indulgent; Niſi aliud forſan delictum aliæve circumſtantiæ concurrant.

Q. Pœna homicidii in diebus feſtis commiſſi?

Neque etiam graviori aliquo ſupplicio ple-
54 ctendum eſſe, puto, qui in diebus feſtis cultui divino deſtinatis, veluti in feſtivitate Nativitatis Chriſti, Paſchatos, Pentecoſtes &c. homicidium committit. Etſi enim transgreſſio Sabbathi per ſe etiam grave ſit peccatum, cùm violatores Sabbathi ſe faciant reos totius cultus divini, eosq; in Veteri Teſtamento vitâ puniendos judicaverit Deus, *Exod.* 31. *verſ.* 14. 15. *Num.* 15. *verſ.* 35. 36. ut ſic dupliciter peccet occidens aliquem in Sabbatho, aut aliis diebus feſtis *Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap.* 137. *n.* 18. Attamen, qui hodiè transgreſſores Sabbathi à Magiſtratu arbitrariè puniũtur, pæna major homicidii minorẽ pœnã abſorbet. *Iohan. Andr. in c. delictum, de reg. iur. in 6to. Nicol. Reuſn l.* 1. *deciſ.* 16. *n.* 43. *Gomez. in §. ex maleficiis n.* 2. *Inſt. de actio.*

Et certè quoad transgreſſionem Sabbathi veniam aliquo modo meretur, qui præter intentionem violandi diem feſtnm, calore incõſulto & fervore iracundiæ commotus, Sabba-
thi die in aliquẽ irruit, eumq; offendit & necat. 55

Veluti ſic pœnam gladij dictaverunt Scabini C. L. qui in feriâ prima feſtivitatis Paſchatos aliquem trucidaverat **Gegen Cottbus / An Bür-**
germeiſter und Rath. *M. Maio, An.* 1593. 56

Simili modi L. W. ob perpetratum homicidium feriâ ſecundâ Paſchatos gladio plectendum eſſe, pronunciarunt Senatui **in Adorff** / *Menſ. Maio, Anno* 1610.

57 *Pariter reſponderunt in caſu commiſſi homicidij feriâ ſecunda Pentecoſtes. Ad conſultationem Quæſtoris Colditcenſis. M. April. Anno* 1601.

58 Quod ſi quis præmeditato & deliberato animo in die quodam feſto, & cultui divino deſtinato, aliquem aggrediatur, & malitioſè occidat, eum graviori pœnâ plectendum, & ad minimum poſt executionem cadaver Rotæ affigendum eſſe, vix dubito; per ea quæ ſeverè ſcri-
pſit contra violatores Sabbathi Frid. Balduin.
de Caſib. Conſ. lib. 2. *cap.* 13. *caſu* 9. 59

Quintò: Ex *QUALITATE FACTI* creſcit

quoque crimen homicidii & pœna eius. Qualitas enim animum delinquentis declarat. *Bart. & Angel. in l. 1. §. Divus ff. ad Leg. Corn. de ſicar. ubi & Hyppol. de Marſil. num.* 59 Sic graviter peccat qui cultro, quàm qui baculo aliquem occidit: unde & de jure Saxonico, is qui cultro aliquem vulneraverit, capite plecti debet, ut eſt textus *artic.* 83. Weichbild. Welcher einen mit einem Brodmeſſer beſchädiget / dem gehet das ungerichte an den Halß / denn das Meſſer eine diebliche Mordwehr iſt.

60 Gravius quoq; videtur delinquere & graviorem promeretur pœnam, qui reiterata percuſſione ac vulneratione aliquem trucidat.

61 *Veluti etiam hoc caſu ſeveriorem pœnam dictaverunt Scabini, Verſus* Hohenſtein: Hat *H. L.* in guten bekand und geſtanden / daß er *G. M.* Viehmagd uff der Wieſen / als ſie gegraſet / Unzucht angemuhtet / und ſich darzu entblöſſet. Als ſie aber uffgefahren und jhme einen Schaden mit der Sichel am Männlichen Gliede zugefüget / hat er ſein Brodmeſſer ergriffen / ſie in die Kehle geſtochen / und als ſie jhme das Meſſer nehmen wollen und jhn darnieder geſtoſſen / hat er jhr folgende Beſchädigũg zugefügt: Ein Schnitt vom Munde übern Backen / biß ans Ohr / drey Stiche in Halß / die Gurgel und den Halß ům und ům entzwey geſchnitten / beyde Brůſte ſo wol den Leib von der Weiblichen Scham an biß an den Nabel uffgeſchnitten / einen Stich zwiſchen den Brůſten / einen Stich in Rücken / beyde Sitzbacken zuſpalten / beyde Span Adern und Waden an den Beinen biß an die Knorren uffgeſchnitten *&c.* So mag er von wegen ſolcher begangenen und bekandten muthwilligen und bößlichen Entleibung mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft und nach erlittener Todes ſtraff andern zum abſcheulichen Exempel uff ein Radt gelegt werden V. R. W.

Ad requiſitionem Quæſtoris M. Iul. Anno 1611.

62 *Quandoque etiam ob atrocitatem ingentem criminis commiſſi, Rota ſupplicium Reis fuit indictum utpote Verſus* Hartenſtein; *Quum M. VV. ob homicidium commiſſum in carcere detentus, in feria prima Paſchatos officialem Quæſtoris* den Landknecht / *ſenem* 80. *annorum cibum ſibi adminiſtrantem horribiliter trucidaverat*, An Schöſſer, *Menſ. Apr. Anno* 1604.

63 *Et in caſu ſimili, quando M. VV. fœminam quãdam projiciendo eam in terram, raptando, pedibus calcando & concutiendo, triſti & horribili modo necaverat, Ad requiſitionem Nicolai* Wangemans / zu Ellingen. *M. Iul. A.* 1590.

64 *quantitas.* *Sextò*: ratione *QVANTITATIS* augetur & aggravatur crimen homicidii, ſi iſtud non tantùm ſemel commiſſum, ſed aliquoties reiteratum & plures perſonæ ab uno eodemq; Reoöcciſæ fuerint: Quò caſu abſq; dubio ob reiterationem delicti à Iudice pœna aggravari poteſt; cũ maiorem promereatur pœnam qui in crimine, iſtud ſępius reiterando perſeverat, quàm qui ſemel affectibus indulgendo inconſulto calore in delictum hoc incidit. *l. capitalium. 28. §. ſolent. & §. graſſatores ff. de pœn. l. 1. ff. de iur. patron. l. 3. C. de epiſc. audient. l. ſervos. 8. C. ad l. jul. de vi publ. Ant. Gomez. tom. 3. var. reſol. c. 3. n. 60. in fin. Nicol. Reuſner. lib. 2. deciſ. 20. n. 6.*

65 *Q. 8. An reiteratio homicidii graviorē pœnam mereantur.* Quæritur autem: *Annon ſemper judex pœnam homicidii in crimine hoc duplicato aut triplicato aggravare, & dictando pœnam gladii Reum ſimul ad uſtulationem candentium forcipum toties nempè, quoties homicidium ab ipſo reiteratum fuerit, condemnare neceſſariò teneatur?* Quod primâ fronte ita dicendum videtur.

1. Quia hoc ita diſpoſitum in crimine Latrocinii & Veneficii, *Ordin. crimin. Imper. Carol. V. artic.* 130. ut & in Parricidio, *Conſt. Elect. 3. §.* und wofern. *part.* 4. ſpecies autẽ homicidii ſunt Parricidium, Latrocinium & Veneficium; & certè ſimplici homicidio commiſſo æquè Reſpublica civibus ſuis privatur, atque in Latrocinio & Parricidio, ut ſic non abſque ratione diſpoſitio iſta criminalis de uſtione ferri candentis, huc extendi queat.

66 2. Ob textum clarum in Conſt. Crim. Imper. *art. 137. §. 1. in fin.* ubi expreſſè dicitur: Quod, ſi ex circumſtantiis accedentibus crimen homicidii aggravetur, ſupplicium inter alia etiam ſic augeri debeat, ut Reus forcipibus candentibus aduratur. Cum ergò per reiterationem homicidii crimen hoc non parùm augeatur, utique tali caſu maximoperè Reus homicidii ferro candenti uſtulari debet.

67 Veruntamen contrarium, quòd ſcilicet ob reiteratum ſimplex homicidium regulariter Reus forcipibus candentibus prehendi & aduri non debeat, longè verius eſt.

68 *Tùm*, quòd nullibi hoc conſtitutum reperiatur: Abſq; lege autem nihil temerè aſſervandũ eſt, *l. diſſentientis* 5. ibi: *nulla pracipit juris Conſtitutio. C. de repud.* nec ſine certâ iuris auctoritate quicquam facile dicendum. *c. is. qui in Eccleſ. 18. in fin. pr. extr. de ſentent. excom. in 6to.* Hartm. *Piſtor. q. 1. n.* 100. ibi: *cum abſq; lege &c. q. 13. n. 35.* ibi: *cum ſine certe iuris autoritate &c. lib. 2. Iacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſt. part. 3. q. 126. n.* 189. Et quod lege non cavetur, in practicâ non habetur. *Bald. in c. nihil 44. n. 25. v. item quod in lege ext. de elect. & elect. poteſt. Iaſ. in l. illam 19. n. 8. C. de collat.*

69 *Tùm*, quia in *Conſt. Elect. 5. verſ.* Do ſie aber *part.* 4. expreſsè diſponitur, Quòd Reus homines ægrotos ac peſte infectos occidiens gladio puniri debeat; nihil autem ibidem de uſtulatione ferri cadentis habetur, ut ut etiam plures homines fuerint occiſi: *in verb.* Do ſie aber die Leute allein ůmgebracht und nicht beſtohlen / ſollen ſie mit dem Schwerd gerichtet werden.

70 *Tùm*, quòd, ſi ob reiterationem cuiusvis criminis Reus candenti ferro lacerari deberet, etiam adulter ob continuationem adulterii forcipibus cadentibus uſtulandus eſſet, quod tamẽ falſum eſſe quilibet facillimè concedit, *Bald. in l. quicunq; 4. col. 2. C. de ſerv. fugit. Iaſ. in l. eum qui 30. §. in popularibus nu. 5. ff. de iureiur. Nicol. Reuſn. lib. 2. deciſ. 20. n. 13*

71 *Prout etiam reſponderunt Scabini ad requiſitionem Pratoris Lipſenſis:* So wird *M P* von wegen ſolchen an gedachten *H. M.* und den andern beyden Perſonen begangenen und bekandten Entleibungen / mit dem Schwerd vom Leben zum Tode hinwiederům billig geſtrafft V. R. W. *M. April. An.* 1597.

Et in caſu non multum diſſimili, An Rath zu Ortrandt / *M. April. An.* 1627.

It. An Bürgermeiſtere und Rath zu Oſchatz / *Menſ. Decemb. An.* 1626.

72 Neq; hiſce refragatur 1. *art.* 130. *Conſt. Crim. Carol. & Conſtit. Elect. 3. part. 4. Iſte* enim expreſsè de Latrocinio & Veneficio: hæc autem de Parri-

cidio loquitur, adeoque textus iſti, ceu in pœnalibus & odioſis ſtrictè accipiendi ſunt, nec ad ſimplex homicidium extendi debent, *c. ſtatutũ 22 extr. de elect. in 6to. Corn. conſ.* 114. *col.* 2. *lib.* 1. *Iacob. Menoch. de præſumt. lib. 6. præſumt.* 4. *nu.* 33. Et quiſnam eſt, qui non animadvertit diverſitatem inter homicidiũ ſimplex, & delicta Latrocinii, Veneficii & Parricidii, ut quę multò atrociora ſunt ſimplici homicidio, id quod vel ſolũ ex diverſitate pœnarum apparet. Iam autem à 73 ſeparatis nulla fit illatio, *Iacob. Schult. ad Modeſt. Piſt. part. 3. q. 126. n. 149. & q. 127. n. 60. conſil. 69. n. 10. cent. 1. Matth. VVeſemb. conſ. 34. n. 25. libr. 1. Andr. Gail. lib. 1. obſerv. 11. n. 5.*

74 2 Non etiam obſtat *art.* 137. §. 1. *Ordin. Crim. Carol.* Vt qui expreſsè loquitur de Latrocinio, uti apparet ex *verb.* und in vorgeſetztem Mord/ꝛc. quàm longè autem ab invicem differant Latrocinium & homicidium, omnibus conſtat, & ex diverſitate delictorum atque pœnarum clariſſimum eſt, *vid. gloſſ. germ. in* Landr. *art.* 13. *lib.* 2. *in verb.* Die einen Mann ꝛc. *Deinde*, licet *dict. artic.* 137. §. 1. de quovis homicidio eſſet exaudiend⁹, neutiquam tamen exinde probatur, Reum homicidii crimen reiterantem candenti ferro regulariter lacerandum eſſe, cum ſolùm arbitrio Iudicis ibidem committatur pro ratione circumſtantiarum & atrocitatis, pœnam homicidii aggravare. Neq; enim inficior, Iudicem ob atrocitatem & reiterationem criminis quandoque uſtulationem forcipum candentium decernere poſſe.

Pront à Scabinis reſponſum fuit Præfecto VVeiſſenfelſenſi, M. April. An. 1613.

75 Sed Reum homicidii regulariter ſicuti Latronem, ob reiterationem delicti candenti ferro lacerandum eſſe, nego ac pernego, tantumq; abeſt, Iudicem non alio modo pœnam ob reiterationem homicidii exaſperare poſſe, ut potius hoc ipſi expreſsè permittatur, *in dict. art.* 137, §. 1. *Ord. Crim. Carol.* in verb. Durch etliche Leibesſtraff / *It:* oder Außſchleiffung/ꝛc. unde apparet, quæ de uſtione forcipum candentium in *dict. art.* 137. conſtituta reperiuntur, exempli ſolùm loco poſita eſſe, Iudicis autem arbitrio committi, quo modo pro atrocitate criminis pœnam ordinariam aggravare velit eo caſu, quô pœnam ob reiterationem homicidii in terrorem & exemplum exaſperandam eſſe putat.

Hinc reiterato crimine homicidii Scabini pœnæ gladii hoc augmentum addiderunt, ut Reus ante executionem traha illigatus ad ſupplicii locum pertraheretur, reſpondentes ita Senatui in Bitterfeld/ *M. Iun. An.* 1609. 76

Et in caſu ſimili Rotæ pœnam decernere non dubitaverunt, ad requiſitionem Quæſtoris in Zörbigk/ *M. Octob. An.* 1617.

Deniq;: *EVENTV IPSO* creſcit delicti & pœnæ atrocitas, quando poſt cædem factam ſecuta eſt deroboratio aut ſpolium. Quo caſu homicidium incidit in crimen Latrocinii; Vel ſi quis ad inſtantiam alterius & certâ mercede cõductus alium occidit, quò mercedem cõſequatur; quo caſu Aſſaſſinium committitur, & utroque modo pœna homicidii exaſperatur, Reusq; Rotæ ſupplicio afficitur, prout *ſupra q.* 19. *& q.* 22. pluribus demonſtratum fuit. 77 *Eventus*

Et hæc exempli loco adduxiſſe ſufficiat. Ex quibus apparet, Iudicem pro ratione circumſtantiarum & qualitatum, pœnam ordinariam homicidii benè aggravare poſſe. Quod ſi faciendum arbitratur, duos illos ſales, de quibus ſuprà dictum, nempe ſalem ſcientiæ, & ſalem cõſcientiæ adhibeat, ac omninò ſibi hanc neceſſitatem impoſitam exiſtimet, ne vel nocentem mitiùs, vel innocentem duriùs, quàm par & æquum eſt, puniat *l. reſpiciendum* 11. *l. hodiè* 13. *ff. de pœn.* In dubio tamen ſemper pronior ſit ad mitiorem pœnam, meliusq; putet propter miſericordiam rationem reddere, quàm propter crudelitatem, *l. abſentem ff. de pœn. l. interpretatione. ff. eod. tit. c. allegant. 26. qu. 7.* 78

QVÆSTIO XXV.

De pœna plurium in rixa aliquem occidentium.

SVMMARIA.

1. *Omnia judicia hodiè ſunt extraordinaria.*
2. *Pluribus ex cauſis pæna homicidii debet mitigari*
3. *Sicuti etiam in caſu homicidii à pluribus in rixa commiſſi.*
4. *Qua pœna tunc occidentes puniendi ſunt, n.* 5. 6.
7. *Quid juris in foro Saxonico n.* 8. 9. 10.
11. *Si omnes animo deliberato occidendi percuſſerint n.* 12. 13. 14. 17. 18.
15. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n.* 16.
19. *Quando de autore vulneris mortiferi conſtat. n.* 20. 21. 22. 23.
24. *Si plura vulnera fuerint inflicta, quiſnam verò primùm vulneraverit, certò non conſtat. n.* 25 26. 27. 28. 29. 32.
30. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n.* 31.
33. *Si nõ cõſtet, quis vulnus lethale inflixerit n.* 34. 35
36. *Tortura hoc caſu quando & cui imponenda.*
37. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſ.*
38. *Quænã indicia hoc caſu ad torturã ſufficiẽtia ſint*
39. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n.* 40.
41. *Quando vulnera inflicta lethalia non ſunt, omnia tamen ſimul juncta mortem afferunt. n.* 42. 43. 44.
45. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
46. *Quomodo puniendi qui rixa interfuerunt & percuſſerunt, ſed non occiderunt. n.* 47. 48.
49. *Reſponſum Scabinorum.*
50. *Quomodo puniendus author rixæ n.* 51. 52. 53. 55.
54. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*

IVdicis officium eſt. non ſolùm ob atrocitatẽ delicti pœnam exaſperare, ſed & eandẽ, ſi res & circumſtantiæ hoc poſtulent, mitigare, *Bart. in l. quid ergò 13. §. pœn. gravior. ff. de his qui not. inf. Tiraq. de pœn. temp. in præf. n. 20. & ſeq.* Omnia n. judicia hodiè extraordinaria ſunt, §. *fin. Inſt. de interd. l. 3. l. f. C. eod. tit. l. 1. & 2. C. de for. & imp. ſubl* 1

Et in arbitrio iudicis poſitum eſt pœnam minuere vel mitigare, pro ratione & modo ipſius delicti; nec non pro qualitate & conditione perſonæ delinquentis *l. ſi quis aliquid.* 38. §. *inſtrumenta l. aut facta.* §. *fin. l. abſentem.* 5. §. *fin. l. perſpiciendum* 11. §. *delinquitur. ff. de pœn. l. auxilium* 37. *ff. de minor. l.* 1. §. *fin. ff. ad Leg. Cornel. de falſ. l* 4. §. 1. *ff. ad Leg. Corn. de ſicar. l. ſacrilegij.* 6. *in pr. ff. ad Leg. Iul. peculat. l.* 2. *ff. de term. moto.* Neq; enim durior lege, vel legis ſententiâ Judex eſſe debet, ne ex ſummo jure ſumma fiat injuria, ut ait Imperat. Juſtinianus in *Auth. de litig.* §. *omnem verò Oldendorp. in libell. de jur. & æquit. tit.* 4. *Nicol. Reuſn. lib.* 2. *deciſ.* 16. *n.* 5.

Quia ergò demonſtratum hactenus fuit, quando & quatenus Iudex in crimine homicidii pœnam ordinariam aggravare & exaſperare queat, dicendum quoque jam erit. *Quando, & quomodo certis ex cauſis & circumſtantiis eandem mitigare & minuere poſſit & debeat?* Id quod ob
2 multifarias homicidii qualitates fieri poteſt; Veluti ſi in rixa à pluribus ſit commiſſum homicidium, nec de certo interfectore conſtet; Vel ſi vulnus illatum ſeu percuſſio non ſit lethalis; Aut ſi cædes non facta ſit doloſè, ſed inconſultò, culpa ſive caſu fortuito; Vel homicidium defendendi cauſa perpetratum. De quibus ſingulis in ſpecie agere fert animus.

Imprimis autem pœna homicidij ordinaria
3 locum ſibi non vendicat, quando in rixa ſeu tumultu
“ plurium quis eſt occiſus, neque eorum
“ quiſquã, qui revera occiderit, certò ſciri poteſt,

“ Quamvis enim non deſint, qui omnes hoc
4 caſu pœna ordinaria legis Corneliæ de ſicariis puniendos eſſe exiſtimant, ob textum in *l. item Mela.* 11. §. *ſed ſi plures. ff. ad Leg. Aquil. l.* 1. §. 10. *& l. ſeq. ff. de his qui effud. vel dejec. Gloſſ. in l. ſi in rixa fin. ff. ad Leg. Corn. de ſicar. in verb. uniuscujusq; verſ. quod ſi non poteſt quam ſequitur Claud. Battand. in prax. cauſ. crim reg.* 103. *n.* 3. *Gandin. in tract. malef. tit. de homicid n.* 12.

Attamen, quia textus illi tantùm de pœnis Legis Aquilæ & deijcientium loquuntur, ubi culpam etiam leviſſimam ſufficere certum eſt, *l.* 44 *ff. ad Leg. Aquil.* utiq; ex iis ad pœnam Legis Corneliæ de ſicariis, quæ preciſè dolum requirit delinquentis, *l.* 7. *ff. ad Leg. Corn. de ſicar.* nihil inferre poteſt.

Contrarium autem, quòd nempè plures in
5 tumultu, rixa, aut digladiatione aliquem occidentes, ſi è interfectore certò non conſtet, pœna ordinaria homicidii affici non debeant, probatur ex *l. ſi in rixa ff. ad Leg. Cornel. de ſicar.* Et quis negare audet, inter multos rixantes & unum occidentes plures eſſe innocentes, cùm impoſſibile ferè ut omnes in genere & ſinguli in ſpecie aliquem occiderint, quos damnare iniquiſſimum eſſet. *l. abſentem* 5. *de ff. pœnis.*

Non tamen propterea occidentes prorſus
6 abſolvendi ſunt, ſed omnes ſimul pœna extraordinaria,
“ veluti pecuniaria, carcere, vel relegatione
“ pro arbitrio Iudicis puniri debent, ita tamen,
“ ut hi non percuſſiſſe comperti fuerint, innocentia ſua fruantur. *Cyn. in l. quoniam multa. C. ad Leg. Iul. de vi publ. n.* 7. *verſ. ſed quid ſi homo. Andr. Gail. lib* 2. *obſervat.* 109. *Iacob. Menoch. de arbitr jud. quæſt. cent.* 4. *caſ.* 362. *Proſp. Farin. part.* 3. *oper. crim. quæſt* 96. *n* 14. *& ſeqq Beuſt. ad l. admonendi* 31. *ff. de iureiur. fol.* 750. *Modeſt. Piſtor. conſil.* 4. *n.* 1. 10 *vol.* 2. *Matth. Weſembec. in parat. ff. ad Leg. Corn. de ſicar. n.* 19. *in med. Ægid. Boſſ. in prax. crim. tit. de homicid. n.* 26. *&* 27. *Iul. Clar. libr.* 5. *ſentent.* § *homicidium. nu.* 37. *ſub fin. verſ. tertius autem eſt caſus. Ludov. Gilhauſ. in arbor. jud. crim. c.* 2. *tit. de homicid.* 12. *n.* 10. *Iohan. Harppr. ad* §. *item Lex Cornel. de ſicar.* 5. *Inſtit. de publ. Iudic. n.* 46. *Iodoc. Damhoud. in prax. crim. cap.* 76. *n.* 24. *Phil. Dec. in l. favorabiliores. ff. de reg. iur. in* 9. *Anton. Teſſaur. deciſ.* 31. *n.* 5. *Roland. conſ.* 63. *n.* 10 *& ſeqq. vol.* 2.

Idque hiſce in terris Saxonicis manifeſtè deciſum 7
eſt ab Illuſtriſſimo Electore D. Auguſto *Conſtit. Elector.* 7. *part.* 4. addito hoc, ut Rei inſuper etiam ad ſolutionem Wergeldi & expenſarum litis condemnari debeant, quò nempè occiſi etiam liberis & cognatis aliquo modo conſuleretur. *Dan. Moller. ad dict. Conſtit.* 7. *Matth Berlich. part.* 4. *concl.* 11. *nu.* 17. Cum quo etiam convenire videtur Ordin. Crimin. Imp. Carol. V. *artic.* 148 *verſ.* und man möchte keinen wiſſen &c. Quæ ſepoſita pœna homicidij ordinaria, coërcitionem criminis prudentum arbitrio committit.

Et hoc abſque dubio verum eſt, ſi quis per tumultum aut digladiationes interficiatur, neque eorum quiſquam qui occiderit, aut lethaliter vulneraverit, certò ſciri queat. At, *quid ſtatuendum, ſi certò conſtiterit, omnes aut quoſdam* 8
lethale vulnus occiſo inflixiſſe, aut facta conſpiratione, ac deſtinata voluntate omnium aliquem occiſum fuiſſe, aliævè circumſtantiæ occiſorem certum denotantes occurrant, anne tunc ad pœnam homicidii ordinariam perveniri poterit?

Hinc ortæ tot diſputationes Doctorum & 9
Interpretum, tot diſtinctiones & ſubdiſtinctiones, tàm multifariæ ampliationes & limitationes, quæſtionem hancce tàm obſcuram & difficilem reddentes, ut pauci in ea ſine periculo navigaverint, teſte *Petr. à Plach. in epit. delict. lib.* 1. *c.* 12. *in princip. Jacob. Menoch. l.* 2. *arbitr judic. qu. cent.* 4. *caſ.* 362. *n.* 1. *Iul. Clar. dict.* § *homicidium n.* 37. *Daniel. Moller. Conſtit. Elector.* 6. *part.* 4. *in pr. Matth. Berlich. part.* 4. *concl.* 11. *n.* 1. Et licet Moll. *d. loco* exiſtimet, per *Conſtit. Elect.* 17. *part.* 4. effectum, ut tempeſtate illius maris hodiè quieſcente, tutò nobis in eo navigare liceat, id tamen in unico ſolum & principaliori caſu verum eſt, de quo prædicta Conſtitutio Electoralis loquitur, ſi ſcilicet pluribus ſimul unum aliquem percutientibus & occidentibus ſciri nõ poſſit, cuius ictu perierit, neq; indicia ſufficientia ad torturam contra aliquem reperiantur. At, ſi de plurium deſtinata voluntate, deliberatoq; animo, aut quod omnes ſeu quidem lethaliter occiſum vulneraverint, liquidò conſtet, quid tum agendum ſit, *Conſtit. Elect.* tacet, nec certi quicquam definit.

Quid ergo faciendum, anne tum in mari periculoſo 10
cùm Interpretibus hinc inde fluctuandum? Neutiquam ſanè; Tranquillat enim
hoc

hoc *Ordinatio Criminalis Imperij*, ad quam deficiente *Conſtit. Elect.* recurrendum eſt, nec immeritò, cùm ab Imperatore Carolo V. Ordinibusque Imperii, quicquid ferè hîc à Doctorib⁹ in dubium vocari ſolet, in *art.* 148. definitum reperiatur. Quod, ut exactiùs animadverti queat, ad explicationem pleniorem dicti articuli caſus aliquot eosque præcipuos diſtinguere lubet, quibus perſpectis, alios eiusmodi caſus incidentes, ponderatis cuiusq; facti circumſtantiis & qualitatibus, decidere, procul dubio facilimi negotii erit.

11 *Primus Caſus.* PRIMUS CASVS EST: *Quando conſpiratione factâ, deſtinata voluntate, deſtinatoque animo occidendi plures conveniunt, & ſibi mutuam opem, auxiliumvè præſtantes aliquem occidunt.* Licet tùm unicum ſaltem vulnus fuerit inflictum, de cuj⁹ autore ſive conſtet, ſive non, aut etiam omnes ſive aliqui eorum, vel unus tantùm percuſſerit, aut vulneraverit, nihilominus tamen hoc caſu omnes tanquam homicidę ordinariâ Legis Corneliæ pœnâ afficiendi & capite plectendi ſunt.

12 Quemadmodum verbis diſertis ſancitum in *pr. art.* 148. *Ordin. Imp. Crim.* ibi: So etliche Perſonen mit fürgeſetzten und vereinigten Willen und Muth jemand bößlichen zu ermorden/ einander Hülff und Beyſtand thun / dieſelbe Thäter alle haben das Leben verwircket.

Quod & Juri Civili maximopere convenit, quo is, qui cauſam mortis ex propoſito doloq; malo præbet, æquè pœnâ ordinariâ ac ipſemet homicida plectendus eſt, *nihil intereſt.* 15. *ff. ad Leg. Cornel. de ſicar.* 13 Atqui omnes, quotquot aliquem occidendi animo aggrediuntur, cauſâ mortis præbent, ſiquidem aſſiſtentiâ ſua homicidam audaciorem & occiſum timidiorem reddunt, & ſic opem auxiliumvè præſtant. Ergò etiam omnes pœnâ Legis Corneliæ de ſicariis tenebuntur.

Deindè, Judicem ita demum uniuscuiusq; ictum ad ordinariam homicidii pœnam infligendam contemplari jubet. Ordin. Crim. *d. art.* 148. ſi in rixa percuſſus homo perierit; Vnde à contrario ſeu infertur, ſi non in rixâ, fortuitò ſcilicet obortâ, ſed in tumultu, animo deliberato, dataq; opera excitato à pluribus homicidium fuerit perpetratum, non ſpectandum, cujus ictu homo interemptus fuerit, ſed ſimpliciter & indiſtinctè omnibus pœnam ordinariam irrogandam eſſe.

14 Et certè negari nequit, omnes hoc caſu occidendi animum habere, ut non dubitandum ſit, quin & omnes ſecuto homicidio pœnæ Legis Corneliæ de ſicariis ſubijciantur. *l. 1. §. Divus ff. ad Leg. Cornel. de ſicar.* prout etiam ſtatuunt Doctores communiter. *Iul. Clar. dict. § homicidium. n.* 37. *Petr. à Plach. in epit. delictor. libr.* 1. *c.* 12. *n.* 1. *Carrer. in pract. crim. tit. de homicid. §.* 2. *n.* 67. *& n.* 75. *Felin. cap. ſignificaſti.* 18. *extr. de homicid. n.* 10. *Bartol. in l. qua actione § ſi plures. ff. ad Leg. Aquil. nu.* 1. *ſub fin. verſ. niſi omnes fuerint eum propoſito occidendi &c. Anton. Gomez. tom.* 3. *var. reſolut. c.* 3. *n.* 36. *Matth. Stephan. ad art.* 148. *Ordin. Crim. verſ. quod ſi verò. Andr. Gail. libr.* 2. *obſerv.* 109. *n.* 10. *Proſper. Farin. part.* 5. *oper. crim. qu.* 96. *n.* 18. *& n.* 72. *Matth. Berlich. part.* 4. *concl.* 11. *n.* 49. *Gandin. in tract. malef. tit. de homicid. n.* 12. *verſ. pone quæſtionem, quam ego multoties vidi &c. Dan. Moll. ad Conſtit. Elect.* 7. *n.* 8. *part.* 4. *Ioh. Harpp. ad §. item lex. Corn. de ſicar.* 5. *nu.* 43. *Inſt. de publ. judic. Anton. Teſſaur. deciſ.* 31. *n.* 1. *Iacob. Menoch. lib.* 2. *arbitr. jud. quæſt. cent.* 4. *caſ.* 329. *n.* 25. *Iodoc. Damhoud in pract. crim. c.* 76. *n.* 27. *Angel. Aretin. in tract. malef. verb. Et Andr. Marci n.* 23. *verſ. ſecus ſi animo deliberato &c. Salycet. in l. quoniam multi C. ad Leg. Iul. de vi publ. n.* 17. *in pr. & verſ. hic. quæro, quid de iur. comm. &c.*

Hancq; ſententiam in pronunciando obſervare Scabinos Lipſenſes, apparet ex illorum reſponſo, quod impreſſum extat ad calcē Speculi Saxon. 15
Wann ihr viel einen erſchlagen.

Veluti ſic etiam reſponderunt ad cōſultationem Iohan. Stangens/ in Trebach *M. Maio, Anno* 1580. 16
Et quùm M. V. M. M. C. H. V. L. & T. G. coadunato conſilio, deſtinatâ voluntate, deſtinatoq; animo occidendi I. R. interfecerunt verberando & percutiēdo ſibi mutuam opem præbentes, non habito reſpectu à quo I. R. lethaliter vulneratus aut occiſus fuiſſet, omnibus ac ſingulis prædictis quinq; Reis pœna gladii fuit dictata. Ad requiſitionē Quæſtoru in Auguſtusburgk/ *M. Octobr. An* 1588. *In caſu ſimili pariter pronunciarunt Iudici in* Rieben/ *M. April. An.* 1607.

17 Neq; huic ſententiæ quicquam obſtat, quod is qui procedit contra aliquem animo occidendi, de facto tamen non occidit, ob ſolum conatum debeat puniri, non pœnâ ordinariâ, ſed extraordinariè pro arbitrio Judicis, ex conſuetudine generali, de qua teſtantur Doctores ferè omnes quos magno agmine allegat *Iul. Clar. §. fin. quæſt.* 92. *n.* 1. *Proſp. Farin. part.* 5. *oper. crim. quæſt.* 124. *n.* 78. *Schneidvvin in §. eadem lege. Inſt. de publ. judic. Nicol. Reuſn. lib.* 2. *deciſ.* 21. *Etenim*, iſtud verum eſt, in nudo attentato, effectu non ſecuto; At noſtro caſu verè & realiter ſecuta eſt mors & unus alteri præſtitit favorem & auxilium, quod item eſt, ac ſi omnes mortem intuliſſent. *l. un. verſ. ſin autem C. de rapt. virgin. l. is qui opem. ff. de furt. Anton. Gomez. tom.* 3. *var. reſolut. c.* 3. *n.* 36.

18 Non etiam refragatur, quòd nemo ex præſumptionibus ad pœnam mortis condemnari debeat, *l. fin. C. de probat. c. afferte mihi* 2. *ubi Canoniſtæ de præſumpt. Nam* in caſu hoc noſtro neuter ex pręſumptionibus damnatur ſed potius propterea ultimo ſupplicio omnes afficiuntur, quòd certum ſit & indubitatum, omnes quotquot ſunt occidēdi animo mortis cauſam dediſſe, ſibi invicē opem auxiliumvè pręſtantes.

19 *Secundus Caſus.* SECVNDVS CASVS EST: *Si unus à pluribus in rixâ ſubito contingenti vulneratus & occiſus fuerit, ac quisnam ex pluribus vulnus lethale intulerit & occiderit, liquidò conſtet.* In hac ſpecie, ex communi omnium ſententia dicendum eſt, eū ſolum, qui mortiferum inflixit vulnus, teneri de homicidio. *l. item Mela.* 11. *ſed ſi plures*, ibi: *& ſi quidem apparet, cuius ictu perierit &c. ff. ad Leg. Aquil. Ioh.* Harpp. *ad §. item Lex. Corn. n.* 49. *Inſt. de publ. jud. Jul. Clar. in dict. §. homicid. n.* 41. *Zaſ. l.* 2. *ſing. intellect. c.* 6. *n.* 2. *Petr. à Plach. in epit. delict. l.* 1. *c.* 12. *n.* 5. *Didact. Covarr. in Clem. ſi furioſus. p.* 2. *§.* 2. *n.* 3. *verſ. ſecundus caſus de homicid.*

Etſi enim Iacob. Menoch. *de arbitr. judic.* 20 *quæſt. libr. 2. cent. 4. caſ.* 362. *num.* 4. quem ſequitur. Harppr. *in dict. §. item Lex Cornel. n.* 49. exiſtimet, hoc caſu occiſorem extra ordinem puniendum eſſe, propterea, quòd in rixâ aliquem percutiens non præſumatur habere animum occidendi. Contrarium tamen, quòd ſcilicet Reus homicidii in rixâ ſeu tumultu commiſſi, ſi de eo conſtet, pœna gladij ordinariâ affici debeat, longè verius eſt. *Matth. Stephan. ad art.* 148. *Conſt. Crim. Imp. verſ. ſi author homicidii &c. Andr. Gail. lib. 2. obſerv.* 109. *n.* 2. *verſ. ſi verò certũ ſit Iaſon. in l. ſi ab hoſtibus §. ſi vir uxorem ff. ſolut. matr. n.* 8. *& ſeq. Iodoc. Damhouder. in prax. crim. c. 76. n. 26. Matth. Berlich. part. 4. concl. 11. n. 2. Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſp. 7. th. 6. lit.* E. *Gilhauſ. in arbor. jud. crim. c. 2. tit. de homicidio. 12. n. 20. Dom. Card. Tuſch. tom. pract. concluſ. lit. H concl.* 149. *n. 1. & ſeq.*

21 *Primò*: Ob deciſionem claram in *dict. art.* 148 *verſ.* **So aber** *Ordin. Crimin* ibi: **So aber etliche Perſonen ungeſchickt in einem Schlagen und Gefecht bey einander weren / einander hůlffen / und jemand alſo ohne gnugſame Urſach erſchlagen würde / ſo man den rechten Thäter weiß / von deß Händen die Entleibung geſchehen iſt / der ſol als ein Todſchläger mit dem Schwerd zum Tode geſtrafft werden.** Quibus verbis pœna gladij in autorem homicidij in tumultu ſeu rixâ perpetrati expreſsè ſtatuitur.

22 *Secundò*: Nemo certè inficias ire poterit, eum qui vulnus mortiferum infligendo aliquẽ occidit, utut etiam in tumultu vel rixâ ſubitò contingenti hoc fiat, pro homicida habendum eſſe ac verè homicidium committere. Quid ergò obſtat, quò minus is pœnâ homicidij affici debeat? Homicida enim, quod alteri fecit, ſemper expectet. *l. nemo C. de Epiſcop. audient. Georg. Rem. in Nemeſ. Carol. art.* 148. *lit. D.*

Et ita in Scabinatu Electorali quotidiè pronunciare ſolemus.

23 Neque hanc ſententiam infringit ratio ab *Harppr.* adducta, quòd nempè in rixâ aliquem percutiens non præſumatur habere animum occidendi. *Ex* ea ſiquidem nil inferri poſſe, apparet ex traditis *ſupra quæſtion.* 1, ubi demonſtravi, pœnâ homicidii ordinaria teneri quoque eum, qui gladio aliquem percutiens, nolens ipſum occidere, præter intentionem verò ei vulnus lethale infligit, ex quo mors ſequitur, prout etiam docet *Anton. Gomez. de delict. tom. 3. var. reſolut. c. 3. n. 17. & 18. Auth. Conſult Saxon. tom. 3. part. 4. quæſt. 13. n. 25. & ſeq. Toming. deciſ. 38. n. 9. & 25. Ægid. Boſſ. de homicid. n. 71. & ſeqq. ubi allegat. Bald. & Salycet. in l. cum mandati. circa fin. C. mandati.* Præterea, ipſo etiã Harpprechto concedente, in rixa ſeu tumultu aliquem occidens haud rarò animum occidendi habere, præſumitur ex qualitate teli ſive inſtrumenti, quo uſus fuerit.

24 *Tertius Caſus.*

TERTIVS CASVS EST: *Quando turba vel rixâ fortuitò ſubortâ, plures ſimul aliquot vulnera lethalia alicui inflixerunt, ac de vulneratoribus etiam conſtat, ſed quodnam vulnus primum fuerit illatum, & quisnam primò vulneraverit, dubitatur?* Quo caſu an pœna Legis Corneliæ de ſicariis obtineat, omnesque ſimul vulneratores, aut quinam capite plectendi ſunt, inter Doctores admodùm controverſum eſt.

25 Equidem, quòd neuter horum gladij pœna affici, ſed omnes ſimul extraordinario ſive arbitrario ſupplicio puniri debeant, arbitrantur haud pauci, inter quos eſt *Iacob. Menoch. libr. 2. arbitr. jud. quæſtion. cent. 4 caſu* 362. *n.* 17. *&* 18. *Iohan. Harpprecht, in §. item Lex Cornelia. 5. n. 50. Inſt. de publ. jud. Dom. Cardin. Tuſch tom. 4 pract. concluſ. 149. n. 12. & ſeq. Ludov. Gelhauſ. in arbor. jud. crim. c. 2. tit. de homicid. 12. n. 20. & 21. Proſp. Farin. part. 3. oper. crim. quæſt. 96. n. 31. 32. & 33. Didac. Covarr. in Clem. ſi furioſus tit. de homicid. part. 2. §. 2 n. 4.*

26 Cujus ſententiæ rationem aſſignat *Menoch. dict. loco*, quòd nempè incertum ſit, cuius ictu occiſ⁹ ille ſit; Licet enim, *inquit*, vulnera omnia ſint mortifera, attamen cum homo ſemel tantùm mori poſſit, qui primum vulnus intulit, is verè occidit. Cæteri verò qui deinde percuſſerunt non hominem, ſed cadaver potius percuſſiſſe dicuntur; Cùm ergò incertum ſit, quis eorum primus manum intulerit, omnes pœna arbitraria tenebuntur.

27 Contrarium autem, quòd nempè hoc caſu pœna Legis Corneliæ de ſicariis obtineat, omnesque qui vulnera lethalia occiſo inflixerint, gladio puniendi ſint, defendunt *Bald.* (ubi ita Peruſij iudicatum fuiſſe dicit) *in l. non ideò minus 5. C. de accuſat. n. 25. Salycet in l. quoniam multa. C. ad Leg. Jul. de vi publ. n. 17. Matth. Stephan. ad art.* 148. *Ordin. Crimin. Imper. verſ. ſi homicidium non fuerit deliberatum &c. Iul. Clar. in dict. §. homicidium n. 41. & tunc aut omnia vulnera erãt lethalia &c. Matth. Berlich. part 4. concl. 11. n. 33. 34. Beuſt ad l. admonendi 31. ff. de iureiur. fol. 750. Carrer. in pract. crim. in 3. tract. tit. de homicid. § quartò quæro. n. 5. non obſtat textus.*

28 Quorum opinio verior eſt, & expreſsè recepta & approbata in Imperio Romano ab Imper. Carol. V. *in ſupra dict. artic.* 148. *Ordin. Crimin. verſ.* **Wer aber** / ibi: **Were aber der Entleibete durch mehr dann einen / die man weiß / gefährlicher Weiſe tödlichen geſchlagen / geworffen / und verwundet worden / und man könte nicht beweißlich machen / von welcher ſonderlichen Hand und That er geſtorben were / ſo ſind dieſelbe / ſo die Verletzung / wie obſtehet / gethan haben / alle als Todſchläger vorgemelter maſſen zu dem Tode zu ſtraffen.**

29 Idemq; habetur in *l. item Mela. 11. § ſed ſi plures. 2. ff. ad Leg. Aquil.* ubi, ſi quidem apparet, cujus ictu perierit, ille quaſi occiderit tenetur, quod ſi non apparet, omnes quaſi occiderint renentur. Licet antem *Iacob. Menoch. dict. caſ.* 392. *n.* 18. regerat, agi ibidem de Lege Aquiliâ & actione civili: Idem tamen dicendum eſt de actione criminali & pœnâ Legis Corneliæ de ſicariis, quâ non immeritò omnes qui in rixa mortifera vulnera inflixerunt, tenebũtur, quia omnes cauſam mortis præbuerunr & occiderunt. Quamvis enim nõ omnes ſimul, ſed unus primum, reliqui verò poſtea vulneraverint; attamen, quia omnes mortifera vulnera, ex quib⁹ ſingulis vulneratum poſtea animam exhalare

oportuit, inflixerunt, utiq; etiam revera omnes & ſinguli occidiſſe dicuntur, adeoque & pœnâ homicidij tenebuntur, *l. nemo. C. de Epiſcop. audient.*

30 *Hancq; ſententiam in pronunciando ſecuti fuerunt* Elect. *Saxon. Scabini in hunc modum reſpondentes Senatui Torgenſi:* Sein die beyden Gefangene *I. H.* und *I. B.* den 12. Novembr. verſchienen uff den Abend um 8. Vhr in deß Pfarrherrs zu Zinna Behauſung kommen / und haben allda einen Lermen angefangen / die Fenſter außgeſchlagen / den Offen eingeſtoſſen viel Vnfugs getrieben / und inſonderheit *H. B.* etliche Perſonen beſchädiget / und Matthes Fauſten ſo ſie wegen ſolches Vnfugs mit Worten geſtrafft / eine tödliche beinſchrötige Wunde an der Stirn mit einen hölzern Dieſecken geſchlagen / *I. H.* aber eben demſelben Fauſten mit einer Parthen zween tödliche Schäden hinten am Genicke zugefüget / und der beſchädigte iſt den 21. Novemb. hernach von ſolchen empfangenen Schäden geſtorben / &c. Do nun die beyden Gefangenen uff jhrem gethanen Bekändniß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würden / So möchten ſie von wegen ſolcher an gedachtē Matthes Fauſten begangenen und bekanden Entleibung / hinwieder beyde mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden / *M. Decemb. An.* 1587.

31 *Et in caſu ſimili, Iudici & Scabinis in* Forſt: Do nun die Wunden beyde tödlich geweſen / und die Gefangenen würden uff jhrem gethanen Bekändniß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen / So möchten ſie alle beyde / ſolcher begangenen und bekanden Entleibung halber / hinwiederum mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden / V. R. W. *Menſe Maio, Anno* 1587.

It: Quæſtoris Sonnevvaldenſi. Menſ. Februar, Anno 1607.

32 Neq; hiſce refragatur ratio pro confirmanda ſententiâ contrariâ ſuprà à *Menochio* adducta quod ſcilicet incertum ſit hoc caſu, cuius ictu aut ex quo vulnere occiſus perierit. *Nequaquam* enim Menochio iſtam incertitudinem concedo, neque de caſu eiusmodi incerto hîc loquor, ſed ſolùm de contingentia facti, ſi vel ex depoſitione teſtium manifeſtè appareat, à duobus, tribus, vel pluribus ſimul uno eodemque tempore & momento aliquem percuſſum occiſum fuiſſe: Vel ſi vulneratus poſt aliquod tempus moriatur, & ex inſpectione & relatione Medicorum peritorum certò conſtet, omnia & ſingula vulnera fuiſſe mortalia, ita ut vulneratus ſecundum regulas artis Medicæ nequaquã evadere potuerit. Quod ſi verò quiſpiam in rixâ pluribus vulneribꝰ affectus in ipſo momento perierit; neq; conſtat, aut certò conſtare poteſt, quisnam primum vulnus, ex quo vulneratus obijt, inflixit (de quo caſu videtur loqui *Menoch. dict. loco numer.* 18.) certè, quia reliqui non hominem, ſed cadaver vulnerarunt, neutrum pœnâ ordinariâ afficiendum eſſe, facilimè conceſſerim: Imò ob incertitudinem Iudicem ad pœnam Legis Corneliæ de ſicariis eo caſu nequaquam pervenire poſſe, intrepidè affirmo;

Non enim de autore vulneris, ex quo occiſus obiit, conſtat, neque omnia vulnera lethalia fuerunt, ut quæ mortem in cadavere jam antea occiſi hominis ulterius cauſari non potuerunt; Adeoque etiam hæc facti ſpecies de quâ *Menochius* agit ad caſum noſtrum neutiqum extendenda eſt.

33 *Quartus Caſus.*

QVARTVS CASVS EST: *Si in turba vel rixa caſu exorta, quis occiſus fuerit, de eo autem qui vulnus mortiferum inflixerit certò non conſtat.*

34 Hoc caſu omnes puniendos eſſe, non quidem ordinariâ, ſed tantùm extraordinariâ homicidii pœnâ, arbitrio iudicis imponenda, communis eſt Doctorum opinio, ut dictum in *principio huius quæſtion.* ubi etiam autoritates Doctorum adductæ fuerunt. Et de hoc caſu principaliter hâc quæſtione agitur, quando ſcilicet pœna ordinaria homicidii ceſſet in pluribus aliquem vulnerantibus, quod certè fit, ſi unicum vel plura vulnera ſint mortifera, de iſtius autem eorumvè autore certò non conſtet.

35 Cum enim hoc caſu ſciri nequeat, quisnam in rixa vulnus vel vulnera iſta lethalia inflixit, neceſſario ſequitur, neminem ordinariâ pœnâ affligendum eſſe; Melius enim eſt, nocentem impunitum relinquere, quàm innocentem cõdemnare. *l. abſentem, 5. ff. de pœn.* Eaque ſententia haud obſcurè approbatur ab Imperat. Carolo V. in *dict. art.* 148 *Ordin. Crim.* in verb: Auch ſo einer in einem Auffruhr und Schlagen entleibet wird / und man möchte keinen wiſſen / davon er als vorſtehet (*ſcilicet* gefährlich und tödlich) verletzet worden were / ſollen die Urtheiler bey den Rechtsverſtändigen und an Enden und Orten / wie hernach gemeldet wird / Raths pflegen / mit Eröffnung aller Umſtände und Gelegenheit ſolcher Sachen / ſo viel ſie erfahren köndten / dann in ſolchen nach Ermeſſigung aller mancherley Umſtänden / daß nit alles zuſchreibē unterſchiedlich zu urtheilen iſt. Quibus verbis nulla certa pœna committitur. *Matth Stephan. dict. articul.* 148. *circa fin. & in art.* 34. *Ordin. Crim.*

36 Quod arbitrium D. Auguſtus Elector Saxon. in *Conſtit. 7. part.* 4. ita informat, ut Iudex ante omnia diligentiſſimè inquirat, quinam vulnus lethale inflixit, eumque contra quem ſufficientia indicia reperiuntur, torturæ ſubijciat, ne ſcilicet homicida, ſi confeſſio iſtius haberi nequeat, impunitus evadat; Veluti etiam ſancitum in *artic.* 34. *Conſtit. Crimin. Imper.* ut nempè habita diligenti inquiſitione de eo, cujꝰ ictu interemptus perieritis, contra quem præ cæteris ſufficientia ſint indicia, quæſtioni ſubijciatur.

37 *Et ſecundum ea in Scabinatu Electorali quotidiè pronunciare ſolemus.*

38 Sufficientia autem hoc caſu indicia quęnam ſint, certa regula definiri nequit, ſed in quavis facti ſpecie circumſtantiæ quæque quàm exactiſsimè ponderandæ ſunt; Veluti, quinam ſtatim poſt homicidium aufugit, *And. Gail* 2. *obſ.* 109. *nu.* 6. *Ioh. Zang. in tract. de Quæſt. ſeu tortur. reor. c.* 2. *n.* 86. *& ſeqq.* Quisnam naturâ contentioſus & cõmuniter rixas excitare ſolitus. *Hippol. de Marſil in pract. crim. §. diligenter. n.* 101. *Zang. d. c.* 2. *n.* 164. *Proſp. Farin. part.* 3. *oper. crim. quæſt.* 96. *n* 83. *& ſeqq.* Aut quis occiſo inimicus fuit, *Zanger. dict. c.* 2. *n.* 111. *& ſeq.* Cuius gladius

ſanguine pollutus reperiatur. *Ordin. Crim. art. 34. Menoch. lib. 1. præſumpt. 89 n. 117. & 135.* Qui ſi ad vulnus inflixum accommodari & aptari queat, exinde indicium urgens oritur ad torturam. *Quod pluries obſervatum memini*, Niſi quis probet, quòd gladium alteri præbuerit, vel ante homicidium commiſſum perdiderit, vel à ſe depoſuerit. *Nicol. Boer. deciſ. 165. n. 2.* Porrò & obſervandum hoc, Quisnam præter morem aptatus & armis præparatus venit ad eum locũ, in quo rixa poſtmodùm facta eſt. *Zanger. dict. c. 2. n. 164.* Quiſnam autor rixæ fuit, *And. Gail dict. cap. 109 n. 3. Zang. dict. 2. n. 161.* Et quæ indicia alia ſunt, quæ referuntur in Ordin. crim. *art* 34. & hinc inde à Dd. *Zanger. dict. c. 2. Matth. Berlich. part. 4. concl. 11. num. 65. & ſeqq. Reinh. Roſa. in notis ad Moller. Conſtit. 7. part. 4. n. 1. Hippol. de Marſil. in l. 1. n. 41. ff. de quæſt. Matth Stephan. ad art. 34 Ord. Crim.*

Deficientibus verò indiciis, omnes in dubio quæſtioni ſubijci; aut morte puniri non debent, ſed vel pœnâ pecuniaria, vel carcere, vel relegatione plectendi, & inſuper ad ſolutionem Wergeldi & expenſarum litis condemnandi ſunt. *Conſt. Elect 7. p 4. verſ.* **Do es aber an dem entſtünde.**

39 *Veluti etiam quotidiè ſolent reſpondere Scabini, Pronunciantes in hunc modum Iudici & Scabinis Cizenſibus:* **Ob wohl** *C. S.* **in einem Hader/ darbey** C *G G.H.* **und** *P.VV* **geweſen/ der Hirnſchedel eingeſchlagen worden/ darvon er den 14 Tag hernach geſtorben / auch** *C.G.* **bekandt/ daß er dem Verſtorbenen einen Schlag gegeben** *&c.* **Dieweil aber dennoch die andern/ ſo wohl als** C.G. **mit zugeſchlagen/ und nicht zu befinden/ von weſſen Schlägen/ der Entleibete geſtorben / So bleiben ſie auch in dieſem Zweiffel mit der ordentlichen Straff der Todſchläger billig verſchonet/ es werden aber gleichwohl** *C.G.* **ũd** *G H.* **dieſer jhrer Verbrechung wegen mit ewiger Landes verweiſung nebens entrichtung deß Wehrgelds und Erſtattung der Gerichtskoſten/ uff Richterliche Ermäſſigung billig in Straff genommen V. R. W.** *M. Majo. A.* 1591

40 *In caſu ſimili, quo non conſtitit de autore vulneris mortiferi, ob homicidium in rixa commiſſum, duobus dictata fuit pœna arbitraria, pecuniaria nimirum vel temporalis relegationis, unà cum ſolutione Wergeldi & reſtitutione expẽſarum.* **An Schulrerwaldter zu Pfordta.** *M. Januar. Anno* 1626.

41 Quintus Caſus.

QUINTUS CASUS EST: *Cum in rixa caſuali plures unum vulneraverunt, & licet ſingula vulnera lethalia non fuerint attamen omnia ſimul juncta mortem attulerunt.*

42 Hoc caſu quamvis omnes actione civili de occiſione teneantur, *l. 11. §. ſi ſervus trabem ff. ad leg. Aquil. ſi plures. ff. de arbor. furt. caſ.* pœna tamen legis Corneliæ de ſicariis nequaquam obtinet, ſed idem quod caſu priori, dicendum eſt; Omnes ſcilicet pro arbitrio judicis extraordinariâ pœna plectendos, & ad ſolutionem Wergeldi & expenſarum condemnandos eſſe, juxta *Conſtit. Elect. 7. part. 4.*

43 Comprehenditur namq; hic caſus æquè ſub *artic.* 148. *Ordin. crim.* in verſ. **Vnd man möchte keinen wiſſen / davon er als obſtehet** (quæ verba de vulneratione lethali accipienda eſſe ex præcedentibꝰ verbis **gefährlich/ tödlich/** ſufficienter apparet) **verletzet worden were** Quia enim neuter lethale vulnus inflixit, utique non magis ac caſu priori ordinaria pœna irrogari poterit. *Iacob. Menoch dict caſ. 362. n. 15.*

Neque huic refragatur ratio in contrarium adducta *Didac. Covar ad Clem. ſi furioſus 2. part. §. 2. n. 4. de homi id.* Quod nempè certum ſit, omnes percuſſores occidiſſe, quia omnes percutiendo mortem occiſo intulerunt. *Non enim* hæc certitudo concedenda, ſiquidem duorum fortè percuſſio mortem attulerat, cum tertius & quartus manum poſtea intulit; Rurſus, cùm primus vulnerans non occidit, is pœnâ ordinaria Legis Corneliæ teneri non debet, ſed potiùs qui deinde vulnerarunt: Et cùm incertum ſit, quis primus & quis ſecundus fuerit, ſequitur, ob incertitudinem neminem pœna capitali, ſed extraordinaria Judicis arbitrio puniendos eſſe omnes, *Menoch. dict. loco n. 16.* 44

Secundum prædictam ſententiam Menochij reſponderunt Scabini, Ad requiſitionem Quæſtoris VVittebergenſis: **Ob wohl die beyden Gefangene** *L. B.* **und** *H. B.* **geſtändig ſeyn/ daß ſie** *A. K* **in der zwiſchen jhm und jhnen entſtandenen Schlägerey mit Feuſten geſchlagen / und mit Füſſen getretten/ davon er den folgenden** *29. Iun.* **todes abgangẽ/ Dieweil aber dennoch in gehaltener Beſichtigung an jetzo bemeldten** *A. K.* **kein offener Schaden befunden worden / und dahero ungewiß/ von welchen Schlägen oder Stöſſen der beyden Gefangenen / derſelbe geſtorben** *&c.* **So mögen auch die Gefangenen nach Gelegenheit dieſes Fals an Leib und Leben nicht geſtrafft werden/ Es iſt aber gleichwol ein jeder ein Wehrgeld deß Verſtorbenen Kindern zu geben ſchuldig/ und werdẽ beyde hierůber deß Landes ewig billig verwieſen V. R. W.** *M. Novemb. Anno* 1603. 45

Eodem ferè modo pronunciatum in caſu ſimili, Ad requiſitionem Senatus Delitiani, M. Aug. Anno 1627.

Cæterum, quod ſuprà caſu ſecundo & tertio dictum, ſi de occiſoribus, qui vulnera lethalia inflixerunt, certò conſtet, eos pœna Legis Corneliç afficiendos eſſe, id non ita intelligendum, ut cæteri, qui tumultui ac rixæ interfuerunt, & occiſum percuſſerunt, licet non lethaliter vulneraverint, ab omni pœna liberari & impunè dimitti debeant. Etenim hi licet non pœna homicidii attamen extraordinaria ſeu arbitraria pœna plectendi ſunt, ob ictus & vulnera, quamvis non mortifera occiſo illata. *Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 7. part. 4. n. 3. Matth. Berlich. part. 4. concluſ. 11. num. 75 Iul. Clar. in dict. § homicidium, n. 41. verſ. aut verò plura. Matt. Stephan. ad art. 148. Ordin. Crim. Angel. tract. malef. verb & Andream Marci lanificem, n. 21. verſ. niſi fuiſſet unus &c. Claud. Battand. in prax. cauſ. crim. reg. 103. n. 5. verſ. niſi autor rixa &c.* 46

Tùm, Ob *Conſtit. Elect 7. part. 4. in fin* in verb: **Jedoch wo es ſich befinde daß etliche nicht mit zugeſchlagen/ ſondern unſchuldig weren/ die genieſſen jhrer Unſchuld billig.** Vnde à contrario ſenſu infertur; Qui de innocentia ſua non docuerint, eos etſi morte mulctandi non ſint aliis tamen pœnis, quas arbitrio Judicis committit Conſtitutio, eximendos non eſſe. 47

Tùm, quia *Ordinat. Crimin. art.* 148, eos non impunè dimittit, ſed quomodo pro ratione auxilii præſtiti puniri debeant, Iuriſperitorum ar- 48 bitrio relinquit, in verb: **Aber der andern Beyſtände/Helffer/vnd Vrſacher Straffhalber/von welcher Hand obbeſtimbter maſſen der Entleibete nicht tödtlich verletzt worden iſt/**&c.

49 *Hinc in caſu, quo ob vulnera lethalia inflicta, & commiſſum homicidium in rixâ, A. D. Occiſor gladio fuerat punitus, alteri A. S. qui in eadem rixâ occiſum etiam percuſſerat, eique vulnus non mortiferum intulerat, fuſtigationem cum perpetua relegatione dictaverunt Scabini. Ad conſultationem Quæſtoris* in Schweinitz. *M. Auguſto, Anno* 1607.

Q. An non autor rixæ morte puniendus ſit, ſi de occiſore in rixâ certò non conſtet?

50 Quæritur hîc porrò: *An non autor rixæ pœna gladii ordinariâ plecti debeat, ſi de occiſore certò non conſtet?* Et licet hoc ſtatuãt Doctores haud pauci, *Bonifacius de Vitalin. in tract. malef. c. de inſultu. n.* 30. *Iod. Damhouder. in prax. crim. c.* 76. *n.* 28. *Hyppol. de Marſil. in prax. crim. §. conſtante. n.* 77. *Ludov. Gilhauſ. in arbor. jud. crim. c.* 5. *ramuſc.* 3. *n.* 71. *Iacob. Menoch. lib.* 2. *arbitr. jud. q. cent.* 4. *caſ.* 362. *n.* 23. *Petr. à Plach. in epit. delict. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 3. *& alii allegati à Matth. Berlich. p.* 4. *concl.* 11. *n.* 56.

51 Contrarium tamen, quòd author rixæ, in quâ quis occiſus eſt, non pœnâ ordinariâ homicidii, ſed arbitrariâ puniri debeat, longè verius eſſe arbitror, quod & defendit *Dan. Moll. ad Conſt. Elect.* 7. *parr.* 4. *n.* 11. *Modeſt. Piſtor. conſ.* 30. *q.* 3. *n.* 42. 43. 47. *lib.* 2. *Iul. Clar. in dict. §. homicid. n.* 39. *Matth. Berlich. dict. concl.* 11. *n.* 68.

52 *Tùm*, Ob textum clarum in ſæpè allegato *art.* 148. *Ordin. Crim.* in verb. **Aber der anderer Beyſtände/Helffer vnd Vrſacher Straff halber** &c. Quibus verbis *juncto verſ. præcedenti*, autor rixæ, qui occiſor non eſt; expreſsè mortis ſupplicio eximitur, & arbitrariæ pœnæ ſubjicitur.

53 *Tùm*, quòd pœna gladii in occiſores conſtituta reperitur: Autor rixæ autem non ſtatim occiſor eſt, quid enim, ſi alius rixam incepiſſet, alius verò aliquem in rixâ occidiſſet. In hoc itaque dubio autor rixæ potius mitiori pœna extraordinaria plectendus, *l.* 5. *ff. de pœn.* quàm ex nudis conjecturis & præſumtionibus ad mortem condemnandus erit.

Quemadmodum etiam in tali caſu pronunciaſſe Facultatem Iuridicam Collegii Lipſenſis refert. Dan. Moll. ad dict. Conſt. 7. *n.* 11. *part.* 4. 54

Simili modo Electoris Saxon. Scabinos reſpondiſſe, apparet ex ſententiâ ipſorum ante plurimos annos conceptâ: Wiewohl nun gedachter Martin Greil ſolches Gezäncke vnnd Auffruhr erhaben/ dennoch dieweil er nit den armen Mann erſchlagen/ So möget jhr jhn in dieſem Fall/ und nach Geſtalt der Sachen nicht peinlich anziehen noch fragen laſſen/ Sondern jhr möget jhn wohl als einen Vrſacher und Beweger deſſelben Gezäncks und Häders/ darauß ſolcher Schade und Mord uhrſprünglich erwachſen/ mit einer redlichen Geldbuſſe/ als mit einem Wehrgeld oder auch höher/nach der Größſe ſeines Vnfugs und Muthwillens wohl ſtraffen/V. R. W.

It. Ex alia ſententia: Aber Simon N. dieweil Er den Entleibten nicht geſchlagen/ſondern allein den Hader angefangen/ den möget jhr peinlich nicht ſtraffen/ jhr möget jhm aber eine ziembliche Geldbuſſe uffer-legen/ oder eine Zeit auß ewren Gerichten verweiſen/ V. R. W.

55 Neq; obſtat, quòd autor rixæ mortis cauſam præbeat. Nil verò intereſt, an quis ipſemet occidat, an mortis cauſam præbeat. *l. nihil intereſt.* 15. *ff. ad Leg. Corn. de ſicar.* Et dans operam rei illicitæ tenetur de omni eo, quod ſequitur præter illius intentionem & voluntatem. *l. quoniam multa. C. de l. g. Iul. ad Vi publ. cum an. ad leg.* 1. *§. Divus. ff. ad Leg. Corn. de ſicar. Marſil. conſil.* 7. & 8. *Capol. conſil.* 33. *n.* 2. *Etenim* iſtud verum eſt, ſi quis mortis cauſam propinquam præbeat, & eventus ex opere illicito per ſe, immediatè & neceſſariò ſequatur; Veluti, ſi quis non animo occidendi vulnus lethale infligat, ex quo immediatè mors ſequitur, hîc non minus Reus homicidii eſt, & pœnâ ordinariâ tenetur, ac ſi animum occidendi habuiſſet; Secus autem ſi quis cauſam præbeat remotam; quæ non ordinata eſt ad ſubſecutum eventum, ut in caſu præſenti; quo autor rixæ immediatè cauſam mortis non præbet, ſed per accidens evenit, quod in rixâ ſeu tumultu exorto alius quiſpiam tertium occidit. Quæ autem per accidens eveniunt ex opere aliquo, tanquam effectus remoti proveniunt ab illo, & argenti non imputantur. *Didac. Covarr. ad Clem. V. de homicid. ſecund part. relect. in §.* 1. *ſub n.* 1. *Boſſ. de homicid. ſub num.* 75.

QUÆSTIO XXVI.

De inſpectione Cadaveris occiſi, Et quâ pœnâ occiſor ſit plectendus, ſi vel inſpectio non ritè peracta, vel vulnus lethale non fuerit?

SVMMARIA.

1. *Pœna homicidii ordinaria occiſori infligenda non eſt, quoties vulnus inflictum non judicatur lethale.*
2. *Ante omnia ſiquidem in homicidio de corpore delicti & vulneris lethalitate conſtare debet.*
3. *Non ſufficit de ipſâ occiſione conſtare, ſed & de omnibus qualitatibus & circumſtantiis homicidii apparere debet.*
4. *Ex vulnere lethali occiſus deceſſiſſe præſumitur.*
5. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
6. *Si vulnus illatum lethale non fuerit, occiſus ex eô non deceſſiſſe præſumitur, nec propterea Reus pœnâ ordinariâ tenetur. n.* 7. 8. 9. 10.
11. *Pœna gladii ſolummodò plectendus eſt, qui verè aliquem occidit.*
12. *Vulnerans quando & quatenus cauſam mortis præbeat.*
13. *Vulnerans non lethaliter pœnâ extraordinariâ puniri debet.*
14. *De quo ipſo ex inquiſitione præmiſsâ conſtare poteſt.*

15.*Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.n.*16.17 18.
19.*Vnde conſtare poſſit de vulneris lethalitate.n.*20.21.22.23.
24.*Standum eſt judicio Medicorum hâc in re.n.*25.26.28.43.44.
27.*Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
29.*Inſpectio cadaveris neceſſariò præcedere debet.*
30.*Qualis inſpectio eſſe debeat, & quænam ſint ejus requiſita.n.*31.32.33.49.
34.*Creditur Medicis ſeu Chirurgis, ad minimum* (*duobus.*
35.*Niſi unicus ſolùm reperiatur eo loco, quo vulneratio facta eſt.*
36.*Quando fides habenda barbitonſoribus.*
37.*Obſervantia Scabinorum.*
38.*Medicis nonniſi juratis credendum.n.*39.
40.*Sufficit tamen quod à principio functionis ſuæ ſemel juramentum præſtiterint.*
41.*Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
42.*Conſideratio vulnerum requiritur accurata.*
45.*Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
46.*Literæ Reſponſoriæ Scabinorum ad Illuſtriſſimum Dn. Electorem Saxon.*
47.*Contra judicium Medicorum admittitur contraria probatio inquiſiti.*
48.*Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
50.*Requiſita inſpectionis omitti nequeunt.n.*52.
51.*Forma dat eſſe rei.*
53.*Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.n.*54.

1 PRæterea quoque liberatur, à pæna ordinaria Reus homicidii, quando occiſus obiit non ex vulnere, quod lethale non fuit, ſed culpâ Medicorum, vel ex malo regimine, vel alia ex cauſa & ſymptomate ſuperveniente. *Iodoc. Damhoud. in prax. crimin. cap.*75.*n.*1. *Anton. Gomez. tom.*3. *var. reſol. c.*3.*n.*28.29. *Petr. Theodor. in colleg. crim. diſp.*7.*th.*1.*lit. H. Proſp. Far. part.*5.*oper crim. q.*127.*n.*1.

2 Sicuti enim in aliis delictis, ita etiam in homicidio antequam pœna mortis imponatur, de corpore delicti conſtare debet, neque ex ſola confeſſione Reus condemnari poteſt. *Bart. in l. Divus. ff. de milit. teſtam. Bald. in l. unic. de confeſſ. Feli.n. in c. auditis. col.*16.*de præſcript. Nicol. Boer. deciſ.*164.*n.*8. *Gramm. deciſ.*2.*n.*28. *Gigas de crimin. læſ. majeſt. lib.*2.*tit. quomod. & per quos crim. læſ. majeſt. prob. q. in*5. *Proſp. Farin. lib.*1.*q.*2.*n.*7. *Angel. de malefic. in verb. & veſtem cœleſtem. num.*25. *verſ. quid ſi confitetur. Blanch. in pract. in pr. n.*2. *Ægid. Boſſ. in tit. de delict. n.*15. *Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſt.*55.*verſ. poteſt etiã Ioach. Mynſing obſ.*18.*cẽt.*3.

3 Non ſolùm autem de homicidio conſtare debet, ſed etiam de omnibus qualitatibus & circumſtantiis homicidii & præcipuè occiſum ex percuſſione aut vulnere inflicto obiiſſe, illudq; fuiſſe lethale & mortiferum, hoc eſt, tale, quod plus tendit ad mortem, quàm ad evaſionem. *Bajard. ad Iul. Clar. in §. homicid. n.*135. *Petr. à Plach. in epit. delicto. lib.*1.*c.*12.*n.*13.*in fin. Carrer. in pract. crimin. in*3.*tract. de homicid. & aſſaſſin. §.*11.*n.*14. *Bertaz. conſ.*85.*n.*28.*lib.*2. *Nicol. Boer. deciſ.*323.*n.*3. *ante med. verſ. & ille dicitur vulneratus ad mortem Cæpoll. conſ.*28.*n.*20.*& conſ.*61.*n.*15 *Dec. conſ.*415.*n.*6. Et mortali vulnere affectus dicitur ille, qui ſecundum regulas artis Medicæ non poteſt evadere, niſi cum magna difficultate, ſecundum *Bald. in c.*1.*n.*3.*quibus mod. feud. amitt. Corn. conſil.*283.*col.*2.*lib.*3.

4 De hoc vulnere mortifero ſi appareat, vulnerans de occiſo tenetur, quia ex vulnere occiſus præſumitur deceſſiſſe, *Blanc. in pract. crim. in*1.*p. defenſ. §. iis ſic præmiſſis. n.*96 *verſ. ſi certum mortiferè. fol.*135.*& ſeqq. Corrad in pract. rubr. de vulnerantibus, n.*16. *Ægid. Boſſ. in tit. de homicid. n.*115. *in pr. Iul. Clar. in pract. §. homicid. n*33. *verſ. quandoq; etiam Proſp. Farin. dict. q.*127.*n.*10. *Nicol. Boer. deciſ.*323.*n.*4. *verſ. primo caſu. Cæpoll conſ.*61.*n.*33. Nec refert, an hoc caſu alia quævis cauſa obitum promovens ſupervenerit, nec ne. Etſi enim vulnerato imperitus, aut planè nullus fuerit adhibitus medicus, vel etiam malum regimen ipſius vulnerati concurrat, nihilominus tamen, ſi vulnus lethale aut mortiferum inflictum eſt, vulnerans de occiſo tenebitur, & pœnam ordinariam nequaquam effugiet, *arg. l. quo occidit. §. fin. ff. ad Leg. Aquil. Bajard. ad Iul. Clar. in d. §. homicid. n.*157. *Carrer. in pract. crim. in*3.*tract. de homicid. & aſſaſſin §.*11.*n.*9. *Andr. Gail.*2.*obſ.*01 *n.*20 *& ſeq. Ang. de malef. in verb. & ex intervallo. n.*12.*in fin. verſ. ſi autem quis fuerit mortiferè vulneratus.*

Eoque Scabini Elect. Saxon. accuratè reſpicere, neq; Reo homicidij pœnam gladij dictare ſolent, niſi prius conſtet, occiſum lethaliter vulneratum fuiſſe, atq; ex vulnere inflicto obiiſſe, quemadmodum etiam ſæpius hanc conditionem ſententiæ inſerunt hiſce formalibus: Da jhr euch nun allbereit erkundiget hettet/oder nochmals erkundigen würdet/ daß der Entleibete von berürtem ſchlage gewißlichen vnd in Warheit geſtorben/ derſelbige auch vor tödtlichẽ erkandt worden/vnd der Gefangene uff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte frey willig verharren/ oder deß ſonſten/wie recht überwieſen würde/ ſo möchte er wegen ſolcher begangenẽ vnd bekantẽ Entleibung hinwiderumb mit dem Schwerd vom Leben zum Tode gerichtet vnd geſtrafft werden. In Mangel aber der Erkundigung/ wurde er öffentlich zur Staupen geſchlagen/vnnd deß Landes ewig billich verwieſen V. R. W. Nach Peitzſch/An Ambtſchreibern/ *M. Iun. Anno* 1606. 5

6 Econtra verò, quando vulnus illatum mortiferum aut lethale non fuit, vulneratus non præſumitur ex vulnere deceſſiſſe, ſed ex alia cauſa, ut puta culpa medici, mala cura, aut alio malo regimine quam præſumtionem inducit ſola qualitas vulneris non mortalis. *Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. & quia, n.*20. *Nicol. Boer. deciſ.*323.*n.*4. *&*7. *Carr. in pract. crim. in*3.*tract. de homic. & aſſaſſ. §.*11.*n.*8 *&*9. *Ægid. Boſſ. de homic. n.*115. *Petr. à Plach. in epit. delict. lib.*1 *c.*13.*n.*7. *Iul. Clar. in dict. §. homicid. n.*33. *Iac. Menoch. de arbit jud. q. lib.*2.*caſ.*274.*num.*3.

7 Et ſic duobus hiſce concurrentibus, non mortalitate vulneris, & culpâ ſeu malo regimine vulnerati, vulnerans non de occiſo, ſed de vulnere tenetur. *Gandin. in tit. de homicid. n.*24.*in pr. ff. & verſ. ſi appareat de negligentia Bonifac. de Vital. in tit. de inſult. & percuſſ. n.*31. *Soc in conſ.*179.*col.*2. *& col*3.*lib.*2. *Dec. conſ.*415.*n.*9.*verſ. finaliter tamen. libr.*3. *Blanc. in pract. crimin. in*1.*part. defenſ. §. iis ſic præmiſſis. n.*68.*verſ. ſecundum caput eſt. Nic. Boer. dict. deciſ.*323.*n.*17.*&*20 Adeoque nec vulnerans hoc caſu pœna gladii puniri poteſt.

8 Quod probatur *Primò*, per *l. qui occidit.*30. *§. fin.* ibi: *Si vulneratus fuerit ſervus non mortiferè, negligentiâ autem perierit, de vulnerato actio erit, non de occiſo ff. ad Leg. Aquil.* Si ergò hoc verum eſt in actione Legis Aquiliæ, multò magis idem obtinebit in actione criminali, & quoad pœnam homicidii infligendam, ubi majus verſatur præjudicium vulnerantis, & ad quam

non niſi in manifeſto ac claro delicto perveniri poteſt. *Proſp.Farin.part.5.oper.crim.q.127.n.16.*

9 *Secundò:* Idem ferè dicitur in *l.ſi ex plagis.*52. *in pr.*ibi: *Si ex plagis ſervus mortuus eſſet, neque id Medici inſcientiâ, aut Domini negligentiâ acciđiſſet, rectè de injuriâ, occiſo eo, agitur ff.ad Leg.Aquil.* Unde ſequitur à contrario ſenſu, ſi non ex plagis ſeu vulneribus, ſed aliunde, ut malo regimine aut negligentia ſervus mortuus fuerit, de injuria agi non poſſe. Eſt enim argumentum à contrario ſenſu in jure fortiſſimum. *Felin.in cap. ſignificaſti.*18. *num.9. col.4. verſ. de argumento à contrario ſenſu &c.extr.de for.compet. Everh in loc, legal. loc. à contrario ſenſu.in pr. Jacob.Schult.ad Modeſt.Piſtor.part.4 quæſt.*138.*numer.*117. *Jaſon. in l quæcunque.n.*36. *ff. de offic.ejus cui mandat. eſt juriſdict.*

10 *Tertiò*: Per, *artic.*148.*verſ.* Were aber *&c.* in verb. gefährlicher Weiſe / tödtlich geſchlagen / geworffen / vnnd gewundet worden *&c.* Et in verb. von welcher Hand obbeſtimbter maſſen der Entleibete nicht tödtlich verletzet worden iſt / *&c.* Et *artic.* 147. *in pr.* ibi: So einer geſchlagen wird / vnnd über etliche Zeit darnach ſtürbe / alſo daß zweiffentlich were / ob er der geklagten Streiche halber geſtorben were / oder nicht *&c. Ordin. Crimin. Carol. V.* Ex quibus textibus haud obſcurè colligitur, pœnam ordinariam homicidii non obtinere, niſi conſtet, occiſum ex vulnere lethali mortuum fuiſſe, quod ſi verò vulnus illatum mortiferum non fuerit, pro arbitrio judicis vulnerantem puniri debere.

11 *Quartò*: Certi juris eſt, quòd pœna gladii ob homicidium plectendus ſit ſolummodò ille qui aliquem revera occidit. *l nemo. C.de Epiſc.audient.* At, ſi vulneratus vulnere lethali non inflicto, culpa Medici aut malo regimine moriatur; non tàm à vulnerante, quàm à Medico aut ſeipſo interficitur; Igitur nec vulnerans pro homicida revera haberi, nec pœna homicidii affici debet.

12 Neq; huic obeſt, quòd vulnerans vulnerando aliquem cauſam mortis præbuit; abſque dubio enim vulnere non inflicto, vulneratus neq; ex culpa medici, neque malo regimine mortuus fuiſſet. At nihil intereſt, occidat quis an cauſam mortis præbeat, *l. nihil intertſt ff.ad Leg.Cornel. de ſicar.* & danti operam rei illicitæ imputari debet, quicquid fuerit prœter ejus intentionem ex eo actu ſecutum. *l.quoniam multa, ubi DD C.ad leg.Iul.de vi publ.* *Etenim* hoc ſolummodò verum eſt, ſi mors ex cauſa immediata ſequatur, hoc eſt, ex ipſo vulnere, non etiam per accidens, ex ſuperveniente malo regimine, aut culpa & negligentia Medici; Nam allegati textus in *l. nihil intereſt. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. & l.quoniam. C.ad Leg. Iul. de vi publ.* procedunt tantùm quantum ad ſubjectum, circa quod verſatur ipſa malitia illicitè operantis, & quantum ad ea, quæ objecto per ſe & immediatè junguntur aut neceſſariò ſequuntur, non autem quoad illa, quæ per accidens oriuntur à re illa mala, cui opera datur; quia illa quæ per accidens eveniunt ex opere aliquo, non imputantur agenti, nec ad malitiam, nec ad bonitatem. *Covarr. ad Clem. V. de homicid. ſecund. part. relect. in* § 1. *ſub num.*1.

Quod tamen non ita accipiendum eſt, ut Vul- 13
nerans hoc caſu, quo vulnus inflictum non eſt
mortiferum, ab omni pœna eximi debeat. Etſi e-
nim non teneatur de occiſo, attamen de vulnere
tenetur, & vel fuſtigatione, vel relegatione, alia- „
vè arbitraria pœna affici debet. Hocq; ipſum, qua „
pœna nempè Reus plectendus ſit, arbitrio judi- „
cis committitur, qui ante omnia habita inquiſi- „
tione exactiſſima & productis teſtibus, potiſſi- „
mùm verò Chirurgis vel Medicis, ut & domeſti- „
cis atque vicinis, ab illis qualenam vulnus fuerit, „
ab his autem, quàm benè ſe æger ad Medici præ „
ſcriptum in cura geſſerit, num cibis, potuq; in- „
terdictis uſus ſit, num ob intemperantiam ali- „
quo novo ſymptomate correptus fuerit, item, an „
ſi ipſe ſibi deeſſe noluiſſet, convaleſcere potuerit „
necne &c. experiri, ac poſtea vulnere nec curâ „
vulnerati perpenſa, pro ratione vulnerationis „
pœnam decernere debet.

Veluti quoq; hic modus inquiſitionis colligitur ex *art.*147. *Ordin.Crim.Imper.* in verb. Vnnd ſollen doch ſonderlich die Wundärtzte der Sache verſtändig / vnnd andere Perſonen / die da wiſſen / wie ſich der Geſtorbene nach dẽ Schlagen vnd Rumor gehalten habe / zu Zeiten gebraucht werden / mit Anzeigung wie lange der Geſtorbene nach den Streichen gelebt habe / vnnd in ſolchen Vrtheilen die Vrtheiler bey den Rechtsverſtändigen / vnd an Enden vnnd Orten / wie zu End dieſer Ordnung angezeiget / Raths pflegen. 14

Et juxta ea Scabini pro ratione vulnerationis, vel fuſtigationem, vel Relegationem aliamvè pœnam arbitrariam, carceris vel pecuniariã dictare ſimulq; Reum quoties pœnâ corporis afflictivâ non afficitur, ad ſolutionem Wergeldi & expenſarum condemnari ſolent, ſecundum Conſt. Elect. 11. *&* 12. *part.4. veluti reſponderunt Quæſtori* in Schlieben: Ob wohl der Gefangene Hirte George Kohlen mit einem Barten hinder das lincke Ohr geſchlagen / darauff Kohle alsbald zu Boden gefallen / vnd folgenden 13. Martij verſtorben; Dieweil aber dennoch auß der abgehörten Perſonen vnd ſonderlich deß Baders bey euch gethanen Bericht eygentlich nit zu befinden / daß die beyden Schläge tödtlich geweſen / vnd der Beſchädigte gewiß darvon geſtorben / So mag auch der Gefangene derenthalben am Leben nicht geſtrafft werden: Er wird aber gleichwohl mit Staupen geſchlagen / deß Landes ewig billich verwieſen / V. R. W. *M April. An.*1598. 15

It: Daß M. S. an Leib oder Leben nicht zu ſtraffen / er iſt aber deß Entleibten näheſten Freunden ein halb Wehrgeld zu entrichten / vnd die Vnkoſten abzuſtatten ſchuldig / vnd mag hierüber willkührlichen entweder 3. Wochen lang mit Gefängnüß / oder ümb 5. Neweſchock in Straff genommen werden / V. R. W. *Ad requiſitionem A à S. in F. Menſ. Majo, Anno* 1658. 16

Et Quando V. G. vulneratus ex malo regimine deceſſit, vulnere pro mortifero non habito, Reus ad ſolutionem Wergeldi & expenſarum condemnatus eiq; temporalis Relegatio adjudicata fuit. Ad requiſitionem Quæſtoris Plavienſis. M. Decembr. Anno 1620. 17

Tali quoque caſu fuit dictata Relegatio perpetua, Reo ſimul condemnato ad ſolutionem VVergeldi & expenſarum, Nach Meiſſen / An Schöſſer / *M. Aug. Anno* 1625. 18

Pariter fuit pronunciatum verſus Trebſen/ *quũ vulneratus non ex vulnere, ſed Epilepſia ſupervenìente obierat. Ad conſultationem judicis, M. Mart. Anno* 1622.

Et in caſu ferè ſimili, Ad requiſitionem Quæſtoris Dreſdenſis, M. Mart. Anno 1623.

Item Ad conſultationem VVolffgangi Henrici à Schleinitz/ *M. Iul. Anno* 1606.

- *It:* An Bürgermeiſtere vnd Rath zu Oſchatz/ *M. Febr. Anno* 1626.

Q. 1. Vnde vulneris halitate ſtare ſſit ?

19 Sed, *unde conſtare poterit, vulnus inflictum fuiſſe lethale & mortiferum, ex eoq; vulneratum obiiſſe ?* Multum certè hac in re tribuunt Doctores conjecturis & præſumptionibus, & imprimis ſpacio temporis ante obitum vulnerati effluxo, ita ut ex longo intervallo vulneratus non præſumatur deceſſiſſe ex vulnere, ſecus verò ex brevitate temporis. *Bartol in l. fin n.13. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. ubi etiam Hippol de Marſil. n.54. Angel. de maleſic in verb. & ex intervallo num.3. Capoll. conſil.40. num.18. Nicol. Boer. deciſ. 323 n.18. Blanc. in pract. crimin. in 1. part. defenſ. §. iis ſic præmiſſis. n. 101. & n.121. Petr. à Plach in epit. delict. lib.1. cap. 13 num.25. Iacob Menoch de arbitr. judic quæſtion. caſ. 275 num.2.* De certo autem tempore minimè conveniunt: Alii namq; triduũ conſtituunt, intra quod vulneratus ex vulnere obiiſſe præſumatur. Alii verò quinque: Alii octo dies: Alii etiam octo menſes: Alii dies ſexaginta: Alii annum: Alii triennium denominant, ut videre eſt apud *Farin. part oper crimin. quæſt.127. num.31 & ſeqq. Menoch dict. caſ. 275. Maſcard. de probat. lib.2. concl.1073. Boer. deciſ. 323. & Doctores antea allegatos.*

20 Ex qualitate etiam, quantitate, latitudine, longitudine & profunditate vulneris, ejusdem mortalitatem, ut & ex qualitate armorum, cum quibus illatum ſit, præſumendam ac colligendam eſſe, nonnulli exiſtimant. *Boer. dict. deciſ. 333. n.14. Blanc. dict. § iis ſic præmiſſis numer. 69. Petr. à Plach. in epit. delict. lib.1. cap.13. n.27. Menoch. dict. caſ.275. n.5. Maſcard. dict. concl.1073 num.8.* Alii conjecturam lethalitatis ex ſupervenientiâ doloris, aut quòd vulneratus nunquam reconvaluerit deſumunt. *Plach. dict. cap.13. n.23. Boer dict. deciſ.323. num.11. Menoch. dict caſ.275 n.7. Blanc. in pract. crimin. in 1. pract. defenſ. § iis ſic præmiſſis. n.104.*

21 Alii ex aliis & diverſis qualitatibus tàm vulneris, quàm vulnerati, lethalitatem conjecturandam eſſe arbitrantur, prout varias opiniones refert *Farin. dict. quæſt.127. n.53 & ſeqq. vid. etiam Menoch. & Maſcard. dict. locis. Anton. Gomez. 3. variar. reſolut. cap 3. num.29. Petr. Theodor. Colleg. crim. diſp.7. th 1. circa fin. Iulius Clar. in pract. §. homicidium. num.34.* Alii judicis arbitrio committunt, quando quis mortiferè vulneratus, & ex quo vulnere mortuus dicatur. *Bald conſil. 328. lib.2. Florian. in l. ait lex. numer. 4 ff. ad Leg. Aquil. Bajard. ad Clar. §. homicidium. n.158. in fin.* ubi tradit, hanc eſſe communem Doctorum opinionem.

22 Verum enimverò, hæ conjecturæ & præſumptiones rem potius intricatam, & judicem magis dubium reddunt, quàm ut ex iis certi quid ſtatuere, & pœnã homicidii tutò dictare queat. De lethalitate ſiquidem vulneris & veritate homicidii, quod pœnam mortis meretur, non per conjecturas & præſumtiones, ſed liquidò & per plenas probationes cõſtare debet. *l. 1. § item illud. ff. ad Syllan. ibid. liquere igitur debet. l. ſi quando. C. unde vi in verb. patefacta. Foller. in pract. crim. verb. capiat informationem. n.18 Maſcard de probat. lib. 2. concl. 830. num.5. Farin part. 1. oper. crim. quæſt. 2. n.6.*

Liquidò autem & plenè dicitur conſtare de delicto, vel per teſtes, vel per evidentiam facti ſeu inſpectionem cadaveris & vulneris. *Gandin. in tit. de præſumt. & indic indubit. col. 2. n.6. verſ. aliud etiam notatu dignum.*

Propterea laudanda practica doctorum, ut 23
ſcilicet judex ipſemet vadat, vel mittat Scabinos „
una cum Chirurgis ac Medicis ad viſitandum „
cadaver; illos quidem, ut ex eis deſcribant ac et- „
iam in actis referant, quot percuſſiones, quot „
vulnera, punctim vel cæſim, & in qua parte cor- „
poris habeat, & quodnam de iis ſit judicium „
Medicorum; Hos vero an vulnera ſint mortalia, nec ne, & cum quo genere armorum illata ſint. *Iodoc. Damhoud. in prax. crim. cap. 75. num.3. Anton. Gomez. in tit de captur. reor. num 1. Blanch. in repetit. l. fin n 19. ff de quæſtion. Farin. in dict. quæſt. 2. num 4.* Melius enim cognoſcunt Chirurgi & Medici, facta ſectione cadaveris, an vulnera ſint mortalia nec ne, quàm alii quivis. *Foller. in pract. crimin. in verb. capiat informationem. num. 4. 29. & 30.* In quem finem, ſi cadaver fuerit ſepultum, judicem illud effodi facere debere, quo à Chirurgis inſpici queat, tradit *Conrad. in pract. tit. de inquiſ. num.24 fol.253. Damhouder. dict. cap. 75. num.1. Iul. Clar. in pract. § fin. quæſtion.55 numer.11.*

Quorum doctrinam in pronunciando nos fuimus amplexi, in hunc modum reſpondentes: Vnd im Fall ſolche Beſichtigung nicht rechtmäſſiger Weiſe fürgangen/ wird der todte Cörper wiederumb vffgegraben/ vnd in beyſeyn der Gerichtsperſonen die Beſichtigung vor die Hand genommen ꝛc. *Quæſtori Dreſdenſi, M. Aug. Anno* 1632.

24 Super mortalitate igitur vulneris, & an vulneratus obierit ex vulnere illato, annon Medicorum ac Chirurgorum judicio ac relationi ſtandum eſſe exiſtimo.

Tùm, quòd hoc judicium videatur potius ad Medicam artem ſpectare, quàm legalem ſcientiam.

Tùm, quòd peritis in arte ſuâ credendum ſit *Bartol. in procem. ff in 1. conſt. n. 8. Maſcard. de prob. lib. 2. concl. 1034 n. 1. & ſeq. Fulv. Pacian. de probat. lib. 1. c. 47 n. 10. & ſeqq.*

25 *Tùm*, quòd hæc opinio ſit communis Doctorum *Blanc. in pract. in 1. part. defenſ. §. iis ſic præmiſſis. n. 69. fol. 103. Carrer in pract. in 3. tract. de homicid. & aſſaſſ. §. 11 n. 5. verſ. & ſtatur judicio medicorum fol. 180 Ægid Boſſ. in tit. de homicid. num. 115. Anton Gomez de var. reſolut tom. 3. cap. 3. num 8. Petr. à Plach in epit. delictor. lib. 1. cap. 13. n 22 & 25. Iul. Clar in pract. § homicidium. num 34 verſ. ſc as autem Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſtion. lib. 2 caſ. 275. num. 11. Ioſeph. Ludov. deciſ. Lucen. 62. numer. 8.* ubi teſtatur de communi & practicatâ omnium Doctorum opinione. *Maſcard de*

probat. dict. concl. 1034. *n.* 5. *& ſeqq lib. Farin. part.* 5. *oper. crim. quæſt.* 127. *n.* 101. ubi quamplurimos alios allegat.

26 Quo certè modo, judicio nimirum Medicorum ac Chirurgorum adhibito, cuivis ferè dubio ex prædictis conjecturis & præſumptionibus Doctorũ de lethalitate vulneris exorto obveniri poteſt: Aut enim Medici teſtantur atque deponunt, vulnus inflictum lethale fuiſſe, ex eoque occiſum obiiſſe, nec evadere potuiſſe; Et tunc horum ceu peritorum in arte ſua judicio credendum, & pœna homicidii Reo dictanda eſt, non habitâ ratione brevitatis, aut diuturnitatis temporis, quo vulneratus deceſſit, uti nec malæ curæ ſive regiminis vulnerati, aliarumvè qualitatum ac circumſtantiarum.

27 *Veluti etiam reſponderunt Scabini in caſu quo vulneratus decimâ ſextâ die poſt vulnus acceptum animam exhalaverat,* An Bernt von Peck/zu Zwochaw/ *M. April. An.* 1600.

It: Quando lethaliter vulneratus per duodecim adhuc dies vixerat, An Hanßwolffen von Schönbergk/ *Menſ. Febr. Anno* 1602.

28 Aut verò Medici inſpecto cadavere occiſi, contrarium deponunt, vulnus nempè mortiferum non fuiſſe, nec vulneratum ex eo deceſſiſſe: Aut ipſimet de hoc dubitãt, conjecturis ac præſumptionibus ſolummodò inhærẽtes rationem probabilem aſſertionis ſuæ reddere non poſſunt. Et nequaquam ad pœnam homicidii ordinariam deveniri poteſt, ſed judex hoc caſu mitiorem potius partem amplecti & pœnam extraordinariam eligere debet, quàm Medicorum ſcrupuloſitates ſectando, & per incertum eundo juſtitiæ & æquitatis fines transgredi. *l. abſentem ff. de pœn.* Cùm melius ſit miſericordiæ, quàm ſævitiæ & crudelitatis reddere rationem. *c. allegant.* 26. *quæſt fin.*

Neq; enim, ſi de lethalitate vulneris tantùm ex præſumptionibus & conjecturis conſtet, vulnerans in pœnam ordinariam condemnari poteſt, quia ex generali concluſione præſumptiones & indicia, quamvis indubitata, nunquam ſufficiunt ad imponendam pœnam mortis. *Hippol. Rimin. conſ.* 121. *n.* 25. *lib.* 2.

29 Hancque inſpectionem cadaveris occiſi & dijudicationem vulneris lethalis, non modò approbat Imperator Carolus V. ſed & iudicem eiusq; Aſſeſſores unà cum Actuario & Chirurgo uno ſeu pluribus, ſi haberi queant, iuratis, cadaver occiſi diligenter inſpicere, & omnium vulnerum, ictuum, & quæcunque ſymptomata acceſſerint, quid viderint, animadverterint, conſignationem accuratam inſtituere iubet in *artic.* 149. *Ordin. Crimin.* in verb. Soll der Richter ſampt zweyen Schöppen/dem Gerichtsſchreiber/ vnd einen oder mehr Wundärtzten (ſo man die haben vnd ſolches geſchehen kan) die denn zuvor beeydiget werden ſollen/ denſelbigen todten Cörper vor dem Begräbnüß/ mit Fleiß beſichtigen/ vnnd alle ſeine empfangene Wunden/ Schläge/Auffwürffe/wie jedes funden vnnd ermeſſen würde/ mit Fleiß mercken vnd verzeichnen laſſen. 30

Q. 2. Qualis inſpectio cada-

In quâ ſanctione imprimis quatuor ſunt notanda; Primò, Quòd à iudice & Scabinis inſpectio cadaveris occiſi fieri debeat, in verb. Soll der Richter ſampt zweyen Schöppen/dem Gerichtsſchreiber *&c.* Judicialiter enim fieri dicitur, quod fit autoritate judicis quocunque loco, etiam extra judicium. *l. an apud ſe.* 5 *ff de manumiſſ. vindict. VVeſembec. in* §. *ff qui teſtam fac. poſſ. num.* 10. *& conſil.* 28. *num* 24. *Iaſon in l.* 15. *C. de edendó, numer.* 4. *Bal. in l. illud quod.* 16. *C. de SS Eccleſ. num.* 5. At inſpectio debet eſſe judicialis.

veris occiſi eſſe debeat?

Tùm, quia inquiſitio eſt actus judicalis, adeoque & inſpectio cadaveris occiſi, veluti pars neceſſaria inquiſitionis. *Iodoc. Damhouder. in prax. crimin. cap.* 75. *Modeſtin. Piſtor. part.* 4. *quæſt.* 143.

31 *Tùm,* ad evitandam fraudem & ſuſpicionem ſubornationis. *Cravett. conſil.* 31. *num.* 5. *Hieronym. Schurff. conſ.* 69. *n.* 8. *cent.* 2. *Iaſon. in l. omnium.* 19. *C. de teſtam. n.* 15. Quo ritè procedatur & ne Medici atque Chirurgi imperiti & ſuſpecti factâ inſpectione in favorem Rei aut Cognatorum occiſi fortaſſis deponant. *Bajard. ad Clar. in pract.* §. *homicidium n.* 161.

32 Adhibere verò debet judex Scabinos ſimul, ad minimum duos & Actuarium; Illos, quia ſolus Judex absque Scabinis acta judicii non conſtituit, juxta ea quæ tradit *VVeſembec. in addit. Schneidvvin. ad tit. Inſtit. de teſtament. ordinat. rubr. de ſolen. teſtam. num.* 17. *lit. F poſt. pr. verſ. quare ſufficit judicem. Vid. Conſtit. Elect.* 3. *part.* 3. Hunc autem, quo fideliter conſignet vulnera ictus, aliaque ſymptomata, ut & judicium Medicorum.

Reſpondimus ita Quæſtori Dreſdenſi: Dieweil in denen *Acten* nicht zu befinden/ob die Beſichtigung deß entleibeten Cörpers in beyſeyn deß Landrichters/ zweyer Schöppen/ vnnd deß Gerichtſchreibers geſchehen/welches Käyſer Carls deß *V.* vnd deß heiligen Römiſchen Reichs peinliche Halsgerichts-Ordnung in allwege erfordert/vnnd haben will/ So wird ſolches vor allen Dingen/vnd ehe der Straffe halber etwas gewiſſes erkandt wird/nochmals zu den Acten billich regiſtriret *&c. M. Aug. Anno* 1632.

Quodq; inſpectione factâ à ſolo judice abſq; Scabinis ad pœnam homicidii ordinariam deveniri nequeat, reſpondimus:

Quæſtori in Eckartsberga *in hunc modum.* So mag doch *inquiſit* nach Gelegenheit dieſes Falls/ weil mit der Beſichtigung/ wie ſichs vermöge Käyſer Carls deß *V.* vnnd deß heiligen Reichs peinlichen Halsgerichts-Ordnung gebühret/ nicht verfahren worden/ in dem nicht zwey Schöppen vnd der Gerichtsſchreiber/ſondern allein der Landrichter darbey geweſen: mit der ordentlichen Straffe der Todtſchlager nicht belegt werden/ Er wird aber gleichwohl öffentlich billich zur Staupen geſchlagen/vnd folgends deß Landes verwieſen V. R. W. *Menſ Decembr. Anno* 1631.

33 Secundò: Adhibendi ſunt ad inſpectionem cadaveris occiſi, Medici ſeu Chirurgi, ut qui benè cognoſcere poſſunt qualitates vulnerum, an ea lethalia & mortifera ſint, nec ne. *Foller. in pr. crimin. in verb. capiat informationem. num.* 4. 29. *&* 30. Hiſce enim ut in arte medicâ peritis credendum eſt, *Farin. part.* 5. *oper. crimin. quæſt.* 127. *num.* 102.

34 Creditur autem iis, ſi ad minimum ſint duo. *Hyppol. de Marſil. in l fin. numer.* 60. *ff. ad Leg.*

Corn. de ſicar. Gandin in tit. de homicid. n. 26. in fin. Bonifac. de Vital in tit. de inſult. & percuſſ. n. 33. Anton. Gomez tom 3. variar. reſol cap. 3. num. 28. Petr. à Plath. in epit. delict. lib. 1. cap. 13. num. 10. Iul. Clar. in dict. §. homicidium. n. 34. Andr. Gail lib. 2. obſervat. 111. n. 3. Maſcard de probat. lib. 2. concl. 1034. num 22.

35 Ideoque etiam duo Medici adhibendi ſunt, modò haberi queant; Aliàs, ſi in loco, ubi quis vulneratus eſt, non niſi unicus reperiatur Medicus, ſufficit eum ſolum adhiberi ad judicandum & referendum, an vulnus mortale ſit, nec nec, & an vulneratus deceſſerit ex vulnere vel ex aliâ causâ, *dict. artic. 149 Ordin. Crimin.* in verb. Einen oder mehr Wundärtzen (ſo man die haben/ vnd ſolches geſchehen kan) *&c. Iul. Clar. in dict. § homicidium. num. 34 verſ. ſcias autem &c. Bartol. in l. fin numer. 15. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. & ibi etiam Hippol. de Marſil num. 56 & 60. & in pract. crimin. § & quia. n. 16. in pr. verſ. poſtea dicit. Nicol. Boer. deciſ 323. num. 23. Blanc. in pract. in 1. part. defend. §. iis ſic præmiſſis num. 88. Carrer. in pract. crimin. in 3. tract. de homicid & aſſaſſin. §. 11. n. 21. Fulv. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 47. num. 34. & ſeqq.*

Q. 3. An credendũ barbitonſoribus de lethalitate vulneris deponentibus?

36 Notandum autem, quòd Ordin Crimin. *dict. artic. 149.* loquatur de Chirurgis, vulgò Wundärtzen/ quorum nomine etiam veniunt Barbitonſores; nam & horum judicio de vulneris lethalitate ſtandum eſt, modô ſint periti & rationem judicii ſui dare queant, *Boer dict. deciſ. 323. n. 20 Carrer. in pract dict. §. 11. n. 19. Farin. dict. qu. 127. n. 105.* eamque communem eſſe Doctorum ſententiam, teſtatur *Iulius Clar. in dict. §. homicidium. n. 34. Andr. Gail dict. obſervat. 111 n. 12. Bertaz. conſil. 85. numer. 26 in fin. Maſcard. dict. concl. 1034. n. 11.*

37 *Quam ſententiam in pronunciando ſequuntur Scabini quotidiè dictantes pœnam homicidii ordinariam, ſi barbitonſores factâ ſectione & inſpectione vulneris aſſerant iſtud lethale & ex eo vulneratum mortuum fuiſſe, ſimulq; aſſertionis ſuæ rationem addant. Vel ut reſponſum verſus* Artern/ *ad conſultationem Dn. Comitis à* Mansfeld/ *M. April. An. 1624.*

38 Tertiò: Benè notandum, quòd Medici ſeu Chirurgi qui ad vulneris inſpectionem adhibentur, quorumque judicium de vulneris lethalitate requiritur, jurati eſſe debeant, ita ut ipſis non credatur abſque juramento. *dict. artic. 149. Ordin. Crimin.* in verb. Die denn zuvor darzu beeidiget werden ſollen *&c.* Juris namque indubitati eſt, quòd peritis in unaquaque arte ſeu ſcientiâ ac diſciplinâ, adeoque in omni negotio haud aliter fides habeatur, quàm ſi jurent ſaltem de

39 credulitate. *Iaſon. in repetitione l. admonendi. 31. n. 237. ff. de jurejur. Felin in c. quia judicante. 9. in pr. ext. de præſcript. Iacob. Schult. ad Modeſtin. Piſtor. part. 4. quæſt 142. num. 11 Didac. Covarr. lib. 2. variar. reſolut cap. 13. num. 4. Dec. in c. propoſuiſti. 4. n. 51. extr. de probat. Farin. dict quæſt. 127. num. 118. Nicol. Boer. deciſ. 323. num. 24. Blanc. in dict. §. iis ſic præmiſſis. num. 86. Iul. Clar. in dict. §. homicidium. num. 34.*

40 Quod tamen non accipiendum de Medicis ſeu Chirurgis ſpecialiter deputatis ac deſtinatis ad viſitandum vulneratos, in quibus ſufficit generale juramentum à principio deputationis ab ipſis præſtitum. *Andr. Gail. dict. obſerv. 111. n. 13. & ſeq. Maſcard de probat. lib 2. concl. 1034. n. 34. & ſeqq.* Idque in practicâ ſic obſervatur.

41 *Hinc conſulti reſpondimus*: Daß vns vor allen Dingen Bericht zugefertiget werde/ wer bey der Beſichtigung geweſen/ auch ob der Barbier oder Bader ſolche Stiche vor tödtlich gehalten/ welches er dann vermittels ſeines leiblichen Eydes/ wofern er ſonſt zu ſeinem Ambt nicht voreidet iſt/ außzuſagen pflichtig *&c. Quæſtori Ilenburgenſi, Menſ. Iul. Anno 1630.*

42 Quartò: Denique in *dict. artic 149 Ordinat. Crimin.* requiritur, ut Medici ſeu Chirurgi unà cum judice & Scabinis cadaver occiſi diligenter inſpiciant, & omnium vulnerum, ictuum, omniumq; aliorum ſymptomatum, quotquot acceſſerint, conſiderationem accuratam inſtituant, *in verb. artic.* Denſelben todten Cörper vor dem Begräbnüß mit Fleiß beſichtigen/ vnnd all ſeine empfangene Wunden/ Schläge/ Aufwürffe/ wie der jenes funden vnd ermeſſen würde/ mit Fleiß mercken *&c.*

43 Etenim, ut ſupra dictum, ſuper mortalitate ſeu lethalitate vulneris Medicis & Chirurgis maximoperè credendum, & ſecundum eorum judicium, an vulneratus ex vulnere deceſſerit, vel non, Reo pœna ordinaria vel dictanda, vel mitiganda eſt; Magis namque hac in re creditur duobus aut tribus Medicis, quàm decem aut viginti teſtibus non Medicis, *Gandin in tit. de homicid. num. 24 in fin. verſ. & propter prædicta jura &c. Alexand conſil 148. n. 1. lib. 2 Carrer. in 3. tract. de homicid. & aſſaſſin. §. igitur excuſatur 11. n. 17.* Ideoque, ne judex ad mitiorem aut ſeveriorem pœnam decernendam moveatur, accurata debet eſſe inſpectio cadaveris occiſi. Ad quam requiritur: 1. Sectio vulneris, ut nempe Chirurgi cicatricem ſeu locum cadaveris, in quo vulnus inflictum, diſſecent. 2. Conſideratio exactiſſima vulneris, ejusque qualitatum, aliorumque ſymptomatum examinatio. 3. Aſſertio certa de vulneris lethalitate aut non lethalitate. 4. Aſſertionis rationis quas Chirurgi ſimul indicare & depromere debent.

44 *Prout reſpondimus Prætori & Scabinis Martisburgenſibus*: So mag *inquiſit* geſtalten Sachen nach/ weil auch nicht zu befinden/ daß bey gehaltener Beſichtigung der todte Cörper/ vnnd die verhandene Schäden eröffnet/ noch gnugſame Vrſachen angezeiget/ warumb der Stich an der lincken Seiten für tödlichen gehalten worden/ mit der ordentlichen Todesſtraff nicht beleget werden/ Er wird aber gleichwohl mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billich verwieſen/ V. R. W. *M. Iul. Anno 1632.*

Hiſce ita peractis, omnibusque circumſtantiis & qualitatibus inſpectionis ab Actuario judicii diligenter adnotatis, ſi Chirurgi aut Medici aſſerant, vulnus inflictum lethale fuiſſe, ex eoque vulneratum obiiſſe, judex tutò Reum ad pœnam mortis condemnabit. Si verò Medici contrarium deponant, vulnus nempè non fuiſſe mortiferum, ſed vulneratum ex malo regimine aliovè ſymptomate deceſſiſſe; Aut ſi ipſimet Medici dubitent, nec probabiliter certi quid aſſerere queant, ad pœnam homicidii ordinariam neutiquam perveniri poteſt. *arg. l. abſentem ff de pœn.*

Eaq;

45 *Eaque omnia Scabinos in pœnâ dictandâ adamuſſim ponderare a paret ex eorundem reſponſo hiſce formalibus concepto*: Da nun auch deß Entleibeten todten Cörpers Auffhebung geſchehen/ derſelbe in beyſein der Amptsgerichte von einem oder mehr geſchwornen Barbieren / oder Wundärtzten beſichtiget / vnnd nach beſchehener Eröffnung der Wunden/der Stich für tödtlich gehalten / auch nebenſt Anzeigung richtiger Vrſachen dafür erkandt / vnd alſo mit der Beſichtigung Inhalts Käyſer Carls deß *V.* vnd deß heiligen Römiſchen Reichs peinlichen Halßgerichts-Ordnung allenthalben richtig verfahren worden were / deſſen man ſich nachmals vor allen dingen Nothwendig erkundigen muß / vnnd der Gefangene auf ſeinem gethanen Bekäntnuß für Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde / ſo möchte er auff ſolchen Fall von wegen der N. N. begangenen vnnd bekandten Entleibung hinwiederumb mit dem Schwerdt vom Leben zů Tode geſtrafft werden. *Ad requiſitionem Sereniſſimi ac Illuſtriſſimi Dn. Electoris Sax. &c. M. Decembr. Anno* 1629.

Hinc & ſi Medicus lethalitatem vulneris neget, aut de hâc dubitet, non niſi pœna extraordinaria, fuſtigatio nimirum cum perpetuâ relegatione dictari ſolet, in hunc modum: Ob nun wohl auß deß Herren *Medici relation* (in dem er berichtet/ das weil die Beſichtigung allererſt den 10. Tag nach der Ableibung geſchehen / man keine Gewißheit haben könte/ob der Schlag an jhm ſelbſt tödtlich geweſen/oder durch Verwarloſung vnd Verſäumung gebührlicher Mittel tödtlich worden) allbereit ſo viel zubefinden/daß die ordentliche Todesſtraff nit ſtatt habe etc. *Senatui Zittavienſi, M. An.* 16 0.

It: Ob wohl der verhaffte H. Rein guten bekandt vnd geſtanden/daß er mit ſeinem Brodtmeſſer H. W. in Arm geſtochen/darüber er verſtorben / dieweil aber dennoch der Bader deß Orts außgeſagt/daß er nicht eigentlich berichten könte / ob der Schaden für tödtlich zuhalten geweſen / Er könte nicht wiſſen ob er wegen entgangenen Geblüts / oder Verletzung der Mauß vnd Pulßadern geſtorben were etc. So verbleibet der Gefangene H. R nach Gelegenheit dißfals mit der ordentlichen Todes-Straffe verſchonet / Er wird aber gleichwohl nichts deſto minder öffentlich billich zur Staupen geſchlagen/ vnd deß Landes ewig verwieſen V. R. W. *Nobili viduæ B. à G. Menſ. Mart. Anno* 1632.

It: Ob nun wohl *inquiſit* der Entleibung geſtändig; Dieweil aber dennoch bey gehaltener Gerichtlichen Beſichtigung der Stich für tödtlich nicht erkandt worden/noch der Barbierer / daß die Beſchädigung tödtlichen geweſen vnnd der Entleibete daran nothwendig ſterben müſſen / mit Anzeigung richtiger Vrſachen eigentlich vnnd gewiß berichten können / etc. So mag auch *inquiſit* dahero am Leben nicht geſtrafft werden / Er wird aber gleichwohl öffentlichen mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billich verwieſen V. R. W. *Præfecto Rochlicenſi, Menſ. Decembr. Anno* 1630.

46 In qua ſententia perſeveravimus cùm ex aula Electorali deſuper requireremur, inſertis rationibꝰ literis reſponſoriis. Quas pro explicatione accuratiori hujus ſententiæ verbotenus apponere placet.

P. P. Gnädiger Churfürſt vnd Herr / welcher Geſtalt Ew. Chur. f. Durchl vnſer geſprochenes Vrthel/darinnen wir dem in Ewrer Churfürſtl. Durchl. Ampt Rochlis gefänglich gehalten V. M wegen der an George Vollharten zu Breitenberg begangenen Entleibung/nur allein den Staupenſchlag nebenſt ewiger Landsverweiſung zu Recht zuerkandt / in etwas befrembdlichen fürkommen / dannenhero Ew. Churfürſtl. Durchleuchtigkeit die Vrſachen / ſo vns zu ſolchen vnſern Rechtſpruch bewogen / in Vnterthänigkeit zuberichten Gnädigſt an vns geſonnen / Solches haben auß Ew. Churfürſtl. Durchl. vnterm dato Dreſden den 14. Ianuarii jüngſthin an vns ergangenen gnädigſten Befehlig vnnd überſchickten vnſern Urthel in Originali, ſo wol Abſchrifft deß jenigen/ was die verordneten Ew. Churf. Durchl. Hoffgerichts zu Wittenberg hierinne geſprochen/wir mit vnterthänigſter reverentz vernommen. Nun erinnern wir vns zwar / befinden auch auß gehaltenem Protocoll (denn die Acta vns anderweit nit zugefertiget worden) daß der Gefangene V. M. deß / dem Entleibeten Georg Vollharten zugefügten Stichs vnd Verwundung/ darauff er 12. Stunden hernach geſtorben / nicht in Abrede iſt/ ſondern ſich darzu richtig bekandt / inmaſſen wir dann ſolches Bekäntnüß wol in acht genommen; Vermercken auch/daß Ew. Churfürſtl. Durchl. Hoffgerichts zu Wittenbergk verordnete Herren Aſſeſſores, auff ſolches deß Gefangenen bloſſes Bekändtnüß/jhme alſo bald ohne einige fernere conſideration, die ordentliche Todes Straff zuerkandt / ſo wir auff jhre Verantwortung ſtellen thun. Wir haben aber auch dagegen reifflichen erwogen/daß bey gehaltener Gerichtlichen Beſichtigung der Stich für tödtlichen nicht erkandt worden/noch der Barbierer / daß die Beſchädigung tödtlichen vnd vnheilbahr geweſen / vnd der Entleibete von ſolcher Verwundung ſterben müſſen / eigentlich vnd gewiß berichten können / ſondern daran ſelbſten gezweiffelt / derowegen wir auch in Manglung gründliches vnd gewiſſen Berichts zur ordentlichen Straffe deß Schwerdtes nicht gelangen können: Dann kundbahres peinlichen Rechtens iſt / daß in puncto homicidii Reus etiamſi confeſſus mit der Todesſtraffe nicht zubelegen / ehe vnd zuvor man deß corporis delicti gewiß iſt/ quòd ſcilicet vulnus inflictum fuerit lethale, nec vulneratus curari, ac priſtinæ ſanitati, adhibita opera Medicorum ſive Chirurgorum, reſtitui potuerit, wie ſolches nicht allein aller Rechtsgelehrten vnd criminaliſten einhellige/vnzweiffelhafftige Meinung / ſondern auch in Käyſer Carls deß V. vnd deß heiligen Römiſchen Reichs peinlichen Halßgerichts-Ordnung genungſam bewerth iſt/ *artic.* 148. *verſ.* Were aber *&c. in verb.* gefährlicher Weiſe / tödtlich geſchlagen/geworffen vnd verwundt worden. *Et in verb.* von welcher Hand obbeſtimpter maſſen / der Entleibete nicht tödtlich verletzt worden iſt *&c. Et art.* 147. *in verb.* Alſo daß zweiffentlich were / ob er der geklagten Stiche halber geſtorben / oder nicht *&c.* Wie auch nichts weniger in Ew. Churfürſtl. Durchleucht. Hochlöblichſten Herrn Großvatern Churfürſt Auguſti Chriſtmildeſten Andencken/ *Conſt. 7. part. 4 in verb.* Auß welches Verwundung der verſtorbene vmbkommen etc. Vnd ob wohl der Verwundete alſo bald nach zwölff Stunden/auff empfangenen Stich todes verfahren / dahero zu muthmaſſen / daß ſelbiger Stich tödtlich geweſen ſeyn müſte / vns auch nicht vnbekandt / was von etlichen Rechtsgelehrten / de vulneris lethalitate & temporis intervallo, quando nempè vulneratus ex vulnere deceſſiſſe, vulnusque mortiferum fuiſſe præſumatur, diſcurriret

wird; So halten wir doch dergleichen præſumption viel zu ſchwach zu ſeyn / die Todesſtraff darauff zuerkennen / vnd dem Gefangenen das Leben abzuſprechen / denn es wohl ſeyn können / daß der Verwundete auß andern Zufällen / als ſchwerer Noth / Schlag / Verblutung / oder auch ſelbſt eigener anderer Verwarloſung geſtorben / wie ſich denn bey ſolchen Verwundungen zum öfftern begeben thut; Derowegen in dergleichen ſchweren Fällen / ſo deß Menſchen Leben von TodesStraffe betreffen / auff bloſſe præſumptiones, quæ ſæpiſſimè fallunt, nicht zufuſſen / ſondern denn probatis & juratis Medicis atque Chirurgis, utpote in arte ſuâ peritis de lethalitate vulneris, factâ ſectione atteſtantibus einig vnd allein zutrawen; Zu ſolchem Ende die peinliche Halßgerichts-Ordnung *artic.* 149. Die Beſichtigung der Wundärtzte erfordert / welches doch / wofern ihrer Auſſage nicht Glauben zuzuſtellē / noch man ſich darnach zurichten hätte / gantz vnnötig were. Vnnd dieſe Meinung wird nicht allein von den meiſten Rechtsgelehrten gebilliget / vnd pro veriſſimâ & communiſſimâ gehalten / ſondern wir befinden auch auß vnſern Vrthelsbüchern / erinnern vns auch theils ſelbſten / daß von vnſern Anteceſſoribus in dergleichen Fällen derſelben jedesmals ſchnurſtracks nachgangen / vnd die ſententiæ darauff gerichtet worden / welche auch Ew. Churfürſtl. Durchl. Hochlöbl. Herren Vorfahren / ſo wohl Ewer Churfürſtl. Durchleuchtigkeit ſelbſten / Jhnen zu jederzeit gefallen laſſen / vnd die execution der zuerkandten gelindern Straffe darauff gnädigſt anbefohlen haben. Dannenhero wir / vermöge der fundation vnſers Collegii, vnd geleiſteten hohen Pflicht / ſo vns zu vnſerer Vorfahren gehaltenen / in Rechten gegründeten / vnd von Ew. Churfürſtl. Durchleuchtigkeit gebilligten Meinung vnd obſervantz verbindet / nach Gelegenheit gegenwertiges Falls anders nicht erkennen / noch dem Gefangenen V. M. die ordentliche Todesſtraffe zuſprechen können. Welches Ew. Churfürſtl: Durchl. auff dero gnädigſtes Begehren vnd Befehlen wir nebenſt wieder überſchickung vnſers Vrthels in Vnterthänigkeit berichten ſollen / vnd ſein derſelben vnterthänigſte gehorſamſte Dienſte zu leiſten ſo willig als Pflichtſchuldigſt / Geben den 24. Januarii Anno 1631.

47 Cæterum, hæc non ita intellecta velim, ac ſi judicio Medicorum ſeu Chirurgorum adeò præcisè ſtandum eſſet, ut probatio in contrarium excludatur. Etenim ſi Reus per modum defenſionis contrarium vulnus ſcilicet non fuiſſe lethale, ſed vulneratum ex malo regimine aliâvè ex cauſa obiiſſe, probare velit, utique admittitur. Nam & ſententia data à judice ſuper judicio & relatione Medicorum, poteſt quandocunque retractari ex meliori judicio & relatione peritorum, ac ſi eſſet lata per falſas atteſtationes; Nunquam enim talis ſententia in iudicatum tranſit, quia tale iudicium ac relatio recipit probationem in contrarium, etiam dididicitis teſtificatis & quandocunque, *Gandin. in tit. de homicid. num. 26. Paris de Putto in tract. de Syndic. in verb. Tortura, cap. 6. nu. 3. verſ. nam iſtud judicium. Angel. de malefic. in verb. cicatrix. nu. 4. verſ. ſi tamen iſti medici. Hippol. de Marſil. ad l. fin. n. 66. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. Capoll. conſil. 61. numer. 23. & 24. Blanc. in pract. in 1. part. defenſ. §. iis ſic præmiſſis. num. 74 Vid. quoque Iul. Clar. in d. §. homicidium. n. 36. Petr. à Plach. in epit. delictor. libr. 1. cap. 13. nu. 14. Andr. Gail. libr. 2. obſervat. 111. n. 13. & ſeqq.*

48 *Hinc ſententia capitalis ſuper depoſitione Chirurgorum de vulneris lethalitate lata, contrario poſtmodum ab inquiſito per modum defenſionis probato, à judicio facultatis Medicæ aliter de vulnere ſentiētis adducto, à nobis fuit retractata Verſus* Leißnigk / an Rath / *M. Iun. An.* 1621.

49 Ex iam dictis luculenter apparet, qualisnam debeat eſſe inſpectio cadaveris occiſi, quæque requirantur ad hôc, ut iudex Medicorum iudicio ſuper lethalitate vulneris ſtare, certamq; pœnam tutò dictare queat.

50 Quibus requiſitis omiſſis, ut maximè etiam
Chirurgi vel Medici de vulneris mortalitate de-
ponant, eamque doceant ac demonſtrent, ne-
quaquam tamen relationi huic iudex credere
debet; prædicta enim requiſita iuxta *Conſtit. Ca-*
rol. Crim. art. 149. ad ipſam formam inſpectionis 51
requiruntur, deficientibus autem requiſitis for-
malibus alicuius rei, res ipſa deficit; quia forma
dat eſſe rei, & quicquid ad ſolennitatem alicu-
ius rei exigitur, id ab actu dividi aut ſeparari ne-
quit. *l. cum antiquitas. 28. C. de teſtam l. 8. §. 17. de*
transact. Iaſon. in l. numer. 25. ff. de liber. & poſthu.
Nicol. Boer deciſ. 1. nu. 44. Bald in cap. 1. col. 1. tit. de
alienat. feud. Andr. Tiraquell. de legib. connub. gloſſ.
6. n. 4.

52 Et certè in eiuſmodi inſpectione minus ritè peractâ, facilimè falſitas aut fraus quępiam committi, ac fieri poſſet, ut ex relatione falsâ innocens ad mortem condemnaretur, quod ut evitotur, in tali caſu iudex potius extraordinariam pœnam dictare debet. Nam & aliàs in pœnalibus benignior interpretatio capienda, mitiorque ſententia conſectanda eſt. *l. hæ enim cauſæ. 4. §. decreto. ubi gloſſ. in verb. Et verum eſt. ff. de ſuſpect. tutor. l. ſi Præſes. 32. in fin. & l. interpretatione. 42. ff. de pœn. c. in pœnis 49. extr. de reg. jur. in 6to. Iacob Schult. ad Modeſtin. Piſtor. part. 4. quæſt. 133. num. 26. Menoch. de præſumpt. libr. 5. præſumpt. fin. num. 2.*

53 *Quemadmodum etiam omiſſâ inſpectione cadaveris occiſi, aut adhibitâ eâ, ſed minus rectè atque legitimè peractâ, licet Chirurgi deponant vulnus lethale fuiſſe, Scabini ſolummodò pœnam fuſtigationis cum perpetuâ relegatione dictare ſolent, in hunc modum:* Darin auch dieſes kömpt / das keine Gerichtliche Beſichtigung vorgenommen / noch der verordnete Stadt *Phyſicus*, oder ein ander geübter *Medicus adhibiret*; weniger daß der Cörper nach beſchehenem Todesfall gebührlichen eröffnet / vnd beſichtiget worden / wie es eigentlich vmb ſolchen Stich im Leibe bewandt / ob derſelbe ſtracks anfänglichen tödtlichen geweſen / oder nicht / welches doch für allen Dingen in Obacht genommen werden ſollen / etc. So erſcheinet darauß allenthalben ſo viel / daß Gefangner derowegen geſtalten Sachen nach am Leben nicht zu ſtraffen; Er wird aber gleichwohl öffentlichen billich zur Staupen geſchlagen / vnnd deß Landes ewig verwieſen V. R. W. *Ad conſultationem Prætoris Lipſenſis, M. Majo, Anno* 1625.

54 *Similiter reſponſum verſus* Weimar: Dieweil aber dennoch auß den *Acten* nicht zu finden / dasmit der beſichtigung deß todten Cörpers richtig / vnd Jnhalts

Kayſer

Käyſer Carls deß *V.* vnd deß heiligen Römiſchen Reichs peinlichen Halßgerichts-Ordnung verfahren/vnd ein geübeter *Medicus* vnnd geſchworner Artzt *adhibiret* worden / auch keine Eröffnung der Hirnſchale geſchehen/ dahero man nicht eigentlichen wiſſen kan/ob der Schade tödtlich geweſen etc. So erſcheinet darauß allenthalben ſo viel / daß *inquiſit* geſtalten Sachen nach am Leben nicht zu ſtraffen ; Er wird aber gleichwohl öffentlich billich zur Staupen geſchlagen/vnd deß Landes ewig verwieſen / R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris, Menſ. Novembr. Anno* 1626.

Pariter pronunciatum fuit Quæſtori Deliciano, M. Ianuar. Anno 1626.

Iohanni à Plötzen/ *M. Iun. Anno* 1628.

Præfecto Weiſſenfelſenſi, M. Decemb. An. 1598

An Verwalter zu Taucha/ *Menſ. Ianuar. Anno* 1630.

QUÆSTIO XXVII.

De Pœnâ Homicidij Culpoſi & Caſualis.

SUMMARIA.

1. *Homicidij pœna locum non habet, niſi dolus intervenerit.*
2. *Animus & propoſitum maleficia diſtinguunt.*
3. *In homicidio lata culpa non æquiparatur dolo. n.* 4.
5. *Quodnam homicidium dicatur doloſum. n.* 6. 7.
8. *Culpoſum homicidium quodnam.*
9. *Referuntur exempla culpoſi homicidij.*
10. *Culpoſum homicidium non punitur pœnâ homicidij ordinaria.*
11. *Caſuale homicidium quodnam dicatur.*
12. *Referuntur Exempla caſualis homicidii, n.* 13.
14. *Quomodo differat homicidium culpoſum à caſuali homicidio. n.* 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22.
23. *Pœna gladii non niſi in doloſo homicidio obtinet.*
24. *Pœna culpoſi homicidii arbitraria eſt. nu.* 25. 27. 28. 32.
26. *Quando pœna LL. definita non eſt, arbitraria eſt animadverſio.*
29. *Lata culpa quænam dicatur.*
30. *Quænam levis.*
31. *Quæ itidem levior vel leviſſima culpa.*
33. *Lata culpa an pœnâ corporali coerceri poſſit.*
34. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n.* 35. 36. 37.
38. *Pœna culpoſi homicidij ex culpâ levi perpetrati. n.* 39.
40. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n.* 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49.
50. *Caſuale homicidium nulla prorſus pœnâ coercendum eſt.*
51. *An Reus homicidij caſualis ad ſolutionem VVergeldi teneatur. n.* 52. 53. 54. 55. 59. 61. 62.
56. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. numer.* 57. 58. 63.
64. *Explicatio Gloſſ.* Weichbild/*art.* 38 *n.* 12.
65. *Autoritas Iuris Saxon. nulla eſt, niſi quatenus hoc uſu & conſuetudine eſt receptum.*

CEſſat porrò pœna ordinaria homicidii, ſi culpâ vel caſu commiſſum fuerit homicidium.

1 Quemadmodum enim in aliis delictis, ita & in homicidio maximoperè dolus requiritur, qui ſi non adeſt, neque homicidii pœnam locum obtinere dicendum eſt. *l. 1. C ad Leg. Cornel. de ſicar. l. qui injuria. ff. de furt. l. quod Reipublicæ, ff de injur. l cum autem. §. excipiuntur. ff. de ædil. edict. Andr. Tiraquell. de pœn. temper cauſ.* 14. *numer.* 1. *Tiber. Decian. in tractat. crimin. libr. cap.* 4. *numer.* 9. *Hippol. de Marſil. l. ad leg. Cornel. § cum quidam, numer.* 3. *ff. ad Leg. Cornel de ſicar. Iacob. Menoch. lib.* 2. *arbitr. judic. quæſtion. cent.* 4 *caſ.* 324.

2 Sine dolo enim & animo delinquendi delictum non committitur, nec punitur, quia animus & propoſitum maleficia diſtinguunt. *dict. l. quod Reipublicæ, ff. de injur. l* 1 *§. Divus Adrianus. ff ad Leg. Cornel. de ſicar l. Divus Adrianus. ff eod. tit. Anton. Gomez. tom.* 3. *var. reſolut. cap.* 3. *num.* 25. *Proſper. Far. part.* 3. *oper. crimin. quæſtion.* 87. *num.* 25. Hinc & in delictis animus & voluntas attenditur, non autem exitus & veritas. *dict. l. Divus Adrianus. Tiraquell. de pœn. temper cauſ.* 51 *numer.* 7. & 9. *Oldr. conſil.* 53. *numer.* 4. & 5. *Anton. Gomez dict. cap.* 3. *num.* 15.

3 Quod adeò verùm eſt, ut in homicidio lata culpa dolo non æquiparetur. *l. in lege Cornelia, ubi gloſſ. Bartol. Hippol. de Marſil. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. Alciat. in l. magna. nu.* 3. *verſ. quod ego verum. ff. de verb. ſignificat. Cagnol. in l. contractus. n.* 9. *verſ. item adverte ff de reg jur. Dec. in cap.* 2. *nu.* 30. *de conſtitut. Tiraquell. dict. cauſ.* 14. *nu.* 5 *Cepol. conſil.* 33. *n.* 5 *Hippol. de Marſil. conſil.* 67. *num.* 40. *Anton. Gomez dict. cap.* 3. *nu.* 15. *Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſt.* 84. *in pr. Iacob. Menoch dict. caſ.* 324. *num.* 11. Præſertim cùm & in aliis delictis, in quibus pœna corporalis obtinet, lata culpa nequaquam ſufficiat ad imponendam pœnam ordinariam. *Dec. in l in actionibus. num.* 19 *ff de in lit. jur. Bartol. in l. quod Nerva. num.* 20 *ff. depoſit. & in l in lege Cornelia. ubi & Hippol de Marſil. ff ad Leg. Cornel. de ſicar. Salycet. in l.* 1. *num* 6. *C. eod. tit. Angel de malefic. in verb. ſcienter & doloſè num* 1. & 4. *Blanc. in pract. §. viſis indiciis. n.* 137 *Ceph. l conſil.* 67. *n.* 71. *lib.* 1. *Burſat. conſil.* 77. *n.* 14. & *conſil* 92. *n.* 8. *lib.* 1. 4

Doloſum autem dicitur homicidium, quod vel animo & propoſito occidendi, vel ſolùm vulnerandi voluntate committitur. Etſi enim Doctores communiter exiſtiment, homicidium doloſum ex voluntate & animo occidendi ſolummodò committi, *Carrer. in pract. crimin. in* 3. *tract. de homicid. & aſſaſſin. §. homicidii autem ſpecies. n.* 2. *Petr. à Plach. in epit delictor lib.* 1. *cap. tom. in pr. & num.* 5. *Iul. Clar. in pract. §. homicidium. nu.* 5. *verſ. doloſum autem. Ægid. Boſſ. in tit. de homicid. num.* 53. *Proſp. Farin part.* 5. *oper. crim. quæſtion.* 126. & 2. & 3. Culpoſum verò, & non doloſum eſſe homicidium illud, quod ab occiſore commit- 5

Q. I. Quodnam homicidium dicatur doloſum?

mittitur ſine animo & voluntate occidendi. *gloſſ. in l. §. Divus Adrianus in pr. in verb. abſolvi ff. ad Leg. Corn. de ſicar. Salyc. in l. eum qui. in ſummario, C. ad Leg. Cornel. de ſicar. Dec. lib. 1. conſ. 9. n. 1. Hippol. de Marſil. conſ. 7. n. 36.*

6 Attamen hoc falſum eſſe, & doloſum homicidium quandoque abſque voluntate & animo occidendi perpetrari, demonſtratum fuit *ſupra quæſt.* 1 Nam & is qui pravo animo aliquem percutit gladio, vel alio ſimili inſtrumento, licet non animo occidendi, in dolo verſatur, doloſè ſiquidem agit, quòd pravo animo percutit ſeu vulnerat. Cum dolus juxta Bald. *in l. quæ fortuitis. num. 5. C. de pignor. act.* ſit ars nocendi contra naturam. Doloſè quoque agit, quòd percutit gladio, vel ſimili inſtrumento, quo communiter ictus & vulnera lethalia infliguntur, ex quibus mors neceſſario ſequitur; Adeoque homicidium hoc maximè doloſum eſt, non culpoſum. Licet namque in percutiente dolus non ſit directus in homicidium ipſum, attamen ille actus doloſus, ſcilicet percuſſio, quæ fit gladio vel ſimili inſtrumento in periculum mortis tendit. *Covarr. ad Clem. V. Conſt. de homicid. ſecund. part. relect. in pr.*

7 Vt ita doloſum homicidium duplici modo committatur: 1. voluntate & animo occidendi. 2. animo vulnerandi & percutiendi, unde mors immediatè ſequitur. Adeoq; is qui animum occidendi habet, ſemper in dolo verſatur, ſed contrà is, qui in dolo verſatur, non ſemper animum occidendi habet. Neque hæc duo confundenda ſunt, ſed ita ſtatuendum, in homicidio nempè quo pœna ordinaria locum habeat, ſemper requiri animum doloſum, quem habet is, qui vel animo occidendi aliquem interficit, vel etiam doloſè (abſque animo occidendi) percutit aut vulnerat, unde poſtea mors neceſſariò ſequitur, juxta tradita *ſupra quæſt.* 1.

Q. 2. Quodnam homicidium ſit culpoſum?

8 Culpâ verò committitur homicidium, quando occidens non quidem habet animum doloſum occidendi aut vulnerandi, culpa tamen interveniente vel præcedente aliquem interficit, *Petr. Theod. in Colleg. crim. diſp. 7. th. 5. lit. C. Iodoc. Damhoud. in prax. crim. cap. 84. & 85 Anton. Gomez. tom. 3. var. reſolut. cap. 3. n. 16. Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. caſ. 324.* Veluti ſi quis operam dando rei illicitæ, vel in re licita ac permiſſa non adhibendo diligentiam, cauſam mortis præbeat, & aliquem occidat, *c. continebatur, de homicid.*

9 Exempla ejuſmodi homicidii culpoſi multa referuntur hinc inde ab Interpretibus, *Far. dict. quæſt. 1 6. nu. 17. & ſeqq. Menoch. dict. caſ. 324. Iodoc. Damhouder. dict. cap. 85. Anton. Gomez. dict. cap. 3. num. 16.* Vtpote, ſi quis proiiciendo lapidem in locum prohibitum, percutiat & interficiat tranſeuntem: Vel, ſi Murator aut Architectus ex alto proiiciens lapides, tegulas, & ſimilia abſque clamore, & abſq; ſingulis claris appoſitis tranſeuntes lædat atque occidat: Vel, ſi machina Architecti non benè ligata, in terram ſuper caput hominis cadens illum occidat: Aut, ſi Aſinarii & Muliones non clament hominibus, ut ſibi caveant, ne ab aſino vel à mulo percutiantur: Aut, ſi quis equo currens ſciens vitium equi quòd ſit effrenatus, vel frenum leve & frangibile, incidens in tranſeuntem, eum in terram proiiciat & occidat: Vel, ſi quis impellat & faciat cadere in terram habentem gladium, ex quo impulſus vulneratus occiditur: Aut, ſi tonſor in viâ publicâ, aut ubi homines ex conſuetudine tonderi non ſolent, quem radat: Aut miles, Sagitarius, Sclopetarius, ſive Bombardarius in alio loco, quàm qui ad exercitandum datus eſt, ut qua vulgò iter fit, ejaculatus fuerit: Aut ſi imprudentius arcum, tormentumvè in loco deſtinato tractarit, & verſarit. Certè ſi quis ab eo tonſore, vel milite occidatur, culpoſum dicitur committi homicidium; Et, ſi qui alii conſimiles evenerint caſus, in quibus homicida tenetur ob culpam ſi nimirum in illicito, quod ad eum caſum & eventum ut plurimum tendit, aut ſaltem veroſimiliter tendere poteſt, verſatus ſit, etiamſi omnem diligentiam, quâ cædem illam evitaret, adhibuiſſet. *l. 31. §. pen. l. 45. § pen. ff. ad L. Aquil. §. item putator. Inſtit. eod. tit.* Aut verò, ſi in licito quidem verſatus debitam diligentiam, quam homines frugi & providi adhibere ſolent, non adhibuerit. *cap. delictus cap. exhibita cap. 22. cap. Iohannes cap. fin. extr. de homicid. Petr. Gregor. lib.* 30. *Syntagm.* 20. *num.* 2. *&* 3 *Ioh. Harppr. in tract. crim. ad § item lex Cornelia. Inſtit. de publ. jud. numer.* 167.

Quibus caſibus ob carentiam doli, pœnam homicidii ordinariam non obtinere, extra dubium eſt. *Iodoc. Damhouder dict. cap. 85. Iul. Clar. dict. § homicidium. n. 3. Anton. Gomez dict. cap. 3. num. 16. Farin. dict. quæſt. 126. nu. 42 Iacob. Menoch. dict. caſ. 324.* Etſi enim homicida cauſam mortis præbeat, doloſè tamen hoc non facit, neque ex actu illicitè operantis immediate & neceſſariò, ſed ſolùm per accidens mors ſubſequitur; quæ autem per accidens eveniunt ex opere aliquo, non imputantur agenti ad malitiam. *Covarr. ad Clem. V. de homicid. ſecund. part. relect. in §. 1. ſub nu.* 1. adeoque homicida hoc caſu non tàm ob homicidium, quàm ob culpam datam puniendus eſt. 10

Caſuale dicitur homicidium, quod caſu inopinato nullo prorſus dolo, nullâque culpâ interveniente vel præcedente committitur. *Bartol. in l. reſpiciendum §. delinquunt, num. 3 ff. de pæn. Iul. Clar. in pract. §. homicidium. n. 2. verſ. caſu autem. Proſper Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 126. num. 5. Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſp. 7. th. 5. lit. D. Iodoc. Damhouder. in prax. crimin. cap. 85. Iacob. Ayrer. in tractat. de homicidium. part. 3. num.* 1. 11

Q. 3. Quodnam ſit homicidium caſuale, & quomodo hoc à culpoſo differat?

Veluti, ſi Titius in tonſtrinâ ſuâ (qui locus ei commodus eſt) Sempronio barbam raderet, inopinato caſu in manus tonſoris jactatum quid eſt, aut tonſor percuſſus, unde gula ejus, quem radebat, cultello præcipitur; Vel, ſi balearis quis funditor, aut miles in campo Martio jaculationibus atque militaribus exercitationibus deſtinato, jaculis ludens, palum jaciens, dum telum emittit, bombardam ad metam exonerat, tranſeuntem tranſcurrentemvè læſerit, trajecerit; Aut ſi cùm nondum collimaſſet, telum in vitâ manu fugerit, atque hominem occiderit. Quæ exempla homicidii caſualis 12 ſualis referuntur ab Imperatore Carolo V. in *Ordin. Crim. art.* 146. *in pr.*

13 Quibus ſimilia ſunt: ſi putator ex arbore ramum deiiciens & proclamans, ut prætereuntes caveant, hominem occidat. § *item ſi putator* 5 *Inſtit. de Leg. Aquil. l. in lege Cornel. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar.* Aut, ſi tegularius, qui prius ſigna præmonitoria conſtituit & proclamavit, tegulas dimittendo aliquem prætereuntem occidit. *Iodoc. Damhouder. dict. cap.* 85. *in pr.* Vel, quando quis portat lanceam, & alius veniens contra eum, cecidit in lanceam & mortuus eſt. *Iacob. Butrig. in l.* 1. *col.* 1. *verſ. item vidi quod dum quis portaret lanceam. C. ad Leg. Cornel. de ſicar.* Vel, ſi quis pulſet campanas, & cadens tintinabulum percutiat & occidat tranſeuntem. *c. Iohannes. ubi Canoniſtæ, ext. de homicid. Carrer. in pract. in* 3. *tract. de homicid. & aſſaſſin.* §. 14. *num.* 7. *Iacob. Ayrer. dict. part.* 3. *n.* 16.

14 Ex hiſce apparet, homicidium caſuale committi ab aliquo præter ſcopum, conſilium, & culpam ſuam, ex negotio & actu licito, natura ſua ad delinquendum non comparato. *l.* 1 *ff. ſi quadr. paup. feciſſ. dicat. l.* 1. §. *eum qui C. ad Leg. Cornel. de ſicar.*
“ *l.* 11. §. *delinquunt ff. de pœn.* Quo igitur conſtet,
“ an homicidium ſit culpoſum, vel caſuale, dili-
“ gentiſſimè & exactiſſimè circumſtantiæ quævis
“ ponderandæ ſunt, an culpa quædam caſum præceſſerit, vel intervenerit.

15 Nam pro circumſtantiarum varietate quandoq; diſcrimina homicidiorum ſunt ſubtiliſſima & plerisque ignota. Quod advertens Imp. Carolus V. Judices, quò tutius ſententias ſuas ferant, neque in ancipiti tot factorum diſcrepantia labantur, Prudentum conſilio uti jubet, *in Ordin. Crim. art.* 146. *in fin. verb.* **Jedoch haben die Fälle zu Zeiten gar ſubtile Vnterſcheidt / die dem gemeinen Mann / ſo an den peinlichen Gerichten ſitzen / verſtändig oder begreifflich nicht zu machen ſeyn / hierumb ſollen die Vrtheiler in dieſen obgemelten Fällen / (wenn es zu ſchulden kömpt) angezeigter Erklärung halber / der vorgemeldten verſtändiger Leute Rath nicht verachten / ſondern gebrauchen.**

16 “ In conſideratione igitur homicidii culpoſi &
“ caſualis, quo unum ab alio ritè & exactè diſtin-
“ guatur, ad culpam, an ea intervenerit, vel non,
“ reſpiciendum eſt. Hæc enim ſolummodò homicidium culpoſum à caſuali diſtinguit, & differentiam inter hæc duo conſtituit, quæ ſi deeſt, absque dubio homicidium pro caſuali & fortuito haberi debet. Verſatur autem culpa in hiſce ferè duobus: *Primò*, ſi quis dederit operam rei illicitæ. *Secundò*, ſi quis in re illicita ac permiſſa non adhibuerit omnem diligentiam. *cap. Presbyterum. cap. continebatur de homicid.* Hiſce duobus caſibus, ſi infortunio ac caſu quodam ex facto alicujus quis interficiatur, homicidium pro culpoſo habendum eſt. *l. quâ actione.* 7. §. *ſi quis in colluctatione. l.* 9. § *f. l. ſi putator.* 31. *l. ſi ex plagis.* 52. §. *f. ff. ad Leg. Aquil. Covarr. in Clemen. ſi furioſus. de homicid.* §. 4 *part.* 2. *relect. numer.* 2. *&* 10. *Damhouder. in prax. crimin. cap.* 84. *numer.* 22. *cum ſeqq. & cap.* 85. *Iohan. Harppr. ad* §. *item Lex Cornelia. numer.* 115. *Inſtit. de publ. judic. Voltz. ad Leg. Cornel. de ſicar. cap.* 6. *n.* 26. 27. 31. 35. *&* 47.

Hæc duo igitur maximoperè conſideranda ſunt, quæ ſi quis accuratè examinaverit, haud facilè à vera diſtinctione homicidii culpoſi & caſualis aberrabit. Quò etiã inclinare videtur Imper. Carolus V. *in dict.* 146. *in pr.* in verb. **So einer ein ziemlich unverboten Werck an einem Ende oder Ort / da ſolch Werck zu üben ziemlich iſt / thut / vnnd dadurch von vngeſchickter gantz vngefährlicher Weiß / wieder deß Thäters Willen / jemand entleibet / derſelbige wird in viel Wege / die nicht müglich zubenennen ſeyn / entſchuldiget / etc.** Quibus verbis caſuale homicidium definitur ac deſcribitur iſtud, quod commiſſum ab eo, qui 1. operam dat rei licitæ & non prohibitæ, *in verb.* **Ein ziemlich vnverbotten Werck.** 2. idq; facit debito loco ac tempore, & omnem diligentiam adhibet, *in verb.* **An einem Ende oder Ort / da ſolche Werck zu üben ziemlich iſt / It: von vngeſchickter gantz vngefährlicher Weiſe / etc.** 17

18 Horum alterutrum quando fecit, homicidium non pro caſuali, ſed culpoſo haberi debet; Idque exemplis demonſtratur, veluti, radere, barbam in tonſtrina, aut jaculis ludere, & bombardam ad metam exonerare in loco eiuſmodi exercitationibus deſtinato, res per ſe licita eſt, ſi ergo barbitonſor in tonſtrina barbam alicui radens omnemque diligentiam adhibens, inopinato caſu ab aliquo percuſſus gulam abſcindat. Ant, ſi quis cautè ac providenter in campo Martio iaculis ludens vel bombardam ad metam exonerans tranſeuntem caſu inopinato traiiciat & occidat, utrumque hoc homicidium pro caſuali reputandum eſt, neque enim barbitonſor aut iaculis ludens rem egit illicitam, neque negligenter verſatus eſt. At, ſi barbitonſor in platea barbam radens, gulam alicui abſcindat, aut balearis funditor in loco quo vulgô iter fit, iaculis ludens tranſeuntem occidat, neuter omninò excuſabitur, quia res eſt illicita radere barbam in platea, aut iaculis ludere in loco, quo vulgò iter fit. Sic, licet Bombardarius in loco huic exercitio deſtinato bombardam exonerans rem agat licitam, ſed tamen imprudentiùs tormentum tractando & verſando aliquem interficiat, quia non debitam diligentiam adhibet, culpoſum homicidium committit. *dict. art.* 146. *Ordin. Crim.*

19 Idemque ſtatuendum de ſimilibus factis & homicidiorum qualitatibus, quibus perpenſis ac benè conſideratis, an nimirum culpa quædã acceſſerit an non, an homicidium ex opere illicito aut minus diligenter peracto provenerit nec ne, de homicidio culpoſo vel caſuali facilimè conſtabit. Hinc accidit, quod homicidium caſuale quandoque fiat culpoſum, culpa quadã interveniente: Veluti, ſi putator ex arbore dejecto ramo tranſeuntem occidat, ſi quidem antea proclamaverit, nec ille curaverit præcavere homicidium caſuale commiſſum eſt; Quòd ſi verò putator non proclamaverit, ut caſus evitari poſſet, homicidium pro culpoſo habendum erit. §. *item ſi putator.* 5. *Inſt. de Lege Aquil. l. ſi putator. ubi gloſſ. Bald. & Odofred. ff. ad Leg. Aquil. Iacob. Ayrer. in tract. de homicid. part.* 3. *n.* 10.

20 Quod & procedit in tegulario & machinario, muratore ſeu architecto ex alto proiiciente lapides, tegulas & ſimilia alia. Is enim caſuale tantummodò homicidium committit, & non tenetur de læſione, neque de homicidio, ſi prius ſigna præmonitoria conſtituerit, *arg. l. cum quid. ff. ſi cert. petat.* aut vivâ voce, aliisque modis debitis periculum indixerit; Quibus omiſſis, ſi homicidium exinde ſequatur, iſtud pro culpoſo reputari debet, quia culpâ tegularii ſeu muratoris perpetratum fuit, non factâ acclamatione aut denunciatione, quo periculum evitari potuiſſet. *Iodoc. Damhouder. dict. cap. 85. in pr. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 126. n. 21. 22. Ant. Gomez. dict. cap. 3. num. 16. Iacob. Ayrer. de homicid. part. 2. num. 2. Angel. in §. item ſi putator. Inſtit. de Leg. Aquil.* ubi legem ſtatuit omnibus domorum tegulariis, & opificibus ſimilibus ut, quoties ex alto quippiam deiicere neceſſum fuerit, ante demiſſionem illius maturè per proclamationem, aut alia edita ſigna, incautis viatoribus & tranſeuntibus periculum denuncient, quò per talem tempeſtivam denunciationem commodius trãſeuntes periculum forſan eventurum fuga aut mora præcavere poſſint. Quod ſi frequentiꝰ de vitando periculo inclamandum foret, ſufficiet ut in via ante periculi locum, ſignum aliquod conſuetum ponatur, ob cuius indicium iure ſibi præcavere quis poſſet; Eô enim poſitô, operarius excuſabitur, etiamſi vocet & clamore nullum aliud ſignum cavendi periculi prius dediſſet. Quod ita receptum diutina conſuetudine, quæ etiamnum durat paſſim & ſervatur, ob quã ſatis eſt, talibus ſignis indicibus omnibus periculum præmonſtraſſe, teſte *Iodoc. Damhoud. in prax. crim. cap. 85 n. 1.*

21 Pariter homicidium commiſſum in ludo quandoque reputatur culpoſum, quandoque verò caſuale: Culpoſum eſt, quando vel reſpectu ludi, vel reſpectu occiſoris in eo intercedit aliqua culpa, *Alber. in l. 1 §. Divus n. 3 ff. ad Leg. Cornel. de ſicar.* ut ſi homicidium ſequatur ex ludo vel illicito, vel in loco non conſueto. *Paris de Puteo in tract de ludo. 48. nu. 48. verſ. quod eſt verum. Carrer. in pract. 3 tract. de homicid. & aſſaſſ. §. homicidij autem ſpecies. n. 48 Blanc. in pract. §. iis ſic præmiſſis n. 52. Anton. Gomez. dict. cap. 3. nu. 16. Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. caſ. 400. num. 5.* Veluti ex ludo, aut colluctatione jocoſa cum enſibus nudis & ad vulnerandum & occidendum aptis. *Pract. Conrad. rubr. de homicid. nu.* 22 *17. in fin. Farin. dict. quæſt. 126. num. 33.* Caſuale verò in ludo commiſſum dicitur homicidium, quando in colluctatione ſeu alio ludo licito nulla præceſſerit culpa: Veluti, ſi jaciens pilam in loco ſolito pertranſeuntem puerum percuſſerit, *Paris de Puteo in dict. tract. de ludo. nu 54. in pr. Iacob. Boulen. in repetit. l. capitalium. §. famoſos. num. 174. ff. de pœn.* Vel, ſi ludentes in ludo permiſſo ſe offendãt caſualiter, *l. quâ actione. §. ſi quis in colluctatione. ff. ad Leg. Aquil. l. ſi ex plagis. §. fin. ff. eod. tit.* ut ſi impulſus cadens, ſibi fregit crus vel caput, *Farin. dict. quæſt. 126. n. 31. Socin. in conſil. 16. libr. 1.* ubi concludit, quando ludus peragitur licitus, videlicet ſaltando, currendo haſta ludendo, colluctando, telum aut ſaxum proiiciendo, aut ſimilia fortitudinis, ſeu agilitatis corporis oſtentandæ cauſâ faciendo & exercendo, tunc ſi ex eo ſequatur homicidium, illud pro caſuali reputandum eſſe.

23 Hac itaque diſtinctione homicidiorum conſtitutâ, pœna ordinaria gladii non niſi in doloſo homicidio obtinet. *Alber. in l. 1. §. Divus. n. 5 ff ad Leg. Corn. de ſicar. Odofred. in l. 1. n. 1. C. eod. Capol. conſ. 29. n. 3. Hippol. de Marſil. conſ. 91. n. 1. & conſil. 7. n. 1 Gramm. vot. 23. n. 1.* In homicidio verò culpoſo & caſuali ea nequaquam locum habet, quia ut ſupra dictum, pœna mortis dolum requirit, quo deficiente ultimô ſuppliciô Reus affici non debet. *Andr. Tiraquell. de pœn. temper cauſ. 14. num. 1. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 1. c. 4. num. 9. Oldr conſ. 53. nu. 4. & 5. Farin. part. 3. oper. crim. quæſt. 87. n. 6.*

Q. 4 *Quænam ſit pœna homicidij culpoſi?*

24 Quod tamen non ita accipiendum, ut Reus indifferenter ob commiſſum culpoſum ſeu caſuale homicidium ab omni prorſus pœnâ immunis ſit. Nam homicidium culpoſum licet non ordinariâ pœnâ, attamen ſupplicio extraordinario & mitiori iuxta facti & perſonarum qualitatem puniri debet, in quo ferè omnes Doctores conveniunt. *Alber. in l. 1. §. Divus. n. 2. in fin. verſ. ſi autem poteſt alicui culpa. ff. ad Leg. Corn. de ſicar. ubi & Hippol de Marſil. n. 52. verſ. venio igitur ad gloſſam. Gloſſ. in Leg. Cornelia. §. cum quidem. in verb. per laſciviam ff. ad Leg Cornel. de ſicar. ubi etjam Marſil n. 3 Gloſſ in l. is qui cum telo. in verb. dolo. C. ad Leg. Cornel. de ſicar. Iacob. Boulen. in repetition. l. capitalium. §. famoſos n. 151. ff. de pœn. Carrer. in pract. in 3 tract. de homicid. & aſſaſſ § 14. n. 1. Anton. Gomez. tom. 3. var. reſol. cap. 3. num. 15. Iul. Clar. in pract. §. homicidium. n. 3. verſ. culpa dicitur. Iacob. Menoch. de arbitr. jud quæſt. libr. 2. caſ. 324. nu. 1. & 12. Proſp. Farin part. 5. oper. crim. quæſtion. 126. n. 42 Iacob. Ayrer. in tract. de homicid part. 2. n. 101. & ſeqq.*

25 Idque haud obſcurè probatur *Primò*: *per l. 4. §. 1.* ibi: *cùm quidam per laſciviam cauſam mortis præbuiſſet, comprobatum eſt factum Ignatii Taurini Proconſulis Veticæ à Divo Hadriano, quod eum in quinquennium relegaſſet. ff. ad Leg. Corn de ſicar. l. 4. C. ad l. Iul. de adult. l. 31. l. 41. § p. ff. ad Leg. Aquil.*

26 *Secundò*: Nullibi in iure reperitur pœna certa pro homicidio culpoſo conſtituta. At, quando pœna certa Legibus, ſtatuto, vel conſuetudine expreſſa non eſt, arbitraria eſt Judicis animadverſio. *Iaſ. in l. jubere. 4. n. 17.* ibi: *licet aliàs ubi pœna non eſt expreſſè determinata &c. ff. de jurisdict. Andr. Tiraquell. de pœn. temp. cauſ. 31. n. 34. Iacob. Schult. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 104. n. 9. Ludolph. Schrader. in tract. de feud. part. 10. ſect. 19. n. 122. verſ. eam ob cauſam. Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. lib. 1. quæſt. 86. n. 8. verſ. aut à jure communi ſtatuto &c.*

27 *Tertiò*: Idemque innuit *Conſtit. Crimin. Carol. artic. 146. in med.* ibi: **Der Thäter keiner wird gnug entſchuldiget / aber dennoch iſt mehr Barmhertzigkeit bey ſolchen Entleibungen/die vngefährlich auß Geilheit/oder Unfürſichtigkeit/ doch wider deß Thäters Willen geſchehen/zuhaben / denn was argliſtig / vnd mit Willen geſchicht. Vnd wo ſolche Entleibungen geſchehen/ſollen die Vr**

theiler

theiller bey den Verſtändigen/ſo es vor jn zu ſchulden kömpt/der Straff halber Rathspflegen. Quibus certè verbis pœna culpoſi homicidii arbitrio iudicis committitur.

28 Culpoſo igitur homicidio commiſſo, judex pro arbitrio & diſcretione ſua pœnam dictabit, &quidem diverſimodè, prout culpa admiſſa, vel lata, levis aut leviſſima fuerit. Sicuti enim judici incumbit, attendere, numquid in homicidio perpetrato aliqua culpa Rei verſetur, an verò iſtud ſolo caſu fortuitô perpetratum fuerit, ita & benè ac circumſpectè ponderare debet, qualisnam culpa ſit, & ſecundum eius gravitatem aut levitatem pœnam decernere tenetur. *Carrer. in 3. tractat. de homicid. & aſſaſſin. in §. tertio quæro. n.* 11. *Petr. à Plach. in epit. delict. lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 8. *Iacob. Menoch. dict. caſ.* 324. *n.* 2. *Far. dict. quæſt.* 126. *n.* 27. *Iacob Ayrer. in tract. de homicid. part.* 2. *n.* 103. *Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſp.* 7. *th.* 7. *lit.* C.

29 Lata autem vel grandis eſt, non intelligere,
‹‹ quod omnes intelligunt, non facere, quod
‹‹ omnes faciunt, aut maior pars, vel id facere, quod
‹‹ nulli vel pauci faciunt, id eſt, cùm quis aſturè &
‹‹ ex ſimulatione peccat & prætendit, non eſſe moris, non ſe ſciviſſe, non intellexiſſe aliquid, quod tamen uſu eſt receptiſſimum, quodque ſciverat certiſſimè, & omnium optimè cognovit & intellexit, aut ſaltem ſcire & intelligere debuerat. *l. lata culpa ff. de verb. ſignif. l. regula. §. ſi filius. ff. de iur. & fact. ignorant.* Cuius exemplũ ponit Iodoc. Damhouder. *in prax. crim. cap.* 85. *numor.* 10. de tegulario: *Omnibus,* inquit, *eſt in propatulo, tegularios ſolere & debere vocare antequam tegulas demittant, tegularios verò ſi contradicat, ſe non ſciviſſe eas leges nec conſuetudines, ideoq; nullum conſtituiſſe ſignum nec clamaſſe, eo in caſu tegularius non excuſatur, ſed per latam culpam Reus fit omnium malorum & infelicium eventuum, quæ per ſuam negligentiam eveniunt; Quandoquidem eas leges & conſuetudines certò cognoviſſe debuerat, quas ferè norunt omnes. Damhoud. dict. n.* 10.

Levis verò culpa eſt negligentia & incuria
30 in rebus dubiis, & ubi quis non præter rationem ambigere poſſet, an ullum periculum ſubeſſet, aut inde conſequi poſſet, vel non. Aut, Levis culpa eſt, deſidia & negligentia in rebus in quibus dubitare licet. *§. præterea junct. gloſſ. in verb. debet Inſt. quib. mod. de recontr. obl.* Verbi gratia. Si tegularius domum tegat in platea aliqua remota, abdita & ſecreta, quam non ſatis ſcivit, fuiſſe viam vel plateam publicam ac privatam; Hoc caſu, ſi quod eveniat malum, levi culpæ aſſcribendum eſſet. *Iodoc. Damhouder. dict. cap.* 85. *num.* 11.

31 At levior culpa (quam nonnulli leviſſimam
‹‹ vocant) hæc eſt: Si quis malum aliquo modo
‹‹ prævidere, ſeu ab alio arcere & præcavere
‹‹ potuiſſet, ſed non precavit nec prævidit. *dict. §. præterea. cum gloſſ. in verb. debet. Inſt. quib. mod. re contr. oblig.* Veluti, ſi domus caduca foret, ruinam ſua diſpoſitione minitans, quam ruinam Dominus ædium impedire potuiſſet, imò impediendam eſſe ob iminens periculũ certò noviſſet, quã tamen per incuriam non impedivit; Eo caſu, ſi domus ruat, ullive vicinorum detrimentum inferat, dominus ædium ob incuriam non planè ab omni pœna immunis eſt. *Damhoud. dict. loco. n.* 12.

Ex hiſce de cæteris quoque factis & contingentibꝰ circumſtantiis judicare licet, quanta & qualis nimirum culpa imputari debeat Reo, qui percuſſione offenſione, aliovè modo, ac negligentia cauſam mortis prębuit. Et ſecundum qualitatem & gravitatem culpæ pœna ipſi imponenda eſt. Lata enim culpa mitius punitur dolo, citra mortem. Et rurſus, levis mitius lata abſq; ulla corporis aut exilii pœna. *Honded.* 1. *conſ.* 94. *n.* 15. 16. 17. & itidem leviſſima mitius levi, *Cæpol.* 3. *conſ.* 33. *n.* 14. *& ſeqq.* 32

Quamvis autem regulariter lata culpa pœna corporali coërceri non debeat. *Iacob. Menoch. dict. caſ.* 324. *n.* 12. *Honded. dict. conſ.* 94. *n.* 19. *Hippol. de Marſil. ad l.* 1. *nu.* 61. *C. ad Leg. Corn. de ſicar.* Unde Cæpoll. 3. *conſ.* 41. *n.* 6. aſſerere non veretur, latam culpam vel mulcta pecuniaria, vel relegatione quinquennali ad ſummum puniri, per *l.* 4 *ff. ad Leg. Cornel. de ſicar.* Attamen vix dubitandum, quin pro ratione circumſtantiarum etiam fuſtigatio cum perpetua Relegatione, vel ſimplex plurium annorum, aut perpetua relegatio decerni queat; Veluti percutienti aut vulneranti aliquem non quidem lethaliter, morte tamen ex aliis ſymptomatibus accedentibus ſubſecuta, in quo, aliisvè caſibus ſimilibus lata culpa quàm proxime ad dolum accedit, adeò, ut etiam dolum implicitum continere videatur. *l.* 1. *§. hac actio. ff. ſi menſ. falſ. mod. dixer. l. quæſitum §. eum quoq; ff. de precar. l. quod Nerva. ubi Bartol. & Dd. ff. depoſiti. Iodoc. Damhouder. dict. cap.* 85. *n.* 10. *Petr. Theodor. in Colleg. crimin. diſput.* 7. *th. lit. C. Farin. part.* 5. *oper. crim. quæſt.* 87. *num.* 73. 33

Veluti etiam ob homicidium ex latâ culpa commiſſum Scabini Lipſenſes dictaverunt fuſtigationẽ cum perpetua relegatione, in hunc modum: Hat ein Junge ohne gefehr von 18. Jahren Euer Eheweib uff freyer Gaſſen und Straſſen angefallen/ und jhr mit der Fauſt dermaſſen einen Schlag ins Genicke gegeben/ daß jhr die Mütze und Haube vom Haupte herunter gefallen/ darüber Sie denn zum hefftigſten erſchrocken/ und am ſiebenden Tage hernacher mit einem hitzigen Fiber angriffen worden/ am 9. Tage aber zu Abend/ gleich üm die Stunde da angeregte Gewalt an jhr verübet wordẽ/ hat Sie zwo Töchter zur Welt gebohren/ deren die eine todt/ an der andern zwar das Leben noch etwas verſpüret worden/ aber doch alſo bald/ wie dann auch euer Weib die Mutter todes verblichen/ und es haben die *Medici* deß Orts in jhrem *judicio* auß darinnen angeführten *motiven* und Urſachen geſchloſſen/ daß durch den/ eurem Eheweibe zugefügten Schlag und darauf erfolgte *conſternation*, nit allein das hitzige Fieber/ ſondern auch der *abortus* verurſachet worden/ n. m. i. deß uns zugeſanden Bedenckens/ v. e. f. So möchte der Junge/ welcher uff offener Gaſſen den Schlag beybracht/ und ſie mit Gewalt angefallen/ wofern er deſſen geſtändig ſeyn oder überwieſen würde/ öffentlichen billich zur Staupen geſchlagen und deß Landes ewig verwieſen werden/ V. R. W. *Ad conſultationem Iacobi* Schönens zu Görlitz/ *M. Mart. Anno* 1625. 34

Perpetua verò Relegatio hoc caſu Reo ſæpiſſimè dictata, iisq; ſimul ad ſolutionem Wergeldi *condemnatus fuit; Veluti ob percuſſionem aut vul-* 35 nerationem, morte ex Epilepſiâ alijsq; ſymptomatibus accedẽtibus ſubſecutâ, Verſus Trebſen/ An Richter/ Menſ. Mart. Anno 1625.

Nach Dreßden/ An Schöſſer/ M. Mart. Anno 1623.

Ad conſultationem Wolffgangi Henrici à Schleinitz/ M. Iul. An. 1606.

An Schöſſer zu Freyburgk/ M. Martio, Anno 1625.

36 Similiter pronunciatum in caſu, quo quis cultrũ venatorium in parietem projecerat, ex cuius repercuſſione proximè ibi aſſiſtens vulneratus, elapſo poſtea die decimo tertio obierat. Ad requiſitionem Ioachimi à Rodicken/ Menſe Octobr. Anno 1592.

37 Pariter relegatio perpetua fuit dictata C.K. qui gladio aliquem percutiendo & pungendo occidit, neſciens, mucronem eſſe evaginatum, adjectâ clauſulâ: Er könte denn in ziemlicher ſcharpffer Frage erhalten/ daß er nicht gewuſt/ noch geſehen/ daß das Ortbandt und ein ſtücklein in der Scheiden von ſeiner Wehr abgeſprungen geweſen/ uff den Fall bliebe er mit der zuerkanten Todesſtraff billich verſchonet/ Er würde aber gleichwol eurer Gerichte ewig verwieſen/ V. R. W. Ad conſultationem Dn. Weicharts/ Baronis à Promnitz/ M. Octobr. Anno 1606.

38 Mitiori autem pœnâ, veluti mulctâ pecuniariâ, carcere, aut ad ſummum relegatione, punitur homicidium culpâ levi vel leviori commiſſum. gloſſ. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. in verb. aut caſu in pr. verſ. aliquando culpa levi. ff. de pœn. & ibi Bartol. numer. 3 & ſeq. Alber. in l. is qui cum telo. num. 4. verſ. ſi culpa. C. ad Leg. Cornel. de ſicar. Iul. Clar. in pract. §. homicidium. n. 3. verſ. culpa dicitur.

39 Notandum tamen, quod ob homicidium culpâ tàm levi quàm latâ commiſſum, Reus qui pœna corporis afflictiva non afficitur, una etiam Wergeldum & expenſas litis ſolvere teneatur, juxta Conſtit. Elect. 11. & 12. part. 4. ſicuti apparet ex ſententiis Scabinorum antea allegatis; Quod & Jure Saxon. ita expreſsè diſpoſitum eſt in artic. 38. Landrecht. libr. 2. ibi: Ob er aber ſcheuſt/ oder wirfft einen Mann oder Viehe/ als er ramet eines Vogels/ darũm vertheilet man jhm ſeinen Leib nicht/ noch ſeinen geſund/ ob der Mann wohl ſtirbet. Er muß jhn aber gelten/ als ſein Wehrgeld ſtehet. Quem textum de culpoſo homicidio explicat gloſſ. ibidem in verb. oder ob er ſcheuſt/ verſ. zum vierdten. Dan. Moller. ad Conſtit. Elect. 11. n. 1. part. 4. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. c. 9. n. 52. & ſeqq. Zobel. part. 4. diff. 28. Fachſ. differ. 62. Petr. Theodor. dict. diſp. 7. th. 7. lit. C. Beuſt. ad l. 3. n. 43. de iureiur.

40 Secundum hæc Scabini dictarunt pœnam carceris, ut & ſolutionem Wergeldi, in caſu, quando duobus ad invicem luctantibus, & in terram prolapſus, unus eorum mortuus fuerat, exinde, quod cultellus, quem ad latus ſuum habebat, caſu illum vulneraverat & occiderat, Verſus Harttenſtein/ Ad requiſitionem Quæſtoris, Menſ. Mart. Anno 1596.

41 Carceris quoq; pœna dictata fuit fœminæ cuipiã, quæ à marito concuſſa & compreſſa, manu ipſum repulit, unde is commotus de ſcalâ decidens fregit collum, Nach Döbeln an Rath/ Menſ. Iun. Anno 1623.

42 Et quando duobus ad invicem luctantibus & certantibus de Sclopeto, tertius quidam exonerato eo, globulo trajectus animam exhalavit, ambobus fuit indicta pœna ordinaria carceris, vel trium ſexagenarum novarum, unà cum ſolutione Wergeldi & expenſarũ. Verſus Schleinitz/ ad Georgium Caſparum Stangen/ M. Iul. Anno 1626.

43 Arbitrariam quoq; pœnam carceris ad octiduũ, vel mulctam pecuniariam 2. nimirum ſexagenarum novarum, una cum ſolutione Wergeldi dictavimus alicui, globulo aliquem in virgultis latitantem traijcienti, quem cervam eſſe putaverat. Ad Quæſtionem Wolffgangi Theodorici à Schleinitz/ M. Ian. An. 1630.

44 Temporali autem relegatione ultrà ſolutionem Wergeldi puniendum eſſe eum, qui paſtinando & concidendo rapas, ſocij ſui collaborantis caput ligone percuſſerat, eumq; occiderat, arbitrati fuêre Scabini in hunc modum reſpondentes: Er iſt aber deß Entleibeten nechſten Freunden ein gantz Wehrgeld zuerlegen ſchuldig/ und wird hierüber derowegen/ daß er ſich nicht beſſer vorgeſehen/ und den Entleibeten vorwarnet/ daß er jhme nit zu nahe trette und alſo ſeiner Unvorſichtigkeit halber mit zeitlicher Landes Verweiſung billig in Straffe genommen V. R. W. nach Sachſenburgk/ An Schöſſer/ M. Novemb. Anno 16.1.

45 Eadem pœna fuit adiudicata cuidam bombardario, qui tormentum ad metam exonerare volens, imprudentius hoc tractando & verſando proximè ibi aſtantem trajecerat. Verſus Löbau/ An Bürgermeiſtere und Rath/ Menſe Auguſto Anno 1627.

46 Similiter ferè pronunciatum & relegatio ad biennium fuit dictata puero cuidam 14. annorum, qui ferro acuminato alium puerum jocosè pungendo transfoderat, Ad eoſdem, Menſ. & anno eodem.

Pariter reſpondimus, in caſu quo tres perſonæ armis invaſerunt, ac fugarunt aliquem, qui retrogredi coactus cecidit ſuper infantem ibi aſtantem eumq; occidit, Nach Freybergk/ An Richter unnd Schöppen/ Menſ. Aug. An. 1629.

47 Temporalis quoq; relegatio fuit indicta H.S. qui equo currens in bimulum infantem, incidendo mortem eius fuerat cauſatus. Verſus Lauchſtädt An Schöſſer/ Menſ. Iun. An. 1626.

In caſu tamen ſimili auriga, qui currum ſuper infantem vehendo ipſum occidit, ad ſolutionem Wergeldi & carcerem fuit condemnatus, Nach Beltzig/ An Schöſſer/ M. Aug. An. 1604.

In caſu ferè ſimili auriga quidam fuit cõdemnatus ad ſolutionem VVergeldi & ſumma mulcta. Ad requiſitionem Abrahami à Schönbergk/ M. Maio, An. 1630.

48 Pariter ultra ſolutionem VVergeldi & expenſarum, Relegatio indefinita indicta fuit aratori cuidam, qui baculum projecerat in puerum equitantem, eo fine, quò ipſum dormientem reſuſcitaret unde is in terram delapſus mortuus fuerat. Ad requiſitionem Quæſtoris VVurcenſis, M. Iul. Anno 1628.

49 Eodem modo pronunciatum fuit in caſu, quo duobus in via publica colluctantibus, unus alterum gladio evaginato percuſſerat, quo fracto & mucrone infra umbilicum eius infixo, vulneratus

exinde obierat. Ad Conſultationem Quæſtoris in Senfftenberg *M. April. Anno 1627.*

50 Et hæc ita ſeſe habent in homicidio culpoſo. Caſu verò commiſſum homicidium quando ſcilicet nec dolus, nec culpa intervenit, nulla pœna punitur, *l. 1. §. 3. in f ff. ad leg. Corn. de ſicar. l. 1. l. 5. C. eod. tit. l. 9. in fin. l. 11. in pr. l. 31. l. 51. in fin. ff. ad Leg. Aquil. Alber. in l. Lege Cornelia. n. 6. ff. ad Leg. Corn. de ſicar. gloſſ. in l. reſpiciendum. §. delinquunt in verb. aut caſu, in pr. ff. de pœn. ubi Bartol. n. 3. & in l. eum qui C. ad Leg. Cornel. de ſicar. Iacob. Boulen. in repet. l. capitalium. §. famoſos. nu. 150. ff. de pœn. Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſp. 7. th. 7 lit. B. Ægid. Boſſ. in tit. de homicid. n 66. Proſper. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 126 n. 56. And. Gail lib. 2. obſervat. 110. n. 58 & ſeqq. Iacob. Ayrer. in tract. de homicid. part. 2. num. 101. verſ. quoad caſuale & part. 3. n. 38. Iodoc. Damhouder. dict. cap. 85. in fin.*

Q. 5 *Nam Reus homicidii caſualis à Wergeldi ſit immunis in foro Saxonico?*

51 Idque convenit *Conſt. Crim. Carol. art. 146. v.* So ein Schütz/ in verb. dieſe beyde ſeyn entſchuldiget. Vbi à pœna excuſatur, qui caſu homicidium fecit. Quod ipſum an generaliter intelligendum ſit, ita ut ob caſuale homicidium ne quidem VVergeldi pœna obtineat, *an verò de Iure Saxon. ceſſante pœna in homicidio caſuali, Reus nihilominus VVergeldum ſolvere teneatur, nõ immeritò quæritur?*

52 Rationem dubitandi præbet *Gloſſ. Iur. Saxon.* Weichbild. *art. 38. num. 12.* in verb. hatte auch einer einen Baum nieder / und hette die Leute mit ſeinem Geſchrey gewarnet/ und were diß bey einer offenen Straſſen Oder deckete einer ein Hauß/ oder maurete ers offentlich/ tödete dieſer jemand von Geſchicht / er würde mit ſeinem Wehrgelde loß/ und dieſes heiſſet homicidium caſuale. Vnde apparet, etiam in caſuali homicidio Reum ad ſolutionem VVergeldi condemnandum eſſe, quod & aſſerere videtur *Dan. Moller. ad Conſtit. Elect. 11 num. 1. part. 4. Petr. Theodor in Colleg. Crimin dict. diſput. 7. th. 7. lit. B. VVeſembec. in parat. ff. ad leg. Corn. de ſicar. num 27.* Et ita etiam pronunciaſſe Scabinos veteres apparet ex ſententia *ſub titul.* Von Wette und Buſſe *poſt* Landrecht *fol. 556.*

53 Econtra, quòd in homicidio caſuali Reus ab omni prorſus pœnâ, adeoque etiam à ſolutione VVergeldi immunis ſit, innuere videntur textus antea allegati & imprimis *dict. artic. 146. Conſt. Crim.* ut & *§. item ſi putator. 5. Inſt. de Leg. Aquil. cap. ſæpè cap. ſi duo fratres diſtinct.* 50. qui textus generaliter loquuntur omnemque pœnam excludunt.

54 Quid ergò dicendum? Exiſtimo, diſtinguendum eſſe inter homicidium caſuale commiſſum ex caſu improviſo, quando nempe aliqua culpa, qualis qualis præcedit? Et homicidium commiſſum caſu fortuito, ubi nulla prorſus intervenit culpa. Ita enim Dd. diſtinguunt caſum improviſum à caſu fortuito, ut caſus fortuitus ſit, quando non præcedit aliqua cauſa dependens ab eo, cui ipſe caſus imputandus eſt; Caſus autẽ improviſus ſit ille, quem culpa præcedit. *Gloſſ. in l. 1. in fin verb plerunq; verſ. & nota. C. ad Leg. Cornel. de ſicar. Iohan. Schneidevvin ad § iniuria. n. 9. Inſt. de Leg. Aquil. Salycet. in dict. verb. plerunq; n. 2. ubi & Bald nu. 3.* Quæ diſtinctio haud obſcurè colligi poteſt ex *l. 1. §. 3. in fin. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar.* ubi homicidium quoque caſuale aliquam pœnam meretur. Vid. etiam *Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 9. n. 63. Ludov. Fachſ. diff. 62.*

55 In caſuali homicidio perpetrato ex caſu improviſo, ſi nempè cauſa etiam leviuſcula dependeat ab eo, cui caſus imputatur, non dubitandũ, quin Reus ad ſolutionem VVergeldi teneatur, ut ut etiam alia pœna hoc caſu ceſſet; Non enim ſimpliciter omni culpâ Reus deſtituitur, ideoque pænam aliqualem meretur, juxta *l. 1. §. 3. in fin. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. Foller. in pract. crimin. in verb. pœnis debitis feriantur. n. 31. Carrer. in pract. in 3. tract. de homicid & Aſſaſin. §. 14. n. 1. Bertaz. conſ. 85. n. 9. libr. 1 Hippol. de Marſil in l. 1. §. Divus n. 14 in fin. verſ. nota ulterius, & num. 15. ff ad Leg. Corn. de ſicar.* Et de hoc caſu intelligenda erit *gloſſ. Germ.* Weichbild. *art. 38. antea allegata.*

56 *Quemadmodum etiam in caſu tali Scabini Elect. Saxon. condemnarunt Reum ad ſolutionem VVergeldi hiſce formalibus:* Hat *N. M.* Eckern geſchlagen / und als in ſolchen ſchlagen einer eine Büchſen loß geſchoſſen/ iſt er dermaſſen erſchrocken/ daß er den Hacken/ damit er die Eicheln abgeſchlagen/ darüber auß den Händen fallen laſſen/ und es iſt von ſolchem Fall deß Hackens ein Kind/ ſo benebens ſeinem Kinde unter dem Baum geweſen/ und Eicheln geleſen/ verletzt worden/ daß es davon alſo bald geſtorben/ &c. So iſt er deß entleibeten Kindes Eltern oder nechſten Freunden/ ein gantz Wehrgelt/ wofern es ein Knäblein/ do es aber ein Mägdlein geweſen/ nur ein halb Wehrgeld zu geben ſchuldig/ und mag hierüber in einige fernere Straffe nach Gelegenheit dißfals/ weil es ein unverſehener Fall iſt/ nicht genommen werden V. R. W. An Amptsvoigt zu Weiſſenfels. *M. Novembr. Anno 1597 Quo caſu Reo potuit imputari, quod infantem ſub arbore abire non juſſiſſet.*

57 *Eodem modo pronunciarunt in caſu ſimili* Nach Dreßden/ Seyn unlängſten *H. F.* und *D. F* ſo mit einander Geſchwiſter Kind ſind/ ſpatzieren gangen/ und es hat *D. F.* ein Röhrlein mit ſich genommen/ und als er einer Krähe im Felde ſitzend gewahr worden/ hat er das Röhrlein geſpannet/ den Hahn auffgeſchlagen/ und den Mantel darüber gedeckt/ und wie ſie alſo mit einander fortgangen in Meinung der Krähen etwas näher zu kommen/ hat er unverſehens mit dem Mantel an das Zünglein/ daran kein Vorſchlag geweſen/ geſtoſſen/ davon das Röhrlein loßgangen/ und deß Büchſenſchäffters Sohn/ welcher für jhm hergangen/ erſchoſſen worden &c. So iſt gedachter *D. F* welcher deſſen auch alſo geſtändig/ deß entleibeten Vater ein Wehrgeld zuerlegen ſchuldig/ und mag ſolches entſtandenen Unfalls halber herüber in fernere Straffe nicht genommen werden V. R. W.

Ad requiſitionem Quæſtoris Menſ. Iun. Anno 1600. Etenim D. F. ſclopetum tàm imprudenter verſando & tractando extra omnem culpam non fuerat.

58 *Pariter reſponſum fuit in caſu, quo provocans quidam, in provocati ſeſe defendendis haſtam incurrendo, ipſemet ſe occiderat, caſum enim hunc improviſum avertere potuiſſet Reus, ſi non comparuiſſet ſed in domo ſua ſecurus manſiſſet. Ad requiſitionem Quæſtoris Dreſdenſis, M. Mart, Anno 1626.*

59 Quod ſi verò abſq; omni causa & culpa ſolo fortuito eventu caſus eiusmodi occiderit, ut quis per alterius manum interficiatur ac pereat; Hic caſus non tàm homicidium, quàm dolendum infortunium appellandum eſt, quod propterea neminem trahit ad culpam, nec ad detrimenti reparationem. *l. quæ fortuitis C. de pignor. act. §. itẽ is cui. Inſt. quib. mod. re contr. obl. Iod. Damhoud. in prax. crim. c.* 85. *n.* 13. Ideoq; nec de Jure Saxonico hoc caſu quempiam ad ſolutionem Wergeldi condemnandũ eſſe puto; Quod & ſenſiſſe videtur *Matth. Coler. de proc. execut. part.* 1. *cap.* 9. *n.* 63 *& part.* 1. *deciſ.* 156 *Zobel. part.* 4. *diff.* 28. *Ludov. Fach. diff.* 62.

60 Idq; *Primò* propter *gloſſ.* Weichbilds *art.* 38. *n.* 13 *&* 14. ibi: Würde aber einer getretten/ daß er ſterben müſte/ da man turniret oder ſteche/ der rechens jhm ſelber zu/ denn jm hat niemand darüm zu antworten: It: Würde auch einer getretten/ da man Wette lieff/ oder da man den Stein würffe/ oder die Stange ſchüß/ wenn da ichts geſchehe undanckes/ wird es beweiſt von dem/ der es thut/ (als recht iſt) er bleibt es ohne Wandel/ &c. Quibus ut & ſequentibus verbis referuntur aliquot caſus merè fortuiti de quibus nemo reſpondere tenetur. Et opponuntur hæc verba præcedẽtibus verbis gloſſæ, quæ in caſu ſolùm improviſo, quem culpa aliqua præcedit, Wergeldi ſolutionem Reo imponunt.

61 *Secundò*: Idemq; innuit *Gloſſ. Germ. in art.* 38. Landr. *lib.* 2. *in verb.* Oder ob er ſcheuſt/ *verſ.* zum dritten tödtet offt einer jemand/ welcher ſich aber ſelber verwarloſet/ als ob einer einen Baum an den Orten fällete oder ſchneitelte/ da ſonſten niemand hinzugehen gehörte/ oder ob es deß Orts geſchehe/ da die Ritter jhre Ritterſchafft pflegten zu üben/ als im Thurnier und ſonſten/ denn ſo einem daſelbſt ein Schade widerführe den möchte er jhme habẽ. Quę verba opponũtur verſ. ſubſequenti, quando ſcilicet aliqua cauſa & culpa etiã leviuſcula intercedit; quo caſu Wergeldum ſolvendum eſſe ibidem diſponitur.

62 *Tertiò:* Notũ eſt, quòd in foro Saxon. Wergeldꝰ non intereſſe, ſed pœna dicatur, illudq; in locum pœnæ Legis Aquiliæ, vel de injuriis ſancitæ ſit ſurrogatũ. *Ioh. Schneidvvin. in §. in ſumma Inſt. de iniur. n.* 4. *ſub fin. verſ. quia hac pœna dimidij VVergeldi. Gloſſ. in* Landr. *l.* 2. *art.* 16. *verb.* An den Mund/ *n.* 6. *Matt. Berl. part.* 4. *concl.* 11. *n.* 21. Atqui, in caſu merè fortuito Reus ab omni pœna Legis Aquiliæ eſt immunis. *§. itẽ ſi putator.* 5. *Inſtit. de Leg. Aquil. l.* 11. *in pr. l.* 31. *in fin. ff. ad Leg. Aquil. Conſtit. Car crimin. artic.* 146. *in verb.* dieſe beyde ſeyn entſchuldiget. *Schneidvv. ad §.* 5. *de Leg. Aquil. Iod. Damhoud. dict. c.* 85.

63 *Et ſic etiam reſponderunt Scabini Verſus* Schlieben iſt G K. mit ſeinem Haußgenoſſen Oßwalden genant in die Heyde Holtz zu holen gefahren/ und als gedachter K. einen Baum gefället/ hat ein Aſt an ſolchen Baum bemelden Oßwalden/ ſo nit weit davon geſtanden/ und Holtz gekürtzet/ in Nacken getroffen/ und dermaſſen beſchädiget/ daß er alſo bald tod blieben/ n. m. i. e. f. So nun G K. vermittels ſeines leiblichen Eides erhalten und ſchweren würde/ daß ſeinem Bericht und fürgeben nach/ er vorerwehnten Oßwalden/ ehe und zuvor er zu hauen angefangen/ zuentweichen befohlen/ derſelbe aber ſolches nit thun wollen/ ſondern ſtehen blieben/ und da gleich der Baum gefallen/ allererſt entweichen wollen. So were er ſeinen Erben einigen Abtrag zu thun nit ſchuldig/ und möchte auch derowegen in Straffe nicht genommen werden V. R. W.

Ad requiſitionem Quæſtoris, Menſ. Auguſto, Anno 1609.

64 Neq; huic refragatur *Gloſſ.* Weichbilds *art.* 38. *n.* 12. *verſ.* hauet auch einer/ *&c.* quæ de eodem caſu loquitur, & Wergeldum nihilominus ſolvendum eſſe ſtatuit. *Etenim,* dictã gloſſam non de homicidio merè fortuito, ſed caſu improviſo negligentia quadam præcedente, commiſſo, (quod æquè caſuale vulgô appellari ſolet, ut dictum ſuprà) intelligendã eſſe ex verbis ſubſequentibus, quæ in caſibꝰ merè fortuitis quemvis ab omni pœna & reparatione damni eximunt, luculenter apparet. Et licet putator arboris in *dict. gloſſ.* clamaſſe perhibeatur, ita ut nulla prorſus negligentia aut culpa ipſi imputari queat, juxta *§. item ſi putator* 5. *Inſt. de Leg. Aquil.* attamẽ proclamatio forſan, veluti in loco publico, de quo gloſſ. loquitur, juſto tempore nõ facta eſt: Non enim ſufficit, quòd proclamatio fiat in ipsa proiectione, ſed debet tempore & loco congruo fieri, ita tempeſtivè, ut quilibet poſſit præcavere. *Schneidvvin. ad dict. §.* 5. *Inſt. de Leg. Aquil. n.* 2. Imò in loco publico non ſufficere clamorẽ ſed ſigna admonitoria apponẽda eſſe, apparet ex iis, quæ tradit *Farin. part.* 5. *oper. crim. q.* 126. *n.* 21. 22. Et utut etiã *gloſſ. prædicta* Wergeldum in caſibus etiã merè fortuitis ſolvi, jubeat, exinde tamẽ jus certũ inferri nequit, cum nec textui, nec gloſſę Juris Saxonici autoritas tribuenda, niſi quatenus hoc caſu & conſuetudine receptum ſit. *Hartm. Piſtor. q.* 16. *n.* 11. *part.* 1. *q.* 25. *n.* 35. *q.* 26. *n.* 18 *part.* 2. *Matth. Coler. de proceſſ. execut. in præfat. Andr. Scheff. part.* 2. *q.* 13. 65

QVÆSTIO XXIIX.

De Moderamine inculpatæ tutelæ, in quonam illud conſiſtat? quisque eius ſit effectus?

SVMMARIA.

1. *Pœna gladij ceſſat in homicidio neceſſario, defenſionis cauſâ commiſſo. n.* 8.

2. *Defenſio licita eſt de Iure Civili.*

3. *Vt & de Iure Naturali & Canonico. n* 4.

5. *Nec non de Iure divino.*

6. *Indifferenter & abſq; reſpectu perſonarum vim vi repellere licet.*

7. *Defenſio nec à Principe prohiberi, nec ſtatuto tolli poteſt.*

9. *Interfectus ab invaſo ſe defendente videtur occiſus à ſeipſo.*

10. *Defenſio etiam in foro ſcientiæ abſque peccato eſt.*
15. *Intermittens defenſionem ſeipſum necat. numer.* 12.
13. *Defenſio impunibilis eſt, quando ſervatur moderamen inculpatæ tutelæ. n.* 14. 15.
16. *Aliud eſt moderamen defenſionis, & aliud moderamen inculpatæ tutelæ. Et quomodo hæc duo ab invicem differant n.* 17.
18. *In quonam conſiſtat moderamen inculpatæ tutelæ n.* 19.
20. *Quænam ſint Requiſita legitimæ tutelæ.*
21. *Cauſa legitimæ tutelæ eſt injuſta offenſio. numero* 22.
23. *Modus legitimæ tutelæ conſiſtit in propulſatione ad offenſionem proportionatam.*
24. *Defenſio legitima ſemper debet eſſe proportionata. Et quando hoc fallit. n.* 25. 26.
27. *An paritas annorum requiratur ad moderamen tutelæ inculpatæ.*
28. *Defenſio debet fieri in continenti. n.* 29.
30. *Obſervato hoc moderamine occiſor ab omni pœnâ eſt exemptus. n.* 31. 32. 33.
34. *An occiſor hoc caſu ſit immunis à præſtatione Wergeldi & ſummæ mulctæ nu.* 35. 41. 43. 44. 48.
36. *Mos pronunciandi Veterum Scabinorum.*
37. *Intellectus articuli* 14. *libr.* 2. Landrecht/ *numer.* 38. 39.
40. *Explicatio Gloſſ. art.* 38. *nu.* 11. Weichbildt. *Et ſentent. Scabin. ſub tit.* Nothwehr *poſt* Landrecht.
42. *Wergeldus & mulcta* 60. *ſolidorum in foro Saxonico pœnæ nomine debentur.*
45. *Sententia Scabinorum Lipſenſium, nu.* 46. 47. 49. 58

1 CEſſat quoq; pœna gladii in *HOMICIDIO NECESSARIO*, quod non dolo, ſed coactè, ob vitæ, corporis, honoris facultatumque defenſionem committitur. *Weſemb. in parat. ff. ad Leg. Corn. de ſicar. nu.* 21. *Iul. Clar. lib.* 5. *ſentent. §. homicidium numer.* 24. *& ſeqq. Anton. Gomez. tom.* 3. *var. reſol. cap.* 3. *num.* 20. *Petr. à Plach in epit. delict. cap.* 28. *num.* 1. *Ægid. Boſſ. in tit. de homicid. num.* 82. *Ioh. Harpr. in §. item Lex Cornel. de ſicar. numer* 52. *& ſeqq. Inſtit. de publ. jud. Boniſ. de Vitalin. in tit. de homicid. num.* 6. *verſ. item generaliter Gandin. in tit. de pœn. reor. num.* 60. *verſ. item nec de eo Angel. de maleſ. in verb. Et dictus Titius ſe defendendo. num.* 1. *Capol. conſil. crimin.* 29. *num.* 4 *v. ſed contrarium teneo. & num.* 30 *& conſil* 91. *num.* 2. *Hippol. de Marſil. in pract. crimin. §. quoniam. nu.* 70. *& ſeq. Andr. Gail. obſervat.* 110. *n.* 9. *lib.* 2.

2 Si enim nefas eſt, hominem homini inſidiari, ſequitur quod fas ſit, inſidianti homini reſiſtere, & iniuriam per defenſionem propulſare, adeoque vim vi repellere. *l. ut vim.* 3. *ff. de iuſt. & jur. l.* 1. *§. vim vi. ff. de vi & vi armat. l. itaq;* 4. *l. ſed etſi* 5. *l. ſcientiam.* 45. *§. qui cum aliter ff. ad Leg. Aquil. l.* 1. *C. unde vi l.* 1. *&* 2. *C. quand. lic. un. ſine jud. ſe vindict. l. furem* 9. *ff. ad Leg. Cornel. de ſic ar. l.* 2. *l.* 3. *& ſeqq. C. eod. tit. l.* 12. *§. quæri* 1. *verſ. nam cum liceat ff. quod met. cauſ. Iodoc. Damhouder. in pract. crimin. cap.* 76. *Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. quoniam* 74. *& ſeqq. Bartol. in l.* 3. *ff. de juſt. & jur. Franc. Zoannet. in tractat. defenſ. tripart. part.* 1. *nu.* 2. *Barth. Romul. in comp. homicid nu.* 2. *Fort. Gartz. ad l.* 3 *ff. de juſt. & jur. num.* 4. *Mar. Salom. in d. l.* 3. *num.* 8. *Iacob. Menoch libr* 3. *arbitr. jud. quæſtion. cent.* 3. *caſ.* 277. *nu.* 1. *& ſeqq. Georg. Obrecht. in tract. de defenſ. cap.* 1. *nu.* 13. *& ſeqq. Iul. Clar. dict. §. homicidium. nu.* 24. *Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 156. *num.* 2. *Proſper Farin part.* 5. *oper. crimin. quæſt.* 125. *nu.* 9. *Andr. Gail. de pace publ. libr.* 1. *cap.* 16 *num.* 7. *Sebaſtian. Medic. de caſ. fort part.* 1. *quæſtion.* 8. *num.* 1. *Maſcard. de probat. lib.* 3. *concl.* 1126. *n.* 8.

3 Idque non ſolùm de Jure Civili, ſed & Naturali & Canonico jure verum eſt, quo defenſio nedum hominibus, ſed etiam brutis animalibus permiſſa *l.* 1. *§. cū arietes ff. ſi quadrup. pauper. feciſſ. dicat. l.* 1. *§. vim vi in verb. idque jus naturâ comparatur. ubi gloſſ. in verbo Natura. ff. de vi & vi armat. cap. dilecto. in princ. in verb. Præterea cùm omnes leges, omniaque iura vim vi repellere, cunctisque ſic ſe defendere permittant. extr. de ſent. excom. in ſext. d. l. ſcientiam. §. qui cum aliter ibi. vim enim vi defendere omnes leges, omniaque jura permittunt. ff. ad Leg. Aqui. c. quia te. diſt.* 50. *cap. cum homo in pr.* 23. *quæſt.* 5. *cap. ſignificaſti. de homicid. volunt vel caſ. c. ſi verò alicuius. de ſentent. excomm. Obrecht. de neceſſ. defenſ. cap.* 4. *nu.* 3. *Proſper Farin. dict. quæſt.* 125. *numer.* 9. *Petr. Theod. in colleg. Crim. diſp. fin. th.* 5. *l. t. F. Gandin. in tit. de defenſ. à reis facien. nu.* 1. *verſ. nam vim vi repellere*

Nec enim quicquam eſt rerum omnium, quæ gignuntur in terra, quod non habeat aliqua naturæ augmenta, quibus ſe vindicat ab externis offenſionibus. *Franc. Connan.* 1. *comm.* 4. *n.* 8. *Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſtion. caſ.* 277. *Hippol. de Marſ. conſ.* 4. *n.* 4. *Matth. Weſemb. conſ.* 19. *n.* 45. *& ſeq. Bertazzol. conſ. crim.* 1. *n.* 1. *Gail. libr.* 2. *obſ.* 100. *n.* 9. *Carrer. in pract. crim. in tract. de homicidio & aſſaſſin. §. quinto excuſat defenſio. n.* 7. *Ant. Gomez. dict. cap.* 3. *n.* 20. *Petr. à Plach. in epit. delict. cap.* 23. *n.* 3. 4

Quinimò, de Iure quoque Divino defenſionem conceſſam eſſe, apparet ex *cap.* 21. *Exod. verſ.* 13. & *Deut.* 19. *verſ.* 9. ubi conſtituit Deus aſyla, in quo confugiant illi, qui ex improviſo occiderunt aliquem. Si itaq; aſyla ſunt conceſſa, quidni etiam legitima propulſatio & defenſio conceſſa cenſeri debeat, ſi aliter quis periculum evadere nequeat. Et *Geneſ.* 14. *verſ.* 14. Deus bellum iuſtum & legitimum, quod Abraham ob defenſionem proximi ſuſcepit, approbat, adeoque multò magis defenſionem ob quam juſtum bellum ſuſcipitur. Sic etiam *Exod.* 22. *verſ.* 2. furem domum effrigentem & bona alicuius auferentem interficere licet; Si ergo ob rerum defenſionem interemptio hominis permiſſa eſt, multò magis ea pro corporis tutela erit conceſſa cùm longè maior militet ratio in defenſione vitæ ac corporis, quàm in defenſione rerum, & magna ſi diſparitas inter bona caduca & inter hominem, eiusque vitam, *l.* 2 *ff. de ſtat. hom. l.* 14. *in pr. ff. de ædil. edict.* quæ ſemel amiſſa nunquam recuperari poteſt. Ex quibus defenſionem jure quoq; divino permitti, haud 5

ineptè concluditur ab Interpretibus, *Fort. Garz. ad l. 3. n. 2. ubi & Albert. n. 3. & Paul. de Caſtro nu. 8. ff. de iuſt. & jur Florian ad l. 1. §. cum arietes. numer 3 ff. ſi quadr. paup. feciſſ. dicat.* Iacob. Boul. *in repet l. capital § famoſos numer.* 149 *ff. de pæn. Alvarott. conſ. crim. diverſ* 74 *nu.* 20 *lib* 1. *Matth. Berlich. part 4 conl 12 n.* 8. *Far. dict. quaſt* 125. *nu.* 11. *Andr Gail dict. lib. 2. obſ.* 110. *n.* 12. A*nton. Gomez.*
6 *dict c. 3. n 20.*

Vſque adeo, ut defenſio licita ſit quovis loco ac tempore, abſque reſpectu perſonarum, *Far. dict quaſt 125 n. 22. 23. 24. & ſeqq. Dec. in l. 3. ff. de juſt. & jur. Matth* Berl. *dict. concl. 12. n. 12. & ſeqq.* in tantùm, ut Presbyter ſi celebrando miſſam fuerit ab aliquo armis inſultatus, poſſit aggreſſorem occidere, & poſtea non obſtante homicidio ad inchoatam Miſſæ celebrationem perficiendam redire. *Dec. d. loco n. 8. Hippol. de Marſil. in pract crim §. quoniam n. 74. & 75. Ioh, Baiar. in addit ad Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. homicidium num. 76. Andr. Gail lib. 2 obſ. 100. n. 12 Carrer. in pract. crim tit. de homicid. & aſſaſſin § quinto excuſat defenſio n. 3. Iacob Boulen. in repet. l. capitalium 28. §. famoſos n 28 ff de pœnis Georg Obrecht. in tract. de*
7 *defenſ. c. 1. n 32.*

Eaq, nec à Papa vel Imperatore, aliovè Principe, *Hipp. de Marſil dict § quoniam n. 76. Proſp. Farin dict. quaſt.* 125. *n.* 12. neque ſtatuto aut conſuetudine tolli poteſt. *Matth Berlich. dict. concl. 12. num.* 10. 11. *Far. dict. loco nu. 13. 17. Dom. Card. Tuſch. tom. 2. pract concl. lit D. concl. 130. n. 8. & 13. Ludov. Gilhauſ. in arb. iud. crim. cap. 2. tit. de homi-*
8 *cid. 12. n. 23.*

Hæc cum ita ſeſe habeant, ſequitur exinde, quòd per defenſionem vis illata, vulnera, debilitatio, & cædes excuſentur, & defenſor propriæ ſalutis, ſe per defenſionem aliquem occiderit, homicidii pœnam non incurrat, *l 45. §. p. ff. ad Leg. Aquil. l. 2.* ibi: *nullam ob id factum calumniā metuere debet l.* 3. ibi: *quia defenſor propriæ ſalutis nullo peccaſſe videtur l.* 4. ibi: *jure caſum videri, C. ad Leg. Corn. de ſic.* Eo ipſo namq;, quòd defenſio omni jure permiſſa eſt, homicidium perpetratū animadverſionem mereri nequit; quia ſi aliquid lege vel ſtatuto vel conſuetudine permittitur, omne id, quod ex tali actu permiſſo ſequitur, punibile non eſt, *Hippol. de Marſil. in l. 2. C. ad Leg Corn. de ſicar. n. 26. & in pract. crim. § ulterius num 9. & in § aggredior n. 77. & 78.* Et interfectus ab invaſo ſe defendente videtur magis à ſe ipſo occiſus, quàm ab inſultato. *Panorm. in c. clerici numer. 2. de vit & hon. cler. Vid. Iodoc. Damhouder in praxi crim. ca. 76 n. 2. & ſeq.* Iacob. *Menoch. dict. caſu 277 n 1. & ſeqq. Iul. Clar. dict. §. homicidium n. 24 Gail. lib. 2 obſerv.* 110. *n. 9. & ſeqq. Trentacinq.* 1 *reſol. de defenſ. 1. n. 10. Matth. Coler. part. 1. deciſ. 56 n. 2. Obrecht. dict. tract. de defenſ. c. 12. per tot. & c. fin n. 25. & ſeqq. Petr. Theodor. in colleg. crim. dict. fin. diſp. 7. th. 6. lit. B. Grav. concl. 120 conſ. 1. n. 1. & 2.*

Cum quo convenit manifeſtè Ordin. Crim. Caroli V. Imp. in *art* 139. ibi: Welcher eine rechte Nothwehr zu Rettung ſeines Leibes und Lebens thut / und den jenigen / der jhn alſo benöhtiget / in ſolcher Nothwehr entleibet / der iſt darum niemād nichts ſchuldig *ubi Rhem. & Math. Steph.*

Idque non ſolùm in foro politico, ſed etiam in foro poli & conſcientię verum eſt. Etſi enim 10
quidam, inter quos etiam eſt A*ccurſ. & Ioh. de Mola*, exiſtiment, in omnibus caſibus, quibus jure homicidium permittitur, occidētem peccare mortaliter, & obligatum teneri in foro conſcientiæ, nequaquam tamen hiſce aſſentiri poſſum, cum, ut ſupra dictum, etiam de Iure Divino licita ſit defenſio, adeoque etiam eo jure occiſio juſto cum moderamine commiſſa excuſabilis. Et certè defendentis intentio principaliter directa eſt ad ſalutem propriam, & ſecundariò duntaxat ob neceſſitatem inevitabilem ad alterius occiſionem, *Matth. VVeſemb. ad tit. Cod. quand. lic. unic num.* 54. *Obrecht. dict. tract. de neceſſ. defenſ. c. 12. n. 2. &* 3. atque animus, propoſitum, & principalis intentio agentis conſiderari debet, non verò cauſa ſecundaria, *l. 4. l. rogaſti. l. 40. ff. de reb. credit l. 1. in pr. ff. de autor. tut.* Quod & in foro poli obtinet, Deus enim ceu καρδιογνώστης imprimis cor hominis reſpicit, & ex eius affectu omnes actiones & facta dijudicat, maximè in homicidio. *Exod. 21. verſ.* 13 *Lev. 24. verſ.* 17.

Quinimò, qui mavult perire, quàm adverſarium 11
propellendo cædem perpetrare, vel maximè peccat, non ſolum contra ſeipſum, dum ſui ipſius dilectionem negligendo quaſi ſeipſum necare intendit, ſed & adverſus Deum, contra cuius voluntatem de ſua ſtatione, in quam collocatus eſt, diſcedit; Nec non adverſus Rempublicam, cui ſe ſuosq; labores & operas ſubducit ante tempus, ſimulq; lędit publicam tranquillitatem, & proximi emendationem, dum ipſius patientia perverſorum hominum improbitas & malitia ad majora ſcelera deinceps perpetranda irritatur, prout latè deducit *Petr. Theod. dict. diſp. fin. th. 6. lit. B.*

Hancq; ob cauſam vulgò tradunt Doctores, 12
quòd quis neceſſariò ſe defendere teneatur, in tantum, ut is, qui cum ſe defendere poſſet, nulla juſta ſubſiſtente cauſa ſe occidi permittit, damnetur, ac ſi ſeipſum occidiſſet. *Paul. de Caſtr. in l. ut vim 3. ff. de iuſt. & jur. nu. 9. verſ & Imò ſi cum poſſet. Proſp. Farin. dict. qu. 125. n. 23. Georg. Obrecht dict. tract. defenſ. c. 1. n. 23. & ſeqq. Mar. Salomon. in repet. l. 3. ff. de iuſt & jur. n. 15.*

Impunibile itaq; eſt homicidium defenſionis cauſâ commiſſum. Quod tamen eatenus verū 13
eſt, ſi in eo fuerit ſervatum moderamen inculpatæ tutelæ, uti unâ mente omnes tenent ſcribentes, teſte *Maſcard. de probat. lib. 3. concl. 1126. n. 29. Iodoc. Damhoud in pract. crim. c. 76. n. 12. in fi. Iacob. Ayrer. in tract. de homicid. neceſſ. part. 1. n. 382 & ſeq. Far. dict. q. 125. n. 130. Bonif. de Vital. in tit. de Inſult. & percuſſ. n. 9. in fin. verſ. item intelligo prædicta. Gand. in tit. de defenſ. à reis facien. n. 8. in pr. Ang. de malef. in verb. & dictus Titius ſe defendendo n. 1. verſ. cum moderamine tamen Foller. in pr. cri. in verb. recipiantur defenſiones n. 11. in fin. §. tertia pars defenſionis n. 1. Iul. Clar. in dict. §. homicidium n. 27. verſ ſcias tamen Andr. Gail. lib. 1. de pac publica c. 16 n. 4 Carrer. in pract. crim. in tract. de homic. & aſſaſſ. § circa quintum n. 1. Petr à Plac. in epit. delict. lib. 1. c 28. n. 14. Sebaſt. Medic. de caſ. fortuit. part. 1. q. 8. n. 52.*

Quod & requirit expreſsè Imp: Carol: V. in 14 *Ordin. crim. art. 139. in verb.* Welcher eine rechte Nothwehr / &c. Et *art.* 140. in verb. der mag ſein Leib und Leben ohn alle ſtraff durch eine rechte Gegenwehr retten. Et *art. 142. circa med.* in verb. Darum die Entleibung durch den verklagten Todſchläger nit auß einer rechten entſchuldigten Nothwehr/ſondern bößlich geſchehen were &c. Et *poſtea*: So kan ſich der Todſchläger keiner rechten oder gäntzlichen entſchuldigten Nothwehr behelffen. Et *circa fin.* in verb: Nemlichen iſt hierin zu mercken / ſo einer der erſten Benötigung halber redliche Urſachen zur Nothwehr gehabt/und doch in der That nicht alle Umſtände/ die zu einer gantzen entſchuldigten Nothwehr gehören / gehalten hette / iſt Noth gar eben zu ermeſſen/wie viel oder wenig der Thäter zur That Urſach gehabt hat/und daß fürder die Straffe am Leib / Leben/oder aber zur Buſſe und Beſſerung erkant werde/ alles nach Rath der Rechtsverſtändigen.

15 Unde apparet, homicidium per defenſionẽ commiſſum tunc demũ impunibile eſſe, ſi defenſio fuerit juſta & legitima, aut, uti loquũtur Doctores, moderamen inculpatæ tutelæ fuerit ſervatum. In caſu autem contrario invaſum, ſi limites defenſionis exceſſerit, pœnam omnem neutiquam effugere, ſed exceſſum iſtum, licet non pœnâ homicidii ordinariâ, mitius tamen arbitrio Iudicis puniri debere, tenent Dd. *Georg. Obrecht. de neceſſ. defenſ. c. 13. per tot. Petr. Theod. in* Colleg. *crim. diſp. fi. th. 7. Ægid. Boſſ. in tit. de homicid. n. 9. Clar. d. §. homicidiũ n. 27. Carrer. in pract. dict. §. circa quintum. n. 1. & ſeqq. Iac. Boulen. in rep. l. capitalium. §. famoſos n. 143 in pr. verſ. prædict. adde. ff. de pœn.*

16 Hinc fit, quod homicida, qui ad defenſionem ſui perpetravit homicidium, vel in totum, vel ex parte à pœna homicidii excuſetur, ut loquitur *Ant. Gomez. tom. 3. var. reſolut. c. 3. n. 20.* In totum quando ſervavit non ſolùm moderamen defenſionis ſeu tutelæ, ſed etiam inculpatæ tutelę. Ex parte, ut nempe non ordinaria, ſed minori extraordinaria, pœna afficiatur, quando defenſionis moderamen quidem ſervavit, attamen exceſſit moderamen inculpatæ tutelæ; Ita enim diſtinguit *Marius Salomonius in repet. l. ut vim. 3. ff. de iuſt. & iur. n.* 10. inter moderamen defenſionis, & moderamen inculpatæ defenſionis, ſeu tutelæ. Accidere namq; poteſt quòd inſultatus defenſionis moderamen ſervaverit, & tamen non ſervaverit moderamen inculpatæ defenſionis; Veluti, qui ſe defendendo, cùm poſſit non occidere, occidit, aut cum poſſit levi plaga vim repellere, lethaliter vulnerat, is certè modum inculpatæ defenſionis transgreditur, non tamen defenſionem tranſilit, quia repellendo occidit.

Quoad pœnam ergò imponendam, accura-
17 „ tè diſtinguendum eſt inter hæc duo, nempè, in-
„ ter moderamen *inculpatæ tutelæ*, & inter mode-
„ ramen *defenſionis*, utrumq; enim moderamen
„ defenſionem aliquam præſupponit, licet hæc duo maximoperè ab invicem differant & di-
18 verſimodè coerceatur. Nam ut occidens ad ſui defenſionem nullam patiatur pœnam, neceſſe eſt non ſolùm, quòd ſervaverit moderamen defenſionis ſeu tutelæ, ſed etiam inculpatæ tutelæ. In quonam verò hoc conſiſtat, & quando ſit ſervatum moderamen inculpatæ tutelæ, difficile eſt certa regula definire, ob nimiam factorum & circumſtantiarum multiplicitatem & varietatem. Unde quando quis ſteterit in finibꝰ defenſionis, Iudicis arbitrio committendum eſſe, exiſtimant Bartol. & Bald. quos allegat & ſequitur *Marius Salomon. in dict. l. 3. n. 20. verſ. inculpata itaq; tutela ff. de iuſt. & iur.* Panorm *in c. olim de reſt. ſpol. Hoſt. in c. dilecto n. 1. verſ. ideò hoc arbitrarium de ſent. excom. in 6to Angel. de malef. in verb. & dictus Titius ſe defendendo. n. 21. verſ. concludit tamen. Nicol Boer. dec* 168 *n. 6. verſ. licet ſecundum Iac. Menoch. de arbitr. jud. qu. lib* 2. *caſ.* 277. *n. 5. Sebaſt. Medic. de caſ. fort part. 1. qu. 8. n. 54. inf. Maſcard de probat. lib 3. concl. 1126. n. 30.*

Quæſt. 1. In quonã conſiſtat moderamẽ inculpatæ tutelæ, quæque ſint eius requiſita? 19

Quod licet tutiſſimum ſit, maximè cùm hac de re extent diſcrepantes ferè innumeræ Doctorum opiniones, multifariæ ampliationes, ac limitationes, ita ut uniformem regulam omnibus factis ac circũſtantiis applicare haud liceat; attamen in genere tenendum, Moderamen inculpatæ tutelæ conſiſtere in eo, quòd quis non aliter adverſus vim ac iniuriam, quæ infertur vel imminet ſe tueri, nec aliter mortis, vel alterius gravioris offenſionis periculũ evitare potuerit, quàm ſi adverſarium ſuum ipſe interficeret vel debilitaret. *l. 5. in pr. l. 45. §. 4 ff. ad Leg. Aquil. l. 2. l. 3. C. ad Leg. Cornel. de ſicar. Clem un. de homicid. Hippol. de Marſil ſing. 992. Gail lib. 2. obſ. 110. n. 13. Henr. Bocer. de bello & duell c 10. n. 30. Petr. Theod. in* Colleg. *crim. diſp. fin. th. 5. lit. A.* Et ita quoq; deſcribitur moderamen inculpatæ tutelæ in *Conſt. Carol. V. crim. art.* 140. *rubr.* Was eine rechte Nothwehr iſt/ibi: So einer jemand mit einem tödlichen Waffen oder Wehr überleufft/ anficht oder ſchläget und der benötigte kan füglichen ohne Fährligkeit oder Verletzung ſeines Leibes/Lebens/ Ehr und guten Leimuths nit entweichen/der mag ſein Leib und Leben ohne alle Straff durch eine rechte Gegenwehr retten/und ſo er alſo den benötigten entleibet/iſt er darum nit ſchuldig.

20 *Requiſita moderaminis inculpatæ tutelæ.*

Hinc patet, circa moderamen inculpatæ tutelæ tria (quamvis alii aliter ſentiant, & plura atque pauciora moderaminis requiſita conſtituant, *Schneidvvin. in §. 1. n. 15. Inſt. de jur. Nat. Gent. & Civil. Matth. Berlich. part. 4. concl. 13. Henr. Bocer. dict. c. 10. n. 33.*) ferè conſideranda eſſe: Cauſam ſcilicet: Modum: & Tempus; Iuxta *gloſſ. in l. 1. C. unde vi ubi & Bart. n. 7. & ſeqq. Iaſ. ad l. 3. ff. de juſt. & jur. Carrer. in pract. crim. tit. de homicid. §. circa quartum. Matth. Weſemb. conſil. 19. n. 47. & 57. Iul Clar. in d. §. homicidium. n. 34. Mar. Salomon. in repet. d. l. 3. n. 6. Zoannet. in tract. defenſ. tripart. part. 2. n. 1. Andr. Gail lib. 2. obſerv.* 118. *n. 9. & ſeq. & l. 2. de pac. publ. c. 16. n. 17. Voltz. in tract. de ſicar. c. 7. n. 5. & n. 130. Cothm. 1. conſ. 34 n. 80. & ſeq. & 2. conſ. 59. n. 132. & ſeq. Cuj 5. obſ. 18.*

21 *Cauſa.*

CAUSA moderaminis inculpatæ tutelæ eſt iniuſta offenſio, ſi nimirum quis ab alio fuerit inſultatus ſeu invaſus, *Ordin. Crim. dict. art.* 140. in verb: So einer jemand mit einem tödlichen Waffen oder Wehr überläufft / anficht / oder ſchlegt/&c. Non n. juſta poteſt eſſe defenſio, niſi præcedat iniuſta offẽſio, quæ ſi deeſt, vindictæ potius quàm defenſionis causâ fit propulſatio, *Fort. Garz. in l. ut vim. 3. n. 4. verſ. & ſi certè, ubi & Mar. Salom. nu. 6. in pr. ff. de juſt. & jur. Iacob. Ayrer. in tract. de homicid. neeceſſ. part. 1. num. 94. & 97. Maſcard. de probat. lib. 3. concl. 1126. n. 56. Blanc. in pract. crim. in fin. § tertia pars. defenſionis. n. 7. Carrer. in pract. crim. in tract. de homicid. & aſſaſſin. §. circa quartum, nu. 41. Petr. à Plach. in epit. delictor. lib. 1. cap. 28. n. 20. Sebaſt. Medic. de caſ. fort. part. 1. quæſt. 8. n. 52. verſ. tertiò quoad defenſionem Cæpoll. conſil. crimin. 41. n. 6. verſ. tertium moderamen.*

22 Contra autem, probato inſultu & aggreſſione inſultus præſumitur occidiſſe aggreſſorem ad ſui neceſſariam defenſionem. *Iaſon. in l. ut vim. num. 9. verſ. alibi dicit ff. de iuſt. & jur. ubi & Mar. Salom. n. 8. Claud. Seyſell. num. 56. in lectura. & n. 57. & ſeq. uſq; ad num. 62. & in repet. numer. 94. verſ. & prima. 6. & num. 70. verſ. nam ſufficeret.* ubi expreſsè dicit, quòd ad hoc ut offenſio dicatur facta ad neceſſariam defenſionem ſufficiat probare, quod tempore offenſionis aliquis fuerit inſultatus. *Proſper. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 125. n. 57.* Quod & haud obſcurè probat. *Ordin. Crim. art. 142. verſ.* **So aber** in verb: **Sondern der verklagte Todſchläger ſeiner berühmten Nothwehr halber außfündig machte/ daß er von dem entleibten mit einer tödlichen Wehr / als vor von rechter Nothwehr geſetzt iſt/ erſtlich angefochten worden were/ ſo iſt die Nothwehr durch den verklagten Todſchläger außgeführet/** &c.

23 *Modus.* *MODVS* inculpatæ tutelæ conſiſtit in propulſatione ad offenſionem ſeu periculum mortis imminens proportionata *dict. art. 140. Ord. Crim.* in verb: **Und der benötigte kan füglichen ohne Fährligkeit oder Verletzung ſeines Leibes/ Lebens/ Ehr/ und guten Leimuts nit entweichen/ der mag ſein Leib und Leben durch eine rechte Gegenwehr retten** &c. Non enim quælibet offenſio ſufficit ad moderamen inculpatæ tutelæ, ſed ſolummodò ea, ex quâ periculum mortis imminet, quod aliter quàm adverſarium occidendo inſultatus evadere non potuit, *l. is qui aggreſſorem. 2. verſ. in dubio vitæ diſcrimine conſtitutus. C. ad Leg. Cornel. de ſicar. l. ſcientiam 45. §. qui cum aliter 4. ff. ad Leg. Aquil. Bolognet in l. ut vim. 3 ff. de iuſt. & iur. numer. 35. 38. & 42. Angel. Aretin. in tractat. malef. verb. & dictus* Titius *ſe defendendo. num. 10. 11. Andr. Gail. lib. 2. obſerv. 101. n. 13. & lib. 1. de pace publ. cap. 16. n. 6. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 28. nu. 16. Ioh. Bajard. in addit. ad Iul Clar. in dict. §. homicidium. numer. 13. Nicol. Boer. deciſ. 168. n. 4, Iodoc. Damhouder. in prax. crimin. cap. 76. n 4. Gandin. in tit. de defenſ. à Reo faciend. n. 4.*

24 Nec defenſio, quocunq; modo fiat, juſta eſt, ſed ad offenſionem proportionata eſſe debet, ut ſcilicet vis eodem modo, quo infertur, repellatur, nec oppugnatio atrocior ſit quàm inſultus *c. ut famæ. 35.* ibi: *dum tamen non amplius eorum violentia ſe extendat, quàm defenſio & rebellio exigit. de ſent excom. l. 3. §. 4. ff. de vi & vi arm.* Utputa, ne vis inermis repellatur armis ſed ſi armis, pugnis, aut verbis vis inferatur, iisdẽ viciſſim repellatur. Vnde, ſi impetus levius periculũ contineat, inſultatus id, quo poteſt modo, vel pugno, vel baculo, vel comminatione armorũ vel adverſario humi proſtrato, ne mors ſtatim inferatur, avertere tenetur. *c. ſignificaſti, 18. § fin. de homicid. Clem ſi furioſus de homic. Iodoc. Damhoud. in pract. crim. cap. 76. n. 14. Bocer. lib. 2 de duello. c 10. n. 55. Thom. Gram. conſil. crim. 63 n. 3. Cothm. 2. conſ. 59. n. 136. Gilhauſ in arb. jud. crim. c. 2. tit. 12 n. 31.*

25 Quod tamen verum eſt, niſi aggreſſoris robur & fortitudo ſuppleat, quod armis ipſius deeſt aut aliud non ſit in promptu ipſi inſultato ad defendendum telum. Si enim multò major, robuſtior, & fortior fuerit aggreſſor, quàm provocatus, etiam duriori telo hic illum occidere vel debilitare poteſt impunè. *d. l. ſcientiam 45. §. qui cum aliter. ff. ad Leg. Aquil. dict. Clem. ſi furioſus, in fin. de homicid. l. 1. §. pen. ff. ad Leg. Corn. de ſicar. Gloſſ. in l. 1. in verbo moderatiore. C. unde vi. ubi & Bartol. n. 7. & in l ut vim. n. 9. ff. de iuſt. & iur Bald. in l. unit. n. 45. C. de confeſſ. Iul. Clar. dict. § homicidium. n. 34. Bocer. dict. libr. 2. de duello cap. 10. n. 56. Weſemb. conſ. 19 n. 57. part. 1.*

26 Et ſi aggreſſor ſolo pugno vel manu vacua inſultum faciat, aut baculo invadat aliquem cui in promptu non ſit aliud inſtrumentum, quàm gladius, is benè tueri ſe illo gladio poteſt, neq; dicetur moderationem inculpatæ tutelæ excedere. *Iodoc. Damhoud. dict. c. 76. n. 15. Bocer. dict. c. 10. 57. Cujac. ad l. 3. de iuſt. & iur. Weſembec. dict. conſil. 19 n. 57.*

27 *Q. 2. an paritas armorum in moderamine inculpatæ tutelæ præciſè requiratur?* Nec enim paritas armorum in moderamine inculpatæ tutelę tàm ſtrictè & preciſè exigitur, prout latè deducit & probat *Petr. Theodor. in dict. diſp. fin. th. 5. lit. C. Mar. Salom. in repet. l. 3. ff. de juſt. & jur. numer. 6. 7. Georg Obrecht. in tract. de defenſ. cap. 5. n. 5. & ſeq. Matth. Berlich part. 4. concl. 13. num. 6. Proſper. Farin dict. quæſt. 125. nu. 360 Blanc. in part crim. ſub fin. §. tertia pars defenſionis. nu. 3 verſ. limita etiam Carrer. in pract. crim. tract. de homicid. & aſſaſſ §. circa quartum. numer. 9. Maſcard. de prob. lib. 3 concl. 1126. n. 36 & ſeqq.* Quinimò, cum armorum ſimilitudo & æqualitas in æquilibrio civili conſiſtat, cui lex certa dari nequit, potius Geometricâ, quàm Arithmeticâ proportione, & circumſtantiarum qualitate diligenter inſpectâ & perpensâ, æſtimanda erit, ita nimirum, ut ſi offenſus absq; validioribus armis, quæ in promptu habet, ſaluti ſuæ conſulere queat innoxiè, tunc imparia arma deponere, & compar telum, ſi quod in promptu eſt arripere debeat; At ſi in continenti periculo in morâ exiſtente, comparari ſtatim par telum nequeat aut evidens immineat periculum, puta quod quis adeò ſubitò invadatur, vel aggreſſor longè robuſtior, & fortior ſit, vel invaſus in magnas anguſtias fuerit redactus, tunc etiam armis inermi reſiſtere licebit. *Iodoc. Damhouder. dict. cap. 76. numer 14. Matth. Weſembec. conſil. 19. numero 57.*

28 *Tempus.* Ratione TEMPORIS defenſio debet fieri in continenti, hoc eſt, illicò in ipſâ concertatione & congreſſu; Ne ſcilicet ex intervallo & poſtquam iam pugna ſedata eſt, invaſusque ad extraneos actus deſcendit, repercuſſio fiat. *l. 45. l. 52. §. 1. ff. ad Leg. Aquil, l. quod eſt. 3. §. 9. l. 7.*

ff. de vi & vi armat. Iodoc Dambond. dict. 76. n. 10. Nicol. Boer. deciſ. 168. n. 3. & ſeq. Iohan. Harppr. in tract. crimin. §. item lex Cornelia de ſicar. Inſtit. de publ. jud. n. 145. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 28 n. 19. Proſper. Farin. dict. quæſt. 125. n. 338. Georg. Obrecht. in tract. de neceſſ. defenſ. c. 10. n. 19. Matth. Berlich. dict. concl. 13. n. 40. Andr. Gail. lib. 1 de pac. publ. cap. 16. n. 11. verſ. & prædicta omnium maximè Bocer. dict. c. 10. nu. 42. Trentacinq. 1. de defenſ. reſol. 1. n. 16.

29 Quod & haud ineptè colligitur ex verbis *dict. art. 140. Ordin. Crim.* **Und der benötigte kan füglichen ohn Fährligkeit oder Verletzung ſeines Leben/ Ehr und guten Leumuths nicht entweichen** *&c.* Moderamen itaq; inculpatæ tutelæ requirit præſens ac imminens periculum, hoc autem pugnâ ſedatâ ceſſat. Et certè qui ex intervallo illatam vim repellit, cogitatò ad ultionem id feciſſe cenſetur. *d. l. 45. ad Leg. Aquil. Cuj. ad tit. ff. quod met. cauſa.* At ultio & vindicta non ſingulis, ſed iudici tantum permiſſa eſt. *titul. C. Vt nem. lic. ſine judice.*

Q. An ſervato moderamine inculpatæ tutelæ occiſor ab omni prorſus pœnâ ſit exemptus?

30 Et in hiſce tribus, *Causâ, Modo, & Tempore,* (de quibus latiùs ac plenius antea allegati Dd. agunt) moderamen inculpatæ tutelæ conſiſtit, quæ ſi quis obſervaverit, & ſic modo legitimo ſeſe defendens aggreſſorem occiderit, non modò à pœnâ homic. ordinariâ, ſed etiam ab omni aliâ mulctâ & pœnâ extra ordinariâ prorſus immunis erit, juxta ſuprà dicta. *Iodoc. Damhouder. in pr. crimin. cap. 76. n. 2. Iacob. Menoch. de arb. jud. quæſtion. caſ. 277. n. 1. & ſeqq Bertazol. conſ. crim. 2. num. 1. Iul. Clar. dict § homicidium. n. 24. Andr. Gail. lib. 2. obſervat. 110 nu. 9. & ſeq. Trentacinq. 1. reſolut. de defenſ. 1. nu. 10 Harppr. ad dict. §. item lex Cornel. n. 112. & ſeq. Matth. Coler. deciſ. 156. nu. 2. Georg. Obrecht. in tract. de defenſ. cap. 12. per tot. cap. fin. n. 25. & ſeq. Far. dict. quæſt. 125. n. 3. & ſeqq.*

31 *Tùm*, ob jura ſupra allegata, quibus defenſorem propriæ ſalutis pœnam nullam mereri, ſed eum potius abſolvendum eſſe, probatum eſt. *l. 3. ff. de juſt. & jur. l. 45. §. pœn. ff. ad Leg. Aquil. l. 2. l. 3. l. 4. C. ad Leg. Cornel. ſicar. c. quia te. diſt. 50. c. ſi verò alicuius 3. §. ſi verò de ſentent. excomm.*

32 *Tùm*, quòd defenſio juſta ac legitima omni jure permiſſa eſt, ut ſupra dictum. At ſi aliquid lege, vel ſtatuto, vel conſuetudine permittitur, omne id, quod ex tali actu permiſſo ſequitur, punibile non eſt. *Hippol. de Marſil. in l. 2. C. ad Leg: Corn. de ſicar. n. 26. & in pr. crim. §. ulterius. n. 9. & in §. aggredior. n. 77. 78.*

33 *Tùm*, ob textum clarum in *Conſt. Carol. Crim. art.* 139. in verb. **Und den jenigen/ der jhn alſo benötiget/ in ſolcher Nothwehr entleibet/ der iſt darům nichts ſchuldig/** Et *art.* 140. in verb. **Der mag ſein Leib und Leben ohn alle Straffe durch eine rechte Gegenwehr retten.** Et poſtea: **Und ſo er alſo den benötigtẽ entleibet/ iſt er darum nichts ſchuldig** *&c.*

Q. 4. An occiſor hoc caſu immunis quoque ſit à ſolutione Wergeldi?

34 Sed, *Anne hoc caſu occiſor quoque à ſolutione Werigeldi immunis erit*: Certè à jure communi hâc in parte Jus Saxon. recedere, eumq; qui ob tutelam corporis ſui aggreſſorem interfecit, licet obſervaverit moderamen inculpatæ tutelæ, neque ullo modo iſtud exceſſerit, nihilominus in pœnam unius Wergeldi, ipſius occiſi proximis Agnatis, & inſuper in multam 60. ſolidorum judici applicandam condemnare, arbitrantur Doctores cōmuniter. *Daniel. Moller. ad Conſtit. Elector. 11. num 1. verſ. quamvis ſui defendendi cauſa & ſeq. part. 4. Matth. Berlich. part. 4. concl. 12. n. 4. Reinhard. part. 5. differ. 36. verſ. ſecus de jur. Saxon. Zobel. part. 4. differ. 29. num. 6. Faſch. differ. 62. Petr. Theodor in Colleg. crim diſp. fin. th. 6. lit. B. Iacob Schult. ad modeſt. Piſtor. part. 3. quæſtion. 107. nu 34. Rotſchitz. in proceſſu. part. 2. artic. 1. num. 3.*

35 Quos omnes commovit textus Juris Saxon. *artic. 14. lib. 2.* **Landrecht/** in verb: **Man ſol jhm ſeinen Halß nicht vertheilen dem Richter aber ſol man ertheilen/ auff jhn das höchſte Gewette der Pfennige/ die man jhn pflegt zu wetten/ und den Freünden jhr Wehrgeld.** Quæ verba loquuntur de modtramine inculpatæ tutelæ, & nihilominus occiſorem in multam 60. ſolidorum & pœnam Wergeldi condemnari iubent, velutì etiam hunc textum ſic explicat *Gloſſ. german.* **Weichbilds** *artic. 83. num.* 11. in verb. **Auch ſo einer den andern in Nothwehr tödtete/ beweiſet der ſeine Noth als recht iſt/ er wird loß mit ſeinem Wehrgeld.**

36 Ita quoq; textum iſtum intellexiſſe *Scabinos veteres*, apparet ex ſententiâ poſt **Landr.** *tit.* **Nothwer.** *fol.* 522. in verb. **Kömt er denn für Gerichte ohne den Todten/ und bekennet es/ und bezeuget ſeine Nothwehr (mit Beweiſung derſelbigen) ſo bleibet er ohne peinliche Straffe/ ſondern dem Schwerdmagen muß er ſein wehrgeld geben/ nach herkommen ſeiner Geburt/ und dem Richter 60. Schilling zu Gewette.**

37 Veruntamen, ſi textum dict. *art. 14. lib. 2.* **Landrecht/** penitiùs & exactiùs inſpexerimus, prædictam ſententiam Doctorum, quòd nempè ſervato moderamine tutelæ inculpatæ occiſor ad ſolutionem Wergeldi & mulctæ ſexaginta ſolidorum condemnari debeat, ex eo nequaquam probari poſſe, animadvertemus perpenſis enim ac probè ponderatis verbis præcedentibus, & ſubſequentibus, apparet manifeſtè ibidem agi de conſuetudine peculiari Saxonum antiquorum, quâ occiſor allegans moderamē inculpatæ tutelæ, & in judicio, antequā aliquis contra eum ageret, offerens ſe de eo juſtificari, ſolutione Wergeldi & mulctæ 60. ſolidorum, quaſi pro redimendâ vexâ, & in caſum commiſſi exceſſus, ſatisfaciendo per id Agnatis occiſi ut & judici, ab omni ulteriori pœnâ ſeſe liberare poterat; Secus, ſi contra eum prius actum fuiſſet, quo caſu pœnam promeritam luere, aut moderamen inculpatæ tutelæ ſufficienter probare debeat. Quia verò conſuetudo iſta hodiè ab aula receſſit, utiq; exinde nil certi cōtra occiſorem, moderamen inculpatæ tutelæ ſufficienter probantem, inferri poterit.

38 Eumq; genuinum eſſe ſenſum ac intellectū *dict. artic.* 14. apparet: 1. ex verbis textus: **Und darff er bey jhm vor Furcht ſeines Leibes nit bleiben:** quæ loquūtur de occiſore tali, qui propter commiſſum exceſſum, moderamen defenſionis inculpatæ, ſufficienter ac perfectè probare non audet, quem ſolutione Wergeldi à periculo

culo & pæna ſe eximere, mirari non licet. 2 ex gl. *dict. art.* 14. in verb. Dann weil jener die Wahl hat/ob er wol vorkommen/daſſelbe zubehalten/uñ es aber lieber geben will/ ſo mögen ſie es auch alsdann mit recht nehmen. Vnde liquet in arbitrio eſſe occiſoris, an VVergeldum ſolvere, an verò moderamen probare velit. Ex verbis *gloſſæ art.* 38. *lib.* 2. Landrecht/ *n.* 3. Komt er aber nit vor/ wegen Angſt und Gefahr/ſo wird er doch loß mit deß Entleibten Wehrgeld. quæ verba prædictum *artic.* 14. *lib.* 2. Landrecht/ explicant, eumque ad hunc ſolummodo caſum reſtringunt, quando quis moderamen inculpatæ tutelæ perfectè probare non audet.

39 Cùm autem diverſa ſint, non poſſe nec velle probare moderamen inculpatæ tutelæ ob metum commiſſi exceſſus, quo caſu ſolutio VVergeldi locum habet juxta *art.* 14. *lib.* 2. Landrecht/ & perfectè probare moderamen inculpatæ tutelæ, de quo caſu hîc agitur, utiq; ab illo ad hunc caſum præſentem nihil inferri poteſt; cùm à diverſis non fiat illatio. *Hier Schurff. conſ.* 69. *n.* 20. *Iac Schult. ad Modeſt. Piſt. part.* 3. *quæ.* 126. *n.* 149. *&* 127. *n.* 60. *Matth. VVeſemb. conſil.* 34. *num.* 24. *Andr. Gail. lib.* 1. *obſervat.* 11. *n.* 5.

40 Pariter de conſuetudine Saxon. abolitâ accipiendam quoq; eſſe *gloſſ. art.* 38. *n.* 11. Weichbild/ ut & ſententiam *ſub tit.* Nothwehr, poſt Landr. manifeſtè conſtat: *Tùm*, ex ipſis verbis ſententiæ, quæ ex *art.* 14. *l.* 2. Landrecht/ deſumta ſunt. *Tùm*, quòd *à gloſſ. art.* 38. allegetur ad hanc rem *art.* 14. *lib.* 2. Landrecht.

41 Relictâ itaq; opinione Doctorum, in caſu quo moderamen inculpatæ tutelæ legitimè & ſtrictè obſervatum, ac nullus planè exceſſus in eo fuerit commiſſus (quod certè probare difficillimum eſt, teſte *Georg. Rotſchitz. in proceſſ. part.* 2. *art.* 3. *n.* 11.) Occiſorem nullatenus condemnandum, neque ſolutionem Wergeldi & mulctæ ſexaginta ſolidorum, vulgò deß höchſten Gewets/ ab ipſo exigendam eſſe exiſtimo, quod & meo judicio arbitrari videtur Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part.* 1. *c.* 9. *n.* 63. *in verb. ubi tamen legitimæ tutelæ vel defenſionis modus fuit exceſſus.*

42 *Tùm*, quòd in foro Saxonico mulcta ſexaginta ſolidorum ut & Wergeldus non ſit intereſſe, ſed pœnæ nomine, ratione injuriæ judici & cognatis occiſi illatæ debeatur. *Hartm. Piſt. obſervat.* 203. *n.* 7. *Gloſſ. in* Landrecht/ *lib.* 2. *art.* 16. *verb.* An dem Mund *nu.* 6. *Schneidvvin in §. in ſumma, n.* 4. *Inſtit. de iniur.* Atqui occiſorem qui defendendi ſui causâ cædem commiſit, legitimæ autem tutelę moderamen ſtrictiſſimè obſervavit, ab omni pœnâ liberum eſſe, ſuprà dictum & probatum fuit.

43 *Tùm*, ob gloſſam Germanicam *artic.* 38. *lib.* Landr. *n.* 3. *verſ.* Oder ob er ſcheuſt: in verb. Zum andern tödet einer den andern wohl auch mit willen/ thut es aber auß gnugſamer Urſach als geſchicht in Nothwehr/ und dieſes bleibet einer ohne allen Schaden/ als fern er nur die Nohtwehr/ wie recht beweiſet *&c.* Si ergo occiſor allegans ac probans moderamen inculpatæ tutelę ab omni periculo & damno immunis eſt, utiq; nec Wergeldum aut mulctam ſexaginta ſolidorum ſolvere tenebitur.

44 *Tùm*, quòd hæc ſententia conveniat juri cõmuni, & imprimis *Ordin. Crim. art.* 139. in verb. Der iſt darum niemands nichts ſchüldig. *Artic.* 140 *in verb.* Ohne alle Straffe. Et iterum: Iſt darum nichts ſchuldig. Ex jure autem communi interpretationem declaratoriam jura municipalia & ſtatuta admittunt. *Iaſon in Auth. præterea. numer.* 14. *C. unde vir & uxor. Hartm. Piſtor. lib.* 1. *quæſt.* 31. *num.* 29. *Andr. Gail libr.* 1. *obſervat.* 50. *n.* 8. *Iacob Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part.* 3. *quæſt.* 122. *num* 90. *& quæſt.* 126. *nu.* 184. *Cornel. lib.* 1. *conſil.* 201. *col. fin. verſ. & quia ſtatuta.*

45 *Et hanc ſententiam, in pronunciando ſequuntur Elector Saxon. Scabini; Prout reſponderunt hiſce ferè formalibus.* Daß der Gefangene ſeine vorgewandte Nothwehr zur Nothurfft bewieſen hat/ derowegen mag er von wegen der an *M. VV.* am nechſt verſchienen grünen Donnerſtage begangenen Entleibung mit einiger Straffe nicht belegt werden/ſondern wird der gefänglichen Hafft/uff einen gewöhnlichen Uhrfrieden billig entlediget V. R. W. *Verſus* Libenau; *Ad conſultationem Hieronymi* Stolzers/ *Menſ. Majo. Anno* 1601.

46 *Item verſus* Roßlau: Ob wohl der Gefangene *H. H.* in guten bekandt/daß er *T. S.* mit ſeiner Parten die an jhm befundene Schäden zugefüget/ davon er deß dritten Tages verſtorben/ dieweil er aber dennoch zu ſeinem Behelff vorgewendet/daß er von dem Entleibeten mit einem Scheidholtz überlauffen/ geſchlagen worden/und er ſich wehren müſſen/und ſeine Blutsverwande ſolche Nothwehr in der angemaſten Beweiſſung zur Nothurfft bewieſen *&c.* So erſcheinet darauß/ und ſonſten allenthalben ſo viel/ daß er der zugefügten Beſchädigung wegen/ darauff der Beſchädigte geſtorben/ mit keiner Straffe zubelegen. Er iſt aber gleichwol die uffgewendete Gerichtskoſten auff Richterliche Ermäſſigung zu erſtatten ſchüldig/ und wird nunmehr der gefänglichen Hafft gegen einen gewöhnlichen Vhrfrieden billig entlediget V. R. W. *Ad conſultationem Capitanei, Menſe Maio, Anno* 1591.

47 *It*: Darauß ſo viel zu befinden/ daß die von dem Gefangenen *M. Æ.* vorgeſchützte Nothwehr zur nothturfft erwieſen und beybracht worden/ derohalben er wegen der an *L. H.* begangenen Entleibung mit einiger Straffe nicht zubelegen/ſondern er wird der gewöhnlichen Hafft uff einem gewöhnlichen Uhrfrieden billig entlediget V. R. W. An Schöſſer zu Weimar/ *Menſe Aug. Anno* 1628.

Eodem modo reſponſum fuit in caſu ſimili, Ad requiſitionem Senatus in Bitterfeld/ *M. April. Anno* 1584.

Nach Anneburgk An Schöſſer/ *Menſ. Ianua. Anno* 1595.

Ad requiſitionem Michael Stendels/ *Iudicis in* Heimsgrun, *M. Ian. An.* 1630.

48 Notandum tamen, quòd occiſor qui ad ſui defenſionem cædem perpetravit, à ſolutione Wergeldi & mulctæ 60. ſolidorum tunc demũ immunis ſit, quando moderamen inculpatę tutelæ ſtrictè obſervavit, iſtudq; nullatenus exceſſit. Aliàs, ſi exceſſum moderaminis inculpatæ defenſionis qualem qualem, etiam leviuſculum commiſerit, eum ad minimum ad ſolutionem Wergeldi, quandoq; etiam ſimul ad mulctam 60. ſolidorum condemnandum eſſe, facillimè conceſſerim.

49 *Quemadmodum Scabini reſponderunt Quæſtori* in Freybergk/ *M. Iulio, Anno* 1601.

Quæſtori in Hartenſtein/ *M. Mart. An.* 1596.
Iudici in Treuen/ *M. Iun. An.* 1598.
VVolffgango Thielen zu Seeburg / *M. Mart. An.* 1604.

50 *Et ſuper tali forſan caſu lata eſt ſententia, quam refert Matth. Berlich. pro ſtabilienda opinione eorum, qui occiſorem, ſervato etiam moderamine legitimæ tutelæ ad ſolutionem VVergeldi & mulctam ſummam 60. ſolidorum condemnandum eſſe, arbitrantur. part. 4. concl. 12. n. 4.*

QVÆSTIO XXIX.

De pœna commiſſi exceſſus ratione cauſæ, tam in defenſione ipſa quàm moderamine inculpatæ tutelæ.

SVMMARIA.

1. *In defenſione excedens limites inculpatæ tutelæ pœnam effugere nequit.*
2. *Qui exceſſus pœna Ordinaria coercetur. numero 4. 5.*
3. *In provocato non præſumitur dolus, aut animus occidendi.*
6. *Quomodo judex in definiendo & puniendo exceſſu arbitrium ſuum formare debeat. n. 7. 8. 35.*
9. *Non uniformis hodiè pœna eſt exceſſus legitimæ defenſionis n. 10. 11.*
12. *Quomodo puniatur exceſſus moderaminis inculpatæ. n. 13. 15.*
14. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. num. 16. 17. 18. 19.*
20. *An ob hunc exceſſum pœna corporis afflictiva queat irrogari? n. 21. 22. 23.*
24. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n. 25.*
26. *Num exceſſus graviſſimus pœna homicidii ordinariâ puniri debeat? numer. 27. 28, 29, 31. 32. 33.*
30. *Qui dolore commotus delinquit, mitius puniri debet.*
34. *Explicatio artic. 142. Ordin. Crimin. Carolin.*
36. *Vnde ſit dijudicandum, an quis exceſſerit moderamen defenſionis an verò moderamen inculpatæ tutelæ n. 37. 38.*
39. *Quomodo ratione cauſæ committatur exceſſus. n. 41.*
40. *Defenſio ſemper offenſionem præſupponat.*
42. *Quâ pœnâ plectendus Autor Rixæ in periculo conſtitutus ad ſui defenſionem aliquem occidens.*
43 *Cuiusq́; cauſæ principium attendendum eſt.*
44 *Qui ſe periculo ſubijcit, in diſcrimine vitæ non videtur poſitus.*
45. *Autor rixæ, ſuæ fortunæ faber eſt.*
46. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. numer. 47. 48. 49.*
50. *Offenſus à Titio, Cajum occidens pœnam homicidii incurrit. n. 51. 52.*
53. *Reſponſa Scabinorum n. 55.*
54. *Niſi hoc fiat caſu, non data opera.*
56. *Occidens minantem ſibi à pœna ordinaria num excuſetur? nu. 57.*
58. *Si ad minas verbales accedat aliquis actus. nu. 59. 60.*
61. *Melius eſt in tempore occurrere, quam poſt exitum vindicare.*
62. *Potentia actui proxima cenſetur eſſe in ipſo actu.*
63. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
64. *Quid ſi nudis verbis quis cædem minetur. num. 65. 66.*
67. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n. 68. 69.*
70. *Quando committatur exceſſus moderaminis inculpatæ tutelæ ratione cauſæ.*
71. *Provocatus ad duellum occidens procantem ab omni pœnâ non eſt immunis.*
72. *Ad remedium prohibitum non eſt recurrendum, quando adeſt licitum iuris remedium.*
73. *Duellum ſeu Monomachia res eſt illicita, quæ pœnam meretur.*
74. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
75. *Quæ ſit pœna provocati occidentis provocantem in duello. n. 76. 78. 79.*
77. *Ignoſcendum eſt ei, qui ſe voluit ulciſci provocatus.*
80. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. numero 81 82, 83.*
84. *Provocatus occiſor ſimul tenetur ad præſtationem VVergeldi & expenſarum.*
85. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium. n. 86.*
87. *Severiori pœna eſt plectendus, qui absque verbis iniurioſis provocatus occidit provocantem. n. 88. 89.*
90. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
91. *Quæ ſit pœna provocantis occidentis provocatum in duello. n. 92. 94.*
93. *Ius militare vulgò* das Fauſt⸗und Kolben⸗Recht/ *uſu eſt ſublatum.*
95. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n. 96.*
97. *Quid ſi provocans à provocato in duello oppreſſus ipſum occidat. n. 98. 99.*
100. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n. 101.*

HOmicidium neceſſarium, quod defenſionis cauſa cōmittitur, nullam prorſus pœnā mereri, dictum *quæſtione præcedenti*, quod tamē eo tantummodò caſu verum eſt, ſi occiſor non ſolùm defenſionis, ſed & inculpatæ tutelæ moderamen quoad cauſam, modum & tempus ſtrictè obſervaverit.

1 At, ſi inſultatus excedendo limites inculpatæ tutelæ aggreſſorem ſuum occidat, nec obſervet ea, quæ inculpatæ defenſionis

propria, quæque circa illa tria, veluti modum, tempus, & cauſam attendenda ſunt, is certè cõtra legitimam defenſionem peccat, ac proinde ob exceſſum pœnam effugere nequit. *Georg. Obrecht. in tractat. de neceſſ. defenſ. cap. 13. per totum.*

Qui tamen exceſſus non pænâ ordinariâ 2 homicidii, ſed mitius arbitrio judicis puniri debet. Non enim hoc caſu tàm ob commiſſum homicidium, quàm propter exceſſum moderaminis inculpatæ tutelæ pœna imponenda eſt ei, qui in terminis & moderamine defenſionis exiſtens inculpatæ tutelæ terminos exceſſit, *arg. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. Imperator. ff. ad leg. Iul. de* 3 *adult.* Neq; in provocato pręſumitur dolus & animus occidendi, aut mutilandi, vel vindictæ ſtudium, ſed potius defenſionis neceſſitas. Et vulnera ad menſuram non dantur, nec provocatus ſtateram in manu habere poteſt, ut non aliter offendat, quàm velit, imò intenſo dolore commotus non cenſetur habere plenitudinem intellectus, quia inſtantis periculi metus improviſus rectum judicium tollit. *Henr. Bocer. lib. 2.* 4 *de duello c. 10. num. 60. Ludov. Carrer. in pract. crimin. in § circa quintum de exceſſu.* Eaque communis ac unanimis eſt Doctorum opinio.. *Iaſon in l. ut vim. n. 11 ff de iuſt. & jur. ubi & Fort. Gartz. n. 9. & Mar. Salomon n. 11. Sebaſt. Medic. de caſ. fortuit. part. 1. quæſt. 8 n. 53. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. homicidium nu. 34. Covarr. in Clem. ſi furioſus. de Homicid. Maſcard. de probation libr. 5. concl. 1126. num. 30. in fin Iacob. Ayrer. in tractat. de homicid. neceſſ. part. 1. num. 392. Iacob. Menoch. de arbitr. jud quæſtion. lib. 2. caſ. 278. n. 1 & ſeqq. & caſ. 279. n. 2. Andr. Gail. lib. 1. de pac. publ. cap. 16. n. 11. & lib. 2. obſervat. 110. num. 15. Matth. Berlich. part. 4. concl. 18 nu. 1. Iodoc. Damhouder. in pract. crim. §. quoniam n. 63. Dom. Cardin. Tuſch. tom. 2. pract. concl. lit. D. concl 129. n. 4. Petr. à Plach. in Epit. delictor. lib 1. cap. 28. n. 14. verſ, idemq; conſtat. Proſper. Farin. part. 5. oper. crimin. quæſt. 125. nu. 396. Anton. Gomez. tom 3. variar. reſol. cap. 3. n. 24. Nicol. Boer. deciſ. 168. n. 17. Andr. Fachin. lib. 1. contr. c. 32. Ægid. Boſſ. in tit. de homicid. n. 9. Iacob. Boulen in repet. l. capitalium §. famoſos nu. 143. in pr. Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſp. fin. th. 7. lit. B. Aretin. conſ. 32. n. 3.*

5 Quæ & manifeſtè approbata eſt ab Imper. Carolo V. in *Ordin. Crim. art.* 142. *verſ.* Nemlichen iſt hierin/ in verb. So einer der erſten Benötigung halber redliche Urſach zur Nothwehr gehabt/und doch in der That nicht alle Umſtände/die zu einer gantzen entſchuldigten Nothwehr gehören/gehalten hetten/iſt Noth gar eben zuermeſſen/wie viel oder wenig der Thäter zu der That Urſach gehabt habe/und das fürder die Straffe am Leib/Leben/ oder aber zur Buſſe und Beſſerung erkant werde/alles nach ſonderlicher Rathgebung der Rechtsvorſtändigen / als hernach gemeldet wird/dann dieſe Fälle gar ſubtile Unterſcheid haben/darnach hieriñen anders und anders/ſchwerlicher oder linder geurtheilet werden ſol/ꝛc. Adeoque inſultatus qui ſui defendendi causâ aggreſſorem ſive inſultantem occidit, excedendo limites moderaminis inculpatæ tutelæ à pœnâ homicidii ordinaria quidem immunis eſt, extraordinaria tamen pænâ pro arbitrio Iuriſperitorum affici debet.

Hoc autem arbitrium regulari debet iuxta 6 rationem & qualitatem commiſſi exceſſus ex dolo vel culpa latâ, ſive leviori, aut leviſſima. Sicuti enim exceſſus ex dolo & qualitate culpæ æſtimatur, ita & inter occiſores moderamen inculpatæ tutelæ excedentes, gradus pænarum debent obſervari, juxta tradita *Proſp. Farin. dict. quæſt. 125. n. 409. 412. Carrer. in pract. crim. de homicid. & aſſaſſ. § circa quintum n 1. Capol. conſ. 41. n. 9. verſ. interdum eſt levis. Matth. Berlich. part. 4. concl. 18. n. 9. Baiard. ad Iul. Clar. dict. § homicidiũ n. 107.*

7 Dicitur autem vulgò exceſſus *latâ culpâ* commiſſus, quando moderamen inculpatæ tutelæ exceditur, tribus modis, videlicet in genere armorum, tempore, & modo percutiendi. *Capoll. in dict. conſil. 41 n. 8. in fin. Ludov. Bologn. in conſil. 36. col. pen. verſ in noſtro autem caſu. & conſil. 37. col. 3. in med. verſ & quando hoc ſit verum. Levi culpâ,* quando defenſionis modus exceditur nõ circa iſta tria, videlicet circa arma, tempus, & modum percutiendi, ſed tantum circa duo ex prædictis. *Leviſſimâ autem culpâ* exceſſus commiſſus cenſetur, ſi defendens unum duntaxat ex tribus iſtis requiſitis moderaminis legitimæ tutelæ non ſervaverit. *Capoll. dict. conſil. 41. nu. 10. Bologn. dict. conſil. 36 & 37. Proſper. Farin. dict. qu. 125. n 406. 411. & num. 413. Matth. Berlich. dict. concl. 18. n. 4. 6. & 8.*

8 Intra hos itaque cancellos iudex arbitrium ſuum continere, & pro qualitate exceſſus, dolo culpâ latâ, leviori, aut leviſſimâ in moderamine inculpatæ tutelæ commiſſi, pœnam extraordinariam decernere debet. Quod & in terris hiſce Saxonicis ſtrictè obſervandum, & habita ratione exceſſus in moderamine defenſionis inculpatæ, pæna extraordinaria vel mitiganda, vel exaſperanda eſt. Etſi enim Jure Saxon. pro quovis 9 exceſſu una eademq; pœna conſtituta reperiatur, ita quòd quis pro homicidio, in quo moderamen inculpatæ tutelæ exceſſit, judici ſummã mulctam, das höchſte Gewette quæ eſt 60. ſolidorum ſolvere debeat, Landr. *libr. 2. artic.* 14. in verb Dem Richter aber ſoll mañ ertheilen auff jhn das höchſte Gewette der Pfeñing/die man jhm pfleget zu wetten/ und den Freunden jhr Wehrgeld ꝛc.

Hodiè tamen id uſu non obſervatur, ſed pro 10 ratione exceſſus commiſſi occiſor pænâ carceris, vel relegatione temporali, aut perpetuâ plectitur. *Tùm,* propter frequentiam exceſſus legitimæ tutelæ circa homicidia, ob quam meritò pænæ ſunt exaſperandæ; cum multis graſſantibus opus ſit exemplo, *l. ſi quis 36 §. qui abortionis, ibid. & ſi dolo malo non faciant, res tamen mali exempli eſt, ff. de pœn. Tùm,* ne ſi homicidis quotidiè quaſi ante oculos heredum interfecti oberrare liceat, ulterioris detur occaſio tumultus, *Matth. Coler. in tract. de proceſſ. execut. part. 1. c 9. n. 62. 63.*

11 Quemadmodum etiam à Iure Saxonico hoc caſu receſſit D. Auguſtus Elector Saxon. provocatum occidentem provocantem juxta

qualitatem commiſſi exceſſus relegatione, vel ſimili pœnâ pro arbitrio judicis affici jubens in *Conſt.Elect.10.part.4.* in verb: **So ſoll er in Erwegung der Perſonen Umbſtände mit ordentlicher Straffe der Todtſchläger nit beleget/ſondern willkürlichẽ/als mit Landesvorweiſung/ vnd dergleichen** (ſcilicet non capitaliter ſed pœnâ carceris vel mulctâ pecuniaria) **geſtraffet werden** / *Dan. Moller.dict.Conſtit.10. Aut. Conſult. Conſt Saxon. tom.1.part.4. quæſtion.27.num.2.& ſeqq. Matth. Berlich.dict.concl.18.num.15. Coler.dict.cap.9.numer.63.*

Q.1. *Quomodo puniatur exceſſus moderaminis inculpatæ tutelæ?*

12 Abſq; dubio igitur occiſori hoc caſu pro ratione culpæ & commiſſi exceſſus, Relegatio, mulcta pecuniaria, vel etiam carceris pœna dictari poteſt. *Dan. Moll.ad Conſt.Elect 11.n.4.p.4.* Quo caſu Reus, qui pœnam corporis afflictivam non patitur, ſimul ad ſolutionem VVergeldi & expenſarum litis (non etiam damnorum & intereſſe, *Moller.ad Conſt.12.n.4.p.4*) condemnari debet, prout expreſſè ſancitum in *Conſt.Elect.11.& 12.part.4.*

13 Licet autem *Conſtit.12. in fin.* tunc demum expenſas litis ab occiſore ſolvi velit, quando nimirum Agnati interempti eum accuſarunt, *in verb.* **Auff ſolchen Fall ſoll er deß Verſtorbenen Söhnen / oder den Schwerdmagen / welche jhn beklaget / die auffgewendte Gerichtskoſten / jedoch auff vorgehende Rechtliche Ermeſſigung zuerſetzen / pflichtig ſeyn** &c. Attamen hodiè indiſtinctè, ſive Agnati contra occiſorem agant ordinario proceſſu, ſive judex ex officio contra eum inquirat, Reus in expenſas condemnari ſolet.

14 *Et ita quotidiè pronunciarunt*: **Darauß allenthalbẽ ſo viel erſcheinet / daß N. N. der an N. N. begangenen Entleibung halber am Leib oder Leben nicht zuſtraffen / Er iſt aber deß Entleibeten näheſten Freunden ein Wehrgeld zuerlegen / auch die Gerichtskoſten uff Richterliche Ermeſſigung zuerſtatten ſchuldig / vnd mag hierüber mit ewiger oder zeitlicher Landes verweiſung:** *vel*, **willkürlichen / entweder eine Zeitlang mit Gefängnüß / oder ümb eine zimliche Geldbuſſe ſeinem Vermögen nach** 2c. **in Straff genommen werden / V. R. W.**

15 Et hæc ita ſeſe habent, quando exceſſus maior culpa lata vel levi in moderamine inculpatæ tutelæ commiſſus eſt, ita ut pœna Iuris Saxon. ſcilicet ſumma mulcta, quæ eſt 60. ſolidorum vel quatuor, ſexagenarum, **vier alte Schock** / non ſufficiat, ſed gravior mulcta pecuniaria, vel etiam carceris aut relegationis pœna requiratur. At leviuſculo exceſſu culpa leviori aut leviſſima commiſſo, prædicta pœna Iuris Saxon. omninò ſufficit, excluſa pœna graviori.

Prout à Scabinis habitâ de hâc re deliberatione fuit concluſum. M. Martio, Anno 1599.

16 *Veluti etiam in caſu commiſſi exceſſus leviuſculi quotidiè reſpondere ſolent :* **Darauß allenthalben ſo viel zu befinden / daß N. N. wegen dero an N. N. begangenen Entleibung halber peinlichen nicht zuſtraffen / Er iſt aber gleichwohl deß Entleibeten näheſten Freunden ein Wehrgeld / vnnd dem Richter das höchſte Gewette nebenſt Erſtattung der Gerichtskoſten / auff Richterliche Ermeſſigung / zuerlegen ſchuldig V. R. W.** *Ad requiſitionem Iudicis* **in Trewen** / *Menſe Iunio, Anno* 1598.

Ad conſultationem viduæ à **Schönberg** / **in Sachſenburgk** / *M. Majo*, 1602. 17

Wolffgangi **Thielens** / **zu Seeburgk** / *M. Mart. Anno* 1604.

Chriſtophori **Müllers** / **in Ortrand** / *Menſ. Iulio, Anno* 1606.

An Landrichter vnnd Schöppen zu Voigtsbergk / *M. Majo, Anno* 1629.

18 Quandoque etiam ob levitatem commiſſi exceſſus tantummodò ad ſolutionem Wergeldi Reus condemnari, neque ſumma mulcta, neque alia pœna ipſi ultra Wergeldum indici ſolet.

19 **Daß N. N. deß verſtorbenen näheſten Freunden ein Wehrgeld zu entrichten ſchuldig vnnd mag hierüber nach Gelegenheit diſſfals ferner nicht geſtrafft werden / V. R. W.**

Q.2 *An ob exceſſum moderaminis inculpatæ tutelæ pœna corporis afflictiva queat irrogari?*

20 Neque mirum alicui videbitur, quod à pœna juris Saxonici *artic.13.lib.2.* **Landrechts** / moribus fuit receſſum, & arbitrio judicis commiſſum, an ob exceſſum relegationem aliamvè pœnam imponere velit, cùm & ei qui moderamen inculpatæ tutelæ exceſſit, fuſtigatio quandoque dictari queat. Licet enim haud pauci exiſtiment, excedentes moderamen inculpatæ tutelæ ſeveriori aliqua pœna, quàm relegatione plecti non debere, & quòd quando ab ordinaria pœna ex cauſa quadam recedendum ſit, pœna corporis afflictiva imponi nequeat. *Henr.Bocer.libr.2.de duello.cap.10.num.63 Carrer.in pract. crimin.pag. 183; fac.1.n.8. Hippol.de Marſil. in pract.crimin.§. quoniam.n.95.& ſeqq. Everh.Iun.1 conſil.68.n.5. & 16. Alexandr.conſil.110.in fin.vol.7. Ludolph. Schrader. de feud.part.9.cap.4.n.80. verſ.ex quo infertur &c.*

21 Attamen quin ob exceſſum magnum & doloſum pœna corporis afflictiva dictari, eiq; qui ex propoſito moderamen inculpatæ tutelæ exceſſit, fuſtigatio vel manus amputatio infligi poſſit, dubitandum planè non eſt: *Tùm*, ob verba manifeſta *Conſt.Elect.11.p.4.* **Da einem** ob exceſſum magnum & doloſum **in Fällen den Todtſchlag belangende / Staupenſchläge oder Abhawung der Hand / vnd alſo Leibesſtraffe zugeſprochen worden.** Quæ verba de exceſſu moderaminis inculpatæ tutelæ exaudienda eſſe, apparet manifeſtè ex rubr. *dict.Conſt.11.*

22 *Tùm*, ob text. in *art.142.Ordin.Crim.* in verb. **Darumb die Entleibung durch den verklagten Todtſchläger nicht auß einer rechten entſchuldigten Nothwehr / ſondern bößlich geſchehen were / vnd darumb peinlich geſtrafft werden ſolte** &c. Adeoque exceſſus moderaminis inculpatæ tutelæ criminaliter ſive pœna corporis afflictiva, qualis eſt fuſtigatio, vel manus amputatio, coërceri poteſt.

23 Quo tamen caſu Reus qui pœnam corporalem patitur tàm à ſolutione Wergeldi, quàm expenſarum litis immunis eſt. *dict.Conſtit.Elect.11. & 12.part.4. Matth. Coler.de proceſſ.executiv.part. 1.cap.9.n.65.* ubi ejuſmodi pœnam Naumburgi cuidam Anno 1552. dictatam fuiſſe refert. *Aut. Conſult.Conſt.Saxon.tom.1.part.4.quæſt.35.& tom. 2.part.4.quæſt.66.Gail.libr.1.de pac.publ.cap.16.n. 19 VVeſemb.conſil.19.n.72.& 73. Petr.Theodor. dict.diſp.fin.th.7.lit.B.*

24 *Quemadmodum etiam in Scabinatu Electorali ob exceſſum magnum atque doloſum moderaminis inculpatæ tutelæ, fuſtigatio cum perpetuâ relegatione ſæpiſſimè dictari ſolet, in hunc ferè modum.* So erſcheinet darauß ſo viel/ daß Gefangener derowegen am Leben nicht zu ſtraffen/ Er wird aber gleichwohl deß darbey verůbten *exceſſus* halber öffentlich billich zur Staupen geſchlagen/ vnnd nach außgeſtandener Leibesſtraff deß Landes ewig verwieſen. V. R. W. An Bůnawiſchen Vorwalter zu Radeburgk/ *Menſe Iulio, Anno* 1623.

An Ambtsvoigt/ zu Weiſſenfels/ *Menſ. Mart. Anno* 1609.

An Schöſſer zu Leipzig/ *Menſe Martio, Anno* 1600.

Ad conſultationem Pratoris Torgenſis, M. Innio, Anno 1624.

Domini Comitis à Mansfeld zu Artern/ *Menſ. Mart. Anno* 1625.

Senatus in Můgeln/ *Menſe Martio, Anno* 1622.

Iudicis & Scabinorum zu Götzſcha/ *M. Octob. Anno* 1627.

Ad conſultationem Rudolphi à Ponickaw/ *M. Ianuar. Anno* 1628.

An Landrichter zu Beichlingen/ *Menſ. Octobr. Anno* 1626.

Ad requiſitionem Iudicis & Scabinorum Ilenburgenſium, M. Auguſt. Anno 1630.

25 *Pariter ob exceſſum magnum atque doloſum fuit dictata amputatio manus:* Daß N. N. mit der ordentlichen Straffe deß Todſchlages zu verſchonen/ Er wird aber mit Abhawung einer Fauſt/ dero er am beſten entrathen kan/ deß Landes ewig billich verwieſen/ V. R. W. An Richter zu Pretzſch/ *Menſ. Iul. Anno* 1589.

Ad requiſitionem Prafecti Rochlicenſis, Menſ. Majo, Anno 1607.

Q. 3. Annon exceſſus graviſſimus pœnâ homicidii ordinaria puniri debeat?

26 Sed quæritur hic: *annon exceſſus graviſſimus dolo manifeſto commiſſus pœna homicidii ordinariâ coerceri poſſit?* Veluti ſi quis animo occidendi, dolo & ex propoſito moderamen inculpatæ tutelæ exceſſerit, & aggreſſorem occiderit.

Ratio dubitandi deſumitur exinde, quòd caſu inſultatus ſive invaſus dolo & ex propoſito, non defenſionis neceſſitate, ſed vindictæ cupiditate aggreſſorem inſultantem occidit, neque 27 ullam juſtam cauſam prætendere poteſt, quæ vel inconſulti caloris, vel juſti doloris excuſationem admittat; Unde ſequitur, occciſorem pœnâ homicidii ordinariâ affici debere, juxta *l. 1. §. Divus ff. ad Leg. Cornel de ſicar. l. 15. §. qui cum telo. C. eod. tit.* Veluti etiam arbitrantur *Salyc. ad l. Gracchus. col. pen. C. de adult. Bald. in l. 1. C. de emend. ſervor. Dec. in l. 3. numer.* 18. *ff. de juſt. & jur. Theodor. in* Colleg. *crimin. diſput. fin. th.* 7. *lit. B.*

28 Idemque videtur aſſerere Imper. Carolus V. in Ordin. Crimin. *artic.* 142. *verſ.* Nemlich iſt hierin zu mercken. in verb. Iſt noch gar eben zuermeſſen/ wie viel oder wenig der Thåter zur That Vrſach gehabt habe/ vnnd das fůrder die Straffe am Leib/ Leben/ oder aber zur Buſſe vnnd Beſſerung erkandt werde &c. Quibus verbis inſultatum excedentem moderamen inculpatæ tutelæ non ſolùm pœnâ arbitrariâ, ſed & quandoque ultimo ſupplicio puniri poſſe, manifeſtè diſponitur, ut putat *Bernh. Grev. libro ſecundo concl.* 110. *conſid.* 2.

Verum, ab hac ſententia divortium faciunt Doctores communiter. *Mar. Salom. in dict. lib.* 3. *num.* 11 *ff. de juſt. & jur. Hippol. de Marſil. in pract. crimin. §. quoniam. num.* 68. *ibi: quod etiam ſi quis & ſeq. Iaſon. in l. ut vim.* 3. *ff. de juſt. & jur. Iodoc. Damhouder. in pract. crimin. cap.* 76 *num.* 13. *Claud. Battand. in pract. cauſ. crim. reg.* 74. *n.* 4. *Iul Clar. in dict. §. homicidium. n* 34. *Virg. Pingitz. quæſt.* 59. *num.* 5. *Andr. Tiraquell. in tractat. de pœna temp. cauſ.* 1. *num.* 8. *Proſp. Farin. dict. quæſt.* 125. *n.* 414. *Thom. Gramm. deciſ.* 5. *n.* 28. *Schrader. in tractat. de feud. part.* 9. *cap.* 4. *num.* 79. *Matth. Berlich. part.* 4. *concl.* 18. *numer.* 2. *Andr. Fach. lib.* 1. *contr.* 32 *Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſtion. caſ.* 278. *Andr. Gail. lib.* 2. *pract. obſerv. cap.* 110 *num.* 15. exiſtimantes, ob exceſſum moderaminis tutelæ inculpatæ etiam dolo manifeſtiſſimo commiſſum, pœnam homicidii ordinariam nequaquam infligendam eſſe. Quorum opinio uti communis, ita etiam veriſſima eſt. 29

Tùm, quod provocatus ab aggreſſore, licet manifeſtiſſimo dolo moderamen inculpatæ defenſionis excedat, juſto dolore ad occidendum commoveatur. At, qui dolore commotus delinquit, mitius puniendus eſt. *l. ſi adulterium* 38. *§. Imperator Marcus.* ibi: *difficilimum eſt, juſtum dolorem temperare: & ideo pœna eſt mitiganda. ff. ad Leg. Iul. de adult. l. 1. §. fin. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. l. qui cum. ſi libertus.* ibi: *ignoſcendum eſt enim ei ſi voluit ſe ulciſci provocatus. ff. de bon. libertor. l. Gracchus*, ibi: *Et nox & juſtus dolor factum relevant. C. de adulter.* 30

Tùm, Quòd defenſio etiam non inculpata excuſationem aliquam mereatur. *Ordin. Crim. artic.* 142. in verb. So kan ſich ſolcher Todtſchlåger keiner rechten oder gåntzlichen entſchuldigten Nothwehr behelffen *&c.* Ergo aliquâ & imperfectâ defenſione ſeſe tueri poterit, uti colligit ex textu *Rhem. dict. artic.* 142. *lit.* C. At verò, licet quis dolo & propoſito moderamen inculpatæ tutelæ excedat, in terminis tamen defenſionis eſt, cùm longè ab invicem differant moderamen defenſionis, & moderamē inculpatæ tutelæ ſeu defenſionis, *Mar. Salom. in l.* 3. *num.* 10. *ff. de juſt. & jur. Vid. quæſt. præced. num.* 17. Ergò & defenſor ejusmodi doloſus excuſationem aliquam merebitur. 31

Tùm, ob *Conſtit. Elector.* 11. *part.* 4. in verb. Da einen ob exceſſum magnum & doloſum in Fällen den Todtſchlag belangende/ Staupenſchlåge oder Abhawung der Hand vnnd alſo Leibesſtraffe zugeſprochen worden. Ex quibus verbis, ob exceſſum magnum & doloſum occiſorem ad ſummum fuſtigatione vel manus amputatione plectendum eſſe, haud obſcurè colligi poteſt. 32

Neque hiſce adverſatur quicquam, quòd inſultatus hoc caſu non defenſionis neceſſitate, ſed vindictæ cupiditate animo occidendi aggreſſorem necaverit. *Etſi* namque hoc verum ſit, negari tamen nequit, occiſorem per offenſionem juſto dolore & magno quodam animi impetu ad committendam cædem inductum fuiſſe, prout antea fuit demonſtratum, 33

ideòque

Ideóq; & hoc caſu pœna Leg. Cornel. interpretatione quâdam erit mollienda. *Everhard. Iun. 2. conſ. 16. n. 38.* Licet enim animus occidendi ſufficiat ut locus ſit pœnæ Legis Corneliæ, id tamen non procedit, ubi quis eſt provocatus & juſto dolore commotus ad occidendum. *l. 1. §. 5. ff. ad Leg. Corn. de ſicar.*

34 Non enim obſtat *artic. 142. Ordinat. Crimin.* in verb. **Vnnd daß für der die Straffe am Leib/ Leben/ oder aber zur Buſſe vnnd Beſſerung erkandt werde** &c. *Indifferenter* enim ibidem agitur de exceſſu defenſionis & de exceſſu inculpatæ defenſionis, & de utriusque pœna, facta ſimul diſpoſitione, ut exceſſus inculpatæ defenſionis extra ordinem arbitrariâ pœnâ, exceſſus verò defenſionis ordinaria homicidii pœna coërceatur, quod à nemine Doctorum facilè negabitur. Etenim qui defenſionis limites fraudulenter excedit, & animo doloſo aggreſſorem occidit, in terminis defenſionis planè non eſt, neque juſto dolore ad interficiendum commovetur, adeoque cædes hæc pro homicidio ſimplici doloſo reputanda eſt, quæ pœnam gladii absque dubio meretur. At verò ſi quis moderamen inculpatæ defenſionis excedat, de quo caſu hîc tantummodò agitur, licet hoc faciat manifeſto dolò, nihilominus in terminis defenſionis verſatur, adeoque aliquo modo excuſari poteſt, juxta *artic. 124. Ordinat. Crimin.* in verb. **So kan ſich ſolcher Todtſchläger keiner rechten oder gäntzlichen entſchuldigten Nothwehr behelffen** &c. Sicuti enim ab invicem differunt moderamen *defenſionis*, & moderamen *inculpatæ defenſionis* (iſtud enim defenſionem qualem qualem, hoc verò juſtam ac legitimam defenſionem ſecundum tria requiſita inculpatæ tutelæ innuit) uti *quæſtion præcedent.* dictum & probatum ex *Mar. Salom. in repet. l. 3. numero decimo. ff. de juſt. & ju.* Ita & maximoperè differunt Exceſſus de-
“ *fenſionis*, & Exceſſus *inculpatæ defenſionis.* Iſte
“ enim nec offenſionem veram, nec aliquam de-
“ fenſionem ; Hic verò qualem qualem defen-
“ ſionem præſupponit, adeoque iſte pœna ho-
“ micidii ordinaria, veluti homicidium non de-
“ fenſivum, hic verò mitius extra ordinem coër-
“ cetur.

35 Quoad pœnam igitur excedentibus modera-
“ men inculpatæ tutelæ infligendam, ante omnia
“ exactè ponderandum & conſiderãdum eſt, qua-
“ lisnam exceſſus fuerit commiſſus, & an occiſor
“ *inculpatam defenſionem*, an verò ipſam *defenſio-*
“ *nem* exceſſerit: Iſto etenim caſu pro ratione ex-
“ ceſſus arbitrariè; hoc verò pœna homicidii ordi-
“ naria puniri ſolet.

35 Sed, ***unde dijudicandum, an quis exceſſerit moderamen defenſionis, an verò moderamen inculpatæ defenſionis ſeu tutelæ ?*** Hoc ſanè propter multifarias circumſtantias factorum certa regula definiri nequit, ſicuti nec Illud, quomodo quivis exceſſus moderaminis inculpatæ tutelæ puniri debeat. Hîc enim opus, hic labor eſt, adnumeratis, adpenſisque ſingulis facti totius circumſtantiis perpendere, qua in re occiſor limites exceſſerit, qua prętergreſſus modum, qua aggreſſori aliter atque aliter occurrere debuerit, quibus ad æquitatis exâmen revocatis & juſtè adpenſis, pœna mulctavè mitior aut gravior irroganda erit.

37 Utrumque ergò judicis arbitrio committendum eſt, An ſcilicet exceſſus *defenſionis*; An verò *inculpatæ defenſionis* fuerit commiſſus, & quomodo hoc caſu occiſor pro ratione commiſſæ culpæ aut doli puniri debeat, juxta diſpoſitionem *artic. 142. Ordinat. Crimin.* in verb. fin. **Iſt Noth gar eben zu ermeſſen / wie viel oder wenig der Thäter zur That Vrſach gehabt habe/ vnnd daß fürder die Straffe am Leibe/ Leben / oder aber zur Buſſe vnnd Beſſerung erkandt werde / alles nach ſonderlicher Rathgebung der Rechtsverſtändigen** &c. De juris enim apicibus hîc agitur, in quibus enodandis religioſiſſimos eſſe judices oportet, quòd, ut, præclarè Divus Trajanus reſcripſit, ſatius interdum ſit, impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnare. *l. abſentem. ff. de pœn Georg. Rhem. in Nemeſ. Karul. artic. 142. in fin.*

38 Quò tamen clariùs eluceſcat differentia exceſſus *defenſionis*, & exceſſus *inculpatæ defenſionis ſeu tutelæ*, utique conſtare queat, quando & quomodo hic vel ille exceſſus fuerit commiſſus, quoque caſu pœna homicidii ordinaria, vel extraordinaria gravior aut mitior mulcta obtineat, operæ pretium me facturum exiſtimo, ſi utriusque exceſſus, circa tria requiſita moderaminis inculpatæ tutelæ, videlicet Cauſam, Modum, & Tempus, caſus & exempla aliquot, eaque communiora ac principaliora (alia enim hinc inde tractantur à Doctoribus, & imprimis fuſiùs ac latiùs per ampliationes & limitationes à *Proſpero Farin. part. 5. oper. crimin. quæſtion. 125.*) referam, ſecundum quæ alios ſimilesvè caſus perpenſis facti cujusque circumſtantiis, regulare haud erit difficile.

39 Ab initio autem *Ratione Cauſæ* non ſolùm Exceſſus *defenſionis*, ſed moderaminis *inculpatæ defenſionis ſeu tutelæ* committitur, quando offenſio nulla vel non ſufficiens præcedit. Cauſa enim & baſis moderaminis inculpatæ tutelæ eſt injuſta offenſio. *Ordinat. Crimin. artic. 142. in pr.* in verb. **So der Ankläger der erſten tödtlichen Anfechtung oder Benöthigung/ darauff/ als obſtehet/ die Nothwehr gegründet.** &c. Et *artic.* 140. in verb. **So einer jemand mit einem tödtlichen Waffen oder Wehr überläuffet / anficht oder ſchlägt/ vnnd der Benöthigt kan füglichen nicht entweichen** &c.

40 Idque innuit vocabulum defenſionis, quæ nihil aliud eſt, quàm propulſatio, hæc autem offenſionem præſupponit, per ſe enim propulſatio non ſubſiſtit, ſed ad violentam & injurioſam offenſionem reſpectum habet *Georg. Obrecht. in tractat. defenſ. neceſſ. capit.* 11. *numero octavo.* quæ ſi deeſt, vindictæ potius, quàm defenſionis causâ fit propulſatio. *Blanc. in pract. crimin. in fin. §. tertia pars defenſionis. numero ſeptimo. Petr. à Plach. in Epit. delict. libro primo. capi 28. numero vigeſimo. Sebaſt. Medic. de caſ. fort. part. 1. quæſt. 8. numer. 52. verſ. tertiò quoad defenſionem Mar. Salom. in repet. l. 3. n. 6. ff. de juſt. & jur. ubi &*

Fort.GarZ.n.4.verſ.& ſi certè Maſcard. de probation lib.3.concl.1126.n.56. Iacob.Ayrer.in tract.de homicid.neceſſ.part.1.n.94.& 97.Capoll.conſil.crimin.41.n.6.

41 Deficiente igitur offenſione ab occiſore quandoq; exceſſus *defenſionis*, quandoq; exceſſus *moderaminis inculpatæ tutelæ* committitur: Ille quidem ſi nulla prorſus ſubſit offenſio, hic autem ſi offenſio non ſit violenta aut ſufficiens ad moderamen inculpatæ tutelæ.

Effectus defenſionis ratione cauſæ.

Q. 4. Qua pœna plectendus Autor rixæ, qui poſtea in diſcrimine vitæ conſtitutus ad ſui defenſionem aliquem occidit?

42 *Ratione Cauſæ* itaque committitur exceſſus defenſionis, qui pœnam homicidii ordinariam meretur quando nulla præcedit offenſio à parte occiſi. Veluti Primò: Si homicida initio fuiſſet provocans & autor rixæ, & poſtea in eadem rixa in diſcrimine vitæ cõſtitutus provocatum occidiſſet. Hoc caſu occiſor nec beneficio neceſſariæ defenſionis uti, nec à pœna ordinaria gladii ſeſe liberare poterit. *Andr.Gail.libr.1.de pace publ.cap.16.num.17. Proſper.Farin.part.5.oper.crim.quæſt.125.numer.118 Dom Cardin.Tuſch.tom.2.verb.defenſio concl.129.n.10. Iodoc.Damhoud.in pract.crim.in cap.76.n.3. Matth.Berlich.part.4.concl.13 n.5.Petr.Theodor.in dict.diſp.fin.th.5.lit.E.*

43 *Primo*: Sicuti enim aliàs cujuscunque cauſſæ principium attendi ſolet, *l.4 in pr.de Reb.credit.* ita etiam in excuſandis delictis non potiſſimùm finis & exitus ſpectatur, ſed principium, *l.6.C.de vi publ.& privat.* à quo quippe omnis progreſſus defenſionis & eventus æſtimari ſolet. *VoltZ in tractat.de ſicar.cap.7.numer.170.* Ideoque & cardo totius neceſſariæ defenſionis conſiſtit in probatione principii, quis initio operam rei illicitæ dederit. *Andr.Gail.dict.cap.16.numero decimo ſeptimo in fin.* At, inſpecto initio, provocans & inſultum primum faciens non fuit in terminis defenſionis, dum ipſe ad ſui offenſionem, provocatione ſuâ adverſarium irritavit. Nec enim incipere dicitur qui provocatus ad iram aliquid fecit, ſed potiùs ille princeps culpæ eſt, à quo malitia incipit. *l.4.C.de ſerv.fugit.l.20.C.de furt. Modeſt.Piſtor.2.conſil.4 numer.36.* Igitur nec internecio ab autore rixæ facta defenſio, ſed potiùs vindicta cenſeri debet, quæ veniam non meretur.

44 *Secundò*: Quia lex non præſumitur eum in periculo vitæ conſtitutum fuiſſe, qui ſua ſponte & culpa propria caput ſuum objecit periculo. *l.11.ff ad Leg. Aquil.l.nemo damnum.151.ff.de reg.jur. Andr.Gail.dict.c.16.n.17.*

45 *Tertiò*: Certum eſt, quòd hoc caſu Autor rixæ ſit ipſemet faber ſuæ fortunæ; æquum eſt ergo, ut quos fecit compedes, faber ipſe geſtet. *VoltZ.dict.c.7.n.164.*

46 *Hanc ſententiam in pronunciando ſecuti ſunt ſæpius Scabini Elect. Saxon. in hunc modum reſpondentes:* So möchte H. S. wegen ſolcher begangnen Entleibung / ſeines Fürwendens / nemblichen daß vff den erſten Schlag der Entleibete ſich gegen jhm gewehret / weil er den Anfang zum zancken vnd ſchlagen ſelbſten gemacht / vngeachtet / hinwiederumb mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte gerichtet vnnd geſtrafft werden / V. R. W. *Verſus* Alßleben; *Ad conſultationem Henrici à* Kroßſigk / *Menſ. Iul. Anno* 1627.

It: So wird M. H. wegen ſolcher begangenen vnd bekandten Entleibung hinwiderumb mit dem Schwerd vom Leben zum Todte gerichtet vnd geſtrafft / vnd hat ſich damit nicht zu behelffen / daß er fürgeben thut / als wann es ſeinem Vatter / den er ſchützen vnd vertheidigen wollen / zu gute vnnd beſten geſchehen / vnnd das Peter Duncke der Gerichts-Schöppe geſchryen / ſchlaget den alten vnd jungen Schelm jmmer todt / weil ſein Vatter in keiner Leibes oder Lebens Gefahr / ſondern er ſelbſten dieſes Haders vnnd Vneinigkeit / dadurch hernach ſolche Entleibung verurſachet worden / ein Anfänger geweſen *&c. Ad requiſitionem Quæſtoris in* Nürberg / *M. April. Anno* 1612. 47

48 *Pariter pœna gladij fuit indicta Autori rixæ, non obſtante quòd prætenderet, ſe in vitæ periculo conſtitutum ad ſui defenſionem inſultatum occidiſſe.* An Richter vnd Schöppen zu Pegaw / *M. Iun. Anno* 1611.

Eodem modo reſponderunt Scabini in caſu ſimili, An Schöſſer zu Leißnigk; *Menſe Auguſto, Anno* 1587.

Ad requiſitionem Quæſtoris in Auguſtusburgk / *Menſ. Sept. Anno* 1590.

Quæſtoris in Lauchſtädt / *Menſe Decembr. Anno* 1596.

Ad requiſitionem Quæſtoris in Schlieben / *M. Aug. Anno* 1609.

Ad conſultationem Quæſtoris Sceudicenſis, M. Auguſt. Anno 1610.

Ad requiſitionem Quæſtoris in Wolckenſtein / *M. Iun. Anno* 1610.

49 *Similiter dictaverunt Scabini pœnam gladii in caſu quo autor rixæ primùm inſultum faciens mediatorem inſultato ſubvenientem occiderat, non obſtante hoc quòd prætenderet, ſe ad ſui defenſionem cædem perpetraſſe.* An Richter vnnd Schöppen zu Greitzſch / *Menſe Auguſto, Anno* 1584.

Q. 5. An offenſus ab aliquo occidens alium veniam mereatur?

50 Secundò: Exceſſum defenſionis quoque ratione cauſæ committit, & à pœna homicidii ordinaria non exemptus eſt is, qui ab uno offenſus occidit alium; veluti ſi Titius inſultatus & percuſſus à Mævio, iracundiæ calore fervens poſtmodùm interficiat Cajum.

52 *Tùm*, quòd à Cajo planè non fuit offenſus, & ſic reſpectu Caij nulla prorſus proceſſit offenſio, adeoque nec Titius adverſus Cajum ullam defenſionem prætendere poteſt; quum omnis defenſio & propulſatio præſupponat aliquam offenſionem, & inter propulſationem & offenſionem mutuus ſit reſpectus atque relatio, ita, ut uno ſublato, meritò & alterum tollatur *Georg. Obrecht. in tractat. de neceſſ. defenſ. cap.11. num.26.*

52 *Tùm*, Ob textum in *Ord.Crim.Carol.art.140.* in verb. Vnd ſo er alſo den Benöthiger entleibet / iſt er darumb nichts ſchüldig &c. Et in *artic.142. Circa med.* in verb. Solch obgemeldet vnnd ander dergleichen fürgeben ſoll der Ankläger / wo er das genieſſen will / gegen Erfindung daß der Todtſchläger durch den Entleibten / erſtlich als vorſtehet / genöthiget worden iſt / beweiſen &c. Vnde apparet, occiſori defenſionem allegantı incumbere, ut probet, ſe ab occiſo fuiſſe inſultatum. Quia verò Titius à Cajo occiſo planè non fuit offenſus, utique nec defenſionis exceptione ſeſe tueri, & à pœnâ homicidii ordinariâ liberare poterit.

53 *Ita pronunciarunt Scabini* An Richter vnnd Schöppen zu Mauſitz/ So möchte M. B. ſeines dawieder gethanen Fürwendens / daß er zuvorhin in George Schurers Stuben geſchlagen worden vngeachtet/ weil er dazumahl nicht mit dem Entleibeten/ſondern mit Schurern zu thun gehabt/ auch von keinem Zeugen außgeſagt worden / daß der Entleibete jhn geſchlagen/ hinwiederumb mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W. *Menſ. Iulio, Anno* 1613.

54 Attamen hoc tantummodò verum eſt, quando Titius inſultatus à Mævio, occidit ſponte ac voluntariè Cajum, quem benè novit: ſecus ſi juſto moderamine ſe defendens, & contra aggreſſorē pugnans Cajū itidem aſtantē aut ſupervenientem, caſu, non data opera interficiat, quo caſu pœna legis Corneliæ de ſicariis ceſſat. Nam qui inſultatus ſe voluit defendere, & caſu fortuito alium, quàm aggreſſorem, veluti mediatorem, pacis conſervandæ cauſa in rixa intervenientem occidit, vel extraordinariè judicis arbitrio, vel planè non puniendus eſt, maximè ſi mortis periculum evadere non potuerit. *Iul. Clar. in* §. *homicid um. num.* 31. *Nicol. Boer. dec ſ.* 83. *Matth. Berlich part.* 4. *concl.* 10 *n* 11. *Iacob. Menoch lib.* 2. *arbitr. jud. qu cent.* 4. *caſ.* 324 *n.* 9. *& caſ* 277. *n.* 3.

Idque clarè deciſum in *artic.* 145. *Ordin. Crimin.* So einer in einer rechten bewieſen Nothwehr wider ſeinen Willen / einen Vnſchuldigen mit Stichen/ Streichen/ Würffen oder Schieſſen/ ſo er den Nötiger meynet/ treffe vnnd entleibet hette / der iſt von peinlicher Straffe entſchuldiget.

55 *Et ita pronunciatum fuit in caſu quo quis ab aliquo inſultatus, aggreſſoris patrem intervenientem occiderat: Ad requiſitionem Quæſtoris Chemnicenſis, M. Maio, Anno* 1628.

Q. 6. An occidens minantem ſibi cædem exceptione defenſionis ſeſe tueri queat?

56 Tertiò: Committit etiam defenſionis exceſſum & pœnæ homicidii ordinariæ non eximitur, qui minantem, vel eum a quo vulnera, verbera aut cædem ſibi inferri ſuſpicatur, occidit. Solæ namque minæ tam gravem offenſionem non habent, ut ob eas ſolas alterum cædere liceat. Sunt enim minæ verba, quæ non verberibus, ſed verbis ſunt repellenda. *Iodoc. Damhouder. in prax. crimin. cap.* 76. *n.* 19 *Georg Obrecht. in tract. de neceſſ. defenſ. cap.* 1. *n.* 15. *Matth Berlich. part.* 4. *concl.* 13. *n.* 11. *Petr. Theod. in Colleg. crim d ſp. fin. th.* 5. *lit. E. Hippol. de Marſil. in prax. crim.* §. *diligenter. n.* 88. *Gilhauſ. in arbor jud. crim. cap.* 2 *tit.* 12. *n.* 32.

57 Quod tamen an ſimpliciter verum ſit, dubio non caret. Nam & minæ ac terror armorum maximè lethalium, veluti ſunt bombardæ, gladius &c. inſultatum in vitæ diſcrimen adducunt. *Clem. un. de homicid. l.* 3. §. 5. *ff. de vi & vi armat.* Et ſufficit metus inſtantis periculi ex ſolâ præparatione ad offendendum vel aggrediendum, etiam non reputato principio impetus, *Matth. Coler. conſil.* 39. *numer.* 64. 65. *&* 66. *Everhard. Iun.* 1. *conſil* 68. *num.* 7. In vitæ autem diſcrimine conſtitutus juſtè ſe uſque ad internecionem alterius defendit. *l.* 2. *C. de ſicar.* Ergo & inſultatus qui hujuſmodi metum patitur. *Mar. Salomon. in repet. l.* 3 *ff. de juſt. & jur. Mynſing.* 3. *conſil.* 27. *numer.* 3. 4. *&* 7. *Cæpol. conſil. crimin.* 28 *numer.* 10 *& ſeqq.* Nec invaſus primum ictum expectare tenetur, *Ordin. Crimin. artic.* 140. fieri enim poteſt, ut ictum non evadat, ſed eo ſtatim trucidetur, vel etiam ſic tractari poteſt, ut facultas defendendi nulla ipſi reliqua foret, ſicque antè injuſta pœna ipſi luenda eſſet, quàm juſta repeti poſſet. *Cic. pro Milon.* Ideoque melius eſt minitatorem prævenire, non expectato ictu, quàm poſt vulnus acceptum remedium quærere. *l.* 1. *C. quand. unic. ſine judic. l. fin. in fin. C. in quibus. cauſ. reſt. in integr. non eſt neceſſ. l. antiqua.* §. *pen. ff. ad Sct. Velleian. Damhouder. in pr. crimin. cap.* 76. *numer.* 5. *Angel. in tract. de maleſ. verb. Et dictus Titius ſe defendendo. numer.* 15. *& num.* 26. *Iul. Clar. in* §. *homicidium. num.* 33. *Hippol. de Marſil. in pract. crimin.* § *diligenter numer.* 19. *&* §. *quoniam num.* 66. *Anton Gomez. tom.* 3. *var. reſol. cap.* 3 *n.* 22.

Exiſtimo itaque diſtinguendum eſſe: An ad minas verbales accedat aliquis actus exequendi; an non. *Priori caſu*, quando minas jactans ſimul ſe præparat ad minarum executionem, veluti manus ad gladium admovendo, brachium elevando, ſtringendo aut enudando gladium, arripiendo lapides, bombardam è theca eximendo, aut aliter ad offendendum ſe præparando; Vel, quando adverſarius minatur ictum cum enſe, quem jam manibus tenet, aut venit contra aliquem cum cultello vel enſe, ita ut terror & metus extremus actui proximus adſit. *l.* 3. §. 5. *ff. de vi, & vi armata.* Tunc certè inſultatus, in vitæ diſcrimine conſtitutus primum ictum expectare non tenetur, ſed ſibi in tempore benè proſpicere poteſt, & ſi defendendi ſui cauſa minitatorem occidat, à pœna Legis Corneliæ de ſicariis immunis eſt, & vel planè abſolvi, vel ob commiſſum exceſſum moderaminis inculpatæ tutelæ arbitrariè, relegatione, vel carcere puniri debet. 58

Tùm, ob textum in *l. quid eſt* 3. §. *qui armati.* 5. *ff. de vi & vi armata. l. etſi* 5. *in pr. verb. ferro ſe petentem ff. ad Leg. Aquil. l. is qui* 3. *verb. ad ſe venientem. C. ad Leg. Corn. l. de ſicar. l.* 1 *verb. minatur C. quando lic. unicuique ſe ſin. jud l.* 4 ibi: *inferendæ cædis. C. de ſicar. l* 15. §. *ſi quis pulſatus, ff. de injur.* 59

Tùm, ob *artic.* 140. §. *fin. Crimin Caroli V. Imper* in verb: Vnnd ſo er alſo den Benöthiger entleibet / iſt er darumb nichts ſchuldig / iſt auch mit ſeiner Gegenwehr / biß er geſchlagen wird / zu warten nicht ſchuldig / vnangeſehen / ob es den geſchriebenen Rechten vnd Gewonheiten entgegen were. 60

Tùm: quòd melius ſit in tempore occurrere, quàm poſt exitum vindicare, *l.* 1. *poſt. med. C. quãdo liceat unic. ſin. jud.* & conſultius intactum corpus ſervare, quàm poſt vulnus acceptum remedium quærere. *l. fin. in fin. quib. cauſ. reſt. in integr. neceſſ. non eſt.* 61

Tùm, quia præſens armorum terror offenſioni proximus eſt, potentia autem actui proxima cenſetur eſſe in ipſo actu. *l.* 1. §. 21. *l.* 18. §. 2. *ff. de acquir. poſſ.* 62

Et ita ſentiunt Doctores communiter. *Andr. Gail. libr.* 1. *de pac. publ. cap.* 16. *numer.* 11. *Iodoc.*

Damhouder.in prax.crim.cap.76.num.19. Hippol. de Marſil.in pract.crim.§ diligenter.num 87.& §. expedita.n.19.& §.quoniam.n.66 Georg.Obrecht. in tract.de defenſ.neceſſar.cap.11. num.10. Matth. Berlich.part.4 concl.13.num.7.& ſeqq. Proſp. Farin. part.5.oper.crim.quæſt.125.n.84. Iohan.Harpr.ad §.item Lex Cornelia. de ſicar.5.inſtit.de publ.judic. numer.114. Petr. à Plach. in epit. delict.libr.1.cap. 28.num.15. Anton. Gomez tom.3. var.reſolut.cap. 3 num.21. Iul.Clar.in § homicidium.num.33. Dom. Cardin. Tuſch tom.2. pract. concluſ. lit. D. concluſ. 129.num.6. Petr.Theodor.in Colleg.crimin diſp.fin. th.5 lit.E. Voltz de homicid. cap.3 num.26. Henr. Bocer. lib.2. de duello cap.10.num.38. Zoan.in l.3. part.3 num.48. Matth.VVeſembec ad tit.C quand. lic unicuique ſin.jud.n.8. Matth. Stephan. ad Ordin. Crim.artic.140. Gilhauſ. in arbor.jud.crimin. cap.2.titul 12.numer.24. Iacob. Boulen in repetit. l.capitalium.28. §. famoſos. numer.158. ſub fin.ff.de pœnis.

63 *Veluti etiam in tali caſu à Scabinis fuit pronunciatum*: Ob nun wohl G. W. Hanſen Stenden mit einem Piſtoll alſo vnd dergeſtalt geſchoſſen/ daß er vff die dritte Nacht hernacher daran todtes verblichen/ dieweil er aber dennoch dieſes dawieder zu ſeinem Schutz anziehen thut / daß Stender jhn außgefordert/ geſcholten/ vnnd ſich dem Teuffel ergeben/ daß er jhn erſchieſſen wolte/ in ſolchem Gemüth vnd Fürſatz auch/ zu jhm mit dem Piſtoll in den Stall kommen/ dahero er dann auß Furcht vnd Schrecken bewogen worden ſeinem Wiederſacher vorzukommen/ in welchen jhm der abgehörte Zeuge etlicher maſſen beypflichten thut/ ꝛc. So erſcheinet darauß allenthalben ſo viel / daß der gefangene G. W. wegen ſolcher an Hanſen Ständen vorübten Entleibung am Leib oder Leben nicht zu ſtraffen / Er wird aber gleichwohl ewers Junckern Gebiet vnd Gericht billich vorwieſen/ vnnd iſt hierüber die vffgewendete Vnkoſten abzutragen vnnd zu erſtatten ſchuldig/ V. R. W. An **Verwalter zu Nimhagen** / *Menſ. Febr. Anno* 1628.

64 *Poſteriori verò caſu*, quando quis ſcilicet vel nudis verbis, vel geſtibus, abſque omni alio facto, actu, aut præparatione ad percutiendum, cædem minatur, tunc ſi ipſum minatus occidat, nullatenus à pœnâ homicidii ordinariâ ſeſe liberare poteſt. *Petr.Theodor.dict. diſp fin th.5.lit E. Matth.Berlich.dict.concluſ.13.num.11. Iodoc.Damhouder.dict.cap 26.num.19. Nicol.Boer.deciſ.168. num 8. Proſp Farin.dict.quæſt.125. Georg.Obrecht. dict.cap.11.n.13. Hippol.de Marſil.dict.§.diligenter num.88.*

65 **Tùm**, quòd is qui nudis verbis aut geſtibus minatur, nondum incipit offendere & facto inſultare, neque procedit ad actum proximum, ideoque tunc verbis obſiſtere, non autem ad manus & ferrum devenire licet. Aliàs, ſi pro ſolis verbis verbera referrentur, analogia defenſionis minimè ſervaretur. *Iodoc.Damhouder.dict. cap 76.*

66 **Tùm**, licet minæ verbales terrorem alicui incutiant, *l.1.in fin.C.ſi quac. præd. poteſt. l.1.C.ſi Rector.Provinc.* non tamen per illas præſens & tale vitæ periculum imminet, quod aliter verbis, vel judiciali authoritate propelli & declinare nequeat. Et certè multi reperiuntur Thraſones, qui alicui ex frivolâ ſæpè causâ ſatyras & mortem minantur, quorum tamen comminationes ſtultæ non pluris faciendæ, quàm fulgur ex vitro, aut quanti nugæ obſtetricum, & delirantium jam vetularum.

Quemadmodum etiam hoc caſu pronunciarunt Scabini Elector: Hat P. V. bekandt/ daß er dem entleibten B. S. den Stich/ davon er verſtorben/ zugefüget/ vnnd zu ſeinem Schutz vorgewandt/ daß jhn der Entleibete über dem Spiel einen Schelm geſcholten/ vnnd ſeinem Geſellen Baſtian Braunſtein eine Maulſchelle geben/ vnd daß er ſich gefurcht/ weil der Entleibete eine ſtarcke Perſon geweſen/ er möchte mit dem ſchlagen auch an jhn kommen/ *&c.* Da nun der Gefangene P. V. auff ſeinem gethanen Bekändtniß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde / So möchte er/ vngeachtet ſeines gethanen Vorwendens / wegen ſolcher begangenen vnnd bekandten Entleibung/ hinwieder mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W. *Ad conſultationem* Wilhelmi **Boſens** / *Menſe Septembr. Anno* 1587. 67

Et in caſu ſimili: So würde H. W. ſeines gethanen Vorwendens vngeachtet / daß nemlichen er ſich befahret/ daß der Entleibete/ ſo erſtlich auff Herman Großbachen gelegen/ vnd vnter dem Tiſch herfürgekrochen / auch über die Banck ſteigend / auff jhn zugehen wollen / jhme mit der Wehre / ſo er noch in Händen gehabt / einen Schaden zufügen möchte/ hinwiederumb mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris* zu **Franckenhauſen** / *Menſ. Majo, Anno* 1607. 68

It: So möchte V. R. wegen ſolcher begangenen Entleibung/ ſeines dawieder gethanen Fürwendens/ in dem er fürgeben thut daß jhme der Entleibete nachgangen vnd bedrohet/ Er aber gleichwohl nicht berichtet/ viel weniger erwieſen/ daß derſelbe Hand an jhn geleget/ vngeachtet/ hinwieder mit dem Schwerd vom Leben zum Todte geſtraffet vnd hingerichtet werden/ V. R. W. An Rath zu Sangerhauſen/ *Menſe Aprili. Anno* 1619. 6

Hiſce, aliiſvè ſimilibus modis, Exceſſus *defenſionis* committitur, qui Reum neutiquam à pœna homicidii ordinaria excuſat. Exceſſus verò *moderaminis inculpatæ tutelæ*, ob quem occiſor non pœnâ ordinaria, ſed mitius pro arbitrio Judicis punitur, *ratione cauſæ* committitur, quando offenſio quidem ſubeſt, ſed non præſens & violenta; Veluti ſi quis provocatus ab alio ad duellum compareat, & in conflictu provocantem occidat. 70

Exceſſus moderaminis inculpatæ tutelæ ratione cauſæ commiſſus.

Ab omni etenim pœna provocatus non immunis eſſe poteſt, quia in præſenti diſcrimine vitæ conſtitutus non eſt, neque rem licitam agit in certamen cum provocante deſcendendo. Neq; enim ad duellum provocare licet, nec provocatus ad pugnam & certamen honoris ſui defendendi cauſa comparere debet, ſed duella ejusmodi omni Jure, Divino, Canonico, Gentium, & Civili prohibita ſunt, eò, quod provocans contra DEum, contra Magiſtratum, contra proximum, & contra ſeipſum peccet, ut multis rationibus, argumentis & authoritatibus adductis probant, *Georg. Obrecht. in tract. de neceſſ.defenſ.cap.11.n.39 & ſeqq. Henr Bocer.lib.2.de duello cap.8.Dom. Arum.ad Aur.Bull Caroli IV. Imp. diſc.6 th.19.Matth.Berlich.part 4 concl.16 Virgil. Pingitz.quæſt.59. Auguſt. Viſcher.de duello prov. mem.3 ſect.1.lit.A.* 71

Non enim extraordinariis, nedum illegitimis & illicitis locus dandus eſt remediis, 72 quando offenſo ordinaria, legitima, & omni iure licita media non deſunt. Et ubicunque ſuppetit remedium iuris, ut vindicta in iudicio per legitimos tramites iuris, ceſſare debet via facti *Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 5. numero trigeſimo ſecundo.* Nec quicquam evocati exiſtimationi & honori (ut vulgò putant) detrahitur, ſi nõ compareat, & duellum ſuſcipere detrectet, multò minùs provocatus non comparẽdo infamiam contrahit. Ea enim vel iuris vel facti erit; Non illa eſſe poterit, quia Lex ob turpe aliquod commiſſum eam irrogat, tantum verò abeſt, ut Lex eam provocato, ſi pugnam detrectet, imponat, ut etiam pœnæ impoſitione ei adverſus provocantem præſto ſit: Non etiam facti eſſe poterit, quia homines graves, boni & honeſti non infamia, ſed laude dignum detrectantem cenſebunt. Nec bonę exiſtimationis opinio ab inimici criminatione, ſed à vitæ actionibus prolatis dependet, queis ſi provocatus ſe oneravit, nec quicquam iniurioſa provocatione alter eas obfuſcare poterit, ut eleganter demonſtrat Arum. *in cap. 7. Aureæ Bullæ.* Vide quoque Græ-væ. 2. *concl.* 100. *conſid.* 1.

73 *Q. 7. Quomodo provocans aliquem ad duellum debeat puniri?* Adeoque duellum ſeu Monomachiam rem eſſe illicitam, non facilè quis negare poterit, quod & eventus ſæpiſſimè demonſtravit. Experientia enim ſingularium certaminum declaravit, inquit *Phil. Camerar libro ſecundo, cap. 19 oper. ſubciſ.* plerumque accidiſſe, ut provocans ſuccubuerit, & pœnas ſuæ audaciæ dederit. Quapropter ne ſpontaneæ ſanguinis profuſioni & humanæ cædi occaſio detur, provocatus comparere nec debet, nec poteſt, ſed potius contra provocantem iudicio experiri. *l. 13. §. æquiſſimam, de uſufr. Bocer. libr. 2. de duell. cap.* 8. Et provocans, licet provocatus ad certamen non venerit, arbitrio Iudicis & habita ratione circumſtantiarum, extraordinaria pœna, modò graviori, modò leviori, veluti carceris, pecuniaria mulcta, aut relegatione coërcendus eſt, iuxta *Conſtitut. Elect. 9. part.* 4. Quam conſtitutionem, de omni provocatione, licet non verbis contumelioſis & iniurioſis fiat, intelligendam eſſe, demonſtrat, *Dan. Moller. ex rubr. dict. conſt. 9. num. 1. & 3.*

74 *Ita N. P. qui propter verba injurioſa aliquem coram Senatu actione injuriam convenerat, eumq; commot9 iracundiâ, verbis injurioſis ad pugnam extra conclave Senatorium provocaverat, dictata eſt pœna octoſexagenarum novarum,* An Rath zu Grimme / *M. Decembr. Anno* 1594

75 *Q. 8. Quæ ſit pœna provocati occidentis provocantem in duello?* Attamen non ordinaria pœna Legis Corneliæ de ſicariis, ſed extraordinaria, vel relegatione, vel mulcta, vel carceris pœna pro arbitrio Iudicis affici debet provocatus, ſi incenſus ira cum provocante in arenam deſcenderit, eundemque in ardenti pugna (vor der Fauſt) occiderit.

76 *Tùm,* quòd provocatus ad occidendum moveatur iuſto ac intenſo dolore, quem temperare difficilimum eſt, *l. ſi adulterium. 38. §. Imperator. 8. ff. ad Leg. Iul. de adult.* quo commotus quis non cenſetur habere plenitudinem intellectus, cùm metus improviſus inſtantis periculi tollat rectum judicium & conſilium deliberandi. *Andr. Gail. lib. 1. de pac. publ cap. 16. n. 19. & 20. & lib. 2. obſerv. 110. n. 15.*

Tùm, quòd ignoſcendum ſit ei, qui ſe voluit ulciſci provocatus. *l. qui cum major. 14 §. ſi libertus, 6. in fin. ff. de bon. libertor. Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 60. n. 18. Panorm. & Felin. in cap. dilect 8. extr. de except. Hippol. de Marſil. in pract crim. §. quoniam n. 62. Proſp. Farin. part. 5 oper. crim. quæſt. 125 n. 399. Georg Obrecht. dict. cap. 11 nu 45. Andr. Tiraquell in tract. de pœn. mitig. cauſ. 1. n. 5 Matth. Berl. part. 4. concl. 17. n. 9. Petr. à Plach. in Epit delictor. lib. 1. cap. 28. n. 2. Claud. Battand. in pract. cauſ. crim. reg. 71. Henr. Bocer. dict. cap. 8. num. 19. Iohan. Harppr. in §. item Lex Cornel. de ſicar. nu. 100 Inſt. de publ. jud. Virgil. Pingitz. q. 59. n. 5. Dom. Arum. ad cap 17. Aureæ Bull. th. 19. circa fin. Teſſaur. deciſ. 178. n. 1 & ſeqq.* 77

Hæcque ſententia expreſſè confirmata eſt in *Conſtit. Elector. 10. part.* 4. in verb: Würde ſichs aber zutragen / daß der / ſo durch Ehrenvorletzliche Wort gefordert / den provocanten entleibete / So ſoll er / in Erwegung der Perſonen umbſtände / mit ordentlicher Straffe der Todtſchläger nicht beleget / ſondern Wilkürlich als mit Landesvorweiſung / vnd dergleichen geſtrafft werden / &c. 78

Pro declaratione huius *Conſtit.* 10. notandum Primò, quòd pœna arbitraria affici debeat provocatus in pugna occidens provocantem, *in verb:* Willkürlich / als mit Landesvorweiſung / vnd dergleichen. Ex quibus verbis colligit *Dan. Moller. nu. 6.* occiſorem hoc caſu tantum relegatione, pœna carceris vel pecuniaria non etiam fuſtigatione aut amputatione manus coercendum eſſe. Quæ ſententia vera eſt, & in praxi obſervatur; Quia Relegationi æquiparari ſolummodò poteſt carceris pœna & mulcta pecuniaria, non etiam fuſtigatio, vel alia pœna corporis afflictiva. 79 *Notabile* 1.

Hinc pro ratione circumſtantiarum, vel carceris vel relegationis pœna, quandoque etiam mulcta pecuniaria provocato occiſori dictari ſolet: Ob wohl *inquiſit* G. C. à N. nicht in Abrede / daß er dem Entleibeten angeregten Stich zugefüget / dieweil er aber dennoch darneben dieſes angeführet / daß Er ſolches auff vorgehende vnterſchiedliche Ehrenvorletzliche *provocation* vnnd Außforderung zu rettung ſeiner Ehr / auch Abwendung Leibes vnnd Lebens Gefahr thun müſſen / welches die Zeugen gleichfalls berichten etc. So erſcheinet daraus vnd ſonſten allenthalben ſo viel / daß *inquiſit* wegen der an G. D. à W. begangenen Entleibung über das erlittene Gefängnüß in fernere Straff nicht mag genommen werden. Er wird aber die in dieſer Sachen auffgewendete Vnkoſten abzutragen billig angehalten V. R. W. *Ad conſultationem I.* E. *B. Menſ. Aug. Anno* 1601. 80

It: Ob gleich M. N. geſtändig / daß er dem Entleibeten einen Stich zugefüget / davon er auffs Angeſichte gefallen / vnd todt blieben / dieweil er aber dennoch darneben fürgewendet / daß er auff deß Entleibeten Ehrenrüriges Außfordern eine Nothwehr thun müſſen / welches die Zeugen gleichfalls außgeſagt etc. So bleibet er mit der ordentlichen Straffe der Todtſchläger verſchonet / Er wird aber deß begangenen *Exceſſus* halber mit zeitlicher Vorweiſung in Straffe genommen. *Ad requiſitionem C. in C. Menſ. Iunio, Anno* 1591. 81

82 *It.* Auß den *Acten* ſo viel zu befinden/daß L.M. der an B.L. vorübten Entleibung wegen an Leib oder Leben nicht zu ſtraffen/Er iſt aber gleichwohl deß Entleibeten nechſten Freunden ein gantz Wehrgeld zu entrichten / vnnd die in dieſer Sachen auffgewendete Vnkoſten/ auff vorgehende *liquidation* vnd Richterliche Ermeſſigung erſtatten ſchuldig/ vnnd mag hierüber mit zeitlicher Landesvorweiſung auff 6. oder 7. Jahrlang in Straff genommen werden/ V. R. W. An Rath zu Grimme *Menſe Majo, Anno* 1629.

83 *Pariter provocato dictata fuit relegatio ad tres annos in caſu ſimili. Verſus* Auligk / an Hanß Gottſchalchen. *M. Febr. Anno* 1628.

Et relegatio temporalis indefinitè, An Rath zu Sangerhauſen. *M. Ianuar. An.* 1529.

84 *Notabile 2.* Secundò tenendum, quòd Judex hoc caſu occiſorem, cui pæna arbitraria imponitur, ſimul ad ſolutionem Wergeldi & expenſarum condemnare queat. Etſi enim de hoc nihil diſponatur in *dict. Conſt.* 10. *part.* 4. Attamen in arbitrio Judicis eſſe, an ſimul Wergeldum Reo adjudicare velit apparet ex *Conſtit. ſequenti* 11. *part.* 4. quæ hoc Iudici permittit in caſu commiſſi exceſſus moderaminis inculpatæ tutelæ. Quia ergò provocatus, qui in duello provocantem occidit, ob exceſſum pœnâ ordinariâ coërcetur, utiq; ad ſolutionem VVergeldi ſimul condemnari poteſt.

85 *Veluti apparet ex prædictis ſententiis.* Nach Grimme/an Rath *M. Majo, An.* 1628.

86 *It: Verſus* Auligk. *M. Febr. Ann.* 1628.

Quinimò pro ratione circumſtantiarum Scabini hoc caſu ſolutionem VVergeldi & expenſarum absque omne ulteriori pœna provocato indicere ſolent. Dieweil auß den *Acten* zu befinden/daß gefangener C. S. gegen dem Entleibten F. W. welcher jhn mit Ehrenrürigen Worten *provocirt* vnd außgefordert/ſich *defendiren* vnnd ſchützen müſſen / Als erſcheinet darauß/vnd ſonſten allenthalben ſo viel / daß Gefangener wegen der an F. W. begangenen Entleibung am Leib oder Leben nicht zu ſtraffen Er iſt aber gleichwohl deß Entleibten nechſten Freunden ein gantz Wehrgeld zuerlegen / ſo wohl die in dieſer Sachen auffgewendete Vnkoſten auff vorgehende *liquidation* vnd Richterliche Ermeſſigung zuerſtatten ſchuldig/ vnd mag hierüber mit fernerer Straffe nicht beleget werden V. R. W. An Bürgermeiſtere vnd Rath zu Eißleben *M. Feb. An.* 1626.

87 *Notabile 3.* Tertiò: Benè notanda ſunt verba hæc *dict. Conſtit. Elect.* 10. daß der/ ſo durch Ehrenverletzliche Wort gefordert. Vnde apparet, quæ hac Conſtitutione diſpoſita ſunt, ea ſolummodò locum habere in proovcatione, quæ fit verbis contumelioſis & iniurioſis, quod & innuit *Rubr. dict. Conſt.* Welcher Geſtalt der zu ſtraffen/ſo auff vorhergehende Ehrenverletzliche Außforderung verbrochen.

Q. 9. Quomodo ſit puniendꝰ, qui absq; contumelioſis verbis ad pugnã, provocantem, occidit?

At *quomodo puniendus is, qui absque contumelioſis verbis provocatus ad pugnam, in conflictu provocantem occidit?* Negari certè nequit, eum non minus per eiuſmodi provocationem ad iram commoveri, præſertim ſi provocatus ſit perſona Nobilis aut militaris, cui, licet falsâ opinione, vitio vertitur, duellum effugere, ideoque & huic dolorem temperare difficile eſt. *l.* 38. §. 8.
88 *ff. ad Leg. Iul. de adult.* Et ſimpliciter ignoſcendum eſt ei, qui ſe voluit ulciſci provocatus. *l.* 14. *§. 6. ff. de bon. libertor. Vid. Andr. Tiraquell. de pœn. temp. cauſ.* 1.

Quamvis negari queat, ejusmodi provocatum maiorem exceſſum cōmittere, ac eum, qui injuriis provocatus ad pugnam provocantem interficit, ideoque & hunc pœnâ graviori, veluti fuſtigatione cum perpetuâ relegatione affici poſſe, exiſtimo, non obſtante *dict Conſt.* 10. quæ mitiorem pœnam relegationis iis imponit, qui cõtumelioſis verbis ad duellum provocati provocantes occidunt. 89

Quemadmodum hoc caſu dictaverunt Scabini fuſtigationem cum perpetuâ relegatione militi cuidam M. P. qui provocatus ad pugnam absque verbis contumelioſis, provocantem occiderat. An Schöſſer zu Dippoldiswalda/ *Menſ. Iulio, Anno* 1628. 90

Quartò: Denique notandum, quòd *dict. Conſtit.* 10. *part.* 4. loquatur expreſsè de provocato occidente provocantem, *in verb*: Daß der ſo durch Ehrenverletzliche Wort gefordert / den provocanten entleibete. Adeoque ſolùm provocatus occidens provocantem exrraordinariè & mitiori pœnâ plectendus eſt, non etiam provocans. Hic enim ſi provocatum in pugnâ interfecerit, pœnam Legis Corneliæ de ſicariis nequaquam effugiet. *Dan. Moller. ad Conſt. Elect* 10. *part.* 4. *num.* 12. *Georg. Obrecht in tractat. de defenſ. cap.* 11. *num.* 56. 91 *Notabile 4.*

Q. 10. Quæ ſit pœna provocantis occidentis provocatum in duello?

Tùm, quòd *prædict. Conſt. Elect.* 10. *part.* 4. ſolummodò provocatum eximit à pœnâ ordinariâ, propterea, quod difficillimum ſit juſtum dolorem temperare, *l.* 38 §. 8. *ff. ad Leg. Iul. de adult.* quæ ratio ceſſat in provocante occidente provocatum, is enim ſibi imputet, quod adverſarium provocaverit ad duellum. 92

Tùm, quòd jus militare, vulgò das Fauſt vnd Kolbenrecht/uſu & Conſtitutionibus Imperii ac Principum ſublatum eſt. *Vent. de Valent. in part. litigioſ. libr.* 1. *cap.* 3. *num.* 32. *& lib. cap.* 2. *num.* 5. *& ſeqq.* 93

Tùm, quòd provocans ob ſolam provocationem pœna arbitraria puniatur, gravius igitur & pœnâ ordinaria debet puniri, ſi provocatum occiderit. 94

Quam ſententiam etiam in reſpondendo ſequuntur Scabini Elect: So möchte G. F. von wegen ſolcher an M. L. zu welchen er ſich ohn Vrſach genötiget / denſelben *provocirt* vnnd gefordert / auch als er ſich gegen den dritten Soldaten ſchützen vnnd wehren müſſen/obangeregten Stich beybracht / begangenen vnd bekandten Entleibung hinwiederumb mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtraffet werden/V. R. W. *Ad conſultationem* deß Herren Burggraffens zu Dohnaw. *M. Mart. Anno* 16 4. 95

Eodem modo Scabini pronunciarunt Quæſtori Zvvickavienſi. M. April. Anno 1602. 96

Præfecto VVeiſſenfelſenſi. Menſe Auguſto, Anno 1607.

Iudici & Scabinis Dreſdenſibus. Menſ. Octobr. 1614.

Conſulibus & Senatui in Hertzbergk / *M. Mart. Anno* 1623.

Iudici & Scabinis Zvvickavienſibus, M. Iulio. Anno 1628.

97 Quod & eo caſu procedit, quando provocans aliquem ad duellum, in conflictu ſuccumbat, ab adverſario opprimatur, & ſui defendendi causâ & ad propellendam provocati vehementem violentiam ipſum interficiat *Petr. Theodor. dict. diſp. fin. th. 4. lit, E.*

98 *Tùm*, quòd provocans ab initio non fuit in terminis defenſionis, ſibi enim imputet quod provocatione ſeſe periculo ſubjecerit. At in delictis excuſandis & defenſione potiſſimùm principium, non finis & exitus ſpectatur, *l. 6. C. de vi publ. & privat. Voltz. in tract. de ſicar. cap. 7. numer.* 170. *Andr. Gail. libr. 1. de pac publ. cap. 16. nu. 17. in fin.*

99 *Tùm*, quòd Lex non præſumat authorem rixæ & provocantem in periculo vitæ conſtitutum fuiſſe, ut qui ſuâ ſponte & culpâ propriâ caput ſuum objecit periculo, *l. 11. ff. ad Leg. Aquil.* 151. *ff. de reg. jur.*

In tali caſu dictaverunt provocanti pœnam gladii Scabini Lipſenſ. additâ ratione: Weil ſich der Gefangene damit / wann er auch gleich wie er den erſten Schuß gethan / von den Entleibeten beſchädiget vnd blutrünſtig gemacht worden / weil er der Zeügen Auſſage nach anfänglich mit der Büchſe nach jhme geſchlagen / vnd jhn *provociret*, nicht zu ſchützen noch zu helffen. Nach Pauſe/an Abell Feigen/ *Menſ. Mart. Anno* 16 3. 100

Similiter pronunciatum Nach Sonnewald / *quando provocans in duello ſuccumbens ſui defendendi causâ provocatum cultro necaverat.* An die Gräffliche Solmiſche Amptleute/ *M. Octobr. Anno* 1613. 101

QVÆSTIO XXX.

Quando puniatur Exceſſus defenſionis & moderaminis inculpatæ tutelæ circa modum defenſionis commiſſus?

SVMMARIA.

1. *Inſultatus aggreſſorem tum demum impunè occidere poteſt, ſi aliter periculum evadere nequeat.*
2. *Legitima defenſio offenſioni proportionata eſſe debet.*
3. *Correlatorum eadem eſt diſciplina.*
4 *De Exceſſu tenetur occiſor, qui alio modo periculum effugere potuiſſet.*
5 *Pœna gladii tenetur, qui leviter ab aliquo offenſus eum occidit. n.* 6. 8.
7 *Defenſio præſupponit offenſionem in perſonam.*
9 *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n.* 10. 11. 12. 13.
14. *Offenſio jocoſa occiſorem à pœnâ homicidii ordinariâ non liberat. n.* 15. 16.
17. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium. n* 18.
19. *Moderamen inculpatæ tutelæ excedit, qui baculo vel pugno percuſſus, occidit percuſſorem. nu.* 20. 21. 22.
23. *Qui tamen Exceſſus non niſi pœnâ arbitrariâ coercetur. n* 24. 25. 26.
27. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n.* 28. 29. 30. 31. 32. 33.
34. *Alapâ percuſſus necans percutientem moderamen legitimæ tutelæ excedit. n.* 36. 37.
35. *Quid habendo de vulgato illo dicterio germanico,* auff eine Maulſchelle gehöret ein Dolch.
38. *Pœna hujus exceſſus.*
39. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n.* 40. 41. 42.
43. *Exceſſum quoque moderaminis inculpatæ tutelæ committit, qui aggreſſorem fugientem occidit. n.* 44.
45. *Hic tamen exceſſus non niſi pœnâ arbitrariâ punitur. n.* 46. 47.
48. *Quale judicis arbitrium in pœnâ hâc indicenda eſſe debet. n.* 50.
49. *Refertur doctrina Capollæ.*
51. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
53. *Num inſultatus ab aliquo aggreſſorem fugere teneatur. n.* 54. 55. 56. 57.
58. *Adducitur Exemplum Salvatoris noſtri Domini Ieſu Chriſti.*
59. *Quid de Nobilibus & militibus in hâc quæſtione habendum. n.* 60. 61.
62. *Explicatio art.* 140. *& art.* 142. *Ordinat. Crim. Carol. n.* 63.
64. *Inſultatus non fugiens, licet fugâ ſibi conſulere poſſet, pœnam tamen ordinariam homicidii non incurrit.*
65. *Difficile eſt iracundiæ calorem comprimere.*
66. *In delictis principium non finis attenditur.*
67. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
68. *An convitiis laceſſitus honoris ſui tuendi causâ injuriantem impunè occidere poſſit? num.* 69. 71.
70. *Inter verba & verbera nulla omninò eſt proportio.*
72. *Occiſor tamen injuriis provocatus pœnâ homicidii ordinariâ plectendus non eſt. n.* 74.
73. *Ignoſcendum eſt ei, qui provocatus ſe ulciſci voluit.*
75. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
76. *Quod tamen fallit injuriis levioribus, & quando injuriatus eſt homo vilis.*
77. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n.* 78. 79. 80. 81. 82.

QVemadmodum ratione cauſæ, ita & *circa modum* tàm Exceſſus *defenſionis*, quàm *inculpatæ* defenſionis committitur, quando ſcilicet ex offenſione periculum mortis non imminet, aut defenſio ad offenſionem non eſt proportionata.

Non enim quovis modo inſultatus aggreſſorem impunè occidere poteſt, ſed tùm demum 1 mum, ſi in vitæ diſcrimine conſtitutus, periculum aliter quàm occidendo inſultantem evadere nequeat, juxta *l. ſcientiam.* 45. § *qui cum aliter.* 4. *ff. ad Leg. Aquil. Henr. Bocer. lib.* 2. *de duello. c.* 10. *n.* 33. *Iohan. Bajard. ad Iul. Clar. lib.* 5. *ſent.* §. *homicidium. n.* 13. *Proſper. Farin. dict. quæſt.* 125. *n.* 370. *Nicol. Boër. deciſ.* 168. *nu.* 4 *Jodoc. Damhouder. in prax. crimin. cap.* 76. *n.* 4. Quòd & manifeſtè requirit Ordin. Crim. *art.* 140. in verb. Vnnd der Benötigte kan füglichen ohne Fährligkeit oder Verletzung nicht entweichen.

2 Neque defenſio quovis modo facta, juſta ac legitima eſt, ſed ea ſolummodò, quæ fit proportionabiliter, veluti ſi vis eodem modo quo infertur, repellatur. *c. ut famæ. de ſent. excomm. l.* 3. §. 4. *ff. de vi & vi armat.*

3 Sunt enim correlata offenſio & defenſio, *Georg. Obrecht. in tract. de neceſſ. defenſ. cap.* 11. *num.* 26. Adeoque qualis illa, talis & hæc eſſe debet; eadem namque Correlatorum diſciplina eſt. *Alexander. conſil.* 131. *num.* 2. *ibi: pro quo etiam facit, quia correlativorum &c. libr.* 5. *Ripa in l. ſi gladij.* 123. *num.* 11. *ff. de verb. obligat. Nicol. Boer. deciſ.* 48. *nu.* 3. *ibi: cum correlativè ſe habeant. Iacob. Schultz. ad Modeſt. Piſtor. part.* 4. *quæſt.* 137. *numer.* 22. Et licet vim vi repellere liceat, *l.* 1. §. *vim. vi. ff. de vi & vi armat.* propterea tamen non indiſtinctè omnis vis ac impetus cum internecione adverſarii ſtatim propulſari poteſt, ſed qualis eſt inſultus, talis etiam eſſe debet repercuſſio. Vnde, ſi impetus levius periculum contineat inſultatus id quo poteſt modo, vel pugno, vel baculo, vel comminatione armorum, vel adverſario humi proteſtato, ne mors ſtatim inferatur, avertere tenetur. *cap. ſignificaſti.* 18. § *fin. de homicid. Iodoc. Damhoud dict. cap.* 76. *num.* 14. *Bocer. dict. cap.* 10. *numer.* 55. *Thom. Gramm. conſ. crimin.* 63. *numer.* 3. *Cothm.* 2. *conſ.* 59. *n.* 136. *Gilhauſ. in arbor jud. crim. cap.* 2. *tit.* 12. *num.* 31. *Matth. VVeſemb. conſ.* 19. *nu.* 51. *part.*

4 De Exceſſu itaq; occiſor tenetur qui aggreſſorem non occidendo ſe defendere poterat, & nihilominus occidit, vel cum poſſet eundem levi vulnere repellere, & lethaliter vulneravit. *Mar. Salomon. in repet. l.* 3. *ff. de juſt. & jur. n.* 7. & 10. & 18. Qui Exceſſus vel *defenſionis* eſt, vel moderaminis *inculpatæ tutelæ*; Ille, ſi offenſo fuit talis, ex quâ nullum prorſus periculum vitæ imminere potuit qui pœnâ ordinariâ coërcetur; Hic verò, ſi ex offenſione periculum aliquod imminẽs, quod tamen inſultatum in præſens vitæ diſcrimen non conſtituebat, alio modo quàm occidendo aggreſſorem averti potuerit, qui exceſſus moderaminis inculpatæ tutelæ extraordinariè arbitrio judicis punitur.

Q. I. Num exceptione defenſionis ſe tueri queat, qui leviter offẽſus aliquẽ occidit?

5 Circa modum ergò inculpatæ tutelæ Exceſſus *defenſionis* committitur, quando inſultatus in nullo prorſus periculo conſtitutus aggreſſorem occidit. Veluti, ſi quis leviter ab aliquo offenſus, in periculo tamen non conſtitutus, nec in quâpiam ſui corporis parte læſus aut attactus offenſorem occidat. Hic certè ordinariæ pœnæ Legis Corneliæ de ſicariis ſubiiciendus eſt, neq; ullâ exceptione defenſionis ſeſe tueri poteſt.

6 *Tùm*, quòd occiſor, cujus corpus non læditur neque tangitur, in nullo prorſus periculo verſatur, adeoque nec percutiendo, nec vulnerando, minus autem occidendo adverſarium, ſeſe defendere poteſt, cum defenſio quævis præſupponat præſens ac imminens periculum. *Ordin. Carol. Crimin. artic.* 140. *l. is qui aggreſſorem.* 2. *C. ad Leg. Cornel. de ſicar. l.* 45. § 4 *ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. Angel. Aretin. in tractat. malef. verb. & dictus Titius ſe defendendo. num.* 10. & 11. *Andr. Gail. lib.* 2. *obſervat.* 110. *nu.* 13. *Petr. à Plath. in Epit. delict. lib.* 1. *cap.* 28. *nu.* 16. *Iodoc. Damhoud. in prax. crim. cap.* 76. *n.* 4.

7 *Tùm*, quòd defenſio præſupponat offenſionem in perſonam: Hæc autem dicitur fieri, quando corpus tangitur principaliter ac læditur, quando verò non tangitur, nec læditur, non dicitur offenſio facta in perſonam. *Bartol. in l. licitatio.* §. *quod illicitè num.* 5. *ff. de publ. per textum in l.* 1. §. *hæc autem verba ff. de his qui dejec. Bertazz. conſil.* 247. *in fin. Cephal. conſil.* 90. *numer.* 8. *libr.* 2. & *conſil.* 549. *num.* 108. *lib.* 4. *Honded. conſil.* 103. *num.* 17. & *ſeqq. libr.* 1. *Proſp. Farin. part.* 3. *oper. crimin. quæſtion.* 107. *numer.* 147. ubi ex Hercul *de caut. de non offend. cap.* 24. refert, quòd tunc corpus dicatur ſentire offenſionem, quando ex percuſſione patitur dolorem, livorem, tumorem, aut ſanguinis effuſionem. *Vulpell. conſil.* 82. *numer.* 9.

8 *Tùm*, quòd defenſo cum internecione offendentis, ut & extrajudicialis ſui juris obtinendi poteſtas aliàs non conceſſa eſt, quàm ſi quis aliter ſe tueri non poteſt; aut quando auxilium Iudicis haberi nequit; aut antequam ad Iudicem veniatur, neceſſitas occurrere cogit, tunc enim neceſſitas facit probabile, quod aliàs licitum non eſt. *l.* 27. *ff. de manum. teſt. l.* 7. §. *belliſſimè, ff. quod vi aut clàm.* Aliàs autem nemo ſibi ipſi jus dicere, ſed legitimis remediis jus ſuum perſequi debet. *l.* 13. *ff quod met. cauſ. l. non eſt ſingulis. ff. de reg. jur.* At in caſu, quo corpus alicujus non ſtatim offenditur, neque præſens periculum imminet, nulla ejuſmodi neceſſitas adeſt, quia inſultatus injuriam factis aut verbis ſibi illatam judicialiter ac legitimè vindicare poteſt.

9 *Et ſecundum ea Electorales Saxon. Scabini dictavẽre ſæpiſſimè pœnam gladij Reo, qui in nullo prorſus vitæ diſcrimine conſtitutus inſultantem occidit. Veluti reſponderunt verſus* Gibichenſtein: So möchte P. B. wegen ſolcher begangenen vnd bekandten Entleibung/ wofern man jhm in Anſehung/ daß jhm der Entleibete mit Zerſchneidung deß Huts Vrſach gegeben/ vnd Er truncken geweſen/ nicht Gnade erzeigen wolle/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Todegeſtrafft werden V. R. W. An Kerſt von Wiedenbachen Amptmann daſelbſt. *Menſe Auguſto, Anno* 1585.

10 *It*: So möchte C. S. wegen ſolcher begangenen Entleibung/ ſeines dawieder gethanen Fürwendens/ daß der Entleibete mit der Fauſt nach jhm geſchlagen haben ſolle/ vngeachtet/ hinwieder mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W. *Ad conſultationem Quæſtoris in* Zörbigk. *Menſ. Iulio, Anno* 1600.

11 *It*: So möchte wegen ſolcher begangenen Entleibung/ weil nicht zu befinden/ daß Gefangener in Leib oder Lebens Gefahr geweſen/ alſo/ daß er ſich gegen dem Entleibeten hätte nothwendig *defendiren*, wehren vnd auffhalten müſſen/ hinwiederumb

mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet vnd geſtraffet werden V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris Lenburgenſis. M. April. An.* 1627.

12 *Similiter pronunciatum verſus* Cottbus/ *in caſu, quo occiſus occiſorem non alio modo offenderat, quàm dicendo ad ipſum*, du wirſt ſie auch nicht alle freſſen. *Ad judicem & Scabinos. M. Sept. Anno* 1613.

13 *Pariter dictata fuit pœna ordinaria gladij Nobili cuipiam occidenti Ruſticum ſibi obvenientem, ac vehem frumenti vectantem, propterea quod viâ cedere noluiſſet.* An Schöſſer zu Saltza/ *M. Febr. Anno* 1632.

Qu. 2. An offenſio jocoſa occiſorem à pœna homicidij liberet?

14 Huc etiam referenda eſt offenſio iocoſa, *Si quis jocosè aliquem ludat aut facetiis perſtringat.* Si modò offenſio erit appellanda; Reverâ enim nō offenſio, ſed ludus aut vexatio eſt, qua nemo in periculo conſtituitur, multò minùs in diſcrimine aliquo vitæ, quod alio modo quàm occiſione adverſarii vertere nequeat.

15 Et certè ſi quis expers humanitatis & leporis, ioca excipere neſciat, aut acutioribus, & gravioribus aculeis contumeliarum ſe affectum exiſtimet, is ſanè offenſam hancce remedio legitimo, veluti actione iniuriarum, & imploratione Iudicis propulſare poteſt, ita ut defenſionem armis & gladio ſuſcipere, aut offendentem occidere planè neceſſe non habet. Eiusmodi enim defenſio ceu remedium extraordinarium in caſu neceſſitatis ſolummodò permiſſa eſt, extra quā nemo ſibi ipſi ius dicere debet. *l. 13 ff. quod met. cauſ. l. pen. de vi priv. l. non eſt ſingulis ff. de Reg. jur.*

16 Ideoque, ſi quis ab aliquo iocosè illuſus aut absque animo hoſtili & malevolo offenſus, adverſarium occidat, eum pœnam homicidii ordinariam nequaquam effugere, nec defenſionis exceptione ſeſe ullatenus tueri poſſe, exiſtimo.

17 *Quemadmodum etiam hoc caſu à Scabinis occiſori fuit indicta pœna gladij*: So möchte G. S. wegen der an V N. begangenen, vnd bekandten Entleibung/ weil er nicht ferners fürzuwendē/ als daß jhn der Entleibete gnugſam mit der Tochter vexiret/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtraffet werden/ V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris* zu Glauche. *M Febr. Anno* 1600.

18 *Eodem modo pronunciatum fuit in caſu, quo duobus invicem jocosè certantibus, unus ab alio in manu percuſſus eum occiderat, Verſus* Deſſaw an Burgermeiſtere vnd Rath/ *Menſ. Decembr. Anno* 1591.

Exceſſus autem moderaminis *inculpatæ tutelæ*, qui pœnâ extraordinaria mitiori coërcetur, circa modum defenſionis committitur, quando quis in periculo conſtitutus iſtud non occidendo avertere poteſt, & tamen aggreſſorem interficit. Veluti.

Q. 3. An defenſionem prætendere queat, qui pugno vel baculo percuſſus aliquem occidit?

Primò: Si quis pugno, baculo, vel alio modo percuſſus armis & gladio reſiſtat, ac inſultantem interficiat, cùm tamen aliter ſeſe defendere & mortis periculum effugere poſſet.

19 Quamvis enim in moderamine inculpatæ tutelæ armorum inæqualitas nequaquam attendenda ſit, cum in rixâ, dum agitur de defendendo propriam vitam, non omnia tàm ſtrictè queant ponderari. *Andr. Gail. lib.* 2. *obſer.* 110 *Matth. VVeſembec. conſ.* 19. *n.* 15. *&* 52. *Georg. Obrecht. in tract. defenſ. cap.* 5. *Proſp. Farin. part.* 5. *oper. crim. quæſt.* 125. *nu.* 360. *Carrer. in prax. crim de homicid. §. circa quartum. nu.* 6. *Blanc. in pract. crim ſub fin. §. tertia pars defenſ. n.* 3. *Voltz. in com. de ſicar. cap.* 7. *n.* 136. *Mar. Salom. in repetit. l.* 3. *n.* 6. *& ſeqq ff de juſt. & jur. Maſcard. de probat. concl.* 1126. *n.* 36. *& ſeqq.* Maximè ſi aggreſſor baculo veniens ſit robuſtus, invaſus verò debilis, vel ſi baculo leviter percutiens habeat arma ad latus, ita ut percuſſus probabiliter vulnerationem metuat, aliævè circumſtantiæ accedant, ob quas etiam leviter percuſſus, armis ſeſe defendens, moderamen inculpatæ tutelæ prætendere poteſt. Cùm ſi non niſi paribus armis cum aggreſſore congredi, ſeque tueri liceret, ſæpè invaſus eiusmodi armis deſtitutus periculum imminens avertere non poſſet. *Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſp. fin. th.* 5. *lit. C.*

Attamen, ſi conſtet percuſſum aliter quàm occidendo inſultantem ſeſe defendere, & periculum mortis etiam quandoq; absque armis avertere potuiſſe, dubitandum non eſt, quin Reus hoc caſu occidendo aggreſſorem moderamen inculpatæ tutelæ graviter exceſſerit. *Iodoc. Damhoud. in pract. crim. c.* 76. *n.* 14. *Iacob. Ayrer. in tract. de homicid. neceſſ. part.* 1. *n.* 96 *Carrer. dict. § circa quartum, n.* 3. *Nicol. Boer. deciſ.* 169. *nu.* 4. *Bonif. de Vitalin. in tit. de Inſult. & percuſſ. n.* 9. *in fin. Gandin in tit. de defenſ. à reo faciend n.* 8. *Mar. Salom. in repet. dict. l.* 3 *ff. de juſt. & jur. n.* 6. ideoque ab omni pœna immunis non eſt. 20

Tùm, quòd is ſolùm impunitus eſſe debet, qui in diſcrimine vitæ conſtitutus aliter quàm occidendo aggreſſorem, ſe defendere, & periculum mortis avertere non poteſt, *Ord. Crim. Carol. ad* 140. in verb. vnd der Benötigte kan füglichen ohne Fährligkeit oder Verletzung ſeines Leibes/ Lebens etc. nicht entweichen. Et *artic.* 142. in verſ. Mehr ſo fürgewendet wird/ der Todtſchläger were dem Benötigten wohl füglicher Weiſe/ vnd ohne Fährligkeit ſeines Leibes/ Lebens etc. entwichen *l. ſcientiam.* 45. *qui cum aliter* 4. *ff. ad Leg. Aquil. Henr. Bocer. lib.* 2. *de duell. c.* 10. *n.* 33. *Ioh. Bajard. ad Iul. Clar. lib.* 5. *ſentent. §. homicid. n.* 13. *Iodoc. Damhoud. dict. c.* 76 *n.* 4. 21

Tùm, ob textum in *c. ſignificaſti.* 18. *verſ. ſi verò quemadmodum* ibi: *Quia tamen id debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ non ad ſumendam vindictam, ſed ad injuriam propulſandam, non videtur idem Sacerdos à pœnâ homicidii penitus excuſari, tùm ratione inſtrumenti, cum quo ipſe percuſſit, quod cum grave ſit, non ſolet levem plagam inferre, tùm ratione partis, in quâ fuit ille percuſſus, in qua de modico ictu quis lethaliter ſolet lædi. extr. de homicidio.* 22

Quamvis non pœnâ ordinaria, ſed mitiori aliquâ, vel fuſtigatione, vel etiam relegatione, ſimilivè pœna hoc caſu Reus coërceri debeat, pro ratione circumſtantiarum perſonæ utriusque, tàm occiſæ, quàm occidentis, nec non qualitate percuſſionis & repercuſſionis. *Trentac. de defenſ. reſolut.* 1. *n.* 7 *VVeſemb. dict. conſ.* 19. *n.* 56, *part.* 1. *Petr. Theodor. dict. diſp. fin. th.* 5. *lit. C. Voltz. dict. c.* 7 *n.* 139. *Proſp. Farin. dict. quæſt.* 125. *n.* 354 *Mar. Salom. dict. leg.* 3. *ff. de juſt. & jur, n.* 6. 23

24 1. Ignoſcendum enim ei, qui ſe voluit ulciſci provocatus, *l. qui cum major.* 14. *§. ſi libertus.* 6. *in fin. ff. de bon. libertor.* & difficile eſt juſtum dolorem iracundiæ temperare. *l. ſi adulterium.* 38. *§. Imperator.* 8. *ff. ad Leg. Iul. de adult. l. Gracchus.* 4. *verſ. ſed ſi legis authoritate. C. ad Leg. Iul. de adult.*

25 2. Per *cap. ſignificaſti.* 18. *in fin. extr. de homicidio*, ubi dicitur, occiſorem excedentem moderamen inculpatæ tutelæ quoad arma, non penitus à pœnâ homicidii excuſari, &c. Ergo aliquo modo, ac proinde à pœnâ ordinariâ excuſabitur.

26 3. Quia hoc caſu occiſor non ob perpetratum homicidium, ſed ob commiſſum exceſſum moderaminis inculpatæ tutelæ puniri debet. Atqui ob exceſſum moderaminis inculpatę tutelæ, dolo etiam manifeſto commiſſum, pœnam homicidii ordinariam nequaquam infligendam eſſe, dictum & probatum eſt *quæſtione præcedenti nu.* 26. *& ſeqq. Iodoc. Damhouder. dict. cap.* 76. *num.* 13. *Virgil. Pingitz. quæſt.* 59. *num.* 5. *Andr. Tiraquell. in tract. de pœn. temper. cauſ.* 1. *nu.* 8 *Thom. Gramm. deciſ.* 5. *n.* 28. *Iul. Clar. in dict. § homicidium. n.* 34.

27 *Et juxta hanc ſententiam Scabini dictaverunt ſæpius pœnam extraordinariam Reo, qui manibus, baculo vel alio modo leviter percuſſus, inſultantem interfecit, cum tamen abſque armis & non occidendo ſeſe defendere potuiſſet:* So möchte B. R wegen ſolcher begangenen vnnd bekandten Entleibung hinwiederümb mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden / Er köndte dann wie recht erweiſen/vnnd darthun / oder in ſcharffer Frage erhalten/daß der Entleibete jhn vnd ſeinen Geſellen vor Schelmen geſcholten/ vnnd jhn mit einem Stecken zweymahl geſchlagen/vnd ein Loch in Kopff zugefüget/ auff dem Fall bliebe er mit der zuerkandten Todesſtraff verſchonet / Er würde aber gleichwol mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billig verwieſen/ V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris Lipſenſis. Menſ. Majo, Anno* 1600.

28 *It:* So mag C G wegen der an dem Schaffknecht begangenen Entleibung / weil derſelbe durch ſein erſtes werffen mit der Plötze darzu Vrſach gegeben/am Leben nicht geſtrafft werden. Er iſt aber gleichwohl deß Entleibten Freunden ein Wehrgeld zu geben ſchuldig / vnnd wird hierüber deß Landes ewig billig verwieſen/V R. W. an Schöſſer zu Sömmern / *Menſe Majo, Anno* 1605.

29 *It:* Ob wohl S Z. bekandt vnd geſtanden/daß er dem Entleibeten H. R den an ihm Gerichtlicher Beſichtigung befundenen tödtlichen Stich/davon er alſobald verſtorben/zugefüget / dieweil aber dennoch die vormittels Eydes abgehörte Zeugen einhellig außgeſagt/ daß der Entleibete herauſſer ins Hauß an jhren Tiſch kommen / vnnd auff den Thäter mit dreugen Fäuſten zugeſchlagen / der erſte Zeuge auch beym 4. Artickel berichtet/daß er geſehen/ daß der Entleibete den Thäter vnter ſich gehabt/und mit Fäuſten geſchlagen/ etc. So erſcheinet daraus allenthalben ſo viel / daß der verhaffte S. Z mit der ordentlichen Straffe der Todſchläger nach Gelegenheit dißfals nicht zubelegen. Er wird aber gleichwohl wegen ſeines begangenen groſſen *Exceſſus* öffentlich zur Staupen geſchlagen/ vnnd nach außgeſtandener Leibesſtraffe deß Landes ewig billich verwieſen/V. R. W. An Richter vnd Schöppen zu Torgaw. *Menſ. Iunio, Anno* 1624.

30 *It:* Dieweil aber dennoch B. F. als er mit der ſcharffen Frage angriffen worden/erhalten / daß jhn der Entleibete ein Glaß mit Bier ins Geſichte geworffen / vnd mit Fäuſten auff jhn geſchlagen/dahero er vermeinet/er hätte Vrſach ſich zu rechnen / womit er köndte/ etc. So bleibet er mit der ordentlichen Todesſtraffe verſchonet. Er wird aber gleichwohl öffentlich zur Staupen geſchlagen / vnd nach außgeſtandener Leibesſtraffe/ deß Landes ewig billig verwieſen / V. R. W. An Wertheriſchen Landrichter zu Beichtlingen. *M. Octobr. Anno* 1626.

31 *It:* Dieweil aber dennoch der erſte Zeuge vormittels Eydes außgeſagt / daß der Entleibete auff den Thäter geſchlagen / vnnd jhn an den Kopff oder ins Geſichte getroffen / als kaum der Entleibete den Schlag gethan / alſo bald habe der Gefangene mit dem Meſſer auff jhn geſtochen/etc So erſcheinet daraus allenthalben ſo viel / daß der verhaffte am Leben nicht zu ſtraffen/Er wird aber gleichwohl wegen des darbey vorübten *exceſſus* öffentlich billig zur Staupen geſchlagen/ vnd deß Landes ewig verwieſen / V. R. W. An Richter vnd Schöppen zu Kötzſcha. *M. Octobr. Anno* 1627.

32 *It:* Dieweil aber dennoch der Gefangene M E. ſo viel beybracht / daß jhn der Entleibete mit der Parten zu erſt ins Geſichte geſchlagen etc. So iſt er auch derowegē am Lebē nit zu ſtraffē. Er wird aber gleichwohl/nichts deſto minder wegen deß darbey verübten *exceſſus* mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billig verwieſen V. R. W. An Verwalter zu Newen Schönfelß. *Menſe Iunio, Anno* 1627.

33 *In caſu ſimili fuit alicui dictata Relegatio perpetua, condemnato ſimul Reo ad ſolutionem VVergeldi & expenſarum.* An Schöſſer zu Meiſſen. *M. Aug. Anno* 1625.

34 Q. 4. *An excipiens colaphum percuſſori impune occidere quiat?*

Ex hiſce apparet, quid reſpondendum ſit ad quæſtionem hancce: *Si quis maxillam alicujus percutiat, vel alapam ei infringat, an excipiens colaphum impunis percuſſorem gladio vel pugione confodere & occidere poſſit?*

35 Quod abſque dubio affirmandum, ſi deciſio deſumenda eſſet ex dicterio illo Germanico vulgari, **auff eine Maulſchelle gehöret ein Dolch.** Verùm, præterquam quòd hoc planè irrationabile ſit, ac nullo iure nitatur, manifeſtè etiam illud repugnat moderamini inculpatæ tutelæ, quo ſui defendendi cauſâ aggreſſorem interficere, ei ſolummodò permiſſum eſt, qui periculum mortis aliter evadere nequit. Unde regulariter alapâ, vel pugno percutientem cum armis vulnerare & occidere non licet, & ſi is occidatur, non dicitur ſervatum moderamen inculpatæ tutelæ. *Odofred. in l. ſcientiam. §. qui cum aliter. verſ. certè ſi percutit te cum pugno. ff. ad Leg. Aquil. Iul. Clar. in § homicidium. num.* 27. *Maſcard. de probat. libr.* 3. *concl.* 1126. *num.* 32. *&* 34. *Ægid. Boſſ. in tit. de homicid. nu.* 83. *Iacob. Boulen. in repet. l. capitalium. §. famoſos. n.* 140. *ff. de pœn. Bajard. ad Clar. §. homicidium. n.* 110.

36 Idque haud obſcurè probatur ex *artic.* 140. *in pr. Ordin. Crimin. Carol.* in verb: **So einer jemand mit einem tödtlichen Waffen oder Wehr überläufft/anficht/oder ſchlägt/ vnd der Benötigte kan füglich ohne Fährligkeit oder Verletzung ſeines Leibes/Lebens/ Ehr vnd guten Leumuths nicht entweichen / der mag ſein Leib vnd Leben ohne alle Straffe durch eine rechte Gegenwehr retten.** Vnde ſequitur, eum ſolummodò impunitum eſſe, qui telo lethali aut gladio inſultatus aggreſſorem occidit, cum aliter periculum avertere nequeat. Cum autem alapa non telum

lethale, nec pugno percuſſus in diſcrimine vitæ conſtitutus ſit, utique taliter invaſus percuſſorem nequaquam impunè occidere poteſt.

37 Quod & convenit Iuri Saxon. in *gloſſa artic. 78. lib. 3.* **Landrechts** *num.* 10. in verb. **Dann wer dich mit Fäuſten ſchläget den ſoltu nicht mit einem Schwerd wieder ſchlagen/ ſondern auch mit Fäuſten /** *ut l. ſi ex plagis. §. tabernarius. ff. ad Leg. Aquil. c. non inferenda. 23. quæſt. 3. c. ut fame. extr. de ſent. excomm.* **Es were dann/ daß ſich einer anders nicht retten könte / ſondern würde gezwungen ſeinen Leib / wie er möchte / zu friſten ,** *ut l. ſed & ſi quemcunque alium. ff. ad Leg. Aquil. & Clem. ſi furioſus. de homicid.*

38 Concludendum igitur, quòd pugno provocatus occidens percuſſorem ab omni pœna non ſit immunis. Licet enim hoc caſu ceſſet pœna ordinaria, cum ignoſcendum ſit aliquo modo ei qui percuſſus ſeſe ulciſci voluit. *l. 14. §. 6. ff. de bon. libertor.* Attamen, ob exceſſum occiſor pœna extraordinaria, veluti fuſtigatione, vel amputatione manus, aut etiam quandoq; mitiori pœna (pro ratione circumſtantiarum, perſonarum, & iniuriæ illatæ, an ſcilicet percuſſus Nobilis, aut alia in dignitate conſtitutus fuerit, vel gravius periculum & damnum juſta ratione metuere, vel etiam facilius iſtud avertere, aut aliter ſe defendere poterit) plecti debet. *Angel. Aretin. in tract. malef. verb. & dictus Titius ſe defendendo, num. 22. Dom. Card. Tuſch. tom. 2. pract. concl. 131. n. 9. Iodoc. Damhoud. in prax. crim. cap. 79. Gilhauſ. in arbor. judic. crim. cap. 6. part. 1. §. 24. numero 7. Bajard. ad Clar. §. homicidium num.* 114.

39 *Quemadmodum etiam Elect. Saxon. Scabini Lipſ. hoc caſu Reum occiſorem, ab ordinaria pœna liberandum, & nonniſi extraordinariè, fuſtigatione vel amputatione manus puniendum eſſe arbitrati fuere, in hunc modum reſpondentes Iudici* in Pretzſch : Es könte dann *M. B.* wie recht erweiſen/ oder in Mangel deß Beweiß in der Tortur erhaltē/ daß der Entleibete ſich mit Worten zu jhme genötiget/ auch eine Maulſchelle geben/ uff den fall bliebe er mit der ordentlichen Straffe deß Todſchlages billich verſchonet/ und würde mit Abhawung einer Hand/ der er am beſten entrathen kan/ und ewiger Landesverweiſung in ſtraff genommen S. R. W. *Menſ. Iulio, Anno* 1589.

40 *It.* Ob nun wohl *M. N.* ſich zu ſolcher Entleibung in guten bekant/ dieweil aber dennoch darneben fürgewant/ und beybracht/ daß jhm Entleibeter vor erſt eine Maulſchelle geben/ *&c.* So mag auch *inquiſit* derowegen mit der ordentlichen Todes Straff nicht beleget werden/ Er wird aber gleichwohl/ wegen deß begangenen *Exceſſus*, mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billich verwieſen/ B. R. W. *Ad conſultationem Rudolphi à* Ponickau/ *M. Ianuar. Anno* 1628.

41 *It.* Hat *M. F.* mit ſcharffer Frage erhalten / daß jhm der Entleibete *L. Z.* erſtlich ohne alle Urſach eine Maulſchelle gegeben / und jhn dardurch/ und keiner andern Urſachen halben bewogen/ daß er demſelben/ die an jhm befundene zween Stiche mit seinē Brodmeſſer/ weil er gleich das Nachtbrod geſſen/ und das Meſſer noch in Fäuſten gehabt/ zugefüget *&c.* So bleibet er auch geſtalten Sachen nach / von wegen der an bemelten *L. Z.* begangenen Entleibung mit der ordentlichen Straffe deß Todſchlags billig verſchonet. Er wird aber gleichwohl ſeines darbey begangenen *exceſſus* halber mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billig verwieſen / B. R. W. *Ad requiſitionem Præfecti Weiſſenfelſenſis, M. Mart. Anno* 1609.

42 *Pariter fuit reſponſum in caſu ſimili, Verſus* Radebergk/ An Bünauiſchen Vorwalter/ *Menſe Iulio, Anno* 1623.

Müzeln/ An Rath. *Menſ. Martio, An.* 1622.

Ad conſultationem Dn. Comitis a Manßfeld in Artern/ *Menſ. Mart. Anno* 1625.

Ad requiſitionem Iohannis à Schleunitz / in Schiritz/ *Menſe Maio, Anno* 1583.

Q. 5. Quomodo puniendus ſit, qui ab aliquo inſultatus aggreſſorem fugientem necat?

43 Secundò : Exceſſum moderaminis inculpatæ tutelæ *circa modum defenſionis* comittit quoque is, qui ab aliquo inſultatus, aggreſſorem poſtea fugientem interficit. *Iodoc. Damhoud. in pract. crim. cap. 76. num. 20. Hippol de Marſil. in pract. crim. § quoniam nu. 64. & ſeqq. Angel. Aretin. in tract. malef. verb. & dictus Titius ſe defendendo, n. 36. Nicol. Boer. deciſ. 168. n. 8. Andr. Gail. lib. 2. obſervat. 110. nu. 15. Petr. Theodor. dict. diſp. fin. th. 5. lit. E. in pr. Matth. Berlich. part. 4. concl. 13. n. 18. Proſp. Farin. dict. quæſt. 125 nu. 8 & 385. Ludov. Gilhauſ. in arbor. jud. crim. cap. 6. part. 1. §. 24. n. 13. Gandin. in tit. de defenſ. à reo faciend. Carrer. in pract. crim. tractat. de Homicid. & aſſaſſin. §. circa quartum n. 21. Henr. Bocer. lib. 2 de duello. cap. 10. n. 41. Maſcard. de probat. vol. 1. concl. 489. n. 13. & ſeqq Grævæ. 2. concl. 110. conſid. 1. n. 31. & ſeq. Matth. VVeſemb part. 1. conſ. 19. n. 60. Aymon. Cravet conſ. 120. n. 8. part. 1.*

44 Inſultato namq; aggreſſorem ſuum vi illatâ & primo impetu facto, non conſiſtentem, nec ad reaſſumendas vires recedentem, ſed ſimpliciter in pedes dantem & aufugientem aut quieſcentem, inſequi & perſequendo interimere non licet. Quando enim vis inferenda ceſſat, tunc repercuſſio non ad tutelā amplius, ſed ad vindictam fieri cenſetur. *Voltz. in tract. de ſicar. cap. 7. n. 14. Georg. Obrecht. in tract. de neceſſ. defenſ. cap. 11. nu. 29.* Neque is, qui aggreſſorem fugientem necat, in periculo vitæ conſtitutus eſt, adeoq; non ad defenſionem, ſed ad vindictam dicitur occidiſſe, ac proinde pœnam effugere nequit. *Marin. Salomon in repet. l. ut vim. 3. nu. 2 ff. de iuſt. & iur. Odofr. in l. ſcientiam. § qui cum aliter. in fin. ff. ad Leg. Aquil. Petr. Theod. dict. th. 5. lit. E. Didac. Covarr. in Clem. ſi furioſus, part. 3. § 1. nu. 3. in fin.*

45 Quamvis hoc caſu occiſor non pœna ordinariâ, ſed ſolummodo ob exceſſum moderaminis inculpatæ tutelæ, mitiùs arbitrio Judicis puniri debeat, ſecundum communem opinionem Doctorum, quos latè pro more ſuo refert Farin. *dict. quæſt. 126 num. 393. Marin. Solom. dict l. 3. nu. 12. Obrecht. dict. tract. cap. 11. Bocer. dict. cap: 10. nu 41. Bartol. in l. 1 nu. 10. C. unde vi.* Dec. *in l. ut vim 3. n. 10. ff. de iuſt. & iur. Weſemb. dict. conſ. 19. n. 60. part. 1. Cravet. dict. conſ. 120. n. 8. part. 1. Petr. Theodor. dict. diſp. fin. th. 5. lit. E. Iacob. Boulen. in repetit. l. capitalium. § famoſos nu. 144. ff. pœn.*

46 *Tùm*, quòd hoc caſu inſultatus regulariter non doloſè ſed iuſto dolore cōmotus percuſſorem

rem trucidat, adeoq; ex parte veniam meretur, ſecundum *l. ſi adulterium.* 38. §. *Imper. ff. ad Leg. Iul. de adult. l.* 1. §. *fin ff. ad Leg. Corn. de ſicar. Hartman Piſtor. obſerv.* 127. *n.* 20.

Tùm, quòd invaſus in probabili verſatur dubio, an non aggreſſor fugiens, iterum aggreſſionem reiteraturus & repercuſſurus ſit, cui periculo quia occidendo aggreſſorem obvenire vult, homicidium doloſum ab eo fuiſſe commiſſum haud tutò aſſeri poteſt.

47 *Tùm*, ob text. in *art.* 142 *Ordin. crim. Carol.* in verb. **Oder meldet / daß der Entleibete nach gethaner erſten Benöthigung gewichen / dem der Todſchläger auß freyen/und ungenötigter Ding nachfolget / und jhn allererſt in der Nachfolge erſchlagen hette.** *Iunct. verſ.* **Solche obgemeldte/** in verb. **So kan ſich ſolcher Todſchläger keiner rechten / oder gäntzlichen entſchuldigten Nothwehr behelffen/***&c.* Quę verba cùm occiſori perfectæ & abſolutæ defenſionis exceptionem auferant, utiq; eo ipſo ſatis innuunt, qualem qualem defenſionem eum prætendere poſſe, & propterea ſolummodò ob exceſſum moderaminis inculpatæ tutelæ extraordinariâ pœna afficiendum eſſe.

48 Circa dijudicationem autem pœnæ extraordinariæ, quæ hoc caſu occiſori infligenda eſt, probè attendi debent circumſtantiæ, aut qualitas armorum, facti ipſa neceſſitas, & periculum imminens, nec non habitus utriusque, tàm inſultantis, quàm inſultati, ne vel durior vel mitior pœna Reo indicatur. Severiorem namque pœnam meretur occiſor robuſtus ac fortis necans fugientem aggreſſorem debilem, qui ſemel fugam arripiens non facilè retrocedit; Item, graviori pœna plectendus eſt, qui fugientem aggreſſorem armis carentè occidit, quàm ſi inermis fugientem cum armis interficiat; Quæ res tota ferè arbitrio Iudicis relinquenda eſt. *Ordin. Crim. art.* 142. *in fin.*

49 Imprimis verò notanda eſt doctrina Cæpollæ, qui *conſil. crim.* 29. *num.* 27 *& conſ.* 42. *num.* 5. 6. & 7. duos caſus diſtinguit: *Primus* eſt, quando inſultatus inſequitur aggreſſorem, qui non habeat arma & ſic non erat ampliùs aptus ad offendendum. *Secundus* eſt, quando inſequitur aggreſſorem fugientem & arma habentem, & qui facilè retrocedendo & ſe revolvendo poterat offendere inſequentem: *In primo* caſu inquit *Cæpoll.* moderamen inculpatæ tutelæ dicitur exceſſum dolo, & hunc inſequentem ſi fugientem ſine armis occiderit, poſſe ratione doli puniri corporaliter, licet non pœnâ mortis: *In ſecundo* verò caſu, verſari ſolummodò culpam latam, cuius ratione mitior debeat imponi pœna, quàm in primo. Quam diſtinctionem commendat *Farin diſt. quæſt.* 125. *crim. num.* 193.

50 Quinimo, ſi inſultatus ex manibus aggreſſoris arma eripiens, ipſum poſtea inermem inſequatur ac in nullo periculo conſtitutus, cum doloſè percutiat, ac occidat, negari vix poterit, occiſorem habuiſſe animum occidendi, & extra omnem cauſam atque rationem defenſionis fugientem aggreſſorem necaſſe, ac propterea pœnam homicidii ordinariam incurrere.

Quemadmodum Scabini in caſu tali pœnam gladij occiſori adjudicare non dubitaverunt, in hunc modum reſpondentes: Hat der Gefangene *H. L.* in guten bekant und außgeſagt/ daß er *C. G.* dem er mit Schulden verhafftet geweſen / als er jhn im Felde mit einer Runge überlauffen / und er jhm dieſelbe auß den Händen geriſſen/in der Flucht nach den Schenckeln / und wie er jhn gefället den Kopff dermaſſen zerſchlagen / daß er in wenig Stunden darvon geſtorben. Do jhr nun Euch allbereit erkündiget hättet/ oder nochmals erkundigen würdet/ daß *C. G.* gewiß und in Warheit alſo erſchlagen worden / und *H. L.* würde uff ſeinem gethanen Beſtändnüß für Gerichte freywillig verharren/oder deß ſonſten wie Recht überwieſen/ So möchte er wegen ſolcher an *C. G.* begangenen und bekanten Entleibung mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft werden/V. R. W. 51

Heredibus fratrum à Glaubitz. *Menſe Iunio, Anno* 1587.

It. Ob nun wol gefangener *H. H.* in ſeinem *defenſion* Gezeugnüß ſo viel beybracht / daß jhn die entleibete Weibsperſon mit ſchelten und ſchmehen übel angelaſſen/auch mit einer Ahlen/ſo ſie bey ſich in der Fauſt gehabt / nach jhm geſtochen. Dieweil aber dennoch auß den *Acten* ſo viel zu befinden / daß ungeachtet die Entleibete dem Gefangenen entwichen / er doch nichts deſto weniger Ihr biß in die andere Bude nach gelauffen / mit dem Dolche nach jhr geſtochen / und den tödlichen Stich an Hals zugefüget / auch nicht zu vernehmen / daß Gefangener in Leib oder Lebens Gefahr geweſen *&c.* So erſcheinet darauß allenthalben ſo viel/daß Gefangener *H. H.* ſeiner angezogenen *defenſion* ungeachtet wegen der an *M. I. P.* Eheweib begangenen und bekanten Entleibung/ wofern er nochmals auff ſeinem Bekäntnüß vor öffentlichem gehegten peinlichen Halsgerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde / hinwiderum mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W. An Satt Richter zu Leipzig/*Menſe Ianuar. Anno* 1921. *In quo caſu, illud quoque ponderavimus, quod vir à fœminâ inſultatus, ſi non inermis ſit, defenſionem non facilè prætendere queat, juxta Ordin. Crim. Carol. art.* 144. *Vid. Grav.* 2. *concl.* 110. *conſid.* 1. *n.* 18. 52

Q. 6 Num inſultatus fugere teneatur

Tertiò: Præterea committit exceſſum moderaminis inculpatæ tutelæ inſultatus, qui cum fuga ſaluti ſuę rectè conſulere poſſit, citra ullum periculum, id non facit, ſed aggreſſorem ſui defendendi cauſâ occidit.

Etſi enim non omnis contentionis expers ſit quæſtio: *An inſultatus ab aliquo cedere & fugere teneatur?* prout videre eſt apud Doctores, quos ſanè plurimos in utramq; partem allegat. *Proſp. Farin. dict. quæſt. crim.* 125 *num.* 121. *& ſeqq. Vide Matth. Berlich. part.* 4. *concl.* 13. *nu.* 26. *& ſeqq. Henric. Bocer. lib.* 2. *de duell. cap.* 10. *n.* 43. *& ſeqq. Iohan. Harpprecht. in* §. *item Lex Cornelia. n.* 59. *& ſeq. Inſt. de publ. jud. Bernh. Græv. l.* 2. *concl.* 120. *conſid.* 1. *nu.* 24. *& ſeq. Petr. Theodor. in Colleg. Crim. diſp. fin. th.* 5. *lit.* E. qui adductis rationibus dubitandi & decidendi hanc quæſtionem ad amuſſim tractant. 53

Sufficiat tamen nobis deciſio Imp. Caroli V. in *Ordin. Crim.* quam ut legem authenticam & conſtitutionem publicam meritò ſequimur. *in art.* 140. ibi: und der benötigte kan füglichen 54 oder ohne Gefährligkeit oder Verletzung ſeines Leibes/Lebens &c. nicht entweichen/ der mag ſein Leib und Leben ohne alle Straffe durch eine rechte Gegenwehr retten. Et *artic.* 142. in verb. Mehr/ ſo fürgeben wird/ der Todſchläger were dem Benötigten wol füglicher weiſe und ohne Gefährligkeit ſeines Leibes/Lebens/ *&c.* entwichen/ darům die Entleibung durch den verklagten Todſchläger nicht auß einer rechten entſchuldigten Nothwehr/ ſondern bößlichen geſchehē were/ *&c.* Unde apparet, provocatum ſeu inſultatum tunc demum fugam quærere non teneri, ſi in dubio vitæ diſcrimine conſtitutus ſit, & ipſi periculum immineat, ita ut exindè ſe fugâ, aliovè modo ſalvare nequeat, puta, quod aggreſſor armatâ manu, gladiovè vaginato & ſtricto ante ipſum ſtans terrorem & metum, ne eum terga vertentem comprehendat, & proſternat, incutiat, aut fugæ eventum ratione loci lubrici periculoſum proſpiciat.

55 Quod nec Jure Civili adverſatur, quo inſultato in vitæ periculo conſtituto, ſi id alio modo advertere nequeat, aggreſſorem necare permiſſum eſt. *l. 3. C ad Leg. Corn. de ſicar. l. ut vim. 3. ff. de juſt. & jur. l. 1. C. unde vi l. 3. § cum igitur, & §. vim vi. ff. de vi & vi armata. c. ſignificaſti. 18. in fin. ext. de homicid. l. 1. C quand. lic. unicuique ſine jud. ſe vindic.* Si ergò fugâ inſultatus ſaluti ſuæ conſulere non poſſit, certe nec fugere tenebitur, ſed in diſcrimine vitæ conſtitutus impunè adverſarium occidere poterit. *Iodoc. Damhoud. in pract. crim. c. 76 n 8. Angel. Aretin. in tract. malef. verb. & dictus Titius ſe defendendo. n. 23. Carrer in pract. crim. in tract. de homicid. & aſſaſſin. §. circa quartum n. 42. Petr. à Plach. in Epit. delict. lib. 1. cap. 28. nu. 10. verſ. quod ſi fuga. Proſp. Farin. dict. quæſt. 125. n. 124. Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. quoniam n. 86. Nicol. Boer deciſ. 168. nu. 4. Matth. Berlich. dict. concl. 13. nu. 32. Iacob. Boulen. in repet. l. capitalium. § famoſos. n. 142. ff. de pœn. Blanc in pract. crim. in fin. §. tertia pars defenſionis. num. 6 Honded conſ 99 nu. 12. in fin lib. 1. Anton. Gomez. tom. 3. var. reſolut. cap. 3 n. 23. Andr. Gail. lib. 1 de pace publ. cap. 16 nu. 12. Maſcar. de probat. lib. 3 concl. 1126. n 14. Bocer. dict cap. 10. n. 43. 44.*

56 At quando inſultatus in dubio vitæ diſcrimine conſtitutus non eſt, ita, ut fugâ ſaluti ſuæ rectè conſulere poſſit, citra ullum periculum, omninò fugere tenetnr, ſi innoxius eſſe velit. aliàs ſi maluerit aggreſſori reſiſtere eumque occidere, vix exceptione tutelæ inculpatæ ſeſe tueri, & à pœnâ liberare poterit. Veluti, ſi quis, cum pro foribus ſuis ſtaret, potuerit adverſarium minitantem & ad ſe pergentem arcere, occluſo oſtio ædium ſuarum, id verò non facit, ſed reſiſtendo ac ſeſe defendendo occidit eum, qui abſq; dubio moderamen inculpatæ tutelæ excedit, adeoq; ob exceſſum extraordinariâ pœnâ plectendus eſt.

57 Idque (ut ut etiam quam plurimi aliter ſentiant) non ſolùm æquitati conſonum & conſcientiæ tutum eſt, ſed etiam legi publicæ & Ordinationi Criminali Caroli V. Imp. maximè convenit in *dict. art.* 140. & 142. Vbi inſultato aggreſſorem occidere tunc demum licet, ſi periculum vitare & effugere nequeat. Ergò à contrario ſenſu, ſi fugâ inſultatus ſibi conſulere poterit, nequaquam aggreſſorem occidere debet, neque ab hoc diſcrepat Ius Civile, quo inſultato ſe armis defendere & adverſarium occidere tum demum permittitur, ſi aliter evadere & periculum effugere non valeat. §. *injuria.* ibi *ſi aliter periculum effugere non poteſt Inſt. de Leg. Aquil. l. 45. § qui cum aliter, ff. ad Leg. Aquil. l. 6. §. qui in acie ff de re militar. l. 2. C. ad Leg. Corn. de ſicar.* Atqui inſultatum hoc caſu, quo nondum in diſcrimine vitæ conſtitutus eſt, per fugam periculum vitare ac effugere poſſe, extra dubium eſt. *Iodoc. Damhoud. in pract crim. cap. 86 nu. 7. Matth. Berlich. dict. concl. 13 n. 31 Ludov. Gilhauſ. in arbor. jud. crim cap. 3. tit. de homicid. 12. n. 26. Andr. Gail. lib. 2. pract. obſervat cap. 110. nu. 16. Henr. Bocer. dict. cap. 10. n 46 Ioh Harppr dict. §. item Lex Cornelia. n 60. Inſtit de publ judic. Petr. Theodor dict. diſp fin. th. 5. lit. E. Bernh. Grav. dict. concl. 110 conſid. 1. Angel Aretin. in tract. malef. verb. & dictus Titius ſe defendendo, n. 9.*

58 Huc faciunt exempla Salvatoris noſtri Domini Ieſu Chriſti, qui, cum quæreretur ab Herode aufugit in Ægyptum *Matth. 2. verſ. 14 c. 1. 23. q. 3. in pr.* Sic, cum lapidibus peteretur à Iudæis, exeundo è templo fugâ ſe ſalvavit, *Ioan. 8. v. ult.* Quibus tamen optimè reſiſtere potuiſſet, niſi fugâ arreptâ, ſaluti ſuæ conſulere conſultius judicaſſet.

59 Neque hic excipiendi ſunt Milites, Nobiles, aliique ſuperioris ſubſellii, ac in dignitate conſtituti viri, quos ſalvo honore & honeſtate ſuâ fugere non poſſe, vulgò exiſtimant, quippe cum fugere non ſit viri fortis, ſed timidæ mulierculæ. *Bartol in l. 3. ff de juſt. & jur. nu. 10 Hippol de Marſil. in pr. crim. § quoniam nu 88 Berl. dict. concl. 13. n. 34. Angel. Aretin. dict. verb & dictus Titius ſe defendendo. n. 11. ſub. fin. verſ. & prædicta procedunt, niſi ſit miles. Petr. à Plach. dict. cap. 28. n. 11. Ludov. Gilhauſ. dict. tit 12 n. 26.* Nunquá enim, quod ſcirem, in libris noſtri Iuris, ſpeciale privilegium hiſce perſonis conceſſum legimus, cuius vigore inſultantes occidere queant, ut maximè etiam fugâ ſibi conſulere valerent. & certe non video, cur Nobiles & milites æquè non debeant imitari Exemplum Chriſti, perinde ac reliqui homines Chriſtiani, qui in omnibus quantum ipſis poſſibile eſt, Salvatoris ſui veſtigiis inſiſtere ſtudent.

60 Nec concedendum, quòd dedecus ullum à fugiente cordato & nobili viro committatur, cuius nomine illius exiſtimatio prægravari aut macula ipſi inuri debeat ex judicio gravium & honeſtorum Virorum; Quippe, apud quos veræ virtutis eſt id, quod cum pietate Chriſtianâ, proximi dilectione, & religionis candore non pugnat cuiuſmodi fuga & factum fugientis eſt, quo ſe & proximum ſuum incolumen ſervare, & ab effuſione ſanguinis humani abſtinere voluit, *Ioan. Harppr. dict. loco. n. 6.* 61 Quinimo, licet ex vulgi imperiti & plebeculæ inſipientis opinione (etenim apud verè prudentes & firmioris judicii viros, eiuſmodi fugam nullam importare labem famæ extra dubium eſt) Nobilioribus quædam macula aſpergeretur, ea tamen levior

eſſet, quàm ut propterea humanum ſanguinem profundere & conſcientiam hoc modo maculare deberent. *c. ſacris. extr. de his quæ vi met. cauſ. Henr. Bocer. dict. cap.* 10. *n.* 50. *Harppr. dict. loco nu.* 61. *Petr. Theodor. dict. diſp. fin. th.* 5. *lit. E.*

62 Non me quidem latent verba *Ordin. Crim. in art.* 140. *& art.* 142. **ohne Fährligkeit oder Verletzung ſeines Leibes/Lebens/Ehr/ und guten Leumuts** *&c.* quæ pro confirmandâ ſuâ aſſertione, quod ſcilicet Nobiles ac Milites fugere non teneantur, licet fuga impendens periculum vitare queant, valdè urget *Ludov. Gilhauſ. dict. tit.* 12. *nu.* 26. Sed ex iis nequaquam evincitur Imp. Carolum V. diſcrimen facere inter Nobiles ac ignobiles, ita ut iis quibus ignominioſum eſt fugere, conſiſtere ac armis cum inſultante congredi liceat, hos verò fugam quærere oporteat. Prædicta enim verba absque dubio intelligenda ſunt de iis, qui ratione poteſtatis, datæ fidei, & ex ſpeciali obligatione vel affectione alteri periclitanti ſuccurrere obſtricti & devincti ſunt: Qualis eſt ſervus, cui reprehenſibile, Dominum ſuum in vitæ periculo conſtitutum relinquere. *l.* 1. *§. cum Dominus & § tuliſſe. l.* 19 *ff. ad SCtum Syllan.* Vaſallus, cui probroſum eſt, dominum ſuum periclitantem non juvare, *c. un. in pr. quibus mod. feud. amitt. c. un. §. fin. de feud. ſin. cu'p. non amitt. c. un. § item qui Dominum. quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt.* Aliique, qui proximo periclitanti non ſuccurrunt, ſed cum dedecore fugiunt, eumq; in vitæ diſcrimine relinquunt. *c. non inferenda.* 23. *q.* 3. *c. dilecto. de ſentent. excom.*

63 Præterea quoque *dict. art* 140. *&* 142. verificari atque effectum habere in marito & parente, adulterum & ſtupratorem in ipſo opere & turpitudine deprehendentibus, quibus probroſum eſſet & turpe, adulterum & ſtupratorem armis in ipſos impetum facientem relinquere & aufugere *arg. l. milites. §. ſocer. ff. ad Leg. Iul. de adult. l.* 9. *§. pen. & fin. ff. quod met. cauſ.* exiſtimat Henr. Bocer. *in l.* 2. *de duello cap.* 10. *num.* 54. Quæ reſponſio quoque placet *Bernh. Grav. dict. concluſ.* 110. *conſid.* 1. *n.* 14. *& ſeq. & Petr. Theodor. diſp. fin. th.* 5. *lit. E.*

64 Quicquid ſit, licet inſultatus ſive Nobilis ſive
“ ignobilis ſit, ſi absque periculo fieri poteſt, fu-
“ gere teneatur, attamen ſi hoc non fecerit, ſed
“ conſiſtendo ac ſeſe defendendo aggreſſorem
occiderit, pœnâ ordinariâ plecti non debet, ſed extraordinariè, & quidem Nobilis perſona cui fugere ob Nobilitatem aliquo modo difficilius eſt, mitiùs puniri debet.

65 *Tùm,* quòd inſultato difficile ſit iracundiam comprimere, *l. ſi adulterium* 38. *§. Imperator. ff. ad Iul. de adult.* quæ conſilio & rationi eſt contraria, teſte *Cicer. de Marcello,* rectumque judicium & conſilium deliberandi tollit. *Andr. Gail. lib.* 2. *obſervat.* 110. *num.* 16. Et in omni iniuſtitiâ multum intereſt, utrum perturbatione aliquâ animi, quæ plerumque brevis eſt, & ad tempus an conſultò & cogitatò fiat injuria. Leviora enim ſunt ea, quæ repentino aliquo motu accidunt, quàm ea quæ meditata & præparata inferuntur. *Cic. lib.* 1. *offic.* Hinc *Franciſc. Aretin. Etiamſi,* inquit, *quis exceſſit modum defenſionis ex certâ ſcientiâ & animo occidendi, perturbatò tamen & concitato per offenſionem ſibi factam, non debet puniri de toto delicto, ſed de exceſſu duntaxat. Et ſic mitiganda eſt pœna, quaſi videatur eſſe in culpa potius quàm in dolo, vel ſaltem quod eſt verius, in minori dolo.* Hactenus Aretin. *conſ* 80 Et certè inconſultus calor dolo caret, *l.* 1. *§. quæri ff. ad SCtum Turpill.* & conſequenter propria criminis nota, quia nullum crimen ſine dolo eſt. *l.* 1. *§.* 1. *ff. ad Leg. Corn. de ſicar. And. Gail. dict. obſ.* 110. *n.* 18. *Georg. Obrecht. de neceſſ. defenſ. cap.* 13. *n.* 17 *& ſeqq.*

Tùm, Quòd quando agitur de excuſandis delictis, principium non finis attenditur. *l. quod ait Lex. §. quod ait ff. ad Leg. Iul. de adult. ubi Bartol. num.* 2. *l. quoniam facinora. C. ad Leg. Iul. de vi publ. Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. quoniam. num* 91. *Dd. in l.* 1. *C. unde vi.* Iam verò inſultatus ab initio nil egit injuſtè, ſed provocans princeps culpæ eſt, à quo incipit malitia; *Bald. conſ.* 144. *num.* 1. *lib.* 2. *& Cravett. conſ.* 2. *n.* 12. *lib.* 1. adeoq; nec inſultatus tàm ob delictum homicidii, quàm ob commiſſum exceſſum moderaminis inculpatæ tutelæ puniri debet. 66

Ita Nobilis quispiam, qui equo inſidens, & ab ignobili inſultatus non arripiens fugam, qua bene ſibi conſulere potuiſſet, aggreſſorem occiderat, ad ſolutionem **W***ergeldi agnatis occiſi, Summa mulcta iudici, ut & expenſarũ fuit condemnatus ob exceſſum commiſſum,* **An Richter unnd Schöppen zu Voigtsbergk.** *Menſ. Maio, Anno* 1629. 67

Q. 6. An convitiis laceſſitus honoris tuendi causâ iniurianti impunè occidere queat?

Quartò: Inſuper quoque exceſſum moderaminis inculpatæ tutelæ committit, qui iniuriis verbalibus affectus ob defenſionem famæ & honoris ſui iniuriantem occidit.

Etſi enim haud deſint magni nominis ICti, ſtatuentes, quòd convitiis laceſſitus honoris ſui tuendi causâ licitè ac impunè iniuriantem non ſolùm vulnerare, verùm etiam penitus occidere poſſit. 68 *Bart. & Iaſon. in l. ut vim.* 3. *ff. de iuſt. & jur. Bald. in l.* 1. *C. unde vi. Iul. Clar. in §. homicidium. n.* 26. *Iodoc. Damhoud. in pract. crim. cap.* 97. *nu.* 4. *Marin. Salom. in repet. l. ut vim.* 3. *ff. de iuſt. & jur. num.* 5. *Ægid. Boſſ. tit. de homicid. n.* 86. *Nicol. Boer. deciſ.* 186. *Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. quoniam. n.* 88. *Ludov. Gilhauſ. in arbor. jud. crim. cap.* 6. *part.* 1. *§.* 24. *n.* 21.

Attamen contrarium, quòd ſcilicet homini 69 ob defenſionem famæ atq; honoris hominem interficere liceat, longè verius eſt. Neque enim injuriis laceſſitus in ullo vitæ periculo conſtitutus. Neque propulſatio quævis, ſed ſolummodò moderata defenſio permiſſa eſt. *l.* 1. *C. unde vi.* Injuriatum autem injuriantem vel vulnerando, vel eundem trucidando honorem ſuum moderatè non defendere, ſed potius privatam vindictam illicitè exercere, extra dubium eſt.

Nulla enim proportio inter verba & verbera 70 dari poteſt. *Ioh. Harppr. in §. item Lex Cornelia, num.* 88. *Inſt. de publ. jud. Zoannet. in l. ut vim.* 3. *ff. de iuſt. & iur. Vaſq. lib.* 1. *contr. illuſt. c.* 12. *n.* 2 *& ſeqq. Voltz. in comm. ad Leg. Corn. de ſicar. cap.* 7. *num.* 127. *Henr. Bocer. lib.* 2. *de duello cap.* 8. *n.* 18.

Petr Theodor.dict.diſp.fin.th.4.lit.E.Matth.Berlich.part.4.concl.12.n.41.Proſp.Farin.part.5.oper.crim.quæſt.125.nu.42.Georg.Obrecht.in tract.de neceſſ.defenſ.cap.9.n.4.

71 Præterea iniuriato alia ratione proſpectum eſt, nimirum via legitima actionis injuriarum, qua inſtituta, illatam injuriam vindicare, *tit. ff. & C. de injur.* aut ſi ſpreta hac judiciali via, extrajudicialiter ſeipſum defendere velit, Retorſione uti poteſt. *l. 25. §. 1. ff. de procur. l. 14. § ſi libertus. ff. de bon libert. Gail. lib. 2. obſervat* 100. *Mynſing. lib. 5. obſervat.* 17. Quare ergo hoc caſu defenſio cum internecione offendentis permitti deberet, quæ non conceſſa eſt, niſi quis aliter ſe tueri nequeat. *l. 45. §. qui cum aliter ff. ad Leg. Aquil.* Aut quando judicis copia & auxilium haberi prorſus non poteſt; Aut antequam ad judicem veniatur, neceſſitas occurrere cogit, hæc namq; probabile facit, quod aliàs licitum non eſt. *l. 27 ff. de manum teſtam. l. 7. §. belliſſimè. ff. quod vi aut clam.* Extra hoſce verò caſus nemo ſibi ipſi jus dicere, ſed legitimis remediis jus ſuum perſequi debet *l. 13. ff. quod met. cauſ. l. pen. de vi privat. l. non eſt ſingulis. ff. de reg jur.*

72 Verum, ut ut hæc ita ſe habent, ſi tamen honeſta perſona graviſſima injuria verbali affecta, in continenti necem injurianti intulerit, neutiquam pœna homicidii ordinaria plectẽda eſt, ſed ob ingentem exceſſum extraordinariè, veluti fuiſtgatione, vel amputatione manus puniri debet. Vid. *Proſp. Farin. dict. quæſt. 125. num. 42. in fin. Petr. Theodor. dict. th. 4. lit.* E *Carrer. in pract. crim. tit. de homicid. §. circa quartum numer.* 11. *Andr. Gail. lib. 2. obſervat. 110. num. 15. Andr. Tiraquell. de pœn. temp. cauſ. 1. nu. 8. & ſeqq. Roſenth. de feud. cap. 10. concl. 20. nume. 22. Iohan. Harpr. d. §. 6. num. 92. Inſtit. de publ. jud. Bocer. dict. cap. 8. num.* 19.

73 *Tum*, Quod ignoſcendum ſit ei, qui provocatus ſe ulciſci voluit. *l. qui cum maior. 14. §. ſi libertus. ff. de bon. libertor.* Neque enim talis rectum judicium & conſilium deliberandi habet. *Andr. Gail. dict. obſ. 110. num. 16.* Neque in dolo vero verſatur. *l. 1. §. quæri ff. ad SCtum. Turpill. Georg. Obrecht. de neceſſ. defenſ. c. 13. num. 17. & ſeqq.*

74 *Tum*, quòd læſus in corpore, ſi modum defenſionis inculpatæ tutelæ excedendo aggreſſorem interficit, ordinariâ pœna Legis Corneliæ de ſicariis non afficitur. Ergò nec iniuriis laceſſitus, ſi modum defenſionis, quæ retorſio eſt, excedendo injuriantem occidat, cum vita & fama non ſolùm paribus paſſibus ambulent, *l. 9. ff. de manumiſſ. vindict. l. iſti quidem. 8. §. pen. ff. quod met. causâ.* ſed & viris honeſtis jactura honoris & exiſtimationis gravior, quàm vitæ & valetudinis videatur. *Conſt. Elect. 42. part. 4. in pr.* ibi: Es haben Erbare Leute allwege das Leben und die Ehre gleich geachtet/ und die Vorletzung oder die Verleumdung an Ehren höher und beſchwerlicher/ denn Leibes-Beſchädigung gehalten.

75 *Hinc Reo prætendenti, quod ab occiſo convitiis laceſſitus fuiſſet, adjudicaverunt Scabini pœnam gladij cum appendice:* Er könte dann wie recht erweiſen/ oder in Mangel deß beweiſes in ſcharffer frage erhalten/ daß ſeinem Fürgeben nach jhn der Entleibete erſtlichen einen Schelm und loſen Hudeler geſcholten/ uff den Fall möchte er mit der Todes-Straffe verſchonet/ und gleichwol mit Staupen-Schlägen deß Landes Ewig vorwieſen werden. *Ad conſultationẽ Senatus Dresdenſis. Menſ. Maio, Anno* 1589.

76 Attamen, hæc ſolummodò obtinent in injuriis atrocioribus, ſi nempè iis perſonæ honeſtæ ac honoratiores laceſſitæ, ac iracundiæ calore commotæ in continenti iniurianti necem inferant; Iis enim ob ſingularem ac vehementem animi commotionem aliquo modo indulgendum eſt, juxta *Conſt. Elect. 42. in pr. p.* 4. Secus verò in iniuriis levioribus, quibus perſonæ viles affectæ, ſi iniurianti impias manus inferant, eumque occidant, pœnam ordinariam Legis Corneliæ de ſicariis non effugiunt. Quod eò magis verum eſt, ſi cædes non in continenti, ſed poſt aliquod temporis ſpatium fuerit perpetrata. Niſi fortaſſis ab eiusmodi perſonalis injuriæ origine gravioris cuiuspiam damni, vel vitę metus, atq; periculum alicui impendere videatur. *Harppr. in §. item Lex Cornelia. nu 85. Inſt. de publ. Iudic.* Neq; enim vilis & abjecti animi homines ex illatis iniuriis præſertim levioribus tàm facilè commovẽtur ac perturbantur. Neq; iniuriæ verbales indifferenter aliqué ita offendunt, ut laceſſitus eas injuriis realib⁹ ac internecione abſq; metu pœnæ ordinariæ propulſare poſſit, cùm alia media legitima vindicandi injurias verbales iniuriato non deficiant.

Circumſpectè itaq; ac prudenter, ponderatis ac benè perpenſis qualitatibus tàm iniuriarum & convitiorum, quàm perſonarum, quib⁹ ea illata fuerunt, hac in re agat Iudex, ne vel Reo ſtatim omnem defenſionem & exceptionem effugiendi pœnam ordinariam abſcindat, vel etiam ipſum ob iniurias quasvis leviores ab eadem pœna eximat.

77 *Hinc ſæpius Elect. Saxon. Scabini dictaverunt pœnam ordinariam Legis Corneliæ de ſicariis, ut ut etiam occiſores ad delinquendum iniuriis illatis commoti ac provocati fuiſſent:* So möchte er von wegen ſolcher begangenen und bekanten Entleibung/ ſeines Fürwendens/ und deß abgehörten Zeugen Auſſage/ daß nemlich der Entleibete zu jhme geſagt/ du magſt wohl ein loſer Hudeler ſeyn/ in Anſehung/ daß der Entleibete gantz unbewehrt geweſen/ ungeacht/ hinwieder mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W. An Amptmann/ zu Zerbſt/ *Menſ. Mart. An.* 1601.

78 *It:* So möchte er von wegen ſolcher begangenen und bekanten Entleibung/ ſeines darwider gethanen fürwendens ungeachtet/ daß nemlich der Entleibete jhn für einen Welſchen Schelm geſcholten haben ſolle/ hinwider mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W. An Georgen von der Dohne/ zu Sorau/ *Menſ. Ianuar. Anno* 1607.

79 *It.* So möchte er wegen ſolcher begangenen unnd bekanten Entleibuug/ ſeines darwieder gethanen Fürwendens/ daß der Entleibete jhn und ſeinen Geſellen ſtoltze Pracher geheiſſen/ und geſagt/ daß er auff ſie nicht viel geben wolte/ welches doch von denen abgehörten Zeugen keiner gehöret/ ungeachtet/ hinwieder mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W. *Ad requiſitionem Præfecti Rochlicenſis. Menſe Iulio, Anno* 1609.

80 *It*: So möchte er von wegen ſolcher an C. L. begangenen und bekanten Entleibung/ ſeines darwider gethanen Fürwendens/ daß der Enlcibte zu jhm / wie ſie einander begegnete/ geſagt haben ſolle/ Siehe/ wie reitteſtu (*ſalva venia*) wie eine Hundsvotte/ ungeachtet/ hinwider mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W. An Amtsbefehlhabern/ zu Helmsdorff. *Menſe Octobr. Anno* 1610.

81 *It*. So möchte er von wegen ſolcher begangenen und bekanten Entleibung/ ſeines darwider gethanen Fürwendens/ daß der Entleibete vorhin/ als ſie noch getruncken / zu jhme geſagt haben ſolle/ Er were nit gut gnug/ daß er mit der Gemeine ſöffe/ wann auch daſſelbe erwieſen werden konte / ungeachtet/ hinwider mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W. An Weichman von Winterfeld/ zu Cottbus/ *Menſ. April. Anno* 1613.

Pariter fuit pronunciatum in caſu ſimili Præfecto in Lützen/ *Menſ. Octobr. Anno* 1587.

It. Iudici Præfecturæ in Voigtsbergk / *Menſe Maio, Anno* 1586.

QVÆSTIO XXXI.

De Pœnâ Exceſſus, in Defenſione & Moderamine inculpatæ tutelæ ratione temporis commiſſi?

SVMMARIA.

1. *Defenſio debet fieri in continenti, durante adhuc offenſione n.* 2. 4. 5.
3. *Ira ex juſta cauſa proveniens delinquentem aliquo modo excuſat.*
6. *Abſq; requiſito temporis defenſio non ſubſiſtit.*
7. *Quæ defenſio dicatur facta in continenti. num.* 15. 16.
8. *Quidnam ſit in continenti fieri.*
9. *Referuntur variæ explicationes dictionis in continenti) n.* 10. 11. 12. 13.
14. *Reſolutio hujus quæſtionis arbitrio judicis committi debet.*
17. *Deciſio quæſtionis, n.* 18. 19.
20. *Quale arbitrium judicis eſſe debeat. n.* 21.
23. *Si inſultatus durante conflictu aggreſſorem occidat. n.* 23. 24. 25.
26. *Reſponſa Scabinor. Lipſienſium.*
27. *Quid ſi provocatus poſt ſpatium temporis breve ſe defendat. n.* 28.
28. *Ceſſat hoc, caſu pœna ordinaria. n.* 30. 31. 32.
33. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
34. *Quid juris, ſi longo temporis ſpatio effluxo inſultatus aggreſſorem occidat. n.* 35.
36. *Hoc caſu occiſor pœna ordinaria plectendus eſt. n.* 37.
38. *Quando ſit ignoſcendum provocato, qui ſe ulciſci voluit.*
39. *Sententia Scabinorum Lipſienſium. nu.* 40. 41. 42. 43. 44.
45. *Quæ ſit pœna occidentis aggreſſorem poſt rixam ſedatam. n.* 46. 47.
48. *Sententia Scabinorum Lipſienſium. n.* 49.

RAtione TEMPORIS, quod æquè ac cauſa & modus in moderamine defenſionis attendendum eſt, committitur quoque exceſſus, *inculpatæ tutelæ* quàm *defenſionis*. Vnde is qui contra hoc requiſitũ defenſionis peccat, quandoque pœna homicidii ordinaria, quandoque etiam extra ordinem mitius punitur.

1 Non enim ex intervallo, & poſtquam jam pugna ſedata eſt, invaſusque ad extraneos actus deſcendit, ſed in continenti, durante adhuc offenſione & imminente periculo, in ipsâ concertatione, congreſſu, & adhuc ardenti pugnâ repercuſſio fieri debet; Vti Doctores ferè unanimiter ſentiunt in *l. 1. C. unde vi. Mari. Salom. in l. ut vim. num. 6. in pr. verſ. ſecundum. ut illicò fiat, verſ. nam duo poſtrema, ff. de juſt. & jur. Iohan. Harppr. in §. item Lex Cornelia de ſicariis. num. 78. Inſt. de publ. judic. Henr. Bocer. lib. 2. de duello cap. 10. num. 42. Iodoc. Damhouder. in pract. crim cap. 76. num. 10 & 11. Nicol. Boer. deciſ. 168. num 3. & ſeqq. Matth. Berlich. part. 4. concl. 13. nu. 40. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 28. n. 19. Proſp. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 125. num. 338. & ſeqq. Iacob. Cujac. lib. 5. obſervat. 18. Andr. Gail. l. 1. de pace publ. cap. 16. n. 11. verſ. & prædicta omnium maximè procedũt. Georg. Obrecht. in tract. de neceſſ. defenſ. cap. 10. n. 19. & ſeq. Angel. Aretin. in tract. malef. verb. Et dictus Titius ſe defendendo. n. 17. & 20. Petr. Theod. in colleg. crim. diſp. fin th. 5. lit. D. Dom. Card. Tuſch. tom. 2. pr. concl. lit. D. concl. 129. n. 5. Blanc. in pract. crim. in fin. §. tertia pars defenſionis. n. 3. & 5. Carrer. in pract. crim. in tract. de homicid. & aſſaſſin. §. circa quartum. n. 2. in fin. & nu. 18. Bonifac. de Vital. in tit. de inſult. & percuſſ. n. 9. in fin. verſ. & quod dixi, Iacob. Boulen. in repet. l. capitalium. § famoſos nu. 316. ff. de pœn. Voltz. in tract. ad Leg. Corn. de ſicar. cap. 7. n. 133. Capoll. conſ. crim. 41. in verſ. ſecundum moderamen. & conſ. 42. n. 4.*

2 Idque non ſolùm juri manifeſto in *l. 52. §. 1. L. 45. ff. Leg. Aquil. l. 3. §. 9. ibi: ſed hoc confeſtim non ex intervallo & l. 17 ff. de vi & vi armata. l. ſed & partus. 12. §. 1. ibi: mox ego. ubi Cujac. ff. quod met. cauſa*, ſed & rationi ac æquitati convenit. Qui enim ex intervallo illatam vim repellit, cogitato id & ad ultionem feciſſe cenſetur. *d. l. 45. ff. ad Leg. Aquil. Cujac. ad tit. quod met. cauſ.* Ad vindictam verò exercendam officium Iudicis eſt implorandum, & nemini fas eſt propriam injuriam ulciſci. *tit. C. ut nem. lic. ſine judice.*

3 Perinde, ut ira ex juſta cauſa proveniens delinquentem ex parte excuſat, *l. 2. C. de abolit. l. aut facta. §. cauſa. ff. de pœn.* modò quis durante iræ calore delinquat, non etiam illo ceſſante, quia delicti ratificatio mitigationem aufert. *l. ſi non convitii. ubi Cyn. Salic. &* D*d. C. de injur.* Quemadmodum & patri non mortis, ſed deportationis pœna infligenda eſt, ſi filium cum ejus Novercâ adulterantem occiderit, *l. Divus. ff. ad*

ff. ad Leg. Pompei. de parricid. tunc nempe ſolùm, ſi in actu adulterii eum invenerit & interfecerit, prout hoc declarat *Hippol. de Marſil. in d. l. Divus. numer.* 11. *in fin. &* 17. *Carrer. in pract. crim. in* 3 *tract. de homicid. & aſſaſſin.* §. *nono quaro. num.* 23. *Damhouder. in pract. crim. cap.* 87. *numero* 8.

4 Quod & requirit *Ordin. Crim. Carol. in art.* 140. in verb. **und der Benötigte kan füglichen ohne Fährligkeit oder Verletzung ſeines Leibes / Lebens / Ehr und guten Leumuths nit entweichen / der mag ſein Leib und Leben ohne alle Straffe durch eine rechte Gegenwehr retten / und ſo er alſo den Benötiger entleibet / iſt er darum nicht ſchuldig /** *&c.* Quæ verba haud obſcurè innuunt, propulſationem in continenti, quando inſultatus adhuc in periculo conſtitutus eſt, fieri debere. 5 Idemq; ſentit Gloſſ. germanica Juris Saxonici in *art.* 78. *lib* 3. **Landrecht.** *num.* 10. *in verb.* **Ob die Nothwehr /** ibi: **zum andern gehöret darzu / daß die Nothwehr in der friſchen That / und auff friſchen Fuß geſchehe** &c.

6 Eſt ergò temporis requiſitum hoc adeo defenſionis proprium, ut ſine eo non poſſit exiſtere defenſio, *Volcz. dict. cap.* 7. *nu* 133. *&* 176. ſed inſultatus ſi hoc ſtrictè non obſervaverit, pœnâ ordinaria aut etiam extraordinariâ ob commiſſum exceſſum inculpatæ tutelæ, pro ratione nimirum transgreſſionis puniri debeat.

7 Quænam verò defenſio in continenti, & quænam ex intervallo facta, quando itidem moderamen inculpatæ tutelæ ratione temporis ſervatum, & quando in eo dicatur exceſſum, id ab Interpretibus definitum non eſt, neq; in eo Scriptores rerum criminalium unanimiter cõveniunt, multò minus ex vocabulo (*in continenti*) hoc decidendum eſt. 8 Quid enim *in continenti* fieri dicatur, de hoc magna inter Doctores eſt altercatio, præſertim in materia exceptionum, quæ ſi in continenti probari poſſunt, etiam contra inſtrumenta liquida & paratam executionem habentia, admittuntur. *Dec. in c. ex parte* 2. *nu.* 14 *fall.* 5 *junct nu.* 16. *fall.* 17. *ibique Felin. num.* 7 *&* 9 *ext. de offic. de leg. & in c. exceptionem.* 36. *de except. Bartol. in l fin. ff. pro ſuo Matth. Coler. de proceſſ. execut. part.* 4. *cap.* 2. *Panorm. in c. literis. n.* 30. *extr. de reſtit ſpol. Matth. VVeſemb. p.* 1. *conſ.* 6. *n.* 66.

Q. 1. Quanam defẽſio dicatur fieri in continenti?

9 Alii namq; in ea ſunt ſententia, quòd dictio, *in continenti*, ſicut & vocabula hæc: *Mox, Illicò, Statim, Confeſtim*, de ſua propria ſignificatione videantur importare momentum temporis præſens, ſine aliquo intervallo. *Bartol in l.* 1. *num.* 33 *ff. ſi cert. petat & in l.* 3. *num.* 2. *ff. ut in poſſ. leg. ſerv. cauſ. & l. continuus.* 137 *juncta gloſſ. ff. de V. O.* ubi actus ſtipulandi & promittendi debet eſſe continuus, non interpellatus, ita ut partes interim diſcedant ad alia negotia. Iſtud enim inutilem efficeret obligationem, *l.* 1. §. 1. *ff. eod. tit.* It: ex *l.* 89 *ff. de condit. & demonſt. l.* 7. §. *quinimò. ff. de pact. l* 3. §. *cum igitur. ff. de vi & vi armata. l.* 1. § *qua oneranda. ff. quar. rer. actio.* ubi dictiones hæ (*in continenti & ex intervallo*) opponuntur. Vnde liquet, *in continenti* eſſe idem quod *confeſtim*, nec ullo interjecto tempore, vel interpoſito intervallo. *Sim. Schard. in Lex. in vocab. Ex continenti.*

10 Conrra verò, quòd dictio *in continenti* non preciſè de momento temporis ſit intelligenda, ſed cum aliquo ſpatio temporis accipienda, colligi poteſt ex *l.* 1. §. *item ſi ita.* verb. *in continenti accipiendum eſſe cum aliquo ſpacio temporis. ff. ad Leg. Falcid. ac notat. gloſſ. in l.* 1. *ff. de jur. deliber.* quod hoc neque maximum neque minimum ſit, & quod magis intellectu percipi, quàm elocutione exprimi poteſt, *l.* 12. *ff. rem. rat. hab. l. ratum.* 13. *ff. de ſolut.* Vnde, quantumvis Parenti deprehenſum adulterum cum filiâ in continenti occidere liceat, ita ut prope uno ictu & impetu, utraque cædes perficiatur, tamen ſi prius adulterum occidit, aufugiente filia, & aliquot horis interpoſitis, à patre ipſa quoque interfecta ſit, in continenti occidiſſe dicetur, *l. quod ait.* 23. §. *fin ff. ad Leg. Iul. de adult.* Siclicet debitor poſt interpellationem ſtatim conſtituatur in mora, *l. mora* 32 *ff de uſur.* tamen iſtud ſpatium, quo ſolvere debuit, arbitratui boni viri relinquendum eſt, *arg l. ſi quis filium,* 5. §. *ſtipulat. de collat. bonor. Coler. de proceſſ. execut. part.* 4 *cap.* 2. *nu.* 10. *& ſeqq.*

11 Alii ergò verbum (*in continenti*) accipiunt de eo, quod fit infra triduum, *arg. l. ff.* in verb: *illico, h. eſt, intra triduum proximum. C. de judic. junct. l fin. in fin.* in verb. *Ex continenti h. e. triduo proximo principalis debet contradicere errori ſui Advocati, C. de error. Advocat Rauchbaur. part.* 2. *quæſt.* 25. *n.* 104. *Schar. in Lex. in verb. Ex continenti in fin. Coler. dict. cap.* 2. *num.* 6. 12 Alii hanc dictionem intelligunt de eo, quod intra decendium fit, *arg. l. promiſſor Stichi.* 21. § *ſi ſine die,* ibi: *Confeſtim tecum agi poterit, ſed modicum tempus ſtatuendum eſt, non minus decem dierum, ut exactio celebretur. ff. de conſt. pecun. VVeſembec. conſ.* 3. *nu.* 32. *& conſ.* 6. *n.* 38. 13 Nonnulli hoc vocabulo quindecim dies, *arg. c.* 1. *de reſt. ſpol. in ſexto. Conſtit. Elect.* 6. *part.* 1. Nonnulli duos vel tres menſes, *l. in fraudem.* 45. §. 10. *l. aufertur.* 46. §. *qui compenſationem.* 4. *ff. de jur. fiſci.* Alii menſes quatuor *l. fin. C. de uſur. rei iud.* Alii terminum executioni Iur. Sax, præfixum, nempe ſex ſeptimanas, tres dies, *Andr. Rauchbar dict. quæſt.* 25. *num.* 104 *Matth. Coler. dict. cap.* 2. hâc locutione intelligi autumant.

14 Nonnulli deniq; & plerique, huius temporis definitionem vel determinationem judicis arbitrio & moderationi committendam eſſe, cenſent. *Dec. in cap. prudentiam* §. *ſexta. ſuper gloſ. verb. terminum competentem, extr. de offic. de legat. Aymon, Cravett. conſ.* 156 *num.* 17. *part.* 1. *Hartm. tit.* 9 *obſervat.* 1. *Rauchb & Coler. dd. locis. Iacob. Menoch. de arbitr. jud quæſt. lib.* 2. *cent.* 1. *caſ.* 12. *n.* 4. *in fin. quæſt.* 53. *lib.* 1.

15 Cum ergo certum non ſit, quodnam temporis intervallum per dictionem (*in continenti*) intelligatur, utique etiam indubitatò affirmari nequit, quænam defenſio in continenti, & quæ ex intervallo facta dicatur. Communiter enim Doctores exiſtimant, defenſionem fieri in continenti, ſi fiat durante adhuc rixâ, vel aggreſſore non diſcedente à rixâ, & ad extraneos

actus convolante teſte *Mari.Salom.in repet.l.ut vim num.9 ff de juſt & jur. Iodoc. Damhouder.in pract.crim.76 num.*11.*Angel.Aretin.in tract.malef.verb. Et dictus Titius ſe defendendo, numer.*18. *Matth.Berl.part.4 concl.13 num.*41. *Nicol.Boer.deciſ.*168.*n.6.Bartol.in l.3.§.9.ff.de vi & vi arm.num.fin.Ludov.Carrer.in pract.crim.tract.de homicid.& aſſaſſin.§.circa quartum num.*19 *Proſper.Farin.in pract.crim.part.4 quæſt.*125.*numer.*339. *Felin.in c.ſignificaſti* 18.*extr. de homicid.num.*12. *verſ.& non intelligas in continenti.Salycet.in l.1.C.unde vi,n.4.Andr.Gail.lib.1.de pac.publ.cap.*16.*n.*17.*Maſcard de probat.lib.3.concl.*1126.*n.42.& ſeqq.& n.45.*

16 Contra, quòd in *continenti* dicatur commiſſum homicidium ab inſultato, etiamſi is non occidat in flagranti rixa, aut actu rixæ, ſed ex intervallo, dummodò antequam fuerit diverſum ad extraneos actus, putat *Capoll.in conſ.crim.*43. *num.2 verſ.& eodem modo*, ubi ſcribit, quod in continenti dicatur ſequuta defenſio, quando inſultatus & percuſſus iviſſet domum ſuam, & coadunatis armis rediiſſet ad aggreſſorem, illũque inventum, nullo alio interjecto temporis intervallo, vulneraſſet. Et tenet quoq; *Maſcard.dict.concl.*1126 *numer.*51. quòd in continenti dicatur fieri defenſio, quando inſultatus pro interficiendo aggreſſorem facit practicam colligendi amicos. Vid. *Baiard. ad Clar. in §. homic.dium.num.*113.*& Menoch.lib.1.conſ.*107. *homicidium num.*113.*& Menoch.lib.1.conſ.*107. *num.*40.

17 Quid ergò in contrarietate hac ſtatuendum?
„ Certè quoad ipſum *moderamen inculpatæ tutelæ*,
„ quod nullam prorſus pœnam meretur, defen-
„ ſionem in continenti fieri, juxta communem
opinionem Interpretum, quando in aggreſſu
ipſo, atque in pugnæ continuatione, flagrante
adhuc offenſione & conflictu cædes commit-
titur, intrepidè affirmo; Quod non ſolùm ex
proprietate vocabuli (*in continenti*) quod pro-
priè momentum temporis denotat, juxta *Schar.*
18 *in Lexic.vocab.ex contin.* ſed & ex ipſa qualitate
moderaminis inculpatæ defenſionis evinci po-
teſt, quæ absq; dubio præſens ac imminens vi-
tæ periculum requirit, *l.2.C.ad Leg.Corn.de ſi-
car.l.ſcientiam.*45.*§.qui cum aliter.4.ff.ad Leg.
Aquil.Conſtit.Crim.Carolin.articul.*140.*&* 142.
At verò, poſt offenſionem & aggreſſionem in-
tervallo quopiam temporis præterlapſo, in-
ſultatus modò non denuò offendatur, in diſ-
crimine vitæ conſtitutus non eſt, ſed illud mul-
tis modis evadere poteſt, adeoq; ſi homicidium
in rixa eadem & ipſo conflictu non ſequatur, ad
neceſſariam defenſionem illud commiſſum, &
moderamen ſtrictè ſervatum fuiſſe, dici non
poterit.

19 Quoad exceſſum verò *defenſionis* ut & *moderaminis inculpatæ tutelæ*, quando & quo temporis intervallo poſt aggreſſionem pręterlapſo, eiuſmodi exceſſus committatur, & quando propterea occiſor pœna ordinaria, vel extraordinaria puniri debeat, hoc ſanè regula certa definiri non poteſt, ideoque puto hæc omnia judicis arbitrio relinquenda eſſe, pro multiplici diverſitate intervalli, perſonarum, & actuum intercedentium. *Nicol.Boer.deciſ.*168.*n.6. Angel.Aretin.in tract.malef.verb.& dictus Titius ſe defendendo,col.3 verſ.& dicitur fieri in continenti.*

Non tamen arbitrium ita laxum Iudex habet, 20
ut pro motu ſui animi exceſſum moderaminis „
inculpatæ tutelæ ac defenſionis definire, ut & „
pœnam ordinariam vel extraordinariam miti- „
orem occiſori imponere queat. Sed diligen- „
ter & exactè perpenſis circumſtantiis quibus-
vis, & imprimis examinato intervallo poſt rixã
effluxo advertere, & exactè conſiderare debet,
an durante adhuc dolore & ira proveniente ex
offenſione & aggreſſione, antequam diverta-
tur ad actus extraneos, inſultatus aggreſſorem
occiderit, tunc enim provocato etiam ex inter-
vallo occidenti minuetur pœna, ob exceſſum
moderaminis inculpatæ tutelæ, difficilè nam-
que eſt, iracundiæ calorem comprimere, *l.*38.*§.
Imperator ff.ad Leg.Iul. de adult.* & ignoſcen-
dum aliquo modo ei, qui ira juſta commotus 21
ſe ulciſci voluit. *l.*14.*§.6.de bon.libert.* Secus
verò, ſi provocatus occiderit inſultantem poſt
rixam ex intervallo, & poſtquam ceſſavit dolor
& ira, ipſeq; ad extraneos diverterit actus. Quo
caſu *defenſionis* exceſſus, qui pœnam ordinariam
meretur, committitur. Aliter enim ſi diceretur,
via hominibus aperiretur, ulciſcendi ſe propria
authoritate, inimicosque ſuos occidendi, & ſic
ſemper ferè homicidia remanerent impunita,
cum nulla ferè committatur cædes, quæ præce-
dentem provocationis cauſam non habeat;
Quicquid etiam in contrarium proferat *Bertaz-
zin.in conſ.*433.*& conſ.*434. quibus non multum
confidendum eſſe, ſcribit *Baiard ad Iul.Clar.§.
fin.quæſt.60.n.69.*

Hæc ut manifeſtiora reddantur, ad informandum Iudicis arbitrium, quando ſcilicet pœna ordinaria vel extraordinaria ob exceſſum *defenſionis* & moderaminis *inculpatæ tutelæ* in tempore commiſſum locum habeat, quando itidem occiſor ab omni pœnâ ſit immunis, caſus quosdam, ex quibus, quid de aliis ſimilibus habendum, facilimè judicari poterit, ſubjiciam.

PRIMVS CASVS eſt; Quando inſul- 22
tatus in flagranti aggreſſione & durante confli- *Primus*
ctu, non divertendo ad alios diverſos actus ſe- *caſus.*
ſe defendit, & aggreſſorem occidit. Hic ſi cætera requiſita moderaminis inculpatæ tutelæ circa cauſam & modum ſtrictè obſervaverit, in continenti occidiſſe dicitur, adeoq; moderamen inculpatæ tutelæ debito modo opponendo, ſe ab omni pœnâ liberare poteſt.

Ita ſentiunt *Nicol.Boer.deciſ.*168.*num.6.7.* 23
*Hoſtienſ.in c.ſignificaſti.*18.*extr.de homicid.nu.*17.*ubi & Felin.n.*12. *Iodoc. Damhoud.in prax.crim.cap.*76.*num.*11.*Matth.Berlich.dict.concluſ.*13.*n.*41.*Andr.Gail.lib.*1 *de pac.publ.cap.*16.*num.*17.*Ludov.Carrer.in pract.crim.in tract.de homic.& aſſaſſin.§.circa quartum num.*19. *Proſp.Farin.dict.quæſt.*125.*num.*339.*& alii plures allegati à Farin.dict.loco.*

Hæcque aſſertio dubio ferè caret, uti enim 24
*ſupra q.*28.*n.*28. dictum; moderamen inculpatæ

tutelæ ratione temporis in eo conſiſtit, ut defenſio & intervallo fiat, ſed in ipsâ concertatione & congreſſu. *l. 45. l. 52. § 1. ff. ad Leg. Aquil. l. quod eſt, 3. § 9. l. 17 ff de vi & vi armat. Harppr. in tract. crim. §. item Lex Cornelia de ſicariis, Inſt. de publ. jud. nu* 145. *Petr à Plach in epit. delict. lib.* 1. *cap. 28. nu.* 16 *Georg. Obrecht. in tract. de neceſſ defenſ. cap. 10. n.* 19. Cùm ergò hoc caſu occiſor in ipſo conflictu ac congreſſu offenſionem propulſat, & ſeſe defendendo invaſorem occidit, abſq; dubio moderamen inculpatæ tutelæ ratione temporis non excedit, ideoq; etiam, modò & in reliquis iſtud moderamen ſtrictè obſervet, à pœna immunis eſt. Et ſanè, ſi inſultato

25 permiſſum necare aggreſſorem, tunc, quando in diſcrimine vitæ conſtitutus eſt, quia provocatus hoc facere queat in ipſo conflictu ac congreſſu, prorſus non dubitandum, ut quo tempore ipſi periculum mortis maximè imminet, juxta *Ordin. Crim Carol. art.* 140. *in pr. & art.* 142. Hocq; clarius exprimit *gloſſa germanica* Landr. *lib. 3. art.* 78. *n.* 10. in verb. ob die Nothwehr in friſcher That und auff friſchen Fuß geſchehe *&c.* hoc eſt, in ipſo conflictu.

26 *Et juxta hanc ſententiam reſponderunt Dnn. Scabini ſæpius, abſolventes ab omni pœna Reum, qui ſervando moderamen inculpatæ tutelæ, in ipſa concertatione ac congreſſu ad ſui defenſionem aggreſſorem occidit. Ad conſultationem Præfecti in* Roßlau. *Menſ. Maio. Anno* 1591.

An Rath zu Bitterfeldt. *Menſ. Aprili, Anno* 1574.

Libenau / *ad requiſitionem Hieronymi* Stolbergs / *Menſ. Maio, Anno* 1601.

Ad conſultationem Quæſtoris Vinarienſis. Menſ. Auguſto. Anno 1628.

27 SECVNDVS CASVS eſt; Quando Rixantes ſive pugnantes ab invicem aliquandiu fuerint divulſi, poſtea verò, (brevi tamen ac modico intervallo, ut horæ dimidiæ, non etiam unius, vel aliquot dierum, ut quidam putant, poſt aggreſſionem præterlapſo) iracundiâ adhuc durante, inſultatus aggreſſorem invadit & occidit.

Secundus Caſus.

Q. 1. Quomodo puniendus, qui inſultatus poſt breve tẽporis ſpatium effluxum aggreſſorem necat?

Hic certè moderamen inculpatę tutelæ propter intervallum temporis excedit, adeoque ab

28 omni pœna immunis eſt. *Iodoc. Damhoud. dict. cap. 79. n. 11. Iul. Clar. lib 5. ſentent. §. homicidium. nu. 34. verſ. ſic etiamſi &c. Nicol. Boer. deciſ.* 168. *n. 6. verſ. quando iam percuſſus* Neq; enim inſultatus rixâ aliquo modo ſedata, amplius in vitæ diſcrimine ac periculo conſtitutus eſt, veluti hoc requiritur ad moderamen inculpatæ tutelæ, *l. is qui aggreſſorem 2. C. ad Leg. Corn. de ſicar. l. ſcientiam* 45. § *qui cum aliter. 4 ff. ad Leg. Aquil. Ordin. Crim. Carol. art.* 140. Neque in continenti & illicò hoc caſu inſultatus aggreſſorem interficit, juxta *l. 3. §. 9 l. 17 ff de vi & vi armata.*

29 Quamvis nec pœna homicidii ordinaria occiſorem hoc caſu plectendum, ſed ob exceſſum moderaminis inculpatæ tutelæ, reſpectu temporis ac intervalli modici commiſſum extraordinarè, fuſtigatione, vel etiam mitius puniendum eſſe exiſtimem cum *Proſp. Farin. dict quæſt.* 125. *n.* 403. *Iul. Clar. dict. §. homicidium. n.* 34. *Nicol Boer. dict. deciſ.* 168. *n.* 7.

30 *Tùm*, ob *art.* 142. *Ordin. Carol Crim.* in verb. oder ſo der Kläger in dieſem Fall eine ſolche Meinung fürgebe / daß der angezogene Todſchläger darům ſeine rechte Nothwehr gethan hätte / wann er deß Entleibeten / als er ihn erſchlagen hätte / gantz mächtig und von der Benötigung erlediget geweſen *&c.* Ubi dicitur, occiſorem ab offenſione liberatum juſtam ac legitimam defenſionem prætendere non poſſe; ſequitur ergo, qualem qualem hanc eſſe defenſionem, quæ licet ab omni pœna Reum non liberet, extraordinariè tamen ob exceſſum moderaminis inculpatæ tutelæ eum puniri facit.

31 *Tùm*, quòd brevi intervallo poſt conflictum præterlapſo inſultatus juſtum metum habet, cum antea ab aggreſſore fuerit percuſſus, ne rurſus ab eodem inſultetur. *Nicol. Boer. dict. deciſ.* 168. *n.* 7.

32 *Tùm*, quòd hoc caſu dolor ac ira ex offenſione proveniens adhuc duret, animus autem iracundia incenſus ſe continere non poteſt, quin rationem excedat, quare haud immeritò extraordinariè coercetur. *l ſi adulterium. §. Imperator. ff. ad Leg. Iul. de adult. l. 1. §. quæri poſſit. ff. ad SCtum Turpill. l. quicquid calore, ff. de reg jur. ubi Philip Dec. n. 7 l. reſpiciendum. § delinquunt. ubi Bartol ff. de pœn. Nicol Boer. dict. deciſ. 168. n. 7.*

33 *Hinc cum P. S. aggreſſorem ſuum, à quo percuſſus fuerat, præterlapſa hora dimidia poſt offenſionem, propè januam expectans ipſum cultro perfoderat, pronunciarunt Scabini; Eum ob exceſſum moderaminis inculpatæ tutelæ ratione temporis commiſſum, fuſtigatione & perpetua relegatione puniendum eſſe, hiſce formalibus:* So erſcheinet darauß ſo viel / daß der Gefangene *P. S.* am Leben nicht zu ſtraffen / Er wird aber gleichwol wegen deß bey ſeiner angeführten *defenſion* vorübten groſſen *exceſſ.* öffentlich zur Staupen geſchlagen / und nach erlittener und außgeſtandener Staupe deß Landes ewig billig vorwieſen V. R. W. An Küchenmeiſter zu Merſeburg. *Menſ. Iulio, Anno* 1622.

34 TERTIUS CASVS eſt; Quando poſt offenſionem & concertationem intervallo longi temporis; veluti unius ſeu aliquot horarum vel dierum præterlapſo, inſultatus denuò aggreſſorem, à quo ab initio percuſſus fuerat, invadit & trucidat. Hic ſive ad actum diverſum devenerit ſive non, ob ſpatium temporis præterlapſum, non ſolùm moderaminis *inculpatæ tutelæ*, ſed & *defenſionis* exceſſum committit, ideoq; pœna homicidii ordinaria plectendus eſt.

Q. 3. Quid ſi longo tẽporis intervallo præterlapſo inſultatus aggreſſorẽ occidat?

35. Qualis eſt is, qui percuſſus domum abiit, & poſt unam aut plures horas reverſus, defert gladium, & ſuum percuſſorem occidit: Ut & is, qui percuſſus cecidit in terram, & jacuit ibi ſoporatus & colliſus per horam, tandem reverſus ad ſe, percutit & interficit percuſſorem, dummodo non timebat repercuti. *Nicol. Boer. dict. deciſ.* 168 *num. 6. & 7. verſ quod ſi percuſſi. Dom. Cardin Tuſch. tom 2. pract. concl. lit. D. concl. 129. n. 15. & 16. Proſp. Farin. dict, quæſt. crim. 125. n.* 343.

Hic ſanè à pœna ordinaria liberari nequit,

36 *Tùm*,quod tam longo temporis intervallo poſt concertationem & rixam præterlapſo, iracundiæ calor probabiliter extinctus, & ſopitus eſt, adeoque inſultatus ſe exceptione hac tueri non poteſt,ſed potius ſtudio vindictæ aggreſſorem occidiſſe dicitur,qui enim ex intervallo & cogitatò illatam vim repellit,is ad ultionem hoc feciſſe cenſetur,*l.45.ff.ad Leg.Aquil. Cuiac.ad tit. quod met.cauſa.*

Tùm,quòd hoc caſu inſultatus nullam 37 prorſus defenſionem prætendere queat,ut quæ ſemper præſupponit offenſionem violentam;Hæc autem diu antea ceſſavit, ideoque & offenſus propulſationem ſiſtere debuit,quia inter offenſionem & propulſationem eſt mutuus quidam reſpectus & relatio. *Georg.Obrecht. in tract. de neceſſ.defenſ.cap.*11.*n.*26.

38 Neque huic adverſatur, quod ignoſcendum ſit ei, qui provocatus ſe ulciſci voluit, *l.*14.*§.ff. de bon.libert.*& quod difficilimum ſit,iracundiæ calorem comprimere,*l.*38.§.*Imperator ff.ad Leg. Iul.de adult.* unde dicendum,occiſorem hoc caſu ſi non ab omni, attamen ab ordinaria pœna immunem eſſe. *Etenim*,prædicta jura agunt ſolummodo de eo, qui ex juſto & inconſulto calore iracundiæ peccat. Atqui is,qui longo temporis intervallo poſt offenſionem præterlapſo,aggreſſorem occidit,non tam ex inconſulto calore iracundiæ, quàm animo perverſo ulciſcendi delinquit,& ſi aliter diceretur, omnes homicidæ ab ordinaria pœna eximendi eſſent, cum nullum ferè homicidium abſq; offenſione aliqua pręcedente committatur, ut rectè advertit *Farin.dict.quæſt.*125.

39 *Et ita pronunciarunt Scabini ad requiſitionem Senatus Dreſdenſis.* Hat *M B.* in guten bekant und geſtanden/daß nach dem er ſich mit Hanſen Kirſten mit treugen Fäuſten abgeſchlagen / er alſo bald darauff heim gelauffen/eine Wehre geholet/ und als Hanß Kirſten indeſſen ſeiner Wege fortgangen/ dēſelben nachgelauffen / und als er jhn ereilet/ alſobald mit der Wehre zur lincken Seiten hinein geſtochen/ daß dieſelbe zur rechten Seiten wider herauß gefahren/und es iſt Hanß Kirſten von ſolchem Stich alſo bald tod blieben/ꝛc. Da nun der Gefangene *M.B.* uff ſolchem ſeinem Bekäntniß für Gerichte freywillig verharren/oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ſo möchte er wegen ſolcher an Hanſen Kirſten begangenen und bekanten Entleibung/ hinwider mit dem Schwert vom Leben zum Tode geſtrafft werdē/ V.R.W. *M Febr.A.*1605.

40 *It.* Hat *H.F.* in guten bekant und geſtanden / daß er *C.H.* einen tödlichen Stich oben an der lincken Seiten hinunter nach dem Hertzen zu mit einem Meſſer zugefüget/und ſey ſolches von jhme dieſer Urſachen halber geſchehen/daß der Entleibete vorm Jahre/als er die Lämmer im Garten gelaſſen / darzu kommen / und jhn zu Boden geſchlagen/und weil er jhme jetzo in Weg kommen/habe er daran gedacht/ ꝛc. Da nun der Gefangene auff ſeinem gethanen Bekäntniß vor offentlichem gehegten peinlichen Halßgerichte freywillig verharren/oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde. So möchte er wegen ſolcher an C K. begangenen Entleibung hinwider mit dem Schwert vom Leben zum Tode geſtrafft und hingerichtet werden/V.R.W. An Schulverwalder zu Pfordte. *M.Januar.A.*1629.

It. Ad Conſultationem C.à D. So möchte *H.M.* von wegen ſolcher begangenen und bekanten Entleibung/ 41 ungeachtet was er zu ſeinem Behelff fürgewendet/ daß nemlich der Entleibete jhm eine Maulſchelle gegeben/angezogen/weil ſonderlich die Zeugen außgeſagt/daß eine gantze Stunde vorlauffen/von der Zeit an / als er die Maulſchelle bekommen/ehe er *A.F* geſtochen/hinwider mit dem Schwert vom Leben zum Tode geſtrafft werden / V.R.W. *Menſ.Iulio Anno* 1612.

It. So möchte *E. N.* von wegen ſolcher Entleibung ſeines gethanen Fürwendens ungeachtet/daß nemlich der Entleibete jhn zuvor in der Schencke geſchlagen / hinwider mit dem Schwert vom Leben zum Tode geſtrafft werden/V.R.W. An Schöſſer zu Eckersberge. *Menſ.Maio.Anno* 1607. 42

Similiter reſponſum in caſu, quo percuſſus intervallo trium horarum poſt conflictum præterlapſo aggreſſorem occiderat; Ad conſultationem G. O à S.M.Maio, Anno 1626. 43

*Pariter dictata fuit pœna gladii A.R. defenſionem prætendenti ad offenſionem ante triennium ab occiſo factam; Ad requiſitionem Prætoris Lipſenſis M.Febr.An.*1616. 44

QVARTVS CASVS eſt; Quando poſt 45 inſultationem & concertationem ambo, aggreſſor & invaſus receſſerint, & ad invicem diviſi fuerint, ſedata omni rixa & offenſione ac lite compoſita, vel tranſactione ſpontanea, vel ad interceſſionem aliorum,nihilominus autem poſtea inſultatus ex intervallo, (ſive hoc longum, ſive modicum fuerit) aggreſſorem adoriatur & occidat. Hic à pœna homicidii nequaquam excuſari poteſt.

Q. 4. Quæ ſit pœna occidentu aggreſſorem poſt rixã ſedatam?

Tùm, quòd inſultatus, ex intervallo & pugna ſedata ac lite compoſita adverſarium denuò aggrediens,dolo non careat,cum nihil ampliùs periculi eſſet,quod propulſaret,quodq; ceſſante calore & dolore vulneris, potius vindictæ cupiditate,quam defendendi animo hoc feciſſe cenſeatur. *Ordin.Crim. Carol.art.*140. *Matth. Steph & Remus. Petr.Theod.in Colleg.Crim.diſp. fin.th.*5.*lit.D.* 46

Tùm,quòd omnis defenſio,qualiſcunque etiam fuerit præſupponat aliquam offenſionem, *Georg.Obrecht.dict.tract.de neceſſ.defenſ.c.*11.*nu.*17. Sublata ergo hoc caſu offenſione, vel per ſpontaneam translationem, vel ad interceſſionem aliorum, ceſſat quoque defenſio. *Obrecht. dict.c.*11.*n.*26. 47

Secundum hanc ſententiam pronunciarunt Scabini ad conſultationem Prætoris Lipſenſis: Ob gleich der Gefangene ſich uff eine Nothwehr beruffen/dieweil aber dennoch auß der abgehörten Zeugen Auſſagen ſo viel zu befinden / daß ſie allbereit in der zwiſchen jhnen entſtandenen Schlägerey von einander bracht worden / und er auch Friede zu halten zugeſagt/nichts deſto weniger zum Rappier gegriffen/ und den Entleibeten / welcher nach der Thür gegangen/den Stich davon er geſtorben/zugefüget/ &c. So mag er derowegen / jedoch wenn er auff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren oder deß ſonſten/ wie Recht überwieſen würde/ mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft werden V.R.W. 48

Menſ. Martio, Anno 1600.

It. Hat *T. F.* bekant und geſtanden/ daß er *M. R.* von Halle als derſelbe ſich zuvor mit jhm geplaget/ und zwiſchen jhnen beyden / von andern Landsknechten jhren Rottgeſellen Friede genommen worden/ mit ſeinem Rappier in vollem Lauff vorſetzlich geſtochen/ und dermaſſen beſchädiget / daß er davon jnnerhalb 49 einer Stunde geſtorben/ ꝛc. Da nun der Gefangene auff ſeinē gethanen Bekäntniß nochmals vor Gerichte freywillig verharrē/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ ſo möchte er wegen ſolcher an obbemeltem *M. R.* begangenen und bekanten Entleibung/ hinwiderum mit dem Schwert vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris Sceudicenſis, Menſ. Maio, An.* 1597.

QVÆSTIO XXXII.

An & quando vitam alterius, nec non bona internecione aggreſſoris defendere liceat?

SVMMARIA.

1. Non *ſolùm nos ipſos, ſed & alios in periculo conſtitutos defendere poſſumus.*
2. *Maximè autem conſanguineos, veluti Parentes, Liberos, Fratres, Coniuges nu.* 3. 4. 5. 7.
6. *Reſponſum Scabinorum Lipſienſium.*
8. *Nec non eos qui ſibi nos obſtrictos tenent.*
9. *Quin & extraneas quasq; perſonas defendere licet. n.* 10. 11.
12. *Quas & in diſcrimine vitæ conſtitutas defendere quivis tenetur.*
13. *Vnusquisq; non minus proximum, quàm ſe ipſum diligere jubetur.*
14. *An pro defenſione rerum impunè aliquem occidere licet? n.* 16. 17.
15. *Pecunia & bona, vita hominis vocantur,*
18. *Minima non ſunt in conſideratione.*
19. *Quidam defenſionem rerum tum demum admittunt, ſi cum vitæ periculo coniuncta eſt, n.* 20. 21.
22. *Reÿcitur hæc ſententia n.* 23. 24. 25. 31. 32. 36.
26. *Sententia Iodoc. Damhouder. n.* 27. 28.
29. *Reſponſa Scabinorum Lipſienſium.*
30. *Concordat. Didac. Covarruv,*
33. *Quando proportio inter Res & vitam hominis eſt attendenda.*
34. *Explicatur l. 4. ff. ad Leg.* Aquil. *& cap. ſi perfodiens 3. de homic.*
35. *Intellectus l. 9. ff. ad Leg. Corn. de ſicar.*
37. *An & quando furem nocturnum occidere liceat. n.* 38 39.
40. *Sententia Scabinorum Lipſienſium n.* 41.

QValenam Moderamen inculpatæ tutelæ eſſe debeat, quæque requirantur ad hoc, ut defenſor ab omni pœna immunis ſit, ex iis, quæ *præcedentibus quæſtionibus* dicta fuere luculenter apparet.

Hæc ergò ſi quis diligenter obſervet, nec moderamen inculpatæ tutelæ ullatenus excedat, tutò & impunè non ſolùm ſemetipſum, ſed & ſuos atq; alios defendere poterit.

1 Non enim nos ipſos tantùm, ſed etiam alios iniuſtè offenſos & in periculo conſtitutos defendere, eorumque aggreſſores occidere poſſumus, ut Doctores ferè omnes unanimiter ſtatuunt, *Felin. in c. ſi verò 3. extr. de ſentent. excomm. n. 2. verſ. utrum pro defenſione proximi. Iacob Boulen. in repet. l. capitalium* 28. §. *famoſos n.* 148. *ff de pæn. Iodoc. Damhoud. in pract. crim. c.* 80 *Iul. Clar. lib. 5. ſent. § homicidium n. 27. Henr. Bocer. lib. 2. de duello cap.* 110. *num. 4. Iohan. Harppr. in §. item Lex Cornelia de ſicar. n. 64. Inſt de publ. iud. Proſp. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt.* 125 *numer.* 267. *& ſeqq. Matth. Berlich. part. 4. concl.* 12. *n.* 44. *Zoann. in tract. defenſ. tripart. part.* 1 *num. 26 & ſeqq. Angel. Aretin. in tract. de malefic. verb. Et dictus Titius ſe defendendo n. 4. Nicol. Boer. deciſ. 262. n. 13. Anton. Gomez. tom. 3. var. reſolut. c. 3 n. 21. Ludov. Carrer. in pract. crim. in tract. de homicid. & aſſaſſ. §. 5. excuſat defenſio n. 46. Petr. à Plach. in epitom. delict. lib. 1. cap. 28.*

2 Quodquidem in perſonis neceſſariis quibus non ſolùm naturali cognatione, ſed etiam arctiori ſanguinis, pietatis, poteſtatis, & affectus ſingularis vinculo præ reliquis ad neceſſaria officia obſtricti ſumus, minus dubium habet, ob textus manifeſtos in *l. iſti quidem* 8. §. *fin. ff. quod met. cauſ. l. 1. §. item Divus ff ad Leg. Cornel. de ſicar. l. 1. § fin l. 2. & ſeq ff de liber. cauſ. l. qui penum. 3. §. ſed quod diximus. ff. de penu legat.*

Veluti ſunt *Parentes*, à quibus ſummum beneficium, nimirum poſt Deum vitam accipimus, *l. 4. ff. de Curat. furioſ. l.* 14. §. 1. *ff. de bon. libert.* quare viciſſim parentibus pietatem & reverentiam debemus, *l. 2. ff. de juſt. & jur. l. 4 ff. de in ius vocand.* 3

Liberi, in quibus ſalvatur pater, & paterni nominis diuturnitas cuſtoditur, *l.* 220. *l.* 195. §. *fin ff. de verb. ſignif.* & cum quibus eſt una caro, ut proinde parens contra ſtimulos naturales faceret, ſi filiorum tutelam ſubire renueret, *l. 36. §. 1. ff. de excuſat. tutor.* Si enim, *Platone teſte*, animalia quoque bruta pro ſuis fætibus acriter dimicant, illosque defendunt, multò magis homines naturali ratione præditi ſuos liberos protegere & tueri debent. 4

Fratres, qui corporis noſtri quodammodo partes ſunt, *Zoannet. dict. part. 1. n. 82. & ſeqq.* 5

Hinc quendam Antonium Perſicum, qui ut auxiliaretur fratri ſuo interfecerat alium cum eo rixantem, A. 1548. *Menſ Nov. fuiſſe abſolutum Iul. Clar. dict. §. homicidium n. 27.*

Et in caſu ſimili dictavimus Relegationem perpetuam ei, qui defendendo fratrem, moderamē inculpatæ tutelæ exceſſerat. nach Bareut / *Ad requiſitionem Conſiliariorum Dn. Comitis in* Solms. *Menſ. Febr. An.* 1630. 6

Coniuges, l.1.§.3.ff. de iniur. c. admonere in pr. 7 ibi: *occidiſti uxorem tuam partem corporis tui. 33. q. 2.* eò quod maritus & uxor pro una perſona habeantur, & una caro, unaque anima ſunt. *Geneſ.2. Marc.10. Epheſ.5.* Angel. *Aret. in tract. maleſic. verb. & dictus Titius n. 32. Matth. VVeſemb. ad tit. C. quand. lic. unicuiq́ n.14. Zoann. dict. part. 1. n.71. & ſeqq.*

8 Quibus ſimiles ſunt *illi, qui ſibi nos obſtrictos tenent.* Vel ratione poteſtatis & juris, quod in nos habent, veluti ſunt Domini, reſpectu ſervorum, quippe, qui pro illorum ſalute tuenda ſe etiam periculo propriæ ſalutis exponere debēt, *l.1 § eodem tecto l.20. ad SCtum Syllan. Iodo. Damhouder. in prax. crim. cap.*80. *num.*36. *& ſeq.* Vel ratione datæ fidei & obligationis mutuæ; Veluti ſunt Magiſtratus & militum Præfecti, ſicut enim hi ſubditos ſuos protegere & defendere debent, ita viciſſim ſubditi ratione poteſtatis & ſubiectionis Magiſtratui & Præpoſito ſuo defenſionem debent, *l.1. l. cum Dominus* 10. *ff ad SCtum Syllan d l.6. §. fin. ff. de re militar.*

Q. 1. *An pro extraneis perſonis defenſio ſuſcipi poſſit?*

9 At, quoad *extraneas perſonas*, quibus nulla ſpeciali obligatione vel affectione devincimur, dubitatur: *An & pro hiſce offenſis defenſio ſuſcipi poſſit?* Quod ſimpliciter affirmandum, ita ut etiam extraneum de ſalute ſua periclitantem defendendo, occidens, modo inculpatæ tutelæ moderamen obſervaverit, à pœna liberandus ſit, *Mari. Salom. Garz. & alii ad l.3. ff. de iuſt. & iur. Iacob. Ayrer. in tract de homicid. neceſſ. part. 1. num.*250. *& ſeqq. Anton. Gomez. tom.3. var. reſol. cap.3, num.21.* Andr. *Gail. lib.1. obſervat.*110. *num.* 16. *Baiard. ad Clar. in §. homicidium numer.* 83. *Plach. in epit. delictor. lib.1. cap* 28. *Ægid. Boſſ. in tit. de homicid. num.*85. *Proſp. Farin. dict quæſt.*125. *num.*267. *Iohan. Harppr. d. § item Lex Corn de ſicar. num.*64. *Inſt. de publ. jud Ludov. Carrer. in pract. crim. in tr. de homicid. & aſſaſſ. § quinto excuſat. n.*46. *Petr. Theodor. in Colleg. crim diſp fin. th.*4 *in D.*

10 Si enim boni publici curam gerere cuivis permiſſum eſt, *l.4 ff de oper. nov. nunciat.* utiq; & illos, qui aliquem aggrediuntur, & invaſo vim inferre conantur, repellere omnibus permiſſum cenſeri debet, cum & hi violenti invaſores & aggreſſores incidant in crimen publicū, quo Reſpublica violatur, *Fulg. in l.3. n.5. de iuſt. & jur.* Et ſi lege Prætoria nobis permiſſum eſt aliorum negotia & res tueri, *l. 1. ff. de negot. geſt.* aliiſque pro tutela bonorum opem ferre, *l.3 §.9. ff. de vi & vi armata*, multò magis defenſionem pro illorum perſonis & vita ſubire licebit, *l. ſancimus. C. de SS. Eccleſ.*

11 Clarius hoc exprimitur in *Conſtit. Crim. Carolina, art.*150. *in verſ.* **So einer zur Rettung eines andern Leib/ Leben/ oder Gut jemand ſchläget ꝛc.** Quibus verbis *junct pr dict. art.*150. demonſtratur, impunè committi homicidium ad alterius defenſionem: Neque diſtinguitur inter conſanguineos ſeu neceſſitudine coniunctos, & extraneos homines, adeoq; tam hoſce quàm illos impunè defendere licet, *Matth Stephan. ad dict. art.*150 *Carol. Conſt.*

12 Quinimò, ad alios in diſcrimine vitæ conſtitutos defendendos quemvis præciſè teneri & cogi, adeò, ut ſi eos non defenderit, ſed ab aggreſſoribus interfici paſſus fuerit, pænam extraordinariam, puta relegationem, carcerationem, vel pecuniariam mulctam incurrat, dummodo hoc ſine proprio periculo facere poſſit, tradit *Didac Covarr. in c peccatum de reg. jur. in 6. part. 2. relect. §.3 num.4. & in Clem ſi furioſus, part. 2. §. 2 num.7. de homicid. Iohan. Harppr. in §. item Lex Cornelia de ſicar. n.66 & ſeqq. Inſtit de public. iud. Anton. Gomez tom 3. variar reſolut cap. 2 num. 6, Vaſq. lib.1. contr. illuſtr. cap. 9. n.5. & 6. Zoannett. ad l. ut vim 3 ff de iuſt. & iur. part. 1. n.95. & ſeqq. Fort. Garz. ad dict. l.3. n 35. Petr. Theod. dict. diſp. fin. th. 4. lit. D.*

13 Vnuſquiſque enim non minus proximum ſuum, quàm ſeipſum diligere jubetur, *Matth. c.* 22. *Marc.*12. *Luc.*10. Et defenſionem proximi omittens æquè peccat, ac ille qui offendit, *c. non inferenda, cum ſeqq. cap fin. 23. q. 3. c. quanta,* 47. *de ſent. excomm.* quod & ſuo exemplo demonſtravit Moyſes, interficiens virum Ægyptium, quendam de Hebræis fratribus, ſeu cognatis ſuis indignè tractantem & percutientem. *Exod. cap. 2.* Idque ipſum non modo Canonico & Divino, verùm etiam Civili ac Politico Iuri convenire, luculenter demonſtrat *Harppr. in dict. §. item Lex. Cornel. de ſicariis, numer.*68. *& ſeqq. Inſtit. de publ. iud. & Petr. Theodor. dict diſp. fin. th.* 4 *lit. D.*

Q. 2. *An pro defenſione rerũ impune aliquem occidere liceat.*

14 Cæterum, non ſolum pro defenſione ſui corporis, ſed & pro defenſione & recuperatione rerum & bonorum ſuorum, qui alium impunè occidere poteſt, *l.1. C. unde vi l.3. §.9. ff. de vi & vi armat.* Hęc namque dicuntur alter hominis ſanguinis, juxta *gloſſ in l.14. in verb. vitam C. de Advocat* eò, quod ſicuti homo deficiente ſanguine, ita & deficientibus bonis vitam ſuſtentare nō poſſit. Vnde fit, quod opes bona, & res, ad vitam conſervandam neceſſariæ, viſcera hominis appellentur.

15 Quinimò pecunia & bona ipſa vita hominis vocatur ab *Aretin in l. ſi tuis nummis. C. de oper. libert & l. pen. C. de conſt pecun.* pecuniæque appellatione omnia contineri, dicit Imp. in *l. pen. §. 1. C. de conſt. pecun.*

16 Quare, ſicuti pro tutela corporis & vitæ vim atque iniuriam propellere licet, ita & ratione rerum atq; bonorum. *Georg. Obrecht. in tract. de neceſſ. defenſ. cap 3. num. 12 Iaſon. in l. ut vim 3. nu. 23. de iuſt & iur Felin. in c. ſignificaſti. 18. extr. de homicid n.12. verſ poteſt tamen etiam Clericus & c. Didac. Covarr. in Clem ſi furioſus part. 3. §. un. nu. 6. de homicid Proſp. Farin. dict. quæſt. 125 num. 168 & ſeqq Matth Berlich. dict. concl. 12. numer 36. Iul. Clar. lib 5 ſent. §. homicidium num 25. Iodoc. Damhoud. in pract. crim. cap. 78. Angel. Aretin. in tract. malef. verb. & dictus Titius ſe defendendo n.3 Ludov. Gilhauſ in arbor. iud crimin. cap 2. tit de homicid. 12. nu. 40. & ſeqq Iacob. Boulen. in repet. l. capitalium § famoſos n.16 ff de pœn Henr. Bocer. lib.2. de duello cap. 9 Ioh Harppr in dict. §. item Lex Cornelia de ſicariis n 102. Inſt de public. iud Nicol Boer. deciſ 68 num. 3. Sebaſt Medic. de caſ. fortuit. part 1. quæſt. 8 num 20. Cæpol. conſ. crim. 44. in fin. Matth Coler. conſ 39 num. 14. & ſeqq. & n.27.* ubi ab hac ſententia in praxi non recedendum

dum, dicit & *num*.43. licere unicuique res ſuas
contra turbatorem vel invaſorem, etiam cum
armis & violentia defendere, & ſic ipſi movere
rixam, adeò ut ſi in illâ concertatione primus in-
17 vaſor ſe opponat Domino defendenti poſſeſſio-
nem ſuam, & occidatur, iſtud homicidium non
puniatur. Niſi res illæ fuerint viles & exiguæ, ob
quas nec in foro contentioſo hominem occide-
re licet. *c.ſuſcepimus. de homicid.l.52. §.1.ff.ad Leg.
Aquil.* Si enim parcitur famæ hominis pro re vi-
li. *l.9.§.fin.ff de dolo malo. ubi Anton Fab.in Ratio-
nal.* multò magis parcendum eſt vitæ. *l.38, §.9 ff.
ad Leg.Iul.de adult.*

18 Nam & aliàs minima in conſideratione non ſunt. *l.4.ff.de reſt.in integr pr.Inſt.ad Leg. Falcid.§. ſed quia. Inſt.de fideic.hæredit. c.licet cauſam.de probat. Iacob.Boulen.dict.§.famoſos.n.164.verſ.quod eſt verum. Ludov.Carrer.in pract.crim.in tract.de homicid.& aſſaſſin.§ quinto excuſat.n.20. Damhoud dict.cap.78.n 2.*

19 Quam defenſionem tamen rerum communiter Dd. eò reſtringunt, ut licita ſit tunc demùm, quando cum vitæ corporiſque periculo conjuncta eſt. *Zoannet dict.tract defenſ.tripart. part.1.n.36.& ſeqq. Covarr. in d.Clem.ſi furioſus. de homicid.part.3 §.un num.6. Georg Obrecht.in tract.de neceſſ.defenſ.cap.15.& ſeqq. Andr Fach. lib.1.controverſ.cap.31. Petr. à Plach.in epit.delict. lib.1.c.28.num 31. Iohan.Harppr.dict.loc.Damhouder.dict.cap.78.n.3.* Eò quòd nulla ſit proportio inter res & hominem ejusq; vitam, *l.2 ff.de ſtat. hom.l.44.in pr.ff. de ædil.edict.* cùm homo tanquam omnium nobiliſſima creatura ad imaginem Dei creata, in longè majori ſit habendus precio, quàm aliæ res quævis pretioſiſſimæ, quēadmodum & vita hominis omnibus præſtet rebus, omnemque æſtimationem excedat, *c.ſuſcepimus.§.verum. de homicid.l.21.in fin. C.de S.S. Eccleſ.* Præterea vita hominis, niſi in continenti defendatur, ſemel amiſſa recuperari nequeat; at res oblatæ actionibus & interdictis repeti poſſint. *Obrecht.dict.cap.8.n.8.*

20 Quemadmodum etiam in *l.4.ff.ad Leg.Aquil & c.ſi perfodiens, 3. de hom.* furem diurnum occidere non permittitur, niſi ſe telo defendat, idque abſque dubio propterea, quòd facilè diſcerni potuerit, eum non ad occidendum, ſed furandum veniſſe, ut proinde eum ob ſolam rerum jacturam occidere non liceat, niſi telo ſe defendendo periculum vitæ ſimul intentet; Secus verò, ſi fur nocturno tempore venerit. Cùm enim in eo ratione nocturni temporis diſcerni non potuerit, an ad furandum, an ad occidendum venerit, præſumi potuit contra ipſum animus occidendi, ita ut interfici queat, ſive telo ſe defendat, ſive non. *Garz.ad d.l.ut vim.3.ff.de juſt. & jur.num.24. Iacob.Novell.in tract.defenſ.num. 402.*

21 Ex quibus ſequitur, neminem ob nudam re-
« rum defenſionem furem occidere poſſe, quod
« & clarè videtur ſancitum in *l.9. ad Leg.Corn.de
« ſicar.* ubi dicitur, furem nocturnum impunè oc-
« cidi poſſe, ſi ei occiſor ſine periculo parcere non
« potuit.

22 Sed ſi hoc verum eſt, defenſio rerum à defenſione corporis parum aut nihil differt, quia in vitæ, corporiſque periculo conſtitutus, non rerum, ſed ſui defendendi causâ aggreſſorem occidit, obſervato moderamine inculpatæ tutelæ. Quod ſi ad rerum defenſionem extendendum eſſet, per eam potius res amitterentur, quàm conſervarentur. Cùm invaſus ſemper teneretur, res ablatas & invaſas in medio relinquere & aufugere, quia tunc demum conceſſa foret internecio adverſarii, ſi periculum vitæ ſimul immineat defendenti. At, nunquam ferè immineret obſervato illo moderamine, cum iſtud periculum de poſſeſſione ſuâ dejectus ſemper effugere poſſet, res ſuas invadenti & raptori relinquendo. Et ſic per hujusmodi moderamen, id quod unâ manu legis permiſſione datum eſt, alterâ manu rurſus adimeretur.

23 Reſpuunt ergò alii hancce reſtrictionem, exiſtimantes, ob ſimplicem etiam defenſionem rerum, quæ alio modo neutiquam converſari poſſunt, licet periculum vitæ non immineat, invaſorem interficere licere. *Jaſon. in l.ut vim 3 ff.de juſt & jur.num.23. verſ ſed contra iſtam concluſionem.junct.verſ.ſed iſta concordantia. Iacob.Ayrer. in tract.de homicid.neceſſ.part.1.n.156.& ſeqq. uſq; ad n.175. Proſp.Farin dict.quæſt.125.& alii ab ipſo allegati.*

24 *Tùm*, ob textum *in l.1. C.unde. vi* ubi defenſio rerum generaliter abſque reſtrictione permittitur. Ergò & interemptio aggreſſoris permiſſa erit, ſi defenſio pro conſervādis rebus aliter expediri non poſſit: permiſſo enim aliquo omnia videntur permiſſa, ſine quibus ad iſtud pervenire nequit, *arg.l 2 ff.de jurisdict.*

25 *Tùm*, quòd in *l.3.§.9.ff. de vi & vi armat.* dicatur expreſsè rerum poſſeſſionem amiſſam armis recuperare licere, at debito moderamine inculpatæ tutelæ obſervato; Veluti ut armis tum fiat, ſi & adverſarius venerit cum armis: Deinde ut fiat non ex intervallo, ſed in continenti. Ubi ſanè nihil additur de tertio requiſito, quòd nimirum vitæ periculum concurrere debeat ad hoc, ut adverſarius impunè poſſit interfici.

26 Quinimo, *Iodoc Damhoud.* qui prædictam reſtrictionē (defenſionem ſcilicet rerum internecione invaſoris non permittendam eſſe, niſi grave corporis periculum immineat) valdè urget, in *prax.crim.cap.78.n.3.* exiſtimat ſufficere in rerum defenſione, ſi vis armis præſumptivè inferri metuatur, veluti ſi quis cum armis veniat, & res alienas occupet, *l.3.§ 9 ff de vi & vi armat.* vel minas ſaltem effundat, *l.1.verſ.ac mortem. quam minabatur. C.quand.lic.unic.ſe ſin.jud.* vel Dominus fundi invaſorem ſine vulnere, vel alio periculo expellere non poſſit. *l.9.ff.ad Leg.Corn. de ſicar.l.54.§.2.ff.d.furt.*

27 Quo ipſo à priori opinione non parum recedit, cùm ejuſmodi periculum in quâvis rerum defenſione metuatur. Nec video quomodo hoc modo fieri poſſit, ut quis res ſuas abſq; vitæ corporiſque periculo defendat; Aut enim invaſor defenſori reſiſtit armis, nolens res ablatas reſtituere & relinquere; Aut verò non reſiſtit, ſed res ablatas relinquit & aufugit. Priori caſu licitum eſſe invaſorem occidere, fatentur omnes, eò quod, uti dictum, imminere poſſit pericu-

lum vitæ: Poſteriori verò caſu internecionem non permitti facilè conceſſerim; Defenſio enim tunc demum licita eſt, quando res alio modo, vel ſpontanea invaſoris reſtitutione, vel officio judicis conſervari nequeat.

28 Quandò verò nulla rerum jactura vertitur, quia fortè invaſor ſeu fur cognoſcitur, qui poſtmodum judicialiter ac ordinaria juris via conveniri poteſt, vel quod rem ſubtractam reliquit & aufugit, vel ſpontè reddidit, vel nondum furatus eſt, tunc nullo certè modo trúcidari poteſt; Niſi quis pœnam homicidii ordinariã incurrere maluerit, quæ hoc caſu infligendam eſſe occiſoris, quivis facilè conceſſerit.

29 *Veluti etiam Domini Scabini pœnam gladii decernere non dubitaverunt occiſori, qui abſq; internecione aggreſſoris bona oblata benè recuperare potuiſſet* An Rath zu Orttrand. *Menſe Febr. Anno* 1544.

It. Ad conſultationem Iohannis VVolffgangi à Schönberg/ *Menſ. Febr. Anno* 1602.

Ad requiſitionem Quæſtoris in Schlieben. *Menſe Iunio, Anno* 1602.

30 Quod & advertit *Didacus Covarr. in dict. Clē. un. §. 1. n. 6. de homicid.* Ita namque is ſcribit: *Cum quis à raptore defendit res proprias, aut raptor abſtinet à rapina, & tum nullius adeſt occiſionis caſus. Aut ipſe contendit adhuc invito defenſori res rapere. Non poteſt ea contentio expediri abſq; injuria & damno perſonali defenſoris; Idcirco homicidium inde ſecutum pertinet ad defenſionem perſonæ ſimul & rerum.* Et paulò pòſt: *Hinc deducitur*, inquit, *licitam eſſe occiſionem raptoris, quoties ea fit ad defenſionem rerum, & perſonæ eaſdem res defendentis, quam ipſe raptor offendere conatur, ne rerum occupationem impediat. Nec ſatis percipere valeo, quo pacto mihi licitum ſit res meas defendere, ne à raptore capiantur, & ſit illicitum pro rerum defenſione raptorem occidere. Nam ſi ipſe defendam res meas, & raptor hanc defenſionem per vim impediat, non poteſt id aliter contingere, quam me ipſum defendendo, quo caſu jam defenſio rerum ad defenſionem perſonæ pertinet.* Hactenus Covarr. Idemque videtur ſentire *Polydor. Ripa in tract. de nocturn. temp. cap. 24. num. 37. Iul. Clar. in §. homicidium. n. 47. in fin. Sebaſt. Medic. in tract. de fort. caſib. part. 1. quæſt. 8. n. 33.*

31 Quo poſito vix caſus contingere poterit, quo rerum defenſio cum corporis vitæque periculo quodam conjuncta non ſit, ut non abſque ratione ſupra dicta Doctorum reſtrictio alicui inanis videri poſſet. Niſi quis fingere velit caſum, qui forſan rariſſimè accidit, quo fur ſeu raptor incognitus equo inſidens cum rebus ablatis aufugiat & avolet; Quem ſi defenſor aliter aſſequi & apprehendere, vel res ſuas recuperare non valeat, hoc caſu ſagitta & globo tormentario eum transfigi & occidi poſſe, aſſerere haud vereor, quicquid etiam in contrarium dicat *Georg. Obrecht. in dict. tr. de neceſſ. defenſ. cap. 8. n. 12. & ſeqq. Voltz. in tract. ad leg. Corn. de ſicar. cap. 7. n. 104.*

32 Ex antea enim dictis liquet, defenſionem rerum licitam eſſe, etiam cum internecione invaſoris, ſi alio modo res conſervari aut recuperari nequeant. Quod ſi quis ſimpliciter concedere nolit, certè convincitur ex *art. 150. Conſtit. Carol. Crim. circa pr.* in verb. *Item* ſo einer zur Rettung eines andern Leib/Leben oder Guth/ jemand erſchläget &c. ubi inter homicidia impunita refertur etiam illud; quod ad defenſionem rerum committitur: De eo verò caſu, quo defenſor bonorum ſimul in periculo vitæ & corporis, conſtitutus eſt, ibidem non agi, apparet manifeſtè ex disjunctione vocabulorum Leib/Leben oder Gut.

33 Neque hoc ipſum infringitur ex eo, quòd nulla ſit proportio inter res, & hominem ejusque vitam, quodque homo tanquam omnium nobiliſſima creatura ad imaginem Dei creata, in longè majori pretio ſit habendus, quàm aliæ res quævis pretioſiſſimæ, uti hoc valdè urget *Obrecht. dict. cap. 8.* *Etenim*, ſi hoc caſu attendi deberet inter res & hominem proportio, certè nec fures rectè ſuſpenderentur. Neque raptor ullus aliusvè homo facinoroſus ob res caducas vitâ privandus foret. Ideoque dicendum, hominem eatenus in ſummo pretio habendum eſſe, quatenus in ſuo ſtatu permanet, quando verò lædit ſocietatem humanam, communem ſalutem, & publicam tranquillitatem, tunc jura non attendere inter hunc & res tranſitorias atq; caducas proportionem. Cùm autem nec fur, nec raptor, nec quivis alius invaſor bona alterius ſurripiens in ſuo ſtatu permaneat, ſed tranquillitatem humanam maximè turbet ac lædat, utiq; nec vitæ ejus præſtantia ulterius conſiderari debet.

34 Quod verò in *l. 4. ff. ad Leg. Aquil. & c. ſi perfodiens. 3. de homicid.* nocturni furis occiſio ſimpliciter, diurni verò tunc demum permittitur, ſi is telo ſe defendat, id abſque dubio fit ob conſervationem rerum furto ſubtractarum, quæ cùm non minus ac ipſa furis perſecutio noctu difficilior ſit, eò, quòd tali tempore, quo homines ſomno ſepulti, nec ita facilè quis ſuos domeſticos nec vicinos, alioſvè in auxilium vocare, nec copia magiſtratus haberi queat, haud injuriâ fur ejuſmodi nocturnus indifferenter, ſive telo ſe defendat, ſive non, interimi poteſt. Furem autem diurnum tunc demum occidere licet, ſi res ablatæ conſervari aut recuperari nequeant, veluti ſi fur, ut plurimum fieri ſolet, telo adverſus Dominum ſe defendat. Quo ipſo tamen caſus noſter, in quo Dominus res ſuas à raptore non reſiſtente, ſed fugiente, res ſubtractas recuperare non poteſt, minimè excluditur.

35 Minus movet *l. 9. ff. ad Leg. Corn. de ſicar.* quæ aſſertionem noſtram potiùs confirmat, quàm deſtruit. *Quod* enim ibidem dicitur, furem nocturnum impunè poſſe, occidi, ſi ei occiſor ſine periculo parcere non potuit, id intelligendum de periculo vel perſonæ, vel rerum, cum enim bona vita & ſanguis hominis ſint, juxta *Aretin. in l. ſi tuis nummis. C. de oper. libert. l. pen. C. de conſt. pecun.* certè periculum rerum atque bonorum non minus eſt, ac vitæ corporisvè damnum; quemadmodum etiam iſtum textum ſic explicat *gloſſ. d. l. 9. ff. ad Leg. Corn. de ſicar.* cum qua convenit *Conſt. Crim. Carol. in art. 150.*

in verb. zu Rettung eines andern Leib/Leben oder Gut.

36 Veriſſimum itaque manet, quòd raptor ſeu invaſor ignotus & fugiens in caſu, quo res ablatæ haud vilis pretii, alio modo recuperari nequeunt, à defenſore rerum interfici & occidi poſſit. Quod & ſentiunt *Schneidvv. ad § injuria. n. 7. Inſt. de Leg. Aquil Polyd. Ripa in tract. de nocturn. tempor. cap. 24. n. 37. ubi allegat. Azo in rubr. C. de Leg. Aquil. n. 4 verſ. & hâc ratione. Iul. Clar. in §. homicidium. n. 47. Alexander conſ. 138. n. 9. vol. 6. Bartol. in l. furem. in pr. ff ad Leg. Corn. de ſicar.*

37 Hocque eo magis in fure nocturno procedit concedentibus etiam iis, qui invaſorem non niſi pro rerum & corporis defenſione ſimul occidi poſſe, arbitrantur. *Farin. dict. quæſt 125. n. 156. & ſeqq.* Vid. *Obrecht. dict. cap. 8. n. 26. Polyd. Ripa in dict. cap. 24 num. 34. Petr. Theodor. in Colleg crim. diſp. fin. th. 4 lit. D. Schneidvv. in dict. § injuria n. 6. Inſt. de Leg Aquil.* Ut plurimum enim fur nocturnus ignotus eſt, adverſus quem reſiſtentem, aut fugientem nullo alio medio, quam internecione ipſius res ſubtractæ recuperari & conſervari poſſunt. Maximè cùm periculum vitæ, corporisvè ſemper concurrat. Non enim conſtare poteſt, an fuit nocturnus ad furandum, an verò ad occidendum venerit. *l. 9. ff. ad Leg. Corn. de ſicar. c. ſi perfodiens 3. extr. de homicid.* Hoc autem in dubio ſemper præſumendum, quia dominus propter inſidioſam nocturni furis violentiam, *ut Agell noct. Atticar. lib. 20. cap. 1. loquitur.* juſtè ſemper metuere poteſt, ne furi ſine periculo ſuo parcere poſſit.

Q. 3. An & quando furem nocturnum occidere liceat.

38 Ad hoc tamen, ut impune liceat occidere furem nocturnũ, imprimis ab Interpretibus quatuor requiruntur: *Primò*, quòd iſtud fiat pro defenſione ſui ipſius, vel rerum ſuarum, aliàs non poteſt quis occidere furem, ſi recedat ſine rebus ſuis *l furem nocturnum. ubi gloſſ. & Bartol. ad Leg. Corn de ſicar. Secundò*, quòd volens occidere furem nocturnum, clamet. *l. itaq; ff. ad Leg. Aquil. Tertiò*, quod eum non cognoverit, neque habuit teſtes, qui potuerint illum cognoſcere, & contra eum deponere de furto. *Bartol. in d. l. furem. Quartò*, quod eum capere non potuerit. *l. ſed etſi quemcunq; ff. ad Leg. Aquil. Clar. in § homicidium. n. 47. Polyd. Rip. de nocturn. temp. cap. 14 n. 38. Iodoc. Damhoud in pract. crim. cap. 78. n. 2. Iacob. Boulen. in repet. l capitalium. §. famoſos. n. 164. ff. de pœn.*

39 Hæc ſi obſerventur, dubitandum non eſt, quin furem nocturnum pro defenſione rerũ occidere liceat. Si verò horum requiſitorum unum vel alterum fuerit neglectum occiſor quidem impunitus non eſt, attamen hoc caſu non pœnâ ordinariâ gladii, ſed extraordinariâ, vel fuſtigatione, vel relegatione puniri debet, pro ratione commiſſi exceſſus.

40 *Quemadmodum etiam hoc caſu defenſori fuit dictata fuſtigatio cum perpetua relegatione:* Ob nun wohl *Inquiſiten* dahero/daß der Entleibete/ſo auch ſonſten ein Dieb/vnnd ſeiner begangenen Vnthaten halber flüchtig geweſen/bey Nacht jhre Schafe zu ſtehlen/kommen/der begangenen Entleibung halber mit der ordentlichen Todtesſtraffe zu verſchonen; Dieweil ſie aber dennoch jhrem eygenen Bekändtnüß nach/den Entleibeten Todt zuſchlagen ſich verglichen/auch vnangeſehen/daß ſie den Dieb fangen/vnnd ſeiner gar wohl mächtig werden können/jhn nichts deſto weniger übel zerſchlagen/M. W auch jhn mit ſeiner eygenen Wehre durchſtochen/vnd jhn alſo ertleibet/2c. Als wird *Inquiſit* M. W. ſolches ſeines begangenen *exceſſus* halber öffentlich zur Staupen geſchlagen/vnd nach außgeſtandener Leibes-Straff benebens H. L. deß Landes Ewig billich verweiſen/V. R. W. An Verwalter zu Schönfels/ *Menſ. Iulio, Anno 1624.*

41 *In caſu ſimili fuit dictata pœna arbitraria carceris vel mulcta pecuniaria hiſce formalibus:* Darauß allenthalben ſo viel zu befinden/daß angeklagter A. N. wegen der an M. A. welchen er über dem Holtzſtehlen deß Nachts betretten/begangenen vnnd bekandten Entleibung geſtalten Sachen nach am Leib oder Leben nicht zu ſtraffen. Er wird aber gleichwohl wegen ſeines darbey begangenen *exceſſus* willkürlichen/entweder vmb eine ziembliche Geltbuſſe ſeinen Vermögen nach/oder eine zeitlang mit Gefängnüß in Straff genommen/inmaſſen er auch die auff ſein verführtes Gezeugnüß vffgewendete Vnkoſten abzuſtatten ſchuldigiſt/V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris Coldicenſis, Menſe Iulio, Anno 1624.*

QUÆSTIO XXXIII.

In qua agitur de probatione Neceſſariæ defenſionis, quæ & qualis ea eſſe debeat?

SUMMARIA.

1. *Non ſufficit allegare defenſionem, ſed & probari ea debet. n. 2.*
3. *An & quando accuſatori vel accuſato onus probandi incumbit. n. 4. 6.*
5. *Accuſator libellum cum omnibus qualitatibus probari debet.*
7. *Non ſolùm in ordinariò, ſed & inquiſitorio proceſſu Reus defenſionem allegans eam probare debet.*
8. *Iudex ex officio pro defenſione Rei laborare debet, n. 9.*
10. *Ob favorem defenſionis quandoq; à Regulis juris receditur.*
11. *Probatio defenſionis admittitur etiam poſt publicationem atteſtationum & concluſionem in causâ. n. 12. 13.*
14. *Quin & poſt publicatam ſententiam Reus defenſionem prætendens audiendus eſt. n. 15.*
16. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
17. *Qualis probatio defenſionis eſſe debeat. n. 19.*
18. *Adducitur ſententia Andr. Gail. de hâc re.*
20. *Refertur opinio exiſtimantium, in neceſſariâ defenſione ſufficere probari ſolam aggreſſionem, num. 21. 22.*
23. *Reijcitur hæc opinio. n. 24. 25. 30.*

26.*Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.*

27. *Intellectus & explicatio art.* 142. *Ord. Crim. num.*28.

29. *Quomodo intelligendum, quod vulgò dicitur, in neceſſaria defenſione expectandum non eſſe primum ictum.*

31. *Aggreſſione ſolâ probatâ, ceſſat pœna ordinaria.*

32. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n.* 33.

34. *Quomodo procedendum ſi confeſſio Rei ſit qualificata.*

35. *Referuntur diverſæ opiniones. n.*36.37.

38. *Vera deciſio.*

39. *Probari debet inculpata tutela per teſtes.*

40. *Sufficiunt hoc caſu probationes imperfectæ, num.* 47.

41 *Factæ per teſtes aliàs minus idoneos.*

42. *Etiamſi de credulitate deponant.*

43. *Creditur etiam duobus teſtibus ſuper negativâ deponentibus.*

44. *Quin & per unicum teſtem defenſione probatâ, Reus à pœna ordinaria liberatur.*

45. *Obſervantia Scabin. Elect. Saxon.*

46. *Defenſio neceſſaria probari etiam poteſt conjecturis & præſumptionibus n.*47.

48. *Quo tamen caſu Reus extra ordinem puniri debet.*

49. *Quibusnam præſumptionibus & indiciis defenſio probatur. n.*50.60.

51. *Referuntur aliquot conjecturæ & præſumptiones. num.*52.55.

53. *Aggreſſor præſumitur, qui arma habuit graviora.*

54. *Invaſus præſumitur vir bonus & probus.*

56. *Exculpatio moribundi à præſumptione aggreſſionis aliquem liberat. n.*58.

57. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*

59. *Spontanea præſentatio facit præſumptionem innocentiæ.*

61. *Defenſio neceſſaria probatur etiam occiſoris juramento.*

62. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*

63. *Reus allegans defenſionem & deſtitutus probationibus, num torturæ ſubiici debeat. num.* 65 66.

64. *Ex confeſſione qualificata nemo eſt condemnandus.*

67. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n.* 68.69. 70.71.

72. *Reus in tortura perſeverans ſimpliciter debet ſolvi.*

73. *Non niſi deficientibus probationibus & præſumptionibus ad torturam hoc caſu deveniendum eſt.*

74. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n.*75.76.

EVm, qui ſui defendendi causâ homicidium commiſit, ratione inculpatæ tutelæ ab homicidii pœna excuſari, *præcedentibus quæſtionibus* luculenter fuit demonſtratum. Hic enim principalis effectus eſt moderaminis inculpatæ tutelæ, eoque reſpicit intentio defenſoris, quò vis per defenſionem illata, vulnera, debilitatio, & cædes excuſentur, dummodò defenſor allegatam probare poſſit inculpatam tutelam.

1 Non enim ſufficit allegare defenſionem, ſed ea etiam probari debet. Neque ab occidente allegata defenſio præſumitur, ſed potius innocentiæ præſumptio militat pro occiſo. Idcircò cùm defenſio illa facti ſit, facta autem probari debeant, *l.*5.*C. de injur.* haud injuriâ Reus ſeu accuſatus de homicidio probationis onere adſtringitur. *l.*1. ibi: *qui ſi probaverit. C. ad Leg. Corn. de ſic. c. frater veſter. diſt.* 50.*c. un. verſ. ſi quis hominem* ibi: *Niſi per duellum hoc probare poſſit, quod vitam ſuam defendendo &c. de pac. tenend. Iul. Clar. libr.* 5. *ſent.* §. *homicidium. verſ. ſed quomodo. Iodoc. Damhouder. in prax. crim. cap.*36. *num.*6. *Claud. Seyſſel. in repetit. l. ut vim. numer.* 77 *in fin. ff. de juſt. & jur. Andr. Gail. lib.*1. *de pac. publ. cap.*16.*num.*4. *Jacob. Menoch lib.*5. *præſumpt.* 3.*num.*46. *Henr. Bocer. lib.*2. *de duello. cap.*10 *num.* 67. *Matth. Coler. conſ.*39.*n.*67.*&* 68. *Proſp. Farin. part.*5. *oper. crim. quæſt.*125.*num.*419. *& ſeqq. Bertazzol. conſ. crim* 27. *circa pr. Maſcard. de probat. concl.*864.*n.*31. *Hartm. Piſtor. obſervat.*125. *in pr. Dom. Card. Tuſch. tom.*6. *pract. concl. lit. E. concl.*2. *n*5 *& ſeq.*

2 Idque expreſsè ſancitum ab Imp. Carolo V. in *Conſt. Criminal. art.*141. **Welcher ſich aber nach Erfindung der That einer gethanen Nothwehr berůmbt/oder gebrauchen will / vnd der Ankläger der nicht geſtändig iſt/ſo legt das Recht dem Thäter auff/ſolche berümbte Nothwehr obgemeldter maſſen/zu Recht genug zu beweiſen; Beweiſt er die nicht/ er wird ſchuldig gehalten.**

3 Quod tamen eatenus ſolummodò verum eſt, quatenus Reus ſeu accuſatus homicidium confitetur, allegando ſimul defenſionem inculpatam, ut ſi dicat, ſe quidem occidiſſe, ſed ſui defendendi causâ hoc feciſſe. At, quando accuſator in libello in ſpecie doloſum accuſati animum allegat, Reo narrata, prout narrantur negante, cum reſervatione defenſionalium & exceptionum ſuo loco & tempore proferendarum, tùm accuſator omninò prius contenta libelli, & ita non ſolùm homicidium, ſed etiam omnes qualitates annexas probare tenetur, adeoque onus probandi à Reo devolvitur in ipſum Actorem, *Angel. Aretin. de malef. verb. Comparent inquiſiti. n.*1. *Felin. in c. ex parte* 2. *extr. de reſcript. n.*25. *verſ. ſicut injuria verbalis. Petr. Theod. in Colleg. Crim. diſp fin. th.*6. *lit. C.*

Q.1. An quando accuſatori vel accuſato onus probandi incumbat

4 Quo caſu licet accuſator contenta libelli probaverit, Reus poſtea in reprobatoriis ſeu defenſionalibus nihilominus inculpatam tutelam allegare & probare poteſt.

Et ita in Scabinatu Electorali ſæpiſſimè pronunciatum memini.

5 Neque ſine ratione, Regulariter enim accuſator libellum ſuum cum omnibus qualitatibus in eo propoſitis probare debet. Et qui in libello factum qualificatum proponit, ad utrumque ſe aſtrinxiſſe cenſetur, puta ad factum, & qualitatem facti. *Felin. dict. cap. ex parte ext. de deſcriptis. n.*25.*& in c. licet cauſam, ext. de probat. n.*40. *Andr. Gail. lib.*1. *de pac. publ. cap.*13 *n.*3.

6 Onus tamen probandi Reus in actorem non devolvit, ſi tantum negat, qualitatem doli, & ho-

& homicidium confiteatur. Hoc enim quando facit, contra ſe præſumptionem juris excitat, ideoque ei rectè onus probandi injungitur. *Felin.in c.auditis, ext. de præſcript.n.*30. Nam & aliàs, quando quis factum confitetur, & negat qualitatem, tunc ſi qualitas inhæret ſecundum facti naturam, vel ſecundum juris præſumptionem, probatio imminet neganti. *Berlich.part* 4. *concl.*14 *n.*10.*ubi allegat.Bald.in l.ſi Præſidi.*2.*C.de donat.ant.nupt.*2. Qualitatem autem hanc inhærere ſecundum naturam facti & eſſe præſumptionem juris contra accuſatum, quòd doloſè occiderit, extra dubium eſt. Ideoque quoad defenſionis probationē, ante omnia ſingula quæque membra, tàm libelli, quàm litis conteſtationis benè & exactè ponderanda ſunt, ac poſtmodum juxta ea, onus probandi vel accuſatori, vel accuſato imponi debet.

7 Non ſolùm autem in ordinario, ſed & inquiſitori proceſſu inquiſitus defenſionem allegans eam probare tenetur. Nunquam enim excipienti abſque probatione creditur, aliàs certè quilibet homicida pœnam promeritam facilimè effugere poſſet, ideoq; Reo indifferenter onus probationis imponitur in *Conſt.Carol.Crim. art.*141.

8 Quod ſi tamen ab inquiſito ſive accuſato probatio defenſionis ob inopiam ſuſcipi nequeat, judex ex officio pro defenſione Rei laborare debet.*l.*19 *ff.de pœn. Matth.Weſembecc.ad tit.C. quand. liceat uni ſin.jud.ſe vind.num.*45. *Blanc.in pract.crim.*§.*viſis indiciis.num.*3. *& ſeq. Hippol. de Marſil.conſ.*39.*n.*27 *& ſeqq.* ubi dicit, judicem ſi id non faciat ædificare ad gehennam, & animam occidere. *Dan.Moll.ad Conſt.Elect.*8 *part.*4.*num.*4.*Petr.Theod.dict.fin.th* 6.*lit.C.*

9 Quinimò, licet inquiſitus ſimpliciter confiteatur homicidium neque excipiendo defenſionem alleget, ſi tamen ea ex præſumptionibus & indiciis quibusdam, aut etiam aliunde ex actis conjecturetur; judex priusquam pœnam decernat, ex officio ſuper hâc inquirere debet, ne innocens indefenſus maneat, & graviori pœnâ
« haud promeritâ puniatur. Quod & *Scabinos* ſæ-
« pius feciſſe, ac defenſione quadam ex actis appa-
« rente, ut ſuper ea teſtes ac perſonæ quæ rixæ ac
« tumultui interfuiſſent, examinarentur, antequã
pœnam certam dictaverunt, interlocutos fuiſſe, memini. Hocque non ſolùm ICtus Ulpianus à Iudice requirit *in l.*ibi: Et *qui cognoſcit, debebit de innocentia eorum quærere ff. de pœn.* Sed & cauſarum criminalium qualitas, ut in quibus de vita & ſanguine hominis agitur, idipſum maximoperè poſtulat. Et licet aliàs Iudex exceptiones à Reo omiſſas ſupplere non debeat, *l.un.ubi Dd.C.ut quæ deſunt Advocat.* longe tamen aliter res ſeſe habet eo caſu, quo de Inquiſiti defenſione agitur, propter periculum ſanguinis & innocentiæ favorem. *Andr.Rauchbar.part.*2.*quæſt.*3. *num.*18. *Dan.Moller.ad Conſt.Elect.*16.*n.*33.*part.*1.*Hippol.in l.*2.§.*ſi quis ultrò in pr. & num.*98.*ff.de quæſt.& in pract.crim.*§ *oportunè, num.*7.*& ſeq.& ſing.*59.

10 Etenim, tantus eſt favor defenſionis, ut ob eam quandoque à regulis juris, quantum ad proceſſum, recedere liceat, & multa ſpecialia circa probationem defenſionis contra jura communia introducta uſuque recepta ſint, ut ex ſubſequentibus apparebit. *Nicol.Boer.deciſ.*164. *Petr.Theod.dict. diſp.fin.th.*6.*lit.C. Henr.Bocer.lib.*2. *de duello, cap.*10.*n.*80.*& ſeqq. Andr.Gail.lib.*1. *de pace publ.cap.*16.*num.*22. *Rauch.dict.quæſt.*3. *num.*18.

Quale eſt etiam hoc, quod Reus ſeu inquiſitus primò negans homicidium à ſeſe commiſſum, poſtmodum verò de eo convictus, defenſionem allegans eamque probare volens, admittitur Et quod plus eſt, poſt proceſſus & atteſtationum publicationem & concluſionem in causâ, cùm in ordinario, tũ in inquiſitorio proceſſu pro rei defenſione, propter innocentiæ favorem novi teſtes examinari poſſunt ac debēt. *l.unius.*18.§.*cogniturum.*9.*ff. de quæſtion Bartol.in l.ex Lege Iulia.* § *ſi publice.num.*15.*ff. ad Leg. Iul. de adult. & in l.*1.§ *ſi quis ultrò, num.*4.*ff.de quæſt. Hippol de Marſ.in pract crim.*§.*ſequens.num.*2.*&* 8.*Natta conſil.*565.*num.*3 *tom.*3. *Jul.Clar.in pract.* § *fin.quæſt* 23 *num.*3. *quæſt.*49. *num.*12. *& quæſt.*62 *num.*2. *Ioſeph. Maſcard. de probat. concl.*904. *vol* 2. *Dan.Moller. ad Conſt.Elect.*16.*part.*1.*n.*32. *Andr.Gail lib.*1.*de pac.publ.cap.*18. *& c.*16.*n.*22 *&* 23.*& lib.*1 *obſervat.*107.*n.*11. *Andr.Rauchb.dict. lib* 2.*quæſt.*3.*n.*18. 11

Quamvis enim de Jure Saxonico certus terminus probatorius inductus eſt, nempe ſex ſeptimanarum & trium dierum, quo elapſo ulterius quis ad probandum non admittitur; *Conſt.Elect.*16.*part.*1.*ubi Dan Moller.num* 1.*Fulv.Pacian.de probat.cap.*31.*n.*25 *lib.*1.*Bernh.Græv.lib.*1.*concl.*91. *n.*6. *Hartm.Piſtor.lib.*4 *quæſt.*23.*num.*55.*Barer.in l.diffamari c.*8 *n.*25.*C.de ingen.manum. Ioh. Petr. Surd.conſ.*97.*n.*16 *lib* 1. Id tamen obtinet ſolùm in civilibus cauſis, non etiam in criminalibus, & quando de Inquiſiti defenſione ac innocentia agitur, cujus favor juris rigorem ſuperat. *Rauchb. dict quæſt.*2.*num.*18. 12

Præſertim, cùm probatio defenſionis delicto principali directè contraria non ſit, ſed ſaltem indirectè. *Matth de afflict in c.*1.§.*item ſi vaſallus tit.de contr.inveſt num.*6.*ſub fin.ubi & Andr.de Iſern.num.*3. Poſt cauſæ concluſionem autem probationes in iis articulis, qui prioribus directè contrarii non ſunt, admitti, tradit *Bald.in l.per hanc divinam.*4. *C.de temp. appellat.n.*14. *& in l.eos qui* 6. §. *ſi quid autem.*1.*n.*2.*C de appellat.* 13

Non ſolum verò poſt cauſæ cõcluſionem, ſed & poſt publicatam ſententiam, in quâ certa pœna dictata eſt, Reus defenſionem allegans audiendus; & probatio admittenda eſt. *Matth Berl. dict.concl.*14.*n.*37.*part.*4. *ubi allegat. Bald.in l.ſi quidem* 10.*C.de except.n.*4.*& in c.*1.§.*item ſi vaſallus col.fin.tit. de contr. inveſt. & in Auth.contra qui propriam.n.*17 *C.de non num.pecun. Iaſon.in l.*1.*C. de furt.n.*23.*Felin in c.paſtoralis.*4. *extr.de except. n.*16.*Iul.Clar.lib.*5.*ſentent.*§.*homicidium.n.*35 *Nicol Boer.deciſ.*164.*n.*14. *Dom.Card.Tuſch.tom.*2. *pract.concl lit.D.concl.*134.*n.*11. 14

Idque ob generalitatem textus in *l.unius.*18. §.*cogniturum.*9. *verſ. quamvis defenſionem quocunque tempore poſtulante Reo negari non oportet.* 15

ff de quæſt. l. 2. §. 1. verſ ſin verò falſò neget. ff. ſi ex nov. cauſ. negat l. electio 29. §. neque hæredi. 5. ff. de nox. action. Imprimis verò ob ſanguinis innocentis periculum, & ſummum favorem defenſionis, ob quem multa conceduntur in probatione innocentiæ, quæ aliàs neutiquam permitterentur, *ut dixi antea n. 10.*

16 *Hinc ſæpiſſimè à Scabinis ſententiæ, in qua pœna gladii ob commiſſum homicidium Reo adjudicatur, conditio ac clauſula probationis annecti ſolet, hiſce formalibus:* So möchte Gefangener wegen ſolcher begangenen vnd bekandten Entleibung hinwiederumb mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet vnd geſtrafft werden. Er köndte dann die von jhme angezogene Nothwehr wie recht erweiſen vnd darthun/ damit wurde er in Sächſiſcher friſt billich gehöret/ vnd ergienge darauff ferner was recht iſt/ V. R. W. *Ita pronunciatum fuit ad requiſitionem Prætoris Coldicenſis. Menſ. Septembr. Anno* 1598.

Ad conſultationem Michaelis Rauchens / zu Gladitz/ *Menſ. Iunio. Anno* 1583.

An Schulverwaldter zur Pforde. *Menſ. Majo. Anno* 1585.

Ad eundem Menſ. Decembr. Anno 1587.

Verſus Lützen/ *ad requiſitionem Iohannis Rudolphi Menſ. Iun. Anno* 1587.

Quæſtoris in Bitterfeldt. *Menſe Martio: Anno* 1596.

Quæſtoris in Neuſtadt an der Heide. *Menſ. April. Anno* 1598.

An Rath zu Altenberg. *Menſe Auguſt. Anno* 1604.

Q. 2. Probatio defenſionis qualis eſſe debeat? & num ſufficiat probari aggreſſionem?

17 Probari autem debet neceſſaria defenſio ſecundum omnia ejuſdem requiſita. Videlicet *Cauſam, Modum, & Tempus.* Adeoque allegant inculpatam tutelam duo conjunctim probanda incumbunt: Unum, ſe primò inſultatum ſeu provocatum fuiſſe; Alterum, legitimam, h.e. neceſſariam atque adeò moderatam ſe feciſſe defenſionem, omniaque requiſita moderaminis inculpatæ tutelæ obſervaſſe. Hæcque communis eſt Doctorum ſententia. *Bald. in l. un. C. de confeſſ. num 45. Bartol in l. ſcientiam. 45. §. qui cum aliter. ff. ad Leg. Aquil. Angel. in l. is qui aggreſſorem. n. 2. C. ad Leg. Corn. de ſicar. & in l. ſi ius qui. num 2 ff. de condit. & demonſtrat. Gilhauſ. in arbor. jud. crim. cap. 6 part. 1. §. 24. num. 15. Dec. in l. ut vim. 3. ff. de juſt. & jur. num. 7. Andr. Fach. lib. 1. contr. 30. Felin. in c paſtoralis. 4. ext. de except. n. 13. Iodoc. Damhoud. in prax. crim. cap. 76. n. 3.* ubi ait: *Sciendum eſt, quòd qui coactam neceſſariamq; huiusmodi defenſionem probare noluerit, is prius invaſionis ab altero certitudinem per articulos proponat & probet, oportet: Primò, quòd ab illo prius invaſus fuerit; Nam ſi hic prior invaſiſſet, (ſcilicet injuſtè & illicitè) nulla haberetur coacta defenſio. Deindè doceat oportet articulatim, ſe in ea invaſione adeò fuiſſe in anguſtia conſtrictum, ut ſine ſummo vitæ ſuæ periculo, imò nec ullo alio modo potuiſſet ex ea afflictione effugere, niſi ſemet defendendo, ac adverſarium cædendo.* Hactenus Damhouder.

18 Idemque ſtatuit *Andr. Gail. lib. 2. obſervat.* 110. *num.* 14. *Ad obtinendam*, ait, *abſolutionem vel abolitionem perpetrati homicidii, provocatus in materia innocentiæ & purgationis duo potiſſimum; puta provocationem, & neceſſariam defenſionem articulare & probare debet, &c. Et lib. 1. de pace publ. c. 16. num. 3. Reus,* inquit, *neceſſariam & coactam defenſionem articulare & probare debet; Non enim ſola defenſionis probatio ſufficit, ſed etiam neceſſitatis qualitas ſimul proponatur & probetur. Et num. 6. Sola provocatio adverſarii non excuſat à delicto, ſed neceſſitas defenſionis & vitæ periculum, quod provocatus aliter evadere non potuerit, niſi provocantem occideret, vel vulneraret, per text. in l. is qui aggreſſorem. 5. ibi. In dubio vitæ conſtitutus. C. ad Leg. Corn. de ſicar. l. ſcientiam. 45. qui cum aliter ff. ad L. Aquil &c.* Hactenus Gail.

Volunt ergò hi, quoad moderamen inculpatæ tutelæ duo neceſſariò & articulanda & probanda eſſe: Nimirum, ad inſultum ab occiſo primùm factum, ſuſceptam ab occiſore propulſationem; Et deinde, hanc propulſationem & defenſionem fuiſſe moderatã & neceſſariam, daß es eine rechte Nothwehr geweſen/ *c. 1. § ſi hominem. de pac. tenend.* Vid. *Vaſq. 1. contr. 18. num. 16. Iacob. Novel. in tract. ad defenſ. n. 19.* 19

Ab hac ſententia tamen divortium faciunt *Iaſon. in l. ut vim. 3. n 9 ff. de juſt. & jur. ubi & Bolong n. 35. Henr. Bocer. lib. 2. de duello. cap. 16. n. 70. Petr. Theodor. in Colleg. Crim. diſp. fin. th. 6 lit C. Matth VVeſemb. part. 1. conſ. 19. n. 16 Bern. Grav. lib. 2. concl. 110. conſ. 1. n. 40. Honded. 1. conſ. 99 n. 13. & 14. aliiq; ab eo allegati*, exiſtimantes, à Reo tantummodò probandam eſſe provocationem & inſultationem ab occiſo prius factam, quâ probata, neceſſariam defenſionem pro ſuperſtite Reo præſumptivè probatam cenſeri, & probata ipſa aggreſſione, injuſta armata prius in Reum facta, probatum intelligi moderamen inculpatæ defenſionis. 20

Eò, quòd defenſio neceſſaria in prius facta aggreſſione injuſtà maximè fundata ſit, *Conſt. Crim. art. 142. in pr.* ibi: So der Ankläger der erſten tödtlichen Anfechtung oder Benöthigung/ darauff/ als obſtehet/ die Nothwehr gegründet/ &c. Aggreſſione itaque injuſta probata, neceſſaria defenſio probata erit, eamque mentem fuiſſe Caroli V. Imp. colligi poteſt ex verbis ſubſequentibus *d. art. 142. poſt med.* Sondern der verklagte Todtſchläger ſeiner berümbten Nothwehr halber außfündig machet / daß er von dem Entleibeten mit einer tödtlichen Wehr / als vor von rechter Nothwehr geſagt iſt/ erſtlich angefochten worden wäre: So iſt die Nothwehr durch den verklagten Todtſchläger außgeführet *&c.* Veluti hũc articulum ſic explicant & urgent *Bocer. dict. cap. 10 num. 70. & Bernh. Grav. dict. concl. 110. conſid. 1 n. 43.* 21

Nam & aggreſſorem ſeu percuſſorem ad ſe venientem quis occidere poteſt, *l. 2.* ibi: *aggreſſorem occidere. & l 3.* ibi: *percuſſorem ad ſe venientem gladio repulerit. C. ad Leg. Corn. de ſicar. l. ſed etſi quemcunque. 5. in pr. ſi ex plagis. 52. §. tabernarius.* ibi: *quoniam prior flagello percuſſus eſt, ff: ad Leg Aquil.* Non ſolùm enim obviandum eſt offenſioni cum eſt in actu, ſed etiam cum eſt in potentia ad actum *l. is qui cum telo. 6. C. ad Leg. Corn. de ſicar.* 22

Sed vereor, ne prædicti Doctores abſque ſufficienti & urgenti ratione ab opinione communi ſeceſſerint Si enim ſola aggreſſio, ſolusvè inſultus ſufficiens non eſt ad moderamen inculpatæ tutelæ, neque etiam quis ſui defendendi cauſa aggreſſorem impunè occidere poteſt, niſi in periculo vitæ conſtitutus ſit, & moderamen inculpatæ tutelæ quoad omnia requiſita, non modo cauſæ, ſed & modi ac temporis obſervaverit, ita ut alio modo quam occidendo adverſarium, periculum avertere nequiverit, juxta *art.* 139. *Ordin. Crim. l.* 45. §. *qui cum aliter. ff. ad Leg. Aquil* Certè probato ſolo inſultu ſeu aggreſſione, neceſſaria defenſio, qualis ea eſſe debet ſecundum requiſita omnia, ad hoc, ut occiſor ab omni prorſus pœna immunis ſit, non ſtatim erit probata. Non enim hæc requiſita moderaminis inculpatæ defenſionis invicem adeò connexa ſunt, ut poſito uno, ſtatim & alterum poni neceſſe ſit. *Ordin. Crim. art.* 142. Niſi quis dicat, probato inſultu, alia quoque requiſita moderaminis inculpatæ tutelæ exinde præſumptivè probari, ut putat *Hondeda. dict. conſ.* 99. *num.* 14. *Petr. Theod dict. th.* 6. *lit. C. Bocer. dict. cap.* 10. *num.* 78. *Bernh. Grav. dict. concl.* 110. *conſ.* 1 *n.* 41.

24 Sed poſito hoc, occiſor non ſtatim ab omni pœna erit immunis, præſumptiva enim probatio defenſionis neceſſariæ occiſorem quidem liberat à pœna homicidii ordinaria, ſed non etiam ab alia pœna extraordinaria, ut apparet ex *Conſt. Elect.* 8. *part.* 4.

25 Quapropter, ſi inquiſitus allegando defenſionem non ſolùm à pœna homicidii ordinaria, ſed etiam ab omni alia pœna extraordinaria immunis eſſe velit, non modò inſultum ſeu aggreſſum, ſed & neceſſariam defenſionem ſecundum requiſita omnia, quòd ſcilicet ab adverſario inſultatus, & in præſenti vitæ diſcrimine conſtitutus in continenti eum occiderit, nec alio modo quàm inſultantem occidendo, periculum evadere potuerit, probare debebit. Quod etiam requirit expreſsè *Conſt. Carol. Crim. in art.* 141 **Welcher ſich aber nach Erfindung der That einer gethanen Nothwehr gerümbt / oder gebrauchen will / vnnd der Ankläger der nicht geſtändig iſt / ſo leget das Recht dem Thäter auff / ſolche berümbte Nothwehr obgemelter maſſen** (*quæ verba ſeſe referunt ad proximè præcedentem articulum* 140. *quo à pœna eximitur is, qui non modo inſultatus, ſed ſimul in vitæ periculo conſtitutus, cùm periculum avertere aliter non potuerit, aggreſſorem occidit*) **zu recht gnug zubeweiſen / beweiſt er die nicht / er wird ſchuldig gehalten.**

26 *Et ſecundum ea, Scabini inquiſito allegant i defenſionem, onus probandi non modò inſultum ſeu aggreſſionem, ſed & neceſſariam defenſionem, injungunt quotidie, in hunc ferè modum pronunciantes:* **So iſt er die angeführte Nothwehr wie recht darzuthun / vnd zubeweiſen ſchuldig etc.**

27 Neque contrarium evincitur ex *art.* 142. *Ordin. Crim. Carol.* quam pro ſua opinione allegant *Bocer. dict. cap.* 10 *num.* 70. & *Petr. Theodor. dict. th.* 6. *lit. C.* Vt maximè enim concedatur, aggreſsionem iniuſtam fundamẽtum ac baſin eſſe defenſionis, ut loquitur *Remus ad dict. art.* 142. quemadmodum etiam in rei veritate abſque inſultu & offenſione, nulla ſubſiſtere poteſt defenſio; *Georg. Obrecht. in tract. de neceſſ. defenſ. cap.* 11. *num.* 16. Non tamen exinde ſequitur, ob ſolam aggreſſionem, occiſorem ab omni pœna liberari. Ad neceſſariam enim defenſionem, quæ occiſorem à pœna eximit, & hoc requiri, ut ſcilicet quis in periculo vitæ ſit conſtitutus, & in continenti vim propulſet, liquet ex *verb. fin. d art.* 124. & *art.* 140.

Minus adverſantur verba *dict. art.* 142. in verſ. **Sondern der verklagte Todtſchläger ſeiner berümbten Nothwehr halb außfündig machet / daß er von dem Entleibeten mit einer tödtlichen Wehr / als vor von rechter Nothwehr geſetzt iſt / angefochten were / So iſt die Nothwehr durch den verklagten Todtſchläger außgeführet / etc.** *Etenim* benè notanda ſunt verba (**Als vor von rechter Nothwehr geſetzt iſt**) Nempe in *art. præcedente* 140 ubi præter inſultum requiritur etiam, ut occiſor fuerit conſtitutus in diſcrimine vitæ. Adeoque verba *art.* 142. de probatione ejusmodi aggreſſionis, ex qua quis in periculo vitæ conſtituitur, accipienda erunt: quemadmodum etiam eadem ſi explicat *Remus dict. art.* 142. §. 1. Præterea in *dict. verſ.* non agi de neceſſaria defenſione tali, quæ occiſorem ab omni pœna liberat, apparet haud obſcurè ex verbis ſubſequentibus, quæ inſultatum non obſervantem omnia requiſita moderaminis inculpatæ tutelæ, extraordinariè pro arbitrio iudicis puniri iubent *in verſ.* **Nemblich iſt hierinnen / etc.** 28

Quod autem dicitur, non expectandum eſſe primum ictum, adeoque ſufficere probari aggreſſionem, iuxta *l.* 2. & *l.* 3. *C ad Legem Corn. de ſicar.* Id certè verum eſt, ſi quis in periculo præſenti conſtitutus, iſtud alia ratione, quàm aggreſſorem ad ſe venientem occidendo avertere nequeat, iuxta *l.* 45 *ff. ad Leg. Aquil.* Hac igitur exceptione qui ſeſe tueri vult, is periculum ſibi ex aggreſſione imminens & inevitabile probare debet. 29

Abſque dubio ergò inquiſitus, ſi omni pœna exemptus eſſe velit, non modò inſultum ſeu aggreſſionem, ſed & neceſſariam defenſionem, & quòd omnia requiſita moderaminis inculpatæ tutelæ obſervaverit, probare debet. 30

Quod, ſi quis tamen *Iaſon, Boceri, aliorumque ſequacium* opinionem apprehendere malit, huic quoad exemptionem à pœna homicidii ordinaria non valdè repugnarem. Etenim occiſorem probantem aggreſſionem & inſultum, licet nihil amplius probet, non pœna ordinaria, ſed extra ordinem puniendum eſſe exiſtimo. *Tùm*, quòd præſumptiva etiam probatio neceſſariæ defenſionis, qualis ex ſolo inſultu probato emergit, Reum à pœna ordinaria liberat. *Conſtitut. Elect.* 8. *part.* 4. *Tùm*, quòd is, qui vim primum illatam, propulſandi iuſtam cauſam habuerit, nec tamen in ipſa propulſatione omnia, quæ in moderata tutela ſeu defenſione requiruntur, ſtrictè & ad amuſſim obſervaverit, extraordinaria pœna afficiẽdus eſt. *Ord. Crim. Carol. art.* 142. *ubi Rem. & Matth. Steph.* 31

32 *Veluti pronunciarunt Scabini hiſce formalibus:* So erſcheinet auß den abgehörten Perſonen gethanen endtlichen Auſſage nunmehr ſo viel / da er vermittels ſeines leiblichen Eydes erhalten/vnnd ſchweren köndte / daß er in verſchienen 1601. Jahr am Sontag *Lætare*, W. die drey Stiche / darzu er ſich bekandt/mit ſeinem Meſſer nicht vorſätzlicher / muthwilliger weiſe zugefüget/ſondern der Entleibete jhn hierzu verurſachet vnd gedrungen / So möchte er auff ſolchen Fall an Leib vnnd Leben nicht geſtrafft werden. Er were aber gleichwohl deß Entleibeten nechſten Freunden ein Wehrgeld zu geben / vnd auch die Gerichts-Koſten auff Ritterliche Ermeſſigung zuerſtatten pflichtig / vnnd wurde hierüber deß Landesewig billich vorwieſen / V. R. W.

Ad requiſitionem Ioachimi à Schönbergks. *Menſ. Iunio, Anno* 1602.

33 *Pariter aggreſſione probatâ, fuit dictata occiſori pœna carceris, condemnato eo ſimul ad ſolutionem VVergeldi & expenſarum. Ad requiſitionem Dn. Rectoris aliorumq́ Profeſſorum Academiæ Lipſenſis, Menſ. Ian. Anno* 1601.

34 Cæterum, quomodo defenſio neceſſaria ſecundum requiſita moderaminis inculpatæ tutelæ articulata probari debeat, an teſtibus tantùm, an verò etiam præſumptionibus, qua itidem pœnâ afficiendus ſit Reus defenſionem prætendens, quam probare nequit, expediti juris non eſt, neque etiam Interpretes hac de re unanimiter conveniunt.

35 *Alij* enim hoc caſu confeſſionem Rei; pro parte quâ homicidium fatetur, acceptandam, pro eâ verò parte, quâ defenſionem allegat, eam autem probare nequit, reiiciendam, & ſic Reum pœnâ homicidii ordinariâ plectendum eſſe audacter concludunt.

36 *Alij* verò, Inquiſitum propter ejusmodi confeſſionem qualificatam non quidem pœnâ Legis Corneliæ ordinaria, ſed alia mitiori pro arbitrio Judicis afficiendum eſſe arbitrantur.

37 *Alij* denique hanc quæſtionem variis diſtinctionum generibus decidere conantur, ut videre eſt apud *Iaſon. in l.* 3. *ff. de juſt. & jur. numer. Ludov. Carrer. in pract. crim. tit. de homicid & aſſaſſ. §. circa quartum num.* 163. *Iul Clar. lib.* 5. *ſent. §. fin. quæſt.* 55. *num.* 15. *Hippol. de Marſil. in pract. crim. § poſtquam. num.* 23. *Ludov. Gilhauſ. in arbor. jud. crim. c.* 2. *tit. de homicid.* 12. *num.* 28. *Nicol. Boer. deciſ.* 164. *num.* 7. *Andr. Gail. lib.* 1. *de pac. publ. c.* 17. *Proſp. Farin. part.* 3. *oper. crim quæſt* 81. *nu.* 110. *Hartm. Piſtor. lib.* 4. *quæſt* 16. *num.* 9 *Matth. Berlich. part.* 4. *concl.* 15. *n.* 1. *& ſeqq. aliosq́ ab eo allegato.*

38 Quibus ut occurreret D. Auguſtus Elect. Saxon. ſancivit in *Conſtit.* 8. *part.* 4. Vt is, qui homicidium à ſe commiſſum fatetur, defenſionem autem, quam allegat, probare omninò non poteſt, torturæ ſubiiciatur. Niſi occiſum ſibi valdè infenſum & inimicum fuiſſe, vel quid ſimile probet, aut præſumptio quædam juris pro ipſo militet; quo caſu ei potius extraordinariam pœnam infligi, quàm quæſtionem de eo haberi jubet.

39 Pro *cujus Sanctionis* declaratione notandum.

Notabile Primò: Ante omnia Reum ſeu inquiſitum defenſionem neceſſariam juxta requiſita inculpatæ tutelæ articulatam teſtibus probare teneri, quorum atteſtationibus probationes alias fieri ac perfici ſolent. Quod innuit *Rubr. dict. Conſt.* 8. **Wann einer den Todtſchlag bekennet/vnnd vorwendet / er habe es zu ſeiner Errettung vnd** defenſion **thun müſſen / Er kan aber ſolche Nothwehr nicht beweiſen/wie es zu halten.**

1.

40 Probationes tamen & atteſtationes teſtium hoc caſu ſufficiunt, etiamſi non fuerint omnibus modis exactæ atque perfectæ. Licet enim aliàs in cauſis criminalibus requirantur probationis exactiſſimæ, & luce meridianâ clariores, *l. fin. c. de probat.* Hoc tamen ſolummodò verum eſt eo caſu, quo agitur contra ſanguinem ad condemnationem: Secus ubi agitur pro ſanguine ad liberationem, tunc enim pro ejus innocentia probanda ſufficiunt probationes imperfectæ. *Hippol. de Marſil ſing.* 19. *numer.* 4. *Andr. Gail. lib.* 1. *de pac publ c.* 15. *n.* 21. *Dec. conſ.* 459. *num.* 7 *& conſ.* 469. *num.* 7. Quo caſu etiam multa permittuntur, quæ aliàs non permitterentur. *Hippol. de Marſil. in l.* 1. *§. ſi quis ultrò, in pr. & n.* 98. *ff. de quæſtion. & in pract. crim. § oportune num* 7 *& ſeq. & ſing.* 59. *Andr. Gail. lib* 1. *de pac. publ cap.* 18. *Dan. Moller. ad Conſt Elect.* 16. *part.* 1. *nu.* 33. *Andr. Rauchb. part* 2. *quæſt.* 3. *n.* 18.

41 Vnde fit, quòd ad probandam defenſionem teſtes aliàs minus idonei admittantur; Vt ſunt domeſtici & conſanguinei, frater pro fratre, uxor pro marito, affinis pro affine, civitas pro cive, dominus pro ſubdito, & vice verſâ *Nicol. Boer. deciſ.* 165. *num.* 7. *Cravett. conſ* 119. *n.* 9 *libr.* 1. *Andr. Gail. lib.* 2. *de pac. publ. cap.* 16. *num.* 22. *Henr. Bocer. lib.* 2 *de duell. cap.* 10. *num.* 81 *Proſper. Farin. part.* 4 *oper. crim. quæſt.* 125. *numer* 423. *Dom. Cardin. Tuſch. tom.* 2. *pract concl. lit. D. concl.* 132. *numer.* 10. *Matth. Berlich part.* 4. *concluſ.* 14. *num.* 18. *& ſeqq. Petr. Theodor. dict diſp fin. th* 6. *lit. C.*

42 Nec non teſtes, qui de crudelitate deponunt, ut ſi dicant, ſe exiſtimare vel credere, homicidium ad defenſionem factum eſſe, quippe cùm aliter, quàm per credulitatem deponere nequeant. *Bocer dict cap.* 10. *numer.* 82. *Hippol. de Marſil ſing.* 19. *Dec. in l. ut vim. num.* 17. *ff de juſt. & jur. Berlich. dict. concl.* 14. *num.* 25 *Ioſeph. Maſcard de probat. vol.* 1. *concl.* 490. *num* 10. *& ſeqq. Gail. dict. cap.* 16. *numer.* 22. *Boer. dict deciſ.* 164. *num.* 16.

43 Similiter teſtes negantes maleficium; Licet enim aliàs magis credatur duobus teſtibus affirmationibus, quàm mille negantibus, *Beuſt. ad l. admonendi* 31. *ff de jurejur. num.* 468. *& ſeqq.* Attamen in materiâ defenſionis duobus teſtibus ſuper negativâ deponentibus plus creditur, quàm mille affirmantibus. *Iaſon. in dict. l.* 3. *ff. de juſt. & jur. num.* 6. *Andr. Gail. dict. cap.* 16. *num.* 23. *Matth. VVeſemb. conſ.* 19. *n.* 40 *Bocer. dict. cap.* 10. *num.* 83.

44 Quinimò, ad probandam innocentiam ſufficit etiam unicus teſtis, quoad liberandum Reum à pœnâ ordinariâ. *Conſt. Elect.* 8 *part.* 4. *Bocer. dict. cap.* 10. *numer.* 84. *Petr. Theodor. dict. diſp fin. th.* 6. *lit. C. Maſcard. dict. concl.* 490. *in fin.* Nam ſi duo teſtes pro Reo doponant, ab omni pœnâ

tunc liberabitur. Etſi enim de Jure Saxon. in criminalibus ſeptem teſtes requirantur, **Landr.** *lib.* 1. *art.* 64. *verſ.* **Wann man aber.** *& art.* 66. **Landr.** *libr.* 2. *art.* 14. Vſu tamen obtinuit, ut defenſio non minus ac de Iure Civili duobus ſaltem teſtibus probari poſſit. *Zobel. in gloſſ. lat. ad text. germ.* **Landr.** *lib.* 1. *art.* 64. *Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 120.

45 *Et hæc omnia uſu obſervari, atque ſecundum ea in Electione Scabinatu pronunciari ſæpius notavi.*

Notabile 2.

Qu. 3. An & quatenus defenſio neceſſaria, præſũtionibus probari queat?

46 *Secundò*: Notandum eſt, quòd ſi Reus teſtes habere, eorumvè atteſtationibus defenſionem neceſſariam probare nequeat; veluti quando cædes facta eſt nemine præſente & vidente, aut quando ex dictis teſtium de primo aggreſſore non apparet, tunc pro defenſionis probatione etiam recipiuntur conjecturæ & præſumptiones. Ita enim diſponitur in *Conſt. Elect.* 8. *part.* 4. in verb. **Jedoch wann derſelbige etwas / als mit einem Zeugen beweiſet / oder daß der Erſchlagene Feindſchafft vnd groſſen Wiederwillen wieder jhn gehabt / oder dergleichen außführete / oder aber Vermutunge der Rechte für ſich hätte / daß er alsdann willkürlich möchte geſtrafft werden / etc.** Quod & conſtitutum eſt in *Ordin. Carol. crim. art.* 143.

Quia enim hoc in caſu præſumptio eſt contra occidentem, quòd adverſarium ſuum doloſè occiderit, ideò non immeritò ejusmodi imperfectæ probationes admittuntur, quoniam contra dolum præſumptum contraria probatio præſumptiva recipitur. *Iaſon. in l. ut vim.* 3. *ff. de juſt. & jur. num.* 7. *Bald. in l. numer.* C. *de confeſſ. numer.* 21.

47 Et pro innocentiâ etiam probandâ ſufficiunt probationes imperfectæ & fictæ. *Hippol. de Marſil ſing.* 19. *n.* 4. *Andr. Gail. libr.* 1. *de pac. publ. cap.* 15. *nu.* 21 *& cap.* 16. *n.* 22. *Henr. Bocer. dict. cap.* 10. *num.* 86. *Bartol. in l. fin. §. de illo n.* 2. *de ff. de bon. eor. qui ſibi mort. conſ. Matth. VVeſemb. dict. conſ.* 19. *n.* 61. *& ſeq. part.* 1. *Maſcard de probat. vol* 1. *concl.* 490. *n.* 1. *&* 2. *Cravett conſ.* 119. *n.* 9. *Nicol. Boer. deciſ.* 164. *n.* 17. *Petr. Theodor. dict. diſp. fin. th.* 6. *lit. C. Matth. Steph. ad art.* 143. *Ordin. Crim. Carolin.*

48 Hoc tamen caſu, quando ſcilicet defenſio neceſſaria non niſi præſumptionibus & conjecturis probatur, Reus tantummodò à pœnâ ordinariâ exemptus eſt, mitiori tamen pœnâ, veluti fuſtigatione, amputatione manus, relegatione, carcere, aut etiam mulctâ pecuniaria, pro ratione nempè circumſtantiarum, puniri debet. *Conſtit. Elect.* 8. *part.* 4 *in fin.* in verb. **daß er alsdann willkührlich ohne Tortur / als mit Fauſt abhawen / Staupenſchlagen / Vorweiſſung / Gefängnüß / oder einiger Geldbuſſe möchte geſtraffet vnd verurtheilet werden / darbey wir es dann auch bleiben laſſen** / *& ibi Dan. Molter. Matth. Berlich. part.* 4. *concl.* 15. *n.* 7. 8.

Q. 4. Quænam præſũptiones ad probandã defenſionẽ ſufficientes habeantur

49 Quænam verò ejusmodi præſumptiones & indicia ſint, quæ defenſionem aliquo modo probant, & Reum à pœna ordinaria liberant, propter varietatem ac multiplicitatem factorum & circumſtantiarum vix definiri poteſt, ideoque res tota hæc arbitrio judicis committenda eſt, juxta *Ordin. Crim. Carol. art.* 143. in verb. **Darauß kan ein guter verſtändiger Richter ermeſſen / ob der fürgewendeten Nothwehr zu glauben ſey.** *Et poſtea*: **Solche Vrſachen alle zu erklären / kan durch dieſe Ordnung nicht wohl gründlich / vnnd jederman vorſtändlich beſchehen** &c. *Et in fin.* **vnd wo dieſer Fall vorgemeldter maſſen redlich zweiffel hat / ſo iſt Noth in dem Vrtheil der Vorſtändigen Rath mit Fürlegung aller Vmbſtänden ſtattlich zugebrauchen** / &c.

Conſiderandæ namque ac probè ponderandæ ſunt variæ temporum, locorum rerum & perſonarum circumſtantiæ, ut & utriusque perſonæ tàm occiſi, quàm Rei conditio, vitæ ſtatus, atque locus, ubi cædes facta eſt, *l. aut facta. § locus. ff. de pœn.* quo quisque armorum genere uſus ſit, quæ & quot quisque vulnera acceperit, quo ſe modo ante factum & poſt homicidium geſſerit, quis eorum ex vitâ anteactâ majorem fidem & innocentiæ opinionem mereatur, quid cauſæ fuerit, quid ſpei Reum commovere potuerit. *art.* 143. *Ordin. Crim. Carol.* Quas circumſtantias omnes atque ſingulas examinat *Bernh. Græv. lib.* 2. *concl.* 10. *conſid.* 1. Et in certa facti ſpecie *Fichard. conſ.* 119. *num.* 5. *verſ.* **zum andern** *& ſeqq. tom.* 2. *& conſ.* 122. *n.* 2. *& ſeqq. Henr. Bocer. dict. cap.* 10. *n.* 87. *& ſeqq. Petr. Theodor. in dict. diſp. fin. th.* 6. *lit.* C. *Blanc. in pract. crim. in* 3. *part. defenſ. § tertia pars defenſionis p.* 147. *Menoch. de arb. jud. quæſt. caſ.* 363. *& lib.* 5. *præſumpt.* 39. 50

Sic enim qui fortior, animoſior & audacior eſt, præſumitur aggreſſor. *Menoch. de arbitr. jud. quæſt. d. caſ.* 363. *n.* 5. *Honded.* 1. *conſ.* 99. *num.* 33 *Iuſt. Mejer. ad Leg. Corn. de ſic. ar. th.* 10. *Fachin.* 3. *conſ.* 68. *nu.* 7. *Matth. VVeſemb. conſ.* 19. *num.* 60. *part.* 1. Aut qui ſuâ naturâ litigioſus, & rixas excitare, atque contentiones movere odioſas ſolitus fuit, *Iodoc. Damhouder in prax. crim. cap.* 76. *nu.* 23. *Iul. Clar. in § fin. quæſt.* 55. *n.* 16. *Honded. dict. conſ.* 99. *num.* 24. Vel qui inimicus fuit, aut minatus eſt. *Conſt. Elect.* 8. *part.* 4. *Damboud. dict. cap.* 76. *nu.* 18. *Boer dict. cap.* 10. *n.* 92. 51

Circa præſumptionem tamen minarum & inimicitiarum imprimis attendenda eſt complexio & conſtitutio minantis & irati: Non enim qui longè ante cædem perpetratam, contra aliquem ex ſubito motu, animique præcipitatione minas jactavit, inimicus ſtatim cenſendus eſt, ita ut pro aggreſſore haberi debeat. Quippe natura ita comparatum eſt, ut qui facilè obnoxii ſunt quibuslibet perturbationibus, & ad iram capeſſendam procliviores, iidem ejusmodi commotiones etiam citius relinquant & remittant, ac ad iram deponendam ſeſe exhibeant faciliores; Et contra, qui tardiores ad iram, hi viciſſim implacabiliores & duriores ſunt ad remittendum. *Bernh. Græv. concl.* 110. *conſ.* 1. *nu.* 68. Vnde nec ſequitur ſtatim, ſuperſtes & occiſor inimicus occiſi fuit; Ergò ante cædem perpetratam aggreſſus eſt occiſum, eumque necavit cùm hoc poſſit eſſe factum ab alio. *Petr. Theodor. dict. diſp. fin. th.* 6. *lit.* C. 52

Quem etiam gravioribus in armis fuiſſe conſtat, is aggreſſor præſumitur. *Capoll. conſ.* 82. *verſ. ſextò qualitas armorum. Aymon. Cravett.* 53

conſ.119.num.9. ubi ait: *Arguendo à præſumptionibus, dico, quòd omnis præſumptio eſt pro ipſo Orontio, qui non erat armatus enſe, prout erat defunctus, ſed ſolum habebat unam dagam. VVeſemb. conſ.19 nu. 61. part.* 1. tametſi iſtam præſumptionem ex genere armorum deſumptum, aliis vehementioribus coniecturis facilè elidi poſſe, dicat *Iuſtus Meyer dict. th.* 10. *n.* 5.

54 Reus quoque prius ab altero invaſus præſumitur, quando vir bonus eſt, probus atque ſemper honeſtè ſeſe geſſerit. Æquum enim eſt, ut boni nominis ſinceritas bono ſit patrocinio, & ut nigri nominis macula famoſo ſit detrimento. *l. non omnes. §. à barbaris. ff de re militar l. 3. § ſed ſi ex improviſo. ff. eod. tit. Henr. Bocer. dict. cap.* 10. *num.* 94. *Iodoc. Damhouder dict. cap.* 76 *nu.* 29. *& ſeqq.*

55 Qui item viſus occultè alibi latere expectans alium tranſeuntem, maximè ſi præparationem quandam armorum adhibuerit; veluti ſi enſem è vagina eduxerit, & chlamydem brachio circumvolverit, aggreſſor primus fuiſſe præſumitur. *Bocer. dict. cap.* 10. *n.* 88.

Q. 5. Quid de exculpatione moribundi habendum.

56 Exculpatione quoque moribundi vulnerati, à præſumptione aggreſſionis liberari ſuperſtitem, tradunt Doctores communiter. *Petr. à Plach. in Epit. delict. libr.* 1. *cap.* 13. *num.* 17. *&* 18. *Anton. Gomez tom 3 variar. reſolut. cap.* 13 *num.* 17. *Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. quæſt.* 52. *verſ. poteſt etiam Hippol. de Marſil. in pract. crim §. diligenter. nu.* 200. *Bernh Grav. dict. concl.* 11. *conſ.* 110. *nu* 83. *Menoch lib.* 1. *de præſumpt. q* 90. *nu.* 1. *Maſcard. de probat. lib.* 1. *concl.* 389. *n.* 2. *Proſp. Far. part.* 1. *oper. crim. quæſt.* 46. *n.* 104.

57 *Quo caſu occiſori à moribundo exculpato dictaverunt Scabini perpetuam relegationem; Ad conſultationem Nicolai ab* Hajn. *Menſ. Decem. Anno* 1594.

58 Quod & procedit ſi moribundus exculpans prius eundem exculpatum inculpaſſet. *Farin. dict. quæſt.* 46. *n.* 108. *Bernh. Grav. d. concl.* 110. *conſ.* 1. *n.* 84. *Hippol de Marſ. conſ.* 209. *n.* 30. *& ſeqq.*

59 Si item ſuperſtes ſtatim cæde facta ſe iudici præſentaret. Magna enim innocentiæ præſumptio eſt ſpontanea conſtitutio ſeu præſentatio, cùm nemo ita fatuus ſit & inſanus, qui ſi eſt nocens & verus delicti Reus, velit ſe privare libertate, & conſtituere ſe in carcerem, putans celare veritatem, quæ finaliter mori non poteſt. *Maſcard. de probat. concluſ.* 1330. *n.* 1. In tantum, ut præſentatio ultronea omne indicium contra inſtituentem exurgens tollat. *Maſc. dict. loco num.* 5. *Bertazol. conſ.* 38 *n. fin. Ioh. Vincent. Honded. conſ.* 99. *n.* 37. *vol.* 1. *Grava dict. loco n* 90.

60 Hiſce ergò, aliiſque ſimilibus coniecturis atque indiciis, de quibus ſupra allegati Doctores, & imprimis *Bernh. Grav. d. lib.* 2. *concl.* 110. *conſ.* 1. *ut & Fichard. conſ* 119. *num.* 5. *tom.* 2. *& conſ.* 122. *num.* 2. *& ſeqq.* latiùs & exactiùs agunt, defenſio neceſſaria probatur, quæ tamen probatio tantummodò ſemiplena & præſumptiva eſt, quæ ad plenam abſolutionem conſequendam non ſufficit, ſed ad hoc ſaltem prodeſt, ut Reo pœna mitigetur, *juxta antea dicta.* Vid. *Conſtit. Elect.* 8. *part.* 4.

Q. 6. Num defenſio neceſſaria probetur per iuramentum Rei?

61 Niſi Iudex Reo juramentum purgatorium deferre malit, quod facere poteſt, adhibita tamen debita circumſpectione, ne perjurio detur occaſio, modo etiam conjecturæ & præſumptiones ad iuramentum adſint ſufficientes. *Petr. de Anchor conſ.* 28. *n.* 4 *Cravett. conſ.* 2 *n.* 16. *Henr. Bocer. dict. cap* 76. *n.* 29. *& ſeqq. Petr. Theodor. dict. diſp fin. th.* 6. *lit. C. Iuſt. Meyer. ad Leg. Corn. de ſicar. th.* 11.

62 *Veluti ſic etiam reſponderunt Scabini:* Daß der Gefangene die angezogene Nothwehr wie zu recht gnugſamb nicht erwieſen hat: Es erſcheinet aber auß der abgehörten Zeugen Auſſage vnnd ſonſten den *Acten* allenthalben ſo viel/ daß er ſich vormittels ſeines leiblichen Eydes zu reinigen/ vnd daß der Entleibete Inhalts deß 15 vnnd 16. Art. ſich nicht allein mit ſchimpfflichen Worten an jhme vorgriffen/ ſondern auch mit einer Radehawen zu erſt auff jhn geſchlagen/ zu ſchweren ſchuldig. Er thue nun ſolches oder nicht/ ſo ergehet darauff ſeiner Straff halber / oder ſonſten ferner was recht iſt / V. R. W.

Ad requiſitionem Academiæ Lipſienſis. Menſe Januar. Anno 1601.

Similiter fuit pronunciatum ad conſultationem Viduæ à Schönbergk zu Sachſenburgk. *Menſe Majo, Anno* 1602.

Notabile 3.

Q. 7. An & quando pro obtinenda defenſione ad torturam deveniri poſſit?

63 *Tertio:* Notandum eſt, quando probatio defenſionis prorſus deficit, & moderamen inculpatæ tutelæ à Reo allegatum ne quidem coniecturis & præſumptionibus demonſtrari poteſt, eò, quòd vel nocte, vel clàm teſtibus, aut in via cædes facta ſit, aut alioquin ignoretur, uter aggreſſor fuerit, occiſus, an occiſor, tunc convictus vel confeſſus homicidium, antequam ei pœna ordinaria infligatur, ad eruendam veritatem torturæ ſubiiciendus eſt. *Conſtitut. Elect.* 8. *part.* 4. in verb. Dennoch aber / ſo ſeynd vnſere Verordnete deſſen einig / daß zu Erkündigung der Warheit dißfals dem/ der ſich zur That bekennet/ vnnd doch der defenſion halber nichts beweiſen kan/ die ſcharffe Frage zuerkennen ſeyn ſol/ &c.

64 Quamvis enim Reus ſeu inquiſitus confeſſus ſit homicidium, ea tamen confeſſio pura non eſt, ſed qualificata ex qua ad ordinariam pœnam mox condemnari nequit. Cùm probationes ad damnationem luce meridiana clariores requirantur. *l. ſciant. C. de probat. Andr. Gail. libr.* 1. *de pac. publ. cap.* 17. *nu.* 3. *Menoch de arbitr jud. quæſtion. caſ.* 361. *nu.* 17. *& ſeqq. Johan. Harpprecht. ad §. item Lex Cornelia de ſicariis. n.* 108 *Inſt. de publ. jud.*

Econtra etiam, Reus ob confeſſionem qualificatam non ſtatim abſolvendus eſt. Nam ſi inquiſiti aſſertioni ſimplici credendum eſſet, certè quivis occiſor facilimè pœnam homicidii effugere poſſet *Zanger. in tract. de tort. & quæſt. cap.* 2. *num.* 157.

65 Ne igitur homicidia maneant impunita, aut innocentes pœnam luant, caſu hoc, quo omnis alia probatio defenſionis deficit, inquiſitus torturæ ſubiici debet, quo veritas eruatur, & occiſor vel purè & ſimpliciter confeſſus ordinaria homicidii pœna afficiatur, vel in tortura perſeverans abſolvatur. *l.* 16. *C. de pœn. l. fin. C. de probat.* Maximè quia contra Reum qualificatè homicidium confitentem & indubitata adſunt indicia

ad torturam, & judex hâc confeſſione ita movetur, ut nihil aliud ſupereſſe videatur, quàm per torturam veritatem exquirere. *Zanger. dict. cap. 2. num. 156. Hartm. Piſtor. obſervat. 125. nu. 16. Nicol. Boer. deciſ. 164. num* 11 *&* 15. *Alciat. in l.* 1. § *ſi quis ſimpliciter. ff. de verb. obligat. num. 22. Bajard. in addit. ad Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fin quæſt. 55. n. 46. Ludov Gilhauſ. in arbor. jud crim. cap. 2 tit. de homicid. 12 num. 28. Dom. Card. Tuſch. tom. 2. pract. concl lit. C. concl. 674. n. 46. Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 8. n. 3. part. 4. Matth. Berlich. part. 4. concl 15. n. 28 Bertaz. conſ 27. in 6. lib. 1. Petr. Theodor. dict. diſp. fin. th. 6. lit. C. Foller. in pract. crim. verb. Et ſi confitebuntur part. 1. n. 48.*

66 Ob qualificatam itaque confeſsionem nequaquam occiſori pœna homicidii infligenda, ſed diligentiſſimè inquirendum eſt, an defenſio allegata vel teſtibus, vel præſumptionibus & cõiecturis probari poſſit. Quod ſi utraque probatio deficiat, & Reus nihilominus in exceptione defenſionis & qualificata confeſſione perſeveret ne tunc quidem pœna ordinariâ imponenda, ſed ante omnia inquiſitus torturæ ſubiiciendus eſt, ut pura confeſſio exquiratur. Aut ſi pœna indicatur, omninò clauſula hæc annecti debet. (*Niſi inquiſitus in tortura obtinere poſſit, ſe defendendi in cauſa homicidium commiſiſſe*) Quâ clauſulâ ſatis innuitur, inquiſitum, priusquam gladio puniatur, torturæ ſubiiciendum, & confeſſionem puram, ſimplicem, ac rotundam extorquendam eſſe.

67 *Veluti hunc pronunciandi morem quotidie ſequuntur Scabini hiſce ferè formalibus reſpondentes:* So möchte *Inquiſit* von wegen ſolcher begangenen vnnd bekandten Entleibung hinwiederůmb mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtrafft werden. Es dürſte dann Gefangener in ziemlicher ſcharffer Frage die angeführte Nothwehr (*additur quandoque*: Jedoch wann er zuvor anzeigen vnnd berichten würde / wie es damit eygentlich beſchaffen / vnd bewandt / vnd auff was maſſe vnd weiſe er ſich gegen den Entleibeten wehren vnnd auffhalten müſſen) erhalten / darmit würde er geſtalten Sachen nach / weil es jhme an Zeugen mangeln thut / billich gehöret / vnd zugelaſſen / vnd in mittels mit *execution* der zuerkandten Todes-Straff / biß die Tortur verrichtet / vnd man ſich anderweit darüber deß Rechten erlernet / in Ruhe geſtanden / V. R. W.

Ad conſultationem Quæſtoris in Freyburg. *M. Ianuar. Anno* 1616.

68 *It*: So möchte er mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet vnnd geſtrafft werden. Er köndte dann ſeyn Fürwenden / daß nemblich der Entleibete auff jhn zuvor dreymahl geſtochen / vnnd er hierdurch zur Gegenwehr verurſacht worden / in ſcharffer Frage / damit er ziemlicher weiſe / wañ er auff ſein Fürwenden beruhet / anzugreiffen / erhalten / darauff alsdann in der Sachen ferner ergehet was recht iſt / V. R. W.

Ad requiſitionem Senatus Sangerhuſani. Menſ. Novembr Anno 1603.

69 *It*: So möchte er nunmehr (*quia defenſionem neceſſariam non probaverat*) der an V. G. begangenen vnd bekandten Entleibung halber hinwieder mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtraft werden. Er köndte dann was jhme Inhalts jüngſt geſprochenen Vrthels zuerweiſen nachgelaſſen worden / in ſcharffer Frage / damit er auff ſolchen Falle ziemlicher weiſe billig angegriffen wird / erhalten / darauff ergienge alsdann wann ſeine Vhrgicht mit fleiß vorzeichnet / ſeiner Straffe halber ferner was recht iſt V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris in* Droiſſig. *Menſ. Septemb. Anno* 1601.

Similiter pronunciatum verſus Sittichenbach. 70
Ad Chriſtophorum Denharden. *Menſ. Decembr. Anno* 1601.
Franckenhauſen. *Ad conſultationem DD. Comitum Schvvartzburgenſium. Menſ Mart. Anno* 1605.
Nach Plauen an Schöſſer. *Menſ. Septembr. Anno* 1605.
Ad requiſitionem Iohannis à Görßdorff. *Menſe April Anno* 1606.
An die Gebrüdere vnd Vettern von Beulwitz. 71
Menſ. Majo, Anno 1610.
An Schöſſer zu Dreßden. *Menſ. Ianuar. Anno* 1613.
An Richter vnd Schöppen zu Eſpenhäin. *M. April. Anno* 1614.
It: ad conſultationem T. à B. in G. Menſ. Ianuar. Anno 1624.
An Landrichter zu Beichlingen. *Menſ. Octobr. Anno* 1626.
An Schöſſer zu Dippelßwalde. *Menſe Febr. Anno* 1627.

Hocque caſu, ſi iudex ad torturam proceſſe- 72
rit & Reus neceſſariam defenſionem cum qualitatibus ac requiſitis ſuis obtinuerit, non poterit eum amplius punire, ſed Reus ſimpliciter abſolvendus eſt. *Ægid. Boſſ. in tit. de confeſſ. n. 28. Hartman. Piſtor. obſerv. 125. n. 21 Nicol. Boer. deciſ.* 164. *n. 16. Alber. de Roſat. in l. edictum. ff. de quæſt. Capoll. conſ. 32. in fin.*

Cautè igitur eſt agendum, & non niſi defici- 73
entibus reliquis probationibus & præſumtionibus atque coniecturis, ad torturam procedendum, ſed quando pro Reo aliquæ coniecturæ adſunt, ex quibus qualitas confeſſioni adiecta, defenſio videlicet, aliquo modo colligi poteſt, tunc is arbitrariè potius ob homicidium commiſſum puniendus, quàm poſt torturam planè abſolvendus eſt. *Hartm. Piſtor. dict. obſerv.* 125. *num. 23.*

Atque hinc Scabini, quando apparet poſſe habe- 74
re probationes vel præſumptiones, ex quibus de qualitate delicti conſtare poterit, prius probandi onus Reo injungere, quàm ſuper torturâ reſpondere ſolent, in hunc modum: Es möchte dann Gefangener die vorgewandte Nothwehr anderer Geſtalt denn geſchehen erweiſen / oder in Mangel deß Beweiſes / in ſcharffer Frage erhalten / darmit würde er billich gehöret / vnd ergienge darauff ſeiner Straffe halber ferner was recht iſt / V. R. W.

Ad requiſitionem Senatus Hartzbergenſis, *Menſe Mart. Anno* 1591.

It: Er köndte dann die angezogene Nothwehr wie 75
recht beweiſen / oder in Mangel deß Beweiſes / in ſcharffer Frage erhalten / darauff ergienge alsdann ferner wz recht iſt / V. R. W. An Raht zu Altenburg. *Menſ. Auguſt. Anno* 1604.

It: Iſt L. C. Beweiſung ſeiner vorgewandten Noth- 76
wehr nachgelaſſen worden / vnnd er hat ſich erkläret / daß er keine Zeugen angeben köndte / vnd ſeine vorige Schutzwehr wiederholet / So wird er mit ſcharffer Frage / jedoch ziemlicher weiſe angegriffen / vnd darüber befraget etc. vnd auff ſeine Vhrgicht ergehet alsdann ſeiner Straffe halber / oder ſonſten ferner was recht iſt / V. R. W. *Ad conſultationem Iohannis à* Schleinitz. *Menſ. Mart. Anno* 1583.

Similiter pronunciatum An Rath zu Dreßden/ *Menſe Majo, Anno* 1589.
It. An Richter zu Pretzſch. *Menſe Iulio, Anno* 1589.
It. Ad requiſitionem Quæſtoris in Bitterfeldt. *Menſ. Martio, Anno* 1596.
Quæſtoris in Mutzſchen. *Menſe Majo, Anno* 1617.

QUÆSTIO XXXIV.

De VVergeldo Iuris Saxonici, ejusdemq; præſtatione.

SUMMARIA.

1. *Pœna homicidij non eſt ultimum ſupplicium quando civiliter agitur.*
2. *Iure Saxon. actio criminalis dicitur, quæ ad pœnam corporis afflictivam tendit.*
3. *Quoties Reus pœnâ corporali non afficitur, VVergeldum ſolvere tenetur.*
4. *VVergeldum de Iure Civili incognitum, moribus Saxonicis fuit introductum. n. 5.*
6. *Ius Saxonicum non habet autoritatem in foro, niſi uſu & obſervantia ſit receptum.*
7. *VVerigeldus unde dicitur.*
8. *Vocatur etiam* Manngeldt.
9. *Quandoq; etiam* Sühnegeldt.
10. *Unde originem trahat VVerigeldum. n.* 11.
12. *Definitio VVerigeldi.*
13. *VVerigeldum eſt mulcta Iuris Saxonici. nu.* 14.
15. *Et in locum pœnæ talionis introductum.*
16. *Quomodo differant mulcta & pœna.*
17. *Pœna publica non tollit VVerigeldum. num.* 22. 23.
18. *Summa mulcta quando indicatur Reo, n.* 20.
19. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
20. *Summa mulcta quænam dicatur.*
24. *VVerigeldus eſt mulcta* 24. *ſexagenarum antiquarum. n.* 25.
26. *Pro maſculo occiſo integrum VVergeldum præſtatur.*
27. *Dimidium autem VVerigeldum pro fœmina occiſâ.*
28. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
29. *Quid, ſi infans fuerit occiſus.*
30. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
31. *Si plures ſint occiſores, an quilibet integrum VVerigeldum ſolvere teneatur. n.* 32. 33.
34. *Expenſas litis omnes percuſſores conjunctim ſolvunt.*
35. *In Lege Aquiliâ quod unus præſtitit, alium non relevat.*
36. *Plures delinquentes in unum, omnes tenentur in ſolidum.*
37. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
38. *Explicatio Conſt. Elect. 7. part. 4.*
39. *Fœmina Rea etiam VVerigeldum præſtat.*
40. *VVerigeldi præſtatio hodiè non niſi in crimine homicidij obtinet. n.* 41.
42. *In homicidio doloſo, quod pœnâ corporis afflictivâ coercetur, VVerigeldum à Reo exigi nequit. n.* 43.
44. *Obſervantia fori Saxonici.*
45. *VVerigeldum debet ſolvi in monetâ uſuali.*
46. *Quid ſi Reus ob inopiam VVerigeldum ſolvere nequeat. n.* 48.
47. *Debitor non ſolvendo exiſtens, ad manus creditoris hodiè trahi non ſolet.*
49. *Qui non habet in ære, luat in corpore.*
50. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. num.* 51. 52. 53.
54. *Cuinam ſit adjudicandum VVerigeldum. num.* 57. 58.
55. *Quondam filiabus non competebat jus vindicandi necem patris. n.* 56.
59 *Hodiè cum Agnatis ſimul etiam Cognati ad vindicationem necis admittuntur.*
60. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
61. *VVerigeldum non niſi heredibus necem occiſi vindicantibus debetur.*
62. *Delicta non debent remanere impunita.*
63. *Cuinam præſtandum ſit VVerigeldum, ſi heredes occiſi necem vindicare nolint. num.* 64. 65. 66. 67. 69. 70.
68. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n.* 71.
72. *Num heredes necem occiſi non vindicantes hodiè ſeſe indignos reddant ejusdem hereditate? n.* 73. 74. 75. 76. 82. 83. 84. 89.
77. *Iudex hodiè ex officio inquirere tenetur.*
78. *Inquiſitio ex conſuetudine generali pro remedio ordinario habetur.*
79. *Nemo cogitur vindicare necem occiſi. n.* 80.
81. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
85. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium conſuetudinem introducunt.*
86. *Referuntur Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. nu.* 87. 88.
90. *Ex hereditate occiſi expenſæ litis Magiſtratui inquirenti debent reſtitui.*
91. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n.* 92.

ABsque dubio pro homicidii crimine pœna ultimi ſupplicii ſive mortis naturalis conſtituta eſt, ut probatum *ſupra quæſt.* 1. Quod tamen tùm verum eſſe arbitror, quando criminaliter agitur, ut caſu nimirum homicidii commiſſi doloſi, ubi homicida 1 vel in ipſo facto deprehenſus & confeſſus, vel probationibus ſufficientibus convictus eſt, non etiam ſi civiliter agatur. *Iacob. Schultz, in addit. ad Modeſt. Piſtor. part.* 3 *quæſt.* 107. *nu.* 40. *Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 156. *Rothſchitz. dict. artic.* 1. & 3. Quemadmodum enim ob criminis atrocitatem homicidii pœna multis modis exaſperatur & aggravatur; Ita & ob varias circumſtantias ac qualitates dolum excludentes, eadem pœna mitigatur, ut ex iis quæ *præcedentibus quæſtionibus* fuſius tractata fuerunt, luculenter apparet. Vnde fit, quòd de crimine homicidii non ſemper criminaliter, ſed quandoque etiam civiliter agatur. Non enim de Iure Saxonico criminalis actio, niſi quæ ad pænam corporis dirigitur afflictivam. *Matth. Coler. part. 1. deciſ. 12. Reinhard. Roſa ad Dan. Moller. Conſtit Elector. 42 num. 7. part. 4. Ludov. Fachſ. differ. 13. Reinhard. differ. 24. part. 4.*

Quo caſu, quoties nempè de homicidio
3 civiliter agitur, vel quia caſu inopinato aut culpâ quis alterum occidit, vel ſui defendendi cauſa aliquem interemit, Reus ultra pœnam arbitrariam etiam VVerigeldum occiſi heredibus ſolvere tenetur, Landrecht/*lib. 2. art. 38. gloſſ.* Weichbild *art. 38. num. 12.* Landrecht *lib. 2. art. 14. gloſſ. fi. in dict. art. 38. lib. 2.* Landrecht *verſ.* Komt er aber nicht vor *Rothſchitz. in proceſſ. part. 2. art. 1. num. 2. ibi:* Wo aber nicht einer auß Vorſatz *& num. 3. ibi:* Würde aber einer um Todſchläge ꝛc. *Ludov. Fachſ. lib. 1. diff. 62. verſ. verum de Iur. Saxon. Reinhard. lib. 2. part. 5. differ. 15. Matth. Coler. dict. dec. 156. part. 1.*

Idq; *ſupra* pluribus demonſtratum fuit,
4 imprimis verò quando & quibus caſibus Reus ad ſolutionem VVergeldi condẽnari debet. Quidnam verò VVergeldum ſit, quæq; eius ſint propria, & in quibus conſiſtat, nondum explicatum eſt, ideoq; de eo hic dicere reſtat.

Certum eſt autem, quod VVergeldum, de Iure Civili prorſus incognitum, moribus ac Iure Saxonico fuerit introductum, in ſolatium atq; commodum Agnatorum occiſi, mortem ipſius vindicantium, quod ſolvendo Reus quaſi per tranſactionem ab omni actione & accuſatione Agnatorum ſeſe liberare poterat, *gloſſ. in art. 56. in verb.* und ſchadet dem zu ſeinen Rechten nicht *&c. verſ.* und es heiſſet *lib. 1.* Landrecht *in art. 21. in verb.* voll Wehrgeld *lib. 2.* Landrecht *Franc. Pfeil. conſ. 23. Hartm. Piſtor. obſerv. 203.*

Sicuti ergò in aliis materiis Iure Civili incognitis, veluti gerada, rebus expeditoriis, cibariis dotalitio, ſumma mulcta &c. principaliter Ius Saxonicum, & quid in eo de hiſce conſtitutum,
5 reſpiciendum eſt: Ita & in materia VVergeldi, uſus & obſervantia Iuris Saxonici potiſſimum attendi debet, præſertim cum Leges Iuris Saxonici eatenus duntaxat Iuris autoritatem obtineant, quatenus obſervantia & uſu ſint receptæ cùm multa uſu reperiantur introducta, quæ cũ verbis Iuris Saxonici minimè conveniunt:
6 Contra verò, Iure Saxonico multa conſtituta reperiantur, quæ uſu non ſint recepta, atque adeo aliter non valeant, quàm ſi conſuetudine approbata fuerint, *Hartm. Piſtor. lib. 3. quæſt. 16. n. 11.* ubi tradit, falli eos, qui cognitionem Iuris Saxonici magis ex verbis, quàm ex uſu ſibi parare ſtudent *& lib. 2. quæſt. 25. numer. 35. Matth. Coler. de proceſſ. execut. in præfatione Andr. Scheffer. part. 2. quæſt. 13.*

VVergeldum autem ſive VVergeldus, (
7 utrumque enim rectè dicitur) Germanicè Wehrgeld/ nomen ſortitur à vocabulo Wehren, quod Reus ſolutione iſtius adverſus actionem, quæ occiſi agnatis Iure competit; ſeſe tueri, eamque avertere poſſit. Quam derivationem nominis probat *Gloſſa Germanica in artic. 65. in verb.* Und ſchadet dem zu ſeinem Rechten nicht/ꝛc. verſ. Und es heiſſet darum ein Wehrgeld/ daß man ſich damit aller Klagen erwehren mag ꝛc. *lib. 1.* Landrecht. Quandoque
etiam vocatur VVerigeldus das Mangeld/quia 8
de Iure Saxonico competit tantùm Agnatis necem occiſi vindicantibus. Licet enim Iure Civili omnes heredes maſculinæ & fœmininæ lineæ necem defuncti vindicare queant ſine diſcrimine *l. 1 C. de his quibus ut indign. l. heredem. eod. tit. l. 1. l. 3. §. non tamen l. non neceſſarius in pr. ff. ad SCtum. Syllan. l. ſororem. C. quibus ut indign. l. propter veneni. §. neptis ad SCtum Syllan. l. 1. §. etſi fortè ff. de iniur.* de conſuetudine tamen Saxonicâ non conceditur filiabus jus vindicandi mortem pacis, nec etiam Cognatis, ſed ſolis Agnatis, *lib. 3. art. 45. ubi gloſſ.* Landrecht *& lib. 2. art. 14. & 16.* Hinc *Franciſcus Pfeil* Es gebüret (*inquit*) das Wehrgeld dem Gebrauch nach dem nechſten Schwertmagen/als Söhnen/ Vättern/Brüdern oder Vettern/darum daß ſie den Thätern und den Tod ihrem Vatter/Sohn/ Brüdern oder Vettern/angelegt/zu gebührlicher Straffe oder Buſe/ mit Recht verfolgen. *conſ. 23. Paul. Matth. VVehner in vocabulo* Manngeld *Hartman. Piſtor. obſervat. 203. num. 9 & 10. Iohan. Köppen. deciſ. 10. Virgil. Pingitzer quæſt. 4.*
num. 10. Aliàs quoque VVerigeldus appellari 9
ſolet das Sühnegeld / quòd nempè debeatur ex compoſitione & tranſactione de homicidio commiſſo, inita cum Agnatis occiſi, (quaſi Auß Verſühnung.) Vide *Köp. dict. deciſ. 10. VVehner. in vocab.* Sühnegeld. *Hartm. Piſt. dict. Obſerv. 203. n. 8.*

10 Vnde apparet VVerigeldum trahere originẽ ex tranſactione inita cum parte offenſa, quando nimirum occiſi heredes ſive Agnati accipiendo certam ſummam pecuniæ, quæ appellatur das Wehr/Mann oder Sühngeld, tranſigendo ab actione ipſis competente deſiſtebant, & necem occiſi non vindicare permittebant. Quo ipſo tamen judici nequaquam præiudicabatur, nec Reus ob iſtam remiſſionem à delicto abſolvebatur, ſed magiſtratus non obſtante prædicta tranſactione in lite & actione criminosâ procedere, & ratione officii jus ſuum publicè perſequi, atque pœnam infligere poterat. *Virgil. Pingitzer. dict. quæſt. 4. numer. 4. VVehner in vocabulo* Sühnegeld/*Nicol. Reuſner. lib. 1. deciſ. 20. Vid. Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. num. 101. Iohan. Schneidvvin. in §. quadrupli. numer. 22. Inſtitut. de action. Fachin. 1. controverſiar. 9.*

11 At moribus poſtea Saxonicis introductum eſt, ut regulariter, nulla etiam tranſactione præcedente, Homicidii Reus eo caſu, quo criminaliter agi, & pœna corporis afflictiva infligi non poſſet, ad ſolutionem VVergeldi condemnaretur. Landrecht/ *lib. 3. artic. 32. in fin. & lib. 2. artic. 16. Gloſſ.* Weichbild. *art* 38. Idque non tantum in ſolatium & commodum Agnatorum occiſi, mortem ipſius vindicantium, ſed & quod pœnæ quodammodo nomine & ratio-

rione injuriæ cognationi occiſi illatæ deberi videbatur. *Hartm.Piſtor.dict.obſervat.*203.*num.*7. *Gloſſ.germ.in art.* 21.*in verb.* **Voll Wehrgeldt.** *verſ.* **Die andere Urſach iſt / daß man die Buſſe zur Bekäntniß giebet / daß der ſie giebet / habe an jenem unrecht gethan / welchem er ſie giebt. Landrecht** *lib.*2.

Regulariter ergò ob commiſſum homicidiũ
12 eo caſu quo pœna corporalis non infligitur, Reꝰ
» debet ſolvere VVerigeldum. Hoc ita definiri
» poteſt. Quòd ſit mulcta viginti quatuor ſexagenarum
» antiquarum, quam Reus ob commiſſum homicidium non doloſum ſolvere tenetur heredibus, occiſi mortem ipſius vindicantibus. Qua definitione ferè comprehẽduntur omnia ac ſingula, in quibus ſubſtantia huius VVergeldi conſiſtit, quęque circa hanc materiam noſſe oportet. Quod ut manifeſtum fiat, ſingula quæque verba exactius ponderare lubet.

Q. 1. *An VVergeldũ ſolvatur ut intereſſe an verò nomine pœnæ alicuius?*

13 Notandum autem **Primò**: Quod VVergeldum ſit mulcta, ſolvenda heredibus occiſi, ratione iniuriæ ipſis illatæ, non ut intereſſe, ſed tanquam pœna in locum illius pœnæ, quæ Lege Aquilia, de injuriis ſancita erat, ſurrogata. *Iohan.Schneidvvin.in* §. *in ſumma Inſt.de iniur. n.* 4.*ſub fin. verſ. quia hæc pœna dimidii VVergeldi*, *Hartm.Piſtor.obſervat.*203.*num.*7.*Matth.Berl. part.*4.*concl.*11 *n.*21.

14 Idque patet ex eo, quod VVergeldum ſæpiſſimè vocatur in Iure Saxonico **Eine Buſſe.** Vt *in artic.*171.*in fin.* ibi: **Vor deß Mannes Wehrgeld oder Buſſe.** *lib.*2. **Landrecht.** *Gloſſ. in artic.* 16.*verb.* **An dem Mund.** *& art.* 21. *num.* 3. *lib.* 2. **Landrecht.** *artic* 45. in verb. **Buſſe und Wehrgeld.** *lib.*3. **Landrecht.** Vocabulum autem (**Buſſe**) idem eſſe ac mulctam ſeu pœnam, extra dubium eſt. *Matth.VVehner. in vocab.* **Buſſe.** Idemque
15 manifeſtè docet *Gloſſa germanica in artic.* 51. **Lehenrecht.** *in verb.* **Damit ſie getrieben werden zu ſonderlicher Buſſe / die wir in dem Gerichte ein gewette heiſſen / und heiſt** mulcta **in Latein** ꝛc. Hancque mulctam VVergeldi in locum pænæ talionis fuiſſe ſurrogatam, tradit *Gloſſ.lat.in artic* 71.*lib.* 2. **Landrecht.** *lit. l. Cui conſentit Gloſſ germanica in art.*21.*lib.*2. **Landrecht.** *num.*3. ibi: **Die andere Urſach iſt / daß man die Büſſe zur Bekäntnüß giebet / daß der ſie giebet / habe an jenem unrecht gethan / welchem er ſie giebet.**

Non autem per pænam, ſed per mulctam
16 definitur VVergeldum, propterea, quòd mulcta eſt pæna pecuniaria, & in ſola pecunia conſiſtit. At pæna non ſolum eſt pecuniaria, verùm etiam capitalis, & ſi quæ alia corporalis coërcitio, cuiuſmodi eſt fuſtigatio, amputatio manus, ultimum ſupplicium. *l.*1.*l.*2.*& tot.tit. ff.& C.de pœn.l.fin.ff.de fer.& dilat. l. aliud fraus eſt*,131.§.1.*ff de verb.ſignificat.l.ita vulneratus.* 51.*ff.ad Leg.Aquil.l.ſi à reo.* 70.§.*fin. de fideiuſſ. Gell. lib.* 6. *noct. Atticar. cap.* 14. *Iohan. Gœdd. in d.l.*131 *num.*11.*& §.* 1. *numer.*2.*ff. de verb.ſignific. Schard. in Lex in vocab. pœnam dividit Iuriſconſultus in mulctam* (**Geldſtraffe**) *& pœnam* (**Leibesſtraffe**) *l. aliud §.*1.*ff. de verb. ſignific.*

Et hæc mulcta ſive emenda VVergeldi non fiſco, ſed occiſi heredibus ratione injuriæ per homicidium commiſſum ipſis illatæ debetur & applicatur, perinde ut pæna Legis Aquiliæ domino hominis occiſi applicabatur, *pr. Inſtit. de Leg.Aquil.* Ideoque per hanc mulctam judici
quoad ſuum intereſſe nil præjudicatur, neque 17
VVerigeldum pænam judicariam tollit, illud enim parti ſeu heredibus occiſi ut intereſſe privatum; hæc vero judici ut publicum intereſſe debetur, & ſic utrumque ſubſiſtit. Veluti etiam *D. Auguſtus Elector. Saxon.* expreſſè ſancivit, ut Reus homicidii, qui non pæna corporis afflictiva, ſed tantummodo, relegatione punitur, ſimul in Wergeldum Coniunctis interfecti ſolvendum, condemnari debeat. *Conſt.*11 *part.* 4. in verb. **Da jhm aber alleine die Vorweiſung zuerkant / daß alsdann das Wehrgeld den Freunden auch mit zugeſprochen werden möge** ꝛc. Idque eo quoque caſu, quando homicida non relegatur, ſed pro qualitate perſonæ vel pecunia mulctatur, vel carcere, aut alio quocunq; modo, non tamen in corpore, punitur, obtinere tradit *Dan.Moller.ad dict. Conſtit.Elect.*11.*n.*4 *part.*4.

Hocq; uſus & obſervantia comprobat.

Quinimò, ſi Reus homicidium non niſi ex 18
culpa leviſſima commiſerit, ita ut nõ relegatione, nec pæna carceris vel pecuniaria plecti queat, ultra VVergeldum, quod heredibus occiſi debetur, etiam in ſummam mulctam (**das höchſte Gewette**) iudici ſolvendam condemnari ſolet, iuxta *artic.* 32. *in fin.* ibi: **uff wem der Kläger Wehrgeld oder Buſſe gewinnet / für Gerichte / auff dem hat auch der Richter ſein Gewette gewonnen /** *lib.*3. **Landrecht.** *Et art.* 53. in verb. **Und um alle Schuld / da der Mann ſeine Buſſe mit gewinnet / da hat der Richter auch ſein Gewette an** ꝛc. *lib.*1. *Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 22. *num* 3. Surrogatur enim ſumma mulcta hoc caſu in locum relegationis, aut pænę pecuniariæ, vel carceris, ita ut ſumma mulcta ceu intereſſe publicum, VVerigeldum verò ut intereſſe privatum ſeu partis cenſeri debeat.

Ita quotidiè ſolent pronunciare Scabini: **Daß** 19
Angeklagter wegen der an *N.N.* **begangenen Entleibung am Leib oder Leben nicht zu ſtraffen; Er iſt aber gleichwol deß Entleibeten nechſten Freunden ein Wehrgeld / und dem Richter das höchſte Gewette / nebens Erſtattung der Gerichtskoſten auff Richterliche Ermäſſigung zuerſtatten ſchuldig / V.R.W. An Landrichter zu Treuen.** *Menſe Iunio, Anno* 1598.

Nach Sachſenburg / An die Schönbergiſche Wittibẽ. *M. Maio An.* 1602.

Ad conſultationem **Wolffen Thielens in Seeburg** / *M. Martio. A.*1604.

Ad requiſitionem Chriſtophori **Müllers / in Ortrand** / *M. Iulio, A.*1606.

Quamvis etiam ſciam, ratione circumſtan- 20
tiarum & culpæ leviuſculæ, ſummam mulctam quandoque in ſententiis planè omiſſam, & Reum ſolummodo ad ſolutionem VVergeldi fuiſſe condemnatum. Nam & Ius Saxo-

nicum hoc arbitrio Judicis committere videtur, ad ſummam mulctam petere, an verò eam remittere velit, *dict. art.* 32. In fin: **Auff dem hat auch der Richter ſein Gewette genommen ob ers fordern will/** *lib.* 3. **Landrecht.**

Tali modo: **Daß** *N.N* **deß verſtorbenen nechſten Freunden ein Wehrgeld zuentrichten ſchuldig/ und mag hierůber nach Gelegenheit dißfals ferner nit geſtrafft werden/ V.R.W. An Schöſſer zum Hartenſtein.** *Menſe Martio, Anno* 1596.

An Schöſſer zu Freyburgk. *Menſe Iulio, Anno* 1601.

21 Eſtque de Iure Saxonico *Summa mulcta*, (**das höchſte Gewette**) ſexaginta ſolidorum, *art.* 63. *&* *art.* 64. *ubi gloſſa germ.* in verb. **Sechzig Schilling wettet man den Graffen/** *lib.* 3. **Landrecht.** *Gloſſ. art.* 53. *lib.* 1. **Landrecht.** in verb. **Niemand wettet um eine Sache.** *Gloſſ. marginalis art.* 14. *num.* 4. *lib.* 2 **Landrecht.** *Gloſſ. in artic.* 10. **Weichbildes** *num.* 11. *Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 146. *num.* 2. *& deciſ.* 157. *num.* 11. Solidus autem continet duodecim nummos antiquos, vel ſedecim novos hodiernos Miſnenſes, quorum duodecim unum groſſum, & 21. groſſi florenum conſtituunt. Hinc factâ computatione, 30. ſolidi faciunt 40 groſſos argenteos Miſnenſes, hoc eſt, duas ſexagenas antiquas **zwey alte Schock**. Et 60. ſolidi 4. ſexagenas antiquas æquiparant, hoc eſt 80. groſſos. Adeoque Summa mulcta (**das höchſte Gewette**) continet 80. groſſos hodiernos novos, ſive 4. ſexagenas antiquas, **4. alte Schock.** Hinc tres ſummæ mulctæ faciunt 6. libras (libra enim continet 20. ſolidos *gloſſ.* **Weichb.** *art.* 47. *in verb.* **Der Burggraffe** ſeu dimidium Wergeldum, **drey höchſte Gewette machen ein halb Wehrgeld/** *gloſſ. marg. in art.* 14. *n.* 4. *lib.* 2. **Landrecht.**

22 Neque mirum alicui videatur quod Reus homicidii in caſu, quo de homicidio non criminaliter agitur, ultram pœnam relegationis vel carceris, etiam in Wergeldum condemnari, & ſic duplici pœna affici debeat, cùm tamen nemo ob unum delictum duabis pœnis affligendus ſit. *Matth. VVeſemb. part.* 1. *conſ.* 22. *numer.* 19. *ibi Nemo enim ob unum, & ſeqq. Bartol. Bald. & Dd. in l. ſi quis Reus. ff. de publ. jud. Bart. Alexand. & Dd. in l. ſepulchri,* 6. *ff. de ſepulch. violat.* Etenim iſtud tunc demum verum eſt, quando utraque pœna ad eundem tendit effectum, & unâ pœna delictum ſufficienter eſt punitum, *Marant. in ſpeculo. part.* 4. *diſtinct.* 1. *numero* 20. *poſt princip. limita notabiliter, & ſeq.* Quod tamen hoc caſu non contingit, pœna enim relegationis vel carceris publicum intereſſe reſpicit, ne ſcilicet delicta maneant impunita; Werigeldus verò in ſolatium Agnatorum mortem occiſi vindicantium introductus eſt, ipſisque ratione injuriæ per necem occiſi illatæ debetur, adeoque intereſſe privatorum concernit.

23 Quinimò, moribus Saxonicis & peculiari Conſtitutione Electorali 11. *part.* 4. in favorem heredum occiſi & odium occiſoris Wergeldum fuit receptum, adeoque cum iis quæ à Iure ſcripto diſpoſita ſunt, nequaquam confundi, nec à pœna legali carceris & relegationis abſorberi poterit. Præſertim, cùm de Iure Saxonico haud abſurdum ſit, ut Reus præter pœnam publicam parti quoque læſæ emendam ſolvere teneatur, quod accidit in realibus iniuriis, quarum nomine Reus non modò judici pœnam debet, ſed & parti offenſæ certam mulctam ſolvit. *Coler. part.* 1. *deciſ* 161. Sic & ob iniurias verbales præter pœnam carceris, relegationis, vel fuſtigationis, injurianti quoque recantationem & ſic duplicem pœnam imponi, tàm certum eſt ut nil certius. *Conſtit. Elect.* 42 *part.* 4.

24 *Secundò* notandum: Werigeldum eſſe mulctam certæ ſummæ pecuniæ, videlicet viginti quatuor ſexagenarum antiquarum, aut octodecim librarum, *Gloſſ. in art.* 65. *lib.* 1. **Landrecht** *nu.* 5. in verb. **und diß Wehrgeld komt zum allerhöchſten auff** 18. **Pfund / das ſeyn 24. alte Schock/ ſolcher Münze / die in einem jeglichen Gericht genge und gebe iſt** &c. *Art.* 45. *lib.* 3. **Landrecht.** ibi: **Ihr Wehrgeld iſt auch Pfund.** *Gloſſa fin. art.* 34. *lib.* 1. **Landrecht.**

Q. 2. Quãta pecunia ſumma ſit Werigeldus?

25 Faciunt autem 24. ſexagenæ antiquæ vel 18. libræ 20. thaleros, vel 22. florenos, & octodecim groſſos. Quod ut exactius intelligatur, ſciendum eſt, libram continere 20. ſolidos, ut patet ex *gloſſa* **Weichbild.** *artic.* 47. *in verb.* **der Burggraffe** &c. Solidus autem in Iure Saxonico continet 12. nummos antiquos vel 16. novos hodiernos Miſnenſes, quorum 12. unum groſſum efficiunt, & 21. groſſi unum florenum, ac 24. groſſi thalerum, ut antea dictum, quod probat ex deciſionibus Lipſienſium, *Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 161. *num.* 69. Una ergò libra facit ſecundum monetam noſtram uſualem 26. argenteos & 8. denarios novos. Facta computatione tres libræ continent 80. groſſos, vel 4. ſexagenas antiquas **dann ein alt Schock iſt 20. Groſchen**/ hoc eſt, **ein Groſchen weniger als ein Gülden**/ *VVehner. in pract. obſerv. in verb.* **Wehrgeld.** Vnde apparet, octodecim libras efficere 480. groſſos vel 24. ſexagenas antiquas, Hæ autem faciunt 20. thaleros, vel 22. florenos & 18. groſſos monetæ uſualis. *P. Matth. VVehner. in verb.* **Wehrgeld.** *Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 161. *in fin. Ioh. Schneidvvin. in §. ſed & Lex Cornelia nu.* 7. *Inſt. de iniuriis Ioh. Côpp. deciſ.* 5. *n.* 15.

26 Ob commiſſum itaque homicidium Reus occiſi heredibus Werigeldum integrum, hoc eſt, 20. thaleros, vel 24. ſexagenas antiquas ſolvere tenetur, cuiuscunq; etiam conditionis ac ſtatus fuerit occiſus, *artic.* 45. *lib.* 3. **Landrecht.** *in pr.* ibi: **Fürſten / Freyherrn / und Schöppenbar freye Leute / die ſind gleich an Buſſe und Wehrgeld zu nehmen /** &c. *ubi Gloſſ.*

27 Quod verum eſt, modò interemptus fuit maſculus. Nam fœminâ occisâ, Reus tantummodò, dimidium Wergeldum, h. e. 10. thaleros ſolvit, *dict. art.* 35. *lib.* 3. **Landrecht / Jegliches Weib hat ihres Mannes halbe Buſſe unnd Wehrgeld.** &c.

28 *Et ita in Scabinatu quotidie ſolet pronunciari:* **Er iſt aber der Entleibten Frauen Nechſten Freunden ein halb Wehrgeldt zu entrichten ſchuldig** &c.

Cujus differentiæ ratio in Iure Saxon. quidem exprimitur, ea tamen exinde colligi poteſt, quod, ut ſupra dictum, VVerigeldus ceu pœna ratione injuriæ occiſi hæredibus illatæ, ſolvi debeat, maiorem verò iniuriam inferri ipſis per internecionem Agnati, ut per quem familia conſervatur ac propagatur, quàm per interfectionem Agnatæ vel Cognatæ, nemo ambigit, § *fin. ubi* D*d. Inſtit. de patr. poteſt.* adeoq; de maiori iniuria major etiam pœna fuit conſtituta, maiusque ſolatium heredibus conceſſum.

29 Idque procedit ſive homo occiſus fuerit adultus, ſive infans. Nam maſculo infante aut puero interfecto, non minus integer VVerigeldus ſolvi debet à Reo, ac ſi is adultum & perfectæ ętatis hominem interfeciſſet, *art. 65 lib. 2.* **Landr.** ibi: **Schlägt aber ein Mann ein Kind zu tod/ er ſoll ſein voll Wehrgeld gelten/ꝛc.** Qui textus de infante maſculo exaudiendus eſt, *iuxta prædicta*; infante enim ſexus fæminini occiſo, Reus ad dimidium tantummodo Wergeldum condemnatur, *art. 45. lib. 3.* **Landrecht.**

30 *Quemadmodum hoc caſu reſponderunt Scabini Præfecto Weiſſenfelſenſi:* **So iſt** *N. M.* **deß entleibeten Kindes Eltern oder nechſten Freunden ein gantz Wehrgeld/ wofern es ein Knäblein/ da es aber ein Mägdlein geweſen/ nur ein halb Wehrgeld zu geben ſchuldig ꝛc.** *& Menſe Novembr. Anno* 1597.

Pariter pronunciatum ad requiſitionem Quæſtoris in **Sachſenberg**, *Menſ. Martio A.* 1629.

Ad conſultationem Iudicis & Scabinorum **zu Freyburg** *M. Aug. A.* 1629.

Quæſtoris Cizenſis, Menſe Septemb. A. 1629.

Abrahami à **Schönbergs**. *M. Maio. Anno* 1630.

Quæſtoris Schvvartzenbergenſis. Menſe Aug. A. 1631.

31 *Tertiò:* Ex eo quod dicitur in definitione Reum homicidii cõdemnari in ſolutionem Wergeldi, quæſtio oritur: *Si plures ſint occiſores ſeu Rei unius homicidii.* (veluti occiſo aliquo in rixa ſeu tumultu, quo caſu cum de certo occiſore nõ conſtet, omnes in dubio arbitrariè puniri, & in Wergeldum condemnari jubet *Conſtitut Elect. 7. part. 4.*) *an quilibet integrum Wergeldum ſolvere teneatur, an verò ſufficiat unius Wergeldi ſolutio ab omnibus coniunctim facta.*

Q. 3. An pluribus exiſtentib. quilibet integrum VVergeldũ ſolvere tenetur?

32 Rationem dubitandi præbet *dict. Conſtit. Elect. 7. part.* 4. ubi in caſu homicidii à pluribus commiſſi mentio fit Wergeldi in ſingulari numero, (**neben Erlegung deß Wehrgeldes**) & non in plurali numero, (**derer Wehrgelder.**) Vnde videtur dicendum, hoc caſu unius Wergeldi ſolutionem ſufficere, ut apparet ex ſententia veterum Scabinorum, *ſub fin. Spec. Saxon. tit.* **von Buſſe der Wunden:** *verſ.* **Wann viel Leute einen** *fol.* 524. ibi: **So ledigen ſie ſich alle mit einem vollen Wehrgelde deß Todſchlages halben.** *Et paulò poſt:* **Denn dißfals der Sachſe geordnet/ daß ein Todſchlag mit einem gantzen Wehrgeld ſolle gebüſſet werden/ ꝛc.** Quemadmodum etiam à Wittenbergenſibus quondam fuiſſe reſponſũ, teſtatur *Reinh. Roſa ad Dan. Moller. Conſt. Elect. 7. n. 7. part. 4. Vid. Aut. Conſult. Conſt. Saxon. tom. 1. part. 4. quæſt. 21. num. 5. Gloſſ. margin. ad gloſſ. ordin.* **Weichbild.** *art. 81. n. 8. lit. B. in med. verſ.* **der Folger ſeyn gleich einer** *&c. Reinh. part. 5. differ. 21. verſ ſecus de Iure Saxon. Zobel. part. 4. diff. 30. n. 5.*

33 At contrarium verius eſſe, & in caſu homicidii à pluribus commiſſi, quemlibet percuſſorũ ad ſolutionem integri Wergeldi teneri, vel exinde apparet, quòd, *ut antea dictum*, in foro Saxonico Wergeldum non eſt intereſſe, ſed pœna in locum pœnæ Legis Aquiliæ ſurrogata, *art. 71. in fin. lib. 2.* **Landrecht/** *art. 45. lib. 3.* **Landrecht/** *Gloſſ. in art. 16. & art. 21. lib. 2.* **Landrecht/** *& art. 51.* **Lehenrecht** *Hartm. Piſtor. obſerv. 203. num. 7. Ioh. Schneidvvin. in § in ſumma Inſt. de iniur. num.* 4.

34 (quicquid etiam in contrarium dicat. *Aut. Conſult. Saxon. part. 4. quæſt. 21. n. 5. tom. 1.* Cuius opinio quoad expenſas litis ſuſtineri poteſt, haſce enim omnes percuſſores coniunctim ſolvunt teſte *Moll. ad Conſt. Elect. 7. n. 7. part. 4.* idque praxis quotidiana docet.)

35 At verò certi Iuris eſt, quòd in Lege Aquilia vel injuriis illud quod alius præſtitit, alium non revelet, *l. item Mela. it. § ſed ſi plures. 2. in fin ff. ad Leg. Aquil l ſi plures. 34. ff. de iniur. Iodoc. Damhoud. in prax. crim. cap. 76. num. 26. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. § fin. quæſt. 84. n. 7. Natta conſil 79. nu. 10. Claud. Battand. in prax. rer. crim. regul. 103. num. 6.*

36 Et aliàs plures delinquentes in unum, omnes tenentur in ſolidum. *Bartol. in l. ſi præter, § ſi ad plures ff. de ſepulchr. violato. l. ſi in rixa ff. ad Leg. Corn. de ſicar.* Neq; pœna ab uno ex delinquentibus ſoluta liberat alios. *l. licet § poſſunt ff. Naut. Caup. Stab. § item executor. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc.*

Hæcque ſententia placet *Matth. Coler. part. 1. deciſ. 151. num. 12. 13. Dan. Moller. ad dict. Conſtit. Elect. 7. num. 7. Matth. Berlich. part. 4. concl. 11. n. 29. Ioh. Schneidvv. ad § ſed & Lex Cornelia. Inſtit. de iniur. nu. 6.*

37 *Et ſecundum eam in Scabinatu Electorali quotidie ſolemus pronunciare.* **Es iſt aber gleichwol ein jedweder deß Entleibeten nechſten Freunden ein gantz Wehrgeld ſchuldig/ ꝛc.**

Ad conſultationem **deß Schulvorwalters zu Pfordte.** *M. Ian. A.* 1626.

Senatus Delitiani. M. Aug. A. 1627.

Quæſtoris VVittebergenſis Menſ. Novembr. A. 1603.

An Richter und Schöppen zu Freyberg. *M. Auguſto, Anno* 1629. *Et Menſe Martio, Anno* 1630.

38 Nec quicquam adverſatur *Conſt. Elect. 7. part.* 4. mentionem faciens Wergeldi in numero ſingulari. Nam & ibidem de pœna pecuniaria diſponitur in numero ſingulari, quam tamen non omnes percuſſores ſimul coniunctim, ſed quilibet peculiarem mulctam pro ratione ſui patrimonii ſolvere obſtrictus eſt.

Vt mos quotidianus pronunciandi docet.

Non enim inconſuetum eſt Legiſlatoribus pœnam exprimere in ſingulari numero, quam tamen

men in uno delicto plurium Reorum à ſingulis in ſolidum ſolvi velint. Ita de Iure communi in Lege Aquiliâ, ubi plures aliquem vulnerarunt vel occiderunt, uſurpatur verbum ſingulare, quòd nempe omnes pœnam Legis Aquiliæ ſuſtinere debeant, *l. item Mela.* 11. *§.* 4. *l.* 51. §. 1. *ff. ad Leg. Aquil.* Et tamen unica pœna non ſufficit, nec ſolutio unius reliquos liberat, ſed ſinguli pœnam exſolvere debent. *d. l.* 21. *§.* 2. *ff. ad Leg. Aquil.*

39 Notandum præterea hic eſt, quòd quilibet Reus propter commiſſum homicidium culpoſum Werigeldum ſolvere teneatur. Vnde fit, quòd & fœmina homicidii Rea ad præſtationem Wergeldi obſtringatur.

Ita pronunciavimus Quæſtori in Freiburg: Sie iſt aber deß Entleibeten nechſten Freunden ein gantz Wehrgeld zu entrichten ſchuldig/ *&c. Menſ. Decemb. Anno* 1630.

40 *Quartò*: Benè notanda ſunt in definitione Wergeldi verba hæc: *ob homicidium non doloſum.* Condemnari etenim ſolet in Wergeldum tantummodò Reus homicidii. Licet namque de Iure Saxon. pro iniuriis quoque vulnere illatis, certa pars Wergeldi actione civili à Reo exigatur, nimirum pro oris, naſi, oculi, linguæ, auris, membri virilis, manus, pedis amputatione vel mutilatione: Item pro vulnere quod unguis profunditatem, & longitudinem longiſſimi articuli in medio manus digito habet (vulgò Kampffer oder Fleiſchwunden) medium Werigeldum, pro digito decima Wergeldi pars, pro ſimplici verò vulnere (vulgò Blutrünſt) 30. ſolidi, h. e. 40. groſſi argentei Miſnenſes, *art.* 68. Landrecht. *lib.* 1. *artic.* 16. Landrecht. *lib.* 2. *& artic.* 45. Landrecht. *lib.* 3. *Chil. König. in proceſſ. cap.* 2. *num.* 36. *& cap.* 120. *numer.* 2. *Georg. Rothſchitz. in proceſſ. part.* 2. *art.* 2. *numer.* 1. *Matth. Coler. in tract. de proceſſ. execut. part.* 1. *cap.* 9. *n.* 51. *& parte* 1. *deciſ.* 161. *Reinh. differ.* 4. *part.* 3. *Zobel. diff.* 7. *part.* 4. *Iacob. Scult. ad Modeſt. Piſtor. part.* 3. *quæſt.* 107. *n.* 29.

41 Iſtud tamen hiſce in terris uſu hodie non obſervatur, ſed abrogato quoad hoc jure Saxonico, pro iniuriis, vulnere & ictu illatis, pœna arbitraria decerni ſolet, juxta ſanctionem expreſſam. *Conſtitut. Elect.* 42. *in fin. part.* 4. ibi: Wir wollen auch dieſe unſere Conſtitution auff die realinjurien, als do einer ohne wörtliche injurien am Leibe beſchädiget/ erſtrecket haben. Setzen und ordnen / daß auch in denſelbigen die Sachſen Rechte nicht mehr ſtatt haben/ ſondern die willkühr liche Straffe in unſerm Schöppenſtülen erkant werden ſol &c.

42 Neque pro quovis homicidio Wergeldum exſolvendum eſt, ſed ſolummodò pro homicidio haud doloſo, de quo non ſolet agi criminaliter, quale eſt homicidium culpoſum, neceſſarium, aut caſu inopinato commiſſum, ubi culpa aliqua intervenit, aut moderamen inculpatæ tutelæ debito modo non fuit obſervatum, vel etiam, ſi dolus argui poſſet, actor tamen probationibus haud ſatis ſtipatus eſt: VVergeldum enim, ſeu Iuris Saxonici mulcta, locum ſaltem habet, quoties Civiliter de homicidio agitur. At, quando homicidium doloſè eſt commiſſum, ita ut vel in ipſo facto homicida deprehenſus ſit, vel aliàs probationibus ſufficientibus convinci queat, tùm pœna homicidii capitalis eſt, & criminaliter agitur, quo caſu Reus Wergeldi præſtatione non liberatur, ſed pœna corporalis ipſi infligitur, veluti expreſsè ſancivit D. Auguſtus Elector in *Conſtit.* 11. *part.* 4. *in verb.* Do einem ob exceſſum magnum & doloſum, in Fällen den Todſchlag belangende/ Staupenſchläge oder Abhauung der Hand / und alſo Leibesſtraffe zugeſprochen worden/ daß derſelbige dißfals neben der Leibesſtraffe mit keinem Wehrgeld zubelegen ſeyn ſolle &c.

Idemque diſpoſitum eſt in Iure Saxonico, *Gloſſ. art.* 53. *num.* 6. ibi: Were auch einer um ſeines Friedbruchs willen mit Recht getödet / der gibt förder kein Gewette mehr / denn er mit ſeinem Tode dem Weltlichen und Geiſtlichen Gerichte gebüſſet hat *lib.* 1. Landrecht *Gloſſ. germ. in art.* 35. *lib.* 2. Landrecht. *num.* 4. ibi: zum erſten mag man mit ſolcher Klage über den Beklagten ordentliche Pein oder Leibes Straffe fordern/ als über einem vorfeſten Mann / und mit derſelben richtet der Kläger ferner nichts auß / als daß er den Beklagten zur Straffe bringet: Dann mit dem Tode wettet man zugleich dem Richter/ und büſſet dem Kläger/ und alſo iſt ſie peinlich. *Vid. quoque Gloſſ. german. in art.* 31. *num.* 2. *in fin. lib.* 2. Landrecht. *& in art.* 45. *num.* 4. *lib.* 3. Landrecht. *Sentent. Scabin. Lipſienſ. poſt Specul. Saxon. tit.* von Wette und Buſſe *fol.* 556. *Chilian. König. in proceſſu cap.* 138. 43

Idq; in terris hiſce obſervari uſu & experientia tàm manifeſtum redditur, ut nulla prorſus indigeat probatione. 44

Quintò: Sciendum, non eſſe in arbitrio Rei, an VVerigeldum ſolvere, an verò aliud pro eo præſtare, aut duriorem ac ſeveriorem pœnam pati velit, ſed præcisè condemnatus obſtrictus eſt ſolvere VVerigeldum in monetâ currente & uſuali. *Gloſſ germ. in art.* 34. *in fin.* ibi: und daß eine halbe Huffe eines Wehrgeldes werth ſey/ daß ſind zum höchſten 18. Pfund / unterweilen 9. Pfunde der Pfennig die geng und gebe ſind in dem Lande da es geſchicht. *lib.* 1. Landrecht. *Et in art.* 40. *in fin.* ibi: So ſoll man ſolche Pfenninge gelden/ welche in dem Gerichte geng und gebe ſeyn/ und alſo ſoll man jtzt Wehrgeld/ Büſſen/ und Gewette gelden nach Landes Recht/ &c. *lib.* 3. Landrecht. Quod, ſi Reus VVergeldum ſolvere nolit, aut in morâ ſit, juſſu Iudicis executio in bona eius fieri poteſt, *Gloſſ. in art.* 53. *numer.* 6. *ibi:* Durch wem man Gewette und Buſſe bekommen ſoll/ Nemlich/ daß der Fronbotte ſolches auß deß Güthern pfänden ſol / der verbrochen hat *lib.* 1. Landrecht. 45

46 At *quid ſi condemnatus bona non poſſideat immobilia, neque etiam mobilia habeat, eiusque tanta ſit inopia, ut VVergeldum nequaquam ſolvere queat?* Hoc caſu Reum ad inſtar alterius debitoris nõ ſolvendo exiſtentis ad manus creditoris tradendum eſſe exiſtimat *Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 161. *n.* 67. De Iure enim Saxon. debitor non ſolvendo exiſtens creditori tradendus eſt, ut in vinculis & compedib⁹ illi ſerviat, donec operis vel aliâ ratione integrum debitum ſolvat. Landrecht.

Q.4. Quid juris, ſi Reus ob inopiam Wergeldũ ſolvere nequeat?

recht *lib. 3. artic. 39. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 3. n. 160.*

47 Sed hæc diſpoſitio Iuris Saxonici planè abrogata eſt in hiſce terris, *Conſtit. Elect. 22. §.* und nach dem wir *part. 2.* eiusque loco ſtatutus carcer publicus in debitores non ſolvendo exiſtentes, der SchuldThurn / *dict. Conſtit. 22.* Quo tamen medio contra Reum in opem VVergeldum ſolvere non valentem haudquaquã procedendum eſt. *Tùm*, quòd pœna carceris publici deß SchuldThurns / ſolummodo debitum exigi poteſt. At, VVerigeldum potiùs pœna eſt, quàm debitum adeoque ad iſtud dicta conſtitutio carceris publici ſeu odioſa non extendenda. *Tùm*, quòd carcer iſte publicus pœna eſt decoctorum, eorumvè qui propriâ culpâ non ſolvendo exiſtunt, *dict. Conſtit. 22. in fin.* quod de Reis condemnatis. ad VVergeldum, veluti debitum inopinatum aſſeri nequit. *Tùm*, quòd ſæpè Reus ultra VVergeldum relegatione punitur ob commiſſum homicidium, cuius pœnę executio fieri non poſſet, ſi Reus in carcere publico detinendus eſſet.

48 Arbitrantur itaque *Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 12. part. 4 nu. 8.* (quamvis ibidem ſpecialiter loquatur, de expenſis litis) *& Matth. Berlich. part. 4. concl. 11 num. 23.* Reum, qui propter inopiam VVergeldum ſolvere non poteſt, ſeveriori pœnâ plectendum, & pœnam ultra VVergeldum ipſi indictam hoc caſu exaſperandam eſſe, ita ut luendo pœnam duriorem ſimul judici & occiſi heredibus ſatisfaciat.

49 Eoque caſu Reos virgis cæſos fuiſſe, meminit *Moller. dict. loco num. 8.* Cùm generalis ſit regula, quòd qui non habet in ære, luat in corpore. *l. ſi quis id. §. in ſervos. 3 ff. de juriſdict. l fin. ff. de in jus vocand. l. quicunq; 4. C. de ſerv. fugit. l. in fin. ff. de pœn.*

50 *Hancque ſententiam in pronunciando ſequimur in Scabinatu Electorali. Veluti reſpondimus Quæſtori Plavienſi?* Worauff als Churfürſtliche Durchl. zu Sachſen unſer Gnädigſter Herr ſolches unſer Urtheil zu *exequiren* gnädigſt anbefohlen / und darneben die Landsvorweiſung auff 3. Jahr angeſetzet / hat ſichs befünden / daß *M. K.* wegen groſſer Armuth weder das Wehrgeld zu entrichten / noch die Unkoſten abzuſtatten vermag / *&c.* So wird geſtalten Sachen nach die Landsvorweiſung noch uff 2. Jahr lang erhöhet / und er alſo auff 5. Jahr deß Landes vorwieſen / V. R. W. *Menſe Martio, Anno 1627.*

51 *It.* Iſt in unſerm vorigen Urtheil zu recht erkandt worden / daß *P. B.* wegen der dem Entleibeten Schuheknecht zugefügten Schläge am Leib oder Leben nicht zuſtraffen. Er were aber gleichwol deß Entleibeten nechſten Freunden ein gantz Wehrgeld zu entrichten ſchuldig / und würde hierüber auff vier Jahr lang deß Landes vorwieſen; und es ſich darauff gedachter *B.* erkläret / daß er zu Abſtattung deß zuerkanten Wehrgelds Armuths halber nicht gelangen möchte / *&c.* So wird geſtalten Sachen nach die Landesvorweiſung noch uff 1. Jahr lang erhöhet / und er alſo uff 5. Jahr deß Landes vorwieſen V. R. W. *Ad Senatum Delitianum, Menſ. Octobr. Anno 1627.*

52 *It:* So mag auch der Gefangene ſolcher ſeiner Vorbrechung wegen an Leib oder Leben nicht geſtrafft werden: Er wird aber gleichwol nebenſt Entrichtung eines gantzen Wehrgelds deß Entleibeten nechſten Freunden / auff drey / oder wofern er das Wehrgeld zu entrichten nicht vermag / vier Jahr lang deß Landes billig vorwieſen / V. R. W. *Ad Quæſtorem* zu Sachſenburgk / *Menſ. Mart. Anno 1629.*

53 *It.* Derowegen iſt er deß Entleibeten nechſten Freunde ein gantz Wehrgeld zu entrichten / und die in dieſer Sache uffgewendete Unkoſten uff vorhergehende *liquidation*, und Richterliche Ermeſſigung zuerſtatten ſchuldig / und mag hierüber ein / oder da er das Wehrgeld zu erlegen nicht vermöchte / zwey Jahrlang mit Landesvorweiſung in Straff genommen werden / V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris Zvvickavienſis, Menſ. Sept. Anno 1629.*

An Schöſſer zu Freyburgk: *Menſe Martio, Anno 1631.*

54 *Q. 5. An ſolis Agnatis vel etiã Cognatis occiſi Wergeldum debeatur?*

Sextò: Quibusnam VVerigeldum ſit adjudicandum, apparet ex verbis definitionis: (*Occiſi heredibus mortem ipſius vindicantibus.*) De Iure quidem Saxonico diſpoſitum eſt, ut VVergeldus ſuis Agnatis occiſi (cognatis ab eo prorſus excluſis) debeatur, *art. 16. ubi gloſſ.* in verb. und vor ſeinem Schwerdmagen / *n. 4. ſub fin. verſ.* das Recht aber gibt diß fals &c. *lib. 2.* Landrecht. *Zobel. in addit. ad gloſſ. artic. 45. in pr. lib. 3.* Landrecht. *& differ. Iur. Civil. & Saxon. 31. part. 4. Ludov. Fachſ. differ. 63. Reinhard. differ. 46. part. 1. Beuſt. ad l. admonendi. 11. ff. de jurejur. nu. 1179 ſub fin. verb. cum jam facta ſit mentio, Franc. Pfeil. conſil. 23. cent. 1. Sentent. Scabin. Lipſenſ.* Weichbild. *ſub tit.* Manngeld weme das gebühret. *fol. 148 col.* 55 *3. Et ſentent poſt* Landrecht / *tit.* Todſchläge ohne Vorſatz / *fol. 422. Dan. Moller. ad Conſtit. Elect. 11. n. 5. & ibi Reinh. Roſa part. 4. Iohan. Köppen. deciſ. 10. Paul Matth. VVehner in pract. obſ. verb.* Manngeld / *& verb* Sühngeld / propterea, quòd filiabus ac cæteris Cognatis nullum competat jus vindicãdi mortem patris, vel conſanguinei, ſed ſolummodo non Agnatis iſtud concedatur. *Gloſſ. artic. 45.* Landrecht, *lib. 3. Matth. Coler. part. 1 deciſ. 159. n. 6 Nicol Reuſn. lib. 1. deciſ. 20. n. 18. Ioh. Köppen. dict. deciſ. 10. Hering. de fidejuſſ. c. 10. n.* 352. ubi plures allegat. Quod juris Saxonici ſtatutum ex Longobardorum legibus originem habere, tradunt *Coler. & Reuſn. dict. locis*, ubi ad rem allegant *gloſſ. in c. 1. §. hoc autem notandum. verb. legibus, in fin. de his qui feud. dar. poſſ. ut & Bald. in l. 20. §. fin. ff de acquir. vel amitt. heredit. & in l. 87. §. Lucius 4 ff de legat. 2.* Vid. *Ioh Köppen. dict. deciſ. 10. n. 1.*

56 Quia tamen naturali æquitati, ac ſanguinis neceſſitudini, quâ Cognati perinde ac Agnati ſibi invicem ſunt conjuncti, hoc repugnare videatur; ideoq; Interpretes hanc diſpoſitionem Iuris Saxonici eò reſtringunt, ſi Agnati extent necem defuncti vindicantes: Quod ſi verò Agnati non extent, aut necem defuncti vindicare nolint, in eorum defectum fœminas quoq;, cognatos & alios ex fœmininâ lineâ deſcẽdentes, tàm ad vindicationem mortis occiſi, quàm ad VVergeldi perceptionem admittunt. *Zobel. in addit. ad gloſſ. ordin.* Landrecht. *lib. 3 art. 45. n. 4. & part. 4. differ. 32. num. 2. Matth. Berlich. part. 4. concl. 8. num. 45. Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 11. nu. 5. part. 4.* ubi hanc opinionem in Aula Ele-

ctorali approbatam teſtatur. *Petr. Heig. part. 2. quæſt. 34. n. 16. & ſeqq. Aut. Conſult. Conſt. Saxon. tom. 1. part. 4. quæſt. 43. nu. 2. & tom. 2. part. 4. quæſt. 60. n. 1. Nicol. Reuſn. lib. 1. deciſ. 19. nu. 18. Matth. Coler. part. 1. deciſ. 159 n. 10. Paul. Matth. VVehn. in obſervat. pract. in verb.* **Manngeld oder Sühngeld.**

57 Præterquam enim quòd æquum eſt, ut & filiabus & cognatis in ſolatium parentis, & cognati amiſſi & occiſi quid concedatur, *arg. l. capitalium 28. §. pen. ff. de pœn. § fœminæ. Inſtitut. de adopt. Heig. dict. quæſt. 34. num.* 19. negari haud poteſt, ipſis per internecionem patris ſive Cognati, æquè ac filiis & Agnatis injuriam inferri. Quare & haud immeritò Werigeldum filiabus atque cognatis ſolvendum eſt, cùm hoc pœnæ nomine ratione iniuriæ occiſi familiæ illatę debeatur, ut ſupra dictum & probatum fuerit. *Hartm. Piſtor. obſervat. 203. num. 7.*

Quod & iuri communi convenit, quo mor-
58 tem occiſi non tantum maſculi, ſed & fœminæ
heredes vindicare poſſunt, *l. ſororem. C. de his qui-
bus ut indign. l. propter. §. neptis. ff. ad SCtum Syl-
lan. l. mater. C. de calum. l. uxor. C. de his qui accuſ.
non poſſ.* & multis textibus hoc probat *Iohann.
Köpp. dict. deciſ. 10. num. 3. & ſeq. Nicol. Boer. deciſ.
121. num. 2. Nicol. Reuſner. lib. 1. deciſ. 19. num. 11.
& ſeqq. Iul. Clar. lib. 5 ſentent. § fin. quæſt. 58 num.
35. Coler. dict. deciſ. 159 part. 1. Hering. de fidei. c.
10 num. 355.*

59 Quinimò, licet maſculi ſive Agnati extent, necem occiſi vindicantes, unà cum iis tamen ſimul fœminas aliosvè cognatos in pari gradu exiſtentes ad vindicationem admitti, uſus & praxis quotidiana hujus Regionis docet.

Veluti etiam pronunciavimus Quæſtori in **Salza** */ Menſ. Febr. Anno* 1603.

Non parum enim per hoc onus vindicationis, quod plurimos ſumptus & litis expenſas requirit, ſublevatur; Neque Agnatos unquàm de hâc re conqueſtus fuiſſe, memini. Æquum igitur eſt, ut cognati unà cum Agnatis necē occiſi vindicantes ſolatium ac commodum laboris quoque habeant, & de Wergeldo participent. Quo reſpicere videtur *Conſtit. Electoral. 11. part.* 4. quæ tàm in rubricâ, quàm in textu expreſsè loquitur **von deß Toden Freunden** Et ſic nulla facta inter Cognatos & Agnatos diſtinctione, Reum ad ſolutionem VVergeldi propinquis interfecti, ſive paternâ lineâ conjuncti ſint, condemnari jubet, ut benè advertit *Dan Moler. dict. Conſt. 11. n. 4.*

60 *Eademq; verba Conſtitutionis etiamnum hodiè in Elect. Scabinatu ſententiis inſerere ſolemus, nulla facta diſtinctione inter Agnatos & Cognatos, mares & fœminas, in hunc modum reſpondentes:* **Er iſt aber gleichwohl deß Entleibeten nechſten Freunden das Wehrgeldt zu entrichten ſchüldig** *&c.*

Quamvis autem Wergeldum heredibus occiſi principaliter in ſolatium parentis ſeu Cognati amiſſi & ratione iniuriæ per internecionem defuncti ipſis illatæ debeatur, ut ſuprà demonſtratum fuit, *Gloſſ. in artic. 21. lib. 2.* **Landrecht** */ num. 3. verſ.* **Die andere Urſache** */ Iohan.
Schneidvvin. in §. in ſumma. Inſtit. de iniur nu.* 4.
Hartm. Piſtor. obſervat. 203. num. 7. attamen
hoc verum eſt, ſi heredes etiam necem occiſi
debito modo vindicent; Wergeldum ſiqui- 61
dem tantummodò heredibus mortem occiſi
vindicantibus debetur. *Zobel. in addit. ad gloſſ.
ordin.* **Landrecht** */ lib. 3. art. 45 nu. 4. Franciſc. Pfeil.
conſil. 23.* in verb. **Darum daß ſie den Thäter / und
den Todt jhrem Vattern / Sohn / Brüdern oder
Vettern angelegt / zu gebührlicher Straffe oder
Buſſe mit recht verfolgen /** *Virgil. Pingitzer.
quæſt. 4. numer. 9. 10. Köppen. dict. deciſ. 10. Paul.
Matth. VVehner. in pract. obſ. vocab.* **Manngeld /**
item **Sühngeld.** Eo namque modo, ſub ſpe
nempe VVergeldum lucrandi, ad vindicandam
necem occiſi heredes alliciuntur, & excitan-
tur. Reipublicæ enim intereſt, omnibus modis 62
providere, ne delicta maneant impunita *l. ita
vulneratus. 51. §. æſtimatio autem. verſ. ſi quis ab-
ſurdè. ubi gloſſ. in verb. impunita. ff. ad leg. Aquil.
l. locatio. 9. §. quod illicitè. ubi gloſſ. in verb. alte-
rum. ff. de publ. & vectigal. l. 18. §. 1. verſ. nedum
judiciis: junct. gloſſ. in verb. impunita ff. de judic.
l. 20. verſ. at is qui confitetur ſe occidiſſe: ff. de in-
ter. in jur. fac. l. ſi operis publici 14. C. de pœn.* ma-
ximè cùm in vindicanda nece parentis ſeu Co-
gnati, honor & dignitas liberorum atque he-
redum verſetur, cuius ne ulla fiat deminutio,
publicè intereſt *Nicol. Reuſner. lib. 1. deciſ. 20. nu-
mer. 23.*

Sed, *quid ſi heredes occiſi necem vindicare nolint, aut vindictam Magiſtratui committant?* Eo caſu, ut & ſi Agnati vel Cognati deſint, & occiſus non relictis heredibus mortuus fuerit VVergeldum Magiſtratui ſeu Iudici eius loci, cuius eſt jurisdictio & ultio, adjudicandum eſſe, docet *Dan. Moller ad Conſtit. Elect. 11. in fin. part. 4. & Virgil. Pingitz. quæſt. 4. num.* 10. 63

Q. 6. An Magiſtratui cedat VVergeldum, ſi heredis occiſi necem vindicare nolint?

Ex eo præcipuè fundamento, quòd gerada,
64 res expeditoriæ, aliaque bona vacantia, heredi-
bus non capacibus, aut planè non exiſtentibus,
cedant magiſtratui, qui ſuperiori jurisdictione
loci munitus eſt, ut inde deſumat expenſas exe-
cutionum criminalium, aliaque onera jurisdi-
ctionalia teneat, juxta *artic. 28.* **Landrecht** */ lib. 1.*
Vid. *Schneidvin. ad tit. Inſtitut. de heredit. quæ ab
inteſt. defer. rub. de ſucceſſ. fiſci. numero 17. Roth-
ſchitz. in tr. de gerad. artic. 15. num. 7. & ſeqq.
Reinh. Roſa. ad Dan. Moller. Conſtit. Elect. 38. n. 9.
part. 3.*

65 Quæ tamen opinio (ut pace iſtorum Virorum dixerim) mihi nequaquam placet. De gerada enim, rebus expeditoriis, & hereditate vacante manifeſta extat ſanctio Iuris Saxon, *dict. art. 28. lib. 1.* **Landrecht** / quæ haſce res heredibus deficientibus, Magiſtratui tribuit, adeoq; prorſus non dubitandum, quin vacantia hæc bona Magiſtratui cedant. Quòd ipſum non ſtatim ad VVerigeldum extendi debet, hoc enim, ut ſæpius dictum, heredibus occiſi ratione injuriæ ipſis illatæ debetur; quam ſi heredes necem interfecti non vindicantes occiſo remittant, nec pœna VVergeldi, ceu eorundem intereſſe ſolummodò concernens, ulterius obtinebit.

66 Exiſtimo igitur diſtinguendum eſſe: An heredes occiſi vindictam Magiſtratui commiſerint, eiq; jus ſuum contra occiſorem reſignaverint; An verò ultionem planè neglexerint, ita ut Magiſtratus ex officio contra occiſorem proceſſerit, aut etiam heredes prorſus non extent, quibus jus ultionis competit.

67 *Priori caſu*: ſi heredes occiſi vel propter inopiam, vel etiam aliam ob cauſam à vindicandi munere deſiſtant, illudque Magiſtratui committant, officium judicis implorantes, ut per modum inquiſitionis contra Reum procedatur, eique pœna promerita indicatur, quod ſæpiſſimè fieri ſolet, tum eis VVergeldum adjudicandum eſſe, non aliter ac ſi ipſimet agendo adverſus Reum necem occiſi vindicaſſent, aſſerere haud vereor. Non minus enim dicitur vindicare & agere in judicio qui officium judicis implorat, quàm qui oblato libello actionem ordinariam inſtituit. Nec refert, an quis ipſemet agat, aut alium agere faciat, modo conſtet, ipſum agere, nec iniuriam ſibi illatam remittere voluiſſe. Et crimina non ſolum per accuſationem vel querelam ordinariam, verùm etiam per viam denunciationis, inquiſitionis, & implorationis officii judicis apud Magiſtratum deferri & vindicari poſſunt. *Azo & Hoſtienſ. in ſumm. tit. de accuſat. Nicol. Reuſn. lib. 1. deciſ. 24. num. 22. Iodoc. Damhouder. in prax. crimin. c. 4.*

68 *Hinc Elector. Scabini heredibus occiſi, licet ipſimet necem non vindicent, nec contra occiſorem agant, ſi tamen vindictam Magiſtratui committant, eique jus ſuum reſignent, VVergeldum adiudicare ſolent. Prout reſponderunt ad requiſitionem Quaſtoris Deliciani. Menſe Febr. A. 1586.*

Ad conſultationem Senatus Grimmenſis, Menſ. Maio, A. 1629.

Quaſtoris in Senfftenburg / *Menſe Februar. A. 1630.*

69 *At Caſu poſteriori*: Quando hæredes nec ipſimet mortem interfecti vindicant, nec vindictā Magiſtratui committunt, aut etiam occiſus non relictis heredibus obiit, ita ut judicem ex officio inquirere, vel accuſationem inſtituere oporteat tunc neque heredibus occiſi, neque judici ex officio procedenti VVerigeldum adjudicari, ſed in ſententia iſtud planè omitti debet, Reusque hoc caſu à ſolutione VVerigeldi planè immunis eſt, ut in terminis tradit *Hartm. Piſtor. obſervat. 202.*

70 Neque enim heredibus occiſi VVergeldum hoc caſu debetur, ut qui nec ipſimet per modū accuſationis, neque per judicem implorando eius officium, cædem interfecti vindicarunt, & ſic tacendo iniuriam ſibi illatam remiſiſſe videtur. Non etiam Iudici VVerigeldum adjudicari debet, ut qui publicum intereſſe tantummodò quærit, Reum certâ pœnâ, relegationis, carceris, aut mulctâ pecuniariâ plectendo, ratione propriæ verò injuriæ, cuius nomine ſolummodò VVergeldum debetur, non habet quod conqueratur, cùm ipſi nulla fuerit iniuria illatà, adeoque nec ſolatium aliquod petere poterit.

71 *Ita pronunciatum fuit ad requiſitionem Quaſtoris in* Stollberg: So haben ſich deß Entleibeten Erben ſolches Wehrgelds / oder auch nunmehr deſſelben ihr von Amts wegen euch nicht anzumeſſen V.R.W. *M. Decem. A. 1591.*

An Amtsvoigt zu Weiſſenfelß / *M. Octobr. A. 1601.*

Ad requiſitionem Senatus Gorlicenſis, M. Mart. A. 1630.

72 Occaſione huius quod dictum fuit, heredes occiſi mortem non ulciſcentes VVergeldum non capere, quæritur: *Quid de hereditate occiſi ſentiendum ſit, an & hanc heredes necem defuncti parentis, vel alterius Cognati, non vindicantes admittant, eaq; per id ſeſe indignos reddant.*

Q. 7. An heredes necem occiſi non vindicantes hodie ſeſe indignos reddant hereditate?

73 Quod quidem de Iure Civili dubium non habet, quo expreſſe diſpoſitum, ut ab heredibus tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento ſuccedentibus, non ulciſcentibus mortem defuncti, tanquam ab indignis hereditas cum fructibus perceptis & percipiendis ſit auferenda, *l. heredem. 17. ff de his quibus ut indign. l. 1. l. minoris. 6. cum l. ſeq. l. cum fratrem. 9. cum l. ſeq. C. eod. tit. l. cum fiſco. 9. l. ſi ſequens 15. l. Gaius. 22 cum l. ſeq. l fin. ff. ad Syllan. l. 1. ubi Dd. ff. de iur. fiſci.* Adeoque de Jure Civili heredes mortem interfecti parentis & Cognati ſub pœna privationis ſeu confiſcationis bonorum vindicare tenentur.

74 Hanc verò pœnam prlvationis ſeu confiſcationis bonorum, contra heredes non vindicantes necem defunctorum de Iure Civili conſtitutam, hodiè prorſus in deſuetudinem abiiſſe, tradit & tenet *Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. fin. quæſt. 79. num. 8. poſt Foller. in pract. Canon. fol. 45. num. 32. quem etiam ſequitur Peregrin. lib. 2. tit. 5. in fin. de jur fiſci Paul. Matth. VVehner. in pract. obſervat. in vocab.* Wehrgeld. *Nicol. Reuſner lib. 1. deciſ. 20. num. 62.* Quibus tamen vehementer contradicit *Petr. Heigius l. 2. quæſt. 34.* exiſtimans, etiamnum hodiè heredes necem parentis vindicare recuſantes, ſe indignos paternâ hereditate conſtituere, quod adductis rationibus dubitandi & decidendi ſat multis ſtabilire conatur allegans ad hanc rem deciſionem VVittebergenſium.

75 Sed meo iudicio fundamenta Heigii tanti ponderis non ſunt, ut propterea à ſententia *Iul. Clari. Foller. Peregrin. Reuſner.* quos & Lipſenſes ſequuntur, teſte ipſomet Heigio *dict. quæſt. 34. n. 10.* recedendum ſit, id quod (omiſſis iis fundamentis, quæ ab Heigio tradita ac refutata fuere) ſubſequentibus rationibus demonſtrari poteſt.

76 *Primò*: Certum & indubitatum eſt, quòd ratione alicuius iuris ſeu diſpoſitionis ceſſante, ipſa diſpoſitio nullum ſibi amplius vindicet locum. *l. adigere. 6. § quamvis. 2. ff. de iur. patron. Iaſon. in l. quod dictum. 32. numer. 2. ff. de pact. Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratr. part. 6. quæſt. 9. num. 10. Tiraquell. in regul. ceſſante cauſa. num. 130. Nicol. Everhard. in loc. à ceſſat. ration. n. 2.* Atqui ratio diſpoſitionis Iuris Civilis, quæ

hereditatem heredibus necem occiſi non vindicantibus auferebat, hodiernis moribus ſimpliciter ceſſat. Ergo nec diſpoſitio Iuris Civilis ulterius obtinebit. Si enim jura & pœnam privationis hereditatis diligenter & exactè perſpexerimus, inveniemus, eam adverſus heredes non ulciſcentes mortem occiſi propterea fuiſſe conſtitutam, ne ipſis ab accuſatione deſiſtentibus, homicidium remaneret impunitum, eorumque honor & dignitas, quæ in vindicanda & punienda cæde parentis verſatur, deminueretur, *Nicol. Reuſner. lib. 1. deciſ. 20. nu. 7. & 23.* Non enim judex adverſus Reum homicidii procedere, eamque punire poterat, niſi accuſatione inſtituta, *gloſſ. in l. 2. §. pen. verb. ſine accuſatore. ff. ad Leg. Iul. de adult.* Iura namque neminem ſine accuſatore damnari volunt. *c. de manifeſta 2. quaſt. 1. c ſicut ad extirpandum. de cohab. Cler. l. fin. ubi Alber. ff. de in jus vocan. Marant. de ordin. judic. in part. tit. de inquiſ. in pr. & nu. 6. & num. 105. Foller. in pract. Crim. part. 1. part. 2. rubr. Novell. in prax. crim. num. 4. fol. 9.* Nec criminis cognitio vel pœnæ executio ſine accuſatione procedit. *c. Eccleſia. ubi gloſſ. in verb. non conventi. de Conſtit.* Et judex non rogatus, ſive ſit cauſa civilis ſive criminalis, nemini ſuum impertit officium, niſi ſcilicet ab eo poſtulatum, hoc eſt, pro tribunali petitum ſit. *l. fin. §. hoc autem* 8. ibi: *qui non poſtulavit experiri non poteſt. ff. de damn. infect. Nicol. Reuſner. lib. 1. deciſ. 21. num. 10. & ſeqq. & deciſ. 24. num. 8. & ſeqq.* Vnde accidere poterat, ut actione ab heredibus non inſtituta, homicidii crimen planè impunitum remaneret.

77 At verò hodiè, non ſolùm uſu & conſuetudine, verùm etiam ſanctione ſingulari in *Ordin. Provincial. Saxon. de Anno* 1555. *tit.* **Von Unkoſten der peinlichen Rechtfertigung.** *in verb.* **da kein Kläger vorhanden /** *&c.* in hiſce provinciis introductum eſt, ut judex abſque accuſatione partis etiam ex mero officio ad inquiſitionem criminalem & delictorum punitionem procedere poſſit ac debeat, adeò, ut negligens officium facere ipſemet crimine non levi ſe obſtringat. *Nicol. Reuſner. lib. 1. deciſ. 25. numero* 30. 78 *Petr. Heig. part. 1. quaſt. 39. num. 24. Paris de Put. de Synd. in verb. negligentia. cap. 1. nu. 8. 9. cap. 4. num. 4. 6. Foller. in pract. Crimin. Canon. in verb. aut inquiſitione. num. 20. 21. & ſeqq.* Vnde & hodiè inquiſitio ex generali conſuetudine remedium reputatur otdinarium. *Heigius dict. quaſt. 39. num. 8. Alphon. Villag. in pract. canon. dict. de inquiſ. cap. 16. concl. 18. Reuſn. dict. deciſ. 25. nu. 28. ubi plures allegat.*

Quapropter, licet hodiè heredes ab accuſatione deſiſtant, & necem interfecti ulciſci nolint, ea tamen ſemper à judice ex officio vindicatur, & ſic homicidium, etiamſi non agant heredes, nec impunitum remanet, nec heredum dignitas quæ in punitione Rei verſatur, deminuitur. Quæ cùm ita ſeſe habeant, hæredes ſub pœna privationis hereditatis ad accuſandum cogere, ſupervacaneum eſſet.

79 *Secundò:* Si pœna privationis hereditatis adhuc hodiè obtineret, ſequeretur, heredes ad vindicandam necem occiſi cogi poſſe: ſatis enim coactè quis facit id, ad quod metu pœnæ inducitur. Atqui de conſuetudine hodiernâ hæredem invitum quærelam vel accuſationem de homicidio commiſſo inſtituere non cogi, tradit *Virgil. Pingitz. quaſt. 4. numero 11. ubi & à Ienenſibus aliquoties ita reſponſum fuiſſe refert.*

80 Eamque conſuetudinem convenire ſanctioni Caroli V. Imper. haud obſcurè apparet ex *Ordin. Crimin. art.* 214. In verb. **Auch in dieſem oder andern dergleichen Fällen/ zuklagen wider ſeinen Willen nit genötiget werden / und wo der Beſchädigte nicht peinlichen klagen wolte / ſo ſoll dennoch die Obrigkeit den Thäter nichts deſtoweniger von Amtswegen rechtfertigen / unnd nach Gelegenheit der Perſon und Uberführung ſtraffen laſſen.** Vnde liquet, in arbitrio eſſe, an quis agere velit adverſus occiſorem, nec ne, & ſi accuſatio intermittatur, judicem ex officio inquirere, & Reum puniri debere.

81 *Quemadmodum etiam reſponderunt Scabini ad conſultationē VVolffgangi Theodorici* **Trutzſchlers: Ob nun wol deß Entleibeten Vatter** E. *VV.* **deß Vermögens iſt/daß er uff ſeine Unkoſten ſeines Sohnes Todt wider den flüchtigen Thäter gar wol rechtlichen Eyffern und** *vindiciren* **könte** *&c.* **So mag er doch hierzu wider ſeinen Willen nit gedrungen werden/ ſondern Ihr als der Gerichtsherr/weil euch die Ober- Gerichte deß Orts zuſtändig/ ſeyd ſolchen Todſchlag/ damit derſelbe nicht ungeſtrafft bleiben möge/ gegen den fluchtigē Thäter durch den gewöhnlichen Achtsproceß zu** *vindiciren* **ſchuldig/V.R.W.** *Menſ. Iun. Anno* 1608.

82 *Tertio:* Præterea, nec de Iure Civili heredes præciſè Reum accuſare, & ordinario proceſſu adverſus occiſorem agere tenentur. Prædicti namque textus Iuris Civilis ſolummodò ultionem & vindictam necis heredibus imponunt. Vlciſci autem & vindicare dicitur etiam ille, qui iniuriam ſibi illatam non impunitam relinquit, ſed crimen quovis modo perſequitur, *l. ſcientiam. §. cum aliter. ff. ad Leg. Aquil.* 18. *§. 1. ff. de iur. fiſci,* adeoque & ij, qui vindictam judici committunt, quod communiter heredes agere nolentes faciunt, mortem occiſi ulciſcuntur. Nam juxta uſum fori & judiciorum, inquiſitio vice accuſationis ſuccedit. *l. pen. ff. de publ. jud. Nicol. Reuſner. lib. 1. deciſ. 24. nu. 23.* Et ſi heredes cum occiſore ſuper lite criminali tranſigentes vindicare dicuntur occiſi necem, ut ipſemet fatetur Heig. *dict. quaſt. 34. n. 26.* eò, quòd per tranſactionem initam declarent, ſe animum ulciſcendi habuiſſe, & per concordiam illam planè inultam necem defuncti relinquere noluiſſe; certè multò magis cenſebuntut ulciſci mortē parentis, ſi vindictam Iudici committant.

83 *Quartò:* Vnde etiam de Iure Civili heredes non agentes adverſus occiſorem, nec necem occiſi vindicantes ſeſe hereditate indignos redderent; aliud tamen de conſuetudine obtinere, nec pœnam privationis hodiè locum habere, tenet *Iul. Clar. dict. quaſt. 79. nu.* 8. ideoque non tàm ad jus ſcriptum, quàm conſuetudinem receptam hoc caſu reſpiciendum eſt.

Licet autem Heig. *dict. quaſt. 34. num.* 44. re-
84 gerat, *Iulium Clar.* ibidem non niſi de conſue-
tudine locali ſeu provinciali in certo loco Italiæ
obtentâ teſtari: Iſtud tamen eiusdem verbis re-
pugnat, quæ generalia ſunt, & abſque dubio de
cõſuetudine generali loquuntur, de qua etiam
teſtantur *Foller. Peregrin. Nicol. Reuſner. & Vir-
gil. Pingitz. dd. locis.*

85 Quinimò, ſecundum Doctrinam *Iul. Clar.* heredes, nimirum non vindicantes necem occiſi, per id ſeſe hereditate eius indignos non reddere *Scabinos Lipſenſes* ſæpius, atque ante plurimos annos pronunciaſſe, eamque in pronunciando etiamnum ſequi, apparet ex eorundem ſententiis, quæ non modò in Electorali Aulâ confirmatæ & approbatæ fuere, ſed & conſuetudinem in hiſce terris introduxerunt, teſte *Henr. Gôden. Conſil.* 74. *num. 6. verſ. prout Scabini Lipſenſes. Matth.* Coler. *part. 1. deciſ.* 59 *n.* 11. *Iacob. Schult. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quaſt.* 122. *n.* 59.

86 *Ita reſpondendum ad conſultationem Henrici à* Schönbergk: Jſt C. von N. am 22. *Decembr.* deß abgewichenen Jahres von *I. A.* von *VV.* durch etliche Stiche dermaſſen verwundet worden / daß er bald hernach davon geſtorben / und es hat bemeldes *N.* Vater euch als dem Gerichtsherrn deß Orths / ſolche That Ambts und Obrigkeit wegen zu *vindici*ren / und den peinlichen Proceß zu vollführen übergeben / und anheim geſtellet / darneben auch das jenige / was ſein Sohn an Kleidung / etlicher weniger Bahrſchafft / und anderer Fahrnüß hinter ſich verlaſſen / abgefordert *&c.* So ſeyd er jhme jetzo berührte ſeines Sohnes Verlaſſenſchafft / euers darwider gethanen fürwendens ungeachtet / folgen zu laſſen / und den peinlichen Proceß von Obrigkeit und Gerichtswegen zu vollführen ſchuldig / V. R. W.
Menſe Maio, Anno 1606.

87 *It: verſus:* Göltzhen. *ad requiſitionem heredum Auguſtini* Naumans. Jſt euer Ehemann und Vatter vor 14. Tagen von *P. K* ſo nunmehr flüchtig ohne gegebene Urſach mit einem Stecken entleibet worden. Do jhr nun deſſen *vindication* euern Gerichtsherren / als welchem die Obergerichte zuſtändig anheim ſtellen würdet / *&c.* So were der Gerichtsherr wider den flüchtigen Thäter gebührlichen zu *procedi*ren ſchüldig / und jhr hättet euch dadurch / gedachtes euers entleibeten Ehemannes und Vatters Erbſchafft nicht verluſtig gemacht V. R. W.
Menſe Auguſt. Anno 1622.

88 *Similiter pronunciarunt ad requiſitionem Catharinæ* Cuntzens / zu Otterandt / *Menſe Maio, Anno* 1598.
An Rath zu Döbeln / *Menſ. Ian. An.* 1602.
Ad conſultationem Chriſtophori Theodorici à Lichtenhain / *Menſ. April. Anno* 1625.
Ad requiſitionem Iohan. Gottmans zu Plauē *Menſe Iulio, Anno* 1625.
Ad conſultationem H. B. à D. Menſ. Octobr. Anno 1628.

89 Necquicquam incommodi per id Reipublicæ ac Magiſtratui infertur, ad cuius officium alias ſpectat, omnibus modis providere, ut crimina vindicentur, & ſontes è medio tollantur, ac pœnas promeritas luant. Quinimò longè conſultius eſt Reipublicæ, per viam inquiſitionis ſummariè, & ſublato (quod dicitur) velo abſque longo litis ſufflamine adverſus Reum procedi, quàm per proceſſum ordinariũ, multas ambages ac circuitiones invehi, quibus ſæpè numero pœnæ delictorum negliguntur. *Nicol. Reuſner. lib. 1. deciſ. 24. n. 32.*

90 Niſi quis fiſci incommodum urgere velit, ex quo ſumptus atque expenſæ ſuppeditantur, judici ex officio procedenti, quas in proceſſu ordinario hæredes necem occiſi vindicantes ipſimet impendere tenentur. Hoc fiſci onus ut aliquo modo ſublevetur, exiſtimo, in caſu, quo heredes mortem interfecti non ulciſcentes opulentam & lucroſam acquirunt hereditatem, ex ea ſumptus fiſco reſtituendas eſſe.

Quemadmodum ſæpius pronunciarunt Scabini.
91 Ob nun wohl deß Entleibeten Wittib und Erben / jhres Ehemannes und Vattern Todt zu *vindici*ren nicht gemeinet / ſondern daſſelbe der Obrigkeit deß Orts anheim geſtellet / *&c.* So haben ſie ſich doch der Erbſchafft dardurch nicht verluſtig gemacht / Sie ſeyn aber gleichwol / weil euern Bericht nach der Entleibete eines ziemlichen Vermögens geweſen / die Gerichts und andere Unkoſten / ſo in dieſer Sachen uffgewendet werden müſſen / uff vorgehende *liquidation* und Ermäſſigung zuerſtatten ſchuldig / V. R. W.
An M. Ioh. Gottsman zu Plauen. *Menſe Iulio, Anno* 165.

92 *Ad conſultationem Præfecti Rochlicenſis:* Wiewol deß Entleibeten Wittib und Erben der *vindication* jhre Mannes und Vattern Todes ſich nicht angemaſſet / ſondern dieſelbe dem Ambte übergeben: So habē ſie ſich doch dadurch deß Entleibeten Erbſchafft nicht verluſtig gemacht / Es werden aber gleichwol die auff dieſen Proceß gewendete Unkoſten auff vorhergehende *liquidation* und Ermäſſigung von ſelbiger Erbſchafft billig entrichtet und abgeſtattet V. R. W. *Menſe Decembr. Anno* 1630.
Similiter fuit pronunciatum ad requiſitionem Iohan. Clemens zu Reichenbach / *Menſe Iun. Anno* 1625.
Senatus Ilenburgenſis, Menſ. Octobr. Anno 1627.
Ad requiſitionem Chriſtophori Theodorici à Lichtenhain. *Menſe April. Anno* 1625.
VVilhelmi Theodorici à Thumshirn / zu Crimmitzſchau. *M. Auguſt. Anno* 1629.

QVÆSTIO XXXV.

De Crimine fractæ pacis publicæ, eiusque pœna.

SVMMARIA.

1. *Nil æquè ad Principes pertinet, quàm ſtudium concordiæ.*
2. *Conſtitutio de pace publica ab Imper. & Statibus Imperii in Comitiis promulgata.*
3. *Quare Conſtitutio hac ſtrictè ſervanda ſit. numer.* 4.
5. *Vnde originem habuerit, & qualisnam fuerit Ganerbinatus. n.* 6. 7.

8. *Pœna fractæ pacis publicæ eſt Bannum Imperiale.*
9. *Inſuper & alia pœnæ adverſus violatores, pacis publicæ ſunt proditæ n.* 11.
10. *Inter haſce referenda quoq; eſt pœna gladij.*
12. *Crimen fractæ pacis grave & atrox eſt.*
13. *Non omnis vis publica in crimen fractæ pacis incidit.*
14. *Requiſita criminis fractæ pacis quænam. num.* 10. 29.
15. *Armorum appellatione quænam veniant.*
17. *Maior vis quænam dicatur.*
18. *Quot perſonæ ad fractionem pacis publicæ requirantur. n.* 19.
21. *In crimine fractæ pacis probatur dolus ex circumſtantiis & indiciis.*
22. *Vbi vis committitur, dolus adeſſe præſumitur.*
23. *Conſtitutio Imperij de fracta pace pertinet etiam ad homines privatos.*
24. *Conſtitutio fractæ pacis loquitur generaliter.*
25. *Sententia Scabinorum Lipſenſium n.* 26. 27.
28. *Conatus huius criminis punitur pœnâ ordinaria.*
29. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
30. *Variis modis crimen fractæ pacis committitur.*
31. *Ex hac conſtitutione puniuntur etiam ædium effractores & expugnatores. n.* 32.
33. *Sententia Scabinorum Lipſienſium. n.* 34.
35. *Quænam ſit pœna expugnationis ædium, quando hæc non incidit in crimen fractæ pacis. n.* 36. 37.
38. *Reſponſa Scabinorum Lipſienſium.*
39. *Num effractores Carceris crimen fractæ pacis committant.*
40. *Eximens aliquem è carcere, an teneatur eâdem pœna qua puniendus erat carceratus. n.* 41. 42.
43. *Quid juris in foro Saxonico. n.* 45.
44. *Parum refert quoad punitionem effractoris, an carceris fuerit condemnatus, nec ne.*
46. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*

1 CUm nihil æquè ad Principes pertineat, quàm ſtudium concordiæ, *c.* 1. *de prohib. feud. alienat.* quos in Republica eſſe oportet, quod oculus in corpore, quod in animo ratio, haud immeritò ij advigilare debent ſollicitè, ut pax ubique ſarta, tecta conſervetur. *Andr. Gail. de pac. publ. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 3.

2 Ideoque Divæ & feliciſſimæ recordationis Impp. Maximilianus I. Anno 1495. VVormatiæ, & Anno 1500. Auguſtæ: Carolus V. Anno 1521. VVormatiæ, Anno 1522. Noribergæ, Anno 1548. & 1551. Auguſtæ: Ferdinandus I. Anno 1555. Auguſtæ, Anno 1557. Ratisbonæ, & Anno 1559. Auguſtæ: Nec non ſubſequens Impp. conſentientibus Statibus & Ordinibus Imperii, ſaluberrimam & planè neceſſariam de Pace publicâ Conſtitutionem (**Auff den Landfrieden**) promulgarunt, eamquè in diverſis Imperii conventibus & Comitiis ſubſequentibus ſub incudem revocarunt, quâ pacem publicam armatâ manu violare, ſeveriſsimè prohibuerunt, & in violatores pœnas acerbiſſimas conſtituerunt. Eamque conſtitutionem pacis publicæ ſe conſtanter ſervaturus eſſe, Imperatores electi ad gubernationem Imperii, in Capitulatione Electoribus ſanctiſſimè promittunt, ut videre eſt apud *Schleidan. lib.* 1. *Melch. Goldaſt.* **in Reichsſatzungen**/ *part.* 2. *ſub Anno* 1575. *Georg. Scabin. de Elect. & Coronat. Carol. V. Caſp. Ens. in libell. de elect. & inaugur. Reg. Roman. cap.* 1.

3 Nec ſine ratione Conſtitutio hæc ſtrictè ſervanda, & in violatores pacis publicæ ſeveriſſimè animadvertendum eſt, cùm per eos publica tranquillitas & trauquilla libertas lædatur. *Andr. Gail. lib.* 1. *de pac. publ. cap.* 1. *num.* 3. Equidem quoniam illi, qui adverſus aliquos iuſtas ſe cauſas habere putabant, inimicitias denunciare & lites armis finire ſolebant. **Daß das Fauſt und Kolbenrecht im Schwang gienge**/ *Phil. Comin. lib.* 10. *de reb. geſt. Ludovic XI. circa fin.* 4 De quo more *Nicol. Cuſanus*, inquit, *Per viliſſimum diffidationum modum, honorem ſalvari putant, & vi poſt diffidationem intimatam ex quacunque conficta, aut nulla cauſa qualitercunque rapta, palàm aut occultè, licitè credunt poſſideri, etiamſi bona Eccleſiæ, aut Clericorum auferantur contra omnes leges & iura &c.* Et paulò poſt: *Error maximus & manifeſtus, qui recenter in Alemanniæ partibus, proh dolor! inolevit, per quem DEVS offenditur, pax publica & omnis ſtatus turbatur, lib.* 3. *de concord. cathol. cap.* 31. *Et Petr. de Andlo. Eò res, proh dolor! redacta eſt*, inquit, *ut non modo vi oppreſſus, vix judicem, ad quem recurrat, inveniat, ſed & tum poſt longos laborum circuitus vix tandem judicatum obtinere contigerit, deficit tamen plerumque, qui res iudicatas executioni demandare aut velit, aut poſſit. Hinc jam patria continuis diffidationibus exagitatur, hinc jam tela volant, furibundæ ſparguntur faces, hinc armorum, arcuum ſonat fragor, & injurioſus mucro omnia & omnia proſternit, &c. de Rom. Imp. lib.* 2. *cap.* 16.

5 Quæ res etiam introduxit *Ganerbinatum*; Cum enim paſſim itinera erant minus ſecura & Latrones in arcibus apud ſui generis homines latitabant, alii, quibus virtutis potius, quàm Rapinæ ſtudium carum erat, confecerunt ſibi arces munitas in quibus cum familiis ſuis, & rebus precioſioribus ab aliorum invaſionibus violentis tuti eſſent, ſibique certas leges conſtituerunt. *Rittershuſ.* 1. *part. feud.* 17. *pag.* 257. Et hi vocabantur Ganerbii, **Die Gan Erben**/ quaſi (**gemeine Erben**) *Paurmeiſt. lib.* 2. *de juriſdict. Imper. cap.* 6. *numer.* 68. 6 De quibus Jus Saxonicum ita loquitur: **Bürger oder Burgkman heiſſen die Gan Erben und Edelleute/ ſo vor Alters unter einem Burgherrn auff einer Burgk gewohnet haben / da ſie denn die Burgbürgere genennet worden.** *Item alibi*: **Burgklehen heiſſen ſolche Lehen / da ihr viel Edelleute oder Gan Erben / wie mans jetzo nennet / in oder Burgk oder Schloß zuſammen haben Lehen und Lehenrecht/ von Fürſten und Herren / denen die Burgk zugehöret** / *Matth. Stephan. de jurisdict. lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 7. *membr.* 3.

7 Horumque potentiâ auctâ, ceperunt Ganerbii alios opprimere, quorum tamen improbitas & malitia publicis Imperii Conſtitutionibus coercita eſt. Wormatiæ Anno 1495 1521. & Auguſtiæ 1548. *Schonborn. lib. 2. polit. cap.* 13. *Matth. Stephan. dict. cap.* 7. *membr.* 3. *numer.* 7. *Ventur. de Valent. in Parthen. litig. lib.* 2. *cap.* 2. *numer.* 13.

8 Sed hæc omnia hodiè ſunt ſublata pace publicâ, eiusque pœna conſtituta, quæ eſt præſcriptionis ſeu Banni Imperialis, quæ pœna pacem publicam armata manu violantibus irrogatur, **daß derſelben Leib und Guth allermänniglich erlaubet ſey / und niemand daran freveln oder verhandelen könne oder möge** / *Ordinat. Camer. part.* 2. *tit.* 8. *Receſſ. Imper. Wormat. ſub Carolo V. Anno* 1521. *tit.* **Die Poen aller Friedbrecher:** *Auguſt. Anno* 1548. §. **Ferner zu noch mehr beſtändiger Erhaltung Landfrieden.** *Sub Carolo V.* **zu Augſpurgk.** *Anno* 1548. *tit.* **Die Poen der Friedbrecher.** De quâ pœna tractat pleniſſimè *Andr. Gail. de pace publ.*

9 Præter pœnam Banni, adhuc alia pœna pecuniaria, nimirum 200. Marcarum auri puri, ut & perditio privilegiorum ab Imperatore conceſſorum, adverſus violatores pacis publicę definita eſt in *Conſt. pac. publ. fol.* 3. Quinimò jure Pandectarum & Codicis *tit. ad Leg. Iul. de vi publ.* & in aliis conſtitutionibus adhuc variæ pœnæ adverſus fractores pacis publicæ proditæ ſunt, quibus omnibus illi tenentur, *Ordin. Camer. part.* 2. *tit.* 9. *verſ.* **So jemands** / in verb. **unſer unnd deß Reichs Achts / ſambt andern Poenen Gefällen ſeyn.** &c. Quas pœnas coniunctim & diviſim Actor petere poteſt, *dict. tit.* 9. *verſ.* **Wir wollen** / ibi: **daß alsdann zu der vorgewaltigten beſchädigten / oder entſetzten Willen und Gefällen ſtehen ſol / den Thäter unnd Landfriedbrecher uff die Poen der Rechten / und deß Keyſerlichen Landfriedenß / oder derer eine Inſonderheit zu klagen** &c. *Mynſing. cent.* 5 *obſervat.* 78. *n*, 4.

In arbitrio igitur actoris eſt, an ſuper Conſtitutione pacis fractæ Reum convenire, & omnas pœnas ſimul, vel unicam tantummodo, ut Bannum Imperiale, aliamvè pœnam, utputa 10 gladii, adverſus eum decernendam petere velit: Violatores enim pacis publicæ, ſi deprehēdantur, gladio puniri extra dubium eſt. *l. fin. ff. de re militar. Conſtit. de pac. tenend. tit.* 27. *F.* 2. *Receſſ. Auguſt. ſub. Imper. Ferdinando I. Anno* 1555. §. **Wir ſetzen / ordnen** / *verſ.* **Wo ſie in Gefängnüß kommen** / *Ordin. Crim. Carol. artic.* 128. & 192. *ubi Matth. Stephan. Ordin. Provincial. Saxon. Elector. pag.* 66. in verb. **In die höchſte Landacht gefallen / und Leibes und Lebens vorluſtig ſeyn / alſo daß ſich niemand an jhnen ſol mögen vergreiffen / ſondern wenn ſie gefänglichen einbracht / ſo ſollen ſie mit dem Schwerd gerichtet werden.** *Et pag.* 67. in verb. **Als öffentliche deß Heiligen Reichs / und jhrer Liebden / Landtfriedbrecher mit dem Schwerd vom Leben zum Tode ſollen geſtrafft werden** &c. *Artic.* 13. in verb. **Die den Friede brechen / und in Ehebrecherey begriffen werden / denen ſoll man allen die Haupter abſchlagen** / *lib.* 2. **Landrecht.** *Conſtit. Elector.* 13. *part.* 4. *in pr. Dan. Moller. num.* 5 *Andr. Gail. dict. lib.* 1. *de pac. publ. cap.* 1. *num.* 9. *Dom. Arum. ad Aur. Bull diſp.* 6. *th.* 16. Eaque pœna communiter præſertim iudice ex officio procedente, decerni ſolet.

11 Tàm variæ autem pœnæ contra violatores pacis publicæ propterea conſtitutæ ſunt, ut reprimatur multorum ad quodvis ſcelus perpetrandum audacia prompta, quorum meſſis è malis publicis eſt, qui non iure & iudicio, ſed vi armatâ nihil penſi habentes ſuum repoſcunt, *l. extat. ff. de eo quod met. cauſ. l ſi quis in tantam. C. unde vi.* qui denique ruptis debitæ & iuratæ fidelitatis habenis, adverſus Romanum Imperium hoſtili animo armati inſurgere non erubeſcunt. Horum perverſa audacia metu Conſtitutionis pacis publicè coërcetur, ut hoc pacto tuta ſit inter improbos innocentia, & in ipſis improbis, formidato ſupplicio, refrenetur audacia & nocendi facultas. *c.* 1. *c. facta ſunt. diſt.* 4. *And. Gail. dict. cap.* 1. *n.* 7. & 8.

12 Nec eſt, quòd vis publicæ aut fractæ pacis crimen multis verbis exaggeretur, quod quàm ſit grave & atrox, res ipſa loquitur, ſiquidem publicam & armatam vim qui facit, univerſam Rempublicam oppugnare cenſetur *VVeſemb. in pandect. ſub tit. de vi publ. num.* 1. & *ad tit. de vi & vi armata. num.* 6. *Nicol. Reuſner. lib.* 4. *deciſ.* 17. *num.* 15 Atrox igitur crimen atroces easque varias pœnas meretur.

13 Priusquam verò una vel altera ex pœnis prędictis decernatur, certo conſtare debet, Pacem publicam fractam eſſe. Non enim vis publica omnis fracta pax eſt, licet è contrario, omnis fracta pax ſit vis publica, quia edictum ſeu Conſtitutio pacis publicæ non ad omnem, ſed ad atrocem vim pertinet. Et ſanè in *tit. ff. & C. ad Leg. Iul. de vi publ.* multæ ſpecies vis publicæ recenſentur, quæ tamen ad Conſtitutionem ruptæ pacis non pertinent, ſed aliis ac mitioribus pœnis coërcentur, *Andr. Gail. lib.* 1. *de pac. publ. cap.* 7. *n.* 19. *Dec. in c. at ſi Clerici in pr. nu.* 6. *de judic. per. gloſſ. in can. meliore.* 27. *quæſt.* 1. *Bartol. in l.* 6. *in pr. ff. de accuſat. Hieron de Monte var. jur. quæſt.* 19. *n.* 30. & *ſeqq. Nicol. Reuſn. dict. deciſ.* 17. *n.* 7.

14 Ideoque, ut actio ex Conſtitutione Pacis publicæ ob pacem violatam utiliter competat, ad requiſita maximoperè reſpiciendum eſt, quæ in crimine fractæ pacis concurrere oportet; Quorum ſunt tria: *Primum* eſt, ut vis ſit publica armata. *Receſſ. Imper. de An.* 1548. *Auguſt. in pr. Conſtit. pacis publicæ*, ibi: **Mit gewehrter Hand** / &c. Armata enim vis dicitur publica reſpectu privatæ, quia uſu & exercitio armorum privatis hominibus Lege Iulia interdictum erat. *l.* 1. *ff. ad L. Iul. de vi publ.* Et nulli prorſus, inſcio atque inconſulto Principe, quorumlibet armorum movendorum copia tribuebatur. *l. un. C. ut arm. uſ. inſc. Princip. interd. lib.* 11. *Petr. Frider. Mindan. de proceſſ. lib.* 1. *cap.* 23. *Nicol. Reuſn lib.* 4. *deciſ.* 17. *n.* 12. *Andr. Gail. lib.* 1. *de pac. publ cap* 7. *n.* 4.

15 Armorum autem appellatione non tantùm veniunt ſcuta, gladii, tela, iacula, tormen-

tatum

ta cum fulmine tonitruantia, ſed etiam fuſtes, lapides ſpatæ, & quidquid nocere poteſt. *l.3. §. armis. ff. de vi & vi armat. l. armorum. 41. & l. ſi calumnietur 233. §. telum. ubi Alciat. ff. de Verb. ſignif. l.9. l.11 ff. de vi publ. Mindan. dict. cap. 23.*

16 *Secundò*, ad fractionem pacis publicæ non ſufficit, ut vis ſit publica armata, ſed ea etiam major eſſe debet, & talis, cui reſiſti vix poſſit. *l.1. §. hoc interdictum ff. de vi & vi armat. l.2. & l. ſeq. ff. quod met. cauſ. l. ex conducto. 15. §.1. l. ſi merces. 25. §. vis maior. 6. l. ſi fundus. 33. in fin. ff. locati.* Itemque innuunt verba *Conſtit. pacis publicæ*: Mit gewaltiger That. *Receſſ. Imper. VVormac. de Anno* 1495. *Anno* 1521 *Auguſt. Anno* 1548. & 1555. *Nicol. Reuſner dict. deciſ. 17. n. 12. Petr. Frider. Mindan. dict. cap. 23.*

17 Major autem vis dicitur, quæ collectis & coadunatis ad nocendum hominibus fit, *l.2. in pr. & in §. homines. ff. de vi bon. raptor. l.3. cum l. ſeq. ff. ad Leg. Iul. de vi publ l. qui cœtus l. qui dolo. 10. §. hac lege cum. l. ſeq. ff. eod. tit. & tot. feud. de pace tenend. Receſſ. Imper. Ratisb. de Anno* 1594. §. Alſo iſt auch. Sive cum turba, quam plures efficiunt, *l. Prætor. ait. 4. §. turbam. 3 ff de vi bon. raptor l. deteſtatio. §. unicus. ff. de verb. ſignificat. Andr. Gail. lib. 1. de fac. publ. cap. 7. num. 24. Mindan. dict. cap. 23. Dan. Moller. ad Conſtit. Elect. 13 num. 5. part. 4.*

18 Quia verò ſæpè in dubium apud Dominos Camerales vocatum eſt, quot perſonæ ad fractionem pacis publicæ requirantur, poſterioribus Anni 1594. Comitiis Ratisb. in arbitrio judicantis id relinquendum eſſe, ſancitum reperitur in §. Ebener maſſen iſt man bißhero in dem Zweiffel geſtanden / durch wie viel Perſonen der Landfriede geſchwächt könne werden / in deme wir dieſe Verordnung thun / daß ſolches zu deß Richters diſcretion geſtellt ſeyn ſoll / welcher ſich auß den Vmbſtänden der erzehlten vnnd erwieſenen Gewalthat / auch der Worten / Verſtand vnd diſpoſition, der außgekündigten Landfriedens / vnnd gemeiner beſchriebenen Rechten jederzeit zu informiren / vnnd in Erkennung oder Verweigerung der proceſs darnach zu richten wiſſen wird &c.

19 Nam & duo, imò unus publicam pacem violare poteſt, unde etiam ad Cameram & pœnam banni vocandus, modò ſit immediatè ſub Imperio. Unus enim & alter mediati coram ordinario conveniendi & puniendi ſunt. Id quod innuit *d.* §. Ebener maſſen. *Chriſt. Leibfried. apud Goldaſt. in Polit. Imper. part. 30. Mindan. dict. cap. 23.*

20 *Tertium* requiſitum ad fundandam ſuper fracta pace jurisdictionem, eſt dolus malus, hoc eſt, ut vis publica, quam armata manu & collectis hominibus fieri dixi, proficiſcatur ex vero dolo, atroce malitia, ex propoſito & deſtinata offendendi voluntate, præcedente & communicato conſilio, de induſtria & data opera, juxta verba *Conſtit. pacis publicæ* (fürſetzlich / gefährlich vnd freventlich.) Quemadmodum ea ſic explicat *Mindan. dict. c. 23. ex l. qui cœtu. 5. l. qui dolo malo. 10. ff. de vi publ. l.3. l.5. ff. quod met. cauſ. l.2. §. dolo autem malo ff. vi bon. raptor. Andr. Gail. lib. 1. de pac. publ. cap. 7. n. 6. Nicol. Reuſner. lib. 4. deciſ. 17. num. 13.*

21 Ad probandum verò dolum in cauſa fractæ pacis ſufficit, ſi ex facti circumſtantiis & perſpicuis indiciis is appareat. *Receſſ. Imper. Ratisb. de Anno* 1594. §. Ebener maſſen in verb. Ob gleich Conſtitutio fractæ pacis verum dolum erfordere / daß es doch gnug / ſintemahl ſolcher dolus in mente delinquentis beruhet / vnnd derowegen ſchwerlich directè zu probiren, dieſelbe auß den Vmbſtänden der That / Handlung / ex perſpicuis indiciis, & evidentia ipſius facti könne vnd möge erwieſen werden / als da vis publica, coadunatio hominum, incendium, hoſtilis invaſio territorii alieni vorhanden / *&c.* Et poſtea: So laſſen wir vns ſolch Bedencken vnſers Cammergerichts wol gefallen / vnd wollen / wann die narrata mit allen vorerzehlten Vmbſtänden / vff welche die proceſs ſeyn außgebracht / durch den Kläger / wie ſichs gebühret / gnugſamb erwieſen / vnd auß denſelben verus dolus circumſtantiis, perſpicuis indiciis, ſeu evidentia facti iſt dargethan / daß alsdann zuerſtattung der Pœn deß Landfriedens möchte geſchritten werden.

22 Nam & generaliter, ubicunque vis aut violentia committitur, ibi dolus præſumitur; veluti ſi quis cum armis ad locum aliquem, in quo vis alicui facta eſt, aut etiam cum turba acceſſit, *l.3. §.5. ff. de vi & vi armat. l.2. § doli mali mentio ff. de vi bon. raptor.* Qui enim rei illicitæ operam dat, ipſo facto cenſetur eſſe in dolo manifeſto. *l. ſi ex plagis. §. tabernarius ff. ad leg. Aquil. l. ſi non convitii C de injur. Gloſſ. & Dd. in l. dolum. 6. C. de dolo. Andr. Gail. dict. cap. 7. Nicol. Reuſner. dict. deciſ. 17. n. 21. Mynſ. cent. 3. obſerv. 98.*

Et hæc ſunt requiſita criminis fractæ pacis, quibus concurrentibus de qualitate ipſius criminis ulteriùs dubitandum non eſt, *arg. l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit decem. 129. ff. de verb. obligat. Dec. conſil. 177. num. 1.* Quod & procedit, ſi à privatis hominibus prædicto modo pax publica violetur.

23 Non ſolùm enim Conſtitutio Imperii de fracta pace ad Principes & Ordines Imperii pertinet, ſed & ad homines privatos, qui ſi dolo malo, coactis & coadunatis hominibus pluribus vim publicam alicui inferant, æquè ſuper conſtitutione pacis fractæ conveniri poſſunt. *Chriſt. Leibfried. dict. loco apud Gold. part. 30. Nicol. Reuſner. dict. deciſ. 17. n. 17. Andr. Gail. dict. cap. 7. n. 14. Petr. Frider. Mindan. de proceſſ. Cam. lib. 1. cap. 22. ſect. 3. verſ. verum quia.*

Q. 1. An Conſtitutio Imperii de fracta pace publica ad privatos quoque homines pertineat?

24 Nam Conſtitutio pacis fractæ generaliter loquitur: Niemands von was Würden / Standes / oder Weſens der ſey / &c. Et lex ſua natura generalis eſt. *l.1. ff. de legib. l.3. §. Divus. ff. de ſepulch. violat. Panorm. in rubr. de conſt. num. 2.* Præterea quoque mentionem facit expreſsè ſubditorum aut conjunctorum. *Mindan. dict. loco.* Eamque ſic explicat *Conſtitut. Elect. 13. part. 4. ubi Dan. Moller. numer. 5. Reuſner dict. deciſ. 17. numer. 17.*

25 *Quemadmodum in hanc ſententiam à Scabinis Lipſ. pronunciatum fuiſſe, refert Reuſner. deciſ.* 17. *n.* 15. Ob jhr nun gleich hernach darüber mit

einander zu Werck kommen / zugleich vff einander loß gedrucket / vnnd er Euch mit einer Kugel durch den Schenckel geſchoſſen / So hat er dennoch wohl fug/derowegen/daß jhr jhn auff freyer Käyſerlichen Landſtraſſen / erſtlich nach dem Maul/ vnnd als jhr ſein gefehlet/hernach mit einer Büchſen auff ein Arm geſchlagen/vnd er folgends die Büchſe wider an euch loß geſchoſſen/euch peinlichen auff den Käyſerlichen Landfrieden zubeklagen/V. R. W.

26 *Similiter pronunciatum ad conſultationem F. à K.* Hat *H. à B.* zu *R.* am 4. *Maii* dieſes 95. Jahres/ als jhr von *H.* gereiſet / auff freyer Landſtraſſen ohn Gewehr mit zehen Perſohnen zu Roße auff euch gehalten / euch vnverſehens überfallen/ an ewren Ehren angegriffen / vnnd geſchmehet / auch zwingen wollen/daß jhr die Fauſt von euch geben ſoltet/mit Röhren geſchlagen/etliche Schöſſe auff euch gethan/vnnd endlich mit dem einen durch den rechten Arm oben bey der Achſel dergeſtalt beſchädiget/ daß jhr für todt uff dem Platze ligen blieben / inmaſſen denn ſolches die eydlich abgehörte Zeugen mehrertheils außgeſaget/ꝛc. So hat obbemelter *H. à B.* ſeine Diener vnnd Helffere/ wegen ſolcher gewaltſamen Landbrüchigen That/Leib vnd Lebē verwürcket/ derowegen werden ſie/wann ſie zuhafften bracht/mit dem Schwerdt von Leben zum Tode billich geſtrafft/V. R. W. *Menſ. Aug. Anno* 1595.

27 *It*: Ob gleich beyde Gefangene *D. à B.* vnd *D. C.* nicht geſtändig ſeyn wollen / daß von jhnen der Schuß in Leiſts Hauß/davon er durch den Arm vnd ſein ſchwanger Weib todt geſchoſſen worden / geſchehen/dieweil ſie aber dennoch alle beyde geſtanden/ daß ſie bey nächtlicher Zeit vnd mit gewapneter Hand für Leiſts Hauß kommen / vnnd jhn darinnen vorgewältiget/ꝛc. So werden ſie beyde von wegen ſolcher geübten vnd bekandten öffentlichen Gewalt / vnnd darbey beſchehen Beſchädigung vnd Mordthat/ vngeachtet/welcher vnter jhnen den Schuß vollnbracht/ wofern ſie vff vorberührten jhrem Bekändtniß nochmahls für peinlichem Gerichte freywillig verharren/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte billich geſtrafft/V. R. W. An Fürſtliche Biſchoffliche verordnete Cantzler vnd Räthe zu Werde/ *Menſe Decembr. Anno* 1594.

28 Nec refert in crimine fractæ pacis publicæ, an ingens damnum actori ſit illatum, necne; ſufficit enim ad pœnam irrogandam ob violatam publicam pacem, invadentem cum armis, & coadunatis hominibus veniſſe, licet actualis operatio & uſus armorum non fuerit ſubſecutus. *l. 3. §. qui armati. 5. ff. de vi & vi armat. Petr. Frider. Mindan. de proceſſ. Camer. libr. 1. cap. 23. ſect. 2.* Id quod etiam probatur ex *Conſtit. Elect. 13. part. 4.* ubi pœna gladii prodita eſt in eos, qui in ſylvis aut agris juxta itinera publica ſe occultant, eo animo, ut viatores occidant, vel aliud quippiam in eos committant, quòd in pœnam fractæ pacis publicæ incidat, licet nihil adhuc commiſſum, nec detrimentum fuerit illatum.

29 *Quemadmodum etiam à Scabinis fuit reſponſum*: So mag *T. O.* von wegen ſolcher Verbündnüß vnd darauff vorgenommenen Vorweglagerung vnd Vorwartung/ob gleich hierauß kein Schade noch Angriff erfolget/ wofern er vff ſeinem gethanen Bekändtnüß vor offentlichen gehegten peinlichen Hals-Gerichte freywillig verharren/oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden/V. R. W.

Ad conſultationem Petri Winterſteins zu Löbnitz/ *Menſ. Iun. Anno* 1596.

30 Variis autem modis crimen fractæ pacis publicæ committitur: non ſolum in perſonam & corpus alicujus, ſed etiam adverſus ejuſdem bona & poſſeſſionem. *Petr. Frider. Mindan. lib. 1. de proceſſ. Camer. cap. 24.* Modi enim, quibus violari poteſt Pax publica, multifarii recenſentur in *tit. ff. ad leg. Iul. de vi publ.* veluti turbæ, ſeditionisvè cauſa in armis homines habere, villas, domos, arces oppugnare, effringere, expugnare, expilare, bona eripere, alterum domo & poſſeſſione vel quaſi dejicere, re ſuâ uti prohibere, cum turbâ & concurſu incendium facere, hominem per vim rapere, Legatos pulſare, nova vectigalia in juſſu Principis extruere, & ſimilia alia. Super quibus ex Conſtitutione fractæ pacis, ſi juxta prædicta tria requiſita qualificata ſint, rectè agi poſſe, vix dubium eſt. Quod & haud obſcurè liquet ex ipſa Conſtitutione Pacis publicæ, quæ modos ejuſmodi aliquot recenſet, *in verb.* So einer den andern oder die ſeinen eygenthätiger weiſe bekrieget/ beraubet/fähet/überziehet/befehdet/mit plündern/ rauben/brēnen/morden/beſchädiget/der poſſeſſiō will entſetzen/ſo einer deß andern Vnterthanen in ſeiner Obrigkeit vngejrret/ſicher vnd frey nicht wil wandern oder ziehen laſſen *&c. Jac. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. caſ. 394. n. 74. & ſeqq. Petr. Theod. in Colleg. Crim. diſp. 6. th. 7. lit. H. Mindan. dicto loco.*

31 Ex quibus manifeſtè apparet, ob violatam Pacem publicam ex conſtitutione imperii fractæ pacis puniendos eſſe eos, qui coadunatis hominibus, vi majori atque armatâ, doloſo ac hoſtili animo in alterius ædes irrumpunt, eas expugnāt, effringunt, tecta ſedesque convellunt, & obvia quæque depromunt & auferunt.

Q. 2. An ex Conſtitutione imperii fractæ pacis puniri debeant ædium effractores & expugnatores?

32 Præterquam enim, quòd violatores eiuſmodi devaſtando ædes & lares familiares turbādo, vim publicā frangant, inſuper & alios homines temerarios ad ejuſmodi tumultus excitāt, & ſic duplici modo pacē publicā violant, adeoq; hoſce crimen fractæ pacis publicæ committere, ejuſque pœnam incurrere, prorſus dubitandum non eſt.

33 *Veluti etiam in caſu tali, quo Lipſiæ ædes alicujus civis vi hoſtili & armatâ expugnatæ, devaſtatæ, & ſpoliatæ fuerunt Scabini Reis ceu violatorib. pacis publicæ pœnam gladii dictare nō dubitaverūt*: Da ſie nun vff ſolchem jhrem gethanen Bekändtnüß vor Gerichte freywillig verharren/oder deß ſonſtē wie recht überwieſen würden/So möchten erwehnte vier Gefangene wegen ſolches begangenen vnd bekandten gewaltſamen öffentlichen Einfals/geübten Frevels/ vnd plünderns/ als Friedbrecher mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtrafft werden/ V. R. W. *Ad conſultationem Prætoris Lipſenſis, Menſ. Junio, Anno* 1530.

34 *In ſimili ferè caſu dictavimus pœnam gladii violatoris pacis publicæ ad requiſitionem Quæſtoris Leiſnicenſis in hunc modum*: So möchte er von wegen ſolcher ſeiner Verbrechung/ geübten Gewaltthat vnd Plünderung/ weil er inſonderheit die Leinenweber vnd Tuchmacher Purſche zu ſtürmen auffriſchen helffen/ nach ſchärffe der Rechte mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtrafft werden. Es wolte dann die Churfürſtin zu Sachſen vnnd Burggräffin zu Magdeburg/ꝛc. vnſere Gnädigſte Fraw/ jhme wenn er vnterthänigſt darumb bitten würde/in Anſehung daß er in der *tortur* erhalten/daß er die Häuſer ſelbſten nicht ſtürmen helffen/vnnd eine gute Zeit gefänglichen enthalten worden / Gnad erzeigen/daß jhme die zuerkandte Todesſtraff Gnädigſt erlaſſen/vff ſolchen Fall würde er allein zur Staupen geſchlagen/ vnnd deß Landes ewig verwieſen/V. R. W. *Menſ. Octobr. Anno* 1622.

In hac ipſâ ſententiâ alii, qui auxilium & opem Reo fractæ pacis præſtiterat Juſtigatio, aliiſq; duobus perpetua relegatio fuit adjudicata.

35 Et hoc abſque dubio verum eſt, quando expugnatio & ſpoliatio ædium ut crimen fractæ Pacis publicæ conſideratur, quo caſu quoque ad pœnam Banni Imperialis adverſus Reum agi poteſt. Quod ſi verò judex Reum non ut violatorem pacis publicæ, ſed ut Prædonem ſeu Raptorem punire malit, nequaquam à vero aberrabit. Nam & de aliis criminibus, ut incendio, novis vectigalibus &c. ex certis legibus agitur, cùm tamen ea (modò ſecundum requiſita fractæ pacis ſint qualificata) ad vim publicam quoque referri queant. Nihil enim prohibet quenquam pluribus legibus teneri, & pro veritate qualitatum, crimen dijudicari, quemadmodum vis publica & fracta pax reliquum ſcelus exaſperat. *VVeſemb in parat. ff. de vi pu l. n.* 3. *Petr. Frider. Mindan, de proceſſ. Camer. lib.* 1. *cap.* 24. *ſect.* 4.

36 Idque eò magis procedit, ſi ſpoliatio ſeu deroboratio ædium ita non ſit qualificata, ut pro crimine fractæ pacis, juxta Conſtitutionem Imperialem de pace publica, haberi ac dijudicari queat, veluti ſi nec armis nec vi majori aut hoſtili, ſed animo rapiendi, ac deroborandi fuerit perpetrata.

37 Hoc igitur caſu deprædatores ac ſpoliatores ædium gladio puniendi, ac poſtmodum eorundem cadavera Rotæ imponenda ſunt. Qua pœnâ in hiſce terris prædones ſeu Raptores, **die Straſſenrauber**/ affici ſolent. Neque enim differentia inter hoſce & illos conſtituenda eſt, cùm parum referat an rapina in via publica, aut ædibus fuerit perpetrata. Non minus enim, imò multo magis quis in domo ſua, quæ cujuſvis tutiſſimum receptaculum eſt, quàm in via tum ratione perſonæ, tùm ratione bonorum ſuorum ſecutus eſſe debet. *l. pler que.* 18. *ff. de jus vocand. Vid Nicol. Reuſner. lib.* 2. *deciſ.* 16. Maximè cum Ordin. Crim. Carol. *art.* 126. & Ius Saxon. *artic.* 13. *lib.* 2. **Landrecht**/ omnes raptores, absque diſtinctione in quonam loco delictum fuerit commiſſum, gladio puniri velit.

38 *Ideoque ſæpius in caſu deprædationis ac ſpoliationis ædium violentæ, Reum capite plectendum, ac poſtea cadaver Rotæ imponendum eſſe pronunciavimus; Ad conſultationem Quæſtoris* **zu Freyburgk**, *Menſe Novemb. Anno* 1623.
Iudicis & Scabinorum **zu Freyburgk**/ *Menſ. Januar. Anno* 1625.
Ad requiſitionem Quæſtoris **in Lauterſtein**/ *M. Majo, Anno* 1624.
Senatus **in Oderan**/ *Menſe Majo, Anno* 1626.
Senatus Quedelburgenſis, Menſe Febr. Anno 1628.

Q. 3 Num effractores Carceris Crimen fractæ pacis publicæ committant?

39 Simili modo crimen fractæ pacis publicæ committunt, ejusque pœnam incurrunt ii, qui coactis & coadunatis hominibus vi hoſtili & armatâ carceres effringunt, & carceratos ex carcere eximunt & abducunt, vel per effractionem carceris efficiunt, ut carcerati aufugiant.

40 Licet & hi effractores carceratos è carcere eximentes, eâdem pœnâ, qua puiendi erant carcerati pro delicto, pro quo detinebantur, affici poſſint. *Bartol. in l. ſed & ſi eximendi. §. item ſi quis, in fin. n* 4. *ff. ne quis eum qui in jus vocat. Iaſon in l.* 1. *§. quod Prætor, num* 12. *ff. eod. tit. Iacob. Menoch. de arbitr. jud quæſt. lib.* 2. *cent.* 3 *caſ.* 301. *num.* 20. *Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 166. *n.* 3.

41 Quamvis enim duplum ex *l. 1. C. de his qui latrones*, quem textum *Bartol. Jaſon. & Menoch* pro confirmanda hac ſentẽtia allegant, in eo judicio nequaquam probetur, ut quæ non de effractoribus carcerem, aut eximentibus carceratos loquitur, ſed ſolum de his, qui occultant delinquentes, quod & Rubrica tit. innuit.

42 Quinimò, Receptatores delinquentium arbitraria pœna afficiendos eſſe, *d. l.* 1. probare conatur idem Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. judic. quæſt. caſu* 148. *numer.* 2 *& ſeqq. Anton Gomez. var ar. reſolut. tom.* 3. *cap.* 3. *numer.* 50. *Hippol. de Marſil. conſil.* 30. *num.* 7. *& ſeqq.* Vnde & alii exiſtimant, eximentes carceratos tantummodo arbitrariè, non autem eodem ſupplicio cum exempto puniri debere. *Angel. de Aretin. in tract. malef. verb. famil. publ. verſ ſecundo quæro. n.* 55. *Proſper. Farin. in prax. crim quæſt* 30. *num.* 93. Ne ſcilicet liberans carcerarum detentum pro leviſſimo crimine, pro pugnis, pro ludo &c. pœna pro ejuſmodi delicto leviori conſtituta plectatur, qui tamen ſupplicium longè gravius promeritus fuiſſet. *Farin. dict. loco. n.* 93.

43 Attamen de Jure Saxonico res videtur eſſe clara propter textum in *artic* 9. §. **Welcher Mann**/ *lib.* 3. **Landrecht**/ qui eximentem & violenter deducentem Reum, contra quem de crimine aliquo actio in judicio propoſita eſt, ſimili pœna plecti vult, *in verb.* **Welcher Mann einen Beklagten ümb vngerichte gewaltiglichen dem Gerichte entführet/ wird er gefangen mit gerüfft/ ſoll gleich Pein jenem leiden** *&c.* Idque ſic practicari, & tàm Lipſenſibus, quàm Jenenſibus ita fuiſſe pronunciatum teſtatur. *Matth. Coler, dict. deciſ.* 166. *n.* 4.

44 Nec refert, an Reus ex carcere liberatus fuerit condemnatus nec non; cùm effractor puniri debeat ea pœna, qua puniendus erat carceratus fugiens non inſpecto fine, ſed ſola accuſatione & imputatione conſiderata, *dict. art.* 9. in verb. **Einen Beklagten.** adeoque ſufficit, ſi carceratus ſit accuſatus, licet nondum condemnatus. Et certè reprimenda eſt hominum effractorum audacia, quæ eandem pœnam meretur, ſive carceratus exemptus condemnatus fuerit, nec non. Quinimò, ſi nondum condemnatus evaſiſſet, & probationes criminis deficerent, ſequeretur, effractorem hoc caſu nullam prorſus pœnam pati debere, quod abſurdum eſt. Vid. *Menoch. dict caſ.* 301. *n.* 21.

45 In arbitrio igitur judicis eſt, an effractores carceris ſecundum conſtitutionem Pacis publicæ pœna gladii, an verò juxta diſpoſitionem Juris Saxonici eodẽ ſupplicio, quo incarceratus probato crimine plecti debuiſſet, punire velit, perinde ut de ædium expugnatione & ſpoliatione *antea* dictum eſt.

Secundum hæc dictavimus pœnam gladij Reo cuidam, qui una cum aliis, vi armata atq; hoſtili carcerem effringendo, duos prædones liberaverat, in hunc modum: Hat D.B. beydes in guten/ ſo wol in ſcharpffer Frage bekandt vnd geſtanden/ daß er die hiebevor zu Eckartsberge im Schloß daſelbſten gefangene zwo Straſſenräuber mit ſeinen andern Geſellen loß machen helffen/ in deme er auff vorgehende Vnterredung vnnd vertröſtete Verehrung nach Eckartsberge vor das Schloß mit gewandert/ vnnd als daſſelbe erſtiegen vnd geöffnet worden/ Er nebenſt den andern mit hinein gangen/ vor die Wächter mit Wehren vnd Waffen getretten/ ſie zu rücke halten vnd wehren helffen/ damit dieſelbe jhrer Anweſenheit vnd Loßmachung der Gefangenen mit Geſchrey oder andern nicht kundtbar machen köndten/ inmittelſt hätte der eine die beyde Gefangene mit Loßbrechung der Vorlege Schlöſſer vor den Gefängnüß-Thüren/ auch mit Abſchlagung der Ketten vnd Feſſel/ daran ſie geſchloſſen geweſen/ loß gewürcket/ ꝛc. Da nun der Gefangene D.B. auff ſolchem ſeinen gethanen Bekändtnüß vor öffentlichen gehegten peinlichen Halsgerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ So möchte er von wegen ſolcher ſeinen begangenen vnd bekandten Mißhandlung mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte gerichtet vnnd geſtraffet werden/ V.R.W. *Ad requiſitionem G. à N. & Quæſtoris in Eckartsberga, Menſ. Decembr. Anno* 1623.

Et in caſu ſimili, Ad eosdem, Menſ. April. Anno 1624.

QUÆSTIO XXXVI.

An præter Imperatorem & Cameram Cæſaream, Status quoque Imperii turbatores pacis publicæ in Bannum declarare poſſint?

SUMMARIA.

1. *Violatores pacis publicæ variis ſubiiciuntur pœnis.*
2. *Inter quas pœnas præcipua eſt Bannum Imperii.*
3. *An ſolus Imperator & Camera Cæſar. vel etiam Status Imper. violatores pacis publicæ in Bannum declarare queant.*
4. *Civitates Imperiales ſunt etiam Status Imperii, & ſeſſuram ac jus vocandi in Comitiis habent.*
5. *Opinio negativa, pro ſolo imperatore & Camera Imperiali.*
6. *Referuntur argumenta huius opinionis, num.* 7. 8. 9. 10.
11. *Verior eſt ſententia affirmativa. n.* 12. 24.
13. *Referuntur fundamenta huius ſententiæ. num.* 15. 16.
14. *Conceſſo conſequenti, antecedens quoq; intelligitur conceſſum.*
17. *Sententiam latam ab uno judice alter judex requiſitus exequi tenetur.*
18. *Reſponſiones ad argumenta contraria. num.* 19. 20. 21.
22. *Explicatio artic. 24. lib. 3.* Landrecht. *& Gloſſ. artic. 71. lib. 1.* Landrecht.
23. *Intellectus l. fin. ff. de jurisdict.*
25. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
26. *Num violatoribus pacis publicæ ſalvus conductus debeat concedi. n.* 27. 28. 30. 31.
29. *Nemo Reus exiſtimatus priusquam per ſententiam declaretur.*
32. *Reſtringitur deciſio ad ſalvum conductum communem ſive generalem.*
33. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*

1 Violatores pacis publicæ variis ſubiici pœnis, dictum *quæſtione præcedenti*, & probatur hoc ex *Ordin. Crim. part. 2. tit. 9. verſ.* So jemands in verb. Vnſer vnd deß Reichs Achts ſampt andern Poenen Gefällen ſeyn/ &c. *Et verſ.* Wir wollen/ in verb. den Thäter vnnd Landfriedbrecher auff die Pœn der Rechten vnd deß Kayſerlichen Landfriedens ſamptlich oder derer eine inſonderheit zu klagen/ &c. *Mynſing. cent. 5. obſerv. 78. n. 4.*

2 Inter haſce pœnas præcipua eſt Bannum Imperii, in quod violatores aut turbatores pacis publicæ, ipſo facto incidunt, & proinde unà cum vitâ omnia quoque bona amittunt, ut ex Receſſibus Conventuum Imperii, primum Wormatiæ, *Anno* 1555. deinde Auguſtæ, *Anno* 1548. & 1555. habitorum, & ſubſequentibus aliquot, ut & ex Ordinat. Iudicii Cameræ Imperialis *part. 2. cap 9.* conſtat, ad quod tamen ſententia declaratoria requiritur, quæ præcedat, neceſſe eſt. *Andr. Gail. lib. 2. de pace publ. cap. 5. Modeſt. Piſtor. conſil. 34. n. 25. & conſil. 39. n. 4. lib. 1.*

3 Sed, *an ſolus Imperator Romanus & Camera Imperialis in pœnam iſtam Banni Imperialis quem incidiſſe, per ſententiam declarare poſſit, an verò Statibus Imperii, utputa Electoribus, Principibus, Comitibus ac Baronibus, vel etiam Civitatibus Imperii Liberis,* 4 (Has enim æquè Status Imperii, & Imperio non minus ac Principes, Prælatos & Comites, incorporatas eſſe, ſeſſuram atque jus vocandi in Comitiis habere, ex Receſſibus Imperii notiſſimum eſt. *Rutger. Ruland. de commiſſion. lib. 5. cap. 4. n. 41. Andr. Gail. lib. 2. obſervat. 57. num. 9. Dom. Arum. ad Aur. Bull. præfat. pag. 18. Ioach. Cluten. in ſyllog. rer. quotidian. concl. 29. Aut.* Deß außführlichen Berichts/ wie es vff Reichstägen pfleget gehalten zu werden. *f. 18. VVaremund. ab Erenberg de fœder. lib. 2. cap. 1. n. 35. & ſeqq. Aut. anon. de Stat. Polit. ſeu Civil. lib. 4. cap. 42. Anon. ICtus Weſtphal. de Iur. Princip. concl. 87. Henr. Bruning. de var. univerſ. ſpecieb. concl. 18.) hæc quoq; facultas & licentia competat?* dubitari poteſt.

5 Solum etenim Imperatorem, aut ejus loco Cameram Imperii in causâ fractæ pacis publicæ

Opinio Negativa.

blicæ cognoſcere, & pœnam Banni Imperialis, quæ in turbatores publicæ pacis ſtatuta eſt, infligere poſſe, adeoque accuſationem ex conſtitutione fractæ pacis tantummodò apud Imperatorem Romanum, aut Cameram Imperialem inſtituendam eſſe, tenet ac defendit *Andr. Gail. lib. 1. de pace publ. cap. 6. num 8. & ſeqq. & cap. 11. n. 3. & ſeq & lib. 2. cap. 1. numer. 27.* Cui aſſentitur *Matth. Coler. part. 1. deciſ.* 108. *num.* 55. *Tob. Paurmeiſt de juriſd. Imper Rom. lib. 2. cap. 6. n* 228. *Modeſt. Piſtor. part. 1. quæſt. 26.* ubi refert, Marchionem Iohannem Brandeburgicum, Duci Pomeraniæ agenti contra aliquem in provincia Marchionis ob fractam pacem publicam, & petenti, ut Reus Banno Imperiali ſubjiceretur, reſpondiſſe, hoc ſibi non convenire, ſed petendum eſſe ab Imperatore vel Iudicio Cameræ. Quæ ſententia certè non irrationabilis eſt, nec fundamentis deſtituitur.

6 Argum. Negat. opin. Argum. 1. *Primò* enim, quotiescunque ferè agitur in Receſſibus Imperii de pœnâ Bannitorum, mentio fit ſententiæ declaratoriæ ab ipsâ Cæſareâ Majeſtate vel Camerâ Imperiali latæ. Ut apparet ex *Receſſ. Imper. VVormat. de Anno* 1521. *ſub tit.* Die Pœn aller Friedbrecher. in verb. die ſollen mit der That vor Recht zuſambt andern Pœnen in vnſern vnd deß Heiligen Reichs Acht gefallen ſeyn/ auch allermänniglichen vnnd einem jeden/ gegen denſelben Thätern/ vnnd Friedbrechern/ ſo bald die an vnſerm Käyſerlichen Cammergerichte/oder durch vnſern Statthalter vnnd Regiment mit fürgehender citation oder Vorheiſchung/alſo in die gemeldte Acht gefallen zu ſeyn/declariret vnd erkläret werden &c. *Receſſ. Anguſt. de Anno* 1548. *tit.* Die Pœn der Friedbrecher. In verb. Auch allermänniglichen vnnd einem jeden gegen denſelben Thätern vnnd Friedbrechern/ ſo bald die durch vns/ oder in vnſerm Abweſen auß dem Heiligen Reich/ durch vnſern freundtlichen lieben Bruder den Römiſchen König/ oder an vnſerm Käyſerlichen Cammergericht mit vorgehender citation vnnd Vorheiſchung/alſo in die gemeldte Acht gefallen zu ſeyn/declariret vnd erkläret werden/&c. *Et tit.* Von Pœn der Vberführer dieſer Ordnung. In verb. vnnd alsdann gegen ſolche mit denunciation, Erklärung/execution, vnd Einbringung ſolcher Pœn vnd anderer Straff/ durch vns vnd vnſers Abweſens auß dem Heiligen Reich/ vnſern freundtlichen lieben Bruder den Römiſchen König/ oder vnſer Käyſerlich Cammergerichte ſtrenglich vnd vnabläßlich procediret, &c. *Et. tit.* Von Gewalt deß Cammergerichts die Acht vnd Pœn derſelben betreffend. In verb. So wollen wir vns/oder in vnſern Abweſen auß dem Heiligen Reich/ vnſern freundlichen lieben Bruder dem Römiſchen König vorbehalten/auch vnſerm Cammergerichte heimgeſtellet/vnd Gewalt gegeben haben/ex officio oder auff begehren der Partheyen die beſtimbte Pœn deß Landfriedens in eine Gelt-Pœn zuverändern/&c. *Receſſ Auguſt. Anno* 1555. *Ordin. Cam. part. 2. tit. 9* §. So jemands. In verb. Vnd daß gegen dem/oder denſelben mit denunciation, Erklärung ſolcher execution, vnd Einbringung ſolcher Pœn vnnd anderer Straff/ durch die Käyſerliche Mayeſtät/ Vns/als Römiſchen König/oder das Kayſerliche Cammergerichte/ auff erſuchen der beſchädigten Partheyen/deß Kayſerlichen Fiſcals/oder für ſich ſelbſt von Ambtswegen ſtränglich vnd vnabläßlich procediret &c. Ex quibus, aliisque Receſſibus Imperii, ubi eadem ferè verba reperiuntur, probari poteſt, declarationem Banni Imperialis Cæſaream Majeſtatem ſibi, Regi Romanorum, ac Iudicio Cameræ reſervaſſe.

7 Argum. 2. *Secundò*: Inter cauſas & perſonas, quæ in primâ inſtantiâ ad Cameram pertinent, ſivè mediatè ſive immediatè Imperio ſint ſubjectæ, primo loco ponitur cauſa fractæ pacis publicæ, in *Ordin. Camer. part. 2. tit. 9. in rubr.* Von Perſonen vnd Sachen die von jhrer Art vnd Eygenſchafft wegen/ vngeachtet/ ob ſie mit oder ohne Mittel dem Reich vnterworffen/in erſter inſtantz an das Kayſerliche Cammergericht gehörig/ vnnd erſtlich: daß von wegen Vberfahrung deß Kayſerlichen Landfriedens am Cammergerichte geklaget möge werden. Similiter in *tit.* 20 *d. art.* 2. omnes ac ſingulas cauſas fiſcales ad deciſionem Cameræ Imperialis pertinere dicitur, inter quas primo loco ponitur cauſa fractæ pacis. Rubrica ita habet: Daß alle vnd jede Fiſcaliſche Sachen vnd Fälle an dem Kayſerlichen Cammergerichte gerechtfertiget werden ſollen/ vnnd welches ſolche Fälle vnnd Sachen ſeyn/ *junct. nigro in pr. verſ.* Als nemblich. In verb. So jeman wider die Gülldene Bull/oder den Kayſerlichen Landfriden handeln würde &c. Hinc *Andr. Gail. lib. 1. obſervat. 1.* à regulâ illâ, quæ vult, omnes cauſas ad Cameram per viam appellationis devolvi, primo omnium excipit actionem ſuper Conſtitutionem pacis publicæ, utpote quæ immediatè ad Cameræ cognitionem pertinet.

8 Argum. 3. *Tertiò*: Negari non poteſt, abſolutionem â Banno Imperiali ab Imperatore vel Camerâ fieri debere; Vti expreſſe diſpoſitum eſt *in Ordin. Camer. part. 2. tit* 18. *in pr.* Welcher alſo durch verwürckung deß Landfriedens wie obſtehet/ in die Acht kommen würde/ der ſoll von dem Kayſerlichen Cammergerichte/ oder auch die Kayſerliche Mayeſt. oder Vns/ als Römiſchen König nach empfangenen Bericht/von dem Cammergerichte/ vnd anders nicht abſolviret werden/*&c.* Abſolutio ergò à ſolo Imperatore vel Camerâ Imperiali fieri poteſt; Adeoque & condemnatio, cùm nemo qui condemnare non poteſt, abſolvere queat, & econtra. *l. nemo qui condemnare.* 37. *ubi Dd. ff. de reg. jur. l. qui damnare.* 3 *ff de re judic.*

9 Argum. 4. *Quartò*: Hiſce ſuffragatur Ius Saxon. in *artic.* 24. Landrecht/ *lib.* 3. ibi: Man mag niemand mit einer Acht überwinden in einem andern Gerichte/ welcher aber in den oberſten Gerichten geachtet iſt/ der iſt in allen Gerichten geachtet/die in daſſelbe gehören/welcher aber in dem Vnter-Gerichte geächtet/der iſt in dem höchſten nicht geächtet/ Er were dann mit Recht darein gebracht. Idemque vult *gloſſ. in artic* 71. *in verſ.* Zeuget er ſeine Acht/ *lib.* 1. Landrecht/ *num* 4. ibi: So einer in der Marck verfeſtet iſt/ der iſt darumb bey der Elbe oder anderswo nicht verfeſtet/ Nam & juris communis regula eſt, extra territorium jus dicenti impunè non pareri, *l. fin. ff. de juriſd.*

10 Quibus ſic ſtantibus, nil certè verius eſſe videtur, quàm accuſationem ex Conſtitutione fractæ pacis publicæ non apud judicem ordinarium, & Senatus Imperii, ſed potius Imperatorem aut Cameram inſtitui oportere, quia ſolus Imperator univerſalē habet juriſdictionē in toto territorio Imperii, ut & cauſis ac perſonis univerſis, *Jacob. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 4. n. 4. & ſeq. Ruin. conſ. 22 n. 7. vol. 1. Choppin de doman. Franc. lib. 1. tit. 4 in fin. Tob. Paurm. de juriſdict. lib. 1. cap. 4. n. 20 & ſeqq. Carol. T p. in rubr. de Conſtit. Princ. cap. 4. n.* 11.

11 *Verior affirmativa opinio.* Verum enim verò, non ſolum in ditionibus Electorum & Ducum Saxoniæ, ſed in multis etiam aliis locis Romani Imperii contrarium obſervari, conſuetudo Saxonica docet, quâ receptum eſt, & jam olim conſtitutum, ut etiam ab inferioribus judicibus in Bannum declarari poſſint, qui contra publicam pacem, ſive quid aliud delinquunt, ita tamen, ut ſi in eo contumaciter perſeverent, neque intra præfinitum tempus, quod eſt anni & diei, ab eo ſe expediant, in Bannum demum Imperiale incidentes, & vitæ & honoris ſeu facultatum omnium periculo ſubjaceant, non minus, ac ſi ab imperatore ipſomet condemnati fuiſſent, *artic.* 71. *& artic.* 38. Landrecht. *lib. 1 art.* 24. *&* 82 *ubi gloſſ.* Landrecht. *lib. 3. art.* 12. *ub gloſſ* Lehenrecht. *& artic. 5 & 36.* Weichbild. *Chil. Regul.* Von der Acht oder Verfeſtung.

12 Hocque jus ante multa ſecula genti Saxonicæ ab Imperatoribus confirmatum, per ordinationem Imperii ſublatum & abrogatum eſſe, tantum abeſt, ut potius ab Imperatore & Statibus in Receſſibus Imperii iſtud approbari, & vigore Conſtitutionis pacis publicæ, coram Statibus Imperii & ordinario ſuo judice Reum criminis fractæ pacis publicæ conveniri, & in pœnam Banni Imperialis condemnari, exiſtiment *Dan. Moller. ad Conſt. Elect.* 13 *n.* 14. *part. 4. Nicol. Reuſn. lib. 4. deciſ.* 18 *n. 6. Bernh. Grav. lib. 1. pract. concl. 3 conſid. 1.* Quorum rationes breviſſimis ſubjiciam.

13 *Argum. 1.* *Primò*: In Conſtitutione Pacis Publicæ tàm Imperator Ordinibus, quàm Ordines Imperatori, datâ invicem fide, ſanctè promiſerunt, ſe omnes & ſingulos operam daturos ſuo loco diligenter, ut prædictæ Conſtitutioni de pace publica ab omnibus & quibuſcunque Imperio ſubjectis ſine controverſia pareatur, & contra facientes pœnis in Ordinatione comprehenſis afficiantur, ita quidem, ut ſi quem ex Ordinibus hic ceſſare, & officio ſuo non ſatisfacere apparuerit, is eo ipſo in pœnam Ordinationis incidiſſe declaretur, non ſecus ac ſi pacem publicam ipſemet violaſſet. *Receſſ. Imper. VVormat. de Anno* 1521. *Auguſt. de Anno* 1548. *& de Anno* 1555. Si ergò Ordinibus Imperii executio ordinationis contra eius violatores mandata eſt, utique de crimine fractæ pacis publicæ in ditionibus Ordinum commiſſo cognoſcere, & Reis pœnam in ordinatione comprehenſam per ſententiam infligere, & ſic Banno Imperii eos ſubiicere poterunt, cum abſque eo pacem publicam tueri nequeant; 14 Conceſſo enim conſequenti, antecedens etiam, ſi quo illud expediri nequit, neceſſariò conceſſum intelligitur. *Everhard. in loco à conceſſ. conſeq. ad conceſſ. anteced. n. 1 Bartol. in l. à Divo Pio 5. in pr. n. 3. & ſeqq ff. de re judic. Iacob. Menoch. lib. 1. de arbitr. jud. q.* 38.

15 *Argum. 2.* *Secundò*: Permiſſum eſt à Cæſarea Majeſtate Magiſtratibus & Ordinibus inferioribus quibuſcunque, ut pro jure & more cujuſq; Regionis in violatores pacis publicæ animadvertant. *Receſſ. Imper. VVormat. de Anno* 1521. §. Wir wollen aber. ibi: Wir wollen aber hiermit aller Obrigkeit vnentzogen/ ſo das Macht haben/ wider die/ ſo in Malefitz-Händeln verdacht ſeyn/ daß dieſelbe Obrigkeit möge handeln/ wie an jedem Ort herkommen vnd recht iſt. Et in Ordin. judic. Camer. *part. 2 tit.* 10. §. Vnd ſoll auch ibi: Vnd ſoll auch einem jeden/ der den andern nicht allein/ daß er der That oder Vorſchub verdächtig/ ſondern auch/ daß er derſelben ſchüldig were/ beklagen/ vnd jhm das erweiſen wolte/ vorbehaltē ſeyn/ ſolches vor dem Kayſerlichen Cammergerichte/ oder andern ordentlichen Gerichten/ dahin ſolche Sachen gehörig/ zu thun/ vnd fürzunehmen/ daſelbſt jhme auch förderlich beholffen werden ſoll. Idemque diſponitur in Viſitatione Cameræ Imperialis *Anno* 1577. hiſce verbis Daß den Ständen vnd Obrigkeiten frey vnd vnverhindert zugelaſſen/ alle vnd jede begangene Vbelthaten vermöge Kayſerlichen Rechten/ vnnd deß Heiligen Reichs Abſchieden/ Landfrieden/ vnnd andern Reichs-Conſtitutionen zu ſtraffen *&c.* Unde manifeſtiſſimè apparet, Statibus Imperii & quibuſcunque Magiſtratibus liberum relinqui, juxta Conſtitutionem pacis publicæ in ejuſdem violatores & delinquentes animadvertere, & quidem pro cujuſque loci more ac conſuetudine; De jure autem Saxonico in multis locis Imperii & præſertim in ditionibus Electorum & Ducum Saxoniæ receptum eſſe, ut violatores pacis publicæ certo modo Banno ſubjiciantur, antea dictum & probatum fuit ex *artic.* 71. *&* 38. Landrecht. *lib. 1. art.* 24 *&* 82. Landrecht *lib. 3. Chil. an. Kon g.* Von der Acht oder Verfeſtung, *in fin. ſui proceſſus.*

16 *Argum. 3.* *Tertiò*: Communiter traditur ab Interpretibus, quòd bannitus ab unâ civitate, cenſeatur quoq; bannitus ab aliis civitatibus confæderatis, & bannitus ab uno loco Regni, Ducatus, ſeu Comitatus, cenſeatur bannitus à toto Regno, Ducatu, ſeu Comitatu, ſi is qui ſententiam Banni tulit, habeat merum Imperium à ſuperiore. *Nellus à S. Gemin. in tract. de bannit. 1. part. 2. q. 57. Matth. de Afflict. in Conſt. Regni, lib. 1. rubr. 2. num. 6.* 17 Et quod ſententiam latam ab uno judice competente, alter quamvis ſuperior, ab illo requiſitus exequi teneatur, utpote, qui tùm perſonam illius judicis, qui ſententiam tulit, repræſentet. *Bald in l. fin. C de Edict. Div. Hadr. tollend. Bart. in l. à Divo Pio §. ſententiam Romæ. ubi Dd. ff. de re jud. cap. 1. extr de Offic jud ordin. l. properandum. 13. §. ſin autem Reus 3. ubi Iaſon. C de judic. l. cum quædam 19 ubi Dec. ff de juriſdict. Matth. Coler de proceſ. execut part 2. cap. 3. n. 18. & ſeq. Bernh. Grav. lib. 1. pract. concluſ.* 115.

Roſolutio Contrariorum Argumentorum.

Reſpon. 1. Argum. Huic *Molleri & Reuſneri* ſententiæ non obſtant rationes & fundamenta ea, quæ ſupra pro ſtabilienda opinione contraria *Gailii* allata fuere. Ad *primum enim* reſponderi poteſt, diſtinguendo inter declarationem ſeu condemnationem in Bannum Imperiale, & declarationis executionem, quæ dicitur declaratio cum effectu per totum Imperium. Status enim Imperii, ſive Judices ordinarii, etiam inferiores, Reum criminis fractæ pacis publicæ in pœnam Banni condemnant; Attamen extra fines ditionum ſuarum in locis Imperio ſubjectis, ſi Reus ibi deprehendatur, ſententiam latam executioni mãdare non poſſunt, ſed id Imperatori aut Cameræ incumbit, quæ ab inferiori Magiſtratu aut Judice requiſita, juſtè Reum ſi condemnatum intelligat, id quod ſui eſt officii, facit, & per totum Imperium ſententiam executioni mandari jubet. Quando ergò in *Receſſ. VVormat. de Anno* 1521. *ſub tit.* **Die Poen aller Friedbrecher.** *Receſſ. Auguſt. de Anno* 1548. *tit.* **Die Poen der Friedbrecher** Et *tit.* **Von Poen der Vberführer.** Et *Ordin. judic. Cam. part. tit.* 9. dicitur: Imperatorem aut Cameram Imperialem, aliquem in pœnam Banni incidiſſe, declarare, id accipiendum eſt de declaratione cum effectu id eſt, de executione, ita ut ſolus Imperator aut Camera Imperialis per totum Imperium ſententiam ab inferiore Judice latam, in quâ declaratio jam facta eſt, executioni mandari poſſit. Et hoc eſt, quod dicit *Matth Coler part.* 1. *deciſ.* 108. *num.* 58. cautos judices inferiores Bannimentum ex capitulo fractæ pacis à ſe declaratum, remittere ſolet ſuis immediatis Superioribus, & hoc ſuis, donec deveniatur ad ſummum Imperium. Hocque reſpectu vera eſſe poteſt doctrina *Gailij*, quòd ſolus Imperator, aut eius loco Camera, Banno Imperiali quem ſubiicere queat.

19 *Reſp. ad 2. Argum* Quod *ſecundò* cauſa fractæ pacis publicæ inter cauſas, quæ in prima inſtantia ad Cameram pertinent, ponitur in *Ordin jud Camer. part.* 2. *tit.* 9. *& tit.* 20. ex eo nullo modo evincitur, coram Statibus Imperii ſeu Iudicibus inferioribus cauſam pacis violatæ agitari non poſſe, cùm utrumque benè ſubſiſtere queat. Quod enim cauſa fractæ pacis publicæ in primâ inſtantiâ ad Cameram pertinet, id non privativè, ſed cumulativè intelligi debet, ita ut liberum ſit actori, an coram iudice ordinario; an verò coram Camera Reum criminis fractæ pacis publicæ convenire velit. Quo certè caſu licet immediatè Reus Imperio ſubiectus non ſit, declinatoriâ fori ſeſe tueri nequit. *Nicol Reuſner. dict. deciſ.* 18. *n.* 11.

20 *Reſp. ad 3 Argum.* Quod *tertiò* de violatoribus aut turbatoribus pacis publicæ ab Imperatore, aut eius loco Camera à Banno Imperii abſolvendis, ex *Ordin. Cam part.* 2. *tit.* 18 *in pr.* obiicitur, unde videtur inferri, eos ſolos etiam condemnare poſſe in pœnam Banni, per regulam *l. nemo qui condemnare. ff de reg. jur.* Ad hoc reſpondet *Dan. Moller. ad Conſtit. Elect.* 13. *num.* 23 *part.* 4. regulam illam tum demum locum habere, ubi ex defectu Iuriſdictionis condemnare quis non poteſt, quo caſu nec abſolutio penes ipſum eſt, & econtra, allegans *Dec. & Cagnol. add. l. nemo.* Status verò Imperii & Iudices inferiores iuriſdictionem habere, extra omne dubium eſt.

21 Quamvis & reſponderi queat, abolitionem Banni tunc demum ſoli Imperatori, aut eius loco Cameræ, reſervatam eſſe, quando violator pacis publicæ in Camerâ conventus, & in pœnam Banni Imperialis incidiſſe condemnatus, ſeu declaratus fuit, de quo caſu abſque dubio *dict. tit.* 18. *part. O. d. Cam.* accipi debet.

Quarto: Non obſtat *artic.* 24. *lib.* 3. **Landrecht.** *& Gloſſa. in artic.* 71. *lib.* 1. **Landrecht** ubi dicitur, relegatum in quodam loco, in aliis relegatum non videri. *Etenim*, hoc ſolummodò verum eſt in Relegatione ſimplici & aliorum criminum pœnis, quæ certi alicuius loci ſunt; Non etiam in publicis eiusmodi criminibus, ut violatione pacis publicæ, cuius criminis pœna eſt Bannum Imperiale, in quam quis incidit ipſo facto in toto Imperio, ita ut ubivis locorum à quolibet magiſtratu quæri, & quocunque in loco deprehenſus, etiam à nemine accuſatur, ad mortem condemnari queat. *Nell. in tract. de bannit. part.* 1. 2. *temp quæſt.* 57. Eò quoque inclinat *Gloſſ. Germ. in artic.* 24. *lib.* 3. **Landrecht.** quando ait: **Wer an einem Ort Rechtloß oder Friedloß iſt** (ut violator pacis publicæ) **der iſt an allen Enden Recht vnd Friedloß/vnd ſol jhn ein jeglicher Richter ſuchen/auch vnbeklagt zum Tode verurtheilen; Mag ſie dann ein jeder Richter ſelbſt ſuchen / ſo kan ſie auch der Richter/welcher ſie geachtiget/ einem andern in ſeinem Gerichte / mit ſeiner Acht auch wol binden.** 22 *Reſp ad 4 Argum.*

23 Nec quicquam obeſt regula *l. fin. ff de jurisdict.* extra territorium nimirum jus dicenti impunè non pareri. *Quia* Magiſtratus inferior, qui violatorem pacis publicæ in pœnam Conſtitutionis condemnat, nequaquam extra territorium ius dicit, ſed id potius, quod ab Imperatore, & Statibus Imperii conſtitutum eſt, exequitur, quamvis extra fines ditionis ſuæ in locis Imperio ſubiectis, ſi fortè in his Reus deprehendatur, ſententiam executioni mandari nequeat, ob deficientem iuriſdictionem ſed in eo opus eſt imprimis autoritate Imperatoris aut Cameræ Imperialis. *Reuſner dict. deciſ.* 18. *n.* 18.

24 Vera itaque manet *Molleri ac Reuſneri* ſententia, quòd ſcilicet Status Imperii ſeu Iudices inferiores violatorem Pacis publicæ in pœnam Banni Imperialis condemnare ac declarare poſſint, licet ſententia lata, ſolius Imperatoris vel Cameræ Imperialis autoritate, executioni debeat mandari: Cui etiam *Modeſt. Piſtor.* ſepoſitâ opinione, quam tenet *part.* 1. *quæſt.* 26. calculum ſuum addit *lib.* 1. *conſil.* 34. *num.* 10. quando inquit: **Dieweil man dann gewiß / daß Churfürſtliche Cammer-Gerichte deß Beklagten ordentlich Gerichte iſt / vnnd man in dieſem Gerichte nach Kayſer Rechten vnnd deß Heiligen Reichs** Conſtitutionibus **pfleget zu vrtheilen / ſo folget auch / daß dem Kayſerlichen Landfrieden in dieſer Sachen billich wird nachgegangen / vnnd daß die klagende Anwälde/vngeachtet/ob jhr Herr vnd Principal dem Römiſchen Reich vnterworffen / oder nicht / auff ſolchem Kayſerlichen Landfrieden / der in dem Gerichte / darunter die Beklagten geſeſſen / gehalten vnnd gebrauchet wird / Klage wieder die Beklagten anzuſtellen wohl fug haben** *&c.* Et in fine ejuſdem conſilii, *numer.* 55. **Da ſich aber Beklagte deß weigern würden / ſo kan nichts anders erfolgen / denn / daß ſie in die**

Poen deß Landfriedens vnd alſo in die Käyſerliche Acht vortheilet worden.

25 *Eamque ſententiam omni ex parte comprobaſſe Scabinos, apparet ex eorundem reſponſo in cauſa F. a K. contra H. à B. dato hiſce formalibus:* Obgleich der Römiſchen Käyſerlichen Mayeſt vnſerm allergnädigſten Herren/dem Römiſchen König/ vnnd dem Käyſerlichen Cammer-Gerichte/die Landfriedbrechere vnnd deroſelben Helffere in die Reichs Acht zuerklären/allein gebühret vnnd zuſtehet; Dieweil aber dennoch in deß heiligen Römiſchen Reichs vnnd Cammer-Gerichts Ordnung / ſo wegen deß Landfriedens außgangen/ klärlich zu befinden / daß höchſtgedachte Käyſerl. Mayeſt. den Ständen/ vnnd die Ständen hinwiederumb der Käyſerl. Mayeſt bey den Pflichten/ damit ſie beyderſeits dem Reiche vorwandt/verſprochen vnnd zugeſaget/daß ſie ſämptlich ein jeder an ſeinem Orth / über der Ordnung deß Landfriedens halten / vnnd diejenigen / ſo darwieder gehandelt/vermöge derſelben ſtraffen wollen So iſt auch wieder den von B deſſelben Dienere vnd Helffere/vor Hocherwehnten der Chur Sachſen *Adminiſtratorn* vnſern gnädigen Herren/ oder ſeiner Fürſtlichen Gnad Gerichten/wegen dieſes gewaltſamen Beginnens vnd gebrochenen Landfriedens / auff die deß Heiligen Römiſchen Reichs Ordnung einverleibete Straff der Reichs Acht zu klagen vnbenommen/ vnd wann er darein vortheilet / ſo geſchicht die *execution* vnnd würckliche Erklärung in die Reichs-Acht von Höchſtgedachter Käyſerl. Mayeſt. vnſern Allergnädigſten Herren auff vorgehende allerunterthänigſte *imploration* ohne fernern Proceß billig / V. R. W. *Ad requiſitionem F. à K. Menſe Auguſto, Anno* 1595.

Q. An violatoribus pacis publicæ ſalvus conductus concedi debeat?

26 *An autem à Iudice ordinario, coram quo cauſa fractæ pacis agitur, ſalvus conductus concedi debeat violatoribus pacis publicæ?* Dubitari poteſt ob verba clara *Conſtitutionis pacis publicæ, ſub tit.* Friedbrecher vnnd ſolche Thäter nicht zu hauſen. Ibi: Darwieder ſie nichts ſchutzen / ſchirmen oder fürtragen ſoll/einig Tröſtung / Sicherheit/Freyheit/oder Geleit/denn ſie das alles auſſerhalb vorwilligen deß Wiedertheils / vnempfindlich ſeyn / vnnd nicht genieſſen in keinem weg: Dann wir in allen Tröſtungen vnd Sicherheiten / fürworten / vnd geleiten/von wem die gegeben werden/ſolchen Friedbruch wollen außgenommen / vnd nicht darin begriffen haben. Vnde conſtat, violatori pacis publicæ, ejusque ſociis & conſortibus ſalvum conductum nequaquam concedendum eſſe.

27 Nan & ipſo facto in Bannum Imperiale incidit Reus ob violatam pacem publicam, ita ut non opus ſit ſuper eo ſententiâ declaratoriâ, nedum longo aliquo litis ſufflamine, aut tutela judicaria, vel longis percuſſus ambagibus. *c. fin. de præſcript. lib. 6. Andr. Gail. lib. 2. de pac. publ. cap. 3. num. 2.*

28 Contrarium tamen defendit. *Nicol. Reuſner. lib. 4. deciſ.* 19. Quod & complacuit *Scabinis Elector.* Ideoque in prædicta cauſa F. à K. ab una, H. à B. ab alterâ parte concernente, reſponderunt: Reo ſalvum conductum, ſi petat eum, haudquaquam denegandum eſſe Quanquam enim violator pacis publicæ ipſo facto aut opere, ac imò, ipſo jure in pœnam Banni incidat; nihilominus tamen ſententia declaratoria requiritur, ad quam ſine citatione & proceſſu judiciali perveniri nequit; cum nemo ſtatim Reus 29 exiſtimetur, niſi per ſententiam prius declaretur *l. fin. C. de accuſat. l. 1. l. 14. C. ex quibus cauſ. infam. irrogat. l. furti 6. in pr. ff. de his qui notant. infam. l. cum reis.* 18. *C. de pœn.* Nec qui accuſatur Reus eſt, ſed qui convincitur criminoſus. *c. fin. 15. q. fin. can. eorum. 11. quæſt. 3. Hippol. de Marſil. in pract. crim. § poſtquam. num.* 38. *& §. diligenter. n.* 171 *Andr. Gail de pac. publ. lib. 1. cap. 19. num. 3. & lib. 2. cap. 3 num. 1. Tiber. Decian. in tract. crim. libr. 5. cap. 32. num. 2. Gramm. deciſ. Neapol. 15 num.* 8. ubi ait, omnia iura mundi pro aliquo crimine diſponentia, quòd ipſo iure pœna imponatur, intelligenda eſſe, dummodò ſecuta fuerit ſententia declaratoria, qua declaretur, crimen illud in iudicium deductum fuiſſe commiſſum, alias pænam criminis non poſſe habere executionem ſeu effectum ſuum.

30 Quod & expreſsè diſpoſitum eſt in *Ord. Camer. part. 2. tit. 9 §.* So jemands. ibi: Sobald auch der oder dieſelbe Thäter vnd Friedbrecher/alſo durch die Kayſ. Maj. vns als Römiſchen König / oder das Käyſerliche Cammer-Gerichte mit vorgehender citation oder Fürheiſchung in die angeregte Acht gefallen ſind/declariret vnd erkläret/ *&c.* Ex quibus verbis apparet, ut maximè Reus criminis fractæ pacis publicæ ipſo facto in pœnam *B*anni incidat, ſententiam tamen declaratoriam requiri, ad quam ſine citatione & proceſſu judiciali perveniri nequit. Si ergò violator pacis publicæ citandus eſt ut compareat, quare non etiam ipſi ſalvus conductus erit concedendus, maximè, cùm de jure Saxonico quælibet citatio, licet non habeat annexam clauſulam publicæ fidei vel ſecuritatis, eius naturæ ſit, ut quaſi in doſo ſecum afferat ſalvum conductum, daß ſie ein Geleit auffm Rücken mit ſich trage / *Dan. Moller. lib. 2. ſemeſt. cap 1. Matth. Coler. part. 1. deciſ. 165. n. 7.*

31 Neque hiſce adverſatur *Conſtitutio pacis publicæ ſub tit.* Friedbrecher vnd Thäter nicht zu hauſen. Quæ violatoribus pacis publicæ ſalvum conductum denegare videtur. *Loquitur* enim ea de hiſce ſolummodò Reis fractæ pacis, qui per ſententiam in pœnam *B*anni declarati ſunt, non autem de iis, qui ſe excuſant ob ſuſpicionem, aut aliam cauſam legitimam, aut qui amicabilem transactionem quærunt, & ad eam voluntate actoris citantur, quibus certè iuxta prædicta ſalvus conductus concedi debet.

32 Quodipſum tamen *Dn. Scabini* ſolummodo de communi ſalvo conducto, qui ad terminos iudiciales promittitur, von den Gerichten ſicher ab vnd zu zuziehen / quique de Iure Saxon. ipſo iure citationi ineſt, intellexerunt; Non etiam de ſpeciali ſalvo conducto, qui præſtita cautione (auff Verſtandt) Reo dari ſolet, zu Recht vnd vor unrechter Gewalt / biß ſo lange etwas peinliches wieder jhn erkandt / *&c.* de quo agunt *Dan Moller. lib. 2. ſemeſt. cap* 1. *Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 165 *num.* 7. *Petr. Heig. lib. 2. quæſt. 22. nu* 38. 29. Prout etiam ſentit *Nicol. Reuſn. dict. lib. 4. deciſ.* 19 *n.* 8.

Reſponſum Scabinor hoc fuit: Daß *H. à B.* ſeinen Dienern vnd Helffern/der außgebrachten Steckbrieffe vngeachtet/ein ſicher Geleit/jedoch weiter nicht/denn zu den Gerichten zu vnd abe/biß in jhr gewaltſamb abzuziehen/auf jhr anſuchen billig mitgetheilet wird/ V. R. W. *Ad conſultationem F. à K. Menſ. Aug. An.* 1595.

QUÆSTIO XXXVII.

De Diffidationibus & Minitationibus **Bevehdungen vnd Drawungen**/ *earumq; pœnis.*

SUMMARIA.

1. *Diffidationes hodiè prohibitæ ſunt.*
2. *Quibus ex cauſis.n.3.*
4. Diffidatio *ſcaturigo omnium malorum.*
5. *Num diffidatio ſit ſpecies fractæ pacis publicæ. nu. 6.7 8.*
9. *Diffidatores in Bannum Imperiale incidunt.*
10. *Diffidatores ſeu violatores pacis publicæ gladio puniuntur.*
11. *Quâ pœnâ etiam conatus diffidationis coercetur.*
12. *Eâdemq; pœnâ tenentur etiam complices & receptatores.*
13. *Antequam ad pœnam deveniatur, probè judicandum eſt, num crimen diffidationis verè fuerit commiſſum.*
14. *Diffidationes & Minitationes differunt.*
15. *Diffidatio unde dicatur.*
16. *Definitio diffidationis.n.17.18.*
19. *Requiſita diffidationis quænam ſint.n. 20.21.*
22. *Diffidatores quoq; ſunt, qui ſigna hoſtilia & diffidatoria ſuſpendunt.n. 23.*
24. *Qui incendium uni ex univerſitate minatur affixo ſigno inflammationis, diffidator eſt.*
25. *Obſervantia & Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
26. *Quænam pœna diffidationis, ſi damnum non fuerit datum.n. 27.*
28. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
29. *Diffidator morte punitur, etiamſi non habuerit animum nocendi, aut minas exequendi, n.30.32.*
31. *Pro expreſſo habetur etiam id, quod in genere dicitur.*
33. *Identitas rationis idem jus facit.*
34. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
35. *Quatenus pœnitentia in crimine diffidationis excuſet. n.36.38.*
37. *Quando pœnitentia liberet delinquentem à pœnâ ordinariâ. n. 39.*
40. *Pœnam quoq; diffidationis incurrit, qui literas diffidatorias alterius nomine emittit.n.41.42.43.*
44. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
45. *Eâdem pœnâ tenetur, qui literas diffidatorias ad mandatum alterius offert.*
46. *Mandatarius in delictis non excuſatur.*
47. *Mandans & mandatarius ſunt correlata.*
49. *In omnibus delictis animus & voluntas attenditur.*
50. *Mandatarius ignominiam jurato obtinere debet.*
51. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
52. *Diffidatio conditionalis diffidatorem à pœnâ non liberat.n.53.54.55.*
56. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
57. *Conditio ſuſpendit actum.*
58. *Scriptor literarum diffidatoriarum quâ pœnâ teneatur.n.59.60.61.62.*
63. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.n. 64.*
65. *Quomodo differant diffidatio & minitatio.*
66. *Minæ hæ* (**einen roten Hahn einem auffs Hauß ſetzen**/*vel*, **das Dorff anſtecken / vnnd in die Aſche legen**/*non faciunt diffidationem.n.67.*
68. *Minæ adverſus certam aliquam perſonam prolatæ veluti*, (**dieſelbige zuerſchieſſen / oder eine Kugel zu ſchencken** /*pro diffidatione non habentur.n.69.*
70. *Minitationes non puniuntur morte.n.71. 72. 73.*
74. *In pœnalibus ſemper benignior interpretatio capienda eſt.*
75. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
76. *Minatores morte puniuntur, quando poſt minas excedunt ædibus ſuis, & ad loca ſuſpecta ſe conferunt. n. 77.*
78. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
79. *Minitator propter emiſſas minas verbales cautionem debet præſtare de non offendendo. num.80.*
81. *Quidnam contineat hæc cautio, & qualis ea eſſe debeat.*
82. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
83. *Quænam cautio habeatur pro idoneâ. n.84.*
85. *Minitatori cautio non injungenda eſt priusquam de minis confeſſus, aut ad minimum per duos teſtes convictus fuerit.*
86. *Verba æquivoca in dubio pro minis non habentur. n. 87. 89.*
88. *Obſervantia & Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.n. 90.*
91. *Si minitator fidejuſſores vel pignora habere nequeat, an cautio juratoria admittenda ſit. num. 92.93.94.*
95. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
96. *Quiſnam minitatorem incarceratum alere debeat.*
97. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n. 98.*

1 INTER varios modos, quibus pax publica violatur, haud incommodè referri quoque poſſunt DIFFIDATIONES, quibus hoſtiles inimicitiæ denunciari ſolent. Quæ quondam certo modo licitæ erant, ut conſtat ex *cap.* 17. *Aur. Bull. Caroli IV. Imperatoris:* Poſtea verò ſimpliciter prohibitæ ſunt ab Imp. Maximiliano I. in Comitiis Wormatienſibus, *Anno* 1495. *ſub rubr.* **Der Königliche Landfried: darauff haben wir alle offene Vehde durch das gantze Reich auffgehoben vnd abgethan: Heben auch die hiermit auff / vnnd thun die ab von Römiſcher Königlicher Macht / vnnd mit krafft dieſes Brieffes.** Idque repetitum eſt in Comitiis

Auguſtanis, *Anno* 1500. *ſub rubr.* Erklärung deß
Landfrieden. In Comitiis Colonienſibus, *Anno*
1512. Item à Carolo V. Imperatore in Comitiis
Wormatienſibus, *Anno* 1521. Atque in Comitiis
Auguſtanis, *Anno* 1548. *ſub rubr.* Königlicher Rö-
miſcher Maj. Landfriede.

2 Et rectè bellicæ namque denunciationis ſpe-
ciem hæ diffidationes habent; Ad indictionem
verò belli ſine autoritate & mandato Summi
Principis deveniri non debet, quia jus belli indi-
cendi ſoli Imperatori competit, & Majeſtati ita
inhærere dicitur, ut nulla ratione ab ea divelli
poſſit. *l. 3. § eadem. ff. ad Leg. Iul. Majeſt. l. nemi-
nem. 17. C. de re militari. Arnold. Clapm. de arcan.
rerumpubl. lib. 1 cap. 20. Regn. Sixtin. de regal. libr.
1. cap. 2 num. 10. Iohan. Bodin. de Republ. libr. 1. cap.
10 pag. 244. Henr. Bocer. de Regal. cap. 2 num. 141.
& in tract de bell. & duello lib. 1. cap. 5. nu. 2. Anton.
Coler. de Iur. Imp. Germ. ſect. 28. Petr. Heig. libr. 1.
quæſt. 18. nu. 6. Petr. Syring. de pace Relig. concl. 14.
Arniſ. de Iur. Majeſt. lib. 2. cap. 5. n. 10.*

3 In diffidationibus quoque ſeſe exerunt cauſæ
illæ, quæ bellum injuſtum reddunt, ut ſunt: No-
cendi cupiditas; Ulciſcendi crudelitas; Impla-
cabilis animus; & Feritas rebellandi. Si enim
diffidator nocere vel ulciſci ſe non velit, cur non
judicem adit? Si animo foret pacato, potius a-
ctionibus, quàm armis experietur. *l. extat. 13. ff.
quod met. cauſ.* Neque ad actum ipſum diffida-
tor ſine operâ aliorum poteſt pervenire, quo-
rum frequenti coitione in prohibitæ conſpira-
tionis pœnam incurrit. *cap. 15. Aur. Bull. cap. num.
§. conventicula. de pac. tenend.* Diffidationes igi-
4 tur tanquam ſcaturgio omnium malorum, ut
Zizania inter lilia eruenda, & morbus à radice
curandus erat. *Dom. Arum. in diſc. 6 ad Aur. Bull.
cap. 17. concl. 16. Buxdorff. addict. cap 17. Aur. Bull.
th. fin. Hieron. Schurff. conſ. 100. num. fin. cent. 3.
Guid. Papæ deciſ. 191. n. 1. Modeſt. Piſtor. conſil. 39.
quæſt. 2. num. 15. vol. 1. Ludov. Gilhauſ in arbor. jud.
crim. c. 2. tit. 8. n. 3. Matth. Steph ad art. 129. Ordin.
Crim. Carl. V. Imper.*

Q. 1. Num diffidatio ſit ſpecies fractæ pacis publicæ.

5 Quamvis autem haud improbabiliter dubi-
tari poſſit, *An diffidationes pro ipſâ fractâ pace pu-
blica reputari debeant?* eò quod Conſtitutio pa-
cis publicæ vim armatam & violentam requirat,
in verb. Mit gewaltiger That / vnnd gewehrter
Hand. *Andr. Gail. lib. 1. de pace publ. cap 7. num 2.
Nicol. Reuſn. libr. 4. deciſ. 17 numer. 12. Petr. Frid.
Mindan. de proceſſ. Camer. lib. 1. cap. 23. ſect. 1. & c.*
Quæ certè in diffidationibus non eſt, denn einen
Vehdesbrieff ſchreiben / ſchicken oder anhangen /
iſt ja nicht mit gewehrter / gewaltſamer Hand
angreiffen/rauben oder brennen. Et diffidator re-
verâ cogitat magis vim inferre, quàm ut iam
modò inferat: Vnde ſequitur diffidationes po-
tius pro minis habendas eſſe, quæ à crimine fra-
ctæ pacis publicæ longè differunt, & ſupplicio
mortis aut Banni Imperialis nequaquam puni-
untur, præſertim, cùm & in eiusmodi diffida-
tionibus dolus abeſſe videatur, quia diffidator
ad apertum bellum provocat, & nihil callidè
vel inſidioſè machinatur. Ad fundandam au-
tem iuriſdictionem ſuper fractâ pace dolum
malum requiri, apertè probant verba hæc Con-
ſtitutionis pacis publicæ fürſetzlich / gefährlich
vnd freventlich. *Gail. dict. cap. 7. nu. 3. Reuſn deciſ.
17. n. 13.*

Attamen dubium hoc tollit *Conſtitutio de dif-* 6
fidatione, de Anno 1521. & 1555. § Wir ſetzen / &
ſub tit. Die Poen aller Friedbrecher. Quâ haud
obſcurè diffidatio pro crimine fractæ pacis ha-
betur, ſi ex contextu verborum patet. Manife-
ſtius autem hoc apparet ex *Ordinatione Provincia-
li D. Georgij Ducis Saxoniæ de Anno 1526. ſub tit.*
Muthwillige Bevehder / In verb. Vnd wir be-
finden / daß ſolch Fürnemmen / durch Kayſerliche
Mayeſtätt / vnd deß Heiligen Römiſchen Reichs
Landfrieden / bey hoher Poen verbotten / vnnd die
Thäter als Friedbrecher zu ſtraffen ſeyen. Et in
verſ. Es ſoll ſich in verb. mit ſolchen Bevehdern
vnd Friedbrechern. Et in *Ordin. Provincial. D.
Auguſti Electoris, de Anno 1555. pag. 67.* in verb.
Als öffentliche deß heiligen Reichs vnd jhrer Lieb-
den Landfriedbrecher / *&c.* Et *circa fin.* damit der
muthwilligen Bevehder / vnbillich / Landfriedbrü-
chig vnd rechtmäſſig beginnen vnnd fürnehmen
durch Göttliche Verleyhunge möge geſteuret vnd
gewehret werden. Ex quibus luculenter apparet,
diffidatores pro violatoribus pacis publicæ ha-
bendos eſſe. *Petr. Frider. Mindan. de proceſſ. Ca-
mer. libr. 2. cap. 25. ſect. 3. Modeſt. Piſtor. vol. 1. con-
ſil. 39. Dom. Arum. in diſcurſ. 6. ad cap. 17. Aur.
Bull. concl. 16. Matth. Stephan. ad artic 129. Ordi-
nat. Crim. Carol. V. Imper. Gilhauſ. in arbor. crim.
cap. 2. tit. 8. n. 13. Paul. Matth. VVehner. in pract. ob-
ſerv. vocab.* Bevehder.

Licet enim Conſtitutio fractæ pacis vim ar- 7
matam ac violentiam requirat, quæ in diffidati-
one deficit, quia tamen diffidator arma necem-
que intentat, & omnibus modis, quibus poteſt
ad effectum pervenire, moliri ſolet, ſicque præ-
ſentiſſimum armorum terrorem incutit, non
ſecus de ipſo, ac de perturbatore pacis publicæ
judicandum erit. *Mindan dict. cap 25 ſect 3.* Quò
pertinet id, quod alibi ICtus reſpondit: ſufficit
terror armorum, ut videatur deieciſſe *l. quod
eſt. 3. § qui armata 5. ff. de vi & vi armat.* Et
crimen contrahitur, ſi nocendi voluntas inter-
venerit, *l. 1. C. ad Leg. Corn de ſicar.* ac de poten-
tia quæ propinqua ad actum eſt, tanquam de
actu ipſo iudicamus. *Gloſſ. Bartol. & Bald. in l.
pen. ff. de milit. teſtam. Dom. Arum. dict. concl. 16.
Ludov. Gilhauſ. dict. tit. 8. num. 8. & 7.* Et in eo 8
diffidatio à minis differt, quòd hæc futuram &
conditionalem, illa præſentem offenſionem ha-
beat. Neque etiam à dolo nulla excuſatio eſt.
Tales enim diffidationes non minus, quàm ar-
morum uſus privatis interdictæ ſunt. Imo Du-
ces ac Principes ipſi non poſſunt denunciare
bellum abſque licentia Superioris Domini *l. un.
C. ut armor. uſ. lib. 11. Iodoc. Damhouder. in prax.
crim. cap. 82. nu. 20. Frider. Mindan. cap. 25. ſect.
3.* quomodo ergo diffidatores dolo carere po-
terunt, ſi contra leges ac prohibitionem iuris
peccent.

Diffidatio igitur, quia crimen fractæ pacis 9
publicæ eſt, utique & diffidatores pœnâ pacis
publicæ tenentur, ac ipſo iure in Bannum
Imperiale incidunt, iuxta diſpoſitionem *Con-
ſtitut. pacis publ. ſub tit.* Die Pœn aller Friedbre-
cher / ibi: Vnnd ob jemands hohes oder niedriges

weltliches Standes/wer der oder die weren / wider der eines oder mehr / ſo vorgemeldt in nechſten Articuln geſetzet iſt (*ubi & diffidationes prohibentur*) handeln/oder zu handeln ſich vnterſtehen würden / die ſollen mit der That / von recht zuſampt andern Poenen in vnſern vnd deß Heiligen Reichs Acht gefallen ſeyn / etc. *De Anno* 1521. *Et in Receſſ. Auguſtanis de Anno* 1648. §. Ferner zu noch mehr Erhaltung. Nullum ergo dubium eſt, quin adhuc hodiè Diffidatores ſuper crimine fractæ pacis publicæ conveniri, & in Bannum Imperiale declarari queant, uti arbitrantur *Modeſtin. Piſtor. vol. 1. conſil. 39 & part. 2. quæſt. 3. n. 3. Dom. Arum. ad dict. cap. 17. Aur. Bull. th. 16. Petr. Frider. Mindan. de proceſſ. Cam. lib. 1. cap. 25. ſect. 5 in fin. Paul. Matth. VVener. in pract. obſervat. vocab.* Bevehder. Idque clarè ſancitum in *Conſtitutione Provinciali D. Georgij Ducis Saxon. An.* 1625. *ſub tit.* Muthwillige Bevehder. In verb. Wann ſie (*ſcilicet* Bevehder oder dero Helffere) offenbar gemacht ohn alle weitere Erklärung in die höchſte Land Acht gefallen / vnnd Leibes vnnd Lebens vorluſtig ſeyn / alſo daß ſich niemands an jhnen ſoll mögen vergreiffen / *&c.*

10 Minus adhuc dubium eſt, Diffidatores ſi deprehendantur, ceu pacis publicæ violatores gladio puniri debere, ſecundum *Receſſ. Imper. Auguſtan de Anno* 1555. §. Wir ſetzen/ordnen / *&c.* in verb. wo ſie in Gefängnuß kommen / ſollen mit dem Schwerd / als Landzwingere von dem Leben zum Tode gerichtet werden / *&c. Ordin. Crim. Carol. artic.* 128. *&* 129. *Conſt. Provinc. ſub tit.* Muthwillige Bevehdre / in verb. Sondern wann ſie gefänglich eingebracht / ſo ſollen ſie / ob auch gleich auß ſolchem fürnehmen kein ſchad noch angriff weiter erfolget were / mit dem Schwerd gerichtet vnd alſo in allen Schöppenſtülen vnd Gerichten vorurtheilet / vnd vor recht erkandt werden : Et poſtea, *in verb.* Als öffentliche deß Heiligen Reichs vnnd jhrer Liebden Landfriedbrecher mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode ſollen geſtrafft werden *Conſtit. Elect.* 14. *part.* 4. Hæcque pœna Reis communiter iudice ex officio præcedente, decerni ſolet. *Petr. Heig. lib. 2. quæſt. 32. nu.* 8. *Petr. Frider. Mindan. dict. cap. 25. ſect. 4 Dom. Arum. ad dict. cap. 17. Aur. Bull. th. 16. Ludov. Gilhauſ. in arbit. jud. crim. cap. 2. tit. 8. n. 8. Matth. Stephan. ad art. 128. & 129. Ordin Crim. Carol. Beuſt. ad l. admonendi. 31. ff. de jurejur. n.* 1179 *Paul. Matth. VVebner. in pract. obſervat. vocab* Bevehden.

11 Et hæc pœna locum etiam habet in ſolo conatu, quantumvis diffidatores ad actum nõ pervenerint, & ſe nihil tale facturos & inanes tantũ minas fuiſſe teſtentur. *dict. Receſſ. Imper. de Anno* 1555. §. Wir ſetzen/ordnen/*&c.* in verb. vnangeſehen ob ſie ſonſt nichts anders mit der That gehandelt hätten/*&c. Conſt. Provinc. ſub. tit.* Muthwillige Bevehdere: in verb. Ob auch gleich mit ſolchem vornehmen kein ſchade noch angriff weiter erfolget were. *Ordin. Crimin. Carol. art.* 128. in verb. vnangeſehen / ob ſie ſonſt nichts anders mit der That gehandelt hätten. *Conſt. Elect.* 14 *part.* 4. in verb. vngeachtet / ob gleich von jhnen nichts mehr erfolget. *Petr. Frider. Mindan. dict. cap. 25. ſect. 5. Matth. Steph. ad art. 128. Ordin. Crim. Caroli V. Imp. ubi & Georg. Rem. Matth. Coler. part. 2. deciſ.* 232.

Neque ſolùm ipſis diffidatoribus, ſed etiam eorundem complicibus, receptatoribus & adhærentibus prædicta pœna imponitur. *Receſſ. Imp. Auguſt. de Auguſt. de Anno* 1555. §. Solches alles abzuſtellen / verſ. So ſollen Vnderſchleiffer / Enthalter vnnd Fürſchieber mit gleicher Straffe wie die Außtrettere geſtrafft / vnnd dieſe Ordnung nicht allein auff die Außgetrettene / ſondern auch die Vnterſchleiffer vnnd Enthalter vorſtanden / vnd vollnzogen werden / *dict. tit.* Muthwillige Bevehdere. *Ordin. Provinc. Saxon. pag.* 66. in verb. Auch wer einen ſolchen wiſſentlich hauſet / heimbt / vnterſchleuffet / jhme Rath / Beyſtandt oder ſonſt Vorſchub erzeiget / der oder dieſelben ſollen alsbald durch vnnd mit der ſchrifftlichen Abſagung / Wegelagerung / Vnterſchleuff vnnd Vorſchub / &c. *Mathæus Berlich. part. 4. concl. 21. n. 9. Petr. Heig. dict. quæſt. 32. n. 10. & n.* 55. 12

13 Priusquam verò judex pœnam hancce decernat, accuratè ac diligenter minas, qualitates ac circumſtantias quasvis diffidationis ponderare & conſiderare debet, ut cognoſcere queat, an crimen diffidationis revera fuerit commiſſum, ne inſonti pœna mortis indicatur. Non rarò enim circumſtantiæ diffidationum ita comparatę ſunt, ut potiùs pro nudis minis, quàm veris diffidationibus haberi debeant, inter quas certè effectus longè diverſꝰ eſt: Siquidem diffidationes pœna gladii vindicantur, ut modò dixi; Minitationes verò & verba minitatoria non item. 14 *Rubr. Conſt. Elect. Saxon. 15. part. 4. Matth. Coler. part. 2. deciſ. 232. Ant. Conſult. Conſtit. Saxon. tom. 1. part. 4. quæſt. 61. n. 1. & ſeqq. & tom. 2. part. 4. quæſt. 36. n. 1. VVeſemb. in §. item lex Julia de vi. Inſtit. de publ. judic. n. 4. & in ſupplem. ad Schneidvv. in dict. §. item lex Iulia. num. 4. verſ. non tamen ſatisfacit. Reinh. Roſa ad Dan. Moller. part. 4. Conſt. 15. n. 6. Petr Frider. Mindan. de proceſſ. Camer. lib. 1. cap 25. ſect.* 6. Dom. *Arum. in diſcurſ. 6. ad cap. 17. Aur. Bull. concl.* 17.

15 Ideoq; diſpiciendum, quidnam ſit propriè diffidatio, & in quibus ea conſiſtat, ſeu quæ ejus ſint propria? Dicitur autem diffidatio (Germanicè Bevehdung oder Abſagung) ab antiquo Gallico, & adhuc uſitatiſſimo vocabulo Diffier, je vous diffie, hoc eſt; Ego te provoco. *Petr. Frider. Mindan. dict. cap. 25. in pr. Paul. Matth. VVebner. in pract. obſervat. vocab* Bevehden / *circa fin.* 16 Et definiri poteſt, quòd ſit *minitatio hoſtilis, quâ quis per literas, ſignum, aliudvè factum inimico ſuo perſecutionem extremam vitæ, ſanguinis, aut bonorum denunciat, unde pax publica violatur, & toti populo vel univerſitati periculum & damnum imminet.*

Definitio diffidationis.

Definio autem diffidationem per minitationem, ceu genus; 17 Diffidationes enim minæ ſunt, non vice verſa omnes minæ diffidationes, adeoque hæ per illas benè definiri, & minæ quandoque pro genere, quandoq; pro ſpecie, nudis ſcilicet minis accipi poſſunt, exemplo adoptionis, quæ alio modo genus, alio modo ſpecies eſt, nẽpe, quatenus opponitur arrogationi. §. 1. 2. & 3. *ubi Dd. Inſt. de adoption.*

18 Ad denotandam verò differentiam ſpecificam adduntur hæc verba: (Qua quis per literas, ſignum vel aliud factum inimico ſuo extremam perſecutionem vitæ, ſanguinis aut

bonorum denunciat, unde pax publica violatur & toti populo vel univerſitati periculum imminet.) Non enim nuda verba minatoria faciunt diffidationem, ſed vel literæ, appenſio ſigni, aliundè factum accedat, neceſſe eſt. Nec ſufficit ut quis literis, aliovè facto alteri perſecutionem minetur, ſed minæ ejusmodi, ſi pro diffidationibus habendæ, totum populum vel univerſitatem concernere debent, ita ut periculum univerſitati ĩmineat, ut maximè diffidatio ad unum dirigatur. *VVeſemb. dict. n. 4. Reinh. Roſa ad Dan. Moller. Conſtit. Elect. 15. n. 6. part. 4. Dom. Arum. ad dict. cap. 17. Aur. Bull th. 17.*

Q. 2 Quanam ſint requiſita vena diffidationis?

19 Adeoque ad veram diffidationem, quæ crimen fractæ pacis publicæ incurrit, & pœnam gladii promeretur, duo neceſſariò requiruntur: *Primum* eſt, ut ad minas factum aliquod accedat, quo perſecutio extrema vitæ, corporis, aut bonorum inimico denunciatur. Veluti, ut quis literas diffidatorias transmittat, aut certo in loco ponat; Vel ſigna hoſtilia & diffidatoria ſuſpendat, ſcopas, titiones, aut carbones, papyrum cum pulvere tormentario, aut ejusmodi ſimilia. (vulgò **Brandzeichen**) in pagis vel oppidis affigat; Vel poſt minationem verbalem, domicilio ſuo delicto, ad loca ſuſpecta, & ad illos profugiat, iisque ſe aſſociet, à quibus receptatus ope auxilio adjuvetur &c.

20 Hæc aliavè ſimilia facta ad diffidationem neceſſariò requiri, non modo conſtat ex *Conſtit. pacis publicæ* & imprimis *Receſſ. Imper. Auguſt. de Anno* 1555. §. **Solches alles abzuſtellen**/ Et §. **Wir ſetzen/ ordnen**/ *&c. Conſtit. Crimin. Carol. art.* 128. quibus in locis pœna gladii tantummodò in diffidatores hoſce ſtatuitur, qui ipſo facto mala minitantur; ſed etiam expreſſè hoc probatur ex *Ordinat. Provincial. Saxon ſub. tit.* **Muthwillige Bevehdere.** *pag. 66.* in verb. **Welcher hinfürder an gleich vnd recht nicht will begnügig ſeyn/ vnnd mit Vehdesbrieffen/ Wegelagerung/ oder ſonſt etwas thätliches vornimbt/** *&c.* Et poſtea **der oder dieſelben ſollen alsbald/ durch vnd mit der ſchrifftlichen Abſagung/ Weglagerung/ Vnterſchleufft vnd Vorſchube/** *&c.* Et paulò pòſt. **So ſollen ſie/ ab auch gleich auß ſolchem vornehmen.** Ac circa finem: **Nicht allein Brände vnnd Bäſeme anzuhengen/ ſondern Vehdes Brieffe zuſchicken/ vnnd auch mit der That nachzufolgen/** *&c.* Ex quibus haud obſcurè liquet, nuda verba minatoria non ſufficere, ſed ultra ea quoque factum quoddam requiri ad diffidationem perfectam, quæ pænam gladii promeretur. *Georg. Remus. & Matth. Steph. ad artic.* 128. *Ordin. Crim. Caroli V. Imper. Matth. Coler. part. 2. deciſ. 232. n. 3.*

21 *Alterum requiſitum* diffidationis eſt, ut per eam pax publica violetur, & inde hoſtilia non populo ſed communitati ſint expectanda. Omnia enim verba & facta, quæ privatum aliquem concernunt, ut ſi quis minetur alicui gladium vel pugnam, **oder daß er eine Kugel mit jhm wolle wechſeln/ oder jhn durchſchieſſen**/ pro nudis minis habentur, & nequaquam pœna mortis coërceri debent. Diffidationes vero, **Vehde oder Abſagung**/ ſunt, quæ in publicum ſonant, & non ad unum aliquem pertinent, ſed totum populum vel univerſitatem concernunt. Diffidare namq; nihil aliud eſt, quàm bellum, hoſtilia atque extremas inimicitias denunciare. *Zaſ. in §. ſic itaque diſcretis. Inſtit. de action. nu. 13. Matth. de Afflict. de pac. tenend. §. ſi quis hominem. num.* 57. Hoſtilia autem nõ pertinent ad unum aliquem, ſed totum populum vel univerſitatem. *l. hoſtes. 24. ff. de capt. & poſtlim. reverſ.* Idemque innuere videntur verba *Ordinat Prov. ſub. tit* **Muthwillige Bevehdere. Vnſern Vnterthanen vnnd Verwandten.** Et poſtea: **Vnſern Vnterthanen groſſen vnd mercklichen Schaden gethan haben.** Quæ verba in plurali numero poſita univerſitatem quandam denotant. *Petr. Frider Mindan. de proceſſ. Camer. lib. 1. cap. 25. ſect. 6. Dom. Arum. ad dict. cap. 17. Aur. Bull th. 17. VVeſemb. in §. item lex Iulia de vi publ. n. 4. Inſtit. de publ judic. Matth. Berlich. part. 4. concl. 22. num 3. Reinhard. Roſa ad Daniel. Moller Conſt. Elect. 15. n. 6. Paul. Matth. VVehner. in pract. obſervat. vocab.* **Bevehden.**

22 Hæcque ſunt duo requiſita diffidationis neceſſaria, quorum uno deficiente, diffidationis crimen nequaquam commiſſum eſt. Illis autem concurrentibus minitationem ac denunciationem hoſtilem pro verâ diffidatione habendam, & pœnâ gladii coërcendam eſſe, dubium prorſus non eſt.

Quibus ita poſitis apparet Primò: Pro diffidatoribus habendos ac pœnâ gladii plectendos eſſe, non modò eos, qui per literas diffidatorias populo ac univerſitati perſecutionem hoſtilem denunciant, vel incendium minantur, ſed & qui ſigna hoſtilia ac diffidatoria ſuſpendunt, Scopas, Titiones vel Carbones, Papyrum cum pulvere tormentario, aut ejusmodi ſimilia, vulgò **Brandzeichen**/ in pagis vel oppidis affigunt, quibus tantum detrimenti incendio ſe allaturos minitantur, aut ædificia pagorum vel oppidorũ combuſta, & in cinerem redacta ſcopis converti poſſint. *Matth Stephan. ad art.* 128. *Ordin. Crim. Dan. Moller. ad Conſtit. Elect.* 15. *part.* 4. *Petr. Frid. Mindan. dict. cap.* 25. *Dom. Arum. diſc. 6. ad cap.* 17. *Aur. Bull. th.* 17.

23 Hocq; non modò clarum eſt, ex *Ordin. Crim. artic.* 128. in verb. **Deßgleichen ſoll es auch gehalten werden gegen den jenigen/ die ſich ſonſt durch etliche Wercke mit der That zu handeln vnterſtehen/** *&c.* Vbi pœna gladii ſtatuitur in diffidatores indiſtinctè, quocunque etiam opere ac facto diffidaverint; Sed & manifeſtè probatur ex *Ordinat. Provincial. Saxon. ſub. tit.* **Muthwillige Bevehdere,** *circa fin.* in verb. **Daß ſich muthwillige vnd vngehorſame Leute ſieder deß mehrmahls vnterſtanden/ nicht allein Brände vnd Bäſeme anzuhangen/ ſondern Vehdesbrieffe zuſchicken/ vnd auch mit der That nachzufolgen.**

Qu. 3. An pro diffidatore habendus & pœna gladij plectendus ſit, qui uni ſolum ex univerſitate incendium minitatur?

24 Quod & verum eſt, ſi quis ſolùm inimico ſuo, uni ex populo ſeu univerſitate minitetur incendium: in ædibus eius ſigno inflammationis affixo: Talis enim æquè diffidator eſt, ac pœnâ gladii puniri debet: Etſi namque hoc caſu diffidatio ad unum ſolummodò dirigatur, attamen exinde incendium ac hoſtilia toti communitati ſunt expectanda. Adeoque tales minæ ad totam communitatem pertinent, cui toti incen-

dium unius domus nocere poteſt, ut quod proxima quæque ſoleat arripere, ſicut veriſſimè dicitur: Tunc tua res agitur, paries cùm proximus ardet &c. *VVeſemb. in §. item Lex Iulia de vi publ. n. 4. Inſtit. de publ. Iud. Dom. Arum dict. cap. 17. Aur. Bull. th. 17. Reinhard. Roſa ad Dan. Moller. Conſtit. Elect. 15. n. .6 part. 4.*

25 *Et juxta ea quotidiè pronunciari, ac pœna gladij diffidatori dictari ſolet, utut etiam is ſolummodo inimico ſuo, & ſic uni ex univerſitate incendium minitatus fuerit, ſigno inflammationis in ædibus eius appenſo. Prout reſponderunt Scabini ad conſultationẽ Quæſtoris* in Zörbigk/ *M. Aug. Anno* 1585.

Deß Schulverwalters zu Meiſſen/ *M. Novembr. An.* 1589.

Ad requiſitionem Præfecti Pegavienſis, M. Septemb. An. 1616.

An Schöſſer zu Stolpen, *Menſ. Februar. Anno* 1617.

An Schöſſer zu Zügenrück/ *Menſ. Novembr. Anno* 1587.

Q.4. *Num diffidator gladio puniendus et. iamſi damnum nō fuerit ſecutum?*

26 Nec refert, an diffidatores minas executi fuerint, nec ne. Etenim *Ordinat. Provincialis Saxon. ſub tit* Muthwillige Bevehdere *per. Conſt. Elect. D. Auguſti 14. p* 4. eò extenditur & ampliatur, ut diffidatores ſignis inflammationis affixis incendium minitantes, gladio puniri debeant, etiamſi nihil damni ab ipſis datum ſit, *in verb. fin. dict. Conſt.* 14. Als ordnen/ ſetzen und wollen wir/ daß auch dieſelbige (*ſcilicet* ſo Brandzeichen ſtecken und anhängẽ) ungeachtet/ ob gleich von jhnẽ nichts mehr erfolget/ mit dem Schwerd vom Leben zum Tode ſollen geſtrafft werden/ *ubi Dan. Moll. n. 3. Matth Stephan. ad art. 128. Ordin. Crimin. Caroli V. Imp. Matth. VVeſemb. in § item lex Iulia de vi publ. n. 3. Inſtit. de publ. jud. Matth. Berlich. part. 4. concl. 21. n. 21.*

27 Cauſa namque Conſtitutionis Provincialis, quæ diffidatores gladio puniri jubet, ea eſt, ut per hanc pœnam periculoſæ illæ diffidationes tollantur, & hominibus nullus metus ac timor incutiatur, ut colligi poteſt ex *art. 128. Ordin. Crim.* Per eiusmodi enim appoſitionem & ſuſpenſionem ſignorum, diffidatis non parvus metus inijcitur, publica communitatis pax turbatur ac violatur, vicini conterrentur, coguntur agere vigilias, domi ſe continere, nec egredi ad agriculturam aliavè negotia, ſed domus ſuas ſinguli aut pleriq; defendere & cuſtodire compelluntur. *VVeſemb. in d. §. item lex Iulia de vi publica. n. 4. Inſtit. de publ. judic.* Quæ incommoda diffidati æquè ſuſtinent, licet diffidatores damnum non dederint nec minas executi fuerint. Quare ut & hoc caſu diffidatores pœnæ ſtatutæ ſubijciantur, identitas rationis requirit.

28 *Eoq; modo pronunciare ſolent Scabini quotidiè:* So möchte *Z. M.* wegen ſolcher ſeiner begangenen und bekanten Vorbrechung und Bevehdung/ auch daß er obangeregten Zeddel mit der beygefügten vordächtigen Materien/ nemlich dem Pulver und etlichen Schwefelkertzen *doloſè* und vorſetzlichen angehefftet/ und alſo Inhalts der Churfl. Sächſ *Conſtitution*, ſonderlich aber vermöge der 14. *part.* 4 welche außtrücklichen und *in ſpecie* uff die jenigen/ ſo Brandzeichen ſtecken und anhangen/ mit gerichtet/ ũd durch dieſelbe die Churfl. Landes Ordnung gleichſam erkläret wird/ mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W. *Ad conſultationem Præfecti Pegavienſis, M. Septembr. An.* 1616.

Iisdem formalibus reſponderunt quoque verſus Stolpen/ *M. Febr. An.* 1616.

Similiter pronunciatum fuit ad requiſitionem Senatus Lutzenſis, M. Septemb. An. 1597.

Züllichau/ An Richter und Schöppen/ *M. April. Anno* 1599.

An Rath zu Dieben/ *M. Iul. Anno* 1600.

Ad requiſitionem Quæſtoris Delitiani, M. Ian. Anno 1604.

Quinimò, licet diffidator affigens ſigna inflammationis ne quidem propoſitum ac animũ nocendi ac minas exequendi habuerit, nihilominus tamen propter affixionem nudam ſignorum eum gladio puniendum eſſe, arbitror.

Q.2. *Quid ſi diffidator animũ exequẽdi minus non habeat?*

29 *Tùm*, ob generalitatem textus in *Conſt. Elect.* 14. *p.* 4. Ibi: Daß dieſelbige/ ungeachtet/ ob gleich von jhnẽ nichts mehr erfolget/ mit dem Schwerd vom Leben zum Tode ſollen geſtrafft werden. Quæ verba generalia ſunt, neque diſtinguunt, an diffidatores propoſitũ habeant exequi minas, nec ne, adeoque generaliter de illis quoq; 30 qui animum nocendi non habent, intelligi debent, non minus, ac ſi id verbis fuiſſet expreſſum, nam & id pro expreſſo habetur, quod in genere dicitur, 31 *gloſſ. in l. fin. in verb. ſpecialiter. C. quod eum eo qui in al. poteſt. Bart. in l. heredes. 1. n. 7. verſ. ego dixi & dico circa hoc &c. ff. de vulg. & pub. ſubſt. & in l. Prætor ait 20. §. interdictum hoc. 1. n. 1. ff. de oper. nov. nunciat. Iacob. Schult. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 126. n. 89. Henning. Goden. Conſil. 4. n. 10.*

32 *Tùm*, quia affigens ſigna inflammationis abſque propoſito nocendi & minas exequendi non minus publicam communitatis pacem violat, & hominibus univerſis metum atq; terrorem incutit, ac is qui eiusmodi ſigna appendendo minatur eâ intentione, ut minas poſtmodùm exequatur, quam ob cauſam in diffidatores pœnam gladii fuiſſe ſtatutam, dictum anteà, & probatum ex *art. 128. Ord. Crim. Carol. V. Imp. VVeſemb. ad § item lex Iulia de vi. publ. nu. 4. Inſt. de publ. jud.* Adeoq; & ſimili pœnâ, affigens ſigna inflammationis abſque intentione nocendi affici debet, ob identitatẽ rationis quæ idem jus facit, 33 *l. illud. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. 7 §. 2. C. de revoc. donat c. inter corporalia 2. extr. de transl. Epiſcop. gloſſ. in l. cum certum. 19 in verb. æquitatis ratio. C. ad leg. Aquil. Andr. Tiraq. in reg. ceſſante cauſa part. 1. n. 156. Modeſt. Piſtor. conſ. 16. n. 13. lib. 1. Matth Coler de proceſſ execut. part. 4. n. 38.*

34 *Quemadmodum etiam pronunciarunt Scabini:* So möchte er von wegen ſolcher Mißhandelung (in dem er in *H. R.* Scheunenloch einen Flederwiſch/ mit zweyẽ Kohlen/ ſo Creutzweiſe daran gebunden/ neben einem wiſchlin Strohe gelegt) inhalts Churf. Sächſ. *Conſtitution*, als ein Vehder mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft und hingerichtet werden/ und hat der Gefangene ſich darwider damit/ in dem er fürgeben thut/ daß ſeine Meinung niemals geweſen/ daß er anſtecken wollen/ nicht zubehelffen/ V. R. W. *Ad requiſitionem Nobilium à* Reppichau/ *M. Februar. Anno* 1619.

An Schöſſer zu Zörbigk/ *Menſ. Auguſto, Anno* 1585.

Q. 6. Quatenus pœnitentia in crimine diffidationis excuſet?

35 Quæ tamen hactenus dicta fuere, ea ſolummodo procedunt quando diffidatores in delicto perſeverant. Quod ſi enim pœnitentia ducti literas diffidatorias, vel ſigna inflammationis affixa revocent, antequam damni quid ab ipſis datum fuerit, tunc ipſis nonnihil indulgendum eſt, & remiſſa pœna mortis, diffidatores vel fuſtigatione, vel relegatione perpetua tantùm puniri debent *Matth. Coler. part. 2. deciſ. 232. num. 2. Dan. Moller. ad Conſtit. Elect.* 16 *part.* 4. *Matth. Berlich. part.* 4. *concl.* 23. *Petr. Heig. part. 2. q. 32. n. 15. & ſeqq.*

36 *Tùm*, ob textum manifeſtum in *Conſtit. Elect. 16. part.* 4. quæ, licet tantummodò de diffidatoriis literis loquatur, eam tamen ad ſigna diffidatoria quoque extendendam, idemque de diffidatoribus ſigna inflammationis affixa revocantibus dicendum eſſe, identitas rationis ſuadet, ut demonſtrat *Berlich. dict. concl.* 23. *nu.* 8. *& ſeqq.*

37 *Tùm*, quòd & in aliis delictis qui pœnitentia ductus ſeipſum offert, à pœna ordinaria liberetur, *l. quãvis.* 11. *ff. de in jus vocando. l. non omnes.* 5. §. *qui in deſertione.* 4. *ff. de re militari.* Veluti etiam in crimine furti expreſſè diſpoſitum in *Conſtit. Elector.* 32. *part.* 4. Regulaque univerſalis eſt, quòd pœnitentia poſt delictum in multis delictis non atrocioribus mitiget pœnam. *Andr. Tiraquell. in tract. de pœn. temp cauſ. 28. num. 1. & ſeqq. Iaſon. in l. in arenam. C. de inoff. teſtam. nu. 5. Proſper. Farinac. in prax. crimin. libr. 3. quæſt n.* 124. *numer.* 168. Facit huc, quod pulchrè decidit *Alberic. in ult. part. tractat. ſtat. quæſtion. 69.* quod ſi quis Bannitum receptaverit, duobus vel tribus diebus, & poſtea pœnitens eum prodiderit, præſentaveritq́; poteſtati, licet puniendus ſit ex forma ſtatuti huiusmodi receptionem prohibentis, pœnam tamen illi mitigandam eſſe, *arg. §. ſed etiam ſuſpiciens in Auth. de Mandat. Novell.* 17. quam opinionem Alberici refert & ſequitur *Tiraq. in tract. de pœn. temp. aut remitt. quæſt. 60.*

38 Neque huic obſtat, quòd poſt commiſſum delictum, perfectum, pœnitentia regulariter delinquentem non excuſet. *l. qui ea mente*, 65. *ff. de furt.* Diffidationis autem delictum ſola appenſione ſignorum aut emiſſione literarum perfici ac conſummari, expeditum eſt & probatur ex *Ordinat. Provincial. ſub tit.* **Muthwillige Bevehdere** quæ expreſſè dicit, **daß mit der ſchrifftlichen Abſagung / ob gleich kein Schade noch Angriff darauff weiter erfolget / Leib und Leben verwircket werde** *&c.* 39 Nam prædicta regula fallit in illis delictis, ubi res in integrum ſtatum poſt conſummationem reſtitui poteſt; veluti in furto & delicto diffidationis: Literis enim vel ſignis ac terror prorſus ceſſat *Bartol. in l. qui eâ mente. 65. ff. de part. numer. 2. verſ. præterea debes ſcire. Bald. in l. ſi quis. C. de Epiſcop. & Cler. num. 9. verſ. melius tamen dici poteſt. Proſper. Farin. in pract. crimin. dict. quæſt.* 124. *num.* 176.

Ad hoc tamen, ut pœnitentia mitigationem pœnæ operetur, requiritur, ut quis pœniteat, & diffidationi renunciet, antequam capiatur, & in carcerem conijciatur, *argum. Conſtitut Elector. 32. in verb. fin.* **Ehe ſie zum Gefängniß gezogen / oder beklagt werden** *&c. part. 4. Matth. Coler dict. deciſ. 232. n. 2. Petr. Heig. dict. quæſt. 32. n. 42. part. 2.*

Q. 7. Nũ pœnã diffidationis incurrat qui literas diffidatorias alterius nomine emittit?

40 Secundò: Exinde quod dictum eſt, Diffidationis delictum perfici facto aliquo, ut emiſſione literarum, vel appenſione, aut affixione ſignorum diffidatoriorum, unde periculum toti univerſitati immineat, ſequitur, pro diffidatore quoque habendum eſſe ac diffidationis pœnam incurrere eum, qui per literas diffidatorias, vel affixionem ſignorum inflammationis, non ſuo, ſed alterius nomine, aut ad alterius mandatum alicui minatur malum,

41 Nam & is, qui nomine alterius literas diffidatorias emittit, vel ſigna inflammationis affigit, æquè peccat & terrorem incutit hominibus, ac ſi nomine ſuo proprio ſubſcripto malum minitaretur. 42 Causa ergo delicti exiſtente, ipſum delictum exiſtit; poſita enim causa, ponitur effectus, ſicut & hic, canſa ceſſante ceſſat, *cap. & ſi Chriſtus 26. extr. de iureiur. cap. cum ceſſante. 90. extr. de appellat. 13 cap. de pœnit. Andr. Tiraq. in reg. ceſſante causa. num.* 11. *Cacheran. conſil. 4. n. 12.*

43 Præterea, hoc quoque caſu requiſita diffidationis concurrunt, quæ *ut ſuprà dictum*, ſunt minitatio facta univerſitati, & factum quoddam accedens, veluti emiſſio literarum diffidatoriarum, aut appenſio & affixio ſignorum inflammationis, ideoque poſitis requiſitis ſubſtantialibus delicti diffidatorii, ipſum delictum poni neceſſe eſt.

44 *Ita diffidatorii, qui literas diffidatorias aliorum nomine ſcriptas emiſerat, Scabini dictaverunt pœnam gladij,* **An Schöſſer zu Lauchſtädt** / *M. April. Anno* 1594.

Q. 8. An pro diffidatore habẽdus, qui ad alterius mandatũ literas diffidatorias offert?

45 Similiter quoque diffidationis pœnam incurrit, qui ad mandatum alterius literas diffidatorias offert, aut ſigna inflammationis affigit, ſiquidem mandatarius in delictis ob mandatũ non excuſatur, *Bartol in l. non ſolùm §. ſi mandato ff. de iniur. Tiber. Decian. in tract. crimin. lib. 9.* 37. *numer.* 1. Turpis namq; vel injuſtæ rei mandatum adeò non eſt obligatorium, ut ne juramento quidem confirmetur. *l 6. §. 3. & 7. l. 12. §. 11. l. 23. §. 6 ff mandat. cap. non eſt obligatorium de reg. jur. in 6to. Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſtion.* 89. *num.* 1.

46 Cumque mandans & mandatarius procul dubio ſint correlata, ſicut dominus & ſervus, pater & filius, Actor & Reus &c. ideò ſecundum naturam correlativorum, poſito uno ex iis, neceſſario ponitur & alterum. *l. fin. ff. de accept. Bald. in l. nemo martyr. & in Auth. quas actiones C. de SS Eccleſ. Tib. Decian. dict. libr. 9. cap. 33. num.* 1. Obque id, delictum mandantis & mandatarii ferè unum & idem eſt, *Bartol. in l. ſed ſi unius. §. ſervus meus. num. 5. de injur. Cyn. in l. non ideo minus. C. de accuſat. Decian. dict. lib. 9. cap. 32. n. 5.* ſi ergò mandans diffidator gladio plectẽdus utiq; & diffidator mandatarius eadem pœna affici debet.

Quemaamodum etiam in tali caſu reſponderũt Scabini, An Rath zu Hertzberg/ *M. Aug.* An. 1587.

48 Quod tamen verum eſt, ſi mandatarius ſciẽter & doloſè mandato eiuſmodi illicito pareat,
literas diffidatorias offerendo, vel ſignum inflammationis affigendo. Iuſſus enim à diffidatore literas diffidatorias offerre diffidato, neſciens contenta literarum, & nĩl minus ſuſpicans quàm diffidationem, nequaquam diffidationis delictum committit, neque eiuſdem pœnam
49 incurrit. In omnibus enim delictis animus & voluntas debet attendi, *l. Divus Adrianus ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. l. verum, §. ſciendum ff. de minor. l. ſed an ultrò. §. 1. ff de negot. geſt. l. fraudis interpretatio. ff. de reg. iur. Tiraq. de pœn. temp. cauſ. 51. numer. 7. & 9. Anchar. conſil. 216. Proſp. Farin. part. 3. crimin. quæſt 86. n. 7.* Neq; delictum absque voluntate committitur: Malitia enim cujuscunq; actus pravi à voluntate procedit, quæ præcipua eſt in omni peccato, *Tiraq. l. 1. retract. cap. 15. Didac. Covar. in Clem. ſi furioſus. 2. part. relect. n. 2.*

Ideoque, ſi mandatarius offerens literas dif-
50 fidatorias exceptione ignorantiæ ſe tueri velit,
juratò hanc obtinere & ſeſe purgare debet,
quod contenta literarũ diffidatoriarũ neſciverit.

51 *Veluti Scabini dictaverunt juramentum purgationis N. B. offerenti literas diffidatorias, & ignorantiam prætendenti. An conſultationem Quæſtoris* in Weiſſenſee/ *M. Nov.* A. 1619.

52 Tertiò: Ex antea dictis etiam colligi poteſt,

Q. 9. Num diffidatio conditionalis veniam mereatur?

pro diffidatoribus habendos, ac capite plectendos eſſe, qui ferrum & flammam, & quicquid præterea poſſunt detrimenti, aliis minitantur non purè, ſed ſub conditione, ſi voluntati ipſorum non ſatisfecerint, hoc vel illud non dederint, aut fecerint, (So fern man ſich mit jhnen nicht vortragen/ diß oder jenes abſchaffen würde) *Petr. Frider. Mindan. de proceſſ. Camer. lib. 1. cap. 25. ſect. 2. Beuſt. ad l. admonendi. 31. ff. de iureiur. n. 1179. poſt pr. verſ. pro declaratione autem iſtius* W*eſemb. in §. item lex Iulia de vi, n. 4. Inſt. de publ. iudic.*

53 Æquè enim qui ſub conditione univerſitati incendium, aliave hoſtilia denunciat, merum ac terrorem incurrit, & ſic ipſo facto minitatur, adeoque requiſitis diffidationis committitur. Et certè diffidationes ut plurimùm ſub conditione niſi id factum vel datum fuerit, quod diffidatores volunt, fieri ſolent. Si ergò delinquentes hoc caſu pœnam effugerent, rariſſimè delictum diffidationis puniretur. Fraus etiam facilimè invẽta eſſet, per quam diffidationes licitæ fierent, cùm quilibet ſentiens eiuſmodi diffidationes conditionales non ita acriter puniri, ſe ad illas converteret. A*ut. Conſult. Conſt. Elect. Sax. tom. 2 part. 4. quæſt. 36. n. 5.*

54 Idemque haud obſcurè colligi poteſt ex *Ordin. Provinc. ſub tit.* Muthwillige Bevehdere. *Conſt. Crim. Carol. art.* 128 *&* 129. in quibus diffidatores etiam dicuntur ii, qui ordinariâ juris cognitione non contenti, jus in manibus ſe habere putantes, ſpreta legum & Magiſtratuum autoritate, pro libidine ſua vi & metu homines, ut voluntati ſuæ, pareant, compellere conatur. Quod certè faciunt illi, qui adiecta etiam conditione, hoſtilia aliis minitantur.

Præterea de hac re textus eſt manifeſtus in 55
Conſtit. Elect. Saxon. 15. *part.* 4. in verb. fin. Setzen und wollen/ daß alle die/ ſo das jenige vorwircken/ thun und fürnehmen werden / davon in ſolcher Conſtitution Meldung geſchicht/ ungeachtet obermehlter angehengter condition / mit dem Schwert / als abgeſagte Feinde und Vehder / vom Leben zum Tode gerichtet und geſtraffet werden ſollen/ *ubi Dan. Moll. Matth. Berlich. part. 4. concl. 22. n. 22.*

Et ita quotidiè ſolent pronunciare Scabini, ut apparet ex eorum ſententiis. Gegen Hainsberg/ *ad requiſitionem Friderici à* Kitzſchers/ *M. April.* A. 1585. 56

Quæſtoris in Lauchſtädt/ *M. April.* A. 1594.

Prætoris Lipſenſis, M. Octob. A. 1596.

Quæſtoris in Weiſſenſee/ *M. Nov.* A. 1619.

Nec adverſatur, quòd conditio ſuſpendat a-
ctum, & nihil ponat ineſſe, *l. cedere diem* 213. *ubi* 57
Alciat. & Gœd ff. de Verbor. ſignificat. l. ſi quis ſub conditione 8. *ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.* Andr. *Tiraq. in tract. de retract. part. 1. §. 1. gloſſ. 2. num. 22. & gloſſ. 9. num.* 100. *& gloſſ.* 10. *num.* 44. Vt enim ſępius dictum, non requiritur ad diffidationem executio minarum, ſed ſola denunciatione hoſtili univerſitati facta, accedente aliquo facto, ut emiſſione literarum, vel appenſione ſigni inflãmatorii, delictum diffidationis perficitur & cõſummatur, adeoque diffidator pœnam gladii promeretur, licet minas non executus fuerit, nec propoſitum nocendi, easdemque exequendi habuerit. *Conſtit. Elect. 14. part. 4. Matth. Stephan. ad art. 128. Ordin. Crim. Carol. V. Imp. VVeſemb. in §. item lex Iulia de vi publ. num. 3. Inſt. de publ. ind.*

Quartò: Dictum ſupra, ob ſolas minas pœ- 58

Q. 10. qua pœna affici debeat ſcribens literas diffidatorias absque ulteriori facto præſtito.

nam gladii infligi non poſſe, ſed præter eas, factum aliquod diffidatoris requiri ad hoc, ut pœna mortis locum habeat. Exinde haud incommodè quæritur: *An quodvis factum, ſeu quivis actus minitantis delictum diffidationis perficiat, & quid de ſcribente literas diffidatorias habendum ſit, an & is, ſi nihil præterea feciſſet, gladio puniri debeat?*

Quod quidem extra dubium eſſe videtur, ob 59
Conſtit. Imperii Ratisbonenſ. de Anno 1594. §. Dergleichen/ und dieweil an etlichen Orten: quâ pœna diffidantium extenditur quoque ad illos, qui literas diffidatorias ſolùm ſcribant vel concipiũt, etiam ad actum ulteriorem non procedant. *Ludov. Gilhauſ in arbor. crim. cap. 2. tit. de diffidation. n. 9. Petr. Heig quæſt. 32. num. 10. & 55. part. 1. Pet. Frid. Minda. dict. cap 25. ſect. 4. VVeſemb. in parat. ff ad Leg. Corn. de ſicar. num. 16. Reinhard. Roſa ad Dan. Moller. Conſtit. Elect. 14 part. 4. num. 1.* Quibus videtur ſuffragari communis illa Dd. opinio; auxiliatores nimirum eadem pœna cum principali afficiendos eſſe, quam opinionem communem dicit *Corn. Conſ. 8. lib. 3.* quem refert *Dec. in c. 1 n. 12. extr. de offic. Deleg. Cravett. conſ. 220 n. 12. part. 2.*

Veruntamen, à prædicta Ordinatione Im- 60
perii receſſit D. Auguſtus Elect. Saxon. in *Conſtit.* 14.

ſtit. 14. part. 4. Vbi eum qui literas diffidatorias ſolummodò ſcribit, non pœna gladii puniri, ſed virgis cædi & relegari iubet, niſi præterea in executione quoque literarum illarum principali diffidatori auxilium præſtitiſſet: veluti ſi literas à ſe ſcriptas ædificiis aut portis illorum, ad quos ſcriptæ eſſent, affixiſſet, aut quid ſimile feciſſet, *dict. Conſt. Elect. 14. part.* in verb. initial. Dieweil unſere Schöppenſtüle biß anhero geſprochen daß der jenige/ welcher einen Vehdesbrieffſchreiber/ nicht mit dem Schwert / ſondern allein mit Staupenſchlägen zu ſtraffen / Er hette dann mit der That zur Vehde zu helffen angefangen/ ſo laſſen wir es auch darbey bleiben. Idque forſan propterea, quòd ſcribens tantummodo literas diffidatorias, auxilium non præſtet diffidatori in ipſo actu delinquendi ſeu diffidationis, qui potiſſimum conſiſtit in emiſſione & oblatione literarum ſcriptarum, juxta doctrinam *Salicet. in l. un. C. de rapt. virg. numer. 24.* Præſertim cum & is cuius iuſſu literæ diffidatoriæ ſcribuntur, pœnitere poteſt, antequam ulterius quicquam contra illos, ad quos ſcriptæ ſunt, attentet. *Dan. Moller. ad dict. Conſtit. Elector. 14. part. 4. numero tertio.*

61 Nec obſtat, quòd juxta opinionem Doctorum communem, auxiliator eadem pœna cum principali affici debeat. *Bart. in l. is qui opem. n. 5. ff. de furt. Cravet. conſ.* 220. Hoc enim tantùm procedit in auxiliatore, qui immediatè cauſam delicto, & opẽ cooperativà principali delinquẽti in ipſo delicto præſtat, qualis eſt is, qui literas diffidatorias jam ſcriptas offert aut affigit, quo ipſo diffidationis delictum perficitur. Secus in auxiliatore, qui ante delictum auxilium præbet. Hunc non niſi pœnâ extraordinariâ afficiendum eſſe, tradunt Dd. communiter. *Socin. Conſil.* 188. *libr.* 1. *Didac. Covarr. in repet. Clem. ſi furioſus in 2. part. relect §. n. 2 homicid Petr. à Plach. in epit. delict. cap. 16. nu. 2. in fin. Salycet. d l. un. C. de rapt. virgin. Carrer. in pract. crim. §. homicidium. n. 69. & ſeqq.*

62 Quinimò, ob circumſtantias facti quandoq; in arbitrio judicis eſſe, fuſtigationem remittere & ſcribentem literas diffidatorias ſolùm relegatione punire, exiſtimaverunt *Scabini.*

63

Veluti reſponderunt in caſu, quo ſcribens ipſemet literas diffidatorias non conceperat, ſed ex alterius concepto de verbo ad verbum deſcripſerat, hoc modo: So möchte *B. VV.* wofern man jhm in Anſehung / daß er ſolchen Brieff ſelbſten nicht gedichtet/ ſondern allein auß deß Pfarꝛherꝛn *concept* abgeſchrieben/ nicht Gnade erzeigen wolte/ mit Staupenſchlägen deß Landts ewig vorwieſen werden V. R. W. *Ad conſultationem Quæſtoris* in Hennichen/ *M. Iul. An.* 1591.

64 *Quando itidem pictor quidam V. K. homo aliàs probus ac bonæ famæ, ad hoc delictum operam ſuam locaverat, pronunciarunt Scabini in hunc modum:* So wird er derowegen geſtalten Sachen nach/ weil er mit der That zur Vehde nicht geholffen/ und mehr nit gethan/ als daß er den Vehdesbrieff verfertiget und geſchrieben / mit Staupenſchlagen deß Landes ewig vorwieſen. Es wolte dann die hohe Obrigkeit dem Gefangenen/ in Anſehung/ daß jhme wegen ſeines Lebens und Wandels auch deß mahlens halber/ ſo er gelernet/ ein gut Zeugniß geben wird/ er auch ſonſten ein frommer einfältiger/ und armer Menſch / wofern er es für eine Gnade erkennen/ und darum unterthänigſt anſuchen wird / den zuerkanten Staupenſchlag auß Gnaden erlaſſen/ uff den Fall wird er nur mit der Straffe der ewigen Landes Vorweiſung belegt/ und dieſelbe an jhme gebührlicher maſſen *exequiret* V. R. W. An Schöſſer zu Freyburgk/ *M. Iulio, Anno* 1612.

Pari modo dictaverunt Scabini ſcriptori literarũ diffidatorium temporalem ſolummodò relegationem; Ad requiſitionem Præfecti in Berlin/ *M. Iulio, An.* 1587.

65 Quintò: Ex ſupradictis etiam differentia inter diffidationes & minitationes haud obſcurè apparet; Dum enim ad veram diffidationem duo requiri neceſſariò, diximus, nempè ut ad minas factum aliquod accedat, quo perſecutio extrema vitæ, corporis aut bonorum inimico denunciatur; veluti emiſſio literarum diffidatoriarum, vel ſignorum hoſtilium diffidatoriorum ſuſpenſio & affixio. Et ut per eiusmodi minas pax publica violetur, & inde hoſtilia non uni perſonæ, ſed toti populo, ſeu univerſitati ſint expectanda, ſequitur horum requiſitorum alterutro deficiente, minitationem non pro diffidatione, ſed pro nudis minis habendam eſſe.

Q. 11. Quæ ſit differentia diffidationis & minitationis

66 Ideoque, ſi quis alicui verbis nudis tantùm incendium, inflammationem, vel ſimile minetur, (Er wolle jhme einen roten Hahn auffs Hauß ſetzen) licet eiusmodi minæ non ſolùm minati perſonam, ſed totum populum & communitatem concernunt, cui incendium unius domus nocere poteſt, ut quod proxima quæque ſoleat arripere, *VVeſemb. in §. item lex Iulia de vi publica n. 4. Inſtit. de publ. judic.* eæ tamen pro diffidatione, quæ pœnam gladii meretur, nequaquam haberi debent, quia alterum diffidationis requiſitum, quod eſt factum accedens, ut emiſſio literarum, vel affixio ſignorum inflammationis deficit.

67 Quod & verum eſt, ſi quis nudis verbis univerſitati, pago, vel oppido incendium minetur, (Er wolle das Dorff anſtecken und in die Aſche legen) Aut *Conſult. Conſtit Saxon part. 4. quæſt. 36. tom. 2. num.* 5. ubi ait: Drauwort werden vorſtanden mündliche Abſage und Bedrauungen / die calore iracundiæ auß Zorn / Bewegnüß / trunckenheit / oder dergleichen / und bißweilen durch Beſchickung und Werbung geſchehen / wieder dieſelbige hat die Conſtitution, ſo wieder die Landzwinger gemacht nicht ſtatt. *Paul. Matth. VVehner. in pract. obſerv. verb.* Bevehden. Cuius rei ratio hæc eſſe poteſt, quòd nempe Conſtitutio Provincialis diffidatores propterea gladio puniri velit, quia hominibus & univerſitati timor incutitur, ac publica pax turbatur ac violatur, ut vicini vigilias agere, domi ſe continere, & agriculturã, aliavè negotia negligere cogantur, ut apparet ex *Ordin. crim. artic.* 128. *VVeſemb. in §. item lex Iulia de vi publ. n. 4. Inſtit. de publ. jud.* Atqui ſolis minis verbalibus, ejusmodi metum ac timorem incolis non inijci, vel ex eo conſtat, quod nudis verbis minitans calore potius iracundiæ hoc feciſſe præſumatur, quàm animo exequendi minas, quarum effectum vicini ſolummodò metuunt.

Simi-

68 Simili modo pro diffidatione non habetur, quando quis verbis, aut etiam literis, aliove facto minitatur certæ alicui perſonæ ejusmodi malum, quod ipſum ſolummodò, non etiam univerſitatem ac totum populum concernit. Veluti, ſi dicat aut ſcribat, (**Er wolte einen erſchieſſen/oder jhme eine Kugel ſchencken**) Quamvis enim quis per literas diffidatorias hoc alicui minetur, is tamen pro diffidatore haberi non poteſt, quia alterum requiſitum diffidationis, quod eſt damnum ſeu malum imminens toti populo ſeu univerſitati, deeſt.

69 Adeoque ejusmodi denunciationes certæ perſonæ factæ pro nudis tantummodô minis haberi debét. *VVeſemb. in d. §. item lex Iulia de vi publ. n.* 4. *Inſt. de publ. judic. Dom. Arum. in diſcurſ. 6 ad c.*17. *Aur. Bull th.*17. *Reinhard. Roſa ad Dan. Moll. Conſt. Elect.*15. *n.*6. *part.* 4. *Beuſt. ad l. admonendi.* 31. *ff. de jurejur. n.* 1179. Nam & hoc caſu ratio, ob quam in diffidatores pœna gladij conſtituta eſt, deficit, nimirum metus ac timor qui univerſitati ſeu populo univerſo incutitur, ut antea dictum eſt.

Q. 12. Nũ etiam minitationes pœna gladij puniãtur.

70 Hiſce ergo duobus caſibus, quando ſcilicet denunciatio fit nudis verbis abſque literis diffidatoriis, appenſione ſignorum diffidatoriorum & hoſtilium, aut ſi certam tantummodò perſonam, & non univerſitatem ſeu populum concernat, minitator pro diffidatore nequaquam haberi, neque ob nudas haſce minas pœna diffidationis, quæ eſt gladii, affici debet. *Dom. Arum. dict. th.*17. *Roſa dict. n.*6. *Aut Conſult. Conſt. Saxon. part.* 4. *quæſt.* 36. *tom.* 2. *Paul. Matth. VVehner. in part. d. l.*

71 *Tùm*, quia ratio, ob quam in diffidatores pœna gladii ſtatuta eſt, hoc caſu deficit, nempe ingens metus ac terror, qui per diffidationem univerſis, & communitati incutitur, juxta *artic.* 128. *Ordin. Crim. Carol. V. Imp Matth. VVeſemb. in §. item lex Iulia de vi. publ. nu.* 4. *Inſtit. de publ. jud.* Ceſſante autem ratione alicuius diſpoſitionis aut juris, ipſa diſpoſitio atq; jus ceſſat. *l. adigere* 6. §. *quamvis* 9 *ff. de jur. patron. Iaſon. in l. quod dictum.*32. *nu.*2. *ff. de pac. Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratr. part.*6. *qu.* 9. *n.*10. *Nicol. Everh. in loco, à ceſſatione rationis. nu.*2. *Andr. Tiraquell. in reg. ceſſante cauſſa n.*130.

72 *Tùm*, quia minitatores gladio puniri debent, quando à domicilio ſuo profugientes ad loca ſuſpecta ſe conferunt. *Ordin. Crim. art.* 128. *Receſſ. Imp. Aug. Anno* 1555. §. **Solches alles abzuſtellen** *&c.* §. **Wir ſetzen/ ordnen/** ſtatuiren *&c.* Ergo à contrario ſenſu minitatores, ſi à domicilio ſuo non profugiant, nec ad loca ſuſpecta ſe conferãt, ob nudas minas verbales à pœnâ gladii erunt exemti. Eſt enim argumentum à contrario ſenſu in jure fortiſſimum. *l. quacunq;* 1. *ubi Angel n.*3. *& Iaſ. n.* 36 *ff. de off. eius cui mand. eſt juriſd. Bald. in l. conventicula* 15. *n.* 1. *C. de Epiſc. & Cler. Eel. in c. ſignificaſti.*18. *n.*9. *ext. de for compet. Everh. in loc. legal. loc. à contr. ſenſ. in pr.*

73 *Tùm*, ob rubricam *Conſt. Elect.* 15. *part.* 4. **Ob ſich die Landes** Conſtitution **auff Mündliche Abſage erſtrecke?** Etſi enim hæc quæſtio expreſſis verbis in nigro non decidatur; tacitè tamen differentia inter diffidationes & minas conſtituitur, dum opinio nonnullorum inter verba minatoria & diffidationes diſtinguentium refertur, & tacitè approbatur. *Matth. Berlich. part.* 4. *concl.* 22. *n.* 21.

Tùm, quòd in pœnalibus ſemper benignior interpretatio capienda, mitiorque ſententia conſectanda ſit. *l. hæ enim cauſæ.* 4. §. *decreto.* 1. *ubi gloſſ. in verb. & verum eſt ff. de ſuſp. tutor. l. ſi Præſes* 32. *in fin. & l. interpretatione.* 42. *ff. de pœn. c. in pœnis.* 49. *ext. de reg jur. in 6to. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib.* 5. *præſumt. fin. n.* 2. *Proſp. Farin. in prax. crimin. lib.*1. *quæſt.*19. *n.*3. *Raph. Cuman. conſ.* 134. *col. fin. verſ. non autem quantum ad pœnam corporalem &c.* 74

Et ſecundum ea in Electorali Scabinatu pronūciavimus ſæpius, neq; prædictis caſibus ob minas vel nudis verbis prolatas, vel ſingulis nō univerſitatem concernentes, pœnam diffidationis unquā fuiſſe dictatam memini. Eodemq; modo Scabinos vetuſtiores ante ſexaginta ferè annos reſpondiſſe reperio: **Ob wohl** G. H. **willens geweſen die Statt Sagau/ und das Dorff/ darinnen ſein Freund/ mit dem er uneins/ wohnet/ mit Feuer anzulegen und zu verbrennen/ dieweil er aber das nit gethan/ und mit dẽ Wercke nichts vorgenommen/ noch vollnbracht/ auch vehdlichen nichts außgeſchrieben/ noch Vehdesbrieff angeſchlagen hat/ So möget jhr jhn am Leben nicht ſtraffen/ ſondern wol verwahret halten/ biß ſo lange daß er gnugſame Vorſicherūg mache/ daß man keinen Schaden von jhm zugewarten hat V. R. W.** *M. April. Anno* 1574. 75

Quod tamen ad eum ſolummodò caſum eſt reſtringendum, ſi minitatores in terminis ſimplicium minarum permaneant. Quod ſi verò illi, qui eiusmodi minas verbales emittunt, ædibus ſuis vel laribus poſt minas excedunt, & ad loca ſuſpecta ſe conferunt, iisque ſeſe conjungunt à quibus recepti ope & auxilio juvari poſſunt, tunc tanquam diffidatores, pacisque publicæ violatores gladio puniuntur, *art.* 128. *Ordin. Crimin. Carol.* in verb. **Wo dieſelben an vordächtliche End/ als obſtehet/ außtretten/ die Leute bey zimlichen Rechte und Billigkeit nicht bleiben laſſen/ ſondern mit bemeldten außtretten/ von den Rechten und Billigkeit zubedrohen/ oder ſchrecken unterſtehen/ dieſelben wo ſie in Gefängnüß kämen/ ſollen mit dem Schwerd als Landzwinger/ vom Leben zum Tode gerichtet werden/ unangeſehen/ ob ſie ſonſt nichts anders mit der That gehandelt hetten.** Idemque dicitur in *Ordin. Provincial. ſub tit.* **Muthwillige Bevehder.** *pag.* 66. *Aut. Conſult. Conſt. Saxon. tom.*1 *part.*4 *quæſt.*61. *n.*3. *Dom. Arum. diſc.*6. *ad cap.*17. *Aur. Bull. th.* 17. *Matth. Coler. part.*2. *deciſ.*232. *Dan. Moll. ad Conſt. Elect.*15. *part.* 4. *n.*1. 76

Cuius ſanctionis ratio exprimitur hiſce verbis *dict. art.*128. (**Zubedrohen oder Schrecken unterſtehen**). Non minor enim metus ac timor hominibus inijcitur à minitatore ædibus ſuis excedente, & ad loca ſuſpecta ſe conferente, quàm ab eo, qui per literas diffidatorias, aut affixionem ſignorum hoſtilium malum minatur, cùm quilibet ferè executionem minarum eo caſu ſuſpicari queat, proinde non iniquum eſt, ut eiusmodi minitator, qui minas exequi ſtudet, diffidationis pœnâ teneatur. 77

Quemadmodum etiam à Scabinis fuit pronunciatum: **Wo der Brieff/ deſſen Abſchrifft jhr uns** 78 zugeſchicket/ mit L. C. Wiſſen und Willen außgangen nemlich / wo jhr euch mit jhme nicht vortragen würdet/ daß er ſich an eurem Leibe und Gute rechnen/ und euch damit vorwarnet haben wolle/ darauff er denn auch außgetretten / und die Antwort ſeinem Weibe zu zuſchicken vorlaſſen; So iſt ſolcher Brieff vor einen Feindes Brieff zu achten / dadurch er vermöge der Fürſten zu Sachſen Ordnung dz Schwerd verbühret. Deßgleichen fallen die jenigen auch in ſolche Straffe / die jhm darzu wiſſentlich Vorſchub gethan haben und noch thun/ V. R. W. *Menſ. Febr. Anno* 1562.

Q. 13. *An & qualem cautionem minas proferens verbales, debeat præſtare?*

Cęterum, quamvis minitator ob ſolas ac nudas minas pœnâ diffidationis non teneatur, propterea tamen non ſtatim dimittendus eſt, ſed tamdiu in carcere detineri debet, donec ſufficientem cautionē per fidejuſſores, vel pignora de non offendendo præſtet. *l. hæc autem ſatisdatio ff. ſi cui plus quam per leg. Falcid. l. illicitas. §. ne potentiores ff. de offic. Præſid.* Eamque receptiſſimam eſſe omnium traditionem ait *Petr. à Plach. in epit. delict. l* 1 *c.* 7. *n.* 1 *Iul. Clar. in pract. § fin. qu.* 77. *n.* 2. *VVeſemb. in §. item lex Iulia de vi publ. n.* 4 *Inſt. de publ jud. Proſp Farin part.* 3. *oper. crim. quæſt.* 107. *n.* 36. *Reinh. Roſa ad Dan. Moll. Conſtit. Elect.* 15. *n.* 6. *part.* 4. *Aut. Conſult. Conſtit. Saxon. tom.* 2. *part.* 4. *quæſt.* 36. *Paul. Matth. VVehner. in pract. obſerv. vocab.* Bevehden: *Dan. Moll. lib.* 3. *ſemeſt.* 29. *Dom. Arum. ad dict. c.* 17. *Aur. Bull. th.* 17. *Petr. Frid. Mindan. de proceſſ. Camer. c.* 25. *ſect.* 6. *Beuſt. ad l. admonēdi.* 31 *ff. de jurejur. n.* 1179. *Matth. Coler. part.* 2. *deciſ.* 232.

80 Ac minus dubii habet hæc aſſertio in Imperio Romano Germanico ob expreſſam Sanctionem Caroli V. Imper in *art.* 176. *Ordin. Crim.* in verb. Sol dieſelbe unglaubhafftige / boßhafftige Perſon im Gefängnüß/ als lang/ biß die nach Erkäntnüß deſſelben Gerichts gnugſame caution, Sicherung und Beſtand für ſolche unrechtliche thätliche Handlung thut/ durch die Schöppen rechtlich erkand werden &c.

81 Quæ cautio eò dirigi, idq; continere debet, quòd minitator non ſolùm ipſum principalem & minitatum, ſed & eius familiam, Magiſtratum, aliosvè homines offendere nolit. *Bart. in d. l. illicitas.* 3. *§. ne potentiores. ff. de off. Præſid. n.* 9. *Fel. in rub. ext. de treuga & pace. n.* 10. *ſub fin. verſ. quinta declaratio. & n.* 11. *Matth. Berlich. part.* 4. *concl.* 22. *n.* 14. *Farin. dict. q.* 107. *n* 25.

82 *Eumq; morem pronunciandi ſequimur quotidiè in Electorali Scabinatu, hiſce formalibus:* So iſt N. N. wegen ſolcher Drauwort/ derer er zur Nothdurfft überführet/ gnugſame *caution*, ſich an gleich ūd recht begnügen zu laſſen/ und weder wieder N. N. oder die Seinen / noch ſonſten männiglichen nichts thätliches fürzunehmen/ zu beſtellen ſchuldig/ und ehe und zuvor ſolches von jhme Geſchicht/ mag er der gefänglichen Hafft nicht entlediget werden V. R. W. *Vel hoc modo:* So wird N. N. im Gefängnüß ſo lange enthalten biß er gnugſame *caution* beſtelt/ wieder das Amt noch ſonſtē männiglichen nichts thätliches fürzunehmen / ſondern ſich an gleich und recht begnügen zulaſſen V. R. W.

83 Quænam verò cautio hoc caſu ſit idonea, judex arbitrabitur ſecundum qualitatem minitati, ac minitatoris, & ipſarum minarum, *Farinac. dict. qu.* 107. *n.* 39. *&* 43. *Iac. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib.* 2. *caſ.* 140.

84 Quamvis etiam *Pariſ.* exiſtimet, Iudicem ad præſtandam cautionem neminem poſſe cogere, niſi ea à parte petatur, eamque communem eſſe opinionem teſtetur, *conſ.* 168. *numer.* 10. *libr.* 4. quem refert *Pętr. à Plach. dict cap.* 7. *nu.* 1 *in fin.* Contrarium tamen ſe vidiſſe obſervari, quando ſubeſt timor ſcandalorum, ſcribit *Iul. Clar. dict. quæſtion.* 47. *num.* 3. Quam practicam etiam ibidem laudat, cùm judices omni ſtudio curare debeant, ut in civitate omnia ſint pacata & tranquilla.

85 Iſtud hoc loco ſcitu dignum, Iudicem Reum ad cautionem præſtandam nequaquam condemnare poſſe, niſi de duobus certò conſtet: *Primò*, ut minitator Reus ſit confeſſus vel convict' de minis, ad minimum per duos teſtes.

Vt ſæpius pronunciatum ſcio. Aber wegen der *articulirten* Bedrauung mag wider jhn / weil er derſelben / wie ſichs zu recht gebühret/ nit überwieſen / nichts vorgenommen werden/ *Quæſtori VVurcenſi M. Auguſt.* Anno 1630.

86 *Secundò*, quòd verba à minitatore emiſſa ſint reverà minitatoria, quæ damnum aliquod injuſtum ac violentum alteri denunciant. Sunt enim quædam verba, quæ partim in bonum ſenſum de vindicta juſta, quæ fit mediante juſtitia accipi, partim in malam partem explicari poſſunt. *Vincent. Caroc. deciſ.* 46. *num.* 5. 6. 7. *Hering. de fidejuſſor. cap. num.* 188. Veluti, ſi quis ſcribat aut dicat alicui, (Jch wil mich an dir rechnen. Vel, Jch wil es eyffern Vel, Jch wil dirs gedencken) Quæ verba, quia tàm in bonam, quàm malam partē accipi poſſunt, puta vel autoritate judicis, vel manu propriâ pro minis non habēda, ſed in bonam partem de vindicta, quæ autoritate judicis fit, accipienda eſſe, arbitratur *Hering. dict. cap.* 5. *n.* 188. In dubio enim benignior 87 interpretatio aſſumi debet. *l. proximè.* 3. *verſ. ſed in re dubia ff de re his quæ in teſtam. l. ſemper in dubiis* 96. *ff. de reg. jur.* Idemq; aſſerere videntur *Tiber. Decian. Conſil.* 4 *vol.* 3. *Hieron. à Laurent. deciſ.* 89. *n.* 2. *Iacob. Menoch. de præſumt. libr.* 1. *cap.* 89 *n.* 66. Atque ita Facultates Iuridicas in ditionibus Saxon. Electoris reſpondiſſe Anno 1572. refert. *Hering. d. loco.*

88 *Eodemq; modo Scabinos Electorales prædicta verba de vindicta quæ autoritate judicis fit, intellexiſſe, & proferentem ea à præſtandâ cautione abſolviſſe, obſervavi ſæpius.*

89 Quamvis verba hæc ſemper ac indifferenter ſic explicanda eſſe, non exiſtimem, ſed Iudicis arbitrio hoc potius relinquendum cenſeo, qui ex perſonarum & verborum qualitate de hac re diverſimodè ſtatuere poterit. Quid enim ſi inimicus inimico, cum quo illi nulla controverſia judicialis eſt, hæc verba ſcribat, dicatvè? Vtiq; non aliter, quàm de vindicta propria accipi poſſe videntur. *Quid itidem ſi proferens talis ſit, qui minas non jure, ſed manu exequi ſolet? Quid ſi adhuc alia quædem verba addantur, quæ judicialem vindictam reſpuunt?* Hiſce & ſimilibus caſibus ſolertis iudicis arbitrium ſeſe exercebit, & iuſtitiæ legibusq; convenientem ordinem dabit. *Vincent. Car. deciſ.* 46. *n.* 6. *& ſeq. Dom. Arum. diſcurſ.* 6. *ad Aur. Bull. th.* 17.

Hinc quando fœmina quædam contra incolas alicuius Oppidi eiusmodi verba effuderat, Die 90 gantze Statt würde es erfahren / und würden die Unſchuldigen der Schuldigen entgelten müſſen: *Ad præſtandam cautionem de non offendendo, eam condemnare haud dubitavimus.* an Stattrichter zu Freyburg/ *Menſe Ian.* A.1624.

91 Quid autem *ſi Minitator fideiuſſores vel pignora habere, adeoque cautionem de non offendendo præſtare nequeat*? Hoc caſu eum ad juratoriam cautionem admittendum eſſe, eoq; modo Wittebergenſes reſpondiſſe; teſtatur *Matth. Coler. part.2.deciſ.232.num.4.* Quod & placet *Matth. Berlich.part.4,concl.22.n.10.* Alii verò arbitrãtur minitatorem, quando eſt perſona ſuſpecta, malæ famæ, & ad delinquendum prompta, ad omne periculum avertendum relegari debere, donec idoneam cautionem invenerit, *Proſper. Farinac. dict.qu.107.n.41.Dom. Card. Tuſch. tom. 1.pract.concl lit.C.concl.169.n.13, Iul. Clar. libr.5. ſent.§.fin.quæſt.47.n.5.*

Q.14. quid ſi Minitator cautionem præſtare nequeat?

92 Sed neutro remedio minitato conſulitur: Interitum enim ac mortem qui molitur, certè nec metu perjurii facilè deterretur, nec relegatione coerceri poteſt, quin malum propoſitum exequatur. Quinimò relegatus ob minas, magis iraſcitur, easque propterea, vel ipſemet, vel per aliũ exequi ſtudioſè laborat.

93 Ideoque quò metus ac periculum avertatur, Minitatorem in carcere, donec usq; cautionem idoneam invenerit ac præſtiterit, detinendum eſſe cenſeo, quod & putat *Dan. Moller.lib.3.ſemeſtr.cap.29. num.9.* Quemadmodum etiam Militem quendam ob minas contra perſonam quandam Illuſtrem ejectas, ante vicennium in arce Rochlizenſi in carcere, donec usq; moreretur, detentum fuiſſe memini.

Quod ſi tamen minitatus ipſemet hoc caſu minitatori aliquo modo indulgere, eiusq; cautioni juratoriæ fidere velit, tunc certè præſtito juramento minitator dimittendus eſt. Quia enim cautio de non offendendo jus partis eſt, absq; dubio minitato ita volente, cautio juratoria admitti debet, 94

Hancque ſententiam in Scabinatu Electorali ſequimur in pronunciando quotidiè: So mag er der Hafft/ehe und zuvor er die zuerkante *caution* mit Bürgen oder Pfanden wircklichen beſtellen nicht entlediget werden. Es wolte dann *N.N.* (der Bedraute) Jhme auff ſeine eydliche anerbottene *caution* trauen / uff ſolchem Fall würde er deß Gefängniß billig entlaſſen/V.R.W. 95

96 Notandum porrò & hoc, quòd ſi minitator incarceratus non habeat, unde ſe alat, minitatus alimenta ipſi præbere teneatur, juxta tradita in ſimili *à Nicol.Boer.deciſ.303.n.2.Iaſ in l ſi victum 34.n.2.ff.de re judicat. Hippol. de Marſil. in pract. crim.§.attingam.n.74.Ioh. Kopp. deciſ. 29.nu 25.* Idque expreſſè traditum in *artic.*176.*Ordin.Crimin.Carol.in verb.* Und wo er ſich von ſeinen ſelbſt Gütern in ſolcher Gefängniß zuerhalten nit vermöchte/ ſo ſol alsdann durch den Ankläger zu ſeiner Erhaltung/ dem Büttel ſein gebührlich Wartegeld nach Ermeſſigung deß Richters gegeben werden. Quod ſi nec accuſator habeat, unde incarcerato alimenta præſtat, ex fiſco judicii illa deſumenda erunt. *dict. artic.* 176. in verb. Wo nun der Ankläger ſolchen Koſten auch nicht vermöchte/ſoll die Obrigkeit denſelben Koſten tragen.

Q.15: Cuiusnam ſumtibus minitator in carcere alendus ſit

In hunc modum reſpondimus Quæſtori in Weiſſenſee/darinnen er von den Seinigen / wofern er es in Vermögen hat/ in widrigen Fall aber von dem bedraueten *N.N.* nothtürfftig unterhalten/und *alimentiret* wird ꝛc. *Menſ.Octob. A* 1630. 97

Pariter reſpondimus An Oſterhauſiſche Richter und Schöppen zu Gleina/ *M.Aug. A.*1631. 98

QVÆSTIO XXXVIII.

De Crimine Incendii eiusque Pœna.

SVMMARIA.

1.*Incendio violatur quoq; pax publica.*
2.*Incendii crimen graviſſimum & atrociſſimum eſt n.9.*
3.*Quæ ſit pœna huius criminis de Iure Civili, num.*4 5.6 7.
8.*Ordinatio Criminalis Carolina quomodo puniat Reos huius criminis.*
10.*Quæ ſit pœna Incendii in terris Saxonicis,n.*13.17
11.*Quomodo differant* Brenner *&* Mordbrenner *n.*12
14.*Ius Saxonicum autoritatem non habet, niſi quatenus conſuetudine & uſu receptum eſt.*
15. *Regula ponitur generalis de pœna huius delicti.*
16.*Pro expreſſo etiam habetur, quod in genere dicitur.*
18.*Vocabulum (omnis) nihil excludit.*
19.*Fœminæ quoq; pœnæ ignis ſubiacent.n.*20.
21.*Imbecillitas ſexus fœminas à pœnis ordinariis nõ excuſat.*
22.*Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
23.*Quomodo puniantur Nobiles huius delicti Rei.*
24.*Quando nobiles mitius puniantur. n.*25
26.*Sententia Scabinorum Lipſenſium, n.*27
28.*Indifferenter pœna ignis plecti debet Reus, ſive in civitate, ſive extra civitatem incendium poſuerit.n.*29.30.
31.Incendium *in domo ruſtica vel horreo commiſſum, quomodo puniri debeat.n.*33.
32.*Reſponſa Scabinor.Lipſenſium, n.* 34
35.*Quid iuris in eo qui ſtabulum incendit.*
36.*Aut ſi quis ligna vel acervum frumenti comburat.*

37 *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
38. *In crimine Incendij non damnum datum, ſed nequitia incendiarij attenditur. n. 39.*
40. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
41. *Explicatio Conſtit. Elect. 17 part. 4. n. 42.*
43. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
44. *An mitiganda ſit pœna, ſi Reus damnum reſarcire velit.*
45 *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
46. *Ædes ſuas inflammantes quomodo puniendi.*
47. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
48. *Mandans & mandatarius in hoc crimine puniuntur. 53. 56. 57.*
49. *Mandatum in delictis non excuſat.*
50. *Gravius delinquit qui lucri cauſa Incendij crimen committit.*
51. *Explicatio Conſtit. Elect. 17. part. 4.*
52. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
54. *Mandans gravius delinquit quàm mandatarius.*
55. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
58. *Num offenſio aut ira Reum Incendii à pœna ordinaria excuſet. n. 60. 61. 64.*
59. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
62. *Quando ira aliquem excuſet à pœna n. 63.*
65. *Lege non diſtinguente, noſtrum non eſt diſtinguere.*
66. *Sententia Scabinorum Lipſenſ.*
67. *Non propter reiterationem incendii pœna ſit exaſperanda. n. 68. 69. 71. 72. 73.*
70. *Iuſta de cauſa pœnas aggravare poteſt.*
74. *Odioſa extendi non debent.*
75. *Reiteratio delicti graviorem requirit pœnam.*
76. *In pœnalibus ſemper mitior ſententia capienda eſt.*
77. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
78. *Quid Reus Incendij alia quoque crimina commiſiſſet. n. 79.*
80. *Pluribus delictis unica pœna non ſufficit.*
91. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n. 82 83.*

1 INCENDIO quoque pacem publicam violari, patet ex *l. 5. in pr.* in verb. *Qui cœtu, concurſu, turba, ſeditione, incendium fecerit, junct. l. 1. ff. ad Leg. Iul. de vi publ.* Quod crimen ut atrox & grave, ita etiam commune ac frequens eſt hoc ſeculo ſceleratiſſimo.

1 Quid enim gravius & atrocius eſt, igne accendere domos, aut alia bona, unde tàm grave exoritur incendia paſſorum diſpendium, & nulli vel tantillum compendium, ne quidem ipſis incendiariis. Fures, Latrones, Prædones ex ſcelere aliquid commodi aut conſequuntur, aut ſaltem venantur; Incendiariis ex facinore nihil accreſcit. In aliis multis ſceleribus expletur utcunque ſceleratorum voluptas; ſed in incendio incendiarius nihil utilitatis, nil voluptatis conſequitur. *Iodoc. Damhoud. in prax. crim cap. 103. n. 1.* Vt non ſine cauſa Pontifex peſſimam & depopulatricem horrendamque incendiariorum malitiam deteſtetur & interdicat in *cap. peſſimam. 23. quæſt. 8. Proſper. Farin. part. 3. oper. crim. quæſtion. 110. numer. 2. Roſa ad Daniel. Moller. in Conſtit Elector. 17. nu. 2. part.* 4. Nihilominus tamen in hac poſtrema mundi parte, poſtquam univerſi terrarum Orbis deflagratio propè imminet, ita frequentia ſunt incendia, ut ulla antè ætate crebriora & frequentiora vix fuerint, ut verbis utar *Andr. Rauchbar. part. 2. quæſtion. 10. in pr.*

3 Meritò igitur crimen hoc grave & atrox pœna gravi & atroci coërcendum eſſe, quivis facilè conceſſerit. Quamvis de Iure Civili variæ & non uniformes pœnæ in Incendiarios ſtatutæ deprehendantur: In Civitatibus enim quando incendium magnum committitur, incendiarij, ſi viles ſunt perſonæ, beſtiis traduntur & comburuntur. *l. qui ædes. 9. l. fin. §. qui data opera. 1. ff. de incend. ruin. & naufr. Iodoc. Damhoud. in prax. crim. cap. 103. num. 5. Gilhauſ. in arbor. judic. crim. cap. 2. tit. 11. num. 2. Andr. Gail libr. 2. obſervat. 22. nu. 6. Iohan. Harppr. in §. item lex Iulia de vi publ. Inſtit. de publ. judic. num. 16. Iohan. Schneidvvin. ad §. capite tertio. num. 4. Inſtit. de leg. Aquil. Angel. Aretin. in tractat. de malefic. in verb. incendiario. num. 2. Bartol. in l. 1. num. 5. verſ. primo caſu ſi incendinm eſt magnum ff. de offic. Præfect. vigil. Andr. Rauchbar. part. 2 quæſt. 10. nu 7. Mynſing. cent. 6. obſervat. 88. n. 5.* Ob incendium verò parvum decapiantur. *l. capitalium. 28. §. incendiarij. 12. ff de pœn. Schneidvvin. dict. § cap. 3. Inſt. de Leg. Aquil.*

4 At, ſi Rei huius criminis Nobiles ſint, vel alia in dignitate conſtituti, ob Incendium magnum decapitari debent. *dict. l. fin qui data opera 1. verſ. ſi in aliquo gradu ff. de incend. ruin. naufrag. Bartol. in dict. l. 1 ff. de offic. Præfect. vigil. numer. 5. Bald. in l. data opera. 11. C. de his qui accuſar. non poſſ. num. 1. Matth. Berlich. part. 4 concl 24. num. 9. Raucbar. dict. quæſt. 10. num 7. verſ. vel ſi in aliquo gradu. Mynſinger. dict obſervat. 88 numer. 7. Schneidvvin. dict. loco.* 5 Licet aliter ſentiat *Iacob. Menoch. libr. 2 arbitr. judic. quæſtion. cent. 4 caſ. 390. numer. 32.* exiſtimans, in arbitrio judicis poſitum eſſe, an ob magnum Incendium pœnam Capitis, ſecundum *l. 1 in pr & l. ſi quis dolo. 10. ff. ad L. Cornel. de ſicar. l. data opera. 11 C. de his qui accuſ. non poſſ. l. fin. ff. de incend. ruin. naufr. l. capitalium. 28. §. 12 ff. de pœn.* an verò ignis ſeu combuſtionis ſupplicium, juxta *l. qui ædes. 9. ff. de incend. ruin. naufr. d. l. 28. §. incendiarij. 2. ff. de pœnis.* Incendiario vilis conditionis infligere velit.

6 Quod ſi verò in villa incendium commiſſum fuerit, Reus ſi incendium eſt parvum, deportari, *Bartol. in l. 1. ff. de offic. Præfect. vigil. n. 5. verſ. ſi autem eſt parvum. Iohann. Schneidvvin. in dict. §. cap. tertio. Inſt. de Leg. Aquil. 5.* Si verò magnum, decapitari debet, modò Reus ſit vilis perſona. *l. 1. in pr. & dict. l. ſi quis dolo. 10. ff ad Leg. Cornel. de ſicar. l. 28. §. 12. verſ. qui verò caſu ff de pœn. Iodoc. Damhouder. dict. cap. 103. nu. 5 verſ. ſi verò in caſu. Andr. Rauchb. dict. quæſt. 10 num. 7. verſ. qui verò extra oppidum. Bartol. in dict. l. 1. ff. de offic. Præf. vigil. n. 5. verſ. ſi verò incendium. Matth Berlich. dict. concl. 24. n. 7. Mynſing. dict. cent. 6. obſerv. 88. nu. 8. verſ. ſin verò incendium.*

7 Nobilis autem perſona vel alia in dignitate quadam conſtituta, ob incendium magnum in villa commiſſum deportatione, ob parvum verò incendium relegatione, punitur. *dict.*

dict. l. capitalium. 28. §. 1. & §. *incendiarij.* 12. *ff. de pœn. junct. l. fin. §. 1. in fin. ff. de incend. ruin naufr. Bart. dict. l. 1. n. 5. ff. de offic. Præf. vigil. verſ. ſi verò eſt in dignitate. Bald. in d. l.* 11. *C. de his qui accuſ. non poſſ. n. 1. verſ. niſi perſona delinquẽs. Mynſ. dict. obſervat.* 88. *n.* 6. *verſ. ſin honeſta. Matth. Berlich. dict. concl. 24. n. 9.* Angel. *Aretin. in tract. de malef. verb. incendiario. n. 2. verſ. niſi delinquentis perſona & l. Steph. in Ordin. Crim. art.* 125.

8 Et hæc ita de Iure Civili depoſita ſunt. At in Imperio Romano Germanico, Imperator Carolus V. ſeveriorem pœnam Reis huius criminis indixit, ſanciendo, ut Incendiarii doloſi ignis ſupplicio afficiantur & vivi comburantur, in *Ordin. Crim. artic.* 125. ibi: **Die boßhafftigen/ uberwundenẽ Brenner ſollen mit dem Feuer vom Leben zum Tode gerichtet werden**/ *ubi Matth. Stephan. & Georg. Remus in Nemeſ. Karulin. Andr. Rauchbar. dict. quæſt. 10. n. 7. verſ. Ordinatione verò Carolina. part. 2. Ioach. à Beuſt. in l. admonendi. 31. ff. de iureiur. n.* 1179. *in med verſ. debent autem incendiarij &c. pag.* 742. *Gilhauſ. in arbor. judic. crim. cap. 2. tit. incendio. 11. num. 2. & Matth. Coler. part. 1. deciſ. 186. n. 1.* Quod ſupplicii genus graviſſimum delicti huius atrocitas deteſtabilis expoſcit.

9 Cùm enim Incendiarii in Reipublicâ perniciosiſſimi tanquam naturæ inimici è medio ſint tollendi, & ex omni ſocietate humana eripiendi, ut qui nulla utilitatis ratione pellecti, ſolo odio, invidiâ & nocendi libidine agitati bonum & commodum habitationis, quod natura ſagaciter & tutandos homines ab imbribus, ventis, tempeſtatibus & reliquis cœli iniuriis excogitavit, aliis nequiſſimè eripiât, certè haud æquo ac juſto gravius viſum fuit Imperatori Carolo V. hancce pœnam atrociſſimam Reis huius criminis horrendi imponere. Quam pœnam quoque in Flandria & Brabantia ex inclita conſuetudine obtinere, teſtatur *Iodoc. Damhoud. in prax. crim. c.* 103. *n.* 8. & 9.

Q. 1. Quæ ſit pœna Incendiariorũ terris Saxonicis.

10 *An autem hac pœna in terris quoque Saxonicis, incendiariis ſit infligenda?* haud immeritò quis dubitare poſſet, ob textum Iuris Saxonici in *libr.* 2. **Landrecht**. *art.* 13. in verb. **Alle Mörder und die den Pflug berauben/ oder Mühlen/ oder Kirchen/ oder Kirchhöffe/ und Verräther/ und Mordbrenner/ oder die jhres Herren Bottſchafft werben zu jhren frommen/ oder von eines andern wegen/ die ſol man alle Radebrechen.** Unde criminis huius Reus rotæ pœnâ affici de Iure Saxonico, aſſerit. *Ioach. à Beuſt. in l. admonendi.* 31. *ff. de jurejurand. nu.* 1179. *in med. §. debent autem incendiarii in fin. verſ. ſicut & Iure Saxonum.* Cui tamen non parum adverſatur §. *ſubſequens dict. art.* 13. **Landr.** *li.* 2. ex quo haud obſcurè patet, incendiarios tantummodò capite plectendos eſſe, *in verb.* **Die einen Mann ſchlagen und fahen/ oder berauben/ oder brennen/ ſonder Mordbrandt** *&c.* **denen ſol man allen die Häupter abſchlagen** *&c.*

11 Quem nodum ut diſſolveret *Ioan. Schneidvvin. in §. capite tertio. Inſt. de leg.* Aquil. *n.* 5. *verſ. de Iure verò Saxonico.* putat, diſtinguendum eſſe inter *incendiarios ſimplices*, **Brenner ohne Mord**/ & *incendiarios conductitios*, **Mordbrenner**/ ita ut illi gladii; hi vero Rotæ pœnâ affici debeant. Conductiones autẽ appellat eos, qui certâ pecuniæ ſummâ conducti operam ſuam ad committendum incendium locant: Sed quàm benè, viderit ipſe. Nullibi enim, nec in textu, nec gloſsâ Iuris Saxonici vocantur **Mordbrenner**/ qui pro certa mercede operam ad facienda incendia locant. Quin & ſimplices incendiarios pecunia ad incendendum & comburendum conduci, & conductitios eſſe luculenter apparet ex §. *fin. Conſtit. Elect.* 17 *part.* 4. in verb. **Daß die jenigen/ welche ſich mit Geld/ oder in andere Wege zu Mord/ oder brennen beſtellen/ und annehmen laſſen** *&c.* In qua Conſtitutione etiam vocantur **Mordbrenner** indiſtinctè omnes, qui animo deliberato & doloſè incendunt. Ut ſic indifferenter incendiarii omnes Germanicè **Mordbrenner** appellari queant.

12 Niſi quis differentiam in eo ponere velit, quòd incendiarii ſeditioſi ſeu famoſi Germanicè **Mordbrenner**/ incendium necandi ſpoliandique cauſa committant, & ſic una cum ereptione bonorum, ac deprędatione totius oppidi aut villæ, hominum quoq; exitium atq; interitum quærât: quales communiter ſunt emiſſi ab hoſtibus publicis ad & comburendum necãdum. Simpliciter verò dicantur incendiarii **Brenner**/ qui ſolo odio, invidia, & nocendi libidine agitati nullius ſpolii vel alterius lucri intuitu, certam aliquam domum vel prædium incendunt, licet præter intentionem ignis vicinas quoque domus conſumat. Quæ diſtinctio non modò verbis *art.* 13. *lib.* 2. **Landrecht**/ quibus incendiarii ſeditioſi, **Mordbrenner**/ cum Latronib⁹ & Prædonibus conjunguntur, ſed & vocabulo (**Morden**) convenit. Hoc enim propriè homicidium lucri ac ſpolij cauſa commiſſum denotat. *Gloſſ. in dict. art.* 13. in verb. **Die einen Mann** *verſ.* **Etliche ermorden die Leute um Geldes oder Gutes willen/ und mit wohlbedachtem Muthe/ dieſe ſind rechte Mörder** *&c.*

13 Quicquid ſit, certè non multùm laborandũ atque diſputandum eſt de horum differentia, cùm hodiè in terris etiam Saxonicis omnes indiſtinctè incendiarii doloſi ignis atq; flammarum ſuppplicio afficiantur, & vivi comburantur juxta ſanctionem Carolinam Criminalem in *dict. art.* 125. conſuetudine totius ferè Saxoniæ hoc comprobante. Non attenta diſpoſitione Iuris Saxonici, quod vigorem & autoritatẽ 14 non habet, niſi quatenus uſu & conſuetudine receptum eſt, ſæpius hoc inculcante *Hartm. Piſtor. q. 16. n. 11. part. 1. quæſt. 2. n. 35. verſ. ſæpius enim monuimus &c. q. 26. n. 18 part. 2. & paſſim. Matth. Coler. de proceſſ. execut. in præfat.* Idquè certò certius eſt, & expreſsè confirmatur *Conſt. Elect.* 17. *part.* 4. quæ omnibus indifferenter incendiariis pœnã ignis decernit. *Daniel. Moll. ad dict. Conſt. Elect.* 17. *n.* 2. *& ſeq. Andr. Rauchbar. quæſt.* 10. *n.* 7. *verſ. Iure autem Saxon. part. 2. Ioach. à Beuſt. ad l. admonendi.* 31. *ff. de jurejur. n.* 1179. *in med. verſ. debent autem incendiarij.*

15 Stat ergò Regula generalis: Incendiarios igne cremandos eſſe. Eaque ampliatur: Primò, in omnibus cuiuscunque ſortis ac conditionis Reis. Ponderanda namq; probè eſt verborum generalitas in *Ordinat. Criminal. Carolin. art.* 125.

ibi: Die boßhafftigen uberwundenen Bremer
&c. Et in *Conſt. Elect.* 17. *part.* 4. in verb. Ob die
jenigen welche Feuer angelegt: Et poſteà: An der
Mißhändler Willen: Et paulò pòſt: Daß obge-
ſatzte Vorbrechere *&c.* Vnde ritè infertur,
omnes omninò Reos huius criminis, cujuscun-
que etiam ſtatus ac conditionis fuerint, hâc
pœna afficiendos eſſe. Generaliter enim qui lo-
16 quitur, nihil excludit, & pro expreſſo etiam ha-
betur id, quod in genere dicitur. *gloſſ. in l. fin. in
verb. ſpecialiter C. quod cum eo qui in alien. poteſt.*
Bartol. *in l. heredes.* 1. *n.* 7. *verſ. ego dixi & dico cir-
ca hoc ff. de vulg. & pupill. ſubſt. Andr. Tiraq. in le-
gib. connub. gloſſ.* 7. *nu.* 87. *& ſeqq. Iacob. Schult. ad
Modeſt. Piſtor. part.* 3. *quaſt.* 126. *n.* 89. *Alex. conſ.*
17 75. *n.* 11. *verſ. ſed Iudæus ideò non fuit expreſſus &c.
lib.* 5. *& conſ.* 201. *n.* 10 *lib.* 6. Et clarius loquitur
Ius Saxon. in *art.* 13 *lib.* 2. Landrecht/ in verb. Alle
Mörder/ und die den Pflug berauben/ *&c.* Und
Mordbrenner. Et paulò pòſt: Die einen Mann
ſchlagen und fahen oder berauben / oder brennen/
ſondern Mordbrand *&c.* Denen ſol man allen
18 *&c.* Quæ certè verba manifeſtiſſimè probant,
circa pœnam Incendii quoad ſtatum & condi-
tionem Reorum, nullatenus diſtinguendum
eſſe. Nam qui affirmat aliquid univerſaliter di-
cendo (omnis) nihil videtur excludere. *c. ſi Ro-
manorū* 1. *circa medium. verſ. dicendo verò omnia.
diſt.* 19. *l. Iulianus* 68. *in pr. ubi Bartol. ff. de legat* 3.
Gloſſ. final. in c. ſolita 6. *ext. de major. & obedient.
Iaſon. in Auth. præterea. n.* 15. *verſ & iſto caſu tenet
Ludovicus &c. C. Vnde vir & uxor. Panorm. in c.
quoniam. fin. n.* 15. *verſ. quia qui omnia dicit. ext. de
præſcript.* Tiber. *Decian. conſ.* 57. *n.* 12. *verſ. qui enim
omne dicit &c. lib.* 1.

Q. 2. Quomodo fœminæ in hoc delicto puniātur.

19 Non ſolùm igitur maſculi, ſed & fœminę in-
cendium committens, pœnæ ignis ſubjacent,
idque non modò ob identitatem rationis, quæ
idem jus facit *l. illud.* 32. *ff. ad leg. Aquil. gloſſ in l.
cum certum.* 19. *in verb. æquitatis ratio. C. ad leg.
Falcid gloſſ. in cap. fraternitatis.* 17. *in verb. novis.
verſ. & ubi eſt eadem ratio. extr. de teſtib. Panorm.
in c. quoniam frequenter.* 5. *in* 1. *reſponſ. n.* 6. *verſ. ſi
ergò eadem ratio eſt. extr. ut lit. non conteſt. Mat-
thæus Coler. de proceſſib. execut. part.* 4. *cap.* 1. *n.* 38.
Modeſt. Piſt. conſ. 16. *n.* 13. *lib.* 1. Quis enim infi-
cias ire poterit, fœminam æquè graviter delin-
quere incendendo & comburendo ædes alteri-
us, ac maſculum. Idem namque damnum per
eam atque per hunc infertur.

20 Sed & ob criminis atrocitatem ac enormita-
tem, quæ veniam non meretur. Incendii enim
crimen inter delicta atrociſſima referri, dubi-
tandum non eſt, propter clara verba *Conſtit. Ele-
ctor.* 17. §. Nach dem den ſolche Miſſethat unter
die gröſſeſten und atrociſſima delicta gerechnet/
auch ſolch grauſam und unmenſchlich fürneh-
men *&c. part.* 4.

21 Neque ſexus muliebris fragilitas fœminas à
pœnis ordinariis excuſat, niſi in caſibus à jure
expreſſis. *Proſper. Farin. part.* 3. *oper crimin. quaſt.*
98. *n.* 11. *allegat. l fin. C. de jur. & fact. ignor. Andr.
Tiraquell. de pœn.* Temper. *cauſ.* 9. *n.* 5. *in fin. junctis
iis, quæ ſcripſit in cauſ.* 11. *nu.* 23. *Sfortz. Odd. de reſt.
in integr. part.* 1. *quaſt.* 10. *artic.* 5. *Dec. in l. ſi quis id.
numer.* 34. *verſ. ultimo notandum. ff. juriſdict. omn.
judic.*

*Idq; comprobarunt Scabini reſponſis quamplari-
mis dictantes fœminis pœnam ignis ob commiſ-* 22
ſum incendium Ad requiſitionem Quæſtoris in
Belzigk/ *M. April. Anno* 1582.
Senatus Bitterfeldenſis, M. Octobr. An. 1585.
VVolffgangi à Ragewitz/ *Menſ. Decembr. An-
no* 1596.
Quæſtoris Miſnenſis, M. Octob. An. 1600.
Quæſtoris in Voigtsbergk/ *M. April. Anno*
1600.
It. Menſe Ianuar. Anno 1605.
Ad requiſitionem Quæſtoris in Schweinitz/ *M.
Febr. Anno* 1607.
Verſus Zabeltitz/ An *Iohan. Chriſtophorum* von
Rottenburgk/ *M. Febr. An.* 1607.
*Ad conſultationem Prætoris & Scabinorum
Chemnicenſium, M. Novemb. An.* 1610.
Quæſtoris Pirnenſis, *M. Iulio, An.* 1611.
Iohan. VVilhelmi à Bernſtein/ *M. Mart. An-
no* 1613.
Quæſtoris Delitiani, M. Mart. An. 1615.
Quæſtoris in Auguſtusburgk/ *Menſ. Sept. Anno*
1617.
Senatus Grimmenſis, M. Iun. An. 1618.
Quæſtoris in Hohenſtein/ *Menſe Februar.* Anno
1620
Quæſtoris in Hayn/ *M.* Auguſt. An. 1625.
Quæſtoris in Belzigk/ *M. Febr.* An. 1591.

Q. 3. Quæ ſit pœna Nobilium Reorū incendii?

Ex eâdem pariter ratione concludendum, 23
Nobiles quoque, vel aliâ in dignitate conſtitu-
tos, huius criminis Reos, ignis & flammarum
ſupplicio ſubjugandos eſſe, cùm & hi æquè gra-
viter peccent, idemque damnum per incendi-
um inferant, ac alii ignobiles, vel vilioris condi- 24
tionis homines. Ius quidem Civile Nobilibus
in crimine incendii aliquo modo veniam tri-
buit, iisque mitiorem pœnam infligi jubet, ut
manifeſtum eſt ex *l. capitalium.* 28. §. 1. *&* §. *incē-
diarii* 12. *ff. de pœn. l fin.* §. *qui data opera.* 1. *ff. de in-
cend. ruin. & naufrag. Bart. in l.* 1, *n.* 5. *ff. de offic.
Præfect. vigil. Bald. in l. data opera.* 11. C. *de his qui
accuſat. non poſſ. n.* 1. *Matth. Berlich. part.* 4. *concl.*
24. *nu.* 6. *&* 9. *Mynſing. cent.* 6. *obſ.* 88. *n.* 7. *&* 8.
Andr. *Rauchbar. part.* 2. *quaſt.* 10. *num.* 7. *verſ. ſi in
aliquo gradu.* Sed à diſpoſitione huius Iuris in
Imperio Romano uſu ac conſuetudine contra-
ria jamdudum receſſum eſt. *Daniel. Moller. libr.*
4. *ſemeſtr.* 31. *in fin.* Andr. *Rauchb. dict. quaſt.* 10. *n.*
7. *in fin.* Et licet vulgaris ſit Regula Interpp.
Quòd Nobiles, divites & digniores mitius pu-
niātur, quàm ignobiles, pauperes, aliivè condi-
tionis vilioris homines. Quam regulam vulgò
probāt per *l. Pedius.* §. 1. *ff. de incend. ruin. & nau-
frag l. annonam.* §. *pœna ff. de ſepulchr. violat. l. aut
damnū* §. *in miniſterium ff. de pœn.* Andr. *Tiraq. de
pœn. cauſ.* 31. *n.* 1. *Proſp. Farin. part* 3. *oper. crimin.
quaſt.* 98. *n.* 102. Attamen ea ſolùm procedit in 25
pœnis arbitrariis, & non uniformibus, quæ ex
qualitate perſonarū diſtinguendæ ſunt per ju-
dicē; ſecus verò in pœnis uniformib⁹ & taxatis
à Lege vel ſtatuto, in quibus non eſt habenda
perſonarum diſtinctio. *Tiraquell, dict. cauſ.* 31. *n.*
34. *&* 35. *Salicet, in l. ſervos. n.* 4. *C. ad Leg. Iul. de vi
publ. Foller. in pract. crim. c,* 16, *n.* 18. pœnam autē
in crimine incendii uniformem eſſe definitam
ac denominatam, certo certius eſt ex *artic.* 125.

Ordinat. Criminal. Quæ ob generalitatem verborum non minus ad Nobiles, quàm ignobiles extendenda.

26 *Veluti reſponderunt Scabini:* **Hat jetzo bemelder** C. **von** W. **beydes in ſcharffer Frage/ damit er auff unſer voriges Urtheil angegriffen worden/ und auch hernach in guten bekandt und außgeſagt/ daß er nicht allein die vielfaltige Pferde und andere groſſe Deuben/ deßgleichen die Straſſenraube unnd Mordthaten/ ſo wohl auch die Kirchenbrechung und Beraubungen/ ſo er unterſchiedlichen namhafftig gemacht/ mit ſeiner Geſellſchafft begangen und begehen helffen; Sondern auch** *H.I.* **von** *E.* **ſein Vorwerck vorm Schloſſe zu Schweinsburgk/ und ein Dorff Schips bey Weyda mit ſchieſſen angeſtecket** *&c.* **Do ihr euch nun allbereit erkundiget hettet/ oder nochmals erkundigen würdet/ daß jetzo berührte beyde Brandſchäden/ oder dero einer allein gewiß und in Warheit geſchehen/ und der gefangene würde auff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen. So möchte er von wegen ſolches begangenen und bekanten Brandſchadens hinwieder mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W.** *Ad conſultationem G. H. ab E. in S. M. Decembr. An.* 1600.

27 *Item:* **Würde ſich euer Vetter** *B.* **von** *B.* **zu obgemeldten euch zugefügten Brandſchaden bekennen/ daß er den erſten und dritten ſelbſt gethan/ und den andern ſeinem Knecht zu thun befohlen. So möchte er derowegen mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W.** *Ad conſultationem A.* **von** *B. in G. Menſ. Ian. Anno* 1587.

28 Secundò: Ampliatur hæc regula in Incendio quovis tàm in civitate, quàm extra civitatem, & in quovis loco commiſſo. *Daniel. Moller. libr. 4. ſemeſtr. 31. circa fin. Matth. Berlich. part. 4. concl. 24. n. 32. Andr. Rauchbar. part. 2. q. 10. n. 7. in fin.*

29 Licet namque de Iure Civili ſeverior ſit pœna eorum, qui in Civitate incendium ponunt, quàm incendentium in villa & extra civitatem; *Iodoc. Damhouder. in prax. crimin. cap.* 103. *numer. quinto Bartol. in l. 1. de offic. Præfect. Vigil. numer.* 5. *verb. ſi verò incendium eſt commiſſum &c. Angel. Aretin. in tractat. malefic. verb. incendiario numer. 2. ſub fin. verſ. niſi delinquentis perſona. Mynſing. cent. 6. obſervat.* 88. *num.* 8. Quemadmodum etiam quendam Paſqualem Curtarellum, qui de incendio cujusdam tugurij convictus fuerit, ad triremes tantum 2. Auguſti, Anno 1599. per biennium fuiſſe condemnatum, refert *Iul. Clar. libr. 5 ſentent. §. fin quæſt. 68. n. 20. verſ. ſi quis verò non ades. Proſper. Farin. in pract. crimin. part. 3. quæſtion.* 110. *num. 6. ſub. fin. verſ. qui etiam ponit quod comburens &c.*

30 Attamen, hodiè in Imperio Romano, imprimis autem in Electoratu Saxoniæ æqualis pœna eſt incendiariorum, ſive hi in civitate, ſive in villâ, aut pago incendium fecerint, ac deliquerint ob generalitatem textus in *artic.* 125. *Ord. Crim.* qui indifferenter pœnam ignis huic ſupplicio decernit, uti rectè animadvertit *Autor. Conſult. Conſtit. Saxon. tom. 2. part. 4. quæſt. 57. & Dan. Moller. dict. libr. 4. ſemeſtr. 31. in fin.* Neq; in decernenda incendii pœna ad qualitatem loci aut domus combuſtæ reſpiciendum eſt, ſed potius damnum ex incendio imminens, ipſaq; delicti atrocitas attendenda, quæ ſeveritatem ſupplicii requirit.

31 Adeoq; non minus ignis ac flammarum ſupplicio afficiendus, qui in domo ruſtica ſive tugurio, in villa aut pago incendium ponit, ac is, qui Palatium in civitate igne comburit.

32 *Quemadmodum in caſu incendij in pago commiſſi pronunciarunt Scabini* **Gegen Sittichenbach/ An Schöſſer/** *Menſe Iunio, Anno* 1582.

Ad requiſitionem Iudicis Præfecturæ Cizenſis, Ad conſultationem Quæſtoris **in Sathain/** *M. Sept. Anno* 1616.

33 Nec refert, an ædificia, in quibus incendium factum, ad inhabitandum, vel res conſervandas, aut etiam alium in finem & uſum fuerint exſtructa, qualia ſunt torcularia, tentoria pannorum &c. *Bartol. Cæpol. de ſervitut. ruſticor. prædior. cap.* 44. *numer. 9 verſ. etiam in eo &c. & verſic. & idem tenet &c.* Adeoque & ſi quis fœnile aut horreum incenderit, nihilominus pœnæ ignis ſubijciendus eſt. Quemadmodum Reum quendam Paulum de Molo 28. Novembr. An. 1561. propter tale incendiũ ultimo ſupplicio affectum, tradit *Iul. Clar. libr. 5. ſentent. §. fin. quæſt. 68. num. 20. verſ. fuit tamen pro incendio. Proſper. Farinac. in prax. crimin. part. 3. quæſtion. 110. num. 6. ſub fin. verſ. & etiam ultimo ſupplicio.*

Q. 4. Nũ pœna ignis afficiẽdus, qui in villa tugurium horreum, aut ſtabulũ incendit?

34 *Et ob combuſtionem horreorum Reis pœnam ignis eſſe infligendam, Scabini ſæpiſſimè pronunciarunt, Conſulibus & Senatui* **in Marienbergk/** *M. Novembr. Anno* 1583.

Quæſtori **in Lauterſtein/** *Menſe Novembr. Anno* 1583.

Quæſtori **in Schwartzenbergk/** *Menſe Iun. Anno* 1590.

Quæſtori Dippoldis VValdenſi, Menſe Sept. Anno 1599.

Quæſtori Torgenſi, M. April. An. 1599.

Quæſtori **in Heringen/** *M. Iunio, Anno* 1608.

Iohan. VVilhelmo à **Bernſtein/** *Menſ. Mart. Anno* 1613.

Quæſtori Saltzenſi, M. Iul. An. 1614.

Præfecto **in Croſſen/** *Menſe Septembr. Anno* 1616.

Quæſtori Radebergenſi, Menſe Decembr. Anno 1616.

Quæſtori **in Lützen/** *Menſe Martio, Anno* 1619.

35 Quinimò, eum quoque, qui ſtabulum tantummodo incenderit, igne concremandum eſſe, nullus ambigo.

Quemadmodum etiam Scabini reſponderunt Præfecto VVeiſſenfelſenſi, Menſe Febr. Anno 16 3.

Item O. P. in F. Menſe Martio, Anno 1627.

36 Idemq; aſſerendum de illis, qui non ædificia, aliavè quæ ſub ædificiorum appellatione continentur, ſed frumentorum acervum, ligna, & ejusmodi res ſimiles dolosè comburunt.

37 *Quod & placuit Scabinis, dictantibus pœnam, ignis Reo cuidam, qui ſylvas cæduas inflammaverat. Ad conſultationẽ I. B. à R. M. Novembr. Anno* 1616

Tertiò;

38 Tertiò: Extenditur hæc Regula, ad damnum quodvis per incendium illatum. Indifferenter enim Reus criminis Incendii igne & flammis concremari debet, ſive ingens & magnum, ſive modicum etiam damnum ex inflammatione provenerit. Id quod haud obſcurè evincitur ex verbis generalibus *Ordinat. Crimin. in artic.* 125. (die boßhafftigen überwundenen Brenner) Incendiari verò doloſi dicuntur, qui incendunt, non habito reſpectu incendii, an hoc magnum, vel parvum fuerit.

Q. 5. Quid ſi per incendium damnum datum non fuerit?

39 Neque enim qualitas damni per combuſtionem dati, ſed delicti atrocitas & incendiarii nequitia ſeveritatem pœnæ exigit, accedente periculo incendii maioris, quod facilimè evenire potuiſſet, licet impediente Deo non evenerit. Perindè, ſicut pœnam Latrocinii incurrit, qui hominem occidit ſpolii ſeu lucri causâ, licet parum vel prorſus nihil ex Latrocinio lucretur, non minus ac ille, qui perpetrato homicidio prædam ingentem aufert, ut probatum *ſupra quæſt.* 22. *nu.* 39. *&* 47. ex *artic.* 13. *lib.* 2 Landrecht/ *ubi gloſſ.* in verb. Die einen Mann *&c.* Etenim in Latrocinio pariter ac incendio, non tàm ad effectum lucri vel damni, quàm ad intentionē nefandam, ac deteſtabile factum Rei reſpiciendum eſt.

Abſq; dubio igitur pœna ignis quoque Reo eſt infligenda, ſi per incendium parvum & minimum damnum illatum, & ignis eo ipſo momento, dum urere ac ædes inflammare ceperit, rurſum fuerit extinctus.

40 *Sicuti in facti hac ſpecie reſponderunt Scabini Quæſtori* in Beltzigk/ *M.* Aprili, 1582.

Quæſtori in Muckenbergk/ *Menſe* Auguſt. *Anno* 1589.

Quæſtori Lutzenſi M. Octobr. Ann. 1604.

41 Hocq; minus dubii habet in Electoratu Saxoniæ ob *Conſt.* 17 *part.* 4. quæ eos quoque, qui animo nocendi, materiam igni concipiendo aptam alicubi depoſuerunt, licet effectum res conſecuta non ſit, nec ignis urere cœperit, aut inflammata fuerit, flammis ultricibus vivos comburi iubet. *in verbis* (welche Feuer angelegt/ wenn daſſelbige nicht angangen were oder Schaden gethan hette.) Quæ tamen verba non ita accipi debent, ut pœna ignis locum habeat, licet Reus materiam igni concipiendo aptam depoſitam nondum inflammaverit, quod nimis rigoroſum eſſet, eòque caſu absque dubio pœna fuſtigationis ſufficiens. *Matth. Coler. part.* 1 *deciſ.*
42 186. Sed hoc prædicta verba inuunt, ſufficere ſcilicet ad pœnam ignis infligendam, ſi materia igni concipiendo apta in ædibus depoſita, & inflammata quoq; fuerit, licet ipſę ædes nondum ardere ceperint, Huncq; ſenſum probant verba ſubſequentia, (denn an der Mißhändeler Willen diß fals nit gemangelt) quibus ratio huius ſanctionis continetur, quòd nempe quoad incendiarios crimen incendii perfectum ſit, licet ignis ædes nondum inflammaverit, nec per eos ſtet, quò minus res ad effectū deducatur, quod certè hoc caſu, quo materia depoſita nondum accenſa eſt igne, nequaquam aſſeri poteſt.

43 *Sicque verba illa Conſtitutionis intelligere Scabinos, patet ex eorundem reſponſo dato Quæſtori* in Hohenſtein/ *Menſ. Febr. An.* 1620 *hiſce formalibus*: Do ſichs nun in der Erkündigung befindē würde/ daß ſolch Feuer *materia* dazumahl wie ſie eingeworffen/ am Badſtuben Boden an der Erden/ bey welchem alt Gefäſſe gelegen/ gewiß und in Warheit allbereit abgebrandt geweſen / die Gefangene auch auff jhrem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ *&c.* So möchte ſie wegen ſolcher jhrer begangenen nnd bekanden Vorbrechung hinwiederum mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W.

Ex quo apparet, Dn. Scabinos pœnam ordinariam dictare noluiſſe niſi certò conſtaret, materiam igni aptam depoſitam, inflammatam fuiſſe, atq; ardere cepiſſe.

44 Exindè quoque hoc ſequitur, in crimine Incendij Reum pœnam ignis ordinariam nequaquam effugere poſſe, licet damnum reſarcire velit, & ad reſtitutionem ſe offerat. Quilibet enim, quò vitam redimeret, facilimè jacturam bonorum pateretur, nec non paupertatem potius quam mortem eligeret, eoq; modo fraus adinventa eſſet. Cui accedit, quòd neq; transactio aut remiſſio, delinquenti à parte læſa facta, vindictæ publicæ derogare, aut quicquam ei præiudicare poſſit. *l.* 2. *C. res inter alios acta. Gœdd. ad l.* 131. *n.* 13. *de V. ſignif.*

Q. 6. An Reus audiendus ſi damnū per incendiū datum reſarcire velit?

45 *Quemadmodum etiam hoc caſu Scabinos reſpondiſſe reperio*: Do nun angezogener Brandſchade euern anzeigen nach gewiß und in Warheit geſchehen/ und der Gefangene auff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde So möchte er ungeachtet ſeines gethanen Erbietens ſich mit N. N. um den zugefügten Schaden zuvertragen/ hinwieder mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W. *Ad conſultationem Quæſtoris* in Arnſtein/ *M. Ian. Anno* 1586.

46 Ex eadem pariter ratione concludendum, pœna quoque ordinaria ignis teneri eum, qui ædes ſuas proprias incendit, ſibique ipſi damnum infert. Tanta enim eſt hominum malitia, ut cum proprio etiam damno aliis nocere ſæpiſſimè cupiant, ædes ſuas inflammantes, eo fine, qnò iiſdem combuſtis, ignis vicinorum quoq; domus aripiat, easq; conſumat. In hanc audaciam ſi quis prolapſus deliquerit, licet flamma mox extinguatur, & non niſi incendiarii ædes comburat, vicinis verò ædibus non noceat, nihilominus tamen Reus ignis ſupplicio affici debet, per eum enim nequaquam ſtetit, quò minus vicinæ ædes fuerint inflammatæ juxta *Conſtit. Elector* 17. *part.* 4. ſed Dei gratia & protectione conſervatæ fuere, quas Reus Incendii crimine ab ipſo conſummato, igne demoliri appetebat.

Q. 7 Num ædes proprias inflammantes igne puniēdi ſint?

47 *Quæ ſententia etiam placuit Scabinis ita reſpondentibus Præfecto judicij Erffordenſis, Menſ. Ian. Anno* 1588.

Item: Præfecto VVeiſenfelſenſi, M. April. Anno 1628.

48 Quartò: Quoad pœnam ignis infligendam nil intereſt, an quis ipſemet incenderit, an verò alium hoc facere juſſerit, Uterq; enim mandans & mandatarius, conductor & locator, huic pœnæ haud immeritò ſubijcitur.

49 Quod certè in perſona mandatarij & locatoris, qui mercede & pecunia accepta, operá ſuam

ad inflammandum locat, non multum dubii habet, cum in delictis ob mandatum nemo excuſetur. *Bartol. in l. non ſolùm. §. ſi mandato. ff. de injur. Tiber. Decian. in tractat. crimin. libro nono cap. 37. numer. primo.* nec turpis vel injuſtæ rei mandatum ſit obligatorium, imò ne juramento confirmari queat; *l. 6. §. 3. & 7. l. 12, §. 11. l. 23. §. 6. ff. de mandat. cap. non eſt obligatorium. de reg. jur. in 6to. Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſtion 89. numer. 1.*

50 Quinimò gravius delinquit, qui lucri cauſa & ſpe adipiſcendæ pecuniolæ vel alterius rei tàm horrendum crimen, quale profectò incendium eſt, perpetrare non veretur, ac is, qui odio & invidiâ agitatus peccat. Vnde & à quibusdam Incendiarii pecunia conducti vocantur **Mordbrenner**/ qui vulgò iniquiores ac nequiores aliis reputantur. Nam & pecunia interveniens regulariter delictum aggravat. *Bartol. in l. non ſolum. §. ſi mandato. numer. 14. ff. de injur. Iodoc. Damhouder. in prax. crimin. cap. 83, numer. 4. Proſper. Farin part. 5. oper. crimin. quæſt. 123. num. 5. Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. libr. 2. caſ. 357. num. 14. Brun. à Sol. in quæſt. legal. quæſt. 34. num. 1. in fin.*

51 Niſi quis Incendiarios ab aliis conductos veniam ex parte mereri exiſtimet, ob textum manifeſtum in *Conſt. Elect. 17. in fin. part.* 4. quæ pœnam gladii in eos conſtituit, qui vel pecunia, vel alio modo ad tantum facinus committendum ſe conduci patiuntur. Verum, de hoc ſolummodò caſu loquitur Conſtitutio Electoralis, ſi effectus non fuerit ſecutus, hoc eſt, ſi incendiarii ad inflammandum conducti, nec ignem poſuerint, neque poſt initum contractum, & datam promiſſionem quicquam amplius fecerint. Si enim hi adimplendo promiſſionem nefandam, materiam igni concipiendo aptam & inflammatam alicubi deponant, ſive damnum exinde inferatur, & res effectum conſequatur, ſive non, quin ignis ſupplicio propterea affici debeant, nullus ambigo.

52 *Ita reſponderunt Scabini Senatui Bitterfeldenſi, M. Octobr. An.* 1585.

Et Johanni Wilhelmo à **Bernſtein**/ *M. Mart. Anno* 1613.

Q. 8. Quomodo mãdatarius in crimine incendij puniatur?

53 Nec mitiori pœnâ mandans & conductor affici debet, cùm unum idemque ferè ſit delictum mandatarii & mandantis, locatoris & conductoris, ex naturâ correlativorum, quorum uno poſito, neceſſariò quoque ponitur alterum. *l. fin. ff. de acceptilat. Tiber. Decian. in tractat. criminal. libro nono. cap. 33. numer. 1. Bartol. in l. ſed ſi unus, §. ſervus meus numero quinto. de injur. Cyn. in l. non ideò minus. C. de accuſat.* Neque refert, an propriis manibus quis incendat, an ope alterius hoc faciat: Quod enim quis per alium facit, ipſemet facere cenſetur. *cap. qui facit. 72. de reg. jur. in 6to. l. is damnum. 169. ubi Decian. ff. de reg. jur. Salycet. in l. non ideo minus. C. de accuſat. quæſt. 6.*

54 Et certè, triplici modo delinquere videtur mandans, tùm in ſeipſum, tùm in mandatarium, & locatorem, quem corrumpit ut incendat, tùm in eum cujus ædes comburuntur. *gloſſ. in l. athletas. §. Pomponius in verb. in ſervitute. ff. de his qui notant. infam. Gandin. in rubr. de tranſact. in ult. quæſt. n. 26. Capoll. conſ. 34. n. 48. Joſeph. Maſcard. de probat. lib. 2. concl.* 1012. *n.* 1. Vt nullum ſuperſit dubium, quin mandans hoc caſu ob gravitatem ac multiplicitatem delicti, rigoroſo ignis, ſupplicio affici debeat.

Quod & arbitrati fuêre Scabini, dictantes pœnam ignis tribus Incendiariis, qui puerum ad incendendum 5. groſſis conduxerant, affectu incendij ſubſecuto: **Gegen Sittichenbach** *Ad requiſitionem Quæſtoris Menſe Iunio, Anno* 1582. 55

In ſimili ferè caſu indixerunt Scabini ignis ſupplicium Reo alicui I. W. ad cujus mandatum alius quidam C. P. ſub ſpe adipiſcendi unius thaleri ſibi promiſſi, incendium commiſerat. **Gegen Zieſer**/ *Ad conſultationem Joachimi* **Rohrs**/ *M. Januar. An.* 1593.

Pariter reſponſum in caſu non planè diſſimili, Quæſtori Miſnenſi, M. Febr. An. 1613.

Nec remorari quempiam debet, quòd mandans propriis manibus nil operetur, neque delinquat. 56 *Sufficit* enim, quòd ipſemet per alium, & ſic alterius manibus incendat, & ædibus alienis inflammationem inferat, ipſumque damnum juſſu cauſetur, ſine quo mandatarius incendium non fuiſſet perpetraturus. Quin & in delictum & factum alterius expreſsè conſentit, quod vel ſolùm pœnam incendii ordinariam meretur. Quis enim negare auſus fuerit, conſentientes & convenientes de perpetrando incendio omnes pœnâ ignis teneri, ut maximè etiam unus ſolùm ex iis ignem deponat, & propoſitum in effectum deducat. **Pariter**, ut omnes in homicidium vel latrocinium 57 conſentientes pœnam incurrunt, licet non manus adhibeant, ſed unus ſolùm manu ſuâ homicidium vel latrocinium committat: Vt docet *Jul. Clar. in pract. § fin. quæſt. 90. num. 1. Gloſſ. in l. ſi in rixa. in fin. verſ. nam ſi ex propoſito, ubi etiam Bartol. num. 1. & Hippol. de Marſil num. 3. ff. ad Leg. Corn. de ſicar. Cyn. in l. quoniam multa. numer. 7. in fin. C. ad Leg. Iul de vi publ. Felin. in cap. ſignificaſti numer. 10. extr. de homicid. Proſper. Farinac. part. 3. oper. crimin. quæſtion. 179. numer. 72. Gandin. in tit. de homicid. num. 12. in fin. Blanc. de indic. numer. 226. & ſeqq.*

Q. 9. Num offenſio & ira à pœna incendii ordinaria aliquem excuſet?

Quintò. Extenditur ſuprà dicta Regula an 58 incendiarios quoque eos, qui ab aliis offenſi ſe ulciſci volentes incendunt. Nam & hi ignis ſupplicio afficiendi ſunt, non minus ac ii, qui ſolo odio, invidiâ, & nocendi libidine agitati, per incendium aliis damnum inferunt, quod certè rariſſimè fieri ſolet. Licet quandoque tanta ſit hominum nequitia, ut ad occultandum furtum commiſſum ædes inflamment, eo fine, quo iiſdem combuſtis, res furto ablatas igne conſumptas fuiſſe exiſtimetur. Hi ſanè duplici modo peccant, & delictum delicto cumulant, atque ita ex juſtiſſimo judicio pœnam ignis incurrunt, nemine prorſus, niſi qui haud ſanæ mentis videri velit, reclamante.

Pronunciantibus ita Scabinis in eiusmodi facti ſpecie, Iudici & Scabinis **in Kempnitz**/ *M. Novembr. An.* 1610. 59

rafecto VVeiſſenfelſenſi, Menſe Februario, Anno 1613.

Quæſtori in **Belzigt** */ Menſe Februario, Anno* 1591.

60 Neque enim incendii Reos relevare poteſt offenſio anteacta; cum tantum facinus quale incendium eſt, inter modos defenſionis legitimæ nequaquam referri poſſit, præſertim ſi offenſio diu anteceſſerit, & temporis ſpacio fuerit extincta & ſopita. Non enim vim illatam repellit qui ex intervallo & liberato delinquit, *arg. l. 45. ff. ad Leg. Aquil. Iacob Cujac. ad tit. quod met. cauſ. Georg. Obrecht. in tractat. de neceſſ. defenſ. cap. 11. num. 26.*

61 Cui non adverſatur, quod aliquo modo ſit ignoſcendum ei, qui offenſus & provocatus ſe ulciſci voluit. *l. 14. §. 1. 6. ff. de bon libertor.* Et quòd difficilimum ſit iracundiæ calorem comprimere, *l. 38. § Imperator. 8. ff. ad Leg. Jul. de adult.* unde forſan quis probabiliter concludere poſſet, incendii Reum, ſi non ab omni, attamen ab ordinariâ ignis pœna, hoc caſu immunem eſſe. *Etenim*, prædicta jura ſolummodò agunt de crimine homicidii, & in ſpecie de occiſore eo, qui ex juſto & inconſulto calore iracundiæ peccat, non etiam ſi quis longo temporis intervallo poſt offenſionem præterlapſo aggreſſorē occidat, qualis non tàm ex inconſulto calore iracūdiæ, quàm animo perverſo ulciſcendi peccat, & meritò homicidii pœnam incurrit, cum quo incendiarius comparari poteſt, quem in tanto & deteſtabili facinore nec offenſio, nec calor iracundiæ excuſare debet.

62 Quamvis enim, juxta vulgatam juris regulam, delictum ira commiſſum mitius puniri ſoleat, *l. 2. C. de abol. t l. aut facta. §. cauſa ff. de pœn. c. ſi quis iratus. ubi gloſſ. 2. quæſt. 3. cap. ira. 11. quæſt. 3. Andr. Tiraquell. de pœn. temper. cauſ. 1. num. 1. Felin. in cap ſicut num. 2. & 4. de jurejur. Decius in l. quicquid num. 7. 8. ff. de reg. ju. Jaſon. in l. ſi filiam tuam. num. 6. verſ. tertio fallit. C de inoff. teſtam Jacob. Boulen in repet. l. capitalium. §. famoſos numer. 193. ff. de pœn. Petr. à Plach. in Epit. delict. libr. 1. cap. 2 num 19. Ægid. Boſſ. de homicid num 60. Iacob. Menoch. de ar. itr. judic. quæſtion. libr. 2. caſ. 319. num. 33. & de præſcript. libr. 5. præſumpt. 3 num. 117. & lib. 1. quæſt. 14 numer. 21. 22. & 36.* eò, quòd delinquens ira commotus non ſit in plenitudine intellectus, *Felin. in cap. dilecti filii. numer. 12. & 13. in fin. de exception. Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſtion. 60. verſ. ſed hic quæro*, præſertim ſi magna ſit ira, ita ut quis in totum à mente alienatus & ſuus non fuerit. *Pr ſper. Farinac. part. 3. oper. criminal. quæſtion. 91. numer. 40. Ludov Carrer. in pract. de homicid. §. 7 numer. 6. Andr. Gail. libr. 2. obſervat.* 106 *num. 12. & obſervat.* 110 *num. 35. verſ. & neceſſe eſt.*

63 Attamen hæc regula tunc demum vera eſt, quando ira ex juſta cauſa provenit, & delinquens in licitis verſatur. Veluti, ſi quis ab alio percuſſus, calore iracundiæ commotus, defenſionis modum excedendo eum occidat; hic ſanè in licitis defenſionis terminis verſatur, & ira commotus, metam licitæ defenſionis excedit, adeoque ſi non in totum, ex parte tamen & ab ordinariâ homicidii pœna excuſatur. Quis autem non animadvertit, incendiarium vel percuſſione, vel alio etiam modo provocatum, in re planè illicitâ verſari, & nullam prorſus defenſionem prætendere poſſe, cùm nec Incendium ceu crimen atrociſſimum ſit modus defenſionis, nec offenſioni ullo modo correſpondeat,

Veriſſimum itaque eſt, Incendiarios prætenſione offenſionis & iracundiæ à pœna ignis ordinariâ nequaquam liberari, maximè cum Sanctio Carolina in *art. 125.* generaliter loquatur, & ignis ſupplicium in quosvis incendii Reos indefinitè ſtatuat, absque ullo diſcrimine aut diſtinctione. 64

Lege autem non diſtinguente noſtrum non eſt diſtinguere. *l de precio ff. de Public. in rem. act. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præſtand.* 65

Eamque ſententiam ſecuti ſunt Scabini in pronunciando **Gegen Pombſen** */ Ad requiſitionem Actuarii Judicialis, Menſe Januario, Anno* 1605. 66

An Schöſſer zu Voigtsbergk */ M. Ianuar. Anno* 1605.

Ad conſultationem Mauritii à **Schönbergk** */ M. Febr. Anno* 1607.

Verſus **Zabeltitz.** *Ad requiſitionem Johannis Chriſtophori à* **Rottenbergk** */ Menſe Febr. Anno* 1607.

Ad conſultationem M. Albini **Vlmans in Sachſendorff** */ M. Iun. Anno* 1610.

Quæſtoris **zum Hayn** */ Menſe Auguſto, Anno* 1625.

67 Cæterùm, cùm hoc ſeculo nefando malitia ac perverſitas hominum adeò accreverit, ut incendiarii nullâ prorſus ducti pœnitentiâ, crimen incendii atrociſſimum ſæpius reiterare, nec erubeſcant, nec ſeveritate ſupplicii deterreantur, dubitari poteſt: *Annón Judex hoc caſu pœnam ignis exaſperare queat, addito majoris alicujus reatus judicio, nempè ut Rei hujus criminis vel trahæ illigati ad locum ſupplicii rapiantur, vel ante executionem forcipibus ignitis prehendantur & adurantur?*

Q. 10. *Nū propter reiterationē incendii pœna ſit exaſperanda?*

68 Rationem dubitandi præbet. *Ordinat. Crimin. Carolin. in artic.* 130 *in fin.* Quæ licet de crimine Veneficii ac Latrocinii loquatur, haud abſurdè tamen forſan eam extendere licebit ad crimen incendii, ob identitatem rationis; æquè enim gravè, imò gravius delictum eſſe videtur Incendium, quàm Veneficium, & Latrocinium, hiſce namque duobus certis quibuſdam perſonis; at illô, nempè incendii crimine toti univerſitati, pago vel oppido damnum infertur.

69 Idemque ferè in crimine Infanticidii diſpoſitum eſt in *Conſtit. Elect.* 3. §. **Vnnd wo ferne** *part. 4.* quæ Matrem, plures infantes occidentem præter pœnam Culei pro numero infantum necatorum, forcipibus candentibus dum ad ſupplicium ducitur, prehendi & aduri jubet. Quod ſi hoc verum eſt in crimine Infanticidii, quare non idem quoque obtinebit in crimine Incendii, quod delictum nec levius eſt, nec mitiori pœnâ coërcetur. *Jodoc. Damhouder. in prax. crimin. cap. 103. numer. 1. & ſeqq. Proſper.*

Farin.part.3.oper.crimin.quæſt.120.num.2. Reinhard.Roſa.ad Dan.Moller.in Conſt.Elector.17.n.2. part.4.

70 Quibus accedit, quòd judici juſtâ ex cauſa pœnas ferè quasvis pro arbitrio exaſperare & aggravare permiſſum ſit. *l.ſi ſeverior. ubi gloſſ.& Dd.C ex quib. cauſ.infam.irroget. Angel.Aretin. in tractat.malefic.verb quasſi non ſolverit. Felin.in cap.inquiſitio col.5.de accuſat. Iaſon.in l.omnes populi ff de juſt.& jur. Hippol.de Marſil.ſing.182.& in l.1.§.ſed & ſi quis.col.2.ff.ad Leg.Cornel. de falſ. Andr.Gail.de pac.publ.lib.2.cap.9.numero vigeſimo ſecundo.*

71 Quæ licet veriſſima ſint, attamen ſuaſor eſſe nollem. quò judex lenitate ſepoſitâ, ob repetitionem criminis hujus ullo modo ſupplicium exaſperet, atrocitatemque hujus pœnæ ſat gravem plus aggravet, ut maximè etiam crimen incendii à Reo repetitum ac reiteratum fuerit. Nullibi enim quicquam de exaſperatione hujus ſupplicii expreſsè conſtitutum reperitur, adeoq; nec temerè aſſeverandum, *cap. is. qui in Eccleſia.18.in fin.pr.extr.de ſentent.excomm. in 6to. Iaſon.in.l.illam 19.numer.8.C. de Collat.Bald.in cap.nihil 44.num.25.verſ.item quod in lege extr.de elect.& elect.poteſt Hartman. Piſtor.quæſt.n.100.& quæſt.13.n.35.lib.2.*

72 Neque enim criminis reiteratio efficere poteſt, ut Reus vel trahæ illigatus ad locum ſupplicii raptandus, vel ante executionem pœnæ ignitis forcipibꝰ uſtulandus ſit: Aliàs enim adulter quoque ob reiterationem adulterii, & fur ob repetitionem multiplicis furti, candenti ferro lacerari deberet, quod quam falſum ſit nemo non animadvertit. *Bald.in l. quicunque 4.col.2.C. de ſerv.fugit. Iaſon.in l.eum qui 30.§.in popularibus numer.5.ff.de iniur. Nicol Reuſner.deciſ.20.num.13.*

73 Equidem, me non latet *artic 13.Ordin.Crimin. Carol.& Conſt.Elector.3.§.* **Vnd wo ferne**/ *part.4.* quæque ibidem de crimine Veneficii, Latrocinii, & infanticidii diſpoſita reperiuntur, ſed eadem ſi quis ad crimen Incendii extendere velit, meo judicio haud parùm à vero aberrabit.

74 Quis enim ignarus regulæ vulgaris, quæ odioſa ſtrictè accipi, neque ad caſus verbis non expreſſos extendi, jubet. *cap.ſtatutum.22.extr.de elect.in 6. Corneus conſilio 114.col.2.ſub lit.H. verſ. tùm pœnæ ſint reſtringendæ &c. libro primo. Jacob. Menoch. de præſumpt. libro ſexto. præſumption.4.numero trigeſimo tertio.* Quis etiam non animadvertit, longè ſeverius eſſe ſupplicium Ignis pœnâ Rotæ, qua Venefici & Latrones affici ſolent, ut non mirum ſit, ſi hæc quandoque ob gravitatem criminis, & reiterationem delicti exaſperetur, quod de crimine incendii ejusque pœna per ſe ſat gravi & atroci vix tutô aſſeri poteſt.

75 Et licet reiteratio delicti regulariter graviorem requirat pœnam, ut Doctores ferè communiter docent. *Salicet in l.ſervos.C.ad.Leg.Iul. de vi publ.Bald.in l.3.C.de Epiſcop.audient.Bartol. in l.ſicut.§.fin.in fin.ff.de accuſat. Proſper.Farin.in prax.criminal.libr.1.tit.3.quæſtion.23.num.1. Hippol.de Marſil.ſing.378.numer.3. Anton. Gomez.de delict,cap.3.numer.60.in fin. Iul. Clar.in pract.§. fin. quæſtion.21.verſ.fama ſola &c.* abſque dubio tamen hoc verum eſt ſolummodò in delictis leviuſculis, aut non capitalibus, in quibus Judex tutò pœnam mitiorem ac leviorem exaſperare poteſt, *Proſper.Farinac.dict.quæſtion.23.numer.5.* aut ſi lex expreſſa exaſperationem pœnæ in atrociſſimis admittat. Aliàs ſanè in delictis atrocioribus, & atrociſſimis (inter quæ incendii quoque crimen referri debet ſecundum expreſſam *Conſtit.Elector.17.verſ.* (**Nach dem dann ſolche Miſſethat.** *part.4.*) vix Judici poteſtas hæc dabitur, ob ſummum ſupplicii rigorem, quò non gravius quid facilè infligi jura permittunt.

76 Quin & in pœnalibus ſemper mitiorem ſententiam capiendam, & conſectandam eſſe, vulgatum juris axioma docet, *l 4.§.1. ubi gloſſ.in verb. Et verum eſt ff.de ſuſpect.tutor. l.ſi præſes.32.in fin. l.interpretatione.42.ff. de pœn. l.factum.cuique §.fin ff.de reg.jur. Jacob.Menoch.libr.5.præſumpt.fin.numero, ſecundo.* in quod certè multum impingeret Judex pœnam ignis exaſperando, ita ut incendii Reus vel trahæ illigatus ad locum ſupplicii pertrahi, vel ante executionem pœnæ ferro candenti aduri deberet. Quod ne judex faciat, ut maximè etiam crimen hoc ſæpius à Reo fuerit reiteratum, clementia ſuadet, quæ tam à jure quàm æquitate valdè commendatur.

77 *Pronunciantibus ſic etiam Scabinis in caſu reiterati criminis incendii; Judici Præfecturæ* **in Ziegenruck**/ *M.Iun.Anno* 1599.
Quæſtori Miſnenſi, quum in incendio 5.perſonæ ſimul perierant, ac combuſtæ fuerant, M.Octobr. Anno 1600.
Quæſtori **in Voigtsbergk**/ *Menſe April. Anno* 1600.
Quæſtori Pirnenſi, M.Julio.Anno 1611.
Johanni Wilhelmo à **Bernſtein**/ *M. Martio, Anno* 1613.
Quæſtori **in Auguſtusburgk**/ *M. Mart. Anno* 1415.*in caſu quo crimen incendii à Reo ſepties fuerat reiteratum.*
Quæſtori **in Noſſen**/ *M.Iulio, Anno* 1621.
Quæſtori **in Freyburgk**/ *Menſe Auguſto, Anno* 1627.

78 Hæc tamen non eò extendenda ſunt, ſi una cum incendio alia quoque crimina commiſſa ac reiterata fuerint, ob quæ aliàs ſupplicium accumulari, & condemnatus ttahæ illigatus ad ſupplicii locum pertrahi, aut forcipibus candentibus aduri debet, qualia ſunt Latrocinium, Veneficium, ac parricidium. Quo caſu, ſi nempè incendii Reus ejusmodi quoque crimina commiſerit atq; reiteraverit, judicem pœnam ignis exaſperare poſſe, addito quodam augmento, ut nempè Reus trahæ impoſitus ad locum ſupplicii trahatur, vel etiam ferro candenti aduratur, facilè conceſſerim.

79 *Tùm*, quòd reiteratio Latrocinii, Veneficii & Parricidii talem pœnæ exaſperationem & aggravationem promereatur, ſecundum diſpoſitionem *Ordinat.Criminal.Carol.in artic.* 130.& 137.*Conſtit.Elector.3.§.* **Vnnd wo ferne** *part.4* Quæ ob crimen incendii concurrens nequaquam remittenda eſt, ne ſcilicet plurium

delictorum cumulatio tribuat veniam, quàm unius delicti, ut Latrocinii, vel Parricidii reiterati Reus non facilè impetrare poteſt.

80 *Tùm*, quòd pluribus ac diverſis delictis atrociſſimns concurrentibus, una & ſimplex pœna ſufficere non videatur, *l.fin.§ id quoque C.de mod. mulct.l.3.§.1 ff.ad leg.Aquil.* Et ſecundum communem juris regulam nunquam plura delicta concurrentia faciant, ut ullius detur impunitas, *l.nunquam plura 2.in pr ff.de privat.delict.* ſingulisque delictis ſingulæ pœnæ competere debeant.*l.ſi ſervus.27.ff.ad Leg.Aquil.l.Neratius.11 §. 12.ff de ſerv.corrupt.l. vulgaris. 21. in fin.pr.ff.de furt.l ſi ſtuprum.25.l pater.41 ff.de injur.l.6.ff.ad Leg.Cornel.de ſicar. Iul.Clar.in pract.criminal.§.fin.quæſtion.84.verſ alius eſt caſus in pr. Didac.Covarr.lib.1.variar.reſolut.cap.10.num.8.verſ.ſecundò & illud cenſeo.*

81 *Velutietiam in caſu duplicis Latrocinii, nec non Incendii, Rapinæ, & Adulterii commiſſi pronunciarunt Scabini:* So möchte C.C.E. von wegē der begangenen vnd bekandten zweyen Mordthaten/ mit zweyen glüenden Zangengriffen geriſſen/ vnnd hernacher deß begangenen vnd bekandten Brandſchadens halber mit dem Fewer vom Leben zum Todte geſtrafft werden/ V.R.W. *Ad requiſitionem Quæſtoris* Salza/ *M. April Anno* 1603.

82 *Sic quando incendii Reus I K. fratrem ſuum occiderat, eo fine, quo hæreditatem & pecuniam ipſius lucraretur, exiſtimaverunt Scabini, pœnam ignis aliquo modo exaſperandam eſſe reſpondentes in hunc modum:* So möchte er wegen ſolcher ſeiner Verbrechung zu der Feymſtatt geſchleiffet/ vnd folgends mit dem Fewer vom Leben zum Tode geſtrafft vnnd hingerichtet/ auch durch das zuerkandte Fewer gar zu Pulver gebrandt werden/ V.R.W. *Ad conſultationem I. ab E. in L. Menſ. Iunio, Anno* 1616.

83 *Pariter pronunciarunt in caſu quadruplicis Incendii, ac itidem Latrocinii quadruplicis perpetrati.* Gegen Zittaw *hiſce formalibus:* So möchte M. G. von wegen ſolcher grawſamen Thaten vnnd Mißhandelungen anfänglichen zur Feymſtatt geſchleiffet/ vnd folgends als ein rechter Mordbrenner mit dem Fewer vom Leben zum Todte gerichtet vnd geſtrafft werden V.R.W. *Ad requiſitionem Senatus, M. Iul. Anno* 1624.

QUÆSTIO XXXIX.

Quibusnam in Caſibus Pœna Incendii Ordinaria ſit mitiganda?

SVMMARIA.

1. *Pœna Incendii graviſſima eſt.*
2. *Cui dedit cauſam Reorum malitia deteſtanda.*
3. *Pœnitentia Incendiarios à pœnâ ignis liberat. numer.5.6.*
4. *Dolus pœnitentiâ aliquo modo purgatur.*
7. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n. 8.*
9. *Ceſſat prætereà pœna ignis, ſi dolus à Reo abfuiſſe conjecturetur. n. 11.*
10. *Cauſa etiam injuſta & beſtialis delinquentem à dolo excuſat.*
12. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n. 13.*
14. *Incendiarii minorennes mitius ſunt puniendi. n. 15. 16. 17.*
85. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſ. n,* 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26.
27. *Ceſſat quoque pœna ignis in incendio culpoſo, num. 31.*
28. *Quodnam Incendium dicatur culpâ latâ, levi, aut leviſſimá perpetratum. n. 29. 30.*
32. *Pœna Incendii culpoſi eſt arbitraria. n. 33-36.*
34. *Quando certa pœna legibus non eſt definita, arbitraria eſt animadverſio.*
35. *Pœna debet commenſurari delicto.*
37. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium n. 38.*
39. *Reus homicidii culpoſi, tenetur quoque ad reſtitutionem damnorum & intereſſe. numer. 46.*
40. *Idemque vulgò Dd. aſſerunt in incendio doloſo. num. 41.*
42. *Quid Iuris in foro Saxonico. n. 43.*
44. *Intellectus Conſtit. Elector. 32. in fin. part. 4. numer. 45.*
47. *Quod jure municipali correctum non eſt, id ſub juris communis diſpoſitione relinquitur.*
48. *Si Incendiarius ex inopiâ damnum emendare non valeat, ſeveriori pœna debet coerceri.*
49. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n, 50.*
51. *An & quando paterfamilias teneatur de culpâ ſuæ familiæ in caſu incendii. n. 53. 54. 55.*
52. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n. 56. 57.*
58. *Incendio in ædibus exorto, an paterfamilias teneatur probare, culpam ſuam, ſuorumque abfuiſſe.*
59. *Opinio Hallenſium & Wittebergenſium.*
60. *Referuntur Argumenta Rauchbari. n. 61.*
62. *Verior contraria Scabinorum Lipſenſium opinio. n. 63.*
64. *Reſpondetur ad argumenta Rauchbari. num, 65. 66. 67.*
68. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n. 69. 70.*
71. *Inſtrumento in Incendio perdito, an juramentum Creditoris vel Debitoris ſit admittendum.*
72. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*

1 IGnis pœnam in Reos incendii conſtitutam, longè graviſſimam & atrociſſimam eſſe, nemo certè ambigit, *Iodoc. Damhouder. in prax. criminal. cap. 103. in pr. Proſper. Farinac. part. 3. oper. criminal. quæſt. 110. numero primo & ſecundo.* tantaque ſupplicii ſeveritas ad compeſcendam incendiariorum malitiam depopulatricem horrendamque requiri, nec mitior aliqua pœna ſufficere videbatur. *cap. peſſimam. 23. quæſtion. 8.*

2 Deteſtanda itaque Reorum malitia huic ſupplicio cauſam & anſam dedit. De quâ ſi certò non conſtet, rigoroſa ignis pœna Reo incendii vix tutò infligi poterit. *Proſper. Farinac. in pract. crimin. part. 3. quæſtion. 110. numer. 6. Jacob. Menoch. libr. 2. arbitr. judic. quæſtion. cent. 4. caſ. 390. in pr.* Idque eſt, quòd Carolus V. Imperator eos demum incendiarios concremari jubet, qui dolo, & ex propoſito, datâ operâ, & malitioſè, ſcientes, prudentesque incendunt, in *Ordinat. criminal. in artic.* 125. ibi: Die boßhafftigen überwundenen Brenner *&c.* Quæ ſanè verba animum deliberatum & doloſum requirũt. *Matth. Stephan. ad dict. artic. 125 Ordin. Crimin. Carol. & Georg. Remus. in Nemeſ. Karul. ibidem*: Unde ſæpiſſimè accidit, quòd remiſſo juris rigore in crimine incendii, pro ratione circumſtantiarum & qualitate delicti, mitior aliqua pœna Reo veniat infligenda.

Q. 1. An pœnitentia in crimine incendii à pœna ordinaria excuſet?

3 Idque fit potiſſimùm primò: Si Reus pœniteat, crimine nondum perfecto & conſummato, materiamque igni concipiendo aptam inflammatamq; alicubi depoſitam auferat, antequam incendium exoriatur. *Matth. Coler. part. 1. deciſ. 186. n. 2.*

Dolum namque pœnitentia aliquo modo purgat, & Reum delicto nondum conſummato 4 excuſat. *Hoſtiens. in cap. pro human. num. 22. verſ ſi verò perficere potuiſſet. de homicid. in 6to. Felin in cap. 1. numer. 4. extr. de præſumpt. Cyn. in l. 15. qui cum telo. num. 1. C. Ad Leg. Cornel. de ſicar. ubi etiam Salycet. numer. 3. in fin. Iulius Clarus in pract. §. fin. quæſtion. 6. numer. 21. Proſper Farinac. part 5. oper. criminal. quæſtion. 126. numer. 150. Hippol. de Marſil. conſ. crim. 185. num. 1. & ſeq. Iodoc. Damhouder. in practic. crimin. cap. 83. num 8 & 9. Angel. Aretin. in tractat. malefic. in verb. etiam veſtem cœleſtem. num. 39. Petr. Heig. quæſt. 32. num. 15. & ſeqq. part. 2.*

5 Quin & ſi in ipſo actu delicti, incendio jam exorto, Reus verè pœniteat, veluti damnum majus avertendo, & homines ad extinguendam flammam convocando & excitando, ipſi aliquo modo indulgendum, & remiſſo ſeveriori ignis ſupplicio cum gladii pœnâ plectendum eſſe, exiſtimo. Quamvis enim delicto perfecto pœnitentiæ locus non ſit, neque ea poſt crimen conſummatum ab omni pœna excuſet. *Didac. Covarr. libro ſecundo. variar. reſolut. cap. 10. numero tertio. Iul. Clar. dict. quæſtion. 60. numer. 21. & quæſtion. 16. numero quinto. & quæſtion. 57. numero decimo. Hieron. de Mont. quæſtion. 16. numer. 25.* 6 *gloſſ. & Bartol. ad l. qui ea mente. ff. de furt.* Attamen pœna ordinaria ob veram, licet aliquo modo ſeram pœnitentiam, benè mitigari poteſt, ut apertè probat. *Conſtit. Electorat. 32. § fin. part.* 4. quà D. Auguſtus Elector fures, qui conſummato etiam furto, pœnitentiâ ducti res furtivas, antequàm deprehenſi in carcerem conjiciantur, vel accuſentur, reſtituunt, vel illarum nomine Domino ſatisfaciunt, mitius puniri jubet.

Idemque in crimine diffidationis, quod non malè cum incendio comparari poteſt, diſpoſitum eſt; ut ſcilicet is, qui literas diffidatorias tradidit, & priusquam damni quid ſubſequatur, pœnitens eas revocat, nequaquam pœnâ ordinariâ puniri debeat. *Conſt. Elect. 16. part. 4.*

Hancq; ſententiam ſecuti ſunt in pronunciando Scabini dictantes pœnam gladii, in caſu, quo incendii Rea exorto igne crimen confeſſa fuerat, hominesq; ad extinguendam flammam convocaverat, in hunc modum: Iſt in Jacob Sommers Stalle zu Nacht ein Fewer auffgangen/ vnd die Gefangene C. S. hat in guten bekandt/ daß ſie ſolches Fewer mit gezogenem Schwefel/ welchen ſie in Jacob Sommers Rohrdach geſtecket/ angezündet/ vnnd vorgewandt/ daß ſie alſobald die Nachbarn angeſchryen/ ſie ſolten leſchen/ denn ſie hette jhrem Vettern das Hauß angeſtecket: Da ſie nun ſolches in Erkündigung alſo befunden/ vnd die Gefangene vff jhrem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte frey willig verharren oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ So möchte ſie von wegen ſolcher Mißhandlung mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris* in Wendelſtein/ *Menſ. Novembr. An.* 1585. 7

Pariter pronunciavimus in caſu non multùm diſſimili gegen Newenheiligen: So möchte M. B. von wegen ſolcher jhrer begangenen vnnd bekandten Mißhandelung/ nach Gelegenheit Diſſfals/ weil jhre Meynung geweſen/ jhren Mann von dem Spiele zubringen/ vnnd daß nicht ein groß Fewer entſtehen/ vnnd das gantze Dorff abbrennen ſolte/ geſtalt ſie deñ darauff bald *pœnituiret*, in deme ſie ein Oſter-Ey ins Fewer geworffen/ daſſelbe dardurch zu leſchen/ inmaſſen es auch bey dem Stall allein verblieben/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet vnd geſtrafft werden/ V. R. W. *Ad conſultationem Volckmari ab* Heiligen/ *Menſe Majo, Anno* 1629. 8

Secundò: Remittenda eſt pœna ignis Reo, ſi is cauſam aliquam prætendat, ex quâ ipſum non tàm doloſè, ac deliberato & perverſo animo, quàm ex ſimplicitate quâdam deliquiſſe conjecturari poteſt. Quò caſu, quia deficit animus deliberatus, quem ignis ſupplicium maximoperè requirit, *Ordinat. Criminal. Carolin. artic.* 125. haudquaquam pœna ordinaria obtinebit, ſed mitior quædam pœna, nimirum gladii ſufficere videtur. 9

Q. 2. An cauſa doli excludens mitiget pœnam incendii?

Cauſæ verò, ejusmodi malitiam deliberatam excludentes, variæ eſſe poſſunt. Nam quælibet cauſa, etiam injuſta & beſtialis, delinquentem à dolo & malitia excuſare poteſt, maximè quoad pœnam mitigandam. *l. igitur. 12. §. & generaliter. 3 ff de liberal. cauſ. l. inter omnes. 47. §. rectè dictum eſt. 7 ff de furt. Ludolph. Schrader. in miſcellan. cap 16. tit. injuſta cauſa an à pœnâ excuſet. verſ. aut probatur illam cauſam extitiſſe &c. Iacob. Schult. in addit. ad Modeſtin. Piſtor. part. 3. quæſt. 104. n. 8. in fin. Aym. Cavett. conſ. 6. n. 89. ibi: decimo tertio fallit &c. lib. 1. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. § fin. quæſt. 60. n. 22 verſ. Quinimò dici ſolet &c. Nicol Boer. deciſ. 168. n. 11. ibi: Et injuſta cauſa etiam excuſat. Proſp. Farin. in pract. crim. lib. 1. tit. 2 quæ. 16. n. 64. Ægid. Boſſ. in prax. crimin. tit de decreto. Mediolan. n. 19. Andr. Tiraquell. in tract. de pœn. leg. temper. cauſ. 43 n. 1. Marc. Anton. Blanch. in pract crim. §. viſis indiciis per Reum. num. 154. & in §. Secunda pars defenſionis erit. n. 3. Alexand. conſ. 39. n. 5. lib. 1. Guid. Papæ conſ. 31. num. 24. Curt. Iun. conſ. 19. n. 5. lib. 1. Philipp. Dec. conſil. 170. n. 2. col. fin. verſ. & eſt regula communis &c.* 10

11 Ideoque arbitrio judicis relinquendum eſt, quænam cauſæ tanti ponderis ſint, ut Reum à malitiâ excuſare, & ab incendii pænâ ordinariâ eximere queant. Ipſi enim incumbit ſagaciori ſtudio circumſtantias & cauſæ qualitates quasvis perpendere & examinare, quas ſi ſufficientes & prægnantes exiſtimaverit, ignis ſupplicium in gladii pœnam commutando nequaquam à vero aberrabit; Modò de cauſâ excuſationis certò conſtet, vel quòd conjecturis & præſumptionibus probata fuerit, vel eam Reus in torturâ obtinuerit. Aliàs certè quilibet incendii Reus fingendo aliquam cauſam ſeveritatem pœnæ & cruciatus ignis effugere poſſet.

12 *Idemq; arbitrati fuêre Scabini, ſepoſito quandoque ex cauſâ probabili ignis ſupplicio, pœnam gladii incendii Reis dictantes, ut apparet ex ſubſequentibus reſponſis:* Ob nun gleich der Gefangene dargegen vorgeben/ daß ſie es nicht in Gemüth vnd Meynung/ oberwehnten Bartken das ſeine abzubrennen/ gethan/ ſondern es vielmehr zu dem Ende vorgenommen hette/ daß wann das Fewer angienge/ würden die Leute eins Theils/ wie denn ohne allen zweiffel auch der kleine Nicel ſo Bartkens Nachbar jhren Haußrath in Schrecken außtragen/ vnd wann ſolches alſo geſchehe/ verhoffte ſie durch dieſe Gelegenheit die ſieben Boſen Flachs/ ſo ſie dem kleinen Nicel auß der Röſte geſtolen/ welchs er aber zuſampt dem Graſetuch/ darunter dieſelben gelegen/ genommen/ wider zu erlangen/ vnd hette ſich deß verklagens bey dem Gerichte/ damit ſie bedrawet worden/ deſto weniger zu befahren/ ꝛc. Da ſie aber dennoch vff jhrem gethanen Bekändtnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ So möchte ſie von wegen ſolcher jhrer begangenen vnd bekandten Verbrechung nach Gelegenheit dißfals mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft werden V.R.W. *Ad conſultationem* Wolffgangi *à* Rögwitz/ *& Nicolai à* Rottenburgk/ *M. Septembr. An.* 1596.

13 *Item:* So wird *Inquiſitin* ſolcher jhrer Verbrechung wegen mit dem Fewer vom Leben zum Tode geſtrafft. Man wolte denn in Anſehung jhrer Jugend/ vnnd wegen beſchehener vielfältiger Vorbitte deß Raths zum Grabe/ vnd jhrer Freunde/ vnd daß Michael Zeckel jhr geweſener Freyer bekandt/ daß er der Gefangenen hierzu Anleitung gegeben/ vnd ſie Fewer anzulegen geheiſſen/ vnnd vielleicht wann daſſelbe nicht geſchehen/ ſie dieſe böſe Thaten nicht begangen/ jhr die verwürckte Straffe lindern/ auff dem Fall möchte ſie mit dem Schwerd gerichtet vnd geſtrafft werden/ V.R.W. *Ad requiſitionem I. W. à B. Menſ. Martio, Anno* 1613.

Q. 3. Num incendiarii minorennes mitius ſint puniendi?

14 Tertiò: A pœna incendii ordinaria rigoroſa, quæ eſt ignis, eximuntur quoque Rei ob minorennitatem, qui puberes quidem ſunt paucos tamen annos poſt inchoatam pubertatem exceſſerunt, quales ſunt, qui anno decimo ſexto vel ſeptimo nondum completo hoc delicti genere ſe contaminant, in quibus minor eſt malitia & perverſitas, judiciumque adhuc infirmum. Quos propterea in crimine hoc gladii pœna affici, ſufficere viſum fuit multoties *Scabinis.*

15 Equidem non ignoro, quòd minor ætas delinquentem in totum neutiquam excuſet, ut pôſt alios communiter docet *Hartman. Piſtor. obſervat.* 58. Attamen quoad pœnam mitigandam multum juvat, efficitque ut minores inchoatæ pubertati adhuc proximi, mitius puniantur. *l. ferè in omnibus ff. de reg. jur. l. aut. facta §. perſonam. ff. de pœn. gloſſ. in l. impunitas verſ. mitius tamen C. de pœn. Proſper. Farinac. part. 3. criminal. quæſtion. 92. num.* 41. *Andr. Tiraquell. de pœn. temper. cauſ. 7. numero primo. Foller in pract. criminal. in verb. pœnis debitis feriantur, n. 17. Petr. à Plath. in epit. delict. cap. 32. num. 11. Tiber. Decian. conſil.* 24. *num. 4. lib. 3. Jacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſtion. 60. Vincent. de Franch. in deciſ.* 230. ubi dicit hoc minus dubium habere, ſi delinquens nondum ſit major ſedecim annorum.

Neque aliter ſeſe res habet in criminibus gravibus & atrocibus. *Gloſſ. in dict. l. ferè in omnibus verſ. ſi criminaliter. ff. de reg. jur.* Quin & in atrociſſimis delictis ob minorem ætatem pœnam ordinariam mitigandam eſſe, tradit. *Proſper. Farinac. dict. quæſtion. 92. numer* 106 *Angel. Aretin in tractat. malefic. in verb. ſcienter & doloſè. numero duodecimo. Gandin. de pœn. Reor. numero trigeſimo.* Licet namque doloſum ſit judicium minoris, eſt tamen infirmius propter naturæ infirmitatem, ut ita minor perverſitas in hoc, quàm in majore appareat. Præterea & ætas hæc ſuapte naturâ vitiorum incitamentum eſt, quare minorum delicta ipſorum potius fragilitati adſcribuntur, juxta illud D. Ambroſii: *Vicina eſt lapſibus adoleſcentia, quia variarum æſtus cupiditatum fervore calentis inflammatur ætatis. Petr. Theodor. in Colleg. criminal. diſp.* 10. *th.* 4. *lit. E.* 16

Hinc Nobilem quendam juvenem nondum habentem 18. annos, eò, quòd patrem veneno necaverat, juris rigore mitigato, capite fuiſſe obtruncatum, meminit *Vincent. de Franch. dict. deciſ.* 230. Vid. quoque *Anton. Gomez tom. 3. var. reſolut. 1. numer. 62. Bertazz. conſil. criminal.* 143. *num.* 14. *conſil.* 319. *n.* 4. *conſil.* 492. *n.* 2. *& conſil* 559. 17

Reſponderunt ita Scabini in caſu incendij à puero 14. annorum commiſſi: Ob nun wohl der Gefangene Betteljunge C. L. ſo newlicher Zeit das 14. Jahr ſeines Alters erreichet/ in guten außgeſagt vnd bekandt/ daß er vorerwehnten fewrigen Brand in den Stock der Scheune geſtecket/ der Meynung/ daß der Stock davon anbrennen/ das Fewer das Strohdach auff der Scheunen ergreiffen/ dieſelbe anzünden vnd wegbrennen ſolte/ ꝛc. So bleibet er doch von wegen vorangezogener ſeiner Jugend mit der ordentlichen Straffe der Mordbrenner verſchohnet: Er mag aber gleichwohl/ weil auß allen Vmbſtänden ſeiner vnterſchiedlichen Auſſagen zu befinden/ daß ein überauß boßhafftig vnnd rachgierig Gemüthe bey jhme iſt/ vnnd ſolche Boßheit das Alter erfüllet/ wo fern er vor Gerichte auff ſeinem gethanen Bekändtnüs freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V.R.W. Nach Freybergk/ An Statt-Richter. *Menſe Auguſto, Anno* 163[illegible]. 18

Pariter, licet aliis formalibus pronunciatum fuit in caſu ferè ſimili; Gegen Sittichenbach/ An Gerichtshalter/ *Menſe Junio, Anno* 1582. 19

Eodem modo reſponſum fuit in caſu quadruplicis incendii, à puero 16. annorum commiſſi; 20

Gegen Croſſen. *Ad requiſitionem Præfecti Electoralis Brandenburgici Chriſtophori à* Rottenburgk/ *Menſ. Iulio, Anno* 1596.

21 *Quandoque etiam Dn. Scabini hoc caſu arbitrio Magiſtratus commiſerunt, an is Reo ob ætatem minorem gratiam facere, & ſupplicium ignis in gladij pœnam commutare velint. Velati reſponderunt in caſu quo puella quindecim annorum ædes alicujus Nobilis inflammaverat:* So würden ſie wegen ſolches angelegten Fewers hinwiederumb mit dem Fewer vom Leben zum Tode geſtraffet: Man wolte dann in Anſehung jhrer Jugend die verdiente Todes-Straffe lindern/ auff den fall möchte ſie mit dem Schwerd gerichtet werden/ V. R. W. *Ad conſultationem Quæſtoris in* Voigtsbergk. *Menſe Ianuar. Anno* 1605.

22 *Item: In caſu incendij commiſſi à puellâ* 16. *annorum:* So werden ſie alle beyde mit den Fewer vom Leben zum Tode geſtraffet; Man wolte dann ſo viel das mit gefangne Mägdlein Margareten angelanget/ in Anſehung jhrer Jugend/ die zuerkandte Straffe/ nemblich das Fewer/ ſo ſie ſonſten nach Schärffe der Rechte vorwircket/ jedoch wann ſie darümb demütig bitten/ vnd anſuchen wird/ *mittigiren* vnd lindern/ auff den Fall möchte dieſelbe mit dem Schwerdt gerichtet/ aber gleichwohl nichts deſto weniger der Cörper nach der *execution* ins Fewer geworffen/ vnd zu Pulver vorbrand werden V. R. W. *Ad requiſitionem Præfecti in* Croſſen. *M. Sept. Anno* 1616.

23 *Pariter reſponderunt Scabini incendio à puella* 16. *annorum perpetrato; Ad requiſitionem Quæſtoris Dippoldiſvvaldenſis. Menſe Iunio, Anno* 1624.

24 *Item: Quando puer* 16. *annorum ignem poſuerat; Ad conſultationem Dn. Ferdinandi Baronis à* Biberſtein. *Menſe Septembr. Anno* 1627.

25 *Nec non in caſu, quo per* 14. *annorum ædes Domini ſui inflammaverat.* An Schöſſer zu Leißnigk. *M. Martio, An.* 1617.

26 *Item: In caſu commiſſi incendii à puellâ, quæ nondum* 14. *annum compleverat. Ad requiſitionem Quæſtoris Delitiani, Menſe Martio, Anno* 1625.

27 Quartò: Ceſſat quoque pœna ignis, ſi nullo prorſus dolo, ſed culpâ ſolummodò incendium committatur, ſive ea levis aut leviſſima, ſive etiam lata aut latiſſima fuerit; Neque enim hæc dolo in delictis comparatur. *l. in Lege Cornelia, ubi gloſſ. in verb. culpa lata. & ibidem Hippol. de Marſil. ff. ad* Leg. *Cornel. de ſicar. Anton. Gomez. de delict. cap. 3. tit. de homicid. n. 15. Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 84. in pr. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. qu. caſ. 324. n. 11.*

28 Accidit autem hoc variis modis: *LATA* ſiquidem *CVLPA* incendia fieri dicuntur, ſi ex ſummâ, diſſolutâ, aut ſupinâ alicujus negligentiâ exoriantur. *l. 1. §. 9. ff. de obligat. & action. l. ſi fidejuſſor. ff. mandati. ſi fortuitò. 11. ff. de incend. ruin. & naufrag. l. magna. 226. ff. de verb. ſignific. Andr. Rauchbar. part. 2. quæſtion. 10. numero nono.* *LEVI* verò *CVLPA*, ſi incendia fiant per incuriam eorum, qui in habendo & 29 cuſtodiendo igne non eam diligentiam adhibent, quam prudentes quilibet patresfamilias, ad eum modum, quem hominum natura deſiderat, rebus ſuis adhibere conſueverunt, *l. ſi vendita. 11. ff. de pericul. & commod. rei vendit. l. quod Nerva. ff. depoſit. Andr. Rauchbar. dict. quæſtion. 10. numero decimo octavo. Matth. Berlich. part. 4. concluſ. 25. numero decimo ſexta.* Vt ſi quis die ventoſo commodi ſui cauſa, quod benè in aliud tempus differre poterat, ignem accendit, aut non probe obſervat, ne vi venti ulterius evagetur. Ex eo enim, ſi tunc incendium exoriatur, id maximè culpabile efficitur, licet per ſeſe ſit caſuale & fortuitum, ut demonſtrat *Rauchbar. dict. loco ex l. qui occidit. 30. §. 3 ff. ad Leg. Aquil. l. ſi merces. 25. § culpa. 4. ff locati. l. capitalium. 28. §. incẽdiarii. 12. ff. de pœn. l. 9. ff. de incend. ruin. & naufrag. l. damnum. 12. C. de locat. & conduct. Cagnol. in l quod te. numero ſeptuageſimo ſecundo. ff. ſi cert. petat Sebaſt. 1. Medic. de caſu fortuit. part. 1. quæſt. 11. numero decimo quarto. Ioſeph. Maſcard. de probat. concl. 892. num. 15. & 16. vol 2.*

At *LEVISSIMA CVLPA* dicitur factum incendium, ſi quis omiſerit vel non fecerit, quod 30 optimus, prudentiſſimus, diligentiſſimus, & maximè induſtrius paterfamilias non omiſſurus vel facturus fuiſſet, & ſi is in rebus ſuis, ut & alius paterfamiliàs bonus & diligens hoc omittere, vel non facere conſueverit. *l. in rebus. 18. ff commodat. § fin. Inſtit. de ſocietat.* De hiſce & quinam ac quando de culpa lata, levi, aut leviſſimâ teneantur, latius agit *Rauchbar. dict. quæſt.* 10. quem ſequitur *Matth. Berlich. dict. concluſ. 25.*

Quacunque autem culpa incendium fuerit 31 commiſſum, iſtud doloſum non eſt, nec Reus incendii ſupplicium ignis, aliamve mortis pœnam incurrit. *Bartol. in l. 1 ff de offic. Præfect. vigil. numer poſt med. verſ. ſi vero per culpam, & ſeqq. Proſper. Farin part. 3. oper. criminal. quæſtion.* 110. *num.* 5 17. Licet aliter ſentiat *Iacob. de Aren.* quem referunt & refutant *Bald. in l. datâ operâ. 11. num. 4. poſt pr. C. de his qui accuſ. non poſſ. Angel. Aretin. de malef. verb. incendiario n. 4. in pr.*

Quamvis autem de pœna incendii culpoſi 32 Doctores non conveniant, ut videre licet apud *Bartol Bald. Angel. Aretin. alleg loc. Gilhauſ. in arbor. judic. criminal. cap. 2. tit. de incendio. 11. numer. 3. Proſper. Farinac. dict. quæſtion. 110 num. 19. Matth. Berlich. part. 4. concluſ. 25. num. 3. & ſeqq. Iacob. Menoch. libr. 2. arbitr. judic. quæſtion cent. 4. caſ. 390. n. 17. & ſeqq. & alios à prædictis Dd. allegatos.*

Q. 4. *Quæ ſit pœna incendij culpoſi?*

Longè tamen veriſſima eſt illorum ſententia, 33 qui pœnam culpoſi incendii arbitrariam eſſe dicunt. *Andr. Rauchbar. dict. quæſtion. 10. num. 10. part. 2. Iohan. Plot. in tractat. de in lit. jur. §. 45. numero ſexto. Iohan. Schneidvvin, ad §. tertio capite. Inſtit. de Leg. Aquil. numero quinto verſ. ſecundo caſu principali.* *Tùm*, quòd iuxta communem Dd. traditionem, quando pœna certa legibus definita non eſt, arbitraria ſit animadverſio. *Iaſon. in l. jubere. 4. numero decimoſeptimo. ibi: licet aliàs, ubi pœna non eſt expreſsè determinata &c. ff. de jurisdict. Andr. Tiraquell. de pœn. leg. temper. cauſ. 31. numero trigeſimo quarto. Iacob Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 104. n. 9.*

Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 1. *q.* 86 *n.* 8.
verſ. aut à jure communi ſtatuto &c. *Tùm*, quòd
ſicuti culpa non una eademq; eſt, ita nec unifor-
mis pœna in Reos indifferenter omnes culpoſi
incendii ſtatui queat, ſiquidem culpa lata maio-
35 rem pœnam, quàm levis, & hæc maius ſuppliciũ
quàm leviſſima culpa requirit; cùm pœna ſem-
per debeat commenſurari delicto. *c. non afferamus* 24 *qu.* 1. *c. felicis.* §. *ceterùm de pœn. in 6to. l. reſpiciendum. ff. de pœn. Auth. omnes pereg. C. comm. de ſucceſſ. l.* 1. §. *ſed & qui ff. de abigeis. Hippol. de Marſil. in l.* 1. *n.* 256. *C. de rapt. virgin. & in l. fin. col.* 10. *ff. ad Leg. Corn. de ſicar. Proſp. Farin. in prax. crimin. lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 19. *n.* 5.

36 Ideoque Iudex ſecundum ſuum arbitrium, ob incendium parvum, levi aut leviſſima culpa commiſſum, mulctam pecuniariam vel carceris pœnam: ſi verò ex lata aut latiſſima culpa incendium magnum fuerit exortum, Relegationem, aut etiam fuſtigationem infligere poteſt. *l.* 3. §. 1. *ff. de offic. Præfect. vigil. Andr. Rauchb. part.* 2. *quæſtion.* 10. *n.* 10. *Mynſinger. cent. obſerv* 88. *n.* 9. *verſ. frequentius tamen obtinuit. Matth Berl. dict. concl.* 25. *n.* 8. *Vulpell. conſil.* 150. ubi dicit, quendam ad triremes per biennium fuiſſe condemnatum, quòd per iocum, & ſic latam culpam ignem poſuit in duos larvatos ſtupa indutos tripudiantes, qui penitus combuſti fuiſſent, niſi eorum conſocii ignem cum nive extinxiſſent. Quem refert ac ſequitur *Proſp. Farin. part.* 3 *oper. crim. quæſt.* 110. *n.* 18. *ſub fin.*

Neque à pœna fuſtigationis ob incendium lata culpa factum eximitur is, qui per ebrietatem cauſam incendio dedit, iuxta ea quæ tradit *Bald. in l. datâ operâ.* 11. *C. de his qui accuſ. non poſſ. num* 5. *&* 6. *Angel. Aretin. in tract. malef. verb. incendiario n.* 5.

37 *Quemadmodum etiam pronunciarunt Dn. Scabini in caſu, quo per ebrij cujusdam polentam torrefacientis, vulgò* eines Mälzers / *ſupinam negligentiam & culpam, incendium magnum exortum ac ingens damnum datum fuerat, in hunc modum:* So wird der verhaffte Mälzer P. S. wegen ſolches ſeines Vnfleiſſes vnnd Vnachtſamkeit / in deme er über gethane Verwarung deß Vollſauffens ſich befliſſen / vnd darbey angeregten Schaden verurſachet / andern dergleichen Geſellen zum Exempel vnd Abſchew öffentlich billig zur Staupen geſchlagen / vnd nach außgeſtandener Leibes-Straffe deß Landes ewig vorwieſen V. R. W. An Richter vnd Schöppen zu Freybergk. *Menſ. Ianuar. An.* 1625.

38 *Quam pœnam etiam dictavimus Aurigæ cuidã, qui ebrius hîc Lipſiæ in ſtabulo alicujus hoſpitii dormiens, & candelam negligenter cuſtodiens, incendio magno cauſam dederat, Anno* 1621.

Ob culpam verò levem incendio exorto indiximus alicui relegationem perpetuam. Gegen Auerbach. *Ad requiſitionem Prætoris. M. Aug. Anno* 1616.

In ſimili caſu fuit alicui dictata Relegatio temporalis. Ad requiſitum Conſiliariorum Vinarienſium. M. April. Anno 1613.

39 Vltra hanc verò pœnam arbitrariam, Reus incendii culpoſi etiam ad damna, intereſſe, & rerum incendio conſumptarum reſtitutionem tenetur. *l. qui ædes.* 9. *verſ. ſi verò. ff. de incend. ruin. naufr. l. capitaliũ.* 28. §. *incẽdiarii.* 28. §. *in med ff. de pœn. cap. ſi quis egreſſus.* 5. *& c. ſi quis domum* 6. *extr. de injur. & damn. datò. Andr. Rauchb. dict. quæſt.* 10. *n.* 11. *& ſeqq. part.* 2. *Mynſinger*, (ubi Dd. hoc ex æquo omnes fateri dicit) *cent* 6. *obſervat.* 88. *n.* 9. *Iodoc. Damhoud. in pract. crim. cap.* 104 *nu.* 7. *Gilhauſ. in arbor. judic. crim cap.* 2. *tit.* 11. *nu.* 3 *Matth. Berlich. part.* 4. *concl.* 25 *n.* 10. 17. 37. *Andr. Gail libr.* 2. *obſerv.* 22. *num.* 2 *Angel. Aret. in tract. malef. verb. incendiario. n.* 4. *Iob Schneidvvin. ad* §. *tertio capite. Inſt. de Leg. Aquil n.* 5. *verſ. ſecundo caſu principali. Proſp. Farin. part.* 3. *oper crim. quæſt.* 110. *nu.* 18. *Iacob. Menoch. lib.* 2. *arbitr. jud q cent.* 4. *caſ.* 390. *n.* 26. *Ioſeph. Ludov. deciſ.* 25. *n.* 10. *Grammat. deciſ.* 3. *n.* 16.

40 Idque non modò inculpoſo, ſed etiam doloſo incendio, ubi Reus ad mortem condemnatur, verum eſſe, ita ut incendiarius pœnam mortis luat, ſimulque ad reſtitutionem damnorum & rerum incendio abſumptarum teneatur, aſſerunt vulgò Dd. *Bartol in l.* 1. *ff. de offic. Præfect. vigil. n.* 5. *poſt med verſ & omnibus hujusmodi caſibus Thom. Gram dict. deciſ.* 3. *n.* 18. *Cyn. in l data opera.* 11. *C. de his qui accuſar. non poſſ. nu fin. Ioſeph Ludov. Peruſin dict deciſ.* 25 *num.* 4. *Menoch. dict. caſ.* 390. *n.* 27. *Proſp. Farin. dict. quæſt.* 110. *n.* 9. *Mynſing. dict. obſerv.* 88. *n.* 5. *Andr. Rauchbar. dict quæſt.* 10. *n.* 11. Vsque adeò, ut ſimultaneo proceſſu ac
unico judicio ad pœnam, & ad damni reparatio-
nem, criminali & civili actione conveniri, &
condemnari poſſit. *Rauchb. dict. loc. nu.* 12. Quia 41
ex quolibet delicto, tàm publico, quàm privato,
& criminalis ad pœnam publicam, & civilis ad damni vel ejus quod intereſt præſtationem actio datur. *inde Neratius* 23. § *ſi dolo. ff ad Leg. Aquil. l* 3. §. *ſi quis dolo. ff. de tab. exhibend. l. nec quicquam* 56. *ff. pro ſocio. l. fin. ff de furt l. fin. de privat. delict. l. qui nomine* 25. *ff. ad Leg. Cornel. de falſ.* Quæ vel ſeorſum, quo caſu unius electione regulariter altera non tollitur, vel ſimul aut coniunctim in uno libello, non quidem æquè principaliter, ſed ſubalternatim, ſcilicet criminalis principaliter, civilis incidenter, vel acceſſoriè proponi queunt *l. interdum.* 56. § 1. *de fure. l.* 4. §. 4. *ff. fin. regund. l* 3. *ff. de var. & extr. cognit. l. Prætor.* 7. *atqui. de injur. l ſi pro furt.* 7. § *furti. ff de condict. furtiv. l.* 1. *C. quando civil. act &c. l. adulter.* 33. *C. ad Leg. Iul. de adult. l. domus.* 13. *C. ad Leg. Cornel. de falſ.* §. *liberum.* 11 *Inſtit de Leg. Aquil. Iul. Clar* §. *fin. quæſt.* 1. *&* 2. *Matth. VVeſemb. in parat. de privat delict. n.* 4 *Jacob. Cujac. lib.* 8. *obſervat.* 24. *libr.* 30. *obſerv.* 25. *&* 26.

42 Quam aſſertionem etiam apud Saxones obſervari, teſtatur *Andr. Rauchb. dict quæſt.* 10. *n* 16. *&* 17. *part.* 2. Quod tamen ipſi defendendum relinquo. Obloquitur enim *Conſtitutio Electoral. in part.* 4. Quæ licet verbis de homicidio agat, Reumque huius criminis, qui criminaliter accuſatus, morte mulctatur, vel aliâ pœnâ corporis afflictiva afficitur, ſimul in expenſas litis vel damna Agnatis interfecti præſtanda, condemnari nolit, haud ineptè tamen, ob rationis identitatem, ad alia quoq; delicta, ut furtum, incendium, veneficium, &c. extenditur. Vt inde regulam liceat conſtituere generalem: „Quòd ſcilicet de Iure Saxonico in delictis Reus, quoties pœnam

Qu. 5. *An & quando Reus incẽdij culpoſi in foro Saxonico ad damni reſtitutionẽ teneatur?*

“ nam mortis, vel ſanguinis ſeu corporis afflictivam patitur, ad reſtitutionem damni & expenſarum nequaquam condemnari debeat. Id quod haud obſcurè etiam probatur per *gloſſ. Germ. in art. 31. lib. 2.* Landrecht. *num. 2. in fin.* ibi: hie ſaget er von einem ſolchen / der durch den Todt verbüſſet hat / denn darauff folget ferner weder Buſſe noch Wette. *Gloſſ in artic. 35. dict. lib. 2.* Landrecht *n. 4.* ibi: denn mit dem Tode wettet man zugleich dem Richter vnd büſſet dem Kläger. Idemque dicitur in *Gloſſ. art. 45. n. 4. libr. 3.* Landr. *& additione latinâ.*

43 Qua regula ſtante aſſerere haud vereor, Reum incendii doloſi vel culpoſi, qui pœnâ mortis, vel alia corporis afflictiva, veluti fuſtigatione afficitur, in terris Saxonicis ad damna, intereſſe, & rerum incendio conſumptarum reſtitutionem non teneri. Veluti etiam ſic inferunt *Dan. Moller. ad Conſt. Elect* 11. *p.* 4. *n.* 7. *Pet. Heig. quæſt.* 23. *n.* 20. *part.* 2. *Modeſtin. Piſtor. quæſt.* 11. *part.* 1. *Reinh. Roſa in addit ad Dan. Moller. dict loco.* Neque *Dn. Scabinos Lipſenſes* aliter reſpondiſſe memini. Quamvis quondam ſecundum ius civile pronunciaverint, ut refert *Dan. Moll. dict. loco.*

44 Quibus non adverſatur *Conſtit. Electoral.* 32. *in fin. part.* 4. quæ fures, qui pœnitentiâ ducti res furto ablatas reſtituunt, inſuper virgarum caſtigatione, vel fuſtigatione puniri iubet: Vnde *Andr. Rauchb dict. quæſt.* 110. *n.* 17. evincere conatur, de Iure Saxon. & Conſt. Elector abſurdum non eſſe, ut Reus, qui pœnâ corporis afflictiva afficitur, ſimul ad intereſſe & damni reſtitutionem condemnetur. *Etenim* probè notandum eſt *dictam Conſt.* 32. furibus pœnitentia ductis res furtivas mox reſtituentibus, vel illarum nomine Domino ſatisfacientibus, non ſimpliciter pœnam fuſtigationis imponere, ſed pro qualitate circumſtantiarum, *in verb. Conſt.* 32 *in fin.* Jedoch daß dieſelbige Vorbrechere gleichwohl mit Gefängnüß / zeitlicher Vorweiſung / oder nach Gelegenheit der Vmbſtände mit Staupenſchlägen beleget vnd geſtrafft werden. Adeoque eiuſmodi fures regulariter carcere vel Relegatione puniuntur; Quandoque autem pro qualitate circumſtantiarum fuſtigatione, ſi res furtiva ipſamet adhuc extet & reſtituatur, quo ſanè caſu pœnam corporis afflictivam obtinere facilè conceſſerim. Nec id prædictæ Molleri & Heigii opinioni obeſt, qui non negant, furem aliumve Reum, qui morte vel fuſtigatione punitur, rem ablatam adhuc extantem reſtituere teneri, quod etiam de Iure Saxon. expeditum eſt, ſed re ablata conſumpta, eum ad intereſſe & damni reſtitutionem non obligari aſſerunt.

45 Quin & diverſiſſima ſunt, Reum, cui iam per ſententiam pœna mortis, vel corporis afflictiva indicta eſt, ad reſtitutionem damni & intereſſe teneri; Et Reum, qui propria ſponte rerum ablatarum nomine Domino ſatisfacit, à pœna corporis afflictiva ſe non liberare: Iſtud nego, iuxta *Conſt. Elect.* 12. *part.* 4. & tradita à *Mollero & Heigio locus allegatis.* Hoc verò concedo propter *Conſt. Elect.* 32 *in fin. part.* 4. Quis enim auſus fuerit affirmare, Reum mortis aut ſanguinis per voluntariam ſatisfactionem ac reſtitutionem damni, ab omni pœna corporali eximere poſſe? Hoc enim ſi verum eſſet, nemo non cujus etjam atrocioris delicti Reus, modò inopia non impeditus, pœnam promeritam effugeret.

46 Hoc tamen veriſſimum eſt, ob incendium nempe culpoſum, etiam in terris Saxonicis Reum, qui non pœnâ mortis, aliave corporis afflictiva punitur, ſimul ad reſtitutionem damni teneri, juxta diſpoſitionem Iuris Civilis, quæ cùm Iure Saxonico nō abrogata aut correcta ſit, haud immeritò hiſce quoq; in terris vigorem habet.

47 Nam quod jure municipali non expreſsè correctum eſt, id ſub juris communis diſpoſitione relinquitur. *l. ſi extraneus.* 6. *ff. de condict. cauſ. dat. Bald. in l. plures.* 6. *n.* 29. *verſ. in contrarium. C. de condict indeb.* *fert. Hartm. Piſt. q.* 32. *nu.* 8. *verſ. & caſus omiſſus lib.* 1. *Cacheran conſ.* 20. *num.* 15. *ibi: & caſus non expreſſus &c.*

48 Idq; adeo verum eſt, ut incendiarius, qui hoc caſu ex inopia damnum emendare non valet, pœna quædam ſeveriori, vel etiam fuſtigatione puniri debeat. *l qui ædes* 9 *§. ſi verò caſu. ff. de incend. ruin. naufrag. l. capitalium* 28 *§. incendiarij.* 12. *in fin ff. de pœn. Bart. in l.* 1. *ff. de offic Præfect. vigil. n.* 5 *poſt med. verſ. ſi verò eſt levis culpa. Andr. Rauchb. part.* 2. *q.* 110. *n.* 27. *Gilhauſ. in arbor. crim. cap.* 2. *tit.* 11. *n.* 3.

49 *Quemadmodum etiam pronunciarunt Scabini:* Ob nun wohl der Gefangene nicht geſtändig / daß ſolches Fewer von ſeinem Schuß verurſachet worden / da aber dennoch die Perſonen / ſo den Schuß gehöret / vermittels Eydes auſſagen würden / daß bald nach ſolchem Schuß das Fewer auffgangen / So were der Gefangene den abgebrandten Perſonen jhren erlittenen Schaden / ſo viel ſie deß liquidiren vnd beſcheinigen köndten / zuerſtatten ſchuldig / In Mangel deß würde er mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billig vorwieſen V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris in* Belßigk. *M. Auguſt. Anno* 1604.

50 *Item:* Gegen Weimar: Wo ferne ſich aber bemeltes Weibes Vermögen ſo hoch nicht erſtrecket / daß der Brandſchaden davon vollkömlich erſtattet werden kan / So wird ſie mit zeitlicher Landesvorweiſung in Straff genommen etc. An Fürſtliche Sächſiſche Herrn Räthe *M. April. Anno* 1613.

51 Quin & paterfamilias ad reſtitutionem damni tenetur, licet non ipſius propria, ſed domeſticorum, aut familiæ ſuæ negligentia exortum fuerit incendium *l. pen. & fin. ff. Naut. Caup. Stabul. l.* 4. *§ familiæ* 5 *l.* 5 *ff. de publican. §. fin. Inſt t. de obligat quæ ex delict. naſc. l. qui inſulam.* 30. *§. colonus* 3. *C. locat. l.* 1. *ff ad Leg. Iul. repetund. l. nam & ſervus.* 21. *§ fin ff. de negot. geſt l* 1. *in pr. & §. ait Prætor. ff. de vi & vi armat. Andr. Rauchb. dict quæſt.* 10. *n.* 46. *Matth. Berlich. part* 4. *concl.* 25. *n.* 103. *Iaſon. in l. ſi domus. ff. de legat.* 1. *n.* 10. *Angel. Aretin. in tract. malef. verb. incendiario. n.* 12. Imputet enim ſibi Dominus, quòd non bonos ſervos ad miniſterium elegerit, nec antea exploraverit, cujus fidei ac diligentiæ eſſent. *dict. l.* 4. *§.* 4. *ff. Naut. Caupt. Stabul.*

Q. 6. Quatenus paterfamilias de culpâ & negligẽtia familia ſua teneatur?

52 *Veluti etiam ita reſpondimus Iudici in* Auerbach / *M. Auguſto Anno* 1626.

Conſulibus & Senatui in Freybergk / *M. Iulio, Anno* 1626.

53 Quod tamẽ tunc demum verum eſt, ſi miniſtri,

ſervi, aut ancillæ circa officium ſuum quid neglexerint, omiſerint, vel fecerint, ex quo incendium fuerit ortum. *d.l.fin.§.hac autem ff. Naut.Caupon. Stabul.l.*3.*ff.de publican. Angel. Aretin. in tractat. malef. verb. incendiario.num.* 11. *Andr. Gail.libr.*2. *obſervat.*21.*numer.*6.*Matth.Berlich.dict.concl* 25. *num.* 105. *Andr. Rauchb. dict. quæſtio.*10.*num.*60. *Proſp.Farin.dict.quæſt.*110.*n.*111. Vt ſi per culpam ſtabularii in ſtabulo, coqui vel focariæ in culinâ, lotricum in lavatrina, calefactoris apud fornacem &c. ignem negligentius cuſtodientium, incendium exoriatur. *l.ſi ſervus.*27.*§.ſi fornicarius.*9.*ff.ad Leg.Aquil.* Quæ aliàve exempla ponunt, & latius explicant *Andr. Rauchb. Matth. Berlich. Gail. dd. locis. Ioſeph. Maſcard de probation. concl.* 892.*n.*7.*&* 11.*lib.*1.*Goden. in conſ. de incendio. num.* 12.*&* 14.

54 De reliquorum autem ſervorum, qui quid extra officium ſibi commiſſum patrarunt, facto aut delicto Dominus non obſtringitur; Vt, ſi ignem à fornicario, coquo, locricibus &c. officio iſti à patrefamilias præpoſitis rectè ſubjectum, tectum, extinctum vel ſopitum, alius ex domeſticis ſuſcitet, accendat, negligenter cuſtodiat, & ſic incendii cauſam præbeat. *Andr. Rauchb. dict. qu.*
55 10.*n.*62. Nec enim paterfamilias culpam præſtat miniſtrorum, qui ad illud officium deputati non fuerunt, ſicut nec hoſpitum, nec advenarum, quorum operâ non eſt uſus. *l. licet.* 6. *§.fin.l.fin.§. hâc autem actione.*4.*ff. Naut. Caup. Stabul. Maſcard.dict.concl.*892.*n.*11.*&*12.*Iacob. Menoch.lib.*2.*arbitr.jud.quæſt.caſ.*390.*n.*12. Sicuti nec liberorum & uxoris. *Roland. à Valle conſ.*95.*nu.*12.*&* 13. *lib.*2.*Henning. Goden. de incend.n.*14.*&* 15. *Rauchbar.dict.q.*10.*n.*67.

56 *Reſpondentibus ſic etiam Scabinis*: Ob nun gleich 7. von den Abgebrandten Perſonen/ jhres erlittenen Schadens Abtrag von Benedix Schultzen gefordert/ etc. So iſt er doch jhnen geſtalten Sachen nach/ weil auß Verwarloſung ſeines Weibes ſolches Fewer außkommen/ den zugefügten Brandtſchaden zuerſtatten nicht ſchuldig *&c. Conſulibus & Senatui in* Hain *M. Iul. An.* 1606.

57 *Item*: Daß Michel Reinhels Eheweib den zugefügten Brandtſchaden / weil derſelbe durch jhre Verwarloſung verurſachet worden/ ſo weit jhr Vermögen reichet/ den abgebrandten Leuten zuerſtatten ſchuldig. Aber jhr Ehemann iſt von den ſeinigen Erſtattung zu thun nicht ſchuldig/ *&c. Dn. Cancellario & Conſiliariis Vinarienſibus Menſe April.* Anno 1613.

Q.7. Cuinam incũbat onus probandi culpam in caſu incendij exorti?

58 Iſtud hoc loco dubio non caret, incendio in ædibus alicujus exorto, ac vicino reſtitutionem damni petente, cuinam onus probandi incumbat: *An ſcilicet inhabitator ædium, in quibus exortum eſt incendium, culpam ſuam ac ſuorum domeſticorum abfuiſſe; An verò vicinus, qui damnum ſuſtinuit, culpam & negligentiam eorum adfuiſſe, probare & oſtendere teneatur?* Quâ de re quondam fuit diſcrepantia inter *Scabinos Lipſenſes & Hallenſes*, in causâ Arnſtadianâ, referente *Virgilio Pingitzero qu.*23.*n.*5. Illis prius; Hiſce verò poſterius aſſerentibus.

59 Cum *Hallenſibus* quoque conveniunt *ICti VVittebergenſes ac Ienenſes*, exiſtimãtes, Patremfamiliâs ex eo ſolo, quòd in ædibus ipſius incendium eſt ortum, probatione diligentiæ onerari non debere, multò verò minus ad damni refuſionem condemnari poſſe, niſi alter qui damnum vel detrimentum ex incendio percepit, illud vel ipſius patrisfamiliâs, vel ejus, cuius culpam is præſtare teneatur, negligentiâ contigiſſe, antè probaverit. *Virgil. Pingitz. dict. quæſt.* 23.*num.*24. *Andr. Rauchbar.part.*2.*quæſt.*10.*num.* 68. ubi à Wittebergenſibus Anno 72. & 88. ita reſponſum fuiſſe, refert. Eamque opinionem communiter ferè tenent Doctores. *Bald. in l.ſi creditor.* 4. *C.de pign.act.num.*4. *verſ. ſed quid ſi hoc non poteſt. Roland. à Vall. conſil.* 95. *numer.* 73. *& ſeqq. vol.*2. *Iacob. Menoch. libr.*2. *arbitr. jud. quæſt. cent.*4.*caſ.* 390.*n.*4.*& lib.*1.*præſumpt.*97.*n.* 10.*&* 11. *Matth. Berlich. part.*4. *concl.*25.*num.*83.*Cephal. conſ.* 362. *nu.*1.*& ſeqq. lib.*3.*Matth. Coler. part.*1.*deciſ.*186.*in fin. Mynſinger. cent.*6.*obſerv* 88.*nu.*12. *Ioſeph. Ludov. deciſ.*25.*n.*15.

60 Cuius defenſor imprimis exiſtit *Andr. Rauchb. dict. loco. numer.* 50. *& ſeqq.* quinque adducens fundamenta, quibus eam ſtabilire conatur. Quæ tamen in duabus ferè hiſce rationibus conſiſtunt. *Primò*, inquit *Rauchb.* Incendium eſt caſus fortuitus, quem nemo præſtare compellitur, niſi culpa præcedente. *§. item is cui Inſtit. quib. modis re contr. obligat.* At hæc in patrefamiliàs non præſumitur, cùm quilibet præſumatur induſtrius, donec de ejus negligentia & culpa doceatur. *Gloſſ. & Dd. in l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat. Hartm. Piſtor. quæſt.*18.*num.* 6. *libr.*1. *Ioſeph. Maſcard. concl.*164 *& concl.* 892. *num.*19.*lib.*1. Adeoque niſi vicinus, qui damnum paſſus eſt, negligentiam patrisfamilias aut ſuorum domeſticorum probet, reſtitutionem non obtinebit.

61 *Secunda* Rauchbar *ratio* hæc eſt: Licet præſumatur incendium fieri culpâ inhabitantium, exinde tamen ipſe paterfamiliâs non ſemper obligatur, ut qui non omnium culpam præſtat, videlicet miniſtrorum, qui ad illud officium deputati non fuerunt, nec hoſpitum, aut advenarum. *l. licet.* 6. *§ fin. l.fin. §. hac autem actione.*4.*ff. Naut. Caupon. Stabular. Maſcard. dict. concl.* 892.*numer.* 11.*&* 12. *Menoch. dict. caſ.* 390.*num.*12. Adeoque non ſufficit ad condemnandum patremf. ad reſtitutionem damni, præſumptio culpæ inhabitantium, niſi probetur, miniſtrorum, circa officium ſuum ignem negligentium, culpâ incendium fuiſſe exortum. Ne ſcilicet hac ratione, patrifam. qui maximam detrimentum per aliorum incuriam citra ſuam culpam ſentit, addatur ulterior afflictio, contra *l. Divus. ff. de Off. Præſid. Auth. navigia C. de furt. Sebaſt. Med. de caſ. fort. qu.* 17.*& fin. part.*1.

62 Nec tamen deſunt, qui à partibus etiam ſtant *Lipſenſium*, aſſerentes, fundatam eſſe intentionem ejus, qui damnum ſenſit contra patremfamilias, in cujus ædibus incendium fuit exortum, & reliquorum inhabitantium, qui imperio ipſius obediunt, culpam ipſi imputandam eſſe, ideoque eundem ad damni emendationem rectè condemnari, niſi probare poſſit, incendium illud absq; culpa ſua eveniſſe. *Lancell. de offic. poteſt. in cauſis criminal. cap. de incendiar. nu.*13. 14. *&* 15. *Iaſon. in l. domus.*58.*ff. de legat.*1.*nu.*10. *verſ. ſed adverte &c. Thom. Gramm. in deciſ. Neapolit.* 3. *Dan. Moller. lib.*4.*ſemeſt.*31. Quin & in Conſilio Neapoli-

politano ita iudicatum fuiſſe, teſtatur *Grammat. dict. loco.*

63 Ac licet *Scabini Lipſenſes* in hoc ipſo divortium fecerint à communiori opinione, rectè tamen ac verè quin ſenſerint, dubitare non licet, ob autoritatem *ICtorum Pauli & Alfeni*, qui docent, Incendia plerumque fieri culpâ inhabitantium, ac ſine culpâ fieri non poſſe. Ille in *l. 3.* §. 1. *ff. de offic. Præfect. Vigil.* Hic verò in *l. ſi vendita.* 11. *ff. de peric. & commod. rei vendit.* Quæ ſanè ratio, (ut reliqua taceam, quæ pro Lipſenſibus adduci
“ poſſent) ad probandam eorum ſententiam ſuf-
“ ficientiſſima eſt. Si enim incendium ſine culpâ
“ fieri nequeat, utique firmiſſimè concluditur, in-
“ cendio probato, iſtud ex culpâ inhabitantium
“ exortum præſumi, & ſic fundatam eſſe intentio-
“ nem damnum paſſi contra patremfam. niſi ſuam aut ſuorum culpam abfuiſſe probaverit. Non enim concedendum *Hottom. lib. 5. obſerv.* 10. voculam *NON* in *d. l. ſi vendita.* expungendam, & legendum eſſe: *Incendium ſine culpa fieri poſſe.* Cui contradicit *Iodoc. Cujac. lib.* 17. *obſerv.* 29. haud obſcurè probans, nihil eâ lectione abſurdius, nihil audacius, nihil denique à ſententiâ JCti tam alienum eſſe; cùm omnia exemplaria particulam negativam conſtantiſſimè teneant. *Virgil. Pingitz. quæſt.* 23. *n.* 6.

64 Nec video, quomodo *Rauchb.* prædictam rationem eludere poſſit, dicendo: Vulgarem illam præſumtionem duntaxat leviſſimam inhabitantium culpam arguere, per omiſſionem contractam. Vt enim hoc conceſſerim, certè inhabitantes quoque de leviſſimâ culpâ teneri, expeditum eſt, cum & hujus nomine actio Legis Aquiliæ detur. *l.* 5. §. *injuriam. l. ſcientiam* 45. §. *l. ff. ad Leg. Aquil.* quæ & culpa eſſe non deſinit, etſi per omiſſionem contracta fuerit, cùm & lata, & levis culpa hoc modo contrahi poſſit, ſi ſcilicet quis id omittat quod diligens paterfamiliâs, vel homo ſanæ mentis omiſſurus non fuiſſet. §. *præterea Inſtit. de Leg. Aquil* §. *præterea. Inſt. quib. mod. re contr. oblig. Herm. Vult. cap.* 15. *diſcept. ſcholaſt.* Quamvis contrarium *Rauchb.* velit deducere ex *gloſſ.* §. *præterea. Inſt quib. mod. re contr. obligat.* quæ tamen hoc minimè probat, luculenter id demõſtrante *Dan. Moller. libr.* 4. *ſemeſtr.* 31. *num.* 4.

65 Quin & Paulus ICtus in *l.* 3. §. 1. *ff. de off. Præfect vigil.* de eâ loquitur culpa, ob quam fuſtibus caſtigantur à Præfecto vigilium illi, quorum negligentia incendium exortum eſt. Quod certè, non niſi de levi, aut lata culpa probabiliter aſſeri poteſt; Ac ſi omninò ob leviſſimam etiam culpam fuſtibus quis eſſet caſtigandus, utique & de eadem culpa haud immeritò inhabitantes tenebuntur, cùm longè major ſit pœna fuſtigatio, quàm reſtitutio damni.

66 Minus verò obſtat *Rauchbari* inſtantia, quòd nempe præſumptio hæc ſit indeterminatæ perſonæ. Etſi enim dominus ædium combuſtarum nõ omnium, qui in ædibus ſunt, culpam præſtare teneatur, *l.* 1. § *qui ſunt igitur. l. licet.* §. *in factum. ff. N. aut. Caup. Stabul.* Attamen hoc verum eſt, ſi ab ipſo fuerit probata culpa iſtius perſonæ, cujus factum præſtare non eſt obſtrictus. Aliàs ſanè in dubio in ipſo patrefamilias culpa reſidebit, ut cui præcipua cuſtodia incumbit, & totius familiæ gubernandæ ratio ab ejus ſolius arbitrio in univerſum dependet. Niſi itaque eius diligentia per eum ſufficienter probetur, certè culpæ præſumptio eum tenebit obſtrictum. *d. l.* 11. *ff. de peric. & commod. rei vendit.* Quin etiam longè faciliùs eſt patrifamilias, ſuam ac ſuorum (de quorum negligentia tenetur) diligentiam demonſtrare, quàm damnum paſſo aliorum culpam exactè probare.

67 Minoris momenti eſt illud, quod dicit *Rauchbar.* incendium eſſe caſum fortuitum, quem nemo præſtare compellatur, niſi culpa præcedente probata. *Contrarium* enim apertè docent ſupra adducti textus in *l. 3.* §. 1. *ff. de offic. Præf. vig. & l.* 11. *ff. de per. & comm. rei vend.* Ex quibus demonſtratur, incendium inter eiusmodi caſus fortuitos connumerari, qui regulariter abſque culpa contingere non ſoleant; talem verò caſum qui allegat, probare tenetur culpam ſuam abfuiſſe. *Hartm. Piſtor. quæſt.* 18. *num.* 8. *libr.* 1. *Maſcard. de probat. concl* 272. *num.* 8. *vol.* 1. *Anton.* Gomez. *tom.* 2. *var. reſolut. cap.* 3. *num.* 23. *Sebaſt. Medic. de caſ. fortuit. quæſt.* 10. *n.* 9 *part.* 1. *& quæſt.* 7. *n.* 4. *p.* 2.

68 *Veriſſima ergò manet ſententia Scabinorum Lipſenſium, quam etiamnum hodiè in pronunciando ſequuntur. Veluti ita reſponderunt* gegen Ronneburgk: So iſt T. K. in deſſen Hauſe das Fewer außkommen/ ſolchen erlittenen Brandtſchaden von den arreſtirten Gůtern / ſo viel dieſelbe außtragen / zuerſtatten ſchuldig / vnnd wird jhme hierůber von Euch ernſtlichen aufferleget / ſich beydes auß der Statt Ronneburgk / vnd andern ewern Gerichten / mit den Seinen / zu Vormeidung ſeiner eigenen Gefahr / anderswohin zubegeben / vnd ſich ferner bey euch nicht betretten zu laſſen. Er möchte dann wie recht darthun vnnd erweiſen / daß ſolches Fewer ohne ſeine vnd der ſeinigen Vorwarloſung angangen/auff ſolchen Fall iſt er den Schaden zuerſtatten/vnd an andere örter ſich zubegeben nicht ſchuldig V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris. M. Iul. Anno* 1620.

69 *Item*: Gegen Fuchshain. So iſt vorerwehneter Scheucke von Fuchshain euch ſolchen erlittenen Brandtſchaden/ſo viel jhr deſſen wie recht erwieſen vnd darthun werdet/zuerſtatten ſchuldig. Er köndte dann wie recht erweiſen vnnd beybringen / daß obangeregter Schaden ohne ſeine vnnd der ſeinigen Vorwarloſung außkommen/vnd entſtanden/auf dem Fall were Er euch Abtrag zu thun nicht verpflichtet/V. R. W. *Ad requiſitionem Iacobi* Henemans *Menſ. Decemb. An.* 1607.

70 *Simili planè modo pronunciavimus ad requiſitionem Andreæ* Wachsmuths zu Ober-Röblingen. *Menſe Iulio, An.* 1621.

It: An Bürgermeiſter vnnd Rath zu Croſſen. *M. Martio, An.* 1625.

71 Iſtud præterea hic notandum eſt, ſi forſan in incendio inſtrumenta debiti aut ſolutionis perierint, creditorem vel debitorem, debitum aut ſolutionem iuratò obtinere volentem, admitti, ne ſcilicet ob defectum probationis, debito citra ſuam culpam carere, vel idem bis ſolvere cogatur, quod iniquiſſimum eſſet.

72 *Prout reſponderunt Scabini Senatui Marienbergenſi. Menſe Iun. An.* 1611.

QVÆ-

QVÆSTIO XL.

De pœnis commiſſæ vis publicæ atque privatæ.

SVMMARIA.

1. *Non omnis vis publica incidit in crimen fracta pacis publica.*
2. *Quanam ſint requiſita fracta pacis publica, numer.* 3.
4. *De Iure Civili quanam pœna committentium vim publicam aut privatam. n.* 6.
5. *Quomodo differat vis publica à privatâ.*
7. *Pœna vim committentium hodiè arbitraria eſt.*
8. *Variis modis vis publica & privata committitur. n.* 9. 10. 40.
11. *Pœna violentium ſecuritatem domus. n.* 12.
13. *Domus cuiq; ſua tutiſſimum eſt refugium.*
14. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n.* 15. 16. 17. 18. 19.
20. *Pœna capitalis in tranſcendentem muros ſtatuta eſt. n.* 21. 22. 23.
24. *Mitius punitur, qui non hoſtili animo murum tranſcendit.*
25. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
26. *Crimen raptus quando capitaliter puniatur. nu.* 27. 28.
29. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
30. *Pœna percutientis aliquem in loco publico, ut palatio* Principis *aut Curiâ civitatis. n.* 31. 32.
33. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n.* 34. 35.
36. *Obſeſſio itinerum,* Vorwegelagerung / *quomodo puniatur.*
37. *Obſervantia fori Saxonici.*
38. *Explicat. gloſſ. art.* 38. *n.* 15. Weichbild / *n.* 39.
41. *Pœna amputationis manus etiamnum hodie in uſu eſt. n.* 42.
43. *Quanam manus amputanda.*
44. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
45. *Amputationi manus ſemper cohæret relegatio perpetua.*
46. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
47. *Quid ſi Reus unam ſolummodò habeat manum. n.* 48. 49.
50. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*

1 EXpeditiiuris eſt, non omnem vim publicam eſſe fractam pacem, pro qua pœna Banni Imperialis eſt ſtatuta, licet contra omnis fracta pax ſit vis publica. Edictum namq; pacis publicæ non ad omnem, ſed atrocem vim pertinet. Idq; haud obſcurè patet ex *tit. ff. & C. ad Leg. Iul. de vi publ.* ubi multæ ſpecies vis publicæ recenſentur, quæ tamen ad Conſtitutionem ruptæ pacis non pertinent. *Andr. Gail. lib.* 1. *de pac. publ. c.* 7. *n.* 18. *Nicol. Reuſn. lib.* 4. *deciſ.* 17. *n.* 7. *Hier. de Monte var. jud. q.* 19. *n.* 30. *& ſeq.*

2 Vtque ſupra dictum *quæſt.* 35. *n.* 14. *& ſeqq.* tria cumulativè requiruntur ad crimen fractæ pacis publicæ. 1. Vis publica, eaque maior, quàm ut ei reſiſti queat. *l* 1. *§. hoc interdictum ff. de vi & vi armat. l.* 2. *& l. ſeq. ff. quod met. cauſ l. ex conducto.* 15. *§. ſi vis.* 1. *& l. ſi merces.* 25. *§. vis major.* 6. *l. ſi fundus.* 33. *in fin. ff. locati.*

2. Vis armata, quæ ſcilicet fit manu armata, hoc eſt, cum armis, & quidem coactis & coadunatis hominibus. *l.* 3. *in pr. & §. homines. ff. de vi bonor. raptor. l.* 3. *cum l. ſeq ff. ad Leg. Iul de vi publ. l. qui cœtu.* 5 *l. qui dolo.* 10. *§.. hâc lege. cum l. ſeq. ff. eod. tit. & tot. tit. de pac. tenend.*

3. Dolus malus, & quidem verus dolus, hoc eſt propoſitum & deſtinata voluntas offendendi, præcedente conſilio & data opera. *d. l.* 2. *§. dolo autem malo. ff. de vi bon. raptor. Petr. Frider. Mindan. de proceſſ. Camer. lib.* 1. *cap.* 23. *Andr. Gail. dict. cap.* 7. *n.* 1. 2. 6. *Nicol. Reuſner. dict. deciſ.* 17. *n.* 11. 12. *&* 13.

3 Quibus ſi concurrentibus, crimen factæ pacis committitur, *Gail. d. c.* 7. *n.* 19. Quoties enim lex vel ſtatutum plura coniunctim requirit, non ſufficit alterutrum fieri, ſed omnia adimpleri neceſſe eſt. *l. ſi quis ita ſtiputatus ff. de verb. oblig. Dec. conſ.* 177. *n.* 1. *Bart. l. quemadmodum. n.* 9. *C. de agric & cenſ. lib.* 11. *Felin. in c. ex parte de reſcript. Hippol. de Marſil. in l. ſi quis n.* 130. *&* 135. *ff. de qu. Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. q.* 85. *n.* 9. Illis autem requiſitis ceſſantibus, vel uno ſolummodò eorum deficiente, crimen fractæ pacis publicæ commiſſum non eſt, adeoque nec pœna pacis violatæ, puta Banni Imperialis obtinet, ſed ad pœnas iuris cõmunis de vi publica vel privata hoc caſu agi debet. *Andr. Gail. dict. cap.* 7. *n.* 19.

4 Quæ pœnæ de Jure Civili uniformes non ſunt, ſicuti nec vis publica & privata una eademq; eſt. Illa enim dicitur, quando cum armis, puta eorundem detentione, geſtatione, uſuve violento vis committitur. *Accurſ. & Dd. ad l.* 1. *ff. de vi publ. l.* 3. *§.* 1. *ff. eod. Novell.* 85. *c.* 1. 3. 4. *Tiber. Dec. in tract. crim. lib.* 8. *c.* 1. *n. Bertazz. conſ. crim.* 73. *n.* 3. Vis autem privata ſine armis. *Petr. Theod. in Colleg. crim. diſput.* 6. *th.* 7. *lit. D.*

5 Ante compilationem Pandectarum quidem, vis publica à privata ſecernebatur ex perſona & delinquentis, & patientis, ita ut ſi horum alteruter publica fuerit perſona, vis publica quoque; ſin verò privata pariter quoque vis privata dicta fuerit. *Paul. ſentent.* 26. *Cic. pro Milon. Dec. d. lib.* 8. *c.* 1. *n.* 7. ſed hodiè vis publica privata armis ſecernitur, *l. hoc jure ff. de reg. jur.* Quia alioquin maxima horum delictorum induceretur confuſio, adeò, ut vis publica privata dignoſci poſſet, ſiquidem conſtat, ſæpè unum idemq; factum in utramque coincidere. Quinimò, quod de vi publica dicitur, ipſum planè iiſdem, aut ſaltem idem ſignificantibus verbis repetitur de vi privata, ut probant *l.* 10. *§.* 1. *ff. de vi publ. l.* 2. *de vi priv. l.* 3. *§.* 3. *de vi publ. & l.* 1. *§.* 2. *ff. de vi priv. Gœdd. ad l. armorum.* 41. *ff. de verb. ſign. Petr. Theodor. dict. diſp.* 6. *th.* 7. *lit. E.*

6 In privatam autem vim pœna confiſcationis

tionis tertiæ partis bonorum, quam comitatur privatio omnium bonorum &dignitatum. *l.1.& l.f ff. de vi privat. §.8 Inſt. de pub. jud.* In publicam verò vim pœna deportationis, cum bonorum publicatione ſtatuta eſt. *d.§.8. Inſt. de publ. jud. l.6. & 7. C. de vi publ.*

7 At de hodiernâ conſuetudine, tam pro vi publica, quàm privata pœna arbitraria obtinet. *Jul. Clar. lib.5. ſentent. § fin. quæſtion.83. verſ. vim publicam. Tib. Decian. in tract. crim. lib.8. cap.18. num.19.* Adeoque judex ob commiſſam vim publicam ſeu privatam, quæ neque in crimen fractæ pacis publicæ, neque in aliud delictum publicum, ut latrocinium, rapinam, homicidium &c. pro quibus pœna mortis, ac certum genus ſupplicii definitum eſt, incidit, pœnam arbitrariam relegationis, carceris, fuſtigationis, amputationis manus, vel etiam pecuniariam mulctam Reo infligere poteſt, pro ratione vis commiſſæ, ac conditione perſonarum. Vid. *Matth. Coler. part.1. deciſ.155. n.16. & ſeqq.*

8 Variis namque modis vis tàm privata, quàm publica committitur: Illa dicitur Jure Civili committi ex naufragio dolo quid rapiendo, *l.1. §.1. ff. de vi privat.* Nautis vim faciẽdo, *d. l.1. § fin.* convocatis hominibus, aut cætum &concurſum faciendo, vel ad aliquem verberandum aut pulſandum, licet non occidendum. *l.2. de vi priv. l.4. C. eod. tit.* vel ad aliquid auferendum ex alterius bonis *d.l.3.* vel etiam ad impediendum, quo minus quis in jus producatur, *l.4. in pr. ff. ad Leg. Jul. de vi privat.* item torquẽdo ſervum alienum. *l.4. ff. eod. tit.* aliquem ex poſſeſſione eijciendo. *l.5. ff. eod.* in alienam litem coëundo, *l.6. ff. eod.* bona debitoris propria auctoritate occupando, fundivè poſſeſſionem ingrediendo, *l.p. & fin. ff. eod.* aut etiam uxorem ob debitum mariti pignori capiendo. *l.1. C. eod. tit. Jac. Menoch. de arbitr. jud. qu. caſ.394. n.99. & ſeq. &c.*

9 Hæc autem vis, nempe publica, committitur, turbæ faciendæ cauſa conſilium ineundo, & armatos ſervos, liberosve domi tenendo, *l.3. in pr. ff. ad Leg. Iul. de vi publ. l. fin. C. eod. tit.* Aut convocatis hominibus armatis vim faciendo ad aliquẽ vulnerandum, pulſandumve, *l.10 §.1. ff. eod.* Villas expugnando, & armis bona rapiendo, *l.3. §.2. ff eod. tit.* Aliquid rapiendo ex incendio, *d l.3. §.3.* Aut illud turba & ſeditione excitando, *l.5. in pr. ff. eod. tit.* Aut eidem ſaltem cum armis, animo vel rapiendi, vel domum prohibendi res ſuas ſalvare, aſtando, adeoq; Domino uſum aut poſſeſſionem rei ſuæ interdicendo, *d.l.3. §.5.* Marem vel fœminam per vim ſtuprando aut rapiendo, *l.3. §.4. l.5. §.2. ad Leg. Iul. de vi publ.* Puerum ingenuum concluſum verberibus & tormentis afficiendo, *l.6. ff eod. tit.* Hominibus armatis aliquẽ de poſſeſſione ſua dejiciendo, idve, ut fieret, homines commodando, *l.3. in fin. l.4. ff. eod. tit.* Hominis libertatem impediendo, metu aliquem cogendo ad aliquid faciendum, aut ſe invitum obligandũ *l.5. in pr. fin. l.10 in pr. ff. eod. tit.* Iuſtitiam quoquo modo cum armis impediendo, *l.8. ff. eod. tit.* Rem raptam receptando, *l. pen. C. eod. tit.* Vt & nova vectigalia exercendo. *l. fin. ff. hoc tit. Jac. Menoch. dict. caſ.394. n.74. & ſeqq. Tiber. Decian. in tract. crim. lib.8. cap.5. & 16.*

Hiſce, aliiſvè caſibus ſimilibus vis publica & privata committitur, in quibus Judex, deficientibus qualitatibus & requiſitis criminis fractæ pacis publicę, aliusvè delicti, quod pœnam mortis meretur, pro arbitrio, ratione perſonarũ delinquentium, & perpetratæ violentiæ, pœnam corporis afflictivam, & fuſtigationẽ, aut manus amputationem; Vel etiam mitiorẽ, ut relegationem, pœnam carceris, aut pecuniariam mulctam decernere poteſt. *Iul. Clar. dict q.83. verſ. vim. publicam. Tiber. Decian. d.c.18. n.19.* Idq; ut eò manifeſtius reddatur, exempla quædam ſubjiciam. 10

Q. 4. Quæ ſit pœna violantiũ ſecuritatẽ domus, die den Haußfrieden brechen?

Sæpius accidit, ut quis hoſtili animo quid mali adverſus civitatem, ſeu ædes alicuius privati, violando earundem ſecuritatem moliatur; Veluti pulſando aut verberando vigiles qui in excubiis ſtant, in ædes irruendo rapiendi aut nocendi animo, alióſve ut id faciant excitando, & alliciendo (**der den Statt- oder Haußfrieden bricht.**) Hic, licet vim maiorem non adhibeat, nec pro Reo criminis fractæ pacis habere debeat, nihilominus tamen vim facit vel publicam, ſi armis utatur, vel privatam, ſi inermis fuerit, adeoq; pœnam judicis arbitrariam incurrit. *Matth. Coler. part.1. deciſ.156. n.23.24.* 11

Tùm, ob *l.3. §.2.* ibi: *In eâdem causâ ſunt, qui peſſimo exemplo convocatâ ſeditione villas expugnaverint, & cum telis & armis bona rapuerint.* Et *§.6.* ibi: *Eâdem lege tenetur, qui hominibus armatis poſſeſſorem domo, agrovè ſuo, aut navi ſuâ dejecerit, expugnaverit. l.11. in pr.* ibi: *Hi qui ædes alienas aut villas expilaverint, effregerint, expugnaverint, ſi quid in turbâ cum telo fecerint, capite puniuntur ff. ad Leg. Iul. de vi publ. l.2.* ibi: *Hâc lege tenetur, qui convocatis hominibus vim fecerit, quo quis pulſaretur, neque homo occiſus erit l.5.* ibi: *Si quis aliquem dejecit ex agro ſuo, hominibus congregatis ſine armis, vis privatæ poſtulari poſſit. ff. ad Leg. Jul. de vi priv. Jacob. Menoch lib.2. caſ.394.* 12

Tùm, quòd crimen quodvis gravius atque atrocius reddatur ob ſecuritatem ædium aut civitatis violatam; cùm domus cuiq; ſua tutiſſimum ſit refugium atque receptaculum. *l.18 ff. de in jus vocand. Mart. Dobber. in repert. lit. D. p.171.* 13

Secundum ea Scabini ante plurimos annos dictaverunt pœnam amputationis manus civi cuidam, qui vigiles in excubiis ſtantes vulneraverat: Hat ewer Bürger N. N. ewre verordnete Stattwächter mit einer Parten vnverſehens dinges ohne alle Vrſach vorſetzlich vnnd argliſtig darnieder geſchlagen/vnnd wund gehawen; So möget jhr jhme die Hand abſchlagen laſſen/ wollet jhr aber jhme Gnade erzeigen/ ſo möget jhr jhn verkauffen heiſſen/vnd ewrer Statt verweiſen V. R. W. *M. Ian. An. 1561.* 14

Similiter dictaverunt pœnam Relegationis ob violatam pacem domeſticam, in hunc modum reſpondentes: Hat ein Bürger einen andern Bürger ſeine Thor an ſeiner Thür vnd Hoff gewaltiglich zutretten vnd zuſtoſſen/vnnd alſo den Haußfried gebrochen/vnd darzu keine andere Vrſach gehabt/denn daß jhm ein Knabe daſelbſt im Hoffe vnverſehens ein wenig mit Miſtpfützen beſprenget; So möget jhr nach geſtalt der Sachen jhn der Straff vff zehen Jahr verweiſen laſſen V. R. W. *M. Iun. An. 1543.* 15

In caſu ſimili violatæ pacis domeſticæ fuit pronunciatum, ad conſultationem Michaelis à Gehofſens in Jchſtedt/*hoc modo:* Da N. N. Balthaſern von Bendeleben auß eigener Gewalt/freventlich/vnd mit groſſer Vngeſtümigkeit in ſein frey Rittergut gefallẽ/ 16 ſeinen Hoffmeiſter darinnen gefangen / vnnd auffs Schloß in ewer Gefängnüß geführet/vnd darüber vngefährlich über zwo ſtunden/ hernach abermals in ſein Gut mit groſſer Vngeſtümigkeit wiederümb eingelauffen/die Hoffmeiſterin bezwungen / daß ſie jhnen alle Kaſten vnd Kiſten vffſchlieſſen / vnd ſie jhres Gefallens gebaren laſſen müſſen/ꝛc. So mögen ſie entweder vmb eine ziemliche Geltbuſſe/jhren Vermögen nach/oder aber mit zeitlichen Gefängnüß/oder auch mit Verweiſung auff etliche Jahr in wüllkührliche Straffe genommen werden/V.R.W. *Sententiam hanc concepit D. Jacob. Thomingius, M. Octob. Anno* 1557.

17 *Pariter fuit pronunciatum in caſu non multum diſſimili:* Hat ein Bawer zu Sorau/als etliche Reuter der Feinde/ſo zu Meiſſen gelegen/ jhm ein Pferdt genommen/denſelben Reutern nachgefolget/ vnd ſie gebeten/ ſie wolten jhm ſein Pferd wiedergeben / mit dem erbieten/daß er ſie auff Herrenhöfe weiſen wolte/ da ſie beſſere Pferde / auch ſonſten alles / was ſie bedürfften/finden/vnd als jhnen die Feinde ſolches gefallen laſſen / iſt er mit den Feinden biß auff ewern Grund vnd Gericht gangen / vnd jhn mit der Hand ewer Gut vnd Hoff geweiſet/ hat auch ſeiner Söhne einen uff das Pferd ſitzen laſſen/vnd jhm befohlen/die Feinde in ewer Guth zu weiſen / welches er auch alſo gethan/ darauff die Feinde in ewern Hoff geritten/ euch alle ewre Pferde/vnd ſonſten viel gerets genommen/vnd groſſen Schaden gethan/ꝛc. So iſt der genandte Bawer / wo jhr ſolches bürglich wieder jhn ſuchen/ vnd jhn das überweiſen möchtet / euch ewern Schaden zuerſtatten ſchuldig/ da jhr aber jhn peinlich fürnehmen wolte / ſo möchte er der Gericht verwieſen werden/V.R.W.

Ad requiſitionem Hieronymi Zieglers/ *Præfecti in* Stolpen *M. Julio An.* 1547. *Movit. Dn. Scabinos ad hanc ſententiam l. in eum. ff. de accuſat. l. 2. §. dolo malo. l. Prætor ait. §. hoc edicto. § ſi quis adventu ff. de vi. bon. raptor. Etſi enim prædictus Reus non fuerat uſus hominibus ad rapinam, dum ipſe nihil ex eâ re perceperat, ut loquitur textꝰ in d. §. dolo malo. neq; alium concitaverat, ut dicitur d. §. hoc edicto. §. ſi quis. quibus in caſibus in duplum teneretur; attamen non viſum fuit ini-*
18 *quum Scabinis, ut & propter dolum ſolveret ſimplum per generalitatem textus d. l. in eũ ff. de accuſ. Ob violatã quoq; pacem domeſticam, & vulnerationem alterius, Nobilem quendam H. à P. ſtudioſum, ex Academia Wittebergenſi excludendum eſſe, reſponderunt Scabini: Ad conſultationem Dn.* Pro *Rectoris, Magiſtrorum ac Doctorum Academiæ Wittebergenſis. M. Maj. Anno* 1602.

In caſu ſimili fuit alicui dictata relegatio, Verſus Ilenburgũ, Ad Quæſtorem, M. Mart. An. 1602. *Et pari caſu pœna arbitraria, pecuniaria vel tẽporalis relegationis; Ad conſultationem Quæſtoris Lipſenſis M. April. Anno* 1630.

19 *Similiter dictavimus Relegationẽ perpetuã A.P. miniſtro alicuius Nobilis Marchici, qui juſſu Domini ſui in ædes alterius Nobilis vi irruendo, ſub prætextu juris, triticum abſtulerat. Ad requiſitionem Sereniſſimi Electoris Brandeburgici, Dn. Georgii VVilhelmi, M. Febr. Anno* 1629.

Q. 2. Quomodo debeant puniri tranſcendentes murum vel portam civitatis?

20 Huc etiam referri poteſt violatio murorum ac portarum civitatis, ut ſi quis eas tranſcendat, ſcalis admotis, vel aliâ qualibet ratione. In quem pœna capitis conſtituta eſt in *l. fin. de rer. diviſ.* Quamvis autem textum iſtum tantùm de violatoribus urbis Romæ intelligi velint *Coraſ. in d. l. fin. ff. de rer. diviſ. Schn. & Herm. Vult. in §. ſanctæ. Inſt. de rer. diviſ. Valent. Forſter in tract. Juſtin. diſp. 6, th. 5.* eò, quod in *d. l. fin.* fiat mentio expreſſa civium Romanorum, quòdq; ibidem exemplum Romuli & Remi adducatur, unde textum iſtum de muris ac portis urbis Romæ ſolummodo accipiendum eſſe, appareat.

21 Rectius tamen, meo judicio arbitrantur *Hottom. in §. ſanctæ Inſt. de rer. diviſ. & Gadd. in l. 5. n. 17. ff. de Verb. ſignif.* Violatores quoq; murorum atq; portarum quarumvis civitatum & municipiorum capitali pœnâ afficiendos eſſe. Quia diſpoſitio *d. l. fin. ff. de rer. diviſ.* generalis eſt, nec in ſpecie de civitatis Romæ muris & portis, ſed in genere de muris loquitur: Lex autẽ generaliter loquens, generaliter accipi debet, uſq; dum reſtrictio fuerit probata. Tantumque abeſt, ex eo quòd *d. l. fin.* mentio fiat civium Romanorum, textum iſtum ad urbem Romanam reſtringi, ut contrarium potius exinde probari queat; Cùm cives Romani non ſolùm dicantur incolæ urbis Romæ, ſed omnes omninò, qui ſubſunt Imperio Romano. *l. in orbe.* 17. *ff. de ſtat. hom.* Et quamvis *d. l. fin.* exemplũ Romuli & Remi adducatur, exinde tamen nil prorſus inferri poteſt, quia exempla regulam non reſtringunt, ſed explicant.

22 Quinimò, Leges civiles Romanæ nõ ſunt præſcriptæ civibus dũtaxat Romanis, ſed toti populo Romano, omnibusque qui Imperio Romano ſubsũt, *l. 3. C. de legib.* Aliæq; civitates jubẽtur cõſuetudinẽ urbis Romę ſequi. *§ fin. Inſt. de ſatisdat.*

23 Accedit quoq; ratio, ob quam pœna capitalis in violatores ſtatuitur in *d. l. fin. ff. de rer. diviſ.* quòd nempe hoſtile & abominandum ſit, aliũde quàm per portas egredi. Quæ certè ratio æquè locum habet in muris & portis municipiorum, ac ipſius urbis Romæ. Quapropter haud ineptè diſpoſitio *l. fin. ff. de rer. diviſ.* ad municipia quoq; extenditur. Eo uſq; enim extendenda ac porrigenda lex eſt, quo uſque ſeſe ratio ejus extendit; cùm ratio legis ſit anima ipſius. *Tiber. Decia reſp. 50. n. 17. lib. 1. Jac. Schult. ad Mod.* Piſt. *part. 4. deciſ. 70 n. 7. Alex. conſ. 20. n. 9. lib. 2. Andr. Tiraq. in reg. ceſſante cauſa. limit. 1. n. 1 & ſeqq.*

24 Inſuper in *§. ſanctæ. Inſt. de rer. diviſ.* abſolutè dicitur, muros eſſe ſanctos, eorumq; violatores capitali pœnâ afficiendos, nec ulla ibidem fit mentio ſpecialis urbis Romæ. Quod ipſum tamen nõ aliter accipi debet, quàm ſi quis animo hoſtili tranſcendendo muros vel portas pacem violet. Si enim quis abſq; hoſtili animo muros tranſcẽdat, nequaquam pœnâ capitali affici poterit, ſed extraordinaria actio & pœna eo caſu locum habet. *l. pen. & l. fin ff. ne quid in loco publico. Herm. Vult. & Gadd. dd. locis.*

25 *Quemadmodum etiam hoc caſu Scabini dictaverunt pœnam perpetuæ relegationis, hiſce formalibus:* So wird *inquiſit* von wegen ſeines geübten Frevels/vnd daß er die Stattmauer überſtiegen/ geſtaltẽ Sachen nach/ dieweil auß ſeiner gethanen Auſſage ſo viel erſcheinet/daß er ſolches nit gefährlicher Weiſe/ ſondern zu entfliehung der Straff gethan/deß Landes ewig billig verwieſen/V.R.W. *Ad conſultationem Quæſtoris VVittebergenſis M, Mart. Anno* 1607.

Q. 3. Quonam ſupplicio coerceatur crimen Raptus?

26 Vim quoq; dicitur committere, qui fœminam violenter rapit, & ſecum abducit, *l. 3. §. 4. l. 5. §. 2. ff. ad Leg. Jul. de vi publ.* Et ſi quidem libidinis ſatiandæ causâ mulier rapiatur, Raptus crimen committitur, ut colligi poteſt ex *l. un. in pr.* in verb. *Maximè cùm virginitas vel caſtitas corrupta*

reſtitui non poſſit &c. C.de raptu virgin. Iul.Clar.in pract.§.raptus,num 1. *Proſp.Far.conſ.crim.*33.*in pr.* Quod delictum ſpecialiter requirit, ut fœmina fuerit honeſta non meretrix, *Hippol.de Marſil. in d.l.un n.*20.*&ſeqq.* & de loco in locũ diverſum abducatur, non etiam ſi commodioris uſus gratiâ in aliam cameram ſeducatur. *Iul.Clar.in dict. §.raptus Far.dict.conſil.*33. *Petr.Theodor. in colleg. crim.diſp.*6 *th.*8. ubi multa ſpecialia circa hujus delicti pœnam refert.

27 Certum eſt autem, quòd pœna Raptus ſit capitalis, quâ non ſolũ raptor, ſed & cæteri omnes, qui hujus conſcii & miniſtri fuerunt, afficiuntur *d.l.Tiber.Decian.in tract.crim.lib.*8. *cap.*10. *n.*8. *& Anton.Gomez ſuper l.Tauri.*80. *n.*36. Quod & *Iul.Clar.dict §.raptus n.*4. eò extendit, ſi rapiens mulierem libidinis causâ eam non cognoverit, quia non potuerit id commodè facere. *Ægid. Boſſ.in tit.de raptu mulier n.*14.*Chaſſan.ſuper conſuet.Burgund.fol.*16.*in fin.*

28 Si verò fœmina fuerit rapta non libidinis ſatiandæ causâ, nec crimen Raptus committitur, nec ejusdem pœna obtinebit, ſed hoc caſu Raptor ob vim cõmiſſam arbitraria pœna affici debet. *Iul.Clar.d.§ raptus.n.*4.*in fin' Nicol Boer.deciſ.*316.*n* 4 *Didac.Covarr in repet.Clem.ſi furioſus fol.*278.*n.*8.*Petr.Theodor.dict.th.*8 *circa fin.*

29 *Veluti etiam reſponderunt Domini* gegen Liebenwerda: Daß nunmehr auß der abgehörten Zeugen endlichen Auſſage ſo viel erſcheinet/ daß A.F. von deßwegen daß er H.L. Tochter hinauß fürs Thor bringen laſſen/vnd dieſelbe alſobald auff freyer Landſtraſſen auff ſeine Kutzſche/ mit welcher er damals vff ſie gewartet/ geſetzt/ vnnd ſie wieder jhrer Eltern wiſſen vnnd willen mit ſich hinweg geführet/vmb eine tapffere Geltbuſſe andern zum Exempel/ die ſich dergleichen vnzimblicher Thaten vnterſtehen möchten/billich in Straff genommen wird/V.R.W. *Ad conſultationem Quæſtoris M.Septembr. Anno* 1607.

Q.4. Pœna percutientis aliquem in loco publico an gefreytem Ort?

30 Præterea, violentiæ illatæ pœnam incurrit, qui hoſtili animo aliquẽ adoritur, percutit aut vulnerat in loco publico ſeu privilegiato; veluti in caſtro, arce ſeu domo principis, curia ſive palatio civitatis. Qui certè ſeveriori pœna, veluti relegatione, aut etiam amputatione manus plectendus eſt.

31 1. Si enim atrocitatem pœnæ auget locus, uti certum hoc eſt ex *l.aut facta.*16.§.4.*ff.de pœn.* quis negabit, ſeverius animadvertendum eſſe adverſus eum, qui in domo Principis, curia, theatro, foro, aliovè loco peccat, violata ejusdem ſecuritate ac religione, *Dan.Moller.ad Conſt Elect.*43.*in pr.part.*4. Cùm enim domus etiam privata cuiq; ſua tutiſſimum eſt refugium atq; receptaculum, *l.*18 *ff de jus vocand.* cunque nihil ſanctius aut omni religione munitius eſt, quàm domus unius cuiusque civium, ut eleganter ait *M.Cicero in orat.pro domo ſua. Nicol.Reuſner.libr.*1.*deciſ.*16. *n.*30. quis inficias ire poterit, longè ſanctiorem eſſe domum ſeu curiam Principis, theatrum ſive palatium civitatis ad quod omnes ceu ad publicum Aſylum confugientes ab omni periculo ſecuri eſſe confidunt? Vt mirum haud ſit, violatores ſecuritatis hujus graviorem pœnam promereri. Quod eò magis verùm eſſe puto, ſi (uti communiter fieri ſolet) in violatores ac turbatores ſecuritatis publicæ, certa ac denominata pœna ſtatuta, eaque ut omnibus innoteſceret tabula affixa ſignificata fuerit.

2. Qui aliquem adoritur atq; offendit in domo Principis, vel curia ſeu theatro civitatis, is certè Principi atq; Magiſtratui injuriam haud levem infert, violando ac deſpiciẽdo ejus autoritatem, Atqui eum, qui injuriis Magiſtratum afficit, ſeveriori pœnâ, ut relegatione, fuſtigatione, aut manus amputatione plectendum eſſe, notiſſimi juris eſt ex *Conſt.Elect.*43.*part.*4. 32

Hinc cùm Nobilis quidam juvenis annorum 19. *A.à R. in arce Aldenburgenſi alium Nobilem H à C.percuſſerat, ac pugione vulneraverat, unà cum amputatione manus Relegationem Perpetuam ipſi propterea adjudicarunt Scabini, hiſce ferè formalibus:* So mag er von wegen ſolches in der Fürſtlichen Burgk/ begangenen Frevels vnd Muthwillens/ vnd *H. à B.* zugefügten Schadens/ woferne man jhme in Anſehung ſeiner Jugend vnd Trunckenheit/nicht Gnade erzeigẽ wolte/mit Abhawung einer Fauſt/dero er am beſten entrathẽ kan/deß Lands ewig verwieſen werden V.R.W. *Ad requiſitionem Dnn. Conſiliariorum Aldenburgenſium, M.Septembr. Anno* 1596. 33

Similiter caſtigatio privata in carcere unà cum Relegatione perpetua fuit dictata cuidam Ciniſloni ſeu puero coquinato, qui in arce Principis coquo vulnus inflixerat: So wird jhme von wegen ſolcher in der Fürſtlichen Freyheit begangenen Verbrechung in dem Gefängnüß billich ein Stockſchilling gegeben/ vnd darauff deß Landes ewig verwieſen V.R.W. *Ad conſultationem Quæſtoris Dreſdenſis M.Majo, Anno* 1609. 34

Temporalis quoq; relegatio fuit indicta M.S. qui in arce Liechtenburgenſi coquum pulſaverat. Gegen Liechtenbergk; *Ad conſultationem Pauli* Seifrieds. *M Julio, Anno* 1614. 35

Q.5. Quænam ſit pœna obſeſſionis itinerum der Vorwegelagerung?

A violentiæ quoq; pœnis non ſunt immunes qui vias, angiporta, trivia & alia loca oppidorum vel pagorum occupant & obſident, ac prætereuntes expectant, quos poſtea adoriuntur, vulnerant, pulſant aut verberant. Veluti expreſsè diſpoſitum eſt, ut hujuſmodi inſidioſi occultatores, ſi prætereuntem leviter vulneraverint, vel pulſaverint, carcere puniantur, vel ad tempus relegentur; ſi verò gravis ſit vulneratio vel pulſatio, manus ipſis amputetur, vel virgis cæſi in perpetuum exilium mittantur. *Conſt. Elect.*13 *part.*4. in verb: So ordnen vnd ſetzen wir/daß ſolche Vorwarter/da die Verwundung vnd Beſchädigung geringe/ mit Gefängnüß/oder mit zeitlicher Verweiſung geſtraffet; Wenn aber die Verwundung oder der Schade groß/ mit abhawunge der Hand/ oder Staupenſchlagen/ deß Landes ewig verwieſen werden ſollen/*ubi Dan.Moller.n.*2.*& Matth. Berlich.part.*4.*concl.*20.*n.*18. 36

Secundum hanc conſtitutionem tota die pronunciari nullum prorſus dubium eſt, idque praxis quotidiana ac notiſſima docet. 37

Neq; huic conſtitutioni adverſatur *Gloſ.Germ.* in Weichbild *art.*38.*n.*15. verſ. Lagerung/ das iſt/ Wegelagerung. *junct.verſ.* vnd dem ſchlegt man das Häupt abe &c. Vnde ſequitur, graviori pœnâ, nempè gladio puniendos eſſe eos, qui vias atque itinera obſident. Qualem pœnam etiam atrocitas huius delicti, ut quod in crimen fractæ pacis publicæ incidit, requirere videtur. 38

39 Etenim *prædicta Gloſſa* loquitur expreſsè **von der Wegelagerung** / quo verbo intelligitur **der halt**/ut vulgò appellatur, quando videlicet prædones, diffidatores & alii extra oppida, vicos, vel pagos in ſylvis aut agris juxta itinera publica ſe occultant, eo animo, ut viatores ſpolient, vel occidant, vel interceptos abducant, aut aliud quippiam in eos committant, coadunatis hominibus & animo hoſtili atque doloſo, quod in pœnam fractæ pacis publicæ incidit. A quo delicto longè differt obſeſſio itinerum **das vorwarten**/quæ neutiquam ſpecies eſt criminis fractæ pacis publicæ; quando nempe rixantes in viis vel angiportis oppidorum vel pagorum adverſarios prætereuntes expectant, eosque ex inſidiis adorti vulnerant vel verberant, quod ut plurimum de nocte fieri conſuevit, ubi compotatores, rixa inter ipſos exorta, domum ſe conferunt. *Dan. Moller. dict. Conſt.* 13. *p.* 4. *num.* 2. Quam differentiam ipſamet Conſtitutio Electoralis innuit, dum non modò ejusmodi obſeſſiones viarum à crimine fractæ pacis publicæ excipit, ſed & mitiori pœnâ coërcet, quam non, niſi effectu vulnerationis aut pulſationis ſecuto, infligi jubet: Cùm econtra Reos criminis fractæ pacis publicæ, ob ſolam expectationem, effectu etiam non ſecuto, capitali ſupplicio affici velit, *d. Conſt.* 13. *p.* 4. *in pr.*

40 Hiſce ergò, aliisq; caſibus ſimilibus, quos omnes ſpecialiter referre, multifariæ factorum qualitates ac circumſtantiæ non permittunt, vis publica & privata committitur, ob quam pœna arbitraria relegationis, fuſtigationis, vel etiam amputationis manus infligi ſolet,

Q. 6. An Pœna amputationis manus etiamnum hodiè ſit in uſu?

41 Quamvis autem quoad poſteriorem, amputationem ſcilicet manus, de qua in *l.* 3. *& Auth. ſeq. ubi gloſſ. & Gothof.* C. *de ſerv. fugit. Novell.* 134. *cap. fin. Novell.* 17. *cap.* 8. *Novell.* 42. *c.* 1. §. 2. à quibusdam dubitatum fuit, an hæc pœna hiſce an terris amplius uſitata ſit, atteſtante *Chiliano Regulo in proceſſ cap.* 138. §. **begebe es ſich aber.** ubi ſcribit: **daß von wegen böſslicher Verwundung/ die Abhawung der Hand / bevorab nach Sächſiſchen Rechten jetzo nit mehr in übung ſtehet.** Contrarium tamen docet non ſolum cõſuetudo notoria, verum etiam expreſſus textus Juris Saxonici in *art.* 16. **Landr.** *lib.* 2. *& art.* 50. *lib.* 3. cum quo convenit *artic.* 159. *Ordin. crim. Carol & Conſt. Elect.* 8. 11. 12. 13. *part.* 4. ubi expreſsè hæc pœna in delinquentes ſtatuitur.

42 Eandem quoque pœnam apud Ægyptios & Græcos uſitatam, ut & legibus Wiſigothorum & Longobardorum receptam fuiſſe, ex aliis autoribus refert *Nicol. Reuſn. lib.* 2. *deciſ.* 21 *n* 30.

43 Circa hanc tamen pœnam amputationis manus obſervandum eſt, quòd regulariter ea ſoleat abſcindi manus, quæ eſt debilior, & qua magis Reus carere poteſt. *Jul. Clar. in pract.* § *fin. q.* 66 *n.* 4. ubi ait: *Si condemnatus habeat unam manum bonam, & alteram aridam, debebit ei amputari manus arida.* Quam opinionem dicit eſſe communem *Iohan. Andr. in addit. ad Specul. in rubr. de pœn. circa fin.* quem refert *Aug. ad Angel. de malef. in verb: Quas ſi non ſolverit n.* 4. *Capoll. in Auth. ſed novo jure. n.* 34. *C. de ſerv. fugit.*

44 *Idemque à Scabinis in facti contingentiâ ſæpius obſervatum fuiſſe, meminit Hart. Piſt. tum temporis Elect. Sax. Scabinatus Aſſeſſor graviſſimus in obſerv.* 188. *in fin. Eundemq́; morem pronunciandi etiamnum hodiè ſequuntur Scabini hiſce ferè formalibus:* **So möchte N. N. von wegen ſolcher ſeiner Verbrechung / mit Abhawung einer Fauſt/ der er am beſten entraten kan/ deß Landes ewig verwieſen werden V. R. W.**

45 Nec iſtud ſilentio prætereundũ, amputationi manus ſemper cohærere perpetuam relegationem. Moribus enim Saxonicis obtinuit, ut Reus, cui pœna corporis afflictiva, veluti fuſtigatio & abſciſſio manus, venit infligenda, ſimul in perpetuum relegetur, forſitan propterea quò ſcandalum removeatur, neque ex Rei infamiâ, ob quam ejusdem converſationem homines fugiunt, aliud graviusque malum oriatur.

46 *Ita reſponſum ad requiſitionem Præfecti Rochlicenſis M. Iulio, Anno* 1607.

Ad conſultationem Georgii Hoffmanni in **Geniſcht.** *M. Junio, Anno* 1583.

Barorum à **Biberſtein** / *M. Novemb. An.* 1584.

Theodori Fabricii **zu Wittenberg** / *M. Januar. Anno* 1605.

Dominorum Conſiliariorum Aldenburgenſium M. Septembr. An. 1596.

Q. 7 Num hanc pœnam incurrat, qui unam tantùm habet manum?

47 Quid autem, *ſi is, qui pœnam hanc incurrit, unã tantum manum habeat, annè hæc ipſi amputari debeat?* Quod affirmant *Jacob Butrig. & Salicet. in Auth. ſed novo jure C. de ſerv. fugit. Thom. Gramm. deciſ.* 94. ubi ait: Conſilium Neapolitanum hanc ſententiam fuiſſe ſecutum *Matth. de Afflict. in Conſt. Neapol. lib. rubr.* 12 *n.* 8. *& ſeqq.*

48 Contrarium verò, quòd nempè hoc caſu pœna amputationis manus ſit Reo remittenda, vel in aliam pœnam commutanda, docuit *Bald in l.* 1. *in fin. C de ſent. quæ pro eo quod intereſt. Paul. de Caſtro in d. Auth. ſed novo jure & ibi Capoll. n.* 36. *C. de ſerv. fugit. Paris de Puteo in tract. de ſyndic.* §. *licet dicatur Hartm. Piſtor. obſerv.* 188 *n.* 3. Quæ opinio ceu mitior placet quoque *Julio Claro lib.* 5. *ſentent.* § *fin. q.* 69. *n.* 5.

Eamq́; quoad abſciſſionem digitorum, in reſpondendo ſecuti ſunt Scabini. Hinc cùm mulieri, contra juramentum præſtitum in provinciam, quam abjuraverat, reverſæ, priores digiti, qui alioquin abſcindendi fuiſſent, caſu jam abſciſſi eſſent, non putarunt, alios digitos eorum loco amputandos, ſed immutatâ hâc pœnâ, dictarunt fuſtigationem, teſte Hartm. Piſtor. dict. obſerv. 188. *n.* 5.

49 Limitatur tamen hæc opinio ſingulariter à *Capolla in d. Auth. ſed novo jure*, ut procedat tantùm in caſu, quo Reus manum amputandam amiſit ſine ſua culpa; ſecus verò, ſi hoc propria ipſius culpa, utpote ex delicto factum fuerit, ne ſcilicet ex delicto ſuo commodum conſequatur. Quæ limitatio an ſubſiſtat, dubito valdè.

50 *Equidem licet Reo contra juramentum præſtitum in provinciam, quam abjuraverat, reverſo, priores digiti jam antea ob commiſſum perjurium, & ſic ſuâ culpâ abſciſſi fuerunt, non tamen alios propterea digitos amputandos, ſed abſciſſionem digitorum remittendam, Reumq́; ſimpliciter relegandum eſſe, pronunciavimus* **gegen Heldrungen.** *Ad requiſitionem Johannis* **Klugels.** *Menſ. Sept. Anno* 1625.

QUÆSTIO XXXXI.

De crimine Læſæ Majeſtatis, ejusque ſupplicio.

SUMMARIA.

1. *Crimen læſæ Maieſtatis omnium delictorum graviſſimum eſt.*
2. *Multa alia crimina in ſe continet*
3. *Specialia quamplurima in hoc crimine ſunt recepta.n.4.5.6.7.8.9.10.11.15.*
12. *Rei huius Criminis inſignia ſua amittunt.*
13. *Eorumq; domus devaſtatur.*
14. *Et bonis ſuis exuuntur.*
16. *In quosnam Crimen Læſæ Majeſtatis committatur.n.17.36.*
18. *Quidnam ſit, & in quo conſiſtat Principis Maieſtas.n.23.*
19. *Maieſtas impropriè pro externo ſplendore accipitur.*
20. *Ex titulorum ſplendore de Maieſtate non judicandum.n.21.22.*
24. *Eſſentialia requiſita maieſtatis.n.25.26.28.*
27. *Vicarii Imperii Romani, quâ tales, maieſtate non ſunt præditi.*
29. *Maieſtas maximè conſiſtit in exercitio Regalium maiorum.*
30. *Regalia ſequuntur maieſtatem ut umbra corpus.*
31. *A maieſtate ſeparari non poſſunt.*
32. *Inferiores Principes non proprio jure Regalia tenent.n.33.34.35.*
37. *Reges Galliæ, Hiſpaniæ, Angliæ, Vngariæ, Daniæ, Sueciæ, Poloniæ maieſtatem habent.*
38. *Hi Reges ſunt ſimiles Imperatori in Regnis ſuis.*
39. *Pontifex Romanus an maieſtatem habeat.n.40.*
41. *Abſque dubio Crimen maieſtatis in Imperatorem Romanum committitur.*
42. *Imper. Romanus maieſtatem habet.*
43. *Et tanquam ſtella matutina inter omnes Reges eminet.n.46.*
44. *Judicium Alphonſi Regis Arragoniæ de Imper. Romano.*
45. *Turcæ primas Imperatori Romano tribuunt.*
47. *In Regem Romanum quando crimen læſæ maieſtatis committatur.n.52.53.54.*
48. *Coronatio Papalis non facit Imperatorem.num.49.50.*
51. *Plurimi Impp. à Pontifice non fuêre coronati.*
55. *Quando adverſus Conſiliarios Imp. crimen læſæ maieſtatis committatur.n.56.57.*
58. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
59. *Num & in Principes & Status Imperii committutur crimen læſæ maieſtatis.n.66.67.69.72.73.87.*
60. *Adverſus Electores hoc crimen committitur.*
61. *Electores multa privilegia habent præ aliis Imperii Principibus.n.62.63.*
64. *Dignitas excellentia ſingularis Electorum.*
65. *Collegium Electorum eſt baſis & fundamentum Imperij Romani.*
68. *Unius incluſio eſt alterius excluſio.*
70. *De dignitate Principum Imperii ex ſerie Comitiorum judicandum eſt.n.71.*
74. *Status Imperij non ſolùm Conſiliarii Imperatoris ſunt.*
75 *Sed & in conſortium poteſtatis adſciſcuntur.n.76.*
77. *Conſenſus mutuus Cæſaris & Ordinum Imperii eſt forma ſubſtantialis Decretorum Comitialium.*
78 *Teſtimonium Autoris Autonomiæ.*
79. *Quicquid in Comitiis Imperii ſtatuitur, in vim contractus inter Cæſarem & Ordines initi valet.*
80 *Imperator jura maieſtatis abſq; conſenſu Statuũ Imperii exercere nequit.n.81.*
81. *Status Imperii unà cum Imperatore ſummam poteſtatem ac majeſtatem tenent.*
83. *Aſſertio Bernhardi Zieritz de hâc re.*
84. *Statuum Imperii poteſtas duplex eſt.n.85.86.*
88. *Explicatio tit.24.Aur.Bullæ.*
89. *Quæ ſit pœna criminis læſæ maieſtatis. n.90.92.94.95.96.*
91. *Per gladium omne genus ſupplicii ſignificatur.*
93 *Obſervantia fori Saxonici.*
97 *Quandoq; crimen læſæ maieſtatis punitur deportatione ac relegatione.*
98. *Rei huius criminis bona ſua perdunt.n.99.*
100. *Num ipſo jure, an verò poſt latam ſententiam.n.101.102.103.104.105.106.*
107 *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
108. *Crimen læſæ maieſtatis pluribus modis committitur.*
108. *An maledicens Principi committat crimen læſæ maieſtatis.n.110.111.112.113.114.115.116.117.*
119. *Maledicẽtia in Imperatorẽ quomodo puniatur.*
119. *Quomodo coerceantur maledicentes aliis Principibus.n.120.*
121. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.n.122.*
123. *Crimen læſæ maieſtatis incurrit privatus qui merum Imperium ſibi adſcribit.*
124. *Privatum carcerem exercens crimen læſæ majeſtatis committit.*
125. *Niſi ex juſtâ causâ hoc fiat.n.126.*
127 *Idem habendum de eo qui aliquem torquet propriâ & privatâ authoritate.*
128. *Pœna huius criminis.n.129.130.131.*
132. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.n.133.*

CUm in ſalute Imperatoris ac Imperii, ejusque tranquillitate totius Orbis tranquillitas requieſcat, in morte autem & perturbatione Principis, Reipublicæ Status periclitetur, ut loquitur *Decian.conſ.410.num.29.* abſque dubio graviſſimè delinquit, qui contra majeſtatem Principis Summi aut Imperii quid molitur.

1 Adeoque hoc crimen, ceu læſæ majeſtatis omnium delictorum, quæ in homines committi poſſunt, graviſſimum eſt. *Tiber.Decian.in tract.crim.lib.7.cap.37.num.1.* Continet enim offen-

ſionem Dei, cujus vicem Imperator tenet, §.*fin. in Auth.de Conſul.* cujusque poteſtas à Deo eſt, *Auth. quomodo oportet Epiſcop. §. ſancimus. ubi gloſſ. c.ſolita.de maior. & obedient. c.duo cap. ad veſtram.diſt.96. Alvarott.in cap.1.quis dic. Com.vel March. Socin. conſ.272.n.5.vol.2. Petr. de Anchar. conſil.*210. Ideoque proditor Principis dicitur proditor Dei, ut tradit *Paris de Puteo in tract. de re milit.ſub tit. quando provocatur ad pugnam ratione proditionis n.3.* Continet quoque crimen Parricidii, quia Imperator dicitur Pater patriæ. Unde ſecundum *Martin.Laud. in tract.de crimin.l.ſ.ma eſt.quæſtion.*20. moliri quid contra Principem, eſt contra jus quaſi naturale, quia Imperator eſt omnium pater. Continet itidem Proditionem, quia patriæ proditor eſt, qui ejuſdem majeſtatem lædit, *Luc. de pen. in l quisquis. num.6.in fin.verſ. tales delinquentes. C. de pet. bon. ſub.libr.*10. quem refert *Tiber. Decian. dict.lib.7. cap.19.numer.6.* Continet denique crimen falſi, quia fidem promiſſam & debitam, etiã ſub juramento, violat. *Bald.in l.legis virtus.num.*1.*ff.de legib.* Quinimò hoc delictum naturæ adverſatur. *Nullus etenim grex*, ut inquit Xenophon *in Pæd. libr.1. offendit Paſtorem excepto homine, qui Principem ſuum ſæpè impetit. Decian.dict.lib.7.cap.37. num.9.*

2 Reus ergò majeſtatis læſæ, quia contra jus naturæ peccat, Deum ipſummet offendit, crimen Parricidii, Proditionis & falſi ſimul committit, crimen hoc majeſtatis graviſſimum eſſe, quis tutò inficias ire poterit? Cujus gravitas vel exindè arguitur, quòd in eo contra & præter communes juris regulas plura ſpecialia ſingularia ſint recepta.

3 Quale eſt hoc, quòd quilibet admittatur ad accuſandum, qui in aliis criminibus repellitur. *l. famoſi ff ad Leg. Jul Maieſt. c.imprimis.1. quæſt.1.* Quamvis enim Nerva Imperator edicto caviſſet, ne ſervi Dominorum nomen alicujus criminis deferrẽt, excepit tamen crimen læſæ majeſtatis, ut *Dion.* refert *in Nervâ. Connan.in comm jur.civ. lib.2.cap.5.* Licet etiam aliàs filius pro patris delicto puniri non debeat, *l. crimen.ff. de pœn.tit.Ne fil.pro patr.* attamen hoc fallit in crimine præſenti quo filii etiam puniuntur. *l.quisquis C.ad Leg. Jul.Maieſt.*

4 Punitur quoque in hoc crimine affectus &
conatus, licet non ſequatur effectus. *d.l.quisquis*
C.ad L Jul.maieſt.c.verum.6.q.1. Matth. de Afflict.
in c.1.verſ.& bona committentium num.23 quæ
ſint Regal. Gig.in tract.de crim. læſæ maieſt.ſub tit.
qualiter & quibus n 66. Tiber.Decian.in tractat.
crim.lib.7.cap.37.n.33. Creditur etiam ſocio criminis
contra ſocium, ut maximè in aliis delictis
res aliter ſeſe habeat. *Afflict.in dict.verſ.& bona*
committentium n.28. Singulares itidem teſtes in
5 hoc crimine admittuntur, quibus in aliis delictis
non crederetur. *Anchar.conſ.266.Afflict.dict.§.*
& bona.n.29.

6 Speciale etiam hujus criminis eſt, ut Appellatio
pro eo non admittatur. *Dd.in l.Pantonius.§.*
Rei perduellionis.ff. de acquir. heredit.Ludov.Carrer.
in pract. crim.in pr.n.85. Decian.dict.lib.7.cap.
37.num.39. Afflict.dict.§. & bona committentium.
7 *num.42.* Item; quòd lata ſententia contra abſentem
valeat, quæ in aliis criminibus non valeret.
Angel.in l.abſentem. C.de accuſat. Quòd incipi
poſſit à torturâ, etiam præcedentibus indiciis in
aliis criminibus non ſufficientibus, *l.ſi quis alicui.*
C.ad Leg. Jul.maieſt. Et quamvis regulariter univerſitas
non puniatur, ne innocentes etiam condemnentur;
Bart.in l.aut facta. §.nonnunquam.ff.
de pœn. Attamen in crimine læſæ majeſtatis punitur
criminaliter, & deſolatur ad aratrum uſq;
Afflict. dict.§. & bona committentium.c.1. quæ ſint
Regalia.n.52.

8 Proceditur etiam in hoc crimine ſummariè
& de plano, ſine ſtrepitu & figurâ judicii. *Tiber.*
Decian.in tractat.crimin.lib.7.cap.37.num.21. Jodoc.
Damhouder. in prax. crimin.cap.92.numer.
16. Et quamvis in aliis delictis jus accuſandi vel
inquirendi finiatur annis viginti, *l.querela.§.falſi.*
C.de falſ.l.ait. Prætor.ff.ad Leg.Aquil. attamen 9
ſecus eſt in crimine læſæ majeſtatis, quia etiam
ultra viginti annos durat accuſatio, ſicut in crimine
ſupplicii partus, *l. qui falſam.§.1.ff.ad Legat.*
Cornel de falſ. Et in parricidio. *l.fin.ff.ad Leg.*
Pomp. de parricid. Gigas in tractat. de crimin. læſ.
maieſt.lib.1.tit.qual. in crimin.læſ.maieſt.proc.quæſtion.29.

10 Ex atrocitate etiam hujus criminis fit, ut licet plures perſonæ torqueri non poſſint; Veluti Minores, Milites, Decuriones, Doctores & alii: Attamen iſti in hoc crimine torqueri ſoleãt, ut tradit *Angel. Aretin.in tract.maleſ. in verb fama publica verſ. ſextò quæro. Dd.in l.de minore in pr.& in l.ex libero.§.1.ff.de quæſt. Hippol.de Marſil.in pract. crim.§.expedita.n.45. Grammat. conſ.60.n.13.& ſeq. Decian.dict.lib.7.c.37.n.30.*

11 Circa ſupplicium quoque ob criminis hujus
atrocitatem ſpecialiter receptum eſt, quòd non
modò iſtud pœnâ mortis coërceatur, *l.quisquis.*
in pr. C. ad Leg. Jul. maieſt. quam pœnam in omnibus
capitibus læſæ majeſtatis obtinere, tradit
Joh. de Plat.in §.publica autem. col.1. verſ.& in
omnibus eſt pœna capitis. Inſt.de publ.judic. Gig.de
crim.læſ.maieſt.lib.2.rubrica de pœnis committ. crimen
læſ.maieſt.quæſt.1.n.7. Sed & arma ſeu inſignia 12
ejus, qui delictum hoc commiſit, deleantur,
ac deſtruantur, ſecundum *Martin. Laudenſ.*
in tract.de crim. læſ. maieſt. quæſt.41. Baiard.ad Jul.
Clar.in §.læſ.maieſt.n.25. Proſp. Farin.part.5.oper.
crimin.quæſt.116.§.1.n.6. Tiber.Decian.in tractat.
crim.lib.7.cap.31.n.14 & cap.37.num.34. Ejusque 13
domus devaſtetur. *Afflict.in tit.quæ ſunt Regal.in*
verb: Et bona committentium. n.37.per text.in cap.
felicis.de pœn.in 6to per quem textum inquit *Afflict.*
Licet quiſpiam poſſet dicere, pœnam hanc non
habere locum, niſi in occidentibus Cardinales, de
conſuetudine tamen ſervatur, quocunque modo crimen
læſæ maieſtatis committatur. Gigas de crim.læſ.
maieſt.lib.2.rubr.de pœn.committ.crim.qu.35. Anton.
Gomez. de delict.cap.2. rubr.de crimin.læſ.maieſt.
n.11. Decian.dict.lib.7.c.40.n.37.& conſ.18.n.
142.lib.1.Baiard.ad Clar.dict.§.læſâ maieſt.n.25.&
quæſt.82.n.92. ubi dicit, diruendam eſſe domum
uſque ad fundamenta, ita quòd non remaneant
veſtigia.

14 Imprimis autem ultra pœnam mortis, Rei criminis læſæ majeſtatis etiam bonis ſuis omnibus exuuntur, eaque fiſco applicantur. *l.fin.ff.ad*

Leg. Iul. majeſt. l. quisquis 5. in fin. pr. ibi: Bonis ejus omnibus fiſco noſtro addictis. l. 6. l. 7. l. fin. C. eod. tit. Mart Laudenſ. in tract. de crimin. læſ. majeſt. quæſt. 18. Afflict. in dict. verb: Et bona committentium. nu. 1. & 17. Henr. Bocer. in tractat. de crim. læſ. majeſt. cap. 3. n. 16. & ſeqq. Capoll. conſ crimin. 17 nu. 35. Berber. in pract. part. 1. rubr. 1. de crim. læſ. maieſt. n. 27. Gigas de crim læſ. maieſt q. 1. n. 6. Foller. in pract. crimin. in verb. item quod commiſit crimen læſæ maieſtatis. n. 92. Anton. Gomez. dict. cap. 2. n. 11. Iul. Clar. in pract. 5. læſ maieſt. n. 9. verſ. præterea. licet. Proſp. Farin. dict. quæſt. 116. §. 1. n. 12. ſeqq. Honded. conſil. 108. n 6 libr. 1.

15 Hæc, aliaque ſimilia exorbitantia à iure communi, ob criminis huius atrocitatem recepta ac conſtituta ſunt, de quibus fuſius ac latius agunt prædicti Doctores, inprimis verò *Mart. Laudenſ. Gigas & Bocer. in peculiaribus ſcriptis de crim. læſæ maieſt.* ubi hanc totam materiam per amuſſim, ut vulgò dicitur, pertractaverunt: Quibus addatur *Proſp Farin. part. 5. oper. crim. qu.* 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. *Tiber. Dec. in tract. crim. libr.* 7. *Nicol Boer de ſedit & interppr. ad ll. ff. & Cod. ad Leg. Iul. Maieſt Iodoc. Damhouder. in prax. crim. cap. 62 Gomez dict. cap. 2. de delict. Ægid. Boſſ ſub tit. de crim. læſ. mai. Iul. Clar. d. § læſ. maieſt. alijque plurimi.*

16 Illud hîc diſpiciendum eſt, in quosnam crimen læſæ maieſtatis propriè committatur? Quamvis enim indubitatum ſit, hoc crimen non niſi à ſubditis perpetrari, *Clem paſtoralis. §. deniq; & § ſeq. de ſent & re iudic. Mart. Laudenſ. in tractat. de crim. læſæ mai. qu. 22. Nicol Boer. in tract. de ſedit. q. 6. n. 2. & 3. Capoll conſ. crim. 17. nu. 17. Gigas de crim. læſ. mai. lib. 3. rubr. de prodit q. 1. n. 9. & libr. 1. rubr. qual. & à quib. crim. læſ. mai. q. 3. n. 3. & q. 68. n. 5. Iul Clar. in pract § læſ. mai. n. 6. Ant. Gomez. de delict. c. 2. n. 10. verſ. unum tamen eſt.* Exindè tamē nequaquam ſequitur, ſubditos contra magiſtratum vel ſuperiores ſuos quosvis quid doloſè molientes, crimen læſæ maieſtatis committere. Id quod ex ſolo vocabulo maieſtatis colligi poteſt, quâ non quilibet Magiſtratus, aut Princeps fulget, adeoque nec in quolibet ſuperiore ea lædi ac offendi poteſt.

17 Econtrà verò à ſubditis hoc crimen committitur, adverſus omnes eos Magiſtratus ac Principes, qui Maieſtatem habent ac tenent. Quinam illi ſint, id perpenſâ ac benè intellecta maieſtatis naturâ, ac proprietate, facillimè animadverti poteſt.

Q. 1. Quid nam ſit, & in quo conſiſtat Majeſtas Principis?

18 Hanc quidam in honore & gloriâ, ſive in perſonæ reverentiâ poſitam eſſe, exiſtimant, quæ non facilis ſit oppreſſu. Hinc *Gregor. Tholoſan.* eſſe latens quoddam, ait, quod reddit præter naturam propriam mirabile quippiam, *l. 8. de Republ cap. 3. n 2.* Sed umbram pro corpore, picturam pro re ipſa, ſpeciem externam pro veritate venditant, qui Maieſtatem accipiunt tantùm pro autoritate & amplitudine ac gravitate perſonæ, quæ viſu ac auditu iuxta venerabilis, *Tacit. 2. annal.* aut pro dignitatis & officii reverentia, *l. 9 ff. de jurisdict. Henning. Arniſ. de majeſt. cap. 1.*

19 *Paurmeiſt. de jurisd Im. Rom. lib. 1. cap. 4.* Etenim, licet Maieſtas quandoque pro externo ſplendore accipiatur à *Cicer. de Orat. lib. 2. Sueton. in Tib. c. 30. Lipſ. lib. 2. polit. c. 16.* ea tamen maieſtatis ſignificatio propria eſt. Nihil namque dignitas, nihil perſonalis honor ad maieſtatem Imperantis facit, per quam ius ipſum, quod in ſummâ poteſtate conſiſtit, intelligendum eſt. *Chriſtoph. Beſold. dict. libr. 1. polit. c. 2. §. 7. Herman. Kirchner. de Republ diſp. 2. th. 2.*

20 Neque ex titulorum ſplendore de maieſtate judicandum: nihil namque in vocabulo intereſt, modò dum eodem jure & imperio, omnium rerum quis teneat poteſtatem, nec ulli omninò Principi vel populo externo ſubjectus inveniatur: quia virtus in plenitudine ſolùm autoritatis, nō etiam nomine poſita eſt. *Fulv. Pacian. conſ. 149. n. 20.* Sive ergò quis Dictator aut Princeps, ſive Imperator aut Tribunus, ſive Pontifex aut etiam Dux nominetur, modò ſummum teneat Imperium, propriè tamen Rex eſt & Majeſtatem habet. *Bald. conſ. 328. col. 2. verſ. quoad quintum vol. 1. Bodin. lib. 1. de Republ. c. 9.* Quo pertinet iſtud Coſmi, Florentini Ducis: *Aun. Principe non conviene ambier l' excellenza de titoli, ſopra gli altri, ma che deve contentarſi della poſſanza in vece di titolo. Chriſtoph. Beſold. in diſc. polit. de Monarch. c. 3.*

21 Quamvis non ſine ratione Magnates quandoque loca, quorum poſſeſſionem non tenent, titulis ſuis inſerant, nimirum, quò datâ occaſione, prætenſiones & bellorum prætextus habeant, atque præſcriptio impediatur. Alio fine, pompæ videlicet & oſtentationis gratiâ, ſi hoc faciant Principes, pueris ſimiles videntur, quibus omne ludicrum in pretio eſt, & qui bullas ex ſalivâ & ſmegmate confectas, ſpiritu in aere hinc inde, propulſas vel cœlâ ipsô pulchriores eſſe putant. Quòd & animadvertebat Legatus Ordinum Belgicorum apud *Dominicum Baudium libr. 2. de induciis belli Belgici fol. 94.*

22 Non ergò Majeſtas per honorem, aut reverentiam, ſive amplitudinem titulorum, cum *Tholoſſ. lib. 8 de Republ c. 4. Lipſ. libr. 2. pol. cap. 16. Henr. Bocer. claſſ. 4. diſp. 10. de Regal. in pr.* Neque per vim quandam, per quam Princeps ſibi conciliat in animis hominum ſingularem admirationem & venerationem, & cum utraque conjunctum metum, cum *Keckerm. in ſyſt. pol. c. 17.* Neque per excellētiam quandam virtutis & probitatis, quæ ſine Magiſtratu, ſine Imperio, ſine fortunæ adminiculo honoratum reddit hominem, cū *Chaſſan. part. 1. glor. mund. conſ. 70. G. Benedict. in repet. c. Rayn. in verſ. teſtamentum. n. 45. de teſtam.* definienda eſt. Hi enim ad unum omnes aliquid humani paſſi fuere, teſte *Arniſ. lib. 1. de Majeſt. cap. 1.*

Definitio Majeſtatis

23 Sed per maieſtatem ius ipſum, quod in ſumma poteſtate conſiſtit, intelligendum eſt. Ut proindè ac propriè maieſtas dicatur & definiatur Summa & perpetua legibusque ſoluta poteſtas. *Clem. Timpler lib. 3. pol. cap. 1. q. 1. Ioh. Bod. lib. 1. de Rep. c. 8. Henr. Velſten. dec. 8. q. pol. 8. Chriſtoph Beſold. lib. 1. polit. c. 2. § 7. Henning. Arniſ. dict. lib. 1. de maj. c. 1. & 3. Tob. Paurmeiſt. lib. 1. de jurisdict. Imp. Rom. cap 4. n. 22. Dan. Otto de Maj. Imp. & Imperant. c. 2. Herm. Kirchn. diſp pol. 2. th. 3.* Poteſtas nimirum omnium adminiſtrandi quæ pro Republica neceſſaria exiſtunt.

24 Quæ definitio Maieſtatis tria ferè requiſita eſſentialia habet, quorum alterum ſi deficiat, nec

Majeſtatem adeſſe, dicendum eſt. *Primum* eſt, ut
poteſtas ſit ſumma, ita ut qui eam penes ſe habet,
ſive Imperator ſit, ſive Rex, ſive Princeps, ſive
Libera Respublica, ſuperiorem neminem ſupra
ſe agnoſcat præter DEum. *Alber. Gentil. diſp. Reg.*
1. *pag.* 17. iuxta illud *Guntheri in Ligur. libro*
ſexto.

---- Nullum caput iſta ſuper ſe
Aſpicit, excepto Cœlorum Rege, poteſtas.

25 Summum enim eſt unum primum indiviſibi-
le. Vnde ut multitudo Deorum, nullitas eſt Deo-
rum, ita quoque neceſſe eſt, multitudinem Re-
gum id efficere, ut nullus Rex eſſe videatur; quæ
latius probat & diſputat *Arniſ. dict. lib.* 1. *de ma-*
jeſt cap. 3. *n.* 2. Hocque tituli iſti innuunt, quibus
ſoli DEI gratiæ ſuam potentiam Reges, & Prin-
cipes ſummi ſubiiciunt, **Von Gottes Gnaden.**
VVeſembec. ad proœm. Inſtit. num. 3. *Bodin. libr.* 1. *de*
Republ. cap. fin. Quodque proindè à nullo, niſi
qui ſolum DEVM, nec ullum alium externum
Principem pro Superiore recognoſcit, propriè
fieri, iudicat *Chaſſan. ad Conſvetud. Burgund. in*
proœm. ad verba: par la grace de Dieu. Iacob. Me-
noch. conſil. 2. *n.* 104. Germaniæque Principes eo
titulo non jure proprio, ſed ex privilegio uti, pu-
tat *Matth. Stephan. libr.* 2. *de iurisdict. part.* 2. *cap.*
7. *num.* 40.

26 *Secundum requiſitum* eſt, Vt poteſtas illa ſit
perpetua. Quibus enim ad brevi aliquod tem-
pus ſumma tribuitur poteſtas, illis propriè non
competit majeſtas, ſed hi potius ſummæ poteſta-
tis ac Imperii cuſtodes, Reique publicæ Cura-
tores ſunt appellandi. *Bodin. libr.* 1. *de Republ. cap.*
8. *in pr. Chriſt. Beſold. dict. libr.* 1. *polit. cap.* 2. §. 30.
Quamobrem nec Dictator in Republicâ Ro-
manâ Rex erat, licet ei ad tempus ſumma conce-
deretur poteſtas. *Vincent. Cabot. diſp. var. libr.* 1.
cap. 7. Indeque etiam Majeſtas non competit iis,
qui vel abſente Principe, aut minorenni, mentiſ-
vè haud compote illo exiſtente, Rempublicam
adminiſtrant. *Bornit. de Majeſt. cap.* 2. *fol.* 7. *Rich.*
Dieter. in diſſert. de Majeſt. concl. 20. *Beſold. dict. c.*
2 §. 31.

27 Neque majeſtate præditi ſunt, vacante qui
Imperio adminiſtrationem habent ejusdem
Quales ſunt in Romano Imperio Sereniſſimi Vi-
carii, Illuſtriſſimi Dnn. Electores, Palatinus &
Saxo, iuxta *Aur. Bull. tit.* 3. *Rich. Dieter. dict. loco*
concl. 21. *Thom. Michael. de jurisdict. concl.* 29. Hi
enim, ut Vicarii & quâ ſunt tales *M*ajeſtatem in
Imperio non habent.

28 *Tertium requiſitum* eſſentiale *M*aieſtatis
eſt, ut poteſtas ſit legibus ſoluta. Hocque ex pri-
mo requiſito dependet: eo ipſo namque, quo
quis ſummus eſt, nec ſuperiorem alium reco-
gnoſcit, legibus ſubiectus non eſt, quæ aliàs ſu-
periores eſſent, aut ſummus Princeps eas ſibi ipſi
imponeret, quod fieri nequit. *l. quod autem.* §. *u-*
xori. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. 40. § *fin ff. de fi-*
deicom. libert. Henning. Arniſ. de majeſt lib. 1. *cap.*
3. *Velſten. dict. q.* 3. *Decad. polit. Keckerm. lib.* 1. *polit.*
cap. 17.

29 *M*aieſtas igitur ſumma, perpetua, legibusque
ſoluta poteſtas eſt, quæ maximè conſiſtit in exer-
citio Regalium Maiorum. Vnde & is, qui pro-
prio iure tenet eiusmodi Regalia, veram ac pro-
priam habet Maieſtatem. Profluunt enim hæc
ex naturâ Maieſtatis, quæ cùm ſit ſummum Rei
publicæ caput, quod gubernat omnia, ea quo-
que penes ſe habeat, oportet, ſine quibus Impe-
rium non ſubſiſtere. Falſa namque eſt opinio
eorum, qui dicunt, Regalia tribui Maieſtati ut
præmia; quia Princeps non obligatur ad tuen-
dam Rempublicam, eo, quòd accepit Regalia, ſed
quia ex ratione officii obligatur ad tuendam
Rempublicam, eò, quod Maieſtatem habet, cu-
ius hoc primum eſt, idcircò neceſſariò ipſi
competunt Rdgalia Maiora, ſine quibus impoſ-
ſibile eſt Maieſtatem exiſtere. *Novell.* 149. §. *ac ſa-*
nè Vult. libr. 1. *Feudor. cap.* 5. *dum.* 7. *Arniſ. de Ma-* 30
jeſt. lib. 2. *cap.* 1. *n.* 3. *pag.* 213. quam ſequuntur ut
umbra corpus, ideoque & Maieſtatis dicuntur
iura, ſive iura ſummi Imperii, ſacra Regni, & Sa-
cra ſacrorum. *Arnold. Clapmar. de arcan. Rerum-*
publ. libr. 1. *cap.* 10. *in pr.* A noſtris vocantur **Käy-**
ſerliche ſondere Hoheiten vnd Reſervanten, *Seceſſ.*
Imp. de Anno 76. §. **dadurch dann** *&c.* Quorum 31
radiis decus illud ſublime ſplendorem ac præe-
minentiam ſuam habet; quæ non magis à maie-
ſtate ſeparari poſſunt, quàm radii Solis à Sole,
Tob. Paurm. de jurisdict. Im. Rom libr. 1. *cap.* 2. *num.*
1. Et ſine quibus ſumma Maieſtas ſimulacri um-
bratici nomine verius indigitatur. Quæque pe-
nitus eviſcerans, homicida ſuæ dignitatis eſt,
Buxdorff. ad proœm. Aur. Bull. concl. 2. *in fin. Petr.*
Syring. de pac. Relig. concl. 14. Vnde vulgatum
Doctorum brocardicum: Hæc reſervata oſſibus
Impp. ita adhærere, ut ea nullus à ſceptro Cæſa-
reo divellere, vel nullo tempore pręſcribere que-
at. *Thom. Mich. de jurisd. concl.* 8. *Chriſt. Beſold. lib.*
1. *polit. cap.* 4. §. 32.

Quamvis enim & Inferiores Principes, Reſ- 32
publicæ, ac quandoque etiam Nobiles in ſuis
provinciis atque territoriis Regalia habeant ma-
iora, ea tamen non iure proprio tenent, ſed per-
miſſu & beneficio ſuperioris, ita ut totũ id quic-
quid ſit, ſoli Maieſtati Superioris acceptum fera-
tur. *c. dudum.* §. *hoc igitur de præbend. in* 6*to. l. inqui-*
ſitio ubi Dd. C. de ſolut. Peregr. de jur fiſci lib. 1. *tit. fin.*
n. 33. *Chriſt. Beſold. de appel. c.* 2. *n.* 16 *fol.* 59. *Knich.*
de jur. territ. c. 1. *n.* 315. Quomodo iura Maieſtatis, 33
quæ perſonalia ſunt, & ipſi Maieſtati inſeparabi-
liter cohærent, penes concedentem manent, u-
ſus verò & exercitium ſaltem ad inferiores tran-
ſit, ita ut is qui Majeſtatem habet, Regalia per in-
feriorem, cui conceſſa ſunt, exercere videatur,
perinde ſicut uſufructuarius vendendo uſum-
fructum peremptorem uti frui videtur. *l.* 38. *l.* 39.
l. 40. *ff. de uſufruct.*

Hinc cùm Fridericus I. Anno 1162. Cremo- 34
nenſibus fecit conceſſionem Regalium, fidelitas
& ſuperioritas Imperio hiſce verbis fuit reſerva-
ta: *Nemo à vobis Conſul recipiatur, niſi iuret, ſe* 220.
Marcas Argenti boni quotannis pro conceſſione ho-
rum Regalium ſoluturum, & nobis fidelitatem præ-
ſtiturum &c. Ioach. Clut. in ſyllog. rer. quotid. At, qui
pecuniam ex re quâpiam habet, reipſa uti vide-
tur. *l.* 39. *l.* 40. *ff. de uſufr.*

Et Henricus II. Imp. cùm Epiſcopo Pa- 35
tavino jus ſignandæ Monetæ largiretur, addidit,
ut in unâ parte nummorum nomen & imago
Imperatoris, in alterâ figurâ urbis exprimere-

tur. *Carol.Sigon.lib.8.hiſt.Ital.* Idq; absque dubio ad demonſtrandum, quòd nomine Imperatoris hoc Regale exerceretur.

36 Ex hiſce facilime dignoſci poteſt, contra quos Principes, Magiſtratus, ſeu Reſpublicas crimen læſæ Majeſtatis committatur: ſcilicet, ſi ſuperiorem neminem præter Deum recognoſcant, ſed in Imperio & Republicâ ſuâ ſummam, perpetuam, legibusque ſolutam obtineant poteſtatem, ita ut Maieſtatis iura proprio nomine & iure plenè exerceant. 37 Adeoque Reges Galliæ, Hiſpaniæ, Angliæ, Ungariæ, Daniæ, Poloniæ, Seciæ in Regnis ſuis habere Maieſtatem, aſſerit *Jacob. de Belvis in cap. 1. Quis dicat. Dux Marchio &c.* Vt contra eosdem a ſubditis ſuis crimen læſæ maieſtatis committi, prorſus dubitandum non ſit *Nicol Boer. in tractat. de ſedit. quæſt. 6. num. 17. Afflict. in cap. quæ ſint regalia. in verb: Et bona committentium. n. 54. & n. 111. Gigas. de crimin. læſ. majeſt. libr. 1. rubr. quotuplex ſit majeſtas. n. 7. Proſp. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 112. n. 22. Anton. Gomez. de delict. 2. n. 6. Iul. Clar. in pract. §. læſ. majeſt. num. 2.*

38 Sunt enim hi Reges Imperatori Romano ſimiles in ſuis Regnis, quia ſuperiorem non habent, ſed maieſtate præditi ſunt, & iura Maieſtatis proptio iure exercent; *Chriſt. Beſold. diſp. polit. 2. claſſ. 1. th. 25. Nicol Betſius de pact. fam. illuſtr. pag. mihi 427. Iohann. Schneidvv. de feud. part. 5. n. 64. Peregr. de jur. fiſci lib. 1. tit. 2. n. 76.*

Q.1. Num crimen læſæ majeſtatis committatur contra Pontificem Romanum?

39 Ex eoque fundamento aſſerendum omninò, Pontificem Romanum habere Maieſtatem, contraque eum crimen læſæ maieſtatis committi; Quia is in terris ſuis Superiorem non recognoſcit, & ſic ſummam, legibusque ſolutam habet poteſtatem, omniaque ea, quæ Monarcha exercere poteſt. *Hieronym. Gigas. de crim. læſæ majeſt. lib. 1. rubr. qual & à quib. crimin. numer. 2. Peregrin. lib. 1 de jur. & privil. fiſci cap. 2. nu. 2. Afflict. in c. 1. n. 2. quæ ſint regalia. Proſp. Farin. dict. qu. 112. n. 18. Iul. Clar. d. §. læſ. majeſt. nu. 2. verſ. committitur autem Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 7. cap. 4. n. 4. & cap. 32. n. 2.*

40 Quod ipſum tamen extra ditiones Pontificis nequaquam extendendum eſt, aliàs diceremus, Papam omnium Chriſtianorum eſſe dominum, *c. cuncta per mundum. 9. q. 3.* Et ab eo omnia Regna dependere, prout ſcripſit *Bartol. in extrav. ad reprimendum, ſuper verb. Totius orbis.* Quod tamen abſurdum. Nulla enim Reſpublica ſalvo Maieſtatis, ſeu ſuperioritatis iure, ſuperiorem Pontificem agnoſcere poteſt. *VVaremb. ab Erenberg. de Regn. ſubſid. c. 2. n. 16. Herm. Kirchn. de Republ. diſp. 2. coroll. lit. C. Dan. Otto de Majeſt. Imp. & Imperant. c. 2. pag. 27.*

41 Imprimis autem crimen læſæ Maieſtatis committitur adverſus Imperatorem Romanum, de quo nemo ferè dubitat, quando quis hoſtili animo adverſus ipſummet directò Imperatorem vel Imperium quid molitur, quod in ſpecie dicitur crimen perduellionis, *§. publica autem judicia ubi Hott. Inſt. de publ. jud. Henr. Bocer. in tractat. de crimin. læſ. majeſt. cap. 2. num. 9.* Aut non quidem animo perduellis, doloſè tamen quid machinatur contra Imperatorem vel Imperium, ut absque Imperatoris iuſſu bellum gerendo, delectum habendo, exercitum comparando. *l. 3. §. eadem lege. ff. ad Leg. Iul. Majeſt.* Quod in ſpecie dicitur maieſtatis crimen. *Bocer. dict. cap. 2. num. 47.* Vid. *Nicol. Boer. de ſedit. quæſt. 6. num. 11. & 17. Gigas libr. 1. rubr. quotuplex ſit majeſtas. n. 6. & 9. Ægid. Boſſ. in tit. de crim. læſ. maj. n. 5. 6. & 8. Anton. Gomez. de delict. cap. 2. nu. 6. Iul. Clar. in dict. §. læſ. majeſt. n. 2. Decian. dict. libr. cap. 2. n. 3. Proſp. Farin. dict. quæſt. 112. n. 19.*

42 Quis enim negare audebit, Imperatorem Romanum habere maieſtatem, Superiorem neminem recognoſcere, & iura Maieſtatis exercere? Is enim fons eſt omnis iurisdictionis, *Heig. part. 1. quæſt. 9. numer. 18. Nicol. Betſ. de pact. fam. illuſtr. pag. 33.* à quo omnes dignitates profluunt, & ad eundem refluunt. *l. ſacrilegij. C. de diverſ. reſcript. Schneidvvin. de feud. part. 2. num. 98. Vent. de Valent. in part. litig. libr. 1. c. 6. n. 23. Andr. Gail. libr. 1. obſerv. 30. num. 21. Roſenth. de feud. cap. 5. concl. 85. n. 3.*

43 Vnde tanquam ſtella matutina inter omnes Reges Imperator eminet, *Anton. ICtus VVeſtphal. de jur. princip. concluſ. 83.* Et omnes quotquot in univerſo terrarum orbe ſunt, Reges meritò anteſtat. *Petr. Syr de pac. relig. th. 15. Bernh. Zieritz in comment. de Princip. inter. ipſ. dign. prærog. Franciſc. Carol. Dux. Saxon. apud. Frid. Achill. in orat. pro Germ. pag. 105. Petr. de Andlo. de Imp. Rom. lib. 2. cap. 8.* 44 Idque iudicium fuit Alphonſi Arragoniæ & Neapoleos ſapientiſſimi Regis, qui Fridericum III. Imperatorem, cùm aliquando Neapolim veniſſet, nullo non honoris cultu eſt proſecutus, & cùm ab aulicis eo nomine reprehenderetur, Alphonſus iis ita reſpondit: *Veſtrum non eſt de Regibus judicare, Nos Reges omnes debemus reverentiam Imperatori tanquam ſummo Regi, ille eſt caput & Dux Regum. Chriſt. Beſold. in tr. de jurisdict. Imper. Rom. quæſt. 6. in fin.*

45 Ipſi etiam Germanorum capitales & iurati hoſtes Turcæ primas haſce Imperatori noſtro tuentur, *Dom. Arum. de jur. publ. diſcurſ. 3. Herm. Kirchn. de legat. off. & dignit. libr. 2. cap. 5. num. 62.* Vnde in celebritate circumciſionis Machumetis III. quæ duravit totis 40. diebus, & noctibus continuis, præſentibus Conſtantinopoli Maximorum propè totius orbis Principum Legatis, Rudolphi II. Chriſtianorum Imperatoris Auguſti Legati loco ſpectaverunt primo. *Franciſc. Carol. dict. orat. pro Germ. pag. 106. Beſold. de jurisdict. Imp. Rom. quæ. 6.* 46 Veriſſimum ergò manet, quod Landgravius olim Granvellano objecit, Imperatori nempe per Imperium autoritatem ſuper omnes Reges conciliari, apud *Sleidan. lib. 17.* Vid. *Zieritz. dict. loco. Dom. Arum. ad Aur. Bull. cap. 2. diſc. 2. th. 12. Beſold. diſp. polit. 2. de majeſt. polit. th. 23. claſſ. 1. & claſſ. 2. diſp. 5. de Arcan. Imp. & Princip. inter ipſos prærogat. th. 29. & 30.*

Q.3. Num crimen perduellionis committatur in Regem Romanorum?

47 Quod de Imperatore dictum, idem quoque obtinet in Rege Romanorum, contra quem, mortuo Imperatore electum, non minus quàm anteceſſorem crimen perduellionis committi, eò minus dubium eſt, quòd poſt Electionem ſe Imperatorem gerat, ac ipſo ſtatim jure plenam & abſolutam poteſtatem habeat, atque Majeſtatis jura exerceat. *Paurmeiſt. de jurisd. Imp. Rom. lib. 2.*

lib.2.cap.5.n.4. Imò poſtquam electus eſt, ſtatim vi electionis Imperator dicitur. *Dom. Arum. ad Aur. Bull. c.2. pag.* 113. Vt verè dixerit Vice Cancellarius Imperii, Georgius Sigismundus Seldus in **Bedencken an Käyſer Ferdinand über jhrer Käyſerl. May. Wahl vnd Hoheit. Es wiſſen vnſere Rechtsgelehrten zu zeiten ſelbſt den Vnterſcheid zwiſchen einen Römiſchen Käyſer oder König nit wohl zu finden.** Et alibi: **vnd auffn Reichstage zu Franckfurt durch gemeine Stände vnd andere erkandt worden / daß ein Römiſcher Käyſer vnnd König eben ein Ding ſey/** *Tob. Paurmeiſt. dict. cap. 5. num. 2.*

48 Quamvis enim defenſores poteſtatis Papalis electum ſaltem Regem Romanorum, poſt coronationem verò & approbationem Pontificis Imperatorem eſſe autument, ita ut electio ius quidem Imperatori deſignato, ſed inefficax, & ſicut gladium in vagina reconditum tribuat, ut eum educere ac perſtringere poſſit, è ſolâ Pontificis autoritate approbationeque proficiſcatur. *Hier. Balb. Epiſcop. Gurcenſ. ad Carol. V. de Coronat. part. 35. Petr. de Andlo. libro ſecundo. cap. 5. de Rom.*
49 *Imp. in fin.* Nugæ tamen hæ ſunt Papicolarum, & refelluntur ex *Aur. Bull. tit.* 2. quo ſancitum & conſuetudine munitum moribusque receptum eſt, ut ipſo electionis iure, qui electus eſt Rex Romanorum, ſummam poteſtatem conſequatur. *Paurm. de jurisd. Imp. Rom. lib. 2. cap. 4. num. 5.* Quod & ante Auream Bullam Ludovicus Bavarus peculiari conſtitutione ita diſpoſuit. *Frider. Hordled. de cauſ. belli German. Caroli V. libro primo. cap.* 47. *pag.* 512. *Münſter. in Coſmogr. libr. 3. cap. 24. pag.* 476. *Georg. Kolderer.* **von höch** *apud Frider. Achil. in Orat. contra Ital. p.* 618. *Hier. Balb. Coron. p.* 39

50 Non ergò poteſtatem adminiſtrandi Rex Romanorum accipi ex coronatione, ſed potius ex Principum electione. *Lup. de Bebenburg. Epiſcop. Badeberg. de jur. Regn. & Imp. Rom. 5. Thom. Mich. de jurisd. concl. 3. Anon. ICtus VVeſtph. de jur. Princip. concl. 12. Chriſt. Beſold. de jurisd. Imp. Rom. qu. 5. Vent. de Valent. in Parth. litig. libr. 1. cap. 6. Iohan. VVolff. lect. memor. cent. 16. pag.* 816. Nihil enim præſtant Imperiali poteſtati unctio & diadema, ſed inſignia illa, quaſi ad Maieſtatem ſacram, quę Imperio ineſt, oſtendendam, materiali viſibili ſubiecti Imperii cum ceremoniis impenduntur, ſicut ſimilia in Romano Pontifice fieri videmus, qui tamen ante omnia talia Papa eſt, ſtatim poſt electionem. *Ludolph. de Bebenb. de jur. Regn. & Imp. Rom. cap.* 10.

51 Quinimò, quàm plurimi Impp. â Papa haud coronati fuêre, ut Rudolph. I. Maximil. I. Ferdinandus. I. Maximilianus II. Matthias, & invictiſſimus noſter Imperator D. Ferdinandus II. Qui tamen omnes & ſinguli Imperatores fuerunt, & à toto mundo pro talibus culti & etiamnum habentur. *Anton. Coler. de jur. Imp. Germ. ſect. 6. & 7. Georg. Saurom. in Orat. de vitâ & obitu Imp. Maxim. I. apud Kirch. in curriculo Imp. Reg. &c. Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 4. n. 14. Matth. Stephan. de jurisd. Imp. Rom. lib. 2. part. 1. cap. 1. n. 143. Ioh. Cyriac. Baro in Belhem & VVartenburg. in Orat. de Maxim. II. Imp. Dom. Arum. de jur. publ. diſc. 3. & ad Aur. Bull. c. 2 pag.* 109.

Hocque abſque dubio procedit, ſi Rex Romanorum mortuo Cæſare Septemvirorum ſuf-
fragiis legitimè fuerit creatus. Quod ſi verò is 52
ſuperſtite adhuc conſentiente Imperatore eligatur, ita ut ei defuncto in Imperio ſuccedat, quomodo vivis anteceſſoribus, Imperii Succeſſores deſignati fuêre tres Ottones priores, quatuor Henrici, II. III. IV. & V. Fridericus II. Wenceslaus, Maximilianus I. Ferdinandus I. Maximilianus II. & Rudolphus II. In quos electos ſtatim defuncto Imperatore ipſo iure Imperii poteſtas ac titulus tranſiit. *Georg. Sigismund. Seld. in* **Bedencken an Käyſ. Ferdinand. über jhr Käyſ. Maj. Wahl vnd Hoheit** *Heig. quæſtion. 6. numero vigeſimoſexto part. 1. Dom. Arum. de jur. publ. diſc. 4. & 5. Mich. Sachſe in Chron. de ſing. vitâ & rebus geſtis.* Tùm, adverſus hunc crimen læſæ Maieſtatis committi, haud tutò aſſeri poterit. Quia nec
Maieſtatis iura, nec ullam aliam poteſtatem ſibi 53
ſumere poteſt Rex Romanorum ſic eventualiter electus: Vt diſertè oſtendit Capitulatio cum Imp. Rudolpho in vita parentis Maximiliani II. electo *hiſce verbis*: **Wir ſollen vnnd wollen vns auch keiner Regierung noch** administration **im heiligen Römiſchen Reich weiter oder anders vnterwinden / denn ſo viel vns deſſen von Käyſerl. Mayeſt. vergönnet vnnd zugelaſſen wird; daß wir auch Jhrer Käyſerlichen Mayeſtät die Zeit jhres Lebens an jhrer Hoheit vnd Würden deß Käyſerthumbs keine Jrrung oder Eintrag thun ſollen vnd wollen.** *Tob. Paurm. libr. 2. de jurisdict. Imper. Roman. cap. 5. numer.* 12. Et quòd etiam toto tempore, quo Carolus V. Imperium tenuit, frater
Ferdinandus Rex Romanorum in adminiſtra- 54
tione Reipublicæ nihil ſuo iure habuerit, patet ex commiſſione poſtrema à 7. die Septembr. Carolo ex Germania in Hiſpaniam abeunti, relicta, Anno 1556. Sudburgi in Selandiâ data, relata à *Melch. Goldaſt. in Conſtit. Imper. pag. mihi* 557.

Qu. 4. An & quando adverſus Conſiliarios Imperatoris crimẽ læſa majeſtatis committatur?

Cæterùm, adverſus Imperatorem Roma-
num alioſve Reges, qui ſuperiorem non reco- 55
gnoſcunt, crimen quoque læſæ maieſtatis committit, qui in necem eorundem Conſiliariorum, Senatorum, militumve quid molitur. *l. quisquis 5. in pr.* ibi: *De nece etiam Virorum Illuſtrium, qui Conſiliis & Conſiſtorio noſtro interſunt, Senatorum etiam (nam & ipſi pars corporis noſtri ſunt) vel cujuslibet poſtremo, qui nobis militat, cogitaverit &c. ad Leg. Iul. Majeſt.* Quod crimen in ſpecie quaſi perduellionis vulgò dicitur, *Henr. Bocer. in tractat. de crimin. læſ. majeſt. cap. 2. num.* 14.

Hocque ut committatur Dd. communiter
duo requiruntur. *Primò.* Vt Conſiliarii, Senato- 56
res ac Milites, in quorum necem conſpiratur, apud Principem in eius aula commorentur, iuxta *d. l. 5. C. ad Leg. Iul. Majeſt.* in verb. *Et conſiſtorio noſtro interſunt &c. Gloſſ. in d. l. 5. in verb: nobis militat. ubi Cyn. & Salycet. Mart. Laudenſ. in tract. de crim. læſ. majeſt. quæſt. 3. Roland. à Valle conſ. 1. n. 23. & 24. vol. 3. Iul. Clar. libr. 5. ſentent. §. læſ. majeſt. n. 5. in fin.*

Secundò: ut Reus de nece eorundem cogitet, ſtudio & animo offendendi Principem. *Aymon. Cravett. conſil. 6. numer. 79. tom. 1. Roland. à*

Valle conſ.1.num.32.vol.3.Iacob.Menoch. conſ.99. num.9. Petr. Theodor. in Colleg.crimin.diſp.5.th.5. lit. D.

57 Sed utrumq; meo judicio rectè reſpuit *Henric.Bocer.dict.c.2.n.19.& n.29.* exiſtimans: quaſi perduellionis crimen committi, licet nec Conſiliarii aut Senatores in Cæſareâ vivant aulâ, nec Reus in ipſum Principem invidiâ æſtuet. Generaliter namque *d.l.5.C.ad Leg.Iul. Majeſt.* loquitur in verb: *Quisquis cogitaverit &c.* quæ dictio generalis eſt, & omnes ſignificat, *l.hoc articulo 29. in pr.ff.de hæred.inſt.junct.l.ex duobus.34.§.1.ff.de vulg.& pup.ſubſt.* neque diſtinguit inter eum, qui odio Imperatoris, vel privato conſiliarii ſeu militis inſidias poſuerit; Lege autẽ non diſtinguente, nec nos diſtinguere debemus. *l.3.in fin.ff.de off.Præſid.* Nec quicquam aliud ad hoc, ut in Conſiliario Imperatoris quaſi perduellionis crimen admittatur, requiritur, quàm ut is Conſiſtorio Imperatoris interſit, hoc eſt, conſiliis ſuis Imperatorem juvet, quod quilibet Conſiliarius, etiam qui in aulâ Cæſaris non commoratur, vocatus facere poteſt.

Et certè, ratio huius iuris ponitur ea in *d.l.5.C. ad Leg.Iul.Majeſt.* Quòd nempè Conſiliarii ac Senatores pars ſint corporis Imperatoris: Quæ ratio æquè militat in iis, qui Cæſareâ in aulâ non commorantur, eaque tunc quoque obtinet, quando Reus in necem Conſiliariorum conſpirans, nullâ in ipſum Imperatorem invidia æſtuat.

58 *Et ſecundum ſententiam hanc Boceri in Scabinatu fuiſſe reſponſum memini, in caſu, quo Nobilis quidam D. S. in necem Sereniſſimi Principis Dn. Georgij Rudolphi, Ducis Lignicenſis, Cæſar. Majeſt. Conſiliarij, ac Vicarij Sileſiæ Superioris ac Inferioris, conſpiraverat, conducendo Incantatorem ſeu Veneficum, qui ipſum interficeret. Etſi enim prædictus Princeps non ſemper in Cæſareâ aulâ commorabatur, neque de odio ſeu invidia, quâ adverſus Imperatorem ipſum flagrabat Reus, conſtare poterat, nihilominus hocce delictum pro crimine læſæ Majeſtatis habebatur, eoq; id Reus ceu quaſi perduellionis criminis, perpetratis maximè ab eo aliis delictis, ad mortem condemnabatur, in hunc modum:* So hat D.S. wegen ſolches ſeines boßhafftigen Fürnehmens/ vnd daß er mit Liſt/ vnd durch hochverbottene zauberiſche Mittel Ew. Fürſtl. Gnad. als dem Lehenherrn/ vnnd Käyſerlichen/ auch zu Vngarn vnd Böheimb Königlichen Majeſt. hochanſehnlichen geheimbten Rath/ Cämmerern/ auch Vorwaltern der Oberhauptmanſchafft/ in Ober- vnd Nieder Schleſien/ nach Leib vnd Leben geſtanden/ ſeines habenden Lehenguts ſich vorluſtig gemacht/ vnd mag hierüber wegen dieſer ſo wol anderer ſeiner begangenen vnd bekandten vielfältigen Mißhandlungen anfänglichen zur Feymſtatt geſchleiffet/ folgends mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet/ vnnd nach beſchehener *execution* deſſen Cörper andern zum Schrecken vnnd Abſchew auff ein Radt geleget/ vnd geflochten werden/ V.R.W. *Ad requiſitionem Sereniſſimi Ducis Lignicenſis. M.Novembr. Anno* 1625.

Q.5. Num etiam adverſꝰ Principes & Status Imperii

59 Sed, *qui di reliquis Imperii Principibus, Epiſcopis, Comitibus, Baronibus & Civitatibus Liberis & in genere de Statibus Imperii, qui immediatè Imperio ſubſunt, habendum, annè & contra eosdem Crimen læſæ Majeſtatis committatur?* dubitari poteſt.

perij Romani crimen hoc cõmittatur?

Sanè quoad Electores Imperii res expedita eſt, adverſus eos Crimen hoc perpetrari, ob ſpecialem diſpoſitionem *Aur. Bull. tit. 24. verſ.* **So jemand mit Fürſten/** in verb: **So ſoll derſelbige/** 60 **als der an der Majeſtät ſchuldig/ mit dẽ Schwerdt geſtrafft/ vnnd alle ſeine Güter vnſerm fiſco zugeeignet werden** *&c.* 61 Quemadmodum & hi alias quoque prærogativas & privilegia quamplurima præ aliis Imperii Principibus habent. Nẽpe quòd ſinguli Electores Cameræ Imperialis Aſſeſſorem præſentent. Licet reliqui Ordines conjunctim nomine Circulorum ſuorum id faciant, in quibus plures ſunt Principes & alii Status eum iis conjuncti. *Ordin.Camer.part.1.tit.1.* 62 Item, quòd in liberis Electorum tutela anno 18. finiatur, *tit.7.Aur.Bull.ubi Buxdorff. & Arum. Sixtin.de Regalib.c.4.n.29.* 63 Quòd pro inveſtitura nihil ab Electoribus numeretur, quotiescunque feudum ab Imperatore recognoſcunt. *tit.29. Aur.Bull.* & quæ ſunt alia.

64 Eaque meretur dignitas & excellentia ſingularis Principum Electorum; Quorum humeris Imperii celſitudo committitur, quorumque ex germine quaſi, decedente Imperatore, Aquila quæ umbra alarum ſuarum occidentem tegit, producitur. *Arum.ad Aur.Bull.cap.6. Auct.anon. de ſtat.polit. ſeu civil. libr.4.diſc.34.* Quorumque collegium baſis eſt & fundamentum Imperii Romani. *Niçol.Betſ.de pact.fam.Illuſtr pag.mihi 227.*

65 Certum enim eſt, quòd poſtquam hi Principes inſtituti fuêre, eorum prudentiâ atq; conſilio effectum ſit, ut & graviſſimæ diſſenſiones quę antea de Electione Imperatoris exarſerant, conquieverint, pax & tranquillitas qualiscunque in Germania conſervata fuerit, inſidioſæ & clandeſtinæ conſpirationes exterorum Imperii majeſtati inhiantium repreſſæ fuerint. *Zach.Frider.in polit.cap.*18 *Vent.de Valent.in parth.litig.lib.2.cap.3 n.*18. *Michael Schiefferer.de origin & poteſt. Elector.concluſ.*1. *VVaremund. ab Erenb. de fœderib. c.2.n* 147.*Heig.part.1.quæſt.4.n.*15. Vnde in Decreto quodam Rudolph.II hæc verba habentur: **Daß der Churfürſten Hoheit vnd** Autoritet **mit eines Römiſchen Käyſers Gewalt vnnd Hoheit/ dahero ſie auch fleuſt dermaſſen verbunden/ daß eine ohne die andere nit verſchmälert werden/ auch ohne die andere nicht beſtehen kan.** *Arum. ad dict. c.6. Aur. Bull.*

66 Quantum verò ad reliquos Principes, Comites, Barones atque Status Imperii, ſi quis forſan eos offendat, non perpetrari crimen læſæ Majeſtatis, ex antea dictis ſequi videtur. Quia iſtis Principibus ceu Superiorem recognoſcentibus Imperatorem cui immediatè ſubſunt, Majeſtas non adſcribenda eſt, ut quæ ſuperius ſupra ſe nil agnoſcit; Deficiente verò Maieſtate, eandem lædi ac offendi non poſſe, expeditum eſt. Quamobrem & *tit.ff.& C. ad Legem Iuliam Majeſtatis* agunt tantummodò de Imperatore & Populo Romano, non etiam de aliis Principibus Imperatore inferioribus. Ex quo etiam fundamento, adverſus Principes inferiores ſuperiorem recognoſcentes crimen læſæ Maieſtatis nequaquam committi, concludunt *Anton. Peregrin.de jur.fiſci.libro quarto.cap.5.numer.24.*

*Anchoran.conſil.*189. *Alexand.conſil.*103.*num.fin.*
*vol.*5.*Anton.Gomez.tom.*3.*var.reſolut.cap.*2.*num.*
10. *Matth VVeſemb.in parat.ff.ad Leg.Iul.Ma-*
*jeſt.n.*7.*verſ.porrò quia tantùm Mynſ.reſp.*44.*n.*
12.*decad.*5.

67 Maximè, cùm in *Aur. Bull. tit.*24. de Princi-
pibus Electoribus ſpecialiter diſpoſitum reperi-
atur, ut in eorum necem conſpirantes habean-
tur Rei criminis læſæ Maieſtatis. Si ergò ſpe-
ciale hoc eſt in Electoribus, certè de aliis Princi-
pibus & Statibus Imperii aliud dicendum erit.
68 Unius enim incluſio eſt alterius excluſio. *l.cum*
*Prætor.*12.*in pr.ff. de judic. l.maritus.*21.*C.de procu-*
*rat. Iacob. Menoch.conſil.*216. *numer.*22. *& ſe-*
*quent.libr.*3. Neque ſpeciali ſanctione quoad
Electores *dict.tit.*24.*Aur. Bull.* opus fuiſſet, ſi
generaliter adverſus omnes Principes & Status
Imperii Crimen læſæ Maieſtatis committere-
tur.

69 Verùm, quicquid etiam de Principibus Infe-
rioribus Italiæ, Galliæ aliorumq; Regnorum tra-
dunt, ac diſputant rationabiliter Doctores, ut
videre eſt apud *Proſper.Farin.part.*5.*oper.crimin.*
70 *quæſtion.*112.*numer.*176.*& ſeqq.* Certè, longè
aliter iudicandum eſt de Proceribus ac Statibus
Imperii Romani, de quorum dignitate ex Co-
mitiorum ſerie iudicium fieri poteſt; Ibi enim
Imperator veluti Numen in cœlis præſidet, cui
aſſident quaſi ſeptem Panetæ in Zodiaco ſtatas
officiorum periodos obeuntes, illi Septemviri,
& undiquaque circumſident Nobiliſſimi ſtella-
rum chori, tot Archiepiſcopi & Epiſcopi, tot
Archiduces, Duces, Principes, Comites, tot Pro-
ceres & Magnates. *Franciſc. Carol Dux.Saxon.*
apud Frider.Achill.in Orat.pro German. Huic Or-
dinum Imperii Germanici Collegio, quid in o-
mni antiquitate conferri poſſit, niſi aut Amphi-
ctyonum conſeſſum, aut Achæorum concilium
ſe non videre, fatetur, *Thuan.hiſtor.libr.*2. Quam
tamen quaſi muſcæ ad Elephantum comparati-
onem eſſe, dicit *Franc.Carol.dict Orat.pro Germ.*
*Tob.Paurmeiſt.lib.*2.*de jurisd.Imper.Roman.cap.*
1.*n.*18.*&* 19.

71 Hocque eſt, quod Carolus V. Imperator
dixit: In Germaniâ ſe Regibus, in aliis Regnis
atque Provinciis mancipiis ac ſervis imperitare.
Bernh. Zieritz.de Princip.inter ipſ.dign.prærogat.
Cum quo convenit iſtud Imper. Maximiliani:
Regem Hiſpaniæ hominum, Regem Galliæ
Aſinorum, Regem Britanniæ Diabolorum, ſe
verò Regem Regum eſſe. *Magn.Dux.VVur-*
temb apud Frideric.Achil.in Orat.pro Gallia,pag.
211. *Auct.* **der Politiſchen Schatzkammer** / *libr.*2.
*diſc.*8.

72 Contra hos ergò crimen læſę Maieſtatis com-
mitti intrepidè affirmo, quemadmodum etiam
de Principibus ſuperiorem recognoſcentibus
hoc indiſtinctè aſſerunt. *Henr.Bocer.in tractat.de*
*crim læſæ.Maj.c.*2.*n.*91. *Martin.Laudenſ.in tract.*
*de crim læſ.Majeſt.qu.*1.*Hieron Gigas ſub tit.qua-*
*liter & à quibus quæſt.*26.*Jul. Clar.libr.*5 *ſentent.*§.
*læſæ Majeſtatis crimen.n.*3.*Roland à Valle conſ.*88.
*n.*4.*vol.*2.*& conſ* 74 *nu.*3.*&* 5.*vol.*3. *Aymon.Cra-*
*vett.conſ.*224.*n.*6.*Tiber.Dec.in tract.crim.libr.*7.
*cap.*4.*n.*8.

73 Expreſsè namque ſancitum eſt in *l.quisquis.*
5.*C.ad Legat.Iuliam Majeſtat.* Crimen Majeſta-
tis committi ab eo, qui de nece Conſiliariorum
ac Senatorum Imperatoris cogitat, eò quod ipſi
pars corporis ſint Imperatoris. Quis autem tam 74
ignarus in rebus politicis, qui audeat negare,
Principes, Comites, Barones, reliquosque Sta-
tus Imperii, Conſiliarios ac Senatores eſſe Cæſa-
reæ Majeſtatis, ut qui in Comitiis Imperialibus
de commodo & utilitate Imperii unà cum Im-
peratore conſultant & deliberant, quemadmo-
dum ex Receſſibus Imperii luculenter apparet;
perinde ſicuti olim Imperator leges generales
ſancire, de bello, pace vel fœderibus ſtatuere,
vel aliud quid ardui conſtituere volens, in præ-
ſentiâ & cum conſilio Ordinum id facere ſole-
bat. *l.*8.*C.de Legib.cap.*1.*de prohib.feud.alienat.per*
Frider.

Quinimò, hodiè Status Imperii non mo- 75
dò in conſilium adhibentur, ſed & in conſor-
tium poteſtatis adſciſcuntur. Summa enim
poteſtas Imperii in Comitiis in duos ſemiſſes di-
ſtribuitur, quorum unum Cæſar, reliquum Or-
dines Vniverſi habent, adeoque Status Imperii
conjunctim tantum poteſtatis obtinent in Co-
mitiis, quantum ipſemet Imperator. *Tob.Paur-*
meiſt.de jurisdict.Imper.Roman.libro ſecundo,cap.
2.*numero vigeſimo.* Igitur & in Comitiis omnia
conſenſu & voluntate Statuum decernuntur.
Quamvis enim in reformatione Friderici III.
Imp. de Anno 1442. in Ordinatione Cameræ an-
tiquiori, & in Conſtitutione Maximiliani I. de
pace publicâ, de Anno 1495. conſilii tantùm
mentio fiat. In noviſſimis tamen Imperii Le- 76
gibus etiam conſenſum expreſsè notatum inve-
nimus; ut in Receſſu de Anno 1500. 1512. 1521.
aliisque, ubi ſemper hæc clauſula conſpicitur
adjecta: **Vnd haben wir vns mit den Ständten**
vnnd ſie ſich hinwiederumb mit vns vergliechen.
Chriſt.Beſold.in tractat.de jurisdict.Imper.Roman.
*quæſtion.*13.*VVolffgang.Frideric.à Pappenheim in*
*diſcurſ.de jur.publ.cap.*3.*concluſ.*6.*apud Arum.*
*pag.*1054.

Hocque eſt, quòd *Tob.Paurmeiſt.* conſenſum 77
mutuum Cæſaris & Ordinum Imperii formam
ſubſtantialem facit Decretorum Comitialium,
*libr.*2.*de jurisd.Imp.cap.*2.*n.*84. In tantum, ut ſi
inter Cæſarem & Ordines, vel majorem eorum
partem, res coire nequeat, nihil actum indice-
tur, nec Imperator ex plenitudine poteſtatis,
nec Ordines invito illo quicquam ſtatuere poſ-
ſint. *Melch.Goldaſt.in replicat.pro Imper.contra*
*Gretſer.cap.*11.*pag.*105. *Paurmeiſt.dict.cap.*2.*num.*
50. ubi reſpondet ad ea, quæ in contrarium pro-
feruntur ab *Auct.* **der nothwendigen Erinne-**
rung / *contra* **Donawertiſche** *information.* Quod 78
& confirmat *Autor Autonomiæ, Franciſcus Bur-*
ckardus (*quem Autor Partheniÿ litigioſi vocat An-*
dream **Erſtenberger** *libro primo cap.*6.*numer.*9.)
Cancellarius quondam Archiepiſcopi & Electo-
ris Colonienſis, dum formam & ordinem in fe-
rendis decretis Imperii hiſce verbis deſcribit:
Daß der Punct / davon deliberiret **werden ſoll /**
proponiret, **berathſchlaget** / referiret, conferiret,
vnd durch die jenigen / denen es gebühret Reichs-
ſatzungen zu machen / das iſt / durch die Käyſerliche
vnd Königliche Maieſtät / auch ChurFürſten /
Fürſten

Fürſten vnd Ständen deß Reichs beſchloſſen/vnd verabſcheidet werde/*part.3.cap.37.*

79 Prætereà, quicquid in Comitiis ſtatuitur, id non niſi in vim contractus inter Imperatorem & Ordines initi valet, iuxta *Decret. Auguſt. de Anno* 1500. **vnd wir Churfürſten** / ibi: **vnd ſich auch dero mit vns/vnd wir mit ſeiner Königlichen Gnad in Contractsweiſe verpflichtet vnnd verſchrieben haben** *&c.* Quale ergò in contractibus alterutrius contrahentium arbitrium eſt, talis quoque & non alia eſt Imperatoris in Comitiis poteſtas. Contrahentium autem arbitrium hoc eſt, ut alter alterum invitum obligare non poſſit, ſed utriuſque requiratur conſenſus. Unde liquet, Imperatori nec maiorem, nec minorem, ſed parem & æqualem, cum Statibus Imperii coniunctim conſideratis, in decernendo competere autoritatem.

80 Neque res aliter ſeſe habet in Iuribus Maieſtatis, quæ Imperator abſque conſenſu Statuum non magis exercere poteſt, atque in Comitiis ex poteſtate quid decernere. Non enim cum externis Principibus de rebus Imperii fœdus inire poteſt, *Scleidan. lib.* 1. *pag.* 30. *Thuan. libr.* 2. *hiſt. fol* 27. Nec inconſultis Proceribus intra vel extra fines Imperii bellum ſuſcipere, *Regn. Sixtin. in tract. de Regalib. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 20. *Arnold. Clapmar. de arcan. Rerumpubl. libr.* 1. *cap.* 20. *Paurmeiſt. de jurisdict. Imp. Rom lib.* 1. *cap.* 3. *n* 31. *Henr. Bocer. de regal. cap.* 2. *n.* 14. *Petr. Heig. lib.* 1.
81 *quæſt.* 18 *num.* 6. Nec vectigalia erigere, *Paurm. dict. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 7. *Buxdorff. ad Aur. Bull. concluſ.* 91 *juxta Receſſ. Imper. de Anno* 76. §. **weiters ſeyn wir auch** *cum duobus ſeqq.* ibi **Auch ohne Bewilligung vnſerer vnd deß heiligen Reichs Churfürſten** *&c.* Nec leges ferre univerſales, *Paurm. dict. cap.* 4. *numer* 6. 7. *Andr. Knich. de non prov. Saxon. privil. verſ. Electorum. cap.* 5. *num.* 82. *Anton. Coler. de Jur. Imper. Roman ſect* 18. *Ioach. Cluten. in ſyllog. rer. quotid. concluſ.* 21. Et quæ ſunt alia, quæ Imperator abſque conſenſu ac voluntate Statuum & Procerum Imperii, ſolus exercere in capitulatione prohibetur, *Sleidan. dict. lib.* 1.

82 Ex quibus manifeſtum redditur, Principes ac Status Imperii coniunctim unà cum Imperatore, tàm in Decretis Comitiorum, quàm exercitio Iurium Maieſtatis poteſtatem ſummam obtinere. Vnde ſic colligere licet: Ad quem ſumma poteſtas & iura Maieſtatis ex parte pervenerunt, hunc in conſortium Imperii & Maieſtatis adſcitum eſſe conſequens eſt. At poteſtas, iuraque Maieſtatis ad Status Imperii non ut ſingulos, ſed ut univerſos, ex parte, eaque non minimâ, pervenerunt, uti modò dictum. Ergò & Principes ac Status in conſortium Maieſtatis atque Imperii ſunt adſciti. Quæ ſi vera ſunt, uti ſunt veriſſima, quis inficias ibit, Maieſtatis crimen committi, quando in necem Principum, qui de Maieſtate participant, conſpiratur. Quis etiam negabit, ſalutem Imperii periclitari, ſi Principibus in conſortium Imperii adſcitis inſidiæ ſtruantur. Nec fieri poterit, ſi quid in aliquem Procerum Imperii committatur atrocius, quin reverà etiam imperii caput, Imperator nempè, aliquâ ratione lædatur.

83 Veriſſima itaque eſt aſſertio *Bernh. Zieritz. in tract. de Princip. prærog.* Germaniæ Principes Majeſtatem habere. Cui non adverſantur ea, quæ à *Dan. Otton. in diſcurſ. de Majeſtat. Imper. & Imperant. part.* 39. in contrarium adducuntur. Quòd ſcilicet Status Imperii ſint ſubditi, Vaſalli, & fiduciarii Cæſaris, ejusque jurisdictioni omnes immediatè ſubjecti, juxta *Ordinat. Camer. part.* 2. *titul.* 27. *Andr. Gail. libro primo. obſervation.* 36. *Knich. de ſubl. territ. jur. capit.* 1. *numer.* 187. à quo inveſtituram & poſſeſſionem Provinciarum ſuarum petunt, & è quibus Cæſar juramentum ſubjectionis, (**Die Erb. vnnd Landes. Huldigungs. Pflicht**/) exigit. Cuique ſe ſtatus ſubjectiſſimos profitentur. *Regner. Sixtin. de Regal. libro primo. cap* 4. Ex quibus videtur evinci poſſe, Principibus Imperii nequaquam Majeſtatem competere.

84 Sciendum namque, Statuum Imperii poteſtatem eſſe duplicem: *Vnam*, quæ conſiſtit in totius Imperii Romani adminiſtratione, quippe quòd illi jus Statuendi cum Imperatore, adeoque jus ſeſſuræ ac dicendæ ſententiæ, tanquam Optimates Reipublicæ, in Comitis Imperii habeant. *Matth. Stephan. de jurisdict. lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 7. *numer.* 1. Quo intuitu conſiderantur ut membra Imperii, qua cum Imperatore conſtituunt Imperium, eoque reſpectu Majeſtatem habent, nec ſubditi ſunt. Illudque ipſum eſt, quod ad Campegium Cardinalem Eraſmus Roterodamus ſcribit: Magnam quidem eſſe Caroli V. Cæſaris potentiam, ſed hoc nomen ab omnibus non agnoſci; Germanos verò qui agnoſcerent, illud certis conditionibus ſic agnoſcere, ut imperent veriùs quàm pareant, *Sleidan. lib* 8. Optimo ergò jure Status Imperii in ſuis ſcriptis, epiſtolis atque edictis utuntur hâc locutione: **Wir von Gottes Gnaden.** &c. Quam phraſin aliàs Ludovicus XI. Rex Galliæ de ſuis reſcriptis detrahi juſſit Franciſcum Armonicorum Ducem.

Altera Statuum Imperii poteſtas conſiſtit in perſonis ac rebus ditionum ſuarum, quam re- 85 centiores vocant Superioritatem, aut jus territorii Principum, ſive jus ſuperius, (**Die Landesfürſtliche / oder Landes Obrigkeit.**) *Carol Sigon. de Regn. Ital. libr.* 7. *Thom. Mich. de jurisdict. concluſ.* 44. *Chriſt. Beſold. jurisd. Imper. Roman quæſtion.* 18. Cuius reſpectu conſiderantur ut ſinguli, & Provinciarum ſuarum Domini ac poſſeſſores. Eoq; 86 intuitu ſubditi ſunt ac Vaſalli, non quidem ſolius Imperatoris, quia is ſolus Maieſtatem in Imperio non habet, ſed totius Imperii, quod ipſimet Status coniunctim ſimul conſtituunt, quo reſpectu conceſſerim ea, quæ à *Dan. Otton. dict. loco* obiiciuntur.

Corruit ergò quoad Status Imperii Romano-Germanici fundamentum *Anton. Pere-* 87 *grin. Matth. Weſembec. Mynſinger. Decian. Anchor. Anton. Gomez.* aſſerentium; Crimin læſæ maieſtatis adverſus Principes inferiores proptereà non committi, quòd iis nulla competat maieſtas. Contrarium namque ex antea dictis haud obſcurè evincitur. Quamvis etiam non abſurdè quis dixerit; adverſus Status Imperii hoc crimen perpetrari, non ideo, quòd illorum majeſtas violetur, ſed quòd per hoc ſalus totius Reipublicæ ſeu Imperii periclitetur, cum fieri nequeat, ſi quid in aliquem Procerum Imperii committatur atrocius, quin revera etiam ipſum Imperii corpus, adeoque illius caput, Imperator, aliquo modo lædatur, uti ſentit *Petr. Theodor. in Colleg. Criminal. diſp. 5. th. 5. lit. I.*

88 Quod non infringit *titul.* 24. *Aur. Bull.* quo pœna gladii & bonorum confiſcatio conſtituitur ſpecialiter in eos, qui cum aliis in necem Electorum conſpirarunt; unde ſequi videtur, in alios Principes Imperii, præter Electores, Crimen Majeſtatis nequaquam committi: cùm unius incluſio ſit alterius excluſio. *Non* enim ſpecialitas diſpoſitionis iſtius ipſum crimen læſæ Majeſtatis, ſed potius ejusdem pœnam concernit, dum Imper. Carolus IV. conſpirantes in necem Electorum non modò gladio, ſed & confiſcatione bonorum puniri vult, non ſecus ac ſi adverſus ipſummet Cæſarem Majeſtatis ſeu perduellionis crimen fuiſſet perpetratum, quod certè in Electoribus ſpeciale eſt. Nec confiſcatio bonorum, in crimine contra inferiores Principes commiſſo, obtinet, ut teſtatur *Nicol. Boer. in tractat. de ſedit. quæſtion. 6. Capoll. conſil.* 17. *Proſper. Farinac. dict. quæſtion.* 112. *numer.* 200. *&* 204. Exindè tamen ad ipſum crimen nequaquam inferendum, nec iſtud contra Status Imperii alios non committi, aliavè pœna coerceri dicendum eſt, proinde ſicut delictum hoc quandoque non ultimo ſupplicio, ſed mitiori pœna, veluti relegatione ſeu infamia punitur, *l.* 40 *junct. l.* 24 *ff. de pœn.* quod tamen propterea Crimen Majeſtatis eſſe non deſinit.

Q. 6. Qua ſit pœna Criminis læſæ Majeſtatis?

89 Vniformis namque huius criminis pœna non eſt. Etenim ſi adverſus ipſummet Imperatorem, eiusvè Conſiliarios, vel etiam Electores & Principes Imperii, directò in eorundem necem conſpirando, committatur, quod propriè Crimen perduellionis appellitatur, tunc Reus absque dubio pœna mortis plectitur. *l. quisquis in pr. C. ad Leg. Jul. Maieſt. ubi Salycet. numero primo. in ſummar. Henric. Bocer. in tractat. de crimin. laſ. maieſt. cap.* 3. *numer.* 9. *Gigas de crimin. laſ. maieſt. libr.* 2. *rubr. de pœn. committ. crimin. laſ. maieſt. quæſtion* 1. *numer.* 7. licet non ſemper ac quovis caſu uno eodemque genere ſupplicii.

90 Quamvis enim Reos Maieſtatis gladio puniri velit *d. l.* 5. *C. ad Leg. Jul. maieſt.* in verb. *ipſe quidem utpotè Maieſtatis Reus gladio feriatur, &c.* Vnde *Scip. Gent.* 1. *de conj.* 2. miratur, tàm ſimplex & ignobile mortis genus ſtatutum ac Imperatores in ipſos Reos antiquis legibus mitiores fuiſſe, cùm tamen pleraque in *d. l.* 5. ad acerbitatem ſint conquiſita, ac ob enormitatem criminis, pœna ad filios quoque extenſa. 91 Attamen in *d. l.* 5. per gladium non capitis amputationem tantùm, ſed omne genus ultimi ſupplicii ſignificari ac denotari exiſtimaverim, quemadmodum etiam gladii nomine quodvis extremum venit ſupplicium in *l.* 3. *ff. de jurisdict. l.* 31. *ff. ad Leg. Jul. de adult.* Cum illud inſigne fuerit in iudiciis rerum capitalium, unde ſæpiſſimè Jus gladii pro jure vitæ ac necis, ut & pro coërcitione criminis uſurpatur. *Scip. Gent. lib.* 3. *de jurisdict. c.* 3. *Camer. oper. ſucciſ. cent.* 1. *cap.* 76. Sic & capitis pœna quodvis ſupplicii genus innui, apparet ex *l.* 6. §. 4. *l.* 7. *ff. de re milit. cum l.* 8. §. 2. *l.* 38. §. 1. *&* 2. *ff. de pœn.*

Vnde fit, quòd Reus hujus criminis ceu omnium nefandiſſimi ac ſceleratiſſimi, hodiè quandoque gladio, quandoque igne, & quandoque diſſectione in quatuor partes (juxta Edictorum & Statutorum diſpoſitionem in locis, ubi crimen fuit commiſſum) puniantur, & quandoque etiam ſeveriori adhuc mortis genere. *Iodoc Damhouder, in prax. rer. crimin. cap.* 62. *num.* 6. *Iul. Clar. libr.* 5. *ſentent.* §. *laſ. maieſt. numer.* 8. *Proſper. Farinac. part.* 5. *oper crimin. quæſt.* 116. *numer.* 3. *Anton. Gomez. tom.* 3. *variar. reſolut. cap.* 2. *numer.* 11. *Tiber. Decian. in tractat. crimin. libr.* 6. *cap.* 32. *numer.* 27. *& cap.* 39. *num.* 14. 16. 17. *Henr. Bocer. dict. cap.* 2. *numer.* 13. *Honded. conſil.* 100. *num.* 18. 92

Quemadmodum etiam hiſce in terris Reum quendam hujus criminis adverſus Sereniſſimum Dn. Electorem Saxon. attentati, ante viginti aliquot annos in quatuor fruſtra ſciſſum fuiſſe, novimus. 93

Quale genus ſupplicii in *Ordinat. Crimin. Caroli V. Imper.* non ſolùm approbatum, ſed & auctum fuiſſe, puto. Quippè cùm eâ cautum ſit, ut proditores Provinciarum, Vrbium, Principum, quorum jurisdictioni & Imperio ipſi ſubjecti ſunt, prius proſtrati in terram per plateas ad locum ſupplicii raptentur, trahantur, aut ignitis forcipibus lacerentur; poſtea verò in partes quatuor ſcindantur, *artic.* 124. in verb. **Welcher mit boßhafftiger Verrätherey mißhandelt/ ſoll der Gewonheit nach durch Viertheilung zum Todte geſtrafft. Were er aber ein Weibesbild/die ſoll man ertrencken/ vnnd wo ſolche Verrätherey groſſen Schaden oder ärgernüß bringen möchte/als die/ſo ein Land/Statt/ſeinen eygenen Herren/ Bettgenoſſen/oder nahen geſipten Freund betreffe/ So mag die Straffe durch Schleiffen/oder Zangenreiſſen gemehret/vnnd alſo zu tödtlicher Straffe geführet werden** *&c.* Si enim hæc pœna locum habet in proditoribus, qui perduelles non ſunt, multò magis ex paritate rationis obtinebit ea in iis, qui hoſtili animo adverſus totam Rempublicam Romanam, vel ipſum Imperatorem, aut Principes Electores quid moliti ſunt, juxta tradita à *Nicol. Everh. in hoc legal. in loco à rat. leg. larga ad extenſ. ipſ. leg. n.* 55. *& ſeqq.* 94

Et licet de Jur. Saxon. in proditores Rotæ pœna ſtatuatur *libro ſecundo. artic.* 13. ea tamen in deſuetudinem abiit, in ejusque locum diſſectio ſurrogata eſt, teſte, *Reinhard. part.* 5. *diff.* 34. ibi: **Aber nach Gewonheit vnnd Gelegenheit der Verbrechung werden ſie geviertheilet.** In Gallia quoque Tranſalpina Reos perduellionis quatuor equis alligatos dilacerari vivos, ſcribit *Hieron. Gigas in tractat. de crimin. laſ. majeſt. rubr. de pœn. commit. criminal. laſ. quæſtion.* 1. *numer.* 7. *& fin.* 95

Absque

96 Absque dubio autem pœna diſſectionis hiſce in terris uſu recepta eſt in crimine perduellionis tunc demum, quando hoc crimen adverſus ipſummet Imperatorem, aut Electores Imperii fuerit perpetratum; ſecus verò, ſi Reus in necem Conſiliariorum Cæſaris aut Principum, ac Statuum Imperii conſpiraverit. Quibus caſibus, ut & in crimine ſimplici læſæ Majeſtatis, Reum ſeveriori ſupplicio, quàm pœna gladii (addito quandoque pro ratione circumſtantiarum maioris alicuius reatus judicio, ut nempè Reus vel forcipibus candentibus aduratur, vel trahæ iniectus ad ſupplicium rapiatur, vel cadaver Rotæ affigatur, juxta diſpoſitionem *Ordinat. Criminal Carol n. artic. 137. verſ.* **Vnnd mag man in fürgeſetztem Mord / ſo der an hohen trefflichen Perſonen** *&c.*) afficiendum non eſſe exiſtimo.

97 *Veluti etiam ex ſententiâ Scabinorum Lipſenſiũ ad requiſitionem Principis Lignicenſis, M. Novembr. Anno 1625. cuius ſuprà facta eſt mentio, luculenter apparet.*

Quinimò, pœna Criminis læſæ Maieſtatis ita ſpecialiter dicti non ſemper ultimum ſupplicium eſt, ſed interdum deportatio, interdum verò relegatio cum infamia. Deportatione enim & infamiâ afficitur, qui hoſtem fugientem ſciens ſuſcepit, *l. 40 junct. l. eorum 24 ff de pœn.* Relegationis verò & infamiæ pœna imponitur ei, qui hoſtem Populi Romani quodam occultari loco non ignorans, diu diſſimulavit. *d. l. 40 & 24. de pœn. Henr. Bocer. de crim. læſ maieſt. cap. 3. num.* 109. *Anton. Capycius deciſ.* 130. *n.* 20. ubi ſcribit, quòd eſſe quis poſſit in crimine læſæ Majeſtatis, & in pœna tantùm relegationis.

98 Ultra pœnam autem corporalem Rei huius criminis, adverſus Imperatorem, Rempublicam vel Electores commiſſi, quorum liberos etiam infamia paterna comitatur, *l. 5. C. ad leg Jul. majeſt. tit. 24. Aur. Bull.* bonis ſuis omnibus exuuntur, eaque fiſco applicantur. *l. fin.* ibi: *hæreditas fiſco vindicatur ff. ad leg. Iul majeſt. l. 5. l. 6. l. 7. & l. fin. C. eod. tit. l. donationes. 31 §. fin. ff. de donat. l cum filius. 76. §. fin. ff. de legat. 2. l. 1. C. de bon. libertor.*

99 Quod & convenit ſanctioni Caroli IV. Imperatoris in *Aur. Bull. tit.* 24. in verb. **So ſoll derſelbige als der an der Majeſtät ſchüldig / mit dem Schwerdt geſtrafft / vnd alle ſeine Güter vnſerm fiſco zugeeignet werden** *&c.* Et Ordinationi Criminali Caroli V. Imper. *artic.* 218. in verb. **Wann an etlichen Orten / ſo ein Vbelthäter auſſerhalb deß Laſters vnſer beleidigten Majeſtät / oder ſonſt in andern Fällen / ſo der Vbelthäter Leib vnd Gut nicht verwürcket / vom Leben zum Todte geſtrafft werden / Weib vnd Kinder an Bettelſtab / vnd das Gut dem Herrn zugewieſen** *&c.*

Q 7. Num Reus læſæ Majeſtatis bona ſua ipſo jure amittat?

100 Sed, *an bona ſua Reus criminis Maieſtatis ipſo jure amittat, eaq; ex ipſo die ſtatim contracti ſceleris, non expectatâ ſententiâ ad fiſcum tranſeant, dubitatur?* Communiter hoc affirmant Doctores, *Nicol. Boer. deciſ. 277. n. 12. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. læſ. majeſt. numero nono. Jacob. Menoch. conſilio 99. numer.* 160. 161. 162. *Johan. Harpp. in §. publ. aut judic. numero trigeſimonono. Inſtitut. de publ. jud. Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſp. 5. th. 6. lit. D. Tiber. Decian. in tractat. crimin. libr. 7. cap. 40. num. 6.*

Idque evincere conantur ex *l. quiſquis 5. in fin. pr.* ibi: *Maieſtatis Reus gladio feriatur bonis eius omnibus fiſco noſtro addictis. C. ad leg. Jul. Maieſt. c. felicis. §. ſi qua verò.* ibi: *Sit eis ipſo jure privatus & §. ſeq.* in verb. *ſint eis ipſo jure privati. de pœn. in 6to.* Ex quibus & aliis textibus probatur, Reum criminis læſæ majeſtatis ipſo jure bonis ſuis privari; Quod ſi verum eſt, certè non opus erit ſententia aliqua.

101 Verumtamen ut concedamus, Reum Majeſtatis ipſo jure bona ſua amittere, de quo non multùm laborandum, nequaquam tamen exinde ſequitur, ſententiam declaratoriam non requiri. Etenim ut *Gramm. deciſ. Neapol. 15. numero octavo,* notabiliter ſcribit, omnia jura mundi pro aliquo crimine diſponentia, quòd ipſo jure pœna imponatur, intelligenda eſſe, dummodò ſecuta fuerit ſententia declaratoria, quâ declaretur, Crimen illud in judicium deductum fuiſſe commiſſum. Neq; enim quis Reus exiſtimatur, niſi per ſententiam prius declaretur. *l. fin. C. de accuſat. l. 1, l. 14. C. ex quibus cauſ infam irrog. l. furti. 6. in pr. ff. de his qui notant. infam. l. cum Reis.* 18. *C. de pœn.* Nec qui accuſatur, Reus eſt, ſed qui convincitur criminoſus. *cap fin. 15. quæſt. fin. cap. eorum, 11. quæſt. 3 Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. poſtquam. num.* 38. *& §. diligenter. numer.* 171.

102 Hinc licet violator pacis publicæ ipſo jure in pœnam Banni incidat, nihilominus tamen ſententiam declaratoriam requiri, probatur ex *Ordin. Camer. part 2. titul. 9. §.* **So jemands** in verb. **So bald auch der oder dieſelbe Thäter vnnd Friedbrecher alſo durch die Kayſerliche Majeſtät. Vnd als Römiſchen König / oder das Kayſerliche Cammergerichte mit vorgehender** citation **oder Fürheiſchung / in die angeregte Acht gefallen ſind /** declariret **vnnd erkläret /** *Andr. Gail. libro primo de pac. publ. cap. 19. numer. 3. & libr. 2. cap. 3. n. 1.*

103 Non obſtantibus ergò juribus ſuprà allegatis, rectius ſentit *Hieron. Gigas in tractat. de crim. læſ. majeſt. rubr. de pœn. comm. crimin. læſ. majeſt. quæſtion 25. numero quinto.* Eum, qui Majeſtatis crimen contraxit, non confeſtim à tempore delicti amiſſionem bonorum ſuorum ſuſtinere, ſed damnatoriâ ſeu declaratoriâ demum ſententiâ lata: quod & arbitrantur *Henric. Bocer. in tractat. de crimin læſ. maieſt. cap. 3. num. 22. Anton. Peregrin. de jur. fiſc. libr. 5. tit. 1. numer.* 171. *Anton. Fab. libro ſeptimo. conjectur.* 20. *Andr. Fach. 9. contr.* 35.

104 Quorum ſententia haud obſcurè probatur in *l fin. C. ad Leg. Jul. Maieſt.* ubi expreſsè dicitur, quòd convicto Majeſtatis Reo, ejus bona ſucceſſoribus eripiantur, & fiſco vindicentur. Antequam igitur Reus Majeſtatis convictus, ac per ſententiam declaratus fuerit, bona ipſius ad fiſcum non pertinent.

105 Idemque expreſsè deponitur in *Aur. Bull. tit.* 24. § **Wir wollen auch /** in verb. **daß auch nach dem Todte deß Schüldigen / dieſes Laſter ange-**

fangen werden möge; Damit ſo der Verſtorbene deſſen überwunden / ſein Gedächtnüß verdampt/ vnd die Güter deſſen Nachfolgern entzogen werden *&c.* Et in *fin. dict. titul.* 24. **Da man befinden würde / daß ſolche Perſon hierin ſchüldig geweſen.** Quæ certè verba requirunt inquiſitionem ac cognitionem cauſæ, quæ ſi non præceſſerit, nec Reus fuerit convictus ac declaratus, confiſcatio bonorum nequaquam obtinebit.

106 Hancque ob rationem *JCtus Paulus* diſertè ſcribit; Eum qui majeſtatis criminis Reus factus eſt, ante damnationem dominum eſſe rerum ſuarum, in *l. quæſitum. 15. in pr. ff. qui & à quibus manumiſſ.* Et *JCtus Martianus* aſſerit, rem ejus, qui Majeſtatis Reus eſt, diſtrahi à fiſco non poſſe antequam damnatio ipſius Rei facta fuerit, in *l. res quæ in controverſia. 26. in pr. ff. de jur. fiſci.*

107 *Et juxta hanc ſententiam in caſu, quo Reus Majeſtatis nondum convictus & condemnatus mortuus fuerat, eiusdem bona ex ſolis indiciis & præſumptionibus criminis commiſſi confiſcanda non eſſe pronunciavimus, hiſce formalibus:* **Ob wohl auff vorgenommene** *inquiſition* **ſich allerhand ſtarcke** *indicia* **ereignet/ daß N. N mit der Römiſchen Käyſerlichen Maieſt. öffentlichen Feinde vnd erklärten ächter S. E M. wider die Käyſerliche Maieſtät/ als Ewrer Churfürſtl. Durchleucht. Allergnädigſten Lehenherren** *conſpiriret,* **alſo daß/ wann er noch am Leben/ zu** *eliſion* **vnd Ablehnung derſelben/ zuförderſt aber zu erkündigung der Warheit/ er mit der ſcharpffen Frage zu belegen geweſen/ dieweil aber dennoch bey ſeinem Leben der** *inquiſition proceſs* **wieder jhn deßwegen nicht** *formiret,* **noch er darüber mit ſeiner Nothdurfft vnnd** *defenſion,* **ſo vor allen Dingen auff ſein Begehren hette geſchehen müſſen/ gehöret worden** *&c.* **Als auch in Mangelung anders Beweiſes vnnd Außführung/ die geſuchte** *confiſcatio bonorum,* **vnnd Einziehung der Güter / nach Gelegenheit dißfals noch zur Zeit nicht ſtatt V. R W.** *Menſe Majo, Anno* 1628.

108 Cæterùm, Crimen læſæ Majeſtatis pluribus modis ac caſibus committitur, de quibus vid. *Afflict. titul. quæ ſint regalia. in verb. Et bona committentium. num. 53 & ſeqq. Johan. de Plat. in §. publica autem. Inſtit. de publ. judic. Henr. Bocer. in tractat. de crimin. læſ. maieſt cap. 2. Nicol. Reuſner. libro quarto. deciſ. 16. Petr. Heig. part: 2. quæſt. 32. numer. 24. Hieron. Gigas de crimin. læſæ maieſt. libro primo. rubr. qual. & à quibus crimin. læſæ maieſt. committit. quæſtion. 31. 37. 43. 46. 47.* Imprimis autem *Proſper. Farinac, part. 15. oper. crimin. quæſtion.* 113, ubi ponit 23 caſus latiſſimè. *Foller in pract. crimin. in verb. item quod commiſit læſæ maieſtatis fol. 225. Tiber. Decian in tractat. crimin. libr. 7. cap. 6. & cap. 33. Baiard. ad Jul. Clar. in §. læſæ maieſt. numer.* 2. ubi tradit modos quadraginta quinque, quibus crimen læſæ majeſtatis committitur.

Q. 8. An maledicens Principi committat crimen læſæ maieſtatis?

109 Communiter autem in dubium vocatur: *An maledictio in Principem huc pertineat?* Quondam certè maledicentiam in Principes ad Crimen Majeſtatis læſæ ſpectaviſſe apparet ex *Paulo JCto,* qui *libro quinto ſentent. cap. 29. ſub tit. ad Leg. Iul. Maieſt.* declaratis caſibus, in quibus hoc crimen quis incurrit, & pœnis, quibus Rei ſubjiciuntur, hæc verba ſubdit. *Quod crimen non ſolum facto, ſed & verbis impiis maximè exacerbatur.* Quæ verba JCtum Modeſtinum etiam in *l. famoſi. 7. §. fin. ff. ad Leg. Iul. maieſt.* ſcripſiſſe, ſed Tribonianum immutaſſe arbitratur *Jocob. Cujac. ad Paul. ſent. lib. 5. tit. ad Leg. Iul. Maieſt.* Quod & verò ſimile videtur *Tiber. Decian. in tract. crimin. lib. 7. cap. 50. n. 29.*

Quinimò, ſub Tiberio, & aliquot poſt eum, Impp. leviſſima quæque facta ac dicta, modò delator non deeſſet, in judicium hoc fuiſſe deducta, conſtat ex *Plin. in Pan. Sueton. in Tiber. cap. 58. & in Neron. cap. 32. Dion. libr. 57. in vitâ Tiber. Senec. 3. de benef. capit. 26. Briſſon. 4. antiq. 12. Petr. Gregor. 35. ſyntag. 7. numer. 1. & 2. Gothofr. ad l. 7. in fin. ff. ad Leg. Jul. Maieſt. Petr. Heig. part. 2. quæſtion. 31. num. 49. & ſeqq. Tiber. Decian. dict. cap. 50.* 110

At poſtea rigore illo laxato ab Impp. Theodoſio, Arcadio & Honorio in *l. un. C. ſi quis Imper. maledix.* convitia Principi dicta ad crimen Majeſtatis læſæ non pertinere, ſtatuunt Dd. communiter. *Jacob. Cuiac. ad Paul. libr. 5. ſentent. titul. ad Leg. Iul. maieſt. Hier. Gigas in tract. de crimin læſæ maieſt. titul. qual. & à quibus* 40. *Jacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. caſ. 377. num. 14. Tib. Decian. dict. cap. 50. Petr. Heig. dict. quæſt. 31. num. 51. Gilhauſ. in arbor. judic. crimin. cap. 2. tit. 3. Petr. Theodor in colleg. crimin. diſp. 5. th. 4. in fin. Hartman. Piſtor. obſerv. 187. Bertozz. 1. conſil. 28. num. 6.* 111

Quos licet *Henric. Bocer.* erroris arguat in *tractat. de crimin læſ. maieſt. capit. 3. numero quinto.* ubi contrarium defendit; ſententia tamen eorundem uti communiſſima, ita & meo judicio veriſſima eſt; Modò verba maledictionis per ſeſe non ſint vel ſeditioſa, quibus ad arma contra Principem ſuſcipienda concitetur populus, *l. 1. in fin. ff. ad Leg. Jul. Maieſt.* vel turbulentæ acclamationes, quibus ſalus Principis aut Reipublicæ periclitetur. *l. 28. §. 3. ff. de pœn.* Quales ſunt (moriatur, vel occidatur Princeps, Libertas &c.) *Bald. in l. data opera, C. qui accuſare non poſſunt.* 112

Diverſitas namque horum delictorum veluti maledictionis in Principem, & Criminis læſæ Majeſtatis, non modò ex diverſis ac ſeparatis titulis (alius enim eſt *titul. C. ſi quis Imper. maledixerit*, & alius eſt *titul. C. ad Leg. Jul. Maieſt.*) apparet, *Aym. Cravett. conſil. 6. numero primo. Hartman. Piſtor. obſervat.* 187. *numero ſecundo.* ſed & ex ipſa ſanctione *d. l. un. C. ſi quis Imper. maledixerit*; quæ ita habet: *Si quis modeſtiæ neſcius, & pudoris ignarus, improbo petulantique maledicto nomina noſtra crediderit laceſſanda, ac temulentia turbulentus obtrectator temporum noſtrorum fuerit, eum pœnæ nolumus ſubiugari, neque durum aliquid, nec aſperum volumus ſuſtinere: Quoniam, ſi id ex levitate proceſſerit, contemnendum eſt: ſi ex inſania, miſeratione digniſſimum: ſi ab injuria, remittendum Vnde integris omnibus hoc ad noſtram ſcientiam referatur, ut ex perſonis hominum dicta penſemus, & utrum prætermitti an exquiri debeat, cenſeamus.* 113

Quibus

114 Quibus verbis maledictio in principem à
Crimine læſæ Majeſtatis duplici modo diſtin-
guitur. *Primò*, quòd judici, qui Reum Maje-
ſtatis ſecundùm leges punire ſolet, poteſtas non
competat maledicentiam in Principem coërce-
re, ſed is Imperatorem de maledicto & perſonâ
maledicentis certiorem facere debeat. Si nam-
que maledictum ex levitate proceſſerit, conte-
mnendum: Si ex inſaniâ, miſeratione digniſſi-
mum: Si ab injuriâ, remittendum eſt ſive con-
115 donandum. Ita namque verba *d. l. un.* rectè in-
terpretatur *Cujac. in parat. C. ſi quis Imper. male-
dix. &* 16. *obſervat.* 10. *Petr. Gregor.* 35. *ſynt.* 8. *Sal-
muth. ad Panciroll. libro primo de triumph. pag.*
638. *Henr. Bocer. de crimin. læſ. maieſt. cap.* 3. *num.*
3. Quamvis etiam Acurſius vocem (remit-
tendum) exponat de ipſo maledicente ſive ob-
trectatore, ut ſenſus ſit: Maledicentem ad Impe-
ratorem eſſe remittendum, quem ſequuntur
Proſper. Farin. quæſtion. 105. *numer.* 419. *Cravett.
conſil.* 6. *num.* 71. *Petr. à Plath. in epit. delictor libr.*
1. *cap.* 4. *n.* 1. *Petr. Theodor. in Coll. crim. diſp.* 5. *th.* 4.
in fin.

116 Ea tamen explicatio reiicienda eſt: *Tùm*, ob verba præcedentia (contemnendum eſt, digniſſimum) quæ ad maledicentem ſive obtrectatorem nequaquam referri poſſunt, ſed de ipſo maledicto accipi debent. *Tùm*, ob præcepta Grammatica, quæ eiuſmodi conſtructionem verborum (contemnendum eſt obtrectator, vel miſeratione digniſſimum eſt obtrectator) non admittunt.

117 *Secundò*, In maledicentes ſeu obtrectatores certa pœna conſtituta non eſt; multò minus autem maledicentia in Principem pœna criminis Majeſtatis læſæ coërceri poteſt, ſed in arbitrio ipſius Imperatoris eſt, an obtrectator pœnam aliquam, & qualem ſuſtinere debeat. Quia enim *d. l. un. C. ſi quis Imper. maledix.* injurioſo maledicto ſpecialem & certam aliquam pœnam non definit, dubium eſt nullum, quin ea ſit arbitraria. *l. ſi quis Reum.* 4 *ff de cuſtod. & exhib. reor. l.* 1. § *expilatores. verſ. quibus nulla. ff. de effract.*

118 Maledicentiam ergò in Principem ipſemet judex nequaquam punire debet, ſed in arbitrio ipſiusmet Imperatoris eſt, an perpenſa perſonæ qualitate ac dicti atrocitate pœnam, & qualem Reo infligi velit. Et hic ſenſus genuinus eſt *d. l. un C. ſi quis Imper. maledix. Jacob. Menoch. de arbitr. jud. qq libr.* 2. *cent.* 4. *caſ.* 377.

119 Notandum autem benè, diſpoſitionem *d. l. unic.* tantùm loqui de Imperatore, nec etiam de aliis Principibus. Quamvis enim textum iſtum ad omnes omninò Principes extendendum eſſe exiſtiment *Cravett. conſil* 6. *numer.* 71 *Iacob Menoch. dict. caſ.* 377. *Afflict. deciſ.* 265. *n.* 61. *Ægid. Boſſ. in tract. crimin. tit. de iniur. numer.* 34. *allegati ab Hartmanno Piſt. dict. obſervat.* 187. *num.* 7.

120 Contrarium tamen arbitrati fuêre *Scabini Electorales Saxonici*, quod videlicet *d. l. unic.* diſpoſitio in perſona ſolius Imperatoris locum habeat, ut de quo tantummodò loquatur, adeoque illud, ut poſſit pro arbitrio pœnam ſtatuere injuriarum ſibi inferentem, de reſervatis Imperatoris eſſe videatur. Proindè in caſu, quo quis bellum quendam conſcriptum ſparſiſſet, in eoque Principem maximis affeciſſet injuriis, Reum virgis cædendum & relegandum eſſe, reſponderunt pariter Lipſenſes ac Wittenbergenſes, idemque *Scabinos* ante quamplurimos annos obſervaſſe, teſtatur *Hartm. Piſtor. dict. obſervat.* 187 *n.* 14.

Veluti etiam dictavimus B. B. pœnam arbitrariam, pecuniariam vel carceris, eò, quod contra Sereniſſimum Dn. noſtrum Electorem verba quadam contumelioſa protulerat. 121

Ad requiſitionem Conſiliariorum Dn. Comitis Schvvartzburgenſis in Sondershauſen/ *Menſ. Febr. Anno* 1625.

Simili ferè modo pronunciatum in caſu haud diſſimili, ad conſultationem Senatus Pirnenſis, M. Octobr. Anno 1620. 122

Pariter dictavimus Reo alicui pœnam carceris, An die Bünawiſche Gerichte zu Treben/ *M. Aug. Anno* 1629.

Memini etiam à facultate Juridicâ Academiæ Francofurtenſis fuiſſe dictatum. C. B. pœnam gladii ob inſignem & atrocem injuriam, quâ Sereniſſimum Electorem Brandeburgicum affecerat, ita tamen, ut ſi Elector ipſi gratiam facere vellet, virgis atrociter caſus (mit einem ſtarcken Staupenſchlag/ *uti verba habebant iſtius ſententiæ, quam in actis ad noſtrum Collegium poſtmodùm tranſmiſſis reperi) in perpetuum relegandus eſſet.*

Abſque dubio autem Crimen læſæ Majeſtatis incurrit, qui ſibi Magiſtratum vel merum Imperium aſſcribit, vel eo utitur, cum ſit privatus. *l* 3. *in fin. ff. ad Leg. Iul. Maieſt. Iaſon. ad l. Imperium* 3 *num.* 20 *ff. de juriſdict.* Ideò qui furcas erigit, hoc crimine damnatur, ſi propriâ autoritate id faciat, *Bald. in l. dictâ operâ col.* 3 *prope fin C. qui accuſ. non poſſ.* propterea, quod erectio furcarum eſt ſignum meri Imperii. *Par. de Put. in tractat. de ſynd. in verb. contumacia num.* 8. *Hieron. Gigas de crimin. læſ maieſt. ſub tit. qualiter & à quibus. quæſt,* 41. *Tiber. Decian. in tract, crim, lib.* 7. *cap.* 9 *n.* 6. 123

Eâdem ratione qui privatum carcerem exercet, in hoc incidit crimen, *l.* 1. *ubi Cyn & Bald. C. de priv. carcer.* Quia enim & hoc meri Imperii eſt, illud uſurpans publicam dicitur lædere majeſtatem. *Gigas dict. tit. qualiter & à quibus. quæſt.* 35. *Decian. dict. cap.* 9. *numer* 7. Idque in tantum verum eſt, ut ne incluſi quidem conventio quicquam huic juri derogare, & quem à pœnâ liberare queat, *arg l.* 3 *C. de juriſdict* Quinimò Magiſtratus ad hoc connivens, nec decenti ſeveritate coercens, eidem ſubjacet pœnæ *L. un. C. de priv. Carcer. Jodoc. Damhouder. in prax. criminal cap* 64. *Jacob Menoch. de arbitr jud. quæſtion caſ.* 567 *Tiber. Decian. in tractat. crimin, lib.* 7. *cap.* 10. 124

Q. 9. Quæ ſit pœna exercentis privatum carcerem vel torturam?

Idem eſt, ſi quis extra carceres, in vinculis vel compedibus alterum detineat, ut libera recedendi facultas non ſit. *l.* 9. *ff ex quibus cauſ. maior.* Niſi Dominus ſervum maximè fugitivum. *l.* 1. *C. de emend. ſervor. Gœdd. ad l.* 234. *ff. de verb. ſignif.* Conſanguinei furio- 125 rioſum, *l.13.§.1.ff.de off.Præſid.Nicol.Boer.deciſ.275.num.3. Decian.dict.cap.10.n.10.* Pater filium, *l.3.§.1.& 2.ff.de liber.hom.exhib.l.1.& 2.C.de patr.poteſt.F.lyn.in cap.cum contingat.in fin.de for.compet.Boer.dict.deciſ.275.n.1.& 2.deciſ.304.n.3.* ubi quòd hoc de filio in poteſtate exiſtente, non autem emancipato intelligendum ſit, tradit, allegans *Bald.in l.libertos. C.de obſeq.part.præſtand.* 126 Abbas Monachum, aut maritus uxorem caſtigationis causâ detinuerit, *Petr.Theodr in Coll.crimin.diſp.5.th.4.lit H.* Vel meretricem libidinis causâ; *Bartol.in l.verum.ff.de furt. Iohan. Villemat.in repet.l.Divus.ff.ad Legat.Cornel.de ſicar.num.89. Decian.dict.cap 10 num.11.* Vel ſi denique ex aliâ juſtâ causâ quis manus in aliquem injecerit, veluti in adulterio deprehenſum, *l.25.in pr.ff.ad Leg.Iul.de adult.* Furem, *l.4.ff.ad Legat.Aquil.l.7.ff.de furt.* Debitorem fugientem, *arg.l.10.§.16 ff.quæ in fraud.creditor. Andr.Gail libr.2.obſervat.44.numer.1.Tiber.Decian.dict.cap.10.num.11. Nicol Boer.deciſ.265 numer 3.Iodoc.Damhouder.in prax.crim.cap.63.n.2.& ſeqq.*

127 Simili ratione, qui aliquem torquet propriâ & privatâ autoritate, crimine hoc damnatur; cùm plus ſit torquere, quàm detinere, *l.1.ubi gloſſ. in verb. nec puniri. C. de cuſt. Reor. Bartol.in d.l.un.C.de privat carcer. Tiber.Decian.in tractat.crimin.lib.7.cap.9.numer.8. Iacob.Menoch.de arbitr.jud. quæſt.lib.2.cent.4.caſ.340.num.2.*

128 Hiſce ergò, aliisvè modis qui jurisdictionem Magiſtratus turbant, ac merum Imperium, carcerando vel torquendo aliquem, autoritate privatâ exercent, Maieſtatis crimen committunt, eiusque pœnam, quæ gladii eſt incurrunt. Id quod de carcere privato expreſsè ſancitum in *l.un.* in verb. *Nam illud perſpicuum eſt, eos, qui hoc criminis genus commiſerint, etiam pro veterum Legum & Conſtitutionum tenore, tanquam ipſius maieſtatis violatores, ultimo ſubiungandos eſſe ſupplicio.C.de privat.carcer.* Quod ſi verò pro carcere privato pœna eſt capitalis, magis debet eſſe capitalis pro indebitâ & privatâ torturâ, eò quòd torquens aliquem privatâ autoritate, præter damnum atq; iniuriam quam torto infert, Superioris jurisdictionem uſurpet, quam uſurpationem capitaliter punit *d.l.un.C.de privat.carcer.* uti concludit *Iacob.Menoch.dict.caſ.340.n.1.*

129 Quicquid tamen ſit de jure, de facto certè pro privato carcere non mortis pœna; ſed alia mitior & arbitraria imponitur, & ſic juris rigorem communis obſervantia temperavit. *Iul.Clar.in pract.§.fin. quæſtion.68.numer.32.* Prout in facti contingentiâ ſervatum fuiſſe per Parlamentum Burdegalenſe, quod condemnavit in pœnam pecuniariam quēdam dominum, qui famulum ſuum diu in privato carcere retinuerat, teſtatur *Papo.libr.3.tit 1.* prout illum refert *Clar.dict.loco Bonac.in comm.opin.libr.1.verſ.carcerem privatum exercens. pag.20. col.4.in fin. Claud.Bertazzol.in addit.ad conſil.crimin.Bartol.Bertazz.426.in ult.addit.in fin.lit.C.vol.2.* ubi dicit, rigorem *d.l.nu.* eſſe hodiè maximè temperandum.

130 *Tùm*, quia illa lex eo tempore emanavit in Ægyptiacam gentem ſatis admodum in hanc audaciam proclivem. *Tùm*, quòd hodiè in practica privati carceris Rei ultimo ſupplicio non afficiantur. Idemq; tradit *Farin.part.1.oper.crim.quæſt.27.n.35. Nunquam vidi*, inquit iſte, *ad mortem condemnatum eum, qui ſolùm privatum carcerem exercuit, ſed aliud non fecit, quàm retinere carceratum ne diſcedat. Et ab hac obſervantiâ, quæ maximam in ſe continet æquitatem, non recedas in judicando.*

131 Quodque de privato carcere dictum, quòd ſcilicet pro eo hodiè nequaquam pœna mortis ſit imponenda, id abſque dubio etiam procedit eo caſu, quo quis aliquem privatâ autoritate torquet, ob paritatem rationis, ex quâ pænam carceris privati ad torturam privatam extendit *Iacob.Menoch.dict.caſ.340.n.2.*

132 *Secundum ea dictavimus fuſtigationem cum perpetua relegatione tribus perſonis, ob exercitam torturam privatam admodùm crudelem in puero de furti crimine inculpato:* So werden obgedachte Gefangene B.L.J M vnd M.W. wegen dero an dem jungen B.W vnrechtmeſſigen geübten Marter vnd Pein/welches jhnen zu thun keines Weges gebüret gehabt / öffentlich billich zur Staupen geſchlagen/vnd nach außgeſtandener Leibesſtraffe deß Landes ewig verwieſen V.R.W. *Ad requiſitionem Prætoris Lipſenſis, Menſ.April.Anno* 1622.

133 *In caſu ferè ſimili dictavimus mulctam pecuniariam* 100 *fl.ad conſultationem Prætoris Lipſenſis, Menſ.Febr.Anno* 1630.

QUÆSTIO XLII.

De crimine falſificationis monetæ in materia, ejusque ſupplicio.

SUMMARIA.

1. *Falſificantes monetam committunt crimen læſæ maieſtatis.n.*11.
2. *Ius cudendi monetam Regalibus connumeratur.n.*3.
4. *Multum intereſt Principis ac Reipublicæ, Probam cudi monetam.n.*5.6.7.
8. *Cura monetæ pertinet ad Principis Maieſtatem.*
9. *In circulis Imperij bini habentur conventus de re monetali ſingulis annis.n.*10.
12. *Monetarii crimen quoq; falſi committunt.*
13 *Crimen hoc multa habet peculiaria.n.*14.

15 *Quænam pœna hujus criminis. n.16.*
17. *Multifariè committitur crimen falſæ monetæ. n. 18. 19 20.*
21 *Quando & quomodo committatur hoc crimen ratione materiæ.*
22. *Falſificatores monetæ in materiâ, ignis ſupplicio afficiuntur. n.23.*
24. *Quomodo puniantur de Iure Saxonico. n. 26.27. 28.29.30.*
25. *In caſibus Iure Saxonico non expreſſis, ad jus commune eſt recurrendum.*
29. *Litera Scabinorum ad Illuſtriſſimum Dn. Pro-Electorem Saxon.*
31 *Pœna eorum, qui falſam monetam fabricant, & ſimul expendunt. n.32.33.*
34 *Sententia Scabinor. Lipſenſium.*
35. *Quomodo puniendi falſificantes monetam Principum Inferiorum, & Statuum Imperij. n.36.37. 38.39.40.*
41. *Explicatio. l 2. C. de falſ. monet.*
42. *Moneta Statuum Imperij, & Imperatoris moneta.*
43. *In obſervantiâ non eſt gloſſ art.26 lib.2.* **Landr.**
44. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
45. *Falſificantes Groſſos, Cruciferos, Bacones, Schreckenbergeros quomodo puniantur. nu. 46. 47. 48.*
49. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium. n. 50.51.52.*
53 *Quænam ſit pœna falſificantium Obulos aut Nummos n. 54 55.56 57 60.61.62.*
58. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium. numer. 59.63. 64.65.*
66 *Ignis quoq; ſupplicio ſubjugandi ſunt, qui falſificatoribus monetæ opem & auxilium præſtant. n 67.68.*
69. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n.70.*
71. *Quomodo puniantur falſificatores monetæ peregrinæ. numer. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80.*
81. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
82. *Excipiuntur ab hâc pœnâ ignis, qui monetam ſolummodò tingunt n. 83.*
34. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium*
85. *Ex juſtâ causâ Reus hujus criminis mitius punitur n. 86.*
87. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium n.88.*
89. *Minorennitas in hoc crimine veniam meretur.*
90 *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
91. *Pœnæ eorum, qui ſolummodò cudunt falſam monetam, non etiam eam expendunt. num. 92. 93. 94. 95.*
96. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſ.*
97 *Expendentes ſolummodò falſam monetam, non etiam fabricantes eam quomodo puniãtur. n. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 106. 107.*
102. *Pœna debet correſpondere delicto.*
104. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
105. *Explicatio art 26 lib 2* **Landrecht.**
108. *Qui falſam monetam ignoranter expendunt impunitatem aſſequuntur n. 109.110.*
111. *Vnde ignorantia præſumatur.*
112. *In dubio ignorantia juramento eſt probanda.*
113. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium n. 114*
115. *Pœna aleatorum exponentium falſam monetam in ludo.*
116. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n 117.*
118. *Domus in quâ moneta falſa cuditur, fiſco vindicatur. n. 119.*
120. *Ac inſimul Dominus ædium arbitrariè punitur.*
121. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n. 122.*

1 CRimen quoque læſæ Maieſtatis cõmittunt falſificantes ſive adulterantes monetam, ut diſertis verbis dicit Imper. Conſtantinus in *l. ſi quis nummos. 2.* In verb. *In monetis etiam tantummodò noſtris cudendæ pecuniæ ſtudium frequentari volumus. cujus obnoxij Majeſtatis crimen committunt &c C. de falſ. monet. Hieronym Gigas in tractat. de crimin. læſ majeſt. libr. 1 quæſt. 62 Tiber. Decian in t. act. crimin. lib. 7. cap. 23 n. 1. Henr. Bocer. in tract de jur. monetar. cap. 4. n. 4. Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 65. n. 1.*

2 Nam ius cudendi monetam Regalibus ſive iuribus Maieſtatis connumeratur maioribus, ac Principis Summi proprium eſt, *Iohan. Bodin. in Republ. lib. 1. c. 10. Zaſius de feud. p. 5. nu. 14. Sonsbec. de feud. p. 5. n. 19 Matth VVeſemb conſ. 60 n. 31.* Et cura monetæ ad maieſtatem ſpectat. Vnde Reges Perſarum aureos nummos ſuâ ſignabant imagine, qui inde Darici dicebantur. *Herodot. lib.* 4. Et de Vngarorum Regno ſcripſit *Otto Friſingenſis: Nullus in tàm ſpacioſo ambitu, Rege excepto, Monetam vel Telonium habere audet.* Hocq; *ius feriendæ monetæ ita proprium ſibi habet Rex Angliæ, ut eam alibi, quàm in Turri Londinenſi inſigniri non patiatur.*

3 Quare & Carolus Magnus in Imperio Francico omnes monetarum officinas in Palatium coëgit, quò ſeverius, & accuratius nummi fabricarentur, ac probarentur. Ac poſtea cùm officinas plures habere, & procul à Principe metalla miſcere licuit, ratio quoque nummaria depravari cepit *Iohan. Bodin. libr. 6. de Republ cap. 3.* Vnamque propterea nummorum officinam in Imperio conſtituendam eſſe ſcribit *idem Bodin.* & in urbe omnium maximâ, ut publicè ſpectantibus Magiſtratibus nummi percutiantur. *dict. lib. 6. cap. 3.*

4 Multumque intereſt Principis, probæ materiæ ac iuſti ponderis fieri monetam, eamque à falſificantibus haud depravari. Ex quâ non ſolùm de dignitate & autoritate ipſius, iuxta illud Philippi Haſſiæ Landgravii: **Man ſoll einen Fürſten kennen bey reiner Straſſen / guter Müntze / vnd Haltung beſchehener Zuſage.** *VVaremund. ad Erenberg. cap 5. de Regn. ſubſid & oner. ſubdit. n. 37.* ſed & de ipſius Imperii diuturnitate, flore, & incremento iudicandum. Vnde iſtud Germanorum provenit proverbium: **Bey der Müntze ſoll man lehren / wie ſich die Welt thut verkehren.** *Ventur. de Valent. in part. litigioſ. libr. 1. cap. 13. numer. 18.*

5 Ab omni ſiquidem ævo iudicarunt prudentiſſimi quique Viri, magnarum mutationum in Rebuſpublicis præſagia eſſe inſolitam monetæ

mutationem & depravationem. Multas enim & inextricabiles parit lites jactatio monetæ, omnemq; cum extraneis contrahendi facultatem & commoditatem adimit: Vnde opes & nervi Reipublicæ tandem deficiunt, nec aliud quàm ruina & decrementum Imperii ſperandum. *Erneſt. Cothman. vol.* 1. *conſ.* 36. *n.* 8. *Carol. Molin. in tract. de mat. monet. qu.* 110. *n.* 109. *Lambert. Dan. lib.* 4. *polit. Chriſt. c.* 2. *pag.* 289. *Dan. Moll. ad Conſt. Elect. Saxon.* 28. *n.* 2. *part.* 2. *Ventur. de Valent. dict. c.* 13. *n.* 18. *Pruckman. vol.* 2. *conſil.* 12. *n.* 1.

6 Namq; nummus menſura eſſe debet, ad quam omnia commenſurantur; *Chriſtophor. Beſold. in diſc. polit. de ærur. publ. cap.* 6. *pag.* 150. *& claſſ.* 1. *diſp. polit.* 3. *th.* 54. *Herman. Lather. de cenſu. libr.* 3. *c.* 10. *n.* 46. mutatâ autem rerum menſurâ vel turbatâ, omnia reliqua mutari & turbari neceſſe eſt. *Henning. Arniſ. de jurib. maj. major. c.* 6. *n.* 2. Adeoque veriſſima eſt *Iohan. Bodin.* ſententia, ita ſcribentis: *Rei nummariæ curatio non tantum utilis, ſed etiam Civitatibus tantoperè neceſſaria videtur, ut ſine eâ commodè conſiſtere non poſſint: & quò major neceſſitas eſt, eò magis nummorum depravationi proſpiciendum: cùm ea res incredibile afferat univerſis*
7 *ac ſingulis detrimentum. Ac non modò corrumpi moneta, ſed ne mutari quidem poteſt ſine incommodo civitatis: quoniam mutatio pretij ac materiæ numiſmatum, cenſus etiam ac bonorum cuiusq; dubitationem affert. Quò fit, ut nemo quantum in bonis habeat, conſtituere poſſit. Incerta ſunt pacta conventa, quæ verſantur in ſocietatibus, tutelis, fiduciis, mandatis, rebus emptis, venditis, conductis, locatis, quibus vitæ ſocietas continetur: incerti reditus, vectigalia, tributa, deniq; pœnæ ipſæ ac præmia, quæ à legibus & judicibus irrogantur, incerta ſunt futura. Poſtremò ærarij opes, ac multa tùm in publicis, tùm in privatis rebus, rationibusq; dubia ſuſpenſa fore, neceſſe eſt.* Hactenus verba Johan. Bodin. *lib.* 6. *de Republ. c.* 3. *in pr.*

8 Ex quibus facilimè cuivis obviam eſſe poteſt, curam monetæ ad Principis Maieſtatem pertinere, cui incumbit omnibus modis proſpicere, ne quid Reſpublica detrimenti patiatur, nevè pacata eius gubernatio perturbetur, quod vix ex aliâ re promptius accidere ſolet, quàm ex moneta, *Novell* 52. *Leon.*

9 Eaque cauſa eſt, ut in Imperio Romano Germanico quotannis binis conventibus per Deputatos, æſtimatio monetarum exploretur, & inſpectio pro Reipubl. neceſſitate fiat. Id quod Ferdinandi I. Imperatoris monetario Edicto ſancitum: Vt conventus exploratorii per circulos quotannis duo, nimirum Calend. Maii. & Octobris habeantur, in *Receſſ. Auguſt. de Anno* 1559. §. Vnd damit dieſe vnſere / vnd deß heiligen Reichs Müntz Ordnung vmb ſo viel deſto feſtiglicher gehandhabt / vnd darüber gehalten werde / ſo ſol in einem jedern Creiß oder Zirck deß heiligen Reichs durch die Müntzgenoſſen verordnet werden / daß alle / vnd jedes Jahrs beſonders zweymal gemeine probation Tage / vnd Rechtfertigung der gemeinen Reichs Müntzen gehalten werden / *&c.* Et §. *ſubſeq.* Wir wollen auch / daß zu Förderung dieſes Wercks / die Müntzgenoſſen eines jedern Creiß / alsbald / nach dem diß vnſer Kayſ. Edict. außgekündiget wird / ſich gewiſſer Malſtädte vergleichen / alſo / daß die erſte probation auff den erſten Tag Maij ſchierſt künfftig / in den Städten derer ſie ſich vergleichen werden / vnnd die ander auff den erſten Octobris nechſt darnach folgend / in denſelbigen / oder in andern deß Creiß gelegenen Stätten die probation, wie angeregte vnſere gegebene Ordnung mit ſich bringt / gehalten werden *&c. Denaiſ. in tit. monet. Edict. Compend. jur. Camer. n.* 42. *pag.* 251. *Herm. Lather. de cenſ. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 72.

10 Bini tamen conventus ſingulis annis neceſſariò habendi non ſunt, ſed facultas ac poteſtas relicta eſt Circulis, pro arbitrio & cauſa rei monetalis, ſemel tantùm ſingulis annis Conventum indicere, *dict.* §. Vnnd damit dieſe vnſere *&c.* in verb. doch wo die Kreyßſtände befinden / daß vnvonnöthen were / zween probation Täge zu halten / welches zu derſelben erkäntnüß zuſtellen / ſo ſol auff das wenigſte ein probation Tag jährlich gehalten werden / *&c.* Quod & in nuperis Comitiis Circuli Saxon. Superior. M. Majo, An. 1629. Lipſiæ habitis, ſic factum & concluſum fuiſſe memini, ut in poſterum, usq; dum neceſſitas rerum monetalium aliud requireret, ſingulis annis non niſi unicus Conventus Circuli die 1. Maii haberetur.

11 Nihilominus tamen eò progreſſa hominum licentia atq; temeritas, ut ſæpius privati monetá falſificando & adulterando, nec non falſum numiſma cudendo, Majeſtatis jura violare audeant, quos propterea Crimen læſæ Majeſtatis committere, ex jam dictis ſatis manifeſtum eſt.

12 Quamvis hoc maleficium falſi crimen appellitet *Hippol. de Marſil. in l. qui falſam.* 19. *ff. ad Leg. Corn. de falſ.* per illum textum, & *quicunq; l. ſeq. ff. eod. titul. Iul. Paul. libr.* 5 *ſentent. tit.* 25. *in pr. & ibidem Iacob. Cujac.* Sed utrumque ſubſiſtere poteſt, ſi dicamus: Eſſe quidem hoc crimen læſæ Maieſtatis, verùm illi pœnam falſi iure propoſitam eſſe, cum *Tiber. Deciano in tract. crimin. lib.* 7. *cap.* 23. *n.* 26. *Henr. Bocer. in tract. de jur. monetar. c.* 4. *n.* 4.

13 Hoc auten certum eſt, Crimen adulterandæ ac corrumpendę monetæ tam enorme atq; exoſum eſſe, ut ipſos etiam conſcios, & crimen non propalantes, non ſecus plectendos eſſe Leges iubeant, quàm ipſos principales autores; & ut accuſatores etiam ſuccumbentes nequaquam, uti calumniatores in aliis cauſis, puniantur. *l.* 1. *C. de falſ. monet. Iodoc. Damhoud in prax. rer. crim. cap.* 65. *n.* 8. Sicuti & aliàs hoc in delicto ob eiusdem enormitatem & gravitatem multa reperiuntur ſtatuta ſpecialia. Quale etiam hoc eſt, quòd Reus huius criminis ſine mandato capi poſſit, *dict. l.* 1. *C. de falſ. monet. Speculat. titul. de accuſat.* §. 1. *verſ. hoc tamen* Hippol. *de Marſil. in l. qui falſam.* 19. *numer.* 69. *& n.* 109. *ff. ad Leg. Cornel. de falſ. Decian. dict. lib.* 7. *cap.* 25. *n.* 12. *& cap.* 26 *n.* 2. Licet aliàs absq; iudicis præcepto Reꝰ alicuius criminis capi nequeat. *Bald. in l. cum Clericis.* 25. §. *memorati. C. de Epiſc. & Cler. Chil.* Konig. *in proceſſ. cap. nu.* 28. *verſ.* Vnd dieſe Perſöhnlich *&c.* Sic, quamvis Criminis Reus ſententiâ iudicis damnatus appellare poteſt iure Juſtinianeo, *l. non tantum* 6. *l. conſtitutiones.* 16. *ff. de appell. l. eos.* 6. §. *ſuper. l. minimè.* 12. *l. addictos.* 19. *C. eod. tit.* Huius tamen delicti Reo denegatur appellatio. *dict. l.* 1. §. *appellandi.*

C. de falſ. monetâ. Tiber. Decian. dict. libro ſeptimo. capit. 24. *numero decimotertio. Matth. de Afflict. in cap.* 1. §. *Moneta numero trigeſimoſeptimo tit. quæ ſint Regal. Ludov. Carrer. in pract. crimin. in pr. n.* 94.

15 Grave ergò quia hoc crimen eſt, gravem quoque atque ſeveram pœnam merebitur, quæ eſt flammarum exuſtio, ex Conſtitutione Conſtantini Imper. in *l. 2 C. de falſ. monet.* Quam & Mediolani, Veronæ & Ferrariæ obtinere, ac Reos falſæ monetæ ibidem comburi, teſtatur *Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſtion. lib. 2. cent.* 4. *caſ.* 316. *num.* 14. In Gallia verò adulterantes monetam Regis, in aqua ferventiſſima & ebulliente ſuffocari, ſcribit *Igne. in l.* 1. §. *non alia. ff. ad Syllan. n.* 597. *Tiber. Decian. in tract. crimin. lib.* 7. *cap.* 28. *n.* 22.

16 Nequaquam tamen putandum erit, ex Conſtitutione Imper. Conſtantini, omnes indifferenter falſarios monetarum æquali ignis ſupplicio puniendos eſſe, quum nec crimen falſæ monetæ uniforme ſit, nec ab omnibus æqualiter committatur; Vt meritò, priusquam certa determinetur pœna, in modum corruptionis ac falſificationis monetæ judex inquirere, & pro modo transgreſſionis ac temeratis delinquentem coërcere debeat. 17 Deprehenditur autem delictum falſæ monetæ tùm in defectu autoritatis publicæ, tùm in materia publica, tùm in pondere, tùm etiam in forma, tùm poſtremò in valore, juxta *vol. 3 conſil.* 376. *Franc. Curt. in tractat. de monet. numer.* 20. *Matth. de afflict. in titul. quæ ſint Regalia, in verb. Monetæ. numer.* 15. *libr.* 2. *Feudor.* ubi quatuor modos ponit falſificationis monetæ: *Primò*, quando non eſt de bona Liga, vel de juſto pondere. *Secundò*, quando moneta non habet impreſſionem Principis veram, ſed adulterinam. *Tertiò*, quando non eſt facta in loco publico. *Quartò*, quando non eſt facta autoritate publica. Aliter ſentit **Iodoc.** *Dambouder.* Crimen ſcilicet adulterandæ monetæ quintifariam committi, *prax. rer. crim. c.* 65. *nu.* 1. *& ſeqq.* ubi vid.

18 Aliter Imper. Carolus V. *in Ordinat. Crimin.* juxta quam tribus modis ut plurimùm monetam publicam adulterari vulgò putant: *Primò*, cudendo falſam monetam, ſi nempè dolo malo alienum ſignum monetæ imponatur. *Secundò*, adulterando ſeu vitiando materiam monetæ, ſi aliud metallum auro, vel argento admiſceatur. *Tertiò*, monetam diminuendo, ſi juſtum monetæ pondus tundendo, radendo, mutilando excoquendo adimatur, in *artic.* 111. in verb. **In dreyerley Weiſe wird die Münze gefälſchet: Erſtlich wann einer betrieglicher Weiſe eines andern Zeichen darauff ſchläget. Zum andern/ wann einer vnrecht Metall darzu ſezet. Zum dritten / ſo einer die Münze ihre rechte Schwere gefährlich benimpt ꝛc.** *ubi Matth. Stephan. & Georg. Rem. in Nemeſ. Karul.* Quibus haud obſcurè additur *quartus modus* ſi privilegio & autoritate deſtitutus cudat monetam *in verb. ſubſeqq.* **Oder auch ohne habende Freyheit Münzt** &c. *Iul. Clar. libr.* 5. *ſentent.* §. *falſum numer.* 37. *Henr. Bocer. in tractat. de jur. monet. cap.* 4. *num.* 1.

19 Haud ineptè quoque *Tiber. Decian. in tractat. crimin. libr.* 7. *cap.* 23. *n.* 9. hac de re ſcribit, *ſicuti enim*, inquit, *moneta ad ejus perfectionem tria requirit, materiam ſcilicet, formam, & pondus; ut probatur in l.* 1. *C. de vet. numiſm. libr.* 11. *ubi Luc. de Penna in rubr. numer.* 3. *ita etiam pariter poterit in hiſce tribus vitiari, videlicet materiâ, formâ & pondere: Materiâ quoad valorem, eum corrumpendo: Formâ, quoad autoritatem illâ abutendo: Pondere, quoad uſum, minuendo.* In quo ipſo *Tiberius Decianus*, alienus non eſt à mente Caroli V. Imper. *in dict. artic.* 111. *Ordin. Crimin.* quàm etiam pro ſuâ opinione allegat *dict. cap.* 23. *numero* 9.

20 Exiſtimo ego, omnes illos modos falſæ mo-
netæ, quos varios tradunt Interpp. haud incon- »
cinnè redigi poſſe ad diſtinctionem materiæ & »
formæ: Ut nempè crimen hoc falſæ monetæ »
committatur, vel ratione materiæ, vel ratione »
formæ. Quamvis utriusq; vitium ſæpiſſimè concurrat in falsâ monetâ, quam communiter privati privilegio & autoritate cudendi monetam deſtituti, ex metallo in numiſmate reprobato fabricare ſolent.

21 *Ratione materiæ* (de quo genere falſæ monetæ jam agam) committitur hoc crimen, quando ex injuſtâ & vitiosâ materiâ fabricatur moneta, id quod fit non ſolùm ſi tota materia vel ſtannea, vel plumbea eſt, *l. lege Cornelia. ff. ad Leg. Cornel. de falſ.* ſed etiam cùm ei plurimum æris admiſtum eſt, puta ſi aureum numiſma plus argenti vel æris, vel ſtanni aut plumbi admixtum habet, quàm Leges nummarię patiuntur, *l. creditor.* 102. *in pr.* ibi: *Pecunia quaſi ærosa juſſu Præſidis ſublata eſt. ff. de ſolut.* Non enim ærosa moneta pro monetâ habenda eſt. *l. eleganter.* 24. §. *qui reprobos. ff. de pign. act.* Neque ex alia materia, quàm quæ publicè electa eſt, conflari moneta debet. *l.* 1. *in pr. ff. de contr. emt & vend. l.* 1. *C. de veter. numiſm. poteſt. libr* 11. *Henr. Bocer. in tractat de jur. monet. cap.* 4. *numer.* 7. *&* 8. *Siber. Decian. in tract. crimin. lib.* 7. *cap.* 23. *n.* 10. *Iodoc. Dambouder. in prax. rer. crimin. cap.* 65. *n.* 2. Et eò reſpiciunt verba *Ordinat. Crim. Carol. dict artic.* 111. **Wann einer vnrecht Metall darzu ſezt** &c. *ubi Matth. Stephan.*

22 Ejuſmodi monetam ratione materiæ falſam & vitioſam fabricantes, ignis ſupplicio puniendi ſunt, ex Conſtitutione Imper. Conſtantini in *l.* 2. in verb. *Flammarum exuſtionibus mancipetur, C. de falſ. monet.* quæ propriè de vitioſa moneta ratione materiæ accipienda eſt, uti patet ex *verbis initialibus dict. l.* 2. (*ſi quis nummos falsâ fuſione formaverit*) *Gothofr. ibid. lit. C. Iul. Clar. libro quinto. ſentent.* §. *falſum. numer.* 37. *Matth Stephan. in artic.* 111. *Ordinat. Crimin. verſ. Qui nummos falsâ fuſione &c. Bocer. dict. tractat. de jur. monet. cap.* 5. *numer.* 2. 23 Quæ pœna etiam in Imperio Romano Germanico confirmata eſt ab Imper. Carolo V. in *Ordinat. Criminal. artic.* 111. in verb. **Welche falſche Münze machen / zeichen ꝛc. Die ſollen nach Gewonheit / auch Saʒung der Rechte mit dem Fewer vom Leben zum Tode geſtraft werden / etc.**

24 Eademq; pœna in foro Saxonico monetam vitioſam ratione materiæ cudentes vel fabrican-

tes affici debent, **Vrthel poſt Landr.** *ſub tit.* **von falſcher Müntze** *Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 179. *nu.*12. *Petr. Theodor. in Colleg. Crimin. diſp.* 8. *th.* 6. *lit. B.* Etſi enim in Iure Saxon. diſertis verbis hoc nullibi exprimatur. Nam *art.* 26. *lib.* 2. **Landrecht**/
25 ubi de falſariis monetarum agitur, non niſi capitalis ſupplicii in genere mentionem facit. Attamen dubitandum non eſt, quin etiam in foro Saxonico Sanctio Conſtantini & Caroli V. Imper. hoc caſu obtinere, & quod Iuri Saxonico deeſt, ex Iure communi Civili & Ordin. Crim. ſuppleri debeat. In caſibus ſiquidem à Iure Saxonico haud expreſſis, ad jus commune eſt recurrendum. *Gloſſ. ad fin.* 36. *n.* 3. *libr.* 2. **Landrecht**/ *& Gloſſ. art.* 44. *in verb.* **Da laſſen ſie die Bawern** &c. *verſ.* **Diß vernim aber alles** &c. *libr.* 3. **Landr.** *Jacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part.* 4. *qu.* 133. *n.* 19.

Q. 2 Num flammarũ exuſtionibus ſint mancipandi, qui falſam monetam fabricant, & non exponunt, vel ab alio fabricatam expẽdunt?

26 Hocque minus dubii forſan habet in fabricatoribus falſæ monetæ, eamq; ſimul expendentibus, ſed, *An illi quoq; flammarum exuſtionibus ſint mancipandi, qui monetam ex materiâ vitioſâ fabricant, at non exponunt, vel ab alio fabricatam, alios damno afficiendi & fallendi animo, tantummodò expendunt & exponunt*, quæri poſſet?

Quod affirmat expreſſis verbis Imper. Carolus V. *in dict. art.* 111. *Ord. Crim.* ibi: **Oder die falſche Müntze aufwechſeln/oder ſonſt zu ſich bringen vnd wiederumb gefährlich vnd boßhafftiglich dem Nechſten zu Nachtheil wiſſentlich außgeben; Die ſollen mit dem Fewer vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ ꝛc.**

27 *Veluti etiam ſecundum Sanctionem hancce Carolinam veteres Scabinos ad requiſitionem Quæſtoris Zvvickavienſis, M. Mart. Anno* 1572.

Et ad conſultationem Quæſtoris Saliʒenſis, adverſus duos delinquentes, maritum ejusque uxorem, quorum ille fabricaverat, hæc verò expoſuerat vitioſam monetam, M. Sept. Anno 1595. *pronunciaſſe reperio.*

28 At poſtea, ſententiâ hâc poſteriori nondum publicata, rigorem ſanctionis Carolinæ perpendentes, nec non Gloſſam *artic.* 26. *libr.* 2. **Landrecht**/ *lit. A.* (quæ illum demum, qui vitioſam monetam in detrimentum Reipublicæ ſæpius expendere conſuevit, pœna capitis affici vult) probè obſervantes, adverſus illum ſolummodò, qui falſam monetam ipſemet fabricavit, & ſimul expoſuit, ignis ſupplicio animadvertendum; fabricatores verò monetæ falſæ eam non exponentes, vel ab alio fabricatam expendentes, mitiori pœna in foro Saxonico plectendos eſſe putaverunt. Quare literis datis ad Illuſtriſſimum tùm temporis Dn. Pro Electorem, ipſius Celſitudini opinionem ſuam hac de re ſignificarunt, eiusque arbitrio ac judicio clementiſſimo commiſerunt, an rigore ſanctionis Carolinæ miſſo, & ſeveriori ignis pœna ſepoſita, adverſus delinquentes mitius animadverti, & quidem Cuſorem gladio, Expoſitricem verò fœminam fuſtigatione puniri, gratioſè mandare vellet. Quo impetrato Illuſtriſſ. Principi hancce ſententiam placuiſſe animadvertentes *Scabini*, concluſerunt unanimiter, ut in poſterum in foro Saxonico, ignis ſupplicio is demum mancipari debeat, qui vitioſam monetã fabricaſſet, ſimul & expẽdiſſet.

29 Quumq; literæ Dom. Scabinorum, ad explanationem hujus pœnæ multum conducere videantur, verbotenus eaſdem hîc apponere placuit: **Durchläuchtigſter** &c. **Gnädigſter Fürſt vnd Herr/ Ob wohl in deß heiligen Römiſchen Reichs peinlichen Halßgerichts Ordnung** *ſub tit.* **Von Straff der Müntzfälſcher ꝛc. ausdrücklich vorſehen/ daß die jenigen / ſo falſche Müntze machen/ zeichnen / oder dieſelbe falſche Müntze aufwechſeln/oder ſonſten zu ſich bringen / vnnd wiederumb gefährlich vnnd boßhafftiglich dem Nechſten zum Nachtheil wiſſentlich außgeben / mit dem Fewer vom Leben zum Tode geſtrafft werden ſollen/ wir auch ſo viel Nachrichtung befinden / daß vnſere** Anteceſſores Anno 72. **Vnd alſo noch vor der** Reformation **deß Schöppenſtuls/ an den Ambtſchöſſer zu Zwickaw nicht allein dem jenigen / ſo falſche Müntze gemacht/ſondern auch deme/ welcher dieſelbe vorſetzlicher betrieglicher Weiſe außgegeben/vnnd vnter die Leute bringen helffen/ vermöge obangezogener Reichs** Conſtitution, **bey den die Straffe deß Fewers zuerkant. Vnd demnach auch wir den beyden Gefangenen zu Saltza/ Hanſen Bechern/ſo die falſche Pfenninge/welche deß Orts/vnd zu Erffurdt vnter die Leute außgeſprenget worden/ machen helffen / vnnd ſeinem Weibe/welche dieſelben boßhafftiger vnd betrieglicher Weiſe/wiſſentlich/daß ihr Ehemann vnnd Sohn ſolche gemacht/außgegeben/vnd vnter anderm guten Gelde außgeſprenget/ weil ſich ſolches in der Erkündigung alſo befunden / die Straffe deß Fewers zuerkandt/ſonderlich angeſehen/ daß vnter dieſem Fall/vnd dem obangezogenen/darin von vnſern** Anteceſſorn **nach Zwickaw erkandt/ kein ander Vnterſcheidt iſt/denn daß jenes gantze vnd halbe Thaler/ dieſes aber Pfennige geweſen/ darunter mehr angezogene** Conſtitution **kein vnterſcheid macht/ ſondern in gemein von der Müntze Meldung thut. Dieweil wir aber dennoch nach fleiſſiger vmbſchlagung deß Sächſiſchen Rechten darneben auch dieſes befunden / daß die** *Gloſſa in art.* 26 *lib.* 2. **Landrecht.** *ſub lit. A.* **meldet/daß die jenigen ſo falſche Müntze außgeben/ nicht am Leben geſtraffet werden ſollen/es ſey denn/daß es** ſæpius & doloſè **geſchehen / vnnd doch darneben nicht** exprimiret, quò genere mortis **ſolche Leute geſtrafft werden ſollen/ferner auch das Vrthel / ſo dem Landrecht nach geſetzt** *ſub titul.* **von falſcher Müntze ꝛc. außweiſet / daß dem jenigen allein/ ſo die falſche Müntze ſelbſt gemacht vnnd außgegeben/die Straffe deß Fewers / da er ſie aber nicht gemacht/ſondern allein außgegeben/die Stauppe zuerkandt worden / Sonſten aber auſſerhalb deß obangezogenen Fallß nach Zwickaw / in fleiſſigen Nachſuchen/ kein einig Vrthel mehr finden können/da in dieſem Fall die Straffe deß Fewers erkandt worden were/dargegen ſonſten in allen Vrtheln/ſo viel wir dero geſehen / allezeit vermeldet wird / daß die Müntzer ſelbſt ſolche falſche Müntze außgeſprenget. Inmaſſen denn auch der Müntzer / von deme das obangezogene Zwickawiſche Vrthel meldet / die falſchen Thaler ſelbſt außſprengen helffen; So haben wir in dieſem ſchweren Fall Ew. Fürſtl. Gnad. ſolches vnterthänigſt zuberichten nothwendig erachtet / ob auß obangezogenen Vrſachen Ew. Fürſtl. Gn. den** rigorem

deß heiligen Römiſchen Reichs peinlichen Halßgerichts Ordnung gnädigſt fälle/vnd dem Gefangenen in Anſehung/ daß zwar der Mañ die Müntze ſchlagen helffen/aber nicht außgeben/das Weib aber dieſelbige nicht machen helffen / ſondern nur außgeſprenget/Gnade erzeigen wollen. Auff welchen Fall ſie beyde mit dem Schwerdt geſtrafft/oder auch das Weib/da Ew. Fürſtl. Gnad jhr das Leben ſchencken wolten/mit Staupenſchlägen deß Landes ewig verwieſen werden möchte. Vnd Ew. Fürſtl. Gnaden vnterthänigſte gehorſame Dienſte zu leiſten ſeind wir zu jeder Zeit pflichtſchuldig/ vnd gantz gefliſſen/ *Dat.* Leipzig den 6. *Decembr. Anno* 1595. *&c.*

30 Expoſita ſic Scabinorum ſententia, in foro Saxonico uſu recepta, manifeſtum eſt, quoad pœnam falſariis monetæ ex vitioſa materia formatæ infligendam, tres caſꝰ diverſos ab invicem diſtinguẽdos eſſe. Quos pro accuratiori intellectu fuſiùs explanare, ac cuique certam regulam ſubiungere lubet.

Primus Caſus.

31 PRIMVS CASVS EST: Quando quis falſam monetam ex vitioſa materia ſtannea vel plumbea non ſolùm format & fabricat, ſed & eandem ipſemet fallendi animo expendit. Vbi hæc regula venit notanda. Quicunque ex materia vitioſa falſam monetam format, eamque ſimul fallendi animo exponit ac ſpargit flammarum exuſtionibus mancipari debet.

32 Hæc Regula à nemine facilè in dubium vocatur, propter claram ſanctionem Imp. Conſtantini *in l.2. de C. falſ. monet.* & Imp. Caroli V. in *Ordin. Crim. artic.* 111. ubi diſertis verbis ignis ſupplicium in falſarios monetarum ſtatutum reperitur. Quo ſi unquam Monetarii falſificantes monetam afficiendi ſunt, certè vel maximè aliud hoc caſu ſibi locum vendicabit, quum vix gravius falſum atque delictum in re monetali, quàm in adulterando & vitiando materiam monetæ, eamque poſtea expendendo, committi queat, uti in aperto eſt. Vt mirum haud ſit, adulteratores ac falſarios hoſce monetarum igne concremandos eſſe.

33 Quod & in foro Saxonico ita obtinere, probat *Sententia poſt* Landr. *tit.* Von falſcher Müntz. *in pr.* Habt jhr einen in Gefängnüß/ der in ewrer Stadt falſche böſe Pfenning vngefährlich / für zwantzig floren außgegeben; So jhr deñ etliche anzeigung vnd gnugſame indicia hättet / oder haben möchtet/daß er ſolche Pfenning ſelbſt gemacht/ſo möchtet jhr jhn darauff wol peinlich fragen laſſen / vnd wo er das alſo bekänte/auch auff dem Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren würde/oder ſolches wie recht/überweiſt werden möchte/jhn darumb peinlich wol ſtraffen / vnnd lebendig verbrennen laſſen *&c.* Vt ſic duo neceſſariò requirantur ad hoc, ut pœna ignis falſariis monetæ irrogari queat: Nempe ut Reus ipſemet monetam, vitioſam fabricaverit, deinde quoque eandem expenderit.

34 *Secundum hanc regulam quotidiè pronunciant Scabini, hiſce fere formalibus*: Da jhr euch nun allbereit erkundiget hättet/oder nochmals erkundigen würdet/ daß ſolche falſche Müntze bey *inquiſito* gefunden/vnd vnter die Leute von jhme gebracht vnnd außgeſprenget worden / vnnd der Gefangene würde auff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor öffentlichen gehegten peinlichen Halßgerichte freywillig verharren/oder deß ſonſten wie recht überwieſen / So möchte er von wegen ſolches falſches Müntzens / daß er nemblich falſche Thaler gemacht/vnd dieſelbe fürſetzlicher vnnd betrieglicher Weiſe/vnter die Leute gebracht vnd außgeben/vermöge deß heiligen Römiſchen Reichs peinlichen Halßgerichts-Ordnung mit dem Fewer vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W. *Quæſtori Bornenſi, M. Decemb. Anno* 1596.

Præfectis Dn. Comitis Schvvartzburgenſis in Arnſtatt *M. Aug. Anno* 1596.

Iudici & Scabinis Delicianis, Menſ. Febr. Anno 1595.

Quæſtori in Weiſſenſee/ *M. Iulio, An.* 1624.

Quæſtori Zvvickavienſi, M. April. An. 1606.

Quæſtori in Franckenhuſano, Menſ. Februar. Anno 1618.

Q.2. Num pœna ignis ſint afficiendi falſificantes monetã Principum Inferiorum, aliorumq́ Statuum Imperij?

35 *Ampl. hæc Regula Primò* in iis, qui Principum Inferiorum ac Civitatum, aliorumque Statuum Imperii numiſma falſificant, ex vitioſâ materiâ iſtud formantes atque expendentes. Equidem me non latet, Doctores plerumque diſtinguere inter falſificantem monetam Imperatoris, & monetam alicuius Principis Inferioris vel Civitatis Imperialis; illumque tantummodò pœna ignis; hunc verò mitiori aliquo ſupplicio, veluti gladio, aut deportatione plectendum eſſe, ſtatuere. *Didac. Covarr. in comm. de vet. numiſm. collat. cap* 8. *n.* 3. *Matth. de Afflict. in tit. quæ ſint Regalia in verb. moneta n.* 3. *lib.* 2. *Feud. Tiber. Decian. in tract. crim. lib.* 7. *cap.* 27. *n.* 12. *Alexand. vol.* 7. *conſil.* 121. *n.* 2.

36 Quibus videtur ſuffragari *l.* 2. *C. de falſ. monet,* quæ de Summo Principe ſeu Imperatore ſolùm loquitur, ejusque monetam falſificantes flammarum exuſtionibus mancipari jubet. Quare ad Principes Inferiores Conſtitutio iſta Conſtantini contra mentem ipſius haud quaquam extendenda erit. Tantumque abeſt, Sanctione Carolina *in artic.* 111. aliud fuiſſe diſpoſitum, ut ea potius diſertis verbis ſe referat ad diſtinctionem juris communis, *in verb.* Nach Gewohnheit/auch Satzung der Rechte: ac proindè ex *d. l.* 2. explicari debeat. Cui ſententiæ quoque adhæret *Gloſſ. Latin. in art.* 26 *lib.* 2. Landrecht. *lit. A.* allegans ad hoc autoritatem *Iohan. de Ana in cap. ad falſariorum de crimin. falſi*, docentis, quòd ſit pœna ignis, ſi falſavit quis monetam Imperatoris, ſi verò alterius Domini inferioris, pœna gladii.

37 Sed *Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. libr.* 2. *centur.* 4. *caſ.* 316. *n.* 9. *& nu.* 29. *Regner. Sixtin. in tract. de Regal. lib.* 2. *cap.* 7. *nu.* 109 *& ſeqq. Matth. Stephan. in not. ad artic.* 111. *Ordinat. Crimin. Carolin. verſ. Cæterùm circa infligendam &c. Henr. Bocer. in tractat. de jur. monetar. cap.* 5. *numero tertio. Petr. VVeſembec conſil.* 46. ab hac opinione divortium faciunt, ac non modò Imperatoris, ſed & Statuum Imperii, Principum ac Civitatum, monetas corrumpentes, & ex vitioſa materia fabricantes igne comburendos eſſe, autumant. Quibus ego calculum meum addere nihil dubito.

38 *Tùm*, quia hodiè in Imperio Romano-Germanico

manico omnis monèta, licet non Cæſaris ſubſcriptione, ſed alterius Principis Inferioris ac Statuum Imperii excuſa ſit, nihilominus pro moneta Sacri Romani Imperii, adeoque ipſius Imperatoris reputari debeat, ſiquidem non à Principe vel civitate, quæ ipſam monetam cudit, ſed ab Imperatore, qui poteſtatem cudendi concedit, autoritatem habet. *Receſſ. Imper. de An.* 1551. §. **So haben wir** *&c.* & *Anno* 1570. §. **Als daß auch** *&c. Matth. Stephan. in dict. art.* 111. *Ordin. Crim. Carol.*

39 *Tùm*, quòd *Ordin. Crim. artic.* 111. generaliter loquatur, & falſificatores monetæ igni ſubiiciendos eſſe velit, neque inter monetam Imperatoris, ac Principum Inferiorum diſtinguat; quo ipſo haud obſcurè oſtendit, eos etiam, qui Inferiorum Principum, puta Ducis, Comitis, vel alterius Status Imperii, habentis poteſtatem cudendi monetam, numiſma violarint, omni dilatione ſemotâ, flammarum exuſtionibus mancipandos eſſe. *Henr. Bocer. dict. c. 5. n. 3. Matth Stephan. dict. art.* 111.

40 *Tùm* propter verba *Receſſ. Imp. de An.* 1559. §. **Wir ordnen ſetzen vnd wollen auch** *&c.* ibi: **Daß ſich männiglich hinfüro bey Straff deß Fewers / deß Granalierens / Körnens / Seygerns / vnd anderer dergleichen betrüglicher / vortheiliger Handlung vnd Fälſchung allen alten vnd newen guten Müntzen auſſerhalb der Frembden enthalten ſoll** *&c.* Quæ verba non modò generalia ſunt, ſed certam ſolummodò ſpeciem monetarum, ſcilicet extra Imperium ab aliis Principibus, qui Status Imperii non ſunt, fabricaturum excipiunt, earumq; falſificatores ſuppliciô ignis affici nolunt. Vnde ſatis manifeſtum eſt, hanc pœnam incurrere, qui Statuum Imperii monetas corrumpunt atq; falſificant; manet enim ſemper Regula firma in caſibus non exceptis.

41 Neque hiſce obſtat *l 2. C. de falſ. moneta.* quæ illos demum flammarum exuſtionibus mancipari iubet, qui Imperatoris monetam ex vitioſâ materiâ cudunt. *Quià* tùm temporis nulli præterquam Imperatori competebat ius monetæ, unde fit, quòd *l. 1. & 2. C. de falſ. monet.* ſolius Summi Principis mentionem faciant. At poſtquam illa poteſtas etiam cum inferioribus communicata eſt, ſine dubio extendenda quoque erit hæc pœna ad Monetarius ſeu adulteratores nummorum ſignatorum ab aliis Principibus, qui autoritate & vice Summi Principis utuntur, & iura Imperii in ſuis terris ac diſtrictibus habent. *Iacob. Menoch. d. caſ. 316. Ventur. de Valent. in parthen. litig. lib. 1. cap. 2. n. 6. VVaremund. ab Erenb. de ſubſid. Regn. cap. 15 n. 15. Thom. Michael de iuriſd. Imp. Rom. concl. 45. Andr. Gail. de pac publ. lib. 1. c. 6. n. 10.*

42 Quin & monetam Principum ac Statuum Imperii pro monetâ Imperatoris Romani, qui poteſtatem cudendi monetam in Imperio aliis concedit, reputandum eſſe, dixi antea *in fundamento primo noſtræ ſententiæ.* Vt ſic diſpoſitionem *l. 2. C. de falſa moneta*, ad falſificatores quoque monetæ, à Statibus Imperii excuſæ, optimo iure extendere liceat.

43 Minus obeſt *Gloſſ. lat. art. 26. lib. 2.* **Landrecht.** *lit. A.* Præterquam enim, quod Gloſſæ autoritas, uſu & obſervantiâ in foro haud approbata, veritatem non vincat iuxta tradita *Hartm. Piſtor. qu. 16. n. 11. part. 1. q. 25. n. 35. q. 26. n. 18. part. 2. Andr. Scheffer. part. 2. quæſt.* 13. haud ineptè ea explicari poteſt de monetâ aliorum Principum, qui Status Imperii non ſunt, uti patet ex verb. *Regis vel Principis &c.*

Eamq; ſententiam ceu veriorem in pronunciando ſequuntur Scabini, dictantes pœnam ignis etiam illis, qui Principum ac Statuum Imperij monetam ex vitioſâ materiâ cudunt atque expendunt. Prout reſponderunt Quæſtoris Schvveinicenſi, M. Iun. Anno 1603. 44

Quæſtori in **Weiſſenſee** / *M. Iulio. Anno* 1625. 45
Quæſtori in **Salza.** *M. Octobr. Anno* 1598.
Et ſæpius ad pœnam ignis eos, qui thaleros Sereniſſimi noſtri Dn. Electoris Saxon. falſificârunt, condemnatos fuiſſe memini.

Q. 3 An & pœnæ ignis ſubiiciantur falſificatores monetæ minoris ſpeciei?

Ampl. Secundò: Vt flammarum exuſtionibus mancipandi ſint non ſolùm ei, qui thaleros Imperiales, Ducatos, aliasq; ſpecies groſſioris monetæ fabricant, ſed & qui monetam minoris valoris, veluti Groſſos, Cruciferos, *B*aciones, Schreckenbergeros, & id genus alia numiſmata ex vitioſâ materiâ cudunt.

Tùm, ob generalitatem verborum in *artic.* 111 *Ord. Crim. Carol.* **Welche falſche Müntz machen** *&c.* Et *Receſſ. Imper. de Anno* 1559. §. **Wir ordnen / ſetzen / vnd wollen** *&c.* ibi: **vnd fälſchung aller alten vnd newen guten Müntzen.** Quæ indefinitè loquuntur de falſificatoribus monetarum, (quo nomine abſque dubio etiam monetæ minoris valoris comprehenduntur) eosq; igne concremari iubent. 46

Tùm, quòd per corruptionem ac falſificationem monetæ minoris non minus Reipubl. damnum afferatur, Imperatoris maieſtas lædatur, ac ſi falſi atq; vitioſi Thaleri & Ducati conficiantur, quapropter & utroque in caſu æqualis pœna obtinebit; Identitas ſiquidem rationis, eandem facit iuris diſpoſitionem. *l. illud 32. ff. ad Leg. Aquil. c. inter corporalia. 2. extr. de translat. Epiſcop. Gloſſ. in l. cum certum 19. in verb. æquitatis ratio. C. ad Leg. Falcid. Gloſſ. in cap fraternitatis. 17. extr. de teſtib. Panorm. in c. quoniam frequenter. 5. n. 6. extr. Vt lit. non conteſtata.* 47

Tùm, quia Imp. Conſtantinus in *l. 2. de falſ. monetâ.* ſub pœnâ ignis, nummos falsâ fuſione formari prohibet. Nummorum autem appellatione cuiuscunque ſortis moneta venit, quæ minimum etiam valet. Denotat enim nummus propriè valorem monetæ, unde & inter res incorporales nummi referentur. *l. 46. ff. de condict. indeb. l. 95. in fin ff. de legat. 3. l. 24. ff. depoſit.* 48

Proin meritò dictaverunt Scabini pœnam ignis cuidam Monetario H.S. qui groſſos Imperiales ex materiâ vitioſâ formaverat; Ad requiſitionem **der Gräfflichen Schwartzburgiſchen Befehlichshabere zu Arnſtätt** / *M. Auguſt. Anno* 1596. 49

Aliisque tribus falſariis monetæ, in caſu ſimili, ad conſultationem Quæſtoris Zvvickavienſis, Menſ. Decemb. Anno 1605. 50

Nec non A.B. qui per duodecim annos falſos Cruciferos ac Quincunces (**Creutzer vnd Fünffer**) *fabricaverat & expoſuerat. Ad petitionem Quæſtoris in* **Voigtsberg** / *M. Martio, Anno* 1599. 51

Eademq;

52 *Eademq; pœna plectendum eſſe* H.Z *qui Schrecbergeros vitioſos cudenti auxilium præſtiterat, eosq; poſtea expoſuerat, reſponderunt Domini, ad conſultationem Quæſtoris Frankenhuſani, M. Febr. Anno* 1618.

Q.4. Quæ ſit pœna falſificantium obulos vel nummos?

53 Sed *quânam pœnâ illi erunt afficiendi, qui minimi valoris falſam monetam cudunt, ut nummos, quadrantes, atque obulos,* **Dreyheller vnd Pfennige**? Sanè nec hoſce à pœnâ ignis immunes eſſe, videtur probari poſſe ex generalitate *artic.* 111. *Ordinat. Crimin. Carolin. & l.* 2. *C. de falſ. monet.* qui textus de falſariis monetæ in genere loquuntur: quo nomine nummos quoque atque obulos cudentes comprehendi, vix negari poterit. Accedit identitas rationis, quæ non minus locum ſibi vendicat in nummis ac obulis, ut quorum falſificatione & damnum communi publico infertur, & majeſtas Principis læditur.

54 Econtra, falſarios hoſce nummorum atque obulorum extraordinariâ tantummodò pœnâ afficiendos eſſe, non malè forſan quis dixerit, ſecundum tradita *Alexandr. vol* 1 *conſil* 104. *num.* 12. *&* 13. *Ægid. Boſſ. in tract. crimin. titul. de falſ. monetâ num.* 4 *Henric. Bocer in tractat. de jur. monet. cap.* 5. *numer.* 6 *Jacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſtion. lib.* 2. *cent.* 4. *caſ.* 316. *numer.* 33. *Tiber. Decian in tract. crimin. lib.* 7 *cap.* 27. *n.* 2. Qui omnes ab ordinariâ mortis pœnâ liberum pronunciant eum, qui minimi valoris monetam absque indulgentiâ Imperatoris percuſſit. Eò quòd pœnæ ſint molliendæ in delictis, in re minimâ commiſſis, *arg. l.* 4 *ff. de in integ. reſt l. ſi quis.* 9. *§. ultim. cum duabus ll. ſeqq. ff. de dolo malo. l.* 1. *§. proinde ſi quid. l.* 11. *ff. de ædil. edict. l. quæſitum.* 60. *ff de re judic.*

55 Exiſtimo ego, pro deciſione accuratiori hujus quæſtionis diſtinguendum eſſe: An quis nummos vel obulos benè multos ac ſæpiùs ex falsâ & vitioſa materia formaverit; An verò ſemel, aut bis tantummodò hoc fecerit, & paucos admodùm fabricaverit.

56 *Priori caſu*, haud vereor affirmare, ignis ſupplicio ſubjiciendum quoque eſſe eum, qui plurimos nummos atque obulos percuſſit, hocque delictum ſæpius reiteravit: Cùm talis falſarius non minus damnum inferre videatur Reipublicæ cudendo obulos & nummos, in ſumma 10. thaleros adæquantes, quàm fabricando duos vel tres thaleros Imperiales.

57 Accedit, quòd reiteratio ac continuatio delicti aggravet pœnam, & crimen aliàs non capitaliter puniendum, propter reiterationem fiat capitale, ut ſentit *Bald. in l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de public. Luc. de Penna in l.* 1. *C. de ſuperexact. lib.* 10. *Par. de Put. in tractat. Synd. in verb. pœna. cap.* 8 *numer.* 13. *Dan. Moller. ad Conſtit. Elect.* 48. *n.* 1. *p.* 4.

58 *Ideoque Scabini falſario cuidam, qui per quinquennium Quadrantes benè multos,* **Dreyer/** *formaverat & expenderat, ignis ſupplicium dictare haud dubitaverunt. Ad conſultationem Quæſtoris Bornenſis, Menſe Decembris, Anno* 1596.

59 *Idemq; ſupplicium fuit indictum L.K. qui falſos & vitioſos nummos, ad quinq; florenorum ſummam aſcendentes fabricaverat. Ad requiſitionem Adami & Abrahami* **der Römere zu Steinpleiſſe/** *M. Iul. Anno* 1610.

60 *Poſteriori verò caſu*, ſi quis ſemel aut bis paucos formaverit nummos vitioſos, Reum non niſi pœnâ arbitrariâ, fuſtigationis aut relegationis puniendum eſſe, dicere auſim, quum per hoc delictum parum damni communi publico fuerit datum; At modicum Prætor non curat. *l.* 4 *ff. de in integr. reſtit.* Et ſicuti in aliis criminibus, ita quoque hoc in delicto puniendo, & qualitas & quantitas rei, in qua crimen commiſſum eſt, ſpectari debet. *l. aut facta.* 16. *§. qualitate. & §. quantitas ff. de pœn.*

61 Quò etiam facit, quòd crimen hoc ſit ſpecies falſi, ſed falſitas non nociva impunitatem habet. *l. pen ubi Gloſſ. Bart. Salic. & alii. C. ad Leg. Corn. de falſ. c. accedens, ubi Canoniſtæ extr. crim. falſ. Jul. Clar. lib* 5. *ſent. §. falſum. num.* 35. *Andr. Gail.* 1. *obſervat.* 100. *n.* 7. *Honded vol.* 1. *conſ.* 109. *n.* 51. Atq; de hoc etiam caſu propriè loquitur *Tiber. Decian. dict. lib.* 7. *c.* 27. *n.* 2.

62 Nec obſtat, quòd fabricatione unius & alterius nummi vel obuli crimen læſæ Majeſtatis non minus committatur, ac per falſificationem plurimorum groſſorum vel thalerorum. *Hoc* enim licet conceſſerim, exinde tamen haudquaquam ſequitur, unum idemque ſupplicium utroque caſu obtinere, ſiquidem pœna criminis læſæ Majeſtatis non ſemper ultimum eſt ſupplicium, ſed quandoque etiam deportatio vel relegatio, ut dixi *quæſt. præceden. num* 97. vid. *l.* 40. *junct. l. eorum.* 24. *ff. de pœn. Henr. Bocer. de crimin. læſ. maieſt. cap.* 3. *n.* 109. *& in tract. de jur. monet. cap.* 5. *num.* 5. *pag.* 179. *Anton. Capyc. deciſ.* 130. *num.* 2.

63 *Hinc pœnam fuſtigationis cum perpetuâ relegatione dictaverunt Scabini H.B. qui paucos nummos, attingentes ſummam* 5. *groſſorum, formaverat ad conſultationem Senatus Brunſvicenſis, M. April. Anno* 1600.

64 *Et in caſu ſimili dictata fuit temporalis relegatio cuidam falſario, allegantí paupertatem, ſenium & perſuaſionem. Ad requiſitionem Quæſtoris Zvvickavienſis, M. Mart. An* 1606.

65 *Hancq; exceptionem Scabinos in puniendo hoc delicto attendere, apparet ex verbis ſententiæ datæ ad requiſitionem Eraſmi* **Maltiß. Vnd mit geſchlagenen falſchen Zweyern es alſo beſchaffen/ daß er ſolches falſchen Müntzens ſich nicht öffters gebraucht/ ſondern nur einmahl dergleichen Müntze zu ſchlagen ſich vnterſtanden/ geſtalt er denn nicht mehr denn nur 2. Zweyer außgeben** *&c. M. Novembr. Anno* 1628.

66 *Ampl. tertiò:* Vt pœnâ ignis plectendi ſint non ſolummodò ii, qui propriis manibus monetam ex materia vitioſa cudunt, ſed & qui aliis cudentibus & falſificantibus auxilium & opem præſtant, ſtando in excubiis, ignem ſufflando, vel alio modo delictum promovendo, falſam monetam fabricatam poſtea expendentes.

67 *Tùm*, quòd præſtans auxilium & opem in aliquo crimine ex propoſito, & tractatu ac conven-

ventione præcedente, teneatur pœna delicti iſtius ordinaria. *Jacob. Boulen. in repet. l. capitalium §. famoſos n. 104. ff. de pœn. Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 90. n. 1. Blanc. in pract. crim. §. poſtquam vidimus num. 4. fol. 118. & n. 5. fol. 119. Petr. à Plach. in Epit. delict. lib. 1. cap. 17. num. 20. Proſper. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 131. n. 1. Hippol. de Marſil. in l. ſi in rixa. num. 29. verſ. & ideò ſcias ff. ad Leg. Cornel. de ſicar.*

68 *Tùm*, quòd Imper. Conſtantinus conſcios hujus criminis, illudque non propalantes, non ſecus plectendos eſſe jubeat, quàm ipſos principales autores, in *l. 1. C. de falſ. monet.* Quod ſi verò in conſcios criminis tàm graviter animadvertendum eſt, multò magis certè auxiliatores pœna hac tenebuntur.

69 *Secundum ea reſponderunt Scabini verſus* Franckenhauſen; *Ad conſultationem Quæſtoris, hiſce formalibus*: So möchte H. Z. derowegẽ/ daß er gefährlichen vnd boßhafftiglichen die falſchen Schreckenberger zum Theil ſelbſten/ auch etliche durch ſein mitgefangenes Weib vnd Sohn/ dem Neheſten zum Nachtheil wiſſentlich außgeben/ vnd vnter die Leute gebracht/ er auch mit darbey geweſen/ auff der Hutt geſtanden/ vnd die Wache gehalten/ als der flüchtige C. D. die falſche Müntze geſtempelt vnd gepregelt/ vnd darinn ſeinen *conſens* vnd Willen gegeben/ auch darvon *participiret*, vermöge Käyſer Carls deß *V.* vnd deß heiligen Römiſchen Reichs peinlichen Halsgerichts-Ordnung mit dem Fewer vom Leben zum Tode geſtrafft vnd hingerichtet werden V. R. W. *M. Febr. Anno* 1618.

70 *Item*: So möchten ſie beyde J. R. daß er ſolche böſe vnd falſche Thaler ſelbſt gemüntzet vnd gepreget/ vnd H. H daß er dergleichen Thaler müntzen vnd ſchlagen laſſen/ auch den Blaſebalg gezogen/ vnd alſo Hand mit angelegt/ vnnd dann/ daß ſie beyde dem Neheſten zu Schaden vnd groſſen Nachtheil/ jhnen aber zu ſchändlichem Gewinn vnnd Vortheil die falſche Müntze außgegeben/ inhalts Käyſer Carls deß *V.* vnd deß heiligen Römiſchen Reichs peinlichen HalsgerichtsOrdnung mit dem Fewer vom Leben zum Tode gerichtet vnd geſtrafft werden V. R. W. *Ad conſultationem Capitanei* zu Soraw/ *Menſ. Maio, Anno* 1626.

Q. 5. Quomodo puniantur falſificatores monetæ peregrinæ, ſeu extranei cujuſdam Principis?

71 Certis quoque modis Regula hæc *Limitatur*, ac *Primò*: Si quis non Imperatoris aut Statuum Imperii, ſed extranei cujuſdam Principis, qui Status Imperii non eſt, ut Regis Daniæ, Angliæ, Galliæ, aut Batavorum &c. monetam falſificaverit, eamque ex vitioſa materia formaverit, atque expenderit, quem mitiori ſupplicio ac pœna gladii plectendum eſſe puto.

72 Quod quidem prima fronte dubio non caret, ſi credamus *Iacob. Menoch. libro ſecundo. de arbitr. judic. quæſtion. cent. 4. caſ. 316. numer.* 43. & qui eum ſequitur *Henr. Bocer. de iur. monet. cap. 5. numer.* 26. parem nempe pœnam convertendam eſſe in hos, qui nummos peregrinos incidunt, radunt, & tondent, qua de jure puniuntur, qui Imperatoriam monetam mutilant. Vnde haud ineptè quoque inferri poſſet, ad paritatem pœnæ, in caſu falſificationis monetæ ex vitioſa materia, non habita ratione, an Imperatoris, an verò extranei alicujus Principis ea fuerit.

Vſus ſiquidem monetæ, ſcribit *Bocer. dict. numero vigeſimo ſexto.* jurisgentium eſt, *l. 1. in pr. ff. de contr. empt. & vendit.* proinde in omnes meritò monetæ cuiusvis violatores & adulteratores par erit pœna. Jus enim gentium cum omnibus gentibus eſt commune, *§. jus autem civile Inſtit. de Jur. Nat. Gent. & Civil.* omnesque populi omnium Regionum communia habent invicem commercia, & monetæ unius Regionis in alterâ quoque Regione propter commerciorum communem uſum expendi ſolent. Quod ſi ergo in unâ Regione liceret alterius Regionis monetas impunè mutilare, certè incommodum haud leve inde Reſpublica ſentiret, quod minime ferendum *cap. quanto, ubi Innoc. verſ. item non credimus. extr. de jureiur.* Hactenus verba Bocer. 73

74 Idque tantò verius videtur, quantò generalioribus verbis utitur Imper. Carolus V. in conſtituenda pœnâ ignis adverſus monetæ vitioſæ fabricatores, *in Ordinat. Crimin. artic.* 111. in verb: Welche falſche Müntze machen *&c.* die ſollen mit dem Fewer vom Leben zum Tode geſtrafft werden *&c.* Neque enim in verbis hiſce ulla attenditur differentia, an moneta hæc falſa formata Imperatoris, aut extranei Principis fuerit; Quare nec in decernenda pœna rationem hujus differentiæ habendam eſſe, omninò ſequi videtur.

75 Quibus tamen non obſtantibus, cùm in ditionibus Electoratus Saxonici quiſpiam thaleros Hollandicos ex materiâ plumbea fabricaverat & expoſuerat, nos deſuper conſulti, deliberatione habita, & circumſtantiis exactiùs ponderatis, falſarium hunc nequaquam ignis ſupplicio mancipandum, ſed ob falſum commiſſum gladio plectendum eſſe, pronunciavimus, haud absque fundamentis urgentiſſimis.

76 Certum enim eſt, Conſtitutionem Imper. Conſtantini, unde ſanctio Carolina nata eſt, eos ſolummodò ignis pœnæ ſubijcere, qui monetam Imperatoris falſificant, uti manifeſtum eſt ex verb: *l. 2. C. de falſa monetâ.* ibi: *In monetis etenim tantummodò noſtris cudendæ pecuniæ ſtudium frequentari volumus: cuius obnoxii maieſtatis crimen committunt.* Et poſtea: *Flammarum exuſtionibus mancipetur.* Quæ verba, quum de falſificatorib⁹ monetæ Imperatoriæ expreſſiſſimè loquatur, ſatis clarum eſt, Conſtitutionem hancce pœnalem ad delinquentes in monetam Imperatoriam reſtringendam, neque ad alios, qui exterorum numiſmata, ſeu peregrinos nummos corrumpunt, extendendam eſſe, *arg. cap. ſtatutum. 22. extr. de elect. in 6to. Jacob. Menoch. libr. 6. præſumpt. 4. numer. 33. Cornel. libro primo. conſil.* 114.

77 Nec in contrarium quicquam facit, quod hâc ratione falſarii quoque monetæ Principum ac Statuum Imperii à pœna ignis exempti eſſent, contra ea, quæ dicta ſunt *Ampl.* 1. *Nam* Moneta Principum ac Statuum Imperii, ut quæ non à Principe vel Civitate, quæ ipſam monetam cudit, ſed ab Imperatore, qui poteſtatem cudendi concedit, autoritatem

tatem habet, *Receſſ. Imper. de Anno* 1515. §. **So haben wir** *&c.* pro moneta Imperiali ac ipſius Imperatoris reputari debet, *Matth. Stephan. ad art.* 111. *Ordinat. Crim. Carol.* quod de peregrina moneta non aſſerendum. Diverſa igitur quia ratio eſt hujus atque illius monetæ, utique & diverſa pœna falſificatores harum monetarum tenebuntur.

78 Deinde & probè ponderandum eſt hoc, quòd corrumpentes monetam Imperatoriam, ignis ſupplicio ſubjiciantur potiſſimùm propterea, quòd crimen læſæ majeſtatis committant, *l 2. C. re falſ. monet.* Quod de falſificatoribus peregrinorum nummorum haudquaquam dici poteſt. Etſi enim & hi graviter delinquant, falſum committendo, aliisque damnum afferendo: propterea tamen Rei non fiunt læſæ majeſtatis, ut qui Imperatoriam majeſtatem non lædunt, nec ſubditi ſunt eorum, quorum monetam falſificant, à quibus tantummodò crimen læſæ majeſtatis perpetrari, certiſſimum eſt. *Clem. paſtoralis. §. denique. & §. ſequent. & re judic Jul. Clar. in pract. §. læſ. maieſt. numero, ſexto Gigas de crim. læſ. maieſt. libro tertio. rubr. de prod quæſtion.* 1. *numero nono. & libro primo. rubr. qual. & à quibus crimen læſ. maieſt. quæſt.* 3. *n.* 3. *& quæſt.* 68. *numer* 5. Deficiente itaque ratione pœnæ in falſificatoribus peregrinæ monetæ, utique & ipſa pœna ceſſabit, *arg l. adigere.* 6 *§. quamvis.* 2 *ff. de jur. patron. Jaſon. in l. quod dictum,* 32. *numer.* 2. *ff de pact.*

79 Hinc expedita eſt Reſponſio ad Objectiones *Boceri*, antea adductas. Etſi enim conceſſerim, uſum monetæ iurisgentium eſſe, & monetas unius Regionis in alterâ quoque Regione, propter commerciorum communem uſum expendi ſolere; Exinde tamen non ſequitur, parem & æqualem eſſe autoritatem utriusque monetæ, Imperatoria ſiquidem moneta non ex ſolo uſu iurisgentium, qui indifferenter omnibus nummis dat valorem, ſed ex præcepto quoque Imperatoris, unde autoritatem habet, æſtimari debet, quo reſpectu etiam falſarii huius monetæ crimen læſæ maieſtatis committunt, & pœnam ignis incurrunt. Vnde differentia huius atque illius monetæ haud obſcura eſſe poteſt, ut nec immeritò diverſa pœna falſificatores harum monetarum teneantur.

80 Parùm quoque obſtat *Ordin. Criminal. Carol.* Etſi enim *artic.* 111. generaliter loquatur de falſificatoribus monetarum, eosque igne concremari velit; attamen dubium non eſt, quin hæc Sanctio reſtringi debeat ad adulteratores monetæ Imperatoris, iuxta diſpoſitionem Conſtantini Imper. in *l. 2. C de falſ. monet.* ad quam verbis diſertis ſeſe refert Sanctio Carolina *dict. artic.* 111. quando dicitur: **Nach Gewonheit/auch Saꜩung der Rechte.** Nil itaque novi ibidem diſponitur, ſed Conſtitutio Conſtantini Imper. ſolummodò renovatur & confirmatur.

81 *Sententia Scabinorum hiſce formalibus fuit concepta*: **Vnd es hat ſich in der Erkundigung befunden/ daß Gefangener M. N. ſolche Holländiſche falſche Thaler nicht allein gemacht/ ſondern auch dem Neheſten zu Nachtheil vnd zum Betrug außgeben Da nun der Gefangener M N. auff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor öffentlichen gehegten peinlichen Halsgerichte freywillig verharꝛen / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ So möchte er wegen ſolches falſchen müntzens/ vnnd daß er die böſe Holländiſche Thaler zum Betrug deß Nehſten wiſſentlich außgeben/ nach Gelegenheit dißfals mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet vnd geſtrafft werden/ V. R. W.** *Ad requiſitionem Quaſitoris Dreſdenſis, M. Octobr. Anno* 1629.

82 *Secundò Limitatur* hæc Regula in tinctura monetæ. Veluti, ſi quis groſſos argenteos aut æreos auro tingat, vel cooperiat, ac poſtea deauratos pro Aureis vel Ducatis expendat. Qui, licet falſum quoque monetæ ratione materiæ committat; *l. quicunque.* 8 *ff. ad Leg. Cornel de falſ.* ignis tamen ſupplicio propterea puniri non debet; ſiquidem Imper. Conſtantinus in *l.* 2. *C. de falſ. monet.* eos demum huic ſupplicio mancipari jubet, qui falſa fuſione nummos formant, hoc eſt, qui nummos cudunt ex falſa materia, aut qui aliud metallum auro & argento admiſcent, uti Sanctio Carolina loquitur in *artic.* 111. **Wann einer ein vnrecht Metall darzu ſeꜩet.** Quod certè ii non faciunt, qui nummos jam fabricatos deaurant: Aliud enim fabricatio, aliud tinctura eſt. Ac licet verba *dict. artic.* 111. generaliter loquantur **Welche falſche Müntze machen/ zeichnen** *&c.* **die ſollen mit dem Fewer vom Leben zum Tode geſtrafft werden** *&c.* Attamen ex *l. 2. C. de falſ. monet.* ea explicanda eſſe, jam antea probavi *n.* 80.

83 Nihilominus tamen per eiuſmodi tincturam ſive deaurationem falſum committitur. *l.* 8. *ff. ad Leg Cornel de falſ Henr. Bocer. de jur. monetar. cap.* 4. *n.* 8 *& cap* 5 *n.* 25. Quare & falſi pœnam, quæ arbitraria eſt, *l eos, § qui ſe pro milite. ff. ad Leg. Cornel. de falſ Mynſinger. in §. item Lex Cornelia de falſis. n.* 11. *Inſtit. de publ. judic. Gan in in rubr. de falſ. n.* 3. *verſ ſed hodiê*, hoc caſu locum ſibi vendicare dixerim.

84 *Hinc, quando tres pueri nummos calculares deauraverant, eoq́; pro aureis Rhenenſibus expenderunt in Carcere eos virgis caſtigandos ac poſtea in perpetuum relegandos eſſe pronunciavimus, Pratori Lipſenſi, M. Maio, Anno* 1629.

85 *Tertiò Limitatur*: Si cauſa quædam ſubſit ex qua Reum cudendo & expendendo falſam monetam, non tam perverſo & protervo animo deliquiſſe conjecturari poteſt. Quo caſu ſupplicio ignis ſeveriori remiſſo, monetariũ gladii pœna afficiendum eſſe puto. Siquidem Imper. Carolus V. tum demum adulteratores monetæ flammarum exuſtionibus ſubjici vult, quando hi perverſo & doloſo animo delinquunt, & proximo damnum afferunt, ut patet ex verb. *art.* 111. *Ordinat. Crimin.* (**gefährlich vnd boßhafftiglich/ dem Neheſten zum Nachtheil.**) Unde ſatis manifeſtum eſt, in puniendo hoc delicto, rationem doli ac damni dati habendam, rigorem juris juſta de cauſa temperandum, & ſupplicium ignis quandoque in mitiorem gladii pœnam commutandum eſſe.

86 Quod eatenus procedit, ſi iuſta quædam cauſa mitigationis pro Reo militet. Etſi enim aliàs quælibet cauſa, etiam iniuſta & beſtialis, delinquentem à dolo & malitiâ excuſare queat. *l. igitur. 12. §. & generaliter 3. ff de liber. cauſ. l. inter omnes. 47. §. rectè dictum eſt. 7 ff. de furt. Jul Clar. libr. 5. ſentent. § ult. quæſt. 60. num. 22. Nicol. Boer. deciſ. 168. num. 11. Ægid. Boſſ in pract crim. tit. de decreto Mediol. numer. 19. Aym. Cravett. lib. conſil. 6. numer. 89. Jacob Schult in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. quæſt. 104. n. 8. Marc. Anton. Blanc. in pract. crimin. § viſis indiciis per Reum. num. 154. & in §. ſecunda pars defenſionis erit. n. 3.* Attamen in gravioribus & atrocioribus delictis, quale abſque dubio falſum monetæ eſt, ſimplicitas non tam facilè præſumenda, niſi ex certis cauſis & coniecturis ſufficientibus doceatur, aliàs nemo non facili negotio ordinarium ignis pœnam effugere poſſet.

87 Quare judici incumbit, ſagaciori ſtudio circumſtantias & cauſæ qualitates quasvis perpendere & examinare, quas ſi pręgnantes deprehendat, ignis ſupplicium in mitiorem aliquam pœnam commutando neutiquam aberrabit.

Hancque ob rationem ſuperioris quandoq; Magiſtratus arbitrio mitigationem pœnæ Scabinos commiſiſſe, ſcio, additâ cauſâ mitigationis, ſic pronunciantes: So möchte L. K mit dem Fewer vom Leben zum Tode geſtrafft vnd hingerichtet werden. Es wolte denn der Churfürſt zu Sachſen vnd Burggraff zu Magdeburg/ꝛc. vnſer gnädigſter Herr/ in Anſehung/ daß der Gefangene ſich deß falſchen Müntzens zuvor niemals befliſſen/ oder daß er deßwegen vordächtig geweſen/ wieder jhn etwas beſtändiges außgeführet/ noch daß er von den falſchen Pfenningen etwas mehr als den gülden zur Steinpleiſſa/ den er mit ſeinen entlauffenen Geſellen daſelbſten verzehret/ außgegeben vnd vnter die Leute bracht/ welches dann gleichwohl die Landübliche Sächſiſche Rechte außtrücklich fordern vnd haben wollen/ daß nemblich die falſche Müntze von den jenigen/ ſo am Leben geſtrafft werden ſollen/ offt vnd vielmals gefährlichen vnnd boßhafftigen dem Neheſten zum Nachtheil außgegeben ſey worden/ den *rigorem* deß heiligen Römiſchen Reichs peinlichen Halsgerichts-Ordnung gnädigſt erfallen laſſen vnnd dem Gefangenen Gnade bezeigen/ auff den Fall möchte er mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W. An Adam vnd Abraham die Römere zu Steinpleiſſa/ *M. Julio, Anno* 1610.

88 *Et quando A H. monetario cuidam cudenti monetam vitioſam opem præſtiterat, & in excubiis ſteterat, dictata ipſi propterea fuit ignis pœna, adjectâ tamen clauſulâ:* Man wolte jhme dann in Anſehung/ daß er die falſche Müntze nicht ſelbſt gemacht/ Gnade erzeigen/ auff den Fall möchte er mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris Zvvickavienſis, M. April. Anno* 1606.

89 Hocque expeditum eſt, quòd ob minorennitatem delinquētis pœna ignis rigoroſa in gladii pœnam tutò commutari poſſit. Nam & in atrociſſimis criminibus ob ætatem minorennem pœnam ordinariam mitigandam eſſe, tradit *Proſper Farin part. 3. oper. crimin. quæſt. 92. n. 106. Angel. Aretin. in tract. malefic. verb. ſcienter & doloſè. num. 12. Gandin. de pœn. Reor. n. 30.* Ut maximè enim judicium minoris ſit doloſum, propter naturæ tamen infirmitatem minor in eo præſumitur perverſitas. Quin & ei, qui propè compleverat annum decimum quartum, non niſi fuſtigationis pœnam dictaverunt Scabini, in hunc modum reſpondentes.

Ob wohl V. H bekandt/ daß er vmb ſeines Brudern falſches Müntzens Wiſſenſchafft gehabt/ mit dem andern uff der Hutt vnnd Wache geſtanden/ die geſtempffelten Meſſingen Pfenninge weiß machen/ vnd außgeben helffen; So mag er doch derenthalben von wegen ſeiner Minderjährigkeit am Leben nicht geſtrafft werden/ Er wird aber gleichwohl mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billig verwieſen/ V. R. W. *Ad conſultationem Quæſtoris Zvvickavienſis, M. Decembr. Anno* 1605. 90

Secundus Caſus.

91 *Q. 6. Quomodo puniantur falſam monetam cudentes, non expendentes?*

SECVNDVS EST CASVS: Si quis falſam monetam ex materiâ vitioſâ, ſtanneâ vel plumbeâ cudat, ſed eandem non exponat. Vbi Regula notanda: Licet quis falſam monetam formaverit, ſi tamen ipſemet eandem non expenderit, flammarum exuſtionibus mancipandus non eſt, ſed gladio ſeu truncatione capitis puniri debet.

92 Quamvis enim Conſtitutio Imp. Conſtantini in *l. 2. C. de falſ. monet.* inter cudentem & expendentem monetam falſam non diſtinguat, ſed ſimpliciter falſarios monetæ ignis ſupplicio affici velit; Attamen hodiè in Imperio Romano-Germanico, ac imprimis in foro Saxonico, cudentes ſolummodò vitioſam monetam, non verò eandem expendentes, haudquaquam igne concremandos, puto.

93 *Tùm*, quòd ſecundum Gloſſam Juris Saxonici *in art. 26 lib. 2.* Landr. *lit. A.* mortis pœnâ falſificatores monetæ afficiendi non ſunt, niſi ſæpius & doloſè vitioſam monetam in detrimentum Reipublicæ expenderint. Cum quâ convenit ſententia Scabinorum *poſt* Landrech *tit.* Von falſcher Müntze *in pr.*

94 *Tùm*, quia in decernenda pœna ignis, ratio habenda eſt damni dati per falſificationem monetæ, uti ſatis liquet ex verb *dict. artic* 111. *Ordin. Criminal* (dem Nechſten zum Nachtheil.) Vnde ſequi videtur, ignis ſupplicium haudquaquam ſibi locum vendicare, ſi non damnum fuerit illatum. Quum verò per ſolam fabricationem monetæ, abſque expoſitione eiuſdem, præjudicium aut damnum proximo non afferatur; utique nec tum pœna ignis falſario monetæ irroganda erit.

95 Etſi verò rigoroſum ignis ſupplicium hoc caſu ceſſet; à pœna tamen mortis Reus falſæ monetæ exemptus non eſt, quia ſola etiam fabricatione falſæ monetæ Imperatoriæ, aut Statuum Imperii, crimen læſæ Maieſtatis committitur, ſecundum Conſtitut. Imper. Conſtantini in *l. 2. C. de falſa moneta.* At Reos læſæ maieſtatis regulariter gladio plectendos eſſe, probatur ex *l. quisquis. C. ad Leg. Jul. majeſt. ubi Salicet. in ſummar. numero primo. Henr. Bocer. in tractat. de criminal. læſ. majeſt. cap. 3 numero nono. Gigas de crim. læſ. majeſt. libro ſecundo. rubr. de pœn. committ. crimin. læſ. majeſt. quæſtion. 1. num. 7.*

96 *Quare & Scabini adverſus falſarios monetæ, expoſitione non ſubſecutâ, gladij tantummodo pœnam decernere ſolent.* Hat H. G. in ſcharpffer Frage außgeſagt vnd bekandt/ daß er vnnd ſein Geſell in Mitfaſten nechſt verſchienen in einer Gruben im Holtze / auß einem alten Keſſel falſche Dreyer gemacht / derer er aber für ſeine Perſon keinen gelöſen/ vnd außgeben können/ hette auch derer mehr nicht als das mahl in der Awe gemacht/ꝛc. Da jhr euch nun allbereit erkundiget hettet/ oder nochmahl erkundigen würdet / daß ſichs deß Gefangenen Auſſage nach in Warheit alſo verhielte/ vnnd er würde vff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwiſen: So möchte er wegẽ ſolcher ſeiner Verbrechung mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris Sangerhuſani, M. Majo, Anno* 1583.

Quæſtoris in Saltza / *Menſe Decembr. Anno* 1596.

97 TERTIVS CASVS EST: quando de pœna agitur eorum, qui ipſimet falſam monetam ex materia vitioſa non fabricaverunt, ſed ab aliis formatam & fabricatam ſolummodò expenderunt. De quibus notanda Regula univerſalis. Quòd expoſitores falſæ monetæ in foro Saxonico fuſtigatione & relegatione perpetuâ puniri debeant.

Tertius Caſus. Q. 7. Quæ ſit pœna expoſitorũ falſæ monetæ ab aliis fabricatæ?

98 Secundum ſanctionem quidem Carolinam expeditum eſt, expoſitores vitioſæ materiæ, etiamſi ipſimet eandem non percuſſerint ac formaverint, nihilominus tamen ignis ſupplicio ſubjiciendos eſſe, prout clarè diſpoſitum in *Ordin. Crimin artic.* 111. verb. Welche falſche Müntze machen / zeichnen / oder dieſelbe falſche Müntze auffwechſeln/ oder ſonſt zu ſich bringen / vnd wiederumb gefährlich außgeben / die ſollen mit dem Fewer vom Leben zum Todte geſtrafft werden *&c.* Sufficit ergò alterutrum, monetam ſcilicet vitioſam Reum formâſſe, aut expendiſſe, ad hoc, ut pœna ignis ipſi infligi queat. Rationem hujus Sanctionis reddit *Henric. Bocer.* Quòd ſcilicet par ſit crimen falſorum monetariorum, qui falſas ſive adulterinas formant monetas, & eorum, qui ab illis monetam ejusmodi capiunt, eamque doloſè expendunt: abſque horum enim operâ oleum & operam perderent monetarii falſi, *in tractat. de jur. monet. cap.* 5. *numer.* 27.

99 Sed ab hâc Ordinatione rigoroſâ diſceſſerunt hactenus Scabini, exiſtimantes, in foro Saxonico expoſitores vitioſæ monetæ ab alio fabricatæ fuſtigatione ac relegatione perpetuâ ſatis puniri, prout quoque de jure communi utplurimùm ſentiunt Dd. *Hippol de Marſil. conſil.* 47. *num.* 13. *Bald vol.* 1. *conſ.* 494. *Pariſ. vol.* 4. *conſ.* 169. *n.* 29. *Jacob. Menoch. lib.* 2. *de arbitr. jud. quæſt. cent.* 4. *caſ.* 316. *n.* 52.

100 Quæ ſententia *Scabinorum* probatur *Primò* ex *Gloſſ. lat. ad tit.* 16. *lib.* 2. Landrecht. *lit. A.* quæ expreſsè dicit, expendentem falſam monetam pœnâ capitis non puniri, niſi ſæpius & doloſè talem expendiſſet monetam in detrimentum Reipublicæ, & fuiſſet conſuetus ab aliis ſimilem accipere. Quam Gloſſam uſu receptam eſſe probat Sententia Scabinorũ *poſt* Landr. *tit.* Von falſcher Müntze/ verſ. Wo jhr aber ſolche Anzeigung nicht hättet / oder er läugnen würde/ daß er ſolche Pfennige gemacht / ſo möchtet jhr jhn darumb am Leben nicht ſtraffen / ſondern dieweil er ſolche Pfennige wiſſentlich/ vnnd alſo betrieglich außgeben/ ſo möget jhr jhn wohl laſſen zur Staupen ſchlagen/ vnd von den Gerichten ewiglich verweiſen *&c.*

Secundò: Negari nequit, expoſitorem falſæ monetæ lævius delinquere ac eum, qui ipſemet ex vitioſa materia monetam format & cudit. Hic enim dupliciter delinquit, falſum, inſimul & crimen læſæ majeſtatis committendo. *l.* 2. *C. de falſ. monet.* Is autem in falſi tantummodò crimen incidit, in fraudem alterius, & animo decipiendi, monetam falſam ab alio fabricatam expendendo. Quod ſi ergò hic, monetarius ſcilicet falſæ monetæ, gladii pœnâ afficiendus eſt, *ut dixi in Regula ſecunda*, utique expoſitor talis monetæ leviori ſupplicio, fuſtigatione nempe plectendus erit. Levius enim crimen mitiorem pœnam meretur, & ſupplicium debet correſpondere delicto. *l. perſpiciendum* 11. *in pr. l. capitalium* 28. *§. graſſatores. ff. de pœn. l. ſervos.* 8. *C. ad Leg. Jul. de vi publ. l.* 3. *C. de Epiſcop. audient. l.* 1. *§. ſed & qui. ff. de abig. Hippol. de Marſil. in l.* 1. *num.* 256. *C. de rapt. virgin. Proſper. Farin. in prax. criminal. lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 19. *num.* 5. *Nicol. Reuſner. lib.* 2. *deciſ.* 20. *n.* 8. 102

Tertiò: Accedit quoque obſervantia & praxis in foro Saxonico, de qua literæ Scabinorum *ſupra allatæ, n.* 29. ſatis teſtantur, quæ & Illuſtriſſimo Dn. Adminiſtratori Elector. Saxon. Anno 1595. complacuit, à quo tempore hactenus non aliter reſponderunt Scabini, ut dubium prorſus non ſit, quin legis vigorem habeat hæc opinio, conſuetudine introducta, & à Principe tacitè confirmata. *§. ſed & quod Principi.* 6. *Inſt. de jur. Natur. Gent. & Civil.* 103

In hunc modum pronunciarunt Domini: Was aber ſein Weib anlanget / dieweil dieſelbe auch bekandt / daß ſie vmb ſolches jhres Mannes beginnen wohl gewuſt/ auch der falſchen Müntze etlich zweyen mahlen ſelbſten außgegeben/ So wird ſie derowegen mit Staupenſchlägen / deß Landes ewig billich verwieſen/ V. R. W. *Quæſtori* in Voigtsbergk/ *M Martio, Anno* 1599. 104

Quæſtori Franckenhuſano, Menſe Februario, Anno 1618.

Quæſtori Dreſdenſi, M. Auguſt. Anno 1620.

Præfecto in Heldrungen / *Menſe Julio, Anno* 1625.

Capitaneo in Soraw / *Menſe Majo, Anno* 1626.

Neque huic ſententiæ obſtat textus Juris Saxonici in *artic.* 26. *libro ſecundo.* Landrecht/ verb. Gibt der Müntzer einen falſchen Pfenning auß/ alſo daß er damit käuffen will / es gehet jhm an den Hals &c. *Præterquam* enim quod hic textus loquatur de monetario, cudente ſimul falſam monetam, uti apparet ex verb. (der Müntzer) Gloſſ. Latina *ſub lit. A.* verba hæc (Es gehet jhm an den Hals) de capite atque pœnâ civili intelligit, hoc eſt, quòd virgis cæſus debeat mitti in exilium. Quam explicationem juvat praxis & obſervantia. *Sent. poſt* Landrecht *titul.* Von falſcher Müntze / *verſ.* 105

Wo ihr aber ſolche Anzeigung *&c.* Vnde Ius Saxonicum autoritatem recipit. *Hartman. Piſtor. lib. 1. quæſt. 16. num. 11. lib. 2. quæſt. 25. num. 35. & quæſt. 26. num. 18. Matth. Coler. de proceſſ. execut. in præfat.*

106 Quare nec in contrarium quicquam facit *Ordin. Crim. Carol. artic.* 111. *Tantum* enim abeſt, conſuetudini ac obſervantiæ per illam quid derogari, ut potius diſertis verbis ea confirmetur *dict. artic.* 111. ibi: **die ſollen nach gewohnheit.** Quapropter non obſtante Sanctione Carolinâ illa pœna irroganda erit expoſitoribus falſæ monetæ, quæ in foro Saxonico hactenus obtinuit.

107 Minus obeſt ratio *Boceri de jur. monet. cap. 5. num. 27.* Quod nempe cudentium & expendentium falſam monetam par & æquale ſit crimen. *Hoc* ipſum enim antea negavi, ſiquidem illi duplex crimen, falſi ac læſæ majeſtatis committunt. Hi verò, nempe expendentes vitioſam monetam, in falſi crimen ſolummodò incidunt, quare non immeritò gravius illi puniuntur. Nec eſt quod credamus *Dn. Bocero* aſſerenti, abſque expendentiun opera, oleum & operam monetarios perdere, quum & ipſimet monetarii monetam fabricatam facili negotio exponere poſſent, quod haud rarò fieri experientia teſtis eſt fide dignus.

108 Limitatur tamen hæc Regula *Primò:* In expoſitore monetæ vitioſæ, ignorantiam prætendente. Nam qui falſam monetam ignorantes expendunt jure impunitatem aſſequuntur, ut rectè ſentit *Hippol. de Marſil. in l. qui falſam. 19. num. 65. & ſeq. ff. ad Leg. Cornel. de falſ. Henr. Bocer. in tractat. de jur. monet. cap. 6. num. 14. Decian. in tract. crimin. lib. 7. cap. 25. n. 6. & cap. 27. n. 1. Iacob. Menoch lib. 2. de arbitr. jud. quæſtion. cent. 4. caſ. 316. & 55. & ſeqq. Dyn. lib. 3. conſ. 51. col. 2. & 3.*

109 Nam ignorantia à dolo excuſat etiam in crimine falſæ monetæ, *l. lege Cornelia. 9. §. eadem ibi: dolo malo. ff. ad Leg. Cornel. de falſ. Bocer. dict. cap. 6. num. 15.* Quò & reſpicit *Ordinat. Crimin. Carol. in artic. 111. ibi:* **Vnnd wiederumb gefährlich/vnd boßhafftiglich/dem Nechſten zum Nachtheil wiſſentlich außgeben** *&c.* Quibus verbis, ut locus ſit pœnæ ob expoſitionem vitioſæ monetæ, expreſsè requiritur ſcientia, & dolus, quam ignorantia excludit. *l. qui ignorans. 3. ff. ad Leg. Corn. de falſ. l. ſi ignorans. 50. ff. locati. l. 1. §. dominus verò C. de falſ. monet.*

110 At, hoc ipſum de ignorantia tantummodò juſta & probabili exaudiendum eſt, non etiam de affectata, craſſa & ſupina ignorantia. *Menoch. dict. caſ. 316. num. 56. Decian. dict. cap. 25. num. 7. Hippol. de Marſil. dict. l. 16. num. 88. & ſeq.* Quæ ſcientiæ comparatur; *c. cum inhibitio §. 1. extr. de clandeſt. deſponſat.* Quamvis & propter hanc Reus non tàm ſeverè puniendus eſt, ac is, qui ſciens falſam expendit monetam, ſiquidem iſthæc ignorantia excuſationem à dolo præſtat. *l. 1. in fin. ff. ſi ager. vectig. Andr. Tiraquell. de pœn. temp. aut remitt. cauſ. 13. num. 30. Bald. lib. 3. conſil. 98.*

111 Iuſta tamen ignorantia præſumitur, quando intrinſecus non cuilibet apparet, monetam eſſe falſam, juxta tradita Dd. quos refert *Ioſeph. Maſcard. de probat. vol. 2. concl. 879. num. 45. vol. 2.* Aut ſi is, qui monetam falſam expendit, perſuaſione fuit inductus, ut crederet, juſtam eſſe monetam, *arg. c. in lectum 34. q. 2. Maſcard. dict. loco n. 54.*

112 In dubio autem ſi ex conjecturis & circumſtantiis aliud non appareat, ignorantia juramento Rei expendentis falſam monetam, probanda eſt. *Hippol. de Marſil. in dict. l. qui falſam. 19. num. 90. ff. ad Leg. Cornel. de falſ. Tiber. Decian. in tractat. crimin. lib. 7. cap. 25 numer. 8. Henr. Bocer. de jur. monet. cap. 6 numer. 18. Jacob. Menoch. dict. lib. 2. de arbitr. jud. quæſt. caſ. 316. num. 57. & ſeq.*

113 *Veluti ſic etiam reſpondimus Quæſtori Bitterfeldenſi:* So iſt T. S. vormittelſt ſeines leiblichen Eydes ſich zu reinigen/vnnd daß er nicht gewuſt/daß die Reichs- vnd Engelthaler falſch vnnd böſe geweſen/noch daß er dieſelbe zu Schaden/Betrug/vnd Nachtheil deß Nechſten außgegeben/zu ſchwereu ſchuldig. Er thue nun ſolches alſo oder nicht/ergehet ſo dann in der Sachen ferner was recht iſt/V. R. W. *Menſe Iunio, Anno* 1630.

114 *Item:* Das H. W. vormittelſt ſeines leiblichen Eydes ſich zu reinigen/vnd daß er die falſche Pfennige vorſetzlichen nicht eingewechſelt/noch gefährlicher vnnd betrieglicher Weiſe dem Nechſten zu Schaden vnd Nachtheil hinwiederumb außgegeben/vnd vnter die Leute gebracht/zu ſchweren ſchuldig. Er thue nun ſolches oder nicht/ſo ergehet darauff ferner was recht iſt V. R. W. *Iudici & Scabinis* in Reichenbach/*M. Decemb. Anno* 1630.

115 *Secundò*, Limitatur hæc regula, ut pœna fuſtigationis non ſit plectendus, qui falſam monetam ære contaminatam ludendi cauſa penes ſe habet & expendit. *Hippol. de Marſil. in dict. l. qui falſam. 19. numer. 98. ff. ad Leg. Cornel. de falſ.* Quod tamen non ſic intelligendum, ut aleatores vitioſam monetam exponentes ab omni prorſus pœna ſint immunes, ſed arbitrio judicis hoc caſu relinquendum eſt, quomodo & qua pœna, pro quantitate nummorum, ac perſonæ conditione Reum punire velit, ut rectè tradit *Bald. lib. 3. conſil. 55.* quem ſequitur *Jacob. Menoch. lib. 2. de arbitr. judic. quæſt. cent. 4. caſ. 316. numer. 63. & Henric. Bocer. de jur. Monet. cap. 6 numer. 21.*

Q. 8. Pœna exponentium falſam monetam in ludo?

116 *Veluti eiam in eiuſmodi caſu dictaverunt Scabini Relegationis pœnam ad Conſultationem Judicis & Scabinorum Schneebergerſium:* Ob gleich der Gefangene M. R. vorwendet/Er habe den falſchen bleyern Thaler/ſo jhr vns in ewrer Frage eingeſchloſſen überſchicket/von einem andern bekommen/dieweil er aber dennoch ſolchen Thaler wiſſentlich/daß er falſch geweſen/vff den Spiel außgegeben/So wird er derowegen mit Landes Verweiſung billich in **Straff genommen V. R. W.** *Menſ. Majo, Anno* 1582.

117 *In caſu ſimili dictavimus alicui relegationem*
temporalem ad biennium; Ad requiſitionem
Præfecti in Wildenfels / *Menſe Febr. Anno* 118
1628.

Cæterum, ultra ea, quæ de pœnis monetariorum falſas monetas ex materia vitioſa cudentium atque exponentium hactenus dicta fuere, & hoc notabilitet tenendum eſt, quòd à pœna liberi non ſint, qui ſuâ in domo aut

Q. 9. Quæ ſit pœna eius qui patitur in domo ſua falſam monetam cudi?

fundo adulterinam monetam formari patiuntur. Nam domus ubi delictum hoc perpetratum fuit, fiſco vindicatur, & ſic dominus privatione ædium punitur. Quam pœnam in eum quoque converti vult Imper. Conſtantinus, qui non longè ab eo loco abſuit, licet ſuâ in domo adulterinam cudi monetam ignoraverit. *L.* 1. in verb. *Domus verò vel fundus, in quo hæc perpetrata ſunt, ſi dominus in proximo conſtitutus ſit, cujus incuria vel negligentia puniendus eſt, & ſi ignoret, fiſco vindicetur. &c.* *C. de falſâ monet. Didac. Covarr. in tractat. de veter. numiſmat. collat. cap.* 8. *numer.* 3. *Henr. Bocer. in tractat. de jur. monet. cap.* 5. *numer.* 9. *Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crim. cap.* 65. *numer.* 9. *Matth. Stephan. in not. art.* 111. *Ordin. Crim. Carol.*

119 Quam tamen Sanctionem Imper. Carolus V. eatenus limitat, ut tum demum ſibi locum vendicet, ſi quis ſcienter in domo ſua monetam adulterinam cudi paſſus fuerit, in *Ordin. Criminal. artic.* 111. in verb: **Die jhre Häuſer darzu wiſſentlichen leyhen / dieſelben Häuſer ſollen ſie darmit verwirckt haben /** *&c.* Qui certè non habet quod conqueratur: Imputet namque ſibi, quòd crimen hoc in ædibus ſuis perpetrari conceſſerit. Etenim ſi pœnam incurrant conſcii huius delicti, illud non revelantes, *Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crimin. cap.* 65 *numer.* 8. *Bartol. in l. lege. Corneliâ. ff. ad Leg. Cornel. de falſ.* utique non impuniti remanebunt, qui cùm falſificationem prohibere ac impedire potuiſſent, hoc non fecerunt. *l. Lege Cornelia in fin. pr. ff. ad Leg. Cornel. de falſ.*

Quin & ſi dominus ædium ex conceſſione hâc lucrum ſperet, ultra amiſſionem domus, arbitrariâ adhuc pœnâ eum plectendum eſſe puto; Maior ſiquidem eſt dolus & culpa ex delicto participantium, quàm absque ſpe lucri conniventium, iuxta tradita *Bart. in l. utrum ff. ad Leg. Pomp. de parricid. Tiber. Decian. in tract. crim. lib.* 7. *cap.* 25. *n.* 2. 120

Quemadmodum etiam hoc caſu in Elect. Saxon. Scabinatu pronunciatum ſcio: Hat G. K. gutwillig bekant vnd geſtanden/daß er Hanſen Bechern vnd ſeinem Sohn/das Müntzen in ſeinem Hauſe vergönnet/vnd davor etlich Tuch / wie denn auch an verbotenen böſen Gelde ohn gefährlich 2 fl bekommen/welche ſein Weib außgegeben: So hat er ſich ſeines Hauſes / welches er jhnen zu ſolchen falſchen Müntzen wiſſentlichen verſtattet/verluſtig gemacht/ vnd weil nicht zubefinden / daß er ſolch falſch Geld müntzen helffen / oder außgegeben: So mag er am Leib oder Leben nicht geſtrafft werden / Er wird aber gleichwol deß Landes billich ewig vorwieſen/V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris* in Saltza/ *Menſ. Septembr. Anno* 1595. 121

Eodem pariter modo fuit pronunciatum in caſu ferè ſimili, ad conſultationem Capitanei in Soraw/ *Menſ. Majo, Anno* 1626. 122

QUÆSTIO XLIII.

Quæ ſit Pœna falſificationis Monetæ quoad formam?

SVMMARIA.

1. *Crimen falſæ monetæ dupliciter committitur, ratione ſcilicet materiæ, vel formæ.*

2. *Falſificatio monetæ quoad formam coercetur pœnâ arbitrariâ.*

3. *Quibus modis hoc crimen committatur ratione formæ.*

4. *Committitur hoc crimen ab iis, qui abſque privilegio Cæſareo monetam propriâ autoritate cudunt n.* 18. 19.

5. *Ius monetandi Regalibus connumeratur.*

6. *Ius monetandi ſoli competit Imperatori.*

7. *Ad Inferiores quoque Principes ac Status Imperij hoc jus fuit derivatum.*

8. *Qui tamen non proprio jure, ſed ex ſpeciali Imperatoris conceſſione monetandi poteſtatem habent. n.* 9. 10.

11. *Generali conceſſione Comitatus, Ducatus, vel Marchionatus Regalia conceſſa nō intelliguntur.*

12. *Principes in territoriis ſuis eandem habent poteſtatem, qualem habet Imperator in Imperio.*

13. *Quatenus verum ſit hoc axioma. n.* 14.

15. *Ius formandæ monetæ privato concedi nequit.*

16. *Principes & Status Monetales* die Müntz Stände/ *jus cudendæ monetæ alteri locare aut vendere non poſſunt.*

17. *Imperatori non licet concedere jus monetæ cudendæ abſq; conſenſu Electorum.*

20. *Quæ ſit pœna fabricantium monetam juſtam abſq; conceſſione Cæſaris. n.* 21. 23. 24.

22. *Moneta adulterina unde dicatur.*

25 *Quomodo puniantur imponentes ſignum alienum juſtæ monetæ. n.* 26. 27. 29.

28. *Arbitraria eſt animadverſio, quando Leges certam pœnam non determinant.*

30. *Imponens ſignum alienum ſuæ monetæ falſi crimen committit.*

31. *Falſificatur etiam moneta ab iis, qui radendo vel mutilando juſtum ei adimunt pondus.*

32. *Quæ ſit horum delinquentium pœna.*

33. *Num & puniantur radentes pecuniam, juſtum pondus excedentem. numer.* 34. 35. 36. 37. 38. 40. 41.

39. *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*

42. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*

43. *Num pari pœnâ ſit plectendus, qui argenteum radit numiſma. n.* 44 47.

45. *Explicatio l. 8 ff. ad Leg. Cornel. de falſ. n.* 46.

48. *Sententia Scabinor. Lipſenſium.*

49. *Falſificatur quoque moneta per reſolutionem, quando ex grandiori moneta efficitur minor.*

50. *Reſolutio ſub pœnâ ignis prohibita eſt.*

51. *Quievit hæc pœna ante decennium durante ſeculo æroſo.*

1 CRimen læſæ Monetæ dupliciter verè committi, nempe ratione Materiæ, vel ratione Formæ, dixi *quæſtione præcedenti*, ubi & ſufficienter, opinor, demonſtratum, quâ pœnâ Monetarii ex vitioſa materiâ falſam monetam cudentes & expendentes, affici debeant. Nunc etiam paucis diſpiciendum de pœnâ monetæ falſificatæ ratione Formæ. Quod delictum tam enorme & atrox non eſſe, ac illud, quo materia numiſmatis falſificatur, vel exinde obviam eſt, quòd per hoc minus damnum afferatur, moneta ſcilicet ex auro atque argento formatâ, iuſtoque valore extrinſeco conſtante.

2 Quare & mitior pœna pro crimine hoc irroganda eſt, quam Imper. Carolus V. arbitrariam ſolummodò eſſe voluit, nempe fuſtigationem, relegationem, aut mulctam pecuniariam, pro qualitate facti & conditione perſonarum, in *Ordinat. Crim. Carol. art.* 111. *verſ.* **Welcher aber** ibi: **Nach Recht an Leib oder Guth / nach Geſtalt**
3 **der Sachen geſtrafft werden.** Hocque ut rectiùs percipiatur, noſſe oportet, quando & quomodo falſæ monetæ crimen ratione formæ committatur. Id quod potiſſimum quatuor modis fieri exiſtimo: (1.) Fabricatione Monetæ absque privilegio à Cæſarea Maieſtate impetrato. (2.) Impoſitione ſigni alieni ſuæ Monetæ, (3.) Ademptione iuſti ponderis ſeu mutilatione Monetæ. (4.) Reſolutione monetæ grandioris iuſto modo formatæ.

4 *PRIMO* committitur absque dubio falſum monetæ ab iis, qui ſine privilegio à Maieſtate Cæſareà impetrato, monetam propria ſponte & autoritate cudunt & fabricant, **Welche ohne habende Freyheit Müntzen**/*Ordin. Crim. Carol. artic.*
5 111. *verſ.* **Welcher aber** *&c.* Certi enim & expediti iuris eſt, poteſtatem ac ius monetandi Regalibus connumerari. *l. 2. C. de falſ. monet. l.* 1. ibi: *ſolidos veterum Principum veneratione formatos. C. de veter. numiſm. poteſt. libr.* 11. *tit. quæ ſint regalia libr. 2. Feudor. Franciſc. Curt. in tract. de monet. num.* 1. *Franciſc. Hottom. libr. de re numm. cap. de form. & nota publicâ nummor. Henr. Bocer. in tract. de Regal. cap. 2. n. 222. & jur. monet. cap. 3. n. 1. & 2. Iohan. Bodin. lib. 1. de Republ. cap.* 10. *Ioan. Aquila in libello de poteſtate & utilitate monetar. cap. 1. part. 1. Arnold. Clapmar. de arcan. Rerumpubl. libr. 1. cap. 16. Zaſ. de feud. part. 5. numer.* 13. Unde & forma Monetarum hodiè certa eſt & legitima, non ut olim in populo Romano quandoque arbitraria, ex Edicto Monetario Imp. Ferdin. I. *in Receſſ. Imper. Auguſt. de Anno* 1559. *§.* **Wie aber vorgeſtalte Sorten** / *ibi:* **vnnd ſoll auff der einen Seiten vnſer vnnd deß Reichs Käyſerlicher Adeler mit zweyen Köpffen / vnnd deß Reichs Apffel in deß Adlers Bruſt / vnd in derſelben allewege Ziffern / wie viel Creutzer daſſelbe Stück gilt / geſatzt werden / mit der Vberſchrifft** / Ferdin. Imp. Aug. P.F. decreto: **auff der andern Seiten deß Müntz-Herren oder Standes Wappen / mit ſampt ſeiner gewönlichen Vberſchrifft / vnnd der Jahrzahl / wo die zum füglichſten zuſtellen** / *&c.*

6 Hocque ius monetandi ſibi ſoli in Imperio Romano-Germano vindicat Imperator, non ſolùm, quoad curam monetæ, ne ſcilicet quiſquam alius nummos conflet, vel probos nummos corrumpat, ut arguunt *Receſſ. Imper. Noribergenſis de Anno* 1524. §. **dergleichen hat der Müntz** &c. *Receſſ. Auguſt. de Anno* 1551. §. **So haben wir auch** &c. *Receſſ. Auguſt. de Anno* 1559. §. **von newer Müntzordnung.** *Receſſ. ſpirenſ. de Anno* 1570. §. **vnd dieweil man mit groſſen Schaden erfahren** &c. Sed etiam quoad poteſtatem hoc ius monetandi aliis conferendi, ut patet ex *Aur. Bull. tit.* 10. ubi ius cudendi monetam auream & argenteam non ſolùm Regi Bohemiæ confirmatur, ſed etiam reliquis Electoribus de novo indulgetur, in verb. final. *dict. tit.* 10. **Vnd wollen wir dieſe** Conſtitution **vnnd Gnade / in Krafft gegenwertigen vnſers Käyſerlichen Geſetzes / auff alle Churfürſten / Geiſtliche vnd Weltliche / deren Nachkommen vnd rechte Erben / auff Maß vnnd Weiſe / wie vorgemeldet / auch vollkömmlichen erſtrecket haben.** Quo fine, ſi liberalitas ſubſequentium Impp. perſtitiſſet, utique intuitu ſolicitudinum & laborum, quos Electores pro quiete publicâ ſuſtinent, id iniquum putari non poſſet, inquit *Domin. Arum. in diſcurſ. 5. ad tit.* 10. *Aur. Bull. th. 9. circa fin.* Sed ad Inferiores quoque Status hoc ius fuit derivatum.

7 Nam & Principes Inferiores, Comites, & Civitates hoc ius uſurpare, manifeſtum eſt ex *Receſſ. Norinbergenſ. de Anno* 1524. *§.* **Dergleichen hat der Müntz halber** &c. in verb: **Chur-Fürſten vnnd andern Ständen an jhren Gerechtigkeiten vnd Regalien der Müntz** &c. *Receſſ. Auguſt. de Anno* 1551. §. **So haben wir vns** / *verſ.* **dergleichen** / verb: **die jenigen ſo von vns / oder vnſern Vorfahren im Reich mit dem Regal der Müntz gefreyet ſeynd** &c *Receſſ. Spirenſ. de Anno* 1570. §. **Alsdann auch die Müntzgerechtigkeit** &c. in verb: **vnſer Käyſerliche Regal / ſo die Müntz-Stände auß vnſern ſondern Vertrauen brauchen ſollen** &c. *Henr. Bocer. in tract. de jur. monet. cap. 3. n. 21. Dom. Arum. dict. diſcurſ. 5. th. 9.*

8 Adeoque ex ſpeciali privilegio & conceſſione, Principes in Imperio Romano-Germanico, Imperatore inferiores, iure Monetæ gaudent, non ex eo, quòd Principes ſunt, & Principatus poſſident, prout quidam ſentiunt, quemlibet ſcilicet Principem tantam poteſtatem in principatu ſuo habere, quantam habeat Imperator in univerſo Imperio Romano. *Anton. Peregrin. lib. 1. de jur. fiſci. cap. 2 n. 17. Roland à Valle, vol. 1. conſil. 86. nu. 20. & ſeqq. & vol. 2. conſ. 91. n. 17. Andr. Gail. lib. 2. obſervat. pract. 75. num. 7. & lib. 1. de pac. publ. cap. 6. n. 15.*

Q. 1. An Principes & Status Imperij Romani proprio iure, vel ex ſpeciali Imperatoris conceſſione teneant facultatem monetãdi

9 Quorum opinio ſi ſubſiſteret, nec ſpeciali privilegio opus habuiſſent Electores ac Status Imperii, nec cuiquam Principi poteſtas monetandi iure denegari poſſet. Quod utrumque tamen falſum eſt: Illud enim cum *dict. tit. 10. Aur. Bull.* aliiſque Receſſ. Imp. pugnat; Hoc verò vel ex ſolo *artic.* 111. *Ordinat. Criminal. Carolin.* confellitur, quò pœna indicitur iis, qui absque privilegio à Maieſtate Cæſareâ impetrato, monetam cudunt & fabricant. Neque levi errore ducuntur, qui univerſaliter & indifferenter credunt ac docent: Quemlibet Principem hoc iuris habere in ſuo Principatu, quod Imperator habet in Imperio. Quis enim neſcit Principes

Imperatore inferiores, eſſe loco Proconſulum & Præſidum Provinciarum; *Iaſon in l. ſtipulationum.5.num.*10.*ubi & Dd.commun.ff.de verb.obligat.*(quamvis non negem differentiam aliquam inter hoſce & Principes Imperii iuxta tradita *Chriſtoph Beſoldi in præfat.diſcurs.de juriſdict.Imper.Roman.*) Atqui Proconſules & Præſides Provinciarum Regalia & jura ſummi Imperatoris non habuiſſe, certiſſimum eſt, ex *l.un.C.de ſuperindict.lib.*10.*Henr.Bocer.de jur.monet.dict cap.*3.*n.*24.

11 Quis itidem ignorat generali conceſſione feudi Ducatus, Comitatus, Marchionatus, Regalia nequaquam conceſſa intelligi, *Henr.Bocer.de Regal.cap.*4.*nu.*3.*& in tract.de diſtribut.Feud.cap.*4.*n.*4. Etiamſi inveſtitura facta fuerit cum omni iure aut cum omnibus pertinentiis, **Mit allen Nutzungen/zu vnnd Eingehörungen/an Zinſen/Gulten/Renten/ jährlichen Einkommen/ gerecht vnd Rechten.** Nam verba hæc inveſtituræ (*cum omni jure*) illud tantummodò ius ſpectant, quod Ducatui, Marchionatui, vel Comitatui, cohæret: qualia non ſunt Regalia, iura ſcilicet perſonalia, Imperatoris perſonæ tributa, ut arguit textus *Receſſ. Imper. Ratisbonenſ. de Anno* 1576.§. dardurch *Henr.Bocer.de Regalib.cap.*4 *n.*13. Vnde luculenter apparet, plurima Imperatori competere, quæ Principes inferiores abſque ſpeciali privilegio impetrato, nullo iure ſibi vendicare poſſunt.

12 Equidem non ignoro axioma illud vulgatum, quod in ore ferè omnium verſatur, Principes nempè Imperii in territoriis ſuis Imperatorem repræſentare, idemque poſſe, quod Imperator in Imperio. *Thom. Michael. de jurisdict. concl.*45.*Andr.Gail.libr.*1.*de pac.publ.cap.*6.*n.*10.*Ludolph.Schrader.de feud.*2.*part.*9.*part.princip.ſect.*10.*n.*36.*& part.*10.*ſect.*1.*nu.*33.*Ventur.de Valent.in parth.litigioſ.libr.*1.*cap.*2.*numer.*6.*Matth.VVeſemb.conſil.*27.*num.*29.*Borch.ad cap.un.quæ ſint regal.num.*60 *Pruckman.in §.ſoluta poteſtas.cap.*4.*membr.*3.*effect.*10.*nu.*22.*Conrad.Ritterhuſ.*1.*part.feud.*5.*quæſt.*15.*Bornit.de Majeſt.cap.*14. *Rutger.* 13 *Ruland de commiſſ lib.*5.*cap.*4. Sed non omnes iſtud axioma æquè explicant: Nam **Henr.Roſenth.** cui aliàs periculoſiſſimum hoc axioma videtur, de Duce Mediolani & Sabaudiæ, aut aliter ſingulariter privilegiatis, vel de facto & conſuetudine illâ, quæ ſupremo Principi competunt, exercentibus, exaudiendum hoc eſſe putat; in *ſynopſ.feudal.cap.*5.*concluſ.*13.*num.*4.*& ſeqq.* *Nicol. Betſius* illud ad Civitates & Principes Superiorem non recognoſcentes reſtringit, quòd ſcilicet hi tantam habeant poteſtatem in populo ſibi ſubiecto, quantam habet Imperator in univerſo. *de pact famil.Illuſtr.pag* 433. **Henr.Bocer.** in certis tantummodò caſibus hoc ipſum locum ſibi vendicare autumat, puta, ſi ex verbis inveſtituræ clarè appareat, quòd Imperator omne Imperium & poteſtatem ſuam in Ducatu Marchionatu, Comitatu ipſi Duci, Marchioni, Comiti inveſtito conceſſerit, ut factum dicitur in inveſtiturâ Ducis Mediolani. *Felin in cap.quæ in Eccleſiarum.numer* 33.*extr de Conſtit.Curt.Iun.conſil.*61.*numer.*8.*&* 9.*Iacob Menoch.conſil.*2.*num.*105. Vel, ſi Imperator conſtituens certi loci Vicarium perpetuum, in conceſſione expreſſit quædam graviora alia; *Felin.in dict.cap.quæ in Eccleſiarum.num.*33.*verſ.ſecundum caſu eſt.Pacian.de probat.libr.*2.*cap.*58.*num.*27.*Bocer.in tract.de jur.monet.cap.*3.*num.*29. quæ opinio ferè convenit cum ſententia **Henrici Roſenth.** ſuprà dictâ.

Haud inepta quoque eſt explicatio *Chriſtoph.Beſold.* Ordines nempè Imperii vigore perpetuæ ſibi conceſſæ jurisdictionis in ſubditos ſuos talem obtinere poteſtatem, quam ante conceſſionem illis in territoriis habuit Imperator, vel Imperator haberet, ſi nulli eſſent Status, & quam per illam conceſſionem in numerūve Statuum adoptionem Statibus largius eſt Cæſar, *claſſ.*1.*diſp.polit.*9 *th.*3.6.*&* 7. Aliter de hoc Axiomate judicare, qui arcana & Statum Imperii norunt, ait *Caſp.Glock.de contribut.concluſ.*8. Tantumq; abeſt aſſertionem ſupra dictam, quòd ſcilicet Principes ex eo quod Principes ſint, & Principatus poſſident, jus monetandi ſibi vendicare queant, ex hoc axiomate probari, ut potiùs illud falſiſſimum dicat *Tob.Paurmeiſt.de jurisdict.Imper.Roman.libro ſecundo cap.*4.*numer.*7. Er magno errore introductum. *Iacob.de S.Georg.de feud.in verb: Et cum piſcationibus n.*2. 14

Principibus ergò & Civitatibus ab Imperatore jus formandæ monetæ concedi poteſt, non etiam privato alicui, *l.ult.C.de falſ.monet.* ut qui nec jurisdictionem habet, *l.*3.*C.de jurisdict.* nec Regalium capax eſſe poteſt. *Nicol.Bocer.deciſ.*51.*n.*12. *Henr.Bocer.in tract.de jur.monet.c.*3.*num.*30. Neq; in Republicâ magis quid pernitioſum eſſe, putat *Chriſtoph.Beſold.de ærar.publ.c.*6. quàm ſi jus nummi cudendi ad privatos transferatur, eò, quod ab illis ſpe quadam lucri facilimè nummi corrumperentur, haud absque ſingulari Reipublicæ detrimento. 15

Eaque cauſa eſt, quòd nec Principes, aliique Domini & Status Monetales, **Müntz-Stände/** ius ſuum monetæ cudendæ alteri vendere, locare, vel alio quovis modo cedere queant. Qua de re publica & pragmatica extat Imperii ſanctio, quæ & certam pœnam eis, qui contrà faciunt, decernit in *Edict. Monetar. Ferdinandi I. Imper. de Anno* 1559.§. **Ferner als ſich auch erfinden thut/ daß etliche/ ſo Müntzens Freyheit erlangt/jhre Gerechtigkeit andern verkauffen/ verleyhen/oder in andere Wege vergönnen/vnnd zuſtellen/darauß nicht geringer Schade dem gemeinen Nutz eine Zeitlang entſtanden/ das die Müntzen hierdurch in Abfall kommen. So ſetzen/ordnen/vnd wollen wir/ daß ſich alle Müntzgenoſſen jtzogemeldter vnziemlicher Ding gäntzlich enthalten/auch mit den Müntzmeiſtern/oder jemand anders auſſerhalb gebührlicher Beſoldung in keinem Wege** paciſciren, **oder einig Gedinge machen/ ſondern das ein jeder Müntz-Herr/oder Stande auff ſein ſelbeigen koſten/vnd Vorlag mit Golde/ Silber vnnd allen andern die Müntze (ſo er anders müntzen wil) vorlegen/zu dem Vnſer vnnd deß Reichs/vnd ſeine Müntze frey/ ohne alle Gefährde auffrichtig halten ſoll. Da aber jemand/wie obgemeldt/ in einem oder mehr Puncten zuwieder handeln würde/ der alſo bald dardurch mit** 16

der That in vnſer vnd deß Reichs ſchwere Vngnade gefallen ſeyn/ darneben auch ſeine Müntz freyheit oder Gerechtigkeit verlohren oder verwircket haben / *&c.* Quæ quidem ſtrictiſſimè quondam obſervabantur, & adhuc ſervari, multum intereſt totius Imperii, maximè quùm hodiè ius Monetæ cudendæ in Germaniâ, in tot ferè partes diſtractum, quot ſunt Principatus, Comitatus, & Civitates. *Arnold. Capmar. de arcan. Rerumpublicar. lib. 1. c. 16.*

17 Quam ob cauſam etiam poteſtas concedendi ius monetæ cudendæ admodùm reſtricta, & eatenus Imperatori adempta fuit, ut absque conſenſu Electorum hoc privilegium & ius monetandi nemini tribuere poſſit, aſtrictus iureiurando, quò inter alia quoque in Capitulatione promiſit, ſe ſine conſenſu Electorum in poſterum nulli Statui ius monetandi conceſſurum, hiſce formalibus: **Wir ſollen vnd wollen auch hinfüro / oder ohne Vorwiſſen der Chur-Fürſten / niemands was Standes oder Weſens der ſey / mit Müntzfreyheit begaben/oder begnådigen** apud *Dn. Melch. Goldaſt. p. 2 ſub An.* 1519. 1520. **In den Politiſchen Reichshåndeln**/*part. 5. ſub An.* 1562. Et in Latinâ editione *Polit. Imperial. part. 1. ſub Anno* 1575. Ne ſcilicet, quod ſpecialiter in uſum publicum conſtat inventum, in privatorum tranſeat compendium. *Tob. Paurmeiſt. de jurisdict. Imper. Rom. libr. 1. cap. 4. n. 26.*

18 Quemadmodum verò certis quibusdam Principibus & Statibus Imperii Regale hoc inſigne ſpecialiter fuit conceſſum, ita reliqui absque Impetrato privilegio à Maieſtate Cæſareâ, ius Monetandi uſurpare & exercere nequeunt. Vt maximè enim ii monetam etiam bonam materia & pondere, itemque valore perfectam formaverint; attamen quia autoritate & privilegio deſtituuntur, moneta illa vitioſa erit dicenda, ipſique digna plectendi pœna. *l. quicunque.* 8. *l.* 19 *ſeqq ff. ad Leg. Cornel. de falſ. Paul. lib. 5. ſentent. tit. 25 in pr. Gloſſ. in l. Sacrilegij 6. in verb. Extrinſecus. ff. ad Leg. Iul. peculat. Gloſſ. in cap. quanto. extr. de jurejur. & in l. 2. C. de falſ. monet Bartol. in l. qui falſam. 19. ff. ad l. Cornel. de falſis. Alexand. in l. ſingularia. 15. ff. de reb. credit. Henr. Bocer. in tractat. de jur. monet. cap. 4. numero tertio. Tiber. Decian. in tractat. crimin. libr. 7. cap. 23. numer. 26.* Qua de re manifeſta extat Sanctio Imper. Caroli V. in *Ordin. Crimin. artic.* 111. *verſ.* **Welcher aber der Müntz.** in verb: **oder auch ohne habende Freyheit Müntzet/der ſol gefånglich eingelgt werden / vnnd nach Rath am Leibe oder Gutt / nach geſtalt der Sachen geſtrafft werden/** *&c.*

Q. 2 Quæ ſit pœna fabricantiū juſtam ac ponderoſā monetam absq; impetrato privilegio monetandi?

20 Pœna igitur eorum, qui absque privilegio impetrato monetam cudunt & fabricant, arbitraria eſt, carceris, relegationis, fuſtigationis, aut etiam mulcta pecuniaria: Non habita ratione iuſti ponderis atque valoris; ut ex verbis præcedentibus *dict. artic.* 111. **Welcher aber der Müntze jhre rechte Schwere/gefåhrliche Weiß benimpt/oder auch ohne habende Freyheit Müntzte** *&c.*) ſatis liquet. Eſt enim particula (*vel*) disiunctiva, hoc innuens; quòd pœnam incurrat arbitrariam, qui radendo & mutilando monetæ iuſtum pondus adimit, vel etiam absque privilegio impetrato monetam cudit, ut ſic horum alterutrum ſufficere videatur ad pœnam arbitrariam infligendam.

21 Neq; etiam hic diſtinguendum puto: An privatus aliquis, an verò Princeps, Civitas, aliúsve Status Imperii autoritate & privilegio deſtitutus monetam fabricare audeat. Præterquam enim, quòd verba Sanctionis Carolinæ ſint generalia (**welcher aber**) adeoque & generaliter intelligenda, *l. 1. §. generaliter. 1 ff. de publ. in rem. act. l. 1. § generaliter. 1. ff. de legat. præſtand.* negari certè nequit, Principes absque conceſſione ſpeciali monetam cudentes, æquè eſſe adulteratores monetarum, atque alios privatos, adeoque & pœnām eandem incurrere. Propriè namque dicitur moneta adulterina, quæ absque privilegio Cæſareo fuit formata.

22 Quemadmodum enim adulterium ex eo dicitur, quod eſt ad alienum thorum acceſſus, ita percuſſio Monetæ absque privilegio Cæſareo illicitus eſt acceſſus ad alienam authoritatem & formam nummariam: quam nominis rationem adducit *Matth. de Afflict. in titul. quæ ſint Regalia verb. Monetæ. numer. 2. verſ. ſi ergò aliquis. libr. 2. Feudor.*

23 Quin & rariſſimè fieri dixerim, ut privati hoc genere falſificationis monetæ ſe contaminent, cudentes ſcilicet ex iuſtâ materia auro vel argento nummos, nil lucri inde ſperantes, quos avaritia eò communiter ducit, ut monetam falſificantes ex vitioſâ materiâ eandem fabricare ſtudeāt, ac ob id juxta Sanctionem Carolinam ignis pœnam incurrant. At ſæpius forſan accidit, ut Principes ac Status Imperii privilegio & jure monetandi deſtituti, **ſo nicht Müntz Stånde ſeyn** / in territorio ſuo hoc Regale uſurpent, & nummos impreſſione ſui nominis, propriæque formæ cudi faciant, quos vel maximè ex Sanctione hâc Carolina pœnam arbitrariam ob id promereri arbitror.

24 *Quemadmodum etiam in nupero conventu Circuli Saxonici Superioris, M. Majo, An. 1629. Lipſiæ habito, adverſus Civitatem Erffurdenſem pronunciatum, eiq; ob jus monetandi absque conceſſione & privilegio Cæſareo uſurpatum, mulctam mille thalerorum Imperialium indictam fuiſſe memini.*

Q. 3. Quomodo puniantur imponentes ſignum alienum juſtæ monetæ?

25 *SECVNDO* falſificatur Moneta ratione formæ *impoſitione ſigni alieni.* Veluti ſi quis nummis ſuis alterius Principis aut Status ſignum imprimi faciat. Vt maximè enim hi nummi juſto pondere atque valore conſtent, & ab eo cui jus monetandi competit formati fuerint, nihílominus tamen propter falſam impoſitionem alterius ſigni, & nominis adulterini ſunt, juxta tradita à *Matth. de Afflict. in titul. quæ ſint Regalia in verb. Moneta num. 2. verſ. ſi ergò aliquis libr. 2. Feudor.* Etenim huic falſificationis generi ij potiſſimùm ſe obſtringunt, qui juſtam aliàs monetam ex auro & argento cudunt, ſignum alienum ei imprimentes, quod ſi enim ex vitioſâ materiâ nummi fabricati fuerint, absque dubio crimen falſæ monetæ ratione materiæ commiſſum erit, quod ceu gravius delictum falſificatæ monetæ crimen ratione formæ facilimè abſorbet. *Nicol. Reuſner. lib. 2. deciſ. 20. n. 8.*

26 Ejusmodi verò monetæ falſificatores, jure

monetandi deſtitutos, alienum ſignum nummis ſuis probæ ſpeciei ac iuſti ponderis imprimentes, igne comburendos eſſe, putat *Henr. Bocer. in tract. de iur. monet. c. 5. n.* 4. allegans ad hoc *art.* 111. *Ordin. Crim. Carol.* in verb: welche falſche Müntze machen/zeichnen *&c.* die ſollen nach Gewohnheit mit dem Fewer vom Leben zum Tode geſtraffet werden/ *&c.* Sed verbis iis probè & exactè ponderatis, non niſi de nummis ex vitioſa materia formatis ibidem agi, manifeſtiſſimum eſt. Vocabulum enim (zeichnen) ad ſubiectum antecedens, falſam ſcilicet monetam ex plumbo, ſtanno, aliavè materia vitioſa fabricatam referendum eſt, ut ſenſus hic ſit: Eos ſcilicet flammarum exuſtionibus mancipandos eſſe, qui monetam ex vitioſa materia vel ipſimet fabricant, vel fabricatam ſignant, vel permutant, & aliis expendunt, prout rectiſſimè hæc verba explicat *Georg. Rem. in Nemeſ. Karul.* 111. Quos ob falſificationem monetæ ratione materiæ ignis ſupplicio ſubiiciendos eſſe facilimè conceſſerim, iuxta tradita *quæſtione præcedenti.*

27 At ſi quis probæ ſpeciei ac iuſti ponderis
monetæ, alicuius Status monetalis formam imprimat,
eum haudquaquam mortis ſupplicio puniendum,
ſed arbitraria ſolummodo pœna plectēdum
eſſe, puto. *Tùm*, quòd nullibi adverſus hoſce
monetæ falſificatores certum genus ſupplicii
28 ſtatutum reperitur; At quando pœna certa legibus
non eſt definita, arbitraria dicitur eſſe animadverſio.
Iaſon. in l. jubere. 4. n. 17. ff. de jurisdict. omn. judic. Ludolph. Schrader. de feud. part. 10. ſect. 39. n. 122. Iacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 104. n. 9. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 1. qu. 86. n. 8. Andr. Tiraquell. de pœn. leg. temper. cauſ. 31. n. 34.

29 *Tùm*, quòd nec mortis pœnam incurrat, qui absque privilegio à Cæſarea Maieſtate impetrato ius monetandi exercet, iuxta Conſtitutionem Carolinam in *dict. art.* 111. *verſ.* oder auch ohne habende Freyheit müntzet/ *&c.* Nequaquam igitur hæc pœna in eum eſt convertenda, qui ſignum alienum ſuæ monetæ imponit, quod crimen tātò levius illo videtur, quantò gravius eſt crimen læſæ Maieſtatis falſi crimine, quod poſterius imprimens ſignum alienum nummis ſuis committere videtur. At monetam cudens absque privilegio impetrato, notam criminis læſæ maieſtatis, nullatenus effugit. *l. 2. C. de falſ. monet.*

30 *Tùm*, quòd imprimens ſignum alienum ſuæ monetæ, committat falſi crimen, ut verba *artic.* 111. *Ord. Crim* innuunt: (wann einer betrieglicher Weiſe eines andern Zeichen darauff ſchlägt etc.) Atqui pœna criminis falſi arbitraria eſt. *Mynſing. in § item Lex Cornel. de falſis. n. 111. Inſt. de publ. judic. Gandin. in rubr. de falſ. n. 3. verſ. ſed hodiè. Auguſt. ad Angel. Aretin. in tract. malef. verb. Falſario n. 48. Pract. Corra. in rubr. de falſ. n. 29. Matth. Coler. part. 2. deciſ. 179. Iohan. Schneidvvin. in §. item Lex Cornelia de falſ. nu. 10. Inſt. de publ. jud. Matth. VVeſembec. in parat. ff. ad Leg. Cornel. de falſ. n. 12. verſ. hodiè apud Saxon.*

31 *TERTIO* falſificatur Moneta ratione formæ, *ſi juſtum Monetæ pondus tundendo, radendo, mutilando, vel excoquendo adimatur*, *art.* 111. *Ord. Crimin. Carol.* in verb. zum dritten/ſo einer der Müntz jhre rechte ſchwere gefährlich benimpt *&c.*

Huius criminis Rei ſi liberi fuerint, ad beſtias damnantur, aut ſi honeſtiores, deportantur; Servi autem ſummo afficiuntur ſupplicio. *l. quicunq; 8. ff. ad Leg. Corn. de falſ. Iul. Paul. libr. 5. ſentent. tit. 25. in pr.* Quam ſententiam communiter à Doctoribus approbatam eſſe, teſtatur *Iul. Clar. lib. 5. ſent. § falſi. n. 27. verſ. radens Didac. Covarr. in tract. de veter. numiſm. collat. c. 8. nu. 4. Franciſc. Vivius libr. 2. opin. comm. in verb. monetam radens. Henr. Bocer. in tract. de jur. monet. c. 5. n. 11.*

Q. 4. Quæ ſit pœna eorum, qui juſtam ac ponderoſā monetam radunt & mutilant?

32 At, hodierno jure arbitrariam hujus criminis pœnam eſſe, clarum eſt ex Sanctione Carolina, qua diſpoſitum, ut is, qui juſti valoris & ponderis numiſmati, circumcidendo & radendo, aut nova arte aliquid detraxerit, ademerit, in vincula coniiciatur, & pro commiſſi gravitate corporis pœna, vel ſi levius peccata, mulcta coerceatur. *dict. art.* 111. *Ordin. Crim.* in verb: welcher aber der Müntze jhre rechte ſchwere gefährlicher Weiſe benimpt/ꝛc. der ſoll gefänglich eingelegt/vnd nach Recht am Leibe oder Gutt / nach geſtalt der Sachen geſtrafft werden *ubi Matth. Stephan. verſ. Qui verò juſto &c. Georg. Rem. in Nemeſ. Karul. d. art.* 111. Quamvis & gladii pœnam raſoribus monetæ per Scabinos Veteres Lipſenſes dictatam fuiſſe, referat *Matth. Coler part. 1. deciſ. 179. n. 13.* quod nimis rigoroſum videtur.

33 Hocque minus dubii habet. At illud controverſum eſt: *An pœnam incurrat quoque is, qui raſit ac mutilavit pecuniam, juſtum ac legitimum pondus excedentem, reducendo eam ad juſtum pondus?* Quod negat *Hipp. de Marſil. in l. qui falſum* 19. *n.* 100. *ff. ad Leg. Corn. de falſ. Tiber. Dec. in tract. crimin. lib. 7. c. 27. n. 11. Alciat. Reſp. 14. lib. 7.* eò, quòd jura puniant tantùm eos, qui adulterinam monetam conficiunt, ac falſa fuſione nummos formant, *l. 1. l. 2. C. de falſ. monet.* qui item falſam monetam percutiunt, *dict. l. qui falſam.* 19. *ff. ad Leg. Corn. de falſ.* & qui nummos aureos juſti ponderis radunt, vel eos tingunt. *l. quicunq; 8 ff. ad Leg. Corn. de falſ.* Nullibi verò pœna aliqua decernitur ei, qui nummos juſtum pondus excedentes mutilat, eosq; ad legitimum pondus reducit, ut ita haud immeritò impunitus remaneat. *l. 3. §. Divus. p. de ſepulch. violat. & l. ſi quis 14. §. Divus autem ff. de relig. & ſumt. funer.*

Q. 5. Quomodo puniri debeant radētes pecuniam legitimum pondus excedentem, reducendo eam ad juſtum pondus?

34 Quæ ſententia quoque haud aliena videtur à mente Caroli V. Imper. *in dict. artic.* 111 *Ordin. Crim.* verb: welcher der Müntze jhre rechte ſchwere gefährlicher Weiſe benimpt. Vbi *Primò* notandum, pœnâ teneri tantummodò eum, qui iuſtum pondus numiſmati adimit, quod de radente exceſſum iuſti ponderis, pecuniamque ad legitimum pondus reducente vix aſſeri poteſt. *Deinde* penſitandum & hoc, quòd Sanctio Carolina requirat dolum defraudantis ſuo pondere monetam, *in verb.* gefährlicher Weiſe. Atqui doloſè nil facit, qui monetam iuſtum pondus excedentem abradit eo animo, ut ipſam ad legitimum pondus reducat.

35 At, hiſce non obſtantibus, pœnam arbitrariam in eum quoq; convertendam eſſe, qui aureos iuſtum pondus excedentes raſit, ac mutilavit, reor cum *Iacobo Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 4. caſ. 316. n. 37. verſ. ego tamen & Henr. Boc. in tract. de jur. monet. c. 5. n. 12.* propter generalita-

ralitatem textus in *l.quicunque* 8.*ff.ad Leg.Corn. de falſ.* quæ non diſtinguit inter nummos, qui iuſtum excedunt pondus, & eam pecuniam, quæ pondus habet legitimum, ſed generaliter loquitur. Vbi autem Lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, & generalia verba legis generaliter intelligi debent. *l.de precio.ff. de publ. in rem. act. l.* 1. §.*generaliter.* 1. *ff. de legat. præſtand. Virgil. Pingitz. quæſt.*3.*num.*4. Facit quoque huc, quòd ex Conſtitutione Conſtantini Imp. capite puniantur, qui ſolidi circulum exteriorem inciderit.

36 Neq; repugnat huic opinioni verba Sanctionis Carolinæ, *dict.art.*111.*Primò* namq; luditur in verbis (**jhre rechte ſchwere**) quibus non illud denotatur pondus, quod nummi communiter habent, ſed quod Princeps quisq; ſuæ monetæ pondus iudicavit iuſtum, quo eam formari, & publicam fieri voluit. Quapropter & radens ac mutilans nummos communem quantitatem excedentes, iuſtum iisdem pondus adimit; quippe in moneta etiam exceſſus communis quantitatis ad iuſtum pertinet pondus monetæ illius domini monetalis, qui eo pōdere cudi ipſam fecit, quum Dominus ille velit, eo pondere maiori comunem quantitatem excedente, ſuam percuti monetam, ut rectiſſimè docet *Bocer. dict. c.* 5.*n.*6.

37 *Deindè*, haud quaquam concedendum eſt, dolò eum carere, qui nummos iuſtam quantitatem excedentes radit ac mutilat; ſui quippe lucri causâ id facit, auferendo quod ſuum non eſt, ſed quod eſt uſus publici: quod ſi verò alium probare queat animum, tùm pœnam ei remittendam eſſe, lubens conceſſerim.

38 Præterea & *Alciat.* hanc opinionem tali im-
pugnat argumento: Cottidiè, inquit, videmus,
quòd aureus, ſi non ſit legitimi ponderis, defer-
tur ad aurifices, qui impunè tantum addunt au-
ri, ut ad iuſtum pondus perveniat. Quare & cùm
aureus iuſtum excedit pondus, diminui poteſt
usq; ad pondus legitimum. Contrariorum ſiqui-
dem eadem eſt diſciplina, idemq; operatur op-
poſitum in oppoſito; quod operatur propoſi-
39 tum in caſu propoſito contrario. *l. etſi contra* 35.
§.*ult.ubi gloſſ.ff.de vulg. & pupill.ſubſt.l.ult.*§.*fin.ff.*
*de legat.*3.*Iaſon.in rubr ff.de acquir.vel amitt.poſſeſſ.*
Nicol.Everhard.in topic.in loco à contrario ſenſu.n.
1. *Ludolph. Schrader. de feud. part.* 10. *ſect.* 14. *nu.*
27. *Sed* quis non animadvertit diſparitatem con-
trariorum in hoc argumento, ſiquidem per au-
gmentum moneta melior redditur, & magis ex-
pendibilis, per diminutionem verò minus ex-
pendibilis redditur, & deterior; Jam verò con-
trariis nil inferendum, ubi diſpar ratio eſt con-
trariorum. *Nicol.Everh.dict.loc.*

40 Addit *Alciat.* & hoc, quòd radens ac mutilans monetam iuſtum excedentem pondus, usque ad legitimam quantitatem, nemini noceat, adeoque nec falſum propriè committat, nec falſi pœnam incurrat; quum falſitas non nocibilis ex Lege Corneliâ de falſ. punienda non ſit, ut tradunt Dd. communiter. *Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crimin. cap.*122.*num.*10. *Iul. Clar. libr.* 5. *ſentent.* §. *falſum.numer.*36. *Petr. Gregor. in ſyntagm. libr.* 36. *cap.*1.*num.* 6. *Ludov. de Peguer. deciſ. crim.* 19. *nu.* 5. *in fin. & deciſ.* 80. *n.*15. *Andr. Gail. libr.* 1. *obſervat.* 100.*n.*7. *Iohan. Schneidvvin. in* §.*item Lex Cornelia de falſ.nu.*2. *Inſt. de publ. jud. Proſp. Farin. part.* 6.*oper. crim. quæſt.*150.*n.* 291. *Ægid. Boſſ. in tit de falſ. num.* 90. *in fin. Verùm*, neque hoc argumentum noſtræ ſententiæ adverſatur; Nego enim, factum hoc radentis pecuniam damnum non afferre, nocet ſi quidem Domino monetali, eiusque heredibus, qui per id defraudantur eo honore, qui aliàs ex ponderoſiori moneta iis accederet.

Manet itaque veriſſima hæc noſtra ſententia, pœnam ſcilicet arbitrariam incurrere quoque eum, qui monetam pondus iuſtum excedentem radit & mutilat. Quod tamen ſic accipi cupio, ut mitior pœna hoc caſu decernatur, præſertim ſi pauci nummi fuerint mutilati. 41

Veluti hoc caſu pœnam carceris dictavimus verſus **Soraw.** *Ad requiſitionem Lucæ* **Felſers: Hat M. N. bekandt vnd geſtanden daß er drey Ducaten beſeylet vnd beſchnitten/ ſo er nachmahls vnter die Leute außbracht. Ob er nun wohl darneben fürwenden thut / daß ſolche Ducaten überwichtig geweſen/ vnd vnangeſehn ſie beſeylet worden / weren ſie doch vollwichtig verblieben/ etc. So hat er ſich doch damit nicht zubehelffen / ſondern er wird ſolcher ſeiner Vorbrechung wegen/ ein 8. Tage lang mit Gefängnüß geſtrafft.** *M. Auguſt. Anno* 1630. 42

Dubium quoque hoc eſt: *Num pari ſit pœnâ plectendus, qui argenteum radit & incidit numiſma, atque is qui aureos nummos mutilat?* Rationem dubitandi præbet *l. quicunque* 8. *ff. ad Leg. Cornel. de falſ.* quæ ſpecialiter loquitur de aureis, non etiam argenteis nummis. Vnde exiſtimat *Hippol. de Marſil.* radentem monetam argenteam, pœnâ *d.l.*8. haud quaquam teneri, *in conſil.*71. *num.*13. veluti quoque ita ſentit *Didac. Covarr. in tractat. de vet. numiſm. collat. cap. ult. in fin.* 44 A quibus diſſentit *Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. lib.*2.*cent.*4.*caſ.*316. *num.*35. penſitans verba *d.l.*8. (*partim tinxerit*) quæ omninò intelligi debent de argenteis & æreis nummis, qui colore aureo tinguntur, cùm alioquin ſtulta eſſet proviſio, ſiquidem nemo adeò fatuus eſt, ut aurum argenteo colore tingeret. Quare & verba præcedentia (*partim raſerit*) etiam de argenteis nummis intelligenda erunt, eò, quod ratio ſit eadem inciſionis aureorum, & argenteorum nummorum. 43

Q.6. Num pari pœna plectendus qui argenteum radit numiſma, ac iis qui nummos aureos mutilat?

Sed explicationem hancce verba textus vix admittunt, verba namque JCti Vlpiani in *dict. l.* 8.*ff. ad Leg. Corn. de falſ.* ſolùm de aureis concepta ſunt nummis, ut perperam dicatur, verbum (*raſerit*) ad utrosque nummos, aureos & argenteos pertinere. Nec ſalvâ Latinitate verbum (*partim*) ad diverſa referri poteſt ſubiecta, cùm tamen JCtus non niſi unius ſubiecti, aureorum ſcilicet nummorum faciat mentionem. 45

Quapropter explicatio hæc *Menochij* non immeritò reiicitur ab *Henr. Bocer. in tract. de jur. monet. cap.* 5. *numer.* 21. reſpondente ad rationem obiectam ex verbo (*tinxerit*) deſumptam, quòd nempe hoc verbum non incommodè etiam ad nummos aureos referri queat, quùm aurei nummi alii poſſint eſſe probi, alii adulterini 46 ex auro impuro & falſo conflati, quorum illi tinctura aurea opus non habent; Hi verò ad decipiendos homines puro tingi auro queunt, ut appareant, quaſi ex ſolido eſſent percuſſi auro.

47 Quicquid tamen ſit, *Jacob. Menoch.* aſſentiri haud vereor. Etſi enim Ulpiani reſponſum *dict. l.* 8. de nummis tantum aureis loquatur, attamen ad nummos quoq; argenteos illud extendi, ſuadet identitatis ratio, quæ idem juris diſpoſitionem facit. *Panormit. in cap. quoniam frequenter. 5. n. 6. extr. ut lit. non cont. ſt. Bald. in l. quoniã intelligitur. 5. n. 4 ff. de his qui not. infam.* Præſertim, quia Ordin. crimin. *dict. art.* 111. generaliter de omni moneta, abſque differentia aureorum vel argenteorum nummorum, concepta eſt, *hiſce verbis*: **Welcher der Müntz jhre rechte ſchwere gefährlicher weiß benimbt/der ſoll gefänglichen eingelegt/ vnd nach Rath am Leibe/ oder Gut/ nach geſtalt der Sachen geſtrafft werden.**

48 *Veluti etiam hoc caſu Reo cuidam fuſtigationis ac relegationis perpetuæ pœnam dictavimus hiſce formalibus:* Hat der verhaffte H. M. in guten bekandt vnd geſtanden/ daß er folgende ſtücke/ ſo er vffm Rathhauſe deß Orts an vorſeſſener Steur erlegen wollen/ als 1. Dickethaler/ 1. Reichsthaler/ . Kopffſtücken/ 2. Schreckenberger beſchnitten/ vnd ſonſten noch andere Stück mehr/ alſo daß er in die 15 Thaler befeilet vnd geringert/ deß abgefeilten Silbers weren 7. Loth geweſen/ darauß er jhm ein ſilbern Gürtell machen laſſen wollen/ꝛc. So wird benimbter H. M. wegen ſolcher ſeiner Verbrechung als ein betrüglicher ringerer vnnd beſchneidiger der Müntze öffentlich billich zur Staupen geſchlagen/ vnd deß Landes darauff ewig verwieſen V. R. W. *Ad requiſitionem Iudicis & Scabinorum Dreſdenſium M. Ianuar. An. 1630.*

49 *Quartò* denique falſificatur moneta ratione formæ, *ſi quis grandiorem monetam reflaverit, & in fornacem coniectam reſolverit, ut minorem efficiat.* Quem itidem pœna arbitraria, vel corporis afflictivâ vel mulcta pecuniaria, pro ratione delicti, puniri jubet *Ordin. Crimin. dict. artic.* 111. in fin. **Wo aber jrgend einer eines andern Müntz vmbpräget/ oder wiederumb in Diegel brächte/ vnd geringe Müntze darauß machte/ der ſoll am Leibe oder Gut/ nach geſtalt der Sachen geſtrafft werden/** *ubi Matth. Steph.* Ne ſcilicet moneta à Principe aliove Statu Monetali formata, contra ipſius voluntatem amittatur, ac ſimul, haud abſque præjudicio juris monetandi impetrati, eius memoria intereat. Quin & Magiſtratus in hoc conſentiens, ex Carolina Sanctione jus ſive privilegium cudendæ monetæ perdit, *dict. artic.* 111. in fin: **So aber mit der Herrſchafft willen vnnd wiſſen das geſchehe/ ſo ſoll dieſelbige Herrſchafft jhre Müntzfreyheit verwürckt vnd verlohren haben.**

Eademq; de cauſa in Edicto monetario Ferdinandi I. Imp. reſolutio monetæ, quæ à privatis fieri, & argentum poſtea alios ad uſus transferri conſueverat, ſub pœna ignis fuit prohibita, in *Receſſ. Auguſt. de Anno* 1559 §. **wir ordnen** &c ubi: **Wir ordnen/ ſetzen vnnd wollen auch ferner/ daß ſich männiglich hinfüro bey Straff deß Fewers deß granalterens/ körnens ſeygerns vñ anderer dergleichen betrieglicher/ nachtheiliger Handlung vnnd Fälſchung aller alten vnnd newer guten Müntzen enthalten ſoll** *&c.* 50

Quam pœnam, utpote nimis rigoroſam, ante decennium ſeculo illo æroſo durante, edictoq; Imper. Ferdinandi I. nec non aliis legibus monetalibus tùm temporis in univerſo ferè Imperio quieſcentibus, Reis huius criminis dictare noluimus. Quos tamen pro qualitate facti atq; circumſtantiarum pœnâ relegationis, fuſtigationis, vel mulctâ pecuniariâ coercendos eſſe, pronunciavimus nach Liebenwerda. *M. Mart. Anno* 1623. 51

QUÆSTIO XLIV.

De Crimine Hæreſeos, ejuſque pœna.

SVMMARIA.

1. *Crimen læſæ majeſtatis duplex eſt.*
2. *Hæreſeos crimen graviſſimũ & atrociſſimũ eſt. n. 3.*
4. *Hæreſis eſt pertinax in articulis fidei error.*
5. *Solus error hæreticum non facit. n. 6.*
7. *Quisnam propriè dicatur hæreticus.*
8. *Graviter eſt animadvertendum in hæreticos.*
9. *Magiſtratui politico incumbit cura Religionis & Sacrorum. n. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.*
10. *Magiſtratus politicus Eccleſiaſticam quoq; habet poteſtatem.*
13. *Magiſtratus politicus cuſtos eſt utriusq; tabulæ.*
18. *Ex Conſtitutione Paſſavienſi Principibus Evangelicis competunt jura Epiſcopalia.*
19. *Magiſtratus politicus hæreticos debet punire.*
20 *Num hæretici ultimo ſupplicio ſint afficiendi.*
21. *Affirmant hoc Pontificii. n. 22.*
23. *Lanıena Pariſienſis fuit crudeliſſima. n. 24 25.*
26. *Facinora Ferdinandi Alvarez Ducis Albani.*
27 *Litera Adriani Pontificis ad Status Imperii.*
28. *Pontificiis aſſentiuntur Calviniani. n. 29. 30.*
31. *Verior eſt negativa opinio. n. 33. 34.*
32. *Quid de hac quæſtione ſenſerit Lutherus.*
35. *Hæc ſententia tutior eſt conſcientiis.*
36. *Explicatio l. Manichæos l. Ariani l. quicunq; C. de hæret. n. 37. 38. 39. 40.*
41. *Hæretici ſeditioſi aut blaſphemi morte puniuntur. n. 42. 43.*
44. *Pœna blaſphemiæ eſt ultimum ſupplicium.*
45. *Quo genere ultimi ſupplicii hæretici ſeditioſi aut blaſphemi in foro Saxonico puniantur. num. 46. 47.*
48. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium. n. 49.*
50. *Aliis præterea adhuc modis Divina læditur Majeſtas.*
51. *Quomodo puniantur turbatores Sacrorum. n. 52.*
53. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n. 54.*

1 MAjeſtas ſicuti duplex eſt, divina ſcilicet & humana, *cap. duo ſunt. diſtinct. 91. Auth. Gazoros C. de hæretic.* Nicol. *Reuſner. libro quarto. deciſ. 16. numer. 1. Tiber. Decian. in tractat. crim. lib. 7.*

cap.1.n.2. Ita & Crimen Majeſtatis duplex perhibetur: *Vnum* quo læditur Majeſtas humana, quod in ſpecie læſæ majeſtatis crimen dicitur, de quo dictum *quæſt. præced.* *Alterum*, quod adverſus Majeſtatem Divinam committitur, & vulgò Hæreſis appellatur, quod tantò gravius illo habetur, quantò major Deus eſt Imperatore, quāvis in pluribus æquiparentur. *Her. Gigas in tract. de crim. læſ. Maieſt. lib.3. ſub tit. de plur. & var. qu. 15. Cravett. conſil. 6 n.3.*

2 Nefandum ergò crimen hæreſeos eſt graviſſimum atque atrociſſimum, quippe quæ non in homines, ut pleraque iniquitas & malitia, ſed in auctorem Deum, communemque omnium parentem ac dominum deteſtabilis & execranda perfidia eſt. *cap. primum. in pr. 22 q.2. cap. quid in omnibus 32. quæſt. 7. c. quid autem 34 q.3. c. ſanè. 24. q.2. Capoll. conſil. crimin. 11. num. 25. Proſper. Farinac. in præfat. tract. de hæreſ. Tiber. Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 19. num. 1.* Et fundamentum hoc crimen impedit totius pietatis Chriſtianæ, id eſt, fidem, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo; ut ait D. Paul, *ad Hebr.* 11. Ex fide enim juſtus vivit, *Habac.* 2. Super quam velut firmiſſimam petram Deus fundavit Eccleſiam, & nos fundandi ſumus, ut inquit. D. Paul. *ad Hebr.* 11. *& ad Coloſſ.* 1.

3 Quod ſi quis aliquo prætextu hoc crimen extenuare audeat, is effectum eius deteſtabilem ſagaci ſtudio conſideret. Nam Mahumeticum Regnum aliunde non habuit initium, quàm ex hæreſi & diſſenſione dogmatum fidei; Ac tempore Arianorum & Manichæorum, aliorumque hæreticorum univerſus orbis diſſipatus, ac in varias diſceptus eſt partes, magnaque incommoda, cædes & ruinas paſſus eſt. *Tiber. Decian. dict. capit. 19. numero octavo.* Vnde Romani, ne novæ Religiones in urbem irreperent, neque novi Dii colerētur, ſummo ſtudio ſemper curaverunt, ſentientes labem hanc paulatim totam Rempublicam conturbare, & niſi graviſſimis pœnis inhiberetur, everſuram denique, ut author eſt *Livius, lib. 4. & lib. 35. de bello Punico ſecundo.*

4 Hæreſin autem appello pertinacem in articulis fidei errorem. *Weſemb. in parat. ad tit. C. de hæret. numer. 1 Petr. Theodor. in Colleg. Crimin. diſp. 5. th. 9.* Neque enim omnis error in articulis fidei hæreſis, neq; omnes errantes hæretici ſunt. Inveniuntur enim inter Eccleſiæ Doctores, qui in interpretandis Scripturis à vero ſenſu deviant, quos inter hæreticos nequaquam refero, cùm donum prophetiæ non ſit datum omnibus. *1. Cor. 12. verſ. 1. 1. Corinth. 14. verſ. 32.* Inveniuntur quoque infirmi, quos à nota hæreſeos abſolvit Scriptura. *Pſal. 32. Proverb. 24. Iacob. 3.* Inveniuntur etiam in occulto prava dogmata foventes, ut Gamaliel ille *Act. 5.* & multi hodiè politici, quos à conſortio hæreticorum ſeparat Apoſtolus, *2. Tim. 2. verſ. 18 2. Petr. 2. verſ. 1.* Inveniuntur ſeducti, aut hæretici ex ſimplicitate ſine malitia aut blaſphemia credentes, errorem non propagantes, rectiora judicia audientes; Inveniuntur errore ſuo non in fundamentum articulorum fidei (quod eſt Chriſtus cum omni ſuo merito) incurrentes, *1. Corinth. 3.* qualis erat Apoſtolorum error de regno Chriſti in hoc mundo: Cypriani de rebaptizandis iis, qui baptizati erant ab hæreticis. Inveniuntur Schiſmatici, qui eodem fundamento retento, ſcandala turbasq; in Eccleſia movent, ut Corinthii, *1 Cor. 2.* Qui omnes in errantium, non etiam hæreticorum catalogorum referri debent.

Solus itaq; error non ſtatim hæreticum facit, 5
ſed ſi accedat in eodem perſeverans pertinacia
atque malitia; *1. Cor. 15. verſ. 2. c. dixit. 24. q. 3. VVe-*
ſembec. d. loco. unde ſacræ litteræ volunt, erran-
tes prius monendos eſſe, antequam ut hæretici
vitentur, excommunicentur, & puniantur. *1. Ti-*
moth. 1. verſ. 20. 2. Timoth. 2. verſ. 25. Tit. 3. Nec
quivis error ad hæreſin ſufficit, non certè in re-
bus profanis, licet etiam quis abſurdam opinio- 6
nem vel mordicus defendat, ſed error ſolùm in
articulis fidei hæreticum facit *1. Timoth. 1. verſ.*
20. l. 1. C. de Summ. Trinit cap. 1. extr. eod. titul cap.
ad abolendam. ext. de hæret. Petr. Theodor. dict. diſp.
5. th. 9. lit. C. Hinc illi tantùm in hoc crimen in-
cidunt, qui cives & indigenæ ſunt Eccleſiæ, non
item Mahometani, Ethnici, atque Judæi, qui
nunquam in Eccleſia fuerunt. *Weſemb. dict. loco*
num. 4.

Quare hæreticum deſcribit *Joh. Affelman. in* 7
diſp. de hæret. fer. non auferend. perſonam intra Ec- »
cleſiæ gremium, quæ articulum aliquem fidei ſi- »
ve directè, ſive indirectè pertinaciter & malitio- »
sè non ſine Eccleſiæ offendiculo oppugnat. »
Quam definitionem probat ex *Irenæ. l. 3. cap. 1.* »
Euſeb lib. 3. cap. 28. Thom. 2. ſecund. q. 11. art. 2. reſp.
ad arg. 3. Bellarm. lib. 3. de Roman. Pontif. Coſter. in
præfat. Enchir.

8 Quantò magis ergò hæretici in gremio Eccleſiæ conſtituti à verà fide aberrando delinquunt, quantoque majus ſcandalum præbent errori circa fidei articulos pertinaciter inhærendo, eosque malitiosè oppugnando, tanto gravius in ipſos animadvertere debet Magiſtratus, tantoque diligentius proſpicere, ut ſincerum divini cultus exercitium vigeat, nec per Pſeudoprophetas corrumpatur, vel intervertatur, ſed hæreſes planè exterminentur. *Joh. Gerhard in loco de Magiſtratu politico num. 317 Joh Affelman. in dict. diſp. de hæret. ferend. non aufer. th. 12. Balth. Meiſner. part. 3. philoſ. ſobr ſect. 2. cap. 2. quæſtion. 6. pag. 902. Weſemb. in parat. C. de hæret. n. 5.* Omni namque cura & ſtudio in id incumbere debet Magiſtratus, quò veritas religionis & cultus divini ſinceritas ſarta tecta cōſervetur, neve peregrinis & erroneis opinionibus doctrinæ cœleſtis ſinceritas contaminetur. *Gerhard. dict. loco. de Magiſt. palit. n. 181.*

9 Non ſolùm enim Magiſtratus erga poteſtatem Eccleſiaſticam habere ſeſe debet ut ovis, in quantum fidelis, ſed etiam ut cuſtos & patronus, in quantum Magiſtratus, cui maximè incumbit tueri ſacra. Unde Veteres plerique habuerunt Sacerdotii & Regni munera conjunctim. *Petr. Gregor. Tholoſ. libr. 8. de Republ. cap. 2. numer. 6. Henning. Arniſ. in tractat. de exempt. cler. cap. 1. num. 4.* Quo reſpectu etiam Magiſtratus politicus Eccleſiaſticam habet poteſtatem. *David. Paræus ad cap. 13. Roman. Henr. Eckard. de ordin. Eccleſiaſt. & Polit. part. 1. cap. 1.* Vnde

Conſtantinus Imp. ad Epiſcopos: *Vos eſtis*, inquit *Epiſcopi in Eccleſiâ, Ego extra Eccleſiam ſeu templum Epiſcopus à Deo ſum conſtitutus. Euſeb. lib.*4. *cap.*24.

11 Adeoque ſicut Magiſtratus circa bonum civile ſubditorum debet curare, ut jus vigeat in Republicâ ſecundum Leges; ita circa bonum ſpirituale ſubditorum curare debet, ut pura religio vigeat in Eccleſiâ ſecundum verbum Dei. *Chriſtoph. Beſold. libr.* 1 *polit. cap.*4. Idque Deus expreſsè præcipit Regi *Deut.*17 *verſ.*18. *Cum ſedebit ſuper ſolium Regni ſui deſcribet ſibi Deuteronomium Legis ſuis in volumine, accipiens exemplar à Sacerdotibus Leviticæ tribus, & habebit ſecum, legetq; illud omnibus diebus vitæ ſuæ, ut diſcat timere Dominum Deum ſuum, & cuſtodire verba & ceremonias eius, quæ in lege præcepta ſunt.* Et *Ioſ. cap.*1. *verſ.*8. *Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus, ut cuſtodias & facias omnia, quæ ſcripta ſunt in eo, quia tunc proſperam facies viam tuam, & prudenter ages.* Idemque docet exemplum Ioſuæ, qui Iſraelitas circumcidendos curavit, *Ioſ.*5. Legem Dei populo promulgavit, *Ioſ.*8. Fœdus cum Deo renovavit. *Ioſ.*24. Davidis, qui tabernaculi miniſteria diſpoſuit, 1. *Par.*23. Levitas, Curatores, Ianitores conſtituit, 1. *Par.*26. Arcam eduxit. 2. *Reg.*6. Regis Ezechiæ, qui æneum ſerpentem contrivit, 2. *Reg* 18. Sacerdotes templum repurgare juſſit. 2. *Par.* 29. Aliorumque Romanorum Imper. Grat. Valent. & Theodoſii in *l.*1. *C. de Summ. Trinit.* Martiani in *l.*4. *C. eodem titul.* Imp. Leonis in *Novell. ſua* 15 & 17. Imp. Iuſtiniani in *Novell.*123. *cap* 32. *Novell.*137. *cap* 6. *David. Par. dict. loco.*

12 Hinc Autor Conſilii editi Anno 1538.
wie es vmb die Kirchengüter geſchaffen/ vnnd wie
mit denſelben vmbgangen werden ſolle/ *artic.* 4.
inquit: Es erfordert auch das Göttliche Recht/
daß die Obrigkeit / was zur Religion gehöret/
zum erſten vnd beſten verſehe: Et poſtea *artic.* 5.
In der Natur vnnd in dem Weſen der rechten O-
bernverwaltung iſt/ daß die Religion für allen/
vnd was zu deren gehöret/mit beſtellet / vnnd ver-
ſehen werde. Weil dann gedachte Obrigkeit im
Reich die Oberverwaltung haben/ So haben ſie
auch das Recht/die Religion vnnd was darzu ge-
höret/Chriſtlich zu beſtellen/vnnd zu verſehen/ wie
dann die Religion publici juris, vnd ſoll die Käyſ.
Mayeſt dabey handhaben/vnd jhnen in deme al-
lerdinges keinen Eintrag thun/ ſo lange ſich nicht
erfindet / daß ſie die Religion vnrecht verwalten/
13 &c. Hocque eſt quod vulgò dicimus: Magi-
ſtratui à Deo commendatam eſſe curam & cu-
ſtodiam totius legis, ſeu utriusque tabulæ, qua-
rum prior circa Spirituale, poſterior circa Civile
bonum Eccleſiæ verſatur, quod fundatur in ex-
preſſo Dei mandato, *Deuter.*17. *& Ioſ.*1. *David.*
*Paræus ad cap.*13. *Roman. dub.* 5. *præcogn.*2. Eo-
que modo Reges Francorum ad coërcendum
& refrenandum abuſus Religionis, & ſupergreſ-
ſiones Eccleſiaſticorum, ipſorum Pontificum
Romanorum jam ſupra annos plus quàm mille,
multas leges ſancivere & edicta. *Molin. de Mo-*
*narch. Franc. num.*99. *& numer.*139. *Eſtienne Paſ-*
*quier.*3. *de Recherches cap.*27. *Chriſtoph. Beſold. de*
appellat. capit. 4. *numer.*13. *Vid. Thuan. libr.*16. *fol.*
735.

14 Et unde Eccleſiæ Romanæ à doctrinâ Apoſtolicâ Apoſtaſia, niſi hinc orta eſt, quòd Principes occupati aliis negotiis, curam Religionis ſolis Epiſcopis, Epiſcopi Suffraganeis, Suffraganei Monachis & Sophiſtis reliquerunt? Vnde Pontificis & Epiſcoporum in immenſum excrevit potentia, ut jam ipſis Monarchis ſit formidabilis? Niſi, quia excluſis â Religionis cura Principibus ſuum eſſe de Religione & fide Eccleſiæ in ſolidum diſponere, Principum eſſe, decretis Epiſcoporum citra hæſitationem obtemperare omnibus perſuaſerunt. *David. Par. dict. loco.*

15 Laudabiliter itaque Juſtinianus Imp. ait, ſe nihilo minorem Eccleſiæ curam habere, quàm vitæ. *Novell.*3. *in fin.* Eoque modo accipienda ſunt verba Gregorii V. in *c. in die. de conſecrat. diſt.* 5. ubi inquit: Regimen Romanæ Eccleſiæ conceſſum Teutonicis, ut nempe ſecundum Iſidorum Principes ſeculi cognoſcant, ſe Deo reddituros rationem propter Eccleſiam, quam à Chriſto tuendam ſuſcipiunt; nam ſive ſolvatur pax Eccleſiæ, ille ab eis rationem, exiget, qui eorum poteſtati ſuam Eccleſiam tradidit. *c. Principes* 23. *quæ.*5. *Lupold de Babenberg. de jur. Regn. & Imp. Roman. c.*8.

Hinc Anno Chriſti 1520. ad Carolum V. 16
Imperatorem B Lutherus ſcribit ſeſe confuge-
re ad ſupremum Magiſtratum, tanquam ad a-
ram præſidiumque, orans ut doctrinæ Chriſtia-
næ tutelam ſuſcipiat, idque ſeſe facere exemplo
Athanaſii. *Sleidan. libro ſecundo comm.* Et poſt-
ea ad Fridericum Saxon. ducem refert, vehe-
menter ſibi gratum eſſe, quòd Cæſar huius cau-
ſæ, quæ publica ſit cognitionem recipiat. *Slei-*
dan. libr 2. *pag.*55. Hocque Imperatoris offi-
cium eſſe, probarunt non ſolùm Proteſtantes,
quando Anno 1532. Legato Pontificio Hu- 17
goni Rangono reſponderunt: Cùm nondum
deſiderio Ordinum (de concilio legitimo & li-
bero) ſatisfecerit, orare ſeſe plurimùm, Cæſar
det operam, ut legitimè res agatur, nam hoc
ipſius eſſe officium, eique licere legibus. *Slei-*
*dan libr.*8. *comm. fol.*233. Sed & ipſi Electores
vota ſua eò dirigunt, ut talem eligant, qui Chri-
ſtianus ſit, & Caput populo Chriſtiano. *Bux-*
*dorff. ad Aur. Bull concluſ.*29. *&* 30. Quemadmo-
dum etiam vocatur Supremus Eccleſiæ Patro-
nus, Der Obriſte Voigt der Chriſtenheit / *Receſſ.*
Imper. Comm. Auguſt. de Anno 1530. §. nach
dem aber der gantzen Chriſtenheit rechter Schutz
vnd Schirm / *Receſſ Imper. Auguſt de Anno* 1518.
§. erſtlich *&c.* Ein Obriſter Voigt vnd Schirm-
herr der heiligen Chriſtlichen Kirchen / *Receſſ. Im-*
per. Auguſt. de Anno 36. §. Auff ſolches vnſer
gnädiges Erinnern *&c.* Ideoque Elector Tre-
viricus in Electione Caroli Regis Hiſpaniarum
Anno 1519. *Talem*, inquit, *Reſpublica deſiderat,*
qui præter alia conſtituat & emendet Eccleſiæ ſta-
tum. Idemque Moguntinus Elector pruden-
ter admonuit. *Georg. Sabin. in hiſtor. de Elector. &*
Coronat. Caroli V. Caſpar. Ens. in libello de elect. &
*inaugurat. Reg. Romanor. cap.*5. *Sleidan. lib.*1. *com.*
*fol.*28.

18 Quinimò, vigore Conſtitutionis Paſſavienſis, qua cautum eſt, ne jurisdictio Eccleſiaſtica ab Epiſcopis Pontificiis adverſus Auguſtanæ Confeſſionis ſocios exerceretur, jura Epiſcopalia in Provinciis Statuum Evangelicorũ non amplius Epiſcopis, eorumque officialibus, ſed Principibus ac Magiſtratibus jura territorii habentibus competunt. *Receſſ. Imper. de Anno* 1555. §. **damit auch obberürte beyde Religions-Verwandte** *&c. Andr. Knich. de ſublim. terr. jur. cap. 3. numer. 232. Zanger. de Exception. part. 1. cap. 1 num. 425. Hillig. libr. 17. Donell. Enucleat cap. 10 lit. CC. Dauth. de teſtam num. 93. Syring. de pac. Religion. concl. 29. Matth Stephan. de juriſdict. lib. 3. cap. 4. num. 13. & cap. 15. Tob. Paurmeiſter. de juriſdict. Imper Roman. lib. 2 cap. 9. num 8. Bernh Zieritz. de Princip. int ipſ. dign. prærogat.* Quæcunque igitur ad jus Epiſcopale pertinent, inter quæ haud minimum eſt cura religionis & cultus divini, quo is ab omni hæreſi & falſitate purus conſervetur, ea Magiſtratus Evangelici in ſuis territoriis ritè exercent. *Joh. Gerhard. in loco de Magiſtratu politico, n.* 174.

19 Tantum itaque abeſt, Magiſtratum politicum in hæreticos animadvertere non poſſe, ut potius hoc facere eidem omni jure incumbat, ſi aliâs officio ſuo fungi, & cultum divinum ſartum tectumque conſervare velit. Idque tàm apud noſtrates Theologos, quàm Pontificios, atque Calvinianos minus dubii habet. *Minus. Celſ. in tract. de hæret. cap. ſuppl. n. non punien. i. ſect. 2. pag.* 124. *Theodor. Cornhert. in epit. proceſſ. occid. hæret adverſ. Lipſ. & defenſ. proceſſ. Johan. Affelm. in diſp. de hæret. ferend. non aufer. th. 12. Balth. Meiſner. part. 3. philoſoph. ſobr ſect. 2. cap 1. quæſt. 6. pag* 902. *Balduin. in diſp. de hæret fer non aufer. Johan Gerhard. in loco de magiſtratu politico num.* 317. *pag* 1047

Q. 1. An hæretici ultimo ſupplicio ſint afficiendi?

20 Aſt, illud controverſum eſt, *An hæretici auferendi, vel ut loquuntur, capitis pœna ſeu ultimo ſupplicio afficiendi ſint?* Id quod uno fermè ore affirmant Pontificii, qui ubera Antichriſti ſugunt. *Bellarm. libro tertio de Laicis. cap. 21. Thom. 22. quæſt. 16. artic.* 18. *Gregor. de Valent. tom. 3. diſp. 1. quæſtion.* 11. Ita ut Majerhôferus *in ſpeculo prædicantium fol* 54. ſcribere haud vereatur: **Daß man die Ketzer am Leben ſtraffen ſoll/ ſeyn die Catholiſchen dermaſſen vereiniget / daß ſie es für einen Glaubens-Artickel halten /** referente *Gerhard. dict. loco de Magiſtr. polit. num.* 314. *pag.* 1043. *& Affelman. dict. diſp de hæret. ferend. non aufer th.* 13.

21 Hinc *Petr. Gregor. Tholoſan. libro duodecimo. de Repub. cap* 4. *ſect.* 10. inquit, *ſi Hæretici contemptis Eccleſiaſticis cenſuris noluerint ad Eccleſiæ gremium redire, cum gladio ſpirituali temporalis eſt jungendus juxta cap. quando vult Deus. & ſeqq. 23 quæſt.* 4. Sic Elias & Iehu occiderunt Pſeudoprophetas. *Et Lipſ. lib. 4. polit.* 1. ſcribit: *Seriò ſeriò hoc imbibite, nihil eſſe in rebus humanis religione præſtantius, eamq; ſummâ vi debere defendi; Punias igitur, ſi quis turbat, Clementiæ hîc non eſt locus, ure, ſeca, ut membrum potius aliquod, quàm totum corpus intereat.*

22 Idemque tot annorum conſilia ſanguine concepta, ſanguine ſcripta, & tanquam impurus partus ſanguine edita & commaculata comprobant. *Affelm. dict. diſp. th.* 13. Nec non inquiſitio Hiſpanica & Hiſtoriæ rerum in Gallia, Belgio, Anglia, Germania, aliisq; Regnis & Provinciis ſuperiori ſeculo geſtarum, docent ac luculenter demonſtrant. Quas legens inveniet in ſola Gallia intra duorum & viginti annorum ſpacium, initio ſcilicet ſumpto ab anno 1562. uſque ad Annum 84. quadraginta centum millia variis pœnis & bellorum turbinibus abſumpta. *Simon Stenius in Reſponſ. ad Apolog Jacob. Grei. de vita Ignatij Lojolæ lib. 2. cap. 6.*

23 Expendatur Laniena Lutetiana Anno 72. in Galliis inſtituta, in qua referente *Dinotho libr. 5. hiſt Gall. p.* 341. tribus diebus ſupra decem millia hominum omnis ætatis, ſextus, & conditionis Pariſiis fuêre cæſa, ac tanta fuit ſanguinis effuſi copia, ut per multa urbis loca rivulorum inſtar difflueret. Imò plus ſanguinis quàm vini in nuptiis illis effuſum fuiſſe, ajunt Pariſienſes. Nec morte Caſparis Colignii hæc Tragœdia finita, verùm rabies ea in alias quoq; Civitates & Academias irruit, ubi multi Heroës fœminæ & pueri interfecti. Bitugiriuib⁹ etiam occiſus magnus ille JCtus Coraſius, quod idem eveniſſet Donello & Hottomanno, ſi non diſcipulorum ſuorum ope & periculo erepti fuiſſent. *Thuan. libr. 52. hiſtor. Camerar. libr. 1. medit. hiſtor. cap* 83. *Recueil des choſes memorabl. fol.* 425. *Franciſc. Achill. de Princip. inter prov. Europ. part* 233. *& ſeqq. Auct.* **Deß wacht frühe auff den Frantzoſen vnd anderen Benachbarten**

24 Et quanta hæc fuerit laniena, vel ex ſolâ confeſſione conſtat Cruciarii, aurificis cujusdam, quem ſæpiùs cum horrore ſe vidiſſe & audiviſſe immani veſaniâ jactantem, cùm nudum brachiũ exerceret, hoc ſe quadringentos amplius homines in illâ mactaſſe laniena, refert *Thuan. dict. loco.*

25 De hiſce Carnificinis Gallicanis, ſcribit Maximil. II. Imperator: *Quod attinet ad præclarum illud facinus quod Galli in Admiralio ejusq; ociis tyrannidè perpetrarunt, equidem id minime probare poſſum, magnoq; cum dolore animi intellexi, Generum meum ſibi perſuaderi paſſum eſſe tam fœdam lanienam in Epiſtola ad Lazarum Schvvendi, quæ habetur tom. 1. Conſt. Goldaſt ad fin.*

26 Nec ſolùm Gallia, ſed & Germania tyrannidem hanc Pontificiorum experta eſt. Expendantur, ſi lubeat, facinora Ferdinandi Alvarez Ducis Albani, in Belgio perpetrata, qui ipſemet confeſſus eſt, quòd paucis illis annis, quibus Belgio præfuit, octodecim millia hominum utriusque ſexus clanculùm & palàm furialibus carnificinis ſuſtuliſſet, nec tamen iſto rigore Patribus inquiſitionis ſatisfeciſſet. *Matteran. de bello Belgico.*

27 Ejusdem cantilenæ fuerunt literæ Papæ Adriani, Anno 22. ſub exitum Novembr, ad Imperii Ordines Norinbergæ congregatos, ſcriptæ in hunc modum: Quia hic morbus non poſſit lenibus medicamentis curari, veniendum neceſſariò ad vehemẽtiora: Ejus rei non unum extare teſtimonium & exemplum in Scripturis & Majores ipſorum in Concilio Conſtantienſi rationem hanc ſecutos, in Huſſum & Pragenſem pro

ipſorum merito vindicaſſe, ipſos etiam hanc il-
lorum virtutem imitari debere. *Sleidan.libr.3.
comm.* Complacuit hoc ipſum Cardinali Farne-
ſio, qui ex Italiâ ad bellum Schmalcaldicum in
Germaniam proficiſcens dixit: ſe tantam datu-
rum ſtragem per Alemanniam, ut in Lutherano-
rum cruore vel ipſius equus natare poſſit. *Slei-
dan.lib.17.comm.*

28 Hanc Pontificiorum tyrannidem non im-
probant Calviniani. Hi enim, quando liberiori
fruuntur aurâ, & præſidio potentiorum ſeſe tu-
tos eſſe animadvertunt, in haſce tyrannicas vo-
ces erumpunt: Hæreticos eſſe occidendos. *Beza
vol.1.fol.153.& ſeqq. Bucan.loco 49.quæſt.34. Da-
naeus in Ethica Chriſtiana. libr.3. cap.13. fol.159.
Franciſc.Jun.in defenſ.2.de S.Trinitate p.4.* Quin
*Lucas Oſiander in reſponſo ad Apolog. Heidelber-
genſ.* dixiſſe quondam Eccleſiaſten Calviniſti-
cum quendam, teſtis eſt: Si Romanus Imperator
foret, ſe omnes interfecturum, qui ſuam religio-
nem non amplecterentur. *p.64.& 65.* referente
*Joh.Affelmanno in diſp. de hæret.ferend. non aufer.
th.14.*

29 Ut non omninò injuſtè *Bellarm.* ſcripſerit *lib.
3.de Roman.Pontif cap.7.* inquiſitionem hære-
ticorum Papiſticam apud Calvinianos non per-
ſecutionem, ſed bellum civile potius appellari
poſſe, ſiquidem juxta doctrinam Auguſtini *E-
piſt.80.ad Heſychium*, in perſecutione Antichri-
ſti ſolis Eccleſiæ filiis futura ſit tribulatio, non
autem eorum perſecutoribus. Nec immeri-
tò *Coſterus in Apolog. cont. Gomar. part.3.fol.548.*
Calvinianis objicit, quòd fruſtra conqueran-
tur de tyrannide Pontificiorum, cum ipſimet
cenſeant, Pontificios eſſe occidendos, quorum
non paucos religionis gratiâ occiderunt. Vid.
*Johan.Gerhard.in loco de Magiſtr.polit.num.316.
p.1046.*

30 Hæcq; ſententia eſt Calvinianorum & Ponti-
ficiorum. Sed quid ad hoc Evangelici Orthodo-
xi? Hi certè mitiores unanimiter ſentiunt ex ſa-
cris literis, hæreticos prius placidè admonendos
eſſe, quod ſi non reſipuerint, vitandos & excom-
municandos, ne bonos inficiant, ſed verecundiæ
pudore ſuffuſi reſipiſcant, & ad cætera membra,
31 quibus abſciſſi erant applicentur. Quod ſi adhuc
dogmata ſua pertinaciter retineant, aliosq; do-
ceant, exilio plectendos, nequaquam verò ulti-
mo ſupplicio afficiendos eſſe. *Johan.Gerhard.in
loco de magiſtr.polit.numer.317 & ſeqq. Balduin.in
diſp.de hæret.ferend. non auferend. Balth. Meiſner.
libr.4.de legib ſect.1. quæſt.19. & part.3. philoſ.ſobr.
ſect.2 cap.2. quæſt.6. Joh.Affelm. in diſp.de hæret.
ferend.non auferend. Henr.Eckard.de ordin.Eccle-
ſiaſt. & polit.part.3. quæſtion.4. Brentius & alii
complures, quos allegat Minus Celſ. in tr. de hæret.
cap.ſuppl.non pun.* Hinc Wolffg.Muſc.*in Locu.
p.1329.* ſcribit: *Chriſtianus Magiſtratus animad-
vertit quidem in hæreticos, verùm ſic moderatè, ut
ſint, qui reſipiſcere poſſint. Non patitur, ut de fide do-
ceant, nec permittit, ut Eccleſias colligant, Epiſcopos
ordinent. Alios privat honoribus, aliis adimit ci-
vitatis communionem, alios proſcribit, alios mul-
ctâ pecuniariâ punit, quod Auguſtini temporibus
factum eſſe legimus; ipſos impoſtores ac ſeducto-
res, ne illi, poſtquam incorrigibiles apparent,
ultra quemquam ſeducant, carceribus incluſos tam-
diu coercet ac detinet, donec in ſe reverſi reſi iſ-
cant. Sic coercendi ſunt, qui cogi ſe ad bonum non
ſuſtinent.*

Idemque ſenſiſſe *B.Lutherum*, ex ipſius ſcri- 32
ptis manifeſtò apparet, quando inquit, *tom.2.
Jenenſ.german.fol.180.* Weltliche Obrigkeit ſoll
zufrieden ſeyn/vnd jhres dinges warten/vnd laſ-
ſen glauben ſonſt oder ſo/wie man kan vnnd will/
vnd niemand mit Gewalt dringen/dann es iſt ein
frey Werck vmb den Glauben/darzu man nie-
mand ſoll zwingen/ja es iſt ein Göttlich Werck im
Geiſt/geſchweige dann/daß es äuſſerliche Gewalt
ſolte erzwingen/*fol.348.* Es ſtehet in der *Legenda
S.*Johannis/Non placent Deo coacta ſervitia,
vnnd wann ſchon das dieſelbe Legenda nicht ſa-
gete/ſo halten es doch alle Schrifften in ſich.
Tom.4.Jenenſ.germ.fol.408. Man ſoll ja einen
jeden glauben laſſen was er wolle: Glaubt er vn-
recht/ſo hat er gnug Straffe am ewigen Fewer in
der Hölle/warumb will man ſie dann zeitlich mar-
tern/ſo fern ſie am Glauben irren/vnnd nicht
daneben auffrühriſch/oder ſonſten der Obrigkeit
wiederſtreben. Mit der Schrifft vnnd Gottes
Wort ſoll man jhnen wehren vnd wiederſtreben/
mit Fewer wird man wenig außrichten. *Tom.
7.fol.144.* Es iſt nicht Evangeliſch noch Chriſt-
lich mit Verfolgung wieder die Ketzer zu fechten/
&c. Nihil enim abſurdius, quàm fidem in ani- 33
ma, quæ ſpiritus eſt, cogere velle; cùm aſſenſus
qui fidei pars eſt, ſit actus à voluntate elicitus.
Quis enim mihi imponat neceſſitatem, inquit La-
ctant. *vel credendi quod nolim, vel quod nolim,
non credendi; nihil tàm voluntarium, quàm Reli-
gio in quâ ſi animus averſus, jam ſublata, jam nul-
la eſt, libro quinto Div. Inſtit. cap.19.* Idque
Henricus III. Galliæ Rex qui per totam vitam
Evangelicam Religionem armis oppugnaverat,
in extremo mortis articulo confiteri coactus
eſt, hiſce verbis: *Aprenez de moy, que la pieté eſt
un devoir de l'homme envers dieu, ſur le quel le bras
de la chair n'a point de puiſſance. Pierre Matthieu
en l' hiſtoire de dern. troubl. lib. 5. fol. 193.*
Cum quo convenit Maximil.II. Imper.in *Epiſt.* 34
*ad Lazarum Schvvendi tom.1. Conſtit. Goldaſti ad
fin.* Es iſt in der Warheit nicht anders/als jhr
vernünfftig ſchreibet/daß Religions-Sachen mit
dem Schwerdt nicht wollen gehandelt vnnd ge-
richtet werden/kein anderer Gottesfürchtiger
vnnd Friedliebender wird es auch anders ſagen/
&c. Et alibi: *Eorum actiones, qui ſuppliciorum cru-
delitate, ſectionibus & uſtionibus hanc rem confici
poſſe defendunt, mihi minimè placent, nec unquam
adducar, ut eas laudem, niſi fortè, quod tamen ſe-
riò deprecabor ne fiat; Deus permittat, ut in furo-
rem & inſaniam prolabar, in Epiſt. de ſedit.Belgic.*
Violentis namque mediis animi ſubditorum ab
illâ religione, ad quam coguntur, magis abalie-
nantur & irritantur, occaſio datur cædibus, &
tranquillitas Reipublicæ turbatur, quod multis
exemplis probat *Petr Gregor. Tholoſ.libro duode-
cimo de Republ. cap.5.numer.12.* Vid. *Alber.Gen-
til de jur. bell. libro primo. cap.9. & 10. Herm.
Kirchner. diſp. polit.6. th. 2. lit. C. Her. Bocer.*

*de bello & duello lib.*1.*cap.*6.*n.*18.*&* 19.*Keckerm. in polit. libr.*1.*cap. fin. Lazar. Schvvend. in conſil. ad Maxim.*II. von Regierung deß Römiſchen Reichs *Sleidan. lib.*21.*comm. pag.*647.*Thuan. lib.*79.*hiſtor. pag.*178.

35 Quæ certè ſententia conſcientiis tutor eſt, & ſacris literis magis conſonat, 1.*Corinth.* 11.*verſ.* 17.*Galat.* 5.*v.* 9.1.*Timoth.* 6.*v.* 3.*& ſeq.* 2.*Timoth.* 2.*v.* 2.2.*Petr.* 2 *v.* 1. ubi de hæreticis agitur, & nullibi tamen eos carnali gladio puniendos eſſe probatur. Sic etiam apparet ex *Matthæi cap.* 13.*v.* 28. Deo neutiquam placere zizania (quibus falſi Doctores ſignificantur) in agro ſuo inter triticum (quo intelliguntur veram doctrinam amplectentes) germinantia evelli (hoc eſt, morte de terrâ tolli) ſed velle potius uſque ad meſſem extremi judicii tolerari. Quæ alia vè dicta Sacræ Scripturæ, ut & teſtimonia Patrum pro confirmandâ hâc aſſertione, refutatis ſimul argumentis iis, quæ à Bellarmino, aliisque Pontificiis in contrarium proferuntur, latè adducunt, & eruditè ac perſpicuè explicant noſtrates Theologi, imprimis *Reverend. Dn. Johan. Gerhardus in loco Theolog. de Magiſtr. polit. n.*318.*pag* 1048.*& ſeq. Balth. Meiſner. part.*3.*philoſoph ſobr. ſect.*2.*cap.*2.*quæſt.*6.*& de legib. lib.* 4.*ſect.*1.*quæſt.*19. *Ioh. Affelman. in diſp. de hæret. ferend. non aufer. Henr. Eckard de ordin. Eccleſiaſt. & polit. part.* 3 *qu.* 4. *Frid. Balduin. in diſp. de hæret Arnold. in diſput. de tract. hæret. Vrban Reg. in Enchirid. Princip. D. Luther. de ſublim. mun. poteſt Minus Celſus in tract. de hær. cap. ſuppl. non puni.* Vid. quoq; *Theodor. Cornbert. in epitom. proceſſ. occid. hæret. adverſus Lipſ. & in defenſ. proceſſ.*

36 Neque alia mens fuit Impp. Romanis, Quamvis enim Theodoſius, Valentinianus, Martianus, & alii leges tulerint in hæreticos quibus eos interdum aliquot libris auro, interdum omnibus bonis, interdum exilio & verberibus, interdum ultimo ſupplicio mulctari voluerint, 37 ut patet ex *l Manichæos. l. Ariani. l. quicunq;. C. de hæret.* Attamen ultimum ſupplicium ibidem non de amiſſione vitæ, ſed de deportatione, (quæ & ipſa ultimum ac capitale ſupplicium dicitur in *l. fin. C. de executor. & exact. libr.* 12) accipi debere, exiſtimat *Matth. VVeſemb. in parat. ad tit. C. de hæret. num.* 6 *Tùm*, quòd in pœnalibus mitiorem ſequi debeamus ſententiam, *l. pen. ff. de pœn. l. ſemper. in obſcuris. ff. de reg. jur.* *Tùm*, quòd etiam deportatio dicatur diſertè capitale ſupplicium in *l.* 28. *in pr. ff. de pœn. l.* 2. *de publ. judic. l.* 103. *ff. de verb. ſignif. l.* 13. *ff. de bon. poſſeſſ.*

38 Arbitrantur alii, quòd Imperatores iſti bellorum tumultibus, & Regnorum mutationibus impliciti, non ſemper rectam Eccleſiæ gubernandæ rationem obſervare potuerint; Et cùm ſacrarum literarum eſſent ignari, Epiſcopis in omnibus fidem habuerint, qui cùm eſſent ambitione turgidi, & aliorum ſanguine famam ſibi quærerent, factum eſſe, ut Imperatoribus modum illicitum propagandæ Eccleſiæ perſuaderent. *Balth. Meiſner. dict. l b.* 4. *de legib. qu.* 19. *pag.* 366. *Joh. Affelman. dict. diſput. de hæret. ferend. non aufer. th.* 75.

39 Quamvis & dici poſſit, ſæpius in terrorem promulgari decreta duriora, quæ tamen executioni non tradantur, ſicuti factum in *Lege* 12. *tabb.* de ſecando corpore debitoris obærati, ut eſt apud *Gellium lib.* 20. *Noct. Atticar. c.* 1. Pari modo Sectis creſcentibus, graviora ſupplicia quidem denunciata, attamẽ in actum non fuerunt deducta. Veluti de Theodoſio expreſsè ſcribit *Sozom. lib.* 7. *c.* 12. quòd graviora ſupplicia adjecerit, ſed non executus fuerit.

40 Auſim & hoc dicere, prædictas ſcilicet leges non univerſaliter & illimitate accipiendas eſſe de quibusvis hæreticis, ex ſola etiam infirmitate errantibus, ſed potius de blaſphemis & talibus, quales fuerunt Donatiſtæ, qui turbas excitarunt, & ipſi in diſſentientes ſævierunt: Quos è medio tollendos eſſe, nemo facilè negabit.

41 Etenim Lector amantiſſime, quæ hactenus ex mente noſtratium Theologorum ac Politicorum de hæreticis, eos ſcilicet capitali ſupplicio afficiendos nõ eſſe, prolata fuêre, illa ſolummodò dicta arbitror de hæreticis, ut hæreticis, id eſt, de iis, qui ipſimet in articulis fidei errant, & errorem pertinaciter defendunt, quandoque etiam hæreſes ſpargunt, & alios ſeducunt, absque ſeditione tamen aut blaſphemiâ. Quod ſi verò hæretici aut facinoroſi & ſeditioſi, pacis publicæ & civilis violatores exiſtant, alios ad ſeditionem commoventes, vel ſi ſint blaſphemi, qui absque fronte & manifeſtis verbis Deum Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum blaſphemant; His capitis pœnam ſeu ultimum ſupplicium decerni, nulla prohibet religio.

42 Et in hoc ferè conveniunt omnes, *Dn. Johan. Gerhard. Affinis meus colendus, in loco de Magiſtr. polit. n.* 317. *pag.* 1047. *verſ. Nec quæſtio eſt de ſeditioſis & blaſphemis &c. Balth. Meiſner part.* 3 *philoſoph. ſobr. ſect.* 2. *cap.* 2. *quæſt.* 6. *pag.* 409. *Joh. Affelman. in diſput. de hæret. ferend. non aufer. th.* 12. *Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 177. Et ſic Bernæ de Valentino Gentili, Genevæ de Serveto non tàm ut ſectario quodam, quàm ut de monſtro ex merâ impietate, horrendisque blaſphemiis conflato, quibus totos annos 30. tùm voce, tùm ſcripto, cœlum ac terram infecerat, ſupplicium fuit ſumptum, ſi credendum Bezæ *in vitâ Calvini vol.* 3 *fol.* 377.

43 Nec mirum hoc alicui videbitur, cùm ſeditionis auctor non modò vim publicam, ſed & crimen læſæ Majeſtatis, cujus pœna eſt ultimum ſupplicium, committat, *l.* 1. § 1. *ff. ad Leg. Iul. Majeſt. Bajard. ad Iul. Clar. in pract.* §. *læſæ majeſtatis, num.* 2. *verſ. ſi quis convocet.* 6. *& verſ. committitur* 10. *Mynſinger. reſponſ.* 44. *n.* 2. *verſ. vel dolo malo. Ægid. Boſſ. in tit. de crim. læſ. majeſt. num.* 17. *verſ. ſed potius. Hieron. Gigas. de crimin. læſ. maieſt. libr.* 1. *rubr. qual. & à quib. crim. læſ. majeſt. comm. quæſt.* 44. *num.* 1. *&* 2. *Iodoc. Damhouder. in prax. crimin. cap.* 62. *num.* 2. *& cap.* 63. *num.* 10. *Foller. in pract. in verb. item quod commiſit crimen læſæ majeſt. n.* 11. Sic & blaſphemiæ pœnam eſſe ultimum ſupplicium, 44 conſtat ex *Ordin. Crimin. Caroli V. Imp. artic.* 106. *Receſſ. Auguſt. de Anno* 1548. *titul.* Von den Gottesläſterungen §. nemlich ſo jemands *& ſeq. Ordin. provinc. Saxon. de Anno* 1550. *titul.* Von Gottesläſtern/ fluchen vnd ſchweren. *Conſt. Elect.* 1 *part* 4.

Quamvis

Q. 2. Quæ ſit pœna hæreticorũ ſeditioſorũ vel blaſphemorum in foro Saxonico?

45 Quamvis autem hoc caſu pœna gladii ſufficere videatur, per ea quæ de pœna blaſphemantium tradit *Dan. Moll. ad Conſt. Elect.* 1, *n.* 8. *part.* 4. Attamen uſu ac conſuetudine Saxonicâ obtinuit, ejusmodi hæreticos ſeditioſos aut blaſphemantes igne comburi. De quâ conſuetudine teſtatur *Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 177. *n.* 1. Vid. quoque *Didac. Covarr. var. reſolut lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 10. *Grillant. de hæret. quæſt.* 3. *n.* 3. *Iul. Clar. libr.* 5. *ſent.* §. *hæreſis. n.* 7. *&* 8. *Anton. Gomez. var. reſolut. tom.* 3. *cap.* 2. *n.* 1.

46 Quæ pœna etiam manifeſtè exprimitur in Iur. Saxon. *libr.* 2. **Landrecht** *artic.* 13. in verb: **Welcher Chriſten Mann oder Weib vngläubig iſt** *&c.* **die ſol man auff einer Horden brennen.** Quibus verbis hæreticos denotari tradit *Gloſſ. germ. dict. art.* 13. *in verb.* **vngläubig.**

47 *Et ſecundum hanc conſuetudinem veteres Scabinos Anno* 1574. *& An.* 1583. *pronunciaſſe reperio, quorum ſententias verbotenus ſubjeci.*

Quamvis ſi ejusmodi caſus, quo hæreticis ſimul ſeditioſus aut blaſphemus eſt, occurreret, judici, ut mitiorem ſententiam ſequeretur, & pœnam gladii dictaret, ſuaſor eſſe velim per ea, quæ tradit *Matth. VVeſemb. in part. ad tit. C. de hær. n.* 6. explicans *dict. art.* 13. *lib* 2. Landr. *de apoſtatis.* Exiſtimo etiam textum iſtum de Veneficis & incantatoribus exaudiendum eſſe, qui cultum divinum & fidem Chriſtianam abnegando, Diabolo operam & obſequium pollicentur juxta tradita *ſupra q.* 20. *n.* 36. *&* 37.

48 *Sententia Veterum Scabinorum hiſce formalibus fuerunt concepta*: Hat bey dem Churfürſten zu Sachſen vnnd Burggraffen zu Magdeburg/ vnſern gnädigſten Herren/ gedachter C. M. ſo ewern Anzeigen nach ſeines Handwercks ein Leineweber/ ſich angegeben/ als hätte er durch ſonderliche Offenbahrung deß Geiſtes Gottes zwene Artieul/ ſo in vnſer Chriſtlichen Religion biß anhero fälſchlich gelehret worden/ vnd darneben eine Schrifft übergeben/ darinnen er anfänglichen die Kindertauffe gantz vnnd gar verdammet/ auch Gottloß vnnd läſterlich darvon redet/ alſo daß er ſie eine menſchliche erdichtete teuffeliſche Tauffe/ eine Vorfertigung aller Vngerechtigkeit/ eine Wiederſetzung der Warheit/ einen Strick deß Teuffels nennet/ damit er alle/ die getaufft werden/ gefangen führe/ zu aller Vngerechtigkeit/ vnd Ewiger Verdamnüß / Saget auch ewern Bericht nach ferner/ (welches aber in ſeiner übergebener Schrifft/ darvon jhr vns Copey geſchicket/ nicht zubefinden) Er könne vnd wolle nimmermehr etwas von der loſen ſtinckenden Tauffe halten/ vnnd heiſſet ſie ewern fernern Anzeigen nach / ein Saubadt / mit dieſem Anhange/ wann ſeine beyde Kinder erwachſen / vnnd zum Verſtande kommen/ wolle er ſie/ auch ſich ſelbſt darvon *abſolviren* laſſen/ wolle auch wohl örter finden / daß ſie anders getaufft werden ſollen. Gibt er nun in derſelben Schrifft weiter für / beruhet auch ewern weitern Bericht nach/ darauff/ die Lehre/ daß drey vnterſchiedliche Perſonen in Göttlichen Weſen ſeyn/ vnnd ein jegliche inſonderheit anzuruffen mit ſingen vnnd beten/ ſey falſch vnd vnrecht / darinnen niemands erhöret werde. Ja es ſey vnrecht/ abgöttiſch vnd gottloß / GOtt in dreyen vnterſchiedlichen Perſonen anruffen / alles nach fernern Inhalt ſeiner übergebenen Schrifft / vnd ewers gethanen Berichts. Da nun gedachter C. M. Nach Inhalt ewrer Frage allbereit zweyer / als nemblich durch die *Prædicanten*, allda zu Torgaw erſtlich / vnd dann zum andern mahl / auch durch die Herren *Theologen*, ſo newlicher Zeit daſelbſt verſamlet geweſen / nicht allein mit Fleiß *examiniret* vnd verhöret/ ſondern auch mit mancherley Sprüchen der Heiligen Schrifft erinnert vnterwieſen/ vnd vorwarnet worden were / von ſeinen Irrthumben vnnd Läſterungen abzuſtehen / vnnd ſich zu der heiligen Rechtgläubigen Kirchen / vnnd den warhafftigen Verſtandt deß Chriſtlichen Glaubens/ von dem Göttlichen Weſen/ vnnd der heiligen vnzertheilten Dreyfaltigkeit/ auch deß heiligen Sacraments der Tauffe zuwenden/ vnd zubekehren. So würde er nunmehr noch Einſten/ vnd alſo zum dritten mahl gleicher Geſtalt/ wie jetzt gemeldet/ auß Gottes Wort vnterrichtet vnd vermahnet/ vnd da er nun hierüber auff obgemeldtem ſeinem Irrthumb/ vnnd ſonderlich als ſolten nicht vnterſchiedliche drey Perſonen in den Göttlichen Weſen ſeyn/ ohne einige Bekehrung halßſtarrig beſtehen vnd beruhen würde: So wolte alsdann der geiſtlichen Obrigkeit in allewege obliegen / etliche Gottsfürchtige / gelehrte vnd erfahrne *Theologen* vnd Männer zuverſamlen / auch mit Rath vnnd Hülffe derſelben gebührlich vnd ordentlich wieder jhn zuverfahren/ vnd alsdann auch ſolchen gehaltenen ordentlichen *proceſſ* über obgedachtem ſeinem Irrthumb rechtlich zuerkennen/ vnnd zuerklären / ob er für einen Ketzer zu achten oder nicht/ vnnd da er dergeſtalt / wie jtzo gemeldet/ vor einen Ketzer erkläret / Alsdann vnd auff den Fall würde er der weltlichen Obrigkeit peinlich zu ſtraffen billig überweiſet Da er nun ferner auff obberührten ſeinen Irrthumb (als nemblich auff verdammung vnnd Läſterung deß heiligen Sacraments der Kinder-Tauffe/ ſonderlich aber / daß nicht drey vnterſchiedliche Perſonē ſeyn ſolten/ in den Göttlichen Weſen/ vnd daß ſolche Lehre / daß drey vnterſchiedliche Perſonen im Göttlichen Weſen ſeyn/ vnd ein jegliche inſonderheit mit ſingen/ vnnd beten anzuruffen/ falſch/ vnrecht/ abgöttiſch/ vnd gottloß ſeyn ſolte/ Inmaſſen beyder Articul halber in ſeiner übergebenen Schrifft / vnnd in einem vns gethanen Bericht / nach der Länge ferner gemeldet / welches alles jhme mit Fleiß wiederümb billig fürgehalten wird) vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überweiſet/ auch keine Wahnwitzigkeit / oder Verrückung der Vernunfft an jhme geſpüret / oder vermercket würde/ auff dem Fall möchte er von wegen ſolcher ſeiner gefaſten Halßſtarrigkeit/ ketzeriſchen Irrthumb vnd Läſterungen/ vermöge der Rechte vnnd üblichen gemeinen Gebrauch nach / mit dem Fewer vom Leben zum Tode geſtrafft werden / vnnd würden darüber auch ſeine Güter von der hohen weltlichen Obrigkeit billig *publiciret* vnd eingezogen V. R. W. *Ad conſultationem Ambroſii* Franckens/ *Quæſtoris Torgenſis M. Iulio, Anno* 1574.

Altera ſententia hæc eſt: H. D. hiebevor vor 19. Jahren zwieer/ vnd itzo zum dritten mahl nach fleiſſigem Vnterricht der Geiſtlichen auß Gottes Wort / die heilige Dreyfaltigkeit / das heilige Verdienſt vnſers Erlöſers vnnd Seligmachers deß HErren JEſu Chriſti/ vnnd daß er Gottes Sohn ſey/ deßgleichen die Erſchaffung der Welt / die Aufferſtehung der Todten / vnnd alle andere Articul deß Chriſtlichen Glaubens verleugnet / vnd ſich auß der Bibel vnnd mit Gottes Wort nicht vnterrichten laſſen/ noch von den Zehen Gebotten Gottes / dem heiligen Evangelio/ dem Ehe- vnd Weltlichen Obrigkeit Stande etwas halten wollen/ ſondern davon ſpöttlichen / verächtlichen/ vnnd Gottesläſterlichen geredet/ nach fernern Inhalt ſeiner gethanen Auſſage etc. Ob nun wohl in überſandten *acten* vormeldet wird / daß die *Prædicanten* mit jhme deßwegen allbereit Geſpräch gehalten/ vnnd ihn mit trewen Fleiß vermahnet / von ſeinem gefaſten Irrthumb abzuſtehen; Dieweil aber dennoch ſolches darbey nicht zubefinden / So wird er billig noch Einſten/ oder auch/ da es die Notturfft erfordert / zwieer durch gemeldte Kirchendiener mit Gottes Wort / vnd mit gründlicher Wiederlegung ſeines Irrthumbs/ fleiſſig vnterrichtet / vnnd trewlichen vermahnet/ obberührten ſeinen Irrthumb zuverlaſſen / vnnd ſich zu der heiligen rechtgläubigen Kir- 49 chen/vnd dem warhafftigen Verſtandt deß Chriſtlichen Glaubens zuwenden/vnd zukehren: Es wird jhme auch eine geraume Zeit/vnnd zum wenigſten auff ein jedes Geſpräch 10. Tage Bedenckzeit billig gegeben/vnd mitgetheilet/vnnd inmittels in der Kirchen vmb ſeine Bekehrung ernſtlich vnd mit Fleiß gebeten/vnd da er über diß alles auff vielgemeldten ſeinem Jrrthumb nochmahls halßſtarrig beſtehen/vnnd verbleiben würde/ſo wil der Geiſtlichen Obrigkeit/vermöge vorigen Vrthels für allen dingen gebühren/über gedachter ſeiner Meinung vnd Jrrthumb zuerkennen/vnd rechtlich zuerklären/ob er für einen Ketzer zu halten oder nicht; vnnd da er dergeſtallt für einen Ketzer erkläret/auff den Fall würde er euch als der Weltlichen Obrigkeit peinlich zu Straff billig überweiſet. Vnd da er nun ferner auff oberwehntem ſeinem Ketzeriſchen Jrrthum/vnd ſonderlichen auff Verleugnung der heiligen Dreyfaltigkeit/vnd deß heiligen Verdienſtes deß Sohns Gottes/vnnd anderer Articul deß Chriſtlichen Glaubens für Gericht freywillig verharren/oder deß ſonſten wie recht überweiſet/auch keine Wahnwitzigkeit oder Verrückung der Vernunfft an jhme geſpüret oder vermercket würde: So möchte er deßwegen vermöge der gemeinen beſchriebenen Käyſerlichen Rechte/vnd deß hiebevorn geſprochenen Vrthels vom Leben zum Tode/vnnd den üblichen gemeinen Gebrauch nach/mit dem Fewer geſtrafft werden. V. R. W. *Verſus* Erffurdt. *Ad conſultationem Præfectorum Electoralium Moguntinorum & Saxonicorum. Menſe Octobr. Anno* 1583.

50 Cæterum, Divina Majeſtas non ſolùm per hæreſin læditur, ſed aliis quoque modis; veluti blaſphemiâ, prævaricatione, apoſtaſiâ, ſimoniâ, ſortilegio, divinatione, incantatione &c. de quibus *Iodoc. Damhoudor. in prax crimin. cap.* 61. *n.* 9. Quibus criminum generibus delinquentes, adverſus Divinam Majeſtatem peccant, & crimen læſæ Majeſtatis Divinæ committunt.

Q. 3. Quomodo puniantur turbatores ſacrorum?

51 Inter quos etiam referri poſſunt turbatores divinorum, & ſacrorum interpellatores, qui ſe palam opponendo Concionatoribus, in ſuggeſto contradicentes, Conciones Dei vel alio modo adminiſtrationes ſacrorum impediunt. Quorum pœna eſt arbitraria, fuſtigatio vel relegatio, aut etiam mitior pœna, ut mulcta pecuniaria, pro ratione ſcilicet circumſtantiarum & qualitate delinquentium. *Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 178. *n.* 1.

Veluti hoc caſu à Scabinis Lipſenſibus Nobili dictata fuit pœna migrationis ex territorio Domini, & venditionis bonorum ibidem ſituatorum, referente *Colero dict. deciſ.* 178. *n.* 3.

52 Quinimò turbatores ſacrorum quandoque gladio puniri, tradit *Bald. in l. ſi quis in hoc genus cum Auth. ſed novo jure C. de Epiſcop. & Cleric.* Concurrentibus nimirum hiſce quatuor: 1. Si offendatur perſona Eccleſiaſtica. 2. In loco Eccleſiæ. 3. Eo tempore, quo tractantur divina. 4. Et per hoc divina turbentur. Vno autem ex hiſce requiſitis deficiente, ad pœnam mortis nequaquam perveniri poteſt. *Matth. Coler. dict. deciſ.* 178. *n.* 8.

53 *Hinc ob aggreſſionem & vulnerationem perſonæ Religioſæ inter tractatus ſacrorum, tàm invaſori, quàm mandatariis & auxiliatoribus fuiſſe dictatam pœnam gladii à Lipſenſibus, ad requiſitionem Quæſtoris Vinarienſis, Anno* 1551. refert *Coler. dict. deciſ.* 179. *n.* 4.

54 *Eandem pœnam dictaverunt Scabini C. VV. qui in templo Paſtorem baptizantem infantulum, ligno ingenti percutiendo S. Baptiſma turbaverat, hiſce formalibus*: Würde gedachter C. W. auff dem von ſeinet wegen gethanen vnnd eingebrachten Bekändtnüß vor Gerichte freywillig verharren/oder deß ſonſten wie recht überwieſen/als nemblichen/daß als der Prieſter vnd Caplan/davon in *actis* vnnd ſeinem Bekändtnüß gemeldet/in der Kirchen geſtanden/vnd ein Kind zu tauffen angefangē/er *inquiſit* einen Jungen mit zwey Pferden vor der Kirchen halten laſſen/vnnd ſeine andere Diener vnnd Pferde vor die Thor geſchicket/vnd in Stieffeln vnd Sporn in die Kirche gangen/vnd einen groſſen Prügel gehabt/vnnd als er den Caplan mit dem Kinde bey der Tauffe gefunden/hinzugetretten/denſelben mit einer groſſen Peitzſchen auff die Haut gehawen/vnnd mit den Prügel niedergeſchlagen/vnnd die Tauffe deß Kindes vorhindert So würde er von wegen ſolches in der Kirchen an dem Prieſter über der Tauffe geübten vnnd begangenen Frevels vnd Gewalt/vnnd Verhinderung vnnd *turbi*rung deß heiligen Göttlichen Sacraments der Chriſtlichen Tauffe/alles ſeinet halben beſchehenen Vorwendens vngeachtet/vermöge gemeiner beſchriebenen Käyſerlichen Rechte mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode billig geſtrafft V. R. W. *Ad conſultationem Dn. Adolphi, Ducis Norvveg & Holſatiæ, &c. M. Sept. Anno* 1569.

QVÆSTIO XLV.

Quæ ſit Blaſphemiæ Pœna?

SVMMARIA.

1. *Blaſphemia quale ſit crimen.*
2. *De Iure Divino pœna blaſphemantium eſt ultimum ſupplicium.*
3. *Vt & de jure Civili.*
4. *Num hæc pœna hodiè in deſuetudinem abierit?*
5. *In Receſſibus Imperij variæ definiuntur pœnæ blaſphemantium. n.* 6. 7. 8.
9. *In noviſſimis Imperij Conſtitutionibus ſtatuta eſt pœna mortis aut mutilationis membrorum. numer.* 10.
11. *Pœna occultantium blaſphemias.*
12. *Negligentia Magiſtratuum in puniendis blaſphemis quomodo coerceatur.*
13. *Quænam pœna in terris Saxonicis hodiè obtineat. n.* 14.
15. *Blaſphemia mediatè vel immediatè in Deum committitur.*
19. *Quomodo immediatè committatur. numer.* 17. 18. 19.
20. *Quomodo hæc blaſphemia puniatur. num.* 21. 22. 23. 24.
25. *Quodlibet verbum injurioſum in Deum prolatum habetur pro blaſphemia. n.* 26.

27. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium. num.* 28. 29. 30. 31.
32. *Pœna maledicentium Deo quanam ſit. n* 33.
34. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium. n.* 35.
36. *Num mitius puniatur, qui ſemel tantummodò blaſphemaverit Deum? numer.* 38. 39. 40. 42.
37. *Conſuetudo delinquendi aggravat delictum.*
41. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
43. *Ruſticitas in crimine blaſphemiæ non excuſat. n.* 44. 45. 46.
47. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
48. *Clerici etiam pœnâ blaſphemiæ tenentur. numer.* 49. 50.
51. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
52. *Simili etiam pœnâ plectendi ſunt blaſphemantes Iudæi. n.* 53.
54. *Particula* Omnis *nihil excludit.*
55. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
56. *Quandoque pœna mortis in crimine blaſphemiæ ceſſat.*
57. *Ut ſi quis nimium ebrius blaſphemaverit. n,* 59.
58. *Regulariter in delictis ebrietas delinquentem à pœnâ ordinaria excuſat.*
60. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n.* 61.
62. *Mitius puniunter blaſphemi, irâ commoti delinquentes. n.* 63. 64.
65. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
66. *Quatenus pœnitentia excuſet blaſphemos. n.* 67. 68. 69.
70. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſ.*
71. *Pœna blaſphemantium Beatam Virginem, alioſve Sanctos. n.* 72. 73.
74. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
75. *Variæ cauſæ ſunt quæ blaſphemos à pœnâ mortis liberare poſſunt.*
76. *Quid de eo habendum, qui ex pravo loquendi uſu blaſphemat. n.* 77.
78. *Sententia Scabinor. Lipſenſium.*
79. *Mediatè quomodo in Deum blaſphemia committatur.*
80. *Quæ ſit pœna hujus blaſphemiæ. n.* 81.
82. *Quomodo puniatur hæc blaſphemia in foro Saxonico. n.* 83. 84. 86.
85. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
87. *Conſuetudo maledicendi neminem excuſat.*
88. *Magiſtratus inferior absq; conſilio Iuriſperitorum maledicos punire poteſt.*
89. *Maledici confeſſi vel convicti eſſe debent.*
90. *In delictis arbitrariis regulariter Nobiles mitius puniuntur.*
91. *Nobilitas in hoc crimine neminem excuſat. numer.* 92.
92. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n.* 94. 95.
96. *Blaſphemia quomodo factis committatur. num.* 98. 99.
97. *Graviter punitur, qui ſtatuam Principis dehoneſtat.*
100. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n.* 101.
102. *Blaſphemis non deneganda eſt defenſio. n.* 103.
104. *Cognitio de crimine blaſphemiæ an mixti ſit fori n,* 105. 106.

NOn ſolùm per hæreſin, ſed & per Prævari-
cationem, Apoſtaſiam, Simoniam, Blaſphe-
miam, Sortilegium, Incantationem, & id genus
1 ſimilia, crimen læſæ Maieſtatis Divinæ commit-
« ti, dictum *quæſtion. præcedent numer.* 50. *Iodoc.*
« *Dambouder. in prax. crimin. cap.* 61. *numero nono.*
& 10. Inter hæc autem verè horribiliſſimum,
nefandiſsimum, ac fœdiſsimum crimen eſt Bla-
ſphemia, quæ eſt dictum contumelioſum in Ma-
ieſtatem Divinam. *Petr. Theodor. in Colleg. crim.*
diſput. 5. *th.* 8. *it. B. Dambouder. dict. cap.* 61. *numer.*
11. Cui nullum aliud crimen æquiparari poteſt,
Gilhauſ. in arbor. judic. crimin. cap. 2. *tit.* 1. *numer.* 6.
Proſper. Farinac. in prax. crim. lib. 1. *tit.* 3 *quæſt.* 20.
num. 4 *& ſeqq. Iacob. Menoch libr.* 2. *arbitr. judic.*
quæſt. cent. 4. *caſ.* 375. *num.* 23. Ob quod Deus ſe-
veriſsimè homines punivit, quinimò etiam inte-
gra regna delevit, & in alium tranſtulit. *Nov.* 77.
cap. 1. *§.* 1. *in verb: propter talia enim delicta & fa-*
mes, & terræ motus, & peſtilentiæ fiunt. Nicol. Boer.
deciſ. 301. *num.* 3. *&* 4. *Didac. Covarr. in c. quamvis.*
2. *de pact. in 6to. part.* 1. *§.* 7. *num.* 16. *& ſeqq. Receſſ.*
Imper. VVormat. de Anno 1495. *titul.* **Königliche**
Satzung von den Gotteslåſterern *Reſcript. Torg.*
Elector. Saxon. de Anno 1583. *tit.* **Von Gotteslåſte-**
rungen.

2 Ideoque Iure Divino in Blaſphemos pœna mortis ſtatuta eſt, ut nempe illi extra civitatem educantur, & lapidibus obruantur. *Levit.* 24. *v.* 13. 14. *& ſeqq. Iodoc. Dambouder. dict. cap.* 61. *numer.* 28. *Proſp. Farin. dict quæſt.* 20. *num.* 10. *Nicol. Boer dict. deciſ.* 301. *num.* 4. *Iul. Clar. lib* 5. *ſentent. §. Blaſphemia. num.* 3. *Dan. Moller. ad Conſtit. Elect.* 1. *part.* 4. *n.* 3.

3 A quo non recedit Ius Civile; quo blaſphemi æquè ultimo ſupplicio puniuntur, *Novell* 77. *c.* 1. *§ præcipimus* 2. *Ludov Gilhauſ. in arbor. jud criminc.* 2. *tit* 1. *n.* 7. *& ſeqq. Iacob Menoch. d. caſ.* 375. *n.* 35. *Matth Coler. part.* 1 *deciſ.* 172 *n.* 1. *Angel. Aretin. in tract. malef. verb. verba injurioſa. n* 14. *Nicol. Boer. d. deciſ.* 301. *n.* 10. *Iul. Clar. dict. §. blaſphemia. n.* 3 *verſ. de jure civili Iodoc. Dambouder. dict. c.* 61. *n.* 12. *Proſp. Farin. dict. q.* 20. *n.* 2 *& ſeqq.* Nec immeritò; Cùm enim blaſphemiæ in homines non impunitæ relinquantur, *l.* 1. *& tot. tit. ff. & C. ad Leg. Iul. Majeſt. dict. Novell.* 77. *c.* 1. *§. ſi enim contra homines* 1. Certè blaſphemiæ in Deum ſeveriſſimè coerceri debent.

4 Quamvis autem pœnam hanc capitis de conſuetudine penitus ab aula receſſiſſe, teſtetur *Bald. in l. jurisjurandi.* 2. *num fin. C. de reb. credit. Iacob Menoch. dict. caſ.* 375 *nu.* 26. *Nicol. Boer. deciſ.* 301. *n.* 10. *Iul. Clar. lib* 5. *ſent § blaſphemia. num* 3. *verſ ſed hæc pœna. Zaſ. conſ.* 19. *n.* 37 *libr.* 1 *Proſper. Farin. dict. quæſt.* 20. *n.* 64. Quemadmodum etiam in Regno Neapolitano, Hiſpaniâ, Galliâ, Italia, aliiſque provinciis, abrogata pœna mortis, aliam arbitrariam in blaſphemos ſtatutam eſſe, notant Doctores. *Nicol. Boer dict. deciſ* 301. *n.* 15. *Matth. Berlich. part.* 4. *concl.* 1. *n.* 49 *& ſeqq. Didac. Covarr. in d. cap. quamvis.* 2. *de pact in 6to. part.* 1. *§.* 7 *n.* 22. *Iodoc. Damboud. in prax. crim. cap.* 61. *n.* 32. *& ſeqq. Proſper. Farin. dict quæſt.* 20. *num.* 64. *Iul. Clar. dict. § blaſphemia. nu.* 3 *Iacob Menoch. libr.* 2. *arbitr. judic. quæſt. cent.* 4. *caſ.* 375. *numer.* 37. *&* 36. In Romano tamen Imperio, quin pœna mortis pro blaſphemia imponatur, dubitandum prorſus non eſt.

Etenim,

5 Etenim, licet de pœnis Blaſphemiæ variæ ac
diverſæ extent Sanctiones Impp. ac Statuum Imperii,
in quibus non uniformis pœna blaſphematoribus
indicitur, ſed *vel pecuniaria*, ab Imp.
Maximiliano I. *in Receſs. Imperii VVormatienſ. de*
Anno 1595. *ſub titul.* Königliche Satzungen von
Gotteslåſterern *verſ.* Nemlich wo ſolches &c. *&*
in Receſſ. Auguſtan. de Anno 1500. *ſub tit.* von Gotteslåſterern
vnd Schwerern. *Vel corporalis aut*
6 *pecuniaria*, pro ratione blaſphemiæ vel immediatè,
vel mediatè in DEVM commiſſæ, ab eodem
Maximiliano, *in Receſſ. Imperii Trevir. &*
Colonienſ. de Anno 1512. *ſub titul.* Von den Gotteslåſterern
/ *verſ.* So denn ſolche Gotteslåſterung
ohne Mittel in GOtt geſchehe / ſollen ſie am Leibe
geſtrafft werden; Wo es aber in anderer Geſtalt
wie obſtehet / ſich begebe / ſoll die Straffe bey einer
7 Marck Goldes geſchehen. *vel carceris, ademptio*
bonorum, aut mortis pœna, pro ratione blaſphemiæ
reiteratæ, ita ut blaſphemus pro prima vice
in carcere pane & aqua, per integram quindenam
puniatur, pro ſecunda verò vice ademptione
omnium bonorum mulctetur, & pro tertia
demum vice ultimo ſupplicio afficiatur, ab Imperatore
Carolo V. *in Receſſ. Auguſtan. de Anno*
1530. *ſub titul.* Von Gotteslåſterung vnd Gotteſchwüren.
8 *verſ.* Darauff ordnen vnd ſetzen wir
&c. *Vel pœna corporis afflictiva, membrorum mutilatio,*
aut etiam ultimum ſupplicium, ſecundum
qualitatem perſonæ & blaſphemiæ magnitudinem,
ab eodem Carolo V. Imper. in der peinlichen
Halßgerichtsordnung, *in Comitiis Imperii*
tùm Auguſtanis, tùm Ratisbonenſibus, de Anno 1530.
& 1532. *artic.* 106. ita ut certa pœna in dictis Receſſibus
in Blaſphemos non conſtituta, nec definita,
ſed arbitrio judicis relicta reperiatur. Veluti
etiam Interpretes communiter tradunt,
quòd pœna Blaſphemiæ hodiè ſit arbitraria. *Hoſtienſ.*
in ſumm. ext. de maledic. §. *blaſphemantes*
autem Deum num. 5. *verſ. gravior etiam eſt pœna.*
in verb. ideò dico hodiè Iul. Clar. libr. 5. *ſentent.* §.
Blaſphemia n. 3. *Proſper. Farin. in pract. crim. libr.* 1.
tit. 3. *quæſt.* 20. *n.* 66. *Iacob. Menoch. libr.* 2. *arbitr.*
jud. quæſt. cent. 4. *caſ.* 375. *n.* 29.

9 Attamen in noviſſimis Imperii Conſtitutionibus
indefinitè pœna mortis, aut mutilationis
membrorum blaſphematoribus decernitur
ab Imper. Carolo V. *in Receſſ. Auguſt. de Anno*
1548. *ſub titul.* Von den Gotteslåſterungen
verſ. Nemlich ſo jemands / in verb: Da ſoll am
Leben / oder mit Benehmung etlicher Glieder / wie
ſich nach Gelegenheit der Perſonen / vnnd geübter
Gotteslåſterung / auch Ordnung der Rechten
/ eignet vnd gebühret / peinlich geſtrafft werden
/ &c.

10 Quâ ſanctione non modò ea, quæ in prioribus
diverſimodè contraria huic pœnæ definita
ſunt, abrogantur, *in pr. dict. Receſſ. de Anno* 1548.
verſ. vnnd demnach vnſerer Vorfahren im heiligen
Reich / auch vnſere reformation vnnd Ordnung
/ auff den obberührten / vnſern Reichstag zu
Augſpurg beſchloſſen / vnd in Druck außgangen /
für die Handt genommen / dieſelbige beſichtiget /
zuſammen gezogen / in etlichen gebeſſert / gemehret
11 vnd geendert / &c. Sed & certa pœna ac mulcta
iis indicitur, qui blaſphemiam audiverunt, nec
Magiſtratibus eam denunciant, neque requiſiti
& examinati deregunt. *dict. Receſſ. de Anno* 1548.
tit. von den Gotteslåſterungen / *verſ.* vnd ſo ſolche
Låſterung beſchehen &c. *& verſ.* Wo auch einer
obgemeldte Låſterung *&c.* Vel blaſphematores
effugientes recipiunt, cum eis negociantur, ſuſtentationem
iis præbent, vel aliter eos promovent,
verſ. Welche auch hierüber *&c.* Nec non 12
Magiſtratibus, qui de mero Imperio vel ſuperiori
juriſdictione inveſtiti, ad denunciationem
eiusmodi, pecuniâ fortè vel aliis muneribus
corrupti, blaſphemos non puniunt, *ſub titul.*
Von Låſterungen. §. würde aber eines Chur Fürſten
&c. Aut officiales ſuos propter vindictam
de blaſphemis non ſumtam punire negligunt;
Aut ipſimet blaſphemiam committunt. *verſ.*
So aber der Chur-Fürſt / Fürſt / Prælat *&c.* Vel
ex defectu potentiæ, virium, & facultatum blaſphemos
apprehendere aut punire non valentes,
id procuratori fiſci Cæſaris non indicant, *verſ.*
So aber die Obrigkeit die obgemeldte Gotteslåſterung
&c. Quæ omnia in *Ordinatione politiæ Imperii
Francofurtenſi, de Anno* 1577. *ſub tit.* von den
Gotteslåſterungen / verbotenus repetita, & ab
Imperatore Rudolpho II. confirmata fuêre.

Eademque pœna blaſphemiæ in hiſce terris 13
Saxonicis etiamnum hodiè obtinet. Prædictam
enim ſanctionem Caroli V. Imper. *in Comitiis*
Auguſtanis de Anno 1548. ſpecialiter approbavit
D. Mauritius Elector Saxon. *in Ordinat. Provinciali
de Anno* 1550. *poſt. pr. tit.* von Gotteslåſtern /
fluchen / vnd ſchweren. in verb. Derohalben die
Käyſerliche Mayeſtätt geordnet / welcher Gott låſtert
/ Gott zumiſſet / das ſeiner Göttlichen Mayeſtåt
nicht bequeme / oder mit ſeinen Worten / das
jenige / ſo Gott zuſtehet / abſchneiden wolte / oder ob
Gott nicht ein Ding vermöchte / oder nicht gerecht
were / oder ſonſt dergleichen freventliche / verächtliche
Låſterwort / ohne Mittel in oder wieder Gott /
ſeine heilige Menſchheit / oder die Göttlichen
Sacramenta redet / daß er an dem Leben / oder mit
Benehmung etlicher Glieder peinlich ſol geſtrafft
werden / darnach ſich ein jeder wiſſe zu richten / vnd
für ſolcher Straffe zuhüten *&c.* Definita inſimul
pœnâ maledictoribus per vulnera & paſſionem
Chriſti, ut nempe præ foribus templorum,
curiarum, vel tabernarum publicè omnibus
conſpiciendi ſiſtantur, *in verſ.* Derowegen
ordnen vnd wollen wir / daß månniglich / die
in vnſern Landen gericht haben / die Låſterer Gottes
/ wie gemeldt / vnnd die Flucher ſonſt ernſtlich
Straffe / daß ſie in die Eyſen / für die Kirchen /
Rathhäuſer / oder Schänckſtåtte månniglich vorſtellen
&c.

Quam Ordinationem poſtea ſecutus D. Auguſtus 14
Elector Saxon. iisdem verbis eam repetiit,
& expreſsè confirmavit *in ſuâ Ordinatione*
Provinciali de Anno 1555. *poſt pr. ſub tit.* Gotteslåſterung.
Et Anno 1572. *in Conſtit. Elector.* 1. *part.* 4.
Vbi duo noviter fuerunt adjecta: *Primò*, ut
verba hæc (*aut mutilatione aliquot membrorum*)
circa pœnam blaſphemiæ, immediatè in Deum
commiſſæ, in Ordinatione Provinciali poſita,
de lingua, qua nimirum delictum commiſſum
eſt,

eſt, intelligantur. *in pr. dict. Conſtit. Elector.* 1. in verb: Jedoch mit dieſer Erklärung/daß die Wörter (oder Benehmung etlicher Glieder) auff die Zunge / damit ſolche Läſterung vorwircket / zuverſtehen ſeyn. *Secundò*, ut ii, qui per vulnera, paſſionem, & Sacramenta Salvatoris noſtri aliis maledicunt, non tantùm præ foribus templorum, curiarum, vel tabernarum, publicè omnibus conſpiciendi, iuxta Ordinationem Provincialem, ſiſtantur, ſed præterea etiam pœnâ pecuniariâ, vel carcere mulctentur, vel denique niſi deſtiterint, relegentur, *dict. Conſtit.* 1. *part.* 4. *verſ.* Wir wollen auch/in verb: Sondern auch am Gelde/oder mit Gefängnüß / vnd wo ſie folgends von jhren fluchen vnnd Gotteslåſterungen nicht abſtehen/vnd ſich beſſern würden/mit Verweiſung vnſerer Lande geſtrafft werden. Quæ omnia poſtmodum *Anno* 1583. *in Ordinat. Torg. poſt. pr. tit.* von Gotteslåſterungen/*pag.* 3. *& ſeqq.* renovata, & ab Illuſtriſſimo noſtro Electore Dn. Johan. Georgio *Anno* 1612. in der Policeyordnung/*tit.* Gotteslåſterung/ fluchen vnd ſchweren/*pag.* 7. *& ſeqq.* repetita ac confirmata fuerunt.

15 Ex quibus liquet, pios Imperatores ac Principes Electores omne ſtudium & laborem collocaſſe, ne blaſphemiæ impunitæ relinquerentur, ſed debito modo vindicarentur, & blaſphematores ſeveriſſimè coërcerentur, pro ratione blaſphemiarum, quæ ſi in Deum immediatè cõmittantur, certè atrociores ſunt iis, quæ mediatè adverſus DEUM Omnipotentem evomuntur, adeoque etiam atrociori pœnâ coërcendæ, In pœnis igitur blaſphematoribus infligendis, ad diſtinctionem hanc blaſphemiæ, immediatè vel mediatè in Deum commiſſæ maximoperè reſpiciendum, eiusque exactior ratio habenda eſt. *Coler. part.* 1. *deciſion.* 172.

16 *Immediatè* autem erga Deum blaſphemia (quæ propriè ac in ſpecie dicitur Gotteslåſterung) committitur, quando Deo tribuitur id, quod eius proprietatibus non convenit, aut cum ei detrahitur, quod illi convenit, Quæ propriè blaſphemiæ eſt deſcriptio, ut poſt Divum Ambroſium docet & probat *Arnold. Alber. in tract. agnoſc. aſſert. cathol. & hæret. quæſt.* 6. *numer.* 13. *& ſeqq. & q.* 27. *n.* 1. *Iacob. Menoch. libr.* 2. *arbitr. jud. quæſt. cent.* 4. *caſ.* 375. *n.* 3. *Didac. Covarr. in c. quamvis* 2. *de pact. in* 6. *part.* 1. §. 7. *numer.* 11. *Maſcard. de probat. libr.* 1. *concl.* 195. *n.* 210. *& ſeqq. Proſp. Farin. in prax. crim. lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 20. *n.* 11. Quam hiſce verbis explicat D. Mauritius Elector. *in Ordin. Provinc. de Anno* 1550. *tit.* von Gotteslåſtern/ fluchen vnd ſchweren/in verb: Welcher Gott låſtert/ Gott zumiſſet / daß ſeiner Göttlichen Majeſtåt nicht bequeme / oder mit ſeinen Worten das jenige/ſo GOtt zuſtehet/abſchneiden wolte / oder ob Gott nicht ein Ding vermöchte / oder nicht gerecht were/oder ſonſt dergleichen freventliche veråchtliche Låſterwort/ohne Mittel / in oder wieder Gott/ ſeine heilige Menſchheit / oder die Göttlichen Sacramenta redet. Cum quo convenit verbotenus *Ordin. Provinc. de Anno* 1555. *poſt pr. ſub tit.* Gotteslåſterung & Policeyordnung *de Anno* 1612. *tit.* Gotteslåſterung/fluchen vnd ſchweren. *pag.* 7. Et *Receſſ. Imperii de An.* 1512. *tit.* von den Gotteslåſterern. It: *de Anno* 1530. *tit.* von Gotteslåſterung vnd Gottesſchwüren. It: *de Anno* 1548. *tit.* von den Gotteslåſterungen.

Hinc immediatè dicitur blaſphemare Deum, qui ipſi tribuit impotentiam, injuſtitiam, inſipientiam, mortalitatem, crudelitatem, militiam & ſimilia. *Farin. dict. q.* 20. *nu.* 11. *in fin. Iodoc. Damhouder. in prax. crim. cap.* 61. *n.* 11. *Ludov. Gilhauſ. in arbor. judic. crim. cap.* 2. *tit. de blaſphemia.* 1. *numer.* 3. *Matth. Coler. dict. part.* 1. *deciſ.* 172. *numer.* 3. *Nicol. Boer. deciſ.* 301. *numer.* 1. Veluti ſi quis dicat, (Deus hoc facere non poteſt) *Farin. dict. q.* 20. *n.* 12. *Didac. Covarr. dict. part.* 1. §. 7. *n.* 12. *verſ. quartò eadem conſtitutio. Iacob. Menoch. dict. caſ.* 375. *nu.* 5. *Matth. Berlich. part.* 4. *concl.* 1. *n.* 9. Vel (Deo repugnante hoc faciam, Jch wil das Gott zu hohn vnd trotz thun.) *Berlich. dict. concluſ.* 1. *num.* 9. *Proſper. Far. dict. q.* 20. *n.* 13. *Menoch. dict. caſ.* 375. *nu.* 4. *Covarr. & Gilhauſ. dd. locis.* Vel (Deus non omnia præſcit, aut, Non habet providentiam de rebus ſeu actibus humanis) *Iodoc. Damhouder in prax. crim. cap.* 61. *num.* 11. *Nicol. Boer. dict. deciſ.* 301. *nu.* 3. *Gilhauſ. tit.* 1. *numer.* 3. Vel (Deus non rectè gubernat.) 17

Qualem blaſphemiam hiſce formalibus quiſpiam committere non reformidaverat: Was iſt das für ein Gott/wie hålt er hauß/ er låſt blühen vnd wieder verdorren / daß jhme (*horreſco referens*) Gottes hundert Sacrament/wenn er nicht wolte beſſer haußhalten/ſo möchte er einen andern an ſeine Stelle ſchaffen: *cui pœna gladii dictata fuit. Menſ. Octobr. Anno* 1607. 18

Vel (Deus non regnabit in perpetuum.)

Vnde verba hæcce evomens: Vnſer HErre Gott hat noch ein Jahr zu regieren / darnach hat er außgeherrſchet / es wird darnach wohl beſſer werden; *blaſphemus habitus condemnatus fuit, Ad requiſitionem Quæſtoris Zuvickavienſis M. Mart. Anno* 1624.

19 Aut ſi quis juret per membra Dei, *Hoſtienſ. in ſumm. ext. de maledic. n.* 4. *Far. dict. q.* 20. *n.* 18. *Soc. Sen. conſ.* 102. *n.* 3. *libr.* 1. *& conſ.* 119. *n.* 2. *& ſeqq. libr.* 4. *Anton. Teſſaur. deciſ.* 241. *n.* 1. Hæc aliavè exempla ad demonſtrandam blaſphemiam erga Deum immediatè commiſſam ponunt & pluribus ac latius explicant *Proſp. Farin. dict. q.* 20. *Matth. Berlich. part.* 4. *concl.* 1. *nu.* 5. *& ſeqq. Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib.* 2. *cent.* 4. *caſ.* 375.

20 Hujus generis blaſphemiæ, ſcilicet immediatè in Deum commiſſæ, puniuntur ultimo ſupplicio vel abſciſſione membrorum, iuxta *Ord. Prov. de An.* 1550. *&* 1555. *tit.* Von Gotteslåſterungen/ in verb: oder ſonſt dergleichen freventliche veråchtliche Låſterwort ohne Mittel/in oder wieder Gott/ ſeine heilige Menſchheit/oder die Göttlichen Sacramenta redet / daß er am Leben oder mit Abnehmung etlicher Glieder peinlich ſoll geſtrafft werden *&c.* Vbi per pœnam mortis abſque dubio intelligitur pœna gladii, uſu hoc comprobante, iuxta tradita *Dan. Moll. ad Conſt. Elect.* 1. *n.* 8. *part* 4. Et per mutilationem membrorum abſciſſio linguæ. Ita enim amputatio membri ad abſciſſionem linguæ, quæ blaſphemavit, reſtringitur in *Conſt. Elect.* 1. *part.* 4. *Ordin. Torg. de Anno* 1583. *poſt pr. tit.* von Gotteslåſterungen *Et in Ordin. Politiæ de Anno* 1612. *pag.* 7.

Q. 1. *Quomodo in terris Saxonicis puniatur blaſphemia immediatè in Deum commiſſa?*

Et ita à Scabinis veteribus reſponſum reperio gegen Lützen : So möchte ſie deßwegen für das Rathhauß oder Kirche öffentlich geſtellet / vnnd hernacher mit Benehmung eines ſtückes jhrer Zungen deß Landes ewig vorwieſen werden. *Menſ. Majo, Anno* 1597.

21 Quamvis hæc pœna abſciſſionis linguæ hodiè ferè in deſuetudinem abiit, ſurrogatâ in eius locum fuſtigatione cum perpetuâ relegatione; Non enim memini, pœnam abſciſſionis linguæ, durante toto illo duodecennio, quo fui Aſſeſſor Scabinatus Electoralis, blaſphemantibus fuiſſe adiudicatam à Scabinis, quos tamen huius criminis Reis fuſtigationem cum perpetuâ relegatione ſæpiùs dictaſſe obſervaverim.

22 Cùm autem hæ pœnæ, nimirum gladii & fuſtigationis, non parum ab invicem diſtent, eaque mortis; hæc verò corporis ſolummodo afflictiva ſit, nec quiſquam ferè hanc ægrè ferre videatur, quo vitam redimat, non immeritô dubitari poſſet, *quando & quibus caſibus hæc vel illa pœna debeat infligi?* Cui dubio ut occurramus, haud abſurdè fortaſſis quis dixerit, pro blaſphemiâ, in Deum immediatè commiſſâ, pœnam gladii conſtitutam eſſe, quam Iudex pro arbitrio ſuo, ratione circumſtantiarum & qualitatis blaſphemiæ mitigare, ac pro ea fuſtigationem Reo indicere poſſit. Id quod haud obſcurè colligi poteſt ex *Receſſ. Imper. de Anno* 1512. *titul.* Von den Gotteslåſterern/in verb: Doch in dem allen ſoll bey der Obrigkeit angeſehen werden / wie ſchwerlich vnnd hoch ſolche Gotteslåſterung / vnd auß was Vrſachen die geſchehen were / vnnd darnach die Sachen der Vberfahrung an der Perſon / oder an jhr ſelbſt geſtalt were / darnach ſoll die Straffe deſto gröſſer oder kleiner fürgenommen werden. *&c.* Et *Receſſ. Auguſt. de Anno* 1530 *titul.* von Gottes Läſterungen vnnd Gottesſchwüren / in verb: Alsdann ſollen ſie an jhrem Leben / oder Benehmung etlicher jhrer Glieder / wie ſich das nach Gelegenheit ſolcher geübten Gotteslåſterung vnd Ordnung der Rechte eignet vnd gebühret / peinlich geſtrafft werden! *&c.* quæ verba etiam habentur in *Receſſ. Auguſt. in Anno* 1548. *tit.* Von Gotteslåſterung. Et in *Ordin. Crimin. Caroli V. art.* 106.

23 Vnde patet, in arbitrio Iudicis eſſe, pœnam gladii ordinariam mitigare, eiusque loco abſciſſionem membrorum, vel ſecundùm hodiernam conſuetudinem, fuſtigationem dictare, pro ratione nimirum atrocitatis blaſphemiæ, aliarumve circumſtantiarum, quas iudex diſcretus benè ponderare, ac ſagaci ſtudio rimari debet. Quod ut exactiùs cognoſci queat, principaliores caſus, quibus pœna gladii ordinaria obtinet, quando itidem ea remitti, & mitior pœna, nempe ſuſtigatio infligi debet, per ampliationes & limitationes pauciſſimis ſubiiciam.

24“ Stat itaque generalis Regula : Quòd
“ pœna blaſphemiæ immediatè in Deum com-
“ miſſæ, de quâ antea dictum, ſit ultimum ſup-
“ plicium ſeu pœna gladii. Quod non modo
ſupra ex *Receſſibus Imperii & imprimis de Anno*
1548. *Ordinatione Politiæ Imperii Francofurtenſi de Anno* 1577. *Conſtit. Crimin. Carol. artic.* 106. *Ordinat. Provinc. Saxon. de Anno* 1550. *&* 1555. *Conſtit. Elector.* 1. *part.* 4. *Edicto Torg. de Anno* 1583. *&* Policeyordnung / *de Anno* 1612. luculenter demonſtratum ac comprobatum fuit; ſed & idem praxis atque obſervantia Electoralis Scabinatus, aliorumque iudiciorum quotidiana docet.

Hæcque Regula Ampliatur Primò : in quo- 25
libet convitio, vel verbo iniurioſo atque obſcæ-
no in Deum prolato. Nam & ii, qui in Deum
vel eius contemtum iniurioſa atque obſcæna &
turpia verba proferunt, Blaſphemi ſunt, adeoq;
& pœnâ blaſphemiæ plectendi, ſecundum *Bald.*
in l. 1. *C. ſi quis Imp. maledix. Ægid. Boſſ. in tit. de*
inquiſit. num. 130. *in pr. & num.* 131. *in fin. Arnold. Al-*
ber. in tractat. de agnoſc. aſſert. cathol. & hæret. quæ-
ſtion. 27. *Iodoc. Damhoud. in prax. crim. cap.* 61. *nu-*
mer. 14. *Didac. Covarr. in cap. quamvis* 2. *de pact.*
in 6. *part.* 1. §. 7. *num.* 11. Idque probatur ex *Ordin.*
Provinc. de Anno 1550. *&* 1555 *titul.* von Gottes-
läſterungen / in verb: Verächtliche Läſterwort. 26
quæ verba etiam habentur in *Receſſ. Auguſt. de*
Anno 1518. *& Ordin. Francofurtenſi de Anno* 1577.
Et Policeyordnung *Elect. Saxon. de Anno* 1612.
iiſque convitia quævis atque iniurias denotari,
dubium non eſt. Licet enim blaſphemia multis
modis contingat, omnes tamen blaſphemiarum
modi reducuntur in id, quod eſt dictum vel fa-
ctum in contemtum Dei. *Proſper. Farinac. dict.*
prax. crim. libr. 1. *tit.* 3. *quæſt.* 20. *numer.* 16. 17. *Iul.*
Clar. in pract. in §. *blaſphemiarum. in pr. Ioſeph. Maſ-*
card. de probat. concl. 193. *num.* 3. *Claud. ad Bertaz.*
in conſil. 553. *verſ primùm itaque.* ubi ex D. Thoma,
quem communiter in hoc receptum aſſerit, fa-
cit concluſionem, quòd Blaſphemia ſit omne id,
quod in contumeliam creatoris profertur.

Ideoque ob convitium & verba in Dominum & Salvatorem noſtrum prolata, quæ utpote nimis contumelioſa referre non licet, dictaverunt Scabini juſtiſſimè pœnam gladij blaſphematori; Ad conſultationem Quæſtoris zu Grimma *M. Novembr. Anno* 1598. 27

Similiter ob convitium in Deum omnipotentem evomitum, delinquentem capite plectendum eſſe, reſponderunt Præfecto Gymnaſii Electoralis Portenſis. M. Ianuar. Anno 1618. 28

It: Ad requiſitionem Quæſtoris in Hartenſtein. *M. Iun. Anno* 1617.

Eandemq; pœnam gladii dictavimus blaſphematori cuidam, qui ejuſmodi convitium (ignoſcat mihi Deus hoc in terrorem aliorum referenti) evomuerat, (ſe velle in Deum cacare) Gegen Weiſſenburgk / *Ad conſultationem Quæſtoris M. Octobr. Anno* 1623. 29

It: In caſu prorſus ſimili. Verſus Zſchopaw / an
Rath: *M. Decembr. Anno* 1622. 30

Ob eademque verba contumelioſa in Spiritum S. prolata, dictaverunt pœnā gladii fœminæ cuidam blaſphemanti Anteceſſores noſtri. Gegen Auguſtusburgk / *Menſe Aprilis, Anno* 1609.

Et in ſimili caſu blaſphemiæ in S Sacramentum Euchariſtiæ commiſſæ; Ad requiſitionem Senatus in Salza. *M. Majo, Anno* 1614. 31

Secundò: Ampliatur Regula prædicta in 32 imprecationibus ſive maledictionibus, Vt ſi quis Deo maledicat, **So einer Gott flucht/** quaſi eſſet creatura, ſubiecta eiusmodi imprecationibus. *Matth. Berlich. part. concl.* 1. *num.* 31. *Nicol Boer. deciſ.* 301. *num.* 1. *verſ. tertiò ſi appetitus. Iaſon. in l.* 1. *ait Prætor.* §. *jurati. ff. de jurejur. n.* 12. *verſ. ut ſi dicatur.* Nam quoad Deum omnis maledictio eſt blaſphemia, & propterea eâdem pœna blaſphemiæ punienda. *Proſp. Farin. d. q.* 20. *n.* 22. *Boſſ. in tit. de inquiſitione num.* 130. *Iul. Clar. in dict.* §. *blaſphemia in pr. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. q. lib.* 2. *cent.* 4. *caſ.* 373. *n.* 13. *& ſeqq.*

Q.2. Quæ ſit pœna maledictiõ Deo?

33 Neque dubium ferè hoc habet, ob textum clarum *Levit. cap.* 24. *verſ.* 16. ubi dicitur: *Homo qui maledixerit Deo ſuo, & qui blaſphemaverit nomen Domini, morte moriatur, & eductum extra caſtra omnis multitudo populo lapidibus obruet.* Eoquè reſpiciunt verba (**oder ſonſt dergleichen frevendliche Läſterwort**) in *Receſſ. Aug. de An.* 1548. *& Ordin. Imp. Francofurtenſi de Anno* 1577. *Ord. Provinc. de Anno* 1550 *&* 1555. Vt ſic nemo facilè ambigat, quin maledicentes Deo pœna gladii plecti debeant.

34 *Quemadmodum Scabini hanc pœnam dictaverunt cuidam Reo, qui Deo omnipotenti per Sancta Sacramenta maledixerat; Ad conſultationem Quæſtoris Torgenſis. M Octobr. An.* 1607. *It: Ad requiſitionem Præfecti Rochlicenſis. Menſ. Octobr. Anno* 1609.

35 *Vt & alij, qui Numinis Divini potentiam & Majeſtatem nequaquam metuens, horribiliſſima hæc verba protulerat (* **der Donner unnd Blitz/** *horreſ oreferens,* **ſolte Gott in Himmel erſchlagen / und von Himmel herab werffen.** *) Ad requiſitionẽ Prætoris & Scabinorum VVurcenſium M.* April. Anno 1617.

36 Tertiò: Blaſphemia erga Deum immediatè commiſſa, gladii pœna coërcenda eſt indifferẽter, ſive quis ſemel tantum, vel bis, aut etiam pluries Deum blaſphemaverit.

Q.3. Num mitius puniatur, qui ſemel tantummodò Deũ blaſphemaverit?

Quamvis enim Dd communiter exiſtiment, blaſphemum tunc demum mortis pœna plectendum eſſe, ſi ſolitus ac conſuetus fuerit blaſphemare, non etiam ſemel aut bis tantummodò peccaverit, *Proſper. Farinac. dict quæſt.* 20. *nu.* 42. *Nicol. Boer. deciſ.* 301. *num.* 11. *Anton. Teſſaur. deciſ.* 241. *n.* 5. *Matth. Berlich. dict. concl.* 1. *n.* 87. *& ſeqq. part.* 4. *Iacob. Menoch. dict. caſ.* 375. *num.* 26. *Auguſt. Bonf. ad* Angel. *Aretin. in tract. malef. verb. verba iniurioſa, n.* 14. *Iaſon. in l. ait Prætor.* §. *jurari. ff. de jurejur. n.* 13. *Arnold. Alber. in tract. de agnoſc. aſſert. catholic. & hæret. quæſtion.* 6. *numer.*
37 19. *alijq; à Farin. alleg.* eò, ꝙ conſuetudo delinquendi aggravet delictum, *l. capitalium.* §. *ſolent. &* §. *graſſatores ff. de pœn. l.* 3. *C. de Epiſcop. audient. l. ſervos. C. ad Leg. Iul. de vi l.* 1. *ff. de jur. patron. l* 3. *verſ. ſi plures. ff. de re milit.* efficiatque ut pœna quæ ex delicti natura eſt pecuniaria, poſſit propter delinquendi frequentiam in corporalem, & quandoque etiam in pœnam mortis per judicem commutari. *Bartol. & Alexandr. in l.* 1. *C. de ſuper exaction. libr.* 10. *Hippol. de Marſil. ſing.* 378.

38 Quod & convenire videtur menti Imp. Iuſtiniani in *Novell.* 77. *c.* 1. §. in verb: *Sin autem & poſt huiusmodi noſtram admonitionem inveniantur aliqui in talibus permanentes delictis &c.* Maximiliani I. in *Receſſ. Trevir. & Colonienſ. de Anno* 1512. *ſub tit.* **von den Gotteslåſter/** in verb: **Ob eine Perſon in ſolchen Gotteslåſterungen manichfåltiglich erfundẽ wird** &c. Et Caroli V. Imp. in *Receſſ. Auguſt. de Anno* 1530. *tit.* **Von Gotteslåſterung und Gottesſchwůren.** §. **Darauff ordnen und ſetzen wir.** ubi expreſsè ſancitum, quòd blaſphemus non pro prima vice morte vel abſciſſione quorundã membrorum, ſed demum pro tertia vice, pro prima verò vice in carcere pane & aqua per integram quindenam puniri, pro ſecunda autem vice ademptione omnium bonorum mulctari debeat.

Attamen contrarium longè verius eſſe exiſtimo. Etenim hæc pœna in blaſphematores 39 conſtituitur indefinitè & indifferenter, an ſemel aut pluries hoc crimen commiſerint, in *Ordin Provinc. de* Anno 1550. & 1555. *Edict. Torg. de Anno* 1583. Et **Policeyordnung** *de Anno* 1512. Ideoque etiam generaliter omnes tangit: Indefinita enim locutio æquipollet generali ſeu univerſali. *Bart. in l. ſi pluribus. ff. de legat.* 3. *Schard. in Lex in verb. indefinita.* 40

Quinimò, Ius quoque Divinum ſimpliciter morte puniri jubet eum, qui nomen Domini blaſphemaverit, *Levit.* 24. *v.* 16. Quod juxta præceptum Domini in perſona filii cuiusdam mulieris de tribu Dan, quem de viro Ægypto pepererat, ita factum, & blaſphemantem ob unicam & primam blaſphemiam lapidibus obrutum fuiſſe, narrat ibidem Moyſes. *Dan. Moll. ad Conſt. Elect.* 1. *part.* 4. *n.* 5. Quis ergò contra Dei mandatum blaſphemanti in crimine tàm horrendo gratiam facere & pœnam promeritam ex ea ſolùm ratione, quod delictum non fuerit petitum, remittere vellet?

Quod advertentes Scabini, blaſphemantes ob blaſphemiam ſemel prolatam ultimô ſuppliciô plectendos, atq; gladii pœna è medio tollendos eſſe pronunciarunt ſæpiſſimè. Veluti ad requiſitionẽ Conſulum & Senatus in **Kônigsbergk** *M. Octobr. Anno* 1606. 41

Præfecti Rochlicenſ, M. Octobr. Anno 1609.

It: **gegen Auguſtusburgk/** *M. April.* 1609.

Zſchopau, *Ad requiſitionem Senatus, M. Decembr. Anno* 1622.

42 Neque huic adverſatur *Nov.* 77. *cap.* 1. §. 1. *Receſſ. Imper. de* Anno 1512. *ſub titul.* **von den Gotteslåſtern.** *Et de* Anno 1530. *ſub tit.* **von Gotteslåſterung und Gottesſchwůren.** §. **darauff ordnen und ſetzen wir** *&c. Licet* enim ex iis evincatur, quòd blaſphemi pro prima vice morte puniri non debeant, exinde tamen ad jus & praxin hodiernam nil prorſus inferendum; cùm prædicti textus & ſanctiones quoad hunc paſſum fuerint correctæ & abrogatæ à Carolo V. Imper. in *Comitiis* A*uguſt. Anno* 1548. ut apparet ex *Receſſ. dictorum Comitiorum in pr.* §. **und demnach unſere Vorfahren /** in verb: **In etlichen gebeſſert/ gemehret und geendert** *&c.* Quos poſtmodùm ſecuti fuerunt Electores Saxoniæ in *Ordin. Provinc. de An.* 1550. *&* 1555. ne verbulo quidem pœ-

nam mortis ad redemptionem ſeu reiteratioñe blaſphemiarum reſtringentes.

43 Quartò Ampliatur in Ruſticis. Etſi enim
hoſce à pœna ſaltem ordinaria blaſphemiæ ob
ruſticitatem excuſari, arbitretur *Iul. Clar. in*
dict. §. blaſphemia num. 3. ſub fin. verſ. & niſi ruſticitas &c. Vereor tamen, quòd hæc aſſertio
ſubſiſtere nequeat. *Tùm*, quòd in prohibitis de
44 Iure Divino, Gentium, vel etiam Civili notorio,
ruſticitas non excuſet *l 2. & ibi gloſſ. & Dd. ff. de*
in jus vocando gloſſ. in l. reſpiciendũ. §. delinquunt
ubi Bartol ff. de pœn. Alciat de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 30. numer. 3 Iacob. Menoch. de arbitr. judic.
45 *quæſt. lib. 2. cent. 2 caſ.* 194. *n.* 16. *Tùm*, quòd in delictis ruſtici excuſentur tantummodò in caſib⁹
à iure expreſſis, alias in dubio ruſticitati minimè favendum prout tradit *gloſſ. in c. fin. 1. quæſt.*
4. Ripa in tract. de peſte. tit. de remed. præſervat
contra peſtem n. 246. And. Tiraquell. de pœn. temper. cauſ. 11. in fin. n. 23. Iacob. Menoch. dict. caſ. 194.
n. 4. & 82. Atqui in crimine blaſphemiæ ruſticos à pœna ordinaria gladii eximi, tantũ abeſt, ut
ei potius expreſſè ſubiecti ſint, ob generalitatem textus *in Ordin. Provinc. de Anno* 1550. *&*
1555. Qui omnes omninò obligat, *in verb:* **Darnach ſich ein jeder wiſſe zu richten und für ſolcher**
Straffe zu hüten

Q. 4. Ruſticitas an in crimine blaſphemiæ aliquem excuſet?

46 Ideoq; ruſticos æquè ac alios prudentiores pœna blaſphemiæ ſubiacere rectè ſentiunt *Proſp. Farin. dict. quæſt. 20. n. 53. & ſeq & Matth. Berlich. part. 4. concl. 1. n.* 107.

47 *Quam ſententiam quoque ſecuti fuerunt in pronunciando Scabini, condemnantes ad pœnam gladij ruſticum quendam blaſphematorem,* **gegen Rochlitz.** *Ad requiſitionem Præfecti, M. Octobr. Anno* 1609.

48 Quintò, obtinet pœna blaſphemiæ, in
Clericis blaſphemantibus, qui non minus ac
Laicos gladio puniendos eſſe, verè ac rectè docet *Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 1. part. 4. nu. 7.*
quem ſequitur Matth. Berlich. dict. concl. 1. n. 109.
part. 4. Quis enim non animadvertit, Clericos
longè gravi⁹ blaſphemando delinquere Laicis,
ut qui non ſolùm in ſacro Baptiſmate Deo fidem promiſerunt, ſed poſtea etiam in peculiari voto, eius Majeſtatem ſanctè venerati ſunt,
eiusq; honorem defendere polliciti fuerunt.
Vt meritò ſi non ſeveriori, pari tamen pœna,
qua Laici tenentur, ob commiſſam blaſphemiam plecti debeant Quod & complacuit Imper.
Maximiliano in *Receſſ. Trevir. & Colonienſ. de*
49 *Anno* 1512. *titul.* **Von den Gottesläſtern. § und ſollen die Thäter/ ſo die Geiſtlich weren / von der Geiſtlichen/ und die Weltliche von der weltlichen Obrigkeit an den Enden/ da ſolche Sünde begangen/ geſtrafft werden.** Quæ verba ſi cum prioribus in § præcedente conferantur, haud obſcurè probant, uni eidemq; pœnæ Clericos atque Laicos blaſphematores ſubjugandos eſſe.

Q. 5. An Clerici pœna blaſphemiæ ſubjugandi ſint?

50 Quamvis aliter ſentiant Dd. juris Pontificii, rationum habentes Ordinis Clericalis, ne ſcilicet hic propter eiusmodi publicam ſatisfactionem vileſceret. *Iul. Clar. in pract. crim. § blaſphemia, n. 3. verſ. quæ tamen pœna non habet locum* Didac, *Covarr. in c. quamvis 2. de pact. in 6. part. 1. § 7. n. 29. verſ. ſed quia pœnam Abb. in c ſtatuimus. 2. ext. de maledic. n.* 8.

Quorum ſententia rejecta Scabini dictaverunt
pœnam gladij, Paſtori cuidã in Principatu Anhaldino, ob verba contumelioſa in Dominum & 51
Salvatorem noſtrum prolata **gegen Deſſau. An die Fürſtliche Regierung.** *M. Sept. Anno* 1597.

Sextò, Ampliatur ſuprà dicta Regula. Vt 52
pœna blaſphemiæ ordinaria affici quoque debeant Iudæi. Nam & hoſce in Deum & Salvatorem mundi blaſphemiam poſſe committere, dubium prorſus non eſt. *Henr. Cardin. Hoſtienſ. in ſummar. ext. de Iudæ & Saracen.* §. *& in quibus graventur. n. 6. in fin. verſ. cum autem Iudæus. Iul. Clar. in dict.* §. *blaſphemia. n. 1. verſ. & poteſt poni exemplum.* Anton. *Theſſaur. deciſ.* 241. *n. 1. & ſeq. Felin. in cap. auditis ext. de præſcript. num. 32. verſ. ita tranſeat dictum Matth Berlich. dict. concl. 1. num. 15. Nicol. Boer. deciſ. 301. n. 18. Ludov. Gilhauſ. in arbor. jud. crim. cap. 2. tit. 1. nu. 3. verſ. Eſt etiam blaſphemia. Iaſon. in l. ait Prætor. § juravi. ff. de jurejur. n. 9. Socin. Sen. conſ 102. num. 1. & ſeqq. lib. 1. & conſ. 119. n. 1. lib. 4. Proſp Farin. in prax. crim libr. 1. tit. 3. quæſt. 20. num.* 40. *ubi exempla ex aliis autoribus refert.*

Q. 6. Quid de Iudæis habẽdum?

Haud immeritò ergò Iudæi blaſphemantes, 53
pœna quoque blaſphemiæ tenebuntur, ob generalitatem textus in *Ordin. Provinc. de Anno*
1550. *&* 1555 in verb: **Darnach ſich ein jeder weiß zu richten/ und für ſolcher Straffe zu hüten.** Quæ
verba neminem excludunt. Vniverſaliter enim 54
qui aliquid affirmat, dicendo (omnis autem totum) nihil excludere videtur. *c. ſi Romanorum. 1. circa med. verſ. dicendo verò omnia. diſt. 19. l. Iulianus. 68. in pr. ubi Bartol ff. de legat. 3. gloſſ. in cap. ſolitæ. 6. ext. de major. & obedient. Panorm. in c. quoniam fin. n. 15. verſ quia qui omnia dicit. ext. de præſcript. Tiber. Decian. conſ. 57. n. 12. lib. 1. Iacob. Schult. ad modeſt. Piſtor. part. 4. quæſt. 131. nu. 30. Iaſon. in* Auth. *præterea ln. 15. verſ & iſto caſu, C. unde vir & uxor.*

55 *Hinc quando VVenceslaus Colonimus Iudæus in Sacroſanctum Baptiſma, ut & Dominum & Salvatorem noſtrum, eiusque vulnera ſanctiſſima, verba quadam contumelioſa evomere non reformidaverat, eum ob commiſſam blaſphemiam capite plectendum eſſe, reſponderunt Scabini ad conſultationem Senatus Dreſdenſis M. Iunio Anno* 1604.

56 Cæterum, quæ hactenus de pœna gladii blaſphematoribus definita, dicta fuere, ea regulariter vera ſunt ſecundum Regulam ſupra poſitam. Quia verò nonnunquam ob circumſtantias ac qualitates concurrentes hæc pœna ordinaria ceu nimis rigoroſa remittenda, eiusque loco fuſtigatio infligenda eſt, juxta diſpoſitionem *Receſſ. Imper. de Anno* 1512. *& Anno* 1530. *Conſtit. Crimin. Carolin. artic.* 106. *Receſſ. Auguſt. de* Anno 1548. *Ordinat. Provinc. de Anno* 1550 *&* 1555. ubi pro ratione blaſphemiæ, ac qualitate blaſphemantium judicis arbitrio committitur, quam pœnam delinquentibus indicere velit; Ideoque ſupra dicta Regula nonnullas limitationes admittit, quibus pœna gladij meritò ceſſare debet, ſubſtituta in eius locum fuſtigatione cum perpetua relegatione

Limi-

Q.7. *Quatenus ebrietas excuſet blaſphemantes?*

57 Limitatur autem primò; In blaſphemantibus per ebrietatem. *Nicol. Boer. deciſ.* 301. *in fin. Ludov. Gilhauſ. in arbor. jud. crim. c.* 2. *tit.* 1. *n.* 16. *verſ. ſed & blaſphemans per ebrietatem. Dan. Moll. ad Conſt. Elect.* 1. *part.* 4. *n.* 10. *Matth. Berlich part.* 4. *concl.* 1. *n.* 69. *Proſper Farin. dict. qu.* 20. *n.* 50. *Iul. Clar. lib.* 5. *ſentent.* §. *blaſpemia. n.* 6. *verſ. dicit etiam Baldus.* Modò ebrietas tanta fuerit, ut mentis quaſi & rationis exilium induxiſſet, ſecundū doctrinam *Bald. in l.* 1. *C. unde vi.* quam refert *Andr. Tiraq. de pœn. temper. aut remitt. cauſ.* 6. *in fin. Moller. dict. loco. Iodoc. Damhoud. in prax. crimin. cap.* 61. *n.* 23.

58 Generaliter namque verum eſt, non ſolùm in crimine blaſphemiæ, ſed in omnibus delictis, ebrietatem enormem delinquentem ab ordinaria pœna excuſare. *l. omne delictum.* §. *per vinum ff. de re milit. l. reſpiciendum.* §. *delinquunt verſ. impetu. ff. de pœn. Anton. Gomez. var. reſolut. tom* 3. *cap.* 1. *num.* 73. *Hippol. de Marſil. in l.* 1. *in pr. n.* 48 *ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. Proſper. Farin. dict. q.* 20. *n.* 51. *Petr. à Plach. in epit. delict. c.* 30. *n.* 1. *& ſeqq. Iul. Clar. in* § *fin. quæſt.* 60 *verſ. præterea quæro. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib.* 2. *cent.* 4. *caſ.* 326. *num.* 2.

59 Quinimò, per ebrietatem blaſphemanti pecuniaria ſaltem pœna expreſſis verbis imponitur in *Receſſ. VVormat. de Anno* 1495. *ſub tit.* Die poen deren / ſo auß Hitz oder Zorn ſchweren ibi: Wo ſolches auß bewegter Hitz deß Zorns / auß Trunckenheit / oder dergleichen Zufäll unbedacht geſchehe / um eine Marck löttiges Goldes / halb in unſer und deß Reichs Cammer / und den andern halben Theil der Herrſchafft / in der Gebiet ſolche Mißhandelung gethan wird / unabläßlich zubezahlen *&c.* Eoq; reſpiciunt verba (freventlich und üppiglich) in *Receſſ. Auguſt. de An.* 1500. *tit.* von Gottesläſtern und ſchweren. Et *Receſſ. Trevir. ac Colonienſ. de Anno* 1512. *titul.* von den Gottesläſtern *in pr.* ex quibus haud obſcurè evincitur, eos ſolummodò ordinaria blaſphemiæ pœnâ plectendos eſſe, qui malitiosè ac dolosè Deum blaſphemaverint; quod de iis qui ob enormem ebrietatem mentis ac rationis omnis expertes ſunt, nequaquam dici poteſt. *Andr. Tiraquell. in tractat. de pœn. temp. aut remitt. cauſ.* 6. *n.* 11. *Angel. Aretin. in tract. malef. verb. ſcienter & dolosè n.* 17. *Anton. Hering de fidejuſſ. c.* 7. *n.* 132.

60 *Quapropter Scabini in caſu commiſſæ blaſphemiæ, cuius meminit Dan. Moll. ad Conſt. Elect.* 1. *part.* 4. *n.* 9. *blaſphemantibus indixerunt pœnā gladii, hac tamen clauſula reſponſo adjecta. Niſi probare poſſent, ſe peccaſſe per ebrietatem, eamq; tantam fuiſſe, ut mentis quaſi & rationis exiliū induxiſſent, hiſce formalibus:* So möchten ſie derowegen beyde mit dem Schwerd vom Lebē zum Tode geſtrafft werden: Sie könten dann wie recht erweiſen / daß ſie alſo truncken geweſen / daß ſie von ihren Sinnen und Vernunfft nicht gewuſt / und übriges Truncks halber / derſelben nicht mächtig geweſt / auff ſolchem Fall ergienge alsdann von wegen der Linderung ihrer Straffe was recht iſt / V. R. W. *Ad conſultationem Senatus Mülbergenſis. M. Octobr. Anno* 1566.

61 *Et in caſu ebrietatis non adeò enormis, dictaverunt Domini pœnā gladij, adiecta hac clauſulâ:* Es wolte dann der Wohlgeborne und Edle Herr / Herr Heinrich der Jüngere und Elteſte Reuß / Herr von Plauen *ꝛc.* auß ob angeführten Urſachen (weil nemlichen ihme ſonſten wegen ſeines Lebens unnd Verhaltens Beyfall gegeben wird / auch hiebevorn dergleichen Gottesläſterung von ihme nicht gehöret worden / und der Trunck wegen gedachten Fals ihme leichtlichen geſchadet / innmaſſen denn der 4. Zeuge dieſes berichtet / Er könte mit Warheit ſagen / daß der Gefangene truncken geweſen) ihme Gnade wiederfahren laſſen; jedoch wann er es für eine Gnade erkennen / und darum Unterthänig bitten würde. Uff dē Fall würde er öffentlich zur Staupen geſchlagen / und nach außgeſtandener Leibesſtraff der Herrſchafft ewig billich vorwieſen V. R. W. *Ad requiſitionē Quæſtoris* in Hartenſtein, *M. Iunio, An.* 1617.

In alio quoq; caſu pœnam mitigavimus ob ebrietatem blaſphemantis. Ad conſultationem Adolphi Georgij ab Hagen. *M. Ian. Anno* 1631.

62 Secundò: A pœna quoque gladii ordinaria liberatur, qui juſto dolore ſive ira commotus, lubrico linguæ blaſphemat. *Proſper. Farinac. in prax. crim. lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 20. *n.* 47. *Matth. Berlich. part.* 4. *concl.* 1. *num.* 93. *Bonif. de Vital. in tit. de pæn. blaſpheman. n.* 2. *Ludov. Gilhauſ. in arbor. jud. crim. cap.* 2. *tit.* 1. *n.* 16. *Fab. à Monte Leon. in prax. arbitr. part.* 4. *n.* 774. *& ſeq. Dec. conſ.* 163. *n.* 10. *Andr. Tiraquell. de pæn. temper. cauſ.* 1. *num.* 14. Quod tamen tunc demum verum eſſe arbitror, ſi ira ex iuſta cauſa ortum habuerit, & alienationem mentis induxerit. Non enim quævis ira neque ex cauſa leviuſcula proveniens, mitigationem pœnæ meretur. *Farin. dict. quæſt.* 20. *n.* 48. *Felin. in cap. ſicut ex literis.* 13. *ext. de jurejur. num.* 3. *verſ. quod eleganter temperat. Iul. Clar. lib.* 5. *ſent.* § *fin. quæſt.* 60. *n.* 9. *verſ. tu verò dic Covarr. in cap. quamvis* 2. *part.* 1. §. 7. *num.* 28. *verſ. modò calor iracundiæ.*

Q.8. *Num mitius puniendus ſit in hoc crimine, qui ira commotus lubrico lingua delinquit?*

63 Etenim non ex oppoſito, neque malitiosè peccat, qui iuſto dolore aut ira vehemēti commotus blaſphemiam evomit. *Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. libr.* 2. *cent.* 4. *caſ.* 375. *nu.* 33. *Iul. Clar. dict. quæſt.* 60. *verſ. eſt etiam ira. Farin. d. q.* 20. *n.* 47. Atqui, ut pœna blaſphemiæ ordinaria obtinebat, dolus ac propoſitum blaſphemandi maximoperè requiritur, in *Receſſ. Imp. Auguſt. de Anno* 1500 *tit.* von Gottesläſtern und ſchweren. Et *Receſſ. Colon. de Anno* 1512. *tit.* von den Gottesläſtern in verb: freventlich und üppiglich. Quæ ratio abſq; dubio commovit Imper. Maximil. I. ut ex calore iracundiæ blaſphemanti aliquo modo indulgeret, in *Receſſ. VVormat. de Anno* 1495. *ſub tit.* die poen derer / ſo auß Hitze oder Zorn ſchweren.

64 Remiſſa ergò pœnâ gladii ordinaria, blaſphemanti ex calore iracundiæ mitiorem aliquā pœnam, veluti pecuniariam, vel carceris, aut etiam fuſtigationis ac relegationis pœnam infligendā eſſe, exiſtimant *Iodoc. Damhoud. in prax. crim. c.* 61. *n.* 22. *Iacob. Menoch. dict. caſ.* 375. *n.* 33. *Didac. Covarr. in dict. cap. quamvis* 2. *de pact. in* 6*to. part.* 1. §. 7. *n.* 16. *Berlich. dict. concl.* 1. *part.* 4. *n.* 93. *Farin. dict. quæſt.* 20. *n.* 47.

65 *Quorum opinionem ſecuti Elect. Sax. Scabini dictaverunt fuſtigationem cum perpetua relegatione blaſphemanti. qui irâ commotus contumelioſa verba contra ſanctum Sacramentum Euchariſtiæ potulerat;* gegen Dieben. *Ad requiſitionem Senatus M. Aug. Anno* 1621.

Q. 9. Quatenus pœnitentia excuſet blaſphemantes?

66 Tertiò: Limitatur ſuprà dicta Regula in eo, qui poſtquam blaſphemavit, pœnitentiâ ductus ſeſe ſtatim corrigit, & blaſphemiam revocat, vel retractat, ſive verbis ac gemitu peccatum deplorando, ſive pectus aut labia percutiendo. Eo enim caſu blaſphemantem à ſupplicio ordinario exemptum, vel prorſus nulla, vel mitiori pœna plectendum eſſe, putat *Marin. Socin. conſ.* 102. *n.* 1. *& ſeq. lib.* 1. *Alex. conſ.* 15. *n.* 15. *n.* 1. *& ſeq. lib.* 3. *Proſp. Farin. dict. q.* 20. *n.* 57. *Matt. Berlich. dict. concl.* 1. *n.* 101. *Ludov. Gilhauſ. in arbor. judic. crim. cap.* 2. *tit.* 1. *n.* 10.

67 *Tùm*, quòd revocans iniuriam alteri illatam iniuriam non teneatur, *Felin. in cap. delicti. col. fin. num.* 16 *de exception. Dec. in l quod calore iracundiæ in fin. ff. de reg. jur. Paris de Put in tractat. de re milit. §. quia finis. Conrad. Lancellot. in tract. de duell. in titul. de pace. concl.* 104. adeoque nec blaſphemus revocans iniuriam in Deum prolatam ordinaria pœna tenebitur; quia mitius agitur cum Deo, quàm cum hominibus, ut cum gloſſa loquar in *l. ſi quis rem. §. voto. ff. de pollicitat.* Deus enim miſericors eſt, *cap. ſceleratior.* 39. *l. pœnit. diſt.* 3. *tot. tit. ff. ad Syllan. l. miles. § ſocer. ff. de adulter..*

68 *Tùm*, quòd Reus mox revocans blaſphemiam prolatam, non tàm ex propoſito, & malitioſè quàm ex improviſo & incuria peccaſſe videatur: Igitur aliquo modo ei eſt indulgendum, ſecundum diſpoſitionem *Receſſ. Imp. VVormat. de An.* 1495. *ſub tit.* **die peen derer ſo auß Hitz/oder Zorn ſchweren**/in verb: **oder dergleichen Zufälle unbedacht geſchehe.**

69 Modò tamen Reus revocaverit blaſphemiam, mox & antequam anteceſſerit de loco ubi blaſphemavit. Niſi enim in continenti ſigna contritionis à blaſphemante emanaverint, nulla prorſus venia dignus eſt. *Farin. dict. quæſt.* 20. *numer.* 58.

70 *Hinc quando G. G. tempore pluviæ ingentis hæc verba contumelioſa ac horribilia evomuit:* (**Ey nun ſeiche daß dich Gott ſieben Sacrament ſchände**) *ab aſtantibus autem reprehenſus pœnituit, ac veniam à Deo pariter & hominibus petiit, dicens:* **Ich habe es geſagt/ vergebe mir es GOtt/ Ich bitte halte mir es für gute** / *indicta ei propterea fuit à Scabinis pœna gladii, adiecta reſponſo hac clauſula:* **Es wolte dann die hohe Obrigkeit dem Gefangenen/ dahero daß jhme angeregte Gottesläſterliche Reden/ alſo bald leid geweſen/ in deme er Gott den Allmächtigen um Vorzeihung auch daß es jhme die jenigen/ ſo es von jhme gehöret/und zu gute halten wolten/ gebeten/ Gnade erzeigen/ auff den Fall würde er mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billig vorwieſen V. R. W.** *Ad conſultationem Præfecti Rochlicenſis M. Octobr. Anno* 1609.

Q. 10 Quæ ſit pœna blaſphemantium Beatam Virginem, aliosq; Sãctos?

71 Quartò: Limitatur hæc regula in iis, qui contumelioſum quid in ſanctam Matrem Salvatoris, aliosve Sanctos proferunt. Pontificii quidem uno ferè ore tradunt, blaſphemiam æq; in Beatam Virginem & Sanctos committi, ac in ipſum Deum, per *text. in c. ſtatuimus* 2. *ext. de maledic.* Vid *Iodoc. Damhoud. in prax. crim. c.* 61. *n.* 11. *verſ. aliqua verba in eius Sanctos Angel.* Aretin. *in tract. malef. verb. verb. injurioſa. nu.* 14. *Iul. Clar. lib.* 5. *ſentent. §. blaſphemia n.* 1. Didac. *Covarr. in c quamvis,* 2. *de pact. in* 6. *part.* 1. *§.* 7. *n.* 13. *Proſp. Farin. in tract. crim. lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 20 *n.* 25. *Iacob. Menoch. lib.* 2. *arbitr. jud. quæſt. cent.* 4. *caſ.* 375. *n.* 14. *& ſeq.*

72 Quam ob cauſam etiam blaſphemiæ in Deum, beatam Virginem genitricem, & Sanctos commiſſæ, uno fere cõtextu verborum cõprehenduntur, eâdemq; pænâ indifferenter coercentur, *in Receſſ. Imp. Colon. de Anno* 1512. *tit.* **Von den Gottesläſtern**, *&c.* Et *Receſſ. Auguſt. de Anno* 1530. *tit.* **Von Gottesläſterung unnd Gottesſchwüren.** Idq; abſq; dubio propterea, quòd ex mente Pontificiorum Sanctis cultus & honor divinus debeatur, & per iniuriam illis illatam Deus immediatè offendatur.

73 Quo ipſo tamen Pontificii blaſphemiam punientes ipſimet Deum Blaſphemant, honorem nempe, qui ſoli Deo debetur, Sanctis tribuentes, hoc nomine reprehenſi à reformatis Eccleſiis rectius edoctis, & contrarium aſſerentibus per text. in *Apocal. c.* 6. *v.* 9 *& ſeq. & c.* 19. *v.* 10. *& ſeq.* Quamvis non dubitem, quin is qui contumelioſa verba contra Beatam Virginem, vel alios Sanctos proferat, per quæ eorum memoria obſcuretur, autoritas labefactetur, & ſcandalum oriatur, extra ordinem arbitrio judicis puniri debeat. Vid. *Farin. dict. q.* 20. *n.* 27. Quod & convenire videtur menti Imper. Carol. V. qui blaſphematores Matris Chriſti, aliorumvè Sanctorum arbitriâ pœnâ, vel pecuniariâ, vel corporis afflictivâ, coerceri jubet in *Receſſ. Auguſt. de Anno* 1448. *tit.* **Von Läſterung der Mutter Chriſti und Gottes Heiligen.**

74 *Veluti hoc caſu pronunciarunt Scabini adverſus blaſphematorem quendam, qui beatam Virginem Mariam meretricem appellaverat, Ad requiſitionem* Adolphi *Georgii ab* Hagen. *M. Ian. Anno* 1631.

75 Quintò: Denique mitigari poteſt pœna ordinaria in crimine blaſphemiæ ob alias quoque cauſas, atque circumſtantias, quæ, quia variæ atque multiplices ſunt, nec regula certa definiri poſſunt, diſcretioni & arbitrio judicis committuntur. *Ordin. Crim. Carol. art.* 106. in verb: **Doch ſo ein ſolcher Läſterer angenommen / und eingelegt iſt / das ſol an die Obrigkeit mit nothdürfftiger Unterrichtung/ aller Umſtände gelangen/ die darauff Richtern und Urtheilern beſcheid geben/ wie ſolche Läſterung den gemeinen unſern Käyſerlichen Rechten gemäß / und ſonderlich nach Inhalt beſonderer Articul unſers Reichs Ordnung geſtrafft werden ſollen.**

76 Ut ſi quis proferat eiusmodi verba, quæ quidem blaſphemiam important, alio tamen ſenſu, & ex pravo uſu loquendi atque laſcivia proferuntur. *Iul. Clar. in pract. §. fin. q.* 60. *in fin. Matth. Stephan. ad art.* 106. *Conſtit. Crim. Carol.* Quamvis enim in iis, quę de ſe & ſui natura mala & deteſtabilia ſunt, uſus loquendi ac conſuetudo, etiam ſi totius mundus illa uteretur, ſimpliciter & in totum non excuſet, *cap. flagitia.* 31. *quæſt.* 7. *cap. obijciuntur* 32. *quæſtion.* 4. *gloſſ. in cap. cum ſecundum leges. de hæret. in* 6 *Felin. in cap. ea quæ, de Simon. Hippol. de Marſil. in l.* 1 *ff. ad leg. Cornel. de ſicar. Proſper. Farinac. in prax. crim lib.* 2. *tit.* 3. *quæſtion.* 20. *nu.* 46. *Anton. Gabriel. libr.* 6.

concl.8.n.27. A rigoroſa tamen pœna mortis cōmunis uſus loquendi, & laſcivia blaſphemantem non immeritò liberat.

77 Quia eiuſmodi blaſphemus ex communi errore & incuria peccat, ideoque aliquo modo excuſari debet, juxta *Receſſ. Imp. VVormat. de Anno* 1495. *ſub tit.* **Die Peen derer ſo auß Hitze oder Zorn ſchweren.** in verb: **oder dergleichen Zufälle unbedacht geſchehe**/ &c.

78 *Veluti etiam in caſu tali, ſic pronunciavimus*, gegen Zwickau: Hat der verhaffte *M.D.* als er mit der Schärffe ziemlicher Weiſe angrieffen werden ſollen/ in guten bekant und geſtanden/ daß er die Sacramenta gefluchet/ und ſich ferner dieſer Gotteslåſterlichen Reden verlauten laſſen/ unſer Herre Gott hätte noch ein Jahr zu regieren/ darnach hätte er außgeherſchet/ Es würde darnach wol beſſer werdē/ und hätte damit Gott im Himmel gemeinet/ darneben fürgeben/ Es were jhm nicht von Hertzen gangen/ wie die Wort lauten/ ſondern hette an der Soldaten geführtes Sprichwort gedacht/ daß der Halberſtätter über ein Jahr nicht herſchen würde/ darnach würde es auß ſeyn *&c.* So wird der Gefangene *M. D.* ſeines vorübtē fluchens wegē/ andern zum Exempel eine Stundelang an das Halßeyſen jedermänniglichen anzuſchauen geſtellet/ und darauff ſeiner geführten freventlichen Läſterwort halber geſtalten Sachen nach öffentlich zur Staupen geſchlagen/ und nach außgeſtandener Leibesſtraff deß Landes ewig billich vorwieſen **V.R.W.** *M.Mart.Anno* 1624.

79 Hactenus de blaſphemia, quæ immediatè in Deum committitur. Mediatè verò in Deum committit blaſphemiam qui iurat, vel alteri maledicit per ſanguinem, paſſionem, vulnera & Sacramenta Chriſti. *Receſſ. Imper. Auguſt. de Anno* 1630. *titul.* **Von Gottes ſchwüren unnd fluchen.** in verb. **daß viel Leute bey der Krafft und Macht GOttes/ dem Leibe/ Glieder/ Wunden/ Tod/ Marter und Sacrament unſers HErren JEſu Chriſti offt leichtfertig/ freventlich und böſslich ſchweren/ oder übel Ding fluchen** &c. Et *Receſſ. Imper.* A*uguſt. de* A*nno* 1548. *tit.* **Von den Gottesſchwüren und fluchen.** *Ordin. Polit. Imper. Francofurtenſ. de* Anno 1577. *tit.* 2. *Matth. Coler. part.* 1. *deciſion.* 172. *numer.* 3. Quæ blaſphemia vulgò dicitur (**Fluchen und Sacramentiren.**)

80 Cuius pœna in Imperio Romano Germanico arbitraria eſt, ita ut pro prima vice blaſphemus ab eiusmodi illicitis & nefariis maledictionibus ac imprecationibus abſtinere admoneatur; ſi verò parere nolit, vel carcere, vel pœna pecuniaria ſecundum qualitatem & gravitatē delicti puniatur, *dict. Receſſ. Auguſt. de Anno* 1530. *&* 1548 *tit.* **Von den Gottesſchwüren und fluchen.** *Ordin. Polit. Francofurt. de Anno* 1577. *tit.* 2. A quibus non multum diſcrepat jus Civile, quo blaſphemator ſeu maledicus extra ordinē pro arbitrio iudicis vel relegatione, vel fuſtigatione vel carcere coercetur, *l. fin. ubi gloſſ. ff. de crim. ſtellionat. Iaſon. in l. ſi duo patroni. §. ſi quis juraverit. fin. ff. de jurejur. numer.* 1. *ſub fin. verſ. aut pars deliberatè.*

Q.11. Quæ ſit pœna maledicētiū per Sacramenta, paſſionem, & Vulnera Chriſti, in terris Saxonicis?

81 Quia verò prædictæ Sanctiones Imperii circa pœnam blaſphemiæ nil quicquam derogant pœnis ſtatuariis Electorum, Principum, ac ſtatuum Imperii, *dict. tit.* **Von Gottesſchweren und fluchen** *in fin. principij Receſſ.* A*uguſt. de* An. 1530. quoad pœnas maledicis infligendas, hiſce in terris potiſſimùm reſpiciendum eſt, ad Ordinationes Provinciales Electorum, ac Ducum Saxon. in quibus à DD. Mauritio & Auguſto de *Anno* 1550. *&* 1555. ſpecialiter ſancitum, ut in terrorem aliorum, maledici præ foribus Templorum, Curiarum vel tabernarum publicè omnibus conſpiciendi ſiſtantur.

82 Quæ pœna à D. Auguſto Electore poſtmodum in *Conſt. Elect.* 1. *part.* 4. non modò repetita, ſed etiam in tantum exaſperata fuit, ut maledici inſuper carcere, vel pœna pecuniaria, & ſi in delictis perſeveraverint, Relegatione puniri debeant *d. Conſt.* 4. *p.* 1. §. **Wir wollen auch**/ in verb: **Nit allein vermöge obgedachter unſerer Landesordnung/ vor die Kirchen Rahtshäuſer oder Schenckſtätte öffentlich ſollen geſtellet/ ſondern auch am Gelde/ oder mit Gefängnüß/ und wo ſie folgends von ihren fluchen und Gotteslåſterungen nit abſtehen/ und ſich beſſern würden/ mit Vorweiſūg unſerer Lande geſtrafft werdē** &c.

83 Adeoque duplici quaſi pœna hiſce in terris maledici affliguntur, dum non modò in locis publicis omnibus conſpiciendi ſiſtuntur, ſed etiam pœna pecuniaria vel carcere mulctantur, etiamſi unica aut prima tantum vice maledixerint, ut rectè ſentiunt *Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 127. *n.* 3. *verſ. ſecundo caſu. Matth. Berlich. part.* 4. *concl.* 1. *n.* 10. fruſtrà diſſentiente *Dan. Moller. ad Conſt. Elect.* 1. *part.* 4. *n.* 11.

84 Coniunctim enim verba *dict. Conſt.* 1. accipienda eſſe, ita ut maledici pro prima vice tàm in locis publicis ſiſti, quàm carcere vel pecuniaria pœna mulctari debeant, menti Electoris magis conſentaneū eſt, & probatur hoc ipſum luculenter ex dictionibus (*non ſolùm ſed etiam*) quarum ea eſt natura, ut amplient & augeant, ita ut utrumq; fieri debeat nec alterutrum ſufficiat. *l. non ſolùm.* 53. *ff. de jud. l. nō ſolùm* 39 *ff. de procurat. l. non ſolum* 3. *ff. ſolut. matrim. l.* 13. *ff. de rei vindic. l.* 33 *ff. de uſucap. l.* 20. *ff. rem ratam haberi. l.* 56 *ff. fam. herciſcund.*

85 *Idemq; comprobat praxis hodierna. Quotidiè enim in Scabinatu in hunc ferè modum pronunciare ſolemus.* So wird *N.N.* wegen ſeines vorübten fluchens andern zum Exempel und Abſcheu vor die Kirchthür oder Schenckſtätt an das Halßeiſen eine (*vel* zwo) ſtunden lang jedermänniglichen anzuſchauen geſtellet/ unnd mag hierüber willkührlichen entweder 6. Tage lang mit Gefängnüß oder um 1. Neue Schock geſtrafft werdē. *Quæ pœna etiam ſæpius exaſperatur pro ratione circumſtantiarum & gravitate maledictorū, maximè ſcandaloſorum.*

86 Neque Sanctio hæc nimis rigoroſa alicui videbitur, cùm gravitas huius delicti, propter quod & fames, & terræ motus, & peſtilentiæ fiunt, ut loquitur Imp. Iuſtinianus in *Novell.* 77. *c.* 1. §. 1. talem iuris rigorem expoſcat. Eoq; magis Conſtitutioni Electorali verbotenus inhærendum eſt,

87 quòd ea non modò in *Reſcripto Torg. Anno* 1583. ſed & in *Ordinatione Politiæ, de An.* 1612. expreſsè confirmata ac renovata fuerit. In qua poſteriori benè notandum; conſuetudinem maledicendi delinquentem nequaquam excuſare, ſed eundem graviorem propterea pœnam mereri, in verb: **oder nach vielheit ſolches/ fürnemlichen** ex conſuetudine **begangenen Laſters/ wol höhers nachmals zu ſtraffen** &c.

Neq, hoc ibidem ſicco pede prætereundum; 88 Quod Magiſtratus inferior, etiam abſq; ſententia & reſponſo peculiari Iuriſperitorum, maledicis pœnam Conſtitutione Electorali definitam imponere & exequi queat, *in verb:* **Inmaſſen wir denn auch zu dieſem Ende / und deſto ſchleuniger** execution, **den jenigen / welchen von uns allen die Erbgerichtē vorliehē / auff den Kirchhöffen / Rathshäuſern / oder Schenckſtätten / die Pranger oder Halseyſen anzuſchlagen / und daran die** delinquenten **zuſtellen / hiermit / auch ohne vorgehendes rechtliches Erkändnüß / gnädigſt erlauben und nachlaſſen thun** *&c.*

89 Porrò & hoc benè notandum, pœnam Ordinationis Provincialis, ut nempe Reus in locis publicis omnibus conſpiciendus ſiſtatur, nemini infligi, niſi Reus de maledictis plenè, & ad minimum per duos teſtes fuerit convictus aut confeſſus.

Q. 2. Quomodo puniantur Nobiles maledicentes?

90 *Vt ſæpius in Scabinatu obſervatum, memini.* Quamvis etiam in delictis arbitrariis Nobiles mitius puniantur, quàm ignobiles *l. Pedius. §. 1. ff. de incend. ruin. & naufr. l. aut damnum. §. in miniſterium. ff. de pœn. l. ſacrilegij pœna. §. 1 ff. ad Leg. Iul. peculat. Andr. Tiraqu ell. de pœn. temper. cauſ. 31 nu. 1. Petr. de Bell-Pert in l. nemo col. 1. verſ. ſed opponitur. C. de Summ. Trin. & fide Cathol. Gramm. vot. 23 nu. 21 & deciſ. 32. num. 2. Salycet. in l. ſervos. nu. 4. in pr. junct. verſ. ſi autem dignitas. C. ad Leg. Iul. publ.* 91 A pœna tamen in Ordin. Provinc. & Conſtit Elector. in maledicos ſtatuta, Nobilitas neminem excuſat, ſed Nobiles pariter atque ignobiles maledici præ foribus Templorum vel Curiarum ſiſti, & pœnâ arbitrariâ, carceris vel pecuniariâ mulctari debent. Eſt enim maledictio ſeu blaſphemia tale crimen, per quod læditur Divina Majeſtas, quod certè gravius aut crimine læſæ majeſtatis temporalis, in quo nobilitas veniam non meretur. *Gigas in tractat. de crim. læſ. majeſt. lib. 2. tit. de pœn. quæſt. 1. numer. 15. & ſeq. Proſp. Farin. de pœn. temp. quæſt. 97. num. 124. Didac. Covarr. var. reſolut. libr. 2. capit. 9. num. 4.*

92 Quinimò *Ordinat. Polit.* **Policeyordnung** *de Anno* 1612. *pag.* 7. omnem reſpectum perſonarum quoad impoſitionem huius pœnæ excludit; dum omnes omninò maledicos cuiuscunque etiam conditionis hi fuerint, ſecundum Conſtitutionem Electoralem puniri jubet, *in verb:* **Weß Standes und Weſens dieſelben auch ſeyn möchten**

93 *Ideoq; non ſolùm à veteribus Scabinis ſecundum Ordinationem Provincialem fuit reſponſum, in hunc ferè modum:* **So werden bemeldte von Adel von wegen ihres geübten und begangenen fluchens / wofern unſer gnädigſter Herr der Churfürſt zu Sachſen / ihnen keine Milderung erzeigen wolte / billich vor die Kirche / oder das Rahthauß jedermänniglichen vorgeſtellet / und darnach mit Gefängnüß in Straff genommen** *&c. M. Febr. Anno* 1571.

94 *Sed etiamnum hodiè eandem pœnam maledicis, Nobilibus pariter atq; ignobilibus indicere ſolemus: Vt nempè præ foribus Templorũ aut Curiarum ſiſtantur, & poſtea carcere vel pecuniaria pœna mulctetur. Ita pronunciavimus ad requiſitionem Conſulum & Senatus* **zu Gübben /** *M. Aug. Anno* 1627.

Ad requiſitionem Quæſtoris VVeidenſis M. Auguſt. Anno 1627.

95 *Similiter fuit reſponſum in caſu, quo Studioſus quidam per Sacramenta Domini & Salvatoris noſtri alteri maledixerat. Ad conſultationem Quæſtoris VVittebergenſis. Menſe Martio, Anno* 1607.

Q. 13. Quæ ſit pœna profanantiũ ſancta Sacramẽta?

96 Præterea immediatè blaſphemia in Deum non ſolùm verbis, ſed & factis committi poteſt; Vt ſi quis Sacramenta Domini ac Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti profanet, in commeſſationibus & compotationibus jocosè verba S. Cœnæ recitando, & Corpus ac Calicem adminiſtrando, vel ſi quis imaginem Salvatoris noſtri manibus impiis ex malitioſo ac calumnioſo animo percutiat. *Nicol. Boer. deciſ. 301. n. 17. Iacob. Menoch. de arbitr jud. quæſt. lib. 2 cent. 4. caſ. 376 n. 2. & 5. Petr. Theodor. in colleg. crim. diſp. fin. th. 8. lit. C. Iodoc. Damh in prax. crim. cap. 61.*

97 Nam ſi is qui imaginem & ſtatuam Principis fœdavit, dehoneſtavitq; graviter puniẽdos eſt, *l. non contrahit. cum l. ſeq. l. famoſi. ff. ad Leg. Iul. majeſt. l. capitalium §. ad ſtatuas ff. de pæn.* Quantò gravius plectendus erit Dei imaginem contumeliosè deturbans. Quò facit *l. un. C. nemini licere ſignum Salvatoris.* ubi pœna graviſſima punitur is, qui in contemptum Chriſtianæ religionis in terra vel marmore ſignum Crucis, quod pedibus calcari poteſt, inſculpſit atq; fixit. *Menoch dict. caſ. 576 n 2.*

98 Nec ineptè quis blaſphemiam cum crimine læſæ Majeſtatis comparaverit; ſicut enim per hoc Majeſtas Politica læditur, ita per illam Divina majeſtas offenditur. *Petr. Theodor. dict diſp. 5 th. 8. Proſp. Farin. in prax. crim. libr. 1. tit. 3. quæſt. 20. num. 5.* Crimen autem læſæ majeſtatis ipſo facto committi tam certum eſt, ut nil certius. Vid. *Proſp. Farinac. part. 5. oper. crim. quæſt.* 113. *Afflict. in tit. quæ ſint regalia. in verb. Et bona committentium n. 53. & ſeqq. Gigas de crim læſ. majeſt. lib. 1. rubr. qualiter & à quib. crim. læſ. majeſt. commit. Tiber. Decian. in tract. crimin. libr. 7. cap. 6. n. 1. & c. 33.*

99 Quia verò in eos, qui ipſo facto Deum blaſphemant, certa pœna iure conſtituta non eſt, ideò huius generis blaſphematores judicis arbitrio pro facti qualitate puniendos eſſe exiſtimat *gloſſ. penult. in cap. ſi canonici §. fin. de offic. ordin. in 6to.* quam ſequitur *Nicol. Boer. dict. deciſ.* 301. *n.* 27. *Paul. Grilland. in tract. de ſortileg. quæſt.* 11. *num.* 18. *Paris. de Put. in tract. de ludo. n. 26. Iacob. Menoch. dict. caſ 376. nu. 4. Decian. l ſi quis id. nu. 4. de iurisdict.*

100 *Secundum quã ſententiam dictavimus pœnam carceris cuidam blaſphematori, qui Sacramentum Euchariſtiæ profanaverit, in hunc modum:* **Wird** N. N. **ſchuld geben / daß er in der Schencke zu Steinbach / allda er gezecht** N. N **ſo gleich getantzet / zu ſich geruffen / ihm ein Stücklein Semmel / welches er zuvor in Wein getuncket / in Mund geſtecket / und ſich darneben dieſer Gotteslāſterlichen Reden verlauten laſſen. Nim hin / das iſt der ware Leib / im Namen Gottes deß Vaters / Sohnes / und heiligen Geiſtes / welches aber** N. N. **wieder herauß genommen / und an die Erden geworffen: Ob nun wol** *inquiſit*, **als er hierüber Articuls Weiſe vernommen worden / deſſen nicht geſtändig ſeyn wil. Dieweil er aber dennoch auß derer vormittels Eydes abgehörter**

Zeugen Auſſage ſolches zur Nothturfft überführet/ꝛc. So wird *inquiſit* ſolcher ſeiner Begünſtigung wegen ein 4. Wochen lang mit Gefängniß/ darinnen er 8. Tage mit Waſſer und Brod zu ſpeiſen/billig in ſtraff genommen/V.R.W. *Ad conſultationem Iohannis Georgii à* Zehmen *M: Nov. A.*1625.

101 *In caſu ſimili blaſphemantem carcere puniendũ eſſe, pronunciavimus*, gegen Wurtzen/ An die Stattgerichte. *M. Iul.* An.1617.

102 Cæterùm, in genere crimine blaſphemiæ tradunt interpretes communiter, iſtud tàm execrabile eſſe, ut quis de blaſphemia inculpatus & convictus ſtatim debeat puniri, nec ei ulla defēſio & reprobatio contra teſtium perſonas & eorum diſpoſitiones concedatur. *Paris de Puteo tract. de ſynd. verb. condemnatio n.*13. *verſ. licet ſint aliqua delicta Matth. Berlich, part.*1. *concl.* 2. *n.* 17. *Iul. Clar lib.*5. *ſent.* §. *blaſphemia n.*4. *Ludov. Gilhauſ. in arbor. jud. crim. c* 2. *tit.*1. *n.*17.

103 Quod tamen nimis rigoroſum eſt, *& contrarium in Electorali Scabinatu ſæpius obſervatum fuiſſe memini.* Quemadmodum etiam prædictam Dd. aſſertionem à plerisq; reiectam eſſe, eamq; nec in Curiis Franciæ, nec in Dominio Mediolanenſi ſervari, teſtantur *Gilhauſ. in arbor. iud. crim. c.*6 *part.*1. §.19. *n.*17. *Nicol. Boer. deciſ.*301. *n.*11. *Iul. Clar. dict.* §. *blaſphemia. n.*4.

104 Neque concedendum iſtud, quod ſcilicet cognitio de crimine blaſphemiæ ſit mixti fori, & tam ad Eccleſiaſticum, quàm ſecularem judicem ſpectet, atq; præventioni locus ſicut opinantur *Didac. Covar. in c. quamvis* 2. *de pact. in* 6*to part.* 1. §. 7. *n.*29. *Ludov. Gilhauſ. in arbor. iud. crim. c.* 2. *tit.*1. *n.*4. *Iul. Clar. lib.*5 *ſentent.* §. *blaſphemia nu.* 4. Quamvis alii hoc tantummodo ad caſum blaſphemiæ à Iudæo commiſſæ reſtringant. *Felin. in c. poſtulaſti* 14. *extr. de Iuda n.*4. *verſ. ſed in his quæ non pertinent ad articulos fidei & n.*5. *ſub fin. verſ. ſi verò videtur eſſe mixtum Anton. Teſſaur.* (ubi ita in cauſa cuiusdam Hebræi 18. Nov. An. 1570. in Senatu Pedemontano iudicatum refert) *deciſ.* 241. *n.*7.

Q.14. *Cognitio de crimine blaſpemiæ ad quē judicem ſpectet?*

105 Etſi enim de Iure Civili fortaſſis hæc ita ſeſe habeant, ut apparet ex iis, quæ tradit *Didac. Covarr. & Ludov. Gilhauſ. d. locis.* Cum quo aliquo modo videtur convenire Sanctio Imperialis, vigore cuius Clerici à Iudice Eccleſiaſtico, Laici verò à Iudice ſeculari puniri debent, *in Receſſ. Imp. Colon. de An.*1512. *tit.* von Gotteslåſtern *verſ.* und ſollen die Thåter die geiſtlich weren/ von der Geiſtlichen/und ſo die weltlich werē/von der weltlichen Obrigkeit/an den Enden/wo ſolche Sünde begangen were/geſtrafft werden.

106 Attamen in locis reformatarum Eccleſiarum Blaſphemi indiſtinctè, ſive Laici ſint, ſive Clerici, à iudice ſeculari coërceri debent, & ſic hiſce in terris cognitio de crimine blaſphemiæ indifferenter ad judicem ſecularem ſpectat Vid. Kirchenordnung/*tit.* von den beyden Conſiſtoriis *art.* 10. Was vor Straffen das Conſiſtorium/ und deſſen Aſſeſſorn zuerkennen/und gebrauchen haben ſollen. *verſ.* Denn ob ſich wol *&c. Quod & uſu ac praxi comprobatum ſcio.*

QVÆSTIO XLVI.

De Pœna Perjurii.

SVMMARIA.

1. *Periurium eſt ſpecies criminis læſæ Maieſtatis Divinæ.*
2. *Definitio Periurii.*
3. *Atrox & grande crimen eſt periurium.*
4. *Reſcriptum Imp. Alexandri de perjurio in l.* 2. *C. de Reb. Credit.*
5. *In quo explicando anxiè laborarunt Dd. n.*21.
6. *Variæ referuntur explicationes Interpp. n.*7. 8. 9. 10. 11. 12.
13. *Ethnici perjuros graviſſimis afficiebant pœnis.*
14. *Apud Ægyptios capitali ſupplicio periurium puniebatur.*
15. *In Iure civili fit mentio pœnæ periurii.*
16. *Genera pœnarum adverſus periuros legibus prodita ſunt, n.*17. 18. 19. 20.
22. *Periurium iure Romano non puniebatur.*
23. *Vera explicatio l.* 2. *C. de Reb. Credit. nu.*24. 25. 26. 27. 28.
29. *Ratio huius explicationis.*
30. *Reſpondetur ad contraria n.*31. 32. 33. 34.
35. *Periurium teſtis deponentis in crimen falſi incidit.*
36. *Intellectus l. ult. ff. de crim. Stellionat.*
37. *Deus periurium non relinquit impunitum.*
38. *Quod demonſtratur exemplis n.*39.
40. *Moribus hodiernis periuria puniuntur à Magiſtratu, n.*41.
42. *Nec non de jure Pontificio.*
43. *Arbitraria pœna hodie periuri puniuntur, pro arbitrio iudicis. n.* 44. 45. 46. 47.
48. *Reſponſum Ienenſium.*
49. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
50. *Quando periurium puniatur amputatione digitorum. n.*51. 53. 56.
52. *Explicatio art.*107. *Ordin. Crim. Carol.*
54. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
55. *Qui ſuo periurio alium ad pœnam capitalem fecit damnari ſimili pœnâ affici debet.*

1 SPecies Criminis læſæ Maieſtatis Divinæ eſt quoque periurium. *Matth. Weſemb. in parat. ff. ad Leg. Iul. Maieſt. num.*7. *in fin. Petr. Theodor in Colleg. Crim diſp.*5. *th.* 8. *lit. F. verſ. Huc porrò referunt.*

2 Quod definitur mendaciũ jureiurando firmatum, *c. animadvertendum.* §. *cum ergo* 22. *q.* 2. *&c. ſeq. Iul. Clar lib.*5. *ſent.* §. *periurium in pr. Tiber. Dec. in tract. crim. lib.* 6. *c.* 7. *n.* 1. *Nicol. Boer. dec.*305. *n.* 1. *Matth. Steph. ad art.*107. *Ordin. Crim. Carol.*

Hoc crimen atrox & grande eſſe, nemo ferè ambigit. *Andr. Rauchbar. part.*2. *quæſt.*2. *num.* 35.

1. *Num periurium iure Civili Romano fuerit punitum?*

Tiber.Decian.dict.lib.6.cap.9.n.1. in tantùm, ut etiam gravius ac maius credatur ipſo homicidio Periurus enim primam Decalogi tabulam violat, pietatem ac religionem, abutitur nomine Divino, Deumq; iuſtiſſimum ac potentiſſimum ſibi ipſi optat vindicem. *Frider.Balduin.in caſib. conſil.lib.2.cap.9.caſ.16.pag.355. Iacob. Menoch. de arbitr,iud.quæſt.lib.2.cent 4 caſ.319.n.2.Tiber. Decian.dict lib.6.cap.9.n.7. Didac.Covarr. in cap. quamvis part.*1.§.7.*num.*1 *de pact.in 6to.* Vt vix dubitare liceat, quin iudex vel Magiſtratus in periuros inquirere, & animadvertere debeat, niſi hoc prohibuiſſet Imper. Alexander in ſuo Reſcripto, quod exſtat ſub *l.2.C.de reb.credit. & iureiur.*

4 Cuius reſcripti verba hæc ſunt: *Iuriſiurandi contempta religio ſatis Deum ultorem habet. Periculum autem corporis vel maieſtatis crimen, ſecundum Conſtituta Divorum Parentum meorum, etſi per Principis venerationem quodam calore fuerit peieratum, inferri non placet.* Hactenus verba Legis. Quibus manifeſtè periuri ab omni pœna temporali liberantur.

5 Quod quia impietatis notam ſapit, Interpretes in hoc reſcripto nequaquam acquieſcentes quo alium verborum ſenſum extorquerent, mentemq; Imperatoris longè aliam, quàm quæ ex ipſis verbis elicitur, fuiſſe demonſtrarent, anxiè profectò laborarunt.

6 Quidam enim ut poſterius, ita & prius reſcripti membrum de iis, qui inconſulto ex temeritate, calore, vel motu quodam citra alterius incōmodum, contra Deum peierant, intelligendum eſſe volunt. *Iacob.Menoch.de arbitr. iudic. quæſt. lib.2.cent.4.caſ.319.num.27.Duar.lib.2.diſp.anniverſ.c 73 Borch.de iureiur.c.8. n.51. & ſeq.Bronch. cent.1.c.71.*

7 Plerique textum illum explicant de periurio etiam deliberato, quod detrimentum vel præiudicium alteri non adfert. *gloſſ.in l.2.in verb.ultorem C reb.credit.& in c.fin.in verb.recipiatur 6. q. 1.Iaſon in l.ſi duo patroni § ſi quis iuraverit n.1.ff. de iureiur.* ubi hanc explicationem dicit eſſe communem *Iul.Clar.lib 5.ſent.§.periurium nu.* 11. Vel de periurio commiſſo in præſtatione iuramenti judicialis, vel litis deciſorii. *Cyn.Bartol. Bald.Salycet Sichard.& alii in d.l.2.C.de reb.credit.Nicol.Boer deciſ.305.n.2.& ſeqq.Ioh.Schneidv. in §.item ſi quis poſtulante num.* 120. *Chil.* König *in proceſſu c.66.n.5.*

8 Alii verò exiſtimant, Dei ultoris appellatione in *d.l.2.* ſignificari eos, qui Sacris & religionibus præerant, & hodie Eccleſiaſticum, non civilem ſecularem vel politicum Magiſtratum gerunt, *Thom.Barbat.in repet l.ſi quis maior num.64.C de tranſact.Boer.dict.deciſ.305.n. 2. Hottom. ad tit.ff. de iureiur.fol* 49. 9 Vel, Imperatorem Alexandrum in illo reſcripto capitis & læſæ Maieſtatis, non reliquas pœnas peierantibus remittere. *Petr. Gregor.in ſyntagm.iur.lib.*50.*cap.*11.*n.*1. Vel, ordinariam pœnam & ultionem, non extraordinariam 10 judici adimere, *Gram, poſt Angel. in conſil. 93.n.2.vol.2.* Vel, ideo perjurium pœna capitali non coerceri, cùm Deum ultorem & vindicē habeat, *Didac.Covarr.§. 7.in 1.part.relect.tom.1. ad rubr.c.quamvis de pact.in 6. numer.2.* Aut, 11 Deum habere ultorem quoad animam, & conſcientiam peierantis. *VVeſem.in parat.ff.de iureiur.n.13.*

Sunt & alii, qui verba prædicta de violato calumniæ 12 juramento accipiunt, *Gloſ.in §.1:in verb. iusiurandi.Inſtit.de pœn.tem.litigant.* quam ſequuntur Doctores relati à *Iacobo Menoch.de arbitr.iud.quæſt.lib.2.cent.4 caſ.319.n.29.* Alii aliter verba *d l.2.* explicare conantur. Suntque in hac re tot opiniones Interpp. ut vix omnes referri queant. *Tiber.Decian.in tract.crim.lib. 6.c. 13.Iacob.Cuiac.2.obſerv.19.& 8. obſerv. 7. Andr. Rauchb.part.2.q.2.num.37 & ſeqq. Menoch.dict. loco.*

13 Commovit enim non parùm Dd. quòd Ethnici lege naturæ edocti, quantum eſſet ſceluspejerare, periuros graviſſimis afficiebant pœnis. Sic *M. Tull. Cicer. libro tertio off.* nulla de re diligentius judicaſſe ſcribit Cenſores, quàm de jurejurando, ſi ſcilicet hoc fuiſſet violatum. Et *libro ſecundo de LL.* ait: *periurii pœna divina exitium, humana dedecus violati iuriſiurandi eſto.* Scythas quoque per ſolium Regium pejerantes morte mulctaſſe, teſtis eſt *Herodotus libro* 4. Et apud Indos de periurio convictos, manum, pedumque digitis & extremis membris decurtatos fuiſſe, autor eſt. *Alexander lib.genial.dier. 6,cap.*10.

14 Similiter apud Ægyptios lege publica in periuros pœna capitalis fuit conſtituta, tanquam in eos, qui duplici ſcelere tenerentur, quòd & pietatem in Deum, & fidem inter homines tollerent, quæ duo longè maxima eſſent ſocietatis humanæ vincula, & hoc modo unâ operâ Deos atque homines offenderent, autore *Diodor.lib. 1.cap.6.* Credere ergò non potuerunt Interpp. Imp. Alexandrum periuros impunitos relinquere voluiſſe.

15 Idque eo minus præſumendum exiſtimaverunt, quòd alibi in jure Civili expreſſa fiat mentio pœnę periurii: Vt *in l.nam ſufficit 22. iuncta l. quod ſi deferente n. 21. ff. de dolo malo.* Vbi ICti non volunt agi civiliter, ut cauſa jureiurando deciſa retractetur, ſed potius criminaliter, ut periurii crimen vindicetur, ne ſcilicet, ſi per Leges non puniatur, via hoc modo impiis aperiatur periuriis. Qua ratione etiam Iuſtinianus Imper. per Leges periuria puniri debere, alibi monet *in l.2. C.de indict. Viduit.*

16 Nec deſunt genera pœnarum certa, adverſus periuros paſſim in legibus prodita; Nam Vlpianus ICtus *in l.ſi duo patroni 13.in fin.ff. de iureiur.* expreſſè pœnam periurii corporalem nominat fuſtigationem à Severo & Caracalla Imper. ordinatam, hiſce verbis: *Si quis* (inquit) *iuraverit in re pecuniaria per Genium Principis, dare ſe non oportere & peieraverit: Vel, dari ſibi oportere: Vel intra certum tempus iuraverit ſe ſoluturū nec ſolvit, Imperator noſter cum Patre reſcripſit, fuſtibus eum caſtigandum dimittere &c. Gloſſ.in l. nam ſufficit 22.ff de dolo malo,& in can Rex in ver. & periurus 23.quæſtion.5 Guid. Pap. conſil.89. col. 2.& 3.Barbat conſil.15 col.6.lib.1. Socin. conſil.7. num.10.in pr.* 17 Quam pœnam ſemper comitatur infamia, quæ & ipſa pœna crimini huic adiuncta eſt, ex reſcripto Gordiani Imper. in *l.fuſti-*

bus 16 C.ex quib.cauſ.infam.irrog.Cujac.lib.8.obſervat.7.& libro 13.obſerv.3.in fin.

18 Vnde nec perjuro tanquam infami amplius juramentum defertur, *can.parvuli 22.qu.5.Bart.* & *Angel.poſt Gloſſ.in l.Lucius 21. de his qui not. infam. Iaſon.in l.ſi duo patroni.§. fin.ff. de iureiur. Iul.Clar.in dict.§ periurium. verſ.ſcias tamen.* Neque is ceu perſona infamis ullis honoribus, qui integræ dignitatis hominibus deferri ſolent, uti poteſt. *l.un.C.infam.* Quoniam infamibus portæ dignitatum patere non debent, *c.pen.de reg. iur.in ſexto.*

19 Pariter à tranſactione jurata reſiliens, quam Dei Omnipotentis nomine invocato, eò ceu teſte & autore ſolidavit, tanquam periurus non ſolùm notatur infamia, ſed & cauſa cadit, & pœnam promiſſam luere, & accepta reſtituere debet, quoquo modo is adverſus pacta vel tranſactiones venerit, vel interpellando iudicem, vel ſupplicando Principibus, vel non implendo promiſſa, ex reſcripto Impp. Arcadii & Honorii in *l. ſi quis maior.41.de tranſaction.* Quæ pæna etiam in legatarium, qui hæreditatem ſatis ab undeque ad ſolida legata ſufficere, heredi ignoranti adhuc ſubſtantiam hæreditatis, iurato perſuaſerit, ſtatuta eſt in *l. ſi legatarius 23.ff. de dolo malo.*

20 Quinimò teſtis ac cuius periurio ceu falſo teſtimonio aliquis criminaliter punitur, pœna eiusdem ſupplicii tenetur, *l.1.§.1.& tot.titul.ff. ad Leg.Cornel.de ſicar.* Et præter infamiam etiam exilii pœnâ mulctari periuros, ICtus Modeſtinus apertè indicat in *l.ultim.ff.de crimin. ſtellionat.*

21 Hæcque Doctores adeò commoverunt, ut Alexandrum Imper. in *l.2.C.de reb. credit. & iureiur.* juramenti veri & per Deum præſtiti contemptoribus, criminis impunitatem concedere voluiſſe, nequaquam ſibi perſuaderi paſſi fuerint.

22 Quæ tamen tanti ponderis non ſunt, ut propterea à claro & manifeſto ſenſu verborum recedendum eſſe exiſtimaverim. Sed bene iisdem perpenſis, vix poterit negari, jure Romano perjurium contra Deum, etiam conſulto, & mala mente commiſſum (nulla pœna temporali, eaque certa determinata) ultioni ac pœnæ divinæ relictum fuiſſe. *Hugo Donell.ad tit.ff. de iureiur. cap. 9 numer.7.& 8.Fach.libr.1. contr.iur.cap. 14. Petr.Theodor.in colleg.crimin.diſp.5.th.8.lit.F.Nicol. Reuſner.lib. 3. deciſ. 2. Nicol. Boer. dict. deciſ. 305. Iohan.Robert.lib.2.ſentent.iur. capit.20. Tiber. Decian.in tractat. crimin.libr.6.cap.13.* Quid namque clarius dici poteſt, quàm jurisjurandi
23 contemptam religionem ſatis Deum ultorem habere *d.l.2.C.de reb.credit.* ubi notanda dictio (*ſatis*) cuius hæc vis eſt, ut nihil requirat & admittat ulterius. *l.5.§.2.ff.de iureiur.l.ſatisque pæna ſubit.19.ff. de in ius vocand.* Proinde ſufficit abundè ultio & animadverſio Divina, omni humana pœna excluſa. Quo ipſò refellitur *Herm. Vult.* dicens, nullam eſſe conſequentiam hujus aſſertionis: Periurium Deum habet ultorem, ergò legibus Civilibus non puniendum, ſiquidem & reliquorum criminum Deus ipſe ſe vindicem profiteatur, *in §.item ſi quis 11.Inſtit.de Action.*

24 Obſervandum quoque iſtud, quòd in tit. ſub quo poſitum Reſctiptum Alexandri Imper. agatur de iuramento iudiciali, comprobante hoc Rubrica eiusdem tituli. Adeoque Reſcriptum hoc non de eiusmodi temerario juramento extra iudicium præſtito, & periurio alteri minimè damnoſo accipi poteſt, puta, quòd quis peieraverit ſuper itinere ad S. Iacobum ſuſcipiendo, de abſtinentia ab eſu carnis &c. Maximè cùm tanto Imperatore indignum planè, eundem de re tam levicula & interrogatum fuiſſe, & reſcripſiſſe, *Sichard.ad dict.l.2.Robert. ſentent.20.* Neque
25 de periurio calore iracundiæ commiſſo, hic textus exaudiendus eſt. Cum iuramentum iudiciale, de quo ibidem agitur, non ita præcipitanter, ſed deliberato & deferri & referri ſoleat. Et periurium, quod fit ex contemptu Maieſtatis Divinæ ab animo deliberato potius, quàm à præcipitanti adeoq; calore iracundiæ provenit.

Nec ratione Reſcriptum hoc Alexandri Imper. deſtituitur.
26 Satis namque conſtat, nihil aliud eſſe periurium, quàm contemptam iurisiurandi religionem, *dict.l.2.C.de reb.credit.* Religionis autem contemptus ad Deum ſolũ pertinet, cuius nomen & numen, Maieſtasque eius eô factô vel maximè læditur, ſi parum religiosè iusiurandum ſervetur, cuius ipſe Deus aut teſtis, aut iudex invocatus eſt, teſte *Platone libr. 11. & 12.de legibus.* Meritò igitur pœna eius permittenda eſt ſolius Dei iudicio, nec opus ulla alia animadverſione humana in Divino iudicio, quod per ſe ſatis grave & intolerabile Reo, futurum eſt. *Nicol.Reuſn.dict.lib.3.deciſ.2.n.3.*

27 Et, ſi homini privato iniuriæ ſuæ æſtimandæ ius conceditur in iudicio, ut ſcilicet iudex cauſa cognita tanti condemnet Reum, quanti iniuriam paſſus æſtimaverit, *§.pæna Inſtit. de in iur. l. Prætor.7.in fin.l.item apud Labeonem 15.§.ait Prætor.ff.de iniur. Gellius lib.20.cap.1.Paul.libr. 5.ſentent.cap.4.* Multò certè magis æſtimatio & arbitrium ſuæ iniuriæ Deo relinquendum, cui ea facta cenſetur, qui & ſolus rectè omnia cognoſcit & iudicat, facta quævis delinquentium perſpiciendo, omnesque cordium humanorum latebras perſcrutando. Hocque eſt, quod expreſſè legitur in Lege divina: *Non aſſumes nomen Domin Dei tui in vanum: Quia non impunitum relinquet eum ipſe Dominus, qui nomen eius vanè uſurpaverit.*

28 Sicuti ergò Principi ſuæ iniuriæ & læſæ Maieſtatis per contemptam eius veneratione vindicandæ, coercendæque poteſtas, ita & Deo iuſto iudici & vindici iniuriæ ſibi illatæ per contemptam iurisiurandi religionem, puniendæ jus relinquendum eſt. Et licet omnium peccatorum ac maleficiorum communis eſſe ſoleat pœna, ipſa ultio & vindicta Divina; attamen modo quodam peculiari, ut dictum, ea ſancita eſſe videtur in periurio. *Nicol, Reuſner, dict. lib. 3. deciſ. 2.num.6.*

Quo-

29 Quoniam ergò tam atrox & tam gravis pœna ſtatuta eſt perjurio, ut Deum habeat ultorem, mirum profectò videri non debet, nullam legibus Romanis pœnam humanam conſtitutam eſſe adverſus periurum, quicquid etiam de Ægyptiorum, Scytharum & Indorum moribus ac ſanctionibus proferri poterit, quippè quòd ſolũ de Romanorum, non etiam aliarum gentium jnre quæſtio ſit: Aliæ enim aliarum Rerumpublicarum leges ſunt, alia ſtatuta, aliæq; conſuetudines: Neq; omnes leges omnibus Rebuspublicis conveniunt. Quod verò de Cenſoria notâ ex *M.T. Cicerone* ſuprà adductum, hoc ipſum certè convincit ſatis & arguit, nullam Legibus Romanis fuiſſe certam ac ordinariam periurii pœnam conſtitutam. Docet enim hiſtoria Romana, Cenſores in ea præcipuè animadvertere ſolitos fuiſſe, de quibus nihil cautum fuerat legibus civilibus, ut declarant exempla Cenſoriæ notæ apud *Valerium Maximum l.2.c.*4.

30 Neque ICtum Paulum in *l. nam ſufficit* 12. *ff. de dolo malo*, de alia pœna periurii, quam de vindicta Divina, cuius fit mentio in *d. l.2. C. de reb. credit. & jurejur.* quatenus ſcilicet quis per Deũ juraverit, loqui, credẽdum eſt, ut rectè animadvertit *Accurſius ibidem*. Quo ſenſu etiam Iuſtiniani Imperatoris edictum illud accipiendum eſt, quo inhumanum eſſe monet, per leges, quæ periuria puniunt, viam impiis perjuriis aperiri, *l.1. C. de Indict. Viduit. Nicol. Reuſner. dict. deciſ.* 2. *n.*47.

31 Quod autem Vlpiano in *d. l. ſi duo patroni.*13. *ff. de jureiur.* placet, fuſtibus cædi eum, qui per Principem juravit & pejeravit, ex ſententia Severi & Antonini Impp. id ſanè nihil videtur ſtatuere contrarium. Quippe in quo vindicatur ſolùm Maieſtas Principis, per cuius Genium aut venerationem iuratum eſt, non autem jurisjurandi contempta religio, quæ contemptus eſt numinis, non Principis. Quamvis & ipſam pœnam ceu vindictam privatam ſpontè ac ultrò remittat Alexander Imper. ſi præſertim calore iracundiæ, & quaſi mente alienata per furorem nõ autem data opera per Principem ſit pejeratum, *l.2. C. de reb. credit.*

32 Periurum verò infamem eſſe, facilè conceſſerim, ſi de facti infamia hoc accipiatur, non de illa, quæ jure & edicto irrogatur, & uſu juris abſolutè infamia dicitur, ſed quæ eſt in re & opinione hominum, ob quam periurus meritò infamis, & per conſequens improbus atque inteſtabilis habetur, ita ut amplius ei ne quidem juranti credatur, nec iuramentum ipſius vel teſtimonium recipiatur, quin ne ipſi quidem dicatur teſtimoniũ omni fide ei derogata, ſic, ut ab ipſo limine judicii repellatur, etiam parte non opponente, *arg. l. is cui lege* 18. §. *ſi quis l.*26. *ff. qui teſtam. fac. poſſ. c. quicunque* 6. *q.* 11. *Gloſſ. ult. in c. per literas de præſum. Tiber. Decian. in tract. crim. lib.*6. *c.*13 *n.*17. *Iacob. Menoch. lib.*2. *arbitr. iud. quæſt. cẽt.* 4. *caſ.*319. *Iul. Clar. in dict.* §. *periuriũ verſ. ſed quæro Iaſ. in d. l. ſi duo patroni ff. de iureiur. Nevizanz. conſ.*21. *n.*1.

33 Nullam quoque pœnam periurii definit reſcriptum Arcadii & Honorii *in l. ſi quis maior C. de tranſact.* Quippe quo vel maximè probatur, non tàm periurii ipſius, quàm tranſactionis violatæ pœnam eſſe infamiam, cuius irrogandæ cauſa ea præcipua eſt, ne quis facilè à tranſactione diſcedat, quam ratam haberi publicè intereſt *l. cum proponas* 17. *l. promiſſis* 37. *l. ubi pactum* 40 *C. de tranſact.* obque id delinquens etiam privatur actione & proprietate, de qua contenditur, & omni præterea emolumento contractus, ſimulq; ad pœnam conventionalem tenetur, *d. l. ſi quis maior, ubi Iaſon n.*3.

34 Adeoque pœna iſta non tam perjurii propria eſt, quàm fidei violatæ, hoc eſt, doli mali admiſſi, cuius actio eſt famoſa *l.1. & 3 ff. de dolo malo l. 1. ff. de his qui not. infam.* Quemadmodum etiam non tam de periurii, quàm fraudis & falſi commiſſi pœna accipi debet, *l. ſi legatarius* 23. *ff. de dolo malo.*

35 Eodemq; modo quòd pœna Legis Corneliæ infligenda eſt teſti, ob falſum teſtimonium perhibitum, juxta *l.1.* §.1. *ff. ad Leg. Corn. de ſicar.* hoc efficit crimen Falſi commiſſi, cuius alia eſt pœna, alia itidem Periurii. Æquum enim eſt, pati falsũ teſtem id mali, quod alteri facere cogitavit. Sicut Lex Moſaica præcipit, *Deut. c.*19. repetita, & exemplo confirmata in hiſtoria Suſannæ. *Nicol. Reuſn. dict. deciſ. n.*58.

36 Similiter in *l. fin. ff. de Crim. Stellion.* exilii pœna non crimini periurii, ſed Stellionatus imponitur, adeoque fraudationis & impoſturæ pœna dicenda eſt, quæ tamen tunc locum habet maximè, quoties Stellionatus crimen adhuc gravius eſt ipſo periurio. Sicut & aliàs ſceleris aut criminis alicuius gravitas creſcere dicitur ex rerum & perſonarum circumſtantiis. *l. aut facta* 16. *ff. de pæn.* §. *atrox. Inſt. de iniur. Tiber. Decian. in tractat. crim. lib.*6. *c.*9. *n.* 8.

37 Ex iam dictis luculenter apparet, nullum ordinarium de Periurio iudicium, ſive civile ſive criminale, lege aliqua civili vel edicto conſtitutum eſſe, ſed crimen hoc ultioni Divinæ cõmitti. Nec enim Deus delictum hoc impunitum relinquit, ſed maledictio veniet in domum iurantis in nomine Dei mendaciter. *Zach.* 5. *verſ.*4. & is erit teſtis velox periuris. *Malach.* 3. *v.* 5.

38 Idque confirmant exempla quamplurima puniti periurii; Iſraelitæ non ſervantes quod iuraverant Gibeonitis, fame puniebantur, & ſeptem filii Saulis propterea ſuſpendebantur. 1. *Sam.*21. Saul non ſervans fidem, quam iuraverat Davidi, multiplices incurrebat pœnas, tãdemque ſibi ipſi manus inferebat. 1. *Sam.*19. *v.* 20. Sic etiam Oſeam Regem Iſrael nolentem amplius tributa reddere debita, Salmanaſſer Rex Aſſyriorum obſedit, & vinctum miſit in carcerem. 2. *Reg.*17. Zidekias periurus à Nebucadneſare capiebatur, oculisque privabatur. 2. *Paral.*36. idque Dominus ei prædixerat: *Vivo ego quoniam ſpreverat iuramentum, ut ſolveret fœdus, non effugiet, Ezech.*17.16. Alcimus Pontifex ob periurium apoplexia moriebatur, 1. *Maccab.* 7. Andronicus periurus eodem in loco, quo interfecit Oniam Sacerdotem, vita privabatur, 2. *Maccab.*4. Quæ aliaque exempla commonſtrãt periurium, ut maximè legibus civilibus non coërceatur, ab ipſo tamen DEO haudquaquam

quam relinqui impunitum: Quemadmodum & ipſemet Deus prædixit *Exod. 20. v. 17. Non manet impunitus is, qui adſumit nomen Dei fruſtra.*

40 Quæ licet de Iure Civili ita ſeſe habeant, juxta diſpoſitionem *d. l. 2. C. de reb. credit. & jurejur. A*ttamen, quia iniquum eſt impii & profani juramenti violatoribus (formula enim iuris iurandi per Principem & ejus Genium impia & execrabilis eſt, *Andr. Rauchb part. 1. quæſt. 3.*) pœnam infligere, juramenti autem veri & per Deum præſtiti contemptoribus criminis impunitatem concedere; Ideò ab hac juris Romani diſpoſitione non immeritò jam dudum fuit receſſum ab Interpretibus ferè communiter, exiſtimantibus, crimen periurii ceu graviſſimum extra ordinem rectè à Magiſtratu puniri poſſe ac debere; 41 Ne impunitate delicti huius via quodammodò aperiatur periuriis, *l. 1. C. ſi adverſ. vendit. cap. 1. quod met. cauſ. cap. ſi verò cap. verum. de jurejur. Nicol. Reuſner. lib. 3. deciſ. 2 num. 65.* Andr. *Rauchbar dict quæſtion. 3. num. 44. part. 2. Petr. Theodor. in* Colleg. *crimin. diſp. 5. th. 8. lit. F. in fin. Virgil. Pingitz. quæſt. 39. Franc. Pfeil. part. 2. conſ. 150.*

42 Quod & Iuri Pontificio convenit, quo perjurii pœna eſt excomunicatio. *can. fin. 22. quæſt. 1. can. animadvertendum eſt. §. cum ergò 22. quæſt. 2. can. ſi quis convictus. in pr. can. parvuli. verſ. & qui ſemel can. ſi quis laicus 22. q. 5.* Præterea & infamiâ notatur perjurus. *c. infamis quæſt. 1. dict. can. ſi quis convictus cap. querelam de jurejur. c. pervenit. de fidejuſſor.*

Q. 2. Quanam pœnâ hodiè perjuri plectantur?

43 Hinc uſu receptum hodiè, ut periuri pœnâ aliquâ afficiantur. Quæ tamen certa non eſt; ſed extraordinaria & arbitraria, pro modo & ratione ipſius delicti; veluti relegationis, carceris, aut pecuniaria mulcta, ut docent *Virgil. Pingitz. dict. qu. 39. n. 10. Ioh. Shneidvvin. in § item ſi quis poſtulãte n. 123. Inſt. de act. Nicol. Reuſn. dict. deciſ. 2. nu. 82 lib. 3. Hartm.* Piſt. *obſerv. 150. n. 5. Matth. Steph. ad artic.* 107 *Ordin.* Crim. *Carol. Fichard. conſ. 148. n. 5. vol. 2.*

44 *Tùm*, quòd quando pœnæ neq; legibus, neque ſtatuto definitæ ſunt, arbitraria eſt animadverſio. *Iaſ. in l. jubere. 4. n. 17. ibi: Licet alias ubi pœna non expreſſè determinata &c. ff. de juriſdict. Iacob. Schult. ad Modeſt Piſtor part. 3. quæſt. 104. n. 8. Andr.* Tiraquell. *de pœn. leg. temper. cauſ. 31. n. 34. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. libr. 1. quæſt. 86. n. 7. verſ. aut à jure communi. Ludolph. Schrad. in tract. de feud. part. 10. ſect. 19. n 122. verſ. eam ob cauſam &c.*

45 *Tum*, quòd non omne periurium indifferẽter æquè grave eſt, adeoque nec pari ſemper ſupplicio coercendum. Pœna enim commenſuranda eſt delicto, & illius qualitati correſpondere debet. *c non afferamus 24. quæſtion. 1. cap. felicis. §. cæterum. de pœn. in 6to l. reſpiciendum. ff. de pœn. Hippol. de Marſil. in l. fin ff. ad Leg.* Cornel. *de ſicar. Proſper. Farinac. in prax. crimin. lib. 1. titul 3. quæſt. 19. n. 5.*

46 Ideoq; in puniendo hoc crimine diligenter animadvertendum eſt: Utrum dolo malo & conſultò, deliberatoque peieratum ſit; An verò calore quodam iracundiæ, aut alio quodam affectu permotus, maximè verò, an iuſta & probabili aliquâ ex causâ ad iram concitatus quiſpiam hoc fecerit; An verò ex causâ illicitâ & omninò temerè ac petulanter, ut notat *Iaſon. in l. ſi duo patroni §. fin. de iureiur.* Si quis enim calore iracundiæ fortè linguâ lapſus aut præcipitatus periurium commiſiſſet, plerumque eo caſu, (quia ſcilicet primi motus non ſunt in poteſtate noſtra) dummodò non accedat perſeverantia ignoſci delinquenti, & venia dari ſolet. *Nicol. Reuſn. dict. lib. 3. deciſ. 2. n.* 57. Perindè ut & aliàs, quicquid calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, non prius ratum eſt, quàm ſi ex perſeverantiâ apparuit iudicium animi adfuiſſe, teſte Paulo in *l. quicquid calore ff. de reg iur* Nã ex perſeverantiâ & perpetuitate animi præſumitur deliberatio, *l. ſi adulterium. 37. §. 6. ff. ad Leg Iul. de adult. l. 3. ff. de divort.* Eoque reſpicit Ordinatio Politiæ Sereniſſimi noſtri Dn. Electoris Ioh. Georgii *de An. 1612. pag.* 10. in verb: **Allein daß hierbey gute Fürſichtigkeit gebraucht / und nach der bekanten** diſtinction **der Rechtslehrer** inter temeraria, deliberata, & inconſiderara periuria **gebürender Unterſcheid jederzeit gemacht werde.**

Perpendendum quoque damnum, quod ex periurio reſultat, nec non commodum, quod periuro accedit, ut & cauſæ qualitas, aliæve circumſtantiæ, quæ arbitrio & prudentiæ iudicis ſunt committendæ, qui pro modo & ratione delicti vel graviorem, vel mitiorem pœnam imponere debet. 47

Hinc adverſus iudicem quendam, qui contra præſtitum iuramentum homicidam in domum ſuam tectum & menſam receperat, eundemque rurſus impunè à ſe dimiſerat, pœna arbitrariâ, carceris, vel relegatione temporalis, aut mulcta pecuniaria animadvertendum eſſe, reſponderunt Ienenſes, referente Virgil. Pingitz. q. 39. 19. 48 49 *Pariter dictaverunt Scabini alicui pœnam temporalis relegationis, ob violatam promiſſionem juratam hiſce formalibus:* **Hat** *M. S.* **mehren anzeigen nach zu wieder ſeinem geleiſteten Eide / ſein Weib / ohne Urſach mit bloſſer Wehre überlauffen / dieſelbe braun uud blau geſchlagen / und als jhm von dem Ampte bey einer Geldbuſſe ſich gegen ſeinem Weibe friedlich zu halten; ufferleget worden / iſt er demſelbigen verflüchtig worden / und einen / darvon euer Frage meldet / uff freyer Straſſe gewegelagert / und jhm mit der Wehre eine Beule uffn Kopff geſchlagen / da nun** *M. S.* **ſolches geſtehen / oder uff ſein verneinen / wie recht deſſelben überwieſen würde / So möchte er wegen deß gebrochenen Eydes mit Vorweiſung uff etliche Jahr in Straffe genommen werden V. R. W.** *Ad conſultationem Quæſtoris in* **Schwartzenbergk** / *M. April. Anno* 1574.

Dubitare tamen quis poſſet: *an non in Imperio Romano certa ac ordinaria pœna in perjuros ſtatuta, & definita ſit?* Videlicet amputatio duorum digitorum, quib⁹ erectis iuramentum fuit præſtitum. Quæ pœna exprimitur in *artic.* 107. *&* 108. *Ordinat. Crim.* ubi Imperator Carolus V. periuris digitos, quibus ſacroſanctis Evangeliis tactis falſum iurarunt, amputari iubet. Idemque diſpoſitum à D. Auguſto Electore in *Conſtit.* 48. *in pr. part.* 4. & *Ordinat. Politia de Anno* 16 2 *pag.* 9. 50

Verùm hanc pænam non ad omne periuriũ 51 extendendum eſſe, nec quovis caſu obtinere, docet *Hartm. Piſtor. obſerv.* 150. *Virgil. Pingitzer. dict. quæſt.* 39.

Idemq; jamdudum comprobavit uſus in pronunciando à Scabinis Lipſenſibus obſervatus.

Aguntenim Imper. Carolus V. & Elector Auguſtus ibidem de certis caſibus, in quibus pœnã amputationis digitorum obtinere facilè conceſſerim. Extra hos autem, ſi quis eandem pœnam perjuris imponere vellet, is certè contra mentem Legumlatorum agere videretur, & nõ parum peccaret contra regulam vulgarem, quæ pœnas ſtrictè interpretari jubet. *c. ſtatutum* 22. *extr. de elect. in* 6. *Cornel. conſ.* 114 *col.* 2 *lib. Ioach. Schult. ad Modeſt. Piſtor. part.* 4. *quæſt.* 136. *n.* 17. *Menoch. lib.* 6. *præſumpt.* 4. *n.* 33.

Q.3. Quibnam in caſibus periurium amputatione digitorum puniatur?

52 Caſus verò, in quibus periuris truncationis digitorum pœna infligi poteſt, duo ſunt: *De Primo* agit *art.* 107 *Ordin. Crim. Carolin.* Quando ſcilicet quis in judicio juramento à iudice delato conceptis verbis, pecuniæ nomine, vel lucri alteriꝰ gratia, quo id ſuum in commodum cedat pejerat. Hunc non modò ad reſtitutionem pecuniæ, reiq; cuius poſſeſſionem periurio interveniente adeptus eſt, cogi, ac ignominia notari, omnibusque dignitatibus privari; ſed & pro more ac conſuetudine Imperii Romani digitos, quibus juramentum fuit præſtitum, amputari vult Imperator Carolus V. *dict. artic.* 107. *ubi Matth. Steph. Georg. Rem. in Nemeſ. Karul. ad dict. art.* 107. Verba articuli hęc ſunt: **Welcher vor Richter oder Gerichte einen gelehrten Meineyd ſchweret/ſo derſelbige Eyd zeitlich Gut antrifft/ daß in deß/ der alſo fälſchlich geſchworen hat/nutz kommen/der iſt zuförderſt ſchuldig/ wo er das vermag/ſolch fälſchlich abgeſchworen Gut dem vorletzten wider zukehren/ ſol auch darzu vorleumbd/ und aller Ehren entſatzt ſeyn. Und nach dem im heiligen Reich ein gemeiner Gebrauch iſt/ ſolchen falſchen Schweren die zweene Fingere/ damit ſie geſchworen haben/ abzuhauen/ dieſelbe gemeine gewöhnliche Leibesſtraffe wollen wir auch nicht endern ꝛc.** De ſolo itaque periurio adipiſcendæ pecuniæ cauſa ac lucri faciendi gratia perpetrato *Ordin. Crim. art.* 107. loquitur. Quo caſu judicem pro arbitrio ſuo pænam truncationis 53 digitorum Reo indicentem nequaquam errare exiſtimo.

Et ſecundum tenorem huius ſanctionis reſpondimus in caſu iuramenti lucri cauſa bis violati, hiſce formalibus: 54 **So iſt der Gefangene** *M.M.* **euch den Schaden/wofern er deß Vermögens iſt/wider zuerſtatten ſchuldig/ und werden jhm wegen ſeines zu zweymalen begangenen und bekanten Meineyds/dadurch er Anrüchtig und Ehrloß worden/ die fördern Glieder der beyden Finger/ damit er geſchworen/abgehauen/ und er deß Landes/jedoch mit vorbewuſt der hohen Obrigkeit/ darauff ewig billig vorwieſen/ V.R.W.** Ad *conſultationem Andreæ* **Borckens**/*M. Ian.* A. 1623.

Obſervandum præterea in *dict. artic.* 107. 55 Quòd is qui ſuo periurio alium ad pœnam capitalem fecerit damnari, eadem pœna, quam perjurio alteri intentavit, affici debeat. Quæ pœna etiam adverſus eum competit, cuius dolo malo tale periurium ab alio eſt commiſſum, *dict art.* 107. in verb. **Wo aber einer durch ſeinen falſchen Eyd jemand zu peinlicher Straffe ſchwüre/derſelbige ſoll mit der Poen/die er fälſchlichen auff einen andern ſchweret/geſtrafft werdẽ. Wer ſolch falſch ſchweren mit wiſſen/ fürſetzlich und argliſtiglich darzu anrichtet/der leidet gleiche Poen.**

Alter caſus, quo amputatio digitorum locum 56 obtinet, hic eſt, ſi quis Vrphedam vel cautionem juratam de non redeundo (ſi ſcilicet fuerit relegatus) aut de non ulciſcendo carceris iniuriam, ruperit, fregerit, nec ſe prius abſolvi fecerit. De quo agitur in *artic.* 108. *Ordin. Crimin.* in verb. **So aber einer ein Urpfede mit Sachen/ darum er das Leben nicht vorwircket hat/fürſetzlich unnd freventlich vorbreche/der ſoll als ein Meineidiger mit Abhauung der Hand oder Finger und andern wie in nechſt obgemeltem Articul berührt/geſtrafft werden/ꝛc.** Et in *Conſtit. Elector.* 48. *part.* 4. quæ ſpecialiter loquitur de pœna illorum, qui relegati contra juramentum præſtitum ſemel aut pluries etiam revertuntur. De quo caſu quoque accipienda *Ordinatio Politiæ de Anno* 1612. *p.* 11. & de hoc plura dicentur *quæſtione ſequenti.*

QVÆSTIO XLVII.

Quomodo puniri debeat Periurium Relegati revertentis.

SVMMARIA.

1. *Perjuri puniuntur pæna extraordinaria.*
2. *Pæna relegati revertentis contra præſtitum juramentum. n.* 3. 4.
5. *Quomodo hoc perjurium puniatur ſecundum Sãctionem Carolinam.*
6 *Quomodo de Iure Saxonico? n.* 7. 8.
9. *Pœna relegati prima vice revertentis, n.* 10.
11. *Num toti digiti, num verò priores digitorum articuli ſint abſcindendi.*
12. *Reſponſa Scabinor. Lipſenſium, n.* 13.
14. *Relegatus ad certum tempus, an eo nondum elapſo revertens, in perpetuum debeat relegari? n.* 15 16. 17. 18. 23.
19. *Argumentum à contrario ſenſu deſumtum in jure eſt fortiſſimum.*
20. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n.* 21. 22.
24. *Diverſa ratio diverſum ius facit.*
25. *Virgis caſus atq; relegatus ſi revertatur, quomodo puniri debeat. n.* 26. 27. 28. 29. 30.
31. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*

32. *Relegatus abſq; ſententiâ Juriſperitorum ſi revertatur, a pœnâ ordinariâ eſt exemptus. numer. 33.*
34. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
35. *Quid juris, ſi perjuro digiti jam abſciſſi fuêre. num.* 36. 37. 39.
38. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
40. *Quâ pœnâ affici debeat relegatus qui Provinciâ ex quâ relegatus eſt, non exceſſit. numer.* 41. 42.
43. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n.* 44. 45.
46. *Quando pœna perjurij ordinaria ceſſet. n.* 47.
48. *Quanam cauſa ad excuſationem à pœnâ ſit ſufficiens. n.* 49.
50. *Obſervantia & Sententia Scabinorum Lipſenſium. n.* 51. 52. 53. 54. 55.
56. *Pœna relegati ſecundâ vice revertentis.*
57. *Reiteratio delicti auget pœnam. n.* 59. 60.
58. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
61. *Pœna Relegati tertia vice revertentis. num.* 62. 63.
64. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*

1 DE Perjurio regulariter nullum ordinarium judiciũ, civile aut criminale lege aliquâ vel edicto conſtitutum, ſed Reos huius criminis extraordinariè, pro arbitrio judicis puniendos eſſe, dictum & probatum fuit *quæſtione præcedenti*; aſſentientibus *Nicol. Reuſner. libr. 3. deciſ. 2. numer. 82. Hartman. Piſtor. obſervat. 150. numer. 5. Virgil. Pingitz. quæſtion. 39. numer. 19. Johan. Schneidvv. in §. item ſi quis poſtulante. numer. 123. Inſtit. de act. Matth. Stephan. ad artic. 207. Ordinat. Criminal. Carol.* Unde dicendum videtur, relegatos & exules, ſi contra juramentum & Vrphedam præſtitam revertantur, & Provinciam, ex qua relegati ſunt, ingrediantur, extraordinariâ quoque & arbitrariâ pœnâ affici debere.

2 Quod de jure Civili fortaſſis haud ineptè aſſeritur, quo ei, qui non in perpetuum, ſed ad tempus certum & determinatum, minus tamen decennio, relegatus, ſi ante tempus redierit, exilii vel relegationis tempus duplicatur. *l. aut damnum. 8. §. quisquis 7. ff. de pœn. Iacob. Cujac. libr. 6. obſervat. 36. poſt pr. verſ. ſed ut ait. Schrader. in titul. Inſtit. quib. mod. jus patr. poteſt ſolv. num. 20. ſub fin. verſ. quod tamen ita demum. Ludov. à Peguer. part. 1. deciſ. 41. num. 1. & 9.* Si verò relegatus ad decennium, vel ſimpliciter ad tempus indeterminatum, revertatur tempore nondum effluxo, is vel in perpetuum, vel in inſulam relegatur, pro arbitrio nempe judicis cuius diſcretioni relinquitur, quam pœnam, eligere velit, ut putat *Jacob. Cujac. dict. libro ſexto. obſervat. 36. verſ. plerumque.* per *l. capitalium. 28. & in exulibus. 13. ff. de pœn. l. qui cum uno. §. temporarium. ff. de re militar.*

3 Quamvis alii aliter ſentiant, & in refugas certam pœnam conſtitutam eſſe exiſtimẽt: Vid. *Jacob. Menoch. libr. 2. arbitr. jud. quæſt. cent. 6. caſ. 350. numer. 5. & ſeqq. Matth. Coler. part. 1. deciſ. 114. numer. 1. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. fin. quæſt. 71. numer. 13. Matth. Berlich. part. 5. concl. 7. numer. 6. & ſeqq. Ludov. à Peguer. dict. deciſ. 41. Ioh. Schneidvvin. in §. cum autem. Inſt. quib. mod. jus patr. poteſt. ſolv. n. 9.*

4 Nec mirum, ſi credamus *Jacobo Cujacio dict. loco.* de jure civili pœnam refugarum fuiſſe arbitrariam, cùm non reperiatur. exulare juſſos juratò promiſiſſe, non reverti, & Provinciam vel Civitatem, ex quâ relegati fuere, denuò, vel tempore nondum præterlapſo, ingredi, ut ſic reverſi perjurium non commiſerint: At hodiè in Imperio Romano Relegati vel Banniti Vrphedam præſtant, & juramento promittunt, ſe intra præfinitum tempus nolle reverti, nec ſe quovis modo vindicare; contrarium ergò ſi faciant, dupliciter peccant, tùm quòd exulare juſſi non pareant, tùm quòd contra juramentum præſtitum agant, & perjurium haud leve committant.

Hiſce ergò Refugis ac Perjuris ab Imperatore Carolo V. pœna perjurii ſeverior definita, hicque caſus à reliquo jure perjurii ſpecialiter exceptus eſt. Sancitum enim reperitur, ut relegatus, ſi ante tempus redierit, vel amputatione, vel digitorum præciſione puniatur, in *Ordin. Crimin. art. 108. verſ.* **So aber einer**/ ibi: **So aber einer ein Vrphede mit Sachen/darumb er das Leben nicht verwürcket hat/ fürſetzlich vnnd freventlich vorbracht/der ſol als ein Meineydiger mit Abhawung der Hand oder Finger/ vnd andern/wie in nächſt obgemeldtem Articul berühret/ geſtrafft werden/** *&c. ubi Gregor. Rem. in Nemeſ. Karul. & Matth. Stephan. dict. artic. 108.* 5

Major hoc caſu videtur eſſe rigor Juris Saxonici, quo is, qui ſub Vrphedâ & Iuramento relegatus ante tempus determinatum revertitur, capite puniendus eſt, **Landr.** *libr. 3. art. 9.* in verb. **Bricht aber ein Mann den Frieden/den er für ſich ſelber gelobet hat/Es gehet jhm an den Hals/**&c. 6

Quo ipſo tamen jus Saxon. nequaquam diſſentit à ſanctione Carolinâ, quæ primâ vice revertentes amputatione digitorum puniri jubet: Diſpoſitio namque juris Saxonici ad refugas reſtringenda eſt, qui perjurium reiterant, & in contumacia perſeverant; veluti ſic explicat jus Saxon. *Gloſſ. Latin. in dict. art. 9.* **Landr.** *libr. 3. lit. C.* Cum quâ convenit Conſtitutio Electoralis 48 *part.* 4. approbatus utramque pœnam; tàm Sanctionis Carolinæ, quæ eſt amputatio ſeu abſciſſio digitorum, quàm juris Saxonici, quæ eſt ultimum ſupplicium: adjiciens præterea tertiam pœnam, nimirum fuſtigationem, adhibito tamen hoc moderamine, ut pro ratione perjurii contumaciter repetiti, unum ac alterum pœnæ genus Reo infligi debeat; ita, ut qui ſemel contra juramentum præſtitum revertitur, abſciſſione digitorum, qui bis & ſecunda vice juramentum frangit, fuſtigatione, qui verò tertia vice revertitur, capite plectatur, ob contumaciam inſignem, & perjurium tertia vice repetitum: Vt ſic in perjuros refugas triplex ſit pœna conſtituta. 7 8

PRIMA eſt Amputatio digitorum, qua plectendus, qui contra Vrphedam & juramentum præſtitum, ſemel ac prima vice revertitur, & tempore relegationis nondum elapſo, Provinciam, ex qua relgatus eſt, ingreditur: De quo ſupplicio ita diſponit *Conſtitut. Elector.* 84. *part.* 4. 9

Q. 1. Pœna Relegati prima vice contra præſtitam Vrphedam revertẽtis.

part.4.in pr. **Die ſo vff einen geſchwornen Eyd verweiſet/vnnd doch wiſſentlich wiederkommen/ ſollen mit Abhawung der zwey förder Finger/damit ſie geſchworen / anderweit verweiſet werden.**

10 Æquum enim eſt, ut pœnam in membris delinquentibus Rei ſentiant, *D. uter. 25. v. 12. l. 3. ubi Dec. n. 19. & 20. C. de ſerv. fugit. Novell. 17. cap. 8. Novell. 42. c. 1. §. 2.* Et in eo puniatur, quo deliquerunt. *tit. 55. F. 2. verſ. ſcriba vero. Jacob. Cujac. 7. obſervat. 13. Joh. Borch in tractat feud. cap. 8 n. 31. Proſper. Farin in prax. crim. lib. 1. tit. 3. quæſt. 19 n. 25. Eherh Speckh quæſt. 86. cent. 1. Conrad. Rittersh. de feud. lib. 2. cap 5. quæſt. 88. verſ. de manus amputatione.*

11 De intellectu horum verborum (**der zwey förder Finger**) *veteres Scabinos* quondam fuiſſe diſcrepantes, percepi; quibusdam ex illis ea explicantibus de prioribus articulis digitorum, quibus juramentum fuit præſtitum; aliis verò exiſtimantibus, duos digitos priores totos abſcindendos eſſe, juxta ſenſum verborum literalem, **die zwey förder Finger** / *& in artic. 107. Ordin. Carol.* **die zwey förder Finger / damit ſie geſchworen** / *artic.* 108. **oder Finger.** Reiectâ tamen ſententia ſeveriori, concluſum fuit ab iiſdem, Menſe Novembr. Anno 1598. Verba iſta in dubio (ubi ſemper in pœnalibus mitior ſententia apprehendenda eſt, *l. factum cuique. § fin. de reg. jur. cap. in pœnis. 49. extr. de reg. jur. in 6to.*) ad articulos priores digitorum duorum, quibus iuratum fuit, reſtringenda eſſe. Cui explicationi abſque dubio quoque cauſam dedit favor Reorum, qui digitis duobus totis privati, nec opera manualia perficere, nec ſuſtentare commodè poſſent.

12 *Ab eo itaque tempore in Electoratu Saxoniæ, hæc formula pronunciandi fuit obſervata.* **So wird der Gefangene N. N. wegen ſolches ſeines begangenen vnd bekanten Meineydes mit Abhawung der förder Glieder/ der beyder Fingern/ damit er geſchworen/ deß Landes anderweit billig verwieſen/ V. R. W.**
13 *Quinimò extra Electoratum quoque Saxon. pari modo pronunciaſſe, iisdemque verbis formalibus in ſententiis uſos fuiſſe Scabinos, ſcio.* **Gegen Rammelburgk/an Verwalter** / *M. Iulio Anno* 1594.

Nach Gräfenthal/ an die Pappenheimiſche Befehlichshabere. *Menſe Julio Anno* 1604.

Ad conſultationem Andreæ Borckens Menſ. Januar. Anno 1623.

Q. 2. An relegatus ad certum tempus eo nondum elapſo, abſciſſione digitorum in perpetuum, an verò ad certum tempus iterum debeat relegari?

14 Non minus dubium oritur ex verbis Conſtitutionis Electoralis, quibus Relegatum revertentem amputatis digitis iterum relegari diſponitur, (**Sollen mit Abhawung der zwey förder Finger/damit ſie geſchworen/anderweit verweiſet werden:**) An nimirum hoc ipſum de Relegatione in perpetuum indifferenter accipi debeat, ſive Refuga antea fuerit in perpetuum, ſive ad certum tempus relegatus?

Sanè ſi in perpetuum exulare iuſſus contra
Vrphedam præſtitam revertatur, eamque Pro-
vinciam, ex qua relegatus eſt, ingrediatur, du-
bium non eſt, quin periurus amputatis digitis
denuò in perpetuum relegandus ſit, in eoque
15 conveniunt omnes: At, *ſi relegatus ad certum tem-*
pus, eo nondum elapſo revertatur, an & hic digitis abſciſſis in perpetuum relegari debeat, quæri poſſet?

Id quod exiſtimavit *D. Marcus Scipio*, Aſſeſſor quondam Electoralis Scabinatus Saxon. ſolertiſſimus, cùm de hac quæſtiõe inter Scabinos controverſia exorta fuerat, allegans pro confirmanda ſua ſententia *l. relegati. ff de pœnis*, ubi habentur hæc verba: *Relegati, ſive in inſulam deportati, debent locis interdictis abſtinere: & hoc jure utimur, ut relegatus interdictis locis non excedat, alioquin in tempus quidem relegatio perpetuum exilium, in perpetuum relegato inſulæ relegationis, in inſulam relegato deportationis, in inſulam deportato pœna capitis adrogatur &c* 16

E contra, reliqui Domini arbitrati fuêre: ſi juſſus exulare ad certam tempus, eo nondum præterlapſo revertatur, abſciſſis digitis priorem relegationem repetendam, ac tempus exilii antea definitum denuò in pœnâ relegationis exprimendum eſſe. Quorum ſententia verior fuit: *Tùm*, ob verba Conſtit. Elect. (**Anderweit verweiſet werden**) quæ ad relegationem prius indictam reſpiciunt, eandemque repetendam eſſe, ſatis ac manifeſtè probant. 17

Tùm, quòd reverſus ſecundâ vice in perpe- 18
tuum demùm relegari debet, ſecundum diſpo-
ſitionem *Conſtit. Elector.* in verb. **Soll jhme nach-**
mals ewige Verweiſung mit Staupenſchlägen/
zuerkandt werden / *&c.* Unde ſequitur à con-
trario ſenſu, eum, qui primâ vice revertitur, ne-
quaquam in perpetuum relegandum eſſe, ſi ſci-
licet antea ad tempus fuerit relegatus. Argu- 19
mentum autem contrarii ſenſus in jure fortiſſi-
mum eſt. *l. quæcunque 1. in pr. ubi Angel. num. 3 &*
Jaſon n. 36. ff de offic. eius cui mandata eſt juriſdict.
Felin. in cap. ſignificaſti. 18. num. 9 col 4. extr. de for.
compet, Everh. in loc. legal. loc. a contr. ſenſ. in pr Ja-
cob. Schult. ad Modeſt. Piſtor. part 4. quæſtion. 38.
n. 17.

Hancque ſententiam in pronunciando poſtmodùm fuerunt ſecuti Scabini, Menſe Iunio, Anno 1578. 20

Et ſecundum eandem etiamnum reſpondent, ut ex ſententiis ſubſequentibus apparet. **Habt jhr G. R. auff vnſer voriges euch ertheiltes Vrtheil/ darinnen jhme die zeitliche Landes-Verweiſung zuerkant/ deß Landes vff drey Jahr lang nach geleiſtetem Vhrfrieden vorweiſen laſſen/ vnd er hat zu wieder ſeinem geleiſteten Eyde ſich in dieſen Landen kurtz verruckter Zeit wieder betretten laſſen/ ꝛc. So wird er mit Abhawung der förder Glieder/ der beyden Fingern damit er geſchworen/ anderweit deß Landes vff drey Jahrlang billig verwieſen/ mit dieſer außtrücklichen Vorwarnung/ da er inmittels ſich ferner dieſer Landen nicht enthalten/ ſondern darinnen wieder angetroffen wird / daß er alſo dann mit einer härtern Straffe ſoll beleget werden/ V. R. W.** *Ad requiſitionem* W*olffgangi Georgii à* Zſcheplitz *Menſe Sept. Anno* 1609.

21 *It:* **Iſt der Gefangene M. R. ſeiner Verbrechung halber den 19. Martij deß jüngſt verſchienenen 1600. Jahres auff drey Jahr deß Landes verwieſen/ deſſen aber vngeachtet / zu wieder ſeinem geſchwornen Vhrfrieden zu Pirna betretten / vnnd zur Hafft bracht worden. So wird er wegen ſolches begangenen Meineydes mit Abhawung der förder Glieder/ der beyden Finger/ damit er geſchworen/ billig geſtrafft/ vnnd deß Landes wiederumb auff drey Jahr lang verwieſen/ V. R. W.**

Ad conſultationem Quæſtoru zur Auguſtusburgk/*M. Julio, Anno* 1701.

Item: Iſt A. L. vff 5. Jahr nach geleiſtetem Vhrfrieden deß Landes verwieſen worden / deme aber zu wider ſich vnlängſten allhier betretten laſſen/ꝛc. So wird er wegen ſolches begangenen vnnd bekandten Meineyds mit Abhawung der förder Glieder / der beyden Finger damit er geſchworen / anderweit auff 5. Jahr lang deß Landes billig verwieſen/V. R. W.

Ad requiſitionem Prætoris Lipſenſis, M. Octobr. Anno 1629.

Pariter fuit pronunciatum ad conſultationem Johannis Hauboldi ab Einſiedels. *M. Februar. Anno* 1629.

22 An Richter vnd Schöppen zum Forſt. *M. Junio, Anno* 1601.

Ad requiſitionem Prætoris & Scabinorum Lipſenſium. M. Julio, Anno 1606.

Verſus Noſtewitz. *Ad conſultationem Jacobi* Köchlers. *M. Sept. Anno* 1628.

23 Neque huic ſententiæ adverſatur, *l. relegati ff. de pœnis* à D. Scipione adducta. *Loquitur* namque ille textus in terminis iuris civilis, quo nec relegati Vrphedam aut iuramentum, ſe nolle ante tempus definitum reverti, pręſtant, nec revertentes aliâ pœnâ quàm Relegatione perpetuâ plectuntur; Adeoque ad ius hodiernum, quo in Imperio Romano-Germanico, & præſertim ditionibus Saxonicis in exilium miſſi Vrphedam præſtant, & revertentes ob periurium commiſſum amputatione digitorum puniuntur, nequaquam trahi debet, ob diverſitatem rationis,
24 quæ diverſum quoque ius facit. *l. inter ſtipulantem. 83. §. ſacram rem. 5. ibi: ſed hæc diſſimilia ſunt. ff. de verb. obligat. Schrad. de feud. part. 1. quæſtion. 6. numer. 16. Jacob. Schult. ad Modeſt. Piſtor part 3. quæſtion. 126. numer. 175 Alexandr. conſil. 7. n. 18. lib. 6.*

Q. 3. Quomodo puniendus, qui cum fuſtigatione relegatus contra Vrphedam præſtitam revertitur?

25 Notandum quoque hoc loco eſt illud, quod pœna abſciſſionis obtineat etiam eo caſu, quando quis ſtatim ab initio propter atrocitatem delicti non ſimpliciter, & quidem ad tempus, ſed cum fuſtigatione in perpetuum relegatus revertitur.

Quam quæſtionem movet *Matth. Berlich part. 5. concl. 72. n. 33.* Sed aliter eam decidit; exiſtimās, hoc caſu pœnam capitis ſibi locum vindicare, & revertendum gladio puniendum eſſe, eò, quòd
26 amputatio digitorum minor ſit, quàm ut huic delicto poſſit ſufficere, cùm iura gradus pœnarum ſtatuant, ut ſemper alia atque alia pœna gravior gradatim imponatur, *l. capitalium, 28. §. in exulibus 13. ff. de pœn. relegati 4. ff. eod. tit.* (ubi etiam expreſsè habetur, quòd is, qui ſtatim ab initio in inſulam deportatus eſt, ſi poſtea revertatur, capite puniri poſſit.) Amputatio verò digitorum minor eſt fuſtigatione, ut ex *Conſtit. Elect. 48. part. 4.* apparet.

27 Verùm, contrarium ſæpius reſponderunt Scabini, dictantes hoc caſu æquè pœnam amputationis digitorum, iuxta diſpoſitionem *artic. 108. Ordin. crim. Carol. Conſt. Elect. 48. part. 4.* quæ generalis eſt, adeoque & de hoc caſu accipi debet. *Bartol. in l. hæredes. 1. num. 7. verſ. primo modo expreſſum &c. & in l. 15. n. 14. verſ. ego dixi. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Alexandr. conſil. 75. numer. 11. libr. 5. Henning. Goden. conſil. 4. numer 10. verſ. præterea licet.*

28 Accedit identitas rationis: Æquè enim periurium committit, eodemque modo peccat, qui cum fuſtigatione relegatus revertitur, ac is, qui ſimpliciter relegatus, cedit. Non enim hic reſpiciendum eſt ad prioris delicti atrocitatem, ejusque pœnam, quæ factâ executione amplius in conſideratione non eſt, per pœnas namque ſcelera expiantur, ſed ſolummodò ad periurium, quod primâ vice commiſſum amputationem digitorum meretur, cuius reſpectu nulla certè differentia aut diverſitas eſt, inter relegatum cum fuſtigatione & abſque relegatione in exilium miſſum. Vterque enim juramentum rumpit, igitur & utraque ratio idem jus facit, *l. 32. ff. ad leg. Aquil. l. his ſolis. 7. §. actionem. 2. C. de revocand. donat. Gloſſ. in l. 29. in verb. æquitatis ratio. C. ad leg. Falcid. & in c. fraternitatis. 47. ext. de teſtibus. Andr. Tiraquell. in reg. ceſſante causâ part. 1 numer. 156. Modeſtin. Piſtor. conſil. 16. num. 13. lib. 1.*

29 Ex quo corruit obiectio *Matth. Berlichii*, quòd ſcilicet iura gradus pœnarum ſtatuant, ita ut ſemper alia atque alia pœna gravior gradatim infligatur. *Etenim* hoc facilè conceſſerim in uno eodemque delicto periurii, ſi iſtud ſæpius à delinquente reiteretur, quod fit ſi Refuga alterâ & tertiâ vice revertatur, ſecundum *Conſt. Elect. 48. part. 4.* quemadmodum etiam *l. 4. ff. de pœn.* ſic accipi debet: Secus autem, ſi Reus ob atrocitatem prioris delicti virgis cæſus, ac in exiliū abire iuſſus, primâ vice contra præſtitum iuramentum redeat, quo caſu non niſi ob periurium primâ vice commiſſum puniri, adeoque nec ſeverior pœna, quàm amputationis digitorum ipſi infligi poteſt.

30 Adducit quoque Berlichius *artic. 108. Ordin. Crimin. Carol.* Sed nihil aliud ex eo probari poteſt, quàm quòd periurus & violator Urphedæ præſtitæ ultimo ſupplicio puniri debeat, eo nimirum caſu, quo iuramentum rumpitur tali facto & ſcelere, quod per ſe mortis pœnam meretur, quod nemo facilè negaverit, Refugam autem contra iuramentum ſolummodò revertendo, & nil aliud perpetrando, tale ſcelus, quod morte vindicari debet, nequaquam committere, certo certius eſt, & luculenter apparet ex ipſo *artic. 108. Ordin. Crimin. Conſt. Elect. 48. part. 4.*

31 *Secundum prædictam ſententiam reſponderunt Domini ad conſultationem I. G. à Z. M. Novembr. Anno* 1659.

Quæſtoris in Liechtenwalda. *Menſ. Januar. Anno* 1630.

Cæterùm, quæ de pœnâ abſciſſionis digitorum hactenus dicta fuere, ea quidem regulariter vera ſunt; Attamen multifariæ circumſtantiæ occurrere ſolent, quibus commotus iudex periuris hancce pœnam tutò remittere poteſt, quin & quandoque hoc facere debet.

32 Id quod fit primò: Si Reus abſque præcedente informatione & ſententiâ Iuriſperitorum, quibus de iure reſpondendi poteſtas data

eſt, relegatus fuerit, ac Vrphedam præſtiterit. Solent enim quandoque (quamvis malè) judices ac Nobiles, qui ſuperiorem jurisdictionem habent, neglecto conſilio JCtorum, propria ſponte & autoritate Reos confeſſos & convictos ob commiſſa ſcelera, præſtito prius ab iis juramento, quod Vrphedam vocant, in exilium mittere; Qui ſi contra juramentum revertantur pœnam abſciſſionis digitorum nequaquam incurrunt.

33 Absque dubio namque *art.*108. *Ordin. Crim. Carol. & Conſtit. Elector.*48.*part.*4. de iis ſolummodò agunt Periuris ac Refugis, qui præcedente informatione ac ſententia Iurisperitorum relegati ſunt, eosque ſolùm digitorum abſciſſione puniri jubent. Quod licet non verbis exprimatur, ſatis tamen hoc colligi poteſt ex *Conſtit. præced.*47.*part.*4.*in pr.* quæ de pœna relegationis ex profeſſo tractat, eamque per ſententiam Scabinorum Electoral. infligi debere, haud obſcurè diſponit, *in verb.* Daß ihme mit/oder ohne Staupenſchlägen/die ewige/oder zeitliche Landesverweiſung durch vnſere Schöppenſtüle zugeſprochen wird/rc.

34 *Et ſic intelligere Conſtitutionem Electoralem Dn. Scabinos apparet ex eorum reſponſis.*

Ob nun wol N.N. zuwieder ſeinem geleiſteten Vhrfrieden ſich in dieſen Landen widerum vffgehalten/ vnd darinnen betretten laſſen/ dieweil ihme aber dennoch ewrem Bericht nach vorberührte Landesverweiſung durch Vrthel vnd Recht nicht zuerkant worden/ So mag er auch mit der ordentlichen Straffe deß Meinendes nicht belegt werden. Er wird aber deß Landes anderweit ewig billich verwieſen/mit dieſer außdrücklichen Vorwarnung/ da er ſich in dieſem Lāde wird betretten laſſen/ daß er alſo dann mit obberürter Straffe deß Meinendes geſtrafft werden ſoll/ V.R.W. *Ad requiſitionem Quaſtoris VVittebergenſis. M. Sept. Annò* 1603.

Simili modo fuit pronunciatum ad requiſitionem Senatus VVurcenſis. M. Iulio. Anno 1608.

Verſus Kohren/ *ad conſultationem Abrahami* Meßners. *M. Martio, Anno* 1599.

Pratoris & Scabinorum Lipſenſium, M. Januar. Anno 1629.

35 Secundò: A pœna amputationis duorum digitorum, quibus Vrpheda fuit præſtita exemptus quoque is eſt, qui digitos alioquin vel caſu, vel ob periurium aliundè commiſſum amiſit.

Q.4. Quid juris, ſi perjuro digiti jam antea abſciſſi fuere?

Dubitare quidem aliquis poſſet, annon hoc caſu loco abſciſſorum digitorum alii duo amputandi ſint? Quod arbitratur *Matth. Coler. part.*1. *deciſ.*11. *numer.* 9. ubi à Ienenſibus in eiuſmodi facti ſpecie Menſe Novembri Anno 1576. ita reſponſum fuiſſe refert: Perinde ut in caſu amputationis manus ei, qui una manu caret, altera imputanda eſt, iuxta doctrinam *Bald. in Auth. ſed novo jure, numero decimo. C. de ſerv. fugitiv. ubi & Salycet. & in l.* 2. *C. ut intra certum tempus. Thom. Grammat. deciſ.*94. *Matth. de Afflict. in Conſtit. Neapolit. libro primo. rubr.*12 *num.*8. *& ſeqq.*

36 Sed hoc manifeſtè repugnat *Conſtit. Elector.* 48. *part.* 4. quæ periuro digitos, quibus iuramentum præſtitum fuit, abſcindi iubet; Atque ita ad digitos, quibus delictum commiſſum eſt, reſtringi, ad alios verò ceu ſanctio odioſa nequaquam extendi debet, *argum. cap. ſtatutum.* 22. *extr. de elect. in 6to. Cornel. conſil.*114. *col.*2. *libro primo. Jacob. Menoch. libr.*6. *præſumpt.*4. *numer.*33.

Quod & animadvertit *Hartman. Piſtor. in obſervat.*188. *num.*5. aſſerens, hoc caſu pœnam abſciſſionis digitorum immutandam, ejusque loco pœnam virgarum infligendam eſſe: In quo tamen ipſi aſſentiri non poſſum, cùm Conſtitutio Electoralis tùm demum perjuro fuſtigationem dictari velit, ſi ſecunda vice revertatur, *in* §. Wenn aber der Verwieſene. *dict. Conſtit.*48. *part.*4. 37

Exiſtimo igitur, ſi caſus ejusmodi continget, quo perjurus, qui pœnam amputationis digitorum incurrit, alioquin eos amiſiſſet, hancce pœnem Reo remittendam, eumque ſimpliciter denuò juramento præſtito relegandum eſſe, cum hac cōminatione, ut ſi ſecunda vice revertatur, eum nequaquam evaſurum eſſe pœnam fuſtigationis, quæ in eos, qui altera vice revertuntur, conſtituta eſt.

Veluti etiam in tali facti ſpecie reſpondimus gegen Heldrungen: Ob wohl der Gefangene H.M. vermöge deß am 25. *Septembr. Anno* 1717 geſchwornen Vhrfriedens zugleich deß Churfürſten zu Sachſen vnd Burggraffens zu Magdeburg/rc. vnſers gnädigſten Herrens/ Landes ewig verwieſen worden/ vnd dannenhero jetzo/ weil er den Vhrfrieden zuwieder in dieſen Landen ſich betretten laſſen/ mit einer Leibesſtraffe/ als nemblich mit Abhawung der förder Glieder der beyden Finger/ damit er geſchworen/ geſtrafft/ vnd anderweit deß Landes ewig verwieſen werden ſollen: Dieweil aber dennoch auß ſolchen Vhrfrieden zu vernehmen/ daß ihme allbereit wegen begangenen Meinendes/ in deme er die Graffſchafft Schwartzburg verſchworen/ vnnd doch wieder kommen/ die förder Glieder der beyden Finger damit er geſchworen/ abgehawen worden Als bleibet er jetzo zu dieſem mal mit dergleichen Straffe zwar verſchonet/ Es wird aber nichts deſto weniger dafür gehalten/ als wenn er jetzo ſolche Leibesſtraffe außgeſtanden/ vnnd dieſes jetzige wiederkommen in dieſen Landen *pro primo actu* gerechnet. Jedoch aber wird er deß Landes anderweit ewig billich verwieſen/ darbey ihme dann mit Ernſt vnterſaget wird/ daß/ wofern er zum andernmal wider ſich allhier im Lande antreffen laſſen wird/ er alſo dann wegen *reiterirten* Meinendes mit Staupenſchlägen deß Landes verwieſen werden ſoll/ V.R.W. *Ad conſultationem Quæſtoris. Menſe Septembr. Anno* 1625. 38

Im qua ſententia & hoc obſervandum, Reo ob perjurium aliundè commiſſum, truncatione duorum priorum articulorum in digitis dextræ manus punito, poſteriores alios duos articulos eorundem digitorum nequaquam abſcindendos, ſed pœnam condonandam eſſe: Quod ne mirum alicui videatur, ex *antea dictis* hîc repetendum eſt, verba Sanctionis Carolinæ & Conſtitutionis Electoralis de amputatione digitorum diſponentia, ad articulos tantummodò digitorum priores reſtringi, ob favorem Rei, quæ reſtrictio in odium ipſius traheretur, ſi articulis 39

antea

anteà amiſſis eadem pœna in aliis articulis repetenda eſſe, contra regulam vulgarem, quæ in favorem alicuius introducta, in odium retorqueri non permittit.

40 Tertiò: Remitti quoq; debet amputatio digitorum iis, qui Vrpheda præſtita de non revertendo, ditionibus ex quibus relegati fuerunt, nondum exceſſerunt, ſed in iisdem ſemper remanſerunt, aut ſi de abitu dubitatur, nec judex de eo certus eſſe queat.

Q. 5. Quanam pœna debeat affici relegatus, qui Provincia ex qua relegatus eſt non exceſſit?

Equidem, licet hi æquè periuri ſint, frangendo Vrphedam ſeu juramentum, quo intra conſtitutum tempus abire & non reverti promiſerunt, propterea tamen abſciſſione digitorum non ſunt puniendi; quia hæc pœna ſolùm ſtatuta eſt in eos, qui contra juramentum præſtitum revertantur, *Conſt. Elect.* 48. *part.* 4. *in rubr.* **Wie die jenigen zu ſtraffen/ ſo auff einen Vrphed vorweiſet/ vnd doch ein oder mehrmals wieder kommen.** *Et in pr. dict. conſtit.* in verb: **Die ſo auff einen geſchwornen Eyd verweiſet/ vnnd doch wiſſentlich**
41 **wieder kommen** *&c.* Quæ verba expreſsè loquuntur de reverſis ſeu Refugiis: Igitur & Sanctio iſta pœnalis de iis ſolummodò accipienda eſt; pœnales enim cõſtitutiones ceu odioſæ ſtrictiſſimè debent interpretari. *cap. ſtatutum* 22. *de elect. in 6to. Jacob. Menoch. de præſumt. libr.* 6. *præſumt.* 4. *n.* 33. *Jacob. Schult. ad Modeſt. Piſtor. part.* 4. *quæſtion.* 136. *num.* 17. At verò ii, qui Provincia non exceſſerunt, reverſi ac Refugæ dici non poſſunt.

42 Nec obſtat, quòd hac ratione periuriam eorundem non puniatur, contra manifeſtum diſpoſitionem *dict. Conſt. Elect.* 48. quæ relegatos intra conſtitutum tempus ditionibus Electoris Saxon. non excedentes, legitimis pænis affici iubet, *in verb. fin. dict. Conſt.* Satis enim pœnæ eſt ipſis quòd hic actus pro primo periurio ac referſione habeatur; Vnde fit, quòd poſtmodùm revertentes virgis cædantur, non ſecus ac ſi ſecunda vice reverſi fuiſſent.

43 Ideoque hoc caſu periuri, qui in ditionibus, unde ſunt deportati, manſerunt, iterum relegantur adiuncta tamen comminatione fuſtigationis, ſi redeant.

> *Quem morem pronunciandi ſequuntur Scabini:* **Ob wohl** *Inquiſit* **das Land verſchworen/ ſeinem Vhrfreden aber zuwieder ſich in dieſen Landen wiederumb betretten laſſen. Dieweil aber dennoch auß denen** *Acten* **nicht zu befinden/ daß er jemals auß dem Churfürſtenthumb kommen/ So verbleibet er auch mit der Straffe deß Meineydes vnd Abhawung der förder Glieder der beyden Finger/ damit er geſchworen/ ſo er ſonſten verwürcket/ verſchonet: Er wird aber gleichwol deß Landes anderweit ewig verwieſen/ vnd jhm darbey mit allem Ernſt vnterſagt/ ſich auſſerhalb Landes die Zeit ſeines Lebens vffzuhalten/ vnnd darein nicht wieder zu kommen/ damit nicht künfftig/ wann er zum andern mal wieder kompt/ die Straff deß Staupenſchlages an jhm vollſtrecket werden dürffe/ V. R. W.** *Ad conſultationem Rudolphi à* **Bünaw/ in Lawenſtein.** *Menſ. Iulio, Anno* 1626.
>
> 44 *Item:* **Ob nun wol** *Inquiſit* **ſich dem geſchwornen Vrpheden zuwieder in dieſen Landen wiederumb betretten laſſen/ dieweil aber dennoch auß der** *regiſtratur* **nit zubefinden/ daß er jemals auß dem Churfürſtenthumb kommen/ ꝛc. So verbleibet er auch mit der Straffe deß Meineydes vnnd Abhawung der förder Glieder der beyden Finger/ damit er geſchworen/ ſo er ſonſten verwircket/ verſchonet: Er aber wird gleichwol deß Landes anderweit vff 2. Jahr lang verwieſen/ vnnd jhme darbey mit allem Ernſt vnterſagt/ ſich auſſerhalb Landes vnd deß Churfürſtenthumbs Sachſen/ die 2. Jahr über auffzuhalten/ vnd binnen ſolcher Zeit darein nicht wieder zu kommen/ damit nicht künfftig/ wenn er zum andern mahl wiederkömpt/ die Straffe deß Staupenſchlages vnnd ewiger Landesverweiſung an jhm vollſtrecket werden dürffe/ V. R. W. Gegen Noſtewitz.** *Ad requiſitionem* Iacobi **Köhlers/** *M. Sept. Anno* 1628.

Memini etiam, in dubio, an perjurus finibus ditionis exceſſerit, pœnam abſciſſionis ſæpius fuiſſe dictatum à Scabinis, adjecta clauſulâ: **Wofern man gewiß daß** *Inquiſit* **nachdem er verwieſen worden/ auſſer Landes geweſen/ vnnd ſich anders wohin begeben.** 45

Quartò: Præterea quoq; ex aliis cauſis hæc pœna relegatis contra juramentum præſtitum revertentibus remitti poteſt, ſi nimirum judici hoc æquum videbitur. 46

Benè namq; ponderanda ſunt in *Conſt. Elect.* 48. *part.* 4. *in pr.* verba hæc (**vnnd doch wiſſentlich widerkommen**) h. e. deliberatè & doloſè. Ex quib9 evincitur, pœnam abſciſſionis digitorum in reverſis non habere locum, niſi doloſè redierint. *Dan. Moller. lib.* 2. *ſemeſtr.* 38. *num.* 1. *& ad Conſtit. Elect.* 48 *numer.* 3. *part.* 4. *Matth. Berlich. part.* 4. *concluſ.* 72. *numer.* 38. Perjurium namque ſine dolo non committitur, *l. qui juraſſe.* 26. *ff. de jurejur. Caſtrenſ. in l. fin. numer.* 4. *ff. qui ſatisdar. cogat. Alexandr. conſil* 92. *numer.* 13. *libr.* 1. *& in l. videamus. in pr. ff. de in lit. jur. Moller. dict. cap.* 38.

Si ergò appareat, eum qui relegatus eſt, ante tempus in ditiones Electoratus reverſum eſſe, non doloſè, ſed ex causâ, quæ à dolo malo eum excuſare poſſit, idq; vehementibus conjecturis probetur, tùm non pœna ordinaria abſciſſionis digitorum obtinebit, ſed remiſsâ ea, judex Reum denuò poteſt relegare, adjuncta tamen comminatione fuſtigationis ſi ſecundâ vice revertatur, ut ita nihilominus hic actus pro primo perjurii actu habeatur.

Quænam verò cauſa perjurum à dolo malo excuſet, certâ regulâ definiri non poteſt. Juxta communem enim doctorum traditionem, cauſa etiam injuſta & beſtialis non modo à dolo, ſed etiam à pœna excuſat. *l.* 12. §. 3. *ff. de liber. cauſ. l.* 47. §. 7. *de furt. Jaſon. in l.* 1. §. 4. *verſ. facit. trita regula. ff. ſi quis jus dicent. non obtemp. Nicol. Boer. deciſ.* 168. *numer.* 11. *Jul. Clar. libr.* 5. *ſentent.* §. *fin. quæſtion.* 60. *numer.* 22. *Aym. Cravett. conſil.* 6. *numer.* 89. *libr.* 1. *Blanc. in pract. crimin.* §. *viſis indiciis num.* 154. *Jacob. Schult. ad Modeſtin. Piſtor. part.* 3. *quæſtion.* 104. *numer.* 8. *Nicol. Reuſner. libr.* 3. *deciſ.* 2. *numer.* 14. *Tiraquell. de pœn. libr. temper. cauſ.* 43. *numer.* 1. Quod tamen eatenus concedi poteſt, modò ex cauſa ſimplicitas reverſi colligatur, ut ita potius ex ſimplicitate, quam ex propoſito videatur peccaſſe. Ideoque judicis arbitrio relinquendum eſt, an cauſa à Reo allegata ſit talis, quæ ipſum à dolo excuſare queat, id quod perpenſis circumſtantiis facilimè apparebit. 47

3 Quamvis enim à profeſſione ſuâ, quam tractant Sortilegi ſeu Malefici, ab invicem diſtinguantur, ac peculiaribus nominibus notentur: Vt, *Incantatores & Exorciſtæ*, qui ſolâ potentiâ carminis, vel adhibitis certis characteribus, aliisvè rebus, quid efficere conantur.

4 *Præſtigiatores*, qui faſcinationibus & captionibus inſpicientium oculos decipere ſtudent, ut videant, quæ non ſunt, & non videant, quæ ſunt.

5 *Haruſpices*, quaſi horarum inſpectores, qui tempora, dies, horas & momenta obſervant, ex quorum obſervatione bona vel mala futura prædicunt, quivè inteſtinâ pecudum inſpiciunt, ex quibus futura vaticinantur.

6 *Venefici*, qui nefariis carminibus, diris, imprecationibus, immundorum ſpirituum immiſſione, & pharmacis à Diabolo præparatis, in perniciem ac necem pecudum & hominum utuntur.

7 *Lamiæ, Sagæ ac Striges*, quæ tempeſtates & tonitrua excitant, hominum & pecudum internecioni & exitio ſtudent, itemq; conventus ſive ſynagogas diabolicas, ad quas in furca, baculis aut ſcopis feruntur, viſitant, & cum ipſo Dæmone nefandam exercent libidinem.

8 *Necromantici*, qui per mortuorum cadavera aliquid prædicunt, de quibus omnibus ac ſingulis vid. *Iodoc Damhouder. in prax. crimin. cap. 61. num. 86. & ſeqq. Lud. Gilhauſ. in arbor. jud. crimin. cap. 2. tit. 27. num. 1. & ſeqq. nu. 9. 10. & ſeqq. Paul. Grilland. in tractat. de Sortileg. quæſt. 2. Ioh. Georg. Godelm. in præfat. tract. de Mag. Venef. & Lamiis. numer. 5. & ſeqq. lib. 1. cap. 2 numer. 16. cap. 3. 4. 5. & ſeqq. Proſper. Farin. in pract. crimin. libr. 1. tit. 3. qu. 20. n. 74. 78. Petr. Theodor. id Colleg. crim. diſp. 7. th. 3. lit. N. Dan. Moll. ad Conſtit. Elect. 2. part. 4. n. 2. Iohan. Althuſ. in admonit. ad tract. Iohan. Georg. Godelm. de Lamiis.*

9 Attamen, cùm ſingulis nil certi & perpetui
attribui queat; omneſque maleficorum artes ſibi
affines ſint, vacantis operæ & deſperati laboris
foret, ſingulorum peculiares tradere definitiones,
Iodoc. Damhouder. in prax crimin. dict. cap.
61. num. 84. Petr. Theodor. dict. diſput. 7. th. 3. lit. N.
nec infrequens eſt, ut Doctores quocunq; modo
maleficium tractantes, promiſcuè & indifferenter,
Magos, Lamias, Striges, Sortilegos, Mathematicos,
Incantatores & Incantatrices, Veteratrices
& Præſtigiatrices appellitent. *Ioh. Bodin.*
in confut. Iohan. VVier. & libro primo. de magor.
dæmonom. capit. 1. & ſeqq. Danæus in præfat.
& capit. 1. de ſortileg. Binsfeld. ad rubr. C. de malef.
10 *in 5. notab.* Quos & omnes cum Diabolo pactionem
ac conſuetudinem habere, negari vix
poterit, quamvis diverſimodè hoc fiat, aliique
aliis fortius ſeſe Dæmoni obſtringant, ejusque
jugo ſubiiciant. Duplicem namque pactionem
cum Satana contrahi, docent vulgò Theologi
: Vnam *expreſſam*, quam faciant Necromantici
& Magi, qui albo Veneficorum dant
nomina ſua, Omnipotenti Deo, Creatori ſuo
renunciant, fœdus baptiſmi reſcindunt, & Filium
Dei abnegant, ejusq; beneficia deteſtantur,
econtrà Diabolo homagium præſtant, obſequium
perpetuum promittunt, & ſeſe, ſuasque
animas & corpora in æternam condemnationem
tradunt. Hocque peculiaribus quandoque
fieri ceremoniis atque ſolennitatibus,
ex confeſſione Veneficarum refert *Paul. Chirland.*
in tractat. de ſortileg. quæſtion 7. numer. 27. &
28. quæſtion. 3. numero tertio. & ſequent. Cui adſtipulatur
Iohann. VVier. in tractat. de præſtig. dæmon.
libro ſecundo. capit. 2. verſ. ſolennis inter eos fit
Iohan. Bodin. in tractat. de dæmonom. libro ſecundo.
capit. 4. Iohann. Georg. Godelman. de Mag. Venef.
& Lam. libro primo. capit. 2. numero octavo Iodoc.
Damhouder. in prax. crimin. capit. 61. numer. 115.

11 Alteram verò pactionem *tacitam ſive implicitam* vocant, quâ tenentur omnes alii, qui absque fœdere expreſſo quid commercii ac conſuetudinis habent cum Diabolo, quivè ſcientes hærent ſuperſtitioſis obſervationibus. *Iohan. Georg. Godelman. in tract. de Mag. Venef. & Lam. lib. 1. cap. 9. n. 2. Dan. Moller. ad Conſt. Elector. 2. nu. 20. part. 4.*

12 Commune quoque hoc eſt omnibus cujusq; generis Sortilegis ac Maleficis, quòd artes diabolicas exerceant, & Dæmone cooperante hominibus pariter ac brutis animalibus nocere, atque miraculoſa quæque facere audeant. Quod uti ſceleratiſſimum ac nefandiſſimum crimen eſt, ita eiudem Reos à pœnâ liberare & eximere velle, impium prorſus eſſet: Quin etiam nulla eſſe alia crimina, quorum tàm horrenda ſit Conſtitutio, quæ tàm graves pœnas mereantur, aut quæ ad hoc proxima videantur accedere, quaſi digito ſpectandum ante oculos monſtrat *Iohan. Bodin. in libris 4. de Magorum. Dæmonomania, ſeu deteſtando Lamiarum ac Magorum cum Satana commercio.*

13 Non tamen deſunt, etiam inter Chriſtianos, qui modis omnibus in id incumbunt, ut libris palàm tueantur Magos, qualis eſt *VVierus de Petr. de Apono Medicus, Iohan. Franciſc. Pontzinib. aliiq;.* In quos non ſine cauſa invehitur *Iohann. Bodin. in præfat. prædict. tractat. de Dæmonom:* Satanam, *inquiens*, eos inſpiraſſe promulgandis tàm bellis libris, & in ſuam naſſam perduxiſſe, atque ſubornaſſe, ut ſcribant, propalent, doceantque, id omne, quod de Magis prædicatur, fabuloſum eſſe. Comprobat hoc exemplum M. Gulielmi Linenſis Doctoris Theologiæ accuſati magicarum artium, condemnatiq; Anno 1453. 12. die Decembris. Qui, ut refert *Petrus Mamorius in libello de Lamiis*, reſipiſcens confeſſus fuit, ſe per noctem cum Magis aliis perſæpè deportatum fuiſſe, ut Diabolum adoraret, modò humana ſpecie, modò hircinâ conſpicuum, & religioni toti renunciaſſe: Quin etiam penes ipſum inſtrumentum obligationis contractæ cũ Satana fuit deprehenſum, quo ſponſiones reciprocæ continebantur, inter alias autem hæc: Doctorem obligatum eſſe, ut publice concionetur, quicquid de Magis prædicetur, fabulam eſſe, non poſſe fieri, nullam fidem ſermonibus iſtis haberi oportere: Quibus concionibus augebatur mirum in modum Magorum numerus, & ſe confirmabat, dum ab illis perſequendis ceſſarent judices.

14 Ita nimirum Diabolus ex omnibus ordinibus & conditione quâlibet miniſtros habet fideles, qui Regnum ſuum maſculè tuentur, cœtus ac conſortia Diabolica propagant, perſuadendo iudicibus ac Magiſtratibus, *ſupplicium ſumi injuſtum de magis ſeu Veneficis, eosq́ nequaquam mortis pœna afficiendos eſſe.* Nec ſine rationibus, ut ſibi imaginantur, utgentiſſimis. *Status controverſia.*

15 *Argumenta pro negativa ſententia. 1. Argum.* *Primò* enim ſubdubitari poteſt, *an malefici & ſortilegi ejusmodi reverà ſint atque exiſtant?* Per ſomnia enim & imaginationem quandam melancholicam tales videri, quidam contendunt, poſt alios *Iohann. VVier. de præſtig. dæmon. paſſim*, eò, quòd plerumque anus melancholicæ & deliræ ſint, quæ de ſe confitentur, nec earundem confeſſione tanquam erronea ſtari poſſit aut debeat, cùm minus veriſimilia & improbabilia deponant. *Iohan. Franciſc. PontZin. de lamiis numer. 45. & ſeqq.* Quod expreſſum cum Dæmone fœdus ineant, & abnegato Deo & Salvatore ſuo, miniſterio Diaboli contra Deum ſe directè mancipent, omnes non credunt, ſed conventionem ex dolo factam, quæ veniam mereatur nominant; Diabolum autem cum homine reverâ paſci poſſe, negant, quia nihil in hominem iuris habet, nec ſermone utatur, quo quid promittere & viciſſim expoſcere poſſit. Res prætereà, quæ in ſtipulatum ducuntur, tantæ ſint difficultatis, impietatis ac turpitudinis, ut nemo ſanæ mentis ea expetere cupiat, nec ſi maximè cupiat, efficere queat. *VVier. dict. tract. de præſtig. Dæmon.*

16 *Argum. 2.* *Secundò*: Minimè videtur concedendum, Sortilegos ac Veneficos, ut maximè exiſtant, reverâ miraculoſa facere poſſe; Quia nec ipſe Diabolus res ſimpliciter naturales producere poteſt. Harum enim autor eſt ſola natura, quæ ordinaria eſt Dei poteſtas, rebus in ipsâ creatione indita. Ergo multò minùs ultra huius naturæ vires agere, & miracula edere poterunt Sagæ, quæ hâc in parte ſunt tantò inferiores Satanâ, quanta corporeæ res incorporeis ſubſtantiis impeditiores, ut philoſophicè diſputat ac probat *Iacob. Martin. in diſputat. de magicis action.*

17 Adeoque, quæ Sagæ ſupra naturæ vires facere imperitis videntur, ea omnia nihil aliud ſunt, quàm ſenſuum ludificationes, præſtigia ac figmenta. *Iacob. Rex Angel. 1. dæmono. 6. pag. 60 & 61. Chirland de Sortileg. quæſtion. 7. numero decimo quinto. 16. Eraſt. in repet. diſput. de Lamiis. pag 63. & 65.* Perſtringit enim Diabolus tàm vehementer omnes ſenſus, ut miſeri homines iurent, ſe videre, audire aut tangere aliquid, quod tamen non vident, audiunt vel tangunt, ut loquitur *Luther. Tom. 4. Ienenſ. in capit. 3. Galat.*

18 Id quod vel ex eo probabile redditur, quod Medici tradant, ſæpè febrem ardentem & vehementiorem ægrotorum ſenſus ita corrumpere, ut firmiſſimè credant & ſtatuant, rem alterius eſſe formæ, quàm reverâ eſt. Quinimò melancholico morbo idem aſſcribendum, quo laborantes ſeſe urnas, equos & aliud quippiam beſtiarum genus ſe eſſe, indubitata fide ſibi perſuaſum habuerunt, *Iacob. Rex Angel. dict. loco*, quod probat hiſtoria illius, cuius meminit *D. Luth.* in Tiſchreden *cap. 9.* Vom Teuffel vnd ſeinem Wercken/*tit.* Leibliche vnd geiſtliche Zauberey deß Teuffels/qui cùm ſe vitâ defunctum firmiſſimè ſibi perſuaſiſſet, in tenebris deliteſcendo ab omni cibo & potu abſtinuit ad defectionem ſpiritus propemodùm, donec obœſum monachum (qui ad expurgandam hanc crebri inſaniam ei adjunctus ſe ſimiliter quoque mortuum ſimulabat) epulis appoſitis avidiſſimè veſcentem & pocula plena mero exhaurientem conſpicatus, ad ſaniorem mentem tandem rediret, & ſuæ naturæ redderetur.

Simili exemplum refer *Remig. 2. Dæmonolat. capit. 5.* de aliquo, qui ſe in fictilem urceum converſum, adeò obſtinatè credidit, ut accedentes propius à ſe ſummoperè prohiberet, veritus ſcilicet, ne ſe illidendo comminuerent, ac proindè nihil magis ac frequentiùs apud domeſticos conquereretur, quàm quòd ita negligenter in obſcuro cubili eſſet collocatus, cùm tamen in editiori loco, qui injuriæ minus expoſitus ſit, poni debuit. 19

Quod ſi ergò febri ardenti vel melancholiâ nimia correptus, hæc ſibi imaginari poteſt, quare non etiam præſtigiis ac faſcinationibus Dæmonis eandem vim aſſcribemus, ut qui mendacia ſpargere, creationis, generationis, maximæque potentiæ laudem affectare ſtudet. Quapropter credibile non eſt, Veneficos, Sagas, & Lamias ſe in lupos, urſos, feles, aliaque animalia transformare poſſe, ſed potius ſtatuendum, metamorphoſin ac transformationem illam eſſe præſtigioſam, phantaſticam, & faſcinationibus Diaboli adumbratam, ut eleganter deducit *Nicol. Remig. in tractat. de Dæmonolatr. libr. 2. cap. 5. verſ. nam omninò ſi quis de hâc re. pag. 229. & ſeqq. Iohan. Georg Godelman. in tractat. de Mag. Venefic. Lam. libr. 2. cap. 3. num. 1. & ſeqq. Ludov. Gilhauſ. in arbor. judic. crimin. cap 2. titul. 17. numer. 15. Petr. Theodor. in Colleg. crimin. diſput. 7. theſ 3. lit. L. Iohan. VVier. de præſtig. Dæmon. lib. 4. cap. 22. 23. & 24.* 20

Licet enim Dæmon naturam non creet, perſtringendo tamen oculos apparentiam procurat, quâ aſpicientes ita decipiuntur, ut rem alterius eſſe formę credant, cujus revera non eſt; Veluti, ut videntes hominem, putent eſſe aſinum, vel lupum, vel vaccam, cùm tamen unumquodque animal ſuam formam retineat, de quibus portentis magicis multa ſcribit *Auguſtinus de Civit. Dei.* Et in *Vitis Patrum* legitur de quadam virgine, quæ in vaccam transformata credebatur firmiter à parentibus faſcinatis, donec Sancti Macarii interceſſione & precibus ardentibus fuſis ad Deum, eorum oculi à tali faſcinatione liberati aperientur, ut ipſi quoque, ſicuti ab initio ſtatim S. Macarius, hanc mirandam Diaboli deluſionem deprehenderent, referente *D. Luthero* in Tiſchreden/*cap. 9.* Plura ejusmodi faſcinationum exempla adducit *Philip. Ludov. Elich. in Dæmon. q. 5. pag. 61. & ſeqq.* 21

Idemque aſſerendum de conventibus Diabolicis in monte Bructerorum, vulgò Blocksbergk/in quem Lamias totius Germaniæ certis unguentis illitas, noctu Calend. Maii, partim à familiatibus ſuis Dæmonibus & amaſiis, qui 22

præ-

3 Quamvis enim à profeſſione ſuâ, quam tractant Sortilegi ſeu Malefici, ab invicem diſtinguantur, ac peculiaribus nominibus notentur: Vt, *Incantatores & Exorciſtæ*, qui ſolâ potentiâ carminis, vel adhibitis certis characteribus, aliisvè rebus, quid efficere conantur.

4 *Præſtigiatores,* qui faſcinationibus & captionibus inſpicientium oculos decipere ſtudent, ut videant, quæ non ſunt,& non videant,quæ ſunt.

5 *Haruſpices*, quaſi horarum inſpectores, qui tempora, dies, horas & momenta obſervant, ex quorum obſervatione bona vel mala futura prædicunt, quivè inteſtinâ pecudum inſpiciunt, ex quibus futura vaticinantur.

6 *Venefici,* qui nefariis carminibus, diris, imprecationibus, immundorum ſpirituum immiſſione,& pharmacis à Diabolo præparatis,in perniciem ac necem pecudum & hominum utuntur.

7 *Lamiæ, Sagæ ac Striges,* quæ tempeſtates & tonitrua excitant, hominum & pecudum internecioni & exitio ſtudent,itemq; conventus ſive ſynagogas diabolicas, ad quas in furca, baculis aut ſcopis feruntur, viſitant, & cum ipſo Dæmone nefandam exercent libidinem.

8 *Necromantici*, qui per mortuorum cadavera aliquid prædicunt, de quibus omnibus ac ſingulis vid. *Iodoc Damhouder. in prax. crimin. cap.* 61. *num.* 86. *& ſeqq. Lud. Gilhauſ. in arbor. jud. crimin. cap.* 2. *tit.* 27. *num.* 1. *& ſeqq. nu.* 9. 10. *& ſeqq. Paul. Grilland. in tractat. de* Sortileg. *quæſt.* 2. *Ioh. Georg. Godelm. in præfat. tract. de Mag. Venef. & Lamiis. numer.* 5. *& ſeqq. lib.* 1. *cap.* 2 *numer.* 16. *cap.* 3. 4. 5. *& ſeqq.* Proſper. *Farin. in pract. crimin. libr.* 1. *tit.* 3. *qu.* 20. *n.* 74. 78. *Petr. Theodor. id* Colleg. *crim. diſp.* 7. *th.* 3. *lit. N.* Dan. *Moll. ad Conſtit. Elect.* 2. *part.* 4. *n.* 2. *Iohan. Althuſ. in admonit. ad tract. Iohan. Georg. Godelm. de Lamiis.*

9 Attamen, cùm ſingulis nil certi & perpetui attribui queat; omnesque maleficorum artes ſibi affines ſint, vacantis operæ & deſperati laboris foret, ſingulorum peculiares tradere definitiones, *Iodoc. Damhouder. in prax crimin. dict. cap.* 6. *num.* 84. *Petr. Theodor. dict. diſput.* 7. *th.* 3. *lit. N.* nec infrequens eſt, ut Doctores quocunq; modo maleficium tractantes, promiſcuè & indifferenter, Magos, Lamias, Striges, Sortilegos, Mathematicos, Incantatores & Incantatrices, Veteratrices & Præſtigiatrices appellitent. *Ioh. Bodin. in confut. Iohan. VVier. & libro primo. de magor. dæmonom. capit.* 1. *& ſeqq. Danæus in præfat. & capit.* 1. *de ſortileg. Binsfeld. ad rubr. C. de malef.*
10 *in* 5. *notab.* Quos & omnes cum Diabolo pactionem ac conſuetudinem habere, negari vix poterit, quamvis diverſimodè hoc fiat, aliique aliis fortius ſeſe Dæmoni obſtringant, ejusque jugo ſubiiciant. Duplicem namque pactionem cum Satana contrahi, docent vulgò Theologi: Vnam *expreſſam*, quam faciant Necromantici & Magi, qui albo Veneficorum dant nomina ſua, Omnipotenti Deo, Creatori ſuo renunciant, fœdus baptiſmi reſcindunt, & Filium Dei abnegant, ejusq; beneficia deteſtantur, econtrà Diabolo homagium præſtant, obſequium perpetuum promittunt, & ſeſe, ſuasque animas & corpora in æternam condemnationem tradunt. Hocque peculiaribus quandoque fieri ceremoniis atque ſolennitatibus, ex confeſſione Veneficarum refert *Paul. Chirland. in tractat. de ſortileg. quæſtion* 7. *numer.* 27. *&* 28. *quæſtion.* 3. *numero tertio. & ſequent.* Cui adſtipulatur *Iohann. VVier. in tractat. de præſtig. dæmon. libro ſecundo capit.* 2. *verſ. ſolennis inter eos fit Iohan. Bodin. in tractat. de dæmonom. libro ſecundo. capit.* 4. *Iohann. Georg. Godelman. de Mag. Venef. & Lam. libro primo. capit.* 2. *numero octavo Iodoc. Damhouder. in prax. crimin. capit.* 61. *numer.* 115.

11 Alteram verò pactionem *tacitam ſive implicitam* vocant, quâ tenentur omnes alii, qui absque fœdere expreſſo quid commercii ac conſuetudinis habent cum Diabolo, quivè ſcientes hærent ſuperſtitioſis obſervationibus. *Iohan. Georg. Godelman. in tract. de Mag. Venef. & Lam. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 2. *Dan. Moller. ad Conſt. Elector.* 2. *nu.* 20. *part.* 4.

12 Commune quoque hoc eſt omnibus cujusq; generis Sortilegis ac Maleficis, quòd artes diabolicas exerceant, & Dæmone cooperante hominibus pariter ac brutis animalibus nocere, atque miraculoſa quæque facere audeant. Quod uti ſceleratiſſimum ac nefandiſſimum crimen eſt, ita eiudem Reos à pœnâ liberare & eximere velle, impium prorſus eſſet: Quin etiam nulla eſſe alia crimina, quorum tàm horrenda ſit Conſtitutio, quæ tàm graves pœnas mereantur, aut quæ ad hoc proxima videantur accedere, quaſi digito ſpectandum ante oculos monſtrat *Iohan. Bodin. in libris* 4. *de Magorum. Dæmonomania, ſeu deteſtando Lamiarum ac Magorum cum Satana commercio.*

13 Non tamen deſunt, etiam inter Chriſtianos, qui modis omnibus in id incumbunt, ut libris palàm tueantur Magos, qualis eſt *VVierus de Petr. de Apono Medicus, Iohan. Franciſc. Pontzinib. alijq;.* In quos non ſine cauſa invehitur *Iohann. Bodin. in præfat. prædict. tractat. de Dæmonom:* Satanam, *inquiens*, eos inſpiraſſe promulgandis tàm bellis libris,& in ſuam naſſam perduxiſſe, atque ſubornaſſe, ut ſcribant, propalent, doceantque, id omne, quod de Magis prædicatur, fabuloſum eſſe. Comprobat hoc exemplum M. Gulielmi Linenſis Doctoris Theologiæ accuſati magicarum artium, condemnatiq; Anno 1453. 12. die Decembris. Qui, ut refert *Petrus Mamorius in libello de Lamiis*, reſipiſcens confeſſus fuit, ſe per noctem cum Magis aliis perſæpè deportatum fuiſſe, ut Diabolum adoraret, modò humana ſpecie, modò hircinâ conſpicuum, & religioni toti renunciaſſe: Quin etiam penes ipſum inſtrumentum obligationis contractæ cū Satana fuit deprehenſum, quo ſponſiones reciprocæ continebantur, inter alias autem hæc: Doctorem obligatum eſſe, ut publice concionetur, quicquid de Magis prædicetur, fabulam eſſe, non poſſe fieri, nullam fidem ſermonibus iſtis haberi oportere: Quibus concionibus augebatur mirum in modum Magorum numerus, & ſe confirmabat, dum ab illis perſequendis ceſſarent judices.

14 Ita nimirum Diabolus ex omnibus ordinibus & conditione quâlibet miniſtros habet fideles, qui Regnum ſuum maſculè tuentur, cœtus ac conſortia Diabolica propagant, perſuadendo iudicibus ac Magiſtratibus. *ſupplicium ſumi injuſtum de magis ſeu Veneficis, eosq; nequaquam mortis pœna afficiendos eſſe.* Nec ſine rationibus, ut ſibi imaginantur, urgentiſſimis.

Status controverſia.

15 *Primò* enim ſubdubitari poteſt, *an malefici & ſortilegi ejusmodi reverà ſint atque exiſtant?* Per ſomnia enim & imaginationem quandam melancholicam tales videri, quidam contendunt, poſt alios *Iohann. VVier. de præſtig. dæmon. paſſim,* eò, quòd plerumque anus melancholicæ & deliræ ſint, quæ de ſe confitentur, nec earundem confeſſione tanquam erronea ſtari poſſit aut debeat, cùm minus veriſimilia & improbabilia deponant. *Iohan. Franciſc. Pontzin. de lamiis numer. 45. & ſeqq.* Quod expreſſum cum Dæmone fœdus ineant, & abnegato Deo & Salvatore ſuo, miniſterio Diaboli contra Deum ſe directè mancipent, omnes non credunt, ſed conventionem ex dolo factam, quæ veniam mereatur nominant; Diabolum autem cum homine reverâ paſci poſſe, negant, quia nihil in hominem iuris habet, nec ſermone utatur, quo quid promittere & viciſſim expoſcere poſſit. Res præterea, quæ in ſtipulatum ducuntur, tantæ ſint difficultatis, impietatis ac turpitudinis, ut nemo ſanæ mentis ea expetere cupiat, nec ſi maximè cupiat, efficere queat. *VVier. dict. tract. de præſtig. Dæmon.*

Argumenta pro negativa ſententia.
1. Argum.

16 *Secundò:* Minimè videtur concedendum, Sortilegos ac Veneficos, ut maximè exiſtant, reverà miraculoſa facere poſſe; Quia nec ipſe Diabolus res ſimpliciter naturales producere poteſt. Harum enim autor eſt ſola natura, quæ ordinaria eſt Dei poteſtas, rebus in ipsâ creatione indita. Ergo multò minùs ultra huius naturæ vires agere, & miracula edere poterunt Sagæ, quæ hâc in parte ſunt tantò inferiores Satanâ, quanta corporeæ res incorporeis ſubſtantiis impeditiores, ut philoſophicè diſputat ac probat *Iacob. Martin. in diſputat. de magicis action.*

Argum. 2.

17 Adeoque, quæ Sagæ ſupra naturæ vires facere imperitis videntur, ea omnia nihil aliud ſunt, quàm ſenſuum ludificationes, præſtigia ac figmenta. *Iacob. Rex Angel. 1. dæmono. 6. pag. 60 & 61. Chirland de Sortileg. quæſtion. 7. numero decimo quinto. 16. Eraſt. in repet. diſput. de Lamiis, pag 63. & 65.* Perſtringit enim Diabolus tàm vehementer omnes ſenſus, ut miſeri homines iurent, ſe videre, audire aut tangere aliquid, quod tamen non vident, audiunt vel tangunt, ut loquitur *Luther. Tom. 4. Ienenſ. in capit. 3. Galat.*

18 Id quod vel ex eo probabile redditur, quod Medici tradant, ſæpè febrem ardentem & vehementiorem ægrotorum ſenſus ita corrumpere, ut firmiſſimè credant & ſtatuant, rem alterius eſſe formæ, quàm reverà eſt. Quinimò melancholico morbo idem aſſcribendum, quo laborantes ſeſe urnas, equos & aliud quippiam beſtiarum genus ſe eſſe, indubitata fide ſibi perſuaſum habuerunt, *Iacob. Rex Angel. dict. loco,* quod probat hiſtoria illius, cuius meminit *D. Luth.* in Tiſchreden *cap. 9.* Vom Teuffel vnd ſeinem Wercken/*tit.* Leibliche vnd geiſtliche Zauberey deß Teuffels/ qui cùm ſe vitâ defunctum firmiſſimè ſibi perſuaſiſſet, in tenebris deliteſcendo ab omni cibo & potu abſtinuit ad defectionem ſpiritus propemodùm, donec obœſum monachum (qui ad expurgandam hanc crebri inſaniam ei adjunctus ſe ſimiliter quoque mortuum ſimulabat) epulis appoſitis avidiſſimè veſcentem & pocula plena mero exhaurientem conſpicatus, ad ſaniorem mentem tandem rediret, & ſuæ naturæ redderetur.

Simili exemplum refer *Remig. 2. Dæmonolat. capit. 5.* de aliquo, qui ſe in fictilem urceum converſum, adeò obſtinatè credidit, ut accedentes propius à ſe ſummoperè prohiberet, veritus ſcilicet, ne ſe illidendo comminuerent, ac proindè nihil magis ac frequentiùs apud domeſticos conquereretur, quàm quòd ita negligenter in obſcuro cubili eſſet collocatus, cùm tamen in editiori loco, qui injuriæ minus expoſitus ſit, poni debuit. 19

Quod ſi ergò febri ardenti vel melancholiâ nimia correptus, hæc ſibi imaginari poteſt, quare non etiam præſtigiis ac faſcinationibus Dæmonis eandem vim aſſcribemus; ut qui mendacia ſpargere, creationis, generationis, maximæque potentiæ laudem affectare ſtudet. Quapropter credibile non eſt, Veneficos, Sagas, & Lamias ſe in lupos, urſos, feles, aliaque animalia transformare poſſe, ſed potius ſtatuendum, metamorphoſin ac transformationem illam eſſe præſtigioſam, phantaſticam, & faſcinationibus Diaboli adumbratam, ut eleganter deducit *Nicol. Remig. in tractat. de Dæmonolatr. libr. 2. cap. 5. verſ. nam omninò ſi quis de hâc re. pag. 229. & ſeqq. Iohan. Georg Godelman. in tractat. de Mag. Venefic. Lam. libr. 2. cap. 3. num. 1. & ſeqq. Ludov. Gilhauſ. in arbor. judic. crimin. cap 2. titul. 17. numer. 15. Petr. Theodor. in Colleg. crimin. diſput. 7. theſ 3. lit. L. Iohan. VVier. de præſtig. Dæmon. lib. 4. cap. 22. 23. & 24.* 20

Licet enim Dæmon naturam non creet, perſtringendo tamen oculos apparentiam procurat, quâ aſpicientes ita decipiuntur, ut rem alterius eſſe formę credant, cujus revera non eſt; Veluti, ut videntes hominem, putent eſſe aſinum, vel lupum, vel vaccam, cùm tamen unumquodque animal ſuam formam retineat, de quibus portentis magicis multa ſcribit *Auguſtinus de Civit. Dei.* Et in *Vitis Patrum* legitur de quadam virgine, quæ in vaccam transformata credebatur firmiter à parentibus faſcinatis, donec Sancti Macarii interceſſione & precibus ardentibus fuſis ad Deum, eorum oculi à tali faſcinatione liberati aperientur, ut ipſi quoque, ſicuti ab initio ſtatim S. Macarius, hanc mirandam Diaboli deluſionem deprehenderent, referente *D. Luthero* in Tiſchreden/*cap. 9.* Plura ejusmodi faſcinationum exempla adducit *Philip. Ludov. Elich. in Dæmon. q. 5. pag. 61. & ſeqq.* 21

Idemque aſſerendum de conventibus Diabolicis in monte Bructerorum, vulgò Blocksbergk/ in quem Lamias totius Germaniæ certis unguentis illitas, noctu Calend. Maii, partim à familiaribus ſuis Dæmonibus & amaſiis, qui 22 præſtigioſam formam hirci, porci, vituli, & ſimilis animalis induunt, breviſſimo temporis ſpacio bajulari, partim ſcopis & baculis inſidentes vehi, & deinde noctem totam ludis, jocis, commeſſationibus & choreis cum amaſiis ſuis conſumere aiunt. Quæ omnia figmenta, & prodigioſas ac aniles fabulas eſſe, ſimiles fabulis Vergilianis de iis, quæ in campo Elyſeo geruntur, maior pars Theologorum, Juriſconſultorum, Medicorum & Philoſophorum ſtatuit, teſte *Iohann. Georg. Godelman. in tractat. de Mag. Venef. & Lamiis. libro ſecundo. capit. 4. numer.* 15. *Iohan. Franciſc. Ponzinib. de Lam. num.* 38. 39. *& ſeqq. Iohan. VVier. in tract. de præſtig. Dæmon. lib.* 3. *cap.* 11. *&* 12. *Ludov. Gilhauſ. in arbor. judic. crim. cap.* 2. *titul.* 17. *num.* 14. *Hoſtienſ. in ſummar. ext. de Sortil. num.* 3. *Andr. Alciat. lib.* 8. *parerg. cap.* 22. *verſ. & quamvis aliqui.*

23 Hocque ipſum iam olim in Concilio Aquirenſi eſt deciſum, ut refertur in *cap. Epiſcopi.* 26. *quæſtion.* 5. ubi inter alia dicitur: *Quapropter Sacerdotes per Eccleſias ſibi commiſſas populo* DEI *omni inſtantiâ prædicare debent, ut noverint hæc omninò falſa eſſe, & non divino, ſed à maligno Spiritu talia phantaſmata mentibus fidelium irrogari. Siquidem, ipſe Satanas, qui transfigurat ſe in Angelum lucis, cùm mentem cujuscunque mulierculæ ceperit, & hanc per infidelitatem ſibi ſubjugaverit, illicò transformat ſe in diverſarum ſpecies perſonarũ, atque ſimilitudines, & mentem, quam captivam tenet, in ſomniis deludens, modò læta, modò triſtia, modò cognitas, modò incognitas perſonas oſtendens, per quæque devia deducit: & cùm ſolus Spiritus hoc patitur, infidelis mens hoc non animo, ſed in corpore evenire opinatur. Quis enim in ſomniis & nocturnis viſionibus non extra ſeipſum educitur, & multa videt dormiendo, quæ nunquam vigilando viderat? Quis verò tàm ſtultus & hebes ſit, qui hæc omnia, quæ in ſolo Spiritu fiunt, etiam in corpore accedere arbitretur? Cum* Ezech. *Proph. viſiones Domini in ſpiritu, non in corpore vidit? Et Iohan. Apoſtol. Apocalypſis ſacramentum in Spiritu, non in corpore vidit, & audivit, ſicut ipſe dicit: ſtatim fuit in ſpiritu. Et* Paul. *non audet dicere, ſe raptum in corpore.*

24 Idem approbavit iudicio ſuo Philipp. Melancht. *in libello de anima: Quartum genus ſomniorum,* inquit, *eſt diabolicum, ut cùm Veneficæ videntur ſibi intereſſe conviviis ac ludis, cùm ſæpè compertum ſit, eas nuſquam abiiſſe, ſed dormientes geſtu & clamore ſomnia conviviorum & ſaltationum ſignificaſſe.* Et Martinus Biermannus *in diſp. de magic. action. th.* 18. *Hinc per quietem ſomnia movet prodigioſa, quibus volare, cætus Magorum frequentare complices agnoſcere, commeſſationes & tripudia celebrare, aliaq́; peragere ſibi videntur homines dementati, quæ & ipſa expergefacti (ut eſt amentia) pro veris conſtantiſſimè aſſeverant. Quam ut rem perficiat, adjumenta quædam ſumit natura. Nam & ſoporiferas inunctiones imperat, & cibos præbet flatulentos, ad ſuſcitandum fovendumq́; turbulenta ſomnia pollentes, apium, cepas, fabas, & alia &c.* Conſentit pariter Iohan. Fichard. *conſ.* III. *n.* 2. inquiens, Daß ich aber ſo viel auff das Nachtfahren vnd Tantzen nicht gieb/ darzu bewegt mich/ daß ich befinde/ daß viel trefflicher gelehrter Leute von alten/ vnnd auch zu vnſern Zeiten/ ſtattlich darthun vnnd außführen/ (*etiam cum autoritate canonum, ſanctorumque Patrum*) daß es mit dem Nachtfahren/ vnnd ſolchen nächtlichen Täntzen vnnd conviviis, deßgleichen auch den leiblichen Vormiſchungen/ ſo die böſen Geiſter mit ſolchen Weibern vollbringen ſollen/ ein lauter Traum/ Geſpenſt/ Triegerey/ vnglaublich vnnd vnmöglich Ding ſey: *Iohann. Trithemius in tract. de maleficis. Vlricus Molitor Conſtantienſis & Profeſſor Papienſis in dialogo ſuo de Lamiis & Pythonicis mulieribus, alijque allegati à Godelmanno, dict. libr.* 2. *capit.* 4.

25 Ipſemet quoque *D. Lutherus* non ſecus arbitratur, quàm transvectiones iſtas per aërem mera eſſe ſomnia diabolica, nec contingere reverâ, *in Tom.* I. *Ienenſ. fol.* 126. ubi meminit exempli ex *Iohan. Keyſersbergio,* quòd vetula, ut Prædicatorem argueret mendacii, qui talia docuit eſſe falſa, ſerò eum vocaverit, & aſpectante illo ſeſe inunxerit, ſedensque in furcâ, jamque volens devehi, ſtatim obdormiverit, & quibusdam geſtibus hinc inde ſe moverit, donec de ſcamno ceciderit, & vulnus in caput acceperit, tandem igitur reverſa ad ſe, cõvicta eſt de illuſione ex vulnere & caſu, quamvis vidiſſe ſe jactaſſet mirabilia.

26 Neque Beatus *Germanus* exiſtimavit, fieri poſſe, ut mulieres nocte ſimul in cauponâ eſſẽt, & mariti lateribus accubarent. Legitur enim *in ejus vita,* quòd cùm nocte quadam in diverſorio menſa iterum à cœna ſterneretur, admirans inquiſierit ab hoſpitibus, cui cœna pararetur, eique reſponſum ſit, bonis illis viris ac fœminis, quæ nocte vagantur, Sanctus vigilare ſtatuit, & ecce multitudinem ad menſam virorum ac mulierum venientem, Quibus ille mandans ne abirent, tota familia excitata quæſivit, num quem ex iis cognoſcerent, his omnes vicinos ac vicinas eſſe dicentibus, ſingulorum ædibus perſcrutatis, omnes in ſuis lectulis decumbentes invenit, itaque ſtatim omnes adjuravit, qui ſe dæmones eſſe confeſſi ſunt. *Iohann. Georg. Godelm. in tractat. de Magis, Venef. & Lam. libr.* 2. *capit.* 4. *numer.* 27. *F. Barthol. Spin. de Strig. cap.* 1.

27 Huc quoque facit Hiſtoria, quam refert *Paul. Ghirland. in tractat. de Sortileg. quæſtion.* 7. *numer.* 6. Quidam maritus; *inquit*, ex oppido agri Scabinenſis habebat uxorem maleficam ſive ſtrigem, ut vulgo vocant, de crimine autem ſolùm erat ſuſpicio, non certa notitia: Nam cùm aliquoties à marito rogaretur, num ejus eſſet profeſſionis, negabat conſtanter, creſcente porrò rumore, & viris fide dignis apud maritum ejus flagitii uxorem inſimulantibus, quòd ea familiariter uteretur aliis mulieribus, hujus criminis ratione cognitis, cum quibus etiam ſe turpibus miſcere ſceleribus, & nocturnos agere cœtus videbatur, decrevit maritus ipſam in ejusmodi operibus obſervare & apprehendere, cepitque plurimis noctibus diligenter & attentè invigilare, noctesque circi-

ter duodecim egerat inſomnes, attendens ſtudioſè, num illa ad Dœmonum luſum, vel aliud maleficium evagaretur, & num penes ſe in lecto permaneret nocte totâ, quando lectum conſcendiſſet, nihilque unquam fraudis comperit, ſed manibus illam ſemper in lecto contrectavit, Quum verò poſt dies paucos unà cum quibusdam aliis de eodem crimine accuſatis in carcerem coniiceretur, ſubdereturque quæſtionibus, confeſſa eſt demum, ſe tali interfuiſſe luſui unà cum aliis mulierculis incarceratis, flagitiique hujus Reis, denominato certo tempore, die atque horâ. Maritus verò in conjugis patrocinium aſſerebat, præſtito juramento graviſſimo, eam illa nocte deſignata, & maximè illa hora ſecum decubuiſſe in eodem lecto, & ſe eam tum non ſemel tantùm ſtudioſè tetigiſſe ſed, pluries, ac cum ea locutum fuiſſe.

28 Figmenta igitur ac phantaſiæ ſunt evolationes & conventus Sagarum, ac Lamiarum, quemadmodum etiam per haſce ceu inſtrumenta Dæmon ſuas agere ſolet præſtigias in reliquis faſcinationibus, ut productione mortuorum atque ſpectrorum. Quippe manes productæ non ſunt mortui reſuſcitati, ſed ſpectra ſolùm Diaboli. *Philipp. Ludovic. Elich. in Dæmon. quæſtion. 15. Petr. Theodor. in colleg. crimin. diſputat. theſ. 3. lit. L.* Et in hunc modum à Mago iſto Abbate Spanheimenſi Imperatores & homines præmortuos (& inter hos nominatim Alexandrum Magnum, Iulium Cæſarem, & Imperatoris Maximiliani Sponſam à Rege Galliæ Carolo gibboſo raptam,) & quidem ſingulos in ea forma & veſtitu, quo vivi induti fuerunt, in conſpectum Imperatoris Maximiliani productos fuiſſe referunt: *Dn. Luther.* in Tiſchreden.

29 Idemque aſſerendum de apparitione Samuelis, de qua 1. *Samuel.* 28. Blaſphemum namque eſſet dicere, Deum ſuo verbo & mandato, quo ſeveriſſimè ſub mortis pœna à mortuis veritatem peti vetuit, *Levit.* 19. *&* 20. hoc facto ſuo contraveniſſe. *Philipp. Ludov. Elich. de Dæmon. quæſtion. 5. Thom. Eraſt. in repetit. diſput. de Lamiis pag. 139. Brentius. Chytræus. Petrus Martyr. Oſiander. Strigelius. Iohann Mattheſius in cap. 46. Syracid. Benedict. Aretius in problem. Theolog. de ſpectr. Iohan. Georg. Godelm. de Magis Venef. & Lam. lib. 1. cap. 4. n. 12. Ludovic. Lavaterus de Spectr. part. 2. cap. 7. &* 8. In qua ſententia fuit *Dn. Luther.* ſuper caput 7. *Exod.* 1. *Thom. Islebenſ fol.* 320. ubi ſic ſcribit: Denn der König Saul war durch deß Teuffels Betrug recht geäffet / daß er nicht anders wuſte / es wäre der Verſtorbene Samuel / da es doch nicht Samuel war / der im Herren ruhet / ſondern ein Geſpenſt deß Teuffels / dem Saul zur Straffe von GOtt verhänget / dieweil er ſonſt Samuels Lehre in ſeinem Leben verachtet / vnnd in den Wind geſchlagen hat. Quamvis poſt alios diſſentiat *Martin. Delrio,* 2. *diſquiſ. Magicar. quæſt. 26. ſect. 4. tom. 1. Alber. Gentil. ad l. 6. C. de malef.*

30 Sic nempè Diabolus illudere ſolet homines, ut jurent ſe videre & audire, quæ reverà nec vident, neq; audiunt. Tribus autem modis Veteratorē illum mira ſua præcipuè perficere, docet *Iacob. Martin. in diſp. de magis act theſ* 17. 1. *Verum objectum removendo:* Sicuti Erfordiæ, Monachus viſus eſt ruſtico currum fœno adimpletum, nec non & equos currum trahentes uno & altero rictu penitus devorare. Hoc enim Monachus ruſtico eò quòd de via cedere nollet, minitatus fuerat; At paulò pòſt ruſticus & currum, & fœnum, & equos ſalvos extra urbem in loco quodā invenit, quo Sathan tantam molem deportarat.

31 2. *Falſum & phantaſticum obiiciendo:* Sic Anno 1535. adoleſcentulam in Spoletano Ducatu tredecim annos natam, à vetula quadam in Magorum cœtum perductam eſſe, miratamq; conventum adeò numeroſum, dixiſſe: Dio benedetto, che choſa è queſta? Simul atq; pronuntiaſſet iſta, evanuiſſe omnia, miſeram diluculo à quodam ruſtico inventam, ei rem totam enarraſſe, refert *Paul. Chirland. de Sortileg. quæſt. 7. n. 27. & Iohan. Rodin. de Dæmon. lib. 2. c.* 4. ubi plura exempla reperiuntur. Quemadmodum & pecuniam à Diabolo ſibi datam: ſæpius evanuiſſe, fatentur veneficæ, ut conſtat ex ſententiis *Stabinorum Lipſenſium* infrà ſubjectis.

32 3. *Senſus hominum pervertendo:* Quod teſtatur exemplum Johannis Fauſti, Magi exquiſitiſſimi: Qui cùm aliquando apud notos diverteret, qui de ipſius præſtigiatricibus actionibus multa audiviſſent, petierunt ab eo ſpecimen quoddam artis ſuæ; Quod cum ipſe diu multumq; renuiſſet, importunitate tandem ſodalitii ebrii victus, promiſit, ſe illis quodcunq; expeterent, exhibiturum. Vnanimi igitur conſenſu poſtularunt, ut illis vitem plenam racemis exhiberet. Hoc cùm ſe facturum recepiſſet, ſeriò interminatus eſt, nè quis ullam uvam decerperet, donec ille juberet, ſecus ſi facerent, imminere periculum capitis. Conſensêre omnes, mox ludibriis ſuis huic ebriæ turbæ ita oculos perſtrinxit, ut illis tot uvæ miræ magnitudinis & ſucci plenæ in vite pulcherrima apparerent, quot ipſorum adeſſent: Rei itaq; novitate capti, & ex crapula ſitibundi ſumtis ſuis cultellis exſpectarunt, ut illos uvas reſcindere juberet; Tandem cùm illos aliquandiu in errore ſuſpenſos tenuiſſet Fauſtus ſubitò in fumum abeunte vite cum ſuis uvis, conſpecti ſunt ſinguli tenentes loco uvæ, quam unusquisque apprehendiſſe videbatur, ſuum naſum, appoſito ſupernè cultello, ita ut ſi quis immemor præcepti dati, uvas ſecare voluiſſet, ſeipſum naſo mutilaſſet. *Philip. Camer. cent. 1. horar. ſubciſ. c.* 70.

33 At quorſum hæc omnia? Nempe ut conſtet, quicquid Sagæ, Venefici ſeu Lamiæ cooperante Dæmone ſupra naturæ vires facere imperitis videntur, nil aliud eſſe, quàm ſenſum ludificationes, præſtigia & figmenta. *Vnde Iohan. VVier.* ejusque aſſeclę evincere conantur graviter errare judices, qui ex falſo principio Magos & Veneficas ad ſupplicium mortis condemnant; A quibus parum recedunt, qui Sagas & Striges cum Diabolo paciſcentes, vel commercium habentes, arbitraria ac mitiori pœnâ tantummodò afficiendos eſſe, exiſtimant. Vid. *Johan Georg. Godelman. in tract. de Mag. Venef. & Lam. libr. 3. c. fin. Fichard. conſ.* 124. *quæſt. 3. vol. 2. Iohan. Franc. Pontzinib. de Lam. n. 45. & ſeqq.*

Tertiò;

34 *Tertiò*: Si quis Magis & Veneficiis, propterea quod nefariis carminibus, diris imprecationibus, aliisque artibus illicitis, hominum atq; pecudum valetudinem & vitam lædant, ultimum ſupplicium infligendum eſſe putet, is ante omnia docere ac demonſtrare neceſſe habebit, Veneficos, Veneficasque varia morborum genera, tàm piis quàm impiis incantando, imprecando, faſcinando, pharmaca magicâ arte incantata exhibendo, applicando, effundendo, ſub limina defodiendo, vel quocunque modo uſurpando, inferre poſſe, quod certè absque notâ ſuperſtitionis nequaquam affirmari poteſt: Malè namque ipſis præcisè verbis, actionibus, rebus, quas Malefici & Magi adhibent, vis aliquid per ſe efficiendi attribuitur; cùm verborum, imprecationum, formarumque externarum per ſe nulla ſit operatio. *Iacob. Mart. in diſp de mag. act. theſ. 25. Petr. Theodor. in colleg crimin diſput. 7. theſ. 3. lit. H.* Alioquin nec præterea certus homo, tempus, locus, agendi modus, & certi characteres requirerentur, ſed quisquis indiſcriminatim, quocunque modo & tempore ea adhibens, finem illum ſimpliciter aſſequi poſſet. Quare ab ipſo Diabolo vi pacti cum illo initi, factum & perfectum cenſeri debet, quicquid aliquando eorum accidat, quæ illius impulſu incantatores efficere intenderunt. *Thom Eraſt. in repet. diſput. de Lamiis pag. 63. & 64. Auguſtinus Lerchener. in Germanico tractatu* von der Zauberey. 35 *Iohann. VVier. de præſtig. libro tertio cap.* 35. ubi inquit: *Quod verò hæ maleficium aut ſi mavis, veneficium etiam ſine contactu inferre poſſe credantur, cum aliquò ejus excremento, cui nocere debet maleficium, cujusmodi eſt ruina, ſtercus, ſanguis capillorum & unguium præſegmina, atque generaliter includi membris canis, ſimilibus aliquo modo his, quorum in homine ſunt partes, aut excrementa, claudique oſſa mortui hominis, ac in illius nomine ſepeliri, alia quidem in veſtibulo, alia in via, crucis formam habentibus, alia in torrentibus, cum bonâ veniâ mei olim præceptoris venerandi Agrippæ, (qui ex hiſce nugis librum conſarcinavit,) hæc merè inania eſſe, adeoque ridicula, cum Cardano liberè aſſero, atque Satanæ inſtinctu in uſum vocari, quaſi aliquid hîc poſſent res prorſus inefficaces frivolæq;, quo à ſe deſignatum, id quod apparet malum à Dæmone constructum, vel aliàs occulta DEI voluntate, aut naturæ vitionatum credant non ſanæ fœminæ, potiſſimùm cùm eas nova imbui virtute, ex ineptâ vel blaſphemiâ aliquâ admurmuratione, aut imprecatione malignâ, falſa opinentur perſuaſione*: Hactenus Wier.

36 Malus igitur Dæmon author eſt faſcini, hominemque illa verba, characteres, imprecationes, aliaque docuit, non ut hominem faceret potentiorem, ſed ut ipſum deciperet credulitate, atque ſocium haberet tùm impietatis, tum exitii æterni. *Iul. Scalig. libro decimoſexto. de ſubtil. exer. 349.* Ipſemet enim in homines ſævit, ciet tempeſtates, ventos, tonitrua, Sagarum autem aſſenſum exoptat, & quaſi ad nutum ſuorum mancipiorum, per circulos ac figuras ipſorum hoc efficit, vultque illas exercere ſuas artes, quibus perſuaſæ ſunt, ſe poſſe fulgura excit[illegible] fruges perdere, aërem turbare, jumenta & homines occidere, quò autoritatem concilicet, ac ſi reverâ id præſtent, quod ille promiſit, adeoque in obſequio miſeros homines animâ & corpore contineat.

Quibus ſic ſtantibus ex mente *Iohann VVieri*, 37 haud ineptè quis ita poterit argumentari: Illi demum pœnis ac ultimo ſupplicio ſubiiciendi ſunt, qui artibus illicitis ac prohibitis hominum atque pecudum valetudinem & vitam lædunt ac perdunt. Atqui Venefici ſeu Magi nefariis ſuis carminibus, diris imprecationibus, characteribus, aliisque actibus Magicis nemini quicquam damni inferunt, tantumque abeſt, ipſos hoc facere, ut ne unquam præſtare queant, Diabolo non cooperante ac nocente, ut luculenter demonſtratum fuit. Ergò nec Magis & Veneficis propterea ultimum ſupplicium erit infligendum.

Quartò: Quinimò ne ipſemet Diabolus 38 propriâ virtute ac potentia absque Dei permiſſu ventos, tempeſtates, tonitrua & fulmina in aëre ciere, & damnum hominibus inferre poteſt; Alioquin ſi poteſtatem nocendi ex ſe haberet, næ ullibi hominum veſtigia nulla extarent. Sed ſi in exitium hominum & jumentorum intentus mala quæque efficit, ſpeciali Dei permiſſione hæc præſtat: Sicuti tempeſtatem & ignem divinitus procreatum ex indultu Dei ſuper oves, paſtores & filios Iobi trajecit Satanas. *Iob. 1. verſ. 16. 19.* Adeoque neque Diabolus, neque ejusdem fideles, Venefici nempe ac Magi, damnum nullum ex ſeſe ac propria poteſtate inferunt, ſed ſolummodò voluntate ac decreto Dei. Iam verò qui exequitur id quod vult ac decrevit Deus, ab omni culpa & pœna immunis eſt.

Et hæc pro confirmanda opinione *Iohann. VVieri*, 39 ejusque aſſeclarum proferri poſſunt; Quos ex profeſſo redarguit *Iohann. Bodin. in ſcripto peculiari annexo tractat. de Dæmon. & libr. 4. Dæmon. 5.* quem ſequitur *Martin. Delrio 5. diſquiſit. mag. ſect.* 18 *pag. 158. & ſeqq. tom. 2. Alber. Gentil. ad l. 6. C. de malef. Thom. Eraſt. in repetit. diſput. de Lam. pag. 37. & ſequent. Iacob. Rex Angel. 6. Dæmon. capit. 6.* & hodie communiter Theologi pariter ac Iureconſulti & Philoſophi, ut videre eſt apud *Iohann. Georg. Godelman. de Mag. Venef. Lam. libr. 3. cap.* 11. ſtatuentes, Magos ac Veneficos ſeveriſſimè puniendos, & à Magiſtratu politico capitali ſupplicio è medio tollendos eſſe.

Quorum opinio longè veriſſima, *Primò* 40 iuris Divino convenit, quo Deus iampridem ſententiam tulit in Maleficos, Pythones, Sagas & Incantatores, *Exod. 22. verſ.* 18. (*Præſtigiatricem ne ſinas vivere*) Qui textus neutiquam ad Veneficos tantùm, qui ſcilicet veneno malo propinato mortem procurant, reſtringendus eſt, ut putat *Iohann. VVier.* ſed omnes denotat, qui præſtigias aliis offendunt, ſiquidem eodem verbo *Exod. 17.* Magi Pharaonis, qui certè non venenis, ſed præſtigiis cum Moſe certabant.

2. *Argumentum.*

4. *Argument.*

Verior eſt ſententia affirmativa.

Argumẽta ſententiæ affirmativæ.

1. *Argum.*

tabant,denotantur. *Iohan. Georg. Gôdelman. in
tract.de Mag.Venef.& Lamb.lib.3.cap.11.num.6
Frider.Balduinus in Caſibus Conſcient.lib. 3. cap. 5.
caſ.13.Petr.Theod.dict.diſput.7.theſ.6.lit.C.* Idemque
41 diſponitur à Deo *Levit.20.verſ.26.* (*Vir
ſive mulier, in quibus eſt Spiritus Pythonicus, vel divinationis,
morte moriatur, lapidibus obruent eos,
ſanguis eorum ſit ſuper illos.*) Omnes ergò Magos
& Sagas lex Divina iubet iinterficere, ſive
divinationibus utantur, ſive præſtigias offundant,
ſive divinationibus utantur, ſive quoquo
alio modo proximo noceant,aut nocere velint.
Et iſta lex in populo Dei ſemper in viridi fuit
obſervantia, quod teſtatur exemplum Pythoniſſæ
in Endor,quæ formidabat Regem Saulem,
qui memor legis Divinæ magicam artem ſub
pœna capitis in univerſo ſuo Regno prohibuit.
42 1.*Sam.*28. Cumque Rex Manaſſes hac lege
neglecta magiam exercuerat,& conventionem
cum Diabolis invitat, ſpoliatus fuit regno, &
numellâ in carcere coercitus. Et quamvis
eum poſtea pœnituerit, eo tamen extincto
poſt annos quinquaginta Ieremiæ dixit Deus,
*Igne & cædibus deleo iſtud oppidum propter exetrabilia
ſcelera Manaſſis Regis*, Ier.19.& 15. Similiter
*lib.*4.*Reg.cap.*17. dicuntur decem tribus
exterminatæ & in exilium raptæ, quòd in res
magicas & ſortilegia incumberent, *Iohan.Georg.
Gôdelman.dict lib.*3.*c* 11.*n.* 14,
43 *Secundò*: Cum hac lege Divina non modò
1. *Argu.* congruit lex naturæ, ut apparet ex ſanctionibus
Ethnicorum, pœnas capitales Magis decernentium,
veluti & *Plato lib.* 11. *de legibus.*
mortis pœnam definit, qui ſacrificiis, ligaturis,
incantationibus, aliisve Sortilegiis hominem
enecaverint; Per quos homines Magos
intelligi non dubitandum, cum dicit, magos
mirabilibus modis operari, qui incredibiles
planè viderentur, niſi obſervaviſſent alii, cum
cereas ſuas imagines ad parentum ſepulchra ſub
janius ponerent. Sed & eandem ſequuntur
44 Concilia, ut Ancyritanum, Laodicenſe, Toletanum,
Aurelianenſe, Acquirenſe, quibus variæ
pœnæ in Magas ac Veneficos conſtituuntur,
quas refert *Iohan. Georg. Godelman. dict.
lib.*3. *cap.*11.*numer.*26 *& ſeqq.* Eademque fuit
olim praxis Senatus Romani, qui mares & fœminas
magicis artibus deditas è medio ſuſtulit,
quemadmodum *Tacitus lib.* 2 *annal.* refert. de
Publ. Martio & Pituanio, quorum illum Conſules
extra portam Exquilinam necari, hunc de
ſaxo dejici, quod eſſent Sortilegii convicti, juſſerunt.
De mulieribus Sagis Publicia & Licinia
ſcribit *Valerius Maximus*, quòd cum ſeptuaginta
Romanis gulæ ipſis fractæ fuerint, *lib.*6.*c.*
3. Et de Hilario, quondam auriga refert *Ammianus
Marcellinus lib.* 26.*rer.geſtar.* quòd jubente
Aponiano urbis Prætore capitis pœnam
luit,eò quòd filium nefariis artibus erudiendum
Mago cuidam tradidiſſet.

A Perſis etiam, à quibus tamen Magia pri-
45 mùm originem traxit, ſupplicio omnium graviſſimo
affectos fuiſſe Magos, ita ut Magi caput
in amplo lapide impingerent, rurſusque alio ſuper
inducto lapide illud effringerent, refert
*Plutar.in Artaxerx. Iohan.Georg.Godelman. dict.
cap.*11.*n.*15 *Iohan.Wier.de præſtig. Dæmon lib.*6.
*c.*24.*verſ.in Perſide veneficos Mynſ.in §.item lex
Cornelia.Inſt.de publ.iudic.n.*11.

Tertio: De jure quoque Civili Magis ſeu Ve- 46
neficis pœnam capitalem infligendam eſſe, du- 3. *Argu.*
bitandum prorſus non eſt, propter textus de hac
re manifeſtiſſimos in §.*item lex Cornelia de Sicariis.*
5.*ſub fin.verſ.eadem lege Inſt.de publ.iud l.cætera.*
4.§.1 *ff.fam.herciſc.l.nemo aruſpicem* 5.§ *fin ver.
etenim ſupplicio capitis l.nullus aruſpex.* 3 *in med.
verſ.illo aruſpice,l.multis magicis* 6 *ſub fin.l.etſi excepta*
7.*ſub fin. verſ.ſi verò convictus fuerit. C. de
malef.& Mathem l.eiusdem legis* 3.§ *legis Corneliæ
l.*13.*ff.ad Leg. Cornel. de Sicar. Iohan. Harppr. in
tract.crim.*§.*item lex Cornelia* 5 *ti .de publ.iud.n.*
253.*& ſeq.Herm.Vult.in dict.*§.5.*n.* 8. *Paul. Chirland.
in tract.de Sortil quæſt.*21.*n.*5.

Quartò: Negari non poteſt, Magos & Sa- 47
gas pactum habere cum Diabolo, in quo abiu- 4. *Argu.*
rant fœdus, quod cum Deo inierunt in baptiſmo.
*Iohan.*Bodin.*lib.*2 *de Dæmon.cap.*4 *Remigius
lib.*1.*de Dæmonol.cap.*5 *Chirland.de Sortileg. quæſt.*
7. Et licet non omnes expreſſè cum Diabolo
paciſcantur, eique obſequium perpetuum promittant,
Deo tamen renunciant, commercium
cum Diabolo habentes, quo ipſo tacitam ſeu
implicitam pactionem contrahi manifeſtum eſt
Dan.Moller.ad Conſt.Elect 2 *n.*20.*part.*4. *Iohan.
Georg.Godelman.de Mag.Venef.& Lam. lib.* 1. *c.*
9.*n.*2. Atqui hoc ſcelus longè atrocius eſt homicidio,
adulterio,furto, & tamen his qui contaminati
ſunt, nemo indignos morte iudicat.
Quinimò Sagæ non ſolùm ſunt homicidæ, dum
morbos periculoſos, ipſamq; mortem aliis immittunt
ſuis incantationibus, proprios infantes
Diabolo ſacrificant, eosq; hac ratione quâ corpus
quâ animam perdunt, aliorumq; infantes
in utero matris occidunt, ut *Bodin.*probat *lib.*2.
*Dæmon.c.*8. Sed & adulteræ, & tantò tetriores
adulteræ, quantò tetrior eſt is, cui ſuccumbunt,
nempe Diabolus, *Bodin. dict. lib.* 2.*cap.*7.
*Remig.lib.*1.*Dæmonol.cap.*6. Homicidarum verò
ac adulterorum pœnam capitalem eſſe,tam cer- 48
tum eſt,ut nil certius. 5. *Argu.*

Quintò: Sagis ac Lamiis quoque ipſiſmet
conducit, ut quàm maturè è medio tollantur.
Nam Diabolus tam pertinaciter eas laqueis ſuis
involutas habet, ut citiùs non dimittat, quàm
moriantur. Quo in genere fidem non immeritò
habemus *Nicolao Remigio*, Ducis Lotharingiæ
Conſiliario, qui iudiciis capitalibus nongentorum
plus minùs hominum, qui Sortilegii
crimen in Lotharingia capite luerunt, interfuit:
is ſic ſcribit *lib* 3 *de Dæmonolat. cap.* 12. *Certè
adhuc quod ſciam, auditus eſt ex tot millibus; quos
Sortilegii laqueis irretitos habuit Satan, nemo, qui
ſe aliter iis expediverit, explicaveritque, quàm
culpæ vel coacta vel libera apud iudicem profeſſione,
ac deinde eius morte luitione; adeo illi
ſui iuris tenax eſt Dominus.* Hactenus Remigius.

49 Iudicet jam quivis, qui vel tantillum pietatis ac ſanæ mentis habet, an non rectè ac probè ſecundùm Leges, pariter divinas atque Civiles agat Magiſtratus, in Magos atque Veneficos ſeveriùs animadvertens, quod meo judicio nemo non dexteritatis amans affirmabit, rejectis rationibus. *Iohann. VVier. aliorumque*, ſupra adductis; quæ profectò tanti ponderis non ſunt, ut veriorem ſententiam, Divini atque humani iuris autoritate ſtabilitam, evertere queant.

Refutatio contrariorum, Reſponſ. ad 1. argum.

50 Quantum enim ad *primam rationem VVier.* Quis tutò negare poterit, revera ſortiarios & ſortilegos in rerum natura exiſtere, convictus ſacrarum literarum autoritate, quæ non modò Veneficos & Magos exiſtere & fuiſſe, veluti *Num.* 33. *Hierem.* 27. *Dan.* 2. *Pſalm.* 58 ſed & eoſdem mortis pœna affici debere teſtantur Dei mandato: Quod ſanè, ne fruſtratorium ſit, aut umbris impoſitum videatur, omninò dicendum, eiusmodi nefarios homines & fuiſſe & adhuc eſſe; Comprobantibus etiam hoc ipſum exemplis Magorum Ægyptiorum, qui coram Pharaone miracula per Moſen Divinâ potentiâ edita Simiarum inſtar imitabantur, *Exod.* 7. & 8. Mulieris in Endor imaginem Samuelis Regi Saulo provocantis ac producentis. 1. *Samuel.* 28. Simeonis Magi ad Chriſtum converſi *Actor.* 8. Ancillæ, ex quâ Pythonicum Spiritum quem habebat, D. Paulus ejecit, *Actor* 16. & complurium aliorum, qui artem magicam, quam antea profeſſi erant, relinquendo ad fidem converſi ſunt. *Actor.* 19. Experientia quoque accedente, quæ à multis ſeculis uſque ad præſens tempus reipsâ exemplis infinitis, & innumerabilium prætereà mortalium juſtiſſimis querelis & damno irrecuperabili comprobatur. *Remig. lib. 2. Dæmonolatr.* 8. *Thom. Eraſt. in repet. diſp. de Lam. Iacob. Rex Angl. 2. Dæmonol. 2. & 3. Iohann. Bodin. lib. 1. de Dæmon. cap. 3. Binsfeld. ad rubr. C. de maleſ. in 5. notab.*

51 Quis etiam auſus fuerit negare, pactionem Sagarum cum Dæmone, de qua non modò teſtatur experientia rerum omnium magiſtra, ſed & ipſæmet Sagæ eam ſæpiſſimè confeſſæ fuerunt. Quinimò Diabolus eos, quos ſibi obſtringit, antequam poſtulâta ſua impetrent, inſtrumentum obligationis conficere jubet, aut ſcribere non poſſunt, ſola verborum ſtipulatione obligat, Non rarò etiam ſubſcriptionem ſanguine factam poſtulat, & ſi metuerit, ne Magi cultum ſuum deſerant, notas certas imprimit, interdum ſatis conſpicuas, ut in dextro hùmero, aut in femore, aut etiam in ſumma fronte, in occipite, in pectore &c: interdum minas conſpicuas in locis abſconditis aut inter labia, ſub axillis, ſub palpebris &c. Qui locus diabolicus ſtigmate notatus ita exſanguis eſſe dicitur, ac ſenſu labefactatus, ut ne admiſſa quidem acus altiſſimè dolorem faciat, aut ſanguinis minimum efficiat. Quandoque etiam Magi ad confirmationem ſuæ conventionis cum Diabolo iterum ſe babtizari ſinunt in nomine Diaboli, unde plerumque ſunt binomines, docente *Iohann. Bodin. libr. 2. Dæmon. cap. 4. Nicol. Remig. lib. 2. Dæmon. cap* 5. ac conſtat hoc ipſum ex confeſſionibus propriis ſagarum relatis *in Sententiis infra ſubiectis.*

52 Et licet Diabolus nil iuris in homines habeat, multum tamen ſibi iuris ſumit, & ſi Deus permiſerit, in filiis inobedientiæ, quos laqueis ſuis captivos tenet, imperat. Quod etiam ſermone utatur, licet ſibi non naturaliter indito, hiſtoria Adami *Geneſ.* 3. *Hiobi capit.* 1. & ipſius Chriſti *Matth.* 4. locuples teſtis eſt. *Frider. Balduin. in Caſibus. Conſc. libro tertio. capit. 5. caſ. 6. pap.* 733.

53 Dolosè etiam quamvis Dæmon cum Veneficis agat, resque impias, turpes & difficiles, quæ in effectum ducere nequit, promittat, propterea tamen ipſi à pœna immunes non ſunt, eoque ſeveriorem pœnam incurrunt, quò deteſtabiliora ſunt Diaboli promiſſa, quæ ipſimet acceptant, iisque ſeſe cultui Diabolico obſtringi patiantur. Et ſi veniam mererentur Magi ſeu Venefici propterea, quòd falſis perſuaſionibus, machinis & dolis Diaboli ad delinquēdum inducantur, certè omnia hac ratione facinora excuſari poterunt, quorum nullum ſit, niſi ex perſuaſione, interdum etiam impulſu Diaboli. Cur enim Magi non reſiſtunt tentatori? Cur tam libenter auſcultant? Primus namque ad peccandum gradus eſt, admittere ſuggeſtiones ad peccandum, & ſub ſpe ac ſpecie alicujus boni in peccatum ruere, *Frider. Balduin. in Caſ. Conſ. libro tertio. cap. 5. caſ. 13.*

Reſp. ad 2. argum.

54 Quòd *ſecundò* dicitur, Sagas, Lamias ac Veneficas miraculoſa efficere non poſſe, ſed quæcunque facere videntur, ſenſuum ludificationes, præſtigia atque figmenta eſſe; De eò certè ſub judice adhuc lis eſt, & ut maximè ſupra naturæ vires miracula edere nequeant, mira tamen & quæ purè artificialia ſunt, opera Diaboli fieri poſſe, certum eſt. *Fichard. conſil.* 104. *quæſtion.* 2. *tom* 2. Sicuti & Dæmon naturali virtute efficere & quam optimè præſtare poteſt ea, quæcunque ex motu cœli materiæ corporali accidere queunt, niſi divinitùs prohibeatur. *Malleus malefic. part.* 1. *quæſtion.* 7. *Thom. Eraſt. in repetit. diſput. de Lam. pag.* 65.

55 Hinc Striges Dæmonum opera inter coniuges odium mutuum concitare, actum Venereum & potentiam generativam impedire, lactis deſiccationem in nutrice, ut & abortionem tàm mulierum, quàm pecudum, ſæpè etiam totius armenti inducere, *Paul. Chirland. de Sortileg. quæſtion. 6. numero decimo tertio. Mall. Malef. dict. part.* 1. *quæſtion.* 8. *Petr. Theodor. in Colleg. crimin. diſput.* 7. *theſ.* 3. *lit. L. Frider. Balduin. in caſibus. Conſc. libro tertio. capit.* 5. *caſ.* 10. *Philipp. Ludovic. Elich. in Dæmonom. quæſtion.* 7. *pag.* 106. morbos procurare & invehere, *Iohann. Georg. Godelman. in tractat. de Mag. Venef. & Lam. libro primo cap.* 8. *numer.* 7. Cibos, potum, & id genus alia ex remotiſſimis regionib⁹ breviſſimo temporis

ſpacio afferre, *Remig. 3. Dæmon. cap.* 1. Ianuas aperire, clauſtra reſerare, *Philip. Ludov. Elich. dict. quæſt.* 7. *pag.* 114. Pluvias, grandines, fulgura, ventos & tonitrua inducere & excitare poſſunt; *l.* 1. §. *medicos* 3. *ff. de extraord. cognit. l. eorum & ſcientia.* 4. §. 1. *l.* 6. C. *de malef. & mathem.* Paul. *Chirland. in tract. de Sortileg. quæſt.* 6. *numer.* 17. *Nicol. Remig. in tract. de Dæmonolatr. lib.* 1. *cap.* 25. *Iohan. Bodin. in tract. de Dæmonom. lib.* 2. *cap.* 8. *Martin.* Delr. 2. *diſquiſ. magicar. quæſt.* 11. *tom.* 1. *Malle. malef. part.* 2. *cap.* 15. *Philipp. Ludov. Elich. Dæmonom. quæſt.* 6. *pag.* 76. *& ſeqq.* Item muſcas, erucas, locuſtas, ſerpentes, ranas, pediculos, vermes, pulices, bufones, mures, & id genus alia producere, & in fruges immittere, *Exod. cap.* 7. *verſ.* 19. *cap.* 8. *verſ.* 5 6. 7. *Nicol. Remigius lib.* 1. *cap.* 21. *Petr. Theodor. dict. th.* 3. *lit.* L. *Philipp. Ludov.* Elich. *dict. loco. quæſt.* 8.

56 Similiter & Magi ſeu Malefici opera Diaboli lapides proijcere, clam in conclavia clauſa ingredi, corpora è loco in locum ferre poſſunt. *Gœdd. de delict. part.* 2. *cap.* 6. *concluſ.* 7. *quæſt* 3. Ideoque nec abſurdè affirmatur, Striges ac Lamias corporaliter ad conventus diabolicos avolare, ac præſentes iis revera adeſſe. Nam ſi Angeli boni ſuâ potentiâ in momento temporis non tantum ipſa immenſa aëris ſpatia decurrere, ſed & homines nullo negotio una ſecum traducere poſſunt, ut probat *Hiſtoria Abacuc*; quare non etiam Diabolus idem facere poterit, cùm mali angeli eâdem potentiâ naturali præpolleant, qua boni: ſiquidem illi etiam poſt lapſum omnia dona, quæ ab origine acceperunt, retinuerunt. Quin & in ipſo Chriſto Salvatore Diabolus pro ſua impudentia ſuam probare auſus eſt potentiam: Eum enim ita permittentem in pinnaculum templi corpore ſuo tranſtulit, non pedetentim ducens, ſed ſubitò arripiens; In pinnam namque templi eum ſtatuiſſe legitur *Matth.* 4.

57 Quod ipſum quoque plurimis eruditis & doctiſſimis viris placet, teſte *Iohan. Georg. Gôdelman. de Mag. Venef. & Lam. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 3. conſtanter aſſeverantibus, delationem, & exportationem Sagarum in montem Bructerorum, auffm Blockersberg/ aliaque loca ad conventus diabolicos, commeſſationes & choreas, illuſiones non eſſe, ſed talia Lamiis revera contingere. Vid. *Paul. Chirland. in tract. de Sortileg. quæſt.* 7. *numer.* 1. *& ſeqq. Danæ de ſortiar. cap.* 13. *Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſput.* 7. *theſ.* 3. *lit.* L. *Remig.* 1. *Dæmonol.* 14. 15. 16. *& paſſim. Ioach. Camerar. lib.* 1. *de natur. Deor. Auguſtin. lib.* 10. *&* 21. *de civit. Dei. Frider. Balduin. in caſ. conſc. lib.* 3. *cap.* 5. *caſ.* 7. *Iohann. Bodin. lib.* 2. *Dæmon. cap.* 4. *Mall. malef. part.* 2. *cap.* 3. *Martin. Delr.* 2. *diſq. magic. quæſt.* 16. *tom.* 1. *Alber. Gentil. ad l.* 6. *C. de malef. & math. pag.* 58. *Phil. Ludovic. Elich. in* Dæmonom. *quæſt.* 10. *pag.* 131. *& pag.* 131. *Iacob. Rex. Ang.* 2. *Dæmonol. cap.* 3. *&* 4. qui non ſolùm rationibus firmiſſimis hanc ſententiam ſtabiliunt, & de communi experientia teſtantur, adductis infinitis exemplis & hiſtoriis (veluti *Nicol. Remig. dict. cap.* affirmat, inter ſexdecim annos, per quos cauſis criminalibus præfuit, in unica Lotharingia non minus octingentos huius criminis manifeſtè compertos, Duumviratus ſententia capitis fuiſſe damnatos, qui omnes uno ore maximam hujusmodi conventuum frequentiam prædicaſſent) ſed etiam modum, quo nimirum localiter transferantur, ut & quæ in iſtis Satanicis conventibus peragantur, ex ipſarum Sagarum confeſſionibus prolixè referunt. De quibus præ aliis *Paul. Chirlandus de Sortileg quæſt.* 7. *numero* 28. *Nicol. Remig. dictis locis. Iacob. Rex. Angl. dict. cap.* 3. *Philipp. Ludovic. Elich. dict. quæſt.* 10 *pag.* 137. Vid. quoque *ſententiæ Scabinorum Lipſenſium infra ſubiectæ*, quibus confeſſiones ejusmodi Lamiarum ex actis inquiſitionalibus ad Collegium noſtrum transmiſſis verbotenus ſunt inſertæ.

Quamvis non negem, Sagas ac Lamias ſæpè etiam præſtigiis occupatas phantaſia tantùm conventibus Diabolicis, commeſſationibus & choreis intereſſe ſibi videri; *Philipp. Ludovic. Elich. in* Dæmonom *quæſt.* 10. *pag.* 130. *Frideric. Balduin. in caſibus conſc. libro tertio, capite quinto caſu ſeptimo.* Veluti etiam *Malleus maleſic. parte ſecunda, capite tertio, quæſtio. prima pag.* 260. aſſerit: Sagas utroque modo, quandoque illuſoriè dormientes, vana imaginatione, & quandoque verè conventibus adeſſe; Si enim caſu aliquo nollent corporaliter transferri, & tamen quoque ſcire geſtirent, quæcunque à conſodalibus egerentur, tunc talem ab eis ſervari modum, ut iſtæ in nomine omnium Diabolorum, ad latus ſiniſtrum ſe reponant cubitum, quo facto vaporem quendam glaucum ex eorum ore procedere, unde ſingula quæ ibi agerentur, profundè conſiderarent; Sin autem corporaliter transferri vellent, tunc Striges inungere ſedile aliquod, aut lignum unguento ex membris puerorum, præcipuè ante Baptiſmum mortuorum, ad Dæmonis inſtructionem confecto, *Mall. malef. dict. loc. pagin.* 257. Et hoc caſu, ne fortè Lamiarum abſentia à maritis in lecto deprehendatur, illæ vel per incantationem, aurem, nimirum maritorum vellicando dextera manu, prius prædicto unguine illita, eis conciliant ſomnum, è quo non facile poſſint excitari, vel perſonas quasdam jam dormientibus maritis adumbrant, quas ſi contingeret interea expergiſci, ſuas uxores eſſe putarent, *Nicol. Remig.* 1. Dæmonolatr. *capite ſecundo.* Vel etiam alius Dæmon in forma ſuccubi ad latus maritorum adiungitur, qui loco uxoris ſit, & ſi opus fuerit, omnia illius officia in thoro coniugali ſubeat, ad quæ Diabolus ſe promptiſſimum exhibet, ſeque ita accommodare ſcit, ut etiam ſapientiſſimum quemque fallere poſſit. *Paul. Chirlandus de Sortileg. quæſt.* 7. *num.* 39. 58

59

Non minus tamen Sagæ ac Striges, à Diabolo præſtigiis ac figmentis eiusmogi illuſæ pœnis ſubijci debent, ac ſi ipſæmet conventibus Diabolicis interfuiſſent, aliaquè non 60 facere ſibi videntur, revera contigiſſent; *Tum* ob pactionem & commercium, quod cum Dæmone habent, renunciantes Deo ſuo creatori, & obſequium Satanæ præſtantes, *Iohan. Georg. Godelma. de Mag. Venef. & Lam. lib. 1. cap. 9. num. 2. Paul. Chirland. in tract. de Sortileg. quæſt. 3. numer. 1. Proſper. Farinac. in prax. crim. lib. 1. tit. 3. quæſt. 20. num. 77. Iodoc. Damhoud. in prax crim. cap. 61. numer.* 109. *Tum*, quòd Sagæ firmiter ſibi perſuaſum habent, omnia quæ fieri ſibi videntur, revera contingere, adeoque nec quicquam quoad effectum eiusmodi in voluntate ipſarum deſideratur. *Fichard. conſ. German.* 116. *num.* 2.

61 *Reſp. ad 3. Argu.* *Tertium quoque VVieri argumentum* prægnãs non eſt, ut Magas atque Veneficos à pœna promerita eximere queat; *Etenim* non nego, quin ipſis verbis, actionibus, characteribus, ac ritibus, quos Magi ac Malefici adhibent, nulla vis efficiendi attribuenda ſit, plurimaque quæ Sagæ faciunt, Deo competere, & nullis artibus magicis effici poſſe, niſi Deus permiſerit, permittente tamen Deo, Diabolum vel ex cauſis naturalibus, vel etiam præter naturam ſubitò aliquid producere, certo certius eſt. Qua in re Sagarum utitur operâ, quæ licet ſuis laboribus in vanum ſe macerent, nihilq; prorſus arte ſua efficere poſſent, pœna tamen dignæ ſunt ſeveriſſima, eò quòd diabolo inſerviunt, in gratiam eius ſuis geſtibus & verbis utuntur, citra quarum conſenſum Diabolus homines aut pecudes lædere non poſſunt.

62 Docent enim Theologi, Diabolo in primo lapſu vires nocendi ſic ademptas & cohibitas eſſe, ut niſi accedat nova aliqua voluntas, ſive conſenſus hominis malefici, non poſſit inferre noxam; ſi enim ſuæ permiſſus eſſet licentiæ, in nos vel noſtra ſæviendi, exitialia prorſus damna quotidiè foret præſtiturus. Vnde *Luther. in Pſalm.* 121. *Quod*, ait, *potentiam hujus hoſtis attinet, credo eum poſſe occidere unâ hora, quicquid hominum in terra vivit, igitur DEVS vallavit nos & domos noſtras per circuitum, Iob.* 1. *verſ.* 10. *& dimiſit Angelos in circuitu noſtro, Pſalm.* 34. *verſ.* 7. Non igitur poteſt furere Satan pro lubitu, ſed vel à DEO impetratâ poteſtate, vel conſenſu hominis (à quo aliàs DEVS permittit lædi vicinos homines) elicito.

63 Hinc acta teſtantur Veneficarum. 1. ipſos Diabolos voluntatem ac conſenſum Sagarum blanditiis primum ac promiſſis, poſtmodum verò minis & ſuppliciis morte gravioribus impetrare. 2. Sæpius urgere Sagas, ut liberos ſuos ipſis adducant, elocent, obſtringant. Non poterant igitur, niſi impetrato ipſarum conſenſu quicquam vel in illas, vel liberos ſtatuere. 3. Si qua Venefica nocere noluit, neque nova damnorum exempla profert, quæ dederit, ſolet duriſſimè vapulare, cùm quidem per ſe nocendi ſtudium exercere potuerit Satan, ſed defuit humanus aliquis conſenſus. Ideoque magnam quidem iram ſemper habere dicitur *Apocal.* 12 *verſ.* 12. Non autem ſemper potentiam ſeu licentiam, ſemper quærere quem devoret ſed non ſemper invenire, 1. *Petr.* 5 *v.* 1.

64 Licet itaque Sagæ & Lamiæ imprecationibus, characteribus, aliisque actibus ſuis, ut talibus, directè nec hominibus neque pecudibus nocere queant, eos tamen adhibendo & exercendo in ſtudium nocendi, quod Dæmon fovet, conſentiunt, atque per id efficiunt, ut Diabolus noxiam inferre poſſit. Ex quò certè corruit argumentum *VVieri*, quod tali modo inverti poteſt: Illi ultimo ſupplicio ſunt ſubjiciendi, qui artibus magicis atque diabolicis hominum aut pecudum valetudinem & vitam lædunt atque perdunt, Atqui hoc faciunt Sagæ ac Lamiæ, non quidem nefariis carminibus, diris imprecationibus aut characteribus, quibus certè nulla vis aſſcribenda, ſed ad Dæmonis nutum ac propoſitum nocendi, conſenſum ſuum præbendo, quo elicito Diabolus noxam inferre poteſt, ut antea demonſtratum fuit. Ergò non immeritò Sagæ ac Lamiæ ultimo debent affici ſupplicio.

65 Quin & parum intereſt, an Veneficæ ipſæ per ſe quid mali committant, an verò per alium, Diabolum ſcilicet. Sagæ item firmiter ſibi perſuaſum habent, quæcunque evenerunt, à ſeipſis reverà perpetrata eſſe, adeoque nec quicquam quoad effectum eiusmodi in voluntate ipſarum deſideratur, ideoque ob hanc nocendi cupiditatem, & à ſe effectorum opinionem, eas omninò morte plectendas eſſe, contendit *Fichard. conſil. Germ.* 116. *num.* 2. *Frid. Balduin. in caſibus, conſc. l.* 3. *cap.* 5. *caſ.* 13.

66 Accedentibus præſertim aliis graviſſimis, quorum ſingula mortem merentur, delictis; veluti Apoſtaſiâ, quam etiam & liberis propriis, & aliis clam, quibuscunque modis poſſunt, ac norunt, perſuadere enituntur. *l.* 2. *&* 3. *C. de* Apoſtat. Idololatriâ, *Deut.* 17. Blaſphemiâ, *Levit.* 24. *verſ.* 14. *& ſeqq.* A*ctor.* 14. *verſ.* 7. 1. *Petr.* 4. *verſ.* 14. Et quandoque etiam libidine omnium fœdiſſimâ, quam cum Diabolo ſæpiſſimè exercent; Quæ cum longè deteſtabilior ſit Sodomiâ illâ, quæ contra naturam generis ab homine cum bruto committitur, igneque vindicatur; utique multò magis morte puniri debet. *Thom. Eraſt. in repet. diſput. de Lam. pag.* 73. 86. 90. *& ſeqq. Petr. Theod. dict. diſput.* 7. *theſ.* 6, *lit.* C.

67 *Reſp. ad 4. Argu.* *Quartum denique argumentum.* Quo Magi ac Venefici decretum & voluntatem DEI exequi dicuntur; non modò leviuſculum, ſed & impium eſt, quoniam hac ratione nemo delinquentium puniri deberet, cùm præter DEI voluntatem ne ipſa quidem mala fiant, ut dicitur *Amos.* 3. *verſ.* 6. Quis enim diſtinguere neſcit inter malum pœnæ, & malum culpæ? Item inter voluntatem antecedentem, & conſequentem? Quis etiam ignorat, voluntatem Diaboli & hominum cum voluntate DEI nequaquam concordare, ſed potiùs ab illa deflecti vel maximè? 1. Namque voluntas hominum & Diabolorum peſſimam intentionem habet; DEI autem

voluntas ſemper optimam. *Gen.50.v.20.Vos cogitaſtis de me malum, ſed Deus vertit in bonum.* Ita in crucifixione Chriſti fuit Diaboli & Iudæorum intentio, Chriſtum perimere, Dei autem, genus humanum redimere. Nulla igitur hic voluntatum conformitas, imò quæ fuerit intentio Dei, vel ignorabatur, vel non curabatur, & oppugnabatur à voluntatibus Diaboli & hominũ. 2. Differunt voluntates iſtæ cauſis impellentib: Deus enim amore generis humani tradidit filiũ unigenitum, *Ioh.3.v.16.* Diabolus verò odio iracundia, vindictæ ſtudio. 3. Deus non in hoc vel illo ſubiecto malitiam illam ponit, ſed potiùs cum in alio ſubiecto poſita ſponte fuiſſet, eundẽ effectum potuiſſet aſſequi. 4. Neque in formalibus eſt conſonantia: Deus enim moderatè & certis gradibus vult infligi pœnas, homines autem ſine modo ſævire ſolent, *Eſa.47.verſ.6.* Ex quibus apparet, ſubordinationẽ voluntatis divinę, diabolicæ & humanæ, quoad mali effectionem, prorſus nullam eſſe, ut pluribus docetur in Schola Theologorum.

Proferuntur à *VViero* pro ſtabilienda ſua opinione adhuc aliæ rationes, quæ partim *à Iohanne Bodino* confutatæ, partim leviores ſunt, quàm ut cauſas ſeverioris ſententiæ, quã lex divina & humana cum rationibus aliis validiſſimis ſtabilit, evertere poſſint, ideoque eas lubens prætermitto.

QVÆSTIO XLIX.

Quomodo puniantur Malefici ac Sagæ cum Dæmone paciſcentes, ſeque ipſi mancipantes?

SVMMARIA.

1.Venefici ac Magi ultimo ſupplicio puniendi ſunt.
2 Quonam genere ſupplicii è medio ſint tollendi de Iure Civili.n.3.4.5.
6.Arbitraria hodie eſt pœna Magorum. 40
7.Etiam juxta Sanctionem Carolinam & de Iure Saxonico.n.8.9.10.11.
12.Circa irrogationem pœnarum diſtinguendum eſt inter pactionem expreſſam & tacitam cum Diabolo initam.
13.Pactionis expreſſæ pœna quænam, numer.14.16.18.19.22.
15. Modus paciſcendi cum Dæmone.
17.Explicatio Conſt.Elect.2.part.4.
20.Horribiliſſimum delictum eius, qui Diabolo ſe mancipat.n.21.
23.Quomodo puniendi ſint Malefici paciſcentes cum Dæmone, ſi nemini nocuerint?n.24.25.
26.Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.
27.Intellectus Ordinat: Criminal. artic.109. num 28.
29.Quæ ſit pœna Sagarum cum Dæmone concumbentium,n.44.45.46.47.
30.Num Malefici ac Sagæ verè concumbant cum Dæmone:
31. Quidam hoc negant, n.32.
33.Alii verò hoc affirmant.
34. Diſtinguendum eſt in hac quæſtione inter congreſſum & generationem.
35.Ex Satanico congreſſu proles naſci nequit, n.37 38.39.
36.Calumnia Pontificiorum adverſus Lutherum.
40.Explicatio c.6. Gen.v.2.
41. Concubitus cum Dæmone verus fieri poteſt.n.42.43.
48.Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.
49.Mulieres quoque Sagæ ac Lamiæ ignis ſupplicio puniri debent n.51.52.53.54.
50.Identitas rationis idem jus facit.
55.Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.
56.Reus puniri non debet, antequam de corpore delicti conſtet.
57.In crimine Sortilegii neceſſario conſtare non debet de corpore delicti, n.60.
58.Sicuti nec in crimine Hæreſeos.
59.Ex indiciis & præſumptionibus conſtare poteſt de ſortilegio.
61.In delictis occultis conjecturata probatio pro plena habetur.
62.Quænam indicia corpus delicti probent.n.63.64 65.66.67.68.69.70.
71.Pænitentia an Magos à pœna ordinaria excuſet n.72.73.76.77.78.
74.Iudæo pœna delicti remittenda non eſt, etiamſi fiat Chriſtianus.
75.Homicida licet ad aram confugiat, pœnam homicidii effugere nequit.
79.Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.

MAgos & Veneficos pœnis ſubjiciendos, in eosque à pio & Chriſtiano Magiſtratu ſeveriſſimè animadvertendum eſſe, contra *Iohan. VVierum de præſtig. Dæmon.libr.6.capit.23.& ſeq.* fundamentis ac rationibus ſat prægnantibus adductis, *in quæſtione præcedenti* luculenter fuit demonſtratum. Iam etiam diſpiciendum, quo genere ſupplicii ſint afficiendi?

1 Etenim capitaliter Veneficos atque Magos plectendos, ultimoque ſupplicio puniendos eſſe, nemo non pertinaciter inhærens opinioni admodum frivolæ *Iohan. VVieri* facilè negaverit, non modò adductus ad hoc autoritate Iuris Divini *in Exod.cap.22.verſ.18. Levit.16.verſ.27.31.& ſeq. capit.20.verſ.6.& ſeq. Deuter. capit.18. verſ.10.11.12. 4.Reg.17.verſ.4.& ſeq. Ierem. capit 15.verſ.4.capit.19.verſ.5. Georg. Godelm. in tract.*

*tractat.de Mag.& Venefic.libr.3.capit.*11. *num. 6. & ſeqq.* quod ad probandum id ſatis ſuperque ſufficiens & authenticum; ſed & convictus Iure Civili, quo æquè Venefici, qui artibus odioſis, tam venenis, quàm ſuſurris magicis homines occiderint, capite damnantur. *§.item lex Corne- de Sicariis.5.verſ.eadem lege Inſt de publ iud. l.nemo aruſpicem.5.§.fin. verſ. etenim ſupplicio capitis. C.de malef.& Mathem. l.cætera 4.§. 1.ff.famil. erciſcund.* At, quo genere pœnæ Venefici è medio tollendi ſint, varietas textuum juris civilis adeò obſcurum reddit, ut de hac re vix quicquam certi aſſerere liceat.

2 Quandoque enim Magi ſimpliciter capite damnantur. *dict.§.5.Inſt.de publ iudic.l.5. §.fin. C. de malef.& mathemat.* Quandoque viliores & humiliores beſtiis ſubiiciuntur, altiores verò in inſulam deportantur. *l. eiusdem legis.3.§ legis Corneliæ 52.l.ex ICto 13.ff. ad leg.Cornel de Sicar.* Alíbi ſupplicium ignis & confiſcatio bonorum in Magos ſtatuitur. *l.nullus aruſpex.3. in med.C. de Malef. & Mathemat.* Aliter diſponit *l. multi magicis. 6. C. de malefic. & Mathemat.* Magos & Veneficos feriali peſte abſumi jubens. Aliaque Sanctio pœnalis depromitur ex *l.& ſi excepta 7.ſub fin. verſ ſi vero convictus fuerit C. de malefic. & Mathem.* Quòd ſcilicet magi & Mathematici ſint aculeo dediti, ungulisque ſulcantibus latera, perferant pœnas proprio dignas facinore.

3 Quæ ſanctionum varietas Interpretes adeò involvit, ut de pœnis Magorum alii aliter ſenſerit: *Nonnullis*, Incantatores, Aruſpices, Divinatores, qui ſuper furtis conſuluntur, aut ſimilibus rerum prædictionibus operam dant, vel alio modo invocatione nominis divini abutuntur, theſauros artibus magicis inquirendo, vel ſimilia exercendo, item malis artibus aut elementa turbant aut vitam inſontium labefactant gladio feriendos & decapitandos, *l.3.l.nemo 5.C. de malefic.& mathem.* Vid. *Matth. Coler.part.1. deciſ.*180. *numero. primo.* *Nonnullis*, indiſtinctè Sortilegos, Incantatores & Magos ignis conflagratione conſumendos eſſe, exiſtimantibus. *Iodoc.Damhouder.in prax. crimin.c.*73.*n.*1. *& ſeq.Ioh.Bodin.in tract.de Dæmonom.lib.*4.*cap.*5. *pag.*640.

4 *Quibusdam*, pœnam mortis naturalis & bonorum confiſcationis in Magos ac Sortilegos ſtatuentibus, non tamen expreſſo aliquo genere ſupplicii. *Proſper. Farinac.in prax.crim. lib.*1. *titul.3.quæſtion.* 20.*num.*88. *Iul Clar. libr.5.ſenten. §.hæreſis num.*25.*Iohan. Harppr. in tractat.crim.§. item lex Cornelia.* 5. *titul. de publ. iudic. num.* 253. *& ſeq. Herm. Vult.in dict.§.5.num.*8. *Paul. Chirland.de Sortileg.quæſtion.*11.*num.*5.*&* 7. *Aliis* aliter diſtinguentibus: Vid. *Matth. Berlich. part.*4. *concluſ.5.num.*30.*& ſeq.*

5 Vt non ſine cauſa Veneficos atque Maleficos pro arbitrio judicis puniendos, exiſtimaverit, *Iul. Clar.in dict. §. hæreſis. num.fin. ſub fin. verſ. ſed de conſuetudine hæc pœna non ſervatur. Iacob. Menoch. libro ſecundo. arbitr.iudic. qq. cent 4.caſ.* 388 *numero primo & ſeqq. Proſper. Farinac.dict. quæſtion.*20.*numer* 89. Vbi enim pœna aliqua certa definita non eſt, arbitraria eſt animadverſio. *Iaſon.in l.iubere* 4.*numer.*.17.*ibi: licet aliàs ubi pœna non eſt expreſsè determinata. ff. de iurisdict. Andr.Tiraquell. de pœn. leg, temp.cauſ.* 31.*numer.*34. *Iacob. Schult. ad Modeſtin. Piſtor. part.3.quæſtion.*104 *numero nono Iacob.Menoch. de arbitr. iudic. quæſtion. libro primo.quæſt* 86.*nu-* 8.*Ludolph.Schrader.in tract.feud part.*10 *ſect.* 19. *n.*122.*verſ.eam ob cauſam.*

6 Prout etiam pœna, de jure Canonico contra Veneficos introducta, de conſuetudine non ſervatur, ſed Veneficis & Magicis, tàm Laicis, quàm Clericis pœna arbitraria imponitur, teſte *Panormit. in c. ex tuarum tenore. 2.ext.de Sortileg. Paul.Chirland.de Sortileg.quæſt.*11.*num.*7.*verſ.& circa præmiſſa nota & num.*10 *ſub fin verſ.in hoc tamen non recederem & numer.*23.*ſub fin.verſ.ubi dicit, quod pœna iſtorum Proſp. Farin.dict. quæſt.*20. *n.*89 *in fin.verſ.& quod etiam de jure canonico. & num.*94.

7 Idque etiam convenire videtur *Conſtitutioni Crimin. Carol.V.in artic.*109. So jemand den Leuten durch Zauberey Schaden oder Nachtheil zugefüget/ſol man jhn ſtraffen vom Leben zum Tode/ und man ſol ſolche Straffe mit dem Feuer thun. Wo aber jemand Zauberey gebraucht/ und darmit niemand Schaden gethan/ ſoll ſonſten geſtrafft werden/ nach Gelegenheit der Sache/ darinnen die Urtheiler Raths gebrauchen ſollen/ wie von Rathſachen hernach geſchrieben ſtehet. Vbi probè notandum, pro quantitate & qualitate facti pœnam ex arbitrio judicis Magis ac Veneficis irrogandam eſſe. Non ſolùm enim verba fin. *dict.artic.*109. eum ſolummodo caſum, quo nullum damnum maleficio datum fuit, ſed & circumſtantias alias, an nimirum pactum cum Diabolo inierint Sagæ, Chriſti fidem abnegando, & an ſimul Venere nefanda cum Dæmone uſæ fuerint, aut quid commercii cum eo habuerint, attendi, & pro qualitate harum circumſtantiarum ignis ſupplicium ad eaſdem extendi jubent, prout rectè advertit & verba d. *artic.* 109. ſic explicat *Georg. Remus in paraphr. dict.artic.*109.*Petr.Theodor.in colleg.crimin.diſp.* 7.*th.*6.*lit.C.circa fin.* A quo intellectu etiam non diſcrepat jus Saxonicum, quo is, qui magicis artibus utitur, etiamſi nemini damnum dederit, cremandus igne eſt, *artic.*13. Landrecht/ *libro ſecundo*, in verb. Welcher Chriſten Mann oder Weib ungleubig iſt/ oder mit Zauberey umgehet/ oder mit Vergifftung/ und der überwunden wird/die ſol man auff einer Horten brennen. Veluti etiam olim *Scabinos Lipſenſes* hunc textum generaliter intellexiſſe, ſive nocitum fuerit, ſive non, refert *Matth.Coler.part.*1.*deciſ.*180 *num.*6. 8

9 Vt maximè autem ex hiſce vincatur, tàm in Imperio Romano, quàm in terris Saxonicis regulariter Veneficos atque Magos flammis concremandos eſſe. *Iohan. Georg. Godelman.in tract. de Mag.Venef.& Lam.libr.3 cap.*11. *numer.* 17. *&* 19. *Ludov.Gilhauſ.in arb.iudic.crim.cap.*2.*tit.*17. *num.*7.*&* 16.*Iohan.Harpr.in § item Lex Cornelia*

de ſicariis. 5. num. 160 *Inſt. de publ. jud.* Non tamen propterea verbis harum ſanctionum ſtrictè ſemper inhærendum, neque omni caſu, quo vel nocitum, vel non nocitum fuerit, Veneficis & Magis ignis ſeveriſſima pœna infligenda eſt. Non enim omnes Magi indifferenter Omnipotenti DEO Creatori ſuo renunciant, & cum Diabolo expreſſum fœdus pangunt, aut æquale cum eo commercium ac conſuetudinem habent, neq; pari modo omnes delinquunt, *Iohan. Georg. Godelm. de Mag. Venef. & Lam. libr. 1. cap. 9. num. 2. Chirland. in tract. de Sortileg. quæſt. 7. nu. 2. & ſeqq.* adeò, ut ſi quiſpiam omnes omninò Magos pœnæ æquali ſubjicere vellet, non parùm à vero juſtitiæ tramite aberraretur, cùm pœnæ ſemper debeant commenſurari delicto *l. perſpiciendum. 1. l. hodiè. 13. ff. de pœn.* Ideoq; prudentiſſimè Imp. laudatiſſimus Carolus V. Juriſperitorum arbitrio ac diſcretioni pœnæ determinationem delinquendam exiſtimavit, *dict. artic.* 109. *Ordin. Crimin.*

10 Quod ipſum D. Auguſtus Elector Saxoniæ exactiori ſtudio perpendens, ne iudici in arbitrii ſui examine ac moderatione occaſio titubandi relinqueretur, pœnam ignis ad eum ſolummodò caſum reſtrinxit, quo Magi, fide Chriſtianâ propoſitâ, cum Diabolo fœdus contrahentes ipſi ſeſe obſtringunt, ſtatuens ſimul pœnam gladii in eos, qui absque fœdere cum Dœmone commercium habent, aut aliis magicis artibus nocent, in *Conſtit. Elector. 2. part.* 4. in quo tamen ab Imperatore Carolo V. nequaquam diſſentit, ſed potius eiusdem ſanctionem *artic.* 109. *Ordin. Crimin.* explicat, certum præſcribens modum atque normam, juxta quam arbitrium ſuum iudex in puniendo Sortilegio re-
11 gulare debet. Vnde fit, quòd etiam in caſibus
“ Sortilegii, extra territorium Electoratus com-
“ miſſi, *Scabini* juxta diſpoſitionem Electoralis
“ Conſtitutionis pronunciare ſoleant, ut ſæpiùs
“ obſervavi.

12 Reſpicit autem potiſſimùm *Conſtitutio Electoralis* fœdus ſeu pactionem, quam Magi cum Dæmone habent ac contrahunt, & pro diverſitate iſtius pactionis diverſam pœnam imponi jubet. Duplicem namque pactionem contrahi cum Diabolo, dixi *quæſt. præced. nu.* 10. *Vnam expreſſam*, quam faciunt Magi qui eum adorant, ſeque ipſi mancipant, quam alii profeſſionem ſortilegii expreſſam appellitant. *Alteram tacitam, ſive implicitam*, quâ tenentur omnes alii, qui artes magicas exercent, & ſcienter inhærent obſervationibus ſuperſtitioſis, quam vulgò profeſſionem tacitam vocant. *Iohan. Georg. Godelm. in tractat. de Mag. Venef. Lam. libr. 1. cap. 9. num. 2. Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 2. n. 20. part. 4 Proſp. Farin. in prax. crimin. lib. 1. tit. 3. quæſt. 20. num. 77. Paul. Chirland. in tractat. de ſortileg. qu. 3. num. 1. & ſeqq. Oldrad. conſ.* 210. Ideoque etiam Conſtitutio prædicta Electoralis quoad pœnarum irrogationem, inter *pactionem ſeu profeſſionem Magorum expreſſam, & tacitam* diſtinguit, eamque diverſimode pro qualitate ac gravitate criminis coërcet.

13 *Q. 1. Quæ ſit pœna pactionis expreſſæ cum Diabolo initæ*

Pactionis expreſſæ cum Diabolo initæ pœna eſt ignis; qua afficiuntur Magi, qui ſcienter ſe ad Dæmones convertunt, cum ipſis fœdus ineunt, ipſorum opem & conſilium implorant, ſeque viciſſim eis obſtringunt, & ſe ipſis mancipant. De quibus ita loquitur *Conſt. Elect. 2. part. 4 verſ.* **Demnach** conſtituiren, in verb: **So jemands in Vergeſſunge ſeines Chriſtlichen Glaubens mit dem Teuffel Vorbündnüß auffrichtet/ umgehet/ oder zuſchaffen hat/ daß dieſelbige Perſon / ob ſie gleich mit Zauberey niemands Schaden zugefüget/ mit dem Feuer vom Leben zum Tode gerichtet und geſtrafft werden ſol.** Quibus ver- 14
bis ſat expreſſis denotantur ii, qui Deo Omnipotenti Creatori ſuo & fidei Chriſtianæ renunciantes, Diabolo ſeſe obſtringunt & mancipant, quod innuit vocabulum (**Vorbündnüß / da ſich einer dem Teuffel vorbindet**) quod certè is facit, qui Dæmoni ſe mancipat, tradit, & obſequium promittit, ſperans viciſſim ab eo opem & auxilium, quocunque etiam modo hoc fiat, verbis expreſſis ſolenniter, aut etiam facto ipſo, mentem & voluntatem declarante.

15 Quandoque enim Malefici ſolenniter Dæmoni in ſolio Majeſtatis more Principis reſidenti, in univerſalibus congregationibus omnium Strigarum & Maleficorum cuiuscunque generis Profeſſorum, certis nocturnis horis, locis & temporibus Dæmonis arbitrio conſtitutis; Quandoque etiam citra ſolennitates & hominum multitudinem vel ipſi Dæmoni, vel eius nomine alteri malefico homagium, obſequium, & obſervantiam promittunt, ſeq; ipſi mancipant, ſuamq; animam & corpus ipſi tradunt, abjicien do eo ipſo fidem Chriſtianam, reſcindẽdo fœdus Baptiſmi; Sæpius etiam deſuper chirographum ſanguine proprio ſcriptum exhibendo; Vel etiam ipſo facto ſe Diabolo tradunt, dum nefandam cum eo libidinem exercent, quod tamen rarius absque fœdere promiſſo fieri ſolet. De quibus aliisq; modis ac ſolennitatibus profeſſionis ac pactionis cum Diabolo initæ, vid. *Paul. Chirland. in tract. de Sortileg. quæſt. 7. n. 27. & 28. q. 3. n. 2. & ſeqq. Iohan. VVier. in tract. de præſtig. Dæmon. libr. 2. cap. 4. Iohann. Georg. Godelm. de Mag. Venef. & Lam. lib. 1. cap. 2. n. 7. & 8. Iohan. Bodin. in tract. de Dæmonom. lib. 2. cap. 4. Iodoc. Damhoud. in prax. crim. cap. 61. n.* 115.

16 Hi autem omnes cum Diabolo paciſcuntur, ſeque ipſi obſtringunt, implorantes ac ſperantes viciſſim ejus opem & auxilium, & dicuntur propriè Magi, Præſtigiatores, Striges ac Lamiæ vel Sagæ, *Ioh. Georg. Godelm. dict. tr. de Mag. Venef. & Lam lib. 1. cap. 2. n. 7. & lib. 2. cap. 1. n. 13.* Deq; hiſce ſolummodò loquitur Conſtitutio Electoralis, reliquos Maleficos qui cum Diabolo expreſsè non paciſcuntur, excludens. *Dan. Moll. ad dict. Conſt. 2. n. 21. p. 4.*

17 Neq; aliud innuunt verba *dict. Conſt.* (**umgehet oder zuſchaffen hat**) quæ non ſunt ampliativa, ſed explicativa, & ad præcedentia ſe referunt. Vt ſenſus ſit, eos Maleficos flammis concremandos eſſe, qui abnegando fidem Chriſtianam, cum Diabolo paciſcentes ſe ei mancipant, & vi eiusmodi pactionis poſtmodùm cum Dæmone converſantur, ac commercii ſeu conſuetudinis quid habent. Quæ explicatio convenit 1. *verbis præcedentibus* (**in Vergeſſung ſeines Chriſtlichen**

Glaubens) quibus denotatur is, qui expreſsè Deo ac fidei Chriſtianæ renunciat, (tacitè enim quivis delinquens ac Reus cuiuscunq; criminis fidem negligit) quod abſque dubio non facit, qui extra pactionem & obligationem cum Dęmone converſatur. 2. Idemque probant verba §. *ſubſeq. in pr.* (**da aber auſſerhalb ſolcher Verbůndnůſſen.**) Vnde colligendum, quòd ſanctio *præcedentis* §. agat ſolummodò de iis, qui Dæmoni ſe obligant. 3. Neque alium ſenſum verba §. *finalis dict. Conſtit.* admittunt, ubi pœna gladii decernitur iis, qui cum Diabolo quid commercii habent, quod manifeſtè adverſatur diſpoſitioni §, 1. Si & iſte de conſuetudine ac commercio cum Diabolo extra obligationem intelligi deberet.

18 Ex quibus apparet, verba prædicta *Conſtitut. Elector.* §. 1. ſolummodo loqui de iis, qui cum Diabolo converſantur, & cum eo conſuetudinem habent, præmiſſa obligatione, qua ſe ipſi obſtrinxerunt. De quibus abſque dubio etiam accipi debet *art.* 109 *Ordin. Crimin.* **So jemand den Leuten durch Zauberey Schaden oder Nachtheil zugefůget** (ſcilicet vi obligationis ſeu pactionis cum Dæmone initæ, cuius effectus præcipuus eſt nocere, id qui efficit, Diabolo authori omnis mali maximoperè placet. *Auguſt. libr.* 8. *de civit. Dei cap.* 22.) **ſoll man jhn ſtraffen vom Leben zum Tode/ und man ſoll ſolche Straffe mit dẽ Feuer thun.** Quæ pœna ceu crudeliſſima, delicto crudeli æqualiter correſpondet. 19 Cum enim homo Chriſtianus verbo uno atque altero Deum blaſphemans jure tam divino quàm humano, morte mulctandus ſit, ut manifeſtum eſt ex *Receſſ. Imperii Auguſtanis de An.* 1530. & 1548. **von den Gotteslåſtern/** *Ordin. Crimin. Carol. artic.* 106. *Conſtit. Elector.* 1. *part.* 4. quis eſt, qui negare auſit, ſeveriſſima pœna plectendum eſſe eum, qui fide Chriſtiana prorſus abiurata, diabolum, cui ſe totum mancipavit, ex pacto adorans, hoſtem Dei conditoris ſui ſe eſſe profitetur? quemadmodum etiam *Bartol.* ita concludit *inter conſilia criminalia à Iohan. Baptiſt. Zilleto edita, conſil.* 6. *tom.* 1.

20 Multipliciter ſiquidem peccat, qui Diabolo ſe mancipat. Deo nempe Creatori ſuo renunciat, fœdus Baptiſmi reſcindit, filium Dei abnegat, omnia Chriſtianæ fidei documenta relinquit, Sacramenta Eccleſiæ projicit, pedibusque conculcat, Dei beneficia deteſtatur, nomen Dei blaſphemiis & convitiis horrendis afficit, Diabolo perpetuum vaſallagium præſtat, quod nunquam ad fidem Chriſti redire, nec Divina præcepta ſervare, ſed Dæmoni perpetuis temporibus obedire, & continuè cùm vocatus fuerit, ad ludos & congregationes nocturnas venire, & ea, quæ in eis per alios Veneficos fiunt, facere, ſacrificiis illorum nocturnis adeſſe, ſolitasque preces & cultum præſtare, Diabolum adorare, & vota quæcunque præſtare contigerit, pro viribus adimplere, & quoscunque poterit alios ad eandem profeſſionem adigere velit, denique animam & corpus ſuum Diabolo in æternam condemnationem tradit. *Paul. Chirland. in tractat. de Sortileg. quæſt.* 7. *numer.* 27. & 28. *Ioh. Bodin. in tractat. de Dæmonom lib.* 2. *cap.* 4. *Iohan. Georg. Godelman. in tractat. de Mag. Venef. & Lam. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 8. *Iohan. VVier. in tract. de præſt. Dæmon. lib.* 2. *cap. Iodoc.* Damhoud. *in prax. crim. c.* 61. *n.* 115.

21 Quæ omnia horrenda ſunt, ac horribilia, ut certè Magia ac Sortilegium facilè quævis alia delicta ſuperet. Quamvis enim ab omnibus indifferenter Magis ac Sortilegis cuncta hæc non ſpecialiter ac verbotenus promittantur, ea tamẽ ſub pactione generali cum Diabolo inita comprehenduntur, & ab omnibus Diaboli fideliſſimis, qui ſe ſuaque ipſi manciparunt fideliſſimè pręſtantur, ut nullum prorſus dubium ſit; quin eiusmodi pactio expreſſa cum Diabolo contracta ac inita, ſupplicium ignis mereatur.

22 Eaque pœna Primò Magis cum Dæmone paciſcentibus non ſolùm tunc infligenda eſt, quãdo hominibus vel jumentis damnum aliquod intulerint, quod pactionem prædictam ceu effectus infallibilis ſæpiſſimè ſubſequitur; Diabolus namque author mali fideles ſuos indeſinenter ad malum proximo inferendum inſtigat, & quia ipſemet ſine conſenſu hominum damnum dare nequit, ut dictum & probatum ex Schola Theologorum, *quæſtione præcedente, numer.* 61. & *ſeqq.* certè eo à ſuis miniſtris facilimè impetrato, lubentius, Deo permittente, omne malum, miſeriamque in homines conjicit, quo caſu pœnam hancce imponendam eſſe, vix quisquam hodiè dubitat ob textum manifeſtum in *artic.* 109. *Ordinat. Criminal. in verb.* **So jemand den Leuten durch Zauberey Schaden oder Nachtheil zugefüget/ ꝛc.** Idque luculenter probant *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium infra appoſita.* 23 Sed & eadem pœna Magis cum Dæmone paciſcentibus imponenda eſt, ſi nemini prorſus nocuerint, ſed vel ſolùm conventibus Diabolicis in monte Bructerorum interfuerint, vel cum Dæmone commercii quid habuerint, aut tantummodò eius auxilio confiderint, nil prorſus præterea efficientes. *Paul. libr.* 5. *ſentent. cap.* 23. *VVeſembec.* & *Vult. in* §. *item Lex Cornelia de ſicar.* 5. *Inſtit. de publ. jud num.* 8. *Matth. Berlich. part.* 4. *concluſ.* 5. *numer.* 38. & 47. *Dan. Moller. ad Conſtit. Elect.* 2. *num.* 4. *part.* 4. *Matth. Steph. ad artic.* 109. *Ordin. Crim. in fin. Petr. Theodor. in Colleg. crimin diſp.* 7. *th* 6. *lit. C. in fin.* ubi etiam à Ienenſibus *Menſ. Auguſt.* Anno 1608. ita reſponſum fuiſſe, refert. 24

Q. 2. Quomodo puniendi ſint Magi, cum Dæmone paciſcentes ſi nemini damnum intulerint

Tùm, ob textum clarum *in Conſt. Elect. part.* 4. §. 1. in verb. **Daß dieſelbige Perſon/ ob ſie gleich mit Zauberey niemands Schaden zugefüget/ mit dem Feuer vom Leben zum Tode gerichtet und geſtraffet werden ſoll.** 25

Tùm, quòd ignis ſupplicium ſtatutum in Magos principaliter ob pactionem, quam cum Dæmone habent, ut modo dictum, accedentibus præſertim aliis graviſſimis delictis, ut Apoſtaſia, Idololatria, Blaſphemia, & ſæpiſſimè libidine nefandiſſima, quam cum Dæmone exercent &c. quapropter etiam paciſcentes cum Diabolo, ſupplicio ignis plectendi ſunt, etiam ſi nemini nocuerint. 26

Et ſic à Scabinis Lipſenſibus ſæpius pronunciatum fuiſſe ſcio. Vt ad conſultationem Præfecti in **Gibichenſtein.** *M. Sept. A.* 1594.

Item

It. Ad requiſitionem Petri Ziehlers in Berbißdorff. *Menſ. April. A.*1615.

27 Neque huic ſententiæ adverſatur ***artic.*** 109. ***Ordin. Crim. Carolinæ,*** in verb. **So aber jemandt Zauberey gebraucht / und damit niemand Schaden gethan hette / ſoll ſonſt geſtrafft werden nach Gelegenheit der Sache / darinnen die Urtheiler Raths gebrauchen ſollen** *&c.* Quæ verba ignis ſupplicium reſtringunt ad eum caſum, quo Magi artibus diabolicis hominibus nocuerunt, aliis verò Magis, qui nemini damnum intulerunt, pœnam arbitrariam mitiorem imponunt. ***Etenim,*** prædicta verba *Ordin. Crim. art.*109. de magicis artibus vel præſtigiis, quæ exercentur citra abnegationem Divinæ Maieſtatis & pactionem cum Diabolo expreſſam, intelligenda eſſe, ita ut à pœna ignis eximantur ſolummodò ii, qui extra pactionem expreſſam cum Dæmone initam artibus magicis nocere volentes, hoc efficere non potuerint, tradit ***Binsfeld. in l. 6. C. de Malefic. & Mathem.*** quæ explicatio placet quoque ***Matth. Steph. in not. ad art.***109. ***Ordin. Crim.***

28 Quamvis haud ineptè quoque quis dixerit, ex mente ipſius Ordinationis Criminalis, quæ judici eo caſu, quo damnum datum non eſt, pro arbitrio pœnam imponere permittit, ignis ſupplicium ad pactionem cum Diabolo initam extendi poſſe. Cùm enim gravitas huius delicti tanta ſit, ut ſola pactio, quâ Sortilegi ſe Dæmoni mancipant, facilimè alia quævis crimina ſuperet; quidni etiam ob eandem ignis ſupplicium non minus, ac ſi damnum aliquod datum fuerit, irrogandum eſſe iudex arbitratur. Vid. ***Georg. Rem. in paraphr. ad art.*** 109. ***Conſt. Crim. Carol. Petr. Theod. dict. diſp 7. th. 6. lit. C.***

29 Secundò: Infligendum quoque eſt ignis ſupplicium Maleficis ac Lamiis, quæ cum Diabolo concumbunt, ac nefandiſſimam libidinem exercent, licet verbis expreſſis ſeſe ipſi non mancipaverint, nec obſtrinxerint, vel certam pactionem inierint. ***Georg. Rem. in paraphr. Ordin. Crim. art.*** 119. ***ubi & Matth. Stephan. circa fin.***

Q. 3. An Malefici ac Sagæ cũ Dæmonibus verè concumbant, ac Venerem exerceant?

30 Non ignoro equidem, inter JCtos pariter & Philoſophos adhuc controverti: ***an Magi & Venefici verè & naturaliter cum*** Dæmonibus, ***puta viri cum ſuccubis, mulieres v rò cum incubis concumbant, & rem Veneream habeant, Lamiæq; ac Sagæ exinde gravidæ fieri poſſint:***

31 Pleriſque hoc ipſum negantibus & aſſerentibus, Dæmoniacos hoſce concubitus ſaltem illuſiones eſſe, quæ etiam honeſtis & probis mulieribus accidunt, nec ſobolem inde procreari poſſe. ***Nicol. Remig. in tract. de Dæmonolat. lib.*** 1. ***cap. 6. Iohan. Georg. Godelm. in tract. de Mag. Venef. & Lam. lib. 2. cap. 5. num.*** 11. ***& ſeqq. Ludov. Gilhauſ. in arbor. jud. crim. cap. 2. tit. 17. n. 13. Iohan. VVier. in tract. de præſtig. Dæmon. lib. 3 cap.*** 19. 20. ***& ſeqq. Bierman. in diſp. de Magic. action. th.*** 32. ***Martin. de Arles. in tract. de ſuperſtit. c. 7. Nic. Iaquerius in flagel. hæret. cap.*** 2. ubi ſcribit: ***Frequenter contingit hominib. dormientibus, interius fieri repræſentationes quarundam rerum, quas tunc ita exiſtimant ſe facere, quas tamen realiter non faciunt, vel habere, quas non habent, ſed duntaxat ſomniant. Vdalr. Molitor. de Lam. cap.*** 10.

32 In qua ſententia quoque eſt ***Iohan. Fichard. conſ.*** 111. quando ſcribit: **Es iſt ungläublich / lauter Geſpenſt und Träume von der Weiber leiblichen Vormiſchungen mit den böſen Geiſtern / unangeſehen / daß die** inquiſitores hæreticæ pravitatis **jhres eigenen Nutzens halber / und andere ſolchen Unglauben / durch viel erdichtete und unglaubwürdige Exempel wie dieſelbe** in malleo Maleficarum, D. Chirlando **und andern mehr / ſo an dem Babſthumb hangen / gefunden werden / hefftig geſtercket / und ſo viel als gläublich gemacht haben / auch wider alle Vernunfft und natürlichen Verſtandt** &c.

Aliis contrarium ſtatuentibus, & Diabolos cum Lamiis verè concumbere affirmantibus. 33 ***Paul. Chirland. in tract. de Sortileg. quæſt. 7. num.*** 12. ***Thom. Eraſt. in repet. diſp. Lam. Iohan. Bodin. de Dæmon. lib. 7. cap.*** 2. ubi hanc ſententiam multis confirmat exemplis ***Aut. Conſult. Conſtit. Saxon. tom. 1. part. 4 quæſt. 68. n. 1. & ſeqq.***

Attamen hi meo judicio malè confundunt 34 hæc duo: An ſcilicet Dæmones verè cum hominibus congredi & concumbere poſſint; Et an cum iiſdem Dæmones verè generare queant? Quæ omnino à ſe invicem diſtinguenda ſunt, ut rectè advertit ***Dn. Petr. Theodor. in Coll. crim diſp. 7. th 3. lit N.*** Ex Satanico enim congreſſu ne quidem ex alterius ſemine, quo Dæmon forſan abutitur, prolem naſci poſſe, facilè conceſſerim. Et eatenus negantium ſententia lon- 35 gè veriſſima eſt, quam etiam latiùs & doctè deducit ac probat ***Iacob. Martin. in diſp. de Magic. action. th.*** 10. ***& ſeqq. Iacob. Rex Angl.*** 3. ***Dæmonom.*** 3. ***pag.*** 159. ***Philip. Ludov. Elich. in Dæmonom. quæſt.*** 9. Sicuti enim mortale & immortale, corporeum & incorporeum, ſenſus particeps & expers ſenſus, adeò inter ſe diſſident, ut nullo modo uniri, & inter ſe jungi queant, ita quoque nec Dæmoni cum homine propter ſummam naturarum planè incompatibilium diſcrepantiam ea copula intercedere poteſt, ex qua perfectum aliquod & abſolutum conſequatur & oriatur. Neque ſemen à Diabolo aliunde acceptum extra naturalia ſua receptacula vim vitalem retinere poteſt. Nec idem ſemen prolificum à Dæmone tantâ celeritate perfertur, ne id in viâ ſpiritum vitalem & calorem, ſine quo tamen nulla procreandi facultas, amittat, unde licet vel maximè eo momento, quo mulier ad concipiendum optimè & diſpoſita, illud muliebri ſemini commiſceat, nulla tamen gignendi cauſa eſſe poteſt. ***Iacob. Mart. Petr Theodor. dict. locis.***

Vnde facilimè corruit calumnia, quâ natales 36 B. Marthini Lutheri conſpurcare auſi ſunt contra ipſum Solem veritatis quidam Pontificii, ut videre eſt apud ***Benedictum Geneſ. Profeſſor Pariſienſem in hortol ſuo, Cochlæum, & alios,*** Diabolum videlicet habitu & forma mercatoris acceſſiſſe VVitebergam, & ſe fefelliſſe hoſpitis ſui filiam, ex qua execrabili & nefanda commixtione Lutherus ſit progenitus. Quod non modò à noſtris, ſed etiam ab ipsâ veritatis luce jamdudum confutatum eſt, ut non tàm Lutherum, quàm Calumniatores iſtos ad Diaboli proſapiam candidus quivis referri poſſit,

37 Et quamvis de partibus ex concubitu Satanico procreatis, ut Sylvanis, ex Satyris, &c. ab hiſtoricis hinc indè multa proferantur, quò etiam pertinet hiſtoria de Merlino, ex Spiritu in hominis ſpecie cõcepto, apud *Vicentium lib. 21. hiſtor. cap.* 30. Exinde tamen generatio ſeu procreatio vera ſobolis ex congreſſu Lamiarum cum Dæmone nequaquam evincitur, cùm partus eiusmodi portentoſi ſint ſuppoſitii, non autem ex propagatione aliqua orti. Vti ſentit *D.*
38 *Martin. Luther.* in Tiſchreden/ *tit.* von Teuffel und ſeinen Wercken / quando inquit: Wie werden aber die Kinder gezeuget? Darauff ſage ich alſo/ daß dieſe Söhne ſind auch Teuffel geweſen/ haben ſolche Leiber gehabt/ wie die Mutter; Es iſt warlich ein greulich ſchrecklich Exempel / daß der Satan ſo kan die Leute plagen / daß er auch Kinder zeuget; Alſo iſts auch mit den Hexen in Waſſer / der die Menſchen zu jhm hinein zeugt/ als Jungfrauen und Mägde / mit ſolchen er darnach zuhält / und Teuffels Kinder zeuget / denn ſonſten Kinder zeugen ein Göttlich Werck iſt/ und da muß unſer Herre Gott Schöpffer ſeyn/ denn wir nennen jhn allezeit Vatter / und muß auch die conceptio per cõſtituta media per homines in einem momento geſchehen/ denn er gebraucht zur Schöpffung der Menſchen als ein Mittel/ und durch dieſelbe wircket er allein/ und nit durch den Teuffel/ darům ſo müſſens geſtolene Kinder ſeyn/ wie denn der Teuffel wol Kinder ſtehlen kan/ wie man bißweilen Kinder in Sechswochen verleuret/ oder müſſen ſuppoſitii ſeyn/ Wechſel Kinder/ die denn die Sachſen nennen Kielkröpffe *&c.* Refert etiam fœtum talem ſuppoſitium, cùm ad imaginem Virginis Mariæ in Heckelſtadt portandus eſſet, reſpondiſſe cuidam Dæmoni ex aquis acclamanti, quò tenderet, cùm tamen anteà ne verbulum ex illo ſit auditum, imò tandem in aquas magna alterius Dæmonis conjubilatione immerſum.

39 Quod non parùm confirmant confeſſiones benè multæ (quæ in ſententiis infrà appoſitis verbotenus referũtur) Sagarum ac Lamiarum, perhibentium, partus à ſe ex concubitu diabolico procreatos fuiſſe inſtar vermium, (ſolent ut plurimùm vocari Elben/ Böſe Dinger/) quibus poſtmodum hominibus nocuerint, immiſſis eis per faſcinationem in crura, brachia, aliavè hominum membra.

40 Neque hæc adverſantur textui ſacro *Geneſ. 6. v. 2.* ubi dicitur. Quod filii Dei ad filios hominum ingreſſi ſint, atque genuerint potentes & celebres viros. Negat enim *Auguſtinus lib.* 15. *de Civit. Dei lib.* 23. per filios Dei ibidem intelligi Angelos, ſicut & ipſe contextus verborum innuit; Cùm enim præmiſſum eſſet, quòd videntes Angeli Dei filias hominum, ſumſerint ſibi uxores ex omnibus, quas elegerunt, mox adjunctum eſt: *Et dixit Dominus Deus, non permanebit Spiritus meus in hominibus his in æternum, propterea quòd caro ſunt.* Adeoque per filios Dei verè intelliguntur homines, qui Spiritus Dei fuerunt facti Angeli Dei & filii Dei, ſed declinando ad inferiora, homines dicuntur nomine naturæ non gratiæ.

41 Hinc tamen non ſtatim ſequitur, ipſum etiam concubitum Veneficorum ac Lamiarum cum Dæmone eſſe fictitium; Quippe Sathanam cum Sagis verè non illuſoriè congredi, jamdudum authoritate graviſſimorum Virorum, ut *Hieron. Auguſtin. Iſidor. Mall. malef. Paul. Chirland. Binsfeld. Iacob. Reg.* Angel. *Thom. Eraſt. Mart. Delrion. Philipp. Lud Elich. & aliorum*, convictum, & innumeris ferè confeſſionibus Sagarum, expoſitis cum omnibus circumſtantiis, ut ex ſententiis *Scabinorum Lipſenſium infra ſubiectis* luculenter apparet, comprobatum eſt. Idemque ſentiunt communiter Theologi noſtrates, apud quos Sagas & Lamias cum Diabolo coire, extra controverſiam eſt, teſte *Frider. Balduin. in caſibus conſ. lib.* 3 *cap.* 5. *caſ.* 13. *pag.* 761.

42 Certè enim opus hoc Diaboli naturæ non repugnat, ut qui Spiritus eſt fornicationis & ſpurcitiæ, *Oſe.* 4. Etſi enim Dæmon vera carne & corpore deſtituatur, certum tamen eſt, eum ſibi corpus, idque vel mortui cadaver, vel ex vaporibus, ut puta, aëre, terra, & aqua concretis, denſatiſque molem, quæ & videri & palpari poſſit, circumdare. Et tali aſſumpto corpore, ſuis ſæpiſſimè ſe imponit vel ſupponit amaſiis & amatoribus, ut vel cum juvenibus, vel formoſa virgine ſeſe coire opinentur. *Petr. Theod. in Colleg. crim. diſput.* 7. *th.* 3. *lit. N.* Hæcque ipſa quoque fuit ſententia *Lamberti Danæi* de concubito Satanico, *in Eth. Chriſtian lib.* 2. *cap.* 14. ita ſcribentis: *Septimo denique loco quæſitum eſt de Dæmonibus, utrum cum iis coniungi, copularique prohibeantur homines, & fœminæ? Et dubitant quidam, utrum id fieri & accidere poſſit; Qui ſi legerint, quæ ſcribit Auguſtin. in lib. de civit. Dei. de Dæmonibus & eorum natura, & ut pati queant,* 43 *itemq; quod omnes admittunt, Dæmonum alios eſſe incubos alios ſuccubos; Certè fatebuntur, id eſſe verum, & ſæpè mulieres maleficas cum Dæmonibus coiiſſe, & ex eo coitu voluptatem ſenſiſſe, ex earum confeſſione ſcimus. Illi enim ad tempus induunt corpora. & aeris impulſu poteſt excitari titillatio, jucundusque aliquis in coitione ſenſus, qui re ipſa concumbentes cum illis delictet.* Hactenus Danæus.

44 Taliter ergo concumbentes Maleficos ac Sagas cum Dæmone, ſiquidem cum eo pactæ fuerint, eique ſe verbis expreſſis mancipaverint igne è medio tollendas eſſe, ob clara verba *Conſtitutionis Electoralis*, dubitandum prorſus non eſt. Idque ex obſervantia & ſententiis *Scabinorum Lipſenſium* ſatis ſuperque compertum habemus.

45 Quod, *ſi verò Sagæ ac Lamiæ nullo inito fœdere aut pactione, qua verbis expreſſis ſe Diabolo manciparunt, cum eo nefandam libidinem exercuerint, an & tunc ignis ſupplicio affici debeant?* dubitari poſſet propterea, quòd Conſtitutio Electoralis de eo ſolummodò caſu, quo fide Chriſtiana ſepoſita, Malefici Dæmoni ſe tradunt, loquatur. Quo minùs tamẽ hoc caſu à pœna ignis recedamus, gravitas delicti & atrocitas deteſtãdæ ac nefandiſſimæ libidinis nos monet atque impellit. Quis enim negare auſus fuerit, ſi non

Q. 4. Quæ ſit pœna Sagarũ ac Lamiarũ cum Dæmone concumbẽtiũ?

ſi non graviùs, æquè tamen graviter peccare eum, qui cum Spiritu immundo concumbit, atque illum, quo contra naturam generis cum brutis animalibus Sodomiam exercet? quem igneis flammis comburi jubet *Ordin. Crim. Carol. V. Imp. art.* 116.

46 Certo quoque certius eſt, Sagas ac Lamias cum Dæmone concumbentes, ipſo facto non minùs ac verbis expreſſis ſe Diabolo mancipare. Commiſcendo ſeſe cum Spiritu immundo, corpora ſua ac membra, quæ vaſa ſunt Spiritus ſancti, Dæmoni ſubjiciunt, & ſic fide Chriſtiana prorſus ſe poſita per commixtionem cum ipſo quaſi una caro fiunt. Vt vel ſolùm implicitè hic caſus ſub diſpoſitione *Electoralis Conſtitutionis* ſit comprehenſus. Quò etiam referri poſſunt *verba Conſtitutionis* (**umgehet oder zu ſchaffen hat**) 47 quibus concubitum vel Sodomiam Satanicam intelligi, nemo facilè negaverit. Idemque ſtatuit *Matth. Steph. in annot. ad artic.* 109. *Ordin. Crimin. Carol. & Georg. Remus in paraphraſ. dict. art.*

48 *Quæ ſententia jamdudum quoq; complacuit Scabinis Lipſenſibus, dictantibus ſupplicium ignis Lamiis ac Sagis, Sodomiam cum Dæmone exercitam confeſſis, etiamſi de fœdere aut pactione quadam peculiari nequaquam conſtiterit.*
VVernigerodam **An die Befehlichshabere/** *M. Iun. Anno* 1583.
Ad conſultationem Quæſtoris in **Gommern/** *M. Sept.* A. 1584.
Quæſtoris in **Lauchſtedt** *M. Febr.* A. 1604.
Ad eundem, Menſe & Anno eodem. Quæ ſententiæ hiſce formalibus fuerunt conceptæ: **So möchte ſie von wegen ſolcher mit dem Teuffel gehabten Gemeinſchafft/und auch begangenen und bekanten unmenſchlichen Unzucht mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden / V.R.W.**
Ad conſultationem Quæſtoris Sangerhuſani. M. Ian. A. 1608.

49 Tertiò: Quoad pœnam ignis ob fœdus cum Diabolo initum vel Sodomiam commiſſam, Maleficis infligendam, nil prorſus refert, an ei ſint maſculini vel fœminei ſexus. Cum enim fœminę pariter ac maſculi in hoc genere delicti eodem planè modo peccent atque delinquant; utique & Maleficos ac Magos abſque differentia ſexus eodem ſupplicio plectendos eſſe, firmiter concludimus, ob identitatem rationis, quæ idem 50 jus facit, *l. illud 32. ff. ad Leg. Aquil. his ſolis. 7. §. actionem 2. C. de revocand. donat. c. inter corporalia 2. verſ. unde cum non ſit extr. de transl. Epiſc. Gloſſ. in l. cum certum 19. in verb. æquitatis ratio C. ad Leg. Falcid. gloſ. in c. fraternitatis 17. in verb. noviſ. verſ. & ubi eſt eadem ratio ext. de teſtib. Bald. in l. quoniã intelligitur 5. n. 4. verſ. nam cum procedat per eandẽ rationem &c. ff. de his qui not. infam. Panorm. in c. quoniam frequenter 5. in 1. reſp. n. 6. verſ. ſi ergò eadem ratio eſt ext. ut lit. non conteſt. Andr. Tiraquell. in regul. ceſſante cauſa part. 1. n. 156. Modeſt. Piſtor. conſ. 16. n. 13. lib. 1. Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 4. c. 1. n. 38.*

Q. 5. Annõ infirmitas ſexus muliebris delinquentem à pœna ignis in hoc crimine excuſet?

51 Sexum quidem fœmineum aliqui deplorant, eò, quod aniculæ ad melancholiam pronæ ſint, quæ miſericordia potius, quàm tanta ſeveritate ſint dignæ; Sed non omnes fœminæ vetulæ ſunt ſed interdum etiam ſtatæ ætatis, quin & puellæ vix 12. aut 15. annorum, in quibus malitia ſuperat ætatem. Quod ſi provectioris ætatis, propterea non ſunt meliores, ſed ex diuturniore exercitio ſuæ artis, inveterata eſt in ipſis malitia, adeoque ſeveriorem pœnam merentur, quo diutiùs peccarunt. *Frider. Balduin. in caſ. conſcient. lib. 3. c. 5.*

52 Ideoq; D. Auguſtus Elector abſque diſcrimine ſexus, pœnam ignis Maleficis imponit in *Cõſtit. 2. part. 4. in verb.* **So jemands.** *Item:* **Daß dieſelbige Perſon ꝛc.** Quibus verbis utpotè generalibus uterq; ſexus exprimitur: Nam id dicitur expreſſum, quod generalibus verbis profertur. *Bartol. in l. Prætor ait, 20. §. interdictum hoc 1. n. 1. ff. de oper. nov. nunciat. & in l. hæredes 1. n. 7. verſ. primo modo expreſſum &c. & in l. Centurio 15. n. 4. verſ. ego dixi ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Gloſſ. in l. fi. in verb ſpecialiter C. quod cum eo qui in alien. poteſt Andr. Tiraq. de legib. connub. in gloſſ. 7. in verb. expreſ. n. 87. Iacob. Schult. in annot. ad Modeſt. Piſtor. part. 4. quæſt. 155. n. 24. & quæſt. 163. n. 18 Henning. Goden. conſ. 4. n. 10.*

53 Quinimo in ſanctione *§. ſubſeq.* quæ Maleficos, qui abſque fœdere cum Diabolo inito; artibus magicis damni quid dederunt, gladio puniri iubet, uterq; ſexus verbis exprimitur, *ibi:* **So ſoll der Zauberer/ Mann oder Weibes Perſon.** Unde colligendum *præcedentem* §. non minùs loqui de Maleficis ſexus utriusq; quoad ſupplicium ignis iis infligendum, qui inito cum Dæmone fœdere ipſi ſe manciparunt, vel cum eodem libidinem nefandam exercuerunt.

54 Neque etiam Lex Divina diſcrimen facit inter mares & fœminas, juniores aut adultas, ſed indefinitè dicit: *Sive vir, ſive mulier, in quibus eſt Cythonicus, vel divinationis Spiritus, morte moriatur. Lev. 20. v. 27.*

Idemque reſponſis ſuis comprobaverunt Scabini Lipſenſes, quæ infra poſita inſpicere licet. 55

56 Quo minùs tamen prædictis caſibus judex pœnam ignis ſeveriſſimam Maleficis ac Lamiis indicat, commoveri poteſt concluſione Interpretum firmiſſima, quæ antequam de corpore alicuius delicti certò conſtet, contra Reum procedi, illumq; puniri non permittit. *l. 1. §. item illud ff. ad Syllan. ubi Bart. Bertran. conſil. 257. col. 1. verſ. adde prædictis vol. 3. & conſ. 258. col. 3. verſ. quatenus verò vol. 1. Blanch. in pract. in pr. nu. 1. & ſeqq. Proſp. Far. in prax. crim. lib. 1. tit. 1 q. 2. Anton. Gabriel. lib. 7. concl. 17. n. 4. Foller in pract. crim. in verb. capiat. informationem n. 3. & ſeqq. Ægid. Boſſ. in tit. de delict. n. 1. & 14. Roland. conſ. 51. n. 9. & ſeqq. vol. 1. Iul. Clar. in pract. §. fin. qu. 4. in pr. Hippol. de Marſil. in pract. crim. in pr. n. 5. & ſeq.* Vt maximè confeſſio delinquentis adſit clara & cathegorica, *Bart. in l. Divus ff. de milit. teſtam. Bald. in l. un. C. de Confeſſ. Fel. in c. auditis col. 16. de præſcript. Nicol. Boer. dec. 164. n. 8. Gigas de Crim. læſæ maieſt. lib. 2. tit. quomodo & per quos crim. læſæ maieſt. lib. 2. tit. quomodo & per quos crim. qu. 1. n. 5.* Indubitatum verò eſt, hoc in caſu, quo à Maleficis damnum aut noxa illata non eſt, de facto, pactione nempè cum Diabolo inita, vel Sodomia cum eo commiſſa, certò conſtare non poſſit.

57 Quapropter non ineptè forſan quis dixerit, in Crimine Maleficii ſpeciale hoc eſſe, ut Reus

confeſſus condemnetur, nec executionem pœnæ impediri, etiam de pactione inter Reum & Diabolum contractâ, vel concubitu Satanico non conſtet. Quod ſenſiſſe videtur *Iohan Bodin. lib. 4. de Dæmonom. cap.* 3. ubi ſcribit, in hoc ſuper alia omnia tàm turpi, tàm horrendo & deteſtando, omnique parricidio deteſtabiliori, in quo tàm difficiles ſint probationes, tàmque abdita ſcelera, ut à millenis vix unus merito ſupplicio affici poſſit, nihil neceſſe eſſe, religiosè hærere quemquam regulis procedendi, ſed extra ordinem oportere fieri illius judicium, diversâ à cæteris criminibus ratione. Idemque de Lamiis, quæ ad ludos ſe proceſſiſſe confitentur, aſſerit *Fran. de Ponzinib. in tract. de Lamyis n* 70. *& ſeqq.* Arn. *Alber. de agnoſc. aſſert. cath. & hæret. q. 25. n. 1. & ſeqq.*

58 Nam & in crimine hæreſeos ex ſolâ voluntate quem condemnari poſſe, etiam de delicto aliter non conſtet, vulgo tradunt Dd. *Bald. in l. ſi quis circa pr. verſ Venio ad oppoſitiones C. de Epiſc. & Coler. Franciſc. de Ponzinib. dict. tract. de Lamiis. num.* 52 *Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſtio* 4. *verſ. ſcias tamen. & quæſt.* 55. *verſ quomodo autem. Arn. Albert. dict. quæſtion.* 25. *Ludov. Carrer. in pract. in tract. de hæret. nu.* 85. *verſ. item prædictas perſonas.* Inter Hæreticos autem & illi referuntur, qui fœdus aut pactionem cum Diabolo cõtrahunt; *Paul Chirland. in tract. de Sortileg. quæſt.* 10. *nu.* 10. *& Iul. Clar. dict quæſtion.* 4. *verſ. poteſt etiam contra.*

Q. 6. Quãdo & quomodo in hoc crimine de corpore delicti debeat cõſtare antequàm pœna decernatur?

59 Tutius tamen, meo judicio, agit hâc in re judex, antequam pœnam decernat, ſtudio ſagaciori perpendens circumſtantias & indicia delicti quævis, an ſcilicet talia ſint, quæ ipſum de crimine Maleficii commiſſo certũ facere queant, inductus ad hoc *Ordin. Crim. Carol. art.* 60. ſic diſponente: **So auff erfundene redliche Anzeigung einer Miſſethat halben / peinliche Frage vorgenommen / auch auff Bekäntnüß der befragten fleiſſige mügliche Erkundigung und Nachfrage geſchicht / und in derſelbē bekanter Thathalb / ſolche Warheit befunden wird / die kein unſchuldiger alſo ſagen und wiſſen könte / alsdenn iſt derſelben Bekäntnüß unzweiffelicher beſtändiger Weiſe zuglāubē und nach geſtalter ſache peinliche Straffe darauff zu urtheilen.**

60 Neque enim criminis confeſſi certitudo alia requiritur, quàm quæ haberi poteſt. *Iohan. Georg. Godelm. in tractat. de Mag. Venef. & Lam. libr.* 3. *cap.* 10 *num.* 47. *Dan. Moller. ad Conſtit. Elector.* 2. *part. num.* 15. Vnde in delictis occultis & difficilis probationis, ſufficit de eorundem corpore conſtare per conjecturas. *Ægid. Boſſ. in tit. de delict. num.* 20. *Foller. in pract. crimin. verb capiat informationem, nu.* 78. *verſ. fallit tamen. Proſper. Farinac. in prax. crimin. lib.* 1. *titul.* 1. *quæſtion.* 2. *num.* 12. *Gabriel. libr.* 7. *concluſ.* 17. *num.* 14. *Iul.*
61 *Clar. in pract. §. fin quæſt.* 66. *in princip.* Et in ejuſmodi delictis occultis præſumptiva & conjecturata probatio pro plenâ & concludenti habetur. *Bald. in l. quicunque col.* 6. *verſ.* 8 *nota C. de ſerv fugit. Dec in c. licet cauſam num.* 12. *in fin. de probat. Nicol. Boer. deciſ.* 164. *n.* 4 *Hercul. in tractat de negat. n.* 309. *&* 317. *Tib Decian conſ.* 18. *n.* 21. *lib.* 1.

Ex quibus verò præſumptionibus & indiciis certitudo Malefici colligi queat, certò definiri 62 nequit, ſe prudentis judicis arbitrio res tota committenda eſt. Varia namque indicia, quæ crimen Maleficii probabiliter probare poſſunt, à Doctoribus referuntur; Veluti ſi Lamiæ hoc crimen confeſſæ cum aliis certis & convictis Magis ſæpiùs conſuetudinem & familiaritatem habuerint, *Ordin. Crim. artic.* 44. *in verb:* **Auch ſonderliche Gemeinſchafft:** Similis enim ſimili plerumque adhæreſcit, *Arg. l.* 3. *§ nullus ff. de excuſat. tutor. l. item apud Labeonem.* 15. *§.* 18. *ff. de injur l. nullus. §.* 1. *ff. de act. cent. l. ædiles.* 25. *§. Pedius ff. de ædil. edict. Zanger. de quæſt. & tort. cap.* 2. *nu.* 204. *Iohan Bodin. de Dæmon. lib.* 4. *cap.* 4. *pag.* 610. *Petr. Binsfeld. in l. fin. de indic. crimin. malef.*
indic. 5. *de malefic. & Mathemat.* Aut ſi cubili, 63
domoque Saga momento aberit foribus occluſis, quæ veſperi incubuerat lecto ſuo, ac poſtea in idem cubile revertatur, *Iohan. Bodin. Dæmonom. lib.* 4. *cap.* 2. *pag.* 558. *Iohan. Zanger. dict cap.* 2. *n.* 200. *in med. verſ. aut ſi cubili domovè.* Vel, ſi Lamia oculos faſcinat, incantatque carmine, *Iohan. Zanger. dict. capit.* 2. *n.* 220. *Matth. Berlich. part.* 4. *concl.* 4. *num.* 57. *&* 58. *Iohan. Bodin. dict. cap.* 2. *p.* 558. Aut ſi flere & lachrymari non poſſit, *Paul. Chirland. in tractat. de Sortileg. quæſt.* 9. *num* 3. *verſ. Et ego aliàs habui in facto. Iohann Georg. Godelm. in tractat. de Mag. Venef. & Lam. libr.* 3. *numer.* 29. *Iohan. Bodin. dict libr.* 4 *cap.* 1. *verſ. exploratum autem illud eſt, &c.* 4. *poſt. med. verſ alia quoq; præſumptio eſt: Berlich. dict. concluſ.* 4. *numer.* 60.

Ex damno etiam artibus magicis illato hominibus vel jumentis, probabiliter colligendum, fœdus aut pactionem cum Satanâ fuiſſe contractam, ut quæ potiſſimùm eo tendit, quo Dæmonis auxilio fieri aliis etiam quaſi beneficia præſtando, *ut Auguſtinus inquit*, noceant. *Dan. Moll. ad Conſt Elect. n.* 8. *part.* 4. 64

Evidens præterea & permanens factum præſumitur, imò potius probatur, ſi inſtrumentum obligationis, mutuique inter Magum & Diabolum pacti ab eo ſubſignatum reperiatur in ſcrinio eius. *Iohan. Zanger. in tract. de quæſt. & tortur. cap.* 2. *n.* 200. *verſ. Eodem modo ſi reperiatur Iohan. Bodin. de Dæmonom. lib.* 4. *c.* 2 *poſt pr. verſ. ſi inſtrumẽtum obligationis pag.* 557. *Matth. Berlich. dict. concl.* 4. *n.* 55. *Ioh. Georg Godelm. in tract. de Mag. Venef. & Lam. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 8. 65

Vel, ſi Saga cum Dæmone ſermones habere, eumq; invocare deprehendatur. *Ioh Bodin. dict. lib* 4. *cap.* 2. *pag.* 55. *Ioh. Zang. dict. cap.* 2. *n.* 200. *Iohan. Georg. Godelm. dict cap.* 8. *n.* 9. Et quæ ſunt præſumptiones & indicia alia, ad torturam aliàs ſufficientia, quæ partim in *Ordin. Crim. Carolin. art.* 44. referuntur, reliqua verò judicis arbitrio relinquuntur. 66

Imprimis autem confeſſio Rei cum aliorum Magorum ac Lamiarum convictarum confeſſionibus conferenda eſt, ac probè advertendum, an cum iisdem concordet & conveniat, quæ concordantia veritatem ac certitudinem delicti probabiliter importat. Scribit enim *Iohan. Bodin in lib. de Dæmonom. paſſim.* omnium quotquot ſint vel in remotiſſimis & longiſſimè diſſitis 67 diſſitis terris, Magorum confeſſionis ſimiles eſſe & concordantes. Quod ipſum quoq; ex confeſſionibus Sagarum & Maleficorum, ad Collegium Electoralis Sax. Scabinatus ex variis, multumq; diſtantibus locis Germaniæ transmiſſis ſe compertum habere tradit. D*aniel. Moller. quondam Aſſeſſor iſtius Collegij graviſſimus, poſtea verò Aulæ Elector. Saxon. Conſiliarius, ad Conſt. Elect. 2. n.8. part. 4.*

68 Cuius aſſertioni ut egomet ſubſcribam, impellunt me *ſententiæ Scabinorum infra appoſita*, in quibus Sagarum ac Lamiarum confeſſiones referuntur quam plurimæ, quę ferè omnes ex parte conveniunt. Inter reliqua obſervari poteſt, 69 quòd omnes ferè unanimiter deponant, Dæmonem, quem vocant **jhren Juncker oder Buhlen /** in formâ quidem viri aut iuvenis veſtimentis induti, ſed ungulam aut pedem bovis, vaccæ, aut 70 equi habentis ſibi comparuiſſe. Sic quando concubitum cum Dæmone ſe habuiſſe fatentur, conveniunt in hoc, quòd ſemen & membrum virile fuerit frigidum, item, Dæmonem nomine peculiari & ſæpiſſimè Johannis ab illis vocari voluiſſe, & quæ ſunt alia, quæ ex dictis ſententiis depromi, ac iudicem de maleficii crimine concurrentibus indiciis aliis certum reddere poſſunt.

Qu. 7. An & quatenus pœnitentia Maleficos à pœna liberet?

71 Circa pœnam ignis Maleficis infligendam, ſcitu quoque dignum eſt, quod ſcribit *Iohann. Georg. Godelman. in tractat. de Mag. Venefic. & Lam. libro tertio. capit.* 11. *numer.* 45. pœnitentiam ſcilicet Magorum & Lamiarum delictum & pœnam minuere. Quod alii ſolummodò reſtringunt ad Magos, Veneficas & Lamias, quæ ſimpliciter à fide retrocedentes cultum & obedientiam Dæmonis ſequuntur; ſecus ſi pactum cum Diabolo faciant, Chriſti fidem abnegent, & ſe iterum in nomine Diaboli baptizari, aliudque nomen ſibi ſuperimponi patiantur, quo caſu pœnitentes pœnam promeritam non effugere, tradit *Paul. Chirland. in tractat. de Sortileg. quæſtion. 7. numer. 35. in med. verſ. & nota unum valde ſingulare. Iohann. Wier. in tractat. de præſtig. Dæmonom. libro ſexto. capit.* 17. *poſt pr.* Alii aliter hoc ipſum explicant, ut videre eſt apud *Matth. Berlich. part. 4. concluſ. 5. numer.* 75. *& ſequent.* 72 Rectè mihi videtur diſtinguere *Iohan. Bodin.* An Magi & Veneficii iam accuſati à iudice præventi maleficium fateantur, & pœnitentiam agant; An verò nec accuſati nec præventi à iudice, à maleficio deſiſtant, pœniteant, & fidem Chriſtianam recipiant, *in tract. de Dæmonom. libro quarto. capit. 3. poſt princip. verſ. nam opinio eſt. pag.* 580. *capit. 5. poſt. med verſ. plerique etiam Doctores. pag.* 674. *& ſeqq.* quem ſequitur *Dan. Moller. ad Conſtit. Elector. 2. part. 4. num. 26.*

73 *Priori caſu* pœnam nec mitigandam, nec remittendam, ſed maleficii Reos præciſè ignis ſupplicio puniendos eſſe aiunt: Aliàs enim quivis facilè Reus cuiusvis delicti accuſatus & incarceratus pœnam ad minimum ordinariam effugere poſſet. Quis enim tàm inſanæ mentis, qui iam in vinculis conſtitutus, medium elabendi habens, iſtud non apprehenderet?

74 Neque enim Iudæo, ſi de furto vel homicidio commiſſo convictus reſipiſcat, Chriſtianus fiat, & baptizetur, pœna ordinaria mitiganda eſt. *Decian. in c. quæ in Eccleſiarum. col. fin. extr. de Conſtit. Iohan. Bodin. in tractat. de Dæmonom. lib. 4. cap. 5.* ubi Paduæ ita ſervatum fuiſſe dicit, *poſt med. verſ. in hanc ſententiam pag.* 674. Sic 75 & homicida, etiamſi ad monaſterium vel aram confugiat, pœnâ ordinariâ plectendus eſt. *c. inter alia. 6 extr. de immun. Eccleſ. Novell. 17. c. non permittas. 4. Iul. Clar. libro quinto. ſentent. §. fin. quæſt.* 30. *numero nono. &* 11. *Dan. Moller. dict. Conſtit. 2. pag. 4. num. 26. Matth. Berlich. dict. concluſ. 5. numer. 76. Didac. Covarr. lib. 2. variar. reſolut. cap. 20. num. 7.*

76 At *caſu poſteriori*, ſi nempe Magi ac Lamiæ nondum accuſatæ vel incarceratæ veram agant pœnitentiam, à fœdere cum Diabolo inito recedendo, pœna ignis ordinaria mitigari, in eiusque locum pœna mitior nempe gladii ſubſtitui poteſt.

77 Etſi enim poſt delictum commiſſum pœnitentia regulariter ab omni pœnâ non excuſet, *l. qui eâ mente. 65. ff. de furt.* adeò ut etiam pœna impoſita pro delicto in foro conſcientiæ, non liberet delinquentem à pœnâ imponendâ in foro contentioſo. *Aretin. in c. accuſaſti. numer. 5. extr. de accuſat. Iul. Clar. in pract. crimin. §. fin. quæſtion. 16. numer. 5. verſ. item quæro & quæſtion. 57. verſ. ſed nunquid. & quæſtion. 60. numer. 21.* Ab ordinaria tamen pœna Reus nondum accuſatus vel incarceratus pœnitens liberari, eaque hoc caſu mitigari poteſt; per ea quæ tradit *Andr. Tiraquell. in tractat. de pœn. temper. quæſtion. 60. Petr. quæſt. 32. num. 22. & ſeqq. part. 2. Proſper. Farinac. part. 5. oper. crim. quæſt. 124. n. 170. & ſeqq.*

78 Veluti etiam in crimine furti D. Auguſtus Elector fures pœnitentia ductos, res furtivas, antequam deprehenſi in carcerem coniiciantur vel accuſentur, reſtituentes, vel illarum nomine domino ſatisfacientes, non pœnâ laquei ordinaria, ſed mitiori quadam, ut carceris, relegationis vel fuſtigationis puniri iubet, *Conſtit. 32. in fin. part* 4.

79 *Hacque ſententia placuit quoque Dn. Scabinis dictantibus pœnam gladij Lamiæ cuidam, quæ nondum incarcerata vel accuſata, recedendo à pactione cum Diabolo contractâ, pœnitentiam egerat, hiſce formalibus:* **Hat E.G. in ſcharffer Frage bekandt vnnd außgeſagt / daß ſie George Heydemans Pferde vnd Viehe / deßgleichen Johan Ackermannen eine Kalbe vnnd braun Pferdt / durch Zauberey getödtet / vnd were von GOtt dem HErrn abgefallen / mit dem Teuffel ein Verbündnüß gemacht / gebulet / vnnd vielfältige Gemeinſchafft / nach fernern Inhalt jhrer Auſſage / gehabt. Sie hätte aber ſieder den gehaltenen Tantz in der Walpurges Nacht deß 58. Jahres / jhren Bulen / Strauß genandt / abgeſchaffet / denſelben entſaget / vnd ſich zu Gott wiederkehret; So bleibet ſie mit der ordentlichen Straffe deß Fewers verſchonet / Sie wird aber gleichwohl von wegen jhrer Vorbrechung / mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode billig geſtrafft / V.R.W. Nach Dreffurdt / an Thomas Mollen / Churfürſtl. Sächſ. Ambtmann zu Eiſenach / ſampt Meintziſche / Churfürſtl. Sächſiſ. vnd Heſſiſche Amptleute.** *Menſe Iulio, Anno* 1586.

QVÆSTIO L.

Quæ ſit pœna Ariolorum, atq; Maleficorum, qui citra pactionem expreſſam cum Dæmone, artes magicas exercent?

SVMMARIA.

1. *Non omues indifferenter Magi pari pœna tenentur. n. 2.*
3. *Pœna maleficorum, abſque fœdere inito cum Dæmone, hominibus ac jumentis nocentium. n. 4.*
5. *Quid de jure Civili hiſce diſpoſitum.*
6. *Ex ſanctione Carolinâ quomodo hi puniantur.*
7. *Nec non de jure Saxonico. n. 8.*
9. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
10. *Huic pœnæ ſubjugandæ quoq; ſunt fœminæ Veneficæ. n. 11. 12. 13.*
14. *Sententia Scabinorum Lipſenſ.*
15. *Parum refert quocunq; modo aut quibus mediis Venefici damnum dent. n. 16. 17. 19. 21. 22.*
18. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium. n. 20.*
23. *Non etiam refert quale damnum, leve aut ingens datum fuerit. n. 27. 28. 29. 30.*
24. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
25. *Sicuti nec intereſt, hominibus aut brutis damnum ſit illatum. n. 26.*
31. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
32. *Quomodo puniendi, qui Veneficos conducunt ad damnum aliis inferendum.*
33. *Quod quis per aliū facit, ipſemet feciſſe cenſetur.*
34. *Parum intereſt utrum quis ipſe occidat, an cauſam mortis præbeat.*
35. *Mandans gravius delinquit, quam Mandatarius.*
36. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
37. *Pœna Magorum in Cryſtallo cum Dæmone colloquia miſcentium & converſantium. n. 38. 47.*
39. *Quid de Iure Divino de hiſce ſancitum?*
40. *Quid itidem de jure Civili?*
41. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
42. *Non refert, an Magi vera prædixerint, nec ne.*
43. *An Diabolus per Magos futura prædicere queat. n. 44. 45.*
46. *Sententia Lutheri de hâc re.*
48. *Pari tenentur pœnâ, qui ope Diaboli ægrotos curare conantur.*
49. *Quomodo ſint puniendi Sortiarij?* Segenſprecher. *n. 50. 51.*
52. *Explicatio l. 4. § 1. C. de Malef. & Mathe. n. 53.*
54. *Obſervantia fori Saxonici.*
55. *Sententiæ Scabinor. Lipſenſ. n. 56. 57. 58. 59. 60.*
61. *Pœna fœminarum juvenes in capro ſibi advehi facientium.*
62. *Magos ac Veneficos conſulere non licet. n. 63.*
64. *Pœna eorum qui de hoc faciunt.*
65. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n. 66.*

DIctum quæſtione præcedenti de Pœna *Pactionis expreſſæ cum Diabolo initæ*, qua tenentur Magi, qui ſcienter ſe ad Dæmones convertunt eis ſeſe mancipant, aut cum ipſis libidinem nefandam exercent. Jam diſpiciendum quoque de Pœna *Pactionis tacitæ ſive implicitæ*, quam Magi cum Dæmone habent, qua plectendi omnes, qui artes magicas exercent, & obſervationibus hærent ſuperſtitioſis. *Iohan. Georg. Godelm. in tract. de Mag. Venef. & Lam. lib. 1. c. 9. n. 2. Oldrad. conſil. 210. Proſp. Farin. in prax. crim. lib. 1. tit. 3. quæſt. 20. n. 77.*

1 Sicuti autem hi non omnes æquè graviter delinquunt, ita nec univerſi pari ſemper pœna tenentur. Alii enim artibus Diabolicis ſeu magicis, hominibus pariter ac iumentis noxam inferunt, quandoque etiam ea prorſus perimunt ac occidunt, qui propriè dicuntur Venefici. *Iohan. Georg. Godel. in tractat de Mag. Venef. & Lamiis, libr. 1. cap. 7.* Alii verò nemini nocent, ſed auxilium Dæmonis ſolùm implorant, cum ipſo converſantur, eiusque ope & conſilio futura, eaque variis modis prædicere, & præterita ordine enumerare, vel etiam morbos curare, ignota nec non theſauros artibus prohibitis invenire conantur, aliosq; actus ſuperſtitioſos exercent, qui vocari ſolent Arioli & Incantatores, Necromantici & Sortiarii, vel Sortilegi, qui ab invicem variis modis ſolent diſtingui. Vid. *Iohan. Georg. Godelm. in tract. de Mag. Venef. & Lam. lib. 1. c. 2. nu. 16. c. 4. n. 2. c. 5. n. 1. c. 6. n. 1. c. 9. n. 6. Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſp. 7. th. 3. lit. N. & O. Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 2. part. 4. n. 2. Ludov. Gilhauſ in arbor. jud crim. c. 2. tit. 17. n. 1. & ſeqq. Matth. Berlich part. 4. concl. 3. n. 3. Proſp. Far. dict. quæſt. 20. n. 74. & 78. Paul. Chirland in tract. de Sortileg q. 2. & 3. Matth. Coler. part. 1. deciſ. 180. n. 1. & 6.*

Pro diverſitate igitur delicti, & qualitate criminis commiſſi, pœna vel ſeverior vel mitior Magis infligenda eſt. Quamvis autem qualitates, pœnam aggravantes vel mitigantes, multiplices ac variæ occurrere ſoleant, eæ tamen omnes ad claſſes ſubſequentes referri poſſunt. 2

Prima claſſis eſt Veneficorum, ſive Magorum qui artibus Diabolicis damni quid inferunt: Vbi non intelligo eos, qui cum Diabolo fœdus contrahentes, & poſtmodum ceu fideles miniſtri nutum & iuſſum Domini ſui exequentes, malum quodvis hominibus afferunt, qui effectus ferè communiter ſubſequitur pactionem eiusmodi nefandam; Quos ignis ſupplicio è medio tollendos eſſe, docet *Conſt. Crimin. Carol. art. 109. in pr. Conſt. Elect. 2. part 4. §. 1.* & dictum latius *quæſt. præced.* Sed de iis ſolummodò hîc loquor Veneficis, qui neq; cum Diabolo pactū inierunt, nec ſe illi maniciparūt, ſed citra peculiare fœdus artib9 magicis, quas vel ab ipſo Dæmone, vel alio Mago iſtius profeſſionis didicerunt, damnū inferunt. 3

Q. 1. Quomodo puniendi ſint Malefici, abſq; fœdere cum Dæmone inito hominibus, pariter atq; jumentis damnum inferentes?

Hoſce gladio puniri iubet *Conſt. Elect. 2. part. 4. §. 2.* ibi: Da aber auſſerhalb ſolcher Vorbündniſſen jemand mit Zauberey ſchaden thut / derſelbe ſey groß oder geringe / ſo ſoll der Zauberer / Mann oder Weibes Perſonen mit dem Schwerdt geſtrafft werden. Quæ pœna quoque obtinet de iure 4 5 iure Civili, quo omnes ii, qui malis artibus aut elementa turbant, aut vitam inſontium labefactant, aut diris & devotionibus prohibitis inimicos ſuos conficiunt, capitali pœna afficiuntur. *l. eorum l. nemo, l. multi ubi gloſſ. C. de malef. & Mathem. Jul. Clar. lib. 5. recept. ſentent. §. hæreſis. n. 25.* Quamvis enim *l. 2. C. eod. tit.* pœnam ignis comminetur; loquitur tamen ea ſolùm in caſu ſpeciali eorum aruſpicum, qui accedendo alienas ædes, eas quaſi polluunt ſuis ſortilegiis & impoſturis; Veluti ſi eam explicat *Matth. Coler. p. 1. deciſ. 180. n. 1.*

6 Neq; ab hoc diſcrepat *Ordin. Crim. Carol. V. Imp.* quæ pœnam ignis indicit Veneficis, qui artibus diabolicis hominibus nocent, *in art. 109. in pr.* ibi: **So jemand den Leuten durch Zauberey Schaden oder Nachtheil zufüget / ſoll man jhn ſtraffen vom Leben zum Tode / vnnd man ſoll ſolche Straffe mit dem Fewer thun/etc.**

7 Quam pœnam quoque decernit jus Saxonicum *lib. 2.* **Landr.** *art. 13.* in verb: **Wer mit Zauberey oder Vergifftung vñgehet/vnd der überwunden wird/den ſoll man auff einer Horden breñen/** *&c.* Vtrumque enim textum de Magis ac Veneficis, qui fide Chriſtianâ ſepoſitâ Dæmoni ſe manciparunt, & initâ cum Dæmone pactione expreſsâ, hominibus nocent, exaudiendũ eſſe, dictum *quæſtione præcedenti.* Licet enim verba generaliter loquantur, reſtringenda tamen ſunt ad pactionem diabolicam expreſſam, propterea, quòd eam communiter ac ſæpiſſimè noxæ illatio ſubſequatur, cùm fœdus iſtud huc potiſſimùm tendat, ut Dæmonis auxilio freti aliis etiam, quaſi beneficia præſtando, noceant, ut cum *Auguſtino* loquitur *Dan. Moll. ad Conſtit. Elect. 2. part. 4.* qui diſcrepantiam inter Conſtit. Elector & Ordinationem Criminalem, quoad pœnam hoc caſu Veneficis infligendam, non diffitetur *n. 5.* quem etiam ſequitur *Matth. Berlich. part. 4. concluſ. 5. n. 59.*

8 Quamvis & quoad textum iuris Saxon. *lib. 2.* **Landr.** *art. 13.* dicere auſim, eius diſpoſitioni hoc caſu nõ inhærendum eſſe; cùm obſervantia doceat contrarium. Non enim Leges Saxonicæ in iudiciis autoritatem iuris obtinent, niſi quatenus uſu ac obſervantiâ ſunt receptæ. *Hartm. Piſt. lib. 1. q. 16. n. 11.* ubi tradit, falli eos, qui cognitionem iuris Saxonici magis ex verbis, quàm ex uſu ſibi parare ſtudent, *& lib. 2. q. 25. n. 35. & qu. 26. n. 18. Matth. Coler. de proceſſ. execut. in præfat.*

9 *De obſervantia autem teſtantur ac fidem faciunt Sententiæ Dn. Scabinorum Lipſenſium, quibus pœna gladij fuit indicta Veneficis, damnum dantibus per artes magicas, non inito fœdere cum Dæmone:* **Gegen Liechtenſtein.** *Ad requiſitionem Quæſtoris M. Iun. A. 1593.*

Ad conſultationem Præfecti in **Voigtſtädt.** *M. Iun. An. 1597.*

An Richter vnd Schöppen zu Budiſſen. *M. Novembr. Anno 1599.*

Q. 1. Quid juris hoc caſu in fœminis Veneficis?

10 Hæcq; pœna Ampliatur Primò: Vt locum habeat in Veneficis utriusq; ſexus, tàm fœminis quàm maſculis. Æquè enim illæ quàm hi artibꝰ magicis ac diabolicis noxam hominibus inferunt, ut non dubitandum ſit, quin & pari pœnâ plecti debeant, ob rationis identitatem. *l. illud. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. his ſolis. 7. §. actionem. 2. C. de*
revocand. donat. Panorm. in c. quoniam frequenter
5. in 1. reſponſ. n. 6. verſ. ſi ergò eadem ratio eſt. ext. ut
lit. non conteſt. Matth. Coler. de proceſſ. execut. part.
4. c. 1. n. 38. Andr. Tiraquell. in regul. ceſſante cau-
ſâ part. 1. n. 156. Idq; claris verbis exprimitur in 11
Conſtit. Elector. 2. part. 4. §. 2. in verb: **Derſelbe ſey**
groß oder geringe/ſo ſoll der Zauberer / Mann o-
der Weibes Perſon mit dem Schwerdt geſtrafft
werden. Indifferenter ergò hoc caſu Veneficæ
atque Venefici pœnâ gladii ſunt plectendi: Non
minus atque in crimine homicidii, in quo inter
delinquentes quoad pœnam ipſis inferendam
neque dignitatis, neq; ſexus differentia admit-
titur, ob generalitatem textus *in l. nemo deinceps.*
3. C. de Epiſcop. audient. ibi: *homicida quod fecit*
ſemper expectet. Geneſ. cap. 9. ibi: *Quicunq; effu-*
derit ſanguinem humanum, effundetur ſanguis e-
jus Levit. 14. Matth. 26. Dn. Ioh. Gerhard. in loco de 12
lege Dei. capit. 4. ſect. 9. num. 152. Parùm enim re-
fert, an manu, gladio, vel artibus magicis quis
homicidium committat. Quinimò gravius
peccat, qui auxilio & ope Diaboli, quàm qui irâ
commotus gladio proximum ſuum necat: Et
plus eſt hominem extinguere Venefico, quàm
gladio occidere, ut loquitur Imper. Antonius
in l. 1. C. de malef. & Mathem. gloſſ. in §. eadem. In-
ſtit. de publ. judic.

13 Hocq; eſt, quod Ariſtoteles inquit: *Nil refert, probusnè vir malum, an malꝰ probum ſuo privârit, neq; probus an improbus adulterium cõmiſerit, ſed ad ſolã nocumenti differentiã lex ſpectat, perindeq; perſonis utitur, ac ſi æquales ſint, ſi ille injuriâ afficiat, hic afficiatur, hic lædat, ille lædatur. 5. Ethicor. 4.*

14 *Faciunt huc Sententiæ Scabinorum Lipſenſium jam anteà allegatæ, quæ in fœminas Veneficas fuerunt conceptæ.*

15 Secundò: Obtinet prædicta pœna in Veneficis, qualicunque etiam medio & quovis modo hi noxam intulerint; ſive nefariis carminibus, diris imprecationibus, immundorum Spirituum immiſsione, pharmacis à Diabolo præparatis; ſive per artes illicitas ex cadaveribus funibus ſuſpenſorum & corporis mixtis concinnatis, illatis, defoſsis, pabulo vel potui mixtis. Solent enim Veneficæ multa ex carnibus, oſsibusque ſuſpenſorum ad rem ipſam Magicam pertinentia conficere, iisque in Magicis Veneficiis uti, prout teſtatur *Lucanus:*

> *--- Laqueum nodoſq; nocentes*
> *Ore ſuo rupit, pendentia corpora carpſit,*
> *Abraſitq; cruces, percuſſaq; viſcera nimbis*
> *Vulſit, & incoctas admiſſo Sole medullas &c.*

16 Hinc & *Plinius lib. 28. cap. 1.* ſcribit, Antheùm ex calvaria ſuſpendio interempti catapotia feciſſe contra rabidi canis morſum. Et *cap. 4. ejusdem libri* tradit, laqueum ſuſpenſi circumdatum temporibus, dolorem capitis ſedare. Non raró etiam Veneficæ excrementis utuntur in Magicis Veneficiis, ut apparet ex traditis *Iohan. VVier. de Præſtig. lib. 3. cap. 35.*

17 Sæpiſsimè etiam Diabolus ſuis mancipiis Veneficis pulverem dat ad homines occidendos, quo poſtmodum illi eos, quos necatos vel morbo affectos velint, aſpergunt, vel in cibo vel potu exhibent. *Nicol. Remig. in tract. de Dæmonolat. libr. 1. cap. 2. poſt princip. Ludov. Gilhauſ. in arbor. judic. crimin. cap. 2. titul. 17. numer. 8. in med. verſ.*

ſolere autem Satanam. Interdum etiam Magi & Venefici pulverem, herbas, & radices adhibent, nec non aquam effundunt, vel urinam emittunt, varias quisquilias ibi ſeminant & ſpargunt, quam viam facturos putant illos, quibus calamitatis aliquid ſtruunt & moliuntur, & tunc ſtatim illi ſi ſupergrediuntur, morbo lethali, vel aliis doloribus corrumpuntur, & afficiuntur, ut ex confeſſionibus quarundam Veneficarum refert *Nicol. Remig. de Demonolatr. libr 2 cap.*8.

18 *Idemq; apparat ex confeſſionibus Lamiarum & Veneficarum relatis verbotenus in ſententiis infra adjectis,* **gegen Budiſſen / an Richter vnnd Schöppen.** *M.Novembr. Anno* 1599.

Ad conſultationem Iohannis Wilhelmi à **Kerſtlingeroda.** *M. Iunio Anno* 1589.

Valentini **Gumperts / Zentgräffens in Kaltenſontheimb.** *M. Ianuar. Anno* 1613.

Senatus VVeidenſis, M.Septemb. Anno 1615.

Ad conſultationem Martini **Gebhards / in Dalen** / *M. Majo, Anno* 1621.

VVolffgangi **Schlegels** / *Præfecti in* **Köthen.** *M.Februar. Anno* 1582.

19 Communiter autem Veneficæ ac Lamiæ hominibus nocent immiſsione ſpirituum immũdorum, ſive vermium aut erucarum, (vulgò **die Elben oder böſen dinger**) quas ex coitu Satanico procreare ſolent, quibus per faſcinationem in caput, pedes, aliavè membra hominum immiſſis, ingentes dolores ac cruciatus excitantur.

20 *De quâ re fidem facit confeſſio Lamiæ alicujus,* **die Niemenſche genant** / *quæ habetur in ſententiâ lata ad conſultationem Præfecti in* **Coßwigk.** *M. Auguſt. Anno* 1582.

VValpurg. **Anwalds** / *in ſententia data Præfecto in* **Köthen.** *M.Febr. Anno* 1582.

Catharinæ **Telchgrabers** / *Ad requiſitionem Præfecti* **in Wernigeroda.** *M.Ianuar. Anno* 1583.

Reginen Richters / *Ad conſultationem* **der Zanthier in Saltzfurd.** *M. Iun. Anno* 1593.

Lamiæ alicujus, **die Judenbarttin genandt** / *verſus* **Sittichenbach / an Verwaldter** / *Menſ. Auguſt. Anno* 1608.

Margaretæ **Haſchin / gegen Oſtraw / an Schöſſer.** *M. Iul. Anno* 1613.

Jlſen Schierſtettin / *Ad eundem. M.Septemb. Anno* 1613.

21 Hiſce, aliisve mille modis in faſcinationibus & veneficiis Magi utuntur: Quibus ſi hominib. nocent, iisq; damnum inferant (id quod ex eventu facilimè conſtare poterit, ita ut de corpore delicti hoc caſu non adeò ſoliciti eſſe debeamus) pœnâ gladii propterea eos plectẽdos eſſe, nemo facilè negaverit, ob diſpoſitionem clarã D. Auguſti Electoris in *Conſt.*2.§.2.*p.*4. in verb: **Mit Zauberey ſchaden thut** / *&c.* Quod verbum utpote generale, omnem omninò faſcinationem, omniaque Veneficia hominibus damnoſa comprehendit, & generaliter intelligi debet.

22 Quamvis enim ipſismet verbis, imprecationibus, aliisque actibus ſuperſtitioſis, quibus ſæpiſsimè Lamiæ in Veneficiis utũtur, nulla per ſe operatio ſit tribuenda, ut facilè conceſſerim *Iohan.VVier. de præſtig. Dæmon. libr* 3.*cap.*35. *Iacob. Martin. in diſp. de magic. action. th.*25. propterea tamen Venefici ac Veneficæ pœnam haud quaquam effugiunt, cùm in ſtudium nocẽdi, quod Dæmon fovet, uſurpando & adhibenbo ejusmodi media, conſentiant, atque per id efficiant, ut Diabolus noxam inferre poſſit, ut demonſtratum fuit *ſupra quæſtione* 48.*n.*61. *&* 62.

23 Tertiò: Quoad pœnam hanc gladii Veneficis infligendam nil refert, an damnum leve aut ingens artibus diabolicis fuerit illatum: Sufficit enim, damnum datum fuiſſe. Idque verbis expreſſiſſimis innuit *Conſtitutio Electoralis* 2. §. 2. *part.* 4. in verb: **Da jemands mit Zauberey Schaden thut / derſelbige ſey groß / oder geringe ꝛc.** Ideoque pœnam gladii incurrunt Venefici ac Veneficæ, ſive homines Veneficiis prorſus necaverint aut occiderint, ſive eosdem morbo quodam aut doloribus effecerint.

24 *Veluti ſic pronunciatum fuit à Scabinis in caſu damni per Veneficium illati, abſque internecione tamen hominis, ad conſultationem Præfecti in* **Voigtſted.** *M. Iun. Anno* 1597.

Ad requiſitionem Quæſtoris in **Lichtenſtein.** *M. Iun. Anno* 1593.

25 Ex quo etiam hoc ſequitur, ſi Veneficus non hominibus, ſed jumentis aut brutis animalibus, per artes Magicas damnum det, aut ea perimat, illum non minus pœnâ Conſtitutionis, quæ gladii eſt, plectendum eſſe, ac ſi homines necaſſet. Nil enim in delicto Veneficii refert, an hominibus, an verò jumentis damnum datum fuerit. *Tùm*, quòd Conſtitutio generaliter loquatur, *in verb.* **Mit Zauberey Schaden thut.** adeoq; etiam generaliter intelligenda ſit. *Matth. Berlich. part.* 4. *concl.* 5.*n.*51. *VVeſemb. in ſupplem. ad Schneidvvin. in §. item lex Cornelia de ſicariis.* 5. *verſ. eadem Inſt. de publ. jud. nu.*6. *verſ. cujuscunq; modi. Matth. Coler part.*1.*deciſ.*180.*n.*11.

Tùm, quòd Venefici necando animalia bruta æquè hominibus damnum inferant, ut qui ſuo jumento & pecore privantur.

26 *Tùm*, quòd juxta communem Doctorum opinionem venena prębens pœnâ capitis puniri debeat, juxta *l.*1.*in pr. &* §.1.*l.*3.*in pr. ff. ad Leg. Corn. de Sicar. Petr. à Plach. in epit. delict. lib.*1.*capit.* 20. *num.* 1. *Iodoc. Damhoud in prax. crim. cap.* 74.*n.*1. *Tiber. Decian. in tract. crim. libr.*9.*cap.*21.*n.*4. *& cap.*25.*n.*1. *Anton. Gomez. tom.*3.*variar. reſolut. cap.*3.*n.*7. Quod ad eum etiam, qui bruta animalia veneno necat, extendendum eſſe, probatum *ſuprà quæſtione* 21. *n.* 24. *& ſeqq.* adductis ibidem ſententiis *Scabinorum Lipſenſium* ita pronunciantium: Multo magis ergò eandem pœnam merebitur, qui bruta animalia artibus magicis perimit ac necat, ut qui gravius peccat. *l.*1.*C. de malef. & Mathemat. gloſſ. in* §. *eâdem Inſt. de publ. jud.*

27 Quemadmodum autem mitiori pœnâ plectendus non eſt, qui damnum minimum dedit, iuxta *antea dicta*, ita nec ſeveriori puniendus ille, qui ingentem noxam intulit. Ex quo ſequitur, Veneficos, qui artibus Magicis ſeu Veneficiis plures homines necaverint, ultra pœnam gladii vel ignis, ſi pactum cum Dæmone habuerint, ſeveriori aliquo ſupplicio nequaquam afficiendos neque pœnam ordinariam ob

multiplicitatem damni & hominum occiſorum exaſperandam eſſe.

28 *Tùm*, ob verba *Conſt. Elect. in* §. 2. **Derſelbige ſey groß oder gering**. Quibus pœna gladii decernitur Veneficis, etiamſi maximum fuerit damnum datum; *Tùm*, quòd in caſu hominum plurium per artes Magicas peremptorum, pœnam gladii exaſperandam eſſe, nullibi conſtitutum reperiatur: Absque lege autem nil temerè aſſeverandum eſt. *l. diſſentientis 5. ibi: nulla præcipit juris conſtitutio C. de repud. Hartm. Piſtor. quæſt. 1. n. 10. & quæſt. 13. n. 35. Bald. in c. nihil. 44. n. 25. extr. de elect. & elect. poteſt. Iaſon. in l. illam. 19. n. 8. C. de collat. Iacob. Schult. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 126. n. 169.*

29 Neque huic adverſatur *art.* 130. *Conſt. Crimin. Carol. V. Imp.* ubi diſpoſitum, Latrones & Venenarios, ſi frequentiùs delictum reiteraverint, graviori pœnâ plectendos eſſe, nempè, ut dum ad ſupplicium deducuntur, trahæ imponantur, & forcipibus candentibus ter vel quater pro atrocitate delicti adurantur, quo ſcilicet alii deterreantur. *l. bona fides. in pr. verſ. fin. ff. depoſit. l. omne. §. qui in acie. ff. de re militari. l. ſi quis. §. qui abortionis. verſ. mali. ff. de pœn.* Quod & ſancitũ in crimine infanticidii, videlicet, ut mater plures infantes occidens pro numero infantium necatorum forcipibus candentibus prehendi & aduri debeat, *Conſtit. Elector.* 3. §. **Vnd woferne** *part.* 4. 30 *Etenim* quæ ibidem de Venenariis, Latronibus & infãticidis ſpecialiter diſpoſita ſunt, nequaquam ad Magos & Veneficos, aliosq; delinquentes trahi debent: quia pœnalia ceu odioſa ſtrictè ſunt accipienda, & ad alios caſus non expreſſos, ne quidem ex itenditate rationis, extendenda. *cap. 22. extr. de elect. in 6to. Corn. conſil. 114. col. 2. lib. 1. Iac. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumt. 4. n. 33.* Aliàs ſanè idem quoq; dicendum eſſet de crimine homicidii ſimplicis reiterato; Reum nempe homicidii tot vicibus candenti ferro uſtulandum eſſe, quot perſonas necaverit. Quod tamen falſum eſſe, demonſtratum fuit *quæſtione 24. n. 65.* & docet hoc *Conſt. Elector. 5. part. 4.* quæ veſpillones homines ægrotos occidentes tantummodò gladio puniri jubet.

31 *Ideoq; in caſu, quo Magus quidam, fœdere cum Dæmone contracto, in nomine ipſius ſe baptizari paſſus fuerat, ac plurimos homines ac pecora Veneficio necaverat, reſpondimus, eum ſupplicio ignis puniendum eſſe, nullatenus hâc pœnâ ob pluralitatem hominum occiſorum exaſperatâ,* **An Richter vnd Schöppen zu Stolpen.** *Menſe Iul. Anno* 1621.

Q. 3. Pœna eorum, qui Veneficos conducunt ad damnũ aliis inferendum?

32 Quartò: Non ſolùm ipſimet Venefici noxam per artes Magicas inferentes pœnâ gladii ſunt plectendi, ſed & iis, quorum juſſu & inſtinctu hoc malum perficitur. Solent namq; malevoli homines operâ Veneficarum uti, eoq; modo aliis pro lubitu damnum, Deo permittente, inferre: Quod accidit Anno 1622. in Luſatia, quando fœminæ duæ Nobiles ab H. A. Barone à P. debitum quoddam exigentes, ſolutionem verò nullatenus conſequi valentes, tùm vindictæ ſtudio, tùm pecuniæ extorquẽdæ causâ, veneficam quandam certâ mercede conducebãt, quæ artibus & præſtigiis magicis effecerat, ut prædictus Baro acerbiſſimos & intolerabiles dolores cruciatus ſentiret: Quâ re poſtmodum patefactâ, *Dn. Scabini* deſuper conſulti reſpondebant, fœminas iſtas Nobiles non minus gladio puniendas eſſe, ac ſi ipſæmet Veneficiis morbum ac damnum Baroni intuliſſent.

33 Movebat eos potiſſimùm regulâ vulgaris: Quod quis per alium facit, ipſemet feciſſe cenſetur. *c. qui facit. 72 de reg. jur. in 6to. l. is damnum 169. ubi Decius ff. de Reg. jur. Salycet. in l. non ideò minus. C. de accuſat. q. 6. Tiber. Decian. in tract. crimin. lib. 9. cap. 39. num. 1.* Vnde & in crimine homicidii mandans aliquem interfici, æquè ac ipſe mandatarius ultimo ſupplicio affici debet. *Ægid. Boſſ. ſub tit. de mandat. ad homicid. num. 7. Iul. Clar. recept. ſent. §. fin. quæſt. 89. in pr. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 353. Angel. Aretin. de Malefic. in verb. Sempronium. n. 32. 33. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 15. num. 2. Hippol. de Marſil. ſing. 181. in pr.*

34 Parum enim intereſt, utrum occidat quis ipſe, an cauſam mortis doloſè præbeat *l. nihil intereſt. 15. §. 1. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. l. non ſolùm. 11. § ſi mandatum. ff. de injur. l. non ideò. C. de accuſat. Iul. Clar. in pract. § homicidium. num. 12. VVeſembec. in paratit. ff. ad Leg. Corn. de Sicar. n. 3. Iohan. Harppr. in § item lex Cornelia n. 29. Inſtit. de publ. judic.*

35 Negari quoq; non poteſt, mandantem gravius & plus delinquere, quàm mandatarium. *Primò* enim delinquit in ſeipſum: *Secundò* in mandatarium, quem corrumpit; *Tertiò*: in occiſum: Mandatarius verò non niſi in ſemetipſum & in interfectum delinquit. *Proſper. Farin. part. 5. oper. crimin. quæſtion. 135. num. 6. ubi allegat. gloſſ. in l. athletas. § Pomponius in verb. in ſervitute. ff. de his qui not. infam. Gandan. in rubr. de tranſact. in ult. quæſtion. num. 26. Capoll. conſil. 34. numer. 48. Ægid. Boſſ. in tit. de mandat. ad homicid. numer. 1. Ioſeph Maſcard. de probat. libr. 2. concluſ. 1012. num. 1. Tiber. Decian. in tract. crim. libr. 9. capit. 32. n. 4.* Si ergò mandatarius gladio puniendus, utique eandem pœnam quoque mandans merebitur.

36 *Reſponſum Scabinorum hiſce verbis fuit conceptum:* Ob nun wol der andern Verbrechungen wegen keine Erkündigung bey den *acten* vorhanden/ dieweil man aber dennoch der Zauberey gewiß iſt/ daß ſie durch ein öffentliche Hexe / ſo ſie mit Gelde darzu gedinget/ E. Gn. quälen vnd Schaden zufügen laſſen/ 2c. Als mögen beyde Schweſtern A. M. vnd E. von W von wegen jhrer Verbrechung / wofern ſie auff ſolchem jhren gethanen Bekäntnis vor öffentlichen gehegten peinlichen Halßgericht freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würden/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet vnd geſtrafft werden/ V. R. W. *Ad conſultationem H. A. à P. M. Ianuar. Anno* 1622.

Q. 4. Quæ ſit pœna Magorum in Cryſtallo aut vitro cũ Dæmone colloquia miſcẽtium & converſantium?

37 Ad ſecundam claſſem referendi ſunt Magi, qui nec fœdus cum Diabolo pangunt, nec cuidam nocent & damna inferunt; ſed ſolummodò arte diabolicâ divinare conantur, in cryſtallo, in ſpeculo, vel vitro polito Dæmonem interrogantes, de rebus furto amiſſis, & aliis conſulentibus reſpondentes, aut aliâs colloquia miſcentes cum Diabolo, vel

quid commercii cum illo habentes : Qui propriè dicuntur Arioli. Incantatores & Sortilegi, Pythonici & Pythoniſſæ. *Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſp. 7. th. 3. lit. O. Paul. Chirland. de Sortileg. quæſt. 2. num. 6. Martin. Delrio. libr. 4. diſquiſit. magicar. cap. 2. quæſt. 2.*

38 Quos etiam gladio puniri vult. *Conſtitutio Electoralis 2. part. 4. §. fin.* in verb : **Daß auch die / ſo ſich vnterſtehen auß deß Teuffels Kunſt War zuſagen / oder mit dem Teuffel durch Cryſtaller / oder andere wege Geſpräch / oder dergleichen Gemeinſchafft zu halten / vnd ſich von jhme beſchehener oder zukünfftiger Dinge Bericht vnd Erforſchung zu erhohlen / mit dem Schwerdt vom Leben ſollen gerichtet vnd geſtraffet werden.** Quæ verba potiſſimùm concernunt eos , qui cum Diabolo colloquii miſcent, cum eo converſantur, & quid commercii habent, certamq; hoc caſu definiunt pœnam, quam Impp. Carolus V. iudicis arbitrio committit in *Ordin. Crim. art. 109. in fin.* in verb: **Wo aber jemand Zauberey gebraucht / vnnd darmit niemand ſchaden gethan hat / ſoll ſonſten geſtrafft werden / nach gelegenheit der Sache / dariñen die Vrtheiler Raths gebrauchen ſollen / etc.**

39 Eaque pœna iuri Divino pariter atque Civili conveniens eſt. Ita enim DEVS Magos & Ariolos occidere iuſſit, *Exod. 22. verſ. 18. Maleficos non patieris vivere.* Vbi dubium non eſt, Maleficorum appellatione, Incantatrices, vel Sagas Moyſen intelligere, quæ magicis artibus dant operam, tàm ut faſcinis lædant, quàm ut revelationes à Diabolo petant. *Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 2. num. 7. part. 4. Et Levit. 20. verſ. 6.* dicit Dominus : *Anima quæ declinaverit ad Magos & Ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi mei. It: verſ. 27. ejusdem capit: Vir & mulier, in quibus Pytho vel divinationis fuerit Spiritus, morte moriantur, lapidibus obruent eos, ſanguis eorum ſit ſuper eos. Et Deuter. 18. v. 10. & ſeq. Non inveniatur, qui divinando futura prædicit, nec Maleficus, nec incantator, nec Magus, nec qui Pythones conſulat, omnia enim hæc abominatur Dominus, & propter ejusmodi ſcelera delebit eos in introitu tuo.*

40 De iure quoque Civili clarus eſt textus in *l. nemo 5. C. de Malefic. & Mathem.* cuius verba ſunt hæc: *Nemo aruſpicem conſulat, nemo Mathematicum, nemo Hariolum; Augurum & vatum prava confeſſio conticeſcat; Chaldæi ac Magi & cæteri quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec ad hanc partem aliquid moliantur; Sileat omnibus perpetuò divinandi curioſitas : Etenim ſupplicio capitis ferietur, gladio ultore proſtratus, quicunque juſſis noſtris obſequium denegaverit.* Hactenus verba legis. Apparet hinc, iuſtiſſimè pœnam gladii in Ariolos fuiſſe ſtatutam à *D. Auguſto Elector*, quam vel ſola converſatio & colloquium cum Dæmone familiare habitum meretur.

41 *Eandem dictaverunt pœnam Scalini Ariolo* gegen Staden *hiſce formalibus:* Hat H. K. bekandt / daß er etlichen Leuten abgeſagt / durch ſeine Kunſt verlohrne Dinge wieder zuverſchaffen / vnnd daß er ohne gefehr vor 3. Jahren einen Geiſt mit Nahmen Sibille / auff einen Feyrtag Abend / dreymal nacheinander geladen / welcher auch jedesmahls als ein klein Kind in menſchlicher Geſtalt / in weiß grawen langen Kleidern / mit einem ſeltzamen wunderbarlichen Angeſicht / vnnd krummen langen Naſen / auff dem Häupt lange Dörne Sträuche / in geſtalt einer Krone habend / erſchienen / vnd er aber in den erſten zweyen mahlen nichts erfragen können / wie er jhn aber zum dritten mahl geladen / vnnd bey dem Gehorſamb / damit er dem Oberſten der Teuffel Beelzebub vorwant / beſchworen / ſeye er erſchienen / vnd als er jhn willkommen heiſſen / auch nochmahls beſchworen in vorangezeigtem Nahmen / daß er jhme anzeigen ſolte / an welchem Orth im Hauſe der verborgene Schatz vorhanden / vnd womit er denſelben bekommen köndte / hätte jhn darauff der erſchienene Geiſt Sibille in kleiner ſubtieler Stimme vermeldet : Er ſolte nehmen geweyhet Wachs / daſſelbe mit Myrrhen vnd Weyrauch vormiſchen / darauß ein Liecht machen / ſolches anzünden / vnnd einer kleinen vnbefleckten Dirnen in die Hand geben / daß darmit im Hauſe herumb gienge / an welchem Orth daſſelbe Liecht außleſchen würde / daſelbſt wäre das Geldt / vnd der verborgene Schatz vorhanden. Wie er ſolches von dem Geiſt Sibillen gehöret / hätte er jhn gebetten / daß er in dem Friede / darinnen er gekommen / wieder von jhm ſcheiden ſolte / wie denn geſchehen / vnd er darauff die Kunſt gebrauchet / vnd ein Thaler werth darfür empfangen / mehr hätte er nicht gethan. Er hätte aber ein Glaß zu Amſterdamb / daß hieſſe das Violen Glaß / wenn er das hätte / wolte er darein wol alle böſe laden / etc. Da nun der Gefangene auff ſolchem ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gericht freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde / So möchte er von wegen ſolcher begangenen vnd bekandten Mißhandlung mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden / V. R. W. *Ad conſultationem Senatus, Menſ. Novembr. Anno* 1586.

Nec refert, an Magi & Arioli ope & conſilio Dæmonis adiuti hoc caſu vera prędixerint, & verbis effectus correſponderit, nec ne : Semper enim pœnam hancce incurrunt, ob colloquium & familiaritatem deteſtandam atque nefandam, quam cum diabolo habent. 42

Q.ſ. Num Diabolus per Magos futura prædicere queat?

43 Negari namque vix poterit, Diabolum per Magos futura prædicare valere; Etſi enim DEus ſit ſcrutator cordium. *2. Par. 6. verſ. 30. Pſalm. 7. verſ. 10. 1. Samuel. 16. verſ. 7.* ſicuti *Auguſtinus* inquit in *lib. de Eccl. dogm. cap. 71.* internas animi cogitationes Diabolum non videre, certi ſumus, ſed motibus eas corporis ab illo & affectionum indiciis colligi, experimento didicimus. Secreta autem cordis ſolus ille novit, ad quem dicitur : *Tu ſolus noſti corda fidelium hominum, 2. Par. 6. verſ. 30.* Vnde illa futurorum præſignificatio, quæ ex certa aliqua, conſtanti, firma, ac perpetua providentia proficiſcitur, Diabolo attribui nec poteſt, nec debet; ea enim DEI ſolius propria eſt, teſte ipſo Chriſto, *Actor. cap. 1.* nec ulla alia creatura hanc facultatem habet, niſi ex divina gratia ſpiritualiter illi fuerit revelata ; Sicuti accidit Prophetis. *Paul. Chirland. in tract. de Sortileg. quæſt. 6. numer. 5. & ſeqq. Nicol. Remig. libr. 3. Dæmonol. 10. Iacob. Rex Angel. libr. 1. Dæmonol. cap. 1. pag. 22. & 23. Martin. Delrio 4. diſquiſ. magicar. 2. quæſt. 2.*

44 Attamen, quantum ad cauſas naturales, Diabolus ſecundum earum potentiam & cohærentiam humano more futura non minus ac

præterita & præſentia, aliàs hominibus abdita & penitùs occulta, benè cognoſcere poteſt. Vnde nec ei difficile eſt, ex complexione hominum, maximè impiorum (quos ita illaqueatos & irretitos tenet ut ad quæcunque iſtos impellere valeat) futura prædicere. Sicut enim Medicus ex urinâ ægroti complexionem perſpiciens, eius mortem tertiâ die poſt inſecuturam præſignificare interdum poteſt; ita quoque Dæmon ex complexione & affectibus voluntates hominum cognitas habens, quo nimirum animo alter erga alterum effectus ſit, quodque mutuum alant odium, prædicere poteſt, de cæde ſubſecutura. *Petr. Theodor. in Colleg. Crimin. diſput. 7. theſ. 3. lit. M.* Quinimò Diabolus longè perfectiùs & ſubtiliùs, quàm nullus homo naturales rerum cauſas, ſigna, & indicia perſpecta habet.

45 Quandoquidem non ſolùm exactam præteritorum ad futura conferendorum notitiam, longamq; iam multis ſeculis à primâ ſtatim creatione usque ad præſens tempus continuatam habet memoriam, ſed inſuper etiam admirabili præditus eſt ſenſuum acumine & ſubtilitate, motus celeritate, quæ etiam illa, quæ in longè remotiſſimis eveniunt Regionibus, eo ferè quo fiunt momento, aſſequi poteſt.

46 Hæc ipſa quoque fuit ſententia *D. Mart. Luther.* de præſentia ac prædictione Diaboli, quando graviter de hac re diſſerit *in capit.* 37. *Gen. Diabolus callidiſſimus eſt, & omnes deliberationes Regum, Sapientum, ICtorum, Theologorum exactiſſimè tenet: Hoc unico excepto, qualis ſit fides mea & ſpes in DEum,* **wie ich mit GOtt daran bin /** *quia fides & verbum DEI eſt ei caligo & nubes, in quam non poteſt penetrare luce ſua; Id quod ipſemet oſtendit per Chryſtalla & Specula Mercurialia, in quibus monſtrat civitatem, aut perſonam aliquam, ſed obſcuram & tectam nebulâ aut pluviâ, quæ fit, ut non poſſit agnoſci nec cerni perſpicuè, quid ibi fiat &c.* Et in *cap.* 40. *Gen.* ait: *Diabolus potens & mirabilis Spiritus eſt, qui poteſt tam vigilantes, quàm dormientes fallere, & interdum quidem ſomnia ſortiuntur ſuos eventus, interdum verò non, quia oriuntur ex cauſis præcedentibus: Videt* 20. *&* 30. *annos conſilia & deliberationes in aulis, deinde, quomodo ſint diſpoſita organa corporum & actionum, item videt educationem & inſtitutionem Principum, ingenia & mores eorum, ex his multa colligit. &c.*

47 Apparet hinc, Dæmonem quandoque vera prædicare, quandoque mancipia & fideles ſuos fallere: Vtroque tamen caſu hi pœnam incurrunt, eò, quòd contra Divinum mandatum cum Dæmone, hoſte DEI Omnipotentis, ac generis humani, colloquia miſcent, eius opem & auxilium implorant, cum eoque converſantur, quo ipſo tacitam pactionem cum eodem habere, dubitandum non eſt. *Dan. Moller. ad Conſtit. Elector. 2. numer. 2 . part. 4. Iohann. Georg. Godelm. de Mag. Veneſic. & Lam libr. 1. cap. 9 & num. 2.*

48 Quod & verum eſt, ſi ope & auxilio Diaboli, cum quo converſantur, quemque invocant, ægrotos curare conantur. *Iohann. Bodin. in tract. de Dæmonom. libr. 4. cap. 5. ante med. verſ. ineſt enim parva mentis & verſ. quod ſi Diabolum invocet Matth. Berlich. part. 4. concl. 5. num.* 71. Nam & hi cum Dæmone commercium habent, adeoque pœnam gladii incurrunt, iuxta *Conſt. Elector. 2. §. fin. part.* 4. Neque auxilium Dæmonis invocare libet, etiam pro mille corporum ſanitatibus; quia minus detrimentum eſt, quòd pereant mille corpora, quàm quòd pereat una anima. *ca. admoneant. 26. quæſt 7. c. nec mirum §. ad hæc autem 29. quæſt. 5. Paul. Chirlan. in tractat. de Sortileg. quæſt. 2. num. 4. & 5. quæſtion. 11. num. 14. & 15. Proſper. Farin. in prax. crim. lib. 1. tit. 3. quæſtion. 20. num. 95.*

Tertia claſſis eſt eorum, qui nec cum Diabolo fœdus & pactionem contrahunt, nec Magicis artibus hominibus aut iumentis nocent, nec etiam cum Diabolo converſantur, aut commercii quid expreſsè habent, ſed ſolùm ſuperſtitioſis remediis, veluti characteribus, imagunculis, ſigillis, ligaturis, chryſtallis, ſpeculis, cribro, ſcypho, conceptis verbis ignotis, quibus ſæpiſſimè immiſcetur nomen S.S. Trinitatis & benedictio divina, amuletis ſuperſtitioſis de collo ſuſpenſis (quæ retia Diaboli, *D. Auguſtinus, Godelmannus* verò ſacramenta eius appellat) morbos ſuperphyſicos curant, vel maleficia & faſcinationes depellunt vel impediunt, quandoque etiam res furto amiſſas & perditas recuperant, & furem, qui abſtulit ſignificant. Hi propriè vocanrur Sortiarii vel Sortilegi, Germanicè **kluge Frawen** (ſi fœminæ ſint) vel **Segenſprechere**, qui ſuperſtitioſam, & tacitam, vel implicitam confœderationem cum Diabolo habent. *Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 2. n. 23. part. 4.* 49

Q. 6. Quomodo ſint puniendi Sortiarij vel Sortilegi. Segenſprecher oder kluge Frawen.

De hiſce *Conſtitutio Electoralis* non loquitur, nec certam pœnam determinat, ideoque pœnâ arbitrariâ, Carceris, Relegationis, & ad ſummum fuſtigationis, Sortiarios hoſce plectendos eſſe exiſtimo. *Tùm,* quòd quando certa pœna iure definita non eſt, ea eſſe debet arbitraria. *l. 1. §. expilatores verſ. idcirco, ubi Bartol. Alber. & comm. Dd. ff de effract. 1 § ait. Prætor ff. de iur. deliber. l. ſi quis reus ff. de cuſtod. & exhib. reor. Proſper. Farinac, in prax. crimin. libr. 1. titul. 4. quæſtion. 30. num. 9.* 50

Tùm, ob *Conſtit. Crimin. Carol. artic.* 109. *in fin.* verſ. **Wo aber jemand Zauberey gebraucht / vnd darmit niemand Schaden gethan hätte / ſoll ſonſt geſtrafft werden / nach Gelegenheit der Sache darinnen die Vrtheiler Raths gebrauchen ſollen /** *&c.* Quibus verbis pœna indictio pro qualitate facti iudicis arbitrio committitur. *Matth. Steph. ad dict. art.* 109. *ubi Georg. Remus in Nemeſ. Karul.* Cùmque hic textus generaliter loquatur de Magis ac Maleficis, ſub diſpoſitione eiusdem Magos quoque eos, qui ſuperſtitioſis utantur remediis comprehendi, haud improbabiliter concludendum eſt. 51 Eoque ipſo derogatur iuri civili in *l. eorum eſt. 4. §. nullis verò criminationibus. C. de maleſic. & Mathemat.* 52

ex quo Sortiarios magicas artes in bonum fi-
nem adhibentes, nullo modo puniendos eſſe,
probant *Bartol. in d. l. 4. Paul. Chirland. in tract.*
de Sortileg. quæſt. 6. nu. 20. in pr. Quem textum
tanquam iniquum, & legibus, canonibusque
contrarium, jam dum ex libris βασιλικῶν re-
iectum eſſe, teſtatur *Petr. Heig. pag. 2. quæſt. 39. n.*
53 74. addens, ſe meminiſſe, cuidam fœminæ, plu-
vias & tempeſtates in bonum finem, ut præten-
debat, avertenti, pœnam extraordinariam fuiſſe
impoſitam. Aliter ad *h. l.* 4. reſpondet *Martin.*
Delrio, diſq. magic. cap. 2 ſect. 1 quæſt. 2. Petr. Theo-
dor. in Colleg. crim. diſput. 7. th. 6. lit. C. ubi etiam
refert iudicium *Albert. Gentil.* de hoc textu.

54 Vſu quoque in foro Saxonico obtinuit, ut Rei qui ſuperſtitioſis utuntur remediis antequam relegentur, aliâve pœnâ plectantur, Miniſtris Eccleſiæ committantur, qui eos rectiùs inſtitutos ab eiuſmodi ſuperſtitionibus deducant. *Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 2. n. 24. part. 4. Aut. Conſult. Conſt. Saxon. tom. 4. part. 4. quæſt. 7. n. 8. Matth. Coler. part. 1. deciſ. 801. n. 1.*

55 *Aſcendunt reſponſa Scabinorum, ex quibus hæc obſervantia manifeſtè probatur; Pronunciarunt ita Scabini* gegen Zwetzen: Obwohl H. S. ein Bawersmann bekandt vnd geſtanden/ daß er ſich in die 8. Jahr hero deß Chryſtallen ſehens vnd Warſagens gebraucht/ dieweil dennoch nicht zu befinden / daß er jemand dadurch Schaden zugefüget / oder mit dem böſen Feind ein Verbündniß gehabt / vnnd mit jhme vmbgangen. So mag er auch mit einer Leibesſtraffe nicht beleget werden: Er wird aber gleichwol den Predigern Göttliches Worts vntergeben / jhn in Gottes Wort recht zu vnterrichten / vnnd von ſeinem Aberglauben abzumahnen / vnd weil er den Nahmen GOttes zu ſeinem Chryſtallen ſehen vnd Warſagen gemißbrauchet / ſo wird er derowegen mit zeitlicher Landesverweiſung billich in Straff genommen / V. R. W. *Ad conſultationem Quæſtoris. Menſ. Iun. Anno* 1600.

56 *It:* Ob gleich H. L. Wittib bekant/ daß ſie gebrechlichen Leuten/ ſo an Händen vnd Füſſen lahm/ deßgleichen auch Sechswöchnern oder Kindern/ ſo beſchryen geweſen/ *item*, die jenigen ſo den Wurm gehabt/ inhalts jhrer Auſſage/ geſegnet/ oder gebüſſet/ vnd den Leuten/ ſo das jhre verlohren / Benedix Wurtzel geben/ vnd ſie darneben einen Segen gelernet/ dardurch ſie geſtohlen Gutt wiederumb erlanget: Dieweil aber dennoch nicht zubefinden / daß jemand durch Zauberey an ſeinem Leibe Schaden geſchehen/ ꝛc. So mag ſie nach gelegenheit dißfalls mit der ordentlichen Straffe der Zauberey nicht beleget werden / ſondern ſie wird billich den Predigern Göttliches Worts vntergeben/ vnd durch dieſelbe ſolches ihres aberglaubiſchen Fürnehmens halber auß Gottes Wort geſtraffet/ vnd darvon abzuſtehē ermahnet/ vnd alsdenn wegen deß Mißbrauchs Göttliches Nahmens mit zeitlicher Landesverweiſung in Straff genommen / V. R. W. *Ad requiſitionem in* Liebenwerda, *Menſ. Majo, Anno* 1602.

57 *Et in caſu ſimili:* So wird B. W. wegen ſolcher jhrer Begünſtigung vnnd Segenſprechens / deß Landes ewig billich vorwieſen: Jedoch wird es vor der *Execution* dem *Minſterio* vntergeben / vnnd vom demſelben auß Gottes Wort vnterrichtet / daß ſie an ſolchen aberglaubiſchen Händeln vnrecht / vnnd wieder GOttes Gebott gethan/ auch zu gleich nebenſt ernſtlicher Verweiſung vermahnet/ darvon künfftig abzuſtehen / inmaſſen von euch als der Obrigkeit jhr gleichfals mit ernſt vnterſaget wird / ſich dergleichen Sachen zu enthalten / damit jhr nicht auff den Fall da ſie wiederumb betretten / etwas ärgers begegnen vnd wiederfahren möge / V. R. W. Nach Endorff an Vorwalter. *M. Aug. Anno* 1625.

58 *Similiter pœna Relegationis ad biennium Reo impoſita, reſponſum fuit verſus* Gröbitz / an Pölnitzſchen Gerichtsvorwalter. *Menſe Ianuar. Anno* 1628.

59 *It. Pœna Relegationis ad quinquennium determinata,* gegen Mügeln/ an Richter vnd Schöppen. *Menſe Martio, Anno* 1629.

60 *Pari modo, impoſita ſimul Reo pœna carceris ad tres ſeptimanas, pronunciavimus ad Conſultationem Chriſtophori ab* Eckersberga. *Menſe Ianuar. Anno* 1626.

61 Huc etiam referri poteſt delictum fœminarum, amore juvenum captarum, quos in capro ſibi advehi curant, **Wenn ſie die jungen Geſellen auff den Bock holen laſſen:** Quo caſu fuſtigationis pœnam infligendam eſſe, arbitratur *Matth. Coler. part. 1. deciſ. 180. num. 14.* Quod verum eſt, ſi nocitum non fuerit adoleſcentibus; ſi verò damnum quoddam hiſce per vecturam eiusmodi inferatur, dubitandum non eſt, quin fœminæ delinquentes gladio puniri debeant ſecundum diſpoſitionem *Conſt. Elect. 2* §. **Da aber auſſerhalb** *part. 2.*

Q. 7. Pœna fœminarum juvenes in capro ſibi advehi curantium?

62 Ex hiſce haud obſcurè liquet, pro rebus perditis recuperandis, vel morbis depellendis & curandis ad ſortes & inſpectionem Cryſtalli aut ſpeculi recurrere, Magosque atque Veneficas conſulere, eorumque auxilium implorare, nequaquam licitum eſſe. Si enim ipſemet Magi artibus ſuperſtitioſis uti prohibeantur, certè eoſdem conſulere, & artes ab iis præceptas practicare æquè illicitum erit, præſertim cùm nemo ejusmodi media uſurpare queat, niſi ſit & ipſe Maleficus, Magus, ac Sortilegus. *c. ex tuarum tenore. ext. de Sortileg. Hoſtienſ. in ſuum. ext. de Sortileg* §. *in quo caſu prohibeatur. numer. 3. poſt med. verſ. ſed nunquid licet recurrere. Paul. Chirland. in tract. de Sortileg. quæſt 6. numer. 20. Iohan. Georg. Godelman. de Mag. Venef. & Lamb. libr. 1. cap. 8. num. 37. Dan. Moller. ad Conſtit. Elect. 2. num. 25. part. 4.*

63 Et qui artibus hiſce delectatur, licet finem habere videatur bonum, manifeſtare nimirum homines ſceleratos, & res ſuas repoſcere, lædit tamen conſcientiam, dum inſervit Diabolo; cùm potius rebus omnibus carendum nobis eſſet quàm in minimis maligno Spiritui gratificandum. *Frider. Balduin. in caſib. conſc. libr. 3. cap. 6. caſ. 5. pag. 797.*

64 Adeoque non ambigendum, quin Magos ac Sortilegos conſulentes æquè arbitrariâ pœnâ, ac ipſimet Magi & Sortilegi affici debeant. *Autor. Conſult. Conſtit. Saxon. tom. 2. part. 4. quæſt. 7. n. 10. ſub fin. verſ.* **Alſo vnd gleicher geſtalt.** *Matth. Berlich. part. 4. concl. 5. n. 49.*

Q. 8. Quomodo ſint puniendi conſulentes Magos ac Sortilegos?

65 *Veluti etiam jamdudum ita reſponderunt Scabini:* Dieweil auß ewrem Bericht zuerſehen / daß das ſieden deß wichſenen Mannes niemands zu ſchaden fürgenommen / vnnd die P. N jetzo nichts mehr beſchuldiget wird / denn daß ſie das jenige / was darzu gebraucht/ darzu geſchickt: So wird ſie nach gelegenheit dißfalß mit peinlicher Frage vnnd Straffe billich verſchonet: Aber von deßwegen / daß ſie jhren eigenen Bekäntnüß nach der alten B. 5. gr. gegeben/

daß ſie die kluge Frau fragen ſolte/ ob jhr Mann bey andern lege/ und zu dem wichſenen Mann das Wachs gegeben/ wird ſie nach Gelegenheit dißfals mit zeitlichem Gefängnüß/ oder um eine ziembliche Geld Buſſe billich geſtraffet/ V. R. W. *Ad conſultationem Iohannis à* Kroßig / *Menſe Ianuar. Anno* 1559

66 *It.* Do gemeldter Richter mit Recht uberwieſen werden möchte/ daß er die Zäuberin um Urſach ſeiner Kranckheit/ oder ſonſt etwas durch Zauberey und Teuffels Kunſt zu melden angelanget/ So würde er dardurch anrüchtig/ und ſeines richterlichen Amts untüchtig gemacht/ V. R. W. *Quam ſententiam concepit D. Iacobus Tomingius*, **An die Einwohnere deß Gerichts zu Burerheide.** *Menſe Septembr. Anno* 1558.

Sequuntur Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, quibus ea, quæ tradita fuere, quæſtionibus tribus præcedentibus haud parùm confirmantur & approbantur, quas propterea verbotenus apponere placuit.

I.

An Hanſen Wilhelm *de* Cohrua/ Hauptmann zu Coßwigk/ *Menſ. Auguſt. Ann.* 1592.

Hat die Nimanſche in ſcharffer Frage bekant/ daß ſie 16 Jahr mit dem böſen Feinde umgangen/ drey Jahr mit jhm gebulet/ und einer Frauen/ die Franckelin genandt/ welche jhr ein Schwein ſchlachten ſollen/ und nicht bald gekommen/ darüber ſie zornig worden/ gewünſchet und gefluchet/ der Teuffel ſolte ſie reiſſen und plagen/ Auch vor Greger Zimmermans Thür in deß Teuffels Nahmen etwas eingegraben/ darvon ſein Weib zween Elben bekommen/ deßgleichen der Peter Bathin und Chriſtoph Ohnen Elben und Reiſſen beybracht/ auch ſolches jhnen eines Theils wieder benommen. Do jhr euch nun allbereit erkundiget hättet / oder würdet euch nochmals erkundigen/ daß benante Perſonen oberzehlter maſſen beſchädiget worden/ und die gefangene Nimanſche würde auff jhrem gethanen Bekäntniß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ So möchte ſie von wegen ſolcher begangenen und bekanten Zauberey und Mißhandlung mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W.

II.

Carlen von Dißkau. *Menſ. Aug. Anno* 1582.

Haben *G. P. G. VV.* und *E. S.* in ſcharffer Frage und in guten bekant/ daß ſie vielen Leichen zu Groß-Zſchochor in deß böſen Feindes Nahmen die Taumen der Meinung eingeſchlagen/ daß es creutzweiſe/ und in die länge ſterben ſolte/ auch denen in jhrer Auſſage benanten 12 Perſonen/ Gifft/ davon ſie geſtorben/ beybracht/ Und daß er *G. P.* dem Lorentz Herbeſtetten uff den Hals gekniet/ gewürget/ ũd ſein Kind/ deßgleichen nebens *G. VV.* den Hanß Kreiſchen umbracht/ daß auch ſie die *E. S.* der Malprichen Kind gekochet/ und den einen Topff nach Inhalt ihrer Auſſage mit Zauberey zugerichtet/ Und daß *G. P.* unnd *G. VV.* denſelben/ und den andern Topff/ welchen die alte Poſſerin zubereitet/ vorgraben/ deßgleichen haben *R. G. P.* Weib/ und ſie die *E. S.* ferner außgeſagt und bekant/ daß ſie beyde mit dem Teuffel gebulet/ und zu thun gehabt/ wären auch beyde auff den Plockersberg/ und ſie die *R.* dabey geweſen/ als die *S.* der Melckiſchen Kind gekochet/ und in aller Teuffel Nahmen geſegnet/ daß es weitlich ſterben ſolte/ hätten auch ingeſamt der Verſtorbenen Häuſer beſtehlen helffen Do jhr euch nun allbereit erkundiget hättet/ oder würdet euch nochmals erkundigen/ daß Inhalts jhres gethanen Urgicht/ die darinnen benante Perſonen alſo umkommen wären/ und die Gefangenen würden uff jhrem gethanen Bekäntniß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würdẽ: So möchtẽ ſie alle viere/ von wegẽ ſolcher jhrer begangenẽ und bekanten Mißhändelung *E. S* und *R. G. P.* Weib mit dem Feuer/ *G. P* und *G. VV* aber mit dreyen glüenden Zangengriffen geriſſen/ und mit dem Rade vom Leben Zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W.

III.

An Wolf Schlegeln Hauptman zu Köthen. *Menſ. Feb. An.* 1583.

Iſt die gefangene *VV. V. A.* nachgelaſſene Wittib von einen Weibe/ die Michaliſche genant/ ſo vor wenig Tagen zu Gröbzigk vorbrand/ bezüchtiget worden/ daß ſie mit denen Elben umgehen könte/ und ſie hätte ſie dem jungen Jobſt von Wulcknitz zugebracht/ und als ſie darauff in gutem bekant/ daß ſie vor dreyen Jahren gemelten von Wulcknitz die Elben dadurch eingebracht/ daß ſie ihren Urin uff den Miſt gehen laſſen/ und den Knaben dreymahl darüber geführet/ do hätte er derſelben Elben zwey paar bekommen/ darvon er denn euerm Bericht noch ſo kranck/ daß er bißweilen darnider fällt/ und zum armen Menſchen worden iſt. Und als ihr ſie ferner durch Richter und Schöppen befragen laſſen von weme ſie die Elben hätte/ hat ſie ſelber freywillig bekant/ daß ſie vor dreyen Jahren auff dem Anger vor Beindorff der Gänſe gehütet hätte/ do wäre der Teuffel in eines Mannes Geſtalt/ in einem ſchwartzen Rock bekleidet/ zu jhr kommen/ der hätte jhr angemutet/ ſie ſolte bey jhm ſchlaffen/ darauff hätte ſie geantwortet/ was er an jhr erſehen/ oder er theils an jhr hätte. Als er aber ferner bey jhr angehalten/ hätte ſie ſich nidergelegt/ und alſo ſeines Willens gepflogen/ und das wäre das erſtemal/ daß ſie mit dem Teuffel zu ſchaffen gehabt/ darnach wäre er zum andernmal vorm Jahre im Sommer zu jhr kommen/ und hätte daſelbſt abermals Unzucht mit jhr getrieben/ ſie hätte aber von jhme gar nichts zu Lohne bekommen/ und könte wohl erachten/ daß ſie die Elben von niemand anders als vom Teuffel hätte/ weil ſie zweymahl mit jhme gebulet. Do nun die Gefangene auff jhrem gethanen Bekäntniß vor Gerichte freywillig beharren/ oder deß ſonſten wie Recht überwieſen würde: So möchte ſie von wegen ſolcher begangenen und bekanten Zauberey mit dem Feuer vom Leben zum Tode billig geſtrafft/ mit der ſcharffen Frage aber mag ſie uff andere ungewiſſe Thaten nit angegriffen werden/ V. R. W.

IV.

An die befehlichhabere zu Wernigeroda. *Menſ. Ian. An.* 1583.

Hat *C. T.* in ſcharffen Fragen bekant/ und außgeſagt/ daß ſie mit dem böſen Feinde Gemeinſchafft gehabt/ und zu etlichen mahlen Unzucht getrieben. *Item*, daß ſie vor dreyen Jahren Matthes Herman zwey paar gute Kinder/ wie ſie es nennet/ oder Elben zugebracht/ derowegen/ daß er ihr einen Scheffel Korn vorweigert/ auch ferner der Hantmanſchin zu Denſtadt/ ſo jhr ein Schock Flachs verſaget/ drey paar weiße und ſchwartze/ die reiſſende guten Kinder genant/ in die Augen gebracht/ und jhnen nachmals wider geholffen/ und von Herman einen Scheffel Korn/ von der Hartmanſchen aber einen Scheffel Weitzen bekommen/ alles nach fernern Inhalt obangezogener jhrer Urgicht. Do jhr euch nun allbereit erkundiget hettet/ oder nochmals erkundigen würdet/ daß oberwehnete Perſonen von jhr/ jhrem Bericht nach/ beſchädiget worden/ und ſie die Gefangene würde uff ſolchem jhrem gethanen Bekäntniß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht uberwieſen: So möchte ſie von wegen ſolcher jhrer begangenen und bekanten Zauberey mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W.

V.

Iisdem M. Iulio, An. 1583.

Haben *M. L.* und die Vogelmanſche/ ſo ein Weib von 86. Jahren/ bekand/ daß ſie beyde/ mit den Teufeln Lucifer und Rauſchen gebulet/ und Unzucht getrieben/ und daß ſie *M. L* von der Dreßlern gute Kinder angenommen/ und ein paar/ ſo ſie von der Krẽckiſchen bekommen / und Weißgelbe geweſen / und noch ein paar / ſo darzu geflogen / und ſchwartz geweſen / Meiſter Hanſens Kinde / daß er ſich mit jhr im Garten geſcholten / zubracht habe / auch auß Geheiß deß Lucifers / Hennig Tappen ſein Weib und Kinder bezaubert / daß ſie kranck und krum worden. Dergleichen / daß ſie die Vogelmanſchen der Fluſtiſchen Sohne gute Kindere in ſein Gemächte gebracht / dieweil er jhr ein Fuder Holtz nicht führen wollen / auch einem Kühehirten / und deß Schweinſchneiders Kinde etliche gute Kindere / darvon deß Schweinſchneiders Kind verſtorben / zugebracht. Do ſie nun beydes uff ſolchem jhrem gethanen Bekändniß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würden / So möchten ſie alle beyde / ſonderlich do jhr euch allbereit erkundiget hättet / oder nochmals erkundigen würdet / daß ſolche Beſchädigung ẽ alle / oder eines Theils gewiß und in Warheit alſo geſchehen / von wegen ſolcher jhrer begangenen und bekandten Vorbrechungen mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden. Und weil die Friederichen / und Trumpelmanſche der Vogelmanſchen Bezüchtigung nicht geſtändig ſeyn / So ſeyd jhr auch ohne andere gnugſame *indicien* wider ſie und die jenigen / ſo vermöge der Gefangenen Bericht / auß deß Teuffels geheyß und der Chryſtal gleicher Laſter bezüchtiget worden / etwas vorzunehmen nicht befugt / V. R. W.

VI.

Gom̃ern an Amtſchöſſer Julium Sperbern. *Menſ. Sept. Anno 1584.*

Hat *G. VV.* als ſie vermöge unſers vorigen Urthels mit der Scharffen Frage angegriffen worden / außgeſagt und bekant / daß ſie Paul Zeigers / und Thomas Schneiders Eheweibere / die gute Holden durch Zauberey und ins Teuffels Namen zugefüget / auch Georg Spandens erſtes Eheweib / nunmehr S. bezaubert / daß ſie gar verdorret / wie dann dieſelbe andern Bericht nach an ſolcher Kranckheit geſtorben / und biß an jhr Ende über die Gefangene geſchryen. Ingleichen hat *Inquiſitin* bekant / daß ſie dem Krüger daſelbſt zu Gommern die gute Holden durch jhre Zauberey in die Augen gebracht / daß er eine Zeit nit ſehen können / nur alleine auß der Urſache / daß er jhr einmal gefluchet. Ferner / hat ſie geſtanden / daß ſie mit einem Teuffel / der ſich Juncker Hans genant / bey 7. oder 8. Jahren gebulet. Do jhr euch nun allbereit erkundiget hättet / oder würdet euch nochmals erkundigen daß obgedachte Perſonen an jhrer Geſundheit gewiß und in Warheit beſchädiget worden weren / und die Gefangene würde auff jhrem gethanen Bekäntniß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen / So möchte ſie von wegen ſolcher begangenẽ / und bekandtẽ Zauberey nach ſcherffe der Rechte mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden / V. R. W.

VII.

Brandẽburg an Rath der Neuſtat / *Menſ. Majo, Anno 1586.*

Hat der Gefangene *I. K.* in ſcharffer Frage bekant und außgeſagt / daß er ſich mit dem Teuffel verbunden / und gegen jhm ſich mit Leib und Seel verſchrieben / wann er heut oder morgen jhn begerete / daß er ſein eigen ſeyn wolle: Item / daß er dem Pfarrherrn zu Leubnitz / Andreas Schirmern zu Keſſeldorff / und Bernhard Asmuſſen deß Pfarrherrn zu Lehmen Eheweibe durch Zauberey Schaden am Leibe zugefüget / vnd Matthes Schirmern zu Seidewitz durch Zauberey in einem Wetter Hauß und Hoff angeſtecket / Und es hat ſich die Erkundigung befunden / daß obgemelte Perſonen unverſehener weiſe am Leibe und jhrer Geſundheit beſchädiget / Matthes Schirmern und ſein Hauß und Hoff durch ein Wetter angeſteckete / und abgebrandt worden. Do nun obgemeldte *I. K.* vff ſeinem gethanen Bekäntniß vor Gerichte freywillig verharren oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde: So möchte er von wegen ſolches mit dem Teuffel gehabten Vorbündnuß und wegen geübten Zauberey mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden / V. R. W.

IIX.

An Hanſen

Hat C. B. in ſcharffer Frage / damit ſie vermöge unſers jüngſten Rechtſpruchs angegriffen werden / auch hernachmals in guten bekand / daß ſie ungefährlich vor 8. Jahren von einer Weibesperſon / die Krauſſeköppſiſche genant / einen Segen / dadurch ſie Menſchen und Viehe die fahrende Dinger zu und abſegnen könte / gelernet / und daß ſie jhr zugeſagt / einen Mann zuzuweiſen / der jhr nicht allein die Kunſt beſſer als ſie / ſondern auch viel anders mehr lehren könte / und daß darauff eine Mannesperſon / ſo ſchwartze Kleider angehabt / zu jhr in einẽ Garten kommen / mit welchen ſie ſich verbunden / daß ſie ſein Bule und eigen ſeyn / auch ſich von Gott abe / und zu jhme begeben wolte / und ſolcher jhr Bule auch dieſelbige Nacht zu jhr ins Bette kommen / und ſie mit jhm ſeinen Willen vollbracht / dargegen er jhr einen Thaler gegeben / mit Zuſage ſie reichlich zuernehren. Item / daß er jhr hernach auch zwo Wurtzeln / ſo er Yrenwurtzel genant / zu dem Ende gegeben / daß ſie Menſchen und Viehe damit bezaubern ſolte / und daß ſie etwas von ſolcher Wurtzel und Waſſer gemiſchet / und einem Herman Baurmeiſter genant / auß Haß / für ſeinen Hoff in den Fahrweg in aller *&c.* nahmen geſtoſſen / daß ſeine Pferde kranck worden / auch eines geſtorben *It.* daß ſie einen andern Dieterich genant / ſo jhrem Mann wider jhren Willen ein Hauß abgekaufft / in einem Kohl / darunter ſie Unſchlied / und etwas von obberürter Wurtzel gethan / die fahrende Dinger zugeſegnet / davon er ein lahm Bein bekommen / ſie hätte ſolche jhre Kunſt andern dreyen Weibern auch gelernet / *&c.* Do jhr euch nun allbereit erkundiget hättet / oder nochmals erkundigen würdet / daß obbemelte Perſonen erwehnete Schäden gewiß und in Warheit alſo erfunden / und empfangen / und die Gefangene uff jhrem gethanen Bekäntnüß / ſonderlichen auch daß ſie mit dem Teuffel ſich in Verbündnüß eingelaſſen und gebulet / vor Gerichte freywillig verharren würde: So möchte ſie wegen ſolcher jhrer begangenen und bekantẽ Mißhandlung mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden / V. R. W.

IX.

Lichtenſtein an Schöſſer *Menſ. Iun. An. 1593.*

Hat gefangene *Inquiſitin*, als ſie zu folge unſerm jüngſtgeſprochenen Urtheil mit ſcharffer Frage angegriffẽ wordẽ / bekandt und geſtanden / daß ſie nachfolgende Wort / wer mich ſcheuſt / den ſchieſſe ich wieder) in aller Teuffel Namen geſprochen / und zugleich Sand mit auffgerafft / denſelbigen ins Teuffels nahmen hingeworffen / und dadurch George Hertteln / und ſeinem Weibe jhren Schmertzen und Kranckheit zugefüget und beybracht: Do jhr euch nun allbereit erkundiget hättet / oder nochmals erkundigen würdet / daß gedachter Hartel und ſein Weib durch Zauberey an jhrer Geſundheit ſchaden genommen / und die Gefangene würde uff jhrem gethanen Bekäntniß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen: So möchte ſie von wegẽ ſolcher begangenen und bekanten Zauberey mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft werden / und jhr ſeyd ohne neue *Indicia* ſie ferner peinlichen fragen zulaſſen nicht befuget V. R. W.

X.

An Moritz und Erhard Zanthiet / gebrüdere zu Saltzforch / *Menſ. Iun. An. 1593.*

Ob gleich die gefangene *R. R.* in ſcharffer Frage / damit ſie vermöge unſers vorigen Urtheils angegriffen worden / ſich zu keiner Zauberey bekant hat / dieweil ſie aber dennoch nach der Tortur in gutẽ außgeſagt / daß ſie bey 12. Jahren mit dem böſen Feind gebulet / und zu ſchaffen gehabt / und von jhme alle 8. Wochen ein paar Elben gebohren / derer ſie ein paar Ortheien Tochter hätte zugewieſen / ein paar einem Hunde in einem biſſen Brod gegeben / davon derſelbe einen hefftigen und jmmerwärenden Huſten bekommen / und die andere an heimliche Oerter gegoſſen / *&c.* Do jhr euch nun allbereit erkundiget hättet / oder nochmals erkundigen würdet / daß oberwehnten Ortheien Tochter durch Zauberey gewiß und in warheit Schaden zugefügt worden / und die Gefangene *R. R.* würde auff jhrem gethanen Bekäntniß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen/ So möchte ſie ſolcher begangenen und bekandten Mißhandlung halber/ mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V.R.W.

XI.

An Bürgermeiſter/Richter und Rathmanne zu Borche/ *Menſ. Novemb. Anno 1594.*

Hat die gefangene *M. K* in ſcharffer Frage/ damit ſie zu folge unſerm nechſten Urtheil abermals angriffen worden/ bekandt und außgeſagt/ daß ſie vor 30. Jahren mit dem Teuffel ein Verbündnüß gemacht/ und mit jhme biß dahero fleiſchliche Unzucht getrieben/ auch mit Zauberey und Gifft vielen Leuten/ an jhrem Leib/ Leben ūd Gütern Schaden zugefüget/ *&c.* Do ſie nun uff ſolchem jhrem gethanen Bekäntnüß/ wie jtzo daſſelbe nach der Tortur/ und auſſerhalb deß Orts/ alda ſie peinlich befraget/ und unterſchiedlichen widerum/ vorgeleſen und vorgehalten worden/ vor den Gerichtsperſonen freywillig vorharren/ und es ſich in gehaltener Erkundigung auch befinden würde/ daß den jenigen welche obgemeldte Gefangene in jhrer Urgicht namhafft gemacht/ an jhrem Leib/ Leben und Gütern ſchaden geſchehen: So möchte die Gefangene von wegen ſolcher mit dem Teuffel begangenen und bekanten unmenſchlichen Unzucht und Zauberey mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V.R.W.

XII.

Iidem. Eod. Menſ. & An.

Hat die gefangene Joachim Zimmermanniſche in ſcharffer Frage bekandt und außgeſaget/ daß ſie vor 30. Jahren mit dem Teuffel ein Vorbündniß gemacht/ und biß anhero fleiſchliche Unzucht mit jhme getrieben/ auch durch Zauberey und Gifft etlichen Leuten am Leib/ Leben und Gütern Schaden zugefüget/ *&c.* Do jhr euch nun allbereit erkundiget hättet/ oder nochmals erkundigen würdet/ daß den jenigen Perſonen/ ſo bemeldte Gefangene in jhrer Urgicht namhafftig gemacht/ an jhrem Leib/ Leben und Gütern ſchaden geſchehen/ und die Gefangene würde uff jhrem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig vorharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen: So möchte ſie von wegen ſolcher mit dem Teuffel begangenen und bekanten unmenſchlichen Unzucht und Zauberey mit dem Feuer vō Leben zum Tode geſtrafft werden/ V.R.W.

XIII.

Giebichenſtein/ an Amtman̄ Gall Ciriax. *Menſ. Aug. An. 1594.*

Hat *A. H.* erſtlichen in ſcharffer Frage/ und hernach auch in guten bekandt unnd außgeſagt/ daß ſie von unſerm lieben HErrn Gott abgefallen/ und nun ins dreyſigſte Jahr mit dem böſen Feind/ ſo in Mannesgeſtalt zu jhr kommen/ Gemeinſchafft gehabt/ und unmenſchliche Unzucht getrieben. Do ſie nun uff ſolchem jhrem gethanen Bekäntnüß vor Gericht freywillig vorharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde: So möchte ſie von wegen ſolcher mit dem böſen Feind dem Teuffel gehabten Gemeinſchafft/ und begangenen und bekanten unmenſchlichen Unzucht/ mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ Aber anderer ungewiſſen Thaten halber/ ſeyd jhr ſie mit fernerer ſcharffer Frage angreiffen zulaſſen nicht befugt/ V.R.W.

XIV.

Voigſtedt/an Henrich Rittling Amtman̄ *Menſ. Iun. An. 1597.*

Hat K. *VV.* ſonſt Kete Neckelin genant/ in gudten bekandt/ daß ſie Tobias Krahmers Eheweib/ ſo groß reiſſen/ reuten und toben im Haupt Tag und Nacht gehabt/ die Elben wie ſie es nennet/ derer vier paar geweſen/ zugebracht und jhr alſo ſolche Kranckheit und Schmertzen und Zauberey zugefüget. Do ſie nun uff ſolchem jhrem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde: So möchte ſie von wegen ſolcher begangenen und bekanten Zauberey mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V.R.W.

XV.

Eidem M. Iulio. An. 1597.

Haben *K. VV.* und *G. S.* als ſie vermöge unſers jüngſtgeſprochenen Urtheils mit ſcharffer Frage angegriffen worden/ bekandt daß ſie mit dem Teuffel ein Verbündnüß gemacht/ und mit demſelbigen gebulet/ und Gemeinſchafft gehabt/ auch denen in jhren Urgichten benandten Perſonen/ durch Zauberey/ und zubringung der Elben/ wie ſie es nennen/ an jhrer Geſundheit Schaden zugefüget/ do ſie nun uff ſolchem jhrem gethanen Bekäntniß vor Gericht freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würden: So möchten ſie beyde von wegen ſolcher mit dem Teuffel gemachten Verbündniß/ und gehabten Gemeinſchafft/ wie denn auch der geübten Zäuberey mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden. Was aber die andere Perſonen/ welche von denen beyden Gefangenen auch der Zauberey halber beſchüldiget worden/ anlanget/ mag auff jhre bloſſe Bezüchtigung in Mangelung anderer und kräfftiger *indicien* wider dieſelben nichts fürgenommen werden/ V.R.W.

XVI.

Budiſſen an Richter und Schöppen/ *Mẽſ. Nov. An. 1599.*

Hat die gefangene *VV.* Broſii Borſchen ſeinen Jungen begoſſen/ davon derſelbige Blind worden/ Und wiewohl deß Jungen Mutter/ und der Junge ſelbſt jhr ſolches mit allen Umſtänden unter Augen geſagt/ So hat ſie doch anfänglichen den goß verneinet/ hernach aber/ wie man jhr ein geringe Bandt anlegen laſſen/ geſtanden/ daß ſie jhn begoſſen/ der Meynung/ daß er nur mit einem Auge Blind werden ſolte/ und endlichen als man jhr Gnade zugeſagt/ freywillig bekandt/ daß ſie zu dem goß dieſe Wort geſagt/ der Junge ſol verblinden ins Teuffels nahmen/ und jhn alſo bezaubert/ daß er in beyden Augen blind worden/ darauff ſie denn auch in ſcharffer Frage/ damit ſie angegriffen worden/ verharret/ Da jhr euch nun eigentlich erkundiget hättet/ oder nochmals erkundigen würdet/ daß der Junge bald nach empfangenen goß blind worden/ und die Gefangene würde uff jhrem gethanen Bekäntniß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen/ So möchte ſie von wegen ſolcher begangenen und bekanten Zauberey nach Gelegenheit dieſes falls/ weil jhr von euch Gnade verſprochen/ und über jhr gütliches Bekäntnüß/ mit der Tortur wieder ſie vorfahren worden/ mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V.R.W. Was aber die gefangene Chriſtina anlanget/ weil wider ſie keine gewiſſe Unthaten/ ſo durch Zauberey zu Werck gerichtet/ und dero ſie inſonderheit verdächtig angegeben worden: So mag auch uff ungewiſſe Thaten wider ſie mit ſcharffer Frage nicht verfahren werden/ ſondern ſie wird der geſänglichen Hafft uff einen gewönlichen Urfrieden billich entlediget/ V.R.W.

XVII.

Weißenſee an Raht/ *Menſ. Iul. An. 1603.*

Haben beyde gefangene Weibesperſonen *G. R.* und *VV. C* in guten bekandt/ daß ſie mit dem Teuffel ein Verbündniß gemacht/ umgangen und zuſchaffen gehabt/ auch mit jhme unnatürliche unmenſchliche Unzucht getrieben/ und inſonderheit auch *VV. C.* daß ſie etlichen in jhrer Auſſage benandten Perſonen durch Zauberey an jhrer Geſundheit ſchaden zugefüget/ alles nach fernerm Inhalt jhrer gethanen auſſage. Do ſie nun beyde uff ſolchem ihrem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würden: So möchten ſie von wegen ſolcher mit dem Teuffel gehaltenen Gemeinſchafft un̄ gemachtes Verbüntniß mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V.R.W.

XIIX.

Lauchſtedt/an Schöſſer *Menſ. Feb. An. 1604.*

Hat die Gefangene Weibsperſon von Hohenweide die Haferkaſtin genant/ in guten bekādt unnd außgeſagt/ daß ſie die zu Halle gerechtfertigte Thor Urſul nicht allein gelehret und unterrichtet/ wie ſie den Leuten die böſe Elben zu bringen/ und jhnen dieſelben wider benehmen ſolte/ ſondern ſolches auch an etlichen zuverrichten jhr befohlen/ inmaſſen von jhr geſchehen. Deßgleichen/ daß ſie gedachter Thor Urſul auch den böſen Feind zum Bulen zugewieſen/ mit welchen ſie die Thor Urſul auch Gemeinſchafft gehabt/ und Teuffeliſche unmenſchliche Unzucht begangen/ und daß auch ſie die gefangene Haferkaſtin ſelber mit dem Teuffel umgangen/ und dergleichen Gemeinſchafft gehabt/ unnd Unzucht getrieben/

nach mehrern Inhalt der überſanden *Inquiſition acten.* Da nun die gefangene auff jhrem gethanen Bekäntniß vor Gerichte freywillig verharen / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde: So möchte ſie von wegen ſolcher mit dem Teuffel gehabten Gemeinſchafft / auch begangenen unnd bekandten unmenſchlichen Unzucht mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden / V. R. W.

XIX.

Eidem, Menſ. & Anno eod.

Hat die gefangene Weibsperſon von Neukirchen / die Külbin genant / in guten außgeſagt / und bekant / daß ſie den Leuten nicht allein die böſe Elben vertriebē / ſondern dieſelbige jhnen auch zugebracht / welches ſie von der Haferkaſtin gelernet. Ingleichen hat ſie bekant / daß ſie mit dem Teuffel Gemeinſchafft / auch mit demſelben offt und vielmals Teuffeliſche Unmenſchliche Unzucht getrieben / ꝛc. Da nun die Gefangene uff jhrem gethanen Bekäntniß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde: So möchte ſie von wegen ſolcher mit dem Teuffel gehaltener Gemeinſchafft / und auch begangenen und bekanten unmenſchlichen Unzucht mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden / V. R. W.

XX.

Sangerhauſen an Michael Tryller Schöſſern *Menſ. Ian. Anno 1608.*

Hat die gefangene *V. M.* in guten bekant und geſtāden / daß ſie ſich mit jhrer Nachbarin einer mit Nahmen Elſe verglichen / Joachim Vollraden und ſeinen beyden Söhnen / als ſie uff Hanſen Böttichers Hofe zu Bolsfeld in der Scheuren getroſchen / der Urſachen halber / daß ſie jhnen ein wenig Gerſten verſaget / Queckſilber ins Trincken zu ſchütten / inmaſſen auch geſchehen / und ſie das Trincken vor die Scheune geſetzt / dahero Vollrath und ſeine beyde Söhne groſſe Leibes Beſchwerung überkommen / und daß ſie Caſpar Gebharten / deßgleichen Hanſen Riethmüllern und ſeinem Weibe zu Bolſeld die böſen Dingere oder Elben in Kopff und Leibe durch Zauberey zubracht. Ferner hat *Inquiſitin* bekant / daß ſie mit dem Teuffel umgangen / und zu unterſchiedenen malen mit jhme zuſchaffen gehabt / und unmenſchliche / unnatürliche / uff verbottene Unzucht getrieben / ſie hätte den Teuffel Schönhanß nennen und heiſſen müſſen / welcher offtmals beyden in jhrem Wittibenſtande / auch bey jhres vorigen Ehemannes Leben / wenn er abweſend geweſen / mit jhr geſſen und getruncken / und wenn er ankommen / habe er jhr einen Bauch voll Milch mit gebracht / ſo er durch ſeinen Rachen in ein Gefäß / welches ſie jhme dargeſtellet / außgeſpien / darauß ſie hernach Butter und Käſe gemacht / ſolches zum theil im Hauſe verbraucht / Theils auch verkaufft / das übrige aber vor das Viehe / auch wol gar hinweg geſchüttet. Wenn ſie zu jemands Zorn und unwillen getragen / und demſelben die Elben zubringen wollen / hätte jhr Bule Schönhans in ein Milch / oder Waſſer Gefäſſe eine *Materiam* auß ſeinem Rachen fallen oder treuffen laſſen / davon die böſen Dinger oder Elben zugerichtet wordē / welche ſie folgends in jhren Mund genommen / und in jhres Bulen Schönhans / oder ſeiner helliſchen Geſellſchafft Nahmen / in deſſen Kopff oder Leib / wohin ſie die begeret und haben wollen / von ſich geblaſen / darauff die Perſon / der es gegolten / die böſen Dinger alſobald bekommen: Und es hat ſich in gehaltener Erkundigung gewißlichen und in Warheit befunden / daß obbenanten Perſonen durch Zauberey an jhrer Geſundheit Schaden zugefüget worden / Alles nach mehrern Inhalt jhrer Außſage / und der andern uns zugeſchickten *inquiſition Acten.* Do nun die Gefangene uff jhrem gethanen Bekäntniß für Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde: So möchte ſie von wegen ſolcher mit dem Teuffel gehaltenen Gemeinſchafft / auch begangenen unnd bekandten Zauberey mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden / V. R. W.

XXI.

Sittichebach / an Rudolff Sonnebergen / Vorwaltern / *Menſ. Aug. Anno 1608.*

Hat die gefangene *G. I.* bekandt und geſtanden / daß ſie mit dem Teuffel vor 28. Jahren / ungeachtet jhr Ehemann noch am Leben / ehelichen verbunden / und daß ſich derſelbe Lucas / und er ſie Margaretichen genandt / Er wäre zum erſten mahl zu Königshofen zu jhr kommen / und zu jhr geſagt / wenn ſie ſeines Willens pflegen wolte / ſie jhr Lebēlang gnug haben ſolte / darauff ſie in der Stuben auff der Erden mit jhme unmenſchliche und unnatürliche Unzucht getrieben / dafür er jhr einen Thaler zur Verehrung gegeben / welchen ſie zu ſich genommen / gewechſelt / und außgeben / ſieder deß wäre er noch zweymahl bey jhr geweſen / einmahl zu Treben / das andere mal zu Reuſchen / domals er in Felde / als ſie gegraſet zu ihr kommen / weiſſe Strümpffe und einen Leinen Kittel an / auch einen Braunſchweigiſchen Hut auffgehabt / und jhr zu Trebern 18. Gr und zu Reuſche 1. Thaler deßwegen daß ſie die unmenſchliche Unzucht mit jhme vollbracht / gegeben und zugeſtellt / inmaſſen auch für 6. Jahren / gedachter jhr Bule / Lucas zu Rotterſchirmbach dergleichen Unzucht mit jhr geübet / dafür ſie von jhme einen Thaler empfangen. Als ſie zur gefänglichen Hafft bracht worden / wäre er zu jhr in den Thurn kommen / und die verbottene Unzucht mit jhr abermals getrieben / jhr aber nichts geben / ſondern ſie vermahnet / ſie ſolte nicht ſchreyen / noch etwas von jhme ſagen / oder ſonſten bekennen / wie denn auch endlichen jhr Bule Lucas an einem Mittwoch / als gleich der groſſe Sturm-Wind geweſen / zu jhr ins Gefängniß kommen / und geſagt / ſie würde bald andere Poſt und Bottſchafft erfahren / und zugleich das Werck der unnatürlichen Unzucht mit jhr vollbracht / auch jhr den Rath gegeben / daß ſie ſich ſelbſten umbringen und erhencken ſolte / darzu er jhr einen Strick dargereichet. Nach deme ſie aber es nicht thun wollen / er wieder von jhr gewichen / und den Strick mit ſich genommen. Wann ſie mit jhrem Bulen zuſchaffen gehabt / hätte ſie weiſſe Elben / und derſelben allezeit zehen bekommen / ſo gelebet / ſpitze Schnäbel und ſchwartze Köpff gehabt / und wie die jungen Raupen hin und wieder gekrochen / welche ſie zur Zauberey gebraucht / jhr Bule jhr auch / ehe ſie mit jhm gebulet / etliche gebracht. Sie habe auch der Matthes Güntherin Kind ein böſe Geſicht gemacht / in deme ſie es angeſehen / und angehauchet / darzu ſie dieſe Wort gebraucht / Ich wölle daß du blind wäreſt / welches jhr Bule Lucas jhr alſo geheiſſen / und ſie es in jhres Bulen Lucaſſen / und deß Teuffels Nahmen thun müſſen. Ferner habe ſie auch die weiſſen Elben mit ſchwartzen Köpffen in den Brantwein gethan / und darinnen zergehen laſſen / dieſelbe auch klein zerrieben / und in Kuchen gebacken / und ſolches uff jhres Bulen Lucaſſen Befehl / welcher geſagt / wann ſie zu jemands Feindſchafft hätte / ſolte ſie demſelben die Kuchen oder Brantewein beybringen / darauff er an Gliedern und Leibe übel würde geblagt und gemartert werden. Hierüber hat *Inquiſitin* bekant / daß ſie auff deß Pfarrherrns zu Rotenſchirmbach Acker mit jhrem Meſſer einen Ring gemacht / und drey Elben dahinein geſtecket / und vergraben / zu dem Ende / daß wer darüber gienge / Lahm werden / und reiſſen in den Gliedern überkommen ſolte / welches denn vorgedachtem Pfarrhern zu Rotenſchirmbach gegolten / weil er ſie auff der Kantzel öffentlich vor ein Zauberin außgeſchryen / Sie hätte die Elben in aller Teuffel Nahmen eingegraben / und dazu geſagt / wer darüber gienge / der ſolte Lahm unnd krumb werden / unnd es hat ſich in eingeholeter Erkundigung alſo befunden / daß Matthes Günthers kinde und andern Perſonen / durch Zauberey an jhrer Geſundtheit Schaden zugefügt worden / *&c.* Do nun die Gefangene uff jhren gethanen Bekäntniß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde: So möchte ſie von wegen ſolcher mit dem Teuffel gehaltenen Gemeinſchafft und Verbündniß/ auch begangenen unnd bekandten Zauberey mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtraft werden/ V. R. W.

XXII.

Kalten Götheim an Valentin Gumperten Centgrafen. *M. Ian An.* 1613.

Hat die gefangene *D. M.* in ſcharffer Frage bekant/ und geſtanden/ daß vor 18. Jahren/ wie jhr Mann geſtorben/ und ſie traurig auff den Acker/ weil es damit jhrem Wunſch nach nicht fortgehen wollen/ herum gangen/ der böſe Feind in einem ſchwartzen Kleide und rothen Hute zu jhr kommen/ und jhr angemuthet/ ſie ſolte ſich jhme ergeben/ und wiewol ſie an den Füſſen geſehen/ daß es der Teuffel geweſen/ hätte ſie doch darein gewilliget/ jhme dem Teuffel die lincke Hand darauff gegeben/ und dargegen von jhme einen halben Gülden/ an halben Batzen angenommen/ auch hierauff mit jhme verbottene unmenſchliche Unzucht verübet und getrieben. Folgends darauff hätte ſie Gottes im Himmel gäntzlich ſich verziehen/ demſelben abgeſagt/ und daß ſie nimmermehr kein Theil an jhme haben wolle/ ſich erkläret: Zehen Wochen nach ſolchem Verlöbniß/ hätte ſie jhr Bule auff einer kurtzen Gabel/ ſo in jhrem Hauſe hinter dem Backofen geſtanden/ zum Tantze geführet/ welches nachmals deß Jahrs dreymal geſchehen/ an Walpurges/ Johannes/ und Jacobi/ zween Pfeiffer/ ſo jhr unbekandt/ hätten mit Schalmeyen auffgeſpielet/ und ſie für dem Tantze Mahlzeit gehalten/ Kraut/ Fleiſch/ Braten/ Brod und Wecke geſſen/ ſo ſie auß dem Wirtshauſe zu Rottenhauſen geholet. Einsmals ſey ſie ſelbſten mit dem böſen Feind in Keller gefahren und Bier geholet/ nach vollbrachter Mahlzeit und Tantze hätten ſie ſich berahtſchlaget/ wie ſie den Leuten ingleichen dem Viehe/ und allerhand Früchten Schaden zufügen möchten: Jhr Bule ſey allezeit nach ſolchen gehaltenen Conventen mit jhr heim zu Hauſe gefahren/ auch ſonſten ſieder jhrem Verlöbniß Wöchentlichen zweymal zu jhr kommen/ jhr einen halben Batzen mitgebracht/ und Unzucht mit jhr getrieben. So offt ſie das Hochwürdige Abendmahl deß HErren gebraucht/ welches Jährlichen drey oder viermal geſchehen/ hätte ſie die Hoſtien widerum auß dem Munde genommen/ und dem Teuffel auff ſein Begehren geben/ was er damit außgerichtet/ wiſſe ſie nicht. Ferner hat die Gefangene bekandt/ und außgeſaget/ daß ſie Heinrich Deperten in ein Stücke Kuchen ſo ſie jhme zu eſſen gegeben/ ein Kreuticht/ ſo ſie mit dem böſen Feind in Hertzberg geholet/ gethan/ davon er geſtorben/ welches dahero geſchehen/ daß er jhren Sohn einen BrüllOchſen geheiſſen/ deßgleichen habe ſie deß Schultheiſſen Weibe in deß Teuffels Nahmen/ ein Kraut/ ſo in jhrem Garten/ ſtunde/ in den Weg geworffen/ davon deß Schultheiſſen Weibe/ als ſie daran geſtoſſen/ die Zehe an den Füſſen Schadhafftig worden. Und daß ſie auch George Müllers Knecht ein Stücke Kuchen/ darinnen vorgedachtes Kreuticht geweſen/ gegeben/ darvon er geſtorben/ ſo ſie darum gethan/ daß er jhre Tochter haben wollen. Jtem/ daß ſie Hanſen Wildens Frauen zu zweyen malen Knoten angemachet/ die erſten Knoten habe nicht ſie ſelber/ ſondern der böſe Feind auff jhren geheiß gemacht. Jtem/ daß ſie fürm Jahre das Obſt in jhren und jhrer Nachbarn Gärten verderbet/ in deme ſie die kleinen Reupelein/ welche ſie in deß Teuffels Nahmen/ und auff ſein Geheiß außgeſchüttet in die Blüte gezaubert/ und daß ſie dieſes Jahr die Weſpen in die Erbſe gebracht/ ſo jhr der böſe Feind in einem Tröpfflein gegeben/ dieſelbe in die Höhe in ſeinem Namen außgeſchüttet/ Es were jhr leid/ daß ſie den Leuten und Früchten alſo durch Zauberey Schaden zugefüget hätte: Und es hat ſich in genommener Erkundigung befunden/ daß vorangeregten Perſonen/ von der Gefangenen durch Zauberey an jhren Gliedmaſſen/ Leibe/ Geſundheit und Leben/ Schaden und Nachtheil iſt zugefüget worden/ inmaſſen die Zeugen auch dieſes außgeſagt/ daß die Gefangene eine lange Zeit ſey Hexerey wegen in böſem Geſchrey geweſen/ und in gemein vor eine Hexe iſt geſcholten und gehalten worden/ wie dann der erſte abgehörte Zeuge unter andern dieſes außgeſaget/ daß er und ſein Weib zu dreyen malen fürm Jahre auß jhrem Hauſe geſehen/ daß bey der Nacht ein StranckFeuer/ fornen als ein Kopff/ hinten wie ein Schwantz anzuſehen/ über der Gefangenen Häuſer gefahren/ und ſo bald derſelbe StranckFeuer über ſolches Hauß kommen/ er ſich gemähligen herunter gelaſſen und verſchwunden/ ꝛc. Da nun die Gefangene auff jhrem gethanen Bekäntniß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde: So möchte ſie von wegen ſolcher begangenen unnd bekanten Zauberey/ damit ſie den Leuten an Leib und Leben Schaden zugefüget/ auch daß ſie in Vergeſſung jhres Chriſtlichen Glaubens/ und Tauffgelöbniß mit dem Teuffel Verbündniß auffgerichtet/ mit demſelben umgangen/ zuſchaffen gehabt/ und unnatürliche unmenſchliche Unzucht verübet unnd getrieben/ mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ aber mit anderweit ſcharffen Frage/ mag ſie/ weil ſonderlich auch keine andere und neue *Facta* angegeben worden/ oder ſie verdächtig/ nicht angegrieffen werden/ V. R. W.

XXIII.

Oſtraw/ an Schöſſer. *M. Iul. An.* 1613.

Hat die gefangene *M. H.* in guten bekant und geſtanden/ daß ſie Zauberey gelernet/ unnd ſich deſſen auch gebraucht/ die Bötticherin zu Löſen habe ſie unterrichtet/ wie ſie die böſen Dinger benehmen und andern zuweiſen ſolte/ habe jhr auch dieſes gerahten/ daß ſie keinen Tag ein Vatter Unſer beten/ ſondern den böſen Feind den Teuffel nennen/ und anruffen ſolte/ der Segen/ den jhr die Bötticherin gelernet hätte/ hieß alſo: Rauß jhr böſen Feinde auß den Beinen ins Teuffels Nahmen/ man müſſe mit dem Daumen Creutzen auff die Beine ſtechen/ und wenn ſie es einem andern Menſchen zuweiſen wolte/ müſſen folgende Wort gebraucht werden: Da weiſe ich dich hin in das Menſche/ wie derſelbe Menſch nun mit Nahmen heiſe/ ins Teuffels Nahmen/ und ſolleſt ſo lange bey jhme bleiben/ und Wohnung bey jhme machen/ biß du wider von jhme getrieben wirſt/ darzu man gar nit beten dürffe/ und von 8. Menſchen könte ſie die böſen Dinger treiben/ von dem neunten aber nicht/ derſelbe müſſe ſie behalten/ biß daß er ſtürbe. Vorgedachte Bötticherin hätte jhr ferner gelernet/ die böſen Dinger anfänglichen in einen Diſtelſtrauch zuweiſen und wie ſie jhr ſolches gerahten/ welches drauſſen im Graſe geſchehen/ were jmmer ein ſchwartzer Rabe bey jhr hergangen/ ſo der Bötticherin Bule geweſen/ welchen nach jhrem Abſterben/ jhre Tochter zum Bulen angenommen/ dieſelbe hätte auch jhr der *Inquiſitin* einẽ Hahnen zum Bulen zugewieſen/ den ſie JunckerHahn geheiſſen/ derſelbe wann er mit jhr zuthun gehabt/ were ein alter Mann in grauen Bart und Blau bekleidet geweſen/ hätte keine Füſſe/ ſondern nur Hundes Klauen/ und einen rohten Federbuſch auffgehabt/ mit welchem ſie offt und vielmals zugehalten und zuſchaffen gehabt/ alſo daß ſie nicht gedencken könte/ wie offt es geſchehen. Er hätte ein Eyßkalt Ding gehabt/ welches doch nicht ſonderlichen groß geweſen/ darauff ſie nach verrichteten Wercke alle viertel Jahr ein paar Elben gezeuget/ welche eines Fingers lang geweſen/ und gantz puntſtreffig außgeſehen wie die Raupen/ welche die Bötticherin jhrem Sohne zubracht/ und weil derſelbe ſich nach jhr nit gehalten/ hätte ſie darzugeholffẽ/ daß ſie von jhme nicht hätten können gebracht werden/ und wiewol nach der Bötticherin Tode/ einer/ Glorius Spielmann genant/ ſolche Unholden oder Elben von bemeltem jhrem Sohne treiben wollen/ hätte ſie es doch verwehret/ daß er ſie behalten müſſen/

darbey ſie dieſe Wort geredet/ jhr Elben weichet nicht auß dem Neſt/ ſitzet da jhr geſeſſen habt/ auch darzu ferner Inhalts jhrer Auſſage drey Wachsliechter/ einen Pfennig Spiegel/und für einen Pfennig weiſſe Stecknadeln gebrauchet. Ferner hat *Inquiſitin* bekandt/ daß vorgedachter Juncker Hahn jhr zum erſten mahl einen Thaler gegeben/ welcher aber wieder wegkommen/ unnd ſie deß Thalers wenig genoſſen/ Hernach hätte er jhr Eyer bracht/ aber auff einmahl über eines nicht: Sie wäre nur zweymahl auff dem Blockersberge geweſen/ und uff einer Ofenkrücken zur Feurmaur obennaus und nirgends an ins Teuffels Nahmen hienaußgefahren. Vorgedachte Bötticherin jhre Nachbarin hätte ſie mit einer Salbe geſchmieret/ darauff ſie beyde in einem Augenblick uffm Blockersberge geweſen/ daſelbſten bätten ſie Kuchen gebacken/ und Bier getruncken/ aber keinen Wein/ auch gedantzet/ und wären die Spielläute Sackpfeiffer und Trummelſchläger/ Wann ſie dahin kämen/ vorbleiben ſie ohne gefehr ein paar Stunden beyſammen/ und hätte allezeit eine junge Braut den Vorreyen/ darzu ſich jhrer ſo viel und von hundert Meilen Wegs her uffm Blockersberge finden thäten/ ſo man nicht alle zehlen köndte. Es würden die Zauberinne ſehr böſe uff ſie werden/ daß ſie ſo viel bekandt nnd außgeſagt habe: Und es hätte ſich in eingeholeter Erkundigung befunden/ daß der Gefangenen jhr Sohn die Elben oder böſen Dinger gewißlichen gehabt/ inmaſſen jetztgenandter jhr Sohn ſelbſten der Gefangenen ſeiner Mutter ſolches geziehen uñ ſchuld gegeben/ *&c.* Do nun die Gefangene uff jhrem gethanen Bekändtniß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde: So möchte ſie von wegen ſolcher begangenen und bekanten Zauberey/ unnd daß ſie mit dem Teuffel umgangen/ zuſchaffen gehabt/ und unnatürliche Unzucht vorübet unnd getrieben/ mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W.

XXIV.

Oſtrau/ an Schöſſer. *Menſ. Sept. Anno* 1613.

Hat die Gefangene *I. S.* in jhrer Urgicht/ unnd dann auch hernach in guten bekandt und geſtanden/ daß ſie Zaubern gelernet/ unnd ſich deſſen auch gebrauchet/ und das anfänglichen die gerechtfertigte *M. T.* jhr jhren Bulen/ ſo ſie Juncker Hans hieſſe/ zugewieſen/ welcher uffm Felde/ da ſie Graß geſchnitten/ zu jhr kommen und geſagt/ junge Frau wolt jhr mich haben/ darauff ſie jhn/ ungeachtet ſie jhren Ehemann gehabt/ angenommen/ und mit jhme zu ſchaffen gehabt/ das erſte mal hette er jhr einen Thaler gegeben/ ſo wieder zerſchmoltzen und wegkommen. Solchen jhren Bulen hätte ſie 4. Jahr gehabt/ unnd im Hauſe uff dem Boden gehalten/ ſo jhr zwar anfangs viel zu bringen zugeſaget/ aber ſolches nicht gehalten/ ſondern jedesmahl nur etwan auff ein 2. oder 3. Pfennig werth zubracht/ ſie hätte mit jhme böſe Dinger oder Elben erzeuget/ die ſie in ein Töpfflein geſetzet/ unnd jhnen Brod zu eſſen gegeben/ theils auch ins Waſſer geworffen/ daß ſie weg geſchwommen/ weil ſie dieſelbe nicht allewege haben wollen/ wann ſie aber ſolche einem Menſchen zugebracht/ oder abgetrieben/ hätte ſie zugeſagt/ hin in aller hundert Teuffel nahmẽ/ unnd daß ſie inſonderheit denen in jhrer Urgicht bemelten Perſonen die Elben oder Vnholden zugebracht/ auch Paul Hennigen ſeine Schaffe mit 2. paar Elben die ſie ins Hew gethan/ getödtet vnd vmbbracht. Wie ſie dann auch ferner bekandt vnd außgeſagt/ daß ſie mit der gerechtfertigten Taſchin und Kuntzen Ortheien uff dem Blockersberge geweſen/ ſie wären vor dem Dorffe Löſſeln/ uffgeſeſſen/ unnd Ofenkrücken/ die ſie mit roter Salben geſchmieret/ ſo jhnen jhr Juncker Hanß gebracht/ hienauß gefahren in aller Teuffel Nahmen/ und mit der Butter/ die der kurtzen Ortheien Bule/ Juncker Caſpar genandt/ gebracht/ Kuchen gebacken/ Die *A. S.* derer Bule Juncker Greger geheiſſen/ wäre nach jhnen uff den Blockersberg gefahrẽ kommen/ und hätte auch helffen Kuchen backen/ um Mitternacht wären ſie weggefahren/ und gegen Morgen widerkommen/ der alte *A. S.* wäre auch uffm Blockersberge geweſen/ und mit der Teſchin ſo krum lahm wäre/ getantzet und geſprungen/ ingleichen auch *M. VV.* der auch ein Zauberer wäre/ und hätte ein Frau Teuffelin/ die hüpſch unnd ſchön wäre/ unnd einen ſchwartzen Leinwandten Rock mit einem Vorſtadt-Schweiffe trüge/ ſo jhme auch in einer ſchwartzen Laden Geld gebracht/ jhr Bule wäre in Thurm/ darinnen ſie geſeſſen/ in Geſtalt einer grauen Ganß bey jhr geweſen/ unnd hätte ſie zweymahl mit jhme zuſchaffen gehabt/ ſie hätte zwar anfangs mit dem böſen Geiſte ein Vorbündnüß gehabt/ er jhr auch zugeſagt/ darvon zu helffen/ und ſolte jhr das Trecken nicht wehe thun/ es wäre aber alles erlogen/ derowegen wolte ſie jhn nun nicht mehr haben/ ſondern beten/ Und es hat ſich in Erholeter Erkundigung befunden/ daß ſie von der Gefangenen nahmhafft gemachte Perſonen bezaubert worden/ auch Paul Hennigen ſeine Schafe/ derer ohne gefehr 18. oder 20. geweſen/ hingefallen und geſtorben/ *&c.* Do nun die Gefangene *I. S.* auff jhrem gethanen Bekäntniß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde: So möchte ſie von wegen ſolcher begangenen und bekanten Zauberey/ und daß ſie mit dem Teuffel umgangen/ zuſchaffen gehabt/ unnd unnatürliche unmenſchliche Unzucht verübet unnd getrieben/ mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W.

XXV.

Wolckeſtein/ an Bürgermeiſter vñ Rath. *Menſ. Majo. Anno* 1614.

Hat der Gefangene *C. G.* in ſcharffer Frage/ damit er Inhalts unſers Neheſten euch ertheileten Rechtſpruchs angegriffen worden/ bekant und geſtanden/ daß er auß unterſchiedenen Sterbehäuſern in Wolckenſtein/ auch an andern Orten und Häuſern mehr/ ſo in den vorigen uns zugeſtandten *Acten* namhafftig gemacht worden/ Betten/ Kleidere und andere Sachen geſtolen/ und ſtelen helffen/ deßgleichen/ daß er einen Toden Kopff in ſeiner Stuben hengen gehabt/ welchen er auß einem Grabe/ ſo er uffgemachet/ darinnen ein ziemlicher Junge noch unverweſet gelegen/ bekommen in deme er demſelben mit einer Schauffel den Kopff abgeſtoſſen/ darauff ſolchen in ſeine Wohnung in das Todtenhäuſel getragen/ unnd an eine Schnur zwiſchen zween Fenſtern an die Wandt an einem Pflogk gehangen/ nachmals in ſelbigen Todenkopff oder Hirnſchedel Hefen unnd Bier/ auch Blut von einem verſtorbenen Menſchen/ welchem er zu ſolchem Ende die Waden auffgeſchnitten/ und deß Frawen Milch/ ſo er auß zweyen Sechswöchnerin Brüſten gedrucket/ unter einander gethan/ und gegoſſen/ und den Hirnſchedel darauff ins Teuffels Nahmen an die Wand gehangen/ unnd wenn er haben wollen/ daß mehr Leichen ſeyn ſollen/ er gar warm eingeheitzet/ do denn der Todtenkopff/ wann er erwarmet/ angefangen zu ſchwitzen unnd zu trieffen/ darbey er dieſes gethan/ daß er den Hirnſchedel immer zu umgewand und ſo viel Tröffel auß dem Schedel getrauffet/ ſo viel Leichen hätte er deß Tages gehabt/ darüber er den Teuffel angeruffen/ daß er jhme helffen wolle/ welcher in ſein Todtenhäuſel zu 4. oder 5. malen zu jhm kommen in eines ſchwartzen Mannes Geſtalt/ und jhme gelernet/ wie er mit dem Hirnſchedel umgehen ſolte/ er hätte lange ſchwartze Finger und Pferdfüſſe gehabt/ ſonſten aber wie ein ander Mann außgeſehen/ und zu jhme geſagt/ wenn er Leichen bedürffte/ ſolte er nur den Todenkopff rütteln/ dargegen er dem Teuffel verſprochen und zugeſagt/ ſeine zu ſeyn/ und ſich jhme zuergeben/ unnd daß derſelbe/ wenn es zu ſterben auffhören würde/ ſeine Seele nemen/ und hinthun möge/ wo er wolte/ der böſe Feind habe jhme endlichen 3. Jahr friſt gegeben/ welche biß uff ein halbes Jahr um ſeyn/ zu deſſen Verſicherung hätte er ſich und ſeine Seele mit ſeinem Blute gegen dem Teuffel verſchrieben/ in deme er jhme ſelber eine Wunde in ſeinen lincken Daumen geſchnitten/ dz Blut uffgefangen/ und damit geſchrieben und gekritzelt/ und daſſelbe nachmals dem Teuffel

in dis

in die Hände gegeben/ und als er gewarnet worden/ ſich wegen deß Todtenkopffs vorzuſehen/ habe er denſelben/ als deß Organiſten Weib begraben worden/ zugleich mit in das Grab geworffen. Ferner hat der Gefangene bekandt/ daß er etliche Todenſärge oder Schreine verkaufft und die Leichen über einen Hauffen in die Gräber geworffen/ wie er gekunt/ und daß er nebens dem Gefangenen *S. K. 12.* Sterbekittel den Leichen außgezogen. *It.* Er habe zweyerley Pulver zugerichtet/ böſes und gutes/ weme er wol gewolt/ habe er das gute gegeben/ den andern das böſe/ er hätte eine böſe Drüſe vom ſchwartzen Greger/ welcher der erſte geweſen/ ſo an der Peſt geſtorben/ genommen und gepülvert/ und daſſelbe unter das böſe Pulver gethan/ ſolches mit Laub vermenget/ daß es grün außgeſehen/ und den Leuten hernach eingegeben. Do nun der gefangene uff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde: So möchte er deßwegen daß er in Vergeſſung ſeines Chriſtlichen Glaubens mit dem Teuffel Vorbündniß auffgerichtet/ ſich mit ſeinem eigenen Blute gegen jhn verſchrieben/ mit demſelben umgangen jhn angeruffen/ ſich und ſeine Seele jhme ergeben/ auch den Todtenkopff/ den er in deß Teuffels Nahmen an die Wand gehangen/ und alſo durch Zauberey zu wege gebracht/ daß viel Leute geſtorben/ auch durch das böſe Pulver/ ſo er Leuten vorſetzlichen eingegeben/ etliche getödtet/ und den Verſtorbenen die Sterbekittel außgezogen/ ingleichen die Särge und Schreine verkaufft/ ferner die Sterbehäuſer erbrochen/ und darauß Betten/ Kleider/ und andere Sachen geſtolen/ uñ ſtelen helffen zur Feymſtadt geſchleiffet/ und folgends mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W.

XXVI.

An Rath zu Schmiedebergk. *Menſe Nov. Anno 1621.*

Hat die Gefangene *M. P.* als ſie Inhalts unſers ertheileten Rechtſpruchs/ mit der ſcharffen Frage anderweit angegriffen werden ſollen/ in Gegenwart deß Scharffrichters bekandt und geſtandten/ daß ſie mit dem Teuffel zu thun und zuſchaffen gehabt/ und zu ſolchem Werck von der *M. I.* gebracht worden/ in deme der Teuffel in Geſtalt eines Mannes zu jhnen beyden kommen/ unnd anfänglichen mit der *M. I.* im Kraute/ hernach auch mit jhr zuthun gehabt/ und hätte ſelbiges mal der Teuffel Bären Klauen am lincken Beine/ und einen groſſen Hoffmänniſchen Rock an/ auch Federn uffm Hute gehabt/ ſeine Natur und alles wäre an jhme gar kalt geweſen/ Nach ſolcher Vormiſchung weren die Elben von jhr kommen/ ſo wie ſchwartze und graue Fliegen außgeſehen/ und ſie dieſelbe in jhre Schürtze gefaſſet Hernach als die Gefangene von dem Scharffrichter mit der ſchärffe angegriffen wordē/ hat ſie ferner bekant/ daß ſie mit dem Teuffel zu unzehlichen malen zugehalten/ unnd unmenſchlicher weiſe zu ſchaffen gehabt. Es hätte auch der Teuffel mit jhr in der *M. I* Hauſe Rindfleiſch gegeſſē/ welches aber nit hat dürffen hart geſaltzen ſeyn/ jhre Teuffelskunſt habe ſie vor dreyſſig Jahren von jhrer Mutter gelernet/ ſo zu ſagen pflegen/ ob man gleich nit viel darvon hätte/ ſo brächte es doch keinen Schaden/ und könte man auff dieſe maſſe und durch die Teuffeliſche Mittel/ ſo ſie in jhrer Urgicht berichtet/ die Kühe zu melcken machen/ und alſo viel Butter und Käſe erlangen/ auch den Menſchen Schaden zufügen Ferner hat *Inquiſitin* berichtet/ daß die Zauberinnen und Hexen alle/ inmaſſen ſie ſelber auch gezeichnet wären/ wie ſie denn ungeheiſſen jhr Brüſtgen/ oder Kittelchen außgezogen/ und mit der Hand zwiſchen die Schultern gefühlet/ und daſelbſt ein Wärtzlein oder Flecklein denen Gerichtsperſonen gezeiget/ daß daſſelbe jhr Zeichen ſeye/ und daß eins theils Zauberer ſchwartze Strichlein/ eins theils ſchwartze Flecklein an der Stirn/ Augen/ und andern Gliedmaſſen hätten/ welche ſich nicht lieſſen außwaſchen. Als ſie noch in jhrem erſten Hauſe gewohnet/ wäre der Teuffel alle Donnerſtage zu jhr kommen/ und in einem Kämmerlein/ ſo im Hauſe geweſen/ mit jhr zu ſchaffen gehabt/ welches unzehlich mal geſchehen ſeye/ Von ſolcher unmenſchlichen Vormiſchung haben ſie Elben bekommen/ und dieſelben denen in jhrer Urgicht namhafft gemachten Perſonen zugebracht/ ſo meiſten theils darvon geſtorben. Und es hat ſich in erholeter Erkundigung befunden/ daß die gefangene etlichen Leuten/ durch zuweiſung der Elben Schaden zugefüget/ wie dann gleichfals auß jhrer Urgicht und andern Umſtänden abzunehmen/ daß ſie eine rechte Hexe oder Zauberin ſey/ ſo mit dem Teuffel eine geraume Zeit umbgangen/ und mit demſelben ſich zu vielen malen unmenſchlicher weiſe vormiſchet/ meiſtentheils zu dem Ende/ durch dieſe verbottene Vormiſchung der Elben/ damit den Leuten Schaden zuzufügen/ zuerlangen/ und dahero auch am Vorbündnüß/ ſo ſie in Vorgeſſung jhres Chriſtlichen Glaubens mit dem Teuffel wird gemacht und uffgerichtet haben/ weil ſie ſonderlich auch gleich andern Zauberin und Hexen vom böſen Feind dem Teuffel gezeichnet worden/ gar nicht zu zweiffeln/ *&c.* Da nun die Gefangene *M. P.* uff jhrem gethanen Bekäntnüß vor peinlichen gehegten Halßgerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ So möchte ſie wegen ſolcher jhrer begangenen und bekanten Zauberey/ und daß ſie mit dem Teuffel Gemeinſchafft gehabt/ umbgangen und zugehalten/ mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W.

XXVII

Sangerhauſen/ an Amtſchöſſer. *Menſ. Nov. Anno 1614.*

Iſt die gefangene *G. L.* als ſie vermöge unſers vorigen euch ertheileten Rechtſpruchs mit der ſchärffe anderweit angegriffen/ und peinlichen gefraget worden/ auff jhr verneinen und nicht geſtehen vorblieben/ unnd alſo alles was man ſie wegen jhrer vorübten Zauberey (und daß ſie in Vorgeſſung jhres Chriſtlichen Glaubens mit dem Teuffel ein Vorbündniß auffgerichtet/ umgangen/ zuſchaffen gehabt/ auch unmenſchliche unnatürliche Unzucht getrieben/ unnd daß jhr Beyſchläffer der Teuffel welcher Juncker Jacobus hieſſe/ wann er zu jhr ins Hauß kommen/ ſchwartze Kleider an/ unnd einen ſchwartzen Federbuſch uffm Hute getragen/ mit jhr geſſen/ getruncken/ jhr zween Thaler vorehret/ unnd Unzucht mit jhr in jhres Mannes Bette getrieben/) befraget/ in der andern ſcharffen Frage erhalten/ Und wiewol die Gefangene bey wärender Marter und Folterung ſich bezeiget/ als wolte ſie jhr Bekändniß richtig thun/ inmaſſen ſie dann/ wann man mit der peinlichen Frage etwas inne gehalten/ angefangen jhres Drachenbulen unnd Beyſchläffers Juncker Jacobs zugedencken/ daß er ſchwartz bekleidet/ mit einem ſchwartzen Federbuſch/ zu jhr ins Hauß kommen. So iſt ſie doch bald wieder zurücke gefallen/ alles verläugnet/ und geſaget/ es weren jhre Männer geweſen/ die ſchwartze Kleider getragen/ von welchen der eine geſtorben/ der ander aber noch am Leben ſey/ Auch zugleich ſich dieſer reden verlauten laſſen/ Sie wolte gerne Bericht thun/ ſie köndte aber nicht/ Wie dann die Gefangene gleichfalls auff daſſelbe/ was ſie in der Tortur erhalten/ für *Notarien* unnd Zeugen beſtanden/ nach mehrern Inhalt der Gefangenen Urgicht/ deß auffgerichteten *Inſtruments* unnd eurer Frage. So hat wegen der dritten Tortur/ weil die vorigen *Indicia* in der anderweit außgeſtandenen ſcharffen Frage purgiret worden ſeyn/ nichts beſtändiges erkant werden mögen. Es wird aber gleichwohl die Gefangene geſtalten Sachen nach über die zum andern mahl erlittene Tortur/ weil keine neue *Indicia* von euch zu dieſem mahle angeführet/ und gleichwol vermuthlichen/ daß es jhr der Vettel vom Teuffel muß angethan ſeyn worden/ daß durch die Pein und Marter von jhr nunmehr zum andern mal nichts hat bracht werden können/ und damit man jhrer auß dieſen Landen loß werde/ und die Leute zu Grillenbergk ſich für jhr weiter nichts zubefahren haben/ deß Landes ewig billich vorwieſen/ V. R. W.

XXVIII

An Peter Zeidlern / auff Berbißdorff.
M. April.
An. 1615.

Hat die gefangene *M.P.* bey der nechſten Vorhaltung in guten bekant und geſtanden / daß Sie jhrem vorigen Bekäntniß und Urgicht nach / mit dem Teuffel ein Verbündniß gemacht und auffgerichtet / und daß ſie ſich demſelben mit Leib und Seele ergeben / und ſolches zu dem Ende gethan / daß ſie jhres Gefängniß zu Pirna entlediget werden möchte / Es hätte der Teuffel nachfolgender Reden ſich gegen jhr gebraucht wann ſie ſich gegen jhme mit jhrem Blute verſchreiben würde / alsdenn wolte er ſie holen / und in der Lufft herum führen / jhr auch ſechs Jahr lang gewehren / unnd was ſie begehren und fürnehmen würde / ſolte ſie alles erlangen / und jhr glücklichen fortgehen / darauff der Teuffel nach vierzehen Tagen / als er dieſes zu jhr geredet / wie ein Bote mit einem langen Spieſe zu jhr kommen / und groſſe gläntzende Augen gehabt / und ſie gefraget / wiltu meine ſeyn mit Leib und Seele / worauff ſie ja geſaget / und ſechs Strichel mit jhrem Blute geſchrieben / jedes Strichel habe ein Jahr bedeuten ſollen / ſie habe dem Teuffel Stephan heiſſen / und jhre Hand in ſeine Hand / ſo wie Klauen außgeſehen / geben müſſen. Es hätte jhr der Teuffel gewehret und verbotten / ſie ſolte nicht beten / noch gute Lieder ſingen / denn er der heiligen Schrifft gram were / zu welchem Ende ſie denn auch einen gedruckten Brieff / darauff feine Gebetlein und ein Crucifix gemahlet geweſen / von ſich thun müſſen / dann der böſe Geiſt zu jhr geſagt / ſie müſte die H. Schrifft nicht bey ſich haben / und warum ſie lange beten wolle. Ferner hätte er auch dieſes gegen jhr geredet / daß er die Leute / wenn ſie / die Gefangene / auff Hochzeiten / oder Edelkind tauffen etwas ſtelen / oder mit dem Brand-Bettelbrieff umgehen / und darauff betteln würde / blenden wolle / daß ſie nicht in Verhafftung genommen werden ſolte. Deßgleichen hat die Gefangene weiter dieſes bekant und geſtanden / daß ſie das Feuer zu Berbißdorff in jhrem eigenen Hauſe angelegt / und ſolches auß einem eyfferigen Zorn und in dem Ende gethan habe / daß deß Schmieds Hauß / ſo zu aller nechſt bey dem jhrigen ſtehet / weil jhr derſelbe jederzeit feind geweſen / mit hinweg brennen ſollen / alles nach mehrern Inhalt jhres Bekäntniß / und der andern uns zugefertigten *Inquiſition acten*. Da nu die Gefangene *M. P.* auff jhrem gethanen Bekentnis vor peinlichem gehegten Halßgerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde: So möchte ſie derowegen / daß ſie mit dem Teuffel in Vergeſſung deß Chriſtlichen Glaubens ein Verbündniß auffgerichtet / ſich demſelben mit Leib und Seele ergeben und umgangen / auch das Feuer zu Berbißdorff in jhrem eigenen Häuſelein vorſetzlichen zum Schrecken / und daß jhres Nachbarn Hauß mit weg brennen ſollen / angelegt / mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden / V.R.W.

XXIX.

Leißnigk / an Rath.
M Septem
An. 1615.

Hat die Gefangene Mühl Lehna / als man ſie mit der ſcharffen Frage / ſo jhr in unſerm neheſten Urtheil iſt zuerkant worden / bedrauet / bekant und geſtanden / daß ſie Martin Lunzens Tochter durch zauberiſche Geſchoß beſchädiget / darzu ſie weiſſen Dornbuſch und drey gelbe Stecknadeln gebraucht / und ſolches in dieſes und ienes Nahmen vor die Haußthür hingeworffen. Item / daß ſie mit dem Teuffel ein Verbündniß / aber nicht auff eine gewiſſe Zeit auffgerichtet / welcher allezeit als ein ſchwartzes Männichen wie ein Eſel groß zu jhr kommen / und jhr befohlen / wie ſie es mit den Leuten machen ſolte / jhr auch zugleich unterſagt / ſolches niemand zu lernen / ferner aber jhr nichts mehr gelernet / denn wie man die Leute verderben ſolle Zum erſten male were er / der böſe Feind am Wege zu Roda auff einer Wieſen zu jhr kommen / jhr die Kunſt gelernet / und biß an Gonzediſcher Feld mit jhr gangen / und hernach verſchwunden. Sie hätte ſich auch mit dem Teuffel / welcher in Geſtallt eines Menſchen und kleines Männleins / ſo offt ſie jhn haben wollen / zu jhr kommen / unmenſchlicher weiſe vermiſchet / welches ohngefehr zwantzig mal geſchehen / allezeit wann er zu jhr kommen / hätte er es zweymal gethan / und jedesmal ein halbe / auch wol gantze Stund geweret / es hätte ein groſſes Ding als ein Eſel gehabt / und wann ſie gleich das Creutz vor ſich geſchlagen / ſey er doch nicht von jhr gewichē. Ferner hat ſie bekant / daß ſie unterſchiedenen von jhr namhafft gemachten Perſonen durch Zauberey Schaden und Schmertzen zugefüget. Deßgleichen hat der mit gefangenen Tochter *A.L* in guten bekant und geſtanden / daß ſie der Balthaſar Niemiſchen durch Zauberey gefährliche Schäden am Leibe / daran ſie endlich geſtorben / zugefüget / darneben gebeten / man ſie jmmer gehen laſſen ſolte / ſie wolte wol ſehen / daß ſie jrgends wo hin käme / was es nütz were / daß man das Holtz an ſie wenden / und es verbrennen wolte / es were beſſer / man gebe ſolches Holtz armen Leuten. Und es hat die Gefangene ferner dieſes bekant unnd außgeſaget / daß der Teuffel in der Nacht / als jhr Mañ nicht daheim geweſen / in Geſtalt eines ſchwartzen Männichens zu jhr kommen / jhr das Bette auffgehoben / ſich zu jhr geleget / und ſich ohne gefehr dreymal mit jhr vermiſchet / wann er mit jhr zuthun gehabt / wäre es nicht anders geweſen / als wann er ein kalt Hörnichen darzu gebrauchet. Sie hätte auch zwey Kinder von jhme gezeuget / welche wie der böſe Volant geſtalt geweſen / dieſelbe hätte ſie auff einmal zur Welt gebracht / were aber kein Lebē noch Menſchliche Geſtalt an jhnen zu ſpüren geweſen / derowegen ſie dieſelbe in das Waſſer geworffen. Nach dem beyſchlaffen hätte jhr der Teuffel gelernet Wetter machen / ſo ſie auch dieſes und voriges Jahr gemachet / und dadurch zu wege bracht / daß es jmmer dürre Zeiten geweſen / zu ſolchem Wettermachen hätte ſie allezeit ſagen müſſen / es ſolte Schaden thun in dieſes und jenes Namen / auch darzu ein Pulver gebraucht / ſo jhr der böſe Feind gebracht / nnd daſſelbe in dieſes und jenes Namen hingeworffen. Sie habe ſich mit dem Teuffel auff zwey Jahr verbunden / welche Zeit allbereit um und verfloſſen ſey. Es were auch der Teuffel offt im Holtze in Geſtalt eines Bauers-Manns zu jhr kommen / aber doch ſeine rauche Latzſchen gehabt: Vnd es hat ſich in angenommener Erkundigung befunden / daß obbenanten Leuten durch Zauberey und hochverbottenes Hexenwerck Schaden zugefüget worden / ꝛc. Da ſie nun auff jhrem gethanen Bekäntniß für offentlichem gehegten peinlichen Halßgerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würden: So möchten ſie beyde von wegen ſolcher begangenen und bekanten Zauberey und Hexenwercks / unnd daß ſie in Vergeſſung jhres Chriſtlichen Glaubens mit dem Teuffel ein Verbündtniß auffgerichtet / umgangen / zu ſchaffen gehabt / nnd unmenſchlicher weiſe zugehalten / mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden / V. R. W.

XXX.

Weyda / an Rath.
Men. Sept.
An. 1615.

Hat der gefangene *M. S.* bekannt und geſtanden / daß bald anfangs / als er ſich zu einem Todengräber gebrauchen laſſen / zu jhme nnd *P. O.* auff den Gottesacker kommen / welchem ſie zehen Jahr verſprochen / darbey er jnen zugeſagt Geld gnugſam zu bringen / jedoch darneben außgedinget / daß ſie niemand anders als jhme unterthänig ſeyn / und alles thun ſolten / was er ſie heiſſen würde. Es were der Satan geſtallt geweſen wie ein Menſch / aber doch Klauen an den Händen / einen Menſchen Fuß zur Rechten / unnd zur Lincken einen Ochſen Fuß gehabt / und jhme inſonderheit befohlen / daß er ſich zu einem Todenträger gebrauchen / und die Leute ſterben ſolle / Nach Verflieſſung zehen Jahr wolle er jhn holen / wohin / lieſſe er den

Teuffel darfür ſorgen/ worauff er und *P. B.* der Jahrkoch (welcher da ſieder zu Halle als ein Sinnloſer und raſender Menſch/ nach deme er ſich zuvor in Brantewein/ überſoffen/ ein erſchreckliches Ende genommen/) ein Pulver auß einen Todten-Kopff und Erden/ ſo auß denen Gräbern genommen worden/ gemacht/ in die Häuſer geſtreuet/ davon alle Perſonen/ ſo darinnen geweſen/ ſterben müſſen/ wenn gleich niemand zuvor in ſelbigen Hauſe Kranck gelegen/ wann ſie aber Waſſer geſetzt/ und daſſelbe bey der Leiche ſtehen laſſen/ und hernach an der ſtette/ da die Leiche geſtanden/ drey Creutz gegoſſen/ hätte das einſtreuen nicht geſchadet: Darneben er ferner bekandt/ daß ſie das Pulver in aller Teuffel Nahmen in die Häuſer geſtreuet/ und ſie den Teuffel/ wenn ſie dieſes hochverbottene und ſtraffwürdige Mittel gebraucht/ zuvor angeruffen: Er habe den Teuffel offtmals geſehen in Geſtalt eines ſchwartzen langen Mannes/ in einem ſchwartzen Kleide mit Hörnern/ welcher jhn nicht beten laſſen/ ſondern daran allewege vorhindert. Deßgleichen der Gefangene ſich ferner zu den geſtolenen Stücken/ Geräthe unnd Gelde/ ſo er den Leuten auß den Sterbe-Häuſern dieblichen endtragen/ und daß er Bettel Adam uff freyer Straſſen ermordet und beraubet/ bekandt/ und darneben berichtet/ daß ſolches die lautere Warheit ſey: Und es hat ſich in erholeter Erkundigung befunden/ daß angeregte Mordthat an Bettel Adam gewißlichen vorübet und vollbracht/ auch der tode Cörper gefunden/ auffgehoben/ und begraben worden. Inmaſſen man auch wegen deß Pulverſtreuens unnd Waſſergieſſens in den Häuſern gewiſſe Nachrichtung erlanget/ alſo daß ferner nicht zu zweiffeln/ ſondern dafur zuhalten/ daß Gefangene *M. S.* obberürtes alles/ darzu er ſich bekandt/ gewißlichen/ unnd in Warheit vorübet/ und begangen worden ſey/ &c. Do er nun uff ſeinem gethanen Bekäntniß vor offentlichem gehegten peinlichen Halßgerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ So möchte er derowegen/ daß er in Vergeſſung ſeines Chriſtlichen Glaubens mit dem Teuffel eine Vorbündniß auffgerichtet/ mit demſelben umbgangen/ jhn angeruffen/ und durch vorbemeldes Pulverſtreuen und Zauberey zu wege gebracht/ daß viel Leute geſtorben/ deßgleichen/ daß er Bettel Adam er mordet und beraubet/ und auß den Sterbhäuſern Geld/ Kleidere und andere Geräthe geſtohlen/ zur Feymſtadt geſchleiffet/ und folgends mit dem Feuer vom Leben zum Tode gerichtet und geſtrafft werden/ V. R. W.

XXXI.

Leißnick/ an Rath. *Menſ. Oct. An. 1616.*

Hat die Gefangene Mühllena über jhr voriges gethanes Bekändniß/ derowegen jhr allbereit die Straffe deß Feuers zu recht zuerkandt/ ferner gütlichen/ und in ſcharffer Frage/ als ſie damit vermöge unſers neheſten Urtheils anderweit angegriffen worden/ bekandt und geſtanden/ daß ſie die Zauberey und Hexenwerck nicht allein jhrer mit Gefangenen Tochter der Zimmermännin/ ſondern auch jhrer Tochter *M.* ungefährlich vor 10. Jahren gelernet/ und daß jetztgedachte jhre Tochter *M.* ſolche an der Seiffenſiederin zu Coldiz gebraucht/ unnd daß ſie gleichesfals jhre dritte Tochter *C.* in ſolchem Hexenwerck unterrichtet/ daſſelbe auch jhrem Sohn *H.* gelernet/ könte aber nicht berichten/ ob er ſich zu der Zauberey befliſſen/ denn er nicht bey jhr geweſen. Auß der mitgefangenen Zimmermännin aber hat man durch die Tortur ein mehrers/ denn Sie vorhin bekandt/ nicht bringen können/ noch iſt dieſelbe auff jhrem vorigen Bekäntnüß beſtändig vorblieben/ und zugleich außgeſagt/ daß jhre Mutter ſie darzu brächte/ und ſie über dieſelbe Zetter ſchreyen wolte. Und es hat ferner die Gefangene lahme *C.* uff ernſtliches Anhalten und zureden bekandt und geſtanden/ daß ſie mit dem Teuffel zu ſchaffen/ und denſelben ohngefehr drey Jahr gehabt/ mit deme ſie zum erſtenmahl drauſſen im Buchgrunde unmenſchliche unnatürliche Unzucht getrieben/ es wäre derſelbe gar rauch/ und nicht ſehr groß/ auch nicht länger denn ſie/ und wie ſie ſich mit jhme vormiſchet/ das thun gar kalt geweſen. Gemeinlich wäre der Teuffel in Geſtalt eines Bauren zu Ihr kommen/ den ſie Hans heiſſen müſſen/ wie offt Sie aber mit jhme zuſchaffen gehabt/ wüſte Sie nicht/ und hätte derſelbe einſten mit jhr drauſſen zu Wendeshain hinter einem Buſche eben zu dem mahl als Schlorcke von Roda Hochzeit in der Pfarre gehalten/ unmenſchliche Vnzucht vorübet/ dabey jhre Mutter auch geweſen. Viermahl ſey der Teuffel in Geſtalt eines Bauersmans zu jhr in die *Cuſtodiam* kommen/ und hätte Sie gedaucht/ als wann ſie der Alp gedrucket: Deßgleichen haben ſie in Hanſen Wolffens Hoffe beym Stockgen/ darauff ſie geſeſſen/ einen Schoß hingeworffen/ und darzu Werck/ Hadern und Haare/ auch eine Ganſefedern unnd Stecknadel gebrauchet/ ſolches in ein ſchwartzes Lederlein gebunden/ und die Wort in dieſes oder jenes Nahmen darzu gebrauchet/ Man köndte es gedencken/ daß der böſe Feind darbey geſtanden/ unnd daß es der Sechswöcherinne gelten ſollen/ jhre Mutter hätte Sie gelernet/ dieſe Wort darbey zu ſagen/ du haſt mich geſchoſſen/ ich ſchieſſe dich wieder in dieſes und jenes Nahmen. Vnd es hat ſich in der Erkundigung befunden/ daß der Paul Römiſchen Tochter durch ſolches Hexenwerck gewiß unnd in Warheit bezaubert worden/ &c. Do nun die Gefangene lahme *C.* uff jhrem gethanen Bekäntnüß vor gehegten peinlichen Halßgerichte freywillig verharren oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde: So möchte ſie von wegen ſolcher jhrer begangenen unnd bekanden Zauberey/ unnd vorübeten Hexenwercks/ und daß ſie in Vorgeſſung jhres Chriſtlichen Glaubens mit dem Teuffel umgangen/ zuſchaffen gehabt/ und unmenſchlicher weiſſe zugehalten/ mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtraffet werden. Unnd wird auch nunmehr ſolche hiebevor zuerkante Straffe deß Feuers an den mitgefangenen beyden Weibern/ als der Mühllehnen unnd derſelben Tochter *A. L.* jedoch wofern Sie beyde auff jhrem hievor gethanen Bekändnüß vor offentlichem peinlichen Halßgerichte nochmals freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würden/ gebürlichen billich *exequiret* und vollſtreckt/ unnd nur allein dieſer Vnterſcheidt gehalten/ daß die Gefangene Mühllehne (weil ſie gleichwol die hochverbottene Zauberey und Hexenwerck jhren dreyen Töchtern/ deßgleichen jhrem Sohne gelernet/ auch jhre Tochter *C.* dem Teuffel helffen znbringen/ unnd alſo jhr eigen Fleiſch unnd Blute zu ſolchen Teuffeliſchen Sachen verleitet/ und dieſelbe in Seelen Gefahr geſetzet/ und die fürnemſte Vrſach iſt/ daß jhre beyde Töchter neben jhr mit dem Feuer müſſen gerichtet unnd geſtrafft werden) zur Feymſtadt/ andern Hexen und leichtfertigen Eltern zum Exempel/ damit dieſelbe dergleichen für zunehmen geſchrecket und abgehalten/ geſchleiffet/ und folgends neben jhren mitgefangenen beyden Töchtern mit der zuerkanten Todes Straffe belegt werden/ V. R. W.

XXXII.

An G. von N. zu N. *Menſ. Iul. An. 1619.*

Hat die verhaffte *M. G.* bekandt und geſtandten/ daß ſie die böſer Dinger die Elben Andreas Münchrots Kinde/ unnd Marthen Opelin Kinde zugebracht/ und da ſie dieſelbige wider abgenommen/ hätte ſie ferner die Elben deß Richters Antonii Opels Kind zugefüget und daß ſie es dann alſo gemacht/ ſie ſpreche die böſen Elben/ das Kind ſol ſie wieder vorſtellen/ und wird deß Kindes Nahme von jhr genennet/ deme die Elben zukommen ſollen. Weiter hat ſie bekandt/ daß ſie mit dem Teuffel in Vergeſſung jbres Chriſtlichen Glaubens ein Vorbündnüß uffgerichtet/ mit demſelben ſich unmenſchlicher weiſe vormiſchet/ er hätte gethan/ und mit jhr zu thun gehabt/ wie ein Mann zu thun pfleget/ und zu jhr geſaget/ er wolte jhr Mann ſeyn/ Sie ſolte ſeine ſeyn/ und keine Noth bey jhme haben. Und es hat ſich in genommener Erkundigung befunden/ daß obbenandten Perſonen durch Zauberey und hochverbottenes Hexenwerck ſchaden zugefüget worden/ nach mehrem Inhalt der uns zugefertigten *Inquiſition Acten* und euer Frage. Do nun die gefangene *M G.* uff jhrem gethanen Bekäntniß fur öffentlichen gehegten peinlichen Halsgerichte freywillig verharren/ oder es ſonſten wie recht überwieſē würde: So möchte ſie von wegen ſolcher jhrer begangenen und bekanten Zauberey/ und vorübeten Hexenwercks/ auch daß ſie mit dem Teuffel ein Vorbündniß uffgerichtet/ umgangen/ und zu ſchaffen gehabt/ und unmenſchlicher weiſe zugehalten/ mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W.

XXXIII.

Stolpen
an die
Gerichte
Menſ. Iul.
An. 1621.

Hat der verhaffte *P. VV.* in ſcharffer Frage/ als er damit inhalts unſers Neheſten euch mitgetheilten Urtheils angegriffen worden/ bekant und geſtanden/ daß er den Alff Hinckenpick genandt/ von *P. A.* vor und um ein neu Dütgen erkaufft/ von deme er Gefangener in deß Teuffels nahmen umgetauffet/ und Hanß Prick genandt worden/ ſeine Paten waren geweſen die Chriſtmiſche/ Peter Freyſchmieds/ unnd Tirneis Latzke/ und weil er von ſeinem Stiffſohne von dem Hoffe abgedrungen worden/ hätte er ſelbigen Hoff durchs Wetter anſtecken und abbrennen/ auch ſein erſtes Weib durch den Alff umbringen laſſen. Ferner/ daß er den Schäfer ſterben und martern/ auch viel Schaffe und Viehe umbringen laſſen/ und einer Kuhe die Milch entzogen/ daß ſie nur Waſſer gemolcken/ nach mehrem Inhalt der uns zugeſandten *Inquiſition Acten*, und euer Fragen. Do nun der Gefangene *P. VV.* uff ſolchem ſeinen gethanen Bekäntniß für öffentlichen gehegten peinlichen HalßGerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde: So möchte er wegen ſolcher ſeiner begangenen und bekanten Zauberey und Mißhandlung/ mit dem Feuer vom Leben zum Tode gerichtet und geſtrafft werden/ V. R. W.

XXXIV.

Dahlen/
an Vorwaldter/
Menſ.
Maii, An.
1622.

Hat die verhaffte Weißbarbara in ſcharffer Frage bekandt und geſtandten/ daß ſie durch einen goß dem jungen Georg Herteln und Thomas Fiſchern/ reiſſen und ſtechen im Leibe zugefüget/ in dem goſſe wären geweſen Eyerſchalen/ Rümmel/ Haar von einem ſchwartzen Hunde/ und Waſſer auß der Bache/ ſo Sie durch Eingebung deß Teuffels/ Thomas Kehrens Flachs dreymahl geblaſen/ darüber ſein deß Kehrens Weib/ Sohn und Tochter Beſchwerung bekommen/ dergleichen goß hätte ſie Chriſtoff Gloſmans Weibe auch zugebracht/ inmaſſen ſie ferner Chriſtof Rümmeln den Bräutigam/ ſo Chriſtof Puſch Tochter geehliget/ als er in die Kirchen gangen/ angeſpeyet/ und geſagt/ Es komme dir in deine Beine und Kopff. *It.* daß ſie Hanſen Franckleben einen goß in ſein Thorwegk gethan/ auch Joachim Fincken einen Goß durch Zauberey gefertiget/ darinnen Haar von einer grauen Katzen/ Eyerſchalen/ Waſſer auß der Bach/ und Kohlen geweſen/ und dergleichen Hexenwerck/ hätte ſie nochmehr/ theils um jhres Nutzen und Genieſſes willen/ Theils auch/ wenn ſie auff die Leute böſe worden/ und Anreitzung deß Teuffels gethan und vorübet: Die Zauberey hätte ſie von der Münnichen/ ſo vor deſſen verbrand worden/ gelernet welche zu jhr geſagt/ Ich wil dir einen Bulen zuweiſen/ von deme du etwas lernen kanſt/ ſo auch alſobalden zur ſtelle geweſen/ und jhr uff die Bulſchafft einen ſchönen Thaler gegeben/ hätte geheiſſen Juncker Hans Baſtian/ wäre ein hübſcher Mann geweſen/ ſo einen groſſen ſchwartzen Barth gehabt/ und einen blauen Hut mit roth und weiſen Federn/ einen hübſchen Fuß/ der andere aber wäre ein Pfote geweſen mit blauen Strümpffen/ an der lincken Hand hätte er lange Nägel gehabt/ mit dem ſie über die 20. Jahr gebulet/ es hätte ſie zwar gedeuchtet/ als wann jhr Mann bey jhr gelegen/ und mit jhr zu thun gehabt/ jedoch aber wäre jhr Bule gantz kalt geweſen. Von jhme hätte ſie gelernet/ was ſie wider etliche Perſonen verübet/ wäre auch mit dieſem jhrem Juncker Hans Baſtian in die zehen mal uffm Blockersberga geweſen/ daſelbſten ſich luſtig und guter dinge erzeiget/ Kuchen gehabt/ gegeſſen und getruncken/ auch mit jhrem Juncker getantzet/ mit mehrem Bericht/ daß derſelbe wöchentlichen bey jhr uff gewiſſe Tage/ als deß Dienſtages und Sonnabends uff eine Stunde geweſen/ nnd wann er ſeinen Willen mit jhr geübet/ wäre er wider davon gangen/ uñ nichts geſagt. Welches jhres in der Tortur gethanes Bekäntniß Sie hernacher uffm andern Morgen in guten widerholet/ Alles nach mehrern inhalt der uns zugeſandten *In quiſition acten* ũd euer Frage. Do ſie nun die gefangene Weißbarbara uff ſolchem jhrem gethanen Bekäntniß vor offentlichen gehegten peinlichen HalßGerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ So möchte ſie von wegen ſolcher jhrer begangenen und bekanten Mißhandlungen/ daß ſie mit dem Teuffel Gemeinſchafft und zu ſchaffen gehabt/ uñ unterſchiedenen Perſonen durch Zauberey Schaden zugefüget/ mit dem Feuer vom Leben zum Tode gerichtet uñ geſtrafft werdē/ V. R. W.

XXXV.

Sittichenbach/ an
Amtsverwaldter.
Menſ. Feb.
An. 1622.

Hat die verhaffte *M. L.* in ſcharffer Frage/ als ſie damit inhalts unſers nechſten euch ertheiletē Rechtſpruchs angegriffen worden/ bekant und geſtanden/ daß ſie eine Hexe oder Zauberin ſey/ habe die Zauberey ohngefehr vor 18. Jahren von der Hoffmeiſterin/ die vor deſſen wegen Zauberey deß Orts im Ambte Sittichenbach verbrand worden/ gelernet/ und ſolches ſey zu Rotenſchirmbach geſchehen/ und wäre jhr Juncker der böſe Feind in Geſtalt eines armen Mannes zu jhr kommen/ deme ſie in alle Ewigkeit eigen zu ſeyn zugeſagt/ und ſich verpflichten müſſē/ darauff er jhr zur Beſtettigung einen dreyhellers Pfennig gegeben/ und habe zum erſtenmal/ als er bey jhr geſchlaffen/ ſchwartze Kleider an/ einen ſchwartzen Hut auff/ einen gelben Federbuſch/ rothe Strümpffe/ und einen Kühe Fuß gehabt/ jhr daſſelbe mahl einen Groſchen zu Lohn gegeben/ er heiſſe Hans/ das beyligen mit jhr ſey auff der Erden geſchehē/ ſeine Scham oder Glied ſey hart und kalt geweſen/ und habe von jhme nach 4. Wochen 5. paar böſer Dinger gezeuget und gebohren/ wären wie weiſſe Würmer geweſen/ und hätten ſchwartze Köpffe gehabt/ die habe ſie der Hirtiſchen Margarethē in das lincke Bein gebracht/ und gezaubert/ durch nachfolgenden ſpruch: Im Thume ſtehet die RoſenBlume/ ſie iſt weder braun noch fahl/ ſo müſſen die Hüffdinger zerſteuben und zerfahren/ und kommen der Hirtiſchen Margarethen in deß Teuffels nahmen an: Wie er aber zum andern mahl zu jhr kommen/ und mit jhr zu thun gehabt/ ſey es in jhrem eigenen Hauſe in der Stuben uff der Erden/ als jhr Ehemann in der Scheunen geweſen/ geſchehen/ und habe er zum ſelben mahl graue Kleider und Hut/ einen braunen Federbuſch/ gelbe Strümpfe/ und den rechten Fuß wie ein Eſel gehabt/ und jhr nit mehr denn 3. Pf. zu Lohn gereichet/ daſſelbe mal habe ſie von jhme 3 par böſer Dinger geboren/ die ſie der Juſtinen Sillin in das lincke Bein gezaubert/ ũd jhr alſo groſſen Schmertzen gemacht/ dabey die Gefangene weiter berichtet/ daß jhr Bule in den achtzehen oder neunzehen Jahren ſo offte bey jhr geweſen/ und mit jhr Gemeinſchafft gehabt/ daß ſie es nicht zehlen könne/ ſo noch geſtern bey jhr im Thurn geweſen/ und bey jhr geſchlaffen/ in wärender *Captur* und verhafftung ſey er 5. mal bey jhr geweſen/ und habe jhr jederzeit nicht mehr denn 3. Pf. zu Lohne entrichtet.

In glei-

Jngleichen hat ſie außgeſaget/ daß ſie denen von jhr benandten Perſonen die böſen Dinger oder Elben zugebracht/auch deß Förſters Kuhe dermaſſen bezaubert/daß jhnen die Milch verfallen/der Teuffel hatte jr die Milch zugewendet/darvon ſie Käſe/und darein die böſen Dinger gemacht/in jeden Käſen 2. paar/ welche ſie hernach zu Eißleben verkaufft/und wer von denſelben gegeſſen/ der hätte die böſen Dinger bekommen/ die Urſach/ warum ſie den Förſter und ſeine Kuhe bezaubert/ ſey dieſe/ daß er ſie vor der Zeit vor eine alte Hure geſcholten/ 18. Jahr habe ſie mit dem böſen Feind Verbündnis gemacht und wann ſolche Zeit um were/wolte er ihr den Halß brechen/und ſie in die Hölle bringen/ꝛc. Da nun die Gefangene *M. G.* uff ſolchem jhrem gethanen Bekändtniß freywillig verharren/oder deß ſonſten wie recht uberwieſen würde/ſo möchte ſie von wegen ſolcher jhrer begangenen und bekanten Mißhandlungen/ daß ſie mit dem Teuffel Vorbündniß ufgerichtet/mit demſelben zuſchaffen gehabt/und unterſchiedenen Perſonē die böſen Dinger zugebracht/ und alſo durch Zauberey jhnen Schaden zugefüget/mit dem Feuer vom Leben zum Tode gerichtet und geſtrafft werden/V. R. W.

XXXVI.

An *H. A. B. à P. M. Ian. Anno* 1622.

Hat die verhaffte *A. M.* von *VV.* bekant/ daß ſie mit jhrer Schweſter *E.* eine offentliche Zaubern gedinget/ den Verlaß mit jhr gemacht/und gebeten/ſie ſolte *N. N.* mit Zauberey ſo ängſtigen/ quälen/martern und plagen daß ſie keine Ruhe habe/ dagegen ſie dir Zauberin eine ſtattliche Verehrung verheiſſen und zugeſagt/auch alſobalden 6 gr. darauff gegeben/welches unziemliches anmuthen die Zauberin beliebet/angenommen/und darbey geſagt/ſie wolte ein ſchwartz Männlin ſchicken / das ſolte *N. N.* ſo bange machen und quälen/ wie ein Vogel am Spieſe der am Feuer brätet/ daß ſich kein *Doctor* und Menſch darein ſchicken noch jhme rahten und helffen ſolte/worauf *N. N* ungewönliche ſchmertzen empfunden/ und groſſe Pein außſtehen müſſen. Jngleichen hat ſie geſtanden und bekant/ daß ſie mit unterſchiedenen Perſonen und Ehemännern fleiſchlichen zugehalten/und geehbruchet/ die Leibesfrucht abgetrieben/auch einsmals eine lebendige Frucht/ ſo ein Knäblein geweſen/umgebracht/ dem Kinde das Hälßlein umgedrehet/ und ſchwartzen Elſen ferner gewieſen/wie ſie es vollends beſchickē/ auß dem Wege bringen/ und auff dem Spittel-Kirchhoff begraben ſolte. Darzu ſich denn auch die mitgefangene *E. VV.* allenthalben richtig bekant/ und daß ſie gleichesfals mit vielen Perſonen geehbruchet/ Leibesfrucht abgetrieben/und einsmals eine lebendige Frucht umgebracht/jhr die Gurgel entzwey gedrucket/ und begraben laſſen. Ob nun wol wegen Abtreibung und Tödung der lebendigen Leibesfruchte/und deß begangenen Ehebruchs keine Erkundigung bey den *Acten* vorhandē/dieweil man aber dennoch der Zauberey gewiß iſt/daß ſie durch eine offentliche Hexin/ſo ſie mit Gelde darzu gedinget/ N. N. quälen und Schaden zufügen laſſē/nach mehrem Jnhalt/der uns zugeſanden *Inquiſition Acten*. Als mögen beyde Schweſtern *A. M.* und *E. VV.* von wegen ſolcher jhrer Verbrechũg/ wofern ſie auff jhrem gethanen Bekäntniß vor öffentlichem gehegtem peinlichen Halsgerichte freywillig verharren/oder deß ſonſten wie recht überwieſen würden/geſtalten Sachē nach/ mit dem Schwerd vom Leben zum Tode gerichtet/ und geſtraffet werden/V. R. W.

FINIS PARTIS PRIMÆ PRACTICÆ CRIMINALIS.

bündnüß uffgerichtet/ mit demſelben ſich unmenſchlicher weiſe vormiſchet/ er hätte gethan/ und mit jhr zu thun gehabt/ wie ein Mann zu thun pfleget/ und zu jhr geſaget/ er wolte jhr Mann ſeyn/ Sie ſolte ſeine ſeyn/ und keine Noth bey jhme haben. Und es hat ſich in genommener Erkundigung befunden/ daß obbenandten Perſonen durch Zauberey und hochverbottenes Hexenwerck ſchaden zugefüget worden/ nach mehrem Inhalt der uns zugefertigten *Inquiſition Acten* und euer Frage. Do nun die gefangene *M G.* uff jhrem gethanen Bekäntniß fur öffentlichen gehegten peinlichen Halsgerichte freywillig verharren/ oder es ſonſten wie recht überwieſẽ würde: So möchte ſie von wegen ſolcher jhrer begangenen und bekanten Zauberey/ und vorübeten Hexenwercks/ auch daß ſie mit dem Teuffel ein Vorbündniß uffgerichtet/ umgangen/ und zu ſchaffen gehabt/ und unmenſchlicher weiſe zugehalten/ mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W.

Stolpen an die Gerichte *Menſ. Iul. An.* 1621.

XXXIII.

Hat der verhaffte *P. VV.* in ſcharffer Frage/ als er damit inhalts unſers Neheſten euch mitgetheilten Urtheils angegriffen worden/ bekant und geſtanden/ daß er den Alff Hinckenpick genandt/ von *P. A.* vor und um ein neu Dütgen erkaufft/ von deme er Gefangener in deß Teuffels nahmen umgetauffet/ und Hanß Prick genandt worden/ ſeine Paten waren geweſen die Chriſtmiſche/ Peter Freyſchmieds/ unnd Tirneis Latzke/ und weil er von ſeinem Stiffſohne von dem Hoffe abgedrungen worden/ hätte er ſelbigen Hoff durchs Wetter anſtecken und abbrennen/ auch ſein erſtes Weib durch den Alff umbringen laſſen. Ferner/ daß er den Schäfer ſterben und martern/ auch viel Schaffe und Viehe umbringen laſſen/ und einer Kuhe die Milch entzogen/ daß ſie nur Waſſer gemolcken/ nach mehrem Inhalt der uns zugeſandten *Inquiſition Acten*, und euer Fragen. Do nun der Gefangene *P. VV.* uff ſolchem ſeinen gethanen Bekäntniß für öffentlichen gehegten peinlichen Halß Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde: So möchte er wegen ſolcher ſeiner begangenen und bekanten Zauberey und Mißhandlung/ mit dem Feuer vom Leben zum Tode gerichtet und geſtrafft werden/ V. R. W.

Dahlen/ an Vorwaldter/ *Menſ. Maii, An.* 1622.

XXXIV.

Hat die verhaffte Weißbarbara in ſcharffer Frage bekandt und geſtandten/ daß ſie durch einen goß dem jungen Georg Herteln und Thomas Fiſchern/ reiſſen und ſtechen im Leibe zugefüget/ in dem goſſe wären geweſen Eyerſchalen/ Rümmel/ Haar von einem ſchwartzen Hunde/ und Waſſer auß der Bache/ ſo Sie durch Eingebung deß Teuffels/ Thomas Kehrens Flachs dreymahl geblaſen/ darüber ſein deß Kehrens Weib/ Sohn und Tochter Beſchwerung bekommen/ dergleichen goß hätte ſie Chriſtoff Glosmans Weibe auch zugebracht/ inmaſſen ſie ferner Chriſtof Rümmeln den Bräutigam/ ſo Chriſtof Puſch Tochter geehliget/ als er in die Kirchen gangen/ angeſpeyet/ und geſagt/ Es komme dir in deine Beine und Kopff. *It.* daß ſie Hanſen Franckleben einen goß in ſein Thorwegk gethan/ auch Joachim Fincken einen Goß durch Zauberey gefertiget/ darinnen Haar von einer grauen Katzen/ Eyerſchalen/ Waſſer auß der Bach/ und Kohlen geweſen/ und dergleichen Hexenwerck/ hätte ſie nochmehr/ theils um jhres Nutzen und Genieſſes willen/ Theils auch/ wenn ſie auff die Leute böſe worden/ und Anreitzung deß Teuffels gethan und vorübet: Die Zauberey hätte ſie von der Münnichen/ ſo vor deſſen verbrand worden/ gelernet welche zu jhr geſagt/ Jch wil dir einen Bulen zuweiſen/ von deme du etwas lernen kanſt/ ſo auch alſobalden zur ſtelle geweſen/ und jhr uff die Bulſchafft einen ſchönen Thaler gegeben/ hätte geheiſſen Juncker Hans Baſtian/ wäre ein hübſcher Mann geweſen/ ſo einen groſſen ſchwartzen Barth gehabt/ und einen blauen Hut mit roth und weiſen Federn/ einen hübſchen Fuß/ der andere aber wäre ein Pfote geweſen mit blauen Strümpffen/ an der lincken Hand hätte er lange Nägel gehabt/ mit dem ſie über die 20. Jahr gebulet/ es hätte ſie zwar gedeuchtet/ als wann jhr Mann bey jhr gelegen/ und mit jhr zu thun gehabt/ jedoch aber wäre jhr Bule gantz kalt geweſen. Von jhme hätte ſie gelernet/ was ſie wider etliche Perſonen verübet/ wäre auch mit dieſem jhrem Juncker Hans Baſtian in die zehen mal uffm Blockersberga geweſen/ daſelbſten ſich luſtig und guter dinge erzeiget/ Kuchen gehabt/ gegeſſen und getruncken/ auch mit jhrem Juncker getantzet/ mit mehrem Bericht/ daß derſelbe wöchentlichen bey jhr uff gewiſſe Tage/ als deß Dienſtages und Sonnabends uff eine Stunde geweſen/ nnd wann er ſeinen Willen mit jhr geübet/ wäre er wider davon gangen/ uñ nichts geſagt. Welches jhres in der Tortur gethanes Bekäntniß Sie hernacher uffm andern Morgen in guten widerholet/ Alles nach mehrern inhalt der uns zugeſandten *Inquiſition acten* ũd euer Frage. Do ſie nun die gefangne Weißbarbara uff ſolchem jhrem gethanen Bekäntniß vor offentlichen gehegten peinlichen Halß Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ So möchte ſie von wegen ſolcher jhrer begangenen und bekanten Mißhandlungen/ daß ſie mit dem Teuffel Gemeinſchafft und zu ſchaffen gehabt/ uñ unterſchiedenen Perſonen durch Zauberey Schaden zugefüget/ mit dem Feuer vom Leben zum Tode gerichtet uñ geſtrafft werdẽ/ V. R. W.

Sittichẽbach/ an Amtsverwaldter. *Menſ. Feb. An.* 1622.

XXXV.

Hat die verhaffte *M. L.* in ſcharffer Frage/ als ſie damit inhalts unſers nechſten euch ertheiletẽ Rechtſpruchs angegriffen worden/ bekant und geſtanden/ daß ſie eine Hexe oder Zauberin ſey/ habe die Zauberey ohngefehr vor 18. Jahren von der Hoffmeiſterin/ die vor deſſen wegen Zauberey deß Orts im Ambte Sittichenbach verbrand worden/ gelernet/ und ſolches ſey zu Rotenſchirmbach geſchehen/ und wäre jhr Juncker der böſe Feind in Geſtalt eines armen Mannes zu jhr kommen/ deme ſie in alle Ewigkeit eigen zu ſeyn zugeſagt/ und ſich verpflichten müſſẽ/ darauff er jhr zur Beſtettigung einen dreyhellers Pfennig gegeben/ und habe zum erſtenmal/ als er bey jhr geſchlaffen/ ſchwartze Kleider an/ einen ſchwartzen Hut auff/ einen gelben Federbuſch/ rothe Strümpffe/ und einen Kühe Fuß gehabt/ jhr daſſelbe mahl einen Groſchen zu Lohn gegeben/ er heiſſe Hans/ das beyligen mit jhr ſey auff der Erden geſchehẽ/ ſeine Scham oder Glied ſey hart und kalt geweſen/ und habe von jhme nach 4. Wochen 5. paar böſer Dinger gezeuget und gebohren/ wären wie weiſſe Würmer geweſen/ und hätten ſchwartze Köpffe gehabt/ die habe ſie der Hirtiſchen Margarethẽ in das lincke Bein gebracht/ und gezaubert/ durch nachfolgenden ſpruch: Im Thume ſtehet die RoſenBlume/ ſie iſt weder braun noch fahl/ ſo müſſen die Hüffdinger zerſteuben und zerfahren/ und kommen der Hirtiſchen Margarethen in deß Teuffels nahmen an: Wie er aber zum andern mahl zu jhr kommen/ und mit jhr zu thun gehabt/ ſey es in jhrem eigenen Hauſe in der Stuben uff der Erden/ als jhr Ehemann in der Scheunen geweſen/ geſchehen/ und habe er zum ſelben mahl graue Kleider und Hut/ einen braunen Federbuſch/ gelbe Strümpfe/ und den rechten Fuß wie ein Eſel gehabt/ und jhr nit mehr denn 3. Pf. zu Lohn gereichet/ daſſelbe mal habe ſie von jhme 3 par böſer Dinger geboren/ die ſie der Juſtinen Sillin in das lincke Bein gezaubert/ ũd jhr alſo groſſen Schmertzen gemacht/ dabey die Gefangene weiter berichtet/ daß jhr Bule in den achtzehen oder neunzehen Jahren ſo offte bey jhr geweſen/ und mit jhr Gemeinſchafft gehabt/ daß ſie es nicht zehlen könne/ ſo noch geſtern bey jhr im Thurn geweſen/ und bey jhr geſchlaffen/ in wärender *Captur* und verhafftung ſey er 5. mal bey jhr geweſen/ und habe jhr jederzeit nicht mehr denn 3. Pf. zu Lohne entrichtet.

In glei-

Jngleichen hat ſie außgeſaget/ daß ſie denen von jhr benandten Perſonen die böſen Dinger oder Elben zugebracht/ auch deß Förſters Kuhe dermaſſen bezaubert/ daß jhnen die Milch verfallen/ der Teuffel hatte jr die Milch zugewendet/ darvon ſie Käſe/ und darein die böſen Dinger gemacht/ in jeden Käſen 2. paar/ welche ſie hernach zu Eißleben verkaufft/ und wer von denſelben gegeſſen/ der hätte die böſen Dinger bekommen/ die Urſach/ warum ſie den Förſter und ſeine Kuhe bezaubert/ ſey dieſe/ daß er ſie vor der Zeit vor eine alte Hure geſcholten/ 18. Jahr habe ſie mit dem böſen Feind Verbündnis gemacht und wann ſolche Zeit um were/ wolte er ihr den Halß brechen/ und ſie in die Hölle bringen/ ꝛc. Da nun die Gefangene *M. G.* uff ſolchem jhrem gethanen Bekändtniß freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht uberwieſen würde/ ſo möchte ſie von wegen ſolcher jhrer begangenen und bekanten Mißhandlungen/ daß ſie mit dem Teuffel Vorbündniß ufgerichtet/ mit demſelben zuſchaffen gehabt/ und unterſchiedenen Perſonē die böſen Dinger zugebracht/ und alſo durch Zauberey jhnen Schaden zugefüget/ mit dem Feuer vom Leben zum Tode gerichtet und geſtrafft werden/ V. R. W.

XXXVI.

An *H. A. B. à P. M. Ian. Anno* 1622.

Hat die verhaffte *A. M.* von *VV.* bekant/ daß ſie mit jhrer Schweſter *E.* eine offentliche Zaubern gedinget/ den Verlaß mit jhr gemacht/ und gebeten/ ſie ſolte *N. N.* mit Zauberey ſo ängſtigen/ quälen/ martern und plagen daß ſie keine Ruhe habe/ dagegen ſie dir Zauberin eine ſtattliche Verehrung verheiſſen und zugeſagt/ auch alſobalden 6 gr. darauff gegeben/ welches unziemliches anmuthen die Zauberin beliebet/ angenommen/ und darbey geſagt/ ſie wolte ein ſchwartz Männlin ſchicken/ das ſolte *N. N.* ſo bange machen und quälen/ wie ein Vogel am Spieſe der am Feuer brätet/ daß ſich kein *Doctor* und Menſch darein ſchicken noch jhme rahten und helffen ſolte/ worauf *N. N* ungewönliche ſchmertzen empfunden/ und groſſe Pein außſtehen müſſen. Jngleichen hat ſie geſtanden und bekant/ daß ſie mit unterſchiedenen Perſonen und Ehemännern fleiſchlichen zugehalten/ und geehbruchet/ die Leibesfrucht abgetrieben/ auch einsmals eine lebendige Frucht/ ſo ein Knäblein geweſen/ umgebracht/ dem Kinde das Hälßlein umgedrehet/ und ſchwartzen Elſen ferner gewieſen/ wie ſie es vollends beſchickē/ auß dem Wege bringen/ und auff dem Spittel-Kirchhoff begraben ſolte. Darzu ſich denn auch die mitgefangene *E. VV.* allenthalben richtig bekant/ und daß ſie gleichesfals mit vielen Perſonen geehbruchet/ Leibesfrucht abgetrieben/ und einsmals eine lebendige Frucht umgebracht/ jhr die Gurgel entzwey gedrucket/ und begraben laſſen. Ob nun wol wegen Abtreibung und Tödung der lebendigen Leibesfruchte/ und deß begangenen Ehebruchs keine Erkundigung bey den *Acten* vorhandē/ dieweil man aber dennoch der Zauberey gewiß iſt/ daß ſie durch eine offentliche Hexin/ ſo ſie mit Gelde darzu gedinget/ N. N. quälen und Schaden zufügen laſſē/ nach mehrem Inhalt/ der uns zugeſanden *Inquiſition Acten*. Als mögen beyde Schweſtern *A. M.* und *E. VV.* von wegen ſolcher jhrer Verbrechūg/ wofern ſie auff jhrem gethanen Bekäntniß vor öffentlichem gehegtem peinlichen Halsgerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würden/ geſtalten Sachē nach/ mit dem Schwerd vom Leben zum Tode gerichtet/ und geſtraffet werden/ V. R. W.

FINIS PARTIS PRIMÆ PRACTICÆ CRIMINALIS.

PRACTICÆ NOVÆ IMPERIALIS SAXONICÆ
RERUM CRIMINALIUM
Pars II.
QVÆSTIONVM FERE UNIVERSARVM IN MATERIA DELICTORVM CARNIS, FVRTORVM, RAPInæ, Sacrilegii, Falſi & Injuriarum,
EX JURE CIVILI ROMANO IMPEriali, Saxonico, Ordinat. & Conſtitut. Elector.

DECISIONES ABSOLVTAS, RESPONSIS SCABINORVM
Lipſenſium approbatas, & uſu ac obſervantiâ Fori Saxonici
confirmatas exhibens:

AVTORE

BENEDICTO CARPZOV, JCTO.
Conſiliario Electorali Saxonico, ſupremi Appellationum Iudicii Dresdenſis & Curiæ provincialis Lipſienſis Aſſeſſore,
Profeſſore Publico, ac Facultatis Iuridicæ in Academia
Lipſienſi Ordinario, & Scabinatus Electoralis
Seniore.

Editio Quarta correctior, cum Indice Rerum & Verborum
priore multùm locupletiore.

FRANCOFVRTI ET WITTEBERGÆ,
Sumptibus Hæredum D. TOBIÆ MEVII, & ELERDI SCHVMACHERI.
Typis Balthaſari Chriſtophori Wuſtii, Typogr. Francofurt.

ANNO M. DC. LVIII.

PARS II.

PRACTICÆ CRIMINALIS.

INDEX QVÆSTIONUM, QVÆ IN PARTE SECVNDA PARCTICÆ HVIVS CRIMINALIS HABENTUR.

Quæſtio 51.

De crimine Adulterij, ejusque atrocitate.

Subquæſtio.

1. *Num adulterium gravius ſit delictum homicidio?* n.36
2. *An furtum gravius habeatur crimen adulterio?* n.39

Quæſtio 52.

Quidnam propriè ſit adulterium, & num pœnâ capitali in adulteros animadvertere liceat?

Subquæſtio.

1. *An de jure Divino adulteri mortis ſupplicio ſint afficiendi?* n.16
2. *An de jure Romano pœna adulterij ex Lege Iulia fuerit capitalis?* n.26
3. *Quidnam propriè ſit adulterium, & quomodo definiri debeat?* n.42
4. *Num Maritus cum fœmina ſoluta verum committat adulterium?* n. 49

Quæſtio 53.

Quibus modis adulterium committatur, deque ejusdem pœna, tàm de jure communi & ſanctione Carolina, quàm in foro Saxonico?

Subquæſtio.

1. *Quodnam Adulterium dicatur duplicatum, quæque eius ſit pœna?* n.5
2. *Quænam ſit cauſa, quod de jure Iuſtinianeo adultera mitius puniatur quàm adulteri?* n.10
3. *Quæ ſit pœna adulterij duplicati in foro Saxonico?* n.28.
4. *Quomodo puniatur ſimplex adulterium, à Viro ſoluto cum fœmina coniugata commiſſum?* n.36
5. *Pœna Mariti cum fœmina ſoluta concumbentis* n.53.
6. *Quomodo debeat puniri fœmina ſoluta Maritum alienum admittens?* n.64

Quæſtio 54.

De pœna Adulterii in terris Electoratus Saxonici ſpecialiter recepta & uſitata.

Subquæſtio.

1. *Pœna adulterii duplicati in Electoratu Saxoniæ?* n.17
2. *Quomodo in Provinciis Electoratus Saxon. puniatur ſimplex adulterium, à Viro ſoluto cum fæmina coniugata perpetratum?* n.27

Quæ ſit in terris Electoratus Saxonici pœna adulterij, à marito cum fæmina ſoluta commiſſi? n.37

4. *Num in comitatu Schvvartzburg, Henneberg, & ditionibus Schônburgiacis in crimine adulterii ſecundum conſtitutionem Electoralem ſit pronunciandum?* n.43
5. *An adulter in Electoratu Saxoniæ deprehenſus ob adulterium alibi commiſſum ſecundum Conſtitut. Elect. debeat puniri?* n.47
6. *Quid juris in caſu converſo, ſi Reus adulterii in Electoratu Saxon. commiſſi alibi deprehenſus fuerit?* n.55

Quæſtio 55.

An & quando ad Remiſſionem Conjugis pœna gladij Adulterii Reo ſit remittenda?

Subquæſtio.

1. *Num interceſſio coniugis Reum adulterii à pœna ordinaria liberet?* n.3
2. *An Remiſſio coniugum in crimine adulterii operetur quoque pœnæ mitigationem extra Electoratum Saxoniæ?* n.23
3. *An Reconciliatio Coniugum ex copula carnali ſit conjecturanda.* n.40
4. *Quid ſi hoc caſu coniunx ignorantiam adulterii commiſſi prætendat.* n.48
5. *Num defuncti Coniugis Remiſſio ſit præſumenda?* n 50
6. *Num Remiſſione ſemel facta reconciliatio locum habeat, ſi conjunx denuò in idem crimen recidat:* n.57
7. *Si uterque Conjunx adulterij Reus perhibeatur, an alter pro altero intercedere poſſit.* n.70
8. *An conditionalis Remiſſio coniugis adulterum à pœna ordinaria liberet.* n.76
9. *Num Conjunx remiſſionem ſemel factam revocare queat.* n.79
10. *An Vxor pro Marito adultero abſq; autoritate Curatoris intercedere poſſit.* n.85

11. *Num interceſſio Conjugum locum quoque habeat in adulterio, ante matrimonium initum perpetrato?* n.92

12. *Num uxor intercedere poſſit pro Marito inculpato de adulterio, ante matrimonium initum cū fœmina conjugata commiſſo?* n.100

13. *Interceſſio Coniugis in Electoratu Saxoniæ locum non habet in adulterio duplicato.* n.109

14. *An ſola remiſſio conjugis absq; receptione in thorum mitiget pœnam?* n.116

15. *An Remiſſio Conjugi facta correo adulterii proſit?* n.120

16. *Quid juris ſi adulter Coniugis remiſſionem acceptare nolit?* n.127

Quæſtio 56.

Num Adulterium quoque à Sponſo vel in Sponſam committatur, quæque eius ſit pœna?

Subquæſtio.

2. *An adulterium à Sponſo vel in Sponſam committatur?* n.1

2. *Quæ ſit pœna Sponſi Sponſæve, adulterium committentis?* n.26

3 *Num interceſſio Sponſi Sponſæve pœnam mitiget?* n.52

4. *Quid ſi adulterium quis committat cum fœmina, quam Sponſam eſſe ignorat?* n.65

5. *Quomodo puniatur* Adulterium *commiſſum cum Sponſa, quam Sponſus jam antea carnaliter cognovit?* n.69

6. An *ad interceſſionem partis offenſæ Sponſo Sponſæve ſit remittenda pœna ordinaria in adulterio, cum perſonis conjugatis, commiſſo?* n.76

Sponſæve adulterium committentibus? n.86

7. *Quid juris in perſonis coniugatis, cum Sponſo Sponſæve adulterium committentibus?* n.86

Quæſtio 57.

De pœna adulterii commiſſi cum perſonis coniugatis, meretricio more viventibus.

Subquæſtio.

1. *An committatur adulterium cum perſona coniugata meretricio more vivente?* n.3

2. *Quomodo puniendus ſit vir ſolutus cum uxore nupta meretricio more vivente concumbens?* nu. 24

3. *Quid ſi adulter ignoret, Vxorem nuptam antea quoque fuiſſe adulteram?* n 27

4 *Quid juris in marito rem habente cum Vxore aliena adultera.* n.32

5. *Quid ſit pœna mulieris ſolutæ, marito antea quoq; adultero exiſtenti ſe proſtituentis?* n.37

6. *An Maritus cum Vxore aliena ante quinquennium adulterii crimine jam contaminata concumbens, ad interceſſionem ſuæ coniugis pœna gladii ſit exemtus?* n.48

7. *Num interceſſio mariti liberet à pœna ordinaria Vxorem, quæ primo cum Viro ſoluto, poſtea vero cum marito alieno rem habuit?* n.54

8. *Quid juris itidem ſit hoc caſu in Marito?* n.61

9. *Quis primus ſit adulter habendus in caſu, quo mulier meretricio more vixit?* n.72

10. *Quid ſi Vxor adultera primum adulterum neſciat?* n.79

Quæſtio 58.

Quomodo puniri debeat adulterium à deſerto, deſertave conjuge commiſſum?

Subquæſtio.

1. *An deſertio Coniugis ſit juſta cauſa divortii?* n.5

2. *Quæ ſit pœna Coniugis deſerti adulterantis?* n.23

3. *Quid juris in Coniuge deſerto cum perſona conjugata rem habente?* n.32

4. *Quomodo puniendum ſit adulterium, quod conjuge ex probabili cauſa diutius abſente committitur?* n.36

5. *Quando mors Coniugis abſentis probetur per unicum teſtem?* n.44

6. *Pœna Sponſæ à Sponſo deſertæ adulterantis.* n.50

7. *Quanam pœnâ ſit plectendus, qui cum perſona coniugata à Coniuge deſerta ſe commiſcet?* n.52

8. *Num hoc caſu locus ſit remiſſioni coniugum?* n.59

9. *An & pro deſertore adultero Coniunx intercedēs eum à pœna adulterii liberet?* n.62

10. *Quæ ſit pœna deſertionis?* n.64

11. *An ſeparatione inter Coninges quoad thorum & menſam facta, nocens innocenti defuncto ſuccedat?* n.70

Quæſtio 59.

De præſcriptione Criminis adulterii.

Subquæſtio.

1. *Quanto temporis ſpatio in foro Saxonico præſcribatur adulterio?* n.8

2. *An & quatenus in crimine adulterii præſcriptio Quinquennii in terris Electoratus Saxonici ſit abrogata?* n.21

3. *Num inquiſitio in crimine adulterii tollatur præſcriptione quinquennij:* n.29

4. *An Reo adulterii proſit exceptio præſcriptionis quinquennii, ab ipſomet non oppoſita.* n.36

5. *Num præſcriptio quinquennii currat ignoranti.* n.41

6. An *in terris Elector. Saxon. præſcriptione quinquennii tollatur adulterium duplicatum, commiſſum cum Vxore quæ meretricio more vixit, aut à marito deſerta fuit.* n.44

7. *Quonam temporis ſpatio præſcribatur adulterio duplicato in terris Electoratus Saxonici.* n.50

Quæſtio 60.

Quomodo procedendum ſit adverſus Reum adulrerii de crimine confeſſum, ſi correus coadulterans ſit fugitivus, nec confeſſio eius haberi queat?

Subquæſtio.

1. An *in crimine adulterii unius Rei confeſſio ſufficiat ad pœnam mortis infligendam* n.1

2. *Num ex adulteri confeſſione ad pœnam mortis deveniri queat, ſi perſona coadulterans ſit in fuga aliave indicia probabilia concurrant.* n.28

3 An

3. *An & tum utriusq; Rei confeſſio requiratur in crimine adulterii, ſi non mortis ſuppliciũ, ſed mitior aliqua pœna adultero veniat infligenda?* n. 34
4. *Quid juris, ſi Reus in tortura adulterium confideatur, altero delinquente fugitivo?* n 39.
5. *Num mortis pœna infligi queat adultero ad ſolam eius confeſſionem, quæ in loco torturæ, ſponte tamen facta fuit?* n. 45.
6. *Quid ſi Reus coadulterans fugitivus fuerit in Bannum declaratus?* n. 50.
7. *Quomodo puniendus ſit Reus adulterium confeſſus, ſi correus alter mortuus ſit, vel haberi, aut in bannum declarari nequeat?* n. 57.

Quæſtio 61.

In quâ referuntur aliquod cauſæ, pœnam adulterii ordinariam mitigantes.

Subquæſtio.

1. *Quæ ſit pœna conatus ſeu attentati in crimine adulterij?*
2. *Quatenus adulterum Coniugis impotentia coeundi excuſet?* n. 14.
3. *Quid ſi Coniunx debitum conjugale præſtare noluit?* n. 21.
4. *Num impotentia Conjugis perſonam quoq; adulterantem excuſet?* n. 24.
5. *An furor aut lepra Coniugis adulterum à pœna ordinaria excuſet?* n. 30.
6. *Num & ignorantia in adulterio Reum à pœna mortis liberet?* n. 42.
7. *Quomodo probanda ſit hoc caſu ignorantia?* n. 50.
8. *Quomodo ſint puniendi Conjuges adulteri inter quos factum eſt divortium quoad thorum & menſam?* n. 53.
9. *An & quatenus laſciva perſuaſio ad committendum adulterium à pœna ordinaria Reum liberet:* n. 50.
10. *Quatenus Magiſtratus ſuperior in duplicato adulterio pro arbitrio pœnam ordinariam mitigare queat?* n. 65.
11. *An non mitiganda ſit pœna adulterij ob adulterium, ab altero conjuge prius commiſſum?* n. 74.

Quæſtio 62.

An Nobilitas, Dignitas Clericalis, Senium, & Minorennitas à pœna adulterii excuſent: Et quomodo Reiteratio adulterii ſit coercenda?

Subquæſtio.

1. *Nobilitas num in crimine adulterij pœnam mitiget?* nu. 1.
2. *An clerici in crimine adulterij ſint mitius puniendi?* n. 16.
3. *An in crimine adulterij Senes pœna mortis ordinaria ſint afficiendi?* n. 26.
4 *Num minorennitas in crimine adulterij à pœna mortis aliquem excuſet?* n. 50
5. *An ob reiterationem adulterij pœna ſit exaſperanda?* n. 59.

Quæſtio 63.

De Divortio, & quatenus hoc ob crimen adulterii ſit concedendum?

Subquæſtio.

1. *An ex cauſa adulterij, permiſſum ſit divortium?* n. 4
2. *Num facto divortio propter adulterium, liceat innocenti cum alia perſona contrahere matrimonium?* n. 17.
3. *Num & parti nocenti concedi queant ſecundæ nuptiæ?* n. 40.
4. *An concedendum divortium, ſi quis gravidam vel corruptam Uxorem duxerit, quam virginem eſſe credebat?* n. 47.

Quæſtio 64.

Quænam bona conjuges de adulterio confeſſi aut convicti amittant?

Subquæſtio.

1. *An uxor adultera dotem amittat? eaq; marito ſit applicanda?* n. 2.
2. *Quid juris hac de re in foro Sax.* n 16.
3. *Num & bona paraphernalia Uxoris adulteræ marito ſint applicanda?* n. 19.
4. *An in foro Saxon. Maritus Uxoris adulteræ bona paraphernalia lucretur?* n. 28.
5. *Quid juris in Gerada ſeu bonis utenſilibus?* n. 33.
6. *Num & Sponſa adultera dotem amittat, eaque Sponſo applicari debeat?* n. 45.

Quæſtio 65.

An Vidua ob adulterium & fornicationem tuam vivente marito, quam mortuo eo commiſſam, dote ac hereditate privetur?

Subquæſtio.

1. *An heredes mariti contra viduam ob adulterium vivo eo commiſſum, ad dotem conſequendam agere poſſint?* n. 2.
2. *Quid juris de hac quæſtione in foro Saxonico?* n. 10.
3. *Num & hoc jus agendi ad dotem conſequendam competat heredibus extraneis?* n. 24.
4. *An Vidua ob adulterium vel ſtuprum mortuo marito commiſſum dotem perdat?* n. 37.
5. *Quomodo hæc quæſtio in foro Saxonico ſit decidenda?* n. 44.
6. *An vidua luxurioſè vivens perdat Morgengabam, Geradam & Gibaria domeſtica?* n. 64.
7. *Quid juris in Legatis aliisq; in teſtamento mariti viduæ relictis?* n. 69.
8. *An Vidua intra annum luctus luxurioſè vivens, jus ſucceſſionis perdat?* n. 73.
9. *Num Vidua intra annum luctus nubens, dote & hereditate privetur?* n. 77.

Quæſtio 66.

De crimine Bigamiæ, eiusque ſupplicio.

Subquæſtio.

1. An polygamia ſit prohibita? n.3.
2. Quæ ſit pœna Polygamiæ de jure civili? n.14.
3. Quomodo hodiè in Imperio Romano, & foro Saxonico puniātur bigami? n.30.
4. Num interceſſio conjugis bigamum à vœna mortis liberet? n.39
5. An pœna Bigamiæ locum habeat, ſi benedictio Sacerdotalis nondum intervenerit? n.44.
6. Quomodo bigami, qui nondum concubuerūt, puniri debeant? n.52
7. Quæ ſit pœna bigami, à conjuge deſerti, cum alia perſona matrimonium ineuntis? n.60.
8. Quatenus ignorantia in hoc crimine excuſet? n.65.
9. Qua pœna affici debeat fœmina ſoluta, marito alieno nubens. n.69.
10. Quid ſi fœmina ſoluta ignoranter marito alieno nupſerit? n.76.

Quæſtio 67.

De pœna contrahentium bina Sponſalia

Subquæſtio.

1. An contrahentes bina Sponſalia pœna bigamiæ ſint plectendi? n.1.
2. Quæ ſit pœna contrahentium bina Sponſalia in foro Saxonico? n.14.
3. Quid ſi bina Sponſalia clandeſtina fuerint contracta? n.16.
4. Quomodo puniantur contrahentes bina Sponſalia, accedente copula carnali, vel benedictione Sacerdotali? n.21.
5. Num ad interceſſionem Sponſi, Sponſævè pœna binorum Sponſaliorum ſit mitiganda? n. 47.
6. Num binis Sponſalibus contractis matrimonium cum poſteriore Sponſa conſummatum ad inſtantiam primæ Sponſæ debeat reſcindi? n.58.

Quæſtio 68.

De ſtrupo, Dotatione puellæ ſtupratæ, & alimentatione infantis ex ſtupro procreati.

Subquæſtio.

1. Quænam ſit pœna ſtupri in foro Saxonico? n.8.
2. Quantam dotem ſtuprator puellæ ſtupratæ ſolvere teneatur? n.13.
3. An extra Electoratum quoque Saxon. ſtuprator puellam ſtupratam ducere, vel dotare cogatur? n. 19.
4. Num & viduam ſtupratam ſtuprator ducere vel dotare teneatur? nu.23.
5. Quid ſi ſtuprator perſuaſionibus ac promiſſionibus, puellam ad ſtuprum induxerit? n.27.
6. Num mortua puella ſtuprata antequam nupſerit dos ad heredes transmittatur? n.34.
7. Num elapſo poſt ſtuprum quinquennio, ſtuprator puellam ſtupratam dotare vel ducere teneatur? n.44.
8. Quid iuris, ſi ſtuprator cum alia matrimonium contraxerit, antequam ſtuprata dotationem petat? n. 49
9. Num & ſtuprator Nobilis ſtupratam ignobilem, dotare vel ducere teneatur? n. 53.
10. An maritus ſtuprans puellam aut viduam, dotare eam teneatur? n.66
11. An rem habens cum puella, antea ab alio vitiatâ eam dotare teneatur? nu.76.
12. Quid ſtuprata ſtupratori nubere nolit, an dotem petere queat? n.84.
13. An ſtuprata quæſtum ex ſtupro quærens dotem petere poſſit? n.87.
14. An Confeſſio ſtupri ſufficiat ad imponendum juramentum purgatorium de non promiſſo matrimonio? n. 94.
15. A quonam tempore Spurio infanti alimenta debeantur? n.106.
16. Quamdiu ſtuprator infantem alere teneatur? n.110.
17. Spurio in infantiâ mortuo, num alimentorum præſtatio expiret? n. 113.
18. Num pater ſpurium, ex vulgari meretrice procreatum, alere teneatur? n.118
19. Num maritus virginem ſtuprans infantem alere cogatur? n.122.
20. Quid ſi ſtuprator ob inopiam infantem alere nequeat? n.127.
21. An ſpurius ex ſtupro natus patri defuncto ſuccedat? n.129.

Quæſtio 69.

De pœnâ Stupri.

Subquæſtio.

1. An pœna ſtupri in foro Saxonico ſit ſemper uniformis? n.10.
2. Num pœna carceris in crimine ſtupri commutari poſſit in mulctam pecuniariam? n.17.
3. Quæ ſit pœna Commentarienſis, ſtuprantis mulierem captivam? n.23.
4. Pœna ſtuprantis mulierem mente captam. n.33.
5. Quæ ſit pœna ſtupri cum puella impubere commiſſi? n.37.
6. Quomodo puniri debeant perſonæ deſponſatæ, ante benedictionē ſacerdotalem carnaliter ſe commiſcentes? n.46.
7. Num pœnitentia Eccleſiaſtica, vulgo Kirchenbuſſe / mitiget pœnam ſtupri? n.55.
8. Qua pœna mulier ſtuprata ſit afficienda? 57.
9. An filia ſtuprata à Parentibus exheredari poſſit? n. 65.

Quæſtio 70.

De pœna Scortationis, ſeu Fornicationis.

Subquæſtio.

1. Quid ſit fornicatio, & quænam propriè dicatur meretrix? n.2.
2. An Lupanaria in benè conſtituta Republica tolerari poſſint? n.6.
3. Quæ ſit pœna meretricum, palàm omnibus ſeſe proſtituentibus? n.17.
4. Quomodo pnniātur mulieres, etiam meretricio more viventes? n.33.
5. Quæ ſit pœna Concubinatus in foro Saxonico? n.38.
6. Pœna Virorum cum meretricibus publicis fornicantium. n.43.
7. Cuinam Magiſtratui incumbat cognitio & coercitio ſtupri atq; fornicationis? n.47.

Quæſtio 71.

De crimine Lenocinii, eiusque pœna.

Subquæſtio.

1. Quæ ſit pœna Lenocinij in parentibus & coniugibus. n.6
2. An Pater non niſi ſemel filiam proſtituens, pœna ordinaria teneatur? n.19
3. Num Lenocinii pœnam incurrat, qui uxorem aut filiam proſtitui, quæſtus cauſa patitur & tacet? n.23
4. Quatenus de adulterio uxoris tranſigere liceat? n.31
5. Quomodo puniatur Lenocinium, in parentibus & coniugibus abſq; ſpe alicuius lucri commiſſum? n.36
6. Pœna parentum filios ſcortari permittentium? n.40
7. Pœna conatus in Lenocinio? n.47
8. Quæ ſit pœna Lenocinii in extraneis perſonis? nu. 56
9. An proſtituens meretricem vulgarem pœnam Lenocinii incurrat? n.65
10. Num paupertas & inopia Lenonem à pœna excuſet? n.70
11. Quid ſi Leno niſi ſemel lenocinium exercuerit? n. 72

Quæſtio 72.

De crimine Inceſtus, & in ſpecie, de pœna Inceſtus commiſſi inter aſcendentes & deſcendentes.

Subquæſtio.

1. An inceſtus mortis ſupplicio puniri debeat? n.5
2. Quæ ſit pœna inceſtus inter aſcendentes & deſcendentes commiſſi? n.21
3. Num & inter parentes & liberos naturales, ſeu ex fornicatione procreatos, committatur inceſtus n.34
4. An in crimine inceſtus inter aſcendentes & deſcẽdẽtes, unà cum adulterio commiſſi, locus ſit remiſſioni coniugis? n.39
5. Quando pœna ordinaria ſit mitiganda in crimine inceſtus commiſſi ab aſcendentibus, vel deſcendentibus?
6. Num in crimine inceſtus ad unius Rei confeſſionẽ pœna mortis irrogari queat? n.51
7. Quæ ſit pœna Rei nutricem ſuam carnaliter cognoſcentis? n.54
8. Pœna cognoſcentis carnaliter puellam, quam ex ſacro baptiſmate levavit. n.57

Quæſtio 73.

De pœna inceſtus commiſſi à conſanguineis collateralibus.

Subquæſtio.

1. Quinam conſanguinei collaterales in foro Saxonico matrimonium contrahere prohibeatur? n.6
2. Quomodo puniatur inceſtus inter fratres & Sorores? n.11
3. Quæ ſit pœna inceſtus commiſſi inter Collaterales, in ſecundo gradu lineæ inæqualis coniunctos? n.17
4. Quomodo puniendi ſint Conſobrini inceſtuoſi? n.29
5. Pœna collateralium inceſtuoſorum in tertio gradu lineæ inæqualis. n.37
6. Quomodo puniatur inceſtus, cum proavi proaviæque fratribus aut ſororibus commiſſus? n.56
7. An in puniendo inceſtu Collateralium conſanguineorum pluritas vinculorum ſit attendenda? n.61
8. Num & inceſtus inter Collaterales Conſanguineos, ex fornicatione procreatos, committatur? n.70
9. Quomodo puniatur inceſtus, una cum adulterio commiſſus in linea collaterali? n.75
10. Quæ ſit pœna fœminæ ſolutæ, marito conſanguineo ſuo ſe proſtituentis? n.82
11. An inceſtus etiam inter Collaterales per matrimonii conſummationem committatur? n.89
12. Quatenus judex in crimine inceſtus pœnam ordinariam mitigare poſſit? n.93

Quæſtio 74.

De pœna Inceſtus commiſſi inter Affines.

Subquæſtio.

1. Quomodo ac quando committatur inceſtus inter affines? n.4
2. Quæ ſit pœna inceſtus commiſſi inter affines aſcendentes vel deſcendentes? n.9
3. Pœna Affinium inceſtuoſorum in gradu primo lineæ æqualis? n.19
4. Num & inceſtus cum fratris vidua committatur? n.23
5. Pœna affinium inceſtuoſorum in gradu ſecundo Lineæ inæqualis? n.32
6. Pœna affinium inceſtuoſorum in gradu ſecũdo Lineæ æqualis. n.38
7. Pœna affinium inceſtuoſorum in gradu tertio Lineæ inæqualis? n.41
8. Pœna commiſſi inceſtus cum vitrici aut privigni Vidua. n.47
9. Num & in tertio genere affinitatis committatur inceſtus? n.55
10. Num & in affinium inceſtu pluralitas vinculorum veniat in conſiderationem? n. 57
11. An & inter affines ex fornicatione procreatos cõmittatur inceſtus? n.60
12. An ſimplici adulterio cum inceſtu ab affinibus commiſſo, ad coniugis interceſſionem, pœna mortis remitti debeat? n.70
13. Quomodo puniri debeat fœmina ſoluta, affini mariti copiam ſui faciens: n.82
14. Quatenus inter affines committatur inceſtus ſub colore matrimonii. n.87
15. Num ignorantia excuſet affines inceſtuoſos. n.96
16. Quanto temporis ſpatio præſcribatur crimini inceſtus? n.99

Quæſtio 75.

De crimine ſtupri violenti, eiusq; ſupplicio.

Subquæſtio.

1. *Quæ ſit pœna Stupri violenti in foro Saxonico?* n. 6.
2. *Num ſtuprum committatur violentum, ſi mulier armis ac minis preterrita in ſtuprum conſentiat?* n. 11.
3. *Pœna adulterij violenti quænam?* n. 15.
4. *An in adulterio ſimplici violento locus detur remiſſioni conjugis?* n. 24.
5. *Quæ ſit pœna ſtupri violenti cum puella impubere commiſſi?* n. 27.
6. *Quid ſi puella vi ſtuprata inde moriatur?* n. 42.
7. *Num minorennitas in hoc crimine delinquentem à pœna ordinaria excuſet?* n. 46.
8. *Num & ſtuprum violentum in meretricem vulgarem committatur?* n. 12.
9. *Quomodo puniatur Conatus ſtupri violenti?* n. 56.
10 *Num virgo vi ſtuprata pro Reo intercedens, eiq; nubere volens, à pœna mortis ipſum liberet?* n. 65.
11. *Num virgo vi ſtuprata Coronam in capite geſtare prohibeatur?* n. 79.
12. *Quomodo probetur ſtuprum violentum?* n. 85.

Quæſtio 76.

De pœna Sodomiæ.

Subquæſtio.

1. *Quæ ſit pœna Maſtuprationis?* n. 10.
2. *Quomodo puniatur Sodomia, cum hominibus contra naturam commiſſa?* n. 15.
3. *Pœna Sodomiæ cum brutis animalibus exercitæ.* n. 27.
4. *Num pœna exaſperanda ſit, ſi quis cum pluribus brutis Sodomiam exercuerit?* n. 40.
5. *Unde conſtare poſſit de corpore delicti in crimine Sodomiæ?* n. 50.
6. *Pœna conatus in Crimine Sodomiæ quænam ſit?* n. 56.
6. *An Chriſtianus commiſcens ſe cum judæa, Sodomiam committat, & quomodo puniri debeat?* n. 64.

Quæſtio 77.

De crimine furti, & num fures capitali ſupplicio, ac pœna ſuſpendii ſint Plectendi?

Quæſtio 78.

De pœna furti ſimplicis abſq; effractione commiſſi.

Subquæſtio.

1. *Quænam diviſio furti in foro Saxonico attendatur?* n. 7.
2 *Quodnam furtum dicatur magnum?* n. 16.
3. *De quibusnam ſolidis Sanctio Carolina de furibus ſuſpendendis ſit intelligenda?* n. 23.
4. *Quanti valeat Ducatus ſive ſolidus in materia furti quoad pœnam indicendam?* n. 31.
5. *Furto à pluribus commiſſo, num ſingulorum portio valorem quinq; ſolidorum excedere debeat adhoc ut omnes ſuſpendantur?* n. 24.
6. *Num æſtimatio furti facienda ſit ex re furtiva, an verò ex lucro, quod ad furem pervenit?* n. 51.
7. *A quonam taxatio ſeu æſtimatio res furtivæ ſit facienda?* n. 55.
8. *Quid ſi Dominus rei furtivæ jurare nolit?* n. 64.
9. *An pro primo furto magno, abſq; effractione commiſſo, ſuſpendij pœna Reo ſit imponenda?* n. 68.
10. *Num ob triplex furtum, quod valorem quinq; ſolidorum non excedit, laquei pœna ſit irrogandæ?* n. 76.
11. *Num furto ſæpius reiterato & multiplicato, pœna debeat exaſperari?* n. 83.
12. *Quomodo coerceri debeat furtum in palatio Principis, aliove loco privilegiato commiſſum?* n. 94.
13. *Quæ ſit pœna parvi ac modici furti?* n. 97.
14. *Pœna furti modici à pluribus conſociis criminis commiſſi.*
15. *Quomodo puniendus ſit fur, qui ducatos quinque preciſè, nec quidquam ultra ſurripuit?* n. 106

Quæſtio 79.

De pœna furti commiſſi cum effractione.

Subquæſtio.

1. *Quænam ſit pœna effractionis violentæ & ſeditioſæ?* n. 5.
2. *Quomodo puniri debeat furtum commmiſſum cum effractione, quæ tamen violenta ac ſeditioſa non eſt?* n. 16.
3. *Quænam effractio dicatur violenta & ſeditioſa?* n. 33.
4. *An apertura clave adulterina facta, pro effractione violenta haberi debeat?* n. 40.
5. *Num conſciſſio tecti ſtraminei pro effractione ſit habenda?* n. 43
6. *Num furtum ædes conſcendendo committens, indifferenter laqueo puniri debeat?* n. 48.
7. *Quomodo puniatur effractio violenta abſq; contrectatione?* n. 56.
8. *Pœna furis, qui ſeras & clauſtra effrangit & aufert.* n. 61

Quæſtio 80.

An & quando fures ob lucrum ceſſans, & damnum ratione rei ablatæ reſtitutum, à pœna ſuſpendii liberentur?

Subquæſtio.

1. *Res furtiva recuperata an domino ſuo an verò Magiſtratui ſit explicanda?* n. 10.
2. *Qua pœna ſit fur plectendus, ſi res furto ablata recuperetur?* n. 14.
3. *Quid ſi furtum paſſus majorem partem rerum furto ablatarum recipiat?* n. 23.
4. *Quid juris, ſi ex pluribus criminis conſortibus unus ſaltem deprehenſus, eiusq; portio recuperata fuerit?* n. 28.
5. *Re furtiva vendita ac recuperata ſimul emptori refuſo pretio à fure, an pœna ſuſpendij locum ſibi vendicet?* n. 33
6. *Quid ſi res furtiva fracta & fruſtra Domino reſtituta fuerint?* n. 39
7. *Quid juris, ſi res pecuniâ furtivâ emta furtum*

paſſo tradatur, ad damni ſatisfactionem? n.43
8. *Pœna furti, cum levi effractione commiſſi, ſi res furto ſurrepta Domino reſtituta fuerit.* n.46
9. *An fur ſuſpendendus, ſi re furtiva Domino ſuo reſtituta, alteri damnum ſit illatum?* n.51
10. *Quid ſi fur lucrum non ſentiat re furtiva perdita aut ſurrepta?* n.58
11. *Quatenus pœnitentia furem excuſet?* n.67
12. *Num pæna ſuſpendii ſit remittenda furi, qui res quasdam furtivas Domino reſtituit, pro reſiduis verò ob inopiam ſatisfacere nequit?* n.75
13. *Num tranſactio facta cum Domino res ablata furem liberet à pœna laquei?* n. 81
14. *An fur incarceratus ad reſtitutionem damni ſe offerens, a pæna laquei ſit liberandus?* n.91
15. *An fure ſuſpenſo aut virgis caſo, Domino rei furtivæ competat actio civilis ad intereſſe adverſus furem, eiusque hæredes?* n.104
16. *Num furtum paſſo competat tacita hypotheca in bonis furis ratione damni dati?* n.119

Quæſtio 81.

An non judex de corpore delicti incertus ſuſpendii pœnam furi remittere debeat.

Subquæſtio.

1. *Quomodo fur ſit puniendus, ſi de corpore delicti non conſtet?* n.7
2. *Quomodo conſtare debeat de corpore delicti in crimine furti?* n.13
3. *Quomodo puniantur Burſicopi indicari nequeuntes perſonas, quibus burſas abſtulerunt?* n.29
4. *Furta frumentaria quomodo puniantur?* n.37
5. *Quæ ſit pœna furum quomodo puniantur?* n.43
6. *Quomodo puniantur fures apium & favorum?* n.50

Quæſtio 82.

Qualitas perſonæ delinquentis quatenus mitiget pœnam in crimine furti, & quomodo puniendi ſint fures impuberes, minores, domeſtici, Nobiles, ſtudioſi ac fœminæ?

Subquæſtio.

1. *Quæ ſit pœna furum impuberum?* n.3
2. *An & quatenus minorennitas à pœna ſuſpendii furem excuſet?* n.24
3. *Quatenus conſanguinitas in crimine furti mitiget pœnam?* n.39
4. *Num & affinitas in crimine furti à pæna mortis Reum excuſet?* n.48
5. *Furtum ab inquilinis, ſervis, famulis, & ancillis commiſſum quomodo puniri debeat?* n.52
6. *An Nobilitas in furti crimine delinquentem à pœna ſuſpendij excuſet?* n.61
7. *Num & Clerici ac Studioſi à pœna ſuſpendii ſint immunes?* n.67
8. *An fœmina æquè ac maſculi ob furtum perpetratum, ſuſpendi debeant?* n.70

Quæſtio 83.

De variis furtorum ſpeciebus, puta, arborum furtim cæſarum, herbarum, cibariorum eſculentorum ſpoliatione cadaverum defunctorum, amotione terminorum, crimine expilatæ hereditatis, plagio, horumq; pœnis.

Subquæſtio.

1. *Quomodo puniendi ſint, qui petulanter ac ſolum nocendi animo arbores cædunt, atque inutiles reddunt?* n.7
2. *Pœna eorum, qui arbores lucri faciendi cauſa cædunt & furantur.* n.22
3. *Pœna eorum, qui flores & herbas coronarias furantur?* n.27
4. *Quomodo ſint puniendi, qui fructus arborum vel agrorum furantur?* n.33
5. *An & quatenus famis neceſſitas furem à pœna excuſet?* n.40
6. *Pæna eorum, qui cadavera defunctorum ſpoliant* n.53
7. *Spoliatores cadaverum ſuſpenſorum quomodo puniantur?* n.60
8. *Pæna violantium ſepulchra.* n.64
9. *Quomodo coerceatur in foro Saxonico amotio terminorum?* n.67
10. *Pæna criminis expilatæ hereditatis quænam ſit?* n.75
11. *Quæ ſit pæna Plagii in foro Saxonico?* n.90

Quæſtio 84.

De prohibita Venatione & Piſcatione, & quomodo Puniendi ſint temeratores Venationum ac piſcationum?

Subquæſtio.

1. *An venatio ſubditis jure prohibeatur à Principe?* n.1
2. *Quænam pæna ſint afficiendi temeratores venationum?* n.26
3. *Num Princeps pænam ſuſpendii adverſus temeratores venationum certa lege vel ſanctione decernere queat; Id quod in Electoratu Saxon. factum videmus?* n.33
4. *Quando & quibus caſibus in Electoratu Saxoniæ venationum temeratores ſuſpendio puniantur?* n.45
5. *Quomodo in Electoratu Saxoniæ puniantur, qui feras minores, puta vulpes, lepores, anſeres, anates &c. capiunt atq; furantur?* n.72
6. *Pæna piſcantium in piſcinis vel lacubus alienis?* n.78
7. *Quomodo puniantur in foro Saxonico exercentes piſcationem prohibitam in rivis, aquis, & fluminibus alienis, in* flieſſenden gehegten Waſſern und Bächen? n.84
8. *Fures cancrorum quomodo puniantur?* n.92.

Quæ-

Quæſtio 85.

De furto in pecunia vel rebus ſuæ adminiſtrationi aut fidei concreditis commiſſo, eiusque pœna.

Subquæſtio.

1. *Quæ ſit pœna adminiſtratorum, res fidei ſuæ commiſſis ſubtrahentium, ac in proprios uſus convertentium.*
2. *Quomodo puniãtur Quæſtores aliiq; adminiſtratores & officiales infideles ac perfidi in Electoratu Saxoniæ?* n.18
3. *Vnde dolus ac perfidia Quæſtorum & officialium probetur.* n.39
4. *Quæ pœna teneantur metallarii infideles ac perfidi.* n.47
5. *Num pœnitentia perfidos quæſtores & officiales à pœna ordinaria excuſet.* n.53
6. *Quomodo culpa & negligentia Quæſtorum & officialium puniatur?* n.57
7. *Quæ ſit pœna depoſitarii, commodatarii, aliorumque res ſine adminiſtratione ſibi concreditas in proprios uſus convertentium?* n.66
8. *Pœna Tabellarii perfidi, pecuniam aliquò deferẽdam dilapidantis?* n.74
9 *Quomodo in Electoratu Saxoniæ tabellarii perfidi puniantur?* n.81
10 *Quid juris in aurigis, aliisq; pecuniam alteri exſolvendam ſubtrahentibus?* n.92

Quæſtio 86.

Inventor Rei alienæ, eam non reſtituens, quomodo puniri debeat, Quæ itidem ſit pœna Abigeorum?

Subquæſtio.

1. *An inventor rei alienæ eam reſtituere teneatur, & quomodo in foro Saxonico rem inventam notificare debeat?* n.6
2. *Quæ ſit pœna inventoris rei alienæ, eamq; non reſtituentis in foro Saxonico?* n.12
3. *Quomodo inveniens theſaurum in loco alieno, eumque occultans puniri debeat.* n.21
4. *Quando & à quibus committatur crimen abigeatus.* n.26
5. *An in foro Saxonico abigei ſuſpendio puniantur.* n.37

Quæſtio 87.

De Auxiliatoribus & Receptatoribus Furum, Nec non rerum furtivarum Emtoribus, eorumque pœnis.

Subquæſtio.

1. *Quomodo ſit puniendus, qui auxilium præbet furi ante perpetratum delictum?* n.16
2. *Pœna præſtiti auxilii in ipſo furandi actu.* n.29
3. *Quæ ſit pœna eorum, qui aliis furtum committẽtibus, interim in excubiis ſteterunt?* n.34
4. *Quomodo puniantur præſtantes auxilium poſt furtum commiſſum?* n.36
5. *Receptatores furum ac rerum furtivarum quomodo puniantur in foro Saxonico?* n.49
6. *Quomodo puniantur emtores rerum furtivarum* n.54
7. *Num emptor rei furtivæ, eâ non amplius extante, teneatur ad æſtimationem?* n.70

Quæſtio 88.

In qua referuntur aliæ quædam cauſæ ac circumſtantiæ, de quibus dubitari ſolet, an in crimine furti ad pœnæ mitigationem vel exaſperationem ſint ſufficientes?

Subquæſtio.

1. *Quæ ſit pœna conatus in crimine furti?* n.3
2. *Pœna ſurripientis rem propriam?* n.16
3. *An diſpoſitio L. ſi quis in tantam, C. Vnde Vi, & l. extat. 13. ff. quod met cauſ. in foro Saxonico ſit practicanda?* n.19
4. *An ad petitionem puellæ in honorem matrimonij, furi ſit remittenda pœna ſuſpendij?* n.23
5. *An fur ſuſpenſus rupto laqueo vivus in terram cadens, denuo ſuſpendi debeat?* n.32
6. *Num Iudæi fures à pedibus ſint ſuſpendendi?* n.45
7. *Quomodo puniantur in fore Saxonico fures aratrorum?* n.47
8. *An fur deprehenſus ob furtum alibi commiſſum queat puniri?* n.50

Quæſtio 89.

De crimine Sacrilegii, eiusque ſupplicio.

Subquæſtio.

1. *Quodnam propriè dicatur ſacrilegium, & quotuplex ſit?* n.3
2. *Quæ ſit pœna Sacrilegorum, res ſacras de loco ſacro auferentium?* n 8
3. *Quomodo puniantur hoc caſu Sacrilegi in foro Saxonico?* n.18
4. *Pœna ſacrilegii abſq; effractura commiſſi.* n.23
5 *Spoliantes Gazophylacium*, den Gotteskaſten / *quomodo ſint puniendi?* n.30
6. *Quod juris in pluribus huius delicti conſortibus?* n.33
7. *Num pœna ſacrilegii ordinaria, propter reiterationem criminis ſit exaſperanda?* n.37
8. *Quomodo puniantur ſtantes in excubiis interea, dum ſacrilegium committitur?* n.48
9. *Pœna auxiliatorum in crimine ſacrilegii* n.56
10. *Annon iudex ex cauſa probabili pœnam Sacrilegii mitigare queat?* n.61
11. *Pœna Sacrilegii rem ſacram de loco non ſacro auferentis.* n.71
12. *Pœna Sacrilegii rem profanam ex loco ſacro auferentis?* n.78

Quæſtio 90.

De crimine Rapinæ ſeu Robbariæ, eiusque pœna.

Subquæſtio.

1. *Quomodo differant rapina & latrocinium?* n.3
2. *Quodnam ſit ſupplicium rapinæ ſeu robbariæ?* n.10
3. *Quid ſi prædator ſemel tantummodo rapinam commiſerit?* n.22
4. *Annon robbaria ob vulnerationem ſeu percuſſionem accedentem ſeverius ſit punienda?* n.30
5. *Quid juris in pluribus deprædatoribus, rapinam ſimul committentibus?* n.34
6. *An Nobilitas à pœna robbariæ delinquentem liberet.* n.39
7. *Num robbaria modica pecunia, aut rei minimi valoris mitius debeat puniri.* n.43

8. *An*

8. An ſpolians deprædatorem ſeu furem in via publica, pœnam robbariæ incurrat? n.53.
9. Quid ſi Robbatores res ablatas reſtituant? n.55
10. Pœnæ auxiliatorum in crimine Robbariæ, n.62
11. Quæ ſit pœna Concuſſionis, ſive violentæ coactionis. n.66.
12. Quomodo puniendi ſint raptores in villis, oppidis, ac ædibus robbariam exercentes? n.71.

Quæſtio 91.

Quando, & quibus in caſibus pœna robbariæ ſit mitiganda?

Subquæſtio.

1 Quæ ſit pœna violentæ atque coactæ permutationis. nu. 9.
2. Num juſſus & mandatum Domini prædonem à pœna ordinaria excuſet: n.14.
3. Pœna eorum, qui dum prædones hoc crimen committunt, interea ſtant in excubiis. n. 26.
4. Attentatum ſive conatus in crimine rapinæ quomodo puniri debeat? n.31
5. Spolians eum, à quo antea fuerat ſpoliatus, num pœnam Robbariæ incurrat? n. 36.
6. Quid ſi ab aliquo ſpoliatus ſpoliet alterum? n.43.
7. Crimine rapinæ concurrente cum furto, quænam pœna Reo ſit irroganda? n. 49.
8. An Princeps, in cuius territorio facta eſt deprædatio, damnum reſarcire teneatur ſpoliato? n.58

Quæſtio 92.

De pœnis Vſurariæ pravitatis.

Subquæſtio.

1. An & quatenus montes pietatis ſint erigendi. n.14
2. An & quænam uſuræ ſint permiſſæ. n.16.
3. Quæ ſint pœnæ fœneratorum ſeu uſurariorum in foro Saxonico? n.22.
4. Kipperi an ſint fœneratores, quæque eorum ſit pœna? n. 39.
5. Vſuras ultra alterum tantum exigere, an ſimpliciter & indifferenter ſit prohibitum. n.42.
6. Pactum antichreſeos quatenus ſit licitum? n. 68.
7. An valeat pactio, ut debitor præter Vſuras ſolvat etiam collectas? n.76.
8. Vſuras uſurarũ an & quando exigere liceat. n.79
9. Anatociſmus quinã ſit, & num prohibitus. n. 88.
10. Quatenus nomen particulariter ſolvendum emere liceat. n.91.
11. Emtio pignoris ſub pacto de retrovendendo quatenus valeat. n.66.

Quæſtio 93.

De Falſi crimine eiusque pœna:

Subquæſtio.

1. Quidnam ſit falſum, & quomodo committatur. n.5.
2. Quæ ſit pœna falſi? n.16.
3 Pœna ſuppoſiti partus quænam? n.27
4. Mutatio nominis quatenus prohibita ſit, & quomodo puniatur. n.33.
5. Pœna mulieris bis baptiZari facientis infantem ſuum. n.43.
6. Pœna falſorum teſtium ac procuratorum. n. 45
7. An teſtis, qui pecuniam accipit, ut dicat veritatẽ, in crimen falſi incidat. n.49.
8. Pœna judicis falsò judicantis. n.52
9. An non judici in bonum ſaltem finem & juſta in cauſa munera accipere liceat: n.59.
10. Falſi crimen in ſcriptis commiſſum quodnam ſit, & quomodo puniatur. n.62.
11. Pœna falſariorum mendicantium, der Brandbettler. n.72.
12 Quæ ſit pœna falſi commiſſi in ponderibus, menſuris, mercibus depravatis. n. 79.
13. Num in crimine falſi pœna arbitraria ad mortem usq; extendi poſſit? n.95.

Quæſtio 94.

De injurijs verbalibus, earumque pœnis, & actione ad palinodiam, ſeu recantationem.

Subquæſtio.

1. Quæ ſit pœna iniuriarum in foro Saxonico? n. 7.
2. Num actio ad palinodiam ſit pœnalis, & quidnam contineat? n.15.
3. Quomodo procedendum ſit adverſus Reum contumacem, recantationem præſtare nolentem? nu. 21.
4. Num judex ob atrocitatem iniuriarum mortis pœnam Reo irrogare queat? n. 46.
5. An actio iniuriarum ad palinodiam ſit criminalis an verò civilis. n.50.
6. An & quando hodie in terris Electoratus Saxonici condemnatus iniuriarum fiat infamis? n.68,

Quæſtio 95.

De actione civili ad æſtimationem injuriarum directa, nec non de generalibus proceſſus in cauſis iniuriarum?

Subquæſtio.

1. An in foro Saxonico actor ad æſtimationem injuriarum agere queat? n.2.
2. Num in æſtimatione injuriarum juramento actoris commiſſa, moderatio iudicis juramentum præcedere debeat? n.12
3. An juramentum minorationis locum habeat in æſtimatione injuriarum? n.21
4. An actor ad æſtimationem injuriarum ac inſimul ad pœnam civilem agere poſſit? n.26
5. Num actor palinodiam cum æſtimatione injuriarum in libello cumulare queat? n.31.
6. An locus & tempus injuriæ illatæ in libello exprimi debeat? n.35.
7. Quatenus cauſa principalis actionem iniuriarum impediat. n.40.
8. An & quatenus in cauſa iniuriarum admittatur Procurator. n.50.
9. Num Reus de fuga ſuſpectus, in cauſa iniuriarum ſatisdare debeat: n.60
10 An in actione injuriarum verbalium locum habeat juramenti delatio. n.66.
11. Quomodo in actione iniuriarum adverſus Reum abſentem & contumacem ſit procedendum n.76.
12. An Magiſtratus injuriam ſibi illatam in continenti absq; accuſatione, & ordine juris prætermiſſo vindicare poſſit. n.84.
13. Num injuriatus injuriam ſibi illatam vindicare nolens, famæ periculum ſubeat. n.90.

Quæſtio 96.

Quibus in caſibus, & adverſus quos competat actio iniuriarum?

Subquæſtio.

1. *Quomodo per modum inquiſitionis ſit procedendum adverſus iniuriantem?* n.2.
2. *An Nobilitas à palmodia aliquem excuſet?* n. 12.
3. *Num Clerici à pœna palinodiæ ſint exempti?* num. 19.
4. *Quatenus ebrietas iniuriantem excuſet?* n.22
5. *Actio iniuriarum, quando heredibus, & num adverſus heredes competat?* n.24
6. *Num actione iniuriarum teneatur, qui ſe coniugem alterius, vel virginem vel viduam carnaliter cognoviſſe gloriatur?* n.42
7. *An & quando fœminæ maritos aut juvenes, de adulterio vel ſtupro inculpantes, actione iniuriarum conveniri queant?* n 50
8. *An præſtito iuramento purgationis à marito de adulterio diffamato, fœmina adultera pœna adulterii ſit plectenda?* n. 61
9. *Num propalans iniurias ab alio dictas, actione iniuriarum conveniri queat?* n.67
10. *An veritas convitii iniuriantem excuſet?* 73

Quæſtio 97.

Quando & quibus in caſibus locus non ſit actioni iniuriarum.

Subquæſtio.

1. *An & quando Reus iniuriarum, prætendens, ſe non animo iniuriandi dixiſſe iniurias, excuſetur?* num. 1.
2. *Num Reus actione iniuriarum conventus, palinodiam evitare queat, ſi propria ſponte de fama & exiſtimatione actoris teſtetur?* n.14
3. *Quænam retorſio dicatur juſta atque legitima?* n. 24.
4. *Num retorſio tollat actionem iniuriarum?* n.31
5. *An mutuæ iniuriæ compenſari debeant?* n.42
6. *An & quando iniuriæ tollantur remiſſione tacita ſeu diſſimulatione?* n.50
7. *Quanto temporis ſpatio actioni iniuriarum præſcribatur?* n.55.
8. *Quid iuris, ſi actore in termino non comparente, Reus ab inſtantia fuit abſolutus, & actor ad refuſionem expenſarum atq; cautionem de lite proſequenda condemnatus, isq; intra annum actione injuriarum denuò non experiatur?* n.62
9. *Quomodo ſit procedendum in actione L. diffamari?* n.69
10. *Num adverſus maledicentes detur actio iniuriarum?* n.80

Quæſtio 98.

De pœna famoſi Libelli, ſive Paſquilli?

Subquæſtio.

1. *Quæ ſit pœna famoſi libelli?* n.5.
2. *Pœna inventoris & propalantis paſquillum, aliove modo auxilium præſtantis.* n.17
3 *Num pœna famoſi libelli plectendus ſit, qui nomen ſuum paſquillo ſubſcripſit?* n.24
4. *Quænam pœna ſit afficiendus autor famoſi libelli, ſi crimen obiectum probet?* n.40
5 *Num in crimine famoſi libelli, actione quoq; iniuriarum experiri liceat?* n.45
6 *Quomodo differat iniuria ſcripta à famoſo libello:* n.50.
7. *Num iuſta ex cauſa pœna famoſi libelli poſſit mitigari?* n. 58

Quæſtio 99.

De injuriis Realibus & pœnis vulnerationum.

Subquæſtio.

1. *Quibus modis iniuria realis committatur?* n.2
2. *Quâ pœnâ vindicentur in foro Saxonico, iniuriæ reales?* n.8
3. *Quomodo vulnera in foro Saxonico diſtinguantur, quibusve nominibus notentur?* n.21
4. *Qualis debeat eſſe emenda* die Buſſe/*pro vulnere illato?* n.28
5. *Præter emendam vulneratus etiam intereſſe petere poteſt.* n.45
6. *Num iuramentum minorationis hoc caſu locum habeat.* n.48
7. *Quid ſi Reus ex inopia emendam & intereſſe ſolvere nequeat?* n. 50.
8. *Num impenſæ debeantur, quando vulneratus eſt autor rixæ?* n. 53
9. *An præter emendam & impenſas vulnerãti quoque pœna, & quænam irroganda ſit?* n. 56
10. *Quæ ſit pœna vulnerantis, ſi criminaliter agatur.* num. 94.

Quæſtio 100.

Quomodo ſint puniendi, qui Magiſtratibus aut parentibus impias manus inferunt?

Subquæſtio.

1. *Quæ ſit pœna vulnerantis Magiſtratum eiuve miniſtros, & officiales?* nn.4.
2. *Pœna excitati tumultus adverſus Magiſtratum.* nu. 7.
3. *Num ſuſtinens hoc caſu pœnam corporalem, tentatur ſimul ad præſtationem damni & impenſarum?* n.14
4 *Num propter iniurias reales Magiſtratui illatas, Reus morte puniri queat?* n.19
5. *Alapam impingens Magiſtratui, quomodo puniri debeat.* n.12.
6. *Quomodo puniendi ſint liberi, parentibus impias manus inferentes.* n.35

FINIS.

PARS SECUNDA

PRACTICÆ NOVÆ IMPERIALIS SAXONICÆ RERVM CRIMINALIVM,

QVÆSTIO LI.

De Crimine Adulterii, ejuſque atrocitate.

SVMMARIA.

1. *Laudes Matrimonii, n.2.3.4.5.6.7.8.9.10.*
11. *Variæ Leges & Sanctiones de matrimonio.*
12. *Fornicatio diſſolvit conjugium.*
13. *Variæ ſpecies fornicationis.*
14. *Inter delicta carnis primum ac præcipuum eſt Adulterium.*
15. *Maritus ægrè fert adulterium.*
16. *Nihil magis impedit conjugum concordiam, quā adulterium.*
17. *Diverſimodè quondam ab Ethnicis puniebatur crimen adulterii, n.18.19.20.21.22.23.*
24. *Adulterium jure Gentium improbatur.*
25. *Grave & atrox eſt crimen Adulterii.*
26. *Quare pro delicto atroci habeatur, n.27.*
28. *Alia crimina comprehendit adulterium, num. 29.30.*
31. *Reprehenditur Pontifex Alexand. III. Adulterium inter crimina levia collocans, n.32.*
33. *Explicatio c. quid in omnibus. 32. quæſt. 7. numer. 34.*
35. *Quænam crimina atrociora ſunt adulterio, numer.36.*
37. *Homicidium gravius crimen eſt Adulterio, numer.38.*
39. *Furtum an gravius habeatur crimen adulterio? n.43.44.48.49.50.51.52.*
40. *Pœna delictis commenſurari debent, n.61.*
41. *Reus de Adulterio & Furto ſimul convictus ſuſpendio punitur.*
42. *Qui aliquem vulneravit, & alium occidit, tenetur ſolummodò de homicidio.*
45. *Examinatur dictum Salomonis, Proverb. 6. verſ.30. & ſeq. n 46.54.55.*
47. *Quivis mavult ferre mortem filii, quàm adulterium uxoris.*
53. *Furtum ineſt Adulterio.*
56. *Gravius peccat qui cum deformi, quàm qui cum formoſâ concumbit.*
57. *De iure Divino gravius punitur Adulterium, quàm Furtum, n. 58.59.*
60. *Quæ pœna etiam ad ſponſam in domo patris fornicantem extenditur.*
62. *Quare hodie furtum gravius puniatur quàm crimen adulterii. n.63.64.*

1 NOn minus utile ac neceſſarium in Republicâ, quàm jucundum, honeſtum & antiquum eſt Matrimonium, viri ac mulieris conjunctio, individuumque vitæ conſortium. Quod non heri nec nudius tertius, ſed ſtatim in prima mundi origine, cum homo in ſtatu integritatis adhuc eſſet, à Deo fuit inſtitutum, & ad hæc uſque tempora contra Diaboli furores conſervatum. Ex immenſa namque ſapientiâ & bonitate Deus ter Optimus Max. homini fecit adjutorium, *Geneſ.2. verſ.18.* & fœdus indiſſolubile ſanxit primorum parentum conjugium, in quo ipſe fuit *Paranymphus*, qui Evam Adamo adduxit. *Geneſ.2. verſ.23.* *Sacerdos*, qui eoſdem copulavit, interius caſtam amoris flammam 2 cordibus ipſorum inſpirando, & exterius ipſorum manus conjungendo, copulatis poſtea benedixit, & benedictione ornatis, certas conjugii leges præſcripſit, *Gen.1. verſ.28. cap.2. v.24. Matth. 19. v.5.* Ac *Parens*, qui Evæ à ſe elocatæ dotem largiſſimam, univerſale ſcilicet omnium rerum dominium contulit *Dn. Joh. Gerhard. in loc. Theol. tom.7. pag.4.*

Idemque conjugii fœdus poſt triſtem protoplaſton lapſum Deus repetivit, ac ſtatum conjugalem confirmavit, *Geneſ. 3. verſ.16. Pſalm. 128. verſ.2.* & conjuges novos peculiari onerum publicorum immunitate, ac conſtitutione Moſaicæ Politiæ honoravit, *Deut. 24. verſ. 5.* nec non in conciliandis piorum nuptiis gratioſæ ſuæ præſentiæ indicia edidit, *Geneſ.24. verſ 27.* & ſanctorum Angelorum præſidio hunc vitæ ſtatum, ejuſque membra munivit, *Geneſ.24. v.7. 32. v.1. Tob.8. Job. 1. v.10. Matth.18. v.10.*

3 Et ipſemet CHRISTUS, licet non ex conjugali congreſſu, tamen ex virgine viro deſponſata & nuptâ, ac proinde in conjugio naſci voluit, *Luc. 1. verſ. 27.* & præſentia ſua ac primo miraculo nuptias cohoneſtavit, aquam in dulciſſimum convertendo vinum, *Iohan. 2. verſ. 11.* Eamque benedictionem adhuc hodiè piis conjugibus Deus largitur, ut quorum corda vinculo amoris ipſemet invicem connectit, *Matth. 19. verſ. 6.* ac omnes, qui ſingulari continentiæ dono inſtructi non ſunt, in hoc ſtatu utili, ac valdè neceſſario, vivere jubet ac præcipit, *1. Corinth. 7. v 2.*

4 Eſt enim hic ſtatus Elementum mundi, principium civitatis conſtituendæ, hominum officina, ſeminarium Reipublicæ & Eccleſiæ amplificandæ, ſecundum *Plat. 4. de legib. Chriſtoph. Beſold.lib.1.polit.cap.10.num.14.Herm.Lather.de cenſu lib.3.cap.3.nu.1.Iacob.Bornit.lib.3.part.polit.tit. 2.* A quo omnes aliæ, tum ſocietates, tum poſſeſſiones domeſticæ pendent. Omnia namque humanæ vitæ facilius per connubium, quàm per ſolitudinem comparantur, *Patrib.lib.4. de Repub. tit.3.pag.157.*

5 Quin & ipſum Matrimonium domeſticam quandam Rempublicam annexam habet, teſte *Henrico Cornelio. Agripp. de ſacram. matrim.* In quâ tegenda homo prudentiam, temperantiam, pietatem, omnesque cœteras virtutes facilè diſcere ac experiri poteſt, quibus in deligenda uxore, educandis liberis, regenda familia, tuendis rebus, gubernando domicilio, propaganda progenie, vitam ducat omnium feliciſſimam, *Herm.Lather.dict.cap.3. num.59.* Ut meritò oraculi vicem obtinere debeant verba *Taciti in vitâ Agricol.* quod non minus arduum ſit, benè domum, quàm provinciam regere.
6 Unde Prudentiſſimus *Baſilius Pater* ad Leonem filium, futurum Principem: *Conſiliariis*, inquit, *utere iis, qui rebus ipſi ſuis benè conſuluiſſe, recteque eas adminiſtraſſe comprobantur, minimè autem eos adhibe, qui per imprudentiam malè ſuis negotiis providerunt: Nunquam enim alienis benè conſultum ibit, qui ſuis rebus male proſpexerit. Philipp.Camerar.cent.2.oper.ſubciſiv.cap.50.pag.301. Herman.Kirchner.lib.2.de offic. & dig.Cancellarij cap.5.num 62.* Cum quo convenit *Adam Keller.lib.2.de offic.juriſd.polit.cap.18.pag. 504. Qui domui ſuæ benè præſunt,* inquit, *primum nacti ſunt gradum & præludium ad civilem & politicam adminiſtrationem; ut contra indignus, qui ſuæ domui neſcit præeſſe.*

7 Magnum certè hoc conjugii commodum, quo non minus utile ac jucundum, tam in vita œconomica & civili, ut victus commodè paretur, paratus frugaliter conſervetur, ut familia propagetur, ut adjutorium in omnibus negotiis hujus tranſitoriæ vitæ habeatur; quàm in vita ſpirituali, ut nempe flammæ libidinis evitentur, ut caſtis precibus Deus invocetur, ut conjuges in pietate ſeſe mutuò ædificent, & in adverſis conſolatione mutua ſeſe erigant: Quæ omnia pauciſſimis comprehendit verſibus *Nazianzenus,* ita canens:

8 *Conjugium radix & fulcrum nobile vitæ,*
Conjugium præſtat, ſiſis ſine robore, vires,
Sic ſumus inter nos, aureſq; manuſq; pedeſq;
Mutua ſic duros emollit cura labores,
Mutua ſic gemina dulcedine gaudia creſcunt,
Quin deſiderium conceſſo limite claudit
Conjugium, cuſtoſq; æternùm obſignat amores,
Vt ſunt carne ſimul juncti, ſic mente cohærent,
Inter ſeq; pius miſcent incendia flammis.
Et quia præſidii eſt, rerumq; ſic maior egeſtas,
Fœmina virq; Deo maiori pectore fidunt.

9 Eaſdemque conjugii commoditates elegantiſſimis verbis, breviter tamen ac nervosè complexus eſt *Leo Imperator*, quando inquit in *Novell.26.in princip. Magnum ſanè excellenſq; donum à DEO creatore ad mortales promanavit matrimonium. Non modo enim naturæ mortis ingluviei obnoxiæ opem fert, humanoq; generi perpetuitatem elargitur, id dum ab illa depaſcitur, non omnino deperire ſinens: Verùm etiam per liberorum procreationem permagnà alioquin hominum vitæ præſtat. Nam quid ea, quæ ex liberis percipitur, voluptate, ad oblectandos hominum animos ſuavius? Aut verò quid in humanæ vitæ negotiis, cùm aliis, tum quæ in ſenectute nobis ſe offerunt, utilius? Levari ſenectutis moleſtias liberorum miniſterio videmus.*

10 Quo etiam inclinat Imperator Juſtinianus *in præfat. Novell. 22.* inquiens: *Matrimonium ſic eſt honeſtum, ut humano generi videatur immortalitatem artificiosè introducere, & ex filiorum procreatione renovata genera manent.* Et in *Novell. 140. Nihil in rebus mortalium proinde venerandum eſt, atque matrimonium, quippe ex quo liberi, omniſque deinceps ſobolis ſeries exiſtat, quod Regiones, atque Civitates frequentes reddat, unde denique optimæ Reipublicæ coagmentatio fiat, &c.*

11 Hæcque cauſa fuit, quod conditores Vrbium ac Legiſlatores quam plurima ſtatuerunt, quæ ad auſpicandum matrimonium, quæ ad retinendam inter conjuges charitatem, quæ denique ad educandam prolem pertinent: Inde ſcilicet natæ ſunt Leges de ſponſalibus, de dotibus, de divortiis & repudiis, de adulteriis, de ritu nuptiarum, de pactis dotalibus, de Rei uxoriæ actione, de dotium repetitione, ſolutis matrimoniis, & hujus generis non pauca. Diligenter autem & accuratè ſemper fuit à Sapientibus cautum, ne reſcinderentur conjugia, nec quovis modo contaminarentur, *Petr. Heig. lib. 2. quæſt. 29. in princ. Jodoc. Damhouder. in prax. crim. cap. 88. num. 2.*

12 Id quod maximè fit per fornicationem, aliamvè libidinem, aut coitum illicitum cujuscunque generis, qui fit extra uxorem legitimam, & generali fornicationis appellatione venit *Sim. Schard. in Lex. Jur. in verb. fornicat.* Veluti eſt Adulterium, Bigamia, Inceſtus, Stuprum, Scortatio, Lenocinium, Raptus & Sodomia. Quæ 13
crimina non modò jura connubii turbant atque contaminant, ſed & reliquis criminibus fædiora ac deteſtabiliora haud immeritò cenſentur, *Henning. Arniſ. de jur. connub. cap. 5. ſect. 8. Petr. Gregor. Syntagm. jur. lib. 36. cap. 6. 7. 8. & ſeqq. Johan. Harppr. in tract. crim. ad §. item lex Julia. 4. Inſtit. de publ. jud.* Etenim, omne peccatum, quodcunque fecerit homo, extra corpus eſt, qui autem for-

fornicatur, in corpus ſuum peccat, teſte *Apoſtolo Paulo 1. Corinth. 9. v. 18.* Etſi namque & homicidium corpore admitti videatur, non tamen ex eo univerſum corpus ſordeſcit: Poſſunt enim vel lapide, vel ligno, vel alio quopiam tormento ictus infligi, unde corpus non inquinatur; At nullo pacto licebit ſine corpore fornicari, quo fit, ut illud omninò commaculetur, *Theophylactus ad dict. cap. 9. Cor. 1.*

14 Inter hæc autem carnis delicta ac libidinum genera, *Adulterii crimen*, ſicut primum ac præcipuum, ita etiam conjugio maximè injurioſum eſt, ut quod vinculum matrimonii diſſolvit ac violat; unde & thori violatio dicitur, *Auguſt. cap. 4. de bon. Conjug. Matth. Weſemb. in parat. ff. Ad leg. Jul. de Adult. n. 4. Iodoc. Damhoud. dict. cap. 89. num. 2. & 3. Henning. Arniſ. dict. ſect. 8. nu. 51.*

15 Quodque tàm ægrè fert maritus, ut moleſtius id patiatur, quàm proprii filii mortem, *l. Lucius Titius 88. §. matre. 16. verſ. Sed & alius, ibiq́; Bald. ff. de legat. 2. Andr. Tiraquell. in tract. de pœn. cauſ. num. 3. Schrader. in tract. feudal. part. 9. cap. 2. nu. 4. in fin. Iohan. Harppr. in dict. §. 4. num. 2. Inſt. de publ. Iud.* Quippe hoc flagitium non modò ipſi graviſſimam infert injuriam *l. codicillis. 91. §. mater. ubi Bald. ff. de legat. 2.* ſed & totam ejus familiam conſpurcat, *l. quamvis 30. C. de adult. Bald. in l. un. n. 5. C. de rap. virgin. & conſ. 427. n. 7. & 8. vol. 5. Rom. conſ. 451. n. 10.*

16 Nec quicquam ferè aliud conjugum concordiam magis impedit ac turbat, quàm adulterii crimen, à quo abſtinere Ethnici Scriptores quoque præceperunt. Quorum, qui autoritate facilè cæteros antecellit, Ariſtoteles *lib. 7. polit. cap. 16. Concubitus*, inquit, *omnis, præterquam uxoris penitus ſit interdictus.* Idemque Jure Gentium prohiberi, argumento ſunt nationes penè omnes, quæ adulteros graviſſimis pœnis mulctare ſolent, *Andr. Tiraquell. leg. 13. de LL. Connub.*

17 Apud Ægyptios ſanè in adulterio deprehenſus, virgis cædebatur ad mille plagas, mulier naſo mutilabatur. Quo dedecore vultus incontinentia maculatus ea mulctaretur parte, qua maximè facies exornatur, *Diodor. Sicul. lib. 2. cap. 3.* ubi & illud ſcribit, ei qui mulierem liberam violaſſet, virilia apud eoſdem amputari, quoniam uno crimine tria non parva ſcelera complexus eſſet, injuriam, corruptelam, & liberorum confuſionem. Ad quam pœnam videtur alluſiſſe *Terentius in Eunucho*, inquiens:

Nunc nominatur porrò ſeſe id, quod mœchis ſolet,
Quod ego nunquam vidi fieri, neq́; velim.

Et Martialis *lib. 2. Epigramm. 60.*

Vxorem armati futuis, pure Hyle, Tribuni,
Supplicium tantùm dum puerile times.
Væ tibi, dum ludis, caſtrabere: Iam mihi dices,
Non licet hoc, quid? Tu quod facis Hyle licet.

18 Quam legem, quantum ad viros ſecuti ſunt apud Romanos *Bibienus & Pub. Cernius*, quorum illi Carbonem Actienum; hic Pontium, in adulterio deprehenſos, caſtraſſe ſcribuntur à *Valerio Maximo lib. 6. cap. 1.* Unde & illud *Horatii lib. 1. ſerm. Satyr. 2.*

—— Quin etiam illud
Accidit, ut cuidam teſtes caudamque ſalacem
Demeteret ferrum jure omnes: Galba negabat.

19 Non minor fuit pœna Placiadarum Atticæ regionis populorum apud quos, qui in adulterio deprehendebantur, ignominioſas pœnas dabant, impactis in pudendam corporis partem raphanis, qui apud illos miræ, magnitudinis eſſe dicebantur, quod ſi Raphani defuiſſent, ſtelo utebantur, hoc eſt, ligonis ligno, teſte *Suid.* Quo forſan reſpicit illud *Catuli, in Aurelium* ſcribentis adverſus mœchos:

Ah tum te miſerum, maliq́; fati
Quem attractis pedibus patente portas,
Percurrent raphaniq́; mugileſq́;

Et Iuvenalis Satyr. 10.

—— Necat hic ferro, ſecat ille cruentis
Verberibus: Quoſdam mœchos & mugilis intrat. 20

Apud Athenienſes adulteræ ingreſſu publicorum templorum, interdicebatur, quod ſi ingreſſa fuiſſet, in eam obvio cuique licebat, quicquid libitum erat, præter mortem inferre: Mortem autem ob id non licebat, quo diutius in ignominia viveret, vt ſcribit *Demoſthenes in Orat. adverſ. Near.* Adulterium verò in concubitu u-
xoris deprehenſum, licebat marito impune oc- 21
cidere, referente ex aliis Auctor. *Tiraquell. in l. 13. nu. 9. de legib. connubial.* Pariter Seleucus Socrenſium Legislator, legem tulit, ut adulteris uterque oculus erueretur: Cumque ejus filius fuiſſet in adulterio deprehenſus, & tota civitas in honorem patris neceſſitatem pœnæ remitteret, aliquamdiu repugnavit; Ad ultimum victus precibus populi, ſuo prius, deinde filii oculo eruto, debitum ſupplicii modum Legi reddidit, admirabili æquitatis temperamento, ſeſe inter miſericordem patrem & juſtum Legislatorem partitus, teſte *Valerio Maxim. lib. 6. cap. 5. Ælian. lib. 3. hiſtor.*

22 Lycurgus autem Lacedæmonius nullam pœnam ſuis legibus in adulterium ſtatuebat, multò tetrius, fædiuſque id ſcelus eſſe oſtendens, quam ſi pœnam aliquam, quantumvis gravem, ſanxiſſet, ſicut & Solon de Parricidio cenſuit: Is namque interrogatus, cur nullum ſupplicium ſtatuiſſet in eum, qui parentem necaſſet, reſpondit, id ſe neminem facturum putaſſe; ut tradit *Tull. in Orat. pro Sext. Roſc.* Non diſſimili forſan conſilio Lycurgus nullam in adulteros pœnam præſcripſit, quoniam Spartæ nullum futurum adulterum putabat. Exiſtimabant nempe Solon & Romulus parricidium, & Lycurgus adulterium deteſtabilius abominabiliusque, quàm ut alterius perpetrandi cuiquam libido inceſſeret.

23 Ita nempe Ethnicæ Gentes homines à crimine hoc deterrebant, quod & alios populos feciſſe, variaſque pœnas adverſus mœchos ſanciviſſe, teſtatur & refert latè *Andr. Tiraquell. leg. 13. de legib. connub. Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quæſt. cent. 5. caſ. 419. Proſper. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 140. n. 11. Petr. Gregor. in Syntagm. Jur. univ. lib. 36. cap. 6.* Quo ipſo jure Gentium adulteria improbari luculenter demonſtratur. Quin & ſi hujuſmodi exempla non extarent, natura ſatis eſſet documento, quæ & animalia bruta hanc ipſam rem docuit, teſte *Andr. Tira-*

quell.dict.l.13.num.1.& ſeqq. ut ponit exemplum in elephantibus, in ciconiis, in columbis; in turturibus, in leonibus, in aquilis; & in cornicibus; quæ ſingula animalia ſub naturali quodam conjugio ſuas habent conjuges, *Iacob. Menoch. dict.caſ.419.n.5.Petr.Gregor.dict.lib.36.cap.6.nu. 24.Ioſeph.Maſcard.de probat.lib.1. concluſ.57. n. 1.verſ.ſed quid homines.*

25 Ex quibus patet, Adulterii crimen longè graviſſimum; & multis de cauſis deteſtandum eſſe, de quo inter omnes convenire, veriſſimè ſcripſit *Petr.Heig.lib.2.quæſt.29.num. 1.Iodoc. Damhouder.in prax.rer.crim.cap.89.nu.1. & 14. Lopez. in repet.rubr.de donat.int.vir.& uxor.§.78.nu.3.& ſeqq.Ægid.Boſſ.in tit.de coit.dam.& punit.n.44. & ſeqq.Proſp.Far.part.5.oper.crim.quæſt.140.nu. 3.Bald. in c.at ſi clerici.§. de adult.extr. de judic.* ubi dicit, quod reverà adulterium Laicis & bonis viris ſit crimen infeſtum, turbetque honorem matrimonii; & famam liberorum, in qua decus Gentium conſiſtit.

26 Nec ratio in obſcuro eſt; cum adulter ſit fur
proprii corporis, quod uxori ſubtrahit, in pro-
priumque corpus peccet, & ſibimetipſi injuriam
faciat, teſte *Paulo 1.Cor.7. v.3. & 4. cap.6. v. 18.*
19. Unde & *Syracid.* adulteram Juventutis ſuæ
ducem primum maritum deſerere, & fœderis
divini obliviſci pronunciat, *cap.23. v.32.* impu-
tans propterea ipſi triplex peccatum: *Primum,*
inquit, inobediens fit mandato divino; *Deinde*
peccat in virum; & *denique* ſupponit mendacem
fœtum *verſ.33.* Quod facinus adeò maritum
27 offendit, ut nemo facilè eum à juſto Zelo pro-
hibere poterit, quem ipſæ leges Rom. licet viro
adimant jus occidendi uxorem; ne præ irâ &
vindictæ ardore limites tranſiliat, *l.patri.l.nec in*
ea.in fin. ff. ad Leg. Jul. de Adult.l. Grachus C.
eod. tit. tamen à cæde adulteri non prohibent, *l.*
marito quoque ff. eod. tit. etiamſi alloquentem
tantùm cum uxore in loco ſuſpecto, ſed ter per
literas prius admonitum, offenderit, *Auth. ſi*
quis ei.C.de adult. ut probè dixerit *Salomon: An*
quis ignem in ſinu gerere poteſt, quin comburat? An
ſuper carbones inambulare, ne incendat plantas? Et
quis accedit ad alterius thorum impunè? Proverb.
6.v.28.& ſeqq.

28 Et ſi *Cicer. pro Roſc.* Parricidium omnibus aliis criminibus propterea antefert, quia in eo omnia ſcelera complexa videntur; vereor ne idem de adulterio ſtatuendum, in quo non pauciora ferè concurrunt. Etenim quandam furti ſpeciem continet adulterium, quia perſona peccans jus ſui corporis ſuffuratur innocenti, 1.*Cor.7.* Nec non ſacrilegii, *Proſper.Farin. part.5.oper.crim.quæſt.140.num.8.Bald.conſ.245 nu.1.lib.4.Tiber.Decian.in tract.crim. lib.6. cap. 23.num.14. verſ. quinimò*: quia temerat ſacrum jus connubiorum, & à Deo vinculum ligatum temerario auſu diſſolvit, corpus item Deo conſecratum transfert in mancipium ſcorti, 1. *Corinth.6.*

29 Unde & adulteri Sacrilegi nuptiarum vo-
cantur, *l. quamvis. C. de adult.* Accedit enim
quandoque homicidium. Nec enim fieri poteſt,
quin clanculum armetur adulter in eos, quos
conatibus ſuis obſiſtere novit, & conjunctum
habeat animum, ſi occaſio ferat; aut neceſſitas
poſtulet, ferro vel ſe defendendi, vel offenſum
maritum ultrò invadendi, *Henning. Arniſ in*
tract.de jur.connub.c.5. ſect.8. nu.58. quod com-
probat exemplum Davidis, qui adulterium ho-
micidio cumulare non dubitavit, eò, quod vivo
Uria, Bethſabeæ copiam ſibi fieri non poſſe, ſci-
ret, *2.Reg.11.* Taceo iniquam prodigalitatem, &
bonorum in extraneos dilapidationum: Quia 30
qui meretrices ſequitur, è bonis ſuis ſaginat pe-
regrinos, & labores manuum ſuarum alienæ
conſecrat domui, ut *Salomon* loquitur *Proverb.*
5. Quæ certè fidem tribuunt *Azoni*, aſſerenti, ex
adulterio plurima alia crimina proficiſci, *in Sũm.*
C.ad leg. Jul.de adult. Joh. Harppr.ad §.item Lex
Julia.n.2. Inſt. de publ. jud. ubi & Mynſ. nu.1.
Proſp.Far.dict.quæſt.140.n.3.

Miretur ergo aliquis, quid in mentem vene- 31
rit Pontifici Alexandro III. adulterium inter cri-
mina levia & minora collocanti in *c. etſi Clerici 4.*
§.1.de Judiciis, cujus rationem profert *Lucas de*
Penn.in l. Mulieres.C.de incolis.lib.10. quod nem-
pe homines ſint propenſiores in id facinus, &
proinde majori veniâ digni. Unde & quidam
concludere haud verentur, Clericum ob adul-
terium non eſſe ſacris ordinibus amovendum,
c.cum non ab homine: de Iudic.Panorm.in d.c.&
ſi clerici.num.38. Quæ tamen ratio tanti pon- 32
deris non eſt, ut Pontificis errorem defendere
queat. Non enim adulterii turpitudo in natu-
rali intemperantia collocatur, ſed in ſacrilegio,
injuria & thori alieni ſtupratione; ad quæ vitia
homines naturaliter proclives non magis ſunt,
quàm ad iram & homicidia; ut probè adnimad-
vertit *Arniſ.dict.ſect.8.in fin.* Nec quicquam
quo naturalius eſt, eo majorem excuſationem
meretur; niſi vitia anteferre velimus virtutibus,
quia omnis noſtra natura poſt lapſum vergit ad
malum, & proclivior eſt ad vitia; quàm virtutes,
ut in aperto eſt.

Rectius cum Clemente quis dixerit: *Quid in* 33
omnibus peccatis adulterio eſt gravius, c. quid in o-
mnibus 32.quæſt.7. Unde vulgo aſſeritur, Adul-
terii delictum cæteris criminibus multò gravius
eſſe, *Petr.Heig.dict.quæſt.29 in princ. Proſp Farin.*
dict.quæſt 140.num.6.Ioh.Harpp.dict.§.4 in prin.
Inſt.de publ.judic. Quod ratione inquinationis
facilè conceſſerim: adulter enim in proprium
corpus peccat, ipſumque non leviter commacu-
lat, uti hoc *gloſſa* exponit *in cap. ſi quod 33. quæſt.*
3. Vel dici poterit, adulterium eſſe majus ac gra- 34
vius delictum reliquis, non ex eo, quod illo ma-
jor pœna imponatur, ſed quia ex illa multa alia
delicta naſcuntur, ut antea dictum, *Rom. in l.*
tranſigere.numer.4. & 5. C. de tranſact. Cyrill. in
Summ.crim.de publ.jud.§.4.num.9. Quamvis &
aliter verba Clementis explicet. *gloſſ. in dict. cap.*
quid in omnibus.

Quis enim negare auſus fuerit, crimina quæ- 35
dam adulterii delicto eſſe graviora, ac atrociora,
quale inter alia eſt crimen Hæreſeos, Sacrile-
gii, *cap.ſicut 17.quæſt.4.* Inceſtus & Sodomia, *c.a-*
dulterii 32.quæſt.7. ubi dicitur: *Adulterii malum*
vincit fornicationem; Vincitur autem ab inceſtu;

Pejus eſt enim cum matre, quàm cum aliena uxore concumbere. Sed omnium horum eſt peſſimum, quod contra naturam fit: Vt ſi vir membro mulieris non ad hoc conceſſo voluerit uti. Vſus enim naturalis, ſi ultra modum probabitur, in uxore quidem veniale eſt, in meretrice damnabile. Sed iſte qui eſt contra naturam, execrabiliter fit in meretrice, ſed execrabilius uxore, &c. Sic & crimen læſæ Majeſtatis gravius eſt adulterio, *Bartol. in rubr. ff. ad leg. Iul. de adult. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 419. nu. 76. & ſeqq. Petr. Gregor. in Synt. jur. lib. 36. cap. 6. nu. 1.* ubi dicit: Crimen adulterii magis aſſimilari, magiſque proximum eſſe crimini falſi, quàm læſæ Majeſtatis.

Qu. 1. Nũ Adulteriũ gravius delictum ſit homicidio?

Idemq; de homicidio aſſerendum, quod gra-
37 vius eſſe crimen adulterio haud irrationabiliter
colligit *Gloſſ. ex c. ſi quod 33. quæſt. 2. in vocab. adul-*
terium. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 17. n
18. Hippol. de Marſil. in rubr. ad Leg. Corn. de ſicar.
nu. 3. Nicol. Boer. deciſ. 317. nu. 9. Decius in l. non de-
bet. ff. de reg. jur. Cui tamen aſſertioni contradi-
cit *Matthæus Gribaldus Mapha in tract. de omni*
genere homicidii cap. 1. exiſtimans, homicidium
adulterio gravius eſſe crimen. Quod & *Petr. Gre-*
gor. in Syntag. jur. dict. lib. 36. ca. 9. nu. 2. defendere
ac demonſtrare conatur ex parabola *Nathani*
Prophetæ, per quam atrocitatem criminis adul-
terii Davidi expreſſit, & ad quam ille dignum
morte virum dixit, qui ovem unicam, quam
pauper nutrierat in ſinu ſuo, quæ ſecum dege-
bat, quæ erat in deliciis, mactaverat, parcens
ſuis, aliis ſcilicet mulieribus, non electis, quas ſi-
bi conjungere poterat. Quamvis enim ob ad-
ulterium Batſabeæ, Uriam virum ejus David
occidi curaſſet, nihilominus tamen pro adulte-
rio tantùm punitus atrociter fertur, ita namque
inquit Propheta in nomine Domini: *Non rece-*
det gladius de domo tua in ſempiternum, eo quod
deſpexeris me, & tuleris uxorem Vriæ Ethei, ut eſſet
uxor tua, ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua, &
tollam uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo
tuo, & dormiet cum uxoribus tuis in oculis ſolis hu-
jus, 2. Reg. cap. 12.

38 Sed exinde hoc nequaquam probari poteſt,
tantum enim abeſt, ob ſolùm adulterii crimen
pœnam à Propheta fuiſſe indictam Davidi, ut is
etiam in verbis præcedentibus vehementer ho-
micidiũ à Rege cõmiſſum bis increpuerit: Quin
& pro utroque pariter delicto homicidii & ad-
ulterii ſupplicium indicitur & ſingulo cuiq; cri-
mini peculiaris imponitur pœna; Illi nempe;
quod gladius non recedet à Diabolo Davidis,
huic verò, quod proximus dormiet cum uxori-
bus ejus. Sicuti autem prior pœna mortis gravior
eſt altera, ita etiam homicidii crimen gravius eſſe
adulterio, aſſerere licet.

Qu. 2. An furtum gravius habeatur crimẽ adulterio?

39 At hoc dubio non caret: *an Adulterium fur-*
ti quoque crimine gravius debeat haberi? In fures
namque laquei ſupplicium conſtitutum eſt, *in*
Ordinat. Crimin. Carol. art. 162. quod ſeverius eſt
pœna gladii, quà ſolent affici adulteri, *l. quamvis*
§. final. C. ad Leg. Iul. de Adult. §. item lex Iulia.
40 *Inſtit. de publ. judic. Conſt. crim. Carol. 120.* Unde
ſequi videtur, ipſum quoque furtum gravius eſſe
adulterio, cum delictis pœnæ proportionabili-
ter imponi, iiſque commenſurari debeant, *l. capitalium, 28. §. ſolent, & §. graſſatores, §. de pœnis, l.*
1. ff. de jur. patron. l. 3. C. de Epiſc. audient. l. ſervos 8.
C. ad leg. Iul. de Vi publ. Anton. Gomez. de delict. c.
3. nu. 60. in fin. & de furt. n. 5. Nicol. Reuſn. lib. 2.
deciſ. 20. n. 6.

Hinc quoque fit, quod Reus de adulterio & 41
furto ſimul convictus ſuſpendatur, docente pra-
ctica quotidiana, quam etiam in pronuncian-
do ſequuntur *Elect. Saxon. Scabini*, electa nimi-
rum pœna majori: concurrentibus enim deli-
ctis, majus abſorbet minus, & una duntaxat pœ-
na, majoris ſcilicet delicti imponitur, veluti ſi
quis aliquem vulneravit, aliumve occiderit, de
homicidio tantùm punitur, & pœna vulneris, 42
quæ fuſtigatio eſt, confunditur cum pœna ho-
micidii, *gloſſ. in l. qui de crimine 9. in verb. pluri-*
ma C. de accuſat Bart. in l. nunquam plura, 2. num.
4. ff. de privat. delict. Angel. in l. inficiando. 67. §.
infans, ff. de furt. Hippol. de Marſil. in l. ſi in rixa.
17. num 15. ff. Ad leg. Corn. de Sicar. & l. un. nu. 54.
C. de rapt. virgin. Jodoc. Damhoud. in pract. crim. c.
77. nu. 4. Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 84. verſ. ali-
us eſt caſus & q. 82. verſ. pone Statutum. Nic.
Reuſn. lib. 2. deciſ. 20. n. 8. Petr. à Plach. in Epit.
delict. lib. 1. nu. 8, verſ. tertio in hoc tract. Hieron.
Magon. deciſ. 90. n. 15. & ſeqq part. 1. Ioſeph. Lu-
dov. deciſ. 61. n. 3. part. 1.

Sed hoc me nullatenus movet, ut non adul- 43
terium furto gravius delictum eſſe exiſtimem,
quòd & jam pridem ſenſit *Alciat. in l. probrum.*
42. de verb. ſing. Henning. Arniſ. in tract. de jur.
Connub. c. 5. ſect. 7. num. 8. nu. 2. & 53. Proſp. Farin.
part. 5. oper. crim. quæſt. 140. num. 4. & ſeqq. Iodoc.
Damhoud. in prax. rer. crim. c. 89. nu. 10 & 11. Cu-
jus opinionis defenſor quoque exiſtit ſapientiſ- 44
ſimus Rex Salomon, quando inquit: *Non eſt grã-*
dis culpa, cum quis furatus fuerit, furatur enim ut
eſurientem impleat animam, deprehenſus quoq; red-
det ſeptuplum, & omnem ſubſtantiam domus ſuæ
tradet & liberabit ſe. Quid autem adulter eſt pro-
pter cordis inopiam perdet animam ſuam, turpitu-
dinem & ignominiam congregat ſibi, & opprobriũ
illius non delebitur. Quia Zelus & furor viri non
parcit in die vindictæ, nec acquieſcet cujusdam pre-
cibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima,
in Proverb. cap. 6. verſ. 30. 31. 32. & ſeqq.

Quibus verbis probè ponderatis, aſſertionem 45
hancce *Salomonis* rationibus nequaquam deſti-
tui, in aperto eſt. *Primò* enim majorem compu-
tat Rex culpam adultero libidini indulgenti,
quàm furi bona alterius auferenti: Major autem
eſt culpa in adulterio *ratione objecti*, fur enim
non niſi bona externa aufert, quæ facilè recu-
perari ac reſtitui poſſunt, ſed per adulterium
pudicitiæ decus, honor & fama eripiuntur,
quæ certè nunquam redeunt, & bonis externis
longè præponderant, nec faciliùs, quàm vita a-
mittuntur, cum vita & fama pari paſſu ambu-
lent, *l. 8. ubi Dd. quod met. cauſa.* Sicuti ergò adi-
mens alicui vitam gravius incurrit delictum fur-
to, ita etiam majori culpa peccat adulter, caſti-
tati ac famæ alicujus macula inferens, quàm
Reus furti, bonis ſuis aliquem ſpolians. Unde 46
fit, quod parentes honeſtatis amantes ob ſtu-
prum filiæ illatum mœrore ferè contabeſcunt,
qui tamen propter bona externa ſibi erepta tan-

tum non dolent. Quantò impenſius namque
quis uxores, quàm res cæteras amat, & æquiori
animo fert rerum ſuarum jacturam, quàm ſtu-
prum uxoris, ut inquit *Hieron. in Amos. cap.* 7.
quem refert *Johan Coraſ. lib.2. miſcell. jur. cap.* 1.
47 *num.2.* Et quis non vellet æquiore animo ferre
mortem filii, quàm adulterium uxoris? juxta *l.*
Lucius Titius.88.§.matre.16.verſ.ſed & alius, ubi
Bald.ff.de legat.2.Joh.Harpp.in §. item lex. Jul. 4.
n.2.Inſtit.de publ.jud.

48 *Deinde*, major quoque culpa verſatur in adulterio quàm furto, *ratione qualitatis delicti,*. Licet enim tàm furtum quàm adulterium probrum ſit natura turpe, affirmante *Ulpiano in l. probrum 42. ff. de verb. ſignif. & ibidem Accurſio* ex eo, quod utrumque Decalogo ſit interdictum; attamen *Alciat. in d l.*42. adulterium multò eſſe turpius diſputat, quàm furtum, cujus turpitudinem potius ex civili lege, quàm naturali accerſendam putat, dum interim adulterium apud omnes gentes, quibus ſacra connubialia cognita fuerunt, ſummo ſemper odio habitum fuit. Quod etiam ordo Decalogi, in quo præceptum de non mœchando, præponitur præcepto de non furando, haud obſcurè probat.

49 Sit ergo furtum grave delictum, longè tamen gravius eſt adulterii crimen, ut per quod in proprium corpus peccatur *1.Cor.6.verſ.18.* templum Spiritus S. profanatur, *v.19.* ex membris Chriſti, membra meretricis efficiuntur, *verſ.15.* cœcitas mentis attrahitur, fons & radix generis humani contaminatur, ſanctiſſimus conjugii ordo violatur, familiæ turbantur, thorus polluitur, liberis magna infertur injuria, honeſtas publica violatur, & qui alii ſunt exceſſus haud parvi. Ut verè dixit *Chryſ.hom.62.in Iohan.* Adulterium eſſe ſcelus gravius Idololatriâ: Quod forſan non ita ſimpliciter accipi debet, monente *Dn. Johan. Gerhard. in diſp. quadam habitâ Ien. de pœn. adulterii exaſp. th.51.* Interim tamen frequens eſt ſcripturis, idololatriam appellare ſcortationem & adulterium.

50 Huc etiam pertinet, quod furtum ut plurimum ab uno ſolùm peragatur, ſed adulterium in ſocietatem criminis proximum illicet. Neque hoc delictum ab uno perpetrari poteſt, niſi alterius perſonæ delictum accedat. Quamvis enim novum non eſt, ut mulier quandoque ſola adulterii accuſetur, id tamen eo ſolùm caſu fit, quo mulier meretricio more in matrimonio vivit, & adulterium abſque adultero committit, regulariter verò adulterium duorum crimen eſt, ut loquitur *Petr.Heig.part.2.quæſt.29.n.33.*

51 Denique *ratione effectus* major eſt culpa in
adulterio, quia hoc crimen multorum delicto-
rum, & longam incommodorum caudam ſe-
cum trahit, infinita namque ferè ſunt peccata,
quæ adulterium communiter ſubſequuntur, ut
violentia, injuria, perjurium falſum, prodigali-
tas, & bonorum dilapidatio, *Mynſing.in §. item*
leg.Iulia de adult.4.nu.1.Inſt.de publ.judic. ubi &
Ioh.Harppr.num.2.Proſp.Farin.part.5.oper.crim.
quæſt.140.n.6.& ſeqq. Et quod non minimum
eſt, homicidium, non ſolùm quia adulter para-
tus eſt occidere maritum intervenientem, ut teſtatur hiſtoria *apud Auguſtinum* de eo, qui in e-
brietate factus eſt adulter, & in adulterio homi-
cida, ſed & quod ipſemet hoc periculum incur-
rat, ſi maritus juſto dolore ac ira commotus, in-
juriam ſibi illatam gladio vindicare velit, jure
non multùm repugnante, *l.patri. l.nec in ea, in*
fin.ff.Ad leg.Iul.de adult. Sicuti nec Johannes 52
XII. Pontifex tuus ex alterius Gynæceo domum
ſe recipere potuit, quin turpiter periret, qui tur-
piter vixerat, *Platin.in Johan.12.* Saluſtium verò
licet vivum, flagellis tamen ad mortem cæſum,
dimiſit Milo, *Aſc.Pæd.in vit.Saluſt.* Et hoc eſt,
quod innuit *Virgil.6.Æneid.*

Quiq; ob adulterium cæſi.

53 Quin & adulterio ipſummet furtum ineſt, quia maritus non habet poteſtatem corporis ſui, ſed uxor; Nec uxor habet poteſtatem ſui corporis, ſed maritus, *1.Cor.7. verſ. 4. Tiber.Decian.in tract.crim.lib.6.cap.23.n.14.verſ.quinimò Bald conſ.245.n.1.lib.4.Proſp.Far.dict.quæſt,140. n.8.Henning.Arniſ.in tract.de jur.connub.cap.5. ſect.8.n.58.*

54 *Alterum Regis Salomonis fundamentum*, quo
adulterium furti crimine gravius eſſe probat, de-
ſumptum eſt à cauſa efficiente delicti, *in verſ 30.*
dict.cap.6.Proverb.Furatur enim quis, inquit, *ut*
eſurientem impleat animam.Et verſ.32.Qui autem
adulter eſt, propter cordis inopiam perdet animam
ſuam &c. Quibus verbis Rex ſapientiſſimus do-
cet, furem aliquo modo veniam mereri, propter-
ea, quod fame coactus peccet: Pleroſque ad fur-
tum impellit dura neceſſitas & fames, quæ ad
abſurdiſſima, ipſique adeò naturæ adverſa, im-
pellere potis eſt, neceſſitas autem legem non ha-
bet. Unde & à furti pœnâ excuſatur, qui ob diræ 55
famis neceſſitatem ad ſuſtinendum ſe cum uxo-
re ac liberis cibaria, aut ob frigus diuturnũ ac in-
ſolens veſtes ſurripit, *c.ſi quis propter 3.ext.de furt.*
c.diſcipulos.de conſecrat.diſtinct.5. Ordinat.crim.
Carol.art.166 ubi Georg.Rem. & Matth. Steph.
Iul.Clar.lib.5.ſent.§.Furtum, verſ.quandoq; etiam
n.24.Franc.Pſeil.reſp.139 n.1.& ſeqq. Adulteri-
um autem ex mera animi libidine, & concupiſ-
centiæ ardore oritur: Quò major verò concu-
piſcentia in peccato concurrit, eò gravius etiam
in ſe eſt peccatum, haud abſurdè enim concupiſ-
centia anima peccati appellatur. Unde & gravi- 56
us peccare putatur, qui cum deformi, quàm cum
formosâ concumbit, habet enim ille majorem
concupiſcentiæ ardorem.

57 *Tertiò*, ad probandam ſuam aſſertionem Rex, nulli mortalium ſapientia ſecundus, adducit quoque ſeveritatem pœnæ, jure Divino in adulteros ſtatutæ, quæ longè gravior eſt pœna furti, inquiens *in verſ.31. Deprehenſus quoq; reddet ſeptuplum, & omnem ſubſtantiam domus ſuæ tradet & liberabit ſe. Et verſ.32. Qui autem adulter eſt, propter cordis inopiam perdet animam ſuam.* Quibus verbis utriuſque delicti, furti nempe & adulterii, pœnam ſeu diſparem ſibi invicem opponit: Illa enim bona; hæc verò animam ſeu vitam concernit: Illa ſubſtantiam domus; hæc verò corpus & ſanguinem tollit.

58 In legibus namque Moſaicis Furti quadrupli vel quintupli pœna ſtatuitur, ſcilicet, ſi

animo furto ablatum fuerit occiſum, *Exod.22. verſ 1. ſi quis furatus fuerit bovem aut ovem, & occiderit vel vendiderit, quinq; boves pro uno bove, & quatuor oves pro una ove reſtituet:* Dupli verò pœna, ſi animal furto ablatum inventum adhuc fuerit vivum, *verſ.4. Si inventum fuerit apud eum, qui furatus eſt, vivum, ſive bos, ſive aſinus, ſive ovis, duplum reſtituet.* 59 Tandem progreſſu temporis, procul dubio propter frequentiam furtorum ad pœnam ſeptupli, vel etiam omnium bonorum confiſcationem deſcenſum fuit: Et qui non habuit in ære ut redderet, ſeipſum venundare coactus fuit; *Exod.22.verſ.4.* Adulterii autem pœna capitalis eſt, *Levit.20. verſ.10. ſi mœchatus quis fuerit cum uxore alterius, & adulterium perpetraverit cum conjuge proximi ſui, morte moriantur & mœchus & adultera.* Quæ ſanctio pœnalis reperitur *Deut.22.verſ.22. ſi dormierit vir cum uxore alterius, uterq; morietur, & adulter & adultera, & auferes malum de Iſrael.* Eademque pœna ad ſponſam in domo patris fornicantem extenditur. 60 *Deut.22. verſ.23. ſi puellam virginem deſponderit vir, & invenerit eam aliquis in civitate, & concubuerit cum ea, educes utrumq; ad pœnam civitatis illius, & lapidibus obruentur &c.*

61 Ex quibus elucet, graviorem fuiſſe pœnam adulterii, quàm furti: Unde argumentari licet, ipſum quoque adulterii delictum furto eſſe gravius. Quam conſequentiam probat vulgatum juris axioma, quod pœnæ ſint commenſurandæ delictis, *c. non afferamus 24. quæſt. 1. l. reſpiciendum ff. de pœn. l. 1. §. ſed & qui. ff. de abigeis. Hipp. de Marſil. in l. 1. n. 256. C. de rapt. virg. Proſp. Farin. in prax. crim. lib. 1. tit. 3. quæſt. 19. n. 5. Nicol. Reuſn. lib. 2. deciſ. 20. n. 8.*

Neque hiſce adverſatur, quod hodie furti pœna, 62 quæ eſt laquei *Ordin. Crim. Carol. art. 162.* ſit durior ſupplicio adulterii, quod gladii eſt, *l. quamvis §. fin. C. ad leg. Iul. de Adult. Conſt. Crim. Carol. art. 120.* Unde & crimen illud hoc gravius 63 eſſe ſequi videtur. Facilimè enim per inſtantiam hic nodus diſſolvi poterit, quod nempè & homicidii & blaſphemiæ pœna ſit gladii, *§. item lex Cornelia. Inſtit. de publ. judic. l. 3. §. patiatur. C. de Epiſcop. audient. Ordin. crim. Carol. art. 137. & art. 106. Receſſ. Imper. de Anno 1584. ſub tit.* **Von den Gotteslästerungen.** *Ordin. polit. Imp. Francofurtenſ. de An. 1577. Ordinat. Provinc. Saxon. de Anno 1550. & 1555.* Quorum tamen criminum neutro gravius eſt furtum, nemine facilè repugnante. Ideoque in crimine furti ex aſperi- 64 tate pœnæ hodiernæ de ejusdem atrocitate ac gravitate nequaquam judicium ferre licet, quia ob frequentiam furtorum pœnam propter bonum ſupplicium exaſperari, ac furibus laquei ſupplicium ſat grave infligi, placuit Imperatoribus. Ut probè animadvertit. *Jodoc. Damhouder. in prax. crim. cap. 89. n. 11.* ita ſcribens: *Quocirca, licet adulterium coram Deo gravius peccatum ſit, quam decem vel viginti furta, tamen ipſum furtum graviori pœna temporali punitur, videlicet, capitis vel ſuſpendij, idq; propter bonū publicum, communem convictum, & quietem hominum.* Hæc Damhouder. dict. loco.

QUÆSTIO LII.

Quidnam propriè ſit Adulterium, & num pœnâ Capitali in adulteros animadvertere liceat?

SUMMARIA.

1. Adulterium ceu grave delictum gravem quoque meretur pœnam.
2. Apud pauciores populos ſupplicium Adulterij fuit capitale.
3. Referuntur *pœnæ adulterorum, apud Gentes varias uſitatæ n. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.*
11. Quale quondam fuerit ſupplicium adulterij de jure Romano, n. 12. 13. 14. 15.
16. Num mortis pœnâ adulteri ſint afficiendi? n. 21. 22. 23.
17. Quid de jure Divino hâc de quæſtione habendum, n. 18. 19. 20.
24. Apud Romanos ab initio ſupplicium adulterij non fuit capitale.
25. Quare lex de coercendis adulteris dicatur Iulia.
26. Ex lege Iulia adulteri gladio puniuntur, n. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 37.
36. Inferioris conditionis homines gravius puniuntur quàm honeſtiores.
38. Pœna capitalis conniventiâ in deſuetudinem abijt, ſed poſtea reſtituta fuit, n. 90.
39. Pœna adulterij de Iure Romano eſt hodie mortis naturalis, n. 41.
40. Fœminæ adulteræ quomodo puniantur.
42. Quomodo definiri debeat adulterium, n. 43.
44. Violatio fidei conjugalis facit adulterium, n. 45. 61. 69.
46. Notatio nominis adulterij.
47. Unde dicatur Germanicè **Ehebruch.**
48. Vera definitio Adulterij.
49. Num Maritus cum fœminâ ſolutâ verum committat adulterium? n. 50. 52.
51. Per Matrimonium inter conjuges ſocietas contrahitur.
53. De jure Divino maritus cum fœminâ ſolutâ adulterium committit, n. 54. 55. 56.
57. Quod & verum eſt de Iure Canonico, n. 58. 59.
60. Sicut etiam de Iure civili, n. 63. 64.
81. Explicatio l. 1. C. Ad leg. Iul. de adulter.
65. Quid Iuris ex Sanctione Carolina Crimin.
66. Cum qua convenit Conſtitutio Elect. Saxon.
67. Refutantur argumenta contraria, n. 68. 71. 72. 73. 84. 87. 88.
70. Inſitio ſtirpis ſpuriæ in alienam familiam adulterium aggravat.
74. Explicatur l. 6. §. 1. l. 13. §. 34. §. 1. ff. ad Leg. Jul. de adult. & l. 101. l. 225. de verb. ſignif. n. 75.
76. In adulterio non ſemper patientis, ſed & agentis perſona reſpicienda, contra Heig. n. 77. 78. 79.

80. Ex-

80. Explicatio l.1. C.de adult.n.81.82.83.
85. Vxor non minus thorum habet atque maritus. num.86.
89. Ex genere pœnæ de qualitate & ſubſtantia delicti non ſemper judicare licet.
91. Quare rariſſimè in Iure civili fiat mentio adulterij à marito cum fœminâ ſolutâ commiſſi.

TAM grave delictum quia Adulterium eſt,
ut dictum *quæſtione præcedenti*, pœnam et-
1 iam ſeveram meretur, *Petr. Heig. part. 2. quæſt.*
29. numero 4. Qualis verò hæc ſit, aut eſſe de-
beat, inter hiſtoricos pariter ac JCtos non con-
venire, notum eſt ex iis, quæ de pœnâ adulte-
rii per omnes ætates variè ſancita & diſputata
fuere, ut videre eſt apud *Gellium libr. 10. Noct.*
Atticar. cap. 25. Cœl. Rhodig. libr. 20. lect. an-
tiquar. capit. 25. Petr. Gregor. Tholoſ. in ſyntagm.
jur. univerſ. libr. 36. capit. 6. numer. 21. cum ſeqq.
Coraſ. annot. 83. Art. Tholoſ. Iacob. Menoch. de ar-
bitr. Jud. quæſt. lib. 2. cent. 5. caſ. 419. n. 10. & ſeqq.
Henning. Arniſ. in tract. de Jur. connub. cap. 5. ſect.
8. Perer. libr. 16. comm. in Daniel. Godofr. de amor.
l. 1. cap. 3. Andr. Tiraquell. de legib. connub. leg. 13.
Guido de Fontan. in collect. hiſtor. Guibert. de dot.
cap. 6. num. 25 Proſp. Far. in part. 5. oper. crim. quæſt.
141. n. 11. & ſeqq. Iodoc. Damhouder. in prax crim.
cap. 89. num. 33. & ſeqq. Nicol. Boer. deciſ. 297. nu-
mer. 13. & ſeqq.

2 Sanè mores Gentium ac vetuſtatem qui inſpexerit, varias quidem variorum populorum pœnas deprehendet, ſed apud pauciores ſupplicium adulterii fuiſſe capitale, fateri neceſſe habebit. Ut enim Leges ac Jura Ægyptiorum, Placidarum, Athenienſium, Locrenſium, ac Lacedæmoniorum taceam, quæ referunt *Lypas de Eratoſthen. adult. Demoſth. cont. Neæram. Lucian. in Eunucho. Plutarch. in Solon. Polyb. 2. hiſtor. Valer. Max. lib. 6. cap. 5. Petr. Gregor. in ſynt. lib. 36. cap. 6. Andr. Tiraquell. de Leg. connub. leg. 13.* quorum ex parte mentio facta *in quæſt. præced.* Adulterii Reos tam apud alias Gentes, quàm apud Romanos quondam rariſſimè ultimo ſupplicio fuiſſe punitos, monumenta hiſtoriarum docent.

3 Pauciſſima namque, ut ſolum exempli gratia
referre liceat, Adulter Gortinæ in civitate Cre-
tæ depræhenſus, in judicium adductus, crimi-
niſque convictus, lanâ coronabatur: Ipſa verò
coronatio redarguebat ejus mollitiem, timidita-
tem, mulieroſitatem, & æſtimata eſt ei publicè
quinquaginta ſtaterum ſumma, atque eo ad
turpiſſimam infamiam redacto, omnes ad ge-
rendam in Republ. dignitatem viæ ſunt interclu-
4 ſæ, *Ælian. lib. 12. de var. hiſt. cap. 12.* In quibuſ-
dam Franciæ locis olim fuit conſuetudo, mulie-
ri adulteræ capillos incidere, veſtes ante & retrò
in ignominiam ejus ſcindere, & ita per civita-
tem totam circumduci, *Gloſſ. in c. de benedicto. 32.*
5 *q. 1. Ravenn. in jur. compend.* Coloniæ adultera
per civitatem cum contumelia traducta, cum
candelis manu delatis ad Eccleſiam ducebatur,
Nicol. Boer. deciſ. 297. n. 13.

6 Lege Bojoariorum *in leg. Bojoar. c. 11. tit. 1. & 2.* Adulter componere debebat cum Marito cum ſuo Werigeldo, hoc eſt 160. ſolidis, & ſi in lecto fuerit cum adulterâ interfectus, in ſuo ſcelere jacet ſine vindicta. *Et ſi in lecto,* inquit Lex prædicta, *calcaverit uno pede, & prohibeatur à muliere, & amplius nihil fecerit, componat cum duodecim ſolidis. Petr. Gregor. in Syntagm. dict. lib. 36. cap. 6. n. 31.*

7 Athalaricus Rex Gotthorum hanc pœnam ſtatuebat: ſi quis ſuperfluâ, turpique libidine, conjugali honeſtate deſpectâ, ad concubinæ delegerit vivere complexus: Si ingenua ſit, jugo ſervitutis cum filiis ſuis addicatur uxori, ut illi ſe per honeſta judicia ſentiat ſubdi, cui pollutam libidinem credidit poſſe præponi: Si ancilla, exceptâ pœnâ ſanguinis, matronali ſubjaceat ultioni, ut illam patiatur judicē, quam formidare debuerat abſentem, *Caſſ. lib. 9. varia. c. 19.*

8 Apud Thebanos & Heracleenſes parùm rigidè animadverti ſolitum, patet ex *Ariſt. 5 polit. c. 6.* ubi Eurytionem Heracleæ & Archiam Thebis per ſeditionem evertiſſe Rempublicam ſcribit, quod ob adulterium durius, quam leges ferrent, puniti fuiſſent; Alligati enim palo & ad Numellam publico riſui in foro expoſiti fuerant; quę pœna manebat etiam apud Cumæos: convictas enim adulteras ſuper lapide infami collocatas in medio foro, & meritis probris proſciſſas, probroſo aſino per vicos circumducebant *Henning. Arniſ. in tract. de Iur. connub. cap. 5. ſect. 8. num. 6.* Nec *Plato lib. 8. de legib.* ulterius progreditur, quàm ut infamiam irroget illi, qui ſuâ uxore non contentus, ſemen, quod religiosè ſervare debuiſſet, meretricis aut pellicis gremio crediidiſſet.

9 Neque Germanorum veterum pœna præter infamiam majores inferebat cruciatus, apud quos olim maritus abſciſſis crinibus uxorem nudatam coram propinquis expellebat domo, ac per omnem vicum verbere agebat, publicatæ enim pudicitiæ nulla venia; Non forma, non ætate, non opibus Maritum inveniebat: Nemo enim illic vitia ridebat, ut auctor eſt *Cornel. Tacitus de morib. Germanor.*

10 Apud Neapolitanos mulier publicè flagellatur, niſi maritus ex zelo naſum ipſi præſciderit, *Franc. Vivius in tract. comm. opin. lib. 2. verb. adult n. 4.* Quod ſupplicii genus olim etiam Romanis non diſplicuiſſe *Horat. lib. 1. Sat. 2.* docet inquiens:

Ille flagellis
Ad mortem cæſus.

Quibus verbis Acron Saluſtium Criſpum, Porphyrion C. Saluſtium tangi putat, quem in adulterio Fauſtæ, filiæ Syllæ, deprehenſum ab Annio Milone flagellis cæſum refert, *Aſcan. Pedian. & Serv. Arniſ. dict. ſect. 8. n. 8.* Hocque pluribus confirmat exemplis, *Valer. Maxim. Sempronius,* inquit, *Muſca C. Gallium deprehenſum in adulterio flagellis cecidit, C. Menius Octavium nervis contudit, Carbo Actienus à Bibieno, item Pontinus à P. Cernio deprehenſi caſtrati ſunt.*

11 In jure quidem Romano mira varietas & obſcuritas haud exigua occurrit, quid tempore quocunq; circa animadverſionis modum in crimine adulterii fuerit receptum ac conſtitutum *Petr. Heig. diſt. quæſt. 29. num. 39. Reinh. Bachov. ad Hier. Treutl. vol. 2. diſput. 32. liter. D. Henning. Arniſ.*

12 *Arniſ. dict. ſect. 8. num. 15.* Hoc tamen certum eſt, pœnam adulterii ab initio ſub liberâ Republica non fuiſſe capitalem, ſed Maritum jus habuiſſe privatim in adulteram animadvertendi. Hic enim mos vetus fuit Romanorum, ut ſi mulier aliquid peccaſſet, ex mariti læſi arbitrio pœnam lueret, & de delictis, quibus violata erat pudicitia, cognati cum ipſo cognoſcerent, *Dionyſ. Halicarnaſ. lib. 2. antiq. Roman.* Sicque apud *Cornel. Tacit. libr. 13. Annal.* Plancius coram propinquis de capite, famaque conjugis cognovit, & inſontem nunciavit. Cujus rei, ut ſcilicet adulteras, quibus accuſator publicus deeſſet, propinqua majorum more de communi ſententia coercerent, auctorem fuiſſe Tyberium, *teſtantur Suetonius.*

13 De quo animadverſionis modo ſcribit quoque *Livius lib. 39.* Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu eſſent, vetuſtiores tradidiſſe, ut ipſi privatim animadverterent in eas: Et ſi nemo fuiſſet idoneus ſupplicii exactor, in publico animadverſum fuiſſe. Ejusque exemplum adducit *Cornel. Tacit.* de Tyberio, inquiens, eum pro adulterio Apulejæ Variliæ Neptis ſororis Auguſti, adulterii graviorem pœnam deprecatum, & ut exemplo majorum, propinquis ſuis ultra ducenteſimum lapidem removeretur, ſuaſiſſe, *Tacit. lib. 2. annal. Pet. Gregor. in ſyntagm. jur. univerſ. lib. 36. cap. 6. num. 31.* Quemadmodum etiam Senatum gravibus decretis libidinem fœminarum coerciturum, Labeonis uxorem adulterii convictam in inſulam Seriphum abdidiſſe, refert idem *Tacitus dict. loco.*

14 Ac licet maritis jus fuerit necandi uxorem in adulterio, *Gell. lib. 12. noct. Attic. cap. 23.* Ubi verba legis profert nimis aperta: *In adulterio uxorem tuam ſi deprehendiſſes, ſine judicio impunè necares.* Quam legem ita proponit *Senec. contr. 24. Adulterum cum adultera qui deprehenderit, dum utrumq; interficiat, ſine fraude ſit.* Et Decemviri in leges 12. tab. ex Republ. Athenienſi tranſcripſerunt hanc: *Mœchum in adulterio deprehenſum, necato: Arniſ. de jur. connub. cap. 5. ſect. 8. numer. 17.* Idemque juris in non deprehensâ fuiſſe, exiſtimat, & contra *Cujac. 6. obſervat. 25.* pluribus confirmat *Lipſius in lib. 4. Tacit. annal. pag. 210.* de quâ re etiam agunt *Bodin. lib. 1. de Republ. cap. 2. Briſſ. ad leg. Iul. de adult. cap. 2. Petr. Heig. part. 2. quæſt. 29. n. 37.*

15 Attamen hoc ſolummodò datum fuit juſto dolori læſi mariti; De judiciis autem quæ data ſint & acta in adulteros, ab ætate legum 12. tabb. usque ad Auguſti tempora, rem incertam eſſe, notat, *Ærad. lib. 7. rer. Iud. tit. 1. cap. 4.* Et teſtatur *Auguſtinus lib. 3. de civit. Dei capit. 5.* antiquos Romanos, quamvis aliqua damnatione, nunquam tamen morte puniviſſe adulteras. Et *Acro.* in illud *Horat. Galb. negabat, 1. Sat. 2.* Galba dicebat non jure factum, ut teſtes amputarentur Mœchis, quia primò adulterii pœna pecuniaria erat.

Q. 1. An de jure divino adulteri mortis ſupplicio ſint afficiendi?

16 Hiſcè tàm Romanorum, quàm reliquarum Gentium legibus ac moribus benè perſpectis, haud obſcurè forſan aſſerere licebit, in adulteros pœnâ capitali non animadvertendum eſſe. Quippe quod & jus Divinum huic ſuffragari videatur, ut docet hiſtoria Joſephi, qui ob adulterium nequaquam ultimo ſupplicio punitus, neque ad mortem condemnatus; ſed in carcere ſolùm detentus fuit, *Geneſ. 39. verſ. 20.* tantumque abeſt, in novo Teſtamento ſeverius in adulteros fuiſſe conſtitutum ſupplicium, ut etiam Chriſtus fœminæ in adulterio deprehenſæ expreſsè ignoverit, eamque abſolverit, *Ioh 8. v. 11.*

17 Verùm, ſi quis ſacrum codicem oculis ſanioribus inſpexerit, manifeſtè deprehendet, capitale ſupplicium adverſus Adulteros in ſacris literis fundamentum habere: Clara ſiquidem de hac re lex Moſaica *Levit. 20. verſ. 10. Si mæchatus quis fuerit cum uxore alterius, & adulterium perpetravit cum conjuge proximi ſui, morte moriantur, & mœchus & adultera. Et Deut. 22. verſ. 22. Si dormierit vir cum uxore alterius, uterq; morietur & adulter & adultera, & auferes malum de Iſrael.* Quæ ſanè Lex clariſſima & ſufficientiſſima eſt ad probandum capitale ſupplicium in crimine adulterii. Cui addi poteſt hiſtoria Suſannæ & textus in *Ezech. 16. Iohan. 8. Gen. 38.* ubi partim igne, partim lapidibus ex lege Moyſis animadverſum legitur in adulteras, *Perer. libr. 16. in Dan. Andr. Tiraquell. de legib. connub. in leg. 13. num. 6. Iohan. Fab. in §. item lex Iulia. num. 2. & 3. Inſtitut. de public. Proſp. Far. part 5. oper. crim. quæſt. 140. numer.* 12. Et nonne pro vindicta adulterii, in uxorem Levitæ facti, necati ſunt homines 20000. *Jud. 19.* Nonne DEUS flagellavit totam domum Pharaonis ob ſublatam uxorem Abrahæ, *Geneſ. 12.* Ut taceam conflagrationem Sodomæ, & ſeveritatem atque horrorem diluvii, de quibus *Geneſ. 7. & 19.*

18 Nec quicquam probat in contrarium captivitas Joſephi; Quia non accuſabatur perpetrati, ſed attentati ſolummodò adulterii, & tamen in carcerem conijciebatur cum iis, qui ad necem deſtinati erant: Detinebat autem ipſum, & avertebat gladium favor divinus ut dicitur. *Geneſ. 39.* Sicuti hoc explicat pluribus *Chryſoſt. hom. 62. in Geneſ.* Sicut à fratribus eum eripuit, ut de conſilio Ruben dimitteretur, de conſilio Judæ venderetur, ita & nunc ſuperna DEI manus Barbarum illum detinuit, ne in cædem rueret. Quid enim aliud prohibuiſſet hoc eum facere, cum intelligeret, attentaſſe eum violare thorum ſuum. Quin etiam Ægyptiorum conſuetudo, divinæ legi præjudicium creare nequit, *Henning. Arniſ. in tract. de jur. connub. ſect. 8. n. 13.*

19 Multò minus verò Chriſtus Legem Moſaicam abrogavit, aut Magiſtratus officium in adulterio puniendo ſuſtulit, ignoſcendo adulteræ, ejusque peccatum remittendo *Johan. 8. verſ. 11.* Ut qui non venerat judicare, aut condemnare, quam poteſtatem Magiſtratui relinquebat, præterea nec condemnare volebat, teſtimoniis & ſcientia facti deſtitutus, interim tamen nihil prorſus detrahebat legi Moſaicæ & præcepto *Ezech. 11. Qui vitiavit alterius conjugem, an ille vivat?*

20 Unde corruit argumentum *Scoti 4. Diſt. 15. q. 3.* ſic ratiocinantis: Præcepto generali de non occidendo nemo detrahere poteſt, niſi qui præceptum edidit. At hic vetuit adulteras capite plecti, *Johan. 8.* Cui ſubſcribit *Vasq. lib. controv. illuſtr. capit. 8. numer. 49.* Confundit enim is

condonationem culpæ ſpiritualis, cum conniventia & gratiâ politicâ, quod facere non debebat, ut rectè monet *Arniſ.dict.ſect.8.n.14.*

21 Nec deſunt ſtatuta & ſanctiones gentium ac populorum, qui in adulteros ultimo ſupplicio animadvertere non dubitaverunt. Licet enim quovis tempore inventi fuerint Galbæ Legislatores ſimiles, qui quam alii pœnam ſeveriorem jure inferri adulteris, cenſebant, deteſtarentur ut iniquam, proprio ſcilicet tergo metuentes, ut taxat *Horat. 1. Satyr. ubi Aer. Porph.* Sicuti & Auguſtus propterea legem Juliam à ſe rogatam, ſegnius executus creditur, quod lectos alienos permingere licentius, quàm Imperatori fas fuiſſet, ſoleret, *Dion. & Sueton. in Aug.* Alii tamen, quos criminis atrocitas permovit, quo pœnam morte mitiorem in adulteros ſtatuerent, ſibi perſuaderi nequaquam paſſi fuere. Scribit enim *Wunefridus Anglus*, cui poſtea Romæ Bonifacii nomen Latinum pro barbaro obtigit, ad Edoaldum Anglorum principem, in antiquâ Saxoniâ, ubi multa Chriſti cognitio, ſi virgo in paterna domo ſtuprata, vel Matrona fuerit adulterio polluta, ſtrangulatam illam cremari, & ſupra ſepulcri foveam ſuſpendi violatorem, aut cingulo tenus veſtibus reſciſſis flagellari, caſtis matronis oppidatim pungentibus, donec interimant. Quod & refert *Beatus Rhenan. lib. 1. rer. Germ.*

22 Sic & apud Danos, parte corporis ſpoliatos, adulterantes necabant, ait *Saxo hiſtoricus*, *lib. 5. hiſt. Danicæ.* Et in Legibus Friſiorum *tit. 5. de hominibus, qui ſine compoſitione occidi poſſunt*, §. *1.* licet occidere ſine pœna Campionem, ut lex loquitur, eum, qui in prælio ſit occiſus, adulterum & furem, ſi domum effodiat &c. referente *Petr.* 23 *Gregor. in Syntagm. jur. libr. 36. cap. 6. n. 37.* Ubi & hoc addit *num. 36.* Populi & cives, inquit, quibus pudicitia & caſtitas placuit, certaque proles, hoc ſcelus (ſcilicet adulterii odio capitali proſecuti ſunt. Sicuti & ij, qui apud Scævolam, ſecundum Interpretum mentem, exiſtimabant gravius adulterium patricidio, *Scævol. in l. codicillis 88. §. mat. junct. addit. margin. ff. de legat. 2.* At qui voluptatibus delectabantur, & ridiculas ferè de hoc crimine ſtatuerunt leges.

24 Quin & licet apud Romanos ab initio pœna adulterii capitalis non fuerit: Ut enim antea dictum, impudicarum mulierum coercitionem maritus, cognati, propinqui ac neceſſarii habebant, qui in eas pro ſuo arbitrio ſtatuebant, *Sueton. in Tib. cap. 35. Corn. Tacit. lib. 2. Annal. Livius Lib. 10. Valent. Forſter. lib. 1. hiſtor. jur. civil. cap. 6. num. 9. Briſſon. ad Leg. Iul. de adult. cap. 2.* Attamen poſteaquam apud unum ſummam rerum eſſe placuit, Auguſtus urbem civilibus diſſidiis ad luxuriam abutentem, ſtupriſque & adulteriis præclariſſimas familias inquinatas videns, nec remedium, tanto malo aliunde, quàm à ſalutaribus legibus peti commodius poſſe exiſtimans, ne, maritis etiam ipſis officium ſuum non facientibus, & parvis juxta ac magnis conniventibus, vigor diſciplinæ publicæ adverſus impudicitiam omninò corrueret, maturè huic malo ſubvenire, ac crimen adulterii capitaliter & morte in poſterum puniri voluit, ſanciendò de hac re legem certam, quæ lex Iulia vocatur, *§. 4. Inſtit. de publ. jud.* Cum enim Auguſtus teſtamento 25 Caij Julij Cæſaris adoptatus, eodem etiam nomine appellari ſolitus eſſet Julius Cæſar Octavianus, factum eſt inde, ut lex iſta de adulteriis coercendis diceretur Julia, *Sueton. in Auguſt. c. 34. ibi. Leges retractavit*, (Auguſtus nempe, de quo ibidem loquitur) *& quaſdam ex integro ſanxit, ut ſumptuariam, & de adulterÿs, & de pudicitiâ. Dion. l. 45. & 48. Vellei. Paterc. lib. 2. Ant. Auguſt. lib. 3. Emend. c. 8. Coraſ. lib. 2. miſcell. c. 1. num. 8. & 9. Herm. Vult. ad §. item lex Julia de adult. 4. num. 1. ubi & Ioh. Harppr. num. 3. Inſt. de publ. jud.* Quamvis aliter ſentiant *Gloſſ. Bart. & alÿ in l. 1. ff. ad leg. Iul. de adult.* exiſtimantes Legem Juliam à Cajo Julio Cæſare primum inventam ſeu inductam, & ab Auguſto demum perfectam: vel ab Auguſto latam, à Julio verò Cæſare denominatam eſſe.

Q. 2. An di Iure Romano pœna adulterii ex lege Iulia fuerit capitalis.

26 Ex lege igitur Juliâ apud Romanos pœna adulterii fuit capitalis, *dict. §. 4. Inſtit. de publ. judic.* Cui tamen obloquuntur Doctores communiter, *Iohan. Fab. Hottom. Bald. in d. §. item lex Iulia. Item Hottom. quæſt. 23. illuſtr. Cujac. lib. 6. obſervat. 11. 20. obſervat. 18. 21. obſervat. 17. Hugo Donell. à l. tranſigere, num. 6. C. de tranſact. Briſſon. ad leg. Iul. de adult. cap. 2. Matth. Weſemb. in parat. ff. ad Leg. Iul. de adult. num. 19. Henning. Arniſ. de jur. connub. cap. 5. ſect. 8. numer. 23. & ſeqq. Conna. lib. 5. cap. 7. num. 3. Alciat. 5. parad. capit. 8. Salycet. ad l. 30. C. ad Leg. Iul. de adult. Petr. Heig. part. 2. quæſt. 29. num. 47. & ſeqq. Anton. Fab. 2. conjectur. 20. Reinh. Bachov. ad Hier. Treutl. vol. 2. diſp. 32. th. 2. lit. D. Iohan. Harppr. ad §. item lex Iulia. 4. num. 18. Inſt. de publ. jud. Iohan. Zanger. de quæſt. & tortur. cap. 5. num. 63. Fach. 1. contr. illuſtr. 8. Didac. Covarr. part. 2. de matrim. cap. 7. §. 7. numer. 25. Matth. Berlich. part. 4. concl. 27. num. 16. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. adulterium. numer. 7. verſ. de jure autem civili. Auguſt. Bonfranc. in addit. ad Angel. in tract. malef. verb. che hai adulterato. nu. 44. verſ. item ſecundum jus Digeſtorum. Proſp. Far. in prax. crim. part. 5. quæſt. 140. num. 13. Andr. Tiraq. de legibus connub. in leg. 13. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 5. caſ. 419. numer. 31. & ſeqq. Martin. Del-Rio ad l. 1. tranſigere. numer. 100. & ſeqq. C. de tranſact. Petr. Fab. lib. 2. ſemeſtr. cap. 5. Lipſ. ad 4. Annal. Tacit.* exiſtimantes, ex Lege Julia & jure Digeſtorum pœnam adulterii ordinariam fuiſſe Relegationis, vel deportationis, poſtea demum ab Imp. Dioclet. & Maximin. *in l. tranſigere. 18. C. de tranſact.* vel Conſtantio & Conſtante, aut etiam Conſtantino *in l. quamvis. 30. C. Ad Leg. Iul. de Adult.* pœna mortis introductâ.

27 Quod haud obſcurè videtur probari ex textibus Iuris: *l. 5 ff. de quæſt.* ex quâ adulterium cum inceſtu punitur pœna deportationis. *l. 4. §. adulterÿ. 7. ff. de re militari*, ex quâ damnatus adulterii prohibetur recipi inter milites. *L. 13. ff. de his qui. ut indign.* ex quâ Mævius damnatus adulterii prohibetur eam ducere, quæ ſuſpecta licet non damnata fuit. *l. 6. ff. de divort.* ubi pœna relegationis in cauſâ adulterii irrogatur.

l. 11. in

l. 11. in pr. ff. ad Leg. Iul. de adult. juxta quam miles deportatur, cum aliàs in militibus gravius crimina ſoleant vindicari. *l.7. in f. ad Leg. Iul. majeſt. Paul 2. Sentent.26. §. adulterij.13.* ubi adulteras dimidia dotis & tertiâ parte bonorum, viros autem dimidiâ parte bonorum mulctari, & utroſque in Inſulam relegari, tradit. *l.14. ff. de teſtibus,* juxta quam damnatus vetatur teſtimonium dicere in teſtamento. *l.2. §.3. ff. de his qui not. infam.* ex quâ miles damnatus adulterii infamis fieri & ſacramento ſolvi dicitur.

28 Quæ omnia abſurdè dicerentur, ſi jure Digeſtorum ex Leg. Juliâ moriendum eſſet adulteris, & inauditum eſt, ita cavere & prohibere talia Legem, quæ pœnam capitis & ſanguinis indicit.

29 Neque adverſari putant. *§. 4. Inſt. de publ. judic.* cum infrequens planè non ſit, ut Imp. pœnas ſuo tempore uſitatas & auctas ipſis legibus, quibus initio delicta aliqua vindicata fuerunt, adſcribant, *Petr. Heig. dict. quæſt. 29. numero 68.* Vel quod verè idem eſt, Tribonianum, inquiunt, juris noſtri compilatorem ea quæ ſancita fuerunt de pœna adulterii, conſtitutionibus poſt Legem Juliam editis, attribuiſſe Legi Juliæ, quaſi per eam pœna adulterio capitalis præſtituta fuiſſet, propterea, quod conſtitutiones adulteris pœnam capitalem poſt Legem Juliam imponentes, pars quodammodò ſive acceſſio legis Juliæ videantur, *Anton. Faber. 2. conject. 20. Johan. Harppr. in dict. §. 4. n. 32. Inſt. de publ. jud.*

30 Sed vereor, ne explicatio hæc ſit divinatoria, quam vix ac ne vix verb. *dict. §. 4.* apertiſſima admittunt, quæ ita habent: *Item Lex Iulia de adulterijs coercendis non ſolum temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, ſed & eos, qui cum maſculis nefandam libidinem exercent.* Non enim veriſimile eſt!, Tribonianum Legi Juliæ id adſcripturum fuiſſe, quod nunquam eâ comprehenſum, ſancitumque fuerit, ſunt namque contradictoria hæc: Ex lege Julia adulteros gladio puniri: Et adulteros ex lege Iuliâ gladio non puniri. Quorum alterum falſum eſſe, neceſſum eſt, *Helfr. Vlric. Hunn. ad Hier. Treutl. vol. 2. diſp. 32. th. 2. quæſt. 27.* Ac licet novum non ſit, ut poſteriores LL. reſpiciant priores, *l. non eſt novum. ff. de Legib.* adeoque etiam earundem, nomen vel retineant, vel in ſe derivent; ſi quid tamen novi inſuper introduxerint, non illis prioribus legibus id omne tacitè acceptum ferunt, ſed potius exprimunt, quidnam inſuper acceſſerit. Sicuti in *l.5. C. Ad Leg. Iul. majeſt.* diſertis verbis exprimitur, quidnam pœnæ ſit adjectum legi Juliæ Majeſtatis: Quod tamen hoc caſu non exprimitur.

31 Ideoque alii verbis *d. §. 4.* ſtrictè inhærentes, aſſerunt, ex Lege Juliâ ſtatim pœnam adulterii ordinariam fuiſſe capitalem, obſervatâ tamen quoad perſonas graduum differentiâ, ita ut in clariſſimas Relegationis, in inferiores deportationis, & in infimæ conditionis perſonas & vulgus mortis pœnam locum habuerit, *Jodoc. Damhoud in prax. rer. crim. cap. 89. num. 67. Iohan. Gœdd ad l. 101. ff. de verb. ſign. Petr. Theodor. in colleg. crim. diſput. 6. Theſ. 3. liter. L. Coraſ. 2. miſcell. cap. 1. Hunn. ad Treutl. dict. diſput. 32. th. 2. quæſt. 27.*

32 Quorum ſententiæ lubens ſubſcribo, non ſolũ ob verba manifeſta, *dict. §. 4. Inſt. de publ jud. l.9. l.30. C. ad leg. Iul. de adult. l. tranſigere. 18. C. de tranſact.* ſed & quod temeratores matrimonii alterius tunc temporis, antequam ſcilicet Conſtantinus Imper. ſceptrum tenuerit, morte punitos fuiſſe, ex hiſtoriis compertum habeamus. Ita enim Cetheſus Senator ab adulterii delictum cervice abſciſſâ periit, *Marcell. l. 28.* Et Macrinus adulterii Reos vivos junctis corporibus incendiſſe ſcribitur, *Capitol. in ejus vita.* Auguſtus ipſe adulterum Proculum, unum ex libertis ſuis mori coegit, *Sueton. in Aug. capit. 54.* Sic etiam Aurelianus ſe veriſſimum lethi genus excogitavit: Ad ſummitates enim duarum arborum inflexas pedes adulteri alligari juſſit, quibus deinde dimiſſis, intervulſus inter utramque arborem pendens diro cruciatu vitam finivit, ut ex *Dion. lib. 60. Tacit. refert. Theodor. dict. th. 3.* Tiberium quoque alioſque eum ſecutos non tantùm relegatione in adulteros animadvertiſſe, ſed quandoque capitaliter, & pœna mortis impoſitâ crimen iſtud vindicaſſe, ſcribit *Sueton. in Tiber. cap. 35.*

33 Regerat licet *Heig. dict. quæſt. 29. n. 48. & ſeqq.* ſeveriori quandoque pœnâ & mortis ſupplicio, præter morem & pœnam relegationis in adulteros fuiſſe animadverſum; Habeo tamen quod volo, mortis namque pœnam tunc temporis obtinuiſſe. Et quomodò quæſo *Heig.* probabit, contra Juliam pœnam ſanguinis fuiſſe inflictam. Non modo enim præſumptio in contrariũ eſt, ſed etiam Legem Juliam ipſam adulteros gladio punire expreſsè docet Imp. Juſtinianus *in dict. §. 4. Inſt. de publ. judic.*

34 Quin & ſententiâ admiſſâ contraria, hoc abſurdi ſequeretur, ex lege Juliâ minorem adulterio fuiſſe pœnam conſtitutam, quàm ſtupro, quod in humiliores præter Relegationem etiam corporis coercitionem præſtitam habet, *dict. §. 4. Inſt. de publ. judic.* Cum tamen credibile non ſit, Legiſlatorem Auguſtum tàm imperitum fuiſſe rerum æſtimatorem, ut diſparitatem adulterii ac ſtupri non animadverterit, nec utriuſque delicti qualitatem ac fœditatem ſatis expenderit.

35 Præterea, ſi Relegatio ex Lege Julia fuiſſet pœna adulterii ordinaria, nonne honorati & humiliores eodem promiſcuè ſupplicio fuiſſent puniti? Novo exemplo, contra illam perpetuam JCtorum doctrinam, qvâ pro diverſitate perſonarum difformes pœnæ Legibus dicuntur ſtatutæ de eodem delicto, puta in inferioris conditionis homines graviores, qvàm in clariſſimos & honeſtiores, *l.10. l.15. l.28. §. 2. §. fin.* 36 *ff. de pœn. l. Pedius. §. 1. ff. de incend. ruin. & naufr. l. annonam. §. pœna. ff. de ſepulch. viol. l. Sacrilegij pœna. §. 1. ff. ad Leg. Iul. peculat. Feſin. in c. paſtoralis numer. 1. verſ. ſed regula ſit. de offic. Delegat. Andr. Tiraquell. de pœn: cauſ. 31. num. 1. Salyc. in l. ſervos. numer. 4. in pr. junct. verſ. ſi autem dignitas. C. ad Leg. Jul. de Vi publ. Gramm. deciſ. 32. numer. 2. Petr. de Bella Petr. in l. nemo*

tol.

col.1.verſ.ſed opponitur, C.de ſumm. Trin. & fid. cathol. Rimi.conſ.245.n.65.lib.3.

37 Nec videntur magnopere refragari ea, quæ pro communi Doctorum opinione adducta fuere, quod nempè adulter prohibeatur recipi inter milites, *l.4. §.adulterij.7. ff. de re militar.* adulteram ducere in uxorem, *l.13. ff. de his qui. ut indign.* teſtimonium dicere in teſtamento, *l.14. ff. de teſtib.* quæ de condemnatis ad mortem dici nequeunt. Item, quod non rarò Relegatione ac
38 deportatione adulteri puniti fuerint, *l.5. ff. de quæſt. l.6. ff. de divort. l.11. in pr. ff. ad Leg. Jul. de adult.* *Quandoquidem* hæc omnia exaudienda ſunt de ejuſmodi Reis, qui quocunque modo ultimum ſupplicium evaſerunt, juxta *l.9. C. ad Leg. Jul. de adult.* Vel dicendum cum *Johan. Gædd. ad l. 101. ff. de verb. ſign.* adulterii pœnam ultimum ſupplicium fuiſſe ſtatim ex lege Julia, à Divo Auguſto Imperatore lata; veruntamen progreſſu temporis, conniventia Imperatorum, & nimia eorundem lenitate, pœnam hanc capitalem in deſuetudinem abiiſſe, ita ut tempore JCtorum, quorum reſponſa jam adducta ſunt, non amplius ad ultimum ſupplicium, ſed mitior pœna adulteris irrogari conſueverit, relegatio videlicet, vel deportatio; Poſtea verò denuò legem Juliam de adulteriis gladio feriendis in uſum revocatam fuiſſe à Dioclet. & Maximin. *l.18 C. de tranſact.* ac demum ab Imperatore Conſtantino plenè reſtitutam in *l. quamvis: 30. C. ad Leg. Jul. de adult.* in verb. *Sacrilegos nuptiarum gladio puniri oportet.* Quod & teſtatur Imper. Juſtinianus in *Nov.134. cap.10.* in verb. *Si quando adultery crimen probetur, jubemus illas pœnas peccantibus inferri, quas Conſtantinus Divæ memoriæ diſpoſuit.*

39 Abſque dubio igitur de jure Romano Adulterii pœna hodie eſt mortis naturalis, *Hoſtienſ. in Summ. de adult. §. quæ pœna. num.7. in princip. verſ. ſecundùm verò legem Civilem. Bonifac. de Vitalin. in tit. de adult. numer. 8. in fin. Angel. de Aretin. de maleſic. in verb. che hai adulterato la mia donna. num.44. & ibi Auguſtinus in addit. verſ. item de Iure Codicis. Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap.89. num.5. Proſp. Farin. part.5 oper. crim. quæſt. 140. nu.17. Iul. Clar. in pract. §. adulterium, num.7. verſ. ſecundum. vero jus Codicis. Petr. Gregor. in ſyntagm. lib.36. cap.6. numer.5. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. libr.2. caſ.290. num.2. & caſ.419. num.50. & ſeqq. Vincent. de Franc. deciſ.240. num.5. part.2.*

40 Quæ autem à Juſtiniano Imperatore in fœminis mutata fuit, ita ut hæ virgis cæſæ, & in Monaſterium detruſæ, pœnitentiam agant, *Auth. ſed hodie. C. ad Leg. Iul. de adult. Novell.134. cap.10.* Quamvis in illa turpius quàm viro ſemper creditum ſit ab antiquis adulterium, *Andr. Tiraq. de legib. connub. leg. prim. n.45. Petr. Heig. part.2. quæſt.29. n.71*

41 Ut non immeritò ſanctionem hancce Juſtiniani Imperatoris quis mirari poſſet. In qua etiam hoc notandum, virum ſolummodò, qui cum uxore conjugata rem habet, pœnam mortis incurrere forſan, propterea, quod adulterium, uti vulgò putant, non niſi cum innupta, aut alterius uxore committatur. Quæ ut rectius percipiqueant, priuſquam de pœna adulterii hodierna ac uſitata certi quid ſtatuamus, præfiniendum & præcognoſcendum eſt, quid per adulterium propè intelligatur &, quomodo hoc definiri debeat.

Quæſt. 3. Quidnam propriè ſit adulterii & quomodo definiri debeat?

42 Sanè, Doctores unanimiter ferè omnes Adulterium definiunt *thori alieni violationem, ſive commaculationem.* Ita ut ſit acceſſus ſeu tranſitus ad alterius thorum *Matth. Weſemb. in parat. ff. ad Leg. Iul. de adult. num.4. Flamin. de Rubeis in tract. de adult. cap.1. num.2. Joh. Harpr. in Tract. crim. §. item lex Iulia. 4. Inſt. de publ. jud. num.5. Ioach. à Beuſt. in tract. de matrim. cap.17. Azo. in ſumm. C. ad Leg. Iul. de adult. numer.2. Roland. à Vall. conſ.74. num.13. lib.1. Petr. Heig. lib.2. quæſt. 29. num.5. Petr. Theod. in Colleg. crim. diſput.6. th.1. lit.E. Herm. Vult. in §. item Lex Iulia. 4. nu.5. Inſt. de publ. jud. Matth. Steph. ad Ordin. crim. art.120. num.2. Henning. Arniſ de jure connub. cap.5. ſect.8. numer.42. Prop. Farin. part.5. oper. crim. quæſt.141. num.1. Hoſtienſ. in Summ. de adulterio. §. quid ſit adulterium, num.1. Petr. Greg. in ſyntag. jur. univerſ. lib.36. cap.6. num.2. Franc. Vegg. conſ.62. num.2. Iul. Clar. in pract. §. adulterium, num.2.* allegantes vulgo *c. non mæchaberis. 32. quæſt.5. & c. nō blandiatur, 32. quæſt.4.* Ex quibus tamen textibus nequaquam hoc probari poteſt, ſicuti nec alibi in Jure hæc definitio reperitur, neque in legibus, aut ratione Juris fundata eſt.

43 Videtur autem hæc definitio promanaſſe ex vulgari errore, ſi hunc ita appellare licet, quod nempè exiſtimaverint Interpretes, in crimine adulterii peccari ſolummodò per ſuppoſitionem partus & inſitionem ſtirpis ſpuriæ in alienam familiam, in eoque tantum conſiſtere qualitatem omnem & rationem hujus delicti, quam tangit Papinian. JCtus in *l.6. §.1. ff. ad Leg. Iul. de adult.* Sed eſto, adulterum peccare, & pœnam capitalem mereri, propterea, quod in familiam ſupponat alienum heredem, quod certè grande nefas eſſe, facilimè conceſſerim, exinde tamen non inferendum, ultra hunc reatum in adulterio nullatenus peccari; Quippè adhuc alia culpa & exceſſus in hoc crimine verſatur, qui potiſſimùm conſiderandus, quique adulterium, quatenus tale eſt, principaliter efficit, nempe *violatio fidei conjugalis.*

Quis enim inficias ire poterit, per adulteri-
44 um ſive à marito, ſive ab uxore hoc perpetretur, fidem frangi conjugalem, quæ in individuæ vitæ conſortio, cohabitatione perpetuâ, & procreatione liberorum conſiſtit, *§.1. Inſt. de patr. poteſt. l.1. ff. ſolut. matrim.* Quis auſus fuerit negare, adulterum fieri perfidum injuriam conjugi inferre, ac unitatem diſſolvere matrimonii?

45 Adeoque ſubſtantiæ conjugii hoc delictum adverſatur: Nam DEUS inſtituens matrimonium dixit, (*& erunt duo in carne una,*) itaque jam non ſunt duo ſed una caro. Quod ſi conjugium ex duobus facit unum, & adulter rurſus ex uno facit duo, certè adulterium pugnat cum ipſâ naturâ matrimonii eoque reſpectu in hoc crimine potiſſimum delinquitur, & per ſeparationem adulterium perpetratur. Unde & ipſemet Chriſtus Salvator noſter ex eo æſtimat adulterium, quod adulter ſeparet ſe à carne, cui DEUS

ipſum implicuit *Matth. 19. verſ. 9. Marc. 10. verſ. 11.*

46 Idemque innuit vocabulum adulterii; quippe adulterare ſignificat, omne quod ſincerum ac integrum eſt, corrumpere, *Schard. in vocab. adulterare.* Sicuti rationes & monetam adulterare in jure legimus, *l. 5. ff. ad Leg. Pomp. de parricid. l. 1. in fin. ff. de ſerv. corrupt.* inde adulteratores monetæ, *l. 16. §. fin. ff. de pœn.* Adulterinæ Stateræ, *l. 6. §. fin. ff. de extraordin. crimin.* Adulterinum teſtamentum, *l. 6. ff. Ad leg. Cornel. de falſis.* Quia ergo per adulterium unitas cônjugalis, quæ integra erat, corrumpitur, utique hæc corruptio propterea adulterium vocatur.

47 Quod & clarius exprimit vocabulum Germanicum Ehebruch / quia ſcilicet per hoc crimen conjugium frangitur, ac fides conjugalis violatur, ut eleganter tradit *Matth. Weſembec. in parat. ff. ad leg. Jul. de adulter. numer. 4. & Johan. Zanger. in tractat. de quæſt. & tort. capit. 2. num. 224.*

48 Ex quibus apparet, rationem ac ſubſtantiam adulterii potiſſimum ac principaliter conſiſtere in fractione matrimonii & violatione fidei conjugalis. Miſſa ergò definitione Interpretum, puto, Adulterium propriè ita definiri poſſe, ut ſit “ violatio fidei ac thori conjugalis. Vel “ quod idem eſt, concubitus contra pa“ ctum conjugale, prout delictum hoc deſcribit *Auguſtinus c. 4. de bon. conjug.*

Qu. 4. Nũ maritus, cum fœmina ſoluta verum committat adulteriũ?

49 Hinc porrò infertur, ſi maritus ad alienam accedat fœminam ſive hæc ſit ſoluta, ſive alteri per matrimonium conjuncta, adulterium committit. Non minus enim fidem conjugalem violat ac frangit vir ad Scortum prolapſus, quàm uxor ad adulterum. Quod tamen diſplicet Doctoribus, fere communiter aſſerentibus, Adulterium non perpetrari niſi in alienam matremfamiliâs, ſi verò maritus cum viduâ aut virgine concumbat, congreſſum hunc nullatenus, neque ex parte viri, neque mulieris pro adulterio habendum eſſe, ſed ſolùm hoc caſu ſtuprum committi. Hancque indubitatam Doctorum ſententiam vocat *Jul. Clar. in pract. §. adulterium, numero ſecundo. Salycet. ad l. cum duas, C. ad Leg. Jul. de Adulter. Angel. Aretin. in §. 1. noviſſimè. Inſtit. de publ. Judic. Alciat. Forn. Gœdd. ad l. inter ſtupram. 102. ff. de verb. ſignif. Cujac. ad titul. C. ad leg. Jul. de adulteriis. Matth. Weſembec. in parat. ff. eod. numero quarto. & ſep. Petr. à Plach. de delict. capit. 41. numer. 35. Petr. Heig. part. 2. quæſtion 29. numer. 8. 9. Proſper. Farin. part. 5. oper. crimin. quæſtion. 141. numer. 75. & ſeqq. Matth. Berlich. part. 4. concluſ. 27. numer. 40. Dan. Moller. ad Conſtit. Elect. 19. part. 4. num. 3. verſ. quamvis jure communi. Matth. Coler. part. 1. deciſ. 176. numer. 21. Cravet. conſil. 166. num 2. part. 1. Matth. Stephan. ad artic. 120. numer. 4. Ordin. crimin. Carol. Tiber. Decian. in tract. crimin. libr. 6. cap. 23. numer. 14. ſub fin. verſ. & notandum. Ægid. Boſſ. in tit. de coit. damn. & punit. num. 25. verſ. loquar. Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſp. 6. th. 2. lit. I. Flamin. de Rubr. de adult. cap. 5. Herm. Vult. in §. numer. 5. & 6. Inſtit. de publ. judic. Johan. Harppr. in dict. §. 4. numero ſexto. ubi & Mynſinger. numer. 2. Johann. Zanger. de quæſtion. & tortur. capit. 2. numer. 223. Henning. Arniſ. de jur. connub. capit. 5. ſect. 8. numer. 46.*

Quàm benè autem hi ita ſenſerint, apparet ex modò dictis, ubi adulterium definivimus (& ut opinor rectiſſimè) violationem fidei ac thori conjugalis. Non autem video, quomodo non commaculet thorum ac violet fidem conjugi datam is, qui ad aliam etiam innuptam accedit, causâ conſuetudinis & libidinis exercendæ, *l. 1. C. ad Leg. Iul. de adulter.* Nec intelligo, cur adulter rectè & propriè dici non poſſit ac debeat, ſi ad adulteram quàm ad conjugem ſuam abierit. Unde vox hæc videtur derivata, ut vult *Iſidor. in cap. mœchaberis. 32. quæſtion. 5.* aut ſi mavis, ab adulterare ſeu corrumpere, cum à marito coeunte cum ſoluta æquè rumpatur vinculum conjugale, ac per adulterium uxoris conjugatæ. Certè, vel ſolùm communis uſus loquendi apud omnes gentes hoc docet, nec Germaniæ ſimplicitas differentiam aliquam admittit & agnoſcit. 50

Et quis ignorat, inter conjuges per matrimonium contrahi ſocietatem quandam, *l. 1. ff. de act. rer. amotar. l. 5. ff. de rit. nupt. pr. Inſtit. de nupt.* Unde & matrimonium contractus appellatur in *Novell. 22. capit. 19. verſ. ſed ſicut in Contractu. Novell. 74. Harppr. in §. 1. Inſtitut. de patr. poteſt. numer. 28.* Virumque & uxorem ad invicem eſſe correlata, quorum ea natura eſt, ut quod de uno contrahentium & correlatorum dicitur, de altero quoque aſſeri debeat. Si ergò uxor conjugata fidem conjugalem frangendo, alterique copiam ſui faciendo, adulterium committit, quare non vice verſâ eodem pariter modo delinquet maritus ad ſolutam perſonam accedendò. 51

Niſi forſan quis dicere velit, maritum thorum non violare, cum uxor thorum non habeat, neque ſuppoſitione partus alienam familiam commaculare; Quorum tamen neutrum mihi ſatisfacit: Non illud, quia petitur principium, quippe thori commaculatio nil aliud eſt quam violatio fidei, quæ inter conjuges utroſque æqualis, *1. Corinth. 7. verſ. 4. l. 1. C. ad Leg. Iul. de adulter. l. 1. ff. ſolut. matrim.* Neque hoc, quia committitur fallacia cauſæ: Adulterium enim non tàm per inſitionem ſtirpis ſpuriæ in alienam familiam, quàm potiſſimum per violationem vinculi ac fidei conjugalis committitur, ut ſupra dictum, & infra latius demonſtrabitur. 52

Quod ſi hæc ratio alicui non ſufficiat, is Summum audiat Doctorem, Dn. Salvatorem noſtrum JESUM CHRISTUM, ita loquentem: *Matt. 19. verſ. 9. Quicunque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur.* Et *Marc. 10. verſ. 11. Quicunque dimiſerit uxorem ſuam & aliam duxerit, adulterium committit adverſus eam.* Quibus verbis apertiſſimè dicitur mœchari, qui ſeparat carnem à Deo conjunctam, quod facit maritus cum ſoluta etiam muliere coeundo. Non enim verba Chriſti uxorem patientem reſpiciunt, quæ al- 53 teri nubens absque dubio ſoluta eſt, & thorum non habet, ſed maritum, qui ſcorto aut virgini ſe agglutinando contra uxorem peccat, & fidem conjugi datam rumpit, ac carnem à Deo unitam ſeparat.

54 Licet jam ergò LL. Moſaicæ, adulterium punientes, de uxoribus conjugatis loquantur, *Levit.cap.20.verſ.10.Deuter.22.verſ.22.* Unde *Petr.Heig.dict.quæſtion.29.numero ſeptimo.* communem Dd. opinionem juri quoque Divino convenire, probare conatur; Eas tamen Summus Interpres, Chriſtus aliter explicat, & generaliter intelligit, ad omnemque thori, tam proprii, quàm alieni violationem extendit. Quamvis & dici queat, tunc temporis quo polygamia fuerat permiſſa, congreſſum cum ſoluta ab adulterio fuiſſe exceptam, cum quilibet maritus dicere potuiſſet, ſe feciſſe affectione conjugali, abrogata verò in novo teſtamento polygamia, eaque expreſsè prohibita, etiam cum ſoluta adulterium fuiſſe perpetratum, juxta expreſſam Chriſti inhibitionem *Matth.19.verſ.9.& Marc. 10.verſ.11.*

55 Nemo ergò dubitet, quin de jure Divino ex verbis Chriſti maritus cum ſolutâ ſe commiſcendo, adulterium committat. Quæ ſententia etiam Canonibus Pontificum approbata eſt, ita enim *Iſidorus* inquit: *Non mœchaberis, id eſt, ne quisquam præter matrimonii ſui fœdera aliis fœminis miſceatur ad explendam libidinem. Nam ſpecialiter adulterium facit, qui præter ſuam ad alteram acccedit.c.nõ mœchaberis.32.quæſt*.5. Quibus verbis mœchari dicitur, qui præter fœdera ſui matrimonii aliis fœminis miſcetur, & præter ſuam adulteram accedit. Hoc ergò quia maritus ad virginem, aut viduam, vel etiam ſcortum prolapſus, facit, utique & juxta ſententiam Iſidori adulterium committit.

56 Idemque ſentit *Ambroſius in c.nemo blandiatur.32.quæſt.4.* inquiens *Nemo blandiatur ſibi de legibus hominum, omne ſtuprum adulterium eſt, nec viro licet, quod mulieri non licet. Eadem à viro, quæ ab uxore debetur caſtimonia. Quicquid in ea, quæ non ſit legitima uxor commiſſum fuerit, adulterii crimine damnatur*. Et paulò poſt: *Nec hoc ſolùm eſt adulterium cum alienâ peccare conjuge, ſed omne quod non habet poteſtatem conjugii &c.* De viro nempè conjugato hic Canon loquitur, eandemque caſtimoniam quam uxor debet, ab eo requirit, ſub comminatione adulterii commiſſi, ſi eam non præſtiterit extra conjugium cum alia, in quam ſtuprum committitur, quæque alterius conjunx non eſt, hoc eſt, cum ſoluta concumbendo. Vid. quoque *c.præcepit.cum ſeqq.32.qu.5.& c.ſi ducturi. & ſeqq. 32.q.6.*

57 Quamvis verò *Heig. dict. quæſtion. 29. numero decimo. & ſeqq.* reſpondere conetur, Ambroſii mentem in *dict. c. nemo blandiatur*, non fuiſſe, tollere differentiam inter congreſſum mariti cum nupta, & cum ſoluta, ſed hanc, quod hactenus eadem ſit ratio utriuſque conjugis, ut ſicut vir dimiſſa uxore adultera aliam ducere poteſt, ita & uxor propter fornicationem repudiato marito, alii nubere queat: *Contrarium* tamen ex verbis Ambroſii apparet, demonſtrante hoc *Reinh.Bacchov.in not.ad Hier. Treutl.vol.2.diſp. 32.theſi 2.lit.B.*

58 Neque Canoniſtis hæc aſſertio diſplicet, qui unà cum Theologis docent, de jure pariter Canonico atque Divino maritum ad ſolutam accedendo, reſpectu ſuæ uxoris adulterium perpetrare, *Joachim. à Beuſt. de matrim. capit.17.& 18.part.2. Petr. Mart. in 2. Sam. capit. 11. Zancher. de conjug. capit. 3. theſi.3.* Wolffgang. *Maſcul. in præcept.7. Decal. Dn. Johann. Gerhard. in tom.3.locor.de Lege DEI num.162. Chemmit. part. 2. locor. comm. de Lege DEI pag. 204.* Eamque ſententiam Theologos ferè omnes amplecti, ſcribit *Iohann. Gœdd. ad l. inter ſtuprum 101. in pr. numer.10. circ. fin. ff. de verb. ſign.*

59 Hiſce cùm prædicti Doctores contradicere non audeant, vulgarem opinionem, qua propriè adulterium non niſi in nuptam committi autumant, ad jus civile reſtringunt, ſubſcribentes interim quoad Jus Divinum & Canonicum Theologorum judicio, *Iohan. Harppr. in dict.§.item lex Iul. de adult.4. numer.7. Inſtit. de public. judic. Henning. Arniſ. de Iur. connub. capit.5.ſect.8.numer.50.Iul.Clar. in §.adulterium numer.2.Proſper.Far.part.5.oper.crim.quæſtion.141. num.81.*

60 In quo facilè acquieſcere poſſumus, non enim diu ac multum laborandum exiſtimamus in quæſtionibus deciſis in jure Divino, cui haud immeritò cedit jus civile, & impium eſſet, verbis Chriſti expreſſis contradicere; Videbimus tamen, annon ſententia hæc Theologorum ex jure quoque Civili propugnari queat, refutatis ſimul argumentis principalioribus, quæ pro confirmanda communi opinione vulgò adduci ſolent. Neque nova eſt hæc opinio, quam etiam jam dudum approbarunt *Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſtion. caſ. 420. numer. 105. & ſequent. & vol. 3. conſil. 249. Baſil. Monner. part.5. de matrimon. capit.2. Bonifac. de Vital. in rubr. de adult. numero ſecundo. Caccialup. in repetitione l. ſi qua illuſtris. numer. 47. verſ. item habeo. C. ad SCtum Orphit.* aliique quos allegat *Menoch. dict. conſil. 249. libro tertio.* Quorum tamen argumenta hìc non repetam.

61 Ante omnia verò *Primò* inculcandum iſtud, quod ſupra probatum fuit, ſubſtantiam nempè hujus delicti conſiſtere in fractione fidei conjugalis, & commaculatione thori, ac per violationem matrimonii adulterium committi, quod jure civili verum eſſe, probatur *ex l. 1. in verb. Quamvis de matrimonio ſuo violato queri velint. C. ad Leg. Iul. de Adulter. l. 7.* ibi: *violatâ ſponsâ l. ſervi. 23. in pr.* ibi: *Violatum contubernium C. eodem titul.* Præterea & repetendum hoc eſt, matrimonium eſſe contractum reciprocum, ab utraque parte obligatorium, *leg. 1. ff. de act. rer. amotar. l. 1. ff. de rit. nupt. pr. Inſtitut. de nupt. Novell. 22. capit. 19. verſ. ſed ſicut in contractu.* Unde jam argumentari licet: Quod juris eſt in uxore, id juris quoque in marito obtinet, tàm è jure contractus reciproci,

qui utrinque eſt obligatorius, quàm ex natura correlatorum, *l. 19. ff. in verb ſignif.* Unde & iniquum dicitur eſſe, ut viri exigant à mulieribus fidem, quam ipſi præſtare nolint *l. ſi uxor. 13. §. judex. ff. ad Leg. Iul. de adulter.* Eademque eſt viri & uxoris fides caſtitatis, unum ſacramentum, hoc eſt, promiſſio inſeparabilitatis, & ſpes una habendæ prolis *capit. 1. extr. de ſpon. duor. c. debitum. ext. de bigam.* Jam verò uxor ad adulterum prolapſa per violationem thori adulterium committit, juxta antea dicta, *l. 1. C. ad Leg. de adult.* Ergò & maritus, & quando ſcorto aut virgini ſe agglutinando vinculum frangit conjugale.

62 *Secundò*: Probè ponderanda eſt Sanctio Impp. Severi & Antonini *in l. 1. C. ad Leg. Iul. de adulter.* cujus verba ſunt hæc: *Publico judicio non habere mulieres adulterii accuſationem, quamvis de matrimonio ſuo violato queri velint, Lex Iulia declarat: Quæ cùm maſculis jure mariti accuſandi facultatem detuliſſet, non idem fœminis privilegium detulit.* Quæ verba, licet adulterii accuſationem denegant uxoribus, ex iisdem tamen à marito ob violatum ſuum matrimonium adulterium committi, haud obſcurè colligi poteſt. *Tùm*, quod inanis eſſet quæſtio de accuſatione adulterii ob violatum matrimonium, ſi adulterium non fuiſſet à marito perpetratum: Siquidem ubi nullum eſt adulterium, fruſtra diſputatur de accuſatione, quæ ſemper adulterium præſupponit, nam non entis nullæ ſunt qualitates. *Tùm*, quod licet uxor violato matrimonio maritum ob adulterium accuſare nequeat, extraneum tamen hoc facere poſſe, colligitur ex *dict. l. 1.* argumento inde à contrario ſenſu deſumpto, quod in jure fortiſſimum eſt, *l. 1. in pr. ubi Angel. numero tertio. & Iaſon. numer. 36. ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſdict. Felin. in capit. 18. numero nono. extr. de fort. compet.*

63 *Tertiò*: Probari poteſt noſtra aſſertio ex *l. 13. ff. ad Leg. Iul. de adult.* ubi adverſus concubinam adulterii accuſatio locum habet. Concubina verò uxor aut nupta non eſt, *dict. l. 13. §. 6. tot. titul. ff. de concub. ubi Weſembec. in parat. & Iohann. Gœdd. ad l. 144. numero octavo ff. de V. S.* Ergò & adulterium cum non nupta & ſoluta committitur; At hoc reſpectu ipſius concubinæ, ut quæ extra matrimonium eſt, dici nequit, *l. 6. §. 1. ff. ad Leg. Iul. de adult.* Ergò reſpectu mariti alterius, qui cum concubina ſe commiſcet, adulterium perpetratum erit.

64 *Quartò*: Notum eſt, quod ab uxore repudium mitti poſſit marito, qui convictus rem habuit cum alia muliere, *§. ſi quis. Auth. ut liceat mat. & aviæ*, ubi vocabulo mulieris continetur etiam virgo, *l. mulieris. ff. de verb. ſignif. l. argumentum. §. muliebri. ff. de argum. legat.* Certo certius autem eſt, divortium fieri non poſſe, propter adulterium & malitioſam deſertionem, *capit. 3. ext. de divort l. conſenſu C. de repud.* Eſt ergò maritus qui cum alia (ſive nupta ſit, ſive innupta) turpem habet conſuetudinem, jure noſtro adulter; Alioqui matrimonium non diſſolveretur, nec innocenti liceret alteri nubere, *d. § ſi quis.*

65 *Quintò*: Hæc advertens Carolus V. Imper. coitum mariti extra matrimonium ſuum adulterium appellare non dubitavit *in artic. 120. §. 1. Ordinat. Criminal.* in verb. item daß es auch gleicher Weiſe im Fall/ ſo ein Eheweib ihren Mann / oder die Perſon / damit er Ehebruch volnbracht hette/ beklagen will / gehalten werden ſoll. Clarius adhuc Imper. loquitur in *artic. ſubſequent.* 121. ibi: So ein Ehemann ein ander Weib / oder ein Eheweib einen andern Mann in Geſtalt der heiligen Ehe bey Leben deß erſten Ehegeſellen nimbt / welche Vbelthat dann auch ein Ehebruch/ unnd gröſſer / denn daſſelbige Laſter iſt etc. Quibus verbis vocatur adulterium violatio matrimonii, quæ fit à marito ſuperinducente adhuc aliam uxorem, ſolutam ſcilicet, de qua verba articuli abſque dubio ſunt intelligenda, *Matth. Stephan. ad dict. artic.* 121. Unde ad ſimplicem quoque coitum mariti cum ſoluta extra crimen bigamiæ inferri poteſt, per hunc ſcilicet non minis perpetrari adulterium, quia hoc modo fides conjugi æquè violatur.

66 *Sextò*: Eamque ſecutus ſententiam D. Auguſtus Elector Saxon. adulterium quoque eſſe ſtatuit commixtionem illam carnalem, quæ fit inter maritum & mulierem ſolutam, *Conſt. 19. part. 4.* in verb. **Sondern auch der Ehemann/ ſo mit einer ledigen Dirne / oder unverehlichten Weibe ſeine Ehe brechen und Vnzucht treiben würde.** Et paulò poſt: **oder das Weib für den Ehebrecheriſchen Mann/etc.** Ubi expreſsè dicitur maritus communiter adulterium cum muliere ſoluta.

67 Hiſce aſſertionem noſtram ſatis confirmari puto, ut non ſine cauſa quis miretur, tot JCtos præclari ingenii atque judicii in contrariam abiiſſe ſententiam, quos forſan rationes & argumenta ex legibus petita, & uti putant ponderoſa, excuſare poterunt; Quæ, qualia, ſint videbimus. Imprimis verò pro confirmanda opinione communi urgent, *l. 6. §. 1.* in verb. *Propriè adulterium in nuptam committitur, propter partum ex altero conceptum, compoſito nomine, ſtuprum verò in virginem, viduamvè committitur, ff. ad Leg. Jul. de adult.* Unde triplex deſumunt argumentum, quo ſententiam ſtabilire conantur.

68 *Primò* inquiunt, deficiente ratione Juris ipſum jus deficit. Atqui ratio, ob quam vir ad uxorem alterius prolapſus adulterium committit, videlicet ſuppoſitio partus & inſitio ſtirpis ſpuriæ in familiam alienam, deficit hoc caſu, quo maritus cum ſoluta fœmina rem habet; Licet enim ex tali coitu mille etiam liberi procreentur, exinde tamen nullatenus alienæ familiæ ſoboles ſupponitur. Ergo nec adulterium per ejuſmodi commixtionem mariti cum ſoluta fœmina perpetrari, tutò affirmari poterit.

69 Sed committitur fallacia cauſæ; non enim propterea vir cum alterius uxore concumbens adulter eſt, quia partum ſpurium ſupponit

alteri, ſed quia ejusdem matrimonium violat, ac vinculum conjugale rumpit, *l. 1. C. ad Leg. Iul. de Adulter.* ut ſupra pluribus fuit demonſtratum; Quod quia maritus virgini aut ſcorto ſe agglutinando æquè facit, ac conjugium ſuum frangit, utique & is adulter erit. 70 At, licet inſitio ſtirpis ſpuriæ in alienam familiam caſu priori, quo vir cum uxore alterius ſe miſcet, delictum non parùm aggravet, pœnamque exaſperet, ita ut in adulterio in nupta commiſſo dupliciter peccetur, *tùm* violatione thori, *tùm* inſitione partus ſpurii, quo forſan reſpexit Papinianus JCtus in *dict. l. 6. §. 1.* exinde tamen nequaquam inferri poteſt, per ſolam thori violationem adulterium non committi; Quid enim, ſi ex ejusmodi commixtione cum alterius uxore liberi non procrearentur, anne propterea adulterium fuiſſe commiſſum, negari poterit? Non certè, quia de violata fide conjugii vir adverſus uxorem adulteram agit, *l. ſi uxor. 13. §. judex. ff. ad Leg. Iul. de Adult. l. 1. C. eod. titul.*

71 *Secundò:* Alterum Argumentum deſumitur ab Etymologia vocabuli adulterii, quod ita dicitur propter partum ex altero conceptum, ut inquit Papinianus *in dict. l. 6. §. 1.* Quæ nominis ratio excludere videtur conſuetudinem, quam maritus cum innupta habet.

72 *Reſp.* Quanquam argumentum ab etymologia deſumptum efficax & firmum quandoque eſt, hoc tamen ſæpiſſimè fallit: ut in vocabulo Pontificis, ſic dicti quod pontem ad cœlum ſtruat, & Auguſti, appellati ita ab augendo Imperio; ſed jam multis ſeculis Pontifices non ſtruxerunt pontem in cœlum, ſed ad Orcum potius, in quem innumeras animas falſa doctrina præcipitarunt, ita ut nemini licuerit hactenus contra mutire, *cap. ſi Papa 40. dist. cap. cuncta. 9. quæstion. 3.* & multi Imperatores diminuerunt Imperium, tantùm abeſt ut auxerint: Deſinentne igitur habere nomen Pontificum ac Imperatorum? Minimè gentium, *Baſil. Monner. de matrim. pag. 169.* 73 Neque Papinianus *in dict. l. 6.* §. 1. propriam adulterii etymologiam, ſed tantùm alluſionem vocabuli refert, quæ non ad rei ſubſtantiam, aut ad derivationem reſpicit, ſed tantummodò ad ſimilitudinem vocis aut ſoni, quam Grammatici παρανομασιαν vocant, veluti furtum à furvo dicitur, *§. furtum. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſcunt.* Et interdictum, quaſi inter duos dictum. Ejusmodi verò alluſionem JCtum tradidiſſe *in dict. l. 6.* apparet ex verbis ſubjectis (compoſito nomine) quæ magis ſonum & ſimilitudinem vocis, quàm rei derivationem innuunt. Quin & adulterium dici quaſi acceſſum ad alteram extra matrimonium, probatur ex *c. non mœchaberis. 32. quæſtion. 5.*

74 *Tertiò:* Maximè verò urgent verba clara *dict. l. 6.* §. 1. *propriè adulterium in nuptam committitur, ſtuprum verò in viduam, vel virginem.* Quæ verba etiam habentur in *l. 13. §. 2. l. 34. §. 1. ff. ad Leg. Iul. de adult. l. 101. ff. de verb. ſignif.* Et in *l. fugitivus. 225. in med. ff. eod titul.* dicitur adulterium, ſi quis alienam matremfamilias, & ſic nuptam corrumpit. Ex quibus maniſeſtiſſimè evincitur, adulterium non niſi in alterius uxorem committi, ſtuprum verò perpetrari, ſi maritus ad ſolutam fœminam accedat.

Reſp. Sed hi, aliique textus, in quibus 75 hæc verba habentur, parùm videntur nobis obſtare, quia ſolùm agunt de adulterio reſpectu patientis perſonæ, quod non niſi in nuptam committitur. Conſiderari enim debet adulterium dupliciter; *Primò*, in perſona agente, quando maritus cum ſoluta concumbit, & vinculum ſui conjugii rumpit. *Secundò*, in perſona patiente, quando vir aut juvenis ad alteriùs uxorem accedit, ubi violatur vinculum conjugii perſonæ patientis. Hancque differentiam innuunt locutiones illæ vulgares atque diverſæ: nempè adulterium cum fœmina committere, quod facit maritus cum ſoluta; Et adulterium in fœminam vel uxorem committere, quod perpetrat vir cum alterius uxore. Prior enim locutio adulterium perſonæ agentis, poſterior verò adulterium patientis denotat. Quando ergò in lb. dicitur, adulterium non niſi in nuptam committi, accipiendum hoc eſt de adulterio perſonæ patientis, quatenus ſcilicet hæc vinculum thori ſui violat. Nam ſi nupta non eſt, licet marito adultero ſe proſtituat, adulterium tamen non committit, ſed crimen hoc, reſpectu iſtius ceu patientis perſonæ, pro ſtupro ſolùm debet haberi. Hinc quando maritus cum ſoluta fœmina concumbit, uno eodemque actu duplex delictum committit, adulterium, reſpectu ſui ipſius, propriique thori, ſtuprum, reſpectu virginis aut viduæ: perinde ac duplex perpetrat adulterium cum uxore alterius ſe commiſcendo; unum reſpectu proprii thori; alterum verò reſpectu thori iſtius, cum cujus conjuge conſuetudinem habet.

Quamvis verò dicat *Petr. Heig. dict. quæſtion. 29. numero ſeptimo.* 76 in crimine adulterii ad perſonam patientem tantùm, non agentem reſpiciendum eſſe. Et *Reinh. Bacchov. in not. ad Hier. Treutl. vol. 2. diſput. 32. th. 2. lit. B.* unum eundemque congreſſum diverſo jure cenſeri non poſſe; Utrumque tamen falſum eſt, & 77 nullibi probatur, imò contrarium & veritas noſtræ reſponſionis elucet I. ex eo, quod conjugatus cum alterius conjuge rem habens, duplicatum adulterium committat, & duplicem thorum violet, vel ipſo etiam *Heigio dict. quæſtion. 29. numer. 22. Jul. Clar. dict. §. adulterium. numero ſecundo.* aliisque, qui noſtram ſententiam aliàs impugnant, concedentibus, quod tamen affirmari non poſſet, ſi ad perſonam patientem, ejusque thorum ſolummodò reſpiciendum eſſet. II. Certo certius eſt, in civilibus unum eundemque actum cum diverſo jure cenſeri 78 poſſe. Ut in contractibus, qui conſenſu, & uno eodemque actu perficitur: In una enim perſona emtio, in alia venditio eſt, qui tamen contractus eſt unicus, & uno eodemque

modo perficitur, diciturque contractus emptio-
nis-venditionis. Idèm accidit in locatione, con-
ductione, &c. Quod ſi hoc accidit in civilibus
negotiis & contractibus, quare non etiam in cri-
minalibus unum idemque delictum diverſo re-
ſpectu ac jure cenſeri poterit, maximè cum & in
delictis Reus haud abſurdè dicatur contrahere;
obligatur namque ex delicto, *tot. tit. de oblig. quæ*
ex delict. naſc. Atqui omnis obligatio pro con-
tractu haberi poteſt, *l. 20. ff. de Iudic.* III. Facit
huc *Conſt. Elect. 19. part. 4.* ubi maritus cum ſolu-
79 ta fœmina concumbens dicitur adulterium com-
mittere, reſpectu ſcilicet proprii thori *in verb.*
Auch der Ehemann ſo mit einer ledigen Dirne ſei-
ne Ehe brechen (& ſimul fornicari, reſpectu per-
ſonæ patientis, quæ fœmina ſoluta eſt, *in verb.*
ſubſeqq. d. Conſt. und Vnzucht treiben würde) quæ
verba germanica fornicationem ſignificant, ut
apparet ex *Conſtit. Elector. 28. part. 4.* Quemad-
modum ergò juxta Conſtitutionem Electoralem
maritus unà cum fornicatione adulterium u-
no eodemque actu committit, ita & ſi mulier
ſoluta non ſit ſcortum, ſed virgo aut vidua, coitus
ille diverſimode pro adulterio & ſtupro cenſeri
poteſt.

80 *Quartò*: Objiciunt præterea *l. 1. C. ad Leg. Iul. de adulter.* ubi Impp. Severus & Antoninus mulieri adverſus maritum, cum alia rem habentem, denegant accuſationem adulterii, quamvis de matrimonio ſuo violato queri velit.

81 Reſp. 1. *Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quæſt. caſ. 420* Ex *d. l. 1.* ſolummodo probari, quod mulier non poſſit accuſare adulterii virum ſuum, non etiam hoc, quod vir cum ſolutâ adulterium non committat: diverſa autem ſunt adulterium committere, & ab uxore adulterii accuſari poſſe. Quod ſi quis petat rationem, cur mulier non poſſit accuſare virum, ſi is adulter exiſtat; Huic reſpondeo, denegari accuſationem mulieri, *tùm*, ne iſta virilibus officiis fungatur, *l. 1. ff. de poſtul. tùm*, propter verecundiam ſexûs; Neque enim pudicitiæ muliebri convenit, publicè quem apud Prætorem accuſare, *l. 1. §. ſexum. ff. de poſtul. l. qui accuſare. ff. de accuſat.* Et contrà bonos mores eſt, inſtituere accuſationem adverſus maritum, quem uxor durante conjugio modis omnibus colere ac revereri debet, qualis qualis ille ſit; Eſt enim ejus maritus & caput, cui debetur honor & reverentia, dum matrimonium legitimè ſolutum non eſt, *l. alia cauſa. §. 1. in fin. ff. ſolut. matr.*

82 2. Reſp. *Baſil. Monner, de matrim. pag. 144.* Non omnis accuſatio denegatur uxoribus *dict. l. 1. C. ad Leg. Jul. de adulter.* ſed hoc tantùm ibidem diſponitur, mulieres non poſſe accuſationem inſtituere contra maritum publico judicio, quod privilegium conceſſum eſt ſolum maritis *dict. l. 1.* At nulla eſt conſequentia; Mulier non poteſt maritum adulterum publico judicio accuſare; Ergo nullo modo poteſt. Non enim prohibet Lex Julia, quin & ipſa mulier proſequi poſſit hanc graviſſimam injuriam, & ex generali capite injuriarum queri, matrimonium ſuum à marito violatum & contemtum eſſe, ut rectè ſentit *Bald. in dict. l. 1.* Idque novella Juſtiniani conſtitutione diſertè ſancitum eſt, *§. ſi igitur. in Auth. de Nupt. & §. quia verò plurimas, in Auth. ut liceat matrim. vel aviæ, &c.* ubi poteſtas datur mulieri convincenti maritum adulterii repudium illi mittere, ac nuptiis abſtinere. Quia ergò lex jubet, ut mulier hoc crimen legitimè probet, ſuumque virum convincat, quod fieri non poteſt, niſi legitimo modo, hoc eſt, coram judice, cujus ea de re notio eſt, *l. verius. in fin. ff. de probat. l. 2. & l. fin. C. eodem titul.* Utique & accuſationem mulieri permittit.

83 Reſp. 3. Ut maximè accuſatio denegetur mulieri *in l. 1. C. de adult.* attamen quin uxor hodie virum ſuum adulterii accuſare queat, dubium prorſus non eſt, ob text. *in artic. 120. Ordin. Crimin. Carolin. ubi Matth. Stephan. Iohann. Harppr. in tractat. crim. ad §. 4. num. 14. Inſtit. de publ. jud.*

84 *Quintò*: Communiter etiam Dd. ita argumentantur: Adulterium eſt violatio thori. At uxor thorum non habet, quia thorus ut domicilium viro aſſcribitur. Ergo maritus ad ſolutam accedens, uxoris thorum nec violat, nec ei injuriam aliquam infert, adeoque etiam non committit adulterium.

85 Reſp. Peti principium in hoc argumento:
Scio equidem, quod vulgò Dd. tradunt, uxorem
non habere thorum, ſed hunc eſſe ſolius mariti,
Reinh. Bacch. dict. th. 2. lit. B. Henning. Arniſ. de jur
connub. capit. 5. ſect. 8. numer. 43. Petr. Theodor. in
Colleg. crimin. diſp. 6. th. 2. lit. I. Matth. Coler. de-
ciſ. 176. num. 22. part. 1. At hoc non probant, ne-
que probare poſſunt. Allegat quidem *Arniſ. l. 5.*
ff. de rit. nupt. & l. 6. C. de donat. ant. nupt. Sed ne
verbulum ibidem de hoc habetur. Sciendum
verò, thorum hic nihil aliud ſignificare, quàm
fidem ac vinculum conjugale, ut probari po-
teſt ex derivatione vocabuli thori, quod i-
dem eſt ac vinculum aut funis; Toris enim le-
ctus tendebatur, unde torus appellatus fuit,
notante *Calep. in Lexico, in verbo Torus.* Ne-
mo autem negabit, maritum in conjugio pari
vinculo ligari atque uxorem, ad eandemque fi-
dem uxori obligatum eſſe, quam hæc illi præſta-
re debet. Idque probatur luculenter *tùm* ex
1. Corinth. 7. verſ. 4. tùm ex *l. ſi uxor. 13. §. judex. ff.*
ad Leg. Jul. de adulter. tùm ex eo, quod matrimo-
nium eſt contractus utrinque obligatorius, *No-*
vell. 22. cap. 19. l. 1. ff. de rit. nupt. & l. 1. ff. de act. rer.
86 *amor.* Quæ cum ita ſint, quis inficias ibit, u-
xorem quoque habere thorum, id eſt, vinculo
fidei conjugalis tenere maritum. Quinimò
unicum eſt vinculum, quo pariter conjuges ſunt
invicem connexi, adeoque unus idemque eſt
thorus viri & uxoris, quem neuter conjugum
violare debet, ſed quivis contrarium agendo, &
vinculum ſeu thorum rumpendo, adulterium
committit.

87 *Sextò*: Denique non parùm nobis videtur adverſari pœna Legis Juliæ, quæ eſt gladii & ultimum ſupplicium, quo adulteri plectuntur, ut antea pluribus demonſtratum fuit, *§. item Lex Iulia 4. Inſtit. de publ. judic. l. quamvis. 30. C.*

de Leg. Jul. de Adult. Atqui maritus cum ſoluta conſuetudinem habens, mortis pœnam nequaquam incurrit, ſed fuſtigatione ac relegatione puniri ſolet, *Jul. Clar. in dict. §. adulterium, num. 2. Matth. Berlich. part. 4. concl. 27. n. 46.* ubi plures allegat. Ergò nec adulterium hoc caſu committi dicendum erit.

88 Reſp. Negando conſequentiam hujus argumenti. Equidem me non latet, de civili, ut & communi Saxonico Jure (nam in terris Elector. Saxon. *Conſtit. 14. part. 4.* aliud diſpoſitum eſt,) maritos, qui cum fœminis ſolutis ſe commiſcent, ultimo ſupplicio non puniri, ſed ſolùm virgis cædi ac relegari, *Matth. Coler. part. 1. deciſ. 176. numero ſeptimo. & ſeqq.* ubi Wittebergenſes ac Jenenſes ita reſpondiſſe refert, *Aut. Conſult. Conſtit. Saxon. tom.* 1 *part. 4. quæſt. 2. numer. 3. Sentent. Lipſenſ. poſt* **Landrecht.** *titul.* **Straff umb Ehebruch**/*verſ.* **zum andern würde der Ehemañ.** *Matth. Weſemb. in parat. ff. ad Leg. Iul. de adult. num.* 19. *Matth. Stephan. ad art. 120. Ordin. crim. Carolin.* Idque in dubium vocare velle, nil aliud
89 eſſet, quàm revangere mundum. Exinde tamen, commixtionem carnalem mariti cum ſoluta muliere pro adulterio eſſe habendam, evinci nequit. Non enim ex genere pœnæ de qualitate, & ſubſtantiâ delicti ſemper judicare licet. Nam nec uxor conjugata alteri ſui poteſtatem faciens mortis pœna afficitur, ſed virgis cæſa in monaſterium detruditur, *Novell. 134. capit. 10. in princ. & verſ. adulteram verò mulierem Aut. ſed hodie. C. ad Leg. Jul. de adulter. Jul. Clar. dict. §. adulterium, numero ſeptimo. verſ. ſed hodie. Weſembec. in parat. ff. ad Leg. Jul. de adulter. numer. 19.* Quam tamen adulterium committere certo certius eſt,
tot. tit. ff. & C. ad Leg. Jul. de adulter. Ideoque 90
hic repetendum, quod *ſupra quæſtione hac num. 38.* fuit dictum, pœnam ſcilicet Legis Juliæ capitalem de adulteriis progreſſu temporis conniventia Imperatorum, & nimia eorundem lenitate, in deſuetudinem abiiſſe, ac ferè arbitrariam extitiſſe, *Petr. Heig. part. 2. quæſtion. 29. numer. 51. Henning. Arniſ. de jur. connub. capit. 5. ſect. 8. num. 25. Iacob. Menoch. libr. 2. de arbitr. judic. quæſtion. caſ. 419. numer. 46. Mauſ. in §. ſi adverſus, verſ. continentur, Inſtit. de nupt.* Quæ poſtmodum à Conſtantino reſtituta, & Imp. Juſtiniano in *Novell. 134. cap. 10.* confirmata fuit, habito tamen certo reſpectu ad ſuppoſitionem ſobolis & inſitionem partus ſpurii, ita ut ii demum adulteri, qui coitu ſuo adulterino familiam alterius commaculant, & hæredem alienum ſupponunt, ſeveriori gladii pœnâ afficiantur, mitiori ſupplicio in ſimplices adulteros adulteraſque conſtituto.
91 Hæcque forſan cauſa eſt, quod in Jure civili rariſſimè fiat mentio adulterii, à maritis cum mulieribus ſolutis commiſſi, cum tamen in peculiaribus titulis ff. & C. tractetur materia adulterii, id quod hîc monendum duxi.

QVÆSTIO LIII.

Quibus modis Adulterium committatur, Deque ejusdem pœnâ, tam de Iure Communi, & Sanctione Carolinâ, quàm in foro Saxonico.

SUMMARIA.

1. Hodie de Iure Romano pœna adulterii eſt capitalis.
2. Certo tamen modo ab Imp. Iuſtiniano limitata.
3. Adulterium ſemper uniforme non eſt, ſed quandoque duplicatum, quandoq; ſimplex, n. 4.
5. Duplicatum eſt adulterium quod maritus cum alterius uxore committit.
6. Quare hoc adulterium dicatur **Oberhurerey.**
7. Pœna hujus delicti in maritis.
8. Quænam pœna ſit hoc caſu uxoris conjugatæ, n. 9. 26. 27.
10. Quare mitius puniatur adultera, quàm adulter, n. 11. 12. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25.
13. Gravius delinquit uxor adultera, quàm maritus adulter, n. 14.
15. Impudicitia mulierum deteſtabilior eſt.
28. In foro Saxonico quænam ſit pœna adulterii duplicati, n. 29. 30. 31. 32.
33. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n. 34. 35.
36. Simplex dicitur adulterium quod vir ſolutus cum uxore conjugatâ committit, n. 37.
38. Pœna mulieris conjugatæ marito ſeſe proſtituẽtis.
39. Reſponſa Scabinor. Lipſenſium.
40. Quomodo maritus hoc caſu puniendus ſit? n. 42. 43. 44. 45 47.
46. Sententia Scabinorum Lipſenſium.
48. Maritus cum fœmina ſoluta concumbens adulterium quoque ſimplex committit. nu. 49. 50. 51. 52.
53. Pœna mariti cum fœminâ ſolutâ concumbentis n. 54. 55. 56. 57. 58. 61. 62.
59. Sententia Scabinorum Lipſenſ. n. 60.
65. Explicatio art. 13. lib. 2. **Landrecht.**
64. Quomodo puniri debeat fœmina ſoluta, maritum alienum admittens, n. 65. 66.
67. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.

POenam Legis Juliæ de adulteriis, quæ progreſſu temporis conniventia Impp. & nimia eorundem lenitate in deſuetudinem abierat, à Diocletian. & Maximin. in uſum revocatam, *l. 18. C. de tranſact.* à Conſtantino verò planè reſtitutam, *l. quãvis 30. C. ad Leg. Iul. de adult.* & ab Imp. Juſtiniano in *Novell. 134. capit. 10.* denuò confirmatam fuiſſe, dictum *quæſtione præcedenti num. 38. & 90.*

Unde, adulteros hodie quosvis ultimo ſupplicio afficiendos eſſe, probabiliter quis primo intuitu aſſerere poſſet. Fuit enim quondam ex lege Julia pœna adulterii capitalis, & mortis 1 naturalis, §.4. *Inſt.de publ.judic.* qualis etiamnum eſt hodie regulariter de Jure Romano, *Petr.Gregor.in Syntagm.Iur.univerſ.lib.36. cap.6. num.5. Iacob Menoch.de arbitr.jud.quæſt. caſ.290. num. 2.& caſ.419.num.50. ſeqq. Bonifac. de Vitalin. in tit.de adult.num.8.in fin. Angel de Aretin.de maleſ. in verbo che hai adulterato la mia donna.num* 44. *& ibi Auguſtin.in addit.verſ.item de Jur. Codicis. Vincent.de Franc.deciſ.240. num.5.part.2. Iodoc.* 2 *Damhoud. in prax.rer.crim.cap.89.num.5.* Sed Juſtinus Imperator eam nonnihil immutavit, reſtringendo pœnam mortis ad viros cum uxoribus conjugatis coeuntes, quoad fœminas verò eam mitigando, *dict. Novell. 134. capit.10. Auth.ſed hodie C. ad Leg.Iul.de adulter.* Ex quo etiam ſequitur, ne quidem maritos ad fœminas ſolutas prolapſos mortis ſupplicium incurrere. Ut ſic de jure communi novo pœnam mortis in adulteros, adulteraſque indifferenter conſtitutam eſſe, affirmari nequeat. Quapropter deſpiciendum, quando & quibus caſibus pœna mortis in crimine adulterii adhuc hodie obtineat.

Ante omnia verò hic repetenda eſt definitio adulterii, quod *præcedenti quæſtione* dixi eſſe violationem fidei ac tori conjugalis: Vel, concubitum contra pactum conjugale. *Auguſt. capit. 4. de bon. conj.* Ita ut non ſolùm vir ſolutus cum nuptâ ſeu conjugatâ muliere, ſed & maritus cum ſolutâ fœminâ concumbens, adulterium dicatur committere, quod & duplicatur, ſi maritus cum alterius uxore conſuetu-3 dinem habeat. Adeoque non uniforme eſt crimen adulterii, ſed quandoque duplicatum, ſi ſcilicet utraque perſona ſit conjugata; quandoque verò ſimplex, ſi vir ſolutus cum uxore alterius ſe commiſceat. Quale etiam hoc, ſi maritus ad fœminam ſolutam accedat, quamvis hæc ſpecies à priore ſimplicis adulterii ſpecie non nihil diverſa eſt. Quæ differentia, priusquàm de pœnâ adulterii quid ſtatuatur, probè notanda, & quot modis adulterium dicatur committi, examinandum eſt, ne forſan ex confuſione oriatur difficultas, & pœna pro uno adulterii modo conſtituta ad alium trahatur.

4 *Adulteriũ triplici modo committitur.*

Patet autem ex jam dictis, ut etiam ex iis, quæ *præcedenti quæſtione* tradita fuêre, tribus modis adulterium committi: 1. Reſpectu utriusque perſonæ; cognoſcentis, & cognitæ agentis & patientis, ut cum utraque perſona eſt conjugata. 2. Reſpectu cognitæ tantùm ſeu patientis perſonæ, ut, cum ſolutus ad conjugatam accedit, qui non modò alterius torum commaculat, ſed & uxor ipſa hoc caſu virum ſuum coinquinat. 3. Reſpectu cognoſcentis & agentis tantùm, ut, cum uxoratus ad ſolutam accedit, is enim proprium thorum & uxorem ſuam coinquinate dicitur. *Hoſtienſ. in Summ.de adult.§. quid ſit adulterium. numer.1.in fin.Iul. Cla.in* §. *adulterium.numer.*2. *Proſp.part.5.oper. crim.quæſt.141. numer.77. Matth.Steph. ad art. 120.num.*2.*Ordin.crim.Carol.Bonifac. de Vitalin. in rubric.de adult.num.1.& 2. Matt.Berlich.part. 4.concl.27.n.6. Petr.Gregor.in Syntag.Iur.lib.36. cap.6.num.4. Ludov. Gilhauſ.in arbor. jud.crim. §.2.tit.18.num.20.Iacob.Menoch.conſil.249. n.3. & ſeqq.lib.2.*

5 *Q.1. Quodnam adulterium ſit duplicatũ quæq; ejus ſit pœna?*

Primo modo inter conjugatum & fœminam nuptam committitur adulteriũ. Quod reliquis eſt improbius, quia duplex violatur thorus. Maritus enim cum alterius uxore conſuetudinem habens carnalem, non modò vinculum ſui matrimonii diſſolvit, & reſpectu ſuæ conjugis adulterium perpetrat, ſed ſimul etiam matrimonium alterius turbat, cujus uxorem cognoſcit, quia & ipſa fidem conjugalem violat, & reſpectu ſui mariti adulterium committit. Ut ſic uno actu per violationem utriusque thori duplex committatur adulterium. Quod & propterea duplicatum dicitur, germanicè **Oberhurerey/** 6 ſeu **Vberhurerey/** quaſi ſupremum adulterium, vel plus quam ſimplex adulterium, *gloſſ. in art.13.* **Landrecht/** *libr.2.* in verb. **und die in Ehebrecherey begrieffen werden/ ꝛc.** *Matth. Coler.part.1.deciſ.176. numer.4. Petr.Heig.libr.2. quæſt.29.num.22.Iul.Clar.dict.§.adulterium,num. 2.Petr.Gregor.dict. cap.6.numer.4. Farin.dict. quæſt.141.n.78. Menoch.conſ.249.num.3.lib.2. Matth.Steph.in dict.art.120.Ordin.Crim.Carol.n. 1. Dan.Moller.ad Conſt.Elect.19.n.5.part.4.Ioh. Schneidvv.Inſt.de nupt.tit.de divort.n.26. Virgil. Pingitz.q.45.n.2.Ioach.à Beuſt.de Iur.connub.p.2. cap.17.*

Hoc caſu quin maritus adulter ultimo ſup- 7 plicio ſeu pœna gladii ſit afficiendus, dubium prorſus non eſt. Si enim ullibi pœna Legis Juliæ de adulteriis exerceri debet, certè in marito cum alterius conjuge concumbente, ea locum obtinebit, ut qui non modò vinculum ſui matrimonii diſſolvit, propriumque violat thorum, ſed alterius thorum offendit, & familiam ſuppoſitione ſtirpis ſpuriæ commaculat, adeoque duplex adulterium committit. Quapropter Juſtinianus Imperator pœnam Legis Juliæ à Conſtantino reſtitutam, quoad viros confirmavit, & conſtituit, ut viri adulteri præciſè pœnâ capitali, puta gladii afficiantur, quoad 8 fœminas verò eandem mitigavit, & ſancivit, ut illæ virgis cæſæ in monaſterium mittantur, & ſi eas intra biennium viri recipere noluerint, vel priusquam eas reducerent, mortui fuerint, ibi monaſtico habitu aſſumpto, perpetuò, dum vivunt permaneant, *Novell.134.c.10.verſ. adulteram verò mulierem, & ſeqq. Auth.ſed hodie,* ibi *Sed hodiè adultera verberata in monaſterium mittatur, quam intra biennium viro recipere licet. Biennio tranſacto, vel viro priusquam reduceret Ream, mortuo, adultera tonſa monaſtico habitu ſuſcepto, ibi dum vivit permaneat, duabus partibus propriæ ſubſtantiæ liberis, ſi habet, applicandis, tertia* Monaſterio, *&c. C.ad Leg.Iul.de adult. Iul.Clar.lib.5.ſentent.§. adulterium, num.7. verſ. ſed hodiè ſecundum jus. Iodoc.Damhouder. in pract.crim.cap.89.num.*17. Matth. *Weſembec.in parat.ff.ad Leg.Iul.de adult.num.19.poſt pr.verſ. ſed temporibus, & paulo poſt, verſ.at fœminis Herm. Vult.ad §. item Lex Iulia 4.Inſt. de publ. judic. numer.7.Petr.Heig.dict.quæſt.29.n.70.Proſp.Farin.dict.quæſt.141.num.19.& ſeqq.*Matth. *Berlich.*

dict.concluſ.27.numer.17. Johan.Schneidvvin. ad tit. Inſt.de nupt.ſub tit.de divort.numer.2. & ſeqq. Hoſtienſ.in Summ. ext.de adult.§.quæ pœna ſit imponenda.numer.7. verſ jure verò novo auth.Petr. Theodor.in Colleg.crimin.diſp.6.th.3.lit.L. Andr. Tiraquell.de legib.connub.in l.13.gloſſ.1. part.13.n. 22.& ſeqq.Angel.Aretin.in tractat. malefic.verb. che hai adulterato la mia donna numer. 44. poſt prin.

9 Quod autem in Monaſterium mulier detrudi jubetur, ratio eſt ſpes emendationis. Non enim conſtitutæ ſunt pœnæ, niſi in hominum emendationem, *l.ſi pœna 20. ff.de pœn. c.gaudemus. de converſ.conjug. Conrad.Rittershuſ.ad Novell.p. 12.cap.5.numer.15.& 16. Anton.Fab.libr.9.C.tit.7. Matth.Stephan.ad art.120.Ordin.Crim.Carolinæ.* Et quamvis *Bajard.ad Jul.Clar.dict.§.adulterium numer.50.* poſt alios ut *Luc.de Penna & Bath.de Capua,* quos allegat, propterea non approbat pœnam detruſionis in Monaſterium, quod facile Moniales ex corruptis moribus mulieris adulteræ & ipſæ corrumpi poſſint, *arg. c.ſæpè 28. q.1.c.quisquis.23.q.4.* Difficultatem tamen hanc tolli exiſtimat *Proſp.Farin.* ſi adulteræ detrudantur in Monaſteria convertitarum, ut Itali vocant, ſive mulierum malè nuptarum, quibus non eſt novum audire adulteria, & in quibus Monaſteriis ut plurimum inhoneſtæ mulieres de adulterio confeſſæ aut convictæ recluduntur, *d.quæſt. 101.num.20.*

Q.2. Quanã ſit cauſa, quo de Iure Iuſtinianeo adultera mitius puniãtur quam adulteri?

10 De jure igitur Civili Juſtinianeo in duplicato adulterio adulterii & adulteræ diverſis afficiuntur pœnis: Illi enim gladio plectuntur; Hæ autem virgis cæſæ & tonſæ in monaſterium detruduntur, idque certo certius eſt. At quænam diverſitatis hujus ratio ſit, & quare mulieres adulteræ mitius puniantur, quas tamen leges Moſaicæ æquè mortis ſupplicio puniri jubent, *Levit. 20. verſ. 10. Deuter. 22. verſ. 21. Dan.13.Ezech.16.verſ.38.* expeditum non eſt, ſed multum laborant Interpretes, ut cauſam ſanctionis hujus probabilem queant proferre.

11 Forſan non ineptè quis dixerit, virum uxori fortius, majorique fide obligatum eſſe, quàm hæc illi, adulteriique crimen in viris gravius eſſe, quàm in fœminis: Ita quidem videtur opinari *Iodoc.Damhouder.in prax crimin.cap.89. num.109.* Idque probari putat exinde, quod & aliæ Gentes adulteros gravius punierint, quàm fœminas adulteras. Ita enim apud Ægyptios adulter virgis cædebatur ad mille plagas, vel ut *Diodorus Siculus* narrat, virilia ei amputabantur. Sic & apud Romanos Bibienus Carbonem Acterum, & Publ. Cervius Pontium in adulterio deprehenſos caſtraſſe leguntur. Mulier verò adultera vel repudiabatur, vel naſo tantùm mutilabatur, quod etiam à Siculis obſervatum fuit.

12 Sed nequaquam huic aſſentiri poſſum. Neminem etenim latere arbitror, Conjuges æquali vinculo, parique ſibi invicem obligatos eſſe, ut *præcedenti quæſtione* demonſtratum fuit, quod & Divus Apoſtolus ſentit, inquiens: *Uxorem non habere poteſtatem ſui corporis, nec viceverſâ virum poteſtatem ſui corporis, 1.Corinth.7.* Ideò vir & uxor ad paria judicantur & adulterium in utroque ſexu pari ratione damnatur, *cap.Chriſtiana religio 32. quæſtion.5.* Hinc & Salvator noſter Dn. JESUS CHRISTUS æſtimat adulteriũ ex eo, quod adulter ſeparet ſe à carne, cui Deus ipſum implicuit *Matth.19.Marc.10.* Atqui tàm ſolvit unionem hanc mulier alienum admittens, quàm maritus, qui à fide conjugali abſcedit.

13 Quinimò gravius peccare adulteras uxores quàm viros adulteros, ex Lege Romuli apparet, cujus verba recitat *Gellius* hæc: *In adulterio ſi uxorem tuam deprehendiſſes, ſine judicio impunè necares: Illa te, ſi adulterares, digito non auderet tangere, libr.10. noct. Atticar.capit.23.* Idemque legiſlator fœminis denegavit facultatem accuſandi maritos, quam conceſſit viris in fœminas, teſte *Plutarch.in Romul.* Quale decretum etiam ab Imper. Severo Antonino datum *in l.1. C. ad Leg. Jul.de adulter.* & repetitum à Conſtantino, ſanciente: viro licere repudiare, ſed non uxori virum, in *l.placet. C. de repudiat.* Quod & ſacris convenit literis, *Deuteron.24. Malach. 2.* Ubi viris conceditur dimittere uxores, quam poteſtatem tamen mulieribus factam eſſe, nullibi reperitur, *Alber.Gentil.6. de nupt.capit.21.* Quæ certè manifeſtè probant, ſi non gravius, 14 æquè tamen graviter uxores aliis ſe proſtituentes peccare, atque viros cum aliis adulterantes. Quò & ſpectat reverentia, quam mulier viro debet, *l.1.§.7.ff. de rei uxor.act.l.14.§.fin.ff.ſolut. matrim.* contra quam uxor adulterans graviter delinquit.

15 Et quis neſcit, impudicitiam mulierum longè deteſtabiliorem fœdioremque eſſe, *arg.l. 1.C.de mulier.quæ ſerv.propr.junct.l.fin. C.comm. de manumiſſ.* Quippe quod & major caſtitas in uxore, quàm in maſculo requiratur, *Gloſſ.in l. palam.§.quæ in adulterio. ff. de rit.nupt. Iohann. Gœdd. ad l.101.numer.4.ff.de verb.ſignif.* majusque dedecus & infamia inuratur domui, familiæ, generi, & toti cognationi per impudicitiam mulieris, quàm viri. 16 Quapropter & Sacra ſcriptura differentiam ſexûs hâc in parte omninò reſpuit, ac impudicitiam mulierum non minus coercet, quàm virorum, *Deuter.22. verſ.21.Levit.20.verſ.10.* ibi: *Si quis adulterium perpetraverit cum uxore proximi ſui, moriantur ambo, adulter & adultera, &c.* Nec ſine causâ prægnante, cum nihil omnium ſit, quod impudicas mulieres magis à libidine deterrere poſſit, quàm pœnâ, quam maxime mulieres verentur; abhorrent & deteſtantur, *Dan. Moller.ad Conſtit. Elector.19. num.2.part.4.Petr.Theodor.in Colleg.crim.1. diſp. 6.th.3.lit. L.*

17 Miſsâ itaque hâc ratione, nonnulli uxores adulteras ab Imp. Juſtinianeo à pœnâ mortis eximi putant, ob ſexus fœminei, imbecillitatem & fragilitatem, per quam fit, ut facilius in adulterii crimen mulier, quàm vir prolabatur, *Matth. Stephan.ad artic.120.n.3. Ordinat.Crimin. Carolin.Iodoc.Damhouder. in prax.rer.crimin.cap.89. num.111.Matth.Berlich.dict. concluſ.27.num.28.* Sunt namque fœminæ præcipites à naturâ factæ, & infirmæ, ut citius ſuperentur, quàm viri, minuſq;

nuſque reſiſtere queant hujuſmodi flammis naturæ, ſicut *Seneca in Hippol.* inquit:

Quid ſinit inauſum fœminæ præceps furor?

Quod probè intellexit Eritius vir multæ prudentiæ,
contendens mulieribus erratis ſæpius
ignoſcendum eſſe, nec pœnam infligendam, niſi
correctio culpam corrigere non potuiſſet, ut ex
Saxon. hiſtor. Danic. autor. lib. 6. refert: *Iod. Damhouder.*
18 *dict. cap. 89. num. 112.* Hinc & vulgò dici
ſolet, mulieres in eodem delicti genere mitius
peccare minuſque puniendas eſſe, quàm viros,
cæteris per omnia paribus, nempè ob imbecillitatem
mentis & ingenii, *l. ſacrilegy pœnam in pr.*
ff. àd Leg. Jul pecul. l. ſi adulterium. §. ſtuprum, §.
fratres & §. inceſtum. ff. ad Leg. Iul. de adult. capit.
ſicut dignum. in pr. ext. de homicid. c. indignantur.
32. quæſtion. 6. l. quiſquis. §. ad filias. C. ad Leg. Iul.
majeſt.

19 Sed neque hæc ratio mihi ſatisfacit, quippe ſi ea ponderis alicujus eſſet, etiam in pœnis homicidii aliorumque criminum ſexus imbecillioris ratio haberi deberet, quam tamen neutiquam in delictis reſpici, in aperto eſt, *Matth. Weſembec. in parat. ff. ad Leg. Iul. de adulter. numer. 18. Petr. Theodor. dict. diſput. 6. th. 3. lit. L.* Et ſi omninò fragilitas ſexus in delictis quandoque veniam mereretur, nullatenus tamen in criminibus, in quibus jure Divino pœna mortis ſtatuta eſt, ei indulgendum erit. Nam ubi agitur de jure Divino & naturali, contra quæ tendit adulterium, *l. probrum, ubi Alciat. ff. de verb. ſignif.* nulla valet excuſatio, quæ ex ignorantiâ petitur, aut imbecillitate, ut pulchrè notat. *Henning. Arniſ. in tractat. de jur. connub. capit. 5. ſect. 8. numer. 33.* Nil dicam, quod gravius delinquant in hoc crimine mulieres quàm viri, ob impudicitiam in ſexu fœmineo longè deteſtabiliorem, fœdioremque, ut dictum antea.

20 Neſcio igitur annon rectè exiſtimet *Ioh. Bodin.* hancce pœnæ adulterii mitigationem quoad fœminas à Theodorâ Auguſtâ, quippe quæ & omnia beneficia mulieribus adverſus maritos tribuerit, profectam fuiſſe, *lib. 1. de Republ. cap. 3. pag. 26.* Quod ſi verum, in cauſam hujus pœnæ ulterius non inquirendum eſſet. Attamen, quia vix præſumendum Nomothetham contra gravitatem delicti à muliere ſibi quid perſuaderi paſſum fuiſſe, diſparitatem & mitigationem pœnæ in fœminis omni ratione deſtitui, credere non poſſum.

21 Exiſtimo autem Juſtinianum Imperatorem, ſecutum mores ac conſuetudinem quarundam Gentium, adulteria, ut quaſi peccata ſint leviuſcula, parumque ipſis inſit ſceleris extenuantium, Crimen hoc levius punire voluiſſe, pœnam tamen Legis Juliæ, quæ gladii eſt, in viris ſolummodò retinuiſſe ac confirmaſſe ob inſignem injuriam, quæ per ſuppoſitionem falſi partus, & inſitionem ſtirpis ſpuriæ (ſi non ſemper effectu ipſo ſubſequuto, propoſito tamen & intentione adulterorum) infertur. Quod crimen ferè atrocius eſt adulterio: Non ſolùm enim per ſubſtitutionem partus alieni falſum perpetratur, *l. 19. §. 1. l. 30. §. 1. ff. ad Leg. Cornel.*
de Falſ. l. 1. ff. de agnoſc. liber. Iodoc. Damhoud.
in pract. crimin. cap. 123. numer. 22. Mynſing. in §.
item lex. Inſt. de publ. jud. ſed etiam Reipublicę per
confuſionem familiarum ſumma infertur injuria.
Hocque eſt, quod vulgò dicitur, nomen ipſum
indicare, quæſtionem adulterii ad eam injuriam
pertinere, quâ alterius familiæ ſtirpes adulterinæ
inferuntur, *l. 6. § 1. l. 34. § 1. ff. ad Leg. Iul.*
de adult. Matth. Weſembec. in parat. ff. eod. numer.
4. 5. 8. Cujac. ad titul. C. eod. & in Novell. 22.
pag. 160. Ac licet uxor conjugata, quæ virum alienum 23
admittit, in hancce injuriam marito ſuo inferendam
non modò conſentiat, ſed & copiam
ſui faciendo crimen hoc non parùm promoveat,
ut ſine cujus facto & ope ſtirps adulterina inſeri
non poſſet; Attamen potiſſimùm hoc delictum
viro agenti, ut qui ſobolem ſuam alteri
ſubſtituit, adſcribitur. Cum vir propriè dicatur
agere, fœmina verò pati, *Ariſt. libr. 5. de animal.*
Cujac. dict. loco.

Quamvis & non ineptè quis dixerit, Imperatorem
Juſtinianum de ſeveritate pœnæ fœminis 24
aliquid remiſiſſe, in favorem maritorum,
ne ſcilicet his, ſi placati uxoribus adulteris ignoſcere,
iiſque ulterius cohabitare mallent, facultas
recipiendi eas adimeretur, ipſique hâc ratione,
ut quos præter voluntatem uxoribus carere
oporteret, duplici afflictione afficerentur. Hocque
Juſtinianum ad mitigationem commoviſſe,
probabiliter colligi poteſt ex eo, quod poteſtatem
dat viris, intra biennium uxores adulteras
abſque periculo recipere, *Novell. 134. cap. 10.*
verſ. adulteram. Auth. ſed hodiè C. ad Leg. Iul. de
adult. Quod ſi verò mariti uxoribus condonare
nollent, ſatis pœnæ fœminis eſſe Monaſterium,
viſum fuit Imperatori, ut quas ibidem ceu carcere
incluſas, perpetuo uſque ad vitæ exitum
permanere oportet, *d. cap. 10. Novell. 134.* Nec 25
multum diſcrepat hæc pœna à ſeveriori mortis
ſupplicio, cum carcer perpetuus ſervitus ſit, &
morti æquiparetur, *l. intercidit ff. de condit. & demonſtr.*
l. ſervitutem. ff. de reg. jur. Auth. ſi captivi C.
de Epiſc. & Cler. Proſper. Farin. in prax. crim. quæſt.
24. n. 24.

Quicquid ſit, licet fortaſſe veram rationem 26
mitigationis pœnæ adulterii quoad fœminas aſſequi
non valeamus, juxta *l. non omnium. ff. de legibus.*
certum tamen eſt, in crimine adulterii
de jure communi uxores adulteras non pœnâ
mortis, ſed mitiori ſupplicio afficiendas eſſe,
,, quod ſcire nobis ſufficiat. Eaque pœnarum diverſitas
,, in viris & uxoribus adulteris, in Imperio
,, Romano, (exceptis quorundam locorum Conſtitutionibus
ac Statutis peculiaribus) adhuc hodiè
obtinet.

27 Tantumque abeſt, fœminas hodiè perinde ac mares gladio puniri, ut opinatur *Joach. Beuſt. in tractat. connub. part. 2. capit. 18. verſ. hodiè vero. Herm. Vult. in §. item Lex Julia. 4. numer. 7. Inſtit. de publ. judic. Matth. Berlich, part. 4. concluſ. 27. numer. 20. Gœdd. ad l. 101. ff. de verb. ſign. numer. 4.* Ut etiam conſtitutio Juſtiniani in Imperio Romano-Germanico ab Imper. Carolo V. fuerit renovata & confirmata *in artic. 120. Ordinat. Criminal.* ibi: So ein Ehemann einen andern

vnd

umb des Ehebruchs willen den er mit ſeinem Eheweibe verbracht hat/ peinlich beklagt/ und des überwindet/ derſelbe Ehebrecher ſampt der Ehebrecherin ſollen nach ſage unſer Vorfahren/ und unſer Käyſerlichen Rechten geſtraffet werden/ ꝛc. Quæ verba cum ad jus commune civile ſe referant, pœnam quoque adulterii de jure civili conſtitutam, ſcilicet ut viri gladio puniantur, mulieres verò virgis cæſæ in Monaſterium detrudantur, vigore *Ordinat. Criminalis*, in Imperio adhuc obtinere dicendum eſt.

Q. 3. Quæ ſit pœna adulterii duplicati in foro Saxonico.

28 Neque de jure Saxonico aliud conſtitutum reperitur: Quamvis enim *art. 13.* Landrecht. *libr.* 2. adulteros abſque diſcrimine gladio puniri velit, *in verb.* und die in Ehebrecherey begriffen werden/ denen ſoll man allen die Häupt abſchlagen/ ꝛc. Attamen quin textus ille de viris adulteris tantùm agat, dubium prorſus non eſt, *tùm*, ob verba præcedentia (die Weib oder Mägde nothzögen) quæ non niſi de viris aut maſculis accipi poſſunt. *Tùm*, quia jus Saxonicum tanquam ſtatutarium ſtrictè eſt accipiendum, quantum fieri poteſt, ne jus commune lædatur aut corrigatur, *l. præcipimus. C. de Appellat. c. cum expediat. de elect. lib. 6. Virgil. Pingitz. q. 46. num. 13. Aut. Conſult. Conſt. Saxon. part. 4. tom. 1. q. 2. num. 14.*

29 Conveniunt itaque in pœnâ adulterii duplicati Jus Commune, Ordinatio Imp. & Jus Saxonicum, ita ut vir adulter gladio puniri, uxor verò adultera virgis cæſa in Monaſterium detrudi debeat, ut ex prædictis apparet.

30 At cum hodie in terris Reformatarum Eccleſiarum Monaſteriorum uſus eſſe deſierit, dubium eſt, quomodo pœna adulterii quoad fœminas exerceri queat? Arbitratur *Modeſt. Piſtor. conſ. 3. incip.* Es hat eine vornehme hohe Perſon *q. 2. n. 66.* ib. Wiewol auch in dieſen Landen/ ꝛc. *vol. 1.* Licet Monaſteria ad eum modum, quo olim in Papatu, hodie apud nos in uſu non ſint, quia tamen ædificia Monaſteriorum nihilominus adhuc reſtant, in quibus mulieres, quæ olim Moniales fuere, hodie verò habitum monialem depoſuerunt, vivunt, & alimentantur, fœminas adulteras virgis cæſas in ejuſmodi Monaſteria benè poſſe detrudi. Sed compertum eſt, ne quidem fœminas, quæ habitum monialem depoſuerunt in omnibus locis Reformatarum Eccleſiarum, hodie alimentari in ædificiis Monaſteriorum, ex iisque plærumque ædes ad uſum privatorum effectas, & Monaſteria inhabitationes Laicorum pariter ac Clericorum fuiſſe immutata.

31 Rectius ergò alii exiſtimant, uxores adulteras virgis cædi, ac in perpetuum relegari debere, *Petr. Heig. p. 2. quæſt. 29. num. 72. Iacob. Beuſt. de jur. connub. p. 2. cap. 18. verſ. Veteres Scabini Matth. Weſemb. in parat. ff. ad Leg. Jul. de adult. n. 19. Iohan. Schneidevvin. Inſt. de nupt. tit. de divort. n. 25. Matth. Berlich. part. 4. Concl. 27. n. 25. Virgil. Pingitz. quæſt. 45. n. 2.*

Quæ pœna ſicut ſupplicio Juſtinianeo per omnia ferè æquiparatur (nam & uxore relegata, ſcandalum ab incolis aufertur, exiſtente tantum differentia quoad hoc, quod rea non ſit certò loco adſtricta) ita etiam in terris Saxoniæ extra Electoratum (ubi ſeverior pœna obtinet, ut *quæſtione ſeq.* diceretur) uſu recepta eſt, 32 eamque pœnam uxoribus adulteris dictari pariter à JCtis Wittebergenſibus, Hallenſibus, Magdeburgenſibus & Jenenſibus, *Virgie Pingitz. dict. quæſt. 45. num. 2.* Cum quo convenit *Matth. Coler. part. 1. deciſ. 176. num. 11.* inquiens: *Iure autem Saxonico* Wenn ein Weib mit einem andern Unzucht begehet/ Er ſey Ehelich oder nicht/ ſo wird ſie zur Staupen geſchlagen/ und des Landes ewig verwieſen. Vide quoque König, *in proceſſ. ſub tit.* von Ehebruch.

Hancque ſententiam in pronunciando extra Electoratum Saxoniæ ſequuntur quotidiè Elect. Saxon. Scabini, dictantes pœnam gladij maritis adulteris, fuſtigationis vero pœnam cum perpetua relegatione uxoribus adulterium committentibus: Hiſce formalibus. 33 Hat G. W. ein Ehemann in guten bekandt/ daß er mit Margaretē *I. S.* Eheweibe in abweſen ihres Mannes zu etlichen unterſchiedlichen mahlen fleiſchliche Unzucht verübet unnd geehebruchet. Inmaſſen dann die Gefangene/ als ſie deßwegen auch gütlich befragt worden/ ſolches alles gleicher geſtalt außgeſagt und geſtanden. Da nun *G. W.* auff ſolchem ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gericht freywillig verharren/ oder deß ſonſten/ wie recht überwieſen würde; So möchte er ſolches begangenen unnd bekandten Ehebruchs halben mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtraffet werden. So viel aber die Weibesperſon belanget/ ſo bleibet dieſelbe vermöge gemeiner beſchriebener Käyſerlichen Rechte mit der Todesſtraffe verſchonet/ Sie wird aber/ wofern das Kloſter-Leben des Ortes abgethan/ billich zur Staupe geſchlagen/ unnd der Reuſiſchen Gerichte ewig verwieſen. Es wolten dann beyden Gefangenen ihre Ehegatten ſolche Verbrechung verzeihen/ und ihnen hinfüro Ehelichen wiederumb beywohnen/ uff ſolchen Fall bliebe der Mann mit der Todesſtraff/ das Weib aber mit der öffentlichen Staupe billich verſchonet: Sie würden aber gleichwol beyde des Landes ewig verwieſen/ darauß ihnen ihre Ehgatten mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig/ V. R. W. (*Quod de remiſſione conjugum huic ſententiæ annexum fuit, de hoc lector benevolus ſatis informari poteſt ex traditis infra quæſtione 55.*) *Ad requiſitionem Eberhardi* Müllers in Graitz. *Menſe Octobr. Anno 1590.*

34 *It:* Hat *A. F.* ein Ehemann in guten bekandt/ daß er mit *T. M.* Eheweibe fleiſchliche Unzucht getrieben/ und geehebruchet/ welches ſie ihres theils auch alſo bekandt. Da er nun auff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder des ſonſten wie recht liberwieſen würde/ ſo möchte er derwegen ſolches begangenen unnd bekandten Ehebruchs/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden. *T. M.* Weib aber wird mit Staupenſchlägen des Landes ewig billich verwieſen. Es wolte dann die hohe Obrigkeit *A. F.* in Anſehung ſeines Weibes Vorbitt/ und daß ſich dieſelbe erbothen/ Jhme zu verzeihen/ und ferner Ehelich beyzuwohnen/ auch in Betrachtung ſeiner kleiner unerzogenen Kinder/ Gnade erzeigen/ auff den Fall würd Er/ wie denn auch *T. M.* Weib/ weil auch derſelben Ehemann ihr verzeihen/ und ferner Ehelichen beywohnen will/ beyde ewig billig verwieſen/ und weren ihnen bemelte ihre Ehegatten mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig/ V. R. W. *Ad requiſitionem Præfecti in* Zerbſt/ *Menſ. Dec. Anno 1599.*

Pari-

35 *Pariter reſponderunt Scabini in caſu duplicati adulterÿ, ad conſultationem Franciſci à* Kreiendorff *Capitanei in* Bernburgk / *Menſ. Decembr. Anno 1591.*

Francofurtum ad Oderam, an Richter vnd Schöppen / *M. Majo, Anno 1607.*

Ad requiſitionem Chriſtophori à Seidelitz. *M. Septembr. Anno 1613.*

Præfecti Anhaltini in Bernburgk *M. Junio Anno 1614.*

Ad conſultationem Sculteti in Seeburgk. *M. Jan. Anno 1627.*

Q.4 Quomodo puniatur ſimplex adulterium à viro ſoluto cum fœminâ conjugata cõmiſſum.

36 Secundo modo committitur adulterium inter uxorem conjugatam & virũ ſolutum: ſi nempè hic ad illam accedat & thorũ alterius violet; Quod adulterium ſimplex vocatur germanicè einfacher Ehebruch/ reſpectu ſcilicet adulterii duplicati de quo antea dictum. Non enim niſi in perſona patientis fœminæ conjugatæ ab agente tamen adulterium perpetratur, *Hoſtienſ. in Summ. de adulter. §. quid ſit adulterium. num.1. Proſp. Farin. part.5. oper. crim. quæſtion.141. numer.77. Bonif. de Vitalin. in rubr. de adult. num.1. & 2. Iul. Clar. in pract. §. adulterium. num.2. Iacob. Menoch. conſil.249. num.3. & ſeqq. libr. 2. Petr. Greg. in Syntag. Iur. libr.36. cap.6. numer.4. Matth. Stephan. ad artic. 120. num. 5. Ord. Crim. Carol.*

37 Quin autem hoc modo inter virum ſolutum & uxorem conjugatam adulterium committatur, nullum prorſus dubium eſt, *l.6.§.1. l.34. §.1. l.13. §.2. ff. ad Leg. Iul. de adult. l.101. & l.225. ff. de verb. ſignif.* Ideoque idem ſupplicium quod in duplicato adulterio obtinere diximus, etiam hoc caſu locum habet, ita ut vir ſolutus gladio puniri, conjugata verò fœmina virgis cæſa in Monaſterium detrudi, vel in locis Reformatarum Eccleſiarum unâ cum fuſtigatione in perpetuum relegari debeat.

38 Idque in perſona mulieris conjugatæ, virum ſolutum admittentis, minus dubii habet. Etenim hæc non minus viro ſoluto ſe proſtituendo vinculum ſui thori atque fidei conjugalis violat, maritum ſuum offendit, ſtirpem ſpuriam in familiam mariti ſui permittit inferri, opem ad hoc ipſum præſtat, eoque modo conjugi non levem injuriam infert, adulteriumque committit non aliter ac ſi maritum alienum admiſiſſet: Nullâ prorſus inter hoc & duplicatum adulterium, reſpectu fœminæ patientis, exiſtente differentiâ, exceptâ hac unicâ, quod adulter non ſit maritus, nec habeat thorum, cujus reſpectu quoque adulterium perpetretur. Quod tamen mulierem conjugatam nihil juvat, ut quæ ſolum propter violationem ſui thori ac injuriam conjugi illatam, pœnam incurrit. Absque dubio igitur pœna duplicati adulterii, nempè fuſtigatio cum perpetuâ Relegatione etiam hoc caſu in fœmina conjugata obtinebit, *Matth. Coler. deciſ.276. n.10. & 11. part 1. Petr. Heig. dict. quæſt. 29. numer. 72. Fachſ. poſt. Specul. Saxon. tit.* von peinlichen Straffen. *§.* Aber zu dieſer Zeit. *Modeſt. Piſtor. conſil.3. num.65. vol.1.*

39 *Veluti ſic etiam reſponderunt Scabini ad requiſitionem Conſiliariorum Lauenburgenſium, M. Decembr. Anno 1592.*

It. ad conſultationem Georgÿ à Döbſchütz / Ob wol *N.N.* Eheweib bekant und geſtanden / daß ſie mit *N.N.* einen ledigen Geſellen für 2. Jahren Ehebruch begangen; dieweil aber dennoch ihr Ehemann ſolche Verbrechung ihr allbereit verziehen / und ihr ferner Ehelichen beyzuwohnen ſich erkläret / *&c.* So wird *Inquiſitin* mit der Straffe des Staupenſchlages / ſo ſie ſonſten verwürcket / verſchonet / ſie wird aber nichts minders ewer Gerichte ewig verwieſen / darauff ihr der Ehemann mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig. *V. R. W. Menſ. Octobr. Anno 1630.*

Quoad virum autem ſolutum cum muliere conjugatâ concumbentem, dubitari poteſt, an is propterea pœnâ gladii plectendus ſit, æquè ac caſu priori, quo duplex violatur torus adulteriumque duplex committitur, tum reſpectu ſui proprii thori ceu perſonæ agentis, cum reſpectu adulteræ, perſonæ patientis, quid mirum ergo, ſi adulter ſeveriori mortis pœnâ afficiatur? Secus autem res ſeſe habet, ſi vir ſolutus conjugatam mulierem carnaliter cognoſcit, quo caſu non niſi reſpectu perſonæ patientis adulterium ſimplex committitur, quod forſan pœnam merebitur mitiorem, ſicuti opinatur *Ioh. Schneidvv. Inſt. de nupt. tit. de divort. numer.26. verſ. nam prædicta pœna capitalis. Georg. Rotſchitz. in proceſſ. part.2. art.4. n.2. Kilian.* König. *in proceſſu, c.* von dem Ehebruch. *n.1.* 40

41 Sed contrarium, quod nempe hoc quoque caſu vir ſolutus pœnâ gladii plecti debeat, longè verius & communi Dd. opinione eſt approbatum. *Heig. d. qu.29. n.19. part.2. Baſil. Monner. in tract. de matr. p.5. c.3. n.10. Matth. Berlich. part.4. concl. 27. n.35. Iul. Clar. §. adulterium n.2. Matth. Steph. ad art.120. n.5. Ordin. Crim. Carol.*

42 *Tùm,* ob textum *in Novell.134. c.*10. ubi pœna gladii à Conſtantino in uſum revocata ſtatuitur in adulteros, indifferenter & absque diſtinctione, an conjugati, an verò ſoluti fuerint. Quin & viros ſolutos cum uxoribus conjugatis ſe commiſcentes dicta conſtitutione *cap.10. Novell.134.* comprehendi, apparet non modò ex verbis (*de ſubſtantia verò adulteri ſi habeat uxorem &c.*) ſed etiam ex toto contextu iſtius capituli, argumento inde à contrario ſenſu deſumpto, quod in Jure fortiſſimum eſt.

43 *Tùm,* quod adulterium propriè committatur in mulierem nuptam, licet vir ſit cœlebs & uxorem non habeat, *l. inter liberos.6. §.1. ff. ad Leg. Iul. de adult. l. inter ſtuprum.101. ff. de verb. ſignif.* Id quod apud omnes extra controverſiam eſt. Ergo etiam pœna adulterii, quæ gladii eſt, hoc caſu locum habebit.

44 *Tùm,* ob rationis identitatem. Juſtinianus enim Imperator viros adulteros in puncto adulterii duplicati gladio puniri vult propterea, quod cum uxoribus conjugatis coeuntes liberos in alienam familiam propagant, eamq; contaminant, ut antea probatum ex *l.6. §.1. verſ. propter partum ex alieno conceptum ff. ad Leg. Iul. de adult. l.1. §. fin. ff. de ventr. inſpic.* Quæ ratio quoque in præſenti caſu, quo vir ſolutus ad alterius uxorem accedit, obtinet, non minus enim is partum adulterinum ſubſtituit, & familiam alienam corrumpit, ac ſi maritus cum alterius uxore rem haberet. Quare & gladii pœna hoc caſu adulteris decernenda erit.

Tùm,

45 *Tùm*, ob generalitatem verborum *art.13.lib.* **2. Landrecht: Die in Ehebruch begriffen werden/ denen ſoll man allen die Häupt abſchlagen.** Quibus viri pariter ſoluti, ac conjugati adulteri comprehenduntur. Quamvis enim *gloſſ. germ. ibidem. numer.* 10. verba hæc aliter explicare videatur, quando inquit: **Das ſeyn die/ welche ſich zu ehelichen Frauen legen/ und ſelbſt eheliche Weiber haben.** Attamen de duplicato adulterio *Gloſſ. ibidem* loqui apparet ex *verbis finalib.* **und das ſeynd Vberhurer.**

46 *Et ſecundum hanc quoque ſententiam Scabini viris ſolutis, cum uxoribus conjugatis adulteriũ committentibus, pœnam gladij dictitant etiam extra Electoratum. Quemadmodum nuperrimè pronunciavimus* **gegen Aſchersleben; Hat ein lediger Geſell/ von welchem eure Frage meldet/ mit** *K.S.P.* **Eheweibe ſich fleiſchlichen vermiſchet/ und geehbruchet/ welches ſie beyde alſo bekandt und geſtanden: Ob er nun wol hierdurch/ vermöge gemeiner Käyſerlichen und Landüblichen Sächſ. Rechte die Straffe des Schwerd verwircket/ ꝛc.** *Ad requiſitionem Melchioris Henrici, Menſ. Novembr. Anno 1628.*

47 Nec obſtat ratio in contrarium ſupra adducta, quod hoc caſu vir ſolutus cum uxore conjugata concumbens, non niſi reſpectu perſonæ patientis & ſimplex adulterium committat, adeoque leviori ſupplicio puniri debeat, quàm maritus ad uxorem alterius accedens, qui tàm reſpectu ſui thori, quàm perſonæ patientis & ſic duplex adulterium perpetrat. *Committitur* enim fallacia cauſæ: maritus namque pœnâ gladii afficitur non ob duplex adulterium, ſed quia cum alterius uxore ſe commiſcens liberos in alienam familiam propagat,, eamque contaminat, *l.6.§.1. ff.ad Leg. Jul.de adulter.* Quæ ratio cum etiam in viro ſoluto ad alterius uxorem accedente obtineat, utique & is eâdem pœnâ adulterii coercendus eſt.

48 Tertio modo inter virum conjugatum & fœminam ſolutam adulterium committitur: ſi ſcilicet maritus cum viduâ aut virgine vel etiam ſcorto publico concumbat. Quem tamen concubitum non pro adulterio, ſed pro ſtupro ſolùm habendum eſſe, vulgò Dd. aſſerunt, *Jul. Clar. in §. adulterium. numer. 2. Herman. Vult. in §.4. numer. 5. & 6. Inſtit. de publ. judic. Johan. Harppr. in d. §.4. numer. 6. Zanger. de quæſt. & tortur. cap. 2. numer. 223. Flam. de Rub. de adulter. cap. 5. Matth. Coler. part. 1. deciſ. 176. numer. 21. Dan. Moller. ad Conſtit. Elector. 19. part. 4. num. 3. verſ. quamvis jur. comm. Matth. Weſembec. in parat ff. ad Leg. Jul. de adult. num. 4. & ſeqq. Matth. Berlich. part. 4 concluſ. 27. num. 46. Proſp. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 141. numer. 75. ubi plures allegat.*

49 Quod ut reſpectu perſonæ patientis (modò hæc virgo aut vidua, non ſcortum ſit) conceſſerim, in hanc enim ſtuprum committi non adulterium, ſatis ſuperque evincitur, *ex l. 6. §. 1. l. 13. §. 2. l. 34. §. 1. ff. ad Leg. Jul. de adulter. l. 101. & l. 225. ff. de verb. ſignif.* Attamen quoad maritum communi Dd. opinioni ſubſcribere nequeo. Ac licet lubens volensque hoc facerem, ne fortaſſis ſolus ſapere videar, ipſiſſima tamen veritas, jurisque Divini autoritas me verum fateri cogit, maritum ſcilicet ad virginem aut viduam prolapſum, thorum ac fidem conjugalem violando, adulterium reſpectu ſuæ conjugis æquè committere, ac ſi uxorem alterius carnaliter cognoſceret, aut hæc viro ſoluto copiam ſui faceret, ut & meritò hic tertius modus ad ſimplex adulterium referatur, **unter den einfachen Ehebruch.** Nec etiam egomet ſolus hoc affirmo, ſed conſentientes habeo *Jacob. Menoch. libro ſecundo. de arbitr. judic. quæſtion. caſ. 420. numer. 105. & ſeqq. & conſil. 249. vol. 3. Baſil. Monner. part. 5. de matr. cap. 2. Bonif. de Vitul. in rubr. de adult. numer. 2. Georg. Rem. ad artic. 120. Ordin. Crimin. Carol.* Hucusque ſententiæ veritas & textibus & rationibus, ut puto ſufficienter, refutatis ſimul contrariis, à me fuit demonſtrata pluribus *quæſtione præcedenti*, quæ hic repetere nolo.

50 Addo tamen hoc, defenſores opinionis contrariæ ſibi ſatis non conſtare, ſed aſſertioni ſuæ, quam vocant communem, ſæpius contradicere, quod pluribus demonſtrari poſſet. At ſufficiant hæc, 1. Omnes ferè, quos ego vidi, duplicatum appellitant adulterium, quod inter Maritum & Uxorem conjugatam committitur. At cujus reſpectu, niſi quod uterque thorus & mariti & uxoris, perſonæ patientis & agentis violetur, & ita duplex adulterium perpetretur. Quod ſi verum, utique & violatio ſolius thori mariti cum ſoluta perſona concumbentis ſimplex erit adulterium; Si enim verum eſt illud, uti volunt, ergo & hoc, nam duplex præſupponit duo ſimplicia diſtincta, & negato ſimplici, non poteſt effici duplex.

51 2. Exinde etiam hoc ſequitur, maritum cum ſolutâ perſonâ ſe commiſcentem æquè violare thorum ac fidem conjugalem, atque mulierem conjugatam virum ſolutum admittentem, quod tamen is neutiquam facere poteſt, neque de Jure Divino, *Matth. 19. verſ. 9. & Marc. 10. verſ. 11.* neque de Jure Civili *in l. 13. §. Iudex. ff. ad Leg. Iul. de adulter.* ubi iniquum eſſe dicitur, ut viri exigant à mulieribus fidem, quam ipſi præſtare nolint. Quod & *Seneca* probat, inquiens: *Scis, improbum eſſe, qui ab uxore pudicitiam exigit, ipſe alienarum corruptor uxorum, Epiſt. 94. Et Chryſoſt. 1. Cor. hom. 19. In alijs gaudeat vir prærogativâ, in pudicitiâ minus. It. Auguſtin. cap. 2. 33. quæſt. 6. Si ducturi eſtis uxores, ſervate vos uxoribus veſtris. Quales vultis eas invenire, tales & ipſæ inveniant vos. Quis juvenis eſt, qui non caſtam velit ducere uxorem. Et ſi accepturus eſt virginem, quis non intactam deſideret, intactam quæris? intactus eſto.* Et clarioribus verbis *Ambroſ. libr. 1. de Abrah. cap. 4. Nemo blandiatur ſibi de legibus hominum, nempè quæ mitius agunt cum marito fidem frangente, quam cum adulterâ uxore.* Unde ſequitur, maritum pari jure ac fide uxori obligatum eſſe, atque hanc illi, eumque non magis thorum ſive conjugalem fidem frangere debere, quàm uxorem. Quod ſi verum, uti veriſſimum eſt, nemine penitus refragante, infallibiliter certè hinc concludendum, maritum ad ſolutam prolapſum eſſe adulterum,

rum, cum adulterium nihil aliud ſit, quàm violatio thori ac fidei conjugalis, ut probatum fuit *quæſtione præcedenti num. 44.*

52 3. Dicunt maritum ob ſtuprum in virginem aut viduam commiſſum fuſtigandum, fœminam verò hoc caſu ſolùm relegandam eſſe, *Matth. Weſembec. in parat. ff. ad Leg. Jul. de Adulter. numer. 18. 20. Petr. Heig part. 2. quæſtion. numero vigeſimo primo. Joach. à Beuſt. de matrim. part. 2. capit. 7.* At, quare fœmina pœnam mitiorem meretur? Et quare maritus fuſtigandus, ſi cum ſcorto ſeſe commiſceat, quo caſu ne ſtuprum quidem reſpectu fœminæ patientis committitur, *l. ſi ea, ubi Salycet. & Bald. in l. adulterium. C. ad Leg. Jul. de adulter.* Certè nulla alia poterit dari ratio; quàm quod major hîc culpa mariti verſetur, majusve delictum ab eo perpetretur; violatur ſcilicet ab ipſo, fides thori, quâ rupta adulterium fuiſſe commiſſum tutò affirmabitur.

Q. 5. Quæ ſit pœna mariti cũ fœmina ſoluta cõcumbẽtis?

53 Quod ſi ergò maritus cum virgine aut vidua conſuetudinem habens, adulterium committere dicitur, nonne pœna mortis plectendus erit? Hoc certè exinde ſequi videtur, ſiquidem Lex Julia adulteris mortis ſupplicium ac gladii pœnam decernit, §. *item Lex Julia. 4. Inſtit. de publ. judic. l. quamvis. 30. C. ad Leg. Iul. de adulter.*

54 Quod & convenire videtur *Ordin. Crim. Carol. in art. 120.* in verb. Item daß es auch gleicher Weiß im Falle/ſo ein Eheweib ihren Mann oder die Perſon damit der Ehebruch vollenbracht hette beklagen will/gehalten werden ſoll. Quibus verbis diſpoſitio Carolina de adulterio à viro in uxorem conjugatam commiſſo, extenditur quoque ad hunc caſum, quo maritus ad ſolutam fœminam acceſſit.

55 Accedit præterea ſanctio juris Saxon. *in artic. 13. libr. 2.* Landrecht. Quæ adulteros indefinitè gladio puniri jubet, *in verb.* Vnd die in Ehebrecherey begriffen werden / denen ſoll man allen die Häupt abſchlagen etc. Quæ verba cum generalia ſint, omnes omninò adulteros, adeoque & maritos cum ſolutis fœminis concumbentes comprehendunt, eoſque mortis ſupplicio ſubjiciunt.

56 Sed hiſce non obſtantibus indubitata eſt Dd. ſententia, *& à Scabinis pronunciando obſervata,* quod ſcilicet maritus adulter ob adulterium cum fœmina ſoluta commiſſum virgis cædi, ac in perpetuum relegari debeat, *Petr. Heig. dict. quæſtion. 29. numer. 5. & ſeqq. Matth. Coler. part. 1. deciſ. 176. numer. 21. & ſeqq. Aut. Conſult. Conſtit. Saxon. tom. 1. part. 4. q. 2. numer. 3. & tom. 2. part. 4. quæſt. 9. num. 3. Matth. Berlich. part. 4. concluſ. 27. numer. 46. & 51.* ubi plures allegat. Quibus ego haud invitus ſubſcribo, non habito reſpectu perſonæ, cum qua maritus rem habuerit, an hæc fuerit virgo, vel vidua, aut etiam ſcortum publicum, cum hîc non perſona patientis, ſed delictum agentis adverſus conjugem perpetratum conſideretur.

57 *Tum*, quod uxor conjugata ſolutum virum admittens ſeveriori aliqua pœna, aut mortis ſupplicio non punitur, *Novell. 134. capit. 10. Auth. ſed hodie. C. ad Leg. Iul. de adulter.* Ergò nec maritus virginem aut viduam, carnaliter cognoſcens morte puniri debet, ob identitatem rationis, quæ eſt violatio thori. Neque minus enim uxor conjugata per adulterium matrimonium ſuum violat, quàm vir cum ſoluta concumbens, (modò non major verſetur culpa in uxore adultera ob contaminationem familiæ, *argum. l. 6. §. 1. ad Leg. Jul. de adult.*) Neque vinculo fortiori vir obligatus eſt, quàm uxor, ut ferè idem ſit delictum conjugum fidem conjugalem frangentium, adeoque & eadem pœna, quæ ſemper debet correſpondere delicto, *l. capitalium. 28 §. ſolent, & §. graſſatores. ff. de pœn. l. 1. ff. de jur. patron. Anton. Gomez. de delict. c. 3. n. 6. in fin. Nicol. Reuſn. lib. 2. deciſ. 20. n. 6.*

58 *Tùm*, quod nec maritus ad virginem aut viduam prolapſus in alienam familiam liberos propaget, aut eandem per inſitionem ſtirpis adulterinæ contaminet; deficit ergò ratio ob quam Imp. Juſtinianus adulteros cum uxoribus conjugatis coeuntes gladio puniri vult, ut ſupra probavi ex *l. 6. §. 1. ff. ad Leg. Jul. de adult.* Deficiente autem ratione alicujus ſupplicii, ipſum quoque ſupplicium ceſſat.

59 *Pronunciarunt Elector. Scabini ſecundum hanc ſententiam* gegen Newenzella/ *hiſce formalibus*: Hat der Gefangene *F. L.* ein Ehemann in guten bekant und außgeſagt/daß er mit einer ledigen Vettel *N N.* vor zweyen Jahren und hernach biß daher Fleiſchliche Vnzucht und Ehebruch begangen/etc. So wird er von wegẽ ſolcher ſeiner Vorbrechung nach gemeinen beſchrieben Rechten / mit Staupenſchlägen deß Stiffts Newenzella Gerichten billig verwieſen. Es wolte ihm dann ſein Eheweib dieſe Verbrechung verzeihen / und ferner Ehelichen beywohnen / auff den Fall bliebe er dem heiligen Eheſtand zu ehren mit berührter Leibesſtraffe billig verſchonet. Er möchte aber gleichwol willkürlichen mit längern Gefängnüß oder zeitlicher Verweiſung in Straff genommen werden / V. R. W. An Henrichen von Döbſchütz/ Cloſtervoigte deß Stiffts Newenzella / *Menſ. Iun. Anno* 1607.

60 *Eodem pariter modo reſponderunt* gegen Croſſen. *Ad requiſitionem Senatus, M. Martio, Anno 1606.*

Ad conſultationem Præfecti in Juberos *M. Octob. Anno 1582.*

Prætoris & Scabinorum in Croſſen / *M. Mart. Anno 1584.*

Nach Deſſaw an Georgen *Cancellarium M. Januar. Anno 1627.*

Ad conſultationem Henrici à Tzſchim Hauß/ *M. Ianuar. 1627.*

61 Neque huic ſententiæ quicquam adverſatur Sanctio Legis Juliæ ab Imp. Conſtantino in uſum revocata *l. 30. C. ad Leg. Jul. de adult.* & à Juſtiniano Imperatore confirmata in *Novell. 134. cap. 10.* Quæ adulteros gladio puniri jubet. *Non* enim omnes indifferenter adulteri pœna legis Juliæ, quæ gladii eſt, afficiendi ſunt, neque prædicti textus hanc pœnam omnibus infligi volunt, ſed ſolùm iis, qui per adulterium liberos in alienam familiam propagant, eamque contaminant, *l. 6. §. 1. ff. ad Leg. Jul. de adult.* Quæ ratio cum in maritis cum ſolutis fœminis rem habentibus ceſſet, utique nec pœna gladii hoc caſu obtinere poteſt.

62 Similiter nec *artic. 120. §. 1. Ordinat. Criminal. Carolin.* prædictam ſententiam infringit, Ut qui ſolùm facultatem accuſandi maritos adulterii uxoribus, tribuit, quam poteſtatem aliàs de Jure civili mariti tantummodò habent. *l. 1. C. ad Leg. Iul. de adult.* de pœna verò adulterii quoad maritos nil quicquam ibi habetur, tantumque abeſt, contra Jus commune pœnam gladii adverſus maritos ſolutas fœminas carnaliter cognoſcentes *in dict. artic. 120.* decerni, ut potiùs diſpoſitio Iuris communis expreſſè confirmetur, in *verbis §. præcedentis.* Nach ſage unſer Vorfahren / und unſer Käyſerlichen Rechten / etc.

63 Minus obſtant verba Iuris Saxonici: Vnd die in Ehebrecherey begriffen werden / denen ſoll man allen die Häupt abſchlagen *in artic. 13.* Landrecht / *libr. 2.* Quæ licet generalia ſint, ex jure tamen civili explicari, & ad eos reſtringi debent, qui cum uxoribus conjugatis adulterium committunt, ne ſcilicet correctio Iuris communis inducatur, quæ ſi expreſſa non eſt, nequaquam præſumi debet, *l. præcipimus* C. *de appellat. c. cum expediat. de elect. lib.* 6. Quam explicationem comprobat quoque *Gloſſ. Germ. in dict. artic. 13. in verb.* Vnd die in Ehebrecherey begriffen werden *ibi.* das ſeyn die / welche ſich zu Ehelichen Frauen legen etc.

Q. 6. Quomodo puniri debeat fœmina ſoluta Maritũ alienum admittens?

64 Et hæc pœna eſt maritorum cum fœminis ſolutis concumbentium. Quoad fœminas verò ſolutas maritos admittentes unanimis eſt Doctorum opinio, eas hoc caſu pœna arbitraria, vel carceris, vel temporalis relegationis afficiendas eſſe. *Ant. Conſult. Conſtit. Saxon. Tom. 1. part. 4. quæſtion. 2. numer. 3 & 4. & tom. 2. part. 4. quæſtion. 9. numer. 3. Matth. Berlich. part. 4. concluſ. 27. numer. 51. Matth. Weſembec. in parat. ff. ad Leg. Iul. de adulter. numer. 19. verſ. at ſolutæ mulieres. Petr. Heig. dict. quæſtion. 19. numer. 22.*

65 Ratio in promptu eſt; Quod nempè delictum hoc reſpectu fœminarum patientium non niſi pro ſtupro aut etiam fornicatione habeatur, ſi ſcilicet maritus cum ſcorto ſe commiſceat, *l. 6. §. 1. l. 13. §. 2. l. 34. §. 1. ff. ad Leg. Iul. de adulter. l. 101. l. 225. ff. de verb. ſignif.* Pœna ergò adulterii in fœminis ceſſante, locum ſibi vendicat pœna ſtupri aut fornicationis, quæ arbitraria eſt, *artic. 46. lib. 3.* Landrecht / *Conſt. Elect. 28. & 29. part. 4.*

Facit & huc, quod certa quædam pœna in 66 fœminas maritos admittentes ſtatuta non ſit. At in caſibus, quibus pœna certa legibus definita non eſt, arbitraria eſt animadverſio *Iaſon. in l. jubere. 4. numer. 17. ff. de jurisdict. Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſtion. libr. 1. quæſtion. 86. numero octavo. verſ. aut à jure communi ſtatuto &c. Andr. Tiraquell. de pœn. leg. temper. caſ. 31. num. 34.*

Veluti etiam hoc caſu reſponderunt Scabini 67 gegen Leinungen: hat *M. K.* Wittib in güte bekandt / daß ſie mit *M. W.* einem Ehemann vorm halben Jahr fleiſchliche Vnzucht und Ehebruch begangen / unnd mit demſelben auch den jüngſt verſchienen 14. *Februarii* davon gangen / etc. So wird ſie von wegen ſolcher ihrer Verbrechung vermöge gemeiner Rechte mit zeitlicher Landesverweiſung in Straff genommen V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris, Menſe Mart. Anno 1604.*

In tali quoque caſu fœminæ ſolutæ maritum ad- 68 *mittenti fuit dictata pœna arbitraria carceris vel temporalis relegationis. Verſus* Croſſen / An Richter und Schöppen / *Menſ. Majo Anno 1584.*

It: An die Fürſtliche Anhaltiſche Wittumbs Beambte zu Coßwigk / So wird die Gefangene *N. S.* So eine Wittib iſt / wegen deß mit *M. S.* einem Ehemann begangenen und bekandten Ehebruchs / wilkürlichen entweder mit zeitlicher Landesverweiſung / oder noch eine Zeitlang mit Gefängnüß geſtrafft V. R. W. *Menſe Februar. Anno 1632.*

QVÆSTIO LIV.

De pœnâ Adulterii in terris Electoratus Saxonici ſpecialiter receptâ & uſitatâ.

SUMMARIA.

1. Hodie quidam Iudices parvi pendunt adulteria num. 2.

3. Plurimæ Gentes pœnam adulterii Leg. Iul. mitigarunt, n. 4. 5. 6. 7. 12. 13. 14.

8. In Gallia pœna adulterii non eſt capitalis, num. 9. 10. 11.

15. In Electoratu Saxoniæ verò pœna ab Imp. Juſtiniano adulteris definita fuit exaſperata, num. 16.

17. Pœna adulterii duplicati in Electoratu Saxon. n. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25.

26. Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.

27. Quomodo in Elect. Saxon. puniendus ſit vir ſolutus cum fœmina conjugata concumbens, n. 28. 29. 30.

31. Quomodo itidem fœmina conjugata viro ſoluto ſeſe proſtituens, n. 32. 33. 34. 35.

36. Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.

37. Pœna mariti in terris Electoratus Saxonici cum fœminâ ſolutâ concumbentis, numer. 38. 39.

40. Quomodo hoc caſu fœmina ſoluta puniri debeat, num. 41.

42. Obſervantia Scabinorum Lipſenſ.

43. Secundum Conſt. *Elect. Saxon. in crimine adulterii pronunciandum etiam in terris Baronum à* Schönburgk.

44. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.

45. Vt & in comitatu Schwartzburg*enſi.*

46. *Nec non in Comitatu Hennebergenſi.*
47. *Adulterium alibi commiſſum an ex Conſtit. Elector. puniendum, ſi adulter in Electoratu Saxon. fuerit deprehenſus, numer. 49. 50. 51. 52.*
48. *Nocentes ſortiuntur forum ubi reperiuntur, quatenus hoc verum, numer. 54.*
50. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
55. *Quid Iuris ſi Reus adulterii, in Electoratu Saxon. commiſſi, alibi fuerit deprehenſus.*
56 *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*

1 SEculo hoc noſtro infeliciſſimo apud quosdam Judices tam parvipendi adulteria, ut quaſi parum ipſis inſit ſceleris, & quaſi peccata ſint leviuſcula, ob hoc, quod ſint frequentia, & à multis citra conſcientiæ ſtimulum perpetrata, conqueritur *Jodoc. Damhouder. in prax. criminal. capit. 89. numero quinto.* Unde etiam fit, quod ſæpius adulteri levioribus coërceantur pænis, ſæpiſſimè autem impunè evadant.

2 Liceat mihi querelam hanc repetere de moribus atque Statutis quorundam locorum, in quibus major ratio pecuniæ, quàm morum habetur, fureſque laqueo ſtrangulantur, adulteri pecunia mulctantur, ut inquit *Alciat. in l. probrum, 42. ff. de verb. ſignific.* Quamvis enim jus Divinum Reos adulterii ultimo ſupplicio puniri velit, idque ſæpius inculcet, *Levit. 20. verſ. 10. Deuter. 22. verſ. 22. Ezech. 16. Johann. 8. Geneſ. 38.* Atque idem in lege Julia Auguſti ſancitum reperiatur *§. 4. Inſtit. de publ. judic.* quam poſtea in deſuetudinem abeuntem Imp. Conſtantinus reſtituit *l. 30. ad Leg. Jul. de adult.* ac Juſtinianus in viris adulteris confirmavit *Novell. 134. cap. 10. Auth. ſed hodie. C. ad Leg. Jul. de adult.* Plurimæ tamen Gentes ab hoc jure receſſerunt, & certa promulgando Statuta pœnas adulterii plurimum mitigarunt, quandoque etiam iis prorſus abrogatis mulctam pecuniariam ſubſtituerunt.

4 Hanc lenitatem intempeſtivam in Bavaris, Tirolenſibus, Argentinenſibus, ac Friburgenſibus deplorat *Petr. Heig. part. 2. quæſtion. 29. numero decimo quinto.* quorum Statuta parum convenire inquit, antiquis Germanorum moribus, ubi, *Tacito Auctore,* olim pauciſſima adulteria & eorum pœna præſens, maritiſque permiſſa, *in lib. de mor. Germ.* Lubecenſes etiam nimis molliter prima vice deprehenſum maritum cum maritata 60. marcis, id eſt 30. thaleris mulctare, 5 ſecunda relegare, ex Jure provinciali Lubecenſium refert Henning. *Arniſ. in tractat. de Iur. connub. capit. 5. ſect. 8. numer. 36.* Et teſtatur *Fichard. conſil. 115. numero octavo.* **Daß er von keinem Land Teutſcher Nation wiſſe / auſſerhalb deß Chur und Fürſtenthumbs Sachſens darinnen der Ehebruch mit dem ſchwerdt geſtrafft werde.** Quod ſi de fœminis adulteris hoc dictum, veriſſimum eſt.

6 Italorum quoque ſtatuta pro varietate Urbium & Regionum varias infligere pœnas, ſed quæ maxima ex parte deſinant in mulctam, ex ſcriptis JCtorum compertum habemus, Bononienſes namque & Peruſini ducentis libris, *Barbat. conſil. 63. col. 1. libro 4. Cornel. conſil. 114. col.* 1. Patavini quingentis, *Iacob. Menoch. libr. 2. de arbitr. judic. quæſtion. caſ. 419. numer. 86.* Florentini mille, *Barbat. conſ. 87. col. 5. lib. 3.* adulteros multant. Neapolitanos adulteram publicè flagellare, *Viv. libr. 2. comm. opin. verb. adulteri. numer. 4.* Ut & Mediolanenſes, interdum pro qualitate facti exilium ſuperaddentes ex arbitrio Iudicum notat *Iul. Clar. lib. 5. recept. ſentent. §. adulterum, n. 7.*

Et quid mirum, ſi hoc ſcelus Itali tam levi pœna coerceant, cum Alexander III. illud inter leviora & minoris momenti crimina repoſuerit *in c. Et ſi clerici 4. §. 1. de Iudic.* Unde inferunt, Clericum ob adulterium ſacris ordinibus non eſſe amovendum, *cap. cum non ab homine. de Iudic. Panorm. in dict. c. & ſi Clerici numer. 38.* 7

Pariter in Gallia hodiernis moribus perperam quæritur, an in ſcortationes & vagas libidines animadverti debeat: Siquidem ſecundum Franciæ mores adulteria non puniri teſtatur *Iohann. Faber. in §. ex ſcripto. Inſtit. de jur. Nat. Gent. & Civil. §. item lex Iulia. Inſtit. de publ. judic. Annæ Robert. rer. judic. libr. 1. capit. 14. Guil. Benedict. in c. Raynutius. verb. Quidam Petro. numer. 62. de teſtib. Rudolph. Maxim. Dux Angar. & Weſtphal. in Orat. contr. Gall. apud Frider. Achill. Duc. Würtenb. in conſult. de principat. inter Provinc. Europæ. Henning. Arniſ. in tract. de Iur. connub. cap. 5. ſect. 8. n. 39. Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. adulterium num. 7.* 8

Hinc cum Aureliani Landa Molinus, qui Godardam Johan. Godini uxorem, dum vir in caſtris morabatur, corrupiſſe convictus & ad mortem damnatus, amboque Landa & Godarda in publica platea laqueo ſuſpenſi eſſent, Pigreterio priſci moris ac ſeveritatis viro, qui à Ludovico Condæo urbi præpoſitus fuerat, judicium urgente & graſſantibus vitiis exemplo opus eſſe dictitante, aulam Regiam adeò malè illud accepiſſe, ut plerique ſumma impudentia palàm teſtarentur, ſe à Proteſtantibus (Condæus enim tunc temporis tenebat Aurelianum) ſemper alienos futuros, & vel ob eam cauſam, nunquam in eorum verba juraturos eſſe, qui adulteriis hucuſque impunitis, nova & apud Gallos inaudita ſeveritate pœnam capitis ſtatuerent, refert ex *Thuano hiſtor. libr. 35. Rudolph. Maximil. dict. Orat. contra Galliam pag. mihi 264.* 9

Et licet curiæ coactæ fuerint, ad graviores quandoque progredi pœnas, ut contra objiciunt, quibus prædictorum teſtimonium non placet; *Arnol. Ferr. ad Conſult. Burd. libro primo. titul. 10. § 1. Anton. Guib. de dotib. capit. 6. num. 25. Coraſ. in arreſto Toloſan. annot. 83. Nicol. Boer. deciſ. 297. Andr. Tiraquell. de legib. Connub. in leg. 13. num. 8.* attamen vix ultra virgas proceſſerunt, *Arniſ. dict. ſect. 8. num. 39. Iul. Clar. dict. §. adulterium. num. 7.* 10

Nec lenitatem Gallorum in puniendis adulteriis quiſpiam miretur, cum inauditum apud eosdem non ſit, Aulam ipſam feciſſe Leno- 11 cinium. Ita enim Catharina Medice a, ut arcana ſcrutaretur, è Comitatu ſuo nobilem puellam, Antonio Navarræ Regi, aliàs nimia proclivitate in voluptates decurrenti, ſubmiſiſſe perhibetur, *Thuan.libr.33.hiſtor.* Eademque medicina parique aſtu Condæum ineſcavit, cum auctor eſſet virgini cuidam cognatione ſibi conjunctæ, ut Condæum, quem ſciebat in iſtam oculos crebrò conjicere, amoris mutui occultis, eoque acrioribus ſtimulis inflammaret, & penitiores ejus ſenſus rimaretur, *Thuan. hiſt. libr. 35. Rudolph. Maximil. Princeps Angar. dict. Orat.pag.265.*

12 Ita nimirum plerique hodie Germani, aliarumque Regionum incolæ adulteris veniam largiuntur, levique hoc ſcelus brachio tractant, ut jure liceat exclamare cum *Juvenale Satyr.2.*

Vbi nunc Lex Julia dormis!

13 *Sed videntur hi,* inquit *Petr.Heig. aliiq; qui minus cum adulteris olim quoque egerunt, aliquid in hoc crimine humani vitii verſari, putaſſe, quod accuſare aliquantò facilius ſit, quam vitare, ac interdum vix quenquam eo crimine offendi, quin ſit, quod in eo prius accuſetur, & uxores plus ſæpè delinquere vitio maritorum, negligentia, credulitate, vel exemplo, quàm ſua ſponte, libr.2.quæſt.29.num.75.* allegans, *Aerod.rer.judic.lib.8.tit.1.cap.4.* Cui adſtipulatur *Jodoc.Damhoud.in prax.rer. crim. cap. 79. num. 5.* Quæ tamen Judicem remiſſius agentem nequaquam excuſant in tanto ſcelere, quod ipſemet Deus ſeveriſſimè punit, & puniendum potiſſimum in veteri lege eſſe voluit, adeò, ut niſi per acerbam punitionem populus ab hoc crimine ſe coerceat, Deus ſinat evenire diſcordias, bella, ſchiſmata, peſtes, aliaque morborum genera infinita, *Damhouder. dict.cap. 89. numer.6.*

14 Idemque ſenſit *Jul.Clar.lib.5.ſentent.§. adulterium,* cujus verba hìc apponere placet: *Maximè,* inquit ille, *dolendum eſt his temporibus, in quibus paſſim ferè apud omnia tribunalia adulteri impunè evadunt, imò de ipſo crimine gloriantur. Illi verò, quorum uxores adulteræ ſunt, accuſationem proponere non audent, ne in perpetuam infamiam, ita volente prava conſuetudine incurrant. Quapropter ego ſemper fui in ſententia, quod Principes hujus temporis, qui hoc graviſſimum crimen ſeveriſſimis legibus non coercent, illasque exequi non faciunt, graviſſimè peccent; Et judicio meo iſte eſt unus ex caſibus, in quibus Chriſtiana Reſpublica indigeret reformatione,* Hactenus *Jul. Clar. d. §. adulterium.n.8 in fin.*

15 At dicta hæc ſunt de Provinciis iis, in quibus Lex Julia de adulteriis penitus ferè abrogata eſt. Certè in Electoratu Saxoniæ querela *Julii Clari* minimè ſibi vendicat locum. Quanto enim odio Principes noſtri Electores, nunquam ſatis laudati, adulteros proſequantur, quantumvè rigorem & aſperitatem in puniendis adulteriis adhibeant, abundè docent ac teſtantur Conſtitutiones Provinciales, quibus non modò ſanctionem Juſtiniani Imperatoris
16 *in Novell.134.capit.10.* in uſum revocarunt, & confirmarunt, ſed & eandem ut plurimum exaſperarunt, ſtatuendo pœnam Legis Juliæ in viros pariter ac fœminas adulteras, ita ut in omni ſpecie adulterii, ſive hoc ſimplex aut duplicatum, & ſive cum fœmina conjugata, aut ſoluta commiſſum fuerit, pœna ſit capitalis ac ultimi ſupplicii, *Ordinat.Provincial de Anno 1543. Conſtit. Elect. 19. part. 4.* Kirchenordnung. *fol. 98. Ordinat. Matrimon. de Anno 1625. Johann. Schneidvvin. ad titul Inſtit. de nupt. rubr. de divort.numer.26.Dan.Moller.ad Conſtit.Elector. 19.numer.3.part.4. Matth. Berlich.part.4.concluſ.27.numer.31.& ſeqq. Joach à Beuſt.in tractat. connub.part.2.capit.18.verſ.hodiè verò pœn. Petr. Theodor.in colleg.crimin.diſput.6.th.3.lit. L. Petr. Heig.part.2.quæſt.29.num.72. verſ. in Electoratu Saxoniæ.*

Q. 1. Pœna Adulterij duplicati in Electoratu Saxoniæ.

17 Primo enim in adulterio duplicato, quando nimirum vir conjugatus ſive maritus cum uxore conjugata ſe commiſcet, quod adulterium vulgò dicitur Oberhurerey, in Electoratu Saxoniæ utriq; perſonæ, tam mulieri adulteræ, quam viro adultero gladii pœna indicitur. Ita namque diſponit Elector. Mauritius in *Ordin.Provinc.de Anno 1543.ſub tit.* Von ſtraff deß Ehebruchs; Wiewol die Käyſerlichen Rechte in dieſem Laſter / die ſtraffe den Mannen und Weibes Perſonen ungleich geordnet/ wo aber hinfürder / in unſern Landen / ein Eheweib vorſetzlich mit einem andern Mann Ehebruch treibet/ſo ſoll ſie mit der ſtraff / die dem Ehemanne geordnet/deßgleichen der Mann ob er wol eine ledige Perſon/ nemlich mit dem ſchwerdt geſtraffet werden.

18 Hancque diſpoſitionem, cum progreſſu temporis ea nonnullis nimis dura & rigoroſa videbatur, ac propterea an ſtrictè ſervanda eſſet, apud multos dubium exoriebatur, *Aut. Conſult. Conſtit.Saxon.tom.1.part.1.quæſt.2.num.8.& ſeqq. & tom.2.part.4.quæſt.10.num.1.& ſeqq. & tom.2. part.4.quæſt.10.num.1.& ſeq. D.* Auguſtus Elector. Saxoniæ omnem diſcordiam dirimens Anno *1572.* denuò renovavit & confirmavit, expreſſis verbis conſtituens, ut vigore prædictæ diſpoſitionis Mauritii, quæ in judiciis & Scabinatibus ſtrictè obſervanda eſſet, uterque tàm Vir quam fœmina gladio puniatur, *Conſt.Elect.19. in pr.part.4.in verb.* Dieweil wir dan̄ nicht weniger gemeynet dieſem allgemeinen und noch täglich wider Gottes Gebot wachſenden Laſter/mit rechtem Eyfer und Ernſt zu wehren / ſo wollen wir daß berührte Conſtitution (*ſcilicet Mauritii Electoris, cujus fit mentio in verbis præcedentibus*) in Würden bleiben/und in unſern Schöppenſtülen und Gerichten darnach geſprochen / und erkant werden ſoll. Et poſtea verbis clarioribus *in fin. §.* Es ſoll aber/*dict. Conſtit.*19. Wenn aber ein Ehemann mit eines andern Weib die Ehe gebrochen/ ſo laſſen wir es bey der Straffe / ſo biß anhero in unſern Schöppenſtülen geſprochen / nemblichen/ daß ſie beyde mit dem Schwerdt gerichtet werden ſollen/bleiben etc. Itemque ferè in verbis iisdem repetitum ac confirmatum fuit in *Ordinat. Eccleſiaſtica,* in der Kirchenordnung/*ſub titul.* Von Straff der Unzucht und deß Ehebruchs/ *& in Ordin. Matrim. de Anno 1625.* Von Eheſachen *punct. 4. verſ.* da einer eines andern Weib beſchläfft/etc.

In ditionibus ergò Electoratus Saxoniæ pœ-
19 na gladii indifferenter in adulteros conſtituta
eſt, eaque duplicato commiſſo adulterio non
modò vir aut maritus, ſed & fœmina conjugata
afficitur. Quo ipſo ſanctio pœnalis Iuſtiniani,
quæ hoc caſu viros ſolummodo ultimo ſuppli-
cio puniri, uxores verò virgis cædi, ac in mona-
ſterium detrudi jubet, *Novell.134.cap.10. verſ.ad-
ulteram. Auth.ſed hodie C.ad Leg. Iul. de adulter.*
20 quoad fœminas non parum fuit exaſperata. Cu-
jus rei ratio nequaquam in obſcuro eſt. Ete-
nim non modo à fœminis viri ut plurimum
blandis ſermonibus, variisque ſuavibus inſtiga-
tionibus ad concubitum & adulterium provo-
cantur, quo caſu mulieres in majori culpâ ac do-
lo verſari extra dubium eſt; ſed & pari modo &
æquè graviter fœmina ac vir delinquit. Sicut
enim hic, ita & illa reſpectu conjugis adulte-
rium committit, & fidem conjugalem viro pro-
miſſam frangit ac thorum violat, *l.1.C. ad Leg.
Iul.de adulter.l.1.ff.ſolut.matrim.1.Corinth.7.verſ.
4.*ſeparat ſe à carne mariti, cui Deus ipſam impli-
cuit, *Matth.19.verſ.9. Marc.10.verſ.11.* &
contractum per matrimonium cum marito ſuo
initum, rumpit ac reſcindit *l.1.ff. de act.rer.anno-
tar.l.1.ff.de rit.nuptiar.prin.Inſtit.de nupt. Novell.
22.capit.19.verſ.ſed ſicut in contractu &c.* Quid
21 ergò mirum, ut fœmina pariter delinquens, pari
quoque teneatur pœna: cum hæc debeat com-
menſurari delicto; *c.non afferamus.24.quæſt* 1.*c.
felicis §.cæterum de pœn.in 6to.l.reſpiciendum ff.de
pœn.Auth.omnes peregrini C.comm. de ſucceſſ. l.1.
§.ſed & qui ff.de abig. Hippol. de Marſil. in l.1.
numer.256.C.de rapt.virgin.& in l.fin.col.10.ff.ad
Leg.Cornel.de Sicar.Proſper.Farinac. in prax.cri-
min.libro primo tit.3.quæſt.19.num 5. Nicol.Reuſ-
ner.libr.2.deciſ.20.numer.6.Anton.Gomez de de-
22 lict.cap.3.numer.60.in fin.* Neque fragilitas & im-
becillitas ſexus muliebris ullatenus fœminas ex-
cuſare poteſt, uti putant Dd. *Matth. Stephan.
ad artic.120.num.3. Ordinat.crim. Carol. Matth.
Berlich.part.4.concl.27.num.28. Iodoc.Damhou-
der.in pract.rer.crimin.cap.89.num.*111. Quia in
delictis, jure Divino ac naturali prohibitis, quale
etiam adulterium eſt, *l.probrum.ubi Alciat. ff. de
verb.ſignif.* excuſatio, quæ petitur ex ignorantia
aut imbecillitate, veniam non meretur, *Hen-
ning.Arniſ.in tract.de Iur.connub.cap.5.ſect.8.n.
33.* Id quod aliorum delictorum gravium pœnæ
dant comprobatum, quibus mulieres æquè ac
viri tenentur, *Matth.Weſemb.in parat.ff.ad Leg.
Iul.de adult.nu.18.Petr.Theod.in* Colleg.*crim. diſp.
6.th.3.lit.L.*

23 Ac licet Imperator Juſtinianus, in crimine
adulterii fœminis nimium indulgens, viros ſo-
lummodò pœna legis Juliæ, quæ gladii eſt, affici
juſſit, *in Novell.134.capit.10.* forſan propterea,
quod viri cum mulieribus conjugatis concum-
bentes ſtirpem adulterinam & hæredem ſpu-
rium in alienam propagent familiam, eamque
contaminent, *l.6. §.1. ff. ad Leg. Iul. de adulter.
Matth.Weſemb.in parat.ff.ad Leg.Iul de adult.n.
4.5.8.Iacob.*Cujac.*ad titul.*C.*eod.in Novell.22.pag
160.*uti pluribus *quæſtione præcedenti* demonſtra-
vi. Sereniſſimi tamen ac ſapientiſſimi Electores
Saxoniæ, hancce rationem tanti ponderis ac mo-
menti non judicarunt, ut veniam fœminis ullam
tribuere ſibi perſuaderi paſſi fuerint: Quippe in 24
adulterio per violationem thori ac fidei conju-
galis, injuria conjugi infertur, & unitas carnis
dividitur, in eoque potiſſimum qualitas & ſub-
ſtantia hujus delicti conſiſtit. Cum autem fœmi-
na conjugata aliis ſui copiam faciendo æquè fi-
dem conjugalem violet, ut dictum antea, utique
& propterea eandem pari pœna teneri, rectiſſimè
concluditur.

Quod & Juri Divino conſentaneum eſt, *Le- 25
vit.20.verſ.10.*Ibi: *Si quis mœchatus fuerit cum u-
xore alterius, & adulterium perpetraverit cum
conjuge proximi ſui, morte moriantur & mœchus
& adultera.* Et *Deuter.22.verſ.22.Si dormierit vir
cum uxore alterius, uterque morietur, id eſt, adulter
& adultera, & auferes malum de Iſrael &c.* Quæ
verba cum clara & manifeſta, atque à Spiritu
Sancto prolata fuerint, ex iisdem adulteram & a-
dulterum pari pœna plectendum eſſe, tutius
quis affirmare, quàm ſanctioni Iuſtinianeæ, de
cujus tamen ratione certò nondum conſtat, ſtri-
ctè inhærere poterit.

*Nullum ergò dubium eſt, quin piè pariter ac pru- 26
denter, atque ex cauſâ urgenti Reis adulterii,
abſq; differentiâ ſexus, pœna gladii indicatur in
Conſt.Elect.19.part.4. Quam in terris Electora-
tus Saxon.Scabini in pronunciando etiamnum
ſtrictiſſimè ſequuntur, hiſce ferè formalibus re-
ſpondentes:* **Da nun** *N.N.* **der Ehemann ſo wol** *N.N.*
**Eheweib auff ſolchen ihrem gethanen Bekäntnüß
vor öffentlichen gehegten Peinlichen Halsgerichte
freywillig verharren/oder deß ſonſten wie recht über-
wieſen würden/ſo möchten ſie von wegen ſolches be-
gangenen und bekanten Ehebruchs und Oberhure-
rey vermöge Churfürſtl. Sächſ.** *Conſtitution* **alle
beyde mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte
geſtrafft werden V. R. W.**

In ſpecie ſecunda adulterii, quando 27
nimirum vir ſolutus cum muliere con-
jugata conſuetudinem habet, à ſanctione
Juſtiniani Conſtitutiones Electorales æquè re-
cedunt, imponentes pœnam gladii viris pariter
ac fœminis adulteris, *Iohann.Schneidwin. ad ti-
tul.Inſt.de Nupt.ſub rubr. de divort.nu.26.verſ.&
fecit extenſionem &c.Matth.Berlich.part.4. concl.
27.n.40.*

Q.2. Quomodo in Provinciis Electoratꝰ Saxonici puniatur ſimplex adulteriũ à Viro ſoluto, cum fœminâ conjugata perpetratum?

Idque quoad virum ſolutum expeditum eſt,
ob verba clara *Ordin.Provincialis de Anno* 1543.
ſub tit. **Von Ehebruch** *in fin.* **deßgleichen der
Mann/ob er wol eine ledige Perſon/ nemlich mit** 28
dem Schwerdt geſtraffet werden. Quæ verba et-
iam repetuntur in *Conſtit.Elect.19.in fin. pr. part.
4.*Et in §. **Es ſol aber** *dict.Conſt.19.* **Es ſol aber der
ledige Mann/ſo/wie obſtehet/ſich mit einer Ehe-
frauen vermiſchet/ungeachtet/daß die Eheperſon
einander** remittiret **und erlaſſen/nichts deſto we-
niger vom Leben zum Todte mit dem Schwerdt
geſtrafft werden** etc. Ut & *in Ordin. Matrim.* **in
der Ehe Ordnung**/ *de Anno* 1625 *punct.4.*§. **Da
einer** &c.

Neque etiam ſanctio Juſtiniani Imper. in 29
*Novell.134.capit.10.*mitiorem pœnam viro ſolu-
to indicit. Renovat enim ibidem Juſtinianus
Conſtitutionem Conſtantini, pœnamque gla-
dii in adulteros ſtatuit, & ſubjicit, ſi adulter

uxorem habeat, quod dos & donatio propter nuptias, quoad certam partem ei ſalva maneat, reliqua verò pars ad aſcendentes vel deſcendentes transferatur; Si verò hi (puta uxor vel aſcendentes & deſcendentes) nõ adſint, quod tunc dos & donatio propter nuptias fiſco applicetur. Unde manifeſtò evincitur, *dict. Novell. 134. capit. 10.*
30 pœnam gladii indici quoque viris ſolutis, qui cum uxoribus alienis ſe commiſcent. Taceo, quod hoc idem ex verbis etiam præcedentibus probari queat, argumento à contrario ſenſu ex iisdem deſumpto, quod in Jure fortiſſimum eſt, *Everhard. in locis legalibus. loc. à contrario ſenſu. in princ Ant. Corſet. in princ. ſingul. in verb. argumentum. ſing. 1. 2. 3. 4. & 5. Felin. in cap. ſignificaſti. 18. numer. 9. col. 4. extr. de for. compet. Lud. Rom. conſil. 399. numer. 1. verſ. Quia ſicut in legibus civili jure &c. Bald. in l. conventicula* 15. *num. 1. C. de Epiſcop. & Cleric.*

31 Sed fœminas conjugatas ne quidem hoc caſu pœna gladii ex Sanctione Juſtiniani Imper. teneri, ſed virgis ſolummodo cædi, ac in Monaſterium detrudi manifeſtum eſt ex *Novell. 134. capit. 10. verſ. adulteram verò.* A quo tamen divortium facit *Conſtitutio Electoralis 19. part. 4.* Vigore cujus in ditionibus Electoratus Saxon. fœminæ conjugatæ virum ſolutum admittentes, pœna gladii afficiuntur, non ſecus ac ſi maritis ſeſe proſtituiſſent. Id quod manifeſtè probatur:

32 *Tùm ex verbis fin. Ordinat. Provinc. de anno 1543. ſub tit.* Von Straff deß Ehebruchs/ Ibi: Wo aber hinfůro in unſern Landen ein Eheweib vorſetzlich mit einem andern Manne Ehebruch treibet/ ſo ſoll ſie mit der ſtraffe/ die dem Ehemanne geordnet/ nemlich mit dem Schwerdt geſtrafft werden. Quæ verba cum generalia ſint, & abſolutè de viro loquatur, etiam ad eum caſum, quo uxor conjugata virum ſolutum admittit, extendi debent. Huncque ſenſum & mentem eſſe conſtitutionis apparet non modo ex oppoſitione viri & mariti, deß Mannes und Ehemañes, ſed & quod eadem pœna adultero, cum conjugata muliere rem habenti, licet perſona ſoluta ſit, ibidem decernatur, *in verb.* Deßgleichen der Mann/ ob er wol eine ledige Perſon/ &c.

33 *Tùm ex verb. Conſtit. Elector. 19. §.* Es ſoll aber/ *part. 4.* ibi: Es ſoll aber der ledige Mann/ ſo/ wie obſtehet/ ſich mit einer Ehefrauen vermiſchet/ ungeachtet/ daß die Eheperſonen einander remittiret und erlaſſen/ nichts deſto weniger vom Leben zum Todte mit dem ſchwerdt geſtrafft werden &c. Unde manifeſtè evincitur, in caſu adulterii, à viro ſoluto cum muliere conjugata commiſſi, remiſſionem ac interceſſionem mariti pro uxore ſua locum habere. Ex quo porrò ſequitur infallibiliter, etiam uxorem conjugatam virum ſolutum admittentem gladio regulariter puniri. Hancce enim pœnam mortis omnis remiſſio præſupponit, neque remitti ea poteſt, ſi jure infligi nequeat, ut liquet ex verbis præcedentibus §. Jedoch wollen wir/ *dict. Conſt. Elect. 19.*

34 *Tùm ex diſpoſitione clarâ Ordin. Eccleſ.* Kirchenordnung *ſub tit.* Von der ſtraff der Unzucht und deß Ehebruchs. *fol. 105. §.* Da einer. Ibi: Da einer eines andern Weib beſchläfft/ Er ſey gleich ein Ehemann oder ein lediger Geſelle/ ſo ſollen ſie beyde mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtrafft werden &c. Ubi verbum (Beyde) ad mulierem & virum, ſive is ſit ſolutus, ſive maritus, referri debet; non etiam ad virum utrumque, maritum & ſolutum. Quem ſenſum neque contextus verborum, neque ratio dubitandi, quæ de marito cum uxore conjugatâ rem habente nulla eſt, admittit.

Tùm ex rationis identitate. Quippe mulierem 35 conjugatam maritum alienum admittentem, pœnam gladii incurrere propterea, quod reſpectu ſui mariti, cujus thorum violat, ac fidem conjugalem rumpit, adulterium committat, dixi antea & probavi *tùm* ex ipsâ *Conſt. Elect. 19. p. 4. Tùm ex l. 1. C. ad Leg. Jul. de adulter. l. 1. ff. ſolut. matr.* Atqui pariter peccat mulier conjugata, viro ſoluto ſui copiam faciens, pari enim modo violat thorum reſpectu ſui mariti, nec non fidem conjugalem ipſi datam ac promiſſam frangit: Ergò non immeritò eadem pariter pœna plectenda eſt: Eadem namque ratio idem quoque jus facit, *l. illud. 32. ff. ad Leg. Aquil. c. fraternitatis.* 17. *ext. de teſtib. gloſſ. in l. cum centum 19. in verb. æquitatis ratio. C. ad Leg. Falcid. Andr. Tiraqu. in regul. ceſſante causâ part. 1. n. 156. Panorm. in c. quoniam frequenter 5. n. 6. ext. ut lit. non conteſt.*

Et ſecundum ea in caſu adulterii, à viro ſoluto 36 *cum uxore conjugata commiſſi, quotidiè pronunciant Scabini in ditionibus Electoratus Saxon. hiſce ferè formalibus*: Da nun *N. N.* der ledige Geſelle und *N. N.* Eheweib auf ihrem gethanen Bekäntnůß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſt en wie recht überwieſen würden/ So möchten ſie von wegen ſolches begangen und bekanten Ehebruchs beyde mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtrafft werden. Es wolte dann *N. N.* dem Eheweibe ihre Vorbrechung verzeihen/ und ungeachtet gebrochener Ehelichen Treu und Glaubens/ hinfůro ferner Ehelichen beywohnen/ auff dem Fall bliebe ſie dem heiligen Eheſtand zu ehren mit der ordentlichen Todtesſtraffe verſchonet/ ſie würde aber gleichwol deß Landes ewig verwieſen/ darauß ihr Ehemann mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig. An dem ledigen Geſellen aber *N. N.* wird auff ſolchen Fall die Straff deß Schwerdts nichts minder vollſtrecket/ V. R. W.

Denique in tertia adulterii ſpecie, 37 quando nimirum maritus fœminam ſolutam carnaliter cognoſcit, pœna utriuſque perſonæ in Electoratu Saxoniæ haud parum exaſperatur & aggravatur. Nam de jure communi maritus adulter hoc caſu fuſtigatur, & in perpetuum relegatur, fœmina autem ſoluta arbitrariè ſolummodo vel carcere, vel temporali relegatione punitur, ut dictum fuit *quæſtione præcedenti. Petr. Heig. part. 2. quæſtion. 19. num. 5. & 22. Matth. Coler. deciſ. 176. num. 21. & ſeqq. Matth. Weſembec. in parat. ff. ad Leg. Jul. de adult. n. 19. verſ. at ſolutæ mulieres. Ant. Conſult. Conſt. Saxon. tom. 1. part. 4. quæſt. 2. numer. 3. & tom. 2. part. 4. quæſt. 9. num. 3.* At Conſtitutio Electoralis longè ſeveriorem pœnam utrique perſonæ indicit.

Q. 3. Qu ſit in terri Electorat' Saxonici pœna adulterij, à Marito cũ fœminâ ſolutâ cõmiſſi?

Maritus enim ad fœminam ſolutam pro- 38 lapſus æquè gladii pœnam incurrit, ac ſi ad uxorem conjugatam acceſſiſſet, *Conſtit. Elect. 19. part. 4.*

part.4.verſ. darüber aber in verb. ſondern auch der Ehemann/ ſo mit einer ledigen Dirne/ oder unverehlichten Weibe ſeine Ehebrechen unnd Vnzucht treiben würde/ mit dem Schwerd vom Leben zum Tode ſol gerichtet und geſtraffet werden/ꝛc. Idemque diſponitur *in Ordin. Eccleſiaſt. ſub tit.* von der Straff der Vnzucht und des Ehebruchs. Et *Ordin.matrim. de Anno 1625. punct. 4.§.* Da einer. Cujus diſpoſitionis ratio manifeſta eſt; ſi enim uxor conjugata virum ſolutum admittens, gladio plecti debeat, ut dictum anteà, certè idem dicendum erit de marito ad ſolutam fœminam prolapſo: *tùm* ex naturâ correlativorum; *tùm* ex identitate rationis. Quis enim negabit, maritum hoc caſu violare fidem conjugalem ac vinculum ſui matrimonii, *l.1.C.ad Leg.Iul.de adult. Matth.19.v.9. Marc.10.verſ.11.* non minus atque uxorem conjugatam virum ſolutum aut conjugatum admittentem; ideoque etiam nil verius, quàm à marito cum ſolutâ fœminâ rem habente adulterium committi, quod ſupra *quæſtione 52.* pluribus demonſtravi.

39 Unde etiam hoc ſequitur, quod probè notandum, nullum eſſe diſcrimen, quoad pœnam gladii marito indicendum, an is cum virgine, viduâ, aut etiam ſcorto publico conſuetudinem habuerit; quippe cum meretrice pariter atque cum virgine coeundo maritus fidem conjugalem violat, ſuæque conjugi injuriam infert, eoq; reſpectu adulterium committit, ac pœnam gladii incurrit. Idque innuunt verba *Conſt. Elect. 19.* Der Ehemann ſo mit einer ledigen Dirne oder Vnverehlichtem Weibe/ꝛc. *part.4.*

40 Fœmina verò ſoluta, ſive vidua aut virgo, ſive etiam meretrix fuerit, in ditionibus Elector. Saxon. hoc caſu virgis cæſa in perpetuum relegatur, *Conſt. Elect. 19. §.* Darüber aber *part. 4.* in verb. die ledige Dirne aber oder das Vnverehelichte Weib ſol in einem ſolchen fall mit Staupenſchlagen unſers Landes ewig verwieſen werden/ *Et poſtea in §.* Es ſol aber *ibi*: Deßgleichen die ledige Weibes Perſon/ſo mit einem Ehemann Vnzucht getrieben/ in ſolchem fall auch des Landes mit Staupenſchlagen ewig verwieſen werden/ꝛc. Vide quoque Kirchenordnung. *d.loco fol. 105. & Ordin.* Mart.*punct.4.§.* Da einer/ꝛc.

41 Quæ pœna nimis rigoroſa non eſt, ſi enim mulieres ſolutæ cum viris ſolutis conſuetudinem habentes pro ratione ac frequentiâ delicti relegari debeant, ut ſancitum *Conſt.Elect, 28.§.* aber andere/ *part.4.* utique relegationis pœna non ſufficiet eo caſu, quando mulieres ſolutæ cum maritis rem habent, quod delictum gravius eſt ſimplici fornicatione, ejuſmodi enim fœminæ maritis ſeſe proſtituentes adulterium promovent, ſine quarum facto & voluntate à maritis neutiquam hoc perpetrari poſſet. Quid ergò mirum, ſi hoc caſu mulieres ſolutæ, unà cum relegatione, fuſtigatione quoque puniantur. Taceo, quod etiam ob ſtuprum & fornicationem, pro ratione circumſtantiarum, reus fuſtigationis pœnâ plecti queat, *Conſt.Elect.27. part.4.*

Hinc in caſu adulterij, à marito cum ſolutâ fœmina in ditionibus Electoratus Saxon. *commiſſi, Dn.Scabini quotidiè in hunc ferè modum pronunciare ſolent:* Da nun *N.N.* der Ehemann vff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor öffentlichen gehegten Peinlichen Halßgericht freywillich verharrẽ/ oder des ſonſten wie recht überwieſen würde; So möchte er ſolches begangenen/ und bekandten Ehebruchs wegen/vermöge Churf. Sächſ. Conſtitution mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtraffet werden. Es wolte ihme dann ſein Eheweib ſeine Verbrechung verzeihen/ und ferner Ehelichen beywohnen; vff dem fall/bliebe er dem heiligen Eheſtand zu Ehren mit der ordentlichen Todesſtraff verſchonet/Er würde aber gleichwol des Landes ewig verwieſen/darauß ihme ſein Eheweib mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchüldig. So viel aber die Vettel *N.N.* anlanget/ wird dieſelbe von wegen ihrer Verbrechung mit Staupenſchlägen des Landes ewig billich verwieſen/V R.W.

Ex jam dictis nemini obſcurum eſſe poteſt, adulteria in ditionibus Sereniſſimorum Principum Electorum Saxoniæ ſeveriſſimè coerceri, & pœnam Legis Juliæ nequaquam dormire, tantumque abeſt, quempiam cum *Julio Claro* de hoc conqueri poſſe, ut potius ſanctionem Juſtiniani de adulteriis in Electorali Conſtitutione plurimùm exaſperatam eſſe, omnes fateri cogantur. Quæ cum juſta atque urgenti ratione nitatur, ad alias quoque Saxoniæ Provincias, in quibus mandata ac Conſtitutiones Electorales vigorem habent, extendi debet. Potiſſimùm verò pœna hujus Conſtitutionis uſu recepta eſt apud eos, qui Ditiones ſuas à sereniſſimo noſtro Dn. Electore Saxoniæ jure feudi tenent ac poſſident. Quales ſunt Barones & Domini à Schönburgk/ nec non Comites Schwartzburgenſes. Unde fit, quod Scabini conſulti ſuper adulteriis in Ditionibus Schönburgiacis commiſſi, juxta Conſtitutionem Electoralem pronunciare ſolent. 43

Q.4. *Num in Comitatu* Schwartzburgk/ Henneberg *& Ditionibus* Schönburgiacis *in crimine adulterii ſecundum Cõſtitutionẽ Electoralẽ ſit prenũciandum?*

Veluti ita reſponderunt ad requiſitionem Quæſtoris Michaelis Wezels in Glaucha *Menſe Iulio, Anno 1584.* 44

Ad conſultationem Quæſtoris in Rochsbergk/ *Menſ. Ianuar. Anno 1593.*

Præfecti in Harttenſtein/ *Menſ. Iulio, An.1629.*

Et Menſ. Mart. Anno 1632.

Ad requiſitionem Quæſtoris in Wechſelburgk/ *M.Majo, Anno 1596.*

Sic & adulterio in Comitatu Schwartzburgk commiſsô, Scabini deſuper conſulti, pœnam in Conſtitutione Electorali in adulteros ſtatutam, dictaverunt: 45

Menſe Auguſto Anno 1590.

Item Menſe Martio, *Anno 1597.*

Quin & in Comitatu Hennebergenſi Conſtitutio hæc Electoralis 19.*part.4.* vigorem & autoritatem habet, ex peculiari mandato & juſſu Pro Electoralis Dn. Friderici Wilhelmi de Anno 1592. 46

Quemadmodum etiam ſecundum eandem reſponderunt Scabini in caſu adulterii, à viro ſoluto in nuptam commiſſi, Præfecto in Kalten Ortheim/ *Menſ. Nov. An.1608.*

Porrò, cum in Electoratu Saxoniæ in adulteros multò ſeverius, quàm de Jure communi & Saxonico animadvertatur, uti dictum, quæri hinc poſſet: *ſi adulterio alibi perpetrato, Reus in* 47

Q.5. *An adulter in Electoratu Saxon. de*

prehenſus, ob adulterium alibi commiſſū ſecundum Conſt. Elector. debeat puniri?

terris Electoratus Saxoniæ deprehenſus & judici inquirenti crimen confeſſus fuerit, an is ſecundum Ius commune, aut in loco adulterij commiſſi ſtatutarium puniri; an verò pœna in Conſtitutione Electorali definita ipſi infligi debeat?

Etenim dubium non eſt, quin hodiè nocentes ſortiantur forum, ubi reperiuntur, maximè va-
48 gabundi, *Dd. comm. in l. 1. C. ubi de crim. agi oport. Matth. Weſembec in parat. ff. de judic. num. 16. Johan. Zanger. in tract. de except. part. 2. cap. 1. nu. 249. Didac. Covarr. pract. quæſt. 11. num. 7. Duar. ad titul. ff. de judic. cap.* 12. Neque enim fugitivus & vagabundus de fori incompetentiâ excipere poteſt; *Zang. dict. loco Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 2. cap.* 1. *numer. 82. ubi allegat. Anchoran. conſ. 192. Andr. Fach. lib. 9. controverſ. 24. Proſper. Farin. in prax. crim. libr. 1. tit. 1. quæſtion. 7. numer. 13. Ægid. Boſſ. in tit. de for. compet. num. 70. Jodoc. Damhouder. in prax. rer. crim. cap. 33. num. 9. Guid. Pap. deciſ. 202. num. 1.* Quod & expreſsè ita diſpoſitum in *Ordin. Provinc. Elect. Saxon. de Anno 1555. ſub tit.* **von Vnkoſten der Peinlichen Rechtfertiguug §. würden ſie aber** / *verſ.* **vnd ſol-**
49 **ches ꝛc.** Ut videtur ſequi, adultero, qui ob delictum adulterii alibi perpetratum, in Electoratu Saxon. deprehenditur, & forum ſortitur, pœnam Conſtitutionis Electoralis indicendam eſſe, ut quæ in foro iſto uſu recepta, ac in adulteros ſtatuta eſt.

Sed verius eſt, Adulterium hoc caſu punien-
50 dum eſſe ſecundum jus commune, vel Statuta loci, in quo deliquit. Eſt enim concluſio Doctorum generalis, quod Statuta pœnalia non extendantur ad ſubditos delinquentes extra eorum territorium: ſed quod licet Judex loci originis, vel domicilii poſſit etiam procedere ad condemnandum ipſum ſubditum delinquentem extra ſuum territorium, non tamen queat illi imponere pœnam Statuti loci originis, vel domicilii, ſed loci delicti, *Felin. in cap. a nobis n. 6. de ſent. excomm. Proſp. Farin. in prax. crim. lib. 1. tit. 3. quæſt. 24. num. 167. Angel. de Aretin. in tract. malef. verb. hæc eſt quædam inquiſitio. n. 84. Ægid. Boſſ. tit. de pœn. num. 19. Alex. conſ. 111. n. 2. verſ. & cum ſit, libr. 1. Paris. conſ. 159. n. 6. lib. 4. Jul. Clar. §. fin. quæſt. 85. num. 4.* ubi plures allegat. Quod ſi hoc verum eſt in ſubdito delinquente extra territorium; multò magis idem obtinebit in forenſi, qui delicto alibi perpetrato, in Electoratu Saxon. cujus incola non eſt, deprehenſus & incarceratus fuit.

51 Nam ſicuti contrahentes obligantur, juxta jura ac Statuta loci ubi contrahunt, ita & delinquentes ſecundum Statuta loci, in quo peccant, ex crimine obligantur, & delinquendo in pœnam iſtius loci ſtatutarium conſentiunt, eamque ipſo momento, quo delictum conſummatur, incurrunt. Non minus enim delinquendo quis contrahit ac obligatur, quàm cum alio contrahendo, *l. 20. ff. de pœn. tot. tit. ff. de oblig. quæ ex delict. naſcunt.* Unde & quoad forum ſortiendum contractus & delicta æquiparantur, *Gloſſ. in l. hæres abſens. in verb. debebit. ff. de judic. Iohan. Zanger. ad tit. Inſt. de except. ſub cap. exceptio incompetentiæ, ſeu præſcriptio fori, num. 17. Andr. Rauchb. part. 1. quæſt. 50. num. 15. Everhard. in Top. in loc. à contr. ad delict.*

Et hæc abſque dubio cauſa eſt, quod de Jure 52
Civili judex habitationis vel originis Reum, ad delicti locum judicei eum avocanti remittere teneatur, *l. 3. ff. de re milit. l. capitalium. 28. §. famoſos. 15. ff. de pœn. l. ſi cui. 7. §. 4. l. fin. de accuſat. Novell. 60. capit. 1. in Novell. 134. capit. 5. Rauchbar. dict. quæſtion. 50. numero decimo nono Petr. Theodor. in Colleg. Crimin. diſput. 4. th. 3. lit. C.* Quia nempè Judex delicti exactam habet notitiam jurium ac Statutorum, ſecundum quæ Reus debet puniri.

Secuti ſunt quoque hanc ſententiam Scabini Li- 53
pſenſes, nolentes hoc caſu dictare pœnam Conſtitutionis Electoralis fœminæ, quæ in Electoratu Saxoniæ deprehenſa, adulterium extra Electoratum Saxoniæ perpetratum confeſſa fuerat, in hunc modum reſpondentes: **und wiewol** *Barbara B. C.* **Eheweib gleicher Geſtalt bekandt / daß ſie mit einer ledigen Mannes Perſon in Teutſchenthal auch Fleiſchliche Vnzucht getrieben / und Geehebrucht. Dieweil ſie aber dennoch mit ihrem Manne nicht allhier zu Lande ſich auffzuhalten pflegen / ſolcher Ehebruch auch innerhalb Landes nicht geſchehen / ſo mag ſie nach Gelegenheit dißfals am Leben nicht geſtrafft werden / ꝛc.** *Quæſtori in* **Weiſſenſee.** *M. Julio Anno 1597.*
Item: Quæſtori in **Roſſen** *Menſ. April. Anno 1630.*

Neque huic obſtat, quod adulterii Reus forum 54
ſortiatur in loco, ubi reperitur, etiamſi alibi deliquerit. *Hoc* enim verum eſt ſolummodò ratione proceſſus, qui contra delinquentem in loco ubi reperitur, formari poteſt, obſervato etiam modo procedendi in iſto loco conſueto; Non etiam ratione pœnæ, quam ſtatim ac ipſo momento in loco, quo delinquunt Rei, incurrunt, igitur nec alia pœnâ, quam in loco delicti conſueta, affici debent, juxta antea dicta. Ideoque etiam delicti locus in criminibus puniendis cæteris aliis potentior eſt, ut tradit *Cyrill. in ſumm. crimin. in titul. ubi de crimin. agi oport. numer. 2.* allegatus *à Proſper. Farinac. in prax. crim. lib. 1. titul. 1. quæſt. 7. num. 1.*

Ex jam dictis etiam à contrario ſequitur 55
hoc, quod Reus adulterii in Electoratu Saxon. perpetrati, extra Electoratum deprehenſus & de crimine confeſſus benè condemnari poſſit in pœnam, Conſtitut. Elector. adulteris indictam. Nam hic in Electoratu Saxon. delinquens pœnam ſtatutariam incurrit, in eamque delinquendo conſentire videtur, *argum. l. 20. ff. de Iudic. & tot. titul. Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſcunt.*

Q. 6. Quid Iuris in caſu converſo, ſi Reus adulterii in Elect. Saxon. commiſſi alibi deprehenſus fuerit?

Quemadmodum etiam in tali caſu ſecundum 56
Conſtitutionem Electoralem pronunciare non dubitavimus verſus **Rochsburgk** / *Adrequiſitionem Quæſtoris, Menſe Martio, Anno 1626.*

QVÆSTIO LV.

An & quando ad Remiſſionem Conjugis pœna gladii Adulterii Reo ſit remittenda.

SUMMARIA.

1.Varijs ex cauſis pœna ordinaria adulteris eſt remittenda.
2.Veluti,ſi conjunx pro conjuge adultero intercedat.
3.An conjunx ſalvo honore conjugem adulterum recipere queat,numer.4.5.6.7.8.9.10.11.12.13.15.16.
14. Hodiè de adulterio impunè tranſigere licet.
17.Quomodo adulterij Reus,pro quo conjunx intercedit,ſit puniendus,n 18.19.20.21.
22. Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.
23.An & quatenus remiſſio conjugum locum habeat extra Electoratum,num.24.25.26.27.28.29.33.38.
30.Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n.31.32.33.34.35.36.37.39.
40.Remiſſio conjugum ex copula carnali eſt conjecturanda,n.41.42.45.
43.Injuria quævis amica converſatione,tacitaq; remiſſione extinguitur.
44.Reſponſa Scabinor.Lipſenſium.
46. Fallit hoc ſi conjunx innocens ſit inſcius adulterij à conjuge perpetrati.
47.Quomodo ignorantia probanda,n.48.
49.Sententia Scabinorum Lipſenſium.
50.Defuncti conjugis remiſſio præſumenda eſt.
51. Etiamſi conjunx defunctus adulterium conjugis ignoraviſſet,n.52.53.54.
55. Sententiæ Scabinorum Lipſenſ.n.56.
57.Locum habet conjugis remiſſio, etiamſi adulter cui ſemel ad interceſſionem pœna fuit remiſſa in idem crimen denuò reincidat, n.58.59.60.61.62.64.65.66.
63. Explicatio l.3.C.de Epiſc.audient.
67.Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.n.68.
69.Quo tamen caſu pœna extraordinaria poteſt aggravari.
70.Utroq; conjuge de adulterio inculpato, alter pro altero intercedere poteſt n.71.72.73.
74. Mitior ſententia in pœnalibus apprehendenda eſt.
75.Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.
76. Conditionalis quoque Remiſſio conjugis adulterum à pœna ordinaria liberat,n.77.
78.Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.
79.Conjunx remiſſionem ſemel factam nequit revocare,n.80.81.
82.Remiſſio vim donationis habet,n.87.
83. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.n.84.
85.Num uxor pro marito adultero intercedere volens,facere hoc debeat autore Curatore, num.88.89.
86.Vxor de Jure Saxonico eſt in tutela mariti.
90.Interceſſio conjugum debet fieri in Iudicio.
91.Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.
92.Interceſſio conjugum locum quoque habet in adulterio ante matrimonium initum perpetrato n.93.95.
94. Matrimonium ſubſequens omnia vitia purgat.
96.Nemo duplici afflictione eſt gravandus.
97.Sententiæ Scabinorum Lipſenſ.n.98.99.
100.Num intercedere poſſit uxor pro marito inculpato de adulterio ante matrimonium initum cum fœmina conjugata commiſſo, n.101.102.
103. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium,n.104.
105.Reconciliatio obtinet quoque in adulterio Sponſi & Sponſæ.
106.Ut & in adulterio cum alterius uxore meretricio more vivente commiſſo.
107.Sicuti etiam in adulterio uxoris à marito ſuo desertæ.
108. Quandoque remiſſio conjugis in adulterio non admittitur.
109.Veluti in adulterio duplicato,n.110.111.
112.Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.
113.Extra Electoratum Saxon. in duplicato quoq; adulterio interceſſio conjugis admittitur.numer.114.
115.Ceſſat quoque remiſſio Conjugum,ſi una cum adulterio aliud inſimul crimen fuerit commiſſum.
116.Sola remiſſio conjugis absque receptione in thorum non mitigat pœnam adulterij,num.117.118.
119.Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.
120. Remiſſio conjugi facta alteri delinquenti haud prodeſt,n.121.
122.Secus verò extra Electoratum Saxon. num.132.124.
125.Sententiæ Scabinorum Lipſenſium,n.126.
127.Quid ſi adulter Conjugis remiſſionem acceptare nolit.n.128.

1 QVod de pœna mortis in adulteros ſtatutâ, *quæſtionibus præcedentibus* dictum fuit, id dubio procul regulariter verum eſt, nullis exiſtentibus circumſtantiis, quæ Judicem in partem mitiorem trahere queant. Hiſce enim ut communiter accidit, occurrentibus, quin Judex à pœna hâc mortis rigoroſa non ſolùm tutò recedere poſſit, ſed etiam juris rigore ſepoſito, in adulteros mitius animadvertere debeat, nullus dubito. Hocque ipſum tàm ratio juris requirit, quàm arbitrium, quod in pœnis decernendis hodiè pro ratione delicti cujusvis liberum eſt, permittit.

Perſpectâ igitur pœnâ tàm de Jure communi, quàm provinciali in Reos adulterii conſtitutâ, exceptiones & cauſas, ob quas pœna ordinaria vel mitiganda, vel adulteris planè remittenda eſt, certis caſibus incluſas hîc apponere, & quæſtioniſtionibus aliquot ſubſequentibus pertractare operæ pretium duxi.

2 **Primus caſus eſt: ſi Reconciliatio vel remiſſio Adulterii inter conjuges interveniat.** Quando enim maritus pro uxore adulterâ vel uxor pro marito adultero intercedens, delictum illi condonat, & ſe deinceps quoque illi cohabitaturum promittit, tum in honorem quaſi reconciliati matrimonii pœna adulterii ordinaria & ſupplicium mortis Reo eſt remittendum, *Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 19. n. 4. part. 4. Matth. Berlich. part. 4. concl. 27. num. 92. & ſeqq. Nicol. Boer. deciſ. 297. num. 1. & 2. Ludov. Gilhauſ. in arb. judic. crim. cap. 2. tit. 18. numer. 21. Matth. Coler. deciſ. 176. num. 15. part. 2. Iodoc. Damhouder. in pract. crim. cap. 89. n. 45. Angel. Aretin. in tract. malef. verb. che hai adulterato la mia donna, n. 49. Petr. Heig. lib 2. quæſt. 29. in fin.*

Quod ipſum tamen omni dubio non caret. 3 Haud etenim expeditum eſt, ſi conjunx ſpontè quid de jure ſuo remittere, & poſt naufragium idem mare iterum tentare, ac conjugem adulterum recipere, eique deinceps cohabitare velit. *An hoc nulla religione & lege prohibente, ſalvoque honore & ſine probro Lenocinii facere queat?*

Q. 1. Num. interceſſio conjugis Reum adulterii à pœna liberet?

4 Vetuerunt ſiquidem Imperatores, cum de aliis criminibus capitalibus redimendi ſanguinis gratiâ tranſigendi facultatem darent, *l. tranſigere 18. C. de tranſact.* de adulterio tranſigere. Cujus varias rationes aſſignant JCti. *Accurſ. in rubr. ad Leg. Iul. de adulter. Salyc. Fulgoſ. Caſtr. Iaſon. Donell. Delrio ad l. tranſigere. C. de tranſact. Petr. Heig. lib. 2. quæſt. 16. num. 1. Connan. lib 5. cap. 7. num. 3. Corraſ. miſcell. 1. Alciat. 5. parad. cap. 8. Iacob. Cujac. lib. 6. obſerv. 11. & 19. obſervat. 39. 20. obſervat. 18. Henr. Bocer. de adulter. cap. 3. num. 31. & ſeqq.* Inter quas etiam hæc eſt, quod Lenocinii Reum ſe faciat maritus paciſcendo de adulterio, & adulteram mulierem in thorum viciſſim admittendo: Uti expreſsè diſpoſitum in *l. 2. §. lenocinij 2. l. mariti lenocinium. 29. ff. ad Leg. Iul. de adult. l. crimen lenocinij, C. eod. tit.* Unde ex ſententiâ Athenienſium damnabatur, qui adulteram in matrimonio retinebat. *Demoſth. in Near.*

5 Accedit ratio Legis ex *Deut. 24.* ubi prohibetur maritus dimiſſam à ſe, & alteri nuptam, ſi à ſecundo marito morte liberata fortè fuerit, viciſſim ducere, quia polluta eſt: nimirum contra pudorem, qui in nuptiis inſpiciendus, *l. adoptivus 14. §. ſerviles. in fin. ff. de rit. nupt.* maritus ejuſmodi peccare videtur.

6 Sed tutò affirmare licet, maritum ſive uxorem conjugi adultero culpam remittendo, eumque in thorum viciſſim recipiendo, nullatenus peccare, ſed jus hoc ipſi permittere, in tantum; ut ſi gratiam fecerit Reo, pœna quoque adulterii ordinaria à Judice remitti debeat.

7 *Primò:* Per text. in *Novell. 134. capit. 10. verſ. adulteram. Auth. ſed hodiè, C. ad Leg. Iul. de adult.* ubi Juſtinianus Imper. relinquit locum arbitrio mariti, ut intra biennium ex monaſterio, ſi velit uxorem adulteram retrahat, & honori matrisfamilias reſtituat. Licet autem ibidem agatur ſolummodò de marito recipiente uxorem adulteram, attamen quin idem jus tribuendum ſit uxori maritum adulterum recipere volenti, ob rationis identitatem non dubitandum eſt, præſertim ex Reformatarum Eccleſiarum communi conſuetudine, de qua teſtatur *Henning. Arniſ. in tract. de jur. connub. cap. 5. ſect. 9. in pr.*

Secundò: Non aliud diſpoſitum eſt *in Ordin. Crim. Carol. art. 120.* ubi Jus commune Juſtinianeum quod pœnas adulterii expreſsè confirmatur. 8 Quod minus dubii habet in Provinciis Elect. Saxon. In quibus utrique conjugi, adulterum conjugem recipere, eique ulterius cohabitare permittitur, remiſsâ pœnâ mortis ordinariâ, aliaque corporis afflictivâ. *Conſt. Elect. 19. part. 4.* Quod & ſancitum in *Ordin. Eccleſiaſt. ſub tit.* **Von Straff der Vnzucht und des Ehebruchs.** Et repetitum in *Ordin. Matrim. de Anno 1625. punct. 4.*

Tertiò: Convenit cum hoc quoque Jus Canonicum: Ita enim Auguſtinus inquit: *in can. 7. Quod autem tibi durum, ut poſt adulterium reconcilietur conjugi conjunx, ſi fides adſit, non erit durum: Cur enim adhuc deputamus adulteros, quos vel baptiſmate, vel pœnitentia credimus eſſe ſanatos, &c.* Et in *can. 8 ſeq. Non erit turpis neq; difficilis etiam poſt perpetrata atque purgata adulteria reconciliatio conjugum, ubi per claves Regni cœlorum non dubitatur fieri remiſſio peccatorum: Non ut poſt viri divortium adultera revocetur, ſed ut poſt Chriſti conſortium adultera non vocetur. cauſ. 32. quæſt. 1.* Idemque ferè habetur in *c. ſi illic. 23. quæſt. 4. & cap. quemadmodum 25. §. fin. de Jurejur.* 9

Quartò. Quin & hæc ſententia non improbatur de Jure Divino, in quo DEUS ipſemet miſericordiam ſuam ex eo prædicat, quod licet adultera per libellum repudii dimitti poſſit, ipſe tamen adulterio inquinatos Judæos, ſi revertantur, in æternum non abjurare, ſed comiter ad ſe recipere velit, *Jer. cap. 3.* Quo etiam ſpectat exemplum Davidis, qui Michol filiam Saulis, quam Pater ejuſdem mulieris ab eo ſeparatam dederat alteri, in thorum ſuum repetivit, *2. Sam. 3. can. quod autem. 32. q. 1.* 10

Quintò: Ab humanitate etiam & pietate alienum putatur, adulteræ reſipiſcenti fores mariti, eam recipere volentis, occludere, ut ſentit *Hieron. in capit. 19. Matth.* Nec minima afflicto marito ob adulterium conjugis adderetur afflictio, ſi is injuriam adulteræ remittens, recipere eam non poſſet. Minus juſtè verò ejuſmodi adulteræ pœna imponeretur ordinaria, cum poſtquam pars læſa injuriam ſponte remiſit, pœnam publicam minui, teſtetur *Iaſon. in l. tranſigere. num. 3. C. de tranſact. Weſembec. ad Schneid. §. item lex Iulia. n. 2. Inſt. de publ. jud. Virgil. Pingitz. q. 57. n. 3.* 11

Neque concedendum eſt maritum remittentem injuriam adulterio ſibi illatam, adulteramque in thorum recipientem, fieri Reum Lenocinii; cum hoc faciat jure permittente. Is enim Leno eſt, qui Jure prohibente cum adultero paciſcitur, & quæſtum ex conjugis adultero quærit. Quod nullatenus facit conjux remittens conjugi, eumque recipiens; neque enim hoc caſu is cum tertio quodam paciſcitur, neq; pecuniam 12 niam quærit, neque etiam quicquam contra leges peccat. Nam Leges ſupra allatæ, ut *l.2.§.2.l.29.ff. ad Leg. Jul. de adult. l. crimen lenociniij, C. eod. titul.* correctæ ſunt per *Nov.117.cap.8. Auth. ſed novo Jure. C. ad Leg. Jul. de adult.* Ut rectè advertit ac monet *Bart. in dict. l.29. ad leg. Jul. de adult. Manſer. ad titul. de nupt. §. ſunt & aliæ 11. verſ. ſed jam quæritur pag.374.*

14 Quin & hodiè in adulterio transactionem impunè fieri, tradunt *Purpur. in l. tranſigere. n.71. C. de tranſact. Iul. Clar. in §. fin. q.58. n.11. Soaretz. in theſaur. verb. adulterij. n.90. Petr. Heig. lib.2. q.29. n.79. Henn. Arniſ. de jure connub. c.5. ſect.9. n.10.* Adeò nimirum leges ac mores ſuum habent ævum ac fatum, ut quod quandoque inhoneſtum viſum eſt, deinde honeſtè fieri putetur, *Auth. ſed novo. C. ad Leg. Iul. de adult. l. crimen. eod. tit. Nicol. Boer. deciſ.298. Gram. deciſ.3. Iacob. Cujac. libr.6. obſervat.15.*

15 Non obſtat etiam ratio Legis ex *Deuter.24.* petita, ubi maritus prohibetur dimiſſam à ſe, & alteri nuptam, ſi à ſecundo marito morte liberata fortè fuerit, viciſſim ducere, quia polluta eſt. *Hoc* enim *Beza*, referente A*rniſ. dict. ſect.9. n.12.* ex textu Hebræo ſic explicat: quaſi ipſe maritus divortium faciendo, autor & cauſa extiterit, ut ipſa pollueretur, & ob hoc delictum prohibeatur cum honore eam reducere, quam cum dedecore dimiſiſſet. Quæ ratio cum in caſu noſtro ceſſet, utique nec marito tunc facultas recipiendi uxorē erit deneganda.

16 Quamvis & *Auguſtinus* exiſtimet, permitti hoc caſu in Novo teſtamento, quod tamen in veteri erat prohibitum, *in c. quod autem* ibi: *Hæc crimina in veteri DEI lege nullis ſacrificijs mundabantur, quæ in lege Novi Teſtamenti ſine mandatione legali mundantur, & ideò tunc omninò prohibitum erat, ab alio contaminatam viro recipere uxorem, quamvis David Saulis filiam, quam pater ejusdem mulieris ab eo ſeparatam dederat alteri, tanquam novi teſtamenti præfigurator ſine cunctatione receperit. Nunc autem poſtquam Chriſtus ait adulteræ (Nec ego te condemnabo: vade, deinceps noli peccare) quis non intelligat debere maritum ignoſcere, quod videt ignoviſſe Dominum amborum?* Hactenus Auguſtinus in *c. quod autem 32. q.2.*

„ Stat ergò certa regula, jure pariter divino atq;
17 „ humano probata: conjugi, uxorem aut vi-
„ rum adulterum recipere volenti, hoc
„ concedendum, ac pœnam mortis eo
„ caſu reo remittendam eſſe. Quod tamē non ita accipi debet, ut adulter ab omni prorſus pœnâ immunis ſit. Quia enim Reipublicæ intereſt, ne crimina impunita maneant, & fovere nequitiam videatur, qui illi connivet; mitior quædā pœna erit infligenda, quæ neque facultatem conjugem recipiendi aufert, neque nimiam matrimonio injuriam infert.

18 Cui rei ſufficienter proſpexit D. Auguſtus Elector Saxoniæ, ſtatuens hoc caſu in conjugem nocentem perpetuam relegationem, ac ſimul cum eo innocentem migrare jubens, in *Conſt. Elector.19. part.4. §.* Dieweil/ *circa med.* in verb. Jedoch wollen wir beyde unſers Bruders und dieſe unſere Conſtitution dahin gnädigſt erleutert und erkläret haben/ Wann der Ehegatten einer/ als der Mann für das ehebrecheriſche Weib/ oder das Weib für den ehebrecheriſchen Mann ſelbſt bitten/ und ſich erbieten würden/ demſelbigen/ ungeachtet gebrochener Treu und Glaubens/ länger ehelichen beyzuwohnen/ daß alsdann dem Eheſtand zu ehren/ die Straffe etwas gemildert werde/ der ſchuldige Theil des Landes ewig verwieſen/ uñ der unſchüldige ſeinem Ehegattē auß unſern Landen folgē/ darinnen ferner nicht wohnen/ oder ſich weſentlich auffhalten ſoll. 19 Non ſolum ergò conjunx adulter, ob crimen perpetratum, remiſsâ pœnâ ordinariâ, in honorem matrimonii, in perpetuum relegatur, ſed & alter conjunx innocens unà cum nocente migrare tenetur. Quod prudentiſſimè conſtitutum: *tùm* ad evitanda ſcandala; *tùm* ne per relegationem nocentis, commorante ac habitante innocente in ditionibus Electoratus, diſſolveretur matrimonium, in cujus tamen honorem relegatio pœnę mortis ordinariæ ſubſtituitur.

20 Nec habet innocens, quod propterea conqueratur: cum in ipſius ſit arbitrio, an nocenti condonare delictum, pro eo intercedere, illumque in thorum recipere velit, nec non. Absq; dubio enim, ſi pro nocente intercedere nolit, ac reconciliari nequeat, ad hoc nequaquam cogi poterit nec tunc conjugi nocenti pœna mortis remitti aut mitigari debet.

21 Ac licet conjugi, pro nocente conjuge intercedenti, in ditionibus Electoratus Saxon. amplius habitare ac commorari non liceat; quin tamen is negotiandi causâ, vel ſi quid aliud expediendum habet, reverti, & tantiſper in terris Electoratus verſari queat, dubium prorſus non eſt, *Dan. Moller. ad dict. Conſtit. Elector.19. nu.4. part.4. & libr.3. ſemeſtr.13. num.2. verſ. ita tamen. Ludov. Gilhauſ. in arbor. judic. crimin. cap.2. titul.18. n.21.*

22 *Hujusque remiſſionis in dictandâ pœnâ adulterij tanta habetur ratio à Scabinis, ut ſententijs ſuis ferè communiter, ſi de animo ac remiſſione conjugis nondum conſtet, hanc ſubyciant clauſulam:* Es wolle denn *N.N.* ſeinem Eheweib ſeine vorbrechung vorzeihen/ unnd ungeachtet gebrochener Treu/ und Glaubens lenger ehelichen beywohnen/ vff dem Fall bliebe er dem heiligen Eheſtand zu ehrē/ mit der ordentlichen Todesſtraff/ ſo er ſonſt vermöge Churfürſtl. Sächſ. *Conſtitution* verwircket/ billig verſchonet/ Er würde aber gleichwol des Landes ewig verwieſen/ darauß ihme ſein Eheweib mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchüldig V.R.W. *Pariter etiam mutatis mutandis formalibus pronunciare ſolent, quando uxori adulteræ gladij pœna indicitur.*

23 Hæcque Regula ampliatur primò: Vt etiam remiſſio conjugum locum habeat extra Electoratum Saxoniæ. Nam & de Jure communi conjuge innocente condonante culpam nocenti, pœna ordinaria vel mortis in viris adulteris, vel fuſtigationis in fœminis ceſſat, ſubſtituta utrisque pœnâ relegationis perpetuæ, ob identitatem rationis, ex Jure tàm Divino, quàm humano petitæ, & ſupra adductæ, quæ non minus alibi, quam in terris Elector. Saxon. obtinet. Vrthel *poſt* Landrecht/ *tit.* von peinlichen Straffen und erſtlich von Ehebruch/ *in med. verſ.* wolte aber

te aber der Mann. *fol.125.& tit.* Straffe um Ehebruch. *poſt.pr.verſ.* Das Weib aber *fol.532.* König *in proceſſ.rubr.* Von dem Ehebruch und Poen deſſelben *verſ.* wolte aber der Mann. *Matth.Berlich. part.4.concl.27.nu.96.Matth.Coler.part.1. deciſ. 176.n.15.*

24 A prædictis tamen Doctoribus circa remiſſionem in foro Saxonico extra Electoratum, duo ſpecialia afferuntur:

Primò, ut reconciliatio ſolummodò habeat locum in uxore, cui maritus ignoſcere, eamque à pœnâ fuſtigationis liberare poſſit; non etiam in marito, ita ut ſi hic cum alterius conjuge adulterium commiſerit, licet uxor ejus ei remittere & cohabitare velit, non audiatur, ſed maritus, non obſtante remiſſione ad mortem condemnari debeat; *Matth.Coler.part.1.deciſ.176.* König *in proceſſ.ſub rubr.* von Ehebruch. *Matth.Berlich.d. concl.27.n.99.*

25 *Secundò:* Ut uxor, ſi maritus ante condemnationem ipſi condonet, impunè dimittatur, ac nullâ pœnâ corporali gravetur; non etiam, ſi poſt condemnationem & ſententiam latam maritus uxori ignoſcere, eamque ad ſe recipere velit, quo caſu prius privatim in carcere virgis cædi debeat, *Matth.Coler.dict.deciſ.176.nu.15.* König *dict.loco.n.4.Berlich.dict.concl.27.n.98.Nicol. Boer.deciſ.298.n.4.*

26 Etſi autem utrumque non obſcurè probetur
ex *Novell.134.capit.10.Auth.ſed hodiè, C.ad Leg.
Jul. de adulter.* uti demonſtrat *Boer. dict. loco.*
Veluti etiam *Scabinos Lipſenſes veteres* in utro-
que caſu ſic pronunciaſſe reperio, quod & appa-
ret ex *Sentent. poſt* Landrecht. *titul.* Von peinli-
chen Straffen und Ehebruch ꝛc. Neutrum ta-
27 men hodiè uſu & in praxi obſervatur: Non
prius, ob identitatem rationis in maritis & uxori-
bus; in utriſque enim honor & favor matri-
monii, ob quem reconciliatio ac remiſſio conju-
gum pœnam ordinariam mitigat, conſideran-
28 dus eſt: Non etiam poſterius, quia parùm inter-
eſt, quoad læſionem honoris conjugii, an uxor
publicè; an verò privatim in carcere fuſtigetur,
nec facilè maritus invenietur, qui uxorem, virgis
cæſam, recipiat. Ideoque etiam Domini Scabini
extra Electoratum Saxon. uxorem pro marito ad-
ultero intercedentem audiendam, ac reo pœ-
nam mortis, nec non uxori adulteræ, poſt con-
demnationem marito ei ignoſcente, fuſtigatio-
nem remittendam, & utroque caſu reos adulte-
rii in perpetuum ſolummodò relegandos eſſe
arbitrantur, ita tamen, ut conjunx innocens no-
centem ſequi teneatur, ut ex ſententiis ſubſe-
quentibus apparet.

29 Ubi etiam hoc notandum, remiſſiones conjugum extra Electoratum non niſi autoritate judicis, qui ſupremam habet jurisdictionem, fieri ſolere. Cujus arbitrio permittitur, an conjuge ignoſcente reo gratiam facere, & pœnam ordinariam remittere velit, juxta tradita à *Nicol.Boer.deciſ.298.numero tertio.* ubi plures allegat.

30 *Reſponderunt Scabini Elector. Saxon. hiſce formalibus:* So möchte *N.N.* wegen ſolches begangenen und bekanten Ehebruchs mit dem Schwerd vom Leben zum Tod geſtrafft werden/ *T.M.* Weib aber wird mit Staupenſchlägen des Landes ewig billig verwieſen. Es wolte dann die hohe Obrigkeit *N.N.* in Anſehung ſeines Weibes Vorbitte/ und daß ſich dieſelbe erbothen/ihme zuvorzeihen/und ferner ehelichen beyzuwohnen/Gnade erzeigen; Auff den Fall/ würde er/wie auch *T.M.* Weib/woſern auch derſelbigen Ehemann ihr vorzeihen/vnd ferner Ehelichen beywohnen wolte/beyde ewig billig vorwieſen/und wehren ihnen bemelte ihre Ehegatten mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig V.R.W. *Verſus* Bernburgk. *Ad requiſitionem Præfecti, M. Iunio, Anno 1614.*

31 *Item*: Man wolte dann dem Ehemann in Anſehung/daß ſein Eheweib ſich allbereit erkläret/daß ſie ihme ſeine Vorbrechung vorziehen und wieder Ehelich beywohnen wolle/ Gnade erzeigen/ und die Todes Straffe erlaſſen/ auff den Fall würde er mit Vorwiſſen der hohen Obrigkeit des Landes ewig billich vorwieſen/darauß ihme ſein Eheweib mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig. So viel aber das Ehebrecheriſche Weib anbelanget/wird dieſelbe billich zur Staupe geſchlagen/und des Landes ewig vorwieſen/ es wolte ihr dann ihr Ehemann ihre vorbrechung gleichfalls verzeihen und wiederumb ehelich beywohnen/vf den Fall würde ihr/mit Zulaſſung der hohen Obrigkeit/ die Leibes Straff dem heiligen Eheſtand zu ehrē billich erlaſſen/und ſie ohne Staupenſchlägen des Landes ewig vorwieſen/darauß ihr Ehemann zufolgen ſchuldig/ V.R.W. An Richter und Schöppen zu Franckfurt an der Oder *M. Iun. Anno 1607.*

Ad requiſitionem Præfecti in Zerbſt/*Menſ.Decemb.Anno 1599.* 32
Senatus in Croſſen/ *M. Iulio, Anno 1587.*
Judicis Præfecturæ in Seeburgk. M.*Ianuar.Anno 1627.*
Ad requiſitionem Chriſtophori à Seidelitz. *M. Sept.Anno 1613.*
Ad conſultationem Franciſci à Kreinsdorff. *M. Decembr.Anno 1591.*

33 Atque hæc ita ſeſe habent in adulterio duplicato, (in quo etiam de jure communi extra Electoratum Remiſſio conjugis adulterum ab ordinaria pœna liberat, ut paulò poſt dicetur) ſed in adulterio ſimplici ad interceſſionem conjugis remittitur pœna adulterii ordinaria, abſque requiſitione voluntatis ac autoritatis ſupremi judicis. Quemadmodum etiam in adulterio ſimplici, factâ conjugum reconciliatione, non perpetua relegatio, ſed ſolummodò pœna arbitraria, vel carceris, vel temporalis relegationis ſolet dictari. Simplex enim adulterium non modò levius delictum eſt adulterio duplici, ſed & minus ſcandalum parit, ad quod evitandum in duplicato adulterio relegatio perpetua Reis imponitur. Quin & à marito, cum ſoluta fœmina concumbente, de jure communi propriè adulterium non committi, vulgò putant; Sufficere igitur videtur arbitraria pœna in caſu remiſſionis conjugum in ſimplici adulterio.

34 *Quemadmodum etiam multoties extra Electoratum Saxoniæ ſic reſponderunt Scabini:* So wird *N.N.* von wegen ſolches mit *N.N.* einer ledigen Vettel begangenen Fleiſchlicher Unzucht und Ehebruch/nach gemeinen beſchriebenen Rechten mit

Staupenſchlägen deß Stiffts Newenzella Gerichten billich vorwieſen. Es wolle ihm dann ſein Eheweib dieſe Vorbrechung verzeihen / und ferner ehelichen beywohnen; uff dem Fall bliebe er dem heiligen Eheſtand zu Ehren mit berührter Leibesſtraff billich verſchonet. Er möchte aber gleichwol willkührlichen mit länger Gefängnüß oder zeitlicher Vorweiſung in Straff genommen werden V. R. W. *Ad conſultationem Henrici à* Döbſchütz / *Præfecti Monaſterii in* Newenzella *Menſ. Junio Anno 1607.*

35 *Et in caſu ſimili*: Da aber die Churfürſtliche Sächſiſche *Conſtitution* an dem Ort/da der Gefangene einkommen / und jetzo Gefänglichen enthalten wird/nicht gebräuchlichen / So möchte er vermöge gemeiner beſchriebener Rechte öffentlich billich zur Staupen geſchlagen/und deß Landes ewig vorwieſen werden. Es were dann/ daß ſein Eheweib vor ihne bitten / und ihme dieſe Mißhandlung verzeihen wolte / auff ſolchen Fall würde er willkürlichen entweder noch eine Zeitlang mit längerm Gefängnüß/ oder mit zeitlicher Vorweiſung auff 2. oder 3. Jahr lang in Straff genommen/ V. R. W. *ad requiſitionem Heinrici à* Tzſchunhauß/ *Menſ. Jan. Anno 1627.*

36 *Ad conſultationem Præfecti in Iuberos, Menſ. Octob. Anno 1582.*

Verſus Cröſſen/ An Rath / *Menſ. Martio, Anno 1606.*

37 *Quandoque etiam hoc caſu marito, cui uxor condonaverat, dictata fuit pœna pecuniaria*, eine ziemliche Geldbuſſe ſeinem Vermögen nach/ Gegen Rammelburgk. *Menſe Iunio, Anno 1600.*

Ad requiſitionem Prætoris & Scabinorum in Croſſen/ *M. Martio, Anno 1584.*

38 In contrario autem caſu, quando uxor virum admittit ſolutum, ſi judex intercedente marito pro adultera, pœnam carceris vel temporalis relegationis non ſufficere exiſtimet, & ad evitandum ſcandalum (quod in adulterio uxoris, virum ſolutum admittentis, ob inſitionem ſobolis ſpuriæ in alienam familiam, longè gravius eſt, quàm in adulterio mariti ad fœminam ſolutam prolapſi) relegationem perpetuam dictare velit, ipſi facilè conceſſerim.

39 *Veluti hoc caſu Scabinos reſpondiſſe ſcio verſus* Lauenburgk/ *ad requiſitionem Dominor. Conſiliariorum Saxon. M. Decemb. 1592.*

Ad requiſitionem Conſulum & Senatus in Croſſen/ *M. Aug. An. 1609.*

Ad conſultationem Alexandri à Rottenburgk/ *M. April. An. 1629.*

Q. 3. An reconciliatio conjugum, ex copula carnali conjecturanda?

40 Secundò ampliatur hæc Regula in remiſſione tacitâ: Si nempè poſt delictum commiſſum maritus id ſciens uxorem carnaliter cognoſcat, vel uxor maritum adulterum admittat. Quo ipſo conjunx conjugi videtur tacitè delictum condonaſſe, adeoque nec pœna ordinaria locum habet, ſed conjunx nocens in perpetuum relegatur, cum eoque ſimul innocens migrare tenetur *Dan. Moller. ad Conſtit. Elect. 19. n. 12. part. 4. Virgil. Pingitz. quæſt. 57. nu. 4.* ubi ita aliquoties Scabinos Jenenſes judicaſſe refert. *Matth. Berlich. part. 4. concl. 27. nu. 104. Lud. Gilhauſ. in arb. jud. crim. cap. 2. tit. 18. nu. 7. Gloſſ. in c. fin. ext. de adult. Didac.* Covarr. *de matrim. part. 2. cap. 7. §. 7. n. 11. Anton de Gamm.* ubi in Supremo Senatu Luſitaniæ ita bis judicatum fuiſſe refert, *deciſ. 273.*

41 *Tùm*, Quod parùm intereſt, an verbis, an verò ipſo facto conjunx innocens nocenti culpam remittat, eumq; in thorum ſuum recipiat. Quin & per copulam carnalem à ſciente denuò matrimonium reſtauratur, ac realis fit cohabitatio, & in thorum receptio conjugis nocentis, quæ multò efficacior & fortior eſt, quàm promiſſio de cohabitando & recipiendo. Si autem hæc pœnam mitigat ordinariam, juxta C*onſtit. Elect. 19. p. 4.* multò magis per illam Reus à pœnâ ordinariâ liberabitur.

42 *Tùm* per *l. crimen* C. *ad Leg. Iul. de adult. l. quæſitum 40. l. ſi uxor. 13. §. idem dicendum. ff. eod. titul.* ubi dicitur: ſi maritus poſt commiſſum adulterium uxorem ſibi reconciliaverit, aut ſtupratam duxerit, accuſationem pariter adulterii atque ſtupri ceſſare, addita ratione in *dict. l. 13. §. fin.* quia ſcilicet uxorem ducendo probavit mores. Quæ ratio cum etiam militet in hoc caſu, quo conjunx innocens cum nocente carnaliter ſe commiſcet, utique & tunc accuſatio adulterii ejusque pœna ceſſabit.

43 *Tùm*, quod etiam injuria quævis alia diſſimulatione, & amica converſatione, tacitâque remiſſione extinguitur, *§. fin. Inſtit. de injur. l. non ſolùm. 11. §. injuriarum. 1. ff. eod. tit. ubi Matth.* W*eſemb. in parat. num. 13. Iohan. Schneidvvin. in dict. §. fin. num. 1. & 13. Ioh. Harpp. ibid. n. 1. Iodoc. Damhoud. in pract. crim. cap. 136. num. 9. Proſp. Farin. in pract. crimin. part. 3. quæſt. 105. num. 339.* At nulla alia converſatio familiarior, ex qua tacita remiſſio colligenda, dari poteſt, quàm copula carnalis.

44 *Hæcque ſententia certa & indubitata eſt, quam in Elect. Saxon. Scabinatu quotidiè in pronunciando ſequimur. Veluti jam dudum ſic reſponderunt anteceſſores noſtri*: Ob gleich *N. N.* ſich zu ſolchem Ehebruch bekant / und derowegen am Leben geſtrafft werden ſolte / dieweil aber dennoch ewren Bericht nach/ ihr Ehemann 14. Tage hernach/ wie er allbereit umb ihren Ehebruch gewuſt / das eheliche Werck mit ihr gepflogen / und ſie vor ſein Eheweib erkant. So wird ſie dem heiligen Eheſtand zu Ehren mit der ordentlichen Todtesſtraff billich verſchonet/ aber gleichwol deß Landes ewig vorwieſen darauß gedachter ihr Ehemann mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig/ V. R. W. *Ad requiſitionem Caſpari à* Ponickau *Menſe Februar. Anno 1602.*

It: Dieweil aber ihr Ehemann/ ſeyd deme er allbereit berichtet/ daß ſie an ihme brüchig worden / ihr nichts deſto weniger Ehelichen beygewohnet / und mit ihr das Eheliche Werck gepflogen. So mag ſie nach Gelegenheit dißfals/ weil ihr Ehemann dadurch ſolche ihre Vorbrechung ihr *tacitè remittiret*, am Leben nicht geſtrafft werden/ Sie wird aber gleichwol deß Landes ewig vorwieſen V. R. W. An Landrichter zu Zeitz/ *M. Febr. Anno 1603.*

45 Hinc non malè *Iulius* C*larus* adhortatur maritum, ut ſibi caveat, ne ſciens uxorem adulteram, ſe carnaliter cum ea commiſceat, ac per hoc videatur illi adulterium remiſiſſe, *lib. 5. ſent. §. adulterium. n. 18.*

46 Quod ſi tamen conjunx innocens, inſcius adulterii perpetrati, nocenti cohabitet, hæc ampliatio nequaquam locum habebit, juxta *l. ſi uxor. 13. §. fin. ff. ad Leg. Iul. de adulter. Nicol. Reuſn.*

lib.4.deciſ.5.n.106.Virgil.Pingitz. dict.quæſt.57.n.4. Neque enim remitti poteſt delictum ab eo, qui hoc prorſus ignorat.

47 *Q.4. Quid ſi hoc caſu conjunx ignorantiã adulterij commiſſi prætendat?*

At, quid ſi conjunx nocens hac exceptione ſe à pœna mortis liberare velit, innocens autem vel prorſus neget, copulam carnalem poſt commiſſum adulterium interveniſſe, vel etiam ignorantiam prætendat, dicens, ſe neſciviſſe adulterium à conjuge nocente perpetratum, adeoque nec ipſi remiſiſſe, nec etiamnum condonare velle, quid faciendum erit? Certè quia ſcientia in animo conſiſtit, neque teſtibus, ſicuti nec ipſa 48 copula carnalis facilè probari poteſt, res hæc juramento conjugis innocentis committenda erit, ut is ignorantiam juratò obtineat. Iniquiſſimum namque eſſet, facultatem contraveniendi ſuo facto relinquere conjugi innocenti, contra *c.in iſtis.diſt.4.c.dilectiſſimi.8.q.2.c.horrendus 32.quæſt 5.Nicol.Reuſn.dict.deciſ.5.n.107.lib.4.* Nocentem autem facta ſemel remiſſione ad mortem condemnare.

49 *Super ejuſmodi caſu nos conſulti reſpondimus ita* gegen Born/*hiſce ferè formalibus:* Als erſcheinet darauß ſo viel/daß der Gefangene C.S wegen ſolches ſeines begangenen und bekanten Ehebruchs/ wofern ſein Eheweib vermittelſt Endes erhalten wird/ daß ſie von Zeit an der erlangten Wiſſenſchafft/daß ihr Ehemann eine Concubin und Beyſchläferin hette/mit ihme ferner nicht zu thun gehabt/ noch ſich von ihme weiter fleiſchlichen erkennen laſſen/er der Gefangene C.S. auch auff ſeiner gethanen Auſſage vor öffentlichem gehegten peinlichen Halsgerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht/überwieſen wird/mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte gerichtet/und geſtrafft werde/V.R.W. *Ad requiſitionem Quæſtoris, Menſ. Majo, Anno 1628.*

50 *Q.3. Num defuncti conjugis remiſſio ſit præſumenda?*

Tertiò ampliatur in Remiſſione præſumtâ: Quando nimirum poſt mortem alterutrius conjugum ſuperſtes convincitur adulterij commiſſi eo tempore, cùm conjunx adhuc viveret. Quo caſu etiam pœna mortis Reo adultero condonatur, iſque ſolùm in perpetuum relegatur, *Daniel.Moller.libr.3.ſemeſtr.capit.13.numer.2. verſ. quod ſi poſt mortem. Matth.Berlich.part.4.concluſ.27.num.102.Ludov.Gilhauſ.in arbor.judic.crim.cap.2.tit.18.num.21.* Præſumitur namque, defunctum morte non præventum ſuperſtiti adulterii convicto delictum fuiſſe remiſſurum. Unde & hæc remiſſio dicitur præſumta.

51 Idque minus dubii habet, ſi conjunx defunctus poſt delictum à ſuperſtite commiſſum aliquandiu vixiſſet, idque benè ſciviſſet, nec tamen unquam de eo fuiſſet conqueſtus, *Dan.Moller.d.cap.13.* At ſi brevi poſt adulterium perpetratum, iſtiusque inſcius deceſſiſſet, dubio omni res expers non eſt: Forſan enim defunctus ſi hoc non ignoraviſſet, injuriam ſibi per id illatam vindicaſſet? Sed & hoc caſu remisſionem præſumendam, ac pœnam ordinariam propterea condonandam eſſe puto.

52 *Tùm*, ob *Conſt.Elect.21.part.4.* ubi heredibus datur facultas viduam propter adulterium vivo marito commiſſum dote ſua, & donatione propter nuptias privare, ſi maritus adulterium uxoris ſciens de hoc conqueſtus fuiſſet, *in verb.* Da der Mann bey ſeinem Leben deß Weibes Ehebruch/gewuſt/das geeiffert/das Weib außgetrieben/oder ſich deſſen beklaget &c. Ergò ſi maritus adulterium uxoris neſcivit, hoc jus heredibus non competit. Veluti etiam ex *dict. Conſtit.* ita concludit *Dn.Berlich.dict.part.4.concluſ.30.nu.19.* Idemque ſentiunt *Nicol.Boer.deciſ.338.num.7.Bald.conſil.382.Angel.Aretin.in tractat.maleſ. in verb.che hai adulterato.nu.29.verſ.ſive etiam, & Ibid.Auguſt.Bonfranc.verſ.ſed his non obſtantibus.Conrad.Mauſer.in § fin. Inſtit. de nupt. verſ. Paulus de caſtro.* Idque non alia de cauſa, quàm quod maritus, ſi adulterium conjugis ſciviſſet, procul dubio hoc ipſi fuiſſet condonaturus. Quod ſi verum, utique nec hoc caſu pœna adulterii ordinaria obtinebit ſecundum *Conſtit.Elect.19.p.4.* quæ facta conjugum reconciliatione non niſi perpetuæ relegationis pœnam Reo indicit.

Tùm, quod actio adulterii, ſicuti & reconciliatio conjugum tendit ad meram vindictam ſeu ad injuriam illatam, *l.conſenſu 8.§.5.verſ.vindicare C.de repud.* Sed hæc vindicta & injuria morte extinguitur, ita ut ad heredes nequaquam tranſeat, etiamſi mortuus illatas injurias ignoraverit. *§.non ſolum 1.verſ.excepta injur.actione.Inſtit. de perpet.& temp.act.l.2.§.emancipatur 4.ff.de collat. l.ſi cum judicio,10.§.qui injuriam 2.ff.ſi quis caut. in jud.ſiſt.cauſ.fact.l.injuriarum 13.l. item apud Labeonem 15.§.injuriarum 14.ff.de injur.l.pœnales.32.ff.ad Leg.Falcid.* 53

Tùm, quia conjunx piè ac benè agit conjugi 54 delictum remittendo. Si enim rem Deo gratam facit, qui meretricem ducit, & ad pudicitiam convertit; juxta *c.fin.& pen.32.q.1.* certè multò acceptiorem Deo rem faciet conjunx, qui adulterium conjugi condonat, præſertim cum inter opera caritatis non minimum eſſe videatur, errantem ab erroris ſui via revocare, *c.inter opera. ubi Gloſſ.de ſponſal.* At quilibet piè ac benè agere voluiſſe præſumitur, *c.fin.de præſumpt.Iac.Menoch.lib.2.præſumpt.76.n.5.*

Hancque ſententiam in pronunciando ſequuntur 55 *quotidiè Scabini, in hunc modum reſpondentes:* Ob nun wol *inquiſit* wegẽ ſolcher ſeiner Vorbrechung inhalts Churfürſtl. Sächſ. *Conſtitution* das Leben vorwircket; Dieweil aber dennoch immittelſt ſein Eheweib todtes verfahren/ und nunmehr vormutlichen dafür zu halten/ daß wann ſie noch am Leben/ ihme ſolche Vorbrechung verziehen haben würde/ So verbleibet er geſtalten Sachen nach mit der Todtesſtraf verſchonet. Er wird aber gleichwol deß Landes ewig billich vorwieſen V.R.W. Gegen Hain/ *Ad requiſitionem Senatus Menſe Decembr. Anno 1599.*

Wendelſtein/ *Ad conſultationem Caſpari* Tautens. *M.April.Anno* 1627.

Ad requiſitionem Iohannis Serpens/*in* Zwenckaw. *M.Auguſt.An.1627.*

An Richter und Schöppen zu Zeitz/ *M.Majo, Anno 1691.*

Quæſtoris in Grüenhain/ *M.April.An.1630.*

Extra Electoratum verò marito adulterium 56 cum ſoluta perſona committenti, uxore poſtea defuncta, ob præſumptam remiſſionem temporalis ſolummodò relegatio vel pœna carceris indicitur, juxta ſupra dicta de expreſſa remiſſione extra Electoratum.

Ita

57 *Ita pronunciavimus* gegen Deſſau / *ad requiſitionem Georgii Cellarii. Menſe Januar. Anno 1627.*

Q. 6. An remiſſio conjugis locum habeat, ſi Re⁹ adulterij cui jam antea ſemel pœna ordinaria fuit condonata, denuo in idem crimen recidat?

Quartò ampliatur in viro vel muliere, cui pœna adulterij ad interceſſionem conjugis ſemel fuit remiſſa. Si enim hæc vel ille in idem crimen poſtea denuò recidat remiſſio conjugis totum habebit locum, & pœna adulterii ſecunda etiam vice condonanda eſt, ſubſtituta pœna perpetuæ relegationis, juxta *Conſtit. Elect. 19.* Quæ pœna in eodem territorio locum habere poteſt, ſi relegatio ob prius adulterium ad interceſſionem innocentis perſonæ indicta à Principe remiſſa fuerit, & conjuges non emigraverint.

58 Cui tamen ſententiæ vehementer contradicunt *Dan. Moller. ad Conſtit. Elect. 19. num. 9. p. 4. Virgil. Pingitz. quæſt. 55. num. 5. Matth. Berlich. part. 4. concl. 27. num. 110.* Exiſtimantes, Remiſſionem pœnæ adulterii ad interceſſionem conjugis ſemel tantùm locum habere: ſi autem adulter vel adultera in idem crimen poſtea recidat, pœnam nequaquam remittendam eſſe, utut etiam denuò condonare velit pars offenſa delictum.

59 Ex eo potiſſimum fundamento, quod honorem matrimonii prætendere nequeat, qui conjugem toties delinquere patitur, matrimonium contemnit, & contaminatione ejus non indignatur. Quem potius pœna dignum judicat *Ulpian. in l. 2. §. Lenocinii. ff. ad Leg. Jul. de adult.* Cui adſtipulatur id, quod ex *Chryſoſtomo* refert *Gratian. in c. 1. 32. q. 1. Sicut*, inquiens, *crudelis & iniquus eſt, qui caſtam dimittit uxorem; Sic fatuus eſt & injuſtus, qui retinet meretricem, patronus enim turpitudinis eſt, qui crimen uxoris celat.* Conſentit cum hoc Salomon *Proverb. 18. verſ. 22. Qui*, ait, *expellit mulierem bonam, expellit bonum, qui autem tenet adulteram, ſtultus eſt & inſipiens.* Neque ſuſpicione Lenocinii in marito remiſſio reiterata carere poterit, juxta *l. crimen. C. ad Leg. Iul. de adult.* ubi diſertè crimen Lenocinii contrahere dicuntur, qui deprehenſam in adulterio uxorem in matrimonio detinuerunt. Siquidem in proverbio eſt: Primum experienti facilè venia datur, at ſi iterum in eam inſaniam procidiſſet, cùm iteratum facinus impunitum eſſe non oporteat, relapſus dicitur, taliſque ſeculari judicio ſine ulla penitus audientia relinquitur, *c. abolendam. de hæret. Iohan. Coraſ. lib. 3. miſc. cap. 10. numer. 7.* Proinde adulter vel adultera ſæpiùs & iterato peccans, tantò magis coerceri debet, quantò plus corpus ſuum proſtituendo & adulterando delinquere pergit.

60 Quo etiam pertinet, quo in caſu ſimili tradit *Anton. Gomez. tom. 3. var. reſolut. cap. 3. numero 60.* pœna ſcilicet ſemel remiſſa propter concordiam & tranſactionem partium, vel propter Principis indulgentiam, vel ex artis peritia, aliave cauſa, denuò delicto perpetrato non valere concordiam vel tranſactionem, ſed ea non obſtante, Reum pœna ordinaria delicti condemnandum eſſe, allegans ad hoc, *l. 3. C. de Epiſc. audient.* cujus verba hæc ſunt: *Remiſſionem veniæ crimina niſi ſemel commiſſa non habeant: nec in eos liberalitatis Auguſtæ referatur humanitas, qui impunitatem veteris admiſſi non emendationi potius, quam conſuetudini deputarunt. Et l. capitalium §. ſolent. & §. graſſatores. ff. de pœn.* ubi habetur, quod gravius puniatur ille, qui frequentiùs commiſit delictum, quàm ille, qui ſemel tantùm deliquit. Idemque ferè diſponitur *in l. 3. verſ. ſi plures. ff. de re militar. l. ſervos. C. ad Leg. Iul. de vi. ubi Dd.*

61 Sed hæc nullatenus me movent, quin adulterio ſecunda vice reiterato, Conjugum interceſſionem locum habere, ac pœnam ordinariam denuò remittendam eſſe, exiſtimem. Si enim ex *l. crimen. C. ad Leg. Jul. de adult. & l. 2. ff. eod. tit.* hoc quod volunt, *Dan. Moller. & Virgil. Pingitz. dict. loc.* probaretur, ſequeretur quoque exinde, ob primum adulterium ad conjugum interceſſionem pœnam condonandam vel mitigandam non eſſe; cum in allegatis textibus Lenocinii crimine ſeſe commaculat, qui deprehenſam in adulterio retinet, non habito reſpectu, an prima vel ſecunda vice crimen adulterii fuerit perpetratum. 62 Dico igitur cum *Bartol. in l. mariti. 29. ff. ad Leg. Jul. de adult. & Mauſer. ad tit. de nupt. §. ſunt & aliæ. 11. verſ. ſed jam quæritur.* Leges Digeſtorum quibus maritus pro uxore adultera intercedens Lenocinii arguitur, ut *l. 1. §. Lenocinii. l. mariti Lenocinium 29. ff. ad Leg. Iul. de adult. l. crimen Lenocinii. C. eod. tit.* eſſe correctas per *Novell. 117. cap. 8. Nov. 134 cap. 10. Auth. ſed novo jure. C. ad Leg. Iul. de adult.* ubi marito adulteram conjugem retinere ac recipere expreſsè mittitur.

63 Neque etiam *l. 3. C. de Epiſcop audient.* à *Gomez.* allegata, quicquam probat; cum in ea ſolummodò agatur de venia Principis non concedenda ei, qui reiteratis vicibus delinquit, ac propterea graviorem pœnam meretur: quod & innuere videntur *l. capitalium. 28. ff. de pœn. l. 3. ff. de re milit. l. ſervos. C. ad Leg. Iul. de vi publ.* Exinde verò nil inferendum ad certam diſpoſitionem Legis in *Novell. 134. c. 10. & Conſt. Elect. 19. part. 4.* quæ ſimpliciter pœnam mitigari jubet, facta conjugum reconciliatione: idque ſolùm in honorem matrimonii, in perpetuum juxta Dei mandatum duraturi, & favorem conjugis innocentis ac remittentis, ne is duplici afflictione gravaretur, contra *l. Divus. de off. Præſid. & l. tam dementis C. de Epiſc. audient.* 64 Contrarium verò, ut puto, dilucide probatur, tàm ex *Novell. 134. cap. 10. Auth. ſed hodie. C. ad Leg. Iul. de adult.* quam ex *Conſt. Elect. 19. part. 4.* ubi facultas datur conjugi offenſo adulteram conjugem in thorum recipere, remiſſa ſimul pœna ordinaria, ac ſubſtituta relegatione perpetua. Hoc verò diſponitur ibidem indifferenter, non habito reſpectu primi aut reiterati adulterii, verbiſq; generalibus, quæ etiam generaliter accipi debent, ſecundum tradita à *Bartol. in l. Prætor ait. 20. §. interdictum hoc. n. 1. ff. de oper. nov. nunciat. Andr. Tiraquell. de legib. connub. gloſſ. 7. n. 87. Henning. Gôden. conſ. 4. nu. 10.*

65 Accedit favor matrimonii, qui omnia delicta purgat & purificat, *c. ſuper eod. de eo, qui conſang. uxor. ſuæ. Gloſſ. in c. veniens ad nos. de ſponſal.* Ut & offenſi conjugis, cui nulla prorſus imputanda

eſt culpa, cui tamen nimium gravaretur, ademtpi ipſi facultate uxorem recipiendi.

66 Neque impertinenter huc facit, quod licet, cum quis alienam uxorem pluries cognoverit, continuatione quædam plura eſſe videantur adulteria, unica tamen pœna continuatio talis punienda ſit, *Bald. in l. quicunque 4. C. de ſerv. fugit. Jaſon. in l. eum qui. 30. §. in popularibus nu. 5. ff de jurejur. Nicol. Reuſn. lib. 2. deciſ. 20. num. 13. Didac. Covarr. lib. 1. var. reſolut. cap. 10. nu. 8. verſ. quod verò diximus. Anch. conſ. 4. Grammat. vol. 17. num. 4.* Si ergò juxta tradita Doctorum ob reiterationem adulterii pœna non eſt exaſperanda, neque etiam privilegium ſpeciale, quod aliàs pleniſſimè interpretari debemus, hoc caſu erit Reo adimendum.

67 *Conſentientes quoque habeo Dn. Scabinos Elect. qui in adulterio reiterato conjugis interceſſionem locum habere, jampridem arbitrati fuere, in hunc ferè modum reſpondentes.* Hat *H. O.* welchem vor 7. Jahren auf ſeines Weibes Vorbitte nicht allein die wegen begangenen Ehebruchs zuerkandte Todtesſtraff / ſondern auch die ewige Landesvorweiſung auß Gnaden erlaſſen worden / jetzo widerumb mit ſeiner Dienſtmagd einer ledigẽ Dirne fleiſchliche Unzucht getrieben und geehbruchet / ſolches auch in beſchehener Vorhaltung bekant uñ geſtanden. Da nun der Gefangene uff ſeinem gethanẽ Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde; So möchte er von wegen ſolches begangenẽ und bekandten Ehebruchs mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtrafft werden. Es wolte ihm dann bemeldtes ſein Eheweib ſolche ſeine Vorbrechũg abermals verzeihen / und ferner ehelichen beywohnen / uff den fall bliebe er dem heiligen Eheſtand zu ehren mit der Todtesſtraff billich verſchonet. Er würde aber deß Landes ewig vorwieſen / darauß ihme gedachtes ſein Eheweib mit weſentlicher wohnung zu folgen ſchuldig / V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris in* Liebenwerda / *Menſ. Octob. An. 1603.*

68 *Eodem modo pronunciarunt in caſu ſimili ad conſultationem Rudolphi à* Bünaw / *in* Weſenſtein / *Menſ. Decembr. An. 1591.*

Ad requiſitionem Henrici à Schönbergs / *M. Julio An. 1598.*

69 Quo ipſò tamen judici arbitrium in pœna adulterii aggravanda nequaquam ademptum eſſe velim, qui ſi adulterio ſæpius reiterato pro ratione circumſtantiarum ac perſonarum Reum, priuſquam ad interceſſionem conjugis dimittatur, in carcere virgis caſtigandum eſſe, decernat, meo judicio non multum à verò aberrabit. Neminem ſiquidem latet, in arbitrio judicantis eſſe cauſa poſtulante pœnas vel augere, vel minuere, *Bartol. in l. quid ergo. 13. §. pœna gravior. ff. de his qui not. infam. & in l. fin. ff. de recept. Andr. Tiraquell. de pœn. leg. temp. in præfat. n. 20. Dd. in l. hodiè ff. de pœn. Nicol. Reuſn. lib. 2. deciſ. 16. Bald. in l. 1. C. ſi adverſ. delict.*

70

Q. 7. An utroque Conjuge adulterij Reo exiſtẽte, unus pro altero intercedere queat?

Quinto ampliatur hæc regula, & pœna ordinaria remittenda eſt, in caſu, quo uterque conjunx adulterij commiſſi reus eſt, & alter pro altero intercedit.

Licet enim contrarium ſtatuat *Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 19. part. 4. num. 11.* propterea, quod ſi conjuges in honorem matrimonii pœnam ordinariam 71 hoc caſu ſibi remittendam intelligerent, occaſionem illis potius delinquendi præbitura eſſet Conſtitutio, quàm quod metu pœnæ illius à crimine iſto deterrerentur. Attamen rationem hanc vel non intelligo, vel ſi *Mollerus* hoc vult, conjuges mitigationem pœnæ advertentes ad delinquendum reddi audaciores, ea certè parum obeſt; quia exinde & hoc ſequeretur, nunquam interceſſioni conjugum indulgendum, nec pœnam ordinariam remittendam eſſe, contra tenorem *Conſt. Elect. 19. p. 4.*

72 Quod autem hoc caſu ab utraque parte remiſſio locum habeat, ac pœna mitigari debeat, probatur: 1. Ex generalitate Conſtitutionis Electoralis, quæ non diſtinguit, an unus ſolummodò Conjugum fidem matrimonii ſui violaverit, altero ei remittente; an verò uterque ſit adulterii Reus, ac alter pro altero intercedat: adeoque nec noſtrum eſt diſtinguere, vel Conſtitutionem ad certum caſum reſtringere, *arg. c. is qui in Eccleſia. 18. in fin. pr. ext. de ſentent. excom. l. diſſentientis. 5. C. de repud. Bald. in c. nihil. 44. nu. 25. extr. de elect. & elect. poteſt. Iaſon. in l. 19. n. 8. C. de collat.*

73 2. Quò minor eſt injuria per adulterium conjugi illata, eò facilius remiſſio locum habebit. At utroque conjuge adulterii Reo exiſtente, vel minima, vel nulla ab altero alteri infertur injuria. Ergò remiſſio hoc caſu non prohibenda. Quis enim ignorat delicta mutua compenſatione tolli? *c. ſignificaſti. in fin. cum ſeq. de divort. c. 1. cum ſeq. 32. q. 26. l. 39. ff. ſolut. matrim. Nicol. Reuſn. lib. 2. deciſ. 9. num. 30. in fin. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 3. cap. 33. num. 1. Modeſt. Piſtor. conſ. 3. nu. 33. lib. 2. Ioh. Vaud. lib. 2. var. quæſt. 29. n. 4. Ioh. Schneidvvin. in §. injuria. 1. n. 12. verſ. item vulgata Inſt. de injur.*

74 3. Longè mitior & favorabilior eſt hæc ſententia opinione Molleri: adeoque non immeritò apprehendenda, juxta *l. 4. §. 1. ff. de ſuſp. tutor. l. ſi Præſes. 32. in fin. & l. 42. ff. de pœn. l. 155. §. fin. ff. de reg. jur. c. 49. ext. eod. tit. in* 6. Ex quibus textibus haud obſcurè probatur, in pœnalibus mitiorem ſententiam capiendam eſſe, *Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. fin. nu. 2. Proſp. Far. in prax. crim. lib. 1. tit. 2. quæſt. 19. num. 3. Raph Cuman. conſ. 134. col. fin. verſ. non. autem. Alexand. conſ. 109. n. 5.*

75 *Quemadmodum etiam ſuper ejusmodi facti ſpecie conſulti, Dn. Scabini reſponderant* gegen Voigtsberg / An Schöſſer / *hiſce formalibus:* Sie wolten dañ einander berürte ihre Vorbrechung verzeihen / und einander auch widerumb Ehelich beywohnen / uff den Fall bleiben ſie dem heiligen Eheſtand zu Ehren mit der vorwirckten Todesſtraf beyde verſchonet / und würden mit ewiger Landesweiſung in Straff genommen / V. R. W. *Menſ. Majo. An. 1598.*

Et in caſu ſimili An Landrichter zu Myhla / *M. April. An. 1597.*

Sexto, Regula prædicta ampliatur Remiſſione conditionali. Accedit enim quandoque, ut conjunx innocens adulterium nocenti quidem facilè remittens, è domo tamen atque familia ſua una cum ipſo emigrare nolens, pro conjuge non niſi conditionaliter intercedat, eique cohabitare polliceatur ſub hac expreſ-

Q. 8. Num & remiſſio conjugis conditionalis adulterum à pœna ordinaria liberet?

expreſſa conditione, ſi gratia ipſi ac poteſtas fiat in loco ac domo ſua remanendi, atque relegatio in pœnam pecuniariam commutetur: Aut innocens delictum quidem nocenti condonat, cum eo verò emigrare, ipſumque relegatum ſequi, renuit. Quibus caſibus an pœna ordinaria mitiganda ſit, à *Scabinis* ſæpius dubitatum fuiſſe memini. Attamen concluſum tandem fuit, Remiſſionem hanc pro pura habendam, ac conditione non obſtante, remiſſa pœna mortis, adulterii Reum è ditione relegandum, & innocenti quo ipſum ſequatur atque unà cum eo migret, imponendum eſſe.

77 Et ita etiamnum hodiè reſpondere ſolent Domini. Quibus non parum ſuffragatur Conſtitutio Electoralis, quæ pœnæ mitigationem permittit in caſu, quo pars offenſa pro conjuge adultero intercedit, non habito reſpectu an interceſſio iſta pura, an ſub conditione manſionis in domicilio ſuo, facta fuerit; Ideoque generalitati Conſtitutionis ſtandum, nec diſtinctio ulla aut reſpectus ad emigrationem vel manſionem admittendus eſt. Maximè, quia ſola interceſſio, non etiam emigratio è Ditione cauſa eſt mitigationis pœnæ. Aut falſa cauſa interceſſioni adjecta ipſum non vitiat, *l. falſa. 33. l. demonſtratio. 17. ff. de condit. & demonſtrat. l. 2. C. de falſ. cauſ. adject.*

78 *Ita reſpondimus Quæſtori in* Rochsburgk/
Menſ. Julio, Anno 1630.
Senatui Grimmenſi Menſ. Iul. An. 1630.
Iohanni à Dißkaw/ *Menſ. Novembr. Anno 1630.*
Quæſtori Lutzenſi. Menſ. Auguſt. An. 1632.

Q. 9. Num conjunx remiſſionē ſemel factam revocare queat?

79 Septimò ampliatur ſupradicta Regula: Vt remiſſio conjugis revocari nequeat. Igitur ſi conjunx innocens pro adultero ſemel interceſſerit, eique remiſerit ac inpoſterum illi cohabitare pollicitus fuerit, huic poſtmodum nequaquam contravenire poteſt, ut maximè etiam ex cauſa urgente pœnitere velit.

80 *Tum*, quod ſicuti alii contractus, ita etiam tranſactio de aliquo crimine ab initio quidem meræ facultatis, poſtea verò re non amplius integra, neceſſitatis eſt, *l. 5. C. de obligat. & act.* nec ſuo facto quis contravenire poteſt *nec in iſtis diſt. 4. c. dilectiſſimis. 8. q. 2. c. horrendus 32. q. 5.*

81 *Tum*, quod maritus, qui Uxori adulteræ remiſit, & actioni renunciavit, eam amplius accuſare non poteſt, *l. ſi maritus. §. ſi negaverit. ff. ad Leg. Jul. de adult. Alex. in l. jurisgentium. § ſi paciſcar. in fin. ff. de pact. Hippol. Rimin. in repet. rubr. de judic. nu. 5. in fin. Petr. Barboſ. in repet. l. 2. in pr. part. 1. n. 100. ante fin. verſ. hæc autem reconciliatio. ff. ſolut. matrim. Proſp. Far. part. 5. oper. crim. quæſt. 142. num. 71. & 78. Didac. Covarr. in 4. Decretal. part. 2. cap. 7. §. 6. n. 7. in fin. verſ. ſecundum quod in prædicta.*

82 *Tum*, quod remiſſio vim donationis obtinet, *l. Modeſtinus. 23. ff. de donat. l. qui tranſigit.* 1. *verſ. qui vero paciſcitur. ff. de tranſact. Bartol. in l. peculium. in pr. numer.* 1. *ff. de pecul. Alexand. in l. ſi mulier.* 10. *num.* 3. *verſ. Eſt autem verum. ff. de cōdict. cauſ. dat. Hieron. Panſchman. lib. 2. quæſt. 3. num.* 13. Unde remittens jus ſuum donare cenſetur, *l. ſi quis 12. ff. de novat. Jacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. q. 130. num. 37.* Idque eò magis verum eſt, ſi remiſſio fiat gratis, tùm enim verè remiſſio pro donatione habetur, *l. contra 28. §. ſi filius. 2. ff. de pact. Bald. in l. ſi mulier. 10. nu. 2. ff. de condict. cauſ. dat. Andr. Tiraquell. in l. ſi unquam in verb. donatione largitus. numer. 173. verſ. nam remiſſio. C. de revoc. donat.* Atqui donatio niſi in certis caſibus revocari non poteſt, *Henr. Bocer. de donat. cap. 1. cap. 3. n. 109. Hug. Donell. lib. 9. comm. 11.*

Et juxta ea reſpondimus gegen Triptis / *hiſce formalibus*: Ob nun wol *inquiſiti* Eheweib ſehr *variiret*/in deme ſie ihre *interceſſion* bald widerruffen / bald aber widerumb ſich darzu verſtehen wil/ dieweil aber dennoch ſie ſich einmahl in den Gerichten dahin erbotten und erkläret hat / daß ſie ihrem Ehemanne ſeine Verbrechung verzeihen/und ungeachtet gebrochener Treu nnd Glauben ferner Ehelichen beywohnen wolle/*&c.* So verbleibet es auch bey deß Weibes in den Gerichten einmahl gethaner Erklärung nochmals billig/uñ wird demnach die landesverweiſung an ihrem Ehemanne nunmehr nit unbillig vollſtrecket/V. R. W. *Ad requiſitionem Senatus. Menſ. Julio, An. 1627.* 83

It: Gegen Melſen/Dieweil ſie aber dennoch allbereit vor etlichen Jahren beydes ſchrifftlichen und mündlichen in beyſeyn ihres Kriegeriſchen Vormundes Gerichtlichen ſich erkläret/ ihrem Ehemanne ſolche ſeine Vorbrechung zu verzeihen/und ungeachtet gebrochener Treu und Glaubens ferner ehelichen beyzuwohnen / auch uffm fall / da es ja nit anders ſeyn köndte/mit ihme auß dem Lande zu ziehen/*&c.* So verbleibet es auch bey deß Weibes dazumal gethaner Erklärung/und der darauff dem Ehemann zuerkandten ewigen Landesvorweiſung / darauß ihme ſein Eheweib mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig/nochmals billich/und mag ſolche deß Weibes Erklärung nunmehr nit *retractiret* werden. V. R. W. An die Gerichte/*Menſ. Iul. Anno 1628.* 84

It: ad requiſitionem Nicolai Kanitz in Happelſtadt/*Menſ. Jul. An. 1630.*

Quæſtoris Sceudicenſis. M. *Auguſt. An. 1630.*

Q. 10. An Vxor pro marito adultero abſq; autoritate Curatoris intercedere poſſit?

85 Hæc tamen, quæ de remiſſione conjugum non retractanda dixi, tum demum vera ſunt, ſi pars innocens verè ac legitimo modo adulterium nocenti remiſerit & condonaverit. Ad quod an ex parte uxoris, ſi hæc pro marito adultero intercedere velit, autoritas Curatoris neceſſariò requiratur, dubitari poſſet?

86 Certum ſiquidem eſt, uxorem de Jure Saxonico eſſe in tutela mariti, adeoque cum marito ſine peculiari Curatoris interventu validè contrahere non poſſe, *art. 31. & 45. lib. 1.* Landrecht. quod & ita diſpoſitū *Conſt. Elect. 16. part. 2. Hartman. Piſtor. obſerv. 198. n. 4.* W*eſemb. in parat ff. de fund. dotal. num. 7. verſ. cæterum ego crediderim. & conſ. 11. num. 4. & ſeqq. part. 1. Andr. Rauchb. part. 1. quæſt. 2. n. 48. q. 24. nu. 2. & quæſt. 32. n. 2. & 3. Iacob. Schult. in addit. ad* Rotſchitz *in tract. de dotalit. cap. 8. n. 28. & ſeqq. Ioach. à Beuſt. ad l. 1. de jurejur. n. 212.* Mo*deſt. Piſtor. conſ. 1. quæſt.* 1. *n. 24. Hieron. Panſchm. part. 2. quæſt. 5. nu.* 4. Et licet remiſſio à contractu differat, cùm illa magis ſit quædam renunciatio; in hac tamen conſenſus Curatoris non minus quàm in contractu quovis requiritur, qui renunciatio ac remiſſio alicujus juris nihil aliud eſt, quàm donatio, *l. Campanus. 47. in fin. ff. de oper. libert. l. donari. 29. §. quidam* 87

in jure.1.ff.de donat.l.ſi quis delegaverit.12.ff. de novat. Mulier verò ſine conſenſu Curatoris donare non poteſt, *Andr. Tiraquell.de legib.connub. gloſſ.5.nu.43.poſt pr.& ſeqq.Matth.Berlich.part.2.concl.17.n.23. Matth. Coler.part.1. deciſ.12.n.39.& ſeqq.*

88 Verùm, licet multoties uxores maritis ſuis adulterium remittentes Curatoris autoritate atque conſenſu hoc faciant, forſan quod opinentur interceſſionem aliàs non valere, nec mitigationem pœnæ operari, de neceſſitate tamen ejusdem conſenſus non requiritur. Nec unquam Scabinos in interceſſione mulieris pro marito adultero, hunc reſpexiſſe & attendiſſe, memini.

89 Nam ſecundum jura jam allegata Curatoris conſenſus requiritur in alienatione rerum, quando de bonis mulierum deminuendis & alienandis agitur, non etiam in obligatione circa perſonam: Neque Curator perſonæ, ſed rebus datur. Unde fit quod mulier ſine conſenſu Curatoris matrimonium rectè contrahere queat, *Joach.Beuſt.in tract.de ſponſal.part.1.cap.22.poſt pr.verſ.item quod mulieres.Dan.Moller.lib.3.ſemeſt.cap.35.n.1.Jaſon.in l ſi unus.27.§.2.ff.de pact num.32.* Remiſſio verò ac interceſſio uxoris pro marito adultero non bona concernit, ſed ipſius perſonam ac matrimonii conſervationem & reſtaurationem. Sicut ergò mulier absque Curatore matrimonium contrahere poteſt, ita & ſine ejusdem conſenſu per remiſſionem ac interceſſionem pro marito, hoc conſervare & renovare poterit.

90 Hoc autem à *Scabinis* obſervari, ſcio, ut ad interceſſionem Conjugum pœnæ mitigationem non decernant, niſi ea judicialiter facta, aut ad minimum in judicio coram judice repetita fuerit. Idque absque dubio ad evitandas fraudes, quæ ex literis aut aliorum relatione in præjudicium partis offenſæ, remittere nolentis, oriri poſſunt.

91 *Hinc ſententiis ſæpius inſeritur hæc clauſula:* Vnd es hat ſich *N.N.* gerichtlichen erklåret. *Vel,* Wofern ſie ſich Gerichtlichen erklåren/oder ihre Erklårung gerichtlichen widerholen und ihme verziehen wůrde.

Gegen Dombſen/*ad Judicem & Scabinos M. Aprili, An.1626.*

Ad requiſitionem Prætoris Lipſenſis, Menſ.Iul. Anno 1627.

Melſen/An Stadt Richter/*Menſe Iulio, Anno 1628.*

Ad conſultationem Georgii Bruckmajers *in* Reichſtadt/*Menſ.Octobr.An.1628.*

Alberti von der Schulenburgk/*Menſe Majo, Anno 1629.*

Q.11. Num interceſſio conjugum locū quoque habeat in adulterio, ante matrimonium initum perpetrato?

92 Octavo, remiſſio ac interceſſio cōjugum locum quoque habet in adulterio ante matrimonium initum perpetrato. Veluti ſi fœmina ſoluta ſive virgo ſit, ſive vidua, maritum admittens, poſtea viro nubat & matrimonium ineat, quo perfecto & conſummato adulterium demum manifeſtetur. Hoc caſu, ſi maritus cui nupſit pro ea intercedere velit, audiendus, & fuſtigatio, quâ ſecundum *Conſtitutionem Electoralem 19.part.4.* ob adulterium cum marito alieno commiſſum puniri debeat, remittenda, & uxor ſolummodò in perpetuum releganda eſt, eamque maritus ſequi tenetur.

93 Quamvis enim hic caſus *Conſtitutione Electorali 19 part.4.* non ſit comprehenſus, ut quæ de remiſſione adulterii, durante conjugio perpetrati, adeoque de adulterio conjugatarum perſonarum agit atque diſponit, ut ex toto contextu evidenter apparet; Attamen hanc ipſam quoque diſpoſitionem ad præſentem caſum, & adulterium ante matrimonium ab uxore, tunc temporis adhuc innupta, perpetratum, extendere licet, ob identitatem rationis, quæ eſt honor & favor matrimonii, *dict.Conſt.19.* in verb. Daß alsdann dem Eheſtand zu Ehren die Straffe etwas gemildert werde/&c. Res namque favorabilis eſt matrimonium, *cap.fin.de ſent.& re judic. cap. mulieri. de jurejur. c. ſi quis acceperit. 33. quæſt.1.* Quod non facilè dirimendum, nec perſonæ quas Deus ipſemet conjunxit, ſeparandæ, *Nicol.Reuſn.lib.4.deciſ.5.num.113.& ſeqq.* Hanc verò rationem in præſenti quoque caſu obtinere, nemo non videt. Quis etiam vitiatam ac virgis cæſam in thorum recipere vellet, unde matrimonium diſſolveretur, ejusq; honor non parùm violaretur, cui tamen malo per remiſſionem fuſtigationis ad inſtantiam & interceſſionem mariti, facilimè ſubveniri poſſet.

94 Accedit, quod matrimonium ſubſequens omnia vitia purget & purificet, *ſuper eodem, de eo qui conſang.uxor.ſuæ.Gloſſ.in cap.veniens ad nos de ſponſalib.* Idque eò magis hoc caſu procedit, quo uxor propriè adultera non eſt, ut quæ tum temporis ſoluta, marito alieno ſui copiam faciens, ſe ſtuprari ſolummodò paſſa eſt, & nō niſi reſpectu mariti impropriè adultera dicitur, *Matth.Steph. ad art.120.Ordinat.Crim.Carolin.*

Taceo infortunium & afflictionem dupli- 95
cem, quæ innocenti marito infligeretur; *Tùm*
quod vitiatam à marito alieno, in uxorem præter
ſpem & voluntatem duxiſſet: *Tùm* quod ex Chri-
ſtiana charitate delictum condonans, eamque
retinere volens, voti ſui abſque inſigni fuſtiga-
tionis perpeſſæ macula, compos fieri non poſſe: 96
cum tamen nemo præter culpam ſuam duplici
afflictione ſit gravandus, *l.Divus.ff. de offic. Præ-
ſid.Virgil.Pingitz.quæſt.55.in fin.*

97 *Hancq; ſententiam reſponſis ſuis ſæpius comprobarunt Scabini, in hunc modum pronunciantes:* So viel aber die gefangene Catharina anlanget/ weil ſich dieſelbe ſieder deß auch verehelichet/ ſo bleibet ſie auff den fall/ wofern ihr Ehemann ihr ferner ehelichen beywohnen will / mit der Staupe / ſo ſie ſonſten verwircket/auch billich verſchonet / und wird allein mit ewiger Landesverweiſung in Straff genommen/darauß ihr Ehemann ihr auch mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig / V. R. W. *Ad requiſitionem Præfecti Pegavienſis, Menſ. Ianuario, Anno 1596.*

98 *It.* So wird die Gefangene *N. N.* wegen ſolcher ihrer Verbrechung mit Staupenſchlågen deß Landes ewig billich vorwieſen. Es wolte dann ihr jetziger Ehemann fůr ſie bitten/ und ihr ferner ehelichen beywohnen; uff den Fall bliebe ſie mit der zuerkanten Leibesſtraff verſchonet / Sie wůrde aber gleichwol deß Landes ewig billich vorwieſen / darauß ihr Ehemann ihr mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig/ V.R.W.

Gegen Liechtenſtein/ *ad requiſitionem Gebhardi* Muhmens. *Menſ. Sept. An. 1603.*

In caſu ſimili fuit pariter pronunciatum Senatui
99 *Schmidebergenſis. Menſ. Majo. An. 1604.*

Ad requiſitionem Quæſtoris in Grillenbergk/ *M. Febr. Anno 1613.*

Ad conſultationem Henrici à Schönbergks/ M. *Iulio, Anno 1593.*

Quæſtoris Ilenburgenſis, Menſ. Iun. Anno 1607.

Ad petitionem Nicolai Kanitzens in Happelſtad/ Menſ. *Iul. An. 1630.*

Q. 12. An uxor intercedere poſſit pro marito inculpato de adulterio, ante matrimoniũ initum cũ fœmina conjugata cõmiſſo?

100 Hocque minus dubii habet in fœminis ſolutis, poſt adulterium perpetratum nubentibus: Sed in viro ſoluto cum muliere nuptâ concumbente, ac poſtea uxorem ducente, *An manifeſtato adulterio ante matrimonium commiſſo, hæc pro eo intercedere, ac pœnæ mitigationem impetrare queat?* res majorem videtur habere difficultatem, eò quod longè gravius committatur delictum à viro ſoluto cum uxore nuptâ rem habente, quam à virgine aut vidua maritum admittente. Quod manifeſtum redditur ex diverſitate pœnæ: Ille namque ceu adulter mortis pœnam incurrit; Hæc verò adultera propriè non eſt, nec mortis ſupplicio punitur, ſed virgis cæſa relegari ſolet ex *Conſt. 19. part. 4,*

101 Veruntamen marito quoque adulterii ante contractum matrimonium perpetrati accuſato, ad interceſſionem conjugis pœnam gladii remittendam, eumque in perpetuum relegandum eſſe, ita ut conjunx eum eo migrare teneatur, jam pridem exiſtimarunt *Domini Scabini.* Licet enim hoc caſu maritus, tum temporis ſolutus, cum alterius uxore ſe commiſcens gravius deliquerit, quàm fœmina ſoluta marito ſe proſtituens, quod nemo facilè inficiabitur; idem tamen honor matrimonii poſtmodum contracti pœnæ mitigationem requirit, nec in adulterio ſimplici tàm ratio habenda eſt gravitatis delicti, quàm dignitatis matrimonii nunquam diſſolvendi, & favoris conjugis innocentis, ac pro adulterio intercedentis, quæ aliàs duplici modo affligeretur.

102 Quin & manifeſti juris eſt, uxorem conjugatam, virum ſolutum admittentem, à pœna adulterii ordinariâ liberari, marito pro eâ intercedente, ut ſuprà probavi ex *Conſt. Elect. 19. part. 4. & Novell. 134. cap. 10. Auth. ſed hodiè. C. ad Leg. Iul. de adulterio.* Quare ergò non eodem etiam gaudebit beneficio hoc caſu vir ſolutus, ſi is poſt adulterium commiſſum, uxorem ducat, eaque pro ipſo intercedat; ex natura correlativorum, quorum eadem ratio, idemque jus eſt, *l. legem Iuliam, in pr. ubi Bartol. & Iaſon. C. de indict. viduit. tollend. Everhard. in Topic. in loco à correlativis n. 3. Nicol. Boer. deciſ. 48. numer. 3. Rudolph. Schrad. de feud. part. 10. ſect. 5. n. 228.*

103 *Reſponderunt ita Scabini ſuper ejuſmodi caſu conſulti à Quæſtore in* Liebenwerda/ *hiſce ferè formalibus:* hat *B.F.* in guten bekant/ daß er ohngefehr vor 4. Jahren/ als er noch ein lediger Geſell/ vnd in ſeines Vettern Dienſte geweſen/ mit deſſelben Eheweib/ anjetzo ſeiner Wittiben zu unterſchiedenen mahlen fleiſchliche Vnzucht begangen und geehbruchet/ welches oberwente Wittib gleichfals in guten außgeſagt und geſtanden/ &c. So wird ſie die Wittib nach Gelegenheit dißfals/ weil ihr Eheman geſtorben/ und es in Zweiffel dafür zuhalten/ daß derſelbe ihr dieſe Verbrechung verziehen hätte/ mit ewiger Landsverweiſung billich in Straff genom̃en. So viel aber *B.F.* anlanget/ da derſelbe auff ſeinem gethanen Bekändtnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder des ſonſten wie recht überwieſen würde; 1
So möchte er von wegen des begangenen unnd bekandten Ehebruchs mit dem Schwerd vom Leben zum Todte geſtrafft werden. Es wolte dann ſein Eheweib vor ihn bitten/ und ſich erklären/ daß ſie Jhm hinfüro ferner ehelichen beywohnen wolle/ auff den fall bliebe er auch dem Eheſtand zu ehren mit der ordentlichen Todesſtraff billich verſchonet. Er würde aber gleichwol des Landes ewig verwieſen/ darauß ihme ſein Eheweib zu folgen ſchüldig/ V. R. W. *Menſ. Mart.* Anno *1596.*

It. Ad conſultationem Quæſtoris Leiſnicenſis. 104
Hat *M.F.* in guten bekandt/ daß er vor 3. Jahren mit N. *N.* Eheweib in ſeinem Wittbenſtande zu etlichen mahlen fleiſchliche unzucht und Ehebruch getrieben/ *&c.* Da er nun auff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder des ſonſten/ wie recht vberwieſen würde; So möchte er von wegen ſolches begangenen und bekandten Ehebruchs mit dem Schwerd vom Leben zum Todte geſtrafft werden. Es wolte dann ſein jetziges Eheweib/ ſo Er darſieder geehliget/ vor ihn bitten/ und ihn wider annehmen/ auff den fall bliebe er dem heiligen Eheſtand zu ehren mit der ordentlichẽ Straffe der Ehebrechere billich verſchonet. Er würde aber gleichwol des Lands ewig verwieſen/ V. R. W. *Omiſſa eſt ſententiâ hâc clauſula conſueta, ut uxor intercedens eũ ſequi teneatur, propterea, quod hæc ipſa etiam ob furtum antea commiſſum virgis cæſa in perpetuum relegata fuerat, Menſ. Dec. Anno 1606. Pariter fuit pronunciatum in caſu ſimili* gegẽ Born/ *M. Nov. An. 1609.*

Nonò ampliatur ſupradicta Regula: in ſponſo & ſponſa adulteris, hâc pro illo, vel illo hâc intercedente. De qua ampliatione plenius agetur *quæſtione ſubſequenti*; Ubi & hæc quæſtio decidetur: *An conjunx pro conjuge cum alterius ſponſo vel ſponſa rem habente, intercedens, à pœna ordinaria ipſum liberare queat?* Quid itidem Juris ſit *in ſponſo remittente, ſponſæ adulterium cum marito commiſſum?* Nec non vice verſâ *in ſponſa remittente ſponſo adulterium cum uxore nuptâ perpetratum?* 105

Decimò ampliatur Regula hęc in adulterio cũ uxore alterius, meretricio more vivente; De quo caſu vid. infr. *quæſt. 57.* Ubi etiam reſponderunt ad quæſtionem hanc: *An maritus uxori remittens adulterium, cum alieno marito jam antea adultero commiſſum, ipſam à pœna mortis liberare poſſit?* 106

Vndecimò ampliatur in adulterio cum uxore quidem nuptâ, ſed à marito ſuo deſerta perpetrato. De quo vid. infr. *quæſt. 58.* Ut etiam invenies, deciſum hoc: *An ſcilicet in adulterio deſertoris vel deſertricis interceſſio conjugis locum habeat.* 107

Cæterum, quæ de remiſſione conjugum hactenus dicta fuere, non ſemper vera ſunt, nec in quovis adulterio indifferenter obtinent. Unde fit, quòd ſupra dicta Regula certas quoque patiatur limitationes. 108

Q. 13. Interceſſio Cōjugis in Electoratu Saxoniæ locū nō habet in adulterio duplicato?

109 Et primo remiſſio conjugum locum non habet in adulterio duplicato: quando nimirum maritus cum alterius uxore conſuetudinem habet: quod genus adulterii vocatur duplicatum, ſive duplex adulterium, **Oberhurerey**/ *Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 19. part. 4. n. 5. Iohan. Schneidvv. Inſt. de nupt. tit. de divort. n. 26. Petr. Heig. lib. 2. quæſt. 29. num. 22. Virgil. Pingitz. quæſt. 45. n. 2. Joach. à Beuſt. de jur. connub. part. 2. cap. 17.* Adeoque omnia ea, quæ in præcedenti Regulâ & annexis ampliationibus, de remiſſione conjugum expreſsâ, tacitâ, præſumptâ, reiteratâ, vel conditionali &c. dicta ſunt, non niſi in ſimplici adulterio, à marito ad ſolutam fœminam prolapſo, aut uxore conjugatâ, virum ſolutum admittente, perpetrato, locum habent, nec ad duplicatum adulterium extendenda ſunt, *Dan. Moller. dict. loco n. 5. Matth. Berl. part. 4. concl. 27. n. 100. Matth. Coler. part. 1. deciſ. 176. n. 5. verſ. Et in hoc concordat.*

110 Quod licet durum videatur *Matth. Weſembec. à Dan. Moller. dict. num. 5. allegato*; ratione tamen nequaquam caret, quæ eſt gravitas delicti, remiſſionem ac mitigationem pœnæ excludens. Nemo ſiquidem neſcit, duplicatum adulterium ſimplici longè gravius eſſe, ut quod duplicem thorum violat, duplexque delictum continet. Tantum nimirum abeſt, pœnam ad interceſſionem conjugum in duplicato adulterio remittendam eſſe, ut potius hoc crimen duplici pœna coerceri debeat, quæ & aliàs ob gravitatem delicti, pro arbitrio judicantis, exaſperari poteſt, *Bartol. in l. 13. §. pœna gravior. ff. de his qui not. inf. Bald. in l. 1. C. ſi adverſ. delict. Andr. Tiraquell. de pœn. leg. temper. in præfat. n. 20.*

111 Idque minus dubii habet, ob textum expreſſum in *Conſt. Elect. 19. part. 4. §.* **Es ſoll aber**/ *verſ.* **Wann aber ein Ehemann mit eines andern Eheweib die Ehe gebrochen/ ſo laſſen wir es bey der Straffe/ ſo biß anhero in unſern Schöppenſtülen geſprochen/ nemlich dz ſie beyde mit dem Schwerd gerichtet werden ſollen/ bleiben/ wollen auch daß in dieſem Fall gantz keine der Eheleute** remiſſion **oder Erlaſſung ſtatt haben/ noch dieſelbige in etwas angeſehe/ vielweniger in Urtheilen durch die Schöppenſtüle darauff erkandt/ ſondern berürte Lebensſtraff ohne einige Gnad oder Nachlaſſung vollſtreckt werden ſoll**/&c.

112 *Hinc etiam Scabini, judicantes in crimine duplicati adulterij, ſententiam hanc clauſulam communiter annectere ſolent:* **Und hat ihrer Ehegatten ſuchen/ daß ſie nemlichen ihnen ſolche Verbrechung verzeihen/ unnd ferner Ehelichen beywohnen wollen/ nach gelegenheit dißfals nit ſtatt V. R. W.**

113 Et hoc juris eſt in Electoratu Saxoniæ. Atqui extra Electoratum in aliis Ditionibus, in quibus Jus Commune Saxonicum viget, in duplicato quoque adulterio ad interceſſionem conjugum, tàm adultero, quàm adulteræ, pœna ordinariâ, gladii nimirum atque fuſtigationis, remittitur, ſubſtitutâ pœnâ relegationis: Ita tamen ut judicis ſuperioris arbitrium hoc caſu non excludatur, prout ſuprà dixi *in ampliatione prima numer. 29.* Neque enim de jure communi tàm ſevere, atque in Electoratu Saxoniæ in Reos duplicati adulterii animadvertitur: quod ex pœna uxoris adulteræ, cui ſolummodò fuſtigatio infligitur, clarum eſt. Ut mirum haud ſit, etiam hoc caſu de jure communi remiſſionem conjugum pœnæ mitigationem operari. Quin & ex- 114 preſsè huic ſuffragatur *Nov. 134. c. 10. & Auth. ſed hodiè C. ad Leg. Jul. de adult.* ubi marito conjugem, ob adulterium cum alieno marito perpetratum in Monaſterium detruſam, intra biennium recipere permittitur. Accedit etiam, quod hanc ſententiam in pronunciando extra Electoratum ſequatur tota die *Dn. Scabini*, ut ex eorundem ſententiis, ſuprà in ampliatione primâ adductis, perſpicuum eſt, quas hic repetere nolo.

115 Secundo limitatur ſupra dicta Regula: Ut remiſſio ſolùm habeat locū in ſimplici adulterio absq; alio crimine comiſſo. De hoc enim caſu tantùm agit, *Conſtit. Elect. 19. part. 4.* Quod ſi verò adulterii Reus, unâ cum adulterio, aliud quoque crimen, veluti inceſtum, ſtuprum violentum, aliudque quod per ſe capitale eſt; commiſerit; tunc ad interceſſionem conjugis pœna nequaquam mitigari debet. Licet enim reſpectu adulterii remiſſio mitigationem pœnæ operetur; attamen ob reſpectum alterius dicti ſupplicium, quo illud aliàs coerceri ſolet, Reo eſt infligendum. Id quod ſæpius à *Scabinis* in pronunciando obſervatum ſcio. Et clarius hoc patebit ex *quæſtionibus ſubſequentibus*, ubi de inceſtu & ſtupro violento agetur.

Q. 14. Num ſola remiſſio conjugis absq; receptione in thorū mitiget pœnā adulterii?

116 Tertiò: Ceſſat pœnæ ordinariæ mitigatio in Remiſſione ſimplici, atque ſolius injuriæ per adulterium conjugi illatæ, absque receptione in thorum. Fieri enim poteſt, ut conjunx conjugi adultero peccatum ex debita charitate Chriſtiana condonet, (Id quod quilibet conjunx, fidei Chriſtianæ addictus, facere debet.) eum tamen recipere, eique ulterius cohabitare nolit. Qualis caſus ad *Scabinos Anno 1590.* fuit tranſmiſſus, ubi maritus quidam uxori adulteræ remiſerat, cum expreſsâ tamen proteſtatione, quod in poſterum illi cohabitare nollet.

117 Ejuſmodi remiſſio nequaquam ſufficit ad pœnæ mitigationem; quia cohabitationem ſive receptionem in thorum excludit, quæ tamen unica eſt cauſa pœnæ mitigationis. Neque enim favor & honor matrimonii, quod conjunx innocens cum nocente continuare renuit, conſiderari poteſt, ob quem tamen pœnam adulterii ordinariam remitti jubet *Conſtit. Elect. 19. part. 4.* in verb. **Da der Mann für das Weib oder das Weib für den Ehebrecheriſchen Mann ſelbſt bitten/ und ſich erbieten würde/ demſelben ungeachtet gebrochener Treu und Glaubens länger ehelich beyzuwohnen/ daß alsdann dem Eheſtand zu Ehren die Straffe etwas gelindert werde**/&c.

Hocque eſt quod in ſententiis Scabini hæc duo conjungere ſoleant: **Es wolte Jhme dann ſein Ehegatt verzeihen/ und ungeachtet gebrochener Treu unnd Glaubens ferner Ehelichen beywohnen**/&c. Quia nempè ſola remiſſio non ſufficit, ſed requiritur etiam voluntas ulterius conjugi nocenti cohabitandi.

118 Neque huic obſtat, quod ſuprà dictum in *Ampliatione ſexta*, ſufficere remiſſionem conjugis ad pœnæ mitigationem. *Iſtud* enim accipi velim de remiſſione cum interceſſione conjuncta. Duplex enim eſt remiſſio: *Vna* ſolius injuriæ absque receptione in thorum, & hæc ſufficiens non eſt ad pœnæ mitigationem, præſertim adjecta proteſtatione expreſsâ de non recipiendo conjuge in thorum, de quâ hic loquor. *Altera remiſſio* cum interceſſione conjuncta eſt, quæ non modo injuriam atq; delictum condonat nocenti, ſed & eundem in thorum recipit, quâ innocens ad ulteriorem cohabitationem ſe offert, ut maximè cum eo emigrare nolit, quo caſu ne matrimonium diſſolvatur, pœna debet mitigari, juxta *Conſt. Elect. 19. p. 4.* & de hac remiſſione *Ampliatio ſexta* intelligi debet.

119 *Reſponderunt igitur Scabini in prædicto caſu, pœna gladij adulteram, non obſtante remiſſione mariti, plectendam eſſe, in hunc modum:* Dieweil der gefangenen Ehemann ſich außdrücklichen erkläret/ daß er nicht bedacht/ ihr Ehelichen ferner die Zeit ſeines Lebens beyzuwohnen/ vielweniger auß dem Lande nachzufolgen/ und da ſie die Leibes-Straffe verdienet/ er ſolches GOtt befehlen thäte. So mag ſie vermög unſers vorigen Rechtſpruchs/ wofern ſie auff ihrem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder des ſonſtē wie recht vberwieſen würde/ ihres begangenen und bekandten Ehebruchs wegen/ ungeachtet daß ihr Ehemann ihr vor ſeine Perſon verziehen/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W. *Ad conſultationē Dn. Conſiliariorū Schvvartzburgenſium Franckenhuſanorum, Menſ. Sept. Anno 1590.*

120 Q. 19. *An remiſſio cõjugi facta correo adulterij proſit?*

Quartò denique Regula ſupra dicta limitanda eſt in perſonis ſolutis, cùm conjugatis adulterium rem habentibus: ita ut remiſſio unius ad interceſſionem conjugis facta, alteri parti, perſonæ nimirum ſolutæ, nihil proſit. Et ideò ſi maritus cum ſolutâ rem habet, & uxor pro marito intercedit, isque ad interceſſionem ejus liberatur, hujus liberatio mulieri ſolutæ nihil prodeſt, ſed ea nihilominus cum fuſtigatione in exilium perpetuum relegari debet. Quemadmodum etiam ſi uxor cum viro ſoluto adulterium committit, & ad interceſſionem mariti abſolvitur, vir ſolutus, non obſtante remiſſione uxori facta gladio puniendus eſt, *Dan. Moller. ad Conſtit. Elect. 19 part. 4. numer. 4. in fin. Matth. Berlich. part. 4. concl. 27. numer. 11. Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſp. 6. th. 2. in fin.*

121 Non ſolum enim in perſona ſoluta favor & honor matrimonii ceſſat, ob quem tantummodò pœna ordinaria ad interceſſionem conjugis mitiganda eſt, *Conſt. Elect. 19. p. 4.* ſed etiam expreſsè hoc diſponitur *in dict. Conſt. §.* Es ſoll aber: in verb. Es ſoll aber der ledige Mann ſo wie obſtehet/ ſich mit einer Ehefraw vermiſchet/ ungeachtet daß die Eheperſonen einander remittiret und erlaſſen/ nichts deſtoweniger vom Leben zum Tode mit dem Schwerdt geſtraffet/ deßgleichen die ledige Weibsperſohn/ ſo mit einem Ehemann Vnzucht getrieben/ in ſolchem fall auch des Landes mit Staupenſchlagen ewig verwieſen werden &c.

122 Et hoc absque dubio ita obtinet in ditionibus Electoratus Saxonici, ubi prædicta Conſt. viget, uſu quotidiano id comprobante. At extra Electoratum res longè aliter ſeſe habet, & Remiſſio conjugi facta alteri parti quoque prodeſt, ut tenent vulgò Dd. *Virgil. Pingitz. quæſt. Sax. 57. numer. 25. Matth.* Weſemb. *in comm. manuſcript. ad* Conſtit. *Elect. 19. pag. 4. Proſp. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 141. nu. 108. Angel. Aretin. in tract. malef. in verb. che hai adulterato. n. 49. verſ. vel ſi mulier. Matth.* Coler. *part. 1. deciſ. 176. n. 6. Hoſtienſ. in ſumm. tex. de adult. §. qualiter in accuſatione. nu. 5. Matth. Berl. dict. concl 27. n. 113.* Conrad. *in pract. rubr. de adult. num. 26. Azo. in ſumm. ad Leg. Jul. de adult. n.* 11. 123 Qui communiter pro ſtabilienda ſuâ ſententiâ allegant, *l. denunciaſſe* 17. *§. quæritur 6. ff. ad Leg. Iul. de adult.* in verb. *Si abſolutus fuerit, mulier per eum vincet, nec ultra accuſari poteſt. Si condemnatus fuerit, mulier non eſt condemnata, &c.* Unde probare conantur, Remiſſionem quoque unius alteri prodeſſe.

124 Quamvis autem hoc ex *dict. l. 27.* nequaquam probari queat, utpote in qua ſolum agitur de abſolutione unius, quæ ſimul innocentiam alterius probat, ex qua ad remiſſionem & interceſſionem pro nocente in favorem matrimonii ſpecialiter permiſſam nil inferendum; Attamen opinio hæc communis eſt, ut ex Dd. allegatis apparet. Cui ſuffragatur regula vulgata. Quod ſcilicet res inter alios acta, faciliùs aliis prodeſt quàm nocet *l. ſi hæres. ff. fam. herciſc.* Et facilius ſuſtinetur actus, quando tractatur de commodo, quàm ubi verſatur incommodum, *Cravet. conſ. 206. in pr.* Ac licet favor matrimonii in ſolutis perſonis ceſſet, interceſſio tamen conjugi facta per conſequentiam quandam favorabilem ſolutis quoque perſonis prodeſt.

125 *Quam opinionem etiam in pronunciando extra Electoratum ſequuntur Scabini, veluti ita reſponderunt* gegen Aſchersleben: Ob nun wol ledige Geſelle/ vermöge gemeiner Käyſerlichen und Landüblichē Sächſ. Rechte die ſtraff des Schwerds verwircket. Dieweil aber dennoch *S. P.* ſeinem Eheweibe verziehen unnd ungeachtet gebrochener Trew und Glauben ferner Ehelichen beywohnen wil/ *&c.* So geneuſt ſolches der ledige Geſelle auch billich/ und wird mit der ordentlichen Todtesſtraff verſchonet/ nichts deſtoweniger aber öffentlich zur Staupē geſchlagen/ und des Landes ewig billich verwieſen V. R. W. *Ad conſultationem Melchioris Henrici Menſ. Nov. An. 1628.*

126 *Eadem pœna dictata alicui juveni ſoluto in caſu remiſſionis tacitæ, viro antequam uxor adulteri accuſaretur defuncto. Ad requiſitionem Alexandri à* Rottenburg/ *Menſ. Apr. An. 1629.*

127 Q. 16 *Quid juris ſi adulter cõjugis interceſſionē acceptare nolit?*

Sed quid ſi in caſibus, ubi remiſſio conjugis permiſſa, *pars nocens eam acceptare, & innocenti ulterius cohabitare nolit?* Quod quidem vix accidere, quis exiſtimare poſſet, cùm nemo facilè inveniatur, qui vitam redimere nollet. Obvenit tamen aliquando ejuſmodi caſus, ut maritus adulter pœnam gladii promeritam pati mallet, quam uxori condonanti ac remittenti cohabitare. Super quo Domino conſulti putaverunt primo intuitu, adulterum gladio feriendum eſſe, eò, quod quilibet favori pro ſe introducto renunciare poſſet, *l.pen.C.de pact.*

128 Sed re penitius inſpecta ac conſiderata, negari nequit, remiſſionem nullatenus in favorem adulteri introductam eſſe, ut qui nil minus quàm eam ſub delicto promeruit; ſed in honorem matrimonii & favorem conjugis innocentis, ne ſcilicet duplici afflictione gravaretur, adultero pœnam mortis remitti certiſſimum eſt, ut ex ſuprà dictis apparet. Vid. *Conſt.Elect.19.part.4.* Quod jus conjugis innocentis cum adulter invertere nequeat, ne quidem ipſum volentem gladio plectendum, ſed potius ei imponendum eſſe, ut invitus etiam conjugi remittenti in poſterum cohabitaret, exiſtimaverunt Scabini.

Ita reſpondentes Quæſtori Sceudicenſi: **Darauß ihme ſein Eheweib mit weſentlicher Wohnung zu folgen/und er ſeines Fürwendens ungeachtet/ Ihr Ehelichen beyzuwohnen ſchüldig/ V.R.W.** *Menſ. Iul. Anno* 1630. 129

In quâ ſententiâ etiam perſeveravimus, cum uxor remiſſionem poſtea revocaret, & adulter ei cohabitare nollet, ſic pronunciantes: **Daß es bey des verhafften Eheweibes einmahl gethanen** *remiſſion* **nochmahls billich verbleiben/ und wir benandter ihr Ehemann biß zu ſeiner richtigen Erklärung/daß er inhalt unſers nechſten Vrtheils/ ſein Eheweib/nach vollſtreckter ewiger Lands Verweiſung zu ſich nehmen/ und ihr ferner Ehelich beywohnen wolle/ nochmals gefänglichen/darinnen er 8. Tage lang mit Waſſer und Brod zu ſpeiſen billich enthalten/ V.R.W.** *Eidem M. Aug. An.* 1630. 130

Item: Senatui *Grimmenſi, Menſ. Iul. An.* 1630.

QVÆSTIO LVI.

Num Adulterium quoq; à ſponſo vel in ſponſam committatur: quæque ejus ſit pœna?

SUMMARIA.

1. Adulterium pariter à ſponſo & in ſponſam committitur, n.2.4.6.7.8.11.12.13.17.22.
3. Quando & quatenus ſponſus mariti, ſponſa verò uxoris nomine contineatur, numer.14.15.16.39.40.
5. Sponſus ac ſponſa num thorum habeant? num.19.20.21.
9. Infrequens non eſt, ut ſponſus mariti jure utatur.
10. De jure Divino ſponſa poteſt fieri adultera.
18. Quandoq; aliquid in jure dicitur nullum; reſpectu effectus, licet ab initio ſubſiſtat.
23. Quænam moribus noſtris dicantur ſponſalia? n.24.25.
26. Pœna adulterij à ſponſo ſponſave commiſſi quænam ſit? n.27.28.29 30.33.36.
31. A genere delicti ad ejusdem pœnam non ſemper licet argumentari.
32. Pœna legis non eſt extendenda.
34. Moribus Germaniæ matrimonium perficitur per copulam & benedictionem Sacerdotalem.
35. Explicatio art.45.lib.3. **Landrecht.**
37. In Foro Saxonico quænam pœna adulterij, à ſponſo ſponſave commiſſi? n.38.41.42.43.45.46.47.48.50.
44. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n.51.
49. Idem delictum eandem pœnam quoq; meretur.
52. Mitius animadvertendum adverſus adulterum ſponſum ad interceſſionem ſponſæ & vice verſâ, n.53.54.
55. In caſibus æquiparatis, quod de uno à lege ſtatuitur, id quoque de altero conſtitutum intelligitur.
56. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n.57.
58. Remiſſio ſponſo ſponſævè facta alteri delinquenti non prodeſt, n.59.
60. Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.
61. In delictis carnis peculiari quodam reſcripto Elect.Sax. mulcta pecuniaria abrogata eſt.
62. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.
63. Præſumpta quoq; remiſſio violatores ſponſaliorum à pœna fuſtigationis liberat.
64. Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.
65. Ignorantia quoq; ſponſaliorum excuſat, n.66.
67. Quomodo ignorantia ſit probanda?
68. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.
69 Quomodo puniatur adulterium commiſſum cum ſponſa, quàm ſponſus jam antea carnaliter cognovit? n.70.71.72.
73. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.
74. Quid ſi ſponſus ſponſave cum marito vel uxore aliena adulterium committat, n.75.
76. An hoc caſu remiſſio partis offenſæ locum habeat in ſponſa? n.77.78.79.
80. Sententiæ Scabin. Lipſenſ. n.81.
82. Quid Iuris in ſponſo, n.83.84.85.
86. Num remiſſio locum habeat in perſonis conjugatis cum ſponſo, ſponſave adulterium committentibus. n.87.88.
89. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium, n.90.

SEcundò ceſſat pœna adulterii ordinaria in adulterio, à ſponſo vel in ſponſam commiſſo: Quod mitiori aliquo ſupplicio coerceri debet, *Petr. Heig. part.2. quæſt.28.n.30. Ant. Guibert. in tract. de ſponſal. tit. quid ſint ſponſal. n.19. Paul. Cypr. in tract. matrim. c.10.§.25.n.12. Matth. Coler. part.2. deciſ.176.n.37.*

1 Ubi pro certo præſuppono, Adulterium pariter à ſponſo & in ſponſam committi. Quamvis me non lateat opinio *Didac. Covarr. libr.4. Decretal. part.1.c.1.num.8.* exiſtimantis, ſponſum coitum cum ſponſâ ſuâ commiſſum vindicare poſſe, non propterea quod ſit adulterinus, ſed quia ſibi per hunc atrox ſit illata injuria, cujus ratione ob ſpem matrimonii actio ipſi compe-

Q.1. An adulterium à ſponſo vel in ſponſam committatur?

tat,

2 tat. Quam opinionem duplici potiſſimùm fundamento ſtabilire conatur: *Primò* per *l.inter.6.§.1.l.ſi uxor.13.§.ſi quis uxorem.l.34.§.1.ff. ad Leg. Jul.de adulter.l.101.ff.de verb.ſignif.l.225.ff.eod.titul.* ex quibus manifeſtiſſimè probatur, Adulterium propriè in nuptam committi. Jam verò ſponſa nupta non eſt. Ergo nec adulterium cum 3 eâ perpetrabitur. Certo certius namque eſt, ſponſum mariti appellatione non contineri, nec nuptæ verbo ſponſam, *l.ſi quis officium.38.in pr.l.in eo.45.§.2.ff.de rit.nupt.l.uxores 9.cum l.ſeq.ff.de his qui not.infam.l.1.§.1.pro dot.l.quod Servius.ff.de condict.cauſ.dat.l.ſancimus 24.C.de nupt.Andr.Tiraquell.in leg.connub.gloſſ.2.verb.En pouvoir de Son.Mary.numer.18.29. Conrad.Mauſ. in tractat.de nupt. poſt pr. verſ.unum tamen part. 305. Salicet. in l.cum in te 6.C.de donat. ant. nupt. num. 4.Hartvv.Daſſel.in conſuet.Luneb. artic. 8. num. 9.Nicol. de Vbald.in tract.de ſucceſſ. ab inteſt. part. 4.num.4.*

4 *Secundò* facere huc videtur definitio adulterii: quod eſt violatio ſeu commaculatio thori alterius, ſive tranſitus ad alterius thorum, *Matth. Weſemb.in parat.ff.ad Leg.Jul.de adul.n.4. Flam. de Rub.in tract.de adult.c.1.n.2.Jul. Clar.in pract.§.adulterium n.2. Ioach. à Beuſt.in tractat.de matr.c.17.Petr.Heig.lib.2.quæſt.29.n.5.Ioh.Harpprecht.in tract.crim.§.item lex Iulia 4.Inſt.de publ.jud.n.5.* Vel ſimpliciter violatio thori ac fidei 5 conjugalis, ut dictum *ſupra quæſt.52.num.44.* Jam verò ſponſus ſive ſponſa thorum non habet: quia in ſponſa non eſt matrimonium, *l.quod Servius.ff.de cond. ob cauſ.* Sed dicitur hæc uxor futura. At quod eſt futurum, nondum eſt, *l. & quæ nondum. ff de pign.Bald.in l.1. in 2.quæſtion.C.unde vir.& uxor.* Sequitur ergò, per coitum ſponſi aut ſponſæ, nec thorum violari, nec adulterium committi.

6 A quâ opinione tamen communiter, & rectè meo judicio, diſcedunt Dd. *Hoſtienſ.in Summ.de adult.§.ſi quis admitt.num.2. verſ.* Nedum *autem maritus.Cyn.in l.1.numer.6.verb.Cave tamen C.de rapt.virgin.Cyrill.in ſumm. crimin.titul. de publ. judic.§.4.num.5.verſ.in ſponſam quoque Conrad.in pract.rubr.de adult.num.21.in 3.ampl.Proſp.Far.part.4.oper.crim.quæſt.141.nu.50.Matth.Berlich.part.4 concl.27.n.140.& ſeqq.Iul.Clar.libr.5.ſent.§.adulterium n.8.Angel.Aretin.in tract. malef. in verb.che hai adulterato.nu.33.verſ.in tantum quod ſponſus.Ludov.Gilhauſ.in arbor.judic.crimin.c.2.tit.de adulterio.18.num.14.Anton.Gomez.in l.tauri 80.num.47.verſ.dubium tamen eſt.Petr.Gregor.in Syntag.jur.univerſ.lib.36.cap.6.n.2.Petr.Heig.lib.2.quæſt.28.n.16.Petr.Theodor.in Colleg. crimin. diſput.6.th.2.lit.H.* Qui omnes adulterium in ſponſam quoque committi, intrepidè affirmant; 7 Freti autoritate Divi Severi & Antonini, quorum ſententiam refert & probat *JCtus Ulpianus in l.ſi uxor.13. §.Divi.3.ff.ad Leg.Iul. de adult.* inquiens: *Divi Severus & Antoninus reſcripſerunt, etiam in ſponſa hoc idem vindicandum: quia neque matrimonium qualecunque, nec ſpem matrimonij violare permittitur.* Licet enim C*ovarr.* hunc textum accipi velit de vindicatione injuriæ per coitum cum ſponſâ habitum ſponſo illatum, juxta *l.item apud Labeonem.15.§.ſponſam quoque.ff. de injur.* refellitur tamen hæc explicatio, *tùm* ex verbis (hoc idem:) *tùm* ex toto contextu Legis & ſubjectæ materiæ ratione, cui ut verba illi poſita conveniant, omninò de adulterino coitu exaudiri debent.

8 Idemque ſentit Imp, Alexand. *in l.propter.7.C. ad Leg.Jul. de adulter.* cujus verba ſunt: *Propter violatam virginem adultam, qui poſtea maritus eſſe cepit, accuſator juſtus non eſt, & ideò jure mariti crimen exercere non poteſt, niſi puella violata ſponſa ejus fuerat &c.* Ex quibus verbis manifeſtò evincitur, crimen adulterii in ſponſam committi, quia hoc jure mariti vindicari poteſt, non ut injuria illata ex mente *Didac.Covarr.* ſed ut adulterium, ſicuti apparet ex *tot.titul.C.ad Leg.Iul.ad adult.* ſub quo *hæc l.* poſita eſt.

9 Neque etiam infrequens eſt, ut ſponſus jure mariti utatur *l.15.§.24.ff de injur. l.74.ff. de jur. dot.l.5.C.de bon.quæ lib.l.Titio centum.§. Titio genero.ff.de condit. & demonſtrat.* Neque novum in jure, ut quod de uxore dicitur, in ſponſâ quoque locum habeat, *Petr.Heig.part.2.quæſt.28.numer.14.Andr.Tiraq.de legib.connubial.gloſſ.2.n.1.& ſeqq.*

10 Accedit quoque his autoritas juris Divini, quo ſponſa aliena alteri copiam ſui faciens, dicitur adultera, *in Hoſtienſ.capit.4. verſ.13.* ibi: *Ideo fornicabuntur filiæ veſtræ, & ſponſæ veſtræ adulteræ erunt.* Et huc facit, quod jure Divino ſponſa quandoque appelletur uxor: Ut, *Deuter.22.numer. vigeſimo quarto. Si puellam virginem deſponderit vir, & invenerit eam aliquis in civitate, & concubuerit cum eâ, educes utrumque ad portam civitatis illius, & lapidibus obruentur, puella, quia non clamavit, cum eſſet in civitate, vir, quia humiliaverit uxorem proximi ſui &c.* Et conjunx, *Matth.1. verſ.20.* ubi Angelus inquit: *Joſeph fili David noli timere accipere Mariam conjugem tuam &c.* Si ergò ſponſa uxor & conjunx vocatur, jure etiam uxoris & conjugis gaudebit, & adulterium in ipſam perinde ac in uxorem committi poterit: Sic & de Jure Divino ſponſus gener vocatur, *Geneſ. 19. verſ.8.14.*

11 Merito igitur laudatur P. Scipio, quod Carthagine captâ, cùm milites virginem pulcherrimam ad ipſum adduxiſſent, & is deſponſatam eſſe nobili adoleſcenti intellexiſſet, eandem illæſam ſponſo reſtituerit. Et refert ex *Pauſan. Heig.dict.quæſt.28.num.18.* cum Ariſtodemus Æpytidam filiam Meſſenio cuidam deſponſatam Diis immolandam obtuliſſet, ſponſum ex ſponſa agere inſtituiſſe, quod & ad ſponſum ſponſæ contumelia pertineat. Quod & ipſe *Didac.Covarr.* largitur.

12 Neque infringitur hæc ſententia argumentis *Dd. Covarr.* antea illatis. Quod enim *primo* ad textus, *l.6.§.1.l.ſi uxor.13.§. ſi quis uxorem.l.34.§.1.ff.ad Leg.Jul de adulter.l.101. l.225. ff.de verb.ſignific.* attinet, in quibus adulterium in nuptam dicitur committi, reſpondendum eſt: Nuptam ibidem accipi pro ligata, cui opponitur fœmina ſoluta: quod apparet ex ſubſequenti verbo *(viduæ)* quæ ab omni vinculo libera eſt. Jam verò ſponſa libera ab omni vinculo non eſt, ſed per ſponſionem ſponſo

ligata

putaverunt primo intuitu, adulterum gladio feriendum eſſe, eò, quod quilibet favori pro ſe introducto renunciare poſſet, *l.pen.C.de pact.*

128 Sed re penitius inſpecta ac conſiderata, negari nequit, remiſſionem nullatenus in favorem adulteri introductam eſſe, ut qui nil minus quàm eam ſub delicto promeruit; ſed in honorem matrimonii & favorem conjugis innocentis, ne ſcilicet duplici afflictione gravaretur, adultero pœnam mortis remitti certiſſimum eſt, ut ex ſuprà dictis apparet. Vid. *Conſt.Elect.19.part.4.* Quod jus conjugis innocentis cum adulter invertere nequeat, ne quidem ipſum volentem gladio plectendum, ſed potius ei imponendum eſſe, ut invitus etiam conjugi remittenti in poſterum cohabitaret, exiſtimaverunt Scabini.

Ita reſpondentes Quæſtori Sceudicenſi: Darauß ihme ſein Eheweib mit weſentlicher Wohnung zu folgen/und er ſeines Fürwendens ungeachtet/ Ihr Ehelichen beyzuwohnen ſchüldig/V.R.W. *Menſ. Iul. Anno* 1630. 129

130 In quâ ſententiâ etiam perſeveravimus, cum uxor remiſſionem poſtea revocaret, & adulter ei cohabitare nollet, ſic pronunciantes: Daß es bey des verhafften Eheweibes einmahl gethanen *remiſſion* nochmahls billich verbleiben/ und wir benandter ihr Ehemann biß zu ſeiner richtigen Erklärung/daß er inhalt unſers nechſten Urtheils/ ſein Eheweib/nach vollſtreckter ewiger Lands Verweiſung zu ſich nehmen/ und ihr ferner Ehelich beywohnen wolle/ nochmals gefänglichen/darinnen er 8. Tage lang mit Waſſer und Brod zu ſpeiſen billich enthalten/V.R.W. *Eidem M. Aug. An.* 1630.

Item: Senatui Grimmenſi, Menſ. Iul. An. 1630.

QVÆSTIO LVI.

Num Adulterium quoq; à ſponſo vel in ſponſam committatur: quæque ejus ſit pœna?

SUMMARIA.

1. *Adulterium pariter à ſponſo & in ſponſam committitur, n.2.4.6.7.8.11.12.13.17.22.*
3. *Quando & quatenus ſponſus mariti, ſponſa verò uxoris nomine contineatur, numer.14.15.16.39.40.*
5. *Sponſus ac ſponſa num thorum habeant? num.19.20.21.*
9. *Infrequens non eſt, ut ſponſus mariti jure utatur.*
10. *De jure Divino ſponſa poteſt fieri adultera.*
18. *Quandoq; aliquid in jure dicitur nullum; reſpectu effectus, licet ab initio ſubſiſtat.*
23. *Quænam moribus noſtris dicantur ſponſalia? n.24.25.*
26. *Pœna adulterij à ſponſo ſponſave commiſſi quænam ſit? n.27.28.29 30.33.36.*
31. *A genere delicti ad ejusdem pœnam non ſemper licet argumentari.*
32. *Pœna legis non eſt extendenda*
34. *Moribus Germaniæ matrimonium perficitur per copulam & benedictionem Sacerdotalem.*
35. *Explicatio art.45.lib.3.* Landrecht.
37. *In Foro Saxonico quænam pœna adulterij, à ſponſo ſponſave commiſſi? n.38.41.42.43.45.46.47.48.50.*
44. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n.51.*
49. *Idem delictum eandem pœnam quoq; meretur.*
52. *Mitius animadvertendum adverſus adulterum ſponſum ad interceſſionem ſponſæ & vice verſâ, n.53.54.*
55. *In caſibus æquiparatis, quod de uno à lege ſtatuitur, id quoque de altero conſtitutum intelligitur.*
56. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n.57.*
58. *Remiſſio ſponſo ſponſæve facta alteri delinquenti non prodeſt, n.59.*
60. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
61. *In delictis carnis peculiari quodam reſcripto Elect.Sax. mulcta pecuniaria abrogata eſt.*
62. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
63. *Præſumpta quoq; remiſſio violatores ſponſaliorum à pœna fuſtigationis liberat.*
64. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
65. *Ignorantia quoq; ſponſaliorum excuſat, n.66.*
67. *Quomodo ignorantia ſit probanda?*
68. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
69. *Quomodo puniatur adulterium commiſſum cum ſponſa, quàm ſponſus jam antea carnaliter cognovit? n.70.71.72.*
73. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
74. *Quid ſi ſponſus ſponſave cum marito vel uxore aliena adulterium committat, n.75.*
76. *An hoc caſu remiſſio partis offenſæ locum habeat in ſponſa? n.77.78.79.*
80. *Sententiæ Scabin. Lipſenſ. n.81.*
82. *Quid Iuris in ſponſo, n.83.84.85.*
86. *Num remiſſio locum habeat in perſonis conjugatis cum ſponſo, ſponſave adulterium committentibus. n.87.88.*
89. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium, n.90.*

SEcundò ceſſat pœna adulterii ordinaria in adulterio, à ſponſo vel in ſponſam commiſſo: Quod mitiori aliquo ſupplicio coerceri debet, *Petr. Heig. part.2. quæſt.28.n.30. Ant.Guibert. in tract. de ſponſal. tit. quid ſint ſponſal. n.19. Paul. Cypr. in tract. matrim. c.10.§.25.n.12. Matth. Coler. part.2. deciſ.176.n.37.*

Q.1. An adulterium à ſponſo vel in ſponſam committitur?

1 Ubi pro certo præſuppono, Adulterium pariter à ſponſo & in ſponſam committi. Quamvis me non lateat opinio *Didac. Covarr. libr.4. Decretal. part.1.c.1.num.8.* exiſtimantis, ſponſum coitum cum ſponsâ ſuâ commiſſum vindicare poſſe, non propterea quod ſit adulterinus, ſed quia ſibi per hunc atrox ſit illata injuria, cujus ratione ob ſpem matrimonii actio ipſi competat,

2 tat. Quam opinionem duplici potiſſimùm fundamento
ſtabilire conatur: *Primò* per *l.inter.6.§.*
1.l.ſi uxor.13.§.ſi quis uxorem.l.34.§.1.ff. ad Leg.
Jul.de adulter.l.101.ff.de verb.ſignif.l.225.ff.eod.titul.
ex quibus manifeſtiſſimè probatur, Adulterium
propriè in nuptam committi. Jam verò
ſponſa nupta non eſt. Ergo nec adulterium cum
3 eâ perpetrabitur. Certo certius namque eſt,
ſponſum mariti appellatione non contineri, nec
nuptæ verbo ſponſam, *l.ſi quis officium.38.in pr.l.*
in eo.45.§.2.ff.de rit.nupt.l.uxores 9.cum l.ſeq.ff.de
his qui not.infam.l.1.§.1. pro dot.l.quod Servius.ff.
de condict.cauſ.dat.l.ſancimus 24.C.de nupt.Andr.
Tiraquell.in leg.connub.gloſſ.2.verb.En pouvoir de
Son.Mary.numer.18.29. Conrad.Mauſ. in tractat.de nupt.
poſt pr. verſ.unum tamen part. 305.
Salicet. in l.cum in te 6.C.de donat. ant. nupt. num.
4.Hartvv.Daſſel.in conſuet.Luneb. artic. 8. num.
9.Nicol. de Vbald.in tract.de ſucceſſ. ab inteſt. part.
4.num.4.

4 *Secundò* facere huc videtur definitio adulterii:
quod eſt violatio ſeu commaculatio thori alterius,
ſive tranſitus ad alterius thorum, *Matth.*
Weſemb.in parat.ff.ad Leg.Jul.de adul.n.4. Flam.
de Rub.in tract.de adult.c.1.n.2.Jul. Clar.in pract.
§.adulterium n.2. Ioach. à Beuſt.in tractat.de matr.
c.17.Petr.Heig.lib.2.quæſt.29.n.5.Ioh.Harpprecht.
in tract.crim.§.item lex Iulia 4.Inſt.de publ.jud.n.
5. Vel ſimpliciter violatio thori ac fidei conjugalis,
5 ut dictum *ſupra quæſt.52.num.44.* Jam verò
ſponſus ſive ſponſa thorum non habet: quia in
ſponſa non eſt matrimonium, *l.quod Servius.ff.de*
cond. ob cauſ. Sed dicitur hæc uxor futura. At
quod eſt futurum, nondum eſt, *l. & quæ nondum.*
ff de pign.Bald.in l.1. in 2.quæſtion.C.unde vir.&
uxor. Sequitur ergò, per coitum ſponſi aut
ſponſæ, nec thorum violari, nec adulterium
committi.

6 A quâ opinione tamen communiter, & rectè
meo judicio, diſcedunt Dd. *Hoſtienſ.in Summ.de*
adult.§.ſi quis admitt.num.2. verſ. Nedum *autem*
maritus.Cyn.in l.1.numer.6.verb.Cave tamen C.de
rapt.virgin.Cyrill.in ſumm. crimin.titul. de publ.
judic.§.4.num.5.verſ.in ſponſam quoque Conrad.in
pract.rubr.de adult.num.21.in 3.ampl.Proſp.Far.
part.4.oper.crim.quæſt.141.nu.50.Matth.Berlich.
part.4 concl.27.n.140.& ſeqq.Iul.Clar.libr.5.ſent.
§.adulterium n.8.Angel.Aretin.in tract. malef. in
verb.che hai adulterato.nu.33.verſ.in tantum quod
ſponſus.Ludov.Gilhauſ.in arbor.judic.crimin.c.2.
tit.de adulterio.18.num.14.Anton.Gomez.in l.tauri
80.num.47.verſ.dubium tamen eſt.Petr.Gregor.
in Syntag.jur.univerſ.lib.36.cap.6.n.2.Petr.Heig.
lib.2.quæſt.28.n.16.Petr.Theodor.in Colleg. crimin.
diſput.6.th.2.lit.H. Qui omnes adulterium in
ſponſam quoque committi, intrepidè affirmant;
7 Freti autoritate Divi Severi & Antonini, quorum
ſententiam refert & probat *JCtus Ulpianus in*
l.ſi uxor.13. §. Divi.3.ff.ad Leg.Iul. de adult. inquiens:
Divi Severus & Antoninus reſcripſerunt,
etiam in ſponſa hoc idem vindicandum: quia neque
matrimonium qualecunque, nec ſpem matrimonij
violare permittitur. Licet enim C*ovarr.* hunc textum
accipi velit de vindicatione injuriæ per coitum
cum ſponsâ habitum ſponſo illatum, juxta
l.item apud Labeonem.15.§.ſponſam quoque.ff. de
injur. refellitur tamen hæc explicatio, *tùm* ex verbis
(hoc idem:) *tùm* ex toto contextu Legis &
ſubjectæ materiæ ratione, cui ut verba illi poſita
conveniant, omninò de adulterino coitu exaudiri
debent.

Idemque ſentit Imp, Alexand. *in l.propter.7.C.* 8
ad Leg.Jul. de adulter. cujus verba ſunt: *Propter*
violatam virginem adultam, qui poſtea maritus eſſe
cepit, accuſator juſtus non eſt, & ideo jure mariti crimen
exercere non poteſt, niſi puella violata ſponſa ejus
fuerat &c. Ex quibus verbis manifeſtò evincitur,
crimen adulterii in ſponſam committi,
quia hoc jure mariti vindicari poteſt, non ut injuria
illata ex mente *Didac.Covarr.* ſed ut adulterium,
ſicuti apparet ex *tot.titul.C.ad Leg.Iul.ad adult.*
ſub quo *hæc l.* poſita eſt.

Neque etiam infrequens eſt, ut ſponſus jure 9
mariti utatur *l.15.§.24.ff de injur. l. 74.ff. de jur.*
dot.l.5.C.de bon.quæ lib.l.Titio centum.§. Titio genero.ff.de
condit. & demonſtrat. Neque novum
in jure, ut quod de uxore dicitur, in ſponsâ quoque
locum habeat, *Petr.Heig.part.2.quæſt.28.numer.*
14.Andr.Tiraq.de legib.connubial.gloſſ.2.n.1.
& ſeqq.

Accedit quoque his autoritas juris Divini, 10
quo ſponſa aliena alteri copiam ſui faciens, dicitur
adultera, *in Hoſtienſ.capit.4. verſ.13.* ibi: *Ideo*
fornicabuntur filiæ veſtræ, & ſponſæ veſtræ adulteræ
erunt. Et huc facit, quod jure Divino ſponſa
quandoque appelletur uxor: Ut, *Deuter.22.numer.*
vigeſimo quarto. Si puellam virginem deſponderit
vir, & invenerit eam aliquis in civitate,
& concubuerit cum eâ, educes utrumque ad
portam civitatis illius, & lapidibus obruentur, puella,
quia non clamavit, cum eſſet in civitate, vir,
quia humiliaverit uxorem proximi ſui &c. Et
conjunx, *Matth.1.verſ.20.* ubi Angelus inquit:
Joſeph fili David noli timere accipere Mariam
conjugem tuam &c. Si ergò ſponſa uxor &
conjunx vocatur, jure etiam uxoris & conjugis
gaudebit, & adulterium in ipſam perinde
ac in uxorem committi poterit: Sic & de Jure
Divino ſponſus gener vocatur, *Geneſ. 19.*
verſ.8.14.

Merito igitur laudatur P. Scipio, quod 11
Carthagine captâ, cùm milites virginem pulcherrimam
ad ipſum adduxiſſent, & is deſponſatam
eſſe nobili adoleſcenti intellexiſſet, eandem
illæſam ſponſo reſtituerit. Et refert ex *Pauſan.*
Heig.dict.quæſt.28.num.18. cum Ariſtodemus
Æpytidam filiam Meſſenio cuidam deſponſatam
Diis immolandam obtuliſſet, ſponſum ex
ſponſa agere inſtituiſſe, quod & ad ſponſum
ſponſæ contumelia pertineat. Quod & ipſe *Didac.Covarr.*
largitur.

Neque infringitur hæc ſententia argumentis 12
Dd. Covarr. antea illatis. Quod enim
primo ad textus, *l.6.§.1.l.ſi uxor.*13.*§. ſi quis uxorem.l.34.*§.*1.*
ff.ad Leg.Jul.de adulter.l.101. l. 225.
ff.de verb.ſignific. attinet, in quibus adulterium
in nuptam dicitur committi, reſpondendum eſt:
Nuptam ibidem accipi pro ligata, cui opponitur
fœmina ſoluta: quod apparet ex ſubſequenti
verbo *(viduæ)* quæ ab omni vinculo
libera eſt. Jam verò ſponſa libera ab omni
vinculo non eſt, ſed per ſponſionem ſponſo
ligata

ligata ac nupta eſt, licet ipſum matrimonium
nondum fuerit conſummatum. Nequaquam
igitur abſurdè dicitur, ſponſam eſſe nuptam, non
ſolùm, quod vinculo jam ſit ligata, ſed & ob
ſpem futuri matrimonii. Eſt enim ſpei effectus in
13 jure hic, ut quod proximè futurum eſt, pro confecto
habeatur, *l.pen.ubi Bartol.& Dd. ff.de milit.*
teſtam. Andr. Tiraquell.dict. gloſſ.2. numero ſecundo.
& ſeqq. Hocque ipſum eſt, quod Divi Severus
& Antoninus reſcripſerunt, neque ipſum
matrimonium, neque ſpem matrimonii violare
permitti.

14 Et hinc appellatione nuptæ uxoris, ſponſa
quoque venit, quemadmodum & ſponſus mariti
nomine continetur: juraque in uno loquentia,
locum quoque habent in altero *l.ſi ſponſa ff.de*
jur.dot.l.lex Julia ff.de fund.dotal.l.Aſſiduis.§.1.C.
qui pot.in pign.hab. Et quod diſponitur de nuptiis,
habet etiam locum in ſponſalibus, ut eſt
textus in *l.tutor.§.1.l.oratio.ff.de ſponſal.l.in ſponſalibus.*
§.1.ff.eod.titul.l.cui fuerit.ff. de condit. &
demonſtr.Gloſſ.in l.ea quæ ff.ad municipal.& l.eum
qui duas.C.ad Leg.Jul.de adult.Bartol.in l.cum pater.
ff.ad Leg. Pompei.de paricid.& in l.nihil intereſt
ff.rer.annot.Bald.in l.42.C.de Epiſc.& Cler.col.
3.nu.7.verſ.ſed juxta hoc pone. Dom. Card. Tuſch.
tom.7.pract.concluſ.lit.S.concluſ.511.num.58.Ant.
Natta conſil.282.num.1.& ſeqq. Nicol.Boer.deciſ.
22.n.33.& ſeqq.Alber.Gentil.in tract.de nupt.libr.
15 *2.cap.23.poſt pr.* Hinc vulgò exiſtimant, Statuta,
de lucranda dote in caſum mortis uxoris concepta,
etiam habere locum, etſi ſponſa antequam
traducta & nupta ſit, moriatur, *Roland. à Vall. in*
tractat.de lucro dot.quæſt.12.numer.1.& ſeqq. &
Phannu de Phann.in eo tractat. Gloſſ.2.numer.1.
Andr.Gail.lib.1.obſervat.80.num.3.& ſeqq.Petr.
16 *Heig.2.quæſtion.libr.28.numer.15.* Quamvis non
malè forſan quis dixerit, in odioſis, & ex proprietate
vocabuli, ſponſum mariti appellatione non
contineri, nec nuptæ verbo ſponſam: Et eatenus
accipiendi ſunt textus pro *Didac. Covarr.* ſuprà
allegati: Ut *l.ſi quis officium.38.in pr.l.in eo.45.§.2.*
ff.de rit.nupt.l.uxores.9.ff.de his qui not.infam.l.1.
§.1.ff.pro dot.l.24. C. de nupt. Veluti etiam in
hiſce terminis loquuntur, *Tiraquell. in legib. connub.*
Gloſſ.2.verb.en.pouvoir.de Son Mary. nu.18.
19. Mauſer.Salicet. aliique quorum ſuprà mentio
eſt facta.

17 Addo etiam hanc reſponſionem; In *dd. lh.* ut *l.*
6.§.1.l.13.§ ſi quis l.34.§.1.ff. ad Leg.Iul. de adult.
l.101.l.225.ff.de verb. ſignif. adulterium dici in
nuptam propriè committi, reſpectu effectus ac
pœnæ legis Juliæ de adulteriis, quâ non afficitur,
qui cum ſponsâ alterius concumbit. Exinde tamen
non ſequitur, cum ſponſa prorſus non adulterium,
& nè quidem reſpectu levioris pœnæ
committi: Nam nec uxor adultera de jure civili
pœnam legis Jul. de adulteriis incurrit, *Auth.*
ſed hodie. C. ad Leg. Iul. de adulter. Quæ tamen
absque dubio adulterium committit & adultera
eſt, non ratione effectus pœnæ *Legis Iul. de adulter.*
ſed reſpectu ipſius delicti ac pœnæ mitioris
18 quam meretur: Neque ejuſmodi modus locutionis
ab effectu deſumptus in jure infrequens
eſt. Sic enim nullum & nullius momenti
dicitur reſpectu effectus, quod tamen ab initio
ſubſiſtit, & poſtmodum reſcinditur, quale eſt
juramentum vi aut metu extortum, *l.1. & Auth.*
ſacram.puber.C.ſi adverſ.vendit. Contractus dolo
initus *l.7.§.16.ff.de pact.l.in pr.ff.de dolo malo.*
junct.l.5.C.de reſcind. vendit. Teſtamentum in
quo liberi ſunt præteriti, *Novell.115.capit.3.fin.*
Auth.ex cauſa C.de liber. præter. Vid. quoque
l.1.ff.de furÿs.l.43.§.2.ff.de vulg. & pupill. ſubſt.
l.1.& tot.titul.ff.quæ ſent.ſine appellat. In quibus
dicitur nullius momenti id quod reſcinditur,
quod non niſi ratione effectus accipiendum:
nam quod per ſe ab initio nullum eſt, reſcindi
nequit.

Ad *alterum Covarr. argumentum* vulgò reſpondent 19
Dd. ſponſum atque ſponſam ſi non
thorum, ſpem tamen thori vel thorum ſperatum
habere, qui non minus atque thorus pręſens haud
absque vitio adulterii violari queat: quo referunt
iſtud Divi Severi & Antonini in *l.uxor.ſi 13.*
§.3.ff.ad Leg.Iul.de Adul. neque matrimonium,
nec ſpem matrimonii violare permitti. Sed exiſtimo 20
ego, in ſponſo & ſponſa æquè thorum eſſe,
qui absque crimine adulterii violari nequeat.
Non enim per thorum lectus conjugalis, aut poteſtas
coeundi intelligitur, ſed vinculum & fides
conjugalis, ut dixi & probavi ex *Calep.ſupra quæ.*
52. Atqui nemo neſcit, ex ſponſione & conſenſu
contrahentium ſponſalia vinculum necti conjugale,
& ſponſos æquè atque conjuges fide conjugali
invicem obligatos eſſe, ut maximè matrimonium
nondum conſummatum fuerit, *l.nuptias*
30.ff.de reg.jur.

Neque minori, quin imò majori ſponſus 21
quàm alius maritus videtur affici injuriâ, cum
ob nuptiarum ſpem, multis ſæpè vigiliis comparatam,
quam adulter peſſimus nebulo doloſè
intercipit, ac interpellat; tùm ob ſponſi affectionem,
quæ plerunque propter ferventem amorem
propè vehementior, quàm in maritis eſſe
ſolet.

Ex hiſce ſufficienter probatur, adulterium à
ſponſo quoque & in ſponſam committi: Idque 22
eò magis verum eſt de hodierno jure, ac totius
ferè Germaniæ moribus, ubi ſponſalia ſolùm dicuntur,
quando quis puellæ ſine conditione purè
& ſimpliciter promittit conjugium: Quæ ſponſalia
de Jure civili verè ſunt matrimonium ſeu
nuptiæ: ut quas non concubitus ſed conſenſus
facit, *l.nuptias.30.ff.de reg.jur.l.ſufficit.de ſponſalib.*
l.ſi donationum.C.de nuptÿs.c.aliter.30.quæſt.
5.c.honorantur.32.quæſt.2. Et hujuſmodi deſponſata
etiam de jure Divino uxor eſt, exemplo Joſephi
& intactæ virginis Mariæ, *Matth.1.verſ.20.*
Deuter.22.verſ.24.

In quo ipſo mores noſtri non parùm diſcrepant 23
à Jure Civili, quo ſponſalia dicuntur ſolummodò
ea, quæ ſunt promiſſiones de futuro
matrimonio, & per verba futuri temporis contrahuntur,
veluti: *Accipiam vel ducam te uxorem,*
quæ à jure Canonico ſponſalia de futuro
appellantur: Quibus addit jus Pontificium
ſponſalia de præſenti, quando quis utitur verbis
præſentis temporis, veluti: *Ego te accipio*
in meam conjugem, & ipſa reſpondeat:

Et ego te accipio in meum maritum, *c. pen. ext. de ſponſal. Joach. à Beuſt. de ſponſal. cap. 8. Iohan. Schneidvv. ad tit. Inſtit. de nupt. ſub tit. de ſponſal. n. 4.* Sed *Lutherus* hanc differentiam *in ſuo libello*
24 von Eheſachen prorſus rejicit, propterea, quod
apud nos Germanos non ſit talis loquendi conſuetudo, & quod ſub prætextu & confuſione iſtorum verborum multa vera diſtrahantur conjugia: Concedit tamen, ſponſalia de futuro dici poſſe, ſi adjiciatur aliqua conditio, puta: *ſi mei gratia triennium expectare vis, tunc te accipiam in conjugem:* In quibus verbis non ita plena & libera voluntas eſt, ſicut in ſponſalibus de præſenti, ideoque etiam facilimè, ac diſſenſu unius vel utriuſque partis, ſi fortè ſe invicem odiſſe cœperunt, diſſolvuntur, *Ioach. à Beuſt. dict. tract. de ſponſal. cap. 10. Schneidvvin. dicto loco num.* 11. Ut ſic ſponſalia de futuro dicantur tractatus de futuro matrimonio, ita quod illa promiſſio futurarum nuptiarum non contineat in ſe purum aut abſolutum conſenſum, ſed cum quodam tractu futuri temporis, ut notatur *dict. cap. pen. extr. de ſponſ.*

25 Sed de ejuſmodi ſponſalibus de futuro hic non valdè laborandum, cum hæc ob defectum puræ voluntatis contrahentes non multum ſtringant, neque hi propriè ſponſi ac ſponſæ nomine veniant, ideoque nec ab iisdem cum aliis concumbentibus adulterium committi, nec hoc caſu ſeveriorem aliquam præter ſtupri pœnam infligendam eſſe, facilè conceſſerim.

Q. 2. Qua ſit pœna ſponſi ſpōſævè, adulterium cō mittentis?

26 At de horum ſupplicio, qui poſtquam pura ac vera ſponſalia de præſenti contraxerunt, cum aliis ſe carnaliter commiſcent, quos verè adulterium committere hactenus probavi, res plana non eſt, nec dubio caret; qua pœna hi affici debeant? Superioribus enim conſequens omnino videtur, eum qui ſponſam vitiavit alienam, pœna Legis Juliæ de adulteriis, quæ gladii eſt, teneri.

27 Quorſum enim adulterii crimen in ejuſmodi conjunctione eſſe diceretur, niſi & hæc pœna adulterii coercenda & ſponſæ alienæ corruptor gladii ſupplicio ſubjugandus eſſet. Veluti ſic concludunt & docent *Iacob. Cujac. lib. 6. obſer. 16. Eman. Soaretz. in theſ. recept. ſent. verb. ſponſo. n. 158. Anton. Gomez. ad LL. tauri, in l. 80. n. 47. verſ. dubium tamen eſt. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. adulterium. nu. 8. ibi: ſed hæc omnia, Felin. in rubr. ext. de ſponſal. col. 2. nu. 1. poſt pr. verſ. ad idem. Schrad. in tract. de feud. part. 9. nu. 12. verſ. præterea. Angel. Aretin. in tract. malef. verb. chebai adulterato, n. 33. verſ. in tantum. Ludov. Gilhauſ. in arbor. jud. crimin. cap. 2. tit. de adult. 18. num. 14.*

28 Idque Legi Divinæ convenire etiam videtur, quâ ſtuprator ſponſæ alienæ perinde ut adulter morte puniri debet, *Deut. 22. v. 23. Si puellam virginem deſponderit vir, & invenerit eam aliquis in civitate, & concubuerit cum eâ, educes utrumque extra portam civitatis illius, & lapidibus obruentur.*

29 Quæ ſi ad noſtri temporis ſponſalia, quibus purè ac ſimpliciter conjugium promittitur, trahantur, delinquentem, ſi mortis ſupplicio è medio tollatur, promeritam luere pœnam non male forſan quis putaverit. Noſtra enim ſponſalia de Jure Civili & Divino verè eſſe matrimonium atque nuptias, probavi paulò antea ex *l. nuptias. 30. ff. de reg. jur. l. ſufficit. ff. de ſponſal. l. ſi donationum. C de nupt. c. aliter. 30. q. 5. c. honorantur. 32. q. 2. Matth. 1. verſ. 20. Gen. 19. verſ. 8. 14.* Et ita autoritas juris Divini pariter atque civilis falſa manet.

30 Quamvis quod ad jus commune attinet,
ex eo nondum planè liqueat, an pœna Legis Juliæ ordinaria ſtuprum in ſponſa commiſſum fuerit punitum. Nam in *l. ſi uxor. 13. §. 3. ff. ad Leg. Jul. de adult.* vindicta quidem in genere ſponſo conceditur, ſed vindictæ modus non exprimitur: Et apertè ad illum locum *Anton. Guibert. in tract. de ſponſ. tit. quid ſint ſponſalia, n. 19.* non Legis Juliæ, ſed alia pœna puniendum facinus, ne ſit impunitum, ſcribit. Neque ex eo, quod adulterium in ſponſam de jure etiam
31 civili committatur, hoc probari poteſt: cum
à genere delicti ad pœnam iſtius non ſemper argumentari liceat, ut patet ex pœna Parricidii, qua non omnes hujus criminis Reos indifferenter affici, in aperto eſt, *l. 1. ff. ad Leg. Pompei de Parricid. junct. §. alia deinde lex Inſt. de publ. judic. & l. un. C. de his qui par. vel liber. occid.* Ac licet *Iacob. Cujac. dict. lib. 6. obſervat. 16. in fin.* pœnam adulterii capitalem poſterioribus Conſtitutionibus effectam, ad hanc quoque ſpeciem pertinere, & Reſcriptum Severi ad Conſtitutionem Conſtantini trahi debere, putet; vix tamen hoc concedendum: cùm lex vel Conſtitutio Civilis ex identitate rationis nunquam extendatur reſpectu pœnæ, niſi expreſſis verbis hoc diſponatur, *Stephan. de Fedes. de leg. interpr. part. fin. verſ. ſed dubitatum eſt, circa fin. pag. 261. & ſeqq. Nicol. Everhard. in top. in loc. à rat. leg. larg. ad extenſ. n. 54. & ſeqq. Alciat. de verb. ſignif. lib. 2. n. 45. & ſeqq. Cravet. de antiq. temp. part. 4. in pr. n. 146. & ſeqq.* Proinde, licet reſcriptum Severi & Antonini adulterium ſponſæ ad Legem Juliam extenderit, & Conſtantinus aut alius Imperator pœna gladii Legi Juliæ ſubrogaverit; non tamen hæc legis Juliæ aut gladii pœna in aliis caſibus, quàm in quibus
32 Lex Julia diſertè loquitur, locum habebit. Un-
de & ab Interpp. traditum, licet lex nova veniens ad interpretationem alterius Legis, extendat ipſam diſpoſitionem vel Legem, per hoc tamen non extendi pœnam legis explicatæ ſeu declaratæ, niſi id quoque nominatim exprimatur. *gloſſ. in lib. fin. de in jus vocand. & in c. ut circa. verb. appellari. de elect. in ſexto Gloſſ. in Clem. 1. verb. de cætero: de Uſur. Alciat. dict. lib. 2. num. 45.* Quibus accedit, quod in poſterioribus legibus, ubi capitalis pœnæ circa adulterium mentio fit, talia verba uſurpantur, quæ matrimonii & nuptiarum potius, quàm ſponſaliorum violationem reſpiciunt *l. quamvis 30. in fin. C. ad Leg. Jul. de adult. l. uxor. 7. C. de repud. §. item Lex Julia. Inſt. de publ. judic.* Ut hæc latius perſequitur *Petr. Heig. part. 2. quæſt. 28. num. 40. & ſeqq.*

33 Quicquid verò ſit de Jure Civili, ac veritate theoricâ, ſecundum quam opinionem Cuja-

cii defendi poſſe, dicit *Petr. Theodor. in colleg. crim. diſp.6.th.2.lit.H.* hodiè certè, ubi ſponſalia de præſenti nuptiæ ac matrimonium verè non ſunt, neque adverſus corruptorem ſponſæ, neque adverſus ſponſam corruptam gladii pœna animadvertendum eſt: ne ſcilicet violatores ſponſaliorum & matrimonii pari pœna plectantur, inter quos tamen differentia talis exiſtit, qualis eſt inter ipſa ſponſalia & matrimonium. Licet namque facta ſponſione pura, ambæ perſonæ, ſponſus atque ſponſa, invicem ſint obligatæ ad fidem conjugalem, ipſum tamen matrimonium de moribus Germaniæ ac imprimis Saxon. inter ipſas conſummatum non eſt, ſed per copulam ac benedictionem ſacerdotalem 34 hoc perficitur atque conſummatur, ut probatur ex verbis expreſſis *Conſt. Elect. 24. part. 2.* **Daß von Zeit der vollzogenen Ehe / und alſo wann der Kirchgang geſchehen** / &c. Quæ verba etiam habentur in *Novo Proceſſu judic. tit. 43. verſ.* **Welches der Weiber Recht** / &c. Quin & ad conſummationem Conjugii, ultra copulam & benedictionem Sacerdotalem, etiam conſcenſionem thalami requirere videtur Jus Saxon. in *artic. 45. lib.* 1. **Landrecht** / *verſ.* **Und tritt in ſein Recht / wann ſie in ſein Bette tritt:** Et *verſ.* **das Weib iſt auch ihres Mannesgenoſſen.** *Artic. 76. verſ.* **hat aber die Fraw einen andern Mann** / *dict. lib. Gloſſ. latin. ad text. germ.* **Landrecht** / *lib. 1. dict. art. 45. lit. E. Joach. à Beuſt. ad leg. 1. ff. de jurejur. n. 166. & in l. admonendi 31. ff. eod. n. 957. Autor Conſult. Conſt. Saxon. tom. 1. part. 2. quæſt. 34. n. 5. & ſeq. tom. 2. part. 2. q. 25. num. 1. & ſeqq. Zobel. part. 3. diff.* 11. *n. 3. & ſeqq.* Unde & hoc receptum, ut ſi ſponſus vel ſponſa moriatur ante conſcenſionem thalami, ex bonis ejus ſuperſtes nihil lucretur: quia nempè matrimonium nondum conſummatum fuit, *Conſtit. Elect. 19. part. 3. ubi Dan. Moller. Johan. Schneidvvin. in § fuerat. n. 109. Inſt. de act. Matth. Coler. deciſ. 286. n. 24. part. 2.*

35 Neque adverſatur *artic. 45. poſt princ. lib. 3.* **Landrecht** / *in verb.* **Der Mann iſt auch Vormund ſeines Weibes / zu hand / als ſie ihme getrawet wird:** unde inferri poſſet, quod ad matrimonium ſufficiat deſponſatio etiam de jure Saxonico: *Quia* ibidem ſolummodò igitur de mariti tutela, in quam tranſit ſponſa, quam primùm viro eſt deſponſata, ita ut is eam contra injurias defendere queat, ſecundum *l. item apud Labeonem. 15. §. ſponſum quoque ff. de injur.* Quin & verba iſtius textus (**als ſie ihme getrauet wird**) optimè de copulatione ac deſponſatione ſacerdotali accipi poſſunt, juxta *Conſtit. Elect. 24. part. 2.*

Deciſio Quæſtionis.

36 Diverſa igitur quia ſunt moribus noſtris ſponſalia atque matrimonium, diverſimodè quoque violatores ſponſaliorum ac matrimonii coërceri debent: Quod & in hiſce ac vicinis locis arbitrati fuêre Scabini, quibus pœnam fuſtigationis hoc caſu adulteris ſponſo ac ſponſæ infligi ſufficere viſum fuit: 37 Quorum ſententiam ceu mitiorem adhuc hodiè pro certa retinendam eſſe, tradit *Petr. Heig. dict. quæſt. 28. n. 28. Aut. Conſult. Conſt. Saxon. tom. 2. part. 4. quæſt. 2. n. 5.* ibi: **Die Straffe deß Ehebruchs halten wir auch.** *d. tom. 2. part. 4. quæſt. 9. n. 4. verſ.* **Für das dritte / wann eine Mannsperſon.** *Matth. Berlich. part. 4. concluſ. 27. n. 146. & 147. Cypr. in tract. matrim. cap. 10. §. 25. n. 12. verſ. & qui ſponſam alterius. Matth. Coler. part. 1. deciſ. 176. n. 37. Matth. Weſembec. in parat. ff. ad Leg. Iul. de adult. num. 7.*

Hæcque ſententia in *Electoratu Saxoniæ* eò minus dubii habet *Primò:* Quia Conſtitutiones Electorum Mauritii & Auguſti, ut *Conſtit. Provinc. de anno 1543. & Conſtit. Elect. 19. part. 4.* gladii pœnam imponentes, apertè de maritata uxore & marito loquuntur, **von einem Eheweibe und Ehemanne.** Differentiam verò eſſe de jure ac moribus Saxonicis inter ſponſam & uxorem, ut & inter ſponſum atque maritum, modò fuit dictum. 38 Ac licet puandoque in Statutis & Legibus ſponſa uxoris, & ſponſus mariti nomine contineatur, juraque in uno loquentia locum quoque habeant in altero, *l. aſſiduis. §. 1. C. qui pot. in pign. habeant. l. lex Iulia. ff. de fund. dotal. l. ſi ſponſa ff de jur. dot.* Et quod de conjugio diſponitur, etiam obtineat in ſponſalibus, *l. tutor. §. 1. l. oratio ff. de ſponſal. l. in ſponſalibus. §. 1. ff. eod. tit. l. cui fuerit. ff. de condit. & demonſtr. Roland. à Valle. in tract. de lucro dot. quæſt. 12. n. 1. & ſeqq. Andr. Gail. lib. 2. obſervat. 80. num. 3. & ſeqq. Dom. Cardin. Tuſch. tom. 7. pract. concluſ. lit. S. concluſ. 511. nu. 58. Ant. Nat. conſ. 282. nu. 1. & ſeqq. Nicol. Boer. deciſ. 22. n. 33. & ſeqq.* 39 Verum tamen hoc eſt ſolummodò eo in caſu, quo de fevore ſponſi & ſponſæ agitur, *l. non ſine C. de bon. quæ lib. Dan. Moller. ad Conſtit. Elect. 19. num. 7. part. 3. Petr. Heig. part. 2. quæſt. 28. num. 35.* adeoque in præjudicium ac odium ſponſi atque ſponſæ non extendendum. Hinc ſi matrimonium contrahentibus pœna à jure impoſita eſt, ea non ſubeunt ſponſalia tantummodò contrahentes, *l. ſi quis officium. 38. ff. de rit. nupt. l. ſolent. 10. ff. de his qui notant. infam. Everhard. in topic. in loc. à ration. leg. largâ ad extenſionem. n. 70. Andr. Tiraquell. de ll. connub. gloſſ. 2. nu. 18. Phan. de Phan. de lucro dot. gloſſ. 2. nu. 33. Petr. Heig. dict. quæſt. 28. n. 36. Didac. Covarr. de ſponſal. part. 1. cap. 1. n. 6. & ſeqq. part. 2. cap. 6. in pr. nu. 22. Iaſon. in l. cum quidam. n. 11. & ſeqq. ff. de lib. & poſth.*

40 Et certè appellatione mariti & uxoris in Statutis municipalibus non propriè continentur ſponſus & ſponſa, ſed ex quâdam interpretatione, *l. oratio in verb. Ut ſuppleatur, quod orationi deeſt, & ibi Bald. ff. de ſponſal.* Propriè enim loquendo ſponſus à marito, & ſponſa ab uxore maximoperè differt, *l. 1. §. & primum. ff. pro dote. l. ſancimus. C. de nupt. l. quod Servius. ff de condict. ob cauſ.* Jam verò in pœnis & ſtatutis pœnalibus extra proprietatem verborum extenſio fieri non debet, *l. interpretatione. 42. ff. de pœn. l. 1. §. 20. verſ. in re igitur dubia. ff. de exer. act. c. odia, de reg. jur. in ſexto.*

41 *Secundò:* Hæc pœna fuſtigationis ac perpetuæ relegationis violatoribus ſponſaliorum expreſſe determinata eſt, in *Conſtitutione Elect. Eccleſiaſtica,* **in Churf. Sächſiſch. Kirchenordnung** *ſub tit.* **Von der Straffe der Unzucht und**

deß

des Ehebruchs.§ Würde aber/ibi: Würde aber auch jemands eines andern Braut/ ehe dann der Bräutigamb beygelegen/ wiſſentlich beſchlaffen/ ſo ſollen beyde Perſonen zur ſtaupen geſchlagen/ und deß Landes ewig vorwieſen werden/&c. Quæ Sanctio verbotenus repetitur ac confirmatur in *Ordin. Matrim.* in der Eheordnung/ *de Anno 1624. punct. 4.* §. Würde auch. Strictè ergò in Electoratu Saxon. huic Conſtitutioni inhærendum, ut quæ non pœna adulterii ordinaria, nec pœna ſtupri, ſed inter ſtuprum & adulterium alia pœna intermedia minori quàm adulterii, majori autem quàm ſtupri, puta, fuſtigatione & relegatione, ſponſaliorum violatores puniri
42 vult. Neque etiam ordinarium adulterii ſupplicium, vel ſtupri pœna delicto huic convenire videbatur: Non illud, ob rationem antea dictam, quod ſcilicet ſponſalia à vero matrimonio differant, & ſponſus ac ſponſa nomine mariti atque uxoris in pœnalibus non comprehendantur, *l. interpretatione. 42. ff. de pœn. Jaſon. in l. cum quidam. ff. de lib. & poſth. n. 13.* Neque hæc, ob gravitatem delicti atque violatam ſpem matrimonii, *l. ſi uxor 13. §. Divus. 3. ff. ad Leg. Jul. de adult. l. propter. 7. C. eod. tit. Petr. Heig. dict. quæſt. 28. n. 59. & ſeqq.*

Quæ tamen non aliter intelligenda ſunt,
43 " quàm ut pœna fuſtigationis in locum ordina-
" riæ gladii pœnæ ſurrogata, in adulterio à ſpon-
" ſo aut in ſponſam commiſſo, eo caſu locum ha-
" beat, quo in adulterio à maritatis perſonis per-
" petrato, ordinaria pœna gladii irrogari ſolet.
Proindè, quemadmodum marito vel viro ſoluto, cum alterius uxore concumbente, utrique perſonæ pœna adulterii ordinaria, nimirum gladii indicitur; ita etiam ſponſo vel juvene ſoluto cum alterius ſponſa carnaliter ſe commiſcente, quin utrique adultero, tàm ſponſo vel juveni ſoluto, quàm ſponſæ hoc caſu fuſtigationis pœna infligenda ſit, dubitandum non eſt. Idque verbis expreſſis ita diſponitur in *prædict. Ordin. Eccleſ. ſub tit.* Von der Straffe der Unzucht und deß Ehebruchs/ §. Würde aber in verb. So ſollen beyde Perſonen zur ſtaupe geſchlagen/ und deß Landes ewig vorwieſen werden/&c.

44 *Prout etiam Dn. Scabini quotidie pronunciare ſolent, hunc ferè modum*: Hat *N.N.* ſich mit *N.N.* in ein Ehegelöbnis eingelaſſen/ inmaſſen ſie auch mit einander von der Cantzel öffentlich *proclamirt* und auffgebotten worden/ Worauff ſich *N.N.* ein lediger Geſell/ zu ihr der Braut gefunden/ ſie fleiſchlichen erkennet/ und beſchlaffen/ wie ſie dann alle beyde/ als ſie hierüber vernommen worden/ deſſen geſtändig geweſen/ *&c.* So werden beydes *N.N.* der ledige Geſelle/ und die Braut *N.N.* ſolcher ihrer Vorbrechung wegen mit ſtaupen ſchlägen deß Landes ewig billig vorwieſen/ *&c.*

Ad requiſitionem Balthaſari à Zaſchwitz/ *in* Priceſblick. *Menſ. Iun. Anno 1625.*

Ad conſultationem Nobilium à Marſchalch. *M. Iun. Anno 1628.*

45 In caſu autem converſo, ſi ſponſus ad fœminam ſolutam accedat, cumque ea rem habeat, adulter ſponſus ſolummodo fuſtigatione, fœmina autem ſoluta temporali relegatione puniri debet. Quod licet in *dict. Ordin. Eccleſiaſt.* verbis expreſſis diſpoſitum non ſit, neque de hoc caſu quicquam ibidem deciſum reperiatur, à juris tamen ratione hoc nequaquam eſt alienum.

Sponſo enim hoc caſu fuſtigatio cum per- 46
petua relegatione eſt infligenda: *Tùm*, quod maritus ob adulterium cum ſoluta perſona commiſſum æque pœna gladii plectendus, atque uxor adultera juvenem admittens vel etiam ipſe juvenis adulter, *Conſt. Elect. 19. part. 4.* Ergò & ſponſus ad fœminam ſolutam prolapſus eidem fuſtigationis pœnæ ſubjugandus eſt, qua punitur ſponſa juvenem admittens, vel ipſe juvenis cum ſponſa aliena concumbens. Nam ut modò dictum inviolatione ſponſaliorum fuſtigatio ſurrogata eſt in locum pœnæ adulterii ordinariæ: ſurrogatum autem ſapit 47
naturam ejus cui ſubrogatur *c. eccleſia. 3. ubi gloſſ. ext. ut lit pendent. Alexand. concl. 55. n. 12. lib. 4. Jaſon. in l. ſi eum. 10. §. qui injuriarum. 2. n. 2. ff. ſi quis caut. Andr. Tiraquell. de jur. primog. quæſt. 55 num. 11.*

Tùm, quod ſponſus ad fœminam ſolutam 48
accedens æquè fidem futuri matrimonii promiſſam videt eodemque modo delinquat, ac ipſamet ſponſa virum ſolutum admittens; quin & hæc ob ſexus imbecillitatem forſan aliquo modo excuſari poterit. Ergo & eadem pœna plectendus erit, fuſtigatione nimirum, quæ in ſponſam adulteram ſtatuta eſt in *Ordin. Eccleſ. dict.* §. Würde aber: Eadem namque æqui- 49
paratio eoſdem producit effectus, idemque delictum eandem pœnam meretur, *l. 23. in fin. ff. de Uſurpat. & Uſucap. l. 1. in fin. ff. de rer. permut. c. cognovimus. in fin. 12. q. 2. c. cum in tua. 30. in fin. ext. de decim. Schurff. conſ. 97. n. 3. cent. 3. Teſſaur. deciſ. 249. n. 9. Hartm. Piſtor. lib. 2. q. 15. n. 8. verſ. nec enim una Alexand. conſ. 55. n. 10. lib. 5. Jacob. Schult. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 129. n. 28. Socin. jun. conſ, 134 n. 20. lib. 1.*

In fœmina verò ſoluta ſponſum alienum 50
admittente pœna fuſtigationis ceu nimium rigoroſa locum habere nequit, ex ea potiſſimum ratione, quod in caſu, quo fœmina ſoluta cum marito fornicata fuit, majorem pœnam ultra fuſtigationem non mereatur: Fornicatio igitur cum deſponſato mitiori pœna coercenda erit. Quapropter relegatio temporalis hoc caſu ſufficiens viſa fuit *Scabinis jam dudum habita deliberatione concludentibus*, ut in poſterum hæc pœna fœminis ſolutis cum deſponſatis juvenibus fornicantibus indiceretur. Neque etiam ſtupri pœna, nempe incarceratio, (qualis hæc communiter eſſe ſolet) ſufficere videbatur, ob qualitatem ſupervenientem, quæ pœnam ordinariam ſolet exaſperare, *l. 16 ff. de pœn. Andr. Tiraquell. de pœn. temp. in præfat. n. 18. Herod. rer. jud. lib. 8. tit. 1. cap. 4. circa fin. Petr. Heig. dict. quæſt. 28. n. 62.*

Reſpondent ita Scabini quotidiè: Hat *N. W.* ſich mit 51
A.K. Tochter ehlichen verlobt/ und in der Kirchen auffbieten laſſen/ hernach aber mit einer andern ledigen Dirne *M.I.* fleiſchliche Unzucht getrieben/ welche auch von ihme geſchwängert wordē/ inmaſſen ſie ſolches in gutem bekant und geſtanden/ *&c.* So wird *N.W.* von wegen ſolcher Vorbrechung mit Staupenſchlägen deß Landes ewig vorwieſen/ *&c.* So viel aber *M.I.* anlanget/ wird dieſelbe von wegen ihrer

Vorbrechung mit zeitlicher landesvorweiſung billig in Straff genommen/V.R.W. *Ad conſultationem Ioh. Fabiani à* Feilitzſch. *Menſ. Decembr. Anno* 1599.

Similiter fuit pronunc. ad requiſitionem Quæſtoris in Grünhain/*Menſ. Sep. Anno* 1597.

Deß Landrichters zu Plauen. *Menſe Decemb. Anno* 1597.

Ad conſultationem Henrici à Beuſt. *Menſ. Februar. Anno 1606.*

Ad requiſitionem Henrici à Brünaw. *Menſe Majo, Anno 1630.*

Quæſtoris in Glaucha. *M. Octob. An. 1601.*

52 Quæ tamen hactenus de pœna fuſtigationis, ſponſaliorum violatoribus, infligenda dicta ſunt, ea duplici modo fallunt:

Q. 3. Num interceſſio ſponſi ſpōſæve pœnā mitiget?

Primo ceſſat hæc pœna Remiſſione facta à parte offenſâ: Si nempè ſponſus pro ſponſa adultera, vel ſponſa pro adultero ſponſo intercedat, injuriam remittat, & matrimonium, non obſtante adulterio commiſſo, conſummare velit; nunc in honorem matrimonii, ſponſus aut ſponſa adultera, remiſſa fuſtigatione ut & perpetua relegatione, arbitrariè ſolùm, vel pœna pecuniaria, vel carcere punitur, *Petr. Heig. part. 2. q. 28. num. 27. & ſeqq. Paul. Cypr. in tract. de matr. c. 10. §. 25. num. 12. Matth. Coler. part. 1. deciſ. 176. n. 37. Matth. Berlich. part. 4. concl. 27. n. 149.*

53 In adulterio ſiquidem à perſonis maritatis commiſſo, ad interceſſionem conjugis offenſi, in honorem matrimonii, ne hoc diſſolvatur, pœnam adulterii ordinariam remittendam eſſe, dixi, & probavi *quæſt. præced. ex Nov. 134. c. 10. Auth. ſed hodie C. ad Leg. Jul. de adult. Conſtit. Elect. 19. part. 4.* Quapropter & in adulterio à ſponſo vel ſponſa perpetrato, idem jus obtinebit, & pœna ordinaria fuſtigationis hoc caſu remittenda erit, non ſolum ob rationis identitatem: cùm non minor ſit hoc caſu honor matrimonii contrahendi, quam in adulterio à conjugatis perpetrato honor matrimonii contracti & non diſſolvendi; Sed etiam quia pœna fuſtigationis minor eſt pœna gladii, adeoque facilius remitti poteſt, juxta *Conſt. Provinc. de Anno 1555. ſub tit.* Daß peinliche Sachen dadurch man das Leben verwircket / ohne unſere Bewilligung 54 nicht bürglich gemacht werden ſollen. Hocque expreſſe ita diſpoſitum eſt in *Ord. Eccleſiaſt. dict. tit.* Von der Straffe der Vnzucht und deß Ehebruchs. *& Ordin. matrim. dict. punct. 4. §.* Würde aber / in verb. Es wolte denn der Bräutigam die Braut widerumb annehmen / uff ſolchen Fall ſollen ſie mit Gefängniß geſtrafft werden/*&c.* Quæ verba licet de ſponſa adultera loquantur, eum tamen caſum, quo pro ſponſo adultero ſponſa intercedit, ſimul includunt: cùm 55 in caſibus æquiparatis id, quod de uno à lege vel Statuto conſtituitur, de altero quoque conſtitutum eſſe intelligatur, *Jaſon. in l. heredes num. 5. & in l. 15. num. 33. verſ. ſecunda ſolutio. ff. de Vulg. & Pupill. ſubſtit. Philip. Corn. conſ. 114. lib. 1. Modeſt. Piſtor. conſ. 19. n. 19. lib. 2.*

56 *Veluti etiam in utroque caſu ita reſpondent Scabini. Ut in caſu adulterii à ſponſa cum juvene ſoluto commiſſi:* So wird N.N. ſolcher ihrer Vorbrechung wegen mit Staupenſchlägen deß Landes ewig vorwieſen: Es wolte dann der Bräutigam ſie widerumb annehmen / und die Ehe mit ihr nochmals vollziehen / uff ſolchen Fall würde ſie mit der zuerkanten Straffe verſchonet/und allein 3. Wochen lang mit Gefängniß geſtrafft/V.R.W. *Ad conſultationem Conſulum & Senatus Quedelburgenſis Menſ. Iul. Anno 1626.*

Balthaſar à Zaſchwitz. *Menſ. Jun. Anno 1625.*

Ad requiſitionem Nobilium à Marſchalck. *Menſ. Iun. Anno 1628.*

57 *Et in caſu converſo ſponſa pro ſponſo adultero intercedente:* So wird N.N. von wegen ſolcher Vorbrechung mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billig vorwieſen. Es wolte dann ſeine verlobte Braut ihme dieſe Vorbrechung verzeihen / und die Ehe mit ihme durch den öffentlichen Kirchgang vollziehen/uff den Fall bliebe er dem H. Eheſtand zu ehren mit berührter Straffe verſchonet. Er würde aber gleichwol willkürlichen mit Gefängniß / oder umb eine zimbliche Geldbuſſe ſeinem vermögen nach billig geſtrafft/V.R.W. *Ad conſultationem Fabiani à* Feilitzſch/*M. Decemb. Anno* 1599.

Deß Raths zu Meiſſen/*Menſ. Iul. Anno 1598.*

Ad conſultationem Henrici à Beuſt/*Menſe Febr. Anno 1606.*

Quæſtoris in Glaucha. *Menſ. Octob. Anno 1601.*

Ad requiſitionem Henrici à Bünaw in Weſenſtein. *Menſe Majo, Anno 1630.*

58 Circa Remiſſionem hanc notandum: *Primò*: Eam non niſi ipſi ſponſo aut ſponſæ adulteræ prodeſſe: Ideoque ſi ſponſa cum juvene ſoluto adulterium committat, & ad interceſſionem ſponſi abſolvatur, juvenis ſolutus non obſtante remiſſione ſponſæ facta, fuſtigatione ac perpetua relegatione puniri debet. De quo manifeſta eſt diſpoſitio *Ordin. Eccleſ. dict. tit.* Von der Straffe der Vnzucht/ *&c. E Ordin. Matr. punct. 4. §.* Würde aber in verb. und der Brautſchänder nicht minders mit Staupenſchlägen deß Landes vorwieſen werden.

59 Perinde ſicut nec in terris Elect. Saxon. adulterio ab uxore cum juvene ſoluto commiſſo, interceſſio mariti pro uxore facta, juveni ſoluto prodeſt, *Conſt. Elect. 19. §.* Es ſoll aber. *part. 4. ubi Dan. Moller. nu. 4. Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſp. 6. th. 2. in fin.* Ceſſat enim in juvene ſoluto cauſa remiſſionis, quæ eſt favor matrimonii, vel contrahendi in perſonis deſponſatis, vel contracti in conjugibus: Ceſſante verò cauſa alicujus diſpoſitionis, ipſa ceſſat diſpoſitio, *l. adigere. 6. §. quamvis. 2. ff. de jur. patron. Iaſon. in l. quod dictum. 32 nu. 2. ff. de pact. Nicol. Everhard. in loc. à ceſſat. rat. nu. 2. Andr. Tiraquell. in reg. ceſſant. cauſ. n. 130. Ludolph. Schrader. de feud. part. 7. cap. 2. n. 77.*

60 *Et ſic pronunciarunt Dn. Scabini in prædicto reſponſo, dato Balthaſar. à* Zaſchwitz. *Menſ. Iun. Anno 1625.*

61 *Secundò* ſciendum: Licet quondam ſponſaliorum violatores, ad interceſſionem partis offenſæ, rèmiſſa fuſtigatione atque perpetua relegatione, arbitrariè, vel pœna pecuniaria, vel carcere puniebantur: cum pœnæ hæ ſint invicem adæquatæ, nec una, expreſſe ſtatuta altera excludatur, ſed potius arbitrio judicis, quam ex hiſce indicere velit, relictum videatur; ut ap-

ut apparet ex *Conſt. Elect. 7. 8. 9. part. 4. Dan. Moller. Conſt. 10. n. 6. p. 4.* Attamen hodie ſponſus ac ſponſa hoc caſu non niſi carcere, ad duas vel tres ſeptimanas, punitur, excluſa pecuniaria mulcta. Idque ex *ſpeciali reſcripto Electorali de Anno 1609.* quod in delictis ejusmodi carnis, pœnam carceris ac relegationem Reis præciſè imponi jubet, abrogata mulcta pecuniaria.

62 *Veluti etiam hoc obſervarunt Scabini in pronunciando ad conſultationem Curatoris Præfecturæ in* Schleinitz. *Menſe Julio. Anno 1619.*

It: ad requiſitionem Balthaſari à Zaſchwitz. *Menſ. Iun. Anno 1625.*

An Bürgermeiſtere und Rath zu Quedelburg. *Menſ. Iulio. Anno 1626.*

63 *Tertiò:* Notandum porrò & hoc, ſi adulterio à ſponſo vel ſponſa commiſſo, altera perſona offenſa moriatur, antequam Reus de crimine confeſſus, aut convictus fuerit, fuſtigatione quoque hoc caſu remiſſa, delinquentem non niſi in carcerem ad tempus detrudi: ob præſumptionem remiſſionis, quæ pro ſponſo aut ſponſa adultera militat. Præſumitur enim, perſonam offenſam ſi delictum ſciviſſet, hoc fuiſſe alteri condonaturam: Perinde ſicuti & gladii pœna ob præſumptam conjugis interceſſionem remittitur, *Dan. Moll. lib. 3. ſemeſtr. 13. n. 2. verſ. quod ſi poſt mortem. Matth. Berlich. part. 4. concl. 27. nu. 102. Ludov. Gilhauſ. in arbor. jud. crim. cap. 2. tit. 18. n 21.*

64 *Ita pronunciavimus verſus* Sittichenbach. *in caſu adulterii a ſponſa commiſſi, ſponſo antequam Rea crimen confeſſa fuerat defuncto.* An Schöſſer. *Menſ. Febr. Anno 1627.*

65 Secundò: Ea quæ ſuprà de pœna fuſtigationis ac relegationis perpetuæ, violatoribus ſponſaliorum infligenda, dicta fuêre, ita demum valent, ſi hi ſciverint, ſtupratam deſponſam fuiſſe. Nam ſi ignoraverint, propius vero eſt, ut excuſentur, & tanquam ſimplices ſtupratores puniantur: quemadmodum nec fœmina ſoluta copiam ſui faciens ſponſo, quem tamen ſponſum eſſe ignorat, relegari debet. 66 Sine dolo enim adulterium non committitur, ſed certa requiritur ad hoc ſcientia, *Ordin. Eccleſ. Elect. Saxon. dict. tit.* Von Straff der Unzucht und deß Ehebruchs §. würde auch, in verb. wiſſentlich beſchlaffen/ *&c. l. pen. ff. ad Leg. Jul. de adult. l. ſi ignorans 50. ff. locati. Hoſtienſ. in Summ. de adult. rubr. quis poſſit accuſari. n. 4. Salicet. in l. quæ adulterium. 29. poſt n. 3. verſ. & inſciente. C. ad Leg. Jul. de adult. Petr. Heig part. 2. quæſt. 28. in fin.* ubi dicit, qualitatem ſcientiæ in ſententiis, ubi pœna dictari ſolet, plerumque exprimi.

Q. 5. Quid ſi adulterium quis committat cum fœmina, quã ſponſam eſſe ignorat?

Quod & ſæpius apud nos obſervatum, memini.

67 Quia verò ignorantia non præſumitur, ideò juramento allegantis ea probari debet, *Ioſeph. Maſcard. vol. 2. de probat. concl. 881. n. 1. & ſeqq.* ubi textus autoritates allegat. *Felin. in c. quosdam. in gloſſ. 1. de præſumt. Andr. Gail. lib. 2. obſervat. 48. num. 23. cum ſeq. Hipp. de Marſil. in l. qui ignorans. n. 27. ff. ad Leg. Corn de falſ.* Eſt enim ignorantia ex genere earum rerum, quæ in animo conſiſtunt. At quæ in animo latent, juramento probari debent, *c. cum in tua. §. fin. qui matr. accuſ. poſſ. c. paſtoralis. in fin. de except. l. non omnes §. à Barbaris ff. de re milit. Bartol. in l. inter omnes. §. rectè. n. 2. ff. de furt. Gail. dict. obſervat. 48 n. 24. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. caſ. 186. num. 4.*

Quemadmodum etiam ſuper tali caſu conſulti, reſpondimus verſus Quedelburgum: So viel aber N. N. anlanget/ weil derſelbe vorgewant/ daß er von der geſchwängerten Vorlöbniß keine Wiſſenſchafft gehabt/ *&c.* So iſt er ſolches ſein Fürwenden/ vermittels ſeines leiblichen Endes zuerhalten ſchuldig: Er thu nun ſolches oder nicht/ ſo ergehet darauff wider ihn ſeiner Straffe halber ferner was recht iſt/ V. R. W. *Ad requiſitionem Conſulum & Senatus, Menſe Iulio. Anno 1626.* 68

Prætoris Lipſenſis. Menſ. Decemb. Ann. 1627.

Simili planè modo reſponderunt Anteceſſores noſtri ad requiſitionem Conſulum & Senatus in Plauen/ *Menſ. Iun. Ann 1607.*

Porrò hic dubium occurrit: *An pœna fuſtigationis in violatores ſponſaliorum ſtatuta, eo quoque caſu obtineat, quo ſponſus poſt ſponſalia de præſenti celebrata, non expectata eccleſiaſtica copulatione, ſponſam carnaliter cognovit, poſtea demum, nuptiis nondum peractis, adulterio à ſponſo, ſponſavè commiſſo?* 69

Q. 5. Quomodo puniatur adulterium cõmiſſum cum ſponſa, quàm ſponſus jà antea carnaliter cognovit?

Rationem dubitandi præbet *Ordin. Eccleſiaſt. dict. tit.* Von Straff der Unzucht und deß Ehebruchs. §. würde auch / in verb. Ehe denn der Bräutigam beygelegen: 70 Quæ verba certam ponunt conditionem, ac fuſtigationem ſtupratori infligi jubent tùm demum, quando ſponſus cum ſponſa nondum concubuit: Unde ſequitur, alia ac diverſa, vel ſeveriori, vel mitiori pœna plectendum eſſe eum, qui cum ſponſa alterius, jam antea à ſponſo carnaliter cognita rem habet: Quod & de pœna ſponſi ac ſponſæ hoc caſu aſſerendum erit.

Sed luditur in vocabulo germanico (beygelegen) quod vel concubitum licitum, peracta ſcilicet copula ac benedictione Sacerdotali, vel quod verius eſt, actum nuptiarum ac matrimonii conſummationem denotat: quemadmodum & verba hæc Juris Saxonici *art. 45. lib. 1.* Landr. (wenn die Braut in deß Bräutigams Bette tritt) actum nuptiarum ſignificant, notante *Hardevvig. à* Daſſel *ad Conſuet. ſtat. Luneburg. art. 8. n. 11.* Vid. *Erneſt. Cothm. conſ. 78. n. 98. vol. 2. Aut. Conſult. Conſt. Saxon. part. 2. quæſt. 34. n. 8. & ſeqq. tom. 1. Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 19. num. 4. & ſeqq. part. 3.* 71 Adeoque pœnam fuſtigationis *dict. Ordin. Eccleſ.* ſtatutam meretur, qui cum alterius ſponſa, matrimonio nondum conſummato, rem habet, & adulterium committit; absque reſpectu, an à ſponſo ea carnaliter cognita fuerit nec ne.

Neque enim copula carnalis inter ſponſum & ſponſam matrimonium perficit, aut adulterium cum iisdem commiſſum aggravat; ſed per ſolam Eccleſiaſticam copulationem & benedictionem ſacerdotalem conjugium conſummatur, qua demum peracta deſponſæ perſonæ dicuntur conjuges: cum quibus absque periculo ſupplicii mortis adulterium perpetrari non poteſt, juxta, *Conſt. Elect. 24. part. 2.* 72

in verb. **Von zeit der vollzogenen Ehe/ und alſo wann der Kirchgang geſchehen**/ &c. Iniquum etiam eſſet, graviori ſupplicio affici eum, qui cum ſponſa clam à ſponſo jam cognita rem habet: Abſque dubio igitur pœna fuſtigationis quoque hoc caſu obtinebit, tàm in ſtupratore ſponſæ à ſponſo jam cognitæ, quàm in ſponſo poſt copulam carnalem cum ſponſa habitam ad aliam prolapſo.

73 *Veluti etiam in utroque caſu ſic pronunciarunt Scabini ad requiſitionem Balthaſari à* **Zaſchwitz** *Menſ. Jun. Anno 1657.*

Ad conſultationem Quæſtoris in **Grünhain.** *M. Septemb. Anno 1597.*

Fabiani à **Feilitſch.** *Menſe Decemb. Anno 1599.*

74 Hæcque ita ſeſe habent in adulterio, à ſponſo ſponſavè cum perſonis ſolutis commiſſo. Accidit autem quandoque, ut ſponſus cum alterius conjuge rem habeat, & ſponſa marito alieno copiam ſui faciat: Quod genus adulterii eò gravius eſſe videtur alio ſimplici, quò minus ſponſus ſponſavè perſonæ ſolutæ dici queant. Qualis enim inter haſce & perſonas deſponſas ſit differentia, ex genere pœnæ facilimè apparet; quæ in perſonis ſolutis ſe invicem commiſcentibus, ac ſtuprum committentibus capitalis non eſt.

75 Quin ergò ſponſus hoc caſu gladii pœnam incurrat, ſponſa verò fuſtigatione ac perpetua relegatione puniri debeat, juxta diſpoſitionem *Conſt. Elect. 19. part. 4.* dubio prorſus caret. Niſi quis putet, ſponſam quoque maritum admittentem ſupplicio mortis ſubjugandum eſſe: Quod tamen tutò aſſerere non licet, cùm *dict. Conſt. Elect. 19.* pœnam gladii indicat ſolummodò fœminis conjugatis, quarum nomine in ſanctionibus pœnalibus ſponſus non comprehendi, dictum ſuprà *num. 16. l. ſi quis officium. 38. ff. de rit. nupt. l. 10. ff. de his qui notant. infam. Andr. Tiraq. in leg. connub. gloſſ. 2. nu. 18. Pet. Heig. part. 2. quæſt. 28. n. 36. Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 19. n. 7. part. 3.*

Q. 6. An ad interceſſionem partis offenſæ ſponſo ſponſævè ſit remittenda pœna ordinaria in adulterio cũ perſonis conjugatis commiſſo?

76 *An verò hoc caſu ad interceſſionem partis offenſæ pœna gladii ſponſo, fuſtigatio verò ſponſæ remitti debeat, dubitari poſſet?* Propterea, quod non modò ex parte ſponſi ac ſponſæ, ſed etiam ex parte mariti aut uxoris alterius, & ſic duplex thorus violetur; adeoque duplicatum adulterium committatur: In quo interceſſio perſonæ offenſæ Reum à pœna ordinaria liberare non poteſt, expreſsè ita diſponente *Conſt. Elect. 19. part. 4. circa fin.*

Veruntamen, ut maximè conceſſerim in caſu prædicto, ſponſo ſcilicet cum alterius uxore, aut marito cum ſponſa alterius concumbente, duplicatum committi adulterium, id quod juxta *ſupra dicta* negari non poteſt: Si enim à ſponſo ac in ſponſam adulterium committitur, ut certiſſimum eſt, accedente adulterio mariti aut uxoris, hoc duplicari nemo inficiabitur; Ex eo tamen non ſtatim ſequitur, interceſſionem adulterii Reum à pœna promerita liberare non poſſe, cùm verba *Conſtit. Elect. 19. p. 4. in fin.* Remiſſionẽ conjugum excludentia, de eo tantummodò agant duplicato adulterio, quod ab utraque parte inter conjugatas perſonas committitur, uti verba ſonant (**wann ein Ehemann mit eines andern Eheweib**/ &c. Atqui in odioſis & pœnalibus nec ſponſus mariti, neque ſponſa uxoris nomine continetur, *l. ſi quis officium. 38. in pr. l. in eo. 45. §. 2. ff. de rit. nupt. l. uxoris. 9. cum l. ſeq. ff. de his qui not. infam. l. 1. §. 1. ff. pro dote. l. ſancimus. 24. C. de nupt. Heig. dict. quæſt. 28. n. 36.* Neque ſine ratione, quia inter ſponſum & ſponſam ante copulationem Eccleſiaſticam matrimonium conſummatum nõ eſt, (*Conſt. Elect. 24. part. 2.* Ideoq; diſpoſitio *dict. Conſt. Elect. 19. §. fin. part. 4.* ad perſonas deſponſas nequaquam trahi debet, præſertim quia in pœnalibus ſtrictiſſimè verbis inhærendum, & extenſio vitanda eſt, *c. ſtatutum. 22. ext. de elect. in 6to. Jacob. Menoch. lib. 6 præſumt. 4. n. 33.* 78

At licet ſponſus atque ſponſa ex promiſſione pura vinculo invicem ligentur; ratione tamen matrimonii nondum conſummati ſolutæ ſunt perſonæ: quo reſpectu etiam cum iisdem à conjugatis perſonis ſimplex committi adulterium, haud abſurdè affirmari poteſt. In quo cùm interceſſio partis offenſæ locum habet, cur aliud hoc caſu obtinere debeat, non video: Quamvis enim delictum hoc gravius ſit reliquo ſimplici adulterio; nihilominus tamen & favor ac honor matrimonii contrahendi & conſummandi attendi debet, ob quem in adulterio quovis ſimplici (non intervenientibus ab utraque parte perſonis verè conjugatis,) ad interceſſionem offenſæ partis Reo indulgendum & pœna ordinaria remittenda eſt. 79

Commovit hoc ipſum Dominos Scabinos, jamdudum dictantes pœnam fuſtigationis ac relegationis perpetuæ ſponſæ maritum admittenti, adjecta tamen clauſula, ut ad interceſſionem ſponſi pœna hac remiſſa non niſi carcere puniri debeat. Ad requiſitionem Senatus Weiſenfelſenſis, Menſe Majo, Anno 1601. 80

Quam ſententiam in pronunciando & meo tempore Dn. Scabini fuerunt ſecuti, ſuper tali caſu conſulti à Prætore & Scabinis Weiſenfelſenſibus reſtringentes tamen interceſſionem ad ſolam fuſtigationis pœnam, ita ut hac remiſſa, ſponſa nihilominus ad ſcandalum evitandum in perpetuum relegari debeat, quam ſponſus ſequi teneatur. Menſe Iulio, Anno 1623. 81

Pariter pronunciavimus in caſu ſimili, ad requiſitionem Quæſtoris Sceudicenſis. Menſ. Febr. Anno. 1631.

Nec dubito, quin in ſponſo etiam, cum alterius uxore concumbente, idem obtineat, iſque ad interceſſionem ſponſæ, pœna gladii ſibi remiſſa, in perpetuum ſolummodò relegari debeat. *Tùm* ob rationis identitatem: Non minor enim favor matrimonii hic verſatur, atque in caſu priori; ob quem in ſimplici adulterio (perſonis ab utraque parte non verè conjugatis exiſtentibus) interceſſio mitigationem pœnæ operari debet, *Conſt. Elect. 19. part. 4.* 82

83 *Tùm*, quod de jure communi in quovis adulterio ad interceſſionem partis offenſæ pœna ordinaria remittitur, *Novell. 134. cap. 10. Auth. ſed hodiè. C. ad Leg. Iul. de adult.* **Urtheil poſt Landrecht**/ *tit.* **von peinlichen Straffen / und erſtlich von Ehebruch.** *fol. 125. & tit.* **Straff umb Ehebruch.** *fol. 532.* Vid. *quæſt. præced. n. 113.* A quo in

Electoratu Saxoniæ per *Conſtit.19.p.4.* excipitur tantummodo adulterium duplicatum, hoc eſt, à marito cum uxore alterius commiſſum, juxta verba manifeſta, (**ein Ehemann mit eines andern Eheweib**) *d. Conſt. 19.* Quorum nomine nec ſponſus nec ſponſa propriè continetur, *l. 38. in pr. l. 45. §. 2 ff. de rit. nupt. Petr. Heig. d. q. 28. n. 36.*

84 Quia ergò caſus hic in *Conſtitutione Electorali* expreſse non eſt comprehenſus; ideo ex jure communi, generaliter interceſſionem admittente, decidendus erit. Nam quod jure municipali non expreſſum, id ſub juris communis diſpoſitione relinquitur, *l. 6. ff. de condict. cauſ. dat. Bald. in l. 6. num. 29. C. de condit. inſert. Hartm. Piſtor. q. 32. n. 8. lib. 1. Iac. Schult. ad Modeſt. Piſt. part. 3. q. 126. n. 183.*

85 *Tùm*, quod in pænalibus, quando cauſa eſt dubia, mitior ſententia eſt apprehendenda, *l. 32. in fin. l. interpretatione 42. ff. de pœn. l. factum cuiq; §. fin. ff. de reg. jur. c. in pœnis 49. ext. de Reg. Iur. in 6to. Alexan. conſ. 124. n. 1. lib. 1. Iacob. Schult. in addit. ad* Modeſt. *Piſtor. part. 4. quæſt. 133. n. 25. Iacob.* M*enoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. fin. n. 2 Proſp. Farin. in prax. crim. lib. 1. tit. 2. quæſt. 19. n. 3.* Sentētiam autem hanc, quæ ad interceſſionem ſponſi ſponſæve mitigationem pœnæ admittit, mitiorē ac benigniorem eſſe ea; quæ excluſa omni remiſſione ordinariam pœnam infligi jubet, nemo inficias ibit.

Q. 7. Quid Iuris in perſonis conjugatis, cum ſponſo ſponſave adulterium committentib9

86 Ex jam dictis nemini obſcurum eſſe poteſt, quid ſentiendum hoc caſu de marito ſeu uxore conjugata, cum deſponſis perſonis, ſponſa vel ſponſo rem habentibus, *An etiam iisdem ad interceſſionem conjugis innocentis in terris Electoratus Saxoniæ*, (Nam de jure communi, quo etiam in duplicato quovis adulterio Remiſſioni locus eſt, res dubio caret,) *pœna gladii remitti debeat?*

87 Etenim quia *Conſtitutio Electoralis 19. part. 4.* remiſſionem prohibens in adulterio duplicato, de eo tantummodo loquitur caſu, quando maritus cum uxore conjugata adulterium committit: qui caſus à noſtro, quo perſonæ deſponſatæ, matrimonio per copulam ſacerdotalem nondum peracto, pro verè conjugatis haberi nequeunt, longè diverſus eſt; ſequitur exinde prohibitionem *dict. Conſt.* huc non extendendam, ſed potius ex jure communi quæſtionem hanc decidendam eſſe: ſecundum jura vulgata, quæ jure municipali deficiente, ex jure communi deciſionem peti jubent, *Bald. in l. 6. n. 29. C. de condit. inſert. Ludov. Roman. conſ. 197. in fin. Octav. Cacheran. conſ. 20. num. 15.* Atqui ſecundum diſpoſitionem Juris communis, in quovis adulterio ad interceſſionem conjugis pœnam ordinariam remittendam eſſe, omnes ferè fatentur.

88 Quin & dum perſonas deſponſas cum conjugatis ſe commiſcentes à pæna ordinaria ad interceſſionem liberari, probavi; idem juris in hiſce quoque obtinere, in aperto eſt: ex natura correlativorum, quorum eadem eſt diſciplina, & quod de uno eorum ſtatuitur, id quoque de altero ſtatutum eſſe credendum eſt, *l. legem Iuliam. in pr. ubi Bartol. Iaſon. & Dd. C. de indict. viduit. Nicol. Boer. deciſ. 48. n. 3. verſ. quæ quidem regula. Alexand. conſ. 131. lib. 5. Ripa in l. ſi plagij. 123. n. 11. ff. de verb. oblig. Nicol. Everh. in top. loc. à correlativis. n. 3.*

89 *Confirmarunt hanc deciſionem reſponſis ſuis Dn. Scabini, dictantes marito cum ſponſa concumbenti pænam gladii, adjecta tamen clauſula hac: Ut ad interceſſionem conjugis mortis ſupplicio remiſſo, in perpetuum is relegari debeat, quem uxor ſequi teneatur: Veluti ita pronunciarunt verſus Bergam. Ad requiſitionem Præfecti, menſ. Aug. Anno 1583.*

Ad requiſitionem Senatus W*eiſſenfeldenſis,* M*enſ. Majo, Anno 1601.*

Prætoris Lipſenſis, menſ. Octob. An. 1614.

Judicis & Scabinorum W*eiſſenfeldenſium, menſe Julio, Anno 1623.*

Ad requiſitionem Prætoris Freibergenſis, M*enſe Novemb. Anno 1603.*

90 *Simili planè modo reſponderunt in caſu adulterij, ab uxore conjugata cum ſponſo commiſſi, Præfecto in* **Endorff**/M. *~~Decembr.~~ An. 1614.*

Judici in **Duitz**/*Menſ. Iul. An. 1628.*

QVÆSTIO LVII.

De pæna Adulterii cum perſonis Conjugatis, meretricio more viventibus commiſſi.

SUMMARIA.

- *1. Pæna adulterij non tenetur, qui cum aliena uxore meretricio more vivente rem habet, n. 2. 20. 21. 22.*
- *3. Num adulterium committatur cum perſona conjugata, meretricio more viventi? n. 4. 5. 6. 14. 15. 17. 18.*
- *7. Explicatio l. 13. §. ſed & in ea. ff. ad leg. Iul. de adult. & l. 22. C. eod. tit. n. 8. 9. 10. 11. 12. 13 19.*
- *16. Per adulterium abſq; ſententia declaratoria non diſſolvitur matrimonium.*
- *23. Quandoq; ex futuro effectu res definiri ſolet.*
- *24. Quanam teneatur pœna vir ſolutus, cum uxore nupta, meretricio more vivente concumbens, num. 47.*
- *25. Sententia* S*cabinorum Lipſenſium, n. 26.*
- *27. Quid ſi adultert ignore, uxorem nuptam antea quoq; fuiſſe adulteram, n. 28. 29.*
- *30. In dubio benignior ſententia eſt apprehendenda.*
- *31. Sententiæ Scabinor. Lipſenſium.*
- *32. Quomodo puniendus ſit maritus, rem habens cum uxore aliena, meretricio more vivente? n. 33. 36.*
- *34. Sententiæ* S*cabinorum Lipſenſ. n. 35.*
- *37. Quæ ſit pœna mulieris ſolutæ marito antea quoq; adultero ſe proſtituentis, n. 38. 39. 40.*
- *41. Sententiæ Scabinorum* L*ipſenſium, n. 42.*
- *43. An remiſſio hoc caſu locum habeat in uxore adultera? n. 44.*
- *45. Sententiæ Scabinorum* L*ipſenſ.*
- *46. Et quid Juris in remiſſione præſumpta.*

48. Maritus cum uxore ante quinquennium adulterii crimine contaminata concumbens, nũ ad interceſſionem conjugis à pœna ordinaria liberari debeat? n.49.50.51.
52. Perſona conjugata, quæ meretricio more vivit, nullatenus à pœna ordinaria excuſatur, numer.67.68.
53. Reiteratio criminis aggravat pœnam.
54. Vxor quæ primò cum viro ſoluto, poſtea cum marito alieno rem habuit, an interceſſionem conjugis à pœna ordinaria liberetur? n.55.56.57.59.
58. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium, n.60.
61. Quid juris hoc caſu in marito, n.62.63.
64. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium, n. 65.66. 69.
70. Multum intereſt judicis noſſe, quis primò cum uxore meretricio more vivente adulterium commiſerit.
71. Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.
72. Num ex indiciis de primo adultero conſtare queat? n.73.74.
75. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.
76. Quomodo à Iudice hoc caſu ſit procedendum?
77. Confeſſioni uxoris adulteræ hoc caſu ſit procedendum?
78. Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.
79. Quid ſi mulier adultera primum adulterum neſciat, n.80.
81. Sententia Scabinorum Lipſenſium.

TErtio: Ordinaria pœna adulterii locum non habet in perſonis, adulterium committentibus cum iis, quos antea quoque adulterii Reos fuiſſe, ac hoc idem crimen cum aliis etiam perpetraſ- 1 ſe, conſtat: Unde vulgò tradunt Doctores, pœna adulterii non teneri eum, qui cum muliere cõjugata, meretricio more vivente rem habet, *Bart. in l. ſi uxor.13.ff. ad Leg. Jul. de adult. n.1. & 3. Ludov. Gilhauſ. in arb. judic. crim. cap.2. tit. de adult. 18. n.13. Ant. Capyc. dec.44. num.4. Petr. Heig. part. 2. quæſt.29. n.23. & ſeqq. Ægid. Boſſ. in tract. de coit. damn. & punit. n.23.*

Quæ ſententia videtur fuiſſe Diocletiani 2 Maximiani Impp. in *l. ſi ea quæ.22. C. ad Leg. Jul. de adult.* *Si ea*, inquiunt hi, *quæ ſtupro tibi cognita eſt, & paſſim venalem formam exhibuit, ac proſtitutam meretricio more vulgò ſe præbuit, adulterij crimen in ea ceſſat.*

Quibus à diametro contradicit JCtus Vl- 3 pianus in *l. ſi uxor.13. §. ſed in ea.2. ff. ad Leg. Jul. de adult.* hiſce verbis. *Et in ea uxore poteſt maritus adulterium vindicare, quæ vulgaris fuerit.*

Q.1. An cõmittatur adulteriũ cũ perſona conjugata meretricio more vivẽte?

Et qua textuum contrarietate ardua & difficilis 4 quæſtio exorta eſt inter Doctores: *Utrum committatur adulterium, ſi quis habuerit rem cum conjugata, quæ tamen meretricio more paſſim ſeſe proſtituit, & an locus ſit Conſtitutionibus capite plectentibus adulteros?*

Non pauci enim Reſponſo *Ulpiani* inhærentes exiſtimant, Adulterii crimen nequaquam ceſſare, ex eo, quod cognita mulier ſit meretrix, *Gloſſ. in l. ſi ea. in verb. adulterii. C. ad Leg. Jul. de adult. Franc. Veg. conſ. 66. num. 219. 221. 230. Anton. Gomez. in l. tauri. 80. n. 28. Angel. in dict. l. ſi ea. C. ad Leg. Iul. de adult. Ludov. Carer. in pract. in 3. tract. de homicid. & aſſaſſin. §. adulterium. n.3. Baiard. ad Clar. in §. adulterium. nu. 27. Ioh. Vand. q.21. libr.2. Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſp.6. th.2. lit. G. Proſp. Farin. part.5. oper. crim. quæſt.141. n.85.* ubi hoc firmat argumento quodam ab abſurdo, tum communi Dd. opinione, conſuetudine & hodierna praxi recepta. Ita namque argumentatur: Si mulier publica adultera magis libere ac luxurioſè vivens non puniretur ut adultera, abſurdum illud ſequeretur inde, quod ea vel nullam, vel minorem ſuſtineret pœnam, quam mulier, quæ privatim & occultè ſe cum alio viro miſcet.

Alii tamen & quidem communiter Interpretes negativam tenent, ac cum *Impp. Diocletiano & Maximiano* aſſerunt: cum uxore meretricio 5 more vivente non committi adulterium, ita ut nec mulier nec vir propterea accuſari poſſint, *Bartol. in l. ſi uxor.13. n.1.2. ff. ad Leg. Iul. de adult. Bonif. de Vitalin. in rubr. de adult. n.8. Andr. Tiraquell. de leg. connub. in l.13. gloſſ.1. n.23. in fin. Aug. ad Angel. in tract. malef. verb. che hai adulterato lamia Donna, n.45. Rol. conſ.74. n.13. & ſeqq. lib.1. Pract. Conrad. in rubr. de adult. n.21. Ægid. Boſſ. in tit. de cert. damn. & punit. n.23. & 24.*

Quorum opinio non modò nititur autoritate Imperatoria in *dict. l.22. C. ad Leg. Iul. de adult.* 6 ſed etiam fundata eſt in definitione adulterii quod eſt violatio thori alieni, ut vulgò putant Dd. In muliere verò adultera & meretricio more vivente thorus ac vinculum conjugale non eſt; utpote ruptum ac fractum in primo adulterio, quod matrimonium diſſolvit, *c. tuæ.5. extr. de procur. c. ſignificaſti. c. ex literis de divort. c. literis. 12. extr. de præſumpt.* Semel ergo ac per primum adulterium conjugio diſſoluto, thorus ceſſat, adeoq; per coitum ſubſequentem illicitum, thorus denuò rumpi aut violari, & ſic pro adulterio coitus iſte haberi nequit.

Hinc neque is; qui cum ejuſmodi muliere nupta, meretricio tamen more vivente rem habet, pœnam adulterii ordinariam incurrit, quod ferè omnes, quos ego vidi, pauciſſimis exceptis oportet fateri, *Petr. Heig. dict. quæſt.29. n.26.27. 30. Ioach. à Beuſt. in tract. de matrim. cap.19. part.2. Matth. Coler. part.1. deciſ.176. n.8. Dan. Moller. lib.2. ſemeſtr.36. Ludov. Gilhauſ. in arbor. jud. crim. c.2. tit. de adulterio, 18. n.13.*

Non etiam deſunt, qui diſtinctione litem 7 hanc componere conantur. Etenim *Iul. Clar. libr.5. ſent. §. adulterium num.3.* diſtinguit inter uxorem, quæ quidem ante matrimonium publica fuit meretrix, ſed poſt contractum matrimonium ceſſavit à meretricia vita. Et inter eam uxorem, quæ etiam poſt matrimonium contractum, vulgare ſcortum manſit: Cum illa adulterium committi ſcribit, per text. in *d. l. uxor.13. §. ſed & in ea. ad Leg. Iul. de adult.* Cum hac verò non committi adulterium tradit, per *l. ſi ea quæ. C. eod. tit.* Eamque opinionem communiter hodie ſervari, ex aliorum teſtimonio refert. Huic adſtipulatur quoque *Tiber. Decia. in tract. crim. libr.8. capit.7. n.14.* ubi ait, quod Ulpian. JCtus in *dict. l. ſi uxor.13. §. ſed & ff. ad Leg. de adult.*

adult. loquatur de ea uxore, quæ in præteritum fuit vulgaris: Impp. verò Diocletianus & Maximianus 8 in *l.ſi ea.C.eod.tit.* agant de uxore, quæ adhuc meretrix eſt vulgaris. Sed vereor quod hæc diſtinctio dubium non tollat, nec menti JCti Ulpiani conveniat, ut qui in *dict.l.ſi uxor.13.* de uxore loquitur, quæ vulgaris eſt, hoc eſt, quæ aliis ſe proſtituit, quod de ea, quæ poſt matrimonium contractum à meretricia vita ceſſavit, aſſeri vix poterit, cum matrimonium priora vitia purget. Nec de præterito JCtus loquitur, quia nemo unquam forſan dubitavit, uxorem à vita meretricia deſiſtentem & matrimonium ineuntem adulterium committere. Aut certè eadem facilitate Impp. Diocletian. & Maxim. de præterito quoque locutos fuiſſe in *d.l.22.C.ad Leg. Jul. de adult.* putandum erit.

9 Aliter prædictos textus in concordiam poſſe reduci, arbitrantur *Matth.Weſembec. in parat.ff. ad Leg.Jul.de adult.n.6.verſ.atque ita intelligamus Matth.Berlich.part.4.concl.27.n.85. Henr.Bocer. in tract.de adult.cap.1.n.57.* Intelligentes *L.ſi ea. C.dict.tit.* de caſu, quo mas aliquis non cum aliena uxore meretrice vulgari, ſed cum fœmina quadam ſoluta, meretrice publica rem exercuit veneream: quem ſenſum innuunt hæc verba: *ſtupro tibi cognita eſt.* Aſt ſubſiſtente hac explicatione Impp. certè reſponderunt de caſu planè non dubio; quod non præſumendum eſt. Quis enim unquam dubitare potuit, cum ſoluta meretrice adulterium non perpetrari? cum generaliter deciſum reperiatur, adulterium non niſi in nuptam committi, in *l.6.§.1.ff.ad Leg.Jul.de adul.* Neque hanc diſtinctionem vocabulum *ſtupri* juvare poteſt, utpote quod promiſcuè pro adulterio uſurpatur, *d.l.6.§.1.*

10 Salicet. *in d.l.22.C.ad Leg. Jul. de adult.* eam tum demum locum habere putat, ſi mulier illa de qua dicitur, quamvis nupta ſit, tamen cum marito non ſit, neque apud eum habitet, ſed palam publicè aliis ſe proſtituat, ut tunc quidem illa teneatur pæna adulterii, propter primum nimirum commiſſum adulterium, ſed non ille, qui cum iſta ita vulgari & palam inhoneſtè vivente muliere rem habet; Secus verò ſe rem habere in alia uxore, quæ adhuc apud maritum ſit, & cum eo habitet, quamvis clam cum aliis etiam pluribus rem habeat; quia dum maritus eam tanquam uxorem adhuc habet, & apud ſe retinet, videatur ea omnino pro uxore cenſenda & quicunque cum illa, ſive primus ſive ſecundus, ſive etiam alius ſit, rem habuerit, adulterium committere, & alterius thorum temerare.

11 Verùm & hæc diſtinctio fundamento deſtituitur. Nec enim *d.l.22.& l.ſi uxor.13.* inter uxorem cum marito cohabitantem, & non cohabitantem diſtinguunt, nec cohabitatio ſola adulterium facere poteſt.

12 Aliter & melius diſtinguit *Angel.in dict.l.ſi ea.C. de adult.* exiſtimans, quidem parcendum eſſe, & hoc reſpectu procedere opinionem Negantium: At mulierem ut adulteram puniendam eſſe; quia impudica vita uxoris injuriam maritali thoro factam non lenit, ſed exaſperat magis & aggravat. Quod ita de conſuetudine obſervari, teſtatur & ſequitur *Joan.de Anan. in c.1.de adult.Alex.conſ.99.n.9.vol.6.* & Nevizan. *in ſylv.nupt.lib.3.in verb.ſtuprator.verſ. duodecima eſt ratio.* Hancque opinionem in facto tenuiſſe Conſilium Neapolitanum, refert *Capitius, deciſ.44.* Et Baptiſtæ Corneti, qui fuit poteſtas Recanati, & damnavit de adulterio meretricem publicam, meminit *Amadeus in tract. de ſyndicat.n.174.Petr.Heig.dict.q.29.n.27.*

Nec diſplicet hæc opinio *Matth. de Afflict. in Conſt.Neapol.rubr.42.lib.3.n.5.* quem allegat & 13 ſequitur *Hartm.Piſtor. obſervat.32.* ubi rationem eius hanc affert, quod ſcilicet mulier, quia nupta & uxor eſt, rem cum alio habens, adulterium committat & pæna adulterii teneatur, ac licet poſtea cum aliis etiam rem habere, & ſeſe paſſim proſtituere incipiat, per hoc tamen non poſſit liberari à pœna, quam meruit per primum actum adulterii, juxta *l.mater.§.1.ff.ad Leg.Jul. de adult.* Nam alioqui fieret, quod luxuria & ſæpiùs reiteratum delictum melioris eſſet conditionis, quàm caſtitas, vel delictum ſemel commiſſum: quod tam rationi, quam regulis Juris adverſetur, quæ geminationem & reiterationem delicti pænam aggravare docent. Quæ ratio in viro ceſſat: Cum enim mulier jam antea ab aliis ſit ſtuprata & adulterata, videri poſſet, quod non amplius pro uxore ſit habenda, cum adulterium commiſſum ſolvat matrimonium, quare qui poſtea cum illa rem habet, non videtur adulterium, ſed tantùm ſtuprum aut fornicationem exercere, & ſic de adulterio non erit puniendus. Quibus ſic ſtantibus JCtum Paulum in *l.13.§.2. ff.ad Leg.Jul.de adult.* de ipſa muliere adultera ac meretricio more vivente; Impp. verò in *l.ſi ea.22. C.eod.tit.* de viro cum ea concumbente loqui, probabile omnino eſt.

Quamvis autem fateri cogar, diſtinctionem hanc Angeli, juxta ea, quæ ex *Hartm.Piſtor.* adducta ſunt, rationi ſatis convenientem, 14 nihilque verius eſſe quam quod uxor meretrix jam antea etiam ab aliis ſæpius adulterata, ordinaria pæna plecti, vir autem mitiori ſupplicio affici debeat. Hunc tamen propterea adulterum non eſſe, nec *Angelo*, nec *Hartm. Piſtor.* aſſentiri poſſum. Licet enim 15 conceſſerim, uxorem nuptam meretricio more viventem, ac ab aliis antea quoque adulteratam & ſtupratam, reſpectu viri ſe carnaliter cognoſcentis pro ſoluta, & ſic coitum iſtum magis pro ſimplici fornicatione, quàm adulterio vero habendum eſſe, unde etiam efficitur, quod in viro pœna adulterii locum non habeat; hoc tamen ſolummodò fit juris fictione, quod effectum ac pænæ mitigationem reſpicit: Revera enim neque per primum uxoris adulterium matrimonium diſſolutum, nec ea pro ſoluta perſona habenda eſt, cum juris ſit manifeſti, adulterium ipſo jure conjugium non rumpere, ſed ad hoc requiri ſententiam declaratoriam, qua Judex Eccleſiaſticus prævia cauſæ & criminis 16 cognitione ſufficiente, nec non præcedente adhortatione ad reconciliationem, ſi innocens nocentem recipere noluerit, conjugium diſſolvit, & conjuges ſeparat, *Joh.Schneidevvin. in tit. Inſt.de Nupt.ſub rubr. de divort.n.35.* Eoque reſpicit in puncto deſertionis *Conſtitutio. Elect.26. part.*

part.3. requirens ſententiam judicis ad diſſolutionem matrimonii, *in verb.* Vnd ſolche Vrſachen zu recht erheblich und gnugſamb erkant werden. Et poſtea: Es wåre dann die Eheſcheidung zwiſchen Mann und Weib zu recht erkandt &c. Antequam ergò ſententia ejuſmodi præceſſerit, matrimonium ut maximè etiam adulterium à conjugibus commiſſum, ac ſæpiùs reiteratum fuerit, diſſolutum non eſt. Durante autem eo & uxore adultera alios quoque admittente, adulterium denuò committi, negari vix poterit.

17 Quapropter ſi omninò certi quid ſtatuendum eſt, primæ opinioni ſubſcribere, & adulterii crimen neque in viro, neque in muliere ceſſare, ex eo, quod cognita mulier fuerit meretrix, aſſerere haud vereor. Idque non modò ex jam dicta ratione quod antè ſententiam, ſuper diſſolutione matrimonii ob perpetratum adulterium à judice Eccleſiaſtico latam, conjugium adhuc duret, & uxor conjugis vinculo teneatur ut etiam ſentit, *Petr. Heig. dict. quæſt. 29. nu. 26. part. 2.* Sed & ob Clarum JCti Ulpiani pronunciatum in *d. l. ſi uxor. 13. §. 2. ff. ad Leg. Jul. de adulter.* ubi vulgaris uxor rectè accipitur pro meretrice, *Hott. in Lex. verb. vulg. uxor. Didac. Covarr. de ſponſ. part. 2. cap. 7. §. 6. num. 11.* Quo ſi evincitur, in uxore meretrice, anteà quoque ab aliis ſtuprata, adulterium vindicari poſſe, eamque adulteram eſſe, ut omninò ex iſto textu apertum eſt: ſimul etiam virum cum illa muliere rem habentem adulterum eſſe, probatum erit: ex natura correlativorum, cum adultera pariter præſupponat adulteratum, atque filius patrem, aut ſervus Dominum. Quamvis enim exiſtimet *Petr. Heig. dict. quæſt. 29. n. 32.* mulieres meretricio more in matrimonio viventes adulterium absque adultero committere, ut maximè alias crimen adulterii duorum ſit crimen. Iſtud tamen ex textibus, quos ibidem ad hoc allegat, nequaquam probatur, ut cuivis leges illas inſpicienti obviam eſt.

18 Facit etiam huc, quod reverentia, quæ debetur matrimonio, in uxore quoque meretrice vulgari meritò ſpectatur. Quodque offenſio ſit marito non exigua, etiam in uxore meretrice vulgari, cum quis conjugale ipſius decus expugnat, *Hippol. de Marſil. in l. 1. n. 30. C. ad Leg. Jul. de adult.* Item quod Domino fiat injuria, cùm quis ſervæ ipſius ſtuprum infert, *l. ſi ſtuprum. 25. ff. de injur.* Quod denique in ea quoq; uxore alienâ probrum intelligitur, quæ turpiter vivit, & vulgò quæſtum facit, *l. probrum 4. l. in pr. ff. de rit. nupt.*

19 Neque negotium facit *l. ſi ea. 22. C. ad Leg. Jul. de adult.* Quæ ſi rectè inſpiciatur, de pœna adulterii loquitur, hocque vult, quod in eo, qui ſe commiſcet cum uxore ſe omnibus meretricio more proſtituente, pœna adulterii ceſſet. Jam vero diverſa ſunt, virum cum uxore jam antea ab aliis ſtuprata & adulterata cōmittere adulterium, & adulterii pœna teneri: Illud affirmo; hoc verò nego. Et licet Imperatores *in dict. l. 22.* de ipſo crimine loquantur, illudque ceſſare dicant; tamen cum effectu verba hæc ſunt accipienda; ita ut reſpectu effectus & pœnæ crimen adulterii non videatur committi. Hancque mentem Impp. fuiſſe, dubitandum non eſt, ob morem loquendi ab effectu deſumptum in jure frequentiſſimum *Auth. Sacrament. C. ſi adverſ. vendit.* Novell. 115. c. 3. *Auth. ex cauſa, C. de lib. præterit.*

Hoc autem certum eſt, & in eo ferè conveniunt omnes, quod vir cum uxore meretrice concumbens, non ordinariam adulterii, ſed aliam mitiorem, graviorem tamen ſimplicis cujuſdam ſtupri coercitione pœnam incurrat. 20 Id quod prædictis non adverſatur: Nam & is qui ſponſam alterius cognovit, adulterium committit, *l. ſi uxor. §. Divus ff. ad Leg. Jul. de adult.* quem tamen haud pœna ordinaria teneri, certiſſimum eſt. *Hartm. Piſtor. dict. obſerv. 32. n. 26.* Quare non ergò idem quoque hic obtinebit. Licet enim negari non poſſit, quin & hoc caſu ſecundum antea dicta alienus violetur thorus. Quia tamen hujus exiguus, aut nempe nullus cenſetur pudor, ad uxoris ſcelera viro connivente, adeoque ei veluti ſcienti ac volenti minor fit injuria; idcircò minus violanti alienum thorum minor quoque infligi debet pœna, ut ea commenſuretur delicto. *l. 11. de pœn. Raudenſ. de annal. lib. 1. cap. 34. n. 91.* Quamvis hoc caſu uxor meretrix à pœna adulterii ordinaria nequaquam ſit exempta, *Hartm. Piſtor. dict. obſ. 32.*

Ex hiſce circa pænam Reis adulterii cum conjugatis, quos antea quoque adulteros fuiſſe conſtat commiſſi infligendis, duæ potiſſimùm Regulæ eluceſcunt: quarum una ſupplicium eorum, qui cum conjugibus jam antea adulteris rem habent, reſpicit; altera verò pænam conjugum adulterorum, & in adulterio perſeverantium, concernit. 21

Prima regula eſt: Quod pœna adulteri ordinaria locum non habeat in perſonis adulterium committentibus cum iis cōjugibus, quos jam antea quoque adulteros adulteraſve fuiſſe, ac hoc idem crimē cum aliis etiam perpetraſſe conſtat. 22 Hujus concluſionis ratio præcipua eſt, quod conjugata perſona, jam antea quoque crimine adulterii commaculata, reſpectu alterius perſonæ adulterantis pro ſoluta habeatur. Quamvis enim ea adhuc reverà ſit conjugata, matrimonio per ſententiam nondum diſſoluto, adeoque etiam cum ea adulterium committatur, juxta *ſupra dicta*: Attamen quia cauſa diſſolutionis atque divortii, adulterium ſcilicet, jamjam exiſtit, ob futurum eventum matrimonium jam diſſolutum fingitur, ita ut cum ejuſmodi ſocio conjugii perfido rem habens, adulterium non perpetrare videatur. Sicut & aliàs quandoque ex futuro effectu res definiri ſolet; 23 Veluti uxor dicitur domina dotis & habere poſſeſſionem, quoad effectum reſtitutionis, quæ ei fieri debet ſoluto demum matrimonio *l. in rebus. C. de jur. dat.* licet conſtante matrimonio ſit Dominus dotis, quoad effectum vindicationis, *l. doce ancillam. C. de rei vindicat.* Hancque rationem ponderarunt etiam *Wittebergenſes* JCti in literis reſponſponſoriis ſuper hoc caſu conſulti à *Scabinis Lipſenſibus*, quas refert verbotenus *Hartm. Piſtor. dict. obſervat. 32. n. 59.* in verb. **Dieweil ſie nicht mehr ihres Mannes Eheweib geweſen/ſondern durch den Ehebruch/ſich von ihme mit der That/ ob gleich das** divortium **noch nicht** pronunciirt **geweſen/abgeſcheiden/** &c. Multumque hanc fictionem juvat favor Rei, pænam adulterii ordinariam ita effugientis, cujus præſertim in pænalibus ratio haberi debet: quem etiam Imperatores Dioclet. & Maximian. hujus ſententiæ defenſores in *l. ſi ea quæ. 22. C. ad Leg. Iul. de adult.* reſpexiſſe admodum probabile eſt.

Q. 2. Quomodo puniendus ſit vir ſolutus cum uxore nupta meretricio more vivente concumbens?

24 Proinde, quando vir ſolutus cum uxore nupta, jam antea ſtuprata, ac meretricio more vivente adulterium committit, nequaquam pæna gladii puniri, ſed virgis cæſus in perpetuum relegari debet. Eaq; communis Interpretum eſt ſententia, *Petr. Heig. part. 2 quæſt. 29. num. 77. & 78. Ioach. à Beuſt. in tract. de jur. connub. cap. 19. Matth. Coler. part. 1. deciſ. 176. n. 8. Dan. Moller. lib. 2. ſemeſt. 36. Matth. Berlich. part. 4. concl. 27. n. 88. Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſp. 6. th. 2. lit. G. in fin. Hartm. Piſt. obſ. 32. n. 62.*

25 *Quam in pronunciando ſequuntur quotidiè Scabini, in hunc modum reſpondentes:* Ob wohl der Gefangene C. K. ein lediger Geſelle nicht in Abrede/ ſondern geſtändig iſt/ daß er mit N. N. Eheweibe fleiſchliche Unzucht und Ehebruch begangen/ dieweil aber dennoch jetzo bemeltes Weib zuvor mit andern/ ſo ſich flüchtig gemacht/ auch geehebruchet/ und alſo an ihrem Eheman brüchtig worden/ &c. So mag der Gefangene C. K. von wegen vorberürter ſeiner verbrechung nach Gelegenheit dißfals am Leben nicht geſtrafft werden. Er wird aber gleichwol mit Staupenſchlägen des Landes ewig verwieſen: V. R. W. *Ad requiſitionem Erneſti Theodorici à* Starſchedel/ *Menſe Julio Anno 1601.*

26 *Ad Conſultationem Præfecti Pegavienſis, Menſ. Ianuar. Anno 1600.*

Præfecti Ilenburgenſis, Menſ. Iun. An. 1587.

Ad conſultationem Mauritij à Werthern/ *M. Octob. Anno 1598.*

Iudicis Præfecturæ in Ziegenrück/ *Menſe Feb. Anno 1598.*

Ad requiſitionem Præfecti in Sachſenburg/ *M. Mart. Anno 1628.*

Ad eundem. Menſ. *Aug. An. 1628.*

Q. 3. Quid ſi adulter ignoret, uxorẽ nuptã antea fuiſſe adulteram?

27 Ampliatur Primo hæc Regula: Vt vera ſit non ſolùm quando mulier nupta meretricio more vivit, ac paſſim omnibus aut pluribus ſe proſtituit, marito plane deſerto; ſed etiam ſi marito cohabitans cum duobus ſolummodò adoleſcentibus clam conſuetudinem habet. Quo caſu ſecundus, licet primum uxoris adulterium ignoret, à pæna quoque ordinaria exemptus eſt, & virgis tantummodò cæſus relegatur.

28 Quamvis enim *Dan. Moller. libr. 2. ſemeſtr. 3.* exiſtimet, hoc caſu utrumque adoleſcentem adulterum gladii pæna plectendum eſſe; Contrarium tamen verius eſt, & in *Elector. Saxon. Scabinatu obſervatur.*

29 *Tùm*, ob identitatem rationis, ob quam adulterum cum uxore jam antea ab aliis ſtupratam concumbentem à pæna ordinaria liberandum eſſe, dixi. Nam ſemel adulterio ab uxore commiſſo, matrimonium jam diſſolutum eſſe videtur, æque ac ſi mulier palam omnibus ſe proſtitueret: propterea, quod etiam ob unicum adulterium divortium fieri poteſt, *c. tuæ. 5. ext. de procur. c. ſignificaſti c. ex literis, de divort. c. literis. 12. ext. de præſumt.*

Tùm, quod hæc ſententia mitior atque benignior eſt, adeoque in dubio apprehendenda, *l. 32. in fin. l. 42. ff. de pœn. l. factum cuique §. fin. ff. de reg. jur. c. in pœnis 49. de reg. jur. in ſexto. Alexand. cap. 109. num. 5. lib. 4. Raph. Cuman. conſ. 134. Iac. Menoch. de præſumpt. lib. 5 præſumpt. fin. nu. 2. Proſper. Farin. in prax. crim. lib. 1. tit. 1. quæſt. 19. num. 3.* 30

Ita pronunciarunt Scabini verſus Lauchſtett/ ſo viel aber den Organiſten anlanget/ dieweil bemelte N. N. bekandt und außgeſagt/ daß ſie auch vor drey Jahren mit einem ledigen Geſellen geehbruchet/ und alſo bereit zuvor an ihrem Ehemanne brüchtig worden/ So mag auch er von wegen ſeiner mit obbenanten N. N. begangenen und bekanten fleiſchlichen Unzucht nach geſtalt der Sachen mit der ordentlichen Todesſtraffe nicht belegt werden/ ſondern wofern man ihme in Anſehung ſeines erlittenen langwirigen Gefängnüß nicht Gnade erzeigen wolte/ wird er mit Staupenſchlägen des Landes ewig billig verwieſen. V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris* Menſ. *Ianuar.* Anno *1604.* 31

In caſu ſimili fuit ita pronunciatum an Schöſſer zu Freyberg/ Menſ. *Febr.* Anno *1615.*

Q. 5. Quid juris in marito rem habente cum uxore aliena meretricio more vivente?

32 Secundò: Ampliatur Regula hæc in marito cum uxore alterius ab alio, ſive iuvene, ſive marito prius adulterata, concumbente, ita, ut reſpectu iſtius remiſſio conjugis locum habeat. Nam ſi conjunx pro eo intercedere nolit, abſque dubio is gladio plectitur, ſecundum *Conſt. Elect. 29. part. 4.* quæ maritum cum ſoluta etiam concumbentem gladio puniri jubet: Remittente autem conjuge, hoc caſu maritus, in honorem matrimonii fuſtigatione quoque remiſſa, perpetuo punitur exilio, quem uxor ſequi tenetur, *Hartm. Piſtor. obſervat. 32.* ubi etiam Wittebergenſes ita ſentientes refert. *Petr. Heig. dict. quæſt. 29. Dan.* Moller. *dict. libr. 2. ſemeſt. 36.*

33 Ratio manifeſta eſt: Nam ut antea dictum uxor conjugata & ab alio ſtuprata & adulterata, reſpectu poſterioris adulteri pro ſoluta habetur perſona, cum quaſi maritus conſuetudinem habeat, ad interceſſionem uxoris pœnam gladii ei remitti, certo certius eſt, ex *Conſtit. Elector. 19. part. 4.*

34 *Veluti ita ſæpiſſimè reſponderunt Dnn. Scabini:* So wird G. R. von wegen ſolches begangenen und bekanten Ehebruchs mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft/ es wolte ihm dann ſein Eheweib ſolche ſeine Verbrechung verzeihen/ und ferner Ehelichen beywohnen/ und auff den Fall würde ſie nach Gelegenheit dißfals/ unnd in Anſehung/ daß obbemeltes M. P. Weib mit der er zu Falle kommen/ hiebevor allbereit an ihrem Ehemanne brüchtig worden/ und mit dem gerechtfertigten N. N. zu etlichen mahlen zu thun gehabt/ damit zugelaſſen/ und er dem heiligen Eheſtand zu Ehren mit der ordentlichen Todesſtraff verſchonet/ aber gleichwol des Landes ewig verwieſen/ darauß ihme ſein Eheweib mit weſentlicher Wonung zu folgen ſchuldig/ V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris Bornenſis Menſe Ianuar. Anno 1600.*

35 *It:* Wann gleich euer Eheman mit des Mühlknechts Eheweib fleiſchliche unzucht getriben/und geehbruchet. Da aber dennoch dieſelbe vor deſſen mit andern Ehebruch getrieben / und ehe und zuvor euer Ehemann mit ihr zu falle kommen/an ihrem Eheman brüchig worden und Ihr woltet euerm Ehemanne ſeine Verbrechung verzeihen/und ferner Ehelichen beywohnen/ ſo bleibt er dem heiligen Eheſtand zu ehren mit der ordentlichen Todesſtraff billig verſchonet. Er würde aber gleichwol des Landes ewig verwieſen / darauß ihr als ſein Eheweib ihme mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig/ V.R.W. *Ad conſultationem B. M.* zu Pegau/ *Menſ. Julio, Anno 1600.*

Prætoris & Scabinorum Wurcenſium, *Menſ. Apr. Anno 1598.*

Ad conſultationem Andreæ Theodorici à Schleinitz/ Men*ſ. Jan. Anno 1605.*

Judicis & Scabinorum in Rötau/ Men*ſ. Sept. Anno 1619.*

Præfecti Elect. Gymnaſii Portenſis, Men*ſ. Decembr. Anno 1631.*

36 Hocque non ſolùm in expreſſa, ſed etiam in præſumpta & tacita remiſſione obtinet. Proinde maritus cum uxore alterius, more meretricio vivente conſuetudinem habens, ac poſt mortem demum ſuæ conjugis de adulterio confeſſus aut cõvictus, non niſi perpetua relegatione puniri poteſt, ob præſumptam ſcilicet remiſſionem uxoris ſuæ defunctæ, quæ ſi adulterium ſciviſſet, morte non præventa, hoc marito abſque dubio condonaſſet, *Dan. Moller. lib. 3. ſemeſt. cap. 13. nu. 2. verſ. quod ſi poſt mortem.*

Q. 5. Quæ ſit pœna mulieris ſolutæ, marito antea adultero exiſtenti ſe proſtituentis?

37 Tertiò: Prædicta Regula ampliatur quoque in mulieribus admittentibus maritos, jam antea adulteros fuiſſe, & fidem thori ſui violaſſe conſtat: Nam & hæ à pœna ordinaria ſunt exemptæ. Proinde fæmina ſoluta, ſive ſit virgo, vidua, aut etiam meretrix, copiam ſui faciens marito conjugato, qui antea durante ſuo matrimonio cum aliis quoque concubuit, nequaquam fuſtigatione (quâ aliàs ſecundum Conſtit. Elector. ejuſmodi fœminæ coerceri ſolent) punitur, ſed hac pæna corporali remiſsâ in perpetuum exilium mitti debet.

38 Quamvis enim hoc nullibi ita expreſsè deciſum reperiatur, & *d. l. ſi ea, 22. ad Leg. Jul. de adult.* viros ſolummodò cum uxoribus meretricibus rem habentes à pæna adulterii liberari velit. Quin tamen hæc ipſa diſpoſitio ad fæminas quoque maritos adulteros admittentes trahi debeat, dubium non eſt. 1. Quia non modò ob adulterium uxoris, ſed etiam mariti, divortium fieri poteſt. Idque eò certius de jure *Ordin. Crim. Carol.* quò etiam mulieribus maritos adulterii accuſare permittitur *artic. 120. dict. Ordin. Crim.* Igitur marito exiſtente adultero matrimonium jam diſſolutum eſſe fingitur, ac maritus adulter pro ſoluto habetur, cum quo poſtmodùm fœmina ſoluta concumbens adulterium non committit, nec pæna adulterii tenetur.

39 2. Quia & aliàs cum mulieribus mitius agendum. Quas etiam in crimine adulterii ab Impp. Juſtiniano in *Novell. 134. cap. 10.* ob ſexus imbecillitatem & fragilitatem, per quam fit, ut facilius in adulterii crimen mulier quàm vir prolabatur, à pæna mortis eximi vulgò putant, *Matth. Steph. ad art. 120. n. 3. Ordin. Crim. Carol. Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. c. 89. n. 111.*

40 3. Nullibi nempe in jure Civili, nec Conſt. Elect. fæminis hiſce, maritos adulteros admittentibus, pœna certa definita eſt. Ergo judex pro arbitrio hoc caſu delinquentes mulieres punire, ac pænam ordinariam mitigare poteſt. Quando enim certum ſupplicium Statuto vel conſuetudine conſtitutum non eſt, arbitraria eſt animadverſio, *Iaſon. in l. 4. num. 17. ff. de juriſdict. Andr. Tiraquell. de pœn. leg. temper. cauſ. 31. n. 34. Iacob.* Men*och. de arbitr. jud. quæſtion. lib. 1. quæſt. 86. n. 8. verſ. aut à jure communi. Ludolph. Schrad. in tract. de feud. part. 10. ſect. 19. n. 122. verſ. eam ob cauſam.*

41 *Ita pronunciavimus* gegen Zwenckau/ *hiſce formalibus:* So viel aber die Vettel anbelanget/ wird dieſelbe derowegen / daß ſie mit dem Gefangenen fleiſchlichen zugehalten/ weil ſie nicht die erſte geweſen/ mit der/ er die Ehe gebrochen/ des Landes ewig verwieſen/ V.R.W. *M. Aug. An.* 1628.

Ad requiſitionem Senatus Rochlicenſis, M. *Febr.* A*nno 1628.*

Quæſtoris W*urcenſis,* Men*ſe Iulio Anno 1628.*

42 *It:* Haben die drey gefangene Mägde in guten bekant/ daß ſie mit dem verhafften *P. L.* einem Ehemanne (welcher allbereit zuvor ſeinem eigenen Bekäntnüß nach mit unterſchiedenen Eheweibern zu thun gehabt/ und Ehebruch getrieben/) ſich fleiſchlichen vermiſcht/ rc. So werden ſie alle drey des Landes ewig billig verwieſen/ V.R.W. *Præfecto Officienſi,* Men*ſ.* A*pr. Anno 1630.*

Simili planè modo pronunciavimus judici oppidano Bornenſi. Men*ſ. Ian.* A*nno 1631.*

Quartò: Ex prædicta ampliatione 43 ſequitur quoq; remiſſionem in uxore adultera hoc caſu locum habere; veluti ſi uxor conjugata admittat maritum Reum adulterii, jam antea commiſſi. Huic ſi conjunx maritus remittere, ac pro ea intercedere velit, audiendus eſt, & adultera à ſupplicio mortis liberata, perpetua punitur relegatione, eumq; ea maritus intercedens migrare tenetur.

44 Si enim maritus adulter, qui extra conjugium ad alias quoque fæminas acceſſit, reſpectu adulteræ uxoris pro ſoluto habetur, quid obſtat, quo minus in ejuſmodi uxore adultera remiſſio obtinere debeat, juxta diſpoſitionem *Conſt. Elector. 19. part. 4.* cum hoc juris ſit in marito cum uxore alterius meretrice adulterium committente. Ex quo non malè ad hunc caſum inferri poteſt: ex natura correlativorum, quorum eadem eſt diſciplina etiam in pænis, *Bartol. in l. ſi quis. 1. C. de Cupreſſis ex loco Daphnenſ. libr. 11. Nicol. Boer. deciſ. 48. num. 3.* Et quod de uno ſtatuitur, idem quoque de altero ſtatutum eſſe, credendum eſt, *l. legem Iuliam. in fin. ubi Iaſon. & Dd. C. de indict. viduit. tollend. Everhard. in topic. loco à correlat. n. 3. Schrader. de feud. part. 10. ſect. 5. num. 228.*

45 *Quemadmodum etiam reſpondimus in caſu tali hiſce formalibus:* So möchte *Inquiſitin* wegen ſolches mit *M. K.* einem Ehemanne begangenen unnd bekandten Ehebruchs mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte gerichtet unnd geſtrafft werden. Es wolte dann ihr Ehemann *H. W.* ſeinem Weibe der *Inquiſitin*, in Anſehung daß *M. K.* allbereit

zuvor mit einer andern die Ehe gebrochen / unnd alſo *reſpectu* der *Inquiſitin* vor eine ledige Perſon zu halten geweſen / vorzeihen / unnd ungeachtet gebrochener Trew und Glaubens ferner ehelichen beywohnen / auff den Fall bliebe ſie dem heiligen Eheſtand zu Ehren mit der ordentlichen Todes-Straffe der Ehebrechere / ſo ſie ſonſten vorwircket / verſchonet; ſie würde aber gleichwohl nichts deſto minder deß Landes ewig vorwieſen / darauß ihr Eheman mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig / V. R. W. *Ad Requiſitionem Quæſtoris in* Schweinitz *Menſ. Mart. Anno 1622.*

It: Ad conſultationem Adami à Radewitz / *in* Spremberg / *Menſe Iulio, Anno* 1628.

46 Nec refert, an remiſſio hæc vera, an præſumpta fuerit: Exempli cauſa, ſi uxor alienum maritum, adulterum tamen admittens, poſt mortem demum mariti ſui crimen confiteatur: Hæc certè ſeveriori quàm relegationis pæna coercenda non eſt, ob præſumtam interceſſionem ſui mariti, quæ hoc caſu, quo maritus, cum quo rem habuit, pro ſoluto habetur, locum obtinet juxta prædicta, perinde, ut in marito cum alterius uxore meretrice ſe commiſcente, & defuncta ſua conjuge adulterium confitente, hoc quoque juris eſſe dixi antea *n. 36.*

In ejusmodi facti ſpecie ſic reſponderunt Scabini Senatui Deliciano, Menſe Decembr. Anno 1613.

It: Gunthero à Bünaw in Lauenſtatt, *Menſ. Novem. Anno* 1607.

47 Quinto: Ampliatur prædicta Regula, Ut quicquid juris eſt in adulterio ſimplici, cum ſoluta perſona commiſſo, iſtud quoque in duplicato adulterio obtineat, tunc, quando unus Reorum, adulter vel adultera, antea quoq; meretricio more vixit. Unde fit, quod ejusmodi adulterium etiam in Electoratu Saxoniæ (ubi in duplicato adulterio aliàs contrarium obtinet, ſecundum Conſtitut. Elect. 19 *in fin. part. 4.*) præſcriptione quinquennii tollatur: de quo vid. *infra q. 59 n. 44.* ubi etiam præjudicium Lipſenſium invenies.

Q. 6. An maritus cum uxore aliena quinquennium adulterii crimine jam contaminata concumbens, ad interceſſionem ſuæ conjugis à pœna gladii ſit exemtus.

48 Hujus occaſione quæritur: *An maritus cum uxore conjugata, ante quinquennium quoque adulterii crimine contaminata rem habens, ad interceſſionem ſuæ conjugis à pœna mortis liberari queat?*

Rationem dubitandi præbet, quod adulterii crimen præſcriptione quinquennii tollatur *l. miles.* 11. *§. adulterii. 4. l. 29. § ſex menſium. 5. §. 6. & ſeq. ff. ad Leg. Jul. de adult. l. adulter. 5. l. 28.* C. *eod tit. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. adulterium. n. 20. Nicol. Boer. deciſ. 16. Ludov. Gilhauſ in arbor. jud crim. cap. 2. tit. de adulter. 18. n. 25.* Quod & in ſimplici adulterio in ditionibus Electoratus Saxon. extra dubium eſt: Sublato ergò primo adulterio, matrimonium adhuc durat, nec uxor 49 adultera reſpectu mariti adulteri poſterioris, pro ſoluta fœmina haberi poteſt, adeoque adulterium cum ea commiſſum erit duplicatum, in quo meritiſſimo ac interceſſio conjugis locum non habet in Electoratu Saxon. *Conſt. Elect. 19. p. 4.*

50 At eo non obſtante, hoc quoq; caſu ad interceſſionem conjugis pænam ordinariam remittentis maritum perpetuo exilio puniendum eſſe, exiſtimo, ex eo potiſſimum fundamento quod uxor conjugata adulterii crimine ſemel contaminata pro ſoluta tam diu habeatur, quam diu cauſa divortii durat. Hæc autem, violatio ſcilicet fidei conjugalis, elapſo etiam quinquennio non ceſſat, neq; actioni ad divortium tanto temporis ſpatio præſcribitur, *gloſſ. in c. admonere, in fin. 33. quæſt. 1.* Ergo poſt quinquennium uxor adhuc pro ſoluta habetur, adeoque adulterium à marito cum ea commiſſum ſimplex eſt: in quo etiam ſecundum *Conſt. Elect. 19. part. 4.* interceſſio conjugum mitigationem pænæ operatur.

51 Nec obſtat, quod adulterii crimen præſcriptione quinquennii tollatur. *Hoc* enim verum eſt ſolummodò quoad pœnam legis Iuliæ de adulteriis, *l. 29. §. 5. 6. & 7. ff. ad leg. Jul. de adul.* Ita ut maritus non queat accuſare uxorem de adulterio poſt quinquennium; non etiam quoad divortium, ad quod maritus etiam quinquennio elapſo agere poteſt. Actioni namque ſpirituali nunquam præſcribitur, *gloſſ. in dict. c. admonere in fin. 33. q. 1. Proſp. Farin. in prax rer. crim. lib. 1. tit. 1 quæſt. 10. n. 20. Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſp. 6. th. 3. lit.* G. *verſ. Niſi agatur ad divortium.*

52 Secunda Regula eſt: Adulterio cum perſona conjugata, meretricio tamē more vivente commiſſo, ipſam, conjugatā ſcilicet perſonam, quæ ita turpiter vivit, nullatenus excuſari, ſed pœna ordinaria plectendam eſſe, *l. 13. §. 2. ff. ad Leg. Iul. de adult. l. mater. §. 1. ff. eod. tit. Hartm. Piſtor. obſervat. 32.* ubi etiam reſponſorias literas *Wittebergenſium* ita ſententionantium refert *in fin. verſ.* Aber ſie hat dieſe Straffe wohl verdienet. *Petr. Heig. part. 2. quæſt. 29. n. 28. & 77. Iul. Clar. libr. 5. ſentent. §. adulterium n. 27 ſub fin. verſ. autem. Anton. Capyc. deciſ. 44. num. 4.* Tantumque abeſt, 53 conjugem adulterio ſæpius commaculatum mitiori ſupplicio plectendum eſſe, ut potiùs ob frequentem delicti reiterationem adverſus ipſum ſeveriùs ſit animadvertendum: cum reiteratio criminis non parum aggravet pœnam, *l. capitalium, §. ſolent, & §. graſſatores. ff. de pœn. l. 3 C. de Epiſc. audient. l. ſervos. C. ad Leg. Iul. de vil. 1. ff. de jur. patron. Anton. Gomez. in tit. de delict. cap. 3. n. 60. in fin. & in tit. de furt. n. 5. Proſp. Farin. in prax. crim. lib. 1. tit. 3. quæſt. 22. n. 12.* Idq; parum dubii habet, quotidie *Scabinis ſic pronunciantibus.*

Q. 7. Num interceſſio mariti liberet à pœna ordinaria uxorem, quæ primo cum viro ſoluto, poſtea vero cum marito alieno rē habuit?

54 Ampliatur Primo hæc ſecūda Regula: In uxore conjugata, quæ ab initio cum juvene ſoluto, poſtea verò cum alieno marito ſeu viro conjugato rem habet: Huic ſi maritus remittere velit, in terris Elect. Saxon. non auditur, ſed uxor adultera, non obſtante conjugis mariti interceſſione, gladio puniri debet, juxta *Conſt. Elect. 19. p. 4. Hartm. Piſt. dict. obſ. 32. n. 29.*

1. Ejuſmodi namque mulier ſecunda vice maritum alienum admittens, duplicatum committit adulterium, in quo remiſſio conjugum locum non habet, *Conſt. Elect. 19.* Licet enim hoc caſu uxor adulterio ſemel contaminata pro ſo- 55 luta habeatur perſona, reſpectu mariti adulteri poſterioris; attamen hoc ipſam uxorem nil juvat: cum favor unius non ſtatim proſit alteri.

56 2. Si aliter diceretur, ſequeretur ſecundum *gloſſ. in l. ſi ea. 22. C. ad Leg. Iul. de adult.* Quod luxuria & ſæpius reiteratum delictum melioris eſſet conditionis, quàm caſtitas vel delictum ſemel commiſſum: quod tam rationi adverſatur, quàm Juris Regulis, quæ docent, geminationem & reiterationem delicti pænam aggravare, *Hart. Piſtor. dict. obſerv. 32. n. 16.*

57 3. Probatur aſſertio noſtra hoc argumento firmiſſimo: Aut maritus uxori, quæ primum cum juvene ſoluto vel viduo, poſtea verò cum alieno marito rem habuit, primum adulterium cum viro ſoluto commiſſum, remittit, aut non remittit. Si poſterius, res eſt expedita & uxor pænam gladii ob primum etiam adulterium effugere nequit; Si verò prius velis, remiſſo adulterio primo uxor denuò pro conjugata perſona habetur, adeoque poſterius adulterium cum marito alieno commiſſum, erit duplicatum, in quo conjugum remiſſio ceſſat, *dict. Conſt. Elect. 19. part. 4.*

58 *Secundum hanc ſententiam reſponderunt Domini verſus* Rötaw/ *Ad requiſitionem Iudicis & Scabinorum Menſ. Sept. Anno 1619.*

It: An Schöſſer zu Lichtenwalda/ *Menſ. Iulio, Anno 1584.*

Gegen Ziegenrück/ An Landrichter. *Menſ. Feb. Anno* 1598.

Ad requiſitionem Prætoris Weiſſenfelſenſis, *menſe Mart. Anno 1600.*

Quæſtoris in Auguſtusburg/ *Menſe Octob. Anno 1630.*

59 Hocque etiam tunc procedit, quando uxor conjugata primum cum viro ſoluto, ac poſtea matrimonio ab ipſo inito, cum eodem ceu marito adulterium committit. Nam nec hoc caſu conjugis ſui Remiſſio locum habebit, propterea quod poſterius adulterium fuit duplicatum, ubi interceſſio conjugum non admittitur: per ſubſequens enim matrimonium reſpectu adulteri prius crimen purgatur, cum quo poſtea uxor adultera concumbens duplicatum perpetrare dicitur adulterium.

60 *Veluti ita pronunciarunt Scabini, ad conſultationem Præfecti* Weiſſenfelſenſis. *Menſe Febr.* A*nno 1602.*

Et in caſu ſimili gegen Endorff/ *Ad requiſitionem Præfecti, menſ. Ian. Anno 1618.*

Q. 8 Quid Iuris itidē hoc caſu ſit in marito.

61 Ampliatur. Secundo hæc Regula: In viro conjugato ſeu marito, qui primum cum fœmina ſoluta, ac poſtea cum uxore alterius ſe commiſcet. Hic enim pariter gladii ſupplicium incurrit, nec ad interceſſionem conjugis ſuæ, quæ hoc caſu non attenditur, ab eo liberari poteſt.

62 *Tum*, quod nec maritus hoc caſu propriè ac vere ſit ſoluta perſona adeoque cum uxore alterius duplex adulterium committat, quòd vulgò Oberhurerey appellari ſolet, nec reiteratio criminis ipſi quicquam prodeſſe poteſt. Vt ſic eadem prorſus ſit ratio hoc caſu in marito, quæ in uxore primùm viro ſoluto, poſtmodùm marito ſe proſtituente, de qua dictum *Ampliat. 1.* Ideoque & idem jus hic obtinebit, *l. illud 32. ff. ad Leg.* A*quil. l. his ſolis. 7. §. actionem 2. C. de revocan. donat. c. inter corporalia. 2. ext. de translat. Epiſcop. Bald. in l. quoniam intelligitur 5. num. 4. ff. de his qui notant. infam. Panorm. in c. quoniam frequenter 5. in 1. reſponſ. n. 6. verſ. ſi ergo eadem. ext. ut lit. non conſtet. Andr. Tiraquell. in reg. ceſſante cauſa. part. 1. n. 156.*

Tum, quod licet maritus hoc caſu pro ſoluto haberetur, nihilominus tamen pæna gladii plectendus eſſet; quia hæc pæna etiam in virum ſolutum, uxorem alterius adulterantem; ſtatuta eſt, (*Conſt. Elect. 19. in fin. princ. part. 4. Ioh. Schneid. ad tit. Inſt. de nupt. rubr. de divort. n. 26. verſ. Et fecit extenſionem.* 63

R*eſpondimus ita ad cōſultationem Adami à* Radewitz/ in Spremberg/ *adjectis reſponſo hiſce verbis formalibus:* und hat die *remiſſio* ſeines Eheweibes nicht ſtatt/ *Menſe Julio, An. 1628.* 64

Pariter pronunciarunt noſtri Anteceſſores verſus Heldrungen/ *hiſce formalibus:* Und hat ſeines Eheweibes für jhm gethane Vorbitt und *remiſſion* geſtalten Sachen nach nicht ſtatt. An Schöſſer/ *Menſ. Majo, Anno 1606.* 65

Et in caſu ſimili dictata fuit adultero ejusmodi pæna glady absque clauſula remiſſionis. Ad requiſitionem Quæſtoris Ilēburgenſis. Menſ. Febr. Anno 1601. 66

Limitatur tamen hæc ſecunda regula in marito & uxore, ſæpius cum ſolutis perſonis adulterium committenti. Licet enim perſona conjugata meretricio more vivat, ac ſæpius hoc delicti genere ſe commaculet, ſi tamen non niſi cum perſonis ſolutis rem habuerit, interceſſio conjugis locum obtinebit, & remiſſa pæna gladii adulterii Reus Reave perpetuò punietur exilio. 67

In ſimplici namque adulterio ad interceſſionem conjugis innocentis, pæna ordinaria eſt mitiganda etiam in terris Elect. Saxon. *Conſt. Elect. 19. part.* 4. Simplex autem adulterium eſt, quod conjugata perſona cum ſoluto viro aut fœmina committit, licet etiam frequentius hoc fiat, idemq; delictum cum pluribus, ſolutis tamen perſonis, reperiatur. Neque ob reiterationem adulterii hoc caſu pœna aggravari debet, ut in terminis tradit *Nicol. Reuſn. lib. 2. decis. 20. n.* 13. ubi ad hoc allegat *Didac. Covar. lib.* 1. *var. reſolut. cap.* 10. *num. 8. verſ. quod verò diximus. Anch. conſ.* 4. *Bald. in l. quicunque 4. C. de ſerv. fugit. Jaſo. in l. eum qui. 30. §. in popularibus, nu. 5. ff. de jurejur.* 68

Veluti etiam ſecundum hanc limitationem reſponderunt Scabini, Præfecto Ilenburgenſi, menſ. Jun. Anno 1587. 69

Iudici in Auerbach/ *Menſe Decembr. Anno 1587.*

Iudici Præfecturæ Cizenſis. Menſe Febr. Anno 1603.

Quæſtori in Lauchſtedt/ *Menſe Ianuar. Anno* 1604.

Quæſtori Freibergenſi. Menſe Februario, Anno 1615.

Cæterum, quia perſona conjugata cum pluribus adulterium committente, ex iis non niſi primus pæna ordinaria plectitur, reliqui verò mitiori ſupplicio afficiuntur, ut dictum 70 *ſuprà*, ſeriem ac prioritatem adulterorum, quonam tempore ac ordine ſinguli deliquerint, noſſe, multum judicis intereſt, ne ſcilicet ſontes à pœna ordinaria liberentur, innocentes verò duriori quàm par eſt, ſupplicio plectantur: Quapropter hujus rei rationem exactiſſimam habere, nullumque laborem & operam hoc explorandi judex omittere debet. Quemadmodum & *Dominos Scabinos* ſuper ejuſmodi caſus conſultos, priuſquam pænam decernerent, ſæpius interlocutos fuiſſe memini, in hunc ferè modum:

71 Dieweil die Gefangene bekant / daß ſie nicht allein mit dem Gefangenen *N.N.* ſondern auch mit noch mehr Perſonen zugehalten. So wird billich ehe und zuvor deß Gefangenen Straff wegen etwas beſtendiges erkant werde / fleiſchliche Erkundigung eingezogen / welcher unter jhnen allen wie der Gefangenen am erſten fleiſchliche Vnzucht und Ehebruch getrieben / wann / wo und wie offt ſolches geſchehen / *&c.*

72 *Q. 9. Quis primus ſit adulter habendus in caſu, quo mulier meretricio more vixit?* Sed qua ratione, quove modo judex hoc experiri, deque eo certus fieri poterit? Sanè ſi ex urgentibus ſuſpicionibus & indiciis adulterium probari poſſet, non malè forſan ex iiſdem uxorem adulteram antea quoque idem perpetraſſe crimen cum aliis, judex præſumeret. Sed vulgò Dd. putant, conjecturas ac indicia ad hoc ſufficientia non eſſe, neque ex præludiis Venereis adulterium probari, licet etiam teſtes de arctiſſimo maris & fœminæ complexu, vel quod viderint ambos una jacentes, vel nudum cum nuda in eodem thoro. Quinimò uti *Hippol. de Marſil. conſ. 1. num. 47.* & *conſ. 28. Rol. conſ. 7. n.* 19. volunt, virum, qui proſtratam mulierem premat, deponant; Eò, quod & prædictis caſibus contingere poſſit, ut non perveniatur ad ipſum illiciti coitus actum, adeoque ſaltem conatus, non verò delicti conſummatio probetur, *Ioſeph. Maſcard. de probat. concl. 57. nu. 4. & 5.* Vnde requiri præcisè volunt, ut depoſitio fiat de extrema Veneris linea. *Felin. in c. præterea. de teſtib. Mar. Blanc. in tract. de indic. hom. expoſ. num. 69.* Matth. *Weſemb. in parat. ff. ad Leg. Iul. de adult. n. 17.*

73 A quibus tamen alii diſſentiunt, ſubnixi difficultate directæ probationis, conjuncta cum publica utilitate, quæ vertitur in coercitione hujus delicti perquam noxii, proboſâque & illegitima ſobole replentis civitatem, aſſerentes, violentas præſumptiones adulterium probare per *c. præterea. 27. de teſtib. c. literis. 12. de præſump. Flam. de Rub. in tract. de adult. c. 15. n. 2.* ubi poſt multos alios hanc opinionem communem dicit: Quæ nec mihi hoc caſu, ubi de liberando poſteriori adultero à pœna ordinaria agitur, diſplicet.

74 Licet enim ex actibus Venereis, pro oſculo joco, riſu, amplexu, aliiſque ſimilibus, exorta præſumptiva probatio ad condemnationem ſat valida non ſit, *Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſp. 6. th. 3. lit. K.* ſufficit tamen ad liberationem poſterioris adulteri, ita ut ex actibus prædictis adulterio priori cum alio præſumptivè probato, poſterioris criminis Reus pænam ordinariam effugiat, præſertim cum delictum hoc fiat occultè & remotis arbitris, *l. 8. C. de repud.* Proinde ſi conſtet Judici ex depoſitione teſtium de oſculatione, tactu turpi, amplexu arctiſſimo, ſeceſſu in thalamum occluſo oſtio, cum mora redeundi conjuncto, aliiſve ejuſmodi illicitis rebus, ab alio jam ante diu cum uxore adultera peractis, probato inde præſumptivè adulterio, Reus poſterior crimen confeſſus à pæna ordinaria potius liberandus, quàm in dubio ſeveriori pæna afficiendus eſt.

Quo etiam reſpexiſſe Dn. Scabinos ſcio in caſu, quo ex adductis à Reo indiciis, adulteram antea quoque hoc crimen perpetraſſe probabiliter præſumi poterit, liberantes propterea adulterum à pœna mortis, hiſce verbis reſponſo inſertis: 75
Vnd wird auch *G. K.* wegen obangezogenen Verdacht ſo er wider ſie außgeführet / gleicher Geſtalt mit der Todesſtraffe verſchonet / aber gleichwol mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billich verwieſen / V. R. W. *Ad requiſitionem Prætoris Cizenſis. menſ. Febr. Anno 1603.*

Et in caſu ſimili, ad requiſitionem Quæſtoris in Auguſtusberg / *Menſ. Octob. An. 1630.*

Tutiſſime autem Judex hac in re agit, ad 76 confeſſionem uxoris adulteræ primum adulterum, ſi haberi poteſt, prius examinando, ac utriusq; confeſſiones ad invicem conferendo, quæ ſi in tempore, loco, aliisq; circumſtantiis conveniant, ad liberandum poſteriorem adulterum à mortis pæna omninò ſufficiunt, nec enim firmior probatio hoc caſu haberi poteſt.

Quin & ſi primus adulter ab uxore deno- 77 minatus, præſens non ſit, nec haberi queat, nihilominus tamen confeſſioni adulteræ creditur, & pœna Reo mitigatur. Non enim de condemnatione tertii agitur, ad quam delinquentis Rei confeſſio nuda abſque aliis indiciis non ſufficit, ne quidem ad torturam, *Ægid. Boſſ. de indic. ante tortur. num. 149. 160. 182. Iul. Clar. §. fin. quæſt. 21. Tiber. Decian. conſ. 18. num. 64. Menoch. de arbitr. judic. quæſtion. caſ. 474.* ſed de liberatione à pæna ordinaria hic quæſtio eſt, ubi ſeu in caſu favorabili ſtandum eſt confeſſioni uxoris adulteræ.

Quod & Scabinos ſæpius obſervaſſe memini, re- 78 *ſponſis hæc verba inſerentes:* Weil der Gefangenen Bekentnüß nach / Er nicht / ſondern ein ander der erſte geweſen / *&c.* An Richter unnd Schöpffen zu Pegaw / *Menſ. Febr.* Anno *1613.*
It: ad conſultationem Mauritii *à* Werthers. Menſ. *Octob.* Anno *1598.*

79 *Q. 10. Quid ſi mulier adultera primum adulterum neſciat?* At, quid *ſi uxor adultera confiteatur quidem ſe more meretricio vixiſſe, atque cum pluribus adulteriũ commiſiſſe, quis verò ex adulteris fuerit primus, vel ex errore, vel oblivione temporis indicare nequeat?* qualis caſus ad Collegium noſtrum fuit tranſmiſſus Anno 1628. ubi adultera quædam adulterium cum undecim viris, ſolutis pariter atque maritis commiſſum confeſſa, primum adulterum neſciebat. Nos habita deliberatione in dubio omnes ab ordinaria pæna abſolvendos eſſe, arbitrati fuimus.

Eò quod inhumanum ac rigoroſum eſſet; 80 legis pænam de adulteriis conſtitutam in eos convertere, quos certò non conſtat verum commiſiſſe

miſiſſe adulterium: maximè cum jura pœnalia non debeant extendi, *c. in pœnis de reg. jur. in 6to.*

81 *Reſponſum hiſce formalibus fuit conceptum:* Ob nun wol dieſe eilff Perſonen in guten bekant und geſtanden/ daß ſie zum theil/ als ſie allbereit ehelich geweſen/ zum theil aber in jhrem ledigen Stande mit erwehnter *Inquiſitin N. N.* Eheweibe ſich fleiſchlichen vermiſchet/ und geehbruchet; Dieweil aber dennoch *Inquiſitin* berichtet/ daß ſie eigentlichen nicht wiſſen könne/ welcher unter dieſen *Inquiſiten* zum erſten die Ehe mit jhr gebrochẽ *&c.* So mögen auch oberwehnte Perſonen mit der Straffe/ ſo ſie ſonſten vorwircket nicht beleget werden/ *&c.* An Schöſſer zur Sachſenburg/ *Menſ. Auguſto, Anno* 1628.

QVÆSTIO LIIX.

Quomodo puniri debeat adulterium, à deſerto deſertave conjuge commiſſum?

SVMMARIA.

1. Matrimonium definitur conſortium omnis vitæ, num 3.
2. Factum laudabile mulierum Weinsbergenſium.
4. Mitius puniendum eſt adulterium à deſerto deſertave conjuge perpetratum, n. 16. 18. 22.
5. Deſertio conjugis juſta eſt cauſa divortij, num. 7. 8. 9. 10. 11.
6. Explicatio textus Biblici 1. Corinth. 7.
12. Intellectus Novell. 117. c. 11. & Auth. hodiè C. de Repud.
13 Abſentia vel diſceſſio mariti multiplex eſt.
14. Ex iuſtâ cauſâ ſi maritus abeſt, uxor alteri nubere nequit.
15. Malitioſa deſertio quænam dicatur?
17. Ceſſante causâ ceſſat effectus.
19. Quomodo procedendum in diſſolutione matrimonii ob deſertionem? n. 20. 21.
23. Quæ ſit pœna Coniugis deſerti adulterantis, nu. 24. 25. 26. 28. 30.
27. Mutua delicta compenſatione tolluntur.
29. Sententia Scabinorum Lipſenſium, n. 31.
32. Pœna conjugis deſerti cum perſona conjugata rem habentis, n. 33. 35.
34. Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.
36. Pœna adulteri, cujus coniunx ex probabili cauſa diutius abeſt, n. 37. 38. 39. 41.
40. Sententia Scabinorum Lipſenſium, numer. 42. 43.
44. Mors abſentis quando per unicum teſtem probetur, n. 45.
46. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.
47. Judex pro arbitrio pœnam augere poteſt.
48. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium, n. 49.
50. Pœna ſponſæ à ſponſo deſertæ, adulterantis.
51. Reſponſa Scabinorum Lipſ.
52. Quânam pœna plectendus vir ſolutus, cũ uxore à marito ſuo deſerta concumbens, n. 53. 54. 56.
55. Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.
57. Pœna fœminæ ſolutæ admittentis maritum ab uxore ſua deſertum.
58. Reſponſum Scabinorum Lipſenſium,
59. Num hoc caſu locus ſit remiſſioni conjugum?
60. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.
61. Pœna deſertoris vel deſertricis adulterium committentis.
62. An hoc caſu conjunx deſertus pro nocente intercedere queat?
63. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.
64. Pœna deſertionis quænam, n. 65.
66. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.
67. Propter deſertionem amittitur ſucceſſio in bonis defuncti conjugis: Et quando hoc fallat num. 68. 69.
70. Num ſeparatione quoad thorum & menſam facta, nocens innocenti defuncto ſuccedat? n. 71. 72. 74. 75. 76.
73. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n. 77.

1 DEfinitur Matrimonium à ICto Modeſtino in *l. 1. ff. de rit. nupt.* Conſortium omnis vitæ. Quod *Conn. lib. 8. cap. 4. numer. 1.* ſic interpretatur, quaſi omnis fortunæ participes & conſortes fieri debeant conjuges. Quo perſuaſæ Indicæ mulieres non detrectarunt communem rogum cum viris; ſed vivæ cum mortuis conſcendere; *Valer. lib. 2. cap. 6. Ælian. lib. 7. var. cap. 18.* quæ ſi non rectè fecerint, amorem tamen conjugalem abundè demonſtrarunt: quem & charitati parentum præfert Numen Divinum *Geneſ. 2. & Matth. 19.* 2 Hocque ipſum docuerunt ſuo exemplo mulieres Weinsbergenſes in Suevia; quæ, cum precibus à Conrado III. Imper. obtinuiſſent optionem & facultatem tantum ex imminente pernicie ſecum eripiendi, quantum tergo geſtare ſingulæ poſſent, relictis parentibus & liberis, adeoque precioſa quacunque ſuppellectile viros ſibi impoſuerunt & calamitati oppidi ſubduxerunt, *Peuc. lib. 4.*

Exigit enim hoc charitas Chriſtiana, exigit fides conjugalis; exigit commune periculum & diſcrimen, quod eo momento, quo unione divina in unum corpus coaluerunt, ſimul ſubierunt, ut ſcilicet par fortuna maneat utrumque & ſeparatim neutrum feriant ruinæ. 3 Cujus tamen immemores haud rarò conjuges nulla cauſa honeſta coacti, ſed vel levitate ſeu impatientia freni conjugalis, vel malitia impulſi ab invicem diſcedunt; Unde poſtea derelicti atque deſerti ſæpius cum aliis fornicantur & adulterium committunt, quod propterea mitiùs coerceri ſolet, *arg. l. 11. §. 12. ff. ad Leg. Jul. de adult. c. in præſentia, ext. de Sponſal. ubi gloſſ. in verb. viris & in verb.*

donet

donec certum nuncium. Angel. Areti. in tract. maleſ. verb. che hai adulterato. n. 45. Ludov. Gilhauſ. arb. jud. crim. c. 2. tit. de adult. 18. n. 8.

4 Hicque eſt Caſus Quartus, quo adulteri à pæna ordinaria liberantur, ſi nempe vir, cujus uxor malitioſè diſceſſit, ad aliam fœminam fuerit prolapſus, aut uxor à marito ſuo deſerta, alium admiſerit. Hiſce pænam adulterii mitigandam eſſe, ſuadet ratio, quæ aliàs ob deſertionem malitioſam divortium permittit, *Iohan. Schneidvvin. in tit. Inſt. de nupt. ſub rubr. de divort. num. 37. Iacob. à Beuſt. in tract. de matrim. c. 26.* Cauſa enim divortii exiſtente, ab innocente adulterium commiſſum leviorem pœnam mereri, quivis facilimè conceſſerit.

Q. 1. An deſertio conjugis ſit juſta cauſa divortij.

5 Certum autem eſt, quod inter cauſas divortii, quas recenſet *Johan. Schneidvvin. dict. rubr. de divort.* principaliores ferè ſint hæ duæ; *Adulterium & Deſertio*, quæ etiam in Sacris literis reperiuntur. Etſi namque Salvator noſter Chriſtus unicam ſolùm divortii cauſam ponat, nempe fornicationem, *Matth. 5. & 19.* 6 ſubjicit tamen Apoſtolus Paulus etiam deſertionem 1. *Corinth.* 7. Nec in eo contrarium quid ſtatuit ſententiæ Chriſti. Cùm enim Phariſæi quærerent: an ex ulla cauſa liceat cuiquam dimittere uxorem? reſpondet Chriſtus, quod ex nulla, niſi ob adulterium, adeoque non agnoſcit divortii aliam cauſam præter adulterium. Cui non refragatur Apoſtolus, quia non agit de quæſtione eadem, ſcilicet de cauſis divortiorum, ſed præſuppoſito illegitimo infidelis divortio, conſilium ſuppeditat, quomodo conſcientiæ fidelis proſpiciendum ſit: adeoque non novam introducit cauſam divortiorum, ſed poſtquam factum eſt illicitum divortium ab infideli, cenſet, innocenter propter fidem patientem non eſſe ſub injuſta ſervitute cum injuria detinendum. Manet ergo rata diſpoſitio Chriſti, adulterium ſolum diſſolvere matrimonium, & deſertionem non liberare deſerentem à peccato, nec à vinculo conjugii, quia non diſceſſit jure, interim tamen innocentiæ ac conſcientiæ partis de facto deſertæ ab Apoſtolo novo præcepto conſulitur, ne ſit jugo infidelis præter meritum ſubjecta, ſed liberam recipiat poteſtatem renubendi in Domino: ut latius deducit, refutata ſimul diſtinctione *Bellarm. de matrim. cap. 12. Henning. Arniſ. de jur. connub. c. 6. ſect. 4.*

7 At quia D. Apoſtolus *dict. loco* de ſola deſertione hominis Ethnici ac infidelis loquitur, dubium exoritur: an Pauli doctrina ad quamvis deſertionem; etiam fidelis, ſi temerè & malitioſè innocentem ſua ope & auxilio deſtituat, extendi poſſit? Nam quia divortiorum ratio odioſa eſt, non videtur conceſſio Pauli, præcipuè quia excipit à regula Chriſti, ultra perſonas & cauſam in verbis expreſſam trahenda, ut diſputat *Alb. Gentil. lib. 6. de nupt. c. 14.*

8 Verùm ex conſuetudine Saxonica & communi noſtratium Theologorum interpretatione, ſub permiſſione Paulina quævis perſona continetur, quæ injuſtè deſeritur à conjuge, ſive hic fidelis aut infidelis fuerit, *Joach. à Beuſt. de matrim. part. 2. cap. 26. Mauſer. in tit. de nupt. ad fin. Iohan. Schneidvvin. ad tit. Inſt. de nupt. ſub tit. de divort. num. 37. Luther. in libell.* von Eheſachen/ *Beza de divort. pag. 205. Melanch. loco de conjug. de deſert. Bugenhag. de cauſ. matr. ſub fin. Mentzer. de conjug. circa fin. de deſert. Wigand. de divort.* 9 Ratio enim eadem militat in parte deſerta à fideli: ne ſcilicet perſona temerè ope conjugali deſtituta, & remedio uſtionis privata ſub alieno jugo inique detineatur, & ſine culpa ſua contabeſcat, dum altera in peccato triumphat & luxuria procul à freno conjugali diffluit.

10 Accedit, quod deſertor non ineptè pro infideli habeatur, ut maximè profeſſione non ſit infidelis: quia fidem non ex verbis æſtimamus, ſed ex factis, ut docet *Apoſtolus ad tit. c. 1. in fin. & 1. ad Timoth. cap. 5.* ubi ait: *Si quis negligit ſuos & maximè domeſticos, fidem negavit, & Ethnico ſive infideli deterior evaſit.* Et deſertor, qui admonitionem Eccleſiæ negligens, non revertitur ad ſuos, ex ſententia quoque Chriſti *Matth. 18.* habendus eſt inſtar Ethnici ac publicani, *c. ſi peccaverit. 2. q. 1. c. novit. ubi Dd. de jud.* & proinde ſub diſpoſitione Apoſtoli Pauli ſine omni violenta interpretatione commodè comprehenditur.

11 Permittente itaque Iure Divino, pars deſerta divortium petere poteſt: quod niſi ei concederetur, innocens ſine culpa ſua jure ſuo privaretur, quod fieri non debet, *c. diſcretionem. §. nam etſi de eo qui cogn. conſang. ux. ſuæ.* Et nequaquam laquei conſcientiæ innocenti perſonæ injiciendi ſunt propter aliena delicta: cum delicta ſuos debeant tenere autores, *l. Sancimus C. de pæn.* 12 Neque de Jure Civili divortium hoc caſu prohibetur. Quamvis enim verba Imperatoris Juſtiniani aliud innuere videantur, in *Novell. 117. cap. 11. & Auth. hodie C. de repud.* ibi: *Hodiè quantiscunq; annis maritus in expeditione manſerit, mulier ſuſtinere debet, licet neq; literas neque reſponſum ab eo acceperit &c.* Et paulò poſt: *Si verò præter hac nupſerit, tam ipſa, quàm qui eam duxerit, veluti adulterij Rei puniantur.* Attamen ea ſolummodò de abſentia neceſſaria ſeu probabili exaudiri debent, quando ſcilicet maritus legitime delectus ad militiam, abeſt, tunc enim donec vivit, uxori non permittitur alteri nubere, *Ioach. à Beuſt. dict. c. 26. verſ. nos verò.*

13 Et namque juxta *Salicet. in l. 2. num. 1. C. de ſponſal.* abſentia vel diſceſſio mariti duplex. *Neceſſaria ſeu probabilis; & malitioſa.* Illam *Gloſſ. in l. fin. verb. appellare. de reſt. in integr. & Dd. in §. rurſus. Inſt. de action.* dividunt in quatuor ſpecies: *Alia* eſt neceſſaria & probabilis ſimul, ut quando quis abeſt cauſa Reipublicæ in legatione vel militia. *Alia* probabilis tantùm, ſed non ita neceſſaria, ut in eo, qui abeſt cauſa ſtudiorum. *Alia* eſt neceſſaria, ſed non probabilis, ut eſt in Relegatis & his qui metu criminis abſunt. *Alia* verò eſt volun-

taria ſine contumacia, ut in mercatoribus, & aliis qui ſui commodi cauſa abſunt. Circa haſce ab-
14 ſentiæ ſpecies Theologi noſtri cum Canoniſtis conveniunt, quod marito ſuperſtite, uxor non poſſit alteri nubere, etiamſi longo tempore abfuerit maritus, niſi de morte mariti fuerit certiorata, *c. in præſentia. de ſponſal. c. dominus. de ſecund. nupt. Ioh. Schneidvvi. in tit. Inſt. de nupt. ſub rubr. de divort. num.* 38. *& 41. Henning. Arniſ. in dict. tract. de jur. connub. cap. 6. ſect. 7.* Cauſa enim, ſive ſit neceſſaria ſive probabilis, excludit dolum ſive malitiam, ſine qua deſertio criminis locum ſubire & divortio cauſam præbere nequit. Quo etiam pertinet abſentia ex conſenſu mutuo quia ſi jus ſuum communi utriusque ſaluti, cujus gratia maritus abeſt, concedat uxor, poſſe eos ab invicem ad tempus abſtinere, docet Apoſtolus, *1. Corinth.* 7. Et de abſentia ejuſmodi abſque dubio *Auth. hodiè C. de repud. & Novell. 117. c. 11.* accipi debet.

15 *Malitioſa* autem dicitur *deſertio*, quando quis diſcedit à conjuge, & diutius abeſt, nulla honeſta cauſa coactus, ſed vel levitate, vel injuſta impatientia freni conjugalis, vel aliis non neceſſariis cauſis impulſus vagatur. Quo caſu divortium habere locum, dubium prorſus non eſt *Henning. Arniſ. dict. cap. 6. ſect. 7. numer. 4. Iohan. Schneidvvin. dict. rubr. de divort. num. 43. Ioach. à Beuſt. dict. tract. de matrim. cap. 26. verſ. nos verò.* Quis ergò miretur, adulterium hoc caſu à viro aut uxore deſerta commiſſum, mitius puniri; cum etiam ob deſertionem ejuſmodi malitioſam ipſum diſſolvatur matrimonium.

16 Ex quo forſan non malè poteſt inferri, nulla prorſus teneri pœnâ eum, qui deſertus à conjuge cum aliena perſona ſe commiſceat, eò, quod nec adulterium hoc caſu dicatur propriè committi, ut quod thorum ſeu matrimonium ſemper præſupponat, cum ſit adulterium violatio matrimonii, quo per divortium ſublato, ſicuti ipſum adulterium, ita & pœna ejusdem ceſ-
17 ſet: ceſſante namque cauſa, ceſſat quoque effectus, *c. & ſi Chriſtus 26. ext. de jurejur. c. cum ceſſante 60. in pr. ext. de appellation. c. cum infirmitas.* 13. *ext. de pœnit. & remiſſ. Andr. Tiraquell. in reg. ceſſante cauſa nu. 11. & ſeqq. Octav. Cacheran. conſ. 4. n. 12. Iacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 122. n. 126.*

18 Ad quod reſpondendum: Exiſtente cauſa divortii, non ſtatim exiſtere divortium, utpote ad quod duo requirantur: *Primò*, cauſa ſeu ratio divortii ſufficiens. *Secundò* ipſum divortium ſeu diſſolutio matrimonii, quæ fit per ſententiam Judicis Eccleſiaſtici. Licet ergò unum horum adſit, nempe cauſa divortii, quæ eſt malitioſa deſertio, per hanc ipſam tamen cauſâ nondum cognitâ nec ſententiâ lata, conjugium diſſolutum non eſt: perindè ſicuti nec per adulterium ipſo jure matrimonium rumpi, dixi *quæſtione præcedenti n. 16.* ſed ad hoc ipſum cauſæ cognitio & ſententia Judicis Eccleſiaſtici requiritur, quâ non minus opus eſt in divortio ex cauſa deſertionis, *Philipp. in loc. de conjug. de deſert.* Ioh. *Schneidvv. dict. rubr. de divort. nu. 46.*
19 *Ioach. à Beuſt. de matrim. cap. 27.* ubi tradit, in cauſa deſertionis circumſpectè agendū eſſe, ne Iudex ratione temporis & abſentiæ impingat, ſed ut tempus abſentiæ tale ſit, ut poſſit ex eo verus præſumi animus deſerendi. Accidit enim interdum, quod deſertor poſt ſententiam latam domum revertatur, & cauſas abſentiæ alleget, ac velit deſertionem purgare, & conjugem repetat, quæ ſi ſit in poſſeſſione alterius matrimonii conceſſi, tunc iſta res magnas ciet turbas, & parit ſcandalum in Eccleſia. Neque ſemper & ubiq; certum & uniforme tempus expectatur: Aliquando enim triennium aut quadriennium, quandoque etiam quinquennium & ultra expectatur, qua in re multum tribuendum eſt Judicis arbitrio, maximè tunc, quando pars deſerta teſtimonium injuſtæ deſertionis vel malæ tractationis, vel quid aliud contra abſentem docere poſſet: Ita enim perſpectè hoc caſu agendum eſt, ne laquei conſcientiæ innocenti perſonæ injiciantur.

20 Præterea etiam citatio neceſſariò præcedere debet, cujus copiam tradit *Ioach. à Beuſt. dict. tract. de matrim. cap. 28.* Et ſi deſertor prima citatione contempta contumaciter non comparet, denuò debet citari ad alleganda impedimenta vel neceſſitates, vulgò Ehehafft/ *l. 2. §. 1. cum ſeqq. ff. ſi quis caution. jud. ſiſt. cauſ. fact.* Landrecht. *lib. 2. artic. 7. & gloſſ.* Lehenrecht. *cap.* 20. in verb. Doch ſo mag *& gloſſ. ordin.* Weichbild/ *cap.* 47. Comparente autem Reo, cauſamq; abſentiæ allegante, ea benè ponderari debent, priuſquam divortium fiat: Quæ omnia luculenter probant, deſertione malitioſa licet exiſtente, divortium tamen ac diſſolutionem matrimonii ipſo jure non fieri, ſed ad hanc judicis Eccleſiaſtici requiri cognitionem atque ſententiam.

21 Quin & hoc idem manifeſtè evincitur ex verb. *Conſt. Elect. 26. part. 3. in prin.* Da der Mann die Fraw/ oder die Fraw den Mann böß-lich verläſt oder deſeriret, und ſolche Vrſachen zu recht erheblich und gnugſamb erkant werden. *Et paulo poſt circa fin.* Es wäre dann die Eheſcheidung zwiſchen Mann und Weib zu recht erkant/ &c. Per ſententiam ergò diſſolvatur matrimonium neceſſe eſt. Quod etiam verba ſententiæ definitivæ in caſu deſertionis *à Ioach. Beuſt.* recitatæ demonſtrant: So wird er auch als ein muthwilliger deſertor und Verlaſſer ſeines Weibes billich erkant und erkläret: Jnmaſſen wir jhn dafür erkennen und erklären/ und derohalben das zwiſchen der Klägerin unnd jhrem verlauffenen Mann vollzogen Verlöbniß zu Rettung jhres Gewiſſens hiermit caſſiren unnd auffheben/ der weltlichen Obrigkeit die Straff fürbehaltend/ und ſie die Klägerin der Ehe halber/ vermöge Göttlicher heiliger Schrifft von jhme loß zehlen/ *&c. Beuſt. de matrim. cap. 31. Iohan. Schneidvv. in tit. Inſt. de Nupt. ſub rubr. de divort. n. 46.*

22 *Matrimonium* ergò, quia per ipſam deſertionem malitioſam, ſententia deſuper nondum lata, diſſolutum non eſt, quin adulterium cum marito aut uxore deſerta committatur,

dubitare non licet, quamvis in hoc crimine adulterii pœna ordinaria ceſſat, ſubſtituto aliquo ſupplicio mitiori, tàm reſpectu conjugis deſerti, quàm cum eo adulterantis, non etiam ipſius deſertoris, qui pœnam ordinariam nequaquam effugiet: Pro meliori itaque explicatione caſuum diverſorum ſubſequentes tres Regulæ ſunt notandæ.

Q. 2. Quæ ſit pœna conjugis deſerti adulterantis?

23 PRIMA REGULA, quæ pœnam conjugis deſerti reſpicit, eſt hæc: **Vir aut uxor à conjuge ſuo deſertus deſertave, ac divortio nondum facto cum alio concumbens à pœna ordinaria liberatur, & mitiori plectitur ſupplicio.** Proindè ſi uxor, à qua maritus malitioſè diſceſſit, juveni aut viduo ſui copiam faciat, pœnâ ordinarâ remiſſa, Relegatio perpetua obtinebit: Quod ſupplicium hoc caſu ſufficiens Scabinis jam dudum viſum fuit.

24 *Primò:* Ob cauſam divortii exiſtentem malitioſam, nempe deſertionem, quæ mitigationis pœnæ cauſam præbet. Quantumvis enim actione ad divortium nondum inſtitutâ nec deſuper ſententiâ lata, conjugium diſſolutum non ſit, quia tamen causâ diſſolutionis non deficit, reſpectu ejus non ineptè matrimonium diſſolvendum pro diſſoluto habetur, juxta illud vulgare: *cingendus habetur pro cincto*; adeoque etiam hoc caſu pœna ordinaria adulterii ceſſat, ſurrogatâ in ejus locum relegatione perpetua, qua uxor deſerta propterea coerceri debet, quod non expectato divortio & ſententiâ abſolutoriâ alium admiſerit.

25 *Secundò*: Delictum aliquo modo condonandum hoc caſu eſt uxori à marito ſuo deſertæ, utpote quæ non tàm malitioſè ac temere, ſeu ex luxuria, quàm ope conjugali deſtituta, & remedio uſtionis privata, adeoque levius delinquit; Igitur & leviori pœnâ erit plectenda: Ignoſcendum enim eſt ei, qui cauſa aliqua commotus & irritatus delinquit, *l. ſi adulterium. 38. §. Imperator. 8. ff. ad Leg. Iul. de adult. l. qui cum major. 14. §. ſi libertus. 6. in fin. ff. de bon. libertor. Andr. Tiraquell. in tract. de pœn. mitig. cauſ. 1. n. 5. Panorm. & Felin. in c. dilecti. 8. ext. de except. Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. quoniam. n. 62.*

26 *Tertiò:* Facit quod uxor deſerta in marito deſertore idem crimen ſuſpicetur, cum diuturna namque deſertione plerumque conſpirat tacitum adulterium, ut refert ex Beza & Menzero *Henning. Arniſ. de jur. connubior. cap. 6. ſect. 6. num. 4.*

27 At paria delicta compenſatione mutua diſſolvuntur, *l. viro atq; uxore 39. l. 47. l. 48. ff. ſolut. matrim. l. Prætor ait. 2. §. idem ait, 15. ff. ne quid in loc. publ. c. intelleximus. 6. in fin. ext. de adult. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 3. cap. 33. n. 1. Modeſt. Piſtor. conſ. 3. n. 33. lib. 2. Ioh. Vaud. lib. 2. var. quæſt. 29. num. 4. Ioh. Schneidvvin. ad §. injuria 1. nu. 12. verſ. item vulgata eſt regula juris Inſt. de injur.*

28 *Quartò*: Accedit, quod poſt diuturnam abſentiam mariti, quando de vita abſentis nihil veriſimiliter ſperari poteſt amplius, matrimonium probabili morte finitum judicatur, *Henning. Arniſ. de jur. connub. cap. 6. ſect. 7. in fin.* Quapropter hoc caſu pœna adulterii ordinaria meritò ceſſat in uxore adultera, ut quæ poſt diuturnam mariti abſentiam impunè quoque alteri nubere poteſt, *l. 11. §. 12. ff. ad Leg. Jul. de adult.*

Secundum hanc concluſionem Dn. Scabini quotidiè pronunciare ſolent, in hunc ferè modum: Ob wol die Gefangene *N. N.* welche vor ſo viel Jahren ſich mit *N. N.* verehliget/ in guten bekant/ daß ſie mit *N. N.* einem ledigen Geſellen (oder Wittiber) fleiſchliche Vnzucht begangen/ dieweil ſie aber dennoch darneben fürgewendet/ daß gedachter jhr Ehemann/ als er jhr ungefehr zwey oder drey Jahr beygewohnet/ von jhr gangē/ und ſie bößlichen verlaſſen/ von welchem ſie biß dahero nichts erfahren könnē/ wo er hinkommen/ und ob er noch am Leben oder todt ſeyn möge/ *&c.* So mag ſie auch von wegen ſolcher Vorbrechung an Leib und Leben nicht geſtrafft werden: Sie wird aber gleichwol deß Landes ewig billich vorwieſen/ V. R. W. *Ita reſponderunt Quæſtori in* Sceudiß/ *Menſe Martio, Anno* 1598. 29

Quæſtori in Salza/ *Menſe Novembr. Anno 1607.*
Senatui Oſſitienſi, Menſe Iunio, Anno 1628.
Actuario Judici in Behlen/ *Menſ. Mart. Anno 1626.*
Johanni Seifarten *in* Annaberg/ *Menſ. April. Anno 1627.*
Senatui Gorlicenſi Menſ. Iunio. Anno 1629.
Præfecto in Sornzigk/ *Menſ. Octob. Anno 1630.*

Ampliatur Primò hæc Regula, ut locum quoque habeat in marito ab uxore deſerto: Nam & hic ſi uxore malitioſè abſente cum ſoluta fœmina carnaliter ſe commiſceat, à pœna adulterii ordinaria exemptus eſt, & exilio perpetuo ponitur. Quia ſicuti uxor ita maritus ob malitioſam conjugis deſertionem divortium petere poteſt, *Ioachim. à Beuſt. de matrim. cap. 16. Iohan. Schneidvvin. dict. loco* Quemadmodum ergò cauſa divortii mulierem, ſic etiam maritum cum alia adulterantem à pœna adulterii ordinaria liberat: Eaque omnia, quæ antea de uxore diximus, in marito quoque obtinent: inter utroſque enim eadem eſt ratio, ergò idem etiam jus ſtatuendum, *l. à Titio. ff. de verb. oblig. c. inter corporalia, de translat. epiſcop.* 30

Pronunciarunt ita Scabini ad requiſitionem Præfecti Weiſſenfelſis: Daß der Gefangene *N. N.* ſeines mit gedachter Wittibin begangenen Ehebruchs wegen/ geſtalten Sachen nach an Leib oder Leben nicht zu ſtraffen: Er wird aber gleichwol deß Landes ewig billich vorwieſen/ V. R. W. *Menſe Ianuar. Anno* 1625. 31

Item: Ob wol *H. K.* ein Ehemann in guten bekant und geſtanden/ daß er mit *C. G. S.* Wittiben ſich fleiſchlichen vermiſchet/ und Vnzucht getrieben/ welches ſie gleichesfalls geſtanden und außgeſagt: Dieweil jhn aber dennoch ſein Eheweib vor 14. Jahren bößlich verlaſſen/ und ſiedhero jhme ehelich nicht beygewohnet/ er auch wo ſie ſich auffgehalten/ nicht gewuſt/ *&c.* So wird er mit der ordentlichen Straff der Ehebrecher billich verſchonet/ aber gleichwol deß Landes ewig verwieſen/ V. R. W. *Ad petitionem Quæſtoris in* Wechſelburgck. *Menſe Iun. Anno* 1630.

Ampliatur Secundò Regula hæc in uxore à marito deſerta alium maritum admit- 32

Q. 3. Quid juris in C

juge deſerto, cum perſonâ conjugata rem habente?

tente; quæ tamen ultra relegationem perpetuam in Electoratu Saxon. etiam virgis cæditur: Etſi enim ob cauſſam divortii jam exiſtentem, malitioſam ſcilicet deſertionem, matrimonium diſſolvendum, pro jam diſſoluto habeatur, ut anteà dixi, quò etiam fit, quod adulterium uxoris duplicatum non ſit, nec pœnâ mortis coerceri queat; Attamen quia uxor deſerta cum marito alieno conſuetudinem habet, & ſic reſpectu illius thori adulterium quoque committitur, ut maximè alias ob violationem ſui matrimonii, reverâ per ſententiam nondum diſſoluti, tantummodò relegatione punienda eſſet, hoc caſu, quo marito alieno copiam ſui fecit, fuſtigationis pœnam effugere nequit, ob manifeſtam *Conſt. Elect. 19. p.* 4. quæ fœminam etiam ſolutam maritum admittentem virgis cædi & in perpetuum relegari jubet.

33 Neque negari poteſt, uxorem à marito ſuo deſertam, cùm alieno marito ſe commiſcentem, gravius delinquere, quàm eam, quæ à marito ſuo derelicta juvenem ſolutum admittit, quid ergò mirum, ut gravius etiam puniatur: cum pœna debeat correſpondere delicto, *l. perſpiciendum. ff. de pœnis.*

34 *Reſpondentibus ſic etiam Scabinis ad requiſitionem Quæſtoris Freibergenſis:* **Hat** *N. N.* **Eheweib bekant/ daß ſie mit einem Ehemanne fleiſchliche Unzucht getrieben/ und geehbruchet/ darneben aber angeführet/ daß ihr Ehemann/ als er für neun Jahren mit jhr ehelichen getrawet worden/ drey Tage nach der** *Copulation* **von jhr gelauffen/ ſie böߟlichen verlaſſen/ und biߟhero nicht wieder zu jhr kommen/ ſie auch dieſe Zeit über nicht wiſſen noch erfahren können/ wohin er kommen/ und ob er todt/ oder noch am Leben ſeyn möge/** *&c.* **So mag ſie auch von wegen jhrer begangenen und bekanten Vorbrechung/ nach Gelegenheit diߟfals/ am Leben nicht geſtrafft werden: Sie wird aber gleichwol mit Staupenſchlagen des Landes ewig billig vorwieſen/** *Menſe Majo, Anno 1603.*

Et in caſu ſimili ad Conſultationem Præfecti Electoral. Scholæ Portenſis. Menſe Decemb. Anno *1631.*

35 Sed aliter res ſeſe habet in marito, à Conjuge ſua deſerto, cum alterius uxore rem habente, qui pœnam mortis non evitabit, ob textum manifeſtum in *Conſt. Elect.* 19. *p.* 4. ubi pœna gladii in virum quoque ſolutum cum alterius uxore ſe commiſcentem ſtatuitur. Quamvis ergò maritus hoc caſu pro ſoluta perſonâ haberi debeat; attamen ob adulterium cum uxore alterius commiſſum pœnæ ordinariæ eximi nequit, ſecundum *dict. Conſt. 19.*

Nec video quidquam, quod maritum hoc caſu juvare queat: Aut enim matrimonium ipſius diſſolutum eſt, aut non eſt diſſolutum: Si prius, abſque dubio mortis pœna affici debet, ob prædict. *Conſt.* 19. quæ juvenem etiam, ad uxorem alterius accedentem, gladio puniri jubet; Si poſterius, eò minus res dubium habet, quia adulterium tunc duplicatum eſt, quod gravius puniri & mortis ſupplicio coërceri debet.

36 Ampliatur Tertiò prædicta Regula: Ut locum quoque habeat in uxore adulterâ, quam ab initio maritus malitioſè non deſerit, ſed ex probabili & neceſſariâ causâ, ipsâ conſentiente, veluti militiæ aut mercaturæ gratiâ ab eâ diſcedit, ſed poſteâ ultra tempus conſtitutum diutius emanet, & abſentiam in multos protrahit annos. Quo caſu, ſi uxor de ipſius ſorte ac ſtatu neque per literas, neque per nuncium certior facta, alium in conſuetudinem carnalem admittat, leviori pœnâ affici debet.

Q. 4. Quomodo puniendum ſit adulterium quod conjuge ex probabili cauſa diutius abſente committitur?

Tùm, quod neceſſaria etiam ac probabilis abſentia in deſertionem malitioſam degenerat, & contra fidem conjugalem videtur peccare, qui uxorem neque per literas, neque per nuncium de ſtatu ſuo certiorem facit. 37

Tùm, quia uxor, marito diutius abſente, alium admittens, non tàm ex luxuriâ quàm libidine ingenita, cui uſtionis remedio deſtituta, reſiſtere nequit, delinquere videtur, adeoque criminis ſui qualem qualem excuſationem habet. Sufficit autem leviuſcula etiam cauſa ad purgationem doli & pœnæ mitigationem, *l. 12. §. 3. ff. de liber. cauſ. l. 47. §. 7. ff. de furt. l. 1. §. 4. ff. ſi quis jus dicent. non obtemp. Nicol. Reuſner. lib. 3. deciſ. 2. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. fin. quæſt. 60 n. 22. Cravet. conſ. 6. num. 89. Proſp. Farin. prax. crim. lib. 1. tit. 2. quæſt. 16. n. 64. Ludolph. Schrad. in miſcellan. cap. 16. tit. in juſta cauſa an à pœn. excuſet. Iacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 104. n. 8. in fin.* 38

Tùm, quod maritus diu abſens, præterlapſo quinquennio, de jure civili præſumatur eſſe mortuus, adeò ut mulier ad alias poſſit migrare nuptias, *l. uxores ff. de divort. Ioſeph. Maſcard. de probat. vol. 2. concluſ. 1073. n. 4.* 39

Quemadmodum etiam in caſu tali reſponderunt Scabini ad Conſultationem Quæſtoris in **Sathan** *hiſce formalibus:* **Hat** *N. N.* **ſich für acht Jahren von** *H. R.* **ſchwängern laſſen/ welcher ſie hernach geehliget/ nach deme aber jetzo gemeldter** *R.* **ohngefehr vor ſiebendehalb Jahren ſeiner Hand-Arbeit nachgangen/ unnd biߟhero zu gemeltem ſeinem Eheweibe nicht wieder kommen/ unnd man auch nach gethaner fleiſſiger Nachforſchung nicht erfahren könen/ wo er hin kommen/ oder ob er todt oder noch am Leben ſeyn möge/ hat vorbenandtes ſein Eheweib ſich von** *H. S.* **einen ledigen Geſellen ſchwängern laſſen/** *&c.* **So wird ſie von wegen ſolcher begangenen Unzucht und Hurerey nach Gelegenheit diߟfals des Landes ewig billich vorwieſen/ V. R. W.** *Menſ. Ianuar. Anno* 1606. 40

Pariter pronunciavimus in caſu ſimili ad conſultationem Iohannis Wolffgangi *à* **Schleinitz.** *Menſ. Martio. Anno 1629.*

Et Præfecti Scholæ Portenſis. Menſ. Decemb. Anno 1631.

Sed hoc tùm demum obtinet, quandò de morte mariti non conſtat, nec de eo an mortuus; an verò in vivis adhuc ſit, quicquam fuerit auditum. Nam ſi poſtea probetur, tunc temporis cùm uxor cum alio conſuetudinem habuit maritum jam mortuum fuiſſe, ut maximè etiam uxor hoc neſciverit, & de vitâ mariti dubitaverit, nequaquam tamen in exilium mitti debet, quamvis ſeveriori aliqua quàm ſimplicis fornicationis pœna, aut etiam diuturniore carcere puniri queat, ob levitatem nempè, quod de morte mariti adhuc dubia, alium admittere non reformidaverit. 41

Veluti etiam in caſu, quo uxori inſcia mortis mariti 42 mariti ob adulterium perpetratum relegatio perpetua fuerit dictata, manifeſtata morte, pœnam hanc remittendam, eamq; carcere tantum plectendam eſſe, reſponderunt Scabini hiſce formalibus: Dieweil man ſo viel Nachrichtung erlanget/ daß N. N. zu der Zeit/ als ſich ſein Weib mit B. O. fleiſchlichen vormiſchet/ allbereit verſtorben geweſen: So wird nunmehr die hiebevor zuerkandte Landsverweiſung jhnen erlaſſen/ und die vorhabende Ehe zu vollziehen verſtattet/ Sie werden aber gleichwol/ weil ſie vor erlangter Nachrichtung N. N. todtes/ vermuthende/ daß er noch am Leben/ mit ein ander fleiſchliche Vnzucht begangen/ alle beyde 14. Tage lang mit Gefängniß geſtrafft/ V. R. W. *Ad conſultationem Iohannis VVolffgangi à* Schleinitz/ *Menſ. Iunio, Anno 1629.*

Item: Da nun die *A. S.* andern und richtigern Be-
43 weiß/ denn geſchehen/ auffbringen würde/ daß jhr Mann zu der Zeit/ als ſie ſich mit *D. K.* fleiſchlichen eingelaſſen/ allbereit vor Stralſunde todtes verblichen geweſen: So möchten ſie beyderſeits derowegen ein 14. Tage oder 3. Wochen lang mit Gefängniß in Straffe genommen werden/ V. R. W. *Ad requiſitionem Iudicu & Scabinorum in* Buchholtz/ *Menſ. Novemb. Anno* 1630.

Q. 5. Quando mors conjugis abſentis probetur per unicum teſtẽ?

44 Quomodo verò mors probari debeat, multis docet. *Ioſeph. Maſcard. de probat. vol. 2. concl. 1073. & ſeqq.* imprimis autem *concl.* 1075. ubi tradit, mortem occultam ſive obſcuram, hoc eſt ſi quis in loco aliquo remoto, mari, acie aut morbo aliquo contagioſo mortuus fuerit, id quod difficilimè conſtare poteſt, etiam per unicum teſtem probari, *n.* 5. Idemque tradit *Felin. in c. veniens. col. fin. de teſt. Gabriel in tit. de teſtib. concluſ. 1. n. 35. lin. 13. Marant. in l. 15. poteſt. ff. de acquir. hæred. n. 156. & ſeqq.*

45 Quam probationem eatenùs ſufficientem eſſe arbitror, ſi teſtis ille unicus de viſu, quod ſcilicet mortuum cadaver viderit, aut ad minimum ejus ſepulturæ interfuerit, præſtito juramento deponat, juxta ea quæ tradit *Bar. in tr. de teſtib. reg. 350. verſ. nonò, Maſcard. dict. concl. 1075. num. 6.*

46 *Secundum ea ſæpius reſpondimus in puncto ſucceſſionis. Veluti* an die Gerichte zu Kempnitz. *Menſe Iunio, Anno 1621.*

Senatui Marienburgenſi, M. Septemb. Anno 1624.

Ad conſultationem Chriſtophori Hampiſch *in* Annabergk. *Menſe Iulio, Anno 1626.*

Ad requiſitionem Adami & Caſpari Möſtels zu Plauen. *Menſ. Septemb. Anno* 1622.

47 Notandum porrò & hoc; quod per regulam hanc arbitrium Judicis in caſu adulterii à viro aut uxore deſerta commiſſi, nequaquam excludatur; hic enim ſi causâ cognita dolum adulteri animadvertat, quin pœnam exaſperare & pœnam fuſtigationis Reo indicere poſſit, nullus ambigo, propterea, quod etiam pœnam à Statuto vel Lege definitam ex cauſa ſufficiente, judex vel augere vel minuere, vel in aliam commutare poſſit, *Bartol. in l. quid ergo. 13. §. pœna gravior. ff. de his qui not. infam. & in l. fin. de recept. Andr. Tiraquell. de pœn. leg. temp. in præfat. num. 20.*

48 *Quam pœnam dictaverunt Scabini marito alicui, qui, abſente per decennium uxore, adulterium commiſerat, non ignarus ubi uxor commoraretur, eam tamen ad cohabitationem conjugalem non compellens, nec auxilium judicis Eccleſiaſtici implorans: Ad requiſitionem Quæſtoris Wittebergenſis, Menſe Iulio, Anno 1596.*

Quin & dolo & culpâ adulteræ manifeſtè apparente, pœnam adulterii ordinariam indicere non dubitavimus, hiſce formalibus: So möchten beyde Gefangene wegen ſolches begangenen und bekanten Ehebruchs unnd Oberhutereyen/ ungeachtet/ daß das Weib fürgewandt/ jhr Ehemann hätte jhr gantzer eilff Jahr nicht beygewohnet/ weil nicht zubefinden/ daß ſolches ein rechte *deſertio*, in deme ſie wol gewuſt/ daß ſich jhr Ehemann zu Dreßden auffgehalten/ und doch ſelbſten von demſelben ſich abgeſondert/ und jhn deß Ehebettes beraubet/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet und geſtrafft werden/ jedoch wird ſolche Leibesſtraff an dem Weibe/ wann ſie der Leibesfrucht geneſen/ und jhre ſechs Wochen umb un̄ verfloſſen/ gebührlichen vollſtreckt/ V. R. W. *Iudici & Scabinis Dreſdenſibus. Menſ. Novembr. Anno 1623.* 49

Q. 6. Pœna ſponſæ à ſponſo deſertæ adulterantis?

Quæ hactenus dicta ſunt, de pœna relegationis perpetuæ imponenda uxori deſertæ cum alio concumbenti, ea nequaquam extendi debent ad ſponſam deſertam; cùm hæc in pœnalibus uxoris nomine non comprehendatur, *l. ſi quis officium. 38. ff. de rit. nupt. l. ſolent. 10. ff. de his qui not. infam. Everh. in top. in loc. à ratione legis largâ ad extenſionem num. 70. Andr. Tiraquell. de legib. connub. gl. 2. n. 18. Petr. Heig. part. 2. quæſt. 28. num. 36.* 50

Licet enim facta ſponſione inter ſponſum ac ſponſam ambæ perſonæ invicem ſint obligatæ ad fidem conjugalem, ipſum tamen matrimonium de moribus Germaniæ conſummatum non eſt, ſed per copulam ſacerdotalem hoc perficitur; *Elect. 24. p. 2.* Ut dubitandum non ſit, ſponſam mitiori aliquo ſupplicio afficiendam eſſe.

Proinde in caſu, quo ſponſa à ſponſo deſerta alteri ſeſe proſtituerat, pœna temporalis relegationis ſufficiens viſa fuit Dominis Scabinis ita reſpondentibus Wittebergam, ad conſultationem Senatus. Menſe Ianuar. Anno 1630. 51

It: Brandeburgum, ad requiſitionem Senatus, Menſe Majo, Anno 1583.

Secunda Regula concernit pœnam eorum, cum quibus à Conjuge deſerto adulterium committitur, eaque eſt: Quod vir ſolutus cum uxore à marito deſertâ conſuetudinem habens, ordinariâ pœna adulterii afficiendus non ſit, ſed remiſſo gladii ſupplicio in perpetuum exilium mitti debeat? 52

Q. 7. Quanam pœna plectendus ſit, qui cum perſona conjugata à cõjuge deſerta ſe cõmiſcet?

Potiſſima enim ratio, ob quam uxorem deſertam, ab alio adulteratam, ab ordinaria pœna liberandam eſſe dixi, adulterum quoque hoc caſu juvare poteſt; Deſertio nimirum ſive abſentia malitioſa. Quæ quia cauſa ſufficiens eſt divortii, ut *ſuprà* pluribus probavi, efficit ut matrimonium diſſolvendum pro jam diſſoluto habeatur. Cum deſerta igitur quando vir ſe commiſcet, rem cum ſolutâ habere videtur: quo caſu pœna ordinaria ceſſat, juxta ea quæ dicta fuêre *quæſt. præced.* 53

Accedit, quod nec ipſa adultera ſeveriori puniatur ſupplicio, ergò neque adulter: ex natura correlativorum, quorum eadem eſt diſciplina, 54 ciplina, *Bartol. & Iaſon. in l. legem Iuliam.* C. *de indict. viduit. tollend. Nicol. Boer. deciſ. 48. num. 3. Everh. in top. loc. à correl. n. 3.*

55 *Secundum hanc concluſionem, Iuvenem ſolutum ob adulterium cum uxore deſerta commiſſum, perpetuò relegandum eſſe, pronunciavimus ad Conſultationem Iohann.* Wolffgangi *à* Schleinitz/ *Menſ.* Mart. Anno 1629.

It: Ad *requiſitionem Senatus Gorlicenſis.* Menſ. *Iun.* Anno 1629.

56 Eaque pœna ſufficere videtur, non obſtante eo, quod adulterio, cum uxore meretricio more vivente perpetrato, juvenis virgis cædi ſoleat, ut dict. *quæſt. præced.* Nam eo in caſu major eſt culpa & dolus juvenis, qui ad uxorem alterius, quam meretricem eſſe neſcit (clanculum hoc delictum committitur) accedere non veretur; ideoque & graviori pœna plectendus, quæ tamen ad hunc caſum quo uxorem adulteram à marito deſertam eſſe, nemini obſcurum eſt, extendi nequit.

57 Perpetuâ igitur puniantur relegatione hoc caſu adulteri, cum conjuge deſerta ſe commiſcentes, quod de viris ſolùm accipi debet; Nam fœmina ſoluta, admittens maritum ab uxore ſua deſertum in Electoratu quoque Saxoniæ arbitrariè, vel carcere, vel relegatione temporali coerceri debet. Quia enim ipſa adulterii pœna in muliere ſolutâ marito ſui copiam faciente, levior eſt, quàm in viro Juvene alterius thorum commaculante; utique & hoc caſu pœna adulterii mitigata, fœminæ mitius ſunt puniendæ: correſpondere enim debent proportionabiliter ſupplicia delictis *l. capitalium. 28. §. ſolent. & §. graſſatores. ff. de pœn. l. 3. C de Epiſc. audient. Nicol. Reuſn. lib. 2. deciſ. 20. n. 6.* A*nton. Gometz. de delict. cap. 3. n. 60. in fin.*

58 *Sic fœminæ ſolutæ marito, quem uxor deſererat, copiam ſui facienti, temporalis relegationis pœnam dictavimus, ad Conſultationem Quæſtoris in* Wechſelburgk/*Menſ. Iun.* A*nno* 1630.

59 **Q. 8. Num hoc caſu locus ſit remiſſioni conjugum?**

Porrò, ampliatur hæc Regula in perſonis conjugatis, in quibus remiſſio cõjugum habet locum. Veluti ſi maritus ad alterius uxorem à marito deſertam prolapſus fuerit, aut uxor marito à quo conjunx malitioſè diſceſſit, copiam ſui fecerit. Licet enim utroque caſu maritus & uxor ſecundum Conſtitutionem Electoralem ob fidem thori ſui violatam, gladii pœnam mereatur; Attamen quia reſpectu conjugum deſertorum matrimonium ob futurum divortium jam diſſolutum fingitur & exiſtimatur, cum iisdem adulterium à marito aut uxore commiſſum, pro ſimplici adulterio haberi debet, in quo remiſſio partis offenſæ mitigationem pœnæ operatur *Conſt. Elect. 19. p. 4.*

60 *Hancq; ſententiam in pronunciando ſequuntur Scabini, ita reſpondentes:* So wird *N. N.* von wegen deß mit deß Kühehirten Weibe begangenen unnd bekanten Ehebruchs mit dem Schwerdt vom leben zum tode geſtrafft: Es wolte jhme dann ſein Eheweib/wie dann nach Gelegenheit dießfals die *remiſſio* zuläßlich/ weil der Kühehirtin Mann jetzo gedachtes ſein Weib für zwey Jahren bößlichen *deſeriret* unnd verlaſſen/ſeine Vorbrechung verzeihen/ auff den Fall würde er des Landes ewig verwieſen / darauß jhme das Eheweib mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig / V. R. W. Gegen Dreſchkaw. *Ad requiſitionem Iohannis* Fauſtens / *Menſe Iulio, Anno* 1615.

It: A*d conſultationem Chriſtophori à* Niſchmitz/ *in* Nebra/ M*enſe* A*pril.* A*nno* 1583.

Quæſtoris in Skeuditz / M*enſe* M*ajo*, A*nno* 1597.

Præfecti Schola Portenſis, M*enſ. Decembr.* A*nno* 1631.

61 Tertia Regula agit de pœna conjugis deſertoris aut deſertricis: Sive enim maritus, „ ſive uxor conjugem malitioſè deſerat, „ ſi cum alio aliave extra conjugium rem » habuiſſe perhibeatur, absque dubio » pœna adulterii ordinariâ tenebitur. A » quà nullatenus ſe liberare poteſt, quin & majori ſupplicio videtur dignus hoc caſu adulterii Reus, tàm ob deſertionem, quàm ob ipſum adulterium, modò de hoc confeſſus aut convictus fuerit. Quamvis enim cum deſertione plerumque adulterium concurrat, ut *Beza &* M*entz.* exiſtimant allegati ab *Henning.* A*rniſ. de jur. connub. cap. 6. ſect. 6. n. 4. Iohan. Schneidvvin. in tit Inſt. de nupt. ſub rubr. de divort. n. 44.* de eo tamen priusquam pœna adulterii infligatur, certò conſtare debet, *Gandin. in tit. de præſumpt. & indic. indub. num. 2. Foller. in pract. crim. in verb. dentur capitula. n. 20. Proſp. Farin. p. 3. oper. crim. q. 81. n. 1.*

62 **Q. 9. An & pro deſertore adultero, conjunx deſerta intercedens eum à pœna adulterii liberet?**

Notandum tamen hoc, quod etiam adultero deſertori, adulteræve deſertrici, ſi adulterio cum perſona ſoluta commiſſo revertatur, ad interceſſionem partis offenſæ atque deſertæ pœna gladii remitti debeat, ſubſtituta relegatione perpetuâ, ita ut innocens unà migrare teneatur, ob manifeſtam diſpoſitionem *Electoralis Conſtit. 19. p.* 4. quæ in omni ſimplici adulterio ad interceſſionem Conjugum pœnam ordinariam mitigari jubet, Ac ſi quisquam prætendere velit, deſertorem vel deſertricem gravius deliquiſſe, quàm quod venia ipſis ullatenus tribuenda ſit; huic reſpondeo, non tàm gravitatem delicti, quàm favorem conjugis intercedentis, & honorem matrimonii ponderandum eſſe, qui verè unica eſt cauſa mitigationis pœnæ, ut apparet ex *verb. Conſt. Elect. 19. part. 4.*

63 *Et ſecundum hæc ſæpius reſponderunt Scabini: Veluti Præfecto in* Drebſen/ M*enſ. Octob.* A*nno* 1581.

Quæſtori Grimmenſi. M*enſ. Octob.* A*nno* 1582.

Quæſtori Finſtervvaldenſi M*enſ.* M*ajo,* A*nno* 1597.

Iudici Præfecturæ in Myhla/ M*enſ.* A*pril.* A*nno* 1597.

Præfecto M*artisburgenſi.* M*enſe* M*artio,* A*nno* 1598.

Quæſtori Dresdenſi. M*enſe Iunio,* A*nno* 1599.

Quæſtori Finſtervvaldenſi. M*enſe Septemb.* A*nno* 1600.

Quæſtori Radebergenſi. M*enſ. Octobr.* A*nno* 1614.

64 **Q. 10. Qui ſit pœna deſertionis?**

Quòd ſi verò *maritus deſertor vel uxor deſertrix adulterii expers ſit, aut convinci nequeat, an propterea ab omni pœnâ immunis erit?* Nullo certè modo: Eſt enim ipſa deſertio malitioſa delictum quod pœnam meretur, *Iohan. Schneidvvin. in tit. Inſt. de nupt. ſub rubr. de divort. n. 44. Henn. Arniſ. de jur. connub. cap. 6. ſect. 6.*

65 Quapropter à Divo Elect. Sax. Auguſto in conjuges ſe invicem malitioſè deſerentes, pœna fuſtigationis ſtatuta eſt, in *Ordin. Eccleſiaſt. ſub tit.* Von den Ehegatten/ ſo einander bößlichen verlaſſen/ ibi: Würde der Ehemann von ſeinem Weibe/oder hinwiederumb das Weib von jhrem Manne muthwillig lauffen/ und eins das ander eine Zeitlang ſitzen laſſen/und auff vorgehende öffentliche citation ſich nicht wieder einſtellen/ſo ſoll das verbrechende Theil/zu welcher Zeit es hernach in unſern Landen betretten würde/mit Staupenſchlagen ewig vorwieſen werden; Es wäre dañ/ daß es wieder zur Verſöhnung beyder Eheleute gereichte/und auff den Fall ſol nichts deſto weniger das ſchuldige Theil mit Gefängniß willkürlich geſtrafft werden.

66 *Secundum diſpoſitionem hanc dictaverunt Scabini fuſtigationem cum perpetua relegatione marito cuidam deſertori. Martiſpurgum, Ad requiſitionem Iudicis Oppidani, Menſ. Martio, Anno 1603.*
It: Ad Conſultationem Senatus Zvvickavienſis. M. Novemb. 1629.

67 Inſuper etiam Conjuges portionem ſtatutariam ſibi ex defuncti bonis debitam amittunt, ſi unus alterum malitioſè deſerat, *l. indignum. 3. ff. de his quib. ut indign. Novell. 22. cap. 15. §. 2. Novell. 117. cap. 8. Conſtit. Elect. 26. part. 3. ubi Dan. Moller. Matth. Berlich. part. 3. concluſ. 36. n. 13. Aut. Conſult. Conſtit. Elect. tom. 1. part. fin. quæſt. 63. & tom. 2. p. 2. quæſt. 36. Matth. Coler. deciſ. 257. num. 8. Petr. Heig. part. 2. quæſt. 33. nu. 41. & ſeq. Ludolph Schrader. ad tit. Inſt. de nupt. num. 163. And. Rauchbar. part. 1. quæſt. 47. n. 10. & ſeq. & part. 2. quæſt. 20. n. 6. & ſeq. Modeſt. Piſtor. part. 2. quæſt. 90.*

68 Quod ipſum tamen *Conſt. Elect. 26. part. 3.* certis modis limitat: 1. Si heredes defuncti taceant, & ad privationem portionis ſtatutariæ non agant. 2. Si defunctus conjugi nocenti & deſertori ignoverit, & injuriam ſibi illatam, remiſerit. 3. Si conjunx innocens nocenti & deſerenti aliquid in teſtamento relinquit. Nam is qui aliquem heredem inſtituit, vel aliter in teſtamento honorat & legatum relinquit, ei omnem injuriam & offenſionem remittere cenſetur: Injuriam ſiquidem illatam tacitâ diſſimulatione non minus quàm expreſſis verbis remitti poſſe, legibus ſtatutum eſt. *§. fin. ubi gloſſ. & Iohan. Fab. Inſt. de injur. Jaſon. in l. 1 nu. 15. ff. de pact. Alex. in l. non ſolum. §. 1. ff. de injur.* 4. Si matrimonium per ſententiam ſit inter
69 conjuges diſſolutum. Quod absque dubio de illa ſeparatione ac diſſolutione debet intelligi, quæ fit tantùm quoad thorum, & menſam, non etiam de vero & legitimo divortio, quo vinculum matrimonii in totum diſſolvitur, & omne jus ſucceſſionis tollitur, *Dan. Moller. ad dict. Conſtit. Elect. 26. num. 2. in fin. Iohann. Schneidvvin. ad tit. Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defer. ſub rubr. de ſucceſſ. int. vir. & uxor. num. 23. Iacob. Schult. in addit. ad Rotſchitz. in tract. de dotal. art. 7. n. 1. verſ. ſecundo declara &c.*

70 Illud autem in dubium vocatur: *An hæc reſtrictio de nocente ſimul atq; innocente conjuge intelligenda ſit? Matth. Berlich.* exiſtimat, limitationem hanc de innocente tantum accipiendam eſſe, ita ut hic ſolummodo ejusmodi lucrum poſt mortem alterius percipere poſſit, non etiam nocens, qui cauſam ſeparationi dedit, ac propterea lucro ſtatutario ex bonis innocentis defuncti privandus ſit, *part. 3. concluſ. 36. n. 25.* Ex eâ potiſſimum ratione, quod nemo propter ſuā culpam & delictum ex alterius bonis lucrum ſperare debeat, *l. ſi ab hoſtibus. 10. §. ſi vir uxorem. 1. ſub fin. ff. ſolut. matrim.*

Q. 11. An ſeparatione inter conjuges quoad thorum & menſam facta nocens innocenti defuncto, ſuccedat?

71 Sed hæc opinio menti *Elect. Conſt. 26. p. 3.* minimè convenit: utpote quæ de ſucceſſione nocentis tantummodò partis agit, nullo prorſus dubio de ſucceſſione innocentis exiſtente. Idque apparet *tùm ex rubr. dict. Conſt.* in verb. Ob das ſchuldige Theil nach Abſterbē deß andern etwas ererben/ oder auß deß Verſtorbenen Gütern erlangen könne. *Tùm*, ex verbis manifeſtis *circa med.* So ſol dem ſchuldigen und verbrechendem Theile das jenige/ ſo jhme auß der Eheſtifftung/Statut, Gewonheit/oder Recht von deß Verſtorbenen Gütern gebürt/ nicht folgen/ *junct. verſ. ſubſeq.* Es wäre dann die Eheſcheidung zwiſchen Mann und Weib zu recht erkant/ *&c.* Ubi expreſsè diſponitur, nocentem ac deſerentem Conjugem ex bonis defuncti nihil lucrari, additâ exceptione hac, niſi per ſententiam diſſolutum ſit inter conjuges matrimonium. Unde ſic argumentor: De quo agit regula diſponens, de eodem quoque exceptio regulæ intelligenda eſt. At regula de ſucceſſione nocentis agit. Ergo etiam de docente exceptio intelligi debet. Senſus ergò eſt: Nocentem ex bonis defuncti innocentis nihil lucrari, niſi matrimonium quoad menſam & thorum fuerit diſſolutum, quo caſu nocenti ſuperſtiti ex defuncti bonis debita portio adjudicari debet.
72 *Tùm*, quod reſpectu innocentis nullum ſit dubium, quin is, matrimonio etiam quoad thorum & menſam non diſſoluto, debitam portionem lucretur.

Vt ſæpius ab Anteceſſoribus noſtris pronunciatum accepi. Verſus Hain/ *Ad requiſitionem A. S. Menſ. Nov. Anno 1595.*
It: Ad conſultationem C. P. in Leipzig/ *Menſe April. Anno 1596.*
Ad L. N. in Rinckeritz/ *Menſe Novemb. Anno 1597.*

Illuſtriſſimum autem Legislatorem *d. Conſt.* 26. de caſu minus dubio diſpoſuiſſe, probabile non eſt.

Reſpondimus in hanc ſententiam B. à S. Send ihr im Churfürſtl. Sächſiſch. *Conſiſtorio* von ewerm 73
Eheweibe/ ſo newlich geſtorben/ zu Tiſch und Bette geſchieden worden/ Ob ihr nun wol zu ſolcher Scheidung Vrſach unnd Anlaß gegeben/ unnd gedachtes

ewer Eheweib unſchuldig erfunden worden/&c. So mag euch doch das jenige/ſo einem Ehemann auch deß verſtorbenen Weibes Gütern deß Orts gebühret/nicht entzogen werden/ ſondern jhr ſeyd euch deſſen anzumaſſen wol befugt V. R. W. *Menſe Iun. Anno* 1624. *It: Ad requiſitionem Laurentii* Richters zu Querfurt. *Menſe Febr. Anno 1632.*

74 Nec obſtat ratio à *Dn. Berlich.* adducta, quod ſcilicet nemo propter ſuam culpam & delictum ex alterius bonis lucrum ſperare debeat, juxta *l. ſi ab hoſtibus. 10. §. 1. ff. ſolut. matrim. Nec* enim ex culpa ſua nocens quicquam lucratur, ſed lege ac Statuto ita diſponente, ac facultatem ſuccedendi ſibi concedente, quæ & ipſi competeret, ſi matrimonium diſſolutum non eſſet.

75 Præterea alios quoque allegat textus Juris Civilis *Dn. Berlich. ut l. Lucius Titius. 38. ff ſolut. matrim. l. ſi dotem 24.* C. *de jur. dot. l. conſenſu. 8. §. 5.* C. *de repud. & divort.* Sed hi parum adverſantur, quia de vero loquuntur divortio & totali conjugii diſſolutione, qua facta ſicuti ipſum conjugium, ita quoque jus ſucceſſionis inter conjuges ceſſat. At *Conſtitutio Electoralis 26. part. 3.* ſolummodò agit de ſeparatione quoad thorum & menſam, quâ non obſtante vinculum conjugii, & conſequenter jus vinculi atque ſucceſſionis adhuc durat, *Iohan. Schneidewin. ad tit. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. ſub rubr. de ſucceſſ int. vir. & uxor. num. 23. in margin. lit. a.*

Notandum autem eſt, *Conſt. Elect.* de ea ſeparatione quoad thorum & menſam loqui, quæ fit per ſententiam judicis, *in verb.* Es wäre dann die Eheſcheidung zwiſchen Mann und Weib zu recht erkant/ &c. Unde ſequitur, ſi conjuges quoad thorum & menſam abſque judicis permiſſu & ſententia ſe ab invicem ſeparent, nocentem innocenti nequaquam ſuccedere. 76

Prout etiam in tali caſu reſponderunt Scabini: Hat *H. T.* zu Zwickau vor acht Jahren eine Wittib gefreyet/ und es hat jetzo gedachte Wittib hernacher ſich ſelbſtẽ von bemeldtem jhrem Ehemanne mit Tiſch und Bette abgeſondert/ und jhren eigenen Handel mit gebrandten Wein in jhrem Hauſe getrieben/auch jhr Geld andern geliehen/und jhrem Ehemann davon nichts zugewandt/&c. Da nun der Ehemann das Weib von wegen berürter Abſonderung vor der geiſtlichen Obrigkeit belangen/ und ſie über beſchehene Vorwarnung in ſolcher Abſonderung verharren würde: So wäre ſie auß jhres Ehemannes Verlaſſenſchafft nach deſſelben Abſterben etwas zu fordern nicht befugt/V. R. W. *Ad requiſitionem M. B. B. in* Leipzig. *Menſe Ianuar. Anno* 1601. 77

QVÆSTIO LIX.

De Præſcriptione criminis Adulterii.

SVMMARIA.

1. *Poſt quinquennium elapſum ceſſat pœna adulterii.*
2. *Actionibus certa præfinita ſunt tempora, intra quæ poſſunt inſtitui.*
3. *Spatium temporis accuſationi adulterii conſtitutum multiplex eſt, n. 4. 5. 6.*
7. *Præſcriptione quinquennii Reus adulterii ab omni liberatur pœna.*
8. *De jure communi omni accuſationi, ex L. Iulia, puta ſtupri, Lenocinii &c. quinquennio præſcribitur.*
9. *Quo temporis ſpatio præſcribatur adulterio in foro Saxonico?*
10. *Duas ſpecies præſcriptionis jus Saxonicum agnoſcit, n. 11. 12. 13. 14. 17. 18. 19.*
15. *Nova Conſtitutio non trahitur ad caſus ſpeciales.*
16. *Regalia quanto tempore in foro Saxonico præſcribantur.*
20. *Extra Electoratum Saxon. duplicato quoq; adulterio in foro Saxon. quinquennio præſcribitur.*
21. *In terris Elect. Saxon. ſimplex adulterium etiamnum hodiè præſcriptione quinquennii tollitur. n. 25.*
22. *Explicatio Conſt. Elect. 19. §. ult. p. 4. num. 23. 24.*
26. *Quod jure municipali correctuum non eſt, ſub diſpoſitione Iuris communis relinquitur.*
27. *In pœnalibus benignior interpretatio capienda eſt.*
28. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
29. *Inquiſitioni etiam in crimine adulterii quinquennio præſcribitur, n. 31. 32. 33. 34.*
30. *Inquiſitio loco accuſationis ſuccedit.*
35. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
36. *Tutus eſt reus adulterii præſcriptione quinquennii, etiamſi hanc non alleget.*
37. *Iudex pro defenſione Rei ex officio debet laborare.*
38. *Defenſio Rei in criminalibus tàm à Iudice, quàm ab extraneis admittitur.*
39. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
40. *Iudex Rei defenſionem ſupplere debet.*
41. *In crimine adulterii tempus quinquennii etiam ignoranti currit, n. 42.*
43. *Explicatio Conſt. Elect. 9. part. 2.*
44. *In terris Elect. Saxon. tollitur etiam præſcriptione quinquennii adulterium commiſſum cum uxore, quæ meretricio more vivit, aut à marito deſerta eſt, num. 45. 46.*
47. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
48. *Quando Reus intra quinquennium prehendi nequit, præſcriptio ipſi non prodeſt.*
49. *Duplicatum adulterium tollitur præſcriptione vicennii in Electoratu Saxon. n. 50.*
51. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
52. *Tempus quinquennii in præſcriptione adulterii eſt continuum.*

1 QVINTVS CASVS, quo pœna adulterij ceſſat, hic eſt, ſi à die commiſſi adulterij quinquennium fuerit elapſum: *l.miles.11.§. adulterii 4.l.maritus.29.§. 5.6.& 7.ff.ad Leg. Jul. de adult.l.adulter.5.l.28. C. eod. tit.l.1.§. accuſationem.10.ff. ad Senatus conſultum Turpill. Angel. Aretin.in tract malef. verb.che.chai adulterato.n.49.poſt princ.verſ.item opponi poteſt.Jul.* Clar.*lib.5.ſentent.§ adulterium. n.20.Ludov. Gilhauſ.in arb.jud.crim. cap.2.tit. de adult.18.n.25* Joh.*Zanger. in tract.de except. part. 3.cap.10.n.213.* Joh. *Schneidvv.in tit.Inſt.de Vſucap ſub rubr.de ſpecieb.præſcript.nu.49.* Jacob.*Cujac.de præſcr.cap.24.Franc.Balb.in tract.de præſcript.part.4.princ.q.2.n.9.Nicol.Boer.deciſ.26.n. 12.& ſeq.*

2 Quemadmodum enim actionibus certa præfinita ſunt tempora, intra quæ inſtitui poſſunt, *t tit.Inſt.de perp.& temp.act.l.ſi pupilli.6.§ fin.ff de negot.geſt.* Ita & accuſationibus certa ſunt conſtituta tempora, quibus elapſis, delicta ſunt extincta, ita ut Rei conveniri non poſſint, *dict.l. 1.§.10.l.15 §.3.ff.ad Senat.Turpill.*

3 Spatium temporis verò accuſationi adulterii conſtitutum ſemper & ubique uniforme non eſt. Nam ſi maritus jure mariti vel pater adulteræ agere velit, ſexaginta dies utiles ipſis computantur, intra quos extraneis præferuntur, *d.l.* 11. §.6.*l.4.in pr.&* §.*1.l.14.*§.*p.l.29.*§.*5.l.30.* §.1.*ff.ad Leg.Iul. de adult.* Quibus elapſis jus accuſandi etiam extraneis conceditur, ſed intra menſes 4 quatuor utiles, *d.l.11.*§.*6.& l.4.* §.1. Quod tempus poſt ſexaginta illos dies utiles marito quoq; tribuitur, ut & patri adulteræ tanquam extraneis, *d.l.11.*§.*6.ff.ad Leg.Iul.de adul.l.jure mariti. 6.C.eod.tit.*

5 Quatuor autem menſes illi utiles ita ſunt numerandi, ne quinquennium excedant continuum, ex die commiſſi criminis computandum, *l.miles.11.*§.*adulterii.4.l.mariti.29.*§.*ſex.menſium.5.& ſeq.l.quinquennium.31.ff.ad Leg.Iul. de adult.l.adult.5.*C.*eod.tit.Iacob.Cujac.dict.cap.24. Henric.Bocer. in tract. de adul. cap.3.num.130.* Matth. W*eſembec.in parat.ff. ad* Leg. *Iul.de adult.num.18.* 6 Poſt quinquennium enim illud accuſatio adulterii prorſus ceſſat, ejusque pœna *d.l.martii.29.*§.*ſex menſium.5.ver.præterea.ff.ad Leg.Iul.de adult.d.l.*1.§.*accuſationem.*10.*l.Senatusconſultum.*15.§.*ſi propter.3 ff.adSenat.Turpil.l. querela.12.C. ad Leg.* Cornel.*de falſ.* W*eſembec. dict.num.*18.*Iohan.Gœdd.in l.aliud fraus eſt* 131.§. 1.*num.9.& ſeq.ff.de verb.ſignif.Iohan.Schneidvv. dict.rubr.de ſpecieb.præſcr.n.49.Zanger.dict.par. 3.cap.*10.*n.*2*13.verſ.excipitur omnis & ſeq.*

7 Præſcriptione igitur quinquennii Reus adulterii non ſolum ab ordinario ſupplicio, ſed etiam ab omni alia pœna liberatur, P*etr. Theodor. in Colleg.crim.diſp.6.the.3.lit G.Dec.in c.atſi.*Cle*rici.num.* 27. *de judic.* paria namque ſunt, ſolutum eſſe vel præſcriptum: item paria ſunt, pœnam ſolviſſe, & ſatisfactum eſſe de crimine, vel præſcriptum cognitioni, *l.ſed & ſi unius.* 17. §. P*rætor ait. ff. de injur. Virgil.* P*ingitz. quæſt 57. num.24.*

Q. 1. Quãto temporis ſpacio in foro Saxonico præſcribatur adulterio?

8 Idque de jure Civili omninò dubium non habet, *d.l.miles.11.§.4.mariti.29.§.5.6.& 7.ff.ad Leg. Jul. de adult.l.5.l.28.C.eod.tit.* Quin & de jure communi generaliter omni accuſationi ex Lege Julia deſcendenti, puta Stupri, Lenocinii &c. tanto temporis ſpatio præſcribitur, *d.l.29.§. 6.Matth.* W*eſemb.in parat.ff.ad Leg.Jul.de adult.num.*18.*Pet.Theod.dict.diſput.6.*T*heſ 3.lit.G.*

9 At de jure Saxonico, prima fronte res hæc clara non eſt: Agnoſcit ſiquidem hoc jus duas tantummodò ſpecies præſcriptionis, *Annalem* ſcilicet & T*ricennalem, Petr.Heig.lib.*1.*quæſt.16.n. 11.& 12.Aut.Conſult.Conſt.Saxon.tom.*1.*part.5. quæſt.22 tom.*2.*quæſt.5.Beuſt.ad l.admonend.*31.*ff de jurejur.num.867.& ſeq. Zobel.part.2.differ.2. num.3.Dan.* Moller.*lib.*2.*ſemeſt.cap.6.num.5.* Matth. *Coler. de proceſſ. execut. part.* 1. *cap. 3. num.30.& deciſ.20.num.3.p.*1. Matth. W*eſemb. in parat. ff. de Vſucap.num 7.in mod.verſ.Saxones duas tantum ſpecies. Ludov. Fachſ.diff.*11.*poſt pr.* M*odeſt.Piſt.p.*1.*q.*38.

10 Illa ad res mobiles & ſe moventes pertinet; quæ ſpacio unius anni, & diei, hoc eſt, 6. ſeptimanarum abſolvitur, *art.28.* **Landrecht/** *lib.1.* **Weichbild.** *art.4.ubi gloſſ.num.4.& gloſſ.art.21.* Eaque obtinet etiam in petitione Geradæ & utenſilium bonorum, nec non hereditatis in rebus mobilibus conſiſtentis.

11 Nam ſi res hereditariæ mobiles adjunctæ ſunt immobilibus in petitione hæreditatis univerſalis, longiſſimo demum tempore præſcribuntur, veluti 30. annorum, anni, & die: Cum ratio haberi debeat potius univerſitatis, quàm rerum in eâ contentarum, & alioqui prævalere debeant immobilia rerum mobilium abjectæ poſſeſſioni, magisque dignum minus dignum ad ſe pertrahere, *l.qui univerſas,30.in pr.l.ſi rem mobilem.47.ff.de acquir.poſſeſſ.l.eum.qui 23.ff.de Vſucap.Petr.Heig.dict.q.16.nu.33.* Matth. Coler. *part.1.deciſ.20.n.13.*

Veluti ſic etiam reſpondimus verſus **Ohringen/** *ad conſultationem* C*onſiliariorum Dn.Comitis ab* **Hohenloh.** *Menſ.Novemb. Anno 1627.*

12 Hæc autem quæ annos triginta & unum cum die, hoc eſt, ſex hebdomadas requirit, **Landrecht/** *lib.1.art.29.Gloſſ.art.20.* **Weichbild/** *num.4.* ad res immobiles directa eſt, & ſimul ad jura incorporalia & ſervitutes pertinet, M*atth. Coler. dict.deciſ.20.num.5.Petr.Heig.quæſt.16.num.39. Henning.*G*oden.conſ.39.n.56.Schurff.conſ.69.nu 7.& ſeq.lib.1.& conſ.* 84. *lib.2.* Matth. W*eſemb. conſ.4.n.35.*M*odeſt.Piſtor.conſ.7.part.1.n.7.Hieron.*P*anſchm.q.*2.*n.42.part.20.*

13 Præter haſce ergò duas præſcriptionis ſpecies, quia in foro Saxonico nullæ aliæ ſunt, dicendum videtur, harum alterutrâ adulterii quoque crimini præſcribi, adeoq; quinquennii præſcriptionem in hoc delicto in foro Saxonico ceſſare: quemadmodum etiam in ſimili exiſtimat M*odeſt.* P*iſtor.p.4.q.148.in fin.* præſcriptionem temporis excedentis hominum memoriam, ad tricennalem Præſcriptionem reſtrictam eſſe.

14 Verum enim verò non putandum eſt, Saxones definitione ſua duorum temporum totam obſervationem præſcriptionum, tantis vigiliis

excogitatam, voluiſſe evertere, *l. ſi quando. 35. in pr. C. de inoff. teſtam.* ut loquitur *Petr. Heig. part. 1. quæſt. 16. num. 47.* Ideoque ut maximè de Jure Saxon. duæ tantummodò ſpecies præſcriptionis ſint proditæ: iis tamen privilegiatæ præſcriptiones Juris civilis propter cauſarum vel perſonarum ſingularem prærogativam ſtatutæ, 15 nequaquam abrogatæ ſunt: quia nova Conſtitutio non trahitur ad caſus ſpeciales in jure antiquo comprehenſos, ne per illam auferatur privilegium à jure communi conceſſum, *Petr. Heig. dict. quæſt. 16. num. 42. Joachim. à Beuſt. ad dict. l. admonendi. 31. ff. de jurejur. nu. 868. & ſeq. pag. 578. & ſeqq. Zobel. part. 2. diff. 2. num. 5. & ſeq. Matth. Berlich. part. 2. concluſ. 8. n. 18. Matth. Weſembec. in parat. ff. de Uſucap. n. 7.*

16 Proindè etiam in foro Saxonico Regalia & Jura Principis non niſi tempore in jure civili definito præſcribuntur. Et quæ de immemoriali & centenaria præſcriptione in cauſis exceptis in jure civili ſtatuta ſunt, in foro Saxonico locum quoque habent: quia in his cauſis nihil ſpeciale jus Saxonicum conſtituit, *arg. l. ſi extraneus. 6. ff. de condict. cauſ. dat. Hartm. Piſtor. lib. 1. quæſt. 32. n. 8. verſ. & caſus omiſſus. &c. Oct. Cacheran. conſ. 20. n. 15. Bald. in l. ſi plures. 6. n. 29. verſ. in contrarium videtur, quia iſte eſt caſus omiſſus &c. C. de condit. inſert. Ludovic. Roman. conſ. 197. n. 5.* Hinc etiam fit, quod adverſus Eccleſiam & pia loca in foro Saxonico non niſi quadraginta annis præſcribatur, *Conſt. Elect. 5. p. 2.*

17 Idem pariter tenendum de præſcriptionibus, quæ brevioribus ſpaciis, puta biennio, triennio, quadriennio, quinquennio &c. à jure civili terminantur. Hæ enim minimè gentium ad tricennalem præſcriptionem Saxonicam ſunt producendæ, ſed ſuis antiquis ſpaciis relinquendæ. 18 Unde actioni de dolo reſtitutioni in integrum, quærelæ inofficioſi, biennio, quadriennio & quinquennio nihilominus apud Saxones præſcribitur, *Petr. Heig. dict. quæſt. 16. n. 50.* Unde & in *Conſt. Elect. 6. part. 1.* in probanda exceptione ſpolii non vulgaris terminus Saxonicus, ſed communis & ſingulariter in hac cauſa receptus, ſecundum diſpoſitionem Juris Canonici fuit retentus, *c. 1. de reſt. ſpol. in 6to.* Idemque debet eſſe judicium de præſcriptione vicennali in delictis, & ſi quæ minori tempore præſcribuntur, *l. quæretur. 12. C. ad Leg. Corn. de falſ. Heig. d. q. 16. num. 51. Jacob. Cujac. lib. 4. obſervat. 14.*

19 Adeoque etiam in foro Saxonico crimen adulterii tempore quinquennii præſcribitur: quia nullibi in jur. Sax. hæc diſpoſitio juris civilis eſt correcta. Nam & aliàs in caſibus à jure Saxonico non expreſſis, recurrendum eſt ad jus commune, ut tradit *gloſſ. fin. art. 36. num. 13. lib. 2.* Landrecht. *Et gloſſ. art. 44. lib. 3.* Landrecht. *Jacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 4. quæſt. 133. num. 19.* Et ita Quinquennii præſcriptionem in adulterio ad forum trahunt Saxonicum Interpretes unanimiter ferè omnes, *Matth. Coler.* (ubi ita communiter pronunciari teſtatur) *deciſ. 176. nu. 39. part. 1. Virgil. Pingitz. quæſt. 57. n. 12. Aut. Conſult. Conſt. Sax. tom. 1. part. 4. quæſt. 1. & tom. 2. part. 4. quæſt. 26. num. 1. & ſeq. Matth. Berlich part. 4. concl. 27. n. 21. Joach. à Beuſt. in l. admonendi 5. ff. de jurejur. n. 870. pag. 583.*

Idq; in omni adulterio etiam duplicato extra Electoratum Saxon obtinet, prout reſpondimus Georgio à Döbſchitz: Ob wol *N N* Eheweib geſtanden/ und bekant/ daß ſie mit *N. N.* einem Ehemanne geehbrucket/ unnd Ober Hurerey begangen/ dieweil ſie aber dennoch darneben berichtet/ daß ſolches allbereit vor 14. Jahren geſchehen/ *&c.* So iſt ſolche Vorbrechung nunmehr durch Verjahrung auffgehoben/ und mag demnach gedachte *Inquiſitin* mit einiger Straffe nicht belegt werden/ V. R. W. *Menſ. Octob. Anno* 1630. 20

21 Eamque aſſertionem in Scabinatibus antè editas Conſtitutiones receptam fuiſſe, teſtatur *Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 19. part. 4. nu. 5. Quæ an hodie quoq; obtineat?* Dubium facit dict. *Conſt. 19. §. fin.* in verb. Sondern berürte Lebens Straffe/ ohne einige Gnade oder Nachlaſſung vollſtrecket werden/ auch die Verjahrung der fünff Jahre/ darauff unſere Schöppen Stule in dem Laſter deß Ehebruchs geſprochen/ forthin nicht ſtatt haben ſoll. Hæc verba ſi quis generaliter de omni adulterio intelligere vellet, præſcriptionem quinquennii in crimine adulterii hiſce in terris Electoratus Saxon. prorſus abrogatam eſſe ſequeretur.

Q. 2. An & quatenus in crimine adulterij præſcriptio quinquennij in terris Electoratus Saxonici ſit abrogata?

22 Attamen quin certo certius eſt, etiam in Electoratu Saxon. ſimplici adulterio, quod vel maritus ad fœminam ſolutam prolapſus, aut uxor virum ſolutum admittens committit, ſpacio quinquennii præſcribi, quo elapſo omnis adulterii pœna ceſſat; rectiſſimè verba hæc Conſtitutionis de duplicato ſolummodo adulterio, vulgò von Oberhurerey/ accipiunt, *Johan. Zanger. in tract. de except. part. 3. c. 10. nu. 215. Matth. Berlich. part. 4. concluſ. 27. n. 123. Petr. Heig. part. 1. quæſt. 16. n. 54.*

23 *Primo*: De duplicato enim adulterio ibidem agi, apparet ex toto contextu *dict. §. f. Conſt. 19. part. 4.* inprimis verò ex *verbis §. præcedentis.* Wann aber ein Ehemann mit eines andern Eheweib die Ehe gebrochen/ *junct. verb. §. fin.* Wollen auch daß in dieſem Fall. *Et poſtea.* Auch die Verjährung. Quibus verbis diſpoſitio *§. fin.* præſcriptionem quinquennii excludens ad caſum iſtum, de quo in *§. præcedenti* actum fuit, nempe ad duplicatum adulterium reſtringitur: Ergò contra mentem Illuſtriſſimi D. Conſtituentis ad adulterium ſimplex, quod ſolutus cum conjugata, & contra conjugatus cum ſoluta committit, nequaquam eſt extendenda, *arg. l. 12. ff. de judic. Nicol. Boer. deciſ. 298. n. 4. verſ. tum quia.*

24 *Secundo*: Eo demum caſu abrogata eſt præſcriptio quinquennij in Electoratu Saxoniæ, quo conjugum remiſſio ac interceſſio locum non habet: Sub uno namque verborum contextu & ſerie ponuntur Remiſſio & præſcriptio quinquennii in *dict. §. fin. Conſt. Elect. 19. p. 4.* De his autem, quæ iiſdem comprehenduntur verbis, idem jus ſtatuendum eſt, *Erneſt. Cothm. conſ. 37. n. 34. & ſeq. vol. 1. Frider. Pruckm. conſ. 50. n. 25. vol. 1. Roſen. de feud. c. 11. concl. 9. n. 12.*

*Andr.Gail.lib.*1.*obſervat.35.n.16.*Matth.*Berlich. dict.concl.27.num.123. verſ. quod vel ideò magis.* Atqui remiſſio conjugum in adulterio ſimplici in terris Elect. *S*axon. adhuc hodiè obtinet, & pœnæ mitigationem operatur. Ergo nec præſcriptio quinquennij in ſimplici adulterio ibidem abrogata eſt.

25 *Tertiò:* Negari nequit, de præſcriptione quinquennij in ſimplici adulterio, expreſſis verbis in *Conſt. Electorali* nihil eſſe diſpoſitum. Unde ſequitur eandem juxta ſanctionem juris communis etiamnum in terris Saxonicis obtinere : 26 Nam quod jure municipali & Statutario non eſt expreſsè conſtitutum, id ſub juris communis diſpoſitione relinquitur, *l.ſi extraneus 6.ff.de condict.cauſ.dat.arg.l.quicquid.adſtringendæ ubi Dd. ff. de verb. oblig. Jaſon. in d. l. ſi extraneus. & in l. Gallus.§.& quid ſi tantum.n.21.ff.de lib. & poſthu. Bald.in l.ſi plures 6.n.29. verſ.in contrarium.C.de cond.inſert. Andr.Tiraq.in tract.de jur. primog. q. 40.num.194.& ſeq.Hartm.Piſtor.q.32. n. 8. verſ. & caſus omiſſus. lib.1.Jac.Schult. in addit.ad Modeſt.Piſtor.part.3.q.*126.*n.183.& part.*4.*quæſt.133 n.*24.L*udov.Roman.conſ.*197.*in fin. Dan. Moll. lib.1.ſemeſt.3.nu.1 Cacheran.conſ.20.n.15.*Gram. *deciſ.47.n.4.& 5.& deciſ.*101.*n.*4. Quin & in C*onſt. Elect.*45.*part.*2. diſertè dicitur, Jus Saxonicum, quoad ejus fieri poteſt, ſecundum jura communia intelligi debere, ſicut etiam Conſtitutiones Electorales, ita ut per eaſdem jus commune non corrigatur: Sufficit enim, ſi in aliquo minimo quid poſſint operari *Jac. Schult. in pract. q.65.n.32.& ſeqq. lib.2. Andr. Tiraquell. de legib. connub.gloſſ. 2. n.23. poſt princip.*

27 *Quartò*: Semper in pœnalibus benignior interpretatio in dubio capienda, mitiorque ſententia conſectanda eſt, *l.4.* §.1. *ubi gloſſ. in verb. Et verum eſt ff.de ſuſp.tutor.l.42.ff.de pœn.c.in pœnis 49. de reg.jur. in 610. Raph.*C*uman.conſ. 134. col.fin. verſ. non autem quantum ad pœnam corporalem Alexand.lib.4.conſ.109.n.5.*Jacob. *Menoch. de præſumpt.lib.5.præſumt.fin.num.2.Proſp.Farin. in prax.crim.lib.1.tit.2.q.19.n.3. Ludolph.Schrad. de feud.2.part.non part.prin.ſect.*8.*n.16.* Jam vero ſententiam hanc, qua præſcriptio quinquennii non niſi in duplicato adulterio abrogatur; benigniorem eſſe, extra dubium eſt.

28 *Accedit obſervantia: ſequuntur enim hanc ſententiam in pronũciando quotidiè Scabini in terris etiam Electoratus Saxon. ita reſpondentes:* Ob wol *N. N.* ein lediger Geſell in guten befant und geſtanden / daß er mit *N. N.* Eheweib *vel N. N.* ein Ehemann mit N. einer ledigen Vettel ſich fleiſchlichen vormiſchet / und geehbruchet / dieweil aber dennoch ewrem Bericht nach / ſolches vor 5. oder mehr Jahren geſchehẽ / ſo iſt gemeldte Verbrechung nunmehr durch Verjährung auffgehoben / und mögen demnach *Inquiſiten* derowegen mit einiger Straffe nicht belegt werden / V. R. W. *Pronunciatum ita fuit ad Conſultationem R. à B. Menſe Iul.* 1595.

Ad requiſitionem N. à S. in M. *Menſ. Novemb. Anno 1594.*

G. *à B. Menſe Sept. Anno* 1600.

Verſus Martisburgum, Ad requiſitionem C.*D. Menſe April. Anno* 1604.

It: Ad conſultationem Præfecti Rochlicenſis, Menſe Auguſto, Anno 1598.

Quæſtoris Freibergenſis, Menſe Februar. Anno 1615.

Quæſtoris Ilenburgenſis, Menſe Novembr. Anno 1604.

Ad requiſitionem Senatus in Auma / *Menſe April.* Anno *1626.*

29 Ampliatur Primò jam dicta, ut quinquennii præſcriptio locum habeat, non ſolùm ſi per viam accuſationis procedatur, ſed etiam quandoque viam inquiſitionis procedit judex, ac propterea ſi judex de adulterio in quoſdam inquirit, ei exceptio elapſi quinquennii opponi poteſt, *Aut.conſult.Conſt.Saxon.tom.*1.*part.*4. *quæſt.1.nu.8. & ſeqq. tom.2.part.4.quæſt.26.Dan. Moller. ad Conſt.Elect.19.n.6.part.4.*Matth.*Berlich.part.4.concl.27. n.*127.Jacob. *Thoming.deciſ. 39.num.20.& ſeq.Franc.Bald.in tract.de præſcrip. part.4.princ.quæſt.2.n.2.*Joach. *à Beuſt.in l.admonendi 31.ff.de jure jur.nu. 870.verſ.ampliatur autem hæc concluſio. pag. 581.* Joh. *Gœdd. in l. aliud fraus.131.§.1.ff.de verb ſignif.n.10. & ſeqq.*

Q.3. Num inquiſitio in crimine adulterij tollatur præſcriptione quinquennij?

30 *Tùm,* quod inquiſitio loco accuſationis ſuccedit, *c.qualiter & quando.de accuſat.* quodque juris eſt in accuſatione, idem & in inquiſitione obtinet. Unde etiam ſecundum vulgarem & approbatam Dd. opinionem, inquiſitio hodie dicitur remedium ordinarium, *Gandin. in tract. malef.in rubr. quomod. de malef.cognoſ.per inquiſit.col.1.nu.6.verſ.ſed hoc. Proſper.Farin. in prax. crim.lib.*1.*tit.*1.*quæſt.*1.*nu.*10.*Bonifac. de Vital.de malefic.in rub.de inquiſit.n.6.Blanc.in l.fin.n.5.de quæſt.Ægid.Boſſ.in tit de inquiſ.n.8.Anto.Gomez. var.reſolut.tom.3.tit.de delictis cap.*1.*nu.49.Nicol. Reuſn. lib.1.deciſ.25.n.28.* Sublata igitur accuſatione, ipſa inquiſitio quoque corruit, ut tradit *Andr.Gail.lib.*1.*de pac.publ.cap.*20.*n.33.*

31 *Tùm,* quia & aliàs inquiſitioni eodem temporis ſpacio præſcribitur, quo accuſatio tolliur, ſecundum communem Dd. opinionem, de qua teſtatur J*ohan.Schneidvvin.ad tit.Inſt.de Vſucap. ſub rubr.de ſpecieb.præſcript.n.45.*Andr. *Gail.dict. lib.*1.*de pac.publ.cap.*20.*nu.33.ubi allegat. Bartol. Salicet. Cuman.in l. querela. C. ad Leg. Corn. de falſ.*Jul.*Clar.lib.5.ſent.§.fin.quæſt.*51.*verſ.& hac.* J*aſ.in l.*1.*nu.*8.*in fin.ff.de juriſd.Ægid.Boſſ.in tit. de accuſat.n.32.Anchar.conſ.*190.*n.2.*

32 T*ùm,* quod ſicuti ipſa crimina. *l. querela C. ad Leg. Corn.de falſ.l.2 ff. de requir.reis.* ita etiam adulterij delictum præſcriptione excluditur. Eſt enim exceptio præſcriptionis peremptoria, & litis finitæ, *l 5.l.7. C. de except.l. omnes.l.cum notiſſimi.C.de præſcript.30.vel*40. *annor. l.1. l.2.l.3. C.de annal.except.* Sublato autem crimine ipſo, ceſſat etiam inquiſitio.

33 T*ùm,* quod Impp. in *l. 28. C. ad* Leg. *Jul. de adult.* utuntur vocabulo (*Quæſtionis*) quo indicant præſcriptione quinquennij non ſolùm adulterij accuſationem, verùm omnem omnino implorationem & delationem tolli. Vocabulo namque quæſtionis omnis generis inquiſitio comprehenditur, *Budæ ad l. 1.ff. ad* Leg. *Corn.*

deſicar. Et certè niſi præſcriptio prodeſſet ad excludendum officium judicis nobile, præſcriptionis effectus in crimine adulterii nullus eſſet: cum judex accuſatore non exiſtente de crimine inquirere teneatur, ut tradit & probat *Petr. Heig.part.1.quæſt.39.*

34 *Tùm*, quod judex de crimine adulterii inquirens fungatur partibus accuſatoris: Ut enim cuilibet de populo, nedum ab ipſo læſo aut offenſo, ob publicum crimen commiſſum, adverſus Reum delinquentem publica accuſatio jure permiſſa eſt, ſaltem publicæ utilitatis causâ, quaſi ſit injuria Reipublicæ illata, *§.publica Inſt. de publ. jud.l.3.ff.eod.l.8.ubi Bartol ff. de accuſat. l.locatio.9.§.quod illicitè.5 ff. de publican. & vectigal. l.quamvis adulterii.30.C.ad Leg.Jul. de adult.l.lege Cornelia.9.§.fin.ff.ad Leg.Corn. de falſ. qui cætu.5.§.fin.l.qui dolo.10.ff.ad Leg.Jul. de vi publ.* ita inquiſitio judici vel magiſtratui conceſſa eſt, tàm ex conſuetudine, quàm ex jure vel ſtatuto, poteſtque ipſe eam pro arbitrio, & quidem ex officio inſtituere, quàm exercendo vice accuſatoris fungitur. Quemadmodum ergò poſt quinquennium à die commiſſi adulterii accuſator non audiendus eſt, ita nec judex inquirens admitti debet.

35 *Et juxta hæc ſæpiùs à pœnâ & proceſſu inquiſitorio abſolverunt adulterii Reos Scabini, teſtantibus hoc eorundem reſponſis: Veluti ad conſultationem Rudolphi à* Bünau; Wann gleich ewer unterthaner C.K. ein Ehemann mit C.T. einer ledigen Dirnen fleiſchliche Vnzucht getrieben und geehebruchet/ dieweil jhr aber dennochſelbſten berichtet/ daß ſolches vor 13. Jahren geſchehen; So iſt bemeldte Vorbrechung nunmehr durch Verjahrung auffgehoben/ und mag demnach gedachter C.K. deßwegen mit einiger Straffe von euch nicht belegt/ noch beſtändiger weiſe wieder jhn *inquiriret* werden/ Menſe Julio, *Anno 1595.*

Ad conſultationem Quæſtoris Ilenburgenſis, M.Novemb. Anno 1604.

Ad requiſitionem Senatus in Auma. *Menſ. April. Anno 1626.*

Q. 4. An Reus adulterij gaudeat hac præſcriptione, etiamſi ipſemet eam non opponat?

36 Secundò Ampliantur prædicta: Ut Reus à pœna adulterii per lapſum quinquennii liberetur, etiamſi exceptionem illam non opponat, dummodò ex actis appareat, quinquennium fuiſſe elapſum, *Dan.Moll. ad Conſt. Elect. 19.num.6.in fin.part.4.Virgil.* Pingitz. (ubi ita Jenenſes ante complures annos pronunciaſſe teſtatur) *quæſt.57.num.14.* Matth.*Berlich.part.4. concl.27.n.128.*

37 *Tùm*, quia Judex ex officio pro defenſione Rei laborare debet, *l.1.ff.quæſtion.l.ſi non defendantur.ff.de pœn.* Auth.*qui ſemel.C.quomodo & quand. Judex* Panorm. *in c.veniens. num.19. de accuſat.* Quippe cum publicè interſit, innocentes defendi, *l.ſervum.23.§.publicè. de procurat.* & melius atq; tutius ſit nocentem abſolvere, quàm innocentem condemnare, *l.abſentem.ff.de pœn.*

38 *Tùm*, quia in criminalibus faciliùs defenſiones & exceptiones admittuntur, tàm à Judice, quàm ab aliis extraneis, *arg.l.18.§.9.ff.de quæſt. l.6.ff.de appellat.l.5.C. de injur.l.12.C.ad Leg. Corn.de falſ.* Matth. W*eſemb. in comm.* C. *de except.n.8.& conſ.22.n.7.part.1.Ioh.Gœdd.ad l.aliud fraus eſt.131.§.inter mulctam.1.ff.de verb.ſignif.n.10.verſ.nam adhuc paſſim. Matth.Berlich.part.1.concl.41.n* 10.

39 *Idq; notius eſt, quam ut probatione ac præjudiciis indigeat. Veluti etiam præſcriptione quinquennij non allegata, ex actis tamen apparente, adulterii reos in Elect. Scabinatu ſæpiùs à pœna abſolutos, memini.*

40 Nec obſtat, quod judex regulariter exceptiones à Reo omiſſas ſupplere non debet, *l.un. ubi Dd. C.ut quæ deſ.advoc.* Fallit enim hoc in caſu, quo agitur de inquiſiti defenſione, propter periculum ſanguinis & innocentiæ favorem, *Andr.Rauch.part.2.quæſt.3.n.18.Dan.Moller. ad Conſt.Elect.16.n.33.part.1.Hippol.de Marſ.in l.1.§.ſi quis ultrò in pr.& n.98.de quæſt.& in pract. crim.§.opportunè.n.7.& ſeq & ſing.59.* Tantus enim eſt favor defenſionis ac innocentiæ, ut ob eũ quandoq; à regulis juris rigoroſi quoad proceſſum recedere liceat, *Andr.Gail.lib.1.de pac.publ. cap.16.n.12.And.Rauchb.dict.quæſt.3.n.18.* Quin & innocentes abſolvi, publicè intereſt. At quæ publicam cauſam attingunt, judex ex officio ſupplere debet, *Bart.& Dd.in l.4.§.petitã ff.de dam. infect.* Panor.*in cap.ſi conſtiterit.n.15.ff.ad accuſat.*

Q. 5. Num præſcriptio quinquennij currat ignoranti?

41 Tertiò ampliantur: In crimine adulterii tempus quinquennii etiam ignoranti currit, & ideò ſi is, cui jus accuſandi vel inquirendi competit, adulterium commiſſum eſſe ignoraverit, & id intra quinquennium non vindicaverit, poſtea ſi elapſo quinquennio hoc reſciverit, amplius non auditur, *Dan.Moller.ad Conſt.Elect. 19.n.6.part.4.Matth.Berlich.part.4.concl.27.n. 126.Aut.Conſul.Conſtit.Saxon.tõ.1.part.4.quæſt. 1.n.7.& tom.2.par.4.quæſt.26.n 1.* 42 Hæcq; ampliatio ſicuti in pronunciando obſervatur, ita veriſſima eſt: Elapſo enim quinquennio à die cõmiſſi adulterij accuſationem ceſſare, generaliter diſponitur, non facta mentione alicujus ſcientiæ in *l.11.§.4.l.29.ff.ad Leg.Jul.de adult.l.5.l.28.C. eod.tit.* Idque abſque dubio in favorem Rei, qui admiſsâ exceptione ignorantiæ nimium reſtingeretur, contra *c.odia.de reg.jur.in 6to.* 43 Cui non obſtat, *Conſt.Elect.19.part.2.* quæ poſt ſpatium demum 30. annorum, anni & diei elapſum, ob juſtam ignorantiam reſtitutionem contra præſcriptionem dari prohibet. Unde à contrario ſenſu ſequitur, contra præſcriptionem brevioris temporis, veluti anni unius, biennii, quadriennii, quinquennii &c. reſtitutionem cõpetere prætendenti ignorantiam. Veluti ita concludunt *Dan.Moller.ad dict.Conſt.9.p.2.n.1.verſ. ſecus tamen eſt in præſcriptione annali.* Matth.*Berlich.part 2.concl.10.n.11. Hartm.Piſtor.lib.2.p.1. quæſt.12.n.25.* Etenim *dict.Conſt 9.* non niſi de reſtitutione agit adverſus præſcriptionem in cauſis civilibus, uti ex toto contextu, inprimis autem ex *verbis:* Daß der Güter eigenthümliche Gerechtigkeit nicht ewig ungewiß/ und deß Zancks und Haders ein Ende ſey/ *&c.* apparet. Unde ad præſcriptionem in cauſis criminalibus, in quibus ratio Conſtitutionis ceſſat, nil inferendum. Accedit, quod Conſtitutiones ſtatutariæ ſtrictè accipi debeant, ita, ut quantum fieri poteſt, minus jus commune corrigatur, *Andr.Tiraquell.de legib.connub.gloſſ.2.n.23.poſt pr.Jacob.Schult.in pract.quæſt.65 n.32.& ſeqq.lib.2.*

Q. 6. An in terris Elect. Sax. præſcriptione quinquennii tollatur adulterium duplicatum cõmiſſum cum uxore, quæ meretricio more vixit, aut à marito deſerta eſt?

44 Quartò: Ampliantur quoque ſupra dicta de præſcriptione quinquennii? Ut locum habeant etiam in terris Electoratus Saxon. in duplicato adulterio cum iis perſonis, quæ pro ſolutis habentur, commiſſo. Proindè ſi maritus cum uxore, quæ à marito ſuo deſerta, aut antea quoque adulterii crimine contaminata eſt, & meretricio more vixit, ſeſe commiſcet, adulterio poſt quinquennium demum elapſum manifeſtato, neutri hoc caſu pœna eſt infligenda.

Tùm, quod uxor deſerta, aut ab alio quoq; anteà ſtuprata & adulterata, reſpectu mariti adulteri pro ſolutâ fœmina habetur, ut dictum 45 *quæſtion.57.num.22.23.& quæſt.58.n.53. Hartm. Piſtor.* (ubi JCtos Wittebergenſes idem ſentire, adjectis eorundem literis, refert (*obſervat.32. n.59.* Cum ejuſmodi ergò uxore adulterium commiſſum in effectu non pro duplicato, ſed pro adulterio ſimplici habendum eſt, in quo præſcriptionem quinquennii etiam in Electoratu Saxoniæ obtinere, dixi antea *num.22.& ſeqq.*

46 *Tùm*, quod in adulterio, cum uxore alterius, quæ meretricio more vixit, aut à marito ſuo deſerta eſt, commiſſo; reſpectu mariti interceſſio & Remiſſio conjugis admittitur, *Hartm Piſtor. dict.obſervat.32.Petr.Heig.part.2.quæſt.29.Dan. Moller.lib.2.ſemeſt.36.* Vid. *quæſt.37. num.32.& quæſt.58.n.59.* Jam verò dictum ſuprà, in Electoratu Saxon. præſcriptionem quinquennii in adulterio abrogatam eſſe, eo ſolummodò caſu, quo conjugum Remiſſio locum non obtinet, juxta, *§.fin. Conſtit. Electoral.19.part.4.* ubi ſub uno verborum contextu & ſerie Remiſſio & præſcriptio quinquennii ponuntur.

47 *Quemadmodum etiam in caſu adulterii, cum uxore, meretricio more vivente, commiſſi, undecim adulteros ob elapſum quinquennium à pœna abſolvimus, ſententia hiſce verbis fuit concepta:* Ob nun wohl gedachte eylff Perſonen in gutem bekandt und geſtanden / daß ſie zum theil / als ſie allbereit ehelich geweſen / zum theil aber in jhrem ledigen Stande mit mehr erwehnter *M. V.* ſich fleiſchlichen vormiſchet und geehbruchet / dieweil ſie aber dennoch darneben dieſes vorgewendet / uñ die Gerechtfertigte *M.* zum theil ſelbſten berichtet / daß es vor 5.6.7.8.9.10. und mehr Jahren geſchehen / und ſie eigentlich nicht wiſſen können / welcher unter dieſen *inquiſiten* zum erſten die Ehe mit jhr gebrochen / Sie aber nach einmahl begangenen Ehebruch vor eine öffentliche Vettel / und alſo der von denen Ehemännern mit jhr hernach verübte Ehebruch vor Oberhurerey nicht zu halten / in welchem Fall die Verjahrung der 5. Jahre ſtatt hat / *&c.* So mögen auch dahero jetzterwehnte *inquiſiti* mit einiger Straffe nicht belegt werden / ſondern ſie werden von der *Inquiſition* gäntzlichen billich entbunden und loßgezehlet. *Ad requiſitionem Præfecti in* Sachſenburg / *Menſe Auguſto, Anno* 1628.

48 Quæ tamen hactenus dicta ſunt, locum ſibi non vendicant, ſi Reus, ſimplicis adulterii actione aut inquiſitione adverſus eum inſtituta, prehendi nequeat, ſed in fuga perſeveret, quo caſu; licet elapſo demum quinquennio is revertatur, nihilominus ordinaria pœna affici debet, juxta ea, quæ tradit de crimine homicidii *Iohann. Schneidvvin. ad tit. Inſt. de Vſucap. & long. temp. præſc. rubr. quot ſunt ſpecies præſcriptionis. n.46.*

Veluti in ejusmodi caſu reſpondimus Henrico à Schleinitz in Sathain / *Menſ. Februar.* Anno *1630.*

Cæterum, licet in terris Elect. Saxon. in adulterio duplicato quinquennii præſcriptio locum non habeat, ſecundum *Conſt. Elect. 19. §. fin. part. 4.* per eam tamen præſcriptio vicennii, quæ alias in reliquis criminibus omnibus ſibi locum vendicat, *l. querela.12. C. ad Leg. Corn. de falſ.* ſublata non eſt *Iohann. Zanger. in tract. de except. part. 3. cap. 10. num. 215. verſ. vicennij tamen præſcriptionem. Petr. Heig. part. 1. quæſt. 16. num. 54. Dan. Moller. ad dict. Conſt. Elect. 19. nu. 8. part. 4. Matth. Berlich. part. 4. concl. 27. num. 124. Matth. Weſemb. in addit. ad Joh. Schneidvv. Inſt. de Vſucap. ſub rubr. de ſpecial. præſcript. n.49. lit. C.* 49

Q. 7. Quâ temporis ſpatio præſcribatur adulterio duplicato in terris Electoratus Saxonici?

50 De ſola enim præſcriptione quinquennii *Conſtitutio Electoralis* loquitur, eaque duplicatum adulterium tolli, prohibet. Quapropter hæc prohibitio ad præſcriptionem vicennii, qua aliàs delicta etiam de Jure Saxonico præſcribuntur, juxta ea, quæ tradit *Johan. Schneidvvin in tit. Inſt. de Vſucap. & long. temp. præſcript. ſub rubr. Quot ſunt ſpecies præſcriptionis. n.55.* nequaquam extendenda eſt. Statutariæ namque Conſtitutiones ita ſunt intelligendæ, ut per easdem jus commune, quantum fieri poteſt, non corrigatur, *Andr. Tiraquell. de legib. connub. gloſſ. 2. num. 23. poſt princip.* Quodque jure ſtatutario expreſsè correctum non eſt, id ſub juris communis diſpoſitione relinquitur; *Iaſon. in l. 6. ff. de condict. cauſ. dat.*

Quæ ſententia etiam placuit Dominis, in hunc modum reſpondentibus: O jhr gleich von W. H. Eheweibe beſchuldiget worden / als wann jhr mit jhr Ehebruch unnd Oberhurerey getrieben / dieweil aber dennoch jhrem eigenen Anzeigen nach / ſolches vor 26. Jahren geſchehen ſeyn ſoll / und alſo bemelte That verjähret iſt / *&c.* So möget jhr nunmehr derowegen in einige Straffe nicht genommen werden / V.R.W. gegen Schkeuditz / *Menſ. Iulio, Anno* 1602. 51

Notandum porrò & hoc, quod omnibus iis caſibus, ubi præſcriptio quinquennii locum habet, tempus ejus ſit continuum, *l. mariti. 29. §. quinquennium. 7. l. quinquennium. 31. ff. ad. Leg. Iul. de adult. l. 5. C. eod. tit. Dan. Moller. ad Conſt. Saxon. 19. num. 6. part. 4. Matth. Berlich. part. 4. concl. 27. nu. 125. Iacob. Thoming. deciſ. 39. num. 1. & ſeqq.* 52

Quod & in foro Saxonico ſic practicari ſæpius obſervavi.

QVÆSTIO LX.

Quomodo procedendum ſit adverſus Reum adulterii de crimine confeſſum, ſi correus coadulterans ſit fugitivus, nec confeſſio ejus haberi queat?

SVMMARIA.

1. *Pœna mortis adulter plectendus non eſt, ſi perſonæ coadulterantis confeſſio deficiat, nu. 2. 3. 4. 7. 10. 16. 17.*
5. *In delictis occultis ſufficit Rei confeſſio, indiciis veſtita.*
6. *In delictis occultis conjecturata probatio pro concludenti habetur.*
8. *Ex ſolâ confeſſione nemo condemnandus, n. 9.*
11. *Plura ſpecialia circa idem concurrere nequeunt.*
12. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
13. *Explicatio l. denunciaſſe. §. 6. ff. ad Leg. Jul. de adult. n. 14.*
15. *Intellectus c. ſignificaſti. de adult.*
18. *In omnibus delictis carnis utrinſq; delinquentis confeſſio requiritur, antequam pœna mortis decernatur.*
19. *Quænam indicia dicuntur indubitata, & adulterium probant? n. 20. 21. 22.*
23. *Indicia probabilia ad condemnationem non ſufficiunt.*
24. *Quænam hæc ſint? n. 25. 26. 27.*
28. *Adulter confeſſus pœnâ mortis plectendus non eſt, ſi correus ſit fugitivus, nec ejus confeſſio haberi queat, n. 29. 30. 33.*
31. *Fuga non niſi fugitivum aggravat.*
32. *In crimine maleficii extraordinariè proceditur.*
34. *Extraordinaria pœna ad nudam Rei confeſſionem poteſt irrogari, n. 35. 38.*
36. *Ex ſolis indiciis ad pœnam extraordinariam poteſt deveniri, n. 60.*
37. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
39. *Adulter in tortura confeſſus morte puniendus, etiamſi coadulterans perſona in fuga perſeveret, n. 41.*
20. *Sanctio D. Auguſti Electoris de hoc caſu.*
41. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n. 43. 44.*
45. *Quid ſi adulter in loco torturæ, ſponte tamen delictum confiteatur? n. 46. 47. 48.*
49. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
50. *Quid juris ſi perſona coadulterans fuerit declarata in Bannum? n. 51. 53. 56.*
52. *Pœna contumaciæ de Jure Saxon. quænam?*
54. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n. 55.*
57. *Quânam pœnâ Reus, adulterium confeſſus ſit plectendus, ſi perſona coadulterans mortua fuerit, vel aliàs haberi aut in Bannum declarari nequeat? n. 58. 59.*
61. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*

1 Sextus eſt Caſus, quo Reus adulterii à pœna ordinaria liberatur, ſi is quidē crimen confeſſus fuerit, alterius verò partis, cum qua adulterium commiſſum perhibetur, confeſſio deficit, vel quod ſimpliciter delictum neget, vel quod haberi nequeat: *Daniel Moller. lib. 2. ſemeſt. 37. Aut. Conſult. Conſt. Saxon. tom. 2. part. 4. quæſt. 21. Modeſt. Piſtor. part. 2. quæſt. 52. Matth. Coler. part. 1. deciſ. 235. Hartm. Piſtor. obſervat. 33. Matth. Berlich. part. 4. concl. 27. n. 135.*

Q. 1. An unius Rei confeſſio ſufficiat ad pœnam adulterij ordinariam infligendam?

Quem caſum, an ſcilicet unius tantum partis confeſſio commiſſi adulterii ſufficiat ad pœnam, etiamſi altera cum quâ commiſſum dicitur, haberi non poſſet, *Scabinos* quondam exercuiſſe, tradit *Moller. dict. cap. 37. in pr.* Dubium namque facere potuit *Primò l. denunciaſſe* 17. *§. quæritur* 6. *ff. de adult.* ubi circa *med. §. hæc verba* habentur: *Expectabit igitur mulier ſententiam de* 2 *adultero latam ſi abſolutus fuerit, mulier per eum vincet, nec ultra accuſari poteſt. Si condemnatus fuerit, mulier non eſt condemnata, ſed aget cauſam ſuam fortaſſis & obtinere vel gratia, vel juſtitia, vel legis auxilio poſſit. Quid enim ſi adulter inimicitiis oppreſſus eſt, vel falſis argumentis, teſtibuſq; ſubornatis apud Præſidem gravatus, qui aut noluit aut non potuit provocare? Mulier verò judicem religioſum ſortita, pudicitiam ſuam defendet.* Unde apertiſſimè probatur, adulterum condemnari poſſe, etiamſi mulier, cum quâ crimen commiſſum perhibetur, juſtam foveat cauſſam, & innocentiam obtinere ſperet, quod fieri non poſſet, ſi & ea crimen adulterii ſemel confeſſa fuiſſet. Sequitur ergò, Unius etiam confeſſionem ad pœnam infligendam ſufficere.

Secundò: Idemque ferè probatur ex *c. ſignifi-* 3 *caſti, de adult.* in verb. *ſuper quo quid fieri debeat cum negante adultero, mulier in confeſſione perſiſtat, conſilium requiſiſti, ideoq; mandamus, quatenus condignam pœnitentiam præfatæ imponens adulteræ, Eccleſiam per aſperſionem aquæ benedictæ reconciliare procures.* Ubi adulteræ mulieri ad ſolam ipſius confeſſionem adultero negante, pœnitentia imponitur.

Tertiò: Nec parùm videbatur ſuffragari, 4 quod adulteria clam, occultè & abditè ſoleant perpetrari, ut aliter quàm ex confeſſione de ipſis conſtare ferè nequeat: raro enim talia committentes ſolent deprehendi, ideoque difficilis ſunt probationis, *l. conſenſu. 8. §. 6.* C. *de repud. Jacob. Menoch. lib. 2. de arbitr. jud. quæſt. cent. 2. caſ. 116. n. 11. & lib. 5. de præſumpt. præſ. 41. nu. 1. latè* Joſeph. *Maſcard. de probat. concl. 57. num. 3. vol. 1. Laurent. Kirchov. cent. 1. comm. opin. concl. 5. verſ. adulterium, Mynſing. reſponſ. 1. num. 20. & ſeq. decad. 1.* At in delictis occultis & difficilis pro- 5 bationis, ſufficit confeſſio accedentibus præſumptionibus quibuſdam & conjecturis, *Ægid. Boſſ. in tit. de delict. num. 20. Proſp. Farin. in prax. crim. lib. 1. tit. 1. quæſt. 2. num. 12.*

Foll.

Foller.in pract.crim.verb.capiat informationem n. 78.verſ.fallit tamen Gabriel lib.7. concl. 17. nu.14. Jul.Clar. in pract.§.fin.quæſt.66.in pr. 6 Et in occultis delictis conjecturata probatio pro concludenti habetur, *Bald.in l.quicunque.col.6.verſ. 8.nota C.de ſerv.fugitiv. Dec.in c.licet cauſam nu. 12.in fin.de probat. Nic.Boer.deciſ.164.n.4.Tiber. Decian. conſil.18. num. 221. lib. 7.* Neque criminis confeſſi certitudo alia requiritur, quàm quæ haberi poteſt, *Joh. Georg.Godelm.in tract.de Mag.Veneſ. & Lam.lib.3.cap.10.num.47. Dan. Moller.ad Conſt.Elect.2.part.4.num.15.* Quin & ſi aliter diceretur, infinita adulteria remanerent impunita, cum non facilè utraque pars delictum confiteretur, nec utriuſque partis copia haberi poſſet.

7 Hæc licet olim *Scabinos* ad aſſentiendum aliquo modo commoverint, ut apparet ex traditis *Dan.*Moller *lib.2.ſemeſt.37.num.3. & Modeſtin.Piſtor.part.2.quæſt.52.* Ab iis tamen, re penitius inſpecta & habita deliberatione exactio-
„ re, concluſum tandem fuit: In crimine adulte-
„ rij confeſſionem unius partis ad condemnatio-
„ nem in pœnam ordinariam mortis non ſufficere
niſi etiam alterius partis confeſſio concurrat. In qua ſententia etiam perſeverarunt, cum ex Aula Electoris deſuper cum expoſtulatione quadam requirerentur, aſſentientibus quoque *Dn. Wittebergenſibus*, ut refert, adjecto Electorali reſcripto & Scabinorum reſponſo, *Hartm. Piſtor. dict. obſervat. 33. Moller.& Modeſt. Piſtor. dict. locis.*

8 Fuerunt autem in hanc opinionem potiſſimum adducti *Primo*, vulgato Dd. axiomate, quod ſcilicet ex ſola confeſſione nemo puniri debeat, niſi prius aliter conſtet delictum verè eſſe commiſſum, *l. 1. §. Divus ff. de quæſtion.* Uti ICtus Ulp. ait: Divum Severum reſcripſiſſe, Confeſſiones Reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportere, ſi nulla probatio religionem cognoſcentis inſtruat. Idem probatur, in *l. 1. §. item illud ff. ad SCt. Syllan. ubi Bartol. Blanc. in pract. crim. in pr. num. 1. & ſeqq. Proſp. Farin. in prax.crim.lib.1.tit.1.quæſt.2. Ant. Gabriel lib.7.concl.17.nu.4. Foller. in pract. crim. in verb. capiat informationem numer. 3. & ſeqq. Bertram. conſ.257.concluſ.1. verſ. adde prædictis. vol.3. & conſ.258. col.3. verſ. quatenus vero vol.1. Hippol.de Marſil. in pract.crim.in pr.num.5. & in §.poſtquam num.6. Ægid. Boſſ. in tit. de delict. num.1. & 14. Roland.conſ.51.num.9.& ſeq. vol.1. Jul.Clar.in pract.§.final.quæſt.4.in pr. Paris de Puteo in tract. ſyndic. in verb.* Confeſſio. *Alexand. conſ.19.vol.7.* Quamvis confeſſio delinquentis adſit clara & categorica, *Bartol. in l. Divus ff. de milit.teſtam. Bald. in l.un. C. de confeſſ. Felin. in c.auditis.col.16.de præſcript. Nicol.* Boer. *deciſ.164. num.8. & 9. Gigas in tract.de crim.laſ. mejeſt.lib. 2. tit. quom. & per quos. crim. quæſt. 1. numer. 5.* Cum autem de adulterio utpote delicto facti
“ non remanentis, planè & apertè (excepto eo
“ caſu, quo adulter in ipſo crimine deprehen-
“ ſus eſt) conſtare nequeat, utriuſque partis con-
“ feſſio ſufficiens viſa fuit ad repræſentationem
“ corporis delicti, ita ut de eo judex certioratus
ad pœnam ordinariam tutò pervenire poſſit, id- „
que ſpeciali ex ratione, ne adulteria infinita im- „
punita remaneret, *Hartm.Piſt.dict.obſer.33.n.22.*

Secundò: Facit huc *Conſtitutio Elect. 33.part. 4.* ubi diſpoſitum reperitur: 9 Quod licet fur cum rebus furto ablatis deprehenſus delictum fateatur, locum ſimul & perſonas ubi & cui furatus ſit, indicans; attamen ſi de facto judex inquirens nil certi de eo cognoſcere poſſit, ut maximè etiam furtum ſit magnum, & valorem quinque aureorum Ungaricorum excedat, Reus nequaquam morte mulctari, ſed virgis cœſus in perpetuum relegari debeat. Ex quo Lipſenſes in literis reſponſoriis ad Illuſtriſſimum Electorem relatis ab *Hartm. Piſtor.dict.obſerv.13.n.49.* non malè inferunt ad delictum adulterij, ne quidem in hoc ſufficere confeſſionem Rei, ad pænam ordinariam infligendam, niſi hoc verè perpetratum fuiſſe conſtet, de quo judex ex partis utriuſque confeſſione, alio probationis modo deficiente, certiorari poteſt.

Tertio: Specialiter ob defectum probationis in crimine adulterij eſt introductum, ut ad confeſſionem utriuſque partis pœna ordinaria adulterij delinquentes affici poſſint, quamvis de delicto non conſtet; At, ſi porrò uniusquoque Rei confeſſio ſufficeret, ad pœnam infligendam, plura ſpecialia circa Idem crimen concurrerent. 10

11 Quod cum jura in civilibus non concedant; *Gloſſ.in l.1. C. de dot. promiſſ.& in l. cum poſt in §.gener.in verb.placuit.ff de jur.dot. Dan.*Moller.*lib.2.ſemeſtr.37.num.*1. *Jaſon. in l.ſingularia. num.6.ff.ſi cert.petat. Andr.Tiraquell. in tract. de conſt.poſſ.26.ampl.num.8. & ſeqq.* Utique in criminalibus, in quibus quo majus verſatur periculum, eò cautius agendum, minimè recipiendum erit, *Hartm.Piſtor.dict.obſerv.33.n.24.& ſeqq. & n.59.& 60.*

12 *Hancq; ſententiam uſu & in pronunciando receptam eſſe certius eſt, quam ut probatione indigeat: Veluti etiam eam ſequuntur quotidiè Scabini in hunc modum reſpondentes:* So wird *G. Z.* wegen ſolches begangenen und bekanten Ehebruchs/ vermöge Churf. Sächſ. *Conſtitution* mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode billich geſtrafft. Es wolte jhm denn ſein Eheweib ſolche ſeine Vorbrechung verzeihen/ und ungeachtet gebrochner Trew und Glauben ferner Ehelichen beywohnen/ auff dē Fall bliebe er mit der zuerkanten Todesſtraffe verſchonet; Er würde aber gleichwol deß Landes ewig billich vorwieſen/ darauß jhme ſein Eheweib mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig. Wann aber ſein Eheweib jhme nicht verzeihen wolte/ So würde die *Execution* vorberürter Todesſtraff an jhme ſo lange billich eingeſtellet/ biß obbemelter Dienſtmagd nachgetrachtet/ und wenn ſie zu hafft kommen/ Jhr ſein/ deß gefangenen Bekäntnüß in guten vorgehalten werden/ und wann ſie mit jhrer Antwort gehöret/ dieſelbe auch mit Fleiß auffgezeichnet/ und zu den *Acten* gebracht wird/ ſo ergehet alsdann darauff auch jhrer Perſon halber unnd wegen Vollſtreckung deß Gefangenen Straffe ferner was recht iſt/ V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris in* Henichen/ *M. Julio, An.1606. Ad conſultationem E. à P. Menſ. Iun. An.1607.*

Verſus Radewitz/ *ad Quæſtorem, Menſ. Julio. Anno 1614.*

13 Nec infringunt hanc ſententiam ea, quæ modò in contrarium fuere adducta. Quod enim *Primò* ad *l. denunciaſſe* 17.§.*6.ff.ad Leg.Jul. de adult.* attinet, facilimè conceſſerim de jure Digeſtorum ſufficere quandoq; confeſſionem unius ad condemnationem in adulterio, propterea quod tunc temporis delictum hoc rarius pœna mortis coercebatur. *S*ic enim adulter prohibetur recipi inter milites, *l.4.§. adulterii. 7.ff. de re militar.* adulteram ducere in uxorem, *l.13.ff. de his quib. ut indign.* teſtimonium dicere in teſtamento, *l.14.ff. de teſtib.* Quæ de condemnatis ad mortem dici nequeunt: Adulteroſq; relegatione ac deportatione fuiſſe punitos, apparet *ex l.5.ff.de quæſtio.l.6.ff.de divor.l.11.in pr.ff.ad Leg. Jul.de adult.* Non, quod ex Lege Julia & Jure Digeſtorum pæna adulterii ordinaria nõ fuerit capitalis, ut vulgò Doctores exiſtimant, *Briſſon.ad Leg.Jul.de adult.cap.2. Matth.* W*eſemb.in para. ff.ad Leg.Jul. de adult.num.19. Salicet. ad l.30.* C. *ad Leg.Jul.de adult.Petr. Heig.part.2.quæſt.29. 47.& ſeqq.Anton.Fab.2.conject.20.Joh. Harppr. ad* §.*item Lex* J*ulia. 4. Inſtit. de publ. jud.num.18.* Johan.*Zanger. de quæſt.& tortur.cap.5.numer.*63. *Fach.1. controv. illuſt. 8.* Matth.*Berlich. part.4. concl.27.num.*16.J*acob. Menoch.de arbitr. jud. quæſt.lib.2.cent.5.caſ.419.num.31.& ſeqq.DelRio ad l. tranſigere. num. 100. & ſeqq. C. de tranſact. Petr. Fab. lib. 2. ſemeſtr. cap.5.* Contrarium enim demonſtrari poteſt ex verbis manifeſtis, *§.4. Inſtit.de publ.jud.l.9.l.30.C.ad Leg.Jul.de adulter.l. tranſigere.18.C.de tranſact.* Sed quia pæna mortis conniventia Imperatorum & nimia eorumdem lenitate in deſuetudinem abierat, ita, ut tempore ICtorum non amplius ultimum ſupplicium, ſed mitior pæna adulteris irrogari conſueverit, poſtea Lege Julia de adulteris gladio feriẽdis in uſum denuò revocata à Dioclet. & Maximin. *l.18.C.de tranſact.* ac demum ab Imperatore Conſtantino plenè reſtituta in *l.quãvis 30. C.ad Leg.Jul.de adult.* & ab Imp. Juſtiniano confirmata in *Novell.134.cap.10. Joh. Gœdd. ad l. 101. ff.de verb.ſign.vid.ſupra quæſt.52.nu.38. Ex dict. l.denunciaſſe.§.6.* Nihil aliud igitur probatur, quàm confeſſionem Rei in crimine adulterii ſufficere 14 ad infligendam pænam relegationis vel deportationis, etiamſi alterius partis confeſſio non concurrat: quod ut negem tantum abeſt, ut etiam expreſſè hoc *Conſtit. Elect. 33. part.4.* convenire dixerim. Exinde tamen nequaquam ſequitur, adulterii Reum pœna mortis plectendum eſſe, ſi alterius partis confeſſio non adſit, de quo caſu hic ſolummodò agitur. Nam & in aliis delictis priuſquam ultimum ſupplicium Reo indicitur, de corpore delicti neceſſariò conſtare debet, quod tamen non requiritur eo caſu, quo alia pæna extra ſupplicium mortis infligitur.

15 Eodem modo reſpondendum. *Secundo ad c.ſignificaſti.de adulter.* in quo adulteræ mulieri ad ſolam ipſius confeſſionem pænitentia imponitur. Ex quo ſequitur confeſſionem Rei ſufficere ad indicendam pænam aliquam leviorem, non autem ad ſupplicium mortis infligendum, quod nunquam locum habet, niſi luce meridiana clarius appareat de delicto commiſſo, *Hartm. Piſtor.obſerv.33.& obſerv 34.n.30.*

Tertio: Non obſtat quod in delictis occultis & difficilis probationis ſufficiat confeſſio. Nã 16 huic abundè ſatisfit in eo, quod utraque parte confitente adulterium punitur: cum alioqui cõfeſſiones hæ non ſufficerent, niſi aliter conſtaret de delicto. Quin & alterius partis confeſſionem in crimine adulterii repræſentare corpꝰ delicti, dictum *ante num.2.* At ubi corpus delicti haberi poteſt, confeſſio Rei non ſufficit, *l.1.§.item illud ff.ad Syllan. l.ſi per alium. §. docere ff. ne quis eum l. inde Neratius.§.fin ff.ad Leg. Aquil. l. 1.§ ſi quis ultrò, ff.de quæſt.l. Divus Traian.ff.de milit.teſta. l.ſi is.§.ſi tu Titium ff.de furt.l.ſi quis legatum, verſ. cæterum ff.ad Leg.Corn. de falſ. Anton. Gomez, de capt.reor. num. 1. Ægid. Boſſius in pract.crim.tit. 1.in pr.Iohan.Zanger.de quæſt.& tortur.in proœm. n.37.& 38.Anton.Gabriel.lib.7.tit.de crim.concl. 17.n.4.Iul.Clar.in pract.§.fin.quæſt.55.nu.11.Bertrand.conſ.257.col.1.vol.3.& conſ.258.col 3.vol.1. Roland.conſ.51.n.9.& ſeqq.vol.1.*

17 Neque putandum, quod alioqui infinita adulteria remanerent impunita: quia alii ſunt modi probandi adulteria, ut proſcriptio Rei fugitivi, & confeſſio utriuſque partis, aut ſi altera pars mortua ſit vel proſcribi nequeat, facilius concedendum, ut Reus abſolvatur, quam innocens condemnetur, *Hartm.Piſtor.dict.obſerv.33. num.37.*

18 Quæque hactenus dicta fuerunt, ea non ſolùm in crimine adulterii, ſed & aliis delictis carnis; Ut inceſtu, ſtupro violento &c. quæ mortis ſupplicio coercentur, obtinent. Idque minus dubii habet in nuda Rei confeſſione, ad quam mortis pæna nequaquam infligenda eſt. At, quid *ſi alia indicia vel præſumptiones concurrant, ex quo de delicto perpetrato evidenter conſtare poſſit: Annè tunc Reus confeſſus ordinaria adulterii pœna afficiendus, etiamſi alteri pars delictum confeſſa non fuerit*?

19 *S*anè quædam indicia certa ſunt & indubitata, quæ ex natura dependent, & rem propoſitam ex naturalibus principiis neceſſariò probant, *l.indicia certa 19. C.de rei vindic.l.fin. C.de probation.* Veluti ſi mas aliquis & uxor aliena in ipſo naturali & reali coitu adulterino deprehendantur, ita ut pudenda in pudendis, obſcæna in obſcœnis ſint poſita, idque teſtibus probetur, Marc. *Blanc. in tract. de indic. homicid. ex propoſ. commiſſ. n. 69. Ioſeph. Maſcard. de probat.concl.57.n.5.volum.1.Laurent. Kirchov.cent. 1.comm. concl.5.* Quod adulterium dicitur manifeſtum, *Dec.in c.cum non ab homine.num.49.ext. de judic. Abbas.in cap. tertio loco. col.pen. ext. de præſumpt.* 20 Vel ſi maritus elapſo jam anno abfuerit, & domum reverſus uxorem repererit prægnantem, *Gloſſ.& Canoniſt.in can.dixit 32. quæſt. 1.Felin.c.præterea num.3.ext.de teſtib.* Hæc præſumptio, inquit *Iacob.Menoch.* adeo urgens eſt, ut dici debeat probatio concludens, quæ operari debet, ut non ſolùm mulier perdere debeat dotem, ſed etiam puniri poſſit pæna Legis Juliæ de adulteriis, *lib.5.de præſumpt.præſ.41. num.4.5. & 6.* 21 Vel ſi maritus tanta corporis valetudine

adverſa aliquandiu laboravit, ut uxori ſuæ conjugale debitum certò præſtare non potuerit, ipſa tamen interim gravida facta fuerit, *l. filium 6. de his qui ſui vel alieni jur. ſunt Henr. Bocer. in tract. de adult. c. 4. n. 7.*

22 Hæc & id genus alia indicia, ſi cum confeſ-
„ ſione Rei concurrant, quin judex ad pænā mor-
„ tis tutò pervenire queat, etiamſi alterius partis
„ cõfeſſio non adſit, vix dubitandum eſt, *l. indicia certa. 19. C. de Rei vindicat. l. fin. C. de probat. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 97. num. 2. & 3.* Quamvis enim opus copulæ carnalis tale eſt, quod ſenſui viſus revera non patet, cum cõſummationem coitus & immiſſionem ſeminis, qua adulterium perficitur, cernere ſpectator non poſſit: quid enim ſi mas fuerit impotens, aut fæmina adeò arcta, ut virum admittere nequeat, *c. 1. 5. & 6. extr. de frigid. & malef. Ioſeph. Maſcard. de probat. vol. 1. concl. 452. num. 3.* Unde ſequitur hæc aliave prædicta indicia ad pœnam ordinariam mortis infligendam per ſe non ſufficere, ex iiſdēque non niſi ad torturam perveniri poſſe, *Iohan. Zanger. de quæſt. & tort. cap. 2. n. 73. verſ. exiſtimarem igitur Proſp. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 136 n. 63. & de Reo confeſſ. & convict. quæſt. 86. n. 14. & 94.* Attamen aliud dicendum, ſi ſpontanea confeſſio Rei accedat, quæ hoc caſu nuda non eſt, ſed indiciis certis & indubitatis veſtita.

23 Præter hæc autem alia adhuc indicia ſunt, non quidem certa & indubitata, ſed veriſimilia & probabilia, ex quibus plerumque adulterium arguitur non ſemper & ubiq;. Quæ indicia non ad condemnationem, ſed ad torturam Rei ſufficiunt, *l. milites 8. §. oportet* C. *de quæſtion. Matthe-ſilan. ſing. 118. Jacob. Menoch. lib. 1. de præſumpt. quæſt. 97. n. 25.*

24 Veluti, ſi mas aliquis ſolus cum uxore aliena ſola ſecreto & abdito in loco inventus ſit, *c. literis 12. ibi. locis ſecretis & latebris ad hoc commodis, junct. verſ. reſpondemus extr. de præſumpt. Menoch. lib. 5. præſumpt. 41. num.* 11. 13. *& 15. Laurent. Kirchov. comm. concluſ. 5.* Joſeph. *Maſcard. de probat. vol.* 1. *concl. 59. nu. 10. verſ. conciliare poteris, Erneſt. Cothman. reſp. 16. num.* 81. *volum. 3. Farin. dict. quæſt. 136. num.* 24. Item, ſi mas aliquis

25 cum uxore aliena repertus fuit in cubiculo clauſo ad coitum diſpoſitus, puta, ſi caligas habuerit ſolutas, ipſaq; fæmina aperire oſtium recuſaverit *Kirchov. dict. concl. 5. circa fin. Menoch. dict. præſumpt. 41. n. 11. verſ. nec repugnat. Maſcard. dict. concl. 59. n. 20.*

26 Aut, ſi quis interdiu noctuq; domum pulchræ uxoris alienę frequentare ſolitus, & in ipsā domum ab ea clam admiſſus fuerit, J*acob. Menoch. de præſump. dict. lib. 5. præſ. 41. n. 2. Proſper. Farin. dict. quæſt. 136. n.* 118. Item, ſi quis in domo pulchræ uxoris occultatus fuerit inventus, *Bartol. in l. 3. n. 1. ff. de furt. & Alexand. ibid. in addit. ad lit. B. Felin. in c. preterea n. 12. ext. de teſtib. Farin. dict. quæſt. 136. n. 158.*

27 Vel, ſi mas cum alterius uxore ſola viſus ſit per nemora & vias occultas ſpaciari, & ſimul ipſam exoſculari, luxurioſoq; tractu & amplexu laſcivo circumplicare, *c. ex literis 12. & c. 13. ibi eos inſimul viderant per plana & nemora, vias, invia pluries convagantes, ext. de præſump. Proſp. Farin. dict. quæſt. 136. n. 153. & ſeq.* Aut, ſi à viro oſculum luxurioſum cum laſcivioribus amplexibus & poſitione brachii ad collum, ac mammillarum tactu, datum ſit uxori alienæ non invitæ, nec reſiſtenti, & quidem in locis ſecretis ad carnalem commixtionem aptis, *Farin. dict. quæſt. 136. n. 131.* 136 *& ſeqq.*

Q. 2. Num ex adulteri confeſſione ad pænam mortis deveniri queat, ſi perſõa coadulterans ſit in fuga alia ve indicia probabilia cõcurrant?

28 Quæ indicia & præſumptiones veriſimiles atque probabiles, inter quas fuga alterius partis non minima eſſe videtur, ſi ad confeſſionem adulteri accedant, *an tunc Reus adulterij pœna affici poſſit, dubitari poteſt?* Notum enim eſt, quod præſumptiva probatio, quæ ex fuga Rei oritur, in delictis occultis ad ipſam etiam condemnationem ſufficiat, ut vulgò tradunt Doctores, *Abb. in c. præterea de teſtib. Bartol. in l. 2. §. fin. ff. ad Leg. Jul. de adul. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi ff. de novo oper. nunciat. Paris de Puteo in tract. Synd. cap. 96. col. 2. Hipp. de Marſil. in rubr. de probat.* Unde & *Nicol. Everhard. in præſ. topic. n. 8.* dicit: in criminibus occultis, de quibus liquido conſtare non poteſt, ut ſunt furtum, adulterium, conſpiratio & ſimilia, quæ rectè fieri conſueverunt, ſufficere indicia & præſumptiones, propter probationis difficultatem, non ſolùm ut ad torturam perveniatur, verum etiam ad ipſam condemnationem: ad quod allegat *Bald. in l. milites, C. de quæſtion. Salicet. in l. fin. C. de probat. Hoſtienſ. in ſumm. tit. de filiis Presb. §. 1. circa med.*

29 Hincq; fit, quod in crimine maleficii Reus confeſſus condemnetur, etiamſi de pactione inter eum & Diabolum contracta, vel concubitu Satanico non conſtet, *Johan. Bodin. lib.* 4. *de Dæmon. cap. 3. Franciſc. de Pontzinib. in tract. de* L*amiis num. 20. & ſeqq. Arnold. Albert. de agnoſc. aſſert. cathol. & hæret. quæſt. 25. n. 1. & ſeqq.* Pariter & in crimine hæreſeos ex ſola voluntate quem condemnari poſſe, etiamſi de delicto aliter non conſtet, vulgò docent Dd. *Bald. in l. ſi quis circa princip. verſ. venio ad oppoſitiones C. de Epiſc. & Cler. Franc. de Pontzinib. dict. tract. de Lam. num. 52. Jul. Clar. in pract. §. fin. quæſt. verſ. ſcias tamen & quæſt. 55. verſ. quomodo autem Ludov. Carer. in pract. in tract. de hæret. n. 85. verſ. item prædictas perſonas Arnold Albert. dict. quæſt. 25.*

30 Verùm, quicquid etiam juris obtineat in
aliis criminibus occultis, in adulterio certè ob „
fugam coadulterantis perſonæ, aliasve præſum- „
ptiones & indicia probabilia (nam de certis & „
indubitatis aliud dicendum) concurrentia cum „
Rei confeſſione, extra torturam facta, pœnam „
mortis ordinariam infligendam non eſſe, tam „
Wittebergenſium quàm *Lipſenſium* eſt ſententia; „
quam refert ac tenet *Hartm. Piſtor. obſerv. 34.* „
Quæ etiam veriſſima eſt *ac in pronunciando recepta.*

31 Præterquam enim, quod præſumptiones atque indicia veroſimilia etiam ac probabilia judicem fallere queant, in ipſa fuga non niſi contra perſonam fugientem & abſentem indicium facit. At quoad indicia & probationes ab una perſona ad alteram non poteſt inferri ad effectum condemnationis, *l. denunciaſſe §. fin. ff. ad*

Leg. Jul. de adult. Proinde quod de indiciis ac præſumptionibus antea dictum, id locum habere poteſt, quando ad ſeparationem matrimonii civiliter, vel etiam de irroganda pœna pecuniaria agitur. Secus verò quoad criminalem adulterii vel alterius delicti condemnationem, *Auguſt. in addit. ad Angel. Areti. in tract. malefic. ad c. quod fama publica. fol. 227. num. 8. Gandin. in tract. malefic. rubr. de præſumpt. & indic.* ubi ſcribit: quod omnes ſapientes, quos Bononiæ vidit, & alibi, ita ſenſerunt; ſicque etiam vidit de conſuetudine obſervari, quod per ejuſmodi indicia non poſſit quis definitivè in perſona condemnari.

32 Nec obſtat, quod in crimine maleficii Reus confeſſus pœna mortis afficiatur ex indiciis & præſumptionibus, etiamſi de pactione, cum diabolo inita, aut concubitu Satanico non conſtet. *Nam* hoc in crimine iſto ceu omnium horribiliſſimo ac nefandiſſimo ſpecialiter receptum eſt, ac propterea in conſequentiam non trahendum nec ad delictum adulterij extendendum, *Franc. de Pontzinib. in tr. de Lamiis n. 70. & ſeqq. Arn. Albert. de agnoſc. aſſert. cathol. & hæret. quæſt. 25. n. 1. & ſeqq.* Idemq; ſentit *Joh. Bodin.* In hoc, *inquiens*, ſuper alia omnia tam turpi, tam horrendo & deteſtando, omniq; Parricidio deteſtabiliori crimine, in quo tam difficiles ſunt probationes, tamque abdita ſcelera, ut è millenis vix unus merito ſupplicio affici poſſit, nihil neceſſe eſſe, religioſe hærere quenquam regulis procedendi, ſed extra ordinem oportere fieri illius judicium, diverſa à cæteris criminibus ratione, *lib. 4. de Dæmonom. cap. 3.* Præterea, ſi in delicto maleficii præſumptiones ad condemnationem non ſufficerent, rariſſimè aut nunquam Reus merito ſupplicio affici poſſet: quia iſtud crimen adeo eſt occultum; ut ne minima ejus veſtigia aut corpus delicti unquam appareat. At ratio diverſa eſt adulterij, quod licet quoque crimen ſit obſcurum in eo tamen confeſſio utriusque Rei conformis corpus delicti repræſentat, de quo judex ſæpius certior fieri poteſt. Quin & hujus criminis ſocius abſens & fugitivus, ſi Banni proceſſu inſtituto non compareat, pro confeſſo habetur, atque hoc ipſo veritas delicti demonſtratur.

33 Stat ergo regula: Quod Reus ad nudam confeſſionem, etiamſi coadulterantis perſonæ fuga accedat, ordinaria adulterii pœna affici nequeat; niſi & altera perſona coadulterans capta ſit, & ſic utriuſque Rei adulterantis expreſſa confeſſio concurrat; Quæ tamen regula certis quibusdam modis fallit.

34 PRIMO enim ſi ex cauſis ſupervenientibus & qualitatibus adulterii perpetrati mitior aliqua quàm mortis pœna Reo infligenda eſt, ob abſentiam alterius partis ejuſque confeſſionis defectum, executio pœnæ differri non debet, *Hartm. Piſtor. obſerv. 34.* Proinde adulterio, à marito cum fœmina ſoluta aut ab uxore cum juvene ſoluto perpetrato, ſi conjunx ei remittere velit, judex tutò relegationem perpetuam Reo dictare poteſt, etiamſi perſona ſoluta, cum qua adulterium eſt commiſſum, in fuga ſit & haberi nequeat.

Q. 3. An & tum utriusque Rei confeſſio requiratur ſi non mortis ſupplicium, ſed mitior aliqua pœna adulterio venat infligenda?

35 *Tum*, ob *Conſt. Elect. 33. part. 4.* quæ furem confeſſum fuſtigatione ac perpetua relegatione puniri jubet, etiamſi de ipſo furto judex inquirens, nil certi cognoſcere poſſit. Unde non ineptè concluditur, in aliis quoque criminibus, fuſtigationis pænam aliamve mitiorem Reo infligi poſſe, etiamſi de corpore delicti non conſtet. Proinde quia in adulterio utriuſque partis confeſſio corpus delicti repræſentat, ut dictum ſupra, altera parte abſente, quin Reo confeſſo pæna fuſtigationis aliave mitior extra ſupplicium mortis dictari queat, nil prohibet: Veluti etiam ita concluſerunt *Wittebergenſes & Lipſenſes*, quos refert & ſequitur *Hartm. Piſtor. obſerv. 34. n. 26. 30. & 56.*

36 *Tum*, quod reus etiam ſi crimen confeſſus non ſit, ex ſolis indiciis & præſumptionibus in pœnam extraordinariam condemnari poteſt, *l. 3. verſ. & quia pleriq; ff. de offic. Præfecti Vigil. Felin. in cap. afferte num. 8. in 2. limit. de præſumpt. Ludov. Carer. in pract. crim. in 2. tract. de indic. & tortur. in pr. §. in text. Ego argumentis convictus, n. 2. & 4. in fin. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 97. n. 17. Joſeph. Maſcard. de probat. lib. 3. concl. 1220. n. 10. Brun. de indic. & tortur. part. 1. quæſt. 4. n. 15. verſ. item limitat. Ægid. Boſſ. in tit. de cõvict. n. 36. & 49. Jul. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 20. verſ. ſcias tamen, in fin.* Quanto ergo magis Reus adulterium confeſſus, deficientibus etiam indiciis & præſumptionibus, pæna extraordinaria affici poterit. Quod eo minus dubium eſt, ſi coadulterantis perſonæ fuga, aliæve præſumptiones ac indicia concurrant.

37 *Sequuntur hanc ſententiam in pronunciando Scabini quotidiè*: So möchte *Inquiſitin* wegen ſolches begangenen unnd bekandten Ehebruchs mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden. Es wolte jhr dann jhr Ehemann ſolche Vorbrechung vorzeihen und ungeachtet gebrochner Trew und Glaubens ferner Ehelichen beywohnen/ auff den Fall bliebe ſie dem heiligen Eheſtand zu Ehren mit der zuerkanten Todesſtraffe verſchonet; Sie würde aber gleichwol deß Landes ewig vorwieſen/ darauß jhr der Eheman mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig. Da aber jhr Eheman jhr dieſe Vorbrechung nicht vorzeihen wolte / auff den Fall würde die Vollſtreckung vorberührter Todtesſtraff an jhr ſo lang billich eingeſtellet/ biß der flüchtige *P. E.* zur hafft bracht/ *&c. Ad conſultationem Chr.* à Pöln/ *Menſ. Jun. Anno* 1607.

Simili modo fuit pronunciatum Quæſtori in Henichen/ *Menſ. Jun. Anno 1606.*

Conſulibus & Senatui in Plauen/ *Menſ. Febr.* A*nno 1630.*

38 Ex jam dictis ſequitur etiam hoc; quod fæmina ſoluta marito cuidam ſui copiam faciens & adulterium confeſſa, virgis cædi ac relegari poſſit, etiamſi maritus adulter haberi nequeat: Uti enim ſuprà dictum, confeſſio utriuſque partis eo demùm caſu requiritur, quo mortis ſupplicium eſt infligendum. *Et ita quotidie pronunciari ſolet.*

39 Secundo fallit Regula prædicta in confeſſione adulteri in tortura facta. Si enim Reus in tortura adulterium confeſſus fuerit, pænâ gladii ordinaria affici debet, licet perſona coadul-

Q. 4. Quid juris ſi Reus in tortura adulterium confiteatur.

altero delinquente fugitivo?

coadulterans abſens ſit, eiuſque confeſſio haberi nequeat, *Dan. Moller. lib. 2. ſemeſt. 37. n. 2. & ad Conſt. Elect. 9. n. 13. part. 4.*

40 Idque ex ſpeciali Conſtitutione D. Auguſti Elect. Saxoniæ, *cujus verba ſunt:* Vñ dieweil ſonderlich newlicher Zeit in vorigen Schöppenſtuel auß der 45. Conſtit. deß vierdten Theils/ und was darbey angezogen unnd in der Berahtſchlagung vorgelauffen ſeyn mag/ durch eine ſingularität eingeführet/ daß der Ehebruch uñ dergleichẽ heimlich begangene Laſter nicht mit geordneter Poen deß Leibes oder Lebens/ ſondern etwas linder zu ſtraffen ſeyn ſolte/ wann beyde vorbrechende theil nicht zugleich bekommen/ oder gerechtfertiget werden möchten/ ungeachtet/ daß wider den einen Vorbrecher gnugſame indicia ad torturam vorhanden/ daſſelbige theil auch den Ehebruch ſelbſt geſtanden und bekant; So iſt unſer ernſte Meinung und Wille/ daß unſere Schöppen dieſer ſingular opinion nicht nachſetzen/ ſondern dieſelbe gäntzlich abthun/ und in ſolchen Laſtern/ die von uns geſatzte und conſtituirte Straffen ſtracks vf die Confeſſion, ſo auß der Tortur erfolget/ wie in andern Fällen ſprechen und erkennen; Inmaſſen dieſe und unſerer Räthe Meinung nicht geweſen/ durch die bemelte Conſtitution eine Enderung oder Linderung der Straffen in ſolchen Laſtern auſſerhalb derer/ ſo nicht auff der That/ ſondern auff bloſſen rühmen und injurien ſtehen/ zu ſetzen/ oder eine ſolche ſingular opinion auß etlichen notaten einführen zu laſſen/ &c.

41 Hujus diſpoſitionis vix ulla alia dari poterit ratio, quàm quòd confeſſio in tortura facta indiciis violentiſſimis ac certis veſtita ſit, utpote cum Reus abſque indiciis ejuſmodi præcedentibus, præſertim in crimine adulterii occulto, torturæ ſubjici nequeat. Proinde licet hoc caſu adulterium teſtibus & ipſo facto probatum non ſit, ex violentiſſima tamen præſumptione, quæ ex indiciis præcedentibus, confeſſione delicti, ejusque perſeverantia oritur, id perpetratum eſſe tutò colligi poteſt: quæ ratio etiam ex verbis Illuſtriſſimi Dn. Diſponentis apparet (ungeachtet daß wider den einẽ Vorbrecher gnugſame indicia ad torturam vorhanden) Neque enim ſoli confeſſioni, in tortura factæ, peculiaris quædam vis & certitudo aſſcribenda eſt, ut quæ in ſeſe confeſſioni liberæ atque ſpontaneæ æquiparatur, ab eaque quoad effectum non diſtat, uti manifeſtum eſt ex *l. 1. §. quæſtioni. 23. & §. ſi quis 27. ff. de quæſtion.* Et ſicuti confeſſio libera & ultro facta, ita etiam tormentis expreſſa res fragilis eſt & periculoſa, ac proinde non ſemper ei fides habenda eſt, *dict. l. 1. §. 23. Joh. Zanger. in tract. de quæſtion. ſeu tort. Reor. cap. 5. n. 22. & 23.* Adeoque ratio hujus diſpoſitionis magis in præcedentibus indiciis quàm ipſa confeſſione tormentis expreſſa fundata eſt, licet utrumque ſtrictè requiratur, nempè indicia præcedentia, & tortura ipſa.

42 *Comprobante hoc uſu quotidiano pronunciandi:* So möchte B. B. wegen ſolches begangenen vnd bekanten Ehebruchs (wann auch gleich die Vettel nicht zu erlangen/ welcher doch in alle wege nachzutrachten iſt) geſtalten ſachen nach/ weil diß Gefangenen Bekantnüß von jhme auff vorgehende gnugſame *indicia* durch das mittel der ſcharffen Frage bracht worden/ wofern er auff ſeinem gethanen Bekantnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ vermöge Churfürſtl. Sächſ. *Conſtitution* mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden. Es wolte jhme dann ſein Eheweib ſeine Vorbrechung vorzeihen/ und ungeachtet gebrochener Ehelichen Trew und Glauben ferner Ehelichen beywohnẽ/ auff den Fall bliebe er mit der Todesſtraffe verſchonet: Er würde aber gleichwol deß Landes ewig billich vorwieſen/ darauß jhme ſein Eheweib mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig V. R. W. *Ad requiſitionem Præfecti* Weiſſenfelſenſis, *M. April. Anno 1615.*

It: Hat *A. F.* ein Eheweib in zimlicher ſcharffer Frage bekant und geſtanden/ daß ſie mit *G. K* einem Eheman fleiſchlichen zugehalten/ und Oberhurerey getrieben *&c.* Da ſie nun auff jhren gethanen Bekantnuß vor gehegten peinlichen Halßgerichte freywillig vorharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde: So möchte ſie/ ungeachtet/ daß vorgemelter *G. K.* noch zur Zeit nicht zu hafften gebracht und mit jhr *conformiret* worden/ vermöge Churfürſtl. Sächſ. ſonderbaren Verordnung mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W. *Ad conſultationem Henrici à* Schleinitz in Dahlen/ *M. Aug. Anno* 1601. 43

It: Hat *I. VV.* ein lediger Geſelle in ſcharffer Frage bekant/ daß er mit *V. L.* Eheweibe/ welche nochmals in flüchten verharren thut/ fleiſchlichen zugehalten und geehbruchet/ *&c.* Da er nun auff ſeinem gethanen Bekandnüß vor Gerichte freywillig verharren oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde: So möchte er wegen ſolches begangenen Ehebruchs/ vermöge Churfürſtlicher Sächſ. ſonderbahrer Verordnung mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte gericht unnd geſtrafft werden/ V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris in* Noſſen/ *Menſe Sept. Anno 1616.* 44

Q. 5. Num mortis pœna infligi queat adultero ad ſolam ejus confeſſionem qua in loco tortura, ſponte tamen facta fuit?

45 Quæſtio hic incidit, *Si Reus de adulterio ſuſpectus, indiciis gravatus, & prævia ſententia quæſtioni ſubjiciendus, in præſentia carnificis & loco torturæ, antequam tamen ea adhibeatur, delictum confeſſus fuerit, an mortis pœnâ affici poſſit, etiamſi coadulterans perſona in fuga ſit?*

46 Quod ex præcedentibus affirmandum videtur: Per ſententiam enim indicia & præſumptiones firmæ ac violentæ probatæ, & quæſtio Reo fuit indicta; Parum autem intereſſe videtur an tortura fieri debeat aut facta ſit, & an Reus quæſtioni jamjam ſubjiciendus, aut ſubjectus crimen confiteatur, *l. 23. §. 27. ff. de quæſtion.* Quin & præſentia carnificis & metus tormentorum idem ferè operantur quod ipſa tortura, *Joh. Zanger. de quæſt. & tort. Reor. c. 5.*

47 Sed aliter reſponderunt hoc caſu *Scabini.* Etſi enim negari nequeat, præſumptiones atque indicia, quibus judex commotus torturam adhibendam eſſe exiſtimaverit, ſat firma ac violenta eſſe: Attamen cum Electoralis Sanctio ſolummodò Reos in tortura confeſſos, abſente perſona coadulterante, ordinaria mortis pœna affici velit, uti ex verbis diſpoſitionis [ſtracks auff die Confeſſiõ ſo auß der Tortur erfolget] notiſſimum eſt, eam nequaquam ad caſum præſentem, quo Reus quæſtioni nondum ſubjectus adulterium confeſſus eſt, extendendam eſſe putaverũt, cum ejusmodi confeſſio non ex tortura provenerit: Nam quod de uno caſu dictum eſt, de alio negatum videtur, *l. 12. ff. de judic. Nicol. Boer. deciſ. 298. n. 4.*

Quin imò dum Electoralis diſpoſitio de confeſſione, in tortura facta, expreſſis verbis loquitur, ac vos demum qui adhibitis tormentis adulterium confeſſi ſunt, altera parte abſente, ordinaria pæna affici jubet: Illuſtriſſimus Conſtituens in caſu converſo, quo nempe confeſſio extra torturam facta eſt, contrarium ſancire videtur, argumento à ſenſu contrario deſumpto, quod aliàs in jure fortiſſimum eſt, *l.* 1. *in princip. ubi Angel n.3. & Jaſon. num.36.ff. de offic. ejus cui mand. eſt jurisdict. Bald. in l. conventicula.* 15. *n.* 1. *C.de Epiſc. & Cler. Felin. in c. ſignificaſti* 18. *n.9. col.4. extr. de for. compet. Nicol. Everh. in top. loco à contrario ſenſu in princip.*

49 *Sententia Dn. Scabinorum hiſce ferè formalibus fuit concepta*: Ob wol *V. P. VV.* Eheweib / als ſie mit der Schärffe angriffen werden ſollen/ in gutē bekant/ daß ſie mit einem ledigen Geſellen einem Mühlknechte geehruchet/ *&c.* Dieweil aber dennoch gedachter Mühlknecht auff ſolche Beſchuldigung noch nicht gehöret/ ob er dero geſtändig oder nicht/ ſo hat auch auff der Gefangenen bloſſes Bekändtnüß jhrer Straffe halber noch zur Zeit nichts gewiſſes erkant werden mögen. Es wird aber gleichwol vorgedachten Mühlknecht mit Fleiß nachgetrachtet/ und wenn er zu hafften bracht/ jhme vorberührte Beſchuldigung in guten vorgehalten/ In fall er aber über angewandten Fleiß nicht zu erlangen ſeyn wird ſo mag die Gefangene *V. VV.* auff jhr beſchehenes Bekändnüß geſtalten ſachen nach/ weil man ſonderlich auch jhres Ehemannes/ ſo mit ſeiner Dienſtmagd gleichfalls geehbruchet haben ſoll/ und ſich flüchtig gemacht, noch nicht mächtig ſeyn könē/ deß Landes ewig vorwieſen werden/ V. R. W. *Ad conſultationem Georgii* Alberti *à* Wißleben in Berg/ *M.* J*ulio. An.1606.*

Pariter & juxta hanc ſententiam pronunciavimus ad requiſitionem judicis Oppidani in Bornâ, Men*ſ.* J*anuar. An.*1631.

50 Tertiò limitatur ſuprà dicta Regula, & Reus, adulterii liberè ac ſpontè extra torturam delictum confeſſus, pœna ordinaria mortis plectendus eſt, ſi altera pars in fuga perſeverans, in Bannum legitimo modo fuerit declaratus ſive proſcriptus.

Q.6. Quid *ſi Reus coadulterans fugitivus fuerit in bannum declarat9?*

51 Notiſſimum enim eſt, quod de jure Saxonico ij, qui in publicam pacem ſive quid aliud delinquunt, Banno ſubjici pôſſint, quod vocatur **in die Acht erklåret**/ ita ut ſi in eo contumaciter perſeverent, neque intra præfinitum tempus, quod anni & diei ab eo ſe expediant, in Bannum demum ſuperius incidentes, & vitæ & honoris ſeu facultatum omnium periculo ſubjaceant, *art.71. & art.38. lib.* 1. **Landrecht**/ *art.24. & 82. ubi gloſſ. lib.3.* **Landrecht**/ *art.12. & ibidem gloſſ.* **in Lehenrecht**/ *artic.35. & 36. cum ſeqq. & gloſſ.* **Weichbild**/ *Chilian.* **König von der Acht oder Vorfeſtung**/ *Dan.* Moller. *ad Conſt. Elect.13.n.14.part.4. Bernh. Græv. lib.1. pract. concl.3. conſider. l. Nicol. Reuſn. lib.4. deciſ.*18.*n.6.*

52 Quamprimum ergo perſona coadulterans fugitiva in Bannum eſt declarata & proſcripta, Reus adulterium etiam ſpontè confeſſus ad pænam mortis condemnari poteſt; ex ea potiſſimùm ratione, quod bannitus ſive proſcriptus pro confeſſo & convicto habeatur. Hæc namq; pæna eſt contumaciæ de jure Saxonico; ut Reus legitimè citatus in primo termino non comparens, tanquam confeſſus & convictus condemnetur, in cauſa principali uſque ad legitima impedimenta, *art.9. in pr. & art.24. in gloſſ. lib.2.* **Landrecht**/ **Weichbild**. *art.111. in gloſſ. final. & gloſſ. latin.* **Landrecht**. *lib.1. art.41. & art.67. in fin. art.45. lib.2.* M*atth. Coler. de proceſſ. execut. part.*1. *cap.2.n.15.* Quæ intra dilationem Saxonicam Reus probare debet, qua elapſa, ſi nulla interim fides facta ſit de legitimo impedimento, denuò ſuper accuſatione contumaciæ Rei pronunciatur in cauſis civilibus, daß Kläger Beklagten nunmehr biß auff die Hülffe erſtanden; In cauſis verò criminalibus, ſi Reus contumax non compareat & legitima impedimenta probet, exbannitur vel proſcribitur, **wird in die Acht erklåret**/ **Landrecht**. *lib.2. art.45. §.*1. M*atth. Coler. dict. cap.2.n.*41.

53 Quemadmodum ergo pœnâ adulterii ordinaria afficitur Reus ultrò confeſſus, ſi & altera pars delictum confiteatur, eò quod utriusq; confeſſio repræſentet corpus delicti, ut dictum ſuprà ita & mortis ſupplicium Reo confeſſo infligi poteſt, eo caſu, quo perſona coadulterans proſcripta eſt, quia tunc pro confeſſa habetur.

54 *Hæcq; cauſa eſt, quod Dn. Scabini Reo, ultro ac ſponte adulterium confeſſo, mortis pœnam dictãtes, executionem pœnæ, usq; dum perſona coadulterans crimē quoq; confeſſa, aut proceſſus banni adverſus ipſam formatus & abſolutus, eaque proſcripta fuerit, differri jubeant. In hunc ferè modum reſpondentes*: So wird *N. N.* wegen ſolches begangenen und bekanten Ehbruchs und Oberhurerey mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode billich geſtrafft. Jedoch aber wird ſolche zuerkandte Todesſtraffe biß ſo lange der Jhr. Churfürſtl. Durchl. Landes gebräuchliche Achts *Proceſs* wider das flüchtige Theil angeſtellet/ (darzu es dann durch öffentlichen Anſchlag in dreyer unterſchiedener Herrn Landen in eigener Perſon zuerſcheinen/ gebürlichen vorgeladen wird) und derſelbe ſeine gäntzliche Erörterung erlanget/ auch auff anderweit rechtliches Erkäntnüſt/ billich eingeſtellet/ V. R. W. An Richter und Schöppen zu Anneberg/ *Menſ. Novemb. Anno* 1618.

55 *Vel ita*: Es wird aber mit der *Execution* der jetzo erkanten Todesſtraffe/ ſo lange/ biß entweder die flüchtige Weibsperſon auch zu gefänglicher hafft gebracht/ ūn hierüber *artic*uls weiſe vernommen/ oder auch wann ſie über allen angewanten Fleiß nicht zu erlangen/ der gewöhnliche und Landübliche Achts *Proceſs* wider ſie außgeübet/ in Ruhe geſtanden/ V. R. W. *Ad requiſitionem Balthaſari* Sackens/ *Menſ. April* A*nno* 1620.

Similiter pronunciaverunt ad requiſitionem juris oppidani in Auma/ *Menſ. Jun. An.* 1607.

Quæſtoris in Arnsburg/ *M. Aug. 1605.*

Ad requiſitionem Quæſtoris in Heringen/ M*enſe* J*anuar. An.1612.*

Senatus Geittenſis Men*ſ.* J*an.* A*n.1605.*

56 Ex quibus luculenter apparet, rariſſimè fieri, ut Reus adulterium ſpontè confeſſus, ad pænam ordinariam condemnari nequeat, licet altera pars abſens & in fuga ſit; ſiquidem proceſſus Banni defectum confeſſionis alterius partis & corporis delicti ſupplet: quo ipſo ſuccurritur abundanter objectioni, quod ſcilicet ſtante hac ſententia, qua utriuſque partis confeſſio requiritur, priuſquam pæna ordinaria decerni queat, infinita adulteria impunita remanerent.

At

Q.7. *Quomodo puniendus ſit Reus adulterium cõfeſſus, ſi correus alter mortuus ſi vel haberi aut in Bannũ declarari nequeat?*

57 At, *quid ſi perſona coadulterans mortua aut talis ſit, adverſus quam Banni proceſſus inſtitui non poſſit*, (notum enim eſt, quod eo ſolummodò caſu, quo mortis ſupplicium venit infligendum, Banni proceſſus locum ſibi vendicet, proindè quando adultera abſens eſt fœmina ſoluta, aut uxor cui maritus ignoſcere velit, quarum neutra mortis pœnâ afficitur, proceſſus Banni meritò ceſſat) *anne hoc caſu Reus adulterii ultrò crimen confeſſus, à pœna prorſus exemptus erit?* Certè nullum dubium eſt, quin hoc caſu judici incumbat omnibus modis laborare, quo perſona coadulterans prehendatur & reducatur, Reo confeſſo in carcere interim detento. *Quemadmodum Scabinos in ejusmodi caſibus ſæpius pronunciaſſe memini.*

58 Quod ſi verò ultra omnem laborem adultera in fuga perſeverans haberi non poſſit, Reus crimen ſpontè confeſſus à pœna mortis ordinariâ exemptus quidem eſt, extraordinario tamen ſupplicio, fuſtigationis vel relegationis plecti debet. *Veluti ita Dn.* Scabinos *ad requiſitionem Quæſtoris in* Leißnigk/Menſ. *Jul. Anno* 1560. *reſpondiſſe*, teſtatur, *Modeſtin. Piſtor. par. 2. quæſtion. 52. numero primo. & ſeqq. Hartm. Piſtor. part. 2. quæſtion. 52. numer. 1. & ſeqq. Hartm. Piſtor. obſerv. 33.*

59 Neque ratio hujus obſcura eſſe poteſt. Etenim ſi ob furtum commiſſum, de quo an reverà perpetratum fuerit, certò non conſtat, Reus confeſſus virgis cæſus in perpetuum exilium mittitur, licet furtum ſit magnum & valorem quinque aureorum Ungaricorum excedat, prout diſpoſitum eſt in C*onſtit. Elect. 33. part.* 4. quin idem de Reo confeſſo adulterium, de quo ex alterius partis confeſſione non conſtat, ſtatuendum ſit, non video, *Hartm. Piſtor. dict. obſerv. 33. n. 49.*

60 Accedit & hoc, quod in aliis delictis Reus, etiam ſi crimen confeſſus non ſit, ex ſolis indiciis & præſumptionibus in pœnam extraordinariam condemnari queat, *l. 3. verſ. & quia plerique. ff. de offic. Præf. vigil.* Felin. *in c. afferte. nu. 8. in 2. limit. de præſumpt. Brun. de indic. & tortur. part. 1. quæſt. 4. nu. 15. verſ. item limit. Jacob.* Menoch. *de præſumpt. lib. 1. q. 97. n. 17. Joſeph. Maſcard. de probat. vol. 3. concl. 1220. nu.* 10. Jul. Clar. *in pract. §. fin. quæſt. 20. verſ. ſcias tamen in fin. Ægid. Boſſ. in tit. de convict. n. 36. & 49.*

Reſponderunt Scabini gegen Mugeln: Ob wol *H.G.* hiebevor bekandt unnd geſtanden / daß er mit *V.N.* fleiſchliche Unzucht und Ehebruch getriben/ darauff auch nochmals beſtändig verharret/dieweil aber dennoch ſolches ſein Bekändtnüß freywillig unnd in guten geſchehen / auch ſo viel *indicia* nicht vorhanden / daß man im Fall ſeiner Vermeinung zur ſcharffen Frage kommen/können, und die Vettel *V.N.* über allen angewandten Fleiß nicht zur Hafft gebracht / unnd mit jhme *confrontiret* werden mögen / alſo daß es nochmals an der Erkündigung mangelt / *&c.* Als hat auch nach Gelegenheit dißfals die ordentliche Todesſtraff nicht ſtatt. Es wird aber gleichwol *Inquiſit H. G.* weil er ſich in guten zu dem begangenen Ehebruch bekandt/ geſtalten Sachen nach öffentlichen zur Staupen geſchlagen/ unnd darauff des Landes ewig billich vorwieſen. Es wolte dann der Churf. zu Sachſ. und Burggraff zu Magdeburg *&c.* Unſer gnädigſter Herr *&c.* jhme in Anſehung/ daß er faſt 2. gantzer Jahr in gefänglicher Hafft gelegen/ Gnade erzeigen/ und jhme die Straffe des Staupenſchlages gnädigſt erlaſſen/ auf den Fall würde er allein mit ewiger Landtsvorweiſung in Straff genommen V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris, M. Novembr. Anno 1623.* 61

In pari caſu Reo adulterium confeſſo fuit dictata perpetua Relegatio ad conſultationem Georgii Alberti à Witzleben *in* Bergka/ *Menſ. Jul. Anno 1606.* 62

Similiter pronunciavimus J. C. *à K.* Ob wol S. W. deß mit *B. B.* Eheweibe begangen Ehebruchs/ darzu er ſich hiebevor in guten bekandt/ nochmals geſtändig iſt/ und dahero in die Straffe des Schwerdts gefallen/ dieweil aber dennoch gedachtes *B.* Eheweib in Flüchten verharret / und über angewandten Fleiß nicht zu erlangen geweſen / wieder ſie auch geſtalten Sachen nach/ weil jhr Ehemann jhr vorziehen/ und ſie alſo mit der Todesſtraffe zuverſchonen / der Achts*proceſs* nicht ſtatt hat : So mag auch noch zur Zeit / weil der Ehebrecherin Bekäntnüß nicht vorhanden / die zuerkandte Straffe deß Schwerdts an dem Gefangenen nicht vollſtreckt werden/ ſondern es wird *B.* Eheweibe nochmals mit allem Fleiß durch Steckbrieffe unnd ſonſten nachgetrachtet / damit ſie zur Hafft bracht/ unnd jhr Bekändtnüß erlanget werde / ehe und zuvor nun ſolches geſchehen/ und man alſo deß *corporis delicti* gewiß iſt/ mag die Straffe deß Schwerdts an dem Gefangenen nicht *exequiret* werden/ da aber über allen angewandten müglichen Fleiß / *B.* Eheweib binnen zweyen Monaten nicht zuerlangen / oder auch wol gar in der flucht verſtorben were / auff ſolchen Fall würde dem Gefangenen *S. W.* die Straffe deß Schwerdts erlaſſen/ und er allein mit Staupenſchlägen deß Landes ewig vorwieſen / V. R. W. *Menſ. Iul. Anno 1630.* 63

QVÆSTIO LXI.

In quâ referuntur aliquot cauſæ, pœnam adulterii ordinariam mitigantes.

SVMMARIA.

1. *Variæ circumſtantiæ in crimine adulterii pœnam deminuunt.*
2. *Pœna conatus ſeu attentati in adulterio, num. 3. 6. 7. 8. 9.*
4. *De conſuetudine generali conatus alicujus delicti mitius punitur.*
5. *Adulterium non refertur inter crimina atrociſſima.*
10. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. numer. 11. 12. 13.*
14. *Num impotentia conjugis excuſet à pœna? n. 16. 17. 18.*
15. *Variis mediis potentia coeundi alicui poteſt adimi.*
19. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n. 20.*

21. *An adulter, cui conjunx debitum conjugale non præſtat, immunis ſit à pœnâ ordinariâ? numer. 22.*
23. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
24. *An hoc caſu perſona coadulterans à pœna ordinaria liberetur? n. 25. 26. 27.*
28. *Res inter alios acta, aliis faciliùs prodeſt quàm nocet.*
29. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
30. *Lepra aut furor conjugis num à pœna mortis excuſet? n. 31. 32. 33. 35. 36. 37. 38. 39.*
34. *Furor ſuperveniens matrimonium non diſſolvit.*
40. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n. 41.*
42. *Ignorantia quoque in adulterio aliquem excuſat, n. 44. 48.*
43. *Sine dolo non committitur adulterium.*
45. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, numer. 46. 47. 49.*
50. *Quomodo ignorantia probetur?*
51. *Allegans ignorantiam, juramento ſeſe purgare debet.*
52. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
53. *Facto divortio inter conjuges quoad thorum & menſam, adulterium ab ipſis perpetratum minus punitur. n. 55. 56.*
54. *Facto divortio legitimo & totali adulterium non committitur.*
57. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
58. *Perſuaſio laſciva adulterium quatenus Reum à pœnâ ordinariâ liberat. n. 61. 62.*
59. *Parcendum eſt amoroſo, qui furore libidinis peccat.*
60. *Amor furori æquiparatur.*
63. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſ. n. 64.*
65. *Quatenus Magiſtratus ſuperior in duplicato adulterio pro arbitrio pœnam ordinariam mitigare queat, numer. 68. 69. 70. 71.*
66. *Quinam Magiſtratus judicata mutare queat? num. 65.*
72. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſ. n. 73.*
74. *Mitigatur pœna ordinaria propter adulterium ab altero conjuge prius commiſſum, numer. 75. 76.*
78. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
79. *Quomodo puniatur adulterium Rei, cujus conjunx ad mortem fuit condemnatus?*
80. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*

PRæter caſus jam antea in quæſtionibus præcedentibus relatos, adhuc alii ſunt modi, qui mitigationem pœnæ adulterii important, ex quibus ſeptimus Caſus poteſt conſtitui.

1 Etenim variæ cauſæ ac circumſtantiæ in crimine adulterii occurrere ſolent ſæpiſſimè, quibus judex commotus Reum pœnæ ordinariæ eximens, nequaquam à vero aberrat: Haſce frequentiores ac principaliores, exempli quaſi loco, hâc quæſtione adducere lubet.

Q. 2. Quæ ſit pœna conatus in crimine adulterij?

2 PRIMO autem locum non habet pœna adulterii ordinaria, ſi delictum non fuerit conſummatum; Veluti ſi quis adulterium attentaverit, apponendo membrum virile ad vas muliebre, ſed ebrietate aliave cauſâ impeditus ſemen non immiſerit, neque delictum conſummaverit.

3 Negari enim non poteſt, quod hoc caſu adulterium reverâ perpetratum non ſit, utpote quod in violatione thori, quæ fit per commixtionem ſanguinis, conſiſtit: Ceſſante ergo delicto, ipſa quoque pœna ceſſabit, adeoque Reus non niſi ob conatum & attentatum adulterii hoc caſu ſupplicium incurrit. Attentatum verò alicujus delicti non pœnâ ordinariâ, ſed mitiùs coerceri, certò certius eſt ex conſuetudine generali, de quâ atteſtantur Doctores ferè omnes, 4 *Specul. in titul. de accuſat.* §. 1. *numer. 7. in fin. Alexand. Conſil. 15. numer. 2. libr.* 1. *& conſil. 150. numer. 2. lib. 2.* Jaſon. *in l.* 1. *§. fin. in fin. ff. quod quisque jur. Andr. Tiraquell. de pœn. temper. cauſ. 37. numer. 3. Hippol. de* M*arſil. in l. qui falſam. num. 14. in fin. & numer. 24. ff. ad Leg. Cornel. de falſ. Ægid. Boſſ. in titul. de homicid. numer. 12.* J*acob. Menoch. de arbitr. judic. quæſtion. libr. 2. caſ. 360. num. 92. Nicol. Boer. deciſ. 316. n. 3. Anton Gometz. var. reſolut. tom. 3. c. 3. n. 20. Gandin. de malef. in tit. de reb. non port. Bertr. conſ. 169. nu. 1. lib. 3.* J*ac. Boulen. in repetit. l. capitalium* §. *famoſos. nu. 75. ff. de pœn.*

5 Quod eò magis verum eſt in adulterio, quòd inter crimina atrociora ſive atrociſſima non referendum, juxta ea, quæ tradit J*ul. Clar. lib. 5. ſent.* §. *primo n. 9. verſ. atrociora autem ſive atrociſſima.* Quamvis ne quidem in hiſce attentatum regulariter pœnâ ordinariâ delicti coerceri velit, *item Clar. in pract.* §. *fin. quæſt 92. n. 2.*

6 Idque Ordinationi quoque criminali Coroli V. Imp. *in art. 178.* convenit, nec non diſpoſitioni Juris Saxonici *in c. 39.* Lehenrecht/ ubi dicitur; **Es geſchicht an willen/ noch an ſchlechten Wercken keine Gewalt/ wann keine That darnach folget:** Unde Practici Juris Saxonici tradunt: etſi lex civilis puniat conatum, tamen jus Saxonicum punire ſolummodò eventum, *Reinhard. differ. 6. part. 5.* Matth. W*eſemb. part. 3. conſ. 114. n. 33. & in parat. ff. ad Leg.* J*ul. de adult. n. 5. & ad leg. Pompej. de parricid. nu. 7.* Petr. *Theodor. in Colleg. crim. diſp. 7. th. 6. Lit. B.*

7 Facit etiam huc, quod in crimine adulterii de jure communi injuria ferè principalis conſiſtat in ſuppoſitione falſi partus & inſitione ſtirpis ſpuriæ, quippe per ſubſtitutionem partus alieni non modò falſum perpetratur; *l. 19. §. 1. l. 30.* §. *1. ff. ad Leg. Corn. de falſ. l. 1. ff. de agnoſc. liber.* Jodoc. *Damhoud. in prax. crim. cap. 123. n. 22.* ſed etiam Reipublicæ per confuſionem familiarum ſumma infertur injuria. Hocq; eſt quod vulgò dicitur, nomen ipſum indicare, quæſtionem adulterii ad eam injuriam pertinere, quâ alterius familiæ ſtirpes adulterinæ inſeruntur, *l. 6.* §. *1. l. 34. §. 1. ff. ad Leg. Jul. de adult.* Matth. W*eſemb. in parat. ff. eod. tit. n. 4. 5. 8. Cujac. ad tit. C. eod. & in Novell. 22. pag. 160. Joh. Gœdd. ad l. inter ſtuprum 101. ff. de verb. ſignif. n. 4. ſub fin. verſ. & in adulterio.*

8 Atqui in attentato adulterii crimine nondum conſummato, neque commixtione ſanguinis ſubſequutâ, injuriam hanc non metuendam

eſſe, in aperto eſt, adeoque nec pœna adulterii ordinaria in ejuſmodi attentato obtinebit: ceſſante enim causâ alicujus juris aut diſpoſitionis, ipſum jus atque diſpoſitio ceſſat, *l. adigere. 6. §. quamvis 2. ff. de jur. patron. Jaſon. in l. quod dictum. 32. n. 2. ibi: & ex hoc collige, &c. ff. de pact. Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratr. part. 6. quæſt. 9. n. 10. verſ. quintò quia reſponſio, pag. 261. Andr. Tiraquell. in regul. ceſſ. cauſ. n. 130. Nicol. Everhard. in topic. in loco à ceſſatione rationis, n. 2.*

9 Proindè in conatu & attentato adulterii nonniſi pœna extraordinaria, veluti fuſtigationis, relegationis, vel carceris obtinebit, pro ratione attentati & arbitrio judicis: arbitraria ſiquidem eſt animadverſio iis caſibus, ubi pœna certa definita non eſt, *Jaſon. in l. 4. n. 17. ff. de jurisdict. omn. judic. Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 1. quæſt. 86. n. 8. verſ. aut à jure comm. Andr. Tiraquell. de pœn. leg. temper. cauſ. 31. num. 34.*

10 *Secundum hanc ſententiam Scabini pronunciarunt Prætori Lipſenſi hiſce formalibus:* Ob wol *G. L.* ein Ehemann in guten bekandt/ daß er mit der gefangenen Vettel zu thun gehabt/ und ſie fleiſchlichen erkandt/ es were ſtehende geſchehen/ dieweil er aber dennoch darneben berichtet/ daß ſolch Werck nicht gäntzlichen vollbracht/ die Vettel auch jhme dergeſtalt beypflichtet/ in deme ſie außgeſagt/ daß wie er alſo mit jhr ſtehende an der Banck zu thun gehabt/ es der Mühe nicht werth geweſen/ *&c.* darzu dieſes kompt/ daß jhme ſein Weib auff allen Fall ſeine Vorbrechung vorziehen/ und jhn weder in Noht noch todt zuverlaſſen gemeinet iſt/ *&c.* So wird der vorhaffte *G. L.* derowegen/ weil keine *commixtio ſeminis* erfolget/ auff 4. oder 5. Jahr mit Landsvorweiſung in Straff genommen/ und iſt hierüber die bißher auffgewandte Vnkoſten zuerſtatten ſchuldig/ V. R. W. *Menſ. Decembr. Anno* 1627.

Eodem planè modo reſponderunt Scabini in caſu prorſus ſimili, Menſe Julio, Anno 1627.

11 *Et in caſu ſimili* An Rath zu Plauen: So bleibet *Inquiſit* mit der Todesſtraffe verſchonet. Es wird aber gleichwol/ jedoch wenn er zuvor vermittelſt ſeines leiblichen Endes erhalten/ und daß er das Werck der fleiſchlichen Vnzucht gäntzlichen nicht vollbracht/ ſchwören würde/ auff 3. Jahr lang des Landes billich vorwieſen/ V. R. W. *Menſe April. Anno* 1630.

12 *Carceris autem pœna fuit dictata alicui marito, qui in ipſo opere adulterii fuerat impeditus, ad Conſultationem Henrici à* Schönbergk/ *Menſe Majo, Anno 1610.*

13 *Perpetua relegatio fuit indicta marito 70. annorum, qui cum puella 10. annorum concumbere volens, hoc perficere non potuerat. Ad requiſitionem Quæſtoris Ilenburgenſis, Menſ. Julio Anno 1598.*

Q. 2. Quatenus adulterium conjugis impotentia coeundi excuſet?

14 Secundò: Ceſſat quoque pœna ordinaria in marito vel uxore, qui quæve ob conjugis impotentiam coeundi cum alienâ perſonâ extra conjugium ſe commiſcet, & adulterium committit.

15 Equidem variis modis potentia coeundi adimi poteſt, de quibus vid. *Panorm. & Hoſtienſ. in rub. & tot. tit. de frigid. & malefic. Corraſ. annot. 2. in arreſt. Thol. Klingius in libell. de cauſ. matrim. Augen. in epiſt. med. in conſ. pro marit. imp.* Alia quippe accidit ex cauſis naturalibus, alia ex ligaturâ magicâ, quam C*orraſ.* in Vaſconia frequentem eſſe teſtatur. Quin & in tota Gallia adeò frequenter necti nodum ut plerumq; ſponſi Miſſis nocturnis, antequam luceſcat, copulentur, ne ab incantatoribus per lucem conſpiciantur, inquit *Henning. Arniſ. in tract. de jur. connub. c. 6. ſ. 8. n. 19.* Eandemque ligaturam cum ingenti damno novorum conjugum ſępiſſimè quoq; fieri in Germania, multorum hominum teſtantur querelæ. Ejusq; rationem aperit *Joh. Wier. lib. 3. & 4. de præſt. Dæmon.* Quod nempe Diabolus, cùm ex permiſſione divinâ habeat in manu & poteſtate ſuâ cauſas naturales, defectus incutere poſſit ſine morbo, impediendo ſpiritus, quorum ope totum opus peragitur, extinguendo calorem teſtium, ſeminis generationem & exitum, affluxumque ſanguinis prævertendo, &c.

Quibuſcunque autem modis hæc impotentia accidat, facultasque coëundi deficiat, alter conjunx remedio uſtionis & ope conjugali deſtitutus, ſi extra conjugium libidine irritatus cum alia perſona ſe commiſceat, & adulterium committat; pœnam ordinariam nequaquam incurrit, ſed mitior aliquo ſupplicio, vel fuſtigationis, vel relegationis pro arbitrio judicis plecti debet. 16

Tum, quod hoc caſu maritus ſive uxor non tàm malitiosè ac temerè, quàm ope conjugali & remedio uſtionis privata, adeoque levius delinquit, proinde etiam leviori pœna plecti debet; ignoſcendum eſt enim ei, qui cauſa aliqua commotus & irritatus delinquit *l. ſi adulterium. 38. §. Imperator. 8 ff. ad Leg. Jul. de adult. l. qui cũ major. 14. §. ſi libertus 6. in fin. ff. de bon. libert. Panorm. & Felin. in c. dilecti. 8. ext. de except. Andr. Tiraquell. in tract. de pœn. mitig. cauſ. 1. n. 5. Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. quoniam. n. 82.* 17

Tum, quòd ſi impotentia incurabilis matrimonium præceſſit, & innocenti perſonæ fucus factus fuit, matrimonium non tenet, *c. 1. c. requiſiviſti. 33. q. 1. & 2. c. fratern. de frig. & malefic.* Non quod nuptiæ per copulam carnalem, quæ nulla intervenit, perficiantur, ſed quod contractum inſidioſa deceptio ſtatim ab initio nullum irritumvè fecerit. *§. ſi verò Auth. de nupt.* Ad conjugalem enim convictum unusquisque contrahentium afferre tenetur; quæ faciunt ad obtinendum finem, cujus gratia ſocietas inſtituta eſt, *Henning. Arniſ. dict. c. 6. ſect. 8. n. 26. Joh. Schneidvv. in tit. Inſt. de nupt. ſub rubr. de divort. n. 22. Philipp. Melan. in loco de conjug. in quæſt. de natura Spadonum.* Licet ergò impotentia poſt matrimonium contractum superveniens non rumpat conjugium, conjugem tamen adulterum aliunde prolapſum à pœna ordinaria adulterii bene excuſat: nam quæ cauſa matrimonium impedit, contractum aliquo modo alterat. 18

Reſpondimus juxta hanc ſententiam verſus Annabergk *hiſce formalibus:* Ob wohl *M. B. O.* Eheweib bekandt/ daß ſie mit *H. N.* einem ledigen Geſellen geehbruchet/ unnd von demſelben geſchwängert worden/ dieweil aber dennoch jhr Ehemann *B. O.* ſelbſten berichtet/ daß es jhme wie er ſein Weib geehlichet bald anfangs/ ſo nunmehr ins achte Jahr gehet/ durch böſe Leute gethan worden/ daß er auß unvermögenheit jhr die eheliche Pflicht nicht leiſten können/ welches das Weib auch alſo berichtet/ 19 nium nequaquam eſſe concedendam, ex *ſuprà* dictis luculenter conſtat. Poſtquam enim legitimè in individuam omnis vitæ ſocietatem ſemel ab utriſq; liberâ voluntate conſenſum eſt, quæ Deus immittit infortunia, patientia ſuperanda potiùs ſunt, quàm temerario & ſacrilego auſu contra dictamen voluntatis Divinæ excutienda, ſemper occinente Divinâ voce: *Homini fas non eſſe ſeparare, quos Deus conjunxit. Henning. Arniſ. de jur. connub. dict. capit. 6. ſect. 9. numer. 10.*

40 *Vera igitur manet ſententia, quæ adulterum adulteramvè hoc caſu à pœnâ ordinariâ liberat: Quam etiam tenent ac in pronunciando ſequuntur Scabini ſic reſpondentes:* **Hat der Gefangene** *W.B.* in guten bekandt/ und außgeſagt/ daß er ein Eheweib zu Schmalkalden habe/ aber deſſen ungeachtet/ dieweil ſie mit dem Auſſatz beladen/ und gantzer eylff Jahr im Lazareth daſelbſten enthalten worden/ mit ſeiner Magd einer ledigen Dirne zwey Kinder gezeuget/ auch für einem Jahr ſich zu *D. Z.* einer ledigen Vettel geſellet/ ſich mit derſelben in ein Ehegelöbnüß/ jedoch mit dieſem Beſcheide/ da es ſeines vorigen Eheſtandes halber ſeyn köndte/ eingelaſſen/ hernach aber ſie zu etlichen mahlen fleiſchlich erkandt/ und mit jhr geehebruchet/ welches dann jetztgemeldte D. *Z.* auch bekandt und geſtanden/ jedoch mit Vorwendung/ daß er ſie berichtet/ daß er von ſeinem Eheweibe deß auſſatzes halber geſcheiden/ auch einen Scheidebrieff außzubringen verhoffet/ *&c.* So wird er von wegen ſolcher ſeiner Vorbrechung nach Gelegenheit dißfalls mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billich verwieſen/ die Vettel aber D. *Z.* allein mit ewiger Landesvorweiſung in Straffe genommen V. R. W. *Ad requiſitionem Senatus Zvvickavienſis. Menſe Februario, Anno 1585.*

41 *It:* Da nun P. *Z.* mit der Vettel zu der Zeit/ als ſein Weib noch unſinnig geweſen unnd an Ketten gelegen/ fleiſchliche Unzucht und Ehebruch getrieben hette/ dafür es ſich auß denen uns zugeſchickten *inquiſition acten* anſehen leſſet; So verbliebe er mit der ordentlichen Todesſtraffe der Ehebrecher billich verſchonet/ Er würde aber gleichwol öffentlich zur Staupen geſchlagen/ und darauff des Landes ewig vorwieſen. Es wolte jhme dann ſein Eheweib ſo wiederumb zu jhrem Verſtandt kommen/ verzeihen/ und ungeachtet gebrochener Trew und Glaubens/ ferner ehelichen beywohnen/ auff ſolchem Fall würde er dem heiligen Eheſtand zu Ehren mit dem zuerkandten öffentlichen Staupenſchlag verſchonet/ und allein mit zeitlicher Landesvorweiſung in Straffe genommen/ darauß jhme dann ſein Eheweib mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig/ V. R. W. *Ad conſultationem Quæſtoris Chemnicenſis, M. Novemb. Anno 1629.*

QUARTO: Mitigationem pœnæ in crimine adulterii facit error aut ignorantia, ſi concumbens cum alterius uxore neſciat eam eſſe conjugatam, illamque pro meretrice, aut ſoluta fœmina habeat & cognoſcat.

Q. 6. Num & ignorãtia in adulterio Reum à pœna mortis liberet?

42 *E*tenim, ſine dolo non committitur adulterium, *l. pen. ff. ad Leg. Jul. de adulter.* Et ut committatur adulterium, certa requiritur ſcientia quod ſit uxor, *Hoſtienſ. in Summ. de adulter. rubr. quis poſſit accuſari. numero quarto. Salicet. in l. quæ adulterium. 29. numero tertio. verſ. & inſciente. C. ad Leg. Jul. de adulter. Alber. in l. ſi ea, in princ. verſ. quod intellige. C. eod. titul. & in l. ſi adulterium. 38. §. ſtuprum. numer. 1. ff. eod. titul.*

43 Ceſſante itaque adulterio, pœna quoque adulterii ceſſat.

44 Adeoque Reus ignorantiam prætendens, nonniſi ob fornicationem pœnâ arbitrariâ, utpote carcere, communiter tamen relegatione, ad evitandum ſcandalum, à *Scabinis* puniri ſolet: aut ſi carcere diuturniori jam detentus eſt, liberatur quidem ab omni ulteriori pœnâ, migrare tamen & aliunde ſe conferre ipſi imponitur.

45 *Pronunciarūt ita Scabini hiſce formalibus:* Hat der gefangene Soldat fürgeben/ daß er nicht gewuſt/ daß bemeldtes Weib ein Eheweib ſey/ in deme ſie ſich für eine gemeine Dirne/ die einem jeglichen auch umb 6. Pfenning jhren Willen pfleget außzugeben/ welches das Weib in gehaltener *confrontation* auch nicht verneinet/ *&c.* So mag wieder jhn ferner nichts fürgenommen werden/ er wird der gefänglichen Hafft auff einem gewöhnlichen Uhrfrieden billich entlediget/ und jhme darneben aufferleget/ ſich umb Ergernüß willen von euch zu wenden/ und weiter daſelbſten weſentlich nicht auffzuhalten/ V. R. W. *Ad requiſitionem Senatus Sangerhuſani. Menſe Februar. Anno 1607.*

46 *Sæpius autem dictata fuit Reo ignoranti hoc caſu Relegatio temporalis. Ad conſultationem Heinrici Hildebrandi ab* Einſiedels. *M. Aug. Anno 1584.*

47 *Vel perpetua*, An Schöſſer zu Plauen. *M. April. Anno 1584.*

It: An die Stattgerichte zu Freyberg. *M. Novemb. Anno 1587.*

48 Exindè etiam ſequitur, Remiſſionem conjugis locum habere, ſi maritus cum alterius uxore, quam conjugatam eſſe neſcit, concumbat. Etſi enim in duplicato adulterio Conjunx pro adultero intercedens non audiatur, neque pœna ordinaria remittatur; *Conſtit. Elect. 19. §. fin. part. 4.* Attamen hoc ipſum ad caſum præſentem, quo maritus adulter coadulterantem fœminam conjugatam eſſe ignorat, extendi non debet: quippe reſpectu ignorantis mariti non niſi ſimplex adulterium committi videtur; Adeoque etiam in perſona mariti hoc caſu remiſſio conjugis obtinebit non minus, atque in ſimplici adulterio, ubi ad interceſſionem conjugis adulter ſolummodò perpetuo exilio punitur, *Conſtit. Elector. 19. part. 4.* Idemque juris eſt in uxore viro alieno, quem maritum eſſe ignorat, ſe proſtituente, nam & hæc ad mariti ſui interceſſionem à pænâ ordinariâ leberatur, ob identitatem rationis, quæ in uxore æquè ac in marito locum habet.

49 *Reſponderūnt ita Dn. Scabini ad requiſitionem Præfecti Rochlizenſis:* Ob wol *M. S.* ein Ehemann bekandt/ daß er mit *T. K.* Eheweibe geehebruchet/ dieweil er aber dennoch darneben vorgewendet/ daß jhme dieſelbe hierzu Uhrſach gegeben/ und berichtet/ daß ſie eine ledige Perſon were *&c.* deß Gefangenen Eheweib auch ſich erkläret/ jhrem Ehemanne ſolche Verbrechung zuverzeihen/ und ferner Ehelichen beywohnen/ *&c.* So blei-

bet der Gefangene dem heiligen Eheſtande zu Ehren mit der Todesſtraffe / ſo er ſonſten verwircket / verſchonet; Er wird aber gleichwol mit ewiger Landesvorweiſung/ darauß jhme ſein Eheweib mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig / in Straffe genommen/ V.R.W. *Menſe Februar. Anno 1603.*

50 At, *quomodo probabitur hoc caſu ignorantia?* Ex variis quidem conjecturis de ignorantia alicujus conſtare poteſt: in gnere enim per conjecturas & præſumptiones ignorantia probatur; *c. ſi quis ſimoniacis. 1. quæſt. 1. & c. ſi cui. de accuſat. Bald. in l. 1. num. 10. ff. de legib.* Attamen quia probatio hæc plena non eſt, *Joſeph. Maſcard de probat. vol. 2. concl. 880. num. 1.* neque ſemper conjecturæ ac præſumptiones adſunt, ex quibus ignorantia colligi poteſt, credendum eſt juramento eam allegantis, *c. ut jura c. nulli. in fin. de elect. in 6to. cap. in lectum 24. quæſt. 2. c. ſi verò. de ſentent. excomm. c. paſtoralis. de except. Felin. in c. quoſdam. in gloſſ. 1. de præſumpt. Bertrand. in conſ. 36. 1. n. 5. Andr. Gail. lib. 2. obſervat. 48. nu. 23. & ſeq. Maſcard de probat. vol. 2. concl. 881. nu. 1.* ubi plures allegat.

Q. 7. Quomodo probanda ſit hic caſu ignorantia?

51 Proindè adulter prætendens ſe neſciviſſe fœminam, cum quâ rem habuit, fuiſſe conjugatam, juramento ſeſe purgare, & ignorantiam juratò obtinere debet. Conſiſtit enim ignorantia in animo. At quæ in animo alicujus ſita ſunt, juramento probari debent, *Accurſ. in l. 1. in verb. non occidendi. C. ad Leg. Cornel. de ſicar. Bartol. in l. inter omnes. §. rectè. numero ſecund. ff. de furt. Jaſon. in §. ſed iſtæ. numer. 86. cum ſeq. ubi etiam Anton. Gomez. in fin. Inſt. de action. Jacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſtion. caſ. 186. num. 4. Gail. dict. obſerv. 48. numer. 24.* Maſcard. *dict. concl. 881. num. 2.*

52 *Sequuntur hanc ſententiam Scabini quotidiè in pronunciando:* So iſt der Gefangene *N. N.* ſolches ſein fürwenden/ daß er nemblichen nicht gewuſt/ daß das gefangene Weib / mit der er zu ſchaffen gehabt/ ein Eheweib geweſen/ ſondern er ſie für eine ledige Vettel und gemeine Dirne gehalten / vermittelſt ſeines leiblichen Eydes zu erhalten und zu ſchwören ſchuldig; Er thue nun ſolches oder nicht / ſo ergehet alsdann darauff ſeiner Straffe halber ferner was recht iſt/ V.R.W. *Ad requiſitionem Senatus Sangerhuſani. Menſe Februar. Anno 1607.*

Simili ferè modo reſpondimus Judici & Scabinis in Reichenbach. *Menſe Septemb. Anno 1628.*

53 QVINTO: Ceſſat pœna ordinaria in adulterio à conjugibus poſt factum inter eos divortium quoad thorum & menſam perpetrato.

Q. 8. Quomodo ſint puniendi conjuges adulteri inter quos factum eſt divortium quoad thorum & menſam?

Quod de ſolâ illâ ſeparatione & diſſolutione intelligi debet, quæ fit tantùm quoad thorum & menſam, non verò de legitimo ac vero divortio, ſive totali ſeparatione, quo vinculum matrimonij in totum diſſolvitur. Cum enim per hoc matrimonium ita diſſolvatur, ut
54 alteri conjugum vel utrique cum alio matrimonium contrahere permittatur; *Matth. cap. 5. verſ. 31. & ſeq. Alb. Gentil. lib. 6. de nupt. capit. 8. & ſeq. Joachim. à Beuſt. de matrim. part. 2. capit. 30. Jureconſulti autem. Johann. Schneidvvin. ad tit. Inſtit. de nupt. ſub rubr. de divort.* utique cum iiſdem adulterium prorſus non committitur, adeoque nec pœna adulterij ullatenus, ne quidem extraordinaria, hoc caſu locum habere poteſt.

Et hujus diſſolutionis matrimonij totalis duæ tantummodò reperiuntur cauſæ in Novo Teſtamento, adulterium ſcilicet, de quo *Matth. 19.* & malitioſa deſertio, quæ ſub adulterio comprehendi poteſt, *1. Corint. 7. & 1. Timoth. 5. Joach. à Beuſt. dict. cap. 10.*

In caſu autem ſevitiæ & machinationis vitæ; utpote, ſi uxor inſidiat ſtruas vitæ mariti, tentando eum veneno perdere, aut maritus in uxorem nimiam adhibeat ſævitiam, ſi pars offenſa probato veneficio, aut ſævitiâ, reconciliari nequeat, nec cautione præſtitâ redire velit, divortium quoad thorum & menſam ſolummodò conceditur. Quod tamen propriè divortium non eſt, ſed fit tantùm ſeparatio domeſtica inter maritum & conjugem ad certum tempus, propter reconciliationem, quæ intra illud tempus ſperatur, *Joach. à Beuſt. de matrim. part. 2. capit. 8. verſ. ad quæſtionem, & verſ. cauſas autem. Gloſſ.* Landrecht. *lib. 3. art. 27. Matth.* W*eſembec. in parat. ff de divort. & repud. nu. 11. Philipp. Melanch. in loco de conjug. Hieron. Schurff. cent. 1. conſil. 42.* Quod divortium vocatur zu Tiſche und zu Bette. Neutri enim licet cum alio contrahere matrimonium, altero vivente *cap. 1. & 2. de divort. Johan. Schneidvvin. ad tit. Inſtit. de nupt. ſub rubr. de divort. n. 19.* 55

Hac ergò ſeparatione factâ inter conjuges, matrimonium reverà diſſolutum non eſt, adeoq; ab iiſdem cum aliis concumbentibus adulterium committitur. Quod tamen mitiori pœnâ coerceri debet: Poteſt enim hoc caſu, præſertim à parte innocente, prætendi incontinentia, quæ licet Reum ab omni ſupplicio non eximat, à pœnâ tamen ordinariâ eundem liberat, *argum. l. 38. §. 8. ff. ad Leg. Jul. de adult.* 56

Ideoque Scabini hoc caſu perpetuam ſolummodo relegationem dictare non dubitaverunt, ad conſultationem Prætoris Cizenſis: Hat die verhaffte *N. N.* in guten bekandt / und geſtanden / daß ſie ſich den Trunck übereylen laſſen/ und mit *N. N.* einem ledigen Bauersgeſellen fleiſchlichen zugehalten/ davon ſie ſchwanger worden/ und vor 6. Wochen eine Tochter/ ſo noch am Leben/ zur Welt gebohren/ und es iſt die Gefangene durch einen von dem *Conſiſtorio* zu Zeitz gegebenen Abſchied wegen allerhand groſſen *ſævitien*, derer ſich der Mann wieder ſie gebraucht haben ſolle/ er auch ſolcher nicht in Abrede ſeyn können/ von gedachtem jhrem Manne zu Tiſche und zu Bette *ſepariret* und geſondert worden/ er auch darauff von jhr gezogen/ ſie ſitzen und mit jhrem Geſinde Haußhalten laſſen *&c.* So mag auch gedachte Gefangene geſtalten Sachen nach wegen jhrer begangenen Vorbrechung am Leib oder Leben nicht geſtrafft werden; Sie wird aber des Landes ewig billich vorwieſen/ V.R.W. *Menſe Septembr. Anno 1624.* 57

SEXTO: Accidit ſæpiùs ut fœminæ con- 59

Q. 6. An et quatenus

laſciva perſuaſio ad committendum adulterii à pœnâ ordinariâ Reum liberet?

jugatæ perſvaſionibus laſcivis, & geſtibus ve-
nereis alliciant juvenes, qui ad libidinem attra-
cti & incitati, ſi cum iiſdem concumbant.
adulteriumque committant, pro arbitrio ju-
dicis, ſepoſitâ pœnæ aſperitate, mitiùs pu-
niendi ſunt. Parcendum ſiquidem eſt amo-
roſo, qui furore libidinis & amoris aliquid
59 prohibitum fecit, cùm id videatur feciſſe qua-
ſi furioſus & demens, *Jul. Clar. in pract. §. fin.
quæſt. 60. num. 7. verſ. eſt & amor. Jacob. Me-
noch. de arbitr. jud. quæſtion. lib. 2. caſ. 328. num.
1. & ſeqq. Ludovv. Peguer. deciſ. crim. 7. numer. 18
Eman. Soarez. in comm. opin. ver. pœna. num. 159.
Burſat. conſ. 445. num. 13.* Quemadmodum
60 ergò furor delinquentem excuſat, ita & amor
ac libido, quæ furori æquiparatur, *c. cum in
juventute. ext. de præſumpt. & §. illud. Auth.
quib. mod. effic. legit.* Neque vehementius
quid eſt ardore, quem intra debitos limites car-
cerare, eſt potius philoſophicum, quàm mulie-
bre aut juvenile opus, *Bald. in l. impube-
rum. col. 5. num. 21. ant. med.* C. *de impub. & al.
ſubſtit. Nicol. Boer. deciſ. 23. num. 75. & ſeqq. Andr.
Tiraquell. de pœn. temp. cauſ. 4. num. 2. in fin. Curt.
Sen. conſ. 67. col. 3. verſ. tranſeo ad ſecundum.
Proſp. Farin. part. 3. oper. crim. quæſtion. 98.
num. 79.*

61 Quod tamen de eo ſolummodò dictum velim, qui blanditiis fœminæ alicujus captus, & libidine incitatus, adulterium committit ex ſubito & improviſo libidinis impetu, cui ex parte indulgendum, perindè atque ei, qui ſubita ira vel dolore commotus aliquod delictum perpetrat. Secus verò res ſeſe habet, quando quis impetu & furore ceſſante, ex cauſa amoris præmeditatum committit adulterium.

62 Hocque eſt, quod tradit *Simanch. de cathol. inſt. tit.* 17. *rubr. de defenſ. reor. num. 45. ex Ariſtot. lib. 2. magn. moral. cap. 6.* Duas ſcilicet eſſe incontinentiæ ſpecies; *Unam* prorumpentem & improviſam, ſive confeſtim provenientem; veluti cum ſpecioſam mulierem quis videns, blandiciisq; incitatus, erumpat ad aliquid perpetrandum, quod fortaſſe non expediat. *Alteram* verò imbecillitatem quandam, quæ cum ratione avertente inſurgit: Addens, priorem non admodum ſub reprehenſionem cadere, quando quidem etiam virtutis ſtudioſis poſſet evenire, nec non callidis & ingenioſis; Alteram verò reprehenſioni eſſe ſubjectam, quia frigidis & melancholicis convenit.

Quia ergò libidinis impetus & furor ſemper amantes obcœcat, licet magis uno tempore quam alio; ideò juxta temporis qualitatem & animi perturbationem cum Reo mitiùs eſt agendum.

63 *Quæ ſententia etiam placuit Scabinis, dictantibus hoc caſu pœnam mitiorem & extraordinariam, vel requiſitionem Quæſtoris in* Heringen: So viel aber *H. C.* von *T.* anlanget/ weil die Gefangene ſelber bekandt unnd geſtanden/ daß ſie am erſten mit dem flüchtigen Capellan/ einem Ehemanne zugehalten/ Vnzucht und Ehebruch getrieben/ und alſo dieſer der erſte nicht geweſen/ *&c. Inquiſit* auch zu ſeinem Schutz ferner angeführet/ daß ſie jhme als einem jungen Geſellen hierzu Vhrſach und Anleitung gegeben/ und durch jhre Kupler/ ſo ſie gehalten/ zu wege gebracht/ daß er zu jhr kommen müſſen/ inmaſſen dann die gefangene deſſen ſelber allerdings nicht in Abrede geweſen/ auch dieſes geſtanden/ daß ſie *Inquiſiten* einſten nach Northauſen zu ſich ans Bad beſcheiden; So mag derſelbe wegen vorberürter ſeiner Vorbrechung geſtalter Sachen nach am Leben nicht geſtrafft/ noch mit einer Leibesſtraffe belegt werden/ Er wird aber gleichwol deß Landes ewig billich vorwieſen V. R. W. *Menſ. Ianuar. Anno 1612.*

Item: Ob wohl *M. N.* deß mit *A. T. G.* Eheweibe
begangenen Ehebruchs geſtändig/ dieweil er aber
dennoch fürwendet/ daß ſie jhme als einem Jun- 64
gen Blut/ ſo zur ſelben Zeit 19. Jahr alt geweſen/
eine geraume Zeit nachgangen/ auch vergangenen
Winter in der Stuben/ da er gearbeitet/ das Schurtz-
fell vom Leibe geriſſen/ und ungeachtet er ſich jhrer/
ſo viel jhme müglichen geweſen/ entſchlagen/ jhn
doch endlichen in truckener weiſe dahin gebracht/ daß
er mit jhr das Werck der fleiſchlichen Vnzucht verü-
bet/ welches dann die gefangene auch alſo bekandt/
&c. So bleibet er auch nach Gelegenheit dißfalls
mit der ordentlichen Todesſtraffe billich verſchonet;
Er wird aber gleichwol derowegen im Gefängnüß
mit Ruthen zimblichen gezüchtiget/ und deß Landes
ewig vorwieſen/ V. R. W. An die Vorwalter deß
Rahts Land und Rittergüter zu Leipzig/ *Menſ. Iun.
Anno 1600.*

Q. 10 Quatenus Magiſtratus Superior in duplicato adulterio pro arbitrio pœnam ordinariam mitigare queat?

65 SEPTIMO notandum: Licet in terris Saxonicis ad interceſſionem conjugis in duplicato adulterio pœna ordinaria non remittatur; attamen ſi Magiſtratus, qui jura ſuperioritatis habet, in favorem partis innocentis ejusque liberorum, aliâve ex causâ probabili *Reo* gratiam facere, ac pœnam mortis condonare velit, quin hoc facere, mitiusque ſupplicium ſurrogare poſſit, dubitandum non eſt.

Quamvis enim regulariter Magiſtratus
ſemel judicata minimè mutare queat, *l. judex* 66
*poſteaquam. ff. de re judic. Anton. Fab. in Cod. Fabr.
lib. 9. tit. 24. defin. 8. Didac. Covarr. var. reſolut.
lib. 2. cap. 9.* Jul. *Clar. lib. 5. ſentent. §. fin. quæſt.
6. verſ. pariter. & quæſt. 85. verſ. ulterius. Jacob.
Menoch. de arbitr. jud. quæſt. 1. q. 96. Andr. Ti-
raquell. in tract. de pœn. in præfat. numer.* 21. Facti
enim quæſtio in arbitrio eſt judicantis, pœnæ
autem perſecutio legis auctoritati reſervatur,
*l. 1. C. ad SC. Turpill. l. 8. §. 2. C. ad Leg. Jul. de
vi publ.* Attamen hoc verum eſt ſolummo- 67
dò in Magiſtratu Inferiori, non etiam in eo,
qui jura ſuperioritatis habet; hic benè crimi-
nis & pœnæ corporalis gratiam facere poteſt,
tametſi pars contradicat, *Anton. Fab. dict. lib.
9. tit. 24. defin. 1.* Præſertim ſi pœna ab ipſo
Principe ſit ſancita, non etiam expreſsè in Jure
Divino definita, *Henr. Eckaro in tract. de Ord.
Eccleſiaſt. & Polit. fol. 217. Petr. Heig. part. quæſt.
2. quæſt. 24. num. 29.*

68 Idq; minus dubij videtur habere in caſu præſenti, quo aliàs de jure Communi etiam in

duplicato adulterio, ad interceſſionem conjugis innocentis pœna mortis remitti ſolet, *Novell. 134. capit. 10. verſ. adulteram. Auth. ſed hodiè C. ad Leg. Jul. de Adulter. Matth.* Coler. *part. 1. deciſ. 176. numero decimoquinto. Matth. Berlich. part. 4. concluſ.* 27. *numer. 96.* Vid. *ſuprà quæſtion.* 69 *55. numer. 113.* Quidni ergò ex gratia ſpeciali pæna Reo condonari poſſet? Ac licet etiam de Jure Divino in adulteros mortis ſupplicium ſtatutum reperiatur, nihil autem æquius ſit, quàm eo modo de criminibus haberi, quo abſolutiſſima Divini judicij æquitas ſancivit; non tamen putandum eſt, in Legibus Divinis omnem probabilem ac juſtam cauſam ac humanitatem, ad mitigationem pœnæ ordinariæ Magiſtratum commoventem, excludi: Alienum namque à pietate pariter & humanitate eſſe videtur, adulteræ reſipiſcenti fores mariti eam recipere volentis occludere, ut ſentit *D. Hieronym. in capit. 19. Matth.* Nec minima contra humanitatem afflicto conjugi, afflictisque liberis ob adulterium Conjugis & Parentis adderetur afflictio per impoſitionem pœnæ ordinariæ, ſi ex cauſa probabili tutò ea remitti non poſſet.

70 Tantumque abeſt, hoc Sacro Codici adverſari, ut potius id ipſum ex eo haud obſcurè probetur, dum DEUS ipſemet miſericordiam ſuam exinde prædicat, quod licet adultera per libellum repudij dimitti queat, ipſe tamen adulterio inquinatos Judæos, ſi revertantur, in æternum non abjurare, ſed comiter ad ſe recipere velit, *Jerem. cap. 3.*

71 Quicquid ſit, Magiſtratus ſi precibus conjugis & liberorum adulterij ſe commovere non patiatur, nec cauſam ſufficientem à juris rigore recedendi exiſtimet, pænam mitigare non cogitur, ſed ipſius arbitrio hoc committitur, an gratiam facere velit, nec ne: quorum alterutrum eligendo non peccat.

72 *Quemadmodum etiam Scabini in ejusmodi caſu pœnæ mitigationem voluntati ac arbitrio* Ma*giſtratus, qui jura ſuperioritatis habet relinquunt, ita pronunciantes:* So möchte er wegen ſolcher begangenen und bekanten Oberhurerey mit dem Schwerdt vom Leben zum Todt gerichtet und geſtrafft werden. Man wolte jhme dann in Anſehung/ daß jhme ſein Eheweib ſieder das in die eylff Jahr ehelichen beygewohnet/ und viel kleine unerzogene Kinder von jhme hat/ derſelbigen Vorbitte/ wie denn auch ſeines jetzigen Erbherrn Zeugnüß/ daß er ſieder das mit ſeinem Weibe ſich trewlichen und wol genehret/ genieſſen laſſen/ und Gnade erzeigen. Auff den Fall würde er deß Landes ewig billich vorwieſen/ darauß jhme ſein Eheweib/ wie dann allbereit geſchehen/ auch hinfüro zu folgen ſchuldig/ V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris in* Freyburgk/ *Menſ.* 73 *Novemb. Anno 1601.*

It: So wird ſie von wegen ſolches begangenen und bekanten Ehebruchs unnd Oberhurerey mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft. Es wolte dann die hohe Obrigkeit wegen jhres unvermögenden Mannes und kleinen Kinder jhr Gnade erzeigen/ auff den Fall würde ſie deß Landes ewig vorwieſen/ und were jhr bemelter jhr Ehemann darauß mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig/ V. R. W. *Ad conſultationem Senatus Quedelburgenſis M. Jun. Anno 1605.*

74 OCTAVÒ: A pœna adulterii ordinaria eximitur quoque adulter adulteravè, cujus conjunx quoque de adulterio perpetrato confeſſus & convictus eſt. *Tum*, licet de remiſſione ac interceſſione conjugis non conſtet, neutiquam tamen pœna ordinaria locum habebit.

Q. II. *An non mitiganda ſit pœna adulterii, ob adulterium ab altero conjuge prius àquè commiſſum?*

Etſi enim ob adulterium prius commiſſum, ante ſententiam abſolutoriam, matrimonium nondum diſſolutum fuerit, prout demonſtravi *ſupra quæſtion.* 58. ut dubium prorſus 75 non ſit, quin altera pars innocens per commixtionem illicitam extra conjugium adulterium committat; attamen illud mitiùs puniri debet, ob cauſam diſſolutionis matrimonii jam exiſtentem, quæ eſt violatio fidei conjugalis, ſeu adulterium ab altero conjuge prius perpetratum, quod absque dubio formam conjugii tollit, quia ſolvit unitatem carnis: ſublata autem forma, tollitur res ipſa, *l. 9. §. 3. ff. ad exhib.* 76 Perindè ac adulterium à conjuge deſerto commiſſum, ob cauſam diſſolvendi matrimonium, videlicet deſertionem jam exiſtentem, extraordinariè punitur, ut maximè conjugium per ſententiam nondum diſſolutum fuerit, ut dixi *ſuprà quæſt. 58. numero trigeſimo ſecundo. & ſeqq.*

77 *In quam ſententiam reſponderunt Scabini exiſtimantes adulteram hoc caſu Relegatione ſolâ ſatis puniri:* An Bürgermeiſtere und Raht zu Lauben: So mag ſie ſolcher jhrer Vorbrechung wegen nach gelegenheit dieſes Fals/ weil jhr Ehemann erſtlich an jhr brüchig worden/ deß Landes ewig vorwieſen werden/ V. R. W. *Menſ. Jun. Anno 1632.*

78 NONÒ: Denique pœna adulterij ordinaria haud decernenda eſt Reo, qui conjuge ad mortem condemnato, adulterium committit, & ſui copiam facit alij, priuſquam conjunx condemnatus morte puniatur. Etenim cauſa diſſolutionis matrimonij exiſtente, licet antequam ſententia pœnalis executioni mandetur, revera matrimonium non fuerit diſſolutum, pœna tamen ordinaria haud immeritò ceſſat, ſubſtituta pœna Relegationis.

79 *Prout reſpondimus Quæſtori in* Freyburgk: Hat *V. R.* als er vor etlichen Jahren wegen eines begangenen Todtſchlages enthauptet werden ſollen/ ſich den Abend zuvor auß dem Gefängniß entbrochen/ in die Flucht begeben/ ſein Weib und Kind im Elend ſitzen laſſen/ und hat es immittelſt gedachtes ſein Eheweib *S.* mit einem ledigen Geſellen fleiſchliche Unzucht getrieben/ und ſich ſchwängern laſſen/ *&c.* So mag ſie ſolcher jhrer Vorbrechung wegen mit Landesvorweiſung in Straff genommen werden/ V. R. W. *Menſ. Jul. Anno 1632.*

QVÆSTIO LXII.

An Nobilitas, Dignitas Clericalis, Senium & Minorennitas à pœnâ adulterii excuſent: Et quomodo Reiteratio adulterii ſit coercenda.

SVMMARIA.

1. Nobilitas num pœnam mitiget in adulterio? n.5. 6.7.8.9.10.11.
2. Regula eſt vulgata, quod Nobiles mitius debeant puniri, & quatenus valet, n.3.13.
4. In crimine homicidii an Nobiles mitius puniantur? n.14.15.
12. Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.
16. Clerici an in crimine adulterij à pœnâ ordinariâ excuſentur? n.17.18.19.21.22.23.
20 Ex transactione Paſſavienſi jurisdictio Eccleſiaſtica ad Principes Imperii pervenit.
24. Sententiæ Scabinorum Lipſ*enſium. n.25.*
26. Senes quinam dicantur?
27. An Senes mitius puniantur in adulterij crimine.
28. Referuntur argumenta pro ſententiâ affirmativâ, quam tenet Virg. Pingitz. numer. 29. 30.31.
32. Verior eſt Sententia *Negativa, n.34.35.36.48.*
33. Senes qui bonam partem conſilii amiſerunt, mitius puniri debent, n.39.40.
37. Refutantur argumenta Pingitz. n.38. 41.42.
43. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. num.44.45. 46.47.49.
50. Minorennitas num in adulterio excuſet? nu.52. 53.54 55.57.
51. Regula eſt vulgata, quod minores mitius debeant puniri.
56. Sententiæ Scabinor. Lipſenſium, n.58.
59. Reiteratio delicti an gravius punienda? num.63 64.66.
60. Singulis delictis ſingulæ competunt pœnæ, quatenus hoc verum, n.62.
61. Ob reiterationem delicti pœna debet augeri.
65. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, numer. 67. 68.69.

HActenus luculenter fuit demonſtratum, quando & quibus ex cauſis in crimine adulterii pœna mortis ceſſat; Præter quas adhuc quædam aliæ ſpeciales vulgò cauſæ referuntur: Quæ, licet ad mitigationem pœnæ ordinariæ nequaquam ſint ſufficientes, attamen quia ſuos habent defenſores, nec dubio omni ex parte carent, ideò de iis jam paucis diſpiciendum eſt.

An nobilitas in crimine Adulterij pœnam mitiget?

1 In has verò ponitur Primò Nobilitas & dignitas Illuſtris: Non enim deſunt, qui exiſtimant, in crimine adulterii à mortis pœnâ exceptos eſſe nobiles, aliosque in dignitate conſtitutos, *Bartol. in l. ſi quis viduam n.1. de q. Alciat. in cap. cum non ab homine n. 26. de jud. Andr. Tiraq. in. tract. de nobilit. cap. 20. nu. 108.* cum aliis ibi per eum allegatis.

2 Quibus haud parum patrocinari videtur axioma illud vulgatum, quod Nobiles, divites & digniores mitius puniri jubet, quàm ignobiles, pauperes, aliosve conditionis vilioris homines, ſecundũ *l. Pedius. §.1. ff. de incend. ruin. & naufr. l. f. ff. eod. tit. l. annonã. §. pœna autem ff. de ſepulch. viol. l. aut damnum. §. in miniſterium. ff. de pæn. l. ſacrilegii pæna. §.1. ff. ad leg. Jul. pecul. c. fin. ubi gloſſ. in verb. Nobilitat. Hoſtienſ. nu.7. ext. de pæn. Felin. in cap. paſtoralis. n.1. verſ. ſed regula ſit. de off. Delegat. Salycet. in l. ſervos nu.4. in prin. junct. verſ. autem dignitas. C. ad* Leg. *Jul. de vi publ. Rimin. conſil. 245. n.65. lib.3. Gramm. deciſ.32. nu.2. Petr. de Bell. Pert. in l. nemo. col.1. verſ. ſed opponitur C. de Summ. Trin. & Fid. Cath. Andr. Tiraquell. de pæn. mitig. cauſ.31. numer.1.* 3 Idque inprimis tunc verum eſt, quando de pœna corporali agitur, *Proſp. Farin. part.3. oper. crim. qu.98. n. 102.* Foller. *in pract. crim. cap.16. num.11. Didac.* Covar. *variar. reſol. libr.2. cap.9. nu.3.* Salycet. *dict. loco. Petr. à Plach. in epit. delictor. libr.1. capit.1. numer.23. Jul. Clar. in pract. §. final. quæſt.60. verſ. prodeſt etiam. Capoll. conſil. crim.39. num.32. Roland. conſil.63. num.15. & ſeqq. lib.3.*

4 Cui accedit, quod nec in crimine homicidii, quod longè gravius eſt adulteriò, Nobiles pari ſint afficiendi ſupplicio cum aliis perſonis ignobilibus, ex ſententia *l.3. §. legis Corneliæ*, ibi: *Legis Corneliæ de ſicariis pœna inſulæ deportatio eſt, & omnium bonorum ademptio; ſed ſolent hodiè capite puniri, niſi honeſtiore loco poſiti fuerint, ut legis pœnam ſuſtineant: humiliores enim ſolent vel beſtiis ſubjici, altiores verò deportantur in Inſulam. ff. ad Leg. Cornel. de Sicar.* Quod & iisdem ferè verbis diſponitur in *l. qui cædem. pen. ff. eod. tit.* ibi: *Qui cædem admiſerunt ſpontè, dolove malo, in honore aliquo poſiti deportari ſolent; qui ſecundo gradu ſunt, capite puniuntur.* Nobiles itaque ob perpetratum homicidium ſolummodò puniuntur deportatione, in cujus locum ſurrogata eſt hodiè Relegatio, aliavè pœna arbitraria, ut putat *Jul. Clar. in pract. §. fin. quæſt.67. Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib.2. caſ.330. n.5.* Petr. *à Plach. in epit. delictor. cap.44. numer.1. verſ. & primò huic rei &c. Proſper.* Farin. *part.1. oper. crim. quæſt.19. n.15. Guid. Papæ deciſ. 422. & 423. Roland. conſ.38. num.15. lib.1. Anton. Gomez. tom.3. cap.3. n.2. Hippol. de Marſil. ad l.3. §. legis* Corneliæ *ff. ad* Leg. Cornel. *de ſicar.*

5 Quod ſi ergò in homicidio Nobiles mitiùs puniantur, utique multò magis in crimine adulterii à pœnâ ordinarâ exempti erunt, ſi à majori ad minus argumentari licet, quod argumentum in jure firmum eſt, *cap. licet univerſis ubi Gloſſ. de teſtibus. l. nec ex vera. C. de acquir. poſſeſſ. l. nemo. C. de negot. geſt. l. quicunque. in fin. C. de fid. inſtrum.* atque etiam in delictis & delictorum

pœnis locum habet, ſecundum *Bald. in l. ſi quis non in pr. C. de Epiſc. & Cler. Nicol. Everh. in topic. loco 16. n. 2.*

6 Verùm hæc tanti ponderis non ſunt, ut No-
ciles, alioſvè in dignitate conſtitutos à pœnâ
ordinariâ adulterii liberare queant: quos eò
gravius puniendos eſſe, non abſurdè quis exiſti-
maverit, quo magis ii delinquendo ſeſe com-
maculant, & adulterio dignitatem & Nobilita-
tem contaminant, ſuoque exemplo humiliores
ad delinquendū provocant, *cap. cum quidam. ubi
Gloſſ. & Felin. num. 1. de jurejur. l. Presbyteri. C.
de Epiſcop. & Cler.* Rectiius ergo putat *Joach. à
7 Beuſt. de matr. part. 2. cap. 19. verſ. ſunt etiam in
crimine adulterij.* indifferenter Nobiles atque
ignobiles pœna mortis in adulteros ſtatuta
afficiendos eſſe: Quæ ſententia longè veriſſi-
ma eſt.

8 *Tùm*, quod pœna gladii in adulteros indifferenter & indiſcriminatim ſtatuta reperiatur, *l. quamvis 30. C. ad Leg. Jul. de adult. §. item lex Julia 4. Inſt. de publ. jud. Novell. 134. cap. 10. Conſt. Elect. 19. part. 4.* In pœnis autem uniformiter, certè, determinatè, indiſtinctè, & indiſcriminatim impoſitis inter Nobiles & ignobiles nulla ſervatur differentia, ſed omnes æqualiter ſunt puniendi, *Bald. in l. nemo Cleric. 3. C. de Summ. Trinit. n. 3. verſ. quod eſt verum in pæna. n. 8. in pr. junct. verſ. & hoc verum in pæn. & ſeq. & in cap. 1. §. ſi ruſticus. n. fin. ſub fin. tit. de pac. ferend. & ejus violat. Andr. Tiraq. de pœn. temp. & remitt. cauſ. 31. n. 34.*

9 *Tùm*, quod in Latrocinio, Veneficio, Homi-
cidio, aliisvè delictis Nobiles pariter atque igno-
biles uno eodemque ſupplicio puniantur, ut
in aperto eſt: Ergò nec in crimine adulterii
Nobiles mitiori aliqua pœna affici debent; ob
identitatem rationis, quæ idem Jus facit, *c. inter
corporalia. 2. verſ. unde cum non ſit. ext. de transl.
Epiſcop. gloſſ. in l. cum certum. 19. in verb. æquitatis
ratio. C. ad Leg. Falcid. & in c. fraternitatis 17. ext.
de teſtib. Specul. in tit. de diſpenſ. §. 4. n. 20. verſ. Et
ubi eadem eſt ratio, &c. Bald. in l. quoniam intelli-
gitur. 5. n. 4. verſ. nam cum procedat. ff. de his qui
not. infam. Panormit. in cap. quoniam frequenter.
5. in 1. reſponſ. num. 6. verſ. ſi ergo, ext. Ut lite non con-
10 teſt. Joach. à Beuſt. dict. cap. 19. circa fin.* Quin & re-
ſpectum perſonarum quoad pœnæ impoſitio-
nem in quibusvis indiſcriminatim delictis ab-
rogat expreſſe Sereniſſimus Elector Saxoniæ in
Ordin. Polit. de An. 1612. punct. 4. pag. 10. in verb.
**Mit dieſer Erklärung/ daß in Zukunfft die in
Rechten auff jedes** delictum **geſetzte** pœna **keinen
zuerlaſſen/oder zu lindern/** *&c.*

11 Tùm, quod in adulterio pœnæ cauſa præcipua eſt violatio thori & injuria, quæ inde conjugi infertur, *l. 1. fin. ff. de ventr. inſp. l. 6. §. 1. verſ. propter partum ex alio conceptum, ff. ad Leg. Jul. de adult. Joh. Gœdd. ad l. inter ſtuprum. 101. ff. de Verb. ſignif. n. 4. ſub fin. verb. Et in adulterio non modò & ſeq.* Atqui hæc ratio in Nobilibus æque obtinet, & ratione injuriæ illatæ nobiles & ignobiles ejuſdem ſunt conditionis, per ea quæ tradit, *Daniel. Moller. ad Conſt. Elect. 42. num. 8. & ſeqq. part. 4.*

Hacq; ſententia certior eſt, quàm ut probatione 12 *aliqua indigeat. Unde & in caſu duplicati adulterij, à marito Nobili cum uxore alicujus viri nobilis commiſſi, pœnā mortis abſq; ſpeciali gratia Magiſtratus ſuperioris non remittendam eſſe, exiſtimaverunt Scabini ita pronunciantes:* **haben jetzo zwo Perſonen von Adel in guten bekant und geſtanden/ daß ſie mit einander nicht allein nach obgedachtes** *A.* **von** *Z.* **tödlichen Abgang/ ſondern auch bey deſſelben Leben zu vielen malen und an unterſchiedlichen Orten fleiſchliche Vnzucht begangen unnd geehbruchet/** *&c.* **Da ſie nun beyde auff dieſem jhrem gethanen Bekäntniß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würden; So möchten ſie von wegen ſolches begangenen unnd bekanten Ehebruchs und Oberhurerey mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtraffet werden/ wenn auch gleich des gefangenen** *H. A.* **von** *B.* **Eheweib jetzo gedachtem jhrem Ehemann ſeine Verbrechung vorzeihen/ unnd wann auch der gefangenen Wittiben halber vorgewendet werden wolte/ daß jhr begangener Ehebruch erſt nach oberwehntes jhres Ehemannes S. Todt offenbar worden/ So möchte doch jhnen die zuerkante Todesſtraff ohne Bewilligung der hohen Obrigkeit nicht erlaſſen werden/ V. R. W.** *Ad requiſitionem Judicis Oppidani Martisburgenſis, Menſ. Jun. Anno 1597.*

Quibus non adverſatur axioma illud Doctorum, ſecundum quod Nobiles aliivè in dignitate conſtituti mitiùs ſunt puniendi quàm ignobiles & plebeii. *Utpotè* quod ſolummodò verum eſt in pœnis arbitrariis & non uniformibus, quæ ex perſonarum qualitate per judicem ſunt diſtinguendæ. Secus verò in ſupplicio uniformi, & taxato à Lege vel Statuto, ubi non habenda eſt diſtinctio & reſpectus perſonarum: veluti hoc axioma ſic limitant rectiſſimè *Andr. Tiraquell. de pœn. temp. cauſ. 31. n. 34. & 35. Foller. in pract. crim. cap. 16. n. 18. Bald. nemo Clericus. n. 1. in 4. notab. C. de Summ. Trinit. & fide Cathol. Salycet. in l. ſervos. num. 4. C. ad Leg. Jul. de Vi publ. Cœpoll. conſ. crim. 39. ſub num. 24.* In crimine autem adulterii pænam uniformem in Reos eſſe conſtitutam, ſatis liquet ex *l. quamvis. 30. C. ad Leg. Jul. de adult. l. tranſigere 18. C. de tranſact. §. 4. Inſt. de publ. jud. Conſt. Elect. 19. part. 4.* 13

Neque ullatenus concedendum, mitiori 14 ſupplicio afficiendos eſſe in crimine homicidii Nobiles, quàm ignobiles ſive plebejos. Etſi enim ſic quidam ſenſerit: horum tamen opinio jamdudum exploſa eſt, ut demonſtravi *part. 1. quæſt. 2. num. 8.* Et refutatur ex *l. nemo deinceps. 3. C. de Epiſcop. audient.* ubi ſemper homicida quod fecit, expectare debet, *Gen. cap. 9.* ibi: *Omnes qui ferierint, gladio peribunt. Art. 137. Ordin. Crimin. Carol.* ibi: **Ein jeder Mörder oder Todtſchläger/** *&c.* **Landrecht.** *lib. 2. art. 13.* ibi: **Die einen Mann ſchlagen/ denen ſol man allen die Häupter abſchlagen.** Quæ omnia luculenter probant, pœnam gladii tàm in Nobili committente homicidium, quam plebejo locum habere: quæ & communis eſt opinio, teſte *Ægid. Boſſ. de homicid. n. 109. Jul. Clar. in pract. §. homicidium*

cidium.num.18. Angel.in l.3.§. Legis Corneliæ.ubi Hippol.de Marſil. ad Leg.Corn.de Sicar.Proſp.Farin.part.5.oper.crim.quæſt. 119.n.17. Johan.*Harpprecht.in §.item lex Cornelia de ſicar.n.193. Inſtit. de publ.judic.*

15 At licet forſan Jus Digeſtorum differentiam inter Nobiles & ignobiles quoad pœnam admittat; *l.3.§.legis Corneliæ.& l.qui cædem. pen.ff. ad Leg.*Corn.*de Sicar.* attamen ea ſublata eſt de Jure Codicis in *l.3.C. de Epiſc. audient.* uti exiſtimant J*acob.Boulen.in repet.l.capitalium.§.famoſos.ff. de pœn.* Quin & cum deportationis loco ſucceſſerit hodiè pæna arbitraria; J*ul.*C*lar.in pract.§.fin. quæſt.67.*Jacob.Menoch.*de arbitr.judic.quæſt. lib. 2.caſ.330.n.5.Farin.part.1.oper. crimin.quæst.19. num.15.* Judex certè arbitrium ſuum etiam in Nobilibus perſonis ad pœnam usque mortis extendere poterit, per ea quæ tradit *Felin in cap. ex literis.num.26.& Decius num.14.de Const.Hipp. de* Mar*ſil.in pract.§.conſtante.nu.28. Nicol. Boer. deciſ.315.numer.3.*Jul.Clar.*in pract.§.fin.quæſt.83 verſ..ſcias etiam.Paris de Puteo de Synd.in verb.arbitrium.n.17.Menoch. de arbitr.jud. quæſtion.lib. 1.quæst.26.n.20.*

Q. 2. *An Clerici in crimine adulterij ſint mitius puniendi ?*

16 Secundò facit dubiũ dignitas Clericalis, ob quam in crimine adulterii à pœnâ ordinariâ recedendum eſſe arbitrari quis poſſet, præſertim ſi ex jure Canonico caſus hic decidendus eſſet, ubi Clerici adulteri deponuntur, & in Monaſterium detruduntur, prout eſt textus in *c. ſi quis* C*lericus.c.Romanus 81.diſtinct.*Johan.*Fab.in §.item lex* J*ulia.num.3. Inſtit. de publ.jud.Hoſtienſ. in Summ. de adult.§.quæ pœna.nu.7. in pr. Andr. Tiraquell. de legib.connub.in l.13.gloſſ.2.num.24. Gloſſ. in cap.lator.in verb.ſcilicet adultero.2.quæſt. 7.& Gloſſ.in cap.ſi quis omnem.in verb.Et ſi in fornicationem 1.quæst.7.August.ad Angel.Aretin.de malef.in verb. che hai adulterato la mia donna.numer.46.in fin.Paul.Chirl.de pœn.omnif.coit.quæſt 6. numer.1.& ſeqq.& numer.11.* ubi ait: ab hâc communi ſententia tutius eſſe, in conſulendo & judicando non recedere. C*onrad.in rpact. rubr. de adulter.numer.21.in fin.*Jul.Clar.*in pract.§.adulterium.numer.7.verſ. Clericus autem.*Foller.*in pract.crim.cap.33.n.31.Diaz in.pract.crim.canon. in verb.adulteri.n.2.*Jacob.Menoch.*de arbitr.jud. quæst.lib.2.caſ.419.n.60. Tiber.Decian.in tract. crim.lib.6.cap.23.n.14.*

17 Aliter ſentit *Berber.in pract.crimin. Rubr.de adulter. numer.22. allegatus à proſper.* Farinac. *part.5.oper. criminal. quæſtion.* 149. *numer.31.* quod nempè Clericus pro adulterio ſuſpendatur, & non niſi creſcente contumacia in eodem crimine deponatur. Pro quâ opinione facit textus in *cap.ſignificaſti. ext.de adulter.* ubi diſponitur, quod Judex Eccleſiaſticus Clerico de adulterio infamato imprimis debeat purgationem indicere, in qua ſi deficiat, poſtea ipſum ſuſpendere, & poſt ſuſpenſionem, ſi agatur ad certam pœnam, ipſum deponere, ac ſi plenè eſſet probatum delictum: Unde ſequitur, quod Judex à principio non debeat ſic facilè Clericum deponere. Quam ſententiam quoque non improbat *Paul.*C*hirland.de pœn.omn.coit.quæst.6. n.1.& ſeqq.*

18 Neque miretur quiſpiam lenitatem Juris Canonici, ut quod nec Laicum adulterum, ſive maſculus ſit, ſive fœmina, duriori ſupplicio quàm excommunicatione puniri vult, *cap. intelleximus 6.poſt princip. ext. de adulter.* ita, ut fœmina inſuper in Monaſterium detrudatur, ibique, ſi maritus eam recipere nolit, toto tempore vitæ ſuæ permanere & pænitentian agere cogatur *cap..gaudeamus.19.ext.de converſat.conjug.* Nam & aliàs in caſibus, in quibus jura civilia pœnam mortis naturalis imponit, jura Canonica pro graviſſimo etiam delicto pœnam carceris infligunt, *cap.novimus de verb.ſignif. cap. pœn.in fin.de hæret.*Jacob.*Boulen.in repetit.l.capitalium §.famoſos,num.206. in fin.ff.de pœn. Fab. Montell in pract.part,4.rubr.jur.canonici ſanctio contra homicidas.n.534.*

19 Unde fit, quod Clericus in quocunque ordine conſtitutus, ob quodvis ferè delictum, ut furtum, homicidium, perjurium, adulterium, &c. ſi legitimè fuerit convictus, ſolummodò ab Eccleſiaſtico judice deponatur, *Boulen. dict. loco numer.206.Proſper.Farin.part 5.oper.crim.quæſt. 119.num.47.Iul.*Clar.*in pract.§.homicidium num. 16.* Neque à Judice Laico judicari & puniri poſſit, *c.at ſi clerici.c.clerici.cap.qualiter.de judic.cap. ſi diligenti.cap.ſignificaſti.de for.compet.*Jul.*Clar.in pract.§.fin.quæst.36.in pr.Far.in prax.crim quæſt. 8.n.1. Gigas in tract. de crim. læſ.majeſt.lib.1.tit. quis de crim.læſ.majeſtat.cognoſcere poſſit.nu.12 & ſeqq.Didac.Covarr.pract. quæst.cap.31.n.3. Roland.conſil.12.n.34.vol.2.*

20 Verùm poſtquam hodiè ex transactione Baſſavienſi omnis Jurisdictio Eccleſiaſtica, ut & jura Epiſcopalia ad Principes & Status Imperii, qui Pontificiæ Religioni repudium miſerunt, redacta ſunt, *Receſſ. Imper.de Anno* 1555. *§.* **Damit auch obberürte beyde Religionsverwandte/** *&c.Petr.Syring.de pace Relig.th.29.lit.B.Iohann. Georg.Becht.de ſecurit.th.105.Georg.*Schönborn. *polit.libr.4.cap.6.Matth.Steph.de jurisdict.libr.3 c.15.Johan Zanger.de except.c.2.num.242 & ſeq. Engelb. de jurisd. Imper. th.136. Laur.* Dhym. *de jur. Epiſcop.th.18.* Qui per Conſiſtoriales cauſas Clericorum civiles, eorumque officia & epiſcopalem Jurisdictionem concernentes, expediunt, graviorum exceſſuum ac delictorum animadverſione judicibus, loci ſecularibus commiſſâ, *Const.Elect.Sax.tit.* **Von den beyden Cõſiſtoriis zu Leipzig und Wittenberg/** *artic.10.& artic.7* Miſsâ deciſione prædictorum Interpretum ex jure Canonico deſumptâ; Clericos adulteros æquè ac Laicos pœnæ adulterii ordinariæ ſubjacere, intrepidè aſſero cum *Matth.Coler.part.*1.*deciſ. 176.num.9.*

21 Etenim ut ſuprà dictum, pæna gladii in adulteros indifferenter & indiſcriminatim ſtatuta eſt, *l. quamvis.30 C.ad Leg.*J*ul.de adult.§.item lex Julia 4.Inst.de publ.judic.* adeoque & omnes, ut & Clerici adulteri huic pœnæ ſunt ſubjecti: nullibi enim ab eâ hi excipiuntur, nec ſpeciale privilegium eis tributum reperitur.

22 Tantumque abeſt, Clericos in terris Reformatorum Principum ac Statuum Imperii à pœna mortis eximi, ut potiùs contrarium

haud obſcurè ſancitum ſit in *Elect. Saxon. Ordin. Eccleſ. ſub tit.* Von beyden *Conſiſtoriis &c. artic. 10.* Was für Straff das *Conſiſtorium* zuerkennen und zugebrauchen haben ſol/ *in verſ.* Deñ ob ſich wol ihr Erkäntnüß uff Leib und Leben nicht erſtrecket / welches denen Gerichten der weltlichen Obrigkeit vorbehalten/&c. Ex quibus verbis evincitur, Clericos pœna quoque corporali ac mortis, à Magiſtratu tamen politico, affici poſſe. Quod etiam hodiè in locis Reformatæ Eccleſiæ dubio caret.

23 Quin & in crimine adulterii aliiſque quibuscunque delictis omnem reſpectum perſonarum in terris Electoratus Saxon. abrogatum eſſe, probavi ſupra ex *Ordin. Polit. de Anno 1612. punct. 4. pag.* 10. in verb. Mit dieſer Erklärung/ daß in Zukunfft die in Rechten uff jedes delictum geſetzte pœna keinem zuerlaſſen oder zuerlindern.

24 *Secundum hanc ſententiam pronunciare non dubitaverunt Elect. Saxon. Scabini verſus* Heldrungen: Hat *I. S.* ein Pfarrherr / welcher neun und ſechzig Jahr alt / und ſechs und dreiſſig Jahr in dem *Miniſterio* geweſen/wie auch C. *C. N.* Eheweib in gutem bekant / daß ſie mit einander auch bey Leben deß Pfarrherrns erſten Eheweibes / und als er mit der andern verlobt geweſen / fleiſchliche Unzucht und Ehebruch zu etlichen mahlen getrieben und vollbracht/und C. *K.* hat geſtanden / daß er wol gewuſt und zu frieden geweſt/daß ſein Eheweib mit gedachtem Pfarrherrn Ehebruch begehen möchte/ dann er ſeiner wol zugenieſſen verhoffet / und ſich deßwegen mit ihme umb hundert Thaler vertragen/auch drey und fünffzig Thaler darauff empfangen / da ſie nun alle drey uff ſolchem ihrem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würden / So möchte *I. S.* und *CC. N.* Eheweib von wegen ihrer begangenen und bekanten Oberhurerey unnd Ehebruchs / deßgleichen C. *K.* ſeiner Verbrechung halber mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtrafft werden / V. R. W. *Menſ. Iulio, Anno* 1587.

25 *Similiter dictaverunt Domini pœnam gladii Clericis adulteris verſus* Mülberg. *Ad requiſitionem Quæſtoris, Menſ. Aug. An. 1587.*

Ad conſultationem Actuarii Iudicii Deſſavienſis. Menſ. Auguſt. Anno 1585.

Francofurdiam ad Viadrum. Ad requiſitionem Prætoris & Scabinorum. Menſ. Majo, Anno 1607.

Ad requiſitionem Quæſtoris Coldicenſis, Menſ. Auguſt. Anno 1609.

Q. 3. An in crimine adulterij ſenes pœna mortis ordinaria ſint afficiendi?

26 Tertiò in dubium vocari ſolet: An in
crimine adulterii ſenes (quales ſunt ſexa-
genarii & ſeptuagenarii, pro arbitrio judicis,
ut rectè ſentit *Iac. Menoch. de arbit. jud. quæſt. libr.*
2. caſ. 59. nu. 3. & ſeqq.) pœna mortis ordina-
ria afficiendi ſint? Negativam acriter de-
fendit *Virg. Pingitz. quæſt.* 57. *nu. 31. & ſeqq.* exiſti-
27 mans, ex cauſa ætatis ingraveſcentis à vera pœna
adulterii recedendum, eamque in aliam pœnam
pecuniariam, vel Relegationem, aliamvè ſimilem
tranſmutandam eſſe.

28 Pro qua ſententia faciunt. 1. textus Juris civilis in *l. ſi quis gravi valetudine. §. ignoſcitur. ff. ad SCt. Syllan. l. 2. ff. de term. mot. l. ſacrilegii pœna. in pr. ff. ad Leg. Jul. pecul. &c.* Ex quibus Dd. regulam communem conſtruunt: Senes delinquentes mitius puniendos eſſe, & propter ætatem ſenilem delinquentibus ſuccurri, *Dec. in l. ferè in omnib. nu. 5. ubi & Cagnol. nu. 2. ff. de reg. jur. Bald. in l. quicunque nu. 17. verſ. quarto caſu. C. de ſerv. fugit. Cæpol. in l. ſi fugitivi. nu. 26. C. eod. tit. Ludovic. Carer. in pract. in 2. tract. de homic. §. circa quartũ. n. 13. Novell. in tract. ad defenſ. part. 1. nu. 45. Andr. Tiraq. de pœn. temp. cauſ. 8. Ant. Gom. de delict. cap. 1. nu. 68. Proſp. Farin. part. 3. oper. crim. quæſt. 92. n. 23. Jac. Menoch. de arbit. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 329. n. 20 Bertaz. cauſ. crim. 70. nu. 37. Andr. Gail. lib. 2. obſerv. 110. nu. 34.*

29 2. Extra dubium eſt, quod cum adoleſcentibus ob ætatem tenellam mitius ſit agendum, *l. auxilium. §. in delictis, ubi Dd. ff. de minor.* Jam verò ſenectus altera adoleſcentia & pueritia eſt; Senes enim omnibus modis in pueritiam revolvi, rurſumque ad initium reverti videntur, *Ariſt. lib. orb. quæſt. 17. cap. 3.* Quod & ex quotidiana experientia videre licet: Primum enim redit albos, ſimul & raritas capillitii, quorum utrumque pueris familiare, deinde balbuties, veluti altera infamia: Quin etiam ſenſibus omne corpus ad puerilem modum decreſcit; conſimilis virium imbecillitas, & cibi quoque conſimiles utrique ætati congruunt: Poſtremò morum ineptia, levitas animi, & hoc ipſum nihil ſapere in ſenibus infantiam quandam referre videtur: Ut probè dixerit *Accurſius*, ſenes habere ſenſum puerilem in *l. ſenectus. C. de donat.* Unde etiam fit, quòd ſenes pueris mirè delectentur, quales ſimiles jam ad ſummum amorem propenſi, *Tiraquell. dict. caſ. 8. num. 3.*

30 3. Inquit *Virg. Pingitz.* ſenes clementiùs plecti debent, non ſolùm, quia bonam partem conſilii, mentiſque amiſerunt, ſed etiam quia difficiles Veneris inſaniam ſuſtinent, juxta illud Imp. *Amoris fervore nihil eſſe vehementius: in §. illud quoque Nov. quib. mod. nat. ff.* quod & ſentit *gloſſ. in l. un. in verb. ſi capta. C. ad SC. Claud.* Quo facit, quod Salomon propter mulieres idola adoravit & templum eis ædificavit, *3. Reg. 11. & cap. Salomon. 32. quæſt. 4.* Cum ergò in Venerem lapſi ſint viri alioquin integerrimi & ſanctiſſimi, juxta illud:

Adam, Samſonem, Regem David, & Salomonẽ,
Fœmina decepit, quis modò tutus erit?

Chaſſan. in conſuet. Burgund. rubr. 4. §. 7. colu. 658. *num. 18.* Certè & ſenes debilitas mentis & ſenſuum, quos amor puellarum perturbat, juxta *Bald. in l. 2. §. initium. ff. de orig. jur.* ſi non ab omni pœna, ab ordinario tamen ſupplicio liberabit.

31 4. Accedit, quod ratio præcipua, ob quam pœna mortis in adulteros ſtatuta eſt; ne ſcilicet partus adulterinus ſupponatur, & familiæ ſemen alienum inſeratur, *l. 1. §. fin. ff. de vent. inſpic. l. 6. §. 1 ff. ad Leg. Iul. de adult.* ad ſenio

confectos homines, qui natura plerumque ſunt debiles ac impotentes, extendi non poſſit. Quapropter cum ratio pœnæ in ſenibus ceſſet, videtur etiam in iis ceſſare pœna, *l. adigere. 6. §. quamvis. 2. ff. de jur. patron. Iaſon. in l. quod dictum. 32. nu. 2. ff. de pact. Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratr. part. 6. quæſt. 9. nu. 10. Andr. Tiraquell. in reg. ceſſante cauſ. nu.* 130. *Nicol. Everhard. in loc. à ceſſat. rat. num. 2.*

32 Sed admiſſa hac *Pingizeri* opinione, vix fieri poteſt, ut infinita adulteria non remaneant impunita: Quis enim adulter ætate aliquantum progreſſus quo vitam redimat, hac exceptione ſeſe tueri non vellet, præſertim cum ſenectus ab anno quinquageſimo incipiat, ſecundum *gloſſ. in procem. Sexti. in verb. perfectus Ioh. de Anan. in rubr. de delict. puer. nu. 1. verſ. ſexta ætas.* aliosvè quos allegat & de receptiori ſententia teſtatur *Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 59. num.* 1.

33 Quapropter, ut maximè hanc opinionem in ſenib. decrepitæ ætatis, qui bonam partem conſilii & mentis propter ſenectutem amiſerunt, non adeò improbaverim; attamen ſenib. indifferenter quibusvis veniam tribuendam, & ob ſolum numerum plurimorum annorum pœnam adulterii ordinariam remittendam eſſe, affirmare non auſim.

34 *Tùm*, quod plurimi ſenes, teſte experientia etiam ſeptuaginta, octuaginta annorum & ſupra, ſint robuſti, graves, perſpicaces & ſapientes, in quibus adulterium gravius videtur eſſe puniendum, quàm in aliis, tanquam perpetratum ab iis, qui plus cognoſcentes minus delinquere debebant, ut vult *Sfort. Odd. de reſt. in integr. part. 2. quæſt.* 80. *n. 116.* Et in quibus ratio mitigationis pœnæ ceſſat, quæ eſt mentis alienatio ob ætatem decrepitam, *Andr. Tiraquell. de pœn. temp. cauſ.* 8. *nu. 6. & 7. Proſp. Farin part. 3. oper. crim. quæſt. 92. nu.* 35. Quod & voluit *Iaſon. in l. 3. §. ignoſcitur. num.* 16. *in fin. ff. ad Syllan.* ubi dicit, quod niſi deliri ſint ſenes, quia mente carent; propter ſenium excuſari minimè debeant.

35 *Tùm*, ob generalitatem textuum in *l. quamvis* 30. *C. ad Leg. Iul. de adult.* §. *4. Inſt. de publ. jud. Conſt. Elect. 19. part. 4. &c.* in quibus pœna mortis adulteris indifferenter & generaliter determinatur; adeoque etiam generaliter in adulteris absque perſonarum reſpectu obtinebit, *arg. l. 1. §. generaliter.* 1. *ff. de legat. præſtand. cont. tab.* Neque ullibi ab hoc ſupplicio ſenio confecti expreſsè excipiuntur: Igitur nec noſtrum eſt, eos excipere: cum abſque lege nihil temerè aſſeverandum *l. diſſentientis.* 5. C. *de repud. cap. 15. qui in Eccleſ.* 18. *in fin. pr. ext. de ſent. excomm. in 6to. Bald. in cap. nihil. 44. nu. 25. verſ. item quod in lege ext. de elect. & elect poteſt. Iaſon. in l. illam.* 19. *nu.* 8. C. *de collat. Hartman. Piſtor. libr. 2. quæſt. 13. num. 36.*

36 *Tùm*, quod licet in levioribus criminibus ſit ſenibus indulgendum; in delictis tamen capitalibus ii mitiùs puniri non debeant, ſecundum *Albert. in l. 1.* §. *impubes. in fin. ff. ad Syllan.* ubi ponit illud: C*aſtiga juvenem ferula, furca ſenem: Peccantem juvenem corrige; pende ſenem. Anton. Gomez. de delict. cap.* 1. *nn. 68. verſ. prima concluſio.* Unde & in homicidio ſenilem ætatem non eſſe juſtam cauſam minuendi pœnam, probat & defendit *Petr. à Plach. in epit. delict. cap. 32 num.* 14. ubi dicit hoc certiſſimum eſſe apud literarios utriuſque claſſis. Cui nemo ut opinor facilè contradixerit, licet aliter ſentiat *Ludov.* C*arrer. in pract. in* 3. *tract. de homicid. §. circa quartum. num. 13.*

Neque hiſce adverſantur argumenta à *Virg. Pingitz.* adducta: Quod enim 1. ad textus Juris civilis attinet 37 *Reſp. 1. Iul.* C*lar. in pract.* §. *fin. quæſt. 60. verſ. ſucceſſivè quæro &c.* textus illos in practica non ſervari, dicens, ſe nunquam vidiſſe, quod pœna ſenibus fuerit mitigata, præterquam in levibus delictis: & Senatum Mediolanenſem juſſiſſe fuſtigari quendam furem ſenem Antonium de Cumis appellatum. 38 *2.* Explicat textus allegatos Juris civilis *Petr. à Plach. in Epit. delictor. cap. 32. nu. 14.* ut procedat eorundem diſpoſitio ſolummodò in pœnis arbitrariis, in quibus ſenes mitius puniri debeant, *Anton. Gomez. var. reſol. tom. 3. tit. de delict. cap. 1. nu.* 68. *ad fin. verſ. ſecunda concluſio.* Non etiam in pœnis uniformibus & determinatis à Lege vel Statuto, qualis eſt pœna homicidii & adulterii, in quibus nequaquam habenda eſt diſtinctio perſonarum, *Bald. in l. nemo* C*lericus nu. 1. in 4. notat.* C. *de Summ. Trin. & fid.* C*athol. Salyc. in l. ſervos. nu. 4.* C *ad Leg. Iul. de vi public. Andr. Tiraquell. de pœn. temp. cauſ.* 31. *num. 34. & 35. Foller. in pract. crim. cap.* 16. *num.* 18. C*apoll. conſ. crim. 39. ſub num. 24.*

39 *Ad 2. & 3. Pingitz.* argumentum Reſpondeo: Diſtinguendum eſſe inter ſenectutem decrepitam, quæ mentis alienationem conjunctam habet, & ſenectutem quâ talem, ſive numerum plurimorum annorum; Etenim quando ſenes ob ætatem decrepitam deliri delinquunt, pœnam mitigandam eſſe, ecquis non conceſſerit? non propterea quod ſint ſenes, ſed quia mente carent & bonam partem conſilii amiſerunt, & eatenus *Pingitz.* ſententiam haud improbo. Veluti etiam ſenes, qui propter ſenectutem & ſanguinis diminutionem ſenſu etiam & intellectu ſunt diminuti, ita quod repueraſcere incipiant, mitius puniendos eſſe, vulgò tradunt *Dd. Gloſſ. in l. ſenectus.* C. *de donat. Bald. in l. quid ergo pœna gravior. in 2. lect. col. 5. nu.* 10. *ff. de pœn. Odd. de reſt. in integr. part.* 2. *quæſt. 80. num. 110. Andr. Gail. lib. 2. obſerv. 110. nu. 34. Andr. Tiraq. de pœn. temp. cauſ. 8. nu.* 4. *& ſeqq. Anton. Gomez. de delict. cap. 1 nu. 68. verſ. item etiam.* Quod tamen indifferenter ac indiſcriminatim de omnibus ſenibus, qui plerumque ſunt robuſti, graves perſpicaces, & ſapientes non aſſerendum; Hoſce enim ſi quis à pœna ordinaria liberare vellet, feneſtram delinquendi ætate provectis paſſim aperiret. 40 Hæcque diſtinctio haud obſcurè probatur ex *c. tanta 86. diſtinct.* ubi Pontifex in ignoſcendo ſeni conſiderat illius ſimplicitatem, ut patet ex verbis illis: *ſed quia ſimplicitatem tuam cum ſenectute novimus:*

Et ſic non ſola ſenectute, ſed & ſimplicitate motus eſt, ad illi indulgendum: Ex quo ſequitur, ſimplicitate ceſſante, ceſſare quoque veniam.

41 4. Nec quicquam adverſatur, quod ſenes plerumque ſint debiles, adeoque nec partum adulterinum ſupponere, nec familiæ ſemen alienum inſerere queant. *Licet* enim hæc ratio in iis aliquo modo ceſſet, non tamen deficit altera, quæ eſt violatio thori. Quis enim negare auſus fuerit, ſenio confectum ad alterius uxorem prolapſum, thorum violare alienum, ut maximè etiam liberos procreare non poſſit?

42 Quin etiam ſteriles & ſenio confectæ uxores concipere & parere poſſunt, *l. cum major. 12. C. ad SC. Orfician. l. ſancimus, 27. C. de nupt.* Etſi vel maximè parere non poſſint, hoc tamen non ex intentione & propoſito concumbentium, ſed potius ex vitio naturæ & accidenti contingit, quod rei ſubſtantiam & legis ſubſiſtentiam tollere non poteſt, cum Leges & Conſtitutiones ad ea, quæ ut plurimum, non quæ raro forte uno aliquo caſu fieri ſolent, aptentur, *l. jura conſtitui. 3. l. 4. & l. 5. ff. de legib.*

43 *Ideoque in caſu quo maritus quidam ſexagenarius cum vidua itidem ſexagenaria adulterium commiſerat, utrique pœnam ordinariam Conſtit. Elect. dictaverunt Scabini, ita pronunciantes:* Hat *N. E.* ein Ehemann von ſechzig Jahren / in gutem bekant / daß er mit *O. W. L.* Wittiben / welche auch ein Weib von ſechzig Jahren iſt / zu dreyen unterſchiedlichen mahlen fleiſchliche Unzucht getrieben und geehebruchet / welches dann daß es einmahl geſchehen / ſie auch bekandt und geſtanden: Da nun gedachter *N. E.* uff ſolchem ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde? So möchte er von wegen ſolches begangenen und bekanten Ehebruchs / mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtrafft werden: Es wolte ihme deñ ſein Eheweib ſolche ſeine Verbrechung verzeihen / und ferner ehelichen beywohnen / uff den Fall bliebe er dem heiligen Eheſtand zu ehren mit der ordentlichen Todtesſtraff verſchonet; Er würde aber deß Landes ewig billig verwieſen / darauß ihme ſein Eheweib mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig. Was aber die gefangene Weibsperſon anlanget / wird dieſelbe mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billig verwieſen / V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris in* Ziegenrück. *M. Iun. Anno 1601.*

44 *Pariter ordinaria pœna plectendum eſſe adulterũ ſeptuagenarium, reſponderunt Scabini ad requiſitionem Heredum Joh. Chriſtoph. à* Bernſteins / *Menſ. Majo. An. 1582.*

Quæſtoris in Lautterſtein / *Menſ. Julio, Anno 1594.*

Præfecti Pegavienſis, Menſ. Januar. Anno 1596.

Ad conſultationem Quæſtoris in Stolpen / *Menſ. Mart. An. 1608.*

Prætoris & Scabinorum Chemnicenſium, Menſ. Majo, An. 1615.

Quin imò etiam plurium adhuc annorum ſenibus ob crimen adulterii commiſſum, pœnam mortis dictare non dubitaverunt Domini.

†

Ut adultero 72. annorum: Ad conſultationem Caſpari à Schönbergs / *in* Vorſtenſtein. *Menſe Octobr. Anno 1582.* 45

Seni 73. annor. Ad requiſitionem Quæſtoris Dippoldisvvaldenſ. M. Octob. An. 1609.

Adultero 84. annorum; cui tamen pœna gladii ad interceſſionem conjugis fuit remiſſa, ſubſtituta pœna relegationis perpetuæ, hiſce formalibus: So bleibet er dem Heil. Eheſtand zu ehren mit der Todtesſtraff / ſo er ſonſten diſsfalls verwircket / billig verſchonet: Er wird aber gleichwol deß Landes / darauß ihme ſein Eheweib mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig ewig verwieſen / V. R. W. *Ad conſultationem* Wolffgangi *à* Schönfeld / *Menſ. April. An. 1606.* 46

Pariter fuit dictata pœna gladii adultero marito 87. annorum, qui cum ancilla ſepties concubuerat, eamque imprægnaverat. Ad requiſitionem Quæſtoris Chemnicenſis. Menſ. Auguſt. Anno 1617. 47

48 Ex quibus luculenter apparet, *Elect. Saxon. Scabinos* in pœnis dictandis ſententiam *Virgilii Pingitzeri* nequaquam obſervare, nec pœnam ob ſenectutem in crimine adulterii mitigare: Quorum opinio abſque dubio veriſſima eſt: ſi ſenes etiam in ætate decrepita ſint prudentes, ac perſpicaces. Quod ſi verò in iis mentis alienatio & debilitas ſenſuum atque animi deprehendatur; quin à pœna ordinaria adulterii hoc caſu recedendum ſit, nullus ambigo. Idemque procedere arbitror, ſi Princeps ſive Magiſtratus ſuperior Reo ob ſenectutem gratiam facere velit; Etenim quia is in aliis quoque delictis ex cauſa probabili Reo veniam largiri poteſt, quare in crimine adulterii hæc facultas ipſi deneganda ſit, non video.

49 *Veluti etiam ſic reſponderunt Scabini:* Dieweil der gefangene *A. R.* ewerm Bericht nach zwey und ſiebenzig Jahr alt iſt / So ſtehet es bey der hohen Obrigkeit / ihme auch auſſerhalb ſeines Eheweibes Verzeihung / die Todtesſtraff zu lindern / Ad *conſultationem Caſpari à* Schönberg / *Menſe Octobr.* Anno *1587.*

Q. 4. Num minorennitas in crimine adulterij à pœna mortis aliquẽ excuſet?

50 Quartò ſolet dubitari: An minores in crimine adulterii mitius puniri debeant? Quod voluiſſe videtur Alber. *in l. auxilium. § in delictis num. 3. ff. de minor.* ubi facta concluſione generali, quod minor non reſtituatur in criminibus atrocioribus & præſertim adulterio, ſubdit poſtea: *Niſi quatenus miſeratio ætatis, &c.* Ergò vult, in hoc crimine miſerationem ætatis habendam eſſe. Quod idem pluribus comprobavit. *Odd. de reſtit. in integr. part. 2. quæſt. 8. nu. 1. & ſeqq.* ubi generaliter loquitur de omnibus delictis carnis: cui aſſentitur *Franciſc. Caldas. in repet. l. ſi curatorem, in verb. Velſi adverſarii. nu. 61. in fin. C. de in integr. reſtit. minor. Proſper. Farin. part. 3. oper. crim. quæſt. 92. num. 77.*

51 Nam & in aliis delictis minores 25. annis mitius puniri, regula eſt Doctorum, & probatur ex *l. 1. §. impubes. ubi gloſſ. in verb. ætas. ff. ad Syllan. l. ferè in omnibus. ff. de reg. jur. l. aut facta. § perſonam. ff. de pœn. Proſper. Farin. part. 3.*

oper.crim.quæſt.92.nu.41.Iul.Clar.in pract.§.fin. quæſt.60.in pr.Petr.à Plach.in epit.delictor.cap.32 n.11.Iac.Menoch.de arbit.jud.quæſt.lib.2.caſ.329. nu.1.& 13.Bertaz.conſ.118.nu.1. & conſ.143. nu. 14.conſ.492.nu.2.Decian.lib.3.conſ.24.nu.4.Roland.libr.1.conſ.51.nu.42.& lib.3.conſ.77. num.1. Sfort.Odd.in tract.de reſtit.in integr.part.2.quæſt. 80.nu.72. & ſeqq. Franc. Caldas in repet.l.ſi Curatorem.in verb.Vel adverſarii dolo.nu.5.C. de in integr.reſt.minor.

52 At contrarium longè verius eſt; Ut maximè enim hanc ſententiam impuberibus, qui ad coeundum impotentes ſunt, conceſſerim, ob textum in *l.ſi minor. & l.ſi adulterium.§.fratres ff.ad Leg.Jul.de adult. c.1. de delict. pueror. Petr. à Plach.in epit.delict.cap.32.nu.8.Franc. Cald.dict. verb.vel adverſarii dolo.nu.55.C.de in integr. reſt. minor. Anton. Gomez.de delict.cap.1.nu. 59. verſ. ſimiliter, &c. Gandin.in tit.de pœn.reor.n. 30. verſ. ſed fallit in minore, &c.* Minores tamen puberes in crimine adulterii à pœna ordinaria exemptos eſſe, nego cum *Gloſſ.in l.ſi ex cauſa.§.nunc videndum, in verb. Et ſubvenitur.verſ.ſi verò criminaliter.ff.de minor.*

53 Nam prædicta Regula, quæ minores 25. annis mitiùs puniri vult, eatenus concedenda eſt, ut judex pro ratione circumſtantiarum & qualitatis perſonæ, pœnam in minoribus ex arbitrio mitius mitigare poſſit; Veluti ſic eam explicat *Jul.Clar.in pract.§.fin.quæſt.60.nu.3.* Quæ limitatio probatur ex *l.auxilium.37.§.1.ff. de minor.* in verb. *Niſi quatenus interdum miſeratio ætatis ad mediocrem pœnam judicem produxerit.* Ex quibus verbis patet, in arbitrio Judicis eſſe poſitum, utrum minori delictum committenti pœna mitiganda ſit, vel non; Et verbum (*interdum*) innuit, non ſemper minori ordinariam pœnam eſſe remittendam, *Nicol. Vigel.cap.2. quæſt. 1. except.2.* Ideoque & Imper. Carol. V. hoc caſu mitigationem pœnæ arbitrio Judicis & Sapientum committit, in *Ordin.Crim. artic.179. ubi Matt. Steph.nu.3.*

54 Regulariter ergò in criminibus & publicis judiciis, ætatis ſuffragio minores non juvantur, *l.1.C.ſi adverſ.delict. l.ſi ex cauſa. 9. §. nunc videndum.* ibi: *placet in delictis non ſubveniri minoribus. ff.de minor.auxilium.37.ff.eod.tit. Matth. Steph. dict.loc.nu.3.*

55 Quin & in crimine adulterii minoribus veniam tribuendam non eſſe, clarè diſponitur à *ICto Triph.in l.auxil.§.in delictis.ff.de minor.* ubi facta generali concluſione, quod in delictis atrocioribus judex interdum ad ætatis miſerationem, & ad mediocrem pœnam imponendam inducitur, hæc verba ſubjiciuntur; (*ſed ut ad Legis Juliæ de adulteriis coërcendis præcepta veniamus, utique nulla deprecatio adulterii pœnæ eſt, ſi ſe minor annis adulterum fateatur.*) Ex quibus verbis clariſſimum evadit, minores in crimine adulterii, exceptione minorennitatis adverſus pœnam ordinariam ſeſe tueri non poſſe.

56 *Quemadmodũ etiam ſic pronunciârunt Scabini* **gegen Sommern: So möchte N. N. wegen ſolches begangenen und bekanten Ehebruchs / derer in ewer Frage angezogenen Vrſachen / als ſeines jungen Alters und Vnverſtandes / in dem er nur ſiebenzehen Jahr alt iſt / ungeachtet / mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtrafft werden /** *Ad requiſitionem Julii* **Sperbers** / *Menſe Decembr. Anno 1584.*

Similiter reſponderunt in caſu adulterii commiſſi à juvene, qui annum 17. nondum exceſſerat. Ad conſultationem Senatus in **Döbeln** / *M. April.1585.*

57 Quod ſi tamen circumſtantiæ concurrunt, eæque ad mitigationem pœnæ ſufficientes ſint; quin judex ex arbitrio minorem, de adulterio convictum aut confeſſum mitiùs punire queat, dubium non eſt *l.auxil.37.§.1.ff.de minor. Ord. Cr. Carol. art.179.ubi Matt.Steph.*

58 *Quod & à Scabinis quandoque obſervatum ſcio, eo caſu, quo aliàs fuſtigatio infligenda eſſet, qua remiſſa dictaverunt caſtigationem virgarum in carcere, & relegationem, vel carceris pœnam diuturniorem. Ad requiſitionem Prætoris Weiſſenfelſ. Menſ. Mart. An.1600.*

Ad conſultationem Præfecti in **Endorff.** *Menſ. Jun. Anno 1622.*

Q.1. An ob reiterationem adulterii pœna ſit exaſperanda?

59 Cæterum, quia hactenus pluribus fuit demonſtratum, quando & quibus ex cauſis in adulterii crimine pœna ordinaria mitiganda ſit, haud immerito jam quæritur. *An etiam quandoque pœna adulterii exaſperari & aggravari poſſit, eo ſcilicet caſu, quo à Reo crimen adulterii ſæpiùs reiteratum fuit?*

60 Etenim rationem dubitandi præbet regula vulgaris: Quod ſingulis delictis ſingulæ competant pœnæ; ſic ut altera alteram non conſumat, *l.27.l.28.ff.ad Leg. Aquil.l Neratius.13.§.2. ff.de ſerv.corrupt.l.1.§.hunc tamen.l.2.§.1.ff.de tutel.& rat.diſtrah.l.nunquam 60. ff. de oblig. & action.l.vulgaris.21.in fin.pr.ff.de furt.l.facienda.8. §.2.ff.arbor.furt.caſ.l ſi ſtupr.25. l.pater. 41.ff. de injur.Iul.Clar.in pract.§.fin. quæſt. 84. verſ. alius eſt caſus.Didac.Covarr.lib.1.var.reſol.cap.10. nu. 8.* Cùm ergò ex iteratione criminis diverſa oriantur crimina, utique non unica ſufficiet pœna *d.l.nunquam.c.1.de pœn. c. apoſtolicæ. verſ. de ſerv.de re judic.c.ſicut. ubi Panorm. & Felin. de teſtib. Bart.in l.inficiando.67.§.infans.num.5.ff.de furt.Socin.conſ.62.nu.9. lib.1. Nic. Boer. deciſ. 82. nu.10.Ioſeph.Ludovic.deciſ.l.61.nu.1.verſ.advertendo tamen.part.1.*

61 Unde etiam fit, quod ob reiterationem delictorum, pœna ſemper ſit augenda & multiplicanda, *l.capitalium. 28. §.ſolent. & §.graſſatores.ff.de pœn.l.1.ff.de jur.patron.l.3.C.de Epiſc.audient.l.ſervos.8.C.ad Leg. Iul. de vi publ. Anton. Gomez.in tit. de delict. cap.3. num.60. in fin. Nic. Reuſn.lib.2. deciſ.20.nu. 6. Franciſc. Pfeil. conſ. 155.nu.5.Hippol.de Marſil.ſing.378. num. 3.Iul. Clar.in pract.§.fin.quæſt.21.verſ.fama ſola: Bart. in l.ſicut.§.fin.in fin.ff.de accuſ.*

62 Sed hæc regula non niſi in pœnis iterabilibus & compatibilibus (ut Interpp. loquuntur) procedit; veluti in pœna pecuniaria,

aut relegationis vel exilii, quæ pro quantitate delictorum compatibiliter multiplicari potերunt: Secus verò res ſeſe habet in pœnis non iterabilibus & inter ſe compatibilibus; veluti ſi pro ſingulis delictis pœna mortis imponi debeat; quo caſu una aliam abſorbet, non enim niſi ſemel Reus mori poteſt, *Nicol. Reuſn. dict. lib. 2. deciſ. 20. nu. 16.* Adeoque in delictis ſucceſſivis non niſi unica pœna, etiam pro delictis pluribus & ex intervallo commiſſis, imponitur *l. ei qui 9. ff. de furt.* ubi ex iterata rei furtivæ contrectatione non niſi unum furtum eſſe dicitur, & non plura furta.

63 Eadem quoque ratione ex continuatione adulterii cum una & eadem perſona unicum reputatur adulterium, & non plura *l. 29. §. ſex menſium. ff. ad Leg. Jul. de adult.* Proindè quamvis alienam uxorem quis pluries cognoverit, non niſi unica pœna affici poterit, *Bald. in l. quicunque 4. col. 2. C. de ſerv. fugit. Jaſ. in l. eum qui 30. §. in popularib. nu. 5. ff. de jurejur. Anch. conſ. 4. Gramm. vol. 17. nu. 4. Didac. Covarr. lib. 2. var. reſolut. cap. 20. num. 8. verſ. quod verò diximus.*

64 Licet autem aliàs ob atrocitatem inſignem unius delicti, aut etiam plurium reiterationem, pœna quandoque augeri debeat, ita ut ultimi ſupplicii genere aliquo graviori Reus afficiatur, & alio veluti præparatorio excarnificetur, aut excrucietur; veluti ut condemnatus ad ignominiam trahæ illigatus ad locum ſupplicii pertrahatur, & forcipibus candentibus uſtuletur ternis vel quaternis vicib.; *Conſt. Carol. crim. art. 193. & 194.* attamen hoc verum eſt ſolùm in delictis atrociſſimis, de quibus hoc ita expreſsè diſpoſitum reperitur; veluti in Latrocinio & Infanticinio, *Conſt. Elect. 3. part. 4.* Quia verò adulterii crimen neque atrociſſimum eſt delictum, neque ullibi ſtatutum ut Reus adulterii ob crimen multiplicatum trahæ illigatus ad locum ſupplicii trahi, aut forcipibus candentibus uſtulari debeat; utique nec tutò & abſque nimia ſeveritate hæc pœna adulteris dictari poterit.

65 *Proindè Scabinos in caſu reiterati adulterii, ſeveriorem pœnam unquam dictaſſe non memini. Ac licet aliquando maritus ſe cum ancilla ſua pluſquàm centies concubuiſſe, cōfeſſus fuerat, Scabini tamen nec pœnam gladii exaſperare, nec clauſulam remiſſionis ad interceſſionem conjugis omittere auſi fuerunt. Ad conſultationem* Wolffg. *Rudolphi ab* Ende. *M. Jun. An. 1612.*

Idque non ſolùm procedit, ſi cum unà eademq; perſona adulterium pluries reiteratum fuerit, ſed & ſi quiſpiam cum diverſis & pluribus perſonis hoc crimen commiſerit. 66

Nam licet hoc caſu ex ſingulis delictis reſultet effectus diſtinctus atque ſeparatus eo ipſo, dum ex ſingulo adulterio liberi procreantur adulterini, & diverſæ familiæ contaminantur ſtirpe adulterinâ, ut eò magis pro numero delictorum pœna ſit multiplicanda, *Bart. poſt Dyn. & Alb. in l. nunquam plura. 2. ff. de priva. delict. nu. 4. & 11. & in l ſi gemina. 10. ff. arbor. furt. cæſar. Paul. de Caſt. in l. quicunque 4. nu. 4. C. de ſerv. fugit. Petr à Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 1. nu. 18. verſ. tertio in hoc tractatu. Nicol. Reuſn. lib. 2. deciſ 20. nu. 5. Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 84. verſ. ſcias etiam.* Nihilominus tamen pœna gladii ſufficit, quia adulterium non momentaneum, ſed ſucceſſivum eſt delictum, ejusque generis, in quo non niſi unica pœna, etiam pro delictis pluribus & ex intervallo commiſſis, imponitur, *l. ei qui 9. ff. de furt. Nicol. Reuſner. dict. deciſ. 20. num. 13.*

Veluti etiam ſic reſponderunt Scabini ad requiſitionem Quæſtoris Rochlicenſis: So möchte *T. D.* wegen ſolches vielfaltigen begangenen und bekanten Ehebruchs / mit dem Schwerdt vom Leben zum Todt geſtrafft werden / V. R. W. *Menſ. Ianuar. Anno 1589.* 67

It: So möchten ſie von wegen ſolches vielfaltigen begangenen und bekanten Ehebruchs beyde mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtrafft werden: *Ad conſultationem Andreæ Theod. à* Schleinitz. *Menſ April. An. 1604.* 68

Item: Quæſtoris in Schwartzenberg. *Menſ. Iulio Anno 1605.*

Pariter dictaverunt Scabini pœnam gladii viduæ, quæ vivente marito 107. perſonis ſeſe proſtituerat: Ad requiſitionem Quæſtoris Cizenſis, Menſ. Januar. Anno 1587. 69

QVÆSTIO LXIII.

De Divortio, & quatenus hoc in crimine adulterii ſit concedendum.

SUMMARIA.

1. Dupliciter de adulterio agi poteſt, criminaliter & civiliter.
2. Cognitio in cauſa civili pertinet ad Iudicem Eccleſiaſticum.
3. Ob adulterium conjugis ad ſeparationem thori agi poteſt, nu. 4. 6.
5. Matrimonium eſt conſortium omnis vitæ.
7. Divortium repugnat inſtitutioni conjugii.
8. Quatenus Moyſes divortia in Republica Iudaica approbavit. nu. 9. 10. 11. 12. 13. 14.
15. In novo Teſtamento ex cauſa adulterii divortiū permittitur, nu. 16.
17. An facto divortio liceat innocenti matrimonium inire cum aliqua perſona.
18. Referuntur argumenta pro opinione Canoniſtarum negativa, nu. 19. 20.

21. Rejicitur hæc ſententia, nu. 22.
23. Verior opinio Theologorum affirmativa, nu. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30.
31. Formula pronunciandi in Conſiſtoriis.
32. Refutantur argumenta Canoniſtarum, *nu. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 42.*
33. Duplex hodie eſt divortium.
40. Quatenus parti nocenti ſecundæ nuptiæ ſint concedendæ, nu. 41.
43. Quando hæc quæſtio locum ſibi vendicet, nu. 44. 45. 46.
47. Si quis gravidam vel corruptam pro virgine duxerit in uxorem an permittendum ſit divortium?
48. Sententia Canoniſtarum negativa, num. 49. 51. 52.
50. Inquirenda conditio ejus cum quo contrahitur.
53. Verior eſt opinio noſtrorum Theologorum ac ICtorum affirmativa.
54. Fundamenta hujus opinionis, nu. 55. 56. 57.
58. Intellectus l. 1. *§. 1. &* §. *5. ff. de contrah. empt. num. 59.*
60 Contractus dolo initus non ſubſiſtit.
61. In conceſſione tamen hujus divortii cautè eſt procedendum.
62. Formula pronunciandi in Conſiſtoriis.
63. Sententia Scabinorum Lipſienſium.

1 DUPLICITER de crimine adulterii agi
poteſt : Criminaliter ad pœnam infligen-
dam ; & Civiliter ad thori ſeparationem & amiſ-
ſionem dotis , itemque donationis propter nu-
ptias , *Henric. Bocer. in tract. de adulter. cap.* 3.
num. 19. Priori caſu , de quo hactenus ſuffici-
enter dictum , cauſa adulterii ejusque cognitio
propriè pertinet ad Judicem ſecularem , quam-
vis de Jure Canonico Judex Eccleſiaſticus non
prorſus ab hac excludatur, *c. 1. extr. de offic. judic.*
ordin. c. cum ſit generale. ext. de for. compet. c. tuæ
5. ext. de procur. Jul. Clar. in pract. crim. quæſt.
37. num. 3. Barboſa in l. 2. part. 1. in pr. num. 139. &
2 *ſeq. ff. ſolut. matrim.* At caſu poſteriori cogni-
tio eſt judicis Eccleſiaſtici, *c. porrò: & cap. ſeq.*
cap. ex literis 5. & cap. ſeq. extr. de divort. cap. 2.
cap. intelleximus. 6. & c. fin. extr. de adult. & ſtu-
pro. cap. veniens. 13. verſ. mandamus. & c. ſeq. c.
cum in Apoſtolica. ext. de ſponſal. c. multorum. 35.
quæſt. 6. Nic. Moz. de matrim. cap. de natur. ma-
trim. num. 18. *Jul. Clar. dict. quæſt. 37. num. 3. verſ.*
ſcias tamen. Proſper. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt.
141. *num. 41.*

3 Etenim maritus ſi uxorem adulteram retinere nolit , civili actione ad thori ſive matrimonii ſeparationem experiri poteſt, *c. 5. extr. de procurat. c. ſignificaſti. & cap. ex literis 5. de divort. cap. literis 12. ext. de præſumpt. cap. 4. extr. de donat. int. vir. & uxor.* Similiter & uxor contra Maritum adulterum agere valet ad thori ſeparationem, ſive matrimonii diſſolutionem , *can. in conjugio & c. ſeq. verſ ſimiliter. 32. quæſt.* 1. *cap. quæſivit. 2. ext. de divort. l. conſenſu 8.* §. *ſi qua igitur.* C. *de repud.*

Q. 1. An ex cauſa adulterii permiſſum ſit divortium?

4 Hæcque pœna civilis eſt adulterii, divortium nempè ſive matrimonii diſſolutio , *Joach. à Beuſt. de matrim part. 2. cap. 20. Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſp. 6. th. 3. lit. M. Flā de Rub. in tract. de adult. cap. 16. nu. 4. Matt. Weſemb. in parat. ff. ad Leg. Jul. de adult. n. 19. Ludov. Gilhauſ. in arb. jud. crim. cap. 2. tit. 18. n. 22. Henric. Bocer. de adult. cap. 5. in pr.* Quæ tamen omnibus modis præcavenda, quia matrimonium perpetuus & indiſſolubilis eſt contractus , ſecundum ejus inſtitutionem in Paradiſo, & ordinationem Chriſti, *Matt. 5. & 19. Marc. 10. Luc.* 16. ac Pauli Apoſtoli *ad Rom. 7. 1. Corinth. 7.* ubi mœchari dicitur, quicunque dimiſſa uxore aliam ducit, aut qui dimiſſam ab alio ducit.

5 Hinc etiam matrimonium definitur , conſortium omnis vitæ & individua vitæ conſuetudo. Ad tempus ſiquidem hoc non contrahitur , quod Majores noſtri dicente *Cic. 6. de Republ.* firmiter ſtabilitum eſſe voluerunt. Unde apud Romanos quondam ſponſa cingebatur nodoſiſſima ex lana Zona, ſponſo magna cura ſolvenda , ut dum illi ſolvendæ incumberet , quam indiſſolubili modo ſponſæ annexus eſſet, admoneretur, *Panciroll. lib. 1. memor.* Cujus rei cauſa Turcæ etiamnum hodiè novas nuptas ocreis perplexis & corrigiorum inextricabilibus involutionibus induunt , nexuſque perpetui ſponſum ſigno hoc admonitum volunt, *Menav. in hiſt. Turc.* Antiquitus etiam poſt benedictionem conjuges unâ vitta, quaſi vinculo fuiſſe copulatos , ut autoritate divina ſub idem jugum ſe coactos intelligerent , non diſtinguendos ab invicem niſi ejus nutu, qui copulam injecerit , ex *Iſidor.* refert *Henning Arniſ. de jur. connub. cap. 5. ſect. 1. nu. 2.*

6 Quis verò auſit affirmare, eos qui Deo diſponente in unam carnem coaluerunt , ab homine ſine ſacrilegio ſeparari poſſe : Abeunt ſiquidem conjuges in unam carnem per copulam carnalem , ut ediſſerit Apoſtolus 1. *Cor. 6.* quando cum ſcorto fieri unam carnem , & in proprium corpus peccare ſcribit , qui cum ſcorto rem habet. Ut enim planta una inſerta alteri naturam ſuam mutat , eandemque ſubſtantiam cum alia, cui eſt inſerta, ſumit ; Ita uxor conjuncta fœdere conjugalis amoris viro , unam quaſi plantam , unamque naturam animorum & corporum inſitione facit , in qua ſi fiat ulla vis aut ſeparatio , natura ipſa quodammodò vulneratur , *Jul. Caſus libr. 1. Oecon. cap. 2. quæſt. 2.* Cui accedit favor conjugii & liberorum, *l. 8. C. de repud.* nec non utilitas publica, quæ faciunt, ut minus promptè provolandum ſit ad ſeparanda matrimonia ſemel inita & conſummata.

7 Idque ipſum eſt , quod divortia ex ſua natura repugnare legi naturæ , & inſtitutioni conjugii à Deo profectæ, diſputatione ſua evincit ipſemet Chriſtus *Matth. 19.* Unde divortia nunquam licita fuiſſe contendit Pontif. Innocentius III. in *cap. gaudemus. de divort. Alphonſ. de Caſtr. libr. 2. de poteſt. leg. pœn. Didac. Covarr. p. 2. de matr. cap. 7. §. 4. num. 7. Beza de repud. pag. 216.*

Sed

8 Sed nonne Moſes in Republica Judaica per legum ſuarum approbationem divortia toleravit, *Deuter.24. verſ.1.Levit.21. verſ.7. & 14.* Quis ergò aſſerere vellet, à DEO præcipi aliquid quod nunquam licitum fuit? An forſan Moiſes permiſerit ſolummodò divortia, quæ tamen non præcepit, perinde ut polygamiam toleravit, nec tamen præcepit, quemadmodum etiam ſeditiones nonnullas ob bonum publicum excitatas excuſamus, quo argumento Lupanaria aperiunt Pontifices, ut præveniant adulteria? Atqui conceptis verbis Moiſes divortium præcepit, ac proinde non eſt ex eorum claſſe, quæ per conniventiam permittimus, ut ait *D. Chryſoſtom. in hom.in cap.19.Matth.hâc ratione.31.q.1.* ſed aperte ad vitandum homicidium Judæis imperatur: Et manifeſta quoque ſunt verba *Malach.cap.2. Qui odio habet uxorem, dimittat eam, dicit Dominus.* Quo ipſo occurrimus temeritati aſſerentium, Moiſen autoritate humanâ indulgentiam conceſſiſſe populo contra jus divinum & naturale: Quod etiam ſine ſacrilegio ſibi nunquam arrogare potuiſſet, *Henning.Arniſ.de jur.connub.c.6.ſect.2.n.17.*

9 Aut dicemus cum *Alb. Gentil.6. de nupt.cap.11.* errorem Judæorum de permiſſo divortio pro lubitu cujusvis mariti non ex lege & permiſſione Moiſis, ſed ex falſa & nimis licentioſa interpretatione ortum traxiſſe, cum Moiſes divertendi licentiam non dederit niſi ob adulterium, (ob quod ipſemet etiam Chriſtus divortium permittit *Matth.19. verſ.9.*) quod circumſcribi 10 & denotari putat per fœditatem. Sed neque hanc explicationem verba legislatoris admittunt: In genere ſiquidem loquitur Moſes de odio ob fœditatem aliquam obnato, quod ſic transtulit B. Luther. **Wann ſie nicht Gnade findet vor ſeinen Augen / umb etwa einer Vnluſt willen.** Imo de ſolo odio concipit cauſam divortii, non adjectâ mentione fœditatis, *ibid. verſ. 3. Deuter. 24.* **Vnd derſelbe ander Mann ihr auch gram wird/und einē Scheidbrieff ſchreibet**/&c.

11 Et ſi tàm enormiter in interpretatione aberrârint Judæi, ut inde in tot & tam turpia prolapſi fuerint adulteria, quî factum, ut propter hæc ſcelera nullibi à Prophetis reprehenſi aut objurgati fuerint; inprimis cum in ſcortatores & adulteros toties ab iis detonatum ſit, *Jer.5. Ezech.22. Oſeæ.4.* Præterea Moiſis indulgentiam excuſat CHRISTUS per Judæorum duritiem; At quænam cordis durities accuſari poteſt in eo, qui neſcit ferre adulteram? Salomon enim implacabile zelotypi viri odium depingit *Proverb.capit.6.* 12 At ſtultitiæ & impietatis arguit adulteram retinentem, *Proverb.capit.18.* inprimis ſi illa ſæpiùs ad vomitum redeat, nec ſeriò pœnitentiam agat. Homicidam quoque uxoris ſi quis jure perſequatur, in opprobrium non cadit: At graviùs ferunt viri cordati uxoris ſtuprum, quàm necem filii, *l. Lucius Titius 88.§.matre.16.verſ.ſed & alius.ibiq; Bald.ff.de legat.2.Andr.Tiraq.in tract.de pœn.temp.cauſ.1.n.3. Ioh.Harppr.in* [illegible] *4.n.2.Inſt.de publ.jud.* Quippe hoc flagitium non modò marito graviſſimam infert injuriam, *l. codicillis 91.§.mater. ubi Bald. de legat.2.* ſed etiam totam ejus familiam conſpurcat, *l.quamvis 30. C. ad Leg.Jul.de adult.Bald.in l.un.n 5.C.de rapt.virg.& conſ.427.n.7.& 8. vol.5. Rom.conſ.451.n.10.*

13 Ac nonne Moiſes permiſit, ut repudiata novum contraheret matrimonium *Deut.24.* quippe quam ſolus Pontifex Max. ducere prohibebatur, uti & viduam & meretricem, *Levit.21.* Non videtur autem adulteræ hanc gratiam fuiſſe facturus, quam lapidibus obruendam cenſuit? Præterea ſolis viris fecit poteſtatem dimittendi uxores, nec ea ullibi legitur vel mulieribus tributa, vel ab iis uſurpata: Iniquus autem fuiſſet Moiſes ponendo repudium in ſolius viri manum, relictâ interim uxore innocente ſub duriſſimo adulterii jugo.

14 Quid ergò: Annè Moiſes præcepit aliquid, quod illicitum ac DEI mandato contrarium eſt? Hoc ne dicamus, ſtatuendum omninò; DEUM diſpenſatione jus à ſe conſtitutum remiſiſſe, adeoque vinculum matrimonii licitè potuiſſe rumpi, ne deterius quid ex inveterato odio exoriretur. Satius enim DEUS putavit, vinculum conjugii relaxari, quàm fœdioribus divortio malè cohærentium rixis, & hinc naſci conſuetis inſidijs, veneficijs & parricidijs viam & occaſionem aperiri, *Bellarm.de matr. cap.17.Dn.Ioh.Gerhard. in loco de conjug.n.563.Chryſoſt.in 1.Cor.7. Moiſes* inquit, *non ſimpliciter hanc legem tulit, ſed coactus fuit, ſeſe attemperare eorum; quibus legem dabat, infirmitati. Nam quoniam ad cædes prompti erant, & domus cognato replebant ſanguine & nec ſuis neq; alienis parcebant, ne intus occiderent uxores, quæ ingratæ erant præcepit foras mittendas, quò gravius malum, nempe homicidiorum facilitas tolleretur.*

15 Sed poſtea in Novo Teſtamento Chriſtus ab hac Lege Moſaica revocavit Phariſæos, à quibus quæſtio de divortio ipſi proponebatur, ad primam conjugii inſtitutionem, & temeraria illa divortia quacunque ex cauſa inſtituta, cum ea pugnare demonſtravit, ſolam fornicationis cauſam excipiens *Matth.5.verſ.32. & 19. verſ.9.* Utpote quæ conjugii formam adeoque ipſum conjugium tollit, quia ſolvit unitatem carnis, fidem conjugalem evertit, ipſaque ſubſtantialia matrimonii abolet. Nam conjuges ex ipſius DEI inſtitutione ſunt una caro, *Geneſ.2. v.24. Matth.19.verſ.6.* At mulier adultera fit una caro cum adultero, *1.Corinth.6. v.16.* Ergò non amplius eſt una caro cum marito, & per conſequens vinculum conjugalis unitatis eſt ſolutum; Quando ergò maritus uxorem adulteram dimittit & aliam ducit, tàm non peccat, quàm ſi 16 poſt mortem prioris conjugis aliam ducit, quia tàm per adulterium, quàm per mortem vinculum conjugalis unitatis tollitur, neque hîc homo conjugium diſſolvit, ſed ipſa lex matrimonii, quam adultera nefariè eſt transgreſſa, & ab ejus obligatione ſeſe ſubtraxit, *Dn.Gerhard.in dict.loco de conjug.n.572.*

17 Adeoque & in Novo Teſtamento propter cauſam adulterii divortium permittitur: Quod & Pontificii ac Canoniſtæ concedunt, ita

tamen, ut diſſolutio matrimonij tantummodò fiat quoad thorum & menſam, non etiam quoad ipſum conjugii vinculum, *Bellarm. de matrim. cap. 14.* Ex quo ſequitur, *innocentem non valere matrimonium contrahere cum alia, vivente ſcilicet adultera, ſed debere innuptum manere, vel adulteræ remittere culpam, eamq; ad ſe recipere: c. 1. cũ ſeqq. 32. quæſt. 7 c. quod Deus. 33. quæſt. 2. capit. 2. in fin. extr. de divort.*

Q. 2. An facto divortio propter adulteriũ liceat innocenti, cum aliâ perſona contrahere matrimonium?

18 Pro quâ ſententiâ adducunt 1. dictum Apoſtoli 1. *Corinth. 7.* ubi dicitur: *His qui matrimonio juncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus, uxorem à viro non diſcedere, quod ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari.* At certum eſt, inquiunt, uxori non eſſe permiſſum, recedere à viro, niſi ex cauſa fornicationis. Intelligunt ergò dictum illud de diſceſſu propter adulterium mariti, & quod tamen ipſa, licet innocens, debeat manere innupta; Veluti hoc dictum Apoſtoli ita inducit Auguſtinus in *capit. Apoſtolus q. 7.*

19 2. Allegat *Bellarm.* pro confirmandâ hâc ſententiâ *capit. 7. Roman. verſ. 1.* ubi dicitur: *An ignoratis fratres, ſcientibus enim legem loquor, quia Lex in homine dominatur, quanto tempore vivit? v. 2. Nam quæ ſub viro eſt mulier, vivente viro alligata eſt Legi, ſi autem mortuus fuerit vir, liberata eſt à Lege viri.* Et *verſ. 3. Igitur vivente viro vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro; ſi autem mortuus fuerit vir ejus, liberata eſt à Lege viri, ut non ſit adultera ſi fuerit cum alio viro.* Similis habetur textus in 1. *Cor. 7. verſ. 39.* quod ſcilicet mortuo demum viro mulier à Lege viri ſit ſoluta. Ex hiſce locis colligimus, *inquit Bellarm.* nunquam ſolvi vinculum cõjugale niſi per mortem, & quia non ſolvitur, manere etiam poſt divortium quâcunque de cauſa factum.

20 3. Inquiunt, non ſolvi hoc caſu ſubſtantialia matrimonii quamdiu ambo vivunt; ſi enim ſubſtantialia ſolverentur, ſequeretur, quod utrique tàm nocenti, quàm innocenti permiſſum eſſet ſecundò contrahere conjugium. Atqui Chriſtus expreſsè inquit. Qui dimiſſam duxerit, mœchatur. Ergò ſubſtantialia non ſunt ſublata; Cum is fiat Reus adulterii, qui duxerit dimiſſam propter fornicationem, *c. licitæ. quæſt. 2.*

21 Sed nugæ hæ ſunt Canoniſtarum, qui cùm divortium verum nullum admitterent, in ejus locum invexerunt ſeparationem quoad thorum & menſam, tàm ſacris literis, quàm Legibus Romanorum incognitam; Nam quod *Bellarm.* ſcribit *de matrim. ſacr. cap. 14. in pr.* JCtos ſub nomine divortii complecti dimiſſionem quoad thorum, & de hac fieri etiam mentionem in *tit. de divort.* falſum & in ſcholis JCtorum inauditum eſſe monet *Henning. Arniſ. de jur. connub. capit. 6. ſect. 2. numer. 8.* Ubique enim divortio diſſolvi dicuntur nuptiæ, *tot. tit. ff. &*
22 *C. de divort.* & nullibi adimitur diverſæ vel dimiſſæ perſonæ facultas novas nuptias contrahendi, *l. vir mulieri. 64. ff. de donat. int. vir & uxor.* Diſſidia autem quæ ſimulata vocantur *dict. l. 64. & l. ſi liberis. 17. ff. de pact. dotal.* pro divortiis non habentur, nec brevi reverſa uxor divertiſſe videtur, *l. 3. ff. de divort.* Divortia namque dirimunt individuam vitæ conſuetudinem, quam promittit & ſtabilit conjugium *§. 1. Inſt. de nupt.* Licet enim ſeparatim habitent vir & uxor, *l. nihil. de act. rer. amot.* tamen ſi honorem invicem matrimonii habeant, durare nuptias, & donationes mutuas non valere, cenſuit JCtus Ulpianus in *l. cum hic ſtatus. §. ſi mulier. ff. de donat. int. vir. uxor.* Quin etiam expreſsè dicitur, Divortium non eſſe, niſi verum, quod ſcilicet fiat animo perpetuam conſtituendi diſſenſionem, *l. 3. ff. de divort.*

23 Rectius ergò Theologi noſtrates & Conſiſtoriales
,, in hâc quæſtione ſecundum jus commune
,, pronunciant, quo licitum eſt viro innocenti,
,, etiam vivente adulterâ, contrahere matrimonium
,, cum alterâ, *l. conſenſu. §. virum. C. de repud.* Quemadmodùm & mulieri conceditur hoc caſu poteſtas nubendi poſt annum *dict. l. conſenſu. §. ſin verò. Nevizan. 1. ſylv. nupt. n. 106. & ſeqq. Beza de divort. fol. 178. Mauſ. de nupt. Ioach. à Beuſt. de matrim. part. 2. cap. 24. Petr. Theodor. in colleg crim. diſput. 6. th. 3. Iohan. Schneidvvin. in tit. Inſtit. de nupt. ſub rubr. de divort. nu. 35. & ſeqq. Henning. Arniſ. dict. cap. 6. ſect: 2.* Idemque ſentit *B. Lutherus tom. 5. Ienenſ. germ. lib. de cauſ. matrim. part. 2. p. 255.* ubi hæc verba habentur: **Ich kan und mag nit wehren/ wo ein Gemahl die Ehe bricht/ und kan beweiſet werden öffentlich/ daß das andere Theil frey ſey/ und ſich ſcheiden möge/ unnd mit einem andern verehlichen. Wiewol wo mans thun kan/ daß man ſie verſöhne/ und bey einander behalte/ iſts gar viel beſſer/ wann aber das unſchuldige Theil nicht wil/ ſo mags im Nahmen GOttes ſeines Rechts gebrauchen/***&c.*

24 Hujus aſſertionis rationes habent ſat prægnantes: *Primò* enim abſque dubio verba Chriſti concedentis divortium in caſu adulterij *Matt. 5. & 19.* non de inani vocabulo intelligenda erunt, ſed de liberatione tali, quæ ſit re ipsâ, ubi innocens perſona non retinetur ligata; Quemadmodum Apoſtolus *1. Corinth. 7.* de fideli pronunciat: *Si infidelis diſceſſerit ab ea, non erit fidelis ſubjectus ſervituti.* Quod & Canones probant, *cap. quando ext. de divort. Ioach. à Beuſt. dict. cap. 24 circa fin. verſ. Et moventur. Schneidvvin. dict. rubr. de divort. n. 35.*

25 De quo licet non multùm ſit dubitandum, attamen probatur hoc ipſum 1. tali argumento: Quale divortium Moiſes permiſit Judæis, tale etiam CHRISTUS *Matth. 19.* concedit in caſu adulterij; Reſpondet enim Chriſtus Phariſæis opponentibus Legem Moſaicam, ut apparet ex contextu verborum Evangeliſtæ. Atqui Moſes permiſit Judæis verum divortium, quo facto licebat utrique parti ad nova tranſire vota, *Deuter. 24.* Et quærebant Phariſæi non tantùm de dimiſſione perpetua, ſed etiam de ea quam Moiſes conceſſerat ad diſrumpendum vinculum conjugii. Ergò & tale divortium CHRISTUS concedit in caſu adulterii. Quin etiam manifeſtè reſpicit Chriſtus ad *cap. 24. Deuter.* Nam cum dixiſſet à Moiſe conceſſa fuiſſe divortia cum libello repudii, per adverſativam ſubjicit ſuam cenſuram & ſententiam de iiſdem divortiis, eaque prorſus damnat, niſi ob adulterium

terium inſtituantur. 2. Ex ratione à Chriſto ex prima inſtitutione conjugii deductâ, quia negat hominem ſeparare poſſe quos DEUS conjunxit. In his autem verbis contineri vinculum matrimoniale, tradit ipſe *Bellarm. de matrim. ſacr. cap. 14. in fin.* Ergò de ſolutione vinculi loquitur Chriſtus, & non de ſeparatione habitationum; quia aliàs peccarent in conjugii inſtitutionem etiam illi, qui ex aliis quam adulterii cauſis à thoro & menſa conjuges ſecluderent. 3. Quia verba CHRISTI generalia *Marc. 10. & Luc. 16.* accipienda ſunt neceſſariò de divortio à vinculo, non poteſt alius ſenſus affingi verbis à *Matthæo* cum exceptione relatis, quia utrobique eadem hiſtoria & idem reſponſum narratur.

26 *Secundò* faciunt huc verba Chriſti *Matth. 19. Quicunq; dimiſerit uxorem ſuam exceptâ cauſa fornicationis, & aliam duxerit mœchatur.* Ergò à contrario ſenſu, qui propter cauſam fornicationis uxorem dimittit & aliam ducit, non mœchatur. Etenim Lex Moſaica permittebat ex quacunque causâ dare libellum repudii, dimittere uxorem, & ducere aliam, alterâ perſonâ adhuc vivente; Quam legem tollit CHRISTUS, & excipit unicum caſum, fornicationis nimirum. Quo igitur exceptio ſit de regula, intelligi debent verba Chriſti ita, ut etiam tunc innocenti licitum ſit ducere aliam, adulterâ adhuc vivente, prout ſic argumentatur *Johan. Schneidevvin. dict. rubr. de divort. numer. 35. Beuſt. dict. cap. 24.*

27 *Tertiò*: Quodcunque ipſam formam conjugii tollit, propter illud ſeparatio conjugum quoad vinculum fieri poteſt; ſublatâ enim alicujus rei formâ, tollitur res ipſa. Jam verò adulterium ipſam conjugii formam tollit; quia ſolvit unitatem carnis, fidem conjugalem evertit, ipſaque ſubſtantialia matrimonii abolet. Quod argumentum non parum approbat ipſemet *Bellarm. dict. c. 14.* quando ſcribit: *Etiamſi fornicatio ſpiritualis, videlicet idololatria, infidelitas, &c. ſit majus peccatum abſolutè, tamen magis repugnat conjugio fornicatio corporalis*; *Et ideo ſi fornicatio ſpiritualis ſolveret vinculum, ſolveret etiam corporalis.* Ex quibus verbis ita colligit *Dn. Gerhard. in loco de conjug. num. 572. in fin.* Quicquid ita comparatum, ut magis repugnet conjugio, quàm ſpiritualis fornicatio, vel ullum aliud crimen, propter illud ſeparatio non tantùm quoad thorum, ſicut ob alia crimina, ſed etiam ſeparatio vinculum fieri poteſt. Sed adulterium eſt ita comparatum. Ergò.

28 *Quartò:* Si non liceret parti innocenti, facto propter adulterium divortio, novum contrahere matrimonium, Chriſtus cogeret aliquem eſſe cœlibem. Nam CHRISTUS in cauſa fornicationis divortium permiſit *Matth. 5. verſ. 32. & capit. 19. verſ. 9.* At ſi facto divortio non liceret aliam ducere, pars innocens cogeretur ad cœlibatum. Sed conſequens eſt abſurdum ex Matth. 19. v. 12. *Qui poteſt capere, capiat.* Itemque ex illo Apoſtolico, *1. Cor. 7. verſ. 9. Si non continent, nubant, melius enim eſt nubere quàm uri.* Ergò & antecedens.

29 *Quintò*: Negari nequit, quod ſi parti innocenti, facto propter adulterium divortio, non eſſet permiſſum aliud conjugium, ipſa privaretur ſuo jure præter meritum & culpam, contra *l. ſancimus.* ubi dicitur, pœnas ſuos tenere autores, *C. de pœn. Beuſt. dict. cap. 24. in fin. Schneidvv. dict. rubr. de divort. num. 35.* Et certè divortium ejuſmodi à Filio DEI conceſſum in causâ fornicationis nihil aliud eſſet, quàm laqueus cōſcientiæ, conjiciens homines in uſtiones & fornicationes, adeoque in iram & judicium DEI. Nam ſi fortè perſona innocens non habebit donū continentiæ, in perpetuâ verſabitur uſtione, quæ impedit invocationem Dei, aut etiam in fornicationes & adulteria præcipitabitur.

30 Hæc tamen conceſſio ducendi alteram uxorem, à Conſiſtorialibus cum temperamento quodam fieri ſolet, ſervato ſcilicet hoc proceſſu, ut apud partem innocentem priùs reconciliatio tentari debeat; cùm Eccleſia non claudat gremium redeunti & reſipiſcenti, *cap. ſuper eo. de hæret. in 6to.* Quam adhortationem ſi admittere non valet, rurſus monenda eſt, ut ab alio conjugio abſtineat, vivente adulterâ, ſi ſe continere & caſtè vivere poſſit. Si verò continere & caſtè vivere non poſſit, conceditur demum facultas marito, ut aliam ducat, vel uxori, ut alii nubat, *Beuſt. dict. cap. 24. Beza de divort. fol. 178. Iohan. Schneidvv. dict. n. 35. Petr. Theodor. dict. diſput. 6. th. 3. lit. M.*

31 Hinc in Conſiſtoriis Statuum Imperii, Confeſſioni Auguſtanæ addictorum, ita pronunciari ſolet: Jn Eheſachen A. Klägern an einem/ und B. ſeinem Eheweibe beklagten am andern Theil/erkennen und ſprechen wir vor recht/ nachdem beklagte Frau/ wie recht überzeuget und überwieſen worden/ auch ſelbſt bekandt/ daß ſie an ihrem Ehemanne A. ihre Treu unnd Glauben vergeſſen/und mit C. die Ehe gebrochen/und kläger ſie dieſer Vrſach halber nicht wieder annehmen will; So wird Er auch wegen ſolches begangenen Ehebruchs von beklagter ſeiner Frauē der Ehe halber billich entbunden unnd loß geſprochen. Jnmaſſen wir ihn dann hiermit entbinden und loß zehlen/ und wofern er ſich ohne Gefahr ſeines Gewiſſens auſſer dem Eheſtande nicht enthalten mag/ darzu Er doch fleiſſig zu ermahnen und anzuhalten/So wird auß Nachlaſſung göttlicher heiliger Schrifft ihme als dem unſchuldigen Theil ſeiner Gelegenheit nach ſich anderweit zu verehelichen billich geſtattet und nachgelaſſen/ beklagte Frau aber der Weltlichen Obrigkeit zu ſtraffen befohlen/ V. R. W. prout refert *Ioachim à Beuſt. de matrim. part. 2. cap. 25. & Iohan. Schneidvv. in tit. Inſt. de nupt. ſub rubr. de divort. num. 35.*

32 Neque argumenta Canoniſtarum ex Jure Divino petita, tanti momenti ſunt, ut ſententiam noſtrorum Theologorum evertere queant. Nam ad *1. reſpond.* Apoſtolum in *1. Corinth. 7.* non agere de tali diſceſſione, quæ fit ob cauſam fornicationis & adulterij, ubi vinculum matrimonii diſſolvi & parti innocenti jus novi matrimonij concedi, ex ipſis verbis CHRISTI luculenter fuit demonſtratum; ſed

loqui de diſſidiis, quæ extra caſum fornicatio-
nis inter conjuges oriuntur, ita ut interdum pars
una ab altera diſcedat, quibus diſſidiis ac ſimulta-
tionib. nequaquam ſolvitur conjugale vinculum,
nec licet vel utrique vel alterutri parti novum cõ-
33 trahere matrimonium. Nam uti notiſſimum,
duplex hodiè eſt divortium: Unum, quando ipſum
conjugii vinculum diſſolvitur, quod Chriſtus
non niſi ob cauſam fornicationis & adulterii per-
mittit, *Matth.5.verſ.32.& 19. verſ.9.* de quo hâc
quæſtione agitur; Alterum à Canoniſtis intro-
ductum, quo non quidem ipſum matrimonii vin-
culum diſſolvitur, ſed ob inimicitiam conjugum
& odium irreconciliabile ſeparatio tantummodò
quoad thorũ & menſam permittitur, *Ioh.Schneid-
vvin.dict.rubr.de divort.num.19.Henning. Arniſ.
de jur.connub.cap.6.ſect.2.num.8.Daniel.Moller.
ad Conſt.Elect.26.num.2.part.3. Matth.Weſemb.
in not.ad Ioh.Schneidvvin. ad tit. Inſt. de hæredit.
quæ ab inteſt. defer. Rubr. de ſucceſſ.int. vir. &
uxor.n.23.lit.B.Iacob. Schult.in addit. ad* Rotſch.
*in tract. de dotalit. art.7.num.1. verſ.ſecundo de-
34 clara &c.* Quando ergò Apoſtolus 1. *Corinth.*
7. Uxorem quæ à viro diſceſſit innuptam mane-
re jubet, de ea diſceſſione loquitur, quam Cano-
niſtæ divortium quoad thorum & menſam vo-
cant, hocque vult, uxorem ſecundùm Chriſti prę-
ceptum à viro nequaquam (extra cauſam ſcilicet
fornicationis; hanc enim exceptionem Apo-
ſtolus hic non includit,) diſcedere, aut ſi ex diſſi-
dia & ſimultate diſceſſerit, innuptam manere &
matrimonium non niſi quoad thorum & menſam
diſſolvi debere.

35 Nec eſt quod quis regerat, Apoſtolum hoc
modo divortium extra cauſam Fornicationis
approbare: Quia loquitur non de jure, ſed de
facto, nec abſolutè, ſed comparatè, hoc ſenſu,
ſi conjunx ex alia quâvis cauſa præter adulterii
crimen diſcedit, videlicet propter quandam
contumaciam, & malam converſationem ma-
riti, ac nolit vel non poſſit illi reconciliari, tùm
à novo conjugio abſtineat, cùm per illa cauſas
politicas vel œconomicas vinculum prioris
conjugii coram DEO & in conſcientia non
ſit ſolutum. Non ergò dat Apoſtolus par-
ti ex injuſta cauſa diſcedenti opinionem, ut aut
innupta maneat, aut conjugi reconcilietur, ut
Bellarm. dict. capit. 14. putat, ſed potiùs revo-
cat eam ad reconciliationem, quia non tàm per-
miſſionis, quàm comminationis vox eſt, (*Ma-
neat innupta, aut viro reconcilietur*) hoc eſt, talis
deſertrix fruſtra poteſtatem ac ſpem novi ma-
trimonii ſibi ſomniat, quinimò ſciat, ſibi in
perpetuo cœlibatu vivendum eſſe, niſi viro ſuo
velit reconciliari: *Verba ſunt Dn. Iohan. Gerhard.
in loco de conjug. n.587.*

2. Non etiam obſtat aſſertio Apoſtoli in
36 *cap.7.Roman.& 1.Corinth.7.verſ 39.* quod ſcilicet
per mortem ſolùm vinculum conjugale diſſol-
vatur. *Præterquam* enim quod ab Apoſtolo
ibidem ſimilitudo aut parabola proponitur,
quæ per omnia non ſolet quadrare, niſi quis
etiam ex ea inferre vellet, quod quemadmodum
Chriſtus Eccleſiam ſuam nunquam ne nimiâ
quidem in re deſerit, ſic maritum non poſſe nec
debere uxorem quam ſemel ſibi aſſociavit, ullâ
in re deſerere, ne quidem quoad thorum & habi-
tationem, quod tamen Pontificii quibuſdam in
caſibus licitum eſſe, ſtatuunt; Reſpondet *Iohan.
Schneidvvin.dict.tit.Inſt.de nupt.ſub rubr. de di-
vort.num.35.* quod mulier mortuo demum viro 37
ſit ſoluta à Lege viri, ſcilicet regulariter: Nam ſi
maritus committat adulterium, tunc ex Chriſti
dicto & ſpeciali exceptione, propter fornicatio-
nem mariti, uxor quoque ſolvitur à Lege viri.
Aliud enim eſt loqui de iis, quæ regulariter & or-
dinariè fiunt, ac juxta Legem inſtitutionis etiam
fieri debent in conjugio, prout facit Apoſtolus
dict.loc. Aliud verò, loqui de caſu exceptionis
extraordinario, ſcilicet de cauſa adulterii, de quo
agit Chriſtus *Matth.5.& 19.* & ſic matrimoni-
um in ſe & ſuâ naturâ conſideratum ſit vinculum
indiſſolubile, cui per accidens contingit, ut ob
ſuperveniens adulterii crimen diſſolvatur; Veluti
JCti matrimonium definiunt, quod ſit individua
vitæ ſocietas & conjunctio; nihilo tamen minus
propter adulterium divortium fieri poſſe, conce-
dunt, *l. conſenſ.§.virum.C.de repud.Ioach.à Beuſt.
de matrim.part.2.cap.24.verſ.Theologi vero.* Eo-
demque ferè modo reſpondet *Chemnit. in loc. de
conjug.* urgens Apoſtoli ſcopum, *Paulus* inquit
ille, *in eo loco non tractat ex profeſſo doctrinam de
divortiis, ſed ex inſtitutione conjugii, quod ſit indi-
vidua conjunctio, ſimilitudinem, quatenus propoſi-
to ſuo congruit, aſſumit:* Hactenus Chemn. Quæ
explicatio convenit verbis Chriſti *Matth.5.&* 38
19. ubi conjugii vinculum ex primæva ejusdem
inſtitutione ita indiſſolubile eſſe docet, ut tamen
adjungat exceptionem de divortio ob cauſam
fornicationis facto. Et ſi vel maximè negare
velint Pontificii, Chriſtum in caſu fornicationis
concedere divortium quoad vinculum, non ta-
men negant, Chriſtum eo in caſu concedere di-
vortium quoad cohabitationem & thorum. At-
qui ſi quis verbis Pauli vim facere vellet, eadem-
que citra omnem planè exceptionem ac limita-
tionem accipere, poſſet ex illis inferre, quod ne
quidem dimittere adulteram marito liceat *Gerb.
dict.loc.n.584.pag.983.*

Tertium argumentum falſo nititur præſuppo- 39
ſito; ſubſtantialia nimirum matrimonii in caſu
divortii ob cauſam fornicationis non diſſolvi;
Contrarium enim ſuprà probavi in eo, quod
ipſum adulterium formam conjugii tollat, quia
ſolvit unitatem carnis: ſublatâ autem formâ,
tollitur res ipſa *l.9.§.3.ff. ad exhibend.* Conju-
ges ſiquidem ex ipſius DEI inſtitutione ſunt u-
na caro, *Geneſ.2.verſ.24. Matth.19.verſ.6.* At
mulier adultera fit una caro cum adultero; *1.Co-
rinth.6.verſ.16.* Ergò non amplius eſt una caro
cum marito, adeoque vinculum conjugalis unita-
tis eſt ſolutum. Neque aliud ſequitur ex verbis
Chriſti: (*Qui adulteram ducit, mœchatur*)
quæ non ideò Dominus profert, quaſi matrimo-
nium adhuc ſit inter eam & priorem maritum,
ſed potius in pœnam adulterii, ut pars adultera
innupta maneat. Unde & de Jure Civili ducens
damnatam de adulterio, tanquam Leno punitur
pœnâ lenocinii, *l. caſtitati. C. ad Leg. Iul. de
adult.*

Q.3. Num & parti nocenti concedi queant ſecunda nuptiæ?

Quamvis & quidam Theologi exiſtiment, 40 parti etiam nocenti concedi poſſe ſecundas nuptias, *Bucer. in Matth. capit. 19. fol. 151. & 153. Beza in libell. de repud. & divort. fol. 192. Ioach. à Beuſt. de matrim. part. 2. cap. 25. Dn. Iohan. Gerhard. in loco de conjug. n. 622.* Quod eatenus verum puto, ſi perſona nocens ſe continere nequeat, & velit 41 in locis peregrinis morari, juxta *Gloſſ. in cap. literis in verb. ſpe conjugij. ext. de præſcript.* ubi deciditur, quod illa, quæ ſub colore matrimonii commiſit inceſtum, debeat manere innupta. Quam deciſionem limitat *Gloſſ.* in caſu incontinentiæ, ut tunc detur licentia contrahendi matrimonium, allegans *c. in adoleſcentiâ. 33. q. 2.* Cujus ſententiæ quoque eſt *Lutherus in lib. de vit. conjug. tom. 2. Ienenſ. Germ. fol. 166.* ubi ſic ſcribit: **Fragſtu wo das ander bleiben ſoll/ wann es vielleicht auch nicht kan Keuſchheit halten? Antwort: Darumb hat GOtt im Geſetz geboten die Ehebrecher zu ſteinigen/ daß Sie dieſer Frage nicht dörfften/ Alſo ſoll auch noch das Weltliche Schwerdt unnd Obrigkeit die Ehebrechere tödten/**&c. **Wo aber die Obrigkeit ſeumig und leſſig iſt/ und nicht tödtet/ mag ſich der Ehebrecher in ein ander ferne Land machen unnd freyen/ wo er ſich nicht halten kan/ Aber es wäre beſſer todt/ tod mit Jhme umb böſes Exempels willen/**&c.

42 Habent præterea Canoniſtæ adhuc alia fundamenta, quib. facto ob adulterium divortio, ne quidem innocenti, vivente adhuc parte adultera, denuò matrimonium permittendum eſſe, evincere nituntur, quæ refert & refutat *Beza in libell. de divort. fol. 178. cum ſeqq. Bucer. in Matth. cap. 9. fol. 153. Dn. Gerhard. dict. loc. de conjug. nu. 582. & ſeqq.*

Unicum hoc reſtat dubium, an non fruſtra 43 „ diſputetur de concedenda facultate novarum „ nuptiarum facto ob adulterium hiſce in terris „ Elect. Saxon. divortio, cùm indifferenter ferè „ mortis pœna in adulteros ſit ſtatuta, quæ ſi Reo „ adulterii infligatur, quin parti innocenti ad „ novas nuptias tranſire liceat, dubitandum non „ eſt, quia absque controverſia morte fuit diſſo- „ lutũ matrimonium? Veluti ſic concludit *Ioach. à Beuſt.* diſſerens de facultate novum ineundi matrimonium nocenti permittenda, *ſed DEI*, inquit, *beneficio, Magiſtratus Ducatus Saxonici tàm juſtus & ſeverus adulteriorum vindex eſt, ut huic quæſtioni locum non relinquat, Beuſt. de matr. lib. 2. c. 25. in fin.*

Quod & Chriſto innocenti adulterâ vivente 44 aliam uxorem ducere permittenti, *Matth. 5. & 19.* opponere potuiſſent Phariſæi ex lege Moſaicâ, quæ adulteros lapidibus obrui jubet, *Levit. 20. & Deut. 22.* cui ſupplicio non potuit non derogare Chriſtus, jus novarum nuptiarum concedens, facto ob cauſam fornicationis divortio, ſi aliàs fruſtranea non fuiſſet conceſſio, matrimonio per ſupplicium mortis diſſoluto.

45 At prævidit Chriſtus, inquit *Alb. Gentil. 6. de nupt. c. 11.* de neglectu legis, quemadmodum neglectam dicunt, cum Chriſtus repudium concederet ob adulterium; ſi prævidit, cur neglectui potius obviam non ivit? Aut cur ipſe neglectui occaſionem dedit & viam aperuit, dum repudiatam ob adulterium impunè ſinit de conjugio inſilire in conjugium? Nimirum Chriſtus noluit involare officium Magiſtratuũm, ſed conſcientiis ſub negligente Magiſtratu proſpicere, *Henn. Arniſ. de jur. connubior. c. 6. ſect. 2. n. 25.*

Atque ſic quæ de facultate novarum nuptia- 46 rum facto ob adulterium divortio, hactenus fuêre diſputata, in terris quoque Electoratus Saxon. locum ſibi vendicare poſſunt, quando ſcilicet Magiſtratus negligens eſt, nec in puniendo adulterio ſuum facit officium. Quo etiam reſpexiſſe videtur *Lutherus* in loco ſuprà allegato *fol. 166.* quando de novo conjugio nocentis ſic diſſerit: **Wo aber die Obrigkeit ſäumig und läſſig iſt und nicht tödtet** &c. Vel ſi Magiſtratus ex ſpeciali quâpiam ratione adultero gratiam facit, & pœnam mortis remittit, ſubſtitutâ pœnâ mitiori & arbitrariâ, carceris vel pecuniariâ.

Q.4. Si quis gravidam vel corruptam fœminam, quã virginẽ eſſe credebat, in uxorẽ duxerit, an matrimonium ſit diſſolvẽdum?

Quin & aſſertio hæc ob cauſam fornicationis 47 ante matrimonium initum exercitæ, effectum ſortiri poteſt; *Veluti ſi quis ignorans ducat corruptam vel gravidam, quam tamen virginem eſſe credebat: quo caſu cum adulterium perpetratum non ſit, pœna mortis ceſſat, & uxor tantummodo ob fornicationem & fraudem arbitrariè punitur.*

Canoniſtæ quidem ne hoc caſu ob errorem qualitatis vinculum conjugii diſſolvendum eſſe arbitrantur? Ita enim Pontifex in *c. un. 29. q. 1. in fin.* quæſtionem hanc ex profeſſo tractans, concludit verbis expreſſis: ſponſam vitiatam pro virgine ductam eſſe retinendam: *Qui ducit*, in- 48 quiens, *in uxorem meretricẽ vel corruptam, quam putat eſſe caſtam vel virginem, non poteſt eam dimittere & aliam ducere. Hoſtienſ. de matrim. numer. 26. Did. Covarr. in epit. cauſar. matrim. part. 2 cap. 3. §. 7.*

Quos forſan in opinione hâc confirmat re- 49 gula iſta communis, quod nempe contractus qui conſenſu contrahuntur, qualis etiam eſt matrimonii conventio, ubi ſemel perfecti ſunt, ſubſiſtant, nec amplius quâcunque ex causâ reſcindi poſſint, *l. liberos. C. de liber. cauſ. l. 3. C. de reſcind. vend. Auth. ſacramenta puberum.* C. *ſi adverſ. vendit.* Et quod ſponſus imputare ſibi debeat, quod non meliùs ac diligentius in conditionem mulieris, cùm qua individuam vitæ conſuetudinem initurus erat, inquiſierit: cuilibet namque cum alio contrahenti incumbit, ut diligentius inquirat in conditionem ejus, cum quo contrahit, *l. qui cum alio. 19. ff. de reg. jur. l. quod te. ff ſi cert. petat.* 50 adeo ut ſi illud non fecerit, & damnum aliquod ex contractu pòſt ſenſerit, illud ne quidem ſentire videatur, eò, quod ſuâ culpâ ſentiat, *l. quod quis 203. ff. de reg. jur.*

Quod & ſenſiſſe videtur *JCtus Ulpian. in l. ſi* 51 *uxor. 13. §. fin. ff. ad Leg. Iul. de adult.* ſtatuens; Maritum non poſſe mulierem adulterii accuſare, quam poſtea in uxorem duxerit, ex ea cauſa, quod ſerò accuſet mores mulieris, quos uxorem ducendo probarit. Nam & aliàs juris eſt, quod ſemel probatum, amplius probari nequeat, *c. in iſtis. diſt. 4. c. dilectiſſimis. 8. q. 2. c. horrendus. 32. quæſt. 5.*

Quò etiam ſpectat *l. 11. §. ff. de contrah. empt.* 52 *& l. 11. §. ſi quis virginem. 5. ff. de act. empt.* ubi pro virgine quis emerat mulierem; Et quamvis venditor ſciens paſſus fuerat errare emptorem, nihilominus tamen emptio ſubſiſtit. Quantò igitur magis ſubſiſtet matrimonium, quod longè firmius eſt & à nemine, præterquam ab ipſo Deo diſſolvendum, *Gen.2.& Matth.19.*

53 Sed miſsâ hâc Canoniſtarum ſententiâ, parti deceptæ hoc caſu ſuccurrendum, & matrimonium non tantùm quoad thorum, ſed etiam quoad vinculum ſic diſſolvendum eſſe, ut alteri nubere poſſit, rectiùs ſtatunt ſaniores Theologi ac JCti: quorum ſententia etiam in Eccleſiis & Conſiſtoriis Statuum Imperii Reformatorum recepta eſt, *Luther.tom.5. Ien.germ.fol.250. & tom.6. Ien.fol.530. Albert.Gentil.libr.6. de nupt. cap.13.Cypr.de ſponſal.cap.13.§.44.numer.3.Iohan. Schneidevvin.dict.part.4.numer.61.Ioach.à Beuſt. dict.cap.34.Dn.Johan.Gerhard.in loc. de conjug. num.111.Nicol. Reuſner.libr.4.deciſ.5. Bidenbach. de cauſ.matr.fol.87.Forſt. de nupt.cap.8.pagin.126. & ſeq.*

54 Pro hâc ſententiâ non parum facit Lex Moſaica, quæ jubet lapidibus obrui compreſſam ab alio, quæ poſtea tanquam virgo nupſit alteri, ſi ſit ejus nomine accuſata, & vir petat divortium, *Deuter. 22.* Quo ipſo luculenter probatur, lege Divinâ fuiſſe permiſſum hoc caſu divortium, *Gloſſ.in c.ſatis. in verb. lapidaretur.33.quæſt. 5.* Unde etiam Joſephus, antequam ex Angelo didiciſſet, Mariam ex Spiritu Sancto eſſe gravidam, cogitavit eam deſerere, quod in ipſo non ſolùm non deprehenditur, ſed maximè etiam commendatur *Matt.1.verſ.19.* Et quamvis Lex iſta forenſis Moſaica nos amplius, ſublatâ politiâ Moſaicâ, ad obſervantiam non adſtringat; attamen munit conſcientias, quia ex teſtimonio legis Divinæ quivis Judex certus eſſe poteſt, ſe non facere contra voluntatem DEI, ut monet *Philipp. in loco de conjug.* Ut maximè verò concedatur, capitalem pœnam hodiè ſublatam eſſe, interim tamen ſponſaliorum ſeparationem itidem eſſe ſublatam, concedendum non eſt.

55 Hocque ipſum eſt quod ſcribit *Salomon.Proverb.8.verſ.22.* ſtultum eſſe ac inſipientem qui retinet adulteram. Et *D.Chryſoſtomus*: ſicuti crudelis & iniquus eſt, qui caſtam dimittit uxorem, ſic fatuum eſſe & injuſtum, qui retinet meretricem, eumque patronum omnis turpitudinis, qui celat crimen uxoris. Nec non *D.Ambroſius*: Cùm in meretrice nulla ſpes ſit fidei aut pudicitiæ certitudo, minimè eam in conjugium ducendam, aut in eo retinendam eſſe, *capit. integritas, 32.quæſt.1.*

56 Suffragatur præterea hiſce regula juris communis, quæ vult pacta & contractus dolo initos nullius eſſe momenti, nec à parte deceptâ invitâ cuſtodiendos, *l.7.§. ait Prætor.ff.de pact.l.7. in pr. ff.de dolo.* Quis autem negabit, ex parte ſponſæ dolum fuiſſe commiſſum, dum pro meretrice ſe caſtam, pro gravidâ virginem geſſit. Nec refert, quod dolus hic non cauſam det contractui, ſed ſolùm ſit incidens, qualis non ſolet vitiare 57 contractus. Etſi enim dolus incidens non faciat, ut matrimonium ipſo jure ſit nullum, operatur tamen id, ut contractus per actionem vel exceptionem reſolvatur, *l.5.C.de reſcind.vendit.l.21.§. 5.ff.de act.empt.* ubi Ulpian. ait: Si quis virginem ſe emere putaſſet, cum mulier veniſſet, & ſciens eum errare venditor paſſus ſit, redhibitionem quidem ex hac cauſa non eſſe, veruntamen ex empto competere actionem ad reſolvendam emptionem, ut pretio reſtituto mulier reddatur.

Tantum itaque abeſt *d.l.11.§.5.* Canoniſtarum 58 opinioni ſuffragari, ut contrarium etiam haud obſcurè ex ea probari queat. Veluti etiam ſic explicari debet *l.11.§.1.ff.de contr.empt.* quod ſcilicet emptio ab initio quidem ſubſiſtat, propter dolum verò intervenientem reſolvi poſſit. Quin etiam dici poſſet, ab emptione ad ſponſalia hoc caſu non rectè inferri, quia multò gravius læditur vitiatam pro virgine ducens, ſi eam retinere cogeretur, quàm mulierem pro virgine emens: Cum hic quam ſemel duxit, per totam vitam ſuam retinere, ſibique eam omnis fortunæ, divini & humani juris ſociam habere cogeretur; ille verò quando velit, mulierem emptam rurſus diſtrahere poſſit. Quò majus itaque damnum ex ejuſmodi metuitur conjugio, eò facilius illud quàm emptio impeditur, aut non jure contractum reſolvitur.

Neque contrarius eſt *Ulp.in l.ſi uxor.13.§.fin.ff.* 59 *ad Leg.Iul.de adult.* quia ibidem agit de eo, qui ſciens volens meretricem duxerit, vel gravidam, non etiam de illo, qui ignorans pro caſtâ duxit meretricem, pro virgine corruptam aut gravidam; hic enim mores ejus nunquam probavit, adeoque nec ipſi obſtabit, *c.in iſtis.diſt.4. c.dilectiſſimi, 8.q.2.c.horrendus 32.q.5.*

Non etiam adverſatur, quod contractus ſemel 60 perfectus ſubſiſtat. Fallit enim hoc in contractibus dolo initis, inter quos etiam referendum eſt hoc caſu matrimonium. Non enim verè dici poteſt perfectus ejuſmodi contractus, ut in quo bona fides, quæ quovis in contractu deſideratur. *l.8.C. de jud.* deficit. Nec quicquam imputandum hoc caſu eſt ſponſo, quod non diligentiùs in ſponſæ virginitatem inquiſierit; cùm hoc ſine injuria ſponſæ inſigni facere non potuerit, præſertim cum virginitas corrupta ſit vitium adeò latens, ut non tàm facilè deprehendi & inveſtigari queat.

Porrò licet hæc ſententia veriſſima ſit, & à 61 Conſiſtoriis approbata, cautè tamen hoc caſu procedendum, nec facilè divortium, ſi ullo modo hoc impediri poteſt, permittendum eſſe, monet *Beuſt.dict.cap.34.Et Dn.Joh.Gerhard.dict.loc. de conjug.n.111.* ubi certas quasdam ponit regulas, quas judex, priusquam matrimonium diſſolvat, obſervare debet. Inprimis verò inveſtigandum eſt, an ab eo tempore, quo maritus intellexit, ſuam ſponſam ab alio ſtupratam eſſe, eam poſtea cognoverit: quia ſi hoc factum ſit, divortium ipſi concedendum non eſt. Maritus enim ſciens, corruptam eſſe ſuam ſponſam ab alio, & nihilominus eam ut maritus cognoſcens, ſive hoc fiat ante nuptias, ſive poſt, ipſo facto in conjugium conſentit. Deinde etiam ſummo ſtudio tentanda eſt reconciliatio, quæ ſi obtineri & perfici non poterit, ad diſſolutionem demum conjugii procedendum eſt, *Ioh.Schneidvv. dict.part.4.num.61. Dn.Gerhard.dict.n.111.Beuſt. dict.cap.34.*

62 Confirmat hæc ſententia in diſſolutione matrimonii Conſiſtoriis uſitata, & à *Beuſt. de matrim. part. 2. cap. 35.* relata, cui hæcce verba inſeruntur: Weil Beklagte ſelber geſtanden und bekant/ daß ſie von einem andern geſchwängert worden/ehe und zuvor ſie Klägerin die Ehe zugeſagt/ und gleichwol das eheliche Beylager/ als wann ſie noch Jungfrau were/ mit ihme gehalten/ und ſolche Schwängerung verſchwiegen/ Kläger auch vor dem Beylager davon gantz und gar nichts gewuſt/ ſondern allererſt nach gehaltener Hochzeit ſolches erfahren/und mit der That inne worden/ und darauff alſobald ſich ihrer gäntzlich geeuſſert/ und ſie ferner nicht berühret; und aber ſich nun mit ihr über alles beſchehen erinnern nicht verſöhnen laſſen will/ ſie widerumb zu ſich zu nehmen/ ſo wird er auch wegen ſolches unchriſtlichen Betrugs/ und begangener groſſer Vntreu/auß Nachlaſſung Göttlicher und dieſer Lande üblichen Rechte von ihr der Ehe halben billich geſchieden und loßgezehlet. Jnmaſſen wir ihn von ihr hiermit ſcheiden und loßzehlen/ doch der weltlichen Obrigkeit wider die Verbrecherin ihrer Straffe unbenommen. Vnd da ſich Kläger ohne Gefahr ſeines Gewiſſens auſſer dem Eheſtande nicht enthalten könte/ darzu er doch fleiſſig zuermahnen/ ihme als dem unſchuldigen Theil/ſich ſeiner Gelegenheit nach/ mit einer andern zuverehelichen/ und das Beylager mit gewöhnlichen Ceremonien zu vollziehen/ geſtatten und nachlaſſen/V.R.W.

63 *Et ſecundũ hæc non modo Jenenſes Menſe Martt. Anno 1590. teſte Nicol. Reuſn. lib. 4. deciſ. 5. num. 116. ſed & Scabini Lipſenſes reſponderunt hoc modo:* Da nun C. S. deſſen alſo geſtändig/ daß ſie nemlich mit G S zugehalten/und von ihme zu Fall bracht und geſchwängert worden/ ehe und zuvor ſie ihrem Mann die Ehe zugeſagt/ und gleichwol das eheliche Beylager/ als wann ſie noch Jungfrau were/ mit ihme gehalten/ und ſolche Schwängerung verſchwiegen/ und daß gedachter ihr Mann ehe und zuvor er mit ihr beygelegen/ davon gantz und gar nichts gewuſt/ ſondern hernach ſolches allererſt erfahren/und in der That inne worden/und darauf alſobald ſich ihrer gäntzlichen geeuſſert/ und ſie ferner nit berühret/ſo würde er von denen verordneten im geiſtlichen *Conſiſtorio*, dahin dieſer Fall eigentlichen gehöret/uffn Fall er nit zuverſöhnen (wie denn aller möglicher Fleiß bey vorbenanten Perſonen anzuwenden/ ob ſie wider gegeneinander außgeſühnet/die Gemüther zuſammen bracht/ und die Ehe nit getrennet werden möge/) wegen ſolches unchriſtlichen Betrugs und begangenen groſſen Vntrew/ auß Nachlaſſung Göttlicher/ gemeiner und üblicher Rechte/ von ihr der C. S. der Ehe halben billig geſcheiden und loßgezehlet/ und dem Manne/ wofern er ſich ohne Gefahr ſeines Gewiſſens auſſer dem Eheſtand nit enthalten könte/ darzu er doch fleiſſig zuermahnen/ ihme als dem unſchuldigen Theil/ ſich ſeiner Gelegenheit nach mit einer andern zuverehelichen/ und die Hochzeit und die Beylager mit gewöhnlichen *Ceremonien* zu vollnziehen verſtattet und nachgelaſſen: Aber das jenige/ſo C. S. ihrem Manne am Ehegelde und ſonſten zubracht/ hat ſie ſich geſtalten ſachen nach/weil ſie nicht Ehebruchs halber/ ſonder wegen ihres begangenen Betrugs und Vntrew von ihrem Manne geſchieden/ und die Ehe zwiſchen ihnen getrennet/ nicht verluſtig gemacht/ Sie wird aber gleichwol hierüber/ jedoch wann ſie zuvor von dem *Conſiſtorio* der Ehe halber loßgezehlet/und geſchieden/und die Verſöhnung zwiſchen ihnen nit ſtatt finden ſolte/ nach gelegenheit dißfals im Gefängniß durch den Gerichtsfronen oder Stockknecht mit Ruthen gezüchtiget/ und daruff wegen ihrer Leichtfertigkeit/ und daß ſie von einer ſo nahe verwanten Perſon (ſo ihr Vetter und mit ihr Geſchwiſter Kind iſt) ſich ſchwängern laſſen/eurer Gerichte ewig verwieſen/V.R.W. *Ad conſultationem Balthaſari à* Rotwitz *Menſ. Iun. An. 1614.*

QVÆSTIO LXIV.

Quænam bona conjuges de adulterio confeſſi aut convicti amittant?

SUMMARIA.

1. *Amiſſio dotis & donationis propter nuptias pœna quoq; eſt adulterii.*
2. *Num uxor adultera dotem amittat, eaq; marito ſit applicanda?*
3. *Quomodo conciliandi ſint textus in Novell.* 117. *c. 8. & Nov.* 134. *c.* 10. *n. 4.* 5. *6. 7. 8. 9. 10.* 11. *12.*
13. *Vera conciliatio illorum textuum, nu. 14.* 15.
16. *Quid juris in foro Saxonico de hac re, nu. 18.*
17. *Explicatio art. 5. §.* Ein Weib. *lib. 1.* Landr.
19. *An & maritus bona paraphernalia uxoris adulteræ lucretur? nu. 20. 21. 22. 23. 24.*
25. *Pœna privationis locum non habet, niſi in jure expreſsè ſtatuta reperiatur.*
26. *Gloſſæ authoritas absq; lege vel ratione nulla eſt.*
27. *Intellectus cap. 4. ext. de donat. inter vir. & uxor.*
28. *An in foro Saxonico maritus uxoris adulteræ bona lucretur? nu. 29. 30. 31. 35.*
32. *Præterea quoq; adultera omne lucrum quod ex pacto vel Statuto ſibi debetur, amittit.*
33. *Gerada hoc caſu non applicatur marito, ſed proximæ cognatæ.*
34. *Idemq; aſſerendum de legatis uxori relictis.*
36. *Liberis uxoris adulteræ, ex ejus bonis debetur legitima.*
37. *Sententia Scabinor. Lipſenſ. nu. 38. 39.*
40. *Maritus adulter pariter dotem aliaq; quæ aliâs lucraretur, admittit.*
41. *Correlativorum eadem ratio, idemq; jus eſt.*
42. *Quod & de jure Saxonico verum eſt.*
43. *Quidnam uxor lucretur, viro adultero exiſtente ſi nulla bona intuliſſet? nu. 44.*
45. *An & ſponſa adultera dotem amittat, eaq; ſponſo ſit applicanda? nu. 46. 51. 52.*
47. *Sponſa quando nomine uxoris nuptæ comprehendatur? nu. 50.*
48. *In ſponſam quoq; committitur adulterium.*
49. *Mitius punitur ſponſa adultera, quàm uxor adultera.*
53. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*

1 THori ſeparationem & matrimonii diſſolutionem ſequitur dotis, itemque donationis propter nuptias amiſſio & repetitio. Quæ etiam pœna eſt adulterii, *l. conſenſu. 8. §. vir quoque. 3. & §. virum etiam.* 6. *l. jubemus. 11. §. 1.* C. *de repud. Novell.* 117. *cap.* 8. *Auth. ſed novo jure. C. eod. tit. l. cum mulier. 47. ff. ſolut. matrim.* Quibus ex locis intelligitur, quod uxor adultera dotem & donationem propter nuptias amittat, eaque marito aſſignanda ſit, *Jaſon. in l. ſoluto matrimonio. 2. nu. 5. ff. ſolut. matrim. & l. fideicommiſſum. num. 3. C. de fideicomm. Matth.* W*eſemb. ad §. item Lex Julia de adulteriis. nu. 2. Inſt. de publ. jud. Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 21. num.* 1. *p. 4. Nic. Boer deciſ. 338. nu. 2. Andr. Rauch. part. 1. quæſt. 47. Matt. Col part. 1. deciſ.* 176. *nu. 40. Angel. Aret. in tract. malef. verb. che hai adulterato. n. 26. Jul. Clar. lib. 5. ſent.* §. *adulterium. num. 13. Joach. à Beuſt. de cõnub. part 2. c. 21. in pr. Vinc. de Franch. dec. 184. nu. 1. Henr. Bocer. de adult. c. 5. nu. 30. Iodoc. Damh. in pract. crim. c. 98. nu. 33. Proſp. Far. part. 4. oper. cr. q. 142. nu. 1. & ſeqq.*

Q. 1. Num uxor adultera dotem amittat, eaque marito ſit applicanda?

2 Ac in eo omnes ferè juris Interpp. conveniunt, præter *Camill. Plant. in rubr. C. de edend. num. 4. & ſeqq.* cujus argumenta refellit *Iac. Menoch. de arbit. judic. quæſt. lib. 2. cent. 3. caſ. 287. nu. 11. & ſeqq.* Attamen dubium movet *Novell. 134. cap. ſi quando verò.* 10. *§. adulteram. & Auth. ſed hodiè. C. ad Leg. Iul. de adult.* ubi dicitur, quod mulier propter adulterium in Monaſterium detrudatur, & ſi eam vir intra biennium ad ſe non receperit, vel antequam eam ad ſe recepit mortuus fuerit, mulier aſſumpto habitu moniali perpetuò in Monaſterio maneat, & duæ partes propriæ ſubſtantiæ liberis, ſi habeat, applicentur, tertia Monaſterio; ſi verò liberos non habeat, tunc parentibus extantibus tertia pars, reliquæ verò duæ Monaſterio approprientur, ſed neque liberis neque parentib. extantibus tota ſubſtantia ejus Monaſterio quæratur. Ex quo manifeſtum eſt, maritum ex bonis adulteræ uxoris nil lucrari, ſed prorſus excludi.

3 In quo removendo, anxiè laborarunt Interpp. & mirè variarunt, adeò ut Juſtinianum Imper. hoc in caſu Protheum quendam egiſſe, ſcribere non veriti quidam fuêre, *Matt. Weſemb. in parat. ff. ad Leg. Iul. de adult. nu. 19. in fin. verſ. Et hæc quidem obtinent &c.* Communiter enim diſtinguunt. An *civiliter* ad ſeparationem 4 thori agatur; An verò *criminaliter* ad pœnam & vindictam publicam. *Priori caſu*, inquiunt, dubium non eſt, quin maritus dotem lucretur, & eatenus vera eſt aſſertio Doctorum *in l. conſenſu. 8. §. 3. & §. 5. C. de repud. Novell. 117. cap.* 8. *§. 2.* At *poſteriori caſu* maritus nihil lucratur, ſed dos unà cum reliquis bonis vel deſcendentibus, vel aſcendentibus, vel Monaſterio acquiritur, juxta *Nov. 134. c. 10. §. 2. & Auth. ſed hodiè.* C. *ad Leg. Iul. d. adult gl. in d. l. 8. §. ſin verò cauſam. in verb. ſibi habere. verſ. vel tertio C. de repud. & in Auth. ſed hodiè verb. ſervandis verſ. vel dic cum eſt civiliter. C. ad Leg. Iul. de adult. Paul. de Caſtr. in l. rei judicatæ 16. §. hæredi. ff. ſolut. matrim. n. 3. Didac.* Covarr. *in epit. ſponſal. part. 2. cap. 7. §. 6. nu. 7. Cunrad. Marſe ad §. ſin. Inſt. de nupt. Ioach. à Beuſt. in l. admonendi. 31. ff. de jurejur. nu. 959. verſ. deinde quod ſuprà dictum Andr. Rauchbar. part. 1. quæſt. 47. n. 3. & 5. Matth. Coler. de aliment. libr. 1. cap. 10. nu. 41. & 42. Bertaz. conſ. 20. nu. 3. lib. 1.*

5 At hæc diſtinctio facili negotio refellitur ex *Nov. 117. c. 8. §. 2.* Ubi maritus etiam eo in caſu, quo criminaliter uxorem accuſat, dotem lucratur, ut demonſtrat *Proſp. Far. d. quæſt. 142. nu. 105. & ſeqq. Henr. Bocer. in tract. de adult. c. 5. num. 33. Iac. Menoch conſ. 31. nu. 31. lib. 1. Iul.* Clar. *in dict. §. adulterium. nu. 13. in fin.*

6 Ideoque *alii* ad correctionem confugiunt, exiſtimantes, diſpoſitionem *l. conſenſu. 8. §. 3. & §. 5.* C. *de repud. & Nov. 117. c. 8.* correctam eſſe per *Nov. 134. c. 10. Auth. ſed hodiè.* C. *ad Leg. Iul. de adult.* ita ut maritus propter uxoris adulterium dotem hodiè non lucretur, ſed ea vel filiis, vel aſcendentibus, vel in horum defectu Monaſterio applicetur, *Curt. Iun. in rubr.* C. *de edend. n. 28. Alex. in l. cum mulier. ff. ſolut. matr. in fin.* Quæ tamen correctio diſplicet *Salyc. in Auth. ſed hodiè. nu. 4.* C. *ad Leg. Iul. de adult. Andr. Rauchb. p. 1. q. 47. nu. 12.* eò, quod jurium correctio, quantum fieri poteſt, ſit evitanda.

7 *Aliter* etiam ſentit *gl. in d. Auth. ſed hodiè verb. ſervandis. in fin. vel hoc cum extranei.* Maritum ſcilicet, ſi uxorem civiliter adulterii accuſat, omni caſu dotem lucrari; idque etiam obtinere, ſi uxor ab extraneo criminaliter accuſetur *Nov. 117. c. 8. l. conſenſu. 8. §. 3. & §. 5.* C. *de repud.* Monaſterio autem, vel deſcendentibus, vel aſcendentibus eam applicari, ſi à marito uxor criminaliter accuſetur, *Nov. 134. c. 10. Auth. ſed hodiè.* C. *ad Leg. Iul. de adult.* Quæ opinio etiam placet *Ioach. à Beuſt. in l. admonendi. 31. nu. 959. ff. de jurejur. & Andr. Rauchb. part. 1. quæſt 47. nu. 16.* Sed quàm benè hi ita ſenſerint, apparet ex *Novell. 117. cap. 8. verſ. ſi de adulterio*, ubi maritus, qui ipſe uxorem criminaliter de adulterio accuſat, dotem dicitur lucrari.

8 Novam interpretationem in medium affert *Matth. Berlich. part. 4. concl. 29. nu. 13.* nimirum quod maritus indiſtinctè ſive uxorem adulterii criminaliter, ſive civiliter accuſet, ſive uxor in Monaſterium detrudatur, & ibi perpetuò maneat, ſive non, dotem lucretur, quod in *Novell. 117. cap. 8. verſ. ſi de adulterio &c.* aſſeritur. Præter dotem verò nihil amplius ex reliquis bonis uxoris percipiat, & eatenus *Novell. 124. cap. 10. §. adulteram. & Auth. ſed hodiè. C. ad Leg. Jul. de adult.* accipi debeat, ita ut hæc ſanctio *Novell.* 117. quæ tantummodò de dote loquitur, nequaquam ſit contraria, præterquam quod quantitas tertiæ partis dotis, cujus ſit mentio in *dict. Novell. 117. cap. 8.* corrigatur & tollatur in *Nov. 134. cap. 10.*

9 Quam explicationem duplici modo probat 1. quod dos & reliqua uxoris ſubſtantia plurimùm differant, cùm dos in mariti dominio eſſe dicatur §. *2. Inſt. quib. alien. licet. l. quoties.* 5. *l. in reb. 30.* C. *de jur. dot. l. doce ancillã. 9.* C. *de rei vind.* reliqua verò bona non item. Ideoque cum *dict. Nov. 134. c. 10.* §. *2.* loquitur de ſubſtantia uxoris, illud non de dote, ſed de reliquis bonis extra dotem accipi debeat. 2. Quia Imp. Juſtinian. in

Novell.117.cap.13. iisdem ferè utitur verbis, quæ in *Novell.134.c.10.* ponuntur, & tamen dotem à reliqua uxoris ſubſtantia diſtinguit.

10 Sed vereor ne interpretatio hæc repugnet verbis generalibus *Nov.134.cap.10.verſ.adulteram* quibus omnis mulieris ſubſtantia Monaſterio applicatur. Ergò & dos, quæ etiam uxoris patrimonium & ſubſtantia eſt, *l.3.§.ergò ff. de minor.l.un.§.& hoc.C.de rei uxor.act.l.30.in pr.C.de jur.dot.l.75.ff.eod.tit.l.4.ff.de collat.bon.l.16.ff.de relig.& ſumt.fun.* Nam qui dicit (*omne aut totum*) nihil prorſus excludere videtur, *c.ſi Romanorum 1.circ.med.verſ.dicendo verò omnia. diſt.19. l. Iulian.68.in pr.ubi Bart.ff.de leg.3. Gloſſ.fin. in cap. ſolitæ.6.ext.de major.& obedient.Panor.in c. quoniam.fin.nu.15.ext.de præſcr. Tib. Decian.lib.1. conſ.57.nu.12.Jaſon.in Auth.præterea.n.15. verſ. & iſto caſu.C.unde vir & uxor.*

11 Nec refert 1. Quod dos dicatur eſſe in dominio mariti, *§.2.Inſt.quib.alien.lit. l. quoties 5. l. in reb.30.c.de jur.dot.l.doce ancillam.9. C.de rei vendicat.Siquidem* hoc verum eſt tantummodò quoad res æſtimatas & fungibiles, aut etiam quoad res non æſtimatas, impropriè, & ex ſubtilitate Juris civilis magis, quàm ex veritate, reſpectu nimium juris utendi, fruendi, & vindicandi: Hocque eſt quod dicitur in *l.30.C.de jur.dot.* res dotales naturaliter manere in dominio uxoris, licet ſubtilitate legum videantur tranſiiſſe in patrimonium mariti.

12 Fortior quoque non eſt altera ratio Berlichii ex *Novell.117.cap.13.* deſumpta. *Quia* ibidem dos à reliqua ſubſtantia uxoris nequaquam diſtinguitur, ſed diverſitas ponitur ſolùm in eo, quod dotem lucretur maritus, ſi uxor Monaſterium non ingrediatur, quam aliàs capit ipſum Monaſterium.

13 *Alii* quoque alias proferunt explicationes, inter quas probabiliſſima mihi videtur ea, quam tradit *Proſp. Farin.part.4.oper.crim.quæſt.142. num.104.& ſeq.* Quod ſcil.tum demum maritus dotem non lucretur, ſed eadem Monaſterio applicetur, ſi uxor propter adulterium in Monaſterium detrudatur, ibique marito eam ad ſe, recipere recuſante, perpetuò manere cogatur, *Auth. ſed hodiè.C.ad Leg.Jul.de adult. Nov.134.c.10.* Si verò uxor civiliter tantùm ad ſeparationem thori aecuſetur, vel accuſetur quidem criminaliter, ſed Monaſterium non ingrediatur, dos marito applicari debeat, *l.conſenſu.8.§.3.& 5.C.de repud. Novell.117.cap.8.*

14 Cujus diſtinctionis ratio hæc eſſe poteſt, quod quis Monaſterium ingreſſus, ipſo ingreſſu ſe ſuaque bona Deo offerat: neque de iis amplius teſtari ac diſponere queat; *Auth. ingreſſi.C. de Sacroſ.Eccl.* Impium autem eſſet bona mulieris Deo dicata marito applicare. Quæ ratio cum ceſſet eo caſu, quo uxor adultera Monaſterium non ingreditur, dotem tum marito applicari, nihil prohibet.

15 Ex quo ſequitur, maritum ab uxoris adulteræ dote tum demum excludi, ſi hæc in Monaſterium propter adulterium commiſſum detrudatur: Quæ pœna quia hodiè, Monaſteriorum uſu in terris Statuum Reformatorum ceſſante, in deſuetudinem ferè ubiq; abiit, & adulteræ virgis tantummodò cæduntur ac in perpetuum relegantur, Vrtheil *poſt* Landr. *tit.* von peinlichen Straffen/ und erſtlich von Ehebruch. *poſt pr.verſ.* Aber zu dieſer Zeit. *fol.525.* Vrtheil *poſt* Weichbild *tit.* von allerley Vbelthaten und derſelben Straffe/*rubr.* Erſtlich von Ehebruch/ *poſt pr.Petr.Heig.part.2.quæſt.29.n.72.Ioach. à Beuſt. in tract.connub.part.2. c.18. in med. verſ. veteres Scabini Matt.Weſemb.in parat.ff.ad Leg.Jul.de adult.nu.19. verſ. Saxones apud quos Monaſteria. Ioh.Schn.in tit.Inſt. de nupt.ſub rubr.de divort.n.25.verſ.in his terris.* Vel etiam, (ut in Electoratu Saxoniæ) capite plectuntur, *Conſt.Elect.19.part.4.* Utique regulariter maritum adulteræ uxoris dotem lucrari, aſſerendum eſt.

16 Quod an etiam de jure Saxonico verum ſit, dubitari poſſet ob textum in *libr.1.* Landr. *art.5.* § ein Weib. ubi hæc verba habentur: Ein Weib mag mit Vnkeuſchheit ihres Leibes ihre weibliche Ehre kräncken / ihr Recht verleuſt ſie aber damit nicht / noch ihre Erbe &c. Unde videtur omninò dicendum, quod uxor propter adulterium dotem non amittat: Veluti ita Magdeburgenſes pronunciaſſe teſtatur *Gloſſ. marg. ad* Landr. *lib.1.art.21.num.4.verſ.* Wird aber ein Mann *incip.Nota benè illam &c.* 17 Sed ex falſo intellectu Juris Saxon. hoc pronunciatum promanavit; ſiquidem *dict.art.5.§.* ein Weib. de ea muliere agit, quæ non nupta eſt, nec adulterium committit, ut notat *Gloſſ. Germanica, in verb.* Ein Weib. *dict.art.5.in fin.ibi.* Diß leſe alſo und ſprich / dieſelbigen reden von ehelichen Frawen/ hie aber wird geſagt von ledigen oder unbemanten Weibsbildern. *Dan.Moller.ad* Conſtit. *Elect.21.nu.3.part.4.Rauchb.d.quæſt.47.nu.35.* Quapropter etiam in foro Saxonico diſpoſitionem juris communis obſervandam, & propter adulterium uxoris, dotem marito applicandam eſſe, concludendum eſt, *Matt.Col.dec.175.in fin.Moll.dict.l.* 18 Nam quod jure municipali ſpecialiter non immutatum eſt, id ſub juris communis diſpoſitione relinquitur, *l.ſi extraneus.6.ff.de condict.cauſ.dat.Bald.in l.ſi plures.6.nu.29.verſ.in contrarium videtur.C.de cond.inſer.Lud.Rom.conſ.197.n.5.Cach.conſ.20.n.15 ibi: Et caſus non expreſſus.Hartm.Piſt.lib.1.quæſt.32.n.8. Jac.Schult.in addit.ad Mod.Piſtor.part.3.quæſt.126.nu.183.& part.4.quæſt.133.n.24.*

Q.2. *Quid de jure Saxonico hac de quæſtione aſſerendum?*

19 Et hæc abſque dubio vera ſunt in dote adulteræ uxoris quam maritus lucratur: At, *quid juris in bonis uxoris paraphernalibus, an & hæc marito applicanda erunt.*

Q.3. Num & bona paraphernalia uxoris adulteræ marito ſint applicanda?

Ita quidem voluit *gloſſ.in cap.plerumque 4.ext.de donat.int.vir.& uxor.verb.dotalium,* quam Dd communiter ſequuntur. *Felin.in cap.paſtoralis 14.ext.de judic.n.5.Hippol.de Marſil.in l.1.§.item* 20 *ff.ad Leg.Corn.de ſicar.n.4.Iod.Damhoud.in pract crim.cap.80.nu.24.verſ.ſed etiam bona paraphernalia.Ægid.Boſſ.in tract.crim.tit.de coit.dam.n.54.Nic.Boer.deciſ.338.nu.2. Dom.Cardin.Tuſch. tom.1 pract.concl.lit.A.concl.227.n.16.Curt.Iun. in tr.de feud.part.4.nu.20. Iul.Clar.lib.5.ſent.§. adulterium.nu.35.Ludov.de Peguer.deciſ.93.n.2. Ludov.Carer.in pract.crim.tit.de homicid.& aſſaſſ.nono excuſatur.nu.29.Proſper.Farin.part.4, oper.crim.quæſt.142.nu.3 Ioach.à Beuſt.in tract.*

connubior. part. 2. cap. 21. verſ. non tantùm autem & verſ. non deſunt tamen.

21 Quæ ſententia videtur habere fundamentum in *c. plerumq; ext. de donat. int. vir. & uxor.* ubi doti proximè ſubjungitur appellatio dotalitii, quâ voce paraphernalia uxoris bona ſignificari, ſentit *gloſſa.*

22 Sed re penitius inſpecta & conſiderata, verior eſt abſque dubio negantium opinio, maritum nempè bona paraphernalia uxoris adulteræ non lucrari: quam acriter & ſolidè propugnat: *Andr. Rauchb. part.* 1. *quæſt. 47. num.* 12. *& ſeqq. Henr. Bocer. in tract. de adult.* c. 5. *nu. 36. & ſeqq. Matt. Weſemb. in parat. ff. ad Leg. Iul. de adult. n. 19. Conr. Mauſ. ad §. fin. Inſt. de nupt. pag. 393. Panorm.* Card. *Zabar. Ant. de Butrio, in dict. c. plerumq; Carol. Molin. in Apoſtil. ad gl. Phil. Dec. in c. paſtoralis nu. 7. ext. de judic. Guil. Benedict. in repet. c. Rayn. in verb. qui cum alia. Georg. Everh. in conſ. 37. n. 26. & ſeqq. vol 1. Guilhel. Mayn. in l. in ambiguis 85. nu. 105. ff. de reg. jur.* quorum fundamenta vid. apud *Rauchb. & Bocer. dicto loco.*

23 Inprimis verò urgent omnes illos textus, in quibus de amiſſione dotis & donationis propter nuptias ob adulterium uxoris commiſſum agitur; ubi tamen de amiſſione bonorum paraphernalium nihil habetur aut diſponitur, ut in *Novell. 117. cap. 8. l. cum mulier ff. ſolut. matrim. l. conſenſu.* 8. *C. de repud. c. plerumque ext. de donat. int. vir. & uxor.* Unde veriſimile eſt, quod Legislatores idem de paraphernalibus diſponere noluerint, per text. *in c. inter corporal poſt med. verſ. unde ext. de translat. Epiſc. l. ſi ſervum. 70. §. non dixit Præt. ff. de acquir. vel amitt. hered. l. un. §. ubi autem in fin. C. de caduc. toll. Andr. Tiraq. in l. ſi unquam* 8. *verſ. libertis nu. 3.* C. *de revocand. donat. Soc. Iun. conſ. 59. n. 2. vol.* Maximè verò notandum
24 eſt, quod in *dict. Novell. 117. cap.* 8. uxor adultera propter adulterium præter dotem & donationem propter nuptias, ſi non habeat liberos, ex aliis etiam propriis bonis amittat, quantum dotis tertia pars eſſe cognoſcitur; Unde manifeſtè conſtat, quod bona paraphernalia quæ uxoris propria ſunt, marito non cedant niſi pro parte, & ſi uxor liberos non habeat, *Rauchb. d. quæſt. 47. nu. 12.*

25 Præterea pœna privationis jurium vel rerum nunquam locum habet, niſi expreſſo jure id caveatur *cap. is qui. 18. in pr. de ſentent. excomm. libr. 6. Novell. 2. cap. 3. Gloſſ. & Panorm. in cap. fin. ext. de jur. patron. Georg. Everhard. conſ. 37. nu. 27. vol. 1.* Cum autem in jure nullibi reperiatur expreſſum, quod mulier propter adulterium, ultra dotem etiam bona paraphernalia perdat, illud temerè aſſerendum non eſt; præſertim, quia Conſtitutio, quâ uxor adultera ob crimen adulterii dotem & donationem propter nuptias amittit, pœnalis & odioſa eſt, adeoque non extendenda, *cap. Statutum de Elect. in 6to. cap. odia. & cap. in pœnis, de reg. jur. in 6to. l. cùm quidam. 19. de liber. & poſthum. l. fin. C. de interd. matrim. inter pup. & tutor. ſeu curat.*

26 Nec multùm juvare poteſt opinionem contrariam *Gloſſ.* quam Dd. communiter tanquam grues ſuum ducem ſequuntur. Licet n. alias ſit ſumma Gloſſæ autoritas, *Bald. in l. cum hereditas 9. in fin. C. depoſiti. Guid. Papa ſing. 291. & deciſ. 134 Socin. conſ. 80. nu. 4. vol. 1.* attamen abſque textu aut ratione juris ea recipienda non eſt. Neque enim Gloſſa neque opinio communis autoritatem habet, quando ſimpliciter ſine lege vel ratione per tranſennam vel diſcurſum quid ſtatuit, *Abb. in cap. bona. 4. col. pen. ext. de poſtul. prælat. Nevizan. in ſylv. nup. lib. 5. nu. 29 Alciat. libr. 3. parerg. cap. 17. Socin. jun. conſ. 1. num. 143. & conſ. 119. nu. 30. vol. 1.*

Minùs confirmari poteſt opinio Dd. ex *c. 4.* 27
ext. de donat. int. vir. & uxor. Siquidem voce (*Dotalitii*) non ſignificantur paraphernalia uxoris bona, ſed dictio hæc donationem propter nuptias denotat. Quia enim dos & dotalitium ibidem conjunguntur, veriſimilis eſt hæc explicatio, propterea, quod reſpectu dotis & in ejus ſecuritatem donatio propter nuptias confertur, *l. fin. §. ſancimus C. de donat. ant. nupt.* Unde & donatio propter nuptias dicitur compenſatio & pignus dotis, *Henning. Gœden. conſ. 6 n. 7. p. 551.* Item contra dos, *Molin. conſ. 92. nu. 31.* Germanicè **eine Gegenvermachung / oder Gegenvermächtnüs** / *Sim. Piſt. conſ. 20. nu. 7. & 8. Ernſt. Coth. reſp. 50. nu. 31. & ſeq. vol. 1.*

Quicquid tamen ſit de jure Civili, in foro Saxon. maritum unà cum uxoris adulteræ dote, bona etiam ejusdem paraphernalia lucrari, intrepidè affirmo, cum *Aut. Conſult. Conſt. Saxon. tom. 1. lib. 2. part. 1. princ. quæſt. 7. Dan. Moll. ad Conſt. Elect. 21. nu. 3. part. 4. Matth. Berlich. part. 4. concl. 29. nu. 19.* Quemadmodum etiam JCtos Wittebergenſes re diu multumque deliberata Anno 1583. reſpondiſſe, teſtatur *Andr. Rauchb. dict. quæſt. 47. nu. 11.* 28

Q. 4. An maritus in foro Saxon. uxoris adulteræ bona paraphernalia lucretur?

Nam hoc jure maritus non modò vivente uxore bonorum paraphernalium uſumfructum habet, ſed & uxore defuncta omnia mobilia lucratur, **Landr.** *lib. 1. art.* 31 *poſt pr. lib. 3. art. 67. Zobel. part. 3. diff. 9. nu. 6. Pet. Heig. part. 2. quæſt. 15. nu. 2. Fachſ. diff. 34. verſ idem in bonis paraphernalib. Matt. Col. conſ. 8. nu. 131. & dec. 286. nu. 1. & 3. part. 2. Ambroſ. Schur. in tract. de hered. quæ ab inteſt. defer. tit. de ſpecial. in conjug. ſucceſſ. 16. nu. 2. Jac. Thoming. dec. 3. nu. 7. ſub fin. Henning. Gôden. conſ. 100. nu. 9.* Iniquiſſimum autem eſſet, maritum abſque facto ſuo iisdem privari, mulierem verò hoc lucrum ex ſuo delicto & adulterio conſequi, *l. 2. §. ſed ita demum. 3. l. vir uxori.* 17. *§. 1. ff. ad SCt. Vellejan. l. 5. l. 18. C. eod. tit.* præſertim cum uxor ea, quæ poſt obitum ſuum marito è bonis ſuis debentur, nullo modo ipſi adimere poteſt, *Conſt. Elect. 7. part. 3.* 29

Quin etiam haud obſcurè hæc aſſertio probari poteſt ex *Conſt. Elect. 21. part. 4.* ubi quæritur, an vidua propter adulterium, vivo marito commiſſum, ab heredib. bonis illatis reliquiſque ſibi debitis privari poſſit, **ob ſeine Erben ihr derwegen ihr Einbringen** (ubi etiam cōprehenduntur paraphernalia) **und was ihr ſonſten gebührt / vorzuhalten befugt?** Etſi verò hoc expreſſis verbis ibidem non decidatur, cum Conſtitutio id tantùm dicat, ſi maritus ipſemet adhuc vivus adulterium uxoris ſciens eam expulerit, 30 vel aliter ſe indignè id ferre oſtenderit, morte autem præventus legitimè vendicare non potuerit, tùm in jus ejus hæredes ipſius ſuccedere. Quin tamen tacitè & affirmativè ad quæſtionem rubricæ reſpondeatur, dubium non eſt, per ea quæ tradit *Dan. Moller. ad dict. Conſt. Elect. 21. nu. 3. part. 4.*

31 De jure ergò Saxonico mulier adultera non ſolummodò dotem, ſed & bona paraphernalia amittit. Idemque de donatione propter nuptias & dotalitio aſſerendum eſt, *Ioach. à Beuſt. jur. de connub. part. 2. cap. 21. Andr. Rauchb. d. quæſt. 47. n. 9. Gloſſ. Ordin. ad* **Landr.** *lib. 1. art. 21. num. 2. verſ.* **So verwirckte es denn ſelber.** *Gloſſ. in* **Lehenrecht.** *cap. 3. n. 4. ant. med. verſ.* **Zum fünfften brache ſie auch ihre Ehe.** *Gloſſ. in* **Weichbild.** *art. 22. nu. 22. in med. verſ.* **Zum fünfften/ob ſie bey ihres Mannes Leben. Rotſchitz.** *de dotalit. art. 5. nu. 5. & art. 7. num. 5. & ſeqq. Matth. Berlich. part. 2. concl. 50. nu. 86. Chilian.* **König** *in pract. cap.* **Von Ehebruch.** *Modeſt. Piſtor. vol. 1. conſ. 3. nu. 1. Matth. Coler. part. 1. deciſ. 176. nu. 44.*

32 Quin & omne lucrum, quod ſibi ex pactis vel Statuto, vel conſuetudine aliàs mortuo marito obveniret, mulier amittit. Unde fit, quod mulier nobilis in his terris etiam utenſilia, ſponſalitiam largitatem, & domeſtica cibaria ſibi ex bonis mariti debita propter adulterium perdat, **die gerade Morgengabe/ und Mußtheil.** *Andr. Rauchb. d. quæſt. 47. nu. 36.*

Q5. Quid juris in Gerada ſeu bonis utenſilib⁹?

33 Sciendum tamen, Vtenſilia ſive Geradam hoc caſu non applicari marito, ſed proximæ cognatæ, cui aliàs debetur, *And. Rauchb. d. quæſt. 47. num. 37. & ſeqq.* Etenim in hujus præjudicium mulier geradam neque teſtamento, nec donatione mortis cauſa in maritum transferre poteſt *Gl. art. 31.* **Landr.** *lib. 1. & Gl. art. 57.* **Lehenrecht. §. Ihr ſollet auch wiſſen.** *Conſt. Elect. 13. p. 2.* Multò minus ergò delicto ſuo in detrimentum proximæ cognatæ maritum Geradæ participem reddere poterit. Cognata etiam geradam ſive utenſilia non tam ex jure cognatæ demortuæ, quam legis beneficio percipit. *Hartm. Piſt. lib. 1. quæſt. 31. nu. 5. Dan. Moll. lib. 1. ſemeſtr. cap. 11.* Adeoq; ipſi invitæ auferri nequit. *l. id q; õ nostrum. 11. ff. de reg. jur. tot. tit. C. de reb. alien. non alien.*

In hanc ſententiam reſpondemus E. T. **zu Hayn.** *hiſce formalib.* **Wann nun gleich euer Eheweib bey ihrem Leben ſich zu ſolchem Ehebruch bekant hätte/ ꝛc. So hettet ihr euch doch dahero nach ihrem Abſterben ihrer verlaſſenen Gerade nicht anzumaſſen/ ſondern es verbleibet dieſelbe Inhalts der Rechte/ und deß Orts willkühr/ der näheſten Niffteln billig/ V. R. W.** *Menſ. Ian. An. 1633.*

34 Extenditur quoque hæc aſſertio ad legata, & alia à marito uxori donata, & in teſtamento relicta: Nam & hæc uxor propter adulterium amittit, eaque ad maritum revertuntur, *Proſper. Farin. dict. quæſt. 142. num. 8. Daniel. Moller. lib. 4. ſemeſtr. 10. num. 1. & ſeqq. Matth. Berlich. part. 4. concluſ. 29. nu. 29.*

35 Cæterùm quod dictum, de Jure Saxonico
“ maritum ob adulterium uxoris non modò ipſius
“ dotem, ſed etiam bona paraphernalia lucra-
“ ri; id cùm grano ſalis intellectum velim, ita ut tantummodò dos in re mobili conſtituta, ut & bona paraphernalia mobilia marito applicentur. Nam ſi mulier bona habeat immobilia, vel dotem immobilem, ea ad liberos ſive heredes mulieris tranſeunt, ſicuti & legitimam ex bonis mobilibus liberi percipiunt, nullis extantibus bonis immobilibus aut non ſufficientibus ad legitimam: Nam quæ liberis ex hereditate matris adulteræ debentur, ipſis non auferenda ſunt, neque ob factum & delictum mulieris marito adjudicanda. *Andr. Rauchb. dict. quæſt. 47. nu. 8.*

36 Quamvis non negem, defuncta demum uxore adultera liberos bona prædicta immobilia, aut legitimam ex bonis mobilibus petere poſſe; vivente enim uxore, maritus eorundem uſumfructum plenarium habet. Veluti ſic intelligendum eſt reſponſum ſubjunctum *Speculo Sax. ſub tit:* **Straff umb Ehebruch.** *in fin.* in verb. **Vnd folget dieſelbe ihr Mitgifft und fräwliche Gerechtigkeit ihrẽ Kindern alſo/ daß ihr Vatter dieſelbe inne behalten / und in Vormundſchafft/ biß zu ihrer Auffwachſung halten und verwahren möge.**

37 *Quæque hactenus de dote, ac bonis paraphernalibus dicta ſunt, uſu ſic obſervantur, ac ſecundum ea in Elect. Saxon. Scabinatu pronunciari ſolet; Vt ex ſubſeqq. reſponſis patet:* **Hat ewer geweſenes Eheweib** E. **genant / ihre eheliche Treu und Pflicht an euch vergeſſen/ und mit andern geehbruchet / welche ihr darumb beklagt / und ſie deſſen überwieſen/ und ſeyd darauff durch rechtliche Erkäntnüß von ihr loß geſprochen/ und geſchieden worden: So hat gedachte** E. **alles ihres Guts/ ſo ſie euch zugebracht/ und ihr miteinander in ſtehender Ehe beſeſſen/ durch ihre begangene Verbrechung ſich verluſtig gemacht/ ihr habt euch aber an demſelben weiter nichts / dann was euch/ vermöge deß Dreßdiſchen Stadtrechts daran gebühret/ anzumaſſen / das übrige bleibet ewern mit ihr erzeugten Kindern billig / V. R. W.** *Ad requiſitionem I. H.* **zu Dreßden.** *Menſ. Februar. Anno* 1593.

38 *It:* **Hat ewer Vatter ſeine Wittib ewer Stieff-Mutter gegen ihrer eingebrachten Mitgifft mit 400. Gülden jährliche Zinſen uff ihr Leben beleibdinget / ihr auch hernachmals ſolche Leibzucht mit 12. Scheffel Korn / 8. Scheffel Weitzen / 12. Scheffel Gerſten / und andern ſtattlichen** *Legaten* **verbeſſert. Vnd es hat bemelte ewre Stieffmutter geſtanden und bekant / daß ſie bey Lebzeiten ewers Vattern / mit einem Ehemanne Oberhürerey und Ehebruch begangen / ꝛc. Da nun bemeldter ewer Vatter bemelte Verbrechung erſt kurtz vor ſeinem tödtlichen Abſchied erfahren / und dieſelbe gegen ewrer Stieffmutter gebührlichen zu eyfern in willens geweſen / aber von wegen ſeiner Leibskranckheit/ darein er plötzlichen gefallen / und bald darauff auch verſtorben/ daran verhindert worden; So hätte ſich ewre Stieffmutter beydes ihrer Mitgifft und obgedachter Leibzucht / ſo wol auch aller** *Legaten* **und ander Stücke / davon ewers Vattern Verordnung meldet/ verluſtig gemacht: Jedoch wäret ihr nach ihrem Todte ihrem Kinde/ welches ſie mit ewerm Vater erzeuget / die** *legitimam* **von der eingebrachten Mitgifft zuerſtatten und folgen zu laſſen / ſchuldig/ V. R. W.** *Ad requiſitionem hæredum A. a Z. Menſ. Novembr. Anno* 1597.

39 *Item:* **Vffm Fall angeklagte** C. *A.* **deß Ehebruchs überführet / ihr auch der Ehemann nicht allbereit verziehen hätte/ oder nochmals verzeihen wolte / ꝛc.**

So hätte ſie ſich nach Sächſiſchen Rechten nicht allein der Mitgifft / ſondern auch alles Einbringens und *paraphernal* **Güter / jedoch an** *mobilien* **allein/ſo viel derer / und was Kläger der Ehemann darvon dermal eins nach ihrem Todte zugewarten gehabt / verluſtig gemacht / und möchte ihme dem Manne ſolches durch ſeines Weibes Untrew nit entzogen werden / V. R. W.** *Magdeburgum, ad requiſitionem Chriſtophori Georgij Amgelij. Menſe Majo, Anno* 1630.

40 Sciendum porrò, non ſolùm adulteram uxorem, ſed & maritum adulterum hac pœna teneri; Nam maritus, ſi adulterium commiſit, non ſolùm dotem, quam aliàs mortua uxore vigore pacti & Statuti lucraretur, ſed etiam donationem propter nuptias in compenſationem dotis factam, ita ut eam uxor percipiat, & denique omne lucrum & commodum ſibi Statuto vel pactis dotalibus ex bonis uxoris debitum amittit, *Novell. 117. cap. 8. verſ. Et ſi quidem habeat uxorem, Joach. à Beuſt. in tract. connub. part. 2. cap. 21. Proſp. Far. d. q. 142. nu. 35. & ſeqq. Cunrad. Mauſ. in § fin. Inſt. de nupt. pag. 392. Matt.* W*eſem. in parat. ff. ad Leg. Iul. de adult. n. 19. Iul.* Cl*ar. libr. 5. ſent. §. adulter. nu.* 12. *Matth.* Col*.part. 1. dec. 176. nu. 44. 45. & ſeqq.* Tenentur enim maritus & uxor ad æqualia & parem fidem, ſuntque correlativa, *Rom ſing.* 51. *Socin. lib.* I. *conſ. 34. nu. 4.* Ca*ſſ. in conſuet. Burg. rubr. 4.* §. *6. nu. 20.* Correlativorum 41 autem eadem eſt ratio, & quod de uno ex iis ſtatuitur, idem de altero conſtitutum eſſe, credendum eſt, *l. legem Juliam. in fin. pr. ubi Bart. Jaſ. & Dd.* C. *de indict. viduit. toll. Nic. Everh. in top. loc. à correlativis. nu. 3. Nic. Boer. dec. 48. n. 3.*

42 Idque non ſolùm de Jure communi, ſed & in foro Saxon. receptum eſt, ubi ſimiliter maritus propter commiſſum adulterium dotis lucro, donatione propter nuptias, ſimilique commodo privatur, ut patet ex *Sententia Scabinorum Lipſenſium ſubjuncta Specul. Saxon. tit.* **Straff umb Ehebruch.** *ſub fin. verſ.* **So hat ſich derſelbe Ehemann/** *&c.*

Et ſecundum ea Jenenſes pronunciaſſe Volckmaro **Zandorff in Kunitz /** *contra ipſius Generum, qui ob crimen raptus, quod commiſerat in puellam nondum nubilem, virgis fuerat cæſus. Menſ Mart. Anno* 1577. teſtatur *Matth.* Co*ler. part.* I. *deciſ.* 176. *nu. 46.*

43 Quid autem, *ſi uxor nullam prorſus dotem intuliſſet, cujus intuitu ei donatio propter nuptias facta fuiſſet, vel intuliſſet quidem dotem, ſed donatio propter nuptias non fuiſſet ei conſtituta?* Hoc caſu propter adulterium mariti uxor, non ſolùm propriam recipit dotem, ſed inſuper quartam partem ex ſubſtantia mariti lucratur: veluti hoc ita deciſum reperitur *in l. jubemus* II. §. *verſ. ſi verò ſine culpa. C. de repud.* ibi: *ſi verò ſine culpa eam rejecerit, vel ipſe talem culpam contra innocentem mulierem commiſerit, compellatur ei quartam partem propriæ ſubſtantiæ pro rata portione perſolvere*: Et poſtea: *Eodem modo ſervando & in mulieribus, quæ indotatæ conſtitutæ, ſi ſine culpa mariti conſtitutionibus cognita eos repudiaverint, vel ipſæ culpam innocenti marito præbuerint: Ut ex utraque parte æqua lance & æquitas & pœna ſervetur &c.* Cujus deciſi ratio hæc dari poteſt, quod ejuſmodi quarta ex bonis mariti uxori debeatur ab inteſtato, juxta *Auth. præterea,* C. *unde vir & uxor. Gloſſ.* **Weichbild** *art. 21. Matth.* Co*ler. dict. deciſ. 176. num. 76.*

44 Unde efficitur, quod iis in locis, in quibus Statuta peculiaria vigent, nulla dote illata, aut donatione propter nuptias non conſtituta; uxor ob adulterium mariti ex ipſius bonis tantam portionem lucretur, quantam ipſi Statutum in caſu ſucceſſionis ab inteſtato tribuit: Proinde in terris Elect. Sax. deficientibus Statutis ac pactis dotalibus, mulier ob adulterium mariti in caſu non exiſtentium liberorum, tertiam, liberis verò exiſtentibus, quartam partem bonorum mariti capit, collatis tamen utroque caſu bonis ſuis omnibus, tàm quæ ad maritum attulit, quàm quæ conſtante matrimonio ex hereditatibus vel aliunde acquiſivit, unà cum utenſilibus: Niſi bona ſua illata repetere, iiſque contenta eſſe velit, quod ipſi liberum relinquitur, ſecundum Con*ſtit. Elect. 20. part. 3.* Quæ in caſu ſucceſſionis uxoris defuncto marito ita diſponit.

45 In dubium hic vocari poteſt: *An ea quæ hactenus de amiſſione dotis in caſu adulterii ab uxore commiſſi dicta ſunt, locum quoque habeant in ſponſa adultera, ita ut & hæc dotem & alia lucra amittat, eaq; ſponſo ſint applicanda?*

Q. 6. Num & ſponſa adultera dotem amittat, eaq; ſponſo applicari debeat?

Quod affirmat *Ludolph. Schrader. in tractat. de feud. part. 9. cap. 2 num. 13. poſt mea. verſ. Et ſicut uxor. adulterium. Matth. Berlich. part. 4. concl. 29. num. 32. aliique ab eo allegati*: 46 Quia enim ſponſa adulterium committit, dote etiam privabitur, perinde ut uxor adultera dotem amittit, *Novell.* 117. *cap. 8.*

47 Quod eò magis verum eſſe videtur, quia non rarò appellatione nuptæ uxoris ſponſa comprehenditur: quemadmodum & ſponſus mariti nomine continetur, juraque in uno loquentia locum quoque habent in altero *l. ſi ſponſa ff. de jur. dot. l. Lex Julia. ff de fund. dotal. Nicol. Boer. deciſ. 22. nu. 33. & ſeq. Alber. Gent. de nupt. lib. 2. cap. 33. Natt. conſ. 282. nu. 1. & ſeqq.*

48 Veruntamen licet non negem, adulterium in ſponſam quoque committi, aſſerente Ulpiano in *l. ſi uxor.* 13. §. *Divi. 3. ff. ad Leg. Iul. de adult. Petr. Heig. lib. 2. quæſt. 28. n. 16. Hoſtienſ. in Summ. de adult. §. quis admitt. nu. 2. verſ. Nedum autem maritus. Ang. Aret. in trac. malef. in verb. che hai adulterato, n. 33. verſ. in tantum Ludovic. Gilhauſ. in arbor. jud. crim. cap. 2. tit. de adult. 18. n. 14. Anton. Gomez. in l. tauri. 80. n. 47. verſ. dubium tamen eſt. Petr. Greg. in ſyntag. jur. univerſ. lib. 36. c.* 6 *nu. 2. Iul.* C*lar. lib. 5. ſent.* §. *adulterium. num. 8.* Attamen ſponſam propter adulterium commiſſum lucro dotis privari, affirmare nõ auſim. Quod enim de amiſſione dotis in uxore adultera diſpoſitum in *Novell. 117. cap. 8. l. 8.* C. *de repud.* id non ſtatim ad ſponſam adulteram trahi debet; quia diſpoſitio illa odioſa & pœnalis eſt, adeoque non extendenda, *c. Statutum de elect. in 6. c. odia. c. in pœnis: de reg. jur. in 6to. l. cum quidam. 19. ff. de lib. & poſthum.*

49 Neque etiam pœna æqualis in uxorem & ſponſam adulteram conſtituta eſt, cùm hæc

mitius puniri ſoleat, ut dictum *ſuprà quæſt.56. numer.37.Petr.Heig.dict.quæſt.28.num.28. Auth. Conſult.Conſt.Saxon.tom.1.part.4.quæſt.2.num.5.* ibi: Die Straffe des Ehebruchs halten wir auch. *& tom.2. part.4.quæſt.9.num.4.verſ.* Vor das dritte. *Matth.*Weſembec. *in paratit.ff.ad Leg.Jul. de adult.numer.7.Matth.Coler.part.1.deciſ.176. num.37.*

50 Et licet quandoque ſponſa nomine uxoris,ac ſponſus mariti appellatione veniat; ex proprietate tamen vocabulorum hoc non fit,ſed ſed ex lata quadam ſignificatione in favorabilibus: propriè autem ſponſus mariti appellatione, & ſponſa nuptæ verbo non continetur, *l.ſi quis officium in pr. l.in eo.45.§.2.ff.de rit.nupt. l.uxores.9.ff.de his qui not.infam.l.1.§.1. pro dote quod Servius.ff.de condict.cauſ.dat.l.ſancimus.24. C.de nupt. Andr.Tiraquell. in legib.connub.gloſſ.2. verb. en pouvoir de ſon.* Marq.*num.18.19.Salyc.in l.cum in te.6.C.de don.ant.nupt.n.4.Hartvv.Daſſ. in Conſuet.Luneb.art.8.num.9.Nicol.de Ubald. in tract. de ſucceſſ.ab inteſt.part 4.num.*4. Multò minùs verò in odioſis & pœnalibus, in quibus extra proprietatem verborum extenſio fieri non debet,*l.interpretatione.42.ff.de pœn.l.1.§.20. verſ.in re igitur dubiâ.ff.de exerc.act.c.odia.de reg. jur. in 6to.* Adeoque quod de amiſſione dotis in 117. *capit.8.* adverſus uxorem adulteram ſtatutum eſt, ad ſponſam nequaquam trahi debet.

51 Utque hoc aſſeram, inprimis me movet ratio diverſitatis inter uxorem & ſponſam adulteram: Uxoris enim adulteræ dotem maritus proptereâ lucratur, quod ejuſdem uſumfructum tenet, aut ſi in mobilibus rebus eſt conſtituta, Dominus iſtius eſt,*§.2.Inſt.quib.alien.licet.l.quoties.5.l.in rebus.30. C.de jur.dot.l.doce ancillam.9. C.de Rei Vind.* eamque uxore defunctâ, jure ſucceſſionis, ut proprium retinet patrimonium, Landrecht/ *libr.1.artic.31.Petr.Heig.part.2. quæſt.15.num.2.Fachſ.differ.34.verſ.idem in bonis paraphernalibus.Matth.*Coler.*conſ.8.numer.131. & deciſ.286.n.1.& 3.part.2.Iacob.Thoming.deciſ. 3.numer.7.ſub fin. Henning.Goden.conſ.100. numer.9.* Quod jus facto & delicto ſuo uxor marito auferre nequit: Quæ Ratio in ſponſo ceſſat.

52 Hic enim ante conſcenſionem thalami nec Dominus dotis eſt, nec quicquam ex bonis ſponſæ defunctæ lucratur, *Conſt.Elect.19.part.3. ubi Dan.Moller.Ioh.Schneidvv.in §.fuerat.n.109. Inſt. de action.* quia matrimonium nondum fuit perfectum, ad cujus conſummationem jus Saxon. conſcenſionem thalami requirit, in *art.45. lib.1.*Landrecht.*verſ.*und tritt in ſein Recht/wann ſie in ſein Bette tritt/*& verſ.* das Weib iſt auch ihres Mannes Genoßin *art.76.verſ.* Hat aber die Frau einen andern Mann. *dict.libr.1.Gloſſ.latin.ad text.Germ.*Landrecht.*lib.3.dict.cert.45.lit. E.Ioach.à Beuſt.ad l.1.ff.de jure jur.num.166.& in l.admonendi.31.ff.eod.tit.num.957.Zobel.part.3. diff.11.num.3.& ſeqq.* Diſſolutis itaque ſponſalibus ob adulterium ſponſæ, ſponſus non habet, quod conqueratur de dote ſibi ablatâ, quam reverâ nondum habuit. Quin & ſi aliud diceretur, ſponſus ex adulterio ſponſæ acquireret dotem, quæ ſponſa defunctâ ſibi non competiiſſet, & ita delictum ſponſæ modus eſſet augendi ſponſi matrimonium.

> *Secundum hanc ſententiam etiam pronunciavimus, V.G.* in Koſſig: Wird eure Braut beſchuldiget/daß ſie/ nach dem ſie allbereit öffentlich Verlöbnüß mit euch gehalten/ ſich mit einem andern fleiſchlichen vermiſchet und geehebruchet/ derowegen ihr auch die Ehe mit ihr zu vollziehen/ nicht vorhabens ſeyd/ wann Sie nun gleich ſolcher Verbrechung überführet werden möchte/ *&c.* So hätte ſie ſich doch der Mitgifft und anderer *Paraphernalien,* ſo Sie euch zuzubringen verſprochen/ nicht verluſtig gemacht/ und Ihr hättet euch auch derſelben anzumaſſen nicht fug/ V. R. W. *Menſe Februario, Anno 1625.* 53

QVÆSTIO LXV.

An Vidua ob Adulterium & Fornicationem, tam vivente Marito, quàm mortuo eo commiſſam, dote ac hereditate privetur?

SUMMARIA.

1. *An mariti heredes adverſus viduam ob adulterium marito vivente commiſſum, ad dotem cõſequendam agere poſſint?*
2. *Ex jure communi diverſimodè hæc quæſtio deciditur ab Interpp.n.3.4.5.6.7.8.9.*
10. *Quomodo hæc quæſtio in foro Saxonico decidenda ſit,n.11.12.*
13. *Si Maritus adulterium uxoris ignoraverit, heredibus jus agendi adverſus viduam non cõpetit,n.14.16.17.*
15. *Argumentum à contrario ſenſu in jure fortiſſimum eſt.*
18. *Sicuti nec heredes agere poſſunt, ſi maritus de adulterio uxoris non fuerit conqueſtus, num.19. 20.21.*
22. *Quisnam probare debeat maritum ſciviſſe adulterium & vindicare voluiſſe.*
23. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
24. *Num jus agendi competat etiam extraneis heredibus,n.25.*
26. *Quid juris de hac quæſtione in foro Saxonico, n.27.28.29.31.*
30. *Caſus in jure Statutario prætermiſſus ex jure communi decidendus eſt.*

32 Jus optionis ad heredes deſcendentes tranſit.
33. Sicuti & privilegium tacitæ hypothecæ & jus prælationis.
34. Sententia Scabinorum Lipſienſ.
35. Explicatio Conſt. Elect. 21. part. 4.
36. Ex jure communi jus ſtatutarium debet explicari.
37. An vidua poſt mortem mariti luxurioſè vivens, perdat dotem?
38. Variè deciditur hæc quæſtio ab Interppr. ex jure communi, n. 39. 40. 41. 42. 43.
44. Quid juris in foro Saxonico, numer. 45. 46. 47. 48.
49. Vera deciſio ex Jure Saxonico, numer. 51. 52. 53. 55.
50. Intellectus art. 5. lib. 1. Landrecht.
54. Vidua num in foro Saxonico dignitatem defuncti mariti retineat? n. 60.
56. Magna eſt Gloſſæ autoritas.
57. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n. 58.
59. Reſpondetur ad fundamenta contrariæ opinionis, n. 61. 62. 63.
64. Deciſio hæc ampliatur etiam in Morgengabâ, Geradâ, & cibariis domeſticis, numer. 65. 66. 67.
68. Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.
69. Quid juris in legatis & donatis à marito viduæ relictis, n. 70.
71. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n. 72.
73. An vidua intra annum luctus vivens luxurioſè dotem aliaq; jura perda.? n. 74.
75. Sententiæ Scabinorum Lipſenſ. n. 76.
77. Quid ſi intra annum luctus nubat?
78. L. 1. & tot. tit C. de ſecund. nupt. in foro Saxon. uſu non obſervatur.
79. Obſervantia Scabinorum Lipſienſ.
80. Vidua intra annum luctus nubere nequit.
81. Quæ ſit pœna viduæ intra annum luctus nubẽtis?

DOtem & donationem propter nuptias uxorem propter adulterium amittere, eamque marito applicari, dictum *quæſtione præcedenti*: Hinc duplex quæſtio oritur, *Prima eſt*: An hoc jus etiam competat mariti heredibus, ita ut & hi contra viduam propter adulterium, vivo adhuc marito perpetratum, ad dotem vel ſimile lucrum conſequendum aut retinendum agere & excipere poſſint? *Altera verò*: An etiam vidua, ſi poſt mortem mariti adulterium vel ſtuprum committat, dotem, donationem propter nuptias, & alia lucra perdat? *De utraque, quid in praxi & in terris Saxonicis receptum ſit, paucis videbimus.*

Q. 1. An heredes mariti cõtra viduã ob adulterium, vivo eo cõmiſſum, ad dotem conſequendã agere poſſint?

1 Prior quæſtio: An ſcilicet heredes mariti contra viduam ob adulterium, vivo adhuc eo commiſſum, ad dotem, vel ſimile lucrum conſequendum agere poſſint? De jure communi admodum intricata & dubia eſt, Doctoribus ab invicem variè diſſentientibus & diverſimodè eam decidentibus.

Quamvis enim non deſint, qui affirmativam opinionem ſequantur: Heredes ſcilicet
2 mariti contra uxorem de adulterio agere vel excipere poſſe, ad hoc, ut dotem conſequantur vel retineant, inter quos etiam eſt *Bald. conſ. 302. in pr. junct. verſ. his non obſtantibus. libr. 3. Alber. in l. fin. C. ad Leg. Iul. de adult. numer. 1. verſ. Et idem econtra Bertaz. conſ. 20. num. 32. & ſeqq. Roman. in l. rei judicatæ. 15. §. 1. verſ. mirum. ff. ſolut. matr. n. 3.*

3 Communiter tamen Dd. negant, heredibus jus contra uxorem de adulterio agendi ad conſequendam dotem competere, *Speculat. part 1. tit. de except. §. dicto de dilatoriis. num. 27. in pr. libr. 4. part. 4. tit. de dot. poſt divort. reſt. §. formalis. 2. num. 26. Schrader. de feud. part. 2. part. 9. princip. ſect. 10. numer. 6. Angel. Aretin. in tract. malef. verb. che hai adulterato, num. 29. Ludovic. Carer. in pract. crim. in 3. tract. de homicid. & aſſaſſ. §. nono excuſatur. numer. 31. Nicol. Boer. deciſ. 338. num. 7. in pr. Proſper. Farin. part. 4. oper. crim. quæſt. 142. num. 113. Ludov. Gilhauſ. in arb. jud. crim. cap. 2. tit. 18. num. 24. Dan. Moll. lib. 3. ſemeſt. cap. 13. num. 3.* Id quod minus dubii videtur habere, ſi maritus vivens adulterium uxoris ſcivit, & non conqueſtus eſt.

Quod ſi verò maritus adulterium uxoris 4
ignoravit, heredes contra uxorem ad conſequendam dotem agere, vel ei dotem repetere volenti exceptionem adulterii opponere poſſe, exiſtimant *Salycet. in l. fin. C. ad Leg. Iul. de adult. num. 4. & 5. Hippol. de Marſil. in l. 1. C. de rapt. virgin. nu. 87. Andr. Tiraq. in l. ſi unquam. 8. C. de revoc. donat. verb. ſuſceperit liberos. num. 217. Didac. Covarruv. in epit. ſponſal. part. 2. cap. 7. §. 6. nu. 17. Peregrin. in tract. de jur. fiſc. lib. 2. tit. 8. num. 13. in pr.* Idemque ſtatuunt, ſi maritus de hoc dubi- 5
tavit; quia dubitatio ignorantiæ æquiparatur, *Alex. in capit. plerumq; 4. ext. de donat. int. vir. & uxor. n. 2. ſub fin. vers. tertio caſu. Novell. in tract. ad defenſ. rubr. quæ perſonæ accuſ. non poſſ. num. 48.* In dubio verò maritum uxoris adulterium igno- 6
raſſe, vel de eo dubitaſſe, præſumi, ejusque ſcientiam alleganti onus probandi incumbere, tradit *Proſp. Far. dict. quæſt. 142. nu. 116. Bertaz. conſ. 20. n. 35. & ſeq. lib. 1. Cunr. Mauſ. in §. fin. Inſt. de nupt. pag. 394.*

Alij tamen, heredes ſimpliciter excludi, 7
etiamſi maritus adulterium uxoris ignoraverit, vel de eo dubitaverit, aſſerere non dubitant. *Nicol. Boer. deciſ. 338. num. 7. in pr.* (ubi hanc opinionem veram & communem dicit) *Johan. Campeg. in tract. de dote. part. 3. quæſt. 226. Angel. Aretin. in tract. malef. verb. che hai adulterato. num. 29. & ibid. in addit. Auguſtin. Bonfranciſc. ante med. verſ. ſed his non obſtantibus teneo opinionem.*

Pro quâ ſententiâ facit, quod actio vel 8
exceptio adulterii tendat ad meram vindictam, ſeu ad injuriam, marito per adulterium illatam *l. conſenſu. 8. §. 4. verſ. vindicare. C. de repud.* Actio autem injuriarum nec activè, nec paſſivè in hæredes tranſit, etiamſi mortuus illatas injurias ignoraverit; *§. non ſolum. 1. verſ. exceptâ injuriarũ actione. Inſt. de perpet. & temp. act. l. 1. §. heredem. 1.*

ſub fin. verſ. ſed injuriarum actio. ff. de privat. delict. l. ſi cum judicio 10. §. qui injuriarum. 2. poſt pr. ff. ſi quis caut. in jud. ſiſt. cauſ. fact. l. 2. §. emancipatur. 4. ff. de collat. l. injuriarum. 13. l. item apud Labeonem. 15. §. injuriarum. 14. ff. de injur. l. pœnales. 32. poſt pr. ff. ad Leg. Falcid.

9 Et notat *Bartol. in l. vir uſuras. ff. de donat. int. vir. & uxor.* quod heredes ſimpliciter non poſſint petere uſuras dotis defuncto marito, ob moram ſibi in ſolutione & traditione ipſius dotis factam, debitas; quia maritus moriendo videtur remiſiſſe uſuras. Cum quo ferè convenit *Gloſſ. in l. commodo in verb. non licebit. C. de inoff. teſtam.* dicens, quod heredes domini, non poſſint auferre feudum propter feloniam adverſus Dominum commiſſam, ſi dominus, dum vixit, nihil dixerit. Quo etiam reſpicit hoc, quod, licet donatio revocari queat propter ingratitudinem, heres tamen hoc nequaquam poſſit, *l. fin. ubi Salycet. & Dd. C. de revoc. donat.*

Quibus argumentis *Nicol. Boer.* hanc ſententiam ſtabilire conatur, *dict. deciſ. 338. n. 7.* quem ſequitur *Matth. Berlich. part. 4. concl. 30. n. 13.* ubi etiam ad contraria reſpondet.

Q. 2. Quid Iuris de hàc quæſtione in foro Saxonico?

10 Ut maximè autem dubia ſit hæc quæſtio de jure communi: in terris tamen Saxonicis res tàm magnam difficultatem non habet, ob ſanctionem *Conſt. Elect. 21. part. 4.* ubi D. Auguſtus Elector hanc quæſtionem ita decidit: **Vnſere verordnete ſind deſſen einig / da der Mann bey ſeinem Leben des Weibes Ehebruch gewuſt / das geeyfert / das Weib außgetrieben / oder ſich deſſen beklagt / jedoch mit dem Tode übereylet worden / daß die Erben folgends in dem fall in des Verſtorbenen Recht tretten / dabey wir es auch bleiben laſſen.** Quibus verbis heredibus jus defuncti mariti ad conſequendam ſeu retinendam donationem propter nuptias tribuitur, ſub certâ tamen conditione, ſi nimirum maritus adulterium uxoris ſciens, idque indignatus eam expulerit, vel de eo conqueſtus ſit; morte autem præventus vindicare non potuerit.

11 Ad hoc igitur, ut in foro Saxonico heredes mariti viduam dote ſuâ, ac donatione propter nuptias, aliovè ſimili lucro ob adulterium vivo marito commiſſum privare poſſint, duo potiſſimum requiruntur, *Primò*; ut maritus vivens adulterium uxoris ſciverit, *dict. Conſt. 21.* in verb. **Da der Mann bey ſeinem Leben des Weibes Ehebruch gewuſt** / *&c.*

12 *Secundò*: Ut maritus indignatus adulteram uxorem expulerit, vel aliter indignationem animi ſui offenderit, morte autem præventus accuſare adulteram non potuerit, *dict. Conſtit. 21.* ibi: **Das geeyfert / das Weib außgetrieben / oder ſich deſſen beklaget / jedoch mit dem Tode übereylet worden** / &c. Quæ verba disjunctim ſunt accipienda, ut apparet ex particulâ *(vel)* quæ eſt disjunctiva *Feſt. lib. 19.* ita nimirum, ut ſufficiat maritum animi ſui indignationem demonſtraſſe, vel judicialiter uxorem adulterii accuſando, *Proſp. Farin. dict. quæſt. 142. num. 123. & ſeqq.* Vel extra judicialiter, uxorem expellendo & ejiciendo, *Nicol. Boer. deciſ. 338. num. 8. verſ. vel expuliſſet uxorem. Paul. de Caſtr. in l. cum mulier. 49. ff. ſolut. matr. num. 6. verſ. forte tamen poſſunt.* Aut conquerendo aliudve faciendo, ex quo conſtare queat, eum nequaquam uxori ignoviſſe, ſed adulterium, ſi non obiiſſet, certò vindicaturum fuiſſe; ut colligi poteſt ex vocab. *Conſt.* (**geeyfert**) *Daniel. Moller. ad Conſt. Elect. 21. n. 2. part. 4 Ioach. à Beuſt. de connub. part. 2. capit. 21. ſub fin. & in l. admonendi 31. ff. de jurejur. n. 959. ſub fin.*

Quæ duo ſi concurrant, dubium non eſt, quin heredes mariti contra ipſius viduam ad dotem conſequendam aut retinendam agere & excipere poſſint; Horum autem alterutro deficiente, poteſtas & facultas agendi ſive accipiendi ipſis non competit.

13 Exindè efficitur *Primò*: Heredes mariti viduam propter adulterium, vivo marito commiſſum, dote ſuâ & donatione propter nuptias privare non poſſe, ſi maritus adulterium uxoris ignoraverit ac deceſſerit, *Nicol. Boer. deciſ. 338. num. 7. Matth. Berlich. part. 4. concl. 30. n. 19. Aut. Conſult. Conſt. Saxon. tom. 1. part. 4. quæſt. 13. nu. 2. & ſeq.*

14 *Tùm*, ob *Conſt. Elect. 21. part. 4.* quæ mariti heredibus jus agendi ad dotem uxoris tunc demũ concedit, quando maritus adulterium uxoris ſcivit, *in verb*: **Da der Mann bey ſeinem Leben des Weibes Ehebruch gewuſt** / *&c.* Ergò à contrario ſenſu ſequitur, ſi maritus uxoris adulterium ignoravit, jus agendi heredibus mariti non competere; 15 Eſt enim argumentum à contrario ſenſu deſumptum in jure fortiſſimum, *l. 1. in pr. ubi Iaſon. numer. 36. & Dd. ff. de off. ejus cui mand. eſt jurisdict. Felin. in cap. ſignificaſti. 18. num. 9. col. 4. verſ. de argumẽto à contrario ſenſu &c. ext. de for. compet. Iacob. Schult. in addit. ad* Modeſt. *Piſtor. part. 4. quæſt. 138. n. 17. Nicol. Everh. in top. loc. à contr. ſenſu. in pr.*

16 *Tùm*, quia, ut modò dictum, hæc actio vel exceptio ad meram vindictam ſeu ad injuriam marito per adulterium illatam tendit *l. conſenſu. 8. §. 5. C. de repud.* Quales actiones, ſi mortuus injurias illatas ignoravit, ad heredes non tranſeunt, *l. injuriarum. 13. l. item apud Labeonem. 15. §. injuriarum. 14 ff. de injur. l. pœnales. 32. ff. ad Leg. Falcid.*

17 *Tùm*, quia marito uxori ignoſcente, heredes ad dotis privationem agere non poſſunt, *Conſt. Elect. 21. part. 4.* Atqui in dubio maritum ſi delictum ſciviſſet, hoc uxori fuiſſe remiſſurum, præſumitur; Unde etiam fit, quod hoc caſu ordinariâ adulterii pœnâ uxor non afficiatur, ob præſumptam ſcilicet remiſſionem mariti: Vid. *ſupra quæſt. 55. n. 50. Daniel.* Moller. *libr. 3. ſemeſt. cap. 13. n. 2. Matth. Berlich. part. 4. concl. 27. n. 102. Ludovic. Gilhauſ. in arbor. jud. crim. capit. 2. tit. 18. n. 21.*

Reſpondimus in hanc ſententiã verſus **Schkeutbar** / *ad requiſitionem Iacobi* **Golmers** / *Menſ. April. Anno 1632.*

18 *Secundò*: Ex antea dictis ſequitur quoque hoc: Quod licet maritus uxoris adulterium ſciverit, ſi tamen neque judicialiter, neque extrajudicialiter de hoc conqueſtus fuerit,

aliovè facto indignationem animi ſui demonſtraverit, ſed prorſus tacuerit, ipſo defuncto, heredes ad privationem dotis agere non poſſint.

Tùm ob *Conſt. Elect. 21. part. 4.* in verb.
19 **Daß geeyfert/ das Weib außgetrieben/ oder ſich deſſen beklaget/ jedoch mit dem Todte übereylet worden/** *&c.* Ubi facultas agendi ad dotem conſequendam tunc demum mariti heredibus tribuitur, ſi maritus uxoris adulterium ſciens, idq; indignatus eam expulerit, vel de eo conqueſtus ſit, morte autem præventus vindicare nequiverit: Ergò ſi maritus hoc non fecerit, nec facto aliquo animi indignationem demonſtraverit, jus agendi ad dotis privationem heredibus non competere, dicendum erit.

20 *Tùm*, quia maritus uxoris adulterium ſciens, illudque non vindicans, uxori ignoſcere, injuriamque ſibi illatam remittere videtur. Factâ autem remiſſione, maritoque defuncto, heredes ipſius ad dotis privationem ulterius agere non poſſe, extra controverſiam eſt, in eoque conveniunt ferè omnes, N*icol. Boer. dict. deciſ. 338. num. 7. Dan. Moller. ad dict. Conſt. Elect. 21. Matth. Berlich. dict. concluſ. 30. num. 17. Ioach. à Beuſt. in tract. connub. part. 2. c. 21. Aut. Conſ. Conſt. Saxon. tom. 1. part. 4. quæſt. 13. n. 2. & tom. 2. part. 4. quæſt. 43.*

21 Quotieſcunque igitur ex facto & circumſtantiis non conſtat maritum indignatum fuiſſe, adulteriumque uxoris vindicare voluiſſe, heredes non admittuntur: Quin & in dubio maritus uxori ignoviſſe & adulterium vindicare noluiſſe præſumitur, *arg. cap. fin. de præſumpt. Iacob.* Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 76. nu-*
22 *mer. 5.* Ideoque heredibus ad privationem agere volentibus, onus probandi incumbit, maritum nempè adulterium Uxoris ſciviſſe illudque vindicare voluiſſe. *Conrad. Maüſer. in §. fin. Inſt. de nupt. poſt med. verſ. ſed hic diſtingui ſolet. pagin. 394. Bertaz. conſ. 20. nu. 35. lib. 1. Proſp. Farin. dict. quæſt. 142. n. 116.*

23 *Quæque hactenus dicta ſunt, in terris Saxonicis ita practicari & obſervari, ex ſubſequenti Elect. Saxon. Scabinor. reſponſo apparet:* **Hat ewer Vatter ſeine Witib/ eure Stieffmutter/ gegen ihrer eingebrachten Mitgifft mit 400. fl. Jährlich Zinſen vff ihr Leben beleibdinget/ ihr auch hernachmals ſolche Leibzucht mit 12. Scheffel Korn/ 8. Scheffel Weitzen/ 12. Scheffel Gerſten und andern ſtattlichen** *Legaten* **verbeſſert. Ob nun wol euerm Bericht nach bemeldte eure Stieffmutter geſtanden und bekandt/ daß ſie bey Lebzeiten euers Vattern/ mit** *H.* **A von** *B.* **einem Ehemanne Oberhurerey und Ehebruch begangen. Dieweil Jhr aber dennoch darneben ſelbſten berichtet/ daß ewer Vatter bey ſeinem Leben wol gemerckt/ daß ſein Eheweib eure Stieffmutter ihme die Eheliche Treu nicht gehalten/ und aber nicht zu befinden/ daß Er ſolche gebührlichen geeyfert oder geklaget/ oder eure Stieffmutter derowegen von ſich geſtoſſen/ und ihr nicht ferner Ehelichen beygewohnet; So wird darfür gehalten/ daß er ihr ſolche Verbrechung vor ſeinem Abſterben** *remittiret* **und verziehen/ derowegen auch nunmehr Jhr dieſelbe wieder ſie zu eyfern/ und Jhr derohalben ihr verordnete Leibzucht/ und was ihr ſonſten mehr von eurem Vatter** *legiret,* **unnd zugeeygnet/ vorzuenthalten nicht befugt ſeyd: Jhr köntet dann wie recht beweiſen unnd darthun/ daß euerm fernern fürgeben nach/ euer Vatter berührte Verbrechung erſt kurtz vor ſeinem tödlichen Abſchiede erfahren/ unnd dieſelbe gegen eure Stieffmutter gebührlichen zu eyfern in willens geweſen/ aber von wegen ſeiner Leibeskranckheit/ darein er plötzlichen gefallen/ und bald darauff auch verſtorben/ daran verhindert worden. Auff ſolchen fall hätte ſich euer Stieffmutter beydes ihrer Mitgifft und obgedachter Leibzucht/ ſo wol auch aller** *Legaten* **und anderer Stücke/ davon euers Vatters Verordnung melden/ verluſtig gemacht/ jedoch wäret ihr nach ihrem Tode ihrem Kind welches Sie mit euerm Vatter erzeuget/ die** *legitimam* **von der eingebrachten Mitgifft zu erſtatten/ unnd folgen zu laſſen/ ſchuldig.** *Reſponſum hoc datum fuit heredibus A. a Z. Menſ. Nov. An. 1597.*

24 In dubium hîc vocari poteſt: *An ea, quæ de heredibus jam dicta ſunt, non ſolum in ſuis ſed etiam in extraneis heredibus & ſucceſſoribus ſingularibus obtineant, ita ut & illi contra viduam ad conſequendam aut retinendam dotem agere vel excipere poſſint?*

Q. 3. Num & hoc jus agendi ad dotē conſequendam cõpetat heredibus extraneis?

Negant hoc Dd. communiter exiſtimantes, ſuis tantummodò heredibus jus ad privationem,
25 dotis & donationis propter nuptias, alteriusvè lucri competere, non etiam extraneis, qui ſui non ſunt, *Alexand. in addit. ad Bartol. in l. rei judicatæ, 15. §. morum ff. ſolut matrim. nu. 5. lit. E. in med. verſ. tu hoc ſingulariter limita: Nic. Boer. deciſ. 338. num. 8. ſub fin. verſ. ubi hoc limitat: Iohan. Campeg. in tract. de dot. quæſt. 228. per tot Proſp. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt 142. n 126.*

26 Idque de Jure communi facillimè concedi poteſt, *At quid Juris in foro Saxonico*, anne & ibidem prædicta Dd. aſſertio obtinebit, ita ut ſui tantummodò heredes (per quos intelligo liberos mariti aliosvè deſcendentes, non etiam collaterales & legitimos ab inteſtato, ſuccedentes, ut putat Dn. *Matth. Berlich. part. 4. concl. 30. numer. 29. de* quibus nec *Dan. Moller.* cujus opinionem *Berlich.* ſequitur, nec alii Doctores loquuntur) defuncto marito, qui morte præventus adulterium uxoris vindicare nequivit, vidua jure ſuo privare poſſint: An verò de omnibus indifferenter heredibus, adeoque de collateralibus, legitimis, ut & teſtamentarijs hoc affirmare licebit?

27 Rationem dubitandi præbet *Conſtitutio Elect. 21. part. 4.* quæ indiſtinctè heredum mentionem facit *in rubr.* **Da eine Wittfrau bey ihres Ehemannes Leben Ehebruch getrieben/ ob ſeine Erben ihr derowegen Jhr Einbringen und was ihr ſonſten gebühret/ vorzuhalten.** Et *in fin. dict. Conſt.* **Daß die Erben folgends in dem fall in des Verſtorbenen Recht tretten** *&c.* Quæ verba quia generalia ſunt, quosvis heredes comprehendere videntur, adeoq; quæ ibidem diſpoſita reperiuntur, etiam in extraneis ſive collateralibus & teſtamentariis locum ſibi vendicabunt: Univerſalis enim locutio nihil excludit, *Panorm. in capit. quoniam fin. n. 15. ext. de præſcript. gloſſ. fin. in cap. ſolitæ 6. ext. de major & obedient. Iaſon. in Auth. præterea. n. 15. verſ. & iſto caſu. C. unde Vir & uxor.*

28 Sed contrarium etiam in terris Saxonicis verius eſſe, & jus agendi ad privationem dotis

liberis tantummodò & deſcendentibus competere: alios verò heredes extraneos & collaterales, ſive ſint teſtamentarij, ſive ab inteſtato ſuccedentes, ſimpliciter ab hoc jure excludi, jam dudum exiſtimavêre *Sereniſſimi Electoralis Saxoniæ Scabini*, quorum ſententia in pronunciando recepta veriſſima eſt, *Dan. Moll. ad dict. Conſt. Elect. 21. n. 5. part. 4.*

Tùm, quia præcipui Juris Interpp. id quod 29 de viduâ propter adulterium, vivo marito commiſſum, jure ſuo per heredes ipſius privandâ diſpoſitum eſt, de ſuis tantùm heredibus, non etiam extraneis intelligunt, *Nicol. Boer. dict. deciſ. 338. num. 8. Auguſtin. in addit. ad Angel. Aretin. in tract. malef. in verb. che hai adulterato la mia donna. num. 29. & ſeq. Campeg. dict. quæſt. 228. Proſper. Farin. dict. quæſt. 142. num. 126. & ſeqq.* Nullibi autem in Jure Saxonico aliud & diverſum reperi- 30 tur expreſsè ſancitum: Ergò & in foro Saxonico ſecundum jus commune erit judicandum: ſiquidem caſus in jure Statutario prætermiſſus, ad Juris communis diſpoſitionem debet remitti, *l. ſi extraneus. 6. ff. de condict. cauſ. dat. Bald in l. ſi plures. 6. num. 29. C de cond. inſert. Octav. Cacher. conſil. 20. numer. 15. Hartm. Piſtor. libr. 1. quæſt. 32. numer. 8. Gram. deciſ. 101. num. 4.* Et in caſibus jure Saxonico non expreſſis recurrendum eſt ad jus commune, Civile, aut Canonicum, *Gloſſ. fin. art. 36. numer. 13. ibi.* **Jch frage hie auch** *&c. libr. 2.* **Landr.** *& gloſſ. art. 44. verſ.* **Diß vernimb aber alles von den Sachen** *&c. libr. 3.* **Landr.** *Iacob.* **Schultes** *in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 4. quæſt. 133. num. 19.*

31 *Tùm*, quod jura ſpecialia faciliùs ad ſuos & deſcendentes heredes, quàm ad collaterales vel extraneos tranſmittantur. Sic enim jus optionis, quod mulieri competit, defuncto marito, ad portionem ſtatutariam vel dotem aliaque bona illata, ex *Conſt. Elect. 20. part. 3.* ad heredes de- 32 ſcendentes tranſit, non etiam ad collaterales, ſecundum veriorem opinionem W*eſembec.* ubi ita Wittebergenſes judicaſſe refert, *in comm. ad dict. Conſtit. 20. part. 3.* quem refert & ſequitur *Dan. Moller. ibidem n. 12.*

Secundum quam etiam reſponderunt Scabini verſus **Freyburgk**/ *ad conſultationem Adami* **Bombsdorffs**/ M*enſ. Iun. An. 1595.*

Pariter & privilegium tacitæ hypothecæ & 33 jus prælationis, quod mulier ratione dotis illatæ in bonis mariti habet, liberis quoque competit, *l. aſſiduis. 12. §. exceptis videlicet. 2.* C. *qui potior. in pign. Auth. ſi quid ex rebus. C. eod tit. Auth. quod obtinet. C. de pign. Iohan. Schneidvv. ad §. fuerat. 29. Inſt. de act. n. 68. Neguz. in tract. de pignor. part. 2. membr. 4 num. 111. & ſeq.* Quo tamen jure & privilegio Collaterales & extranei non gaudent, *Novell. 91. in pr. §. non verò alijs l. un. C de privil. dot. Iaſon. in l. 1. ff. ſolut. matrim. num. 17. & ſeqq. Henn. Goden. conſ. 110. num. 4. verſ. privilegiū tamen. Cujac. in parat. C. de privil. dot. poſt pr. Bart. in l. 1. ff. ſolut. matr. n. 2. & in l. un. C. de priv. dot numer. 2. verſ. non tranſit ad heredes extraneos: & numer. 5. ſub fin. verſ. aliud privilegium eſt quod præferatur.*

Secundum hanc ſententiam reſponderunt Domi- 34 ni Dreſdam hiſce formalibus: **Jſt euer Bruder und Schwager** *G. G.* **ohne Leibs Erben geſtorben/ und hat Euch unnd euere Eheweibere als ſeine Geſchwiſter und Geſchwiſter Kindere an einem/ unnd ſein Eheweib am andern theil/ benebenſt etlichen Gütern nach ſich verlaſſen/** *&c.* **So hat er dieſelb/ vermöge Landüblicher Sächſiſcher Rechte/ auff euch und euere Eheweiber als ſeine Geſchwiſter gebracht und verfället/ und der Geſchwiſter Kinder habē daran keine Forderung. Wann nun gleich obberührtes euers Bruders Weib bey deſſelbigen Leben in Ehebruch gelebet und darüber betretten wordē/ ſo möchte ihr doch derowegen von euch und euern Eheweibern/ als des verſtorbenen Manns Geſchwiſtern ihr eingebrachtes Gut/ oder was ihr ſonſten vermöge des Orts willkühr/ in Mangelung derer/ inhalts Churfürſtl.** *Conſtitution* **auß euers Brudern unnd Schwagers Gütern gebühret/ auffm fall ſie zu einem oder dem andern/ inmaſſen Jhr zu thun unbenommen/ kieſen oder wehlen würde/ nicht entzogen/ oder vorenthalten werden/ V. R. W.** *Ad requiſitionem A. & I. G. & Conſort. Menſ. Aug. Anno 1601.*

Nec obſtat huic ſententiæ *Conſt. Elector. 21.* 35 *part. 4.* quæ jus agendi ad privationem dotis contra viduam mariti heredibus indifferenter tribuere videtur. *Etſi* enim aliàs vocabulum heredes omnes omninò ſucceſſores indifferenter comprehendit, *l. hereditas ff. de reg. jur. Brechæus. in l. nihil, ff. de verb. ſign.* uti & vox germanica (**Erben**) omnes eos denotat, qui quovis modo ad bona defuncti perveniunt, ut monet W*ehner. in vocab.* **Erben**/ attamen quin *dict. Conſt. 21.* de heredibus ſolummodò deſcendentibus, quales ſunt liberi & nepotes, exaudiri debeat, dubium non eſt, quia de jure communi facultas & jus agendi ad dotem conſequendam ſuis heredibus ſolùm competit, ut dictum antea: Ex jure ve- 36 rò communi interpretationem declaratoriam jus Statutarium admittit: *Iaſon. in Auth. præterea. numer. 14. C. unde vir & uxor. Ludov. Roman. conſ. 144. numer. 3 Andr. Gail. libr. 1. obſerv. 50. num. 8. Hartm. Piſtor. lib. 1. quæſt. 31. n. 29. verſ. nam etſi Statuta regulariter &c. Corn. conſ. 202. col. fin. verſ. Et quia Statuta recipiunt interpretationē, &c. lib. 1.* Et Conſtitutiones Electorales tanquam ſtatutariæ ſtrictè ſunt accipiendę, ita ut quantum fieri poteſt, minus jus commune corrigatur, & ſufficit, ſi in aliquo minimo quid poſſint operari, *Andr. Tiraq. de legib. connub. gloſſ. 2. n. 23. poſt pr. Iacob. Schult. in pract. quæſt. 65. nu. 32. & ſeqq. lib. 2.* Quin & Jus Saxonicum, quoad ejus fieri poteſt, ſecundum jus commune intelligi jubet, *Conſt. Elect. 45. part. 2. Dan.* Moller. *lib.* 1. *ſemeſt. c. 3. n. 1.*

Altera quæſtio, An nimirum vidua, ſi 37 poſt mortem mariti adulterium vel ſtuprum committit, dotem perdat? non minus intricata & dubia eſt; Quam ſi quis ex jure communi civili decidere velit, multorum Doctorum varias opiniones conciliare neceſſe habebit.

Q 4 *An vidua ob adulterium vel ſtuprū mortuo marito commiſſum dotē perdat?*

38 Neminem ſiquidem in jure pauliſper verſatum fugere poſſunt argumenta ex eo deprompta, quibus variæ opiniones conſtrui ſolent, quæ ſuos quoque defenſores habent, tàm affirmantes, quàm negantes, nec non certo

modo diſtinguentes. Affirmativam enim hujus
39 quæſtionis deciſionem tenent *Bartol. in l. ſi mulier.*
pen.C.ad Leg.Jul.de adult.num.1.verb.ex hac
lege nota.Iaſon. in l.ſoluto.2.ff.ſolut.matrim.num.
5.ſub fin. verſ. amplia & teneas perpetuò Iac. Thoming.
(qui hanc opinionem communem, & ab
ea non temerè recedendum dicit) *deciſ.28.num.*
1.& ſeq.Hippol.de Marſil.in l.1.C. de rapt. virgin.
nu.29.& ſeqq.Ludolph.Schrad.ad tit.Inſt.de nupt.
rubr.de nupt.numer.27. in med.verſ.perdit dotem.
Modeſt.Piſtor conſ.3.quæſt.1.numer.2.& ſeqq.volum.
1.Salyc.in l.fideicommiſſum.27.C.de fideicommiſ.
num.fin. Auguſt. in addit.ad Angel.Aretin.
tract.malef.verb. che hai adulterato la mia donna.
num.30.Dom.Cardin.Tuſch.tom.1.pract. concluſ.
lit.A.concl.127.num.44.tom.8.pract.concluſ lit.V.
concluſ.204.num.2.Curt.Iun.in pract.de feud.part.
4.pr.num.20.verſ.ſecundo extenditur. Iacob. de S.
Georg.in tract.feud.verb.dictiq; vaſalli.nu.8.verſ.
nona cauſa Stephan.Bertrand.conſ.23.num.6.libr.
2.& conſ.38.num.2.& ſeqq.lib.3. Chriſtoph. Zobel.
part.3.diff.18.n.5.

40 Contrà negativè concludunt *Didac. Covarr.*
in epit.ſponſal. part.2.cap.7.§.6.numer.18.ibi:tertium
vidua (ubi in praxi ſervari & non ſemel pronunciatum
fuiſſe dicit) *Surd. in tract. de aliment.*
tit.8.quæſt.24.num.10.Carol.Molin.in conſuet.Pariſ.
tit.1.§.30.quæſt.28.nu.142.& ſeq.Arig. Pinell.
(qui hanc ſententiam in praxi obſervari dicit) *in*
l.fin.C.de bon.matern.num.9.& ſeqq. Aym. Crav.
conſ.205.num.24.& ſeqq.Nicol.Boer. deciſ.338.n.
9.& ſeqq. qui de praxi Curiæ Burdegalenſis teſtatur.
Ioach.à Beuſt.in l.admonendi 31.ff. de jurejur.
n.959.p.646.Iul.Clar. (ubi hanc opinionem magis
communem & benigniorem dicit, & ab eâ
in judicando non recedendum) *lib.5.ſentent.§.*
ſtuprum.nu.5. Iacob. Menoch. de arbitr.jud.quæſt.
lib.2.cent.3.caſ.288.num.28.& ſeqq.& lib.5.præſumpt.
32.n.20.& 21.

Alij inter dotem viduæ ſolutam & non ſolutam
41 diſtinguunt: ita ut vidua propter adulterium
dotem, ſi ea non fuerit ſoluta, amittat; non
idem ſi dos fuerit ſoluta: quam ſententiam rejicit
Jacob. Menoch.libr.2. arbitr.jud.quæſt.cent.3.
caſ.288.n.45.ſub fin.verſ.non eſt recipienda.Proſp.
Farin.part.5.oper.crim.quæſt.142.n.52. *Alij* verò
42 prædictas opiniones ita conciliare conantur,
ut vidua, ſi intra annum luctus adulterium vel ſtuprum
committat, dote ac jure ſuo privetur, &
tunc affirmantium opinio locum obtineat, ſecus
ſi poſt annum luctus cum alio ſeſe carnaliter
commiſceat, *Peregr. de jur.fiſci.lib.2.tit.8.num.*
13.ſub fin. verſ. alij verò diſtinguendo concludunt.
Roland.conſ.86.n.35.& ſeqq.lib.2.Alciat. de præſumpt.
reg.2.præſ.9.nu.5. Dom.Card.Tuſch.tom.1.
pract.concl.lit.A.concl.227.n.63.& ſeqq. Quę ipſa
tamen conciliatio aliis quoque diſplicet.

Alij aliter ſentiunt, & pro ſua opinione ſtabiliendâ
43 rationes & fundamenta adducunt,
quorum principaliora refert *Matth. Berlich.*
part.concl.31. ubi & ipſemet modo peculiari hanc
quæſtionem decidit: diſtinguendo inter dotem,
itemque alia lucra, quæ ex pactis dotalibus, vel
ex proviſione Statuti vel conſuetudinis, uxor
ſuperſtes ex bonis mariti percipit: & inter donationem
propter nuptias, legata, donata, &
alia, quæ maritus uxoris vel mortis causâ dedit,
vel aliter in teſtamento reliquit; ita ut priori
caſu dotem, itemque alia lucra ex pactis dotalibus,
vel Statuto & conſuetudine loci provenientia
propter adulterium non amittat, ſecus
verò in caſu poſteriori, in donatione propter
nuptias legatis, donatis & alijs relictis, *dict.concl.*
31.num.11.

In hac igitur opinionum diſcrepantiâ & varie- 44
tate, miſſis iis, quæ vulgò ab Interpp. Juris
Civilis prolixè de hac quæſtione diſputantur,
quomodo in foro Saxonico ea ſit decidenda? ſolùm
videbimus. Exiſtimat autem *Chriſtoph. Zobel.*
in addit.ad text.latin.artic.5. libr.1. Landrecht. *§.*
mulier per luxuriam, verſ. an autem per hunc te- 45
xtum, &c. Viduam inhoneſtè viventem de jure
etiam Saxonico dotem illatam, ut & ea, quæ in dotis
compenſationem ei maritus aſſignavit, aliaque
lucra Statuti perdere; Idemque hactenus per
JCtos magnæ autoritatis obtentum, atque ſententiis
à *Scabinis* definitum eſſe dicens. Quem
ſequitur *Matth. Coler.part.1.deciſ.176.n.49.* ubi
ita Scabin. Lipſenſes Quæſtori in Grünhain
Anno 1550. contra quandam viduam inhoneſtè
viventem reſpondiſſe teſtatur, *Modeſt.Piſtor.*
vol.1.conſ.3.n.2.& ſeqq.Petr.Theod.in colleg.crim.
diſp.6.th.3.lit.M.

Q5. Quomodo hæc quæſtio in foro Saxonico decidenda?

Pro quâ ſententiâ videtur facere 1. quod in 46
viduitate cenſeatur durare præcedens matrimonium,
Novell.22.capit.20.§.1. Et mulier in viduitate
vivens in primo matrimonio vivere, *l.*
fin.verſ.ſive in primo matrimonio permanere voluerit.
C.de bon.matern.l.fœminæ.8.ff.de Senator.
l.filij.22.§.viduæ.ff.ad municipal. Cujus quoque
intuitu vidua privilegia, dignitatem, & jura
mariti defuncti retinet *l.fin. C. de privileg. ubi*
Bart. Iaſon. in l.ſuggeſt.C.de V.S. num.16. Id quod
etiam de jure Saxonico verum eſſe, quivis facilè
cõceſſerit, *Modeſtin.Piſtor.dict.conſ.3.nu.6.vol.*
Jacob.Schult.in addit.ad Matth.Coler.part.1.dec.
65 Zobel.part.2.differ.24.num.3. Æquum ergò
eſt, viduam peccantem in viduitate incommodum
& pœnam quoque, cui conſtante matrimonio
ſubjecta eſt, ſi non publicam, attamen privatam,
dotis nimirum privationem, quæ etiam
in matrimonio putativo locum habet, *gloſſ. in c.*
plerumq; de donat.int.vir.& uxor. ſuſtinere. Nam
qui ſentit commodum, incommodum etiam
ſentire debet, *l. ſecundum naturam ff. de reg.*
jur.

2. Cauſam, ob quam in fœmina adulte- 47
rium ſeverius coercetur, eaque dote privatur,
vulgò dicunt eſſe commixtionem ſeminis, &
quod detur per id occaſio dubitandi de prole,
Joan.à Garron.in Auth. eisdem pœnis.C. de ſecund.
nupt. quem refert & ſequitur *Didac.Covarruv.*
de ſponſal.part.2.cap.7.§.6.num.12.Petr.Theodor.
dict. diſput. 6. theſ.3. Atqui hæc ratio in vidua
quoque intra annum luctus luxurioſè vivente,
locum ſibi vendicat. Ergò & idem jus in eâdem
obtinebit, *l.illud 32.ff.Leg.Aquil.l.his ſolis.*
7.§. actionem.2. C.de revocand.donat.c.inter corporalia.
verſ. unde cum non ſit. ext. de translat.
Epiſc.gloſſ.in l. cum certum.19. in verb. æquitatis
ratio-

ratio.C.ad Leg.Falcid.& in c.fraternitatis 17.*ext. de teſtib.Panorm.in cap.5.in* 1.*reſp.n.6. verſ ſi ergo eadem ratio eſt, &c.ext.Ut lite non conteſt.*

48 3. Quia ex ſtupro, marito defuncto commiſſo, præſumtio oritur, viduam etiam vivente marito adulterium commiſiſſe, *Novell.39.cap.2. verſ.Ut apparent etiam ſuperſtite ea*: Ob hanc ergo præſumtionem vidua dote privari poteſt, eſt enim privatio hæc inſtar pœnæ pecuniariæ, ad quam infligendam ex cauſa, licet criminali, præſumtiones urgentes ſufficiunt, *arg. c. teſtimonium.de teſtib.Alciat.de præſumt.reg.2.præſumpt.9.in pr.* Licet ad pœnam corporalem requirantur probationes luce clariores, *l. fin.* C. *de probat.*

49 Sed rectius alii ſtatuunt, viduam propter ad-
„ ulterium aut ſtuprum, poſt obitum mariti com-
„ miſſum, neque dotem, neque donationem pro-
pter nuptias perdere, *Joach. à Beuſt. in tract. connub.part.3.cap.6.poſt med. verſ. hic obiter. & in l.admonendi.31.ff.de jurejur.n.959.poſt med. verſ. poteſt etiam quæri.pag.646.in fin. Andr.Goldbec.in tract.de gerad.cap.9.n.7. Matth. Berlich.part. 4. concluſ.31.n.23. Ant.Conſult Conſt Saxon. tom.1. part.4.quæſt.12.nu.3.& ſeqq.& tom.2.part.4.qu.*
„ *42.* Quæ opinio uti hiſce in terris uſu recepta,
„ ita & de jure Saxonico veriſſima eſt.

50 *Primò*: Ob textum clarum in **Landrecht.** *lib.1.articul.5.in med.verſ.* **Ein Weib**: *Ibi*: **Ein Weib mag mit Vnkeuſchheit ihres Leibes ihre Weibliche Ehre kräncken / ihr Recht verleuſt ſie aber damit nicht / noch ihr Erbe** / &c. Ex quo manifeſtum eſt, mulierem fornicando de jure Saxonico pudicitiam ſolùm imminuere, jura autem ſua & hereditatem nequaquam amittere: Vocabulum autem mulieris ibidem accipiendum eſt de virgine aut vidua, quæ nupta non eſt, neque maritum habet, ut notat *gloſſ. germanica in verb.* **Ein Weib.** *dict.art.5.in fin.* Ibi: **Diß leſe alſo und ſprich / dieſelbigen reden von ehelichen Frawen / hier aber wird geſagt von ledigen oder unbemanten Weibsbildern / ꝛc.** *Gloſſ. ord.in* **Landrecht/** *lib.1.art. 21. num. 2.* verb. **Sie verwirckten es denn ſelber.** *verſ.* **Nun möchſtu.** *& Gloſſ.* **Weichbild.** *artic.22.num.22. verſ.* **Hierwider möchte nun einer ſprechen:** *Dan. Moller. ad Conſt.Elect.21.n.B part.4. Andr.Rauchb.part.1.qu.47.n.35.*

51 *Secundò:* Nullibi in jure Saxonico reperitur ſtatutum, quod vidua propter ſtuprum dote privari debeat. Quin nec de jure Civili textus dari poterit, in quo expreſsè hoc diſponatur de vidua, ut tradit *Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt.lib.2.cent.3.caſ.288.num.44.* At pœna privationis alicujus rei vel juris non aliter locum habet, quàm ſi id in jure ſit expreſſum, *Novell.115.cap.aliud quoque capitulum.3. Novell.2.cap.3.verſ. nec qualibet eſt Lex. Tiraquell. in l.ſi unquam 8.C.de revoc.donat.verb.revertatur.nu.249 Felin. in cap.ex parte conventus 2. ext. de reſcript. in pr.verſ.adde tu gloſſam. Jaſon. in l. neque pactio.* 1. C. *de tranſact.num. 12. ibi quia pœna privationis, & in l.fructus.7.§.ſi fundum.12.ff.ſolut.matr. num. 4. verſ. nam nunquam habet locum pœna privat.Ludolph.Schrader.de feud.part.1.quæſt.3.n.7.Modeſt.Piſtor.conſ.3.num.33.vol.1. Hartm. Piſtor.lib.1.quæſt.15.num.19.& part.2.quæſt.36.nu.13.Matth.Berlich.part.1.concl.35.n.131. Jacob. Menoch.lib.2 arbitr.jud.quæſt.cent.3.caſ.276.n.1.Tib.Dec.in conſ.13.nu.15.& conſil.14.num.88.lib.3.Curt.Jun.conſ.137.n.17.*

52 *Tertiò*: Dictum & probatum ſuprà fuit, heredes mariti contra uxorem ad privationem dotis agere vel excipere non poſſe, ſi defunctus adulterium ignoraverit, *Conſtit.Elect.21.part.4.Ant. Conſult.Conſt.Saxon.tom.1.part.4.quæſt.13.n.2.& ſeq.Nicol.Boer.deciſ.338.nu.7.* Quis autem tàm ſtupidus & fatuus eſt, qui in dubium vocare vellet, maritum defunctum adulterium à vidua ſua perpetratum ignorare? *Nicol.Boer.deciſ.338.nu.12.ante med.verſ.pro qua multum facit.* Quin & ſi per rerum naturam maritus defunctus delicti hujus ſcientiam habere poſſet, quis itidem certò affirmare vellet, cum ſi reviviſceret, injuriam hancce vindicaturum eſſe; quo caſu ſolùm heredibus jus agendi adverſus viduam competit, *dict.Conſt.Elect.21.part.4. Nicol.Boer.deciſ.338.num 8.Ioach à Beuſt. in tract.connub.part.2.cap.21.ſub fin.& in l. admonendi.31.ff. de jurejur.n.959.ſub fin. Ludolph. Schrader.de feud. part.2.part.9.princ.ſect.10.n.12.*

53 *Quartò*: Quia Interpp. Juris communis, qui viduam propter ſtuprum dote, donatione propter nuptias, & aliis lucris privandam eſſe dicunt, aſſertionis ſuæ hancce rationem reddunt; quod nempè vidua inhoneſtè vivens maritum defunctum & ejus familiam dehoneſtat, *Novell.2.cap.3.§.optimus itaq; Novell.39.cap.2. verſ.quæ ſi velociter dehoneſtavit*: quoniam vidua mariti defuncti familiam & dignitatem retinet, *l.filii 22.§.vidua.1.ff ad municip.l.mulieres.* 13. C. *de dign.* Atqui hæc ratio in foro Saxonico ceſſat, cùm vidua ſui mariti domicilium & dignitatem non retineat, ſed ad ſtatum nativitatis & familiæ redeat, **Landrecht.** *lib.2. art. 45 verſ.* **Wenn er aber ſtirbet/ ſo iſt ſie ledig von ſeinen Rechten / und behält dann ihr ſelbſt Recht nach ihrer Geburt.** 54 Et *lib.3.* **Landrecht.** *art.45.* **Vnd nach ſeinem Todte ſo iſt ſie ledig von allen ſeinen Rechten und Ehren / denn ſie behält wieder ihren Stand und Recht/ daß ſie angeborn was / ehe ſie den Mann nam/ꝛc.** *Matth.Coler.part.1. deciſ.65.* Ceſſante autem ratione alicujus Juris, ipſum quoque jus deficit, *l.adigere.6.§.quamvis.ff. de jur.patron. Iaſon.in l.quod dictum.32.num.2.ff.de pact.Nicol. Everhard.in top.loco à ceſſat.rat.n.2. Andr.Tiraq. in reg.ceſſante cauſa.n.130.*

55 *Quintò:* Cum hoc convenit dictum Apoſtoli Pauli 1.*Corinth 7. verſ.39. Mulier alligata eſt lege, quamdiu vivit vir ejus, ſed ſi obdormierit vir ejus, libera eſt ad nubendum cui velit.* Ubi diſertè teſtatur Apoſtolus, per mortem conjugale vinculum, quo veluti lege quadam uterque conjugum tenetur conſtrictus, diſſolvi. Hoc ergò diſſoluto, jure mariti ab ipſius heredibus vidua dote ob ſtuprum privari non poteſt. Regerit quidem *Modeſt.Piſtor.vol.1.conſ.3.num.12.& Matth Coler part.1.deciſ.176.num.51.* ab Apoſtolo in loco allegato nequaquam facultatem fornicandi viduæ permitti, cùm verba adGANTUR

dantur expreſſa, *(nubat cui velit in domino.)* Sed hoc nihil officit; Etſi enim facilimè conceſſerim, fornicationem ab Apoſtolo non approbari, contrarium enim aſſerere impium & abſurdum eſſet; attamen ob fornicationem exercitam vidua jure mariti puniri, aut dote privari non poteſt, quia ut D. Apoſtolus inquit, per mortem vinculum conjugii diſſolutum, & vidua à lege mariti libera eſt.

Sextò: Accedit *Gloſſa ita ſentiens in lib.* 1. 56 Landrecht.*artic.*21.*num.*2.*verb.* Sie verwircken es denn ſelber. *verſ.* Nun möchſtu vielleicht ſprechen *& ſeqq.* Et *in* Weichbild.*art.*22.*nu.*22.*verſ.* Hinwider möchte nun einer ſprechen. Gloſſæ autem autoritas ſumma eſt, aliaſque autoritates tollit, *Anton. Corſet. ad fin. Repertorii ſui. ſub rubr. de autor. gloſſ. Alexand. conſ.*147.*col.*2. *vol.* 5. *Socin. conſ.* 80. *num.* 4. *vol.* 1. *Guid. Pap. ſingul.* 291. *& deciſ.* 134. *Bald. in locum hereditas.* 9 *in fin. C. depoſit. Henr. Bocer. in tract. de adult. cap.* 5. *num.* 51. *Matth. Coler. de proceſſ. execut. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 414. *Domin. Arum. deciſ.* 4. *num.* 7. *ſub fin. & nu. ſeq part.* 2.

57 *Hancq; ſententiam in pronunciando ſequimur in Elector. Saxon. Scabinatu, quotidie ita reſpondentes:* Hat ein Weib Adeliches Standes / von welchem euere Frage meldet / nach Abſterben ihres Mannes ſich mit deſſen Freunden / weil kein Sohn vorhanden geweſen / ihrer Mitgifft / eingebrachten Guts wegen / und ſonſten auff ein gewiſſes verglichen / Ob nun wol gedachtes Adeliches Weib hernacher angefangen / ein gottloſes / und gleichſam öffentliches leichtfertiges Hurenleben zu treiben / alſo daß ſie in der gantzen Gegend darumb in einem böſen Geſchrey iſt / und Paßquill auff ſie außgeworffen worden / rc. So hat ſie ſich doch dadurch berührter ihrer Mitgifft / eingebrachten Guts / und was ihr ſonſten auß ihres verſtorbenen Mannes Verlaſſenſchafft gebühret / nicht verluſtig gemacht / ſondern es verbleibet ihr daſſelbe nochmals billig / V.R.W. *Ad Quæſtionem Valentini Fabricii* zur Newſtadt / *Menſe Aprili Anno* 1625.

58 *It:* Ob wol deß verſtorbenen Bürgers / darvon eure Frage meldet / nachgelaſſene Wittib in ihrem Wittibenſtande einen Schüler auß der Schulen zu ſich in ihr Hauß genommen / und mit demſelben fleiſchliche Unzucht begangen / davon ſie Schwanger worden / und etwa 7. viertel Jahr nach ihres Mannes tödtlichen Abgang eines Kindes geneſen / *&c.* So hat ſie ſich doch derenthalben deß jenigen / ſo ihr in der / zwiſchen ihr und ihrem verſtorbenen Ehemanne uffgerichteten Eheſtifftung verordnet und außgemacht worden / nicht verluſtig gemacht / ſondern es wird ihr ſolches alles billig gefolget / V.R.W. *Ad conſultationem Caſpari* Langenhans zu Halla. *Menſe Auguſto Anno* 1599.

Ad requiſitionem Georgii Hermanni zu Meiſſen. *Menſ. Mart. Anno* 1629.

Neque huic opinioni quicquam adverſan- 59 tur argumenta in contrarium adducta. Ad 1. *enim R.* concedendo illud de jure communi, quo mortuo marito vidua retinet jura, familiam & dignitatem mariti ſui prædefuncti, donec ad ſecundas nuptias convolaverit, *l. cum te* C. *de nupt. l. filii.* §. *viduam. ff. ad municip. l. fœminæ. ff. de Senator.*

60 At jure Saxonico, prout defuncto marito ſuo, à jure mariti liberatur & abſolvitur, ita & domicilium ac dignitatem ejus amittit, & primum ſtatum, quem ante copulationem habuit, recuperat, atque jus, cum quo nata eſt, recipit. Landr. *lib.* 1. *art.* 45. *verſ.* Wenn er aber ſtirbet / rc. *& art.* 45. *lib.* 3. Landr. *verſ.* Das Weib iſt auch ihres Mannes / rc. Unde & viduæ injuriatæ debetur mulcta ſecundum conditionem nativitatis; non verò ejus ſtatus, in quo erat vivente marito, *Gloſſ. latin. in textu latin.* Landrecht. *lib.* 1. *artic.* 5. *Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 65. Et licet *Iacob. Schult. in addit. ad dict. deciſ. Coler.* 65. textus allegatos juris Sax. ſolùm intelligat de ſolutione ſive liberatione jurium matrimonialium, quibus vidua marito viventi fuit devincta, eo autem defuncto, priorem libertatem nubendi, cui volet, adepta ſit, ita ut jus commune de privilegiis & dignitatibus viduarum maneat incorrectum; hancque interpretationem conſuetudine fuiſſe receptam dicat *Reinhard. part.* 6. *differ.* 10. eamq; veram eſſe conceſſerim quoad privilegia, quæ ratione dignitatis mariti competunt, (ſecus enim res ſeſe habet in privilegiis ratione officii vel profeſſionis conceſſis, quibus vidua nequaquam gaudet, ſecundum doctrinam *Cyn. in l.* 2. *C. de Epiſc. & Cler. & Bartol. in l ſemper.* §. *immunitati. ff. de jur. immun.* Et eatenus vigorem habent adhuc textus jur. Sax. *in dict. art.* 45. *lib.* 1. *art.* 45. *lib.* 3. Landr. *prout etiam Scabini pronunciaverunt Senatui Magdeburgenſi Menſe Decemb. Anno* 1602.) parum tamen hoc efficit, cum privatio dotis propter violationem jurium matrimonialium ſit introducta, utpote ob adulterium perpetratum, quod matrimonio, ejusque juribus diſſolutis committi ampliùs nequit.

Deinde, poſito, quod etiam in foro Saxo- 61 nico vidua ſecundum diſpoſitionem juris communis omnia jura, familiam & dignitatem defuncti mariti indifferenter retineat, ac in viduitate matrimonium præcedens durare cenſeatur, *Novell.* 22. *cap.* 20. §. 1. exinde tamen non ſequitur ſtatim, viduam peccantem in viduitate, pœnæ privationis ſubjectam eſſe: cum nec vivente marito uxor indiſtinctè ob adulterium dote ſua & donatione propter nuptias privetur, ſed tunc demum ſi maritus ſciens delictum conjugis, inde vindicare voluerit; non etiam, ſi injuriam per adulterium ſibi illatam remiſerit, vel planè adulterium neſciverit, C*onſt. Elect.* 21. *part.* 4. *Nicol. Boer. deciſ.* 338. *num.* 7. Non magis autem quàm per mortem adulterium uxoris maritus ignorare poteſt, *Boer. dict. deciſ.* 338. *n.* 22. Igitur nec poſt obitum ejus ſtupro commiſſo, privatio dotis obtinebit.

Ad 2. *arg. Reſpondeo*: Committi in eo fal- 62 laciam cauſæ; prætérquam enim, quod ſtante hac ratione, vidua non niſi intra annum luctus poſt obitum mariti luxuriosè vivens, dote, aliovè lucro privari deberet, cauſa certè privationis non eſt inſitio partus adulterini, & ſubſtitutio ſpuriæ ſobolis, ſed potius injuria per violationem thori ac vinculi conjugalis ipſi illata, per quam maritus, ejuſque familia haud parùm dehoneſtatur, *Novell.* 2. *cap.* 3. §. *optimus itaque Novell.* 39. *cap.* 2. *verſ. quem ſic velociter dehoneſtavit, &c.* Quæ ratio quia poſt mariti mortem (ut per quam vinculum matrimonii jam diſſolutum, & ab omni jure matrimonii vidua liberata eſt, *1. Cor. 7. v. 39. lib. 3.* Landr. *art. 45. Coler. part. 1. deciſ. 65.)* ceſſat; Vidua defuncto marito luxurioſè vivens pœnam privationis nequaquam incurrit, juxta vulgatum axioma: ceſſante ratione alicujus diſpoſitionis, ipſa ceſſat diſpoſitio, *Andr. Tiraq. in reg. ceſſant. cauſ. num. 130. Pet. de Ubald. in tract. de duob. fratr. part. 6. quæſt. 9. num. 10. verſ. quinto quia reſponſio. Iacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 122. num. 28.*

63 Pariter nec 3. *argumentum obſtat.* Licet enim præſumptio urgens quandoque ſufficiat ad pœnam pecuniariam infligendam; fallit tamen hoc in judiciis famoſis, quale hoc eſt, ſi agatur ad privationem dotis ob adulterium ſive ſtuprum commiſſum: Quin & ſi certiſſimè de adulterio, marito adhuc vivente perpetrato, conſtaret, propterea tamen vidua non ſtatim dotem, donationem propter nuptias amitteret, cum ut ſæpius dictum, privatio dotis aliuſve lucri locum non habeat, niſi maritus delictum uxoris ſciverit, illudque vindicare voluerit, quod de crimine poſt obitum mariti demum commiſſum nullatenus aſſeri poteſt, *Nicol. Boer. dict. deciſ. 338. n. 12.*

Q. 6. An vidua luxurioſè vivens perdat Morgengabã, Geradam & cibaria domeſtica?

64 Cæterùm hæc aſſertio *AMPLIATUR PRImò*: Ut locum habeat non ſolùm in dote & donatione propter nuptias, *ſed etiam in Morgengaba, Bonis utenſilibus & cibariis domeſticis:* Nam nec hæc vidua poſt obitum mariti luxurioſè vivens perdit, *Andr. Goldbec. in tract. de gerad. cap. 9. n. 7. Matth Berlich. part. 4. concl. 31. num. 14. Aut. Conſ. Conſt. Saxon. tom. 1. part. 4. q. 12. nu. 6. verſ.* **Derowegen ihr die Morgengabe.**

65 *Tùm*, ob rationis identitatem, omniaque ea fundamenta, propter quæ viduam ob fornicationem dotem ac donationem propter nuptias non amittere, dixi, quæ æquè in Morgengaba, Gerada & cibariis domeſticis obtinent.

66 *Tùm*, inprimis ob verba manifeſta *lib. 1.* **Landr.** *art. 5. Ibi:* **Ein Weib mag mit Unkeuſchheit ihres Leibes ihre weibliche Ehre kräncken/ihr Recht verleuſt ſie aber damit nicht / noch ihr Erbe**/&c. ubi vidua non modò dotem ac hereditatem, ſed reliqua etiam jura ſibi competentia retinere dicitur, etiamſi luxurioſè vivat, ut apparet ex vocabulis disjunctis; (**Recht/noch Erbe**) Morgengabam verò, Geradam, cibaria domeſtica, &c inter jura viduæ competentia referri certo certius eſt.

67 *Tùm*, ob *Rubr. Conſt. Elect. 21. part. 4.* In verb. **Ob ſeine Erben ihr derowegen ihr Einbringen und was ihr ſonſten gebühret/vorzuhalten.** Quibus verbis univerſa jura viduæ ex bonis mariti competentia comprehendi, extra dubium eſt. Quia verò, viduam ob adulterium juribus hiſce privari, tunc demum vult Conſtitutio, quando maritus adulterium ſciens injuriam ſibi illatam vindicare voluit, ſequitur exinde viduam ob fornicationem, poſt obitum mariti exercitam, juribus hiſce nunquam privari.

68 *Et ita reſpondimus ad requiſitionem Valentini Fabricii Neuſtadienſis, Menſ. April. Anno 1625. Ut apparet ex verbis reſponſi antea adducti:* **So hat ſie ſich doch dadurch berührter ihrer Mitgifft / eingebrachten Guts / und was ihr ſonſten auß ihres verſtorbenen Mannes Verlaſſenſchafft gebüret** *(quibus verbis abſq; dubio intelliguntur utenſibilia bona, Morgengaba & cibaria domeſtica)* **nicht verluſtig gemacht / ſondern es verbleibet ihr daſſelbe nochmals billig/ V. R. W.**

†

SECUNDò AMPLIATUR hæc aſſertio in legatis, donatis, aliiſque à marito, aut aliunde viduæ relictis. 69

Q. 7. Quid juris in legatis aliisque in teſtamento mariti viduæ relictis:

Etſi enim de jure communi de hoc dubitari adhuc poſſet, ob textum in *l. 1.* C. *de ſecund. nupt.* ubi mulier, quæ intra annum luctus ad ſecunda vota tranſit, privatur hereditatibus, legatis & aliis donatis & relictis; Unde videtur hoc multò magis obtinere in vidua fornicante, quoniam plus eſt fornicari, quàm ad ſecunda vota convolare; Veluti ita concludunt *Salyc. in l. fidei commiſſum, 27. C. de fideicommiſſ. nu. 4. Johann. Nevizant. in ſylv. nupt. lib. 2. §. ampliant primo. numer. 43. & 45. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ſtuprum. num. 6. Matth. Berlich. part. 4. concluſ. 31. numer. 15. Proſp. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 142. nu. 54. aliiq; ab eo allegati.*

70 De Jure tamen Saxonico quin ſecùs res ſeſe habeat, vix dubium eſſe poteſt, ob verba generalia *art. 5. lib. 1.* **Landrecht. Ihr Recht verleuſt ſie aber damit nicht/ noch ihr Erbe:** quæ de legatis & donatis à marito relictis æquè ac de aliis juribus viduæ competentibus accipi poſſunt ac debent.

71 *Veluti etiam Domini hæc verba ſic intellexerunt in hunc modum reſpondentes:* **Wann gleich euere Stieffmutter nach euers Vatters ihres Ehemannes abſterben/in wärendem Trauer Jahr Ehebruch begangen hätte: So hättet ihr doch das jenige/ ſo ihr vermöge obangedeuteter Eheſtifftung/ ſo wol deß Teſtaments und** *donation* **gebühret/ ihr vorzuenthalten nicht fug / ſondern wäret ihr ſolches alles zu reichen pflichtig / welches dann auch nach ihrem abſterben/obbemeldtem ihrem Kinde / auſſerhalb der Leibzucht / ſo wider zurücke ins Lehen fället/billig bleibet / V. R. W.** *Ad requiſitionem heredum A. à Z. Menſ. Nov. Anno 1597.*

72 *Item:* **Iſt einer Wittiben von Adel zu ihrer Unterhaltung jährlichen ein anſehenliches auß dem Lehẽ verwilliget / ihr auch ſolches biß anhero allwege richtig geliefert worden/***&c.* **So wird ihr daſſelbe verſprochener maſſen nochmals billig gereichet / und es ſeyn die Freund auß denen in eurer Frage angeführten Urſachen / daß nemlich bemeldte-Wittib ein offentlich leichtfertig Huren Leben getrieben / ſolches für ſich innezubehalten/nicht befugt/ V. R. W.** *Ad quæſtionem Valentini Fabricii Neuſtadenſis, Menſe April. Anno 1625.*

73 *TERTIò AMPLIATUR* denique hæc aſſertio in vidua, intra annum etiam luctus luxurioſè vivente & ſtuprum committente. Etſi enim hæc gravius delinquat, majoremque defuncto marito injuriam inferat, quàm ea, quæ multo tempore poſt obitum mariti elapſo alicui ſeſe proſtituit; Attamen quia textus Juris Saxonici in *art. 5. lib. 1.* **Landrecht.** generaliter loquitur, ac mulierem fornicando pudicitiam ſolummodo imminuere, jura autem ſua & hereditatem nequaquam amittere, diſponit; Utique nec hoc caſu privationem dotis aliorumque jurium, viduæ competentium, locum habere putandum eſt.

Q. 8. An vidua intra annũ luctus luxurioſè vivens jus ſucceſſionis perdat?

74 Niſi quis forſan dicere velit, ob commixtionem ſeminis & ſuppoſitionem partus in defuncti familiam viduam dote, aliovè ſimili lucro privandam eſſe. Sed hæc ratio ad privationem ſufficiens non eſt, nec abſque ſpeciali juris diſpoſitione contra *dict.art.5.lib.1.* **Landrecht.** concedenda, *arg.Nov.115.ca.3. Novell.2.c.3. Andr. Tiraq. in l.ſi unquam.8.C. de revocand. donat. verb. revertatur.num.249. Hartm. Piſtor.lib.1.q.15.n.19. Modeſt. Piſt.conſ.3.n.33.vol.1.*

75 *Pronunciavimus ita Georgio Hermanno* **zu Meiſſen**/*hiſce formalibus*: **Ob gleich eine vom Adel/ von welcher eure Frage meldet/ bey Lebzeiten ihres Ehejunckern/ den ſie nunmehr faſt vor zwantzig Jahren geheuratet/ mit einem andern Kerl/ die zeit über/ als er in ihres Junckern Dienſten geweſen/ ſo wol hernacher vordächtiger weiſe gemeinſchafft gehalten/ auch von demſelben bald nach ihres Junckern todt ſich ſchwängern laſſen/ alſo daß ſie noch vor Beſchlieſſung deß Trauerjahres eines Kindes geneſen/***&c.* **So hat ſie ſich doch hierdurch ihres Ehegeldes und Gegenvermächtnüß nicht verluſtig gemacht/ Derowegen die Lehensfolgere ſolches einzuziehen und ihr vorzuenthalten nicht befugt ſeyn/ V.R.W.** *Menſe Martio, Anno 1629.*

76 *Huc etiam facit reſponſum Scabinorum datum heredibus A.Z. Menſ. Novembr. Anno 1597. Cujus jam antea fuit mentio facta, in quo hæc verba habentur:* **Wann gleich eure Stieffmutter nach euers Vattern/ ihres Ehemannes Abſterben in wärendem Trauerjahr Ehebruch begangen hat: So hättet ihr doch das jenige ſo ihr vermöge der Eheſtifftung/ ſo wol deß Teſtaments und** *donation* **gebühret/ ihr vorzuenthalten nicht fug/ ꝛc.**

Q.9. Num vidua intra annũ luctus nubens, dote

77 Ex quo manifeſtum eſt, viduam intra annum luctus ad ſecunda vota tranſeuntem, in foro Saxonico, neque hereditatibus, legatis & aliis relictis privari, neque alias pœnas in *l.1. & tot.tit.* C. *de ſecund. nupt.* expreſſas, incurrere; ſi enim vidua intra annum luctus vivens luxurioſè, lucra ejuſmodi non amittit, ut jam dictum eſt, multo minus legitimè intra annum luctus alteri nubens iiſdem privabitur; melioris ſiquidem conditionis eſſe non poteſt vidua luxurioſe vivens, quàm alteri nubens.

& heredi- tate pri- vetur?

78 Quapropter diſpoſitionem *d.l.1. & tot.tit.* C. *de ſecund.nupt.* in foro Saxonico abrogatam eſſe, dubium non eſt, ob *artic.5.lib.1.* **Landr.** ubi *Zobel. in addit. ad gloſſ. latin.* **Landr.** *lib.3.art.45. & lib.1. artic.45. Matth. Coler part.1.deciſ.64. Reinhard. part.6. diff.10. Iohann. Schneidvv. in tit. Inſt. de nupt. ſub rubr. de divort.num.33.* Cum quo convenit jus Canonicum in *cap.pen. & cap.fin. ext. de ſecund.nupt.*

79 *Idq; in foro Saxonico notius eſſe, quàm ut allegationibus egeat, dicit Matth. Coler. dict. deciſ. 64. Et ita non modo à facultate juridicâ Lipſenſi, ſed etiam ab Elect. Sax. Scabinis. Menſ. Aug. An.1629. fuiſſe reſponſum memini.*

80 Quod tamen non ita intellectum velim, ut liberum ſit viduæ intra annum luctus ad ſecunda vota tranſire; Etſi enim pœna jure civili definita, abrogata eſt, ipſa tamen prohibitio adhuc durat, neque enim honeſtas publica intra annum luctus ſecundas nuptias admittit, neque hæ tutò abſque turbatione ſanguinis & confuſione ſeminis permitti poſſunt, *Dn. Ioh. Gerhard. in loc. de conjug. n.198. & ſeqq.*

81 Tantumque abeſt in arbitrio eſſe viduæ, an intra luctus annum nubere velit, nec ne, ut potius hoc ipſum manifeſtis verbis ſit prohibitum in *Ordin. Saxon. matrimoniali editâ An.1624. punct.5. in fin.* Ita ut viduam contra id facientem arbitrariam pœnam incurrere non dubitem.

QVÆSTIO LXVI.

De Crimine Bigamiæ, ejusque ſupplicio.

SUMMARIA.

1. Bigamia ſpecies eſt fornicationis & delictum carnis.
2. Nec non adulterium, eoque gravius.
3. Polygamia num prohibita ſit? n.4.
5. Examinantur Exempla Patriarcharum Polygamorum, & quid de his ſentiant Theologi? n.6.7.8.9.10.11.
12. In Novo Teſtamento prohibita eſt Polygamia.
13. Sententia Lutheri de Polygamiâ.
14. Digamiæ crimen haud impunitum eſſe debet.
15. Quæ ſit pœna Digamiæ de jure Civili? n.16.17.18.19.20.21.22.23.
24. Vera ſententia & deciſio hujus quæſtionis, num.25.
26. Refutantur argumenta contraria, num.27.28.29.
30. Quomodo puniatur Bigamia ex Sanctione Carolina in Imperio Romano? n.33.
31. Intellectus artic.121. Ordin. Crimin. Carol. *num.32.*
34. Pœna Bigamiæ in foro Saxonico, n.35.37.
36. Sententia Scabinorum Lipſenſium, n.38.
39. Interceſſio conjugis Bigamum à pœna gladii non liberat, n.40.41.42.
43. Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.
44. Quomodo puniantur Bigami, concumbentes ante benedictionem ſacerdotalem, nu.45.46.48.50.
47. Duplex perfectio matrimonii.
49. Sententia Scabinorum Lipſenſium, n.51.
52. Quæ ſit pœna Bigamorum, qui nondum concubuerunt? n.53.54.55.56.59.
57. In odioſis & pœnalibus mitior ſententia eſt apprehendenda.
58. Sententia Scabinorum Lipſenſium.
60. Pœna Bigami, à conjuge deſerti, cum alia perſonâ matrimonium ineuntis, numer.61.62.63.
64. Sententia Scabinorum Lipſenſium.

65. *Quid ſi uxor perſuaſa, virum ſuum mortuum eſſe, alteri nubat? n. 66. 67.*
68. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
69. *Quanam pœna affici debeat fœmina ſoluta, marito alieno nubens? n. 70. 72.*
71. *Ceſſante cauſa alicujus diſpoſitionis, ipſa ceſſat diſpoſitio.*
73. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
74. *Pœna viri cum Vxore alterius matrimonium contrahentis.*
75. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
76. *Pœna fœminæ ſolutæ, quæ ignoranter marito alieno nupſit, n. 77. 78.*
79. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
80. *Ceſſat pœna Bigamiæ, ſi nec copula carnalis, nec benedictio ſacerdotalis fuerit ſubſecuta.*

1 DElictum quoque carnis & ſpecies fornicationis eſt Bigamia, quando maritus vel uxor conſorte & ſocio vitæ adhuc ſuperſtite aliam uxorem aliumvè maritum ſuperinducit: Quod delictum æquè ac adulterium jus connubii turbat, & cum primævâ conjugii inſtitutione, quæ non niſi duas perſonas in carne una vivere permittit, pugnat, *Gen. 2. v. 22. Matth. 5. v. 32. c. 18. v. 25. c. 19. v. 3. & 29. 1. Cor. 7. v. 2. & ſeqq. c. 9. v. 5. Epheſ. 5. v. 28. 31. 33.*

2 Quia & digamia ſive polygamia ipſum adulterii crimen, aut adhuc eo gravius eſt, ut innuit Imperator Carolus V. *in Ordin. Crimin. artic.* 121. in verb. **Welche Vbelthat dann auch ein Ehebruch und gröſſer dann daſſelbige Laſter iſt:** Nam & per hoc delictum fides conjugalis prioris matrimonii haud parùm læditur, ejusque vinculum violatur. Et ſi adulterium committit, qui, dimiſſa priore conjuge, aliam ducit, ut docet ipſemet autor conjugii, Salvator noſter Dominus Jeſus Chriſtus, *Matth. 19. v. 9. & Marc. 10. verſ. 11.* certè multò magis adulterii crimine ſe contaminabit, qui retenta priore uxore alteram ſuperinducit, ſicque pluribus ſimul uxoribus commiſcetur. Ideo namque adulter eſt, priore conjuge repudiata aliam ducens, quia cum is ſe totum deberet uxori primæ conſueſcere cœpit cum alia, nec enim tam in prioris dimiſſione, quàm in ſequenti cum alia copulatione delictum adulterii propriè conſiſtit, *§. 1. Inſt. de patr. poteſt. l. 1. ff. ſolut. matrimon.* Weſemb. *in paratit. ff. ad Leg. Iul. de adulter. num. 4. & Iohan. Zanger. in tract. de quæſt. & tortur. cap. 2. num. 224.* At idem contingit, ſi vel maximè adulter uxorem priorem in menſa ac thoro conjugali retineat.

Q. 1. An Polygamia ſit prohibita?

3 Quis ergò dubitare poterit, *Crimen Digamiæ ſeu Polygamiæ prohibitum eſſe,* veluti hoc non ſolùm ex jure Divino, ſed etiam Canonico, Civili, Gentium ac Naturali jure demonſtrat *Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 5. caſ. 420. n. 2. & ſeqq. Joach. à Beuſt. in tract. connubior. part. 2. cap. 3. Proſp. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 140. n. 1. 2. & ſeqq.*

4 Niſi quis Patriarcharum ac Regum, qui ſimul duas vel plures uxores habuiſſe leguntur, exempla opponere velit, *Gen. cap. 4. verſ. 19. & ſeq. cap. 29. v. 23 & ſeqq. Num. cap. 12. v. 1. Deuter. cap. 21. v. 15. & ſeq. 1. Reg. cap. 1. v. 2. & ſeq. cap. 25. verſ. 42. & 43. & cap. 27. v. 3. 2. Reg. cap. 5. verſ. 13.* Primus enim Lamech Caini trinepos duas ſibi uxores accepiſſe dicitur, *Geneſ. dict. cap. 4. verſ 19* Unde Tertullian. *in lib. de exhort. caſtit. cap. 5. ſub fin. Numerus,* inquit, *cōjugii à maledicto viro incepit: Primus Lamech duabus maritatus tres in unâ carnē effecit. Ex qua digamia, ut Joſeph. 5. memorat, liberi ſeptuaginta ſeptem prodierunt. quorum tres filii nominantur à Moſe, paſtoritio, muſica & fabrili arte nobiles. Quem poſtea Patriarchæ ac Reges ſecuti, plures etiam quam duas uxores ſuperinduxerunt, ut ex ſacra hiſtoria manifeſtum eſt.*

5 Sed hæc jamdudum Theologi removerunt, in utramque partem Patrum hanc polygamiam diſputantes. Cenſent enim *quidam,* Deum in prima conjugii inſtitutione ſanciviſſe quidem, ut unus tantùm maſculus ac fœmina unà in conjugio ſociarentur; ſed quia Abrahæ ſemen multiplicari voluit, poſtmodum circa legem iſtam diſpenſaſſe, & ab ejus obligatione Iſraelitas abſolviſſe, licentia iſtis facta multas ſimul uxores in matrimonium aſſumendi: quamvis de tempore diſpenſationis nihil certi affirmari poſſe exiſtiment. *Martyr. in c. 8. Jud. Oſiandr. in libell.* **Von den verbottenen Heyrathen** *Brent. quæſt. 4. lib.* **Wie in Eheſachen Chriſtlichen zu handeln ſey.** *Bellarm. de matrim ſacr. 1. cap.* 11. aliique allegati *ab Henning. Arniſ. de jur. connub. cap. 4 ſect. 2. num. 7.* 6 Cujus ſententiæ quoque videtur fuiſſe *D. Auguſtinus libr. 3. de doct. Chriſt. cap. 12. Sufficiendæ,* inquiens, *prolis cauſa erat plurium uxorum ſimul uni viro habendarum inculpabilis conſuetudo. lib.* 16. *de* Civit. *Dei cap.* 38. *Eo tempore multiplicandæ poſteritatis cauſa multas uxores habere, nulla lex prohibebat.* Et *lib. 22. contra Fauſtum c. 47. Peccata alia ſunt contra naturam, alia cōtra morem, alia contra præceptum. Si naturam conſulas, Patres non laſciviendi; ſed generandi cauſa pluribus mulieribus utebantur: Si morem, illo tempore & in illis locis hoc factitabatur: Si præceptum, nulla lege prohibebatur.*

7 Et ſanè niſi diſpenſatio concedatur, plurima Patrum conjugia fuiſſe illegitima, ſecundarias uxores fuiſſe ſcorta, liberos ex illis ſuſceptos eſſe ſpurios, & ex fornicatione natos dicendum erit. Nec non Deus haud obſcurè diſpenſare videtur, diſponendo de jure inter liberos polygamorum, *Deuter. 21. verſ. 15. Si quis,* inquit, *habet uxores duas, alteram dilectam, alteram exoſam, non poteſt præferre filium dilectæ, filio exoſæ in jure primogenituræ.* Item: *2. Sam. 12. v. 8. ad Davidem: Dedi tibi domum Domini tui, & uxores domini tui in ſinum tuum.* Et *Deut. 25. verſ. 5. Quandò habitaverint fratres ſimul, & unus ex iis abſque liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubet alteri, ſed accipiet eam frater ejus, & ſuſcitabit ſemen fratri ſuo.* Jam verò ſæpius accidebat, ut frater ille vivus jam ante eſſet maritus, quo caſu divino mandato jubebatur eſſe polygamus.

8 *Alii tamen & quidem plures,* ac forſan rectiùs, nullam unquam diſpenſationem divinam circa legem de Monogamia eſſe factam; adeoque Patriarchas non ex inſpiratione vel diſpen-

ſatione divina, ſed ex prava temporum illorum conſuetudine, poſteritatis latius propagandæ deſiderio, à divina ordinatione ſeceſſionem feciſſe, & hunc in illis nævum fuiſſe à Deo; toleratum, & pœnitentiam agentibus remiſſum, nunquam verò in ſe ac per ſe approbatum, ſtatuunt *Chemnit.part.2.exam.concil. Trident.fol.233. Ægid. Hunn. in Matth. cap.19. Dan. lib. 2. Eth. Chriſt. cap.4. Geſner.cap.4. Geneſ. quæſt,11. Menzer. de conjug.tit.de perſ. Joach. à Beuſt.part.2.de matrim. cap.3. Hafenreff. in loc. de matrim. fol.633. Iohan. Gerhard. in loc. de conjug. n.223.*

9 Quamvis nec hi ſimpliciter omnes priorem opinionem de diſpenſatione divina damnent, atque rejiciant; at namque ſobriè *Chemnit. dict. part.2.exam. de matrimon. ſeſſ. 24. can. 2.* ſcribit: *Quod de Patribus quibusdam V.T. leguntur exempla polygamiæ, tribuatur ſanè illud vel diſpenſationi DEI, ſicut Auguſtin. diſputat de bono conjugali, propter ſemen benedictum, quod ex illa gente naſci debebat; Vel propter ſignificationem futuræ conjunctionis Judæorum & Gentium in Eccleſia Chriſti; Vel tribuatur tolerantiæ DEI. Neque enim omnibus vitiis liberi fuerunt Patres, & multa in ſanctis ſuis tolerat.*

10 Cum quo convenit *Balth. Meiſner. part 1. Sobr. Philoſoph. ſect.2 cap.5. pag.645. De Polygamia Patrum*, inquit, *an intrinſecè peccatum fuerit, nec ne, in utramq; partem probabiliter diſputari poteſt, præſertim cum manifeſtam, certamq; deciſionem in Scripturis non haberi appareat.* 11 Et *Menzer. tom.4 diſputat. Marpurg.15. th.72. Politicum illum morem, quo Patriarchæ non ex malitia, ſed communi conſuetudine ducti, reſpicientes in divinam promiſſionem de multiplicatione generis, non turpis libidinis explendæ, ſed augendæ familiæ gratia plures ſibi uxores adjunxerunt, in populo Judaico Deum permiſiſſe, vel etiam in eo diſpenſaſſe, & polygamiam ad tempus conceſſiſſe nemo mirabitur, qui integram iſtius gentis hiſtoriam prudenter expenderit.*

12 Quicquid verò ſit, ſive diſpenſatio & permiſſio, ſive tolerantia Dei in polygamia veterum concedatur, hoc certum eſt, conjugium ex prima ſui inſtitutione eſſe unius maris & unius fœminæ conjunctionem, eamque in novo teſtamento renovatam, omnemque polygamiam abrogatam fuiſſe, *Matth.19. & Marc.10. 1. Cor. 7.* Idque quivis veræ religioni addictus facillimè conceſſerit. Quod enim ſcribit *Bellarm. de matrim. cap.10.* B. Lutherum, ut alios errores innumerabiles, ita etiam hunc errorem, quod duas ſimul conjuges in Chriſtianiſmo habere liceat, ab inferis revocare conatum fuiſſe, adducens quædam loca ex Luthero; Hoc à Theologis noſtris ſatis eſt refutatum, ut luculenter demonſtrat *Dn. Iohann. Gerhard. dict. loc. de conjug. num. 203.204.* At, ſicuti *Bellarm.* Lutherum falsò arguit errorum, ita etiam ipſi injuriam haud levem hîc infert, quia Lutherus *in comm. Gen.16. pag.102.* polygamiam in Evangelio eſſe ſublatam expreſsè profitetur: 13 Et poſtea factum Abrahæ examinans in hæc verba prorumpit: Wo nicht Chriſten / ſondern Heydniſche Leute ſind / wolte ich noch daß man dem Geſetze nach thäte von ſcheiden/daß einer ein Weib möchte von ſich thun und eine andere nehmen / *addens & hoc*: Aber dabey müſte man ihnen ſagen / daß ſie nimmer Chriſten wären / ſondern im Heydniſchen Regiment biſt du aber ein Chriſt / muſt du dich nicht ſcheiden/&c.

14 Quapropter ſicuti adulterium, ita & crimen Digamiæ ſeu Polygamiæ nequaquam impunitum remanere debet: *Qua verò pœna hoc coercendum ſit de jure civili?* concors & unanimis Doctorum opinio non eſt.

Q. 2. Qua ſit pœna Polygamiæ de jure Civili?

15 *Primò* enim *quidam* opinantur, de jure Civili Digamos non niſi ſtupri pœna afficiendos eſſe, quæ eſt publicatio dimidiæ partis bonorum, in perſonis honeſtis; caſtigatio verò corporis cum relegatione, in aliis vilis conditionis perſonis, *Angel. Aretin. in tract. malefic. verb. che hai adulterato la mia donna. num.65. ubi etiam Aug. Bonfranc. in addit. Salyc. in l. eum qui duas. 18. num.2. & 4. verſ. ex tertia parte C. ad Leg. Iul. de adult. Iul. Clar. lib.5. ſentent. §. fornicatio. n. 30. Ludov.* Covarr. *in pract. crimin. in 3. tract. de homicid. & aſſaſſ. § Circa igitur quartum. num.15. Didac.* Covarr. *in epit. ſponſal. part.2. cap.7. §.3. n. 10. Chilian.* König. *in proceſſ. tit.* Von der Poen deß/welcher zwey Eheweiber nimbt / *poſt pr. verſ.* aber ſie irren/ *& verſ. ſeq. Matth.* Coler. *part.1 deciſ.176. n.78. Virgil. Pingitz. quæſt.8. n.8. verſ. Siquidem Polygamia ſimplex. Ludov. Gilhauſ. in arbor. jud. crim. cap.2 tit.19. n.1.*

16 Quorum opinio videtur probari ab Impp. Valer. & Gall. in *l. eum qui duas 18. C. ad Leg. Iul. de adult.* in verb. *Veruntamen ei qui te ficto cœlibatu, cum aliam matrem familias in provincia reliquiſſet, ſolicitavit ad nuptias, etiam crimen ſtupri, à quo tu remota es, quod uxorem te eſſe credebas, ab accuſatore legitimo ſolenniter inferretur &c.* Unde conſtat, eum qui duas habet uxores, non ſolùm infamia notari, ut dicitur *in pr. dict. l.18.* ſed etiam ſtupri pœnam incurrere.

17 *Secundò, alii* exiſtimant, in bigamos, ſive ſint viri ſive fœminæ, capitaliter animadvertendum, eoſque gladii pœna afficiendos eſſe, *Alber. Gentil. in tract. de nupt. lib. 6. cap. 3. ſub fin. Andr. Tiraquell. de legib. connub. in leg. 7. gloſſ.1. part.7. num. 24. in med. verſ. ſed id poſterioribus legibus. Matt. Berlich. part.4. concl.28. n.9. Rom. ſing.537.*

18 Pro qua ſententia videtur facere, *l. uxor quæ in militiam. 7. C. de repud.* in verb. *Non videtur nuptias iniiſſe furtivas, nec dotis amiſſionem ſuſtinere, nec capitali pœnæ eſſe obnoxia, &c.* Ubi dicitur, quod mulier, quæ profecto in militiam marito nec poſt quadriennium reverſo, legitimo modo, Ducem ſuper hoc ſuo propoſito conveniendo, alteri nubit, capitalem pœnam non incurrat. Unde à contrario ſenſu ſequitur; uxorem, quæ hoc non ſtrictè obſervato, & marito adhuc vivente alteri nupſerit, capitali pœna afficiendam eſſe.

19 *Tertiò*: Non etiam deſunt, qui arbitrio judicis relinquunt, quam pœnam pro facti & perſonarum qualitate decernere velit, *Iacob.* Me*noch. de arbitr. jud. q. cent. 5. caſ. 420. num. 97. & ſeq. Proſper. Farin. in prax. crim. part.5. quæſt. 140. num. 9.* ubi & aliorum ſententias atque opiniones pro more ſuo refert.

20 Nam quia certa pœna in bigamos de jure civili ſtatuta & definita non eſt, quin judex arbitrariam pœnam imponere poſſit, nil impedire videtur; Ubi enim pœna certa expreſsè denominata non eſt, arbitraria eſt animadverſio, *Iaſon. in l. jubere.4.numer.17.ff. de jurisdict.* Ludolph. *Schrader.de feud.part.10.ſect.19.nu.122. verſ. eam ob cauſam.&c. Iacob.Schult. in addit. ad* Modeſt. *Piſtor.part.3.quæſt.104.n.9. Andr. Tiraq. de pœn. leg. temp. cauſ.31.nu.34. Iacob. Menoch. de arbitr. jud.quæſt.lib.1.qu.86.num.8. verſ.aut à jure communi ſtatuto &c.*

21 *Quartò* denique arbitrantur *quidam*, quod in crimine Bigamiæ pœna adulterii obtineat, eaque ducenti duas uxores, vel nubenti duobus viris, infligenda ſit, *Iacob.de Belloviſ. in pract. crim. lib.1.cap.9.n.37.verſ.Et ſi quis.Gloſſ.in cap.quoniam frequenter.§. ſi autem.extr. ut lit. non conteſt. verb.præſumatur.Cyn.in Auth.hodie.C.de repud.n.3.& 13.Hoſtienſ.in cap.in præſentia.ext. de ſponſal. n.1.verſ.ſi præter hoc nupſerint.*

22 Quâ ſtante ſententiâ, ſequitur uxorem duos viros habentem, virgis cœſam in Monaſterium detrudendam, virum verò bigamum fuſtigandum & relegandũ eſſe. Hæc enim pœna de jure Civili in adulteros ſtatuta eſt, ut apparet ex traditis *ſuprà quæſt.53.Novell.134.cap.10.in pr. & verſ. adulteram verò mulierem. Auth. ſed hodiè. C.ad Leg.Iul de adult.Iul.Clar.lib.5.ſentent.§.adulteriũ. n.7.verſ.ſed hodiè.Iodoc.Damhoud. in pract. crim.cap.89.num.17.& 67.Ioh.Schneidvvin.in tit. Inſt.de nupt.ſub rubr.de divort.n.23.& ſeqq. Matt. Berlich.part.4.concl.27.num.17.& n.46. Matth.* W*eſemb.in parat.ff.ad Leg.Iul.de adult.n.19.poſt. pr.verſ.ſed temporibus.Et verſ. At fœminis etiam.* Pet.*Heig.part.2.quæſt.29.n.5.& ſeqq.Matt. Coler. part.1.deciſ.176.n.21.& ſeqq.*

23 Licet enim de jure Civili pœna gladii crimen adulterii coerceri debeat; ut conſtat ex *l. 30.C.ad Leg.Iul.de adult.Novell.134.cap.10.§.item Lex Iulia.Inſt.de publ.jud.* Attamen hæc non indifferenter, ſed cum grano ſalis accipi debet, ita ut pœna mortis afficiantur ſolummodò viri cum alienis uxoribus conjugatis concumbentes, & liberos in alienam familiam propagantes, eamque contaminantes, *l.6.§.1. ff. ad Leg. Iul. de adult.* Non etiam uxores adulteræ, ſicuti nec mariti ad fœminas ſolutas prolapſi, quibus mitior pœna, detruſio nimirum in Monaſterium & fuſtigatio imponitur, ut dictum antea. Cùm autem Digamia non niſi cum perſona ſoluta contrahatur, (nam maritus conjugatam uxorem in matrimonium ducens, duplex adulterium committit, quod etiam de jure Civili in perſona adulteri gladii pœna coercetur) dubium non eſt quin maritus hoc caſu, ſecundum antea dicta, fuſtigari & relegari, uxor verò virgis cæſa in Monaſterium detrudi debeat.

24 In hac opinionum varietate, *ultima hæc mihi veriſſima videtur, cui etiam lubens ſubſcribo:* Idque ut faciam, movent me *Primò* clari textus *in Novell.117.cap.11.verſ. ſi autem præter hanc* in verb. *Et ipſa & qui ducit eam uxorem, velut adulteri puniantur.* Et *Auth.hodiè C.de repud.* in verb *ſi vero præter hæc nupſerit, tàm ipſa, quàm qui eam duxerit, velut adulteri puniantur.* Unde manifeſtum eſt, uxorem duos viros habentem veluti adulteram puniri debere.

Secundò; Certo certius eſt, maritum vivente ſua conjuge ſecundam uxorem ſuperinducentem, adulterum, ut & uxorem duobus viris ſimul nubentem, adulteram, ipſamque Digamiam adulterium eſſe; cum per hanc æquè fides conjugalis & vinculum matrimonii prioris legitimè contracti violetur, ac ſi vir aut uxor abſque deſponſatione cum aliena fœmina ſoluta aut viro juvene ſe commiſceat, *arg.§.Inſt.de patr.poteſt.l.1.ff.ſolut.matrim.* Quod & expreſſis verbis teſtatur *Ordin. Crimin.Carol artic.12.* in verb. **Welche Vbelthat dann auch ein Ehebruch/ und gröſſer dann daſſelbige Laſter iſt/** *&c.* Quapropter cum de peculiari pœna, in bigamos de jure Civili ſtatuta, non conſtet, eos ſecundum diſpoſitionem de adulteris factam puniendos eſſe ratio poſtulat.

Tertiò; Si alio quopiam & peculiari ſup- 25 plicio in bigamos animadverti deberet, illud aut mitiùs pœna adulterii, aut ſeveriùs ſit, neceſſe eſt. Atqui de mitiori aliqua pœna non conſtat neque mitius bigami coerceri poſſunt: *Tùm* quod hoc crimen gravius eſt adulterio, *artic. 121. Ordin. Crimin.* *Tùm*, quod cum digamia adulterium concurrat, cujus pœna mitiorem abſorbet, *juxta tradita Gloſſ.in l.9.in verb. plurima.C.de accuſat. Bartol. in l. nunquam plura. numer.4.ff. de obligat.& accuſat.Nicol. Reuſner. lib.2.deciſ.20.num. 8.Hippol. de Marſ.in l.ſi in rixa.17. numer. 15. ff. ad Leg. Corn. de ſicar. Iodoc. Damhouder. in prax. crimin.cap.77.numer.4. Iul.* Clar. *§.fin.quæſt.84. verſ.alius eſt caſus.Hieron. Magon.deciſ.90. num. 15.& ſeqq.part.1.Socin.conſ.62.num.9.lib.1.* Non etiam gravius ſupplicium, veluti mortis pœna, hoc caſu obtinere poteſt; quia de jure civili pœna mortis bigamis determinata non eſt, ut innuit Imper. Carol. V. *in Ordin. Crimin. dict.art.121.* in verb. **Vnd wiewol die Käyſerliche Rechte auff ſolche Vbelthat keine Straffe am Leben ſetzen/** *&c.* Quare eadem pariter pœna crimen digamiæ puniri debet.

Neque huic ſententiæ adverſantur argu- 26 menta, quæ pro confirmatione *Primæ, Secundæ, ac Tertiæ opinionis* adduci poſſunt. *Etenim* quod attinet ad *l.18.C.ad Leg.Iul.de adult.* ex qua bigamos pœnam ſtupri incurrere, probari vulgò putant: *Reſp. 1.* textum illum, cujus autores ſunt Valer. & Gall. fuiſſe correctum ab Imper. Juſtiniano in *Novell.117.cap.11.Auth.hodiè.*C. *de repud.* ubi bigami adulterii pœna puniri jubentur. 2. Poſito, quod ſtupri pœna digamis ſit infligenda, non tamen exinde ſequitur, Reos hujus criminis mitiori aliquo ſupplicio quàm fuſtigatione puniri, quia & ſtupri pœna in humilioribus perſonis eſt fuſtigatio cum relegatione, *§.item Lex Iulia.4.verſ. pœnam autem. Inſtitut. de publ.jud.ubi Iohann.Harpprecht.n.40.in pr.Iul.Clar.lib.5.ſentent.§.ſtuprum.num.3.ſub fin. verſ.de jure autem civili.Proſp.Farin.part.5. oper. crim.quæſt.147.n.6.Anton. Teſſaur.deciſ.3.num.1. Matth.* W*eſembec.in parat.ff.ad Leg.Iul.de adult. num.21.Modeſt.Piſtor.conſ.42.nu.36.vol.2. Iodoc.*

Damhoud.in pract. crimin. cap.92.num.4.Iacob. Menoch.libr.2.arbitr.jud quæ.cent.3.caſ.288.n. 10.3. Ut maximè concedendum eſſet, à bigamis ſtupri crimen committi, nullatenus tamen exinde ſequeretur, bigamos adulteros non eſſe; cum utrumque delictum in bigamia concurrat: Nam ut dictum *ſupra quæſt.52. numer.74.* maritus cum fœmina ſoluta concumbens duplex delictum committit: adulterium reſpectu ſui ipſius propriique thori; & ſtuprum reſpectu virginis aut viduæ ad quam acceſſit, *l.6 §.1.l.13. §.2.l.34.§.1.ad Leg. Jul. de adult.l.101. & l.225.ff. de verb.ſignif.* Eodem pariter modo maritus vivente ſua conjuge aliam ducens uxorem, proprium thorum violando adulterium, reſpectu autem fœminæ ſolutæ patientis ſtuprum committit, & ſic utriusque delicti Reus efficitur; quia verò illius pœna regulariter ſeverior eſt pœna ſtupri, utique & illa hanc abſorbebit, *Nicol. Reuſner. libr.2.deciſ.20.num.8.Iod.Damhoud. in prax.crim.c.77.n.4.Iul.Clar.dict.quæſt.84. verſ. alius eſt caſus,&c.*

27 II. Parùm quoque obſtat, *l.uxor.7.C.de Repud.* ex qua bigamos, ſive ſint viri, ſive fœminæ, regulariter pœna gladii afficiendos eſſe, probare conantur *defenſores ſecundæ opinionis. Siquidem* mortis ſupplicium de Jure Civili in Digamos conſtitutum non eſſe, ex verbis *artic.121. Ordin.Crimin. Carol.* Vnd wiewol die Keyſerliche Rechte auf ſolche Vbelthat keine ſtraffe am Leben ſetzen/ *&c.* manifeſtum eſt. Quapropter in *d.l.7.* per pœnam capitalem non motus ſupplicium, ſed fuſtigatio intelligi debet. Capitalis enim pœna eſt, quæ vel mortem, vel amiſſionem civitatis continet, *l.103.ff.de verb.ſignif.* & capitalia dicuntur judicia, quorum pœna mors aut exitium eſt, hoc eſt, aquæ & ignis interdictio, *l.2.ff.de publ.jud.l.33.§.publicè ff.de procurat.* adeoque non ſequitur, bigamorum pœna eſt capitalis; Ergò ultimo ſupplicio bigami ſunt afficiendi: Cum & in exilium miſſi capitaliter puniantur.

28 Addi poteſt & hoc, argumentum illud à contrario ſenſu verborum *d l.7.C.de Repud.* deſúmptum eſſe. Atqui in Legibus Codicis & Reſcriptis Imperatorum ſpecialibus ejuſmodi argumenta parum probare, nemo neſcit. Quin & *l.7.* per *Novell.117.cap.11.* quod bigamos adulterii pœna affici jubet, correctam eſſe, probabiliter aſſeri poteſt, *Auth.hodiè.* textui iſti ſubjectam.

29 III. Leviori fundamento nititur opinio *Jacob.Menoch.* aliorumque exiſtimantium, pœnam Digamiæ arbitrariam eſſe. *Quia* tunc demum animadverſio eſt arbitraria, ubi pœna certa in jure determinata non eſt, teſte ipſomet *Menoch.de arbitr.jud.quæſt.lib.1.quæſt.86.n.8.* In crimine autem bigamiæ certam pœnam definitam eſſe, ſcilicet pœnam adulterii, quæ in viris eſt fuſtigatio, in fœminis autem detruſio in Monaſterium, luculenter patet ex *Novell.117.capit.11. Auth.hodiè.C.de repud.* Ad judicis igitur arbitrium hoc caſu fugere neceſſe non eſt.

§.3. Quomodo hodiè in Imperio Romano & foro Saxonico puniantur bigami?

30 Licet autem de jure communi hæc ita ſeſe habeant; Attamen hodiè in Imperio Romano-Germanico pœna bigamiæ nonnihil exaſperata eſt, & expreſsè ſancitum, *ut bigamus, ſive vir ſit, ſive fœmina, qui vivente priore conjuge cum alia perſona matrimoniū contrahit, pœna gladij puniatur in Ordin.Criminal.Carol.V.Imper.artic.121.* hiſce verbis: So ein Ehemann ein ander Weib/oder ein Eheweib einen andern Mann/ in Geſtalt der Heiligen Ehe/ bey Leben des erſten Ehegeſellen nimpt/ welche Vbelthat dann auch ein Ehebruch/und gröſſer dann daſſelbige Laſter iſt. Vnd wiewol die Käyſerlichen Rechte auff ſolche Vbelthat keine Straffe am Leben ſetzen: So wollen wir doch/welcher ſolches Laſters betrieglicher Weiſe mit Wiſſen und Willen Vrſach gibet und vollbringet/daß die nicht weniger/ dann die Ehebrüchigen Peinlichen geſtrafft werden ſollen.

31 Quamvis verò Sanctio Carolina pœnam gladii non exprimat, ſed bigamos capitaliter ſolùm puniri jubeat, peinlichen zu ſtraffen/ quæ verba non modò mortis ſupplicium, ſed & aliam quamvis pœnam corporis afflictivam denotant, ut apparet ex *art.104.Ordin.Imp.Crimin.* ibi: Keinerley peinlichen Straff am Leben/Ehren/Leib oder Gliedern. Et *art.110.* ibi: An ſeinem Leibe/Leben oder Ehren/peinlichen geſtrafft werden möchte/ *Erneſt. Cothman.reſponſ.1.num.192. & 206.* quemadmodum etiam de jure communi pœna fuſtigationis, relegationis atque infamiæ eſt capitalis *l.licet.ff. de verb.ſignif.l.1.in pr. & l.fin.ad Leg.Jul.de Vi privat.l.2. ff. de public. jud.§.2.Inſt.eod tit.l.6.§.fin.junct.l.8.ff.de pœn.l.4.§5.& l penult.ff.ad* Leg. *Jul.peculat.* 32 Attamen quin *dict.art.121.* per hæc verba mortis ſupplicium & pœna gladii intelligi debeat, dubium prorſus non eſt perpendenti totum contextum, & inprimis verba præcedentia, ubi dicitur de jure communi civili, delictum bigamiæ morte non puniri quibus ſanctio iſta opponitur, & defectus ille juris communis ſuppletur, *in verb.* vnd wiewol die Käyſerlichen Rechte auff ſolche Vbelthat keine Straffe am Leben ſetzen/ ſo wollen Wir doch daß die jenigen/ *&c.* peinlichen geſtrafft werden ſollen/ Veluti etiam hæc verba ita intellexit Divus Auguſtus Elector Saxoniæ ex *Conſt.Elect.20.in pr.* ibi: Nach dem in der peinlichen Reichs-Halßgerichts Ordnung die ſtraffe des Schwerds auff die *&c.* verordnet/ *Matt.Stephan.ad dict.art.121. ubi etiam Georg.Rem.Chilian.* König *in ſuo proceſſu tit.* Von der Poen deß/welcher zwey Eheweiber nimpt. *in fin. Modeſt.Piſtor.conſ.42.n.33.& ſeq.vol.2.Matth.Coler.part.1.deciſ.176.n.80.& ſeqq.Virgil.Pingitz.quæſt.8.n.8.Matth.Berlich.part.4.concl.28.n.10.Ludov.Gilhauſ.in arbor.jud.crim.c 2.tit.19.n.1.*

33 Nec recipienda eſt explicatio *Matth.Weſembec.in paratit.ff.ad Leg.Iul.de adult.num.8.* ſtatuentis, eo tantummodò caſu pœnam capitalem locum habere, ſi quis alterius uxorem priori ſuperinduxerit; Secus verò eſſe, ſi quis duxerit ſolutam, & quod is tantùm ſtupri crimine & pœna obligetur. *Quippe Ordin.Carol.* generaliter loquitur: So ein Ehemann ein ander Weib/ oder ein Eheweib einen andern Mann nimpt/ quæ verba certè diſtinctionem non admittunt. Unde verius concluditur, tàm in fœmina quàm in mare capitale crimen eſſe, ſive

ſolutum

ſolutam quis, quævè ſuperinducat in matrimonium, ut rectè advertit *Matth. Stephan. in explicat. dict. art. 121.*

34 Utque minùs dubium relinqueretur, Sanctionem hanc Carolinam de puniendis bigamis in foro etiam Saxonico obſervandam eſſe: D. Auguſtus Elector Saxoniæ eandem repetiit, verbisque expreſſis diſpoſuit, ut in ditionibus Saxonicis Digami pœnâ gladii afficiantur, *Conſtit. Elector. 20. part. 4. in pr.* **Nachdem in der peinlichen Reichs Halß-Gerichts Ordnung/ die Straffe des Schwerdts auff den oder die/ ſo bey Leben des Ehegattens wiſſentlich/ daß derſelbe noch am Leben/ ein andern zur Ehe nimmet/ verordnet/ und dann unſere Schöppenſtüle bißhero auff ſolche** *Conſtitution* **geſprochen? So laſſen wir es auch bey ſolcher Straffe bleiben/ ordnen unnd ſetzen/ daß dieſelbige wider die Verbrecher/ in dem Laſter der zwiefachen Ehe unnachläſſig in unſern Landen** *exequiret* **und vollſtrecket werden ſoll/** &c. Unde apparet in foro Saxonico: Bigamos ſive ſint viri, ſive fœminæ, indifferenter gladio feriendos eſſe, *Daniel. Moller. ad dict. Conſt. 20. part. 4. Matth. Berlich. part. 4. concl. 29. n. 13. Virgil. Pingitz. dict. quæſt. n. 9. verſ. & ita quotidiè. Aut. Conſult. Conſtit. Saxon. tom. 2. part. 4. quæſt. 11. n. 1. & ſeqq.*

35 Nequaquam enim concedendum *Gundiſſalvo de Villad. in tract. de hæret. quæſt. 9. num. 4. & 5.* veniam mereri Bigamum, qui palàm & publicè binas nuptias contraxit, eò quod hoc potius erroneè, quàm doloſè feciſſe præſumatur; *Præterquam* enim quod hoc ipſum ex *l. uxor. 7. C. de repud.* quem textum *Gundiſſ.* allegat, non probetur, ut demonſtrat *Berlich. dict. concluſ. 28. p. 17.* majori pœnâ dignus videtur eſſe, qui publicè binas nuptias contrahit quàm qui clanculum hoc delicto ſe contaminat, ob majorem levitatem & audaciam, ex qua crimen hoc gravius redditur

36 *Secundum prædictam Sanctionem Carolinam & Conſtitutionem Electoralem indifferenter Bigamis pœnam gladij dictare ſolent Scabini hiſce formalibus:* **Hat** *Inquiſit* **geſtanden und bekandt/ daß Er ihme ein ander Weib offentlich trauen laſſen/ und derſelbigen ehelichen beygewohnet/ ungeachtet er wol gewuſt/ daß ſein voriges Eheweib noch am Leben/** *&c.* **Da er nun auff ſeinem gethanen Bekändtnüß für Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht vber wieſen würde/ So möchte er von wegen ſolches begangenen unnd bekandten Laſters der zwiefachen Ehe mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W.** *Ad requiſitionem Quæſtoris in* **Salza**. *Menſe Octob. Anno 1582.*

Præfecti Weiſenfelſenſis, Menſe Martio, *Anno 1598.*

Quæſtoris in **Heringen**. *Menſe Februar. Anno 1583.*

Iudicis & Scabinorum in **Geier**. *Menſe Sept. An. 1596.*

Præfecti in **Schönfelß**. *Menſe Jun. Anno 1597.*

Quæſtoris in **Beichlingen**. *Menſe Junio, Anno 1601.*

Quæſtoris Lipſenſis. *Menſe Septembr. Anno 1608.*

Quin & non ſolùm in terris Electoratus Saxon. verùm etiam extra Electoratum Reis hujus criminis indifferenter pœna gladii à *Scabinis* indicitur, juxta diſpoſitionem *Ordin. Crim. Carol.* quæ omnes Imperio Romano Germanico ſubjectos obligat: Veluti etiam hujus ſanctionis in ſententiis *Scabini* mentionem faciunt pronuntiantes extra Electoratum. 37

Hoc modo: **So möchte** *I. N.* **von wegen ſolcher ſeiner Verbrechung vermöge des Heiligen Röm. Reichs peinlichen Halßgerichts-Ordnung von Straffe des Vbels ſo in geſtalt zwiefacher Ehe geſchicht/ mit dē Schwerd vom Leben zum Todte geſtrafft werden/ V. R. W.** *Brandeburgum ad requiſitionem Senatus* Menſe Majo, *An. 1583.* 38

Ad conſultationem Conſiliariorum in **Deſſau**. Menſe Mart. *Anno 1583.*

Ad requiſitionem Quæſtoris in **Leimung**. Menſ. *Decembr. An. 1603.*

Quæſtoris in **Petersberg**. *Menſe Iulio. Anno 1581.*

Judicis & Scabinorum Furſtenbergenſium, Men*ſe Nov. An. 1592.*

39 Ampliatur Primò hæc Conſtitutio in Bigamo, cui uxor prima ignoſcere & amplius cohabitare vult: Quamvis enim in ſimplici adulterio ad conjugis interceſſionem pœna ordinaria adultero remittitur: *Conſt. Elector. 19. part.* 4. attamen in bigamia interceſſio & remiſſio conjugis reum ab ordinaria pœnâ gladii non liberat; *Matth. Weſembec. in comm. manuſcript. ad Conſt. Elect. 20. part. 4.* quem refert & ſequitur, *Daniel. Moller. ibid. numer. 4. verſ. Et hoc quidem caſu.*

Q. 4. *Num interceſſio Conjugis Bigamum à pœna mortis liberet?*

40 *Tùm,* quod nullibi conſtitutum reperiatur, ut Bigamo ad conjugis interceſſionem pœna ordinaria remitti debeat: Ergò nec temerè absq; juris autoritate hoc aſſeverandum eſt, juxta *l. diſſentientis.* 5. ibi: *nulla juris præcipit Conſtitutio, &c. C. de repud. cap. is qui in Eccleſia. 18. in fin. pr. ext. de ſent. excomm. in 6to. Hartm. Piſtor. lib. 2. quæſt. 1. n. 100. & quæſt. 13. num. 35. Iaſon. in l. illam. 19. num. 8. verſ. alibi autem Baldus, &c. de collat. Iacob. Schul. in addit. ad* Modeſt. *Piſtor. part. 3. qu. 126. n. 168. & ſeqq.*

41 *Tùm,* ob *Conſt. Elect. 20. part. 4. in fin. pr.* ubi dicitur, bigamos absque cunctatione & nullâ remiſſione gladio feriendos eſſe, *in verb.* **Ordnen und ſetzen/ daß dieſelbe Straff wider die Verbrechere in dem Laſter der zwiefachen Ehe unnachläßlich/ in unſern Landen** *exequiret* **und vollnſtrecket werden ſoll/** &c. Quibus verbis conjugis remiſſionem in crimine digamiæ rejici, manifeſtum ex *Conſt. Elect. 19. part. 4. in fine.* ubi iisdem ferè verbis, in duplicato adulterio, non habita ratione interceſſionis Conjugum, Reos gladii pœnâ afficiendos eſſe ſtatuitur.

42 *Tùm,* quod in crimine ſimplicis adulterii, ad conjugis interceſſionem adultero pœna ordinaria debet mitigari. Ergo non in crimine digamiæ, quod longè gravius eſt adulterio *Ordin. Crimin. Carolin. artic. 121. in verb.* **Vnd gröſſer denn daſſelbige Laſter iſt/** &c. Aliàs certè uno eodemque modo hæc duo delicta punirentur, cùm tamen ob gravitatem criminis pœna exaſperari, eaque proportionabiliter delicto

correſpondere debeat, *l. capitalium.28.§.ſolent. & §. graſſatores. ff. de pœn.l.1.ff.de jur.patron.l.3.* C.*de Epiſc.audient.l.ſervos 8.C.ad Leg.Iul. de Vi publ.Nicol.Reuſner.lib.2.deciſ.20.n.6.Anton.Gomez.de delict.c.3.n.60.in fin.*

43 *Et ita quotidiè pronunciari, atque in ſententiis clauſulam de pœna ad interceſſionem Cõjugis mitiganda prorſus omitti, certius eſt, quam ut probatione indigeat: Quin & Conjugem pro bigamo intercedentem audiendam non eſſe, haud rarò à Scabinis exprimi ſolet hiſce verbis:* Vnd hat des Eheweibes *remiſſio* in dieſem Fall nicht ſtatt.

Q.5. An pœna Bigamiæ locum habeat, etiamſi benedictio ſacerdotalis nõdum acceſſerit?

44 *Secundò ampliatur* in viro vel uxore, qui quævè vivente Conjuge cum altero vel altera ſponſalia de præſenti contrahens etiam concubuerit: Nam & tunc pœna gladii obtinet, etiamſi per ſacerdotem in templo copulatio nondum ſit facta, *Daniel. Moller. ad Conſt. Elect. 20. part.4.n.3. Autor. Conſult. Conſt. Saxon. tom.2.part. 4.qu.11.n.2.*

45 Idque expreſsè ita ſancitum eſt in *Conſt. Elect. 20. §.* Wir wollen auch/ *&c part.4.* ubi hæc verba habentur: Wir wollen auch obberürte Straffe deß Schwerdts dahin gemeynet und erſtrecket haben/ daß ſie wider die/ welche bey Leben ihres Ehegattens mit andern offentlich Ehegelübde gehalten/ und ſie darauff fleiſchlich erkandt/ fürgenommen werden ſoll/ ungeachtet ob gleich kein Kirchgang gehalten/ noch die Zuſammengebung durch die Prieſter geſchehen wäre/ &c. Quia conſenſus nuptias facit, *l. nuptias.30. ff. de reg. jur. l. ſi. donationum. C. de nupt. c. aliter.30.quæſt.5. c. honoratus.32.q.2.* accedente copula carnali hoc crimen perfectum eſſe, vix negari poterit, ut mirum non ſit: Electorem gladii pœnam ad hunc quoque caſum extendiſſe.

46 Nec refert, quòd ante copulam & benedictionem ſacerdotalem matrimonium perfectum & conſummatum non ſit, ut probatur ex verbis *Conſt. Elect.24.part.2.* Daß von Zeit der vollzogenen Ehe und als wann der Kirchgang geſchehen/ &c. quod & de moribus totius ferè Germaniæ ſic obſervari extra dubium eſt. *Quamvis* enim hoc conceſſerim, haud tamen negari poteſt, per copulam carnalem fidem prioris matrimonii violatam, ejusque vinculum ita diſſolutum fuiſſe, ut Bigamiæ crimen verè perfectum dici queat.

47 Præterea ſciendum, duplicem eſſe perfectionem conjugii: *Unam* quæ fit per copulam ſacerdotalem, per quam matrimonium legitimo modo ac civiliter perficitur, ita ut ſponſus ſponſaque conjuges reverâ ſint atque dicantur, & uxor jura & privilegia viri conſequatur. *Alteram* verò, quæ fit per copulam carnalem, qua conjugium perficitur naturaliter, accedente ſiquidem copula carnali ad deſponſationem, naturaliter nihil ſupereſſe videtur, quod ad ſubſtantiam conjugii requiratur. Hocq; reſpectu verum eſt, quod dicit *Daniel. Moller.* ſolennitatem publicæ copulationis de ſubſtantia matrimonii non eſſe, *ad dict. Conſt. Elect. 20.part.4.num. 3.in fin.*

48 Quin & virum vel uxorem cum altero vel altera ſponſalia contrahentem ac concumbentem, ad minimum adulterium perpetrare, extra omne dubium eſt, *Conſt. Elect.19.part.2.* quod vel ſolùm pœnam gladii meretur: Ut ita hoc caſu ab Electore nihil novi fuerit introductum.

Secundum hæc dictaverunt Scabini pœnam gladij marito cuidam G. W. qui derelicta conjuge cum alia publica ſponſalia celebraverat, eamque matrimonio per copulam ſacerdotalem nondum conſummato, carnaliter cognoverat. Ad conſultationem Martini Dörers *in* Belgershain. *M. April. Anno 1614.* 49

Notandum tamen benè, quod *Conſtitutio Electoralis 20.p.4.* de iis ſolummodò loquatur, qui publicis ſponſalibus contractis concumbunt, *in verb.* Welche bey Leben ihres Ehegattens mit andern öffentlich Ehegelübd gehalten/ &c. Proinde, ſi quis à prima uxore divertens, aliam absque publicis tamen habitis ſponſalibus ſibi de præſenti deſponſaverit, eamque vitiaverit, hæc ſanctio locum non habet. Ideoque licet hoc caſu maritus ceu adulter gladii pœnam promeritus ſit, ad interceſſionem tamen conjugis prioris ceu in ſimplici adulterio ea remitti debet. 50

Prout etiam marito, qui derelicta conjuge cum alia ſibi privatim deſponſata 6. infantes procreaverat, eiq; 14. annos cohabitaverat, dictaverunt Scabini pœnam gladii, adjecta tamen clauſula remiſſionis: Es wolle ihme dann ſein Eheweib/ weil obgedachte Zuſage/ ſo er der Vettel der Ehe halber gethan/ für ein rechtes offentliches Ehegelöbnüß/ wie es die Churfürſtliche Sächſiſche *Conſtitution* haben wil/ nicht zu halten/ ſeine Verbrechung nachmals verzeihen/ und ungeachtet gebrochener Treu und Glauben/ ferner ehelichen beywohnen/ Auff den fall würde er mit der ordentlichen Todtes ſtraff verſchonet: Er würde aber gleichwol geſtalten Sachen nach/ weil er ſein Weib ſo lange Zeit bößlichen verlaſſen/ und ſich mit öffentlichen Vetteln geſchleppet/ im Gefängnüß mit Ruthen billig gezüchtiget/ vnd folgends des Landes ewig verwieſen/ darauß ihme ſein Weib zu folgen ſchuldig/ V. R. W. *Quæſtori in Saltza. Menſe Decembr. Anno 1614.* 51

Et in caſu ſimili Quæſtori Zvvickavienſi: So mag er ſolcher ſeiner Verbrechung wegen nach Gelegenheit dißfals/ weil Er ſich in kein öffentlich Ehegelöbnüß eingelaſſen/ mit Landsverweiſung in ſtraff genommen werden/ V. R. W. *Menſ. Majo, Ao 1632.*

Cæterùm, quod de pœna Bigamiæ hactenùs dictum, non ſemper ac indiſtinctè verum eſt, ſed certis etiam modis fallit.

Ac Primò *fallit in Bigamis viro & uxore, qui conjuge adhuc ſuperſtite cum aliis matrimonium contraxerunt, ac per benedictionem ſacerdotalem perfecerunt; copulâ tamen carnali non ſubſequutâ.* Quapropter licet quis uxore ſua adhuc ſuperſtite aliam in matrimonium duxerit, & per ſacerdotem ſibi eam copulari fecerit, ſi tamen carnaliter eam non cognoverit, pœna gladii affici non debet, *Modeſt. Piſt. vol.2.conſ.42.num.39. & ſeqq. Georg. Rem. & Matth. Stephan in art.121. Ord. Crim. Carol. Proſp. Farin. part.5.oper.crim.q.140.n.30. Ludov. Carer. in pract.crim. in 3. tract. de homicid. & aſſaſſin circa igitur quartum de ſtupro.n.16.* 52

Q.6. Quomodo Bigami, qui nidum concubuerunt, puniri debeant?

Tùm, ob textum in *art.121. Ordin. Crim. Carol.* Ibi: So wollen wir doch/ welcher ſolches Laſters Vrſach giebet und vollbringet/ daß die nicht weniger dann die Ehebrüchigen peinlich geſtrafft 53

werden ſollen. Quibus verbis gladii pœna in eos ſolùm ſtatuitur, qui crimen bigamiæ perfecerint; Quod de debito reddito, ſeu commixtione reali, non etiam de feſtivitate nuptiali, & deductione in templum accipi debet, ut notat *Georg. Rem. & Matth. Stephan. in dict. articul. 121.* Verbum enim hoc (*perficere*) abſolutam flagitii conſummationem ſignificat, *arg. l. Vrbana familia. §. pernoctare. ff. de verb. ſign.* At vero matrimonium, niſi copula demùm interveniente, non cenſetur eſſe conſummatum, *c. ex publico. & ibi Panormitan. numer. 5. & 6. de converſat. conjugat. c. genuit. 27. quæſt. 2. Idem Panormitan. in c. tertio loco, ad fin. de præſumpt.* ubi expreſsè ſcribit: in materiâ odioſâ, uxoris, mariti vel matrimonii appellatione non venire ſponſalia, per verba etiam de præſenti contracta, neque etiam illos, qui ejuſmodi ſponſalia contraxerunt, ea ratione, quod in materiâ odioſâ verba non ita ſtrictè accipienda ſunt, quemadmodum propria eorum ſignificatio præ ſe fert, præſertim quando alia magis vicina ſignificatio reperiri poteſt, *c. cum dilectus. de conſuet. c. cum in cunctis. de elect. junct. c. ſi compromiſſarius. eod. tit. in 6to.*

54 Nec refert quod per copulam & benedictionem ſacerdotalem matrimonium dicatur perfici, in *Conſtit.* Elect*or. 24. part. 2.* *Etſi* enim hoc verum eſt; plenius tamen conſummatur matrimonium per commixtionem carnalem, præſertim de jure Saxonico, quod ad conſummationem conjugii conſcenſionem thalami requirere videtur, *libr. 1.* **Landrecht.** *articul. 45. verſ.* **Vnd tritt in ſein Recht / wenn Sie in ſein Bette tritt /** *& verſ.* **Das Weib iſt auch ihres Mannes Genoſſin.** *artic. 76. verſ.* **Hat aber die Frau einen andern Mann /** *&c. d. lib. 1. Gloſſ. lat. ad text. germ.* **Landrecht.** *libr. 1. dict. art. 45. lit. E. Ioach. à Beuſt. ad l. ff. de jurejur. n. 166. & in l. admonẽdi. 31. ff. eod. tit. numer. 957.* Idque eſt quod antea dixi conjugium duplici modo perfici: *Primò* per copulam ſacerdotalem, civiliter & legitimè; *Deinde* per commixtionem carnalem, modo naturali. Quod autem in *dict. artic. 121.* vocabulum (**vollbringen**) hanc poſteriorem conſummationem, quæ ſcilicet fit per commixtionem realem, requirat; apparet ex traditis *Panorm.* ſtatuentis, quod in materia odioſa ante copulam carnalem matrimonium non dicatur perfectum in *c. tertio loco. de præſumpt.*

55 *Tùm*, quod bigamia eſt ſpecies adulterii, ut apparet ex *art 121. Ordin. Crim in prin.* ibi: **Welche Vbelthat dann auch ein Ehebruch /** *&c. Et in fin* **Daß die nicht weniger dann die Ehebrüchigen peinlich geſtrafft werden ſollen:** Atqui adulterium in marito & uxore non niſi per conſuetudinem carnalem cum alia perſona habitam committitur; per hanc enim propriè vinculum matrimonii diſſolvitur & thorus violatur, non etiam per deſponſationem. Ergò nec crimen Bigamiæ abſq; carnali commixtione perfectè perpetratum dici poterit.

56 *Tùm*, ob *Conſt. Elect. 20. §.* **Da aber das Beyſchlaffen.** *part. 4.* ubi mitior pœna veluti carceris aut temporalis relegationis decernitur iis, qui commixtione non ſecuta per deſponſationem cum alia perſona fidem conjugalem frangunt. Et licet quis regerat, agi ibidem in caſu, quo ſacerdotalis copulatio nondum eſt facta ut liquet ex verbis (**in dieſem fall.**) *Is* tamen negare nequit, D. Auguſtum Electorem, quoad pœnam gladii bigamis infligendam, commixtionem carnalem principaliter reſpexiſſe: quæ cùm nec hoc caſu acceſſerit, pœnam gladii hîc quoque ceſſare, ex mente Electoris probabiliter colligi poteſt.

57 *Tùm*, quod in odioſis & pœnalibus mitior ac benignior ſententia eſt apprehendenda, *l. 4. §. 1. ubi gloſſ. in verb. Et verum eſt ff. de ſuſp. tutor. l. ſi Præſes. 32. in fin. & in l. interpretatione. 42. ff. de pœn. Iacob. Menoch. de præſumpt. libr. 5. præſumpt. fin. n. 2. Proſper. Farin. in prax. crimin. libr. 1. tit. 2. qu. 19. n. 3. Modeſt. Piſtor. vol. 2. conſ. 42. n. 43. Ludolph. Schrad. de feud. part. 2. nonæ part. princ. ſect. 8. n. 16. Iac. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſt. part. 4. quæſt. 133. n. 26.*

58 *Ideoq; Bigamum, priusquam de copula carnali certo conſtet, gladio feriendum non eſſe, exiſtimaverunt Scabini in hunc modum pronunciantes:* **Vnd ihr habt euch allbereit erkundiget / daß ſein erſtes Eheweib in Böhmen noch am Leben iſt /** *&c.* **Da ihr euch nun auch ferner eigentlichen und gewiß erkündigen würdet / daß Er ſich mit der andern gleichsfals ehelichen trauen laſſen / unnd ſie ſich darauff als Eheleute zuſammen gehalten / Er auch auff ſolchem ſeinem gethanen Bekäntnüß vor offentlichẽ gehegten peinlichen Halßgerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht vberwieſen würde / So möchte er von wegẽ ſolcher ſeiner Verbrechung und begangenen Laſters der zwiefachen Ehe / mit dem Schwerd vom Leben zum todte geſtrafft werden / V. R. W.** *Ad conſultationem Quæſtoris Zvvickavienſis. Menſ. Ian. Anno 1629.*

59 Hocque eò magis verum eſt, ſi vir vel uxor conjuge ſuperſtite ſponſalia cum aliâ quâpiam perſona contracta, nec commixtione carnali, nec copula ſacerdotali conſummaverit, qui, quæve ſeveriori aliquo ſupplicio quàm carceris aut temporalis relegationis pœna affici non poteſt, ob diſpoſitionem manifeſtam *Elect.* C*onſtit. 20. p. 4. §.* **Da aber das Beyſchlaffen in dieſem fall nicht erfolget / ſoll das Theil / welches an ſeinem lebendigen Ehegemahl ärgerlich gehandelt / vor ehrloß gehalten / und darüber mit Gefängniß / oder zeitlicher Verweiſung nach Gelegenheit geſtrafft werden / ꝛc.**

60 Secundò: Fallit hoc in marito aut uxore, qui quævè à conjuge deſertus vel deſerta matrimonium cum alia perſona contrahit: Quo caſu licet id copula ſacerdotali & commixtione carnali fuerit conſummatum, pœna tamen gladii ceſſat, & Bigamus arbitrariè, utpote relegatione aut carcere punitur, propterea quod priori matrimonio per ſententiam nondum diſſoluto aliam perſonam ſibi deſponſavit, & nuptias celebravit.

Q. 7. *Quæ ſit pœna Bigami à conjuge deſerti cum alia perſonâ matrimonium ineûtis?*

61 *Tùm*, quod pars deſerta à conjuge, ope conjugali & remedio uſtionis privata matrimonium potius contrahere, quàm luxurioſè vivere maluiſſe præſumitur, qua exceptione oppoſita,

poſita, ab ordinaria pœna meritò liberatur; cum ignoſcendum ſit ei, qui cauſa aliqua commotus delinquit, *l. ſi adulterium*, 38. *§. Imperator. 8. ff. ad Leg. Jul. de adult. l. qui cum major. 14. §. ſi libertus. 6. in fin. ff. de hon. libertor. Hippol. de Marſil. in pract. crimin. §. quoniam. num. 62. Felin. in c. delicti. 8. ext. de except. Tiraq. de pœn. mitig. cauſ. 1. num. 5.*

62 *Tùm*, quod hoc delictum levius ſit vero crimine bigamiæ, ob cauſam divortii conjugi præbitam, malitioſam ſcilicet deſertionem, ob quam matrimonium diſſolvi poſſe, dubium non eſt *Johann. Schneidvv. in tit. Inſt. de nupt. ſub rubr. de divort. num. 43. Joach. à Beuſt. in tract. de matrim. cap. 26. verſ. nos vero. Henning. Arniſ. de jure connub. capit. 6. ſect. 7. num. 4.* Quantumvis autem conjugium nondum diſſolutum ſit, attamen quia cauſa diſſolutionis non deficit, matrimonium diſſolvendum pro diſſoluto habetur; quo reſpectu delinquens nec propriè Bigamus eſt, nec Bigamiæ pœnam ordinariam incurrit, arbitrariè tamen puniri debet, quod non expectata judicis ſententia, & divortio nondum facto ad aliud conjugium convolaverit.

63 *Tùm*, quia vir aut uxor à conjuge deſertus deſertavè divortio nondum facto cum alio concumbens & adulterans, à pœna ordinaria adulterii liberatur, & mitiori aliquo ſupplicio, veluti relegatione punitur, ut dictum *ſupra quæſt. 58.* Quare nec hoc caſu ſeverior aliqua pœna Bigamo infligenda eſt, quia, ut ſæpiùs dictum, Bigamia adulterii ſpecies eſt, iisdemque ferè regulis continetur, ut luculenter apparet ex *artic. 121. Ordin. Crim. Carolin.*

64 *In caſu ejuſmodi Scabini dictaverunt Reo perpetuam Relegationem hiſce formalibus;* Dieweil auß der abgehörten Zeugen Auſſage zubefinden/ daß M.K. Eheweib ſich nicht allein gegen jetzo gemeldtem ihrem Ehemann gantz ungehorſamb erzeiget/ ſondern auch gantz davon gangen/ und ihn nun viel Jahr hero böߟlichen verlaſſen/ *&c.* So mag gedachter M.K. am Leben nicht geſtrafft werden/ Er wird aber gleichwol derowegen/ daß Er ihme ſein jetziges Eheweib G. ehe und zuvor er von gedachten ſeinem Eheweibe/ der Ehe halber gebürlichen loß gezehlet worden/ ehelichen copuliren und trauen/ des Landes ewig billich verwieſen/ und iſt Jhm ſein mitgefangenes Eheweib/ welche über das erlittene Gefängnüß/ in fernere Straff nicht mag genommen werden/ auſſer Landes mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig/ V. R. W. *Ad petitionem Quæſtoris in* Oſtrau/ *Menſ. Mart. Anno 1605.*

In caſu ſimili fuit indicta pœna carceris uxori cuidam, quæ à viro ſuo deſerta, poſt lapſum 22. annorum cum alio matrimonium contraxerat; Verſus Reichenbach/ *ad quæſtionem Iudicis & Scabinorum,* Menſ. *Iulio, An. 1607.*

65 Tertiò: Fallit in viro & uxore, qui quævè conjuge ex juſta cauſa abſente, quem deceſſiſſe probabiliter credidit, ſecundum matrimonium contraxit; Puta ſi vir in militiam abiit, & eum uxor diu expectavit; Tunc ſi cum alio matrimonium iniit, à dolo & pœna ordinaria excuſatur, *c. ſi quis neceſſitate. 4. cauſ. 34. quæſt. 1. c. quoniam 5. §. ſi autem de carnali. ext. ut lit. ſit non conteſt. l. miles. 11. §. mulier. 12. ff. ad Leg Iul. de adult. l. uxor. quæ 7. C. de repud. Iodoc. Damhoud. in pract. crim. capit. 89. num. 44. Iacob.* Menoch. *libr. 2. arbitr. jud. quæſt. cent. 5. caſ. 420. numer. 118. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. fornicatio. num 31. Proſp. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 140. num. 42.* Facit huc textus expreſſus in *Ordin. Crim. Carol. art. 121.* in verb. Welcher ſolches Laſters betrieglicher Weiß mit Wiſſen und Willen Urſach gibet/ ꝛc. Et *Conſt. Elect. 20. p. 4.* In verb. So bey Leben des Ehegattens wiſſentlich/ daß derſelbe noch am Leben/ ein andern zur Ehe nimbt/ ꝛc.

Q. 8. Num ignorantia in hoc crimine excuſet?

Quo tamen caſu conjugi dicenti, ſe virum aut uxorem abſentem adhuc vivere neſciviſſe, non ſimpliciter creditur, ſed allegans ignorantiam, probare eam debet *c. præſumitur. de reg. Iur. in 6to Joſeph. Maſcard. de probat. vol. 2. concluſ. 879. num. 1. & concl. ſeq. n. 3. Henr. Bocer. in tract. de adult. cap. 1. numer. 59.* Probatur verò ignorantia conjecturis aut præſumptionibus, aut ſi ſufficientes non ſint, juramento allegantis eam, *Maſcard. de probat. dict. vol. 1. concl. 881. n. 1. & ſeq.* 66

Quin & ſi conjecturæ deficiant, è contra verò indicia ſeſe offerant, ex quibus probabiliter colligitur, Reum conjugem abſentem adhuc vivere non ignoraſſe, tunc is ad veritatem eruendam torturæ ſubjici poteſt. 67

Veluti etiam ſic pronunciarunt Scabini: Ob nun wol C.L. fürgeben/ als wann Er nicht anders gewuſt/ dann daß ſein erſtes Eheweib geſtorben/ dieweil aber dennoch ſein Fürgeben der Warheit nicht ähnlich/ Er auch nicht außzuführen gewuſt/ woher Er ſolche Wiſſenſchafft/ daß ſein Weib geſtorben/ erlanget/ ſondern vielmehr vermuthlichen/ daß Er gewuſt/ daß ſi noch am Leben ſey/ weil er ſich in der Nachbarſchafft und Orten/ ſo nicht weit von Kindelbrück gelegen/ allda ſein erſtes Eheweib anzutreffen geweſt/ auffgehalten/ auch vor 3. Jahren von dem Pfarrherrn zu Grüeningen wegen ſeiner erſten Trauung eine Kundſchafft begehret/ *&c.* So erſcheinet darauß/ unnd ſonſten allenthalben ſo viel/ daß Jhr wol befugt/ woferne der Gefangene ſein Bekäntnüß nochmals in guten nicht thun wird/ ihn mit der Schärffe ziemblicher Weiſe angreiffen unnd befragen zu laſſen/ ob er nicht wiſſentlichen und vorſetzlichen/ daß ſein erſtes Weib zu Kindelbrück noch am Leben geweſt/ Jhme die andere ehelichen trauen laſſen. *Ad conſultationem* Volrads *à* Kroſſig/ *Menſ. Octob. Anno 1613.* 68

In caſu ſimili ita reſpondimus Quæſtori in Oſtrau *Menſe Auguſto, Anno 1629.*

Quartò: Fallit denique hoc in fœmina ſoluta, quæ cum marito, qui uxorem habet, matrimonium contrahit & concumbit. Hæc enim gladii pœnâ afficienda non eſt. 69

Q. 9. Qua pœnâ affici debeat fœmina ſoluta marito alieno nubens?

Tùm, quod *Ordin. Crim. Carolin. art. 121. & Conſt. Elect. 20. part. 4.* Bigamum ſolummodò gladio feriri jubet, qui ſive ſit vir, ſive uxor, conjuge adhuc vivente & ſuperſtite, alium aliamvè conjugem ſuperinducit: de puella verò quæ marito, uxore ipſius adhuc vivente nubit, nihil prorſus ibidem diſpoſitum reperitur, quapropter mortis ſupplicio eam puniendam eſſe, absque autoritate legis temerè aſſeverandum non eſt, *capit. is qui in Eccleſia, 18. in fin. pr. ext.* 70

Pr. extr. de ſent. excom. in 6to. Iaſon. in l. illam. 19. num. 8. verſ. alibi autem Bald. &c. C de collat. Hartman. Piſtor. libr. 2. quæſt. 1. num. 100. & quæſt. 13. num. 35.

Tum, quod cauſa alicujus diſpoſitionis ceſ- 71 ſante, ipſa ceſſet diſpoſitio, *Jaſon. in l. quod dictum. 32. nu. 2. ff. de pact. Andr. Tiraquel. in regula ceſſante cauſa. nu. 30. Nicol. Everh. in top. loc. à ceſſatione rationis. nu. 2. Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratr. part. 6. quæſt. 9. num. 10. verſ. quinto quia &c.* Atqui in puella quæ marito, vivente uxore nubit, ratio ob quam gladii pœna Bigamis definita eſt, ceſſat: neque enim puella ejuſmodi Bigama dici poteſt, neque duos viros habet. Ergò etiam hoc caſu puellæ gladii pœna indici nequit.

72 Quamvis verò puella aut vidua hoc caſu gladio punienda non eſt; Attamen fuſtigationis pœnam non effugiet, ob adulterium cum marito perpetratum. Quià enim aliàs fœminæ ſolutæ, virgini aut viduæ alieno marito ſe proſtituenti pœna fuſtigationis & relegationis perpetuæ infligitur, juxta *Conſtitutionem Elect. 19. verſ.* **Die ledige Dirne aber/** *&c. part. 4.* quin hoc quoque caſu eidem pariter ſupplicio puella aut vidua ſubjici debeat, extra dubium eſſe videtur, *Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 20. part. 4. verſ. quæ ſi & ipſa ſcivit. &c. Autor. Conſult. Conſt. Saxon. tom. 2. part. 4. quæſt. 11. nu. 6. verſ.* **Wann aber ein ledige Perſon/** *&c.*

73 *Veluti ſic etiam pronunciarunt Scabini Quæſtori in* **Heringen.** *M. Febr. An. 1583.*
Item ad requiſitionem Prætoris & Scabinor. Dreſdenſium. M. Febr. Anno 1620.

74 Ac ſi vir ſolutus alterius uxorem in matrimonium duxerit, aliter res ſeſe habet: Etſi namque is bigamus non ſit, ut qui duas uxores non habet, gladii tamen pœnam effugere non poteſt, propter adulterium hoc caſu cum alterius uxore perpetratum *Conſtitution. Elect. 19. part. 4.*

75 *Quemadmodum in caſu tali Scabini reſponderunt Quæſtori in* **Belzigk.** *Menſ. Martio, Anno 1594.*

Q. 10 Quid ſi fœmina ſoluta ignoràter marito alieno nupſerit?

76 Quod tamen ſic intellectum velim, ſi nempe fœmina ſoluta marito nubens, aut Juvenis ſolutus cum alterius uxore matrimonium contrahens, ſcienter hoc faciat. Nam ſi hic vel illa ignoret, perſona, cum qua conjugium initur, jam antea conjugatam eſſe, ab omni pœna immunis erit; quia dolo caret. *Conſtitution. Elector. part. 4. §. fin. verſ.* **Vnd der unſchuldige Theil/** *&c.*

Etenim abſque dolo adulterium non com- 77 mitti, certiſſimum eſt, *l. pen. ad Leg. Jul. de adult.* adque id certa ſcientia requiritur, *Alber. in l. ſi ea in pr. verſ. quod intellige. C. ad Leg. Jul. de adult. & in l. ſi adulterium. 38. §. ſtuprum. nu. 1. ff. eod. tit. Salic. in l. qui adulterium. 29. nu. 3. verſ. & inſciente. C. eod. tit. Henric. Bocer. in tract. de adult. cap. 1. num. 58. Hoſtienſ. in Summar. de adult. rubr. quis poſſit accuſari. num. 4.* Ceſſante igitur dolo, pœna etiam ceſſabit.

Niſi forſan culpa delinquenti imputari 78 poſſit, quod non diligenter in conditionem alterius contrahentis inquiſierit, cum hoc benè facere potuiſſet, aut ſi contrahens matrimonium alio modo deliquerit; veluti ante copulam ſacerdotalem (quæ ſi prævia cauſæ cognitione præceſſiſſet commixtio carnalis & adulterium, abſque dubio impeditum fuiſſet) concumbendo. Quo caſu pœna arbitraria locum habebit.

Quemadmodum Scabini dictaverunt pœnam 79 *Carceris fœminæ ſolutæ, quæ inſciens cum marito ſponſalia contraxerat; & Paſtore abſque producto inſtrumento* (vulgò **Kundſchafft**) *ex quo delictum manifeſtari potuiſſet, proclamationem renuente, cum eo rem habuerat:* **So viel aber die Gefangene** *A. L.* **anlangen thut/ mag dieſelbe geſtalten Sachen nach/ weil beydes ſie/ ſo wohl derſelben Eltern/ von dem Gefangenen liſtiger und vorſetzlicher Weiſe/ in deme er fürgeben/ unnd darauff jederzeit beſtanden/ daß er kein Weib hätte/ betrogen worden/ der Gefangene ſie ſelber auch entſchuldiget/ daß ſie darumb/ daß er ein Eheweib/ keine Wiſſenſchafft gehabt hätte/ und es nunmehr darfür gehalten wird/ als wenn ſie mit einer ledigen Perſon zugehalten hätte/ höher nicht/ dann nur noch eine Zeitlang mit der Straffe deß Gefängnüß geſtraffet/ unnd hernacher deſſelben auff einen gewöhnlichen Vhrpheden entlediget werden/ V. R. W.** *Ad requiſitionem Martini* **Dörers** *in* **Belgershain.** *Menſ. April. Anno 1614.*

Deinde fallit etiam hæc aſſertio in viro ju- 80 vene aut fœminâ ſoluta, qui quævè cum conjugata perſona ſcienter quidem ſponſalia contraxit, nondum tamen cum eadem concubuit, ante copulationem ſacerdotalem & conſummationem nuptiarum re detecta & delicto manifeſtato; Quo caſu non niſi carceris, aliavè pœna arbitraria obtinet; juxta diſpoſitionem expreſſam *Conſt. Elect. 20. in fin.* ibi: **Wann aber daſſelbige Theil Wiſſenſchafft gehabt/ daß der Verbrechende in der Ehe bey Zeit des Vorhabens geweſen/ ſo ſol es auch willkührlich mit Gefängnüß/ und dergleichen geſtrafft werden/** *Daniel. Moller. ibidem num. 4. verſ. nam ſi ſciverit.*

QVÆSTIO LXVII.

De pœna Contrahentium bina ſponſalia.

SVMMARIA.

1. *Gladii pœna num teneantur contrahentes bina ſponſalia? nu.7.10.*
2. *Quatenus ſponſus mariti, & ſponſa uxoris appellatione veniat, nu.3.8.9.*
4. *Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit.*
5. *De conſuetudine Germaniæ ſponſalia de præſenti differunt à matrimonio, nu.6.14.*
11. *Pœna contrahentium bina ſponſalia, absq́; commixtione carnali aut copula ſacerdotali nu. 12.13.15.19.*
16. *Quid ſi bina ſponſalia clandeſtina fuerint contracta? nu.17.*
18. *Sententia Scabinorum Lipſenſ. nu. 20.*
21. *Pœna contrahentium bina ſponſalia, accedente copulâ carnali, vel perfectione matrimonii, nu.22.24.*
23. *Stupri pœna de jure Civili non eſt certa.*
25. *Explicatio ordin. Eccleſiaſt. Saxon. tit.* Von Eheſachen / *Rubr.* Von der Straffe der Vnzucht/*nu.26.27.*
28. *Sententia Scabinorum Lipſenſ. nu.29.*
30. *Ignorantia in hoc crimine excuſat.*
31. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
32. *Quid ſi ſponſus primam ſponſam carnaliter cognoverit? nu.33.34.*
35. *Sententia Scabinorum Lipſienſ.*
36. *Pœna ſponſi utramq́; ſponſam carnaliter cognoſcentis, nu.37.*
38. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
39. *Quandoque in hoc crimine judex pœnam poteſt exaſperare, nu.40.43.*
41. *Omnes ferè pœnæ ſunt hodie arbitrariæ.*
42. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, nu.44.*
45. *Mitigari quoque poteſt quandoque pœna hujus criminis.*
46. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
47. *Num ad interceſſionem ſponſi, ſponſæve pœna ſit mitiganda? nu.48.52.53.57.*
49. *Remiſſio hæc poſteriori quoque ſponſo prodeſt.*
50. *Remiſſio pœnæ uni facta alteri etiam prodeſt.*
51. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium, nu.54.*
55. *Remittenda etiam eſt pœna ad interceſſionem ſponſæ poſterioris.*
56. *Sententiæ Scabinorum Lipſienſium.*
58. *Matrimonium cum poſteriore ſponſa conſummatum dirimendum eſt, ſi prior ſponſa ſponſum recipere velit, nu.59.*
60. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſ.*

DE pœna Bigamorum *quæſtione præcedenti* ſufficienter dictum eſt; Quâ an etiam ſponſus ac ſponſa, qui quæve bina ſponſalia contraxerunt, teneantur, non ſine ratione dubitari poteſt.

Q. 1. An contrahẽtes bina ſponſalia pœnæ Bigamiæ ſint plectendi?

1 Generaliter enim diſpoſitum eſt ab Imper. Carolo V. in *Ord. Crim. art. 121.* Ut ſi maritus vel uxor ligata perſona, conſorte & ſocio vitæ ſuperſtite aliam uxorem, vel alium maritum ſuperinduxerit, is eavè capitali ſupplicio quod eſt gladii, afficiatur. Quod & repetitum eſt à D. Auguſto Electore in *Conſt. 29. part. 4.* Quòd ſupplicium ad perſonas quoque deſponſatas, bina ſponſalia contrahentes, extendi, tantum abeſt ut prohibeatur, ut potius Sanctioni Imperatoriæ, nec non Conſtitutioni Electoris optimè hoc convenire videatur; Utraque enim de viro & uxore loquitur: Illa quidem in *artic.* 121. **So ein Ehemann ein ander Weib/ oder ein Eheweib einen andern Mann in Geſtalt der H. Ehe bey Leben des erſten Ehegeſellen nimbt/** *&c.* Hæc autem, *Conſt. 20. p. 4.* **auff dem oder die ſo bey Leben des Ehegattens/** *&c.* Quæ verba de 2 ſponſo ſponſaque bina ſponſalia contrahente intelligi quoque poſſunt; cùm & uxoris nuptæ appellatione ſponſa veniat, nec non ſponſus mariti nomine contineatur, juraque in uno loquentia, in altero quoque locum habeant, *l. ſi ſponſa. ff. de jur. dot. l. 15. § 24. ff. de injur. l. 5. C. de bon. quæ lib. l. Titio centum §. Titio genero. ff. de condit. & demonſtr. l. lex Julia. ff. de fund. dot.* Et quod de nuptiis diſponitur; locum quoque habeat in ſponſalibus, *l. cui ferit. ff. de condit. & demonſtr. l. tutor. §. 1. l. oratio. l. in ſponſalib. § 1. ff. de ſponſal. Gl. in l. eum qui duas. C. ad Leg. Jul. de adult. Bart. in l. cũ pater. ff. ad Leg. Pomp. de parric. & in l. nihil intereſt. ff. rer. amotar. Natt. cõſ. 282. nu. 1. & ſeq. Nic. Boer. deciſ. 22. nu. 33. & ſeqq. Alb. Gent. in tract. de nupt. lib. 2. c. 23. poſt pr. Dñ. Card. Tuſch. to. 7. pract. concl. lit. S. concl. 511. nu. 58. Andr. Tiraq. de leg. connub. Gl. 2. nu. 1. & ſeqq. Pet. Heig. p. 2. q. 28. nu. 14.*

3 Quod à Jure Divino non diſcrepat, quo ſponſa quandoque appellatur conjunx; Ut *Matt. 1. v. 20. Joſeph, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam &c.* Et uxor *Deut. 22. v. 24. ſi puellam virginem deſponderit vir, & invenerit eam aliquis in civitate, et concubuerit cum ea, educes utrũque ad portam civitatis illius & lapidibus obruentur, puella, quia non clamavit cùm eſſet in civitate, vir, quia humiliaverit uxorem proximi ſui* &c.

4 Idque propterea eò verius eſſe videtur, quia ſponſalia de præſenti ſunt verè matrimonium ſeu nuptiæ, ut quas non concubitus, ſed conſenſus fecit, *l. nuptias. 30. ff. de reg. jur. l. ſufficit. ff. de ſponſal. l. ſi donationum. C. de nupt. c. aliter. 30. quæſt. 5. c. honorantur 32. quæſt. 2.* Undè ſequi videtur, pœnam gladii in Bigamos ſancitam, ad deſponſatas quoque perſonas, bona ſponſalia contrahentes, extendendam eſſe.

5 Verùm, licet hoc de jure civili conceſſerim, quo inter ſponſalia de præſenti, & matrimonium ipſum nulla differentia eſt; Attamen

de conſuetudine totius ferè Germaniæ res longè aliter ſeſe habet, & ſponſalia etiam de præſenti matrimonium non ſunt, ſed hoc per nuptias ac copulam ſeu benedictionem ſacerdotalem demum perficitur, ac conſummatur. Idque in foro Saxonico minus dubium habet, ob verba expreſſa *Conſt. Elect. 24. part. 2.* **Daß von Zeit der vollzogenen Ehe/ und alſo wann der Kirchgang geſchehen:** Unde conſtat, apud Saxones matrimonium non niſi per copulam ſacerdotalem conſummari, adeoque licet ſponſalia de præſenti etiam in terris Saxonicis matrimonium dici queant, hoc tamen adhuc conſummatum non eſt, copulâ ſacerdotali nondum ſubſecutâ: prout *Matt. Weſemb.* ita diſtinguit inter matrimonium ſive ſponſalia de præſenti, & matrimonium conſummatū, in *marginal. ad* Joh. *Schneidvv. Inſtit. de nupt. ſub rubr. de ſponſal. nu. 19. lit. D.*

6 Quin & non malè forſan quis dixerit, per conſcenſionem thalami demum de jure Saxonico matrimonium conſummari, ut apparet ex verbis *art. 45. lib. 1.* **Landr.** *verſ.* **Und trit in ſein Recht/wann ſie in ſein Bette tritt:** Et *verſ.* **Das Weib iſt auch ihres Mannes Genoſſin.** *art. 76. verſ.* **Hat aber die Fraw einen andern Mann.** *dict. lib.* 1. *Gloſſ. lat. ad text. Germ.* **Landr.** *lib.* 1. *dict. art. 45. lit. E.* Joach. *à Beuſt. ad l. 1. ff. de jurejur. nu. 166. & in l. admonendi 31. ff. eod. tit. nu. 957. Aut.* Conſult. Conſt. *Saxon. tom. 1. part. 2. quæſt. 34. nu. 5. & ſeq. tom. 2. part. 2. quæſt. 25. nu. 1. & ſeqq. Zobel. part. 3. diff. 11. nu. 2. & ſeqq.* Quò etiam reſpicere videtur *Conſt. Elect. 19. part. 3.* ubi diſponitur, ſi ſponſus vel ſponſa moriatur ante conſcenſionem thalami, ex bonis ejus nihil ſuperſtitem lucrari, *Joh. Schneid. in §. fuerat. nu. 109. Inſt. de actio. Matt. Col. part. 2. dec. 286. nu.* 24. Quamvis per verba prædicta *art. 45. lib.* 1. **Landr.** (**Wañ die Braut in des Bräutigams Bette tritt**) actum nuptiarum ſignificari velit, *Hardevvig. à* **Daſſel** *ad* Conſuet. *Luneb. art. 8. nu.* 11. Vid. quoq; *Erneſt. Coth. conſ. 78. nu. 98. vol. 2. Dan. Moll. ad d. Conſt. Elect. 19. nu. 4. & ſeqq. p. 3.*

7 Quapropter nec pœnam Bigamiæ in *Ordin. Crim. Carol. art. 121. &* Conſt. *Elect 20. part. 4.* definitam, ad ſponſum ſponſamque, bina ſponſalia contrahentem, extendendam eſſe exiſtimo, neque verba *Ord.* C*arol. &* Conſt. *Elect.* hanc extenſionem patiuntur, ut quæ de conjugatis perſonis, viro & uxore loquuntur.

8 Certo certius autem eſt, ſponſum mariti appellatione propriè non contineri, nec nuptæ uxoris verbo ſponſam, *l. ſi quis officium. 38. in pr. l. in eo 45. §. 2. ff. de rit. nup. l. uxores. 9. cum l. ſeq. ff. de his qui not. infam. l. 1. §. 1. ff. pro dot. l. quod Servius ff. de condict. cauſ. dat. l. ſancim.* 42. C. *de nupt. Andr. Tiraq. de legib. connub. gloſſ. 2. verb. Enpouvoir de ſon marus. nu. 18. 19.* Conr. M*auſ. in trac. de nupt. poſt pr. verſ. unum tamen pag. 305. Salyc. in l. cum in te.* 6. C. *de donat. ant. nupt. nu. 4. Hardevv. à* **Daſſel.** *in* Conſ. *Luneb. art. 8. nu.* 9. *Nic. de Vbald in trac. de ſucceſ. ab inteſt. part. 4. nu.* 4.

9 Et licet quandoque viri & uxoris nomen tàm generaliter ponatur, ut etiam ſponſum ac ſponſam comprehendat, ut in *l. 15. §. 24. ff. de injur. l. 74. ff. de jur. dot. l.* 5. C. *de bon. quæ liber. l. Titio. centum. §. Titio genero ff. de condit. & demonſt. aliisq; textibus ſuprà allegatis*; hoc tamen non fit ex propria verborum ſignificatione, ſed latâ & impropriâ interpretatione; quæ in odioſis non attendenda, *l. 38. l. 45. §. 2. ff. de rit. nupt. Andr. Tiraquell. dict. loc. Petr. Heig. part. 2. quæſt. 28. num. 15.* Ideoque nec conjugum appellatione in *dict. artic.* 121. *Ordin. Crim. & Conſtit. Elect.* 20. *part.* 4. ſponſum ſponſamque comprehendi, nec gladii pœnam ad contrahentes bina ſponſalia trahendam eſſe, dixerim cum *Matth. Stephan. dict. artic. 121. Nicol. Vigel. cap. 6. crim. 9. de Bigamia. Fichard. conſ. 115. num. 4. & 5. volu. 2. Virgil. Pingitz. quæſt. num. 8. Modeſt. Piſtor. conſ. 42. num. 33. & ſeq. vol. 2.*

10 Quamvis non negem, bina ſponſalia contrahentes mitiorem aliquam pœnam incurrere: neque enim in deſponſatis perſonis hoc delictum impunitum eſſe debet, ceu æquè grave ac gravius adulterio, teſte Imp. Carolo V. in *Ordin. crim. art.* 121. quod & à ſponſo ſponſave committitur *l. ſi uxor.* 13. *§. Divi. 3. ff. ad Leg.* J*ul. de adult.* J*ul. Clar. lib. 5. ſent. §. adulterium. num. 8. Ang. Aret. in trac. maleſ. in verb. che hai adulterato la mia donna verſ. in tantum quod ſponſus. Ludov. Gilhauſ. in arbor. jud. crim. cap. 2. tit. de adult. 18. nu. 14. Pet. Greg. in ſyntag. jur. univ. libr. 36. cap. 6. num. 2. Petr. Heig. part. 2. quæſt. 28. nu.* 16. Quia verò hoc crimen ſemper uniforme non eſt; ſiquidem bina quandoque ſponſalia nuda conhuntur, quandoque verò per copulam ſacerdotalem, aut commixtionem carnalem conſummantur, quod poſterius crimen priori gravius eſſe videtur; ideò utriusque pœnam duobus diſtinctis caſibus incluſam dabo.

11 Primus caſus eſt, quando ſponſus aut ſponſa poſt celebrata ſponſalia publica, cum alia perſona ſponſalia quoque contrahit, nulla tamen copula ſacerdotali, aut commixtione carnali ſubſecuta.

12 De hujus delicti pœna jure civili nil aliud præter infamiam, qua ejusmodi bina ſponſalia contrahens notatur, diſpoſitum expreſsè reperitur, *l. 1. §. fin. §. in fin. l. quid ergò. 13. §. 1. & §. item ſi alteri. 3. ff. de his qui not. infam. Gloſſ. in l. neminem.* 2. C. *de inceſt. nupt. ver. Binas nuptias. Proſper* Far. *part. 5. oper. cr. quæſt. 140. nu. 27. Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 20. nu. 11. p. 4. Matt. Berl. p. 4. concl. 28. nu. 53. Modeſt. Piſt. vol. 2. conſ. 42.*

13 Exinde tamen nequaquam inferendum, crimen hoc ulteriori pœnâ non coërceri. Nam & furti, vi bonorum raptorum; injuriarum, &c. damnatus, infamia notari dicitur in *l. 1. ff. his qui not. infam.* quem tamen alio quoque ſupplicio & mulcta puniri, extra dubium eſt. Maximè cum ſponſalia de præſenti, (nam de ſponſalibus de futuro moribus noſtris incognitis Joa*ch. à Beuſt. de ſponſ. cap. 8. Joh. Schneidvv. ad tit. Inſt. de nupt. rubr. de ſponſ.* hic non agitur) verè ſint matrimonium de jure civili; *l. nuptias. 20. ff. de reg. jur. l. ſufficit. de ſponſal.* Quæ forſan cauſa eſt omiſſionis pœnæ ulterioris, quippe quod de pœna binas uxores ducentis ſufficienter ſit proſpectum in *l. eum qui duas.* 18. C. *ad Leg.*

QVÆSTIO LXVII.

De pœna Contrahentium bina ſponſalia.

SVMMARIA.

1. Gladii pœna num teneantur contrahentes bina ſponſalia? nu. 7. 10.
2. Quatenus ſponſus mariti, & ſponſa uxoris appellatione veniat, nu. 3. 8. 9.
4. Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit.
5. De conſuetudine Germaniæ ſponſalia de præſenti differunt à matrimonio, nu. 6. 14.
11. Pœna contrahentium bina ſponſalia, absq; commixtione carnali aut copula ſacerdotali nu. 12. 13. 15. 19.
16. Quid ſi bina ſponſalia clandeſtina fuerint contracta? nu. 17.
18. Sententia Scabinorum Lipſenſ. nu. 20.
21. Pœna contrahentium bina ſponſalia, accedente copulâ carnali, vel perfectione matrimonii, nu. 22. 24.
23. Stupri pœna de jure Civili non eſt certa.
25. Explicatio ordin. Eccleſiaſt. Saxon. tit. Von Eheſachen / *Rubr.* Von der Straffe der Vnzucht / *nu. 26. 27.*
28. Sententia Scabinorum Lipſenſ. nu. 29.
30. Ignorantia in hoc crimine excuſat.
31. Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.
32. Quid ſi ſponſus primam ſponſam carnaliter cognoverit? nu. 33. 34.
35. Sententia Scabinorum Lipſienſ.
36. Pœna ſponſi utramq; ſponſam carnaliter cognoſcentis, nu. 37.
38. Sententia Scabinorum Lipſenſium.
39. Quandoque in hoc crimine judex pœnam poteſt exaſperare, nu. 40. 43.
41. Omnes ferè pœnæ ſunt hodie arbitrariæ.
42. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, nu. 44.
45. Mitigari quoque poteſt quandoque pœna hujus criminis.
46. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.
47. Num ad interceſſionem ſponſi, ſponſæve pœna ſit mitiganda? nu. 48. 52. 53. 57.
49. Remiſſio hæc poſteriori quoque ſponſo prodeſt.
50. Remiſſio pœnæ uni facta alteri etiam prodeſt.
51 Obſervantia Scabinorum Lipſenſium, nu. 54.
55. Remittenda etiam eſt pœna ad interceſſionem ſponſæ poſterioris.
56. Sententiæ Scabinorum Lipſienſium.
58. Matrimonium cum poſteriore ſponſa conſummatum dirimendum eſt, ſi prior ſponſa ſponſum recipere velit, nu. 59.
60. Reſponſum Scabinorum Lipſenſ.

DE pœna Bigamorum *quæſtione præcedenti* ſufficienter dictum eſt; Quâ an etiam ſponſus ac ſponſa, qui quæve bina ſponſalia contraxerunt, teneantur, non ſine ratione dubitari poteſt.

Q. 1. An contrahẽtes bina ſponſalia pœna Bigamiæ ſint plectendi?

1 Generaliter enim diſpoſitum eſt ab Imper. Carolo V. in *Ord. Crim. art. 121.* Ut ſi maritus vel uxor ligata perſona, conſorte & ſocio vitæ ſuperſtite aliam uxorem, vel alium maritum ſuperinduxerit, is eave capitali ſupplicio quod eſt gladii, afficiatur. Quod & repetitum eſt à D. Auguſto Electore in *Conſt. 29. part. 4.* Quòd ſupplicium ad perſonas quoque deſponſatas, bina ſponſalia contrahentes, extendi, tantum abeſt ut prohibeatur, ut potius Sanctioni Imperatoriæ, nec non Conſtitutioni Electoris optimè hoc convenire videatur; Utraque enim de viro & uxore loquitur: Illa quidem in *artic.* 121. So ein Ehemann ein ander Weib / oder ein Eheweib einen andern Mann in Geſtalt der H. Ehe bey Leben des erſten Ehegeſellen nimbt / *&c.* Hæc autem, *Conſt. 20. p. 4.* auff dem oder die ſo bey Leben des Ehegattens / *&c.* Quæ verba de 2 ſponſo ſponſaque bina ſponſalia contrahente intelligi quoque poſſunt; cùm & uxoris nuptæ appellatione ſponſa veniat, nec non ſponſus mariti nomine contineatur, juraque in uno loquentia, in altero quoque locum habeant, *l. ſi ſponſa. ff. de jur. dot. l. 15. § 24. ff. de injur. l. 5. C. de bon. quæ lib. l. Titio centum §. Titio genero. ff. de condit. & demonſtr. l. lex* Julia. *ff. de fund. dot.* Et quod de nuptiis diſponitur; locum quoque habeat in ſponſalibus, *l. cui ferit. ff. de condit. & demonſtr. l. tutor.* §. 1. *l. oratio. l. in ſponſalib. § 1. ff. de ſponſal. Gl. in l. eum qui duas. C. ad Leg. Jul. de adult. Bart. in l. cũ pater. ff. ad Leg. Pomp. de parric. & in l. nihil intereſt. ff. rer. amotar. Natt. cõſ. 282. nu. 1. & ſeq. Nic. Boer. deciſ. 22. nu. 33. & ſeqq. Alb. Gent. in tract. de nupt. lib. 2. c. 23. poſt pr. Dõ. Card. Tuſch. to. 7. pract. concl. lit. S. concl. 511. nu. 58. Andr. Tiraq. de leg. connub. Gl. 2. nu. 1. & ſeqq. Pet. Heig. p. 2. q. 28. nu. 14.*

3 Quod à Jure Divino non diſcrepat, quo ſponſa quandoque appellatur conjunx; Ut *Matt. 1. v. 20. Joſeph, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam &c.* Et uxor *Deut. 22. v. 24. ſi puellam virginem deſponderit vir, & invenerit eam aliquis in civitate, et concubuerit cum ea, educes utrũque ad portam civitatis illius & lapidibus obruentur, puella, quia non clamavit cùm eſſet in civitate, vir, quia humiliaverit uxorem proximi ſui* &c.

4 Idque propterea eò verius eſſe videtur, quia ſponſalia de præſenti ſunt verè matrimonium ſeu nuptiæ, ut quas non concubitus, ſed conſenſus fecit, *l. nuptias. 30. ff. de reg. jur. l. ſufficit. ff. de ſponſal. l. ſi donationum. C. de nupt. c. aliter. 30. quaſt. 5. c. honorantur 32. quaſt. 2.* Undè ſequi videtur, pœnam gladii in Bigamos ſancitam, ad deſponſatas quoque perſonas, bona ſponſalia contrahentes, extendendam eſſe.

5 Verùm, licet hoc de jure civili conceſſerim, quo inter ſponſalia de præſenti, & matrimonium ipſum nulla differentia eſt; Attamen

de conſuetudine totius ferè Germaniæ res longè aliter ſeſe habet, & ſponſalia etiam de præſenti matrimonium non ſunt, ſed hoc per nuptias ac copulam ſeu benedictionem ſacerdotalem demum perficitur, ac conſummatur. Idque in foro Saxonico minus dubium habet, ob verba expreſſa *Conſt. Elect. 24. part. 2.* Daß von Zeit der vollzogenen Ehe/ und alſo wann der Kirchgang geſchehen: Unde conſtat, apud Saxones matrimonium non niſi per copulam ſacerdotalem conſummari, adeoque licet ſponſalia de præſenti etiam in terris Saxonicis matrimonium dici queant, hoc tamen adhuc conſummatum non eſt, copulâ ſacerdotali nondum ſubſecutâ: prout *Matt. Weſemb.* ita diſtinguit inter matrimonium ſive ſponſalia de præſenti, & matrimonium conſummatū, in *marginal. ad* Joh. *Schneidvv. Inſtit. de nupt. ſub rubr. de ſponſal. nu. 19. lit. D.*

6 Quin & non malè forſan quis dixerit, per conſcenſionem thalami demum de jure Saxonico matrimonium conſummari, ut apparet ex verbis *art. 45. lib. 1.* Landr. *verſ.* Und trit in ſein Recht/ wann ſie in ſein Bette tritt: Et *verſ.* Das Weib iſt auch jhres Mannes Genoſſin. *art. 76. verſ.* Hat aber die Fraw einen andern Mann. *dict. lib. 1. Gloſſ. lat. ad text. Germ.* Landr. *lib. 1. dict. art. 45. lit. E.* Joach. *à Beuſt. ad l. 1. ff. de jurejur. nu. 166. & in l. admonendi 31. ff. eod. tit. nu. 957. Aut.* Conſult. Conſt. *Saxon. tom. 1. part. 2. quæſt. 34. nu. 5. & ſeq. tom. 2. part. 2. quæſt. 25. nu. 1. & ſeqq. Zobel. part. 3. diff. 11. nu. 2. & ſeqq.* Quò etiam reſpicere videtur *Conſt. Elect. 19. part. 3.* ubi diſponitur, ſi ſponſus vel ſponſa moriatur ante conſcenſionem thalami, ex bonis ejus nihil ſuperſtitem lucrari, *Joh. Schneid. in §. fuerat. nu. 109. Inſt. de actio. Matt. Col. part. 2. dec. 286. nu. 24.* Quamvis per verba prædicta *art. 45. lib. 1.* Landr. (Wañ die Braut in des Bräutigams Bette tritt) actum nuptiarum ſignificari velit, *Hardevvig. à* Daſſel *ad Conſuet. Luneb. art. 8. nu. 11.* Vid. quoq; *Erneſt. Coth. conſ. 78. nu. 98. vol. 2. Dan. Moll. ad d. Conſt. Elect. 19. nu. 4. & ſeqq. p. 3.*

7 Quapropter nec pœnam Bigamiæ in *Ordin. Crim. Carol. art. 121. & Conſt. Elect 20. part. 4.* definitam, ad ſponſum ſponſamque, bina ſponſalia contrahentem, extendendam eſſe exiſtimo, neque verba *Ord. Carol. & Conſt. Elect.* hanc extenſionem patiuntur, ut quæ de conjugatis perſonis, viro & uxore loquuntur.

8 Certo certius autem eſt, ſponſum mariti appellatione propriè non contineri, nec nuptæ uxoris verbo ſponſam, *l. ſi quis officium. 38. in pr. l. in eo 45. §. 2. ff. de rit. nup. l. uxores. 9. cum l. ſeq. ff. de his qui not. infam. l. 1. §. 1. ff. pro dot. l. quod Servius ff. de condict. cauſ. dat. l. ſancim. 42. C. de nupt. Andr. Tiraq. de legib. connub. gloſſ. 2. verb. En pouvoir de ſon marus. nu. 18. 19. Conr. Mauſ. in trac. de nupt. poſt pr. verſ. unum tamen pag. 305. Salyc. in l. cum in te. 6. C. de donat. ant. nupt. nu. 4. Hardevv. à* Daſſel. *in Conſ. Luneb. art. 8. nu. 9. Nic. de Vbald in trac. de ſucceſ. ab inteſt. part. 4. nu. 4.*

9 Et licet quandoque viri & uxoris nomen tàm generaliter ponatur, ut etiam ſponſum ac ſponſam comprehendat, ut in *l. 15. §. 24. ff. de injur. l. 74. ff. de jur. dot. l. 5. C. de bon. quæ liber. l. Titio. centum. §. Titio genero ff. de condit. & demonſt. aliisq; textibus ſuprà allegatis*; hoc tamen non fit ex propria verborum ſignificatione, ſed latâ & impropriâ interpretatione; quæ in odioſis non attendenda, *l. 38. l. 45. §. 2. ff. de rit. nupt. Andr. Tiraquell. dict. loc. Petr. Heig. part. 2. quæſt. 28. num. 15.* Ideoque nec conjugum appellatione in *dict. artic. 121. Ordin. Crim. & Conſtit. Elect. 20. part. 4* ſponſum ſponſamque comprehendi, nec gladii pœnam ad contrahentes bina ſponſalia trahendam eſſe, dixerim cum *Matth. Stephan. dict. artic. 121. Nicol. Vigel. cap. 6. crim. 9. de Bigamia. Fichard. conſ. 115. num. 4. & 5. volu. 2. Virgil. Pingitz. quæſt. num. 8. Modeſt. Piſtor. conſ. 42. num. 33. & ſeq. vol. 2.*

10 Quamvis non negem, bina ſponſalia contrahentes mitiorem aliquam pœnam incurrere: neque enim in deſponſatis perſonis hoc delictum impunitum eſſe debet, ceu æquè grave ac gravius adulterio, teſte Imp. Carolo V. in *Ordin. crim. art. 121.* quod & à ſponſo ſponſave committitur *l. ſi uxor. 13. §. Divi. 3. ff. ad Leg. Jul. de adult. Jul. Clar. lib. 5. ſent. §. adulterium. num. 8. Ang. Aret. in trac. malef. in verb. che hai adulterato la mia donna verſ. in tantum quod ſponſus. Ludov. Gilhauſ. in arbor. jud. crim. cap. 2. tit. de adult. 18. nu. 14. Pet. Greg. in ſyntag. jur. univ. libr. 36. cap. 6. num. 2. Petr. Heig. part. 2. quæſt. 28. nu. 16.* Quia verò hoc crimen ſemper uniforme non eſt; ſiquidem bina quandoque ſponſalia nuda conhuntur, quandoque verò per copulam ſacerdotalem, aut commixtionem carnalem conſummantur, quod poſterius crimen priori gravius eſſe videtur; ideò utriuſque pœnam duobus diſtinctis caſibus incluſam dabo.

11 Primus caſus eſt, quando ſponſus aut ſponſa poſt celebrata ſponſalia publica, cum alia perſona ſponſalia quoque contrahit, nulla tamen copula ſacerdotali, aut commixtione carnali ſubſecutâ.

12 De hujus delicti pœna jure civili nil aliud præter infamiam, qua ejusmodi bina ſponſalia contrahens notatur, diſpoſitum expreſſè reperitur, *l. 1. §. fin. §. in fin. l. quid ergò. 13. §. 1. & §. item ſi alteri. 3. ff. de his qui not. infam. Gloſſ. in l. neminem. 2. C. de inceſt. nupt. ver. Binas nuptias. Proſper* Far. *part. 5. oper. cr. quæſt. 140. nu. 27. Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 20. nu. 11. p. 4. Matt. Berl. p. 4. concl. 28. nu. 53. Modeſt. Piſt. vol. 2. conſ. 42.*

13 Exinde tamen nequaquam inferendum, crimen hoc ulteriori pœnâ non coërceri. Nam & furti, vi bonorum raptorum; injuriarum, &c. damnatus, infamia notari dicitur in *l. 1. ff. his qui not. infam.* quem tamen alio quoque ſupplicio & mulcta puniri, extra dubium eſt. Maximè cum ſponſalia de præſenti, (nam de ſponſalibus de futuro moribus noſtris incognitis *Joach. à Beuſt. de ſponſ. cap. 8. Joh. Schneidvv. ad tit. Inſt. de nupt. rubr. de ſponſ.* hic non agitur) verè ſint matrimonium de jure civili; *l. nuptias. 20. ff. de reg. jur. l. ſufficit. de ſponſal.* Quæ forſan cauſa eſt omiſſionis pœnæ ulterioris, quippe quod de pœna binas uxores ducentis ſufficienter ſit proſpectum in *l. eum qui duas. 18. C. ad Leg.*

Jul. de adult. Novell. 117. cap. 11. verſ. ſi autem præter hanc &c. Auth. hodie C. de repud.

14 Quia verò in foro Saxonico, & de moribus totius ferè Germaniæ, ſponſalia de præſenti, quæ ſolùm ſponſalia appellare ſolemus, & matrimonium ipſum non parùm ab invicem differunt, ne pœnæ binarum nuptiarum, ſponſaliorumque binorum confundantur; *D. August. Elect.* contrahentes bina ſponſalia in Electoratu Saxoniæ præter notam infamiæ, carcere, aliavè pœnâ arbitrariâ puniri juſſit, **In der Churfürſtl. Sächſ. Kirchenordnung**/ *tit.* **Von Eheſachen**/ *rubr.* **Von Ehegelöbnüſſen**/ §. **Wann ſich** ibi: **Wann ſich jemand mehr denn eins verbündlichen verloben würde/ ſol er ſchuldig ſeyn/ die erſte Perſon/ damit er ſich verbündlichen verlobet/ zu ehelichen/ und ſo wol auch die Perſon/ ſo ſich mit derſelben anderweit verlobet/ woſern ſie vom erſten Verlöbnüß Wiſſenſchafft gehabt/ anrüchtig ſeyn/ und darüber mit Gefängnüß/ oder ſonſten willkürlichen geſtrafft werden.** Quæ verba etiam habentur ac repetuntur in *Ord. Matrim. Saxon.* **in der Ehe Ordnung**/ *de 1626. punct.* 1. §. **Wann ſich jemand**/ *&c.*

Q. 2. *Quæ ſit pœna contrahẽtium bina ſponſalia in foro Saxonico?*

15 Ubi notandum *Primò*; Hanc ſanctionem non modò in ſponſo viro, ſed etiam in ſponſa fœmina obtinere, ita ut & hæc ob bina ſponſalia contracta infamia notetur, pœnamque arbitrariam ſuſtineat, non ſolùm ob paritatem & æqualitatem delicti: cum ſponſa cum duobus contrahendo ſponſalia æquè graviter peccet atque ſponſus; ſed etiam ob verba generalia *dict. Conſtit.* **Wenn ſich jemand.** *Et poſtea*: **Die Perſon.** Quæ verba abſque dubio Reum utriusque ſexus comprehendunt.

15 *Secundò*: Benè obſervandum eſt, *Conſt. prædictam* loqui de ſponſalibus publicis, ut apparet *ex verbis*: **Wenn ſich jemand mehr denn eins verbündlich verloben würde**/ *&c.* Et *poſt.* **Damit er ſich verbündlich verlobet.** Et §. *ſubſeq. in pr.* **So ſich mehr denn eins verbündlich verlobet**: Ubi tantummodò intelliguntur ſponſalia publica: Nam clandeſtina ſponſalia nullam prorſus vim obligandi habent, nec obligatoria ſponſalia (**verbündliche Ehegelöbnüſſe**) appellari poſſunt, *dict. tit. Ord. Eccleſ.* **Von Eheſachen**/ *rub.* **Von Ehegelöbnüſſen.** §. **Wo aber zwo Perſonen.** 17 Proinde contrahens bina ſponſalia clandeſtina, vel ſi priora aut poſteriora tantummodò ſint publica, reliqua verò clandeſtina, hâc pœnâ nequaquam tenebitur.

Q. 3. *Quid ſi bina ſpõſalia clandeſtina fuerint contracta?*

Tertiò: Non negligenda ſunt *verba Conſtit.* (**woſern ſie vom erſten Verlöbnüß Wiſſenſchafft gehabt**) Unde ſequitur, perſonam cum ſponſo ſponſavè alterius ſponſalia celebrantem, tunc demùm pœnâ teneri conſtituta, ſi ſciverit ſponſalia priora, aliàs certè ab omni pœna libera erit, ut quæ dolo caret; abſque hoc autem delictum committi non poteſt.

18 *Hæc in pronunciando ſic obſervari, apparet ex ſententia Scabinorum*: **Hat eine Braut/ von welcher ewre Frage meldet/ nach gehaltenem öffentlichem Verlöbnüß/ mit einem andern ſich gleichfals an einem andern Orth/ in ein Ehegelöbnüß eingelaſſen/ daſſelbe aber durch die prieſterliche** Copulation **noch nicht vollzogen/ ꝛc. Da nun das andere Verlöbnüß gleichfals öffentlich in beyſeyn etlicher Perſohnen gehalten worden wäre/ auff ſolchen Fall würde bemelte Braut vermöge Churf. Sächſ. Kirchen Ordnung/ ſo wohl auch der andere Bräutigam/ woſern derſelbe umb das erſte Verlöbnüß Wiſſenſchafft gehabt/ für anrüchtig gehalten/ und möchten hierüber alle beyde willkührlichen/ entweder ein zehen Tage lang mit Gefängnüß/ oder jede Perſohn umb drey newe Schock geſtrafft werden/ V. R. W. An Georg Müntzeln in Riederphera**/ *Menſ. Febr. Anno* 1630.

Quartò: Ponderandum & hoc, quod arbitrio judicis relinquatur, certam aliquam pœnam contrahenti bina ſponſalia imponere, ut conſtat ex *verbis Conſt. prædictæ.* **Mit Gefängnüß oder ſonſt willkürlich geſtrafft werden.** Unde apparet, judici poteſtatem hoc caſu pœnam aggravandi ademptam non eſſe: ſi enim judex pœnam à Statuto vel lege definitam minuere & augere poteſt, *Bart. in l. quid ergò* 13. §. *pœna gravior. ff. de his qui not. infam. & in l. fin. de receptat. Andr. Tiraq. de pœn. ll. temp. in præf. num. 20. & ſeqq.* multò magis hoc facere poterit arbitrio ſibi expreſsè relicto. Proindè ſi circumſtantiæ crimen aggravantes interveniant, puta quod ſæpius quis cum pluribus ſponſalia contraxerit, aut ad proximum conſummationis actum pervenerit, aliudque fecerit, ex quo nimia levitas, dolus, & fraus rei colligi poteſt, quin tùm relegationis aut etiam fuſtigationis pœna indici queat, nullus ambigo. 19

Veluti etiam hoc caſu fuſtigationem cum perpetua relegatione ruſtico cuidam dictaverunt Scabini, ad requiſitionem Johannis Hermanni à **Weißbach** *in* **Thurm**/ *Menſ. Febr. Anno* 1610. 20

Alter Caſus eſt: ſi ſponſus ſponſavè non modò bina contrahat ſponſalia, ſed etiam cum perſona poſtremò ſibi deſponſata matrimonium perficiat, ac nuptias celebret, vel ſolùm conſuetudinem habeat carnalem. 21

Quo caſu delinquentem non modò infamiæ macula notari, ſed etiam ſtupri pœnam incurrere, vix dubium eſſe poteſt, ob textum *in l. eum qui 18. C. ad Leg. Jul. de adult. Modeſt. Piſtor. conſ. 42. num. 1. & ſeqq. volu. 2. Daniel. Moller. ad Conſt. Elect. 20. part. 4. nu. 11. Angel. Aret. in tractat. malef. verb. che hai adulterato la mia donna, nu. 65. verſ. ſive duas ſponſas. Conrad.* Mauſer. *de nupt.* §. *ſunt & aliæ. 11. verſ. ſexto ratione matrimonij.* Matth. *Berlich. part. 4. concluſ. 28. num. 56.* Jacob. *Thoming. conſ. 52. nu. 1. & ſeqq. volu. 1. & conſ. 11. nu. 1. & ſeqq. volu. 2.* 22

Q. 4. *Quomodo puniantur contrahẽtes bina ſponſalia, accedente copula carnali vel benedictione ſacerdotali.*

Quia verò nec ſtupri pœna certa & indubitata, ſed vel publicatio dimidiæ partis bonorum, vel fuſtigatio vel relegatio eſt, §. *item Lex Julia. 4. Inſt. de publ. judic. ubi* Joh. *Harpp. nu. 40. in pr.* Jul. *Clar. lib. 5. ſent.* §. *ſtuprum. nu. 3. ſub fin. verſ. de jure autem civili. Proſper. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 147. nu. 6. Anton. Teſſal. 2. deciſ. 3. nu. 1. Iod. Damh. in prax. crim. cap. 92. n. 4.* Matth. *Weſemb. in parat. ff. ad Leg.* Jul. *de adult.* 21. Joh. *Gœdd. in l. inter ſtuprum. 101. nu. 5. ff. de verb. ſign.* Jac. *Mẽ. lib. 2. arbit. jud. quæſt. cent. 3. caſ. 288. nu. 10.* quæ tamen pœna hoc caſu nimis rigoroſa viſa fuit; ideò *Auguſtus Elector, Saxon.* expreſsè ſanxit, 23 ut ſponſus ſponſavè, qui quævè cum duabus perſonis ſponſalia publica contraxit, ac inſuper cum poſteriori concubuit, in foro ad Numellam ſiſtatur, & in perpetuum relegetur, eâdem pariter pœnâ in alteram perſonam ſcienter concumbentem ſtatuta. **Churfürſtl. Sächſ. Kirchen Ordnung.** *tit.* **Von Eheſachen/** *rubr.* **Von Ehegelöbnüſſen.** *verſ.* **Würde ſich aber.** ibi: **Würde ſich aber die Perſon/ ſo ſich mehr denn eins verbündlich verlobet/ mit der letzten Perſon fleiſchlichen einlaſſen/ ſo ſol dieſelbe an Pranger geſtellet/ und des Landes ewig verwieſen/ und die andere/ wofern ſie ſich wiſſentlich des erſten Verlöbnüß/ mit dem brechenden Theil dergeſtalt in Ehegelöbt und fleiſchliche Vnzucht eingelaſſen/ mit gleicher Straffe des Prangers und der ewigen Verweiſung beleget werden.**

25 Huic ſanctioni non parum videtur refragari **Churfürſtl. Sächſ. Kirchen Ordnung/** *eod. tit.* **Von Eheſachen/** *rubr.* **Von der Straffe der Vnzucht und des Ehebruchs. §. Würde aber.** In verb. **Würde aber jemandes eines andern Braut/ ehe dann der Bräutigam beygelegen/ wiſſentlich beſchlaffen/ ſo ſollen beyde Perſonen zur Staupen geſchlagen/ und des Landes ewig verwieſen werden/** *&c.* Ubi ſponſam alteri ſe proſtituentem una cum ſtupratore fuſtigatione puniri videmus, quod itidem de ſponſo poſt celebrata ſponſalia publica, cũ alia fœmina concumbente, aſſerendum eſt, ut dictum *ſupr. quæſt. 56. nu.* 37. Hocque ipſum ad caſum præſentem apprimè poteſt applicari, quo per commixtionem carnalem cum ſponſo, ſponſavè poſteriori habitam, reſpectu priorum ſponſaliorum, adulterium committi, negari vix poteſt, ſi non ob ſponſalia poſteriora intervenientia pro graviori adhuc crimine hoc haberi debeat, quale reverà id eſſe, colligi poteſt ex *art.* 121. *Ordin. Crim. Carol.* ubi Bigamiæ crimen adulterio gravius eſſe dicitur: Unde etiam J*oachim. à Beuſt. de connub. part.* 1. *cap.* *15. ſub fin. verſ. ſed propter adulterium, &c.* pœnam prædictam adulterii hoc caſu æquè locum habere exiſtimat. Ut non immeritò mirari quis poſſet, quidnam Dn. Electorem, à pœna adulterii recedere, mitioremq; hoc caſu ſancire, commoverit?

26 Sed ſcripta illa lex eſt, cui etiam parendum, licet ratio conveniens dari nequeat, *l. proſpexit, 12. §. 1. ff. qui & à quibus manumiſſ. l. non* 27 *omnium ff. de legib. ubi eleganter Zaſ.* Quamvis veriſimile ſit, Electorem hoc caſu ob favorem matrimonii futuri ac ſponſaliorum poſteriorum de ſeveritate pœnæ aliquid remiſiſſe, ne ſcilicet, ſi prima ſponſa ſponſo reconciliari, eumque ad ſe recipere nolit, poſteriora ſponſalia diſſolvantur; aut ad minimum matrimonium iſtud pœna nimis famoſa dehoneſtetur.

28 *Et ſecundum prædictam conſtitutionem in Electoratu Saxoniæ, quotidiè ſolent pronunciare Domini in hunc modum;* Hat A. B. ein lediger Geſell ſich anfänglichen mit K. S. in eine Ehegelöbnüß öffentlich eingelaſſen/ hernach aber ſich mit M. S. verlobet/ und ſie darauff beſchlaffen/ und geſchwängert/ und es hat die erſte K. S. ſich erkläret/ daß ſie gedachten B. weil er ſich anderweit verlobet/ numehr ferner nicht begehret/ ꝛc. So werden beyde A. B. und M. S. öffentlich an Pranger ein Zeitlang/ und zum wenigſten ein paar Stunden/ von jederman anzuſchauen/ geſtellet/ und folgends darauff beyde des Landes ewig verwieſen/ V. R. W. *Ad conſultationem* Hiobi *Wilhelmi à* Zetwitz/ *Menſ. Decembri, Anno 1619.*

Johannis Weiners *in* Stranßfurd. *Menſ. Julio, Anno* 1618.

29 *Eademque pœna obtinet in caſu, quo cum ſponſa ſponſovè ultimo matrimonium fuit conſummatum per copulam ſacerdotalem: Quemadmodum Domini reſponderunt* gegen Budiſſen/ *Ad requiſitionem* Senatus, *Menſ. Novembris, Anno* 1629.

30 *It: Ad conſultationem Leonhardi* Roſens/ *Prætoris Lipſenſ.* Menſ. *April. An. 1608.*

Hâc tamen pœnâ altera perſona cum qua poſteriora ſponſalia publica celebrata fuere, tunc demum tenetur, ſi ſciverit ſponſalia priora, & ſic doloſè, non ignoranter deliquerit, uti expreſſis verbis deciſum in *dict.* O*rdin. Eccleſ.* §. **Würde ſich aber:** ibi. **Vnd die andern/ wofern ſie ſich wiſſentlich deß erſten Verlöbnüß mit dem verbrechenden Theil dergeſtalt in Ehegelübde und fleiſchliche Vnzucht eingelaſſen/** *&c* Proinde ſi ultima ſponſa priora ſponſalia ignoret, & contractis ſponſalibus cum ſponſo carnaliter ſe commiſceat, vel nuptias celebret, ab hac pœna exempta erit.

31 *Prout etiam reſponderunt Domini,* Melchiori *à* Bodenhauſen/ *hiſce formalibus:* Wider die andere Braut aber/ Weil ſolche von der erſten nichts gewuſt/ mag geſtalten Sachen nach/ zumahl weil ſie auch ſchwangers Leibes/ der Straffe halber nichts fürgenommen werden/ V. R. W. *Menſ. Iunio, Anno* 1608.

Ampliatur Primo hæc regula: Vt 32 locum habeat, ſi ſponſus cum duabus ſponſalia contraxerit, & primam ſponſam carnaliter cognoverit; quod idem de ſponſa primo ſponſo copiam ſui faciente aſſerendum eſt.

Quamvis enim O*rd. Eccleſ. d. tit.* **Von Eheſachen/** *rubr.* **Von Ehegelöbnüſſen** *verſ.* **Würde ſich aber/** *&c.* de eo tantummodo loquatur, qui 33 binis contractis ſponſalibus cum ultima ſponſa carnaliter ſe commiſcet, *in verb.* **Mit der letzten verlobten Perſon fleiſchlich eingelaſſen/** *&c.* Quin tamen eâdem pœnâ teneatur quoque is, qui cum prima ſponſa rem habuit, vix dubitandum eſt, ob rationis identitatem; non minus enim ſcandalum præbetur aliis à ſponſo priorem ſponſam carnaliter cognoſcente, quàm cum poſteriori rem habente.

Ac licet maximè *prædicta* O*rd. Eccleſ.* ad hunc 34 caſum extendenda non eſſet; judicem tamen ſponſo ſponſam carnaliter cognoſcenti, ac poſtea cum alia ſponſalia publica celebranti relegationem perpetuam indicere poſſe, nemo negabit; cùm huic lege nulla certa ſit conſtituta pœna; quo caſu arbitraria eſt animadverſio, J*ac. Menoch. de arb. jud. quæſt. lib.* 1. *quæſt. 86. nu. 8. Tiraq. de pœn l. temp. cauſ. 31. nu. 34.*

35 *Hinc quando juvenis quidam* J. E. *cum puella ſponſalibus contractis, eam impregnavit & poſtea cum alia etiam ſponſalia publica celebravit,*

proclamatione quoq; facta cum poſteriori ſponsâ in templo, & ſolennitate nuptiali inſtitutâ, reſponderunt Scabini, *eum infamiâ notari, ac præterea ad Numellam ſiſtendum, & in perpetuum relegandum eſſe*: Daß er für ehrloß und anrüchtig zu halten/ und mag hierüber geſtalten Sachen nach/ auch damit andere geſchreckt unnd abgehalten werden/ dergleichen zubegehen/ öffentlich auffn Pranger geſtellet/ unnd folgends darauff des Landes ewig verwieſen werden/ V.R.W. *Ad* Conſultationem *Quæſtoris Zvvickavienſis*. Menſ. *Decemb. Anno 1614.*

36 Ampliatur ſecundò, in ſponſo, qui bina contraxit ſponſalia, & utarmque ſponſam carnaliter cognovit.

Idque minus dubium habere videtur, ob verba generalia O*rd. Eccleſ.* quæ ſponſum cum duabus ſpõſalia contrahentem, & ultimam ſponſam carnaliter cognoſcentem, ad Numellam ſiſti, ac in perpetuum exilium mitti jubent. Quod delictum cùm etiam hoc caſu à ſponſo committatur, eandem quoque pænam hic obtinere ſequitur.

37 Tantumque abeſt, hunc caſum in *d.* O*rd. Eccleſ.* non comprehendi, ut ſeveriori etiam ſupplicio adverſus ſponſum, cum utraque ſponſa ſe commiſcendum, animadvertendum eſſe, non ineptè quis dixerit, ob qualitatem delicti, quod hoc caſu propter reiterationem copulæ carnalis gravius eſt, quàm ſi cum ultima tantummodò ſponsâ rem habuiſſet.

38 *Reſponderunt ita* Scabini *ad requiſitionem* Joan*nis à* Scheldung: Hat S. B. auff beſchehene Vorhaltung bekant und geſtanden/ daß er jetzt gedachten beyden Perſonen M. V. K. unnd A. B. S. Tochter die Ehe zugeſagt/ und ſie 2. bald darauff geſchwängert. So wird er deßwegen mit ewiger Landsverweiſung billich zur Straff genommen. So viel aber die beyde Geſchwängerte anlanget/ dieſelbe werden auff eine Zeitlang/ (*poſterior ſiquidem priora ſponſalia ignoraverat,*) mit Gefängnüß geſtraffet/ und es iſt bemeltem S.B. die erſte Dirne jhme offentlich trawen zu laſſen/ unbenommen/ aber des andern B.S. Tochter/ wofern ſie eine unberüchtige Jungfraw geweſen/ iſt er ihrem Stande nach zu dotiren/ und dem Kinde ſeinen Unterhalt zuverſchaffen ſchuldig V.R.W. *Menſ. Majo, Anno* 1613.

39 *Cæterùm*, quæ de pæna binorum ſponſaliorum hactenus dicta fuere, ea LIMITANTUR PRIMO: ſi circumſtantiæ delictum aggravantes interveniant: Veluti ſi ſponſus, ſponſavè cum alia quoque perſona publica celebret ſponſalia, ſeque contra prohibitionem expreſsè ac ſpecialiter factam, cum eadem carnaliter commiſceat, aut ſi cum pluribus ſponſalia ſæpiùs contracta, & copula carnali conſummata fuerint: quibus aliisque caſibus ſimilibus judicem ſeveriorem fuſtigationis pænam tutò infligere poſſe Reo, nullus ambigo.

40 *Tùm*, quod hoc delictum incidat in crimen adulterii, à deſponſatis perſonis commiſſi, ut antea fuit demonſtratum. Atqui pænam adulterii hoc caſu eſſe fuſtigationem cum perpetua relegatione, clariſſimum eſt ex O*rd. Eccleſ. tit.* Von Eheſachen/ *rubr.* Von der Straff der Unzucht und des Ehebruchs. §. Würde aber/ *&c.* Vide ſuprà *quæſt. 56. num. 36.*

41 *Tùm*, quod & in aliis criminalibus Judex ob qualitatem facti & circumſtantias, delictum aggravantes, pœnam exaſperare queat; cum hodiè omnes ferè pœnæ juxta facti & perſonarum qualitates, in arbitrio ſint judicantis *l. etſi ſeverior. ubi gloſſ. & Dd. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. l. hodiè ubi Bart. ff. de pœn l. quid ergò. §. pœna gravior: ubi gloſſ. ff. de his qui not. infam. Jul. Clar. in §. fin. quæſt. 85. verſ. ulterius quæro. Jac. Menoch. de arbit. jud. quæſt. lib. 2. quæſt. 96. nu. 14. Vaſquez. contr. illuſt. cap. 14. nu. 4. Felin. in c. inquiſitio. col. 5. de accuſ. Jaſ. in l. omnes populi ff. de juſt. & jur. Hippol. de Marſ. ſing. 182. & in l. 1. §. ſed & ſi quis. col. 2. ff. de Leg. Corn. de falſ. Petr. Plach. in epit. delict. cap. 33. nu. 5. And. Gail. de pac. publ lib. 2. cap. 9. nu. 22. Mynſ. obſ. 30. cent. 2.* Præſertim cùm in hoc ipſo crimine binorum ſponſaliorum pœna arbitrio judicis ſæpiùs committatur, ut apparet ex *Ord. Eccl. d. rubr.* Võ Ehegelöbnüſſen. §. Weñ ſich jemand; *&* §. Es ſol aber *&c.*

42 *Sic pœnam fuſtigationis cum perpetua relegatione dictaverunt* Scabini *ſponſo cuidam, qui priora ſponſalia ſolennitate nuptiali conſummare juſſus, poſteriorem ſponſam contra expreſſam prohibitionem carnaliter cognoverat*; Hat H.S. ſich mit A. K. Ehelichen verlobt/ und in beyſeyn ſeines Vattern und anderer Perſonen/ öffentlichen Verlöbnüß gehalten/ Nachdem er aber hernach vor Vollziehung des ehelichen Beylagers von M. K. auch eines Ehegelöbnüß halber/ ſo er zuvorn in Beyſeyn ſeines Vatters mit jhr gehalten/ vor dem Churfürſtlichen Sächſiſchen *Conſiſtorio* zu Meiſſen in Anſpruch genommen/ und beklaget worden/ iſt das erſte Verlöbnüß vor richtig geachtet/ und H.S. daſſelbe durch den Chriſtlichen Kirchgang/ und eheliches Beylager zu vollziehen zuerkandt worden. Hat ſich nun derſelbe darauff flüchtig gemacht/ und weil Bericht einkommen/ daß er ſich bißweilen heimlicher Weiſe zu A. K. funden/ und ſie nach Gröbe zu ſeinem Vater beſcheiden haben ſolle/ habt jhr jhr aufferlegt/ ſich ſeiner zuentſchlagen/ welches ſie aber nicht gehalten/ ſondern zu jhme kommen/ und ſich von jhm ſchwängern laſſen/ ꝛc. So wird bemelter H. S. von wegen ſolcher Verbrechung/ wofern er derer geſtändig/ oder mit Recht überführet/ mit Staupenſchlägen des Landes ewig billich verwieſen: Es wolle denn ſeine Braut M. K. jhm ſolche Verbrechung verzeihen/ und jhr Ehegelöbnüß durch den Chriſtlichen Kirchgang mit jhme vollziehen/ auff den Fall bliebe er dem heiligen Eheſtand zu Ehren mit der Staupen und ewiger Verweiſung verſchonet/ er würde aber gleichwohl mit zeitlicher Gefängnüß geſtrafft/ *&c. Libenvverdam ad petitionem Quæſtoris. Menſ.* Febr. *Anno* 1601.

43 Imprimis verò fuſtigationis pæna infligenda eſt Reo, qui cum ultima ſponſa, quam etiam carnaliter cognovit, non publica, ſed clandeſtina ſponſalia contraxit: Quia enim hæc obligatoria non ſunt, O*rdin. Eccleſ. tit.* Von Eheſachen/ *rubr.* Von Ehegelöbnüſſen. §. Wo aber zwo Perſonen/ *&c.* Utique hoc delictum propriè adulterium eſt, quod in perſonis deſponſatis fuſtigatione coercetur, ſecundum diſpoſitionem O*rdin. Eccleſ. dict. tit.* Von Eheſachen/ *rubr.* Von der Straff der Unzucht und des Ehebruchs/ *&c.* §. Würde aber/ *&c.* Ideoque etiam hoc caſu ſponſa ultima non niſi tempo-

rali relegatione puniri ſolet, juxta tradita *ſuprà quæſt.56.n.45.*

44 *Veluti ſic reſponderunt Scabini Liebenvverdam, ad requiſitionem Quæſtoris, Menſe Majo, Anno 1601.*
It: Ad conſultationem, Melchioris *à* **Bodenhauſen.** *Menſe Junio. Anno 1608.*

45 Quemadmodum autem judex ob qualitatem delicti pœnam relegationis perpetuæ exaſperare; ita & eandem ob circumſtantias intervenientes quandoque mitigare poteſt: nam cui poteſtas conceſſa eſt pœnam augendi, is etiam diminuendi facultatem habet, *Bartol. in l. quid ergo 13. §. pœna gravior. ff. de his qui not. infam. Andr. Tiraquell. de pœn. leg. temp. in præf. n.20.*

46 *Vnde ſponſæ à ſuo ſponſo deſertæ cum alio contrahenti ſponſalia & concumbenti, pœnam arbitrariam, carceris vel relegationis temporalis indicere non dubitaverunt Dn. ad requiſitionem Senatus Brandenburgenſis. Menſe Majo. Anno 1583.*
Et ad quæſtionem Senatus Wittebergenſis, *Menſe Januar. Anno 1630.*

5. *Num ad interceſſionem ſponſi ſponſæve pœna binorum ſponſaliorum ſit mitiganda:*

47 Secundò limitantur ſuprà dicta de pœna relegationis perpetuæ in caſu ſecundo principali, ut ſi pars innocens ſponſus aut ſponſa parti nocenti reconciliari, cumque ea matrimonium per copulam ſacerdotalem conſummare velit, pœna Numellæ ac relegationis perpetuæ remitti debeat. Quia enim innocenti per hoc delictum principaliter injuria infertur, utique ſi ea remittatur, in honorem matrimonii pœnam quoque mitigari, æquum eſt; perinde ut in adulterio à perſonis conjugatis commiſſo, ad conjugis interceſſionem pœna ordinaria remittitur, *Conſtit. Elect. 19. part. 4.*

48 Quapropter hoc caſu ultra infamiam, Reo arbitraria pœna, carceris vel pecuniaria indicitur, prout expreſsè diſponitur, in *Ordin. Eccleſ. dict. rubr.* **Von Ehegelöbnüſſen. §. Es ſol aber:** ibi: **Es ſol aber der erſten verlobten unſchuldigen Perſon nichts deſto minder frey ſtehen/ ob ſie ſich mit dem Verbrecher verſöhnen wil/ und auff den Fall ſol das verbrechende Theil / ſo wol auch die andere verlobte Perſon / ſo ſich wiſſentlich der erſten Verlöbnüß fleiſchlich eingelaſſen / ehrloß und anrüchtig ſeyn/ und mit Gefängniß oder ſonſten willkürlich geſtrafft werden.**

49 Circa hanc limitationem notandum *Primò*: Remiſſionem hanc juvare etiam poſteriorem ſponſum ſponſamque, licet is eavè ſcienter cum deſponſata perſona ſponſalia contraxerit & concubuerit, ita ut nec ipſi ſeverior, quàm carceris aut pecuniaria pœna imponi debeat: ſicuti apparet ex verbis *dict.* §. **Es ſol aber.** *ibi:* **So wol auch die andere Perſon/** *&c.* Quamvis in crimine adulterii res aliter ſeſe habeat, uti notiſſimū eſt ex *Conſt. Elect. 19. part. 4. & Ordin. Eccleſ. tit.* **Von Eheſachen.** *rubr.* **Von der Straff der Unzucht unnd des Ehebruchs/ §. Würde auch/** *&* §. **Es ſol aber.**

Ignoſcendum namque eſt aliquo modo ei, qui ſub ſpe futuri matrimonii delinquit, & vulgaris eſt regula Doctorum, quod remiſſio pænæ uni facta, alteri quoq; regulariter proſit, juxta *l. denunciaſſe. 17. §. quæritur. 6. ff. ad Leg. Jul. de adult.* ubi abſolutio adulteri prodeſt etiam adulteræ, ſed condemnatio non nocet. *Bartol. & Dd. comm. in d. l. denunciaſſe. Hoſtienſ. in Summar. in rubr. de adult. §. qualiter in accuſatione ſit procedendum. n.5. Virgil. Pingitz. quæſt 57. num. 52.* Ac res inter alios acta facilius aliis prodeſt, quàm nocet, *l. ſi heres. ff. fam. erciſc.* 50

Ideoque ſententiis ſuis Domini hanc clauſulam adjicere ſolent: **Es wolte denn die Erſte Braut jhme ſolche Verbrechung verzeihen/ und jhre Ehegelöbnüß durch Chriſtlichen Kirchgang und Prieſterlicher** *Copulation* **mit jhme nochmals vollziehen/ auff den Fall würden ſie mit ſolcher Straffe des Prangers/ und ewiger Landesverweiſung verſchonet. Sie würden aber alle beyde ein 14. Tage oder 3. Wochen lang mit Gefängnüß in Straff genommen/ V. R. W.** *Prout reſponderdnt Hiob.* Wilhelmo *a* **Zetwitz.** *Menſ. Decemb. An.* 1009. Prætori in **Straußford.** *Johanni* **Weinern.** *Menſe Julio, Anno 1618.* 51

Secundò: Factâ reconciliatione inter delinquentem & ſponſum, ſponſamvè priorē, non modò perpetua relegatio, ſed & fuſtigatio certis ex cauſis indicta, remittenda eſt: ob identitatem rationis & favorem matrimonii, qui æquè hic obtinet, eoque magis, quo gravius iſtud fuſtigationis pœná dehoneſtatur. 52

Quin & expreſsè diſpoſitum eſt ab Illuſtriſſimo Legislatore, ut in caſu adulterii à ſponſa commiſſi, ſponſo eam recipiente, fuſtigatio remittenda; ac ſponſa delinquens non niſi carceris pœnâ coercenda ſit, in *Ordin. Eccleſ. tit.* **Von Eheſachen/** *rubr.* **Von der Straffe der Unzucht und des Ehebruchs. §. Würde aber.** *&c.* 53

Quapropter etiam hoc caſu, fuſtigatione remiſſa; Reum pœna arbitraria, carceris vel pecuniaria puniendum eſſe, Scabini pronunciarunt. Melchiori à **Bodenhauſen.** *Menſe Junio, Anno 1608.* 54
Johanni Hermanno à **Weißbach** *in* **Thumb/** *Menſe. Febr. Anno 1610.*
Quæſtori in **Liebenwerda.** *Menſe Februario, Anno 1601.*

Tertiò Tenendum & hoc, quod licet prima ſponſa ſponſum recipere nolit, ſi tamen poſterior ſponſa inſcia priorum ſponſaliorum à ſponſo carnaliter cognita, cùm eo matrimonium per copulam ſacerdotalem conſummare velit, Relegationis pœna remitti debeat. 55

Quamvis enim *Ordin. Eccl. dict. rubr.* **Von Ehegelöbnüſſen/** *§. fin.* de priore tantummodò ſponsâ loquatur; attamen ut ſanctionem hanc ad eum quoque caſum, quo poſterior ſponſa matrimonium perficere velit, extendamus, ſuadet favor matrimonii, cum ſponsâ ultima ineundi, nec non ipſius ſponſæ, quæ ignorans priora ſponſalia ſponſo fidem matrimonii promiſit, ſuique copiam fecit.

56 *Veluti ſic etiam reſpondimus Quæſtori Zvvickavienſi, hiſce formalibus*: So wird der Gefangene des Landes ewig billich verwieſen / es wird jhme aber ſolche Landesverweiſung in anſehen / daß jhn ſeine Braut *M. F.* zu ehelichen nicht bedacht / und er ferner geſinnet / mit der *M. B.* ſo von der erſten Ehegelöbnüß nichts gewuſt / die Ehe zu vollziehen / dem heiligen Eheſtand zu Ehren / erlaſſen / und wird allein ein 14. Tage lang mit Gefängnüß in Straff genommen / B. R. W. *Menſe Septemb. Anno* 1627.

Item: Ad requiſitionem Chriſtophori à Roda *in* Tieffenaw. Im fall ſie aber keine Wiſſenſchafft von erſter Verlöbnüß gehabt / möchte ſie allein ein 5. Tage lang mit Gefängnüß belegt / und jhme *A. G.* dem heiligen Eheſtande zu Ehren / die Landesverweiſung erlaſſen / und er 3. Wochen lang mit Gefängnüß geſtrafft werden / B. R. W. *Menſe Octob. Anno* 1628.

In caſu ſimili fuit ita reſponſum Prætori Lipſenſi. *Menſ. April. Anno 1628*.

57 *Quartò*: Notandum denique, ſponsâ priore ignoſcente ſponſo, eumque recipiente, Relegationis pœnam remittendam eſſe, etiamſi is cum ultima ſponſa matrimonium per copulam ſacerdotalem conſummaverit, ob textum in *Ordin. Eccleſ. dict. rubr.* Von Ehegelöbnüſſen. *§. fin.* qui generaliter loquitur, adeoque hunc etiam caſum comprehendit.

Ex quo ſequitur, ſponsâ primâ ſponſum recipere volente, matrimonium cum ſponſa poſteriore conſummatum dirimendum, & ſponſum relictâ uxore ad primam redire, cogendum eſſe, *cap. is qui fidem 30. ext. de ſponſalib. cap ſi inter virum. eod. tit. cap. 1. verſ. ſi autem fecerit. cap. licet præter. 3. verſ. & ſi nupſerit ext. de ſponſalib. duor.* Joh. *Schneidvv. ad tit. Inſt. de nupt. ſub rubr. de ſponſ. num. 8. Johan. à Beuſt. de connub. cap. 10. verſ. ſecundò ſponſalia part. 1.* Matth. *Coler. part. 1. deciſ. 3. Hieronym. Schurff. cent. 1. conſ. 57. num. 1. & ſeqq. Matth. Berlich. part. 4. concl. 28. num. 67.* Conr. *Mauſer. ad tit. de nupt. ad pr.* Modeſt. *Piſtor. conſ. 42. num. 47. vol. 2. Daniel. Moller. ad Conſt. Elect. 20. num. 11. part. 4.* 58

Q. 6. Nam binis ſponſalibus cõtractis, matrimoniũ cum ſponſa poſteriore conſummatum, ad inſtantiam primæ ſponſæ debeat reſcindi?

59 Idemque ſentit *B. Lutherus in tract. de cauſis matrim.* ita ſcribens: Wie / wann einer mit der andern Kinder hätte / und mit jhr lange Zeit zu Hauſe geſeſſen / und in eine Nahrung gekommen? Antwort / Es hilfft nichts darzu / weil er der erſten öffentlich vertrawet / unnd jhr rechter Ehemann iſt / kan er die andere mit den Kindern nicht behalten.

60 *In hanc ſententiam pronunciârunt Domini, ad requiſitionem Prætoris Lipſenſis. Menſe April.* Anno 1608.

QVÆSTIO LXIIX.

De ſtupro, dotatione puellæ ſtupratæ, & alimentatione infantis ex ſtupro procreati.

SVMMARIA.

1. *Definitio ſtupri.*
2. *Stuprum ſeverâ pœnâ coerceri debet.*
3. *Pœna ſtupri de jure civili.*
4. *Jus divinum mulierem ſtupratam dotari, & in uxorem duci vult.*
5. *Jus* Canonicum *ſequitur in hoc jus divinum.*
6. *Per jus Canonicum pœna juris civilis hodiè correcta eſt. n.* 8.
8. *In foro* Saxonico *quænam pœna ſtupri. n. 9. 10.*
11. Stuprator *puellam ſtupratam vel ducere, vel dotare debet. n. 12.*
13. *Quanta dos à ſtupratore præſtanda, n. 15. 16.*
14. *Obſervantia* Scabinorum *Lipſenſium, num.* 17. 18.
19. *Extra Electoratum quoque* Saxoniæ *puella ſtuprata vel duci, vel dotari debet. num. 20. 21.*
22. Sententia Scabinorum *Lipſenſium.*
23. *Idemque obtinet in viduâ honeſtâ ſtuprata, num. 25.*
24. *Explicatio l. ſi uxor. §. 2. ff. ad Leg.* Jul. *de adult.*
26. *Reſponſum* Scabinorum *Lipſenſium.*
27. *Quod & verum eſt, ſi ſtuprator perſuaſionibus ac blanditiis puellam ad ſtuprum induxerit, n.* 28. 29. 30.
31. *Obſervantia* Scabinorum *Lipſenſium.*
32. *Dos ſtatim ſolvi debet, nec tempus nuptiarum eſt expectandum, n. 33.*
34. *Dos ad heredes transmittitur, ſi ſtuprata moriatur antequam nubat. n. 35. 36. 37. 38. 39.*
40. *Sententia Scabinorum* Lipſenſium.
41. L*icet puella cauſam dederit ſtupro, dotari tamen debet, n. 42.*
43. *Reſponſum Scabinorum* Lipſenſium.
44. *Quinquennio etiam elapſo dotatio fieri debet, n. 45. 46. 47.*
48. *Sententia Scabinorum* Lipſenſium.
49. *Quid juris ſi ſtuprator cum alia matrimonium contraxerit, antequam ſtuprata dotationem petat? n. 50. 51.*
52. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
53. S*tuprator nobilis ignobilem ſtupratam ducere vel dotare tenetur, n. 54. 55. 56. 57. 58. 59.*
60. S*ententiæ* S*cabinorum* L*ipſenſium.*
61. *Ceſſat quandoque dotatio puellæ ſtupratæ.*
62. *Veluti ſi ſtupratori pœna corporalis infligatur. n. 63. 64.*
65. *Reſponſum* S*cabinorum* L*ipſenſium.*
66. M*aritus ſtuprans puellam aut viduam, eam dotare non tenetur, n. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73.*
74. S*ententiæ* S*cabinorum* L*ipſenſium.*
75. *Ceſſat quoq; dotatio, ſi ſtuprator ob ſanguinis proximitatem, ſtupratam in uxorem ducere nequit.*
76. *Meretrix vulgaris dotationem petere non poteſt, n. 77. 79.*
78. S*tuprum in corrupta vel meretrice non committitur.*

80. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
81. *In dubio virgo aut vidua præſumitur honeſta, num. 82.*
83. *Sententiæ Scabinorum Lipſienſ.*
84. *Stuprata nubere nolens ſtupratori, dotem ab ipſo petere nequit, num. 85.*
86. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
87. *A dotatione exemptus eſt ſtuprator, qui remiſſionem dotis à puella impetravit, aut tempore ſtupri de certo pretio cum eâ convenit, n. 88. 89.*
90. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
91. *Stuprator ſtupratam præciſe ducere cogitur, quando ei matrimonium promiſit, num. 92. 93.*
94. *Confeſſio ſolius ſtupri ſufficit ad juramentum purgationis de non-promiſſo matrimonio. n. 95. 96.*
97. *Pro matrimonio ſemper præſumitur.*
98. *Nemo præſumitur jactare bona ſua.*
99. *Sententia Scabinorum Lipſenſ.*
100. *Reus adverſus quem præſumptiones ſtupri militant, tam ſuper ſtupro, quam ipſo matrimonio debet jurare.*
101. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
102. Modo *ſtuprata perſona ſit bonæ famæ.*
103. *Reus per juramentum a matrimonio liberatus, à pœna ſtupri confeſſi exemptus non eſt.*
104. *Stuprator tenetur quoq; alere infantem, ex ſtupro procreatum.*
105. *Quilibet pater infanti neceſſaria debet ſubminiſtrare.*
106. *Alimenta debentur, quàm primum infans fuerit, n. 107. 108.*
109. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
110. *Quamdiu ſtuprator ſpurium alere teneatur?*
111. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium, num. 112.*
113. *Mortuo ſpurio in infantiâ, ceſſant alimenta.*
114. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
115. *Impenſas tamen funebres ſtuprator ſolvere debet.*
116. *Standum eſt aſſertioni mulieris de patre ſtupratore.*
117. *Sententia Scabinorum Lipſenſ.*
118. *Pater ſpurium, ex meretrice vulgari procreatum, alere non cogitur, n. 119. 120.*
121. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
122. *Maritus puellam ſtuprans, infantem alere tenetur, n, 123. 124. 125.*
126. *Sententiæ Scabinorum Lipſienſium.*
127. *In caſu inopiæ ſtupratoris, mater ſtuprata ſpurium alere debet.*
128. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
129. *Spurius patri non ſuccedit.*
130. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*

INTER ſpecies libidinum & delicta carnis connumeratur quoque STUPRUM, quod in virginem, viduamque honeſtam committitur, *Jodoc. Damhouder. in prax. rer. crim.* 1 *cap. 92. num. 2.* Proriè enim ſtuprum eſt virginum illicita defloratio, ut dicitur in *c. lex illa. 36. quæſt.* 1. Quod ad viduam honeſtam etiam porrigitur, *l. 6. §. 1. ff. ad Leg. Jul. de adult.* Johan. *Schneidvv. in §. item lex* J*ul. verſ. ſed eadem num. 1. Inſt. de publ. jud.*

2 Quod crimen quia grave eſt, *Jodoc. Damhoud. dict. cap. 92. num. 1.* pœnâ ſeverâ coerceri debet; Ut haud mirum ſit, ſi credendum. *Anton. Teſſaur. deciſ.* 3. *num. 1.* pœnam ſtupri de Jure Civili eſſe capitalem ſeu ultimum ſupplicium, juxta *l. 1. §. qui puero. 2. in med. ff. de extraord. crim.* Quem tamen textum *Bartol. ibid.* reſtringit ad eum ſolummodò caſum, ubi aliqua violentia intervenit: quem ſequitur *Proſper. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 127. n. 9.* Auguſt. *Bonfranciſ. in addit. ad Angel. Aretin. tract. malef. verb. che hai adulterato la mia donna. n.* 54. *in fin. Bertaz. conſ. 203. num. 2.*

3 Rectius enim ab aliis ſtatuitur, pœnam ſtupri de jure civili non eſſe capitalem, ſed in ſtupratoribus honeſtis, publicationem dimidiæ partis bonorum; in vilioris verò ac humilioris conditionis hominibus corporis coercitionem, puta fuſtigationem cum relegatione, per textum manifeſtum *in §. item lex* Julia. *4. verſ. pœnam autem, Inſtit. de publ. jud. ubi* Johan. *Harppr. num. 40. in pr.* Jodoc. *Damhouder. in prax. rer. criminal. cap. 92. num. 4. Matth.* Weſembec. *in parat. ff. ad Leg. Jul. de adult. num. 21. poſt pr.* Jul. *Clar. lib. 5. ſent. §. ſtuprum. nu. 3. ſub fin. verſ. de jure autem civili.* Jacob. *Menoch. lib. 2. arb. jud. quæſt. cent. 3. caſ. 288. n. 10. Modeſt. Piſtor. conſ. 42. n. 36. & ſeq. vol. 2. Hoſtienſ. in Summ. ext. de adult. n. 11. poſt pr. Angel. Aretin. in tract. malef. verb. che hai adulterato. num. 53. Iohan. Gœdd. in l. inter ſtuprum. ff. de verb. ſign. num. 5. Ludovic. Carer. in pract. crim. tit. de homicid. & aſſaſſin. §. circa igitur quartum. num. 5. Daniel. Moller. ad Conſtit. Elect. 27. num. 3. Matth. Berlich. part. 5. concluſ. 38. nu. 5. Proſper. Farinac. part. 5. oper. crim. quæſt. 147. num. 6. Dominic. Card. Tuſch. tom. 7. pract. concl. tit. 5. concluſ. 709. n. 10.*

4 At mitius eſt jus Divinum, quod ſtupratorem mulierem ſtupratam dotare & ducere jubet, *Exod. 22. verſ. 16. & 17. Deut. 22. verſ. 28. Matth.* W*eſemb. dict. loc. n. 21. verſ. lex Divina.* Jacob. *Menoch. dict. caſ. 288. n.* 14.

5 Quod & jus Canonicum ſequitur, eandem pœnam repetens, atque expreſsè confirmans, *c.* 1. *& c. 2. ext. de adult. Salycet. in l. eum qui duas, C. ad Leg.* Jul. *de adult. num. 3.* W*eſembec. dict. num. 21. Matth. Berlich. dict. concl. 38. num. 3.* Johann. *Harpprecht. ad dict.* §. *4. num.* 40. *Inſt. de publ. jud.* Jul. *Clar. dict.* §. *ſtuprum. num. 3. verſ. Laicus autem. Anton. Teſſaur. deciſ. 3. num. 2. Ludov. Gilhauſ. in arb. jud. crim. cap. 2. tit. 21. num. 6.* Jacob. *Menocb. dict. caſ. 288. num. 14. Proſper. Farin. dict. quæſt. 147. n. 97.*

6 Et per hoc pœnam juris civilis hodiè correctam eſſe, ita ut etiam in terris Imperii ſtuprator non aliâ pœnâ plectatur, niſi ut ſtupratam ducat vel dotet, (copulativa enim [ET] dum jus Divinum dicit: *(ducat & docet,)* in alternativam reſoluta eſt, *Reinh. Roſa ad Daniel. Moller. Conſtit. Elect. 27. num. 3.)*

docent vulgò Doctores, *Salycet. in l. eum qui duas. C. ad Leg. Jul. de adult. num. 3. Proſper. Farin. part. 5. oper. crim. quæ. 147. num. 113.* ubi ita in practica ſervari dicit. *Jodoc. Damhouder. in prax. rer. crim. cap. 92. num. 6. Matth. Coler. part. 1. deciſ. 176. num. 87. & ſeq. Anton. Teſſaur.* (ubi hodie nullam aliam pœnam, quàm juris Canonici ſtupratoribus de conſuetudine imponi dicit, & ita in Senatu Sabaudiæ practicari teſtatur) *deciſ. 3. num. 3. verſ. Quinta eſt concluſio. in verb. tamen hodie de conſuetudine. Jul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ſtuprum. n. 3. in med. verſ ſed quicquid ſit de jure &c. Anton. Gometz.* (ubi in Regno Hiſpaniæ de conſuetudine in practicâ hoc ſervari teſtatur) *in l. Tauri 80. n. 7.*

7 Quia tamen contradicit *Matth. Weſembec. in parat. ff. ad Leg. Jul. de adult. nu. 21. poſt med. verſ. ſed hæc pœna Canonica eſt.* Aliter diſtinguunt *Hoſtienſ. in cap. pervenit ext. de adult. num. 3. ſub fin. verſ. hoc in foro Eccleſiaſtico. Panorm. ibid. num. 2.* ita ut in terris Eccleſiæ indiſtinctè jus Canonicum; in terris verò Imperij, & quidem in foro ſeculari jus Civile ſervetur: in foro autem Eccleſiaſtico etiam in terris Imperij Judex Eccleſiaſticus ſecundum jus Canonicum pronunciet.

8 *Q. 1. Quanam ſit pœna ſtupri in foro Saxonico?*

Quicquid tamen ſit de jure communi, in foro Saxonico uſu hoc obtinuit, ita ut ſtuprator puellam ſtupratam vel dotare, vel ducere cogatur: Et ſic pœna juris Canonici in foro etiam Saxonico recepta eſt, *Chilianus* König *in ſuo proceſſ. tit.* Von Peen der Jungfraw Schwächer/ *verſ.* Vnd diß letzte Geiſtliche Recht. *Matth. Berlich. part. 5. concluſ. 38. num. 12.* Vrtheil *poſt* Landrecht/ *tit.* Von Nothzögen und Jungfraw ſchwächen/ *poſt med. verſ.* Wann aber wieder jhn: Vrthel *poſt* Weichbild/ *tit.* Von Jungfraw ſchwächen/ und wie die ſollen geſtrafft werden/ *poſt. pr. verſ.* Der ander Geſell aber. *Georg. à* Rotſchitz. *in proceſſ. part. 2. cap. 5. ſub fin. verſ.* Aber in Geiſtlichen Rechten. *Aut. Conſult. Conſt. Saxon. tom. 2. part. 4. quæſt. 15. num. 1. & ſeqq.*

9 Eaque pœna in terris Electoratus Saxonici expreſsè confirmata eſt à D. Auguſto Electore *Conſtit. 27. part.* 4. ibi: Da eine ledige Mannsperſon eine Jungfraw oder unberüchtige Witwe beſchläfft/ und er (wie denn billich geſchicht) dieſelbe zur Ehe nicht nehmen wil/ ſo ſol er ſie jhres Standes und Herkommens nach *dotiren*, und da ſie von jhm Leibesfrucht hat/ dieſelbe auff gerichtliche Ermeſſigung *alimentiren*, und darüber mit zeitlicher Gefängnüß geſtrafft werden/ wie denn ſolches in unſers Brudern Churfürſt Moritzen/ *&c.* ſeliger Gedächtnüß/ Landes-Ordnung verſehen/ und ſonſten dem Rechten gemeß iſt/ *&c.*

10 Unde colligitur, de jure etiam communi hanc pœnam hodiè receptam eſſe, ut patet *ex verb.* Vnd ſonſten den Rechten gemeß iſt. Idemque innuit D. Mauritius Elect. in *Ordin. Provinciali rubr.* Von Straff des Jungfrawen ſchwächers/ *in verb.* Ob er ſie wol nach Ordnung der Rechte beſtatten würde/ *&c.* Notandum autem ex hâc Conſtitutione, ſtupratorem ex ſtupro ad tria ſimul obligari: *1.* Ut fœminam ſtupratam ducat vel dotet. *2.* Ut infanti ex ſtupro procreato alimenta ſubminiſtret. 3. Ut carceris pœnam ſuſtineat. Priora duo intereſſe privatum ſtupratæ mulieris & infantis ex ſtupro procreati concernunt, Tertium verò intereſſe publicum continet. Ab horum neutro quia ſtuprator exemptus eſt, de ſingulis diſtinctè agere, & quid in practica fori Saxonici receptum ſit, notare operæ precium duxi.

PRIMUM, quod ſtuprator præſtare tenetur, hoc eſt, ut *fœminam ſtupratam dotet, vel ducat. dict. Conſt. 27. in pr.* 11

12 Hæc pœna ex jure Divino petita eſt, ut ſuprà dixi, quo ſtuprator mulierem ſtupratam dotare & ducere jubetur, *Exod. 22. verſ. 16. & 17. Deut. 22. verſ. 28.* Eatenus tamen recepta, ut particula *(Et)* alternativè explicetur, alterutrumque horum ſufficiat; Ut nempe ſtuprator mulierem ſtupratam vel ducat, vel ſi hoc facere nolit, dotet. Ut ita ipſius arbitrio hoc relictum ſit: prout ex *verbis Conſt.* apparet: Vnd er dieſelbe zur Ehe nicht nehmen wil. *Matt. Berlich. dict. concluſ. 38. num. 17. Jodoc. Damhoud. dict. cap. 92. num. 6. verſ. atque hæ pœnæ, &c.*

13 *Q. 2. Quantam dotem ſtuprator puellæ ſtupratæ ſolvere teneatur?*

Quanta verò dos à ſtupratore ſolvenda ſit, arbitrio judicis relinquitur, qui non ſecundum qualitatem & facultates ſtupratoris, aut ipſius virginis ſtupratæ, ut vult *Proſper. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 147. num. 124. & ſeqq. Hoſtienſ. in Summar. ext. de adult. num. 11. ſub fin. verſ. tenetur aſſignare dotem &c. Anton. Teſſaur. deciſ. 3. n. 2. ſub fin. verſ. quanta verò dos eſſe debeat &c. Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. cent. 3. caſ. 288. num. 16. & ſeqq.* Sed potius ſecundum nativitatem & dignitatem ſtupratæ puellæ eam conſtituere, ac moderari debet: talem nimirum, quam veriſimiliter pater puellæ ſeu filiæ ſuæ dediſſet, vel dare conſuevit. *Matth. Weſembec. dict. tit. ad Leg. Jul. de adult. num. 21. verſ. quod ad eam quantitatem redigi ſolet. Hartman. Piſtor. obſervat. 161. num. 2. & 3.* Vrthel *poſt* Landrecht/ *tit.* Von Notzögen und Jungfraw ſchwächen/ *ſub fin. verſ.* Vnd auff den Fall iſt er ſchuldig. Vrtheil *poſt* Weichbild/ *tit.* Von Jungfraw ſchwächen/ und wie die ſollen geſtrafft werden/ *verſ.* Jhrer Geburt unnd Herkommen gemeß. Hocque manifeſtè probant *verb. Conſtit.* Jhres Standes unnd Herkommens nach *&c.* quibus innuitur dignitas & conditio parentum, ut ſcilicet ejuſmodi dotem ſolvat ſtuprator, qualem vulgò parentes in tali ſtatu ac conditione conſtituti, filiabus ſuis dare ſolent, *Daniel. Moller. ad dict. Conſt. num. 6.*

Hinc ita Scabini pronunciant: So iſt er ſie zu ehelichen/ oder da er die Ehe mit jhr zu vollziehen nicht bedacht/ ſie jhrem Stande und Herkommen nach zu *dotiren* ſchuldig/ *&c. Ad requiſitionem Henrici à* Gleiſſenthal. *Menſe Junio Anno 1597.* 14

Ad conſultationem Nobilium fratrum à Schönfeld/ *Menſe* Februar. *Anno* 1612.

Elſterbergam ad petitionem Petri Seidels/ Menſ. Jul. *Anno.* 1629.

15 *Idque etiam procedere etiamſi pater puellæ ſtupratæ pauper & egenus ſit apparet ex hoc Scabinorum reſponſo*: Ob num wol der Dirnen Vater ein armer Bawrsmann und Taglöhner geweſen/ und jhr mit keinem Gülden zur Mitgifft zu helffen vermocht/ ſie auch von jhme nichts ererbet/ dieweil ſie aber dennoch ehrliches Standes unnd Herkommens/ *&c.* So iſt ſie N.N. zur Ehe zu nehmen / oder da er ſolches nicht thun wolte / mit fünff unnd zwantzig Gülden zu *dotiren* ſchuldig/ V.R.W. *Ad requiſitionem* Senatus *Zvvickavienſis. Menſe* Julio, *Anno* 1630.

16 Per id tamen arbitrium judicis non prorſus ad parentum conditionem ac ſtatum reſtringendum eſt, quippe, quod variæ circumſtantiæ dotem augere queant, veluti odium ſtupri, majorem expoſcens dotem poſt deflorationem; cum virginitas, quæ altera dos fuit, perierit, *Johan. Schneidvvin. ad §. in duplum. num. 13. Inſtit. de action. Daniel. Moller. ad* Conſt. *Elect. 27. n. 6. part. 4. Didac. Covarr. in Epit. ſponſal. part. 2. cap. 6. §. 18. n. 20. Jacob. Menoch. lib. 2. arb. jud. quæſtion. cent. 3. caſ. 288. n. 19. Proſper. Farin. dict. quæſt. 147. n. 124. verſ. habitâ tamen conſideratione, &c.* Nam pater formoſam & benè educatam habens filiam datis tantum trecentis aureis pro dote, viro cuidam honeſto elocare potuiſſet, ſed ſtupratâ mille etiam aureis in dotem datis vix elocari poterit? Æquum igitur eſt, ut ſtuprator majorem dotem ſolvat, hocque intereſſe puellæ ſtupratæ reſarciat *Johan. Schneidvvin. dict. §. in duplum. num. 12.* Haſce aliasvè ſimiles circumſtantias judex perpendens, opulentiorem conſtituendo haudquaquam à vero aberrabit, habito tamen in hoc ipſo etiam reſpectu conditionis & ſtatus puellæ ſtupratæ, ejusque parentum.

17 *Ideoque licet ruſticus quidam 25. florenis in dotem datis, filiam ſuam elocaverat ruſtico, alteri tamen filiæ ſtupratæ, à ſtupratore 30. florenorum dotem ſolvendam reſpondimus* Johanni Eiſenhütten *in* Rudersdorff. *Menſ.* Junio, *Anno* 1626.

Quippe quod tanta dos elocationi filiarum ruſticarum congrua viſa fuit nobis, ſæpè ſic pronunciantibus: So iſt N.N. die Geſchwängerte nach Gelegenheit jhres Standes/ weil ſie eines Bawern Tochter iſt/ mit dreyſſig Gülden zu *dotiren*, und das Kind zu *alimentiren* ſchuldig/ *&c. Quæſtori in* Meiſſen / Menſe Julio, Anno 1629.

Balthaſari Cæſarn *in* Louben/ Menſe Octobri, *Anno* 1629.

Georgio Chriſtophoro *à* Milckaw/ Menſe *Julio*, *Anno* 1632.

18 *In oppidis autem, filiabus opificum ſtupratis, ad ſolutionem dotis majoris, ut 40. aut 50. florenorum ſtupratores fuiſſe condemnatos memini.*

19 AMPLIANTUR HÆC PRIMO: Ut etiam extra Electoratum ſtuprator puellam ſtupratam ducere vel dotare, & hoc caſu infanti alimenta præbere teneatur?

Q. 3. An extra Electoratū quoque Saxo.

nia ſtuprator puellā ſtupratam ducere, vel dotare cogatur?

Quamvis enim de jure communi ſtupri pœna in honeſtis eſt publicatio dimidiæ partis bonorum, in vilibus verò & humilibus corporis coercitio, puta fuſtigatio cum relegatione, *§. Item lex Julia 4. Inſtit. de publ. jud.* Illam tamen hodie in deſuetudinem abiiſſe, in ejusque locum 20 pœnam juris Canonici ſurrogatam fuiſſe, dixi antea, teſte communi Doctorum ſcholâ, *Anton. Teſſaur. deciſ. 3. n. 3. verſ. quinta eſt concluſio. Jodoc. Damboud. in prax. rer. crim. cap. 92. n. 6.* Matt. *Coler. part. 1. deciſ. 176. num. 87. & ſeq. Jul. Clar. lib. 5. ſent. §. ſent. §. ſtuprum. n. 3. in med. verſ. ſed quicquid ſit de jure &c.*

21 Eoque reſpiciunt verba Electoris *in fin. pr. dict.* Conſt. *27. part. 4.* Vnd ſonſten den Rechten gemeß iſt. Ex quibus manifeſtò apparet, ea quæ *dict. Conſt.* diſpoſita fuere, noviter introducta non eſſe, ſed juri communi convenire: Quod idem dicit D. Mauritius Elector in *Ord. Provinc.* Von Straff des Jungfrawſchwächens/ *ibi*: Ob er ſie wol nach Ordnung der Recht verſtatten würde/ *&c.*

22 *Secundum hanc igitur ſanctionem Electoris reſponderunt quoque Scabini in caſu ſtupri commiſſi extra Electoratum, in hunc modum*: So mag er auch die Magd zu ehelichen wieder ſeinen Willen nicht gedrungen werden/ er iſt aber dieſelbe jhrem Stande und Herkommen nach zu *dotiren* und da ſie von jhm ſchwanger/ unnd künfftig eines Kindes geneſen würde/ daſſelbe auff Richterliche Ermeſſigung zu *alimentiren* ſchuldig/ unnd wird hierüber willkührlichen/ mit Gefängniß/ oder umb eine ziemliche Geldbuſſe ſeinem Vermögen nach billich in Straff genommen/ V.R.W. An die Reuſiche Bevelichshabere zu Graitz. *Menſe Decemb. Anno* 1601.

23 SECUNDO AMPLIANTUR in vidua honeſta, quam ſtuprator æquè ducere vel dotare tenetur.

Q. 4. Num & viduam ſtupratam ſtuprator ducere vel dotare teneatur?

Tùm, quod hæc pœna eſt ſtupri, ut probavi antea. Atqui ſtuprum æquè in vidua committitur, atque in virgine, per textum manifeſtum in *§. item lex Julia. 4. Inſtit. de publ. jud. l. inter ſtuprum. ff. de verb. ſignif. Hoſtienſ. in cap. 2. num. 1. verſ. lex tamen dicit. ext. de adult.* Jodoc. *Damhouder. in prax. rerum criminal. cap. 92. nu. 3. Petr. Gregor. in ſyntagm. jur. lib. 36. cap. 9. nu. 1.* Jacob. *Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 288. num. 2. Roland. lib. 2. conſ. 35. num. 24. Proſper. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 147. num. 10. Angel. Aretin. de malef. verb. che hai adulterato la mia donna. num. 51. Ludov. Carer. in pract. in 2. tract. de homic. aſſaſſ. §. circa igitur quartum. num. 1.*

24 Nec obſtat *l. ſi uxor. §. 2. ff. ad Leg. Jul. de adult.* in verbis: *Quamvis ſi vidua eſſet, impunè in eam ſtuprum committeretur. Quia* textus ille non de vidua honeſta, ſed de tali, quæ ſe vulgo proſtituit, accipi debet, uti ex verbis præcedentibus (*quæ vulgaris fuerit*) luculenter apparet; In hanc enim ſtuprum non committi, certo certius eſt, *Proſper. Farin. dict. quæſt. 147. num. 11.* Secus vero ſi vidua honeſtè vivat, hæc enim in viduitate

exiſtens, reputatur adhuc in primo matrimonio eſſe, *l. fin. C. de bon. matern. l. filij. 22. §. vidua. 1. ff. ad municip. l. fœminæ. 8. ff. de Senator. l. mulieres. 13. C. de dignit. lib. 12. l. quoties. 3. C. de priv. ſchol. eod. lib. l. fin. C. de incol.* Unde & privilegiis defuncti mariti gaudet, *Gloſſ. & Bartol. in dict. l. filii. § vidua. ff. ad municip.* & forum ejus ſequitur, *l. cum quadam puella. 19. ubi Dd ff. de juriſd. omn. judic. Daniel. Moller. ad Conſtit. Elect. 27. num. 5. part. 4.* Ut nemini mirum videri debeat, in hanc non minus atque in virginem incorruptam ſtuprum committi.

25 *Tum*, ob verba manifeſta *Conſtitutionis 27. part. 4.* in pr. **Da eine ledige Mannsperſon eine Jungfraw/oder unberüchtige Wittwe beſchläfft/** *&c.* **So ſol er ſie jhres Standes und Herkommens nach** dotiren, *&c.*

26 *Reſpondimus ita Voigtsbergam, ad Conſultationem B. D. Menſe Febr. Anno 1623.*

Q. 5. Quid ſi ſtuprator perſuaſionibus ac promiſſionibus puellam ad ſtuprum induxerit?

27 TERTIO AMPLIANTUR HÆC, etiamſi ſtuprator blanditiis, perſuaſionibus, promiſſionibus & dationibus munerum, aliiſque fraudibus & fallaciis puellam ad ſtuprum induxerit.

Non quidem deſunt, qui hoc caſu ſtuprum tanquam violentum pœnâ capitis puniendum eſſe exiſtimant, *Bojard. in addit. ad Jul. Clar. lib. 5.* 28 *ſent. §. ſtuprum. num. 38.* **Rotſchitz.** *in proceſſ. part. 2. cap. 5. num. 2. Chilian.* **König**/*in proceſſ. crim. tit.* **Von Peen der Jungfrawſchwächer**/ *verſ.* **Und das hat auch ſtatt.** Eò quod nimia perſuaſio videatur habere vim coactionis, *arg. l. 1. §. perſuadere. 3. ff. de ſerv. corrupt. l. eum qui. C. de appellat.*

29 Sed his aſſentiri non poſſum; cum violentum ſtuprum tunc demum gladio puniatur, ſi vis major & violenta coactio fuerit adhibita: nec enim quævis perſuaſio ſtuprum violentum facit, quoniam nunquam ferè ſtuprum datur, quin ex parte ſtuprantis aliqua interveniat fallax perſuaſio & promiſſio, *l. etſi. 9. §. f. ff. ad Leg. Jul. de adult. Domin. Card. Tuſch. tom. 7. pract. concluſ. lit. S. concluſ. 710. num. 3. Matth. Berlich. part. 5. concluſ. 38. num. 27. Proſper. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 147. num. 34. & ſeqq.*

30 Accedit, quod *Conſtitutio Electoralis* generaliter loquatur, & ſtupratorem virginem aut viduam ſtupratam ducere vel dotare velit, nulla prorſus adhibitâ diſtinctione, an falſis perſuaſionibus & blanditiis ſtuprator mulierem ad ſtuprum induxerit, nec ne. At Lege non diſtinguente, noſtrum non eſt diſtinguere: neque ſine legis authoritate quid aſſeverandum eſt, *l. diſſentientis. 5. C. de repud. c. 18. in fin. ext. de ſent. excomm. Jaſon. in l. illam. 19. num. 8. C. de collat.*

31 *Neq; hanc diſtinctionem in pronunciando unquam obſervatam fuiſſe in Elector. Saxon. Scabinatu, memini.*

32 QVARTO AMPLIANTUR: Ut ſtuprator, ſi virginem aut viduam ſtupratam ducere nolit, dotem ſtatim poſt ſtuprum illatum ſolvere teneatur, nec tempus nuptiarum expectari debeat, *arg. l. un. §. un. §. 1. verſ. ſive maritum nolentes accipere, & ſeq. C. de rapt. virg.*

33 Quia enim dotatio eſt pœna ſtupri, delicto perpetrato, pœnam ſtatim & abſque omni dilatione ſolvendam eſſe, nemo negabit: quam aliàs ſtuprator effugere poſſet, ſi mulier ſtuprata maritum non inveniret. Quin & duplicem pœnam, alternativam tamen ſtupratori Conſtitutio imponit, ut vel ducat, vel dotet mulierem ſtupratam; Quemadmodum ergò ſi priorem eligat, matrimonium abſque dubio ſtatim conſummare debet, ita & poſteriorem eligens, ſolutionem dotis, in longum tempus differre nequit.

Q. 6. Num mortuâ puellâ ſtupratâ antequã nubat, dos ſtupratoris promiſſa ad ejus heredes trãsmittatur?

34 Ex quo ſequitur porrò, ſi mulier ſtuprata priusquam nubit moriatur, dotem hanc ad infantem vel alios heredes tranſmitti, ut rectè ſentit *Caſpar. Anton. Teſſaur. ad deciſ. patr. Anton. Teſſaur. n. 2. Joh. Bojard. in addit. ad Jul. Clar. lib. ſentent. §. ſtuprum. n. 74. verſ. ſed ego vidi. Joach. à Beuſt. in tract. de connub. part. 1. cap. 29. ſub fin. verſ. & è contra ſi mater.*

Quamvis huic aſſertioni opponere quis poſſet univerſalem totius ferè Germaniæ con- 35 ſuetudinem, quâ dotes, ex feudis filiabus conſtitutæ, mortuis iis antequam collocentur nuptui, ad heredes earundem non tranſmittuntur, de qua teſtatur *Andr. Rauchbar. part. 1. quæſt. 38.* ubi & rationem hujus juris adducit, quòd nempè filiâ nec dum nuptui collocatâ in dote nil juris habeat, cum dotis debitum ſemper hanc conditionem annexam habeat, ſi matrimonium fuerit inſecutum, *l. plerumque 10. §. Si ante. 4. l. 21. l. 48. ff. de jur. dot. l. Titio centum. 71. §. Titio genero. 3. verſ. ante nuptias. ff. de condit. & demonſtrat.* Et dos ſine matrimonio eſſe non poſſit, *§. ſi quis adverſus. Inſtit. de nupt. l. 3. ff. de jur. dot. l. fin. C. de donat. ant. nupt. l. ſancimus. 24. C. de nup.* Nemo autem plus juris in alium transferre, vel heredi ſuo plus cōmodi relinquere poteſt, quàm ipſe habuit, *l. nemo. 54. l. nemo. 120. ff. de reg jur.*

36 Et ſicuti ſtipulatio, aliusvè contractus qui in diem incertum vel ſub conditione fit, deficiente conditione expirat, *§. ſub conditione. verſ. ex conditionali. Inſtit. de verb. obligat. l. proinde. 8. l. pecuniam quam. 36. ff. de red. cred. l. neceſſariò. 8. ff. de peric. & comm. rei vend. l. hæc venditio. 7. l. ſi quis fundum. 37. in fin. ff. de contr. emt. & vendit.* Ita quoquē dotis debitum, conditione nuptiarum deficiente, planè ſit irritum, *l. 71. §. 3. verſ. ante nuptias. ff. de condit. & demonſtrat.*

37 Quin & dotium Conſtitutionis cauſa finalis eſt, ut virgines honeſtè in matrimonium collocari poſſint, *l. Reipublicæ. 2. verſ. propter quas nubere poſſunt. ff. de jur. dot.* Quæ cauſa morientibus ante matrimonium filiabus ceſſat & deficit; Ideoque etiam effectum ac obligationem expiraſſe dicendum eſt: ceſſante enim cauſa finali, effectus quoque ceſſat, *c. cum ceſſante. de appellat. c. etſi Chriſtus. de jurejur. Nicol. Everhard. in topic. in loco à ceſſatione rationis.*

38 Sed hæc aliaque, quæ pro confirmanda conſuetudine illa generali à *Rauchbar. dict. quæſt. 38.* adducuntur, in dote filiabus ex feudis debita quidem vera ſunt, ad caſum verò præſentem nequaquam trahi debent; ex feudo enim dos regulariter ſub conditione debetur, ſi filia nupſerit, proinde conditione hâc nondum exiſtente, filia neque per teſtamentum, aliamvè ultimam voluntatem, nec ab inteſtato ad heredes dotem promiſſam transmittit *l. legata.* 41. *ff. de condit. & demonſtr.* Quamvis res aliter ſeſe habeat in dote, loco legitimæ, ex diſpoſitione partis purè debita, *Andr. Rauch. dict. quæſt.* 38. *num.* 42. *&* 43.

39 At dos quam ſtuprator ſolvere tenetur, non ex promiſſione, aut ſub certa conditione, ſi mulier ſtuprata nupſerit; ſed ex diſpoſitione juris purè debetur, ceu pœna ſtupri, quæ ipſum delictum ſtatim ſubſequitur; & ſurrogata eſt in locum matrimonii, quod Reus cum ſtuprata inire renuit; neque enim hæc dos futurum matrimonium reſpicit, ſed id quod ſtuprator cum virgine aut vidua contrahere noluit, in cujus defectum dotatio hæc à lege introducta eſt, ut mirum haudquaquam videri debeat, mortuâ muliere ſtuprata, dotem hanc, ut purum aliquod debitum, ad ejus heredes transmitti.

40 *Veluti etiam in hanc ſententiam reſpondimus I. F. in* **Kienitz: Hat ſich ewre Tochter vor etlichen Jahren von A. W. ſchwängern unnd zu Falle bringen laſſen/ derowegen gedachten A. W. weil er ewre Tochter nicht ehelichen wollen/ jhr gebührenden Abtrag zu thun/ und ſie mit dreiſſig Gülden zu dotiren/ aufferlegt worden/ worauff ſichs begeben/ daß ehe und zuvor A. W. ſolch Gelt würcklichen außgezahlet/ ewre Tochter und darauff jhr Kind Todes verfahren/ rc. So iſt ſolche Schuld auff euch gebracht worden/ und es iſt nunmehr A. W. angeregte dreiſſig Gülden euch außzuzehlen ſchuldig/ V. R. W.** *Menſ. Febr. Anno* 1630.

41 QUINTO AMPLIANTUR SUPRA DICTA in puella, quæ cauſam ſtupri præbet: Nam & hanc ſtuprator ducere vel dotare tenetur, Joh. *Schn. ad* §. *in duplum. Inſtit. de action. num.* 14. *Proſper. Farinac. part.* 5. *oper. crim. quæſt.* 147. *num.* 54. ubi plures allegat, *Matth. Berlich. part.* 5. *concluſ.* 38. *num.* 30. **Vrtheil** *poſt* **Weichbild.** *tit.* **Von Jungfrauſchwächen.** *poſt pr. verſ.* **Vnd mag ſich mit dem** *&c.*

42 Abſque dubio enim pœna ſtupri, de qua hic agitur obtinet in ſtupro commiſſo ſine violentia & volente atque conſciente puella: nam violento ſtupro perpetrato, quin gravior pœna infligi debeat, dubium non eſt; *Conſt. Elect.* 30. *part.* 4. Neque ullibi à pœna ſtupri eximuntur ſtupratores à fœminis irritati, quin potius *Conſt. Elect.* 27. *part.* 4. abſque diſtinctione & indifferenter pœnam hancce ſtupratoribus imponit, ideoque nec temerè abſque juris authoritate exceptio admitti debet: nam quod in lege non cavetur, in practica non habetur, *Bald. in cap. nihil.* 44. *num.* 25. *verſ. item quod in lege ext. de elect. & elect. poteſt.* Jaſon. *in l. illam.* 19. *nu.* 8. *verſ. alibi autem. Baldus. C. de Collat. Hartm. Piſt. lib.* 2. *quæſt.* 13. *nu.* 36. *Jac. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſt. part.* 3. *quæſt.* 126. *nu.* 170.

Secundum hanc ſententiam pronunciavimus B. D. in **Voigtsberg: So iſt er ewre Tochter nachmals zu ehelichen/ oder jhrem Stande vnd Herkommen nach zu dotiren/ verpflichtet/ und hat ſich damit/ daß ſich ewre Tochter zu jhme genöhtiget/ und Vrſach gegeben/ dar wieder nicht zubehelffen/** *Menſ. Febr. Anno* 1623. 43

SEXTO AMPLIANTUR, etiamſi quinquennium elapſum fuerit, nihilominus tamen prædicta pœna locum habet; ut nempe ſtuprator puellam ſtupratam aut dotet, aut ducat, *Modeſt. Piſtor. part* 3. *quæſt.* 127. *Matt. Berlich. part.* 5. *oper. cr. quæſt.* 38. *nu.* 33. Aut. *Conſult. Conſt.* Saxon. *tom.* 1. *part. fin. quæſt.* 24. 44

Q. 7. *Num elapſo poſt ſtuprum quinquennio ſtuprator puellā ſtupratam dotare vel ducere teneatur?*

Omnes ſiquidem actiones civiles perpetuæ ſunt, etiamſi ſint perſonales, *pr. Inſt. de perpet. & temp. action.* Quod in criminalibus intelligitur, usque ad viginti annos, *Balb. in tractat. de præſcript. in* 4. *part. princip. quæſt.* 2. *num.* 1. Nullibi autem ab hac regula excipitur actio, quæ competit ſtupratæ contra ſtupratorem ad præſtandam dotem, vel ad ſatisfactionem ſeu emendam pro ſtupro illato. 45

Neque huic adverſatur, quod lex Julia de adulteriis præſcripſit quinquennium accuſationi de ſtupro, *l. adult.* 5. *l.* 28. *C. ad Leg. Jul. de adulter. l. miles.* 11. §. *adulterii.* 4. *ff. eod. tit. Joh. Zang. in tractat. de except. part.* 3. *cap.* 10. *num.* 23. *Joh. Schneidw. in tit. Inſtit. de Vſucap. ſub rubr. de ſpecieb. præſcript. num.* 49. *Jul. Clar. lib.* 5. *ſent.* §. *adulterium. num.* 20. Quod ad omnia crimina ex Lege Julia deſcendentia pertinet, *l. mariti.* 29. §. 6. *ff. ad Leg. Jul. de adult. Matth.* Weſembec. *in parat. ff. eod. tit. num.* 18. *Petr. Theodor. in colleg. crim. diſputat.* 6. *theſ.* 3. *lit. G.* Unde videtur dicendum, quod elapſo quinquennio ad dotem agi non poſſit. 46

Verum enim hoc eſt quoad pœnam tantummodò Legis Juliæ, quæ quinquennii præſcriptione tollitur, non etiam quoad intereſſe partis, & actionem civilem, quâ ſatisfactio pro ſtupro illato petitur, quæ licet reſpectu Rei pro pœna etiam haberi poſſit; reſpectu tamen ſtupratæ ſatisfactio eſt injuriæ illatæ, *Modeſt. Piſtor. part.* 3. *quæſt.* 127. *nu.* 11. Et licet exiſtimet *Balb. dict. quæſt.* 2. *num.* 6. ſublatâ actione criminali, civilem actionem non ſubſiſtere, & ſi Statutum extet, quo caveatur, quod de delicto non poſſit quis conveniri poſt annum, illud Statutum intelligi debeat tam civiliter, quàm criminaliter, per doctrinam *Bart. in l. prætor ait.* 1. §. 1. *ff. de aleator.* Attamen hoc non probatur ab ipſo, & nemini obſcura eſſe poteſt ratio diverſitatis inter criminalem & civilem actionem; ſiquidem hæc ſatisfactionem injuriæ illatæ reſpicit, & favorabilior eſt, adeoque longiùs durare poteſt, quam criminalis actio, quæ meram vindictam continet. Neque *Bartol. in loco allegato* de civili actione loquitur, ſed ſolum de accuſatione & inquiſitione, quæ utraque tendit ad pœnam, & ſic utraque eſt criminalis. 47

48 *Ideoque non obſtante quinquennii elapſi exceptione ſtupratorem ad ſatisfactionem debitam ut ſcilicet ſtupratam vel ducat, vel dotet, obligatum eſſe pronunciavimus*: Ob nun wohl ſolches vor fünff Jahren geſchehen / *&c.* So iſt doch V. K. ewre Tochter nachmahls zu ehelichen / oder jhrem Stande und Herkommen nach zu dotiren / verpflichtet / und hat ſich mit der angeführten *Præſcription* nicht zubehelffen / V. R. W. *Voigtsbergam Menſ. Febr. Anno* 1613.

Quemadmodum etiam in Scabinatu ſuo tempoe fuiſſe reſponſum meminit Modeſt. Piſt. dict. part. 3. quæſt. 127. nu. 18. in fin.

Q. 8. Quid juris ſi ſtuprator cũ alia matrimoniũ contraxerit, antequam ſtuprata dotationem petat?

49 SEPTIMO AMPLIANTUR PRÆDICTA in ſtupratore, qui uxorem duxit, & matrimonium cum alia contraxit, antequam ſtuprata reparationem injuriæ & dotationem poſtulaverit. Licet enim hoc caſu matrimonium iſtud non diſſolvatur, adeoque nec ſtuprator ſtupratam ducere queat; attamen eam dotare cogitur, *Modeſt.* Piſtor. *part. 3. deciſ. 127. nu. 16. Matt. Berlich. part. 5. concl.* 38. *nu. 34.*

50 Neque enim matrimonium ex parte ſtupratoris juſta cauſa eſſe poteſt, pœnam tollendi, aliàs ſequeretur, ſtupratorem hoc modo pœnam ſtupri facilimè evitare poſſe; quod tamen abſurdum eſſet, *Berl. dict. l.*

51 Nec obſtat quod dicit J*od. Damh. in prax. rer. cr. cap. 92. nu.* 7. ſtupratorem poſt matrimonium cum alia contractum optione, alterutram pœnam eligendi, ut vel ducat, vel dotet ſtupratam, deſtitui: *Cùm* maritns factus alteram pœnam, ut puellam ducat, eligere nequeat, ſiquidem hoc caſu ſtuprator ſua culpa optionem, alterutram pœnam eligendi amiſit, matrimonium, crimine ſtupri nondum compoſito, cum alia contrahendo. Habet ergò quod ſibi imputet: nec damnum quod ſua culpâ ſentit, ſentire videtur, *l. quod quis 203. ff. de reg. jur.*

52 *Secundũ hanc Modeſtini Piſtoris ſententiam reſpondimus verſus* Voigtsberg / *hiſce formalibus*: Hat ſich ewre Tochter in jhrem Witbenſtande von V. K. zu Falle bringen laſſen: Wann nun gleich gedachter V. K. mit einer andern ſich immittels verehliget hätte / ſo were er doch nichts deſto weniger ewre Tochter jhrem Stande und Herkommen nach zu dotiren ſchuldig / V. R. W. *Ad requiſitionem B. D. Menſ. Febr. Anno* 1623.

Q. 9. Num & ſtuprator Nobilis ſtupratam ignobilem dotare vel ducere teneatur?

53 OCTAVO AMPLIANTUR QVOQUE SUPRA DICTA in eo, qui virginem aut viduam quoad conditionem & divitias vilem, humilem, & inopem ſtuprat, quam æquè ducere vel dotare tenetur.

Quamvis non deſint, qui ſtatuere haud verentur, ſtuprum hoc caſu impunibile, & ſtupratorem nec ducere, neque dotare obligatum 54 eſſe; licet puellæ actio injuriarum adverſus ipſum competat, *Alexand. libr. 2. conſ. 13. num. 6.* A*yn. Gravett. conſ.* 166. *nu. 6.* J*oſeph. Ludovic. deciſ. Lucenſ. 60. nu.* 12. *verſ. eo addito etiam. Domin. Cardin. Tuſch. tom. 7. pract. concl. lit. S. concl. 709. nu. 46. Caccialup. in l. ſi qua illuſtris. C. ad Sct. Orfic. Petr. Gregor. in ſyntagm. jur. lib. 36. cap. 7. rubr. de ſtupro. nu. 9.* J*acob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. libr. 2. caſ. 294. num. 17.*

Cujus aſſertionis fundamentum, ajunt, eſſe 55 poſitum in *l. ſi uxor.* 13. *§. ſed in eo 2. ff. ad* Leg. J*ul. de adulter.* ubi expreſsè dicitur, quod in vidua vulgari ſtuprum impunè committatur. Cum quo convenit *l. quæ adulterium. 29. in fin.* ibi: *Hæ autem immunes à judiciaria ſeveritate & ſtupri & adulterii præſtentur, quæ vitæ vilitas dignas legum obſervatione non credidit, C. ad Leg. Jul. de adult.*

Sed ſi textus illi penitius inſpiciantur, non de 56 humili, & vili puella aut vidua, ſed de vulgari, quæ inhoneſtè ac meretricio more vivit, omnibusque ſeſe proſtituit, ibidem agi, manifeſtum evadit, *Gloſſ. in dict. l. quæ adulterium. verb. & ſtupri. verſ. tu dic &c. C. ad Leg. Jul. de adulter.* Ad quam ſi quis acceſſerit, ſeque cum ea carnaliter commiſcuerit, pœnam hancce, ut nempe eam ducere vel dotare cogatur, ceſſare, facilimè conceſſerim, ut paulò poſt dicetur.

Secus verò, ſi quis puellam aut viduam non 57 ratione morum & vitæ, ſed reſpectu generis & familiæ humilem & abjectam ſtuprat, quem ad ducendam vel dotandam ſtupratam obligatum eſſe, rectè meo judicio defendunt *Proſp. Farin. conſ. crim. 90. nu. 1. & ſeqq. lib. 1. Didac. Covar. in epit. ſponſal. part. 2. cap. 8. §. 2. nu. 24. in pr. & verſ. quæ tamen in vilibus reſpectu morum*, ubi plures allegat. J*ohan. Bajard. in addit. ad* J*ul. Clar. libr. 5. ſent. §. ſtuprum. num. 2. verſ. quod tamen &c. Anton. Natta conſ 421. nu.* 11. *& ſeq. Matth. Berlich. part. 5. concl.* 38. *nu.* 77. *Bertrand. conſ.* 158. *nu. 1. & ſeq. vol. 3.*

Tùm, ob verba generalia *Conſt. Elect. 27. part.* 58 *4. in pr.* **Da eine ledige Mannsperſon eine Jungfraw oder unberüchtige Witbe beſchläfft** / *&c.* Quibus non conditionem, nativitatem, ac generis nobilitatem; ſed qualitatem morum ac honeſtatem tantummodò reſpici, adeoque etiam puellam ac viduam humilem & vilem comprehendi, in aperto eſt.

Tùm, ob textum in *l. humilem* 7. *C. de inceſt.* 59 *nupt.* ubi hæc verba habentur: *Humilem vel abjectam fœminam minimè eam judicamus intelligi, quæ licet pauper, ab ingenuis tamen parentibus nata ſit. Vnde licere ſtatuimus Senatoribus, & quibuscunque ampliſſimis dignitatibus præditis, ex ingenuis parentibus natas, quamvis pauperes, in matrimonium ſibi accipere, nullamq; inter ingenuas & opulentiores ex divitiis & opulentiore fortuna, eſſe diſtantiam, &c.*

Ergò nec virginem in obſcuro & humili loco natam impunè ſtuprare licet, ſicut nec famulam ſeu ancillam, ſed ſtuprator licet genere ſit nobilis, eam nihilominus vel ducere, vel dotare tenetur, *Angel. in l. ſi uxor. 13 ff. ad* Leg. J*ul. de adult. n. 2. verſ. & ideò nota.* P*roſp. Farin. d. conſ. 90. nu. 1. & 10.*

Veluti ſic pronunciavimus in caſu, quo nobilis 60 *quidam juvenis famulam ſeu ancillã ſtupraverat*: Hat N. N. bekant / daß er mit der verhafften M. S. fleiſchlichen zugehalten / und dieſelbe beſchlaffen / welches die verhaffte M. gleichfals geſtanden / inmaſſen ſie auch geſchwängert worden / unnd eines todten Kindes geneſen / *&c.* So iſt N. N. die geſchwängerte M. S. wofern er ſie zu ehelichen nicht bedacht /

mit 40. Gülden zu dotiren ſchuldig / und wird hierüber ſeiner Verbrechung wegen 14. Tage lang mit Gefängnüß geſtrafft / V. R. W. *Præfecto Pegavienſi, Menſ. Octob. An. 1629.*

Eodemque modo pronunciarunt jamdudum Scabini gegen Heſſen/ *ad requiſitionem M. S.* So ſeyd ihr ſie auch / ungeachtet ſie ewrem Bericht nach von ihrem Vater nichts zugewarten/ auff richterliche Ermeſſung ihrem Stande und Herkommen nach / wofern ihr ſie zu ehelichen nicht bedacht / zu dotiren ſchuldig/ *Menſ. Febr. Anno* 1602.

61 Quæ tamen hactenus de ſtupratore, quod ſcilicet puellam aut viduam ſtupratam ducere vel dotare teneatur, dicta ſunt, ea quandoque fallunt & limitantur.

62 ET QUIDEM PRIMO: ſi ſtupratori pœna corporalis infligatur. Conſtitutio namque Electoralis *27. part. 4. in fin.* pœnam ſtupri, ſi conditio perſonarum, & rei qualitas hoc exigat, augere & virgarum caſtigationem ſeu fuſtigationem indicere jubet. Quod quando fit, dubium oritur: *an etiam hoc caſu ſtuprator ſtupratam ducere, vel dotare debeat?*

63 Id quod *Hartman. Piſtor. obſerv.* 161. *in fin.* affirmare videtur. Sed contrarium verius eſt: *tùm*, quod de jure Saxonico per pœnam corporis afflictivam ſatisfit judici & parti, quæ ſuum intereſſe hoc caſu peculiari actione civili petere nequit, *Gloſſ. germ. in art. 35. lib. 2.* Landr. *nu. 4.* in verb. **Denn mit dem Tode wettet man zugleich dem Richter/ und büſſet dem Kläger/ ꝛc.** Quæ verba licet de ſupplicio mortis loquantur, de quavis tamen corporali pœna ea accipienda eſſe, apparet ex *gloſſ. art. 45. lib. 3.* Landr. *nu. 4. in addit. Gloſſ. in art. 31. num. 2. lib. 2.* Landr. *Georg.* Rotſchitz. *in proceſſ. part. 2. art.* 1. *num. 1. verſ.* **Und da folget keine Wette nach/** *&c.* *Jacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 107. num. 38. Kilian.* König. *in proceſſ. cap. 138. num.* 1. *ſub fin. verſ.* **Und nach dieſer Straff /** *&c. num. 2. ſub fin.*

64 *Tùm*, ob *Conſt. Elect.* 12. *part.* 1. quæ homicidii Reum, ſi amputatione manus aut fuſtigatione puniatur, in expenſas litis vel damna, filiis vel agnatis interfecti præſtanda, condemnari prohibet. Quamvis autem de ſolo homicidii crimine ibidem agatur; idem tamen juris obtinere in aliis delictis, ac Conſtitutionem Electoralem ad quævis crimina extendendam eſſe, tradit *Dan. Moller. ad dict. Conſt. 12. nu. 7. ubi etiam Reinhard.* Roſa. *Petr. Heig. part. 2. quæſt. 23. nu. 20.* Modeſt. *Piſtor. part. 1. quæſt. 11. Mynſing. reſp. 59. num. 55. & ſeqq.*

65 *Et ita etiam Dominos reſpondiſſe, reperio verſus* Staden/ *Ad petitionem Nicolai* Kempens. M*enſ. Majo. An. 1613.*

Q. 10. An maritus ſtuprãs puellam aut viduam, dotare eam teneatur?

66 SECUNDO LIMITANTUR in marito, qui puellam aut viduam ſtuprans, ſicuti cum ea matrimonium contrahere nequit, ita nec eandem dotare cogitur.

Repetendum namque hîc, quod dictum *ſupra quæſt. 52. nu. 75.* Maritum ad fœminam ſolutam prolapſum utrumque delictum, adulterium ſcilicet & ſtuprum, ſimul committere: 67 Illud reſpectu ſuæ conjugis, proprium violando thorum; hoc verò reſpectu puellæ aut viduæ, cum qua rem habet, *l. 6. §. 1. ff. ad Leg.* J*ul. de adult.* Quamvis pœna tantummodò adulterii afficiatur, & ſi conjunx pro eo intercedere nolit, gladio puniatur, quod ſi fiat, quin pœna ſtupri prorſus ceſſet, minus dubium eſt.

At pœna ordinaria ad conjugis interceſſionem remiſſa, & perpetua relegatione ſubſtituta, A*nne tunc maritus puellam aut viduam ſtupratam dotare teneatur?* dubium movet *Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 127. nu. 16. & ſeqq.* ubi demum concludit ſtupratorem etiamſi tempore ſtupri maritus & uxoratus fuerit, nihilominus dotare teneri ſtupratam, allegans ad hoc *cap. 1. ext. de adult. & ſtupr.* Quem ſequitur M*atth. Berlich. part. 5. concl. 38. nu. 35.* 68

Verum, ut maximè de jure Canonico non alternativè imponatur ſtupratori, ut dotet aut ducat ſtupratam, ſed copulativè, quod probat *Modeſt. Piſtor. ex dict. cap. 1. extr. de adult.* Unde porrò infert, maritum ſtupratorem, etiamſi ſtupratam ducere non poſſit, dotem ſolvere obligatum eſſe; De Jure tamen communi, & cumprimis in foro Saxonico, alterutrum horum ſufficit, ut ſtuprator vel ducat, vel dotet ſtupratam, C*onſtit 27. part. 4.* J*ul.* C*lar. dict. libr. 5. ſent. §. ſtuprum num. 3. verſ ſed quicquid ſit.* M*att.* W*eſembec. in parat. ff. ad Leg. Jul. de adult. num. 3.* J*odoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 92. num. 6. verſ. atque hæ pœnæ. &c.* 69

Remota itaque ratione M*odeſt. Piſtor. ex dict. cap.* 1. petita, contrarium, quod ſc. maritus ſtuprator ſtupratam dotare nequaquam teneatur, aſſerere haud vereor, cum J*odoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 92. num. 7. &* M*arian. Socin. in dict. cap. 2. ext. de adult.* 70

Tùm, ob textum expreſſum in C*onſt. Elect. 27. part. 4. in pr.* **Da eine ledige Mannsperſon/** *&c.* Ubi hæc pœna, ut ſtuprator vel ducat vel dotet, ſtupratam, viro tantummodò ſoluto imponitur, adeoque ſanctio iſta ad maritum ſtupratorem extendenda non eſt: quod enim de uno dicitur, de alio negatur, *l. 12. ff. de jud.* N*icol. Boer. dec. 298. num. 4. verſ. tum quia.* Et Conſtitutiones Electorales tanquam ſtatutariæ ſtrictè ſunt accipiendæ, ita ut ſufficiat, ſi in aliquo minimo quid poſſint operari, *Andr. Tiraqu. de legib. connub. gloſſ. 2. nu. 23. poſt pr. Jac. Schult. lib. 2 pract. quæſt. 65 nu. 32. & ſeqq.* 71

Tùm, quod dotatio ſurrogata eſt in locum matrimonii, quod ſtuprator cum ſtuprata contrahere renuit, ut haud obſcurè apparet ex verb. *dict.* C*onſt. 27. part.* 4. Ceſſante itaq; pœna priori principali, dum ſcilicet maritus ſtupratam uxorem ducere nequit, ceſſat etiã poſterior pœna, dotatio: ſapit enim ſurrogatũ naturã ejus, cui ſurrogatur, *c. Eccleſia. 3. ubi gloſſ. ext. ut lit. pendent. Alexand. libr. 4. conſ. 55. num. 12.* J*aſon. in l.* 10. *§. 2. num. 2 &* 18. *ff. ſi quis caut. Andr. Tiraquell. de jure primog. quæſt. 55 num. 11.* 72

Tùm, quod ſtuprata damnum hoc ſuâ culpâ ſentit; ſibi enim imputet, quod cum tali rem habuit, quem ſcivit maritum ſibi eſſe non poſſe. Igitur reverà damnum ſentire non videtur, *l. quod quis. 203. ff. de reg. jur.* 73

74 *Conſentientes quoq; habeo Dn. Scabinos quotidie ſic reſpondentes in caſu ſtupri commiſſi à marito, cui ad interceſſionem conjugis, pœna adulterii ordinaria remittitur:* Betreffende der geſchwängerten *dotation*, und des Kindes *alimentation*, iſt ſie die Geſchwängerte von dem Ehemann einige dotation geſtalten Sachen nach zu fordern nicht befugt/ ꝛc. Döbela/ an Raht/ *Menſ.* Iun. *An.* 1607.

Froburgum ad requiſitionem Pauli W*iedemanni, Menſ. Majo, An.* 1598.

Lauchſtadt/ *ad* Pr*æfectum, Menſ. Septembri, Anno* 1617.

Penigk/ *ad Quæſtorem, Menſ.* Januar. *Anno* 1628.

Roſſen/ *ad petitionem Quæſtoris.* Menſ. *April. Anno* 1630.

Ad requiſitionem Senatus Grimmenſis, Menſ. *Octob.* A*nno* 1630.

Pr*æfecti in* Hartenſtein/ *Menſ.* Mart. An*no* 1632.

75 Ex eodem quoque fundamento ſtatuendum eſt, ſtupratorem ad dotationem non teneri, ſi ob proximitatem ſanguinis ſtupratam, cum qua inceſtus fuit commiſſus, in uxorem ducere nequeat.

P*rout reſpondimus in caſu inceſtus, cum defunctæ uxoris ſorore commiſſi, ſtupratorem nempe inceſtuoſum hoc caſu ſtupratam dotare non teneri. Ad requiſitionem Annæ H.* M. *viduæ in* Zigenrück. M*enſ. Novemb. An.* 1630.

Q. 11. *An rem habẽs cum puella antea ab alio vitiata eam dotare teneatur?*

76 TERTIO LIMITANTUR ſi quis rẽ habeat cum meretrice ſeu puella aut vidua, antea quoq; ab alio vitiata & cognita. P*roſp. Farin. part. 5. oper. cr. quæſt. 147. nu. 82. ubi multos Dd. allegat.* Paul. Chirl. *de* P*œn. omnif. coit. q. 7. nu 5. verſ. quarto etiam fallit.* Matt. W*eſemb. in parat. ff. ad Leg.* Jul. *de adult. nu. 12. verſ. dummodo honeſta ſit perſona &c. Dan.* Moll. *ad Cõſt. Elect. 27. nu. 4. in fin. Matt. Berlich. part. 5. concl. 38. nu. 72.* Jul. Clar. *libr. 5. ſent. §. ſtuprum. nu. 3. verſ. hæc autem omnia.* Jacob. Me*noch. lib. 2. arbit. jud. quæſt. cent. 3. caſ. 288. nu. 15. Anton.* T*eſſaur. deciſ. 3. num. 3. Dominic.* Card. T*uſch. tom. 7. pract. concl. lit. S. concl. 709. nu. 22. & 45.* T*hom. Gram. deciſ. 107. nu. 1. & ſeqq. Neviz. in ſylv. nupt. lib. 3. verb ſtuprator. nu. 22. verſ. facit, quia habent coitum.* J*oſeph. Ludov.* (ubi ita in omnib. Curiis ſervatum & ſecundum hanc multoties ſe judicaſſe teſtatur) *dec. Lucenſ. 61. nu. 8.*

77 T*ùm,* per *Conſtit. Elect. 27. part.* 4. In verbis: **Ein Jungfraw oder unberüchtigte Witwe.** Ex quibus manifeſtum eſt, honeſtam & bonæ exiſtimationis viduã eſſe oportere, ut ſtuprum in illa commiſſum, pœna *dict. Conſtit.* expreſſa, puniri poſſit.

78 T*ùm,* quod in virgine & vidua honeſta tantummodò, non etiam in corrupta ſtuprum committatur, *§. item lex* J*ulia. 4. Inſtit. de publ. judic. l. 6. §. 1. ff. ad Leg.* J*ul. de adult. l. 22. C. eod. tit.* Pro*ſper.* F*arin. dict. quæſt. 147. num. 82. 83. & ſeqq.* Ceſſante igitur ſtupro, pœna quoque ſtupri ceſſabit.

79 T*ùm,* per text. in *l. quæ adulterium. 29. in fin. C. ad Leg.* J*ul. de adult.* ubi hæc verba habentur: *Hæ autem immunes à judiciaria ſeveritate & ſtupri & adulterii præſtentur, quas vita vilitas dignas legum obſervatione non credidit.*

In hanc ſententiam reſpondimus gegen Geſel/ an Richter. *Menſ. Febr. Anno* 1628. 80

Ad requiſitionem Auguſti à Schönbergs/ *Menſ. Mart. Anno* 1629.

Sciendum tamen, quod in dubio vidua ho- 81
neſta & puella virgo præſumatur, ideoque ſtupratori contrarium dicenti, & ſtupratam antea quoque ab aliis fuiſſe vitiatam aſſerenti, onus probandi incumbit, P*anor. in c. 1. ext. de adult.* Joh. *Schneid. in §. in duplum. nu. 14. Inſt. de actio. Dan. Moll. ad d. Conſt. Elect. 27. part. 4. num. 8. Reinh.* Roſa. *ibi. in addit.* J*oſeph.* M*aſc. de prob. cõcl. 1410. vol. 3. Jac. Menoch. lib. 6. præſumpt. 89. Fulv.* P*acian. de probat. lib. 2. cap. 2. per tot.* J*ul.* C*lar. dict. §. ſtuprum. nu. 4 & ibid.* J*oh. Bajard in addit. nu. 24. Gravet. conſ. 166. nu. 5.*

Quod non ſolùm verum eſt in puellis & mu- 82
lieribus divitibus & ſplendidis, ſed etiam in vilibus & pauperculis; nam & hæ virgines & honeſtæ præſumuntur, niſi contrarium à ſtupratore probetur: quoniam inter pauperes & humiles, dummodo ſint honeſtæ, & inter ingenuas & opulentiores nulla eſt diſtantia *l. humilem. 7. C. de inceſt. nupt.*

V*eluti etiam in caſu, quo quis ancillam ſtuprave*- 83
rat, ſic pronunciavimus: So werdet jhr die Geſchwängerte/ weil jhr ſie zu ehelichen nicht bedacht/ mit dreyſſig Gülden zu dotiren/ und dem Kinde zu ſeinem Vnterhalt/ biß es ſein Brodt ſelbſten erwerben kan/ jährlichen zehen Gülden zu entrichten billich angehalten. Jhr köntet denn mit Recht erweiſen und darthun/ daß die Geſchwängerte zuvor mit andern mehr zu thun gehabt und zugehalten/ auff ſolchen Fall möcht jhr ſie zu dotiren mit Beſtande nicht getrungen werden/ V. R. W. *L. B. in* Neumarck/ *Menſ.* I*ul. Anno* 1629.

Eodemq; modo pronunciârunt veteres Scabini in caſu ſimili, Senatui Hertzbergenſi, Menſ M*ajo, Anno* 1584.

Item Michaeli Seilern in Heſſen. *Menſ. Febr. Anno* 1602.

QUARTO LIMITANTUR: Ut ſtu- 84
prator puellam aut viduam ſtupratam dotare non teneatur, ſi ea recuſet cum ſtupratore inire matrimonium, hocque cum alio quopiam contrahat, J*odoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 92. nu. 7. verſ. aut antequam ipſa ſtuprata.* Proſp. *Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 147. nu. 127. & ſeqq.* Jacob. *Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæſt. cent. 3. caſ.* 288. *num. 22. Bernard. Diatz. in pract. crim. cap. 83. verb. ſtupri. nu. 7.*

Q. 12. *Quid ſi ſtuprata ſtupratori nubere nolit, an dotem petere queat?*

In foro namque Saxonico (de jure enim 85
Canonico rem aliter ſeſe habere, facilè conceſſerim, ob *c. 1. ext. de adult.* Et eatenus *Salyc. in l. 18. C. ad Leg.* J*ul. de adult.* H*oſtienſ. in Summ. ext. de adult. §. & qualiter. nu. 11. Berlich. pag. 5. concluſ. 38. nu. 38. Clar. dict. §. ſtuprum. nu. 3.* aliorumque diſſentientium opinio admitti poteſt) ſtuprator ad dotandam mulierem ſtupratam, tunc demum obligatus eſt, ſi cum ea matrimonium inire nolit: & ſic dotatio in locum matrimonii ſurrogata eſt, ut probatur ex *verb. Conſt. Elect. 27. part. 4. in pr.* Vnd er dieſelbe zur Ehe nicht nehmen wil/ ſo ſol er *&c.* Atqui matrimonium renuere non dicitur, qui facultatem contrahendi non habeat, ut maximè contrahere nuptias

velit. Nolle enim is nequit, qui velle contrarium non poteſt, *l. 110. ff. de condit. & demonſtr.* Nec adire nolle videtur hereditatem, qui non poteſt adire, *l. 4. ff. de acquir. vel amit. heredit.* Sed is demum nolle dicitur, qui contrarium poteſt, *l. 17. §. 7. ff. de ædil. Gothof. in not. ad l. 3. verb. nolle. ff. de reg. jur. Senec. lib. 6. de benef. cap.* 20. Ergo nec ſtupratam dotare hoc caſu tenebitur. Et ſi aliud aſſeremus, ſequeretur, ſtupratori non competere electionem, an ducere, an verò dotare ſtupratam velit, quod eſſet contra praxin quotidianam, & *d. Conſt. Elect. 27. p. 4.*

86 *Quemadmodum etiam in tali caſu reſpondimus Voigtsbergam*: Es wäre dann daß der *Stuprator* ſie ehelichen wolte / jhr aber damit nicht zu frieden wäret/oder ſonſten ewre Tochter ſich mit jhme zuverehlichen bedencken hätte / auff ſolchen Fall möchte er mehr berührte ewre Tochter zu dotiren nicht angehalten werden/ V.R.W. *Ad requiſitionem B. D. Menſ. Febr. Anno 1623.*

Q. 13. *An ſtuprata quæſtum faciens dotationi renunciet?*

87 QVINT. LIMIT: Ab hac pœna exemptus quoque eſt ſtuprator, qui remiſſionem dotis à puella, ejusque parentibus impetravit, aut tempore ſtupri cum puella de certo pretio convenit: Hic enim nec ſtupratam ducere, nec dotare tenetur. *Proſp. Farin. dict. quæſt. 147. nu. 117. & 120. Anton. Teſſaur. deciſ. 3. nu. 2. Matt. Berlich. dict. concl. 38. nu. 66. & 68.* Joan. *Bajard. in addit. ad Jul. Clar. lib. 5. ſent. §. ſtuprum. nu. 28. verſ. vel cum ea conventum fuiſſe. &c.*

88 *Tum*, quod hæc pœna intereſſe privatum ſtupratæ concernit, & ratione injuriæ per ſtuprum ipſi illatæ debetur; adeoque in ejus favorem potiſſimùm introducta eſt. At favori pro ſe introducto quilibet renunciare poteſt, *l. quis. C. de pact.*

89 *Tùm*, quia mulier, quæ pro concubitu argentum accipit, & corpore ſuo quæſtum quærit, meretriciam potius vitam agit, quam amoris cauſa ſtupratori copiam ſui facit, *l. ſi ea quæ 22. C. ad Leg. Jul. de adult. c. meretrices. 32. quæſt. 4. Didac, Covar. de matrim. part. 2. cap. 8. §. 11. num. 5. Jac. Menoch. caſ. 328.* At cùm meretrice vulgari concumbentem eam dotare vel ducere non obligatum eſſe in aperto eſt; *Conſt. Elect. 27. in pr. p. 4. Matth. Weſemb. in parat. ff. ad Leg. Jul. de adult. nu. 21. verſ. dummodò honeſta. Anton. Teſſaur. deciſ. 3. num. 3 Thom. Gram. deciſ. 107. Jul. Clar. dict. ſtuprum. nu. 3. verſ. hac autem omnia &c.*

90 *Pronunciavimus ita Voigtsbergam ad requiſitionem B. D. Menſ. Febr. An. 1623.*

91 SEXTO LIMITANTUR SUPRA DICTA. Ita ut ſtuprator alterutram pœnam, an ſcil. ſtupratam ducere, an verò dotare velit, eligendi facultatem non habeat, ſed præciſè ſtupratam ducere cogatur, quando ei matrimonium promiſit, & puella ſub ſpe matrimonii promiſſi in concubitum conſenſit, *Proſp. Farin. deciſ. 25. Anton. Teſſaur. deciſ. 3. nu. 3. ſub fin. verſ. verum in foro conſcientiæ &c. & ſeqq.*

92 Idque adeò verum eſſe puto, ut ſtuprator, ſi matrimonium cum ſtupratâ contrahere renuat, ad hoc compelli debeat carcere, perinde ac ſponſus publicis ſponſalibus contractis cogi poteſt, ut ſponſalia adimpleat, prout tradit *Joach. à Beuſt. de ſponſ. cap. 58.* Neq; enim in arbitrio partis eſt pœnitere, & à promiſſione ſemel facta deſiſtere: quin & ſi ſponſus incarceratus obtemperare nolit, & in obſtinatia perſeverat, quin hoc caſu perpetuò relegari poſſit, non dubitat *Beuſt. d. tract. de ſponſ. c. 61.*

Sicuti & nos reſpondimus Senatui Zvvickavienſi, Menſ. Octobr. Anno 1624.

93 Et hoc abſque dubio procedit, ſi de promiſſo matrimonio liquidò, vel ex confeſſione ſtupratoris, vel aliunde conſtet; ſecus verò ſi de hoc non conſtet, & ſtuprator promiſſionem neget: tunc enim ad matrimonium adimplendum invitus cogi nequit, ſtupratam tamen dotare tenetur, juxta prædicta. Niſi præſumptiones & ſuſpiciones contra ipſum pugnent, quo caſu ei juramentum purgatorium defertur, *Aut. Conſult. Conſt. Saxon. tom. 1. part. 1. quæſt. 6. num. 1. & 2.* Johan. *Schneidvv. ad tit. Inſt. de nupt. rubr. de ſponſal. nu. 30.*

94 Sed, *an ſola ſtupri & imprægnationis confeſſio ſufficiat ad juramentum purgatorium, ſtupratori promiſſionem matrimonij neganti imponendum?* expeditum non eſt, Conſiſtorialibus invicem diſſentientibus, ut apparet ex traditis à *Joach. Beuſt. de ſponſ. cap. 47. ubi in fin.* dicit, caſum hunc ſpeciali indigere deciſione.

Q. 14. *An confeſſio ſtupri ſufficiat ad juramentū purgatorium de non promiſſo matrimonio?*

95 Nullam ſiquidem juramenti delationem locum habere, videtur in *Ord. Eccleſ.* diſponi. *tit.* **Von Eheſachen/** *rubr.* **Von Ehegelöbnüſſen §. Wo aber zwo Perſonen/** *in verb. fin.* **Wie dann auch ſonſten ſolcher heimlichen Verlöbnüſſe halber/im Fall da die verneint werden/die Gewiſſen zubeſchweren/nicht zugelaſſen werden ſol/ ꝛc.**

96 Verùm verbis hiſce benè ponderatis, & cum præcedentibus collatis, de meris terminis ſponſaliorum clandeſtinorum, re adhuc integra, ubi nullum ſtuprum intervenit, ibidem agi, negari non poteſt. Sed quando res integra non eſt, propter ſtuprum interveniens, quæſtio eſt dubia, *an ſtupratori matrimonii promiſſionem neganti juramentum purgatorium deferri debeat?* Quam tractat *Joach. Beuſt. dict. cap. 47.* eamque affirmativè decidit; dicens in Protoſynedrio Dreſdenſi ita pronunciari.

97 Semper enim magis pro matrimonio, quàm contra præſumi debet: Et in dubio conjectura capienda eſt, quod cognoſcens aliquam, cognoverit eam tanquam futuram uxorem, non causâ libidinis, ad tollendam fornicationis præſumptionem, *c. is qui fidem. de ſponſ.* F*ach. lib. 3. controv. 29.* Quin cum nixus ad copulam præſumatur maritali affectu ſecutus, ut mali ſeu peccati ſuſpicio evitetur; *Joh. Calder. in c. fin. de ſponſal.* Cur non multò magis coitus ipſe talis præſumi debeat, ut qui matrimonii proprius ferè eſt, *Fach. in fin. c. 30. lib. 2. controverſ.* Quia verò in animo ſtupratoris conſiſtit, quâ mente eam cognoverit, ideò datur id ejus juramento, *Neviz. in ſylv. nupt. lib. 2. nu. 121.*

98 Accedit, quod ſicut nemo præſumitur jactare vel projicere bona ſua, *l. cum de indebito. ff. de condict. indeb.* Ita multò minus virgo cen-

ſeatur ſtupratori conceſſiſſe florem virginitatis decerpere, niſi fidem ipſi de matrimonio dediſſet; adeoque ſtuprator ſpe matrimonii ad hoc facinus committendum ipſam videtur induxiſſe, & ſic virgo in dubio ſemper decepta & ſeducta præſumitur, *Alex.* T*rentacinq. lib.3. reſolut. de matrim. nu. 2.* Quia ergò præſumptio contra ſtupratorem eſt, meritò illi juramentum purgatorium officio judicis imponi debet, *Bartol. in l. 3. ff. de jurejur. Beuſt. dict. cap. 47. circa fin.*

99 *Hancque ſententiam Beuſtii in pronunciando ſequimur quotidiè in Electorali Sax. Scabinatu, ita reſpondentes*: Hat C. T. geklaget/ daß I. F. ſie nicht allein geſchwängert/ ſondern jhr auch die Ehe verſprochen: Ob nun wol beklagter I. F. der zugeſagten Ehe nicht geſtändig ſeyn will/ die Geſchwängerte auch auff einer Rede nicht verbleibet/ ſondern *variiret*, und daß er ſich bey Verſprechung der Ehe/ bald dieſer/ bald anderer Wort gegen ſie gebraucht/ vorgibt/ dieweil aber dennoch berührter I. F. nicht in Abrede ſeyn kan/ daß er mit C. T. fleiſchlichen zu thun gehabt/ und ſie geſchwängert/ *&c.* So iſt er vermittels ſeines leiblichen Eydes ſich zu reinigen/ und daß er vorgedachter C. T. die Ehe nicht verſprochen/ zu ſchweren ſchuldig/ er thue nun ſolches oder nicht/ ſo ergehet darauff ferner was recht iſt/ V. R. W. Gräitz/ an die Reuſiſche Plauiſche zum Ehegerichte im Ober Ampt verordnete. *Menſ. Septemb. Anno 1625.*

Großpaden/ *ad requiſitionem M. M. Menſe Octob. Anno* 1620.

Arnshaugk/ an Schöſſer. *Menſ. Julio, Anno 1622.*

100 Quin & ſi Reus utrumque, & ſtuprum, & promiſſum matrimonium neget, adverſus ipſum tamen præſumptiones & ſuſpiciones ſtupri pugnent, ſuper utroque juramentum purgatorium deferri poteſt. Si enim confeſſio ſtupri indicium facit promiſſi matrimonii, accedente aſſertione ſtupratæ, certè ex indiciis ſtupri ſufficientibus utrumque, & ſtuprum, & promiſſum matrimonium præſumitur: ut nil obſtare videatur, quin Reus ſuper utroque jurare, & innocentiam ſuam juramento purgare debeat.

101 *Veluti etiam nuperrimè ita reſpondimus*: Ob wol N.N. deſſen gantz nicht geſtändig ſeyn wil/ dieweil er aber dennoch bey Klägern im Bette gefunden worden/ und wegen des Beyſchlaffens nicht richtige Antwort geben wollen/ ꝛc. So erſcheinet darauß ſo viel/ N.N. vermittels ſeines leiblichen Eydes ſich zu reinigen/ und daß er mit Klägerin ſich fleiſchlichen nicht vermiſchet/ noch jhr die Ehe verſprochen/ zu ſchweren ſchuldig/ er thue nu ſolches oder nicht/ ſo ergehet darauff ferner was recht iſt/ V. R. W. Gräitz/ an die verordnete in Ehegerichtsſachen der Oberherrſchafft/ *Menſ. Febr. Anno* 1630.

102 Quæ tamen de ſtuprata aliàs honeſta & bonæ famæ intellecta velim. Nam ſi certò conſtet, ſtupratam fuiſſe antea quoque inhoneſtam & meretricem, quæ multorum libidini ſatisfecit, ſtuprator non animo maritali eam cognoviſſe præſumitur: & ideò à juramenti præſtatione liberatur. Quia eam non dotare vel ducere tenetur, in tantùm, ut ſi maximè quid ei promiſerit, id tamen ipſa exigere non poſſit, *l. generaliter 26. ff. de verb. oblig. l. 4. §. ſed quod. 3. ff. de condict. ob turp. cauſ. c. fin. de pact. Bartol. in l. 4. ff. de cond. ob turp. cauſ.*

103 Præterea notandum & hoc, quod ſi Reus ſtuprum confeſſus, juramentum purgationis præſtiterit, in non in totum liberetur, ſed tantummodò à quæſtione matrimonii promiſſi; ratione ſtupri verò ſemel confeſſi nequaquam liberatus eſt, ſed ſtupratæ dotem ſolvere tenetur. Id quod apparet ex forma pronunciandi: So wird er von angeſtalter Klage/ der Ehe halber billich entbunden. *Joach. à Beuſt. c. 49. verſ. præſtito hoc juramento.*

Et ſic in Scabinatu ſæpiùs fuiſſe reſponſum memini.

104 SECUNDUM, ad quod ſtuprator quivis ex *Conſt. Elect. 27. part.* 4. obligatur, eſt ALIMENTATIO INFANTIS. Præterquam enim quod ſtuprator puellam aut viduam ſtupratam ducere vel dotare debet, infanti quoque ex ſtupro procreato alimenta præbere tenetur. De quo Illuſtriſſ. Conſtituens hiſce verbis diſponit: So ſol er/ da ſie von jhme Leibesfrucht hat/ dieſelbe auff gerichtliche Ermeſſigung alimentiren. *dict. Conſt. 24. part. 4.*

105 Æquiſſimum namque eſt, ut quilibet pater infanti neceſſaria ſubminiſtret; Quod & juri communi convenit, *l. nec filium.* C. *de patr. poteſt. cap. cum haberet. in fin. de eo qui dux. in matrim. Anton. Teſſaur. deciſ. 3.* (ubi ita in Senatu Pedemontano judicatum fuiſſe teſtatur) *nu. 7.* Matth. Coler. *part. 3. deciſ. 176. nu. 89. & ſeq. Nevizan. in ſylv. nupt. libr. 3. verb. ſtuprator. nu. 25. Joh. Bajard. ad* Jul. *Clar. §. ſtuprum. nu. 10. verſ. item adde.* Joach. *à Beuſt. in tract. connub. part. 1. cap. 29. verſ. ſi tamen caſus.*

106 Pro meliori hujus intellectu notandum *Primò*: Stupratorem alere infantem teneri, *quamprimum is fuerit natus.* Scio equidem, nonnullos ſtatuere, quod poſt triennium demum ſtuprator infantem alere tenetur, ante hoc tempus autem, & durante triennio, mater alimenta ei præbere debeat, *Dan. Moll. ad Conſt. Elect. 27. part. 4. nu. 2. in fin.* Hartm. *Piſtor. obſerv. 97. Didac. Covar. in Epit. ſponſ. part. 2. cap. 8. §. 6. nu. 13. verſ. ſeptimo principaliter.* Matt. Col. *d. dec. 176. nu. 90. Bajar. ad Clar. d. §. ſtuprum. nu. 10. Gloſſ.* Ord. *in* Landr. 3. *art. 74. in fin. ſub fin. verſ.* Wiſſen auch daß die Mutter. *Et ſic à veteribus Scabinis pronunciatum accepi Senatui Hertzbergenſi,* Menſ. Majo, An. 1584 Huncque modum reſpondendi tunc temporis in Scabinatu fuiſſe obſervatum, patet ex *ſent. poſt* Landr. *tit.* Von Nothzucht und Jungfrawſchwächen. *ſub fin. verſ.* Und über das/ ꝛc.

Q. 15. A quo tempore infanti ex ſtupro procreato alimenta debeantur?

107 Sed fundamento deſtituitur hæc aſſertio: Neque probari poteſt, uti quidam opinantur ex *l. nec filium. 9.* C. *de patr. poteſt.* Quatenus ad alimenta lactis reſtringi debet, cùm ante triennium non ſolebant infantes mamma depelli *Gothofr. in d. l. 9. verb. Trimo.*

108 Proinde, ſi infans intra triennium ablectatus fuerit, ſtuprator alimenta, alioſvè ſumptus, ſi quos præter lactationem infans deſiderat ſuppeditare debet, Coler. *in tractat. de alim. libr.* 1. *cap.* 6. *num. 4. & ſeqq.* Idemque innuunt verba generalia, quibus ſtuprator indifferenter ad præſtationem alimentorum obligatur, *dict. Conſtit. 27. part. 4.* Unde concludendum, ſtu-

pratoſtupratorem infantem, quamprimum natus fuerit, alere teneri.

109 *Veluti ſic etiam Scabini hodie pronunciàre ſolent:* So iſt er dieſelbe zu ehelichen/ oder da er die Ehe nit jhr nicht vollziehen würde/ ſie jhres Standes und Herkommens nach zu dotiren/ und auff ſolchen Fall die Leibesfrucht/ wenn ſie dieſelbe lebendig zur Welt bringen wird/ auff Richterliche Ermeſſigung zu *alimentiren* ſchuldig/ V.R.W. H. von G. *Menſe Iunio, Anno 1597.*

Antonio à **Schönberg**/ *M. Jul.* Anno 1585.

Fratribus à **Schönfeld** / M. *Febr. Anno* 1612.

An Schöſſer zu Meiſſen/ M. *Jul.* Anno 1629.

Michaeli **Seilern** *in* **Heſſen**/ *Menſ. Febr.* Anno 1620.

110 *Secundo* quoque tenendum, *qualiter & quamdiu à ſtupratore ſit alendus?* Illud definitur ab Illuſtriſſimo Conſtituente hiſce verbis (**auff Gerichtliche Ermäſſigung** *alimentiren.*)

Q. 16. Quamdiu ſtuprator infantem alere teneatur.

Arbitrio nempe judicis hoc relinquitur; abſque dubio enim neceſſaria debentur infanti alimenta, & tamdiu, uſque dum ipſemet ex operis propriis ſe alere poteſt, *Nevizan. in ſylv. nupt. lib. 3. verſ. ſtuprator. n. 25. ſub fin. verſ. Intellige ſemper quod &c.* Unde & Scabini ſententiis quandoque hæc verba inſerere ſolent: **Biß es ſein Brodt ſelbſten erwerben kan**/ *&c* Quænam verò alimenta cuivis infanti neceſſaria ſint, & à quo tempore infans victum proprio labore quærere poſſit, propter incertitudinem & diſparitatem annonæ, locorum, ac conſtitutionis, & naturæ infantum, certâ regulâ definiri non poteſt: Ideoque prudentiſſimè hæc judicis arbitrio & diſcretioni committuntur.

111 *Memini tamen Scabinos ſuper hoc caſu conſultos, Communiter infanti usq; dum decimum tertium ætatis annum impleverit, loco alimentorum quotannis duodecim Sexagenas antiquas adjudicaſſe:* So iſt N. N. die Geſchwängerte jhres Standes und Herkommens nach zu dotiren/ und das Kind/ biß es das 13. Jahr ſeines Alters erreichet/ jährlichen mit zwölff alten Schocken zu *alimentiren* ſchuldig/ V.R: W. *Verſus* **Rudersdorff**/ Ad *petitionem* Johannis **Eiſenhüttens**/Menſ. Jun. Anno 1626.

Penigk/ **an Schöſſer**/ *Menſ. Jan. Anno* 1628.

An Schöſſer zu Meiſſen/ *Menſ. Jul. Anno* 1629.

An Baltzer Cæſarn/ *Menſ. Octob. Anno* 1629.

112 *Quandoque etiam alimenta quotannis decem ſexagenis antiquis fuerunt æſtimata. Laucham, ad requiſitionem* Johannis **Kiend** / *Menſ. Novembr.* Anno 1620.

It. Senatus Zuvickavienſis, M. *Julio,* Anno 1630

Vel 10. floren. **Neumarck**/an *Laurentium* **Böhmen**/*Menſ. Jul. Anno 1629.*

113 *Tertio*: Licet hæc alimenta à ſtupratore promiſſa fuerint, mortuo tamen infante ante 13. annum, durante adhuc infantiâ, ſtuprator ulterius ad præſtationem alimentorum obligatus non eſt, nec quicquam mater eorum loco petere poteſt. Eſt enim præſtatio alimentorum perſonalis, & unâ cum perſona ejus, cui debentur, extinguitur, *l. cum his* 8. *§. modus quoque.* 10. *in fin. verſ. conſtat alimenta cum vita finiri. ff. de transact. Bald. conſ. 95. n. 1. verſ. de legato alimentorum. lib. 5. & in l. fin. n. 17. verſ. Item legatum. C. de hered. inſti.*

Q. 17. Spurio mortuo in infantia; num alimentorum præſtatio expiret?

114 *Conſentit Dominorum reſponſum datum* J. F. *in* **Kienitz**/ *cujus tenor hic eſt:* Iſt auch unter andern vorgedachtem A. VV. dem mit ewer Tochter in der Unehe erzeugeten Kinde/ biß es ſo lange ſein Brodt ſelbſten erwerben kan/ die *alimenta* und Unterhalt zureichen erkandt worden. Und es iſt unlängſten ſolches Kind nach ewer Tochter abſterben gleichesfalls todes verfahren: So ſeyn ſolche *alimenta* A. VV. wiederumb anheim gefallen/ und jhr habt euch dero beſtändiger Weiſe anzumaſſen nicht fug/ V.R.W. *Menſe* Febr. *Anno 1630.*

115 Quo tamen caſu impenſas funebres, in ſepulturâ infantis factas, à ſtrupratore quoque ſolvendas eſſe, reſponderunt Domini. Licet enim hæ appellatione alimentorum non veniant, *arg. l. legatis alimentis ff. de alim. & cibar. legat.* Pietatis tamen officium exigit, ut ſtuprator parens easdem impendat.

An Schöſſer zu Elſterberg. M*enſe* J*ulio, Anno 1629.*

116 *Quartò* notandum & hoc, quod licet ſtuprator neget partum eſſe ſuum, ſi tamen ſtuprum ſemel confeſſus fuerit, ſimplici ſtupratæ mulieris aſſertioni (quamvis diſſentiat *Anton.* T*eſſaur. deciſ. 3. n.* 4. requirens juratam mulieris aſſertionem. Cui videtur aſſentire Sententia poſt **Weichbild**/ *tit.* **Von Jungfrawſchwächen** *poſt med. verſ.* **Auch dieweil ein ander**/ *&c.*) credendum, & ſtupratori onus alimentandi infantem imponendum eſt; præſumitur namque is parens, donec contrarium, aliumque ſtupratam imprægnaſſe, probaverit, *Alexand. conſ. 157. n. 1. verſ. circa ſecundum dubium. lib. 5.* T*eſſaur. dict. deciſ. 3. n.* 4.

117 *Pronunciàrunt ita Domini:* So ſeydt jhr dem Kinde/ biß es ſein Brodt ſelbſtē erwerben kan/ ſeinen Unterhalt zu verſchaffen ſchuldig: Jhr köntet denn darthun/ und erweiſen/ daß berührte N. N. auch mit einem andern fleiſchliche Unzucht getrieben/ und von demſelben geſchwängert worden/ deſſen genöſſet jhr billich/ V.R.W. *Michaeli* **Seilern in Heſſen**/ *Menſ. Febr. Anno* 1602.

Iisdemq; fere formalibus **An die Bawherrn zu Leipzig**/ *Menſ. April. Anno 1588.*

118 *Quintò*, obſervandum eſt, patrem infanti de alimentis proſpicere teneri, etiamſi ſtuprata non honeſta perſona, ſed antea ab alio quoque vitiata, aut meretrix fuerit.

Q. 18 Num pater infantem ex vulgari meretrice procreatũ alere teneatur?

119 Quamvis enim hoc caſu dotatio ceſſet, juxta *Conſt. Elect. 27. part.* 4. Infantem tamen ſuſtentari oportet. Proinde verba *dict. Conſt.* ad dotationem ſolummodò reſtringenda ſunt, neque infans alimentis, ac jure ſuo ob matris factum illicitum privari debet.

120 Deinde quoq; diſpar ratio eſt dotationis, & alimentationis: Illa namque fit ob privationem virginitatis, quæ cùm antea fuit deperdita, haud immeritò dotatio ceſſat: Hâc autem infans ſuſtentari debet, quâ non minus ex meretrice, quàm ex ſtuprata natus opus habet: Quid mirum ergò, quod ſtuprator etiam hoc caſu infanti de alimentis proſpicere debeat?

121 *In hanc ſententiam reſpondimus Quæſtori* **Mülbergenſi**, *Menſ. Jun. Anno 1629.*

Item Laurentio **Böhmen** *in* **Neumarck**/*Menſ. Jul. Anno 1629.*

122 *Sextò*: Sequitur exinde etiam hoc, quod maritus virginem aut viduam ſtuprans, partum alere debeat. Licet n. & is à dotatione exemptus eſt,

Q. 19. Nũ maritus,

virginem ſtuprans, infantem alere cogatur?

ut dixi *ſuprà n. 66.* Onus tamen alimentationis
ſuſcipere eum oportet; Siquidem & hoc caſu in-
fans alimentis opus habet, nec iis ob factum pa-
tris privari debet. Neque à dotatione ad alimen-
tationem hoc caſu argumentari licet: Dotem e-
123 nim ſtuprata à marito propterea petere nequit,
quia cum tali rem habuit, quem ſcivit, ſibi mari-
tum eſſe non poſſe, juxta ſententiam *Jacobi Tho-
mingii* relatam *à Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 127.
n. 15.* Quæ ratio alimentationem infantis impe-
dire nequit.

124 Et ſi pater infantem ſuſtentare debet, cur maritus ſtuprator ab hoc onere exemptus ſit, non video? præſertim cum adulterini infantes naturaliter æquè ſint liberi, ut apparet ex *lib. Sapient. Salom. cap. 3. verſ. 16. cap. 4. verſ. 6.* Neque natura inter liberos differentiam facit, *Novell. 174. c. 1. Novell. 189. c. 9.* Vinculumque naturale, quod ſanguinis & cognationis dicitur, inter patrem & filium adulterinum extet, ut inquit *Gloſſ. in §. fin. Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ. & ibidem Interpp.*

125 Quin & ſemen ipſum, ex qualicunq; homine ſit, Dei opus eſſe perhibetur, & undecunque homines naſcuntur, ſi parentum vitia non ſectentur, & Deum rectè colant, honeſti ſunt. *c. undecunque diſt. 56.* Unde erga ſpurios quosvis omne officii & charitatis genus exercendum eſt, *c. paſce. c. non ſatis. c. eſt probanda. diſt. 86.* Ac propterea ſpurii adulterini non minus ac alii à patre ali debent.

126 *Quemadmodũ etiã in tali caſu reſponderunt Scabini:* Betreffende der Vettel *dotation*, und des Kindes *alimentation*, iſt ſie die Vettel einige *dotation* geſtalten ſachen nach zu fordern nicht befugt / jhrem Kinde aber werden ſeine *alimenta*, biß es ſein Brodt ſelbſt verdienen kan / auff Richterliche Erkäntnüß / von obbemeldten *N. N.* billich verordnet / und entrichtet / V.R.W. *Senatui in* Döbeln / *Menſ. Jun. Anno 1607.*

Actuario judicii Froburgenſis, Paulo Wiedemanno, Menſe Majo. Anno 1598.

Præfecto in Leuchſtadt / *Menſ. Sept. Anno 1617.*

Henrico à Bünau in Weſenſtein / *Menſe Majo, Anno 1630.*

Quæſtori in Roſſen / *Menſ. April. Anno 1630.*

Senatui Grimmenſi, Menſ. Octob. Anno 1630.

Septimò: Nec omittendum hoc, quod ſi ſtuprator adeò pauper & inops ſit, ut nullo modo infanti de alimentis proſpicere poſſit, mater ſtuprata infantem alere teneatur. 127

Q. 20. Quid ſi ſtuprator ob inopiam infantem alere nequeat?

Nam & aliàs mater, patre certo non exiſtente, ſpurium & vulgò quæſitum alere tenetur, *Spec. in tit. qui fil. ſint legitimi §. 1. n. 17. Surd. de alimẽt. tit. 1. quæſt. 15. n. 11.* 128

Ita reſponderunt Scabini Actuario judicii in Thalwitz / *Menſ. Jan. Anno 1611.*

129 *Octavò.* Denique licet ſtuprator infanti alimenta præbere teneatur, in reliquis tamen bonis ſtupratoris, infans ſpurius nullum prorſus jus habet, neque ei defuncto ſuccedit. Inter ſpurium namque & patrem ejus, ut & agnatos nullum eſt jus ſucceſſionis, *Joh. Schneidvv. ad tit. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. Rubr. de ſucceſſ. ſpur. n. 3. & rubr. de ſucceſſ. parent. vulg. quæſitorum. n. 46. Bl. in l. pen. C. ad SCt. Orfic. Palæot. de Noth. & Spur. c. 41. in fin. Decius conſ. 311. n. 3.*

Q. 21. An ſpurius ex ſtupro natus patri ſuccedat?

130 *Veluti ſic pronunciârunt Scabini, ad requiſitionem Ambroſii* Frühens in Thomsbrück / *Menſe Jan. Anno 1599.*

It. Ad conſultationem Chriſtophori von der Olsnitz / *Menſ. Septemb. Anno 1629.*

QVÆSTIO LXIX.

De Pœna Stupri.

SVMMARIA.

1. *Stuprator non ſolùm mulieri ſtupratæ, ſed & Magiſtratui ad pœnam eſt obligatus, n. 2. 3.*
4. *Nemo ob unicum delictum duabus pœnis affici debet, & quatenus hoc ſit verum, n. 5. 6. 7. 9.*
8. *Debent non impunita remanere delicta.*
10 *Pœna Stupri in foro Saxonico varia eſt atq; diverſimoda, n. 11. 12. 13. 14.*
15. *Quomodo regulariter puniatur ſtuprum moribus Saxonicis?*
16. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
17. *Pecuniaria mulcta in crimine ſtupri prorſus eſt abrogata.*
18. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
19. *Pœna ſtupri quandoq; ſolet exaſperari. n. 21. 22.*
20. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
23. *Pœna Commentarienſis ſtuprantis mulierem captivum, n. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31.*
32. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
33. *Pœna ſtuprãtis mulierẽ mente captam, n. 34. 35.*
36. *Reſponſum Scabinorum Lipſienſ.*
37. *Quæ ſit pœna ſtupri, cum puella impubere commiſſi, n. 38. 39.*
40. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
41. *Gladio puniendus eſt, qui puellam vi ſtuprat.*
42. *Ob varias circumſtantias Stuprum fuſtigatione puniri ſolet, n. 43. 44.*
45. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
46. *Quæ ſit pœna perſonarum deſponſatarum, ante benedictionem ſacerdotalem concumbentium? n. 47. 48.*
49. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium, n. 50.*
51. *Quid ſi ſtuprator puellam ſtupratam in matrimonium duxerit, n. 53.*
52. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
54. *Spurius per ſubſequens matrimonium legitimatus pro legitimè nato habetur.*
55. *Pœnitentia Eccleſiaſtica, vulgò* die Kirchenbuſſe / *mitigat pœnam ſtupri.*
56. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
57. *Mulier ſtuprata quâ pœna ſit afficienda? n. 58. 59. 60. 61.*
62. *Sententia Scabinorum Lipſenſ. n. 63. 64.*
65. *Filia ſtuprata num à parentibus exheredari queat? n. 66. 67. 68. 71.*
69. *Explicatio Novell. 115. cap. 70.*
70. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*

Quem-

1 QVEMVIS ſtupratorem non modò mulieri ſtupratæ, ſed etiam Magiſtratui obligatum eſſe, ex *Conſt. Elect. 27. part. 4.* dixi *quæſtione præcedenti.* Illi quidem, ut ducat, vel dotet eam, ac ſimul infanti de alimentis proſpiciat; huic autem, ut pœnam promeritam ſuſtineat: Illa pœna civilis eſt, & intereſſe ſtupratæ, atque infantis concernit; hæc verò pœna quandoque eſt criminalis, & publicum intereſſe reſpicit. Quia ergo de priori, onere, ſcilicet dotationis, & alimentationis, ſufficienter *quæſtione præcedenti* dictum, reſtat ut de intereſſe etiam Magiſtratus, & pœnâ publicâ agamus.

2 Hocque tertium eſt, ad quod ſtuprator quivis obligatur, nimirum ut pœnam publicam ſuſtineat. De quo ita loquitur Illuſtriſſimus Legiſlator *dict. Conſt. 27. in fin. pr.* **Vnd darüber mit zeitlichem Gefängnüß geſtrafft werden/** *&c.*

3 Neque enim ſtuprator ſatisfaciendo mulieri ſtupratæ, ratione injuriæ ipſi illatæ, prorſus liberatus eſt, ſed inſuper à Magiſtratu arbitrariè puniri poteſt. Id quod nec à diſpoſitione juris communis alienum eſſe, tradit *Caſpar. Anton. Teſſaur. in addit. ad patr. Anton. Teſſaur. deciſ. 3. n. 3. verſ. ſub fin. verb. advertas. Proſper. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 147. n. 99. & n. 103. Paul. Chirland. de pœn. omnif. coit. quæſt. 7. num. 3. ſub fin. verſ. ſi verò nollet. Petr. Theod. in colleg. crim. diſput. 6. th. 4. lit. I.*

4 Et hæc altera pœna eſt, in ſtupratorem ſtatuta: cui refragari videtur, regula *Dd.* vulgata, quæ neminem ob unicum delictum duabus vult pœnis affligi, *Matth. Weſembec. part. 1. conſ. 22. num. 19. verſ. nemo enim ob unum. Bartol. Bald. & Dd. in l. ſi qui Reus ff. de publ. judic. & in l. ſepulchri. 6. ff. de ſepul. violat.* Sed hæc regula tunc vera eſſe poteſt, quando utraque pœna ad eundem tendit effectum, unâque pœnâ delictum ſufficienter punitum eſt, *Marant. in ſpecul. part.* 5 *4. diſt. 1. n. 20. poſt pr. verſ. limita notabiliter.* Aliter verò res ſeſe habet, ſi quælibet pœna ſuum peculiarem aſſequatur finem, ut quod una ipſum coerceatur delictum, altera verò parti ſatisfiat. Veluti in crimine homicidii culpoſi, præter arbitrariam pœnam, quæ eſt carceris vel relegationis, Werigeldus etiam in ſolatium Agnatorum, mortem occiſi vindicantium, ſolvi debet, **Landrecht.** *lib. 2. art. 38. Gloſſ.* **Weichbild.** *artic. 38. n. 12.* **Landrecht.** *lib. 2. art. 14.* **Rotſchitz.** *in proceſſ. part. 2. art. 1. num. 2. & 3. Ludovic.* Fachſ. *lib. 1. differ. 62. verſ. Verùm de jure Saxon. Reinhard. lib. 2. part. 5. differ. 15.* Matth. *Coler. part. 1. deciſ. 156.*

6 Hinc de jure Saxonico nequaquam abſurdum eſt, ut Reus præter pœnam publicam, parti quoque læſæ emendam ſolvere teneatur, quod accidit in realibus injuriis, quarum nomine Reus non modò judici pœnam debet, ſed & parti offenſæ certam mulctam ſolvit, *Matth. Coler. part.* 1. *deciſ. 161.* Sic & ob injurias verbales illatas, præter pœnam carceris, Relegationis, vel fuſtigationis, Reum injuriantem ad recantationem quoque condemnari, ac duplicem quaſi pœnam ipſi imponi, certo certius eſt, *Conſtit. Elect. 42. part. 4.*

7 Idemque fit in caſu præſenti, ubi ſtuprator pæter onus dotationis & alimentationis ſibi injunctum, pœna quoque arbitrariâ afficitur. Idque æquiſſimè ſic conſtitutum quis exiſtimet, ob diverſum utriusque finem: Illa ſiquidem privatam injuriam, privatumque intereſſe reſpicit; hæc autem publicam vindictam concernit, quæ delicta haud impunita relinquit, *l. ita vulneratus.* 8 *51. §. idq; eſt conſequens. 1. ff. ad Leg. Aquil. l. ſi longius. 18. §. ſi filiusfamilias. ff. de judic. l. in delictis. 4. §. cum dominus. ff. de noxal. act. l. ſi à Reo. 71. §. id quod vulgò. 5. ff. de fidejuſſ. l. 95. §. quod ſi. 1. ff. de ſolut. l. per omnes. 6. C. de defenſ. civit. l. ſi operis 14.* C. *de pœn. Vincent. de Franch. deciſ. Neapol. 98. num. 2.*

9 Quin & dotatio ſtupratæ mulieris, nec non alimentatio partus, in utriusque & matris & infantis favorem peculiariter recepta eſt; adeoque cum pœna legali nequaquam confundi, vel ab eâdem abſorberi poterit. Quod hodie minus dubium habet ob ſanctionem expreſſam D. Auguſti Electoris in *Conſtit. Elect. 27. part. 4.* in verb. (**Vnd darüber**) Ubi utraque pœna ſimul ſtupratori infligi jubetur. Ch*il.* **König.** *in proceſſ. Crim. Rubr.* **Von Peen der Jungfrawſchwächer. §. Aber ſonſt wo dieſen/** *verſ.* **Vnd diß Fals ſol er über die.** *Georg.* **Rotſchitz.** *in proceſſ. part. 2. art. 5. ſub fin. verſ.* **Vnd über die Gabe.** *Matth. Coler. part. 5. deciſ. 176. n. 91. Aut. Conſult. Conſtit. Saxon. tom. 2. part. 4. quæſt. 55. n. 2.* ibi: **Vnnd darüber mit zeitlicher Gefängnüß/** *& ſeq.*

10 Hoc autem anceps eſſe videtur: *an pœna hæc ſtupri publica, ſemper ſit eadem ac uniformis?* præſertim in terris Elect. Saxon. ubi diverſimodè ſanctionibus diverſis de hâc diſpoſitum reperitur. Simpliciter namque carceris pœnam indicit *Conſt. Elect. 27. part. 4.* **Vnd darüber mit zeitlichem Gefängniß geſtrafft werden/** *&c.* Quæ & huic delicto conveniens viſa fuit D. Mauritio Electori in *Ordin. Provinc. tit.* **Von Straff des Jungfrawſchwächens** / ibi: **Sol er gleichwohl mit zeitlichem Gefängnüß ohn nachlaſſen geſtrafft werden.**

Q. 1. *An pœna ſtupri in foro Saxonico ſit ſemper uniformis?*

11 At ſeverior eſt *Ordin. Eccl.* quæ ſtupratorem quandoque per integrum Menſem in carcere pane & aquá cibari jubet: *tit.* **Von Ehegelöbnüſſen/** *Rubr.* **Von der Straffe der Vnzucht/ und Ehebruchs. §. Würde denn/** ibi: **Würde deñ eine ledige Mannsperſon ohne Nohtzwang eine Jungfraw/ oder unberüchtigte Witwe beſchlafſen/ und dieſelbe nicht ehelichen/ ſo ſollen ſie beyde mit zeitlichem Gefängnüß nach Gelegenheit und Vmbſtände der Sachen auff 8. oder 14. Tage/ oder auch ein Monat lang geſtrafft/ unnd darinne mit Waſſer und Brodt geſpeiſet werden.**

12 Quâ ſeveritate pœnæ alteratâ, ſtupri Reum ultra pœnam carceris ex diſtrictu jurisdictionis relegari, ſancivit D. Chriſtianus II. Elector Saxoniæ *peculiari quodam edicto die 30. Septemb. Anno 1609. §.* **Da aber eine ledige Mannsperſon/** ibi: **Da aber eine ledige Mannsperſon/ eine unberüchtigte Jungfrau oder Witwe beſchläfft/ uñ ſie nicht zur Ehe nehmen wil/ der ſol ſie nicht allein jhrem Stande und Herkom̃en nach dotiren/ und**

außſtatten/ auch die von jhm erfolgete Leibesfrucht mit Unterhalt verſorgen/ ſondern auch darüber nach erlittenem Gefängniß deſſelben Orts Gerichte verwieſen werden/ *&c.* Quæ ſanctio iisdem verbis repetitur in *Ord. matrim.* Ehe Ordnung. *promulgata die* 10. *Auguſt. Anno* 1624 *punct.* 4. Von der Straff der Unzucht und des Ebebruchs. §. Da auch eine ledige Mannsperſon eine unberüchtigte Jungfraw/ *&c.*

13 Ex quibus apparet, ſtupri pœnam in terris Saxonicis, & cumprimis in ditionibus Elect. non ſemper uniformem eſſe, ſed criminis hujus Reos diverſimodè puniri. Quam diverſitatem ipſiſſima æquitas expoſcit: Quia enim pœnæ delictis correſpondere debent, *l. capitalium, 28. §. graſſatores, ff. de pæn.* certè una eademque pæna omni indifferenter ſtupro adæquari non poteſt; ſiquidem circumſtantiæ quandoque hoc crimen aggravant, & duriorem pænam requirunt.

14 Quid enim, ſi quis duas vel plures ſtupraverit quas omnes ducere non licet: aut ſi quis uno ſtupro compoſito, iterum aliud atque aliud cum diverſis puellis commiſerit? *Johan. Bajard. ad Jul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ſtuprum. n. 12. Ant. Teſſaur. deciſ. n. 3. verſ. quando ſæpius.* Aut, quid ſi tutor pupillam, P*aul.* C*hirland. de pœn. omnifar. coit. q. 7. n.* 7. Aut ſervus dominam ſtupraverit, *l. 1. C. de mulier. quæ ſerv. prop. Angel. Aretin. in tract. malef. verb. che hai adulterato la mia donna. nu. 53. verſ. quæ ſervo proprio. Ludov. Gilhauſ. in arbor. jud. crim. c. 2. tit. 22. n. 5.* Quibus caſibus ſimplicem carceris pænam ſufficere, vix dici poterit, quapropter juſtiſſimè pænam hancce pro ratione circumſtantiarum & qualitate delicti, exaſperare judici licet. Idque clarius apparet ex C*onſt. Elect.* 28. *part.* 4. *§.* Da aber/ in verb: die Verbrechung dermaſſen beſchaffen/ daß ſie nach Gelegenheit der Perſonen/ und anderer Umbſtände/ gröſſere und härtere Straffe erforderte/ *&c.* Unde elucet, conditione perſonarum & rei qualitate majus ſupplicium exigente, judicem ad pænam carceris adeò adſtrictum non eſſe, ut ſeveriorem pænam indicere non poſſit. Quin imò graviorem animadverſionem hoc caſu permitti, tantum abeſt, ut negemus, ut potius eandem præcipi, ſecundum antea dicta fateri neceſſe habeamus.

15 Illud tamen certiſſimum eſt, in foro Saxonico & terris Electoratus regulariter ſtupratoribus ultra dotationem & alimentationem infantis, graviorem quam carceris pœnam imponendam non eſſe, juxta *Conſt. Elect. 27. part.* 4. *& Ord.* P*rovinc. tit.* Von Straffe des Jungfrawenſchwächens. Eaque ſimplicis ſtupri pœna eſt, quam ultra quatuordecim dies extendere non ſolent Scabini, quotidiè in hunc modum pronunciantes.

16 So iſt N. N. Die Geſchwängerte/ wo fern er ſie nicht zu ehelichen bedacht/ jhrem Stande und Herkommen nach zu dotiren/ unnd das Kind biß es ſein Brodt ſelbſten erwerben kan/ zu *alimentiren* ſchuldig/ unnd mag hierüber ſeiner Verbrechung wegen 14. Tage mit Gefängnüß geſtrafft werden/ V. R. W. *ad requiſitionem fratrum à* Schönfeld/ *Menſe Febr. Anno* 1612.

Henrici à Gleiſſenthals *in* Groſſeidel/ *Menſe Junio, Anno* 1597.

Michaelis Seidels in Heſſen/ M*enſe* F*ebruario,* A*nno* 1602.

Balthaſari Cæſars in Lauben/ M*enſe* O*ctobr.* A*nno* 1629.

Præfecti Pegavienſis, Menſ. Octob. Anno 1629.

17 Ubi tamen notandum, pœnam hanc carceris in pecuniariam mulctam commutari non poſſe. Quamvis enim pecuniaria mulcta pœnæ carceris adæquata ſit, & in aliis criminibus judici permiſſum, harum pœnarum alterutram eligere, ac Reo indicere, ut haud obſcurè colligi poteſt ex *Conſtit. Elect.* 1. *§,* Wir wollen auch/ C*onſt.* 7. *§.* Da es aber/ *Conſt.* 8. *§.* Jedoch wenn derſelbe/ *circa fin. Conſt.* 9. *verſ.* Sol mit einer ziemlichen Geldbuſſe/ *&c. Conſt.* 42. *verſ.* Die jenigen C*onſt.* 37. §. Aber die/ ꝛc. *Conſt.* 42. §. Darüber aber/ *&c. part.* 4. Attamen in ſtupro, aliisq; delictis carnis pecuniaria mulcta prorſus abrogata eſt, peculiari quodam reſcripto D. Chriſtiani II. Electoris *de* A*nno* 1609. Und nachdem wir/ in verb. Und dann/ daß die Gerichts Herren/ entweder die Verbrechere gar nicht/ oder nur umb Geld/ Leinwand/ und dergleichen/ geſtrafft/ und hierinnen mehr jhren privat als den gemeinen Nutzen in acht genommen/ ſo wollen wir bey Vermeidung unſerer Ungnade und ernſtem einſehen/ daß hinfüro die Gerichts Herrn auff Belernung unſerer Schöppenſtüle/ wider die Verbrechere in allen oberzehlten Fällen verfahren ſollen/ und alſo hierinnen die Geldſtraffen gäntzlichen abgeſchafft haben/ *&c.* Quod & verbotenus repetitum eſt *in Ord. matrim. de* A*nno* 1624. *punct.* 4. §. Und nach dem wir.

Q. 2. *Num pœna carceris in crimine ſtupri in mulctam pecuniariam commutari queat?*

18 *Unde non memini Dominos unquam ſtupratori pecuniariam mulctam dictitaſſe: Quamvis benè ſciam, judici pœnam carceris indictam in pecuniariam mulctam commutare volenti, hoc fas non eſſe, ſæpius ab iisdem reſponſum fuiſſe:* Aber die jhme zuerkandte Gefängnißſtraffe/ mag jhme gegen einer Geldſtraffe nicht erlaſſen werden/ *&c. Vel ita:* So wird er derowegen 14. Tage lang mit Gefängnüß in Straff genommen/ und hat die geſuchte Geldſtraffe nach Gelegenheit diß Fals nicht ſtatt V. R. W. *Conſulibus & Senatui in* Radeburg/ M*enſ. Jul.* A*nno* 1628.

Senatui Wittebergenſi, M*enſ. Decembr. Anno* 1629.

Johanni Eiſenhüten in Rudersdorff/ *Menſe Jun. Anno* 1626.

19 Hanc verò carceris pœnam ob qualitates ſtuprum aggravantes, exaſperare poſſe, nemo niſi Sanctionum ac Conſtitutionum Saxonicarum ignarus ambigit. Idque ipſum eſt, quod ſtupratorem per totum Menſem carceri incluſum pane & aquâ cibari, quandoque etiam ex diſtrictu judicii relegari vult *Ordin. Eccleſ. tit.* Von Ehegelöbniſſen. *Rubr.* Von der Straff der Unzucht und des Ehebruchs/ *§.* Würde denn eine ledige/ *&c. Reſcript. Elect. de* A*nno* 1609. §. Da aber/ *& Ordin. matrim. punct.* 4. Da auch/ *&c.* Unde exceptionem hanc, quæ judici ob gravitatem ſtupri, pœnam exaſperandi facultatem tribuit, ſufficienter probari opinor: quod & clarius apparet ex *Ordin. Eccleſ. dict. rubr.* Von

der Straffe der Vnzucht und des Ehebruchs/ ꝛc. §. Wäre aber/ *&c.*

20 *Sicuti etiam in Elect. Saxon. Scabinatu ſtupratoribus ſeveriorem aliquam pœnam, ut carceris diuturnioris, vel relegationis, pro ratione circumſtantiarum, multoties fuiſſe dictatam, memini.*

21 Quin, & ſi qualitates ac circumſtantiæ concurrentis ſtupri crimen in tantum aggravent, ut ne quidem relegationis pœna ſufficere videatur, huic fuſtigationem addere jubet *Conſtitutio Elect. 28. part. 4. in fin.* **Da aber auch darüber die Verbrechung dermaſſen beſchaffen/ daß ſie nach Gelegenheit der Perſonen und anderer Vmbſtände/ gröſſere und härtere Straffe erfordert/ ſo ſollen die Schöppenſtüle und Gerichte in unſern Landen/ dieſelbe/ Krafft dieſer unſerer** Conſtitution **zu erhöhen/ und diß Fals auch auff Staupenſchlagen zuſprechen und zu erkennen haben.** Cum quâ convenit *Ordin. Eccl. dict. Rubr.* **Von der Straffe der Vnzucht und des Ehebruchs/** §. **Wäre aber/** ibi: **Wäre aber die Verbrechung dermaſſen beſchaffen/ daß nach Gelegenheit der Perſonen und anderer Vmbſtände die Straffe zu erhöhen/ auff den Fall/ ſol der Mißhändeler mit/ oder ohne Staupenſchlagen des Landes verwieſen werden/** *&c.*

22 Unde patet, in ſtupri crimine non modò relegationis, ſed & fuſtigationis pœnam quandoque Reo infligi poſſe, ſi nempe qualitates delictum aggravantes, ſeveriorem hanc pœnam requirant. Quod accidit:

Q. 3. Quæ ſit pœna Commentarienſis ſtuprantis mulierem captivâ?

23 *Primò*: Si quis mulierem captivam, cuſtodiæ ſuæ commiſſam, carnaliter cognoſcit, *Conſt. Elect. 25. part.* 4. ibi: **Wenn der jenige/ welchem eine Weibsperſon in ſeine** Cuſtodien **und Gewahrſam befohlē/ dieſelbige Gefangene beſchläfft/ ſo ſol er/ ſo beyde Perſonen ledig/ mit Staupenſchlägen des Landes verwieſen werden.**

24 Quamvis enim de jure communi pœnam certam hoc caſu ſtatuere vix audeant Dd. dum vel ejusmodi cuſtodem capitis crimini obnoxium, & gladii animadverſione plectendum, *Jodoc. Damhouder. in prax. rer. criminal. cap. 17. num.* 20. *Paris de Puteo. in tract. de ſyndic. verb. adulterium. in pr. num.* 1. *verſ. volo quod tu. pag.* 147. *Petr. Plach. in Epit. delict. cap. 10. n. fin. Guid. Pap. deciſ.* 448. *num. 3.* Johan. *Fab. in* §. *item lex* Julia. 6. *Inſt. de publ. jud. n. 6.* Vel deportatione, ac publicatione bonorum, *l. un.* C. *ſi quis eam cujus tut. fuer.* Vel pecuniaria mulctâ. *Nicol. Boer. deciſ.* 318. *num.* 16. *verſ. & hoc ſentit.* Aut etiam ſimplici pœna ſtupri puniendum eſſe, exiſtiment. Adeo, ut quidam in tanto opinionum conflictu hoc arbitrio Judicis committere non vereantur, *Jul.* Clar. *lib. 5. ſentent.* §. *Fornicatio. n. 24. verſ. ſed hoc apud nos. Anton. Gomez. in l. tauri. 80. num. 25. ſub fin. verſ. Ego tamen dico &c. Nicol. Boer. deciſ.* 317. *n.* 1. *ſub fin. verſ. Et magis in ſpecie. Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 3. caſ. 292. num. 3.*

25 Attamen in foro Saxonico, *dict.* C*onſtit. Elect. 25. part.* 4. dubium hoc ſublatum, & fuſtigatio cum perpetua relegatione in ſtupratorem, mulierem captivam cuſtodiæ ſuæ commiſſam, carnaliter cognoſcentem, ſtatuta eſt.

26 Nec eſt quod diſtinguamus, inter mulierem captivam honeſtam, ſeu bonæ famæ & conditionis, & inhoneſtam ſeu impudicam, prout ſentit *Matth. Berlich. part. 4. concluſ. 36. n. 5. & 18.* Ita ut pœna fuſtigationis in *Conſt.* definita eo demum caſu locum habeat, ſi mulier captiva à cuſtode carceris cognita, fuerit inhoneſta & infamis; arbitrio verò judicis relictum videatur, quam pœnam imponere velit cuſtodi, mulierem honeſtam incarceratam ſtupranti: in tantum, ut pro gravitate criminis pœna quoque mortis infligi queat: allegans ſententiam Scabinorum Lipſenſium, dictantium pœnam gladii cuidam Præfecto Xenodochio, qui virginem ſuæ cuſtodiæ & inſpectioni commendatam ſtupraverat, idemque crimen cum aliis puellis commiſerat, *Menſe Martio Anno 1540.* quibus etiam *eodem Anno Menſe Majo*, Scabinos Magdeburgenſes ſe conformaſſe, ait *dict. concl. 36. n. 21. in fin.*

27 Etenim, utraque ſententia lata eſt ante Conſtitutiones Saxonicas editas, quo tempore Scabini pœnam gladii dictantes non aberrarunt à tramite juſtitiæ; eo, quod certa pœna nondum erat definita, adeoque judicis arbitrio commiſſa *l. 1. §. fin. ff. de jur. deliber.* Quod ad mortem extendi potuit, ſecundum J*acob.* M*enoch. lib. 1. arbitr. jud. quæſt. 86. num.* 20. *& ſeqq. Felin. in c. ex literis. 11. ext. de conſt. num. 22 verſ. ſed contra hanc declarationem, &c. Proſper. Farinac. in pract. crim. lib. 1. tit. quæſt.* 17. *num. 34. & ſeq. Modeſtin. Piſtor. part. 2. quæſt. 92. n. 17. ibi: nam aliàs ſæpè.*

28 Sed hoc arbitrium Judici ademptum eſt hodiè, pœnâ fuſtigationis in cuſtodem, incarceratam mulierem ſtuprantem, conſtitutâ, quam aggravare & exaſperare non licet. *dict.* C*onſt.* 25. Quæ quia generalis eſt, generaliter etiam accipi debet, tam de muliere inhoneſta & impudica, quàm de honeſta, & bonæ famæ atque exiſtimationis fœminâ *l. de precio. 8. ff. de public. in rem act.* Et licet frequentius contingat, ut mulieres inhoneſtæ, meretrices, & impudicæ incarcerentur, A*uth. hodiè novo jure.* C. *de cuſtod. reor. Novell. 134. cap. 9.* Quandoque tamen & ſæpius etiam honeſtas & innocentes fœminas, aliquâ ſuſpicione aggravatas, detineri captivas, certo certius eſt: & ſi aliter diceretur, omni prorſus effectu careret hæc diſceptatio.

29 Minus verò dubium eſt, Conſtitutionem prædictam Saxonicam eum decidere caſum, quo incarcerata ſe ſponte à cuſtode cognoſci patitur. Nam ſi cuſtos vim incarceratæ inferat, ſtuprumque violentum committat, pœnam fuſtigationis non ſufficere, ſed ſtupratorem gladio plectendum eſſe, dubium non eſt, ob textum manifeſtum in *Conſtit. Elect. 30.* **Von der Nohtzucht.** Quicquid etiam de jure communi aliter dicat *Nicol. Boer. deciſ. 317. n. 9. verſ. ſecus ſi ſponte volentem. & num.* 14. *Dom.* C*ardin. Tuſch. in pract. concluſ. lit. C. concluſ. 90. n.* 10. *in fin. Anton. Gomez. dict. l.* 80. *num. 25. verſ. ſecus verò aliàs;*

30 Benè tamen notanda ſunt verba *dict. Conſtit. 25. in fin.* **So beyde Perſonen ledig.** Unde ſequitur, de viro ſoluto, mulierem ſolutam incarceratam ſtuprante ibidem agi. Quod ſi enim cuſtos, vel incarcerata mulier, perſona ſit conjugata, quin adulterium committatur, dubium prorſus non eſt, cujus pœna utpote ſeverior mortis, pœnam fuſtigationis abſorbet, *Bartol. in l. nunquam plura 3. n. 4. ff. de privat. delict. Hippol. de Marſil. in l. ſi in rixa. 17. n. 15 ff. ad Leg. Cornel. de ſicar.* Jodoc. *Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 77. n. 4. Jul. Clar. in pract. § fin. quæſt. 84. verſ. alius eſt caſus. Hieron. Magon. deciſ. 90. n. 15. part. 1. Nicol. Reuſ. lib. 2. deciſ. 20. n. 8.*

31 Ubi nec illud omittendum, quod ad conjugis interceſſionem pœna adulterii ordinaria remiſſa, cuſtos maritus ob adulterium, cum fœmina ſoluta incarcerata commiſſum, in perpetuum mittatur exilium. Simplex enim hoc adulterium eſt, ubi conjugis interceſſio admittitur, *Conſt. Elect. 19. part. 4.*

32 *Ita pronunciarunt Domini* **an Hauptmann und Befehlicheshabere des Ober Ampts Schreplau.** M*enſ. Jun. Anno* 1604.

33 *Secundò:* Virgis quoque cæſus in perpetuum relegatur ſtuprator, qui mulierem mente captam carnaliter cognoſcit, & ſtuprat, per text. expreſſum *in Conſt. Elect. 26. part. 4.* **Wann eine ledige Mannsperſon eine wahnwitzige/ ſinnloſe/ ledige Weibesperſon beſchläfft/ ſol er derſelbigen nicht allein nach billicher Ermeſſigung einen Unterhalt machen/ ſondern ſol auch darüber mit Staupenſchlägen verwieſen werden.**

Q. 4. Pœna ſtuprantis mulierem mente captam.

34 Quæ Conſtitutio de eo nequaquam exaudienda eſt, qui violentiam aliquam adhibet, & vi puellam non ſanæ mentis ſtuprat; talem enim ſtupratorem violentū gladio puniendum eſſe, rectè tradit *Daniel. Moller. ad dict.* Con*ſt. 26. p.* 4. *n.* 4. *& ibi Reinhard.* **Roſa**/ ubi etiam ſententiam Scabinor. Lipſenſ. refert. *Matth. Berlich. part. 4. concluſ. 37. n.* 10. Sed tunc demum pœna *Conſtit.* obtinet, quando volente & conſentiente puella, ſtuprum committitur.

35 Quod autem *Matth. Berlich. dict. concluſ. 37. n. 5.* pœnam Conſtitutionis ad eum quoque caſum extendit, quando quis virginem inebriatam ſtuprat; id tunc demum conceſſerim, ſi puella ab ipſo ſtupratore ad hoc, ut opus eo melius perfici queat, fuerit ſupra modum inebriata, & dormiens ſtuprata: Talis ſiquidem ebrietas mentis alienationem inducit, & aliquem furioſo & mente capto ſimilem facit, *Jul.* Cl*ar. lib. 5. ſentent. §. fin. quæſt. 60. num. 13. verſ. quæro etiam. Dom. Card. Tuſch. tom. 2. pract. concl. lit. D. concl. 716. num. 2.*

36 *Prout reſponſum memini à Scabinis, ad requiſitionem G. à N. in K. Menſ. Jun. Anno* 1621.

37 *Tertiò:* Fuſtigatione quoque coercendum eſt ſtuprum, cum puella impubere commiſſum.

Q. 5. Quæ ſit pœna pricum puella impubere commiſſi?

38 Licet enim de jure communi, qua pœna ſtuprator impuberis puellæ plecti debeat, non conveniant *Doctores*, aliis aliter ſentientibus, ut videre eſt apud *Ægid. Boſſ. tit. de coit. damn. num. 67. Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. cap. 1. n. 60.* Jodo. *Damhouder. in prax. rer. criminal. cap. 92. num. 8. Angel. Aretin. in tract. malef. verb che hai adulterato. num. 73. verſ. ſi autem nondum ſit viripotens.* Matth. W*eſembec. in §. item lex* J*ulia. num.* 2. *Inſtit. de publ. jud. Matth. Berlich. part. 5. concluſ.* 42. *num.* 1. *& multis ſeqq.* J*ul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ſtuprum. num.* 9. *verſ. Ego tamen ſemper fui. Proſper* Farinac. *part. 5. oper. crim. quæſt.* 147. *num.* 38. *&* 47. *Matth. Coler. part. 1. deciſ. 176. nu.* 110. Quibuſdam etiam judicis arbitrio committentibus, qualem pœnam is pro delicti & perſonarum qualitate infligere velit, *Ludovic. Gilhauſ. in arbor. jud. crim. cap. 2. tit. 22. num.* 4. *verſ. ſecundò non procedit.* J*acob. Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quæſt. cent. 3. caſ. 294. num. 3. Farin. dict. quæſt.* 147. *num. 39.*

In foro tamen Saxonico res dubio caret, ob manif. *Conſt. Elect. 31. part.* 4. quæ ſtupratorem 39 puellæ minoris 12. annis fuſtigatione ac perpetuâ relegatione puniri jubet, *in fin. dict.* Co*nſt. 31.* ibi: **Da aber einer ohne Nohtzucht/ oder zugethane Gewalt ein ſolches Kind fleiſchlich erkant/ derſelbige ſol mit Staupenſchlägen unſers Landes ewig verwieſen werden:** Ubi notandum, D. Auguſtum Electorem loqui de ſtupro ſine vi commiſſo, **Ohne Nohtzucht oder zugethane Gewalt**; adeoque pœnæ huic ſubjicitur, qui puellam volentem ac conſcientem ſtuprat.

Veluti ſic etiam quotidiè reſpondere ſolent Scabini. 40

41 Nam qui puellam vi ſtuprat, gladio puniri debet, *dict.* C*onſtit. 31. in pr.* Nec mirum, cùm eâdem quoque pœnâ plectatur violentus ſtuprator virginis viripotentis, C*onſtit. Elect.* 30. Quâ pœnâ gladii afficiendus quoque eſt, qui cum puellâ trium, quatuor, quinque aut ſex annorum rem habet: Quia enim ejusmodi infantia conſentire nequit, §. *ſed quod diximus. 10. Inſtit. de inutil. ſtipulat. l. mulier. 70. in fin. ff. de verb. obligat.* Vi potius quam conſenſu ejusmodi ſtuprum commiſſum cenſebitur: quale pœnam gladii meretur, *dict.* C*onſt.* 30. ut infrà *quæſt. 75.* latius dicetur.

42 *Quartò:* Denique ob alias quoque circumſtantias aggravantes, pœna fuſtigationis cum perpetuâ relegatione ſtupratori infligi poteſt; ſi nimirum hoc judici juſtum atque æquum videbitur. Quo reſpicit §. *fin.* C*onſtit. Elect.* 27. *part. 4.* in verb. **Da aber darüber die Verbrechung dermaſſen beſchaffen/ daß ſie nach Gelegenheit der Perſonen/ und anderer Umbſtände/ gröſſere und härtere Straffe erforderte/ ꝛc.** Quia enim omnes circumſtantiæ ſtuprum aggravantes, ob varietatem ac multiplicitatem factorum, certâ regulâ definiri non poſſunt, ſatius exiſtimavit D. Elector, arbitrio judicis exaſperationem pœnæ committere, quàm gravitatem ſtupri impunitam relinquere.

43 Proinde ſi conditio perſonarum & rei qualitas majorem pœnam exigat, judex ſecundum hanc ſanctionem fuſtigationis pœnam ſtupratori tutò indicere poteſt; Veluti ſi quis cum Turca vel Judæa rem habuerit, juxta tradita â J*ul. Claro. lib. 5 ſent. §. adulterium. num. 9. verſ. ſed in* J*udæo. Nicol. Boer. deciſ. 316. n. 5. & ſeqq.* J*acob. Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quæſt. cent. 3. caſ.*

290. Jo

290.Jodoc.Damhoud.in prax.rer.crim.cap.40.n. 29. Vel ſi tutor pupillam ſuam ſtupraverit, *Paul. Chirland.de pœn.omnif.coit.quæſt.7.n.7. Farin. part.5 oper.crim.quæſt.147.n.15.*

44 Huc etiam referendum eſt ſtuprum, ſub prætextu ſponſaliorum, contra expreſſam inhibitionem commiſſum: Aut ſi ruſticus, vel alius quiſpiam vilis conditionis homo, puellam nobilem ſtupraverit *Dan.Moller.ad* Conſtit. *Elect.27. part.4.n.4. Anton. Teſſaur. deciſ.3.num.3. Paul. Chirland.dict.quæſt.7.num.7.in fin. Auguſt. Bonfranciſc.in addit.ad Angel.Aretin.in tract.malef. verb.che hai adulterato.num.45.Matth.Berlich. part.5.concluſ.38.n.104.*

45 *Sicuti in caſu tali, ubi ruſticus quandam puellam nobilem ſtupraverat, pronunciarūt Scabini, verſus* Staaden. So möchte *M.N.* wegen ſolcher ſeiner Verbrechung/ daß er wider Verbott gethan/ und gehandelt/ und hierüber *C. K.* noch dieſen Schimpff bewieſen/ daß er ihm die Tochter zu Falle bracht und beſchlaffen/ geſtalten Sachen nach/ anderen dergleichen Frevelern/ ſo ehrlicher Leute Kinder alſo betrieglicher Weiſe an ſich ziehen/ und hernach dahin liſtiger Weiſe überreden und bringen/ daß ſie von ihnen zu Falle bracht und beſchlaffen werden/ weil er ſonderlich ſeinem Stande und Herkommen nach nur ein Ackerknecht/ und demnach C K. Tochter nicht gleich/ ſondern ein groſſer Vnterſcheid zwiſchen den Perſonen iſt/ zum Exempel und Abſcheu öffentlichen billich zur Staupen geſchlagen/ und nach vollſtreckter Leibesſtraffe mit vorbewuſt der hohen Obrigkeit deß Orts/ deß Landes ewig billich verwieſen werden/ V.R.W. *Ad requiſitionem* C. K. *Menſe Majo, Anno 1613.*

Q.6 Quomodo puniri debeāt perſonæ deſponſatæ, ante benedictionem ſacerdotalē carnaliter ſe commiſcentes?

46 Non ſolùm verò ſtupri pœnam exaſperare, ſed & ſi res & circumſtantiæ hoc poſtulant, eam mitigare judex poteſt: Utrumque enim ipſius officio incumbere videtur, *Bartol. in l.quid ergo.13 §.pœna gravior.ff.de his qui not.in fam. Andr. Tiraquell. de pœn. ll. temp. in præfat. numer.20. & ſeq.* Proinde licet regulariter ſtuprator carceris pœnam ad quatuordecim dies incurrat, ut antea dictum; attamen ſi ſponſus ante benedictionem & copulam ſacerdotalem cum ſponſa ſe carnaliter commiſceat, tempus hoc abbreviari, pœnamque carceris mitigari, ipſa ſuadet ratio.

47 *Tum*, quod hoc caſu ſtuprum non propriè committatur, adeoque & meritò ſtupri pœna ceſſat; Stuprum ſiquidem eſt, quod extra conjugium in virginem, aut viduam honeſtam committitur, *l.6.§.1.ff.ad Leg.Jul.de adult.* At contractis ſponſalibus, nuptias inter ſponſum & ſponſam celebratas fuiſſe, atque conjugium cepiſſe, non abſurdè quis dixerit, præſertim cum de jure civili ſponſalia ſint verè matrimonium ſeu nuptiæ, utpote quas non concubitus, ſed conſenſus facit, *l.nuptias 30.ff.de reg.jur.l.ſufficit.ff.de ſponſal.c.aliter.30.quæſt.5. c.honorantur 32.quæſt.2.* Quamvis de moribus Saxonicis per copulam ſacerdotalem conjugium demum conſummari dicatur, *Conſt.Elect. 24.part.2.*

48 *Tum*, quod *Ordin.Eccleſiaſt.* perſonas deſponſatas, ante copulam ſacerdotalem concumbentes, mitius quàm ſtupratores alios puniri velit, *tit.* Von Ehegelöbnüſſen. *Rubr.* Von der Straff der Vnzucht und deß Ehebruchs/ *in pr.junct.§.* Da aber eine ledige Mannsperſon.

49 *Ideoq; uſu receptum in Elect.Saxon.Scabinatu, ut deſponſatis perſonis, ante copulam ſacerdotalē carnaliter ſe cōmiſcentibus, non niſi carceris pœna ad 4.aut 5.dies imponatur: Hiſce formalibus:* Daß ſie ihrer Verbrechung wegē ein vier oder fünff Tage lang mit leidlichem Gefängnüß geſtrafft werden/ V.R.W. 50 *Neq; miretur quis pœnæ hujus lenitatem, cum nec congreſſum hunc pro illicito ſimpliciter habendum eſſe crediderim, niſi quis Eccleſiæ præceptum, ejusmodi coitum ſacerdotali copula nondum ſecuta prohibens, agere velit, contra quod peccantes prædicta pœna ſatis puniri exiſtimaverim. Idque ipſum eſt, quod formalibus hiſce in Scabinatu quondam pronunciatum accepi.* Dieweil ſolches beſchehenes Beyſchlaffen/ geſtalten Sachen nach/ für keine verbottene fleiſchliche Vermiſchung oder Hurerey geachtet/ ꝛc. *Menſ. Decembr. Anno 1606.*

51 Hocque procedit non ſolùm, ſi ſponſus ſponſam carnaliter cognoverit, ſed & ſi poſt ſtuprum commiſſum ſtuprator puellam aut viduam ſtupratam in matrimonium duxerit, cumque ea ſponſalia contraxerit.

52 *Neque enim hoc caſu diuturniorem carceris pœnam ultra 5.aut 6.dies indicendam eſſe, innumeris ferè ſententiis ac præjudiciis Scabinorum Lipſenſium probari poſſet.*

53 Quamvis enim ſtuprum ſponſalibus nondum contractis, verè commiſſum fuit, pœna tamen illius in honorem matrimonii ſubſequentis mitigari debet, *arg.Conſt.Elect.19.part.4.* Cui accedit, quod matrimonium ſubſequens retrotrahatur fictione juris ad tempus concubitus, ejusque vitia purget, omnemque maculam & turpitudinem tollat, *c.tanta, ext.qui fil. ſint legit.Hartman.Piſtor.lib.2.quæſtion.41.Decius conſ.155 num.5.Andr.Gail.lib.2.obſervat.141.numer.2. Hieronym. Schurff.cent.1.conſil.1.* Unde etiam fit, quod ex ejuſmodi coitu procreatus, propter ſubſequentis matrimonii legitimationem, pro legitimo & legitimè nato habeatur, ita ut tutè de ipſo dici ac ſcribi queat: 54 Er ſey von ſeinem leiblichen Vatter und Mutter/ als Chriſtlichen/ ehrlichen/ frommen Eheleuten/ auß einem rechten ehelichen/ unbefleckten/ ungetadelten ehelichen Ehebette herkommen/ gezeuget und gebohren/ ꝛc.

Sicut in Scabinatu reſponſum memini ad conſultationem Hieronymi Otton. Kyſewetters/ *Menſ. Decembr.1622.*

Q.7. Num pœna Eccleſiaſtica vulgò die Kirchen-buſſe/ *mitiget pœnam carceris?*

55 Præterea nec omittendum hoc, quod ſi ſtuprator (pro more quorundam locorum) publicè in templo coram Altari ſe ſiſtere, & delictum ac ſcandalum per id datum deprecari, coactus fuerit, quem ritum vulgò ſolent appellare die Kirchen-Buſſe/ pœna carceris mitigari, aut etiam prorſus remitti debeat; ne ſcilicet pro unico delicto duplex imponatur pœna: Præſertim cùm pœna iſta Eccleſiaſtica, die Kirchen-Buſſe/ abſque dubio major ac gravior habeatur pœna carceris, adeoque hanc ceu minorem abſorbeat, *Nicol.Reuſn.lib.2.deciſ.20.n.8.Hieron.Magon. deciſ.90.n.15.part.1.*

56 *Quemadmodum ſæpius in Scabinatu pronunciatum fuiſſe, ſcio:* Daß ſie nach Gelegenheit dieſes falls / weil ſie Kirchenbuſſe gethan / mit fernerer Straffe nicht zubelegen ſeyn / V. R. W. *Lipſiam Menſ. Novemb. Anno 1598.*

It. An Schöſſer zu Pegaw / *Menſ. Iul. An. 1627.*

Q.8. *Quâ pœna mulier ſtuprata ſit afficienda?*

57 Dictum hactenus de pœna ſtupratoribus infligenda, ubi adhuc illud reſtat dubium: *An etiam mulier ſtuprũ paſſa pœna aliqua ſit afficiẽda?*

Negant enim hoc ſimpliciter *Matth. de Afflict. in c. un. §. condemnatorum. tit. quæ ſunt regal. n. 4.* 58 *Iohan. Bajard. in addit. ad Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. ſtuprum. n. 14. & 23. Iohann. Harppr. ad §. item Lex Iul. Inſt. de publ. jud. n. 41.*

59 *Matth. Berlich. part. 5. concluſ. 38. n. 122.* diſtinguit inter puellam eam, quæ ſpontè ad virum acceſſit; & eam quam vir decepit, & variis blandimentis & perſuaſionibus ad ſtuprum induxit: ita ut caſu priori mulier pro arbitrio judicis, vel carcere, vel mulcta pecuniaria, vel relegatione temporali puniatur; ſecus autem in caſu poſteriori. Alii aliter ſentiunt, Vid. *Proſper. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 147. n. 49. Nevizan. in ſylv. nupt. lib. 3. verb. ſtuprator, n. 22. Dom. Cardin. Tuſch. tom. 7. pract. concluſ. 709. n. 24. Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 127. n. 12.*

60 Sed meo judicio non fallunt, qui mulierem ſtupratam ſtupri quoque pœna teneri aſſerunt, *Angel. Aretin. in tract. malef. verb. che hai adulterato. nu. 53. verſ. & eadem pœna eſt. Petr. Greg. in ſyntagm. jur. lib. 36. cap. 9. rubr. de ſtupro. num. 5. Anton. Gomez. in l. tauri. 80. num. 5. verſ. & eadem pœna.* Quis enim inficias ibit, mulierem blandimentis etiam, aliiſque perſuaſionibus inductam, copiam ſui facientem ſtupratori, peccare, & delictum ſtupri promovere, quod invita ea ſtuprator perficere nequiviſſet: Et ſi maximè ſtuprum à ſolo viro dicatur committi, ſtuprata tamen in id conſentit, coeundo cum ſtupratore. Atqui omnis coitus illicitus damnatur, ac pœnam meretur, *l. fœdiſſimam 20. C. ad Leg.* Iul. *de adult.* Iohann. *Gœdd. in l. 42. numer. 6. ff. de V. S. Matth.* Weſemb. *in parat. ff. ad Leg.* Iul. *de adult. num. 21. & in parat ff. de concubin.*

61 Hæcque ſententia in foro Saxonico uſu recepta eſt, & minus dubii habet in terris Electoratus Saxon. ob ſanctionem manifeſtam, quæ ſtupratam æquè carcere puniri vult, *in Ordin. Eccleſ. tit.* Von Ehegelöbnüſſen / *rubr.* Von der Straff der Vnzucht und deß Ehebruchs / *&c.* §. Da auch eine ledige Mannsperſon / *in fin.* Sie aber mit zimlicher Gefängnüß geſtrafft worden / *&c.*

62 *Secundum hanc ſententiã quotidiè pronunciant Scabini:* Vnd werden hierüber alle beyde eine 14. Tage lang mit Gefängnuß geſtrafft.

63 *Quin & ſtuprata ultra carceris pœnam ob ſcandalum præbitum ex diſtrictu judicii relegari poteſt. Veluti ita nuperrimè pronunciavimus:* Haben gedachte vier Petteln bekandt und geſtanden / daß ſie ſich von vier ledigen Geſellen beſchlaffen laſſen / davon die erſten drey ſchwanger worden / und unlängſten Kinder geneſen / *&c.* So werden ſie wegen ſolcher ihrer Verbrechung und Vnzucht alle vier beneben ihren Beyſchläffern / wenn ſie erlanget / 14. Tage lang mit Gefängnüß geſtrafft / und nach außgeſtandenem Gefängnüß und geleiſtetem Vhrfrieden / wird ihnen mit Ernſt unterſagt / der Stadt Weichbild-Gericht ſich zu euſſern / und gäntzlich zu enthalten / V.R.W. *Prætori Lipſenſi Menſ. Febr. Anno 1630.*

Sic & viduæ proſtituenti ſe ei, qui ei maritum ſuũ occiderat, dictata fuit temporalis relegatio, an Schöſſer zu Trebſen / *Menſ. Febr. Anno 1609.*

Q. 9. An filia ſtuprata à parentibus exheredari poſſit.

65 Hîc quæſitum memini: *An filia ſtuprum paſſa, & quæ viro alicui copiam ſui fecit, à parentibus exheredari poſſit, ita ut eorum voluntati acquieſcere teneatur, nec teſtamentum impugnare queat?*

Nam finis exheredationis eſt, ut ea parentes injuriam à liberis ſibi illatam & damnum grave vindicent. 66 At maximam injuriam parentibus fieri, ſi filia ſtuprari ſe patiatur, nemo ſanæ mentis unquam negaverit. *Cujac. lib. 3. obſervat. Hottom. illuſt. quæſt. 9. Joachim. à Beuſt. de ſponſal. cap. 20.* Wurmſerus *pract. obſervat. tit. 39. de teſtament. obſerv. 29. Philipp Matth. ad l. 30. ff. de reg. jur.*

67 Præterea inter cauſas exheredationis, de quibus in *Novell. 115. cap. 3.* agitur, expreſſè quoque refertur ea, ſi filia luxurioſam vitam degere eligat, *dict. cap. 3. §. 11. Novell. 115.* Unde ſequi videtur, filiam ob ſtuprum exheredatam de injuria conqueri non poſſe.

68 Sed benè advertendum eſt, non quamvis injuriam parentibus illatam, ſufficientem eſſe cauſam exheredationis, ſed ſolummodò eam, quæ expreſſa eſt *in dict. Novell. 115. cap. 3. Johan. Schneidvvin. ad pr. num. 10.* Inſt. *de exhered. liber.* Quum autem ſtuprum inter cauſas exheredationis ibidem relatas expreſſè poſitum non ſit; Neque parentes filiam ob id exheredare poſſe, exiſtimaverim.

69 Neque obſtat *§. 11. dict. cap.* 3 *Novell. 115. Siquidem* iſte non de filia agit, quæ ſturum paſſa in corpus ſuum ſemel vel aliquoties peccavit; ſed ſed de ea, quæ vitã luxurioſam eligit, hoc eſt, quæ meretricio more vivit, omnibus ſeſe palàm proſtituit, & corpore ſuo quæſtum quærit, juxta *l. 19.* C. *de inoff. teſtament. Gothof. in gloſſ. dict. cap. 3. N.* 115. *verb. ſuum corpus. lit. K.* Iacob. *Menoch. lib. 2. arbit. jud. quæſt. caſ. 328. n. 3.* Quod de filia, cuidam ex amore ſingulari copiam ſui faciente dici nequit.

70 Præterea notandum benè, Imper. Juſtinianum *dict. c. 3. Novell. 115.* non ſimpliciter parentibus tribuere poteſtatem exheredandi filiam ob vitam luxurioſam; ſed tunc demum, ſi filiæ maritum dare velint, ea verò nubere recuſet, vitamque luxurioſam eligat. Adeoque non ſola vita luxurioſa cauſa eſt ſufficiens exheredationis, ſed cum diſſenſu nuptiarum & inobedientia conjuncta.

71 Hæcque ſententia videtur verior *Matth.* We*ſemb. in parat. ff. de lib. & poſth. n. 5.* Et minus dubii habet in foro Saxonico, ob textum Landr. *lib. 1. art. 5.* ibi: Ein Weib mag mit Vnkeuſchheit ihres Leibes / ihre weibliche Ehre kräncken / ihr Recht verleuſt ſie aber damit nicht / noch ihr Erbe / *&c. ubi gloſſ. germ. in verb.* Ein Weib mag. hujus ſanctionis rationem reddit, ne ſcilicet fœminis per amiſſionem hereditatis ad paupertatem redactis anſa

delinquendi, & vitam luxurioſam continuandi, præbeatur, & ut parentes filias citius honeſtè elocare ſtudeant.

72 *Hanc Weſembec. ſententiā in pronunciando fuimus ſecuti, quando filia Nobilis ruſtico cuidā marito copiam ſui fecerat; Ad conſultationem heredum M. à K.* **Ob wol euer Mutter in einem letzten Willen/ ſo ſie unter euch Kindern ufgerichtet/ ihre Tochter** *M.* **deßwegen/ daß ſie mit einem Ehemann zugehalten/ von ihrer gantzen Verlaſſenſchaft außgeſchloſſen/ und denterbet; Dieweil aber dennoch die angeführte Vrſach zu Außſchlieſſung von der gantzen Verlaſſenſchafft/ nicht genugſam** *&c.* **Als wird dannenhero deß letzten Willens ungeachtet/ der Tochter** *M.* **ihr gebührendes Theil von der mütterlichen Erbſchafft/ ſo wol auch von der Gerade/ weil die Mutter davon der Tochter zum Nachtheil nicht** *diſponiren* **können/ billich gefolget/ und außgeantwortet/ V. R. W.** *Menſ. Ianuar. Anno 1626.*

QVÆSTIO LXX.

De pœna Scortationis ſeu Fornicationis.

SUMMARIA.

1. Fornicationis vocabulum generale eſt.
2. Scortatio quomodo à ſtupro differt.
3. Quænam dicatur meretrix? n. 4.
5. Fornicatio quænam propriè ſit?
6. Fornicatio non ab omnibus improbatur.
7. Pontifices Romani lupanaria publica fovent, num. 8. 9.
10. In tota Italia lupanaria apertè proſtant.
11. De Iure Civili fornicatio eſt impunibilis.
12. Secus de Iure Divino.
13. Lupanaria neutiquam tolerari debent, n. 14.
15. In foro Saxonico fornicatio impunibilis non eſt.
16. Diverſimodè punitur ſcortatio in foro Saxonico.
17. Pœna meretricis palàm ſe proſtituentis.
18. Num ſcorta perpetua vel temporali relegatione puniri debeant? num. 19. 20. 22. 23. 24. 25. 27.
21. In pœnalibus benignior interpretatio capienda eſt.
26. Sententia Scabinorum Lipſenſium, n. 28. 29.
30. Paupertas & fames meretrices quæſtum quærentes non excuſat.
31. Fornicationis pœna quandoq; exaſperari poteſt.
32. Sententia Scabinorum Lipſenſium.
33. Pœna mulierum clam meretricio more viventium, n. 34. 36.
35. Obſervantia Scabinorum Lipſenſium, n. 37.
38. Concubinatus pœna quænam ſit?
39. De Iure Civili concubinatus eſt extra pœnam.
40. Qualem concubinatum jus Canonicum permittit.
41. Iure Divino concubinatus eſt prohibitus.
42. Sententia Scabinorum Lipſenſium.
43. Pœna virorum cum meretricibus publicis fornicantium, n. 45.
44. Sententia Scabinorum Lipſenſium. n. 46.
47. Cognitio & pœna ſtupri num ad ſuperiorem, an verò ad inferiorem juriſdictionem referatur? n. 48. 49. 51.
50. Sententia Scabinorum Lipſenſium, n. 52.
53. Puella ſtuprata coronam geſtare prohibetur.
54. Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.

1 POſt ſtuprum ſequitur in ordine delictorum, SCORTATIO ſeu FORNICATIO: quod vocabulum hîc non generaliter accipitur, quomodo omnem illicitum coitum, ut adulterium, ſtuprum, bigamiam, inceſtum &c. comprehendit; ſed ſpecialiter pro concubitu ſoluti cum meretrice ſoluta, *c. lex illa. 36. quæſt. 1.*

Q. 2. Quid ſit fornicatio, & quænam propriè dicatur meretrix?

2 In eoque differt à ſtupro, quod cum virgine aut vidua honeſta committitur, *l. 6. §. 1. ff. ad Leg. Jul. de adult.* At fornicari eſt rem veneream exercere cum meretrice, quæ & aliis ſeſe palàm proſtituit. Hujus definitio ſi à *gloſſ.* petatur, dicenda meretrix, quæ plures admiſerit quàm 23000. homines, in *c. vidua eſt. in verb. multorum. diſtinct. 34.* quam *gloſſ.* ridiculam & nugatoriam appellat *Additionat. ad Guid. Panciroll. lib. 1. rer. memorab. tit. de habit. Imper. fol. 423.*

3 Alii verò meretricem vocant, quæ quæſtus cauſa aliorum libidini ſe venalem præbet, *c. palam. in pr. & §. 1. ff. de rit. nupt. l. athletas. §. ait Prætor. ff. de his qui not. infam. Jac. Menoch. arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 4. quæſt. 328. nu. 3. & ſeqq. Joſeph. Maſcard. de probat. vol. 2. concluſ. 1063. nu. 4. & 5. & concl.* 1066. *Claud. ad Bertaz. conſ. 134. lit. C. verſ. meretrix dicitur. Petr. Greg. in ſyntagm. jur. lib. 10. cap. 1. num. 2. & 3.* adeò ut meretrix ſit, quæ duos tantùm quæſtus cauſa admiſit, *Roland. lib. 1. conſ. 74. num. 20. Proſp. Farin. part. 5. oper. crimin. quæſt. 136. num. 84.* Sic enim dictam vult meretricem *Vall. lib. 3. elegan. cap. 10.* à merendo, quod eſt ſtipendia facere, h. e. mercede militare. Nam & ipſæ meretrices ſuam exercent militiam, & ſtipendia faciunt: unde & ſcorta maſcula meritoria, pueri meritorii dicuntur, qui pretio proſtituuntur. *Petr. Greg. dict. lib. 10. cap. 2. Menoch. dict. caſ. 328. n. 4.* Quamvis ſecundum *Alber. in dictionar. in verb. meretrix.* dicatur quaſi me retrò trahens à bono opere, ſcilicet virginitate vel caſtitate.

4 Sed licet ſæpiùs ac communiter meretrices corpore quæſtum quærant, & in lupanari ſtantes, lucri cauſa ſe communi omnium libidini offerant, *d. l. palam. in pr. ff. de rit. nupt.* meretrix tamen reputanda eſt etiam ea, quæ palàm & paſſim ſe proſtituit, quamvis quæſtum non faciat, *l. palàm. §. 3.* ibi: *Octavienus tamen rectiſſimè ait, etiam eam, quæ ſine quæſtu palàm*

ſe proſtituerit, debuiſſe his connumerari c. vidua. in fin. ubi meretrix dicitur, quæ multorum libidini patet, *diſt. 34. Petr. à Plach. in epit. delictor. lib. 1. cap. 34. num. 7. verſ. Rurſus & illa meretrix cenſetur. Natt. conſ. 205. n. 2. in fin. Roland. lib. 1. conſ. 74. n. 18. Ludovic. Peguer. deciſ. crim. 12. n. 7.*

5 Adeoque propriè dicitur fornicatio, *coitus cum fœmina vulgari, quæ paſſim & vulgariter ſeſe proſtituit.* Et taliter fornicationem definire voluiſſe D. Auguſtum Electorem Saxon apparet ex *rubr. Conſtit. 28. part. 4.* **Von Straff der ſchlechten Hurerey / und** *ſimplicis fornicationis, junctis verbis initialibus Nigri:* **Wenn mit gemeinen Weibesperſonen / durch die ſo ledig / und nicht ehelich ſeyn / Unzucht getrieben wird /** &c. Ubi fornicari dicitur, qui cum muliere ſoluta vulgari concumbit.

Q. 2. *An lupanaria in bene cõſtituta Republica, tolerari poſſint?*

6 Hancce fornicationem non ab omnibus, ne quidem ſacri ordinis hominibus, undiquaque improbari, certo certius eſt. Unde Laurentius Campegius Cardinalis dixit, ſcire ſe, hunc eſſe morem quorundam Germaniæ Epiſcoporum, ut accepta pecunia ſcortationem ſuis permittant, *Iohann. Sleidan. lib. 4. de ſtat. relig. pag. 104* Et lupanaria in benè conſtituta Republ. ad ſtupra honeſtiſſimarum fœminarum avertenda tolerari poſſe, exiſtimat *Arnold. Clapmar. de arcan. Rerumpubl. lib. 4. cap. 19.* Quo reſpectu Nerone delapſo in amorem libertæ Actæ & abhorrente ab uxore Octavia nobili fœmina & probitatis ſpectatæ, ne quidem ſeveriores amici Principis averſabantur, metuebatur enim, ne in ſtupra fœminarum Illuſtrium prorumperet, ſi illa libidine prohiberetur, referente ex *Tacito, Arnold. Clapmar. dict. cap. 19.*

7 Sic & lupanaria publica fovent & permittunt Romani Pontifices in urbe ſanctæ ſedis, inque fiſcum ſuum annuatim ultra triginta millia coronatorum pro lactis cenſu, quem vulgò dicunt, **Milchzinſe / oder Hurenzoll** à Clero ſcortiſque accipiunt, *Dn. Ioh. Gerhard. in loco de Eccleſia. pag. 1198. Balth. Meiſn. in conſult. de fid. Luther. capeſſ. adverſ. Leſſium, pag. 144.* Adeoque Eccleſiæ Procerum id munus eſt, ut unà cum Eccleſiæ proventibus Lenociniorum etiam numerent mercedem. Et ſic Henricus Cornelius Aggrippa audiviſſe ſe dicit aliquando, cum rationes ſuas inirent: Habet ille duo beneficia, unum Curatum aureorum 20. alterum Prioratum ducatorũ quadraginta, & tres Putanas in Burdello, quæ reddunt ſingulis hebdomatibus Julios 20. *Georg. Kôlder. ab* **Hôch.** *apud Frider. Achill. in orat. contr. Ital.*

8 Eò nimirum progreſſa eſt avaritia ſanctorum etiam hominum, ut, ne marſupium vacuum ſit, turpitudinem omnium turpiſſimam, corruptelam juventutis, morum civitatis depravationem, corporis tormentum, & animæ perditionem, ſuæ quoque ſortis hominibus permittant. Hinc in *Cent. gravamin. Sacri Romani Imperii Principum & Procerum adverſus ſedem Romanam*, inter alia hæc verba habentur: *In locis plerisq; Epiſcopi & eorum officiales nõ ſolùm ſacerdotum tolerant concubinatum, dummodò certa perſolvatur pecunia, ſed & ſacerdotes cõtinentes & qui absq; concubinis degunt, concubinatus cenſum perſolvere cogunt, aſſerentes, Epiſcopum pecuniæ indignum eſſe, quâ ſolutâ, licere ſacerdotibus, ut vel cœlibes permaneant, vel concubinas alant. Melch. Goldaſt. tom. 2. Conſt. Imperial.*

9 Et Auct. *Epiſt. obſcur. viror. de fide concubin.* collectam quondam hoc nomine ab Epiſcopo in totum Clerum impoſitam refert, & Fiſcalem ei exigendæ deputatum, qui cum ab aliquo pinguioris fortunæ cenſum concubinarium poſtulaſſet, ipſeque propterea, quod concubinam non haberet, eum dare renuiſſet tùm fiſcalis: *Si non habes*, inquit, *diſpone tibi unam, quoniam Epiſcopus vult habere pecuniam, & ego partem meam, cum tot habes beneficia, poſſes vel Nobilem educare.*

10 Nec ſolùm Romæ, ſed & in tota ferè Italia lupanaria apertè proſtant, & publicis vectigalibus elocantur, *Mart. Chemnit. part. 3. Exam. Concil. Trident. Lambert. Danæ. lib. 2. Ethic. Chriſtian. cap. 15. fol. 242.* Et meretricem haud injuſtè ſolvere decimas, probat *Gloſſa*, eò, quod non turpiter accipit, nec criminoſum dignitas, ſed pœna debeat comitari, in *cap. ex tranſmiſſa. 23. verb. licitè. de decim. Petr. Coſtal. ad l. 4. ff. de condict. ob turp. cauſam.* Adeoque Lupanar Romano Præſuli non tantùm nutrix, ſed & delicatiſſima eſt filia, juxta Schônborn *lib. 3. polit. cap. 13. pag. 214.*

11 Quis ergò miretur, quod Romanis Imperatoribus pro hoc crimine pœna aliqua certa ſtatuta non fuerit. De jure enim Civili fornicationem eſſe impunibilem, & nullam mereri pœnam, vulgò tradunt Interpretes, per *l. ſi ea quæ. 12. l. quæ adulterium. 29. § 1. C. Ad Leg. Jul. de adult. l. ſi uxor. 13. § ſed & in ea. 2 ff. eod. tit. Auguſt. Bonfranc. in addit. ad Angel. Aretin. in tract. malef. verb. che hai adulterato la mia donna. num. 48. verſ. ita poteſt impunè haberi. Didac. Covarr. in relect. c. quamvis. 2. de pact. in 6to. § 7. nu. 27. Proſper. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 137. num. 41. Dom. Card. Tuſch tom. 3. pract. concl. 423. n. 3. Iod. Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 93. nu. 3. Matth. Weſemb. in paratit. ff. ad Leg. Iul. de adult. num 21. Matth. Berlich. part. 5. concl. 39. num. 5. Nevizan. in ſylv. nupt. p. 4. verb. eſt nubendum. n. 24. Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 28. part. 4. n 1. Jul. Clar. lib. 5. ſent. § fornicatio. num. 1. Paul. Chirland. de pœn. omnif. coit. quæſt. 9. n. 4.*

12 At quid de Jure Divino? Sanè certa pœna temporalis in ſacro codice adverſus fornicatores definita quidem non eſt; Divus Apoſtolus tamen æternæ condemnationis pœnam iis minatur, *1. Corinth. 6. verſ. 9. & ſeq. & ad Galat. cap. 5. verſ. 19. & ſeq.* Unde fornicationem peccatum eſſe mortale, nemo dubitare poteſt, uſque adeò, ut pro hæretico habeatur, qui hoc in controverſiam vocare auſus fuerit, *Iul. Clar. lib. 5. ſent. § fornicatio. num. 1. verſ. de jure autem Divino. & §. hæreſis nu. 1. verſ. Hinc infertur. Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crimin. cap. 93. nu. 1. Nevizan. in ſylv. nupt. lib. 4. verb. eſt nubendum. num. 25. verſ. Et tamen ſimplex fornicatio. & numer. 26. Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 3. caſ. 289. n. 8. ſub fin.* Et quia fornicatio cum Dei juſtitia

ex diametro pugnat, ne quidem per Dei diſpenſationem eam fieri poſſe licitam, ſcripſit *Richardus allegatus à Damhouder. dict. cap. 93. num. 5.*

13 Quis ergò fidei Chriſtianæ addictus politicus lupanaria, repugnante Dei juſtitia, ſuadere & tolerare vellet, quæ tollenda eſſe, ex ſacris jamdudum probarunt *Danæ. lib. 3. Pol. Chriſt. cap. 4. & lib. 2. Eth. Chriſt. cap. 14. fol. 221. Heresbach. de Republ. Chriſt. adminiſt cap. 11. pag. 267. Bocer. lib. 2. de illuſt. ſtat. & polit. cap. 4. pag. 193.* Et ſi tolerare lupanaria arcanum eſt Reipublicæ, ut putat *Arnold. Clapmar. de arcan. Rerumpubl. lib. 4. cap. 19.* maneat hoc apud Chriſtianos in ſempiternum arcanum & ſepultum, ne prudentiæ majoris laudem aſſequantur Ethnici, quos lupanaria improbaſſe, ſcribit *Petr. Greg. Tholoſan. lib. 14. de Republ. cap. 1. n. 5. Herm. Lather. de cenſu lib. 2. cap. 4. n. 34.*

14 Abeant itaque fornicatores, adulteri & omnes ſimiles, qui aut nullum, aut ſaltem leviſſimum putant fornicationem eſſe peccatum, dicentes: ex natura nos ad Venerea eſſe inclinatos, de quibus nec laudamur, nec vituperamur, *Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crimin. cap. 93. num. 5.* Ac menti, memoriæque infigant: omnem injuſtam conjunctionem damnari, *1. Corinth. 5. verſ. 1. & 1. Corinth. 6. verſ. 9. Ad Coloſſ. 3. verſ. 5. 1. Timoth. 1. verſ. 10. Hebr. 13. verſ. 4. Geneſ. 6. & 19. Deut. 22. verſ. 13. & 23. verſ. 17. Salomon in Proverb. cap. 5. 6. & 7. Ariſt. 7. polit. cap. 18. Matth. Weſembec. in parat. ff. ad Leg. Iul. de adult. n. 21. & in parat. ff. de concubin. Ioh. Gœdd. in l. 42. n. 6. ff. de verb. ſignif.*

15 Quapropter nec ſimplex fornicatio cum meretrice perpetrata in foro Saxonico impunibilis eſt; ſed certo ſupplicio coercetur. De quo licet quondam ambiguè diſceptabatur, ut videre licet apud *Auct. Conſult. Conſtit. Saxon. tom. 1. part. 4. quæſt. 72. num. 1. & ſeqq. & tom. 2. part. 4. quæſt. 24. num. 1. & ſeqq.* Placuit tamen D. Auguſto Electori, Meretrices relegari; fornicatores autem carceris pœnâ plecti, in *Conſtit. Elect. 28. part. 4.* quæ mulieres vulgares publicè ſe viris proſtituentes & meretricium exercentes gravius puniri jubet, quàm alias, quæ publicè quidem non omnibus ſe proſtituunt; clàm tamen meretricio more vivunt.

16 Ideoque in terris Saxonicis pœna uniformis meretricium non eſt, ſed in puniendis ſcortis ſeu mulieribus vulgaribus duo potiſſimùm caſus ſunt diſtinguendi: *An ſcilicet mulieres publicè ſe viris proſtituerint, meretricium exercuerint, & quæſtum fecerint; an verò clam meretricio more vixerint?*

Q. 3. Quæ ſit pœna meretricũ, palàm omnibus ſe proſtituentium?

17 PRIORI CASU meretricibus palàm omnibus ſe proſtituentibus Relegationis pœna definita eſt *Conſtit. Elect. 28. part. 4. in pr.* ibi: **Wenn mit gemeinen Weibsperſonen/durch die/ ſo ledig und nicht ehelich ſind / Vnzucht getrieben wird / obwol die gemeinen Rechte hierinnen keine Straffe verordnet / dennoch weil in Gottes Wort ſolche unordentliche Vermiſchung hart verbotten/ſo ordnen und ſetzen wir / daß das gemeine Weib öffentlich verwieſen werden ſol/ꝛc.** Quibus verbis publica ſcorta publicè relegari. diſponitur: quod, *an de perpetua, an verò temporali Relegatione intelligi debeat, quia expreſſè hoc deciſum non eſt, dubitari poteſt?*

18 Tradit ſiquidem *Hartm. Piſtor. obſervat. 189.* per relegationem indefinitè poſitam, abſque temporis determinatione, perpetuam ſemper intelligi debere Relegationem, juxta *l. ſervus. 10. C. de pœn.* ibi: *Servus ſub pœna vinculorum ſine temporis præfinitione domino reddi juſſus ſententia Præſidis provinciæ, perpetuò vinctus eſſe debet. Gloſſ. in l. ſine præfinit. ubi & Bartol. ff. de pœn.* 19 Econtra ſæpius D. Auguſtus Elector in Conſtitutionibus Relegationis pœnam abſque determinatione temporis decernere ſolitus eſt, ut *Conſt. Elect. 1. 4. 5. 7. 8. 9. 10. 11. 16. 29. 34. 37. &c. part. 4.* Quibus tamen locis indifferenter perpetuam relegationem determinari neque credibile eſt, nec verba textus ſemper admittunt.

20 Idque eò minùs probabile eſt, quò magis in pœnalibus benigniorem interpretationem capere, mitioremvè ſententiam apprehendere debemus, *l. hæ enim cauſæ. §. decreto. 1. ubi gloſſ. in verb. Et verum eſt. ff. de ſuſpect. tutor. l. ſi Præſes. 32. in fin. l. interpretatione. 42. ff. de pœn. l. factum. cuiq; §. 1. ff. de reg. jur. c. in pœnis. 49. extr. de reg. jur. in 6to Raphael. Cuman. conſ. 134. Alexand. conſ. 109. n. 5. lib. 4. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. final. n. 2. Ludolph. Schrader. de feud. 2. part. non part. princ. ſect. 8. num. 16. Proſper. Farin. in prax. crim. lib. 1. tit. 2. quæſt. 19. num. 3.*

21 Quapropter ſicuti in antea dictis Conſtitutionibus certa pœna perpetuæ; vel temporalis relegationis non determinatur; ita nec hoc caſu in *Conſtit. 27. part. 4.* Relegationem definitam, ſed potius arbitrio judicis, an pro ratione fornicationis, ſæpiùs reiteratæ ac continuatæ, & qualitate perſonarum perpetuam; an verò temporalem imponere velit, relictum eſſe crediderim.

22 In qua ſententia haud parum me confirmat, quod ſæpiùs in delictis, quæ pœnâ corporis afflictiva non coercentur, ſupplicium pro qualitate ac ratione delicti determinare & exaſperare judici liberum ſit, ut ex multis *Conſt. 1. 4. 9. 10. 13. 32. part. 4. &c.* Et ex hac ipſa *Conſt. 28. §.* **aber andere.** *verb.* **oder auch nach gelegenen Vmbſtänden / und Vielheit der geübten Vnzucht/** *&c.* apparet.

23 Quin & aliàs, certa pœna in Legibus aut Statutis non conſtituta ac denominata, arbitraria judicis eſt animadverſio, *Andr. Tiraquell. de pœn. leg. temper. cauſ. 31. n. 34. Iacob Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 1. quæſt. 86. num. 8. verſ. aut à jure communi. Iaſon. in l. jubere. 4. num. 17. ff. de jurisdict. omn. judic. Iacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 104. num. 9. Ludolph. Schrader. de feud. part. 10. ſect. 19. n. 122.*

24 Etſi illuſtriſſimus Conſtituens judici pœnam Relegationis ſcortis publicis determinare non reliquiſſet liberum; certè Relegationem perpetuam vel temporalem faciliimè exprimere potuiſſet, quia id fecit in *Conſt. 13. 18. 19. 20. 32. 35. part. 4. &c.*

25 Neque huic ſententiæ obloquitur *Hartm. Piſtor. dict. obſervat. 189.* Quia de pœna relegatio-

nis per ſententiam alicui indefinitè dictatâ, ibidem agit, quo caſu nulla facta temporis mentione, perpetuam relegationem indictam fuiſſe putat; Idque ex allegata *l. ſervus. 10. C. de pœn.* haud obſcurè colligi poteſt: Quod ipſum tamen ad diſpoſitionem legis relegationem indefinitè indicentis propter varietatem circumſtantiarum delicti trahendum non eſt.

26 *Neq; Dominos Scabinos verba hæc Conſtitutionis de perpetua relegatione indiſtinctè intellexiſſe, conſtat exindè, quod temporalem Relegationem ſcorto publico dictaverint, ad requiſitionem Conſulum & Senatus in* Zörbigk. Iſt *M.L.S.* Wittib nicht allein bey ihres Mannes Leben / ſondern auch als derſelbe vor zwey Jahren verſtorben / im Geſchrey geweſen/daß ſie öffentlichen in ihrem Häußlein mit allerley leichtem Geſindlein / von Dienſtknechten und andern/fleiſchlichen zu thun gehabt/und denſelben ſich als eine gemeine Vettel *proſtituiret*, welches ſich auch nachmals alſo außgewieſen / *&c.* So wird ſie wegen ſolches ihres ärgerlichen Lebens / und verübten Hurerey uff fünff oder ſechs Jahr lang mit Landesverweiſung in Straff genommen/V.R.W. *Menſ. Mart. Anno* 1627.

Quamvis meo judicio melius ac tutius ju- 27 dex agat, ſcorto publico indicendo perpetuam Relegationem: quæ pœna propiùs videtur accedere menti Illuſtriſſimi Electoris, in *Ordin. Eccleſ. tit.* von Eheſachen. *rubr.* von der Straff der Vnzucht/und deß Ehebruchs. §. Die gemeine Weiber / hiſce verbis eandem pœnam denuò repetentis: Die gemeinen Weiber aber ſollen in Städten/Dörffern / und Flecken nicht geduldet/ und da ſie über beſchehenes Gebott ungehorſamlich blieben/und in ihrer Vnzucht fortfahren würden / ſollen ſie auch öffentlich deß Landes verwieſen werden/*&c.*

28 *Veluti etiam Dominos, ſcortis perpetuam relegationem ſæpiùs ac cõmuniter dictaſſe, reperio*: Hat die mitgefangene Vettel in gutem bekandt und außgeſagt / daß ſie vor fünff Jahren mit einem Landsknecht auß ihrer Heymat entlauffen / und ſieder ſie von ihme wider geweſen/in öffentlicher Vnzucht gelebet/und die Zeit über/ungeachtet ſie keinen rechten Ehemann / als alle gute Buben haben können / drey Kinder/welche aber alle geſtorben/erzeuget/ſich auch darneben bey der Vorhaltung folgender Wort gebraucht/ daß ſie es nunmehr dahin geſetzt/ ihr Leben bey dieſer ſchändlichen Vnzucht zuzubringen / *&c.* So wird ſie von wegen ſolcher vielfältigen öffentlichen begangenen Vnzucht/ geſtalten Sachen nach/ weil ſie eine gemeine Vettel/und ſich jederman *proſtituiret*, auch keine Beſſerung / daß ſie von dem Hurenleben ablaſſen und frömmer werde/bey ihr zu hoffen/mit ewiger Landesverweiſung in Straff genommen / V. R. W. *Quæſtori in* Wolckenſtein/ *Menſ. Jun. Anno* 1610.

29 *It:* Dieweil ſie aber dennoch beydes gütlichen und peinlichen nochmals geſtanden/ daß ſie einem jeden zu Willen gelebt / ſo ihr Geld geben / und eine Hure wäre / und ohngefähr bey 6. ledigen Perſonen/ ſo Handwercksburſche geweſen / gelegen / und mit denſelbigen fleiſchliche Vnzucht verübet/ darumb ſie auch ihr Geld genommen/und ſich darvon erhalten/ *&c.* So wird ſie deßwegen / daß ſie in öffentlicher Hurerey gelebet/und ſich jederman/wer ihr nur Geld bracht / *proſtituiret*, mit ewiger Landesverweiſung billich geſtrafft/V.R.W. *Quæſtori Leiſnicenſi, Menſ. Martio, Anno* 1615.

30 Ex poſteriori hac ſententia notari quoque hoc poteſt, quod mulier ob paupertatem aut famis neceſſitatem ſeſe proſtituens, non excuſetur, quin prædicta pœna affici debeat. Prout etiam apparet ex iis, quæ latè & eleganter tradit *Didac. Covarr. in relect. c. peccatum. de reg. jur. in 6to. §. 1. num. 5. & ſeqq Philipp. Dec. in l. quæ propter. ff. de Reg. jur. numer. 5. Panorm. & Ioann. Andr. in c. ſi quis propter paupertatem. ext. de furt. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 6. caſ. 534. n. 15.*

Hâcque pœna relegationis meretrices 31 palàm ſe proſtituentes regulariter coercentur, quam ob circumſtantias & qualitates fornicationis, addita fuſtigatione quandoque exaſperare licet. Unde cùm meretrix nuda in via publica & conſpectu multorum ſeſe juveni proſtituerat, cumque ipſo publicè rem veneream exercuerat, Domini fuſtigationis pœnam dictare haud dubitaverunt. Quorum reſponſum abſque dubio juſtiſſimum fuit: ſi enim ſola fornicatio in meretrice relegatione perpetua coercetur, certè majus ſupplicium infligendum fuit ei, quæ in publico, maximo ſimul dato ſcandalo, delinquere non reformidaverat.

Scabinorum reſponſum hoc fuit: Hat die Ge- 32 fangene *A. G. A.* Tochter in gutem bekandt / daß ſie die Woche für Oſtern uffm Rabeth allhier zu Leipzig ſich nackend außgezogen / und öffentlich in beyſeyn vieler Perſonen/ſo zugeſehen/mit einem Schneider-Jungen / welcher auch nacket geweſen / herumb getantzet / auch hernach öffentliche Schande und Vnzucht mit ihme getrieben / und jederman zuſehen laſſen; So wird ſie wegen ſolcher begangenen und bekandten öffentlichen Vnzucht mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billig verwieſen. V. R. W. *Ad petitionem Quæſtoris Lipſienſis, Menſe Iulio, Anno* 1602.

ALTER CASUS EST: Quando mu- 33 lieres quidem publicè non omnibus ſe proſtituunt, clam tamen meretricio more vivunt. Harum pœna mitior eſt, ſiquidem non ſtatim in exilium mittuntur, ſed carcere ſolùm puniuntur, &, ſi aliæ circumſtantiæ adſint, ac frequentia delicti accedat, demum relegantur. *Conſtit. Elect. 28. part. 4. §.* Aber andere/ibi: Aber ledige Weibesperſonen / welche nicht öffentlichen huriſcher Weiſe/und doch gleichwol in Vnkeuſchheit heimlich leben / ſollen gleichfalls mit zeitlichem Gefängnüß/oder auch nach gelegenen Vmbſtänden/ und Vielheit der geübten Vnzucht mit Verweiſung geſtrafft werden/ &c. Idemque ferè exprimitur in *Ordin. Eccleſiaſt. tit.* Von Eheſachen/ *Rubr.* von der Straff der Vnzucht und deß Ehebruchs. §. Die ledige Weibsperſonen/ *&c. Dan. Moller. ad dict. Conſt. 28. n. 5. Aut. Conſult. Conſt. Saxon. tom. 2. part. 4. quæſt. 24.*

Q. 4. *Quomodo puniantur mulieres meretricio more clam viventes?*

Regulariter itaque mulieres, clam mere- 34 tricio more viventes, carcere puniuntur, facultate tamen judici ſimul data, ut pro arbitrio hancce pœnam augere, & relegationem vel temporalem, vel perpetuam imponere poſſit: prout etiam diſpoſitum eſt in *Ordin. matr. de Anno 1624.* quæ fœminas clam meretricio more viventes è diſtrictu judicii, ubi præhenſæ ſunt, relegari jubet, *punct. 4.* §. Die gemeine Weibere/ *verſ.* Aber andere/*&c.*

Veluti

35 *Veluti ita reſponderunt Scabini ad conſultationem Chriſtophori à* Loß. *Menſ. Auguſto, Anno 1602.*

36 Ac certè, ſi fœmina ſemel ſtuprum paſſa carceris pœnam incurrit, uti demonſtratum fuit *quæſt. præced.* quantò magis carcere, aut etiam duriori pœna tenebitur, quæ ſtuprum paſſa, in delicto perſeverat, luxuriam continuat, & meretricio more vivit.

37 *Et ita in terris Saxon. quotidiè pronunciari, certius eſt, quàm ut probatione indigeat.*

Q.5. Quæ ſit pœna concubinarius in foro Saxonico?

38 Hûc etiam referri debent mulieres, quæ licet uxores non ſint, uxorum tamen loco in domo habentur, & corpora miſcent, vulgò concubinæ, germanicè **Haußhälterin**: Vocabulo enim honeſto infamiam veſtire conantur.

39 Quæ, ſi pœna iis ex jure Civili decernenda eſſet, absque dubio impunitæ evaderent; concubinatum ſiquidem de jure Civili extra pœnam & infamiam eſſe, & quemvis mulierem voluptatis & concubitus cauſa, in contubernio & conſuetudine diuturna habere poſſe, nemo neſcit, *l.3.§.1.& tot.tit.ff.& C.de concubin. Matt. Weſembec. in parat. ff. eod. tit.* Quod jure Novellarum correctum non eſt, ut patet ex *Novell. 12. cap.4. Novell.18.cap.5. Novell.74. Novell.117. cap.2.& 3.*

40 Neque de Jure Canonico concubinatus in totum damnatur, quamvis Canones moderatius agant, ac concubinatum non niſi quatuor hiſce concurrentibus permittant: *Primò*, ut conſiſtat inter ſolutum & ſolutam, ſive inter cœlibes. *Secundò*, ut illi non filiorum procreandorum, ſed pro incontinentia, ſolius concubitus cauſa jungantur. *Tertiò*, ut jungantur hâc fide, ne ille cum altera, nec illa cum altero idem faciat. *Quartò*, ut concubina non ad tempus duntaxat, ſed usque ad mortem unius aſſumatur, ut manifeſtè probatur ex *c.ſolet.32. quæſt.2.* Quorum uno deficiente, ne quidem de jure Canonico concubinatus permiſſus eſt, *c. dicat aliquis.c.concubinæ.32.quæſt.2.c.audite.diſtinct.34 c.nemo.32.quæſt.4.* Concurrentibus autem quatuor hiſce requiſitis, inter concubinam & matremfamiliâs nullam ferè, niſi ratione dignitatis, differentiam eſſe, dicit JCtus Ulpianus in *l.49.§. 4.ff.de legat.3.*

41 Sed rectiùs edocti politici, pariter atque Theologi, de jure Divino, quo omnis injuſta conjunctio extra legitimum matrimonium, *1.Corinth.5. verſ.1.& 1.Corinth.6.verſ.9. capit.10. & verſ.8.Coloſſ.3.verſ.5. 1.Timoth. 1. verſ. 10. Hebr. 13.verſ.4. Matth. Weſemb. in parat. ff. ad Leg. Iul. de adult. num. 21.* Concubinatum parum aut nihil à ſcortatione differre exiſtimant, *Weſemb. in parat. ff. de concubin. num.3. verſ. jure autem Divino.* Conſtant. *Harmenop. lib.4. prompt. jur. civil. tit. 7. in fin. de concubin. pag.180.* Coſtal. *ad tit. ff. de cõcub. Herman. Luther. de conſ. lib.2. cap.4. num. 34. Adam. Keller. lib.2. de offic. jurid. polit. cap.11. pag. 136.& ſeqq.*

Veluti etiam concubinatum abrogat *Ordin. Prov. Illuſt. Elect. Maurit. de Anno 1550. ſub tit.* **Von verdächtigen unnd leichtfertigen Weibespersonen**/ibi: **Mit verdächtigen und leichtfertigen Weibesperſonen auſſerhalb der ehe Haußzuhalten/ſoll männiglichen in unſern Landen verbotten ſeyn/wird ſich aber jemand des unterſtehẽ/ der ſoll über die Verkleinerung/ſo ihme von männiglich darauß erfolgen wird/von ſeiner Obrigkeit/ oder in Mangel uns ſelbſt darumb geſtrafft werden.** Ideoque & concubinas pœna hâc Conſtitutionis arbitrariâ, carceris, vel pro ratione perſonarum aliarumque circumſtantiarum, Relegationis teneri, rectè quis dixerit.

42 *Veluti etiam in hanc ſententiam reſponderunt Domini:* **Hat** *L.M.* **ein Wittwer bey euch mit** *A.W.* **ſo er eine geraume Zeit her im Haußhalten für eine Haußhälterin oder Außgeberin gebraucht/fleiſchlichen zugehalten/und es haben beyde Perſonen/daß ſie eine Zeitlang/als ob ſie Eheleute wären/ ſich zuſammen gehalten/ und mit einander fleiſchlichen vermiſchet/ geſtanden und bekandt. So werden ſie alle beyde/wofern ſie einander zu ehelichen nicht bedacht/drey Wochen lang mit Gefängnüß geſtrafft/ mit dieſer Verwarnung/daß wo ſie hinführo davon nicht abſtehen/und einander müſſig gehen werden/ſie mit Landesverweiſung in Straff genommen werden ſollen/V.R.W. Ortrand an Simon Loweborn.** *Menſe Martio, An. 1630.*

Q.6. Pœna Virorum cum meretricibus publicis fornicantiũ?

43 Cæterùm, non tantummodò meretrices ſeſe proſtituentes ſupplicio dignæ ſunt, ſed & viri cum iiſdem concumbentes pœnam incurrunt, quæ (modò non ſint mariti, in quibus absque dubio adulterii pœna obtinet) carceris eſt, juxta ſanctionem D. Auguſti Electoris in *Conſtit. 28. part.4. in verſ.* **Daß das gemeine Weib.** *verb.* **und der Mann/ſo mit ihr zuthun gehabt/mit Gefängnüß/oder mit Geldes-Straff belegt werden ſoll**/*&c.* Quod tamen de pecuniaria mulcta ibidem habetur, iſtud hodiè abrogatum eſt, relicta ſolummodò pœna carceris, ſecundum tenorem reſcripti Illuſtriſſimi Elect. Saxon. Chriſtiani II. *de Anno 1609.§.* **Vnd nachdem.** *verb.* **und alſo hierinnen die Geldtſtraffen gäntzlichen abgeſchafft haben**/*&c.*

44 *Proinde vero juveni ob fornicationem pœna carceris regulariter ad 14. dies imponitur, quæ tamen pro qualitate facti ad ſeptimanas aliquot extendi poteſt, ſicuti hoc delicto ſe contaminantem eadem die, quâ ſanctâ Euchariſtiâ uſus fuerat, per totum Menſem in carcere detinendum eſſe, pronunciarunt Scabini:* **Wenn gleich euer Sohn der bezüchtigten Vnzucht/ſo Er des Tages/ als er das hochwürdige Sacrament empfangen/mit einer leichtfertigen Vettel verubet haben ſoll/ geſtändig/ oder wie zu recht genugſam überwieſen wäre; So möchtet doch ihr derowegen umb 100. flor. nicht geſtrafft werden/ ſondern es würde gemeldter euer Sohn derowegen auff ein Monat mit Gefängnüß billich in Straff genommen.** *A.C.S. vidua in* **Schlewitz**/M*enſe April. An. 1583.*

45 Quin & ſi circumſtantiæ crimen multùm aggravantes concurrant, ſcortatori gravior etiam pœna, ut relegatio, tutò imponi poteſt, perinde, ut ſcortum pro qualitate delicti duriori ſupplicio affici ſolet, C*onſtit. Elect. 28.* §. **Aber andere.** *Ordin. Eccleſ. dict. rubr.* **Von Straff der Vnzucht/ und des Ehebruchs/ §. Die ledige Weibesperſonen**/*&c.*

46 *Sicuti Scortatori cuidam, qui hoc delictum bis reiteraverat, pœnam temporalis Relegationis indicere non dubitavimus, ita pronunciantes:* **So**

wird. *M.H.* ſolcher ſeiner nunmehr zum dritten mahl verübten/und bekanten fleiſchlichen Vnzucht wegen/ auff ein 4. oder 5. Jahr lang des Landes billich verwieſen/ V. R. W. *Ad requiſitionem G. à N. Menſ. Mart. Anno 1629.*

In caſu ſimili dictata fuit temporalis Relegatio ſcortatori cuidam, ad conſultationem Quæſtoris in Rieſſa. *Menſ. Octob. Anno 1598.*

Et relegatio perpetua, ad petitionem Prætoris & Scabinorum Dreſdenſium. Menſe Decemb. Anno 1628.

Q. 6. Cuinam Magiſtratui incumbat punire ſtuprũ & fornicationem?

47 Illud hîc quæri poteſt: *An cognitio & pœna ſtupri, ac fornicationis ad ſuperiorem; an vero ad inferiorem jurisdictionem referatur?* Sæpè enim accidit, ut Nobiles inveſtiti de feudis cum inferiori tantummodò jurisdictione, mit den Nieder- oder Erb-Gerichten/ in cauſa ſtupri & fornicationis cognoſcere, & pœnam decernere velint. Hocque jus ipſis vigore inferioris jurisdictionis competere, à Facultate Juridicâ Lipſenſi pronunciatum fuiſſe, refert *Matth. Berlich. part. 5. concl. 38. n. 126.* ubi & ipſemet hanc ſententiam approbat.

48 Sed contrarium verius eſſe, & cognitionem ac pœnam ſtupti & fornicationis ad ſuperiorem jurisdictionem pertinere, in die Ober-Gerichte/ apertè evinci poteſt ex *Ordin. Provinc.* D. Auguſt. Elect. *de Anno 1555. tit.* Was zu Ober/ Nieder/ oder Erbgerichte gehöret/ *in pr.* ubi ad ſuperiorem jurisdictionem referuntur omnia illa crimina, pro quibus relegationis pœna poteſt imponi. Atqui tàm ſtupri, quàm fornicationis Reos, pro ratione ac qualitate delicti relegari poſſe, ex prædictis, *hac & præcedentibus quæſtionibus* clariſſimum eſt, & manifeſtè probatur *Conſt. 27. §.* Da aber auch. & *Conſt. 28. in pr. part. 4.*

49 Quin & judicem, qui inferiorem habet jurisdictionem, pœnam carceris ultra octiduum, & mulctam pecuniariam ultra 3. vel 4. ſexagenas novas h.e. 80. groſſos indicere non poſſe, concluſum fuit *in Elect. Saxon. Scabinatu die 11. Iunij, Anno 1596.* Jam verò in crimine ſtupri & fornicationis regulariter & ad minimum ad dies quatuordecim carceris pœnam indici, pluribus *antea & quæſtione præcedenti* fuit demonſtratum. Unde ſequitur, cognitionem inferiorem, zun Erb-Gerichten/ nequaquam referendam eſſe.

50 *Quemadmodum (conſentientibus etiam Dominis* Wittebergenſibus, *ut ex manuſcriptis viri alicujus præclari, & de Academia* Witteberg. *quondam benè meriti didici) jamdudum ita reſponderunt Scabini:* Dieweil in Churfürſtl Sächſ. *Conſtitution* klar verſehen/ daß fleiſchliche Vnzucht/ ſo ledige unverehelichte Perſonen begehẽ/ nicht allein mit Gefängnüß/ ſondern auch wol nach Gelegenheit der Perſonen/ und Vmbſtände/ auch Vielheit der geübten Vnzucht/ mit Verweiſung und härter zu ſtraffen: So gehöret der Fall/ wenn eine ledige Dirne von einer ledigen Mannesperſon geſchwängert wird/ in die Obergerichte/ und mag in die Erbgerichte nicht gezogen werden/ V. R. W. *Bornavv, ad petitionem Thomæ* Hildebrands/ *Menſ. Iunio, Anno 1596.*

Eodem modo fuit reſponſum ad conſultationem Rudolphi à Reitzenſteins. *Menſe Majo, Anno 1603.*

Henrici à Schönbergs. *Menſe* Martio, *Anno 1605.*

Caſpari Rudolphi à Schönbergs *Menſ. April. Anno 1628.*

Johannis Georgij à Brehſen. *Menſ. Octob. Anno 1629.*

Quæſtoris in Mühldorff. *Menſe Auguſto, Anno 1630.*

51 Quod ſi tamen caſus ejuſmodi occurrat, quo ultra octiduum pœna carceris non extenditur; veluti ſi ſponſus ante copulam & benedictionem ſacerdotalem ſponſam carnaliter cognoverit, quin hujus cognitio & pœna ad judicem, qui inferiorem jurisdictionem habet, Die Nieder/ oder Erb-Gerichte/ ſpectet, ex præcedentibus nullum prorſus dubium eſſe poteſt.

52 *Veluti ſic etiam reſponderunt D. Scabini:* Ob wol der Ambtſchöſſer bey euch vermöge der Obergerichte/ ſo dem Churfürſtl. Ampte in vorgedachtem Dorffe zuſtändig/ vor benandte zwo verlobte Perſonen/ ſo ſich vor der Trauung unnd Kirchgang fleiſchlichen eingelaſſen/ in ſtraff zu nehmen ſich unterſtehen thut/ dieweil aber dennoch ſolches beſchehenes Beyſchlaffen/ geſtalten ſachen nach für keine verbottene fleiſchliche Vermiſchung oder Hurerey geachtet/ und dannenhero unter die Verbrechung/ ſo vermöge Sächſ. Rechte und Churf. Sächſiſcher Landes-Ordnung in die Obergerichte gehörig/ nicht gezogen werden mag; So iſt auch erwehnter Amptſchöſſer ſich dißfals gegen mehr benanten verlobten Perſonen einiger Straffe anzumaſſen nicht befugt/ V. R. W. Wittebergam, *ad conſultationem Dn. Rectoris,* Magiſtr. *& Doctor.* Academiæ Witteb. Menſe *Decembr. An. 1606.*

In eundem modũ meo etiam tempore ſæpiùs fuiſſe reſponſum memini.

53 Obiter hîc notandum, ſcorto & puellæ, quæ ſtuprum paſſa fuit, etiam hoc pœnæ loco eſſe, quod ſertum aut coronam in capite geſtandi facultatem non habeat. Quin & ſi pro lubitu coronata ingredi vellet, nequaquam ei concedendum hoc eſt, & ſi obedire nolit, pœna arbitraria, carceris, vel relegationis tutò indici ei poterit: ut ex reſponſo hoc Scabinorum apparet.

54 So iſt ſie die Haube und Schleyer zu tragen/ unnd den Krantz wieder abzulegen ſchuldig/ unnd mag hierüber mit Gefängnüß geſtrafft/ oder da ſie ſich des Krantzes nicht enthalten würde/ mit zeitlicher Landesverweiſung in Straff genommen werden/ V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris in* Eckartsberga. Menſe *Febr. Anno 1593.*

QVÆ-

QVÆSTIO LXXI.

De Crimine Lenocinii, eiusq; pœna.

SUMMARIA.

1. *Lenocinium quidnam ſit?*
2. *Lenocinium non minus crimen eſt fornicatione, n.3.4.5.*
6. *Pœna Lenocinii in parentibus & conjugibus quænam? num.7.8.9.10.11.13.14.15.*
12. *Adulterij pœna hodiè capitalis eſt.*
16. *In foro Saxonico proſtituentes liberos vel conjugem, morte puniuntur, n.17.*
18. *Ampliationes & Limitationes hujus pœnæ.*
19. *Num Leno non niſi ſemel lenocinium exercens à pœna ordinaria excuſetur? numer. 20. 21. 72. 73.*
22. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n.74.*
23. *Lenocinij quoque pœnam incurrunt, qui non ipſimet liberos vel conjugem proſtituunt; Sed ſtuprum & adulterium ſciunt, & tacent, ac patiuntur lucri cauſa, num.24.25. 26.27.28.*
29. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n.30.*
31. *De adulterio inſcio ſe perpetrato maritus impunè tranſigere poteſt, n.32.33.*
34. *Hodiè de adulterio tranſactio fit impunè.*
35. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
36 *Pœna* Lenocinii *à parentibus atque conjugibus absq; ſpe lucri alicujus commiſſi, numer. 37.38.*
39. *Reſponſum Scabinorum* Lipſenſium.
40. *Pœna parentum filios ſcortari permittentium, n.41.42.43.*
44. *Sententiæ Scabinorum* Lipſenſium.
45. *Quomodo puniantur nutrices, tutores, fratres proſtituentes ſorores, pupillas, aliasve conſanguineas? n.46.*
47. *Mitiganda eſt pœna in attentato Lenocinii.*
48. *De conſuetudine generali conatus alicujus delicti non punitur pœna ordinaria.*
49. *Quod & verum in foro Saxonico.*
50. *A pœna ordinaria excuſatur, qui filiam aut uxorem quæſtus cauſa proſtituens, nihil poſtea lucratur, n.51.52.*
53. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
54. *Pœna filiarum & uxorum à parentibus & maritis ſeſe proſtitui patientium, n.55.*
56. *Quæ ſit pœna lenocinij in perſonis extraneis? n. 57.58.59.*
60. *In Imperio Romano Germanico quomodo puniantur* Lenones *proſtituentes perſonas extraneas?*
61. *Pœna proſtituentium perſonas extraneas in foro Saxonico eſt arbitraria, n.62.*
63. *Quomodo puniantur Lenones blanditiis ac promiſſionibus puellas allicientes?*
64. *Reſponſum Scabinorum* Lipſenſium.
65. *Quid ſi* Leno *proſtituat meretricem vulgarem an pœna teneatur ordinaria? numer. 66. 67.68.*
69. *Sententia Scabinorum* Lipſenſium.
70. *Paupertas & inopia num lenonem à pœna excuſet?*
71. *Sententia Scabinorum* Lipſenſium.

1 CRimini fornicationis ſimile eſt Lenocinium, nefarium illud ſcelus, quo quis ex publicis ſcortationibus, adulteriis & deflorationibus ſibi quæſtum facit, non quidem proprio corpore; ſed virgines, mulieres, uxores, aut meretrices quæſtus gratiâ ad actum venereum, aut publicè, aut occultè, pelliciens, aliisque proſtituens, *Jodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap.91. n.1.*

2 Ex utroque enim lucrum quæritur, adeoque Lenocinium non inferius eſt peccato meritorio, quo quis proprio corpore quæſtum facit, nec minus eſt lenocinium facere, quàm quæſtum corporis exercere, *l. palam. §. lenocinium. 6. ff. de rit. nupt. l. Athletas. §.1. ff. de his qui not. infam.* Nam ut hoc ſpeciale eſt, & ex unius fœminæ libidinoſo amore naſcitur: ita lenocinium generale eſt, & plures ad ſuam libidinem explendam, quæſtus gratia perducit, *Damhoud. dict. capit.91.* 3 *n.2.* Quin & magis delinquere Lenonem, quàm meretricem, tradit *Ang. Aret. in tract. malef. verb. che hai adulterato la mia donna. num.69. & ibi Auguſt. in addit. verſ. & quod plus delinquit. Pet. Greg. in ſyntagm. jur. univ. lib.36 cap.11. n.2.* Proſp. *Far. part.5. oper. crim. quæſt.144. n* 2. Ludov. *Peguer. deciſ. crim.* 15. *n.*1. *Foller. in pract. crim. in verb. item quod fuit* Leno. *n.1. & 24.*

4 Neque ſolùm accuſatio de adulterio & ſtupro adverſus eum, qui adulterium & ſtuprum commiſit; ſed etiam adverſus eum, cujus ope & conſilio crimen commiſſum eſt: item adverſus eum, qui domum adulterio committendo præbuit, competit *Novell.134. §. ſi quando. l. libellorum. §. ſed & ſi ff. de accuſat.* Ex quo fundamento Lenocinium ſimile imò gravius reputatur adulterio. Adulter enim ſolùm in ſeipſum: Leno verò in ſe & alium peccat, ut voluit *gloſſ. in dict. l. athletas. §.* Pomponius. *in verb. Eum qui ſervitute. ff. de his qui not. infam. Farin. dict. quæſt.144. n.2.*

Unde etiam concludendum, Lenocinii 5 crimen mitiùs non puniri adulterio. Quamvis nec hoc penes omnes ſit extra controverſiam, nec omne Lenocinium æquale ſit ac indifferenter grave: cum longè gravius delinquant parentes & mariti, qui conjuges & liberos ſuos, quos ad morum puritatem, vitæque innocentiam educare debent, pudoris bono ſpoliant, & ſcelerati alicujus lucri vel quæſtus cauſa ad libidinem explendam aliis turpiter proſtituunt; quàm qui perſonas extraneas, ſive nuptas, ſive ſolutas, ad adulteria & ſtupra ſollicitant, & producunt: Ut ſic lenocinii quoque pœnam pro diverſitate delicti diſparem eſſe, quivis facilè colligere poteſt. Quapropter ut pœnæ diverſitas benè notetur: duo potiſſimùm caſus ab invicem diſtinguendi.

PRI-

Q. 1. Quæ ſit pœna Lenocinij in parentibus & conjugibus?

6 *Primus Caſus eſt*; quando parentes liberos ſuos, aut mariti uxores proprias quæſtus cauſa aliis proſtituunt. Quod crimen longè ſceleratiſſimum, ac multò gravius eſſe lenocinio quovis alio, nemo inficias ibit. *l. mariti lenocinium. §. qui quæſtum. ff. ad Leg. Jul. de adult. Belvis. in pract. lib. 1. cap. 9 in verb. Lenonem. num. 8. Petr. Caball. reſol. crim. caſ. 171. num. 8. & num. 10. Proſp. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 144. nu. 52. & num. 69.*

Ita delinquentes, ſi quidem parentes ſunt, 7 de jure communi patria poteſtate privari, & ad publica metalla condemnari, vulgò tradunt, ſecundum *l. ſi Lenones. ubi Dd.* C. *de Epiſcop. audient. & l. lenones. in fin. C. de ſpectac. lib. 11. Pract. Conrad. Rubr. de Lenonib. num. 5. Petr. Gregor. in ſyntagm. jur. lib. 36 cap. 11. n. 5. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 6. caſ. 534. n. 6. & 7. Ludov. Peguer. deciſ. crim. 15. num. 10. verſ. atque in patre vel domino.*

Cui addunt alii amiſſionem uſusfructus o- 8 mnium bonorum adventitiorum, qui alias parentibus competit, *Jacob. Menoch. dict. caſ. 534. num. 13. Proſp. Farin. dict. 144. num.* 54. ubi allegat. *Joh. de Platea in dict. l. Lenones. nu. 4. verſ. ſed num quid uſum fructum.* C. *de ſpectac. lib. 10.* 9 Quæ certè pœnæ mitiores ſunt, quàm ut gravitati hujus criminis ſufficere queant. Si enim Leno extraneus mortis pœnam incurrit, juxta N*ovell. 14. verſ. præconizamus. ubi gloſſ. in verb. noviſſima. & verb. expelletur. Iacob. de Belviſ. in pract. crimin. lib. 1. c. 9. verb. Lenonem. num. 2. verſ. & puniuntur. Petr. à Plach. in epit. delictor. lib. 1. cap. 10. n. 15. Iodoc. Damhoud. in pract. rer. crim. cap. 91. n. 4. Foller. in pract. crimin. in verb. item quod fuit Leno num. 32. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. quæſt. 68. n. 23. in pr. Petr. Greg. dict. cap. 11. numer. 3.* quanto magis capitali ſupplicio erit ſubjugandus pater, filiam ſuam proſtituens, ut qui graviùs delinquit, quàm Leno quivis extraneus, ut anteà dictum.

Cui non parùm ſuffragatur ratiocinatio Im- 10 per. Juſtiniani, Lenocinium furto & Latrocinio multò gravius eſſe delictum aſſerentis, in *dict. Novell. 14. verſ. ſi enim pecuniariorum &c.* At mortis pœnam latronibus & furibus infligi, quis neſcit. Ideoque prædictas pœnas noviſſimo jure abrogatas, & pœnam ultimi ſupplicii etiam contra parentes, liberos ſuos proſtituentes, introductam fuiſſe, rectiſſimè quis affirmaverit cum *Foller. in pract. crimin. in verb. item quod fuit Leno. num. 8. in fin.* ubi refert: quendam patrem ſuæ filiæ & uxoris lenonem fuiſſe combuſtum. Hancque pœnam ultimi ſupplicii in tàm gravi crimine ſervari debere, ſtatuit, *Proſper. Farin. part. 5. oper. crimin. quæſt. 144. num. 60. Iodoc. Damhoud. in pract. rer. crim. cap. 91. n. 4. verſ. aut filiarum. Matth. Berlich. part. 5. concl. 40. n. 6. Lud. à* P*eguer. deciſ. crim. 15. n. 10.* Petr. *Caball. in reſolut. crim. caſ.* 171. *n. 8.*

11 Quod eò magis verum eſſe videtur in marito, uxorem ſuam quæſtus cauſa proſtituente, quem ceu adulterum puniendum eſſe, probatur manifeſtè ex *l. 2. §. lenocinij. l. qui domum. 8. in fin. l. mariti. 29. in pr. &* § *plectitur. 4. §. ſeq. ff. ad Leg. Iul. de adult. l. auxilium. 37. §. fin. ff. de minorib.* Pro*ſp. Farin. dict. quæſt. 144. nu. 70. ubi allegat. gloſſ in l. crimen. 2. in verb. crimen.* C. *ad Leg. Iul. de adult. ubi etiam* Salycet. *n. 3.* Petr. *Greg. in ſyntagm. jur. lib. 36. cap.* 11. *n. 8. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 6. caſ. 534. num. 20. Ludov.* Peguer. *deciſ. crimin. 15. numer. 6. Iacob. de Belviſ. in pract. crimin. lib. 1. cap. 9. verb. Lenonem. numer. 2. & ſeq. Anton. Gomez. in l. tauri. 80. n. 72. Matth.* Coler. *part. 1. deciſ. 176. num 96.* Sed Adulterii pœnam 12 hodiè eſſe mortis naturalis, extra controverſiam eſt, *§. 4. Inſt. de publ. jud. l. quamvis. 30. cum Auth. ſeq.* C. *ad Leg. Iul. de adult. Novell. 134. c.* 10. *Hoſtienſ. in ſummar. de adult. §. quæ pœna. num. 7. in pr. verſ. ſecundum verò legem* Civilem. *Bonif. de vital. in tit. de adult. n. 8. in fin. Angel. Aretin. de maleſ. in verb. che hai adulterato la mia donna. n. 44. & ibi. Aug. in addit. verſ. item de jur. codic. Iod. Damhoud. in pr. rer. crimin. cap. 89. n.* 5. Pro*ſper. Farin. part. 5. operum crim. quæſt. 140. num. 17. Iul.* Clar. *in pract. §. adulterium num. 7. verſ. ſecundum verò jus codicis.* Petr. *Gregor. in ſyntagm. jur. lib. 36. cap. 6. n. 5. Iacob.* Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 290. n. 2. & caſ. 419. n. 50. & ſeqq. Vincent. de Franch. deciſ. 240. n. 5. part.* 2.

Quem tamen juris rigorem quandoque 13 fuiſſe mitigatum in pœnam exilii, teſtatur *Iodoc. Damhoud. in pract. rer. crim. cap. 90. num. 1.* Quandoque etiam in pœnam fuſtigationis, ſeu ductionis ſuper aſinum, facie verſa ad caudam aſini, uxore aſinum trahente & Præcone ante eos clamante: qui ſic faciet, ſic capiet, *Foller. in pract. crim. in verb. item quod fuit. Leno. num. 9.* Aliis atque aliis quoque pœnis, pro diverſorum locorum conſuetudinibus maritos fuiſſe affectos, teſtantur *Ant. Gomez. in l. tauri. 80. num. 63.* Pet. *Caball. in reſolut. criminal. caſ. 171. num. 9. & 10. cent.* 2. Pro*ſp. Farin. dict. part. 5. oper. crim. quæſt. 144. nu. 72. & ſeqq. Iacob.* Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib. 1. quæſt. 88. n. 16. & ſeqq.*

Sed hiſce conſuetudinibus nil planè dero- 14 gatur diſpoſitioni juris communis, lenocinium ultimi ſupplicii pœnâ vindicantis: quam in deſuetudinem hodie abiiſſe tantum abeſt, ut in Imperio Romano-Germanico ab Imper. Carolo V. etiam fuerit repetita & confirmata in *Ordin. Crim. art.* 122. ibi: **So jemand ſein Eheweib oder Kinder/ umb einigerley Genieß willen/ wie der Nahmen hat/ williglich zu unehrlichen/ unkeuſchen und ſchändlichen Wercken gebrauchen läſt/ der iſt Ehrloß/ und ſol nach Vermögen gemeiner Rechten geſtrafft werden.**

Quibus verbis maritum lenonem (qui 15 germanicè propriè vocatur **ein Hanrey**/ *Gloſſ. ad artic. 13. libr. 2.* **Landrecht**. *num. 10.*) conjugem ſuam, parentesque filias ſuas turpis quæſtus cauſa ad libidinem explendam alii proſtituentes, ultimi ſupplicii pœnæ ſubjugari, ſecundum *Novell.* 14. veriſſimè ſcribit *Matth.* Stephan. *in explicat. dict. art.* 122. *Ordin. Crimin.* addens & hoc, quod pœna illa obtineat, non ſolùm ſi quis filiam virginem, ſed etiam ſi quis viduam proſtituat. Quod & ſentit *Far. part. 5. oper. crimin. quæſtion. 144. num. 65. Ludovic. à Peguer. deciſ. 15. in addit. numer. 16. verſ. ſed etiam quando viduam.*

Aut ſi quis filiam naturalem tantùm ad ſtupra aut adulteria ſollicitet & producat, *Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib 2. cent. 6. caſ. 534. num. 9. Peguer. dict. loco. num. 16. verſ. ſed etiam quando naturalem.*

16 Neque in foro Saxonico aliud hoc caſu introductum eſt. Quamvis enim de pœna proſtituentium liberos, quondam diſceptatum fuit, ut apparet ex *Conſult. Conſtit. Saxon. tom. 1. part. 4. quæſt. 71.* attamen concluſum tandem, quod tàm parentes liberorum, quâm mariti uxorum ſuarum lenones capitaliter, puta pœnâ gladii, puniri debeant, *Aut. Conſult. Conſt. Sax. tom. 2. part. 4. quæſt. 22. in pr. & n. 1. Matth. Berlich. part. 5. concluſ. 40. n. 8. & n. 30.*

17 Quod etiam expreſsè confirmavit D. Auguſtus Elector Saxon. *in Conſtit. 29. part. 4. in pr.* hiſce verbis: **Da ein Ehemann ſein Eheweib / oder die Eltern ihre Kinder umb Geldt / oder ſchändlichen Genieſſes willen / jemandes zu Ehebruch oder Unzucht** proſtituiren **würden / ſo ſoll der / der ſich ſolches Gewinns oder Nutzens gebraucht / wegen dieſes** lenocinii **unnd Mißhandlung / mit dem Schwerd geſtrafft werden /** *&c.*

18 Hujus Conſtitutionis pœnalis *ampliationes & limitationes* peti poſſunt à *Proſper. Farin. lib part. 5. oper. crim. quæſt. 144. & Matth. Berlich. part 5. concl. 40.* Notandæ tamen ſunt principaliores.

19 Primò verò tenendum, quod parens & maritus hâc pœnâ teneatur, licet ſemel tantummodò filiam ſeu uxorem proſtituerit, & lenocinium commiſerit, *Ludovic. à Peguer. deciſ. crim. 15. num. 6. ſub fin. Farin. dict. quæſt. 144. num. 36. Berlich. dict. concl 40. num. 34. Iacob. Menoch. lib. 2. arbit. jud. quæſt. cent. 6. caſ. 534. n. 24. Vincent. de Franch. deciſ. 68. num. 7. part. 1. Didac. Covarr. in epit. ſponſ. part. 2. cap. 8. §. 11. n. 5. verſ. qui tamen textus &c.*

Q. 2. An pater non niſi ſemel filiã proſtituens pœna lenocinij ordinaria teneatur?

20 Nullibi enim reperitur reiteratio lenocinii, ad infligendam pœnam mortis parentibus aut maritis lenonibus, neque delinquentes primâ vice à pœnâ hujus delicti liberari, ullibi exprimitur: adeoque nec temerè abſque juris auctoritate hoc eſt aſſeverandum, *l. diſſentientis. 5. C. de repud. Novell. 2. cap. 3. cap. is qui in Eccleſia. 18. in fin. pr. ext. de ſent. excomm. in 6to. Hartm. Piſtor. lib. 2. quæſt. 1. n. 100. & quæſt. 13. n. 35.* Quin & contrarium haud obſcurè evincitur ex *verb. Conſtit.* **jemand zu Ehebruch oder Unzucht** proſtituiren **würden /** *&c.* ubi ſufficit, cuidam filiam aut uxorem proſtitui.

21 Accedit etiam ratio hujus Conſtitutionis, quæ eſt quæſtus aut lucrum: quod ex unico lenocinio ſemel perpetrato æquè parens aut maritus facit & accipit, unde & pro crimine hoc ſemel perpetrato pœnam mortis infligendam eſſe, concludendum eſt, cum JCto Ulpian. in *l. mariti. 29. §. quæſtum.* ibi: *Quæſtum autem ex adulterio uxoris facere videtur, qui quid accepit, ut adulteretur uxor, ſive enim ſæpius, ſive ſemel accepit, non eſt exprimendus: quæſtum enim de adulterio uxoris facere propriè ille exiſtimandus eſt, qui aliquid accepit, ut uxorem pateretur adulterari meretricio quodam genere &c. ff. ad* Leg. *Iul, de adult.*

22 *Veluti etiam marito cuidam, qui accepta pecunia uxorem ſuam ſemel adulterari paſſus fuerat, dictaverunt Scabini pœnam gladij. Ad requiſitionem Quæſtoris in* **Heldrungen /** *Menſe Julio-Anno 1587.*

23 *Secundò*: Sciendum & hoc, quod pœnam hanc Conſtitutionis incurrat, & ultimo ſupplicio affici debeat, parens aut maritus, qui licet ipſemet filiam aut uxorem ad ſtuprum ſive adulterium non ſollicitet, producat, & proſtituat, hoc tamen ab ipſa perpetrari non improbat, ſed ſciens patitur & permittit ſub ſpe lucri, quod à ſtupratore aut adultero, tranſigendo poſtea cum ipſo, accipit.

Q. 3. Num lenocinij pœnam incurrat, qui uxorẽ aut filiam proſtitui, ſciẽs quaſt9 cauſa patitur & tacet?

24 Veluti ſi maritus fingens ſe dormire, permittat homines ad uxorem ſuam accedere, & poſtea cum adulteris tranſigat, pecuniam aliudvè lucrum accipiat, *Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 6. caſ. 534. numer. 26. Proſp. Farin. part. 5. oper. crimin. quæſt. 144. numer. 82. & ſeqq.* Modò non poſſit ſcientia mariti obumbrari aliquâ ignorantiâ, vel contrariâ aliquâ credulitate, *Far. dict. quæſt. 144. num. 89. Menoch. dict. caſ. 534. num. 28.*

25 *Tùm*, ob textum in *l. 14. ff. ad* Leg. *Iul. de adult.* ubi pœnâ lenocinii damnatur is, cuius ope, conſilio, dolo malo factum eſt, ut vir, fœminavè in adulterio deprehenſa pecunia, aliavè quâ pactione ſe redimerent.

26 *Tùm*, ob *art. 122. Ordin. Crim. Carol.* ubi hæc verba habentur: **So jemand ſein Eheweib oder Kinder umb einigerley Genieß willen / wie der Namen hat / williglich zu unehrlichen / unkeuſchen und ſchändlichen Wercken gebrauchen läſſet /** *&c.* Unde manifeſtum, lenones quoque eſſe, qui filias aut uxores aliis violandas ſubjici permittunt, licet non ipſimet proſtituant.

27 *Tùm*, ob verba Reſcripti illuſtriſſimi Elect. Saxon. Chriſtiani II. p. m. de An. 1609. §. **Vors dritte / da ein Ehemann ſein Eheweib /** *&c.* ibi: **Da ein Ehemann ſein Eheweib / oder die Eltern ihre Kinder umb Geldt oder ſchändlichen Genieſſes willen / jemand Ehebruch oder Unzucht mit ihnen zu treiben / nachſehen / oder zulaſſen würden /** *&c.* Quæ verba etiam repetuntur *in Ordin. matrim. Saxon.* **In Churfürſtl. Sächſ. Ehe-Ordnung /** *de Anno 1624. punct. 4. §.* **Würde aber /** *&c.* Ex quibus evincitur, gladii pœnâ teneri quoq; eum, qui filiam aut uxorem ad ſtuprum vel adulterium non quidem ſollicitat & inducit, hoc tamen ab ipſa perpetrari patitur & permittit.

28 *Tùm*, ob rationis identitatem, quæ etiam hoc caſu militat. Non minus enim quæſtum ex lenocinio facit, qui lucri cauſa filiam aut uxorem ſtuprari aut adulterari patitur; quàm qui expreſsè eam ad ſtuprum ſeu adulterium ſollicitat & proſtituit: quin & filiam aut uxorem proſtitui permittens, ipſemet proſtituere videtur. Quo pertinet reſponſum Ulpiani in *l. mariti. 29. §. quæſtum. ff. ad* Leg. *Iul. de adult.* ubi propriè etiam quæſtum de adulterio uxoris facere dicitur, qui aliquid accepit, ut uxorem adulterari pateretur.

Secundum hæc reſpondimus in Elector. Saxon. *Scabinatu verſus* **Döbeln /** *hiſce formalibus:*

Hat P.P. bekandt/ daß er umb den Ehebruch/ unnd Oberhurerey/ ſo ſein flüchtiges Weib mit *H. H.* einem Ehemann verübt/ gute Wiſſenſchafft getragē/ und daß *H.H.* ihme/damit er ſchweigen und ſolches vertragen ſolte/ zu unterſchiedenen mahlen Geldt und Getreydicht durch ſein Weib überſandt/welches er nach gewiſſer zwiſchen ihnen getroffenen Vergleichung angenommen/und jedesmahl was ſie bracht/ verzeichnet und angeſchrieben/ Als er aber von *H.H.* hierüber noch 50. flor. begehret/unnd er Jhm ſolche nicht geben wollen/hat er dieſe Sache ſelbſt offenbar gemacht/&c. Da nun der Gefangene P.P. uff ſeinem gethanen Bekäntnüß für öffentlichem peinlichen gehegten Halßgerichte freywillig verharren/ oder deſſen ſonſt/wie recht/überwieſen würde/So möchte er derowegen/daß er ſein Weib *proſtituiret*, und ihren mit *H.H.* einem Ehemanne getriebenen Ehebruch und Oberhurerey nicht gebührlichen geeyffert/ ſondern denſelbigen umb Geldt unnd ſchändlichen Genieſſes willen verſchwiegen/ auch ſich ſolches Genieſſes und Nutzens gebrauchet/ vermöge Churf. Sächſiſ. *Conſtitution* mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft und hingerichtet werden/ V.R.W. *Ad requiſitionem* M. *Iohannis* Frantzens. *Menſe Iulio, An.1620.*

30 *In eundem ferè modum pronunciarunt Anteceſſores noſtri verſus* Heldrungen: Vnnd *C.K.* hat geſtanden/ daß er wol gewuſt und zu frieden geweſen/ daß ſein Eheweib mit gedachtem Pfarrherrn Ehebruch begehen möchte/dann er ſeiner wol zu genieſſen verhoffet/ und ſich mit ihm derowegen umb 100. Thaler vertragen/ auch 53. Thaler drauff empfangen/ &c. Da nun gedachter C.K. auff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/oder des ſonſten/ wie recht überwieſen würde. So möchte er ſolcher Verkuplung halber mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V.R.W. *Ad conſultationem Quæſtoris. Menſe Iulio, An. 1587.*

Q.4. Quatenus de adulterio uxoris tranſigere liceat?

31 Hæc tamen non ita intellecta volo, ut marito prorſus extra crimen etiam lenocinii uxori adulteræ condonare, eamque in thorum ſuum recipere non liceat, quod expreſsè permittit *Novell.134.cap.10.verſ. adulteram. Auth. ſed hodiè. C. ad Leg. Jul. de adult.* Conſtit. *Elect.19.part.4.* Diverſiſſima ſiquidem ſunt hæc duo, adulterium conjugis perpetrandum adhuc lucri & turpis quæſtus causâ permittere ac probare; & adulterium inſcio marito perpetratum uxori adulteræ condonare, eamque reſipiſcentem in thorum recipere: Illud non niſi Leno facit; Hoc autem maritus ad exemplum Chriſti, adulteræ ignoſcentis, facere debet, ſecundum ſententiam *Auguſt. in c. quod autem 32. quæſt.2.*

32 Proindè, licet maritus non vindicet adulterium uxoris inſcio ſe perpetratum, ſed taceat, uxorem retineat, & cum adultero paciſcatur; ipſum tamen propterea lenonem non eſſe, nec lenocinii pœnam incurrere, exiſtimo. Siquidem is adulterium perpetrari non patitur, nec permittit, ſed potius contra voluntatem ſuam perpetratum remittit, & uxori adulteræ ignoſcit. Pœnam autem conſtitutam eſſe in eum ſolum, qui in adulterium uxoris conſentit, haud obſcurè colligitur ex vocabulo (williglich) quod habetur in *artic.122. Ordin.* Crim. *Carol.* Cui aſſentitur *gloſſ. germ. art.13.* Landrecht. *libr. 2. n.10.* in verb. und die in Ehebrecherey. Ibi: Von den Hanreyen/das iſt/von den Kuppelern oder Kuffern/oder die andere bey ihren Weibern ligen laſſen/&c.

Nec obſtat huic *l.2. lenocinij 2. l. mariti leno-*
cinium.29. ff. ad Leg. Jul. de adult. l. crimen lenoci- 33
nij. C. eod. tit. ubi lenocinii Reum ſe facere dici-
tur maritus paciſcendo, de adulterio & adulteram
mulierem in thorum viciſſim admittendo. *Si-*
quidem textus illi correcti & ſublati ſunt per *No-*
vell. 117. cap.8. Auth. ſed novo jure C. *ad Leg. Iul. de*
adult. ut rectè advertit *Bart. in dict. l.29. ff. ad Leg.*
Iul. de adult. Mauſer. *ad tit. de nupt. §. ſunt & aliæ.*
11. verſ. jam quæritur. pag.374.

34 Hocque eſt, quod in adulterio tranſactionem hodiè impunè fieri tradunt *Purpur. in l. tranſigere. n.71. C. de tranſact. Petr. Heig libr.2. qu. 29. n.79. Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſt.57. n.11.* Leges enim ac mores ſuum habent ævum ac fatum, unde fit, ut quod quandoque inhoneſtum viſum eſt, deinde honeſtè fieri putetur, *dict. Auth. ſed novo jure. C. ad Leg. Iul. de adult. l. crimen. c. eod. tit. Nicol. Boer. deciſ.298. Cujac. lib.6. obſervat.15. Gramm. deciſ.3.*

35 *Quemadmodum etiam ſuper hoc caſu conſulti reſpondimus verſus* Querfurt: Hat ein Eheweib/ von welcher eure Frage meldet/ mit einem ledigen Geſellen fleiſchlichen zugehalten/ und geehebruchet/ ob nun wol dero Ehemann/ als er ſolches erfahren/ daſſelbe gerichtlichen nicht geklaget/ſondern mit dem Ehebrecher ſich verglichen/*tranſigiret*, und den Ehebruch verſchwiegen/&c. So mag er doch dahero/ bevorauß/weil er ſeines Weibes Verbrechung niemahls gebilliget/ oder wiſſentlichen geſchehen laſſen/ſondern vielmehr durch ſcharffes Zureden/dieſelbe davon abgehalten/der Kuppeley nicht beſchuldiget/ noch mit der Straffe/ ſo vermöge Churfürſtl. Sächſ. *Conſtitution* wider die jenigen/ ſo ihre Eheweiber verkuppeln und *proſtituiren*, geordnet/nicht belegt werden/ V.R.W. *Ad quæſtionem Martini Logaſti LL. Studioſi Menſe Febr. Anno 1626.*

Q.5. Quomodo puniatur lenocinium in parentibus & conjugibus abſq; ſpe alicujus lucri commiſſum?

36 Econtra *limitatur quoq; hæc ſanctio* certis quibusdam caſibus. *Primò*: ſi parens filiam, aut maritus uxorem, non quæſtus aut lucri cauſa, ſed ex magna quadam levitate proſtituat, & ſtuprari vel adulterari permittat.

Lenones ſiquidem de jure Civili gravi affi-
ciuntur pœna propterea, quod turpem quæſtum
faciunt & accipiunt, *Novell.14. poſt pr. verſ. &*
omnem quæſtum miſerabilem, &c. Unde ſequi-
tur à contrario ſenſu, ſi nullum quæſtum faciant, 37
eos mitius puniendos eſſe, *Jacob. Menoch. de arb.*
jud. quæſt. lib.2. cent.6. caſ.534. n.8. Proſp. Far. part.
5. oper. crim. quæſt.144. n.68.

Proinde ſufficere videtur hoc caſu fuſtiga-
tio cum perpetua relegatione. Quam etiam 38
expreſſis verbis ſtatuit in parentes & maritos
hoc caſu, D. Auguſt. Elect. Saxon. *in Conſtit.*
29. p.4. §. Wo aber. ibi: Wo aber ſolches nicht
umb Geldt oder Genieſſes willen geſchehen/ ſoll
Er mit Staupenſchlägen des Landes verwieſen
werden/&c. Et in *Ordin. Eccleſ. tit.* von Eheſachē/
rubr. von Straffe der Vnzucht und des Ehe-
bruchs/ §. Würde aber ein Ehemann/*verſ.* oder
da ſolches nicht Geldes. Eademque pœna re-
petitur in *Edicto Electorali de Anno 1609. §.* Vors
dritte/da ein Ehemann. Et *Ordin. matrim. de Anno*
1624. punct.4. §. Würde aber/*verſ.* oder da es nicht
umb Genieſſes/&c.

Secun-

39 *Secundum hanc Conſtitutionem dictavimus matri cuidam, filias ſuas proſtituenti, pœnam fuſtigationis cum perpetua relegatione. Ad requiſitionem Prætoris Lipſenſis. Menſ. Iulio, Anno 1627.*

Q. 6. *Pœna parentum filios ſcortari permittentiū?*

40 *Secundò limitat.* Ut pœna Conſtitutionis tantummodò locum habeat in parentibus, filias proſtituentibus, ſecus ſi hi filios ſuos ſcortari patiantur, neque hoc impediant, ſed potius adjuvent.

41 *Tùm*, quod Conſt. Elect. *29. part. 4.* de lenocinio ſolùm agat, ut apparet ex *rubr. dict. Conſt.* **von Straff deß** Lenocinii, proſtitution **und Kuplerey ehelicher und lediger Perſonen.** Sed lenocinium propriè dicitur quæſtuarias fœminas habere, in illiſque quæſtum exercere, *l. athletas.* §. *ait Prætor. in pr. ff. de his qui not. infam. l. mariti lenocinium. §. plectitur. ff. ad Leg. Iul. de adul. l. palam. §. 7. ff. de rit. nupt. Hoſtienſ. in ſummar. de adult. 14. Berber. in pract. part. 1. rubr. 2. de adult. & ſtupr. n. 18. in fin. Aug. ad Ang. Aret. in tract. maleſ. in verb. che hai adulterato la mia donna. n. 69. Iod. Damh. in prax. rer. cr. cap. 91. nu. 1. Proſp. Far. part. 5. oper. crim. quæſt. 144. n. 17. Pet. Greg. in ſyntagm. jur. univerſi lib 36. cap. 11. n. 2. Iac. Menoch. de arb. jud. quæſt. lib. 2. cent. 6. caſ. 534. n. 3 & 4. Ludov. Peguer. deciſ. crim. 15 n. 1. Vinc. de Franch. part. 1. deciſ. 68. nu. 1.* Quod, cum de parentibus, filios ſuos ſcortari ſcientibus & permittentibus, aſſeri nequeat; utique nec hi lenocinium propriè committunt, neque pœnam Conſtitutionis incurrunt.

42 *Tùm*, quod pœna prædicta ſolùm in eos ſtatuta reperiatur, qui liberos ſuos aliorum libidinibus proſtituunt, *in verb. d. Conſt. 29.* **Jemand zu Ehebruch oder Vnzucht proſtituiren würden/ꝛc.** Atqui ſolùm filiæ & mulieres dicuntur proſtitui, non etiam filii ac viri.

43 Quamvis non negem, parentes conſentientes in fornicationem ac ſcortationem filiorum, quos ad morum puritatem, vitæque innocentiam educare, & edocere deberent, hancque juvantes, arbitraria aliqua pœna, pro ratione circumſtantiarum, eſſe plectendos.

44 *Ideoque matri cuidam, filium cum ancillis ſuis concumbere permittenti, temporalem relegationem in Scabinatu Elect. fuiſſe dictatam, memini in hunc modum:* **So viel aber die Mutter anlanget/dieweil ſie die Vetteln in ihrem Hauſe uffgehalten/und ihren Sohn mit denſelben Hurerey treiben laſſen/ Als mag ſie derowegen/ jedoch wann die zwo abgehörte Zeugen ihre Auſſage eydlichen widerholen/ uff drey Jahr deß Landes verwieſen werden/ V. R. W.** *Prætori & Scabinis Dresdenſib. Menſ. Dec. An. 1628.*

45 *Tertiò, limitatur* in aliis perſonis cognatis & conſanguineis, qui parentes & conjuges non ſunt.

Arbitrantur enim quidam, ad hunc caſum alias quoque perſonas referendas eſſe; ut nutrices, puellas ſuæ cuſtodiæ commiſſas proſternentes. *Proſp. Far. d. quæſt. 144. nu. 20. Matth. Berlich. part. 5. concl. 40. num. 12. Iac. Menoch. lib. 2. arb. jud. quæſt. cent. 6. caſ. 534. n. 32. Petr. Greg. in ſyntag. jur. lib. 36. cap. 11. nu. 6.* Fratres ſollicitantes ad ſtupra ſorores ſuas. *Far. dict. quæſt. 144. nu.* 58. *Petr. Caball. in reſol. crim. caſ. 171. nu. 2. cent. 2.* Item Tutorem, pupillam ſuam aliorum libidinibus proſtituentem, *Chaſſan. ſup. conſuet. Burgund. rubr. 1. §. 5 nu. 34. Dom. Card. Tuſch. tom. 5. pract. concl. verb. Lenocinium. concl. 290. nu. 10. Iacob. de Bellov. in pract. crim. lib 1. cap. 9 nu. 8.* Nec non omnes, qui parentum loco habentur, cognatas ſuas fœminas aliis ſtuprandas vel violandas ſubjicientes, *Petr. Caball. dict. caſ. 171. nu. 8. Berl. dict. concl. 40. num. 15.*

46 Sed nimis durum hoc mihi videtur. Præterquam enim, quod nullibi pœna mortis in lenones ac lenas, cognatas, & ſanguine ſibi conjunctas perſonas aliorum libidinibus proſtituentes, conſtituta reperiatur; non modo *Ord. Imp. Caroli V. art. 122.* ſed & *Conſt. Elect. 29. part.* 4. expreſſis verbis loquitur ſolùm de parentibus & maritis, qui liberos & uxores proſtituunt; **So jemand ſein Weib oder Kinder/ꝛc.** Prædictæ autem perſonæ propriè parentes non ſunt, licet illorum loco habeantur. Igitur nec de iis Sanctio Carolina & Conſt. Elect. accipi debet: ſiquidem in pœnalibus extra proprietatem verborum extenſio facienda non eſt, *l. interpretatione. 42. ff. de pœn. l. 1. §. 20. verſ. in re igitur dubia. ff. de exerc. action. c. odia. de reg. jur. in 6to.* Quod eò magis hîc verum eſt, quia Co*nſtit. Elect. 29.* alias perſonas præter parentes & conjuges ab hac diſpoſitione manifeſtiſſimis verbis excipit, *in §. fin.* **Würden auch andere Perſonen auſſerhalb der Eheleute und Eltern.**

47 *Quartò limit.* Ceſſat quoque pœna Conſtitutionis, ſi lenocinium tantùm fuerit intentatum, ſed effectus non ſecutus: veluti, ſi quis filiam aut uxorem ad ſtuprum vel adulterium ſollicitat, quod tamen impetrare nequit. Tunc enim is non ordinaria, ſed extraordinaria quâdam pœna affici debet; juxta *l. 1. §. qui puero. 2. in pr. ff. de extraord. cr. Proſp. Far. part. 5. oper. cr. quæſt. 144. n. 33. Pract. Conr. Rubr. de Lenonib. n. 5. Ant. Gom. ad l. tauri. 80. n. 74. Matt. de Afflict. in* Co*nſt. Regn. rubr. de lenon. 49. nu. 2. Foll. in pr. part. 2. verb. item quod fuit Leno. nu. 31.* Iac. *Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quæſt. cent. 6. caſ. 534. n. 48. Petr.* Ca*b. in reſol. cr. caſ. 171. nu. 15.*

Q. 7. *Pœna conatus in lenocinio.*

48 Nam & aliàs de conſuetudine generali, conatus ſive attentatum alicujus delicti pœna ordinaria non coërcetur, niſi ſequatur effectus, ut *Dd.* communiter atteſtantur, quos allegat *Iul. Clar. in pr. §. fin. quæſt. 92. n. 1. Proſp. Far. part. 5. oper. cr. quæſt. 124. n. 78. & ſeqq.* Quam conſuetudinem generalem eſſe, & non indigere probatione, dicit *Bald in l. 3. fugitivi. n. 3. in fin.* C. *de ſerv. fugitiv. Andr. Tiraq. de pœn. tem. cauſ. 37. nu. 13. Ioh. Schneid. in §. ead. leg.* I*nſt. de publ. jud. Nic. Renſ. lib. 2. dec. 21.* Eamq; niti æquitate, quæ ubiq; ſervanda eſt, teſtatur *Did. Covarr. in Clem ſi furioſus. part. 2. §. initium. nu. 6. verſ. tertiò eſt omninò conſiderandum, de homic. Viv. opin. 822. nu. 3. Ant. Gom. de delict. c. 3. rub. de homic. n. 30.*

49 Quam conſuetudinem maximè probat Jus Saxon. *in cap. 39.* **Lehenrecht.** ibi: **Es geſchicht**

an willen noch an ſchlechten Worten keine Gewalt/wenn keine That darnach folget. Unde in genere tradunt Practici juris Saxonici, etſi lex Civilis puniat conatum, tamen jus Saxonicum ſolummodò punire eventum, *Matth.* W*eſembec.part.3.conſ.*114*.nu.33. & in paratit.ff. ad Leg. Iul.de adult. nu.5. & ad Leg. Pomp. de parricid. nu.7.Petr.Theodor.in* Colleg. *Crim. diſput.7. theſ. 6.lit.B.*

50 Ex hiſce decidenda eſt quæſtio hæc: *An pœnâ mortis affici debeat parens aut maritus, filiam aut uxorem proſtituens, turpis quæſtus cauſa, ex quo Lenocinio tamen præter ſpem nihil prorſus lucratur?* Veluti, ſi maritus ſollicitet uxorem ad adulterium eâ intentione, ut ſi adulterum in ipſo delicto deprehendat, pecuniam ab eo extorquere poſſit, adulter autem deprehenſus aufugiat, aut pecuniam marito dare nolit: *qualis caſus ante triennium ad noſtrum* Collegium *fuit tranſmiſſus.*

51 Ubi prima fronte exiſtimari potuiſſet, maritum à pœna mortis *in Conſtit.Elect.29.part.4.* definita nequaquam liberandum eſſe; quia adulterium fuerat perpetratum, & lenocinium omni ex parte conſummatum, perinde ut in ſimili, latrocinium dicitur perfectum ac conſummatum, homicidio perpetrato ſub ſpe alicujus lucri, ut maximè hoc deficiat, nihilque Latro poſtea lucretur, ut dictum *part.1.quæſt.22. num.47.*

52 Sed viſa fuit Dominis hoc caſu ſufficiens pœna fuſtigationis, cum perpetua relegatione. Etſi enim negari non poterat, maritum ſub ſpe alicujus quæſtus uxorem ſuam proſtituiſſe; & ad adulterium ſollicitaſſe; ex adverſo tamen conſiderabatur & hoc, quod maritus nil prorſus ex lenocinio lucratus fuiſſet, quod tamen ad hoc, ut pœna gladii locum habeat, requirere videtur, *Conſt.Elect.* **So ſoll der/ ſo ſich ſolches Gewinſt oder Nutzes gebraucht/ wegen dieſes** Lenocinii **und Mißhandlung mit dem Schwerdt geſtrafft werden:** Quod & iisdem ferè verbis exprimitur in *Ord.Eccleſ.tit.* **Von Eheſachen/** *rubr.* **Von Straffe der Vnzucht und deß Ehebruchs/ §. Würde aber.** *& Ord.Matrim.punct.4.§.* **Würde aber ein Eheweib.** Quæ certè verba ipſummet lucrum atque effectum, non ſolam ſpem quæſtus denotant. Hæcque interpretatio eò magis recipienda videtur, quo benignior eſt hæc ſententia, quæ in pœnalibus ſemper apprehendenda, *l.32.l.42.ff.de pœn.*

53 *Sententiam hiſce verbis concepi:* **Hat itzo gedachter** G.G. **als er dem Scharffrichter vorgeſtellt worden/geſtanden und bekant/ daß er ſeinem Weibe mit** C.E. **ſich fleiſchlichen zu vermiſchen/ und die Ehe zu brechen geheiſſen/damit er Geld von ihm bekommen möchte/mit dieſen Worten/ thue es jmmer/ daß wir auch reich werden/ Er habe auch nachmals von** C.E. **als er ihn bey ſeinem Weibe ergrieffen 20. Reichsthaler gefordert/ in Willens ſolch Geld mit ſeinem Weibe zu verzehren/ oder mit ihr nach Mügeln zu ziehen/ denn ſie vorhabens geweſen/ allda einen Kram anzufangen/ weil aber** C.E. **ihme nichts geben wollen/ hette er ihm getrohet/ den Ehebruch zu offenbaren/ꝛc. So wird** *Inquiſit* G.G. **ſolcher ſeiner Verbrechung wegen/ geſtalten Sachen/ nach außgeſtandener Leibesſtraffe/ zugleich neben ſeinem Weibe** C. **wegen ihres begangenen Ehebruchs deß Landes ewig verwieſen/ V.R.W.** *Ad requiſitionem Quæſtoris* **in Lauchſtedt.** *Menſ.Novembr.Anno* 1628.

Hæc autem pœna, de qua hactenus dictum, 54 ipſos ſolùm parentes & maritos lenones concernit. Quoad filias verò & conjuges proſtitui ſe paſſas, tenendum, eas pœna teneri illa, quæ adulteris & ſcortis definita eſt: nimirum, ut adulterio commiſſo pœna adulterii ordinaria, in ſtupro verò aut fornicatione, pœna carceris, vel relegationis obtineat. Lenocinii ſiquidem crimen, à parentibus & maritis ſolùm hoc caſu committitur, quoad perſonas verò proſtitutas in hiſce delictum adulterii, ſtupri, aut fornicationis remanet, & in lenocinium non incidit, igitur nec pœna lenocinii iisdem eſt infligenda.

Prout clarè diſponitur in *Conſtit. Elect.29.§.* 55 **Wo aber ſolches/** *verſ.* **Vnd die Perſon/** *p.4.* ibi: **und die Perſon/ ſo ſich zu ſolcher Schande verkuppeln läſſet/ wo ſie ehelich/ ſoll/ wie oben von dem Ehebruch geſetzt/geſtrafft werden. Wo aber beyde Perſonen ledig/ ſollen ſie nach Gelegenheit willkührlich mit Gefängnüs/ oder mit Verweiſung belegt werden.**

Q. 8. Quæ ſit pœna lenocinii in extraneis perſonis?

ALTER CASUS EST: Si præter parentes 56
& conjuges alii fœminas extraneas quæſtus cauſa ad ſtupra & adulteria ſollicitent, aliorumque libidini proſtituant, & lenocinium exerceant. Quorum pœna de jure Civili etiam eſt ultimum ſupplicium, *Novell.1.C.§.præconizamus.verſ.om-*
nia noviſſima.l.1.§.qui puero.2.verſ.quidvè impu- 57
dicitiæ ff.de extraord.crim.Iac.Cujac.lib.3.obſerv.36.Iul.Clar.lib.5.ſent.quæſt.68.nu.23.in pr. Iodoc. Damhoud.in prax.rer.crim.cap.91.nu.4.Ludov.à Peguer.deciſ.crim.15.nu.10.verſ.tamen ſcias. Petr. Caball.*in reſol.crim.caſ.171.nu 4.Matth.Berlich. part.4.concl.40.n.59.Foller.in pract.crim.in verb. item, quod fuit Leno.nu.32.Petr.à.Plach.in epitom. delictor.lib.1.cap.10.nu.15.Petr.Greg.in ſyntag.jur*
lib.36.cap.11.nu.3. Hoc eſt, quod dicitur in *l.qui* 58
domum 8.l.mariti.29.ff.§.2.l.mater.10.§.1.ff.ad Leg.Iul.de adult.l.auxilium.37 §.pen.ff de minor. Lenonem quaſi adulterum eſſe puniendum: Adulterii ſiquidem pœnam hodiè capitalem eſſe, dubium non eſt, ob textum in *l.quamvis.30.in fin. & Auth.ſed hodiè. C.ad Leg. Iul. de adult. Novell.134.cap.10.*

Quamvis hæc pœna, utpote nimis ſevera ab 59 aula receſſit, lenones pro variis locorum conſuetudinibus hodiè arbitrariè puniantur, teſte I*od. Damhoud.in prax.rer.crim.cap.91.num.8.* ubi lenones nunquam pœna ultimi ſupplicii, ſed vel exilio civitatis, vel Regionis, aut theatrali inſtallatione, aut virgarum flagellationibus, aliisvè pœnis ſimilibus, citra mortem fuiſſe affectos, ait *Iul.Clar.lib.5.ſent.§.fin.quæſt.68.nu.23.verſ.ſed de conſuetud.*Iac.*Menoch.de arbit.jud.quæſt.lib.2.cent.6.caſ.534.nu.42.Anton.Gom.in l.tauri.80. nu.73.Matt.Steph.ad art.122.Ord.Crim.Carol. Lud.à Pegu.d.dec.15.nu.13.*

Sicuti & in Imperio Romano-Germanico, 60 hac pœna abrogata, Lenones, quorum ope & opera ſtupra atque adulteria conciliantur &

committuntur, pro delicti qualitate arbitrariè, vel exilio, pro numellis exhibitione, aurium mutilatione, vel fuſtigatione coërceri jubet *Ord. Crim. Carol. V. Imper. art. 123.* ibi: Nachdem zum öfftern mahl die unverſtändigen Weibesbilder / und die unſchuldigen Mägdlein / die ſonſt unverleumbte ehrliche Perſonen ſeyn / durch etliche böſe Menſchen / Mann / und Weiber / böſer betrieglicher Weiſe / damit ihnen ihre Jungfräwliche oder Fräwliche Ehre entnommen / zu ſündlichen / fleiſchlichen Wercken gezogen werden / dieſelbigen boßhafftigen Kupler / und Kuplerin / auch die jenigen / ſo wiſſentlichen / gefährlicher und boßhafftiger Weiſe ihre Häuſer darzu leyhen / oder ſolches in ihren Häuſern zubeſchehen geſtatten / ſollen nach Gelegenheit der Verhandlung / und Rath der Rechtsverſtändigen / es ſey mit Verweiſung deß Landes / Stellung an Pranger / Abſchneidung der Ohren / oder Außhauung mit Ruthen / oder andern geſtrafft werden.

61 Quod nec de conſuetudine Saxonica immutatum, tantum enim abeſt, in foro Saxonico pœnam mortis de jure Civili lenonibus determinatam, in uſum fuiſſe revocatam, ut præter parentes & conjuges, lenones lenasvè arbitrariè tantummodò puniri, expreſsè velit *Conſtit. Elect. 29 part. 4. §. fin.* Würden auch andere Perſonen auſſerhalb der Eheleute und Eltern / ihres Nutzes und Geldes halber / eine eheliche oder ledige Perſon verküppeln / die ſollen willkürlich / als mit Staupenſchlägen geſtrafft werden / da ſie es aber nicht Geldes oder Gewinſt halber gethan / ſollen ſie mit Gefängnüs oder Landsverweiſung / jedoch ohne Staupenſchlagen geſtrafft und beleget werden.

Veluti etiam hoc caſu cuidam lenæ, unà cum exhibitione pro numellis, perpetuam relegationem indicere non dubitaverunt Scabini. Ad requiſitionem Prætoris Lipſenſ. Menſ. Dec. An. 1616. Et ſimili in caſu, ad conſultationem Senatus Lipſienſis. Menſ. Septembr. Anno 1619.

62 Unde patet, in Saxonia pœnam Lenonum lenarumvè eſſe arbitrariam, vel fuſtigationis, vel carceris, aut relegationis, pro qualitate lenocinii, & arbitrio judicis. Quod tamen ita limitatum eſt, ut lenocinium turpis quæſtus cauſa exercitum, ſeveriori pœna, fuſtigationis cum perpetua relegatione regulariter coerceri debeat, prout, in dictanda pœna lenocinii, rationem lucri quæſiti potiſſimùm habendam eſſet, monet Reſcriptum Electorale *de Anno 1609.* §. Würden aber auſſerhalb. *Et Ord. matrim. de Anno 1624. punct.* 4. §. Würden auch *&c.* Et lenonibus ex lenocinio quæſtum facientibus, fuſtigationis pœnam infligere jubet verbis manifeſtis *Ord. Eccleſ. in tit.* Von Eheſachen / *rub.* von der Straff der Unzucht / und deß Ehebruchs *§. fin.* ibi: und da ſolche Verküppelung der Kopler Nutzes und Genieß halber geſchehen / ſie auch mit Staupenſchlägen zugleich ewig verwieſen werden.

63 Benè autem notandum eſt, verba *Conſt. Saxon.* eſſe indefinita ac generalia, unde ſequitur: *Primò*, quod iisdem quoque comprehendantur lenones lenævè, qui quævè fœminas non invitas, ſed volentes blandis verbis, promiſſionibus, muneribus, & aliis artibus ad ſtupra & adulteria inducunt & alliciunt, juxta *Novell. 14. verſ. præconizamus. poſt pr. ubi Gloſſ. in verb. invitam. verſ. Nam ſi vult. Jac. de Bellovìſ. in pract. crim. lib. 1. cap. 9. verb. Lenonem. num. 12. verſ. & tales Lenones. Proſper. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 144. num. 24. & ſeqq.*

Neque enim propterea lenones quæſtum facientes à pœna fuſtigationis eximuntur, ut reſponſum memini ad conſultationem Prætoris Lipſenſis, Menſ. Octob. An. 1629. 64

Secundò: parum quoque refert, an lenones puellas virgines, an verò publicas meretrices quæſtus cauſa proſtituant. Etſi enim *Duar. ad tit. ff. ad Leg. Jul. de adult. cap. 5. in fin. Iac. Menoch. lib. 2. arb. jud. quæſt. cent. 6. caſ. 534. n. 4. ſub fin. & Matt. Berl. part. 4 concl. 40. n. 74.* exiſtiment, Lenocinium tantummodò committere eos, qui puellas virgines proſtituunt, cum quibus ſtuprum committitur; unde ſequitur, Lenonem non eſſe, nec pœna lenocinii teneri, qui meretricem proſtituit, ut cum qua ſtuprum non perpetratur, *l. 6. §. 1. ff. ad Leg. Jul. de adult.* pro qua ſententia videtur facere, *art. 122. Crim. Carol.* in verb. Die unverſtändigen Weibsbilder / und die unſchuldige Mägdlein / die ſonſten unverleimbte / ehrliche Perſonen ſind / ꝛc. 65

Q. 9. An proſtituens meretricē vulgarē, pœnam lenocinii incurrat?

Contrarium tamen aſſerere haud vereor: *tùm* ob verba generalia *Conſt. 29. p. 2.* eine eheliche oder ledige Perſon verkuplen: quibus etiam meretrices comprehendi, negari nequit. 66

Tùm, quod lenocinium exercere dicitur is, qui fœminas quæſtuarias, h. e. vulgares & meretrices habet, in illiſque quæſtum facit, *l. athletas. §. ait Prætor. in pr. ff. de his qui not. infam. l. mariti lenocinium. 29. § plectitur. ff. ad Leg. Jul. de adult. l. palam. §. 7. ff. de rit. nupt.* 67

Tùm, quod nullibi magis quam in lupanaribus lenocinium exercetur, ubi tamen virgines rariſſimè inveniuntur ac proſtituuntur.

Quamvis non negem, gravius delinquere Lenonem, ſollicitantem ad ſtuprum puellam quandam virginem, quam proſtituentem ac vendentem meretricem. Ob quam cauſam forſan Imp. Carol. V. *in d. art. 123.* puellarum honeſtarum mentionem facit, earumque ſortem potiſſimùm deplorat: quamvis & vulgares fœminas ſanctione illa ſimul comprehendi jubet. 68

Veluti etiam reſponderunt Scabini ad conſultationem Prætoris Lipſenſis: So wird die gefangene *N. N.* derowegen / daß ſie umb ſchnöden Genieß willen Mannsperſonen gewiſſe Huren verkuplet und zugeführet / öffentlich billig zur Staupen geſchlagen / und nach außgeſtandener Leibsſtraffe deß Landes ewig verwieſen. V. R. W. *Menſ. Octobr. An. 1627. Et Menſ. Iul. 1627.* 69

Tertiò: neque à pœna hac ſeſe liberare poteſt Leno, prætendens ſummam inopiam, & quod non habuerit, unde ſe ſuosque ſuſtentare potuiſſet. Non enim ignoſcendum eſt ei, quæ obtentu paupertatis turpiſſimam vitam elegit, inquit *ICtus Ulpian.* de meretricibus & 70

Q. 10. Nū paupertas & inopia lenonem à pœna excuſet?

Lenonibus diſſerens in *l. palàm 43. §. non eſt ignoſcendum. 5. ff. de rit. nupt.* Unde etiam fit, quod nec meretrix ipſa ob famis neceſſitatem à pœna fornicationis excuſetur. *Didac. Covarr. in relect. c. peccatum. de reg. jur. in 6to. §. 1. nu. 5. Iac. Menoch. dict. cent. 6. caſ. 534. n. 15. Philipp. Dec. in l. quæ propter. ff. de reg. jur. nu. 5.*

71 *Secundum ea reſpondimus Prætori Lipſenſi, hiſce formalib.* Hat *N. N.* bekant / daß er unterſchiedene ledige Perſonen / auch Eheleute in ſeinem Loſament wiſſentlich Hurerey und Ehebruch treiben laſſen / er habe bißweilen ein bißgen Eſſen davon gehabt / manchmal hab er auch nichts / manchmal hette er ein halben oder ein Thaler davon bekommen / und es darumb gethan / daß er ſich / ſein Weib und Kinder verſorgen / und ihnen Eſſen darfür ſchaffen können / *&c.* So wird er wegen ſolcher ſeiner vielfaltigen verübten Kuppleren / daran er ſonderlich ſeinen Gewinſt gehabt / im Gefängnüs ziemlicher maſſen mit Ruthen gezüchtiget / und deß Landes ewig verwieſen / V. R. W. *Menſ. Octob. An.* 1627.

Q. 1. Quid ſi Leno non ſemel Lenocinium exercuerit?

72 *Quartò*: Licet quidam opinentur, à pœna ordinaria excuſari Reum, ſemel tantùm Lenocinium exercentem, & ad hoc ut quis Leno dicatur & puniatur, requiri conſuetudinem ſaltem per duos actus & vices, *Iod. Damh. in prax. rer. cr. c. 91. n. 5. Iac. Menoch. lib. 2. arbit. jud. quæſt. cent. 6. caſ. 534. n. 48. Petr.* Cab. *in reſol. cr. caſ.* 171. *nu. 12. Foll. in pract. cr. p. 2. verb. item quod fuit Leno. n. 37 Lud. Gilhauſ. in arbor. jud. cr. tit. 20. c. 2. n. 4. Vinc. de Franc. dec. 68. n. 1.* Quam ſententiam *Matt. Berl.* eatenus admittit, ſi quis ſine quæſtu Lenocinium exercuerit, *p. 5. concl. 40. nu. 77.*

73 Contrarium tamen mihi verius videtur; quia hæc limitatio & diſtinctio nullibi fundata eſt, ſed tam *Ord. Cr. art. 122.* quàm C*onſt. Elect. 29. p. 4. aliæq; Ord. Sax.* generaliter loquuntur, & Lenones indifferenter & abſq; reſpectu an ſemel, bis, aut pluries deliquerint, puniri jubet.

74 *Quemadmodum etiam Scabini ob lenocinium ſemel abſq; ſpe lucri & quæſtus exercitũ, pœnã relegationis perpetuæ dictare non dubitaverunt, in hunc modum reſpondentes:* Hat die gefangene *E. I.* bekant / daß ſie *V. M.* wie dieſelbe noch unverehligt geweſen / einen vom Adel / ſo ein Ehemann geweſen ſeyn ſoll / zugeführet / daß er in ihrem der Tiſcherin Loſament / in ihrem eigenen Bette / mit bemelter *V. M.* Hurerey und fleiſchliche Unzucht getrieben / und daß ſie ſolches mit einer andern ledigen Bürgers Tochter auch vorgehabt / und dieſelbe mit ihr auff ein Dorff zu gehen / überredet / welche ihr aber / da ſie es gemerckt / entlauffen / *&c.* So wird *Inquiſitin* von wegen ſolcher ihrer verübten Kuppleren / und ärgerlichen Beginnens / mit Vorbewuſt und Bewilligung der hohen Obrigkeit / deß Landes ewig billig verwieſen / V. R. W. *Senatui in* Croſſen. *Menſ. Auguſt. Anno* 1609.

QVÆSTIO LXXII.

De Crimine Inceſtus, & in ſpecie de pœna Inceſtus commiſſi inter Aſcendentes & Deſcendentes.

SUMMARIA.

1. *Quidnam ſit inceſtus & quomodo committatur?*
2. *Inceſtus crimen atrox & horrendum eſt.*
3. *De pœna Inceſtus Dd. non conveniunt.*
4. *Inceſtus pœna num eadem ſit quæ adulterii? nu. 5. 6. 8. 9. 10.*
7. *Non ſemper tutũ eſt communi opinioni inhærere.*
11. *In crimine Inceſtus ſecundum Conſtitutionem Electoralem etiam pronunciandum eſt extra Electoratum.*
12. *Quod & verum in adulterio cum inceſtu commiſſo, nu. 14. 15. 16.*
13. *Sententia Scabinorum Lipſienſ.*
17. *De jure communi, Inceſtus cum adulterio commiſſus, non punitur ultimo ſupplicio, n. 18.*
19. *Diverſimodè Inceſtus committitur.*
20. *Inceſtus inter aſcendentes & deſcendentes commiſſus vocatur coitus nefarius.*
21. *Hujus delicti ſuppliciũ eſt gladii pœna n. 22. 23. 24*
25. *Etiam in fœminis inceſtuoſis, nu. 26. 27.*
28. *Inceſtus inter aſcendentes & deſcendentes jure Gentium eſt prohibitus.*
29. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n. 30.*
31. *Eadem quoque pœna obtinet in avo & avia, nec non nepote ac nepte, &c. nu. 32.*
33. *Liberorum appellatione veniunt etiam nepotes, ſicuti & patris ac matris nomine avus & avia comprehenduntur.*
34. *Inceſtus inter parentes & liberos naturales commiſſus, mortis pœna vindicatur, 35. 37.*
36. *Ob naturalem cognationem inter parentes & liberos, fratres & ſorores, matrimonium eſt prohibitum.*
38. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
39. *In crimine Inceſtus, cum adulterio commiſſi inter aſcendentes & deſcendentes, non eſt locus remiſſioni conjugis, nu. 40. 41.*
42. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
43. *Mitiganda non eſt pœna inceſtus, licet mater aut filia, antea quoq; vixerit more meretricio nu. 44. 45.*
46. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſ.*
47. *Ob minorennitatem, ignorantiam, aliasvè cauſas probabiles pœna Inceſtus mitigari poteſt, n. 48.*
49. *Etiam in delictis atrociſſimis minori parcitur.*
50. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
51. *In crimine inceſtus ad mortis pœnam deveniendum non eſt, priusquam de confeſſione utriusque Rei conſtet.*
52. *In delictis carnis utriuſque Rei confeſſio repræſentat corpus delicti.*
53. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
54. *Pœna ejus, qui nutricem ſuam carnaliter cognoſcit. nu. 55.*
56. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
57. *Pœna cognoſcentis puellam, quam ex ſacro ſuſcepit baptiſmate, num. 58.*
59. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*

Simplici

1 SImplici ſtupro & fornicatione longè gravior eſt ſuo ſcelere INCESTUS: qui inter crimina venerea etiam refertur, & eſt coitus inter cõſanguineos vel affines, nequeuntes ex prohibitione juris matrimonium contrahere, *Bajard. ad Iul.* Clar. *lib. 5. ſent. §. inceſtus. num. 1. Petr. Greg. in ſyntag. jur. lib. 36. cap. 7. nu. 1. Jod. Damh. in prax. rer. cr. cap. 94. nu. 2. Petr. Cab. in reſol. cr. caſ. 200. num. 2. Matth. Steph. in not. ad art.* 117. *Ord.* Crim. *Carol.*

2 Quod crimen atrox & horrendum eſſe, nemo facilè negabit, adeò ut etiam gravius adulterio reputetur, *l. ſi adulterium cum inceſtu. §. ſtuprum. ff. ad Leg. Jul. de adult. c. adulterii. 32. quæſt. 7. Gl. in cap. ſi clerici §. de adulterio. ext. de judic. Hoſtienſ. in ſum. de adult. num. 12. Proſp. Far. part. 5. oper. cr. quæſt. 149. nu. 1. Pract. Conr. rubr. de inceſtuoſ. nu. 13. & 14. Hartm. Piſt. obſerv. 192. nu. 7.* Et tales concubitus non ſolùm homines ratione præditi; ſed & bruta animalia deteſtantur & averſantur, *Ariſt. lib. 5. de hiſtor. animal. Plin. lib. 8. natur. hiſtor. c. 42. Joach. à Beuſt. in tract. connub. part. 2. c. 58. Nic. Boer. dec. 318. nu. 2. verſ. quod hoc in homine &c. Mod. Piſt. p. 2. quæſt. 92. nu.* 16.

3 Quamvis de pœna hujus criminis inter Dd. non ſatis conveniat, cum nec in Jure Civili, nec in Ordinatione Criminali Carolina certi quicquam de hac ſtatutum reperiatur. Licet enim *art. 117. Ord. Crim.* inceſtum puniri jubeat; attamen textus iſte tantùm de inceſtu commiſſo cum privigna, nuru, vel noverca, & ſic inter perſonas affinitate ſolùm, non etiam ſanguine conjunctas loquitur: niſi has quoque verbis illis (**in ſolchen und noch nähern Sipſchafften**) comprehenſas eſſe intelligamus. Neque *Ordin.* ibidem certam pœnam exprimit, ſed judicem ad jus Civile remittit.

4 Communiter autem tradunt *Interpretes*, eandem eſſe pœnam inceſtus, quæ adulterii, *Gl. & Bart. in l. ſi adulterium. cum inceſtu. 38. in pr. ff. ad Leg. Iul. de adult. Ang. Aret. in trac. malef. verb. che hai adulterato la mia donna. nu. 66. Paul. Chirl. de pœn. omnif. coit. lib. 3. quæſt. 3. Didac. Covar. in epit. ſponſ. part. 2. cap. 6. §. 8. nu. 2. Anton. Teſſaur. dec. 100. nu. 1. Proſp. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 149. nu. 7. Iac. Thoming. dec. 42. n. 3. Modeſt. Piſt. part. 2. quæſt. 92. nu. 1. Valent. Forſt. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 6. c. 49. nu. 6. verſ. hodiè inceſtus. Æg. Boſſ. in pract. cr. tit. de coit. damn. & pun. n. 4.*

Q. 1. *An inceſt⁹ mortis ſupplicio puniri debeat?*

5 Ex quo conſequitur, cùm ſecundùm jura noviſſima adulterium ultimo ſupplicio puniatur, adultera verò in monaſterium detrudatur, *quamvis. Auth. ſed hodiè.* C. *ad Leg.* Iul. *de adult. Novell. 134. c. 10.* pari quoque pœna inceſtum eſſe coercendum, *Nic. Boer. dec. 318.* Iac. *Menoch. de arbit. jud. quæſt. lib. 2. cent. 6. caſ. 502. nu. 34. & ſeqq. Iod. Damh. in prax. rer. cr. c. 94. nu. 3. Dan. Moll. ad* Conſt. *Elect. 22. & 23. nu. 2. p. 4.*

6 Eaque communis eſt *Doctorum* ſententia, quæ comprobari videtur ex *l. ſi adulterium. 38. in pr. ff. ad Leg. Iul. de adult. & l. miles.* 11. *§. militem. 1. ff. eod. tit.* ubi pœna adulterii inceſtus punitur. Nec mirum, cùm inceſtus non ſolùm æquale, ſed & gravius delictum ſit adulterio. At quod in uno caſuum à jure æquiparatorum ſtatuitur, id in alio etiam ſtatutum cenſetur, *Gl. in l. ſi quis ſervo. in verb. corrumpi. & ibi Bart. C. de furt. & in l. quod verò contra ff. de lib. Bart. in l. ut tantum. §. 1. ff. de ſerv. corrupt.*

7 Sed ſicuti non ſemper tutum communi opinioni, quæ non ſatis firmis rationib. nititur, adhærere, in pœnalibus præſertim, ubi de vita hominis agitur, *l. 1. §. ſed neque C. de vet. jur. enucl. c. capell. & ibi Dd. de fer. l. ſi quis.* C. *de condict. indeb. Iaſ. in Auth. noviſſima. nu. 22. C. de inoff. teſtam* ita nec hîc communem opinionem Evangelium, cui ſimpliciter credendum, nec inceſtum pœna mortis puniendum eſſe, dixerim, cum *Hart. Piſt. obſerv. 192 nu. 38. & ſeqq.*

8 *Tùm*, quia inceſtuoſis pœna capitalis in jure Civili nullibi definita eſt. Noſtrum verò non eſt, quempiam capitali pœna afficere, niſi id legibus expreſsè ſancitum ſit. Et licet inceſtus æquè grave ſit crimen ac adulterium; hujus tamen pœnam ad ſimile crimen nequaquam extendere licet; quia in pœnalibus diſpoſitionibus, ejusmodi extenſiones ratio juris non admittit, *l. ſi quis. §. Divus. ff. de relig. & ſumt fun. cap. diſpendia. & ibi* Ioan. *Andr. de reſcript. libr. 6. Bald. in l.* C. C. *de Sacroſ. Eccl.*

9 *Tùm*, ob text. in *l. ſi quis viduam. ff de quæſt.* ubi inceſtus cum ſtupro etiam commiſſus non majori pœna, quam deportatione punitur.

10 Neque opinionem communem juvat *l. ſi adulterium. 38. ff. ad Leg. Iul. de adult.* quæ hujus criminis Reos pœna adulterii affici jubet. *Expeditum* ſiquidem eſt de jure Digeſtorum, pœna capitis non fuiſſe punitum adulterium, aut certò rariſſimè, ſed tantùm deportatione, ut patet ex *d. l ſi quis viduam. l. 13. ff. de his quæ ut indign. ubi Gloſſ. & in l. 4. §. adulterii. ff. de re militari. Raphael. Cuman. conſ. 154. Andr. Tiraquell. de leg. connub. l. 13. nu. 19. gloſſ. 1.*

11 Quapropter, cum in locum deportationis, quæ in uſu eſſe deſiit, ut notat *gloſſ. in §. relegati, Inſtit. quib. mod. patr. poteſt. tollat.* virgarum pœna ſucceſſerit; exiſtimat *Hartm. Piſtor. dict. obſerv. 192. num. 54.* Inceſtuoſos homines virgis cædendos, & hoc caſu ſecundum *Conſtit. Elect. 24. part. 4.* etiam extra territorium Electorale pronunciandum eſſe.

12 Quod & adulterio cum inceſtu ſimul commiſſo verum eſſe putat. Licet enim clara ſint verba *l. 5. adulterium. 38 in pr. ff. ad Leg. Iul. de adult.* quibus ſimpliciter pœna adulterii Reis inceſtuoſis determinatur; Undè vulgò concludunt *Dd.* hoc caſu pœnam gladii etiam in fœmina obtinere, *Matt. Col. part. 1. deciſ. 174. nu. 1. Ioh. Schneid. ad tit. Inſt. de nupt. rubr. de illic. nupt. num. 12.* Iod. *Damh. in prax. rer. cr. cap. 94. nu. 4. & 5. Matt. Steph. ad art. 117. Ord. Cr. Carol. Nic. Boer. dec. 318. nu. 5. Iac. Menoch. lib. 2. arbit. jud. quæſt. caſ. 502. num. 31. Teſſaur. deciſ. 190. nu. 3.*

13 *Veluti etiam Scabinos veteres extra Electoratum in hunc modum reſpondiſſe, reperio:* **Hat die Frau von Adel/ von der eure Frage meldet/ in gut m**

bekant/daß ſie in ſtehender Ehe mit ihres Ehemans Großvattern Bruders Sohne/ auch einem Ehemanne/ deßgleichen mit zweyen eheleiblichen vollbürdigen Brüdern/ und als ſie deßwegen zur Hafft genommen worden / auch mit dem Kercker oder Stockmeiſter/den ſie ewrem Anzeigen nach / durch Vntergrabung einer Schwellen/ zu ihr hinein gebracht/ fleiſchliche Vnzucht geübet / und geehebruchet; Da ſie nun uff ſolchem ihrem gethanen Bekäntnüs vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten/wie recht/ überwieſen würde / ſo möchte ſie wegen ſolcher begangenen und bekanten Verbrechung/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtrafft werden/V.R.W. *Pragam, ad requiſitionem Capitanei. Menſ.Ian. An.*1584.

14 Rectius tamen poſtmodum informati Domini Scabini de jure communi, inceſtum unà cum adulterio commiſſum, eo caſu, quo aliàs de jure Civili pœna mortis in adulterio non obtinet, utpote in adultera aut marito ad ſolutam prolapſo, gladii ſupplicio nequaquam puniendum eſſe, arbitrati fuere, dictantes utrique Reo pœnam virgarum & relegationis, referente *Hartman.Piſtor.obſervat.182.num.59.* ubi hanc ſententiam approbat & defendit, cui & lubens ſubſcribo.

15 Non enim ex *dict. l. ſi adulterium cum inceſtu. ff.ad Leg.Iul. de adult.* pœna capitis defendi poteſt, ut antea demonſtravi; ſiquidem tunc temporis de Jure Digeſtorum adulterium non niſi relegatione, vel deportatione punitum fuerit, ut manifeſtè colligi poteſt ex *l.§.adulterii.7.ff. de re milit.l.13.ff.de his qui not.infam.l.6.ff. de divort. l. 11.in pr.ff.ad Leg.*Iul.*de adult.l.7.in fin.ff. ad Leg. Iul.majeſt.Paul.2.ſent.26.§.adulterii.13.l.14.ff. de teſtib. Matth.*W*eſemb.in parat.ff. ad Leg. Iul. de adult.nu.19.Henning.Arnis.de jur.connub.cap 5. ſect.*8*.nu.23.& ſeqq.Petr. Heig. part.2. quæſt. 29. nu.47.& ſeqq.Ioh Harppr.ad §.item Lex Iul.4.n. 18.in fin.Inſt.de publ.jud.Ioh.Zang.de quæſt.& tort. cap.5.nu.63. Matth.Berlich.part.4. concl.27.n. 16.*Iul.*Clar.lib.5.ſent.§.adulterium.nu.7.verſ. de jur. autem civili. Auguſt. Bonfranc.in addit. ad Ang.Aret.in tract. malef. verb. che hai adulterato.n.44. verſ. item ſecundum jus Digeſtor. Proſp. Farin.part.5.oper.cr.quæſt.140.n.13. Andr.Tiraq. de leg.connub.in leg.13. Iac. Menoch. de arbit. jud. quæſt.lib.2.cent.5.caſ.419.nu.31.& ſeqq.*

16 Ut maximè ergò quis conceſſerit, inceſtum cum adulterio commiſſum adulterii pœna coërcendum eſſe; exinde tamen mortis pœna haud obtineri poterit, idque eo minus, quod adulterium cum inceſtu commiſſum tantùm deportatione puniri velit J. C. Marcian.in *l. ſi quis viduam.5.ff.de quæſt.* Cui reſponſo Marciani tamdiu inhærendum, donec contrarium ex jure Civili expreſsè probetur: quod abſque dubio nunquam fieri poterit.

17 Stat ergò ſententia, quod de jure communi nullo modo inceſtus, ne quidem cum adulterio commiſſus (excepto eo caſu, quo etiam de jure Civili adulterium ultimo ſupplicio punitur) pœna mortis coerceri debeat. Quam ſententiam, ut mitiorem & veriorem conſectandam & extra Elect. Saxo. ſecundam eam pronunciandum eſſe, nullus dubito.

18 Cui etiam adſtipulari videtur *Modeſt. Piſtor. part.2.deciſ.92.* reſtringens tamen hanc ſententiam ad collaterales. Nam inceſtus, qui inter aſcendentes & deſcendentes committitur, graviori dignus eſt pœna, utpote Jure Gentium prohibitus, *l.fin.ff.de rit.nupt.* Ideoque hoſce inceſtuoſos gladii pœna plectendos eſſe putat, allegans *ſententiam, in Scabinatu Electorali latam ante* Con*ſtitutiones editas Anno 1563. Menſ. Ian. dict.quæſt.92.nu.23.* Cui non multum repugno, præſertim cum videam, legibus Moyſis *Lev.20. verſ.14.* pœnam ignis tam nefando facinori fuiſſe impoſitam.

19 Convenit ergò in hoc quoque jus commune cum *Conſtit. Elect.* ut ſic judex in puniendo crimine inceſtus, tam inter aſcendentes, deſcendentes, & collaterales commiſſi, extra Electoratum quoque pronunciando, ſecundum *Conſt.Saxon.* à via veri neutiquam aberret. Quia verò in foro etiam Saxonico pœna hujus delicti uniformis non eſt, ſiquidem nec inceſtus uniformiter, ſed diverſimodè committitur: Aliquando enim cum perſonis in linea directa conjunctis, quem coitum vulgò nefarium appellitant, *Ægid.Boſſ.in pract.crim. in tit. de coit. damnat. num. 9.* Aliquando autem cum collateralibus: quandoque etiam cum affinibus perpetratur; ideò pro meliori explicatione hujus diverſitatis, de pœna inceſtus, in foro Saxonico recepta ac uſitata; tribus diſtinctis concluſionibus agere fert animus, *Prima* ſit de pœna inceſtuoſorum aſcendentium & deſcendentium. *Secunda* de pœna inceſtus inter collaterales commiſſi. *Tertia*, de ſupplicio affinium inceſtuoſorum.

20 Prima concluſio agit de inceſtu, inter aſcendentes & deſcendentes commiſſo: Qui propriè ſolet vocari coitus nefarius, *Hartman.Piſtor.obſerv.182.nu.46. Ægid.Boſſ. in pract.crim.tit.de coit. damnat.num.9.* & refertur inter peccata graviſſima, quibus Hieroſolymitani cives excidium promeruerunt, *Ezech. 20.verſ.20.*

21 *Q.1. Quæ ſit pœna inceſtus inter aſcendentes & deſcendentes commiſſi?*

Ubi tenenda eſt regula hæc unica: Quod ejusmodi coitus pœnam mortis mereatur, & inceſtuoſi aſcendentes & deſcendentes gladio ſint plectendi. In quo Doctores communiter conveniunt, etiam de jure communi, ut ſupra dixi, *Iod. Damh. in prax.rer.crim.cap.94.nu.4. Matth.*W*eſemb.in parat.ff.adLeg.*I*ul.de adult.nu.22.verſ.niſi nefario coitu.* 22 *Anton.Teſſaur dec.100.n.4.Iac.de Bellovis.in pract.cr.lib.1.cap.9.n 51.Matth.Steph. ad art.117. Ord.Cr.Carol.Proſp.Far.p.5.oper.cr.quæſt.149.n. 14.& 16.* ubi communem dicit hanc ſententiam. *Ioh.Baj.in addit.ad Iul.*Clar*.lib.5.ſent.§. inceſt.n. 3 Matt.Berl.p.4.concl.32.nu.13. Hoſtienſ.in Sum. extr.de adult.n.12.*Iac*.Menoch.de arb. jud. quæſt. lib.2.cent.6.caſ.502.nu.1.& ſeq.Nic.Boer.dec.318 n.1.& ſeq.Iac.Thoming.dec.42.nu.5.Raph.Cuman conſ.154.col.2.verſ.& ſi diceretur, in fin.*

23 Ac licet de conſuetudine nefarios & inceſtuoſos igne concremari, ſcribat C*hil.* **König.** *in ſuo proceſſ.tit.* **Von allerley leiblichen Straffen** *rubr.*

rubr. Von der Peen der Blutſchande. *verſ.* aber in der übung. *Georg. à* Rotſchitz. *in proceſſ. part. 2. art. 6. n. 1. verſ.* Aber ſonſten wird in der übung. Hactenus tamen nullum exemplum de ejusmodi concrematione extitiſſe, teſtatur *Matth. Coler. part. 1. deciſ. 174. n. 17.*

24 Tantumque abeſt, conſuetudinem in foro Saxonico fuiſſe receptam, ut etiam pœna gladii in inceſtuoſos aſcendentes & deſcendentes expreſſis verbis ſit conſtituta à D. Auguſto Electore *Conſt. Saxon. 22. part. 4. in pr.* in verb. So ſetzen und ordnen Wir/ wenn unter rechten natürlichen Eltern und Kindern/ und alſo unter denen Perſonen/ ſo in auff- und niederſteigender Linien einander Blutshalbern verwandt/ eine Blutſchande begangen wird/ daß auff den fall beyde Perſonen/ Mann und Weib/ am Leben mit dem Schwerdt ſollen geſtrafft werden: *ubi Daniel. Moller. numer. 4. Ioach. à Beuſt. in tract. connub. part. 2. c. 63. ſub fin. verſ. hodiè vero ex nova Conſtitutione. Matth. Berlich. dict. part. 4. concluſ. 32. num. 19.*

25 Hæc regula ampliatur Primò in fœminis: ita ut nulla hîc ſit differentia ſexûs facienda, ſed fœminæ æquè ac maſculi gladio puniri debeant. Quamvis ſecus ſtatuant *Proſp. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 149. num. 28. Bajard. ad Jul. Clar. in pract. §. inceſtus. num. 9. Paul. Chirlan. de pœn. omnifar. coit. quæſt. 3. n. 5. verſ. ſed eſt hodiè &c.*

Proinde parum refert, an pater cum filiâ virgine, aut filius cum matre inceſtum commiſerit, omnes enim indifferenter mortis pœnam promerentur.

26 *Tùm,* quod æqualiter peccet filia patri, aut mater filio ſe proſtituens, ac pater ad filiam, aut filius ad matrem prolapſus. Unde & Lex Divina utrumque ſexum comprehendit, *Levit. 18. verſ. 7.* ita inquiens: *Nuditatem patris tui, & nuditatem matris tuæ non revelabis, mater tua ipſa, non revelabis turpitudinem ejus.* Ex quo in prohibitione hâc non attendi diſcrimen ſexus, colligit *Dn. Iohan. Gerhard. in loco Theol. de conjugio. n. 261. pag. 394.*

27 *Tùm,* ob verba clara *Conſt. Saxon. 22. p. 4.* Eltern und Kindern. *Et poſtea:* Daß uff den fall beyde Perſonen/ Mann und auch Weib/ am Leben mit dem Schwerd ſollen geſtrafft werden/ *&c.*

28 *Tùm,* quia inceſtus inter aſcendentes & deſcendentes Jure Gentium eſt prohibitus, *l. fin. in pr. ff. de rit nupt. l. ſi adulterium. 38. §. quare 2. & §. 3. verſ. naturâ graviora. ff. ad Leg. Jul. de adult.* In iis autem, quæ naturali vel gentium jure turpia & prohibita ſunt, mulier mitigationem pœnæ non meretur, *dict. l. 38. §. 2. ff. ad* Leg. *Jul. de adult.* Paul. *Chirlan. de pœn. omnif. coit. quæſt. 2. n. 9. verſ. quod tamen intellige &c.*

29 *Pronunciarunt ita Scabini in caſu, quo filius cum matre inceſtum commiſerat:* Haben *O. R.* eine Wittwe/ und ihr leiblicher Sohn *M.* gütlich in außgeſagt/ daß ſie den Abend *Martini* des vergangenen 89. Jahres/ unnd ſieder deme zwier fleiſchliche Unzucht unnd Blutſchande mit einander getrieben *&c.* Da ſie nun beyde uff ſolchem ihrem gethanen Bekändtniß vor Gerichte freywillig verharren/ oder des ſonſten/ wie recht/ überwieſen würden/ ſo möchten ſie wegen ſolcher begangenẽ und bekanten Blutſchande/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W. *Quæſtori in* Heldrungen. *Menſe* Majo, *An. 1590.*

30 *Eandemq; pœnam dictaverunt filiæ proſtituenti ſe patri: Ad conſultationem Henrici a* Bernſtein. *Menſe Majo, Anno* 1587.

Quæſtoris W*urzenſ.* Menſ. Majo, *Anno* 1608.

Quæſtoris in Grunhain. *Menſ. Jan. An. 1613.*

31 Secundò ampliatur in avo & avia, proavo & proavia, ut & nepote ac nepte, pronepote ac pronepte, aliiſque deſcendentibus & aſcendentibus, in lineâ rectâ. Nam & inter hoſce prohibitæ ſunt nuptiæ, & talis coitus non ſolùm dicitur inceſtuoſus, ſed etiam nefarius, *l. fin. ff. de rit. nupt. §. ergo non omnes. Inſt. de nupt. l. nemini. C. de nupt. Gloſſ. in rubr.* C. *de inceſt. nupt. Paul. Chirlan. de pœn. omnif. coit. quæſt.* 2. *num. 1. Ægid. Boſſ. in tit. de coit. damn. & pun. n. 5. Proſper. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 149. nu. 60. Bajard. ad Iul. Clar. libr. 5. ſentent. §. inceſtus. num. 3.* Petr. *Gregor. in ſyntagm. jur. lib. 3. cap. 7. n. 1. & lib. 9. cap. 11. n. 1. & 3. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 502. n. 1. & ſeqq. Matth. Steph. ad art. 117. Ordin. Carol.*

32 Quo etiam reſpiciunt verba hæc *Conſt. Saxon.* Eltern und Kindern/ und alſo unter denen Perſonen/ ſo in auff und niederſteigenden Linien/ einander Bluts halben verwandt/ *&c.* quæ ſunt generalia, omnesque perſonas in linea aſcendenti & deſcendenti in infinitum comprehendunt, utpote inter quas matrimonium eſt prohibitum. Unde vulgò dicitur, Adamum ſi adhuc hodiè viveret, non poſſe in toto genere humano uxorem invenire, cùm omnes in lineâ rectâ ab ipſo deſcendant, *Gloſſ. in l. nuptiæ. ff. de rit. nupt.* Clarior autem eſt de hâc re textus in *Ordin. Eccleſ. tit.* Von Eheſachen/ *rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbnüß einzulaſſen verbotten *in verb.* Vatter/ Mutter/ Großvatter/ Großmutter/ und ſo fort/ *it:* Kinder/ Kindes-Kinder/ und ſo fort/ *junct. verb. fin.* Werden ſich ſolche Perſonen fleiſchlichen vermiſchen/ ſollen ſie beyderſeits am Leben mit dem Schwerdt geſtrafft werden.

33 Quin & appellatione patris ac matris, etiam avum & aviam, proavum & proaviam, adeoque omnes majores, ac viciſſim appellatione liberorum, etiam nepotem ac pronepotem, neptes ac proneptes, & omnes inferiores intelligi, extra controverſiam eſt, *l. liberos. 10. ff. de* Senator. *l. idem erit. 3. §. liberos autem. 6. ff. de aſſign. libert. l. liberorum. 220. ff. de verb. ſignif. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 189. numer. 14. Udalr. Zaſ. in tract. ſubſt. cap. 6. ſub rubr. conditio ſine liberis. in pr. verſ. Et primò non eſt ignotum. Iacob.* Schult. *ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 118. num. 11.*

34 Tertiò, ampliatur prædicta regula in parentibus & liberis naturalibus, ſeu ex fornicatione procreatis. Proinde pater, qui cum filiâ naturali, ex fornicatione procreatâ, ſe carnaliter commiſcet, inceſtum committit, ac pœnâ gladii puniri debet.

Q. 3. *Num & inter parentes & liberos naturales ſeu ex fornicatione procreatos committatur inceſtus?*

Hujus ratio obſcura eſſe non poteſt perpendenti dictum Apoſtolicum *1. Corinth. 6. verſ. 16.*

35 *Qui adhæret meretrici, eſt unum corpus cum ea.* Igitur & per fornicarium & adulterinum concubitum propinquitas contrahitur, nec tam generationis qualitas, an ſit legitima vel illegitima, quàm ex copulatione carnali orta propinquitas, ſive ſanguinis communitas in his prohibitionibus attenditur, *Joh.Gerhard.in loco Theol. de conjug.num.282.* Hinc David in regnum reductus abſtinuit à conſuetudine concubinarum ſuarum, quas Abſolon per vim polluerat, 2. *Sam. 20. verſ.3.*

36 Unde & ob naturalem cognationem, fratres & parentes vulgò quæſitas, ſorores aut filias uxores ducere prohibentur, *l.adoptivus.14.§.2. l.44.§.2.l.54.ff.de rit.nupt.* Jam verò inceſtus dicitur committi cum omnibus illis perſonis, cum quibus de jure non poteſt eſſe matrimonium, *l. ſi quis viduam.ff.de quæſt.l.fin.ff.de rit.nupt. Paul.*Chirland.*de pœn.omnif.coit.quæſt.3. num.1. Proſp.Farin.dict.quæſt.149.n 38.Didac. Covarr. in epit.ſponſal.part.2.cap.6.§.8. nu.*1. *Anchar.conſ. 391.num.2.*

37 Neque minus liberi ſunt nati ex fornicatione, aliovè coitu illicito, atque alii legitimi ex legitimo matrimonio procreati; quia natura inter liberos differentiam non facit, *Novell.174. cap.1.Novell.189.cap.9.* Extatque inter patrem & filiam naturalem, vinculum illud naturale, quod ſanguinis & cognationis dicitur, ut inquit *Gloſſ. ult. §. fin. Inſt.de legit.agnat.ſucceſſion.* quam ſequuntur ibidem *Interpp. Ruin. conſ.9. numer.3. lib.4.* Et quamvis naturales ac ſpurii alieni & infames reputentur; attamen hoc ſolùm verum eſt, quoad effectum juris Civilis, N*ovell. 89. cap.fin.Novell.74.cap.fin.Auth.ex complexu. C.de inceſt.nupt.* Secundum naturam autem & ſanguinem, ad quem ſolummodò habendus eſt reſpectus in crimine inceſtus, ut apparet ex verbis C*onſt.Saxon.22.p.4.* (ſo in auff und niderſteigenden Linien einander Bluts halber verwandt/ eine Blutſchande begangen wird/*&c.*) ſpurii & naturales reverâ ſunt liberi, *c.undecunq; diſt.56.*

38 *Secuti ſunt hanc ſententiam in pronunciando Elect.Saxon.Scabini: Ad conſultationem Iohannis Henrici à* Schönberg. So möchte *H.H.* von wegen ſolches mit ſeiner natürlichen Tochter begangenen *inceſtus* und Blutſchande/mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V.R.W. *Menſ.Aug.An 1608.*

Q.4.An in crimine inceſtꝰ, inter aſcendẽtes & deſcendẽtes unà cũ adulterio commiſſi, locus ſit remiſſioni cõjugum?

39 Quartò ampliatur hæc Regula, ut locus non ſit remiſſioni conjugum, inceſtu unà cum adulterio inter aſcendentes & deſcendentes commiſſo; Veluti ſi pater, vivente uxore, filiam ſuam carnaliter cognoſcat. Licet enim uxor ei ignoſcere, & ulterius cohabitare velit, non tamen auditur, nec pater, multò minus filia à pœna gladii propterea eximuntur, *Matth. Coler.part.1.deciſ.*174.*n.18.*

40 *Tùm*, quod hoc nullibi diſpoſitum, nec gratia hæc patri inceſtuoſo conceſſa reperitur. At erubeſcimus ſine lege loqui: nec temerè quicquam abſque juris autoritate aſſeverandum eſt, *c.is qui in Eccleſia.18.in fin.pr.ext.de ſentent. excomm.in 6to.Hartm.Piſtor.q.13.n.35.lib.2.*

41 *Tùm*, quod pœna ſolummodò adulterii ad conjugis interceſſionem remittitur, in favorem matrimonii & conjugis intercedentis, injuriamque per adulterium ſibi potiſſimùm illatam remittentis, *Conſt.Elect.19.part.4.Novell.134.cap. 10.Auth.ſed hodie.* C.*ad* Leg.*Jul.de adult.* At ratio hæc ceſſat in præſenti caſu, ubi non tàm ob adulterium, quàm ob inceſtum inter aſcendentes & deſcendentes commiſſum, gladii pœna Reis infligitur: neque hic ratio habetur injuriæ, per adulterium conjugi innocenti illatæ, ſed potius enormitatis delicti ac commixtionis inceſtuoſæ, quæ tàm ſeveram expoſcit pœnam.

42 *Ideoq; viduo patri confeſſo de inceſtu & adulterio, vivente conjuge, cum propriâ filiâ commiſſo (quo caſu alias adultero ob præſumptam remiſſionem defunctæ uxoris, perpetua relegatio ſolùm imponitur, Daniel Moller.lib.3.ſemeſtr.cap. 13.num.2.*Vid.*ſuprà quæſt.55.num.50.) pœnam gladij dictare haud dubitaverunt Scabini verſus* Wurzen/*ad requiſitionem Quæſtoris:* So möchten ſie beyde S. T. unnd ſeine mitgefangene Tochter *VV.* wegen ſolches begangenen und bekandten *Inceſtus,* Blutſchande und Ehebruchs/mit dem ſchwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V.R.W. *Menſe Majo, Anno 1608.*

43 Quintò ampliatur, etiamſi mater vel filia ſit meretrix, quæ antea ab alio ſe ſtuprari aut adulterari paſſa eſt, *Dn.Matth.Berlich.part.4. concl.32.n.40.*

44 Etſi enim quidam exiſtiment, cum ejuſmodi meretrice, matre aut filiâ, aliquem ex deſcendentibus vel aſcendentibus impunè concumbere poſſe, neque pœnam inceſtus ordinariam hoc caſu Reis infligendam eſſe, *Paul.Chirland.de pœn. omnif.coit.quæſt.2.n.11. verſ. quod tamen limitandum puto.Iacob.Menoch.libr.2.arbitr.jud.quæſt. cent.6.caſ.502.n.44.*

45 Contrarium tamen longè verius eſt; quia vita meretricia jus ſanguinis & cognationis non tollit, nec mulier meretricio more vivens mater aut filia eſſe deſinit, ut proinde ad eam accedens, pater aut filius, nullatenus à pœna inceſtus ordinariâ ſe liberare poterit. Quin & eum, quod meretricem matrem aut filiam non correxit, & à vitâ meretricia avocavit, ſeveriori pœnâ dignum eſſe, non abſurdè forſan quis dixerit. Neque huic quicquam obeſt, quod à pœnâ ordinariâ adulterii exemptus eſt, qui cum muliere conjugatâ, meretricio more vivente, rẽ habet, *Bartol.in l.ſi uxor.13.ff.ad Leg.Jul.de adult. num.1.& 3.Ludov.Gilhauſ.in arbor.jud.crim.capit.2.tit.de adult.18.n.13.*Petr.*Heig.part. 2.quæſt. 29.n.23.& ſeqq.Ægid.Boſſ.in tract.de coit.damn. & punib.n.23.Iſtud* enim ſpecialiter ita diſpoſitum in crimine adulterii, *l.ſi ea quæ.22.C.ad* Leg. *Jul.de adult.* ex ratione hac ſpeciali, quod exiguus aut penè nullus ſit pudor thori, jam antea violati: Unde nec cum uxore meretricio more vivente concumbentem, adulterium propriè committere, arbitratur *Hartm. Piſtor.obſervat. 32.Petr.Heig.dict.quæſt.29.n.28.Matth.de Afflict. in Conſt.Neapol.rubr.42.lib.3.n.5.* Quæ ratio cum in inceſtu, ut in quo ſola propinquitas ſanguinis conſideratur, ceſſet; utique nec convenienter jus illud adulterorum ad inceſtuoſos extendi poteſt.

Veluti

46 *Veluti ſic etiam reſponderunt Scabini in caſu inceſtus commiſſi cum filiâ, quæ antea quoque meretricio more vixerat, dictantes utriq; patri & filiæ pœnam gladij. Ad requiſitionem Quæſtoris VVurtzenſis. Menſ. Majo, An. 1608.*

47 Contra, Limitatur Primò regula ſuprà poſita: Si vel minor ætas, vel quæ aliæ graves cauſæ mitigationem ſuadeant, utpote, ſi ignoranter aſcendentes & deſcendentes ſe invicem commiſcuerint, aut filia perſuaſa à patre, ſe ſine exceptione in omnibus & quibuscunque rebus ipſi morem gerere teneri, copiam ſui fecerit &c. Tunc enim remiſsâ pœna gladii, Rei hujus criminis non niſi extraordinariè, ut fuſtigatione, ac perpetuâ relegatione puniri debent, *Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 22. part. 4. n. 4. Matt. Berlich. part. 4. conſ. 32. num. 31. & ſeqq. Nic. Boer. deciſ. 264. n. 13. Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. jud. qu. cent. 6. caſ. 502. n. 42. & 45. Iod. Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 94. n. 8.*

Q. 5. Quando pœna ordinaria ſit mitiganda in crimine inceſtus, ab aſcendentibus & deſcendentibus commiſſi?

48 *Tùm*, ob textum manifeſtum in *Conſt. Elect. 22. part. 4.* in verb. Da aber wegen der Jugend/ oder anderer wichtigen Vmbſtände/ Linderunge ſolcher Straffe fürzunehmen/ ſo ſoll dieſelbe Perſon mit Staupenſchlägen unſerer Lande verwieſen werden/ *&c.*

49 *Tùm*, quod etiam in delictis atrociſſimis & graviſſimis minori parcitur, eique pœna extraordinaria imponitur, *l. auxilium. 37. §. in delictis. 3. ff. de minor. c. 1. ext. de delict. puer. c. fin. ext. de ſent excomm. Franciſc. Cald. in l. ſi curatorem. 3. C. de in integr. reſt. minor. verb. vel adverſus. num. 61. Jul. Clar. lib. 5. ſent §. ſacrilegium n. 3. verſ. ſed quæro quæ ſit pœna. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. libr. 2. cent. 4. caſ. 329. n. 11. 12. Philipp. Matth. in l. ferè in omnibus 108. numer. 18. & ſeqq ff. de reg. jur. Iohan. Schneidvvin. ad pr Inſt. de autor. tutor. num. 17. & ſeqq.*

50 *Et ita Scabinos puellæ, quæ perſuaſa à patre viduo, ſe in omnibus rebus rei obedientiam præſtare teneri, inceſtum cum illo commiſerat, pœnam virgarum cum relegatione dictâſſe, ad conſultationem Quæſtoris Lipſenſis, An. 1563.* meminit *Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 22. part. 4. n. 4.*

51 Secundò limitatur; Licet Reus inceſtum confeſſus fuerit, attamen ſi alterius partis, cum qua crimen hoc commiſſum perhibetur, cōfeſſio deficiat, gladio puniri nequit, ſed executio pœnæ differri debet, donec altera pars, quæ in fuga eſt, deprehenſa, aut proceſſus Banni adverſus eam inſtitutus finitus fuerit; perinde atque in crimine adulterii hoc juris obtinere, dixi *ſuprà quæſt. 60. n. 1. Daniel. Moller. lib. 2. ſemeſt. 37.* Mo*deſt. Piſtor. part. 2. q. 52. Hartm. Piſtor. obſervat. 33. Matt.* Coler *part. 1. deciſ. 235.*

Q. 6. Num in crimine inceſtus ad unius Rei confeſſionē pœna mortis irrogari queat?

52 In delictis ſiquidem carnis utriusque partis confeſſio repræſentat corpus delicti, ita ut de hâc judex certioratus ad pœnam ordinariam mortis tutò pervenire poſſit, *Hartm.* Pi*ſtor. dict. obſervat. 33. num. 22.* deficiente autem eâ, Reus alteruter delictum confeſſus, ad mortem condemnari nequit, *arg. Conſt. Elect. 33. part. 4.* Non enim ſufficit Rei confeſſio ad indicendam mortis pœnam, niſi prius conſtet, delictum verè eſſe commiſſum, *l. 1. §. Divus. ff. de quæſtion. l. 1. §. item illud. ff. ad SCt. Syllan. ubi Bartol. Hippol. de Marſil. in pract. crim. in pr. n. 5. & in §. poſtquā n. 6. Ægid. Boſſ. in tit. de delict. n. 1. & 14 Roland. conſ. 51. n. 9. & ſeqq. vol. 1. Iul. Clar. in pract. §. fin q. 4. in pr. Paris de Puteo in tract. ſynd. in verb. confeſſio. Bertrand conſ. 257. col. 1. verſ. adde prædictis. vol. 3. & conſ. 258 col. 3. verſ. quatenus vero. vol. 1. Foll. in pract. crim. in verb. capiat informationem. num. 3. & ſeqq. Ant. Gabriel. lib. 7. concl. 17. n. 4.* Pro*ſp. Farin. prax. rer. crim. lib. 1. tit. 1. quæſt. 2.* Quamvis confeſſio delinquentis adſit clara & categorica, *Felin. in c. auditis. col. 16. de præſcript. Nicol. Boer. deciſ. 164. n. 8. & 9. Gigas in tract. de crim. læſ. maj. lib. 2. tit. quom. & per quos, quæſt. 1. n. 5.*

Secundum ea reſpondimus adverſus Patrē quendam, confeſſum de inceſtu cum filia fugitiva commiſſo: Præfecto Rochlicenſi: Hat *S. VV.* in gutem bekandt und geſtanden/ daß er in ſeinem Wittwenſtande mit ſeiner leiblichen Tochter *A.* zu drey unterſchiedenen malen ſich fleiſchlichen vermiſchet/ unnd Blutſchande getrieben/ auch dz drittemal das werck der fleiſchlichen Vnzucht mit ihr recht vollbracht habe/ *&c.* Da nun der Gefangene uff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder des ſonſten wie recht überwieſen würde / ſo möchte er wegen ſolcher begangenen unnd bekandten Blutſchande / mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft und hingerichtet werden / es wird aber mit der *Execution*, ſolcher zuerkandten Todesſtraff / ſo lange/ biß entweder die flüchtige Vettel *A.* nochmals zu gefänglicher Hafft gebracht/ und hierüber Artickelsweiſe vernommen/ ſolches gleichfals geſtanden/ und mit dem gefangenen Vatter *confrontiret*, oder auch/ wann ſie über allen angewendeten Fleiß nicht zu erlangen/ der gewohnliche Achts *Proceſs* wider ſie außgeübet/ und hierüber rechtlich erkandt worden/ in Ruhe geſtanden/ V. R. W. *Menſe Iulio, Anno 1629.* 53

Eodem modo fuit pronunciatum verſus Grünhain/ an Schöſſer: So möchte K. K. wegen ſolcher/ mit ihrem Vatter begangenen Blutſchande/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden: Jedoch wird ſolche Straffe / biß der gewöhnliche Achts *Proceſs*, wider ihn den Vatter angeſtellet und erörtert/ billich eingeſtellet/ V. R. W. *Menſ. Ianuar.*

Tertiò limitatur hæc regula in eo, qui nutricem ſuam carnaliter cognovit. Etſi enim & hunc inceſtum committere, & pœnâ gladii puniendum eſſe, exiſtimet *Nicol. Boer. deciſ. 318. n. 4.* 54

Q. 7. Quæ ſit pœna Rei nutricem ſuam carnaliter cognoſcentis?

Rectè tamen ab eo diſſentit *Dn. Berlich. part. 4. concl. 32. num. 22.* Cui ſubſcribere nullus certè ambigo. Neque enim nutritores & nutrices propriè parentes ſunt, *l. ſi quis alumnam. C. de nupt. Andr. Tiraquell. in l. ſi unquam. 8. C. de revocand. donat. verb. ſuſceperit liberos n. 54.* Neque pœnam in inceſtuoſos ſtatutam ad hoſce extendere licet, *arg. l. interpretatione. 41. ff. de pœn. Vincent. de Franch. deciſ. Neapol 378. n. 3. part. 2.* Quamvis non negem, ſeveriori fornicationis pœnâ adverſus Reos hoc caſu animadvertendum eſſe. 55

Sicuti etiam in Scabinatu reſponſum memini: Hat ein lediger Bauerskerll *M. S.* genandt/ ſeines Alters im neunzehenden Jahre/ ſich zu *M. G.* einer Witwen gefunden/ und mit derſelben fleiſchlichen vermiſchet/ welches beyde Perſonen alſo bekant und geſtanden/ Darneben berichtet wird/ daß gedachte *M. G.* ihn *M. S.* in ſeiner Jugend eine zeit lang/ als 56 eine Amme/ geſeuget und genehret/ &c. So werden ſie alle beyde/ geſtalten Sachen nach/ auff ein Jahr lang des Landes billig verwieſen/ V. R. W. *Alexandro à* Noſtitz/ *Menſ. Decemb. An. 1625.*

Q.8. Pœna carnaliter cognoſcẽtis puellã, quã ex ſacro baptiſmate levavit?

57 *Quartò* Limitat: Ex eodem pariter fundamento ſequitur, pœnam hancce inceſtus nequaquam extendendam eſſe ad eum, qui carnaliter cognovit illam, quam ex ſacro baptiſmate levavit, vel quæ ex baptiſmate eum ſuſcepit, quam commatrem vocamus, *Anton. Teſſaur. deciſ. 100. num. 5. in fin. verſ. in conſanguinit. ſpirit.* Matt. *Berlich. dict. concl. 32. n. 24.* Quicquid etiam in contrarium dicat *Jacob. Menoch. libr. 2. arbit. jud. quæſt. cent. 6. caſ. 502. n. 27. Nicol. Boer. deciſ. 318. n. 3. Paris de Puteo in tract. de ſyndic. verb. adulteriũ verſ. officialis. n. 8.*

58 Nam neque hi propriè ſunt parentes: nec quis ſuam commatrem, eamve, quam ex ſacro baptiſmate ſuſcepit, hiſce in terris in uxorem ducere prohibetur, M*atth.* W*eſemb. in parat ff. de rit. nupt. n. 4. verſ. tamẽ moribus noſtris. Ioh. Schneidevvin. in tit. Inſt. de nupt. rubr. de illic. nupt. nu. 14. Ioach. à Beuſt. in tract. connub. part. 2. c. 51. verſ. ultimò poteſt hic.*

Prout reſpondimus I à P. wird euch ſchuld gegeben/ob hättet ihr mit *A. W.* eurem Paten/ ſo ihr vor 19. Jahren auß der Tauffe gehoben/zugehalten/und mit derſelben euch fleiſchlichen vermiſchet. Wann ihr nun gleichen deſſen geſtändig wäret/ ſo möchtet Ihr doch derowegen am Leib oder Leben nicht geſtrafft werden/Ihr würdet aber zugleich nebens *A. W.* willkührlichen mit Gefängnüß oder zeitlicher Landesverweiſung billig in Straff genommen/ V. R. W. M*enſ. Sept. An. 1621.* 59

QVÆSTIO LXXIII.

De Pœna Inceſtus, commiſſi à conſanguineis collateralibus.

SUMMARIA.

1. Pœna Inceſtus inter collaterales non eſt ultimum ſupplicium.
2. Sicuti nec in foro Saxonico hodiè inceſtuoſi collaterales morte puniuntur.
3. Pœna hujus criminis uniformis non eſt.
4. Inter quoſnam collaterales committatur inceſtus? num. 10.
5. Quænam perſonæ de jure Divino nuptias contrahere prohibeantur?
6. In foro Saxonico, ad quem uſq; gradum extendenda prohibitio matrimonii? n. 7. 9.
8. Quænam ſit computatio graduũ de jure Canonico?
11. Pœna fratrum & ſororum ſe commiſcentium, n. 12. 13. 14. 15.
16. Sententia Scabinorum L*ipſenſium.*
17. Quænam ſit pœna inceſtus in ſecundo gradu lineæ inæqualis? n. 18. 19. 24. 25. 27. 28.
20. P*robibitio matrimonij Moſaica, Lev. 18. & 20. ad ſimiles perſonas, æquali gradu diſtantes, extendi debet, n. 21. 22.*
23. Sententia Scabinorum L*ipſenſium.*
29. Quomodo puniendi ſint conſobrini inceſtuoſi? n. 30. 31. 33. 34.
32. De jure Divino inter conſobrinos permittitur matrimonium.
35. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n. 37.
37. P*œna collateralium inceſtuoſorum in tertio gradu lineæ inæqualis. n. 38. 39. 40. 41. 42.*
43 Inceſtus, cũ fratrum & ſororum nepotibus commiſſus, perpetuâ relegatione punitur; n. 44. 45. 46
47. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.
48. Pœna inceſtus commiſſi cum avi, fratrum, aut ſororum liberis, n. 49. 51. 53.
50. Hic inceſtus quare mitius puniatur?
52. Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.
54. Quandoq; hoc caſu pœna exaſperari ſolet.
55. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.
56. Pœna inceſtus cum proavi proaviæque fratribus aut ſororibus commiſſi, n. 57. 58. 59.
60. Sententia S*cabinorum Lipſenſium.*
61. In puniendo crimine inceſtus parum intereſt, an collaterales ex utroq;, an ex uno ſaltem latere ſint conjuncti, n. 62. 63. 64. 65. 66. 68.
67. Sententia S*cabinorum Lipſenſium, n. 69.*
70. Inceſtus quoq; committitur inter collaterales ex fornicatione procreatos, n. 72. 43.
71. In nuptiis contrahendis jus ſanguinis inſpicitur.
74. Sententia S*cabinorum Lipſenſium.*
75. P*œna inceſtus commiſſi unà cum adulterio in linea collaterali, n. 76. 77. 80.*
78. S*implici adulterio cum inceſtu commiſſo, locus datur remiſſioni conjugum, n. 79.*
81. S*ententia* S*cabinorum Lipſenſium.*
82. Pœna fœminæ ſolutæ, conſanguineo marito ſe proſtituentis. n. 83. 85. 86. 87.
84. Intellectus C*onſt. Elect. 23. part. 4.*
88. S*ententia* S*cabinorum Lipſenſium.*
89. Committitur etiam inceſtus inter conſanguineos per matrimonii conſummationem; numer. 90. 91.
92. Reſponſa S*cabinorum Lipſenſium.*
93. Judex pœnam inceſtus ex juſta cauſa poteſt mitigare, n. 94.
95. Quænam cauſa ſit ſufficiens ad mitigationem, & quid de ignorantiâ habendum?
96. S*ententia* S*cabinorum Lipſenſium.*

1 SEcunda concluſio reſpicit pœnam inceſtus, inter perſonas conſanguineas collaterales commiſſi: Quæ etiam de jure communi ultimum ſupplicium non eſt, ut probavi *quæſtione præcedenti nu. 19. Hartm. Piſtor. obſervat. 162.* Quamvis diſſentiant Doctores communiter, *Anton. Teſſaur. deciſ. 100. n. 1. Modeſt. Piſtor. part. 2. quæſt. 92. nu. 1. Iacob. Thoming. deciſ. 42. n. 3. Ægid. Boſſ. in pract. crim. tit. de coit. damn. & punib. n. 4. Proſp. Far. part. 5. oper. crim. qu. 149. n. 7. Matt. Coler. part. 2. deciſ. 234. n. 8. Iacob. Men. libr. 2. arbitr. jud. quæſt. cent. 6. caſ. 502. n. 14.* Chil.

König. *in ſuo proceſſ. tit.* Von allerley leiblichen Straffen und Peenen/*rubr.* Von der Peen der Blutſchande/*poſt pr. Georg. à* Rotſchitz. *in proceſſ. part. 2. art. 6. n. 1. verſ.* Aver die Weltlichen ordnen/*&c.*

2 Licet autem in terris Saxonicis aliquando pœnam gladii inceſtuoſis collateralibus fuiſſe dictatam, dicat *Aut. Conſult. Conſt. Saxon. tom. 1. part. 4. quæſt. 3. n. 14.* Quandoque etiam hoc caſu pœnam adulterii obſervatam, & maſculum gladio punitum, mulierem verò cum fuſtigatione relegatam fuiſſe, referat *Matth. Coler. part. 2. deciſ. 174. num. 4. Aut. Conſult.* Conſt. *Saxon. dict.* 3. *numer. 10. & 15. & tom. 2. part. 4. quæſt. 12. num. 6.* Certò tamen certius eſt, hodiè in foro Saxonico inceſtum collateralium pœnâ mortis non coerceri, *Matth. Weſembec. in paratit. ff. ad Leg. Iul. de adulter. numer. 22. virſ. quæ in hoc caſu &c. Aut. Conſult. Conſtit. Saxon. dict. quæſt. 3. numer. 11.*

3 Quamvis expeditum non ſit, quâ pœnâ collaterales inceſtuoſi puniri debeant. Hoc quidem dubio caret, conjunctos ſibi invicem in primo vel ſecundo gradu lineæ inæqualis, qui jure Divino & Lege Moſaica matrimonium inire prohibentur; carnaliter ſe commiſcentes, fuſtigatione ſimul ac relegatione perpetuâ puniri, *Matth.* Coler. *part. 1. deciſ. 174. num. 1. Ioachim. à Beuſt. in tract. connub. part. 2. cap. 63. Aut. Conſult. Conſt.* Saxon. *tom. 1. part. 4. quæſt. 3. num. 10. & tom. 2. part. 4. quæſt. 12. num 9.* Sed ulterioribus gradibus diſtantium conſanguineorum inceſtuoſorum pœna certa ac uniformis non eſt; ſiquidem nec inceſtus crimen indifferenter grave & æquale eſt; cum gravius peccent concumbentes in gradibus proximioribus conjuncti, quàm alii remotiori gradu diſtantes, graduumque in matrimonio ineundo diverſa ſit prohibitio.

4 Inceſtus namque ab iis committitur collateralibus, quos matrimonium invicem contrahere aliqua impedit prohibitio, quæ pro diverſitate juris Divini, Civilis, atque Canonici diverſimoda eſt.

5 De jure enim Divino certæ enumerantur perſonæ, quæ ut aliæ pari in gradu conſtitutæ, nuptias inire nequeunt, *Levit. cap. 18.* Civili jure inter fratres & ſorores, eosque qui parentum & liberorum loco invicem habentur, conjugium eſt prohibitum. At jure Canonico olim usque ad ſeptimum gradum conſanguinitatis matrimonium fuit interdictum, *c. nulli 35. quæſt. 5.* Hodie verò prohibitio copulæ conjugalis quartum gradum conſanguinitatis non excedit, ſed incluſivè usque ad quartum prohibetur, factâ & attentâ computatione graduum canonicâ, non civili, *Johan. Schneidvvin. in tit. Inſt. de nupt. rubr. de arbor. can. numer. 9. & Johan. Gerhard. in loc. Theolog. de conjug. num 325. & 330.* Taceo jura cujusque loci Provincialia, quæ in aliis aliisque gradibus conjugium prohibent. Unde fit, quod inceſtus admodum difformis ſit, pro ratione graduum prohibitorum, ex quibus crimen hoc ejusque pœna dijudicanda eſt, adhibito tamen grano ſalis, ut ſcilicet mitiori aliquo ſupplicio puniatur inceſtus, in gradu remotiori prohibito commiſſus, quàm à propinquioribus conſanguineis perpetratus, quo reſpectu pœnam inceſtus arbitrio ac diſceptioni judicantis relinqui, non ineptè quis dixerit.

6 In terris atquè Eccleſiis Electoratus ac Ducatuum Saxonicorum, in linea collaterali prohibitio matrimonii extenditur usque ad tertium gradum Lineæ inæqualis incluſivè, in *Ord. Eccl. tit.* Von Eheſachen/*rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbniß einzulaſſen verbotten. §. Die Perſonen welche ſeithalben. *&c.* Ibi: Die Perſonen welche ſeithalben einander im dritten Glied ungleicher Linien verwandt ſeyn / ſollen einander nicht ehelichen/ als da ſeyn alle die Perſonen/ ſo von einerley Eltern / Vatter oder Mutter halben geboren und herkommen / und von ihren gemeinen Eltern anzurechnen / die eine Kindes/ Kindes Kind/ die ander Kindes Kind / und alſo nach der Perſon/ von welcher Sie zugleich ihren Urſprung haben/ Ihr eines die andere/ und eines die dritte Perſon iſt / und was auch unter denen einander näher verwandt ſeyn mag / dieſe alle ſollen ſich in Ehegelöbnůß nicht einlaſſen/ *&c.* Quæ verba repetuntur in *Ordin. matrim. de Anno 1624. punct. 2.* §. Die Perſonen welche/*&c.*

Q. 1. *Quinam conſanguinei collaterales in foro Saxonico matrimonium contrahere prohibeantur?*

7 Unde patet, in Electoratu Saxoniæ Matrimonium inter conſanguineos permitti in tertio gradu lineæ æqualis, non autem in tertio gradu lineæ inæqualis, computatione facta canonicâ: In cauſis enim matrimonialibus (quod hic obiter ac ſemel pro ſemper notandum) ſupputatio graduum Canonica, ſecundum quam perſonæ collaterales tot gradibus inter ſe diſtant,
8 quot gradib. in lineâ æquali una vel altera: In linea verò inæquali remotior à communi ſtipite diſtat, obſervari debet: ut ex verbis prædictæ *Ordin. Eccleſ.* §. Hierbey iſt zu wiſſen/*fol. 103.* manifeſtiſſimum eſt, & à *Dd.* Theologis ac Politicis communiter probatur, *Bellarm lib. 1. de matrim. cap. 26. Chytræ. in cap. 18. Levit. Chemn. part. 3. loc. de conjug. pag. 537. Balth. Mentzer. de conjug. p. 22. Joh. Gerhard. in loco de conj. n. 253. Tarnov. lib.* 1. *de conjug. cap. 52. Ioh.* Schneidvv. *ad tit. Inſt. de nupt. rubr. de arb. conſang. n. 11.* Manſer. *de nupt. pag. 75. Ioach. à Beuſt. de nupt. pag. 236.*

9 Præterea etiam in terris Elect. Saxon. conjugium prohibetur inter eas perſonas, quæ parentum ac liberorum loco invicem habentur, *Ord. Eccl. dict. tit.* Von Eheſachen/*Rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbnůß/*&c.* §. Die Perſonen welche ſeithalben/ *&c. verſ.* Wie denn auch niemands mit des Großvatters Vattern / oder der Großmutter Mutter Geſchwiſter/ weil dieſelben der Eltern ſtatt halten/ ehelich verloben ſoll. Licet enim fratres & ſorores Titii, ejusque pronepos & proneptis quarto gradu, quo aliàs matrimonium permittitur, ab invicem diſtent; Attamen quia pronepos & proneptis loco liberorum, Titii verò fratres ac ſorores parentum loco habentur, hiſce perſonis conjugium contrahere nequaquam concedendum eſt. Schema, unde gradus prohibiti in Electoratu Saxon. dignoſcendi, hoc eſſe poteſt!

Avus



10 Hæ perſonæ omnes, propter conſanguinitatem, & graduum proximitatem matrimonio jungi prohibentur, proinde carnaliter ſeſe commiſcentes, abſque dubio inceſtum committunt, ac pœnam incurrunt. Quæ tamen uniformis non eſt, cum nec omne crimen inceſtus propter graduum diverſitatem, pariter grave ac æquale haberi poſſit. Ideoque pro meliori graduum diverſorum diſtinctione, & explicatione hujus criminis, ejusque pœna accuratiori, certas Regulas ſubjicere placet.

Q. 1. Quomodo puniatur inceſtus inter fratres & ſorores?

11 Prima Regula ſit hæc: Conſanguinei in primo gradu lineæ æqualis conjuncti, quales ſunt fratres & ſorores, carnaliter ſe commiſcentes, virgis cæſi in perpetuum relegantur.



12 Primus hic gradus eſt, quo in linea collaterali inceſtus committitur, ideoque hic etiam pro graviori delicto habendus eſt, utpote jure Divino expreſsè prohibitus, *Levit. 18. verſ. 19. Nuditatem ſororis tuæ, filiæ patris tui, vel filiæ matris tuæ, quæ genita eſt domi vel foris, non revelabis turpitudinem earum.* Et *verſ. 11. Nuditatem filiæ uxoris patris tui, quæ genita eſt patri tuo, ſoror tua eſt, non revelabis. Levit. 20. verſ. 17. Qui accepit ſororem ſuam, filiam patris ſui, vel filiam matris ſuæ, & viderit nuditatem ejus, & ipſa viderit nuditatem ejus, opprobrium hoc, & ſuccidentur in oculis filiorum populi ſui, nuditatem ſororis ſuæ revelavit, pœnam iniquitatis ſuæ portabit. Deuter. 27. verſ. 22. Maledictus qui dormit cum ſorore ſuâ, filiâ patris ſui, vel matris ſuæ &c.*

13 Cum quo convenit etiam jus Civile atque Canonicum, *§. inter eas quoq; 2. Inſtit. de nupt. l. 8. l. 54. ff. de tit. nupt. c. non debet. ext. de conſang. & affin. c. nulli 35. quæſt. 5. Iohan. Schneidvv. ad tit. Inſt. de nupt. rubr. de arbor. Canon. n. 8.* Ut mirum non ſit, inceſtum in hoc gradu ſeveriori pœnâ coerceri.

14 *Tùm,* ob textum manifeſtum in *Ordin. Eccleſ. tit.* Von Eheſachen/ *rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbniſſen/ *&c.* §. Würden ſich aber/ *&c.* In verb: Vnd wo Sie einander ſeitwerts / im erſten oder andern Glied ungleicher Linien verwant/ als da ſind Bruder und Schweſter/ dieſelbe ſollen mit der Verweiſung/ wegen der begangenen Blutſchande/ zugleich auch zur Staupen geſchlagen werden/ *&c.*

15 *Tùm,* ob *Conſt. Elect. 22. part. 4. §. fin.* Aber die Perſonen/ ſo einander ſeitwerts im erſten (*ſcilicet lineæ æqualis; in linea ſiquidem inæquali primus gradus non datur*) oder andern Glied/ ungleicher Linien verwandt/ oder die ſo im Moyſe/ Levit. 18. genennet werden/ wenn dieſelbige allerſeits nicht in der Ehe ſind/ und Blutſchande mit einander begehen/ ſollen beyde mit Staupenſchlägen unſerer Lande ewig verwieſen werden. Quibus verbis pœna fuſtigationis cum perpetuâ relegatione inceſtuoſis, primo gradu lineæ æqualis ſibi invicem conjunctis imponitur, quales fratres & ſorores eſſe dubio caret. Præterea etiam notandum, in *capit. 18. Levit.* nominatos huic pœnæ ſubjugari. Atqui inter fratres & ſorores *dict. capit. 18. Levit.* copula carnalis quoque prohibetur, iique ibidem expreſsè denominantur.

16 *Secundum hanc regulam pronunciârunt Scabini etiam extra Electoratum:* Hat *G. N.* in ſcharffer Frage bekandt unnd außgeſaget/ daß ſie mit ihrem Bruder *M. N.* fleiſchliche Vnzucht und Blutſchande getrieben/ und als ſie von ihme ſchwanger wordē/ und das Kind lebendig zur Welt geboren/ wäre niemand mehr dann gemeldter ihr Bruder bey ihr geweſen/ welcher das Kind alſo lebendig in eine Grube verſcharret/ und daſſelbe erſtickt/ daran ſie aber unſchuldig/ und keine Hand angeleget. So wird Sie von wegen ſolcher begangenen und bekandten

Blutſchande mit Staupenſchlägen euerer Gericht ewig billig verwieſen / V. R. W. *Conſulibus & Senatui in* Gubben / *Menſ. Auguſto, Anno* 1584.

17 Secunda Regula eſt: Inceſtus inter collaterales, in ſecundo gradu Lineæ inæqualis conjunctos, veluti fratris ſororisque filium, filiam, & patruum, amitam, avunculum ſeu materteram commiſſus, fuſtigatione ſimul ac relegatione perpetua puniri debet.

Q. 1. Quæ ſit pœna inceſtus commiſſi inter collaterales in ſecundo gradu lineæ inæqualis cõjunctos?



18 Nam & inter haſce perſonas, non modò de jure civili, §. *fratris.* 4. §. *item* 6. *Inſt. de nupt. l. avunculo.* 5. *ff. de condict. ſine cauſ. l. adoptivus.* 14. §. 2. *l. etiam ſi concubinam.* 56. *ff. de rit. nupt. l. miles.* 11. §. 1. *l. ſi adulterium* 38. *ff. ad Leg. Jul. de adult. l. nemini. C. de nupt. ab inceſtus.* 9. *C. de inceſt. & inut. nupt.* & Canonico, *cap. non debet. extr. de conſanguinit. & affin.* ſed & de jure Divino & lege Moſaica copula carnalis prohibita eſt, *Lev.* 18. *v.* 12. *Nuditatem ſororis patris tui non revelabis, caro ſive propinqua patris tui ipſa.* Et *verſ.* 13. *Nuditatem ſororis matris tuæ non revelabis, quia caro ſeu propinqua matris tuæ ipſa.* Et *Levit.* 20. *verſ.* 19. *Nuditatem ſororis matris tuæ, & ſororis patris tui, non diſcooperies, quia carnem ſuam nudavit, pœnam iniquitatis ſuæ portabunt.*

19 Quamvis verò textus ille *Levit.* 18. *&* 20. Sororem patris & matris tantummodò verbis exprimat, eamque in uxorem ducere prohibeat; unde ſequi videtur, patruum aut avunculum fratris & ſororis filiam ducere poſſe, in qua ſententia etiam videtur aliquando fuiſſe Lutherus ita ſcribens *to. 2. germ. Jenenſ. fol.* 152. Gott rechnet nit nach den Gliedern / wie die Juriſten thun / ſondern zehlet ſtracks die Perſonen / ſonſt weil Vatters Schweſter und Bruders Tochter in gleichem Glied ſeyn / muß ich ſagen / daß ich entweder meines Brudern Tochter nit nehmen könte / oder auch meines Vatters Schweſter nehmen möchte. Nu hat Gott Vatters Schweſter verbotten / und Bruders Tochter nicht verbotten / die doch gleiches Glieds ſeyn.

20 Verius tamen eſt, prohibitionem illam Moſaicam non tantum ad illas perſonas, quarum *d. cap.* 80. *&* 20. *Levit.* fit mentio referendam & coarctandam, ſed ad reliquas etiam perſonas, quæ in æquè propinquis gradibus reperiuntur, dilatandam, atque extendendam eſſe; ex ſententia legiſlatoris, & generalitate prohibitionis; ſic enim Moyſes inquit: *Omnis homo ad proximam ſui ſanguinis non accedat, ut revelet turpitudinem ejus.* Hanc regulam declarando certas, poſtea enumerat perſonas, ex quarum prohibitione, vult etiam intelligi reliquos conſanguineos vel affines, qui in pari gradu conſanguinitatis vel affinitatis ſunt conſtituti, ut, cum vetat miſceri ſorori patris, ſimul prohibet conjungi cum filia fratris, quæ in pari gradu conſanguinitatis, lineæ inæqualis conjuncta eſt.

21 Accedit par ratio harum perſonarum, filia namque fratris, eodem lineæ collateralis inæqualis gradu ſecundo mihi juncta eſt, quo patris aut matris ſoror: ſed ubi eadem eſt ratio, ibi etiam jus idem ſtatuendum eſt, *l. à Titio. ff. de verb. obligat.* Ac ſi aliter diceretur, ſequeretur abſurdum hoc, & ſcelus abominandum, quod ſcilicet nuptiæ forent conceſſæ inter nepotem & aviam, inter avum & proneptem, inter fratrem & ſororem germanam; quia harum perſonarum non fit expreſſa ibidem mentio.

22 Unde patet, meram eſſe ſophiſticam & calumniam eorum, qui tantùm perſonas, non autem gradus in Moyſe prohibitos eſſe, affirmant, inquit *Joh. Schneidvv. ad tit. Inſt. de nupt. rubr. In quibus gradibus jus divinum prohibet matrimonium contrahi, num.* 16. *Johan. Gerhard. in loco theolog. de conjug. num.* 275. *Chemn. part.* 3. *locor. de conjug. pag.* 549. *Brentius in cap.* 18. *Levit. cap.* 843. *Oſiand. in Levit.* 18. *Bidenbach. de cauſ. matrim. pag.* 44. *Selneccerus part.* 4. *Exam. p.* 443. *Joach. à Beuſt. de conjug. pag* 196.

23 Ideoque & Lutherus rectiùs informatus, poſt aliquot annos illud, quod ſub reformationis initium, Anno ſcilicet 22 ſcripſerat, revocavit. & prohibitiones Moſaicas ad gradus reduxit, ita ſcribens in *libro de cauſ. matrim. Anno* 30. *edito. tom.* 2. *Jenenſ. Germ. fol.* 257. Der Sipſchafft halben / und Gliede der Freundſchafft / wäre mein Rath / man lieſſe es bey weltlichen Rechten bleiben / &c. Quam ſententiam etiam in pronunciando ſequuntur Conſiſtoria Reformatorum, teſte *Joh. Schneidvvin. dict. rubr. in quibus gradibus jus divinum &c. num.* 16. Neque aliter intellexiſſe D. Auguſtum Electorem textum *cap.* 18. *Levit.* manifeſtè conſtat ex verbis *Conſtit.* 22. *p.* 4. Im erſten oder andern Glied ungleicher Linien verwandt / oder die ſo im Moyſe *Levitic.* 18. genennet werden. Quibus prohibitionem Moſaicam ad omnes perſonas, gradu ſecundo lineæ inæqualis conjunctas, extendit.

24 Quibus ſic ſtantibus, non ſolùm concumbentem cum amita & matertera, hoc eſt, patris & matris ſorore; ſed etiam cum filia fratris vel ſororis inceſtum committentem, ſicuti & utroque caſu fœminas ipſas amitam, materteram, & filiam fratris ſororiſque ſecundum Regulam ſuprà poſitam, pœnâ virgarum & relegationis perpetuæ juſtiſſimè affici, nemo inficias ibit, *Hartman. Piſtor. obſervat.* 192. *num.* 59.

25 *Tùm*, quia hic inceſtus *Levit. 18.* expreſsè prohibitus, ut jam demonſtratum fuit, perindè ac conſanguinei in gradu primo lineæ æqualis conjungi ibidem prohibentur: Sufficit autem ad pœnam fuſtigationis infligendam, nuptias vel divino, aut gentium jure inter collaterales non permitti, *Hartman. Piſtor. dict. obſervat. 192. num. 66.*

26 *Tùm*, ob verba clara *Ordin. Eccleſ. tit.* **Von Eheſachen**/*rubr.* **Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbnüs** *&c.* §. **Würden ſich aber.** In verb. **Vnd wo ſie einander ſeitwerts im erſten oder andern Glied ungleicher Linien verwandt / als da ſind Brüder und Schweſter / oder da einer ſeines Bruders oder Schweſter Kind ehelichen wolte / dieſelben ſollen mit Verweiſung / wegen der begangenen Blutſchande / zur Staupen geſchlagen werden.** Quæ verba etiam habentur in *Ord. matr. de An. 1624. punct. 2.* §. **Die Perſonen / welche ſeithalben** / *&c. in fin.*

27 *Tùm*, ob textum in *Conſtit. Elector. 22. part. 4.* §. *f.* quæ in ſecundo gradu lineæ inæqualis ſanguine conjunctos, vel *cap. 18. Levit.* à Moyſe enumeratos, inceſtum invicem committentes, virgis cædi, ac in perpetuum relegari jubet. Atqui perſonas in regula hac denominatas gradu ſecundo lineæ inæqualis ab invicem diſtare, in aperto eſt, & ex jam dictis manifeſtiſſimè liquet.

28 *Pronunciârunt ita Scabini ad conſultationem* **der Gebrüdere vom Hopffegarten zu Schlotheim: Hat** *M. E.* **in gutem bekant und außgeſaget / daß ſie mit** *M. D.* **ihrer Mutter Bruder / Blutſchande und fleiſchliche Vnzucht getrieben / und von ihme geſchwängert worden. So wird ſie von wegen ſolcher begangenen und bekandten fleiſchlichen Vnzucht und Blutſchande / wenn ihre ſechs Wochen umb ſind / mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billig verwieſen / aber gleichwol ihr die Straffe dermaſſen gelindert / damit dem Kinde / da ſie daſſelbe ſtillen würde / an ſeiner Nahrung kein Abbruch geſchehe / V. R. W.** *M. Aug. An.* 1584.

In caſu ſimili reſponderunt ita Quæſtori Weidenſi. M. Octobr. Anno 1597.

Item **an Rath zu Dieben** / *Menſ. Decembr. Anno* 1603.

29 *Q. 4. Quomodo puniendi ſint conſobrini inceſtuoſi?*

Tertia Regula eſt: Conſobrini, conſobrinæque, vel fratres & ſorores patrueles, hoc eſt, duorum fratrum, ſororumvè liberi, in gradu ſecundo lineæ æqualis conjuncti, carnaliter ſe commiſcentes, in perpetuum relegandi ſunt.



Quamvis enim cognatos inceſtuoſos, in gradu ſecundo lineæ æqualis conjunctos, æquè fuſtigationis pœna in foro Saxon. afficiendos eſſe, ſcribat *Dn. Matt. Berl. part. 4. concl. 33. n. 16.* veriùs tamen eſt, hunc inceſtum non niſi relegatione perpetua puniri. 30

Tùm, quia inceſtus, ſolummodò de jure civili aut divino prohibitus, pœna virgarum coercetur, *Hartm. Piſtor. dict. quæſt. 192. num. 66.* Atqui fratrum ſororumque liberos, ſe invicem commiſcentes, de jure civili inceſtum committere, tantum abeſt, ut expreſsè etiam ipſis matrimonium invicem contrahere permiſſum ſit, §. *duorum*, *Inſtit. de nupt. l. celebrandis. 19.* C. *de nupt. l. ſi nepotem. 3. ff. de rit. nupt. l. conditioni. 2.* C. *de inſtit. & ſubſt.* 31

Quin nec lege Moſaicâ inter conſobrinos & conſobrinas nuptiæ prohibitæ fuerunt, ut exempla juris divini luculenter docent. Sic enim Jacob duxit Rachaëlem, avunculi ſui filiam: *Geneſ. 19. verſ. 18.* Amram accepit uxorem Jochabed patruelem ſuam, *Exod. 6. verſ. 20.* Filiæ Salphahad, Maala, Therſah, Heglah, Melchah & Noah nupſerunt filiis patruorum ſuorum, *Numer. 36. verſ. 11.* Othoniel duxit Axam, patrui ſui Eli filiam *Ioſ. 15. verſ. 17.* Joſephus duxit Mariam, patrui ſui Eli filiam, *Matth. 1. verſ. 16. &c.* *Ioach. Beuſt. de ſponſal. cap 12. Ioh. Schneid. ad tit. Inſtit. de nupt. rubr. in quib. grad. jus divin. prohib. matr. nu. 18. Ioh. Gerhard. in loco Theolog. de conjug. part. 1. ſect. 2 num. 326.* 32

Tùm, quia hoc expreſsè diſpoſitum in *Ordin. Eccleſ. tit.* **Von Eheſachen.** *rubr.* **Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbnüs miteinander einzulaſſen verbotten** / §. **Die Perſonen welche ſeithalben** / &c. ubi omnes ii conſanguinei, qui gradu tertio lineæ inæqualis, nec non proximiori gradu conjuncti ſunt, nuptias contrahere prohibentur, adjecta pœna *in* §. **Würden ſie aber** / ut ſi carnaliter ſe commiſcuerint, in perpetuum relegentur, *in verb.* **Da ſich auch ſolche Perſonen miteinander fleiſchlich vermiſchet / ſollen ſie deß Landes ewig verwieſen werden** / &c. Unde manifeſtè probatur, fratrum ſororumque liberos inceſtum committentes, in perpetuum relegari debere. 33

Tùm, quia illi demum inceſtuoſi collaterales fuſtigatione puniuntur, qui in primo gradu lineæ æqualis, & ſecundo gradu lineæ inæqualis ſunt conſtituti, & *cap. 18. Levit.* denominati, *Conſt. Elect. 22.* §. **Aber die andere Perſonen** / *&c. part. 4.* Atqui conſobrini conſobrinæque gradu ſecundo lineæ æqualis ab invicem diſtant, & in *cap. 18. Levit.* nec comprehenduntur, ut in aperto eſt. Ergò non pœna fuſtigationis ad haſce perſonas extendi debet. 34

Accedit obſervantia pronunciandi, in Electorali Sax. Scabinatu. recepta: **Hat** *C. F.* **ein junger Geſell / mit ſeiner Mutter Schweſter Tochter** *M. A.* **einer ledigen Dirnen fleiſchlichen Vnzucht begangen / rc. So werden beyde Perſonen deß Landes billig ewig verwieſen / V. R. W. Endorff / an Verwalter** / *M. Decemb. Anno* 1603. 35

Item

36 It: Hät E. A. bekant und außgeſaget / daß ſie mit G. K. einem ledigen Geſellen / ſo ihrer Mutter Bruder Sohn iſt / zweymahl fleiſchliche Unzucht begangen / davon ſie ſchwanger worden / und eines Kindes geneſen / So wird ſie derowegen deß Landes ewig billig verwieſen / V. R. W. *Eidem ; Menſ. April. Anno* 1601.

Wolffgango Theodorico à Harttitſch / *Menſ. Octobr. Anno 1602.*

Præfecto Rochlicenſi, M. Iun. An. 1605.

Præfecto Weiſſenfelſenſi, Menſ. Martio, Anno 1607.

Quæſtori Stolpenſi, M. April An. 1616.

Senatui Pirnenſi, M. Octob. An. 1617.

Quæſtori in Auguſtusburg/ *Menſ. Novembr. Anno 1582.*

Davidi Lauen *in* Selingſtett/ *Menſ. Majo, Anno 1623.*

Capitaneo & Quæſtori in Senfftenberg/ *Menſ. Auguſto, Anno 1628.*

Quæſtori in Ziegenrück/ *Menſe Aprili, Anno 1627.*

Henrico Abrahamo à Thumbshirn / *Menſ. Auguſt. Anno 1628.*

Quarta Regula : Inceſtus commiſſus ab iis collateralibus , qui gradu tertio lineæ inæqualis ab invicem diſtant (quales ſunt patruus aut avunculus magnus, amita aut matertera magna , horumque liberi , & viciſſim pronepotes, proneptesvè , & fratre aut ſorore , & conſobrinorum vel patruelium liberi) Relegatione punitur. 37 *Q. 5. Pœna collateralium inceſtuoſorum in tertio gradu lineæ inæqualis.*



38 Ex hoc ſchemate apparet, dupliciter committi inceſtum in gradu tertio lineæ inæqualis: nempe cum patruo, avunculo, amita, matertera, magnis, hoc eſt, cum avi aviæque fratribus & ſororibus, qui gradu tertio lineæ inæqualis diſtant: Et cum parentum, conſobrinis aut patruelibus, hoc eſt, avi aviæque fratris & ſororis liberis, qui æquè gradu tertio lineæ inæqualis diſtant.

39 Hæ perſonæ omnes gradu tertio lineæ inæqualis ab invicem diſtantes, ſi ſe commiſcuerint, quin inceſtum committant, & pœnam relegationis incurrant, dubio caret. Sed hoc expeditum non eſt, an in perpetuum, an verò ad certum tempus relegari debeant? De quo veteres Scabinos pus relegari debeant? De quo veteres Scabinos admodum fuiſſe diſcrepantes, ex ſententiis eorum animadvertere potui.

40 Illud videtur placuiſſe D. Auguſto Electori Saxon. *in Ord. Eccleſ. tit.* Von Eheſachen. *rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbnüß miteinander einzulaſſen verbotten. §. Die Perſonen / welche ſeithalben / *verſ.* Würden ſich aber / &c. In verb. Da ſich auch ſolche Perſonen miteinander fleiſchlichen vermiſcheten / ſollen ſie deß Landes ewig verwieſen werden / &c. Quam pœnam collateralibus, in gradu tertio lineæ inæqualis conſtitutis, indifferenter indictam eſſe, ex *verb. præcedent. dict. §.* Die Perſonen / welche ſeithalben / &c. & toto contextu luculenter apparet.

Hoc autem, quod nempè collaterales hi inceſtuoſi temporali ſolummodò relegatione puniendi ſint, videtur evinci poſſe ex diſparitate gradus ſecundi lineæ æqualis, & gradus tertii lineæ inæqualis. Si enim conſobrino, conſobrinæque, aut patrueles, in gradu ſecundo lineæ æqualis conjuncti inceſtum committentes, relegationis perpetuæ pœnam merentur, certè mitius puniendi erunt ii collaterales inceſtuoſi, qui gradu remotiori, tertio ſcilicet lineæ inæqualis ab invicem diſtant: niſi quis differentiam in linea æquali & inæquali ponere velit, quam tamen computatio graduum Canonica in matrimonialibus non admittit, ſolùm perſonam remotiorem, à ſtipite communi diſtantem, obſervans, & ex numero illius aliarumque intermediarum perſonarum gradus dimetiens. 41

Pro reſolutione igitur dubii hujus, exiſtimo diſtinguendum eſſe: An cum patruo, avunculo, amita & matertera magnis, hoc eſt, avi aviæque fratribus & ſororibus inceſtus fuerit commiſſus; An verò cum parentum patruelibus aut conſobrinis, hoc eſt, cum avi aviæque fratrum aut ſororum liberis. 42

43 *Priori caſu*, commiſſo nempe inceſtus crimine cum fratrum aut ſororum nepotibus ac neptibus, vel quod idem eſt, cum avi aviæque fratribus aut ſororibus, pœnam relegationis perpetuæ Reis imponendam eſſe, nullus dubito.



44 *Tùm*, ob diſpoſitionem manifeſtam *Ordin. Eccleſ. tit.* Von Eheſachen/*Rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbnis/*&c.* *§.* Die Perſonen/welche ſeithalben *verſ.* Würden ſich aber: quæ inceſtuoſos collaterales, in gradu lineæ inæqualis tertio conſtitutos, in perpetuum relegari jubet.

45 *Tùm*, quod Rei hujus criminis dupliciter peccent: commiſcentes nempe ſeſe in gradu prohibito matrimonii; & offendentes reverentiam atque reſpectum parentum ac liberorum: ſiquidem avi avique fratres ac ſorores, parentum, fratrum ac ſororum verò nepotes, liberorum loco habentur, *§. item amitam. 5. Inſtit. de nupt. l. per adoptionem. 17. §. 2. l. ſororis. 39. ff. de ritu nupt.* Et ſic duplici jure inter haſce perſonas matrimonium prohibetur: Quid ergò mirum, ut contra hanc prohibitionem ſe commiſcentes, graviori quodam ſupplicio, utpote relegatione perpetua puniantur? cùm pœnæ debeant commenſurari delictis, *l. 1. ff. de jur. patron. l. 3. C. de Epiſcop. audient. l. ſervos. 8. C. ad Leg. Jul. de vi public. Anton. Gomez. de delict. cap. 3. num. 60. in fin. & de furt. num. 5. Nicol. Reuſn. libr. 2. deciſ. 20. num. 6.*

46 *Tùm*, quod nec de jure civili inter haſce perſonas matrimonium permittatur: nam nec amitam magnam aut materteram magnam in uxorem ducere licet, *§. item amitam 5. Inſtit. de nupt. dict. l. 17. §. 2. & l. ſororis 39. ff. de rit. nupt.* Si ergò conſobrini conſobrinæque aut fratres & ſorores patrueles, in gradu matrimonii de jure civili permiſſo *§. duorum autem fratrum, 4. Inſt. de nupt.* conſtituti, pœna relegationis perpetuæ tenentur, ut demonſtratum fuit *regula tertia*; quantò magis hæc pœna relegationis perpetuæ obtinebit in perſonis iis, ut fratrum & ſororum nepotibus, aut avi aviæque fratribus & ſororibus, quæ de jure civili matrimonium contrahere nequeunt.

47 *Veluti ſic etiam quotidiè pronunciari ſolet in Elect. Saxon. Scabinatu*: Hat *I. T.* ein Witber mit *A. L.* ſeiner Schweſter Kindes Kind/fleiſchliche Unzucht getrieben/und es iſt berührte *A. L.* ſchwanger worden/und darauff einer Tochter geneſen; So iſt *I. T.* das Kind biß es das zwölffte Jahr ſeines Alters erreichet/und ſich ſelbſt ernehren kan/mit nothdürfftigem Unterhalt zu verſorgen ſchuldig/und werden beyde Perſonen/ſolcher ihrer Verbrechung halber/mit ewiger Landsverweiſung in Straffe genommen/V. R. W. *Philippo ab* Hauſen *in* Balhauſen/*M. Iun. An. 1623.*

Henrico à Schönberg *in* Frawenſtein/*Menſ. Febr. Anno 1607.*

48 *Poſteriori verò caſu*, inceſtus crimine commiſſo cum avi aviæque fratrum & ſororum liberis, ac viciſſim cum fratrum & ſororum patruelium aut conſobrinorum liberis, videtur ſufficere pœna temporalis relegationis.



49 *Tùm*, quia ratio, ob quam caſu priori relegationem perpetuam obtinere dixi, nempe quod concumbentes inceſtuoſi parentum ac liberorum loco habeantur, hîc ceſſat: ratione autem alicujus juris ceſſante, ceſſat ipſa Juris diſpoſitio, *l. adigere. 6. § quamvis. 2. ff. de jur. patron. Jaſon. in l. quod dictum 32. num. 2. ff. de pact. Nicol. Everhard. in loc. à ceſſatione rationis. num. 2. Petr. de Ubald. in tract. de duob. fratribus part. 6. quæſt. 9. num. 10. p. 216.* Ac licet avi & aviæ, fratrum & ſororum liberi, ac patruelium & conſobrinorum liberi, conjuncti ſint gradu tertio lineæ inæqualis, ubi matrimonium non permiſſum in terris eſt Elect. Saxon. Attamen hæc ſola cauſa relegationis perpetuæ non eſt, ſed in gradu hoc conſtituti inceſtuoſi collaterales, ii demum hâc pœna plectuntur, qui parentum ac liberorum loco invicem habentur, ut antea dixi:

50 *Tùm*, quod levius delictum mitius puniri debet, *l. reſpiciendum. ff. de pœn. l. 1. §. ſed & qui ff. de abig. l. capitalium. 28. §. ſolent. §. graſſatores. ff. de pœn. c. non afferamus 24. quæſt. 1. Hippol. de Marſil. in l. 1. nu. 256. C. de rapt. virg. Proſp. Farin. in prax. rer. crim. lib. 1. tit. 3. quæſt. 19. num. 5. Nicol. Reuſn. lib. 2. deciſ. 20. num. 8.* Atqui in comparatione inceſtus cum avi aviæque fratrum & ſororum liberis commiſſus, duplici reſpectu levior haberi poteſt: *Primò*, quia ſolùm prohibitus eſt ob qualitatem gradus, nempè tertii lineæ inæqualis, quo gradu nuptiæ in terris Elect. Saxon non permittuntur: Caſu verò priori non ſolùm ob hanc rationem nuptiæ dicuntur inceſtuoſæ, ſed & propterea, quod perſonæ inceſtuoſæ parentum ac liberorum loco habeantur: &

& ſic duplici modo ille coitus inceſtuoſus eſt. Sicuti autem duo vincula unico fortius ligant, ita etiam Reus duo vincula rumpens gravius peccat. *Secundò*, ob proximitatem ſanguinis: Etſi enim parentes æquè ac liberi cum fratrum ſororumque nepotibus pari gradu, ſcilicet tertio lineæ inæqualis, ſint conjuncti, ſecundum computationem graduum canonicam; ratione tamen ſanguinis ac generationis, parentes eſſe proximiores nemo negaverit. Sequitur ergò, quod hic ceu levior inceſtus etiam mitiori pœna, veluti relegatione temporali, puniri debeat.

51 Nec obſtat, quod *Ordin. Eccleſ.* Collaterales inceſtuoſos, gradu tertio lineæ inæqualis conjunctos, indifferenter in perpetuum relegari jubet. *Quamvis* enim verba *verſ.* Würden ſich aber/ *dict.* §. Die Perſonen/welche ſeithalben/ *&c. ſub rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbnüs/ *&c. in tit.* Von Eheſachen/ loquantur generaliter, (Da ſich auch ſolche Perſonen miteinander fleiſchlichen vermiſchet/ ſollen ſie deß Landes ewig verwieſen werden. Attamen, quin ea ad caſum ſolummodò priorem, inceſtum nempè, cum avi aviæque fratribus & ſororibus commiſſum, reſtringenda ſint, dubium non eſt, rationem hujus pœnæ conſideranti, ut ex antea dictis apparet.

52 *Neque Dominos Scabinos hunc textum Ord. Eccleſ. aliter intelligere, probat modus pronunciandi in Elect. Saxon. Scabinatu receptus:* Hat eine ledige Mannsperſon mit Namen S. H. ſeines Vaters Schweſter Sohns Tochter S. S. eine ledige Dirne fleiſchlichen erkant/ und geſchwängert/ und wiewol ſie einander zu ehlichen ſich erbotten/ ſo iſt doch von den Herrn *Conſiſtorialen* allhier zu Leipzig zu recht erkant worden/ daß ſie allhier im Lande nit getrawet/ noch zuſammen gegeben werden ſollen/ dahero jetzt gefragt wird/ wie ſie beyde deßwegen zu ſtraffen/ ꝛc. So werden ſie beyde nach Gelegenheit dißfalls/ weil ſie einander im dritten Grad ungleicher Linien verwand/ mit zeitlicher Landesverweiſung in Straff genommen/ V. R. W. *Quæſtori Freiburgenſi, M. Auguſt. An. 1627.*

Quæſtori in Liebenwerda/ *Menſe Majo, Anno 1601.*

Præfecto Rochlicenſi. M. Nov. 1618.

Eidem M. *Nov. An. 1626.*

Auguſto à Schönberg/ *Menſ. Februar. Anno 1630.*

Margarethæ à Bünaw/ Menſ. Mart. *Anno 1624.*

It: An Frauen Magdalenen Mechtilden von Weißbach/ *M. Octob. An. 1630.*

53 Ex quibus nemini obſcurum eſſe poteſt, inceſtum hunc, inter avi aviæque fratrum ſororumque liberos, & conſobrinorum, conſobrinarumque vel patruelium liberos commiſſum, hodie non niſi temporali relegatione regulariter puniri.

54 Quamvis non negem, inceſtuoſis hiſce perſonis pro ratione criminis per longum tempus continuati ac reiterati, aliarumque circumſtantiarum inceſtum aggravantium, perpetuam relegationem indici poſſe.

†

Quod & Scabinos quandoque feciſſe reperio. Ad conſultationem Quæſtoris in Hohenſtein/ *Menſ. Julio An. 1602.*

It: Ad requiſitionem Joachimi Henrici à Grünroda/ *M. Mart. An. 1600.*

Ad petitionem Præfecti Rochlicenſis, Menſ. Auguſto, Anno 1598.

56 Quinta ſit Regula: Committentes inceſtum cum proavi proaviæque fratribus & ſororibus, aut cum fratrum & ſororum pronepotibus, pronepti buſq; relegatione perpetua puniuntur.

Q. 6 *Quomodo puniatur inceſtus cũ proavi, proaviæq; fratribus & ſororib⁹ cõmiſſus?*



57 Scio equidem, prohibitionem matrimonii, de jure Provinciali ultra tertium gradum lineæ inæqualis incluſivè regulariter non extendi, attamen ſpecialiter cum proavi & proaviæ fratre aut ſorore, vel cum fratris aut ſororis pronepote, ſeu pronepte nuptias contrahere non licet, ideoque & inter haſce perſonas, licet gradu quartæ lineæ inæqualis ab invicem diſtent, committitur inceſtus, qui pœnam perpetuæ relegationis meretur.

58 *Tùm*, ob manifeſtam ſanctionem *Ord. Eccleſ. in tit.* Von Eheſachen/ *rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbniß/ *&c.* §. Die Perſonen/ welche ſeithalben &c. In verb. Wie denn auch niemand ſich mit deß Großvatters Vattern/ oder Großmutter Mutter Geſchwieſter/ weil dieſelben der Eltern ſtatt halten/ ehelich verloben ſoll: ubi matrimonium contrahere hæ perſonæ prohibentur, definita ſimul pœna relegationis perpetuæ iis, quæ contra prohibitionem ſe carnaliter commiſcent, *in* §. *ſeq.* Würden ſich aber/ *verſ.* Da ſich auch ſolche Perſonen/ ꝛc.

59 *Tùm*, quod proavi proaviæque fratres atq; ſorores & fratris ſororiſque pronepotes, ac proneptes, ſint loco parentum & liberorum, *Ord. Eccleſ. dict.* Die Perſonen welche ſeithalben/ &c. in verb. Weil dieſelben der Eltern ſtatt halten. Quorum reverentia & proximitas commixtionem carnalem nequaquam permittit, & hoſce ſe commiſcentes relegatione perpetua puniri, apparet ex *traditis pro reformatione regulæ præcedentis quartæ.* Hicque reſpectus parentum & liberorum probatur etiam jure divino, quo frater & ſoror dicuntur una caro. *Gen. 37. verſ. 27. Frater noſter*

eſt, & caro noſtra eſt. Lev. 18. verſ. 12. Soror patris tui eſt patris tui caro verſ. 13. Soror matris tuæ eſt caro matris tuæ. Dn. Ioh. Gerhard. in loc. Theolog. de conjug. num. 58.

60 *Pronunciavimꝰ ita verſus* Roßwein; Hat *A. R.* bekant und geſtanden / daß ſie mit ihres Großvatters Mutter Bruder *W. F.* einem Witber ſich fleiſchlichen vermiſchet und zugehalten / welches gedachter *W. F.* gleichfals bekant/ꝛc. So werden beyde Perſonen *A. R.* und *W. F.* ſolcher ihrer Verbrechung wegen mit ewiger Landsverweiſung in Straff genommen. *Ad conſultationem Adami* Rolnagels/ *Menſ. Mart. An. 1630.*

Q. 7. An in puniendo inceſtu collateralium conſanguineorum pluralitas vinculorũ ſit attendenda?

61 Sexta Regula: In puniendo hoc crimine nihil refert, an perſona collateralis propinqua ex utroque, ſive ex alterutro tantùm parente originem trahat: ſed inceſtus cum hac commiſſus, indifferenter ſecundum regulas antea poſitas puniendus eſt.



Veluti ſi duorum fratrum aut ſororum liberi, conſobrini, patrueles, aut amitini, quorum parentes ex uno patre, ſed duabus matribus ſunt geniti, inceſtum committant. Hi juxta Regulam tertiam æquè in perpetuum mittendi ſunt exilium, ac ſi eorum parentes ex uno patre, unâque matre fuiſſe procreati.

62 *Primò* quia in nuptiis contrahendis, non genus propinquitatis ex uno vel utroque latere originem trahens, ſed proximitas ſanguinis ſolùm attenditur, quæ commixtionem carnalem impedit, *inter eas quoque 2. verſ. ſanè Inſt. de nupt. Conſt. Elect. 22. p. 4.* ibi: Einander Blutshalben verwandt/ eine Blutſchande begangen wird. Et *Conſtit. ſeq. 23.* in verb. Da ihr mit verbottenen Grad der Blutfreundſchafft verwandt/&c. Atqui eandem eſſe proximitatem ſanguinis in natis ex uno parente, ac in genitis ex utroque latere, nemo facilè negabit.

63 Idque claris verbis exprimitur in *Ord. Prov. de An. 1580. in fin. p. 192.* ibi: Es werden aber nit allein Blutsfreunde genant / welche von gantzer Geburt / als von einem Vatter / und von einer Mutter / ſondern auch welche von halber Geburt / als von dieſer einem miteinander verwant ſeyn / unter welchen Perſonen keine Eheverbindung noch Vermiſchung geſchehen ſoll/ꝛc.

64 *Secundò*, de jure etiam Divino prohiberi matrimonium inter conſanguineos ex uno latere, apparet ex *Lev. 18. v. 9. Nuditatem ſororis tuæ, filiæ patris tui, vel filiæ matris tuæ, quæ genita eſt domi vel foris, non revelabis, &c.* Et *verſ. 11. Nuditatem filiæ uxoris patris tui, quæ genita eſt patri tuo, ſoror tua ipſa eſt, non revelabis nuditatem ejus &c.* Ejusmodi nefariæ conjunctionis exemplum proponitur in Ammon & Thamar *2. Reg. 3.* Fuit enim Thamar Ammonis ſoror agnata, ex eodem ſcil. patre Davide, ſed non eâdem matre. Unde talem regulam formavit *Dn. Joh. Gerhard.* Prohibitio complectitur utrumque genus propinquitatis, ſive ex utroque, ſive ex alterutro tantùm parente originem trahat, in *loco Theolog. de conjug. num. 281.*

65 *Tertiò*, faciunt huc verba *Ord. Eccl. intit.* Von Eheſachen/ *rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbniß/ *&c.* §. Die Perſonen / welche ſeithalben ꝛc. Als da ſeyn alle die Perſonen / ſo von einerley Eltern / Vatters oder Mutter halben geboren / oder herkommen / &c. Ubi notanda particula *(vel)* disjunctiva: ſufficit enim ad prohibitionem nuptiarum & copulæ carnalis, collaterales in gradu prohibito eſſe conjunctos, vel ex patre vel ex matre ſolùm. Quibus inceſtuoſis imponitur indifferenter pœna perpetuæ relegationis in §. *ſeq.* Würden ſich aber/&c.

66 Nec obſtat, quod frater ex uno latere tantùm conjunctus, uno gradu remotior habeatur, fratre utrinque conjuncto *lib. 2.* Landrecht. *art. 20. ubi gloſſ. & lib. 1.* Landrecht. *art. 3.* Denn der halbe Bruder tritt in ein Glied weiter denn der vollbürtige Bruder / unde videtur dicendum, liberos duorum fratrum, ex uno latere conjunctorum, in gradu tertio lineæ æqualis eſſe, conſtitutos, ac proindè impunè coire, & nullum inceſtum committere. *Siquidem* hoc verum eſt de jure Saxonico, & attenditur hæc computatio Saxonica tantùm in ſucceſſione, quando ex uno latere conjunctus concurrit cum utrinque conjuncto, excludat ex uno latere conjunctum, à ſucceſſione defuncti. Non autem in cauſis matrimonialibus hæc differentia attenditur, ubi ſecundum computationem juris Canonici gradus dinumerantur. *Johann. Schneidvv. ad tit. Inſt. de nupt. rubr. An inter jus commune & Saxon. quoad computationem graduũ ſit differentia, & ibi Matt.* Weſemb. *in not. lit. C.*

67 *Secundum hanc regulam pronunciavimus ſæpius in Elect. Saxon. Scabinatu:* Haben zwo ledige Perſonen / als *M. B.* und *E. F.* bekant / daß ſie vor drey viertel Jahren etliche mahl miteinander fleiſchliche Vnzucht getrieben / und ein Kind gezeuget / und es ſeyn *M. B.* Mutter und *E. F.* Vatter Geſchwiſter und halber Geburt geweſen / und alſo obgedachte beyde Perſonen / *in ſecundo lineæ gradu æqualis* einander mit Blutfreundſchafft verwandt und zugethan/ *&c.* So werden ſie beyde von wegen ſolcher ihrer begangenen und bekanten Verbrechung / mit ewiger Landsverweiſung in Straff genommen / V. R. W. *Quæſtori in* Ziegenrück/ *Menſe Jul. An. 1620.*

Curatori Præfecturæ Weiſſenfelſenſis, Menſ. Octobr. An. 1600.

Georgio Chriſtophoro à Milckaw/ *Menſ. April. Anno 1629.*

Quæſtori Grimmenſi, Menſ. Septembr. Anno 1629.

Præfecto in Endorff / *Menſ. Aprilis, Anno 1601.*

68 Idem planè dicendum eſt in aliis caſibus inceſtus, commiſſi à perſonis in gradu prohibi-

to remotiori aut propinquiori conjunctis, quæ pariter juxta regulas antea poſitas puniendæ ſunt. Sufficit enim ſecundum computationem Canonicam, eas in gradu prohibito eſſe conſtitutas, licet ex alterutro tantùm parente natæ fuerint.

69 *Veluti ſic pœnâ relegationis perpetuæ dictavimus ei, qui ſororis ex uno latere ſibi conjunctæ neptem imprægnaverat, juxta regulam quartam. Verſus* Balhauſen. *Ad requiſitionem Philippi ab* Hauſen. *Menſ. Iun. An. 1623.*

Q. 5. Num & inceſtus inter collaterales conſanguineos ex fornicatione procreatos cõmittatur?

70 Septima eſt Regula: Committitur etiam inceſtus in gradibus prohibitis inter collaterales ex fornicatione procreatos, qui propterea ſecundum regulas prædictas æquè puniri debent, ac legitimè nati.

Veluti, ſi quis cum conſobrinæ ſuæ filiâ, ex fornicatione natâ, coeat: quem inceſtum in gradu tertio lineæ inæqualis committere, ac *ſecundum tradita in explicatione regulæ quartæ*, temporali relegatione puniendum eſſe, arbitror, cum *Joach. à Beuſt. in tract. connub. part. 2. cap. 51. verſ. in collateralibus autem pag. 204. & Proſp. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 149. n. 100.*

71 *Primò*: quia in nuptiis contrahendis pudor naturalis & jus ſanguinis inſpicitur, *l. adoptivus. 14. §. 2. ff. de rit. nupt. l. nupt. l. non omne. 144. l. ſemper in conjunction. 197. ff. de reg. jur. Andr. Rauchb. part. 2. quæſt. 13. n. 7.* Quod & à matrimonio vulgò quæſitæ cognatæ abſtinere jubet, *d. l. 14. §. 2. l. 44. §. 3. l. nihil. 54. ff. de rit. nupt. liberi* C*oncubinas. 4. C. de nuptiis.*

72 *Secundò:* Cum quo convenit jus Divinum, *Levit. 18. verſ. 19.* ubi prohibetur ſoror jungi matrimonio fratris, ſive ea domi, ſive foris ſit genita, hoc eſt, ſive ex legitimo matrimonio, ſive ex fornicatione ſit ſuſcepta, *Iohan. Gerhard. in loco de conjug. n. 282.* Et *1. Cor. 6. v. 16.* dicit Apoſtolus: *qui adhæret meretrici, eſt unum corpus cum ea.* Proinde etiam per fornicationem & adulterinum concubitum propinquitas contrahitur, nec tàm generationis qualitas, an ſit legitima, vel illegitima, quam ex copulatione carnali orta propinquitas, ſive ſanguinis communitas, in inceſtu attenditur.

73 *Tertiò*: per textum clarum in *Ordin. Prov. de Anno 1580. in fin. pag.* 192. ibi: Ja auch welche etwa auſſerhalb der Ehe gezeuget / unnd des Geblüts halben durch das natürliche Recht / mit einander verwand ſeyn / unter welchen Perſonen keine Eheverbindung / noch Vermiſchung geſchehen ſoll / *&c.*

74 *Ideoque & caſu tali pœnam temporalis relegationis dictare haud dubitavimus :* Hat *M. K.* mit ſeiner Mutter leiblichen Schweſter Tochter Tochter / *M. S.* ſo auſſer dem Eheſtande von ihrer Mutter zur Welt geboren / ſich fleiſchlichen vermiſchet / *&c.* So werden derowegen beyde Perſonen / weil ſie ſolche Verbrechung bekandt und geſtanden / uff vier Jahr lang des Landes billich verwieſen. *Ronneburgum ad requiſitionem Martini* Kolbens / *Menſe* Mart. *An. 1630.*

75 *Q. 6. Quomodo puniatur inceſt' unà cum adulterio commiſſ' in linea collaterali?*

Octava ſit Regula: Inceſtu in linea collaterali ſimul cum adulterio commiſſo, Rei pœna in adulteros ſtatuta puniuntur.

76 Pœna ſiquidem adulterii ſeverior eſt pœna inceſtus, inter collaterales commiſſi, dubium ergò non eſt, quin pœna adulterii obtineat: cum pluribus concurrentibus delictis, majus delictum abſorbeat minus, & majoris delicti pœna imponi ſoleat, *l. illud. 32. §. fin. ff. ad Leg. Aquil. Gloſſ. in l. nunquam plura, in verb. ob aliud. ff. de privat. delict. Bald. in l. quicunq. 4. num. 5. C. de ſerv. fugitiv. Nicol. Reuſn. lib. 2. deciſ. 20. nu. 7. & 8. Hippol. de Marſil. in l. ſi in rixa. 17. nu. 15. ff ad Leg. Corn. de ſicar. Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 77. n. 4.*

77 Hocque minus dubii habet in perſonis conjugatis, nec non viro ſoluto, cum ſanguineâ conjugata inceſtum & adulterium committente.

Uti reſponſum caſu, quo juvenis cum ſorore conjugata rem habuerat, Senatui in Croſſen. *Menſe Iun. An. 1595.*

Quæ perſonæ, quia propter ſolum etiam adulterium morte puniuntur, juxta *Conſt. Elect. 19. part. 4.* multò magis inceſtu concurrente, pœna mortis affici debent.

78 Ubi tamen notandum, quod ſimplici adulterio cum inceſtu perpetrato, remiſſioni & interceſſioni conjugum locus detur, ita ut pœnâ gladii remiſſâ, adulteri inceſtuoſi in perpetuum mittantur exilium, quos conjuges innocentes ſequi tenentur, ſecundum Sanctionem Electoralem in *Conſtit. 19. part. 4.* Quæ cum in caſu utriusque criminis, adulterii & inceſtus ſimul commiſſi, mutata non ſit, quin & hoc caſu ſecundum eam judicari debeat, dubium non eſt, quicquid etiam in contrarium dicat *Matth. Coler. part. 1. deciſ. 184. num. 18.* quem refert & ſequitur M*atth. Berlich. part. 4. concl. 34. n. 29* Matth. Steph *ad art. 117. Ordin. Crim.* C*arol. verſ. crimẽ inceſtus quod à conjugatis.*

79 Neque ratio obſcura eſſe poteſt: Remiſſâ etiam pœna adulterii ad conjugis interceſſionem, quæ in ſimplici adulterio locum habet, *dict. Conſt.* 19. non niſi crimen inceſtus remaneat, cujus pœna ſeverior non eſt relegatione perpetuâ, de eo enim inceſtu hoc intellectum velim, qui pœnam fuſtigationis non meretur.

80 Quod ſi verò perſona conjugata cum fratre, ſorore, aut fratris ſororisve liberis concumbat, qualis inceſtus fuſtigatione puniri ſolet, juxta *regulam primam & ſecundam*, factâ etiam remiſſione conjugis adverſus adulterum ultra relegationem perpetuam ſeverius aliquo modo animadvertendum eſſe, non reclamaverim, ne inceſtus pœna, quæ aliàs mitigari non ſolet, ſimul remittatur, ac Reus, qui ob duplex delictum, adulterium & inceſtum gravius puniri debeat, ordinariam inceſtus pœnam evadat.

81 *Placuit itaque Scabinis, augmentum aliquod pœnæ hoc caſu addi in hunc modum ipſis reſpondentibus:* So möchte *H G.* wegen ſolcher mit ſeines Brudern Tochter getriebenen Blutſchande und Ehebruchs mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtraffet und hingerichtet werden. Es wolte ihme denn ſein Weib ſeine begangene Mißhandlung vergeben / und ungeachtet gebrochener Liebe

und Treue/ferner ehelichen beywohnen/auff den fall würde Er im Gefängnüß durch den Büttel wegen dieſer ärgerlichen Geilheit unnd Blutſchande/ mit Ruthen billig gezüchtiget/und darauff des Landes ewig verwieſen/darauß Jhm ſein Eheweib mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig/ V.R.W. *Ad requiſitionem Quæſtoris in* Auguſtusburg. *Menſ. April. An. 1621.*

Q. 10. Quæ ſit pœna fœminæ ſolutæ marito conſanguineo ſuo ſe proſtituentis?

82 Sed quoad fœminam ſolutam, adulterium cum marito alieno, illis gradibus conſanguinitatis ſibi juncto, quorum mentionem facit Conſtitutio, committentem, res majorem habet difficultatem, ob textum in *Conſtit. Elect. 23. part. 4.* quæ utrumque Reum gladio puniri jubet, *in verb.* So ſollen Sie beyde mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet werden. Unde ſequi videtur, mulierem etiam ſolutam hoc caſu capite plectendam eſſe. Idque eo magis, quod mulier ſoluta extra inceſtus crimen ſe cum alieno marito commiſcens, carnaliter pœnam fuſtigationis cum relegatione ſuſtinere debeat: quam pœnam ſi ſufficere exiſtimaſſet Elector, etiam ubi mulier ſoluta adulterium cum inceſtu committeret, peculiari Conſtitutione de puniendo hujuſmodi delicto opus non habuiſſet: veluti ita concludit *Daniel. Moller. ad Conſtitut. Etect. 23. n. 6.* quem ſequitur *Matth. Berlich. part. 4. concl. 34. num. 18.*

83 Pro quâ ſententiâ facere etiam videtur *Conſt. Elect. 22. p. 4.* ubi verb. Wenn dieſelbigen allerſeits nicht in der Ehe ſeyn/ und Blutſchande mit einander begehen/ ſollen beyde mit Staupenſchlägen unſerer Lande ewig verwieſen werden/ꝛc. Unde ſequitur à contrario ſenſu, ſi unus vel alter Reus hujus criminis ſit conjugata perſona, ſeveriorem aliquam pœnam obtinere.

84 Verum enim verò *Conſt. Elect. 23. p. 4.* penitiùs inſpectâ, de inceſtu inter aſcendentes & deſcendentes unà cum adulterio commiſſo, ibidem agi, manifeſtum redditur ex *verb. text.* Vnd ſolches wäre unter Eltern unnd Kindern/ oder andern Perſonen der uffſteigenden und niederſteigenden Linien/ *&c.* Quod ergò *dict. Conſtit.* diſpoſitum, id ad inceſtum, cum adulterio inter collaterales conſanguineos perpetratum, nequaquam extendi debet; ſiquidem in pœnalibus quantum fieri poteſt, extenſiones ſunt vitandæ, *l. interpretatione. 42. ff. de pœn.* præſertim in Statutis, quæ aliàs ſunt ſtrictè accipienda. 85 Et quis non videt diverſitatem inceſtus in lineâ directâ, & collaterali commiſſi: Ille enim extra crimen etiam adulterii pœnâ mortis coercetur; Hic verò fuſtigatione aut relegatione tantummodò punitur, *dict. Conſt. 22. part. 4.*

Quapropter cum lex deficiat, nec ullibi pœna gladii in mulierem ſolutam, conſanguineo marito in linea collaterali ſe proſtituentem, conſtituta reperiatur; utique nec mortis ſupplicio eam puniendam eſſe, rectè quis dixerit: cùm abſque lege, neminem interficere liceat, ut inquit *Modeſt. Piſtor. part. 2. quæſt. 92. n. 6.*

86 Quæ ſententia etiam complacuit Scabinis, pœnam fuſtigationis cum perpetuâ relegatione mulieri ſolutæ hoc caſu infligendam eſſe, exiſtimantibus; ut apparet ex ſent. *Scabin. Lipſenſ. poſt* Landrecht. *tit.* Straffe umb *inceſt.* mit dem Ehebruche. *verſ.* Das Weib möget Jhr zur Staupen. *fol. 532.* Vrthel/ *poſt* Weichbild. *tit.* Von *inceſt* mit dem Ehebruche. *verſ.* Das Weib aber ſeine verwandte Freundin. *Auth.* Conſult. *Conſt. Saxon. tom. 1. part. 4. quæſt. 2. n. 8.*

87 Neque contrarium evinci poteſt ex *Conſtit. Elect. 22. p. 4.* *Quàm* infirmum enim ſit argumentum à contrario ſenſu deſumptum in pœnalibus & Statutis, nemo neſcit: Strictè namque Conſtitutiones Electorales, tanquam ſtatutariæ, ſunt accipiendæ, ita ut quantum fieri poteſt, minus jus commune corrigatur, & ſufficit, ſi in aliquo minimo quid poſſint operari: *Andr. Tiraquell. de legib. connub. gloſſ. 2. num. 23. Iacob. Schult. in pract. quæſt. 65. n. 32. & ſeqq. lib. 2.* Neque alia videtur mens fuiſſe Illuſtriſſimi Conſtituentis *dict. Conſtit. 22. p. 4.* quàm ut expreſſiùs pœnam fuſtigationis in inceſtuoſos collaterales ſtatueret; etiamſi ambo ſoluti eſſent: ne forſan quis eam de conjugatis ſolummodò inceſtuoſis intelligeret.

88 *Et ſecundum prædicta, Scabini etiamnum hodiè pronunciare, nec ſeveriorem, quàm fuſtigationis pœnam, fœminæ ſolutæ hoc caſu dictare ſolent:* Hat *A.* von W. (*fœmina ſoluta*) in gutem bekandt/daß Sie mit ihres Vattern Bruder *W. E.* von *W.* einem Ehemanne Blutſchande getrieben/ *&c.* So wird ſie wegen ſolcher begangenen und bekandten Blutſchande mit Staupenſchlägen des Landes ewig billig verwieſen/ V.R.W. *Ad requiſitionem Wolffgangi* Winckelmanns. *Quæſtoris Weidenſis, Menſe Octobr. An. 1597. In caſu ſimili reſpondimus eodem planè modo Quæſtori in* Auguſtusburg/ *Menſe April. Anno 1621.*

Q. 11. An inceſtus etiam inter collaterales per matrimonii conſummationē committatur?

89 Nona eſt Regula: Inceſtus committitur non ſolùm per commixtionem carnalem extra matrimonium, ſed & in matrimonio, inter conſanguineos in gradibus prohibitis contracto.

Proindè, quæ regulis præcedentibus de pœnis inceſtuoſorum collateralium dicta fuêre, ea 90 non ſolùm locum ſibi vendicant in commixtione carnali illegitimâ extra matrimonium, ſed & ſi collaterales quos jungi conſanguinitas non admittit, nuptias contraxerint, & colore matrimonii ſe commiſcuerint.

91 Quamvis enim hoſce à pœnâ inceſtus immunes eſſe velit *Joachimi. à Beuſt. in tract. connub. part. 2. cap. 52 verſ. quia verò in allegatâ Conſtitut. & Hartm.* Piſtor. *obſ. 192. n. 113.* propter textum in *Conſt. Elect. 22. p. 4.* Ibi: Wann dieſelben allerſeits nicht in der Ehe ſeyn/ *&c.* Attamen cum verba illa non de inceſtu, ſub colore matrimonii commiſſo, ſed de eo, qui fit à collateralibus ſolutis extra crimen adulterii, accipienda ſint, ut ex ipſo contextu apparet; Quin etiam propter inceſtum, ſub ſpecie matrimonii perpetratum, pœnæ huic crimini impoſitæ infligi debeant, dubitandū non eſt, pręſertim cum nec talem commixtionem atque conjugium pudor naturalis & jus ſanguinis admittat, *Aut.* Conſult. Conſt. *Saxon. tom. 1. part. 4. quæſt. 3. n. 6.*

Veluti

92 *Veluti etiam Scabinis reſponſum ſcio verſus* Hain. *Ad petitionem Quæſtoris,* Menſe *Iulio, Anno* 1616.

W*ittebergam ad requiſitionem Quæſtoris, Menſe Mart. An. 1630.*

Decima Regula ſit: In crimine inceſtus, ob cauſas & circumſtantias judex pœnam ordinariam penè mitigare poteſt.

Q. 11. Quatenus judex in crimine inceſtus pœnā ordinariam mitigare poſſit?

93 Præterquam enim quod & in aliis criminibus mitigatio pœnæ arbitrio judicis committitur, *l. perſpiciendum. 11. ubi Bartol. & Dd. ff. de pœn.* In crimine inceſtus ſpecialiter hoc judici permiſſum eſt *Conſtit. Elect. 23. part. 4.* In verb. **Wo ſonſten die Jugend oder andere Vmbſtände der ledigen Perſonen halben/ keine Linderung mit ſich brächten.** 94 Undè manifeſtum eſt, judicem ob minorennitatem, aliasque cauſas intervenientes ordinariam pœnam remittere, aliudque ſupplicium mitius indicere poſſe.

95 Quo etiam pertinet ignorantia; veluti ſi conſanguinei ignorantes ſe tam propinquo gradu eſſe conjunctos, ut inter ſe coire prohibeantur, ſe invicem commiſceant, *Nicol. Boer. deciſ. 264. num. 13. Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quæſt. cent. 6. caſ. 502. num. 83. Proſper. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 147. n. 161. & ſeqq. Paul. Chirl. de pœn. omnif. coit. quæſt. 3. n. 6. verſ. ſi vero contraxerunt ignorantes.*

Reſponderunt ita Scabini verſus Dieben/ *hiſce formalibus:* So wird ſie/ weil beyde Perſonen ledig/ und im andern Grad ungleicher Linien mit Blutfreundſchafft einander verwandt ſeyn/ wegen ſolcher begangenen und bekandten Blutſchande/ mit Staupenſchlägen des Landes ewig billig verwieſen. Man wolte Jhr denn in Anſehung ihrer Jugend unnd ihres ehrlichen Herkommens/ auch daß Sie durch Trunckenheit von gedachtem *H. I.* zu fall bracht worden/ Gnade erzeigen/ Auff den fall würde Jhr die zuerkandte Leibes Straff billich erlaſſen. Würde ſie auch ihr Vorgeben/ daß ſie nemblich von obangezogener naher Freundſchafft nichts gewuſt/ mit ihrem leiblichen Eyde erhalten/ ſo bliebe ſie auch mit der Landesverweiſung verſchonet/ und würde darauff der gefänglichen Hafft/ auff einen gewohnlichen Vrfrieden entlediget/ V. R. W. An Rath/ *Menſe Decembr. An. 1603.* 96

QVÆSTIO LXXIV.

De Pœnâ Inceſtus commiſſi inter Affines.

SUMMARIA.

1. *Inter Affines committitur etiam inceſtus.*
2. *Qui tamen inceſtus morte non punitur, n. 3.*
4. *Quando & quomodo committatur inceſtus inter Affines? n. 7.*

5. *Affinitas quænam propriè dicatur?*

6. *Quomodo computentur gradus affinitatis?*
8. *Inceſtus affinium diverſimodè punitur.*
9. *Quæ ſit pœna inceſtus commiſſi inter affines aſcendentes vel deſcendentes? numer. 10. 11. 12. 13.*
14. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
15. *Inceſtus inter avum & neptem &c. quomodo puniatur? n. 16. 17.*
18. *Sententia Scabinorum* L*ipſenſium.*
19. *Pœna affinium inceſtuoſorum in gradu primo lineæ æqualis, n. 20. 21.*
22. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
23. *Inceſtus cum fratris vidua num committatur, & quomodo puniatur? numer. 24. 25. 26. 27.*
28. *Viduam fratris in uxorem ducere non licet.*
29. *Explicatio Deut. 25. verſ. 5. n. 30.*
31. *Sententia Scabinorum* L*ipſenſium.*
32. *Pœna affinium inceſtuoſorum in gradu ſecundo lineæ inæqualis, n. 33. 34. 35.*
36. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n. 37.*
38. *Pœna affinium inceſtuoſorum in gradu ſecundo lineæ æqualis, n. 39.*
40. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
41. *Pœna affinium inceſtuoſorum in gradu tertio lineæ inæqualis, n. 42. 43. 45.*
44. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n. 46.*
47. *Pœna commiſſi inceſtus cum vitrici aut privigni viduâ, n. 48. 49. 50. 51. 52.*
53. *Sententiæ Scabinorum* L*ipſenſium.*
54. *In ſecundo genere affinitatis in lineâ collaterali prohibitum non eſt matrimonium.*
55. *In tertio genere affinitatis non committitur inceſtus.*
56. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
57. *Conjunctio ex alterutro tantummodò latere, an excuſet affines in crimine inceſtus? numer. 58.*
57. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
60. *Inceſtus num committatur inter affines ex fornicatione procreatos? n. 61. 62. 65.*
63. *Propter affinitatem ex illicito coitu prohibentur nuptiæ.*
64. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium, n. 66.*
67. *Inceſtu inter affines, conjuncto cum adulterio delinquentes pœnâ adulterij afficiuntur, n. 68.*
69. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
70. *In ejusmodi inceſtu cum adulterio conjuncto locus eſt interceſſioni conjugis, numer. 71. 72. 73.*
74. *Quandoque pœna exaſperatur hoc caſu numer. 80.*
75. *Sententiæ Scabinorum* L*ipſenſium, num. 76. 77. 78. 79. 81.*

82. *Quomodo puniri debeat fœmina ſoluta, affini marito copiam ſui faciens? numer. 83. 84. 85.*
86. *Sententiæ Scabinorum* Lipſenſium.
87. *Num & inter affines committatur inceſtus ſub colore matrimonii? n. 88. 89.*
90. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n. 91.*
92. *Quidnam juris in ſponſalibus, ſi copula carnalis non fuerit ſubſecuta? num. 93. 95.*
94. *Sententiæ Scabinorum* Lipſenſium.
96. *Ignorantia quatenus excuſet affines in crimine inceſtus, n. 67.*
98. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
99. *Quanto temporis ſpatio præſcribatur inceſtus? num.* 100.
101. *Sententiæ Scabinorum* Lipſenſium. *n.* 102.

1 RESTAT Tertia Concluſio, in qua de pœna inceſtuoſorum affinium agitur: quos carnaliter ſe invicem commiſcentes in gradibus prohibitis, inceſtum quoque committere, indubitata Doctorum opinio eſt, *§. affinitas Inſtitut. de nupt nemini. C. eod. tit. l. adoptivus. §. nunc videamus. l. fin. ff. de rit. nupt. c. lex illa. §. cum ergò. 36. quæſtion. 1. c. æqualiter. 35. quæſt, 2. capit. 1. ext. de conſang. & affin. Hoſtienſ. in ſummar. ext. de adulter. numer. 12. Jacob.* Me*noch. de arbitr. jud. quæſt. libr. 2. cent. 6. caſ. 502. numer. 6. & ſeqq. Angel. Aretin. in tract. malef. verb. che hai adulterato la mia donna. numer. 66. verſ. & aff.* Ma*tth. Berlich. part. 4. concluſ. 35. numer. 1. Proſper. Farinac. part. 5. oper. crimin. quæſt. 149. num. 41. Iacob. à Beuſt. in tract. connub. part. 2. cap. 51. verſ. ſic etiam ratione affinitatis. Hartm. Piſtor. obſerv. 192. numer. 80. & ſeqq.* Ma*tth. Steph. ad artic. 117. Ordin. Crimin. Carol. verſ. deniq; inter affines.*

2 Hujus inceſtus pœnam ultimum ſupplicium non eſſe, patet ex *l. fin. verſ. qui verò ex latere. ff. de rit. nupt.* ubi inceſtus inter collaterales & affines commiſſus, quoad pœnam æquiparatur, & pari paſſu ambulat. Collateralium verò inceſtum non niſi fuſtigatione aut relegatione coerceri, demonſtratum fuit *quæſtione præcedenti.* Sequitur hinc ergò, inceſtuoſos affines ſeveriori aliquâ quàm fuſtigationis pœnâ affici non poſſe, *Jul. Clar. libr. 5. ſentent. §. inceſtus. numer. 2. Nicol. Boer. deciſ. 318. numer. 5.* Matth. *Berlich. dict. part. 4. concluſ. 35. numer. 3. Erneſtus Cothman. Reſponſ. 48.* Matth. *Stephan. ad dict. artic. 117. Ordin. Crim. Carol. verſ. deniq; inter affines.*

3 Idque de jure etiam Saxon. expeditum eſt, quo nihil ſpecialiter hac de re diſpoſitum, nec ſeveriùs aliquod ſupplicium ſtatutum reperitur. Quin & in terris Elector. Saxonici, inceſtum affinium fuſtigatione ſolùm aut relegatione puniri, ſive is in lineâ directâ, aut collaterali fuerit commiſſus, dubitandum non eſt, ob textum expreſſum in *Conſtit. Elect. 24. part. 4.* Habito tamen reſpectu ad graduum proximitatem, unde vel ſola relegatio, vel unà cum eâ fuſtigatio Reis eſt infligenda.

4 Quippe tunc demum committitur inceſtus, ſi juncti affinitate in gradibus prohibitis carnaliter ſeſe invicem commiſceant. De quo ita loquitur *Ordin. Eccleſ. in tit.* Von Ehegelöbniſſen / *Rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbniſſen mit einander einzulaſſen verbotten / Wie nun den Perſonen in Blutfreundſchafft ſich in Ehegelübte einzulaſſen verbotten / alſo ſollen auch die / welche Schwägerſchafft halben einander ebenmäſſig verwandt / ſich in Ehegelöbnüß nicht einlaſſen / denn ſo nahe als der verſtorbene Ehegatte ſeinen eygenen Blutsfreunden zugethan / ſo nahe iſt auch denſelben ſein hinterlaſſener Ehegatte Schwägerſchafft halben verwandt / *&c.*

Q. 1. Quomodo ac

quando c mittatur inceſtus i ter affin

5 Ubi notandum *Primò*: affinitatem tantùm contrahi inter maritum & conſanguineos uxoris, & econtra; inter conſanguineos autem mariti & uxoris nullam eſſe affinitatem impedientem matrimonium, ſecundum *c. quod ſuper his. ext. de conſang. & adfinit.*

6 *Secundò*: Conſanguineos uxoris quoto gradu ſunt ipſi uxori jure conſanguinitatis, eodem gradu eſſe ipſius marito jure affinitatis. Et econtra, conſanguineos mariti quoto gradu ſunt ipſi marito jure conſanguinitatis, eodem gradu eſſe ipſius uxori jure affinitatis; quia maritus & uxor ſunt una caro, *c. porro. 35. quæſt. 5.*

7 Unde efficitur, quod in terrris Electoratus ac Ducatuum Saxonicorum, ſicut in conſanguinitate, ita etiam in affinitate prohibitio matrimonii in lineâ directâ in infinitum, in lineâ verò collaterali ad tertium uſque gradum lineæ inæqualis incluſivè extendatur, contraq; hanc prohibitionem coeuntes inceſtum adfinitatis committant.

8 Quamvis hi diverſimodè, vel ſolâ relegatione, vel fuſtigatione ſimul puniantur, pro ratione ſcilicet proximitatis graduum, in quibus affines jungi prohibentur. Quod ut clariùs exprimatur, certaque pœna unicuique gradui aſſignetur, ſubſequentes regulæ notari poſſunt.

9 **Prima Regula eſt: Inceſtus in affinitate inter aſcendentes & deſcendentes commiſſus fuſtigatione ac relegatione perpetua puniri debet.**

Q. 2. Qu ſit pœna in ceſtus commiſſi inte affines aſcendente vel deſcendentes?

Avus





Veluti ſi privignus aut privigna cum vitrico 10 vel novercâ, vel etiam gener aut nurus cum ſocru vel ſocero carnaliter ſe commiſceant, qui omnes affinitate juncti in lineâ directâ inceſtum committunt, & virgis cæſi in perpetuum mitti debent exilium.

Primò: ob textum clarum in *Conſt. Elect.* 11 *24. part. 4.* In verb. **Als Stieffvatter/ Stiefftochter/ Stieffmutter unnd Stieffſohn/ des Sohns Weib/ und dergleichen/ da die allerſeits ſonſten nicht Ehelich ſind/ und ſich mit einander vermiſchen/** *&c.* **ſollen mit Staupenſchlägen unſerer Lande ewiglich verwieſen werden.** Quibus verbis expreſſè fuſtigationis ac relegationis perpetuæ pœna affinibus aſcendentibus & deſcendentibus imponitur. Etſi verò generi & ſocrus mentio expreſſa non fiat: quin tamen hæ perſonæ ibidem ſubintelligantur, dubium non eſt, propter *vocab.* **und dergleichen/** quod reliquos adfines in lineâ aſcendenti vel deſcendenti denotat, qui omnes pari gradu affinitatis ſunt juncti. Quin & hoſce excluſos non eſſe, apparet ex *verbis ſubſequentibus:* **Mutter unnd Tochter wiſſendlich beſchlaffen/** *&c.* quæ de genero & ſocru accipi debent.

Secundo: Idque clariùs probatur ex verbis 12 *dict. Conſtit. 24. part. 4.* **Vnd vermöge Göttlicher Schrifft miteinander die Ehe nicht vollziehen.** Ubi regula ponitur talis, quod omnes affines, (inter quos jure Divino matrimonium prohibitum eſt,) carnaliter ſe commiſcentes, fuſtigatione ac relegatione ſint puniendi. Jam verò omnes illæ perſonæ, quarum jam mentio facta eſt, matrimonio jungi Lege Moſaicâ prohibentur *Levit. 18. verſ. 8. Nuditatem uxoris patris tui non revelabis, nuditas patris tui ipſa.* Quod etiam repetitur *Levit. 20. verſ. 11. Vir qui concubuerit cum uxore patris ſui, nuditatem patris ſui revelavit, moriendo morientur ambo ipſi, ſanguines eorum ſuper eos. Deuter. 20. verſ. 30. Non accipiat quisquam uxorem patris ſui.* Et *Deuter. 27. verſ. 20. Maledictus qui coierit cum uxore patris ſui quia diſcooperuit alam patris ſui.* Etſi enim per uxorem patris intelligi poſſet etiam germana mater; Attamen, cùm *verſ. 7. Levit. 18.* expreſſa prohibitio germanæ matris præceſſerit, ideò per uxorem patris *verſ. 8.* rectiùs intelligitur noverca, *Dn. Johan Gerhard. in loco theolog. de conjug. numer. 267.* De uxore filii extat prohibitio *verſ. 15. Levit. 18. Nuditatem nurus tuæ non revelabis, uxor filii tui ipſa, non revelabis nuditatem ejus.* Et *Levit. 20. verſ. 12. Vir qui concubuerit cum nuru ſua, moriendo morientur ambo ipſi, confuſionem fecerunt, ſanguines eorum in eos.* De ſocru dicitur *Levit. 20. verſ. 14. Vir qui acceperit mulierem, & matrem ejus, ſcelus eſt, igne comburent eum & eas.* Et *Deut. 27. verſ. 23. Maledictus qui concumbit cum ſocru ſuâ.* Et de privignâ, *Levit. 18. verſ. 17. Nuditatem uxoris & filiæ ejus non revelabis &c.* Sequitur hinc ergò, omnes eos ex *Conſt. Elect. 27. part. 4.* ob inceſtum commiſſum virgis cæſos in perpetuum relegandos eſſe.

13 *Tertiò:* Accedit, quod etiam de jure civili inter affines aſcendentes & deſcendentes perpetua eſt conjugii prohibitio ratione affinitatis, *l. non facile. §. hos itaque. ff. de gradib. affin.* ubi dicitur: *Hos itaque, qui affinitatis cauſa inter ſe parentum & liberorum loco habentur, in matrimonio copulari nefas eſt. l. adoptivus. §. nunc videamus. ff. de rit. nupt.* Inceſtus autem pœna de jure civili eſt deportatio, in cujus locum hodiè ſucceſſit pœna virgarum, *Hartm. Piſtor. obſervat. 192. n. 53.*

14 *Secundum hanc Regulam Scabini quotidiè pronunciare ſolent:* **Hat gedachte Wittib/ ſo nunmehr einen Bauersmann/ davon eure Frage meldet/ wiederumb geehlichet/ in gutem bekant/ daß ſie in ihrem Wittwenſtande mit ihrem Stieffſohn/** *B. Z.* **zweymahl fleiſchliche Vnzucht begangen/ davon ſie ſchwanger worden/ und eine junge Tochter zur Welt gebohren/ welches jetzo bemeldter** *B. Z.* **auch geſtanden/** *&c.* **So werden ſie beyde mit Staupenſchlägen des Landes ewig billig verwieſen/ V. R. W.** *Ad Conſultationem Henrici à* **Mihlen/** *in* **Weiſſig/** *Menſ. Febr. An. 1601.*

It: Ad conſultationem Senatus in **Hertzberg/** *Menſe Febr. An. 1623.*

15 Hocque non ſolùm verum eſt in primo gradu affinitatis lineæ directæ, ſed & in ulterioribus gradibus ejusdem lineæ: veluti in inceſtu commiſſo inter nepotem neptemvè, & avi aviæque conjugem, vel inter avum aviamque, & conjugem nepotis, neptisve, & ſic deinceps: quos omnes aſcendentes & deſcendentes in infinitum usque affinitate ſibi junctos, inceſtum invicem committere, & pœnâ fuſtigationis ac relegationis perpetuæ puniri, certiſſimum eſt.

16 *Primò:* Quia *Conſtit. Elect. 24. part. 4.* parentes ac liberos affines, **Stieffeltern und Stieffkinder/** hâc pœnâ affici jubet. Atqui parentum appellatione omnes in infinitum ſuperiores continentur, *l. 4. §. parentem. ff. de in jus vocand. l. 2. §.* Prætor. *ff. qui ſatisd. cogunt. l. 1. §. fin. ff. de poſtul. l. 1. §. 1 ff. de legat. præſtand. l. 51. ff. de V. S.* Sicuti & contra liberorum nomine veniunt omnes deſcendentes, nepotes nimirum & dein-

ceps, *l. liberos. 10. ff. de Senator. l. idem erit. 3. §. liberos autem. 6. ff. de aſſign. libert. l. liberorum 220. ff. de verb. ſignific. l. 10. §. liberos. 9. ff. de in jus vocand. Jacob. Menoch ff de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 189. num. 14. Jacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 118. n. 11.*

17 *Secundò:* Per textum clarum in *Ordin. Eccleſ. dict. tit.* Von Eheſachen/ *Rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbnüß/ *&c. in pr.* Ibi: Die Perſonen/ welche den Namen Vatters oder Mutters/ deßgleichen der Kinder/ tragen/ als Vatter/ Mutter/ Großvatter/ Großmutter/ und ſo fort/ Item; Kinder/ Kindes Kinder ſind/ *&c. junct. verb. finalibus.* Oder da es nur Stieffeltern unnd Stieffkinder betrifft/ mit Staupenſchlägen des Landes ewig verwieſen werden. Ex quibus haud obſcurè probatur, pœnam fuſtigationis, vitrico, novercæ, privigno vel privignæ definitam, ad alios quoque aſcendentes & deſcendentes affines extendendam eſſe.

18 *Secundum quæ pronunciavimus in caſu inceſtus commiſſi inter neptem & aviæ maritum, avia defunctâ:* Hat *M. S.* ein Wittwer/ mit ſeines Stieffſohns Tochter *M. H.* ſich fleiſchlichen vermiſchet/ welches beyde Perſonen alſo in gutem bekandt und geſtanden/ *&c* So werden ſie ſolcher Ihrer Verbrechung wegen mit Staupenſchlägen des Landes ewig billich verwieſen/ V. R. W. *Ad requiſitionem Henrici à* Zolwitz/ *Menſ. Mart. Anno 1630.*

Q. 3. Pœna affinium inceſtuoſorũ in gradu primo lineæ æqualis?

19 Secunda eſt Regula: Inceſtu in gradu primo affinitatis lineæ æqualis commiſſo, uterque reus virgis cæſus in perpetuum eſt relegandus.



Veluti ſi quis cum uxoris ſuæ defunctæ ſorore, gradu primo affinitatis in lineâ æquali ſibi junctâ, rem habeat: Quo caſu ambo, viduus nempe & ſoror uxoris defunctæ, ob perpetratum inceſtum, fuſtigatione ac relegatione puniuntur.

20 *Primò:* ob textum clarum in *Conſt. Elect. 24. part. 2.* In verb. deßgleichen der/ ſo zwo Schweſtern/ oder Mütter und Tochter wiſſendlich beſchlaffen hat/ ſollen mit Staupenſchlägen unſerer Lande ewiglich verwieſen werden/ *&c.* Quæ verba etiamſi de fornicatione cùm duabus ſororibus forſan intelligi poſſent, nihilominùs tamen exindè etiam hæc aſſertio noſtra probatur: cùm matrimonium prius contractum, ſubſequens crimen inceſtus nequaquam purget aut tollat.

21 *Secundò:* per *Ordin. Eccl. dict. tit.* Von Eheſachen/ *rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbnüß/ *&c.* §. Wie nun denen Perſonen/ *&c.* In verb. Auch nach Gelegenheit der Verwandnüß/ als da ſich eine Perſon mit zwoen Schweſtern oder zween Brüdern wiſſendlich fleiſchlich eingelaſſen hätte/ zugleich neben der Verweiſung zur Staupen geſchlagen werden.

22 *Secundum hanc regulam quotidiè ſolent pronunciare Domini:* Hat *M.S.* und ſeines unlängſt verſtorbenen Weibes Schweſter *A.* in gutem bekant/ und geſtanden/ daß ſie miteinander verbottener weiſe fleiſchlichen zugehalten/ *&c.* So werden ſie beyde derowegen offentlich billig zur Staupen geſchlagen/ und des Landes ewig verwieſen/ V. R. W. *Ad conſultationem Henrici à* Bünau/ *Menſe Mart. An. 1629.*

It: Ad petitionem Iudicis & Scabinorum Schnebergenſium, Menſ. Decembr. An. 1627.

It: Senatus Oſſitienſis, Menſ. Mart. 1627.

It: An Rath zu Egern/ *Menſ. Apr. An. 1601.*

23 Eademque pœna obtinet, ſi quis cum fratris ſui viduâ rem habuerit, eamque carnaliter cognoverit: ob identitatem rationis, & paritatem gradus, cum parum interſit, an quis cum uxoris mortuæ ſorore, an fratris defuncti viduâ ſe commiſceat; utroque enim caſu in gradu æquali affinitatis inceſtus committitur.

Num & inceſtus cum fratris viduâ committatur?

24 Equidem me non latet, *Hartm. Piſtor. obſerv. 192. num. 79. & ſeqq.* non obſtante gradus paritate, viduam fratris, præter relegationem pœna aliquâ corporis afflictiva afficiendam non eſſe, ſtatuere. Idque *Primò* quod nullibi fuſtigationis pœna hoc caſu expreſsè determinata reperiatur; quia *Conſt. Elect. 24. part. 4.* de pœnâ cognoſcentis duas ſorores tantummodò loquitur, Daß der/ ſo zwo Schweſtern beſchlaffen hat/ zur Staupen geſchlagen werden ſoll. Quæ verba ſtrictè accipi, nec ad mulierem à duobus fratribus ſe cognoſci paſſam, extendi debeat.

25 *Secundò:* Quia *Conſt. Elect.* non ſolùm gradus proximitatem conſiderat, ſed ſimul etiam requirit, matrimonium inter illas perſonas jure Divino prohibitum eſſe. Quum verò viduam fratris prædefuncti ducere non modo jure Divino non prohibitum, ſed etiam frater ſuperſtes id facere coactus fuerit, ut patet ex *capit. 25. verſ. 5. Deut.* ubi præcipitur, ut ſi quis abſque liberis moriatur, ducat frater ejus illius uxorem, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo; neque hunc caſum Conſtitutione Electorali comprehenſum, nec pœnam Conſtitutionis viduæ infligendam eſſe, ſequitur.

26 Sed hæ rationes nullatenus me movent, ut opinioni *Hartm. Piſtor.* cui aliàs multùm tribuo, ſubſcribendum eſſe exiſtimem. Etenim quia *Conſtit. Elect.* cognoſcentem duas ſorores fuſtigationis pœnâ affici jubet; hoc ipſo mulierem, duobus fratribus copiam ſui facientem, comprehenſam eſſe, ambigendum certè non eſt: ob paritatem gradus, & identitatem rationis, quæ non tàm extenſionem vel ampliationem, quàm ipſam juris diſpoſitionem efficit. *gloſſ. in c. ſæpe. 1. in verb. Italia. ext. de temp. ordin. in 6to. Bald. in l. 1. in pr. verſ. hæc lex dicit unum &c. D. de interdict. Andr. Tiraquell. in regul. ceſſant. cauſ. nu. 142.* Modeſt. *Piſtor. lib. 1. conſ. 3. n.* 15. Taceo gravitatem delicti, quod atrocius committitur à duobus fratribus, cum una muliere, ob confuſionem ſeminis in utero materno, quàm à duabus ſororibus uni ſe proſtituentibus, ubi talis confuſio ſeminis metuenda non eſt.

27 Ac ne dubium *Hartmanno Piſtor.* relinquamus, illud ipſum quod ratione & mente *Conſt. Elect.* deciſum eſt, verbis exprimitur ab Illuſtriſſimo Conſtituente in *Ordin. Eccl. dict. tit.* Von Eheſachen *rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbniß/*&c.* §. Wie nun denen Perſonen/*&c.* In verb. Auch nach Gelegenheit der Verwandtniß/ als da ſich eine Perſon mit zweyen Schweſtern/ oder zweyen Brüdern wiſſentlich fleiſchlichen eingelaſſen hette/ zugleich nebenſt der Verweiſung zur Staupen geſchlagen werden.

28 Nec eſt, quod credamus, viduam fratris in uxorem ducere fratri prohibitum non eſſe. Contrarium ſiquidem docent verba manifeſta *Levit. 18. verſ. 16. Non revelabis nuditatem uxoris fratris tui, nuditas fratris tui ipſa.* Et *Lev. 20. v. 21. Vir qui acceperit uxorem fratris ſui, fœditas eſt, nuditatem fratris ſui revelabit, abſq; liberis erunt.* Quæ licet *Hartm. Piſt. dict. obſerv. 192. nu. 99.* de uxore fratris viventis repudiata interpretari velit; obſtat tamen generalitas prohibitionis, quam ſi reſtringere liceret ad repudiatam, poſſent etiam reliqua præcepta *Levit. 18.* eod. modo reſtringi; quod nemo Theologorum aut Politicorum concedit.

29 Locum verò in *Deut. 25. v. 5.* quod attinet, variæ extant Theologorum ſententiæ & reſponſiones, quas refert *D. Johan. Gerhard. in loc. theolog. de conjug. num. 319.* ubi concludit, legem de ducenda fratria *Deut. 25.* eſſe planè peculiarem, ſoli Judaico populo propoſitam, in caſu ſpeciali, ſi ſcilicet frater abſque liberis decederet, eamque ſpectaſſe ad conſervandam diſtinctionem tribuum ac familiarum, ut cognoſci poſſet, ex qua familia Dominus Meſſias eſſet expectandus; In novo igitur Teſtamento, Chriſto jam nato, & rationem Legis, & Legem ipſam penitus expiraſſe, *Gerhard. dict. loc. num. 320.* ubi hanc ſententiam pluribus probat adverſus *Bellarm.*

30 Quamvis etiam haud ineptè forſan quis dixerit, præceptum *c. 25. Deut.* myſticum eſſe; ideoq; hodie ceſſare, & ſtandum eſſe diſpoſitione *c. 18. Lev.* cum *Hieron. Pravidell. in conſ. confecto in cauſa Regis Angliæ, quod habetur in vol. 2. conſ. Francof. & eſt conſ. 1.*

31 *Quin ergò mulier, duobus fratribus ſe proſtituēs, pœna fuſtigationis affici debeat, ambigendum nō eſt, Reſpondentibus ſic etiam Dominis Quæſtori in* Liebenwerda: Hat vor ſieben Jahren C. L. eines Bawern Tochter E. V. genant/ beſchlaffen/ und mit derſelben ein Kind erzeuget/ Hat nun gedachter C. L. Bruder P. L. genant/ ſich zu oberwehnten E. V. auch gefunden/ und ſie geſchwängert/ welches ſie beyde bekennen/ und hat bemeldter P. L. wol gewuſt/ daß ſein Bruder C. L. dieſelbe zuvor auch beſchlaffen und geſchwängert: So werden ſie beyde P. L. und das Weib E. V. wegen ſolcher Verbrechung mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billig verwieſen/ V. R. W. *Menſe Septembr. Anno 1597.*

Eandem pœnam dictârunt Jenenſes H. H. ob inceſtum, cum fratris defuncti viduâ commiſſum, quorum ſententiam approbârunt Domini Scabini Lipſenſes, ad conſultationem Dn. Cancellarii & Conſiliariorum Altenburgenſium. Menſ. Octob. 1620.

Eodem planè modo reſpondimus, quando quis cum fratris ſui viduâ matrimonium contraxerat, & concubuerat: Ad requiſitionem Quæſtoris in Auguſtusburg/ *M. Octob. An. 1630.*

32 Tertia Regula: Affines in gradu ſecundo lineæ inæqualis inceſtum committentes, perpetua relegatione ſunt puniendi.

Q. 6. Pœna affiniū inceſtuoſorum in gradu ſecundo linea æqualis.



Veluti, ſi vir aut mulier cum defuncti conjugis fratris aut ſororis filio filiave, aut cum patrui, avunculi, amitæ, vel materteræ ſuperſtite conjuge viduo, viduavè coëat: quos omnes in gradu ſecundo lineæ inæqualis affinitate junctos, inceſtum committere, & pœnam relegationis perpetuæ incurrere, puto.

Dubitari quidem poſſet, annon Reis hujus inceſtus unà cum relegatione perpetua fuſtigatio quoque infligenda ſit, propter *Conſt. 24. p. 4.* in verb. initialibus. Die Perſonen/ ſo mit naher Schwägerſchafft einander im erſten oder im andern Glied ungleicher Linien verwand/ und vermöge Göttlicher Schrifft mit einander die Ehe nit vollziehen können/ *&c. junct. verb. final.* Sollen mit Staupenſchlägen unſerer Lande ewiglich verwieſen werden/ &c. Quibus hoc ita diſpoſitum eſſe, negari vix poteſt: neminem ſiquidem fugit, prædictas perſonas gradu ſecundo affinitatis junctas, inter eaſque de jure Divino matrimonium prohibitum eſſe, *Levit. 18. v. 14. & 20. v. 20.*

Veluti ſic etiam Scabinos quondam hoc caſu fuſtigationis pœnam Reis dictâſſe reperio, ad Conſultationem Quæſtoris Wittebergenſis, *Menſ. Febr. Anno 1582.* 33

Quæſtoris Sckeudicenſis, Menſ. Septembr. Anno 1593.

It: Quæſtoris Radebergenſis, Menſ. Septemb. Anno 1592.

Veruntamen accuratius perpendenti *Conſt. Electoralem*, caſum hunc neutiquam ibidem deciſum, nec fuſtigationis pœnam in prædictos affines ſtatutam fuiſſe, haud ignotum eſſe poteſt. Præterquam enim quod verba initialia *dict. Conſtit.* Die Perſonen ſo mit naher Schwägerſchafft einander im erſten oder andern 34

Glied ungleicher Linien verwandt/ &c. admodum dubia & obſcura ſint; de affinibus aſcendentibus & deſcendentibus ibidem tantummodo agi, aſſerere haud vereor. *Tùm*, ob verba ſubjecta: als Stieffvatter/ Stieffmutter/ und dergleichen/ quæ regulam antea poſitam ſatis declarant. *Tùm*, ob *ſubſequentia verba*; Deßgleichen der ſo zwo Schweſtern/ &c. Ex quibus manifeſtè probatur, in præcedenti regula & ſubjectis exemplis de affinibus collateralibus nil eſſe diſpoſitum, aliàs hæc clauſula ſuperflua fuiſſet. *Tùm*, quod non adjiciantur verba (ſeitwerts im erſten oder andern Glied) quibus Illuſtriſſ. Legislator de collateralibus aliquid diſpoſiturus aliàs uti conſuevit, ut patet ex *Conſtit.22.* §. Aber die andern Perſonen/ ſo einander ſeitwerts im erſten oder andern Glied/ ꝛc.

35 Ideoque poſtea Dn. Scabini ſepoſita hac ſeveritate pœnæ, affinibus, in gradu ſecundo lineæ inæqualis inceſtum committentibus, perpetuam ſolummodo relegationem, abſque fuſtigatione, imponere non dubitaverunt, ſecundum *Ord. Eccleſ. dict. tit.* Von Ehegelöbnüſſen/ *rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbnüs/ *&c.* §. Wie nun denen Perſonen/ &c. In verb. Vnd da ſie ſich hierüber fleiſchlichen vermiſchet/ deß Landes ewig verwieſen werden: ubi indifferenter affinibus collateralib. inceſtuoſis pœna relegationis determinatur. Qua gradu ſecundo lineæ inæqualis invicem junctos etiam teneri, probabiliter colligi poteſt ex *verbis ſubſequentibus*: Auch nach Gelegenheit der Verwandnüs/ als da ſich eine Perſon mit zweyen Schweſtern/ oder zweyen Brüdern/ wiſſentlich fleiſchlichen eingelaſſen hätte/ zugleich neben der Verweiſung zur Staupen geſchlagen werden. Quæ fuſtigationis pœna non niſi in gradu primo lineæ æqualis conſtitutos affines affici jubent. Unde ſequitur, gradu ſecundo lineæ inæqualis junctos affines huic pœnæ non ſubjacere. Quapropter licet *Conſtitutio Electoralis 24. part.4.* adhuc obſtare videatur: eam tamen per *Ordin. Eccleſ.* utpote ſanctionem poſteriorem, à Conſtituente Illuſtriſſimo abrogatam & correctam eſſe, dixerim.

36 *Pronunciârunt Scabini in hunc modum:* Hat G. S. Witbe in gutem bekant/ daß ſie mit C. S. jetzo gedachtes ihres verſtorbenen Ehemanns Brudern Sohn/ fleiſchliche Vnzucht getrieben/ davon ſie ſchwanger worden/ ꝛc So wird ſie von wegen ſolcher begangenen und bekanten Vnzucht/ und unordentlicher Vermiſchung/ deß Landes ewig billig verwieſen/ V. R. W. *Ad requiſitionem Johannis* Schwabens *in* Scharffenſtein/ *Menſ. Sept. Anno* 1596.

Et in caſu ſimili ad conſultationem Quæſtoris in Wieſenburg/ *M. Sept. An. 1597.*

Deß Richters zu Platten/ *Menſ. Auguſto, Anno 1596.*

Verſus Endorff/ *M. Sept An. 1607.*

37 *Eandemque ſententiam etiamnum hodiè in pronunciando ſequimur quotidiè: prout reſpondimus Ottoni à* Bodenhauſen/ *Menſ. Octobr. Anno 1623.*

Præfecto in Arnshaugk/ *M. Mart. An. 1629.*

Eidem, Menſ. *Iulio, Anno 1629.*

Alexandro à Rotenburg/ *M. April.* 1629.

I*udici & Scabinis in* Lengefeld/ Menſ. *Auguſto, Anno 1629.*

Iiſdem Menſ. Novemb. An. 1629.

Quarta ſit Regula: Affines inceſtuoſi, in gradu ſecundo lineæ æqualis conſtituti, in perpetuum relegari debent. 38

Q.6. *Pœna affinium inceſtuoſorum in gradu ſecundo lineæ æqualis.*



Gradus ſecund. affin. lineæ æqual.

Ut ſi quis cum conſobrini ſui, patruelisvè 39 vidua rem habeat: Quo caſu uterque Reus, perpetua relegatione punitur, ſecundum *Ord. Eccleſ. dict. Rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbniß mit einander einzulaſſen verbotten/ §. Wie nun denen Perſonen. In verb. Derowegen da ſich ſolche nahe beſchwägerte Perſonen in Ehegelübde einlaſſen würden/ ſollen ſie im Lande nicht getrawt/ noch weſentlich geduldet/ uñ da ſie ſich hierüber fleiſchlich vermiſchet/ deß Landes ewig verwieſen werden: ubi pœna relegationis perpetuæ omnibus indifferenter affinibus, ad gradum uſque tertium lineæ inæqualis incluſivè ſe commiſcentibus, imponitur. Ut minus dubium ſit, affines inceſtuoſos, in gradu ſecundo lineæ æqualis conſtitutos, hanc pœnam ſuſtinere debere: niſi hoc ſupplicium juſto ſeverius quis eſſe putet, cum nec conſanguinei collaterales hoc gradu juncti ob inceſtum duriori pœna plectantur. Sed lex ita ſcripta, & in *Ordin. Eccleſ.* pœna hæc verbis clariſſimis definita eſt, quibus meritò obtemperandum, juxta *l. proſpexit. 12. §. 1. ff. qui à quib. manumiſſ.*

Secundum hanc regulam in Electoral. Saxon. Scabinatu affinibus inceſtuoſis, gradu ſecundo lineæ æqualis invicem junctis, perpetuæ relegationis pœna quotidiè dictari ſolet: Hat *B. B.* der jüngere/ ein lediger Geſell/ ſeines Vattern Brudern Sohnes Witbe geſchwängert/ und es haben beyde Perſonen ſolches bekant und geſtanden/ *&c.* So werden ſie beyde von wegen ſolcher begangenen und bekanten unordentlichen Vermiſchung/ deß Landes ewig billig verwieſen/ V. R. W. *Prætori & Scabinis Pegavienſibus, Menſ. Septembr. Anno 1629.* 40

Henrico à Schönberg/ *M.* Maj. 1609.

Quæſtori in Grünhain/ M. *Iul. 1593.*

Quæſtori Zuvickavienſ. M. *Iul. An. 1625.*

Quæſtori in Waldenburg/ Menſ. *Septembr. Anno 1631.*

Quinta

41 Quinta Regula: Inceſtus affinium, gradu tertio lineæ inæqualis ab invicem diſtantium, (quales ſunt patrui & avunculi magni, amitæ & materteræ magnæ, horumque liberorum, & viciſſim pronepotum, proneptumque ex fratre aut ſorore, vel conſobrinorum & patruelium liberorum conjuges) relegatione punitur.

Q.7. Pœna affinium inceſtuoſorum in gradu tertio lineæ inæqualis.



42 Hæc regula, eodem pariter fundamento nititur, quo præcedentem regulam probatam dedi. Nam & inceſtus affinium verbis *Ord. Eccl.* comprehenditur, ideoque & juxta ſanctionem illam pœna relegationis perpetuæ coërceri debet. Quod tamen ſub certa diſtinctione acceptum velim: An ſcil. inter pronepotem proneptemvè, & patrui, avunculi magni, amitæ, vel materteræ magnæ, conjuges ſuperſtites, ac viciſſim inter patruum, avunculum magnum, & amitam, materteram magnam, & ex fratre ſororeque pronepotis proneptiſvè, viduum viduamve; an verò cum parentum, conſobrinorum aut patruelium liberorum conjuge inceſtus gradu tertio lineæ inæqualis fuerit commiſſus.

43 Priori caſu abſque dubio relegatio perpetua obtinebit, juxta diſpoſitionem *Ord. Eccleſ. dict. tit.* Von Eheſachen/*rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbniß miteinander/*&c.* §. Wie nu denen Perſonen: Præterquam enim quod affines prædicti gradu tertio lineæ inæqualis ſint juncti, etiam parentum liberorumque loco invicem habentur, quorum reſpectum ac reverentiam ejuſmodi pœnam requirere, dixi *præced. quæſt. nu.* 50.



Veluti ſic etiam reſpondimus Quæſtori Witteber*genſi*: Hat *M.P.* ewer Ampts Vnterthaner ſich mit ſeines Großvattern Bruders hinterlaſſenen Wittiben in ein Ehegelöbnüs eingelaſſen / und hernacher auſſerhalb Landes mit derſelben trawen laſſen/ꝛc. So werden ſie beyderſeits / inhalts Churf. Sächſ. Kirchenordnung deß Landes ewig verwieſen/ V.R.W. *M. Mart. An.* 1630. 44

At caſu poſteriori, cum parentum conſobrinorum, aut patruelium, viro vel uxore, ac viciſſim cum conſobrinorum vel patruelium liberorum conjugibus inceſtu commiſſo, pœna relegationis temporalis ſufficere videtur. 45

Etſi enim hæ quoque perſonæ gradu tertio affinitatis in linea inæquali ſint conjunctæ; attamen, quia inter eas reſpectus parentum ac liberorum ceſſat, utique & pœna relegationis ceſſabit: Ne ſcilic. affines ſeveriori plectantur pœna, quàm conſanguinei, quos eodem gradu conjunctos, ob id delictum temporali ſolummodò relegatione puniri, probavi *quæſt. præcedenti num.* 48. *& ſeqq.*

Pronunciavimus ita Sebaſtiano Kinnerichen *in* Reichsbach: Hat *N.R.* ein lediger Geſell/ mit ſeines Großvattern Schweſter Sohnes Witbe *M.H.* ſich fleiſchlichen vermiſchet / und dieſelbe geſchwängert/ welches beyde Perſonen nicht in Abrede ſeyn mögen/ꝛc. So werden ſie wegen ſolcher begangenen und bekanten Vnzucht / und unordentlicher Vermiſchung uff drey oder vier Jahr lang mit Landsverweiſung billig in Straff genommen/ V.R.W. *Menſ. Mart. An.* 1630. 46

Sexta eſt Regula: Inceſtu cum vitrici aut privigni vidua commiſſo, arbitraria, vel carceris, vel temporalis relegationis pœna locum habet. 47

Q.8. Pœna commiſſi inceſtus cum vitrici aut privigni vidua.



48 Sunt hæ perſonæ in ſecundo genere affinitatis conjunctæ, ut apparet ex hoc caſu: Titius ducit Semproniam, ex qua ſuſcipit filium Mævium. Titio defuncto, Sempronia nubit Cajo, qui hac ratione fit Mævii Vitricus, defuncta Sempronia Mævii matre, Cajus ipſius Vitricus ad ſecunda vota tranſiens conjugem ducit Annam, quæ ex præmatura Caii obitu in viduitatis ſtatum conjicitur; cum vidua hac Mævius carnaliter ſe commiſcuit, & inceſtum commiſit.

Quamvis enim de jure Canonico inter Mævium & Annam, vitrici ſui viduam, nuptiæ illicitæ, non contrahuntur, ſiquidem ſecundum genus affinitatis matrimonium non impedit, 49 *c.non debet.ext.de conſangu.& affin.* In Conſiſtoriis tamen reformatæ Eccleſiæ in linea recta matrimonium non permittitur in genere ſecundo affinitatis; veluti inter privignum & vitrici viduam, aut vitricum & privigni viduam, aliaſque ſimiles perſonas affines, *Joh.Schneid.ad tit.* I*nſt. de nupt.Rubr.de arbor.affin.nu.14.Joach.à Beuſt. de ſponſ.c.53.pag.240.Chytr.in Lev.pag.412. Dn. Joh.Gerhard.in loco Theol.de conjug.num.353.& 354.Zehner.de grad.p.120.*

50 Obſtat enim honeſtas & proxima carnis propinquitas: nam continuata à noverca vel vitrico per ſubſequens matrimonium copula, continuata ſimul fuit materna novercæ, ac paterna vitrici propinquitas. Et vitricus viduæ privigni eſt inſtar patris, quia vidua illa cum privigno ex uxore vitrici nato, & ſic filii loco conſtituto, facta eſt una caro, item noverca defunctæ privignæ viduo eſt inſtar matris, quia cùm privigna ex priore marito genita, & ſic filiæ loco conſtituta, factus eſt una caro.

51 Cum quo convenit Jus Civile, matrimonium in ſecundo genere affinitatis inter aſcendentes & deſcendentes prohibens, *l.uxorem.ff. de rit. nupt.* ubi dicitur: *uxorem quondam privigni conjungi matrimonio vitrici non oportet.l. non facilè.* 4. §. *hos itaq; 7.ff.eod.tit.* Hæc Juris Civilis diſpoſitio, quæ maximam publicæ honeſtatis habet rationem, meritò eſt apprehendenda, relicta hoc caſu juris Canonici ſanctione; quia in conjunctionibus non ſolùm id, quod licet, ſed & quod honeſtum eſt conſiderari debet, *l.ſemper.ff. de reg. jur. Ioh.Schneid.d.l.num.14.*

52 Prohibita ergò conjunctione inter aſcendentes & deſcendentes in genere ſecundo affinitatis, cum vitrici aut privigni vidua inceſtum committi, nullum eſt dubium: quia verò adverſus hoſce delinquentes certa pœna nullibi ſancita reperitur, ex arbitrio judicis, vel carcere, vel temporali relegatione eos puniri poſſe, exiſtimaverim, ſiquidem animadverſio eſt arbitraria, quando certa pœna Legibus definita non eſt, *Andr.Tiraquell. de pœn. leg. temp. cauſ. 31. num. 34. Iacob. Menoch. de arbit. judic. quæſt. lib. 1. quæſt. 86. num. 8.*

53 *Sic etiam pronunciatum memini in Elect. Saxon. à Scabinis*: **Hat** *P.H.* **mit ſeines Stieffvatters Witben** *A. R.* **ſo ihme** *in ſecundo genere affinitatis* **verwandt/zugchalten / und ſich mit ihr fleiſchlichen vermiſchet/rc. So werden beyde Perſonen/ wofern ſie deſſen geſtändig / uff drey Jahr lang deß Landes billig verwieſen/ V.R.W.** *Præfecto in* **Rotheimb.** *Menſ.Novemb.An.1624.*

54 Quoad affines autem in linea collaterali nulla eſt hodie prohibitio conjugii in ſecundo genere affinitatis, ſive illud ex uno, ſive ex utroque latere contrahatur. Relictam namque viduam fratris defunctæ ſuæ uxoris in matrimonium ducere licet, ideoque nec ab iis inceſtum committi putandum eſt. Ioh. *Schneid. ad tit. Inſt. de nupt. rubr. de arbor. affin. n. 13.*

Prout reſponderunt Domini I.G. à M. **Seyd ihr eures verſtorbenen Weibes Bruders** *A.* **von** *G.* **hinterlaſſene Wittib zu ehelichen vorhabens / ob nun gleich euch dieſelbe** *in ſecundo genere affinit.* **verwand / dieweil aber dennoch die Ehe unter ſolchen Perſonen zu recht nit verbotten/rc. So ſeyd ihr auch das Ehegelöbnüs mit vorbemelter euers vorigen Weibs Brudern Wittibe zu vollziehen/wol befugt/ V.R.W.** *M.April.An.1600.*

55 Idemque dicendum de tertio genere affinitatis, quod hodiè tam in linea directa, quàm collaterali ſublatum eſt, nec uxoris vitrici viduam in matrimonium ducere prohibent Conſiſtoria reformatæ Eccleſiæ, *Ioh.Schneidvv. dict. loc. nu. 11.* Proinde affines, in genere tertio affinitatis ſeſe carnaliter commiſcentes, ultra ſimplicem fornicationis pœnam, ſeveriori aliquo ſupplicio affici non debent.

Q.9. Num & in tertio genere affinitatis committatur inceſt.?

56 *Quod & reſponſo ſuo confirmarunt Scabini in hunc modum pronunciantes*: **Dieweil aber dennoch die Perſonen einander nicht mit Blutfreundſchafft/ ſondern allein** *in tertio genere* **der Schwägerſchafft/ in welchem Fall die Ehe jetziger Zeit nachgelaſſen wird/verwandt ſeyn / So mag auch die Gefangene / von wegen vorangeregter ihrer Verbrechung / über das erlittene Gefängnüs / in fernere Straffe nicht genommen werden / V.R.W.** *Ad requiſitionem Quæſtoris Zvvickavienſis.* M.*Auguſt.An.1602.*

57 Septima eſt Regula: Inceſtus affinium pœna, regulis præcedentibus definita, coercetur, ſive ex utroque, ſive ex alterutro tantùm parente affines originem traxerint.

Q.10. Nũ & in affiniũ inceſtu pluralitas vinculorum veniat in conſiderationem?



Primus gradus affinit. lineæ æqualis.

Ut ſi quis uxoris ſuæ defunctæ ſororem ab eodem patre, ſed ex alia matre natam carnaliter cognoſcat: Hic certè in primo gradu affinitatis lineæ æqualis inceſtum committit, ac proinde juxta regulam ſecundam ſupra poſitam, virgis cæſus in perpetuum relegari debet.

Quemadmodum enim in inceſtu conſanguineorum collateralium puniendo non habetur ratio, an ex utroque, an verò ex alterutro tantùm parente nati ſint; ut probavi *quæſt. præced nu.61.* ex C*onſtit.Elect.22.part.4.Ordin. Provinc.de An.1580.in fin.pag.192.* Ita nec in affinium inceſtu hoc attendi debet, nec ullam merebitur veniam, conjunctionem ex uno ſolummodò latere prætendens: cùm jus affinitatis iiſdem regulis contineatur, ut apparet ex *Ord. Eccleſ.ſæpè alleg.tit.* **Von Eheſachen/** *Rubr.* **Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbniß/**&c. §. **Wie nun denen Perſonen** &c. In verb. **Denn ſo nahe als der verſtorbene Ehegatte ſeinen eigenen Blutsfreunden zugethan / ſo nahe iſt auch denſelben ſein hinterlaſſener Ehegatte Schwägerſchafft halben verwandt /** *&c.l.fin.ff. de rit. nupt. Matth.Steph.ad art.117.Ordin.Crim.Carol. verſ. denique inter affines.* 58

Ideoque prædicto caſu pœnam fuſtigationis ac relegationis perpetuæ dictare non dubitavimus: **Haben die zwo gefangene ledige Perſonen** *H. Z.* 59

und S. D beyde in gutem bekant und geſtanden / daß ſie miteinander ſich fleiſchlichen vermiſchet/ und Unzucht getrieben/ und es iſt die Vettel S. D. der mitgefangenen H. Z. verſtorbenen Weibes Schweſter von halber Geburt *&c.* So werden berührte beyde gefangene Perſonen / ſolcher ihrer begangenen und bekanten Unzucht / und unordentlicher Vermiſchung wegen/ öffentlich billig zur Staupen geſchlagen/ und hernach deß Landes ewig verwieſen / V. R. W. *Ad requiſitionem Judicis & Scabinorum Schneebergenſium. M. Dec. An. 1625.*

Senatus Oſſitienſis. M. *Martio, An.* 1627.

60 Octava regula: Quæ de pœna inceſtus hactenus dicta ſunt, ea quoque locum ſibi vendicant in affinitate, ex fornicatione contracta.

Q. 11. An inter affines, ex fornicatione procreates, committatur inceſtus?

Ut ſi fœmina ſe proſtituat ei, quem antea cum matre, filia, ſorore, aliâve conſanguinea rem habuiſſe ſcit, ex quo coitus affinitas contracta fuit, impediens matrimonium. Quamvis enim hanc affinitatem ejus efficaciæ non eſſe, ut propterea quis inceſtus pœna affici poſſit, exiſtimet *Hartm. Piſt. obſerv. 192. num. 117. Hippol. de Marſ. in ſing. 254. Nic. Boer. deciſ. 318. num. 5. Anton. Teſſaur. deciſ. 100. num. 7. Ægid. Boſſ. in tit. de coit. damn. & pun. num. 73.*

61 Contrarium tamen verius eſt, ut docet *Proſper. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 149. num. 100. And. Rauchbar. part. 2. quæſt. 13. Matth. Berlich. part. 4. concluſ. 25. nu. 37. Didac. Covarr. in epit. ſponſal. part. 2. cap. 6. §. 8. num. 3.*

62 *Primò:* repetendum enim hic eſt, quod traditum in *quæſt. præced.* pro confirmatione regulæ ſeptimæ, in commixtione nimirum carnali pudorem naturalem & jus ſanguinis reſpici, *l. adoptivus. 14. §. 2. ff. de rit. nupt. l. ſemper in conjunctionibus. 197. ff. de reg. jur. Ordin. Provinc. de Anno 1580. in fin. pag. 192.*

63 *Secundò:* Quia de utroque jure, Pontificio & Civili, quoad nuptiarum prohibitionem ex illicito coitu affinitas oritur, *Gloſſ. in l. 4. §. affines. in verb. per nupt. ff. de grad. & affin. Felin. in cap. per duas. nu. 2. de probat. Mauſ. in §. affinit. Inſt. de nupt. Andr. Rauchb. d. quæſt. 13. num. 7.*

64 *Veluti ita pronunciârunt Scabini Elect. Lipſen.* Daß euer guter Freund / von welchem eure Frage meldet / derſelben Schweſter / ſo er hiebevor zu Fall bracht und geſchwängert / zu ehelichen nicht befugt/ V. R. W. *Caſpato* Dannebaum zu Dippoldißwalde/ *Anno* 1603.

Et alio caſu, An Georg Purckichten/ zu Grimme/ *Menſ. Auguſt. An. 1621.*

65 *Tertiò:* per textum in *Conſt. Elect. 24. p. 4.* In verb. Deßgleichen der/ ſo zwo Schweſtern / oder Mutter und Tochter wiſſentlich beſchlaffen / ſolle mit Staupenſchlägen unſerer Lande ewiglich verwieſen werden: in *Ord. Eccleſ. dict. tit. rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbnüs/ §. Wie nu denen Perſonen/ *In verb. final.* Als da ſich eine Perſon mit zweyen Schweſtern / oder zweyen Brüdern wiſſentlich fleiſchlich eingelaſſen hette/ zugleich neben der Verweiſung zur Staupen geſchlagen werden. Quo ipſo occurri poteſt objectioni *Hartm. Piſt. obſerv. 192. nu. 117.* aſſerentis, quod licet ex coitu illicito contrahatur affinitas, impedimentum præbens matrimonio, propterea tamen inceſtus pœna quis affici non debeat: Contrarium namque ex verbis *Conſtit. Elect. & Ord. Eccl.* probatur.

Hancque regulam in pronunciando ſecuti ſunt Scabini, ad Conſultationem Senatus in Croſſen/ M. *Majo, An. 1582.* 66

Quæſtoris in Liebenwerda. *Menſ. Septembr. Anno 1597.*

Senatus in Hertzberg / M*enſ. Februar. Anno 1623.*

Quæſtori in Waldenberg. *Menſ. Novemb. Anno 1628.*

Nona regula: Inceſtu ab affinibus unà cum adulterio commiſſo, pœna adulterii Reus uterque affici debet, 67

Convenit hæc regula cum *octava regula quæſtia. præced.* ubi conſanguineos collaterales propter inceſtum, ſimul cum adulterio commiſſum, adulterii pœnam ſuſtinere, dixi, eò, quod pœna adulterii ſeverior abſorbeat inceſtus pœnam mitiorem, juxta *l. illud. 32. §. fin. ff. ad Leg. Aquil. Hippol. de Marſ. in l. ſi in rixa. 17. nu. 15. ff. ad Leg. Corn. de ſicar. Nic. Reuſn. lib. 2. deciſ. 20. nu. 7. & 8.* Quæ ratio cùm hanc regulam æquè probet, eam hic repetitam volo.

Quin ergò affines inceſtuoſi adulteri decollandi ſint, ambigendum non eſt, ob *Conſt. Elect. 19. part. 4.* quæ maritos pariter atque uxores adulteras gladii pœna affici jubet. Qua pœna etiam plectendi ſunt juvenes, cum affinib. mulieribus conjugatis inceſtum committentes. 68

Veluti etiam juvenem propter inceſtum, cum noverca patre vivente commiſſum, decapitandum eſſe, reſponderunt Scabini Matthæo Neunobeln/ *Iudici Præfecturæ in* Reichlingen / *Menſ. Iun. Anno 1606.* 69

Et in caſu ſimili Præfecto Weiſſenfelſenſi. Menſ. Dec. An. 1629.

70 Sed circa hanc regulam duplex oritur dubium: *Primum eſt, an ſimplici adulterio cum inceſtu ab affinibus commiſſo, ad interceſſionem conjugis pœna adulterii ordinaria remitti debeat:* prout ſancitum in crimine adulterii *dict. Conſtit. Elect. 19. part. 4.* Quod licet negent *Matt. Berlich. part. 4. concl. 34. n. 29. & Matt. Col part. 1. dec. 174. nu. 18.* quos ſequitur *Matt. Steph. ad art. 117. Ord. Crim. Carol. verſ. crimen inceſtus, quod à conjugatis &c.* In quam opinionem veteres quoque Scabinos inclinaſſe, non ignoro. Contraria tamen ſententia verior, & in Elect. Saxon. Scabinatu in pronunciando recepta eſt. 71

Q. 12. An ſimplici adulterio cum inceſtu ab affinibus cōmiſſo, ad conjugis interceſſionem pœna ordinaria remitti debeat?

Primò: quia in omni ſimplici adulterio interceſſioni conjugis locum dari, & facta remiſſione pœnam ordinariam mitigari jubet *Conſt. Elect. 19. part. 4.* Quidni ergò idem obtinebit in adulterio, cum inceſtu commiſſo? qui caſus nullibi exceptus reperitur, adeoque ſtandum eſt generalitate Conſtitutionis, donec contraria exceptio probetur. 72

Secundò: Stante ſententia *Coler. & Berlichii,* pœna mortis infligenda erit Reo vel ob adulterium, vel ob inceſtum. At neutrum delictum hoc caſu morte puniri poteſt. Non illud, quia ad interceſſionem conjugis ultimum ſupplicium adultero remitti debet. *dict. Conſt. 19. p. 4.* Neque 73 que hoc, quia inceſtus affinium nunquam morte punitur, teſte ipſo *Berlich. part. 4. concl 35. num. 3.* ex *Conſt. Elect. 24 part. 4.* Nullo igitur modo ultimum ſupplicium obtinebit, ſed facta conjugis remiſſione, Reus adulterii & inceſtus perpetua tantummodò relegatione puniri debet, quem innocens conjunx ſequi tenetur, juxta tenorem *Conſt. Elect. 19. part. 4.*

74 Notandum tamen hîc, quod in caſu adulterii ſimul atque inceſtus cum vitrico, noverca, privigno aut privigna, & cum conjugis defuncti ſorore aut fratre commiſſi, ubi facta conjugis interceſſione, ſola pœna relegationis non ſufficere videbatur; Reum præterea virgis in carcere caſtigandum eſſe, exiſtimaverint Scabini, eâ potiſſimum ratione inducti; quod inceſtus inter affines aſcendentes & deſcendentes, nec non in primo gradu lineæ æqualis, extra crimen etiam adulterii commiſſus, fuſtigatione ſoleat puniri, ſecundum *regulam primam & ſecundam ſuprà poſitam*: Quam pœnam ſimpliciter remitti, minus rationabile foret, ne ſc. mitiùs puniretur inceſtus affinium, cum adulterio perpetratus, cujus pœna ob delicti atrocitatem potius exaſperanda eſſet.

75 *Reſponderunt in hunc modum ſæpiùs Scabini:* Hat *A.S.* in gutem bekant / daß er mit ſeines Weibs Schweſter/einer ledigen Dirnen / welche derentwegen allbereit mit Staupenſchlägen deß Landes ewig verwieſen worden / fleiſchliche Vnzucht und Ehebruch begangen/und es hat ſein Eheweib vor ihne gebeten/und ſich erkläret/ihme dieſe Verbrechung zuverzeihen / und ferner ehelichen beyzuwohnen/ ꝛc. Ob ihm nun wol uff gedachtes ſeines Weibes beſchehene Vorbitte / dem H. Eheſtand zu Ehren / die ordentliche Todtesſtraffe / ſo er ſonſten dißfalls verwircket/erlaſſen werden mag/ So wird er doch nach Geſtalt ſeiner Verbrechung / im Gefängnüs mit Ruthen billig gezüchtiget / und hernacher deß Landes ewig verwieſen / darauß ihm ſein Eheweib mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig. V. R. W. *Tutoribus Nobilium à* Bieſenrod. *Menſ. April. An. 1603.*

Iudici *Præfecturæ in* Auerbach. *Menſ. Febr. An. 1595.*

Vldarico ab Ende *in* Pichen. Menſ. *Iun. Anno 1601.*

Quæſtori in Wechſelburgk. Menſ. Majo, *Anno 1609.*

Quæſtori in Wurtzen. *Menſ. Februar. Anno 1604.*

I*udici & Scabinis in* Köhren. *Menſ. Iulio, Anno 1614.*

76 *Eodem planè modo pronunciârunt Domini in caſu inceſtus & adulterii, cum privigna commiſſi. Quæſtori Ilenburgenſi.* M. *Sept. An. 1625.*

77 *It: cum privigno, judici Præfecturæ* W*eiſſenfelſenſis.* M. *Dec. An. 1619.*

78 I*t: cum privignæ filia.* C*hriſtiano à* Gräffendorff M. I*an. An. 1629.*

79 I*t: cum ſocru vidua.* C*onſiliariis Dn. Comitis in* Sonnewalda. M. M*art. An. 1626.*

80 Sed hæc caſtigatio virgarum tunc demum addi ſolet, quando inceſtus cum adulterio perpetratus talis eſt, pro quo juxta *primam & ſecundam regulam*, fuſtigatio Reo infligitur: cum aliis verò affinibus in gradibus remotioribus, ſi inceſtus qui ſola relegatione punitur, commiſſus fuerit, clauſula hâc omiſſa, adulter inceſtuoſus abſque pœna corporali in perpetuum relegatur.

81 *Veluti ita pronunciatum fuit in caſu adulterii, cum conjugis fratris, filio filiavè in ſecundo gradu affinitatis lineæ inæqualis commiſſi. Quæſtori in* Wechſelburgk. *M. Ian. An. 1601.*

Item Henrico à Bünaw. *Menſ. Septembr. An. 1614.*

82 *Alterum*, de quo hic controvertitur, *dubium eſt, An noverca, privigna, aliavè fœmina ſoluta, affini marito ſe proſtituens, ſeveriori aliquo, quam fuſtigationis ſupplicio affici debeat?*

Q. 13. *Quomodo puniri debeat fœmina ſoluta affini marito ſui copiam faciens?*

Quod quidem affirmant *Dan. Moll. ad* Conſt. *Elect. 23. part. 4. n. 6. verſ. Eandem verò pœnā &c. Matt. Berl part. 4. concl. 34. n. 13. & 18.* exiſtimantes, nonminus adverſus fœminam ſolutam, ac ipſum adulterum maritum gladii pœna hoc caſu animadvertendum eſſe. 83 Quorum tamen opinio jamdudum exploſa eſt in Elect. Saxon. Scabinatu; ut dixi *quæſt. præc. n. 84.*

84 *Primò*: Nullibi enim de hoc quicquam ſtatutum reperitur, igitur nec temerè ordinaria pœna, quæ hoc caſu fuſtigatio eſt, cum perpetua relegatione, exaſperari debet: cum abſque legis authoritate nil prorſus ſit aſſeverandum, *l. diſſentientis. 5. C. de repud. c. is qui in Eccleſia 8. in fin. pr. ext. de ſent. excom. in 6to. Bald. in c. nihil. 44. n. 25. ext. de elect. & elect. poteſt. Hartm. Piſtor. lib. 2. quæſt. 13. n. 35. & 39. Iac. Schult. in addit. ad* Modeſt. *Piſt. part. 3. quæſt. 126. num. 168.*

85 *Secundò*: Si pœna fuſtigationis hoc caſu non ſufficeret, tunc ea vel ob adulterium, vel ob inceſtum perpetratum exaſperanda eſſet. At neutrum crimen ejuſmodi exaſperationem admittit; cùm utrumque fuſtigatione ac relegatione in muliere ſoluta puniatur, ut patet ex *Conſtit. Elect. 19. & 24 part. 4.* Ergò nec hoc caſu ſeverior aliqua pœna infligenda erit.

86 *Accedit obſervantia Scabinorũ, quotidiè ſic pronunciantium:* Belangende die gefangene *C. G.* ſo wird dieſelbe derowegen / daß ſie mit ihrem Stieffvatter dem mitgefangenen *G. W.* einem Ehemann fleiſchlichen zuthun gehabt / und von demſelben ſich ſchwängern laſſen/ öffentlich billig zur Staupen geſchlagen / und nach außgeſtandener Leibesſtraffe/ deß Landes ewig verwieſen; Jedoch die Straffe deß Staupenſchlagens an ihr dermaſſen vollſtreckt/ damit ihrem Kinde / wofern ſie es ſelbſten nehret/ an ſeiner Nahrung kein Abbruch geſchehen möge/ V. R. W. *Ilenburgum, ad Quæſtorem. Menſ. Nov. Anno 1625.*

Grünhain / *ad petitionem Quæſtoris. Menſ. Octobr. Anno 1601.*

Liechtenſtein/an Hauptmann/ *Menſ. Septemb. Anno 1603.*

Noſſen/an Schöſſer. *M. Iun An. 1609.*

Ilenburgum, an Schöſſer. M. *Iun. An. 1607.*

87 *Ad conſultationem Henrici à* Bünaw / in Weſenſtein. *N. Dec. An. 1599.*

Q. 14. *Quatenus inter affines committitur inceſtus ſub colore matrimonij?*

Decima regula: Omnia ea, quæ de pœna inceſtus in regulis præcedentib. dicta fuere, locum ſibi vendicant, non ſolùm quando per ſimplicem fornicationem, ſed etiam ſub colore matrimonii hoc delictum perpetratum fuerit.

Quam-

88 Quamvis enim *Hartm. Piſtor. obſerv. 192. n. 113.* ſanctionem pœnalem ad inceſtum, per fornicationem ſimplicem perpetratum reſtringere velit; attamen quia commixtio carnalis in hoc crimine potiſſimùm attenditur, ſubſecutâ eâ in matrimonio affinium, quin pœna inceſtus obtineat, dubium eſſe nequit.

89 Idque eò minùs, quod *Ordin. Eccleſ. in tit.* Von Eheſachen. *Rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbnüß. §. wie nun denen. In verb. Derowegen da ſich ſolche nahe beſchwägerte Perſonen in Ehegelübde einlaſſen würden / ſollen Sie im Lande nicht getrauet / noch weſentlich geduldet / und da ſie ſich hierüber fleiſchlich vermiſchet *&c.* hunc caſum verbis clariſſimis exprimat, & commiſcentes ſeſe carnaliter poſt ſponſalia contracta, pœnâ inceſtus affici jubeat.

90 *Ita reſpondimus Quæſtori* Wittebergenſi, *Menſe Mart. An. 1630.*

91 *Quin & ejusmodi matrimonium ob inceſtum intervenientem nullius momenti eſſe, exiſtimaverunt Scabini, in hunc modum reſpondentes:* Darauß allenthalben ſo viel zu befinden / daß die zwiſchen *A. S.* dem ältern / unnd *V. K* vollzogene Ehe / in Anſehung / daß ſie zuvor von ſeinem Sohne *A. S.* dem Jüngern geſchwängert / zu recht nichtig / unnd wird jetzo gemeldte an *V. K.* wenn ſie zu hafften bracht / und ihrer weiblichen Burden entbunden / wegen ſolches begangenē *Inceſtus* billich mit Staupenſchlägen euer Gerichte ewig verwieſen / *A. S.* der ältere aber / weil er von der angezogenen ſchwängerung nichts gewuſt / mag in Straffe nicht genommen werden; So viel ſeinen Sohn *A. S* den jüngern anlanget / derſelbe wird wegen der *V. K.* begangenen Schwängerung / und daß er ſolches verſchwiegen / billich im Gefängnüß mit Ruthen zimlicher Weiſe / gezüchtiget / unnd eurer Gerichte ewig verwieſen / V. R. W. *Ad requiſitionem Senatus in* Croſſen. *M. Majo, An. 1582.*

92 *Limitatur* tamen hæc regula in nudis ſponſalibus, ſi nempe copula carnalis non fuerit ſubſecuta: Quia inceſtus propriè loquendo non eſt, niſi abuſus eorum, qui verè conſanguinei vel affines ſunt, *Iul.* Cl*ar. lib.* 5. *ſent. §. inceſtus. n. 7.* M*atth. Coler. part. 2. deciſ. 234. n. 3.*

93 Ideoque ut pœna inceſtus locum habeat, *Ordin. Eccleſ.* commixtionem carnalem præcisè requirit, *dict.* §. Wenn nun denen. In verb. und da Sie ſich hierüber fleiſchlichen vermiſchet / *&c.* Idemque diſpoſitum *Conſt. Elect. 24. p. 4.* in verb. Da die allerſeits ſonſten nicht ehelich ſeyn / und ſich mit einander vermiſchen *&c.* Quapropter licet quis cum fœminâ, in gradu affinitatis prohibito ſibi junctâ, ſponſalia contraxerit, ſi tamen eam carnaliter non cognoverit, à pœna inceſtûs immunis erit. Quamvis non negem, arbitrariâ aliquâ pœnâ ſponſum talem afficiendum eſſe, juxta ea, quæ tradit *Matth. Coler. part. 2. deciſ. 234.*

94 *Hinc temporalem relegationem dictavimus ei, qui poſtquam viduam aliquam imprægnaſſet, cū ejusdem filiâ ſponſalia publica celebrare auſus fuerat:* Hat *A. G.* bey *T. B.* Wittwen ſich 3. Jahr lang verdächtiger Weiſe auffgehalten / dieſelbe auch zu fall bracht / und geſchwängert / und folgends mit der Tochter / in beyſeyn etlicher Zeugen / offentliche Verlöbnüß gehalten *&c.* So möchten beyde *T. G.* und *T. B.* er *T. G.* drey / die Wittib aber zwey Jahr mit Landesverweiſung in ſtraff genommen werden / V. R. W. *Ad conſultationem Dn. Conſiliariorū & Conſiſtorialium* Cizenſium. *Menſe Januar. Anno 1629.*

95 Unde porrò ſequitur, ſi ſponſus poſt contracta ſponſalia matrem ſponſæ carnaliter cognoſcat, talem coitum pro inceſtu vero haberi non poſſe, adeoque & hoc caſu extraordinariam tantummodò pœnam obtinere. Veluti ita decidit *Matth. Coler. deciſ. 234. n. 9.* addens, *hoc caſu ſponſo poenam relegationis fuiſſe indictam à Ienenſibus. Menſ.* Sept. *An. 1579.*

96 Cæterùm ſicuti conſanguinei pœnâ inceſtus non tenentur, niſi ſcienter & dolosè deliquerint, ut dictum *quæſt. præced. n. 95.* Ita nec affines pœnâ ſtatutâ affici debent, niſi inceſtum ſcienter commiſerint.

Q. 15. Num ignorantia excuſet affines inceſtuoſos?

97 Sicuti enim in aliis delictis carnis, ita quoque in inceſtu ignorantia à pœna excuſat, *Henr. Bocer. in tract. de adult. cap. 1. num. 58. Hoſtienſ. in ſummar. de adult. rubr. quis poſſ. accuſ. n. 4.* Salyc. *in l. quæ adult. 29. n. 30. C. ad* Leg. *Jul. de adult.* Quo faciunt verba *Conſt. Elect. 24. part. 4.* Deßgleichen der ſo zwo Schweſtern / oder Mutter unnd Tochter wiſſentlich beſchlaffen hat / *&c.* Et in O*rdin. Eccl. dict. Rubr.* Welche Perſonen ſich in die Ehegelöbnüß / *&c.* §. Wie nun denen Perſonen / *&c.* Als da ſich eine Perſon mit zwoen Schweſtern / oder zweyen Brüdern wiſſentlich fleiſchlichen eingelaſſen hätte / *&c.* Unde patet, pœnam inceſtus non niſi ſcienter delinquenti imponendam eſſe.

98 *Hinc quando duo fratres cum unâ eâdemq; fœmina concubuerant, foeminam quidem ob inceſtū virgis cæſam in perpetuum relegandam, fratres vero, quia neuter de alterius delicto quicquam ſciverat, ob fornicationem, tantummodò carceris poenâ plectendos eſſe, reſpondimus.* An Statt-Richter zu Freybergk. *Menſe Februar. An. 1625.*

99 Præterea nec omittendum hoc, quod indifferenter cujusque inceſtus crimini, ſive inter aſcendentes & deſcendentes, collaterales conſanguineos, vel affines commiſſum fuerit, commune ſit, *illud vicennali tantummodò præſcriptione tolli.* Etſi enim fornicationi & ſtupro æquè ac adulterio quinquennii ſpatio præſcribatur; attamen in crimine inceſtus præſcriptio quinquennii locum non habet, *l. vim paſſam. 39. §. præſcriptione 5. ff. ad Leg. Iul. de adult.*

Q. 16. Qua to temporis ſpatio præſcribatur crimini inceſtus?

100 Idque verum eſt, ſive inceſtus crimen adulterii ſibi conjunctum habeat, ſive non, *d. l. 39. § 5. ff. ad* Leg. *Jul. de adult. Nicol. Boer. deciſ. 26. p. 4. Matth. Berlich. p. 4. concluſ. 35. nu. 47. Iacob.* T*homing. deciſ. 39. n. 9.*

101 *Ideoq; cum maritus quidam N. S. adulterium, cum duabus fœmminis ſolutis, harumq; una in gradu tertio lineæ inæqualis ſibi juncta, ante novennium perpetratum confeſſus fuerat, in hunc modum Domini reſponderunt:* So ſeyn dieſelbe Verbrechungen / ſo viel den Ehebruch betreffen thut / nunmehr durch Verjahrung auffgehoben / und mag demnach mehrerwehnter *N. S.* derentwegen am Leben nicht geſtrafft werdē / er wird aber gleichwol von wegen des mit A. *S.* ſeiner nahen Blutsfreundin

geübten Blutſchande/des Landes ewig billig verwieſen/ V. R. W. *Præfecto Rochlicenſi, Menſe Auguſto, An. 1598.*

102 *Sic etiam pœnæ fuſtigationis ac relegationis perpetuæ fuit indicta cuidam mulieri, ob inceſtum cum vitrico marito ante quinquennium perpetratum. Ad conſultationem Quæſtoris in* Grunhain *Menſe* Octobr. *An. 1601.*

Pariter pronunciavimus in caſu ſimili Quæſtori in Auguſtusburgk. Menſ. Octobr. *Anno 1630.*

QVÆSTIO LXXV.

De Crimine Stupri Violenti, ejusq; ſupplicio.

SUMMARIA.

1. Stuprum violentum gravius eſt crimen fornicatione.
2. Pœna ſtupri violenti eſt ultimum ſupplicium, n. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.
10. Modus pronunciandi Scabin. Lipſenſium.
11. Pœna mortis quoque obtinet, ſi mulier ſtuprata armis & minis in ſtuprum conſenſerit, num. 12. 13.
14. Sententia Scabinorum Lipſenſium.
15. Pœna adulterij violenti quænam ſit? numer. 16. 17. 18. 19.
20. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.
21. Maritus fœminam ſolutam vi ſtuprans, gladio quoq; punitur, n. 22.
23. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.
24. Remiſſio conjugis hoc caſu maritum à pœna ordinaria liberare nequit.
25. Sententia Scabinorum Lipſenſium, n. 26.
27. Pœna ſtupri violenti commiſſi cum puellâ impubere, n. 28.
29. An puellæ impuberi ſtuprum inferri queat? n. 30.
31. Iudici incumbit inquirere, an ſtuprum cum puellâ impubere conſummatum fuerit.
32. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n. 33. 34. 35.
36. Stupro cum puellâ impubere conſummato, violentus ſtuprator morte non punitur, n. 37.
38. Quid ſi puella impubes in ſtuprum conſentiat.
39. Puellæ infra ſeptimum annum non niſi ſtuprum violentum infertur.
40. Sententia Scabinorum Lipſenſium, n. 41.
42. Quid ſi puellula vi ſtuprata inde moriatur.
43. Sententia Scabinorum Lipſenſium.
44. Stuprum violentum ſæpius reiteratum graviorem pœnam non meretur.
45. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.
46. Minorennitas in hoc crimine delinquentem à pœna ordinaria non excuſat, n. 47. 48. 49.
50. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium, n. 51.
52. Mortis quoque pœnam incurrit, qui mulierem vulgarem per vim carnaliter cognoſcit, n. 53. 54. 55.
56. Quomodo puniatur conatus ſtupri violenti, n. 57. 58. 59. 60. 61.
62. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n. 63. 64.
65. Veniam meretur ſtuprator violentus, ſi ſtuprata ipſi nubere velit, n. 66. 67. 68. 70.
69. Sententia Scabinorum Lipſenſium. n. 71.
72. Ceſſat pœna mortis, ſi ſtuprata neget violentum ſtuprum, licet ſtuprator hoc confeſſus fuerit, n. 73.
74. Sententia Scabinorum Lipſenſium. n. 75.
76. Mulier ſtuprata ab omni pœnâ eſt exempta.
77. Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.
78. Mulier per vim ſtuprata infamiæ maculam non incurrit.
79. An virgo vi ſtuprata coronam in capite portare prohibeatur? n. 80.
81. Virginitas duplex eſt, animi, & corporis.
82. Sertum ſignum eſt virginitatis non animi, ſed corporis.
83. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n. 84.
85. Quomodo probetur ſtuprum violentum? numer. 86.
87. Præſumitur ſtuprum violentum, ſi mulier ſtuprata judicem adeat, & de vi illatâ conqueratur.
88. Sententia Scabinorum Lipſenſium.

1 SImplici quoque ſtupro & fornicatione longè graviùs crimen eſt ſtuprum violentum, mulieri invitæ & repugnanti illatum, ſeu violenta mulieris compreſſio. *Matt. Weſemb. in parat. ff. ad Leg. Iul. de adult. num. 22. Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. raptus. n. 1. Matth. Berlich. part. 5. concluſ. 41. n. 2. & ſeqq. Proſp. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 145. n. 69. & quæſt. 147. n. 26 Petr. Heig. part. 2. quæſt. 28. n. 38. Hippol. de Marſil. ſingul. 65. n. 2.*

2 Hujus atrocitas ex ſeveritate pœnæ apparet, quæ eſt ultimum ſupplicium, *Gloſſ. in §. item Lex Iulia de adult. Inſtit. de publ. judic. Iohan. Harppr. in dict. §. item Lex Iulia. num. 56. Anton. Gomez. in l. tauri. 80. num. 41. Iul. Clar. dict. §. raptus. n. 1. Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crimin. cap. 92. nu. 5. Dom. Cardinal. Tuſch. tom. 7. pract. concl. lit. S. concl. 710. n. 1. Angel. Aret. in tract. malefic. verb. che hai adulterato la mia donna. n. 53. Matth. Berlich. dict. concluſ. 41. n. 20. Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. cent. 3. caſ. 288. n. 12. Ludov. Carer. in pract. crim. in 3. tract. de homicid. & aſſaſſin. §. circa igitur quartum n. 7. Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſput. 6. theſ. 8. lit. B. Ludovic. à Peguer. deciſ. crim. 7. num. 6.*

Quamvis enim haud pauci, ſtuprum violen- 3 tum pœnâ Legis Juliæ de vi, (quæ eſt deportatio & publicatio omnium bonorum, ſi violentia cum armis, tertiæ verò partis bonorum, ſi abſque armis fiat,) coerceri exiſtiment: quos longo agmine allegat *Berlich. dict. concl. 41. nu. 19.*

Refellit tamen hanc opinionem vel ſola *l.1.§ ff.de extraord crimin.* quæ violentos ſtupratores capite puniri jubet. Quod idem haud obſcurè evinci poteſt ex *l.mariti.29.§.fin.ff. de adulter. junct.l.5.in fin ff.de vi publ.Iohan.Schneidvv.ad* §. *item Lex Iulia de adulteriis.verſ.ſed eadem,n.2.Inſt. de publ.jud.*

4 Ac ſi vim publicam inferentes raptores ac deprædatores bonorum mortis pœnâ afficiantur, quos certè gladio puniri extra dubium eſt, *l. fin. ff.de re militar.Receſſ.Auguſt.ſub Imper.Ferdin.I. Anno 1555.§.* Wir ſetzen/ordnen/*&c.verſ.* Wo ſie in Gefängnüß kommen. *Ordin.Crimin.Carol.artic.126.128.& 129.art.13.libr.2.* Landrecht/*Conſtit. Elect.13.part.4.in pr.ubi Dan.*Möller*.n.5. Andr. Gail.lib.*1*.de pac.publ.cap.1.n.6. Matth.Steph.ad dict.art.128.129.Ord.Crim.Dom. Arum.ad Aur. Bull.diſp.6.th.16.* Quantò magis ſtupratores violenti, & deprædatores honoris ac pudicitiæ, quæ ſemel amiſſa recuperari nequit, morte puniendi ſunt. Lege etiam Divinâ hoc diſponente, *Deut.22. verſ.25.26.& 27.*

5 Quod benè perpendens Imper. Carolus V. nuptæ, viduæ, aut virgini repugnanti ſtuprum per vim inferentem, pari cum deprædatore pœnâ, nempe ferro puniri jubet, *art.119. Ordin.Crimin.* So jemand einer unverleumbden Ehefrauen/ Wittwen oder Jungfrauen mit Gewalt/ unnd wieder ihren Willen/ Ihre Jungfräuliche oder Fräuliche Ehre nehme/ derſelbe Vbelthäter hat das Leben verwircket/und ſoll uff Beklagung der Benöthigten in Außführung der Miſſethat/ einem Räuber gleich mit dem Schwerd vom Leben zum Tode gerichtet werden/*&c. Ibiq; Matth. Steph.& Georg.Rem.in Nemeſ.Karul.dict.art.119. Virgil.Pingitz.quæſt.3.num.2.*Ludov. *Gilhauſ.in arbor.jud.crim.c.2.tit.22.n.2.*

Q.1. Quæ ſit pœna ſtupri violenti in foro Saxon.

6 Idque etiam de jure Saxonico expreſsè diſpoſitum *art.13.lib.2.* Landr. In verb: Oder Weib/ oder Mägde nothzögen und den Friede brechen/ und in Ehebrecherey begriffen werden/denen ſoll man allen die Häupter abſchlagen/*&c.* Quæ verba nequaquam de raptu explicanda ſunt; ut autumat *Gloſſ.Latin.dict.art.13.lit.M.* ſed ſecundum literam de ſtupratoribus violentis accipi debent, quos cum violatoribus pacis publicæ Saxo conjungit, eoſque pari pœnâ vult affici. *Auth. Conſult.Conſtit.Saxon.tom.2.part.4 quæſt.16. Sentent. poſt* Landrecht. *tit.* von Nothzucht. *in pr.fol.532. col.2.Matth.*W*eſemb.in paratit.ff.ad*Leg.*Iul.de adult.n.22.*

7 Præterea quoque Jus Saxonicum in omne animal, quod tempore violentiæ illis affuit, mortis pœnam ſtatuit, & inſuper ædificia prædiorum ſeu villarum, in quibus mulieres vel virgines violenter oppreſſæ, vel poſt factum introductæ reperiuntur, ſuccidi, & ad terram poſterni jubet *art.1.* Landr.*lib.3.* Ibi: Vmb kein ungerücht ſoll man niederhauen Dorff/ Gebäude/ es ſey dann daß darinnen Mägde/ oder Weiber genothzöget worden / oder genothzöget darein geführet ſeyn/da ſoll man über richten / man entrede es dann mit Recht. *Et paulò poſt:* Alle lebendige Dinge/die bey der Nothzögung waren/die ſol man enthäupten/ *&c.*

8 Sed hoc poſterius in foro Saxonico in deſuetudinem abiit relictâ tantummodò gladii pœnâ, qua violenti ſtupratores affici ſolent, *Matth.Coler.part.1.deciſ.176.n.102.Reinhard.part.5.differ. 44.in med.verſ.ſed in pract. non obſervatur.Matt. Berlich.part.5.concl.41.n.28.*

9 Quam pœnam ne dubii quicquam relinqueretur, in terris Electoratus expreſsè confirmavit D. Auguſtus Elector.Saxon. in *Conſtit. 31.part. 4.* ibi: Die gewaltſame Nothzucht/ ſo einer an ehlichen oder auch ledigen Weibesperſonen begehet/ wird vermöge gemeiner und Landüblichen Sächſiſchen Rechten mit dem Schwerd geſtraffet *&c.* Et in *Ordin. Eccl. tit.* Von Eheſachen. *Rubr.* Von der Straff der Vnzucht und des Ehebruchs.§. Da auch jemand ſo nicht ehelich iſt *&c.* Ubi eadem ſanctio diverſis tamen verbis reperitur. Ex quib. regula formari poteſt generalis:

Regula.

Quod de jure communi, pariter & Sa- ,,
xonico ſtuprum violentũ ferro puni- ,,
ri debeat. ,,

10 *Hinc Scabini quotidiè pronunciare ſolent:* So möchte *N.N* von wegen ſolcher begangenen und bekandten Nothzucht mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden/V.R.W.

11 *Hæc regula ampliatur Primò:* etiamſi mulier coacta conſentiat; veluti ſi armis atque minis coacta, libidini ſtupratoris ſe proſtituit, quo periculum effugiat.

Q.2. Num ſtuprum cõmittatur violentum ſi mulier armis ac minis perterrita in coitum cõſentiat?

Neque enim coacta voluntas propriè voluntas eſt, neque fœmina minis & armis coacta, reverà facto ſtupratoris conſentit, ut proinde hoc modo ſtuprum illatum etiam ſit violentum, ac mortis pœnâ coercendum, maximè cum per conſenſum ex poſtfacto intervenientem, crimen ſtupri violenti non purgetur, *Matth.de Afflict.in c. un.§. condemnatorum. tit. quæ ſint regal. numer.2.verſ. quanquam ex poſt facto. Iohan. Bajard. in addit. ad Jul. Clar.lib.5.ſentent.§.ſtuprum.num.37.verſ. item adde, Ludov.Gilhauſ. in arbor. jud. crim. c.2. tit.22.n.3.*

12 Quò etiam facere videntur verba *Ordin. Ecleſ.Saxon.dict.rubr.* Von der Straff der Vnzucht *&c.§.* Da auch jemand *&c.* Ein Weib wider ihren Willen mit Gewalt ſeines Willens zu pflegen/ zwingen / und alſo eine gewaltſahme Nothzucht begehen würde/ ſo ſoll Er mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ *&c.* Unde evincitur, ſtuprum violentum quoque inferri mulieri, quæ coacta ſui copiam facit, & ſtupratorem hoc caſu æquè gladio feriendum eſſe.

13 Et certè ſi pœna mortis condemnatur, qui conſilio, favore, aliàve ope ſtuprum violentum juvat & promovet, ut probatur ex *l. un.* §. *pœnas autem.C.de rapt. virgin.& l. raptores virginum C. de Epiſc.& Cler.Iod.Damhoud.in prax. rer. crim. c.95.n.3.Matt.Coler.part.1.deciſ.176.n.101.* Quantò magis tenebitur hâc pœnâ, qui minis & armis metum incutiendo, fœminam ad libidinem compellit, atq; cogit.

14 *Ita pronunciarunt Scabini ad conſultationem Caſparis à* Bernſtein: Hat *I.B.W.* geklaget/ daß Anno 99. Sonnabends nach Pfingſten/ als

ſie in dem Bernſteiniſchen Mühlbuſche Laub geſtreifft/ und wiederumb zu Hauſe gehen wollen/ *VV. M.* hinter ihr herkommen/ ſie beym Arme erwiſchet und geſagt/ſie ſolte mit ihm in Puſch gehen / und bey ihme ſchlaffen / nach deme Sie aber ſich des verweigert/ hätte *VV. M.* darauff ein Meſſer genommen/ und ihr damit für den Augen herumb gegauckelt/ geflucht/ und geſagt/ wann ſie ſeines Willens nicht pflegen würde/ ſo wüſte er wol was er thun wolte/ und ferner begehret/ Sie ſolle das Haupt den Berg hinunter kehren/ und ihme einen Stütz ſtehen/ darauff ſie erſchrocken/ und auß groſſer Forcht vorſtehender Gewalt geſagt/wann er ihr mit dem Meſſer nichts thun wolte/ſo wolte ſie mit ihm gehen/vff welches Er ſie auch fleiſchlichen erkandt/ unnd ſeinen Willen an ihr vollbracht/ und ſich folgends flüchtig gemacht. Als er aber hernach auff euer nachtrachten zu Döplitz im Lande zu Böhmen zur hafft bracht/ und Euch in Eure Gerichte gefolget worden/ hat er ſich zu obberührter Nothzucht in gutem bekandt/ *&c.* Da er nun auff ſolchem ſeinem gethanen Bekändtnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder des ſonſten wie recht überwieſen würde/ſo möchte er von wegen vorberührter begangenen und bekandten Nothzucht/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W. *Menſ.* Ian. *Anno 1602.*

Et in caſu ferè ſimili, ad requiſitionem Quæſtoris in Beltzigk/ *M. Octob. Anno 1604.*

15 *Secundò ampliatur* in Adulterio violento, ſi quis fœminam conjugatam vi comprimat, cumque eâ violentum adulterium committat. Quod quidem dubio caret propterea, quod & adulterium abſque violentiâ cum alterius uxore perpetratum, morte puniatur, C*onſtit. Elect. 19. part. 4. art. 13. lib. 2.* Landr. Sed hoc haud indubitatum eſt, *an non ejusmodi violentus adulter graviori quodam ſupplicio affici debeat.*

Q. 3. Pœna adulterij violenti quanã ſit?

16 Ultra pœnam ſiquidem capitis hoc caſu detruncatum Rotæ affigendum eſſe, ſcribit *Matth. Berlich. part. 4. concl. 41. n. 45.* Quia ob ſolum adulterium gladii pœna ſibi locum vendicat, quæ propter violentiam adhibitam meritò exaſperari debeat, ſecundum *l. 5. §. fin. in fin. ff. ad* Leg. *Iul. de vi publ. l. mariti. 29. §. fin. ff. ad* Leg. *Iul. de adult.*

17 Sed quo minus huic aſſenſum præbeam, movent me verba manifeſta *Conſtit. Elect. 30. p. 4.* **So einer an ehelichen/ oder auch ledigen Weibesperſonen begehet** *&c.* Et *Ordin. Eccleſ. dict. Rubr.* **Von der ſtraff der Unzucht und des Ehebruchs. §. Da auch jemand** *&c.* Ibi: **Eine Weibesperſon die ſey ledig oder ehelich** *&c.* Quibus adulteri fœminas nuptas per vim comprimentes notantur, quos tamen ferro tantummodò puniri, vult ibidem Sereniſſ. Elector.

18 Quin nec ſupplicium aliquod ſeverius in hoſce adulteros violentos ſtatuere voluiſſe Imper. Carolum V. luculenter patet ex verbis *artic. 119. Ordin. Crim.* initialibus: **So jemand einer unverleimbden Ehefrauen** *&c.* **mit Gewalt/ und wider ihren Willen/ ihre Fräuliche Ehre nehme/ derſelbe Ubelthäter hat das Leben verwircket/ und ſoll mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gericht werden/** *&c.* Certâ igitur pœnâ hoc caſu definitâ, judici evagari, & pro arbitrio ſeverius in Reos adulteros animadvertere non licet, *l. ſi ſtipulatus. ff de verb obligat.*

19 At ſi ex mente *Dn. Berlichij* ob ſolam qualitatem violentiæ ordinaria pœna adulterii deberet exaſperari; non malè forſan de aliis qualitatibus, adulterium aggravantibus, hoc idem quis affirmaverit. Veluti ſi unà cum adulterio homicidium perpetratum; aut ſi pluries crimen adulterii reiteratum, & commiſſum fuerit: quo tamen caſu ſimplicis adulterii pœnam obtinere, communis Doctorum concluſio eſt, *Bald. in l. quicunq; 4. col. 2. C. de ſerv. fugitiv. Iaſon. in l. eum qui 30. §. in popularibus. nu. 5. ff. de jurejur. Didac. Covarr. lib. 2. var. reſolut. cap. 10. n. 8. verſ. quod verò diximus. Nicol. Reuſner. lib. 2. deciſ. 20. num. 13.* Nam & aliàs, ubi plura delicta in unum factum concurrunt, non niſi pœna majoris delicti, quod minus abſorbet, infligi ſolet, *Salycet in l. ſin. 3. & 4. C. ad Leg. Jul. de adult. Nicol. Reuſner. dict. deciſ. 20. num. 13.*

Quod & placuit Scabinis, ob violentum adulterium perpetratum Reis adulteris gladij tantummodò pænam, abſq; impoſitione Rotæ, dictantibus. Ad conſultationẽ Philippi à Schöneichens *in* Haſel/ *M. Jul. An. 1583.* 20

Georgij Henrici ab Einſiedels *in* Salitz/ *M. Iun. Anno 1600.*

Caſparis à Bernſtein/ *M. Jan. An. 1602.*

Quæſtoris in Beltzigk/ *M. Octob. An. 1604.*

21 Eâdemque pœnâ afficiendus eſt maritus, fœminæ ſolutæ ſtuprum violentum inferens. Quamvis enim hic ad mulierem ſolutam prolapſus, de jure communi aliàs nec adulterium committat, nec pœna adulterii puniri debeat, ut putant vulgò Dd. *l. 6. §. 1. ff. ad* Leg. *Iul. de adult. l. ſi uxor. 13. §. 2. verſ. ſi vidua. ff. eod. Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. adulterium. n. 2.* Matth. W*eſemb. in parat. ff. ad Leg. Iul. de adult. n. 19. Dan. Moller. ad Conſtit. 19. nu. 3. part. 4. Ægid. Boſſ. in tit. de coit. damn. & punib. n. 23. Pet. Heig. part. 2. quæſt. 29. n. 5. Matth. Coler. part. 1. deciſ. 176. n. 21.* Attamen ſi per vim mulierem innuptam ſtupraverit, mortis pœnâ nequaquam effugiet, ob violentiam adhibitã propter quam ſtuprũ illatum dicitur violentum, cujus pœna eſt ultimũ ſupplicium *l. 1. § 2. ff. de extraord. crim. Ordin. Crimin. Carol. art. 119.*

22 Quod minus dubii habet in terris Elect. Saxon. ubi maritus ad fœminam ſolutam accedens, extra crimen etiam violentiæ, adulterii pœnâ, quæ gladii eſt, afficitur, *Conſtit. Elect. 19. p. 4.* Cui non obſtant verba *Ordin. Eccl. dict. rubr.* **Von der ſtraff der Unzucht und des Ehebruchs. §. Da auch jemand** *Ibi:* **Da auch jemand ſo nicht ehelich iſt/ eine Weibesperſon** *&c.* quibus ſolutos tantummodò viros violenti ſtupri pœnâ teneri, probari videtur. *Siquidem* Illuſtriſſimus Legislator, de ſolutis perſonis verba ibidem faciens, maritos, de quibus minus dubii eſſe videbatur, nequaquam excludere voluit, ut ex verbis præcedentibus, & toto contextu haud obſcurè evincitur. Unde etiam C*onſtitutio Elect. 30. part. 4.* indifferenter ſtuprum violentum, non habito reſpectu, an à juvene ſoluto, vel marito commiſſum hoc fuerit, ferro puniri jubet.

Pronunciantibus ſic etiam Scabinis in caſu violenti ſtupri, à marito fœminæ ſolutæ illati. Conſulibus & Senatui in Cotbuß/ *Menſ. Octob. Anno 1582.* 23

Johanni Weilando, Præfecto in Eißfeld / *M. Iun. An. 1598.*

Quæſtori Dippoldisvvaldenſi, Menſ. Iunio, Anno 1617.

Q. 4. An in violẽto adulterio ſimplici locus ſit remiſſioni cõjugis?

24 Hinc efficitur, *Remiſſioni uxoris hoc caſu locum non dari, nec pœnam mortis ad conjugis interceſſionem marito remitti.* Etenim, quod in crimine adulterii ſimplicis ſpecialiter receptum eſt, ut nempe in honorem matrimonii ad conjugis interceſſionem, pœnâ ordinariâ remiſsâ, adulter non niſi relegatione perpetuâ puniatur, *Conſtit. Elect. 19. part. 4.* ad caſum ſtupri violenti, quod per ſe etiam ultimo ſupplicio coercetur, *dict. Conſtit. 30. part. 4.* nequaquam extendi debet.

Reſpondimus ita ad requiſitionem Quæſtoris in 25 Freyburg. So möchte *B. L.* von wegen ſolches ſeines begangenen Ehebruchs und verübtē Nothzucht / mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden / und hat ſeines Eheweibes Verzeihung und Vorbitte nach Gelegenheit dißfals / weil es eine gewaltſame Nothzucht / und kein ſchlechter Ehebruch iſt / nicht ſtatt / V. R. W. *Menſe Majo, Anno 1628.*

Item: Ad petitionem Præfecti Chemnicenſis: 26 So möchte er wegen ſolcher begangenen und betanten Nothzucht / und Ehebruchs / ungeachtet / daß ſein Eheweib ihme verziehen / unnd ferner ehelichen beyzuwohnen / ſich erbotten / mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden / V. R. W. *Menſe Auguſto, Anno 1594.*

It: Quæſtoris in Lichtenwalda. *Menſ. Auguſt. An. 1600.*

It: Præfecti in Endorff / *M. Iun. An. 1612.*

27 *Tertiò ampliatur hæc regula* in eo, qui violenter vi adhibitâ puellam impuberem ſtuprat.

Q. 5. Quæ ſit pœna ſtupri violenti cum puellâ impubere cõmiſſi?

Si enim is, qui per vim ſtuprat virginem viripotentem, pœnâ mortis afficitur, *Conſtit. Elector. 30. part. 4. Ordin. Crim. Carol. art. 119.* multò magis tali pœnâ puniri debet, qui per vim cognoſcit puellam nondum viripotentem: quùm hoc delictum longè gravius habeatur, *arg. §. C. ſub fin. verſ. pœnam autem eadem* Lex. *Inſtit. de publ. jud. junct. l. 38. §. qui nondum. 3. ff. de pœn.* Quapropter & ſtupratorem violentum virginis impuberis, de jure communi capite plectendum eſſe, arbitratur *Ægid. Boſſ. in pract. tit. crimin. tit. de coit. damn. & punib. n. 67. Anton. Gomez. in l. tauri. 80. num. 42. verſ. vel eam carnaliter cognovit per vim. junct. verſ. ſed his non obſtantibus.* Matth. *Berlich. part. 5. concl. 42. n. 25. Thom. Gramm. deciſ. 21. n. 1. verſ. intelligendo tamen. Proſp. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 147. n. 43. Petr.* Caballin. *cent. 1. reſolut. crim. c. 20. n. 7. & ſeqq.*

28 Quod in foro Saxonico expeditum eſt, ob textum manifeſtum in *Conſt. Elect. 31. p. 4. ubi Dan. Moll. & Matth. Berlich. dict. concl 42. n. 33.* Matt. *Coler. part. 1. deciſ. 167. n. 116. Aut. Conſult. Conſt. Saxon. tom. 2. part. 4. quæſt. 18. in pr. Zobel. in Gloſſ.* La*tin. Germ.* Landr. *lib. 2. art. 13. lit.* M. *verſ. quam non nubilibus.*

29 Ubi hoc ſaltem remanet dubium, quomodo in puellam impuberem & incognoſcibilem verum ſtuprum cadere queat? quod ſi illatum non eſt neque ſtupri violenti pœna imponenda erit, *Virgil.* Pingitz. *quæſt. 3. nu. 4. verſ. deinde huc facit.* Niſi quis forſan dixerit, ſtupratorem hoc caſu ob ſolum attentatum ultimo ſupplicio afficiendum eſſe, juxta *l. un. §. 1. verſ. aut à tutoribus vel curatoribus C. de rapt. virgin. Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 95. n. 14. Iacob.* Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 3. caſ. 294. n. 7. Lud. à Peguer. deciſ. crim. 43. num. 11. Anton. Gomez. in dict. l. tauri. 80. n. 42.* Quæ tamen aſſertio admodùm periculoſa eſſet, quum nec attentatum ſtupri violenti ordinariâ mortis pœnâ ſoleat coerceri: ut ex infrà dicendis patebit.

Sed puellæ impuberi quoque violentum ſtuprum inferri, cumque eâ delictum perfici poſſe, meo judicio haud abſurdè quis affirmaverit: præſertim cum Illuſtriſſimum Legiſlatorem idem ſenſiſſe, animadvertam in *Conſtit. Elect. 31. part.* 4. in verb. Wenn ein junges Mägdlein ſo unter zwölff Jahren iſt / mit Gewalt genothzöget / und das Werck mit ihr vollbracht würde / *&c.* Quæ tamen verba non talem perfectionem requirunt, qualiter forſan hoc crimen cum viripotente muliere committi ac conſummari ſolet, ſed ſufficit tantum ſtupratorem feciſſe, quantum in ſe fuit, & ad coitum ſatis eſt, ut putat *Petr.* Caball. *dict. caſ. 20. numer. 9. verſ. Et natura repugnat.* Unde & is, qui immaturam puellam cognoſcere volens, ejus pudenda fregit, modò ſemen immiſerit, & ſic quantum in ſe eſt, coitum perfecerit, pœnâ gladii puniendus eſt, *Matth. Coler. dict. deciſ. 176. num. 114.* Siquidem non tàm propter ipſum ſtuprum, quàm propter violentiam ſtupri hæc pœna imponitur, *Iacob.* Menoch. *lib. 2. arb. jud. quæſt. cent. 3. caſ. 294. numer. 7.* 30

Antequam ergò judex pœnam mortis indicat, diligentiſſimè inquirere debet, an ſtuprum cum impubere ejusmodi puellâ perfectum fuerit, nec ne. Quod cum nec ipſæ puellæ impuberes ſcire queant: illud judicio obſtetricum, aut aliarum honeſtarum & peritarum fœminarum committitur, *dict. Conſtit. Elect. 31.* in verb. und ſolches iſt durch Erkündigung und ſonſten befindlich *&c. c. propoſuiſti. 4. cap. cauſam. 14. ſub fin. ext. de probat. Dan.* Moller. *ad dict. Conſt. 31. n. 2. Proſp. Farin. dict. quæſt. 147. n. 141. Raphael Cuman. conſ. 96. n.* 1. Dummodò juratæ deponant, ſi non de veritate, attamen de credulitate, *Moller. dict. loc. n. 4.* Matth. *Berlich. dict. concl. 42. n. 37. Felin. in dict. c. propoſuiſti 4. ext. de prob. n. 9. Fulv. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 47. n. 17. & lib. 2. cap. 2. num. 12. & ſeqq.* Quæ, ſi ſtuprum fuiſſe perfectum ac conſummatum, affirment, ſtupratori violento gladii pœnam indicendam eſſe, non ambigo. 31

Quemadmodum etiam Scabini non niſi de ſtupro, cum puellâ impubere per vim commiſſo ac perfecto, ex depoſitione obſtetricum certiorati pœnam gladii ſtupratori dictare ſolent, in hunc modum: Hat H. C. bekant / daß er ſein Stiefftöchterlein ein Mägdlein von 12. Jahren genothzöget habe *&c.* Ob er nun wol fürgewendet / daß Er darüber verſtöret worden / unnd das Werck allerdings mit Ihr nicht vollbringen können. Dieweil aber dennoch die Wehemutter in Augenſchein befunden / daß das Mägdlein an der Scham ſehr zerſchwollen und zerdunſen geweſen / dahero Sie abnehmen können / daß das Werck mit ihr vollbracht worden *&c.* So wird Er ſeines gethanen Fürwendens ungeachtet / wofern Er auff ſeinem gethanen Bekändtnüß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß 32 ſonſten wie recht überwieſen würde/mit dem ſchwerd vom Leben zum Tode billig geſtrafft/ V.R.W. *Senatui Aldenburgenſi, Menſe Auguſto, Anno 1596.*

33 *It*: Hat *T. H.* bey euch gerüget/ daß ſeine Tochter *C.* ein Mägdlein von neunhalb Jahren von *D. N.* darnieder geriſſen und genothzöget worden/welches jetzo gedachter *Inquiſit*, als er Articulsweiſe hierüber vernommen worden/ geſtanden und bekandt/ mit umbſtändlichem Bericht/ daß Er das Mägdlein anfänglichen angeredet/bey ihm zu ſchlaffen/ als ſie ſich aber deſſen verweigert/und lauffen wollen/beym Kittel erhaſchet/daß es gefallen/ ihr die Beine von einander gethan/und gehalten/ auch etwa ein halbe viertel ſtunde uff ihr gelegen/fleiſchliche vermiſchung mit ihr verübet/ und alſo ſeine Luſt/ ſo lange ſie gewehret/ gehabt/ dabey dz Mägdlein ſehr umb Hülffe geſchryen/und es haben die geſchworne Wehemütter/ ſo das Mägdlein beſichtiget/ außgeſagt/ daß allem Anſehen nach der Gefangene mit ihr recht zu thün gehabt/ Inmaſſen denn auch das Mägdlein todt kranck worden/*&c.* Da nun *Inquiſit* auff ſeinem gethanen Bekändtnüß für öffentlichen gehegtem peinlichen Halßgerichte freywillig verharren/ oder des ſonſten wie recht/überwieſen würde/ So möchte Er wegen ſolcher begangenen unnd bekandten Nothzucht mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V.R.W. *Iudici Præfecturæ Cizenſis, Menſ. Iun. An. 1626.*

34 *It*: Hat *P.L.* in gutem bekandt/ daß er am Sonntag *Exaudi* jüngſt verſchienen/ *S. H.* Stiefftochter ein Mägdlein von neun Jahren/ſo der Kühe im Felde gehütet/ gewaltſamer Weiſe darnieder geworffen/ ihr die Beine von einander geriſſen/ und ſie genothzüchtiget *&c.* Vnd die Wehemütter unnd etliche andere Weiber haben an dem Mägdlein befunden/ daß Sie an der Scham ſehr zerſchwollen geweſen. Da nun der Gefangene auff ſeinem gethanem Bekäntnüß *&c.* So möchte er von wegen ſolcher bekandten Nothzucht mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V.R.W. *Iudici Præfecturæ* Coldicenſis, *Menſe Iunio, An. 1595.*

35 *Pariter fuit pronunciatum in caſu ferè ſimili: Prætori & Scabinis Zuvickavienſibus, Menſe Auguſto, An. 1599.*

Præfecto in Eißfeld/Menſ.*Iunio, Anno 1598.*

36 Fallit tamen hæc ampliatio, & pœna gladii violentus ſtuprator virginis impuberis puniri nequit, *Primò*: Si obſtetrices aliævè mulieres factâ inſpectione, ſtuprum non verè fuiſſe perfectum ac conſummatum, dicant, aut verò ipſæmet de hoc dubitent.

Si enim ſtuprator eo ſolùm caſu, quo habitâ
37 inquiſitione perfectum eſſe delictum conſtiterit,
gladio puniri debet, juxta tenorem *Conſtit. 31.* in
verb. Vnd das Werck mit ihr vollbracht würde/und ſolches iſt durch Erkündigung und ſonſten befindlich *&c.* ſequitur inde, ſi de perfectione delicti non conſtet, ſtupratorem à mortis pœnâ immunem eſſe. Quapropter hoc caſu fuſtigationis pœnam cum relegatione perpetuâ Reo infligendam eſſe. exiſtimaverunt Domini; veluti ob attentatum ſtupri violenti, quod taliter puniri ſolet, ut *infrà* dicetur.

Reſpondentes in hunc modum Quæſtori Pirnenſi: Dieweil nicht gnugſame Nachrichtung zu finden/ daß der Gefangene *H.H.* die Nothzucht mit *G. VV.* eilffjährigen Tochter vollſtändig vollbracht/ So mag er auch am Leben nicht geſtrafft werden/ Er wird aber gleichwol mit Staupenſchlägen des Landes ewig billich verwieſen/ V.R.W. *Menſe Auguſto, Anno 1604.*

Secundò: Ceſſat quoque hæc pœna, ſi quis 38
impuberi puellæ (quæ ætatis annum duodecimum nondum implevit) volenti ac conſentienti ſtuprum intulerit: qui fuſtigatione ac relegatione perpetuâ ſolummodò punitur, *Conſtit. Elector. 31. part. 4. in fin.* Da aber einer ohne Nothzucht/ oder zugethane Gewalt/ ein ſolch Kind fleiſchlich erkant/derſelbe ſoll mit Staupenſchlägen unſers Landes ewig verwieſen werden/ *Ordin. Eccl. tit.* Von Eheſachen. *Rubr.* Von der Straff der Vnzucht und des Ehebruchs. §. Da auch jemand ſo nicht ehelich iſt. *verſ.* Vnd da jemand/*&c. Dan.* Moll. *ad dict. Conſt. 31. n. 1. Matth. Coler. part. 1. deciſ. 176. n. 110.*

Niſi quis cum puellulâ unius, duorum, 39
trium, quatuor, quinque vel ſex annorum coierit. Quum enim ejusmodi infantula conſentire nequeat; ut quia nullum intellectum habet, *§. ſed quod diximus* 10. *Inſtit. de inutil. ſtipulat. l. mulier. 70. in fin. ff. de verb. obligat.* Vi potiùs quàm conſenſu ejusmodi ſtuprum commiſſum cenſetur. Ideoque ſtuprator pœnâ capitali affici debet, *Jul. Clar. lib. 5. ſent. §. ſtuprum. num. 9. & ſeq.* ubi Reum quendam quadriennem puellam ſtuprantem Menſ. Sept. Anno 1558. capite fuiſſe truncatum teſtatur. *Ægid. Boſſ. in pract. crim. tit. de coit. damn. & punit. n. 68. Petr. Caball. cent. 1. reſolut. crim. caſ. 20. nu. 9. Matth. Berlich. part. 5. concl. 42. n. 16.*

Reſpondentibus ſic etiam Scabinis in caſu, ubi quis 40
infantulam unius anni & ſeptimanæ ſtupraverat: Hat *C.S.* in ſcharffer Frage/ damit er vermöge unſers jüngſten Rechtsſpruchs/angriffen worden/bekant/daß er an *P.B.* Töchterlein/ ſo der Zeit nur ein Jahr und eine Woche alt geweſen/und in der Wiegen/ſeinen unzüchtigen Willen geübt/ und daſſelbe dermaſſen zugerichtet/ daß es an ſeinem heimlichen Ort eitel roh Fleiſch und das Häutlein zerriſſen geweſen/ und dann auch ſolche Anzeigungen befunden worden/ daß er das Werck der fleiſchlichen Vnzucht vollbracht/*&c.* Da er nun auff ſolchem gethanen Bekändtnüß vor Gerichte freywillig verharren/oder deß ſonſten wie recht/überwieſen würde/ ſo möchte er wegen ſolcher begangenen und bekandten Mißhandlung mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W. *Iudici* Præ*fecturæ Cizenſis, Menſ. An. 1589.*

Simili plane modo reſpõderunt, quando C.S. puel- 41
lulam ante completum ſeptimum ætatis annum ſtupraverat. Iudici & Scabinis in Groitzſch/ *Menſ. April. An. 1603.*

At, quid ſi ejusmodi infantula vi ſtuprata in- 42
de moriatur, id quod ex violenta compreſſione, morbo ſuperveniente, atque doloribus exortis facilimè accidere poteſt, annon tùm ſeveriori aliquo ſupplicio ultra pœnam gladii ſtuprator affici debeat, dubitare quis poſſet?

Q.6. Quid *ſi puellula vi ſtuprata inde moriatur?*

Nos ſuper ejuſmodi caſu conſulti, pœnam gladii neutiquam exaſperandam eſſe, reſpondimus. Etſi enim per id duplex crimen perpetratum fuerat, ut violentum ſtuprum, & homicidium, quod ex illo provenerat, attamen quia neutrum ſeveriori aliqua, quàm capitis pœna puniri ſolet, utique & hæc pœna, utroque crimine concurrente, ſufficere videbatur. Quia & aliâs pluribus delictis concurrentibus,

non

nonniſi unica, & majoris criminis ſupplicium, infligi debet. Id quod in pœnis non iteralibus dubio ferè caret, ut infrà fuſius demonſtrabitur. *Salycet. in l. 5. num. 3. & 4. C. ad Leg. Iul. de adult. Nicol. Reuſner. libr. 2. deciſ. 20. num. 16.* Neque ad pœnæ exaſperationem abſque Legis autoritate facilè properandum eſt, *l. ſi ita ſtipulatus. ff. de verb. obligat.*

43 *Sententiam hiſce verbis concepi:* Iſt in unſerm vorigem Vrtheil zu recht erkant worden / daß der Gefangene *D.K.* von wegen der/ an *C.T.H.* Tochter begangenen und bekanten Nothzucht / mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtrafft werden ſolle. Ob nun wol daſieder dz genothzögete Mägdlein Todtes verfahren / auch deß Herrn *Medici* Bericht nach vermuthlichen / daß das Mägdlein durch die verübte Nothzucht gäntzlichen *corrumpiret* worden/und drüber deß Todtes ſeyn müſſen/ꝛc. So verbleibets doch / geſtalten Sachen nach / bey unſerm vorigen Vrtheil/ und es wird die darinne zuerkandte Straff deß Schwerdts an ihme billig vollſtreckt/ V.R.W. *Ad requiſitionem Iudicis Præfecturæ Cizenſis,* M. *Iunio, An.* 1626.

44 Cui & hoc conſequens eſt, quòd ne quidem ſtuprum violentum ſæpiùs reiteratum graviori ſupplicio puniendum ſit: quia ſcil. ob qualitatem aliquam, ſtuprum violentum aggravantem, pœna exaſperanda non eſt. Perinde ſicuti & adulterio pluries reiterato pœnam gladii ſufficere, vulgò exiſtimant Doctores, *Didac.* Covar. *lib. 2. var. reſol. cap. 10. num. 7. verſ. quod verò diximus. Nicol. Reuſn. lib. 2. deciſ. 20. nu.* 13. *Anchar. conſ. 4.* Iaſon. *in l. eum qui 30.* §. *in popularibus. nu. 5. ff. de jurejur.*

45 I*ta reſponſum fuit ad quæſtionem Præfecti Rochlicenſis, Menſ.* Sept. *An.* 1599.
Iudicis & Scabinorum in Groitzſch / Menſ. *April. Anno 1603.*

Q. 7. *Num minorennitas in hoc crimine delinquentem à pœna ordinaria excuſet?*

46 *Quartò ampliatur* in minoribus, ſtuprum violentum inferentibus. Quos æquè ferro puniendos eſſe, exiſtimo.

Quamvis enim in aliis delictis minores utplurimum à pœna ordinaria excuſentur, *l. auxilium. 37. §. 1. ff. de minor. l. aut facta. 16.* §. *ex perſon. ff. de pœn. l. ferè in omnibus. 108. ff. de reg. jur. l.* 1. §. *impubes. 32. ff. ad* SC*t. Silan. Anton. Gom. de delict. cap.* 1. *n. 62. Iul.* Clar. *lib. 5. ſent. §. fin. quæſt. 60. nu.* 3. Iac. *Menoch. de arbit. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 329. Henric. Boc. de furt. c. 1. n. 86.* Veluti & eos in hoc crimine à pœna gladii exemptos eſſe, tradunt *Proſper. Far. conſ. 33. nu. 15. & n. 62. lib. 2.* Matth. *Berl. part. 3. concl. 41. nu. 53. Raphael. Cuman. conſ. 96. Ioſeph. Ludov. deciſ. 17. nu. 43.*

47 Attamen contrarium meo judicio verius eſt. *Primò*: ob generalitatem verborum in *Ordin.* C*rim. Carol. artic. 119. Conſtit. Elect. 31. p. 4. & Ord. Eccleſ. tit.* Von Eheſachen / *rubr.* Von der Straff der Vnzucht und deß Ehebruchs. §. Da auch jemand &c. Ubi omnibus indifferenter violentis ſtupratoribus pœna gladii imponitur, ut ſic minores eximere non liceat. Ubi enim Lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, & generalia verba Legis generaliter intelligi debent, *l. de precio. ff. de public. in rem action.*

48 *Secundo*: quia in crimine adulterii minores à pœna ordinaria immunes non ſunt, *l. auxilium §. in delictis ff. de minor. l. ſi adulterium cum inceſtu. 38. §. fratres. ff. ad Leg.* Iul. *de adult.* Multò magis ergo in crimine ſtupri violenti pœnam ordinariam eos ſubire oportet, *l. quo cœtu. 5. §. 2. ff. ad Leg. Iul. de vi publica.*

Tertiò: regulariter in criminibus & publicis 49 judiciis ætatis ſuffragio minores non juvantur, *l. 1. C. ſi adverſ. delict. l. ſi ex cauſa 9. §. eod. tit.* Niſi in caſibus exceptis, ubi mitigatio pœnæ judicis arbitrio committitur, M*att. Steph. ad art. 119. Ord. Crim. nu.* 3. At nullibi crimen ſtupri violenti à regula illa communi excipitur.

Quare Scabini minori cuidam 16. *annorum ob* 50 *ſtuprum violentum puellæ 14. annorum illatum, pœnam gladii dictare non dubitaverunt. Ad requiſitionem Quæſtoris in* Sachſenburg / *Menſ. Iul. Anno 1508.*

Quando itidem adoleſcens 18. *annorum puel-* 51 *lam quandam vi ſtupraverat, capite eum plectendum eſſe, reſponderunt* Scabini; *Ad conſultationem Iudicis Præfecturæ* Coldicenſis. M*enſ. Iun. Anno 1595.*

Quintò: *Ampliatur hæc regula*, ut gladii quoq; 52 pœna affici debeat, qui meretricem aut mulierem vulgarem per vim cognoſcit.

Q. 8. *Num & ſtuprũ violentum in meretricem vulgarem cõmittatur?*

Licet namque de jure communi contrarium aſſerant Dd. plerique, per *l. quæ adulterium 29. ſub fin. C. ad Leg. Iul. de adult. Iod. Dãhoud. in prax. rer. crim. cap. 95. n.* 10. *Anton. Gomez. in l. tauri 81. n. 45. verſ. ſecus tamen eſt in publica meretrice.* Iul. *Clar. lib. 5. ſent. §. raptus. n. 5. Ludov. Gilhauſ. in arbor. judic. crim. cap. 2. tit. 23. nu. 5. Joh. Harppr. in §. item Lex Julia de vi publ. 8. n. 38.* I*nſt. de publ. jud. Nicol. Boer. deciſ 317. n. 8. Salyc. in l. un. nu. 3. C. de rapt. virg. Iac. Menoch. de arbit. jud. quæſt. lib. 2. cent. 3. caſ. 291. n. 2.* Quod & *Ord. Crim. Carol. art. 119.* convenit in *verb. initialib*: So jemand einer unverleumbden Ehefrauen/ Witben oder Jungfrauen mit Gewalt ihre jungfräuliche oder fräuliche Ehre nehme ꝛc.

Attamen in foro Saxonico res expedita eſt, 53 & Reus hoc caſu non minus capite puniendus eſt, ac ſi honeſtiſſimam virginem per vim ſtupraſſet.

Primò: Ob textum clarum *in artic. 46. libr. 3.* Landrecht/ Ibi: an freyen Weibern und an eines Mannes Buhlſchafft mag ein Mann noth thun und ſeinen Leib verwircken. Et quamvis *Zobel. in gloſſ. Latin. ad text. German.* Landrecht. *libr.* 3. *artic.* 1. *lit. C.* contra hæc verba doceat, pœnam ſtupri violenti non obtinere in publica meretrice; Ejus tamen opinio in praxi recepta non eſt, *Aut. Conſult. Conſtit. Saxon. tom. 2. part. 4. quæſt. 16. ſub fin.*

Secundo: Similis eſt textus in *Conſt. Elect. 31. p.* 54 *4.* ad *d. art. 46. libr. 3.* Landr. ſeſe referens; *in verb.* Wie denn auch die Sachſen Rechte/ da an einem gemeinen oder freyen Weibe Nothzucht begangen/ dieſelbige Gewalt mit ſolcher Schärffe ſtraffen/ darbey wir es auch bleiben laſſen / &c. Et in *Ordin. Eccleſ. dict. rubr.* Von der Straff der Vnzucht/ *&c.* §. Da auch jemand/ *&c. In verb.* oder auch ein gemein Weib.

55 *Tertiò*: Quia in hoc crimine potiſſimùm coactio & compreſſio violenta punitur, *l. qui cœtu.* 5.§.*2.ff.ad Leg.*Iul. *de vi public.* At, mulieri vulgari non minùs ac honeſtiſſimæ virgini vim inferri, extra dubium eſt.

56 *Econtra limitatur etiam hæc regula*: Pri*mò*: In conatu ſtupri violenti; veluti ſi quis pudicitiam alicujus mulieris attentans, conjiciendo eam in terram, repugnantem vincere, ac comprimere non poſſit, vel ab alia impeditus, ad effectum non perveniat.

Q.9. *Quomodo puniatur conatus ſtupri violenti?*

57 Quo caſu pœna mortis ceſſat, & Reus ob attentatum hoc pœna ſolummodò extraordinaria, aut fuſtigatione ac relegatione perpetua puniendus eſt, Pro*ſp.Farin.part.*5. *oper.crim. quæſt. 145.nu.69.*Matth.W*eſemb.in §,ſin autem. Inſt. de publ.jud.nu.4* Matth.*Berlich.part*.5. *concl.41.nu. 40.Bajard.in addit.ad* Iul.*Clar.§.ſtuprum. nu.37. Ludovic.à* Peguer.*deciſ.*7.*nu 5.Dec. in l.ſi fugitivi.C.de ſerv.fugitiv.nu.46.Raphael.Cuman.conſ. 96.nu.2.& ſeqq.*

58 Pri*mò*: per textum in *l.1.*§. *qui puero, ſub fin.ff. de extraord. crimin.* ubi hæc verba habentur: *Qui mulierem puellamvè interpellaverit, quidvè impudicitiæ gratiâ fecerit, donum præbuerit, pretiumvè quo is perſuadeat, dederit, perfecto flagitio, punitur capite, imperfecto, in inſulam deportatur.*

59 Secund*ò:per art.119.Ord.Crim.Carol.* In verb. **So ſich aber einer ſolches Mißhandels / freventlicher und gewaltiger Weiſe / gegen einer unverleumbden Frauen / oder Jungfrauen / unterſtünde / und ſich die Frau oder Jungfrau ſeiner erwehrete / oder von wegen ſolcher Beſchwerniis ſonſt errettet würde / derſelbige Ubelthäter ſoll uff Beklagung der Benöthigten in Außführung der Mißhandlung / nach Gelegenheit und Geſtalt der Perſonen / und unterſtandener Miſſethat / geſtrafft werden / und ſollen darinnen Richter und Urtheiler Raths gebrauchen / wie vor in andern Fällen mehr geſetzt iſt.** Unde manifeſtiſſimè apparet, pro attentato ſtupri violenti, non pœnam ordinariam, ſed extraordinariam, pro arbitrio judicis imponendam eſſe. *Ludov. Gilhauſ. in arbor.jud.crim.cap.2.tit.22.num.fin.*Matt.*Steph. ad dict.artic.*110.

60 *Tertiò*: Huc etiam faciunt verba C*onſt.Elect. 31.part. 4.* **Und das Werck mit ihr verbracht würde** *&c.* Et C*onſt.Elect.præced.30.* **So einer an ehelichen / oder auch ledigen Weibsperſonen begehet** &c. Quibus ſatis probatur, conſummatum demum ſtuprum violentum pœna mortis puniri. Idemque ſentit *Gloſſ.Latin.ad text. Germ. lib.3.***Landr***.art.1.lit.C.* In verb. *intelligitur hoc delicto conſummato* Matth.*Coler.part.1.deciſ.176.nu. 104.& ſeqq.*

61 *Quartò*: quia de conſuetudine generali conatus ſeu attentatum alicujus delicti pœna ordinaria non punitur, niſi etiam ſequatur effectus, ut *Dd.* communiter teſtantur, allegati à I*ul. Clar. in pract.§.fin. quæſt.92.nu.1.* Pro*ſp.Farin.part.5. oper.crim.quæſt.124.nu.78. Anton.Gomez. de delict.cap.3.rubr.de homicid.nu.30.Andr.Tiraquell. de pœn.temper.cauſ.37.n.3.Nic.Reuſn.lib.2. deciſ. 21.*Ioh.*Schneidvv.in §. eâdem lege.* I*nſtit. de publ. judic.* Quam conſuetudinem etiam in terris Saxonicis receptam eſſe, liquet ex *cap.39.* **Lehenr.** *Matt.*W*eſemb.part.3.conſ.114.nu.33. & in parat. ff.ad Leg.Iul.de adult.nu. 5. & ad Leg. Pomp. de parricid.nu.7.Reinh.diff.6.part.5. Pet.Theod. in* Colleg.*crim.diſp.7.theſ.6.lit.B.*

Quare in Elect.Sax.Scabinatu, attentatum ſtupri violenti ut plurimum fuſtigatione ac relegatione puniri ſolet, ut ſæpius pronunciatum memini: **Hat** S.B. **in gutem bekant und geſtanden / daß er** *I. W.* **uff freyer Straſſen ſich gantz uffzudecken / und zuentblöſſen gezwungen / ſie auch ferner uff die Erden geworffen / auff ſie gefallen / und ſie nothzüchtigen wollen / hette aber weil er truncken geweſen nit fortkommen / und ihr etwas thun können / ꝛc. So wird** *Inquiſit* **ſolcher ſeiner begangenen Mißhandlung wegen / öffentlich zur Staupen geſchlagen / und nach außgeſtandener Leibesſtraff / deß Landes ewig verwieſen / V.R.W.** *Præfecto* W*eiſſenfeldenſi.* M. Majo, *An.1625.* 62

It: **Hat** *P. W.* **in gutem bekant / daß er** *M. K.* **auff öffentlicher Landſtraſſe / mit Gewalt darnieder geriſſen / ſie entblöſſet / ſich uff dieſelbe gelegt / und ſie nothzüchtigen wollen / aber darüber durch andere verſtöret worden / ꝛc. So wird er derowegen ſeines gethanen fürwendens ungeachtet / daß er nemlichen ſehr truncken geweſen / mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billig verwieſen V.R.W.** *Quæſtori Lutzenſi,*M. *April.An.*1600. 63

Eadem pœna dictata fuit Reo, in caſu ferè ſimili. 64

A*d requiſitionem Rudolphi à* **Bünaw.** *M.Auguſt.Anno 1604.*

Actuarii Præfecturæ, in **Lauchſtett** / *Menſ.*Iun. *Anno 1598.*

Nobilium à **Borgsdorff.** Me*nſ.Auguſto, Anno 1605.*

Georgii Chriſtophori à **Kützſcher** / *Menſ.*Iulio, *Anno* 1625.

Quæſtoris Ilenburgenſis, Menſe Majo, *Anno 1628.*

Secund*ò*: *Limitatur hæc Regula*: ſi virgo ſtuprata à viro ſoluto, pro ipſo intercedat, eique nubere velit. Tunc pœna mortis remiſſa, violentus ſtuprator matrimonium cum ſtuprata contrahens, in perpetuum relegatur, eumque ſtuprata ſequi tenetur. 65

Q.10. Nũ virgo vi ſtuprata pro Reo intercedens eiq; nubere volens; à pœna mortis ipſum liberet?

Hæc Limitatio in Elect. Saxon. Scabinatu uſu ita recepta eſt, nec fundamentis deſtituitur. Pri*mò* namque notiſſimi juris eſt, in crimine adulterii ad interceſſionem conjugis adultero pœnam ordinariam remitti, *Conſtit. Elect. 19.p.4. ubi Dan.*Moll.*nu.4.Nic.Boer.dec.297.nu.1. & 2.Ludov.Gilhauſ.in arbor.jud.crim.2.tit.18.nu.20.Pet. Heig.lib.2.quæſt.29.in fin.Iod.Damhoud. in prax. rer.crim.cap.89.nu.45.* Matt.C*ol.part. 2. dec.*176. *nu.*15. Atqui quidquid juris eſt in adulterio, ratione conjugis innocentis, illud etiam obtinet in ſtupro violento, quoad mulierem ſtupratam, ut probabiliter colligi poteſt ex *l.qui cœtu.* §.*2.ff. ad Leg. Iul.de vi publ.* 66

Secundò: Ab humanitate etiam & pietate alienum putatur, mulieri, abſque culpa ſtupratæ, medium purgandæ ignominiæ adimere. Quod fieret, ſi fores ipſi nubendi occluderentur, per executionem pœnæ mortis. Nec minima ſtupratæ afflictæ adderetur afflictio ulterior, ſi nubere volens ſtupratori, voti ſui compos fieri non poſſet. 67

Tertiò

68 *Tertiò*: In raptu propter conſequens matrimonium pœna capitis locum non habet de jure Canonico, cui in terris etiam Imperii ſtandum eſſe, tradit *Proſp.Far.part.5.oper.crim.quæſt.145. nu.29.Salyc.in l.1 C.de rapt.virg.num.2. Anton. Gom.in l.tauri.80.nu.43.Viv.opin.617.nu.7. Tiber.Decian.in tract.cr.lib.8.c.6.nu.9.Petr.Caball. reſol.cr.caſ.196.nu.1.Ludovic.de Peguer.deciſ.cr. 42.nu.1.& 2.Jul.Clar.in prax.§.raptus nu.7.* A raptu verò ad ſtuprum violentum, tanquam à graviore ad minus grave delictum, negativè concludere licet, ut benè docet M*atth.Berlich.part. 5.concl.41.nu.13.*

69 *Reſponderunt ita Domini Quæſtori Dippoldiſvvaldenſi, hiſce formalibus:* So möchte *N. N.* von wegen ſolcher an oberwehntem Dienſtmägdlein begangenen und bekanten Nothzucht / ungeacht / daß er hiebevorn dahin ſich erbotten / das Mägdlein / wann ſie ſchwanger were / zu ehelichen / mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtrafft werden. Es were denn / daß das Mägdlein ſelbſten ihn zur Ehe begehren und haben wolte / uff den Fall möchte ihm auß Gnaden die Todtesſtraffe erlaſſen werden / er würde aber gleichwol nach vollzogener Ehe / deß Landes ewig billig verwieſen / und ſie were ihme mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig / V. R. W. *M.Iun. An.*1604.
I*tem*, *Quæſtori in* Sckeuditz. *Menſ.Septemb. Anno* 1600.

70 Quod tamen eatenus procedit, ſi ſtuprata ſtupratori nubere velit. Quod ſi verò hæc matrimonium cum ſtupratore violento contrahere recuſet, ut maximè is paratus ſit nuptias cum ſtuprata celebrare, pœnam tamen gladii nullatenus effugiet.

71 *Veluti ſic etiam pronunciatum fuit Quæſtori in* Sachſenburg: So möchte H. *T.* von wegen ſolcher an *C. W.* begangenen und bekanten Nothzucht / ſeines gethanen Erbietens / daß er die Genothzüchtigte ehelichen wolte / ungeachtet / mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtrafft werden / V. R. W. *M.Iul.An.*1608.
I*tem, Præfecto Pegavienſi,* Menſe *Junio*, *Anno 1596.*

72 *Tertiò limitatur hæc regula*, ut pœna gladii non obtineat, ſi ſtuprata neget ſtuprum violentum, aut illud conſummatum fuiſſe, diffiteatur, quamvis ſtuprator hoc confeſſus fuerit.

73 Quemadmodum enim in crimine adulterii Reus ad ſolam confeſſionem pœna ordinaria mortis puniri nequit, niſi & altera pars, cum qua adulterium commiſſum perhibetur, delictum confiteatur, *Daniel. Moller. lib. 2. ſemeſtr. 37. Modeſt. Piſtor. part. 2. quæſt. 52. Hartm. Piſtor. obſerv. 33.* Matth. *Coler. part. 1. deciſ. 235.* Vid. *ſuprà quæſt. 60.* Ita nec in crimine ſtupri violenti ſtupratori confeſſo ultimum ſupplicium imponendum eſt, priuſquam ſtuprata aſſertione ſua delictum commiſſum corroboret; ob identitatem rationis, quod ſcilicet in delictis carnis utriuſque partis confeſſio ſit inſtar corporis delicti, de quo ſi certò non conſtet judici, minus tutò mortis pœna infligitur, *Hartm. Piſt. dict. obſerv. 33. num. 22.*

74 *Quemadmodũ etiam in caſu, quo vim paſſa mulier ſe compreſſam fuiſſe negaverat, ſtupratori confeſſo pœnam fuſtigationis cum perpetua relegatione Scabinos dictâſſe reperio. Dreſdam ad requiſitionem Ludovici* Kynaſtens / *Quæſtoris,* M. *April. Anno 1582.*

†

Eandem pœnam dictavimus cuidam Veſpilloni, qui fœminam peſte corruptam, etiam agonizantem, vi ſtupraverat, eò, quod mortua ſtuprata in ipſo actu venereo de ipſius confeſſione, & ſic de corpore delicti conſtare non poterat. Bornam, ad requiſitionem Judicis oppidani. Menſe Januar. Anno 1631. 75

Quartò denique limitatur hæc regula in muliere ſtuprata aut vi cognita. Quia enim contra voluntatem ſuam hæc vim paſſa eſt, utique non deliquit, nec ullam pœnam meretur, *l. ſi uxor. 13. §. 7. ff. ad Leg. Jul. de adult.* Quum delictum non niſi ex animo & voluntate æſtimetur, neque crimen ullum abſque voluntate committatur, *c. cum voluntate. de ſent. excom. l. qui injuriæ ff. de furt. l. verum. in pr. ff. eod. l. quod Reipublicæ. ff. de injur. Didac. Covar. in* Clem. *ſi furioſus. 2. part. relect. nu. 2. Andr. Tiraquell. de pœn. temper. cauſ. 51. num. 7. & 9.* 76

Et hoc à nemine facilè in dubium vocatur, quotidiè ita pronunciantibus Scabinis: Die Nothgezüchtigte aber mag mit einiger Straffe nit belegt werden / V. R. W. *Præfecto Pegavienſi, Menſ. Auguſto, Anno 1604.* 77
Quæſtori in Sachſenburg / *Menſe Julio, Anno 1602.*
Præfecto in Endorff. *M.*Iun.*An.1612.*
Præfecto in Auerbach. *M.Febr.An.1595.*

Hocque adeò verum eſt, ut mulier per vim ſtuprata & cognita, nullam prorſus infamiæ maculam incurrat, ſed inviolatæ exiſtimationis permaneat, *l. fœdiſſimam 20. verſ. Quin etiam inviolatæ exiſtimationis eſſe &c. C. ad Leg.* Iul. *de adult. l. ſi uxor. 13. §. ſi quis planè. 7. in fin. ff. eod. tit. l. 1. §. removet. 6. ff. de poſtul. Saly. in d. l. fœdiſſimam. nu. 1. Matt. Berlich. part. 5. concl. 41. nu 66. Matt. Steph. ad art. 119. Ord. Crim. Carol.* 78

Unde porrò infert *Franc. Pfeil. conſ. 147. cent. 2.* virginem vi ſtupratam ſertum vel coronam virginitatis in capite portare non prohiberi, eò, quod vi compreſſa nequaquam perdat virginitatem & pudicitiam, quæ, utpote virtus, in animo non corpore conſtituta eſt, ut loquitur *Auguſtin. de Civit. Dei. lib. 1. c. 18. c. itane. c. de pudicitia. 32. q. 5.* Et *Ambroſ. in c. revera dict. cauſ. 22. q. 5.* Ibi: *Revera non poteſt caro corrumpi, niſi mens fuerit antea corrupta.* hiſce verbis concludens conſilium. Dieſen allen nach halte ichs dafür / daß die Magd / ſo von den beyden Buben mit gewalt ins Korn geruckt / genothzöget / und beraubet iſt / nicht weniger dann ob ſolches nicht geſchehen / in jungfräulichem Schmucke / und mit dem Krantze offenbarlich gehen / und nit als eine geſchwächte Dirne oder Hure / mit dem Schleyer gedeckt werden möge. Quem ſequitur *Matth. Stephan. ad artic. 119. Ordin. Crim. Carol.* & Matth. *Berlich. dict. concl. 47. num. 66.* 79

Q. 11. Num virgo vi ſtuprata, coronâ in capite portare prohibeatur?

Sed aliter, & rectiùs meo judicio ſentiunt *Scabini*, ſtupratæ ſcilicet & per vim cognitæ virgini, ſertum aut coronam portare permittendum non eſſe; Siquidem corona eſt ſignum virginitatis, quam ſtupratam etiam per vim, amiſiſſe 80 eâque ſpoliatam fuiſſe, nemo facilè inficias ibit. Unde nec talem inter virgines incontaminatas referri vult Leo Papa in *c. illæ autem famulæ. 32. quæſt. 5.*

81 Neque negotium facit ratio à *Franc. Pfeil.* adducta. *Diſtinguendum* enim eſt inter virginitatem animi, & corporis: Illa propriè dicitur pudicitia, quam non modò virgines, ſed & viduæ & mulieres honeſtæ tenent, eaque per ſtuprum violentum nec aufertur, nec diminuitur. Et eatenus vera eſt aſſertio *Auguſt. in c. itane, &c. de pudicitia. 32. q. 5.* Hæc verò eſt integritas pudoris & corporis incorrupti, quam per compreſſionem violentam perdi, certo certius eſt, *c. illæ autem famulæ. 32. quæſt. 5.* Ita diſtinguit *Gloſſ. Germ. ad text. in art. 1, lib. 3.* **Landr.** *nu. 2.* **Darumb mercke erſtlich von Keuſchheit / daß ſie zweyerley iſt / nemlich eine deß Leibes / die andere aber deß Gemůthes. Seines Leibes Keuſchheit kan ein Menſch durch Gewalt verlieren / aber die Keuſchheit deß Gemůths oder der Seelen / wird weder fůr Gott / noch fůr der Welt durch Nothzǒgens Gewalt verloren / denn ſie eine Tugend der Seelen iſt.** *Et poſt:* **Dieſe Tugend wird in allen dreyen Stånden der Weiber befunden / in Jungfrauen / Ehefrauen und Wittiben / ꝛc.**

82 Atqui ſertum vel coronam ſignum eſſe virginitatis non animi, ſed corporis, patet exinde, quod nec viduæ, nec mulieres conjugatæ, quæ ut dictum, etiam virginitatem animi colunt, facultatem coronæ portandæ habeant, ſed caput peplo tegere cogantur. Quum ergò virgo ſtuprata corporis virginitatem amiſerit, neque ſertum aut coronam ei portare licebit.

83 *Reſponderunt in hunc modum Scabini verſus* **Cotbus: Was aber die genothzǒgete Perſon anlanget / iſt ſich dieſelbe des Crantzes zuenthalten ſchuldig / V. R. W.** *Ad requiſitionem Conſulum & Senatus. Menſ. Octob. An. 1582.*

84 *It:* **Sie iſt aber gleichwol / weil ſie ſelbſten gerůget uñ geklaget / daß er dz Werck der fleiſchlichen Unzucht mit ihr vollbracht / mit bedecktem Håupte zu gehen ſchuldig / V. R. W.** *Ad conſultationem Quæſtoris in* **Sachſenburgk** / *Menſ. Iul. An. 1608.*

85 At, quomodo probabitur ſtuprum violentum: Quid enim ſi ſtuprator confiteatur ſtuprum, violentiam autem neget, quam tamen ſtuprata ad ſui exculpationem prætendat, id quod ſæpiſſimè accidit? Sanè violentiam probari, ſi mulier magno clamore imploraverit alicujus 86 opem, tradit *Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 95. nu. 9. Iohan. Bajard. in addit. ad Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ſtuprum. nu. 40. Ioſeph. Maſcard. de probat. volum 3. concl. 1409. num. 26.* Quod ſi verò in ſylvis, aliiſque locis remotis, ubi vox oppreſſæ non facilè audiri poteſt, vis illata fuerit, mulieris aſſertioni de vi illata conquerentis non credi, etiamſi ea ſit honeſtæ vitæ ac famæ, ſcribit *Cravet. conſ. 41. num. 2. Barthol. Bertaz. conſ. 2. num 1. & ſeqq. volum. 1. Iohan. Bajard. in addit. ad Iul. Clar. dict. §. ſtuprum. num. 40. Matth. Berlich. dict. concl 41. num. 70.*

Q. 11. Quomodo probetur ſtuprum violentum?

87 Quod licet ſimpliciter non negaverim, cum nec ſolam mulieris oppreſſæ aſſertionem indicium ad torturam facere, ſed rem totam judicis arbitrio relinquendam eſſe, exiſtimem; Attamen hoc monitum velim, multum fidei eſſe hac in re tribuendum querelæ ſtupratæ, ſi nempè hæc quamprimum ſtuprum violentum paſſa fuerit, judicem adeat, & de vi illata conqueratur: cùm econtrà ex ſilentio ſtupratæ non levis præſumptio contra eam, quod in ſtuprum conſenſerit, oriatur.

Id quod ſæpius obſervaſſe Scabinos, memini. Veluti quoq; ita pronunciarunt Quæſtori in **Saltza: Hat B. R. Eheweib in gutem bekant / daß ſie in Abweſen / gedachtes ihres Ehemans / welcher ſie vor 4. Jahren mit etlichen Kindern verlaſſen / und davon gangen / von einem andern / welchen ſie nit kennete / beſchlaffen und geſchwångert worden / auch ein Kind zur Welt geboren; Ob ſie nun wol dagegen vorgewendet / daß ſie von demſelben genothzǒget worden / ꝛc. Dieweil aber dennoch nit zubefinden / daß ſie ſolches jemals geklaget / ſondern bißhero verſchwiegen / So wird ſie wegen ſolcher ihrer Verbrechung deß Landes ewig billig verwieſen / V. R. W.** *M. Novembr. Anno 1607.* 88

Item, Capitaneo in **Prigk** / *Menſ. Martio, Anno 1607.*

QVÆSTIO LXXVI.

De Pœna Sodomiæ.

SUMMARIA.

1. Sodomiæ *crimen unde dicatur?*
2. Graviſſimum & fœdiſſimum eſt hoc crimen.
3. Per Italiam *notiſſimum.*
4. Pœna hujus criminis eſt ultimum ſupplicium, num. 5. 6. 7. 8.
9. Triplici modo committitur Sodomia.
10. Pœna maſtuprationis quænam? nu. 12. 13.
11. M*aſtupratio propriè non eſt Sodomia.*
14. Sententia Scabinorum Lipſenſium.
15. Sodomia cum hominibus commiſſa quomodo puniatur? nu. 19. 20. 21.
16. Triplici modo cum hominibus committitur Sodomia, nu. 17. 18.
22. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, nu. 23.
24. C*ũ propria uxore Sodomia quandoq; cõmittitur*
25. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium, nu. 26.*
27. Pœna Sodomiæ cum brutis exercitæ quænam ſit?
28. *Quod genus Sodomiæ omnium eſt nefandiſſimum. num. 29.*
30. In Imperio Rom. Germ. & foro Saxonico, *quomodo hoc crimen puniatur? num. 31.*
32. Quare bruta animalia comburantur? num. 33.
34. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſ.*
35. Hoc crimen cum qualicunque etiam animali bruto commiſſum fuerit, ignis pœnam meretur, num. 36.
37. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſ. nu. 38. 39.*
40. Num pœna ſit exaſperanda Reo, qui cum pluribus animantibus brutis hoc crimen commiſit? nu. 42. 43. 44.

41. Pœna

41. *Pœnæ ſunt commenſurandæ delictis.*
43. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, num. 46. 47. 48.*
49. *Reus hujus criminis ex ſola confeſſione puniri non debet.*
50 *Unde conſtare poſſit de corpore delicti in hoc crimine, nu. 51. 53.*
52. *Sodomia eſt crimen facti non permanentis.*
54. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſ. nu. 55.*
56. *Pœna conatus in crimine Sodomiæ quænam ſit? num. 57. 58. 59.*
60. *De conſuetudine generali, attentatum alicujus delicti pœnâ ordinaria non punitur.*
61. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
62. *Quando Reus Sodomiticus morte non punitur, in animal brutum quoque animadverti non debet.*
63. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
64. Commixtio Chriſtiani cum *Judæa, an ſit Sodomia.*
65. *Quomodo hæc commixtio debeat puniri? nu. 66.*
67. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*

1 REſtat dicendum de crimine Sodomiæ contra naturam commiſſæ: (à Sodomis nomen & originem trahentis, quos ob id igne cœleſti & ſulphure abſumptos fuiſſe, teſtantur Sacra Biblia *Gen. 19. v. 24.*) Quod inter reliqua crimina venerea, & delicta carnis ultimum quidem eſt, ſed omnium graviſſimum, fœdiſſimum, & Jure Divino pariter atque humano deteſtabiliſſimum.

2 Quippe reliquæ libidinum ſpecies naturales ſunt, & à naturæ inſtinctu proficiſcuntur. At Sodomiticum peccatum ſpretis naturæ legibus ipſam naturam violat, humanæ ſobolis propagationem impedit, fidei Chriſtianæ maculam ferè inextinguendam inurit, & ex Chriſtianis filios diffidentiæ facit, quaſi de ipſorum ſalute penè diffidendum ſit, *c. Clerici. de exceſſ. Prælat.* Ut meritò Autor naturæ Deus Opt. Max. hujus peccati indignitatem, & fœdam malignitatem in cœlum uſque clamare, & inde ſui vindictam expoſcere, dicat, *Gen. 19. v. 13. Novell. 77. in pr. Novell. 141. c. flagitia. c. uſus. 32. quæſt. 2. Jod. Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 96. num. 3. Vivi. opin. 226. nu. 1. & ſeq. Iul. Clar. lib. 5. ſent. & §. Sodomia. in pr. & ibi Bajard. in addit. nu. 1. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 286. nu. 1. & 11. Petr. Gregor. in ſyntagm. jur. univ. lib. 36. cap. 10. Andr. Gail. lib. 1. de pac. publ. cap. 14. nu. 26.* Proſp. *Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 147. nu. 5. & 6. Maſc. de probat. vol. 3. concl. 1313. nu. 1.* Pet. *Caball. reſol. crim. caſ. 16. n. 1. & ſeqq. Æg. Boſſ. in tit. de ſtupr. deteſt. in maſc. n. 1. Anton. Gomez. in l. tauri 80. nu. 32. Ludovic.* Peguer. *deciſ. 75. num. 1.*

3 Hoc facinus per Italiam notiſſimum eſt, adeò ut nec puduit Joannem Caſum, Archiepiſcopum Beneventanum, Legatum Pontificium, hoc laudibus celebrare, *Johan. Sleid. lib. 21. comm. pag. 652. Chemn. part. 3. Exam.* Concil. *Trid. p. 6. & 125. de cœlibatu ſacerdotum. Herm. Lather. de conſ. lib. 1. cap. 5. nu. 18.* At rarius à Germanis committitur, quibus laus & encomium pudicitiæ, & quod tale ſcelus minus noverint per DEI gratiam, jure debetur. Nec immeritò, quum hoc flagitium tam execrandum & deteſtabile ſit, ut nec inter Chriſtianos ſemel nominari, aut in cogitationibus verſari debeat. Quare ne pii lectores forſan offendantur, de hoc tacere mallem, quam fecem carnalium vitiorum detegere. Attamen quia ex vehementiori Cacodæmonis tentatione quandoque etiam Chriſtiani inflammati ejuſmodi ſcelere ſe contaminare haud verentur, rationem & modum puniendi iſtud delictum ſilentio involvere non poſſum. Idque ad exemplum *D. Apoſtoli* Pauli, Romanos quos in hoc nefario ſcelere exercitatiſſimos eſſe ſciebat, objurgantis, haudque leviuſcula rei denominatione ipſos è ſcelere hoc nefando retrahentis, quando inquit in *Epiſtola ad Rom. c. 1. v. 26. & 27. Fœminæ eorum immutaverunt naturalē uſum in eum uſum, qui eſt contra naturam. Similiter & maſculi relicto naturali uſu fœminæ, exarſerunt in deſideriis ſuis invicem, maſculi in maſculos turpitudinem operantes, &c.*

4 Nullum verò dubium eſt, pœnam hujus criminis eſſe ultimum ſupplicium. Nam & Gentiles, qui Jeſum Chriſtum & verum Deum non cognoverunt, facinus hoc mortis pœna affici voluerunt, *Mynſing. in §. item Lex Iulia. nu. 11. Inſtit. de publ. judic. Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 96. nu. 21.* Petr. *Greg. in ſyntagm. jur. univerſ. lib. 36. cap. 10. nu. 5. & ſeqq. Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæſt. caſ. 286. nu. 1. & in addit. num. 9.*

5 Quanto magis ergò Chriſtiani in Sodomitas pari ſeveritate animadvertere debent, Deo id expreſsè jubente, *Lev. 20. v. 13. Qui dormierit cum maſculo coitu fœmineo, uterque operatus eſt nefas, morte moriantur, ſit ſanguis eorum ſuper eos.* Et *verſ. 15. Qui cum pecore coierit, morte moriatur &c.* Hocque flagitium adeò execrante, ut ob id ſæpè immittat in filios diffidentiæ fames, peſtes, bella, terræ motus, inundationes, atque alias id genus plagas generales, *cap. Cleric. de exceſſ. Prælat. cap. ut Clericorum. de vit. & honeſt.* Cleric. *Novell. 77. & 141.*

6 Quin & Impp. Conſtantius & Conſtans exclamantes, & iraſcentes turpitudini, ex juſtitiæ zelo in hæc verba prorumpunt: I*ubemus inſurgere leges & amari jura gladio contra hujusmodi facinoroſos homines, qui audent naturæ ordinem pervertere.* in *l. cum vir nubit.* 31. C. *ad Leg. Iul. de adult.* Hinc patet, de jure etiam Civili Sodomiam pœna gladii coërceri, quod & probatur ex §. *item Lex Iulia. Inſtit. de pub. jud. Angel. Aretin. in tract. malef. in verb. che hai adulterato la mia donna n. 53. ubi Auguſt. in addit. verſ. Nam de jure* Ci*vili eſt pœna gladii. Anton. Gomez. in l. tauri 80. n. 32. Paul.* Chir*land. de pœn. omnif. coit. quæſt. 8. n. 4.* Iul. *Clar. lib. 5. ſent* § Sodomia. *n. 4. Proſp. Far. part. 5. oper. cr. quæſt. 147. n. 4. & ſeqq.* Petr. *Greg. in ſyntagm. dict. lib. 36. cap. 20. nu. 1. Iac.* Menoch. *dict. caſ. 286. n. 16. Petr.* Caball. *in reſol. crim. caſ. 16. nu. 34. And. Gail. de pac. publ. lib. 1. cap. 14. nu. 26. Georg. Rem. in Nemeſ. Karul. art. 116.*

7 Quæ tamen pœna per conſuetudinem generalem ubique ferè locorum hodiè exaſperatur, ita ut vel Sodomitæ vivi, vel eorum cadavera poſt mortem igne concrementur, *Pract.* C*onr. rubr. de* Sodom. *poſt nu. 5. Iul.* Clar. *d. §. Sodomia. n. 2.* Albertin. *de cognoſc. aſſert. cathol. & hæret. quæſt. 23. n. 22. Iod. Damhoud. d. cap. 96. nu. 13. & 25.* Iac.

Menoch.dict.caſ.286.num.23. & *24. Farin. dict. quæſt.147.n.7.Joſeph.Ludo.deciſ.Lucenſ.17.nu.26. Petr.Caballin.reſol.crim.caſ.16.n.34.*

8 In Imperio Rom. Germanico hoc certè minus dubii habet, ob Sanctionem Carol. V. Imp. quæ Reos Sodomiæ vivos concremari jubet, in *Ord.Crim.in art.116.* **So ein Menſch mit einem Viehe/ Mann mit Mann/ Weib mit Weib/ Vnkeuſchheit treibet/ die haben auch dz Leben verwircket / und man ſoll ſie der gemeinen Gewonheit nach/ mit dem Feuer vom Leben zum Todte richten.** Ubi probè notanda ſunt verba hæc (**der gemeinen Gewonheit nach**) quæ ſatis innuunt, conſuetudini cujusque loci in puniendis Sodomitis, hâc Conſtitutione nil quicquam derogari.

Proinde nec conſuetudinem Saxonicam, juxta quam in terris Saxonicis Rei Sodomitici, quandoq; gladii, quandoque etiam relegationis ſolummodò pœna afficiuntur, ut notat *Matth. Coler. art* 1. *deciſ.* 187. per Sanctionem Caroli-
9 nam abrogatam eſſe, putandum eſt. Etenim, quia peccatum Sodomiticum tripliciter ferè committitur, nempe cum quis Venere abutitur aut ſecum, aut cum hominibus, aut cum animantibus brutis, ſecundum I*od. Damh.in prax. rer. cr.cap. 96.nu.4. Matth.Steph.ad art.116.Ord. Crim.* Iac. Men.*de arbit.jud. quæſt.lib. 2. c. 286. Proſp. Far. part.5.oper.cr.quæſt.147.nu.2. Pract. Conr. rubr. de Sodom.nu.4.* Triplici quoque pœna hujus criminis Reos puniri, moribus Saxonicis receptum eſt. Quam pœnæ diverſitatem tribus diſtinctis Regulis explanare lubet.

Q.1. Quæ ſit maſtrupationis pœna?

10 Prima Regula eſt: Quicunque venerea ſecretò ſecum exercent, Relegatione aliavè pœna extraordinaria puniri debent.

Hanc ſpeciem Sodomiticam Apoſtolus *mollitiem*, vulgò autem *maſtrupationem* vocant: ſi nimirum quis propriis manibus aliovè inſtrumento ſe polluat, *Firm.in repert.In verb. Sodomita v.* 1.*& in verb.ſtuprum. v.8. Jac.* Menoch. *dict. caſ. 286.nu.30.Proſp Far.d.quæſt.147.nu.38.*

Quamvis hanc pollutionem Sodomiam non
11 ſapere, rectiùs exiſtimet *Pet.Caball.in reſol. crim. caſ 16.n.2.& ſeq.* Siquidem non omnis uſus contra naturam eſt Sodomia, ſed hæc propriè dicitur coitus cum alio ſubjecto quodam, homine, vel bruto animante habitus contra naturam. Quare nec mollitiem aut maſtrupationem pœna Sodomiæ, *in art.116.Ord.crim Carol.* definita, coercendam eſſe, crediderim.

12 Nihilominus tamen crimen hoc grave & exe-
crandum eſt, licet clanculum & ſecreto com-
mittatur, ac rariùs ob ſui fœditatem & pudo-
rem ad alicujus notitiam erumpat. Unde etiam
fit, quod rarò & ferè nunquam hujus delicti pu-
nitio, conſpiciatur. Quod ſi tamen crimen hoc
ad judicis notitiam pervenerit, abſque dubio il-
lud relegatione, aliavè pœna extraordinaria, pro
ratione circumſtantiarum, & arbitrio judicis pu-
niri debet: prout ſtatuit I*od. Damhoud.d. cap. 96.
num.6.Matth.Steph.d.art.116. Proſp. Farin. d.
quæſt.147.n.39.Auguſt.in addit.ad Ang.Aretin.
de maleſ.in verb.che hai adulterato la mia donna n.*
13 *53.Pract.Conrad.rubr. de Sodom.nu.3.* Quia enim
nullibi certum aliquod genus ſupplicii in Reos hujus criminis ſtatutum reperitur (Ordinatio ſiquidem *Crim.Carol.d.art 116.* de vera ſolummodò loquitur Sodomia, quæ cum hominibus aut brutis animantib. perpetratur, ut apparet ex verbis: **So ein Menſch mit einem Vieh/ Mann mit Mann / Weib mit Weib / Vnkeuſchheit treibet/ ꝛc.** Ejusdemque ſententiæ eſt Sanctio Imp. Conſtantii & Conſtantini, *l.cum vir nubit* 31. C. *ad Leg.Jul.de adult.*) utique punitio illius, arbitrio judicis committitur. Quando enim certa aliqua pœna legib definita non eſt, arbitraria eſt animadverſio, *And.Tiraq.de pœn.leg. temp.cauſ. 31.nu.34. Jac.Menoch.de arbit.jud.quæſt.lib.1. quæſt.86 n.8. verſ. aut à jure communi ſtatuto &c. Ludolph.Schrader.in tract.de feud.part.10.ſect.19. n.122.Jaſ.in l.jubere 4.n.17.ff.de jurisdict.*

Hinc quando homo quidam natione Græcus, literarii ordinis, maſtuprationem confeſſus fuerat, habita deliberatione, pœnam Relegationis ipſi definire haud dubitavimus: antequam tamen hæc pœna decerneretur, apparētib. indiciis atrocioris criminis, ipſum ſuper hoc prius interrogandum, & veritatem tormentis extorquendam eſſe, pronunciavimus. At Reus carcere effracto aufugiens, ſententiam noſtram fruſtratus eſt. Accidit hoc Witteberg*æ, Anno 1622.* 14

Q.2. Quomodo puniatur Sodomia cũ hominib9 contra naturam cõmiſſa?

Secunda ſit Regula: Qui venere abutitur, cum hominibus coeundo contra naturam, uſu naturali relicto capite truncandus eſt. 15

Hoc crimen verè eſſe Sodomiticum, indubita-
tum eſt apud omnes. Idque tripliciter committi-
tur: *Primò*, quando maſculus venerem exercet cũ
maſculo, *l.cum vir nubit in fœminã.C.ad Leg.*I*ul.* 16
*de adult.§.it.Lex.Iul.Inſt.de publ. jud. Ord.Crim.
Carol.art.116.in verb.* **Mañ mit Mañ.** *ubi Matt.
Steph.Iod.Damh.d.c.96.n.8.Proſp.Far.d.quæſt.147
n.2.Tib.Dec.vol.3.conſ.83.* Quem beluinũ & de-
teſtabilem furorem etiam in Gentibus execra-
tur D.Paul.*ad Rom.c.*1.*v.27.* hiſce verbis: *Simili-
ter autem & maſculi, relicto naturali uſu fœminæ,
exarſerunt in deſideriis ſuis invicẽ, maſculi in ma-
ſculos turpitudinem operantes, & mercedem quam
oportuit erroris ſui in ſemetipſis recipientes.* Quem
coitum nefandum expreſſis quoque verbis dete-
ſtatur Lex Moſaica, pœnam mortis criminis hu-
jus Reis imponens, *Lev.20 v.13. Qui dormierit
cum maſculo coitu fœmineo, uterq; operatus eſt ne-
fas, morte moriantur, ſit ſanguis eorum ſuper eos.*

Secundò: Si mulier abutatur venere cum muliere, in eamque libidinem ſuam exerceat, *l.fœdiſſimam.ubi Gloſſ. & Salyc.* C. *ad Leg.Jul.de adult. Ord. Crim.Carol. art. 116. in verb.* **Weib mit Weib.** *ubi Matt.Steph.D.Paulus in cap.1.ad Rom. v.26.* Ibi: *Nam fœminæ eorum immutaverunt naturalem uſum in eum uſum, qui eſt contra naturam. Nic.Boer.dec.316.n.14.Pract.Conr.rubr.de Sodom. n.* 4.*Iod.Damhoud.d.cap.96.n.10. Anton. Gomez. in l.tauri.80.n.34.Petr.Caball.reſol.crim.caſ.19. n.14.Farin.d.q.147.nu.*40.Iac.Menoch.*de arbitr. jud.q.lib.2.caſ.286.n.47.Ang.Aret.in tract.maleſ in verb.che hai adulterato la mia donna.nu.51.* 17

Tertiò: Quando vir cum fœmina præpoſteram venerem exercet, cognoſcendo eam non 18 in membro debito, aut non debito modo, *l. cum vir nubit. 31.* In verb: *Vbi venus mutatur in alteram formam, ubi amor quæritur, nec videtur &c. C. ad Leg. Iul. de adult. Firmian. in repert. in verb. Sodomita verſ. 7. Tib. Decian. vol. 3. conſ. 83. n. 1.* Angel. *Aret. in tract. malef. verb. che hai adulterato la mia donna. n. 54. Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. c. 96. n. 11. Proſp. Far. part. 5. oper. crim. quæſt. 147. nu. 35. & 43. Pract. Conrad. rubr. de Sodom. n. 3. Ægid. Boſſ. in tit. de ſtupr. deteſt. n. 2.* Ant. *Gom. d. loc. n. 33.*

19 Quomodò verò venus præpoſtera exerceatur, & coitus prædicti Sodomitici peragantur, hujus loci non eſt explicare. Turpiores ſiquidem ſunt & deteſtabiliores, quàm ut homo Chriſtianus & pius ullâ ratione ſcire eos debeat. „Sufficiat autem noviſſe, ejuſmodi criminis modos indeterminatos & puniendi rationem, quæ in terris Saxonicis ſeverior non eſt, quàm ut Rei Sodomitici capite plectantur. Etſi enim *Ordin. Crim. art. 116.* Sodomitas indifferenter concremari velit: Quoad hanc tamen ſpeciem Sodomiæ ab hominibus invicem peractæ, à Sanctione illa Carolina receſſerunt mores Saxonici in Electorali Saxoniæ Scabinatu, jam pridem in pronunciando recepti. *Matth.* Col*er. part. 1. deciſ. 187. num. 1. Petr. Theodor. in Colleg. Crimin. diſp. 6. th. 5. lit.* L.

20 Neque conſuetudo hæc Saxonica ratione deſtituitur. *Primò*: Quis enim inficias ire velit, Sodomiam cum brutis animantibus exercitam longè atrociorem & deteſtabiliorem eſſe eâ, quæ cum hominibus præpoſterè & contra naturam peragitur? Atqui venerea exercentes cum brutis animalibus igne concremari, expeditum eſt, *art. 116. Ordin. Crim. Carol.* Sequitur ergò, mitiori aliquo ſupplicio puniendos eſſe eos, qui cum hominibus contra naturam coeundo, aliquâ ex parte & reſpectu Sodomiæ cum brutis peractæ levius peccant: conformes enim pœnæ debent eſſe delictis, *l. reſpiciendum. ff. de pœn. l. 1. §. ſed & qui. ff. de abig. l. capitalium. 28. §. graſſatores. ff. de pœn. Hippol. de Marſil. in l. 1. n. 256. C. de Rapt. Virgin. Nicol. Reuſn. lib. 2. deciſ. 20. n. 8.*

21 *Secundò*: Non parùm hæc pœna Sodomiæ probatur ex *Conſt. Elect. 25. part. 4.* quæ pœnam gladii determinat ei, qui cum mortuâ muliere rem habet, **Die mit verſtorbenen Weibesperſonen zu thun haben** *&c.* **Sollen ſolcher unmenſchlichen Mißhandlung halber/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden.** Cujus Conſtitutionis ratio alia non eſt, quàm quod fœminam mortuam cognoſcens Sodomiam committat, ut tradit A*uth. Conſtit. Saxon. tom. 2. part. 4. quæſt. 68. in fin.* Cum quævis agitatio Veneris nec ſcopum, nec modum Veneris naturalis ſervans, capiat Sodomiam, *Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crim. cap. 90. n. 31.* Unde ſequitur ex rationis identitate, Sodomiam cum hominibus vivis commiſſam, ſeveriori aliquo ſupplicio, quàm gladii pœnâ in terris Saxonicis coercendam non eſſe.

22 *Secundum hanc conſuetudinem Saxonicam dictaverunt Scabini pœnam gladij Sodomitæ; ad conſultationem Iohannis à* Weißigk/ *in* Meuſebach. Hat der Gefangene *E. L.* welchen ihr euern Kindern vor zweyen Jahren zu einem *Præceptorn* verordnet/ in gutem bekandt und geſtanden/ daß er mit dreyen eurer Kinder Jungen/ von zehen und eilff Jahren/ ſo unterſchiedlichen nacheinander auf ſie gewartet/ wie denn auch mit einem andern von vierzehen Jahren/ unchriſtliche unnd unnatürliche Vnzucht zu etlichen mahlen getrieben/ Jnmaſſen denn auch ſolches auß dreyer Knaben Bericht ſich alſo befunden/ *&c.* Da er nun auff dieſem ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder des ſonſten/ wie recht/ überwieſen würde. So möchte er wegen ſolcher bekanten und geſtandenen unchriſtlichen und unnatürlichen Vnzucht mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W. *M. April. An. 1589.*

In caſu ſimili ita pronunciârunt Wolffgango *Alberto à* Schleinitz/ *in* Cowitz: Ob gleich der Gefangene *S. E.* in ſcharffer Frage/ damit Er vermöge des zu Wittenberg geſprochenen Vrtheils/ angriffen worden/ verhalten/ daß Er mit den dreyen in ſeiner Vhrgicht benandten Knaben/ das Werck der unnatürlichen Vnzucht/ auff die in bemeldtem Wittenbergiſchen Vrthel angedeute maſſe/ nicht vorgenommen/ Dieweil er aber dennoch bekandt/ und geſtanden/ daß er berührte Vnzucht auff die Arth und Weiſe/ davon in ſeiner Vhrgicht meldung geſchicht/ zu Werck gericht/ und vollbracht/ und hierüber ferner bekandt/ daß Er mit andern Knaben vor der Zeit gleicher geſtalt umbgangen *&c.* So mag er derwegen/ wofern er auff ſolchem ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder des ſonſten/ wie recht/ überwieſen würde/ nach Gelegenheit dieſes fals/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W. *Menſe Iunio Anno 1595.* 23

Eâdem pœnâ coercetur quoque coitus, cum fœmina contra naturam habitus. Nec refert, an quis cum alienâ muliere, an verò cum propriâ uxore Sodomiam exercuerit. Nam & is, qui præpoſterâ venere uxorem ſuam cognoſcit, gladii pœnam incurrit: gravius ſiquidem committitur delictum cum uxore, quam cum aliâ fœminâ, prout eſt textus in *c. adulterij. 32. quæſt. 7.* In verb. *Vſus enim naturalis, ſi ultra modum probabitur, in uxore quidem veniale eſt, in meretrice damnabile; ſed iſte qui eſt contra naturam, execrabiliter fit in meretrice, ſed execrabilius in uxore. Proſper. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 147. n. 37. Anton. Gomez. in l. tauri. 80. n. 33. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 280. n. 41.* Ludov. *Peguer. deciſ. 72. n. 3. in fin.* 24

Hinc gladij pœnam dictaverunt Scabini cuidam marito, contra naturam exercenti venerem præpoſteram cum conjuge propriâ. Ad requiſitionem Senat*us Dreſdenſis. Menſe Ianuario, Anno 1545.* 25

Pari pœnâ plectendum eſſe maritum exercentem venerem in os uxoris, nec non ipſam uxorem maritum admittentem & ore ſemen exſugentem, pronunciarunt Scabini *Quæſtori Dreſdenſi.* M. *Majo. An. 1562.* 26

Tertia eſt Regula: Homo cum bruto aliquo animali ſe commiſcens, & Venerea exercens, inſimul cum animali debet comburi. 27

Q. 3. Pœna Sodomiæ cum brutis animalibus exercitæ quæ ſit?

Species hæc Sodomitica omnium horrendiſſima & nefandiſſima eſt, quando nimirum maſculus hoc crimen cum bruto animali committit,

tit, vel fœmina ab animali ſe cognoſci permittit. Contra naturam enim ſemen & ſanguis humanus cum brutorum ſanguine confunditur & commiſcetur, quod certè horribiliſſimum eſt, *Iacob.* Me*noch.lib.2.de arbitr.jud.quæſt.cent.3. caſ.286. Iod. Damhouder.in prax.rer.crim.cap.96.nu.13.* Proſp. *Far.part.5.oper.crim.quæſt.147.n.46. Petr.Theod. in* Colleg.*Crim.diſp.6.th.5 lit.H.*

29 Quâ de cauſâ expreſſis verbis hoc prohibitum reperitur, *Lev.18.v.23. Cum omni pecore non coibis, nec commaculaberis cum eo. Mulier non ſuccumbat jumento, nec commiſcebitur ei, quia ſcelus eſt. Nec polluamini in omnibus his, quibus contaminatæ ſunt univerſæ gentes, quas ego ejiciam ante conſpectum veſtrum, & quibus eſt terra polluta, cujus ego ſcelera viſitabo, ut evomat habitatores ſuos, &c* Hocque peccatum tam abominabile eſt Deo & execrandum, ut hujusmodi Reos Sodomiticos ſimul cum ipſo bruto interfici juſſerit, L*ev.20.v.15. Qui cum pecore coierit, morte moriatur, pecus quoq; occidatur.* M*ulier, quæ ſuccubuerit qualicunque jumento, ſimul interficietur cum eo, ſanguis eorum ſit ſuper eos. Et Exod.22.v.19. Qui coierit cum jumento, morte moriatur &c.* Quod iiſdē ferè verbis repetitur ab Auguſtino in *c.mulier.15.q 1.* Ibi: M*ulier quæ acceſſerit ad omne pecus, & vult aſcendi ab eo, interficietis mulierē & pecus, morte moriantur &c.c.Reos.§.qui coierit.32.quæſt.5.*

30 Severius in Imperio Romano-Germanico in hoſce Sodomitas animadvertitur, flammis ſiquidem ultricibus hi vivi exuruntur, inque pulveres rediguntur, juxta manifeſtam Sanctionem Imp. Caroli V. in O*rdin.Crim.art.116.* **So ein Menſch mit einem Viehe/** *&c.* **Vnkeuſchheit treibet/ der hat auch das Leben verwircket/ und man ſoll Jhn der gemeinen Gewonheit nach/ mit dem Feuer vom Leben zum Tode richtē** *Georg Rem.in Nemeſ. Karul.dict.art.116.ubi & Matth.Steph.Pet.Theod. dict.diſp.6.th.5.lit.*L.*Ioach.à Beuſt.de matrim.c.6.* Quam pœnam ignis aliis etiam in locis uſu receptam eſſe tradunt Dd.*Iul. Clar.lib.5.ſent.§.fornicatio verſ.cum animali.27. Anton. Gomez.in l.tauri.80.n.35.Iodoc.Damhoud.in prax.rer.crim.c.96. n.13.14.Proſper.Farin.dict.quæſt.147.n.46. Franc. Vivi lib.1.comm.opin.in verb.Sodom.Iac.*Menoch*. de arbitr.jud.quæſt.lib.2.caſ.286.n.43.& ſeq.*

31 „ Neque mores Saxonici hâc ſpecie Sodomiæ
„ à pœna ſanctionis Carolinæ receſſerunt, ſed
„ crimen hoc in terris etiam Saxonicis concre-
„ matione punitur, M*att.Coler.part.*1.*deciſ.187.in fin.* Pet.*Theod.dict.diſp.6.th.5.lit.L. verſ. in terris Saxon.* Ubi & hoc uſu receptum, ut ſimul brutum animal, cum quo Sodomia fuit peracta, igne comburatur, & in cineres redigatur. Quod ipſum quoque Legibus Moſaicis convenit, *Lev.20.v.15. c.mulier.15.quæſt.1.* & alibi etiam obſervari ſolet. *Farin.dict.quæſt.147.n.46. Iodoc. Damhoud.dict. c.96.n.15. Anton.Gomez.dict.loc.n.35.Iul.Clar.lib. 5.ſent.§.fornicatio.n.22.& §.fin.quæſt.99.n.8.verſ.*
32 *cæterum hæc conſuetudo.*

Quod ſi quis objiciat, pecora in hoc flagitio absque ratione comburi, ut quæ contra Legem, cujus capacia non ſunt, neque peccârunt, neque peccare potuerunt: Siquidem omne peccatum oportet eſſe voluntarium, & ex deliberato animo procedere. Quâ voluptate & animo quum bruta animantia careant, nec criminum rea cenſeri poterunt, ut argumentatur *Jul.* C*lar.dict.quæſt.99.n. 8.Huic* reſpondeo cum *D.Auguſtino, ſuper* L*evit. ad c.19.q.74.* Pecora inde credendum eſt juſſa 33 interfici, quia tali flagitio contaminata indignam refricant facti memoriam, *c.mulier.15.q.1.* Neque enim animantia bruta in crimine hoc Sodomiæ ob peccatum commiſſum puniuntur, ſed quia inſtrumenta fuêre ſocia, cum quibus homines nefandiſſimum perpetrarunt nefas, unde & ipſi morte horrendâ plectuntur, æquum eſt, ut & illa ceu inſtrumenta cum homine ſimul plectantur. Indignum ſiquidem & odioſum eſſet, tale brutum irrationabile vivere, atque in conſpectu hominum verſari, ob quod miſerâ morte periiſſet homo rationalis. Ne igitur animal tale odium & indignitatem hominibus incuteret, nec poſt ſceleris patrati punitionem memoria remaneret reliqua, illud cum homine peccante inſimul ilicò abſumendum eſſe, jura cenſuerunt *Jod.Damboud.in prax. rer.crim.cap.96.n.15.Proſp. Farin.dict. quæſt.147. n.46.Iul.Clar.lib.3.ſent.§.fornicatio.ver.cum animali & §.fin.q.99.n.8.* ubi defendit Præpoſitum quendam, qui cum alienigena quidam cognoviſſet equam & aufugiſſet, fecerat abſcindi caput equæ & in loco eminenti affigi, adverſus *Anton. Caviſ.* ipſum deridentem in *apoſt.ad Aret.in §. item Lex Iulia.n.2.Inſt.de publ.judic.*

Secundum hanc Regulam in Elect.Saxon.Scabinatu quotidiè ſolet pronunciari, in hunc modum: 34 **Hat** *N.N.* **geſtanden und bekandt/ daß er mit einer Kuhe/Pferde** *&c.* **das unmenſchliche unnatürliche Werck der fleiſchlichen Vnzucht/begangen und vollbracht habe/** *&c.* **Da er nun uff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/oder des ſonſten/ wie recht/ überwieſen würde. So möchte er von wegen ſolcher begangenen und bekandten unmenſchlichen/ unnatürlichen fleiſchlichen Vnzucht/ mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft/ und dz Vieh zugleich mit jm verbrant werdē/ V.R.W.**

Ampliatur primò hæc Regula: Ut locum habeat, ſive quis cum equa, vacca, cane, aſina, aliovè 35 bruto animali Sodomiam commiſerit. Indifferenter enim crimine hoc cum animali quocunq; perpetrato, & perfecto, ignis ſupplicium Sodomiticum Reum ſubire, & animal unâ cum ipſo comburi oportet.

Generaliter ſiquidem & indifferenter de Sodomiâ cum bruto animali commiſsâ loquitur *Ordin.Crim.Carol.art.116.* **So ein Menſch mit einem Viehe.** Et L*ev.20.v.15. Qui cum pecore coierit, morte moriatur, pecus quoq; occidetur, &c.* Ergò & generaliter de animali quocunq; ſanctiones hæ accipi debent. *l. de precio ff.de publ.in rem.act. l.1.generaliter.1 ff.de legat.præſt.* 36

Ideoque nec in flagitio hoc ex qualitate bruti animalis & differentia ſpeciei, ſupplicium ordinarium immutandum vel mitigandum eſſe, cenſuerunt Elect.Saxon.Scabini. Veluti in caſu *So*domiæ cum equâ commiſſæ, ſic pronunciarunt:

P*ræfecto Deſſavienſi* M*enſe* O*ctob.An.1586.* 37
Quæſtori Rochlicenſi Paulo **Schlen.** *M.Aug. An.1587.*
Quæſtori Freiburgenſi M.*Iun. An.1598.*
Quæſtori in **Roſſen/** M.*Novemb.An.1598.*
*Quæſtori Torgenſi.*M.M*aj.An.1599.*
An Rath zu Eger. M*enſ.Aug. An.1604.*
Ludovico ab **Aſſeburg.** *M.Iul.An.1618.*

Eodem-

38 Eodemque pariter modo reſponderunt in crimine hoc Sodomiæ cum vaccâ commiſſo.

Danieli Zorn/ *Quæſtori Radebergenſi.* M. *Iulio, An. 1585.*

Præfecto Pegavienſi. *Menſe* Septembr. *Anno 1603.*

Præfecto in Endorff. M. I*un. An. 1605.*

W*ichmanno à* Winterfeld/ *in* Cottbuß. *Menſe* Iulio, *An. 1613.*

39 Neque aliter pronunciandum eſſe putaverunt in caſu, quo quis venerea exercuerat cum aſinâ.

So möchte D. S. **wegen ſolcher begangenen und bekandten unmenſchlichen/ unnatürlichen Unzucht/ mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft/ und zuſampt der Eſelin verbrandt werden/ V. R. W.** *Ad conſultationem* W*olffgangi à* Creutzen. *M. Febr. An.* 1592.

40 Q. 4. Num pœna exaſperanda ſit, ſi quis cũ plurib. brutis Sodomiam exercuerit?

Ampliatur Secundò: Ut eadem quoque pœna obtineat, ſi quis hoc crimen Sodomiæ cum diverſis aliquot brutis animantibus commiſerit, & ſæpius reiteraverit.

Etſi enim quis exiſtimare poſſet, ordinariam pœnam hoc caſu aggravandam eſſe, eò, quod ob inſignem aliquam delicti atrocitatem, pœnam augeri, & ultimo ſupplicio aliquo majori Reum affici, alioque præparatorio excarnificari aut excruciari videamus: Veluti ut condemnatus trahæ illigatus ad locum ſupplicii pertrahatur, & forcipibus candentibus uſtuletur ternis vel qua-
41 ternis vicibus, de quo eſt in *Crim. Conſt. Carol. art. 193. & 194.* Et quia pœnæ commenſurandæ ſunt delictis, ob reiterationem criminis ſupplicium augendum & multiplicandum eſſe, haud ineptè forſan quis dixerit, *l. capitalium. 28. ſolent. §. graſſatores ff. de pœn. l. 3. C. de Epiſc. audient. l. 1. ff. de jur. patron. Nicol. Reuſn. lib. 2. deciſ. 20. n. 6.* Singulis enim delictis ſingulæ pœnæ competunt, & altera alteram non conſumit, *l. 27. & l. 48. ff. ad Leg. Aquil. l Neratius. 11. §. 2. ff. de ſerv. corrupt. l. 1. §. hunc tamen. l. 2. §. 1. ff. de tut. & rat. diſtrah.*

42 Attamen, quia pœnam ignis per ſe graviſſimam in delicto Sodomiæ exaſperandam, Reumque hujus criminis ob ejusdem reiterationem præparatorio aliquo ſeveriori excarnificandum eſſe, nullibi diſpoſitum reperitur; ſuaſor pœnæ alicujus ſeverioris eſſe nolim. Neque enim absque lege quicquam temerè aſſeverandum eſt, *c. is qui in Eccleſiâ. 18. in fin. pr. ext. de ſent. excomm. in 6to. Hartm. Piſtor. lib. 2. quæſt. 1. n. 100. & quæſt. 13. n. 31.* Iacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. *Piſt. part. 3. quæſt. 126. n. 169.* Præſertim in odioſis & pœnis per ſe atrocioribus, ubi mitior & benignior ſemper ſententia conſectanda eſt, *l. ſi Præſes. in fin. l. interpretatione. 24. ff. de pœn. c. in pœnis. 49. de reg. jur. in 6to.* Iacob. *Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſ. ult. n. 2. Saph.* Cuman. *conſ. 134. col. fin. verſ. non autem quantum ad pœnam corporalem, &c. Alexand. lib. 4. conſ. 109. n. 5.*

43 Neque contra hanc ſententiam quicquam facit *art. 193. &* 194. O*rdin. Crim. Carol.* Siquidem textus illi reſtringendi ſunt ad ſupplicii exaſperationem, ſanctione aliquâ expreſsâ definitam & determinatam, qualem in crimine Latrocinii, Veneficii, ac Parricidii probat O*rdin. Crim. art. 130. & art. 37. §. 1. Conſt. Elect. 3 part. 4.* Quæ tamen ſanctiones ad Sodomiæ crimen nequaquá trahendæ & extendendæ ſunt, *c. ſtatutum. 22. ext. de elect. in 6to. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt 4. n. 33. Corn. l. 1. con. 114. col. 2.*

Minus obeſt, quod reiteratio delicti pœnam aggravet, & quod delictum ob aliud delictum pœnam non minuat, ſed augeat, *l. nunquam plura. 2. in pr. ff. de privat. delict.* ac pro ſingulis delictis ſingulæ competant pœnæ, quarum altera alteram non tollat, *l. nunquam. ff. de* O. *& A. l. vulgaris. 21. in fin. pr. ff. de furt. l. facienda 8. §. 2. ff. arbor. furt. cæſar. l. ſi ſtuprum. 25. l. pater. 41. ff. de injur.* Quia hoc procedit in delictis momentaneis, non etiam in delictis ſucceſſivis; qualia ſunt omnia ferè delicta carnis, & furtum, ubi non niſi unica pœna etiam pro delictis pluribus, & ex intervallo commiſſis imponitur. *l. ei qui. 9. ff. de furt.* Deinde etiam hæc fallunt in pœnis non iterabilibus, & inter ſe compatibilibus, inter quas etiam ignis ſupplicium referendum eſt, ut eleganter demonſtrat *Nicol. Reuſn. lib. 2. deciſ. 20. n. 16.* 44

Placuit quoque jamdudum hæc ſententia Scabinis Lipſenſibus, in hunc modum reſpondentibus: 45

Hat H. P. **geſtanden und bekandt/ daß er nicht allein mit ſeinen eygenen/ ſondern auch andern ſeiner Nachbarn und Fuhrleute/ ſo bey ihm außgeſpannet und gefuttert/ Mutterpferden oder Stutten/ das unmenſchliche Werck der Fleiſchlichen Unzucht/ innerhalb drey Jahren offt unnd vielmahls begangen und vollbracht** *&c.* **Da er nun auff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten/ wie recht/ überwieſen würde. So möchte Er von wegen ſolcher begangenen unnd bekandten unmenſchlichen fleiſchlichen Unzucht/ mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft/ und zuſambt denen Mutterpferden oder Stutten/ damit er daſſelbe unmenſchliche Werck begangen/ ſo viel der zu bekommen/ verbrandt werden/ V. R. W.** An Rath zu Eger. *M. Aug. An. 1604.*

46 *It:* **Hat** M. M. **bekandt/ daß er mit 3. unterſchiedenen Kühen/ als mit einer ſechs/ mit der andern auch ſechs/ und mit der dritten dreymahl unmenſchliche Unzucht getriebē** *&c.* **So möchte er von wegen ſeiner begangenen und bekandten verbrechung/ und daß er mit unterſchiedlichen Kühen unnatürlicher unnd viehiſcher Weiſe ſich vermiſchet/ mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft/ und zuſambt den Kühen/ ſo viel derſelben nochmahls vorhanden/ verbrandt werden/ V. R. W.** *Ad requiſitionem Hildebrandi ab* **Einſiedels.** *M. Septembr. An.* 1614.

It: **So möchte** G G. **von wegen ſeiner begangenen und bekanten Mißhandlung und Verbrechung/ daß Er nemblichen mit unterſchiedenen wilden Pferden unnatürlicher/ unmenſchlicher und viehiſcher Weiſe/ ſich vermiſchet/ mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft/ und zuſambt den wilden Pferden/ ſo viel derſelben nochmals vorhanden/ verbrandt werden/ V. R. W.** *Ad conſultationem* L*udovici ab* Aſſeburgk/ *M. Jul. An. 1618.*

In caſu ferè ſimili pronunciatum fuit, Præfecto Pegavienſi. M. *Sept. An. 1603.*

Quin & licet P. N. in crimine Sodomitico cum vaccâ deprehenſus à privignâ, manifeſtato delicto eam necaverat, ſeveriorem tamen quàm ignis pœnam ei propterea dictare noluerunt Scabini, in hunc modum reſpondentes:

So möchte er von wegen ſolcher mit einer Kuhe begangenen und bekanten unnatürlichen/ unmenſchlichen unzucht/ und daß er ſeine Stiefftochter alſo verſetzlichen/ derowegen/ daß ſie dieſe böſe That/ den 47

Gericht Schöppen angemeldet/ ermordet/mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft/und berührte Kuhe/ wofern dieſelbe noch vorhanden/zugleich mit verbrandt werden/ V. R. W. Cotbuß/ *Ad requiſitionem* Wichmanni à Winterfeld. *Menſe Iulio, An. 1613.*

Quæ hactenus de pœna Sodomiæ in genere 49 dicta fuêre, ea *limitantur, Primò*: Si de corpore delicti certò non conſtet. Quemadmodum enim in aliis delictis, ita etiam in crimine hoc Sodomitico ex ſola confeſſione Reus puniri non debet, niſi prius aliter conſtet, delictum verè eſſe commiſſum, *l.1.§. Divus.ff. de quæſt. l.1.§.item illud.ubi Bartol.ff. ad SCt. Syll. Hippolyt. de Marſil.in pract.crim.in pr.n.5.& in §.poſtquam n.6.Ægid.Boſſ.in tit.de delict.nu.1.& 14.Roland. conſ.51.n 9. & ſeqq.vol.1.Iul.*Clar.*in pract. §. fin. quæſt.4.in pr.*Paris de Put.*in tract.ſyndic. in verb. confeſſio.Foller.in pract.crim.in verb.capiat informationem.n.3. & ſeq.Ant.Gabriel.lib.7.concl.17. n.4.Bertran.conſ.257.col.1.verſ.adde prædictis.vol. 3.& conſ.258.col.3.verſ.quatenus verò.vol.1.*

Q.5. Vnde cõſtare poſſit de corpore delicti in crimine Sodomiæ?

50 Quamvis ſufficiat probatio Sodomiæ cum bruto animanti commiſſæ per indicia. Licet enim regulariter de delicti corpore conſtare debeat non per conjecturas & præſumptiones, ſed liquidè & per plenas probationes, *d.l.1. §.item illud. ff. ad SCtum. Syllan. Nicol. Boer. deciſ. 288. num.2.Foller.in pract.crim.verb.capiat informationem.n.18.Proſp.Farin.part.1.oper.crim.quæſt.2. n.6.Mynſing.obſervat.81.cent.3.Joſeph. Maſcard. de probat.vol.2.concl.830. n.* 5. Secus tamen res ſeſe habet in delictis occultis, & quæ ſunt difficilis probationis, in quibus nempe poſt factum nulla remanent veſtigia: Sufficit enim in iis probatio corporis delicti per indicia, uti communiter receptum eſt *Ægid.Boſſ.in tit.delict.n.19.& num.23.in fin. Farin.dict.quæſt.2. num.12. Decius in c.licet cauſam.nu.12.in fin.de probat.Nicol.Boer. deciſ.164.nu.4.Ioſeph.Ludov.in libr.1. comm.opin. concl.45.verſ.ampliatur.6. Tiber. Decian. vol.1. reſp.18.num.221.* Neque enim criminis confeſſi certitudo alia requiritur, quàm quæ haberi poteſt, *Ioh.Georg.Godelm. in tract.de* Mag.*Venef.& Lam.lib.3.c.10.n.47. Dan.* Moller.*ad* Conſt.*Elect. 2.n.15.part.4.*

51 Et ſanè ſi aliter diceretur, infinita crimina atrociſſima impunita remanerent, quod ut avertatur, à regulis juris quandoque recedendum, & extra ordinem procedendum eſt: uti de crimine ſortilegii tradit, *Iohan. Bodin.lib.4. de dæmonom.cap 3.* Quod & de Lamiis, quæ ad ludos ſe proceſſiſſe confitentur, aſſerit *Franc. de Ponzinib.in tract.de Lamiis num.70.& ſeqq.* Unde etiam in crimine Hæreſeos ex ſola voluntate quem condemnari poſſe, etiamſi de delicto aliter non conſtet, vulgò tradunt Dd. *Iul.Clar.in pract.§.final.quæſt.4.verſ.ſcias tamen. & quæſt.55. verſ. quomodo autem. Bald. in l. ſi quis. circa pr. verſ.Venio ad oppoſitiones.C.de Epiſc.& Cler.Franciſc. de Ponzinib. dict. tract. de* Lamiis*.num.52. Arn.Albert.de agnoſc.aſſert.cathol.& hæret. quæſtion.25.*

52 Quis autem neſcit, Sodomiam eſſe crimen facti non permanentis, perinde atque alia delicta carnis, ut adulterium, inceſtus, &c. in quibus poſt commiſſum delictum nulla remanent veſtigia. Ideoque in iis confeſſionem alterius quoque partis repręſentare corpus delicti, ita ut utroque Reo crimen perpetratum confitente, judex ad pœnam mortis tutò pervenire queat, notiſſimum eſt. *Hartm.*Piſtor.*obſerv.33.n.22.Dan.Moller.libr.2. ſemeſt.37.Matth.Coler.part.1.deciſ.235.* Mod.*Piſtor part.2.quæſt.52.* Quod & in Sodomiâ, cum hominibus commiſsâ obtinet. Quum verò in crimine Sodomiæ, cum bruto animanti exercitæ, hæc repræſentatio corporis delicti deficiat, aliunde, atque ex aliis indiciis ac præſumptionibus de corpore delicti judex certus eſſe debet, priusquam pœnam ignis decernat.

Veluti, ſi Reus ſolutis caligis cum pecore in 53 loco quodam ſecreto fuerit viſus, aut in ipſo opere, aliisque præparatoriis deprehenſus. Quæ, aliavè indicia atque præſumptiones an & quando ſufficientes ſint ad pœnam ordinariam Reo imponendam, judex diſcretus arbitrari poteſt, juxta *art.60. Ord.Crim.Carolin.*

Hancq́ʒ probationem corporis delicti præſumptã, & ex indiciis conjecturatam ſufficere ad pœnam ordinariam, exiſtimaverunt Scabini: in hunc modum pronunciantes: Da nun Richter und Schöppen/das jenige/was ſie von des Gefangenen Stiefftochter wegen ihres Stieffvatters begangenẽ unnatürlichen Vnzucht/mit der Kuhe/darüber ſie jn im Stalle betretten/und zu maſſe kommen/und Jhn dieſe böſe That vollbringen ſehen/gehöret/mit ihrem leiblichen Eyde beſtärcken/(wie denn nach Gelegenheit dißfals/ ehe man zur *Execution* ſchreitet/in alle wege/weil ſonſten keine andere erkündigung vorhanden/vonnöthen) und der Gefangene auff ſeinem gethanen Bekändnüß vor Gerichte freywillig verharten/oder des ſonſten wie recht überwieſen würde/ ſo möchte er wegen ſolcher ſeiner verbrechung/ mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft/und die Kuhe zugleich mit ihme verbrandt werden/ V. R. W. *Præfecto in* Cottbuß/ *M.Iul. An.1613.* 54

It: Ob nun wol mit dem Gefangenen unnd denen 55 Summariſchen abgehörtẽ Zeugen die *confrontation* allbereit vorgenommen/und durch dieſelbe ſo viel *effectuiret*, und zu wege gebracht worden/ daß der Gefangene ſein Bekändtnüß nunmehr richtig gethan/ &c. So ſeyn doch die Zeugen ingeſambt/ihre hiebevor Summariſche/und ohne Eyd gethane Außſagen/ wegen des vorhandenen ſtarcken Verdachts und *indicien*, weil ſolche in dieſem hochſträfflichen Laſter an ſtatt der Erkundigung ſeyn/vermittels gewöhnlichen Zeugen Eydes zu wiederholen/und alſo Eydlichen zu beſtärcken ſchuldig/ und wenn daſſelbe alſo vorhergangen und zu Werck gerichtet/ſo möchte der Gefangene wegen ſolcher Mißhandlung/daß er mit unterſchiedlichen wilden Pferden/ unnatürlicher/unmenſchlicher/und Viehiſcher Weiſe ſich vermiſchet/ mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft/ und zuſambt denen wilden Pferden/ ſo viel derſelben nochmals vorhanden/ verbrandt werden/ V.R.W. *Ad conſultationem* Ludwigs von der Aſſeburg. *M.Iun. An. 1618.*

Similiter ferè pronunciatum fuit Quæſtori in Freyburg. *M.Jun. An. 1598.*

Q.6. Pœna conatus in crimine Sodomiæ quænam ſit?

56 *Secundò limitatur* in conatu ſive attentato Sodomiæ, quod crimine non conſummato pœna ordinaria nequaquam puniri debet.

57 Exiſtimat quidem *Iod. Damhoud.in prax.rer. crim.cap.96.num.16.* in hoc ceu atrociſſimo delicto non requiri conſummationem operis, aut ſeminis ejaculationem, ſed ad crimen & punitionem ſufficere voluntatem proximam, & conatum

rum actui proximum, ita ut rem perfeciſſet, ſi potuiſſet, aut niſi aliquod impedimentum interceſſiſſet. Quod & ſenſiſſe videtur *Nicol. Boer. deciſ. 316. num. 5.* Ubi teſtatur, fuiſſe punitum ad mortem quendam, qui cum bruto animali ſe commiſcens confeſſus fuerat, aliquid ſpermatis emiſiſſe, ſed quod impeditus ab aliis ſupervenientibus non perfeciſſet crimen. Quem ſecuti ſunt *Roland. lib. 1. conſ. 7. n. 4. Petr. Gregor. in ſyntagm. jur. univ. lib. 36. cap. 14. n. 1. Andr. Gail. lib. 1. de pac. publ. c. 14. n. 26.*

58 Sed contrarium defendit *Julius Clarus lib. 5. ſentent. §. Sodomia. num. 8.* Quod nempè effectu non ſecuto, & crimine non completo, nequaquam pœna ordinaria ſed alia mitior, & extraordinaria ſit imponenda. Cui aſſentitur *Anton. Gomez. in l. tauri. 80. num. 34. Proſper. Farin. part. 5. oper. crimin. quæſt. 147. num. 64. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. lib. 2. caſ. 286. num. 28. Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſp. 6. th. 5. lit.* L. ubi dicit, attentatum hujus delicti levius, nempe virgarum caſtigatione, puniri. Quorum ſententia etiam veriſſima eſt.

59 *Primò:* ob textum manifeſtum in *l. 1. §. fin. ff. de extraord. crim.* ubi hæc verba habentur: *Qui puero ſtuprum abducto ab eo vel corrupto comite, perſuaſerit, aut mulierem puellamvé interpellaverit, quidvé impudicitiæ gratiâ fecerit; donum præbuerit, pretiumvé, quo is perſuadeat, dederit: perfecto flagitio punitur capite, imperfecto in inſulam deportatur, &c.* Unde evincitur, attentatum hujus delicti non niſi deportatione in inſulam puniri. In cujus locum hodiè ſurrogata eſt relegatio, aliavé pœna arbitraria, *Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 67. Iacob.* Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 330. n. 5. Petr. à Plach. in epit. delict. cap. 44. num. 1. Guid. Pap. deciſ. 422. Proſp. Far. part. 1. oper. crim. quæſt. 19. n. 15.*

60 *Secundò*: huc facit conſuetudo Generalis, quæ conatum ſeu attentatum alicujus delicti pœnâ arbitrariâ puniri non permittit, niſi etiam ſequatur effectus. De qua atteſtantur Doctores communiter, quos magno numero allegat *Jul. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 92. n. 1. Proſp. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 124. n. 78. & ſeqq. Anton. Gomez. de delict. cap. 3. rubr. de homicid. n. 30. Nicol. Reuſn. lib. 2. deciſ. 21. Viv opin. 822. num. 3. Ioh. Schneidvv. in §. eâdem lege. Inſt. de publ. jud. Andr. Tiraquell. de pœn. temper. cauſ. 37. num. 3. Petr. Caball. reſol. crim. caſ. 16. num. 11.* Quamvis verò *Barbat. conſ. 64. num. 10. & ſeqq. lib. 1.* aſſerat, conſuetudinem illam generalem, quâ non punitur eâdem pœnâ conatus, crimine non conſummato, locum non habere, in hoc delicto nefando; fundamento tamen hæc aſſertio deſtituitur, & ſtandum eſt generalitate conſuetudinis, donec exceptio expreſſè probetur.

61 *Hancq; ſententiam in pronunciando ſecuti fuimus, ad conſultationem Hauboldi ab* Endens *in* Wildenborn / *in hunc modum reſpondentes*: **Ob wol der verhaffte** C. Z. **bekandt und geſtanden / daß Er ſich vor zweyen Jahren / an einem Sontage mit ſeines Brudern ſchwartzen Mutterpferde im Stalle fleiſchlichen vermiſchet / in dem er hinter das Pferd uff die Schwelle getretten / und mit demſelben zugehalten / Dieweil er aber dennoch darneben außgeſaget / daß er das Werck nicht vollbracht / ſondern von** *P. H.* **welcher darzu kommen / darüber verſtöret worden / ſolches auch im vorſtellen des Scharffrichters erhalten / nach mehrerm Inhalt der uns zugeſandten** *Inquiſition acten* **und eurer Frage. Als hat auch die ordentliche Todesſtraffe / ſo ſonſten auff die Sodomitiſche verbrechung und Miſſethat / vermöge der Rechte geordnet / geſtaltē ſachen nach nicht ſtatt. Es wird aber gleichwol der Gefangene** C. Z. **deßwegen öffentlichen billig zur Staupen geſchlagen / unnd des Landes ewig verwieſen / V. R. W.** *M. April. An. 1624.*

Quo caſu, quia Reus Sodomiticus à mortis pœnâ liberatur, nec in brutum animal animadverti debet, juxta doctrinam *Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 99. n. 8. verſ. licet reverà ubi non eſſet &c.* Ubi & illud notandum, quod ſi ex juſta rationabili causâ Sodomitam capite truncari contingat, brutum animal abſque combuſtione occidatur & è medio tollatur. 62

Reſpondentibus ita Dominis verſus Burckſcheidingen / *Ad requiſitionem Valentini* Rotſchers: **So möchte** *I. G.* **von wegen ſolcher ſeiner begangenen und bekandten Verbrechung / geſtalten Sachen nach / mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet / und geſtrafft werden / das Vieh aber mit dem er zuſchaffen gehabt / wird durch den Caviller zu tode geſchlagen unnd vergraben / V. R. W.** *M. Octob. An. 1627.* 63

Simili planè modo pronunciavimus, in caſu, quo coitus non omni ex parte fuerat perfectus & conſummatus. Ad requiſitionem Prætoris & Scabinorum Cizenſium. *Menſe* Septemb. *Anno 1630.*

Q. 7. *An Chriſtian' ſe commiſcens cum Judæâ, Sodomiam committat & quomodo puniri debeat?*

Illud hîc quæri poteſt: *An commixtio inter Judæos & Chriſtianos pœnâ Sodomiæ debeat puniri?* Veluti, ſi Judæus cognoſcat mulierem Chriſtianam, aut ſi Chriſtianus cum muliere Hebræâ rem habeat. Quod ſentire videtur *Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 96. num. 28.* Exiſtimans congreſſum hunc cum Sodomiâ quiddam affinitatis habere. Et meminit *Nicol. Boer. deciſ. 136. n. 5.* Pariſiis fuiſſe combuſtum quendam Joannem Alardum, qui ex quâdam Judæâ, quam in domo retinuerat, liberos ſuſceperat, eò, quod idem ferè ſit crimen, rem habere cum Judæâ, atque cum cane. Qua de cauſa etiam Chriſtiano carnaliter cognoſcenti Judæam, mortis pœnam infligendam eſſe, non aliter, ac ſi cum bruto animali rem habuiſſet, voluit *Bonifac. Vitalin. in tit. de Raptor. n. 7.* 64

Quamvis verò alii commixtionem Judæi cum Chriſtianâ fœminâ, aut Chriſtiani cum muliere Hebræâ, pro Sodomitico congreſſu non haberi rectiùs exiſtiment; nihilominus tamen delinquentes hoſce mortis pœnâ plectendos eſſe, ſtatuunt, propter textum in *l. ne quis Chriſtianam C. de Judæis.* ubi Judæus carnaliter cognoſcens Chriſtianam, & vice versâ Chriſtianus cum Judæâ ſe commiſcens, punitur pœnâ adulterii, quę de jure noviſſimo eſt mortis naturalis, *l. quamvis, & Auth. ſed hodiè. C. ad Leg. Iul. de adult.* Vid. *Belviſ. in pract. in tit. de lenon. n. 50. Gabr. lib. 7. concl. 21. n. 2. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 12. nu. 20. Iacob.* Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. caſu 290. n. 8.* 65

Verùm, quia pœna adulterii apud Romanos non ſemper fuit ultimum ſupplicium; uti plurib. demonſtravi ſuprà *quæſt. 52.* ideò mortis pœ- 66 na ex *d.l..ne quis Chriſtianam.* 6.C.*de Judæis.* nequaquam probari poteſt. Unde & communiter receptum eſt, Judæo carnaliter cognoſcenti Chriſtianam, ac vice verſà, Chriſtiano ſe commiſcenti cum Judæa, non mortis, ſed aliam mitiorem pœnam pro arbitrio judicis imponendam eſſe, *Jul. Clar. lib. 5. ſent. §. fornicatio. numer. 26. Ægid. Boſſ. in tit. de coit. damn. & punib. n. 21. Oldrad. conſ. 333. n. 1. & ſeqq. Nicol. Boer. deciſ. 316. n. 5. Barbat conſ. 73. n. 10. lib. 4.* Proſp. *Far. part. 5. oper. crim. quæſt. 139. n. 2. ubi plures allegat.* Quibus lubens ſubſcribo.

67 *Præſertim cum & conſentientes habeam Dn. Scabinos Lipſenſes, ita reſpondentes:* Seyn unlängſten etliche Jüden / und unter denſelbigen auch eine ledige Dirne / mit Nahmen Mirgam / Abraham Coligni Tochter bey euch nach Franckfurt auff die Meſſe durch gereiſet/ und in dem Gaſthofe eingekehret/ Worauff ſichs begeben / daß eines Bürgers Sohn/ B.M. genandt/ ſo damals für einen Diener im Gaſthofe auffgewartet / ſich zu gedachter Jüdin gefunden / unnd mit deroſelben ſich fleiſchlichen vermiſchet / Jnmaſſen Er denn darüber nicht allein ergriffen worden / ſondern auch, daß er das Werck mit ihr gäntzlichen vollbracht/ geſtanden und bekant &c. So wird B.M. ſolcher ſeiner Verbrechung 96 wegen / und daß er ſich mit einer Jüdin fleiſchlichen vermiſchet / öffentlich zur Staupen geſchlagen/ und darauff des Landes ewig billig verwieſen/ V.R.W. An Ambtmann zu Drefurth.

Menſe Auguſto, Anno 1631.

QVÆSTIO LXXVII.

De crimine furti: Et num fures capitali ſupplicio, ac pœnâ ſuſpendij ſint plectendi?

SUMMARIA.

1. Furtum delictum frequentiſſimum eſt.
2. Quædam furta ſunt licita.
3. Pœna furti de Iure Civili quænam ſit, n. 4. 5.
6. De Iure Civili fures non puniuntur ultimo ſupplicio.
7. Ex Conſtitutione Frider. I. Imper. fures ſuſpendio plectuntur, n. 8.
9. Hodiè omnia furta regulariter ſuſpendio plectuntur.
10. Quod & verum eſt de Iure Saxonico, unde pœna ſuſpendij originem traxit, n. 11. 12.
13. In toto Imperio Romano hæc pœna obtinet.
14. Referuntur argumenta eorum, qui pœnam ſuſpendij improbant & rejiciunt, n. 15. 16.
17. Pœna ſuſpendij gravis quidem eſt, attamen juſta, n. 18.
19. Optimo *jure defendi poteſt pœna ſuſpendij.*
20. Ratio hujus ſupplicij quænam? n. 21. 22.
23. Quidam Ethnici fures quoq; ſuſpẽdi voluerunt.
24. Non habent fures quod conquerantur de ſeveritate hujus ſupplicij.
25. Sanctio Carolina *de furibus ſuſpendendis ubiq; ferè locorum uſu eſt recepta.*
26. Quinam authores ſint hujus pœnæ in Imperio Romano.
27. Nulla alia pœna huic crimini ſufficere videtur, n. 28.
29. Reſpondetur ad argumenta contraria, n. 44. 45.
30. Leges *Moſaicæ non obligant Chriſtianos, n. 31.*
32. Pœna ſuſpendij non pugnat cum Iure Divino. n. 33. 34. 35. 37. 38. 40. 41. 42. 43.
36. Judex pœnam jure determinatam non modò minuere, ſed etiam augere poteſt.
39. In furto à conſanguineis commiſſo capitale ſupplicium ſibi non vendicat locum.
46. Ex conſideratione alicujus delicti abſoluta ad pœnam non licet inferre, n. 47.

1 PRopter effrænatam avaritiam, quæ eſt radix omnium malorum, crimen furti omnium ferè criminum generaliſſimum eſt, & facilè principem locum hoc feraci furum ævo obtinet, haud parvo cum Rerumpubl. damno, ita ut nullæ pœnæ, nullæ cruces, nulla tormenta ei coercendo ſufficere videantur, *Matth. Weſembec. in parat ff. de furt. in pr.* Niſi quis cum Ægyptiis, Lacedæmoniis, Colchis ſive Georgianis, nec non aliis populis Germanis & Gallis veteribus (quorum meminit *Agel. 11. Noct. Attic. 18. Tacit. de morib. Germanor. Auger. Busbequius Epiſt. 3. pag. 165. Ant. Fab. 3. conject. 5. Alexander ab Alex. lib. 6. dier. genial. c. 3. Alciat. in l. probrum. 42. num. 4. de verb. ſignific. Bonif. in tract. de furt. §. 12. num. 7.*) furta impunita relinquere velit, contra ipſam rationem & legem naturalem, quæ furta prohibet, teſte *Imper. Iuſtin. in §. 1. Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc. l. 1. § fin. ff. de furt. Jodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. c. 110. n. 3. Joh. Harppr. in tract. crim. ad* §. 1. *nu. 41. Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc.*

Non enim de licitis furtis loquor, quæ 2 nullo modo punienda eſſe tradit *Damhoud. dict. c. 110. num. 54.* inter quæ etiam referendum illud Iſraelitarum, in Ægypto juſſu & mandato DEI perpetratum, *Exod. 11. verſ. 2. & cap. 12. verſ. 35.* modò hoc furtum ſit appellitandum, *c. dixit Dominus. 14. quæſt. 5.* Nam qui rem mandato & auctoritate DEI tanquam ſupremi juſtiſſimique judicis accipit, fur dici vix poterit. *arg. l. juſtè poſſidet. 11. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. Herman. Vult. ad §. furtum. 1. n. 3. & 49. cum ſeqq. Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc. ubi & Ioh. Harppr. n. 46. Hillig. in Donell. enucl. lib. 15. c. 29. lit. K.* Sed de illiciti furti crimine hic agendum, quod Imp. definit *contrectationẽ frauduloſam, lucri faciendi gratia &c. dict. §. 1.*

Cujus

3 Cujus pœna de Jure Civili eſt dupli vel quadrupli: habito ſcilicet reſpectu ad furtum manifeſtum & non manifeſtum. *§.pœna manifeſti.5.Inſt.de oblig.quæ ex delict.naſc.l.1.§.quod quidem.3.ſub fine.ff.de publ.& vectig.§.ex maleficiis.18.verſ.pœnam autem perſequimur.Inſtit. de act.l. inter omnes.46.§.2.ff.de furt.* Severiori enim vindicta in furtum manifeſtum animadvertendum eſſe, ipſa dictitat ratio: quum ea, quæ per ſe turpia ſunt, propter malum exemplum & ſcandalum, quo alii offenduntur, multò majori turpitudine committantur, ſi apertè fiant, quàm ſi tectè & occultè perficerentur, *l.2.§.24.ff. vi bon. rapt. c. ex tenore.ext.de temp.ordinat.c.nemo.32.quæſtion.4.Johan.* Schneidvvin. *ad §.fin.n.4. Inſt. de oblig. quæ ex delict.naſc.*

4 Quamvis & probabiliter in præmium diligentiæ, & pœnam deſidiæ, hæc conſtituta eſſe, exiſtimet *Jacob. Cujac.* quo ſcilicet ille, qui in ſervandis rebus ſuis vigilantior, & in perſequendo & deprehendendo fure diligentior fuit, plus conſequatur, quàm alter, qui illum non deprehendit, ut hâc ratione aliquam negligentiæ ſuæ pœnam ſuſtineat, *lib.19.obſ.12.* Nam & aliàs vigilantes diligentiæ præmium accipere, deſides verò atque ſocordes negligentiæ pœnam ferre debent, *arg.l.24.ff.quæ in fraud.credit.l.4.ff.quod vi aut clam.*

5 Hæcque pœna obtinet, ſi civiliter ad pœnam pecuniariam conſequendam agatur, licet eam prorſus in deſuetudinem abiiſſe, in ejusque locum ſurrogatam eſſe pœnam corporalem, autumet I*ul.Clar.lib 5.ſent.§.furtum.nu.*16. *inpr. Barth.* Cæ*poll.in Auth.ſed novo.* C. *de ſerv. fugit.num.59.* Quod ſi verò criminaliter fuerit actum, etiam de jure Civili, pro commiſſi criminis qualitate, vel pecuniaria fiſco applicanda, vel corporali, vel relegatione, vel in opus publicum aut metallum damnatione, vel carceris pœna furtum coercetur, *l.fin.ff.de privat. delict.l.fin.ff. de furt.l.1.& ult.ff.de fur. balneat.l.1. §.*1. *& ſeq.cum* 6 *l.fin.ff.de effract.* At ultimo ſupplicio de Jure Civili fures nequaquam puniuntur, *Novell.134.cap.fin.§.pro furto. & Auth.ſed novo jure. C.de ſerv. fugit.* ubi diſertis verbis ſtatuitur, quod pro furto nemini membrum abſcindi, nec quis mori debeat, *Angel. Aretin. in tract. malef. verb. etiam veſtem cœleſtem.nu.12.Iaſon.in l.cum ſervus.15.ff. de condict.cauſ.dat.n.5.Iul.Clar.lib.5.§.furtum.n. 7.Ant.Gomez.in §.ex maleficiis.n.1.& ſeqq. Inſt. de act.Ludov.à Peguer.lib.*1.*deciſ.21.n.1.& ſeqq. Matth Coler.part.1.deciſ.144.n.*1.

7 Quamvis poſtea Imp.Frider.I. relicta pœna Juris Civilis extraordinaria, fures, ſi quinque vel plures ſolidos furati fuerint, laqueo ſuſpendi juſſerit, in C*onſt.peculiari, quæ extat in tit.de pac.tenend.27.§.ult.lib.2.F.* Etſi verò quidam, inter quos etiam eſt *Paris de Puteo in tract. de ſyndic.verb.crudelitas officii.c.*1.*nu.*5.*fol.224. Nevizan.in ſylv.nupt.lib.1.num.69.* ſcribere haud vereantur, Imper. Fridericum ejuſque ſucceſſores ob prædictam ſanctionem mala morte obiiſſe, neque illorum generationem ad tertium perveniſſe gradum; appoſitè tamen ipſis obviatur à *Iacob.Menoch.de arbitr.jud.quæſt.lib.2.cent.3.caſ.295.nu.13.* in fine aſſerente, ſomnia hæc eſſe vigilantium, cum Dei arcana hominibus cognita non ſint, *Reinh.Roſa in addit.ad Dan.Moller.ad* C*onſt.Elect.32.n.5.part.4.*

8 Ac licet communiter Dd. hanc Friderici Sanctionem non de ſimplici furto, ſed eo, quod cum violatione pacis conjunctum eſt, accipiant, *Iodoc.Damhoud.in prax.rer.crimin.c.*1*10.nu.41. verſ.verum hoc intelligas &c.* Iul.*Clar.dict.§.furtum.nu.7.verſ.& licet.Anton.Gomez.in §. ex maleficiis.n.3.& ſeqq.Inſt. de act. Iac.* Menoch. *lib.2. arb.jud.quæſt.cent.2 caſ.295.nu.*13. *Ludov. à Peguer dict.deciſ.27.n.4.Angel.Aretin.in tract.malef.dict.verb.etiam veſtem cœleſtem.n.12.verſ. Et* 9 *uno alio caſu &c.* Attamen hodiè de conſuetudine ferè generali etiam fures, qui violatores publicæ pacis non ſunt, ſuſpendi, experientia teſtatur. *Iul.* Clar.*dict.§.furtum.n.8.& 15.* Matth.W*eſemb.in parat.ff.de furt.n.15.Dan.Moller.lib.1.ſemeſtr.37 n.5.& ſeqq.& ad Conſt.Elect.32.n.6.part.4.* Iodoc. *Damhoud dict.cap.110.n.28.& ſeqq.Iohan.Harpprecht.in §.pœna manif.5.n.6.7.& ſeqq.Inſtit. de oblig.quæ ex delict.naſc.Udalr.Zaſ.*(ubi totius orbis conſuetudine ita ſervari refert) *in §. ex maleficiis.Inſtit.de act.num.3.Iacob.de Bell.in pract.lib.1. cap.10.n.15.& ſeqq.*

10 Quin, non demum ex Conſtitutione Friderici I. Imper. ſed ante eum in Jure Saxonico, quod multo antiquius eſt, eadem pœna ſuſpendii in fures ſtatuta reperitur *lib.2.* **Landrecht.** *art.13. inpr.*verb. **Den Dieb ſoll man hencken.** Licet illud certam rei furtivæ æſtimationem, quæ ad dictam pœnam infligendam requiratur, non exprimat, *Dan.*Moller*.dict.Conſt.Elect.32.n.6.Ludov Fachſ.differ.jur.Civ. & Saxon.58.Reinhard.part.6.differ.10.in pr.Matth.*W*eſembec.in parat. ff.de furt.n.15.verſ. tamen eo jure &c.* Matth. *Coler.part.*1.*deciſ.144.n.9.& ſeqq.*

11 Adeoque ſuſpendii pœna originem trahit ex Jure Saxonico, quæ cum obſervabatur non tantùm apud omnes ferè orbis Chriſtiani Nationes, ſed etiam apud Turcas & Europæos, ut refert *Riſeberg.in relat.rer.Turcic. c.4.pag.35.* approbata eſt demum C*onſt.Friderici* I. I*mp.dict.tit.27.F.2.* Donec illam recentiori etiam ſanctione confirmavit Carolus V. Imp. in *Ordin. Crimin. artic.159.* in verb. **Darumb in dieſem Fall der Mann mit dem Strage / und das Weib mit dem Waſſer / oder ſonſt nach Gelegenheit der Perſon / und Ermeſſung deß Richters in andere Wege / mit Außſtechung der Augen / oder Abhawung einer Hand / oder einer andern dergleichen ſchwächern Leibesſtraffe / geſtrafft werden ſoll.** *Artic.160.*in verb. **Und die Straffe darnach am Leibe oder Leben urtheilē.** *Et in fin.* **So hätte er damit wie obgemeldet / das Leben verwircket /** *&c. Artic.162.*in verb. **und ſol darumb / nemblich der Mann mit dem Strange / und die Frau mit dem Waſſer / oder ſonſt in andere Wege / nach jedes Landes Gebrauch / vom Leben zum Todte geſtraft werden.** Quibus tandem in terris Saxonicis ac- 12 ceſſit C*onſt.Elect.32.part.4.* pœnam ſuſpendii nō modò repetens ac confirmans, ſed etiam circumſtantias ferè qualvis, quæ hanc pœnam variare ac mitigare poſſunt, exprimens: ut vel ex ſolis verbis initialibus *dict. Conſt.* luculenter apparet,

ibi: **Damit die Vrtheilsfaſſere in unſern Landen in täglichen ſprechen und erkennen / deß Diebes Straff und** pœnam **halben / deſto mehr Gewißheit haben mögen / ſo halten wir eine Notthurfft / dieſelben unterſchiedlich in dieſe unſere** Conſtitution **zuſetzen und einzuverleiben / ꝛc.**

13 Quin ergò in toto Imperio Romano-Germanico, ac inprimis in foro Saxonico, fures ſuſpendii pœna plectantur nemo negabit, quamvis apud omnes extra controverſiam non ſit: An jure hæc pœna defendi poſſit. Nonnulli enim ex Calvinianis Theologis, ut *Johan. Piſcator in præfat. præmiſſa analyſi in Exodum. Zepper. in tract. de legib.* Moſ. *c.10.p.79. & 80. & alii quamplurimi à Zepper. allegati.* erga fures intempeſtivè benevoli exiſtunt, ſtatuentes, capitali ſupplicio eos nequaquam afficiendos, ſed vel ad pænam pecuniariam, vel ad opus publicum, vel triremes, ut ibi compedibus conſtricti perpetuò laborent, condemnandos eſſe. Quam ſententiam inter alios quoque tenet *Keckerm. diſput. 32. curſ. Philoſ. quæſtion. 2.* Cui etiam aſſentiuntur quidam ex JCtis nimis ſcrupuloſi, & ex intempeſtiva quadam commiſeratione præconceptam animo foventes opinionem, fures nempe præter meritum huic tam ſeveræ pœnæ ſubjici, *Nevizan. in ſylva nupt lib. 1. num. 69.* Pa*ris de Puteo ſuper Conſtit. Frider. de pac. tenend. Elias Rober. diſp. 19. th. 5. Ant. Matth. in diſp. de pœna furti.* Quorum rationes brevibus adducere & repetere debet.

14 *Primò*: Imprimis verò dicunt, hanc pœnam non parum refragari Juri Divino, quo ſecundum Legem Moſaicam per Supremum Legislatorem Hebræis promulgatam, fures non capitali, ſed tantum dupli, quadrupli, aut quintupli pœna afficiebantur; vel ſi pauperes erant, ut nec ſimplum quidem, multò minus duplum, quadruplum, aut quintuplum reddere poſſent, ſervituti addicebantur. Ita enim legitur, *Exod. 22. verſ.* 1. *Si quis furatus fuerit bovem, aut ovem, & occiderit vel vendiderit, quinque boves pro uno bove reſtituet, quatuor oves pro una ove.* Et *verſ.* 3. *Si non habuerit, quod pro furto reddat, ipſe venundabitur pro furto ſuo &c.* Quæ certè lex è diametro contraria eſt prædictæ Sanctioni Carolinæ, quæ fures ſuſpendio mulctari jubet. Illa enim non capitalem; hæc capitalem pœnam furibus imponit. Toto autem genere differunt capitale & non capitale ſupplicium. Ergò utrumque circa unum idemque delictum ſubſiſtere nequit, ſed unum alterum tollit: juſtum nempe id, quod minus juſtum eſt. At juſtum abſque dubio erit ſupplicium in Lege Moſaica furibus definitum, quis enim Legem Divinam alicujus injuſtitiæ arguet? Neque putandum eſt, DEUM Legislatorem Summum abſque ſingulari providentia & ſapientia pœnam non capitalem conſtituiſſe, ſeveriusque ſupplicium, etiamſi apud Judæos multiplicatum iri furtum, benè ſciverit, abrogare voluiſſe. Eamque Legem Moſaicam judices ſanctiſſimi in Politia Iſraelitica, etiam tùm, cùm ſummè creſcerent furta, ſtrictiſſimè obſervarunt, quos noſtri temporis judices ſtrenuè imitari oportet

Secundò: Levius furti crimen eſſe opinantur quàm ut mortis ſupplicio puniri debeat. 15 Siquidem nemini ignotum eſt, Sacram Scripturam hoc furti peccatum adeò extenuare, ut *Salomon Prov. 6. v. 30. & 32.* liquidò pronunciet, nõ grandem culpam eſſe, cum quis furatus fuerit, eum verò qui adulter ſit, animam ſuam perdere. Et *Syrac. c. 5. v. 17.* Bilinguem ſive detractorem fure turpiorem eſſe. *It. c. 20. v. 27.* Potiorem eſſe furem, quàm qui aſſiduè mentitur, &c. Quod ſi ergò furtum levius delictum eſt mendacio & detrectatione, quæ vel planè non, vel levius coercentur; utique nec furtum ſeveriori ſupplicio puniri debet: æquiſſimum namque eſt, ut pœnæ commenſurentur delictis, *l. perſpiciendum. 11. pr. l. hodiè. 13. ff. de pœn. l. ſacrilegii 6. ff. ad Leg.* Iul. *pecul. l. ſancimus. 22. C. de pœn. l.* Pedius. *4. §. Divus. 1. ff. de incend. Novell. 82. c. 10. Novell. Leon. 61. &* 105. *c. ſicut dignum. 6. extr. de homicid. cap. felicis. 5. verſ. illud autem de pœn. in 6to.*

Tertiò: Urgent, quod nulla ſit proportio 16 inter vitam & furtum, quum nullum bonum vitæ æquiparari poſſit. Iniquiſſimum itaque eſſet furem propterea, quod bona abſtuliſſet, vita privari: neque parùm hoc repugnaret juſtitiæ diſtributivæ; quæ ſupplicium æquale peccato, & inter delictum ac pœnam proportionem eſſe vult, ita ut qui in ære deliquit, ære ſolummodo puniatur, *l ſervos. 8. C. ad Leg.* Iul. *de vi publ. l. 3. C. de Epiſc. audient. l. capitalium. 28. §. ſolent. ff. de pœn. c. non afferamus. 24. quæſt. 1. Hipp. de* Marſil. *in l. 1. nu. 226. C. de rapt. virg. Proſp. Farin. in prax. rer. crim. lib. 1. tit. 3. quæſt. 19. n. 5. Nicol. Reuſner. lib. 2. deciſ. 20. num. 8.*

Hiſce vulgò ſuſpendii pœna impugnari 17 ſolet, quæ tamen tanti ponderis non ſunt, ut eam evertere queant. Equidem certum eſt, gravem illam & abominandam pœnam; genusque mortis informe eſſe, ut loquar cum Leone Pontifice in *c. ſceleratior. 33. quæſt. 3. de pœnitent. deſtinat.* 3. ita, ut P*lin. lib. 2. c. 25.* pœnam hanc non immeritò præpoſteram nuncupet, cum includatur ſpiritus, cui deberet quæri exitus, *ut ait ibid.* Quod autem ſupplicium hoc ſit iniquum, nullatenus concedendum eſt, ſed ſtrictiſſimè inhærendum Sanctioni Carolinæ non modo ab Im- 18 peratore, ſed etiam à Principibus aliisq; Imperii Statibus promulgatæ: quam acriter defendunt JCti pariter atque Theologi ſaniores, *Mart. Chemn. in 2. part. locor. Theologic. in 7. præc. circ. fin. Philipp. Melanth. in loc. comm. Theol. cap. de* M*agiſt. civilib. pag. 632. Balth.* Mei*ſn. in Philoſ. ſobr. ſect. 2. quæſt 3. memb. 2. Andr. Oſiand. ad cap. 22. Exod. lit. A. Dn.* Ioh. *Gerh. diſput. Theol. 10 2. fol. 260. Iohan. Borch. de pact. c. 2. nu. 24. Henr. Bocer. claſſ. 3. diſp. 1. theſ. 86. Vent. de Valent. in parth. litig. lib. 2. c. 12. nu. 27. Ioh. Harppr. ad §. pœna 5. num. 7. & ſeqq.* Inſ*tit. de obligat. quæ ex delict. naſcũt. Chriſtoph. Beſold. claſſ. 2. diſp. polit. 2. th. 25. Dan.* Molier. *lib. 1. ſemeſt. 37. Matt.* W*eſemb. in parat. ff. de furt.* Matth *Stephan. in explicat. artic.* 157. *& ſeqq. Ord. Crimin. Carolin. Thom. Mor. lib.* 1. *Utop. poſt pr. Georg. Rem. in Nemeſ. Karul. cap. 157.* Secundum hancce judex pronuncians, minus conſcientiam lædit, quàm qui ex affectata quadam & intempeſtiva clementia vel cõmiſeratione lege ſcripta vult mitior videri. Siquidem conſcientia legis vincit conſcientiam hominis, ut ait *Bald. in c. clerici ext. de vit & honeſt. cleric.* allegatus ab *Afflict. deciſ. 321. n. 2.* Nec judici à ſcripta lege recedere, & ſuo arbitrio æquitatem fingere licet.

19 Cumque Magiſtratus legitimus à Deo ſit conſtitutus, ipſique poteſtas condendi & ſanciendi ſalutares leges ſit conceſſa, nec fruſtra gladium gerat, ut ait *D. Apoſtolus ad Rom. 13.* ſed propterea, ut omnibus modis eò enitatur, quo ſalus communis magis propagetur, paxque & tranquillitas publica ſarta tecta conſervetur; utique is animadvertens ad coercendum furtum & commodum Reipubl. promovendum, ſeveriori aliquo ſupplicio opus eſſe, legem de ſuſpendendis furibus benè promulgare potuit. Quam nullo modo tranſgredi licet, ne aliàs Legiſlatorem tanquam Dei miniſtrum, hoc ipſo floccipendamus, adeoque Divinæ ordinationi reſiſtentes conſcientiam noſtram lethaliter ſauciemus, juxta præſagium *D. Apoſt. ad Rom. c. 13.*

20 Præſertim cum rationem legis ſufficientem atque prægnantem deprehendamus, hominum nempe malitiam, rapacitatem & avaritiam, quibus levior pœna nequaquam ſufficere videbatur. Sicuti enim in morbis periculoſis & magnis, remedia periculoſa & extrema ſunt admittenda; *Hippocr. aphor. 6. lib. 1.* ita adverſus homines ferociores pœnæ duriores ſunt decernendæ, *l. aut facta 16. §. fin ff. de pœn.* Et malo nodo durus quærendus eſt cuneus. Nam quod medicamenta morbis præſtant, & corporibus, hæc exhibent jura Reipubl. & negotiis, *Novell. 111. in pr. Ventur. de Valent. dict. c. 12. n. 28.* Ideoque cum furta adeò creverant in Imperio Romano, ut nulli fermè res ſuæ tuto manerent loco, exaſperanda fuit pœna, juxta illud vulgatum: creſcentibus delictis, creſcunt pœnæ. *Chriſt. Beſold. claſſ. 2. diſp. polit. 2. th. 25. Herm. Kirchner. dict. diſp. 19. hypoth. 3.*

21 Quis enim quæſo unquam de platea ad plateam, de domo ad domum abſque ſpoliatione migraturus eſſet? Quis noctu ſecurus ſomnum capturus eſſet, ſi tam gravis non adhiberetur pœna? Nam quod leviori animadverſione quâdam hiſce noviſſimis ac deterrimis temporibus furta coerceri non poſſint, delicti hujus frequentia ſatis teſtatur. Sanè non paucos in hâc poſtremæ mundi ætatis barbarie, tantæ ac tam deſperatæ eſſe malitiæ, quotidiè experimur, ut ne hâc quidem, quæ tamen acerrima eſt, pœna, à ſua malitia deterreantur, quid futurum fore exiſtimandum eſt, ſi ejus locum mitior pœna quædam occuparet.

22 Rectæ igitur rationi conſentaneum fuit, pœnam furti mitiorem, quâ compeſci non poterant facinoroſi fures, exaſperari, rejecto vulgari hoc pronunciato: Fiat juſtitia & furto pereat totus mundus. *Iniquè certè & imprudenter hoc dictum,* inquit *Balthaſ. Meiſn. in Philoſ. ſobr. ſect. 2. quæſt. 3. pag. 615. Nam juſtitiæ ſumma lex eſt ſalus Reipubl. Melius eſt ut pereat unus, quam ut pereat unitas. Igitur ſi viri ſcelerati multiplicentur, ita ut in periculum conjiciatur tranquillitas publica, ipſa exigit juſtitia, ut ſi alia ratione coerceri nequeant, tollantur è medio. Meiſn. dicto loco.*

†

Hæcque forſan cauſa quoque fuit, quod ex ſanioribus etiam Ethnicis nonnulli, furta ob bonum publicum capitaliter punienda eſſe, ex naturalibus æquitatis principiis concluſerint. Hinc & Draco Athenienſis Legiſlator ſanxit, ut omnis fur morte puniretur, quam ipſam legem ratam voluit *Plato. l. 12. de LL.* Antiquiſſimo etiam jure XII. tabb. furti manifeſti pœnam capitalem fuiſſe, conſtat ex *Gellio lib. 10. Noct. Attic. c. fin.* Quod ipſum hodie quoque apud Tartaros & Moſcovitas obſervari refert *Ioh. Bodin. lib. 6. de Republ. cap. 6.* 23

Nec eſt, quod de ſeveritate & atrocitate hujus pœnæ conquerantur fures, quum ſanctionem iſtam ſeveram benè noverint: Sanè ſi ipſis de gravitate ſupplicii non conſtaret, veniam forſan probabiliter mererentur. Jam verò patibula quotidiè aſpicientes & ſanctionem Imperatoriam benè ſcientes malitioſè in facinoribus pergunt, & pœnam volentes incurrunt, quos propterea nulla prorſus excuſatio liberare poteſt, malitioſè ſiquidem DEUM in miniſtri ſui (qui Magiſtratus eſt) mandato contemnunt, &, vel ob id filii mortis fiunt, juxta appendicem Legum Moſaicarum: Morte moriatur, quia Legem Domini contemſit. 24

Unde liquet, Legem Carolinam de furibus ſuſpendendis ubique ferè locorum uſu receptam, & in terris Saxonicis ab Illuſtriſſ. Dno Electore Saxon. peculiari Conſtitutione confirmatam, ratione neceſſaria, prægnanti ac ſufficienti nequaquam deſtitui: Quantumvis nemo ſubditus de hac ſolicitus eſſe debeat, quam præſupponere, non indagare, fortè modeſtius eſt. Nam ſi Lex iſta iniqua & tyrannica eſſet, certè iniquitas in ſummum caput Imperatorem Romanum recideret, eique non levis culpa imputaretur, à quo cuivis ſubdito pio ac Chriſtiano ſub pœna ſacrilegii abſtinendum, *l. 3. C. de crimin. ſacrileg.* 25

An enim exiſtimabimus, Summum Imperatorem Carolum V. adeò fuiſſe inconſideratum, ut ſine cauſa Legem ferret injuſtam? An verò autumabimus, unum vel alium Sciolum & Naſutum, videre id, quod animadvertere nequivêre tum temporis Principes, aliique Imperii Status, nec non Theologi, JCti & Conſiliarii, quorum operâ Ordinatio Criminalis fuit conſcripta & promulgata, ut liquet ex *præfat. Ordin. Criminal.* in verb. Demnach haben wir ſampt Churfürſten/Fürſten und Ständen/ auß gnädigem geneigten Willen/ etlichen gelehrten/ trefflichen/erfahrnen Perſonen befohlen ein Begriff/wie und welcher Geſtalt in peinlichen Sachen und Rechtfertigungen/den Rechten uñ Billichkeit am gemäßten gehandelt werden mag/ zu machen/in eine Form zuſamen zuziehen/ welches wir alſo in Truck zubringen verſchaffet haben/ꝛc. Et ex *Receſſ. Imp. Ratisb. de An. 1532. Rubr.* Halsgericht betreffend. In verb. Nachdeme auch die Hals-oder peinliche Gerichts Ordnung uf jüngſt gehaltenem Reichs-Tage zu Augſpurg für die Hand genommen/ mit zeitigem Rathſchlage in noch beſſere Ordnung geſtellet/&c. Nec non *Receſſib. Auguſt. de Anno 1530.* §. Wiewol der Hals- und peinlichen Gerichts-Ordnung halben/ *&c.* 26

27 Quod quia non ſomniandum, firmiter concludo, non ſuperfuiſſe aliud medium ullum, furta illa frequentiſſima in Imperio Romano compeſcendi, quam capitale Laquei ſupplicium, ac Imperatorem, Statuſque omnes Imperii, ſuadentibus Conſiliariis, & juris Sacerdotibus æquiſſimis, de furibus in furcam tollendis, æquiſſimam legem conſtituiſſe, omni tempore ob publicum Reipublicæ commodum valdè neceſſariam.

28 Convenit prorſus mecum exquiſitiſſimus Theologus piæ memoriæ *Dn. Balthaſ. Meiſ. in Philoſophia ſobria ſect. 2. quæſt. 3. pag. 622.* hiſce verbis dilemma proponens. Aut neceſſaria fuit lex de furibus occidendis, aut non neceſſaria. Si illud, quod volui, obtinui; ſi hoc, injuſtitiæ & imprudentiæ accuſandum erit ſummum caput, omneſque Imperii Status, omnes Theologi, omnes JCti, qui fures capitali pœnâ coercere voluerunt, cum aliud mitius medium ſupereſſet. Hoc autem cogitare cum ſit ſceleſtum, inhoneſtum, iniquum, & ſignum hominis arrogantiſſimi, qui nimirum ſibi plus ſapere videtur, quàm omnes olim judices, & viri ſapientiſſimi; manebit prius dilemmatis membrum ſemper veriſſimum, nempè legem de furibus interficiendis fuiſſe neceſſariam.

Poſſent hæc ſufficere ad defenſionem Sanctionis Carolinæ de furibus ſuſpendendis, ſed ne quid dubii remaneat, pauciſſimis etiam reſpondendum arbitror ad argumenta contraria, quæ ut quidam opinantur, negotium faceſſere queunt.

29 Quantum verò ad *primum*, quo ſecundum Legem Moſaicam fures non capitaliter, ſed dupli, quadrupli, aut quintupli pœna affici dicuntur, *Exod. 22. v. 1. Reſpond. 1* concedendo, in Republ. Hebræorum florente ipſorum regno ſecundum Legem Moſaicam, fures capitali ſupplicio non fuiſſe punitos; ſed quis neſcit, Legibus Moſaicis forenſibus nos non eſſe alligatos etiam ex ipſius authoris DEI OPTIMI MAXIMI voluntate & decreto, qui oſtendere volens, illos non abſoluta, ſed tantùm periodica, determinata, ac certo fine ac tempore circumſcripta æternitate, quamdiu nimirum regnum Iſraeliticum floreret, & Chriſtus in carnem nondum veniſſet, durare & obſervari debere, ſæpiùs in earum promulgatione reperit & inculcat; *Hæc obſervabitis in generationibus ve-*
30 *ſtris, Gen. 17. v. 7. Levit. 3. v. 17. & 6. v. 18.* Semper enim à ſanioribus judicii hominibus judicatum fuit, Deum Leges tàm Ceremoniales, quàm forenſes eo fine atque conſilio tuliſſe, non ut in omnem, ſed definitam atque limitatam temporis perpetuitatem Chriſti nimirum adventum durarent, poſtea verò aliæ (ut Ceremoniales, quæ umbræ fuerunt & figuræ venturi Chriſti, *Hebræor. 10. verſ. 1.*) abrogarentur, aliæ, ut judiciales cum Ceremonialibus nihil commercii habentes, Chriſtianis liberæ relinquerentur, *Zepp. in tract. de Legibus Moſaicis lib. 1. cap. 2. & ſeqq.* Hocque ipſum eſt, quod vulgò dicitur erraſſe Carolſtadius, fingens ex Lege Moyſis res politicas eſſe judicandas, *Calv. 4. Inſtit. c. 20. ſect. 14.* Cum tamen Leges Moſaicæ forenſes non magis ad nos pertineant, quàm Solonis & Draconis, *Luth. To. 1.* Witteb. *latin. fol. 7. Fr. Junius de Polit. Moſaic. obſer. th. 29. & 30. Bucer. de reg.* Chr. *l. 2. c. 17. Ventur. de Valent. in parth. litig. lib. 2. c. 2. n. 35.* **Schönborn.** *l. 3. polit. c. 1. p. 197 Ioh. Harppr. ad § pœna manif. 5. n. 8. Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſcũt* Mart. *Chemn. part. 2. loc. Theol. c. 4 ſub fin. & 5. Hafenreff. in loc. Theol. l. 3 p. 459.* Meiſn. *dict. ſect. 2. q. 3*

31 Ac ſi quis porrò de hoc dubitet, is perpendat, adhuc alias multas Leges Moſaicas in populo Iſraelitico uſitatas, à Chriſtianis hodiè ſublatas, nec non plurimas pœnas immutatas eſſe. Nemini, ut opinor, ignotum eſt, transgreſſores Sabbati capitaliter fuiſſe punitos, hæc enim pœna erat decreta *Exod. 31. v. 14. 15. Omnis qui fecerit opus in hac die, morietur*, cujus executio legitur *Num. 15. v. 35.* Talis quoque pœna fuerat ſtatuta in filios contumaces & inobedientes, *Deut. 21. v. 18. 19. 20. 21. Si genuerit homo filium contumacem & protervum, qui non audierit patris & matris imperium, & coercitus ab ipſis obedire contempſerit, apprehendent eum, & ducent ad portã judicii, dicentq;: filius iſte noſter protervus & contumax eſt, monita noſtra audire contemnit, commeſſationibus vacat, luxuria atq; conviviis. Lapidibus eum obruet populus civitatis & morietur, ut auferatis malum de medio veſtri, & univerſus Iſrael audiẽs pertimeſcat.* Et *Exod.* 11. *v. 16. Qui maledixerit patri ſuo vel matri, morte moriatur, &c.* It. Pſeudoprophetas vel hæreticos, *Deut. 13. v. 1. & 5. Si ſurrexerit in medio tui Propheta & dixerit tibi: Eamus & ſequamur Deos alienos, quos ignoras, & ſerviamus eis, interficietur is, quia locutus eſt, ut vos averteret à Domino Deo veſtro, &c.* Quæ certè pœnæ tum temporis fuere æquiſſimæ, apud nos tamen non obſervantur amplius: nec enim transgreſſores Sabbati; nec filii contumaces, & protervi; nec Pſeudoprophetæ ultimo puniuntur ſupplicio. Quod ſi ergò pœna, abſque dubio in populo Iſraelitico juſtiſſima, juſtiſſimè à Chriſtianis potuit abrogari, quin pœna apud Hebræos non uſitata, à Chriſtianis ob commodum publicum ex eadem pariter ratione denuò introduci queat, nil obſtare videtur.

32 Utraque igitur Lex, ut ſcilicet fures quadruplum reſtituant, & ſuſpendio mulctentur, ſubſiſtere poteſt. Prior enim ad populum Iſraeliticũ, cujus Legislator Moyſes fuit; poſterior verò ad Chriſtianos pertinet. Illa duravit, ſtabilisq; permanſit, donec ſtaret & floreret Regnum Iſraeliticum, quo ſublato, ceperunt ſimul interire omnes Leges Moſaicæ, illis exceptis, quæ cum lege naturæ conveniunt, quæ non tanquam à Moſe profectæ, ſed à natura omnibus hominibus inſitæ atque implantatæ obſervantur. Hanc poſtea promulgavit Magiſtratus Chriſtianus, à Deo ordinatus, qui poteſtatem habens condendi Leges, pœnam mortis ſtatuere, & ut fures ſeveriùs coerceantur, furcâque ſuſpendantur, optimè decernere potuit, quò ſalus communis propagetur, paxque & tranquillitas publica in mundo commodius conſervetur. 33

2. *Reſp.* Nec Jus Divinum videtur abhorrere, ut non pro diverſitate circumſtantiarum etiam in ipſa Hebræorum Republ. ſecundum Legem Moſaicam fur capitaliter puniri potuerit: uti colligitur ex *cap. 22. Exod. v. 2. Si effringens fur*

domum ſive ſuffodiens fuerit inventus, & accepto vulnere mortuus fuerit, percuſſor non erit reus ſanguinis,&c. Quo etiam ſpectat judicium Davidis, cui cum enarraſſet Propheta Nathan, quod dives quiſpiam ovem unam parvulam pauperi ſuffuratus fuiſſet, ſtatim exclamat: *Filius mortis eſt, 2.Sam.12.v.5.* quaſi diceret: furtum iſtud ratione circumſtantiarum tàm grande & atrox eſt, ut mortem promeruerit, etiamſi quadruplum reddiderit, *Balthaſ. Meiſn.in Philoſoph. ſobr.ſect.2.quæſt.3.pag.595. And.Oſiand. in gloſſ. dict.c.*12.*Samuel.2.v.5.*Progreſſu quoque temporis, judicio Seniorum in tantum pœnam furti fuiſſe exaggeratam, ut redderetur ſeptuplum, clarè evincitur ex *cap.6.Prov.Salom.v.31. Fur deprehenſus reddet ſeptuplum, & omnem ſubſtantiam domus ſuæ tradet.*

35 Si ergò illis qui tamen ſub Politia Moſaica
vivebant, ipſiusque Legibus forenſibus vincti te-
nebantur, pro qualitate & gravitate circumſtan-
tiarum ob commodum Reipubl. pœnam furti
conſuetam, & à Moſe conſtitutam, mutare & ag-
gravare licuerit; quantò magis Chriſtiano Ma-
giſtratui Legibus forenſibus Moſaicis minimè
adſtricto, uſu Reipubl.hoc poſtulante, gravio-
rem furti pœnam decernere permiſſum erit: Ut
36 qui aliàs pœnam jure determinatam ex juſta & le-
gitima cauſa non modò minuere, ſed etiam au-
gere poteſt, *l.perſpiciendum.11.in pr.l.abſentem. 5.*
§.fin.l.hodiè.13.l.in ſervorum. 10. §.fin.l.aut facta.
16.§.1.& §.ſeqq.l.ſi quis.38.§.actores.2.ff. de pœn.l.
etſi ſeverior.3.C.ex quib.cauſ.infam.l.quid ergò.13.
§.pœna.7.ff.de his qui not.infam.l.auxilium.37. §.
ſed & 1.verſ.in delictis.ff.de minorib.l.ſacrilegii. 6.
*ff.ad Leg.*I*ul.pecul.l.illud.3.§.ſanè ſunt.1.ff. de in-*
jur.l.ſi quando 109.§.heres.1.ff.de legat.1.

37 Statuitur etiam à quibusdam probabiliter, Magiſtrum Piſtorum ob nullum delictum aliud, quàm furtum à Pharaone ſuſpenſum eſſe, *Gen. 40.v.22.* Quod ſi tum æquum erat fures ſuſpendere, quare hoc tempore illud iniquum cenſebitur? Quin & nonnulli hoc ipſum adumbratum eſſe putant in proditore Judâ, qui fur erat, I*oh.2. v.*6.Ideoque ſemetipſum ſuſpendit, eò quod paravit agrum ex mercede iniquitatis & furti, *dict. 1.verſ.18.*I*oh.Harppr.in d.§.furti.5.n. 19.Inſt. de obl.quæ ex delict.naſc.*

38 3. *Reſp.* Si in rationem Legis Moſaicæ,
quâ fures non capitaliter, ſed dupli, quadrupli,
aut quintupli pœnâ, afficiebantur, indagare li-
cet, experiemur, cauſam mitioris iſtius ſupplicii
hodiè prorſus ceſſare. Erant ſiquidem Iſraelitæ
omnes ratione generis Abrahamitici cognati,
omnesque in terra Canaan vivebant, quam ipſis
ſpecialiter poſſidendam dederat Deus; Licet
enim cuilibet tribui & familiæ ſua portio aſſi-
gnata fuerat, manebat tamen generalis iſta aſſi-
gnatio, ita ut bona terræ Canaan ad Judæos in
genere pertinerent & tribus altera alteri in hæ-
reditate ob propinquitatem generis ſuccedere
poterat. Quare Deus noluit capitaliter accuſa-
ri aut puniri fures, ne frater in fratrem ſævire
nimiùm videretur, ob ſurreptionem boni, cu-
jus ille tamen aliquando potuiſſet heres fieri, ac
nequis moroſè peteret capitale ſupplicium, ſed
ob conſanguinitatem vel affinitatem conten-
tus potius eſſet, ſi fur redderet ablatum, præſer-
tim ſi plus redderet. Perinde atque etiamnum ho-
diè in furto à conſanguineis commiſſo capitale
ſupplicium locum ſibi non vendicat. Ita enim fi- 39
lius & uxor, ſi aliquid patri vel marito ſubtra-
hunt, pœnâ furti non tenentur, ſed tantùm actio-
ne rerum amotarum, *l.1.l 5.& tot.tit.ff. rer.amot.*
ubi Matth. W*eſemb. in parat. n.1. & ſeqq.* Iodoc.
*Damhoud.in prax.rer.crim.c.110.n.4*1. *verſ.porrò*
filii.n.43.& ſeqq. Angel.Aret.in tract.malef.verb.
etiam veſtē cœleſtem.n.44.Ioh.Harppr.in §.hi qui
*in parentum.*12 *n.*1.*n.7.& ſeqq.Inſt.de oblig.quæ ex*
*delict.naſc.*Ch*aſſ.ad conſuet.Burgund. rubr.1.§.5.*
verb.niſi habeat abolitionem.n.33. & ſeqq. Dan.
*Moller.ad Conſt.Elect.3*8*.n.5.v.non etiam liberos.*
*part.4.*Quod idem in aliis quoque conſanguineis
procedit, A*ngel.Aretin. in dict. tract.malef. verb.*
comparent dicti inquiſiti.n.12 verſ. Ut quia erat.
*Iul.*Cla*r. lib.5.ſentent. §.furtum. n.21. Marc.de*
Mantua ſingul.602.n.2.verſ.ſecundo quia ſpeciale.

40 Sed hæc ratio ſpecialis hodiè inter Chriſtianos amplius non viget: Sublato enim regno Iſraelitico in Novo Teſtamento, nulla diſtinctio eſt inter Judæum & Græcum, diſperſa eſt Eccleſia per totum terrarum orbem, nulla etiam amplius affinitas eſt generis, ſed alter reſpectu alterius, ſi civiliter conſiderentur, quaſi peregrinus eſt, & non cognatus. Quapropter Lege Moſaicâ nequaquam obſtante, furtum (excepto eo quod à perſonis, intra gradum quartum conſanguinitatis conjunctis, aut affinibus committitur) mortis ſupplicio juſtiſſimè hodiè puniri, quilibet fateri neceſſe habet: Ceſſante enim ratione Legis Moſaicæ inter Chriſtianos, ipſa etiam diſpoſitio ceſſabit, *l.adigere.6. §. quamvis. 2.ff. de jure patron. Iaſon. in l. quod dictum. 32.n.2 ibi: & ex hoc collige.ff.de pact.Petr. de Robald.in tract.de duob.fratr.part.*6*. quæſt. 9.nu.*10*. verſ. quinto. quia reſponſio Iuriſconſulti pag. 216. Nicol.Everhard.in loc.à ceſſ.rationis.num.2. Andreas Tiraquell.in Reg.ceſſ.cauſ.n.130.*

41 *4. Reſp.* Nec ipſa Lex Moſaica à capitali ſupplicio furum abhorrere, ſed potiùs in hoc quàm probè conſentire videtur. Non ſolùm enim fures ad reſtitutionem dupli, quadrupli aut quintupli, ſed etiam ad pœnam ſervitutis condemnat. Ultimus namque ſupplicii furum gradus eſt in Lege Moſaica, ut ſi pro ablatis ſatisfacere nequeant, in ſervitutem redigantur. *Exod.22.v.3. Si fur non habuerit, quod pro furto ſuo reddat, ipſe venundabitur.* Atqui ſervitus & mors æquiparantur, *l.ſervitutem.209.ff.de reg.jur.* Quin & ſervitutem crudelius quàm mortis ſupplicium non ineptè quis dixerit. Quis enim vitam cum morte commutare non malit, & inter ſepultos quieſcere, quàm tot acerbiſſimi jugi ſervitutis calamitatibus, tot crudelium Dominorum injuriis & inſultationibus expoſitus eſſe? Unde M. *Tullius in Orat.in L.Piſon.*ait: *Mori potius, quā ſervire præſtat.Harppr.in §.5.nu.16.Inſt.de oblig.quæ ex delict. naſc.* Conſtituit ergò in fures Lex Moſaica crudelius adhuc, quàm mortis ſupplicium.

42 Nec eſt, quod quis regerat, ſtrictè Legi Moſaicæ & verbis Dei inhærendum, nec ſervitutis pœnam cum mortis ſupplicio commutandam eſſe. *Siquidem* apud Judæos ſervitus tolerabatur, &

perpetua ſervitia DEUS extare volebat in populo Iſraelitico , ut eſſent typus ſpiritualis jugi, quod Iſraelitæ Veteris Teſtamenti tempore perferre cogebantur, ſub pædagogo Moſe. Noluit ergò Deus fures tum temporis interfici, quoniam alia ratione puniri poterant. At in Novo Teſtamento mancipiorum ratione & typica ſervitutis myſticæ prætigurationc ceſſante ; venditio furis apud Chriſtianos locum habere nequit, quare haud immeritò aliud ſimile, mortis ſcilicet ſupplicium, in ejus locum fuit ſurrogatum.

43 Tantùm itaque abeſt, Sanctionem Carolinā de furibus ſuſpendēdis cum jure Divino pugnare, ut potius exaggeratio pœnæ furti ex eo haud obſcurè probari queat, ut jam luculenter demonſtratum fuit. Quod & ſanioribus Theologis placet, *Balthaſ. Meiſn. in* Philoſ. *ſobr. ſect. 2. quæſt. 3. Philipp. Melanth. in locis comm. Theol. cap. de Magiſt.* Civil. *pag. 632. & Mart.* Chemn. *in 2. part. locor. Theol. in 7. præc.* cujus verba hìc apponere lubet: *Quæritur hic,* inquit ille; *an juſtum ſit fures punire ſuſpendio, cum Lex Divina hanc pœnam non conſtituerit? Sed vera reſponſio eſt, conſtitutiones Moſaicas noſtras politias non obligare, quæ facinoroſis rectè poſſunt pœnas imponere, pro ratione illius regulæ, ut communis pax & tranquillitas conſervetur, malum de terra auferatur, audacia reprimatur, ut cæteri timorem habeant. Multis enim graſſantibus opus eſt exemplo. Et ipſe Deus in politia* Moſaica *oſtendit, pœnas furti pro circumſtantia rei ablatæ poſſe vel mitigari vel exaſperari: Quidam quadruplum; quidam quintuplum reddant; quidam venundentur; quidam morte mulctentur.* Item, *Conſtituit, furem in quo animus graſſandi præſumitur, rectè poſſe etiam extra judicium occidi. Et notabile eſt, quod Salomon,* Prov. 6. v. 31. *indicat progreſſu temporis, etiam in Politia Moſaica, furta non potuiſſe pœna Moſaica coerceri, ſed Magiſtratū conſtituiſſe, ut quidam ſeptuplum redderent; quidam confiſcatione omnium bonorum plecterentur. Hæc fundamenta oſtendunt rationem, quod potuerit pœna furti aſperior conſtitui;* Citatur *dictum Chryſoſt. Ubi damnum reſarciri poteſt, non eſſe homini adimendam vitam. Sed qui furatus eſt hominem, licet poſſet reſtituere, tamen Lege Moſaica morte punitur.* Hactenus Chemnitius.

44 Poſtquam jam demonſtravi, Carolinam Sanctionem de furibus ſuſpendendis cum Jure Divino nil quicquam pugnare, ſupereſt, ut reliqua etiam dubia, quæ tam magni momenti non ſunt, ac minus legem hanc Imperatoriam infringunt, removeantur. Quod ergò *alterum argumentum* attinet, nequaquam concedendum eſt, furtum levius eſſe crimen, quàm ut mortis ſupplicio puniri debeat. Neque hoc ipſum ex *cap. 6. Prov. v. 30. & 32. Syracid.* 5. *v.* 17. *& 20. v. 27.* evincitur. Ut enim conceſſerim, per collationem quandam, pro circumſtantiarum diverſitate, peccatum peccato gravius eſſe; exinde tamen de alicujus atrocitate delicti in ſeſe nil ſtatui poteſt. Furtum ſanè in ſe gravius eſt crimen, quàm detractio & mendacium: minus tamen dicitur certo reſpectu, quatenus nempe fures præcavere nonnihil poſſumus, non autem bilingues & mendaces, qui omnia ſubdolè agunt. 45 Quamvis & aliter reſpondeat *Balthaſ.* Meiſn. *dict. ſect. 2. quæſt. 3. pag. 611. ad c. 6. Prov. v. 30.* Scilicet, Salomonem loqui ibidem non de omni furto, ſed in ſpecie de furto propter famem commiſſo, quod non culpâ vacare dicitur, ſed duntaxat adeò ignominioſum non eſſe, ut adulterium. Sed eſto, adulterium gravius eſſe crimen furto, quod aſſerit *Alciat. in l. probrum. 42. ff. de verb. ſignif. Henning. Arniſ. in tract. de jur. connub. cap. 5. ſect. 8. n. 2. & 53. Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crimin. c. 89. n. 10. & 11. Proſp. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 140. nu. 4. & ſeqq.* & probavi ipſemet ſupra *quæſt. 51. num. 43. & ſeqq.* Exinde tamen neutiquam ſequitur, furti crimen leve eſſe. Grave enim hoc ipſum eſt, ſed gravius eſt adulterium: perinde ac ſi quis adulterium vel homicidium leve crimen appellitare vellet, propterea quod latrocinium, veneficium, parricidium, aliavè crimina eſſent graviora.

46 *Tertium denique argumentum* levius eſt, quàm ut reſponſio accurata petenda. Sufficit enim loco inſtantiæ objicere crimen ſacrilegii & incendii, utrumque non niſi bona tollit. Sacrilegus enim, quâ talis, nemini vitam aufert, ſed bona duntaxat Eccleſiaſtica ſurripit. Neque incendiarius, quâ talis, homines occidit, ſed ædes & horrea incendit, & igne comburit, nihilominus tamen uterque graviſſimo ſupplicio afficitur, & vivus, ſecundum *Ordin. Carol. Crim. artic. 172. & art. 125.* comburitur. Quærerem hîc, quænam proportio ſit inter bona & vitam hominis? Sic Achan abſtulerat aliquid clam de rebus ſacris in publicâ Jerichuntis expugnatione, & propter hoc non ipſe tantum, ſed omnes ejus filii, omneſque filiæ, adeoque tota familia & omnis ſuppellex comburebatur, *Ioſ. 7. verſ.* 25. Juſta utique fuit pœna, ut à Deo ipſo imperata, ſed quænam quæſo proportio inter bona & vitam tot hominum?

47 Ideoque diſtinguendum eſt inter conſiderationem delictorum abſolutam, & reſpectivam. Sæpè fit, ut nulla appareat proportio inter ſupplicium & delictum, abſolutè penſitatum, quæ tamen evidenter elucet, ſi delicti ſpecialis ratio ac inprimis Reipubl. turbatio conſideretur. Quo reſpectu etiam in crimine furti ſumma pœnæ cum ipſo delicto concurrit proportio, ſi ſcilicet non ad rem ablatam, ſed quod omninò faciendum, ad ipſius delicti qualitatem reſpiciamus, quæ in eo conſiſtit, qui & quomodo Reſpubl. & ſalus communis per furtum læſa reparetur: Ad hujus enim conſervationem omnes leges ſunt referendæ. Certò certius vero eſt, per furta non minus ſocietatem humanam violari, & Reipubl. tranquillitatem turbari, quàm per homicidia & adulteria, uti eleganter docet *Matth. Weſemb. in parat. ff. de furt. circ. finem.*

QVÆSTIO

QVÆSTIO LXXIIX.

De pœna furti ſimplicis, abſque effractione commiſſi.

SUMMARIA.

1. Pœna ſuſpendij non in quovis indifferenter furto locum habet.
2. Multi de materia furtorum latè ſcripſerunt.
3. Variæ traduntur furti diviſiones.
4. Potiſſimùm dividitur furtum in manifeſtum & non manifeſtum.
5. Quodnam dicatur furtum manifeſtum, & nec manifeſtum? n.6.7.
8. Hodiernis moribus non habetur ratio hujus diviſionis.
9. Ius Saxonicum non facit diverſitatem inter furtum diurnum & nocturnum.
10. In foro Saxonico attenditur diviſio ſimplicis furti, & cum effractione conjuncti, n.11.12.
13. Pœna furti ſimplicis magni, n.14.21.
15. Rei æſtimatio per ſe delictum non auget.
16. Quodnam furtum dicatur magnum? n.20.
17. An furtum porcelli vel codicis pro magno queat haberi? n.18.
19. Explicatio art.160. Ordin. Crim. Carol. & Conſt. Elect.32.§.2.part.4.
22. Quinam ſolidi intelligantur, in furto magno quinq; ſolidorum? n.26.29.
23. Variæ ſunt ſpecies ſolidorum vel aureorum, num. 24.25.
27. Explicatio tit.27.§.ſi quis F.2.n.28.72.
30. Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.
31. Quanti valeat ducatus Ungaricus in materia furti, ubi agitur de pœna ſuſpendij infligenda? n.32.33.
34. Furto à pluribus commiſſo, an & quando omnes ac ſinguli Rei ſunt ſuſpendendi? numer.36.37.38.39.
35. Quatenus plures delinquentes obligantur ex delicto, n.40.41.
42. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.
43. In furto à pluribus commiſſo, non attendendum quidnam ſinguli acceperunt, ſed quid proportionabiliter lucrari potuerunt, n.44.
45. Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.
46. Quid juris in furto à marito & uxore, vel patre & filio ſimul commiſſo?
47. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium? n.48.
49. Quid juris in furto à pluribus cum effractione commiſſo?
50. Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.
51. Num æſtimatio furti facienda ex re furtiva, an verò ex lucro, quod ad furem pervenit? n. 52 53.
54. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.
55. A quonam æſtimatio rei furtivæ facienda? n.56.57.59.60.
58. Peritis in arte non creditur niſi juratis.
61. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n.62.63.
64. Quid ſi Dominus rei furtivæ jurare nolit?
65. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.
66. Quid ſi juramentum ex cauſa deferri nequeat?
67. Sententia Scabinorum Lipſenſium.
68. Pro primo etiam furto magno fur poteſt ſuſpendi, n.69.70.71.73.74.
75. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.
76. Ne quidem ob triplex furtum, quod valorem quinq; ſolidorum non excedit fur ſuſpenditur? n.77.78.79.80.81.
82. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.
83. Furtum ſæpius reiteratum, graviorem pœnam non meretur? n.84.85.86.
87. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.
88. Nec furtum maximi pretij ſeveriori ſupplicio coercendum eſt, 89.
90. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium, numer. 91.92.93.
94. Furtum in arce Principis, aliovè loco privilegiato, commiſſum, quomodo debeat puniri? n. 95.
96. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.
97. Pœna furti parvi ſeu modici, n.98.99.
100. In foro Saxonico, quomodo puniatur modicum furtum? n.101.
102. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.
103. Pœna modici furti à pluribus Conſociis commiſſi, n.104.
105. Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.
106. Quid ſi furtum præciſè quinque ſolidis æſtimetur, nec eoſdem ſuperet? n.107.108.111.
109. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.

SUſpendii pœnam Lege publica in fures conſtitutam, & ubique ferè locorum uſu receptam, æquiſſimam pariter atque juſtiſſimam eſſe, *præcedenti quæſtione* luculenter, opi-
1 nor, demonſtravi. Hanc ſi forſan quis adhuc nimis ſeveram ac rigoroſam exiſtimet, ſciat is, pœnam hancce haud indifferenter in quovis furto locum ſibi vendicare, ſed in puniendo hoc crimine, pro varietate circumſtantiarum, & qualitate delicti interdum duriores, interdum remiſſiores eſſe judices oportere, ut vel ipſa *Ordin. Criminal. Carol. artic. 159. & 160.* innuere videtur. *Dan. Moller. ad Conſtit. Elector. 32. numer. 1. & 11. part. 4. Tiber. Decian. conſ. 16. & conſ. 24. vol. 3. Ioh. Baptiſt. Caccialup. inter conſil. crim. Ziletti conſ. 92. num. 1. & ſeqq. lib. 2. Didac. Covarr. lib. 1. reſolut. cap. 2. n. 15. v. quarto eodem.* Quæ ſanè res cum anxiam ſæpè & ſollicitam hæſitandi cauſam præbeat, quò minus vel in hanc, vel illam partem peccetur, conſideratis furtorum ſpeciebus & qualitatibus, quando & quibus caſibus pœna ſuſpendij jure ſit infligenda, exactius jam diſpiciendum eſt.

Nolo autem hic repetere definitionem, to- 2
tamque materiam furti, de quâ plenius ſcripsêre hinc inde Interpp. & imprimis *Matth. Weſemb. in*

parat.ff.de furtis.Ioh.Harppr.Herman.Vultej.Ioh. Schneidvv aliiq; ad tit. Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc.Iul Clar.lib.5.ſentent.§.furtum. Ludov.à Peguer.deciſ.27.lib.1.Iod. Damhoud. in prax.rer.crimin.c.110.Bocer.in tract.pecul.de furt.Proſp.Farin. part.7.q.165 & ſeqq.Pet.Theod.in colleg.crim.diſp. 2.th.1.& ſeqq. Sed diviſionem ſolummodò furti, nec non ea, quæ ad accuratiorem pœnæ explicationem pertinent, attingere lubet.

3 Afferuntur verò furti diviſiones admodùm variæ; dum vel diurnum, quod interdiu vel nocturnum, quod noctu fit, perhibetur, *l.ſi pignore. 54.§.2.ff.de furt.l.furem.9.ff.ad* Leg.*Cornel. de Sicar.l.itaque.4.§.1.ff.ad Legem. Aquil.l.1.& 2.ff.de furib.balnear.* Aliter verò in publicum, & privatum: improbum & improbius; famoſum & domeſticum: ſacrum & publicum, diſpergitur, variaque furum & furtorum genera conſtituuntur, de quibus videre eſt apud *Cujac.lib.6.obſerv.c.6. & lib.11.c.27.Bonifac.in tract.de furt. §.furtum. n.88.Pet.Gregor.Tholoſſ.lib.37.ſyntagm.jur.univ. c.1.& aliquot ſeqq.Ludov.Gilhauſ. in arbore judic. crim.c.2.tit.27.n.2.& ſeqq.Iohan.Harppr. in §. furtorum 3.Inſtit.de obligat.quæ ex delict.naſc.*Pet. *Theod.in colleg.crim.diſp.2.th.2.*

4 Potiſſima tamen & communiſſima furti di-
viſio eſt, quod ſit aut manifeſtum, aut non mani-
feſtum, §.*3.Inſtit. de oblig.quæ ex delict.naſc. ubi*
*Harpprecht.*W*eſembec.Vult.aliiq; Interpret.l.2.ff.*
de furto. Illud dicitur, in quo fur deprehendi-
tur, ſive in ipſo facto, **auff friſcher That**/ſive intra
terminos ejus loci, unde quid ſuſtulit: veluti, ſi in
domo furtum fecerit, & nondum egreſſus janu-
am, deprehendatur, ſive denique cum re furtiva,
antequam pervenerit eò, quo illam perferre deſti-
5 naverat, *l.4.ff.de furt.* Quæ deprehenſio fit vel
manus injectione, *l.3.ff.eod.* Vel viſu, §.3. *In-*
ſtit.de obligat.quæ ex delict.naſc. ita tamen, ut ac-
cedat acclamatio: Solus namque viſus non ſuf-
ficit ad hoc, ut manifeſtus dicatur fur, ſed inſuper
requiritur acclamatio, *l.ſi quis.7.*§. *ibidem Pom-*
pon.ff.de furt. ut ſentit *Barthol.in l. ſi vendidero,*
80.§.*cum raptor.ff.de furt.Iacob.*Cujac.*lib.11.obſ.*
38. circa fin.Herm.Vult.ad §.*1.num.7.Inſt. de ob-*
lig. quæ ex delict. naſc. Bocer. in tract. de furt.c.
1.n.111.

6 Hoc verò furtum, nempè nec manifeſtum eſt, quando fur inſciis aliis, rem furto ſurreptam in eum transfert locum, in quem ſe recipere conſtituit, vulgò vocatur, **Ein heimblicher Diebſtahl**/§ *3. Inſt.de oblig.quæ ex delict.naſc.l.nec manifeſtum.8.ff.de furt.Petr.Theod.dict.diſp.2.th. 2.Ioh.Harppr.in d.*§.*3.n.4.& 5. Henr.Bocer.dict.* c.1.*n.106.*

Q. 1. Quænam diviſio furti, in foro Saxonico attendatur?

7 Etſi verò hanc furti diviſionem apertis ver-
bis approbet, eamque in dictanda pœna benè at-
tendi & obſervari velit, *Ordin. Crimin.* Caro-
lin.in artic.157. Ibi: **Ehe dann er in ſeine gewar-**
ſam kompt/ nicht beſchryen/ berüchtiget/ oder be-
tretten würde/*&c.* Ac poſtea: **Iſt ein heimlicher**
und geringer Diebſtal/*&c. Et art.158.* Ibi: **So**
aber der Dieb/ ehe er in ſeine Gewarſam kompt/
betretten wird/ oder ein Geſchrey/ oder Nachtheil
machte/ iſt ein offener Diebſtal / unnd beſchwe-
8 **ret ihn die Berüchtigung der That alſo**: *&c.* At-
tamen ſi veritatem fateri licet, hodierni noſtri
mores hujus diviſionis ac differentiæ nullam am-
plius habent rationem, teſte *Mynſing.ad*§.*18.n*
24.Inſt.de act.Iohan.Harppr.in §.*3.n.5.Inſt.de ob-*
ligat.quæ ex delict.naſc. **Obrecht**.*diſput.30.theſ.16.*
Matth.Berlich.part.5.concl.43.n.68. Nec unquam
in Elect. Saxon. *S*cabinatu diſtinctionē furti ma-
nifeſti, & nec manifeſti, obſervatam ſeveriorem-
que pœnam, pro furto manifeſto indictam fuiſ-
ſe, memini. Sicuti nec hodiè ex diſcrimine no- 9
cturni & diurni furti, diverſitas aliqua pœnæ ex-
oritur. Etſi enim jus Saxonicum, furem diurnum
à pœna ſuſpendij excipit, eumque gladio ſolum-
modò puniri vult, *art.39.* **Landrecht**.*lib.2.ubi gloſſ.*
germ.n.2.Reinhard.part.5.differ.25.ſub fin. verſ.
ſtiehlt ers aber des Tages/ *&c.* Obſervantia ta-
men fori Saxonici contrarium docet.

10 Miſſis ergò hiſce diviſionibus furti, omni-
bus eam ſolummodò in foro Saxonico attenden-
dam eſſe puto, quâ furtum dividitur in *ſimplex ſi-*
ve conjunctum cum effractione. Quæ diviſio pro-
batur ex *Ordin.Crimin.Carol.artic.159. & 160.*
Conſt.Elect.32.§.**und ſoll**/in verb. **Ob der Diebſtal**
mit einbrechē/oder ohne daſſelbige geſchehen/*&c.*
Circa pœnam enim ſuſpendii potiſſimùm conſi-
derari ſolet, an furtum cum effractione commiſ-
ſum ſit; an non. Quæ qualitas pœnam quando-
que exaſperare ſolet, ideoque ad diſtinctionem
hanc maximoperè reſpiciendum, & ex ea de pœ-
na furti in terris Saxonicis dijudicandum eſt, ut
hac & ſubſequentibus aliquot quæſtionibus, latius
demonſtrabo, annexis ſemper, prout ſoleo, ſen-
tentiis Scabinorum Lipſenſium. Ubi notari ve- 11
lim, in terris Electoratus Saxonici, quoad pœnam
furti nil ferè ſpecialiter receptum & conſtitutum
eſſe. Proinde ſecundum Conſtitutiones Electò-
rales, furto etiam extra Electoratum commiſſò,
Reis pœna infligenda erit: *Id quod in Scabinatu*
ſæpius obſervatum ſcio.

12 *Simplex ergò furtum*, (de quo hac quæſtione ago) *illud appellito, quod abſq; effractione committitur.* Quod regulariter ſuſpēdii ſupplicio punitur, ſi hoc magnum ſit. Neque enim omne ſimplex furtum laquei pœnam meretur, ſed ſolùm illud, quod ingens damnum affert, & magni alicujus pretii æſtimationem attingit, *Ordin.Crim.Carol.art.160.& 157.* Mitiori verò pœna furtum parvum coerceri ſolet, *dict.art.157.Conſt.Elect.32.*§. **ferner da der erſte**. Quod ut exactius dignoſcatur, duas regulas ſubjicere fert animus.

13 *Prima Regula eſt*: Ob furtum magnum commiſſum, quod quinque ſolidorum æſtimationem excedit, fur laqueo punitur.

14 Etenim propter furtum magnum furem ſuſpendendum eſſe, expreſſis verbis probatur in *Conſt.Elect.32.part.4.*§. **Wann einer über fünff**/ *&c.* Sicuti & *Ordinatio Crimin.Carolin.* in pœna furi dictanda, magnitudinem furti conſiderari jubet *art.160.in rubr.* **Vom erſten Diebſtal fünff Gülden werth**. *Et in pr.* **So aber der erſte Diebſtal groß**. *Et paulò poſt*; **und in ſolchen Fällē muß man anſehen den Werth des Diebſtals**/ *&c.* Unde clarum redditur, circa pœnam furibus infligendam, rationem habendam eſſe magnitudinis pretii, & æſtimationis rei furto ablatæ. Etſi

unquam in ſimplici furto pœna ſuſpendii locum ſibi vendicat, certè ob magnum furtum Reis hoc ſupplicium eſt infligendum, *Henric.Boeer.de furt.c.1.numer.42. Iul.Clar.lib.5.ſentent.§.furt.n.42.& ſeqq.Ludov.de Peguer.deciſ.27.n.6. Iac.de Belloviſ.in pract.crim.lib.1.c.10.n.15.& 21. Iacob.Menoch.de arbitr.Iud.quæſt.l.2.cent.2.caſ.295.n.9.Didac.Covarr.lib.2.variar reſolut.c.9.n.7.v.ſic ſanè quibuſdam.Guido Papæ deciſ.589.n.1.& ſeqq.* Inſpici ergò debet omninò æſtimatio 15 rei furto ablatæ, & damni dati. Non quidem quod rei magnitudo ſola delictum augeat, ſed argumentum ſit certiſſimum doloſi conſilii & exquiſitæ fraudis, ut pulchrè tradit *Georg.Rem.in art.160.Ordin.Crim.Carol.* Et hoc extra controverſiam ferè eſt apud Doctores: quamvis hi non conveniant, quodnam furtum pro magno habendum, qualiter, & à quo æſtimatio ſit facienda, præſertim in furto à pluribus criminis conſociis ac ſemel tantùm commiſſo, non etiam reiterato. Quare ut hæc omnia expedita reddantur, & quid in terris Saxonicis uſu ſit receptum, clariùs demonſtretur, quæſtiones ſubſequentes decidendæ erunt.

Q.1.Quodnam furtū dicatur magnum?

16 Primò quæritur: *Quodnam furtum dicatur Magnum, ita, ut ſuſpendij pœna locum habere poſſit?* Communiter verè Doctores tradunt, magnum & parvum furtum conſiderari non ſolùm in nummis furtivis, ſed & in ſpecierum furtivarum pretio, nec ſolùm ratione quantitatis, ſed ratione qualitatis loci, & alterius circumſtantiæ, furtum dici magnum & enorme, etiamſi per ſe ratione quantitatis omninò ſit parvum & modicum, ita ut judicis arbitrio committendum ſit, an furtum aliquod pro magno, aut parvo haberi debeat. *Hippol. de Marſil. in Cl. quæſtionis modum, num.48.ff. de quæſt.Iacob. Menoch.de arbitr.Iud.quæſt.lib.2.caſ.295.num.10. Franc.de March.quæſt.6.part.2. Henr.Bocer. in tract.de furt.c.1.n.64.& 65.Matt.Berlich.part.5. concl.43.n.43.*

Hinc porrò inferunt, magnum cenſeri 17 furtum, ſi quis ruſtico vel alii homini inopi porcellum furetur, etſi ille non ſit magni valoris, & propterea furem ſuſpendi poſſe, juxta ſententiam Davidis Regis 2.*Reg.cap.*12.*verſ.2.3.4.& ſeqq Gloſſ.in l.illicitas.§.ne tenuis.verb.lumine. verſ.nam ſi etiam ff.de offic.Præſid.* ubi ait, aufferentem Ruſtico porcum, aufferre ei oculum dextrū. Quod probat etiam *Rom.ſing.114.num.3.Berlich. dict.concl.43.n.44.Iacob.Menoch.dict.caſ.295.n.11.* Aut ſi Doctori vel juris Candidato ſubtrahatur codex, quem diu multumque legerit, & notis variis illuſtraverit, *Angel.in l.1.coll.ult.verſ.ſed quod dicitur.C.Vnde vi.Henricus Bocer.de furt.c.1.n.66* Menoch.*dict.caſ.295.*

Eamque ſententiam probari, exiſtimant 18 *Berlich.dict.concl.43.num.44.& Bocer.dict.c.1.n.66.* ab Imper. Carolo V. *in Ordin.Crimin.artic.160.* in verb. **Vnd wie ſchädlich der Diebſtal/ dem Beſchädigten ſeyn mag:** nec diſplicere D. Auguſto Electori *in Conſt.32.§.2.v.* **Vnd deren eins theils in der peinlichen/**&c.*part.*4. Si enim, *inquit Berlich.* ob qualitatem illius, cui furtum ſit (veluti ſi eſt opulentus, & ex furto quinque ſolidos excedente damnum nullum patitur) pœna ſuſpendii in magno furto locum non habet; utique in contrario caſu, ſi is cui furtum ſit, ſit egenus, tenuis, & inops, pœna meritò exaſperabitur, ac pro furto etiam modico & parvo pœna laquei imponetur. Idemque ſentire videtur *Matth.Steph.in not.ad art.160.Ordin.Crim.Carol.*

19 Sed accuratiùs perpendenti *dict. art.160. Ordin.Crim.Carol.& Conſt.Elect.32.§.2.p.4.* haud obſcurum eſſe poteſt, iis in locis ſolummodò agi de mitigatione, non etiam de exaſperatione pœnæ, ut ex verbis manifeſtis apparet Electoris *in fin.dict.§.2.* **Solche Straffe dißfalls zu lindern/ und zu mildern:** Nec ſuaſor eſſe velim judici, ut furem alicujus porcelli aut codicis ſuſpendi faceret. Quam ſeveritatem etiam pii judicis arbitrium nequaquam admittit, ſi aliàs furti magni æſtimatio ipſius arbitrio relicta eſt, ut putat *Menoch.eiusq; aſſeclæ*, de quo haud immerito dubito. Stante enim hâc ſententia, judex ſemper hæſitabit, an furtum magnum ſit cenſendum, & Reo pœna ſuſpendii imponenda.

20 Cui dubio ne locus detur puto indifferenter, magnum haberi furtum illud, quod valorem quinque ſolidorum excedit, juxta regulam antea poſitam. Quod & ſenſiſſe videtur *Imp.in artic.160.Ordin.Crimin.Carol.* in verb. initialibus: **So aber der erſte Diebſtal groß/ und fünff Gülden/ oder darüber werth wäre/** &c. Quæ verba etiam repetit Sereniſſ. Elector in *Conſtitut.32.§.1.part.4.* addens hoc, ut fur tunc demum ſuſpendi debeat, ſi furtum valorem quinque ſolidorum excedat: **Wann einer über fünff der beſten Vngariſchen Gülden werth ſtiehlet/ derſelbe wird da es gleich ſein erſter Diebſtal iſt/ nach Ordnung der Rechte/ und gehaltenem Gebrauch/ mit dem Strange geſtrafft/ inmaſſen auch darauff unſere Schöppenſtüle die Vrtheil biß anhero gerichtet/ darbey wir es denn bleiben laſſen.** Nullum itaque dubium eſt, quin regulariter, præſertim in foro Saxonico, furtum valorem quinque ſolidorum excedens cenſeatur magnum, ac pœna ſuſpendii coerceri debeat.

Prout etiam in Elect.Saxon.Scabinatu hoc quotidiè practicatur, & ſi neceſſitas requireret, infinitis præjudiciis confirmari poſſet.

21 Dico autem, regulariter ob ejuſmodi furta fures ſuſpendi: quo verbo ſatis innuo, rigorem juris ſæpiſſimè temperari & ob qualitates, & circumſtantias concurrentes pœnam hanc mitigari, ſecundum expreſſam diſpoſitionem *art 160.Ordin.Crimin.Carol.& Conſt.Elect.32.§.2.p.4.* ut ex ſubſequentibus quæſtionibus luculenter patebit.

22 Secundò: Exinde quod dixi, furtum valorem quinque ſolidorum, ſeu **Gülden**, ut loquitur *art.160.Ordin Crimin.* excedens, habendum eſſe pro furto magno, quod laqueo puniatur, quæſtio oritur: *de quibusnam ſolidis hoc accipi debeat, & quæ ſit ſolidorum æſtimatio.*

Varias

Q. 3. De quibuſnam ſolidis ſanctio Carolina de furibus ſuſpendendus ſit intelligenda?

23 Varias enim ſpecies eſſe ſolidorum ſeu florenorum, nemo ferè ignorat. Vulgò namque dicitur aureus, Gülden/ nomine ſubſtantivo, *§. fin. Inſt. de pœn. temer. litigant. §. aliæ autem. verſ. Et cum retro Inſt. de donat. l. ſancimus. 34. in pr. & §. 1. & l. pen. C. eod. tit. junct. l. pen. & fin. ff. de in jus vocand. §. item is, verſ. cui ſimilis. Inſt. de obl. quæ ex quaſ. delict. naſc.* Quia ſcilicet primitus numiſma, quod vocabatur florenus, erat tantùm aureus, unde nomen illud manſit etiam in vulgari floreno, quem bacii quindecim conficiunt in minuta pecunia, *Paul. Matth. Wehner. in pract. obſervat. vocabul.* Gülden.

24 Hi verò aurei ſive floreni alii ſunt *vulgares, & uſitati*, qui certo minutæ monetæ numero conſtant, ut quindecim baciorum, vel *21.* groſſorum in Miſnia, & 20. in Franconia: qui floreni etiam appellitari ſolent, Rheiniſche Gülden/ eò, quod aurei Rhenani primitus æſtimabantur baciis quindecim, *Henric. Bocer. in tract. de furt. cap. 1. num. 46.* 25 Alii ſunt aurei *Rhenenſes*, hoc eſt, aureo conſtantes, Rheiniſche Goldgülden/ vel Rheiniſch in Gold/ *Matth. Wehn. dict. vocab.* Goldtgülden. *p. 249.* Alii verò floreni ſunt *aurei Ungarici*, quos etiam Ducatos appellamus, qui à Rhenanis aureis ſolidis quantitate, ſive æſtimatione differunt. Ungarici enim Ducati publica Imperii lege æſtimantur centum & quatuor crucigeris; Rhenani verò aurei ſeptuaginta quinq; crucigeris, *Receſſ. Ratisbonenſ. de Anno 1576.* §. Vnd außſondern/ *&c. Wehner. dicto loco. Bocer. dict. c. 1. n. 53.*

De quibus ergò ſolidis ſanctio Carolina intelligenda erit? Sanè aurei appellatione in Conſtitutionibus Imperii ſignificari non Ducatos ſive Ungaricos aureos, ſed aureos Rhenenſes, ſeu florenos aureo conſtantes, Goldgülden/ cenſet *Regner. Sixtin. de Regalib. lib. 2. capit. 8. numer. 57.* Quod licet de aliis Imperii Conſtitutionibus concedatur, in ſanctione tamen hâc Carolina, furibus ſuſpendii pœnam imponente, aureum ſive ſolidum non de vulgari floreno, ſed de aureo Ungarico, ſeu Ducato interpretari jubet *Conſt. Elect.* 26 *32. §. 1. part.* 4. Ibid. Vber fünff der beſten Vngariſchen Gülden werth. Et *§.* ferner: Ibi: Vnter fünff Vngariſcher Gülden. Item: *§.* Wann dann. Ibi: fünff der Vngariſchen beſten Gülden werth. Et *§.* Vnd wo ihr viel. In verb. über den Werth der beſten fünff Vngariſchen Gülden/ *&c.* Quæ explicatio eò magis recipienda, quò benignior interpretatio in pœnalibus fieri debet. *l. interpretatio. 42. ff. de pœn. c. in pœn. de Reg. jur. in 6.*

27 Neque obſtat huic interpretationi *tit. 27. §. ſi quis quinque ſolidos. F. 2.* Ubi fur laqueo ſuſpendi jubetur, qui ſolidos tantum quinq; furatus eſt. Per ſolidos autem ibidem ſignificari non aureos, ſed ſolummodò groſſos Miſnicos, apparet ex præcedente *§. ſi quis Ruſticus &c.* ubi gladius Ruſtici æſtimatur ſolidis viginti. Veriſimile autem non eſt, quod ruſticus viginti aureis florenis emptum geſtarit gladium. Unde non malè per ſolidos ibidem intelligit aſſes ſive groſſos Miſnicos *Johan. Borcholt. de pact. c. 2. n. 14.*

Hoc, inquam, non obſtat, quum ibi non 28 de ſimplici furto agatur, ſed de furto ſeditioſo, quo pax publica turbatur, *Jul. Clar. lib. 5. ſent. §. furtum. num. 7. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 295. num. 13.* Ejuſmodi verò furtum etiamſi ſit rei minimæ, ſuſpendii pœnam mereri, dicetur, *quæſtione ſubſequenti.* Quare hoc ipſum nequaquam ad ſimplex furtum extendi debet, quod pœna mortis non puniendum, niſi excedat valorem quinque ſolidorum, hoc eſt, Ducatorum; Quia enim vita hominum, ad DEI imaginem creatorum, precio æſtimari nequit, *arg. l. libertas. 106. ff. de reg. jur.* putandum non eſt, Imper. Carolum V. in dict. *art. 160. Ord. Crim.* uſitatos ſolidos ſeu florenos intellexiſſe, ut probatum ex *Conſt. Elect. 32. part. 4.*

Dubium ergò non eſt, quin per ſolidos 29 hoc loco intelligantur aurei Ungarici optimi, die beſten Vngariſchen Ducaten/ ita ut fur ob ſimplex furtum commiſſum ſuſpendi nequeat, niſi ultra quinque aureos Ungaricos optimos furatus fuerit, *Henric. Bocer. dict. cap. 1. numer. 58. Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 32. numer. 13. part. 4. Petr. Heig. in §. pœna manifeſti. num. 12. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc. Matth. Weſemb. in parat. ff. de furt. n. 15. verſ ſeu ut interpretamur. Matth. Steph. in not. ad artic. 160. Ordin. Crimin. Carolin. Iohan. Schneidvvin. ad §. aliæ 2. Inſtit. de donat. n. 25. & in §. fin. Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc. num. 7. verſ. & accipitur.*

Quod & Domini Scabini in ſententiis ſuis hiſce 30 *formalibus exprimere ſolent*, Vnd es hat ſich in eingeholter erkundigung befundē/ daß ſolche Deuben gewiß und in Warheit geſchehen/ und ihrem rechten Werth nach über fünff Gülden *ſoliden*, das ſeyn fünff Gülden Vngariſch des beſten Goldes außtragen thun/ *&c.* Da nun der Gefangene uff ſeinem gethanen Bekäntnüß/ für öffentlichem gehegten peinlichen Halßgerichte/ freywillig verharren/ oder des ſonſten wie recht überwieſen würde/ So möchte er von wegen ſolcher begangenen und bekandten Deuben/ mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W.

Q. 4. Quanti ſolidus aut Ducatus hoc loco æſtimari debeat?

31 Solidum autem ſive Ducatum Ungaricum in Elect. Saxon. Scabinatu æſtimari 40. groſſis uſitatis, quorum 24. pro uno Vallenſi vel thalero, aut 21. pro floreno numerari ſolent. Et ſic quinque aureos ſeu ſolidos, quorum valorem furtum ad hoc, ut pœna ſuſpendii obtineat, excedere debet, decem ſexagenis antiquis æſtimari, auff zehen alte Schock/ ut vulgò appellantur, quarum quælibet 20. groſſis valet, refert *Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 32. n. 10. & lib. 1. ſemeſtr. 37. n. 3.*

Quod quidem conceſſerim, ſi valor Duca- 32 ti Ungarici talis reverâ ſit, nec auctus & immutatus fuerit. Si enim ex communi & uſitato uſu pluribus groſſis æſtimetur, & valor iſtius creſcat; utique & in dictanda pœna ſuſpendii reſpectum uſitati valoris habendum, nec laquei ſupplicium, niſi furti æſtimatio communem iſtum valorem quinque Ducatorum exceſſerit, furi imponendum eſſe, dixerim. Summi enim valoris rationem hoc loco habendam eſſe, tàm æquitas & benigna interpretatio in odioſis ſuadet, quam practica quotidiana teſtatur.

33 Hinc cum ante decennium ſeculo iſto cœco & ærolo, quo omnium ferè hominum marſupia pecuniâ ærosâ abundabant, valor Ducatorum in tantùm excreverat, ut quilibet duodecim & pluribus florenis communiter æſtimabatur, laquei ſupplicium nemini furum, niſi qui ultra ſexaginta aut ſeptuaginta florenos furatus eſſet, in Scabinatu dictatum fuiſſe memini. Idque rectiſſimè; Inter alia enim *Carolina ſanctio de furibus ſuſpendendis art.160.* rationem damni per furtum dati haberi jubet. Hoc autem non niſi ex vulgato, communi, & uſitato valore Ducatorum æſtimari poteſt, uti res ipſa loquitur.

34 Tertiò: Accidit ſæpiſſimè, ut duo, tres, vel plures ſocii furtum ſimul committant, quos omnes ſuſpendendos eſſe, juris eſt expediti, *l ſi quis id. 7. §.fin.& l.ſeq.ff. de jurisdict.Conſtitut. Elect.32.p.4.* At quia pœna ſuſpendii, ut antea demonſtratum fuit, nemo affici debet, niſi qui ultra quinque ſolidos furatus fuerit, quæritur: *Si furtum magnum à pluribus commiſſum quinque ſolidos excedat, diviſione autem rei furtivæ inter fures facta, cujuslibet portio ad valorem quinque Ducatorum non aſcendat, an etiam tunc omnes ſuſpendi queant?*

Q.5. Furto à pluribus commiſſo, num ſingulorum portio valorẽ quinque ſolidorũ excedere debeat, ad hoc, ut omnes ſuſpẽdantur?

Certum equidem eſt, quod ſi plures idem commiſerunt delictum, omnes & ſinguli ſint obligati ad pœnam, nec unius ſolutio ſolidi alteri proſit, *l.1.in pr. C.de condict.furtiv. l.vulgaris. 21.§.ſi duo.9 ff.de furt.Dd.in l.ſi quis id.7.ff.de jurisdict.Didac.Covarr.id Clemen ſi furioſus. tit. de homicidio.part.2.§.2.n.3 Iohann.Bajard.in addit. ad Iul.Clar.lib.5.ſentent.§.furtum.n.38.* Hinc omnes & ſinguli in ſolidum tenentur, ſi plures uni injuriam eandem inferant, *l.ſi plures.34.ff.de injur.* 35 Si plures arborem furtim cædant, *l.ſi plures. 6 ff.arbor.furt.caſ.* Si plures unum tignum furati ſint, quod ſinguli tollere non potuerunt, *l. vulgaris.21.§.ſi duo.§.ff. de furt.* Si plures unum hominem mortiferè vulneraverint, vel occiderint, *l. item Mela.11.§.ſed ſi plures.2. l.ita vulneratus.51. in pr. & §.1.ff.ad Leg. Aquil.* Si plures album Prætoris corruperint, *l.ſi quis id.7.§.fin.& l.ſeq.ff. de jurisdict.*

36 Unde ſequi videtur, quod omnes & ſinguli fures hoc caſu ſint ſuſpendendi; quia quilibet furtum magnum commiſiſſe, & ultra quinque ſolidos contrectaſſe videtur, licet diviſione factâ, cujusque portio valorem quinque ſolidorum non exæquet: tot enim ſunt delicta, quot delinquentium perſonæ, *l.ſemper.15.§.ſi in ſepulchro.2.poſt pr.ff.quod vi aut clam.Hottom.lib.1.illuſt.quæſt.33.verſ.ſed refragatur regula.* Et tot ſunt obligationes, atque debentur pœnæ, quot ſunt delicta commiſſa: cùm quilibet ex ſuo facto obligetur, *l.ſi duo.5.ff. ſi quis caut.in jud.ſiſt. cauſ.fact. Hottom.dict.quæſt.33.*

Deciſio Quæſtionis

37 At verius eſt contrarium, neutrum ſcilicet hoc caſu, quo factâ diviſione rei furtivæ æquali, cujusque portio ad valorem quinque Ducatorum non aſcendit, laquei pœna plectendum eſſe, *Dan.Moller.ad Conſtit. Elector.32. num.15.part.4.Matth.Berlich.part.5. concluſ.43. num 121.Aut.conſult.Conſtit.Saxon.tom.2.part.4. quæſt.27.n.5.in pr.verſ.* So haben doch die Schöppenſtüle/*&c.*

38 Primò: Ob textum in *l.fin.ff.ad leg.Cornel. de ſicar.* ubi hæc verba habentur: *Si in rixa percuſſus homo perierit, ictus uniuscuiusque in hoc collectorum contemplari oportet.* Unde probatur, in homicidii crimine à pluribus perpetrato, uniuscuiusque factum, & quantum quisque in delicto fecit, conſiderandum eſſe. Quod idem jure optimo de furto aſſerere licet, nempe in hoc quoque delicto uniuscujusque contrectationem & factum perpendendum eſſe. Nam ex ipſo facto contrectationis dijudicandum eſt de crimine furti, quod nil aliud eſt, quàm contrectatio fraudulosa, teſte Juſtiniano Imper. *in §.1.Inſt. de oblig. quæ ex delict.naſc.*

39 Secundò: Per ſanctionem claram & manifeſtam Sereniſſ. Dn. Electoris Saxon. *in Conſtit.32.pag.4.* §. Vnd wo Ihr viel zugleich ſtehlen/ unnd der Diebſtahl über den Werth/ der beſten fünff Vngariſchen Gülden außtrüge/ es thäte aber doch gleichwol ſo viel nicht machen/ daß jeder Dieb fünff Vngariſcher Gülden werth/ oder drüber hätte bekommen können/ ſo ſoll auff ſolchen Fall/ ein jeder derſelbigen Diebe/ mit Staupenſchlägen des Landes verwieſen werden/*&c* Furto igitur à duobus pluribusvè commiſſo, ita demum laqueo omnes puniri vult Illuſtriſſimus Conſtituens; Si portio ad unumquemque illorùm ex re furata perveniens, valorem quinque Ungaricorum exceſſerit.

40 Cui non obſtant, quæ in adverſum anteâ fuêre adducta, & legibus probata, omnes & ſingulos nempe delinquentes teneri in ſolidum. *Siquidem* hoc concedendum de actionibus pœnalibus, ubi ad pœnam ſaltem pecuniariam & intereſſe agitur, ut fit in actione injuriarum, arborum furtim cæſarum, furti dupli vel quadrupli, legis Aquiliæ, albi corrupti, & ſimilium, de quibus textus allegati loquuntur; Secus verò ſeſe res habet, in actionibus criminalibus, in quibus ad pœnam capitalem & corporis afflictivam proceditur, ubi factum uniuscujuſque, & quantum quisque in delicto fecit, conſiderandum eſt, *l.fin.ff.ad Leg.Corn.de Sicar.* 41 Deinde, etiamſi conceſſerim, quemlibet Reum ad pœnam obligari, cum tot ſint pœnę, quot ſunt delinquentium perſonæ, *l.ſemper.15.§.2.ff. quod vi aut clam.* exinde tamen non ſequitur, ſingulos pœna ſuſpendii plectendos eſſe, ut quæ in quovis delinquente valorem quinque Ungaricorum requirit, ſed ſufficit omnes hoc caſu fuſtigatos relegari, quæ pœna cujusvis delicto facilè hoc caſu correſpondet, juxt. *Conſt.Elect.32.§.* Vnd wo ihr viel/*part.4.*

42 *Furto igitur à pluribus commiſſo, neuter ſuſpendij pœna plectitur; niſi tam magnum fuerit furtum, ut facta inter eos diviſione æquali, unius cujus-*

cujuslibet portio, quæ ex re furtiva ad eum provenire potuit, valorem quinque Vngaricorum excedat*: quo caſu omnes ac ſingulos ad laquei pœnam tutò judex condemnare poteſt. Veluti etiam ſic pronunciarunt Scabini, Anneburgum, ad requiſitionem Quæſtoris Davidis* Gorckens. *M. Novembr. An. 1582.*

Ad conſultationem Capitanei *& Quæſtoris in* Beltzig. *M. Ian. An. 1582.*

Ad eosdem M. April. An. 1582.

Ad requiſitionem Quæſtoris in Weiſſenſee. *M. Iunij. Anno 1599. furto à duobus fratribus commiſſo.*

It. Quæſtoris zur Auguſtsburg. *Menſe Septemb. An. 1630.*

43 Notandum tamen, hîc non inſpiciendum eſſe, quantum quisque furum accepit, ſed quantum ex diviſione æqualiter, & proportione Arithmeticâ factâ, ſecundum numerum perſonarum percipere potuiſſet, ut liquet ex verb. *Conſtit. Elect. 32. §.* Vnd wo ihr viel/ *&c. part. 4.* Ibi: Daß jeder Dieb fünff Vngariſche Gülden werth/ oder drüber hätte bekommen können/ *&c.* Aut. *Conſult. Conſtit. Saxon. tom. 2. part. 4. quæſt. 27. n. 5.*

44 Proinde, furto à pluribus commiſſo, ex quo uniuscujusque portio, ſi diviſio æqualiter fieret, ſummam quinque ſolidorum non attingit, licet inæquali diviſione factâ, unus vel alter plus reliquis, & ultra quinque Ungaricos acceperit, pœnâ tamen is laquei puniendus non eſt, ſiquidem illud augmentum non ex furto lucratur, ſed ex donatione ſocii ſui, qui ratione iſtius portionis pœnam luere debet.

45 *Idq; ipſum eſt, quod Scabini in pronunciando verbis ſat claris exprimere ſolent:* Da ſichs nun in Erkündigung befinden würde/ daß die bekandte Deuben alle/ oder derer ſo viel/ daß ſie ihren rechten Werth nach denen Gefangenen einem jeden insonderheit zu ſeinem Antheil über fünff Gülden *Solidem*, das ſeyn fünff Gülden des beſten Vngariſchen Geldes/ außtragen thäten/ gewiß und in Warheit geſchehen/ *&c.*

46 Idque procedit etiam in furto commiſſo à perſonis, quarum una alterius portionem lucratur, ut ſi maritus & uxor, vel pater & filius inſimul quid contrectarint; Etſi enim hoc furtum ſolus maritus aut pater lucretur; attamen ſi tàm magnum ſit, ut bis valorem quinque ſolidorum excedat, ita ut quælibet perſona ultra quinque ducatos furata fuerit, utrique pœna ſuſpendii imponenda erit.

47 *Quemadmodum tali caſu pœnam laquei dictare non dubitaverunt Scabini, marito ejusq; uxori ſimul rem aliquam contrectantibus. Ad conſultationem Præfecti Lutzenſis. Menſ. Martio,* A*n. 1582.*

48 *Nec non patri & filio furti alicujus conſociis, ad requiſitionem Capitanei in Liberos. M. Decemb. An. 1582.*

Quæſtoris in Ziegenruck. M*enſe Decembr. Anno 1601.*

49 Et hæc ita ſeſe habent in ſimplici furto, ſi verò hoc à pluribus cum effractione violentâ & ſeditioſâ ædium factum fuerit, tunc omnes & ſinguli laqueo puniri debent, etiamſi factâ diviſione uniuscujusque portio valorem quinque ſolidorum non excedat, per text. manifeſtum in *Conſtitut. Elect. 32. §.* und wo ihr viel. In verb. Jedoch wenn ein ſolcher Diebſtal mit Einbrechung geſchehen/ ſo mögen und ſollen ſie nach der Reichs-Conſtitution in der peinlichen Halßgerichts-Ordnung begriffen am Leben mit dem Strange geſtrafft werden/ *&c.* Furto ſiquidem cum effractione violentâ commiſſo, etiamſi id fuerit exiguum fures tamen laqueo puniri jubet O*rdin. Crimin. Carol. artic. 159. Vid. quæſt. ſubſeq.*

50 *Pronunciarunt ita Scabini ad conſultationem Iohannis* Hauboldi *ab* Einſiedels *in* Syra *Menſ. Novembr.* A*n. 1600.*

Q. 4. Num æſtimatio furti facienda ſit ex re furtiva an verò ex lucro, quod ad furem pervenit?

51 Quartò: Probavi antea, pœnam ſuſpendii ei demùm furi infligendum eſſe, qui ultrà valorem quinque Ungaricorum Ducatorum furatus eſt, quæritur ergò *de quo valore hoc accipi debeat, an ipſius rei contrectatæ, an verò lucri quod ex re furtiva ad furem pervenit?* Quid enim ſi res furtiva valorem quinque ſolidorum longè excederet, quam tamen fur minori pretio duorum vel trium ducatorum vendidiſſet, an & hic laqueo ſuſpendi debeat?

52 Hujus quæſtionis deciſio peti poteſt ex *verb. Conſtit. Elect. 32. §. 1. p. 4.* Wann einer gleich über fünff der beſten Vngariſchen Gülden werth ſtielet. Item: §. ferner: Ibi: Da der erſte oder ander Diebſtal unter fünff guter Vngariſcher Gülden/ und doch über den halben Theil derſelben würdig. Item: §. wenn den. Ibi: ſo viel geſtohlen/ daß es alles zuſammen gerechnet fünff der Vngariſchen beſten Gülden werth/ oder darüber außtrüge. Et § und wo ihr/ *&c.* Ibi: und der Diebſtal über den Werth der beſten fünff Vngariſcher Gülden außtrüge/ *&c.* Quæ omnia ſatis probant, in æſtimatione valoris rationem habendam eſſe ipſius rei furtivæ, non lucri, quod fur percepit ex furto. Sufficit enim, quod ultra quin-„ que ſolidos ex contrectatione illa locupletior,„ fieri potuiſſet. Concluditur hinc ergò, ſuſpen-„ dendum quoque eſſe furem eum, qui rem fur-„ tivam ultra quinque Ducatos æſtimatum, mino-„ ri etiam pretio vendidit, perdidit, vel aliter lu-„ crum quod ſentire potuiſſet, amiſit. „

53 Quod & *Ordinationi* C*rimin. Carol.* conſentaneum eſſe videtur, *in artic. 160.* in verbis initialibus: So aber der erſte Diebſtal groß/ unnd fünff Gülden oder werth wäre. Et poſtea: Vnd in ſolchen Fällen muß man anſehen/ den Werth des Diebſtals/ *&c.* Unde maniſeſtiſſimè liquet, in æſtimatione quinque ſolidorum reſpiciendum eſſe ad ipſum furtum ejusque valorem, non etiam ad lucrum, quod fur ex re furtiva percepit. Quod ipſum etiam probat definitio furti, quod eſt contrectatio *§. 1. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſcunt.* Sufficit ergò furem contrectaſſe ultra quinque ſolidos, etiamſi tot ſolidos lucratus non fuerit. Sibi enim imputet, quod ex negligentia, aut liber-

aut libertate lucrum amiſerit. Neutra ſiquidem cauſa ipſum à pœna ordinaria liberare poterit. Non hæc, nempe liberalitas, quia per hanc favorem & gratiam emptoris acquiſivit, quæ maximi lucri loco eſt; Neque illa, ſcilicet negligentia, quæ eò magis punienda erit.

54 *Pronunciantibus ſic etiam Scabinis ad requiſitionem Quæſtoris in* Kempnitz. Ob wol der Gefangene *T. M.* vorwendet / daß er der geſtohlenen Sachen / derowegen ihme in unſerm vorigen euch ertheilten Rechtsſpruch die ſtraffe deß Stranges zuerkandt worden / in allem über 6. fl. nicht viel genoſſen / dieweil aber dennoch *G. S.* vormittels ſeines leiblichen Eydes erhalten / daß ſein Pferd / ſo ihme der Gefangene beneben ſeinem Geſellen geſtohlen / 24. Thal. werth geweſen / er der Gefangene über dieſes noch andere unterſchiedene Deuben mehr begangen / ꝛc. So wird die ihme zuerkandte Todesſtraff an ihme förderlichſt nochmals billich vollſtreckt. V. R. W. *Menſ. Iul. Anno 1628.*

In caſu ſimili fuit pariter pronunciatum Quæſtori in Schwartzenberg. *Menſe Auguſto*, An*no 1586.*

55 Quintò; Emergit hinc alia quæſtio: *A quonam æſtimatio rei furtivæ fieri debeat?* Si enim ob furtum ſolummodò magnum, quod valorem quinque Ungaricorum Ducatorum excedit, fur ſuſpenditur, multum certè ipſius intereſt, exactiſſimam fieri æſtimationem rei ablatæ: ne ſcilicet ex imperitia & odio majori pretio ac valore denominato, imponatur ei pœna ſuſpendii, à qua jure aliàs ob modicum & verum rei furtivæ pretium exemptus eſſet.

Q. 5. A quonam taxatio ſeu æſtimatio rei furtivæ facienda ſit?

56 Sanè ſi ejusmodi res fuerit contrectata, de cujus pretio, quin valorem quinque Ducatorum excedat, dubium, eſſe nequit, ut in furto plurimorum equorum, vaccarum, aliarumve rerum pretioſarum commiſſo, nemo certò ambigit, ſi de corpore delicti certò conſtet, furem abſque omnia alia taxatione rerum furto ablatarum, ſuſpendi poſſe.

Prout ſæpius in Elect. Saxon. Scabinatu pronunciatum memini.

At contrectatis veſtibus quotidianis, ovibus, uno vel altero equo, aliiſque rebus leviuſculis, de quarum æſtimatione ac valore, an ad ſummam quinque ſolidorum aſcendat, certò conſtare non poteſt, furto præſertim à pluribus commiſſo, expeditum non eſt, à quonam æſtimatio fieri debeat, & unde ea ſit petenda.

57 *Pro cujus dubii reſolutione* puto diſtinguendũ eſſe, an res furtiva adhuc extet, an non? *Priori caſu*, abſque dubio ad Judicis ejuſque Aſſeſſorum officium ſpectat, res furto contrectatas judicialiter taxare & æſtimare, adhibitis, ſi res ita poſtulet, opificibus ac Magiſtris artis mechanicæ peritis, qui cujusque rei pretium ſcire præſumuntur, quibus tamen non aliter quam juratis

58 credendum eſt. Etenim non incognitum eſt in jure, quod peritis in unaquaque arte, ſeu ſcientia, ac diſciplina, adeoque in omni negotio haud aliter fides habeatur, quàm ſi jurent, ſaltem de credulitate, *Iaſon. in repet. l. admonendi. 31. num. 237. ff. de jurejur. Dec. in c. propoſuiſti. 4. num. 51. ext. de probat. Didac.* Covarr. *lib. 2. var. reſolut. cap. 13. num. 4. Felin. in c. quin judicante. 9. ext. de præſcript. Bartol. in l. jurisjurandi. 9. nu. 4. C. de teſtib. Salycet. in l. hac edictali. 6. §. his illud.* 1. C. *de ſecund. nupt. Iacob. Schult. in addit. ad Modeſt.* P*iſtor. part. 3. quæſt. 130. num. 78. & part. 4. quæſt.* 1*42. num. 11. Roland. à Vall. conſil. 30. nu. 26. lib. 3.* Iacob. Menoch. *de arbitrar. jud. quæſt. lib. 1. quæſt. 58. num. 4.* Hiſce ita peractis aſſertioni & æſtimationi judiciali omninò credendum eſt, atque ſecundum eam judex Reum tutò condemnare poteſt. Quod & haud obſcurè innuere videntur Scabini, communiter ſententiis ſuis hæc verba inſerentes: Vnd es hat ſich in Gerichtlicher Erkündigung befunden / daß die bekante Deuben gewiß und in Warheit geſchehen / und ihrem rechten werth nach über 5. fl. Soliden, das ſeyn fünff Gülden Vngariſch deß beſten Goldes gefangenem zu ſeinem theil außtragen / ꝛc.

At *caſu poſteriore*, quando res furtiva non 59 ampliùs reperitur, nec ad oculum demonſtrari poteſt, vel quod non extet, vel aliàs non appareat, ſtatur juramento illius, cui furtum eſt factum, ejuſque æſtimationi juratæ omninò creditur: prout in terminis tradit *Ægid. Boſſ. in tit. de Rapin. num. 36.* dicens, quotidie ita practicari. Quem refert & ſequitur *Iul. Clar. lib. 5. ſent. § furtum. num. 18. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 208. n. 2. Ioſeph.* Maſcard. *de probat. lib. 1. concl. 471. num. 32. & lib. 2. concl. 934. n. 8. Vincent. Mancin. in tract. de juram. part. 2. art. 8. nu. 32. Bonifac. in tr. de furt. § contrectatio. num. 112. Hippol. Rim. conſ. 43. n. 34. lib. 1.* Card. *Tuſch. pract. concl 564. in verb. furtum. n. 54. Pract.* Conrad. *rubr. de furib. n. 14.*

Quæ ſententia uti communis, ita etiam veriſ- 60 ſima eſt, & probatur ex *l. ſi quando. C. unde vi.* In verb. *ſi non potuerit, qui vim ſuſtinuit, quæ perdidit, ſingula comprobare, taxatione à judice facta, pro perſonarum atque negotii qualitate, ſacramento æſtimationem rerum, quas perdidit, manifeſtet, &c.* Et *cap. fin. ext. de his quæ vi metusve cauſ.* In verb. *cum non niſi proprio juramento probaverit ſingula quæ amiſit, &c.*

Quod idem à Scabinis in pronunciando obſerva- 61 *ri, teſtantur eorundem reſponſa:* Da nun *Inquiſit* uff ſeinem gethanen Bekäntnüs vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen / gedachter *T. P.* auch daß ſolche verlohrne ſtücke dem rechten billigen werth nach / nit weniger als 12. fl. außgetragen / vermittels ſeines leiblichen Eydes / erhalten würde / So möchte Gefangener / wegen ſolches begangenen und bekandten Diebſtals / nach ſchärffe der Rechte mit dem ſtrang vom Leben zum Todte geſtrafft werden / V. R. W. *Ad requiſitionem* Iudicis Pr*æfecturæ* Ciz*enſis: Menſ. Octob. Anno 1609.*

It. Da nun gedachter *B. K.* ſeinen in Ampt getha- 62 nen Bericht / in dem er außgeſagt daß ſeine verlohrne 8. Schaffnöſſer / darunter 6. tragende Schaaf und 2. Lämmer / zum wenigſten 15. fl. würdig geweſen / mit ſeinem leiblichen Eyde / daß nemblichen dieſelbe ſo viel werth / und alſo thewer verkaufft / und gelöſet hetten werden können / bekräfftigen und erhalten / und der Gefangene nach gethaner Eydesleiſtung uff ſeinem gethanen Bekäntnüß / vor öffentlichem gehegten peinlichen Halsgerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde / So möchte er von wegen ſolcher begangenen und bekandten Schafdeuben / nach ſchärffe der Rechte / mit dem Strange vom Leben zum Todte geſtrafft werden / V.R.W. *Ad conſultationem Quæſtoris in* Sachſenburg. Men*ſ. Ianuar. Anno* 1612.

63 *It:* Da nun der Buchführers Geſelle *I. F.* mit ſeinem leiblichen Eyde beſtärcken würde / daß die ihme geſtohlene Sachen / ſo viel als er angegeben / ihrem rechten Werth nach würdig geweſen / der Gefangene auch auff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor offentlichen gehegten peinlichen Halsgericht freywillig verharret / oder deſſen ſonſten wie recht überwieſen würde / So möchte er wegen ſolches ſeines begangenen und bekandten Diebſtahls / mit dem Strange vom Leben zum Todte gerichtet und geſtrafft werden / V.R.W. *Ad petitionem Quæſtoris Deliciani. Menſe Ianuar. Anno* 1626.

Quæſtoris Chemnicen*ſis. Menſe* Iulio, *Anno 1628.*

Chriſtophori à Berbisdorff. *Menſ.* Iul. *Anno 1630.*

Quæſtoris in Auguſtusburgk. Men*ſe Septembr. Anno* 1630.

Iudicis & Scabin*orum in* Helmersgrun. *Menſe* Sep*temb. Anno 1630.*

Q.8. Quid ſi Dominꝰ rei furtivæ jurare nolit?

64 *Quodſi verò is jurare nolit, de pretio & æſtimatione rei furto ablatæ haud immeritò dubitatur?* Ideoque hoc caſu judex ad pœnam ſuſpendii pervenire non poteſt, ſed fur fuſtigatus in perpetuum relegabitur, juxta C*onſt. Elect. 33. p. 4.* Quæ furem cum rebus furto ablatis deprehenſum, & confeſſum eo caſu, quo judex de facto inquirens, nihil certi de eo cognoſcere poteſt, pœna fuſtigationis & perpetuæ relegationis affici jubet. Parum enim refert, an de ipſo facto, an verò de rei furtivæ vero pretio & valore incertus ſit judex. Non minus ſiquidem de hoc ac de illo certò conſtare debet, priuſquam furi pœna ſuſpendii imponatur.

65 *Eamq; ſententiam in pronunciando tota dic ſequimur.* Da aber N. *N.* hierüber ſeinen Eyd abzulegen bedencken trüge / ꝛc. uff ſolchen Fall bliebe der Gefangene mit deß Todtesſtraff billig verſchonet / Er würde aber gleichwol nichts deſto minder offentlichen billig zur Staupen geſchlagen / und deß Landes ewig verwieſen. *Quæſtori Delitiano. Menſe Ianuario, An. 1626.*

Senatui Thebano. Men*ſ. Ianuario, An. 1630.*

Iudici Pr*æfecturæ Cizenſis. Menſe Octobri, Anno* 1603.

Chriſtophoro à Berbisdorff. M*enſe Auguſto, An. 1630.*

An die Fürſtl. beambte zu Coßwigk. M*enſe Februar. An. 1632.*

66 Quæ pœna fuſtigationis ac relegationis perpetuæ locum quoque ſibi vendicat, ſi is, cui furtum eſt factum, antequam juramentum ipſi fuerit à judice delatum, moriatur, aut ſi alia cauſa juramenti delationem prohibeat, nec de vera æſtimatione rei furtivæ conſtare poſſit. Semper enim in ambiguis minor eſt pœna eligenda, *l. interpretatione. 42. ff. de pœn. l ſi Præſes. 32. ff. eod. l. ſemper. 56. l. ea quæ. 192. in fin. ff. de reg. jur. l. ſi fuerit. 19. in fin. ff. de reb. dub. l. Arrianus. 47. ff. de obligat. & action.*

67 *Reſpondentibus ſic etiam Scabinis in ejuſmodi caſu.* Ob nun gleich obangeregte ſtücke von den Leuten / denen ſie zugeſtanden / höher am werth angeſchlagen worden / dieweil aber dennoch / ſolcher Tax und Anſchlag den ſie für ſich gemacht / dißfalls ungewiß / und demſelben allerdings nit zu trauen / ſo mag er geſtalter ſachen nach derowegen am Leben nit geſtraffet / und mit der ſtraffe deß Galgens belegt werden / Er wird aber gleichwol / wegen ſolcher begangenen und bekanten Deuben / offentlich billig zur Staupen geſchlagen / und nach erlittenen und außgeſtandenen Staupenſchlag deß Landes ewig billig verwieſen / V.R.W. *Quæſtori Bornenſi. Menſ. April. An. 1614.*

Q.9. An pro primo furto magno abſque effractione commiſſo ſuſpendii pœna Re ſit imponenda?

68 Sexta eſt Quæſtio. *An pro primo furto magno ſimplici, abſq; violentia & effractione commiſſo, fur ſuſpendi debeat?*

In terris quidem Electoratus Saxonici res difficultatem non habet, ob claram ſanctionem *D. Electoris in* Con*ſtit. 32.* §. Wann einer. *part. 4.* quæ unicum ac primum furtum valorem quinque ſolidorum excedens, laqueo puniri vult, *in verb.* Derſelbige wird / da es gleich ſein erſter Diebſtahl iſt / nach Ordnung der Rechte und gehaltenem Gebrauch mit dem Strange geſtrafft / *&c.* Sed, *An extra terras Electorat. Saxon. aliis in locis, ubi Conſt. Elect. vigorem non habet, idem ſit aſſerendum expeditum non eſt inter Dd.*

69 Communiter ferè hoc negant, quibus perſuaſum eſt, propter ſolam iterationem & furti frequentiam, non etiam propter ejuſdem magnitudinem furi pœnam mortis inferri, juxta *c. fur. 4. in pr. cauſ. 4. quæſt. ult. Salycet. in Auth. de novo jure. C. de ſerv. fugitiv.* I*aſon. in l. cum ſervus. 15. ff. de condict. cauſ. dat. cauſ. non ſecut. nu. 7. & 8. Anton. Gomez. in §. ex maleſic. n. 13. Inſt. de action. & tom. 3. var. reſolut. c. 5. nu. 7.* I*odoc. Damhouder. in prax. rer. crim. c.* 110. *nu.* 35. *Proſp. Farin. in pract. crim. lib.* 1. *tit. 3. quæſt. 23. nu. 3. Roland. à Vall. conſ. 51. n. 43. vol.* 1. *Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. furtum. num. 9. Iohan. Harppr. in §. pœna manifeſti. 5. num. 51.* I*nſt. de obligat. quæ ex delict. naſc. Henric. Bocer. de furt. c. 1. num. 137. & ſeqq. Bonfranc. in addit. ad Angel. Aretin. de malef. verb. etiam veſtem cœleſtem. n.* 13. *Bartol.* C*œpoll. in Auth. Sed novo jure.* C. *de ſerv. fugit. n.* 76. Hinc *Iul.* C*lar.* memorat ex C*accialupo*, quod fur quidam ob mille Ducatorum furtum primum, pœnam mortis evaſerit, *dict. §. furtum num. 9.* ubi & hanc ſententiam communem contrariamque opinionem in practica non ſervari dicit. Eamque ſententiam in pronunciando ſequi JCtos Tubingenſes, teſtatur *Bocer. dict. c. 1. num. 143.* Et Jenenſes, M*atth.* C*oler. part.* 1. *deciſ. 144. n. 4. & 20.*

70 Quæ opinio æqua videtur, quum nuſquam ſanctio aliqua pro primo furto mortis pœnam (uti putant) Reo imponat; Adeoq; nec temerè abſque juris auctoritate aliud aſſerendum, & fur ob primum furtum ad mortis ſupplicium condemnandus erit. Maximè cum aliàs judex in pœnis infligendis benigniorem ſequi debeat ſententiam, ubi à lege certa & ſpecialis non eſt definita pœna, *l. perſpiciendum. 11. l. pen. ff. de pœn. Iacob.* M*enoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. ult. nu. 2. Bocer. dict. c. 1. n. 139.*

71 Contrarium tamen aſſerere non veretur *Bald. in Auth. ſed novo jure. n. 3.* C. *de ſerv. fugitiv.* quem ſequuntur *Iacob. Menoch. lib. 2. arbit. Iud. quæſt. cent. 2. caſ. 295. numer. 9. Iohann. Bajard. in addit.*

addit. ad Iul. *Clar. lib. 5. ſent. § furtum. numer. 42. Chaſſ. ad conſuet. Burgund. rubr. 1. §. 5. nu. 12. Ludovic. à Peguer. deciſ. 27. nu. 6. & ſeqq. lib. 1.* Matth. *Berlich. part. 5. concl. 43. nu. 22. Didac. Covarr. lib. 2. var. reſolut. c. 9. n. 7. Guid. Papæ deciſ. 589. n. 1. & ſeq.* aſſerentes, furem pro uno magno furto ſuſpendi poſſe, etiamſi aliàs ex Statuto vel lege municipali non niſi propter tria furta pœna ſuſpendii imponi ſoleat.

72 Hancque aſſertionem videtur juvare *tit. 27. §. ſi quis quinq; ſolidos. lib. 2. Feudor.* Ubi qui furto quinque ſolidos aut plus vice prima ſubtraxit, laqueo ſuſpendi jubetur. Sed textus ille ſi rectiùs inſpiciatur, de ſimplici furto nequaquam exaudiendus eſt, ſed de furto ſeditioſo, quo pax publica turbatur, de quo Frider. Imp. ibidem loqui, probavi ex §. *ſi quis ruſticus præced. dict. tit. 27. ſupra n. 28.* Ad alias ergò rationes & argumenta prædicti Doctores confugiunt, quibus hancce ſententiam ſtabilire conantur, quæ apud eosdem videre licet, quamvis & hæc refutentur ab *Harppr. dict. §. pœna manifeſti. nu. 53. & ſeqq.* I*nſt. de obligat. quæ ex delict. naſc. Et Henr. Bocer. de furt. c. 1. n. 144. 145. & 146.*

73 Quanquam verò utraque opinio ſuos defenſores habeat, & rationibus nequaquam deſtituatur; *Baldi* tamen ſententia per totam ferè Germaniam uſu & praxi recepta eſt, prout teſtatur *Daniel.* M*oll. ad Conſt. Elect. 32. num. 8. in fin. part. 4.* Quæ ſi cum grano ſalis accipiatur, ita ut Judex ad irrogationem hujus pœnæ ſemper adſtrictus non ſit, ſed inſigni demum malitia Rei apparente, aliave juſta cauſa concurrente, pœnam ſuſpendii tutò furti imponere queat; ei ſubſcribere haudquaquam ambigo, ob verba *artic. 160. Ordinat. Crim.* C*arol.* ſatis manifeſta: **Und in ſolchen Fällen muß man anſehen den werth deß Diebſtahls / auch ob der Dieb darob berüchtiget/oder betretten ſey / mehr ſoll ermeſſen werden der Stand und das Weſen der Perſon/ſo geſtohlen hat / und wie ſchädlich dem Beſchädigten der Diebſtahl ſeyn mag / und ſtraff darnach am Leib oder Leben urtheilen** /&c. Negari ergò non poteſt, ex mente Caroli V. Imp. ob furtum etiam primum ſimplex, abſque effractione commiſſum, de quo dict. *artic. 160.* tantummodo agitur, juſta ex cauſa laquei ſupplicium infligi poſſe. Quod & ſenſiſſe videtur *Matth. Steph. & Georg. Rem. in dict. art. 160. Ordin. Crim. Carol.*

74 Adeoque hæc aſſertio in ſanctione Carolina expreſsè fundata eſt; Neque hic in dubio verſamur, ubi mitiorem opinionem apprehendere pietas & æquitas ſuadet, maximè cum ſtante hac ipſa ſententia judex cauſa ſic poſtulante à pœnæ hujus ſeveritate recedere queat. Quin nec *Conſt. Elect.* in pœna ſuſpendii ob primum furtum dictanda, arbitrium judicis ſimpliciter excludere, conjicere licet ex *§. verſ.* **Jedoch ſoll gleichwol den Schöppenſtülen** / *&c. dict. Conſt. 32. part. 4.* ubi Scabinis propter cauſas, in ſanctione Carolina denominatas; pœnam laquei mitigare poteſtas conceditur.

75 *Et ſic Scabinos ob primum etiam furtū ſimplex, abſq; effractione commiſſum, pœnam ſuſpendii extra Electoratum dictaſſe reperio. Verſus Co*then, *ad requiſitionem Quæſtoris*, Menſe *Majo, Anno 1583.*

It. *verſus* **Cottbus/** *ad conſultationem Præfecti Elect. Brandeburgici. Menſ. Sept. An. 1613.*

76 Septimò: Si quis tertia vice aut ſæpiùs furatus fuerit, dubium non eſt, quin is ſuſpendi debeat, ob textum manifeſtum, *in Ordinat. Crim. art. 162.* modò furta omnia ſimul computata valorem quinque aureorum Ungaricorum exceſſerint. *Quod ſi verò ad ſummam quinque ſolidorum non aſcendant, an & tunc laquei pœna ob triplex furtum commiſſum imponenda ſit, quæritur?*

Q. 10. *Nū ob triplex furtum, quod valorē quinque ſolidorum non excedit, laquei pœna ſit irroganda?*

Cui reſpondet expreſſis verbis D. Elector Saxoniæ, hoc nempe caſu pœna ſuſpendii remiſſa furem unà cum fuſtigatione relegandum eſſe, 77 *in Conſt. 32. §.* **Wenn denn einer zum dritten** / *&c. part. 4. verſ.* **Da aber einer zum dritten mahl/ oder offter geſtohlen/ und alle Deuben/ wann ſie zuſammen gerechnet / trügen nicht über fünff Ungariſche Gülden / ſondern weren darunter/ ſo ſoll ein ſolcher Dieb mit Staupenſchlägen verwieſen werden** / *&c.*

78 Sed aliter videtur decidere hanc quæſtionem Imp. Carolus V. *in Ordin. Crim. art. 162.* indifferenter pro furto tertia vice reiterato pœnam laquei decernens, non habita ratione, an parva, aut magna illa furta fuerint, & an ſummam quinque ſolidorum exceſſerint, necne. Ut ſic non tam magnitudinem furti, quàm frequentiam & reiterationem reſpexiſſe videatur, quæ conſuetudinem delinquendi inducit, deſtinatam malitiam & perſeverantiam furandi arguit, proindeq; ſpem reſipiſcendi præſcindit, *l. 3. in fin.* C. *de Epiſc. audient. l. 4. verſ ſi verò.* C. *de ſerv. fugitiv. l. ſervorum. 8. §. 1.* C. *ad Leg. Iul. de vi publ. l. capitalium. 22. § ſolent. 3. & § 10 ff. de pœn. c. ita nos. 25. q. 2. c. pervenit. 27. qu. 1. Henr. Bocer. in tract. de furt. c. 1. num. 158.* Proſper. *Farin. de delict. & pœn. quæſt. 23. num. 4.* I*acob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. caſ. 295. n. 17* Matth. *Berlich. p. 5. concl. 43. n. 89.* ubi plures allegat.

79 Hinc quæſtio inter Dd. exorta: *quodnam propriè furtum pro tertio ſit habendum*, Et an in numerum trium furtorum computanda ſint etiam illa, pro quibus jam antea quis fuit punitus? Quod affirmant *Iul.* C*lar. lib. 5. ſentent. § furtum. n. 12.* I*odoc. Damhoud. in pract. crim. c. 110. num. 28. Anton. Fab. in* Codice *lib. 9. tit. de pœn. 25. definit. 18. Matth. Berlich part. 5. concl. 43. num.* 108. *Jacob.* Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 3. caſ. 295. num. 19. Didac.* C*ovarr. lib. 2. variar. reſolut. ca. 9. num. 7.* Quid itidem juris ſit, ſi primum vel ſecundum furtum tempore vel præſcriptione ſit abolitum & ſublatum, ita ut de eo quis conveniri nequeat: *Angel. Aretin. in tractat. malef. verb. etiam veſtem cæleſtem. n. 24. Jaſ. in l. ſi idem 11. ff. de juriſd. num 5. Ioh. Bajard. in addit. ad Iul.* C*lar. lib. 5. ſent. §. furtum. num. 62.* Et ſi duo furta alibi ſint commiſſa, an tertium ita aggravet, ut laqueo puniri poſſit? *Dom. Cardin. Tuſch. tom. 2. pract. concl. 163. nu. 1. & ſeqq. Didac. Covarr. dict. cap. 9. nu. 7* Matth. *Berlich. dict. concl. 43. num. 111.* I*acob.* Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 3 cap. 295. nu. 18.* Matth. *Coler. deciſ. 144. num. 6. Anton. Gomez. tom. 3. var. reſolut. cap. 5. nu. 8. Bertaz. conſ. 93. n. 18. & ſeqq vol. 1.*

80 Verum enim verò, fruſtrà hæc diſputari exiſtimo, cum apud me certum non ſit, ſanctionem Carolinam reiterationem delicti tantummodo reſpicere, eamque laquei ſupplicio puniri velle. Quamvis enim non negem, furtum ſæpius reiteratum delictum aggravare, ad hoc, ut eò facilius pœna ſuſpendii infligi poſſit, qui proprius & genuinus ſenſus eſſe videtur, *dict. art. 162. Ordin. Crimin.* Tantum tamen abeſt, ob ſolam reiterationem laquei ſupplicium ſibi locum vendicare, ut etiam in furto reiterato, quoad pœnam mortis furi indicendam, rationem quantitatis & valoris rei furtivæ, habendam eſſe, expreſsè ſanciat Imper. Carolus V. *in Ordin. Crim. art. 161. in fin. verſ.* Wo aber ſolche zween Diebſtähl 5. gülden / ꝛc.

81 Ut ſic Carolinam ſanctionem cum *Elect. Conſt.* prorſus convenire exiſtimem. Quod tantò facilius concedendum, quantò, benigniorem ſententiam conſtitutio Electoralis hoc caſu apprehendit: quæ in pœnalibus ſemper eſt eligenda, *l. interpretatione. 42. ff. de pœn. l. ea quæ. 192. in fin. ff. de reg. jur. l. ſi fuerit. 10. in fin. ff. de reb. dub.*

82 *Quemadmodum etiam Domini Scabini extra Electoratum Saxon. ſecundum ſanctionem Carolinam ob tria pluravè furta non aliter quàm ſi ea ſimul computata valorem quinque ſolidorum exceſſerint, furem ſuſpendendum eſſe arbitrati fuere, in hunc modum reſpondentes:* Da ihrs euch nun allbereit erkundiget hettet / oder nochmals erkundigen würdet / daß obangeregte Stücke gewiß und in Warheit verlohren / und ihrem rechten werth nach über fünff *Soliden*, das ſeyn fünff Gülden deß beſten Vngariſchen Goldes / außtragen thäten / und der Gefangene auff ſeinem gethanen Bekändtnuß für peinliche Halsgerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde / ſo möchte er wegen ſolches begangenen und bekanten vielfaltigen Diebſtahls / nach Gelegenheit diß falls / weil obangeregte deß Gefangenen Verbrechung mehr für einen Diebſtahl / denn einen Kirchenraub zu achten / vermöge Keyſer Carols des Fünfften / unnd des Heiligen Römiſchen Reichs peinliche Gerichtsordnung / auch ewers publicirten Stadtrechts und Willkühr / mit dem Strange oder Stricke / vom Leben zum Tode geſtrafft werden. Da aber oberwehnte ſtücke / die fünff *Soliden* nicht außtragen ſollen / möchte er am Leben nicht geſtrafft / ſondern uff den Fall mit Staupenſchlagen ewerer Gericht ewig vorwieſen werden. V. R. W. *Conſulibus & Senatui Hamburgenſibus. Menſe Iun. Anno 1614.*

Et in caſu ſimili iiſdem. Men*ſe Mart. An. 1616.*
Item: Pr*æfecto Deſſavienſi,* Me*nſe* I*ulio. Anno 1587.*

83 Octavò: Quæritur & hoc: *Annon furto ſæpius reiterato & multiplicato (quod vulgò dicitur,* ein verleumbder Diebſtahl*) pœna ſuſpendii exaſperari debeat, addito majoris alicujus ſeveritatis reatu, ut nempe fur trahæ illigatus ad locum ſupplicii rapiatur, vel ferro candenti uſtuletur?*

Q. 11. Nã furto ſæpius reiterato & multiplicato pœna debeat exaſperari?

84 Quod forſan prima fronte alicui ita videri poſſet. Si enim pœnæ commenſurandæ, ſunt delictis, *l. capitalium. 28. §. graſſatores. l. perſpiciendum. ff. de pœnis.* Utique & fur delictum ſæpiùs reiterans, quia gravius peccat, eo qui ſemel aut bis avaritiæ & affectibus furandi indulget, ſeveriori pœna afficiendus erit; præſertim cùm reiteratio alicujus criminis majorem arguat malitiam, *l. 3. § ſi plures. 9 ff. de re milit. l. 3. in fin. C. de Epiſc. audient.*

85 Sed procul dubio verior ac benignior eſt contraria ſententia. Quia nuſpiam ſeverior aliqua pœna in fures, delictum ſæpiùs reiterantes, ſtatuta reperitur, proindè nec præter ſuſpendii pœnam ſeveriori aliquo ſupplicio ei ſunt afficiendi. Quod enim lege non cavetur, in practica non habetur, juxta tradita *Bald. in c. nihil 44. numer. 25. verſ item quod in lege. extr. de elect. & elect. poteſt. Iaſon in l. illam. 19. numer. 8. C. de collat. Hartm. Piſtor. lib. 2. quæſt. 13. num. 36.* Et pœnæ perſecutio non judicis voluntati mandatur, ſed legis auctoritati reſervatur, *l. 1. §. ſed non utique. 3. ff. ad SCt. Turpil. Virgil. Pingitz. quæſt. 3. numer. 5.*

86 Quin & in foro Saxonico hoc minus dubii habere videtur propter verba manifeſta *Conſt. Elect. 32.* §. Wenn denn eines zum dritten oder auch mehr mahl auff unterſchiedliche Zeit und örter. Et poſtea: So ſoll derſelbige als ein verleumbder Dieb mit dem Strange gerichtet werden / *&c. part. 4.* ubi ſeverioris alicujus reatus mentio non fit. Clariſſimè ergò liquet, pœnam ſuſpendii propter reiterationem & continuationem furti, nequaquam exaſperandam eſſe.

87 *Quare nec Domini in caſu furti ſæpius reiterati, pœnæ ſuſpendii graviorem aliquem reatum addere ſolent, ita reſpondentes:* So möchte Gefangener wegen ſolches begangenen und bekanten vielfältigen Diebſtals / als ein verleumbder Dieb / mit dem Strange vom leben zum todte geſtrafft werden / V. R. W. *Quæſtori Dresdenſi.* Men*ſ. Majo, Anno 1628.*
I*udici & Scabinis Freibergenſibus. Menſ. Novemb. An. 1626.*
Quæſtori in Hain. *Menſ Octobr. An. 1625.*
Quæſtori in Mutzſchen. *Menſ. Jan. An.* 1626.
Quæſtori in Rochsburgk. Me*nſe Majo,* Anno *1627.*
Quæſtori in Wolckenſtein. Me*nſ.* Martio, Anno *1626.*
Præfecto in Groſſenfura. Me*nſ.* Martio, Anno *1625.*
Quæſtori in Kempnitz. Me*nſ.* M*ajo,* A*n. 1625.*
Quæſtori in Wolckenſtein. Me*nſe* Sept*emb.* A*n. 1625.*

88 Ex eadem pariter ratione firmiter concludendum, ob furtum maximi pretii, ſeveriorem aliquam, præter laquei pœnam, haud infligendam eſſe. Ad hoc enim ut pœna ſuſpendii obtineat, nil amplius requiritur, quàm ut valor rei furtivæ ad ſummam quinque Ducatorum aſcendat, eamque ſuperet, *Ordin. Crim. artic. 160.* In verb. So aber der erſte Diebſtal groß und 5. Gülden / oder darüber werth were. Et *Conſt. Elect. 32.* §. Wenn einer über 5. der beſten Vngariſchen Gülden werth ſtielet / &c. Quæ verba generalia ſunt, neque diſtinguunt, an æſtimatio rei furtivæ valorem quinque ſolidorum parum, aut multum ſuperet: Ideoque & generaliter accipi debent, *l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præſt. l. de precio ff. de publ. in rem. act.*

Neque huic adverſantur verba *art. 160. Ordin. Crim. Carol.* Aber dennoch angeſehen die gröſſe deß Diebſtals/ ſo hat es mehrer ſtraff / denn ein Diebſtal/ der geringer iſt ꝛc.

Reſtringenda ſiquidem ea ſunt ad pœnam aliquam mitiorem extraordinariam, in qua infligenda, omninò ratio habenda eſt magnitudinis & quantitatis furti, de quo caſu Imper. ibidem agit. Exinde verò non inferendum ad pœnam ſuſpendii, quam precii ac valoris magnitudo non aggravat.

90 *Pari ergò ſuſpendii pœnâ plectitur fur mille Ducatorum, ac is qui 6. Ducatos tantummodò contrectavit. Prout reſponderunt Scabini* Wolffgango Henrico à Schleinitz. *Menſ.* Majo, *An.1614.*

91 *Nec refert, an fur 20. oves, an verò 200. furatus fuerit; Utroque enim caſu laquei pœna obtinet. Veluti pronunciatum Præfecto in* Groſſenfura. Menſ. *Mart. An.1625.*
It: Quæſtori in Cannewurff. *Menſe Novembr. An.1611.*
92 *Quæſtori Freiburgenſi. M. Majo, An.1619.*

Sicut & quoad pœnam hanc infligendam nil intereſt, an unum vel alterum, an verò ſexaginta aut ſeptuaginta vaſa argentea quis abſtulerit.
Quæſtori Dresdenſi, Menſ. *Februar. An.1612.*

93 *Vel an quis unum, vel duos, aut ſexaginta, pluresvè equos, aliavè pecora abſtulerit. Nicolao à* Schönbergk *in* Milau. Menſ. *Octobr.* Anno 1603.
W*olffgango Heinrico à* Schleinitz. Menſ. Mart. *Anno 1614.*
Quæſtori Zvvickavienſi, M. Mart. *An. 1604.*
Quæſtori in Woickenſtein. Menſe *Septemb. An.1625.*
P*ræfecto in* Trebſen. Menſ. *Novemb. An. 1582.*
W*olffgango à* Leipzig *in* Weſenigk. M. *Mart. Anno 1597.*

Q.12. Quomodo coerceri debeat furtum in palatio Principis, aliovè loco privilegiato commiſſum?

94 Hinc porrò infertur, quod *furtum in loco aliquo inſigni & privilegiato, aut domo ſeu palatio Principis commiſſum, ſeveriori aliquo quàm laquei ſupplicio puniri non debeat.* Quamvis enim *Guido Papa lib.23.tit.6. areſt.3.* quem refert & ſequitur *Iul.* Clar. *lib 5. ſent.* § *furtum.n.8. in fin.* exiſtimet, quod pro furto etiam exiguo in loco inſigni perpetrato fur ſuſpendendus ſit, allegans præjudicium Parlamenti Pariſienſis, quod furem quendam 60. ſolidorum tali caſu ſuſpendi curaverat. Unde ſequi videtur, furtum magnum in loco privilegiato commiſſum gravius coercendum eſſe. Contrarium tamen docet praxis quotidiana, quæ ob loci qualitatem exaſperationem pœnæ ſuſpendii non permittit.

95 Ac licet quis putet, furto in palatio & arce Principis commiſſo violationem ac turbationem pacis publicæ ſemper ferè annexam, adeoque hoc factum pro furto ſeditioſo habendum eſſe; exindè tamen Reum ſeveriorem aliquam pœnam incurrere, haud rectè quis judicaverit, quum violatores publicæ pacis gladio puniantur, *l.fin. ff. de re militar.* C*onſt. Frider. de pac. tenend.tit.27.lib.2.F.Receſſ.* A*uguſt. de Anno* 1555. §. Wir ſetzen/ ordnen. *verſ.* Wie ſie in Gefängnüs kommen/ ꝛc. *Ordin.* C*rim.*C*arol. art.* 128. *&* 129. *ubi* Matth. *Steph. Dan.* M*oll. ad* C*onſt. Elect.13. part.4.n.5. Andr. Gail.lib.1.de pac.publ.c.1.nu.6. Dom. Arum. ad Aur.Bull.diſp.6.th.16.* Quæ pœna mitior habetur laquei ſupplicio, quare hoc, ceu graviori pœna, fures in Principis domo & arce deprehenſi meritò afficiuntur.

Quemadmodum in furto poculorum, patinarum aliorumque vaſorum argenteorum in arce & palatio Principis commiſſo, contra fures, qui vulgò dicuntur Silber Diebe / *pronunciatum ſcio.* 96
Quæſtori Dresdenſi. Menſ. *Iun. Anno 1587.*
Quæſtori Torgenſi. Menſ. *April.* A*n.1597.*
Quæſtori Dresdenſi. Menſe *Ianuar.* A*n.1605.*
Eidem Menſ. *Iunio,* A*n.1607.*
Eidem, Menſe I*anuar.* A*nno 1612.*
Eidem, Menſ. *&* A*nno eodem.*
Eidem, Menſ. A*pril.* A*n.1613.*
Eidem, Menſ. *Octob.* A*n.1614.*
Quæſtori Coldicenſi. Menſe *Septemb.* A*n.1622.*

Q.13. Quæ ſit pœna parvi ac modici furti?

A*ltera Regula,* quæ de ſimplici furto agit, hæc eſt: Furtum parvum ſeu modicum, quod valorem quinque ſolidorum non attingit, non laquei ſupplicio, ſed mitiori aliqua pœna arbitraria punitur. 97

Pro parvo ac modico furto in Romano-Germanico Imperio illud haberi, quod eſt infra quinque ſolidos ſeu aureos Ungaricos, dubium ferè non eſt ob textum clarum in *Ordin.* C*rimin. art. 157. in pr.* verb. Unter fünff Gülden/ &c. Sicuti nec hoc, quod pro modico furto pœna laquei imponi non poſſit, *Iodoc. Damhoud. in prax.rer.crim. cap.*112.*n.28. & 35. Iul.* Clar. *lib.* 5. *ſent.* § *furtum num.7. & 23. & ibi Iohan. Bajard. in addit.num.88.* Matth. C*oler.part.1. deciſ.144. n. 4. Hippol. de* Mar*ſil. ſingul.378. num.5. verſ. prædicta tamen opinio.* 98

At certa aliqua pœna in fures hoc caſu conſtituta non reperitur; quamvis non ambigendum, furtum modicum extraordinaria tantummodò pœna puniri, ut fuſtigatione, relegatione, carcere, aut mulcta pecuniaria, pro arbitrio ſcilicet judicis, & qualitate delicti, aliarumque circumſtantiarum, juxta expreſſam diſpoſitionem *Ordin.* C*rim.* C*arol. in art. 157. 158. & 161. Henr. Bocer. in tract. de furt. c.11 n.119.* 99

In foro autem Saxonico, ac inprimis in Electoratu, arbitrium judicis certo modo eſt limitatum ac definitum. Aut enim furtum modicum, quod eſt infra quinque ſolidos, dimidiam partem illorum, puta duos & dimidiatum Ungaricum excedit: Aut dimidiam partem quinque ſolidorum non excedit. *Priori caſu* furti Reus fuſtigatione ac relegatione perpetua; In *caſu verò poſteriori* relegatione tantummodò, carcere vel mulcta pecuniaria punitur, prout expreſsè ſancitum in C*onſtit. Elect.32.* §. ferner. *p.4.* In verb. Da der erſte oder der ander Diebſtal unter fünff guter Ungariſcher Gülden/ und doch über den halben theil derſelben würdig/ ſo ſoll und mag der Dieb mit Staupenſchlägen verwieſen werden. Iſt aber der erſte und andere Diebſtal geringſchätzig / und unter drithalben Ungariſchen Gülden / ſo mag und ſoll derſelbe mit Gefängnüs oder zeitlicher Verweiſung nach Gelegenheit der Perſonen geſtrafft werden / &c. Etſi verò mulctæ pecuniariæ ibidem mentio non fiat, hanc ipſam tamen quoque pœnam Reus 100 furti modici ſæpiùs dictari, practica docet quotidiana.

101 Et ſecundum hanc Conſtitutionem non modò in terris Electoratus Saxonici; ſed & extra Electoratum, in aliis Saxoniæ judiciis pronunciari ſolet, *Matth. Weſemb. in parat. ff. de furt. nu. 1. verſ. inferior autem. Matth. Coler. part. 1. deciſ. 144. num. 16. Matth. Berlich. part. 5. concl. 43. num. 65.*

102 *Eſtq; hæc regula tàm certa, ut nulla prorſus probatione ulteriori indigeat, Scabinis quotidiè juxta hujus tenorem reſpondentibus, & pœnam arbitrariam carceris, relegationis, fuſtigationis, aut pecuniariam mulctam dictantibus.* So werden ſie wegen ſolches ihres begangenen Diebſtals/ alle dreye *M. S.* uff 4. Wochen/ *D. S.* uff 3. Wochen/ und *D. P.* acht Tage lang mit Gefängnüs in ſtraff genommen/ V. R. W. *Ad requiſitionem Præfecti & Scabinorum Zvvickavienſium.* Menſ. Mart. *Anno 1627.*

Antonii Fabers/ *Actuarii judicii in* Paſſendorff. *Menſ. Ian. An.* 1627.

Actuarii in Rabenſtein/ *Menſ. Auguſt.* Anno *1627.*

Quæſtoris in Beltzig. *Menſ. April.* Anno *1582.*

Quæſtoris in Borſtenſtein. *Menſ. Octobr.* Anno *1584.*

I. G. à P. in Thalwitz. *Menſ. Mart.* Anno *1630.*

In *qua ſententia furi impoſita fuit relegatio perpetua ob furtum 25. anſerum.*

Q. 14. Pœna furti modici à pluribus conſociis commiſſi?

103 Hæcque procedunt etiam *in pluribus delicti conſortibus, qui inſimul furtum commiſerunt, quos æquè fuſtigatione ac relegatione ſi nẽpe cujusq; portio dimidiam partem quinque ſolidorum ſuperet; ſin verò eam non adæquet, mitiori pœna, ut relegatione vel carcere puniri conſtat.* Exiſtimat quidem *Matth. Berlich. part. 3. concl. 43. num. 126.* eo caſu quo plures inſimul furtum commiſerunt, omnes fuſtigandos, & in exilium mittendos eſſe, etiamſi eorum portio ſit infra dimidiam partem quinque ſolidorum; propterea quod *Conſt. Elect. 32.* generaliter loquatur, ac fures, qui pro ſua quota minus, quàm quinque ſolidos, ex re furto ſubtracta acceperunt, cum fuſtigatione in perpetuum relegari velit. §. Vnd wo ihr viel/ ꝛc. In verb. Daß jeder Dieb fünff Vngariſcher Gülden werth/ oder drüber hette bekommen können/ ſo ſoll uff ſolchem Fall ein jeder derſelben Diebe mit ſtaupenſchlägen deß Landes verwieſen werden. Procul dubio autem ſi Elector voluiſſet hoc in caſu diſtinguere, an portio ſingulorum ſit ultra, vel infra dimidiam partem quinque ſolidorum, id expreſſiſſet; quemadmodum fecit in caſu furti modici ab uno commiſſi in §. ferner da der erſte/ ꝛc.

104 Sed contrarium verius eſt, furto nempe à pluribus commiſſo, ſi cujusque portio ſit infra dimidiam partem quinque ſolidorum, neutrum fuſtigandum, ſed omnes mitiori pœna, relegationis, vel carceris plectendos eſſe, juxta *Conſt. Elect. 32.* §. ferner da der erſte. *verſ.* iſt aber der erſte/ &c. Etſi enim *d.* §. Vnd wo ihr viel/ &c. generaliter loquatur; abſque dubio tamen ex §. *præcedenti.* ferner da der erſte/ &c. explicandus & reſtringendus eſt ad eum caſum, quo ſingulorum portio dimidiam partem quinque ſolidorum ſuperat, ob rationis identitatem, quæ æquè in pluribus, ac in uno tantum modo fure obtinet, idemque jus facit. P*anormit. in c. quoniam frequenter. 5. num. 6. ext. Vt lite non conteſt. Bald. in l. quoniam intelligitur. num. 4. ff. de his qui not. infam.*

Quam ſententiam in pronunciando quotidie ſequimur. Et juxta eam nuperrimè adhuc reſpondimus Prætori in Zittaw. So wird/ M. I. wofern man die drey Silberne Hofbecher nicht wider bekommen/ die Deuben ihme auch zu ſeinem Theil über dritthalb ſoliden/ das ſeyn dritthalb Gülden Vngariſch deß beſten Goldes/ außtragen thäten/ offentlich billig zur ſtaupen geſchlagen/ und darauff deß Landes ewig verwieſen/ V. R. W. *Menſe Octobr.* Anno *1629.* 105

106 Cæterum, quia dictum ſuprà, furem tunc demum ſuſpendendum eſſe, ſi ultra quinque ſolidos furatus fuerit, modicum autem furtum, quod eſt infra quinque ſolidos, mitiori pœna coerceri, dubitari hinc poteſt: *Quænam pœna imponenda ſit furi, qui rem aliquam non ultra valorem quinque ſolidorum, nec etiam infra hanc valorem, ſed præciſè quinque ſolidis ſive Ducatis æſtimatam, vel etiam quinque Ducatos in pecunia numerata ſurripuerit.*

Q. 15. Quomodo puniendus ſit fur, qui Ducatos quinque præciſè, nec quicquam ultra ſurripuit?

107 Pœnam ſuſpendii hoc caſu videtur probare *Conſt. Elect. 32.* §. Wenn denn einer/ &c. In verb. fünff der Vngariſchen beſten Gülden werth/ oder darüber außtrüge/ &c. Et §. und wo ihr viel. In verb. daß jeder Dieb fünff Vngariſcher Gülden werth/ oder drüber hette bekommen können/ &c. Quæ ſanè verba manifeſtiſſimè innuunt, ad pœnam ſuſpendii ſufficere, furem quinque ſolitos furatum fuiſſe, nec quicquam intereſſe, quoad hanc pœnam infligendam, an præciſè quinque Ducatos, aut ultra quid ſurripuerit. Quod & conſentaneum videtur *Ordin. Crimin. Carol. art. 160.* in verbis initialibus: So aber der erſte Diebſtahl groß/ und fünff Gülden oder darüber werth were/ &c. ubi apertiſſimè furtum quinque ſolidorum dicitur magnum. Pro magno autem furto Reum ſuſpendio puniri, extra dubium eſt.

108 Contrarium verò apparet ex §. *1. dict. Conſt. 32. in verb.* über fünff der beſten Vngariſchen Gülden werth/ ꝛc. Et §. Wann dann einer. In verb. trügen nicht über fünff Vngariſcher Gülden. Unde ſequitur, furem tunc demum ſuſpendio puniri, ſi ultra quinque aureos Ungaricos furatus fuerit. Quæ verba, quia cum prioribus pugnant, & quæſtionem hanc dubiam reddunt: In dubio verò mitior ſententia eligenda ſit, *l. perſpiciendum. 11. l. pen. ff. de pœn. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. fin. n. 2.* Utique & ſecundum hanc poſteriorem ſententiam pronunciandum, & *verba Conſtit. ſupra adducta* ita explicanda eſſe puto, perindè ac ſi Illuſtriſſimus Conſtituens dixiſſet, furem ſuſpendendum eſſe, qui quinque Ducatos & ultra abſtulit. Inque eo magis, quod particulam *(Vel)* pro conjunctiva ſæpiùs interpretari liceat, *l. ſæpè. l. cum quidam. ff. de verb. ſignif.*

109 *Hocq; ipſum eſt quod Scabini ſententiis ſuis hæc verba inſerere ſolent:* Vnd ſolche Deuben über fünff Gülden/ das ſeyn fünff Gülden Vngariſch deß beſten Goldes/ außtragen thäten/ ꝛc.

110 *Clarius ita nuperrimè pronunciavimus Prætori Zittavienſi:* Wird T.Z. beſchuldiget/ daß Er vorm Jahr auff offentlichem Jahrmarckt einem in die Hoſen gegriffen/ und einen Beutel/ darinnen 5. Vngariſche Ducaten *in ſpecie* geweſen/ herauß gezogen/ dieſelbe zu ſich genommen unnd verthan. Ob nun wohlgedachter T.Z. des Diebſtals geſtändig/ ſich auch ſolches in der Erkundigung alſo befindet/ ꝛc. So mag er doch geſtalten Sachen nach/ weil die Deube vber fünff *Soliden* ferner nichts außträgt/ mit dem Strange am Leben nicht geſtrafft werden/ Er wird aber gleichwol wegen ſeiner Verbrechung mit Staupenſchlägen euer Gerichte ewig verwieſen/ V. R. W. *Menſe April. Anno 1639.*

In caſu haud multum diſſimili ita pronunciavimus Quæſtori in Hayn/ *ubi hæc verba ſententiæ fuerunt inſerta:* **Dieweil aber dennoch dieſes die fünff** *Soliden*, **gar genau außträgt/ ꝛc.** *Menſe Iun. An. 1630.*

Exinde porrò hoc ſequitur, furem qui præciſè partem dimidiam quinque ſolidorum , nil verò amplius furatus eſt, ne quidem fuſtigatione, ſed relegatione ſolummodo puniendum eſſe, eò, quod *Conſtit. Elect. 32.* fures tunc demum fuſtigari velit, ſi furtum dimidiam partem quinque ſolidorum excedat. §. ferner da der erſte. *In verb.* **Vnd doch über den halben Theil derſelbigen würdig/ ꝛc.** 111

Quod & uſu ſic obſervatum memini.

QVÆSTIO LXXIX.

De pœnâ furti commiſſi cum effractione.

SUMMARIA.

1.*Effractio ſeu apertura furtum aggravat, n. 2. 18.*
3.Modò *effractio illa ſit violenta & ſeditioſa.*
4.*Per ejusmodi effractionem pax publica turbatur.*
5.*Pœna furti cum effractione violenta comiſſi, quænam ſit? n. 7. 8. 10.*
6.*Quænam dicatur effractio violenta & ſeditioſa? n. 32. 33.*
9.*Vis publica & crimen fractæ pacis ab invicem differunt.*
11.*Furtum etiam modicum cum effractione violentâ commiſſum, ſuſpendio punitur.*
12.Sententia *Scabinorum Lipſenſium, n. 13.*
14.*Quod & obtinet in furto perpetrato à pluribus conſociis.*
15.*Reſponſa* Scabinorum Lipſenſium.
16.*Pœna furti commiſſi cum effractione leviori, n. 17. 19. 20. 21. 22. 24. 25. 30.*
23.*Pœnæ debent correſpondere delictis.*
26.Literæ *Scabinorum ad Illuſtriſſ. Dn. Elect.* Saxon *n. 27. 28.*
29.*Sententiæ* Scabinorum *Lipſenſium.*
31.*Benè diſtinguendum eſt inter effractionem violentam & non violentam.*
34.An *effractio horrei & tugurij ſit violenta & ſeditioſa?*
35.*Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
36.*Quando effractio ciſtæ vel arca habeatur pro violenta & ſeditioſa? n. 38.*
36.*Reſponſa Scabinorum Lipſenſium, n. 39.*
40.Apertura *clave adulterina facta non eſt effractio violenta & ſeditioſa? n. 41.*
42.Sententiæ *Scabinorum Lipſenſium.*
43.Conſciſſio *tecti straminei non eſt violenta effractio, n. 44.*
45.*Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
46.*Quid de furibus habendum, qui tegulus in tectis defringunt & evellunt.*
47.*Reſponſum* Scabinorum Lipſenſium.
48.*Furtum committens conſcendendo ædes, an indifferenter ſuſpendio puniri debeat? n. 49. 50. 51. 52. 54.*
53.*Sententiæ Scabinorum Lipſenſium? n. 55.*
56.*Effractio violenta absq́; contrectatione non punitur ſuſpendij pœnâ, n. 57. 58. 59.*
60.*Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
61.Pœna *ejus qui ſeras & clauſtra effringit atq́; furatur, n. 63.*
62.*Sententiæ Scabinorum* Lipſenſium, *n. 64.*

INter varias furti diviſiones in terris Saxonicis eam potiſſimum attendendam eſſe, qua furtum dividitur in *ſimplex & conjunctum cum effractione*, juxta *artic. 159. & 160. Ordinat. Crim. Carol.* dixi *quæſtione præcedenti.* Explicata igitur pœna *furti ſimplicis* dicendum jam eſt, quomodo *furtum cum effractione* commiſſum puniri debeat.

Certum autem eſt, furtum hoc propter effractionem adhibitam longè gravius eſſe ſimplici 1 furto; cùm fractura vel apertura delictum aggravet, *Paul. de Caſtr. in* Auth. *ſed novo jure. nu. 5.* C. *de ſerv. fugitiv. & nu. 9. verſ. quidam verò ſunt improbiores.* Alexan. *conſ. 135. num. 5. ſub fin. verſ. inſpecta qualitate delicti. vol. 1.* Proſper. *Far. part. 7. oper. crim. quæſt. 167. n. 27. Iacob.* Menoch. *de arbitr. jud. qu. lib. 2. caſ. 299. n. 5. Nicol. Boer. deciſ. 173. n. 4.* Unde & fures effractores (ita namque vulgò appellari ſolent, *Cœpoll. in* Auth. *ſed novo jure. nu. 53. verſ. improbiores etiam fures. C. de ſerv. fugitiv. Iacob. Boulen. in repet. l. capitalium. §. famoſos. nu. 18. verſ. quidam ſunt fures. ff. de pœn. Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. c. 110. n. 47.*) non habito reſpectu 2 & differentia furti magni aut modici, regulariter furca ſuſpenduntur, *Iacob. de Bellovis. in pract. crimin. c. 10. n. 22. verſ. Si autem ſit modicum. & n. 27. lib. 1.* Matth. *Berlich. part. 5. concl. 43. n. 73.*

Quamvis hoc propriè de effractione violenta 3 & ſeditioſa accipi debeat, ſiquidem non omnis apertura & effractio in tantum aggravat furtum, ut ſuſpendii pœna pro hoc ſit Reo imponenda, ſed ea demum delictum hoc atrox reddit, & pœnam auget, quæ cum violentiâ vel coadunatis hominibus & armata manu perpetratur, *Nicol.*

Boer. deciſ.137.in pr.& n.8.verſ.Si verò cum turba.Guid.Papæ deciſ.422. Proſp. Farin. dict. quæſt. 167.nu.23. & 28. Et per quam publica pax aliquo 4 modo turbatur: ut haud obſcurè colligi poteſt ex *tit.27.§.ſi quis quinq; ſolidos.F.2.Iul.Clar.lib.5.ſentent.§ furtum.n.7.Henr.Bocer.in tract.de furt.c.1. v.61.Jacob* Menoch.*de arbitr.jud.quæſt.caſ.295.n.13.* Simplex verò effractio abſque violentia, aut turbatione pacis mortis pœnam per ſe non meretur, *Nicol.Boer.deciſ.173.n.1.& ſeq.Proſp. Farin. dict.quæſt.167.n.27.Anton.Gomez. de delict.cap.5.rubr.de furt.n.12.Jacob.Menoch.dict. lib.2. caſ.296.n.13.& caſ.299.n.4.& 5.* Quare ut differentia hæc effractionis probè notetur, & quando ob effractionem ſuſpendii pœna Reo ſit infligenda, rectius dignoſcatur, quæſtionem hanc duabus diſtinctis regulis tractare fert animus.

Q.1. Quænā ſit pœna effractionis violētæ & ſeditioſæ?

Prima Regula eſt: Furtum cum effractio-5 ne violenta & ſeditioſa commiſſum, ſuſpendii pœna indifferenter punitur.

Effractionem appello violentam & ſeditioſam, quæ fit cum armis, magna adhibita violen-6 tia, ex qua facilè ſeditio oriri poſſet, & unde la-,, trocinium à fure cum telo accedente metuen-,, dum, vulgò dicitur, Ein gefliſſener gefährlicher ” Diebſtahl/*art.159.Ordin.Crim.Carol.* Quo ipſo ” vis publica committitur. Ita namque publica vis à privata diſtinguitur, quod illa cum armis, puta eorundē detentione, geſtatione, uſuve violento; Hæc autem ſine armis fiat, *Accurſ. & Dd. in l.1.ff.de vi publ.l.3.§.1.ff.eod.tit.Nov.85. c.1.3.4.Tiber.Decian.in tract.crim.lib.8.c.2.n.2. Bertaz.conſ.crim.73.num.3.Petr.Theod.in Colleg. Crim.diſp.6.th.7.lit.D.*

7 At dixerit aliquis, ſi per ejuſmodi effractionem vis publica committitur, fures effractores, pœnam; in violatores pacis publicæ ſtatutam, meritò ſuſtinebunt, quæ eſt gladii, non etiam ſuſpendii. Violatores ſiquidem pacis publicæ, ſi deprehendantur, gladio puniri, extra dubium eſt, *l.fin.ff.de re milit.Receſſ.Auguſt.ſub Imper.Ferdinand.I.Anno* 1555. §. Wir ſetzen/ ordnen. *verſ.* wo ſie in Gefängnüß kommen/2c. *Ordin.Crimin. Carol.art.128.& 129.ubi Matth.Steph. Ord. Provinc.Saxon.Elect.pag.66.* Ibi: Sondern wenn ſie gefänglichen einbracht/ ſo ſollen Sie mit dem Schwerdt gerichtet werden/ *&c. Art.13.lib.2.* Landrecht. *Conſt.Elect.13.part.4.in pr.Dan.Moll. nu.5. Andr.Gail.lib.1.de pac.publ.c.1.n.6. Domin. Arum.ad Aur.Bull.diſp.6.th.16.*

8 Cui reſpondeō, pœnam gladii adverſus fractores pacis publicæ proditam eſſe, quorum pœna aliàs etiam eſt Bannum Imperiale, *Ordin. Camer.part.2.tit.9.Receſſ.Imper.Wormat.ſub Carolo V. Anno 1521.lit.* Die Peen aller Friedbrecher. *Receſſ.Auguſt.An.1548.§.* ferner zu noch mehrer beſtändiger/2c. Id quod clariſſimè apparet ex verb. *Ordin.Provin.Saxon.pag.67.* Als öffentliche des Heil. Reichs unnd ihrer Liebden/ Landfriedbrecher mit dem Schwerdt vom Leben zum 9 Tode ſollen geſtrafft werden/2c. Atqui differunt ab invicem vis publica, & crimen fractæ pacis: Expediti enim juris eſt, non omnem vim publicam eſſe fractam pacem, licet è contrario omnis fracta pax ſit vis publica. Id quod ex *tit. ff. & C.ad Leg.Jul.de vi publ.* manifeſtum redditur, ubi variæ ac multæ ſpecies vis publicæ recenſentur; quæ tamen ad Conſtitutionem fractæ pacis non pertinent, ſed aliis ac mitioribus pœnis coercentur, *Andr.Gail.lib.1.de pac.pub.cap.7.n.19.Dec. in cap. at ſi clerici.in pr.n.6.de jud.Hier. de Mont. var.jur.quæſt.19.n.30.& ſeq.Nicol.Reuſn.lib.4.deciſ.17.n.7.* Proinde licet effractione violenta vis publica committatur; attamen in crimen fractæ pacis hoc delictum non incidit. Adeoque nec fures effractores pœna gladii, quæ violatoribus pacis publicæ definita eſt, tenentur, ſub ſuſpendio puniuntur. Quia enim vis hæc publica, per effractionem violentam & ſeditioſam commiſſa, in crimen furti incidit, utique & eadem furti pœna haud immeritò coercetur. Quod & accidit in aliis criminibus publicis, ut latrocinio, homicidio, rapina, &c. quorum Rei, licet vim publicam faciant, peculiaribus tamen pœnis delictorum afficiuntur.

Hæcque pœna ſuſpendii in fures effractores 10 expreſsè ſtatuta reperitur in *Sanct.Carolina Crimin art.159.* In verb. So iſt doch der Diebſtahl/ darzu als obſtehet/gebrochen/oder geſtiegen wird/ ein gefliſſener gefährlicher Diebſtahl/ſo iſt in dem Diebſtahl/ der mit Waffen geſchicht/ einer Vorgewaltigung und verletzung zu beſorgen/ darumb in dieſem fall der Mann mit dem Strang/2c. geſtrafft werden ſoll. Et *in art.160.in fin.* Ibi: Wo aber der Dieb zu ſolchem Diebſtahl geſtiegen/oder gebrochen/oder mit Waffen/alß vorſtehet/geſtohlen hätte/ſo hätte er damit/wie obſtehet/das Leben verwircket. Quæ pœna poſtmodum repetita eſt in *Conſt.Elect.32. §.* Weren denn/2c.*pag.4.* hiſce verb. Weren denn auch ſolche Diebſtähle alle/oder eines theils/ mit Einbrechen geſchehen/ ſo ſol der Dieb mit dem Strange/in maſſen in der peinlichen Reichsordnung ſanciret und verſehen/ geſtrafft werden 2c. Quos textus omnes de effractione violenta & ſeditioſa exaudiendos eſſe, clariſſimè patet ex verbis *artic.159. Ordin.* Crimin. So iſt in dem Diebſtal/ der mit Waffen geſchicht/ einer Vorgewaltigung und verletzung zubeſorgē/ *&c.* Ad quem textum ſeſe referunt verba *ſubſequentis articul.160.* Wie obgemeldt/ſcil. *in artic. 159. præced.* Nec non *Conſt.Elect.32. §.* Wenn denn. Ibi: In maſſen in der peinlichen Reichs-ordnung ſanciret unnd verſehen. Illud verò hîc 11 probè notandum, in furto cum effractione violenta commiſſo, nequaquam rationem habendam eſſe valoris ac magnitudinis furti, an magnum nempe hoc, an verò parvum ſeu modicum fuerit; quia potiſſimum ipſa effractio violenta hoc caſu conſideratur, & ſuſpendio punitur. Adeoq; etiam modico furto cum violenta effractione commiſſo, pœnam hancce obtinere, ambigendum non eſt: Quod & clariſſima verba *art.159.Ordin. Crimin.Carol.* innuunt: Solches ſey der erſte oder mehr Diebſtal/auch der Diebſtahl groß oder klein/ 2c. quare dixi in *Regula ſupra poſita*, furtum hoc indifferenter ſuſpendio coerceri. Inque hoc ipſo furtum cum effractione commiſſum verè differt à ſimplici furto, quod haud laqueo punitur, niſi valorem quinque ſolidorum excedat: Sublata enim hac differentia, diſtinctionis huius nullus alius exiſteret uſus.

Ac licet *Conſt.Elect.32.part.4.* pro furto mo- 12 dico, cum effractione commiſſo, laquei pœna expreſſis verbis ſancita non reperiatur; Attamen cum verba *Conſt. in* §. Weren denn auch/ &c. generaliter loquantur; quin ea etiam generaliter ac indifferenter de omni furto accipi debeant, dubium non eſt. Idque eò minus, quod *Conſt. Elect.* expreſsè ſeſe referat ad Sanctionem Carolinam, quæ ob modicum quoque furtum effractorium ſuſpendii pœnam infligi jubet verbis ſat manifeſtis, *dict. art. 159.*

12 *Hanc regulam uſu & praxi receptam eſſe, infinita ferè probant præjudicia Dn. Scabinorum, qui haud rarò ſententiis hæc verba ſolent inſerere:* Da nun berürte Deuben vber fünff *ſoliden*, das ſeyn fünff Gülden des beſten Vngariſchen Goldes/ außtragen thäten/ oder aber ſonſten mit gewaltſahmen Einbrechen geſchehen wäre/ und der Gefangene uff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor peinlichem Halßgerichte freywillig beharren/ oder des ſonſten wie recht vberwieſen würde/ So möchte er wegen ſolches gefliſſenen und gefährlicher Weiſe begangenen Diebſtahls/ mit dem Strange vom Leben zum Tode gerichtet/ und geſtrafft werden/ V. R. W. *Pratori Lipſenſi. M. Iun. An. 1598.*

13 *Quæſtori Coldicenſi M. Sept. An. 1601.*

In caſu ſimili pronunciarunt hiſce formalibus: Ob nun wol der Jenige/ welchem berührtes Viehe dieblichen entwendet/ ſolches in der Nachfolge wieder bekommen/ dieweil aber dennoch beyde Deuben/ gefährlicher Weiſe/ mit gewaltſamen Einbrechen geſchehen/ *&c.* So wird er auch/ wofern Er auff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder des ſonſten wie recht vberwieſen würde/ nach Schärffe der Rechte/ mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft unnd hingerichtet/ V. R. W.

Henrico à Schauroth. *M.* Majo, *An. 1622.*
Stellano ab Holtzendorff. *M. April. An. 1604.*
Quæſtori Dreſdenſi. M. Iun. An. 1621.

14 Neque ſolùm in furto unius Rei delinquentis hæc regula vera eſt, ſed & delicto hoc à pluribus ſociis criminis ſimul commiſſo, ſibi locum vendicat. Si enim furtum à pluribus cum effractione ædium vel tabernarum violenta factum fuerit, omnes ac ſinguli laqueo ſunt puniendi, etiamſi cujusq; portio valorem quinque ſolidorum non attingat, ſecundum Sanctionem Criminalem Caroli V. Imper. in *art. 159.* qui generaliter loquitur; adeoque & generaliter intelligi debet, *l. de pretio. ff. de publ. in rem action. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. proſt.* Veluti etiam Sanctio Carol. expreſſis verbis ad hunc caſum extenditur ab Illuſtriſſ. Dn. Elect. Saxon. in C*onſtit. 32. §.* Vnd wo ihr/ &c. In verb. fin. Jedoch wenn ein ſolcher Diebſtahl mit Einbrechung geſchehen/ ſo mögen und ſollen ſie nach der Reichs-Conſtitution/ in der peinlichen Halßgerichts Ordnung begriffen/ am Leben mit dem Strange geſtrafft werden/ ꝛc. *part. 4.*

15 *Sicuti pronunciatum in Scabinatu ad requiſitionem Senatus* Coldicenſis, *Menſ. Mart. An. 1582.*
Quæſtoris Coldicenſis. M. Auguſt. An. 1582.

16 *Altera eſt regula*: Furto commiſſo cum effractione, quæ violenta aut ſeditioſa non eſt, fures effractores ſuſpendio non puniuntur, niſi ultra quinque ſolidos furati fuerint.

Accidit enim ſæpiſſime, ut fures, quo furtum facere queant, horrea, tuguria, ſive caſas ruſticas, aliavè loca non adeò benè munita ac firmata, non armis aut vi magna adhibita, ſed manibus ſolummodò rumpant, & effringant, qualis effractio cum pro violenta & ſeditioſa haberi nequeat, ut ex qua nec latrocinium, nec ſeditio metuenda, dubitari poteſt: *an & ea ſuſpendio punienda & coercenda ſit, etiamſi furtum tantummodo modicum fuerit commiſſum?*

Q. 2. Quomodo puniri debeat furtũ commiſſum cũ effractione, qua tamen violẽta aut ſeditioſa nõ eſt?

Id quod abſque dubio plurimi affirmare non verentur, commoti generalitate verborum in *artic. 159.* So aber ein Dieb in vorgemelten ſtälen jemandes bey Tag oder Nacht in ſeine Behauſung oder Behaltung bricht/ oder ſteiget/ *Et poſtea:* 17 Solches ſey der erſte oder mehr Diebſtahl/ auch der Diebſtahl groß oder klein/ *&c. Iunct. verſ.* Darumb in dieſem Fall/ der Mann mit dem Strang/ *&c.* Et *art. 160. Ordin. Crim. Carol. in fin.* Wo aber der Dieb zu ſolchem Diebſtahl geſtiegen oder gebrochen/ oder mit Waffen/ als vorſtehet/ geſtehlen hätte/ ſo hätte er damit/ wie obgemeldet/ das Leben verwircket/ *&c.* *Conſtit. Elect. 32. §.* Wären denn auch ſolche Diebſtähle alle/ oder eins theils mit Einbrechen geſchehen/ ſo ſoll der Dieb mit dem Strange/ Inmaſſen in der peinlichen Reichsordnung *ſanciret* und verſehen/ geſtrafft werden/ *part. 4.* Qui textus cum generaliter loquantur, & fures effractores etiam ob furtum minimum laqueo ſuſpendi jubeant; utiq; & de omni effractione, tàm violenta & ſeditioſa, quàm ſimplici & non violenta eosdem exaudiendos, & fures effractores indifferenter, ſive armata manu, ſive non, fores aut clauſtra effregerint, ſuſpendendos eſſe, haud abſurde quis dixerit. 18 Quippe quòd omnis apertura vel fractura furtum aggravet, prout docent *Paul. de Caſtr. in Auth. ſed novo jure. num. 5. verſ. ſicut effractura. & num. 9. verſ. quidam verò ſunt improbiores. Alexand. conſ. 135. n. ult. verſ. inſpectâ qualitate delicti. vol. 1. Matth. Berlich. part. 5. concl. 43. n. 72. Dan. Moll. ad Conſt. Elect. 32. n. 13. & 14 part. 4. Jacob. de Bellov. in pract. crim. c. 10. n. 22. & 27. lib. 1. Matth. Steph. ad art 159. Ordin. Crim. Carol.* Delicto verò aggravato, pœna quoque exaſperanda eſt, & ſic indifferenter fures effractores ſuſpendio erunt puniendi. Quod & prædicti Doctores ſenſiſſe videntur.

19 Sed nimium rigoroſa & ſevera eſt hæc opinio, à qua totus abhorreo, pœnamque ſuſpendii hoc caſu ad effractionem tantummodò violentam & ſeditioſam reſtringendam eſſe arbitror. Idque eò magis; quod *Electorales* Saxon. *Scabinos* mecum conſentire ſciam, exiſtimantes, ob furtum cum effractura levi, nulla adhibita violentia commiſſum, ſi hoc valorem quinque Ducatorum Ungaricorum non attingat, pœnam mortis nequaquam Reo infligendam eſſe. Quorum ſententia uti benignior, ita quoque verior eſt, & textibus ac ratione juris ſatis munita.

20 *Primò*: Negari non poteſt, Sanctioni Carolinæ de furibus ſuſpendendis cauſam & anſam dediſſe Conſtitutionem Friderici Imper. in *c. 1. §. ſi quis quinque ſolidos. 5. tit. de pac. tenenda, & ejus violator. 27. Feud. 2.* qua fur laqueo ſuſpendi jubetur, qui ſolidos tantùm quinque furatus eſt. Ubi per ſolidos quinque populariter ſignificantur tantum quinque aſſes ſive groſſi Miſnici,

non ſolidi aurei, **Goldtgülden**/ ut rectè ſentit *Joan.Borcholt.de pact.c.2.n.14.ex §.ſi quis Ruſticus dict.tit 27.* ubi gladius ruſtici æſtimatur ſolidis viginti. Veriſimile autem non eſt, quod Ruſticus viginti aureis florenis emptum geſtarit gladium. Quum verò non præſumendum, ob pretium tam modicum fures ſuſpendij pœna plecti voluiſſe Fridericum Imperatorem, ejusdem Conſtitutionem, & ut opinor rectiſſimè, Dd. de furibus ſolum effractoribus interpretati fuere. Quam ſecutus Imper. Carolus V. indifferenter fures effractores ob furtum etiam minimum ſuſpendere juſſit, *art.159. Ordin. Crim.* adeoque Sanctio hæc Carolina abſque dubio ex *Conſt. Friderici* originem traxit.

21 Jam verò, ſi quis accuratioribus oculis verba *Conſt. Frider.* inſpexerit, is certe, non niſi de effractione violenta & ſeditioſa eam accipiendam, nec ad quamvis indifferenter effractionem extendendam eſſe, deprehendat. Agitur enim ibidem de furto ſeditioſo, quo pax publica turbatur: ſiquidem tota illa *Frider. Conſt.* de pace publica conſervanda, & ſeditione impedienda loquitur, ut probè animadvertit *Jul. Clar. lib.5. ſent. §.furtum.num.7. Henric. Bocer. in tract. de furt.cap.1. num.61. Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt.lib.2.caſ.295.num.13. Johan. Borcholt. dict. cap.2.num.14.* Unde haud improbabiliter colligendum, *Friderici Imp.* mentem aliam non fuiſſe, quàm ut furtum tantummodò cum violatione pacis conjunctum, ſuſpendio puniatur, prout ita verba Friderici explicant *Jodoc. Damhoud. in prax.rer. crim. c.*110.*num.41.verſ. verum hoc intelligas oportet. Jacob. de Bellovіſ. in pract.crimin. lib.1.cap.10.num.51. Angel. Aretin in tract. malef. in verb. veſtem cæleſtem.num.12. Anton. Gomez. in §.ex malefic.Inſt.de action.num.3. & 5. Alvarott. in cap.1.§.ſi quis quinque.5.tit.de pac.tenend.nu.1. Ludovic. à* Peguer.*deciſ.27.n.4. Menoch. dict. caſ. 295.n.13.* Ex quo ſequitur, nec Sanctionem Carolinam, ut quæ ſurrogata eſt in locum *Conſt. Frider.* aliter explicandam, neque ad quamvis effracturam levem extendendam eſſe.

22 *Secundò:* Neque Sanctio Carolina ſemper ac omnibus indifferenter furibus effractoribus pœnam ſuſpendii imponit, ſed eos quandoque oculorum effoſſione, manus amputatione, aliavè pœna corporis afflictiva arbitraria puniri jubet, in *artic.159.verſ.* **Darumb in dieſem Fall/ ꝛc.** In verb. **Der Mann mit dem Strang/ unnd das Weib mit dem Waſſer/ oder ſonſt nach Gelegenheit der Perſon/ und Ermeſſigung des Richters/ in andere Wege mit Außſtechung der Augen/ oder Abhauung einer Hand/ oder einer andern dergleichen ſchweren Leibesſtraffe geſtrafft werden ſoll.** Quæ verba ſi ad proximè præcedentia referantur, clariſſimè apparet, ex mente Caroli V. Imper. fures effractores non ſemper propter effractionem ſuſpendendos, ſed aliis etiam pœnis corporis afflictivis, plectendos eſſe; Quum verò ob effractionem violentam ac ſeditioſam pœnam laquei ſibi locum vendicare, antea probatum dedi; ſequitur inde, fures ob furtum modicum cum levi quadam effractura, abſque magna tamen violentia perpetratum, ad eandem pœnam haud quaquam condemnandos, ſed ſeveritate ac rigore nimio ſepoſito, fuſtigandos, ac in perpetuum relegandos eſſe; quia pœnæ debent correſpondere delictis, *l. perſpiciendum.11.in pr.l.hodie.13.ff.de pœn.l.ſacrilegÿ.6.ff.ad* 23 *Leg.Jul.pecul.l.ſancimus.22.C.de pœn.l.Pædius.4. §.Divus.1.ff. de incend.* longè ſiquidem gravius eſſe crimen furti cum ſeditioſa ac violenta, quàm levi quadam effractura commiſſi, nemo inficias ire poteſt; eoque gravius hoc delictum videtur eſſe, quò major vis publica in jure eſt vi privata, quæ abſque armis committitur, *l. hoc jure.ff. de reg. jur.*

Tertiò: Benè perpendenda ſunt verba *art.* 24 *162. Ordin.Crim.Carol.* **Das iſt ein mehrer verleumbder Dieb/ unnd auch ſeinen Vorgewaltiger gleich geachtet/ und ſoll darumb nemblich der Mann mit dem Strange/ und die Frau mit dem Waſſer/ oder ſonſt in andere Wege/ nach jedes Landes Gebrauch/ vom Leben zum Tode geſtrafft werden.** Ubi fur ob furtum ſecunda vice reiteratum ſuſpendi jubetur, propterea, quod æquiparetur furi effractori violento & ſeditioſo, cujus pœna eſt ſuſpendium, juxta *artic. 159. Ordin. Crimin.* Hinc ita argumentari licet: Ille fur effractor laqueo demum ſuſpendendus eſt, cui fur famoſus, & de tribus furtis convictus æquiparatur. Jam verò hic omni effractori nequaquam æquiparatur, ſed tantummodò furi effractori violento & ſeditioſo, *dict. artic.162.* In verb. **Einen Vorgewaltiger/ ꝛc.** Ergò non omnis fur effractor, ſed is demum, qui violentia magna adhibita & manu armata ædes & clauſtra rupit & effregit, ob effractionem ſuſpendio puniri debet.

Quartò: Huc etiam faciunt verba *artic. 159.* 25 *Ordin. Crimin.* **oder Behaltung bricht/ oder ſteiget/ oder mit Waffen/ damit er jemand/ der Ihme Widerſtand thun wolte/ verletzen möchte.** Et poſtea: **Ein gefliſſener gefährlicher Diebſtal/ ſo iſt in dem Diebſtahl der mit Waffen geſchicht/ einer Vergewaltigung/ oder Verletzung zubeſorgen/ ꝛc.** Ubi ſemper fur effractor, conjungitur uno ferè contextu verborum, cum latrone ſeditioſo, ipſumque furtum cum effractione commiſſum dicitur periculoſum, quod nempe ex eo ſeditio & latrocinium ſit metuendum. Unde colligitur, fures effractores laqueo tum demum ſuſpendendos eſſe ob furtum minimum; ſi effractio fuerit ſeditio, violenta & vi armata peracta.

26 Quibus commoti ſententiam hancce amplexi ſunt *Domini Scabini*, & in eadem perſeverarunt, cum ex aula Electoris Chriſtiani I. deſuper requirerentur, inſertis rationibus literis reſponſoriis, quarum tenorem hic apponere placet: P.P. **Ewer Churfürſtl. Gn. gnädigſtes Schreiben und Befehlich an dato Dreßden/ den 4. Maij/ dieſes 1591. Jahres/ iſt uns zu ſampt unſern zugeſchloſſenen Urthel/ die im Ampt Meiſſen/ beyde Gefangene/ Urban Günthern/ unnd Peter Kneuffeln/ belangen/ den 7. deſſelben Monats zukommen/ welchen wir mit gebührender ſchuldiger Ehrerbietung angenommen/ und deſſen Inhalt in unterthänigkeit verleſen/ auch demſelben zu gehorſamer Folge/ die uns hiebevorn von dem Schöſſer zu Meiſſen überſandte Frage**

neben denen Beylagen / von neuem ſämptlich durchſehen / und mit Fleiß erwogen. Ob nun wol die geſtohlene Stücke von denen Perſonen / ſo ſie verlohren auff 4. gute Schock / 24. Groſchen / 6. Pfenninge angeſchlagen / und alſo mit den *25.* Gülden baares Geldes über 35. fl. außtragen / dieweil aber die beyde Gefangene ſolcher angegebenen Stücke nicht aller geſtändig ſeyn wollen / ſondern ſich allein zu etlichen bekandt / und derſelben werth ſich dem gemachten Anſchlage nach / nur auff 7. fl. zehen Groſchen 6. Pfenninge erſtrecket / der 25. fl. halben aber nichts außgeſagt / und dieſelbe in dem überſandten Verzeichnüß in die Summa nicht mit eingezogen / ſondern übergangen / und auſſengelaſſen / auch auß des Schöſſers Bericht nicht zuerſehen geweſen / ob die Gefangene auff ſolche 25. Gülden außdrücklich und in ſpecie befraget worden / So haben Wir es dafür geachtet / daß es vielleicht mit ſolchem Gelde noch zweiffelhafftig / ſonderlich weil auch darvon / auſſerhalb der beſtohleuen Perſonen Anzeige / keine andere gründliche Nachrichtung vorhanden geweſen / unnd derowegen in ſolchem Zweiffel weder auff die Todtes Straff / noch die Tortur / fürnemblich / weil auch der Schöſſer darauff außtrücklich nicht gefraget / erkennen können: *cum ſententia debeat eſſe conformis petitioni, nec judex ultra petita pronunciare teneatur*, Und haben demnach unſer Erkäntnüß allein anff das jenige / ſo die Gefangene in ihrer Außſage geſtanden / gerichtet / &c. Ob auch wol des Heil. Röm.
Reichs Peinliche Halßgerichtsordnung / deß-
27 gleichen Ew. Churfürſtl. Gn. Conſtitution, ſo
,, ſich auf ſolche Ordnung referiret / auf den Dieb-
,, ſtahl / ſo mit Einſteigen oder einbrechen geſchehẽ /
,, er ſey gleich groß oder klein / die Todesſtraff ver-
,, ordnet / ſo iſt doch ſolche *Diſpoſitio* nicht *præciſè*
,, auff die *pœnam capitalem* alleine / ſondern *alter-*
,, *native* auff andere Leibesſtraff gerichtet / dahe-
,, ro dañ die alten Schöppen zu Leipzig auch in de-
,, nen Fallen / da der Diebſtahl mit einbrechen / oder
,, einſteigen geſchehen / die Vrthel nichts weniger
,, auff die fünff *Soliden* gerichtet / in Anſehung / daß
,, ohne das die ordentliche Straff des Diebſtals
,, *pœna exorbitans*, und nach ſchärpfe der Rechte
,, eingeführet worden / denẽ auch Ew. Churf. Gn.
,, Schöppen / ſo vor dieſer Zeit in dieſen Schöppen-
,, ſtuhl geweſen / gefolget / darumb wir es bey ſolchẽ
,, gebrauch bißhero auch bewenden laſſen: *Cũ conſuetudo optimus ſit legum interpres, nec facilè à recepta de jure reſpondendi conſuetudine recedendum. Qua ratione veteres etiam Juriſconſulti in compluribus reſponſis uſi ſunt.* Auß dieſen Vrſachen haben wir auch dißmahl in Mangel beſſers Berichts zu einem andern Vrthel nicht kommen können / da aber der Schöſſer zu Meiſſen / uns nochmals gründlich berichten wird / wie es umb die 25. Gülden eygentlich bewand / ob die Gefangene darauff befraget / und ob ſie daſſelbige geſtanden oder verneinet / ſo wollen Wir uns alſo dann mit fernern rechtmäſſigen Erkäntnüß der Gebühr zuerzeigen wiſſen. Welches Ew. Churfürſtl. Gn. nebens Vberſendung der Fragen / und Beylagen / ſo wol auch unſers geſprochenen Vrtheils / Ew. Churfürſtl. Gn. gnädigſten Begeren nach / wir hiermit vermelden ſollen / und ſeyn Ew. Churfürſtl. Gn. unterthänigſte / gehorſambſte Dienſte jederzeit zu leiſten ſchuldig unnd willig. Datum Leipzig / den 15. Maij / An. 1591.

Quamvis autem hæ literæ generaliter loquantur de effractione, attamen quin de levi tantummodò effractura, absque magna violentia & armis peracta, intelligi debeant, dubium eſſe nequit, perpendenti & conſideranti antea dicta & ſententias *Scabinorum* ſupra allegatas, ex quibus manifeſtum redditur, ob furtum etiam minimum valorem quinque ſolidorum non attingens, cum effractione autem ſeditioſa ac violenta commiſſum, pœnam ſuſpendii eos dictare conſueviſſe. 28

Idq; ipſum etiam luculenter probat pronunciatum Scabinorum ad requiſitionem Quæſtoris in Meiſſen, *M. April. An. 1591. cujus rationes ab Illuſtriſſimo Dom. Elect. fuerunt petitæ.*

29 *Hancq; ſententiam in caſu levioris effracturæ ſeu aperturæ, etiam num in pronunciando ſequuntur Domini quotidiè:* Da nun der Diebſtal gewiß / und in Warheit dem Angeben nach / mit Einbrechen geſchehen / und deß Geldes zum wenigſten vber fünff *Soliden* geweſen / und der Gefangene auff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren / oder des ſonſten wie recht überwieſen würde / ſo möchte er mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft werden / V. R. W. *Furſtenvvaldam.*

Ad requiſitionem Hiobi à Carlewitz. *M. Mart. An. 1603.*

Sondersleben / *ad conſultationem* Præfecti. M. *Novemb. An. 1625.*

Ad petitionem des Schulverwalters zur Pforta. Menſ. *Septembr. An. 1628.*

Caroli Spiegels. Men*ſe Auguſto, An. 1626.*

Quæſtoris Oſtrenſis Menſ. Mart. *An. 1629.*

Quæſtoris Coldicenſis. Menſ. *Decembr. Anno 1629.*

Johannis Hölzels / *Præfecti in* Hartenſtein. Menſ. *Februar. Anno 1623. In qua poſteriori ſententia, Reo effractori fuſtigatio cum perpetua relegatione fuit dictata.*

30 Neque huic quidquam adverſantur *artic. 159. & 160. Ordinat. Crim. Carolin. & Conſt. Elect. 32. §.* Weren denn auch / *&c. part. 4. Siquidem* omnes illi textus de effractione violenta & ſeditioſa ſunt exaudiendi, ut antea pluribus probavi, & apparet hoc ipſum luculenter, vel ex ſolis verbis *artic. 159.* **Ein gefliſſener gefährlicher Diebſtahl / rc.** Ad quem articulum reliqui textus expreſſis verbis ſeſe referunt. *Deinde* & hoc notandum, quod in *dict. art. 159.* non ſolùm pœna ſuſpendii, ſed etiam effoſſio oculi, amputatio manus, aliævè pœnæ corporis afflictivæ pro arbitrio judicis in fures effractores ſtatuantur. Tantùm igitur abeſt, *artic. 159.* huic ſententiæ adverſari, ut potius ea ipſa ex hoc textu haud obſcurè probari queat.

Quum itaque tanta ſit differentia effractionis, ut ob furtum etiam minimum, cum effractura ſeditioſa ac violenta perpetratum, fur ſuſpendatur, propter levem verò effractionem Reus pœnam mortis non ſubeat, niſi ultra quinque Ducatos Ungaricos furatus fuerit, neceſſe eſt maximoperè, ut judex priusquam reum effractorem ad certam aliquam pœnam condemnet, diligenti habita inquiſitione, & conſideratione exacta omnium circumſtantiarum, certus ſit de effractura, an ſcilicet pro ſeditioſa & violenta haberi debeat. Neque enim hoc ipſum certa aliqua regula definiri poteſt, ſed res tota 32 arbitrio judicis prudentis committitur, qui judicium ſuum ex eo informabit, an effractio taliter fuerit peracta, ut ex eo ſeditio vel latrocinium metuendum, & fur effractor, ſi quis forſan furtum impedire voluiſſet, reſiſtentem occiſurus „ fuiſſet. Hæc enim unica ferè qualitas eſt, „ quæ effracturam ſeditioſam facit, delictumque „ aggravat, & vel ipſa ſola mortis pœna coerceri „ poteſt.

Q.3 Quando effractio dicatur violenta & ſeditioſa?

33 Colligitur autem hîc animus & audacia furis, *Primò*: Si ædes, arcem, fores, clauſtraque benè ac fortiter munita, ingenti ac maxima vi ruperit atque effregerit. *Secundò*: Si ad effractionem armis & inſtrumentis ad violentiam aptis fuerit uſus, aut etiam cum telo acceſſerit. Quorum alterutro deficiente, effractio pro ſeditioſâ ac violentâ vix haberi poterit, niſi aliæ circumſtantiæ eam probent, quæ diſcretioni judicis committuntur.

34 Apparet hinc Primò: Effractionem non eſſe ſeditioſam & violentam, ſi quis horreum, turgurium vel ſtabulum effringat, vel etiam caſam aut ædes ruſticas ex limo confectas, ſecuri aliove inſtrumento rumpat, vel pariete perfoſſo aut feneſtris ejectis intret. Cùm enim ejuſmodi apertura & effractio abſque peculiari violentia fieri ac perfici queat, à qua fures etiam timidi rarò abſtinent, certè non facilè ex ea ſeditio aut latrocinium erit præſumendum. Quare hanc effracturam non ſeditioſam, neque furem ſuſpendendum eſſe, exiſtimo, niſi contrectatio ſuperet valorem quinque ſolidorum.

35 *Veluti etiam in ejuſmodi caſibus, à Dominis ſæpiſſimè pronunciatum ſcio:* **So wird *B.B.* nach Gelegenheit dieſes fals/weil man die Kuhe wieder bekommen/ und das Eröffnen an der Leimenwand/ vor ein gewaltſam einbrechen nicht zuachten/ offentlich billig zur Staupen geſchlagen/und des Landes ewig verwieſen/V.R.W.** *Iohanni Georgio à* **Zehmen.** *M. Novemb. An. 1629.*

Quæſtori Coldicenſi. Menſ. Decemb. An. 1629.

H. ab E. Menſ. Ian. Anno 1631.

36 *SECVNDO:* Idem habendum de effractura ciſtæ, fiſcinæ, vaſis, caniſtri, arcæ, &c. Quia enim ſæpiſſimè effractio hæc abſque violentiâ, quandoque etiam manibus ſolùm, non adhibitis inſtrumentis perfici ſolet; utique nec hoc factum pro ſeditioſo habendum, neque ex eo latrocinium metuendum eſt, ut ſic furem effractorem, niſi accedat valor quinque ſolidorum, hoc caſu à pœna mortis exemptum eſſe, quis rectè dixerit.

Quotidiè ſic pronunciantibus Scabinis; *Veluti Quæſtori Torgenſi.* Menſ. *Octobr. An. 1596.*

37 *Quæſtori Coldicenſi.* M. *Iul. An. 1598.*

Iudici Præfecturæ Seeburgenſis, Matthæo **Francken.** *M. Iunio 1609.*

Quæſtori Schvvartzbergenſi. M. Auguſto, An. 1609.

Quæſtori Thebano. M. Ianuar. An. 1611.

Quæſtori Liebenvverdenſi. Menſe Iunio, Anno 1613.

Quod tamen non aliter intellectum velim, quàm ſi quis ciſtam vel arcam abſque vi ruperit, uti ſæpiſſimè fieri ſolet. 38 Quod ſi verò arca, aut ciſta ferrea, | vel aliàs benè ac fortiter munita vi ingenti & armis effracta fuerit; furem effractorem, etiamſi furtum valorem quinque ſolidorum attingere certò non conſtet, ſuſpendi poſſe, non ambigo.

Ut ſæpius reſponſum memini. Veluti ad requiſitionem Præfecti in **Pauſa.** *Menſ. Septemb. An. 1624.*

39 *Ad conſultationem Henrici à* **Bünau.** M. *Majo, An. 1625.*

Q.4. An apertura clave adulterina facta pro effractione violeta haberi debeat

40 *TERTIO*: Notandum & hoc, quod fur ciſtam, ædes, vel fores clave adulterina (mit einem Dieterich) aperiens, pro effractore habendus non ſit, nec pœna laquei puniendus, niſi furtum ab eo commiſſum ſummam quinque Ducatorum Ungaricorum ſuperet.

Certum ſiquidem eſt, ob ſolam effractionem furtum morte nequaquam puniri, niſi effractio 41 armis & vi quadam ingenti fuerit perfecta, *artic. 159. Ordin. Crim. Carol.* Atqui in apertione quæ fit clave adulterina, nullam prorſus vim committi, indubitatum eſt. Quin nec talis apertura propriè effractio eſt, ſed potius aſtuta, clancula & doloſa aperitio, quæ quidem impunita eſſe non debet, laquei tamen pœna haud coerceri debet.

42 *Quod & jamdudum placuit* Scabinis, *hoc caſu pœnam ſuſpendij nullatenus dictantibus, niſi furtum æſtimationem quinque ſolidorum ſuperet:* **Hat *M.K.* in gutem bekandt/ daß Er in Churfürſtl. Forberge/ in der Nacht durch ein Secret eingeſtiegen/ den Pferdeſtall mit einem Dieterich eröffnet/ und darauß Pferdegeſchürr/ Getreidich/ und ſonſten andere Sachen geſtohlen/ *&c.* So wird er derowegen offentlich billig zur Staupen geſchlagen/ und nach außgeſtandener Leibesſtraffe des Landes ewig verwieſen/ V. R. W.** *Ad requiſitionem Quæſtoris* **zu Dippoldißwalda.** *Menſ. Iunio, An. 1626.*

Ad requiſitionem Caroli **Dittels zu Merſeburgk** M. *Iul. An. 1602.*

Ad conſultationem Quæſtoris in **Meiſſen.** *M.* *Septem. An. 1627.*

Q.5. Num conſciſſio tecti ſtraminei pro effractione ſit habenda?

43 *QVARTO*: Huc etiam pertinet conſciſſio tecti ſtraminei. Haud rarò enim in pagis fures, quò caſas ſive ædes ruſticas intrare & furari queant, tecta ſtraminea conſcindunt, de quibus, an pœna laquei, furto etiam infra quinque ſolidos commiſſo, puniri poſſint, ſæpè quæſitum memini.

44 Arbitrati autem fuere *Scabini*, conſciſſionem talem tectorum ſtramineorum, pro effractione nequaquam habendum, nec fures ob id pœna ordinaria laquei plectendos eſſe. Ac licet eam quis effractionem appellitare vellet, nullatenus tamen hanc effractionem eſſe violentam, ac ſeditioſam, is affirmare poterit. Quis enim neſcit, abſque omni alio inſtrumento, ac multò magis abſque armis, vel ſolis manibus aut digito, ſtramen frangi ac tecta ſtraminea rumpi

poſſe? Et quænam quæſo ſeditio ex tali ruptura vel effractione, modò ita appellanda ſit, metuenda erit? Ut dubium ferè nullum ſit, fures hoſce, modò ultra valorem quinque ſolidorum furati non fuerint, à pœna ſuſpendii exemptos eſſe; ut quos ob effractionem tantummodò violentam atque ſeditioſam, pœnam hancce ſeveram ſubire oportet, juxta *artic.159. Ordin. Crim. Carol.*

45 *Hinc Scabinos in tali caſu, non tam conſciſſionẽ tectorum ſtramineorum, quam furti quantitatem & valorem quinq; ſolidorum attendiſſe, apparet ex eorundem reſponſo dato. Præfecto Lützenſi* M. *April. An. 1582.*
I*tem, Quæſtori Zvvickavienſi. Menſe Aprilis, Anno 1583.*

46 Eâdem prorſus ratione à pœna laquei immunes quoque exiſtimo eſſe eos, qui in villis aut oppidis tegulas in tectis defringunt, atque evellunt, quo res ex ædibus ſurripere & furtum facere queant. Quia enim nec hi vim faciunt, nec violentiá quicquam effringunt, utique ſi furtum valorem quinque ſolidorum non excedat, eos pœnam laquei nequaquam mereri, tutò aſſerendum eſt: Ob rationis identitatem, quæ idem jus facit, *l. illud. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. his ſolis. 7. §. action. 2.* C. *de revocand. donat. cap. inter corporalia. ext. de translat. Epiſcop. Gloſſ. in l. cum certum. 19. in verb. æquitatis ratio.* C. *ad Leg. Falcid. & in cap. fraternitatis. 17. ext. de teſtib. Bald. in l. quoniam intelligitur. 5. nu. 4. ff. de his qui not. infam.* P*anorm. in cap. quoniam frequenter. 5. nu. 6. ext. ut lit. non conteſt.*

47 *Prout etiam in ejusmodi facti ſpecie ita pronunciavimus, M. Iun. An. 1626.*

48 Q6. *Num furtũ ædes conſcendẽdo cõmittens, indifferenter laqueo puniri debeat?*

QUINTÒ: Accidit ſæpiùs, ut fures in ædes, ſcalis admotis, vel aliâ quavis ratione aſcendant, & ſic furtum conſcendendo ædes alienas committant (mit einſteigen) de quibus, an nempe pro furto etiam modico, valorem quinque ſolidorum non attingente, perindè ac effractores laqueo ſuſpendi debeant, dubitari ſolet.

49 Affirmativè enim hanc quæſtionem decidit verbis expreſſis Imper. Carol. V. *in art. 159. Ord. Crim. Carol.* So aber ein Dieb im vorgemelten ſtehlen/ jemands bey Tag oder Nacht/ in ſeiner Behauſung oder Behaltung bricht oder ſteiget/ &c. Et poſtea: So iſt doch der Diebſtahl/ darzu als obſtehet/ gebrochen/ oder geſtiegen wird/ ein gefliſſener gefährlicher Diebſtal *&c. junct. verſ.* Darumb in dieſem Fall der Mann mit dem Stange ꝛc. Non ſolùm enim hîc effractio & aſcenſio unâ verborum ſerie conjunguntur, unde ſequitur, quod de illa, idem etiam de hac quoad pœnam eſſe ſtatuendum; ſed & manifeſtè ſancitur, fures effringendo vel conſcendendo ædes, furtum etiam modicum committentes, laqueo plectendos eſſe. Quod & clarius diſpoſitum in *art. 160. Ord. Crim. Carol.* verb. fin. Wo aber der Dieb zu ſolchem Diebſtal geſtiegen/ oder gebrochen hette/ ſo hette er damit/ wie obgemelt/ das Leben verwircket.

50 A quo tamen videtur diſſentire D. Auguſtus Elector. Saxon. *in Conſtit. 32. part. 4.* Sanctionem Carolinam ad ſolam effractionem reſtringens, *in verb.* Weren denn auch ſolche Diebſtähle alle/ oder eines Theils mit einbrechen geſchehen ꝛc.

An ergò exiſtimabimus, id quod de aſcenſione ſancitum in *Ordin. Imperii Crim.* in terris Saxonicis ſibi locum non vendicare, nec furti modici cum aſcenſione commiſſi Reos in Electoratu Saxon. ſuſpendi? Ita arbitrantur *Scabini*, & quidem rectiſſimè. Nil quicquam enim de hoc ſtatutum reperitur in *Conſt. Elect. 32. p. 4.* Cum tamen certas atque diſtinctas furti pœnas determinare, & normam in pronunciando Scabinis ponere juſtam, mens fuerit Illuſtr. Conſtituentis, ut apparet ex *pr. dict.* C*onſtit. 32.* Damit die Vrtheilsfaſſere in unſern Landen im täglichem ſprechen/ und erkennen/ der Diebsſtraffe und Pœnen halben/ deſto mehr Gewißheit haben mögen/ ſo halten wir eine Notturfft/ dieſelbe unterſchiedlich in dieſe unſere Conſtitution zu ſetzen und einzuverleiben &c. Ideoque nec Judici hoc caſu extra limites Conſtitutionis evagari licet, *l. ſi ita ſtipulatus. ff. de verb. obligat.* Non enim pœnæ perſecutio judicis voluntati mandatur, ſed legis auctoritati reſervatur, *l.1. §. ſed non utique. 5. ff. ad SCtum Turpil. Virg. Pingitz. quæſt. 3. num. 5.* Ideoque eo minus dubium habet in ditionibus Saxonicis, ubi pœnam aliquam Saxonum jure non expreſſam, imponi poſſe, negat *Gloſſ. in* Landrecht. *libr. 3. art. 84. in verb.* tödtet ein Mann ſeinen Herren *&c. Iacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 4. quæſt. 133. num. 15.* 51

Et quamvis *dict. Conſtit. Elector. 32. verſ.* Weren denn auch *&c.* ſe referat *ad Ordin. Carol. Crimin.* in verb. Jnmaſſen in der peinlichen Reichsordnung ſanciret, und verſehen &c. Unde quis putare poſſet; defectum hunc ex Carolina Sanctione ſupplendum, & quod ibidem de aſcenſione habetur ad Conſtit. Elect. trahendum eſſe; nil minus tamen ferè ex verbis jam allegatis probatur, ut quæ potiſſimum pœnæ mitigationem, de qua *dict. artic. 139. verſ.* oder ſonſt nach Gelegenheit der Perſohn/ &c. loquitur, reſpiciunt, eamque pro ratione circumſtantiarum in terris quoque Saxonicis obſervari jubent. 52

Hancq; opinionem in terris Saxonicis indubitatam tenent Scabini, in hunc modum reſpondentes: Hat euer geſchworner Dreſcher und Vnterthaner *C. V.* in euerm Hofe die Vnterſcheune/ an einer Leiter erſtiegen/ und iſt unter dem Tach in dieſelbe hinein auff die Tenne gekrochen/ und einen halben Sack voll Korn/ mit der Sprew eingerafft/ und denſelben hinweg und nach Hauß tragen wollen/ damit er aber unterwegens ergrieffen/ und zu Hafft bracht worden/ ſich auch hernach darzu richtig bekant ꝛc. So mag er derowegen uff ein acht Tage lang mit Gefängnüs in Straff genommen werden/ V. R. W. *Ad conſultationem* W. *A. à S. M. Ian.* Anno *1630.* 53
I*t. ad requiſitionem Quæſtoris Dippoldisvvaldenſis. M. Iun.* Anno *1626.*
In caſu ſimili dictavimus fuſtigationem cum perpetua relegatione ad requiſitionem H. ab E. M. *Ian. Anno 1631.*

54 Quod quidem veriſſimum eſt, ſi aliæ circumſtantiæ non concurrant, quæ vim aliquam publicam important, & ex quibus ſeditioſum furis propoſitum colligendum eſt. Nam ſi ſæpiùs & nimis audacter abſque metu, vel cum telo conſcenſio talis, & furtum fuerit reiteratum, etiamſi de furti quantitate certò non conſtet, tutò tamen judex hoc caſu ob inſignem malitiam & ſeditioſum propoſitum ad laquei pœnam pervenire poteſt. Et ſic procul dubio accipienda erunt verba *Daniel. Moller. in Conſtit. Elect.32.num.14.part.4.* aſſerentis, Scabinatus harum ditionum in judicando & reſpondendo id obſervare, ut ubi quis effringendo vel conſcendendo alienas ædes furtum commiſiſſe convictus vel confeſſus eſt, non conſideratâ quantitate ejus, laqueo illum puniendum eſſe, pronuncient.

55 *Veluti in caſu quo fur ſexies & ſæpiùs magna audacia ædes conſcendendo furtum commiſerat, nõ habita ratione valoris rerum furto ablatarum, laquei pœnam dictare haud dubitavere Domini, ſic reſpondentes:* **Da ihr euch nun allbereit erkündiget hettet/oder nochmals erkundigen würdet / daß ſolche Deuben mit Einſteigung der Kornböden / und Auffreiſſung der Rabfenſter / gewiß und in Warheit geſchehen/und der Gefangene würde uff ſeinem gethanen Bekäntnüs vor Gerichte freywillig verharren/oder des ſonſt wie recht überwieſen/ꝛc. So möchte er wegen ſolcher begangenen Deuben mit dem Strang vom Leben zum Tode geſtrafft werden V.R.W.** *Ad conſultationem Præfecti Weiſſenfeldenſis,* M. *Jan. An.* 1604.

Eodem pariter modo fuit pronunciatum in caſu ſimili verſus **Gommern** / *ad requiſitionem Iulii* **Sperbers.** M. *Iul. An.* 1584.

56 Sextò: Ad hoc, ut effractio violenta, & ſeditioſa laqueo puniatur, non ſufficit, fores vel arcam vi magnâ fuiſſe effractam, ſed contrectatio & ablatio quoque accedat, neceſſe eſt. Proinde ſi quis nihil contrectârit, & abſtulerit, ſed in ipſo furto deprehenſus fuerit, pœnâ ſuſpendii plecti non debet, etiamſi vel maximè ædes animo furandi effregit, *Jac. de Bellovis. in pract. crim. cap. 10. nu. 22. verſ. ſi autem ſit modicum junct. 28. verſ. ſi verò nihil furatur. Angel. Aretin. in tract. malef. verb. etiam veſtem cœleſtem. num. 41. Matth. Berlich. part. 5. concl. 43. num. 76. Bartol. Bertazol. conſ. 274. nu. 8. lib. 2.*

Q.7. *Quomodo puniatur effractio violenta abſq; contrectatione*

57 *Primò*. Ob text. in *l. ſi quid fur fregerit 22. ff. de furtis*: ibi: *ſi quid fur fregerit aut ruperit quod non etiam furandi cauſa contrectaverit, ejus nomine cum eo furti agere non poteſt.*

58 *Secundò:* propter verba manifeſta *art. 159. Ordin. Crimin.* **der Diebſtahl ſey groß oder klein/** *&c.* Et in *Conſtit. Elect. 32.* §. **Weren denn auch ſolche Diebſtähle alle oder eins Theils mit Einbrechen geſchehen** *&c. p. 4.* Non ergò effractio violenta laqueo punitur, ſed furtum cum effractione commiſſum. Atqui, ubi nulla eſt facta contrectatio, ibi nec furtum eſt commiſſum; quia furtum ipſum eſt contrectatio. *§. 1. Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc.*

59 *Tertiò:* Effractio abſque contrectatione, conatus ſolummodo & attentatum eſt furti, non ipſum furtum. Jam verò conatum alicujus delicti pœnâ ordinariâ non puniri, expeditum eſt, præſertim in foro Saxonico. **Lehenrecht.** *cap. 39. Matth. Weſemb. part. 3. conſ. 114. num. 33 in parat. ff. ad Leg. Jul. de adult. num. 5. & ad Leg. Pomp. de parricid. num. 7. Petr. Theodor. in Colleg. Crim. 7 diſput. theſ. 6. lit. B. Johan. Schneidvv. in §. eadem leg. Inſtit. de public. judic. Nicol. Reuſner. libr. 2. deciſ. 21.*

Pronunciantibus ita Scabinis ad requiſitionem Iohannis ab **Einſiedels** *in* **Lobſchütz: Hat** *H. L.* **in gutem bekant/ und geſtanden / daß er unlängſten bey** *G. L.* **in deſſen Behauſung eingebrochen / dergeſtalt und alſo / daß er ein Loch an die Wand gemacht/ daß er das Schloß an der Thür auffmachen können/darüber er aber betretten / und zu Hafft bracht worden/** *&c.* **So wird er wegen ſolcher ſeiner Verbrechung / weil er nichts dabey geſtohlen und davon gebracht / uff vier oder fünff Jahr mit Landesverweiſung in Straff genommen / V. R. W.** *Menſ. Octobr. Anno* 1627. 60

In caſu ſimili dictata alicui fuit relegatio perpetua, **An Gerichtshalter zu Böhlen** / *Menſe Majo, An.* 1631.

Septimò. Denique nec omittendum hoc, quod abruptio & ablatio ſeræ vel clauſtri pro effractione nequaquam haberi, nec fur propter ablationem ſeræ ceu modicæ, ſi nil amplius furatus fuerit, ſuſpendi debeat. Etſi enim ſera clauſa auferri nequeat, niſi prius effringatur; talis tamen effractio ad laquei pœnam infligendam non ſufficit: quia non fur cum propoſito ædes ingrediendi, & ibidem furandi, neque hoc factum furtum cum effractione commiſſum propriè vocari poteſt, ob quod ſuſpendii pœnam locum ſibi vendicare, manifeſtum eſt ex *art. 159. & 160. Ord. Cr. Carol.* 61

Q. 8. Pœna furis qui ſeras & clauſtra effringit & aufert?

Veluti ſuper hoc caſu conſulti reſpondimus Quæſtori Thebano: **Hat** *H.* **C. in gutem bekant und geſtanden / daß er Abends vor Himmelfahrt Chriſti jüngſtverſchienen/ zween Thorrügel mit den Clammern von den Scheunen vor dem Thore loß gebrochen und ausgezogen / und dieſelben ſampt zweyen ſtarcken Vorlegeſchlöſſern geſtohlen / des andern Tages frühe / hette er wieder einen Brügel mit zweyen Clammern von einer Scheunen abgebrochen / und nebens dem Vorlegeſchloß zu ſich genommen/ deßgleichen noch an einer andern Scheune eine Clammer vom Thorrügel ausgezogen / und mit dem Vorlegeſchlos entwendet ꝛc. So wird der Verhaffte derwegen noch eine zeitlang mit längerm Gefängnüs in Straff genommen/ und hernach deſſelben auff einen gewöhnlichen geleiſteten Uhrfrieden/hinwiderumb entlediget/ V.R.W.** *Menſ. Iunio, Anno* 1626. 62

Quod ſi tamen fur quiſpiam tot ſeras & clauſtra abruperit & abſtulerit, ut eorum omnium æſtimatio valorem quinque ſolidorum excedat; quin is ſuſpendi debeat, dubium non eſt. Non quidem propter effractionem, ſed ob ſimplex furtum, cujus quantitas quinque Ducatos ſuperat. 63

Prout reſpondimus ad requiſitionem judicis & Scabinorum Schneebergenſium. Menſ. Majo, Anno 1609. 64

QVÆSTIO LXXX.

An & quando fures ob lucrum ceſſans, & damnum ratione rei ablatæ reſtitutum, à pœna ſuſpendii liberentur?

SUMMARIA.

1. Suſpendii pœna in crimine furti ſæpè ceſſat; num. 2. 3.
4. Quibus ex cauſis pœna hæc ſit mitiganda? nu. 5.
6. Damno modico per furtum dato, Reus à pœna ſuſpendii immunis eſt, nu. 8.
7. Furtum ex propoſito & intentione dijudicandum.
9. Recuperatio rei furtivæ mitigat pœnam, num. 14. 15. 16. 17.
10. Res furtiva Domino ſuo non fiſco applicari debet, num. 13.
12. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium, nu. 18. 19. 20. 21. 22.
23. Licet Dominus furtum paſſus, majorem tantummodò partem rerum ſuarum recipiat, nihilominus in fure pœna ordinaria ceſſabit, num. 24.
25. Sententiæ Scabinor. Lipſienſ. nu. 26. 27.
28. Quid juris in pluribus conſortibus delicti, ſi unicus deprehenſus, ejusq; portio recuperata fuerit? nu. 29.
30. Quatenus in delictis à pluribus commiſſis ſinguli in ſolidum obligentur? nu. 31.
32. Sententia Scabinorum Lipſienſium.
33. Re furtivâ venditâ & recuperatâ, refuſoq; emtori pretio, pœna ſuſpendii ceſſat, numer. 34. 38.
35. Sententiæ Scabinorum Lipſenſ. nu. 35. 37.
39. Quid ſi res furtiva fracta, & fruſta Domino reſtituta fuerint? nu. 40.
41. Sententia Scabinorum Lipſenſium, nu. 42.
43. Ceſſat quoque ſuſpendii pœna, ſi res pecuniâ furtiva emta, tradatur Domino ad ſatisfactionem damni, nu. 44.
45. Sententiæ Scabinorum Lipſienſinm.
46. Reſtitutio rei furtivæ liberat furem à pœna ſuſpendii furto etiam levi cum effractione commiſſo, nu. 48. 49.
49. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. nu. 50.
51. Reſtitutio rei furtivæ non liberat furem à pœna ſuſpendii; quando alii damnum datum fuit, nu. 52. 53.
54. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.
55. Niſi quis culpâ ſuâ damnum ſentiat.
56. Reſponſum Scabinorum Lipſenſium, nu. 57.
58. Fur ſuſpendendus eſt, etiamſi rem furto ſubtractam perdiderit.
59. Quatenus lucrum ceſſans ipſum liberet.
60. Sententia Scabinorum Lipſenſium.
61. In furto cum effractione violenta commiſſo, reſtitutio rei furtivæ furem à pœna ſuſpendii non liberat. nu. 62.
63. Sententiæ Scabinorum Lipſenſ. nu. 64.
65. Pœnitentia in crimine furti, quatenus liberet Reum à pœna ordinaria. numer. 66. 67. 68. 69. 70.
71. Modò pœniteat fur, antequam in carcerem conjiciatur, nu. 73.
72. Sententiæ Scabinorum, nu. 74.
75. Quid ſi fur propter inopiam totaliter damnum reſtituere nequeat, num à pœna liberabitur? nu. 76. 77. 78.
79. Sententia Scabinorum Lipſenſium.
80. Fur tranſigens ſuper damno dato quatenus à pœna laquei excuſetur? num. 81. 82. 83. 84. 85.
86. Tranſactio Magiſtratui non præjudicat, & quatenus hoc verum, nu. 87.
88. Sententiæ Scabinorum Lipſenſ. nu. 89. 90.
91. Fur incarceratus ad reſtitutionem damni ſe offerens à pœna laquei ſe liberare nequit, num. 92. 93. 94.
95. Niſi Dominus rei furtivæ reſtitutionem acceptet.
96. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.
97. Aut niſi Magiſtratus, ex cauſa concurrente gratiam Reo facere velit.
98. Sententiæ Scabinorum Lipſenſ. n. 99. 100.
101. Fure licet ſuſpenſo aut fuſtigato, attamen furtum paſſus ad intereſſe agere poteſt, civiliter adverſus furis hæredes de jure civili, num. 102. 103.
104. Quid juris in foro Saxonico? nu. 105.
106. Res furtiva ſi adhuc extet, à quocunq; poſſeſſore vindicari poteſt. nu. 107.
108. Etiam non refuſo pretio.
109. Sententiæ Scabinorum Lipſenſ.
110. Re furtiva non extante & fure ſuſpenſo, aut fuſtigato, in foro Saxonico non datur actio civilis ad intereſſe. numer. 112. 113. 114. 115.
116. Sententiæ Scabinorum Lipſenſ nu. 117.
118. Secus ſi fur relegatione aut carcere puniatur.
119. Domino rei ablatæ competit tacita hypotheca in bonis furis, ratione damni ac intereſſe.
120. Sententia Scabinorum Lipſienſ.

1 UTroque caſu ſive furtum cum effractione commiſſum fuerit, ſive non, ſupplicium ſuſpendii locum obtinere, dictum fuit *quæſtionib. præcedentib.* Quod tamen non indiſtinctè ita accipiendum, quaſi pro quolibet etiam furto excedente valorem quinque ſolidorum, aut cum effractione violenta perpetrato, Reus ſuſpendi queat, ſed multis modis ſeveritas hujus ſupplicii ceſſat.

Quantò ſeverior enim atque atrocior eſt pœna lana laquei, eò facilius remitti ac mitigari poteſt, *Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. furt. num. 20. verſ. excuſatur autem Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 32. n.* 11. *part. 4. Ioh. Baptiſt. Caccialup. inter conſ. crim. Ziletti. conſ. 92. nu. 1. & ſeq. lib. 2.*

2 Quod & Sanctio Carolina expreſſis verbis permittit, & pro varietate circumſtantiarum remiſſius agi, atque pœnam attemperari jubet, in *art. 160. Ord. Crim.* modò circumſtantiæ ad mitigationem ſint ſufficientes, juſtæ, ac jure probatæ, ne vel ſeverius, vel remiſſius judex procedat. Quum enim hic non de glande legenda, non de oleo, vino aut tritico legato, uti venuſtè *Iul. Clar. lib. 5. ſent. in proëm. §. fin.* loquitur, ſed de hominis vita, ſanguine ac ſpiritu, pro quo ipſe mundi Redemptor ſanguinem ſuum effudit, agatur; arbitrium judicis in pœnâ hac ſuſpendii attemperandâ juſtis ac certis cauſis aſtringi, 3 æquum fuit viſum Imperatori Carolo V. *in d. art. 160.* Quod & approbavit Illuſtriſ. Elector Saxoniæ in *Conſt. 32.* §. **und ſoll in dieſem Fall/ꝛc.** *part. 4.* In verb. **jedoch ſoll gleichwol den Schöppenſtülen und Gerichten unſerer Lande hiermit unbenommen ſeyn / auß Vmbſtånden / die in Rechten gegründet / und deren eins Theils / in der peinlichen deß Reichs Halsgerichts Ordnung erzehlet / ſolche Straffe dißfalls zu lindern / und zu mildern.**

4 Quænam verò cauſæ & circumſtantiæ ad pœnæ mitigationem ſint ſufficientes, primo aſpectu non ſtatim in aperto eſt, eæque non niſi ab iis, qui diu multumque in forenſibus negotiis & legum tractatione verſati judicium exacuerunt, & experientiam conſecuti ſunt, rectè dignoſci & decerni poſſunt: quorum conſilium in ambiguo hoc petere ac implorare jubet Imper. *d. art. 160. ubi Georg. Rem.* Quamvis & illis haud raro anxiam & ſolicitam hæſitandi cauſam hæc res præbeat. Etenim cauſæ quædam mitigationis in *Ord. Crim. art. 160.* exprimuntur, quibus tamen adhuc aliæ ſimiles ex paritate & identitate rationis haud inconcinnè addi poſſunt. Quare ut ſingulæ quæque circumſtantiæ benè ac probè in hoc crimine ponderentur & examinentur, gravitas hujus pœnæ maximoperè requirit.

5 In genere verò circumſtantiæ, pœnam laquei mitigantes, ad certa quædam & diſtincta capita referri poſſunt. Remittitur ſiquidem pœna ſuſpendii vel *Primò*: ratione damni modici per furtum dati. *Secundò*: Incertitudinis furti commiſſi. *Tertiò*: Perſonarum delinquentium. *Quartò*: Rerum furto ablatarum. *Quintò*: Modi furandi, *Sextò*: Auxilii præſtiti. *Septimò*: Et ratione furti attenti non conſummati. De quibus ordine ac diſtinctè *hoc & ſubſequentib. quæſtionibus fuſius agendum erit.*

6 Ac PRIMÒ ceſſat pœna laquei, ſi per furtum factum, modicum fuerit illatum damnum. Quod in pœna furti infligenda conſiderandum eſſe, innuunt verba *Ordin. Crim. Carol. in art. 160.* **und wie ſchådlich dem Beſchådigten der Diebſtal ſeyn mag / und die Straff darnach am Leib oder Leben urtheilen** &c. Attendi ergò debet, quantum interſit ejus, cui res ſurrepta eſt, furtum factum non eſſe, *Georg. Rem. in dict. art. 160. Ord. Crim.* Ac proinde ſi nullum aut modicum damnum infra quinque ſolidos datum fuerit, pœna mortis nequaquam obtinebit. Quod & haud obſcurè colligitur ex definitione furti, quod dicitur contrectatio frauduloſa, lucri faciendi gratiâ &c. §. *furtum. 1. Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc.* Unde ſequitur, in crimine furti inter alia quoque habendam eſſe rationem lucri ac commodi ex furto percepti. 7 Etenim qui alio animo, alioque ſibi propoſito fine quid ſurripit, vel fraudem committit, furtum non facit. Ut qui ancillam alienam libidinis cauſa rapit, celatque *l. verum 39. ff. de furt.* Aut qui inſtrumenta non lucrandi, ſed occultandæ veritatis gratiâ amovet, *l. inſtrumentorum. 16. ff. ad Leg. Corn. de falſ.* Ac licet animus & propoſitum lucrandi ad furtum ſufficiat, etiamſi fur propoſitum non aſſequatur, nec quicquam lucretur; attamen in pœna furti dictanda, ipſius lucri percepti vel tamen percipiendi rationem habendam eſſe, certò certius eſt, juxta *dict. art.* 160. *Ord. Crim.* Idque propterea, quod ex lucro furis de damno dato judicandum. Illud enim ſi minimum aut nullum eſt, neque hoc regulariter magnum erit.

8 Ceſſante ergò lucro furis; ac ſimul damno per furtum dato, pœna mortis nequaquam obtinebit. Idque quod tripliciter ferè accidit. *Primò*, ſi nempe res furto ablata apud furem reperiatur & Domino reſtituatur. *Secundò*: Si ipſe fur pœnitentia ductus, antequam deprehenſus in carcerem conjiciatur, rem furtivam reddat, vel ejus nomine Domino ſatisfactionem præſtet. *Tertiò*: Vel ſi cum Domino tranſigat, & damnum reſarciat.

9 *Primus Caſus.*

Primus eſt caſus: Si res furto ablata reperiatur, & Domino reſtituatur, lucro furis ac damno Domini ceſſante, ubi tenenda eſt hæc regula univerſalis: Quotiescunque res furto ablato abſque damno dato & lucro percepto ad Dominum redit, fur laqueo non ſuſpendendus, ſed virgis cæſus in perpetuum eſt relegandus.

10 *Q. 1. Res furtiva recuperata an Domino ſui, an verò Magiſtratui ſit applicanda!*

Diſputari quidem ſolet, ſi res furtivæ apud furem vel alium inveniuntur: *an eas Magiſtratus vel judex loci ſibi attribuere & applicare poſſit?* Communiter tamen id ipſum negatur à *Dd.* aſſerentibus ferè unanimiter, res Domino ſuo reſtituendas eſſe, *Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 120. nu. 51. & ſeqq. Ioh. Bajard. ad Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. furt. num. 73. Ioh. Schneidvv. §. ad ult. nu. 8.* Inſt. *de oblig. quæ ex delict. naſc. Petr. Frider. Mindan. de mand. jud. lib. 2. cap. 43. num. 9. Andr. Knich. Saxon. non prov. jur. verb. Ducum Sax. cap. 5. de regal. nu. 148. Ioh. Harpp. in* §. 7. *Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc. nu. 17. & ſeqq.* Quia enim Dominus rei nihil admiſit, utique nec propter delictum furis re ſua privari debet, *l. crimen. 26. ff. de pœn. l. ſancimus. 22. C. eod. tit.* Et valdè iniquum eſſet, ut Magiſtratus cum jactura & damno Domini locupletaretur.

11 Hocque ipſum non modo uſu & praxi ita receptum, ſed & expreſsè confirmatum &

approbatum eſt ab Imper. Carolo V. *in Ordin. Crim.art.207.* **So geſtohlen oder geraubet Gut in ein Gericht gebracht/und der Ubelthäter nicht darbey betretten/ und verhafft wird / ſoll daſſelbe der peinliche Richter zu ſeinen Händen nehmen/ und getreulich verwahren / und ſo jemand deſſelben habe begehret/und ſo viel anzeiget / daß ihme die unzweiffelich geraubet/ oder geſtohlen ſey / ſo ſoll ihme die wider verſchaffet werden/ꝛc.** Et jam dudum in Jure Saxon. deciſum **Landr.** *lib. 2. art. 31. verſ.* **Dieberey oder Raub** *&c. Gloſſ.latin. ad tex.germ.* **Landr.** *lib.2.art.25.lit. C.verſ.* **Darumb ſol der Richter.** *Zobel.part.4.diff.36.nu.11. Iohan. Schneid.ad dict.§.ult.n.8.verſ.de jure Saxon.* Inſt. *de oblig.quæ ex delict.naſc.* Matth.Coler.*part.1.deciſ.146.n.4.* Nec non ab Illuſtr. Elect. Saxon. expreſſis verbis repetitum, in C*onſt.33.in fin.part.4.*Ibi: **Es ſoll aber dißfalls der Diebſtal von den Gerichten/ ob ſich folgends jemand darzu finden möchte/ eingezogen/ und Inhalts Sächſiſcher Rechte verwahret werden.** *Ubi Dan.*Moller*.n.6. verſ.Porrò quod ſubjicit,&c.Matth.Berlich.part.5.concl.45.num.29.*

12 *Sicuti & nuperrimè reſpondimus*: **Und hat die** *Confiſcatio* **der geſtohlenen Sachen nicht ſtatt/** *l.à G.M. Maj. An.1630.*

13 Quò ſatis opinio illorum judicum improbatur, qui conſuetudinem ſuorum judiciorum prætendentes, rem furtivam ſtatim ad ſe rapiunt. Quam conſuetudinem tollit Imper. Carol. V.in *Ord.Crim.dict.art.207.verſ.* **Ob es gleich an etlichen Orten** *&c.* Ferdinandus I. *in Receſſ. Auguſt. de An.1559.* §. **Und nachdem an etlichen Orten/** *&c. Virgil.Pingitz.quæſt.Saxon.19. Joh. Schneidvv.dict.§.fin.nu.8. Andr.Gail.lib.1. obſerv.18.Fr.Pfeil.conſ.59.cent* 1.Matth.Coler.*part.1.deciſ.146.nu.4.* Paul. Matth. Wehner. *in pract. obſerv.verb.* **Gewonheiten.** *verſ. quod alicubi. Iodoc.Damhoud.dict.cap.110. n.51.Dan.* Moller.*ad Conſt.Elect.33.n.7.part.4. ubi Reinh.Roſa.*Matt. *Berlich.dict.concl.45.num.30.*

14 Re furtivâ igitur repertâ, ac Domino ſuô reſtitutâ, laquei pœnam remittendam, furemque virgis cæſum in perpetuum eſſe relegandum, etiamſi furtum multum ſuperet valorem quinque ſolidorum indubitatum tenent Jure Conſulti Saxonici: ut apparet ex traditis *Aut. Conſult.Conſt.Sax.tom.1.part.4.quæſt.56.* Ex eo potiſſimùm fundamento, quod Dominus rem furto ablatam recipiens nullum ferè ſentiat damnum aut incommodum, quod tamen in pœnis dictandis attendi debet; *Ord. crim. Carol. art. 160.* In verb. **Und wie ſchädlich dem Beſchädigten der Diebſtal ſeyn mag** &c.

Q.2. *Qua pœna ſit fur plectẽdus, ſi res furto ablata recuperetur?*

15 Nec obſtat, quod jus civile indifferenter furti actionem tribuat, etiamſi res ad Dominum redierit, *l.vulgaris.* §. *fin.ff. de furt. l. non prodeſt. ff.de vi bon.rapt.l.inter.§.fin.ff.de furt.* Imò gravius puniat furem manifeſtum, hoc eſt; cum re furtivâ deprehenſum, quàm alium, *§.dupli.* §. *quadrupli.Inſtit.de actor.& tot.tit.ff. de oblig. quæ ex delict.naſc.l.3.& tot.tit.ff.de furt.* *Siquidem* de jure civili fures civiliter tantummodò puniuntur, unde ad pœnam hodiernam mortis non inferendum, nec argumentari licet à judicio civili ad judicium capitale, *argument. l.f.* C. *de probation. Aut.* Conſil. Conſtit. *Saxon. dict. quæſt.*56.

†

Quam ſententiam quoque in pronunciando ſequuntur *Domini Scabini Lipſenſes*, haud tamen abnuentes, furem ſuſpendii pœnam promeritum, hancque de rigore juris ei imponendam eſſe, ut maximè res furto ſurrepta recuperata fuerit. Quippe delictum furti perfectum ac conſummatum eſt, re fraudulenter lucri cauſa contrectatâ, licet fur nil prorſus lucratus fuerit, §.*1 Inſt.de obligat.quæ ex delict. naſc.* Attamen damno reſtituto, pœnam mitigari, ſuadet æquitas, quæ rigorem juris meritò vincit eo caſu, quo Magiſtratui pœnam jure determinatam ex juſta cauſa mitigare permittitur, *l. perſpiciendum.11.pr.&* §.*2. l. abſentem.* 5. §. *fin. l. ff. de pœn. Jacob Menoch. de præſump. lib. 5. præſumpt.ult.num.2.* 16

Hæcque ratio eſt, quod Scabini ſæpiùs hoc caſu mitigationem pœnæ Magiſtratus arbitrio committant, non dubitantes, quemvis pium judicem ſeveritate juris ſepoſita mitiorem pœnam facilimè electurum eſſe. Huncque morem pronunciandi tenent imprimis conſulti à Præfectis & Quæſtoribus Saxonicis, qui electionem pœnæ non habent, ſed ſententia Scabinorum ad aulam Electoris tranſmiſſam, pœnam à DD.Conſiliariis electam & determinatam ſtrictè exequi tenentur. 17

In hunc ferè modum reſpondentes: **So wird Gefangener** N. N. **wegen ſolcher begangenen und bekanten Deuben/nach ſchärffe der Rechte / mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft/ Es wolte denn die hohe Obrigkeit/in Anſehung/ daß man die geſtohlene Sachen wider bekommen/und er alſo dieſes Diebſtals nit genoſſen / ihme Gnade erzeigen/ uff den Fall würde er mit Staupenſchlägen / des Landes ewig verwieſen/ V.R.W.** *Quæſtori Dresdenſi,M.Iun. An.* 1587. 18

Quæſtori in **Belzig** *M.Jul.* An.1595.

Quæſtori in **Weiſſenſee.** Menſ. *Iunio; Annô 1599.*

*Quæſtori Dresdenſ.*M.*Ian.An.1605.*

*Eidem,*Menſ.*Iunio,An.1607.*

*Quæſtori Finſtervvaldenſi.*Menſ.*Octobr.* Annô *1608.*

Quæſtori Schvvartzenbergenſi.Menſ.Auguſto; *Anno 1609.*

*Quæſtori Dresdenſi,*M.*Ian. An.1612.*

*Eidem,*Menſ.*April.*An.*1613.*

Quæſtori in **Schweinitz**/ Menſ.*Iunio; Annô 1614.*

*Quæſtori Coldicenſi.*M.*Sept. An.1622.*

Quæſtori in **Senfftenbergk**/Menſ.April. Annô *1626.*

Memini tamen fuſtigationis pœnam quandoque hoc caſu ſimpliciter fuiſſe dictatam: **So wird er weil man die Schafe wider bekommen / und er des Diebſtals nit genoſſen / mit Staupenſchlägen des Landes ewig verwieſen/ V.R.W.** 19

Quæſtori in **Oſtra.**M.*Jan.An.1628.*

Quæſtori in Senfftenbergk / *Menſ. Januario, Anno 1626.*

20 *Quin & inferioris* Magiſtratus *arbitrio mitigatio pœnæ ſæpius relinquitur,* Scabinis *ſic pronunciantibus*: So möchte er nach Schärffe der Rechten mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtraft werden. Man wolte ihme denn in Anſehung / daß man die geſtohlene Sachen wider bekommen / und er deß Diebſtahls gar nicht genoſſen / Gnade erzeigen / uff den Fall würde er öffentlichen zur Staupen geſchlagen / und nach außgeſtandener Leibesſtraff / deß Landes ewig billig verwieſen / V. R. W. *Abrahamo* von der Sahla. *Menſ. Septemb. Anno 1587.*

Senatui in Zerbſt. M. *Nov. An. 1587.*

Tobiæ Möſteln / *Prætori Lipſenſi.* Menſ. Auguſt. *Anno 1594.*

Senatui Marienbergenſi, M. Jul. An 1611.

Quæſtori Nobilium à Pletzen *in* Thalwitz. *M. Jun. An. 1614.*

Iudici & Scabinis Numburgenſibus, Menſ. *Octobr. An. 1625.*

21 Quum verò ſæpiùs accidat, ut nobiles aliivè Magiſtratus inferiores, lenitate ſepoſitâ, ſeveriorem eligant pœnam, furemque ad confirmationem & corroborationem jurisdictionis ac meri Imperii, zur Beſtättigung ihrer Gerichte / ſuſpendi faciant, Scabini hoc ſuſpicantes, electionem ipſis nequaquam permittunt, ſed ſimpliciter juris rigore omiſſo fuſtigationis pœnam hoc caſu furi indicere ſolent.

22 *In hunc ferè modum*: So möchte der Gefangene *P. W.* wegen ſolcher ſeiner Verbrechung / geſtalten Sachen nach / weil er des Diebſtahls nit genoſſen / noch dem Bürger von Blanckenburgk / ſonderlichen ſchädlich geweſen / welche Umbſtände gleichwol Keyſer Carols des fünfften / und des Heil Röm. Reichs peinliche Halsgerichts Ordnung den Richtern und Urtheilsfaſſern in acht zunehmen befihlet / öffentlich billig zur Staupen geſchlagen / und des Landes ewig verwieſen werden / V. R. W. *Ad conſultationem Ludovici* von der Aſſeburgk. M. *Auguſt. Anno 1624.*

Q.3. Quid ſi furtum paſſus majorem partem rerum furto ablatarũ recipiat?

23 Ampliatur primò hæc Regula: Vt pœna ſuſpendii remitti debeat, ſubſtitutâ fuſtigatione cum relegatione perpetuâ, ſi Dominus majorem partem rerum furto ablatarum recipiat, ac id quod adhuc abeſt, & à fure conſumptum fuit, valorem quinque ſolidorum non excedat. Etenim ſuſpendii pœna in furto ſimplici tunc demum ſibi locum vendicat, quando fur ultra quinque Ducatos Ungaricos furatus eſt, ut pluribus demonſtravi, *quæſt. 78. num. 16. & 20.* Proinde ſi rebus furtivis repertis ac Domino reſtitutis, reſiduum quod abeſt, valorem quinque ſolidorum non attingat, furi laquei pœnam remittendam eſſe, audacter quis affirmaverit.

24 Etſi enim ipſum furtum æſtimationem quinque Ducatorum longè ſuperet, attamen cùm in pœna infligenda ratio damni dati habenda ſit, hocque ſi modicum & infra quinque ſolidos fuerit, mitigationem pœnæ apportet; juxta *art. 160. Ord. Crim. Carol.* dubium non eſt, quin & hoc caſu lenitas juris rigori præponderare, ac propterea fuſtigatio tantummodò Reo infligi debeat.

25 *Veluti ſæpiùs ita reſponderunt Scabini.* Es wolte dann die hohe Obrigkeit in Anſehung / daß man die beyde ſilbern Teller / ſo wol auch den kleinen ſilbern Hofbecher wieder bekommen / und er alſo dieſes Diebſtahls nit genoſſen / die andere geſtolene Stücke aber die fünff *ſoliden* nit außtragen / ihme Gnad erzeigen / uff den Fall würde er mit Staupenſchlägen des Landes ewig billig verwieſen / V. R. W. *Quæſtori Dresdenſi. M. Jun. An. 1607.*

26 Ob gleich der Gefangene *H. P.* bekant / daß *H. W.* eilff fl. geſtohlen / und ſonſten andere Deuben mehr begangen / dieweil aber dennoch das Geld bey dem jenigen / dem er es geliehen / noch vorhanden / und wider zuerlangen iſt / die andere Deuben aber theils nicht wol erkundiget / theils auch über 9. *ſoliden* nicht wol außtragen können / ꝛc. So mag er auch am Leben nicht geſtrafft werden / er wird aber mit Staupenſchlägen des Landes ewig billig verwieſen / V. R. W. *Iohanni* Schmieden / *in* Rochsburg. Menſ. *Junio, Anno 1602.*

27 *It.* Man wolte ihme denn in Anſehung / daß man 5. fl. davon alsbald wider bekommen / und alſo er des Diebſtahls höher nicht denn 5. fl. 2. gr. 6. Pf. genoſſen / ihme ſolche zuerkante Todesſtraffe erlaſſen / uff den Fall würde er mit Staupenſchlägen des Landes ewig billig verwieſen / V. R. W. *Quæſtori in* Liebenwerda. *Menſ. Iun.* An. 1613.

Pariter pronunciârunt in ſimili ferè caſu, Quæſtori Dresdenſi. M. *Ian. An. 1612.*

Quæſtori in Thalwitz. M *Iun.* An. 1614.

Præfecto in Hartenſtein. Menſ. *Auguſt. Anno 1628.*

Quæſtori Wittebergenſi. M. *Iul. An. 1597.*

Iudici *Præfecturæ in* Seebach. Menſ. Iunio, *Anno 1609.*

Q.4. Quid juris ſi ex pluribus delicti cõſortibus unicus deprehenſus, ejusq; portio recuperata fuerit?

Ampliatur Secundo hæc Regula: 28 in pluribus Reis ac ſociis alicujus furti: qui ſi omnes inſimul furtum commiſerint, unus verò tantummodò deprehenſus, ejusque portio Domino reſtituta fuerit, pœnam mitigandam, furemque deprehenſum virgis cæſum in perpetuum relegandum eſſe, ex prædictis haud obſcurè colligi poteſt.

Quamvis enim Domino pro damno totali
nec ſatisfactum, nec omnes res furto ablatæ re-
ſtitutæ ſint; attamen damno ceſſante tanto, quan- 29
tum à fure deprehenſo illatum eſt, haud imme-
ritò etiam in ipſius perſona rigor juris ceſſabit,
juxta *art. 160. Ord. cr. Carol.* Præſertim cum hic
nullum prorſus lucrum ex furto ſenſerit, quod ta-
men in pœna furti dictanda probè hoc caſu at-
tendendum eſſe, antea dixi.

Nec obſtat, quod in delicto à pluribus com- 30
miſſo, omnes ac ſinguli in ſolidum obligentur ad
pœnam, *l. ſi plures. 34 ff de injur. l. ſi plures 6. ff. ar-
bor. furt. cæſar. l. vulgaris. 21. § ſi duo 9. ff. de furt. l.
item Mela. 11. § . ſed ſi plures. 2. l. ita vulneratus. 51.
in pr. & §. 1. ff. ad Leg. Aquil. Iaſon. in l. ſi quis id 7.
ff. de juriſdict. n. 29. Didac. Covar. in Clem. ſi furio-
ſus. tit. de homicid. part. 2. §. 2. nu. 3.* unde ſequi vi-
detur, furem deprehenſum, non minus ratio-
ne totius furti ac ſuæ portionis reſtitutæ ad
pœnam teneri, adeoque propter reliquas res
non recuperatas, ſuſpendii ſupplicium prome-
reri. *Hoc*, inquam, non obſtat, quum prædicti 31
textus de illis actionibus pœnalibus loquan-
tur, quibus ad pecuniariam tantummodò pœ-
nam & intereſſe agitur, ut fit in actione inju-
riarum, arborum furtim cæſarum, furti dupli
vel quadrupli, Legis Aquiliæ, albi corrupti, &
ſimi-

ſimilium; ſecus verò res ſe habet in actionibus criminalibus, ubi non ad pœnam pecuniariam, ſed corporis afflictivam & capitalem proceditur, tum non quilibet in ſolidum tenetur, ſed uniuscujusque factum, & quantum quisque in delicto fecit, conſideratur, *l. ſi in rixa. fin. ff.* ad Leg. *Corn. de ſicar.* propterea, quod pœnæ ſint commenſurandæ delictis, *l. capitalium. 28. §. graſſatores. ff. de pœn.* Potiusque molliendæ, quàm exaſperandæ, *l. ſanctio 41. & l. interpretatione. 42. ff. de pœn.*

32 *Reſponderunt ita Domini ad conſultationem judicis & Scabinorum in* Rötaw. So möchte *O. H. à W.* wegen ſolcher begangenen unnd bekandten Pferde Deuben/ nach Schärffe der Rechte mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft unnd hingerichtet werden. Mann wolte denn in Anſehung/ daß zu obangeregten Pferde Deuben/ Ihrer drey geweſen/ und man das jenige Pferde/ ſo der Gefangene geſtohlen/ in der Nachfolge wieder bekommen/ und er alſo des Diebſtals nicht genoſſen/ Ihme die zu recht zuerkandte Todesſtraffe erlaſſen/ auff den fall würde Er öffentlichen zur Staupen geſchlagen/ und nach außgeſtandener Leibesſtraff des Landes ewig verwieſen/ V. R. W. *M. Iulio, Anno* 1610.

33 Ampliatur Tertiò: quando res furtiva à fure vendita recuperatur, reſtituto ſimul à fure pretio emtori. Accidit enim quandoque ut fures factâ jam alienatione rerum furtivarum, cum pretio ex iisdem redacto deprehendantur, qui ſi emptorem indicent, rebus recuperatis, ac Domino reſtitutis, pretioque emptori refuſo, à pœna ordinaria laquei haud immeritò liberantur.

Q. 5. Re furtiva venditâ, ac recuperatâ, ſimulq; emptori refuſo pretio à fure, an pœna ſuſpendii locum ſibi vindicet?

34 Etenim, ut ſæpiùs dictum, in pœnâ furti dictandâ maximopere eſt attendendum damnum per furtum datum, nec non lucrum ex furto acquiſitum, juxta ſanctionem Carolinam *art. 160.* In verb. Und wie ſchädlich der Diebſtahl dem Beſchädigten ſeyn mag/ *&c.* Quo utroque deficiente, pœnam quoque laquei rigoroſam ceſſare, æquitas & favor Rei evincit, *Aut. Conſult. Conſtit. Saxon. tom. 1. part. 4. q. 56.* Nam & aliàs, ſi eventus ex parte deſit, pœnæ mitigari ſolent, *Gloſſ. & Bartol. in l. fin. de rer. diviſ. Bald. in l. is qui cum telo C. de ſicar. Hippol. conſ. 105. num. 2.* Atqui ſi res furtiva vendita Domino ſuo reſtituatur, ac emptori ſimul pretium refundatur, nec furem quicquam lucrari, nec Dominum rei furtivæ damnum ſentire, nec emptorem pecuniâ ſuâ defraudari, manifeſtum eſt. Meritò ergò fur hoc caſu à pœna ſuſpendii liberabitur.

35 *Reſpondentibus ita Scabinis Præfecto in* Arnſtein: hat C. *W.* in gutem bekandt/ daß er dem Müller *G. D.* bey deme er eine zeitlang gedienet/ ein Pferd entwand/ und im Dorff Alderoda unter euerm befohlnen Ambt/ einem Bauer umb 9. Thal. verkaufft/ und alſobald 5. Thal. darauff empfangen/ darüber er auch zur Hafft bracht/ und gedachtem Müller das entwendete Pferd auff ſeines Junckern Vorſchrifft gefolget/ auch dem Käuffer ſeine 5. Thal. wieder zugeſtellet worden: So mag Gefangener wegen ſolches begangenen und bekanten Diebſtals mit Staupenſchlägen und ewiger Landesverweiſung in ſtraff genommen werden/ V. R. W. *Menſe Febr. Anno* 1591.

36 *Et in caſu ferè ſimili:* So wird der Verhaffte *H. H.* derowegen weil gleichwol auß den *Actis* zu vernehmen/ wohin er das Pferdt verkauffet/ unnd vermuthlich/ daß man daſſelbe/ wo es nicht allbereit geſchehen/ wieder bekommen kan/ mit Staupenſchlägen/ des Landes ewig billich verwieſen/ V. R. W. *Præfecto in* Harttenſtein/ *Menſe Auguſto, An. 1628.*

Idemq; procedit, ſi res furtiva fuerit à fure permutata, & poſtea recuperata. Prout reſpondimus Chriſtophoro à Berbitzdorff/ M. *Auguſt. Anno 1630.* 37

Hæc tamen *Ampliatio* ad eum ſolummodo caſum eſt reſtringenda, ſi pretium ex re furtivâ redactum adhuc extet, & emptori reſtituatur, eo verò conſumto, quia emptori hoc furtum maximè nocet, Reus à pœna laquei nullatenus excuſabitur, ut dicetur *infra Limit. 1.* quod probè notandum. 38

Ampliatur Quartò hæc regula: Si rebus furtivis fractis, fruſta recuperata, & Domino reſtituta fuerint. Veluti ſi fur vaſa quædam argentea abſtulerit, & quo commodius ac tutius vendere queat, fregerit, furto poſteà manifeſtato; & rudi materiâ ſive argentea maſsâ repertâ & Domino reſtitutâ, pœna mitigari, & ſupplicium laquei in fuſtigationem commutari debet. 39

Q. 6. Quid ſi res furtiva fracta, & fruſta Domino reſtituta fuerint?

Quamvis enim per fractionem ſeu reductionem vaſorum argenteorum ad rudem materiam, damnum aliquod afferatur; attamen quia hoc modicum eſt, nec æſtimationem quinque Ducatorum facilè attingit, materiâ Domino reſtitutâ, acquieſcendum erit in pœna fuſtigationis ac relegationis perpetuæ, quâ delictum hoc ſat graviter coercetur. 40

Obſervarunt hæc Scabini ſic pronunciantes: Es wolle denn der Churf. zu Sachſen/ und Burggraff zu Magdeburg *&c.* Unſer gnädigſter Herr in Anſehung/ daß man die Stücke/ von obangeregtem geſtohlenem ſilbernen Hoffbecher/ wieder bekommen/ und alſo der Gefangene/ welcher ſonſten auſſer dieſem keines diebſtals/ ſo er weiter begangen/ verdächtig/ daſſelbe gar nicht genoſſen/ die zuerkante Todesſtraffe des Strangs ihme auß Gnaden erlaſſen/ uff den fall würde er offentlich zur Staupen geſchlagen/ und nach erlittenem und außgeſtandenem Staupenſchlag des Landes ewig verwieſen/ V. R. W. *Quæſtori Dreſdenſi.* M. *April An.* 1613. 41

It: Es wolle denn die Churf. Wittib/ in Anſehung/ daß man den Flachs und Kleyder/ wiewol ſie allbereit zerſchnitten und zertrennet geweſen/ wieder bekommen/ ꝛc. ihme Gnade erzeigen/ uf den fall würde er mit Staupenſchlägen/ des Landes ewig verwieſen/ V. R. W. *Quæſtori* Coldicenſi, M. *Junio, An. 1631.* 42

Et in caſu ſimili Quæſtori Dreſdenſi. M. *Ian. An. 1630.*

Ampliatur Quintò: Ut pœna ſuſpendii ſit remittenda furi, qui pecuniam furto ablatã in emptionem collocavit, & rem aliquam ſibi comparavit, quæ ſi adhuc extet, & Domino pecuniæ tradatur, atque ſic damnum reſarciatur, dubium non eſt, quin pœnæ mitigatio locum habeat. 43

Q. 7. Quid juris, ſi res pecuniâ furtivâ empta, furtũ paſſo tradatur, ad damni ſatisfactionẽ

Nullum ſiquidem hîc damnum verſatur illius, cui pecunia fuit ſurrepta, ut qui rem pecunia ſua emptam recipit, neq; etiam lucrum ſentit Reus ſurripiens, cui res empta aufertur, adeoq; damno Domini ac lucro furis ceſſante, meritò ſuſpendii pœna remitti debet, juxta antea dicta.

44 Quod eò magis verum eſt, dum Dominus rem emptam acceptans, pecuniam furto ablatam recipere videtur, ut quæ in locum pecuniæ ſurrogata eſt, ejusque vices induit, *c. Eccleſiæ. 3. ubi gloſſ. extr. ut lit. pendent. Alexandr. conſ. 55. v. 12. verſ. Et ſurrogatum ſapit naturam, &c. lib. 4. Jaſon. in l. ſi cum. 19. §. qui injuriarum. 2. num. 2. & num. 18. ff. ſi quis caut. Andr. Tiraquell. de jur. primog. quæſt. 55. num. 11. verſ. Nam quod in alterius locum, &c.*

45 *In hunc modum* Scabini *pronunciârunt ad requiſitionem Prætoris* Lipſenſis: Man wolt ihr dann in anſehung/ daß man das Geld mehrentheils/ und was davon außgeben worde/ an Wahren/ ſo ſie dafür erkaufft/ wieder bekommen/ Gnade erzeigen/ auff den fall möchte ſie des Diebſtahls wegen mit Staupenſchlägen des Landes ewig verwieſen werden/ V. R. W. *M. Auguſto, An.* 1594.

46 **Q. 8. Pœna furti cum levi effractione commiſſi, ſi res furto ſurrepta Domino reſtituta fuerit?**

Ampliatur ſextò hæc regula: In furto, cum effractione quâdam levi (quæ violenta & ſeditioſa non eſt) commiſſo, ita ut & furti effractori pœna laquei ſit remittenda, ſi res furto ſurrepta & ablata recuperetur, & Domino reſtituatur.

Repetendum enim hîc eſt, quod dixi *quæſt. præced. n. 16.* furto commiſſo cum effractione, 47 quæ violenta & ſeditioſa non eſt, fures effractores ſuſpendio non puniri, niſi ultra quinque ſolidos furati fuerint; adeoque ipſam effractionem levem, ex qua nec latrocinium, nec ſeditio metuenda, laqueo non coerceri, ſed potius furti ipſius magnitudinem, & valorem quinque ſolidorum attendi, ut probavi ex *cap. 1. §. ſi quis quinque ſolidos. 5. tit. de pac. tenend. 27. F. 2. Art. 119. verſ.* Darumb in dieſem fall/ *&c. artic. 162. verſ.* das iſt ein mehrer verleumbder Dieb/ *&c. Ordin. Crim. Carol.*

48 Quum verò res furto ablatæ, vel omnes, vel majori ex parte recuperatæ fuerint, ita ut reſiduæ abſentes valorem quinque ſolidorum non attingant, habitâ conſideratione damni reſtituit, & lucri ceſſantis, furtum pro magno propriè haberi, & ſuſpendio tutò puniri nequit. Ex eâdem prorſus ratione, ob quam in ſimplici furto laquei ſupplicium ceſſat, quæ & hoc caſu in furto cum effractione perpetrato locum ſibi vendicat & idem jus facit, *l. illud. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. his ſolis. 7. §. actionem. 2. C. de revoc. donat. c. inter corporalia. 2. verſ. unde cum non ſit, ext. de tranſlat. Epiſc. Gloſſ. in c. fraternitatis. 17. verb. Noviſ. verſ. & ubi eſt eadem ratio, &c. extr. de teſt. Bald. in l. quoniam intelligitur. n. 4. ff. de his qui not. infam. Panorm. in c. quoniam frequenter. 5. in reſpon. num. 6. ext. ut lit. non conteſt. Andr. Tiraquell. in reg. ceſſante cauſ. part. 1. n. 156. Modeſt. Piſtor. conſ. 16. n. 13. lib. 1.*

Veluti ſic etiam in caſu, quo quis cum effractione 49 *ultra 25. florenos furatus fuerat, reſpondimus hiſce formalibus.* Es wolte dann die hohe Obrigkeit ihme/ in Anſehunge/ daß man die geſtohlene Sachen alle wieder bekommen/ alſo daß der Gefangene derſelben gar nicht genoſſen/ noch dem jenigen deme ſie zugeſtanden/ ſolcher Diebſtahl ſchädlich geweſen/ welche Umbſtände gleichwol Keyſer Carls des V. unnd des heiligen Römiſchen Reichs peinliche Halßgerichtsordnung den Richtern und Urtheilsfaſſern zu erwegen/ und die Straffe darauff zuerkennen/ und zumeſſigen anbefohlen/ obberührte Todesſtraffe/ uf ſein unterthänigſtes anſuchen gnädigſt erlaſſen. Auff ſolchen fall bliebe Er mit der Straffe des Stranges verſchonet/ er würde aber gleichwol mit Staupenſchlägen des Landes ewig billig verwieſen/ V. R. W. An Schulverwalter zu Pforta/ M. *Sept. An. 1628.*

In caſu ſimili ita fuit pronunciatum ad requiſitionem Quæſtoris Finſtervvaldenſis, M. Octob. *An. 1608.* 50

Senatus Marienbergenſis, Menſe *Januar. An. 1611.*

Quæſtoris in Liebenwerda/ *M. Junio, Anno 1613.*

Quæſtoris in Thalwitz/ *M. Jun. An. 1614.*

Ad requiſitionem Præfecti ac Scabinorum Zvvickavienſium, M. Mart. An. 1608.

Limitatur autem Primò hæc regula: 51 Ut recuperatio ac reſtitutio rei furtivæ furem à pœna ſuſpendii non liberet: Si damnum factâ etiam reſtitutione, per furtum fuerit illatum. Veluti ſi fur rem furto ſubtractam alicui vendiderit, & pretium inde redactum conſumſerit. Licet enim Dominus rem ſuam repertam vindicet atque recipiat, attamen quia pretium à fure conſumptum eſt, & emptori refundi nequit, pœnam laquei fur haudquaquam effugiet.

Q. 9. An fuit ſuſpendendus, ſi re furtiva Domino ſuo reſtitutâ, alteri damnũ ſit illatum?

Probè namque perpendenda ſunt verba 52 *art. 160. Ordin. Crim. Carol.* Und wie ſchädlich dem beſchädigten der Diebſtahl ſeyn mag/ *&c.* quę ſatis innuunt, pœnam ſuſpendii tunc demum remittendam ac mitigandam eſſe, ſi per furtum perpetratum parum aut nihil damni datum fuerit. Quod certè hîc aſſeri nequit, ubi pretium à fure conſumptum eſt. Licet enim Domino rei furtivæ per ejusdem reſtitutionem ſatisfiat; emtoris tamen multùm intereſt, pretium ſolutum ſibi refundi, quod quum fieri nequeat, damnum ſentire eum nemò inficiabitur. Parum autem refert, an emptor rei furtivæ, an ipſemet Dominus cui res fuit ſurrepta incommodum & detrimentum ex furis facto ſentiat, quia verba *dict. artic. 160. Ordin. Crim.* generaliter loquuntur, adeoque ad certæ alicujus perſonæ commodum vel incommodum reſtringenda non ſunt, *l. de pretio. ff. de publ. in rem act. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præſtand.*

Tantoque minus hôc caſu Reus à furti pœna 53 ordinaria exemptus erit, quantò magis ipſemet lucrum ſentit ex perceptione ac conſummatione pretii, ab emtore rei furtivæ ſoluti, qui proprius verè eſt finis hujus delicti, ac furtum efficit, *§. furtum. 1. ubi Iohan. Harpprecht. n. 22. Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc.*

Secundum ea reſponderunt Scabini ad conſultationem Quæſtoris Mulbergenſis in hunc modum: 54 So möchten ſie alle beyde/ ungeachtet/ daß man die beyde Pferde/ ſo zu Auſſig geſtohlen worden/ wieder bekommen/ weil gleichwol den jenigen/ mit welchen ſie die Pferde vertauſchet/ dieſer Diebſtahl ſchädliche geweſen/ alſo daß ſie ihrer Pferde unnd Zugabe an Gelde/ ſo ſie darfür gegeben/ entrathen müſſen/ wegē ſolcher begangenen und bekandten Pferde Deuben/ mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W. *M. Novemb. An. 1612.*

Et in caſu ſimili, ad requiſitionem Quæſtoris Bornenſis. M. *Mart. An. 1601.*

55 Quod tamen ſic accipi velim, ſi damnum ex ſolo delicto & facto furis proveniat. Secus verò, ſi quis facto & culpâ ſuâ cauſam præbeat damno. Quo caſu facta reſtitutione rei furtivæ, furem à pœna ſuſpendii liberari, rectè quis dixerit; quia reverâ damnum ſentire non videtur, qui ſibi ipſi dat damnum, *l. quod quis. ff. de reg. jur.*

56 *Hinc, quando Dominus quiſpiam vaſa argentea furto ſibi ablata, & à fure occultata ac in terram defoſſa, ab alio verò ibidem inventa ac reperta 100. florenis redemerat, quæ tamen absque omni pretio optimo jure vendicare potuiſſet, furi pœnã laquei remittendam, eumq́ʒ virgis cæſum in perpetuum relegandum eſſe, reſponderunt Domini ad conſultationem Quæſtoris Dreſdenſis, M. Ian. An. 1612.*

57 *Quemadmodum etiam ſic pronunciârunt rebus furtivis recuperatis ab emtore, qui ſcienter easdem emerat. Quæſtori in* Schweinitz. *M. Jun.* A*nno 1614.*

58 Secundo limitatur hæc Regula:

Q. 10 *Quid ſi fur lucrũ non ſentiat re furtiva perdita aut ſurrepta?*

Et mitigatio pœnæ nullatenus locum ſibi vendicat, qnando nulla fit reſtitutio damni, nec res furtivæ recuperantur, etiamſi ipſemet fur ex delicto ſuo nil prorſus lucretur: Veluti ſi furto commiſſo tertius ſuperveniat, & rem furtivam furi ſurripiat: quo caſu primus fur, cui res itidem furto ablata fuit, hâc exceptione à pœna laquei ſeſe tueri nequit, quia enim furtum ſemel ab ipſo fuit perpetratum ac conſummatum; utique & is meritò furti pœnam, quæ laquei eſt, ſuſtinebit.

59 Nec obſtat, quod fur hoc caſu nil fuerit lucratus. Lucro autem furis deficiente pœna mitigari debeat. *Illud* enim tum demum verum eſt, ſi reſtitutio damni fiat ei, cui res furto ablata fuit. Hoc namque expreſsè evincitur ex verb. *artic. 160. Ordin. Crimin. Carol.* **Wie ſchädlich der Diebſtahl dem Beſchädigten geweſen/** *&c.* adeoque ad mitigationem pœnæ duo potiſſimum requiruntur, nempe ut lucrum furis ceſſet; & damni dati reſtitutio fiat, quorum alterutro deficiente, mitigatio pœnæ locum non habet. Quin & ſufficit, furem animo lucrandi rem ſurripuiſſe; etiamſi is ſpe ſuâ fuerit fruſtratus, *§. 1. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc.*

60 *Reſpondentibus ſic etiam Scabinis Alexandro à* Rottenburgk. So möchte er wegen ſolches begangenen und bekandten Diebſtals/ ungeachtet/ daß er fürwenden thut/ daß er des Geldes/ ſo er dem Winzer geſtohlen/ gar nicht genoſſen/ ſondern daſſelbe ihme von etlichen Landsknechten zu Döberitzſch wieder genommen worden/ weil er durch ſeinen Diebſtal/ den er verübt/ Vrſach gegeben/ daß der Winzer ſeines Geldes entrathen müſſen/ nach Schärffe der Rechte/ mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W *M. Decemb. Anno 1613.*

61 Tertiò limitatur Regula hæc in furto, cum effractione violentâ & ſeditioſâ commiſſo. Ut maximè enim res furtiva recuperetur, & Domino reſtituatur, haud quaquam tamen Reus furti, cum effractione violentâ perpetrati, à pœna laquei immunis erit.

62 Cujus limitationis ratio obſcura non eſt, ſiquidem hoc caſu non tam furtum, quàm effractio ſeditioſa, & vis publica mortis ſupplicio punitur. Nemo autem, opinor, negabit per effractionem ſeditioſam vim commiſſam fuiſſe, licet Dominus rem furto ſibi ablatam recipiat, & damnum furto datum reſarciatur, omneque lucrum furi auferatur. Unde etiam fit, quod in tali furto cum effractione violenta ac ſeditioſa commiſſa, nulla prorſus habeatur ratio quantitatis ac magnitudinis furti, ſed Reus indifferenter ſuſpendio puniatur, ſive magnum, ſive modicum furtum commiſerit: Secundum expreſſam ſanctionem *artic. 159. Ordin. Crim. Carol.* In verb. **Solches ſey der erſte oder mehr Diebſtal/ auch der Diebſtahl groß oder klein/** *&c.* Vid. *quæſt. præced. num. 11.*

63 *Hanc ſententiam in pronunciando quotidiè ſequuntur Illuſt. Elect. Sax. Scabini, ita reſpondentes:* Da nun ſolche Deuben gewiß unnd in Warheit/ mit gewaltſamen Einbrechen geſchehen/ und der Gefangene würde uff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder des ſonſten wie recht überwieſen/ ſo möchte er wegen ſolcher begangenen und bekanten Deuben/ ungeachtet daß Georg Kop die meiſten Stück/ ſo Jhme geſtohlen worden/ wieder bekommen/ mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W. *Ad requiſitionem Stellani ab* Holzendorff. *M. April. An. 1604.*

64 *It:* Ob nun wol die jenigen/ welchen das Viehe/ als zwey Ochſen und eine Kuhe/ dieblichen entwendet worden/ ſolche in der Nachfolge wieder bekommen/ dieweil aber dennoch beyde Deuben gefährlicher Weiſe mit Einbrechen geſchehen/ *&c.* So wird auch Gefangener/ wofern er auff ſeinem gethanen Bekändtnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder des ſonſten wie recht überwieſen würde/ nach Schärffe der Rechte mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft und hingerichtet/ V. R. W. *Ad conſultationem Henrici à* Schaurods. *M. Majo, An 1622.*

65 *Quæſtoris Dreſdenſis. M. Junio, An. 1621.*

Caſus ſecundus.

,, Alter caſus eſt, quando ipſemet fur,
,, pœnitentia ductus, rem furtivam
,, reddit, aut Domino damnum reſtituit.

Accidit enim ſæpiſſimè, ut ipſimet fures furto conſummato pœniteant, & antequam deprehendantur, & in carcerem conjiciantur, rem furto ablatam reſtituant: Qui etiam à pœna ordinaria liberantur. Parum enim refert, an res penes furum reperta Domino ſuo reſtituatur; an ipſemet fur rem furtivam reddat, aut damnum reſarciat. Quin & majori veniâ dignus eſt fur ſponte ſuâ rem reſtituens, quàm coactus & deprehenſus eam reddens.

66 Notanda itaq; eſt hoc caſu Regula generalis:

,, Quod fur pœnitentia ductus rem fur-
,, tivam reſtituens, vel illius nomine Do-
,, mino ſatisfaciens, non niſi pœna arbi-
,, traria, carceris, relegationis vel etiam
,, fuſtigationis puniri debeat.

Q. 11. Quatenus pœnitentia furē excuſet?

67 Quæ quidem regula in foro Saxonico & praxi hodiernâ totius ferè Germaniæ veriſſima eſt, quamvis de Jure Civili rem ſecus ſeſe habere, probè quis dixerit, propter *l. qui ea mente. 65.ff. de furt. l. ſi pignore. 54. §. 3. ff. eod. tit. l. 1. §. ſi rem. 25. ff. de poſit. l. quid ſit. 17. §. Cœlius. 1. ff. de ædil. edict. l. non prodeſt. 5. ff. Vi bonor. rapt. Petr. Heig. part. 2. quæſt. 32 num. 43. Hieron. de Mont. quæſt. 16. nu. 4.* Cephal. *conſ. 57. num. 8.* vol. 1. *Angel. Aretin. in tract. malef. verb. Etiam veſtem cœleſtem num. 39. Proſper. Farin. in part. 4. oper. crim. quæſt.* 124. *num. 172.*

68 Quam diſparitatem nemo facilè mirabitur, perpendens; pœnam furti de Jure Civili non eſſe capitalem, aut ultimum ſupplicium, ſed merè civilem, quæ facilius imponi ſolet; ac proinde ab illâ ad pœnam hodiernam capitalem & ultimum ſupplicium ratiocinatio non admittenda, A*ut.* C*onſult.* C*onſt. Saxon. tom. 1 part. 4. quæſt. 56. n. 4.*

Probatur autem hæc regula *Primò*: Ex *art. 160.* O*rdin.* C*rim.* C*arol.* In verb. **Vnd wie ſchädlich dem Beſchädigten der Diebſtal ſein mag/und die Straffe darnach an Leib oder Leben urtheilen/** *&c.* Quare tunc demum mortis pœnâ afficiendus erit Reus, ſi furtum alicui fuerit damnoſum. Atqui ne minimum quidem damnum afferri, ſi fur pœnitens rem ablatam reſtituat, vel æſtimationem refundat, in aperto eſt. Ergò nec pœna ſuſpendii hoc caſu obtinebit.

69 *Secundò*: Per textum expreſſum in C*onſt. Elect. 32. part. 4. §. fin.* In verb. **Vnd nachdem den Rechten gemeß iſt/ daß derer Diebe halben/ ſo ihres begangenen Laſters zeitliche Reu tragen/ und das jenige/ ſo ſie geſtohlen/ ehe ſie zum Gefängnüß gezogen/oder beklagt werden/wieder geben/ oder derowegen ſonſten Erſtattung thun/die ördentliche Straffe etwas gelindert werde/ſo laſſen Wirs auch geſchehen/ daß es in unſern Landen alſo erkant werden möge/ jedoch daß dieſelbe Verbrechere gleichwol mit Gefängnüß/zeitlicher Verweiſung/oder nach Gelegenheit der Vmbſtände mit Staupenſchlägen belegt/oder geſtrafft werden.** Ac licet ſanctio hæc Electoralis ad terras & ditiones Elect. Saxon. reſtringenda eſt; idem tamen de jure etiam Saxon. communi alibi obtinere, manifeſtè liquet ex *pr. dict. §. fin.* **Nach deme den Rechten gemeß/** *&c.*

70 *Tertiò*: Facit huc regula Doctorum univerſalis, quod pœnitentia poſt delictum, ſeu commutatio generis vitæ in melius in delictis plurimis non atrocioribus mitiget pœnam, *Andr. Tiraquell. in tract. de pœn. temp. aut remitt. cauſ. 28. num. 1. & ſeqq. Iaſon. in l. in arenam. C. de inoff. teſtam. num. 5. & ſeq. Matth. Berlich. part. 5. concluſ. 44. num. 70.* Hinc pulchrè decidit *Albert. in ult. part. tract. ſtat. quæſt. 96.* quod ſi quis bannitum receptaverit duobus vel tribus diebus, & poſtea pœnitens eum prodiderit, præſentaveritque poteſtati, licet puniendus ſit ex formâ ſtatuti, hujuſmodi receptionem prohibentis, pœnam tamen illi mitigandam eſſe, allegatus à *Dan. ad* C*onſtit. Elect. 32. num. 18. part. 4.* Imprimis autem hoc procedit in aliis delictis, ubi res in integrum ſtatum poſt conſummationem reſtitui poteſt: quod in furto fieri videmus; *Bartol. in l. qui ea mente. 65. ff. de furt. num. 2. verſ. præterea debes ſcire. Bald. in l. ſi quis. C. de Epiſcop. &* C*ler. num. 9. verſ. melius tamen dici poteſt, &c.*

71 Notandum tamen, hanc Regulam tum demum veram eſſe, ſi fur, antequam deprehenſus in carcerem conjicitur vel accuſatur, pœnitentiâ ductus rem furto ablatam Domino ſuo reſtituat. Id quod non modò uſu ac more pronunciandi *Scabinorum Lipſenſium* ita receptum, ſed & ab Illuſtriſſimo Electore expreſſis verbis conſummatum eſt, *dict. Conſt. 32. §. fin.* **Zeitliche Reu tragen/und das jenige ſo ſie geſtohlen/ ehe ſie zu Gefängnüß gezogen/ oder belegt/ wieder geben/** *&c.*

72 *Ita reſponſum ad conſultationem Nobilium à* **Marſchalch. Ob gleich zwey euer Vnterthanen eingebrochen/und 15. Rthalr. geſtohlen und entwendet: Dieweil aber dennoch ſolches ihnen uf der That gereuet/und ſie das geſtohlen Geldt wieder von ſich geſtellet/** *&c.* **So mögen ſie am Leibe nicht geſtrafft werdē/ſondern ſie werden allein drey oder vier Wochen lang mit Gefängnüßſtraff belegt/ V. R. W.** M*enſe Iunio,* A*nno 1630.*

Alio in caſu furi pœnitenti fuit dictata fuſtigatio cum perpetuâ relegatione. A*d requiſitionem judicis & Scabinorum Furſtenbergenſium.* M. *Decemb.* A*n. 1593.*
Quæſtoris Torgenſis. M. A*pril.* A*n. 1596.*
Cornelij à **Miltitz/** M. *Ian.* A*n. 1603.*
Quæſtoris Dreſdenſis. M. O*ctob. 1622.*
Temporalis autem Relegatio fuit indicta cuidam furi pœnitenti **Gegen Döbeln/an Rath.** M*enſ.* Ma*jo,* A*n. 1617.*

73 Proinde fur ſerò pœnitens, & jam accuſatus de furto, aut in carcerem conjectus rem ablatam reſtituens, ſub hâc regulâ non comprehenditur. Quamvis & illum veniam aliquâ ex parte mereri, exiſtimem, non quidem ob pœnitentiam, quæ, utpote nimis ſera, pœnitentia vera non eſt, nec multùm juvare eum poteſt; ſed quia per reſtitutionem rei Domino fuit ſatisfactum: quo caſu pœnam ordinariam mitigandam eſſe, probat *art. 160. Ordin. Crim. Carol.* & dixi antea *Regulâ primâ.*

74 *Veluti etiam tali caſu pronunciatum fuit Quæſtori* T*hebano.* M. *Ian.* A*nno 1611.*

75 Illud hìc quæſitum memini: *Si fur pœnitens, antequam in carcerem conjiciatur, aut furti accuſetur, rés quaſdam furtivas adhuc extantes Domino reſtituat, pro reſiduis verò ab ipſo conſumptis ei ob inopiam ſatisfacere nequeat, an & tunc venia ipſi ſit danda, & pœna ſolummodò extraordinaria infligēda?* Qualis caſus M*enſ. Febr.* A*nno 1630.* ad collegium noſtrum fuit tranſmiſſus, ubi fur quidam 300. Thaleros Imperiales, nec non 10. Ducatos ſurripuerat, pœnitente verò eo ac reſtituente 248 thaleros, quærebatur, an propter reſiduos 52. thaleros; & 10. Ducatos, quorum nomine Domino ſatisfacere non poſſet, ſuſpendendus eſſet?

Q. 12. Num pœna ſuſpendii ſit remittēda furi, qui res quaſdam furtivas Domino reſtituit, pro reſiduis verò ob inopiam ſatisfacere nequit?

Multùm certè ac diu hic controvertebatur, & ſi quæſtio hæc ex verbis *Conſtit. Elector. 32. part. 4.* decidenda fuiſſet, vix ac ne vix Reus pœnam ſuſpendii effugere potuiſſet. Illis namque demum furibus Illuſtriſſimus Conſtituens veniam tribuere videtur, qui pœnitentes res ablatas reſtituunt, vel illarum nomine Domino ſatisfaciunt, **welche das jenige/ſo ſie geſtohlen wiedergeben/oder derowegen ſonſt Erſtattung thun/** *&c.* quæ verba ſtrictè accepta de reſtitutione totali loquuntur, nec ad reſtitutionem particularem extendi poſſunt.

77 Amplexi tamen ſunt Domini benigniorem ſententiam, non tam verbis Conſt. inhærentes, quàm mentem Elect. Illuſtriſſimi perpendentes, cui absque dubio animus fuit vitæ genus improbum corrigentibus indulgere, & pœnitentiæ prę-mium aliquod ponere. Cujus fures inopes participes fieri non poſſent, ſi reſtitutio damni totalis requireretur. Conſiderandum porrò & hoc, quod ſi ſola reſtitutio & ſatisfactio veniam mereretur, longè deteriorem eſſe conditionem furum pœnitentium inopum, quos tamen vel ſola neceſſitas ac paupertas à pœna ordinaria excuſare poſſet, aliis ob abundantiam bonorum gravius delinquentibus.

78 Exiſtimârunt itaque *Domini*, furem pœnitentem hoc caſu virgis cæſum in perpetuum eſſe relegandum, ne omni prorſus veniâ ac præmio pœnitentia careret. Quam ſententiam eò veriorem eſſe putaverunt, quantò levior ac mitior eſt fuſtigatione, carceris vel relegationis pœna, quæ factâ reſtitutione damni totalis, regulariter & communiter ſolet imponi furi pœnitenti, ſecundum diſpoſitionem Elect. *dict.* C*onſt.32. §.fin p.4.*

79 *Reſponderunt ita Domini verſus* **Gaull/** *ad requiſitionem Henrici à* **Cobergs** *in* **Stobra: So wird der Gefangene** *H.* K. **wegen ſolches begangenen und bekanten Diebſtahls / nach Gelegenheit diß fals/weil er vor ſeiner gefänglichen Hafft** *pænit***iret/ und zum meiſten Theil Erſtattung gethan / öffentlich billich zur Staupen geſchlagen / unnd der Gerichte des Orths ewig verwieſen / V. R. W.** *M.Febr. An. 1630.*

80 Tertius Caſus. Tertius denique caſus, quo ob reſtitutionem damni pœnam furti mitigandam eſſe dixi, hic eſt: Si nempe fur cum Domino ſuper damno dato tranſigat, eique ſatis-,,factionem præſtet. Ubi talem pono re-,,gulam: Tranſactione de furto commiſſo ,,cum parte offenſa inita, eique præſtita ,,ſatisfactione pro damno dato, fur â ſu-,,ſpendii ſupplicio liberatus pœna ex-,,traordinaria puniendus eſt.

81 *Q.13. Num tranſactio facta cum Domino rei ablatæ, furē liberet à pœna laquei?* Quamvis enim fures non ſemper pœniteant, & ad reſtitutionem rei ablatæ, aut ſatisfactionem damni dati ſe offerant; deprehenſi tamen vel accuſati, quo vitam & ſanguinem redimant cum parte offensâ ſæpe tranſigunt, & damnum reſarcire promittunt, in quo ſi Dominus rerum furto ablatarum acquieſcat, & ab accuſatione deſiſtat, furem à pœna mortis immunem eſſe puto.

82 P*rimò*: Quia Dominus rei ablatæ cum fure tranſigens, eique condonans injuriam ſibi illatam; nullum ſentit damnum, ut cujus reſtitutionem ab ipſo expectat. Ac licet ea prorſus deficeret, non tamen habet quod conqueratur de damno dato, ſibi enim imputet, quod jus ſuum furi remiſerit: nec enim damnum ſentire videtur, qui ſibi ipſi dat damnum, *l. quod quis. ff. de regul. juris.* Atqui mortis ſupplicio furem puniendum non eſſe, niſi per furtum damnum datum fuerit, ſæpius dixi & probavi ex *artic. 160. Ordin. Crim. Carol.*

83 *Secundò*: Negari nequit, quin regulariter non tantùm de cauſis civilibus, verùm etiam de omnibus criminibus publicis, ſanguinis pœnam ingerentibus, tranſigere liceat, *l. tranſigere. 18. C. de transact.* Quæ transactio delinquentem à pœna mortis liberat; hic enim finis iſtius principalis eſt, quò Reus tranſigens ſanguinem ſuum redimat, ut inquit JCtus Ulpian. in *l. 1. ff. de bon. eor. qui ant. ſent.* Et ſanè per transactionem remittitur accuſatio à parte offenſa. Absque accuſatore verò, ſeu accuſatione regulariter nemo condemnatur, *l. reſcript. §. ſi quis. ff. de mun. & honor. c. un. ut Eccleſ. benef. ſin. dimi. conf c. relatum. 5 quæſtion. 3. c. de manif. 2. quæſt. 1.*

84 *Tertiò*: Huc etiam faciunt verba Elect. in *Conſtit. 32. §. fin. part. 4.* **oder derowegen ſonſt Erſtattung thun/ die ordentliche Straffe etwas gelindert/** *&c.* Ubi Illuſtriſſimus Legislator mitius puniri vult fures eos, qui rerum ablatarum nomine Domino ſatisfaciunt. Quamvis autem de furibus pœnitentibus potiſſimum ibidem loquatur; ex ratione tamen ſubjectâ, quæ ſatisfactionem reſpicit, ad hunc caſum præſentem eam diſpoſitionem haud inconcinnè extendere poſſumus, maximè, cum ob ſolam hancce rationem poenam furti mitigare jubeat O*rdin. Crim. Carol. dict. art. 160.*

85 *Quartò*: Eaque ſententia absque dubio mitior ac benignior eſt, mitiorem in tranſigentes ſtatuens poenam; quæ in ambiguis ſemper eligenda, *l. interpretatione. 42. l. ſi Præſes. 32. ff. de pœn. l. Arianus. 47. ff. de obligat. & action. l. ſi fuerit. 10. in fin. ff. de reb. dub. l. ſemper. 56. l. ea quæ. 192. in fin. ff. de reg. jur.* Idque tantò magis, quantò ſeverior poenâ ſuſpendii vulgò haberi ſolet.

86 Neque hiſce adverſatur, quod transactio non præjudicet Magiſtratui, cui non ſatisfactum eſt de crimine perpetrato, quum juris ſit indubitati, quolibet crimine duabus perſonis inferri injuriam, ob quam utraque ſeorſim conqueri poteſt: pars ſcilicet læſa, quæ damni reparationem poſcit: & Fiſcus vel Magiſtratus, qui itidem damni ſui reparationem, & injuriæ illatæ ultionem petit. Proinde quamvis pars læſa furi injuriam ſibi illatam remiſerit, Magiſtratum tamen ex officio procedentem publicum intereſſe perſequi, ac furem juſtiſſimè punire poſſe, dicendum erit.

87 Hoc, inquam, non adverſatur noſtræ Regulæ: Licet enim judex non obſtante transactione procedere ex officio, & delinquentem condemnare ac punire poſſit, quod facilè conceſſerim; attamen hoc caſu condemnatio non debet fieri ad pœnam mortis, & vitæ ademptionem,

ptionem, ſed irroganda eſt pœna extraordinaria, ut relegatio, vel etiam fuſtigatio, &c. *l. qui cædis. l. qui fortuito ff. de incend. ruin. nauf l. ſi adulterium. §. Impp. ff. ad Leg. Jul. adult. Gramm. deciſ. Neapol. 89. n. 9. Bartol. in l. tranſigere n. 7. & ibid. Curt. Jun. n. 29. C. de transact.* ubi addit, iſtam ſententiam eſſe communem. Et ſecundum illam aliquoties pronunciaſſe Jenenſes, teſtatur *Virg. Pingitz. quæſt. 4. n. 6.*

88 *Eamq; ſequuntur Illuſtriſſ. Elect. Saxon. Scabini in pronunciando, in hunc modum reſpondentes:* **Dieweil aber dennoch der erſte Diebſtall bey ſeinem Bruder begangen/ und Gefangener wegen des andern Diebſtals ſich längſten mit** *H. L.* **verglichen und vertragen/ alſo daß er demſelben nicht ſchädlichē geweſen/ welche Vmbſtände gleichwol Käyſ. Carls des** *V.* **und des Heiligen Römiſchen Reichs peinliche Halßgerichts-Ordnung den Vrthelsfaſſern in acht zu nehmen befihlet/** *&c.* **So erſcheinet darauß allenthalben ſo viel/ daß Gefangener derowegen geſtalten Sachen nach mit Staupenſchlägen/ des Landes ewig billig verwieſen wird/ V. R. W.** *Quæſtori in* **Noſſen.** *Menſ. Septembr. An. 1621.*

89 *It:* **So mag der Gefangene** *M. M.* **ſolcher ſeiner Verbrechung wegē/ geſtalten Sachen nach/ weil der von Wolfframsdorff ſich an ſein** *patrimonium* **gehalten/ darauff geklaget/ und des Gefangenen verwilligung nach davon befriediget werden ſoll/ offentlich zur Staupen geſchlagen/ unnd nach außgeſtandener Leibesſtraff des Landes ewig verwieſen werden/ V. R. W.** *Præfecto in* **Neuenſchönfelß.** *Menſ. Novemb. An. 1626.*

Senatui in **Liebenwerda.** *Menſ. Febr. Anno 1581.*

90 *In pari caſu fuit dictata perpetua relegatio abſq; fuſtigatione cuidam furi, ad requiſitionem Conſulum & Senatus in* **Gübben.** *M. Novemb. An. 1629.*

Q. 14. An fur in carcerem conjectus ad reſtitutionē damni ſe offerēs à pœna laquei ſit liberandus?

91 Quid autem, *ſi fur neque pœniteat, neque cum parte offenſâ tranſigat, ſed in carcerem conjectus & furtum confeſſus, rebus furtivis ab ipſo conſumptis, ad reſtitutionem damni dati ſpontè ſe offerat; an audiendus, & à pœna ſuſpendij liberandus erit?*

Certè, ſi hoc modo fur pœnam mortis effugere poſſet, nunquam fore, puto, ut quiſpiam, niſi pauperrimus eſſet, ob furtum ſuſpenderetur. 92 Quis enim quæſo non paupertatem mallet, quàm mortem, nec omnia, quo vitam redimat, perderet? Ideoque furem exceptione hac reſtitutionis damni ſeſe tueri non poſſe exiſtimo. Nuſpiam enim in jure hoc diſpoſitum eſt; erubeſcimus ergò ſine lege loqui, nec temerè quicquam abſque juris auctoritate aſſeverandum eſt, *l. diſſentientis. 5. C. de repud. c. is qui in Eccleſia. 18. in fin. pr. ext. de ſent. excomm. in 6to.*

93 Nec eſt, quod quis urgeat verba ſæpè allegati *artic. 160. Ordin. Crim.* **Wie ſchädlich dem Beſchädigten der Diebſtall ſeyn mag/** *&c.* Unde probatur furem tum demum mortis pœnâ afficiendum eſſe, ſi furtum fuerit Domino damnoſum. Quod de caſu præſenti, quo fur reſtitutionem & ſatisfactionem pollicetur, dici nequit: *Sunt* enim verba iſta civiliter, & cum grano ſalis accipienda, ſi nimirum Dominus rei ablatæ in reſtitutionem conſentiat, eamque acceptet. Quum enim ipſius intereſſe principaliter hîc verſetur, utique ratio placiti & conſenſus ſui maximè eſt habenda. At multis modis fieri poteſt, ut æſtimatione ſibi promiſsâ, nihilominus rei ablatæ carentiam ob peculiarem forſan affectionem ægre ferat.

Ac ſi aliter diceretur, nemo non animadverteret, longe pejorem fore conditionem furis pauperrimi, quam locupletis ac bonis abundantis, quem tamen tantò ſeverius puniendum eſſe, quantò gravius is nullâ paupertate ac neceſſitate coactus deliquit judicabunt omnes. 94

Quæ tamen ſic accipi velim, ſi Dominus rei furtivæ reſtitutionem damni renuat. 95 Conſentiente verò eo, ac ſatisfactionem ſive æſtimationem rei ablatæ acceptante, quin pœna furti mitiganda ſit tantum abeſt, ut negem, ut vel ob tranſactionem initam judicem pœnam mortis furi imponere non poſſe, exiſtimem, juxta *regulam tertiam antea poſitam.*

Veluti ita pronunciatum verſus **Cottbuß/ an das Churfürſtl. Brandenburgiſche Ambt.** *Menſ. Sept. An. 1613.* 96

It: Ad conſultationem Rudolphi à **Ponickaw.** *M. Novemb. An. 1629.*

Senatus Grimmen. Menſe Januario, Anno 1630.

Iudicis Præfecturæ in **Seeburgk.** *Menſe Iunio, Anno 1609.*

Quod ſi etiam fure reſtitutionem promittente ac ſatisfactionem offerente concurrentibus adhuc aliis circumſtantiis & qualitatibus, judex gratiam Reo facere, eique mitiorem pœnam relegationis, aut fuſtigationis infligere velit, facilè ipſi conſentirem, quin ut hoc faciat, ſuaſor eſſe vellem. 97

Quod & placuiſſe reperio Scabinis, ſententiis ſuis hancce clauſulam apponentibus: **Man wolle ihme denn in Anſehung/ daß die andern verlohrnen Stücke auſſerhalb des geſtohlenen Geldes noch alles bey ihme vorhanden/ und der Gefangene ſich erbotten/ nicht allein daſſelbe alles wider zugeben/ ſondern auch das Geldt ſo er geſtohlen/ zuerſtatten/ und daß Er ſonſten wegen ſeines Verhaltens ein gut Zeugnüß/ auch dergleichen Diebſtal zuvor nicht berüchtiget/ Gnade erzeigen/ und die zuerkante Straffe des Stranges erlaſſen/ auff den fall/ und wenn er zuvor das geſtohlene Geldt entweder baar erſtattet/ oder ſonſten annehmliche Vorſchläge der Zahlung thun würde/ möchte Er mit ewiger Landesverweiſung in Straff genommen werden/ V. R. W.** *Ad requiſitionem Senatus Marienbergenſis, M. Januar. Anno 1611.* 98

It: **Es wolte denn die hohe Obrigkeit ihme auß Gnaden in Anſehung/ daß der Gefangene ſich erbieten thut/ Balthaſar Katterfelden vor obangeregte acht Schaffnöſſer gebührliche Abfindung/ und erſtattung zu thun/ er der Gefangene auch ſonſten wegen anderer Deuben nicht verdächtig/ ſondern dieſer Diebſtal/ den ~~Er begangen~~/ der erſte iſt/ wofern er zuvor darumb in unterthänigkeit bitten/ es vor eine ſondere Gnade erkennen/ und den rechten werth für die dieblichen entführte Schaffnöſſer Balthaſar Katterfelden würcklichen wieder erſtatten würde/ die zu recht erkandte Straffe des Stranges erlaſſen/ auff den fall würde Er allein des Landes ewig verwieſen/ V. R. W.** *Ad conſultationem Quæſtoris in* **Sachſenburgk.** *M. Ian. An. 1612.* 99

100 ꝛc: Es wolte denn die hohe Obrigkeit in Anſehung ſeines Weibes / und kleinen unerzogenen Kindern/ und daß er ſich zur Wiederſtattung der geſtöhlenen Sachen erbotten/ihme die Todtesſtraffe auß Gnaden erlaſſen / Uff ſolchen Fall bliebe er mit der Todtesſtraff verſchonet. Er würde aber gleichwol nichts deſto minder offentlich billig zur Staupen geſchlagen / und nach außgeſtandener Leibesſtraff/ des Landes ewig verwieſen / V.R.W. *Ad conſultationem Fratrum* Nob. *à* Schützen. *Menſ. Auguſt. Anno 1621.*

Et in caſu ſimili, ad requiſitionem judicis in Hain *Menſ. Febr. An. 1609.*

101 Cæterum hoc loco & illud commodè quæri poteſt: *An fure ultimo ſupplicio punito, & laqueo ſuffocato, Domino rei furtivæ civilis actio pecuniaria competat, contra heredes furis ad damnum vel intereſſe, quod prætendit ſibi deficere.*

102 Equidem de jure Civili certum eſt, condictionem furtivam & actionem ſubſidiariam contra heredem furis dari ipſi Domino ejusque heredibus, ad rem furto ſublatam ſibi reſtituendam, aut ſi non amplius extet, ad damnum reſarciendum, & intereſſe præſtandum, non ſolùm quatenus ſunt locupletiores facti ex re furtivâ, ſed etiam quatenus ſuccedunt, *l. 5. l. ſi pro 7. §. fin. l. in condictione. 9. ff. de condict. furt.* Id quod in hac condictione, quæ ex delicto deſcendit, ſpecialiter odio furum introductum, licet alioquin heres regulariter ex delicto defuncti non teneatur, niſi quatenus ad eum pervenerit. M*atth.* W*eſembec. in parat. ff de condict. furt. nu. 7.*

103 Quæ condictio per actionem pœnalem nequaquam tollitur, nec una alteram conſumit, ſed utraque Domino datur; hæc quidem ad pœnam adverſus ipſum furem; illa verò ad intereſſe & damni reſtitutionem adverſus furem, ejusvè hæredes, *§ fin. Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc. §. ex maleficiis verò. Inſtit. de action. l. 1. ff. de privat. delict. Bartol. in l. interdum. 56. §. qui furem. 1. ff. de furt. num. 4. Auguſt. Bonfranc. in addit. ad Aretin. de malef. verb. etiam veſtem cœleſtem. num. 11. Petr. Heig. part. 2. quæſt. 23. nu. 17. & ſeqq.* I*oh. Bajard. ad* I*ul. Clar. lib. 5. ſent. §. furtum nu. 31. & ſeqq.* A*ndr. Rauchb. part. 2. quæſt. 10. nu. 11. & ſeqq* A*ym.* C*ravett. conſ. 14. nu. 1 Ludovic. à Peguer. deciſ. 27. nu. ult.* I*acob. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. lib.* 1. *quæſt. 91. num. 6. & ſeqq. Bartol. Bertaz. conſ. 223. num. 1. & ſeq. volu. 1.*

Q. 15. *An fure ſuſpẽſo aut virgis cæſo, Domino rei furtivæ competat actio civilis ad intereſſe adverſus furẽ, ejusvè heredes?*

104 Sed, *an hodiè in Imperio Romano Germanico & cumprimis in foro* Saxonico *idem obtineat, expeditum non eſt poſtquam furti pœna cæpit eſſe ultimum ſupplicium?* Quibusdam hoc affirmantibus & ſtatuentibus, Reum etiamſi ad mortem, vel aliam pœnam corporalem condemnetur, nihilominus ad reſtitutionem damni & intereſſe teneri, *Andr. Rauchbar. part. 2. quæſt. 10. num. 17. verſ. quod jus ad alia delicta. Hieronym. Panſchm. in* C*onſ. Senat. Lipſ. ſcript. in cauſa Adolphi* Weinhauſen. *quæſt. 1. num. 190. Virgil. Pingitz. quæſt. 49. num. 53.* Aliis verò negantibus, M*odeſt. Piſtor. part. 1. quæſt. 11. num. 5. & 6. Daniel. Moller. ad* C*onſt. Elect. 12. part. 4. nu. 7. & ibi Reinhard. Roſa Petr. Heig. part. 2. quæſt. 23. num. 10.* M*atth. Berlich. part. 3. concl. 45. num. 16.*

105 Ego pro reſolutione exactiori hujus quæſtionis diſtinguendum eſſe puto: An res ipſa furtiva adhuc extet, & ab heredibus furis vindicetur, an verò res furtiva fuerit conſumpta vel perdita, & Dominus agat ad intereſſe, & reſtitutionem damni condictione furtivâ, quæ non modò adverſus furem, ſed etiam ejusdem heredes competit, *l. in re furtiva. 8. l. parvi refert. 17. ff. de condict. furt.*

†

106 *Priori caſu*, ſi res furtiva adhuc extet, & in bonis furis reperiatur, quin ea Domino ſuo reddi debeat, etiamſi fur fuſtigatione aut etiam laqueo punitus fuerit (id quod fieri poteſt ſi Magiſtratui jus ſtrictum exequi velit, aut furtum cum effractura commiſſum ſit,) dubium non eſt, & eatenus rei vindicatio ſeu condictio furtiva competit Domino ad conſequendam rem furtivam adverſus heredes furis ſuſpendio puniti, *Matt. Berl. p. 5. concl. 45. nu. 17. Virg. Pingitz. quæſt. Sax. 49. nu. 1. Ioh. Kôpp. dec. 8. nu. 12.*

107 Nullibi enim hoc caſu jus Civile correctum, neque in jure Saxonico aliud diſpoſitum reperitur: quin & idem haud obſcurè ſancitum *in art. 213. Ord. Crim.* C*arol.* Und ſo ſich alſo mit angezeigter peinlicher Handlung / geſtolene und geraubete fahrende Güter in einem Gerichtszwang erfunden / die ſollen dem der ſie alſo verlohren hette/Und wie verſtehet/bewehrt / daß ihm ſolche geſtohlene oder geraubete Haab zuſtändig/ ꝛc. wider verſchaffet werden/ꝛc. Et *art 207. 211. & 218. ubi Matth. Steph.* Cum quo convenit *Conſt. Elect. 33. in fin. part. 4.* jubens, res furtivas juxta juris Saxon. diſpoſitionem à judicibus aſſervari, ſi quis fortè eas ut ſuas poſtulaturus veniat, licet virgis cæſus fuerit, ut ex *verb. præcedentib. dict. conſt.* liquet.

108 Non ſolùm autem à fure, ejusvè heredibus, ſed etiam à quibuſcunque poſſeſſoribus rem furtivam, quâcunque ex cauſa, ea ad ipſos pervenerit, Dominus vindicare poteſt, adeò, ut nec pretium refundere teneatur; ut maximè poſſeſſor bonâ fide rem furtivam emerit; ſecundum Sanctionem Impp. Severi & Antonini ad negotiatores quosdam ſic reſcribentium in *l. 2. C. de furt. Incivilem rem deſideratis, ut agnitas res furtivas non prius reddatis, quàm pretium fuerit ſolutum à Dominis. Curate igitur cautius negotiari, ne non tantùm in damna hujusmodi, ſed etiam in criminis ſuſpicionem incidatis.* Cui ſanctioni calculũ ſuum adjiciunt Impp. Alex. Dioclet. & Max. in *l. 3. & l. 23. C. de Rei Vindic.* Nec non Carolus V. in *Ord Crim. dict. art. 213.* In verb. Abermals ohne Beſchwerung &c. Et *art. 214.* In verb. Darumb ſoll derſelbige/ der alſo das Seine/ doch mit der Maß/ als obſtehet / wider erlanget/ niemand nichts ſchuldig ſeyn/&c. Convenit etiam cum hoc jus Sax. *art. 36. lib. 2.* Landr. In verb. Seine Pfenninge aber verleurt er/die er darumb gab/ꝛc. Quod verum eſt de pretio ipſius rei furtivæ: At, ſi poſſeſſor bonæ fidei ſumptus in rem furtivam fecerit, hi illi à Domino reſtituendi ſunt, *d. art. 213. Ord. Crim. Carol.*

109 *Veluti etiam ſic reſponderunt Scabini:* Es auch Vermöge gemeiner Rechte/umb die geſtohlene Sachen dieſe gelegenheit hat / daß dieſelbe ohne entgelt/ deme ſie gehöret/und zugeſtanden / wider außgeantwortet werden müſſen/ꝛc. *Ad requiſitionem Quæſtoris Dreſdenſis. M. Ian. An. 1621.*

110 *Item Senatus Torgenſis, Menſ.* Martio, *Anno 1583.*

At pſteriori caſu. Si re furtivâ conſumptâ ac perditâ, Dominus agat rei perſecutoriâ actione ad intereſſe, fure fuſtigatione, vel ſuſpendio punito, ex bonis ipſius nil quicquam præſtandum eſſe, neque heredes furis ad præſtationem damni & æſtimationem rei furtivæ teneri, (quicquid etiam alii in contrarium dicant) audacter affirmo cum *Petro Heigio*, ubi furis ad mortem damnati ad reſtitutionem damni non teneri, ait, eoque jure non uti, licet Interpp. communiter aliud tradiderint, *part.2.quæſt.23.nu.20. Modeſt. Piſtor. part.*1.*quæſt.11.Matth.Berlich. part.5.* Concl *45. num.*16.*Dan.Moller.ad* Conſt. *Elect. 12. num. 7. ubi etiam Reinh.Roſa.part.4.Bernh.Grev.lib.2. concl.152.num.9.*

111 *Primò*: Iniquiſſimum enim, duriſſimum, & crudelitati proximum eſſet, ut Reus ultra pœnam mortis ſeu corporis afflictivam, damna quoque & intereſſe reſarcire teneretur. Nec ullibi in jure univerſo cautum reperitur, (pauciſſimis caſib. exceptis de quibus in *artic. 218. Ord. Crim.* Carol.) ut Reus pœnam mortis luat, & ſimul damna præſtet, ac bona ſua amittat, *Mynſ. Reſponſ. 59. n. 56. decad. 6.* Mors namque omnia ſolvit, *Novell.* 22.c.20. Et heredes Rei condemnati ſatis videntur puniti per id, quod Reus ad mortem fuit condemnatus, *Franc. Marc. Delph. deciſ.* 191.*n.* 2. *part. 2.*

112 *Secundò*: Per text. *in art. 6.* Landr. *lib.1.* ubi dicitur: Der Erbe ſol zu rechte die Schuld geben/ ſo fern das Erbe weret/ Dieberey/ Spielgeldt/ Raub/iſt er zu gelten nicht ſchuldig/noch keine dergleichen Schuld/ denn ſolche/ deren er Nutzen oder Wiedererſtattung empfangen hat. Et in *art.* 31. Landr. *libr.3.* Ac in *jure feud. Saxon. cap.44.&* 55. Unde ſequitur, quod heres nec furto, nec ſpolio, nec ludo perdita ſolvere teneatur, nec aliqua debita, niſi quæ in hereditate furis fuerint reperta. Et licet *Virg.* Pingitz. *quæſt. Saxon. 49.num.53.* prædictos textus ad eum reſtringat caſum, quo nondum eſt facta litis conteſtatio; attamen generaliter loquuntur, nec limitationem hancce admittunt.

113 *Tertiò*: Facit huc *Gloſſ.Germ. in art.35. libr. 2.* Landr. *num.4.* Ibi: Dann mit dem Todte wettet man zugleich dem Richter/ und büſſet dem Kläger. Idemque dicitur in *Gloſſ.art.35.num.4. lib. 3.* Landr. *& additione latina.* Unde clariſſimè patet, in foro Saxonico Reum ſuſtinentem pœnam mortis, judici & actori ſatisfacere, & intereſſe utrumque publicum ac privatum ſolvere. Quod ſi verum, uti veriſſimum eſt, (Nam in foro Saxonico Gloſſæ ſumma authoritas tribuenda) certè heredes furis morte puniti, non erunt amplius obligati ad intereſſe & damni præſtationem. Et hoc ipſum etiam vult *Gloſſ. germ. in art.31.lib.2.* Landr. *nu. 2. in fin.* Ibi: Hie ſagt er von einem ſolchen/der durch den Todt verbüſſet hat/dann darauff folget ferner weder Buſſe noch Wette/*&c.*

114 *Quartò*: Confirmatur non parum hæc ſententia per *Conſt.Elect.12.part.4.in pr.* Wenn jemand wegen eines begangenen Todſchlages uff peinliche Beſchuldigung am Leben/ oder auch nach Gelegenheit mit Abhawung der Hand/oder Staupenſchlägen geſtrafft/ und verwieſen/ derſelbe ſoll/des umbgebrachten Söhnen oder neheſten Freunden/ die Gerichtskoſten/ oder andern Abtrag zu geben nit ſchuldig ſeyn/ꝛc. Unde evincitur, Reo pœnâ mortis vel corporis afflictiva punito, præſtationem damni ceſſare. Etſi verò *dict.Conſt.12.* de homicidio tantummodò agat; haud ineptè tamen, ob rationis identitatem, ad alia delicta, ut furtum, incendium, veneficium extenditur à *Dan.*Moll.*ad d.Conſt.12.n.7.& Heig. d.quæſt.23.nu.20.* Ut ſic regulam liceat conſtrue- »
re generalem, quo de jure Saxonico in delicto »
Reus, quoties pœnam mortis vel ſanguinis ſeu »
corporis afflictivam patitur, ad reſtitutionem »
damni & expenſarum nequaquam condemnari »
debeat. »

115 Nec hiſce obſtat §.*fin.Inſt. de oblig. quæ ex delict.naſc & ex maleficiis verò Inſt.de actio.* ubi probatur, actionem rei perſecutoriam ad intereſſe cum actione pœnali in crimine furti concurrere poſſe, nec unam per alteram tolli ac conſumi. *Siquidem* hoc verum eſt de jure Civili, quo fures pœnâ mortis aut corporis afflictivâ non afficiuntur, §. *pœna manifeſti. 5. Inſt. de oblig. quæ ex delict.naſc.* Aliter autem res ſeſe habet de jure hodierno, ubi furti pœna eſt ultimum ſupplicium ſeu mortis, quæ omnia ſolvit, *Novell.22. cap.20.* Adeoque ex jure Civili ad pœnam hodiernam furti nil inferendum; prout rectiſſimè tradit *Aut. Conſult.* Conſtit. *Saxon. tom.1. part. 4. quæſt.* 56. cujus verba, quia elegantiſſima ſunt, hic apponere placet: Das gemeine Recht muß nicht allwege in materia furti angeſehen/ und in acht genommen werden/ *in quo nunc ſæpè graviter & imperitè peccatur*, dann die gemeine Rechte mit Gelde allein den Diebſtahl ſtraffen/*&c.*

116 *Hancq; ſententiam in pronunciando ſecuti fuimus in hunc modum reſpondentes*: Ob nun wol der Dieb ein Vermögen an unbeweglichen Gütern hat/dahero ihr in denen Gedancken ſtehet/ daß ihr wegen der hinterſtelligen und euch angenommenen Geldes euch daran zu halten befugt ſeyd/da aber dennoch der Dieb angeregtes Diebſtals halben mit der Lebensſtraff belegt werden ſolte/dafür ſichs auß ewrer Frage anſehen läſſet/ ſo hettet ihr euch auß ſeinem Vermögen/ Inhalts der Landüblichen Sächſ. Rechte deß jenigen/ was euch von den geſtohlenen Sachen noch mangelt/und ihr nit wider erlangen könnet/ zuerholen/ und anzumaſſen nit Fug/ V.R.W. *Ad conſultationem Matthæi* Gnaſpens/ *in* Leipzig/ *Menſ. Majo, Anno 1629.*

117 *Eodem modo reſponderunt noſtri* Anteceſſores, *Quæſtori Bitterfeldenſi hiſce formalibus*: Da *N. N.* berührter Deuben halber peinlich geſtrafft würde/ ſo weren ſeine Erben den Werth der geſtohlenen Pferde/ und die uffgewandte Unkoſten/ zuerſtatten nicht ſchuldig/V.R.W. *Menſ. Iulio, Anno 1588.*

118 Hæc tamen ita accipi velim, ſi pœna ſuſpendii vel fuſtigationis, Reo infligatur, juxta antea dicta. Quod ſi verò accidat, ut fur relegatione vel carcere puniatur, quin is ſimul ad reſtitutionem damni ac præſtationem æſtimationis ſive intereſſe condemnari queat, dubium non eſt, ob Sanctionem *Conſt. Elect. 12. verſ.*

Würde aber der Thäter mit obgedachten Lebens oder Leibsſtraffen &c. Et de hoc caſu etiam intelligi poteſt *Gloſſ. in art. 17. lib. 2.* Landr. Ob der Verſtorbene bey Leben jemands Schaden gethan hette / als durch Dieberey / Raub oder dergleichen / dafür müſte ſein Erbe antworten / ſo ferne und hoch als er deſſelben hat genoſſen / oder darvon wei : reicher worden / oder ob es in ſeinen Nutzen were gewendet worden. Loquuntur enim hæc verba de fure mortuo, qui præventus morte pœnâ corporali affici non potuit, vel etiam ſi fur ſit fugitivus, ita ut morte puniri nequeat.

119 Quin & tali caſu *Domino rei ablatæ in bonis furis ratione damni & intereſſe tacitam competere hypothecam*, vigore cujus in concurſu creditorum aliis, jus plenius non habentibus, præferri debeat, exiſtimo cum *Anton. Neguzant. memb. 4. part. 2. num. 124. Bald. in l. furti. C. de furt. & ibid. Salycet.* ubi dicit: Bona delinquentis eſſe tacitè obligata pro malè ablatis, & hoc pro liberatione animæ delinquentis, *arg. c. Parochiano. de ſepult.*

Q.16. Nũ furtũ paſſo competat tacita hypotheca in bonis furis ratione damni dati?

120 *Reſpondentibus ſic etiam Scabinis, ad requiſitionem G. H.* zu Leipzig: Dieweil ihr aber dennoch alſobald / nachdem euer Geld von dem flüchtigen Weibe geſtohlen / nach gemeinem Wahn der Rechtsgelehrten / ein ſtillſchweigend Unterpfand in ihren Gütern erlanget / und alſo vor *N. N.* ein Recht überkommen ꝛc. So werden auch obangeregte des flüchtigen Weibes Sachen vor bemelten *arreſtanten* euch billig gefolget / V. R. W. *Menſ. Decemb. Anno 1621.*

QVÆSTIO LXXXI.

Annon judex de corpore delicti incertus ſuſpendii pœnam furi remittere debeat?

SUMMARIA.

1. Ad mortem Reus condemnari nequit priusquam de corpore delicti certò conſtiterit. nu. 4.
2. Etiamſi Reus delictum confiteatur, nu. 3.
5. Arbitrariâ tamen pœnâ hoc caſu fur afficitur, & quænam, nu. 6. 7. 8.
9. Obſervantia Scabinorum Lipſenſium, num. 10. 11. 12.
13. Quando dicatur conſtare de corpore delicti in crimine furti? nu. 14. 15. 17.
16. Obſervantia Scabinorum Lipſenſium, nu. 18.
19. In furto cum effractione commiſſo, de ipſa effractura judici conſtare debet, numer. 20. 21. 23.
22. Sententiæ Scabinorum Lipſienſium.
24. In furto itidem à pluribus commiſſo, de corpore delicti judici quoque conſtare debet, numer. 25. 26. 27.
28. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.
29. Burſicopi quomodo puniantur, ſi perſonas indicare nequeant, quibus burſæ fuere abſciſſæ? num. 30. 31. 32. 33.
34. Obſervantia Scabinorum Lipſienſ.
35. In exploratione corporis delicti dubia, ad ſuſpendii pœnam deveniri nequit. nu. 36.
37. Furta frumentaria quomodo puniantur? num. 38. 41.
39. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n. 40. 42.
43. Furtum trituratorum quomodo coerceatur?
46. Multum hîc intereſt, an trituratores ſint jurati, nec ne.
47. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n. 48. 49.
50. Fures apium & favorum quomodo puniantur? num 51. 52. 53. 54.
55. Sententia Scabinorum Lipſenſium.
56. Pluribus furtis commiſſis ſi de unico conſtet, pœna ſuſpendii num obtineat.
57. Sententiæ Scabinorum Lipſienſium.
58. Quando pœna mitior infligenda venit, non debet neceſſariò conſtare de corpore delicti, numer. 59.

SEcundò remittenda eſt pœna ſuſpendii ob incertitudinem furti commiſſi, ſi de eo an revera perpetratum ſit, certò non conſtet. 1 Univerſalis enim eſt regula in cauſis criminalibus, quod nemo ad mortem condemnari poſſit, niſi liquidò de crimine ipſo ſeu delicti corpore, cum omnibus circumſtantiis & qualitatibus conſtet. *Proſp. Far. in pract. cr. lib. 1. tit. 1. quæſt. 2. num. 1. & ſeqq. Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. ult. quæſt. 4. nu. 1. & ſeq. Ang. Aretin. in tract. malef. verb. quod fama publica. nu. 108. Nicol. Boër. deciſ. 164. nu. 2. & ſeqq. Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. poſtquam. num. 6. & ſingul. 329. num. 15. Mynſing. cent. 3. obſerv. 81. num. 1. Aym. Gravett. conſ. 262. num. 4. vol. 2. Ioh. Franc. Ponzin. in tract. de Lamiis, nu. 70.*

†

2 Quod & verum eſt, ſi Reus delictum confiteatur, ut uno ferè ore tradunt Doctores, *l. 1. §. item illud ff. ad Syllan. l. ſi per alium. §. docere ff. ne quis eum. l. inde Neratius. §. fin. ff. ad Leg.* Aquil. *l. 11. §. ſi quis ultrò ff. de quæſt. l. ſi quis legatum. verſ. cæterum. ff. ad Legem* Cornel. *de falſ. Anton. Gabriel. lib. 5. tit. de crim. concl. 17. n. 4.* Ioh. *Zang. de quæſt. in proœm. n. 37. 38. Anton. Gomez. de capt. Reor. n. 1. Ægid. Boſſ. in pract. crim. tit. 1. in pr. Hippol. de Marſil. in l. 1. ff. de quæſt. col. 2. nu. 3.* Modeſt. *Piſtor. part. 3. quæſt. 117. Blanc. in pract. in pr. n. 1. Foller. in pract. crim. in verb. capiat informat. nu. 3. Daniel. Moller. 2. ſemeſt 37. & 3. ſemeſt. 40.* Neque enim in poteſtate alicujus eſt, cum ſua confeſſione facere delictum, ubi delictum non eſt, *Gigas de crim. læſ. majeſt. libr. 2. tit. quomodo & per quos crim. læſ. majeſt. probet. quæſt. 1. nu. 5.* Quia nemo eſt Do-

minus membrorum ſuorum, *l. liber homo. ff. ad Leg. Aquil. l. non tantum. ff. de pœn. Paul. de Caſtr. in auth. ſed novo jure. C. de ſerv. fugit. num. 8. verſ. quia tali confeſſioni, &c.*

3 Idque tanto magis procedit, in delictis facti permanentis, quantò facilius veritas eorundem haberi poteſt. Licet enim in delictis facti tranſeuntis, cujus ſcilicet nulla ſolent remanere veſtigia, ut puta adulterio, Sodomia, hæreſi, &c. quandoque ſola confeſſio, concurrentibus tamen indiciis ac præſumptionibus indubitatis, & à jure approbatis, ſufficiens ſit ad condemnandum, prout ſtatuit *Ægid. Boſſ. dict. tit. 1. num. 20. Nicol. Boer. deciſ. 164. num. 4. Dec. in c. licet cauſam. num. 12. in fin. de probat. Foller. in pract. crim. verb. capiat informationem. num. 78.* Aliter tamen res ſeſe habet in delictis facti permanentis, quod oculis ſubjici poteſt, & cujus remanere ſolent veſtigia, ut furto, incendio, parricidio, homicidio, latrocinio &c. Tum namque niſi per inſpectionem ſeu viſitationem factam appareat, delictum revera fuiſſe perpetratum, Reus ex ſola confeſſione haudquaquam condemnari poteſt, I*ul. Clar. in pract. §. fin. quæſt.* 55. *num.* 11.

4 Proinde licet quis in genere fateatur, ſe furtum commiſiſſe, attamen ſi de re furtiva & perſonis quibus factum ſit, adeoque de corpore delicti non conſtet, confeſſioni non credendum, nec Reus mortis pœnâ afficiendus eſt, *Hippol. de* M*arſil. in pract. crim. §. poſtquam. num. 24. verſ. Et ex hac doctrina. Ægid. Boſſ. in pract. crim. rubr. de furt. num. 15. Angel. Aretin. in tract. malef. verb. etiam veſtem cœleſtem. num. 25. p. 390. Bart. Chaſſan. ad conſuet. Burgund. rubr.* 1. §. 5. *verb. vitam amittit. nu. 40.* C*ravett. conſ. 29. nu. 2. vol. 1. Matt. Berlich. part. 5. concl. 46. nu. 1. Rol. à Vall. conſ. 51. nu. 12. vol. 1. Dom. Cardin. Tuſch. tom. 1. verb. confeſſio. concl. 647. n. 6.* A*ngel. Peruſ. conſ. 403. num. 2.* Cum quo convenit *Ordin.* C*rim.* C*arol. art. 162.* In verbis initialibus: **Vnd ſich ſolche beyde Diebſtal uff gegrůndete Erfahrung der Warheit/ als hiervon von ſolcher Erfahrung klårlich geſetzt iſt/ erfunden.**

5 Quod tamen non ita accipiendum, ut Reus furtum confeſſus, ſi de corpore delicti non conſtet, ab omni pœna immunis ſit. Etſi enim mortis ſupplicium infligi hoc caſu nequeat; attamen quin arbitrariam pœnam judex furi confeſſo irrogare poſſit, dubitandum non eſt. *Paul. de* C*aſtr. in dict. Auth. ſed novo jure. num. 8. in fin.* C. *de ſerv. fugit. Aut.* C*onſult. Conſtit. Saxon. to. 1. part. 4. quæſt. 32. nu. 10.* Quia non facilè quis crimen confiteri creditur, cujus Reus non ſit, per ea quæ tradit *Hippol. de Marſ. in pract. crim. § poſtquam. nu. 5. & 6.* Ac ipſamet confeſſio vehementiſſimam atque indubitatam furti commiſſi præſumptionem facit & indicium, ex quo ſolo Reus arbitrariâ pœnâ affici poteſt, *Nicol. Boer. deciſ. 164. nu. 5. Felin. in cap. tertio loco. 5. ext. de probat. num. 8. & in c. auditis. 15. ext. de præſumpt. num. 30. Bald. in l. ejus qui 8. § 1. ff. de teſtam. num. 6. verſ. ſextò probatur. & in l. ſciant. ult. num. 16.* C. *de probat. Hippol. de* M*arſ. dict. §. poſtquam. num. 50. poſt pr.* A*ngel.* A*ret. in tract. malef. verb. quod fama publica. n. 13. & ſeqq. & ibid. in addit. ad Auguſt. Bonfr. num. 21. Angel. Peruſ. conſ.* 178. *nu. 2. & conſ. 298. num. 2. & ſeqq.*

Utque de hoc in foro Saxonic. minus dubii eſſet, Illuſtriſ. Elector Saxon. fuſtigationis pœnam infligi jubet Reo confeſſo furtum, de quo an reverâ perpetratum fuerit, certò non conſtat, in C*onſt. 53. part. 4. rubr.* **Ob ein Dieb/ welcher mit einem groſſen Diebſtahl betroffen/ den bekennet/ Ort/ Perſonen/ wo und wenn er geſtolen/ anzeiget/ und doch in der Nachforſchung ſolches nicht zu befinden iſt/ möge am Leben geſtrafft werden.** *junct. verb. deciſ.* **Daß ſie doch mit Staupenſchlågen allein ewig zuverweiſen/ und am Leben nicht zu ſtraffen ſeyn/ darbey wir es auch bleiben laſſen/ ꝛc.** 6

Q. 1. Quomodo fur ſit puniendus, ſi de corpore delicti non conſtet?

7 Hinc Regulam talem conſtruere licet: Quotieſcunque Reus furtum confeſſus eſt, de quo judex inquirens nihil certè cognoſcere potuit, ſuſpendii pœna locum non habet, ſed fur virgis cæſus in perpetuum relegari debet. De cujus veritate dubium non eſt, ob prædictam conſtitutionem expreſſam *33. part. 4.*

8 Sicuti nec hoc ambiguum eſſe poteſt, quod ne quidem ob furtum magnum, valorem quinque ſolidorum longè ſperans, mortis ſupplicium irrogandum ſit Reo confeſſo, ſi de veritate criminis ac corpore delicti non conſtet. Id quod non modò liquet ex *rubr. dict. Conſt. 33.* **Ob ein Dieb/ welcher mit einem groſſen Diebſtahl betroffen ꝛc.** *& verb. Nigri.* **Wenn gleich der Diebſtahl groß und über 5. Vngariſche Gülden außtrüge ꝛc.** Sed & aliàs expeditum, furtum non excedens æſtimationem quinque Ducatorum Ungaricorum, mortis pœnâ non coërceri, ut maximè de corpore delicti nullum ſit amplius dubium, *Conſt. Elect. 32. part. 4.* Ut ſic Regula hæc de furto magno & ſuperante valorem quinque ſolidorum propriè intelligi debeat.

9 *Ideoque & Illuſtriſſ. Elect. Saxon. Scabini, quotiescunque ex actis inquiſitionalibus veritas & certitudo delicti haud apparet, non purè ſed conditionaliter, ſi nempè judex habitâ inquiſitione, furtum revera commiſſum eſſe, cognoverit, pœnam ſuſpendii dictare; & ſententiis ſuis hac verba inſerere ſolent:* **Da ihr euch nun allbereit erkundiget hettet/ oder nochmals erkundigen würdet/ daß ſolche Deuben alle/ oder derſelben ſo viel daß ſie dem Gefangenen über fünff** *ſoliden*, **das ſeynd fünff Gülden Vngariſch des beſten Goldes ihrem rechten Werth nach außtragen thåten/ gewißlichen und in Warheit geſchehen/ und der Gefangene würde uff ſolchem ſeinem gethanen Bekåntnüs vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen/ So möchte er wegen ſolcher begangenen und bekanten Deuben mit dem Strange vom Leben zum Todte geſtraffet werden/ V. R. W.**

10 *Quandoque etiam animadvertentes, inquiſitionem de corpore delicti fore difficilem, hanc clauſulam apponunt:* **Dafern man aber zu der Erkundigung nicht wol kommen und gelangen könte/ uff den Fall wird der Verhaffte öffentlich zur Staupen geſchlagen/ und nach erlittener und außgeſtandener Leibesſtraffe des Landes ewig billig verwieſen/ V. R. W.**

Quam-

11 Quamvis ſciam Dominos priuſquam pœnam ſuſpendii indicant, ſæpiſſimè datâ ſententiâ interlocutoriâ, judicem informare, ut in corpus delicti inquirat, & veritatem exploret, habitâque inquiſitione, ea quæ cognoverat, actis fideliter adſcribi curet, iiſque denuò tranſmiſſis ſententiam pœnalem demum expectet. Idque opinor rectiſſimè tum fit, ſi judicis imperitia metuenda, ne is ſcilic. ex quibuſdam præſumptionibus & circumſtantiis certitudinem furti ſibi perſuadeat, ac furem ſuſpendi faciat, priuſquam de corpore delicti verè conſtet.

Q.1. Quo- odo fur punien- us, ſi de rpore licti non nſtet?

12 *Quo caſu hiſce ferè utuntur formalibus Domini Scabini*: So will vor allen Dingen von nöthen ſeyn/ daß ihr an die jenigen Oerter ſchreibet / und eigentliche Erkundigung einziehet / ob die von *Inquiſito* bekante Deuben gewiß und in Warheit geſchehen/ und bekanter Maſſen verübet worden / worauff alsdenn / wenn das jenige / ſo ihr euch erkundiget/ mit Fleiß zu den Acten regiſtriret / und dieſelbe vollſtändig wider überſchicket werden / des Gefangenen Perſon und Straffe wegen ferner ergehet was recht iſt/ V.R.W.

Q.2. Quomodo conſtare debeat de corpore delicti in crimine furti?

13 Illud autem quæri poteſt: *Quomodo conſtare debeat de corpore delicti, & quænam cognitio furti commiſſi ſufficiens ſit, ad hoc, ut judex ſuſpendii pœnam tuto imponere queat?* Hanc quæſtionem haud obſcurè decidit Illuſtriſſ. Elect. Saxon. in *quæſt. rubr. Conſt. 33. pag. 4.* verb. Ob ein Dieb den Diebſtal bekennet / Ort/ Perſonen / wo und wann er geſtohlen / anzeiget / und doch in der Nachforſchung ſolches nicht zu finden iſt / möge am Leben geſtrafft werden. Cui negativè reſpondet in *Nigro.* Daß ſie doch mit Staupenſchlägen allein ewig zuverweiſen/ und am Leben nicht zu ſtraffen ſeyn &c. Vult nimirum Elect. furem confeſſum, locum ſimul & perſonas, ubi & cui furatus ſit, indicantem, ſi habitâ inquiſitione circumſtantiæ hæ non verificentur, ſuſpendendum non eſſe. Ex quo à contrario ſenſu ſequitur, mortem furem puniendum eſſe, ſi prædictæ circumſtantiæ confeſſioni factæ correſpondeant. Unde firmiſſimè colligo, de corpore delicti certò conſtare, ſi fure indicante locum & perſonam, ubi & cui furatus ſit, habitâ cognitione res ita comperta, ac perſona à fure nominata, rem in loco ſignificato furto ſibi ablatam eſſe, faſſa fuerit. Hæcque cognitio abſque dubio ſufficiens eſt ad pœnam ſuſpendii indicendam.

Prout quotidiè in Scabinatu hoc practicatur.

14 Ubi notandum hoc, non ſufficere ſi perſona à fure indicata, rem furto ſibi ablatam eſſe alicui privatim dixerit, ſed confeſſio hæc judicialis ſit neceſſe eſt. Sicuti enim inquiſitio criminis publica & judicialis eſt, ita & omnia ea, quæ ad inquiſitionem & cognitionem exactiorem corporis delicti requiruntur, judicialiter peragi debent: adeoque & perſona, cui res ſurrepta fuit, ab ipſo judice deſuper examinanda eſt, ad evitandam fraudem & ſuſpicionem omnem, per ea quæ tradit in ſimili *Cravett. conſ. 31. num. 5. Schurff. conſ. 69. num. 8. cent. 2. Iaſon. in l. omnium. 19. C. de teſtam. num. 15.* Et major præſumitur eſſe judicis, quàm alterius cujusvè cura & induſtria in cognoſcendo furto, & examinandis circumſtantiis, quæ tantò magis neceſſaria eſt, quantò majus periculum in criminalibus verſatur, ubi non de glande legenda, oleo, vino, aut tritico legato, ſed de hominis ſanguine agitur. Nec enim vix aliud quid occurrere poteſt, quod judicis conſcientiam ita tangat, coarctet, & tam facilè ſauciare poſſit, quàm de delictis ſive criminibus cognitio, *Jul. Clar. libr. 5. ſent. in proëm. §. fin.*

15 Monitum tamen & hoc velim, ſi quis pecuniam aliamvè rem furto ſibi oblatam eſſe indicet Magiſtratui (vulgò den Diebſtal rüget) prout in pagis conſuetum; ſatis exinde conſtare de veritate & corpore delicti, licet fur multò abhinc tempore effluxo delictum demum fateatur, iſque cui res ſurrepta fuit non amplius adſit, nec alius quiſquam furti iſtius perpetrati cognitionem habeat. Sufficit enim ex actis judicialibus conſtare, quod furtum iſtud aliquando perpetratum, & indicatum fuerit. Quin & major fides habenda ei, qui ſponte propria furtum ſibi factum eſſe indicat, re furtivâ non extante, nec fure deprehenſo, quàm ſi de furto quæſitus ſub ſpe rem recuperandi illud affirmet ac teſtetur.

16 *Veluti ſæpiùs in Scabinatu hoc obſervatum memini. Sicut & pronunciatum fuit Quæſtori in* Arnßhaugk: Und es ſeynd jetzo berührte Deuben von euch im Ampte gerüget / und dardurch erkundiget worden/ *&c. M. Ian. An. 1607.*

17 Ex quibus apparet, aliam diverſamque eſſe rationem & modum cognitionis furti commiſſi, quàm aliorum delictorum facti permanentis, de quorum corpore & inſpectione demum dicitur conſtare, veluti homicidium, latrocinium, parricidium, & veneficium, per aſpectum cadaveris occiſi probantur, *Gandin. in tit. de præſumpt. & indic. indub. col. 2. num. 6. verſ. aliud etiam dignum, ſi nempe Judex vel Curia illius cadaver occiſum oculis ſubjiciat. Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 4. verſ. quando verò. Blanc. in pract. in pr. n. 3.* Sed in furto ſufficit depoſitio Domini, rem ſibi ablatam fuiſſe, nec aſpectio ocularis neceſſariò requiritur. Proinde licet res furto ablata conſumpta ſit, Domino tamen de furto deponente, quin fur ſuſpendi poſſit, ambigendum non eſt; nam ſi aliter diceretur, haud rarò fures pœnam ordinariam effugerent, & infinita furta leviori pœna coërcerentur, contra *l. 1. §. quorum. 4. ff. ad SC. Turpill. l. ordine. 15. ff. ad municip. l. aliud fraus. 131. §. inter mulctam.* 1. *l. ſi qua. 244. ff. de verb. ſign. l.* 8. §. 1. *C. ad Leg. Iul. de Vi pub. cap. ut Clericorum. 13. ext. de vit. & honeſt.* Clericor. *c. licet. 3. ext. de pœn.*

18 *Prout Scabini reſponderunt Henrico à* Günßdorff: So möchte er / ungeachtet / daß er nicht berichten will / wohin er das geſtohlene Geld gewendet / nach Schärffe der Rechte / mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft werden / V.R.W. *Menſ. Septemb. Anno 1596.*

19 Ampl. Primò Regula antea poſita: In furto, cum effractura commiſſo, non attingente valorem quinque ſolidorum, ob quod pœna ſu-

na ſuſpendii nequaquam ſibi locum vendicat, niſi prius de effractura ſeditioſa ac violenta certò conſtet.

20 Etſi enim *Conſt.Elect.33.p.4.* de furto magno, æſtimationem quinque Ducatorum Ungaricorum excedente, loquatur, ac furem confeſſum ſuſpendi nolit, quando judex inquirens nil certi de eo cognoſcere potuit; ea ipſa tamen ſanctio ad furtum quoque cum effractura commiſſum, quod licet modicum ſit, ſuſpendio punitur, extendenda eſt. *Tùm*, ob paritatem rationis, quæ idem jus facit, *cap.inter corporalia 2.v. Unde cum non ſit.ext.de translat.Epiſc.Bald. in l.quoniam intelligitur.5.n.4.ff. de his qui not.infam.* Panor. *in c.quoniam frequenter.5.in* 1.*reſpon.num.6.ext. ut lit.non conteſt.*

21 *Tùm*, quod nec in aliis criminibus confeſſio nuda ad condemnandum Reum ſufficit, niſi prius de delicto verè conſtet. *arg.l.*1.§.*item illud.*27.*ff. ad* SC. *Syllan. Bald. in* Auth. *ſed novo jure.* C. *de ſerv.fugit.n.9.Ægid. Boſſ. in pract. cr. tit. in pr. Hippol.de* Marſ.*in l.1.ff. de quæſt.col.2.nu.*3. *Bertr. conſ.257.col.1.vol.3.& conſ.*258.*col.*3.*volu.1. Roland.conſ.*51.*nu.3.& ſeq.vol.*1.

22 *Unde Scabini in ejusmodi caſu hiſce formalibus reſpondere ſolent:* **Da ihr euch nun allbereit erkundiget hettet/oder nochmals erkundigen würdet/daß ſolche von ihme bekandte Deuben mit gewaltſamen Einbrechen/gewiß und in Warheit geſchehen/und der Gefangene würde uff ſeinem gethanen Bekäntnüs/2c.**

Veluti pronunciârunt ad requiſitionem Georgii **Grůnewalts**/ *Prætoris Lipſenſis. Menſ. Iun. Anno 1598.*

Quæſtoris Coldicenſis, *Menſ.Septembr. Anno 1601.*

23 Quin & hoc caſu exactior inquiſitio corporis delicti requiritur. Quia enim ob effractionem ſolummodò violentam & ſeditioſam furtum modicum laqueo punitur, utique non ſufficit, Dominum rei ablatæ de effractura deponere & teſtari, ſed de violentia tali conſtare debet, ex qua latrocinium aut ſeditio metuenda fuiſſet, juxta tradita ſuprà *quæſt.79.nu.*5. Ubi non ſemper credendum nudæ aſſertioni hominum ſpoliatorum, ſed quandoque ocularis inſpectio requiritur, quâ factâ, judex de effractura, an violenta fuerit exactius judicare, pœnamque ſuſpendii tutius indicere poteſt.

24 Ampl.ſecundò: In furto à duobus pluribusvè commiſſo. Etſi enim hi omnes delictum confiteantur, & in circumſtantiis delicti unanimiter conveniant; attamen priuſquam veritas criminis explorata ſit, & de corpore delicti conſtet, neuter ſuſpendio plecti debet, juxta Regulam antea traditam. A*ut.Conſult.*C*onſt. Sax.tom.*2.*part.4. quæſt.93.nu.*12.*Matt.Berl.part.5.concl.46.num. 36.Nicol.Boer.deciſ.319.in fin.verſ.ſi clamaret occidere &c.* Quamvis diſſentiat M*odeſt. Piſtor. part.3.quæſt.117.*

25 *Tùm*, ob verba manifeſta C*onſt.Elect.33.p.4.* **Vnd ob ihr auch gleich viel weren/die ſich zu ſolchem Diebſtal thäten bekennen/daß ſie doch mit Staupenſchlägen allein ewig zuverweiſen/und am Leben nit zu ſtraffen ſeyn/2c.**

Tum, quod confeſſio ſocii contra ſocium per rerum naturam ad condemnationem non ſufficiat, *Bald.conſ.497.num.1.& ſeq.lib.1.Jul.* C*lar. libr.5.ſentent.§.ult.quæſt.21.num.9. Dom.*C*ard. Tuſch.tom.2.pract.concl.verb confeſſio.concl.684. num.1.& ſeqq.* 26

Nec hiſce obſtat *l.quo ſentent.16. verſ. aut certò omnium.C.de pœn.* ubi dicitur, ſi plures ſocii criminis ſint capti, & confeſſione omnium, qui tormentis vel interrogationibus fuerunt dediti; in unum conſpirante, delictum fuerit probatum, tunc rectè pœnam mortis ordinariam poſſe imponi. I*ntelligi* namque debet ille textus de iis ſolummodò delictis, in quibus ſigna non remanent, quæ vulgò dicuntur facti non remanentis, quale eſt adulterium, inceſtus, de quibus non aliter, quàm ex confeſſione utriuſque partis conſtare poteſt. I*ac. Menoch lib.2.de arbitr.jud.quæſt. cent.2.caſ 116.num.11. & lib.5. de præſumpt.præſumpt.41.num.1.* I*oſeph.Maſcard.de probat.concl. 57.num.3.volu.1.Ægid.Boſſ.in tit. de delict. num. 20.Foller.in pract. crim. verb. capiat informationem.num.78.Laurent.***Kirchhoff***.cent.1.com.opin. concl.3.verſ. adulterium. Mynſing.reſpon.1. num. 20.& ſeqq.decad.1.* 27

I*uxta hanc ampliationem quotidiè pronunciant Scabini. Prout reſponderunt Iudici & Scabinis Miſnenſib.*M.*Majo.*A*n.1595.* 28

*Quæſtori Freiburgenſi.M.April.*A*n.1596.*

*Eidem,*M.*Auguſt* A*n.1566.*

Quæſtori in **Zörbigk**.M M*ajo,An.1602.*

*Eidem,M.Febr.*A*nno 1692.*

*Quæſtori Delitiano,*M.M*ajo,*A*n.1603.*

Ampliatur Tertiò hæc Regula: In Burſicopia, hoc eſt, burſarum abſciſſione, ubi de rebus furto ſubtractis ſæpiſſimè quidem apparet, at de loco, & perſonis, quibus ſubtractæ ſunt, non conſtat, prout in nundinis fieri conſuevit, ubi Burſicopi (vulgò **die Beutelſchneider/Weißpäſſer/oder Weißkäuffer**) in tabernis mercatorum furantur, burſas abſcindunt, aliaque ſurripiunt, ſed capti, & cum rebus ablatis deprehenſi, certas perſonas, quibus furati ſunt indicare nequeunt. 29

Q.3. Quomodo puniantur Burſicopi indicare nequeũtes perſonas, quibus burſas abſtulerunt?

Hi enim Burſicopi, etiamſi de re ipſa furtiva appareat, ad furcas condemnari non poſſunt, niſi prius judex officiales & nuncios eo locorum, ubi & quibus furtum factum eſſe fur confitetur, miſerit, diligenterque inquiſiverit, & ſe informari fecerit, an reverà furtum illis in locis & perſonis factum fuerit. *Ang.*A*ret.in trac.malef.verb. fama publ.num.108.Hippol.de* M*arſ.conſ.134.vol. 2.n.1.& 2.& conſ.8.nu.1.conſ.2.n.34.conſ.14.nu. 12.vol.1.*M*att.Col.p.*1.*deciſ.108.nu.13. Dan. Moll. ad Conſt.Elect.33.p.4.Matt.Berlich.p.5.concl.46. nu.6.Æg.Boſſ.in pract.cr.rubr.de delict. num.15. Vinc.de Franch.dec.681.Ioh.*A*loyſ.Ricc.deciſ.283. v.hanc doctrinam part.2.* 30

Primò: Quia nemo ad mortem condemnari poteſt, niſi liquidò de delicto & corpore conſtet, quoniam multi confeſſi ſunt delictum, qui tamen re poſtea diligentius explorata, innocentes ſunt reperti, latè *Proſp. Far. in pract. crim.* 31

lib.1.tit.1.quæſt.2.n.1.& ſeqq.Iul.Clar.libr.1.ſent.§. ult.quæſt.4.n.1. Atqui de furto commiſſo tum demum certò conſtare, ſi is cui factum eſt furtum, hoc indicet & confiteatur, dixi ante & probavi ex *rubr.Conſt.Elect.33.p.4.*

32 *Secundò*: Etiamſi Burſicopi res furto ablatas & burſas abſciſſas in judicio deponant; exinde tamen furtum non niſi præſumptivè probatur. Quid enim ſi fur res illas emiſſet, metu verò tormentorum furtum confiteretur? Aut quid, ſi res, quas quis ſe furto ſubtraxiſſe putat, pro derelictis habitæ fuerint, quarum furtum fieri non poſſe, in aperto eſt? *§. Hoc amplius.64.& §.ſeq.Inſtit.de rer. diviſ.* Res ergò furtivæ oculis judicis ſubjectæ, non niſi præſumptionem furti faciunt; ad mortis autem pœnam nemo ex præſumptionibus, etiam urgentiſſimis, condemnari debet, *Albert.de Gandin.tract.de malef.tit.de præſumpt.& indic.indubit.quæſt.1.n.1.& ſeqq Felin.in c. auditis.15.ext.de præſumpt.col.16.n.30.poſt med.verſ. tum quia ex præſumptione.*

33 *Tertio*: Por textum manifeſtum in *rubr. Conſt.Elect.33.p.4.* **Ob ein Dieb/ welcher mit einem groſſen Diebſtahl betroffen/ den bekennet/ Orth/ Perſonen/ wo und wenn er geſtohlen/ anzeiget/ unnd doch in der Nachforſchung ſolches nicht zu finden iſt/ möge am Leben geſtrafft werden.** *junct.verb.Nigri*, **daß er allein mit Staupenſchlägen zu verweiſen/ und am Leben nicht zu straffen ſey/** *&c.* Vult ergò Elector, furem ſi de loco & perſonis, ubi & quibus furtum ſit factum, non conſtet, ultimo ſupplicio afficiendum non eſſe, etiamſi is cum rebus furto ablatis fuerit deprehenſus, & ſic de ipſis rebus ſatis conſtiterit.

34 *Hæcq; ſententia in Nundinis præſertim Lipſenſibus tam frequenter practicatur, ut nulla ulteriori indigeat probatione. Veluti etiam nuperrimè pronunciavimus Quæſtori in* **Lichtenwalda/** *M. Januar. An.1631.*

35 Ampliatur Quartò ſupradicta Regula: In exploratione furti dubiâ ac incertâ. Accidit enim ſæpè, ut is, cui furtum factum perhibetur, de eo quidem deponat, tamen ipſius aſſertio ac depoſitio adeò dubia ſit, ut judex vix tutò fidem ei dare queat, vel quod ipſemet Dominus rei furtivæ dubitet, vel quod res ita comparata ſit, ut aſtutiſſimus quiſque paterfamiliâs in rebus ſibi ablatis, earumque quantitate ac qualitate facilimè falli poſſit,

36 Nam exploratio incerta ac dubia judicem dubium reddit. In dubiis & ambiguis verò minor pœna eſt eligenda, *l.interpretatione.42. l.ſi Præſes.32.ff.de pœn.l.Arrianus.47.ff.de obligat.& act. l.pen.ff.de his quæ in teſt.del.l.ſi fuerit.10.in fin. ff.de reb.dub.l.ſemper.56. l.ea quæ.192. in fin.ff.de reg.jur.Alexand.conſ.109.n.5.lib.4. Iacob.Menoch. de præſumpt.lib.5.præſumpt.ult.n.2. Iacob.Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part.4. quæſt. 113. num.26.*

Q.4 Furta frumẽtaria quomodo puniantur?

37 Hinc apparet Primò: Furta frumentaria (vulgò **Getraidigs Deuben**) rariſſimè ſuſpendio puniri. Etenim, licet fur confiteatur, ex horreo aut domo frumentaria ſe tantùm frumenti furatum fuiſſe, quantum ad pœnam laquei ſufficit, & cujus æſtimatio valorem quinque Ducatorum facilimè excedit, attamen ſuaſor eſſe nollem judici, ut furem propterea ſuſpendi faceret, ut maximè etiam Dominus furtum paſſus hoc affirmaret, tantumque frumenti, quantum fur faſſus eſt, ſibi ablatum fuiſſe, teſtaretur.

Multis ſiquidem modis fieri poteſt, ut ipſummet patremfamilias ſeu Dominum frumenti opinio ac judicium fallat, ſomniantem, ſibi furto ablatum fuiſſe id, quod vel ex longiori ac diuturniori conſervatione ac temporis injuriâ perditum, vel à muribus forſan devoratum ac diſſipatum eſt, adeoque exploratio veritatis hoc caſu vix certa & indubitata eſſe poterit, ſine quâ tamen laquei pœnâ Reo neutiquam eſt irroganda: juxta Regulam in criminalib. receptiſſimam, quæ neminem ad mortem condemnari vult, niſi liquidò de delicto & corpore cum omnibus circumſtantiis & qualitatibus conſtet, *Proſper.Farin.in pract.crim.lib.1.tit.1.quæſt.2.nu.1.& ſeqq. Iul.Clar.lib.5.ſentent.§.ult.quæſt.4.n.1 Nicol.Boer. deciſ.164.nu.2.& ſeqq.Hippol.de Marſil.in pract. crim §.poſtquam.n.6.* 38

Quare nec Domini Scabini aliter pronunciare ſolent, in hunc ferè modum reſpondentes: **Ob nun wol das Geldt/ ſo der Gefangene auß ſolchem geſtohlenen unnd verkaufften Getraidigt an Korn/ Weitzen/ unnd Hafer ſeinem fernern Bekändtnüß nach gelöſet/ über 5.** *ſoliden* **außtragen thut/ dieweil aber dennoch ſchwerlich zu erkundigen/ ob vorbenante Perſonen auch ſo viel an Getreidigt/ als der Gefangene angezeiget/ gewiß in warheit verlohren. So mag auch der Gefangene ſolcher Deuben halber am Leben nicht geſtrafft werden/ er wird aber gleichwol mit Staupenſchlägen des Landes ewig billich verwieſen/ V.R.W.** *Ad conſultationem Iohannis Hauboldi ab* **Einſiedels** *in* **Syra.** *M. Septemb. An.1600.* 39

It: **So wird** *Inquiſit* **geſtalten ſachen nach/ weil man in dieſem fall wegen des geſtohlenen Getraidigts/ der Erkundigung ſo eygentlich gewiß nicht ſeyn kan/ daß eben ſo viel entwendet worden/ als er bekant/ mit Staupenſchlägē des Landes ewig billig verwieſen/ V.R.W.** *Ad requiſitionem Quæſtoris Lutzenſis. M.Iul. An.1624.* 40
Pariter fuit pronunciatum actuario judicij in **Mülverſtadt/** *M.Septemb. An.1602.*
Senatui in **Zörbigk.** *M.Majo, An.1625.*
Quæſtori Coldicenſi. M.Decemb. An.1629.
Quæſtori Wurzenſi.M.Iul.An. 1625.

41 Quod tamen ad eum caſum haud extendi velim, quo certò conſtare poteſt de quantitate frumenti ablati; veluti, ſi hoc ſaccis comprehenſum ex certo aliquo loco auferatur, vel talis deprehendatur defectus, ut nullum relinquatur dubium, furem tantum furatum fuiſſe, quantum confeſſus eſt. Quem ſi judex à pœna mortis liberare vellet, vereor ne mitior ſit lege, ac nimiâ lenitate anſam præbeat delictis, contra *l. ordine.15.ff. ad municip.l aliud fraus. 131. §. inter multam.1.l.ſi quæ,244.ff.de verb.ſignif.l.ſi operis. 14.C.de pœn.*

42 *Quod & Domini animadvertentes, in ejuſmodi caſu laquei pœnam dictare non dubitaverunt,*

adjectâ tamen hâc clauſulâ: **Jn manglung der Erkundigung aber würde er öffentlichen zur Staupen geſchlagen/und darauff des Landes ewig verwieſen/V.R.W.** *Adpetitionem Ottonis à* **Zabeltitz**. *M.Sept.*A*n.1582.*

It: Quæſtoris in **Grünhain**.M*enſ.Februar.An.1600.*

Q.5. Quæ ſit pœna furtũ trituratorum?

43 Secundò: Ex eadem prorſus ratione, furtum trituratorum pœna ſuſpendii haudquaquam puniendum eſſe concludo. Illud autem appello, quod trituratores, vulgò **die Dreſcher** / committunt, finito labore veſperi abeuntes, & triticum in caligis vel induſiis, quantum portare poſſunt, ex horreo auferentes.

44 Quamvis enim hi ſæpiùs delinquant, & dolum atque perfidiam hanc per plurimos annos continuent, ita ut dubium non ſit, quin triticum omne ablatum, ac in ſumma computatum, valorem quinque Ducatorum Ungaricorum ſuperet: attamen quia de corpore delicti & tritico ablato liquidò & verè conſtare non poteſt: pœna ſuſpendii hoc caſu non obtinet, ſed trituratores extraordinaria pœna, vel relegatione, carcere, aut etiam pro ratione ſæpiùs reiterati ac continuati delicti, fuſtigatione puniri debent, juxta *Conſtit. Elector. 33. part. 4.* & regulam ſuprà poſitam.

45 Quod tanto magis verum eſſe puto, quanto certius eſt, convertentes in proprium uſum res fidei ſuæ commiſſas extraordinaria pœna afficiendos eſſe, per ea quæ tradit A*ngel. Peruſin. conſ.90.num.2.Aym.Cravett. conſ.286.num.9. Jodoc.Damhouder.in prax.rer.crim.cap.115.num.*1. *& ſeqq.* Matth. W*eſemb.in* §. *item lex. Iul. peculatus.num.5.Inſtit. de publ. jud.*Andr.T*iraquell. de pœn.temper.cauſ.58.num.*1.*& ſeqq.* Inter quos & trituratores, quorum fidei triticum committitur, referendos eſſe, non malè forſan quis exiſtimaverit.

46 Ideoque & in pœnis trituratoribus furibus infligendis exactè perpendendum eſt, an jurati ſint, nec ne. Illis enim propter perjurium ſeverior pœna irroganda videtur, quàm aliis, quorum fidei abſque præſtito juramento trituratio commiſſa eſt, quive ad operam & laborem certum fuere conducti.

47 *Quod & Scabinos probè obſervare ſcio ſeverius aliquod ſupplicium indicentes trituratoribus juratis*: **Sonderlich aber haben** *T. S.* **ſo ins dreiſſigſte Jahr und** *G. H.* **welcher ins zwantzigſte Jahr allda Dreſcher geweſen/außgeſagt/ daß ſie dieſe Zeit über faſt von allen ufheben zuviertelnHaber/und gantzen Scheffeln/und bißweilen auch mehr allerley Getreidigt / an Korn/ Gerſten und Haffer veruntrauet/ und es miteinander getheilet** *&c.* **So werden vorgemeldte Dreſcher von wegen ſolcher begangenen unnd bekandten Untreu mit Staupenſchlägen des Landes ewig billich verwieſen / V. R. W.** A*d conſultationem* Chri*ſtophori à* **Niſchwitz**/ *in* **Thalwitz**/*Menſ.*April. A*n.1596.*

Verſus **Croſſen** / *ad requiſitionem* M. A*uguſti*
48 L*yſthenii.M.Febr.1631.*

Eadem pœna dictata triturator juratò, adrequiſitionem C*aſpari à* **Weilsdorff**. M*enſ.Sept.* A*nno 1574.*

Et in caſu ſimili ad petitionem O*ttonis ab* **Hacken**/*in* **E chöpen**/M.*Majo*,A*n.1625.*

Perpetua verò Relegatio abſque fuſtigatione fuit indicta cuidam triturator jurato, ad petitionem Iohan. W*olffgangi à* **Schönbergt**/ *Menſ.*April. A*nno 1593.*

Quatuor autem trituratoribus non juratis dictavimus temporalem relegationem; A*d conſultationem Quæſtoris Miſnenſis. Menſ.Iun.* A*nno* 49
1629.

Q.6. Quimodo puniantur fures apium & favorũ?

50 Tertiò: idem ſtatuendum de iis, qui apes illarumque favos furantur effractis alveis. Quos ob rationis identitatem, non niſi fuſtigatione ac relegatione puniendos eſſe, arbitror, etiamſi ſæpiùs in hoc crimine deprehenſi fuerint, tantumq; favi abſtulerint, quantum ad pœnam laquei irrogandam ſufficere videtur.

51 Quamvis enim apium natura fera ſit, ut dicitur in *apium. Inſtit. de rer. diviſ. l. naturaliter. 5. §. apium. 2. ff. de acq. rer. domin.* **Weichbild.** *art. 119. in fin. verſ.* **Denn die Bien iſt ein wilder Wurm.** Unde ſequitur, in iis regulariter furtum fieri non poſſe, *l. ſi apes. 26. ff. de furt. Iohan. Schneidvv. in dict. §. apium. Inſtit. de rer. diviſ. n. 6.* Aliter tamen res ſeſe habet, ſi apes cicures & manſvetæ factæ ſint, atque ex diuturna conſuetudine aſſuefactione unius loci avolare & revolare ſoleant, tunc enim in patrimonio noſtro computantur, ac in illis furtum committitur, earumque nomine furti actio competit, *l. Pomponius. 8. §. 1. ff. fam. herciſc.* Matth. W*eſembec. in dict. §. apium. Inſtit. de rer. deciſ. nu. 4. Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 36. part. 4. n. 4. Matth. Berlich. part. 5. concl. 50. n. 4. Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 113. n. 4.*

52 Sed ejuſmodi furtum, in apibus, & favis illarum commiſſum, non ſuſpendio punitur, ſed pœnâ arbitrariâ, carceris, relegationis, vel fuſtigationis, prout tradit *Iodoc. Damhouder. dict. cap. 113. n. 4. Ludov. Gilhauſ. in arbor. judic. crim. cap. 2. tit. 30. n. 3. ſub fin. verſ. pariter arbitrariè.* Quæ pœna extraordinaria etiam tum obtinet, quando furtum apium, favorumq; æſtimationem quinq; ſolidorum excedit.

53 Etſi enim furtum ejuſmodi magnum quinque ſolidos ſuperans regulariter laqueo puniatur, unde & pari pœnâ fures apium & favorum plectendos eſſe, velint *Iacob. de Bellovis. in pract. crim. cap. 20. numer. 52. verſ. ſi modica animalia. Matth. Berlich. dict. concl. 50. num. 7. Aut. Conſult. Conſt. Saxon. tom. 2. part. 4. quæſt. 30.* Contrarium tamen verius eſt, ſiquidem non ipſum damnum per furtum Domino datum, ſed æſtimatio apium & favi reſpici & conſiderari debet, quæ tamen ſemper incerta eſt, & veritas nunquam explorari poteſt. Atqui ſuſpendii pœnam irrogandam non eſſe, niſi prius de corpore delicti, & æſtimatione furti liquido ac certò conſtet, ſæpiùs dictum & veriſſimum eſt, C*onſtit. Elect. 33. part. 4.*

54 Neque huic obſtat *Conſt. Elect. 36. p. 4.* Ibi: **Der Diebſtahl ſo an Bienen und Honig begangen / ſoll in unſern Landen höher nicht/denn wie andere Deuben geſtrafft werden.** *&c.* Quem textum ad probandam pœnam ſuſpendii in furto apium, favorumque allegat. *Berlich. dict.*

concl.50.n.8. Tantum enim abeſt, ut hæc ſanctio mihi adverſetur, ut potius haud parùm meam opinionem confirmet. Probè ſiquidem notandum, quod ibidem dicitur; cum qui àpes vel favos illarum furatur, non ſecus ac alium furem in foro Saxonico puniri. Jam autem juris eſt expeditiſſimi, quod nemo furum, etiam ob maximum furtum, laqueo ſuſpendatur, niſi prius de furto commiſſo liquidò conſtet, *Conſtit.33.p.4.* Quum verò de furto apium ac favi, ejusque æſtimatione nunquam conſtare queat. Utique nec eum, qui apes vel illarum favos furatur, ſuſpendio puniendum eſſe, vel ex hac ipſa *Conſt.36.* manifeſtiſſimè probatur.

55 *Hancque ſententiam ſecuti quoque fuerunt Dn. Scabini in pronunciando, ita reſpondentes:* Hat der Gefangene *M.I.* ſo ſeines Alters von 80. Jahren/ in gutem bekant und außgeſagt/ daß Er dem Müller vier Bienenſtöcke/ darinnen aber wenig Honig geweſen/ deßgleichen dem Vogelſteller zu Heitzſchen einen Bienſtock/ und Martin Zinburſchen zu Wördeln drey Bienſtöcke erbrochen und beraubet/ nach mehrem Inhalt ſeiner gethanen Außſage. So mag er nach Gelegenheit dieſes falls/ und weil man eigentlichen nicht wiſſen kan/ wie viel des Honigs/ ſo Er auß denen Bienſtöcken bekommen/ geweſen/ mit der Todesſtraffe/ und dann in Anſehung ſeines Alters mit der Leibesſtraffe nicht beleget werden. Er wird aber des Landes ewig billig verwieſen/ V.R.W. *Ad requiſitionem Quæſtoris in* Stolpen/ M. *Majo, An. 1601.*

In caſu ſimili dictata fuit alicui furi pœna temporalis Relegationis. Ad requiſitionem Præfecti in Endorff/ *M. April. An. 1604.*

56 Cæterùm limitatur Primò ſuprà dicta Regula notabiliter: Si quis plura furta ſe commiſiſſe fateatur. Tunc enim ſi unum ſolummodo vel duo verificentur, & de locis atque perſonis, ubi & quibus facta ſunt, conſtet, fur merito laqueo ſuſpenditur, etiamſi reliqua non ita ſint liquida & verificata, *Ioh. Bajard. in addit. ad Iul. Clar. lib.5. ſentent. §. furtum. num. 27. verſ. item adde. Proſp. Farin. in pract. crim. lib.1. tit.1. qu. 2. nu.15. ſub fin. verſ. quod tamen locum non habet.* Matt. *Berlich. part.5. concl.46. n.24. Thom. Gram. deciſ.48. num.1. & ſeqq. Aut. Conſult. Saxon. tom.1. part.4. quæſt.32. n.17.*

57 *Quam limitationem in reſpondendo obſervare Scabinos, clariſſimè apparet ex formalibus ſententiarum uſitatiſſimis:* Da ihr euch nun allbereit erkundiget hättet/ oder nochmals erkundigẽ würdet/ daß ſolche Deuben alle/ oder derſelben ſo viel daß ſie vber 5. fl *ſoliden*, das ſeyn fünff Gülden des beſten Vngariſchen Goldes/ ihrem rechten Werth nach/ außtragen thäten/ gewißlich/ unnd in Warheit geſchehen &c. So möchte er wegen ſolches begangenen und bekandten Diebſtals mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V.R.W.

58 Secundò limitatur hæc Regula: In caſu quo Reo ob commiſſum furtum non ſuſpendii ſupplicium, ſed fuſtigatio aliavè mitior pœna eſt infligenda, ita ut licet de corpore delicti non conſtet, ex ſolâ tamen confeſſione fur taliter puniri poſſit.

59 Id quod non modò ex *Conſtit. Elect. 33. p.4* luculenter probatur, dum Elector fures confeſſos, etiamſi veritas delicti explorari nequeat, virgis cæſos in perpetuum relegari vult; Sed & aliàs notiſſimi juris eſt, quod ex indiciis & præſumptionibus indubitatis, qualis etiam eſt ipſa Rei confeſſio, arbitrariam pœnam irrogare liceat, *Hippol. de* Mar*ſil. in pract. crim. §. poſtquam. n. 50. & §. quoniam. n.29. Angelus Aret. in tract. maleſ. verb. quod fama publica. n.13, Nicol. Boer. deciſ. n.6. Felin. in c. tertio loco. 5. ext. de probat. n.8. & in c. auditis. 15. num.30. ext. de præſumpt. Alexandr. conſ. 188. num. 12.* Ideoque ſi extra mortis ſupplicium, alia quædam pœna arbitraria infligenda veniat, tutò judex furem condemnare poteſt, etiamſi de corpore delicti nil quicquam conſtiterit.

Veluti hoc tota die in judiciis criminalibus practicatur.

QVÆSTIO LXXXII.

Qualitas perſonarum delinquentium quatenus mitiget pœnam in crimine furti: & quomodo puniendi ſint fures impuberes, Minores, Domeſtici, Nobiles, ſtudioſi ac fœminæ?

SUMMARIA.

1. Qualitas perſonæ delinquentis in crimine furti attendenda eſt.
2. Delicta ex propoſito Rei dijudicantur.
3. Infantes ab omni pœna immunes ſunt, n.4.
5. Impuberes pubertati proximi ex delicto obligantur.
6. Quinam dicantur pubertati proximi, n.7.8.
9. Pœna furum impuberum pubertati proximorum quænam? n.10.11.
12. Regulariter fures impuberes pœnâ extraordinaria ſunt puniendi. n.13.
14. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n.15.16.17.
18. In delictis quoad pubertatis definitionem inter maſculos & fœminas differentia eſt nulla.
19. Fures impuberes quandoq; etiam ſuſpendio puniuntur. n.20.21.
22. Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.

23. Minorennitas à pœnâ ſuſpendij delinquentes quoq; excuſat. n. 24. 25. 26. 27.
28. Minores regulariter à pœna ſuſpendij non ſunt exempti, n. 29. 30. 37.
31. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. numer. 32. 33. 38.
34. Mitior tamen pœna ipſis quandoq; indici poteſt, n. 35.
36. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.
39. Fures conſanguinei pœnâ furti non tenentur, & quare? n. 40. 41.
42. Furtum à conjugibus, parentibus aut liberis commiſſum quomodo puniatur?
43. Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.
44. Reliquorum conſanguineorum furtum quomodo coerceatur?
45. Quibusnam conſanguineis venia tribuenda?
46. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.
48. Num etiam affinitas à pœnâ ſuſpendij delinquentem excuſet. n. 49.
50. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n. 51.
52. Furtum ab inquilinis, ſervis, ancillis commiſſum, mitius puniendum non eſt, num. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 60.
59. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.
61. Nobilitas à pœnâ ſuſpendij delinquentes non liberat, n. 63. 64.
62. Quatenus nobilitas in delictis veniam mereatur? num. 65.
66. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.
67. Studioſi ac clerici Fures etiam ſuſpenduntur.
68. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n. 69.
70. Num fœminæ ſuſpendi debeant?
71. Conſuetudo fori Saxonici.
72. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.

1 TErtiò: Inter alias circumſtantias pœnam laquei ordinariam in crimine furti mitigantes haud minima quoq; eſt, Qualitas perſonarum delinquentium: quæ in pœnâ furti dictandâ probè ponderari debet, juxta ſanctionem Caroli V. Imp. in *Ordin. Crim. art. 160.* In verb. **Mehr ſoll ermeſſen werden/der Stand und das Weſen der Perſon ſo geſtohlen hat/** *&c.*

2 Quemadmodum enim omnia verè delicta mente ac voluntate, tanquam præcipuis & interioribus eorum cauſis, principaliter dijudicantur, *l. 53. in pr. l. 39. ff. de furt. l. 41. in fin. ff. ad* Leg. *Aquil. c. 53. in pr. ext. de ſentent. excomm.* Ita cauſa efficiens furti eſt fraudulosa & doloſa hominis voluntas *l. 37. ff. de Uſucap. §. 7. Inſtit. de obligat. quæ ex delictis naſc.* Quæ cum in omnibus indifferenter perſonis delinquentibus nec eadem ſit, nec parem criminis inferat gravitatem, ideoque ratione perſonarum delinquentium haud rarò pœna furti mitiganda eſt: Id quod accidit in *Impuberibus, Minoribus & Cognatis furibus*, de quorum pœna, & quid de nobilibus, clericis, ac mulieribus quoad furti ſupplicium habendum ſit, jam agere fert animus.

Q. 1. Quæ ſit pœna furum impuberum?

3 Primò autem nullum fere dubium eſt, Impuberes, ſi ſint infantes, ab omni pœnâ liberos eſſe. Sicuti enim in furioſum, ita etiam in infantem, & infantiæ proximum, nec crimen furti cadit, nec furti actione hi tenentur, *l. 5. §. 2. ff ad Leg. Aquil. l. 12. ff. ad* Leg. *Cornel. de Sicar. l. 50. §. 2. ff. de furt.* Cum enim infans doli, capax non ſit, & intellectum habeat nullum, §. *pupillus. verſ. Nam infans. Inſtit. de inutil. ſtipulat.* propriè, vereque non dicitur delinquere, & proinde impunitatem meritò habet, *Johan. Sichard. ad rubr. C. de novat. num. 10. & ad l. 3. num. 13. C. de in integr. reſt. Johan. Harppr. in §. in ſummâ ſciendum. 18. num. 1. Inſt. de obligat. quæ ex delict. naſc. Proſp. Farin. de pœn. temp. quæſt. 92. num. 46. Henr. Bocer. de furt num. 4.* Et licet nonnulli videantur pueri infantes doli capaces & delinquentes, attamen cum illud contingat rariſſimè, caſus ejusmodi inſoliti in conſequentiam trahendi non ſunt, *Ioan. Andr. in cap. 1. n. 4. ext. delict. puer.* Et quæ miraculoſè fiunt ac nutu aguntur divino, ſub lege non ſunt, *c. duæ 19. quæſt. 2. Anton. Gomez. tom. 3. de delict. c. 1. n. 57. in fin. Farin. dict. quæſt. 92. num. 50.*

4 Infantes ergò, nec non infantiæ proximi, impuberes ab omni pœna furti ſunt immunes *l. 1. §. impuberi. 33. l. excipiuntur. 14. ff. ad SCtum Syllan. Anton. Gomez. tom. 3. de delict. cap. 1. num. 57. Iohan. Maurit. de reſtit. in integr. cap. 161. Proſper. Farin. dict. quæſt. 92. n. 51. & ſeqq. Iacob. Menoch. de recuper. poſſeſſ. Remed. 9. n. 36. Bocer. dict. cap. 1. num. 17.*

5 Alia verò ratio eſt impuberum pubertati proximorum, qui ſiquidem doli capaces ſunt, judiciumque habent, omninò delinquere intelliguntur, *l. impuberem. 23. ff. de furt. l. pupillum. 111. ff. de regul. juris.* Hoſce verò vulgò appellant, qui decimum annum & dimidium compleverunt, aut ſi fœminæ ſunt, quæ nonum annum exceſſerunt & dimidium, *gloſſ. in §. ſed quod diximus. 10. in verb. infantiæ. Inſtit. de inut. ſtipulat. Bartol. in l. 1. num. 6. ff. de novat. Jaſon. in l. properandum 13. §. & ſiquidem. num. 2. C. de judic. Gandin. in tit. de pœn. Reor. numer. 30. verſ. ſi autem eſt pubes.*

6 Quamvis & alii pubertati proximum eum eſſe dicant, qui probè ad pubertatem acceſſit, & intra annum & ſemeſtre eam aſſequitur. *Jac.* C*ujac. lib. 17. obſervat. 4. in fin. Petr. Fab. in l in negotiis. 5. ff. de reg. jur. Ioan. Borch. in comm. de verb. obligat. cap. 3. n. 11. & in tract. feudal. cap. 5. n. 46. & in tract. de pact. cap. 3. n. 19.* Vel, cui ad puberem ætatem menſes tantum ſex deſunt, *Bald. in l. excipiuntur. 14. ad SCtum* Syllan. *Jaſon. in Auth. Sacramenta puberum. nu. 15. C. ſi adverſ. vendit. & in l. properandum. §. 1. n. 2. C. de judic. Bonifac. in tract. de furt. § animo lucrifaciendi. n. 114. Henr. Bocer. in tract. de furt. c. 1. n. 32.*

7 ,, At meo judicio verior eſt ſententia exiſti-
,, mantium, arbitrio judicis committendum eſſe,
,, quâ ætate impuberes pubertati proximi dicun-
,, tur, *arg. l. 1. ff. de jur. deliber. Ioh. Fab. in §. pupil-*
,, *lus. n. 1. Inſt. de inut. ſtipulat. Salycet. in l. impuni-*
,, *tas. 7. n. 2. & 3. C. de pœn. Farin. dict. quæſt. 92. n. 5.*
ubi plures allegat. Inſpectâ namque impuberis

diſcretione, aliisque circumſtantiis, de hoc facilimè judicare licet. *Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. 2. lib. 2. cent. 1. caſ. 57. n. 44. & ſeqq. Ioh. Gadd. de contr. & comm. ſtipulat. c. 7. n. 104. & ſeqq. Ioh. Harppr. in § in ſumma ſciendum. 18. n. 4. Inſt. de obligatio. quæ ex delict. naſc.* Neque enim tàm pluralitas annorum, quàm malitia in conſiderationem hîc venit: quamvis communiter Interpp. utramque requirere videantur, A*uguſt. in addit. ad* An*gel. Aretin. tract. de malef. verb. ſcienter doloſè. num. 6. Blanc. in pract. crim. §. imbecillitate. num. 6. & ſeqq. Franc. Cald. in repet. l. ſi autorem. verb. vel adverſarii dolo. nu. 53. C. de in integr. reſt. minor. Anton. Gomez. tom. 3 de delict. c. 1. n. 57. in fin. verſ. Et in tantum eſt verum. Bocer. dict. c. 1. num. 23.*

8 Quod eò magis verum eſt, quantò minus dubitandum, impuberes proximos pubertati non ordinario ſuſpendii ſupplicio, ſed mitiori quâdam & arbitrariâ pœnâ, pro ratione intellectus & doli capacitatis, plectendos eſſe, prout communiter ſtatuunt Doctores, *Johan. Harppr. in § in ſummâ ſciendum. 18. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc. num. 5. Iul.* Clar. *lib. 5. ſent. §. fin. quæſt. 60. num. 3. Boniſac. in tract. de furt. § 10. num. 109. & ſeqq. Henric. Bocer. in tract. de furt. cap. 1. num. 27. Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. de delict. cap. 1. n. 62. Proſp. Farin. dict. quæſt. 92. num. 62.*

9 De impuberibus ergò pubertati proximis
„ furibus tenenda hæc eſt regula: Quod ii ne-
„ quaquam regulariter ſuſpendio, ſed
„ mitiori aliqua pœna arbitraria, affici-
„ endi ſint.

Præterquam enim quod generaliter in delictorum pœnis ratio habenda eſt ætatis *l. aut facta. 16. § perſona. verſ. in ejus rei. ff. de pœn.* eique ſuccurrendum, *l. ferè in omnibus. 108. ff. de reg. jur.* manifeſtiſſimè hæc Regula probatur ex *art. 164.*
10 *Ordin. Crim. Carol.* So der Dieb oder Diebin ihres Alters unter vierzehen Jahren weren/ die ſollen umb Diebſtahl ohne ſondere Vrſach/auch nicht vom Leben zum Tode gerichtet/ſondern der obgemelten Leibesſtraff gemåß/ mit ſambt ewiger Vhrphede geſtrafft werden. Wo aber der Dieb nahe bey vierzehen Jahren alt wåre/ unnd der Diebſtahl groß/ oder obbeſtimbte beſchwerliche Vmbſtånde ſo gefåhrlich dabey gefunden wůrdẽ/ alſo daß die Boßheit das Alter erfůllen möchte: So ſollen Richter und Vrtheiler deßhalben auch (wie hernach gemelt) Raths pflegen/ wie ein ſolcher junger Dieb an Gut/Leib oder Leben zu ſtraffen ſey.

11 Huic articuli duo diſtincta facit membra *Henric. Bocer. in tract. de furt. cap. 1. num. 30.* quorum *prius*, uti is opinatur, de fure quatuordecim annis minore, at non propè quatuordecim annos; *Poſterius* autem de fure quatuordecim annis minore, ſed eo, qui eſt prope quatuordecim annos, agit: quem poſteriorem nominat eum, cui ſemeſtre tantummodò tempus à pubertate deeſt, ut pluribus demonſtrat, *dict. capit. 1. numer. 32. & mult. ſeqq.* At exiſtimo ego ab Imp. Carol. V. *dict. art. 164.* univerſalem tradi Regulam, cum ſua exceptione; ac non tàm inter annos impuberum pubertati proximorum, quàm inter regulam & exceptionem diſtinguendum eſſe.

Ita ut ex mente Imp. Caroli V. regula ſtet 12 univerſalis: Omnes nimirum impuberes pubertati proximos, à pœna ſuſpendii regulariter exemptos, ac non niſi arbitrariè puniendos eſſe, quod nec ipſemet *Bocer.* inficiatur, arbitrariam pœnam ad proximos etiam pubertati, quib. ſemeſtre tantummodò tempus à pubertate deeſt, extendens, *dict. cap. 1. n. 42. & ſeqq.* Cui & hoc facilimè largior, *per verba:* unter vierzehen Jahren *&c.* nequaquam intelligi impuberem infantiæ proximum, ut qui ob delictum ſuum, ne quidem pœnâ arbitrariâ plectitur, *l. 1. § impuberi. 33. l. excipiuntur. 14. ff. ad Sct. Syllan. Iacob. Menoch. de recuper. poſſ. Remed. 9. num. 36. Ioan. Maurit. de reſtit. in integr. cap. 161.*

Per arbitrariam autem pœnam hîc intelligi 13 fuſtigationis, relegationis ac carceris ſupplicium; ex *artic. præcedentibus 157. 158. 161. junct. verb. artic. 164.* Obgemelter Leibesſtraff gemåß *&c.* facilimè colligendum eſt. Probè itaque perpenſis, & exactè conſideratis circumſtantiis, puta ipſius furis conditione, furti quantitate ac qualitate, ſeu modo furandi, ex prædictis pœnis judex aliquam definire ac decernere debet. Ubi notari velim, impuberem pubertati proximum ad pœnam fuſtigationis non facilè condemnandum eſſe, niſi pauciſſimi menſes ac modicum temporis à pubertate deſit furi. Eo enim caſu quo fur nondum egreſſus annum decimum tertium, aut nuperrimè decimum quartum ætatis annum ingreſſus eſt, fuſtigatio remitti, in ejuſque locum caſtigatio virgarum ſurrogari ſolet, ita ut fur ejusmodi impubes in carcere non à carnifice, ſed aliis miniſtris publicis, Von Bůttel oder Stattknechten/ virgis cædatur, factâ comminatione pœnæ alicujus ſeverioris, ſi impubes in poſterum ab hoc crimine non deſiſtat.

Id quod in Elector. Saxon. Scabinatu ſæpiùs in 14 *pronunciando obſervatum ſcio, Dominis in hunc modum reſpondentibus:* So wird *M. R.* in Anſehung ſeiner Jugend/ unnd daß er nur zwölff Jahr alt/in dem Gefångnůß mit Ruthen durch den Stockmeiſter zimlicher maſſen gezůchtiget/und nach außgeſtandener Straffe/ unnd beſchehener ernſter Vorhaltung und Verwarnung/ſich fůr dergleichen böſen Håndeln wol vorzuſehen/und zu hůten/ damit ihm nicht etwas årgers begegnen und wiederfahren möge/deſſelbigen wieder entlediget/ V. R. W. *Judici oppidano in* Freybergk/ *M. Januar.* An. *1624.*

It: So wird bemeltes Mågdlein in Anſehung ihrer 15 Jugend im Gefångnůß ziemlicher maſſen mit Ruten durch den Stattknecht gezůchtiget/und folgends bey der Entledigung der Gefångnůß von dergleichẽ Sachen mit allem Ernſt abgemahnet/mit der Verwarnung/wo ſie nit davon abſtehen wird/ ſie kůnftig mit hårterer Straffe belegt werden ſoll/ V. R. W. *Iudici & Scabinis Dreſdenſibus,* M*enſe Februar. An. 1628.*

Item: Verſus Petzſchkendorff/ an Breitenbachiſchen Richter und Schöppen/ M. *Iulio, Anno 1626.*

Et in caſu furti commiſſi ab impubere nuperrimè decimum quartum ætatis annum ingreſſo. 16

So wird I. K. in Anſehung ſeiner Jugend im Gefängnüß durch den Büttel oder Stattknecht mit Ruten ziemlicher maſſen gezüchtiget / unnd hernach deſſelben wieder entlediget / zuvor aber Jhme mit Ernſt unterſaget / ſich vor dergleichen Händel wol vorzuſehen und zu hüten / damit ihme nicht im widrigen fall etwas ärgers begegnen und wiederfahren möge / V. R. W. *Samueli* Lymbachen *in* Sleinitz / *M. Iun. An. 1628.*

It: Quæſtori in Leißnig / *M. Novembr. Anno 1607.*

17 *In caſu verò quo fur impubes decimum quartum annum mox impleverat, fuſtigationis pœnam ipſi dictare non dubitaverunt Scabini, ſic pronũciantes:* Auffn fall aber der Gefangene über das 14. Jahr ſeines Alters vollſtändig nicht ſeyn würde / verbliebe Er mit der Todesſtraff verſchonet unnd würde allein mit Staupenſchlägen des Landes ewig verwieſen / V. R. W. *Præfecto in* Sondersleben / *M. Novemb. An. 1625.*

It: W*olffgango Henrico à* Schleinitz / M. *Febr. An. 1614.*

W*olffgango* Siegfrieden / *in* Böhlen / *M. Decemb. An. 1625.*

18 Licet autem jure communi Juſtinianeo, maſculi appellentur puberes, qui decimum quartum ætatis ſuæ compleverunt annum, fœminæ verò, quæ duodecimum expleverunt annum §. 1. *Inſt. quib. mod. tut. fin.* l. *ult.* C. *quando tut. vel curat. eſſe deſin.* Attamen ſanctio Carolina, quoad pœnam furibus junioribus infligendam, inter maſculum & fœminam non diſtinguit, ſed fœminam parem maſculo judicat, & utrique æqualem pubertatis annum, nempe decimum quartum ponit in *artic. 164. Ordin. Crim.* In verb. So der Dieb oder Diebin ihres Alters unter vierzehen Jahren wären. Ideoque antea dicta ad puellas quoq; impuberes extendenda, easque ob furtum commiſſum ante completum annum decimum quartum regulariter mortis ſupplicio puniendas non eſſe exiſtimo: quod probè notandum.

19 Hæcque mitigatio pœnæ in furibus impuberibus regulariter obtinet, niſi circumſtantiæ delictum aggravantes incurrant, ob quas impuberi etiam furi ſuſpendii ſupplicium irrogandum eſſe judex prudens ac diſcretus arbitretur: quo caſu prædicta Regula *exceptionem* patitur: Ideoque fures impuberes pubertati proximos non niſi regulariter à mortis ſupplicio exemptos eſſe, dixi, quo ipſo exceptio neutiquam excluditur, quam & Imp. Carol. V. exprimit in verb. *artic. 164. Ordin. Crim.* Wo aber der Dieb nahe bey vierzehen Jahren alt wäre / und der Diebſtahl groß / oder obbenſembte beſchwerliche Umbſtände / ſo gefährlich dabey gefunden würden / alſo daß die Boßheit das Alter erfüllen möchte: So ſollen Richter und Urtheiller deshalben auch Raths pflegen / wie ein ſolcher junger Dieb an Gut / Leib oder Leben zu ſtraffen ſey / *&c.*

20 Unde apparet furem impuberem tum demum ſuſpendi poſſe, ſi ex circumſtantiis, ejuſdem malitia & doli capacitas ſufficienter colligi queat; Veluti, ſi furtum ſit magnum, ſæpius reiteratum, aut cum effracturâ violentâ perpetratum, ita ut manifeſtè ætatis defectum malitia ſuppleat. Hæc enim unica fere cauſa eſt, ob quam fur impubes pœnam ſuſpendii non effugit, *c. de illis. ext. de ſponſ. impub. Matt. Steph. & Georg. Rem. in art. 164.* Ordin. Crim. *Carol. Matth. Coler. part. 1. deciſ. 162. n. 8.*

Quæ tamen exceptio ad eos impuberes reſtringenda eſt, qui mox impleverunt annum ætatis decimum quartum, ut apparet ex *dict. artic. 164.* Wo aber der Dieb nahe bey vierzehen Jahren alt wäre / *&c.* Quibus verbis eum denotari impuberem, cui ſemeſtre tantummodò tempus à pubertate deeſt, exiſtimat *Henr. Bocer. in tract. de furt. cap. 1. num. 32.* juxta tradita *à Bald. in l. excipiuntur.* 14. *ff. ad SCt. Syllan. Iaſon. in Auth. Sacramenta puberum. num. 15. C. ſi adverſ. vendit. & in l. properandum. §. 1. num. 2. C. de judic. Bonif. de furt. §. animo lucrifaciendi. n. 114.* Ut ſic ad pœnam laquei, furi impuberi irrogandam duo præcisè requirat ſanctio Carolina. *Primò*, ut furi modicum temporis à pubertate deſit. *Secundò*, ut malitia ætatem ſuppleat. Quorum alterutro deficiente, judicem ad ſuſpendii ſupplicium haud quaquam impuberem furem condemnare poſſe, dixerim. 21

Et ſecundum ea dictaverunt Scabini laquei pœnam cuidam furi, qui nondum impleverat annum ætatis decimum quartum. Ad requiſitionem judicis in Hayn / *Menſe Febr. Anno 1609.* 22

Secundò: Ratione perſonarum delinquentium remitti quoque poteſt pœna ſuſpendii *Reis minoribus*, qui nondum 25. aut in foro Saxonico 21. ætatis annum exceſſerunt, quos ob minorennitatem & fragilitatem judicii non graviter delinquere, nec propterea ordinariam ſuſpendii poenam promereri, vulgò exiſtimant Dd. *Gloſſ. in cap. 1. ext. de delict. puer. Roland. à Vall. conſ. 51. n. 39. & ſeqq. vol. 1. Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 4. caſ. 329. num. 11. & ſeqq Thom. Gramm. deciſ. 48. num. 11. Nicol. Boer. deciſ. 254. n. 20. Ludov. à Peguer. deciſ. 24. num. 21.* Quamvis non negent, fures minores pro ratione qualitatis & circumſtantiarum quandoque ſuſpendi poſſe. Vid. *Anton. Teſſaur. deciſ. 161. n. 3. Gloſſ. in l. ferè. in med. ff. de reg. jur.* 23

24 Q. 2. An & quatenus minorennitas à pœna ſuſpendii furem excuſet?

Ut ſic dubium non ſit, minores ob furtum commiſſum ſuſpendi poſſe, quandoque tamen eoſdem à poena ordinaria liberari. Sed hoc ſolummodò controverſum eſt: *An judex præcisè & neceſſariò teneatur furi Minori imponere extraordinariam leviorem pœnam, an verò hoc ejus arbitrio ſit relictum. Vt ſi velit, ſupplicio ſuſpendij omiſſo, extraordinariam aliquam pœnam in ipſum convertere poſſit?* Ubi communis ferè eſt Doctorũ concluſio: Quod judex delinquenti minori neceſſariò teneatur temperare ſeu minorare poenam, ac niſi hoc fecerit, gravare ipſum dicatur, *Henric. Bocer. in tract. de furto cap. 1. n. 92. Matth. Berlich. part. 5. concl. 43. n. 38. & 39. Ant. Gom. tom. 3. var. reſolut. tit. de delict. c. 1. n. 53. Angel. Aret. in tract. malef. in verb. ſcienter & doloſè. n. 12. in fin.* aliique allegati à *Proſp. Farin. q. 92. n. 163.* 25

Sed

26 Sed fundamento hæc concluſio deſtituitur, dicunt quidem in minore tantum non eſſe dolum, quantum in majore, A*uguſt. Bonfranc. in addit. ad* A*ngel.* A*retin. in dict. verb. ſcienter & doloſè numer. 12.* A*nton.* T*eſſau. deciſ. 161. nu.* 4. *Gramm. deciſ. 23. num. 12.* Hoc licet conceſſerim, exinde tamen non ſequitur, pœnam ſuſpendii in minoribus ceſſare. Sufficit enim talem adeſſe dolum, qualis ad infligendum mortis ſupplicium requiritur: Cujus minores expertes non eſſe, ſat manifeſtum eſt ex eo, quod propter malitiam impuberibus etiam quandoque laquei pœnam irrogari velit ſanctio Carolina *art. 164.*

27 Deſtructâ igitur ratione hujus opinionis, ipſa quoque opinio corruit. Quæ propterea non retinenda, quia communis eſt; ſiquidem huic tum demum inhærendum, ſi juſta ratione ac fundamento nitatur, *can. ego dict. 9 Henric. Bocer. in tract. de adult. cap. 5. num. 52.* Nil verò authoritatis ea habet, quando ſimpliciter ſine lege vel ratione per tranſennam vel diſcurſum, absque diligenti conſideratione, nec penſatis hinc inde argumentis, perfunctoriè ſaltem collecta eſt, A*ndr.* A*lciat. lib. 4. parerg. cap. 17. Nevizan. in ſylv. nupt. lib. 5. nu. 29. Socin.* J*un. Conſ. 1. num. 143. & conſ. 119. n.* 30. *vol. 1. Tiber. Decian. conſ. 31. n. 120. vol. 1.*

28 Haud itaque vereor de minoribus talem ponere Regulam: **In crimine furti, ob minorennitatem delinquentes à pœna ſuſpendii regulariter non ſunt exempti.**

Cujus regulæ veritas manifeſtè probatur: *Primò:* quod in fures laquei pœna ſit ſtatuta; à quâ minores excepti nuſpiam reperiuntur: Erubeſcimus autem ſine lege loqui, *l. illam. 19. C. de collat.* nec temerè quicquam absque juris auctoritate aſſeverandum eſt, *l. diſſentientis. 5. C. de repud. cap. 18. extr. de ſent. excomm. in ſexto.*

29 *Secundò*: Facit huc regula vulgaris, quod minori in delictis non ſubveniatur, niſi quatenus interdũ miſeratio ætatis ad mediocrem pœnam judicem produxerit, *l auxilium. 37.* §. 1. *verſ. in delictis. ff. de minor.* ubi ponderanda eſt dictio (*interdum*) quâ judicis arbitrio videtur relictum, an pœnam ſuſpendii remittere, ac mitiorem aliquam extraordinariam Reo minori imponere velit. *Bald. in l. 1. n. 1. C. ſi adverſus delictum. Decius in l. ferè in omnibus.* 108. *ff. de reg. jur.* J*ac. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. caſ. 329. n. 9.* J*oſeph. Ludov. deciſ. Lucenſ. 17. n. 63. & 72.*

30 T*ertiò:* Quia ſanctio Carol. eos ſolum fures à pœna mortis eximit, qui decimum quartum ætatis annum nondum exceſſerunt, *Ordin. Crimin. artic.* 164. In verb. jhres Alters unter 14. Jahren wåren/ *&c.* Unde ſequitur, minoribus qui decimum quartum ætatis ſuæ annum compleverunt, pœnam mortis remittendam non eſſe: argumento à contrario ſenſu dictorum verborum deſumpto, quod in jure fortiſſimum eſt, *l. 1. ubi* J*aſon. numer. 35. ff. de off. ejus cui mand. eſt jurisdict. Bald. in l. conventicula. 15. num. 1. C. de Epiſcop. & Cler.* Veluti etiam adultos minores in crimine furti ſupplicio mortis ſuppoſitos eſſe ex *dict. art. 164.* probat & concludit *Matth.* C*oler. part. 1. deciſ. 162. n. 8.*

Hanc regulam in pronunciando ſequuntur Scabini quotidiè, dictantes pœnam ſuſpendij minoribus quam primum decimum quartum ætatis annum compleverunt: Da ſichs in der Erkůndigung befinden wůrde/ daß der Gefangene gewiß ůber 14. Jahr wåre/ und er auff ſeinem gethanen Bekåntnůß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſt wie recht ůberwieſen wůrde/ So môchte er nach Schårffe der Rechte/ mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft werden. Da man aber ſeines Alters halben keine gewiſſe Nachrichtung erlangen kônte/ oder man jhme ſonſten in Anſehung ſeines minderjåhrigen Alters Gnade erzeigen wolte/ wůrde er mit Staupenſchlågen deß Landes billich ewig verwieſen/ V. R. W. 31

Ad requiſitionem Senatus Torgenſis, M*enſ. Decemb.* A*nno 1596.*

It: Præfecti in Sonderslebẽ/ *Menſe Novemb. Anno 1625.*

Quæ pœna eò magis irroganda minoribus decimum ſextum ætatis ſuæ annum jam ingreſſis. Pro*nunciantibꝰ ita Scabinis* J*udici Præfecturæ* W*eidenſis,* M*enſe* A*pril.* A*nno* 1582. 32

Hieronymo à Camiz/*in* Thalwiz/M*enſe* D*ecem. Anno* 1583.

Quæſtori Dreſdenſi, Menſe J*unio, Anno 1632.*

De qua pœna etiam minus dubitandum eſt furto perpetrato à minori 17. annorum, conſentientibus ac reſpondentibus Scabinis Quæſtori in Borſtenſtein/*Menſe* O*ctob.* A*n. 1584.* 33

Quæſtori Dreſdenſi. Menſ. J*unio* A*n. 1587.*

Quæſtori Zvvickavienſi, Menſe A*uguſto,* A*nno 1595.*

Quæſtori Dreſdenſi, M*enſ. April.* A*n. 1613.*

Eidem, Menſ. O*ctob. An. 1614.*

Senatui Hamburgenſi, cui ſententiæ hæcce clauſula fuit appoſita: Vnd mag die zuerkandte Straffe des Stranges wegen ſeiner angefůhrten Jugend geſtalten Sachen nach/ weil es mit jhme dem Gefangenen dieſe Gelegenheit und Zuſtand hat/ weñ er gleich noch jůnger von Jahren/ ungeachtet er doch allbereit das 17. Jahr ſeines Alters erreichet/ und in das 18. Jahr getretten/ daß bey jhm die Boßheit das Alter erfůllen thut/ jhme nicht erlaſſen/ noch fůglichen geåndert und gelindert werden/ V. R. W. *Menſ. April.* A*n. 1615.*

Etſi verò regulariter Minorennitas delinquentem â pœna ſuſpendii non excuſet, haud tamen inficior, quin judex pro qualitate delicti & circumſtantiarum pœnam mitigare ac Reo minori extraordinarium ac mitius aliquod ſupplicium imponere poſſit: prout etiam ſentit M*att.* C*oler. part. 1. deciſ.* 162. *n.* 8.

34 Hocque eſt, quod ſupra dixi, regulariter in minoribus pœnam ſuſpendii obtinere, quâm tamen judex juſta ex cauſa pro arbitrio & diſcretione ſua mitigare & temperare poſſit. Siquidem vel ſolùm ratione ætatis, mortis pœnam in aliam commutare judici fas eſt, *l. aut facta.* 16. *§. 3. ff. de pœn. l. ferè.* 108. *ff. de Reg. jur. Mynſing. cent. 2. obſervat.* 54. J*acob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. caſ. 329. num. 11. & ſeqq. Henric. Bocer. de furt. cap.* 1. *n.* 76. *Capolla in* Auth. *ſed novo jure. n. 88. in fin* C. *de ſerv. fugit.*

35 Quo tamen caſu in locum ſuſpendii non ſolummodò relegatio vel pecuniaria pœna ſurroganda eſt: veluti quidam autumant, quoties ſcilicet arbitraria imponenda eſt pœna pro ſupplicio mortis, corporali ſive corporis afflictivæ pœnæ haud eſſe locum. *Hippol. de Marſil. in pract. crim.* §. *quoniam. n. 96. & conſ. 30. n. 20. conſ. 39. n. 59. Franc.* Cald. *in repet. l. ſi Curatorem in verb. Vel adverſarij dolo. num. 54. verſ. at quia.* C. *de in integr. reſtit. minor. Grammat. deciſ. 23. n. 13. Vincent.* Honded. *Conſ. 104. n. 37. & ſeq. vol.* 1. Sed & fuſtigatione aut caſtigatione virgarum in carcere fur minor puniri poteſt.

36 *Veluti ita pronunciarunt Scabini in caſu, quo fur quidam annorum quindecim à patre ſuo inductus & perſuaſus furtum commiſerat:* So wird er auß jetzo angezogenen Vmbſtänden / und wegen ſeiner Jugendt mit der ordentlichen Todesſtraff verſchonet / aber gleichwol in Gefängnüß billich mit Ruthen gezüchtiget / und deß Landes ewig verwieſen / V. R. W. *Ad conſultationem judicis* O*ppidani in* Krimmitshaw / M*enſ. Febr. Anno* 1597.

Similiter & fuſtigatio cum perpetua relegatione furi minori fuit impoſita à Scabinis. Ad requiſitionem Quæſtoris Dreſdenſis, M*enſ.* J*unio, Anno* 1587.

Et Menſe Octobri, Anno 1624.

37 Illud quoque hîc monendum duxi, minorem ob furtum commiſſum, antequam pubes factus fuiſſet, pœnâ ſuſpendii ordinariâ nequaquam plectendum eſſe: quum ſuperveniens qualitas poſt delictum perpetratum non mutet pœnam, *l. 1. §. per contrarium ff. de pœnis.* Et juris eſt expeditiſſimi, quod in pœnis infligendis delicti cauſa potius debeat ſpectari, quàm factum delinquentis, *l. quod Reipubl. 33. ff. de injur. l. qui injuria. 53. in pr. ff. de furt.* Cum ergò impubes non tàm ex malitia quàm fragili ætatis judicio delinquat; utique pubes factus non aliam ſuſtinere debet pœnam, quàm quæ ei imponeretur, ſi adhuc impubes eſſet. Vid. J*ul.* C*lar. lib. 5. ſent.* §. *fin. quæſt. 60. num. 5.* A*ndr. Tiraquell. de pœn. temper. cauſ. 7. n. 8. in fin. Proſp. Farin. quæſt. 92. num. 162.*

38 *Reſpondimus ita ſuper ejuſmodi caſu conſulti à Quæſtore Freibergenſi:* So mag *G. T.* ſeines Alters von 16. Jahren / wegen derer in ſeiner Vnmündigkeit begangenen Deuben geſtalten Sachen nach am Leben nicht geſtrafft werden / er wird aber gleichwol in Anſehung / daß er auch nach geändeter Vnmündigkeit nicht abgelaſſen / ſondern nebenſt ſeinem Vatter zu ſtehlẽ fortgefahren / im Gefängnüß mit Ruthen gezüchtiget / und darauff des Landes ewig billich verwieſen / V. R. W. *Menſ. Novembr. Anno* 1626.

Q. 3. Quatenus conſanguinitas in crimine furti mitigat pœnam?

39 TERTIO: Ceſſat pœna ſuſpendii ratione perſonarum delinquentium in furto domeſtico, quando ſcilicet liberi, parentes, conjuges, aliavè cognatione conjuncti, ſibi invicem quid ſurripiunt. Quos omnes furtum quoque committere expeditum eſt; attamen pœnâ furti hi non tenentur, ſed tantum actione rerum amotarũ, *l. 1. l. 5. & ſeqq. & tot. tit. ff. de rer. amot. ubi* Matt. W*eſembec. in paratit. nu. 1. & ſeqq. Jodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 110. nu. 41. & ſeq.* Johann. *Harpp. in §. 1. & 5. Si qui in parentum 12. Inſt. de obligat. quæ ex delict. naſc.* Angel. *Aretin. in tract. maleſ. verb. etiam veſtem cœleſtem. n. 44.* Matt. *Berlich. part. 5. concl. 44. n. 55. 61. & 62.* J*ul.* C*lar. lib. 5. ſent.* § *furtum. nu. 21. verſ. vel* A*micus &c.* Jacob. *de Bellovis. in pract. crim. cap. 10. n. 32.*

40 Præterquàm enim, quod pater in liberos domeſticam diſciplinam ſtatuere poſſit, nec cum eo litigare neceſſe habeat, ut inquit JCtus Ulpianus in *l. ſervi 17. ff. de furt.* Unde congruentius eſſe, ajunt Impp. Valer. & Gall. controverſias inter parentes & liberos exortas, domi terminari *l. congruentius. 4.* C. *de patr. poteſt.* Ac quum pater & filius una eademque reputentur perſona, *l. fin.* C. *de impub. & aliis ſubſtit.* pater cum filio furti actione experiri non valeat; quia nemo ſecum agere poteſt *l. ne cum filiofamilias. 17. ff. de furt.* ob honorem matrimonii ac ſanguinis, tam turpem ac atrocem actionem dare in perſonas cognatione ac ſanguine ſibi conjunctas, lex erubuit, 41 *l. 2. ff. act. rer. amot. l. ult.* §. *fin.* C. *de furt. Bonifac. in tract. de furt.* §. *10. n. 179. & ſeqq.* Petr. *Gregor. Tholoſſ. in ſyntagm. jur. lib. 37. cap. 11. n. 1.* Quæ ratio generalis eſt, & non ſolum conjuges, ſed & alias quoque cognatas perſonas comprehendit, ut ſic in hiſce etiam pœnam furti ordinariam ceſſare affirmandum erit, ſecundum Dd. comm. Vid. J*oh. Schneidvv. in §. Hi qui in parentum. n. 2. Inſt. de obligat. quæ ex delict. naſc.* Idque adeò verum eſt, quod nec judex ex officio prædictas perſonas de furto criminaliter punire queat. *Bart. in l. 1. ff. de rer amot. Schneidvv. & Dd. ad dict.* §. *hi qui in parentum, &c. Inſt. de obligat. quæ ex delict. naſ.*

Quod in foro Saxonico minus dubium habet propter manifeſtam Conſtitutionem Saxonicam *6. rubr.* Von dem Diebſtal der verwandten Perſonen. Inter eas, quæ certis de cauſis publicæ non ſunt editæ, ubi duplex caſus deciditur.

42 Primus eſt caſus: *Si furtum à conjugibus, parentibus aut liberis committatur.* Quos etiamſi furtum ſit magnum, & multum ſuperet valorem quinque Ducatorum Ungaricorum, nec ſuſpendio, nec alia corporis afflictiva, ſed mitiori aliquâ pœnâ extraordinariâ, ut carcere, relegatione, aut mulctâ pecuniariâ affici jubet *dict.* C*onſt. 6. in verb. initialibus.* Wann Mann / Weib oder Kinder einander beſtehlen / und der Diebſtal groß iſt / ſo ſollen dieſelben mit willkürlicher Straffe / jedoch nicht am Leben oder Leibe / ſondern mit Verweiſung / Gefängnüß unnd dergleichen beleget werden / *&c.* Tantum enim viſus fuit Illuſt. Elect. Saxon. D. Auguſto, honor matrimonii nec non reſpectus & neceſſitudo inter liberos & parentes, ut illis pœnam aliquam corporis afflictivam, ob furti crimen nequaquam imponendam eſſe, exiſtimaverit, J*ohan.* Schneidvv. *in §. Hi qui in parentum. 12. nu. 2. Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc. Aut. Conſult. Conſt.* S*ax. tom. 2. part. 4. quæſt. 32. nu. 4.* D*an.* M*oller. ad* C*onſt. Elect. 38. num. 5. p. 4. Ita carceris* P*œnam ad*

quatuor ſeptimanas dictaverunt Domini ad requiſitionem Nicolai Marſchalls/ *Menſe Martio, Anno 1601. in caſu furti, à filio quopiam in rebus paternis commiſſi.*

44 Alter caſus eſt: *quando præter conjuges, parentes, ac liberos, alij conſanguinei ſibi invicem quid ſurripiunt, ac furtum committunt.* Hoſce ſi intra quartum gradum ſint conjuncti, à pœna ſuſpendij quidem eximit, ob magnum furtum etiam virgis cædi permittit *dict. Conſtit.* in verb. Alſo auch wann nahe Freunde jnnerhalb deß vierdten Grades/ als Bruder und Bruders Kinder einander beſteh!en/ und der Diebſtal groß iſt/ ſo werden ſie mit ordentlicher Straffe deß Stranges auch billich verſchonet / und ſonſten wilkürlich als mit Staupenſchlägen geſtrafft.

45 Ideoque cognatæ hæ quoque perſonæ à pœna laquei ſunt exemptæ, arbitraria tamen & ſi gravitas delicti hoc poſtulat, etiam fuſtigationis pœnâ (quæ ſola differentiam facit inter hunc & priorem caſum) affici poterunt. Probè autem notanda ſunt verba *dict. Conſt.* Jnnerhalb deß vierdten Grads als Bruder und Bruder Kinder/ *&c.* Quibus Illuſt. Conſtituens non ſolùm ſanctionem ſuam ad certos gradus reſtringere, ſed & addito exemplo, inuere voluit, computationis hîc graduū civilis habendam eſſe rationem, non Canonicæ. Quia enim fratrum filij ſeu conſobrini, quorum ibidem meminit, quarto invicem gradu, juxta computationem civilem, ſunt conjuncti, utique gradus ſecundum computationem juris civilis hic computandos eſſe, ſatis exinde manifeſtum redditur.

46 *Secundum hanc conſtitutionem quotidiè pronunciare ſolent Scabini:* Dieweil auß ewer Frage und deß Gefangenen Außſage nicht zu befinden/ wie nach jhm A.H. verwandt/ ſo wil euch gebühren ſolches vor der *Execution* zu erkündigen/ und da ſichs befindē würde/ daß er jhme jnnerhalb deß vierdten Grads verwandt wäre/ ſo möchten die 10. alte Schock/ ſo er jhm entwendet/ in die 5. *ſoliden* nicht mitgerechnet werden. *Ad conſultationem Quæſtoris in* Zügenrück/ *Menſe* Martio, *Anno 1587.*

47 *It:* Da jhr euch nun allbereit erkündiget hättet/ oder nochmals erkündigen würdet/ daß ſolche Deuben alle/ oder derer ſo viel/ daß ſie auſſerhalb der jenigen/ ſo er ſeinem Vettern (wofern jhm derſelbe jnnerhalb deß vierdten Grades verwandt/) Dieblichen entwendet/ jhrem rechten Werth nach über 5. *ſoliden*, das ſeyn 5. flor. Vngariſch deß beſten Goldes außtragen thäten/ gewiß und in der Warheit geſchehen/ und es würde Gefangener auff ſeinem gethanen Bekäntnüß/ *&c.* So möchte er mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W. *Ad requiſitionem Præfecti Deſſavienſis, Menſ.* Julio, *Anno 1587.*

Quæſtoris in Beltzigk/ *Menſe* Januario, *Anno 1597.*

48 Ex jam dictis duplex oritur dubium: Primum eſt, *an ſicuti propter conſanguinitatem, ita etiam ob affinitatem fures à pœna ſuſpendij, ſint immunes; Veluti ſi à genero, ſocero, vitrico aut ſororis meæ marito res quædam valorem quinque Ducatorum Vngaricorum ſuperantes, furto mihi fuerint ablatæ?*

Q. 4. Num & affinitas in crimine furti à pœna mortis excuſet reum?

Equidem non inficior prædictam Conſtitutionem Saxonicam de conſanguineis tantummodò loqui, ſicuti apparet ex *verb.* Bruder und Bruder-Kinder/ *&c.* Unde ſequi videtur, affines ibidem nec comprehenſos eſſe, nec ſpeciali quâdam immunitate gaudere. Erubeſcimus enim ſine lege loqui. *l. illam.* 19. C. *de collat.*

Diſpoſitionem tamen hujus ſanctionis ad proximos affines, qui propriè ita dicuntur, quales ſunt: *Socer, Vitricus, Gener,* P*rivignus, ſororis maritus &c.* extendere haud dubitaverunt *Domini Scabini*, arbitrantes, perſonas haſce, licet non verbis, ratione tamen ac mente dicta Sanctionis comprehendi. Ratio enim exemptionis à pœna laquei præcipua eſt honor proximitatis & neceſſitudinis; qui in proximioribus affinibus æquè obtinet, præſertim quum Vitricus, Noverca, Socer & Socrus ſint loco parentum eorumque appellatione contineantur, *l. cum pater.* 4. *ff. ad Leg. Pomp. de parricid. §. ſocrum. 7. verb. Quia matris loco Inſt. de nupt. § affinitatis 6. in verſ. quia utræque filij loco &c. inſt. eodem tit.* Eademque ferè ſit affectio & cognatio inter maritum & conſanguineos uxoris, nec non inter uxorem & conſanguineos mariti, qualis eſt inter ipſos conſanguineos; cum maritus & uxor ſint una caro, *c. porro. 35. quæſt. 5.* Idemque gradus affinitatis qui conſanguinitatis, quia perſona addita perſonæ per carnis copulam mutat genus attinentiæ, & non gradum, *gloſſ. in cap. non debet. extr. de conſang. & affinit. Johan. Schneidvv. ad tit. Inſt. de nuptiis ſub rubr. de arbor. affin. n. 8.* 49

Reſponderunt ita Scabini ad conſultationem Quæſtoris in Lichtenſtein. So möchte *Inquiſit* wegen ſolcher begangenen und bekandten Deuben nach ſchärffe der Rechte mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft werden. Es wäre dann/ daß die Schafe gedachtem H.O. geweſen/ und derſelbe dem Gefangenen mit naher Schwägerſchafft/ alſo daß einer deß andern Schweſter zur Ehe hätte/ zugethan wäre/ auff den Fall möchte er in Anſehung/ daß die andern Diebſtäle jhme zu ſeinem Antheil fünff *ſoliden* nicht außtragen/ am Leben nicht geſtrafft werden. Er würde aber mit Staupenſchlägen ewrer anbefolenen Ampts-Gerichte ewig billich verwieſen/ V. R. W. *Menſe Novembr. Anno 1597.* 50

It: An Schöſſer zu Grimma. So mag die Gefangene B.M.P. Wittib ſolcher jhrer Verbrechung wegen nach Gelegenheit dißfals/ weil ſie F.P. (deme die Sachen Dieblichen entwendet worden) Bruder zur Ehe gehabt/ und als demſelben mit naher ſchwägerſchafft verwandt/ am Leben nicht geſtrafft werden/ Sie wird aber gleichwol mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billich verwieſen/ V. R. W. *Menſ. Auguſto, Anno* 1632.

P*ariter fuit pronunciatū à Scabinis in caſu furti commiſſi à privigno.* A*d requiſitionem Senatus Ilenburgenſis, Menſe Auguſto,* A*nno 1613.* 51

Quæſtoris Coldicenſis. Menſ. J*anuar. Anno 1613.*

Nec non in furto à genero commiſſo. Ad petitionem Quæſtoris W*eidenſis, Menſ.* J*ul. An.* 1597.

52 *Alterum* de quo hic controverti ſolet dubium eſt: *An furtum ab inquilinis, ſervis, famulis, ancillis, pediſſequis, aliisq; mercenariis qui mercede diurna operas ſuas locant, commiſſum, excuſationem quandam mereatur ab ordinaria ſuſpendij pœna?*

Q. 5. Furtū ab inquilinis, ſervis, famulis, et ancillis cōmiſſum?

quomodo puniri debeat?

Domeſticum ſanè hoc furtum eſſe, & jam dictas perſonas atque mercenarios domeſticorum appellatione venire, negari nequit, *l. perſpiciendum. 11. §. furta. 1. ff. de pœn. Jodoc. Damhoud in prax. rer. crim cap. 110. num. 41.* Johan. *Bajard. ad* Jul. *Clar. lib. 5. ſent. §. furtum. n. 84.* Ideoque nec 53 furtum hoc pœna ordinaria coercendum, nec fures hoſce ſuſpendendos eſſe, haud abſque lege, jurisque autoritate affirmabitur, *dict. l. perſpiciendum. §. 1. ff. de pœn. l. ſervi 17. l. ſi liberatus. 89. ff. de furt. Didac. Covar. lib. 1. var. reſolut. cap. 3. num. 12. in pr.*

54 Idque de Jure Civili expeditum ferè eſt, quo inter Dominum & ſervum nullum poteſt conſtare judicium, *l. ult.* C. *an ſervus pro ſuo facto poſt manum. ten. §. 6. Inſt. de inutil. ſtipulat. l. lis nulla. 4. l. ſi à me. 11. ff. de jud. l. ne cum 16. ff. de furt. l. interpoſitas. 13. in fin. C. de tranſact. l. actiones. 7. ff. de obligat. & action.*

55 Sed de conſuetudine hodiè contrarium ſervatur, & pro furtis à ſervis, famulis, aliisque mercenariis commiſſis, æque furti actio competit, ac pœna ordinaria locum ſibi vendicat, teſte *Jul. Clar. lib. 5. ſent. §. furtum. n. 22. ubi* Johan. *Bajard. in addit. n.* 85. *& ſeqq.* Johann. *Harppr. in §. hi qui in parentum. 12. num.* 10. *Inſt. de obligat. quæ ex delict. naſc. Virgil. Pingitzer. quæſt. 47. num. 12. Anton. Fab. in* Codic. *lib. 9. tit. de pœn. defin. 2. num. 1. Ægid. Boſſ. in tract. crim. tit. de furt. n. 24.* Jodoc. *Damhoud. in prax. rer. crim. dict. cap.* 110. *num. 41. Matth. Berlich. part. 5. concl.* 54. *nu. 3. Dan.* Moll. *ad Conſt. Elect. 38. n. 3. p. 4.*

56 Ac ne dubium hâc de re ſupereſſet, in foro Saxon. expreſsè ſancivit Illuſt. Elect. Sax. Dn. Auguſtus, ut inquilini, ſervi, ancillæ, famuli, eique qui mercede diurna operas ſuas locant, ſi quid furentur, eadem pœna, quæ in alios fures ſtatuta eſt, tenerentur, C*onſt. 38. part. 4.* Ibi: Die Haußgenoſſen und das Haußgeſinde/ Knechte/ Mägde/ Diener/ Taglöhner/ und dergleichen/ ſollen wie andere Diebe/ wann von jhnen eine Deube begangen/ geſtrafft/ und zwiſchen jhnen und andern Dieben kein Vnterſcheid gehalten werden.

57 Clariſſimè hinc pateſcit, ſervos ob furtum Domino ſuo factum, non minus atque fures extraneos ſuſpendendos eſſe. Nec immeritò, ſiquidem hi propter fidem debitam atque promisſam longè graviùs delinquunt, adeò ut optimo jure de iis quis dixerit id, quod in ſimili de tutore, pecuniam pupillarem intervertente, aſſerit *Matth.* W*eſembec. ad §. 9. num. 5. Inſtit. de publ. jud.* nimirum, eò magis iſtum puniri oportere, quò majorem debeat bonam fidem, minusque
58 caveri illius fraus queat. Idque ipſum eſt, quod *Duaren. ad tit. pro ſocio cap. 4. circ. finem. fol. 1017.* notabiliter dicit; moribus noſtris in fures Domeſticos gravius animadverti, quàm in alios, quum tale furtum vitari non poſſit. Ut plurimum enim neceſſitas efflagitat, domeſticis fidem habere, illorumque manibus abſque diffidentia res familiares concredere; *quippe cum paterfamilias ipſemet non omnia perficere, reſq; omnes incluſas habere queat.*

59 *Hæcq; in Scabinatu quotidiè ſic practicari ſolent. Veluti ita reſponderunt Scabini Quæſtori in* Weiſſenſee. M*enſe Novemb.* A*nno* 1596.
Johanni à Schleinitz/ in Kunensdorff/ *Menſ. Junio, Anno 1603.*
W*olffgango Erneſto à* Wolfframsdorff/ Men*ſ. Jun. Anno* 1594.

Quod tamen fallit, ſi famuli & miniſtri Do- 60 minis ſufficienter requiſitis, ſed malitioſè ſalarium ſolvere recuſantibus, aliquid ſubtrahant & auferant. Quo caſu pœnam laquei ceſſare, & fures mitiori aliqua pœna arbitraria plectendos eſſe putò, quod à *Scabinis* obſervatum ſcio, *arg. c. un. in fin. tit. de milit. vaſall. qui contam.* Johan. *Bajard. in addit. ad* Jul. *Clar. lib. 5. ſent. §. furtum. n. 86. Matth. Berlich. part. 5. concl. 45. n. 49.* Jac. *de Bellov. in pract. crim. lib.* 1. *c* 10. *n.* 19.

Q. 6. An Nobilitas in furti crimine delinquentem à pœna ſuſpendij excuſet?

Cæterùm dubitari hîc poteſt: *An etiam* 61 *Nobilitas furem à laquei pœna liberet?* Quod affirmant Doctores communiter, ſtatuentes, Nobiles ut aliàs honeſtiores vel privilegiatas perſonas hoc ignominioſiſſimo, viliſſimo & fœdiſſimo ſuſpendii ſupplicio haudquaquam afficiendos, ſed ſi in furti crimen inciderint, gladio tantùm puniendos eſſe, F*elin. in cap. cum quidam. 12. extr. de jurejur. n. 5. verſ. & ideò nobiles. Proſper. Farin. part. 3. quæſt. 98. n. 116. & 117.* J*ul.* Clar. *lib. 5. ſent. §. ult. quæſt. 60. n. 24.* Jacob. *de Bellovіſ. in pract. crim. lib. 1. cap. 10. n. 15. Matth. Berlich. part. 5. concl. 44. n. 33.* Andreas T*iraquell. in tract de Nobil. cap. 20. num. 110.*

Quos abſque dubio commovit id quod vul- 62 gò traditur, mitius nempe agendum eſſe cum Nobili quam cum plebeio, *l. 1. in fin. ff. de furib. balnear. l. 1. §. 3. ff. de abig. l. ult. ff. de incend ruin. naufrag. l. 6. in pr. ff. ad Leg.* J*ul. pecul. l. 9. §. 11. l. 28. §. 2. ff. de pœn. c. qui contra. 24. quæſt.* 1. *Anton. de* P*adill. in l. 1. num. 9.* C. *de jur. & fact. ignor. Petr. à Plac. in epit. delict. cap. 1. nu. 23. & ſeqq. Cæpoll. conſil. criminal. 39. Foller. in pract. crim. cap. 16. nu. 11. Didac. Covarr. lib. 2. variar. reſolut. cap. 9. num. 3. Felin. in cap.* P*aſtoralis. num. 1. verſ. ſed regula ſit. de offic. delegat.* Quod & convenire videtur *Ordin. Crimin.* C*arolin. V. Imp. in artic. 159.* in verb. Oder ſonſt nach Gelegenheit der Perſon *&c.* Et *art. 106.* verb. Mehr ſol ermeſſen werden der Standt und das Weſen der Perſon ſo geſtohlen hat/ *&c.*

Sed in terris Saxonicis hæc ſententia non 63 practicatur, quamvis enim conceſſerim, Principem cui jura territorialia atque regalia competunt, Nobilibus ob furtum commiſſum ad furcam condemnatis gratiam facere, hocque ſupplicium in gladii pœnam commutare poſſe, atque ſolere. Judici tamen & Magiſtratui inferiori mitiorem aliquam pœnam Nobilibus imponere, fas non eſſe puto, eò, quod certum ſuppliciū furibus indifferenter ſit determinatū *Conſt. Elect. 32. part.* 4. à quo nullibi excipiuntur Nobiles, quos ſtatus atque nobilitas nil quicquam juvare poteſt, ut qui furtis ſe commaculaſſe convicti, omni honore exuti inter peſſimos quosque & plebejos habentur, nec ſibi poſthac de eo honore & conſortio Nobilium blandiri poſſunt, quo ſe ipſos indignos fecerunt, ut elegantiſſimè loquuntur Impp. Gratian. Valent. & Theod. in *l. judices. 12. C. de dignit.*

Ideoque

64 Ideoque meo tempore, in *Elect. Saxon. Sca-*
,, *binatu* Nobili cuidam ob furtum equi perpetra-
,, tum, laquei pœnam fuiſſe dictatam memini, Do-
,, minis unanimiter conſentientibus, nec verba *articulo 160. Ordin. Crimin. Carol. verſ.* Mehr ſol ermeſſen werden der Stand und das Weſen der Perſon/ *&c.* ut quæ potius de qualitate animi, & imbecillitate judicii, quàm conditione ſtatus, accipienda ſunt, attendentibus, ſed benè ponderantibus illud quod *Andr. Gail. lib. 2. obſervat. 110. in fin.* de judicio divino dicit, id nimirum, nullam perſonarum differentiam attendere, ſed animam, quæ peccaverit, ipſam morituram.

65 Et quod vulgò de Nobilibus mitius puniendis dicitur, in iis demum pœnis locum habet, quæ ſunt arbitrio judicis relictæ, ut is ex circumſtantiis perſonarum, loci, temporis de iis æſtimet; non autē in pœnis uniformiter, indiſtinctè, & indiſcriminatim impoſitis (qualis absque dubio etiam habenda furti pœna) *Dan. Moll. ad Conſt. Elect. 42. num. 12. part. 4. Salyc. in l. ſervos. numer. 4. C. ad Leg. Jul. de vi publ. Foller. in pract. crim. cap. 16. nu. 18. Capoll. conſ. crim. 39. n. 24.* Laudo itaque judicium *Par. de Puteo,* qui tradit, ſe ſuſpendi feciſſe quendam armigerum, ex nobili progenie, qui furto ſubtraxerat crucē argenteam, & calices Sacræ Eccleſiæ, qui non erat dignus pœnâ Nobilium, cum non ſit ignoſcendum militi, cui oportet obviare, ut Latroni, *in tract. de ſyndic. in verb. pœna. verſ. an ſe ſtatutum. numer. 5 & 7.*

66 *Et ſecundum ea, Anteceſſores quoque noſtros in Scabinatu ante vicennium, Nobili cuidam O. H. à W. ob furtum commiſſum laquei ſupplicium dictaſſe reperio, adjecta tamen clauſula, niſi Magiſtratus gratiam ipſi facere & pœnam mortis remittere velit, propterea, quod res furto ablata fuiſſet Domino ſuo reſtituta, quo caſu eum virgis cæſum in perpetuum eſſe relegandum. Ad conſultationem judicis in* Rötha/ *Menſ. Julio, Anno 1610.*

Eadem pœna adjudicata fuit cuidam nobili I. à C. Ad requiſitionem Quæſtoris Grimmenſis, Menſe Auguſto, Anno 1615.

Num & clerici ac ſtudioſi à pœna ſuſpendii ſint immunes?

67 Ex eadem prorſus ratione concludendum, *nec clericos nec ſtudioſos à pœna hac ſuſpendii ignominioſa immunes eſſe,* quicquid etiam in contrarium dicat *Chaſſan ad conſuet. Burgund. rubr. 1. §. 5. verſ. niſi habeat abolitionem. numer. 44.* quem ſequitur *Matth. Berlich. part. 5. concluſ. 44. num. 66.* Etſi enim aliàs ſtudioſi multis gaudeant privilegiis, nullibi tamen à pœna furcæ, in fures indifferenter ſtatuta, exempti reperiuntur, neque Muſarum dignitas iis favet, qui ſemetipſos beneficiis literatorum indignos judicarint commaculando ſeſe furtis, aliisvè criminibus quæ omnem prorſus dignitatem tollunt, *l. 12. C. de dignit.*

68 *Quod & Elect. Saxon. Scabini pronunciando cōprobarunt dictantes pœnam laquei Studioſo cuipiam Vittebergenſi ob furtum perpetratum. Ad conſultationem Conſul. & Senatus* zu Zerbſt/ *Menſ. Novemb. Anno 1587.*

69 *Nec non ſtudioſo Roſtochiēſi* J. C. C. *natione Palatino, qui antea quoque ob furti delictum* Tubingæ *virgis cæſus fuerat, in hunc modum reſpondentes:* So möchte er wegen ſolcher begangenen und bekandten Deuben/ als ein Verleumbder Dieb mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft werden. Vnd hat ſich die Vniverſität deß Orths/ welcher ſonſten vermöge derer hierüber auffgerichteten Verträge/ das Erkäntnüß in peinlichen Fällen/ über ſtraffwürdige Studenten neben euch zugleich zuſtehet/ geſtalten Sachen nach/ weil der Gefangene wegen deß auff beyden Vniverſitäten zu Gieſſen und Tübingen begangenen Diebſtals/ und deßwegen an jhme vollſtreckten offentlichen Staupenſchlages/ auch hernacher bey euch zu unterſchiedenen mahlen begangenen gefährlichen und gefliſſenen Deuben/ als eine anrüchtige Perſon vor einen Vniverſitätverwandten/ und derſelben zugethanes Gliedmaß/ ungeachtet der von der Vniverſität deß Orths beſchehenen *immatriculation* nicht zu achten/ das Erkäntnüß in dieſer Sache neben euch nicht anzumaſſen/ immaſſen denn auch der Gefangene auff die angedeutete Bezüchtigung wegen der Zauberey/ in Mangel anderer und kräfftiger *indicien* mit der Tortur nicht angegriffen werden mag/ V. R. W. *Ad requiſitionem Conſul. & Senat. Roſtochienſ. M. Jul. Anno 1611.*

Q. 8. An fœmina æquè ac maſculi ob furtum perpetratum ſuſpendi debeant?

70 Denique circa perſonam delinquentis & hoc in dubium vocari ſolet: *An fœminæ æquè ac maſculi ob furtum perpetratum ſuſpendi debeant?* Rationem dubitandi movent *verba art. 159. Ordinat. Crimin. Carol.* Darumb in dieſem Fall der Mann mit dem Strange/ unnd das Weib mit dem Waſſer geſtrafft werden ſol/ *&c.* Et *art. 162.* Vnnd ſol darumb/ nemlich der Mann mit dem Strange/ unnd die Fraw mit Waſſer geſtrafft werden/ *&c.* Ubi manifeſtiſſimè circa ſuſpendii pœnam diſtinguitur, utrum fur ſit maſculini, an fœminei ſexus; Ita ut maſculus ſuſpendi, fæmina verò culeo inſuta aquis ſuffocari debeat. Quod & in quibuſdam locis ita obſervari, dicit *Johan. Schneidvv. ad §. ult. n. 7. in fin. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc.*

71 At conſuetudo notoria in Provinciis Saxon. contrârium introduxit. Eodem ſiquidem modo fœminæ ut mares pro furtis ſuſpenduntur. *Matth. Coler. part. 1. deciſ. 144. num. 23. Ludovic. Fachſ. differ. 58. numer. 7. Chriſt. Zobel. part. 4. different. 36. num. 2.* Matth. *Berlich. part. 5. cōcl. 43. num. 37. Reinhard. Roſa ad Daniel Moller. part. 4. Conſtit. Elect. 32. num. 10. Aut. Conſult. Conſt. Saxon. part. 4. quæſt 33. tom. 2. Schneid. dict. §. fin. n. 7.* Quæ conſuetudo ſatis firmatur ex verbis generalibus *art. 13. lib. 2.* Landr. & *Conſt. Elect. 32. part. 4.* Tantumq; abeſt, hanc conſuetudinem repugnare Sanctioni Carolinæ, ut potiùs ab eadem verbis haud obſcuris approbetur ac cōfirmetur, *art. 162. in fin. Ordin. Crimin.* Ibi: oder ſonſt in andere Wege nach jedes Lādes Gebrauch vom Leben zum Tode geſtrafft werden.

72 *Accedente pronunciandi more Scabinorū quotidiano. Veluti ita reſponderunt Senatui* Coldicenſi. *Menſ. Mart. Anno* 1582.
Præfecto Lutzenſi. Menſe Martio, Anno 1582.
Johan. Chriſtophoro à Ragewitz/ *in* Borna. *Menſ. Februar. Anno 1584.*
Senatui Torgenſi. Menſ. Martio, Anno 1593.
Prætori Lipſenſi. Menſ. Auguſto, Anno 1594.

Quæſtori Coldicenſi. Menſ. Jul. Anno 1598.
Prætori Lipſenſi. Menſe Auguſto, Anno 1594.
Quæſtori Coldicenſi Menſ. Julio, Anno 1598.

73 *Prætori Lipſenſi*: So möchte ſie von wegen ſolches begangenen unnd bekandten Diebſtals/ als eine verleumbde Haußdiebin mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft wenden / V.R.W. *Menſ. April. Anno 1614.*

Et iisdem formalibus Quæſtori in Wieſenburgk. *Menſ. Majo, Anno 1619.*

QVÆSTIO LXXXIII.

De variis furtorũ ſpeciebus, puta arborum furtim cæſarum, Herbarum, Cibariorum, Eſculentorum, Spoliatione cadaverum defunctorum, Terminorum amotione, Crimine expilatæ hereditatis, Plagio, horumq; pœnis.

SVMMARIA.

1. *Qualitas rei ſurreptæ furem quandoq; liberat à pæna ſuſpendii.*
2. *Pro arboribus furtim cæſis varia competunt actiones.*
3. *In Imperio Romano, & foro Saxon. quomodo hoc delictum coerceatur? n.4.5.*
6. *Ex ſola malitia ſi quis caciderit arbores abſque animo furandi quomodo is puniendus? n.7.*
8. *Solidus hoc loco qualis intelligatur? n.9.*
10. *Si plures inciderunt arbores, omnes tenentur in ſolidum, n.11.*
12. *Arborum appellatione quænam veniant, n.13.*
14. *Hac pæna tenentur omnes, qui arbores corrumpunt quocunq; modo.*
15. *Præter mulctam hoc caſu tenetur quoq; Reus ad æſtimationem damni dati, n.16.*
17. *Num & ſummam mulctam judici ſolvere cogatur.*
18. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
19. *Quandoque gravior pæna pro hoc delicto imponitur.*
20. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
21. *Pæna eorum, qui arbores lucri cauſa furantur, n.22.23.24.*
25. *Sententia Scabinorum Lipſenſium, n.26.*
27. *Pæna eorum, qui flores & herbas odoriferas furantur, n.28.*
29. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
30. *Quid ſi ex ſola petulantia plantæ auferantur? num.31.*
32. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
33. *Quomodo ſint puniendi, qui fructus arborum vel agrorum furantur? n.34.35.36.*
37. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
38. *Furtum cibariorum eſculentorum quomodo puniatur?*
39. *Reſponſa Scabinornm Lipſenſium.*
40. *Neceſſitas famis furem à pœna ordinaria excuſat, n.42.*
41. *Tempore neceſſitatis omnia ſunt communia.*
43. *Qualis eſſe debeat neceſſitas famis, ut à pœna excuſet? n.44.*
45. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
46. *Quid dicendum de neceſſitate nuditatis corporis.*
47. *Parum refert, an cibaria vel pecunia ex neceſſitate famis ſurripiatur, n.48.*
49. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
50. *Hoc caſu pœna extraordinaria furi imponitur.*
51. *Sententia Scabinorum Lipſenſium, n.52.*
53. *Cadavera defunctorum qui ſpoliant, quomodo puniantur? n. 54.55.56.*
57. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
58. *Quandoq; hoc caſu pœna mortis infligitur, n.59.*
60. *Quomodo puniantur ſpoliantes cadavera ſuſpenſorum? n. 61. 62.*
63. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
64. *Pœna violantium ſepulchra, n.65.*
66. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
67. *Amotio terminorum quomodo puniatur de jure Civili? n. 68.*
69. *In foro Saxonico quænam pœna pro crimine hoc irrogari ſoleat? n.70.71.*
72. *Sententia Scabinorum Lipſenſium, n.73.74.*
75. *In crimine expilatæ hereditatis ceſſat pœna ſuſpendii & quare? n.76. 77.78.79.*
80. *Quanam pœna teneantur Expilatores hereditatis? n.81.82.83.*
84. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
85. *Plagium quoque ſpecies furti eſt, n.86 87.*
88. *Plagiarii mortis pœna afficiuntur, n.89.*
90. *Etiam in foro Saxonico.*
91. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium, n.92.*
93. *Pœna auxilii præſtiti in crimine plagii.*
94. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*

1 QVARTÒ remittitur ac mitigatur pœna furti ratione rerum furto ablatarum. Sæpiùs enim accidit, ut qualitas rei ſurreptæ delinquentem à ſupplicio ſuſpendii liberet, vel ex ſpeciali Juris diſpoſitione, vel quod peculiare crimen inducat, vel quod delicti corpus incertum reddat. quandoque etiam animum furandi ipſumq; furtum immutet. Id quod fit 1. In arboribus cæſis. 2. Herbis aut plantis. 3. Rebus eſculentis ablatis. 4. Cadaveribus & ſepulchris ſpoliatis. 5. Termino moto. 6. Hereditate expilatâ. 7 Plagio. 8. Feris beſtiis. 9. Et piſcibus captis & ablatis.

2 PRIMO: Pro arboribus furtim cæſis de Jure Civili, ceſſante actione furti, variæ competunt ſpeciales actiones: puta ex Edicto Prætoris actio

civilis arborum furtim cæſarum in duplum, *l. furtim. 7. §. 6. & tot tit. ff. arbor. furt. cæſar.* Ex lege Aquilia in ſimplum *l. 1. ff. dict. tit.* Ex interdicto quod vi aut clam. *l. in duobus. 28. §. colonus 6. ff. de jurejur. l. ſed ſi. 11. ff. arbor. furt. cæſar.* Ex legibus XII. tabb. ut quis in ſingulas arbores cæſas, æris viginti quinque aſſes luat. *Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 6. caſ. 579. numer. 2. ſub fin. Cæpoll. de ſerv. urb. præd. cap. 81. num. 13. Gothof. ad l. furtim. 7. §. ult. verb. duplum. ff. arbor. furt. cæſar. Matth. Berlich. part. 5. concl. 52. n. 2.* Quarum actionum una alterum abſumit, ita tamen ut unâ finitâ, ad reſiduum, quod in priori non continetur, conſequendum, reliquis experiri liceat, *l. 1. l. 11. ff. arbor. furt. cæſar. Matth.* W*eſemb. in parat. ff. arbor. furtim. cæſar. nu. 1. Iacob.* M*enoch. dict. caſ. 579. n. 3. Iacob.* C*ujac. lib. 8. obſervat. 24. verſ. ſi furtim arbores cæciderit &c.*

3 In Imperio autem Romano de pœna hujus criminis nil certi conſtitutum eſt, præterquam quod Imper. Carolus V. Reos arborum furtim cæſarum, ſepoſito furti ſupplicio pro more ac conſuetudine cujusque Regionis puniri voluerit, in *art. 168. Ordin. Crimin.* verb. **Welcher aber in eines andern Holtz / heliger und verbottener Weiß hauet / der ſol geſtrafft werden nach Gewonheit jedes Landes oder Orts /** *&c.* Unde liquet, in foro Saxonico eam demum pœnam pro arboribus furtim cæſis imponendam eſſe, quæ jure Saxonico prodita eſt, de qua tamen propter contrariam ac diſparem textuum Saxon. diſpoſitionem vix certi quid conſtare poteſt. Etenim *artic. 28. lib. 2.* **Landrecht** eos, qui ar-

4 bores plantatas incidunt, in mulctam 30. ſolidorum condemn. *in verb.* **Wer Holtz abhauet das geſetzt iſt / oder tragende Bäume / Er muß 30. Schilling zur Buſſe geben /** *&c.* In verbis autem ſubſequentibus *dict. art. 28.* longè ſeverior pœna determinatur, nimirum ut is qui nocturno tempore arbores furandi animo incidit, extrahit & aufert, ſuſpendatur, qui verò diurno tempore hoc fecit, tantum fuſtigetur, *in verb.* **Wer des Nachts gehauen Holtz / oder geſchnitten Graß ſtiehlet / das ſoll man richten mit der Wyde. Stielt er des Tages / es gehet ihm zu Haut und Haar / ꝛc.** Obſcuriora profectò ſunt hæc verba juris Saxonici, quàm ut certum genus ſupplicii ex iis definiri poſſit, ac licet eadem ab Interpretibus juris Saxonici ſatis explicentur atque illuſtrentur; Vid. *Zob. in gloſſ. latin. ad text. germ.* **Landr.** *lib. 2. dict. art. 28. lit. E. & F. & part. 4. differ. 36. n. 14. Reinhard. part. 5. diff. 25. ſub fin. verſ. ſecus de jure.* Remanet tamen difficultas in eo, quod pœna uniformis non ſit determinata in prædictis verbis, quibus quis ſtrictè inhærendo haud anceps vix eſſe poterit.

5 Hancce tamen difficultatem tollit *Conſtit. Elect. 37. part. 4. ſub rubr.* **Straff derer ſo fruchtbare oder geſetzte Bäume abhauen oder verderben /** *&c.* certo modo jus Saxon. reſtringens & explicans, ita ut diligenter & exactè perpendenti eam, nullum prorſus dubium remaneat. Imprimis verò notanda eſt diſtinctio in Conſtit. tradita. An quis ex ſola malitia & petulantia arbores cæciderit, aliovè modo inutiles reddiderit; An verò lucri cauſa arbores cæſas abſtulerit. In qua diſtinctione difficultas Juris Saxonici potiſſimùm conſiſtit, adeoque ea benè obſervata, res clara & manifeſta eſt.

Priori caſu. ſi quis arbores furtim, id eſt 6 clam, *l. faciendi.* 8. *§. furtim ff. arbor. furt. cæſar.* cædat, furtum committi, haud quaquam dicendũ eſt; abſque lucri enim ſpe illud non perpetratur, ut manifeſtum eſt ex definitione furti, *§. 1. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc.* Atqui lucrum non ſperat, nec percipit, qui animo nocendi ſolùm & malitioſo arbores intiles reddit. Proinde nec pœna furti obtinere poterit; Eoque caſu diſpoſitio juris Saxon. mulctam *30.* ſolidorum exigens locum ſibi vendicat, quam etiam *Conſt. Elect.* 37. expreſsè confirmat, *in verb.* **Die jenigen ſo tragende oder fruchtbare Bäume /** *&c.* **abhawen / mit ſchelen / oder auch in andere Wege verderben / ſollen den Werth ſolcher Bäume bezahlen / und darzu vor jeden abgehawenen / oder verderbeten fruchtbaren Baum / dem jenigen / ſo er zugeſtanden / dreiſſig Schilling Pfenning / thut zwey alte Schock / nach Inhalt Sächſiſcher Rechte verbüſſen / oder da ſie ſolchen Schaden nicht erſtatten / noch die Straffe erlegen möchten / ſonſten willkührlichen mit Gefängnüß und dergleichen geſtrafft werden /** *&c.*

Hinc talem pono Regulam: Quicunque non lucri faciendi cauſa, ſed nocendi animo, ac petulanter arbores cædit, aliovè modo inutiles reddit, pœna furti non coercetur, ſed præter æſtimationem arborum mulctam triginta ſolidorum ſolvere, vel pro ratione circumſtantiarum, ſeveriorem pœnam arbitrariam luere debet. 7

Q. 1. *Quomodo ſint puniendi, qui petulanter ac ſolùm nocendi animo arbores cædunt, atque inutiles reddunt?*

Exinde enim, quod dixi ac probavi, cædentem arbores non lucri, ſed inferendi tantummodò damni cauſa, propriè furem vocari non poſſe; ſequitur, nec pœnam furti ſive ſuſpendii ullatenus hoc caſu obtinere, ut maximè damnum illatum ultra valorem quinque Ducatorum Ungaricorum æſtimatum fuerit, ſed ejus loco præter æſtimationem damni pœnam *30.* ſolidorum jure Saxon. *art. 28. lib. 2.* **Landr.** definitam, cædenti irrogandam eſſe, juxta *Conſt. Elect. 37. part. 4.*

Pro meliori autem explicatione hujus 8 regulæ notandum *Primò:* Vocabulo ſolidi hoc loco non denotari florenum ſeu aureum prout accipitur in *§. ult. in fin de pæn. tem. litigant. §. alia autem. verſ. Et cum retro. Inſtit. de donat. l. ſancimus. 34. in pr. & §. 1. & l. pen. C. de donat. art. 160. Ordin.* C*rimin. & Conſtit. Elect. 32. p. 4.* ſed groſſum, qui duodecim continet nummos antiquos, vel ſedecim novos hodiernos Miſnenſes, quorum duodecim unum groſſum Miſnenſem, & 21. groſſi florenum conſtituunt, in quo ſenſu etiam vocabulum ſolidi eſt accipiendum in *art. 63. & 64. ubi gloſſ. germ.* in verb. **ſechtzig Schilling wettet man dem Graffen /** *lib. 3.* **Landr.** *Gloſſ. art. 53. lib.* 1. **Landrecht.** In verb. **Niemand wettet umb eine Sache.** *Gloſſ. marginal. artic. 14. num. 4. lib.* 2. **Landrecht.** *Gloſſ. in art.* 10. **Weichbild.** *num. 2. Matt. Coler. part. 1. deciſ. 146. n. 2. & deciſ. 156. n.* 11

Facta igitur computatione, 30 ſolidi faciunt 40. groſſos argenteos Miſnenſes; hoc eſt, duas ſexagenas antiquas, zwey alte Schock / id quod verbis manifeſtis exprimitur in *Conſt. Elect. 37. p. 4.* dreyſſig Schilling Pfenninge/ thut zwey alte Schock/ *ubi Dan. Moller. n. 3.*

10 *Secundò*: Si plures ſint qui inciderunt, omnes & ſinguli in ſolidum tenentur, nec ſolutio unius alium liberat, *l. ſi plures 6. in pr. ff. arbor. furt. cæſar.* Nam & aliàs in pœnalibus omnes in ſolidum tenentur, & quod unus præſtat, alium non relevat, *l. item* Mela. 11. *§. ſi plures. & §. ſeq. ff. ad Leg. Aquil. l. ſi plures. 34. ff. de injur. l. 15. §. ſi in ſepulchro. 2. ff. quod vi aut clam.* Sicuti & pro unaquâque arbore inciſa triginta ſolidi ſolvi debent, *arg. l. ſi gemina 10. ff. arbor. furt. cæſar.* Tot enim videntur eſſe delicta, quot ſunt arbores inciſæ. Atqui cujuslibet delicti nomine, pœna venit imponenda, *l. Prætor. edixit. §. ſi mihi plures ff. de injur. l. 3. ff. de term. mot.*

11 Quod non minus expreſsè ita ſancitum in *dict. Conſt. Elect. 37. p. 4.* In verb. Vnd darzu vor jeden abgehawenen / oder verderbten fruchtbaren Baum/ dem jenigen ſo er zugeſtanden / 30. Schilling Pfenning/ &c. *Ubi Moller. num. 2. Matth. Berlich. dict. part. 5. concl. 52. numer. 10. Aut. Conſult. Conſt. Saxonicarum tom. 2. part. 4. quæſt. 5. n. 3. Chriſt. Zob. in gloſſ. latin. ad textum germ.* Landrecht. *lib. 2. art. 28. lit. B. Matth. Weſemb. in parat. ff. arbor. furt. cæſar. n. 6. verſ. in ſingulas arbores.* Quod & verum eſſe puto, etiamſi quis arbores non diſtinctis temporibus, ſed ſemel & una vice præciderit, cum *Matth. Coler. part. 1. deciſ. 145. num. 7. verſ. tamen ego &c.*

12 *Tertiò*: Benè etiam obſervandum eſt, textum juris Saxon. in *artic.* 28. loqui generaliter de arboribus, quarum appellatione quercus, fagos, vites, pomos, pyros, ficus, caſtaneas, ſalices, & quaſcunque arbores fructiferas intelligi, dicit *gloſſ. ibid. in verb.* oder tragende Bäume. Unde ſequitur, eum qui dictas arbores inciderit, hac pœna teneri: prout verbis manifeſtis traditum in *Conſt. Elect. 37. p. 4.* Die jenigen ſo tragende/ oder fruchtbare Bäume/ als Eychen/ Büchen/ Aepffel/ und Birnbäume/ Weinſtöcke/ Weiden/ gepropffte junge Bäume/ Hopffen und dergleichen abhawen/ *&c. Dan. Moller. ad dict. Conſt. 37. nu. 1. p. 4. Matth. Berlich. dict. concluſ. 52. num. 23. & ſeqq. Aut. Conſult. Conſt. Saxon. tom. 2. part. 4. quæſt. 5. num. 2.*

13 Quin & pro omnibus indifferenter arboribus cæſis; unde aliquod damnum datum eſt domino, pœnam hanc Juris Saxonici irrogandam eſſe, non abſurdè forſan dixerim; ſiquidem tàm textus Juris Saxonici, quàm Conſtitutio Elect. potiſſimùm damnum datum reſpiciunt, ut cuivis verba diligentiùs perpendenti manifeſtum eſt. Atqui ubi ratio alicujus diſpoſitionis obtinet, ibidem & ipſam diſpoſitionem locum ſibi vendicare, notiſſimum eſt, *gloſſ. in cap. fraternitatis. 17. ext. de teſtib. & in cap. cum certum. 19. in verb. æquitatis ratio. C. ad Leg. Falcid.* Unde porrò ſequitur, hanc pœnam ceſſare, ſi arbores ſint aridæ, earumque radices vivere deſinant, quia tum damnum inferri, dici vix poterit: ceſſante itaque ratione diſpoſitionis Saxonicæ, ipſaque ceſſabit diſpoſitio, *l. 6. §. quamvis. 2. ff. de jur. patronat. Nocol. Everhard. in loco à ceſſat. ration. num. 2. ff. de pact.* Quod & convenit verbis *Conſtit. Elect.* tragende oder fruchtbare Bäume/ *&c.* Quamvis diſſentiat *Matth. Berlich. dict. concl. 52. num. 3.*

14 *Quartò*: Etiamſi *dict. art. 28. lib. 2.* Landrecht. de eo ſolum loquitur, qui arbores fructiferas damni dandi cauſa cædit; eandem tamen rationem ſubeſſe, ſi quis eas cingendo, deglabrando, evellendo, ſubſecando, vel extirpando, aut alio modo corrumpat, ut fructus amplius nullos ferre queant, ideoque eandem pœnam hunc meritò ſuſtinere, & in Scabinatu ita pronunciari tradit *Dan. Moller. ad dict. Conſtit. Elect. 37. p. 4. num. 3.* quod & in jure Civili diſertis verbis ita deciſum, in *l. cædere. 5. verſ. cingere. ff. arbor. furt. cæſar.* Et *Conſt. Elect. 37.* manifeſtius expreſſum, *in verb.* Abhawen/ mit ſchelen/ oder auch in andere Wege verderben/ *&c. Autor. Conſult. Conſtit. Sax. tom. 2. part. 4. quæſt. 5. num. 3. Matth. Berlich. dict. concl. 52. num. 17.* ut de Molleri doctrina nullatenus ſit dubitandum. Quin & in foro Saxonico hâc pœnâ teneri eum, qui ſaligenas virgas inſtituendi ſaliceti cauſa defixas, Satzweiden/ etiam antequam radices egerint, ſuccidit, vel evellit, rectè mihi ſentire videtur *Matt. Coler. part. 1. deciſ. 145. n. 6. verſ.* Alſo daß auch ein jede Satzweide/ *&c.*

15 *Quintò*: Notandum ex Regula antea poſita, delinquentem præter mulctam triginta ſolidorum, teneri etiam ad æſtimationem arborum inciſarum. Quamvis enim de hoc nil prorſus habeatur in *art. 28. lib. 2.* Landrecht. *Conſt. Elect. tamen 37. p. 4.* æſtimationem arborum cæſarum unà ſolvere jubet, *in verb.* Sollen den Werth ſolcher Bäume bezahlen/ und darzu/ *&c.* Quod & jamdudum Interpp. juris Saxon. æquum fuit viſum, ut apparet ex traditis *Chriſtoph. Zobel. in Gloſſ. latin. ad text. german.* Landrecht. *lib. 2. art. 28. lit. B. verſ.* und den Schaden. *Matth. Coler. dict. deciſ. 145. num. 4. & 146. n. 2. part. 1. Aut. Conſult. Conſt. Saxon. tom. 1. part. 4. quæſt. 58. & tom. 2. part. 4. quæſt. 5. n. 5.*

16 Neque juri Civili contrarium hoc eſſe videtur, quo ex uno quolibet delicto duplex oritur actio, una pœnalis ad pœnam & vindictam; altera ad repetitionem damni & intereſſe; *l. licito. §. quod licitè ff. de public. l. ult. ubi Bartol. ff. de privat. delict. Ægid. Boſſ. in rubr. de furt. num. 37.* quarum una alteram non conſumit, *l. 1. §. 1. ff. vi bonor. raptor. l. Prætor. §. ſi dicatur ff. de injur.*

17 *Præter* arborum æſtimationem & triginta ſolidorum pœnam judici quoque ſupremam mulctam, puta ſexaginta ſolidos, das höchſte Gewette/ deberi, tradit, *Matth. Coler. dict. deciſ. 146. num. 2. verſ.* Den Richter aber. quem ſequitur *Matth. Berlich. dict. concl. 52. num. 16.* Quod tamen ipſis defendendum relinquo; nullibi enim quicquam de hoc diſpoſitum reperitur, adeoque nec temerè abſque juris authoritate hoc aſſeverandum eſt, *l. diſſentientis. 5. C. de repud. c. is qui in Eccleſia. 18. extr. de ſentent. excomm. in ſexto.* Et ſi aliter diceretur, unà cum æſtimatione damni Reus, duplicem ſuſtineret pœnam, quod

nec præſumendum, nec absque ſpeciali juris ſanctione affirmandum eſt.

18 *Eaque omnia, quæ hactenus pro explicatione hujus regulæ dixi, in pronunciando à Scabinis obſervari, luculenter apparet ex eorum reſponſo dato Præfecto Martisburgenſi:* Seyn der Gemeine zu Menſchin 20. Satzweiden abgehawen/ und in gehaltener Haußſuchung bey I. F. 16. Weiden / ſo dieſes Jahr geſetzt/ und 4. die dreyjährig ſeyn befunden worden/ *&c.* So iſt gedachter I. F. ſeines gethanen Fürwendens ungeachtet/ vorbemeldter Gemeine den Werth der abgehawenen Weiden auff Richterliche Ermeſſigung zubezahlen/ und dazu jede Weide mit 30. Schillinge Pfenninge / das ſeyn 2. alte Schock zuverbüſſen ſchuldig/ V. R. W. *Menſ. Deccemb. Anno 1603.*

19 *Sextò:* Sciendum & hoc, quod pro qualitate hujus delicti, & magnitudine damni dati etiam gravior pœna, puta carceris, relegationis vel fuſtigationis imponi poſſit; Veluti ſi Reus mulctã triginta ſolidorum & damni dati æſtimationẽ ex inopia ſolvere nequeat. Vel ſi magnum ac ingens damnum datum fuerit, ita, ut prædicta pœna Civilis ſufficere non videatur, prout verbis diſertis ſancitum in *dict. Conſt. 37. p. 4.* Oder da ſie ſolchen Schaden nicht erſtatten/ noch die Straffe erlegen möchten/ ſonſten willkürlich mit Gefängnüß und dergleichen geſtrafft werden/ da aber der zugefügte Schade ſo muthwilliger Weiſe geſchehen/ gantz wichtig und groß wäre/ ſo ſol der Thäter mit Gefängnüß/ Verweiſung/ oder aber nach Gelegenheit mit Staupenſchlägen derowegen geſtrafft werden/ *&c.*

20 *Pronunciarunt ita Scabini, ad conſultationem Hildebrandi ab* Einſiedels in Gnandtſtein: Da H. W. geſtändig oder überwieſen/ daß er Bernhard Heldorffen bey Nächtlicher Weile auß lauterm Muthwillen 95. Satz- oder Kopffweiden zu Grunde abgehawen/ ſo wäre er dieſelbe vermöge Sächſ. Rechte und der Churf. Sächſ. *Conſtitution* gedachten Heldorffen jhrem Werth nach zubezahlen/ und darzu jede mit 30. Schilling Pfennigen/ das ſeyn 2. alte Schock zuverbüſſen ſchuldig/ oder da er ſolchen ſchaden zuerſtatten nicht vermöchte/ würde er geſtalten Sachen nach deß Landes ewig billich verwieſen/ V. R. W. *Menſe Jul. An. 1609.*

Et in caſu ſimili An Frantz Olhafen/ zu Leiptzig. *Menſ. April. Anno 1576.*

21 *Poſteriori verò caſu* Const. *Elect. 37. part.* 4. comprehenduntur ii, qui arbores non ſolùm furtim & clam, ſed & lucri cauſa cædunt, contrectant, & aſportant. Quos furtum committere, evincitur ex definitione furti, quod dicitur contrectatio fraudulosa lucri faciendi gratia, *&c.* §. 1. *Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſcuntur.* Ideoq; & furti pœna hos delinquentes teneri, indubitatò concludendum eſt, *l. faciendæ 8. §. igitur ſi 2. ff. arbor. furt. cæſar. Matth.* W*eſemb. in paratit. ff. eod. num. 5. & 6.* Johann. *Bajard. ad* Jul. *Clar. lib. 5. ſentent. §. furtum. num. 92.* Matth. *Berlich. part. 5. concl. 52. num.* 51. *Petr. Paul.* P*ariſ. conſil. 111. n. 24. vol. 1.* Quod & placuit Illuſtriſs. Electori Saxon. D. Auguſto, in C*onſtitut.* ita diſponenti: Und die jenigen welche jhres Genieſſes halben Bäume oder geſatzt Holtz ohne vorwiſſen deß Grund-Herrens abhawen und entwenden / ſollen mit der Straffe deß Diebſtals belegt werden. *ubi* Moller, *n. 8.*

Unde talis Regula conſtruenda: Quicunque lucri faciendi cauſa arbores inſcio fundi domino cæſas furantur, pœna furti ſubjacent. 22

Q. 2. Pœna eorum, qui arbores lucri faciendi cauſa cædunt & furantur.

Neque hîc diſtinctio facienda inter furem nocturnum & diurnum, ita ut is qui nocturno tempore arbores furandi animo incidit, extrahit, & aufert, ſuſpendatur, qui verò diurno tempore hoc fecit, tantùm fuſtigetur. Etſi enim diſtinctio hæc probetur ex *art. 28. verſ.* Wer auch deß Nachts. *lib. 2.* Landrecht *ubi* Chriſtoph. *Zobel in gloſſ. lat. lit. E. & F. part. 4. differ. 36. num. 4. Matth.* W*eſembec. in paratit. ff. arbor. furt. cæſar. num. 6.* Uſu tamen non ſervatur, ſicut nec diſpoſitio Saxonica hæc, quæ furem diurnum à pœna ſuſpendij excipit, eumque gladio ſolummodò vult puniri *art. 39.* Landrecht. *lib. 2. ubi gloſſ. germ. num. 2. Reinhard. part. 5. differ. 25. ſub fin. verſ.* ſtiehlet ers aber deß Tages/ *&c.* in foro Saxonico attendi ſolet.

23 Hoc itaque caſu perindè ut in aliis furtis, Reus, ſi valor arborum furtivarum ſit infra tres ſolidos ſeu aureos Ungaricos, pœna arbitraria, ſi ſuper tres ſolidos, fuſtigatione, ſi quinque ſolidos excedat, ſuſpẽdio punitur. M*att.* C*oler part. 1. deciſ. 144. num. 24. & deciſ. 145. num. 10. Matth. Stephan. in not. ad art. 168. Ordin. Crim. Carol.* A*ut.* C*onſ. Conſtit. Saxon. tom. 2. part. 4. quæſt. 5. n. 6. verſ.* Die jenigen aber. *Matth. Berlich. dict. concl. 52. n. 54.*

24 Quamvis ego non memini, ob arbores cæſas & ablatas pœnam ſuſpendii fuiſſe unquam irrogatam, quod forſan inde accidit, quia in ſylvis, ubi communiter lucri & furti cauſa arbores inciduntur de corpore delicti, & quantitate ramorũ & arborum ablatarum, ſatis ac certò conſtare nequeat, quo caſu pœnam mortis Reo, etiam confeſſo, infligendam non eſſe, expeditum eſt, *Conſtit. Elect. 13. part. 4.* Vid. *ſupr. quæſt.* 8.

25 *Quare etiam fuſtigationem ſolummodo cum perpetua relegatione dictavimus cuidam furi, qui 1600. vites recentes ex vineis abſtulerat, in hunc modum reſpondentes:* Hat der Verhaffte *G H.* in gutem bekandt und geſtanden/ daß er ſieder Martini hero 1600. Fechſer auß der Erden gezogen unnd dieblichen entwendet/ 1100. hätte er derſelben dem Caplan zu Laucha umb 7. alte Schock verkaufft/ der übrigen hätte er nichts genoſſen/ weil er darüber betretten/ und zu gefänglicher Hafft bracht worden/ hätte derer theils im Außziehen zuriſſen/ daß ſolcher wol in 1600. zuſammen/ ſo er außgezogen/ ſeyn möchten/ rc. So wird der Gefangene derowegen offentlich billich zur Staupen geſchlagen/ unnd deß Landes ewig verwieſen/ V. R. W. *Quæſtori in* Freyburgk. *Menſe Januario, An. 1625.*

Pariter reſpondimus in caſu ſimili, ad requiſitionem Quæſtoris Dreſdenſis. Menſe Decemb. Anno 1621.

26 *In caſu verò levioris furti dictārunt Domini pænam carceris, hiſce formalibus:* Hat *V. R.* bey Nächtlicher Zeit als er wegen der Mordbrenner die Wache halten ſollen/ eilff Satzweiden in der helleubiſchen Awe/ ſo dem Pfarrherrn und Thomas Eckarten zugeſtanden/ abgehawen/ darüber auch ergriffen worden/ unnd deſſen geſtändig geweſen/ Aber zu ſeiner Verantwortung vorgewandt/ daß er ſolche zu Dachlatten gebrauchen wollen/ *&c.* So wird er

derowegen geſtalten Sachen nach über das allbereit erlittene/ noch eine Zeitlang mit Gefängnüß geſtrafft/ V.R.W. *Ad conſultationem M. Hieronymi* Bergers in Lauchſtadt. *Menſe April. Anno 1606.*

Q. 3. Pœna eorum, qui herbas coronarias et flores furantur.

27 SECUNDO: Quemadmodum ii, qui arbores furti & lucri cauſa cæſas contrectant, furti pœnam incurrunt, ita & hi qui herbas coronarias, vel odoriferas, aut medicinales, puta Roſmarinum, Cariophylla, Amaracum, Roſas, Lilia, & ejuſmodi ſimiles flores ſeu frutices ex aliorum hortis auferunt, furti tenentur, & pro arbitrio judicantis, vel in ære, vel carcere, vel pro ratione delicti relegatione puniuntur. Idque non ſolùm ex ratione identitatis, quæ eandem facit juris diſpoſitionem, *l. eum qui ædes 23. in fin. ff. de uſurpat. & uſucap. l. ſicut. 1. in fin. pr. ff. de rer. permut. c. cognovimus. 12. quæſt. 2. c. cum in tua 30. extr. de decim. Alexand. conſ. 55. num. 10. lib. 5.* Sed & ob claram deciſionem Illuſtriſſimi Elect. Saxon. in C*onſtit. in fin. part. 4.* In verb. **Aber die/ welche andern auß jhren Gärten oder ſonſten Krätzerey/ als Näglein/ Roſmarin/ Majoran/ und dergleichen Blumen oder Sträucher ſtehlen/ mögen mit einer Geldtbuſſe/ zeitlichem Gefängnüß/ oder nach Gelegenheit der Verbrechung mit Verweiſung geſtrafft werden/** *&c.* Quin & aliàs pro furto ejusmodi modico non niſi pœna arbitraria ſolet imponi, ut luculenter apparet ex *Conſtit. Elect. 32.* §. ferner. *verſ.* Iſt aber der erſte. *&c. part.* 4.

28 Etſi verò *Dn. Matth. Berlich. part. 5. concl. 35. num. 5.* exiſtimet, furem ſæpiùs hoc crimen reiterantem, talesque plantas & herbas, quarum valor magnam ſummam excedit, auferentem, ſuſpendii pœnâ plectendum eſſe; dubito tamen, an hoc practicandum ſit, ſiquidem de quantitate herbarum ac plantarum ablatarum nunquam ferè certò conſtare poterit, ut ſic judicem ultra fuſtigationis pœnam hoc caſu vix tutò pervenire poſſe, putaverim, juxta *Conſt. Elect. 33. part. 4.*

29 *Veluti ita pronunciatum memini ad conſultationem Prætoris Lipſenſis:* Hat A. *V.* bekandt und geſtandẽ/ daß er mit ſeinen Geſellen in Æ.B. Garten über die Plancken geſtiegen/ und daſelbſten viel Roſmarin helffen abſchneiden/ ſo ſein Weib Lothweiſe verkaufft/ *It:* die vier Stöcke ſo bey jhme gefunden worden/ hätte er auch ſelbſten außgehabẽ und geſtohlen/ die Gläſer hätten ſie Willens gehabt mit zunehmen/ aber im Hinaußſteigen/ dieſelben zerbrochen/ und über die Plancken geworffen/ *&c.* So wird der Gefangene wegen ſolcher ſeiner Verbrechung öffentlich zur Staupen geſchlagen/ unnd deß Landes ewig verwieſen/ V.R.W. *Menſe Septemb. Anno 1623.*

30 Sed quid, ſi non furandi cauſa ejuſmodi frutices & plantas quis auferat, ſed eas ſaltem damni faciendi cauſa clam evellat, frangat, vel aliter lædat? Hoc caſu præter æſtimationem plantarum, delinquentem ad ſolutionem 30. ſolidorum condemnandum eſſe, juxta *artic. 28. lib. 2.* Landrecht. tradit *Matthias Berlich. dict. concl. 53. num. 7.*

31 Verùm quia *dict. art. 28.* ut & in C*onſt.* E*lect. 37. part.* 4. de arboribus fructiferis furtim cæſis tantùm agitur, de herbis ac plantis autem damni faciendi cauſa fractis & evulſis nil prorſus ibidem diſponitur; utique nec pœnam 30. ſolidorum ad herbas & frutices extendendum, nec peculiari quâpiam pœnâ hoc caſu delinquentes plectendos, ſed pro arbitrio, carcere, vel relegatione puniendos eſſe, exiſtimo. Idque eò magis, quo pluris æſtimentur arbores fructiferæ, quam frutices & plantæ, ut ſic pœnam gravioris delicti ad crimen levius haudquaquam extendere liceat.

32 *Reſpondentibus ſic etiam Dominis* Joachimo *ab* Vientz: Iſt verſchienen Sommer ewer Unterthaner/ Nahmens M.R. in ſeines Nachbaurn Garten geſtiegen/ daſelbſten er auß lauter Muhtwillen und Frevel die Roſen abgeriſſen/ zerſtrewet/ und verderbt/ auch die Nälckenſtöcke auß geriſſen und zerwület/ welches er denn/ als er hierüber vernommen worden/ geſtanden und bekandt/ *&c.* So wird er ſolches ſeines begangenen Frevels wegen nebenſt Erſtattung deß Schadens auff Richterliche Ermeſſigung 12. Tage lang mit Gefängnüß geſtraffet/ V.R.W. *Menſe Majo, Anno 1630.*

33 Quæri etiam hîc poteſt: *Quâ pœnâ ſint afficiendi, qui arborum vel agrorum fructus, frumenta, piſa, poma, pira, ceraſa, uvas, nuces, & ſimiles fructus ex alienis hortis vel agris furantur?*

Q. 4. Quomodo ſint puniendi, qui fructus arborum vel agrorum furantur?

Pro reſolutione hujus quæſtionis diſtinguendum eſſe, arbitror: An quis fructus modicos decerpſerit, ut ſtatim in vinea, vel agro, vel ipſa via comedat, non verò alio lucri cauſa aſportet.

34 Quo caſu furti ſupplicium, ut & omnis alia pœna ceſſat, & decerpens fructus impunitus evadit, propter textum in *Deut. 23. verſ. 24. & ſeq. c. 1. §. tranſire per agrum. diſtinct. 1. cap. diſcipulos. de conſecrat. diſtinct. 5.* Johan. *Harppr. in §. fructum. 1. n. 19. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc. Didac.* Co*varr. in relect. c. peccatum. de* Reg. Jur. *in 6to. part. 2. §. 1. n. 3. Matth. de* A*fflict. in cap. 1. §. quicunque. ult. tit. de pac. tenend. & ejus violat. n. 1.*

35 An verò quis fructus ejuſmodi furti & lucri faciendi cauſa ſecum abſtulerit. Et hic abſque dubio furti tenetur, *art. 167. Ordin. Crimin. Carolin. l. ſi ſervus. 27. §. ſi olivam. 25. verſ. ſed ſi collecta. & §. ſeq. ff. ad Leg. Aquil l. fullo. 82. §. frugibus.* 1. *ff de furt. Harppr. dict. §.* 1. *n. 19.* Matth. *Berlich. part. 5. concl. 53. num. 11. Didac.* Co*varr. dict. part. 2. §. 1. n. 3.* Quamvis non niſi pœna arbitraria & extraordinaria puniatur: prout rectè ſentit C*ovarr. lib. 1. var. reſolut. cap. 3. num 12. Bart. Bertaz. conſil. 198. num. 1. lib. 1.* 36 Pæterquam enim quod de corpore delicti judex nunquam certus eſſe poteſt, quo caſu pœnam mortis haudquaquam irrogandam eſſe, ſæpius dixi, & probavi ex *Conſtit. Elect. 33. part.* 4. Jus Saxonicũ hiſce furibus mulctam 30. ſolidorum definit, *lib. 2.* Landrecht. *art.* 28. *verſ.* bricht er einem ſein Obſt abe. *junct. verſ.* er muß 30. Schilling dem zur Buſſe geben/ *&c.* Cui mulctam ſummam 60. ſolidorum addit *Matth.* C*oler. part. 1. deciſ. 144. n. 28.* Quæ tamen pœna juris Saxonici in deſuetudinem ferè abiit, ſurrogata in ejus locum pœna arbitraria, carceris, vel pecuniaria, qua ut plurimum fures pomorum, pirorum, uvarum, ceraſorum, aliorumque fructuum puniuntur.

37 *Ut in Elect. Saxon. Scabinatu ſæpius pronunciatum memini:* Haben die *Inquiſiti* geſtanden/ daß ſie Dienſtags vor Michaelis bey nächtlicher Weile

auff deß Pfarrherrn Acker Rüben geſtohlen/ der eine hätte ohn gefehr 32. der ander einen Arm voll davon getragen/ *&c.* So werden ſie derwegen willführlich entweder 3. Tage lang mit Gefängnüß/ oder jeder umb 1. new Schock in Straff genommen/ immaſſen ſie auch die entwendeten Rüben zubezahlen/ und die vffgewendete Vnkoſten auff Richterliche Ermeſſigung zu erſtatten ſchuldig ſeyn/ V. R. W. An Hanß Selzern zu Podelwitz. *Menſ.* O*ctobr.* A*nno 1630. Et in caſu ſimili ad requiſitionem Quæſtoris in* Lauchſtadt. *Menſ. Jul. An.* 1631.

38 TERTIO: Ratione rerum ablatarum ceſſat pœna ſuſpendii in furto cibariorum, eſculentorum ſive eduliorum, ex neceſſitate famis commiſſo. Dico, *ex famis neceſſitate*: Extra hunc ſiquidem caſum fures cibariorum eſculentorum, non minus atque aliarum rerum fures ſuſpendio puniuntur, ut ſæpiùs obſervatum ſcio.

39 *Veluti ſic etiam Scabini pronunciarunt* Capitaneo *& Quæſtori in* Beltzig. *Menſe April. Anno* 1582.

Quæſtori W*urtzenſi.*Menſ.*Jul.* A*n.1615.*

Qs. An & quatenus famis neceſſitas furem à pœna exentet?

40 Ex famis verò neceſſitate coactus ſi quis furtum commiſerit à pœna ordinaria liberabitur, ob text. *in art.*166.*Ord.Crimin.*Carol. So jemand durch rechte Hungersnoth/ die er/ ſein Weib/ oder Kinder leyden/ etwas von eſſenden Dingen zu ſtehlen verurſacht würde/ wo denn derſelbe Diebſtal tapffer groß/ und kundtlich wäre/ ſollen abermals die Richter und Vrtheiler/ als Obſteher/ Rathspflegen/ *&c*

41 Cujus ratio haud obſcura eſt; Furtum enim propriè dicitur fieri in re aliena. Atqui neceſſitatis tempore omnia debent eſſe communia, *Can. ſicut hi. 47. diſtinct. & l.2. ubi gloſſ. in verb. conferre. ff. ad Leg. Rhod. de jact. gloſſ. in cap. ſi quis. 3. extr. de furt. Cagnol. in l. quæ propter. 123. n. 3. ff. de Reg.* J*ur.* Deinde neceſſitas legẽ non habet, *c. quod non eſt licitum, de reg. jur. in 6to.* & vitam redimere qualibet ratione licet, *l. 1. in fin. ff. de bon. eor. qui ant. ſent. ſib. mort. conſciver. Heinr. Bocer. de furt. cap. 2. n. 168 & 167.* ubi & hanc rationem addit, quod fames vitæ ſit hoſtis & enſis acutiſſimus: Jam verò contra hoſtem, ejusque arma cuilibet præſidia quærere licitum eſt, *l.* 1. C.*quand. lic. unicuique ſin. judic.*

42 Hinc Regulam pono generalem: Quicunque neceſſitate famis coactus furtum committit, pœna ordinaria affici non debet.

43 Pro explicatione hujus Regulæ notandum. *Primo:* Illam propriè famis dici neceſſitatem, quando periculum vitæ imminet, cui aliter quàm per eduliorum furtum ſubveniri non poteſt, *Hieron.* C*agnol. in dict. l. quæ propter. num. 3. &* 4.*ff. de reg. jur. Didac.* C*ovarr. in cap. peccatũ. de reg. jur. in 6to. relect. part. 2.* §. 1. *n. 3. verſ. neceſſ. autem. Heinr. Bocer. de furt. cap.* 2.*n.*166. Alii tamen judicis arbitrio relinquunt, quisnã in extrema neceſſitate conſtitutus cenſeatur, J*ohan. Bajard. in addit.* J*ul.* C*lar. lib.*5.*ſentent.*§.*furtum.n.*98. C*haſſan ad conſuet. Burgund. rubr.*1.*v.*5. *verb. Niſi habeat abolitionem. n. 29.* quorum opinio verior eſſe videtur. Hocq; caſu fur potiſſimum exceptione hâc ſeſe tueri poteſt, ut luculenter patet ex verbis *art. 166. Ord. Crim. Car.* durch rechte Hungersnoth.

44 Quamvis exiſtimem, famem remiſſiorem, nec adeò urgentem, furem à pœna ſuſpendii quoque liberare poſſe, ita tamen, ut hoc caſu Reus ſeveriori pœnâ extraordinariâ, veluti fuſtigatione, ſi furtum perpetratum ſit magnum, coerceatur. Nam & aliàs cauſa beſtialis à pæna ordinaria excuſat, N*icol. Reuſner. lib. 3. deciſ. 2. Jacob. Schult. in addit. ad Modeſt.* P*iſtor. part. 3. quæſt. 104. n.* 8.

45 *Quemadmodum etiam Scabini pronunciarunt, ad conſultationem Judicis & Scabinorum Dreſdenſium:* Mann wolte jhnen denn in Anſehũg/ daß ſie jhre groſſe Armuth angezogen/ unnd ſie den Diebſtal auß Hungersnoth verüben müſſen/ mit fernerm Andeuten/ daß ſie Wöchentlich bey dieſen thewren Zeiten nur 1. Gülden zu Lohn gehabt/ darvon ſie ſich und die Jhrigen nicht ernehren können/ Gnade erzeigen/ auff ſolchen Fall blieben ſie mit der Straffe deß Stranges verſchonet/ uñ würden allein mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billich verwieſen/ V. R. W. *Menſ. Majo,* A*n. 1623.*

46 *Deinde:* Etſi Regula hæc, & *art. 166. Ordin. Crimin.* propriè loquantur de neceſſitate famis (durch rechte Hungersnoth.) Quin tamen de nuditate corporis, ſi nempe propter eam quis veſtem furatus fuerit, idem judicium eſſe debeat, dubitandum non eſt, ob textum in *cap. extr. de furt.* Cui accedit ratio identitatis, quæ furem à pœna ſuſpendii eximit; Etenim hæc non minus in nuditate corporis, quàm periculo famis obtinet, ut benè animadvertit *Heinr. Bocer. dict. cap. 2. n. 177.* F*ranc. Vivius lib. 2. comm. opin. 133. verſ. furans & ſurripiens. Georg. Rem. &* M*atth. Stephan. in not. ad artic. Ord. Crim. Carol.*

47 T*ertio*: Parum refert, an ex neceſſitate famis cibaria vel obſonia fur abſtulerit; an verò alias res quasvis ex quarum venditione pecuniam redigere, ac poſteà panem ſibi comparare poteſt. Sufficit enim quod neceſſitate famis coactus furtum commiſerit.

48 Et licet *art.* 166.*Ordin.*C*rim.* ſpecialiter de cibariis loquatur, eosque qui neceſſitatis cauſa edulia furantur à pæna ordinaria exemptos eſſe velit, *in verb.* (etwas von eſſenden Dingen zu ſtehlen.) Non malè tamen ſanctio iſta ad furtum aliarum quoque rerum, ex famis neceſſitate commiſſum extenditur, propter *c. ſi quis. 3. extr. de furt.* ubi pœna jejunii tantum plecti jubetur, qui propter famem pecus quoddam furatus eſt. J*odoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 110. num.* 37. *Johan. Harppr. in* §. *furtum. 1. n. 16. Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc. Matth. Berlich. part. 5. concl. 44. n. 42. Jacob.* M*enoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 2. caſ. 182. n. 27. Andr. Gail. lib.* 1. *obſerv. 142. n.* 8. *Ægid. Boſſ. in pract. crim. tit. de furt. n. 52. Chaſſan. ad conſuet. Burgund. rubr.* 1. §. 5. *n. 15.*

49 *Quo etiam pertinet reſponſum Scabinorum Lipſenſium ſuper caſu, quo quis equum fame coactus furatus fuerat:* Dieweil der Gefangene ſeine groſſe Armuth und Hungersnoth fürwendet/ ſtehet es bey euch/ ob jhr jhme in Anſehen ſolcher Entſchuldigung Ampts halber Gnade erzeigen/ und ohne Staupenſchlag mit Verweiſung in Straffe nehmen wollet/ 2c. *Ad requiſitionem Quæſtoris in* Wiche/ *Menſeo* J*ulio, Anno* 1582.

Et in caſu non multum diſſimili, ad conſultationem Judicis & Scabinorum Dreſdenſium, Menſe Majo, Anno 1623.

50 *Quartò*: Benè notandum eſt, quod dixi in Regula anteà poſita, furem ex neceſſitate famis coactum furari *à pœna ordinaria* exemptum eſſe. Undè ſequitur, non omnem prorſus pœnam hoc caſu ceſſare. Etenim licet neceſſitas famis Reum à pœna ſuſpendij liberet, is tamen propterea ab omni pœna nequaquam immunis eſt, ſed mitiori quodam ſupplicio, pro arbitrio judicis, affici poteſt. Id quod non modo ex *cap. 3. extr. de furt.* probatur, ſed & haud obſcurè ex *artic. 166. Ordin. Crimin. Carol.* colligitur, *in verb.* (**Sollen abermals die Richter und Vrtheiler/ als obſtehet/ Raths pflegen.**) Adeoque arbitrio judicis relinquitur, quam pœnam extraordinariam furi hoc caſu infligere velit: Is enim conſideratis circumſtantiis, & probè ponderatâ neceſſitate, quam pœnam fur promeritus ſit, facillimè judicare poterit. Quamvis non negem, ob furtum modicum in caſu extremæ neceſſitatis perpetratum, omnem quandoque pœnam remitti poſſe, quin & judicem Reum prorſus abſolvere teneri, cumprimis ſi in crimine deprehenſus per dies aliquot in carcere detentus fuerit.

51 *Veluti nuperrimè in hunc modum pronunciavimus*: **Haben die beyde Gefangene *A.* F. und ſein Eheweib M. in gutem bekandt und geſtanden/ daß ſie den 7. dieſes Monats *Februarij* zu Abendts zwiſchen 6. und 7. Vhren H. *W.* zu Mühlbergk durchs Strohdach geſchnitten/ und demſelbigen 10. Brodt/ und etliche andere Sachen/ ſo die Gerichte auff 4. Gülden 17. Groſchen *taxiret*, und H. *W.* alſobald wieder bekommen/ Dieblichen entwendet und geſtohlen/ und darneben fürgeben/ daß ſie die groſſe Hungersnoth/ ſo ſie und jhre drey kleine unerzogene Kinder gelitten/ darzu gebracht/ denn ſie in zweyen Tagen kein Biſſen Brodt gehabt/** *&c.* **So haben ſie ſolche jhre Verbrechung durch das allbereit erlittene Gefängnüß zur Genüge verbüſſet/ und werden nunmehr deſſelben gegen Leiſtung eines gewöhnlichen Vhrphedens hinwiederumb billich entlediget/ V. R. W.** *Ad requiſitionem Quæſtoris Bitterfeldenſis, Menſe Februario, Anno 1630.*

52 *In caſu ferè ſimili carceris pænam dictavimus cuidam furi. Ad conſultationem Quæſtoris in* **Plauen/** *hiſce formalibus.* **Hat der verhaffte L. M. in gutem bekandt und geſtanden/ daß er unlängſtē zu Rodau/ bey M. I. daſelbſten/ als er des Abendts Regens halben am Stall untergetretten/ mit einem Zaunſtecken den Haſpen auß der Stallthür geweget/ und die Thör eröffnet/ darauß 15. gantze Brodt geſtohlen/ darbey er es nicht bleiben laſſen/ ſondern hierüber noch anderthalb Scheffel Gerſten Dieblichen entwendet/ darnebens aber angezogen/ daß jhn das eufſerſte Armuth darzu getrieben/ in deme er benebens ſeinem Weibe/ 7. kleine Kinder bey jetzigen ſchwürigen Zeiten zu ernehren gehabt/ und dieſelben nicht Hunger leyden ſehen könen/** *&c.* **So wird er derowegen/ nach Gelegenheit dißfalls/ über das allbereit außgeſtandene/ noch ein vierzehen Tage mit längerm Gefängnüß in Straffe genommē/ V. R. W.** *M. Aprili, Anno 1630.*

53 QUARTO: A pœna quoque ſuſpendii ſunt immunes, qui cadavera defunctorum ſpoliant, & vel ſarcophagum, vel etiam veſtes auferunt & furantur. Propriè namque dicitur cadavera defunctorum ſpoliare, qui illis veſtes aufert, ut tradit *Gloſſ. in l. pergit.* C. *de ſepulch. violat. in verb. triclinius. verſ. ſi autem veſtem Proſp. Farin. in pract. crim. lib. 1. tit. 3. quæſt. 20. n. 117.*

Q. 6. *Pœna eorum, qui cadavera defunctorum ſpoliant.*

54 Etſi verò Jus Saxonicum ſpoliatores ſepulchrorum non minus atque Latrones Rotâ puniri velit, in *artic. 13. verſ.* **Alle Mörder/ und die den Pflug berauben/ oder Mühlen/ oder Kirchen/ oder Kirchhöffe/** *&c.* **die ſol man alle Radtbrechen/** *&c.* Attamen cum textus ille de violatione ſepulchrorum, quæ inſigni aliquo ſacrilegio contaminata eſt, abſque dubio intelligendus ſit, ut ſentit *Matth. Coler. part. 1 deciſ. 147. n. 2.* Diſpoſitio illa ad fures, qui cadavera defunctorum ſpoliant, non extendenda erit, quos arbitrariè tantummodò, Relegatione, carcere, vel fuſtigatione puniendos eſſe, puto. *Aut. Conſult. Conſt. Saxon. tom. 2. part. 4. quæſt. 67. n. 1. & ſeq. Matth.* Coler. *dict. deciſ. 147. n. 3. & ſeq.*

55 Neque enim ſuſpendii pœna hoc caſu obtinere poterit, ubi nec furtum, neque ſpolium propriè committitur, cum nihil poſſideant defuncti, *l. 1. §. Scævola. 15. ff. ſi is qui teſtam. lib. eſſe. Bald. in l. ex hoc jure. 5. nu. 24. ibi: nec mortuus propriè. ff. de juſt. & jur. Auguſt. Bonfranc. in addit. ad* Angel. *Aretin. in tractat. malef. verb. etiam veſtem cœleſtem. num. 9.* Quare cum certa pœna in hoſce delinquentes ſtatuta non reperiatur, haud immeritò arbitraria erit animadverſio, per ea quæ tradit J*aſon. in l. jubere. 4. n. 17. ff. de juriſd. omn. judic. Andr.* T*iraquell. de pæn. leg. temper. cauſ. 31. n. 34.* J*acob.* M*enoch. de arbitr. judic. quæſt. lib. 1. quæſt.* 86. *n. 8. Ludolph. Schrader. de feud. part. 10. ſect. 9. nu. 122. Jacob. Schult in add. ad Modeſt. Piſt. part. 3. quæſt. 104. n. 9.*

56 Idque tantò verius eſt, quantò clarius hoc diſpoſitum ad Illuſtriſs. Elector. Saxon. in *Conſtit. Saxon. 34. part.* 4. In verb. **Wenn die Todtengräber/ oder andere die Todten wiederumb auffgraben/ dieſelben berauben/ und darnach wieder einſcharren/ ſo iſt die Straffe willkürlich/ als daß ſie mit Ruthen geſtäupet werden/** *&c.* Etſi verò fuſtigationis ſolummodò hic fit mentio, carceris tamen, vel relegationis ſupplicium haudquaquam excluditur, uti ex vocabulo (**willkührlich**) ſatis apparet.

57 *Quemadmodum Scabini dictaverunt perpetuam Relegationem tribus Reis, qui hominem defunctum & occiſum in via ſpoliaverant. Ad conſultationem Quæſtoris Dreſdenſis, Menſe Auguſto, Anno 1594.*

Sic cum aliquando duo veſpillones ſarcophagos effoſſos abſtulerant & vendiderant, utrumq; Reum fuſtigatione, unà cum perpetua Relegatione puniendum eſſe, reſponderunt Scabini. Ad requiſitionem Senatus Hallenſis, Menſ. Majo. Anno 1591.

58 Quod tamen verum eſt, niſi circumſtantiæ aliud ſuadeant, & delictum aggravent. Veluti ſi violatio cadaverum mortuorum armatâ manu facta fuiſſet, quales violatores de jure etiā Civili capite plectuntur *l. Prætor ait 3. §. adverſus eos. 7. verſ. ut ſi armati. ff. de ſepulch. violat. Jacob.* M*enoch. de arbit. jud. quæſt. lib. 2. cent. 4. caſ. 387. n. 3.* M*att. Berlich. part. 5. concl. 47. n. 18.* J*odoc. Dām. in prax. rer. crim. cap. 106. n. 6.* J*acob. de Bellovíſ. in pract. lib.* 1. *cap.* 10. *nu.* 42. Aut ſi fur cadavera effoſſa non rurſus ſepeliverit, *l. ult. in pr. ff. de ſepulch. violat. Damhoud. dict. cap. 109. nu. 6. Matt.*

Weſembec.in parat.ff.de ſepulch.viol.numer.3.Jacob.Menoch.dict.caſ.387.numer.14. Vel ſi quis ſæpiùs quàm ſemel cadavera defunctorum ſpoliavit, quamvis eadem rurſus ſepeliverit; delicti ſiquidem geminatio pœnam aggravat, *l. nemo deinceps.3.ſub fin.C.de Epiſcop.audient.ubi Bald. num 4.*

59 Quibus & ſimilibus caſibus, Rei hujus criminis in foro Saxonico gladio feriuntur, ſecundum Sanctionem Elect.Saxon.*in dict.Conſtit.34. verſ.* **Es wären denn.** In verb. **Als da ſie die todten Leichnam unbegraben ligen laſſen/Oder offtmals ſolche Miſſethat begangen/ oder aber mit gewehrter Hand verbracht hätten. In dieſen und derogleichen Fällen ſollen die Thäter mit dem Schwerdt geſtrafft werden/***&c.*

Veluti hanc pœnam dictaverunt Scabini Veſpilloni cuidam W.Z.*qui ſæpiùs hoc delictum reiteraverat, ac inſimul adulterium commiſerat. Ad cōſultationem* Præfecti *in* Olßnitz. So möchte er wegen der begangenen und bekandten Beraubungen der todten Cörper/ und verübten Ehebruchs mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtraffet werden/V.R.W. *Menſe Ianuar. Anno* 1599.

60 Hûc etiam pertinet Spoliatio punitorum cadaverum vel ſuſpenſorum. Etſi enim ii, qui cadavera punitorum ſpoliant, denudant, & veſtes auferunt, neq; injuriam mortuis inferant, *l.ſi quis 2.ff.de cadaver.punitorum*, nec furtum propriè committant, *l.1.§.15.ff.ſi is qui teſtam.lib.eſſ.juſſ.* Attamen cùm per ejuſmodi ſpoliationem locus juſtitiæ, qui publicus eſt, haud parùm violetur, *Nicol.Boer.deciſ.212.num.24.* ſcandalumq; non minimum præbeatur, ſi puniti & ſuſpenſi veſtibus denudati in loco publico relinquerentur; non minori pœnâ digni eſſe videntur hi ſpoliatores, ac ij, qui cadavera defunctorum violant atq; ſpoliant.

Q.7. Spoliatores cadaverum ſuſpēſorū quomodo puniantur?

61 Quod & Summus Juris Saxonici Defenſor, Elector D.Auguſtus animadvertit, decernendo pœnam fuſtigationis hiſce delinquentibus, *Conſtit.Saxon.34.part.4.verſ.* **Die aber welche den Dieben oder gerechtfertigten Miſſethätern an dem Galgen/ oder auff dem Rade die Kleider außziehen/ſollen mit Staupenſchlägen geſtraffet werden.** *ubi Dan.Moller.num.1.verſ.eos verò qui cadavera &c.* Quæ ſanctio ad Carnifices quoque eſt extendenda: Nam neq; hi cadavera ſuſpenſorum vel rotæ affixorum denudare poſſunt, *Johan.Bajard.in addit.ad Jul.Clar.lib.5.ſentent.§.ult.quæſt.68.n.142.& quæſt.100.n.6.*

62 Probè autem obſervandum eſt, quod *Conſtit.Elect.* de veſtibus loquatur, eosque ſolum fuſtigari velit, qui ſuſpenſos denudant, eorumque veſtes auferunt, *in verb.* (**welche den Miſſethätern die Kleider außziehen.**) Proindè hæc ſanctio ceu rigoroſa, nequàquam ad eos extendenda eſt, qui non veſtes, ſed pecuniam aliasvè res in veſtibus occultatam ſurripiunt. Qualis caſus ad Collegium noſtrum fuit tranſmiſſus; Anno 1627. ubi quidam opilio appoſitis ſcalis patibulum aſcendens ex caligis ſuſpenſi 3.florenos abſtulerat, quem ultra carceris pœnam, ſeveriori aliquo ſupplicio haud puniendum eſſe putavimus. Præterquam enim quod *Conſtitutio Elect.34.* diſertis verbis loquatur de iis, qui cadavera ſuſpenſorum denudant, nemo inficiari poterit, rationem ſanctionis quoque, quæ potiſſimum petulantiam coercet eorum, quæ cadavera punitorum denudando ſcandalum præbent, & locum juſtitiæ publicum violant, hoc caſu ceſſare. Atqui ratione alicujus diſpoſitionis deficiente, ipſam quoque diſpoſitionē ceſſare, expediti juris eſt, *l.adigere.6.§.quamvis.2.ff.de jur.patronat.Petr.de Vbald.in tract.de duobus fratribus.part.6.quæſt.9.n.10.Nicol.Everhard.in loco à ceſſatione rationis.n.2.Andr.Tiraquell.in reg.ceſſant.cauſ.n.130.*

63 *Sententiam nomine Scabinorum hiſce verbis concepi:* Iſt in ewren Gerichten kurtz verrückter Zeit ein Vbelthäter wegen begangener Deuben mit dem Strange gerechtfertiget worden/ und es wird der Schäffer M.L beſchüldiget/daß er acht Tage hernach eine Leiter an den Galgen gelegt/ hinan geſtiegen und drey Gülden dem gehenckten Diebe/ ſo er bey ſich gehabt verborgen/auß den Hoſen gezogen/ und zu ſich genommen haben ſolle. Ob nun wol der Schäffer ſolches bekant/ und geſtanden/ *&c.* So mag er doch geſtalten Sachen nach/ weil dieſer Fall in Churfürſtl. *Conſtit.34.p.4.* nicht außtrücklichen begriffen/mit der Straffe deß Staupenſchlages nicht belegt werden/ Er wird aber gleichwol ſeiner Begünſtigung halben ſechs Tage lang mit Gefängnüß geſtrafft/V.R.W. *Ad requiſitionem Andreæ à* Zoppach/ *Menſ. Majo, Anno* 1627.

64 Notandum præterea & hoc, quod pœna in *Conſt Elect.34.* definita, reſtringenda ſit ad eos, qui cadavera defunctorum ac punitorum ſpoliant atque violant, ut ex verbis *dict.Conſt.* luculenter apparet. Proindè ſi quis alio modo ſepulchra violet, ſaxa vel marmora, vel columnas auferendo, vel monumentum deſtruendo, is pœnam *dict.Conſt.* ſtatutam haudquaquam ſuſtinebit, ſed decem pondo auri fiſco inferre tenetur, ſecundum ſanctionem Imp. Conſtantii, *in l. qui ſepulchra.4.C.de ſepulch.violat.Jodoc.Damhoud.in prax.rer.crim.cap.109.num.1.& ſeq.Proſp.Farin.in pract.crim.lib.1.tit.3.quæſt.20.n.120.Petr.à Plach.in Epit.delict.cap.6.n.17.*

Q.8. Pœnæ violantium ſepulchra,

65 Quum enim pro ejuſmodi facinore in jure Saxonico ſpecialis pœna definita non reperiatur, dubium non eſt, quin pœna jure Civili ſtatuta irrogari debeat. In caſibus ſiquidem Jure Saxonico non expreſſis ad jus Civile eſt recurrendū, *Gloſſ.art.36.n.13.lib.2.*Landr.*& gloſſ.art.44.*verb. **Da lieſſen ſie die Bauren.** *verſ.* **diß vernimb aber alles/** *&c. lib.3.* **Landrecht.** Et caſus in jure Provinciali omiſſus, diſpoſitioni juris communis relictus eſſe cenſetur, *arg.l.quicquid.aſtringendæ.ubi Dd.ff.de verb.obligat.Jaſon.in l.ſi extraneus.n.1.ff.de condict.cauſ.dat.& in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.n.21.ff.de liber.& poſth.Andr.*Tiraquell.*in tract.de jur.primogen.quæſt.40.n.194.& ſeqq.Octav.Cacher.conſ 20.num.15.Hartm.*Piſtor.*lib.1.quæſt.32.Ludov.Roman.conſ.197.n.5.*

66 *Et in hunc modum Anteceſſores noſtros reſpondiſſe reperio, ad conſultationem Nobilis à* Limpach: Hat einer von Adel B. von H. genandt/ kurtz verrückter Zeit/ auß lauter Frevel und Muthwill zu Lantz in der Kirchen/ da Georg Pauer ewer Schweſter Mann begraben ligt/ deſſelben Grabſtein/ darauff ewer Adelich Wappen gehawen und gebildet geweſen/euch und ewrem Geſchlecht zu ſchimpff und Nach-

theil/ zerſchlagen/ So wird er derohalben mit der Straffe/ ſo in ewrem Käyſerlichen Adelsbrieff/ deß Copey jhr uns zugeſchickt/ einverleibet/ billich belegt/ und mag darüber von deßwegen/ daß er den Grabſtein zerſchlagen/ vermöge gemeiner beſchriebenen Käyſerlichen Rechte/ als ein Beſchädiger deß Begräbnuß umb zehen Pfundt Goldes in Straff genommen werden/ V. R. W. *Menſ. Iun. Anno* 1568.

Q.9. Quomodo coerceatur in foro Saxonico amotio terminorum?

67 QVINTO: Ceſſat pœna furti ordinaria in amotione terminorum. Quamvis enim hi, qui terminos vel lapides finales, vel arbores conſtituendorum finium cauſa poſitas eruunt, furtum facere videantur, pœnâ tamen furti nequaquam tenentur.

68 De jure enim Civili ex Lege Agrariâ pro ſingulis terminis, quos dolo malo quis loco movit, pæna pecuniaria quinquaginta aureorum prodita eſt, *l. fin. ff. de term. mot.* Vel arbitraria, adverſus eos, qui illos movent, fines obfuſcandi cauſa, *l. 1. ff. eod. tit.* Vel relegationis aut fuſtigationis, in eos qui terminos movent cauſa jurium occupandorum, *l. 2. ff. eod. tit.* ut ritè tradit *Jul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 83. num.* 10. vide quoque *Jodoc. Damhoud. in prax. rer. crimin. cap.* 124. *num.* 1. *& ſeqq.* 1. *Matth. Weſemb. in parat. ff. de term. mot.*

69 At de jure Saxonico levior pæna violatoribus terminorum eſt impoſita, ſcilicet 30. ſolidorũ, in quibus parti læſæ violatores condemnantur, *art. 28. lib. 2.* Landrecht. *verſ.* Fiſchet er aber/ *&c.* In verb. Hauet er Holtz abe/ das geſetzet iſt/ oder tragende Bäume/ oder bricht einem ſein Obſt abe/ oder hawet Mahlbäume abe/ oder gräbet Steine auß/ ſo zu Marckſteinen geſetzet ſind/ er muß 30. Schilling zur Buſſe geben/ *&c. ubi Gloſſ. Latina lit. C.* Ultra quam mulctam etiam cogitur evulſos terminos ſuis ſumptibus in priſtinum ſtatum & locum reſtituere, *Gloſſ. dict. lit.* C. & delictum emendare judicium ſexaginta ſolidis, *Matt. Coler. part.* 1. *deciſ.* 145. *num.* 13. Petr. *Theodor. in Colleg. crim. diſp. 3. th. 11. in fin.* Quamvis alij exiſtiment, violentum & temerarium amotorem terminorum capite plectendum eſſe, *Ludov. Fachſ. diff. 65. verſ. Quidam volunt.*

70 Sed neutra harum pænarum in foro Saxonico hodiè obtinet. Nunquam enim capitis truncationem in hoc crimine practicari, ſe vidiſſe teſtatur *Ben. Reinhard. part. 5. differ. 2.* Et ipſemet *Ludov.* Fachſ. *dict. differ. 65.* Neque textus Juris Saxonici *in art. 28. lib. 2.* Landr. generaliter intelligi debet, ut qui de iis ſolùm accipiendus, qui ignoranter lapides aut terminos amovent, ad eos verò qui ſcienter & doloſè terminos vel lapides finales eruunt, haudquaquam trahendus eſt, ut rectè ſentit *Gloſſ. German. in dict. art. 28. n. 6. Reinhard. dict. diff. 2. part. 5.*

71 Nam qui ſcienter & doloſè terminos & lapides finales amovent, ob temeritatem & violentiam gravius coercendi ſunt. Ideoque uſu hodierno Saxonico, hi pænâ arbitrariâ, carceris, pecuniariâ, vel relegatione affici ſolent. *Matth.* Coler. *part. 1. deciſ. 145. num. 9. & 10.* ubi Scabinorum Lipſenſ. & Jenenſium allegat præjudicia *Ludov.* Fachſ. *dict. differ. 65.* Cujus verba apponere lubet: Es halten es aber die Schöppenſtühle dafür/ wenn einer unwiſſentlichen/ und ohne argen Vorſatz ſolche terminos amovirt, daß vff den Fall die Straffe Sächſiſcher Rechte ſtatt haben ſol. Da aber jemands betrieglichen und vorſetzlichen der Grentzen Mahl verrückete/ derſelbe ſol willkürlich geſtraffet werden/ und es möchte dißfalls die Verbrechung ſo groß ſeyn/ Als wenn einer Landgrentzen wiſſentlich und argliſtiger Weiſe verrücket/ und in dergleichen Fällen/ daß der Verbrecher mit Staupenſchlägen köndte geſtraffet werden/ oder ſonſten nach Gelegenheit/ in dieſen Fällen möchte die diſpoſitio *l. 2. ff. de term. mot.* gehalten werden. *Hactenus Ludov. Fachſ.*

72 *Quem morem pronunciandi etiamnum hodiè ſequuntur Scabini, ita reſpondentes:* Da nun ewer Unterthaner geſtändig/ oder überwieſen/ daß er vorbenanten Reinſtein freventlicher Weiſe zu ſeinem Vortheil/ und ſeinem Nachbaurn zum Schaden außgehoben/ So möchte er derohalben willkürlichen/ mit Gefängnüß 14. Tage lang/ oder umb eine ziemliche Geldbuſſe/ jedoch daß ſich dieſelbe über 4. newe Schock nicht erſtrecke/ ungeachtet/ daß er ſich mit ſeinem Nachbaurn vertragen/ in Straff genommen werden/ V. R. W. *Ad conſultationem Güntheri à* Bünaw und Lawenſtein/ *Menſe Decembr. Anno* 1606.

73 *It:* Da nun *Inquiſit* geſtändig/ daß ſie wiſſentlich und fürſetzlicher Weiſe/ obangeregte Erbgräntze und Verreinigung außgeackert. So mögen ſie willkürlichen mit Gefängnüß einen Monat lang/ oder umb eine ziemliche Geldbuſſe jhrem Vermögen nach/ jedoch dz ſich dieſelbe einem jeden über 6. new Schock nicht erſtrecke/ in Straffe genommẽ werden/ deß ſtückleins Ackers aber/ und derer darauff erwachſenen Früchten/ haben ſie ſich/ durch jhre Verbrechung nicht verluſtig gemacht/ V. R. W. *Conſulibus & Senatui in* Geier/ *Menſe Decembr.* Anno 1606.

74 *It:* Da der Verbrecher geſtändig/ oder wie recht überführet würde/ daß er die Gräntzſteine gewaltſamer Weiſe außgraben/ und wegführen laſſen/ und keine Unwiſſenheit oder andere Entſchuldigung vorwenden möchte; So würde er ſolcher ſeiner Verbrechung wegen willführlich entweder mit Verweiſung vff eine Zeitlang ewerer Gerichte/ oder umb eine ziemliche Geldbuſſe/ ſeinem Vermögen nach in Straff genommen/ V. R. W. *Iohann.* Wartſchantzky/ *Menſe Novembr. Anno* 1628.

Q.10. Pœna expilatæ hereditatis quænam ſit?

75 SEXTTO: Ratione qualitatis rei furtivæ pæna furti ordinaria locum ſibi non vendicat in EXPILATIONE HEREDITATIS, quando nimirum quis ex defuncti hereditate nondum diviſa quid aufert atque furatur. Quod delictum jura appellant expilatæ hereditatis crimen, *l. 2. l. 3. l. 4. & 5. ff. expil. hered. tot. tit. C. de* Crim. *expil. heredit. l. quamvis.* 17. *C. de furt.*

76 In quo pœnam ſuſpendij ceſſare, & contra expilatores hereditatis furti actionem non dari, eo certius eſt, quò minus hi propriè fures dici poſſunt, *l. hereditaria. 68. ff. de furt. l. eum, qui 14. §. ſi res commodata. 12. ff. eod. tit. Mynſing. in §. furtum eſt, num. 6. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc. Bartol. in l. falſus Creditor. §. ſi jactum. n. 1. ff. de furt. & in l. ſi dominium. n. 2. ff. eod.* Hoſtienſ. *in ſumm. rubr. de furt. n. 1. Angel. Aretin. in tract. malef. in verb. etiam veſtem cœleſtem. n. 35. & ibi Auguſt. in addit. n. 44. Cœpoll. conſ. 71. n. 9. & ſeqq. Proſper.* Farin. *part. 7. q. 174. n. 118. & 119. Petr. Gregor. in ſyntagm. jur. univerſ. lib. 37. cap.* 1. *n.* 10. *& cap. 9. n. 2. Ægid. Boſſ. in tit. de furt. n.* 21. *Domin. Cardin. Tuſch. pract. Concluſ. in verb. furtum, concluſ. 553. n. 1. & concl.* 554. Jacob. *Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 300. n. 3. & 4.*

77 Quamdiu enim hereditas jacet, poſſeſſio eſt nullius. *l.1.* §.*Scævola.ff.ſi is qui teſtam.lib.eſſe juſſ.* Ubi verò non eſt poſſeſſio vel detentio, impoſſibile eſt furtum committi, cum nullus reperiatur, quo invito res contrectetur, F*arin.dict. quæſtion.174.nu.119.* Neq; furtum fit, niſi ſit, cui fiat. *l.falſus* 43.§.*quod ſi Domin. us 5.ff.de furt.* Hereditas autem nondum adita, nullius eſt juris fictione, ſed repræſentat defunctum. §.*ſervus etjam alienus, verſ.non enim. Inſtit.de hered. Inſtit. l. ſi unus 27.* §. *ult.ff.de pact. l. mortuo 22.ff. de fidejuſſor. Henric. Bocer.in tract.de furt.cap.12.num. 51.* Undè vulgò aſſerunt Dd. Statutum imponens pœnam pro furto, non habere locum in crimine expilatæ hereditatis, *Vincent.de Franch.Deciſ.315. num.*10.*Domin.*C*ardin.* T*uſch. dict. concluſ. 53. num.32.Farin.dict.quæſt.174.num.121.*

78 Quamvis aliter ſentiat, & Statutum pœnale in crimine furti ad hereditatis expilationem extendat. *Bald. in l. de his.* C. *de furt.* quem refert & ſequitur *Angel.Aretin.in tract.malefic. verb.Etiam veſtem cœleſtem num. 44.* Johann. *Bajard.ad* J*ul. Clar.lib.5.ſentent.*§.*furtum.num. 30.Tiber.Decian.de furt.*§.*alienæ rei.num.15. & 16.Ægid.Boſſ.in tit.de Sacril.num.* 4. Quin & hereditatis expilationem furtum eſſe, evinci poſſe videtur ex eo, quod expilatores hereditatis dicantur fures, & quidem atrociores fures, *in l.1.§. expilatores.ff.de effract.* Quodque ipſa expilatio hereditatis appelletur nominatim furtum improbius, *in l.ſi te expilaſſe.*12.C.*de furt.* Undè etiam *Bartol.ad dict.l.1.§.expilatores.num.1.* hereditatis expilatorem improbiorem vocat furem. *Cœpoll.in Auth.ſed novo jure num. 53.in princ. verſ. aliquando ſunt fures improbiores & num.100.verſ. Secundo caſu &c. ubi etiam* Johan. S*ichard. num. 15. C. de ſerv.fugitiv.* Et *Petr. Gregor.* hereditatis expilationem quoad facti ſubſtantiam verum eſſe furtum ſcribit, *in ſyntagm.jur.univerſ.lib.37.cap. 9.num. 3.* Hocque furtum luctuarium vocat J*odoc. Damhouder.in prax.rer.crimin. cap. 112. num.1.& 2.*

79 Niſi quis dixerit, expilatores hereditatis impropriè & largo modo fures appellari, ſtrictâ verò ratione & propriè hereditatis expilationem furtum non eſſe, ut rectè ſentit *Mynſinger.in dict. §.furtum eſt.num.6. Inſtit.de obligat.quæ ex delict.naſc.Jacob.*M*enoch.de arbitr.jud.quæſt.lib.2. caſ.*3*00.num.23.*H*einric.Bocer.dict. cap.2.num. 54.Petr.Gregor.dict.lib.37.cap.1.num.*10.*Boſſ.tit. de furt.num.21.*

80 Hoc tamen certum eſt, hereditatis expilatores non capitaliter puniri, nec pœnâ mortis affici, J*ohan. Sichard. in dict. Auth.ſed novo jure.C.de ſerv.fugitiv.nu.15.*quicquid etiam in contrarium dicat *Baldus l.de his.11.num.2.* C. *de furt.* Expilatorem ſcilicet hereditatis, ut famoſum furem furcâ ſuſpendendum eſſe. Quæ aſſertio quidem ex ſanctione Carolinâ [uti putat H*enric.Bocer.dict.cap.2.num.74.*] defendi poteſt, ob textum *in articul. 165. Ordin. Crimin.* **So einer auß Leichtfertigkeit oder Vnverſtãd etwas heimlich nehme von Gütern daran er ſonſt ein näheſter Erbe iſt / oder ſo ſich dergleichen zwiſchen**

†

Mann und Weib begebe/ und ein Theil den andern derohalben anklagen würde/ Sollen Richter und Vrtheiler mit Entdeckung aller Vmbſtände/ bey den Rechtsverſtändigen/ und an Enden und Orten/ wie zu Ende dieſer unſer Ordnung angezeiget/ Rechts pflegen/ auch erfahren/ was in ſolchen Fällen das gemeine Recht ſey/ und ſich darnach halten. Quibus verbis mortis ſupplicium aliamque pœnam certam definiri, tantum abeſt, ut potiùs arbitrariâ pœnâ ſecundum diſpoſitionem juris communis expilatores hereditatis afficiendos eſſe, ex hoc ipſo textu haud obſcurè probetur.

81 De jure ſiquidem communi extraordinariam criminis hujus pœnam eſſe, patet ex *l.1.& l.3.ff.expilat.heredit.* Solent enim hereditatis expilatores, ſi viles ſunt perſonæ, in opus dari publicum perpetuum, vel temporarium; Honeſtiores autem ordine ad tempus moventur, vel patriæ fines excedere jubentur. *l.1.§. expilatores.ff.de effract.& expilator. Cœpol.in dict.Auth. ſed novo jure.nu.106.verſ.ſi loquimur de expilatoribus.*C.*de ſerv.fugitiv.Henric. Bocer.in tract. de furt.cap.2.nu.73.Georg. Rem.ad art.*165.*Ordin. Crim.*C*arolin. Auguſt. Arim.in addit.ad Angel. Aretin.tract.de malef. verb. etiã veſtem cœleſtem nu.9. Proſp.Farinac.dict.part.7.quæſt.174.num. 125.* J*acob.*M*enoch.de arbitr.jud.quæſt.lib.2.caſ.* 3*00.num.1.& 2.* J*odoc. Damhouder.in prax.rer. crimin.cap.112.num.2. Matth.* W*eſembec.in paratit.ff.expilat.heredit.num.3.in.fin.*

82 Arbitraria igitur hujus criminis pœna eſt, ut Carcer, Relegatio, vel etiam Fuſtigatio, per *l.ſi cui,* C.*de crimin.expil.heredit.l.1.§.expilatores.ff. eod.tit. Matth.* C*oler. part.* 1. *Deciſ.*188.*num.* 6. Quamvis alij tradant, pœnam hanc arbitrariam excedere non poſſe relegationem, *Petr. Gregor. in ſyntagm.*J*ur.Univerſ.lib.37.cap.9.num.4. & 8.Bonif.in tract.de furt.*§. *alienæ rei, n.13.&* 16. J*acob. Menoch.de arbitr.jud.quæſtio.lib.2.caſ.300. n.1.&* 2.

Sed utrumque verum ego eſſe arbitror. Illud quidem in furibus extraneis, ſi hi quid auferant ex hereditate jacente nondum diviſa, de quibus loquitur *Coler.dict.Deciſ.188.num.5.& 6.* Qui cum gravius delinquant, graviori quoquè pœnâ, & ſic corporis afflictivâ, qualis etiam eſt fuſtigatio, affici poſſunt.

83 Hoc autem, quando inter coheredes & conſanguineos lis vertitur, ſi nempe frater fratrem, matrem, aut ſororem quid ſurripuiſſe ex patris hereditate intendat. Præterquam enim quod cohæredes in rebus communibus pro ſuo jure verſari videantur, *l.merito 51.ff.pro ſocio.* & abundè per judicium familiæ herciſcundæ, & exactâ per Sacramentum ejus, qui ſuſpectus eſt, rerum hæreditariarum declaratione. *l.fin.§.licentia.C.de jur.deliber.* damnum fraude datum reſarciri queat, W*eſembec.dict.tit.num.2.* furtum à liberis, parentibus aut conjugibus commiſſum pœnâ corporis afflictivâ non punitur, ut dixi *quæſtion.præced.num.*42, Mirum ergò non eſt, quod tale furtum, ne quidem defuncto patre in ejuſdem bonis commiſſum, corporali pœna coërceatur.

84 *Veluti etiam coheredem hoc caſu tantummodò Relegatione puniendum eſſe, reſpondimus* Johanni *Drechſelio in Plauen:* Möchte einer unter denen Erben/ wie recht überführet werden/ daß er auß der Erbſchafft etwas entwendet und veruntrewet hätte/ *&c.* So wäre er ſolches zu erſtatten verpflichtet/ und möchte hierüber mit Landesverweiſung in Straff genommen werden/ V.R.W. *Menſ Ianuar. An. 1630.*

Et ſimili in caſu W*olffgango Chriſtophoro, à* Kizſchern: Hat W.F. bekant und geſtanden/ daß ſie auß jhres verſtorbenen Brudern Verlaſſenſchafft einen Beutel/ darinnen 100. Reichsthaler geweſen/ entwendet/ und jhrem Schwager zugeſtellet *&c.* So wird ſie deßwegen ſieben Jahr lang mit Landesverweiſung billich in Straffe genommen/ V.R.W. *Menſ.*April. *An. 1632.*

85 SEPTIMO: Alia adhuc ſpecies furti eſt, pro quo ratione qualitatis rei furtivæ pœna ſuſpendij non imponitur, quod eſt furtum hominum, & vulgò dicitur PLAGIUM.

86 Etenim, ſi homines in alterius poteſtate ſint conſtituti, utputa filiusfamilias & ſervus, quin illorum, ſi ſurripiantur, patrifamilias & Domino, furtum fiat, non ambigendum eſt, per *l. 14. §. 13. l. 37. & ſeqq ff. de furt. §. 9. Inſt. de obligat. quæ ex delict. naſ. arg. l. 1. §. 2. ff. de rei vendicat. l. 48. §. 5. l. 52. §. 28. ff. de furt.* Etſi enim pater propriè non habeat dominium nec poſſeſſionem filij, *l. cum heredes. §. fin ff. de acquir. poſſeſſ.* Attamen ipſi quaſi dominium competit in filio ita ut jure Romano poſſit eum vendicare ad ſimilitudinem rei, in qua verè habet dominium, *l. 1. §. 1. ff. de rei vendicat.* J*ohann. Schneidvvin. in* §. *interdum. 9. nu.* 1. *Inſtit. de obligat. quæ ex delictis naſc.*

87 Pœna tamen ſuſpendij in hoc delicto locum ſibi nequaquam vendicat: Quia liberum corpus non recipit æſtimationem, *l. liber homo. ff. ad Leg. Aquil.* Abſq; æſtimatione verò & valore quinque ſolidorum ſuſpendij pœna non infligitur. *tit. 27. F. 2. Ordin. crimin. Carol. artic. 160.* Et licet hoc caſu operæ & ſervitia, quibus pater caret, ob furtum filij æſtimari poſſint; quia tamen hæc incerta ſunt, vel ob ſolam incertitudinem furti, & quod de corpore delicti non ſatis conſtare queat, ſuſpendij pœna ceſſabit, *Conſt. 33. part. 4.*

88 Quamvis non negem, alio ex capite plagiariis mortis pœnam irrogandam, eosque capite plectendos eſſe. Nam qui celandi ſeu privandi animo liberos parentibus ſurripiunt, & abducunt, quo poſtea certam pecuniæ ſummam, ceu pretium redemptionis lucrentur, crimen etiam publicum committunt, adeoque in pœnam Legis Fabiæ de plagiariis incidunt, *l. pen. §. ult. d. l. 3. ff. ad* Leg. *Fab. de plagiar. l. ult.* C. *eod.* J*ul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ult. q. 68. n. 31.* Quæ licet quondam pecuniaria & arbitraria fuerit, ut patet *ex l. pen. §. 2. l. fin. ff. de Leg. Fab. de plagiar. l. 6. C. eod. tit.* J*acob.* M*enoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 536. n. 5. & ſeqq.* P*roſp.* F*arin. part. 7. quæſt. 147. n. 97. Matt.* W*eſemb. in parat. ff. de Leg. Fab. de plagiar. num.*

89 Hodiè tamen ex Lege Conſtantini ea eſt gladij, *l. fin. C. ad Leg. Fab. de plagiar.* Cum qua convenit jus Divinum *Deut. 24. verſ. 1.* **Wenn jemand funden wird/ der auß ſeinen Brüdern eine Seele ſtielet auß den Kindern Jſrael/ und verſetzet oder verkauffet ſie/ ſolcher Dieb ſol ſterben/ daß du das Böſe von dir thueſt/** *&c.*

90 In foro Saxonico pariter obtinet pæna gladij in crimine plagij, ut notat *Petr. Heig. part. 2. quæſt. 32. num. 2. & 3.* Idq; probat luculenter exemplum Cunradi Kauffungs plagiarij Ducum Saxoniæ Erneſti & Alberti, in quem Anno *1455.* à Friderico Placido Electore gladij pœnâ animadverſum fuiſſe notiſſimum eſt. Quam hiſtoriam prolixè & circumſtantialiter commemorat P*etr. Albin. in* Ch*ron. Miſnenſ. part.* 1. *cap. 21.* Ubi inter alia hæc verba habentur *fol. 272.* Es ſol ſich Cuntz ſehr entſchuldiget haben/ er hätte das Leben nicht verbüret/ und könte mit Recht nicht gericht werdē/ und ob man jhme gleich fürgehalten/ er ſey ein Plagiarius, hat mans jhn doch nicht überreden können/ da es doch offenbar/ daß in den Römiſchen Rechten die jenigen plagiarij genennet werden/ ſo einen freygebohrnen Menſchen ohne ſeinen Willen verbergen/ gefänglich halten/ wiſſentlich kauffen/ oder Kuppeltheil mit haben. Item: Die jenigen ſo einen Knecht oder Magd von ſeinen Herren abhalten/ daß ſie entlauffen/ dieſelben verbergen/ gefänglich halten/ oder mit wiſſen und Gefehrde kauffen/ vielmehr aber ſo die Leute ſtehlen/ wie beydes auß den Digeſtis und Codice *ad Legem Fabiam de plagiariis* zu ſehen. Vnd iſt ſolchen Verbrechern erſtlich eine Geldt-Straffe geſetzet worden/ hernach das Schwerdt/ oder ewige Verweiſung/ *&c.* Ha*ctenus Petr. Albin.*

Q. 11. Quæ ſit pœna Plagij in foro Saxonico?

91 *Hinc quando duo Rei P. S. & A.* K. *Nobilis cujusdam B. à* W. *filium blandis verbis pellectum abduxerant, & patri denunciaverant, ut ſi vivum recipere natum vellet octodecim millia thalerorum numeraret, repetita comminatione in literis poſtea tranſmiſſis hisce formalibus:* Wofern jnnerhalb drey Tagen die gefoderte Rantzion nicht richtig erleget/ oder ſie an Empfahung derſelben gehindert würden/ daß ſie ſo wahr Gott lebete/ und ſo hoch und weit ſie es jmmer bey jhrer Seelen Heyl und Seeligkeit bethewren und ſchwören kündten/ entſchloſſen binnen vierzehen Tagen deß gefangenen Knaben Kopff in ſeine Behauſung zu überſenden) *ambobus pœnam gladij dictare non dubitaverunt Scabini, ad Conſultationem Quæſtoriis Lipſenſis. Menſe* J*anuar. An. 1596.*

92 *Eodem pariter modo pronunciaverunt, eandemque pœnam dictaverunt* W*ittebergenſes ſuper illo ipſo caſu conſulti* teſte Petr. He*igio part. 2. quæſtion. 32. num. 15. Præterquam quod ij Aurigam, qui prædictis Reis operam ſuam addixerat, illos vexerat, & abductum puerum in ædibus ſuis occultaverat, fuſtigatione ac relegatione puniendum eſſe reſponderunt,* H*eig. dict. quæſtion. 32. num. 51. quem tamen Scabini ex cauſis, ab Heigio dicto loco adductis, relegatione perpetua abſque fuſtigatione ſatis coerceri putaverunt ſic reſpondentes:* Vnd mehrbemeldter *A.* K. in ſeinem Bekäntnüß ſelbſten geſtanden daß der Gefangene Kutſcher zu der Abführung keinen Raht gegeben/ an ewrem Bruder auch ſo viel zu befinden/ daß er der Kutſcher ehe unnd zuvor rüchtbar worden/ wo die Thäter ſampt dem entführeten Knaben anzutreffen/ ſeiner ordentlichen Obrigkeit den gantzen Handel umbſtändiglich offenbahret/ da-

durch der Knabe ohne Schaden entlediget / und die Thäter zu hafften bracht worden/ &c. So erſcheinet auß obangeregten Vrſachen allenthalben ſo viel/ daß vielgedachter gefangener Kutſcher mit der ordentlichen Todesſtraffe billich verſchonet bleibet. Er wird aber gleichwohl von deßwegen/ daß er dieſe Verbrechung ſo lange verſchwiegen/ und den einen Thäter geherberget/ mit ewiger Lädsverweiſung in Straff genommen/ V.R.W. *Eodem Menſe & Anno.*

93 Præterea notandum & hoc, quod in crimine plagii non ſolùm ipſi plagiarii, homines auferentes, ſed & ii, qui operam & auxilium præſtant, ejuſque delicti complices ſunt, eadem gladij pœna teneantur, juxta quæ tradit *Petr. Heig. dict. part. 2. quæſt. 32. n. 54. & 55.*

94 *Veluti ſic etiam reſponderunt Scabini ad conſultationem Quæſtoris* Schvvartzebergenſ. Dieweil aber dennoch Z.S. in guten bekant/ daß als der Mann/ ſo ſich Chriſtoff Schmidt genannt/ mit dem Weibe ihn angeſprochen / er ſolte jhnen das Kind folgen laſſen/ ſie wolten es mit hinein übern Walt nehmen/ und weil ſie kürtzlich wieder durchgehen würden/ wolten ſie jhme einen Thaler ſchencken/ auch ſonſten eine Verehrung thun / deſſen er ſich nicht verſehen haben ſolte/ er gewilliget/ ſie ſolten es jmmer mit nehmen/ auch da das Weib das Kind beym Aermlein genommen/ und in den Korb heben wollen/ ſelbſten mit zugegriffen/ es bey einem Beinlein gefaſſt/ und in Korb heben helffen/ welchen das Weib mit einem Mantel zugebunden / und darauff beyde Mann unnd Weib 43 darvon gegangen/ &c. So mag er von wegen ſolcher begangenen unnd bekandten Verbrechung/ wofern er auff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen wird / mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtraffet werden/ V.R.W.

Menſ. *Novembr.* Anno

1593.

QVÆSTIO LXXXIV.

De prohibita Venatione & Piſcatione. Et quomodo puniendi ſint temeratores Venationum ac Piſcationum?

SVMMARIA.

1. *Dominium ferarum jure divino & gentium omnibus hominibus commune eſt. num. 2. 3. 4. 5.*
6. *Omnes ferè Principes jus venandi ſibi ſolis hodiè vendicant, & num rectè? n. 7. 9. 10. 21.*
8. *Explicatio textus Gen. 1. verſ. 28. & 29.*
11. *Juſtis ex cauſis jus venandi privatis fuit ademptum. n. 12. 13. 14. 15. 16. 17.*
18. *Ex præſcriptione quoque ſolis Principibus jus venandi competit. n. 19. 20.*
22. *Jus Foreſtale differt à Banno ferino.*
23. *Venationis jura hodiè inter Regalia referuntur, num. 24.*
25. *Privati ac Subditi venationem exercentes pœnam incurrunt.*
26. *Temeratores Venationum pœna mortis haud ſunt puniendi, & quare? num. 27. 29. 30. 41.*
28. *Qui feras vivario incluſas capiunt, non minus ac reliqui fures ſuſpendio puniuntur.*
32. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
33. *An Princeps pœnam ſuſpendij adverſus temeratores Venationum certa ſanctione decernere queat? n. 36. 37.*
34. *In Electoratu Saxoniæ fures beſtiarum ſuſpenduntur ex peculiari ſanctione Electorali. n. 35. 60.*
38. *Quæ Sanctio juſta eſt, nec rationibus ac æquitate deſtituitur. n. 39. 40. 41. 42. 43. 44.*
45 Hæc *Sanctio ad præteritos caſus non eſt trahenda.*
46. Sententia *Scabinorum Lipſenſium.*
47. *Suſpendio ſolummodò puniuntur* Venatores, *qui in banno ferino ipſius Electoris venantur. num. 48.*
49. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
50. *Certò conſtare debet de corpore delicti priusquam pœna ſuſpendij irrogetur venatoribus, n. 51.*
52. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
53. *In furto hoc non tàm lucri percepti, quàm ferarum ablatarum habetur ratio.*
54. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
55. *Quanti feræ beſtiæ æſtimantur.*
56. *Sententiæ Scabinorum Lipſienſium. n. 57.*
58. *Reus temerariæ Venationis torturæ non ſubjicitur, priusquam conſtet de corpore delicti.*
59. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
61. *Extranei & forenſes in Electoratu Saxonico prohibitam venationem exercentes num ſuſpendantur?*
62. *Auxilium præbentes huic crimini quomodo puniantur? n. 63.*
64. *Reſponſum Scabinorum Lipſienſ.*
65. *Propter reiterationem prohibitæ venationis pœna non eſt exaſperanda, n. 67. 69.*
66. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſ. n. 68.*
70. *In Sylvis Nobilium temerariam venationem exercentes quomodo puniantur?*
71. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
72. *Pœna eorum, qui in Electoratu Saxoniæ feras minores, ut lepores, anſeres &c. capiunt & furantur, n. 73. 74. 75. 76.*
77. *In furto piſcium mitigatur pœna furti ordinaria*
78. *Pœna piſcantium in piſcinis vel lacubus alienis.*
79. *Quid juris in foro* Saxonico.
80. *In alienis rivis piſcari non licet, n. 81.*
82. Pœna *piſcantium in rivis alienis, n. 83.*
84. *Quænam horum ſit pœna in foro* Saxonico, *n. 85. 87. 89. 90.*
86. *Sententia Scabinorum Lipſenſium, n. 88. 91.*
92. *Fures Cancrorum quomodo puniantur? n. 93.*
94. *Sententia Scabinorum* Lipſenſium. *n. 95.*

PRæter cauſas ratione qualitatis rei furtivæ pœnam furti mitigantes, quæſtione præcedenti enumeratas, alia & octava adhuc ſpecies eſt furti, in quo ſuſpendii pœna æquè ceſſat, nempè illius, quod in feris beſtiis committitur, ſolis Principibus atque Magnatibus jus venandi ſibi vendicantibus.

Q. 1. An Venatio ſubditis jure prohibeatur à Principe?

1 Hoc autem quam benè, quoque jure, non immeritò quis dubitare poſſet. Etenim ferarum dominium non ſolùm Principibus, ſed univerſo hominum generi Deum ſubjeciſſe, rerumque à ſe creatarum uſum omnibus communem feciſſe, ſatis manifeſtum eſt ex *cap.* 1. *Geneſ. verſ.* 26. *&* 28. Quod & *Ariſt.* aſſerit 1. *Polit. cap.* 8. *Plantæ*, ait, *ſunt animalium gratia, cætera animalia hominum cauſa, manſueta quidem propter utilitatem & cibum, feræ verò propter cibum & alia adjumenta, ut & veſtis & cætera inſtrumenta ex iis fiant, &c.* Et jus Saxon. *in artic.* 61. *lib.* 2. Landrecht: Da Gott den Menſchen ſchuff/ gab er jhme Gewalt über Vögel/ Fiſche/ unnd alle wilde Thiere/ *&c.* Cum quo benè conſonat illud *Cic.* 3 *de finibus ad fin.* Præclarè ait Chryſippus: Cætera nata eſſe hominum cauſa & Deorum. Eo autem communitatis & ſocietatis ſuæ, ut beſtiis uti ad utilitatem ſuam poſſint ſine injuria &c.

2 Ex quo jus gentium fluxit, quo feræ beſtiæ communes ſunt, & capientis fiunt, §. *fera igitur beſtiæ &* §. *ſeqq. inſtit. de rer. diviſ. l. quarundam. l. quod in littore. ff. de acquir. rer. dom. l.* 1. §. *domin. ff. de acquir. poſſeſſ.* adeò ut licet contra prohibitionem alienum ingreſſus agrum venandi gratia, injuriarum actione conveniri queat. *l. injuriarum.* §. *ult. ff. de injur.* quicquid tamen capit vel volucrum vel beſtiarum ferarum, ſuum faciat, nec fundi domino reſtituere teneatur, *l. quod enim. in pr. &* §. 1. *ff. de acquir. rer. domin.* §. *feræ. Inſtit. eod. tit.* Quia non captura, ſed ingreſſus tantummodò eſt prohibitus, nec alienum agrum fera ingreſſa ejus propterea facta eſt, ad quē pertinent ager; *l.* 39. § *quamvis. ff. ad Leg. Aquil. Gloſſ. & Dd. l. Divus. ff. de ſervit. ruſtic. prædior. Cœpoll. de ſervit. ruſt. prædior. cap.* 21. *num.* 2. *&.* 3. *Matth. Weſemb. in* §. *feræ. verb. ingrediatur. Inſtit. de rer. diviſ.* Petr. *Heig. lib.* 1. *quæſt.* 15. *n.* 15. *Didac.* Covar. *part.* 2. *relect. cap. peccatum.* §. 8. *n.* 5. *de Reg. juris in ſexto.*

3 Eoque jure gentium non modo Indi & Tartari, *Johann. Bohem. lib.* 2. *de Moribus gent. c.* 9. Perſæ *Xenophon. lib.* 1. *Cyropæd.* Græci, *Xenophon. lib. de venat.* Aliique populi, ſed & ipſi Germani diu fuêre uſi, de quibus, *Cæſar. lib.* 6. inquit: *Vita Germanorū omnibus in venationibus atq; in ſtudiis rei militaris conſumitur.* Referente *Henning. Arniſ. de jurib. Majeſt. minor. cap.* 4. *n.* 1.

4 Jure itaque gentium, quia venationes liberæ ſunt, malè forſan ſibi ſolis Principes eas vindicabunt. Nam quæ ex jure gentium competunt, ſine injuria à Principe tolli non poſſunt, §. *ſed naturalia, Inſtit. de jur. nat. gent. & civil. can.* 1. *diſtinct.* 5. *& can. ult.* §. *his itaq; diſtinct.* 6. Quæ ratio multos haud minimi nominis JCtos commovit, quod venationem & aucupia, piſcationesque, de quibus ferè idem judicium eſt, *l. item ſi fundi.* § *aucupiorum in fin. ff. de Uſufruct. & quemadm. c.* 1. § *nemo retia de pac. tenend.* ſubditis abſq; injuriâ prohiberi nō poſſe exiſtimaverint. *Hoſtienſ. in c. non eſt de decimis. Guid.* Pap. *in quæſt.* 514. *Andr. Tiraquell. de Nobilit. cap.* 38. *num.* 150. *Thom. Gramm. deciſ.* 67. *num.* 12. *&* 13. *Rebuff. in l. un.* C. *de venat. ferar. lib.* 11. *inter conſil. Noe* Meurers. *lib.* 7. deß Forſtrechts. *Chaſſan. de conſuet. Burgund. rubr.* 13. §. 8. *verſ. ſed ad prædict. quæſtionem &c.*

5 Quæ injuria longè major reddi videtur exinde, quod Principes venationis cauſa impunè pedes ferant in agros ſubditorum, *arg. l. Divus. ff. de ſervit. ruſt. prœdior. l. injuriarum, in fin. ff. de injur.* ac ſubditi re ſua pro lubitu uti, ac feras rapaces ſegetes diruentes ac vaſtantes tollere ac venari prohibeantur, contra *l. un. in pr.* C. *de venat. ferar. lib.* 11. *cap.* 1. §. *nemo retia. de pac. tenend. l. qui foveas. ff. ad Leg. Aquil.* Chaſſan. *dict. rub.* 13. §. 8. *num.* 3. Jacob. *de* S. *Georg. in tract. feud. verſ. & venation.* Thom. *Gramm. Deciſ.* 67. *n.* 9.

6 Nihilominus tamen omnes ferè Principes atque Magnates jus venandi privatis, in propriis etiam prædiis ademptum, ad ſe tranſtuliſſe videmus; An ergò injuria privatorum hoc factum dicemus? Quod certè impium eſſet, & nimis injurioſum adverſus Magiſtratum ac Principes aſſerere: 7 Contra quos parum roboris habere videtur commune Imperium in feras beſtias à Deo omnibus hominibus conceſſum, quia & cætera creata ſunt communia *c. jus naturale. diſtinct.* 1. quæ tamen ſubſecuto jure gentium occupata & in certa dominia fuerunt diſtincta. *l. ex hoc jure. ff. de juſtic. & jur.* ſublatâ videlicet poſt lapſum communione bonorum. Exempli loco ſint animalia manſueta, quæ abſq; dubio fuerunt ab initio communia, in uſum omnium omninò hominum creata, an ergò hodiè etiamnum ea occupari poterunt? quod diſtinctio dominiorum prohibet. Littus quoque maris commune eſt, *l. quædam. ff. de rer. diviſ.* & tamen proprium fit ejus, qui illud occupat. *l. quod in littore. ff. de acquir. rer. domin.* Et Uſus fluminis publicus, qui tamen præſcribitur etiam à privato, qui ſæpè alios ibi piſcari prohibuit, *Matth. Weſembec. in* §. *flumina. Inſtit. de rer. diviſ.* Et quidnam eſt in univerſo terrarum orbe, quod non cum omnibus gentibus fuerit commune. Attamen jure gentium, diſcreto populo omnium rerum dominia diſtincta ſunt, *l. ex hoc jure. ff. de juſt. & jur.* Cur ergò non æquè jus venandi, quod ſimiliter ab initio cum omnibus gentibus commune fuit, occupando Principes aliique Primores in ſuis territoriis ſuo dominio adjicere potuiſſent, *Heinric. Bocer. in tract. de Regalib. cap.* 1. *numer.* 58. *Henning.* Arniſ. *de jur. Majeſt. minor. cap.* 3. *numer.* 4. *Pruckman.* §. *Venatio.* Cap. 4. Chaſſan. *ad conſuet. Burg. rubr.* 13. §. 2. *nu.* 13. *verſ. & quia dicitur &c.*

8 Quamvis etiam cum Theologis dici poſſet, dominatum *Gen.* 1. *verſ.* 26. *&* 28. omnibus hominibus conceſſum nil aliud ſibi velle, quàm ut omnes beſtiæ, quantumvis crociſſimæ hominem tamen metuant, & expaveſcant, eumque

ceu dominum ſuum reſpiciant, quod comprobatur ex *verb. verſ. 2. Geneſ. 9. Et terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ, & ſuper omnes volucres cœli, cum univerſis quæ moventur ſuper terram, &c.* ubi notavit Lucas Oſiander, humano generi reſtitui ex parte dominium in creaturas, ita ut magnarum virium beſtiæ aſpectum hominis fugiant, & pro arbitrio hominis ſe tractari permittant.

9 Neque de jure gentium feræ beſtiæ, volucres, ceteraque animalia eo modo omnium dicuntur communia, quòd in communi omnium dominio poſita cenſeantur, ſed quod nullius dominio ſint ſubjecta, qualia Princeps optimo jure certo hominum ordini attribuere poteſt, *Didac. Covarr. in c. peccatum. part. 2. relect.* §. 8. *num. 1. de Reg. Jur. in 6to.* Johann. *Harpprecht. ad* §. *feræ. 12. num. 104. Inſt. de rer. diviſ. Arniſ. dict. cap. 3. nu.* 4.

10 Ac licet Princeps in genere jus gentium tollere & in totum abrogare nequeat; ex parte tamen eundem à jure gentium recedere, illi modò quid addere, modò detrahere, vel etiam ex legitima & rationabili cauſa id limitare ac temperare poſſe, expeditum eſt, *arg. l. jus civile. 6. ubi Dd. ff. de juſt. & jur. Harppr. dict.* §. *fer. num. 103. ubi & Vult. num. 10. Knichen. de Saxon. non provocand. jur. c. 5. num.* 181.

11 Nequaquam igitur jus venandi feras beſtias in prædiis ſuis injuria privatis ademptum fuiſſe putandum erit, utpotè quibus rationabili ex cauſa jus ſuum auferre Principi fas eſt, *l. item ſi verberatum 15.* §. 2. *ff. de Rei vendicat. l. Lucius. 1. ff. de evict.* Juſtiſſimas vero cauſas anſam dediſſe prohibitioni venationis, dubitare non debemus *Zoannet. in tract. de dupl. venat. num. 42. & ſeqq. & ad l. 2. C. de pact. inter emt. & vendit. num.* 145. Matth. W*eſemb. in parat. ff. de acquir. rer. domin. n. 7. Petr. Heig. part. 1. quæſt. 15. nu. 33. & ſequentib.* Petr. *Gilken. in repet.* §. *feræ. num. 27. & ſeqq. Inſt. de rer. diviſ.* Pruck*man. in* §. *venatio. cap. 4. n. 5. & ſeqq. Johan.* Harppr. *dict.* §. *feræ. n. 93. & ſeqq. Fachin. lib. 1. controverſ. jur. cap.* 1.

12 Quas ſi quis ſcire cupiat, is cogitet. *Primò:* Venationem tot requirere inſtrumenta, retia, laqueos, canes, tot ſervos, ut vix quiſquam ex plebe abſque ſingulari diſpendio & maximo incommodo iis ſufficere poſſit. Hinc ſcilicet Epiſcopis venatione interdictum, ne bona pauperum in venatores & inſtrumenta, quorum ad venandum magnus apparatus neceſſarius eſt, profundant. P*etr. Gregor. lib. 3. de Republ. cap. 17. n.* 7. Hocque Poetæ per Actæonis fabulam docent, quando à propriis canibus laceratus fuit, quod nempè in eos omnibus opibus ſuis conſumptis, tandem ſuo ſtudio perierit, H*enning. Arniſ. de jurib. Majeſt. minor. cap.* 4. *n.* 7.

13 *Secundò:* Negari vix poteſt, permiſſionem venationis indifferentem quoddam eſſe avocamentum ab operis & laboribus neceſſariis & quotidianis, ab agri & vini cultura, adeoque totà vita ruſtica; à quâ neminem abduci Reipublicæ intereſt. Unde & illi qui pro ferarum communi venatione diſputant, ruſticis eam haud concedendam eſſe volunt, quod converterent eam in compendium lucri, & negligentiores fierent ad agriculturam, *Auth. agricultores. C. quæ res pignor. l. 1. & 2. ff. de fer.* Matth. W*eſembec. in parat. ff. de acquir. rer. dom. num.* 7. Seb*aſt. Medic. in tract. de venat. 1. quæſtion. 5.* Johann. *Harppr. in* §. *feræ. 12 numer. 98. Inſtit. de rer. diviſ. Fach. lib. 1. controv. jur. civil. cap. 1. verſ. ſexta eſt cauſa.* Henning. *Arniſ. de jurib. Majeſt. minor. cap. 4. numer. 7. pag. 531.* P*ruckman. de Regal.* §. *venatio. cap. 4. num. 17.* 18. *Guil. Bened. in c. Rainut. in verb. Et uxorem. nu. 899. in fin. & num. 900.* Quod ſi ergò ruſticis venatio juſtè adimi queat, quid impedit, quo minus ex cauſa pariter probabili omnibus privatis prohiberi poſſit.

Ponderandum & hoc, quod ut plurimum homines venationi nimium dediti, efferentur, nec raro cum venatione unà exerceant deprædationem, quoniam duo hæc ſtudia valdè confinia facit *Ariſt. 1.* Pol. *c. 8.* Et *Virgilius lib.* 7. *Æneid.* hoc epitheto. 14

Horrida præcipuè cui gens aſſuetaque multo
Venatu nemorum.

15 Undè in ſacris literis Tyrannis adjicitur nomen venatorum, ut Nimrodo. *Geneſ. 10.* Eſau. *Geneſ.* 25. Cui opponitur ſimplicitas Jacobi, qui venationibus deditus non fuerat. Et P*ſal. 191.* ait Propheta*: Ipſe liberabit me de laqueo venantium.* Et P*ſal. 124. Anima noſtra, ſicut paſſer, erepta eſt de laqueo venantium.* Nec non apud Jeremiam *cap. 16.* minitatur Deus*: Mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cavernis petrarum &c.* Ut forſan non male dixerit *Hieron. in* P*ſalm. 90 verſ. Sperabo in Domino &c. Non invenimus in Scripturis Sanctis, ſanctum aliquem venatorem,* Pi*ſcatores invenimus ſanctos. c.* E*ſau.* Di*ſtinct. 86. c. quorundam. Diſtinct.* 34. Quis ergò vel ex hâc ſolùm cauſa, Venationem, quæ & aliàs abſque armorum & tormentorum uſu exerceri vix poteſt, privatis juſtiſſime ademtam eſſe negaverit.

16 *Quartò*: Taceo, quod, ſi cunctis indiſcriminatim hominibus conceſſus eſſet venationis uſus, brevi temporis ſpatio ferarum ſpecies omninò depopularentur, quas tamen ſervari publicè refert, H*arppr. dict.* §. *feræ. n. 98. Inſtit. de rer. diviſ. & acquir. ipſar. domin.*

17 *Quintò:* Accedit, quod Principes pro ſalute ſubditorum noctes & dies moleſtias ſubire teneantur, ut inquit *Seneca in* C*onſolat. ad* Po*lyb. cap. 26.* O*mnium domos Cæſaris vigilia defendit, omnium otium illius labor, omnium delitias illius induſtria, omnium vacationem illius occupatio &c.* Unde Sacræ literæ Moſen vocant hominem, omnium qui vivunt miſerrimum (**einen wolgeplagten Menſchen**/) eò quod totius Regiminis moles illi ſoli incumberet. Quis ergò Principibus invidere vellet leviculam venationis voluptatem, quam ipſis remunerationis loco concedi ſumma æquitas poſtulat, ut ſicuti ij periculis & moleſtiis ſoli expoſiti ſunt, ita recreandi animum facultatem præ cæteris habeant, H*enning. Arniſ. dict. cap.* 4. Præſertim cum venatio Principum genio maximè conveniat,

ſpeciem non parvam fortitudinis præ ſe ferat, & ſimilitudinem quandam cum re bellica teneat, Herman. *Lather. de cenſ. lib.* 1. *cap.* 13. *numer.* 2. *Petr.* Heig. *part.* 1. *quæſt.* 15. *Chokier. in Theſaur. Polit. lib.* 5. *cap.* 20. *Andr. Tiraquell. de Nobil. cap.* 37. *numer.* 139. *Gail. lib.* 2. *obſervat.* 67. *num.* 1.

18 Ob haſce, aliasque cauſas Principes jus venandi ſibi ſolis juſtiſſimè, opinor, vindicant, maximè cum & generalis conſuetudo id iis permittat, & ipſi contra ſubditos à tempore cujus memoriæ principium non extat prohibendo, actusque venaticos exercendo poſſeſſionem acquiſierint, *Zoannet. de duplic. venat. num.* 79. *& ſeqq. Noe Meurer* **in Forſtrecht.** *lib.* 2. *tit.* 1. *Matth.* W*eſembec. in paratit. ff. de acquir. rer. domin. num.* 7. F*ach. lib.* 1. C*ontrov. cap.* 1. *Sebaſt.* Medic. *de venat. piſc. & aucup. part.* 1. *quæſtion.* Henric. *Bocer. in tract. de Regalibus cap.* 1. *numer.* 63. Herm. *Vultej. in* §. *feræ. numer.* 10. *Inſt. de rer. diviſ.* Henning. *Arniſ. de jurib. Majeſt. minor. c.* 4. *nu.* 9. *Petr.* Heig. *dict. quæſt.* 15. *num.* 50.

19 Nec eſt quod de titulo & bona fide præſcriptionis hujus ſoliciti ſimus; cum titulus in præſcriptione immemoriali non requiratur, *c.* 1. *c. ſi diligenti, de præſcript. in ſexto. Didac.* Covarr. *in cap. poſſeſſor. part.* 2. §. 3 *numer.* 6. *de Reg. jur. in ſexto* Mynſing. *centur.* 1. O*bſervat.* 30. *Molin. in Conſuetud. Pariſienſ.* §. 7. *num.* 12. Nec bona fidei probatio neceſſaria ſit, niſi conſtet de mala, ſiquidem in dubio bona fides ſemper præſumitur, *c. ſi diligenti. c. ſanctorum. c. fin. de præſcript.* A*lciat. de præſumpt. Reg.* 3. *præſumpt.* 4. Quamvis dum Principes à Majoribus ſuis jure hereditario hoc venandi jus acceperint, titulum pro herede illis prodeſſe exiſtimet H*enric. Bocer. de Regal. cap.* 1. *n.* 64.

20 Quin nec hâc in quæſtione juris civilis definitionibus & regulis præſcriptionum inhærendum, ſed argumenta firmiora ex politicis & hiſtoricis monumentis eruenda ſunt, ut pulchrè monet *Petr.* Heig. *part.* 1. *quæſtion.* 15. *numer.* 51.

Hanque præſcriptionem ſatis innuunt verbis D. Auguſti Electoris in mandato adverſus temeratores venationum promulgato, *ſub dato Dreſd.* 10. O*ctobr.* 1584. *verſ.* **Wenn nun.** Ibi: **Zu mercklicher Verwüſtung unſerer Wildtfuhren/ damit unſere löbliche Vorfahren und Wir von Römiſchen Käyſern und Königen ſtattlich belehnet/ die auch Sie und Wir mit höchſtem Fleiß unnd groſſem Vnkoſten vor unſer/ deß Landesfürſten/ eygen Gut geheget/** *&c.* Et *poſtea:* **Vnd aber in Krafft deß über viel undencklichen Zeiten im gantzen Heiligen Römiſchen Reich Teutſcher Nation/ und andern Königreichen und Landen hergebrachten verjährten Gebrauchs niemand gebühret in zugerichteten un̄ gehegten Wildtbahnen und Wildtfuhren der Landesfürſten / oder anderer welche mit ſolchen Wildtfuhren berechtiget zu Nachtheil zu Jagen/ vielweniger aber ihr geheget/ befriediget und hochverbotten Wildtprät durch ſolch heimlich ſchieſſen und Niederſchlagen Dieblich zu entwenden/ unnd abzuſtehlen/** *&c.*

21 Quæ cum ita ſe habeant, quis adeò temerarius eſſet, ut non movenda movere, aut tamdiu poſſeſſa invitis Principibus ac Dominis extorquere vellet, quod nihil aliud profectò eſſet, quâm revangere mundum. In tota ſiquidem ferè Germaniâ, non ſolùm Imperator & Electores, ſed & reliqui Principes, Comites, Barones & Status Imperii (ut qui in territoriis ſuis Imperatorem repræſentant, idemque poſſunt, quod Cæſar in Imperio, juxta Politicorum axioma, de quo W*aremund. ab Erenberg. de ſubſid. regni. c.* 15. *num.* 15. *Pruckman. in* §. *ſoluta poteſtas. cap.* 4. *membr.* 3 *effect.* 10. *num.* 22. *Bornit. de majeſt. cap.* 14. *Rutger. Ruland. de commiſſ. lib.* 5. *c.* 4. Thomas *Michael. de juriſdict. concluſ.* 45. *Caſp.* **Glock** *de contrib. concl.* 8. *Chriſtoph. Beſold. lib.* 1. *Polit. cap.* 9. *Nicolaus Betſius de pact. famil. Illuſtr. pag mihi.* 433 Johann. *Borch. ad cap. un. quæ ſint regalia, numer.* 60. *Andr. Gail. de pac. publ. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 10.) in ſuis ditionibus & territoriis jus venationis non minus atque cætera jura territorialia ſoli, privatis ac ſubditis excluſis poſſident atque uſurpant, quod vulgò dicitur **die Wildtbahn/** hoc eſt, Bannum ferinum.

22 A quo differt jus Foreſtale, , **das Forſt-Recht/** quod conſiſtit in cura ſylvarum & nemorum, quæ duo unum totum conſtituunt, quod vulgò appellari ſolet, **Forſtliche Obrigkeit/** *Henric. Bocer. in tract. de Regalibus, cap.* 1. *num.* 69. M*atth.* W*eſembec. in paratit. ff. de acquir. rer. domin. num* 7. *Petr. Heig. part.* 1. *quæſtion.* 15. *num.* 20. *&* 39. *Hieron. Schurff. conſil.* 1. *centur.* 3. *Modeſt. Piſtor. vol.* 2. *conſil.* 14. *quæſtion.* 2. *num.* 23. ubi eleganter inquit: **Ob gleich das Jagen** jure gentium facultatis **ſeyn mag/ daß es dennoch an vielen Orten/ und faſt in gantzen Teutſchen Landen darzu kommen/ daß man die Jagt auch vor eine Gerechtigkeit achtet/ wie denn der Käyſer/ Chur- und Fürſten in jhren Lehenbrieffen die Jagten vor eine ſonderliche Gerechtigkeit/ und ſolche Herligkeit die nicht einem jeden erlaubet/ pflegen zuverleihen/ denn wo ſolches einem jeden frey ſtünde/ ſo wäre es ohne Noth in die Lehenbrieffe zu bringen** *&c. Hactenus Piſtor.*

23 Idque adeò verum eſt, ut hoc ipſum venationis jus haud ineptè inter Regalia referatur. Quod licet alii negare non vereantur. *Andr. Tiraquell. de Nobilit. cap.* 37. *num.* 150. *Matth. Weſemb. in paratit. ff. de acquir. rer. domin. num.* 7. *circa fin. Herman. Vultejus de feud. lib.* 1. *cap.* 5. *Johan. Harppr. ad* §. *feræ. num.* 134. *& ſeqq. Inſtit. de rer. diviſ. Henr. Bocer. de Regalib. cap.* 1. *num.* 30. *& ſeqq.* In quam ſententiam quidam propterea ſunt procliviores, quod nulla omninò fiat mentio venationis *in cap. un. quæ ſint Regalia.*

24 Attamen ſi in clara luce oculos claudere noluerimus, nihil verius, nihil manifeſtius eſſe, ait Petr. *Heig. part.* 1. *quæſtion.* 15. *num.* 44. quàm venationem inter Regalia eſſe referendam. Pro cujus confirmatione adducit illud, quod ſcribit *Carolus* Sigonius *de Regn. Ital. lib.* 13. Fridericum I. Imperatorem Gvidoni Guerræ Comiti in Hetruria cum bonis etiam Regalia conceſſiſſe, & inter cætera expreſsè nominata Regalia etiam venationes. Et niſi ita eſſet, quotidianus ſaltem uſus, *inquit* Heigius. *dict. quæſtion.* 15. *num.* 46.

num. 46. diverſum ſentientes confutaret, dum paſſim non niſi pro beneficio Regali aut Principali venationes æſtimantur, & nemini venari etiam in ſuo, licet, niſi cui id nominatim eſt conceſſum; Conſentientibus *Andr. Knichen de Electorum & Ducum Saxoniæ privileg. provoc. in verb. Ducum Saxoniæ cap. 5. ſub titulo:* **Wälde/Wildtbahnen/Jagten.** *pag. 139. Matth.* Stephan. *de juriſdict. Imper. Roman. lib. 2. part. 1. cap. 7. nu. 444. Thom. Michael. de Jurisdict. Imper. Roman. Concluſ. 51. Chriſtoph. Beſold. Diſputat. Polit. 3. Claſſ. 1. Jacob. Schult. in addit. ad* Modeſt. *Piſtor. part.* 1. *quæſt. 15. n. 16. lit. B.*

25 Adeoque privati ac ſubditi venationem exercentes, & feras beſtias capientes pœnam haudquaquam effugient. Quæ an ultimum ſupplicium eſſe debeat, multum diſputant ac controvertunt Dd. ut ex iis apparet, quæ congeſſit *Fachin. lib. 1. controverſ. juris cap.* 1. A*ndreas Knichen. in commentario de* Saxon. *non provocand. jur. cap. 5. num.* 205. *& ſeqq. Petrus* Heigius *dict. quæſtion* 15. *numer. 71. & ſeqq.* ubi communiter hæc duo confundunt: An ſcilicet, nulla certa pœna in temeratores jurium Principalium circa venationes ſtatuta, ultimo ſupplicio ij affici debeant; Et an Principes Imperij mortis ſupplicio venationes ſuas vindicare, hoc eſt, mortis pœnam lege certa definire, ac poſtea tranſgreſſoribus & venatoribus eam irrogare queant? Quæ tamen ab invicem exactè ſunt diſtinguenda.

26 *Quænam pœna ſint afficiendi temeratores venationum?*

Quoad prius enim, ſi certum aliquod genus ſupplicii in furto beſtiarum ferarum ſtatutum non fuerit, non poſſunt non aſſentiri *Interpp.* qui communiter ſtatuunt, venationem prohibitam exercentes pecuniariis ſaltem; aut corporalibus pœnis coerceri debere; At propter feram necatam capite mulctari hominem, indignum & inhumanum exiſtimant *Franciſc. Zoannet. de dupl. venat. num. 99. & in l. 2. . numer. 192.* C. *de pact. int. empt. & vendit. Frid.* Pruckmann. *de Regalib. §. venatio. num. 62. & ſeqq. Matth.* W*eſembec. in parat. ff. de acquir. rer. Domin. num. 7. in fin.* Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 15. nu. 72. Henning. Arniſ. de jurib. majeſt. min. cap. 4. Henric. Bocer. de Regalib. cap. 1. num. 72.* J*ohann. Harppr. in dict. §. feræ. 12. num. 308. Inſtit. de rerum. diviſ. & acquir. ipſar. domin. Eberhard. Speckh. cent. 1. quæſtion. 68. num. 2. & 15. Johan. Schneidvvin. in §. feræ. Inſtit. de rer. diviſ. num. 10.*

27 *Primò:* Etſi enim contra prohibitionem venationem exercentes, & feras beſtias capientes, fures vulgo appellari ſoleant; **Wildtprats-Dieb/oder Wildtprätsbeſchädiger**; Veriſſimum tamen eſt, furtum ab iis propriè non committi: ſiquidem furtum eſt contrectatio frauduloſa rei alienæ *&c. furtum. 1. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſcunt. l. 1. §. ult. ff. de furtis.* Feræ autem beſtiæ in alterius ſylvâ, vel territorio naturali libertate vagantes, neque Principis, ut ſylvæ Domini, ſunt, nec alterius cujuſdam privati, ſed nullius dominio ſubjectæ cenſentur. Ideoq; nec furtum in iis committitur, *l. 1. §. 1. l. 3. §. item feras. ff. de acquir. poſſeſſ. l. 1. l. 3. l. 5. §. 1. ff. de acquir.* 28 *rer, domin. Henning. Arniſ. dict. cap. 4. nu. 3.* Non enim de iis hic quæſtio eſt; qui feras vivario incluſas capiunt, quos furtum perpetrare, pœnamque furti incurrere facillimè conceſſerim; quum tales feræ ab includente poſſideantur, ejuſque dominio ſubjectæ intelligantur, *dict. l. 5. §. 1. ff. de acquir. rer. domin. l. 3. §. item feras. ff. de acquir. poſſeſſ. l. uſufructuariũ. 62. §. 1. ff. de uſufruct.* Nata *conſ. 375. nu. 9. vol. 2. Zoannet. de dupl. venat. numer. 100. cum ſeqq.* A*ndr. Gail lib. 2. obſervat. 68.* Sed de hiſce ſolummodò hîc controvertitur, qui feras beſtias in ſylvis & nemoribus vagantes venantur & capiunt: quos præter rationem antea dictam nec furtum committere, nec ad reſtitutionem ferarum captarum obligari, pluribus probat *Georg. Mor. in tract. de jur. venand. cap. 3. part. 1.* Quod ſi ergò ab hiſce venatoribus furtum commiſſum non fuerit; utique nec ſuſpendij ſupplicium, aliamve pœnam mortis iis irrogandam eſſe, ſequitur.

29 *Secundò:* Concordat cum hac ſententia Jus Saxon. *in artic. 61. lib. 2.* **Landrecht.** in verb. init. **Da Got den Menſchen geſchuff/ da gab er jhm Gewalt über Fiſch und Vögel/ und über alle wilde Thier/ darumb haben wir deß Vrkundt von Gott/ daß niemand ſeinen Leib an dieſen dreyen verwircken möge/** *&c. ubi gloſſ. germã. nu.* 2. Quod & tum temporis Summo defenſori juris Saxonici, Illuſtriſſimo Electori D Auguſto placuiſſe, luculenter patet ex C*onſtitutione 7. inter eas quæ publicè non ſunt editæ*, ubi multiplex pœna, ut fuſtigationis, amputationis manus, perpetui carceris, relegationis, & extenſionis membrorum (quam Italico idiomate vuldò *tratto di corda* appellitare ſolent) in fures beſtiarum ferarum ſtatuitur, quos tamen ne quidem ob reiterationem delicti ultimo ſupplicio puniri voluit Legislator Illuſtriſſimus.

30 T*ertiò:* Quia nuſpiam mortis pœnâ in venationum temeratores animadvertendum eſſe, diſpoſitum reperitur. Ideoque nec tantam pœnam temerè & abſque juris authoritate delinquenti irrogare licet, inprimis in foro Saxonico, quo pœna, jure Saxonico non definita, haudquaquam reo eſt imponenda, *Gloſſ. in artic.* 84. *lib. 3.* **Landrecht.** in verb. **Tödtet ein Mann ſeinen Herrn.** *num. 3.* ibi. **Es ſagen aber** *&c.* Ac licet adverſus venatores competat actio injuriarum, 31 *l. injuriarum. 13. §. ult. ff. de injur.* quæ extra ordinem criminaliter intentari ſolet, *§. pœna autem & §. in ſumma. Inſtit. de injur.* Ad mortem tamen propterea extendenda ea non eſt, *l. hodie. 13. ff. de pœn. Harppr. in dict. §. feræ 12. num. 305. Inſt. de rer. diviſ.* Siquidem, ut Seneca *libr. 2. de beneſic. cap. 16.* ait: *tenendus eſt ubique modus, æquè peccat quod excedit, quàm quod deficit.* Neque hoc delictum tantum ac tale eſſe videtur, ut arbitrariam pœnam ad mortem uſque extendere liceat. Quin & iniquum & rationi diſſentaneum eſſet, pro bellua aliqua capta, hominem ad Dei imaginem creatum, & Chriſtianum Salvatoris Chriſti membrum protinus mactari, morteq; plecti, *Zoannet. de dupl. venat. num. 99. Pruckman. dict. §. venatio. n. 62. & ſeqq.*

32 *Eamq; ſententiam tenent indubitatam atque ſequuntur Dn. Scabini extra Electoratum Saxon. pronunciantes. Sicuti in caſu ferarum aliquot beſtiarum in ſaltibus & ſylvis Ducum Saxon. Altenburgenſium captarum, ultra fuſtigationem ſeverius aliquod ſupplicium Reo dictare non auſi fuere in hunc modum reſpondentes*: So wird der Gefangene derowegen / daß er unterſchiedene viel Rehe / Wild und Schweine in der Herrſchafft Altenburgk Gehöltze geſchoſſen / nach gemeinem Schluß der Rechtsgelehrten öffentlich billich zur Staupen geſchlagen / und darauff nach erlittener und außgeſtandener Leibesſtraff der Hertzogen zu Sachſen Altenburgiſcher Linien / Vnſerer gnädigen Fürſten und Herren / Landen ewig verwieſen / V. R. W. *Ad conſultationem Quæſtoris* in Liechtenburgk / *Menſe Junio, Anno 1612.*

Q. 3. Num Princeps pœnam ſuſpendij adverſus temeratores venationum certa lege vel ſanctione decernere queat, id quod in Electoratu Saxon. factum videmus?

33 Et hæc quidem veriſſima ſunt ſi nullâ certâ pœnâ in fures beſtiarum ferarum ſtatuta arbitrio judicis relictum fuerit, quonam ſupplicio in eos animadvertere velit. Illud autem majorem difficultatem videtur habere: *An Princeps mortis pœnam adverſus temeratores venationum certa quadam lege ac ſanctione decernere, eamq; poſtea transgreſſoribus irrogare queat.*

Qualem ſanctionem promulgavit in Electoratu Saxoniæ D. Auguſtus Elector peculiari quodam affixo mandato *Menſe Octob. Anno 1584.* In quo hæc verba habentur: **Als ordnen und ſetzen wir auß Landesfürſtlicher Obrigkeit und Macht hiemit / daß nun hienfüro die Straf- 34 fe der Wildtprädts-Diebe und Schützen / auch derer ſo dieſelbe hauſen / hegen / oder jhnen wiſſentlichen einigerley Weiſe Vnterſchleiff geben / in unſern Landen der Galgen ſeyn ſol / *&c.* Et §. Würde ſich aber. Ibi: Würde ſich aber jemand deſſelben hierüber unterſtehen / und darob betretten / oder daſſelbe ſonſten über jhnen außfündig gemacht / der ſol zu ernſten hafften und ins Gefängnüß gebracht werden / und wo er nichts mehr verbrochen / denn das Wildtprät geſchoſſen oder niedergeſchlagen / als ein öffentlicher Dieb unſers gehegten unnd befriedigten Wildtpräts mit dem Strange vom Leben zum Tode gerichtet werden / *&c.***

35 Iniquum fortaſſis ac nimis rigoroſum hoc mandatum Electorale videri poſſet, ſi crederemus *Alphonſo à Caſtro lib. 1. de poteſt. legis pœnalis c. 6.* Tyrannos appellitanti eos, qui morte mulctari jubent quenquam ob interfectum cervum, pluris beſtiam quàm hominem æſtimantes. Quâ de re ita ſcribit *Sarisber. in Poly. lib. 1. c. 4.* In tantam quoſdam vanitatis venatoriæ inſtinctu erupiſſe veſaniam, ut hoſtes naturæ fierent, conditionis ſuæ immemores, divini judicij contemptores dum in vindicta ferarum imaginem Dei exquiſitis ſubjungant ſuppli- 36 ciis, *&c.* Hæcque cauſa eſt, quâ vulgò commoti *Interpp.* docent, Principem haudquaquam mortis ſupplicio venationes ſuas vindicare poſſe, *Andr. Gail. lib. 2. obſervat. 98.* Matth. W*eſemb. in paratit. ff. de acquir. rer. domin. num. 7. Pruckman de Regal. § venatio. cap. 4. num. 63. Andr. Tiraquell. de Nobilit. cap. 37. num. 150. Henning.* Arniſ. *de jurib. Majeſt. minor. cap. 4. nu. 3. Petr.* Heig. *part. 1. quæſt. 15. num. 74.* Henric. *Bocer. de Regalib. cap. 1. nu. 72. Georg.* Mor. *de jur. venat. part.* 1. *c. 4. n.* 4. *Soto de juſt. & jur. lib.* 4. *quæſt. 6. art. 4. Navarr. in Manual confeſſ. cap.* 17 §. *11. nu.* 221. Et ita perſuaſi *Jacob. Themingius* aliique tradunt, nunquam fas eſſe judici hoc delictum gravius quàm exilio punire, dubitantes, utrum *Chriſtoph. Zobelius in reſtit. Speculi Saxon.* rectè tribuerit Scabinis Lipſenſibus, quod ſecuti mandatum Electorale Anno *1559.* venatorem quendam ad furcam condemnarint. *Aut. Conſult. Conſt. Saxon. part. 4. cap. 8. tom.* 1.

Utq; veritatem fatear, res hæc omni ſcrupulo 37
non caret. Quæ enim, quæſo, proportio eſt inter feram beſtiam & vitam hominis, ad imaginem Dei creati, ac ſanguine Chriſti redempti? Quiſnam beſtiam tanti æſtimabit, ut hominem ob interfectam eam vitâ privandum eſſe exiſtimet? Id quod neutiquã admittit juſtitia diſtributiva, quæ ſupplicium æquale peccato, ac inter delictum & pœnam proportionem eſſe vult, *l. ſervos. 8. C. Leg. Jul. de vi publ. 3.* C. *de Epiſc. audient. l. capitalium. 28. §. Solent. ff. de pœn. c. non afferamus. 24. quæſt. 1. Hippol. de* M*arſil. in l. 1. n. 226. C. de rapt. virgin. Nicol. Reuſn. lib. 2. deciſ. 20. n. 8.* Proſp. *Farin. in prax. crim. lib. 1. tit. 3 quæſt. 19. n. 5.*

Sed abſit, ut Chriſtianiſſimum Electorem 38
noſtrum D. Auguſtum iniquitatis, aut nimii rigoris arguamus, quem potiùs omni cultu & honore debito modo reveremur, quemque pietatis & clementiæ encomium præ aliis reportaſſe, luculenter teſtantur Conſtitutiones, Mandata & Reſcripta. in Eccleſiaſticis pariter, atque ſecularibus rebus juſtiſſima, æquiſſimaque edita & promulgata Quare ut piiſſimi Principis laudes ab injurioſa iniquitatis ſuſpicione vindicentur, mandatum ſeu conſtitutionem hannce pœnalem ratione pariter & æquitate niti, intrepidè affirmare atque probatum dare, cogit me ipſiſſima rei veritas.

Primò: Ante omnia verò monendum hoc, 39
anteriori tempore ab Electore prædeceſſore D. Mauritio, nec non poſtea ab ipſomet D. Auguſto, varia reſcripta & mandata contra venationũ temeratores edita, variasque pœnas arbitrarias & corporales fuiſſe definitas, quarum quum neutra ad coercendum malitioſorum hominum petulantiam, & effrenandam rapacitatem ſufficere videbatur, hominibus privatis, abſque metu pœnarũ ſtatutarum prohibitam venationem exercentibus, ferasq; beſtias capientibus, ac ſaltus & nemora deprædantibus, ut ex *verb. initial. dict. Conſtit.* manifeſtum eſt, æquiſſimum viſum fuit Electori, ſeveriorem aliquam, & quidem mortis pœnam, tranſgreſſoribus mandatorũ Electoralium decernere: non tàm ad jura venationum cõſervanda ac retinenda; quàm ad honorem & reputationem ab injuria & inobedientia vindicandam.

Nec, uti opinor, ſine ratione urgenti. 40
Quippe tranſgreſſio Legis & contemptus Principis tale peccatum implicat, quod vel ſolùm mortis ſupplicio coerceri debet, autore ipſo Deo Summo Legislatore *Deuteron. 17. verſ. 12.* ibi: *Qui ſuperbierit nolens obedire Sacerdotis Imperio aut Judici, moriatur vir ille, & auferas malum*

de Iſrael, &c. Quin & ejuſmodi contemptus & tranſgreſſio crimini idololatriæ ac ſortilegij, quod abſque dubio omnium graviſſimum eſt, comparatur 1.*Sam.15.v.23.* Ut dubium prorſus non ſit, quin etiam pœna graviſſima ac mortis ſupplicio contemptus ille puniri debeat. Adeoq; in mandato hoc Electorali non tàm ratio captarum ferarum, quàm tranſgreſſionis legis atque contemptus habetur. Quò etiam verba D. Chriſtiani II. Electoris in renovatione hujus Sanctionis reſpiciunt: Wir auch ohne das von GOtt dem Allmächtigen darumb das Schwerdt und Ampt der Obrigkeit tragen/ daß wir uns von niemand in unſern Landen trotzen/ verachten und widerſtreben laſſen ſollen/ *&c.* Et paulo poſt: Wir auch den Gehorſam und gebührende Furcht gegen Vns in unſern Landen durch allzuviel Lindigkeit unnd Nachſehen nicht ſchwächen laſſen können/ *&c.* 41 Ex quo facilè corruit ratio in contrarium ante adducta, quod ſcilicet nulla ſit proportio inter feram beſtiam, & vitam hominis: quodq; iniquiſſimum ſit propter feram captam & interfectam, hominem necari. Siquidem, uti modo dictum, non tàm ratio hîc ferarum, quàm contemptus & deſpectionis Principis habenda: neq; tàm ſubjectum in modo pœnæ, quàm legis tranſgreſſio conſideranda eſt. Quæ niſi ſeveriori ſupplicio vindicetur, facilimè fulcrum Reipublicæ labefactare poſſet. Quin & hancce transgreſſionem graviter ac mortis pœnâ coercendam eſſe, ex textibus Biblicis *Deut.17.verſ.12. 1.Samuel.15.verſ.23.* antea demonſtravi.

42 *Secundò*: Referenda huc eſt Sanctio Carolina *in articul.159.& 160. Ordin. Criminal.* nec nō *Conſtit. Elect.32.part.4.* quæ fures ob furtum, etiam rei minimæ, valorem quinque ſolidorum excedentis, laqueo ſuſpendi jubent. Quæ proportio, quæſò, hîc eſſe poterit inter quinque Ducatos Ungaricos; & hominem, qui nullo pretio æſtimari poteſt; nihilominus tamen pœna hæc ſuſpendij jure approbata eſt & juſtiſſima habetur, ut ſatis ſuperque demonſtravi *ſupra quæſtion. 77.* Nimirùm Magiſtratui permiſſum eſt, ob rationem urgentem ſupplicium exaſperare, & pœnam duriorem adverſus homines ferociores decernere, *l. aut facta. 16. §. fin. de pœnis.* & malo nodo durus quærendus eſt cuneus: Quod enim medicamenta morbis præſtant & corporibus, hoc exhibent jura Reipubl. & negotiis *Novell. 111. in pr. Ventur. de Valent. in parth. litigioſ. lib. 2. cap.12. numer. 28.* Quod ſi ergò Magiſtratus ob hominum perverſitatem & rapacitatem, in fures rerum, atque bonorum temporalium pœnam mortis juſtè ſtatuerit; quare hanc ipſam, ob rationis identitatem, ad fures beſtiarum ferarum extendere non poſſit, certè non video. Eamque cauſam non parum Illuſtriſſimum Conſtituentem ad ſanciendam hanc pœnam commoviſſe, ex verbis Electoralis mandati. §. Wenn nun. *in fin.* apparet. *ibi:* Wie dann ſolches ohne das gemeines Rechtens iſt/ wenn ſolche böſe ſträffliche Vnthaten zu ſehr einreiſſen unnd überhand nehmen wollen/ daß man andern zum Abſchew auch die Straffen erhöhen und ſchärffen möge/ und darumb zu Erhaltung unſerer Wildtbahn und Verhütung obbemeldter Diebiſchen und Räuberiſchen Begünſtigung die höchſte Nothdurfft erfordert/ weil ſolche Mißhandlungen in unſerm Churfürſtenthumb und Landen ſehr überhand nehmen/ daß dawider ein hohe ernſte Straffe verordnet/ und andern zum Abſchew an den Verbrechern exequiret werde/ *&c.*

43 *Tertiò*: Cumprimis verò omne dubium perimit intentio Illuſtriſſimi Legiſlatoris, cui nequaquam furtum beſtiarum ferarum ſolùm ac principaliter hoc mandato pœnali coercere, & jura venationum tueri; ſed potiſſimùm tranquillitatem & pacem publicam ſartam, tectamque conſervare, animus fuit. Rariſſimè namque ejuſmodi venationes prohibitæ, & deprædationes ferarum abſq; armis & propoſito necādi impedientē & prohibentem, exercentur & peraguntur: Id quod experientia ſatis teſtatur. Unde fit, quod ejuſmodi furta ferarum beſtiarum ut plurimum cum violatione pacis publicæ ſint conjuncta, quæ etiam ex ſanctione Carolina *artic. 159.* In verb. So iſt in dem Diebſtal/ der mit Waffen geſchicht einer Vergewaltigung und Verletzung zubeſorgen/ *&c.* Et *artic. 100. Ordin. Criminal.* laqueo ſupplicij puniri jubentur. Taceo, quod & aliàs violatores pacis publicæ pœnam mortis incurrunt, *Receſſ. Auguſt. ſub Imper.* Ferdin. I. *Anno* 1555. §. Wir ſetzen/ ordnen/ *verſ.* wo ſie in Gefängnuß kommen/ *&c. Ordin. Criminal. artic. 128. & 129. Ordin. Provincial. Saxon. Elect. p. 66. artic.13. lib.2.* Landrecht. *Conſtit. Elect. 13. part.4. ubi Dan. Moller. num.5. Andr. Gail. lib. 2. de pac. pub. cap.1. num.6.* Eoque illuſtriſſimum Electorem in mandato hoc pœnali, adverſus temeratores venationum promulgato, reſpexiſſe, ex ipſis verbis mandati manifeſtè liquet, *in* §. So werden wir doch. *verſ.* Daß auch zu mehrmahlen arme unſchuldige Wandersleute/ welche jhrē Weg durch die Wälde/ Heiden und Höltze nehmē müſſen/ und vff ſolche Wildtpräts beſchädiger ſtoſſen/ oder jhnen ſonſt zu handen kommen/ von denſelben vorweggelägert/ beraubet/ und jämmerlich ermordet worden/ darunter denn unſere eygene getrewe Vnterthanen und Diener/ die auff ſolche jhre hochſträffliche Vnthaten Achtung zugebē beſtellet ſeyn/ oder jhnen ja ſonſt darinnen nicht Fürſchub und Förderung thun/ noch ſie hauſen und hegen wollen/ nicht verſchonet bleiben/ ſondern von denſelbigen Dieben zum hefftigſten angefeindet/ befehdet/ bey Nächtlicher Weile überfallen/ beſchädiget/ und ſchändlich und böſlich ermordet werden/ wie uns dann in kurtzer Zeit etliche unſere Förſtere und Vnterthanen in unſern Aemptern Schwartzberg und Altenberg auff den Höltzern vorweggelägert/ und jämmerlich erſchoſſen worden. Et clarius *in* §. *ſubſeq.* Wann nun ſolche der Wildtſchützen und Wildtpräts-Diebe muthwillige freveliche unnd Friedbrüchige Beſchädigung unnd Mordthaten nicht allein zu mercklicher Verwüſtung unſerer Wildfuhren/ ſonder auch viel böſe Räuberiſche und Mörderiſche Vnthaten darauß erfolgen/ und uns Jährlichen nicht zu geringen Koſten verurſachen

urſachen/ &c. Clariſſimè verò ex repetitione & confirmatione hujus mandati, facta ab Illuſtriſſimo Electore D. Chriſtiano II. peculiari quodam edicto *ſub dato Dreſd. 4. Februar. Anno 1603.* In verb. Sondern wir werden vielmehr glaubwürdig bericht/ daß die Schützen faſt ungeſchewet ſich Hauffenweiß bey zwantzig und mehr Rotten mit gewehrter Hand in unſere Lande ziehen/ und uns als der ordentlichen vorgeſatzten Obrigkeit zu Trotz und Verachtung jhres Gefallens in unſern Wildtbahnen ſchieſſen/ unſere Vnterthanen und Diener auff den Straſſen und ſonſt Bevehden/ mit Brandt und Mord betrawen/ auch Todtſchläge an unſern Vnterthanen in und auſſer unſern Landen derentwegen begehen/ ſich auch mit öffentlicher Gewalt und manu armata wider unſer Gebot in unſern Landen zuſchützen unnd auffzuhalten vermeynen/ &c. Et paulò poſt: Wir auch befinden/ da dergleichen Frevelern mit ernſter Straffe nicht begegnet werden ſolte/ daß andere Gewaltthat/ Straſſenraub und Todtſchlag darauß zuerwarten/ &c. Unde apertè conſtat, propoſitum fuiſſe D. Auguſto Electori, fures ferarum violentos, & turbatores pacis hac conſtitutione coercere: quod mitiori pæna efficere vix potuiſſet.

44 Quæ ſi quis candidè ac dextrè perpenderit, ſumma æquitate ac optimo jure atq; ratione mandatum hoc Electorale niti, lubens fatebitur. Tātumq; abeſt, ſucceſſores Dnn. Electores aliter ſenſiſſe, ut potius eam ipſam Conſtitutionem expreſſis verbis repetiverint ac cōfirmaverint: Prout fecit D. Chriſtianus I. Elector in reſcripto quodam *ſub dato Dreſd. 26. Junij Anno 1587.* Et D. Chriſtianus II. Elector in mandato peculiari *ſub dato Dreſd. 4. Febr. Anno 1603.* ubi probè notanda ſunt verba finalia: Wie dann hinfüro in unſerm Chur und Fürſtenthumb dieſes alles/ ſo obgedachten Mandaten einverleibet/ vor eine beſondere Landes-Ordnung/ Conſtitution und Recht/ nochmals beſtättiget ſeyn ſol. Es ſol auch von unſern Schöppenſtühlen unnd Gerichten/ wann jhnen ſolche Fälle vorkommen/ darnach geurtheilet und geſprochen werden/ auch demſelben Vrtheil nach die Würckliche execution unnachläſſig ergehen/ &c. Ideoq; haud immeritò Scabini Electorales Conſtitutionē hanc ceu legem præſcriptam in pronunciando ſequuntur, quamvis, quod ego ſciam, in dictanda hac pœna laquei cautè ac circumſpectè agant, omneſque ac ſingulas quasvis circumſtantias, ante Rei condemnationem probè conſiderent atq; perpendant.

Q. 4. Quādo & quibus caſibus in Electoratu Saxoniæ venationum temeratores ſuſpendio puniātur?

45 Potiſſimum autem circa pœnam hujus ſanctionis tria benè obſervanda eſſe animadverto. Quorum *Primum* eſt, quod Sanctio ſeu Conſtitutio illa ad præteritos caſus nequaquam ſit trahenda; adeoque nec laqueo ſuſpendendi, qui ante illam ſanctionem promulgatam feras beſtias venati fuere. Id quod modò *ex verbis dict. Conſtit.* Daß nun hinfüro die Straffe der Wildtpräts-Diebe/ &c. *Et Renovat. D. Chriſtiani II. Electoris, de Anno* 1603. So nach publicirten Churfürſten Auguſti und Chriſtiani obgeſatzten Ordnung geſchoſſen haben/ oder künfftig ſchieſſen werden/ &c. patet; ſed & aliàs juris expediti eſt, mandata pænalia, & à jure communi exorbitātia ad tempus & caſus præteritos extendenda non eſſe.

46 *Quare veteres Scabinos hoc ipſum ſententiis ſuis non modò inſeruiſſe, hiſce verbis* (Vnd ſieder der *An. 84. publicirten Conſtitution* Wildtprät gefället oder geſchoſſen worden/ &c.) *ſed & ei, qui ante Conſtit. editam fuerat venatus, ſeveriorem quam Relegationis pænam dictare noluiſſe reperi, hiſce formalibus:* Jn Mangel aber ſolcher Erkundigung/ oder da ſolch Wildt vor gemeldter *Conſtitution de Anno* 84. geſchoſſen und geſtohlen worden wäre/ möchte er am Leib oder Leben nicht geſtrafft werden/ Er würde aber gleichwol mit ewiger Landesverweiſung billich in Straff genommen/ V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris Dreſdenſis. Menſe Julio, An. 1587.*

47 *Secundò*: Probè etiam notandum, pæna hâc Conſtitutionis teneri tantummodò eos, qui in banno ferino ipſius Electoris, in deß Churf. von Sachſen gehegter befriedigter Wildtbahn/ feras beſtias capiunt atque furantur. Proinde à pæna laquei exempti ſunt ii, qui in aliorum Ducum vel etiam Nobilium Electoris Saxon. Vaſallorum ſylvis & nemoribus venantur. Non enim pænam ſuſpendij Illuſtriſſimus Elector in omnes indifferenter beſtiarum ferarum fures ſtatuere voluit, ſed in eos ſolùm, qui ſpreta & contempta Principis authoritate ipſi venatione ſua temeraria damnum afferant, ut probant verba [Vnſerer Wildbahn. *It.* unſere Wildtfuhren. *It.* als ein öffentlicher Dieb unſers gehegten unnd befriedigten Wildtpräts mit dem Strange vom Leben zum Tode gerichtet werden/ &c.] quæ hinc inde in dict. mandatis habentur.

48 Præterea & ratio, ob quam pæna mortis adverſus fures ferarum animadvertendum eſſe dixi, quæ eſt cōteptus Sereniſſimi Dn. Electoris, in iis deficit, qui in Nobilium ſylvis venantur. Quos propterea arbitraria pæna, ſecundum communem Dd. opinionem plectendos eſſe puto. Quod & obſervatum & Nobili cuidam ob id, quod in vicini ſui Nobilis alterius ſaltu feras beſtias venatus fuerat, pænam 1000. talerorum ante annos aliquot dictatam, fuiſſe ſcio.

49 *Idemq; in ſententiis exprimere ſolent Dn. Scabini, hiſce formalibus:* Da jhr euch nun allbereit erkundiget hättet/ oder nochmals erkundigen würdet/ daß das Wildtprät/ darzu er ſich bekant/ in denen Churfürſtl. gehegten Wildtbahnen gewiß und in Warheit geſchoſſen worden/ &c.

50 *Tertio*: Priuſquam pœna laquei furibus ferarum beſtiarum indicatur, certò conſtare debet de corpore delicti: tot nempè feras, quarum æſtimatio valorem quinque Ducatorum Ungaricorum excedit, ex banno ferino Electorali amiſſas & ablatas fuiſſe. Quia enim Venationum temeratores perinde atque alij fures pœna furti plectuntur, ſecundum verba mandati Elector. *de An. 1584.* §. Würde ſich aber. Ibi: als ein öffentlicher Dieb unſers gehegten und befriedigtē Wildpräts mit dem Strange vom Leben zum Tode gerichtet werden/ &c. Ubiq; pæna laquei iis nequaquam infligenda erit, niſi prius de corpore delicti certò conſtet, juxta C*onſt. Elect. 33. part. 4.*

51 Quòd tantò magis hîc verum eſt, quantò ſeverior hæc pœna plerisque videtur. Quamvis in hoc crimine difficulter admodum & vix ac ne vix de vero delicti corpore judex certus eſſe poteſt, niſi venator in ipſo furto ferarum deprehenſus, aut de hoc per teſtes convictus fuerit. Quod & verba mandati Elector. *de Anno* 1584. innuunt, in §. würde ſich/ *&c.* Ibi: und darob betrettē/ oder daſſelbe ſonſten über jhn außfündig gemacht/ *&c.*

52 *Hinc & Scabinos ſententiis ſuis ſæpius hanc clauſulam adjeciſſe obſervavi:* In Mangel aber der Erkündigung wird er mit Staupenſchlägen deß Landes ewig verwieſen.
Illuſtriſſimo Electori Saxon. Menſ. Jul. Anno *1613.*
Quæſtori in Schwartzenbergk. M*enſ.* O*ctobr.* A*n. 1593.*
Quæſtori in Schweinitz. M*enſ.* F*ebruar. Anno 1597.*

53 Notandum quoque & illud, quod in æſtimatione hujus furti non tàm lucri percepti, quàm ipſarum ferarum ablatarum ratio haberi debeat, juxta *Ordin. Crimin. artic. 160.* In verb. Vnd in ſolchem Fall muß man anſehē den werth deß Diebſtals/ *&c.* Quod & haud obſcurè probatur ex *Conſtit. Elect. 32. §. 1. part. 4.* Et quia ipſum furtum dicitur contrectatio, §. 1 *Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſcunt.* ſufficit, furem contrectaſſe ultra quinque ſolidos, etiamſi tot ſolidos lucratus non fuerit. Proindè pœnâ laquei tenebitur venator, qui tot feras beſtias furatus eſt, quarum æſtimatio valorem quinque Ducatorum Ungaricorum excedit, etiamſi minimum lucrum ipſi acceſſerit.

54 *Quod & Scabini attendentes, in hunc modum reſponderunt:* Daß der Tax und Würderung deß Wildtpräts/ ſo ewerm vorigem und jetzigen Bericht nach/ auß der Churf. zu Sachſ. und Burggraffen zu Magdeburgk/ *&c.* unſers gnädigſten Herren/ Gehöltzen Dieblich entwendet worden/ vermöge unſers jüngſtgeſprochenen Vrthels/ mehr vff den Werth deß entwandten Wildtpräts/ denn auff das jenige/ was die Gefangene vor jhre Perſon darauß gelöſet umnd davon genoſſen/ zuſehen/ und alſo der Tax nach dem Werth deß verlohrnen Wildtpräts/ und nicht nach dem Gelde/ darumb ſie es verkaufft/ zu machen iſt/ V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris Schvvartzenbergenſis. Menſe Julio,* A*nno, 1586.*

55 Quæri etiam hîc poſſet, quanti feræ beſtiæ æſtimari debeant? Sed quia hæc quæſtio facti eſt, & ſpecies ferarum, ac tempus aliæque circumſtantiæ æſtimationem variant; deciſionem venatorum judicio & judicis arbitrio committo. Veteres tamen Scabinos cervum tribus ſolùm florenis æſtimaſſe percepi. Hæcque tria requiſita probè ſunt obſervanda, in tantum, ut illorum uno deficiente, ad pœnam laquei nequaquam perveniri queat.

56 *Quare & Dn. Scabini quondam hæc ipſa ſentētiis ſuis inſerere ſoliti fuere, ita pronunciantes:* Da jhr euch nun allbereit erkündiget hättet/ oder nochmals erkündigen würdet/ daß in deß Churf. zu Sachſ. und Burggraffens zu Magdeburg/ *&c.* unſers gnädigſten Herrn/ gehegten und befriedigten Wildtbahnen/ Wälden und Gehöltzen/ die von den Gefangenen angegebene Anzahl Wildpräts oder zum wenigſten ſo viel ſtücke Wildes/ daß es über 5. *ſoliden*, das ſeyn 5. Gülden Vngariſch deß beſten Goldes/ einem jeden zu ſeinem Antheil außtragen thäte/ verſchienener Zeit/ und alſo ſieder der *An. 84. publicirten* Churfürſtl. *Conſtitution* von Wildtprätsbeſchädigern gewiß und in Warheit geſchoſſen worden/ und die Gefangenen auff jhrem Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würden. So möchten ſie vermöge Churfürſt *Auguſti* hochlöblichſter Chriſtmilder Gedächtnüß/ *Anno* 1584. *publicirten* und von Churfürſt *Chriſtiano* dem erſten/ auch Chriſtſeeliger und hochlöblicher Gedächtnüß/ ſo wol von dem jetzigen Churfürſten zu Sachſen unſerm gnädigſten Herrn widerholeten und ernewerten *Mandaten* und Landes *Conſtitution*, beyde als öffentliche Diebe/ höchſtgedachten Churf. gehegten und befriedigten Wildtpräts mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W. *Ad conſultationem Quæſtoris in* Lauterſtein. *Menſe Auguſto,* A*n. 1606.*
It. Mens Septemb. Anno 1608.
Quæſtoris Schvvartzenbergenſis. M*enſ. Auguſto, Anno* 1608.
Quæſtoris Dreſdenſis, M*enſe Jul. An. 1587.*
Ejuſdem, M*enſe Septemb. An. 1593.*
Quæſtoris Schvvartzenbergenſis. Menſe Octobr. Anno. 1593.
Quæſtori in Schweinitz. *Menſe* F*ebruar. Anno 1597.*

Eundemq́; morem pronunciandi in Electoratu Saxoniæ (quoad primum requiſitum tamen, cujus ob longinquitatem temporis & præſcriptionem furti, non magna ulterius ratio habenda eſt, eo pauliſper immutato,) etiamnum hodiè ſequū-tur Domini hiſce formalibus reſpondentes: Da jhr euch nun allbereit erkündiget hättet/ oder nochmals erkündigen würdet/ daß in des Churfürſten zu Sachſen und Burggraffens zu Magdeburg/ *&c.* unſers gnädigſten Herrens/ gehegten und befriedigten Wildtbahnen/ Wälden und Gehöltzen/ die von den Gefangenen angegebene Anzahl Wildtpräts oder zum wenigſten ſo viel ſtücke Wildes/ daß es über 5. *ſoliden*, das ſeyn 5. Gülden Vngariſch deß beſten Goldes/ außtragen thäte/ gewißlichen und in Warheit geſchoſſen worden/ und der Gefangene auff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde: So möchte er von wegen ſolcher ſeiner Verbrechung vermöge höchſtgedachter Churf. Sächſ. *An.* 1584. *publicirten*, und hernachmals von denen Churfürſten zu Sachſen zum öfftern widerholeten und erneuerten *Mandaten* und Landes-*Conſtitutionen*, als ein öffentlicher Dieb höchſtermeldtes Churf. zu Sachſen gehegten und befriedigten Wildtpräts/ mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W. 57
Ad requiſitionem Quæſtoris in Auguſtsburgk. *Menſe Novemb.* A*nno 1612.*
Georgij à Karlewitz. *Menſe Auguſt. Anno* 1610.
Quæſtoris Dreſdenſis. Menſe April, Anno 1613.
Illuſtriſſimi Electoris Saxon. Menſe Jun. Anno *1613.*
Quæſtoris Dreſdenſis. M*enſ. Jun.* A*nno 1618.*

58 Quinimò nec Reus torturæ ſubjici poterit, etiamſi ſufficientia adſint indicia venationis temerariæ, niſi prius de corpore delicti commiſſi in banno ferino Electorali certò conſtiterit. Juris namque expeditiſſimi eſt, judicem ad torturam devenire non poſſe, priuſquam certus ſit

de corpore delicti, etiamſi Reus ſit ſufficienter indiciatus, *l.1.§.item illud ibi: non haberi de familia quæſtionem. ff. ad Syllan. Bartol. in l. fin. col. 1. verſ. & ad evidentiam. ff. de quæſtion. Jul. Clar. in pract. §. ſimul. quæſt. 4. in pr. Ægid. Boſſ. in tit de indic. n. 14. Gabriel. lib. 7 crim. concluſ. 17. n. 1. Proſp.* Fa*rin. in prax. crim. lib. 1. tit 5. quæſt. 38. n. 2.*

59 *Quod & ſtrictiſſimè obſervant* Domini, *ſic pronunciantes:* Da jhr nun eygentliche/ gründliche un̄ gewiſſe Nachrichtung hättet/ daß in deß Churf. zu Sachſen und Burggraffens zu Magdebur / *&c.* unſers gnädigſten Herrn Wildtbahn der Orthe unnd Ende/ da ſich der Gefangene auffgehalten/ mehr Wild an Hirſchen/ Rehen oder wilden Schweinen geſchoſſen/ geſchlagen oder gefället worden/ So wäret jhr wol befugt/ jhn mit der Schärffe ziemlicher Weiſe angreiffen unnd befragen zulaſſen/ ob er nicht ſolch Wildt auch geſchoſſen unnd gefället/ oder ſchieſſen und fällen helffen/ wo und an welchem Orth/ auch zu welcher Zeit es geſchehen/ was er dabey gethan/ und jhme ſonſten hiermit bewuſt ſey/ *&c. Ad conſultationem Quæſtoris in* Hohenſtein. Men*ſ. Febr. Anno* 1603.

Quæſtoris Dreſdenſis. Menſe Novembr. Anno *1629.*

60 Explicata jam Conſtitutione Electorali, talis regula formari poteſt: *Quicunque in banno ferino* Ele*ctorali feras beſtias capit atq; furatur, ob furtum hoc commiſſum laqueo ſuſpenditur.*

61 *Quæ regula* Ampl. *primò:* In forenſibus & extraneis, qui ſubditi Electoris Saxon. non ſunt. Nam & hi in ſaltibus & nemoribus Electoris prohibitam venationem exercentes & feras beſtias capientes, laquei ſupplicio ſubjugantur, perindè ac ſubditi Electoris. Præterquam enim quod delinquentes in Electoratu Saxon. forum ibidem ſortiantur, ſeque ad pœnas ſtatutas obligent; tantum abeſt, à pœna laquei hos eſſe immunes, ut expreſſis etiam verbis in Conſtitutione pœnali de anno 1584. comprehendantur, eademque pœna his pariter atque ſubditis Electoris decernatur. *in §.* **befehlen demnach**/ *&c.* In verb. **Daß ſich alle und jede unſere Unterthanen/ ſo an unſer Wildtbahn/ Heiden/ Wälden und Höltzern geſeſſen/ auch alle andere Außländiſche ſich des Schieſſens/ Schlagens enthalten/** *&c. junct. §. ſeq.* **Würde ſich aber jemand deſſelben unterfahen**/ *&c.*

62 *Secundò* Ampl. *hæc Regula*: In iis, qui temeratoribus venationum opem & auxilium præſtant, & de lucro participant. *Tùm* quòd præſtantes opem vel auxilium eadem pœnâ ſint afficiendi, qua ipſimet fures, juxta ſententiam *Bartol. in l. is qui opem. num. 5. ff. de furt. Dec. in c. 2. n. 12. extra de offic. Delegat. Cravett. part. 2. conſ. 220. n. 12. verſ. ſed arguitur. Socin. conſ. 188. nu. 7. lib. 2. Tùm* ob verba clara C*onſt. Elect. de* A*nno* 1584. *in §.* **Als ordnen.** verb. **Daß nun hinfüro die Straffe** 63 **der Wildtpräts-Diebe und Schützen/ auch denen/ ſo dieſelbigen hauſen/ hegen/ oder jhnen wiſſentlichen einigerley Weiſe Unterſchleiff gebē/ in unſern Landen der Galgen ſeyn ſol**/ *&c.* Et *§.* **Würde ſich aber.** verb. **und ſollen die/ welche den Wildtpräts-Dieben zu ſolchen jhren Unthaten/ Vorſchub und Förderung gethan/ mit dergleichen Straffe belegt werden**/ *&c.*

64 *Secundum ea dictaverunt Scabini pœnam laquei V.* F. *qui feras ab alio captas vendiderat & de pretio participaverat. Ad Conſultationem Quæſtoris Dreſdenſis.* Men*ſ.* J*ulio, Anno 1587.*

65 *Tertiò Ampliatur*: In eo, qui ſæpius venationem prohibitam exercet. Etſi enim gravius peccat, qui ſæpiùs delictum reiterat. Unde vulgò Dd. exiſtimant, delictum aliàs non capitaliter puniendum, propter reiterationem fieri capitale, *Bald. in l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publican. vectig. & commiſſ. Paris de* P*uteo. in Tract. Syndic. in verb. pœna. cap. 8. num.* 13. *& ſeqq. Luc. de Penn. in l. un* C. *de ſuperexact. lib 10.* Severiori tamen hic pœnâ propterea plectendus non eſt; quia hæc ipſa ſuſpendij pœna delicto hoc, ſæpius etiam reiterato, ſufficere videtur, nec uſpiam ſeverius aliquod ſupplicium in reiterantes delictum furti conſtitutum reperitur.

66 *Veluti etiam ſuſpendij ſupplicium à Scabinis fuit indictum ei, qui 100. cervos,* 12. *capreolos, & 4. apros venatus fuerat. Ad requiſitionem Quæſtoris Dreſdenſis. Menſ. Maj. Anno 1589.*

Nec non ei, qui 60. cervos. 100, *capreolos atq; 3. apros furatus fuerat.* Ad *petitionem Quæſtoris Dreſdenſis.* Men*ſ.* J*an. Anno* 1590.

It: In caſu furti 100. capreolorum. Quæſtori in Lautterſtein. M*enſ.* A*uguſt. Anno* 1606.

It. 150. ferarum. Eidem *Menſ.* S*eptemb.* A*n.* 1608

Nec non 200. ferarum beſtiarum. Verſus Wolckenſtein. A*d requiſitionem Georgij à* Karlewitz. *Menſ. Auguſt. Anno* 1610.

67 Quod & verum eſt, ſi temeratores venationum, aliarum quoque rerum furta, aliavè delicta, quorum pœna mitior eſt ſuſpendio, ut homicidium & adulterium commiſerint. Nam nec hi gravius puniendi ſunt: quia major pœna minorem abſorbet, juxta tradita *Gloſſ. in l. qui de crimine. 9. verb. plurima. C. de accuſat. Bart. in l. nunquam plura. n. 4. ff. de privat. delict. Jodoc. Damhouder. in prax rer. crim. cap. 77. n. 4. Hippol. de Marſil. in l. ſi in rixa 17. n. 15. ff. ad Leg. Corn. de ſicar. Nicol. Reuſner. lib. 2. deciſ. 20. n.* 8.

68 *Reſpondentibus ita Scabinis Quæſtori Dreſdenſi,* Men*ſ. Majo,* A*nno 1589.*

Eidem, Men*ſ. Septemb. Anno 1593.*

69 Niſi ejuſmodi acceſſerit delictum, quod pœnam graviorem meretur, quale eſt latrocinium: quod ſi fures ferarum unâ perpetrarunt, Rotâ puniri debent, juxta expreſſam diſpoſitionem mandati Electoralis de Anno 1584. *In verb.* **Wo er aber darüber auch jemands beraubet/ genommen oder ermordet hätte/ als ein Straſſenräuber mit dem Rade geſtrafft werden**/ *&c.*

70 Econtrà *Limit.* 1. *hæc Regula*: Ut pœnâ ſuſpendij plectantur ſolummodò ii venatores, qui in banno ferino Electorali, **in Churfürſtl. gehegter Wildtbahn/ Wälden und Gehöltzen**/ feras beſtias furantur, ut dictum & probatum *ſuprà num.* 47 Proindè hâc pœnâ nequaquam tenentur, qui in ſylvis & ſaltibus Nobilium aliorumque, qui ex conceſſione ſpeciali venationis jura uſurpant, feras capiunt. Neque etiam pœna ſuſpendij extra Electoratum ad venationum temeratores extendenda eſt, quos arbitrariâ tantummodò pœnâ, ſecundum communem *Interpp.* opinionem

puniri, certiſſimum eſt. Niſi certa ibidem pœna definita fuerit. Sicuti in Electoratu Brandeburgico pro ſingulis feris peculiari pœna pecuniaria venatores mulctari jubet Conſtitutio Brandeburgica.

71 *Secundum quam etiam reſpondimus conſulti ab Illuſtriſſimo D. Electore Brandeburgico:* So iſt dadurch das vorberührtes Rehe in Ew. Churf. Gn. gehegten Wildtbahn zur Ungebühr geſchoſſen und gefället worden/ zur Nohtdurfft erwieſen/ derowegen wird die darauff geſetzte Straffe der 200. Thaler von *I. C. à S.* billich eingebracht/ V. R. W. *Menſ. Januar. Anno 1626.*

Q. 5. Quomodo in Electoratu Saxon. puniantur qui feras minores, puta vulpes, lepores, anſeres, anates &c. capiunt atque furantur?

72 *Limit. Secundò hæc Regula*: In iis, qui feras minores, puta, vulpes, lepores, cuniculos, anates, anſeres &c. Klein Wildtprät/ capiunt atq; furantur. Mandatum ſiquidem Electorale de Anno 1584. pœnam laquei in eos ſolum ſtatuit, qui cervos, capreolos, apros, aliasque feras nobiliores & majores, vulgò das hohe roth: und ſchwartze oder grobe Wildt/ venantur, uti apparet ex §. So werden wir. *junct.* §. alſo ordnen wir auch *&c.* Proinde contra intentionem Legiſlatoris Illuſtriſſimi ad venatores & fures minorum ferarum hæc pœna extendi non debet.

73 An ergò venatores harum ferarum minorum ab omni prorſus pœna immunes erunt? Neutiquam ſanè, ſed certa pecuniæ ſumma mulctantur. Diſtinguendum enim eſt: An in ſylvis & ſaltibus Electoris Saxon. in Churfürſtl. Sächſ. Wildtbahn/ Wälden/ Hölzern/ und Feldern/ ejuſmodi feræ minores capiantur; An verò in campis, ſaltibus & nemoribus Nobilium, aliorumq; qui ex ſpeciali conceſſione jus venandi feras minores tenent, furtum hoc committatur.

74 *Priori caſu*, temeratores harum venationum pro ſingulis feris minoribus *20.* florenos, ſolvere tenentur *Conſt. Elect. de Anno 1584. verſ.* alſo ordnen wir auch/ und wollen Vermöge unſerer vorigen Conſtitution (ſcilicet quæ habetur in Ordin. Provinc. de Anno 1555. *tit.* von jagen/ ſchieſſen und hetzen in der Wildtbahn. §. hierüber ſol auch *pag. 94.*) daß in unſern Wildtbahnen/ Wälden/ Gehöltzern/ Feldern/ Waſſern/ Teichē/ und Weinbergen/ niemand einige wilde Hüner/ Endten/ Gänſe/ Trappen/ Auerhanen/ Reyer/ Kraniche und Haſen ſchieſſen/ noch fahen ſollen bey Straff *20.* Gülden/ ſo offt er darüber betretten und befunden wird.

75 At *poſteriori caſu*, qui in campis, ſylvis & ſaltibus Nobilium, aliorumque quibus ex ſpeciali conceſſione jura venationum competunt, feras minores capit atq; furatur, in mulctam 100. florenorum condemnatur ex Conſt. D. Auguſti Elect. *in Ordin. Provinc. de Anno 1555. tit.* Daß keiner uff deß andern Grund und Boden jagen/ hetzen/ Hüner fahen/ oder ander Weidewerck/ treiben ſol. §. So wollen wir. In verb. alles bey Peen 100. Gülden/ ſo offt einer gegen dem andern dißfals verbricht/ und ſolches überwunden und nicht leugnen kan/ halb in unſer Cammer/ und die andere Helffte dem jenigen/ ſo den Schaden leidet/ und den Verbrecher angezeiget/ verfallen zu ſeyn.

76 Ratio autem, quod hoc caſu gravior mulcta pecuniaria indicatur, hæc eſſe poteſt, quod per ablationem unius atq; alterius leporis Nobilibus, quorum jura venationis communiter ad parvos ſaltus & ſylvas reſtringuntur, majus damnum & incommodum afferatur; quàm Illuſtriſſimo Electori, cui venationis jura in toto Electoratu & Principatu Saxoniæ, & ſic plurimis in ſylvis, ſaltibus, nemoribus & campis liberrima competunt. Ex commodo & incommodo verò, per furtum Domino rei furtivæ dato, de gravitate pœnæ dijudicandum eſt, juxta *Ordin. Crimin. artic.* 160. verb. Und wie ſchädlich dem Beſchädigten der Diebſtal ſeyn mag/ und die Straffe darnach am Leib oder Leben urtheilen/ *&c.* Quamvis in Electoratu Saxoniæ hodiè indifferenter fures ferarum minorum mulctâ *1*00. florenorum vel 100. modiorum avenæ, umb 100. Scheffel Habern/ puniri, ſæpiùs obſervari.

Dixi hactenus de pœna furti in feris beſtiis commiſſi, cui haud diſſimile eſt furtum piſcium. Hæcque nona ſpecies furti eſt, in qua ratione qualitatis rei furtivæ pœna furti ordinaria mitigatur. 77

Q. 6. Pœna Piſcantium in piſcinis vel lacubus alienis?

Non autem hîc loquor de iis, qui ex piſcinis, lacubus ſeu vivariis, auß Teichen/ Weihern/ Heldern und andern beſchloſſenen Waſſern/ piſces capiunt, quos non minùs ac alios fures pro qualitate delicti laqueo puniri, certum eſt ex *Ordin. Crimin. Carol. Art. 169. in pr.* Welcher auß Weihern/ oder Behältnüß Fiſche ſtielet/ iſt auch einem Diebſtal gleich zu ſtraffen/ *&c.* Nam piſces in ſtagnum vel piſcinam conjecti à nobis poſſidentur, *l. poſſideri. 3. §. item feras. 14. in pr. ff. de acquir. poſſeſſ.* Mirum itaq; non eſt, ut pœna hîc ordinaria furti locū ſibi vendicet, quum in omni eo, quod poſſidemus, quodq; in patrimonio noſtro computatur, furtum fiat, *l. Pomponius. 8. §. Pomponius. 1 ſub fin. ff. famil. erciſcund. Matth. Weſemb. in parat. ff. de acquir. rer. dom. n. 7.* Petr. *Gregor. in ſyntagm. jur. lib. 37. cap. 5. num. 14.* Cœpoll. *tit. de piſcat. n. 3. Matth. Berlich. part. 5. concl. 51. n. 15.* Joh. *Schneidvvin. in §. flumma. 2. num. 11. Inſt. de rer. div. & acq. ear. domin. Matth. Stephan. in dict. art. 169.* Ordin. *Crimin* 78

Quod idem quoq; in foro Saxonico obtinet, quamvis hoc caſu furem triginta ſolidos ſolventem liberari, velit jus Saxon, *artic. 28. verſ.* fiſchet er aber in Teichen *&c. lib. 2.* Landrecht. *Matt. Coler. part. 1. deciſ. 101. num.* 4. Tantum enim abeſt, hunc textum in foro Saxonico practicari, ut expreſſis etiam verbis pœna furti in fures hoſce conſtituta reperiatur *in* Con*ſtit. Elect.* quæ eſt 8. *inter* Con*ſtit. non editas. §. fin in verb.* So viel aber die Teiche/ und Helder anlanget/ wenn auß denſelben Fiſche geſtohlen/ laſſen wir es bey der Straffe bleiben/ ſo unſere Schöppenſtüle ohne dz zu erkennen pflegen/ Nemlich/ daß ſie nach Gelegenheit deß Diebſtals mit dem Strange oder ſonſten/ wie es auff die Diebe geordnet/ geſtraffet werden ſollen. 79

Secundùm quam Conſtitutionem etiamnum hodie in Electorali Scabinatu pronunciatur. 80

Sed de illis tantummodò dubitatur, *qui in alienis rivis, aquis & fluminibus non incluſis* *piſcantur, piſces capiunt, & auferunt.* Etſi enim de jure communi in quovis flumine pro lubitu cuivis piſcari liceat, *§. flumina. 2. Inſtit. de rer. diviſ. & acquir. ear. domini. l. nemo. 4. §. ult. l. riparum 5. §. fin. ff. de rer. diviſ. l. venditor. 13. ff. comm. prædior.* A quo non diſcrepat Jus Divinum, *Geneſ. 1. verſ. 20. & ſeq.* Neq; Saxonicum, *artic. 61. lib. 2.* Landrecht. in tantum, ut prohibito piſcari, contra prohibentem actio injuriarum competat, *l. injuriarum. 13. § ſi quis. 7. ff. de injur. l. 2. §. ſi quis. 9. ſub fin. ff. ne quid. in loco publ.* Johan. *Schneidvv. in dict. §. flumina. num. 8. ubi &* Joh. *Harppr. num.* 4. *Inſtit. de rer. diviſ.* Petr. Heig. *part.* 1. *quæſt.* 15. *n. 17.*

81 Multis tamen modis fieri poteſt, ut jus piſcandi perinde atque jus venandi in certis quibuſdam aquis, lacubus, ſtagnis & fluminibus fiat privatum, & certo domino competat, *Johann. Schneidvvin. in dict. §. flumina 2 num. 9. de rer. diviſ.* Franc *Balb. de præſcript. part. 4. part. 5. princip. quæſt. 6. n. 2. Guid.* Pap. *deciſ.* 514. *num. 2.* Sicuti de moribus hodiernis jus illud piſcandi paſſim ubiq; ferè ſubactum eſt, ut ne in flumine quidem publico piſcari liceat, *Jacob. Cujac. lib.* 4. *obſervat. 2. Bartol.* Capol. *de ſervit. ruſt. prædiorum. cap. 42. num. 3.* Henric. *Bocer. de furt. cap.* 2. *n. 88.* Ideoq; contra prohibitionem in alienis ſtagnis & fluminibus qui piſces capiunt, furtum committere vi-
82 dentur, ac propterea pœnam incurrunt. Licet hoc caſu furti pœna ordinaria ceſſet, & fur arbitrariè tantummodò puniatur. Quia enim piſces in flumine aut ſtagno in naturali libertate relicti ſunt, *l. 3. §. 14. ff. de acquir. poſſ.* Illorum ceu rerum non poſſeſſarum furtum propriè non committitur, *l.* 1. §. *15. ff. ſi quis in teſtam. lib.* Unde nec pœna ordinaria delinquenti irrogari poteſt, *Henr. Bocer. dict. cap. 2. de furt. n. 96.* etiamſi is vicibus infinitis in alienis fluminibus piſcatus fuerit, *Matt. Weſemb. in addit. ad* Joh. *Schneidvvin. dict. §. flumina. 2. n. 11. lit.* A. *verſ. pro verò, &c.* Matt. *Berlich. parrt. 5. concl. 51. n. 3.*

83 Quod & in Sanctione Carol. expreſsè ita diſpoſitum eſt, *art. 169. Ordin.* Crim. In verb. So aber einer auß einem flieſſenden ungefangenen Waſſer Fiſche fienge/ das einem andern zuſtünde/ der iſt an ſeinem Leibe oder Gut nach Gelegenheit oder Geſtalt deß Fiſchens/ der Perſon und Sachen/ nach Raht des Rechtsverſtändigen zu ſtraffen. Adeoq; pœna piſcantium in alienis ſtagnis & fluminibus arbitraria eſt, M*atth. Steph. ad dict. art. 169. ubi & Georg. Rem. Matth. Coler. part. 1.*
84 *deciſ. 148. n. 5.* Henric. *Bocer. dict. cap 2. n. 93.*

Q. 7. Quo modo puniantur in foro Saxonico exercentes piſcationem prohibitã in rivis, aquis et fluminibus alienis, in flieſſenden geheaten Waſſern und Bächen?

Etſi verò in Jur. Saxon. ſpecialiter ſancitum, ut ejuſmodi fur piſces captos reſtituere, vel eorum æſtimationem ſolvere, & toties tres ſolidos, quoties piſcatus fuerit mulctæ nomine pendere teneatur, *artic. 28. verſ.* oder fiſchet eines andern. *ubi gloſſ. n. 3. lib. 2.* Landr. *Et gloſſ. in art. 61. n. 4. lib. 2.* Landr. *Matth. Coler. part. 1. deciſ. 101. n. 3.* Attamen in Electoratu hæc pœna juris Saxonici non attenditur; ſed ex ſpeciali quâdam Conſt. Electorali, *quæ in ordine octava eſt inter Conſt. non editas,* hoc caſu pœna arbitraria, ut Relegationis, extenſionis membrorum, fuſtigationis, perpetui carceris, vel operarum perpetuarum obtinet, pro qualitate facti & circumſtantiarum. Etenim ſecundum dictam Conſtitutionem tres caſus potiſſimum ab invicem ſunt diſtinguendi.

Primus caſus eſt: Quando quis in flumine 85
alieno prima vice piſcatur, totque piſces capit, quorum æſtimatio ad ſummam 10. florenorum non aſcendit. Hic vel relegatione, vel extenſione membrorum (vulgò *tratto di corda*) ad unum gradum puniri debet, *dict. Conſt. 8. in pr.* In verb. Da jemands/ wer der auch wäre/ unſer Unterthaner/ oder ein Außländiſcher/ freventlich und vorſetzlich in unſern oder unſerer Lande flieſſenden gehegten Waſſern und Bächen mit Netzen/ Hamen/ Reuſſen und Körbe legen/ oder in was Wege daſſelbige geſchehen möchte/ unſern außgegangenen publicirten Mandaten zuwider fiſche würde/ der oder dieſelbige ſollen/ wenn ſie zum erſten mahl darüber betretten/ mit der tratto di corda auff einen Sprung/ oder mit Landesverweiſung geſtrafft werden.

Secundum hanc Conſt. pronunciarunt Scabini, 86
ad conſultationem Quæſtoris in Wolckenſtein/ *hiſce formalibus:* Hat der Gefangene C. L. in gutē bekandt und außgeſagt/ daß er nebens ſeiner Geſellſchafft auff das Kuchenheider Waſſer/ ſo dem Ampt gehörig/ fiſchen gangen/ köndte aber nicht eygentlich wiſſen/ wie viel ſie daſelbſt Fohren gefangen/ denn er das Fäßlein nicht getragen/ und daß ſolches das erſtemahl geſchehen/ und er zuvor auff keinem Waſſer/ da er nicht befugt/ gefiſcht oder fiſchen helffen &c. So mag er von wegen ſolcher Verbrechung/ vermöge dieſer Lande bewehrten Rechte mit der *tratto di corda* auff einen Sprung/ oder mit Landesverweiſung in Straff genommen werden/ jedoch wird dem Herrn *Adminiſtratori* der Chur Sachſen/ unſerm gnädigſten Herrn hiermit unterthänigſt heimgeſtellet/ welche unter dieſen beyden Straffen Ihr. Fürſtl. Gnaden erwehlen und wider den Gefangenen anſtellen laſſen wollen. V. R. W. *Menſ. Februar. Anno* 1594.

Eodem pariter modo reſponderunt, Ad requiſitionem ejuſdem Quæſtoris. Menſe Auguſto, Anno 1590.

Et in caſu ſimili, Ad conſultationem Quæſtoris Leiſn. Menſ. Majo, Anno 1605.

Secundus eſt caſus: Si quis ſæpiùs piſca- 87
tus fuerit, aut etiam prima vice tot piſces abſtulerit, quorum æſtimatio 10. florenorum ſummam excedit. Hunc vel fuſtigatione, vel tratto di corda ad duos, tres, vel quatuor gradus unà cum relegatione puniri jubet *Conſtit. Electoral. in §.* hätte aber. Ibi: hätte aber der oder die/ ſo gleich zum erſten mahl gefiſchet/ auff 10. Gülden werth Fiſche gefangen/ oder es würde ſich nach dem ſie zu Gefängnüß gezogen/ befinden/ daß ſie öffter uñ mehrmahls gefiſchet/ ſo ordnen und conſtituiren wir/ dieſelben mit Staupenſchlägen/ ewiger unſers Landes Verweiſung/ oder mit der tratto di corda, auff einen/ zween/ drey oder vier Sprünge/ nach Gelegenheit der Verbrechung/ neben der Landesverweiſung zu ſtraffen/ und ſolcher Poenen eine wider ſie unnachläßlich zu vollſtrecken.

Secuti ſunt hanc Conſt. in pronũciando Scabini ſic 88
reſpondentes: Habē beyde Gefangene in ſcharffer Frage bekandt und außgeſaget/ daß ſie nicht allein in etlicher privat Perſonen/ ſonder auch in unſerer

gnädigſten Herrſchafft Fohren/ Teichen/und Waſſern zu unterſchiedlichen mahlen heimlichen gefiſchet/ und etliche Schock Fohren darauß Dieblichen entwendet/ *&c.* So werden ſie beyde von wegen ſolcher jhrer begangenen und bekandten Verbrechung/ vermöge dieſer Lande bewehrten Rechte/ willkührlichen/ entweder mit Staupenſchlägen/oder mit der *tratto di corda* auff drey Sprünge deß Landes ewig billich verwieſen/und die Wahl dieſer beyden Straffen/ welche unter denſelben an den Verbrechern zu vollnſtrecken der ChurSachſen *Adminiſtratoren &c.* unſern gnädigſten Herrn vorbehalten und heimgeſtället/ V. R. W. *Ad conſultationem Quæſtoris* Schvvartzenbergenſis. *Menſe Majo, Anno* 1604.

89 Tertius deniq; eſt caſus: Quando fur, ob hoc ipſum delictum relegatus, contra præſtitam Urphedam revertitur, ac crimen reiterat, & denuò piſcatur. Hunc vel carcere perpetuo puniri, vel ad triremes, in metallum, aut opus publirum in perpetuum condemnari, vult Conſtitutio §. Wenn aber. Ibi: Wenn aber der oder dieſelbigen ſo neben obgeſatzter Straffe unſers Landes verwieſen/ daſſelbige nicht allein jhren geſchwornen Eydt zuwider wiederumb berühren/ Sondern auch in unſern und unſerer Lande gehegten Waſſern und Bächen fiſchen würden/ dieſelbige ſollen mit der Straff deß ewigen Gefängnüß/oder mit ewiger Verdammung auff Galleen/ in Metalle/oder ſtätswehrende Arbeit belegt/und ſolcher Straffen eine wider ſie unverzüglich fürgenommen und exequiret werden.

90 Eaq; omnia obtinent, non ſolùm in piſcatione & furto piſcium, ex fluminibus & aquis ipſius Electoris ablatorum, ſed & ſi quis in Nobilium aliorumq; privatorum fluminibus piſcatus fuerit, ut manifeſtè patet *ex verbis initialibus dict. Conſtit.* In unſern oder unſerer Lande flieſſenden gehegten Waſſern/ *&c.* differentia in hoc tantummodò conſtituta; Ut furto in flumine Electoris commiſſo, electio & arbitrium ipſimet Electori relinquatur liberum, quam pœnam ex alternativis poſitis Reo infligi velit; In caſu verò piſcationis furtivæ, in fluminibus ſubditorum exercitæ, certa pœna à Scabinis determinetur, nec electio judici inferiori committatur: Sicuti hoc diſertis verbis diſpoſitum *in dict. Conſt.* §. Und ſollen demnach unſere geordnete Schöppēſtühle wider ſolche freventliche Verbrechere berührte Straffe zugleich/jedoch unterſchiedlich fürzunehmē/in obgeſetzten Fällen und nach Gelegenheit deß erſten und andern Grads erkennen/und urtheilen / und uns als der geordneten Obrigkeit heimſtellen und frey laſſen / welche wir darunter erwehlen/und wider die Verbrechere anzuſtellen befehlen wollen. Wenn aber in unſerer Unterthanen gehegten Fiſchwaſſern/ ſolche Verbrechere betretten/ und ſich bemeldte unſere Unterthanen der Straffe deß Rechtens in unſern Schöppenſtühlen befragen / und belernen würden / So ſol nicht bey jhnen die Wahl der unterſchiedlichen Straffen/ ſondern allein bey den Schöppenſtühlen ſtehen/was ſie für eine Poen/ nach Gelegenheit der Verbrechung / unter den conſtituirten / ſprechen wollen.

91 *Ideoq; ſuper piſcatione furtiva hoc caſu conſulti Scabini, ipſimet pœnam certam exprimere ſolent, in hunc modum reſpondentes:* Hat *M. R.* ewer Unterthaner in gutem bekandt und geſtanden/daß er einsmals ſich gelüſten laſſen / in ewerm gehegten Waſſer / darinnen jhr allein zu fiſchen berechtiget/ mit dem Hamen zu fiſchen/ inmaſſen er dann auch ein Mäſſiges Fäßlein mit allerley Fiſchen/ als Parmen und Weißfiſchen gefüllet/und mit ſich genommen/ꝛc. So wird *Inquiſit* wegen ſolcher ſeiner Verbrechung / vermöge dieſer Landen bewehrten Rechte auff ein Jahr lang billich verwieſen/ V. R. W. *Ad requiſitionem* Wolffgangi *à* Ztertz. *Menſe Jun. Anno* 1630.

Quæritur hîc: *An ea, quæ de furibus piſcariis dicta ſunt, locum quoq; habeant in furibus cancrorum, ita ut hi juxta prædictam ſanctionem, pœnis ibidem definitis ſint afficiendi?* De furto etenim piſcium in rivis ac fluminibus alienis captorū, verba *Conſtit.* loquuntur; Unde ſequi videtur ſanctionem iſtam pœnalem, ad furtum cancrorum nequaquam extendendam eſſe; quum Conſtitutiones ſtatutariæ ſint ſtrictè accipiendæ, *Andr. Tiraquell. de Legib. connub. gloſſ. 2. n. 23. poſt pr. Jacob. Schult. in pract. quæſt. 65. n. 32. & ſeqq. lib. 2.* 92

Q 8 Fures cancrorū quomodo puniatur?

93 Sed aliter reſpondere ſolent Scabini, cancrorum fures iiſdem pœnis ſubjicientes. Quantumvis enim ſæpè allegata Conſtitutio Electoralis verbis diſertis de hiſce non loquatur, haud abſurdè tamen forſan vocabulo piſcium, cancri quoque ibidem comprehenduntur. Nec diſpar ratio inter piſces & cancros proferri poterit: parumq; intereſſe videtur, an piſcator temerarius piſces, aut cancros ex flumine alieno abſtulerit. Utroque enim caſu jus piſcandi turbatur, & furtum ommittitur, *Matt. Stephan. in not. ad artic. 169. in fin. Ordin. Crimin. Carol. ubi & Georg. Sem. lit.* H. Ut mirum prorſus non ſit, furtum cancrorum ſecundum Conſtitutionem Electoralem puniri; quia ex paritate rationis idem jus provenit, *c. inter corporalia. 2. ext. de translat. Epiſcop. Panormitan. in cap. quoniam frequenter. 5. n. 6. ext. ut lit. non conteſt. Andr. Tiraquell. in reg. ceſſ. cauſ. p. 1. 156.*

94 *Scabinorum reſponſum hiſce formalibus fuit conceptum:* Hat der gefangene *H. D.* in ſcharffer Frage bekandt und geſtanden/ daß er nicht allein in ewern/ ſondern auch vieler andern gehegten Fiſchwaſſern offt und vielmahls bey Nächtlicher Zeit gekrebſet/ und viel Krebſe darauß Dieblichen entwendet/ auch ſolches über 10. Jahr alſo offt getrieben / daß er es eygentlich nicht wiſſen noch anzeigen köndte/*&c.* So wird er derowegen mit Staupenſchlägen deß Landes ewig verwieſen/ V. R. W. *Ad conſultationem Rudolphi à* Bunaw *in* Schkölen: *Menſe Julio, Anno* 1600.

95 *Et in caſu ſimili reſpondimus* Johanni *à* Plötzen: Hat *B. T.* als er vermöge unſers geſprochenen Urthels dem Scharffrichter auff gewiſſe maſſe untergeben worden/ geſtanden und bekandt/ daß er in die 3. Jahr lang in deß Herrn Graffen und ewerer gehegten Fiſchbache nebens andern ſeinen Geſellen gekrebſet/ möchte wohl miteinander in die 13. mahl geſchehen ſeyn / und ſie ohne gefehr in ewer Bache ein Schock 10. oder 11. in deß Herrn Graffen Bache aber ein Schock Krebſe oder 6. miteinander gefangen haben/ *&c.* So wird *Inquiſit* ſolcher ſeiner Verbrechung wegen mit der *tratto di corda* auff zwo Sprünge geſtrafft/ und darauff deß Landes ewig verwieſen/ V. R. W. *Menſ. Iulio, Anno* 1628.

QVÆSTIO LXXXV.

De Furto in pecunia ac rebus ſuæ adminiſtrationi aut fidei concreditis commiſſo, ejusq; pœna?

SVMMARIA.

1. *Contrectatio in furto vel vera, vel ficta eſt.*
2. *Furtum absque vera contrectatione perpetratum haud punitur ſuſpendio.*
3. *Tutores, Quæſtores, aliiq; rerum adminiſtratores in rebus ſibi concreditis furtum committere poſſunt. n. 5. 6. 7. 8.*
4. *Adverſus quos etiam Lex Julia de reſiduis locum habet.*
9. *Hi omnes extraordinariè puniuntur, non pœna ſuſpendij: Et quare? n. 10. 11. 12. 13. 14.*
15. *Eademque pœna obtinet quoque in foro Saxonico, num. 16.*
17. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
18. *In Electoratu Saxoniæ ſeverius in fures hoſce animadvertitur. n. 19. 20. 24.*
21. *Nihil æquè Principum facultates extenuat, quàm rationum reddendarum neglectus.*
22. *Malitia ac perfidia Quæſtorum difficulter poteſt impediri, n. 23.*
25. *Triplex pœna in caſibus tamen diverſis ac diſtinctis, irrogari ſolet Quæſtoribus perfidis in Electoratu Saxoniæ, num. 26. 27. 29. 31. 32. 33. 34. 42.*
28. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſ. n. 30. 43. 44.*
35. *Quæ tamen pœnæ non niſi juratis Quæſtoribus ac Officialibus infliguntur, n. 36.*
37. *De dolo & fraude conſtare debet, priusquam ſuſpendio puniantur Quæſtores, n. 38.*
39. *Unde dolus ac perfidia probetur? n. 40. 41.*
45. *In omnibus indifferenter adminiſtratoribus & officialibus perfidis eadem obtinet pœna.*
46 *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
47. *Eademque pœna tenentur Metallarij infideles ac perfidi, n. 48.*
49. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
50. *Ceſſat pœna ſuſpendij in Adminiſtratoribus perfidis, ſi de corpore delicti certò non conſtet, num. 51.*
52. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
53. *Pœnitentia quatenus Adminiſtratores excuſet, n. 54. 55.*
56. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
57. *Culpa & negligentia Quæſtorum, aliorumque Officialium in adminiſtratione quomodo puniatur? n. 58. 59.*
60. *Sententiæ Scabin. Lipſenſium n. 61. 62. 63. 64.*
65. *Furtum quoque committunt Depoſitarius, creditor pignoratitius, commodatarius, aliiq; in rebus ſibi concreditis.*
66. *Hi fures quomodo puniantur? num. 67. 68. 69. 70. 71.*
72. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n. 73.*
74. *Pœna tabellarij, perfidi pecuniam aliquò deferendam dilapidantis.*
75. *Ejuſmodi tabellarius furtum committit, n. 77. 78. 79.*
76. *Nec refert, an pecunia ei fuerit adnumerata, vel in ſacculo obſignata tradita.*
80. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
81. *In Electoratu Saxoniæ quomodo puniantur hi tabellarij perfidi? n. 82.*
83. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n. 84.*
85. *Mitius punitur tabellarius, qui rem reſtituit.*
86. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
87. *Ceſſat quoque pœna ordinaria, ſi tabellarius non habuerit animum furandi? n. 88. 89. 90.*
91. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
92. *Quid juris in aurigis, aliisq; pecuniam alteri exſolvendam ſubvertentibus? n. 93. 94. 95.*
96. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*

1 QVINTÒ præbet quoque cauſam mitigationis pœnæ forma ac modus furti commiſſi. Cõſiſtit enim forma hujus delicti potiſſimùm in ipſa rei alienæ contrectatione; quippè ſine quâ furtum nunquam committi poſſe, notum eſt, *l. 3. §. 18. ff. de acq. vel amitt. poſſeſſ. l. 1. l. 52. §. 19. l. 67. ff. de furt. l. 225. ff. de verb. ſignif. l. 18. ff. de pœn. l. 1. ff. quod quisque jur.* Contrectatio autem non eodem modo perficitur, nec ſemper una eademque eſt; ſed quandoq; fit verè cum rei ablatione, quãdoq; fictè & per translationem ad alium uſum contra voluntatem Domini, & promiſſionem datam: Quo caſu non plenam ablationem ſive amotionem neceſſariam eſſe, ſed ſufficere rem tantùm attrectari lucrandi animo, ait M*atth.* W*eſemb. in parat. ff. de furt. n. 4.*

2 Suſpendii tamen pœna regulariter pro furto, tantummodò verâ contrectatione & amotione rerum perpetrato, imponitur. Ex quo ſequitur, furem, qui verè rem alienam non contrectat, à ſuſpendij pœna liberari, & ſic ex forma & modo furandi pœnam ſuſpendii quandoque remitti. Id quod fit: 1. In ſubtractione rei alicujus fidei & adminiſtrationi commiſſæ ejusque converſione in proprios uſus. 2. In ſubtractione & ſubverſione rei fidei & cuſtodiæ alicujus, abſque adminiſtratione tamen, concreditæ. 3. Et attrectatione rei alienæ repertæ.

PRIMO enim ſæpè accidit, ut adminiſtratores pecunias, aliasvè res fidei & curæ ſuæ concreditas, in proprios uſus convertant, aliquid in rationibus doloſè omittant, intercipiant, & ſubvertant: ut facere quandoque ſolent, doloſi tutores & curatores, factores, geſtores, Quæſtores, Præſides, Publicani & ſimiles. Qui 3 omnes, ſive publicum, ſive privatum gerant officium, hoc nomine furti tenentur, *l. 4. §. hunc autem. 22. l. actione. 2. §. quod ſi fnrandi. 1. ff. de tutel. & ration. diſtrah. 33. ff. de furt.*

4 Quamvis enim Lex Julia de Reſiduis locum habeat contra adminiſtratores, publicam pecuniam intercipientes, & retinentes, perinde ſicut Lex Julia Peculatus contra alium datur extraneum, non adminiſtratorem, qui publicas pecunias ſurripuit, *Proſper. Farin. part. 7. quæſt. 171. num. 57. Berber. in pract. part. 1. rubr. 15. de Lege Jul. peculat. num. 2. & 3. Petr. Theodor. in* Colleg. *crim. diſp. 9. theſ. 5. lit.* C. Committitur ſiquidem crimen Reſiduorum non ſolum, quando quis publicam pecuniam, in aliquem uſum deſtinatam, in illum uſum & cauſam deſtinatam non expendit, ſed penes ſe retinet; *l. 2. ff. ad Leg. Jul. peculat. Tiber.* Decian. *in tract. crimin. lib. 8. cap. 28. nu.* 18. *Petr. Gregor. lib. 33. ſyntagm.* 20. *num. 20.* ſed etiam, quando adminiſtrator publicarum pecuniarum eas ſurripit, & in proprium uſum convertit, *l.* 4. §. *3. ff. dict. tit. Decian. dict. loc. cap. 31. num. 2.*

5 Nihilominus tamen & hi officiales publici, perinde atque alii adminiſtratores, qui munus publicum non ſubeunt, ſimul furtum faciunt, & hoc nomine furti actione tenentur. M*atth.* W*eſemb. in parat. ff. de Leg.* J*ul. peculat. n. 9. Henr. Bocer. in tract. de furt. cap. 2. n. 125.* Petr. *Frider. lib. 2. de mandat. judic. cap. 13. num. pen.* And. *Tiraquell. de pœn. temp. aut remit. cauſ.* 58. M*atth. Coler. part.*

6 *1. deciſ. 207. n.* 1. Uti haud obſcurè hoc probatur *ex l. tres tutores. 55.* §. *1. in pr.* Ibi: *ſi ipſi tutores rem pupilli furati ſint &c.* Et in verb. *Nam in aliis furibus. ff. de adminiſtr. & peric. tutor.* Unde colligitur manifeſtè, quod & Tutores in rebus pupilli adminiſtrationi ſuæ commiſſis, furtum committant: ſi nempè illas fraudulenter contrectent, & ſuum in commodum amoveant.

7 Cui etiam JCtus Paulus aſſentitur in *l.* 2. §. *1. ff. de tutel. & ration. diſtrah.* ſcribens, tutorem, qui furandi animo rem ex bonis pupilli abſtulerit, furti teneri. Et JCtus Ulpian. in *l. tutor. 33. ff. de furt.* diſertè oſtendit, quod tutori & curatori poteſtas adminiſtrandi, non intercipiendi res pupillares ſit data, & ideò ſi quid furandi animo amoverit, tutor vel curator furtum faciat, & furti teneatur: quamvis & tutelæ cum eo agi poſſit.

8 Licet enim adminiſtrator pecuniam ſuæ curæ commiſſam in proprios uſus convertens verè eam non contrectet & amoveat; attamen per translationem doloſam ad alium uſum, contra Domini voluntatem, illam contrectare videtur, *Matth.* W*eſemb. in parat. ff. de furt. num.* 4. Ut minus dubium ſit, hoc caſu quoq; furtum committi, *Inſt. de obligat. quæ ex delict. naſc. l. 1.* §. *fin. ff. de furt.* Unde & is, qui rem aliquam ex contractu tenet, fraudulenter eam Domino invito ſubvertendo, furtum committit, *l. qui jumenta. 40. l. ſi pignore.* 54. *in pr. l. ſi is qui* 59. *& l.* 76. *ff. de furt. Henr. Bocer. dict. cap. 2. n.* 127.

Q. I. *Quæ ſit pœna adminiſtratorū,*

9 Sed in hac furti ſpecie ſuſpendij pœna locum ſibi non vendicat. Nam etſi adminiſtratores & officiales, doloſè ac fraudulenter agentes, criminaliter puniri queant; nequaquam tamen

res fidei ſuæ commiſſas ſubtrahentium, ac in proprios uſus convertentiū?

pœnâ ordinariâ, ſed extraordinaria, pro arbitrio judicis ſunt afficiendi, ut rectè ſentit *Angel.* P*eruſin. conſil. 90. num. 2.* quem ſequitur *Aym.* C*ravett. conſ. 286. n. 9. Matth. Berlich. part. 5. concl. 57. n. 31. & ſeqq. Heinr. Bocer. in tract. de furt. cap. 2. nu. 129.* J*odoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 115. n. 1. & ſeq.* M*atth.* W*eſemb. in §. item* L*ex* J*ulia peculatus. n. 5. Inſtit. de publ. judic. Andr. Tiraquell. de pœn. temper. cauſ. 58. num. 1. & ſeqq.* Hocq; ipſum eſt, quod Tryphoninꝰ JCtus *in l. tres tutores. 55.* §. 1. *verſ. ſed tutores. ff. de adminiſtr. & peric. tutor.* inquit, non ita rigidè & aſperè cum tutoribus agi, ut cum cæteris furibus.

De hiſce ergò furibus Regula talis eſt notanda: Adminiſtratores, pecunias aliasvè res fidei & adminiſtrationi ſuæ concreditas, fraudulenter & doloſè ſubtrahentes, ſuſpendio non puniuntur, ſed extraordinaria quadam pœna, pro judicis arbitrio, afficiuntur. 10

Cujus regulæ variæ poſſunt reddi rationes. 11 P*rimò* namq; inquit P*etr.* H*eig. ad* §. *furtum autem fit. n. 9. Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc.* hujuſmodi Adminiſtratores non tàm invito Domino pecuniam contrectare videntur, quàm perfidè agere, *arg. d. l. tres tutores. 55.* §. *ſed ſi ipſi tutores. 1. ff. de adminiſtr. tutor. l. ſacrilegi. 9.* § *Labeo. 2. verſ. & ideo. ff. ad Leg.* J*ul. peculatus.* Quam rationem approbat *Reinhard. Roſa in addit. Dan.* M*oller. part.* 4. C*onſt. 41. n. 3.*

Secundò: Quæſtores, aliique officiales ut 12 plurimum pecuniam ſuo periculo ſuſcipiunt, ejuſque nomine cautionem præſtare ac fidejuſſores dare ſolent. Atqui res, alicui ſub periculo ejus commiſſæ, quaſi propriæ ipſius eſſe videntur. Quùm verò nemo in re propria furtum committat. §. 1. *Inſt. de obligat. quæ ex delict. naſc. l. 1.* §. *ff. de furt.* Utique nec prædicti Quæſtores & Officiales in pecunia, ſuæ fidei & adminiſtrationi concreditâ, propriè furtum committere videntur. *Henric. Bocer. in tract. de furt. cap. 2. num. 153.* Hocque eſt quod JCti Saxonici dicunt: **Daß die Schöſſer oder andere dergleichen Verwaltere / denen etwas auff jhr eygen Wagnuß und Gefahr vertrawet / keinen Diebſtal daran begehen / vnd demnach auch als Diebe nicht mögen geſtrafft werden** / *Aut.* C*onſult.* C*onſt. Saxon. tom. 2. part. 4. quæſt. 3. n. 17. 18. & 19. Virgil. Pingitz. quæſt. 47. n. 16.*

Tertio: Vulgata & communis eſt *Interpp.* 13 doctrina, quod adminiſtratio mitiget delictum, *l. multi. ff. de public. & vectigal. Gloſſ. in l. tutores. 33.* §. *1. verb. contrectare. ff. de adminiſtr. tutor. ubi & Bartol. num. 2. Andr.* T*iraquell. de pœn. temper. aut remittend. cauſ. 58. n. 1.* M*atth. Berlich. part. 5. concl. 57. num. 32.*

Quartò: Gravius delictum graviori pœna 14 regulariter coerceri debet. At quis neſcit, illum qui rem apud Dominum adhuc exiſtentem propria authoritate occupat, magis delinquere ratione ſcandali, quod ex tali facto veriſimiliter promanare poteſt; quàm ſi contrectet pecuniam, ratione contractus & adminiſtrationis apud ſe conſiſtentem, qualiter peccat perfidus adminiſtrator: Quum hoc caſu non æquè magna ſubſit ratio ſcandali, ut mirum propterea non ſit, pœnam furti rigoroſam hîc ceſſare, *Ægid.Boſſ.in tract.crimin.tit.decreto* Mediolan. *verſ.Et ratio diverſitatis, &c.*

15 Hæcque Regula in foro etiam Saxonico practicari ſolet, ubi ejuſmodi adminiſtratores propter pecuniam ſubverſam vel interceptam laqueo non ſuſpenduntur, ſed propter perfidiam & perjurium extraordinaria pœna, vel carcere, relegatione, aut fuſtigatione puniuntur, uti tradit *Virgil.Pingitz.quæſt.Saxon 47.* ubi refert Jenenſes Quæſtori, qui non modò circiter 4000. florenos in uſus proprios cõverterat, & cõſumſerat, ſed & pecuniã penes ſe depoſitam contrectaverat, & pro ſua expenderat, pœnam fuſtigationis dictaſſe, *num. 18.* Matth. *Coler.part.1.deciſ.207. num.3.* A*nt.*C*onſult.*C*onſt.Saxon.tom.1.part.4. quæſt.15.num.*1.*& ſeq.& tom 2.part.4.quæſtion.*3. *num.1.& ſeqq.*Matth.*Berlich.dict.concl 57.n.35. Reinh.Roſa ad Dan.*Moller.*dict.Conſt.*Electoral. 41.*num.3.*

16 Quod eo minus dubium habere videtur ob verba *Gloſſ.in art.22.lib.3.* Landrecht. *num.5.* In verb. **Es mag wol ſeyn/ daß ein Ding Diebiſch wird/ daran doch der/ welcher es hat/ nicht zum Diebe wird. Nemlich daß man jhn darumb nicht hencken mag/** *&c.* Etſi verò textus ille loquatur in ſpecie tantum de commodatario; attamen ratio textus generalis eſt, omnibus iis conveniens, qui fidem aliorum ſequuntur, eisque bona ſua committunt adminiſtranda, adeò ut ſi fidem iſti fefellerint, non poſſint furti redargui. Nam ex ratione generali Legis alicujus, diſpoſitio ad alios caſus ſimiles benè extendi poteſt, *l.regula.§.ult.ubi Bartol.ff.de jur.& fact.ignor.l.nomen debitoris.§.ult.ff.de legat.3.l.2.§.ſi mater verſ.quid ſi curatores.ff.ad SC.*T*ertull.*E*verhard.in topic.loco à ratione legis lata. Virgil.Pingitz.quæſt.Saxon. 47.n.7.& 8.* Clarior adhuc eſt textus *in art.29. lib.2.* Landrecht. In verb final. **Alldieweil er es nie Dieblich noch Räublich auß jener Gewehren bracht.** Unde probatur, de jure Saxonico illos demum propriè eſſe fures, ac furti pœnam incurrere, qui rem ex domini poſſeſſione auferunt, quod de adminiſtratoribus, qui volente domino rem detinent, dici nequit, *Dan.* M*oller.ad* Con*ſtitut.Elect.41.n.9.p.*4.

17 H*inc Domini Scabini in caſu, quo miniſter quidam Salinarius ex 120. modiis ſalis* (auß 2. Schock ſtücken Saltz) *pecuniam redactam interceperat, & in proprium uſum converterat reſponderunt*: So iſt er daſſelbe ſeinem Juncker zu bezahlen pflichtig / und möchte darüber wegen ſolcher ſeiner Veruntrawung mit ewiger Verweiſung ewerer Gerichte in Straff genommen werden. Da er aber das veruntrawete Geld zu erſtatten nicht vermüchte/ So würde er im Gefängnüß mit Ruthen billich gezüchtiget/ und denn ewerer Gerichte ewig verwieſen/ V.R.W. An Saltz Gräffen und Bornmeiſter deß Gerichts im Thale zu Halle. *Menſe Februar. Anno* 1583.

Q.2.Quomodo puniantur quæſtores aliique adminiſtratores & officiales infideles ac perfidi in Electoratu Saxoniæ.

18 Et hæc in communi foro Saxonico ſic obtinent. Sed aliter res ſeſe habet in Electoratu Saxoniæ. Illuſtriſſimus enim Elector D. Auguſtus, animadvertens, adminiſtratores ut plurimùm res ſuæ fidei concreditas dilapidare, contra jusjurandum præſtitum in proprium uſum convertere, ſibi ſuisq; conſulere, & rem familiarem meliorem reddere, parùm ſolicitos de reddenda aliquando ratione adminiſtrationis, ad coercendam hanc perfidiam adverſus homines illos nequiſſimos ac perfidos ſeveriori pœnâ ac mortis ſupplicio animadvertere juſſit, *Conſt.41.part.4*

19 Nimis forſan hoc rigoroſum alicui videbitur; Sed talem rigorem malitia ac perfidia requirit, quæ vix ullo alio medio humano coerceri poteſt, uti ipſemet Elector illuſtriſſimus innuit, in verbis Edicti hâc de re promulgati *Menſ.Octob.* A*nno* 1584. §. Nachdem auch. *Ibi*: **zu Betrachtung daß man ſich vor andern Dieben etlicher maſſen hüten und vorſehen / aber vor untrewen falſchen Dienern/ welchen man vertrawen muß/ nicht verwahren/ noch jhnen ins Hertz ſehen kan/ derohalben ſie wol billich ernſterer Straffe/ als die gemeine Diebe würdig/** *&c.* Quomodo enim Princeps ſibi ſuoque ærario proſpiciet? Quomodo procedet contra perfidos Quæſtores & officiarios, ſi cum ipſorum adminiſtratione eò perventum eſt, ut plurima fraudulenter & doloſè ſubtraxerint, omnibꝰ facultatibus jam lapſi & exuti ſint, omnia conſumpta; & in fumum cineremque redacta? ut loquitur *Virgil.* P*ingitz. quæſt.47.num.*1. ubi ſervos bonos inter prodigia numerat.

20 Cauſa hæc fuit, quod *Imp. Trajanus* omnium adminiſtrationum conſcius eſſe volebat, neque circa ſuam authoritatem quidquam fieri patiebatur. Ac propterea Principes multi, prudentia excellentes, propria conſcribere & notare ſolent manu opes & facultates, ac ſæpiùs earundem rationes ab iis, quorum adminiſtrationi commiſſæ ſunt, ipſimet exigere H*erm. Lather. de cenſu.15. num.7.&* 8. W*erner.lib.*1. der Fürſtlichen Tiſchreden *cap.1.* was der Fürſten geheime Buch in ſich begreiffen ſoll. Ita namque ſi oculati ſint Principes, nec ſemper alienis oculis videant, proventuum adminiſtrationem tutiorem eſſe vulgò exiſtimant. Etenim teſte H*eresbachio de Republ. Chriſt.adminiſtr.cap 9.pag.*153. Nihil æquè Principũ facultates extenuat, quàm rationum reddendarum neglectus. *Petr.Gregor.lib.3.de Republ. cap.8.num.9 verſ. Et ob id conſultè &c.* Imò in toto officio Quæſtorio rationes reddere omnium difficillimum eſt, das Ampt wäre gut/ ſagt jener/ wann nur Rechnung thun nicht wäre *Keller. lib.2.de offic.jurid.polit.cap.18.pag.505.*

21 At vereor, quòd Reges & Principes propter plurima publica munia indies ingruentia, & propter Provinciarum & ſubditorum adminiſtrationem ac regionis magnitudinem, in gravioribus negotiis deſudare cogantur; quàm ut in tanta rerum mole ac varietate, examini rationum ipſimet præeſſe queant. Et ut maximè rationes ipſimet exigerent, vix ac ne vix, etiam Themiſtocle doctiores, omnes acquirendi modos & media indagare ac impedire poſſent, quibus perfidi Quæſtores ad divitias & opes inopinatas, ut plurimùm pertingunt, quas abſque ſingulari detrimento, incommodoque

principis & ſubditorum congeri nemo ſanæ mẽtis perſuaderi ſibi patietur *Melch. ab Oſſa in conſil. polit. jurid. cap. 8. p. 99.* Quod & benè
23 animadvertit Fridericus Elector Saxoniæ, cognomento Sapiens, qui admonitus, ut ampliora conſtitueret Quæſtoribus ſtipendia, quia ſi egerent, facilè fieri, ut aliquid etiam decerperent ex alieno, prudenter reſpondiſſe fertur: *Ego libenter vellem eis certa & fixa ſtipendia conſtituere, ſi certum eſſet eos non amplius velle furari*, teſte *Melanch. in explicat. Evang. Domin. 9. Poſt Trinit. pag. 473.* Quò & facere videntur veteres Rhytmi Germanici:

Förſter und Häger/
Amptleute und Jäger/
Rentmeiſter und Pfleger/
Schöſſer und Procurator,
Verwalter und Curator,
Haben nicht groſſen Lohn/
Werden doch bald reich davon:
Raht/ wie mag es zugahn?
Jhre Rencke weiß nicht jederman.

quos refert *Richter. in axiom. Polit. Leg. 377. pagin. 804.*

24 Sed hæc nequaquam dicta quis ſuſpicetur de bonis, fidelibus ac juſtis Quæſtoribus, Præfectis, aliisq; officiariis, quos digniſſimos, ut optima laborum & virtutis ſuæ præmia conſequantur, & honoribus ac fortunæ donis augeantur, rectiſſimè judicat *Herm. Lather. de cenſu lib. 1. cap. 15. num. 17.* A quibus multùm differunt officiales, qui ſibi ſolis, ſuisq; conſulunt, id quod nomine Domini ſui ab aliis accipiunt, in rationes nõ integrè referunt, vel emẽdo vel vendendo, mutuò dando, vel admetiendo, falſo modio, aliavè menſurâ falſâ utuntur, & quicquid ferè lucrantur, doloſè ac fraudulenter in proprios uſus convertunt. De hiſce ſolummodò agit *Conſt. Elect. 41. p. 4.* eosq; ſeveriori pœnâ pro qualitate ſummæ ſubtractæ coercet.

25 Non enim indifferenter omnem perfidiam laqueo puniri, nec omnes indiſtinctè officiales infideles pœnâ corporis afflictivâ affici vult Elector Illuſtriſſimus; ſed pro ratione damni dati & pecuniæ interceptæ pœnam aggravari jubet. Principaliter namq; *tres caſus* Conſt. *Elect. ab invicem diſtinguit.*

26 Primus caſus eſt: Si id quod Quæſtores aliiq; officiales ſubtraxerunt, doloq; malo & fraudulenter in proprios uſus converterunt, ſummam quinquaginta florenorum uſitatæ monetæ non æquaverit. In hoſce carceris vel exilii temporalis pœnam Elector ſtatuit §. *1. dict. Conſt.* 41. Wenn die Summa ſolches veruntraweten/ unterſchlagenẽ/ und in jhren eygenẽ Nutz betrieglicher Weiſe angewendeten Guts unter funffzig Gülden Müntz ſeyn würde/ ſollen ſie mit Gefängnüß/ oder mit zeitlicher Verweiſung deß Landes geſtraffet werden.

27 Quæ tamen pœna peculiari quodam Edicto *10. Octobr. Anno* 1584. Dreſdæ promulgato ab Electore Illuſtriſſimo, D. Auguſto eatenus fuit immutata. Ut Quæſtor vel alius Officialis illud, quod ſubtraxit, & quinquaginta florenos non excedit, in duplum reſtituat: Si verò illud præſtare non poſſit, tum demùm vel carcere, vel temporali exilio puniatur. Edicti verba ſunt hæc: So ſollen dieſelben untrewen Diener/ wenn die Summa ſolches veruntraueten/ unterſchlagenen und in jhren eygenen Nutz betrieglicher Weiſe angewendeten Guts unter 50. fl. Müntz ſeyn würde/ ſolch entwendet Gut Vns oder jhrer andern Obrigkeit gedoppelt erſetzen/ oder da ſie ſolches am Gute nicht vermöchten/ mit Gefängnüß oder mit zeitlicher Verweiſung deß Landes geſtrafft werden/ ꝛc. Unde liquet, ex Edicto illo Electorali Officiales tùm demum carcere vel temporali exilio puniri, ſi duplum Domino reſtituere nequeant. Quod & poſtea ab Illuſtriſſimo Electore D. Chriſtiano I. peculiari edicto *26. Junij Anno* 1587. iisdem ferè verbis denuò repetitum ac confirmatum fuit.

28 *Hinc pronunciaverunt Scabini:* Ob nun wol deß gefangenen Holtzförſters Betrug vorhanden/ dieweil aber dennoch jhme ſolche ſeine begangene Holtzpartirerey und Vnterſchlagung 50. fl. noch nicht außträgt/ So wird Churfürſt *Auguſti*, und Churfürſt *Chriſtiani* deß Erſten Hochlöblichſter Gedächtnüß beyder *Conſtitution* vom vertrawten Gute beſchehener Milderung nach aufferleget/ den rechten Werth deß veruntraweten und untergeſchlagenen Holtzes gedoppelt/ oder zweyfältig wiederumb zu erſetzen/ auffn Fall er aber ſolches nicht vermöchte/ mag er derowegen eine Zeitlang mit Gefängnüß/ oder zeitlicher Landesverweiſung in Straff genommen werden/ V. R. W. *Verſus* Sittichenbach. *Ad conſultationem Georgij Erneſti à* Weißbach. *Menſe Januar. Anno. 1627.*

Et in caſu ſimili, ad requiſitionem Præfecti in Hartenſtein/ Menſ. *Auguſto, Anno 1628.*

It. Quæſtoris Dreſdenſis, Menſe Auguſto, Anno *1591.*

29 Secundus Caſus eſt: Quando ſumma pecuniæ, ob Officiale & adminiſtratore infideli interceptæ, quinquaginta florenos excedit. Tùm delinquentem fuſtigari, ac in perpetuum relegari jubet *Conſt. Elect.* 4 *nin* §. Da ſich aber. *Ibi:* Da ſich aber ſolche Summa über funffzig Gülden Müntze erſtreckete/ ſollen ſie mit Staupenſchlägen deß Landes ewig verwieſen werden/ *&c. ubi Dan. Moller. num.* 3. Matt. *Berlich. part. 5. concl. 57. num. 51.* In quo Conſt. Elect. non multum diſcrepat à jure communi, quo adminiſtratores pecuniam, fidei ſuæ concreditam fraudulenter atque doloſè ſubtrahentes, arbitrariè, ut relegatione ac fuſtigatione puniuntur. *Virgilius* Pingitzer. *quæſt. Saxon. 47. Matth.* Coler. *part.* 1. *deciſ. 207. num. 3.* Aut. *Conſult.* Conſtit. *Saxon. tom. 1. part. 4. quæſtion. 15. num. 1. Henric.* Bocer. *in tract. de furt. cap. 2. n. 129.* Jodoc. *Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 115. num. 1. & ſeq. Matth.* Weſemb. *in §. item Lex Julia peculatus. n. 5. Inſt. de publ. judic.* Aijman. *Cravett. conſ. 286. n. 9.*

30 *Secundum ea reſponderunt Scabini Quæſtori Pirnenſi:* Dieweil ewrem jetzigen Bericht nach die veruntrawete Silber 68 fl. außtragen/ So wird A. P. wegen ſeiner Verbrechung mit Staupenſchlägen und ewiger Landesverweiſung billich in Straff genommen/ V. R. W. *Menſe Iun. Anno* 1588.

31 Tertius denique caſus eſt: Si illud, quod adminiſtrator ſeu officialis infidelis ac

perfidus in adminiſtratione rerum, curæ ac fidei ſuæ concreditarum, ſubtraxit & intervertit ſummam centum florenorum æquet, vel excedat, Quo caſu delinquentem laquei ſupplicio affici vult Conſtitutio in §. **würde dann.** Ibi: **Würde dann bemeldte Summa auff hundert gülden Müntz / oder darüber lauffen/ ſollen ſie mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft werden.**

32 Hinc illæ Quæſtorum aliorumque miniſtrorum infidelium lachrymæ, de nimio Conſtitutionis rigore & ſeveritate, à jure communi exorbitante, multùm conquerentium: quorum tamen malitia atque perfidia vix aliter coerceri ac impediri potuit, adeò ut praxi & uſu hujus ſanctionis ad tempus modicũ quieſcente, ob inſignem nequitiam officialium Illuſtriſſimus Legislator eam renovare neceſſe habuerit peculiari edicto *10. die Octobr. Anno 1584.* Dreſdæ promulgato: Quam poſtmodum *Menſ. Jun. Anno* 1587. Illuſtriſſimus Elector D. Chriſtianus I. denuò confirmavit. Cujus vigor etiamnum hodiè durat, quòd haud abſque ſummo vitæ periculo & detrimento non pauci infidelitatis ſocij ante aliquot annos experti fuere.

33 Unde ejusmodi Regulam conſtruere licet: **In Electoratu Saxoniæ Quæſtores aliique Officiales, in adminiſtratione rerum ſibi concreditarum ſummam centum florenorum contra præſtitum jusjurandum doloſè ac fraudulenter in uſus proprios convertentes, laqueo ſuſpenduntur.**

34 Hancce Regulam certiſſimam eſſe, ac in Saxon. Electoratu practicari, nemo ambigit: quamvis haud pauci falsò exiſtiment, neglectum quemvis ſummæ *100.* florenorum rationibus non illatæ pœna mortis coerceri, ac indifferenter omnes infideles adminiſtratores laqueò ſuſpendi. Quos ſcire velim, hîc cautius agendum nec Reo confeſſo, ut etiam de corpore delicti conſtet, pœnam hanc rigoroſam ſuſpendij infligendam eſſe, niſi prius de juramento præſtito atque animo & propoſito delinquentis doloſo apparuerit. Ideoque judex (*quod probè notandum*) priuſquam pœna laquei hoc caſu irrogetur, de duobus potiſſimùm certus eſſe debet.

35 Quorum 1. *eſt.* Quæſtorem ſeu officialem, cujus perfidia puniri debet, fuiſſe juratum, & fidem atque dexteritatem in adminiſtratione ſuſceptâ juratò promiſiſſe Etſi enim Electoralis Conſtitutio diſſertis verbis hoc non requirat; hactenus tamen *Dn. Scabinos* eam non aliter intellexiſſe, nec Officialibus haud juratis ob doloſam pecuniæ ſubverſionem, & interceptionem pœnam laquei unquam dictaſſe, memini.

36 Quorum obſervantia ratione haud deſtituitur: Punitur ſiquidem in hoc delicti genere potiſſimùm perfidia adminiſtratorum, **die Untrew/** uti liquet ex verbis *Conſt.* 41. cujus propriè arguendi ſunt, qui contra datum jusjurandum res ſuæ adminiſtrationis in proprios uſus convertunt, ac propterea ob duplex delictum, furti nempè & perjurij, ſeveriùs puniendi ſunt, uti rectiſſimè docet *Henr. Bocer. in tract. de furt cap. 2. n. 140. 141. & 142.* Accedit etiam, quod Elector *in dict. Conſt.* eos demùm adminiſtratores infideles ſuſpendi velit, qui certis officiis ſunt præpoſiti. (**So zu einem Ampt verordnet.**) in Electoratu verò Saxoniæ nemini officium & adminiſtrationem abſque præſtatione juramenti committi notiſſimum eſt: Ut ſic pœnalem & rigoroſam iſtam ſanctionem ad alios officiales non juratos haudquaquam extendere liceat.

2. *Alterum* quod hîc probè obſervari velim, hoc eſt, ut ante omnia de animo delinquentis doloſo, ac propoſito furandi conſtet. 37 Accidit enim ſæpiſſimè, ut Quæſtores aliique Officiales pecuniam, aliasvè res ſuæ adminiſtrationis in proprios uſus convertant, eâ mente ac intentione, quò poſtea de ſua illas reſtituant, & in rationes referant. Quæ tamẽ reſtitutio præter ſpem & inopiam forſan ab ipſis poſtmodum fieri nequit. Hoſce etiamſi ab omni pœna extraordinaria immunes fortè non ſunt, ſuſpendij tamen pœna neutiquam plectendos eſſe judico. Quia enim animus & propoſitum furandi ac dolus intercipiendi deficit, haud furtum ab iis committitur *§. 1. Inſt. de obligat. qui ex delict. naſc.* Adeoque nec pœna ſuſpendij, in fures ſtatuta, ipſis eſt infligenda.

Quod & haud obſcurè apparet ex *verb. dict. Conſt. 41.* **oder anders mehr unterſchlagen/ und** 38 **ſolches alles in ſeinen eygenen Nutzen anwenden/ oder dergleichen Veruntrawung und Betrug gebrauchen.** *It.* **Solches veruntraweten/ unterſchlagenen/ und in jhren eygen Nutz betrieglicher Weiſe angewendeten Guts/** *&c.* Unde manifeſtum eſt, pœnam ſuſpendij irrogandam eſſe ſolummodò iis, qui animo doloſo furandi pecuniam, aliasvè res ſuæ adminiſtrationis fraudulenter interceperunt, ac in proprios uſus converterunt.

Q. 3. Unde dolus ac perfidia Quæſtorũ & officialium probatur?

Sed, *unde animus furandi, & dolus probabitur?* 39 In dubio namque Quæſtor, vel alius officialis culpâ & negligentiâ quædam omiſiſſe, nec doloſè & fraudulenter ſubtraxiſſe præſumitur, *Bartol. Bert. lib. 1. cõſ. 180. n. 15. Andr. Tiraquell. de pœn. temper. cauſ. 58. nu. 2.* *Andr. Alciat. reg. 3. præſumpt. 15. num.* 1. *& ſeq.* Scio equidem *Proſper. Far. vol.* 1. *conſ. 96. nu. 27. & ſeq.* tradere; ex conjecturis & indiciis, adminiſtratorum & Quæſtorum dolum probari; veluti ſi poteſt redditam rationem adminiſtrationis, computatorum libros reddere & exhibere nolint, *Farin. dict. conſ. 96. num. 11. Socin. lib. 2. conſ. 159. n.* 14. Vel ſi ſummam pecuniæ receptam in libro, ſuper quo fuit reddita ratio non deſcripſerunt. *Socin. dict. conſ. 159. num.* 8. *13. 25.* Item, ſi poſt redditas rationes pecuniam in libro non deſcriptam penes ſe retinuerunt, & in uſum proprium converterunt, *Roland. à Vall. vol. 1. conſ. 94. n. 26. Plot. de in lit. jurand. §. 5. n. 11. Socin. dict. conſ. 159. numer. 10. & conſil. 190. numer. 2. in fin. lib. 4. Farin. dict. conſ. 96. n. 6. vol. 1.* Quo etiam pertinet illud, ſi regiſtra annuorum redituum corruperunt & depravarunt, aut ſi pecuniæ acceptæ & ſolutæ quittationes, ſeu apochas dare, inque illis quid & quantum acceperint à ſubditis & debitoribus, ſpeciatim deſcribere noluerint. Id quod diſertis verbis *Conſtit Elect.* 41. requirit.

40 Hæc aliaq; indicia ſufficientia eſſe ad præſum-
ptionem doli, licet conceſſerim, exinde tamen
dolum probatum eſſe, ita ut pœna mortis tutò
irrogari queat, nemo facilè affirmabit. Non e-
nim ſufficit præſumptio doli ad pœnam mortis
irrogandam, ſed vel confeſſio delinquentis, vel
41 probatio luce meridiana clarior requiritur. Pro-
inde quum animus furandi & dolus per rerum
naturam taliter probari non poterit, ſufficienti-
bus indiciis præcedentibus Reum deſuper tor-
turæ ſubjiciēdum, aut pro ratione circumſtantia-
rum & præſumptionum, juramentum ipſi defe-
rendum eſſe puto, quo vel in tormentis, vel jura-
tò obtineat, quod nil doloſè & animo furandi in-
terceperit & ſubtraxerit, daß er das jenige/ ſo in
Rechnung nicht bracht/ſonder zurück gehalten/ꝛc.
nicht doloſè, bößlichen uñ vorſetzlichē ſeines eyge-
nē Nutzens halben unterſchlagē/und veruntraw-
et/an Gemüth und Meynung ſich mit der Herr-
ſchafft Schaden dadurch zubereichern und ſeinen
ſchändlichen Gewinn zu ſuchen/ *&c.*

Veluti ita in Elect. Saxon. Scabinatu ſæpiùs pronunciatum memini.

42 De hiſce ergò ſi certus eſt judex, quin Reo confeſſo, modò etiam de corpore delicti, ſummam ſcilicet centum florenorum reverâ ſubtractam & ſubverſam eſſe, liquidò appareat, pœnam ſuſpendij juxta Conſtitutionem Electoralem indicere queat, dubium non eſt.

43 *Reſpondentibus ita quotidiè Scabinis:* Dieweil ſichs befunden/daß ſolche deß Gefangenen Schöſſers Veruntrawung/ ſo er gütlichen geſtanden/ gewiſlichen und in Warheit von jhme geſchehen und verübet worden/ und dieſelbe weit ein mehrers denn 100. flor. Müntze außtragen und machen thut/ So mag er/ wofern er auff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor offentlichem gehegten peinlichen Halsgericht freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würd/wegen ſolcher begangenen und bekandten Veruntrawung/ Betrug/ und liſtiger Vnterſchlagung deß jenigen/ ſo jhme von der hohen Obrigkeit vff vorgehenden geleiſteten Eydt/ vertrawet worden/ Inhalts Churf. Sächſ. *Conſtitution* mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtraffet werden/ V. R. W. *Dreſdam ad requiſitionem DD. Commiſſariorū Electoralium, Menſe April Anno 1615.*

Et in caſu ſimili, ad requiſitionē Illuſtriſſimi Dn. Electoris Saxon. Menſe April. Anno *1613.*
It. Menſ. Januar. *Anno 1588.*

44 *Similiter & D. Scabini* Foreſtario *infideli pœnam ſuſpendij adjudicarunt, hiſce formalibus?* So möchte der Gefangene/ weil ſo viel Nachrichtung erlanget/ daß ſolche deß Gefangenen Vntrewe/ Holtz unnd andere Partirerey/ darzu er gütlichen ſich bekandt/ gewiß und in Warheit von jhme verübet worden/ und daſſelbe weit ein mehrers denn 100. flor. Müntze außtragen und machen thut/ wofern er auff ſeinem gethanen Bekändtnüß vor Gericht freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ von wegen ſolcher begangenen und bekandten Veruntrawung/Betrug/ Vortheilhafftiger und vorſetzlicher Vnterſchlagung deß jenigen/ ſo jhme von höchſtgedachten Churf. zu Sachſ. und Burggraffen zu Magdeburg/ *&c.* Vnſern gnädigſten Herrn auff vorgehenden geleiſteten Eydt vertrawet und vntergeben worden/vermöge und Inhalts Churfürſtl. Sächſ. *Conſtitution* mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft werden/V. R. W. *Ad Conſultationem Quæſtoris Grimmenſis, Menſe Auguſto, Anno 1615.*

Notandum porrò, Regulam antea dictam non modò in Quæſtoribus, Prætoribus, Præſidibus, Ædilibus, Publicanis, Foreſtariis, de quibus *Conſtit. Elect. 41. part.* 4. verbis expreſſis loquitur; ſed & in omnibus aliis officialibus & adminiſtratoribus infidelibus, res ſuæ adminiſtrationis in uſus proprios convertentibus, obtinere: quos æquè, ſi res interceptæ ſummam 100. florenorum attingant, ſuſpendio puniendos eſſe puto. Non ſolùm ob rationis identitatem, quæ eandem juris diſpoſitionem facit; *l. illud. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. his ſolis 7. §. actionem. 2.* C. *de revocand. donat. c. inter corporalia. 2. extr. de tranſlat. Epiſcop.* ſed & ob verba generalia *Conſt. Elect.* Oder ein jeglicher anderer ſo zu einem Ampt verordnet/ und von unſerm oder eines andern wegen/ Geldt/ Korn/ Holtz/ Getreyde und anders auffzuheben und einzunehmen hätte/ *&c.* Quæ & generaliter intelligenda, & ad quoſvis adminiſtratores extendenda ſunt, *l. de precio ff. de publ. in rem action. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præſtand.* Generalis enim locutio nil intactum relinquit, & verbo generali omnia includuntur; *Bald. lib. 1. conſil. 35.* 45

46 *Ideoq; & Domini pœnam ſuſpendij molitori infideli ſecundum Conſtitutionem Electoralem indicere non dubitaverunt:* Vnd es haben beydes die Beckere und Bürgere/ ſo bey dem Gefangenen die 4. Jahr über jhr Getreydicht unnd Maltz gemahlen ein jeder *in ſpecie* ſeinen Abgang umb ein gewiß Geldt Eydlichen angeſchlagen/ welches ſich in Summa zuſammen auff 362. fl. 6. gr. 9. pf. erſtrecken thut/und der Gefangene ſein Bekäntnüß nunmehr richtig gethan/ man auch der Erkündigung geſtalten Sachen nach gewiß iſt/ꝛc. Da nun der Gefangene auff ſeinem gethanē Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharrē/oder deß ſonſt wie recht überwieſen würde; So möchte er wegen ſolches begangenen uñ bekandten Diebſtals/ und daß er den Leuten/ ſo bey jhme in der Mühlen gemahlen/ ſo untrewlich/ bößlich/ und betrieglicher Weiſe vorgeſtanden/ und jhnen das jhrige durch ſeine liſtige/ Bübiſche und Tückiſche Räncke und Practicken vorſetzlich entfremdet/und abgeſtolen/ auch andern/ ſo dergleichen thun möchten zum Abſchew und Exempel mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft werden/V. R. W.

Ad requiſitionem Quæſtoris in Plauen/ *Menſ. Mart. Anno 1615.*

47 Ex quibus manifeſtum eſt, pœnâ hujus Conſtitutionis quoque Præfectos & Præſides fodinarum, metallicos, vectiarios, aliosq; Metallarios teneri: Ut qui non minus ac reliqui adminiſtratores, ſub verbis generalibus *Conſtit.* comprehenduntur. Etſi enim *Scabini* olim de hâc re dubitaverint, exiſtimantes, hanc ſanctionem ad metallarios neutiquam trahendam eſſe, eò, quod horum cauſæ ac lites ſpeciali quodam proceſſu ac jure ventilentur: tùm etiam ob verba clara *artic. 54.* Der Churfürſtl. Sächſ. Bergk-Ordnung *de Anno 1573.* So aber Vntrew oder Betrug darinnen befunden/ ſol

Q. 4. *Quâ pœna teneantur Metallarij infideles ac perfidi?*

derſelbe an Leib und Gut geſtrafft werden. Unde dicendum videbatur, infideles metallarios ultra pænam corporis afflictivam ſeveriori mortis ſupplicio puniendos non eſſe.

48 Attamen dubium hoc ſuſtulit Illuſtriſſimus Elector D. Auguſtus, pænam *Conſtit. 41. p. 4. ad* metallarios quoque extendens peculiari quodam reſcripto *Anno 1578. Menſ. Sept.* hâc de re Scabinis tranſmiſſo, cujus tenor hic fuit: Liebe Getrewe/ waſſer Geſtalt wir verruckter Jahr unter andern unſer Landes-Cõſtitutionẽ auch eine von vertrawetem Gute in offenen Druck außgehen laſſen/ habt jhr euch zu erinnern. Als Wir aber jetzo in Erfahrung kommen/ daß euch bedencklichen/ ohne außdrückliche Erklärung/ obangezogene unſere Conſtitution von vertrawetem Gute/ auch auff die Schichtmeiſter unnd Bergkleute zuerſtrecken/ die Untrew aber auff unſern Bergſtätten ſehr gemein werden will/ alſo das ernſtes Einſehen höchlichen vonnöhten. Als begehren wir hiermit/ ernſte befehlende/ ſolcher unſerer Conſtitution nach/ die wir auff die Schichtmeiſtere und andere Bergleute erſtrecket haben wollen/ die in ſolcher unſerer Conſtitution einverleibte Straffe auch wider die Schichtmeiſter unnd Bergkleute zuerkennen/ und Euch hieran den 54. Articul unſerer Bergk-Ordnung nicht jrren laſſen. Daran vollbringet jhr unſere zuerlaſſige ernſte Meynung. Dat. Weiderhain den 20. *Septemb. Anno 1578.*

49 *Ideoq́ etiam poſtea metallario infideli ac perfido pœnam ſuſpendij dictavere Scabini, ſic reſpondentes:* Hat *I.* F. in gutem bekandt und geſtanden/ daß er von jhrer etlichen an Zubuß an 132. flor. 5. gr. eingenommen/ und davon mehr nicht denn 16. flor. 10. gr. den Gewercken zum beſten verbawet/ *It:* daß er Herr D. Johann Trautenbuhl unnd *Antonio* Freudeman etliche Kuckes vor 63. fl. 13. gr. verkauffet/ davon den Gewercken nichts wiederumb zu gute kommen/ *&c.* Da jhr euch nun allbereit erkündiget hättet/ oder nochmals erkündigen würdet/ daß er ſolch Geld/ ſo er von obgedachten Perſonen bekommen/ gar oder deſſen ſo viel unterſchlagen und in ſeinen Nutz gewandt/ daß es jhme über 100. flor. außtragen thäte/ und er würde auff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen/ So möchte er von wegen ſolcher begangenen und bekandten Veruntrawung und Betruges/ vermöge Churfürſtl. Sächſ. *Conſtitution*, mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W. Freybergk an die Beampten und Verwaltern deß Bergwercks/ *Menſ. Febr.* An. 1582.

Eandem pœnam Metallario *infideli irrogandam eſſe reſponderunt judici & Scabinis Schneebergenſibus.* Menſe *Majo, An.* 1582.

50 Limitatur autem regula antea poſita quibuſdam modis. Ac *Primò*, pæna mortis infligenda non eſt infidelibus adminiſtratoribus. Quæſtoribus, aliisque officialibus, ſi de corpore delicti, & quantitate rerum ſeu pecuniæ interceptæ & ſubverſæ certè & liquidò conſtare nequeat; ut maximè Reus ſubractionem confiteatur, & ſummam certam exprimat.

51 Etſi enim in *Conſt. Elect. 41. part.* 4. hæc limitatio non reperiatur, attamen quum ea adminiſtratoribus infidelibus ob furtum miſſum pœnam ſuſpendij irrogari velit: In crimine verò furti ſupplicium mortis tum demùm Reo infligatur, quando de corpore delicti & furti commiſſi conſtat, *Conſt. Elect. 33. part. 4.* Utique nec hoc caſu, priusquam de facto delinquentis certò conſtiterit, judex ad pœnam ſuſpendij eum condemnare poteſt. Præſertim quia & in aliis quibusvis delictis Reo confeſſo pœna mortis tùm demùm debet irrogari, quando de corpore iſtius delicti ſatis apparet, uti expeditum eſt, *l. 1. §. item illud. ff. ad Syllan. l. 1. §. ſi quis ultro. ff. de quæſt. Nicol. Boer. deciſ. 164. nu. 2. & ſeqq. Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. poſtquam. num. 6. Anton. Gabriel. lib. 7. concluſ. 17. n. 4. Johan. Zanger. de quæſt. in proœm. n. 37. 38. Anton. Gomez. de captur. Reor. n. 1. Ægid. Boſſ. in pract. crim. tit. 1. in pract.*

Hocq́ ipſum probat Scabinorum reſponſum, hiſce verbis conceptum: Ob nun ſich wol das veruntrawete Silber auff 109. fl. 6. gr. erſtrecken ſol/ dieweil jhr aber dennoch ſelbſt berichtet/ daß in dieſem Fall keine Erkündigung oder Gewißheit kan genommen werden/ und die 33. Churfürſtl. Sächſ. *Conſtitution. p. 4* klar vermag/ daß in ſolchem Fall/ wenn gleich der Diebſtal groß/ der Dieb dennoch am Leben nicht zu ſtraffen ſey/ So mag auch *inquiſit* über die allbereit erlittene Tortur/ mit fernerer Leibes oder Todes-Straff nicht beleget werden. Er wird aber gleichwol deß Landes ewig billich verwieſen/ V. R. W. An Schöſſer zu Pirna/ *Menſe* Junio, *An.* 1588. 52

Limitatur ſecundò, Regula hæc: In adminiſtratoribus infidelibus pœnitentibus, & damnum antequam in carcerem conjiciantur reſarcientibus, reſque ſubtractas reſtituentibus, quos à pœna conſtitutionis rigoroſa liberandos eſſe, puto. 53

Q. 5. Num pænitentia perfidos Quæſtores & officiales à pæna ordinaria excuſet?

Sicuti enim in multis delictis non atrocioribus pœnitentia poſt commiſſum crimen pænam mitigat, A*ndr. Tiraquell. in tract. de pœn temper. aut remittend. cauſ. 28. num. 1. & ſeqq. Jaſon. in l. arenam num. 5. & ſeq.* C. *de inoff. teſtam. Matth. Berlich. part. 5 concl. 45. num.* 70. Ita & in crimine furti, Reo penitenti ſuſpendij ſupplicium remittere jubet C*onſtitut. Elect. 32. §. fin. part. 4.* Quod tantò magis obtinet in præſenti caſu, quantò minus officiales infideles propriè fures ſunt appellandi, & per converſionem rerum adminiſtrationis ſuæ in proprios uſus, furtum committunt, *arg. l. tres tutores. 55. §. ſed ſi ipſi tutores. 1. ff. de admin. tutor. l. 9. §. Labeo. 2. verſ. Et ideo. ff. ad Leg. Jul. pecul.* 54

Idque minùs dubij habet, ſi adminiſtratore ad reſtitutionem damni ſe offerente, Dominus cui res ſubtracta fuit, illam acceptet, atque cõſentiat, qui ita tranſigens cum officiali ſuo nullum prorſus damnum ſentire videtur, ut cujus reſtitutionem ab ipſo exſpectat. Mortis verò ſupplicio furem puniendum non eſſe, niſi per furtum damnum datum fuerit, patet ex *art. 160. Ordin. Crim. Carol.* In verb. Und wie ſchädlich dem Beſchädigten der Diebſtal ſeyn mag *&c.* 55

Secundum ea reſponderunt, Domini ad conſultationem Cornelij à Miltitz: Hat P. H. in gutem bekandt/ daß er innerhalb 6. Jahren in Verkauffung deß Holtzes bißweilen etliche Aeckere unterſchlagen/ und das Kauffgeldt/ ſo ſich zum geringſten auff 100. fl. 56

erſtrecket/ veruntrawet/ und in ſeinen Nutz gewendet/ Ob er nun wol von wegen ſolcher begangenen und bekandten Veruntrawung vermöge Churfürſtlicher Sächſiſcher *Conſtitution* die Straffe deß Stranges verwircket/ dieweil er aber dennoch ſeine Verbrechung höchlich berewet/ auch deß veruntraweten Geldes euch hinwiederumb Erſtattung zuthun erbötig/ So bleibet er mit obberürter Todesſtraff/ weil jhr mit ſeinem erbieten wol zu frieden/ verſchonet/ Er wird aber gleichwol mit zeitlichem Gefängnüß billich in Straff genommen/ V. R. W. *Menſe Jan. Anno 1603.*

57 Limitatur denique tertiò hæc Regula: In iis adminiſtratoribus, qui non dolosè ac fraudulenter animo furandi in rebus, fidei & adminiſtrationi ſuæ concreditis, verſati fuêre, ſed forſan ex negligentia & culpâ quicquam ſubtićuerunt, aut pecuniam in proprios uſus converterunt, animo tamen & propoſito eam poſtea reſtituendi, & in rationes ſubſequentes referendi.

Q. 6. Quomodo culpa et negligentia Quæſtorum & officialium puniatur?

58 Etenim pœnam mortis officialibus infidelibus tùm demum irrogandam eſſe, ſi perfidè & dolosè verſati ſint, probavi *ſupra numer.* 38. ex *verb. Conſtit.* 41. deßgleichen/ Veruntrawung oder Betrug gebrauchet. *It:* Solches veruntraweten/ unterſchlagenen/ und in jhren eigenen Nutz betrieglicher Weiſe angewendeten Guts/ &c. Ex culpâ & negligentia verò Adminiſtratores civiliter ſolùm alligati ſunt, non criminaliter, *arg. l. ſacrilegi. 6. §. cum eo autem. ff. ad Leg. Jul. peculat. Matth.* Weſemb. *in addit. ad Schneidvvin. in §. ult. num. 5. Inſtit. de publ. judic. ubi etiam Johan.* Fab. *num. 3. Henr. Bocer. de furt. cap. 2. num. 143.*

59 Ideoque adminiſtratores & officiales hoc caſu defectum reſarcire tenentur, *Virgil.* Pingitzer. *quæſt. Saxon. 47. num.* 10. *ſub fin. verſ. Secundus caſus eſt, & num. ſeq.* Aut. Conſult. *Conſt. Saxon. tom. 1. part.* 1. *quæſt. 11. num.* 17. *verſ.* Zum andern wenn von einem *Et tom. 2. part. 4. quæſt. 3. n.* 1. *& num.* 20. Ita tamen, ut ſimul ob culpam & negligentiam arbitraria pœna, relegationis, carceris, vel mulcta pecuniaria plectantur: Arbitrariè enim culpa puniri ſolet. Vid. Proſper. *Farin part. 3. oper. crimin. quæſt.* 87. *num.* 76. *& ſeqq. Paul. de Caſtro in l. 1. nu. 9. ff. de legib. Angel. Aret. in tract. malef. verb. incẽdiario. numer. 5. Roland. à Vall. lib. 3. conſ. 64. n. 5.*

60 *Reſpondentibus ita quotidie Scabinis:* Ob nun wol der geweſene Ambtſchöſſer den Eydt wircklichen geleiſtet/ und daß er vorangezogene Gelder nicht *dolosè*, bößlich und vorſetzlich/ ſeines eigenen Nutzes halben unterſchlagen und veruntrawet habe/ geſchworẽ. Dieweil jhme aber dennoch gebühret hette andere vorſichtigkeit zugebrauchen/ und das jenige/ was er in der articulirten Ambtsbeſtellung angelobet und zugeſaget/ in beſſere Acht/ denn von jhme geſchehen zu nehmen: So iſt er die von ſeines befohlenen Ambts Unterthanen an der Contribution zum Defenſionwerck zu viel/ und dem angelegten *calculo* nach bey 471. fl. 7. gr. 1. pf. mehr eingenommen/ als verrechnet/ ingleichen die 20. fl. vor verfertigte Tiſcher unnd Glaſer arbeit/ ſo er mehr in Rechnung verſchrieben/ als den Handwercksleuten außgezahlet/ wie dann auch den auffgroſchen von der Articulten Landt/ unnd Tranckſtewer/ &c. wircklichen zuerſtatten unnd zuerlegen ſchuldig und mag hierüber umb eine zimliche Geldbuſſe ſeinem Vermögen nach/ oder eine Zeitlang mit dem Gefängnüß geſtrafft werden/ inmaſſen *Inquiſit* auch zugleich die auff dieſen *Inquiſition* Proceß auffgewendete Unkoſten zu entrichten pflichtig iſt/ V. R. W. *Verſus* Voigtsbergk. *Ad requiſitionem Commiſſariorum Menſ. April. Anno* 1618.

61 *It:* So erſcheinet darauß allenthalben ſo viel/ daß *Inquiſit* der geweſene Schöſſer daſelbſten geſtalten Sachen nach/ weil er das jenige/ ſo er theils ſelber geſtander/ theils überführet/ mehr *ex culpâ* und unbedachtſamer Nachläſſigkeit/ dann *dolosè* und fürſetzlichen fürgenommen/ an Leib oder Leben nicht zuſtraffen. Er iſt aber gleichwol die zur Ungebühr innebehaltene 53. fl. 4. gr. 4. pf. und 506. fl. 13. gr. 3. pf. 1. hel. an der Landſtewer/ und alſo in der Summa 765. fl. 7. gr. 7. pf. 1. hel. Ihr Churf. Gnad. zuerſtatten und wieder herauß zu geben/ ſich auch mit den Leuten der *Victualien* halben/ ſo wol mit den Gerſchlitzer Gerichtsperſonen der 8. gl. wegen gebührlichen abzufinden/ und die in dieſer Sachen auffgewendete Unkoſten zuentrichten ſchuldig/ und mag hierüber/ weil gleichwol ſeine angeführte Entſchuldigung allerdings nicht paſſiret werden kan/ Sondern jhme in alle Wege gebüret und obgelegen/ richtigere Rechnung zuhalten/ willkürlich/ entweder auff etliche Jahr mit Landesverweiſung/ oder wofern Jhr Churf. Gnad. zu Sachſen ſeinem unterthänigſten ſuchen unnd bitten nach es jhme wegen ſeines Weibes und Kinder auß Gnaden dazu kommen laſſen wollen/ umb eine ziemliche Geldtbuß ſeinem Vermögen nach in Straff genommen werden/ V. R. W. *Verſus* Düben *ad requiſitionem Dom. Commiſſarior. ad hunc proceſſum deputatorum. Menſ. Mart. An.* 1617.

62 *It:* So iſt nun *Inquiſit* den Articulirten Graſerey Zinß den er zur Ungebühr eingehoben/ wie auch den Articulirten Abgang am Getreidicht/ ſo er zwar berechnet/ aber ſolchen den Leuten vorenthalten/ zuerſtattẽ/ auch die in diſer *Inquiſition* Sachẽ auffgewendte Unkoſten zuerlegen ſchüldig/ unnd mag hierüber/ daß er ſich nicht beſſer vorgeſehen/ und ſeine Beſtallung in gebührende Acht genommen/ geſtalten Sachen nach/ weil er gleichwol zu ſeinem Schutz unnd Entſchuldigung etwas angeführet/ darauß ſo viel erſcheinet/ was dißfals von jhme verübet/ und er verbrochen/ nit *dolosè* geſchehẽ/ mit zeitlicher Landesverweiſung geſtrafft werden/ V. R. W. Nachm Petersbergk/ A*d requiſitionem* C*ommiſſariorum. Menſ.* M*ajo Anno* 1615.

Et *alio in caſu* an die Churfürſtl. Sächſiſche *Commiſſarien* zu Dreßden/ *Menſe* J*unio, Anno* 1614.

63 *In caſu ſimili fuit extra Electoratum Saxon. alicui dictata Relegatio temporalis ab biennium, unà cum reſtitutione damni. Ad requiſitionem Principiſſæ, viduæ Pomeran. Dn. Sophiæ, Duciſ. Saxon. in* Altenſtettin/ *Menſe* J*un.* A*nno 1628.*

64 *It:* An die Gräfflichen Schwartzenbergiſche Cantzler unnd Räthe im Meiſterthumb Sonnenburgk/ So wird er ſeiner Nachläſſigkeit wegen/ und daß er gleichwol der Herrſchafft Gelder zu ſeinem Nutzen angewendet und gebrauchet/ deſſen er dann nicht in Abrede ſeyn kan/ jhme aber ſolches zu thun/ keines Weges gebühret umb 200. Thalr. in Straff genommen/ V. R. W. *Menſ. Decembr.* A*nno 1630.*

65 Secundò, ratione contrectationis & formæ furti perpetrati. Ceſſat quoque pœna ſuſpendii in ſubtractione & ſubverſione rerum, fidei & cuſto-

diæ alicujus, abſque adminiſtratione tamen, concreditarum.

Veluti ſi alicujus fidei & cuſtodiæ pecunia, aliave res per modum contractus vel quaſi ſine adminiſtratione eſt tradita & commiſſa: Qualis eſt depoſitarius, creditor pignoratitius, commodatarius & ſimilis. Qui omnes, ſi res ſibi concreditas in ſuum uſum convertant, abſque dubio furtum committunt, ac furti tenentur, *§. placuit. 7 §. furtum autem. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc. l. ſi pignor. ff. de furt. l. ſi ut certo. 5. §. quinimo. ff. commod. l. qui furtum 16. ff. de condict. furtiv.* Jodoc. *Damhouder. in prax. rer. criminal. cap.* 110 *num.* 14. *Angel. Aretin. in tract. malefic. verb. & veſtem cœleſtem. num. 32. Barthol. Bertazol. conſ. 412. & ſeqq.* Johan. *Harpprecht. in §. placuit. 7. nu. 2. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſcunt.* Jacob. *Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib.* 2. *cent. 3. caſ. 298.*

Q. 7. Quæ ſit pœna depoſitarij, commodatarij, aliorumq́ res ſine adminiſtratione ſibi concreditas in proprios uſus convertentium?

66 Unde & quidam opinantur, fures hoſce non minus ac reliquos ob perpetratum furti delictum laqueo ſuſpendendos eſſe. Sicuti in ſpecie de depoſitario, qui fraudulenter ac doloſè pecuniam penes ſe depoſitam in proprium convertit uſum, tradit ac docet *Ayman.* Cra*vett. conſ. 287. num. 2. tom. 1. Ægid. Boſſ. in pract. crimin. tit. de furt. num.* 45. *Matth. Berlich. part. 5. concl. 57. nu. 21.* Matt. *Stephan. in not. ad articul.* 170. *Ordinat. Crim. Carolin.* Qui hanc ſententiam non parùm videntur ſtabilire, quando Imper. Carol. V. inquit: **Welcher mit eines andern Gütern/die jhme in guten Glauben zubehalten/ und zuverwahren gegeben ſeyn/ williger und gefährlicher weiſe dem Glaubiger zu ſchaden handelt/ ſolche Miſſethat iſt einem Diebſtal gleich zu ſtraffen.**

67 Sed nimis rigoroſa, meo judicio, hæc eſſet ſententia. Quam ſi quis defendere velit, ex paritate rationis adminiſtratores quoque res adminiſtrationis ſuæ in proprios uſus convertentes ordinariâ furti pœna teneri, is ſtatuere neceſſe habebit, contra ſupra tradita, juxta quæ non modò depoſitarium, ſed & commodatarium alioſque contrahentes non minus atque officiales & adminiſtratores infideles à pœna ſuſpendii immunes eſſe puto. Nam & hi non tàm invito Domino rem contrectare, & propria authoritate occupare, quàm perfidè & contra legem contractus agere, reſque ſuæ curæ commiſſas ſubvertere videntur, *arg. l. tres tutores. 55. §. ſed ſi ipſi tutor.* 1. *ff. de adminiſtr. tutor.* Petr. *Heig. ad §. furtum autem ſit. num. 9. inſt. de obligat. quæ ex delict. naſcunt.* Ut vel ob hunc ſolum veræ contrectationis defectum pœnam mortis ceſſare, haud inconvenienter quis dixerit.

68

Accedit etiam, quod quotieſcunque dolus vel delictum purgari poteſt per actionem ex contractu vel quaſi, actio de dolo & criminalis accuſatio ceſſat, *Bartol. Bertazol. conſil.* 129 *num* 13. *lib. 1. Natta tom. 3. conſil. 588. num. 10. & ſeqq. Dom.* Cardin. T*uſch. tom. 2. pract. concluſ. lit. D. concl.* 178. *num. 1. & ſeq.* Atqui hoc caſu per actionem ex contractu delictum purgari poſſe, nemini ignotum eſt.

Quæ opinio in foro Saxon. eò faciliùs recipienda eſt, quod jus Saxonicum commodatarium furti redargui nolit, in *artic. 22. lib. 3.* **Landrecht.** Ibi: **Dieberey noch Raubes mag er jhn aber daran nicht gezeihen/ ſintemahl er es jhm ſelber gezichen hat/ &c.** Quæ verba de ſuſpendii pœnâ explicat *Gloſſ. German. in verb.* **Dieberey noch Raubes/** *&c. num. 5.* Ut ſenſus ſit, commodatarium re commodata ad alium uſum utentem furtum quidem committere, laqueo tamen haudquaquam puniri. Quod ipſum ex rationis generalitate ad alios quoque contractus non malè extendit *Virgil.* P*ingitzer quæſt. 47. n. 7. & 8.* 69

Quo etiam facit, quod de jure Saxon. is ſolùm propriè fur dicatur, qui rem aliquam à poſſeſſione Domini aufert, *artic. 29. in fin. lib. 2.* **Landrecht.** *num.* 4. In verb. **Ob du mir etwas zu behalten giebeſt/ oder ich was finde/ dieſer Anfang iſt an jhm ſelbſt ehrlich/ So ich aber diß dein vertrawet Gut dir nachmals verleugne/ oder das gefunden Ding ſeinem Herrn vorbehalte/ dadurch wird es bey mir diebiſch. Aber dieſe Dieberey gehet keinem an den Halß/ſondern auff Geldtbüſſe/&c,** 70

Proindè non modò commodatarium; ſed & depoſitarium, alioſque contrahentes à pœnâ ſuſpendii hoc caſu exemptos, ob uſum alienum atque ſiniſtrum rei ſuæ fidei concreditæ, arbitrariè tantummodò & pœna extraordinaria plectendos eſſe, ſtatuo. Cui nil quicquam refragatur, *artic.* 170. *Ordin. Crimin. Carolin.* Ut maximè enim conceſſerim, crimen hoc furti pœna coercendum eſſe, exinde tamen non ſequitur pœnam ſuſpendii ſibi hoc caſu locũ vendicare; quum & aliæ pœnæ in fures ſint ſtatutæ, quibus depoſitarius affici poterit: Tantumque abeſt omnem furti pœnam hic ceſſare, ut potiùs depoſitarium ob furtum perpetratum extraordinaria pœna plectendum eſſe exiſtimem. 71

Veluti etiam ita reſpondimus Joachimo **Flemingen** *in* **Kempnitz: Habt jhr vorm Jahr** M. K. 62. **Ducaten in Verwahrung gegeben/ und bey jhme deponiret/welche er auch zu ſich genommen/ und dieſelben auffzuheben verſprochen/ auch zu deſſen Beſcheinigung ein Bekäntnüß euch außgeantwortet/ nach deme aber gedachter** M. K. **ohne gefehr Geldes von nöthen gehabt/ hat er das** *depoſitum* **angriffen/ und die Ducaten in ſeinen Nutz verwendet/ deſſen er auch/ wiewol er anfänglich das** *depoſitum* **gantz verneinen wollen/ endlich geſtändig geweſen/** *&c.* **Da jhr nun ſolches gebührlichen rugen und wider jhn außführen würdet/ ſo were er euch andere 62. Ducaten/ oder aber den werth derſelben zuerſtatten ſchüldig/ und möchte hierüber willkührlichen/ entweder umb eine ziemliche Geldtbuſſe ſeinem vermügen nach/ oder mit Landes Verweiſung in Straff genommen werden/ V. R. W.** *Menſe Iun. Anno* 1630. 72

Et in caſu ſimili pronunciavimus Wolffgango à **Mergenthal: Hat** *G. L.* **Richter zu** *D.* **abgewichener Zeit die eingebrachte** *Extraordinar* **ſtewer in das Ampt Meiſſen endtrichten unnd abſtatten ſollen/** 73 len/ ſolches aber nicht gethan / ſondern dieſelbige viel Wochen hinterhalten/ und etwas davon außgegeben/und in ſeinen Nutzen gewendet/ *&c.* So iſt er berürte Stewer/wo fern es nicht allbereit geſchehen/ zuerſetzen/ ſo wol die in dieſer Sachen auffgewendete Vnkoſten auff vorgehende *Liquidation* und richterliche Ermeſſigung zuerſtatten ſchuldig / und mag hierüber umb zwey newe Schock in Straff genommen werden/ V.R.W. *Menſe April. Anno* 1629.

It: Nach Schaffſtedt/ an Vrban Schmieden: Vnd es hat N.N. nicht allein das *Inventarium* verfälſchen laſſen / ſondern auch zehen Thaler und etliche andere Stücke zu rück behalten/deſſen er nachmals überführet worden / und alle das jenige/ ſo er verſchwiegen/ herauß geben und wieder erſtattẽ müſſen/ ꝛc. So wird er nach Gelegenheit dieſes begangenen *falſi* und hinterhaltenen *depoſiti* willkührlichẽ billich geſtrafft. Mit der in der Churf. Sachſ. *Conſtitution* 41 *p*.4. geſetzten und *An.* 1584. durch ſonderbares Churfürſtl. gnädigſts *reſcriptum*, geenderter Straff aber/weil ſolche allein die jenigen angehet/ ſo die jhrer Verwaltung anvertrawete Güter bößlichen unterſchlagen / mag er geſtalten Sachen nach nicht belegt werden/ V.R.W. *Menſe Febr. Anno* 1632.

74 Hinc quæſtio decidenda: *Quâ nempè pœnâ affici debeat tabellarius ſeu nuncius infidelis, qui pecuniam aliquò deferendam furatus aufugit, ventre & Venere dilapidat, ludo perdit, aut alias in uſus ſuos convertit?*

Q. 8. Pœna tabellarij perfidi pecuniam aliquò deferendam dilapidantis.

Quem furtum committere, luculenter apparet ex *l. ſi is. 7. C. de furt.* ubi expreſsè dicitur furtum commiſiſſe, qui pecuniam alteri afferen-
75 dam in ſuos uſus convertit. Unde & tabellarium ejuſmodi perfidum furti eſſe arguendum, rectiſſimè tradũt vulgò Interpp. *Proſper. Farinac. lib. 1. conſil. crim. 96. nu. 42. Johann. Harppr. in §. hi qui in parentum. 12. nu. 14. & ſeqq. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc. Virgil. Pingitz. quæſt. Saxon. 48. nu. 15. Dan. Moller. lib. 4. ſemeſtr. cap. 2. Matth. Berlich. part. 5. concl. 58. nu. 7. Johan. Mich. Beuther. de jure prælat. part. 1. cap. 43. pag. 90. Chaſſan. ad conſuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. verb. ſi aliquis ſimplex furtum n. 9.*

76 Nec refert, an pecunia ei fuerit adnumerata; vel in ſacculo obſignato tradita, prout diſtinguit *Jaſon. in l. ejus qui in provincia. 41. verſ. quas vero pecunias. num. 6. ff. de reb. credit.* Utroque enim caſu nuncius pecuniam alienam in ſuos uſus convertit, adeoque furtum committit. Licet namque Dominus tabellario pecuniam adnumeret, & tradat ad alium perferendam; nullatenus tamen præter intentionem & mentem ſuam dominium pecuniæ in tabellarium transfert. Per numerationem ſiquidem abſque conſenſu Domini, dominium pecuniæ non transferri, expeditum eſt, *l. ſi quis uxori. §. Julianus. ff. de furt. l. ſi is cuj. C. de furt. l. ſi tibi mandavero §. ſi tibi dedero centum. ff. mandat. Virgilius Pingitzer. dict. quæſt. 48. nu. 28. Dan. Moller. dict. lib. 4. ſemeſt. cap. 2. Ludov. Gilhauſ. in arbor. Jud. Crimin. cap. 2. tit. 27. n. 16.*

77 Neutro tamen caſu nuncius, ſive obſignatam, ſive adnumeratam pecuniam alteri afferendam in uſus proprios convertit, pœnâ laquei eſt afficiendus; Ob rationis identitatem; quâ contrahentes, res ſibi concreditas contra legem conventionis & contractus ſubvertentes, ab ordinariâ furti pœnâ exemptos eſſe, dixi, quod nempe hi non tàm invito Domino rem contrectare, & propriâ authoritate occupare, quàm perfidè & contra legem contractus agere, reſque ſuæ curæ commiſſas ſubvertere videantur, *argum. l. tres tutores. 55. § ſed ſi ipſi tutores. 1. ff. de adminiſtr. tutor.* Petr. *Heig. ad §. furtum autem ſit. num. 9. Inſt. de obligat. quæ ex delict. naſcunt.*

78 Quod & in foro Saxonico uſu receptum, ob textum in *artic. 29.* lib. 2. Landrecht. In verb. final. keine Dieberey aber hat er erſtlichen daran gethan/ die jhm an ſeine Ehr/ oder ſeinen Leib gehet/oder an ſein geſund/ alldieweil er es nie Dieblich/noch raublich auß jenes gewehren brachte/ꝛc. Ubi regula generalis traditur, quod in illis rebus quas quis nõ animo furandi vel ſpoliandi à Domini poſſeſſione abſtulit, ſed voluntate & conſenſu Domini accepit, furtũ fieri nõ poſſit. Atqui nunciũ pecuniam nõ animo furandi à Domini poſſeſſione abſtuliſſe, ſed ab eo volente & conſentiente acceptam poſtea demùm furti causâ in uſum ſuum convertiſſe, nemo non animadvertit.

79 Ideoque Scabinos quondam hoc caſu ſolùm pœnam extraordinariam, puta temporalem vel perpetuam relegationem, vel etiam, pro quãtitate pecuniæ ablatæ, fuſtigationem dictaſſe, conſtat ex A*uth. Conſ. Conſtit. Saxon. tom. 1. part. 4. quæſt. 16. n. 4. & 5. Et tom. 2. part. 4. quæſt. 3. n. 5. Virgil. Pingitzer. dict. quæſt. 48. nu. 23. Matth. Berlich part. 5. concl. 58. n. 2.*

80 *Qualem pœnam extraordinariam etiamnum hodie extra ditiones* Elect. *Saxon. dictare ſolent, ita reſpondentes:* Hat der Gefangene *T. S.* beydes in gutem und auch hernacher in ſcharpffer Frage/ damit er vermüge unſers vorigen euch mitgetheileten Rechtſpruchs angegriffen worden/ bekandt unnd geſtanden/ daß er die hundert Thaler/ welche er nach Prage tragen und dem Quartirmeiſter daſelbſt bringen ſollen/veruntrawet/ dieſelbe zum theil verſpielet/ und eins Theils in ſeinen Nutz gewendet/ und daß er auch von dem Gelde/ſo er einem Edelknaben bringen ſollen/zweene Thaler genommen/ nach mehrem Inhalt ſeiner überſandten Außſage und Vhrgicht/ ſo wird er von wegen ſolcher begangenen und bekandten Veruntrawung mit Staupenſchlägen ewerer befohlenen Gericht ewig billich vorwieſen/ V.R.W. *Ad requiſitionem Capitanei in Lubenau, Menſe Januar. Anno* 1597.

81 Aliter ſeſe res habet in ditionibus Electoratus Saxonici, ubi D. Auguſtus Elect. Saxon. ad tabellariorum improbitatem & petulantiam coercendam ſeveriorem pœnam ſancivit, eosque laqueo ſuſpendi juſſit, in C*onſt. 41. part. 4. §. ult.* Ibi: Wann auch ein Botte/ deme Geldt über Land zu tragen vorſiegelt oder unvorſiegelt vertrawet/ daſſelbige ſtehlen/damit entlauffen/ oder es in andere wege betrieglich entfrembden würde/ ſo ſol derſelbige/ wann ſich die Summa auff 20. fl. Müntze erſtreckete/ mit dem Strange vom Leben zum Tode gerichtet/ unnd da es unter 20. fl. ſeyn würde/ mit Staupenſchlägen

Q. 9. Quomodo in Electoratu Saxonico tabellarii, puniãtur?

deß Landes ewig verwieſen/ Oder aber da es gar wenig/ mit Gefängnüß/ oder zeitlicher Verweiſung geſtrafft werden.

82 Ubi notandum nullam differentiam haberi, an pecuniam obſignatam, ſive adnumeratam acceperit, ſed utroque caſu tabellarium ſuſpendendum eſſe, modò pecunia illa, quam fraudulenter in ſuos uſus convertit, ad ſummam viginti florenorum aſcendat. Si enim quantitas pecuniæ minor fuerit, pœna hæc rigoroſa ceſſat, ſubſtitutâ pœnâ mitiori, ita nempe, ut ſummâ excedente decem florenos, fuſtigatio cum relegatione perpetuâ, hoſce verò non attingente, veluti ſi tabellarius 9.8. vel pauciores florenos furatus ſit, ſola relegatio, vel carceratio obtineat *Math. Weſemb. in comm. manuſc. ad Conſt. 41. p. 4.* quem ſequitur *ibidem Dan. Moller. nu. 7. Virgil.* Pingitzer. *dict. quæſt. 48. n. 26.*

83 *Quemadmodum etiam in terris Electorat. Saxon. quotidiè ita pronunciant Scabini:* Habt jhr am 22. April. jüngſt verſchienen einen Botten A.H. genandt/ anhero nach Leiptzig geſchickt/ und nach deme er wiederumb zurücke hinauff gereiſet/ hat er zur Hohengans für ſechs und dreyſſig fl. Wahren ſo er von den Pfinziſchen Erben Euch zu überantworten verſiegelt empfangen/ verſpielet/ da jhr nun Peinlichen zu jhme klagen/ und er deſſen geſtändig ſeyn/ oder wie recht überwieſen würde/ So möchte er von wegen ſolcher ſeiner Verbrechung vermöge Churfürſtlich. Sächſiſchen *Conſtitution* mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V.R.W. Nicolao Bartscken *in* Pirn/ *Meſe Octobr. Anno* 1584.

84 *Item:* Da jhr nun euch allbereit erkündigt hettet/ oder nochmals eygentlichen erkündigen würdet/ daß dem gefangenen Botten C. O. in dem Königlichen Spaniſchen Läger/ von denen allda dienenden Soldaten/ an Ringen/ Reiniſchen Golde und Ducaten gewiß und in warheit ſo viel zugeſtellet und anvertrawet worden/ daß es jhme über 29. fl. Müntze außtragen thete/ und der gefangene C. O. würde auff ſeinem gethanen Bekändtnüß (daß er nemlich die jhme anvertraute Ringe und Golde/ ſo zuſammen vier und viertzig Ducaten geweſen verſoffen und verpanckctieret) vor offentlichen gehegten peinlichen Halßgerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen. So möchte er wegē ſolcher ſeiner begangenē und bekandtē Veruntrawung vermöge Churfürſtl. Sächſ. *Conſtitution* mit dem Strange vom Leben zum Tode gerichtet und geſtrafft werden. In Mangelung aber der Erkündigung wird er allein mit Staupenſchlägen deß Landes ewig verwieſen/ V.R.W.

Judici & Scabinis Dreſdenſibus, Menſe Mart. *An. 1626.*

Pariter fuit pronunciatum in caſu ſimili, Caroli à Diſkavv. Menſ. April. Anno 1590.

Quæ tamen aſſertio Limitatur primo. Si res
85 à Tabellario doloſè ac fraudulenter ſubtracta furtoque ablata, recuperata & Domino reſtituta fuerit.

In quovis ſiquidem furto, re furtivâ reperta ac Domino ſuo reſtituta, laquei pœna remiſſa furem virgis caſum in perpetuum eſſe relegandum, probavi *ſupra quæſt. 80. num. 14.* exinde, quod Dominus rem furto ablatam recipiens nullum ſentiat damnum, vel incommodum, quod tamen in pœna mortis infligenda attendi ac ponderari vult *Ordinat. Criminal. Carolin. artic.* 160. In verb. Und wie ſchädlich dem Beſchädigten der Diebſtal ſeyn mag/ *&c. Ant. Conſult Conſt. Saxon. tom. 1. part. 4. quæſt.* 56. Qua exceptione tabellarius infidelis ac perfidus etiam in terris Elector Saxon. ab ordinaria laquei pœna, ceu odioſa ac rigoroſa, non minus atque reliqui fures ſeſe tueri poterit: neque hoc caſu mortis pœnam ullatenus Reo irrogandam eſſe puto.

Sicuti reſpondimus Quæſtori zu Eckarsberga: 86
So wird *Inquiſit* C.O. wegen ſolcher ſeiner begangenen und bekandten Partirerey und Veruntrawung/ geſtalten Sachen nach/ weil Baſtian Kidiz die helffte ſeiner Gelder wieder bekommen/ andern dergleichen untrewen Botten/ zum Exempel und Beyſpiel offentlich billich zur Staupen geſchlagen und deß Landes ewig verwieſen/ V.R.W. *Menſ. Ian. Anno* 1624.

Secundo Limit. in Tabellario ſeu nuncio, 87
qui pecuniam ſibi adnumeratam in uſus proprios convertit, non furandi animo & fraudulenter, ſed intentione ac propoſito eam reſtituendi. Quo caſu licet pecuniam præter ſpem & intentionem mox non reddere queat, haud quaquam tamen ſuſpendii ſupplicio affici debet. Quamvis pœnam extraordinariam tum obtinere non negem.

Tùm, ob verba manifeſta C*onſt. Elect. 41.* §. 88
fin. part. 4. daſſelbige ſtehlen/ damit entlauffen/ oder es in andere Wege betrüglich entfrembden würde/ &c. Ergò ſi non doloſè nec furandi animo tabellarius pecuniam conſumſerit, pœna hac conſtitutione definita neutiquam ipſi imponenda erit.

T*ùm*, quod furtum abſque animo furandi 89
non committatur *§. 1. Inſt. de obligat. quæ ex delict. naſc.* Cum ergo tabellarius conſumens pecuniam intentione & propoſito eam poſtmodum reſtituendi, furandi animum non habeat; utique nec furtum committit, ac proinde etiam furti pœna ceſſat. Nam & aliàs voluntas delictum à non delicto diſtinguit, & peccatum à non peccato diſcernit, *c. cum voluntate. de Sent. Excom. l. qui injuria. ff. de furt. l. verum. in pr. ff. eod. tit. l. quod Reipubl. ff. de injur. Covarr. in* Clement. *ſi furioſus. 2. part. relect. n. 2.*

Tùm, quia eo ipſo, quod pecuniam Domi- 90
nus tabellario adnumerat, videtur ipſi permiſiſſe, ut ea uteretur, *arg. l. in nave. 31. §. idem juris. ff. locat. conduct.* ubi dicitur, ſi quis pecuniam numeratam ita depoſuiſſet, ut neque clauſam, neq; obſignatam traderet, ſed adnumeraret, nihil aliud eum debere, apud quem depoſita eſt, niſi ut tantundem pecuniæ ſolveret.

Inq; hanc ſententiam reſpondimus Sebaſtiano à 91
Wintershain: Ob wohl I. R. ein Botte bekandt und geſtanden/ daß er 23. flor. ſo jhme ins Land zu Böhmen zutragen anvertrawet und befohlen worden/ in ſeinen Nutz gewendet/ dieweil aber dennoch ſolches von jhme betriglicher und gefehrlicher Weiſe nicht geſchehen/ in dem er ſolches den Jenigen/ dem er das Geldt zuſtellen ſollen/ alſo bald berichtet/ und ſich zur Zahlung erbotten/ &c. So hat die in der Churfürſtl. Sächſ. *Conſtitution*: 41. *pag.* 4. auff die untrewe Botten geſatzte Straffe wieder jhn nicht ſtatt/ Er wird aber gleichwol deßwegen

das

daß er das jhme anvertrawete Geldt außgeben / unnd nicht alſo bald der Gebühr nach zu recht überantwortet / willtührlichen endtweder fünff Tage lang mit Gefängnüß oder umb zween newe Schock in Straff genommen/ V.R.W. *Menſe Iun. Anno 1630.*

92 *Tertiò Limit. hæc aſſertio:* ut locum habeat ſolùm in tabellariis ſive nunciis, de quibus *Conſtit. Elect. 41. §. ult. p. 4.* diſertis verbis loquitur (**Wann auch ein Bote.**) Ideoque ſi quis ſuo vicino vel alii amico pecuniam tradat, ut eam alteri exſolvat, is verò eam pro ſua neceſſitate expendat, & reſtituere paratus ſit, conſtitutio ſibi locum non vendicat, per ea quæ tradit *Aym. Cravett. tom. 2. conſil. 244. numer. 8.* Joan. *Michael. Benth. de jur. prælat. part. 2. cap. 5. col. 5. p. 21.*

Q. 10 Quid juris in aurigis, aliisque pecuniam alteri exſolvendam ſubtrahentium?

93 Idemque ſtatuendum de aurigis, qui è mercibus vel aliis rebus, ad certum locum vehendis ſibi traditis, tantum ſubtrahunt, & in uſus ſuos convertunt, ut ad ſummam 20. florenorum accedat. Etſi enim inter nuncium & aurigam, quantum ad pœnam Conſtitutionis attinet, non multum interſit, niſi quod hic curru vehit, quæ ſibi tradita fuêre, ille verò in dorſo geſtat. Rectius tamen ſentit *Dan. Moller. ad Conſtit. Elect. 41. p. 4. num. 9.* pœnam ſuſpendii in nuncios perfidos ſtatutam *dict. Conſtit.* 41. ad Aurigas haudquaquam extendendam eſſe

Tùm, quod Conſtitutio aurigæ non faciat mentionem, ideoque tanquam odioſa & pœnalis ad eum non extendenda eſt, ſed caſus ille diſpoſitioni juris Saxon. videtur relictus, quo auriga propriè nec furtum committit, nec furti pœnam incurrit, ut qui res vehendas ex locato accipit, non autem furando eas à poſſeſſione Domini aufert, juxta *articul. 29. lib. 2.* Landrecht. 94

Tùm, quod in dubio, & caſu in lege expreſsè non deciſo, mitior ſententia apprehendenda ſit *l. interpretatione. 42. l. ſi Præſ. 32. ff. de pœn. l. ſemper. 56. l. ea quæ 192. in fin. ff. de reg. jur. l. ſi fuerit. 10. in fin. ff. de reb. dub.* 95

96 *Ideoque Domini ſeveriorem quàm fuſtigationis pœnam, aurigæ merces vehendas ſibi traditas ſubtrahenti, dictare noluerunt. Ad requiſitionem Quæſtoris in* Lützen.
Menſe April. *Anno*
1605.

QVÆSTIO LXXXVI.

Inventor rei alienæ eam non reſtituens quomodo puniri debeat? Quæ itidem ſit pœna Abigeorum?

SVMMARIA.

1. *Inventor rei alienæ quando furtum committat? n. 2. 3. 6.*
4. *Auferens rem, quæ pro derelictâ habetur, furtum non committit.*
5. *Inventor rem inventam facere debet proclamari.*
7. *De jure Saxonico inventor rei alienæ quidnam facere debeat?*
8 *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
9. *In foro Saxon. inventor rei alienæ non punitur ordinariâ furti pœnâ, & quare? numer. 10.*
11. *Pœna inventoris occultantis rem alienam. num. 12. 16. 19.*
13. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. num. 14. 15. 17. 18. 20.*
21. *Occultās theſaurum in loco alieno repertum quomodo puniatur? n. 22.*
23. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
24. *Inventor theſauri in fundo alieno, quantitatem ejus juratò indicare tenetur.*
25. *Quin & torturæ ſubjici poteſt, ut veram indicet quantitatem theſauri reperti.*
26. *Quando crimen Abigeatus committatur? num. 29. 30. 31. 32.*
27. *Greges & armenta quomodo differant? n. 28.*
33. *Abducens animalia ex ſtabulo, crimen Abigeatus committit.*
34. *Abigeatus pœna quænam ſit? n. 35. 36.*
37. *Num in foro Saxonico Abigei ſuſpendio puniantur? n. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46.*
47. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. numer. 48. 49. 50.*

1 FOrma & modus furandi ceſſare Tertiò facit pœnam furti ordinariam in inventore rei alienæ. Nam & is fur eſt, & pro fure habetur, qui rem aliquam in viâ publicâ, aliovè loco inventam retinet, inficiatur, & vero Domino non reſtituit, *l. falſus creditor. 43. §. qui alienum. 4.* Ibi: *Qui alienum quid jacens in terra lucri faciẽdi causâ ſuſtulit, furti aſtringitur, ſive ſcit, cujus ſit, ſive ignoravit. ff. de furt.* Unde *Interpp.* concludunt, quod furtum committatur etiam ab eo, qui aliquid inveniens in terrâ animo lucrandi illud ſurripit, *Proſp. Farin. part. 7. oper. crimin. quæſt. 168. num. 62. Gandin. in rubr. de furt. nu. 28. Jacob. de Bellov. in pract. crim. lib. 1. cap. 10. num. 54. Foller. in pract. crim. in fragm. rubr. de furt. numer. 130. Jodoc. Damhouder. in prax. rer. criminal. cap. 118. num. 1. & 2. Ægid. Boſſ. in tit. de furt. num. 9. Pract.* Conrad. *rubr. de furib. nu. 7. verſ. 24. Anton. Gometz. de delict. cap. 5. numer. 2. Bonifac. in tract. de furt. §. contrectatione. 132.* Petr. *Gregor. in ſyntagm. jur. lib. 37. cap. 1. num. 10.* Jacob. Menoch.

de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 30 n. 13. Didac. Covarr. in cap. peccatum. de reg. jur. in 6to. part. 3. §. 1. num. 1. Guid. Pap. ſingul. 127.

2 Quamvis enim ejuſmodi inventor propriè non dicatur contrectare rem ab alio poſſeſſam, ut quæ in Domini detentione amplius non eſt; attamen quia per amiſſionem involuntariam dominium non amittitur, *§. 48. Inſtit. de rer. diviſ. & acquir. ear. domin.* fieri nequit, ut per occupationem & contrectationem furtum non committatur, licet inventor non tàm graviter peccet, ac ſi rem à domino ſuo poſſeſſam auferret. Hæcque cauſa eſt, quod inventor rei alienæ pœnâ laquei ordinariâ non afficitur, ſed arbitrariè & extra ordinem punitur, *l. de ſubmerſis ſub fin.* C. *de naufrag.* Johan. *Bajard. ad* Jul. C*lar. lib. 5. ſentent. §. furtum. num.* 40. Jacob. M*enoch. de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. centur. 3. caſ. 297. n.* 1. *& ſeq.*

3 Quod tamen cum grano ſalis accipiendum, ut inventor túm demum furtum committat, & pœnam mereatur, ſi nolit rem inventam, quæ à domino ſuo pro derelicta non habetur, reſtituere, ſed fraudulenter & dolosè illam occultet. Nam qui rem in via inventam contrectat animo reſtituendi eam Domino, quandocunque apparuerit, furti non tenetur, *l. falſus creditor. 43. §. qui alienum. verſ. proinde videamus. ff. de furt. ubi gloſſ. in verb. Qui alienum.* Jacob. *de Bellov. in pract. criminal. lib. 1. cap.* 10. *num. 54. Pract.* Conrad. *dict. rubr. de furib. num. 7. verſ. 24. amplia. Proſp.* F*arin. dict. quæſt.* 168. *num. 64.*

4 Sicuti nec furtum committit auferens rem, quæ pro derelicta habetur, etiamſi animum habeat furandi, *d. §. qui alienum l. 43. ff. de furt. §. 1. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc. Ægid. Boſſius dict. tit. de furt. num. 9. Dom. Card. Tuſch. pract. concl. in verb. furtum. concl. 556. num. 3. Petr. Gregor. dict. lib. 37. ſyntagm. jur. cap. 1. nu. 10. Farin. dict. quæſt. 168. num. 67. Bonifac. in tract. de furt. §. contrectatio. n. 138. verſ. 2.*

5 An autem inventor animum furandi vel reſtituendi habuerit, ſatis conſtare poteſt ex eo, quod non fecerit rem inventam proclamari. Quo enim ab omni furti ſuſpicione ſe liberet, tutiſſimè ac honeſtiſſimè facit, ſi publicè per Præconem, aut libellum publicè propoſitum valvis curiæ, aliovè loco, ubi frequenter homines ſolent converſari affixum, inventionem indicet, & ſe rem inventam Domino vero reſtituturum promittat, juxta conſilium JCti Ulpiani in *l. 43. §. proinde. 8. ff. de furt.* Tùm, ſi Dominus compareat, & rem inventam ſuam eſſe certis indiciis demonſtret, dubium prorſus non eſt, quin illi reſtitui debeat. Quod ſi verò publicato libello ſive edicto nemo veniat, qui rem inventam repetat, repertorē eam ſibi retinere poſſe, ſi pauper & inops eſt, ſi autem dives, ad ſuſtentationem pauperum, aliosvè pios & honeſtos uſus rem inventam convertendam eſſe, vulgò cenſent Doctores, *arg. c. nemo qui rapit. 14. quæſt. 5. Joh. Faber. & Angel. in §. ult. Inſt. de rer. diviſ.* Matth. W*eſemb. in parat. ff. de furt. n.* 10. Matth. C*oler. part. 1. deciſ. 149. n. 3.*

6 Neque in foro Saxonico res aliter ſeſe habet, ubi rem alienam jacentem reperiens, & lucri faciendi causâ occultans, æquè furtum committit, per textum manifeſtum in *art. 37. lib. 2.* **Landrecht.** In verb. initialibus: **Was ein Mann findet/ verleugnet er das/ ob man darnach fraget ſo iſt es diebiſch.** *Chriſtoph. Zobel. part. 2. different. 61. Ben. Reinhard. part. 5. differ. 13. Ludov. Fachſ. diff. 59. Matth. Coler. part. 1. deciſ. 149. num. 4. Petr.* Theodor. *in* Colleg. *Criminal. diſp. 2. th. 4. lit. B.* Matth. *Berlich. part.* 2. *concl. 66. num. 26.* Præterea jus Saxon jubet publico edicto rem inventam notificare, certamque portionem inventori tribuit, *dict. art. 37.* **Landr.** *lib.* 2. In verb. **Vnd was ein Mann alſo findet/ oder Feinden oder Räubern abjaget/ das ſol er auffbieten vor ſeinen Nachbawren und vor der Kirchen/ kombt jener in** *6.* **Wochen/ dem das Gut zugehöret/ er ſol ſich darzu ziehen ſelb dritte/ und ſol gelten die Koſt/ die jener damit gehabt hat/ ob es Pferdt oder Viehe iſt: Jſt aber jener auß einem andern Gerichte/ deß das Gut iſt/ ſo behelt er den dritten Theil/ der es den Dieben oder Räubern abgejaget hat/ kombt aber niemand in 6. Wochen/ der ſich dazu zöge/ ſo nimmet der Richter zwey Theil/ und jener behelt den dritten Theil.** Unde apparet, 7 jus Saxonicum tripliciter hoc caſu à jure communi differre. *Primo* enim inventori ſtatuit certum terminum proponendorum proclamatum ſeu edictorum de re inventa, ſcilicet ſex ſeptimanas. *Secundo*, adveniente Domino rei inventæ, eamque ſuam eſſe probante, inventori tribuit tertiam partem rei inventæ, ſi Dominus ejuſmodi fuerit extraneus ſeu forenſis. *Tertiò*, permittit, ut ſi poſt edicta propoſita nemo veniat repetiturus rem inventam, judex eam ſibi retinere poſſit, ac in uſum ſuum convertere, ita tamen, ut inventori tertiam ejus partem attribuat. *Ludov.* Fach. *differ. 53. verſ. jus Saxon. autem. Matth.* Coler. *dict. deciſ.* 149. *n.* 4.

Q. 1. An inventor rei alienã reſtituere teneatur, & quomodo Iure Sax. rem inventam notificare debeat?

8 *Secundum hanc juris Saxon. diſpoſitionem pronunciavimus Senatui in* **Ronneburgk:** **Hat ein Bürger bey euch/ von welchem ewer Frage meldet/ unterwegen nicht ferne von der Statt einen Beutel darinnen an groben und kleinen Geldtſorten bey 36. Gülden geweſen/ gefunden und zu ſich genommen. Nachdem aber ſolches laut worden/ habt jhr daſſelbe außruffen laſſen/ damit ſich der jenige/ ſo jhn verlohren/ angeben unnd denſelben wieder abfordern möchte/** *&c.* **Da nun der Herr deß Beuttels/ ſo jhn verlohren/ ſich gebührlichen angeben/ und daß er ſeine ſey beſcheinigen möchte/ ſo wird jhm der Beuttel benebenſt dem Gelde billich außgeantwortet/ jedoch dåfern er unter andern Gerichten geſeſſen/ iſt er deme ſo jhn gefunden/ vermüge Landüblicher Sächſiſcher Rechte den dritten Theil davon zuentrichten pflichtig. Vffm Fall aber binnen ſechs Wochen von Zeit deß auffruffens ſich niemand dazu finden würde/ verbliebe der dritte Theil deß gefundenen Geldes dem Finder billich/ die andern zwey Theil aber weren Euch/ dafern jhr die Obergerichten habt/ anheim gefallen/ V. R. W.** *Menſe Jun. Anno 1630.*

Similiter ferè modo pronunciarunt Domini ad requiſitionem Præfecti in **Saleg: Wiewol jhr nun ſolche gefundenen Lade zu zweyen unterſchiedenen mahlen offentlich von der Cantzel verkündigen laſſen/ ob ſich der jenige/ deme ſie zuſtändig/ angeben wolte/**

wolte/ ſo hat ſich doch biß *dato* niemand darzu finden wollen/ *&c.* So werden von berürter Laden / unnd denen darinnen befündenen Sachen zwey Theil dem Ambte zu Saleg/und der dritte Theil der Fiſcherin/ ſo dieſelbe gefunden/ und auß dem Waſſer gezogen/ nach gemeinen Wahn der Sächſiſchen Rechte / und derſelbigen Rechtslehrer billich gefolget/ V. R. W. *Menſe Jul. An. 1615.*

Q.1. Anin- ventor rei lienæ eã eſtituere eneatur, & quomodo Iure Sax. rem inventam notificare debeat?

9 Contra hæc ſi inventor rei alienæ agat, eam occultet, nec publicè notam faciat, abſque dubio furtum committit. Ordinaria tamen ſuſpendii pœna ne quidem in foro Saxon. punitur, uti expreſsè tradit *Gloſſ. German. in dict. art. 37. lib. 2.* Landrecht. *verb.* Was ein Mann findet *n. 4. verſ.* **Ob du mir etwas zubehalten giebeſt/ oder ich was finde/ dieſer Anfang iſt an jhm ſelbſt ehrlich. So ich aber diß dein vertrawet Gut dir nachmals verleugne/ oder das gefundene Ding ſeinem Herrn verhalte / dadurch wird es bey mir diebiſch.** Et Weichbild. *art. 129. in gloſſ.* **Aber dieſe Dieberey gehet keinem an den Halß/ſondern auff Geldtbuſſe**/ &c. Non minus itaque inventor rei alienæ à pœna mortis exemptus eſt, ac depoſitarius, qui pecuniam penes ſe depoſitam in proprios uſus convertit.

10 Cujus rei ratio haud obſcura redditur *in verb. præcedentibus dictæ gloſſæ nu. 4.* Quod nempe ab initio tàm inventor, quàm depoſitarius, rem honeſtè abſque animo furandi contrectarit & occuparit. Ibi: **Daß ein Mann kan ein Ding zum erſten redlicher weiſe erkriegen / unnd wird darnach gleichwol unter jhme zu Dieberey**/ &c. Nempe de jure Saxon. pœna furti ordinaria nemo afficitur, niſi qui rem aliquam furandi animo à poſſeſſione Domini aufert, **der es diebiſch auß ſeines Herren gewehr bringet**/ ut loquitur *art. 29. in fin. lib. 2.* Landrecht.

11 Ceſſante autem hoc caſu pœna ſuſpendii, extraordinaria ejus locum ſubintrat, quæ quandoque ſeverior, quandoque etiam mitior eſſe debet, pro ratione circumſtantiarum, & gravitate delicti. Gravius enim peccat inventor non modò rem repertam occultans, ſed & compellatus negans ſe quicquam reperiſſe; aut de rebus inventis aliquid ſurripiens: Ut mirum haud ſit, gravius quoque hunc inventorem coerceri, ac eum, qui neſciens Dominum rei amiſſæ, eam tantummodò occultat, non facta proclamatione. Quod ut exactius dignoſcatur, tres caſus ab invicem potiſſimùm diſtinguendos eſſe, exiſtimo.

Q. 2. Quæ ſit pœna inventoris rei alienæ, eamque non reſtituentis in foro Saxonico?

12 Primus caſus eſt: Quando inventor rei alienæ ad requiſitionem amittentis non modò inficiatur, rem amiſſam penes ſe eſſe, ſed & poſtea re manifeſtata, aliquid furandi animo ſurripit, & partem ſolummodò reſtituit. Quo caſu inventorem graviter delinquere, extra dubium eſt: Siquidem non modò ſcienter ac doloſè rem occultat, ſed & crimine hoc manifeſtato, partem ſupprimendo denuò peccat, & ſic duplici modo delinquit. Meritò itaque inventor hoc caſu graviori ſupplicio, fuſtigationis vel relegationis affici debet: prout ſentit *Matth. Coler. art. 1. deciſ. 149. n. 6.*

13 *Veluti etiam hoc caſu inventori unà cum reſtitutione damni relegationem dictavimus:* Dieweil der Gefangene Schaffknecht nicht in Abrede ſeyn kan/ſondern geſtehet/daß er von dem gefundenen Gelde / als er an einem alten Teichtamb geſeſſen und es gezehlet/und des Schäffers Sohn kommen/ und jhn hinein zum Juncker geheiſſen/ zwantzig groſſe / und ſieben und dreyſſig kleine Stücke zuſambt denen beyden dabey geweſenen Zetteln in ein ſchnupfftuch gewickelt/und in einen Puſch an ſolchem Teichtamb ſtehend geworffen/ in Gemüt und Meynung ſolche zu unterſchlagen/und zuveruntrawẽ/ *&c.* So iſt der Gefangene Schaffknecht ſolche entwendete ſtücke Goldes/wofern ſich ſein Vermögen ſo weit erſtreckt/ zu bezahlẽ/ und die in dieſer Sachẽ auffgewendete Unkoſten/auff vorgehende *Liquidation* un Richterliche Ermeſſigung zuerſtatten ſchuldig/und mag hierüber mit zeitlicher Landesverweiſung drey Jahr lang in Straff genommen werden/ V. R. W. *Ad requiſitionem Judicis & Scabinorum in* Waltersdorff. *Menſe Novembr. Anno 1629.*

Et in caſu ſimili, So mag in Mangelung anderer Vermuhtung wieder jhn ferner nichts vorgenommen werden. Er wird aber gleichwol derowegen/ daß er von dem gefundenen Gelde eins theils zurucke behalten/und entwendet/ über die außgeſtandene Tortur auff zwey Jahr lang deß Landes billich vorwieſen/ V. R. W. *Ad petitionem Conſulum & Senatus in* Neumarck. Menſe *Majo*, *Anno. 1627.* 14

Quin & tali caſu cauponi cuidam, qui ſummam pecuniæ ingentem, nimirum 117. florenos ab auriga amiſſos doloſè contrectaverat, eoſque, re manifeſtata, reſtituere noluerat, fuſtigationem cum relegatione perpetuâ dictare haud dubitavimus. Verſus Weiſſenſee *ad petitionem Quæſtoris.* Menſe *Majo, Anno 1625.* 15

Secundus eſt caſus: Si inventor ſciens dominium rei amiſſæ taceat, remque repertam occultet. Etenim, licet hic tàm graviter non peccet, ac ille, qui à Domino quæſitus rem penes ſe eſſe negat, ac poſtea partem ſupprimit; dubium tamen non eſt, quin & furtum committat, rem inventam occultando ea intentione, ut illam lucretur, ſecundùm expreſſam ſanctionem juris Saxon. *art. 37. in pr. lib. 2.* Landrecht. Ideoque & non immeritò hîc pœna arbitraria, mitior tamen, ut carceris, relegationis ad modicum tempus, vel etiam mulcta pecuniaria obtinebit. 16

Veluti ita reſpondimus Præfecto Matisburgenſi: So wird er derowegen / daß er die Ochſen vor deroſelben eygenthumbs Herrn *occultiret* gehabt/und jhnen anfänglichen keinen richtigen Beſcheidt / wie er darzu kommen/ und wo er ſie hingethan / gegeben/ willkührlichen entweder 2. Jahr lang mit Landesvorweiſung oder umb eine ziemliche Geldbuſſe ſeinem Vermögen nach/jedoch daß ſich dieſelbe über 10. newe Schock nicht erſtrecke/ in Straffe genommen/ V. R. W. *Menſe Novemb. An. 1629.* 17

In caſu ſimili dictavimus inventori pœnam carceris; Ad requiſitionem Johan. *Henrici in* Mülberg *Menſ. Febr. An. 1629.* 18

Tertius caſus eſt: Si dominus rei amiſſæ prorſus ignoretur, nec quiſquam inventorem compellet, iſque taceat, & rem repertam non annunciet, neque publicè edicto vel proclamate affixo indicet. Etſi enim hic 19 minùs doloſè agat, neſciens Dominum rei repertæ, ſimulque dubitans, an pro derelictâ ea habita fuerit nec ne, uti ita furtum vix ab eo perpetrari videatur; Attamen quia Jus Saxon. expreſſis verbis inventorem, rem repertam publico proclamate indicare jubet *artic. 37. lib. 2.* Landrecht: Vnd was ein Mann alſo findet/ das ſol er auffbieten vor ſeinen Nachbawren unnd vor der Kirchen/ &c. Utique Inventor hoc omittens contra legem peccat, nec ab omni ſuſpicione & maculâ furti liber eſt, ac propterea pœnâ quâdam coercendus.

20 *Pronunciavimus ita Senatui in* Ronneburgk: Dieweil der jenige/ davon ewre Frage meldet/ den gefundenen Beutel/ mit dem Gelde eine geraume Zeit bey ſich behalten/ und nach Erforderung der Sächſiſchen Rechte ſolches nicht angezeiget/ noch öffentlich außruffen laſſen/ dahero zuvermuhten/ daß wann man ſolches nicht erfahren/ er denſelben vor ſich alleine behalten hette/ ꝛc. So wird er derowegen willkührlichen entweder ſechs Tage lang mit Gefängnüß/ oder umb zween newe Schock in Straffe genommen/ V. R. W. *Menſe Iun. Anno 1630.*

Q.3. Quomodo inveniēs theſaurum in loco alieno, eumque occultans puniri debeat?

21 Hæcque non ſolùm obtinent in rebus caſu fortuito amiſſis, & ab alio repertis, ſed & in theſauri inventione; ſi ſc. inventor theſaurum in loco alieno repertum occultet. Notiſſimi enim juris eſt, quòd theſaurus caſu fortuito in alieno fundo inventus, dividatur, & dimidia pars inventori cedat, altera verò dimidia pars domino fundi reſtitui debeat, §. *theſaur.* 40. *verſ. at ſi quis in alieno. Inſtit. de rer. diviſ. & acquir. ear. domin. ubi* Johan. *Schneidvvin. num.* 8. *Domin. Cardin. Tuſch. tom. 8. pract. concl. lit t. concl. 300. num. 2. & ſeq.* Jacob. *Menoch. de præſumpt. lib.* 1. *præſumpt. 50. num. 6. verſ. is tamen theſauri inventor.* Matth. *Berlich. part. 2. concl. 66. n. 9.* Petr. *Heig. part.* 1. *quæſt. 13. n.* 55.

22 Quod ſi ergò inventor theſauri, in domo aut fundo alieno reperti, eum occultet, & non indicet, partem dimidiam domino fundi debitam doloſè ſubtrahit, ac propterea pœnam meretur. Etſi enim is furtum non committat, *arg. l. 31. § 1. ff. de acquir. rer. domin.* Graviter tamen delinquit, dimidiam theſauri partem, & lucrum domino fundi ſubvertendo & intercipiendo, ac propterea meritò pœnam arbitrariam luit, juxta ea quæ tradit J*acob. Menoch. dict. præſumpt. 30. n. 7.*

23 *Quo caſu fabro cuidam lignario theſaurum 50. florenorum, in ædibus alienis caſu fortuito inventum, per annos aliquot occultanti, pœnam carceris dictaverunt Scabini. Ad conſultationem Actuarii* J*udicii in* Tieffenaw: So iſt bemeldter Zimmermann vermittelſt ſeines leiblichen Eydes/ wie viel des gefundenen Geldes geweſen anzuzeigen/ und den halben theil deſſelben dem jenigen auff deſſen Grund und Boden er es gefunden/ zuzuſtellen pflichtig/ und wird von deß/ daß er ſolch Geldt verborgener weiſe alleine behalten/ mit Gefängnüß auff vierzehen Tage lang billich geſtraffet/ V. R. W. *Menſe Novembr. Anno 1600.*

24 Ubi notandum & hoc, quod inventor theſauri de cujus fide dubitatur, ad juramentum adigi poſſit, ut jurejurando, quantum invenit, indicet, prout tradit *Dan. Moller. ad Conſtit. Elect. 53. p. 2. num. 7. verſ. ut & hoc addam. & lib 2. ſemeſt. cap. 27. num. 4. & 5.* Et ita Scabinos reſpondiſſe ex jam dicta ſententia manifeſtum eſt.

25 Quin & ſi inventor eſt homo levis, ad jurandum facilis, & de metu perjurii ſuſpectus, torturæ ſubjici poterit, ut ſummam theſauri inventi manifeſtet, Petr. *Heig. part. 1. quæſt. 13. num. 57. Dan.* Moller. *ad dict.* Conſtit. *53.* ubi à Scabinis Lipſenſibus ita reſponſum meminit, *num. 9. & lib. 2. ſemeſt. 27. num ult* Matth. *Berlich. part. 2. concl. 66. num. 34.* ubi ſententiam Wittebergenſium allegat,

Et ita quoque pronunciarunt Dn. J*enenſes Rudolpho à* Bünaw *in* Tannenbergk. *Anno* 1628. *quorum ſententia executioni mandata poſtquam Reus torturæ ſubjectus, ſe veram theſauri quantitatem indicaſſe obtinuerat, nos ipſum abſolvimus Menſe* Februar. *Anno* 1629. A*d petitionem Quæſtoris in* Wolckenſtein.

Q.4. Quãdo & à quibus cõmittatur crimen Abigeatus?

26 Cæterùm ratione formæ ac modi furandi peculiaris quoque ſpecies furti eſt crimen Abigeatus. Quod gregem ex paſcuis, vel pecus aliud ex jumentis vel armentis ſubtrahendo committitur, *l. 1. §. 1. ff. de abigeis.* Jo*han. Gœdd. in l. ferri. 235. ff. de verb. ſignif.*

27 Grex propriè eſt ovium, ſuum, caprarum, aliorumque minorum pecorum, quæ ad paſcendum gregatim emittuntur, *l. 2. ff. ad Leg. Aquil.* Jumenta autem vocantur propriè equi, muli, aſini, qui bajulando & onus portando homines juvant, *l. legatis, 65. §. jumentis. ff. de legat. 3. l. ædiles. 38. §. jumentorum. 4. & §. unde dubitari.* 6. *ff. de ædil. edict.* 28 Armenta verò propriè appellantur boves & equi, qui aratro negotium peragunt, *l. boves. 89. ff. de verb. ſignif. l. ſervis. 80. §. armento dict. l. 65. §. jumentis. ff. de legat. 3.* Boves tamen quandoque inter gregem numerantur, quoties plures boves à patrefamilias non ad arandum, ſed ad paſcendum emittuntur, *l. ſi grege. 22. ff. de legat. 1.* Uſus ſiquidem & finis jumentum & armentum à grege, nec non armentum à jumento diſcernit, *Gœdd. in l. boves 89. n. 3. ff. de verb. ſignif.*

29 Ex paſcuis ergò, jumentis & armentis pecora abigendo, hoc crimen committitur. Et habentur propriè abigei, qui pecora ex paſcuis vel armentis ſubtrahunt, & quodammodò deprædantur, ac abigendi ſtudium quaſi exercent, oves de gregibus, vel boves de armentis abducentes, *Matth.* W*eſemb. in parat. ff. de abig. num.* 1. Alia ſiquidem ratio in hoc crimine habetur majorum, alia verò minorum animalium.

30 Ex minoribus namque pecoribus unum tantummodò abigens crimen hoc non committit; ſed abigeus eſt is, qui uno eodemque tempore gregem ovium, caprarum, ſuum, aut vac-

carum ex paſcuis ſurripit. Quantitas enim hic furem ab abigeo diſcernit, ut ait JCtus Claudius *Saturninus in l. aut facta 16. §. quantitas. 7. ff. de pœn.* Gregem verò abactum intelligimus, quando oves ad minus decem, porci quinque vel quatuor abacti fuerunt, *l. ult. in pr. ff. de abigeis. ubi Gloſſ. & Bartol. nu. 2. Azo in ſumm. rubr. de abig. num. 2. Berber. in pract. part. 1. rubr. 23. de abig. num. 1. & ſeqq.* Proſper. *Farin. part. 7. oper. crim. quæſt. 167. num. 115. Ludov. Peguer. deciſ. crim. 29. num. 2.* Anton. *Gomez. de delict. cap. 5. num. 13. Petr. Gregor. in ſyntagm. jur. lib. 37. cap. 5. n. 1. Boniſac. de furt. §. mobilia. n. 24.*

31 Niſi quis pecora hæc minora furetur, quaſi artem exercens. Tunc enim ſi ſæpiùs hoc fecerit, etiam quod unum pecus ſingulâ vice ſurripuerit, abigeus eſt, *dict l. fin. §. qui ſæpiùs. 2. ff. de abigeis. Anton. Gometz dict. cap. 5. num. 13. Ludov. de Peguer. dict. deciſ 29. n. 2.* Henr. *Bocer. in tract. de furt. cap. 2. num. 199. Petr. Gregor. dict. cap. 5. n.* 1. Petr. *Caball. reſol. crim. caſ.* 160. *n.* 4.

32 At, qui de armentis vel jumentis unum duntaxat pecus ſeu animal majus ſurripit, abigeus dicitur, *dict. l. ult. in pr. ff. de abig.* ubi JCtus Calliſtratus ſcribit, quod abigeatus crimen faciat, qui vel unum equum, aut bovem ſurripit, *Ludov. Peguer. dict. deciſ. 29. num. 6.* Jacob. *Cujac. lib.* 1. *obſervat. 20. Proſp.* Farinac. *dict. quæſt. 167. num. 117.* Jodoc. *Damhouder. in prax. rer. criminal. cap. 113. nu. 1.* Anton. *Gomez. de delict. cap. 5. n. 13.* Petr. *Gregor. in ſyntagm. jur. lib. 37. cap. 5. num.* 1. *Boniſ. dict. §. mobilia. n. 24.*

33 Quin & abigeatus crimen committitur, non ſolum quando quis abigit animalia ex agro vel ſylvâ, ſeu grege, ſed etiam, ſi à ſtabulo vel domo quis ea abduxerit, *l. fin. §. cum quoque. ff. de abigeis.* Henr. *Bocer. de furt. cap* 2. *num. 209.* Jacob. *de Belloviſ. in pract. crimin. rubr. de furib. num.* 25. *verſ. ſi de ſtabulo Anton. Gomez. dict. cap. 5. nu. 13.* Caball. *reſol. crim. caſ.* 160. *numer.* 1. *Farin. dict. q.* 167. *n.* 113.

34 Criminis autem hujus pœna alia atque alia eſt. Humilioris enim fortunæ ſi fuerit Reus, ad gladium damnatur, non tamen ubique, ſed ubi frequentius eſt hoc maleficii genus: Alioqui vel in metallum, vel in opus publicum perpetuum vel temporarium datur, Honeſtiore verò loco nati, vel ordine moventur vel relegantur, *l. 1. in pr. & §. quanquam. ff. de abigeis.* Azo *in ſumm. rubr. de abig. num. 3. verſ. ſed ubi frequentius. Henr. Bocer. dict. cap. 2. nu. 204.* Proſp. *Farin. dict. quæſt. 167. num. 111.* Matth. W*eſemb. in parat. ff. de abigeis. nu. 2. Anton. Gomez. dict. cap. 5. num. 19. Ludov. de* P*eguer. deciſ. crim. 29. num. 7.* Petr. *Caball. dict. caſ. 160. n. 6.*

35 Quod ſi verò cum gladio aut ferro crimen abigeatus committatur, Reus beſtiis objicitur, *l. 1. §. quanquã. 3. junct. l. 2 ff. de abigeis. Bocer. dict. cap. 2. nu. 206.* W*eſemb. dict. nu. 2.* F*arin. dict. quæſt. 167. nu. 112. Berber. in pract. part. . rubr. 23. de abig. nu. 3. verſ. aggravatur etiam.* Jacob. *de Belloviſ. in pract. rubr. de furt. nu. 52.* Jodoc. *Damhouder. in prax. rer. crimin. cap. 113. n. 2. Boniſac. dict. §. mobilia nu. 23. in fin.* Petr. *Gregor. dict. cap. 5. nu. 2. verſ. ſi ferro.* Hancce tamen pœnam ex perſonarum conditione & rerum qualitate regulandam eſſe tradit *Ludov.* P*eguer. deciſ. crim. 29. n. 7. verſ. Qui verò vi.*

36 Unde patet, pœnam hujus criminis eſſe arbitrariam pro ratione circumſtantiarum & qualitate delicti. Quod vel ſolùm ex *l. un. C. de abig.* evincitur, ubi pro delicto hoc competit accuſatio extraordinaria. Sicuti & in Pandectis *tit. generali de extraordinar. criminibus* ſubjicitur ſpecialis *titulus de abigeis.* At pœnæ criminum extraordinariorum arbitrariæ ſunt, non legitimæ & certæ, *l. 1. verſ. quibus nulla. ff. de effractor. l. 3. §. fin. ff. Stellion.* Et proinde abigei ſive abactores modò in hanc, modò in illam damnantur pœnam.

37 De hoc verò dubitari poteſt: *An etiamnum hodiè, ac cumprimis in foro* Saxon. *quo pœna furti eſt ultimum ſupplicium nempè ſuſpendium, Abigei mitiori aliqua pœna extraordinaria ſint puniendi?* Quod nemo Doctorum, quos ego vidi, hactenus decidere auſus fuit, de quo tamen *Menſe Januar. Anno 1624.* in Electoral. Saxon. Scabinatu multùm diſceptatum memini. Ac certè pœna hujus criminis, quæ, ut modò dictum, de jure Civili eſt arbitraria & extraordinaria, nuſpiam correcta vel ſublata reperitur; cur ergò ſtare prohibeatur. 38 In univerſum enim nulla unquam correctio inducitur, niſi in eo, quod à Lege corrigente eſt expreſſum, *l. præcipimus 32. in fin. C. de Appell. l. ſancimus. 27. in pr.* C. *de teſtam. Bartol. in Auth ſed cum teſtator. num. 3. verſ. præterea non inducitur legum correctio.* C. *ad Leg. Falcid. Salyc. in l. conventicula. col. 1. verſ. & ratio huic, &c.* C. *de Epiſc. & Clericis.* A*ym. Cravett. de antiq. temp. part.* 4 §. *abſolutis differentiis. n. 42. Jacob. Menoch. in 9. remed. recuper. poſſeſſ. n. 387. Hartm. Piſtor. lib. 2. quæſt. 2. in fin.*

Q. 5. An in foro Saxonico Abigei ſuſpendio puniantur?

39 At rectius perpendenti pœnas Abigeorum, diſpoſitionem juris Civilis prorſus immutatam, atque hodie reos hujus criminis non minus ac reliquos fures laqueo ſuſpendendos eſſe, ſi ſcilicet æſtimatio pecorum abactorum valorem quinque ſolidorum attingat, haut obſcurum eſſe poteſt. Id quod ſubſequentibus rationibus probatum dabo.

40 *Primò*: Abſque dubio namque in Abigeatus crimine pœna furti, quæ de jure Civili dupli vel quadrupli eſt, §. *pœna manifeſti. 5. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc. l. 1. §. quod quidem. 3. ff. de publican. & vectigal. §. ex maleficiis. 18. verſ. pœnam autem perſequimur. Inſtitut. de action. l. inter omnes. 46 §. 2. ff. de furt.* propterea fuit exaſperata, quod gravius videbatur delinquere pecora ex grege & campo abigens, quàm res quaſvis alias ſurripiens, unde *Iuſtinus* de Scytis inquit: *Nullum ſcelus apud eos gravius, quippe ſine tecto, munimentoque pecora & armenta habentibus, quid ſalvum eſſet, ſi furari liceret?* Et durius animadvertitur in eos, quibus patet major furandi copia, ut dicit *Jacob. Cujac. in parat. ff. de abigeis.* Hiſce ergò dùm pœna du-

na dupli vel quadrupli haud ſufficiebat, ſeveriori
ſupplicio in abigeos animadvertere, judici fuit
41 permiſſum. Quæ ratio hodiè ceſſat; ubi quoſ-
vis indifferenter fures mortis ſupplicio puniri vi-
demus, quod certè ſat grave eſt ad compeſcendam
Abigeorum malitiam, ut ad extraordinariam pœ-
nam nequaquam confugere liceat; Tantumque
abeſt, pœnam Juris Civilis in criminis hujus Re-
os ſtatutam in uſum revocari debere; ut eam ho-
diè longè mitiorem eſſe pœnâ furti ſimplicis,
aſſeramus. Niſi quis dicere auſit, Abigeos mi-
tius puniendos eſſe ac reliquos fures: quod ſe-
cundum jam dicta abſurdum eſſet.

42 *Deindè*: Contrarium ſi diceremus, ſequeretur inde, levius puniri eum, qui decem aut plures abigit boves, quàm qui unicum animal, quod quinque ſolidis æſtimatur, furatus fuerit. Pœna enim iſtius eſſet arbitraria, fuſtigationis, aut relegationis, *l. 1. ff. de Abigeis.* Hic autem laqueo ſuſpenderetur, ſecundum O*rdinat. Crimin. Artic. 159. & 160. Conſt.* E*lect. 32 p.* 4. Sed quid abſurdius, gravius delictum mitiori pœnâ coerceri? cum hæc illi ſemper correſpondere debeat, *l. perſpiciendum. 11. in pr. l. hodiè* 13 *ff. de pœn. l. ſancimus. 22. C. de pœn. l. ſacrilegii. 6. ff. ad Leg.* J*ul. pecul.* Quid magis juri adverſatur, quam abigeos ſeveriori pœnæ eximi, quos jus Civile ſeverius puniri voluit? *l. 1. in pr. & §. quanquam. ff. de* A*bigeis.*

43 T*ertiò:* Juris eſt manifeſti, adverſus Abigeos non modò extraordinariam, ſed & furti actionem ordinariam competere, *l. un. C. de Abigeis. ubi* J*acob. Cujac. Et in paratit. ff. eodem tit. Henr. Bocer. in tract. de furt. cap. 2. num. 203.* Idque tantò magis, quantò magis crimen Abigeatus furtum eſt, ut dicitur in *l. 2. ff. de Abigeis.* Quod ſi ergò Abigei ut fures conveniuntur, utique & meritò ut fures hodiè ſuſpenduntur.

44 *Quartò*: Nihil ferè aliud agit abigens quam ſurripiens. Nec vera poterit dari differentia inter hæc duo: Uterque enim contrectat pecora, uterque eadem furatur, quidni ergò uterque ſuſpenderetur? Quâ ſanè pœnâ in Belgio ex conſuetudine puniri Abigeos, teſtatur J*odoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 113. num. 1.* Et niſi de moribus Saxonicis idem dicamus, in foro noſtro ob ſurreptum animal nunquam quis laqueo ſuſpendi poterit; cùm & abigeatus crimen faciat, qui vel unum equum aut bovem tantum ſurripit & furatur, *l. ult. in pr. ff. de abig. Ludov. de Peguer. deciſ. 29 nu. 6. Henr. Bocer. de furt. cap. 2. n. 220.*

45 Q*uintò:* Huc etiam ſpectat *l. 1. in verb.* A*bigei, cum duriſſimè puniuntur, ad gladiū damnari ſolent. ff. de* Abigeis. Undè concludunt communiter *Doctores*, Abigeos pœnâ mortis puniri in loco, ubi frequētius hoc maleficii genus committitur, A*zo in ſumm. rubr de Abigeis n. 3. verſ. ſed ubi frequentius. Proſp. Farinac part 7. oper. crimin. quæſt. 167. nu.* 111. J*acob. de Bellovis. in pract. rubr. de furib. num. 52.* A*nton. Gomez de delict. cap. 5. nu. 19. Petr. Caball. reſolut. crim. caſ 160. num. 6. Ludov. de Peguer. deciſ. crim. 29. nu. 7.* Abigeorum igitur pœna ſi ultimum ſupplicium eſſe poteſt, pariter eos ac reliquos fures laqueo ſuſpendendos eſſe, haud abſurdè quis dixerit.

Neque hiſce adverſatur, quod pœna extraordinaria, in Abigeos de jure Civili ſtatuta, nuſpiam correcta & ſublata reperiatur. *Hoc* enim ut negem, cogit me generalitas verborum & textuum, in quibus hodiè indifferenter pœna laquei furibus indicitur, ut *Artic. 159. & 160. Ordin. Crimin.* C*arolin.* C*onſtit.* E*lect. 32. part.* 4. Quorum nomine Abigeos non comprehendi, nemo, niſi qui verbis manifeſtis *l 2. ff. de abigeis.* obloqui velit, aſſerere poterit. 46

H*ancque ſententiam Dn. Scabinis jamdudum complacuiſſe reperio, ita reſpondentibus:* Hat M. L. in gutem bekandt und geſtanden/daß er Friederich von Hacken 56. Schaffe/das ſtücke auff einen Thaler geachtet/von der Weide getrieben/und geſtohlen/damit er deñ zu Rogaſt in ewrem Ambte angetroffen/ und zu hafft bracht worden. Da jhr euch nun allbereit erkündiget hettet/oder nochmals erkündigen würdet/ daß ſolche Schafe alle/ oder doch ſo viel/ daß ſie über fünff *ſoliden*, das ſeyn fünff Gülden Vngariſch deß beſten Goldes/außtragen theten/gewiß und in Warheit verlohren/und der Gefangene würde auff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen/ So möchte er von wegen ſolcher begangenen und bekandten Deuben mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft werden/V.R.W. *Ad requiſitionem Quæſtoris in* Belzig/ *Anno 1582.* 47

It: Hat *H.F.* in gutem bekandt/daß er einem Einwohner zu Fradrach neun Schweine/und zu Vbiga auß dem Buſche zehen Schweine weggetrieben/ und zu Döblen verkaufft/und jedes umb ein alt Schock/auch drey und zwantzig Groſchen geben/ welches ſich alſo in der Erkündigung befunden. Da nun der Gefangene auff ſeinem gethanen Bekändtnüß vor Gerichte freywillig verharren/oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ So möchte er wegen ſolches begangenen und bekandten Diebſtals nach ſchärffe der Rechte mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft werden/V.R.W. *Quæſtori in* Liebenwerda. *Menſe Octob. Anno 1587.* 48

Eadem pœna fuit cuidam dictata, qui cum ſociis ſuis 202. oves abegerat. A*d petitionem Quæſtoris* zu Freyburgk. *Menſe Majo, Anno 1619.* 49

Item: I*n caſu equorum à paſcuis abactorum, ad requiſitionem Quæſtoris in* Gommern. *Menſe* J*ulio, An. 1597.* 50

Quæſtoris W*ittebergenſis, Menſ. Novemb. An. 1599.*

QVÆSTIO LXXXVII.

De Auxiliatoribus & Receptoribus Furum, Nec non rerum furtivarum Emptoribus, Eorumq; pœnis.

SVMMARIA.

1. *Auxiliatores furti non puniuntur ſuſpendio, numer.9.*
2. *Differunt hæc duo:* Opem *præſtare, & auxilium præbere, n.3.*
4. Præbentes *conſilium abſque auxilio, an & quando eximantur pœnæ ſuſpendij? numer. 5.6.*
7. Quid *juris in præſtantibus opem & auxilium abſque conſilio? n.8.9.*
10. *Triplici modo præſtatur auxilium.*
11. Quodnam *auxilium dicatur præſtitum ante commiſſum delictum.*
12. Quomodo *puniantur hoc caſu auxiliatores? numer.13.*
15. Pœna *ſuſpendij quando hoc in caſu locum habeat? n.16.17.18.*
16. Sententia *Scabinorum Lipſenſium. nu. 20.*
21. Quandoq; *hoc caſu auxiliatores extraordinariè puniuntur, n.22.23.25.26.27.*
24. O*bſervantia Scabinorum Lipſenſium, n.*28.
29. *Præſtantes auxilium in ipſo furandi actu laqueo ſuſpenduntur, n.30.31.32.33.*
34. *Stantes in excubiis quomodo puniantur? numer.35.*
36. *Præſtantes opem & auxilium poſt furtum commiſſum non niſi pœna arbitraria puniuntur, n.37.38.*
39. *Intellectus l.14.*C.*de furt.*
40. *Variis modis auxilium præſtatur poſt furtum commiſſum.*
41. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium. n.42.*
43. *Participantes de furto jam commiſſo ſuſpendio non puniuntur, n.44.*
45. Sententia *Scabinorum Lipſenſium, n.46.*
47. *Etiamſi in furtum committendum conſenſerint, modò opem non dederint.*
48. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
49. *Receptatores furũ quomodo puniãtur? n. 50.51.*
52. Sententia *Scabinorum Lipſenſium. n.53.*
54. *Emtores rerum furtivarum quomodo puniantur? n. 55.56.57.58.59.60.*
61. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n. 62. 63.64.*
65. *Quid ſi Emtor ignoret, rem venditam eſſe furtivam?*
66. *Ignorantia quomodo ſit probanda?*
67. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium n.68.*
69. *Rem furtivam Emtor debet reſtituere domino abſque pretio ſibi refuſo.*
70. Q*uid ſi res furtiva fuerit conſumpta?*
71. *Bonæ fidei Emtor, re furtiva conſumpta, non niſi in quantum factus eſt locupletior, conveniri poteſt.*
72. *Sententiæ Scabinorum* L*ipſenſium, n.73.*
74. *Malæ fidei Emtor tenetur ad æſtimationem rei furtivæ conſumptæ, n.75.*
76. *Sententia Scabinorum* L*ipſenſium.*

1 CEſſat quoque SEXTÒ pœna furti ordinaria in auxiliatoribus criminis hujus. Nam & opem vel conſilium furibus ſcienter & dolo malo præſtantes furti teneri, ambigendum non eſt, *l. 34. l. 50. §. 1. & 2. l.52. in pr. & §.19. ff. de furt. l.53. §. 1. ff. de verb. ſignif. §.11. Inſt. de obligat. quæ ex delict. naſcuntur.* Quamvis hi pœna ſuſpendii non plectantur.

2 *Opem* dico, vel *Conſilium:* Nam verba hæc ſeparatim accipienda ſunt. Aliud enim eſt factum ejus, qui ope; aliud ejus qui conſilio furtum facit, *d. l.53. verſ. item dubitatum. ff. de verb. ſignific. dict. l. ſi quis uxori. 52. ff. neq;. verbo. l ſi pignore.* 54. §.*pen. ff. de furt.* Opem ſiquidem præſtat furi, qui ipſi ad committendum furtum auxiliatur, ut qui auxilium & miniſterium ad ſurripiendas res præbet. At conſilium dare videtur, qui perſuadet, atque impellit, ac inſtruit aliquem conſilio ad furtum faciendum, *l. in furti. 50. §. conſilium. 3. ff. de furt.*

3 Nihilominus tamen verba hæc: *Ope & Conſilio*, conjunctim poni ſolent de eo, qui furanti opem ſolùm tulit, ut & de eo qui conſilium duntaxat præbuit, *dict. l. ſæpè. 53. §. fin. ff. de verb. ſignif.* §. *ope & conſilio. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc.* Forſan propterea, quod nemo videatur opem tuliſſe, niſi & conſilium malignum habuerit, *dict. l.53. verſ. ult. ff. de verb. ſignif.* Licet enim hoc principaliter & expreſsè non ſemper interveniat, quin tamen implicitè ſimul concurrat, nemo facilè inficias ibit. Parum verò referre, expreſsè an tacitè, cum ope ſive auxilio hoc interveniat, ſatis innuit *ICtus Cajus in dict. l.54. §.4. in fin. ff. de furt.* Ut ſic auxilium abſque conſilio non ſit, aut certè parum noceat; quamvis conſilium abſque auxilio dari ſæpiùs ſoleat.

4 Quoad hoc verò tenendum firmiter, præbentes conſilium abſque auxilio pœna ſuſpendij nullatenus teneri, quamvis extra ordinem hi ſint puniendi, furto ſubſecuto, *§. ope & conſilio. in fin.* Ibi: *Certè qui nullam opem ad furtum faciendum adhibuit, ſed tantum conſilium dedit, atque hortatus eſt ad furtum faciendum, non tenetur furti. Inſt. de obligat. quæ ex delict. naſc. ubi* Johann. *Schneidvv. n.13.*

5 Quamvis enim *Proſper. Farin. part. 5. oper. crimin. quæſt. 129. num. 62.* diſtinguat: an fur ſine conſilio facturus erat furtum, an non. Ut priori tantummodo caſu conſulens à pœna furti ordinaria excuſetur; ſecus verò ſi abſque

conſilio dato delictum non fuiſſet perpetraturus. Attamen fundamento hæc diſtinctio deſtituitur, adeoq; meritò inhærendum eſt generalitati textus in *dict. §. ope & conſilio. Inſt. de obligat. quæ ex delict. naſc.*

6 Quod tamen accipi volo de nudo conſilio, ab omni alio adjumento & auxilio libero. Quod ſi enim inſtigatio & inſtructio accedat, Reus non tàm pro conſulente, quàm auxiliatore habendus. Nam & ſolis indiciis & demonſtrationibus auxilium præberi, notum eſt ex *Conſt. Elect. 40. p. 4.* Quamvis ne tum quidem pœna ordinaria furti obtineat, *dict. Conſtit. 40.* ut paulò poſt dicam.

7 Neque aliter ſentiendum de iis, qui opem & auxilium abſque conſilio & voluntate præſtāt. Nam qui animum furandi non habent, nec delinquunt, nec pœnam delicti incurrunt; voluntas ſiquidem & propoſitum maleficia diſtinguit, *l. 53. ff. de furt.* Undè ſi quis ignoranter ſcalas & ferramenta alicui ad furandum commodaverit, nullatenus tenebitur, quamvis & is auxilium præſtet, ſed abſque conſilio & propoſito delinquendi, *l. ſi pignore. 54. §. quæ ferramenta. 4. verb. ſciens. ff. de furt.* Proſper. *Farinac. part. 5. quæſt. 130. num. 7. & nu. 58. Nicol. Boer. deciſ. 167. n. 2.* ubi in Curiâ Burdegalenſi *21.* Februar. An. 153*1.* ita ſervatum fuiſſe refert. F*elin. in cap. ſicut dignum. extr. de homicid. n. 4. verſ. quintò limit. Pariſ. vol. 4. conſ. 152. n. 1. & 2 n. 30. & ſeq.*

8 Quod non malè forſan extenditur ad eos, qui conſultò ac dolosè ad furandum ferunt opem, nihil tamen indè ſperantes. Quamvis enim hi ab omni pœnâ haud ſint immunes, ſuſpendii tamen ſupplicium non ſuſtinebunt, quia fures propriè non ſint; quum furtum abſque animo lucrandi non committatur, *§. 1. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſcuntur.*

9 Omne itaque dubium in eo conſiſtit, an
„ prævia deliberatione atque conſilio auxilium
„ & opem ad furtum faciendum dolosè præ-
„ ſtantes, & de rebus furto ablatis participan-
„ tes, laqueo puniendi ſint? Vix enim negari poterit, hoſce fures non eſſe, nec furtum committere, ut qui & ipſi fraudulenter lucri causâ per alios res alienas contrectant, *dict. §. 1. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc.* Nihilominus tamen in præſtitâ ope & auxilio ejusmodi circumſtantiæ quandoque occurrunt, quæ judicem dubium reddere, & ad liberandum Reum à ſuſpendii pœnâ ſat graves & ſufficientes eſſe poſſunt. Quare nec Imper. Carolus V. certam pœnam in auxiliatores ſtatuit, ſed ob circumſtantiarum varietatem judices, ſingulas quasſque circumſtantias fideliter conſignare, Jurisconſultorum collegiis transmittere, eorumque conſilium deſuper implorare, & exigere jubet, in O*rdinat. Criminali Artic. 177.* **So jemand einem Miſſethäter zu Vbung einer Miſſethat wiſſentlich und gefehrlicher weiſe/ einigerley Hülffe/ Beyſtand/ oder Förderung/ wie das alles Namen hat/ thut/ iſt peinlich zu ſtraffen/ als vorſtehet/ aber in einem Fall anders denn im andern/ darum ſollen in dieſen Fällen die Vrtheiler mit Berichtung der Vorhandlung/ auch wie ſolches am Leib oder Leben ſolle geſtraffet werden/ rahts pflegen/** &c.

10 Quo igitur exactius de pœnâ auxiliatorum judicium ferri queat, facta & circumſtantiæ præſtiti auxilii probè ſunt ponderandæ, ac inprimis perpendendum, an ſcilicet ante furtum perpetratum, vel in ipſo furti actu, vel etiam poſt commiſſum furtum auxilii quid præſtitum ſit. Tribus namque hiſce modis ante furtum, in furto, & poſt furtum omne ferri ſolet auxilium, *Bartol. in l. in furti §. ope. ff. de furt. numer. 2. 3. & 4. Jul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 90. num.* 1. *Jodoc. Damhouder. in prax. rer. crimin. cap 133. nu. 4. Natta lib. 1. conſ.* 151. *num. 3. Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. centur. 4. caſ. 349. num. 2.* Ideoque hoſce tres modos Dd. pragmatici communiter diſtinguunt *Blanc. in pract. crimin. in verb. poſtquam vidimus. num. 1. ubi multos allegat. Matth. Stephan. in not. ad art.* 177. *Ordin. Crimin.* Carol*in.* Quorum veſtigiis inſiſtentes de illis diſtinctè agemus, & quænam pœna, in ſingulo quoque caſu, uſu quotidiano obtineat, indicabimus.

11 Primus caſus ſive modus auxilii dati eſt, quando quis alteri furtum committenti ante delictum ſeu furtum cōmiſſum opem & auxilium præſtat. Vbi communiter ferè tenent *Dd.* Auxiliorem non minus ſupplicio ſuſpendii puniendum eſſe, ac principalem Reum, qui re ipſa furtum committit. *Bartol. in l. furt. §. ope. ff. de furt. Et in l. is qui opem. ff. eod. num. 5.* quem alii ceu grues ſequuntur gregatim. H*enr. Bocer. in tract. de furt cap. 3. num. 7. Angel. Aretin. in tract. malef. verb. & Andream Marci Lanificem num. 5. Matth. Berlich. p. 5. concluſ. 55. num. 2.* Jacob. *Menoch. de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. cent.* 4. *caſ. 349. numer. 3. Proſp.* F*arin. dict. quæſt. 130. num.* 1. *& ſeqq. Natta. dict. conſil. 151. num. 3.*

12 Quam tamen opinionem, animas judicum occidere, qui eam ſequuntur, tradit A*uguſtin. Arimin. in addit. ad Angel. Aretin. in tract. malef. verb. dicto maleficio num.* 17. Undè *Dd.* vulgò diſtinguunt: An ſcilicet auxilium fuerit datum actui vel furto proximum; an verò remotum, *Jacob. Menoch. dict. caſ. 349. numer.* 5. *Natta dict. conſ. 151. num. 3. lib.* 1. *Nicol. Boer. deciſ. 167. num. 3.* Hippol. *de Marſ. in pract. crim.* §. *conſtante. n. 49. Bart. Bertaz. lib. 1. conſ. 62. num. 12. & 13.* Ita ut auxiliator, & opem ante furtum perpetratum præſtans, tum demum eadem puniatur pœna, ſi auxilium fuerit actui, vel facto proximum; ſecus ſi remotum: mitius namque punitur factum remotius, quàm factum proximum, *l.* 1. *ff. de extraordin. criminib. Baldus in l. 1. C. de Nili agger. non rump. verſ. quia mitius punitur. Auguſt. Bonfranc. in addit. ad Angel. de malef. verb. dicto maleficio ſemper. n. 17.*

13 Alii verò communem hanc *Dd.* aſſertionem ad eum reſtringunt caſum, quo auxilium præſtitum fuit cooperativum, & cauſam immediatam furto dedit. Vid. *Felin. in cap. ſicut dignum. 6. extr. de homicid. nu. 2. & in cap. 1. extr. de offic.*

offic.jud.de leg.nu.13.Iul.Clar.in pract.crim. §.*fin. quæſt.90.Henr.Bocer.in tract.de furt.cap.3. nu.7. Iod.Damhoud.in prax.rerum crim. cap.133.nu.2. Schrad.in tract.feud.part.9.cap.2.num.24. Iohan. Schneidvv.ad* §.*interdum quoque.n.1 Inſt.de oblig. quæ ex delict.naſcunt.Ioh.Maſcard.de probat.vol.1. concl.159.n.26.Hipp.de Marſ.in pract.crim.*§. *cõſtante.nu.49.Proſp.Farin.part.5.oper.crim.quæſt. 130.num.42.Bart.Bertaz.lib.2.conſ. 134. num.1. & ſeqq. Pariſ.volu.4. conſ.152. num.37. & conſ. 166.num.17.*

14 Utraque ſententia placet, & utrumque, meo judicio; requiritur ad hoc, ut auxiliatori ob præſtitam opem ante delictum commiſſum pœna mortis infligatur. Neque enim cauſam immediatam verè dat furto auxiliator, niſi per opem actui proximam, quâ quis furtum vel omninò non, vel non tam facilè poſſit committere. Hanc ergò ferens, pœnam ordinariam furti incurrit, ſecus ſi abſque iſto auxilio furtum queat perpetrari. Ubi enim major culpa eſt, ibi etiam gravior pœna debet infligi; cum hæc ſit commenſuranda delicto. Atqui extra controverſiam eſt, in majori culpa verſari eum, qui opem præſtando præbet cauſam mortis, vel alterius delicti, quàm is, qui non præbet cauſam, licet opem ferat; *Johan.Schneidvv. dict.* §. *interdum quoque num.11.Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſcuntur.*

15 Ideoque circa auxilium & opem furto datam ante delictum commiſſum, duas regulas notari velim. Quarum *Prima* eſt hæc:

„ Quicunque deliberatò atque doloſè auxilium reale per actum proximum furi præbet; ac per hoc cauſam dat furto immediatam, lucrandi animo, pœna ſuſpendii plectendus eſt.

16 Quæ Regula quatuor ferè conjunctim requirit, ut auxiliator ob præſtitam opem ante delictum perpetratum laqueo puniri poſſit. 1: Ut auxiliator animo deliberato atque doloſo adjuvet furem, & furtum promoveat. Nec enim ſufficit ignoranter opem ferri delicto, ſed dolus ac ſcientia magnoperè requiritur; quæ ſocium & conſortem criminis facit, *l.ſi pignore.54.* §.*4. ff. de furt. l.ſi multi. ff. de publica.* 2. Ut auxilium reale præbeatur, per actum proximum; hoc eſt, ut quis manu ſuâ auxilium cooperativum præſtet. *Cyn.in l.1.* C *de Nili agger. non rump. num. 4.Proſp. Farin.part. 5. quæſt. 130. num. 45. Capoll. conſ.27.num.11.* Quod & haud obſcurè patet ex *Conſt.Elect. 40.part.4.* ubi indicio ſolummodò occaſionem furibus præbentes virgis cæſi relegantur; nimirum quia hi opem actualem ſeu cooperativam non præſtant. 3. Non ſufficit auxilium præſtitum, niſi in auxiliatore quoque fuerit animus lucrandi: Abſque hoc enim nec furtum committitur, nec pœna furti infligitur, §.*1. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc.* 4. Denique non quodvis auxilium manu datum ſufficiens eſt ad hoc, ut auxiliator ſuſpendi poſſit, ſed illud tantùm, quod cauſam furti delicto præbet immediatam.

Q.1. Quomodo ſit puniẽdus, qui auxilium præbet furi ante perpetratum delictum?

17 Etſi verò adeò expeditum non ſit, quodnam auxilium cauſam immediatam det furto; uti apparet ex traditis Dd. à *Matth. Berlich. part. 5. concluſ.55.nu.7.& ſeq.* Rectè tamen hoc illud eſſe arbitror, ſine quo quis delictum vel omninò non, vel non facilè potuiſſet cõmittere & efficere, ſive, quod quis præſtando ipſemet furtum facere videtur, *arg.l.nihil intereſt.15.ff ad Leg. Corn. de ſicar.dict.l.54.*§.*4.ff.de furt.* Veluti, ſi quis ſcalas alicui ad furtum committendum accommodavit, §.*ope & conſilio.verb. aut ſcalas.* Inſtit. *de obligat. quæ ex delict.naſcunt.l.54.*§.*4.ff. de fur. Bart.in l. in furti.*§.*ope ff.eod.num.7.verſ. vel ſcalam cauſa furandi. Angel. Aretin. in tract. malef. verb. &* Andream Marci *Lanificem, num.2. verſ. ut ſcalas accommodando.Nic.Boer.deciſ.164.n.1.* Proſp.*Farin.par.5.oper crim.quæſt.130.nu.20.Antón.Gomez.de delict.cap.3.nu.48.* Vel ſi quis ferramenta ad effringendum præbuit: Qui cauſam immediatam furto dediſſe, & auxilium per actum proximum præſtitiſſe cenſetur, atque ob id meritò pœnâ furti ordinariâ tenetur *dict.* §. *ope & conſilio. Inſt.de oblig.quæ ex delict.naſc.d.l.54.* §.*4.ff. de furt.Bart.in l. is qui opem.n.5. & in l. in furti.* §. *ope.nu.2.ff de furt. Nic.Boer. d. deciſ.167. num.1. Proſp.Farin.d.quæſt.130.nu.5.& ſeq. Natta conſ. 151.n.3.lib.1.Socin.lib.2 conſ.188.n.3.*

Concurrentibus igitur hiſce quatuor requiſitis, quin auxiliatori ſecundum Regulam jam poſitam, ſuſpendii pœna ſit irroganda, non dubito. Id quod & in foro Saxonico veriſſimum eſt, ob textum manifeſtum in *Art.13.lib.2.* Landr. verb. **Wer Diebe behauſet / oder Raub hehlet/oder einen mit Hülffe darzu ſtärcket/ wird er des überwunden/man ſoll über ihn richten/ als über jenen der es ſelbſt gethan hat** *&c. ubi gloſſ. latin.lit.* P. Quamvis aliter ſentiat *Chriſtoph.Zobel.in gloſſ.latin.ad text.Germ.* Landr.*lib.3. art.46. lit.10.& Matth.Col.part.1.dec.150.n.2.* Nimirum, auxiliatorem, ſi criminaliter agatur, condemnandum eſſe in dimidio Wergeldo. Quod hodiè non practicatur. 18

Atq; ſecundum eà adjudicavimus pœnam ſuſpẽdii cuidam fœminæ, quæ furti ferramenta ad effringendum præſtiterat, & poſtmodum de furtò participaverat. Ad conſultationem Rudolphi à **Bünaw/** *in* **Lawenſtein: Jngleichem hat bemeldte** *S.L.* **in gutem bekandt/ daß ſie oberwehnetem** *M. L.* **zu berührtem Diebſtal Rath und Anleitung auch Meiſſel und andere eiſerne** *inſtrumenta* **zu Erbrechung der Laden / darinnen berührtes Geld verwahret geweſen / gegeben / und daß er nach verrichtetem Diebſtal ihr das geſtohlene Geld in ihren Schoß geſchüttet / darvon ſie ihme eylff Thaler zugeſtellet/das übrige hätte ſie mit ihrem Mann und Kindern verzehret / auch etliche Schulden darvor abgeleget/ſo ſich uff eine groſſe Summa Geldes belieffen/***&c.* **Da nun** *M.L.* **und** *S: L* **uff ſolchem ihrem gethanen Bekändtnüs vor öffentlichem gehegten peinlichen Halsgerichte freywillig verharren/ oder des ſonſten/wie recht/überwieſen würden / So möchten ſie von wegen ſolches Diebſtals beyde mit dem Strange vom Leben zum Todte geſtrafft und hingerichtet werden/ V.R.W.** *Menſe Iunio, Anno 1621.* 19

Et in caſu prorſus ſimili eandem pœnam dictavimus cuidam auxiliatori; Ad requiſitionem Iudicis *& Scabinorum Torgenſium, Menſe Aprili, Anno 1622.* 20

21 Secunda Regula eſt: Licet quis furi auxilium præbeat, ſi tamen hoc non fiat per actum proximum, nec per id cauſa immediata detur furto, pœna ſuſpendii haud obtinebit, ſed auxiliator pœna arbitraria plectendus eſt.

22 Nam quod ſuprà dictum, auxilium & opem præbentem ad furtum committendum pari pœnâ teneri, quâ ipſemet fur afficitur; hoc ad auxilium cooperativum eſt reſtringendum, quod quis per actum proximum dediſſe cenſetur, *§.ope & conſilio. Inſt.de obligat. quæ ex delict. naſc.l. ſi pignore.54. qui ferramenta. 4.ff. de furt. Felin. in cap ſicut dignum eſt.extr.de homicid. num. 2. Iul. Clar.lib.5.ſent.§.ult.quæſt.90.nu.*1. *& ſeq. Proſp. Far.dict.quæſt.130.num.42.*

23 Secus verò res ſeſe habet, quando quis auxilium præbet furi per actum remotum, unde cauſa immediata furto non datur. Veluti, ſi quis indicio ac demonſtratione modum & occaſionem furandi notam faciat, aut locum ubi res continentur, oſtendat: quale auxilium per actum à furto admodum remotum præſtitum, nec per id cauſa immediata furto data cenſetur, cum & demonſtratione non factâ furtum alio modo facilimè potuiſſet perpetrari. Ideoque hoc caſu pœna ſuſpendii meritò ceſſat, ſubſtitutâ pœnâ quâdam mitiori. Quod in foro Saxon. minus dubii habet, ob textum clarum in C*onſt. Elector. 40.p.4.ibi*: **Die jenigen / ſo mit Kundſchafften / oder Anweiſungen zum Diebſtal geholffen / ſollen mit Staupenſchlägen unſerer Lande verwieſen werden.**

24 *Et in tali caſu Scabinos dictaſſe pœnâ fuſtigationis & relegationis perpetuæ ante editas Conſtitutiones Electorales. Menſe* Majo, *Anno 1562. ad requiſitionem* Senatus *Torgenſis*, meminit *Modeſt. Piſtoris Aſſeſſor tum temporis Scabinatus graviſſimus, part.2.quæſt.63.n.5.*

25 Idque clarum eſt, ſi auxiliator ex furto commiſſo nil prorſus lucretur. Quod ſi verò de furto tantum participaverit, ut quinque Ducatorum Ungaricorum valorem excedat, tùm Reum ob præſtitum auxilium, ſolâ etiam demonſtratione & indicio, laqueo ſuſpendendum eſſe, arbitratur *Dan. Moll.ad* C*onſt.Elect.40.nu. 6. in fin.part.4.* quem ſequitur *Henr. Bocer.in tract. de furt.cap.3.nu.19.*

26 At nobis contrarium & benignius & verius viſum fuit. *Tùm,* ob generalitatem *d. Conſt.40.p.4.* Quod haudquaquam diſtinguit, an auxiliator quid participaverit de furto, nec ne, ſed indifferenter ob præſtitam occaſionem furibus per indicium & demonſtrationem, Reum virgis cæſum in perpetuum relegari jubet.

27 *Tùm,* quod ſola participatio furem propriè non faciat, niſi accedat contrectatio; ſive auxilium reale & cooperativum, ut antea dixi. Vide *Gloſſ.fin.in l.is qui opem.34.ff. de furt. Modeſt. Piſtor.part.2.quæſt.63.num.4.*

28 *Reſpondimus ita Ioanni* **Sagern** / *in* **Zwenckau: Hat der verhaffte** *M.H.* **bekant und geſtanden / daß er** *H.T.* **zu dem Diebſtal / bey ſeinem Stieffſohne begangen Vorſchub und Anleitung gegeben / und geſagt / ſie ſolten nur am Oberſtube an der Ecken ein Feld außbrechen / da würden ſie das Geld und Sachen finden. / von welchem Diebſtal er nochmals 30. Gülden bekommen /** *&c.* **So wird der Gefangene wegen ſolcher ſeiner Verbrechung öffentlich billig zur Staupen geſchlagen / und nach außgeſtandener Leibesſtraffe / deß Landes ewig verwieſen / V. R. W.** *Menſ. Novembr. An.* 1622.

29 Secundò præſtatur auxilium in ipſo furti actu. Veluti ſi quis oſtium effringat, res à fure contrectatas recipiat, & abſcondet, &c. Quem pariter, ac ipſum furem contrectatorem ſuſpendii pœnâ teneri, generaliter concludunt *Dd.Bart.in l.is qui opem.ff.de furt.nu.5. verſ.pone in caſu & in l.in furti.§.ope.ff.eod.tit.num.3. Ang. Aretin.in tract.malef.verb. Et Andream* Marci *Lanificem.n.7.Pract.Papienſ.in forma inquiſit. gl. opem & auxilium.n.6.Proſp.Far.part.5.oper.crim quæſt.*131.*n.14.*Matt.*Berlich.part 5.concl.55.n.20. Matt.Steph.in not. ad art.177. Ord.crim. Carol. Iac.*Menoch.*de arbit.jud.quæſt.lib.2.cent.4.caſ.49 n.7.Iod.Damhoud.in pract.crim.cap.101.n.5. Modeſt. Piſt.part.2 quæſt.63.n.*1. *Matt.Coler.part.1. deciſ.150.n.*1.*Natta lib.1.conſ.151.n.3.& lib.2.conſ. 458.nu.9.Surd.lib.1.conſ.40.n.45.*

Q.2. Pœnâ *præſtiti auxilii in ipſo furãdi* actu.

Hinc Regulam pono univerſalem: Quicunque in ipſo actu furandi manu ſua fraudulenter, doloſè, & lucri cauſa opem tulit, laqueo ſuſpendendus eſt.

30 Secundum quam Regulam, uti quotidiè pronunciatur, teſte ipſamet experientia, ita de ejus veritate dubitandum non eſt. *Primò* ob textum in §.*interdum quoque.&* §.*ope & conſilio.* Ibi: *ope & conſilio ejus quoque furtum admitti videtur, qui ſcalas fortè feneſtris ſupponit, aut ipſas feneſtras vel oſtium effringit, ut alius furtum faceret. Inſtit. de oblig.quæ ex delict.naſc.l.vulgaris.21.§.ſi duo 9.*Ibi: *omnes eos in ſolidum teneri, l.quo ſervo.36. §.item placuit.ff.de furt.l.1.* Ibi: *ſingulos quoq; in ſolidum teneri.* C.*de condict.furt.l.ita vulneratus.51.§.ult. verſ.cum plures.ff ad Leg. Aquil.l.ſi plures.34.ff.de injuriis.l.un.verſ. his quoque. C.de crim. pecul.l.*1. *verſ.ſin verò.C.de falſ.monet.*

31 *Deindè*: Ratio quoque hujus juris obſcura non eſt. Nam qui opem & auxilium præſtat facienti furtum in ipſo furandi actu, æquè ac ipſe principalis, fur dicendus eſt, quum alter alteri revera auxilium præſtet, & comitem ſe illi adjungat, proindè uterque meritò eâdem pœnâ tenebitur. *Henric.*Bocer*.in tractat.de furt.cap.3.num.*10. Ioh.*Gœdd.ad l.53.num.*12. *verſ. vel comitem ſe adjungit.ff.de verb.ſignif.*Blanc.*in pract.crim.§.poſtquam vidimus.nu.2. Proſper. Farin.part.3.oper. crim.quæſt.130.num.77.& ſeqq.*

32 *Tertiò*: Facit huc quoque *art.13.lib.2.* **Landrecht.** *in verb.* **Wer einen mit Hülffe darzu ſtärcket / wird er des überwunden / man ſoll über ihn richten / als über jenen / der es ſelbſt gethan hat &c.** Quæ verba generalia ſunt & auxilium tam ante, quam in ipſo furandi actu præſtitum, pœnâ ordinariâ delicti coërceri volunt, tantumque abeſt, hanc ſanctionem juris Saxonici uſu receptam non eſſe, ſecundum tradita C*hriſtoph. Zobelii in Gloſſ.Lat.ad text.Germ.* **Landrecht.** *lib. 3.art.46.lit.C.& Matt.* Coler*.part.1.deciſ. 150. num.2.*

nu.2. ut potius Illuſtriſſimus Elector Saxon. D. Auguſtus expreſsè eam confirmaverit *in conſt. 39.p.4.* quæ ſtantes in excubiis ſuſpendii pœnæ ſubjugat. Unde dubitare non licet pari quoque pœna plectendos eſſe ex mente Illuſtriſſimi Conſtituentis, qui non ſolùm in excubiis ſtant, ſed etiam furtum facientibus ipſimet adjumentum & opem præſtant.

9 Q.2. Pœnâ raſtiti uxilii in pſo furâdi ctu.

33 Varias quidem hujus Regulæ ampliationes & limitationes adducit *Proſp. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt.131.num.1.& ſeqq.* Sed magis hæ eam obſcurant, quàm declarant, ut rectè ſentit *Henric.Boc.d.c 3. n.10.* Ideoque ſolummodò notari velim, Regulam prædictam obtinere, modò 1. Auxiliator doloſè & fraudulenter auxilium furi præbeat, conſilio deliberato præcedente, wenn ſie ſich miteinander darzu verglichen haben. *Cyn. in l.is qui opem.ff.de furt.Nic.Boer.deciſ.167.n.2.in fin.Iul.Clar.lib.5.ſent.§.ult.quæſt.90.n.2.* Idque lucri cauſa fiat, ſicuti enim propoſitum & animus aliàs delicta diſtinguit, ita etiam in furti delicto ex animo lucrandi de crimine hoc judicari debet, *l.53.ff.de furt.§.1.Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc.3.* Si auxilium ſit cooperativum, & ipſo facto in actu furandi præſtetur, per ea quæ tradit in ſimili *Hipp.de Marſ.in tract.crim. §.conſtante. n.50.& 61. Iac.Menoch.lib.2.arbitr. jud. quæſt. cent.4.caſ.349.n.10.Bertaz.conſ.62.n.104.* Atque furtum ſit ſubſecutum, *l ſi quis uxori 52.§.neque verbo.19.ff. de furtis.* ubi diſertis verbis dicitur, quod opem ferre & conſilium dare tunc noceat, cum ſecuta eſt contrectatio, *Gloſſ.in l.is qui opem, verb.manifeſtus ff. de furtis.* Quod tamen non accipiendum de ejuſmodi contrectatione, quæ ab ipſo fit auxiliatore, ſed de ipſo effectu auxilii, ita ut ſufficiat, furtum commiſſum, & res ab ipſo fure, cui auxilium præbetur, contrectatas fuiſſe, *l.53.in fin.ubi Ioh.Gœdd.num.12.& ſeqq. de verbor.ſignif.*

34 Q.3. Quæ ſit pœna eorum, qui aliis furtū committētibus in excubiis ſteterunt?

Etſi quoque auxilium in ipſo furti actu præſtitum regulariter cooperativum eſſe debeat, ut jam dixi, in foro tamen Saxonico ſpecialiter receptum eſt, ut is, qui aliis furtum committentibus in excubiis ſtat, ordinariâ ſuſpendii pœnâ plectatur, juxta *Conſt.Elect.39.part.4.* Ibi: Würde einer oder mehr zu der Zeit / wenn ein Diebſtal begangen / ſeinen Geſellen / ſo ſich ſolches dergeſtalt mit einander verglichen / die Wache halten / und hernach von den geſtolenen Stücken ſo viel empfangen und participiren / darumb er ſonſten eines Diebſtahls halben möchte am Leben geſtraffet werden / ſo ſoll er gleich den andern Dieben mit dem Strange zum Tode gerichtet werden / ungeachtet / daß er nicht am Diebſtahl mit angegriffen / und die geſtohlene Stücke ſelbſt entwenden helffen.

35 Ubi inprimis notandum, eum qui in excubiis ſtetit, tum demum laqueo ſuſpendendum eſſe, ſi de rebus furtivis participaverit, & tantum, quantum aliàs ad pœnam laquei dictandam ſufficit, puta ultra quinque Ducatos Ungaricos lucratus fuerit, *dict. Conſtit. 39. ubi Daniel Moller.num.6.*

Prout hoc quotidiè practicatur.

36 Q.4. Quomodo puniantur præſtantes auxilium, poſt furtū cōmiſſum?

Tertius deniq; eſt caſus, quando auxiliū poſt furtum cōmiſſum præſtatur.

†

Quo caſu auxiliatorem nullatenus ſuſpendii ſupplicio, ſed pœna mitiori extraordinariâ pro judicis arbitrio plectendum eſſe, vulgò aſſerunt Doctores. *Bart.in l.in furti.§.ope.ff.de furt.n.4.Nic. Boer.dec.167.nu.4. Iac. Menoch.lib.2.arbit.jud. quæſt.cent.4.caſ.349.n.21.Aym.Cravett.lib.2.conſ. 220.n.12 Felin. in c.ſicut dignum.extr.de homicid. n.4.Proſp.Farin.part.5.oper.crim.quæſt.132.nu.1. & ſeqq.Iul.Clar.lib.5.ſent.§.ult.quæſt.90.num.2. Blanc.in pract.§.poſtquam.n.5.Hippol.de Marſ.in pract.crim.§.conſtante nu.54.Bertaz.conſ.324.nu. 6.lib.2.Matth.Berlich.part.5.concl.55.n.43.Henr. Bocer.in tract.de furt.c.3.n.11.Matth.Steph.in not. art.177.Ord.Crim.Carol.Anton.Gomez.de delict. c.3 n.50.Ioſeph.Maſcard.de probation.vol.1.concluſ.159.num.23.*

37 Neque enim opem præſtans poſt commiſſum delictum propriè auxilium præbere, aut furtum promovere dicitur, *Auguſt. Arim.ad Angel.Aretin.in tract.malef.verb. Et Andream auxiliatorem.n.5.* Ac iniquiſſimum eſſet, eadem pœnâ auxilium in ipſo furti actu, & poſt delictum perfectum præſtitum coërceri. Cum tamen haud parum diſcriminis ſit inter eum, qui ipſe maleficium ſuo facto committit, aut delinquenti cooperatur; ac illum, qui ſolummodò poſt perpetratum crimen facinus delinquentis tegit & occultat. *Bocer.d.c.3.num.12.*

38 Hinc talis Regula formanda eſt; Licet quis futi auxilium & opem præbeat, attamen ſi delicto jam commiſſo ac perfecto hoc fiat, neutiquam is ſuſpendio, ſed pœna extraordinaria pro judicis arbitrio puniendus eſt.

39 Cui Regulæ videtur è diametro adverſari *l. eos qui* 14. Ibi: *Eos qui à ſervo furtim ablata ſcientes ſuſceperint, non tantum de ſuſceptis convenire, ſed etiam pœnali furti actione potes. C. de furt.* Sed in promtu eſt reſponſio, agi nempè in *dict.l.14.* de civili coërcitione furti, puta, de actione furti, non verò de criminali accuſatione furis. In criminalibus autem pœnæ potius molliendæ ſunt, quam exaſperandæ, *l. pen. ff. de pœn. Bocer. dict. cap.3. nu.13.*

40 Variis autem modis auxilium poſt furtum commiſſum quis dicitur præſtare. Veluti, opem præbendo ad evadendum & fugam arripiendam, *Bart.in d.l.in furti.§ ope.nu 4.Farin.d.quæſt.132. nu.4.Nic.Boër.d.dec.167.nu.4. Matt. Berlich. d. concl.55.n.44.* Aut viam monſtrando, ut ex manib. judicis, illum forſan proſequentis, fur aufugere poſſit. Vel occultando eum ne deprehendatur. *Matt.Steph.d.art.177.Ord.crim.Carol. Iac. Menoch.lib.2.de arbit.jud. quæſt. cent 4.caſ.349. n.21.* Vel etiam res furto ablatas occultando & vendendo, uti ſæpiùs accidit, ut per tertium res furtivæ vendantur. Quo caſu venditor, licet ſciens opem ſuam præſtiterit, ſeveriori quàm fuſtigationis pœnâ puniri haud debet.

41 *Veluti ità reſponderunt Scabini:* Hat H. N. Eheweib in gutem bekant / daß ſie umb ihres Mannes uñ Sohnes deuben zů theil wol gewuſt / auch etliche von ihnē geſtolene Stücke verkauft / nach fernerm Inhalt ihres Bekäntnüs / ſo wird ſie von wegen ſolcher ihrer Verbrechung des Landes ewig billig verwieſen / V. R. W. Quæſtori in Ziegenrück / *M.Iulio, An.1601.*

42 *It: Quæſtori Weidenſi. Menſe* Martio, *Anno 1626.*

It: **So viel aber** *A.E.F.* **und** *A.S.C.* **Tochter belanget/weil ſie geſtanden/ daß ſie die geſtohlene Stücke verkauffen und verzehren helffen/ ſo werden ſie mit Staupenſchlägen des Landes ewig billig verwieſen/V.R.W.** *Quæſtori Coldicenſi.* Menſe Auguſt.*An.1582.*

43 Ex quibus ſequitur, pœna ſuſpendii plectendos quoque haud eſſe eos, qui auxilium non præbent furi, ſed commiſſo furto de rebus ablatis participant, eaſque conſumunt. Etſi enim negari non poſſit, hoſce furtum approbare & quaſi ratificare; attamen quia auxilium prorſus non præſtiterunt, quin à pœna mortis, aliaque corporis afflictiva ſint immunes, dubium non eſt: Ne ſc. æqualis ſit pœna delictum adjuvantium, & approbantium; cum approbantes non tam graviter peccent, ac ii, qui opem & auxilium præbent, uti expeditum eſt.

44 Accedit ratio diverſitatis: Illi enim præbendo auxilium cooperativum furtum quaſi ipſimet committunt, ut ſine quorum adjumento forſan illud planè non, aut non tam facilè perpetrari potuiſſet, quod de his, qui participando de rebus furtivis delictum tantummodò approbant, aſſeri nequit. Ut proinde mirum non ſit hoſce levius puniri.

45 *Ideoq; hoc caſu participantes de rebus furtivis in perpetuum ſolummodo relegari placuit Scabinis, in hunc modum pronunciantibus:* **So viel aber** *H. L.* **anlanget/ ob wol derſelbe für ſich dieſes anführen thut/daß er Anfangs von dem begangenen Diebſtal nichts gewuſt/ er auch deſſen von den andern beyden Mitgefangenen Zeugnüs hat. Dieweil er aber dennoch nit in Abrede iſt/daß er hernacher/ wie er angeregten Diebſtal erfahren/denſelben ihme gefallen laſſen/deſſen mit Eſſen und Trincken genoſſen/von dem geſtolenen Gelde etliche Schulden abgetragen/ und etwas darvon andern geliehen und vorgeſtreckt/**&c. **So mag er nach Gelegenheit dißfalls mit ewiger Landsverweiſung in Straffe genommen werden/ V.R.W.** *Ad requiſitionem Rudolphi à* **Bünaw/***in* **Lauenſtein/***M.Iun.An.1622.*

46 *Eodem pariter modo reſponderunt in caſu haud multum diſſimili, ad conſultationem Hieronymi Bennonis à* **Dißkaw.** *M.*Mart.*An.1629.*

Item: Quæſtoris in **Vorſtenſtein.** *Menſe Octobri, Anno* 1584.

47 Quin etiam ſi quis conſcius ſit furti, & in furtum committendum conſentiat, ac poſtea de rebus furto ablatis participes, modò tamen auxilium non præſtet, à pœna ſuſpendii immunis eſt propterea, quod hic furtum ipſemet facere non videatur, neque fur propriè appellari queat, ut tradit M*att.Col.p.1.dec.*150.*n.*7. Quicquid etiam in contrarium dicit *Ioh. Zang. in tract. de quæſt. & tortur. cap.2.nu.188.& ſeq. Iodoc. Damhoud. in prax.rer.crim.cap.100.nu.53. & cap. 116.num.2.* Quamvis non negem, ſeveriorem aliquam pœnam puta fuſtigationem, ac perpetuam relegationem, hoc caſu obtinere.

48 *Quemadmodũ etiam reſponderunt* Sc*abini:* **So viel aber die gefangene Vettel anlanget/ob gleich dieſelbe nit geſtändig/ daß ſie die bekante Deuben mit begehen helffen/dieweil ſie aber dennoch/ewrem Bericht nach/nit in Abrede/ daß ſie darumb gute Wiſſenſchafft gehabt/und ſolcher mit genoſſen/ ſo wird ſie derowegen mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billig vorwieſen/V.R.W.** *Senatui Sangerhuſano, M.Iulio. An.1597.*

49 Quæritur hîc: *Quomodo furum rerumq; furtivarum receptatores puniendi ſint?* Communiter ſanè Doctores exiſtimant, hoſce eâdem pœnâ teneri quâ fures ipſimet afficiuntur, per *l.1.ff. de recept.l.1.*C.*de his qui latron. vel al.crim. Reos occultant.l.congruit.*13.*ff.de offic.Præſid.Iod.*Damhoud. *in prax.rer.crim.cap.102.n.7.cap.110.n.3.cap.116. n.*1.*& ſeqq* Matth.*Berlich.p.5. concl.*55.*n.*55. Iac. M*enoch.de arbit.jud.q.lib.2.cent.4.caſ.348. nu.*1. *Proſp.Farin.p.5.oper.crim.q.133.nu.*1.*& ſeqq.Ioh. Zang.de quæſt.& tort.cap.2.n.180. Rol.à Valle.vol. 1.conſ.45.Bertaz.lib.1.conſ.66.n.1.& ſeqq.& conſ. 266.n.1.& ſeqq Lud.à Pegu.dec 25.nu.*1. *& ſeqq.* M*att.Coler.p.1.dec.*144.*nu.29.& ſeqq.*

Q.5. Receptatores furum ac rerũ furtivarum quomodo puniantur in foro Saxon.

50 Quod & Juri Saxonico conveniens eſt in *art. 13.libr.2.* **Landrecht.** In verb. **Wer Diebe behauſet/ oder Raub hehlet oder einen mit Hülffe darzu ſtärcket/wird er deß überwunden/ man ſoll über ihn richten als über jenen/ der es ſelbſt gethan hat** *&c.* Et *artic.25. junct. gloſſ. German. dict. libr. 2.* **Landrecht.** *Matth.Coler.part.1.deciſ.144. num. 29.& ſeqq.Chriſtoph.Zobel.part.4.differ.23.num. 11.& differ.37.num.8.*

51 Sed hæc ſententia nimis rigoroſa mihi videtur; Ut ut enim conceſſerim, Receptatores furum rerumque furtivarum, ſi auxilii quid ſimul præſtiterint, ſuſpendii pœna teneri: de quo caſu forſan prædicti textus haud abſurdè accipi poſſunt; ob ſolam tamen furum receptionem pœna hæc infligenda non eſt, eò quod receptatores furtum ſolum adprobent, parùm verò illud adjuvent: Quo caſu arbitrariam tantummodò pœnam obtinere antea dixi.

52 *Reſpondentibus ſic quoque* Sc*abinis:* **Hat** *P. S.* **bekant und geſtanden/daß er offtmals Diebe behauſet und beherberget/ und von denſelben viel geſtolene Stücke gekaufft/welches ſein Eheweib gleicher Geſtalt nit in Abrede iſt/ und auch etliche geſtohlene Stücke ſelbſt in die Gerichte gebracht/**&c. **So werden ſie beyde mit ewiger Landesverweiſung billig in Straffe genommen/V.R.W.** *Henrico à* **Miltitz/** *in* **Döbernitz.** M*enſ.*Ian.*An.1602.*

53 *It:* **Hat** *H. A.* **in gutem bekant und außgeſaget/daß er von** *B. F.* **und** *V. S.* **vor dem Grimmiſchen Thore allhier zu Leipzig etliche geſtohlene Wahren abekaufft/ und daß er ſie beyde zuſampt einem Schuſter/ſo auch ein Dieb geweſen/ gehauſet und beherberget/ſo wird er von wegen ſolcher begangenen und bekandten Verbrechung willkührlich mit Gefängnüs/ oder umb eine ziembliche Geldbuſſe/ ſeinem Vermögen nach/ billig in Straffe genommen/ V.R.W.** *Senatui Ilenbergenſi, Menſe Iulio, Anno 1584.*

*Perpetua quoq; Relegatio fuit hoc caſu dictata alicui receptatori furum, Ad requiſitionem Quæſtoris Dresdenſis, M.*Ian.*An.1594.*

54 De emtoribus quoque rerum furtivarum, *quânam pœnâ illi debeant plecti, in diſceptationem vocari ſolet, ſi nimirum ſcienter & doloſè res furtivas emerint?* Nam qui ignoranter hoc faciunt, neſcientes res furto eſſe ſubtractas, nec delinquunt, nec pœnam merentur. Scientes verò emtores rerum furtivarum furti teneri expeditum

Q.6. Quomodo puniantur Emptores rerum furtivarum?

ditum eſt, *l. incivilem. 2. ſub fin. l. 5.* C. *de furt. Chaſſan. ad Conſuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. in pr. nu. 15. & ſeq.* Matth. *Berlich. part. 5. concl. 44. n.* 4. *Angel. Aretin. in tract. maleſ. verb. Etiam veſtem cœleſtem. n. 19.* Sed quænam pœna illis ſit irroganda, dubio non caret.

55 Scribit enim *Dn.* Matth. Berlich. *dict. concluſ. 44. nu. 6.* ſe ſcire, in his terris aliquoties pœnam laquei fuiſſe impoſitam hujusmodi emtoribus, propterea quod is qui accipit pecuniam ex delicto perventam, cenſeatur delictum approbare. Ex quo porrò infert, eâdem quoque pœnâ teneri eum, qui ſcienter rem furto ſubtractam in ſolutum accipit; quoniam datio in ſolutum eſt emtio & venditio, *l. litis. ff. pro emt. l. ult. ff. ex quib. cauſis in poſſ. eat.* eademque militat ratio in accipiente in ſolutum, ac in ipſo emtore. I*ohan. Bajard. ad Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. furtum. n. 116. in fine.*

56 Sed, ut pace ipſius dixerim, ob alias forſan circumſtantias concurrentes ſupplicium laquei rigoroſum emtorib. fuit indictum, extra quas Emtores rerum furtivarum, quâ tales, haudquaquam laquei pœnâ plectendos eſſe dixerim, *neque in*
“ *Electorali Saxon Scabinatu aliter unquam judica-*
“ *tum fuiſſe memini.*

57 Certum namque eſt, pœnas potius molliendas eſſe quàm exaſperandas, *l. pen. ff. de pœn.* Pœnamque mortis nunquam irrogandam eſſe, niſi lex jubeat, atque permittat. Non enim pœnæ perſecutio judicis voluntati mandatur, ſed Legis autoritati reſervatur, *l. 1.* §. *ſed non. 3. ff. ad SCtum Turpil.* Neque enim extra limites præſcriptos judici evagari licet, ſed pœnis jure ac legibus conſtitutis contentus is eſſe debet, *l. ſi ita ſtipulatus. ff. de verb. oblig. Pingitz. quæſt. 3. num.* 5. Atqui nuſpiam ſtatutum atque diſpoſitum reperitur, ut emtores rerum furtivarum mortis pœnam ſuſtinere debeant. Adeoque nec judex tutò eam irrogare poterit; abſque juris ſiquidem autoritate nil temerè eſt aſſeverandum, *l. diſſentientis.* 5. C. *de repud. Novell. 2. cap. 2. verb. Nec qualibet eſt lex aliquid tale dicens & c. c. is qui in Eccleſia 18. in fin. pr. ext. de ſent. excom. in 6to.* Neque in practica habetur, quod lege non cavetur, B*ald. in c. nihil. 44. n. 25. verſ. item quod in lege. ext. de elect. poteſt. Iaſ. in l. illam 19. n. 8.* C. *de coll.*

58 *Deinde*, ſi pœna ſuſpendii emtori eſſet infligenda, iſtud fieret vel ob furtum commiſſum, vel auxilium præſtitum. At neutrum de emtore aſſeri poteſt: Quomodo enim furtum committet emtor nihil contrectando, ac ſæpius nil prorſus lucrando; Aut quale, quæſo, auxilium is præbet, furto jam antea conſummato atque perfecto?

59 Nec quicquam obſtat, quod rem furtivam emens ipſum furtum approbet: quam rationem ſuæ aſſertionis ponit *Dn.* Berlich. *dict. concl. 44. nu. 6. Præterquam* enim quod adhuc de eo dubitari poſſet, ſola approbatio furti, neminem pœnæ ſuſpendii ſubjicit, ut dictum ſupra. Aliàs namque ſequeretur, participantem quoque de rebus furtivis eâdem pœnâ teneri, quod tamen ipſemet negat *Berlichius part. 5. concluſ. 55. num. 53.*

60 Exiſtimo igitur emtores rerum furtivarum non niſi pœnâ arbitraria, carceris, relegationis, vel etiam quandoque mulctâ pecuniariâ puniendos eſſe. Pœna enim jure non definita arbitrio judicis committitur, *l. perſpiciendum. 11. l. hodiè. 13. ff. de pœn.*

61 *Quam ſententiam quoque in pronunciando quotidiè ſequuntur Scabini:* So viel aber den Schencken *A. E.* anlanget/wird derſelbe beſchuldiget/daß er von dem gefangenen Simon Röhſern das geſtolene Getreidig erkaufft/und wol gewuſt daß es dieblichen entwendet geweſen. Da er nun ſolches geſtändig/oder wie zu recht überführet würde/*&c.* So möchte er deßwegen willkürlichen/entweder ein 4. Wochen lang mit Gefängnüs / oder umb ein zimliche Geldbuſſe/ſeinem Vermögen nach/in Straffe genommen werden/ V. R. W. *Erico Volckmaro à* Marſchalck. *M. Octob. An. 1622.*

Similiter pronunciatum fuit Prætori Lipſenſi. Menſe Ianuar. Anno 1625.

Quæſtori in Senfftenbergk. M*enſe Januario, Anno 1626.*

Iudici & Scabinis Dreſdenſibus. M*enſe Octobr.* A*nno 1584.*

Quæſtori in Noſſen. *M. Aprili. An. 1622.*

62 *Quandoq; etiam hoc caſu indicta fuit emtori relegatio perpetua:* Hat N. N. geſtanden / daß ſie nicht allein von *I. M.* die entwendeten 3. Viertel Gerſten/ſondern noch hierüber 12. Scheffel Gerſten auß dem Maltzhauſe/von dem Mältzerknechte / ſo ſie gleichfals dieblichen entfrembdet / käufflichen an ſich gebracht / und jeden Scheffel 15. Groſchen Reichs-Müntze thewrer außbracht und verkaufft / als ſie denſelben bekommen/*&c.* So wird ſie deßwegen/daß ſie wiſſentlich geſtohlen Gut an ſich gekaufft/des Landes ewig billig vorwieſen / V. R. W. *Iudici & Scabinis Freiburgenſibus.* M*enſe* I*unio, Anno 1624.*

63 *Quandoq; etiam temporalis relegatio. Quæſtori in* Eckartsberga. M. *Octob.* A*n. 1584.*

Præ*fecto in* Lützen. M. M*ajo,* A*n. 1585.*

Quæ pœna quoque dictata fuit ei, qui ſcienter à fure res furtivas ſibi donatas acceperat. Ad conſultationem Hauboldi à Schleinitz. *Menſe* I*u*l*io,* A*nno 1582.*

64 *Quin & ob circumſtantias concurrentes emtori doloſo pœnam fuſtigationis ac relegationis perpetuæ dictare non dubitaverunt Scabini. Ad requiſitionem* Pr*æfecti Rochlicenſis.* M*enſe* I*anuario, Anno 1625.*

It. M. I*ohann* Engelharts/*in* Schraplau/M*enſ. Auguſto,* A*n. 1626.*

65 Sed hæc ita ſeſe habent in emtoribus ſcientibus rem venditam eſſe furtivam, ſecus verò ſi hoc ipſum ignorent. *Angel. Aret. in tract. maleſ. verb. etiam veſtem cœleſtem. n. 19. v. Secus ſi ignoranter. Dn. Cardin. Tuſch. Pract. concl. in verb. furtum. concl. 555. n. 16. Proſp. Far. p. 7. oper. crim. q. 177. n. 20. Pract.* C*onrad. rub. de furib. n. 6.* Præſumitur tamen ſcientia in emente rem furtivam, præſertim ſi eam emerit clam, *Farin. d. q. 177. n. 25. Ioh. Sichar. in l. civilem. n. 6.* C. *de furt. Salyc. in l. civile, n. 5.* C. *eod. tit.* I*oſeph. Maſc. de probat. lib. 2. concl.* 831. *n. 16. Pract. Conr. d. num. 6.*

66 Ideoque ſi emtor prætendat ignorantiam, militantibus præſertim contra eum indiciis, de quibus vid. *Farin. d. q. 177. n. 24. & ſeqq.* hanc jurato obtinere debet, & credendum eſt juramento eam allegantis, *c. ut juram. c. nulli. in fin. de elect. in 6to.*

*c.ſi verò.de ſent.excom.cap.paſtoralis.de except.Felin.in c.quoſdam.in gloſſ.1.de præſumpt.Andr.Gail.lib.2.obſerv.48.n.23.& ſeq.Ioſeph.*Maſc.*de probat vol.2.concl.881.num.1.*

67 *Veluti ita reſponderunt Scabini:* So viel aber die jenige/ welche die geſtohlene Rade gekaufft / anlanget/ ſeyn dieſelbe deme / dem ſie entwandt worden/ wiederumb zuzuſtellen/oder derer billigen Werth zuerſtatten ſchuldig/und mögen hierüber von euch/nach dem ein jeder der geſtohlenen Rade mehr als der andern gekaufft/willkührlich mit Gefängnüs/oder umb eine ziembliche Geldbuſſe / ihrem Vermögen nach/ geſtraffet werden. Sie möchten denn vermittels ihres Eydes erhalten/daß ſie nit gewuſt / daß ſolche Rade geſtohlen geweſen / uff den Fall blieben ſie mit obgedachter Straffe billig verſchonet / V. R. W. *Quæſtori* zur Auguſtusburgk. Menſ.*Sept.* Anno *1592.*

Iudici & Scabinis in Bernſtein. *Menſ.Septemb.* Anno *1621.*

68 *Quin & ſi ſæpiùs quis res furtivas emerit, prætendens ignorantiam, ex ſufficientibus indiciis torturæ ſubjici poteſt ad veritatem eruendam. Uti reſpondimus Præfecto Rochlicenſi. Menſ. Decembri, Anno* 1624.

69 Ultra pœnam hanc, Emtores rei furtivæ tenentur quoque illam reſtituere Domino, etiam pretio ſibi non refuſo. *l. incivilem. C. de furt.* Ibi: I*ncivilem rem deſideratis, ut agnitas res furtivas non prius reddatis, quam pretium ſolutum fuerit à Dominis. Proſper. Farin. part. 7. oper. crim. quæſt. 177. n. 29. Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 117. nu. 4. & 5.* Alciat. *de præſumpt. Reg. 3. præſumt. 29. nu. 2. Ægid. Boſſ. in tit. de furt. nu.* 50. *Natta* Con*ſil. 436. nu.* 1. *Pract. Conrad. rubr. de furibus. n. 6. Iul.*Clar.*lib.*5.*ſent.*§.*furtum. nu.* 27. *verſ. ſed hîc incidenter quæro. Petr. Gregor. in ſyntagm. Iur. lib. 37. cap. 1. nu. 34. Petr. Caball. reſolut. crim. caſ. 292. nu. 1. & nu. 5. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumt. 29. num. 9. &* 10.

Q.7. Num Emtor rei furtiva, ea nō amplius extante teneatur ad æſtimationem?

70 Et hoc minus dubium habet re emtâ adhuc extante. At, *quid ſi emtor eam conſumſit, vel alienavit, an hoc caſu æſtimationem iſtius teneatur reſtituere Domino, quæri poſſet?* Pro cujus dubii reſolutione, puto diſtinguendum eſſe, inter emtorem bonæ fidei, & malæ fidei: An ſcilicet emtor bonæ fidei poſſeſſor fuerit, ac planè neſciverit rem eſſe furtivam; An verò hoc ſciverit, nihilominus tamen eam conſumſerit, vel alienaverit.

71 Priori caſu pro certo tenendum, quod is qui rem furto ablatam bonâ fide quocunque titulo habuerit, teneatur quidem eam extantem Domino reſtituere, eâ verò bonâ fide conſumtâ in id tantum, in quo factus fuerit locupletior. *Didac. Covarr. in repetit. cap. poſſeſſor. malæ fidei. 3. part. relect. in pr. num. 2.* per *l. nam & hoc natura. ff. de condict. indebit. l. ſi me & Titium. ff. ſi cert. petat.* Undè, ſi emtor bonæ fidei rem emtam alienavit pro eodem pretio, quod ipſe furi dederat, in nihilum tenebitur, pretium etenim iſtud furtivum non eſt. *l. qui vas in fine. ff. de furt.* Quod ſi verò eam rem pluris quàm emit, vendiderit, tenebitur ad reſtitutionem partis ejus, quæ excedit pretium ab eo furti datum. *Proſper. Farin. part. 7. oper. crim. quæſt. 177. num. 49. Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. furtum. num. 26.*

Atque ſic quotidiè pronunciant Scabini: So viel aber *A.P.S.H.* und *C. T.* anlanget / dieweil dieſelben berichtet/daß ſie von dem Gefangenen etliche Hämmel und Schafe gekaufft/ darneben aber fürgewant/ daß ſie nit anderſt gemeynet/ die Schafe weren ſein eygen/wie er denn ſolches gegen ſie vorgegeben. Als ſeyn ſie ingeſambt/weil ſie *bonæ fidei emtores* ſeyn/ die Schafe und Schöpſe / daſerne ſie noch vorhanden/ wider zu *reſtituiren*, oder uffn Fall ſie dieſelben veräuſert/oder geſchlachtet/das jenige/ was ſie über ihr außgezahltes Kauffgeld darauß gelöſet / oder höher genoſſen / zuerſtatten ſchuldig / V. R. W. *Actuario Iudici in* Böhlen/ *Menſ. Octobr. Anno 1628.* 72

It. Dieweil der verhaffte C.*M.*vermittels Eydes ſich gereiniget/und daß er die von *H.H.* ihme verkauffte Sachen/nit wiſſentlich/daß ſie geſtolen geweſen / an ſich gebracht/geſchworen. So mag auch nunmehr wider ihn der Straffe halber nichts vorgenommen werden/ſondern er wird der gefänglichen Hafft hinwiderumb billig entlediget. Er iſt aber gleichwol der Frawen von Bernſteinen ihre Sachen / wofern dieſelben noch vorhanden / wider zuerſtatten / oder da dieſelben verthan/ das jenige /ſo viel er ſich dardurch bereichert/wider von/ ſich zuſtellen ſchuldig / V. R. W. *Iudici &* Scabinis *in* Bernſtein. Menſ.*Sept. An. 1621.* 73

Pr*ætori Lipſenſi, M. Febr. An. 1634.*

It: Senatui Torgenſi, M. *Decemb.* An.*1595.*

74 At caſu poſteriore, ſi emtor in mala fide conſtitutus, ac ſciens rem emtam furto fuiſſe ſubtractam, eam conſumſerit vel alienaverit, ſimpliciter ad æſtimationem tenetur, *l. eos. C. de furt.* Ibi: *Eos qui à ſervo furtim ablata ſcientes ſuſceperint, non tantùm de ſuſceptis convenire, ſed etiam pœnali actione furti potes Didac.* Covarr. *in dict. cap. poſſeſſor malæ fidei. 3. part. relect. in princ. num.* 1. *Virg. Pingitz. quæſt. 49. nu. 24. Matth. Berlich. part. 5. concl. 45. num. 20.*

75 Iniquiſſimum namque eſſet, malæ fidei poſſeſſorem à reſtitutione æſtimationis liberari, ac cum damno alterius abſolvi, qui tamen ſibi imputare debeat, quod doloſè ac ſciens rem furtivam emerit, & ſe delicti principem fecerit. Ideoque haud immeritò ad rei reſtitutionem, vel ſi non extet, ejusdem æſtimationem juſtam tenetur.

76 P*rout etiam hoc caſu reſponderunt Scabini:* So viel aber die jenigen/welche die geſtolene Pferde und Ochſen von den beyden gefangenen Dieben erkaufft und angenommen haben/anlangen thut / ſeyn dieſelben (wofern ſie wiſſentlich ſolche Pferde und Ochſen von den Dieben erkaufft / welches denn dahero erſcheinet / daß ſie dieſelben umb ein geringes und faſt nit das halbe Geld angenommen/) ſolche denen Leuten/den ſie geſtohlen worden / wofern ſie nochmals vorhanden / ohne entgelt widerumb zuzuſtellen/oder da die Ochſen geſchlachtet / oder auch neben den Pferden andern verkauffte und verhandelt worden/den rechten Werth darfür / inmaſſen dieſelben von Richter und Schöppen taxiret / wider zuerſtatten ſchuldig / V. R. W. *Quæſtori Torgenſi, Menſ. Febr. An. 1610.*

Quæſtori in Jehberſen / Menſ. *Septembr. An. 1610.*

Quæſtori in Lauchſted. *Menſe Decembr. An. 1630.*

*Prætori Lipſenſ.*M.*Febr. An. 1634.*

QUÆ-

QVÆSTIO LXXXIIX.

In quâ referuntur aliæ quædam cauſæ ac circumſtantiæ, de quibus dubitari ſolet, An in crimine furti ad pœnæ mitigationem vel exaſperationem ſint ſufficientes?

SUMMARIA.

1. *Sola cogitatio abſque actu reali furtum non facit.*
2. *Conatus attentatum furti, effectu haud ſecuto non punitur ſuſpendio, n.3.4.6.7.*
5. *Contrectatio eſt amotio de loco ad locum.*
8. *De conſuetudine generali, conatus alicuius delicti non punitur ordinariâ pœnâ.*
9. *Pœna furti attentati quænam ſit?*
10. *Sententia Scabinorum Lipſenſium, n.11.12.*
13. *Varias ob cauſas judex pœnam furti ordinariam mitigare poteſt, n.44.*
14. *Surripiens rem propriam furtum non committit, num. 15.*
16. *Ideoq́ nec pœnam furti incurrit.*
17. *Quænam ſit pœna creditoris rem ſibi debitam vi ſurripientis? n.18.*
19. *Diſpoſitio L. Si quis in tantam. C. unde vi & l.13. ff. quod met. cauſ. in foro Saxonico non practicatur, n.20.21.*
22. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
23. *Ad interceſſionem puellæ furem in matrimonium petentis, an pœna ſuſpendij Reo ſit remittenda? n.24.25.26.27.28.29.*
30. *Princeps hoc caſu pœnam benè mitigare poteſt.*
31. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
32. *Fur ſuſpenſus rupto laqueo vivus in terram cadens, an denuò ſuſpendi debeat, n.33.34.35.36.37.38.39.42.*
40. *In pœnalibus benignior interpretatio ſemper eſt capienda.*
41. *Iudex pœnas jure determinatas ex juſta cauſa remittere, & minuere poteſt.*
43. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
45. *Iudæi fures an à pedibus ſint ſuſpendendi?*
46. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
47. *Fures aratrorum quomodo puniantur in foro Saxonico? n.48.49.*
50. *Fur deprehenſus an ob furtum alibi commiſſum puniri queat? n.51.52.53.54.*

SEptimò denique mitiganda eſt pœna in attentato furti, effectu non ſubſecuto. Veluti ſi quis furti faciendi causâ domum alicujus ingreſſus, antequam aliquid ſurripiat & auferat, deprehendatur & impediatur.

1 Etenim ſola cogitatio, ſolusque animus furandi furto non ſubſecuto furtum non facit, neque punibilis eſt, *l.1. §. ſola cogitatio ff. de furt. ubi Bartol. num.1. verſ. quæ utrum ex ſola cogitatione. Bonif. in tractat. de furt. §. contrectatio. num. 49. Mynſing. in §. furtum eſt. numer.1. Inſt. de obligat. quæ ex delict. naſcunt. Berber. in pract. part.1. rubr. 19. de furt. num.7. Proſp. Farin. part.7. oper. crimin. quæſt.174. n.3. Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crim. cap.110. n.9. in fin. Bonif de Vital. in rubr. de furt. num.3.*

2 Quod tamen Doctores communiter limitant, niſi ſcilicet ultra cogitationem quis pervenerit ad aliquem actum exteriorem, *Gloſſ. & Dd. in §. ſed etſi credat. n.5. & ſeq. Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſcunt. Farin. dict. quæſt.174. n.4. Mynſing. in dict. §. ſed etſi credat. n.3. in fin. Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc.*

Hoc licet conceſſerim quoad pœnam in genere, ita ut conatus furti non planè impunitus eſſe debeat, laquei tamen pœna in attentato furti nullatenus ſibi locum vendicat.

3 *Primò*: Propter textum in *l. vulgaris.21. §. qui furti.7. ff. de furt.* Ibi: *Qui furti faciendi cauſa conclave intravit, nondum fur eſt, quamvis furandi cauſa intravit. Quid ergò? Quâ actione tenebitur? Vtique injuriarum, aut de vi accuſabitur, ſi per vim introivit.* Ex quo textu probatur maniſeſtiſſimè, effectu furti non ſubſecuto, omnem furti actionem ceſſare, & furem hoc caſu nec civiliter, nec criminaliter actione furti conveniri poſſe, ſed injuriarum ſolummodò teneri, *Gandin. in rubr. de furib. & latron. n.31.* Deficiente verò furti actione pœnam quoque ipſam ceſſare, expeditum eſt.

Q.1 Quæ ſit pœna conatus in crimine furti

Deinde, ubi non eſt furtum, ibi nec pœna furti, ſive ſupplicium laquei irrogari poteſt. Atqui Reo in ipſo furandi actu deprehenſo, priusquam quid ſurripiat & auferat, nec furtum commiſſum eſt, nec Reus in crimine deprehenſus propriè fur dicitur. Igitur & meritò hoc caſu laquei pœna ceſſabit. Aſſumtio expedita eſt & ſufficienter probatur ex *l. ſi quis uxori §. neque verbo ff. de furt.* ubi dicitur: *Hoc jure utimur, ut furtum ſine contrectatione non fiat. Gloſſ. & Dd. ibidem. & in l.1. §. furtum. in verb. contrectatio. ff. de furt. Hoſtienſ. in ſumm. rubr. de furt. numer.1. verſ. contrectatio. Angel. Aret. in tract. malef. verb. veſtem cœleſtem. num.2. Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crimin. cap.110. n.9. Petr. Gregor. in ſyntagm. jur. lib.38. cap.1. num.6. Proſp. Farin. part. 7. oper. crimin. quæſt. 174. numer. 48. Domin. Cardin. Tuſch. pract. concluſ. in verb. furtum. concluſ.552. num.19. Bonifac. in tract. de furt. §. contrectatio. num.1.* Eſt autem contrectatio propriè amotio de loco ad locum, *l.3. §. ſi rem. ff. de acquir. poſſeſſ. l. inficiando. §.1. ff. de furt. Bartol. in l.1 numer.3. verſ. quæro quid eſt contrectare. ff. de furt. Azo. in ſumm. rubr. de furt. num.3. Iohan. Fab. in §. furtum eſt. num.1. Inſt. de obligat. quæ ex delict. naſcunt.* Quin & non ſufficit amotio rei ſimplex 4 5 in loco ubi reperitur, ſed neceſſe eſt, ut amoveatur & deferatur extra illum locum ad locum deſtinatum à fure, aliter non dicitur verè contrectatio, *l. vulgaris. in princ. & §. ſed etſi de navi. l. ſi quid fur. ff. de furt.* Quùm ergò fure in actu furandi deprehenſo nihil adhuc contrectatum aut amotum fuerit, utique nec furtum erit commiſſum, nec furti pœna obtinet.

6 *Tertiò:* Non parum huc facit textus Juris Saxonici in *art. 29. lib. 2.* **Landrecht.** In verb. final. **Keine Dieberey hat Er aber erſtlichen daran gethan / die ihme an ſeine Ehre oder ſeinen Leib gehet / oder an ſein geſundt / alldieweil Er es nie dieblich/noch raublich auß jenes gewehren brachte**/*&c.* Unde conſtat, de jure Saxonico illum demum dici furem, qui rem aliquam à Domini poſſeſſione aufert. *Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 41. num. 9. part. 4.* Quod certè de eo, qui in actu furandi deprehenſus nondum quicquam amovit, aſſeri nequit. Ideoque nec Jure Saxonico laquei ſupplicium ei poterit irrogari. Quod etiam ex *Conſtit. Elect. 32. part. 4. in fin.* apparet, ubi Elector *S*axon. fures, qui antequam accuſentur, rem furtivam reſtituunt, mitiori pœnâ affici jubet. Quare ergò pari jure ac mitigatione pœnæ non gaudebunt ii, qui in ipſo furandi actu deprehenſi nil quicquam abſtulerunt, quod reſtituere queant.

7 *Quartò*: Repetendum hîc quod dixi ſuprà *quæſtione. 80. n. 14. & ſeqq.* re furtivâ repertâ, ac Domino ſuo reſtitutâ, laquei pœnam remittendam eſſe, etiamſi furtum ſuperet valorem quinque ſolidorum, eò quod Dominus rem furto ablatam recipiens nullum ſentiat damnum aut incommodum, quod tamen in pœnâ laquei dictandâ omninò eſt attendendum, *Ord. Crim. Carol. artic. 160.* Quod ſi ergò re furtivâ Domino reſtitutâ pœna mitigari debet, utique ex identitatis ratione mitigatio quoque pœnæ ſibi locum vendicabit, ſi res planè ablata non fuerit, quo caſu nil quicquam incommodi Dominum ſentire manifeſtiſſimum eſt.

8 *Quintò*: Accedit quod de conſuetudine generali non puniatur conatus ſeu attentatum alicujus delicti pœnâ ordinariâ, niſi ſequatur effectus, de qua conſuetudine atteſtantur *Dd. commun. magno numero allegati à Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. ult. quæſt. 92. n. 1. & Proſper. Farin. part. 5. oper. crim. quæſt. 124. num. 78.* eamque non indigere probatione, dicit *Bald. in l. ſi fugitivi. n. 3. in fin. C de ſerv. fugitiv. Andr. Tiraquell. de pœn. temper. cauſ 37. n. 3. Iohan. Schneidvvin. in §. eâdem lege. Inſtit. de publ. judic. Nicol. Reuſner. lib. 2. deciſ. 21.* & niti æquitate, quæ ubique ſervanda eſt, teſtatur *Didac. Covarr. in* Clem. *ſi furioſus. part. 2. §. initium. num. 6. de homicid. Anton. Gomez. de delict. cap. 3. num. 30.* Quæ conſuetudo etiam de jure Saxonico recepta eſt in *cap. 39.* **Landrecht.** Quo commoti Doctores juris Saxonici tradunt; Etſi Lex Civilis puniat attentatum, jus Saxonicum tamen ſolummodò punire eventum, *Reinhard. differ. 6. part. 5. Matth.* Weſembec. *part. 3. conſil. 114. num. 33. in paratit. ff. ad* Leg. *Iul. de adult. n. 5.*

9 Licet autem, uti jam probatum fuit, in furti attentato pœna ſuſpendii ceſſet; propterea tamen fur in ipſo furandi actu deprehenſus ab omni prorſus pœna immunis non eſt, ſed extra ordinem arbitrio judicis puniri debet, *l. ſaccularii. ff. de extraord. crim.* Mynſinger. *in §. furtum eſt. num. 1. verſ. quare ſi quis. Inſt. de obligat. quæ ex delict. naſc. Ægid. Boſſ. in tit. de furt. num. 34. Pract. Conrad. rubr. de furtib. n. 7. Ant. Gomez. de delict. cap. 5. n. 15. Bonifac. in tract. de furt. §. contrectatio. n. 51. & ſeqq.* Ita tamen, ut ſeverior aliqua pœna imponatur ei, qui ad actum amotionis proximū devenerit. *Proſper. Farin. part. 7. oper. crim. quæſt. 174. n. 8.*

In hanc ſententiam reſpondimus Quæſtori Dreſdenſi: **Ob wol** *C. W.* **bey Vorſtellung des Scharffrichters erhalten / daß Er den articulierten Diebſtal** *&c.* **nicht begangen/ dieweil er aber dennoch bekandt und geſtanden / daß Er den Sonnabend vor** *Cantate* **bey** *M. I.* **als er und die ſeinigen auff der Arbeit geweſen/eingebrochen/ Garn unnd andere Sachen zuſammen gepacket / in einen Sack geſtoſſen/ und dieblichen entwenden wollen / darüber Er aber betretten und zur gefänglichen Hafft bracht worden/** *&c.* **So wird** *Inquiſit* **nach Gelegenheit diß fallß/ weil er nichts darvon gebracht / öffentlich zur Staupen geſchlagen/und darauff des Landes ewig billich verwieſen/ V. R. W.** *M. Majo, An. 1624.* 10

Eandem poenam dictavimus in caſu ſimili, Liebenvverdam, ad requiſitionem Quæſtoris, M. Iulio, An. 1626. 11

Temporalem verò relegationem adjudicavimus ob attentatum furti H. L. qui ad actum proximū nondum pervenerat: **So wird er wegen ſolcher ſeiner verbrechung/weil er nichts darbey geſtolen/un̄ darvon bracht/uff 4. oder 5. Jahr mit zeitlicher Landesverweiſung in Straffe genommen/ V. R. W.** *Ad conſultationem I. ab E. in L. M. Octob. Anno 1627.* 12

13 Hactenus de cauſis mitigationis pœnæ ordinariæ principalioribus in crimine furti ſufficienter, opinor, dixi. Præter quas aliæ adhuc circumſtantiæ occurrere ſolent, quæ non minus judicem ad pœnæ mitigationem commovere poſſunt, ac propterea ipſius arbitrio ſunt relinquendæ. Veluti ſi quis rem propriam ſurripiat, &c.

14 Accidit enim quandoque ut quis rem propriam aliter ab aliquo recuperare non valens illam auferat, vel etiam vi rapiat, quo caſu haud furtum committitur. Rei enim ſuæ furtum non perpetratur à ſurripiente rem ſuam, *Gloſſ. in §. furtum. in verb. Res. Inſt. de obligat. quæ ex delict. naſcunt. Azo in ſumm. rubr. de furt. nu. 4.* Proſp. *Farin. oper. crim. quæſt. 174. num. 18. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. furtum. n. 19. Didac.* Covarruv. *libr. 1. var. reſol. c. 2. n. 15.* Matth. *Berlich. part. 5. concluſ. 44. n. 23. Franc. Viv. lib. 2. comm. concl. verb. fur. n. 4. Domin. Cardin. Tuſch. in verb. furtum. concl. 552 n. 16. & concl. 557. n. 6. & 7. Petr. Greg. in ſyntagm. jur. lib. 37. cap. 1. num. 10. Bonifac. in tract. de furt. §. alienæ rei. n. 1. Iacob. de Belloviſ. rubr. de furib. & latron. num. 17. Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. c. 110. n. 11. Pract. Conrad. rubr. de furib. num. 10. Bonif. de Vitalin. in rubr. de furt. 6. Natta conſil. 407. num. 8.*

15 Quod quidam in tantum extendunt, ut nec eum, qui rem propriam ab aliquo recupe-

rare non valens, rem aliam æquivalentem aufert, furtum committere exiſtiment. *Bald.in l.2.num. 77.C.de ſervit,& aqua.Felin.in cap. quoniam.n. 13.de Simonia.Hippol. de Marſil.in pract. §. Conſtante.n.36.*Pract.*Conrad.in rubr. de furib.nu.*10. *Didac.*Covarr.*dict.lib.*1.*variar.reſolut.c.2.n.15. verſ.quartò eodem jure.Fulv.*Pacian *de probation. lib.2.cap.59.n.33.* De quo tamen probabiliter quis dubitare poſſet.

16 *Q.2.Pœna ſurripientis rem propriam.*

Ideoque nec caſu hoc, quo quis rem propriam ab alio poſſeſſam aufert ac ſurripit, pœna furti obtinebit. Quod & haud obſcurè probatur ex *art.160.Ordin. Crim. Carolin.* In verb. **Vnd wie ſchädlich dem Beſchädigten der Diebſtal ſeyn mag/ und die Straffe darnach am Leib oder Leben urtheilen.** Unde concludendum, pœnam mortis haud irrogandam eſſe furi, niſi per furtum perpetratum ingens damnum domino illatum fuerit. Atqui ſi quis rem propriam furetur, nullum fere damnum ratione proprietatis alteri afferri, quis non videt? Etenim de rei ipſius proprietate tantummodo ago, non de jure in re conſtituto, cujus ratione debitor rem ſuam oppignoratam creditori ſurripiens metonymicè propriæ rei furtum committit, atq; hoc nomine furti tenetur.*l.*12.*§.2.l.20.ff.de furt.l.4.§.21. ff.de uſucap.*

17 Undè porrò ſequitur, creditorem (qui rem ſibi debitam à debitore moroſo conſequi nequit,) illam vi ſurripientem, nec furtum committere, nec furti aut vi bonorum raptorum actione conveniri poſſe. quamvis non negem ipſum teneri ad pœnam *L. ſi quis in tantam. C. unde vi.* ubi ita loquuntur Impp. Valent. Theodoſ. & Arcad. *Si quis in tantam furoris pervenerit.audaciam, ut poſſeſſionem rerum apud fiſcum, vel apud homines quoslibet conſtitutarum ante adventum judicialis arbitrij violenter invaſerit, dominus quidem conſtitutus poſſeſſionem quam abſtulit, reſtituat poſſeſſori, & dominium ejusdem rei amittat. Si verò alienarum rerum poſſeſſionem invaſit, non ſolùm eam poſſidentibus reddat, verùm etiam æſtimationem earundem rerum reſtituere compellatur.*

18 Ecce, invaſor hic rei ſuæ, licet furtum non committet, nec furti pœnâ teneatur, dominium tamen, quod in re propriâ habet, amittit, quo ipſo ſatis punitur. Sicuti & creditor, rem debitoris propriâ autoritate occupans, jus debiti amittit, ex Conſtit. Divi Marci in *l. extat.13.ff. quod metus cauſ.Salycet.in dict.l ſi quis in tantam. nu 1. ubi & Bartol.n.1.Gabr.lib.5.rubr. de acquir.vel amittend poſſeſſ.concl.1.n.1.Socin. Jun.lib.2. conſ. 18.n.11.Proſp.Farin.part.7.oper.crimin. quæſt.175. n.3.& ſeqq.*ubi hanc totam materiam per ampliationes & limitationes latiſſimè tractat.

19 *Q.3. An Diſpoſitio L. ſi quis in tantam.C.unde vi. & l. extat.13.ff. quod met. cauſâ, in foro Saxonico ſit practicanda.*

Sed hæc de Jure Civili ita obtinent, in foro autem Saxonico res aliter ſeſe habet, ubi per violentiam invadens bona ab alio poſſeſſa, tenetur ea reſtituere **mit Wette und Buſſe/** & ſic dominium ac jus debiti ſalvum habet, & actionem retinet pro recuperandis talibus bonis & debitis, per textum manifeſtum in *art.43. libr.3.* **Landrecht.** Ibi: **Wes ſich ein Mann mit unrechter Gewalt unterwindet/ daß ihme denn mit recht abgenommen wird/ er muß es mit Wette und Buſſe jenem wieder geben** *&c.* Idemque habetur in *art.47. dict. lib.3.* **Landrecht.** Hinc *Gloſſ. art. 29.* **Weichbild.** inquit: **Welcher Mann ſich eines Gutes unterwindet mit unrechter Gewalt/ der ſoll es mit Wette oder Buſſe wieder geben jenem in ſein Gewehr/ da es vor war von rechtswegen/ unnd ob er wol nach Käyſerlichen Rechten hernach nicht darzu klagen mag/ ſo kan Er doch in Sächſiſchem Rechte/ ſo er die Buſſe giebt/ wol darzu kommen/** *&c.*

20 Eſt autem emenda, **die Buſſe/** hoc caſu 30. ſolidorum, quam ſicut pro alia qualibet injuria invaſor violentus parti, & inſuper mulctam, **die Wette/** judici præſtare cogitur, & ſic cum mulcta & emenda dimittere rem compellitur, ut textus habet Latinus *lib.3.* **Landrecht.** *artic.43.* retento tamen dominio rei vel jure debiti. *Matth.Coler. de proceſſ.executiv.in præfat.14. & part.1. Deciſion.125.n.2.& Deciſ.155.n.5.Hartman.Piſtor.lib. 1.quæſt.16.nu.1. Ludov.Fachſ.differ.61.Chriſtoph. Zobel.part.4.differ.15.*

21 Ac licet Henning.Gœden.*conſ.68.num.10.* exiſtimet, diſpoſitionem hanc juris Saxonici uſu receptam non eſſe, ſed in terris etiam Saxonicis ſecundum *l.ſi quis in tantam. C.unde vi*, pronunciari. Attamen conſuetudo contrarium docet, teſte *Matth. Colero dict. deciſ. 125. numer.2.& Bened.Reinhard.part.4.differ.11.* quibus, ut in Jure Saxonico peritiſſimis, omninò credendum eſt.

Ideoq; nec Scabini in foro Saxonico à manifeſtâ juris Saxonici diſpoſitione hoc caſu recedendum exiſtimavere, in hanc modum reſpondentes: **Ob nun wol der Schuldener vorgewendet/ daß Ihr Euch ſolcher eurer Anforderung durch die ſelbſt eygenthätliche Anmaſſung ſeiner Aecker/ gäntzlichen verluſtig gemacht hättet/ und dieſes fals ſich auff die Keyſerliche beſchriebene Rechte/ als** *l. extat. 13. ff. quod met. cauſ.& l.ſi quis in tantam. C. unde vi.* **beruffen. Dieweil aber dennoch ſolche Verordnung nach Sächſiſchen Rechten und gemeinen Wahn der Rechtsgelarten uff Sächſiſchem Boden nicht ſtatt hat/** *&c.* **So habt ihr euch auch durch Anmaſſung berührter Aecker eurer Schuldforderung keines wegs verluſtig gemacht/ ſondern es wird euch dieſelbe nochmahls billich bezahlet/ V. R. W.** *Ad conſultationem C. viduæ H à K. in* **Leipzig.** *M. Octob. An. 1629.* 22

In eâdem causâ, ſimili planè modo pronunciârunt Dn. Scabini Coburgenſes. M. Novemb. Anno 1629.

23 *Q.4 An ad petitionem puellæ in honorem matrimonii, furi ſit remittenda pœna ſuſpendii?*

Inter juſtas quoque cauſas, quæ judicem ad pœnæ mitigationem commovere poſſunt, vulgò & interceſſionem puellæ, furem in matrimonium petentis, referre ſolent *Interpp.* exiſtimantes Reum planè dimittendum, & puellæ in matrimoniū petenti tradendum eſſe, *Paris de Puteo in tract. ſynd. verb. pœna.num.2. pag.690.* ubi Hiſpanos hoc practicare teſtatur. *Fulv. Pacian. lib.2.de probat.cap.3.n.51.& 52. Andr.Tiraquell.de pœn.temper.cauſ.56.n.2.Sebaſt. Medic. in tractat. mors omnia ſolvit.part.1.n.158. Anton.Gomez.tom. 3.variar.reſolut.de delict.cap.13.in fin.Chaſſan. ad Conſuetud.Burg.rubr.1.§.5.verb.niſi habeat abolitionem.nu.96. & ſeq.Iul.Clar. lib.5.ſentent.§.ult. quæſt.98.n.6.* Eo quod magnus ſit Matrimonii favor, *l.1.ff.ſoluto matrim.*

Quod

24 Quod ipſum tamen ad meretricem publicam reſtringunt *Franciſcus Vivius lib.1.opin.commun ſub lit.C. in verb. condemnatus ad mortem. verſ.tertiò etiam.Nevizan.in ſylv.nupt.lib.1.n.62. Emanuel.Soaretz.in theſaur.recept.ſent ent ſub lit.* M.*n.135.verſ. meretricis matrimonium & in Annotat.ad Gometz.tom.3.c.13.in fin.* Ex hac potiſſimùm ratione, quod qui meretricem errantem ab erroris ducit ſemitâ, magnum charitatis opus faciat, idque ei proficiat in remiſſionem peccatorum, *c.inter opera.extr.de ſponſalibus. Gloſſ.in cap.1.cauſ.32.quæſt.1.* Hocque opus meritorium eſſe, tradit *Præpoſitus in dict.c.inter opera.col.ult. & Didac.Covarruv.tit. de ſponſaliis.part.2. cap.8.§.11.n.3.* Cui & aliam addit *Soaretz.dict.loc.* quod ſcilicet fur non levi plectatur pœnâ, qui tale ſibi conſortium aſcivit.

25 Sed ſi hoc verum, quis quæſo furum, ullum unquam furtum intentatum intermiſſurus erit, ſpe evadendi ſibi relictâ, ſi meretricem pro ſe intercedentem, quam ipſe ipſiusvè ſocii tunc facilè ſubornare poſſent, vel quæ etiam ſpontè non rarò ſe oblatura eſſet, in matrimonium duceret, quod nec fur, aliàs infamis, pro ullâ pœnâ computaturus, nec ſibi probroſum ducturus erit. Quâ ratione plurima furta remanebunt impunita, contra *l.ſi pœna.20.ff.de pœn.l.bona fides.31.in pr.ff.depoſit.l.congruit.13.ff.de offic.Præſid.*

26 Ideoque rejectâ hâc opinione, alii ſimpliciter ſtatuunt, quod fur ad patibulum damnatus non ſit concedendus meretrici aut alii mulieri, ipſum ſibi maritum petenti, *Iohann. Schneidvvin. ad pr.Inſtitut.de obligat. quæ ex delictis naſcuntur.n.2.Iohan.Harpprecht.in* §. *pœna manifeſti.5.Inſtitut.eodem num.71.& 72.Jacob.de Bellov. in pract.criminal.lib.1.c.9.33.Henr.Bocer. in tractat. de furt.cap.3.num.31.& Matth.*Côler.*part.2. deciſ.238.num.3.* Ubi ita Jenenſes Menſe Martio, Anno 1551. Quæſtori Wimarienſi reſpondiſſe teſtatur.

27 Non enim oportet judicem, ſi crimen apud ſe probatum ſit, Reum impunitate donare, aut pœnam mitiorem ipſi imponere, ſed ſupplicium jure determinatum ſtrictiſſimè irrogare, *l.ſervos.8.*§.*ult.C.ad*Leg.*Iul. de vi publ. vel privat.l.1.*§.*quorum.4.ff.ad SCtum Turp l.ordine.15.ff.ad municip.l.aliud fraus.131.*§.*inter mulctam.1.l.ſi qua.244.ff. de verb.ſignif.l.ſi operis.14.C.de pœnis.*

28 Nec eſt quod quis favorem matrimonii urgere velit; Qui licet magnus ſit, Reum tamen ad mortem damnatum à pœna liberare nequit, aliàs ſanè nullus omninò criminis Reus uxoris alicujus maritus ultimo ſupplicio affici poſſet. Quod quam abſurdum eſſet, nemo non intelligit, præſertim cum velamento matrimonii pœna criminis intermitti non debeat, *l.commiſſum.27.C.ad*Leg.*Iul.de adult.*

29 At licet charitatis opus exerceat, qui piâ intentione de Lupanari ducit uxorem, atque hoc bonum opus, Deoque gratum ſit & proſperitatem mereatur; non tamen inde ſequitur, quod in Reipublicæ præjudicium liberationem à pœna præſtet, uti reſpondet A*nt. Gomez.tom.3.variar.reſolut.de delict.c.13.n.37.*

Quicquid tamen ſit: Etſi conceſſerim, judicibus inferioribus ad petitionem puellæ furem dimittere ac pœnam mortis ei condonare haudquaquam permiſſum eſſe. Attamen quin Principes & Magiſtratus Superiores hoc caſu furi gratiam facere, eumque puellæ petenti in matrimonium tradere queant, non dubitandum: ut quibus prohibitum non eſt pœnam ex causâ Reo etiam jam condemnato remittere, *l.9.*§.*11, l.27. & l.31. ff. de pœn.* Ideoque ſuperioris Magiſtratus arbitriò totam hanc rem committendam eſſe arbitror cum *Virgil. Pingitz.quæſt.Saxon.8.num.3. & ſeqq.* 30

Cujus ſententiam in pronunciando quoque ſequuntur Scabini ita reſpondentes: **So wird die zuerkandte Straffe des Stranges an Jhme billich vollſtreckt. Es iſt euch aber/ auffn fall eine ledige Dirne/ ſo vor ihn zu bitten/unnd ihn zu ehelichen erbötig/vorhanden/ſolches dem Churfürſten zu Sachſen/und Burggraffen zu Magdeburg** *&c.* **unſerm gnädigſten Herren unterthänigſt zu erkennen zu geben/und dem Gefangenen umb Erlaſſung der zuerkanten Todesſtraffe anzuſuchen unbenommen/ und wird unterdeſſen mit der angeordneten** *Execution* **auff ein Tag oder 10. biß hierauff gnädigſte** *Reſolution* **erfolge/ billich in Ruhe geſtanden/ V. R. W.** *Ad requiſitionem Quæſtoris in* **Kempnitz.** *Menſe Iulio, An. 1628.* 31

32 Porrò & alia cauſa pœnæ mitigationis ſeſe offert, *ſi nimirum ad furcam condemnatus & ſuſpenſus, rupto laqueo vivus in terram cadit.* Quod forſan rarò & inſolenter contingit, quum induſtria carnificis pleruinque hoc præcavere ſoleat: quodſi tamen illud ipſum accidat, inter inſignes Jurisprudentiæ Doctores & Interpretes ortus eſt conflictus: *An fur denuò ſecunda vice ſit ſuſpendendus, an verò mitiori pœnâ afficiendus, vel planè abſolvendus?*

Q.5 *An fur ſuſpenſus rupto laqueo vivo in terrã cadens denuò ſuſpendi debeat?*

33 Quod enim denuò hoc caſu fur condemnatus ad furcam, ſuſpendi debeat, tradit *Iul. Clar. libr.5. ſentent.*§.*ult.quæſt.98.n.9.Cagnol.in l.favorabiliores.n.11.ff.de Reg.Iur.Henr.Bocer.in tract. de furt. c.3.n.47.Ioh.Harppr.in* §.*pœna manifeſti.5.Inſt. de oblig.quæ ex delict.naſcunt.nu.65. & ſeqq.*Matth.*Steph.cent.4.quæſt.6.Hier.*M*uſcorn.in tract.de juriſdict.n.93.verſ.ſed meo Petre.in concl.pract.concl.51.* Quod & ad eum caſum, quo judex Reum ſimpliciter ad furcam condemnavit, non factâ mentione in ſententiâ, ut ibidem moriatur, extendere ſolent, ut apparet ex traditis à *Iacob. de Belloviſ.in pract.crim.lib.2.c.14.n.4. & ſeqq.*

34 Alii contra ſimpliciter hoc negant, *Lucas de Penna in l.1.n.29.C. de deſert.lib.12. Decius in l.favorabiliores.167.n.8.ff.de Reg.Iur.Paris de Puteo. in tra.Syndic.verb.pœna.verſ.an ſi judex.n.2. Andr.Tiraq.de pœn.temp.aut remittend.caſu ult.Andr.Alciat.de præſumpt.Reg.3.præſumt.44.nu.61.* Ludo*v.Carer.in pract.crim. verſ. nonò excuſat.p.187.*Matt.*W*eſemb.in parat.ff.de pœn.n.9.Anton.Gomez.tom.3.var.reſol.c.13.nu.37.Bart.Chaſſan.ad conſuet.Burg.rubr.1.*§.*5.verſ. vitam amittet.n.1.fol.208.& dict.*§.*5.verb.niſi habeat abolitionem.n.124.fol.251.& Ægid.Boſſ.in pract.crim.tit.de exec.ſent.n.25.*

35 Ac neutra opinio ſuis deſtituitur rationibus. Nam qui poſteriorem negativam tuentur,

dubium dicunt oriri ex furis lapſu, an nocens vel innocens fuerit. In dubio autem benigniorem ſententiam ſequi non minus juſtum, quam tutum eſt, *l.56. l.168. l.192. ff. de Regulis juris.* Præſertim in cauſis pœnalibus, *l.32. ff. de pœn. l.155. §. fin. ff. de Reg. jur.* ubi non de glande legendâ, non de oleo, vino, aut tritico legato, ſed de hominis vitâ & exiſtimatione agitur: Ideoque & cautius agendum, atque ſatius eſt, nocentem abſolvere, quàm innocentem condemnare, *l.5. in pr. ff. de pœn.*

36 Addunt & hoc: Caſus ille aut culpæ vel dolo carnificis, aut conſilio & providentiæ Divinæ aſſcribendus eſt. Sed carnificis dolo vel culpâ caſum illum contigiſſe, veriſimile non eſt: *Tum*, quia ipſe ſua ritè fungi officio publico voluiſſe præſumitur. *Tum*, quia non ignorat, ſe non fore extra corporis periculum, ſi executionem ſententiæ, in Reum prolatæ, debito modo non expedierit. Caſus ergò hic tanquam miraculum conſilio & providentiæ Divinæ meritò aſſcribitur & præſumitur, quod Deus vel innocentiæ teſtimonium Reo præbere, vel criminis pœnam ipſi remittere voluerit. Quæ autem DEI ſpiritu aguntur, ſub Lege nõ ſunt, *c. duæ ſunt, verſ. Spiritus quidem Dei lex eſt. 29. q. 2.* Vide *Bocer. dict. c.3. n.44. & 45.*

37 Sed affirmantes hoc argumentum invertunt: Non levem ſcilicet ſuſpicionem fraudis & doli ſubeſſe, ſi ob notoriam & probatam malitiam ſuſpenſus in terram cadat, cum inſtanti pœnæ ereptum fuiſſe vel artibus & præſtigiis Sathanæ, vel per corruptionem carnificis, quod videlicet funiculo apparenter quidem firmo, re ipsâ verò infirmiore uſus fuerit, vel per ejuſdem culpam, quod nempè ex imprudentia funiculum infirmiorem, quam qui corpus appenſum ſufficere valeat, adhibuerit. Quod ſi ergò Rei hoc caſu pœnam evaderent, delictorum impunitati ſæpè numero magna aperiretur feneſtra, quum fures eorumque cognati effugium hoc animadvertentes carnificem corrumpere, nullam prorſus operam forent neglecturi.

38 Haud itaque aſſerere dubitârunt, furem denuò ſuſpendendum eſſe, ne ſcilicet Judex ſit mitior lege, quæ furem ob furtum commiſſum ultimo ſupplicio affici jubet, **daß der Dieb mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft werde.** *artic.162. Ordin. Crim. Carol.* A quâ Lege ſuſpenſum in terram cadentem nuſpiam exceptum videmus. Ideoque nec temerè absque juris autoritate venia ipſi erit tribuenda. *Novell.18. cap.5. in pr. illam. 19. C. de collation. c. is qui in Eccleſiâ. 18. in fin. pr. extr. de ſentent. excommun. in 6to.*

39 Quamvis autem hæc affirmantium ſententia, inſpecto juris rigore & verborum effectu, haud difficulter defenſari queat, præſertim ſi tenor ſententiarum quoque capitalium perpendatur, quibus hæc formula inſeri ſolet ex *dict. artic. 162. Ordin. Crimin. Conſtit. Elector. 39. & Conſt. 41. §.* **würde denn bemeldte Summa** *&c. part.4.* **So möchte er wegen ſolcher begangenen und bekandten Deuben mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W.** Cui certè non aliter ſatis fit, quàm ſi mors ſubſequatur. *arg. l.7. in fin. ff. de jure patron.* Effectum autem ſententiæ omninò ſortiri debent, *arg. l.14. C. de pœn. l. 45. §. 1. ff. de re judicat. Muſcorn. in tractat. de juriſdict. n.93.* Nec ulla pinguior victima Deo mactari poteſt, quàm homo ſceleratus, *c. quali nos. in fin. 23. quæſt. 5.*

40 Attamen ſuaſor eſſe nollem, ut judex ab opinione negativa in ſententionando recederet, & furem denuò ſuſpendi faceret, memor regulæ in pœnalibus uſitatiſſimæ & vulgatiſſimæ, quod ſcilicet benignior interpretatio ſemper capienda, mitiorque ſententia retinenda ſit, *l. hæ enim cauſæ. 4. §. decreto. 1. ubi gloſſ. in verb. & verum eſt. ff. de ſuſpect. tut. l. ſi Præſes. 31. in fin. l. interpretatione. 42. ff. de pœnis. l. factum cuique. §. ult. ff. de reg. jur. c. in pœnis. 49. ext. de reg. jur. in 6to. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib.5. præſumpt. ult. n 2 Proſp. Far. in prax. crim. lib.* I. *tit.2. quæſt.19. n.3. Ludolph. Schrader. de feud. 2. part. non part. princip. ſect. 8. n. 16. Raph. Cnman. conſ.1. 4. col. ult. verſ. non autem quantum ad pœnam corporalem &c.* Alexand. *lib. 4. conſ.109. n.5.*

41 Cumque judex pœnas de jure determinatas ex cauſa juſta remittere & minuere poteſt, *l. perſpiciendum. 11. pr. & §. delinquitur. 2. l. abſentem. 5. §. fin. l. hodiè. 13. l. in ſervorum. 10. §. fin. l. aut facta 16. §. 1. & §§. ſeqq. l. ſi quis. 38. §. actores. 2. ff. de poenis. l. etſi ſeverior. 3. C. ex quib. cauſ. infam. l. quid ergo. 13. §. poena. 7. ff. de his qui not. infam. l. ſacrilegij. 6. ff. ad Leg. Iul. pecul. l. illud 3. §. ſanè ſunt. ff. de injur.* Quin & hoc caſu pro arbitrio ſeveritatem & rigorem juris temperare queat, inficias nemo ibit; niſi qui juſtam mitigationis cauſam hîc non ſubeſſe exiſtimet. Cui repono, vel ſolum mortis metum præſentiſſimum, ac dolores quos ſuſpenſus in patibulo jam ſenſit remiſſioni pœnæ ſeverioris cauſam dare ſufficientiſſimam. Quod haud obſcurum eſſe poteſt perpendenti cauſas mitigationis pœnæ ordinariæ, inter quas haud minima eſt tormentorum reiteratio, & carceris diuturnioris dolores, quibus ſi non majores, æquales tamen ſunt cruciatus mortis in patibulo præſentiſſimæ.

42 Qvod ſi tamen judex hoc caſu, ad evitandum ſcandalum, Relegationis pœnam furi imponere velit, tantum abeſt me repugnare, ut hanc pœnam absqve ulteriori venia furi irrogandam eſſe exiſtimem, juxta ea qvæ tradit *Virgil. Pingitz. quæſt. 7. numer. 9.* ubi Dominos Jenenſes, Anno 1591. Menſ. Jan. furem qui fracto laqueo in terram ceciderat à pœna ordinaria abſolviſſe, eiqve duntaxat perpetuam relegationem adjudicaſſe meminit.

43 *Quam ſententiam & nos, in pronunciando ſecuti fuimus in hunc modum reſpondentes:* **Iſt** *M. H.* **einem Schaffknechte wegen ſeiner vielfältigen Deuben die Straffe des Stranges zuerkandt worden/ und als dieſelbe an ihme vollſtreckt werden ſollen/ hat ihn der Scharffrichter/ ſo nebens ſeinem Knechte etwas bereuſchet geweſen/ auff die Leiter geführet/ den Strick zugezogen/ und ihn dermaſſen gewürget/ daß wenig Vernunfft mehr an Ihme zu ſpüren geweſen/ weil Er aber die Kette vergeſſen/**

der Strick geriſſen / und der arme Sünder herunter fallen wollen/hat ihn der Scharffrichter ergriffen/ und wieder auf die Leiter genommen/da er denn bald wieder zu ſich ſelbſt kommen/ und umb Gnade gebeten/&c. So wird ihme dieſelbe billich erzeiget/und er mag nunmehr nicht mit dem Strange vom Leben zum tode gerichtet/ſondern allein des Landes ewig/ der Scharffrichter aber / weil Er ſein Ambt nicht recht verrichtet/ auff ein Jahr verwieſen werden/ V.R.W. *Adolpho à* Vitzenhagen / *in* Juren. *M.Novembr.An.1631.*

44 Hiſce ergò, aliiſque de cauſis ſimilibus, de quibus vide *Proſper.Farin.part.7.oper.crimin.quæſt.174.* pœna ſuſpendii ſi hoc æquum judici videbitur remitti ſolet. *Quæ an etiam exaſperari poſſit?* dubium facit, quod quibusdam in locis Judæi non à collis, ſed à pedibus ſuſpendantur.

Q.6. An Iudæi fures à pedibꝰ ſint ſuſpendēdi?

45 Quod ubi conſuetudine legitimâ receptum eſt, meritò etiam ſic practicatur: Extra hanc verò regulariter fures Judæi non minus ac Chriſtiani à collis ſunt ſuſpendendi. Utuntur enim hi jure communi Romano, & ſecundum Romanas Leges judicantur, atque excipiunt, *l. Iudæi. 8.C. Iudæis. Alexand.vol.6.conſ.99.numer.3.& vol.7. conſ.13.num.17.* Quapropter etiam juxta ſanctionem juris Romani pœnas luere debent. Nullibi autem in jure diſpoſitum reperitur, quod fur à pedibus debeat ſuſpendi. Ideoque nec modus ſuſpendii hic in Judæis exercendus eſt, *Matth. Berlich.part.5 concluſ.45.num.31.* ubi allegat *Ludov.Roman.conſil.163.n.9.& ſeq.*

46 *Veluti etiam deſuper conſulti Dn.Scabini à Prætore* Lipſenſi, *M.G.Judæum Pragenſem ob furtum hic Lipſiæ commiſſum more ſolito ac conſuetoà collo ſuſpendendum eſſe, reſponderunt. M.Novembr. An.1613.*

Q.7. Quomodo puniantur in foro Saxonico fures aratrorum?

47 *De furibus quoque aratrorum dubitari poteſt, an non hi graviori ſupplicio afficiendi ſint?* Ob text. in *art.13.lib.2.*Landrecht.*verſ.* alle Mörder und die den Pflug berauben/*&c.* die ſoll man alle Radebrechen. Unde ſequi videtur, fures hoſce, qui ex aratris vomeres, equos, vel ipſa aratra furantur, rotâ contundendos eſſe, *Reinhard. part.5. differ.22.*

48 Sed verbis *dict. art.13.* exactius ponderatis, de raptoribus, iiſque qui equos ex aratro violenter abducunt, ibidem agi, non de furibus ſimplicibus, manifeſtiſſimum eſt, *Chriſtoph. Zobel.in gloſſ.ad text.germ.*Landrecht.*lib.2. artic.13. Petr.Heig.part.2.quæſt.30.num.2. Matth.Coler. part.1.deciſ.148.num.2.* Quemadmodum etiam D.Auguſtus Elector Saxoniæ hunc textum juris Saxon. ita explicat, ad violentos raptores & deprædatores eum reſtringens, fureſque aratri perinde ac alios fures puniri jubens, in *Conſtit.35.* In verb. Da jemand einen Pflug/ der im Felde iſt/heimlicher Weiſe beſtielet/ oder aber denſelbigen auß Fürſatz wegführet / daß derſelbige willführlich / oder am Gelde / oder mit Gefängnüß / oder aber nach Gelegenheit / mit zeitlicher Verweiſung geſtrafft werden ſoll: Hätte er aber ſolches mehrmahls begangen / oder mehr denn einen Pflug geſtohlen / unnd ſolche Diebſtähle alle trügen nicht fünff Ungariſche Gülden auß/ ſo ſoll er mit Staupenſchlägen ewig verwieſen werden/*&c.*

Unde haud obſcurè liquet, furem, qui aratra furatur, vel ex iis vomeres, aliaque inſtrumenta aufert, perindè ut alium furem arbitrariè, ſcilicet carcere, mulcta pecuniaria, relegatione, vel fuſtigatione puniendum, aut etiam ſi furtum excedat ſummam quinque ſolidorum, laqueo ſuſpendendum eſſe, *Dan. Moller. ad dict. Conſtit. Elect. 35. Petr. Heig. dict. quæſt.30. num.2.part.2. Matth. Berlich.part.5.concl.59.n.6. 14.16.* 49

Quod & in foro Saxonico quotidiè ſic practicatur.

50 Deniquè circa pœnam furti quæritur: *An fur deprehenſus in aliquo territorio ibidem puniri poſſit, ob furtum in alio loco & territorio commiſſum?* De qua quæſtione contrariæ Dd. opiniones extant, quas undique collegerunt & recenſent unà cum rationibus & fundamentis *Proſper.Farin in tract.crim.tit.1.de inquiſ.quæſt.7.n.7.Fachin.lib.9.controv.jur.c.19.Ludov.de Peguer. deciſ.28. Matth.Berlich.part.5.concl.45.nu.42.& ſeqq.Henr.Bocer.in tract.de furt.c.3.n.20.& ſeqq. Ioh.Harppr.in §.8.n.62.Inſt.de oblig.quæ ex delict. naſcuntur.*

Q.8. An fur deprehenſ. ob furtum alibi commiſſū queat puniri?

51 Nullum quidem dubium eſt, Reum capi & puniri poſſe in territorio ubi deprehenditur, ob textum in *l.1.C. ubi de crim.agi oportet. l.2. C. eod.* Sed hoc ita accipiendum, quando remiſſio non deſideratur, aliàs ſanè Reus criminis ad locum, ubi deliquit, remittendus eſt; *l.ſi cui.7.§.ult.ff.de accuſation.l.ſolent.7 ff.de cuſtod.& exhib. reor. l.1. C.de exhib. & tranſm. reis ubi Cujac.in paratit. Novell.134.cap.5.*

52 Unde ſequitur, ſi ad jus civile reſpiciamus, furem ad locum juriſdictionis, ubi furtum commiſit, remittendum eſſe. Omninò enim æquum eſt, ut illi judici, cujus juriſdictio per contemtum & delictum violata atque læſa eſt, vindicta concedatur. *l.3. in pr.ff. de re milit.* & alii ejus loci exemplo pœnæ à ſimili ſcelere deterreantur, *l.28. §.ult ff.de pœn.*

53 Sed aliter ſeſe res habet de hodiernâ Germaniæ conſuetudine, ubi remiſſiones amplius in uſu non ſunt, *Andr. Gail. lib.1.de pac. publ. 16. numer.30. Herm. Vult. in l.1.C. ubi de crimin. agi oportet.* Adeoque nec fur ad locum commiſſi furti debet remitti, ſed quocunque in loco ſuſpendio puniri poteſt, juxta opinionem *Bartol. in l.ſi dominium.47. ff. de furt. numer.2. & in l.ei qui furti.ff. eod. tit. num.ult.& in l.ſi abducatio.10. C.eod. num.1.* Quam non ſolum in Germaniâ, *Johann. Harpprecht. dict. §. pœnâ manifeſti.5. numer.64. Inſtitut. de obligat. quæ ex delict. naſcunt.* ſed etiam in univerſo mundo receptam eſſe, teſtatur *Paul. de Caſtro. in l.ſive manifeſtus.10. §.tamdiu.ff. de condict.furt.num.13.* Eamque amplectuntur Angel. *Aretin. in tract. malefic.verb.etiam veſtem cœleſtem. numer.15. & ibidem Auguſt. Bonfranciſc. num.16. Nicol. Boer. deciſ.13. num.47. Ludov.à Peguer.deciſ.28. num.2.& ſeqq.Socin. in cap.1.extr.de rapt.num.15.* Ubi hanc opinionem Bartoli decem millia homi-

num ſuſpendii feciſſe teſtatur. *Felin.in cap.poſtulaſti.14.ext.de for.comp.n.ult.in fin.Vinc.de Frāch. dec.681.Franciſc.Marc.p.2.dec.176.n.1. Anton. Fab.in* Cod.*li.9.tit.de pœn.26.de fin.n.22 n.3.* ubi ita 19.April.An.1614 in Senatu Sabaudiæ obſervatum refert. I*oh.Aloyſ.Riccius.p.2.collect. dec. 283.Matth.*W*eſemb.in parat.ff.ae furt.n.15.*

54 Idque non ſolùm verum eſt, quando fur actione furti convenitur, ſed & ſi adverſus cum per inquiſitionis modum procedatur, *l. congruit.13. verb.conquirere.ff.de offic.Præſ Matth.Berlich. part.5.Concl.45.nu.74.*

Id quod in Elector. Saxon. Sabinatu multoties obſervatum memini.

QVÆSTIO LXXXIX.

De crimine Sacrilegii, ejuſque ſupplicio.

SUMMARIA.

1. *Sacrilegium eſt ſpecies furti.*
2. *Gravius eſt Sacrilegium ſimplici in furto.*
3. *Definitio Sacrilegii,num.4.*
5. *De jure Canonico quando committatur Sacrilegium.*
6. *Sacrilegium quotuplex ſit in Imperio Romano-Germanico? nu.7.*
8. *Prima ſpecies Sacrilegii eſt,quando quis rem ſacram de loco ſacro ſurripit,nu.9.*
10. *Pœna hujus ſacrilegii de jure civili, & Sanctione* Carolinâ,*nu.11.12.13.14.15.16.17.*
18. *In foro Saxonico quomodo puniatur hoc Sacrilegium? num.19.20.23.*
21. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium. n.22.24.*
25. *Pœna Sacrilegii abſque effractione commiſſi.nu.26.27.*
28. S*ententiæ* S*cabinorum Lipſenſium,nu.29.*
30. S*poliantes* G*azophylacium, quomodo puniantur? n.31.*
32. *Sententiæ Scabinorum Lipſienſium.*
33. *Quid juris in pluribus hujus delicti conſortibus? num.35.*
34. P*œna unius alium non liberat.*
36. *Reſponſa* S*cabinorum Lipſenſium.*
37. *Pœna* S*acrilegii ob criminis reiterationem non eſt exaſperanda,nu.38.40.41.*
39. *Pœnæ ſunt commenſurandæ delictis.*
42. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium, num* 43. *44.45.*
46. *Pœna Rotæ quando in crimine Sacrilegii exaſperari queat?*
47. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.*
48. *Stantes in excubiis hoc crimine quomodo puniantur,nu.49.50.51.52.53.*
54. *Sententiæ* S*cabinorum Lipſenſ.nu.55.*
56. *Pœna auxiliatorum in hoc crimine,nu.57.58.*
56. *Reſponſa* S*cabinorum Lipſenſium,n.*60.
61. *Quibus ex cauſis pœna Sacrilegii mitigari poſſit?*
66. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
67. *Sacrilegium rei modicæ,an & quando mitius ſit puniendum? nu.58.69.*
70. *Reſponſum Scabinorum Lipſienſium.*
71. *Altera ſpecies Sacrilegii, quando quis rem ſacram de loco non ſacro aufert & ſurripit, quæque hujus pœna? n.72.73.74.*
75. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
76. *Tertia ſpecies Sacrilegii quænam: nu.77.*
78. *Pœna* S*acrilegorum res prophanas de loco ſacro auferentium, nu.79.80.*
81. *Sententiæ Scabinorum Lipſienſium.n.82.*

1 HActenus ſufficienter dictum de crimine furti, cui haud abſimile, imò ſpecies furti eſt Sacrilegium, furtum nempè rerum ſacrarum & Deo dicatarum. *Tiber. Decian. in tract.crim.lib 6.cap.31.nu.*1. *Iod.Damhoud.in prax.rer.crim.cap.111.nu 1.* Hoc enim verè Sacrilegium eſt, quamvis aliàs nomen illud ad alia quoque crimina & offenſionem Clericorum extendatur, *c.ſi quis ſuadente.§.qui autē.*17. *quæſt.4. Decian.dict.lib.6.cap.35.Henric.Bocer.in tract.de furt.cap 2.nu.1.*

2 Gravius autem eſt Sacrilegium ſimplici furto. Sicut enim majus eſt peccatum, quod committitur in Deum, quàm in hominem, ita & gravius Sacrilegium eſt furto, *c.ſicut Eccleſiam.*1*7. quæſt. 4.c. qui abſtulerit*, Ibi: *Qui abſtulerit aliquid patri vel matri, dicitque hoc peccatum non eſſe; homicidii particeps eſt.* Pater *noſter ſine dubio DEVS eſt, qui nos creavit. Mater verò noſtra Eccleſia, quæ nos in Baptiſmo ſpiritualiter regeneravit. Ergò qui Chriſti pecunias & Eccleſiæ rapit, aufert vel fraudat homicida eſt.12.quæſt.2.Foller.in pract.Can.cap.17 nu.1.& ſeq.* Unde Sacrilegium inter atrociora crimina connumerat *gloſſ. in cap. Venerabilem, verb. Sacrilegum in fin.de elect.* Et criminis læſæ Majeſtatis hoc æquiparatur in *c. ſi quis ſuadente. §.qui autem de Eccleſia.17.quæſt.4.Tiber.Decian. in tract.crim.dict.cap.32.nu.2.Petr. Greg. in Syntagm.lib 33.cap.15.num.*1.

3 Communiter quidem definitur ſacrilegium, quod ſit violatio, uſurpatio, vel læſio rei Sacræ, *Proſper.Farin.part.7.quæſt.172.n.2.Ludov. de* Pe*guer.deciſ.crim.24.nu.2. Tiber. Decian. in tract. crim.lib.6.cap.14.nu.1.& ſeqq.* Sed generalior eſt hæc definitio ſuo definito, omnia, quævis ſacrilegia, tam in rebus, quàm in perſonis Eccleſiaſticis commiſſa, comprehendens. Furtivum verò Sacrilegium (de quo hîc ſolum agitur) rectiùs dicitur furtum in loco ſacro, & rebus Deo dicatis commiſſum. Quòd & ipſum Sacrilegii nomen innuit, quod eſt quaſi rei ſacræ Legium, hoc eſt, furtum. Sublegere namque aliud non eſſe quam furari, probat *Decian. dict. lib.9.c.14.num.9.*

4 Ex quo efficitur, propriè Sacrilegium committi, cum quis rem ſacram ex loco ſacro furatur. Cùm enim res privata, ſive prophana de loco ſacro furtim eripitur, facinus illud non eſt proprium Sacrilegium, ſed furtum ſimplex, *l. Divi. 5. ff. ad Leg. Iul. pecul.* Si quoque ſacra res de loco non ſacro furtim tollatur, propriè ſacrilegii crimen non perpetratur, *l. aut facta. 16. §. locus facit. 4. ff. de pœn. l. ſacrilegii. 9. §. 1. ff. ad Leg. Iul. pecul.* Ut ſic duo requirantur ad Sacrilegium propriè ita dictum: Nimirum, *ut furtum fiat rerum ſacrarum, & in loco ſacro.* Quibus concurrentibus propriè ac verè ſacrilegium fuiſſe commiſſum, extra dubium eſt: Uno autem horum deficiente, ur ſi ſacrum de non ſacro, vel non ſacrum de ſacro ſurripiatur, propriè ſacrilegium non committitur *Gloſſ. in l. Divi. Severus &* Antonius *5. in verb. Divi. ff. ad Leg.* Iul. *peculat. ubi etiam Bartol. num. 1. Salycet. in l. ſi nondum. num. 2. ubi & Iohan. Sichard. num. 9.* C. de *furtis.* Berber. *in pract. part. 1. rubr. 17. num. 1. Bonifac. de Vitalin. rubr. de pœn. commit. ſacrileg. num.* 1. *Iacob. de Belloviſ. in pract. rubr. de furibus & Latron. num. 46. Nicol. Boer. deciſ. 254. num. 2. Foller. in pract. crim. in verb. capiat informationem. num. 11. Jodoc. Damhouder. in prax. rer. crimin. cap. 11. num. 3. Ægid. Boſſius in tit. de Sacrileg. num. 1.* Iul. Clar. *libr. 5. ſentent.* §. *ſacrilegium. num. 1. Ludov. de* Peguer. *deciſ. crim. 24. num. 14. Domin. Cardin. Tuſch. pract. concluſ. in verb. ſacrilegium. concluſ. 6. num. 2. Henric. Bocer. in tract. de furt. cap. 2. num. 3. & 4.* Proſper. *Farin. dict. quæſt. 172. num. 5.*

5 De jure tamen Canonico Sacrilegium quoque committit, qui ſacrum de non ſacro, vel non ſacrum de ſacro loco ſurripit *c. ſi quis contumax. §. ſacrilegium ergo eſt, 17. quæſt. 4.* Secundum quod triplex Sacrilegii ſpecies conſtituitur: 1. Si quis rem ſacram, aut divino cultui dicatam in loco ſacro. 2. Rem ſacram in loco prophano; 3. Rem prophanam ſive non ſacram in loco ſacro furtim auferat vel intercipiat. *Berber. in pract. part. 1. rubr.* 17. *num. 1. Bartol. in l. Divi. Sever. num. 1. verſ. ſed ſecundum Canones. ff. ad Leg. Iul. peculat. Bonif. de Vital. in rubr. de pœn. commit. ſacrileg. num.* 1. *verſ. ſed de jur. Canon. Matth. Stephan. in not. ad artic. 171. Ordin. Crimin.* Carolin. *Henric. Bocer. in tractat. de furt. cap. 2. num. 2. Ægid. Boſſ. in tit. de ſacrileg. num. 1. Iul.* Clar. *libr.* 5. *ſentent. §. ſacrilegium. num.* 1. *in fin. Jacob. Menoch. de arbitr. Iudic. quæſt. libr. 2. caſ. 289. num.* 11. *& 13. Proſper. Farin. part. 7. oper. crim. quæſt. 172. num. 7. Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crim. cap. 111. num. 1.*

6 Etſi verò Doctores non conveniant, an diſpoſitio juris civilis, an verò juris Canonici in foro ſit recipienda: ſcribit enim *Dom. Cardin. Tuſch. pract. concl. in verb. ſacrilegus. concl. 6. nu. 1. & ſeqq.* De conſuetudine ſacrilegium judicari ſecundum jus Canonicum, non autem ſecundum jus civile, de quo tamen dubitat *Bonifac. de Vital. dict. rubr. de pœn. committ. ſacrilegium. nu.* 1. Alii verò diſtinguunt; an in foro ſeculari, vel Eccleſiaſtico furtum fuerit perpetratum, *Chirl. de pœn. omnif. coit. quæſt.* 1. *num.* 5. *Tiber. Decian. in tract. crim. libr.* 6. *cap. 30. num. 60.* Quin & *Petr. Greg.* exiſtimat, nedum de jure Canonico, ſed & de jure Civili Sacrilegium dici, etiam quod non ſacrum de ſacro, vel ſacrum de non ſacro auferatur. *in Syntagm. jur. lib. 33. c. 14. num. 8. verſ. Et generaliter &c.*

7 Attamen in Imperio Romano-Germanico res expedita eſt, ob textum manifeſtum in *art. 171. Ordin. Crimin. Carolin.* Ibi: Stelen von geweiheten Dingen oder Stådten iſt ſchwerer denn andere Diebſtål/ und geſchicht in dreyerley Weiſe: Zum erſten/ wenn einer etwas heiliges oder geweihetes ſtielet an geweiheten Stådten. Zum andern / wenn einer etwas geweihetes an ungeweiheten Stådten ſtielet. Zum dritten/ wenn einer ungeweihet Ding an geweiheten Stådten ſtielet: Nullum itaque dubium eſt, quin in Germania hodie ſecundum jus Canonicum triplici illo modo ſacrilegium committatur: quamvis illud diverſimodè puniri ſoleat, ac graviorem pœnam mereatur, quod in rebus ſacris ex loco ſacro factum eſt, atque de jure civili, propriè ſacrilegium dicitur. Quod ut rectius dignoſcatur, diſtinctè de triplici hac ſpecie Sacrilegii agam.

Prima ſpecies eſt Sacrilegii, quando quis rem ſacram, aut Deo, hoc eſt, divino cultui dicatam in loco ſacro furtim aufert, & ſurripit.

Q. 2. Quæ ſit pœna ſacrilegorum res ſacras de loco ſacro auferentium.

8 Verè ac propriè etiam de jure civili hoc eſt ſacrilegium, quod in loco ſacro, & rebus ſacris, hoc eſt, divino cultui dicatis (an geweiheten Dingen oder Gefåſſen/ als da ſind Kelche/ Pathenen/ Altartůcher/ Leuchter &c.) committitur. *l. 5. & l. ſacrilegi. 9. ff. ad Leg. Jul. peculat. Jul.* Clar. *libr.* 5. *ſent. §. ſacrilegium. in pr. & in fin. Nicol. Reuſn. lib. 1. deciſ. 16. n. 9.* 9 Duobus nempè hiſce concurrentibus; *Primò*, ut res ſacra. *Deindè*, ut è loco ſacro ſit ſublata. Quod delictum longè gravius eſt ſimplici furto; ideoque & graviori ſupplicio puniendum. De quo tamen nil certi conſtitutum reperitur.

10 Verba quidem clara JCti Pauli extant hæc in *l. Sacrilegis. ff. ad Leg. Jul. Peculat. Sacrilegi capite puniuntur.* Unde quidam aſſerere haud verentur, pœnam ſacrilegii ſemper eſſe mortis naturalis. Et quia plures ſint ultimi ſupplicii pœnæ, arbitrium judicis in eo ſolùm contineri, ut ipſe eligat eam mortis pœnam quâ ſacrilegus ſit puniendus, non autem ut à mortis pœna recedat. Hinc *IC. Ulpian. in l. 6 ff. ad Leg. Iul. pecul.* *Scio*, inquit, *multos judices ad beſtias damnaſſe ſacrilegos, nonnullos eos vivos exuſſiſſe, alios verò in furca ſuſpendiſſe &c.* Sentiunt ita *Iac. de Belloviſ. in pract. rubr. de furib. & latr. nu. 46. Æg. Boſſ. in tit. de* Sacrileg. *nu. 6. Iod. Damhoud. in prax. rer. crim. c. 111. nu. 5.* Iul. Clar. *in* § *ſacrileg. nu. 3. in princ.*

11 Sed verbis Legum probè ponderatis, nil minus hoc ſenſiſſe videtur *IC. Paulus & Ulpianus.* Etſi enim ille capitis pœnam in ſacrilegos ſtatuat *dict. l. Sacrilegi. 9.* propterea tamen eos non ſtatim ultimo ſupplicio vult affici; ſiquidem capitis pœnâ ſignificatur non ſolùm pœna ultimi ſupplicii ſive mortis, ſed & damnatio in metallum, deportatio, & exilium §. *capitalia dicimus. Inſtit. de publ. jud. l. 2. ff. de publ. jud. l. capitalium. 28. in princ ff. de pœn.* Sequitur ergò

judicis arbitrio relinqui , an ultimum ſupplicium , vel aliam pœnam corporis afflictivam, puta fuſtigationem aut exilium , Reo infligere velit.

12 Quod idem videtur voluiſſe *ICtus Vlpian. in l. 6. verſ. Et ſcio. ff. ad Leg.* Iul. *peculat.* Ubi exempla tantummodò ponit ultimi ſupplicii in Sacrilegos converſi: Ex quibus tamen non neceſſariò concludendum , ultimo ſemper afficiendos eſſe ſupplicio, qui commiſerunt Sacrilegium , qualecunque etiam illud fuerit , quum exempla generalem non conſtituant legem , *l. nemo judex. 13.* C. *de ſent. & inter l. omn. jud. l. nam Imperator. 38. ff. de legib.* Quin etiam in *verſ. ſeq.* Reus criminis ſacrilegii in Inſulam deportari jubetur. Quod vel ſolum ipſum ſatis demonſtrat, arbitrium judicis in coercendo hoc crimine ad pœnam ultimi ſupplicii haudquaquam adſtrictum eſſe.

13 Clarius quoque patet ex *princ. dict. l. 6. ff. ad Leg. Jul peculat.* Sacrilegii pœnam omninò arbitrariam eſſe , dum *ICtus Vlpian.* Proconſulem pro qualitate perſonæ , proque rei conditione, & temporis, & ætatis , & ſexus , vel ſeveriùs, vel clementiùs in Sacrilegos animadvertere jubet. Sunt enim ejusmodi circumſtantiæ tales, ob quas vel mortis , vel alia etiam pœna corporis afflictiva irrogari ſolet. Qualitas nempè perſonæ attenditur in conſideratione , an honeſta fuerit, hoc eſt , integræ famæ , vel ſolita ſit delinquere; an item homo ſit liber , vel ſervus; an miles vel plebeejus. *l. 10. §. 1. l. capitalium. 28. §. ult ff. de pœn. Bocer. in tract. de furt. cap. 2. nu. 11. Ludov. de Peguer. deciſ. crim. 24. nu. 20.* Conditio rei in ſacramentorum vaſculis, poculis , patinis, libris, mappis, linteaminibus , candelabris, &c. *Nicol. Boer. deciſ. 254. num. 15. Ludov. à Peguer. dict. deciſ. 24. num. 20. Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 111. num. 4.* Tempus verò ſpectatur , an nocte vel interdiu perpetratum ſit ſacrilegium , *dict. l. 6. in pr.* Ibi: *Et dona Dei noctu tulerint. ff. ad Leg. Jul. pecul.* Vel an die Dominicâ , aliovè in honorem Dei inſtituto feſto commiſſum ſit hoc facinus. *Ludovic. à Peguer. dict. loc. num. 21. Henric. Bocer. dict. cap. 2. num. 14.* Ætas itidem Sacrilegi attenditur , in minoribus & ſenibus. Minores enim mitius puniuntur, quàm majores *l. auxilium. 27. §. 1. verſ. in delictis. ff. de minor. Boer. dict. deciſ. 254. nu. 19.* Puniuntur quoque mitius ſenili qui ſunt in ætate, *l. 2. ubi Dd. ff. de term. moto. l. ſemper in princ. ff. de jur. immun.* Sexus denique ratio habetur in fœminis , quæ mitius puniuntur quàm mares, *l. quiſquis. 6. §. ad filias.* C. *ad Leg. Iul. majeſt. Henric. Bocer. dict. cap. 2. num. 15. Boer. dict. deciſ. 254. num. 21.*

14 Quibus circumſtantiis probè ponderatis judex facilè intelliget , an pœnam mortis , aliamvè in Sacrilegum convertere debeat , ut cujus arbitrio & diſcretioni electio pœnæ commiſſa eſt , quam & alibi judices uſurpare , ac pro arbitrio , varias ac diverſimodas pœnas Reis imponere , Doctores hinc inde teſtantur. Ita nempè die 7. Martii , Anno Chriſti 1584. Regium Conſilium Sacrilegum quendam Bernardum Sampſo , ætate adhuc minorem , qui ab altaribus Capellarum templi ſex mappas modici valoris , interdiu furto ſubtraxerat , ad fuſtigationis ſolùm publicæ pœnam, & ad ſervitium regiarum triremium in quinquennium damnaviſſe , refert *Ludov. à Peguer. deciſ. 24.* 15 Et ſcribit *Nicol. Boer.* duos Juvenes, qui die Jovis ſancta patinam & calicem, in quo conſecratus Euchariſtiæ panis fuerat , ex æde ſacra altari ſurripuerant , hac damnatos fuiſſe ſententia, ut duobus Sabbatinis diebus per quadrivia & loca Parochiæ publica fuſtigarentur, ac quolibet Dominico die proximo in Camiſia , nudi cum face tempore Miſſæ celebratæ reſtim ſeu chordam in collo geſtarent, & voce altâ , dum corpus Chriſti elevaretur, veniam & miſericordiam peterent, & calicem illum fractum unâ argenti marchâ refici curarent. & Banno innodati eſſent perpetuo, *deciſ. 254. num. 20.*

16 Refert quoque *Iul. Clar. libr. 5. ſentent. in §. Sacrilegium. num. 3. in fin.* Quod quidam Antonius de Matiellis , qui ex templo calicem ſubtraxerat, ad triremes quinquennales , fuerit condemnatus. Et duo alii , qui candelabrum ex æde ſacra ſurripuerant , fuſtigati ſolùm & relegati. Ac inſimul teſtatur , quod Senatus Mediolanenſis de Sacrilegii crimine ſoleat diverſimodè judicare, & Sacrilegum quandoque , ſed rarius, ad ultimum ſupplicium damnare , quandoque verò ad triremium aut fuſtigationis pœnam. Quin & Gerardum quendam de Cœpa , qui ſacrum calicem ſurripuerat , in pecuniariam tantummodò pœnam fuiſſe condemnatum , die 15. Julii, Anno 1557. meminit idem *Jul. Clar. dict. loc. num. 1.*

17 Sed, quid immoror in exemplis & autoritatibus Doctorum. In Imperio ſanè Romano-Germanico Sacrilegium res ſacras ex loco ſacro auferentem , arbitrariâ tantummodò pœnâ affici minus dubium eſt. Quamvis enim is qui hierothecam , ſive ædiculam , aut Monſtrantiam , (uti loquuntur) in qua conſecratus panis habetur repoſitus; furatus eſt , præciſè vivus exuri jubetur, ex *Conſtit. Carol. artic. 172.* Reliquos tamen Sacrilegos , qui res alias, divino cultui dicatas , ſurripiunt , mitiori pœnâ pro judicis arbitrio plecti vult Imperator Carol. in *dict. artic. 172.* In verbis. Stele aber einer ſonſt güldene / oder ſilberne geweihete Gefäß / oder ohne Heiligthumb / oder aber Kelch / oder Pathenen / umb ſolche Diebſtähle alle / ſie ſeyen geſchehen an geweiheten oder an ungeweiheten Orten / auch ſo einer umb Stehlens willen in eine geweihete Kirche / Sacramenthauß / oder Sacriſtey bricht / oder mit gefährlichen Zeugen auffſperret / dieſe Diebe ſeyn zum Todte nach Gelegenheit der Sache / und Rath der Rechtsverſtändigen zu ſtraffen. Quod & clarius exprimitur in *artic. 174. Ordin. Crimin.* Conſtituta in Sacrilegos rerum ſacrarum minoris pretii pœnâ furti , quæ non ſemper eſt ultimum ſupplicium , ſed pro ratione circumſtantiarum carceris pœna , vel mulcta pecuniaria , ut patet ex *artic. 175. 158. Ordin. Crimin.*

Q. 3. Quomodo puniantur hoc caſu Sacrilegi in foro Saxonico?

18 At in foro *S*axonico res aliter ſeſe habet, & gravior pœna ejusmodi nebulonibus imponitur: Adempto enim ibidem arbitrio judici, *S*acrilegi Rotâ contunduntur. **Landrecht.** *libr. 2. art. 13.* Ibi: **Alle Mörder/ und die den Pflug berauben/ oder Mühlen/ oder Kirchen/ oder Kirchhöfe &c. Die ſoll man alle Radbrechen.** *Bened. Reinhard. part. 5. differ. 14. Ludov. Fachſ. differ. 60.* Matt *Coler. part. 5. deciſ. 152. nu. 2. Nicol. Reuſn. lib. 1. deciſ. 16. num. 2.*

Hinc talem pono Regulam: Omnis Sacrilegus, qui res ſacras, aut divino cultui dicatas, ex æde ſacra ſurripit, atque furatur, de jure Saxonico Rota debet contundi.

19 De hoc etenim caſu, deque ſpecie hac *S*acrilegii, quando ſcil. ſacrum de ſacro aufertur, & ſacrilegium in loco ſacro rebusque divino cultui dicatis conjunctim committitur, textum juris *S*axonici in *d. art. 13. lib. 2.* **Landr.** exaudiendum eſſe, nullus dubito: Ob verba clara (**die Kirchen berauben**) quæ de alio Sacrilegio improprio vix accipi poſſunt. Neque enim ædes ſacra aut templum ſpoliatur, niſi quid ex ipſo auferatur, nec ſpolium templi propriè committitur, niſi res ſacræ in templo ſive æde ſacrâ repoſitæ ſurripiantur. Ut ſic hæc duo neceſſariò concurrere debeant, ad hoc, ut Rotæ pœna Sacrilegii Reis infligatur.

20 Quod & uſus ac obſervantia hactenus obtinuit, ex qua jus Saxonicum ſuum vigorem & autoritatem habet, nec aliter valet, quam ſi conſuetudine approbatum fuerit, ut teſtatur *Hartman. Piſtor. lib. 1. quæſt. 16. nu. 11.* ubi dicit, falli eos qui cognitionem juris Saxonici magis verbis, quàm ex uſu ſibi parare ſtudent. *Et libr. 2. quæſt. 25. num. 35. & quæſt. 26. num. 18. Matth.* Coler. *de proceſſ. execut. in præfat. Andr.* **Schäfer.** *part. 2. quæſt. 13.*

21 *Hæcque obſervantia ſatis probatur ex reſponſis Scabinorum Lipſenſium, quorum ſententiæ conſuetudinem introducunt*, teſte *Henning. Gœden conſ. 74. tit. de legitima, num. 5. verſ. prout* Sca*bini Lipſenſes,* Iacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. *Piſtor. part. 3. quæſt. 122. num. 95. Præſertim ſi ſæpius repetitæ, in aula Electorali approbatæ, & tractu temporis confirmatæ fuerint: quales hæ ſunt, quibus ſacrilegis pœnam Rotæ irrogare Domini haud dubitavere, ita reſpondentes:* **Hat G. R. in gutem bekant und außgeſagt/ daß er neben ſeinem Geſellen die Kirchen zu Maſſen beraubet/ und daß ſein Geſell zum Fenſter hinein geſtiegen/ ihme die Thür eröffnet/ und beyde ein Loch durch den Kaſten geſchnitten/ und darauß einen Kelch zuſambt den Pathen/ ein Gebündlein Knöpffe/ und einen Groſchen an Gelde geſtohlen/ und ihr habt euch erkundiget/ daß ſolche Kirchenberaubung gewiß und in Warheit geſchehen. Da nun der Gefangene uff ſolchem ſeinem gethanen Bekäntnüs vor Gerichte freywillig verharren/ oder des ſonſten/ wie recht überwieſen würde/ ſo möchte er von wegen ſolcher begangenen und bekandten Kirchenberaubung mit dem Rade vom Leben zum Todte geſtraffet werden/ V. R. W.** *Senatui Torgenſi, Menſe Martio,* A*nno* 1583.

22 *Et ſimili planè modo Conſiliariis Dn.* Comitis *in Barby.* Menſ. *Iulio,* An. *1582.*
Quæſtori in **Grillenberg/** Menſ. *Decembr. Anno 1582.*
Ioanni W*olffgango à* **Schönbergk/** *in* **Pulsnitz.** *Menſ. Majo Anno 1583.*
Quæſtori Torgenſi, M. *Iunio, An. 1583.*
Quæſtori Lipſenſi, M. *Majo An. 1584.*
Quæſtori Zvvickavienſi, Menſe *Majo, Anno 1584.*
I*udici Præfecturæ* Bornen*ſis, Menſe* Octobr. *Anno* 1592.
Prætori Lipſ*enſi,* M. *April.* A*n. 1594.*
Senatui in **Kindelbrück/** *Menſe* Majo, *Anno 1615.*
Senat*ui in* **Croſſen/** *Menſ. Februario, Anno 1619.*

Q. 4. Pœna Sacrilegii abſq; effractura commiſſi.

23 Regula prædicta ampliatur Primò: In iis qui Sacrilegium abſque effracturâ templorum committunt. Etenim quin effractores & deprædatores ſacrorum hâc pœna teneantur, minus dubium eſt, eò quod & furtum modicum cum effractione violenta commiſſum puniatur mortis ſupplicio, *art. 159. Ordin.* Crim. *Carol.* ut mirum haudquaquam ſit, gravius hoc caſu in Sacrilegos animadverti, quos minori commiſeratione dignos judicat Imp. Carol. V. in *art. 174. in fin.* **Doch ſoll in ſolchen Kirchenräubern/ und Diebſtählen weniger Barmhertzigkeit bewieſen werden/ denn in weltlichen Diebſtälen.** Veluti etiam ex antea poſitis Scabinorum reſponſis, ut plurimùm ſuper hoc caſu datis, luculenter apparet, & inprimis ex pronunciato ad conſultationem Senatus in **Kindelbrück/** hiſce formalibus concepto:

> **So möchte** *H. S.* **von wegen ſolches begangenen und bekanten Kirchenraubes/ weil er gleichwol die Kirche oder Sacriſtey mit Gewalt/ böſer und gefährlicher Weiſe uffgebrochen/ eröffnet/ und auffgeſperret/ und demnach dieſe ſeine Verbrechung für einen Diebſtal alleine nicht zu achten/ mit dem Rade vom Leben zum Todte geſtrafft werden/ V. R. W.** *Menſ.* M*ajo Anno* 1615. 24

25 At Sacrilegio abſque effractione aut aſcenſione commiſſo, an eadem pœna hujus criminis Reo irroganda ſit? ſcrupulum movere videtur *art. 174. Ord. Crim.* In verb. **Darzu doch der Dieb nicht ſtiege/ breche/ oder mit gefährlichen Zeugen auffſperret** ubi mitior pœna determinatur, ſi ſacrilegium rerum ſacrarum minoris pretii abſque effractura fuerit perpetratum. Unde in aperto eſt, effractionem & aſcenſionem templi vel ſacrarii delictum hoc non parùm aggravare.

26 Quod licet conceſſerim quantum ad ſanctionem Carolinam, quæ certâ pœnâ haud definita, arbitrio judicis reliquit, quonam ſupplicio pro ratione circumſtantiarum Sacrilegum puniri velit; Attamen de jure Saxon. eodem Rotæ ſupplicio Reum hujus criminis afficiendum eſſe, etiam ſi is ſacram ædem non effregerit nec aſcenderit, aſſerere haud vereor: *Tùm*, ob verba textûs Saxon. in *art. 13. lib. 2.* **Landrecht/ (die Kirchen berauben &c. die ſoll man Radbrechen.)** Quæ

cum

etiam generalia ſint, nec diſtinguant, meritò etiam generaliter, de quovis ſacrilegii delicto propriè ita dicto accipi debent. *l. de pretio. ff. de public. in rem. act. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præſtand.* Neque enim generalis locutio quicquam intactum relinquit, & verbo generali omnia includuntur, ut ait *Bald. libr. 1. conſ. 35.*

27 *Tùm*, quod propriè Sacrilegium dicatur illud, quando res ſacra ex loco ſacro aufertur, *l. Divi. 5. & l. Sacrilegi. §. 1. ff. ad Leg. Jul. Nic. Reuſn. lib. 1. deciſ. 10. n. 9. Henr.* Bocer. *de furtis. cap. 2. n. 4.* Quod & de jure Saxonico verum eſſe, probavi ſupra *num. 19.* ex verbis *art. 13. lib. 2.* **Landrecht.** Quod cum fieri poſſit abſque effractione templi violentâ, utique & propriè Sacrilegium abſque effracturâ committi, ac proinde hoc caſu Sacrilegii pœnam, quæ in foro Saxonico ſupplicium Rotæ eſt, obtinere, haud irrationabiliter concluditur.

23 Q. 4. Pœ. a Sacri. gii abſq. fractura mmiſſi.

28 *Hinc Sacrilego finitâ concione, ſacriſque peractis in templo remanenti & latitanti, valviſque res ſacras auferenti pœnam Rotæ dictare haud dubitaverunt* Scabini. *Ad conſultationem Quæſtoris Cœnobii* S. *Georgii prope Numburgum:* **Hat der Gefangene** *H. G.* **in gutem bekant / daß er den 30.** *Iulii* **nechſtverſchienen / ſich in der Kirchen zu Schelſchüz verſchlieſſen laſſen / und darauß einen groſſen und kleinen Kelch / dergleichen einen Chorrock / etliche alte Kelche / Tauff und Leichentücher / auch einen Meſſingen Leuchter und andere Kirchengerethe mehr / alles uff 60. fl 1. gr. gewürdiget / geraubet. Da ihr euch nun allbereit erkundiget hettet / oder nochmals erkundigen würdet / daß ſolcher Kirchenraub / gewiß und in Warheit alſo geſchehen / und** *H. G.* **würde uff ſeinem gethanen Bekändenüs vor Gerichte freywillig verharren / oder des ſonſten / wie recht / überwieſen / So möchte er von wegen ſolcher begangenen und bekandten Kirchenraubes / mit dem Rade vom Leben zum Todte geſtrafft werden / V. R. W.** *Menſ. Auguſt. Anno 1584.*

29 *Eandem pœnam adjudicaverunt cuidam Michaeli* Melcken, *qui januis templi S. Iohannis, quod hîc Lipſiæ eſt clave apertis, illud ingreſſus, & res ſacras furatus fuerat. Ad requiſitionem judicis & Scabinorum Lipſenſium,* Menſ. *Octobr. Anno* 1585.

30 Ampliatur Secundò: ſi quis ſacrarum Eleemoſynarum arcam; ſive Gazophylacium (in quod vidua unum obulum conjecit, judicio Salvatoris noſtri inæſtimabiles Eleemoſynas *Marc. 12. verſ. 42. Luc. 21. verſ. 1.*) effregerit & reſerârit, ac inde pecunias pauperibus alendis vel templa reſtaurando piorum liberalitate elargitas extraxerit. Quem etiam inter Sacrilegos refert Imperator Carol. V. in *artic. 173. Ordin. Crimin.* Ibi: I*tem*, **So einer einen Stock / darinn man das Heilig All:noſen ſamblet / uffbricht / ſperret / oder wie er argliſtiglich darauß ſtielet ꝛc.** M*atth. Stephan. in addit. & Georg. Rem. in Nemeſ. Karulin. dict. artic. 173. Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crim. cap. 111. num. 4. in fin. Nicol. Reuſner. lib. 1. deciſ. 16. num. 17.*

Q. 5. Spolian tes Gazophylacium, **den Gotteskaſten /** *quomodo ſint puniendi?*

31 Ideoque & hunc ceu Sacrilegum in foro Saxonico Rotâ puniendum eſſe puto: *Tùm* ob generalitatem verborum *artic. 13. libr. 2.* **Landrecht (die Kirchen berauben.)** Nam & is ædem ſacram ſpoliare dicitur, qui pecuniam ſacram in templo reſervatam aufert, & ſurripit, ut non immeritò etiam hâc juris Saxonici diſpoſitione contineatur. *Tùm* quod ſacra ex ſacris auferentes hâc pœnâ teneantur. Atqui ſurripientes Eleemoſynas ex æde ſacra, rem ſacram ex ſacro auferunt, quia Eleemoſynæ ad ſacrum cultum deſtinatum etiam ſacræ ſunt, ut patet ex verb. *art. 173. Ord.* C*rim.* (**Das Heil. Allmoſen ꝛc.**) *Georg. Rem. d. art. 173.* I*od. Damhoud. d. cap. 111. num. 4. in fin.* Quidni ergò hi etiam pœnâ Rotæ erunt afficiendi.

†

Quemadmodum reſponderunt Scabini Quæſtori in Eckartsberga: **Hat David Kutzbach in ſcharffer Frage außgeſagt / und bekandt / daß er neben ſeinen Geſellen zweymahl die Kirche zu Reußdorff / und den Gotteskaſten darinner erbrochen / einsmahl 36. gr. das andermahl 40. gr. darauß genommen / die ſie unter ſich getheilet / da ihr euch nun allbereit erkundiget hettet / oder nochmals erkundigen würdet / daß gemeldte Kirche zu Reußdorff gewiß und warhafftig erbrochen und beraubet worden / und der Gefangene würde uff ſeinem gethanen Bekäntnüs vor Gerichte freywillig verharren / oder des ſonſten wie recht überwieſen / So möchte er wegen ſolcher begangenen und bekandten Kirchenberaubung mit dem Rade vom Leben zum Todte geſtrafft werden / V. R. W.** *Menſ. Mart. Anno* 1584. 32

In caſu ſimili ita pronunciaverunt judici Præ*fecturæ Bornenſ. M. Octob. An. 1592.*

33 Ampliatur Tertio Regula hæc: In pluribus ſociis Sacrilegii, quos omnes ob unum idemque ſacrilegii crimen Rotâ concutiendos eſſe, arbitror. *Tùm*, quod ſi plures idem commiſerunt delictum, omnes & ſinguli in ſolidum ſint obligati ad pœnam, nec unius ſolutio ſolidi alteri proſit, *l. 1. in pr. C. de condict. furtiv. l. vulgaris. 21. §. ſi duo 9. ff. de furt. l. ſi quis. 7. §. ult. in fin. ubi* I*aſon. num. 29. ff. de jurisdict.* Tot ſunt enim delicta, quot ſunt delinquentium perſonæ. *Hott. libr. 1. illuſtr. quæſt. 33. pag. 194.* Et tot debentur pœnæ, quot ſunt delicta commiſſa; cum quilibet ex ſuo facto obligetur. *l ſi duo. 5. ff. ſi quis caution. in judic. ſiſt. cauſ. fact.* Neque in pœnis quod alius præſtitit, alium relevat, *l item* Mel*a. 11. §. ſi plures & §. ſeq. ff. ad Leg.* A*quil. l. ſi plures. 34. ff. de injur. l. ſemper. 15. §. 2. ff. quod vi aut clam.*

Q. 6. Quid juris in pluribus hujus delicti conſortibus?

34 *Tùm*, quod in aliis delictis pœnâ unius alter haudquaquam liberatur. Hinc ſi plures arborem furtim cædant, *l. ſi plures. 6. ff. arbor. furt. cæſar.* Si plures unum hominem mortiferè vulnerarunt, vel occiderunt, aut alter vulneravit & alter occidit dolo malo, *l. item Mela.* 11. §. *ſed ſi plures. 2. l. ita vulneratus. 51. in pr. &* §. 1. *ff. ad Leg. Aquil.* Si plures album Prætoris corruperunt, *l. ſi quis id 7. §. ult. & l. ſeq. ff. de jurisdict.* omnes & ſinguli in ſolidum tenentur. Quidni ergò idem juris obtinebit in pluribus ſacrilegii ſociis?

35 *Tùm*, quia in crimine furti omnes & ſinguli fures ſuſpenduntur, modò cujusque portio

tio valorem quinque ſolidorum excedat, per text. in *Conſt. Elect. 32. §.* **und wo ihr viel zugleiche** *part. 4.* Vid. *ſupr. quæſt. 77. n. 34. & ſeqq.* Atqui Sacrilegium furti ſpecies eſt, *Iod. Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 111. nu. 1. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 31. num.* 1. Quin & ſacrilegium furtivum gravius coërcendum eſſe ſimplici furto, expreſsè dicitur in *artic. 174. in Ordin. Crimin. Carolin.* Ideoque haud immeritò pluribus Sacrilegii ſociis exiſtentibus, omnes pœna Rotæ afficientur.

36 *Quam ſententiam in pronunciando Scabini ſecuti ſunt, ad conſultationem Quæſtoris Torgenſis,* Menſ. *Iun.* Anno *1583.*
Quæſtoris Lipſenſ. M. Majo, *An.* 1584.

37 Ampl. Quartò: In iis qui ſæpiùs ſacrilegii crimen commiſerunt, ac plura templa effregerunt & ſpoliarunt. De quibus ſanè, quin pœna Rotæ ſint afficiendi, minus forſan dubium eſt, ſed illud controverti poteſt? *Annon ſeveriùs ob criminis atrocitatem & reiterationem in delinquentes animadverti debeat?*

Q. 7. Num pœna Sacrilegii ordinaria ob reiterationem criminis ſit exaſperãda?

Ita nempè Carolus V. Imper. Venenarios 38 (quorum pœna par eſt cum ſacrilegis, ſupplicium ſcilic. Rotæ) ob qualitatem circumſtantiarum, gravius puniri, ac trahæ illigatos ad locum ſupplicii raptari, vel forcipibus candentibus aduri jubet, *in Ordin. Crim. art. 130.* verb. **doch zu mehrer Forcht andern/ ſollen ſolche boßhafftige mißthätige Perſonen/ vor der endlichen Todtesſtraffe geſchleifft/ oder etliche Griffe an ihrem Leib mit glůenden Zangen gegeben werden/ viel oder wenig nach Ermeſſigung der Perſon und Tödtung** &c. Quidni ergò ob rationis paritatem de Sacrilegis idem aſſerendum, dictaque ordinatio ad hoſce extendenda erit?

Quum & aliàs pœnæ ſint commenſurandæ 39 delictis, *l. perſpiciendũ. 11. in pr. l. hodiè. 13. ff. de pœnis. l. ſancimus. C. eod. tit. l. Sacrilegii. 6. ff. ad Leg. Iul. pecul. cap. ſicut dignum. 6. extr. de homicid. cap. felicis. 5. verſ. illud autem. de pœn. in 6to.* Et ob reiterationem delictorum pœna ſemper eſt augenda & multiplicanda, *l. capitalium, 28. §. ſolent. & §. graſſatores. ff. de pœn. l. 1. ff. de jur. patronat. l. 3. C. de Epiſcop. audien. Nicol. Reuſner. libr. 2. deciſ. 20. n. 6.* Anton. *Gomez. tit. de delictis cap. 3. n. 60. in fin. & tit. de furt. num. 5.* Adeò ut etiam delictum aliàs non capitaliter puniendum, propter reiterationem fiat capitale, ut notat B*ald. in l. licitatio. §. quod illicitè ff. de public. vectigal. & commiſſ. Luc. de Pen. in l. un.* C. *de ſuper exact. lib. 10. Par. de Put. in tract. Syndic. in verb. pœna cap. 8. num 13. & ſeq. Daniel.* Moller. *ad Conſtit. Elector. 48. num.* 1. *part.* 4. *Proſper. Farin. in prax. crim. libr. 1. tit. 2. quæſt. 23.* Iohan. *de Plat. in l. omnes judices C. de delat. libr.* 10.

40 At eſto, Sacrilegos ſæpiùs hoc crimen reiterantes gravius delinquere; quod non inficior, ſicuti nec illud, de jure civili, quo pœna hujus criminis erat arbitraria, judici permiſſum fuiſſe in delinquentes hoc caſu gravius animadvertere, quod voluiſſe videtur *ICtus Vlpian. in l. Sacrilegii 6. ff. ad Leg. Iul. pecul.* Attamen in foro Saxonico, pœnam hujus criminis per ſe rigoroſam ob ejusdem reiterationem aggravandam, Reosque trahæ illigatos ad locum ſupplicii raptandos, aut ferro candenti uſtulandos eſſe, haud dicere auſim; præſertim cum nec Dominos Scabinos aliter ſenſiſſe animadvertam.

Nullibi enim in jure Saxonico quicquam 41 de hujus pœnæ exaſperatione ſtatutum reperitur; adeoque nec temerè ſanctionem Carolinam in Venenariis ſupplicium aggravantem ad Sacrilegii crimen in foro Saxonico extendere licet, quod facilimè quivis unà mecum ſtatuet perpendens pœnam, quæ jure Saxonum expreſſa non eſt, alicui in ditionibus Saxonicis imponi non poſſe, **Landr.** *lib. 3. art. 84. in Gloſſ. ad verb.* **tödtet ein Mann ſeinen Herrn.** *nu. 3. Ioach. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſt. part. 4. quæſt. 133. num.* 15.

Reſponderunt in hunc modum Scabini in caſu effractionis & ſpolii rerum templorum. Ad conſultationem Con*ſiliariorum Dn.* Comitis *à* Bar*by, M.* Iul. *An.* 1582. 42
Quæſtoris in **Radebergk.** *Menſ. Martio*, Anno *1601.*
Pariter, & pœnam Rotæ, abſque ſeveriori aliquo ſupplicii augmento indixerunt Thomæ **Polacken/** *qui 13. templa effregerat & ſpoliaverat. Ad conſultationem Balthaſaris à* **Kottwitz/** *M. April.* Anno *1604.*
Et in alio caſu multiplicis Sacrilegii pariter pronunciarunt Quæſtori Lipſenſi. Menſ. *Majo, Anno* 1584. 43
Quin nec gravius animadvertendum eſſe, exiſtimaverunt Scabini in M. B. qui diſtinctis vicibus triginta templa effringere ac ſpoliare non reformidaverat. Ad requiſitionem Conſulum & Senatus in **Croſſen.** Men*ſ. Ianuar.* Anno *1613.* 44
Neque aliter reſponderunt in caſu multiplicis Sacrilegii unà cum furto & latrocinio commiſſi. Ad *petitionem Quæstoris Freibergenſis:* **So möchten ſie beyde wegen ſolcher begangenen unterſchiedenen Kirchenberaubungen/ Mordthat/ und Diebſtahls/ mit dem Rade vom Leben zum Todte geſtrafft werden/ V. R. W.** Menſ. Febr. *Anno 1605.* 45

Quamvis non negem, eatenus judici per- 46 miſſum eſſe pœnam Sacrilegii aggravare, ut pro ratione qualitatis ac circumſtantiarum, priuſquam Rotâ cor Sacrilegi contundatur, ejusdem crura & brachia frangi faciat, (quod vulgò appellari ſolet, **von unten auff rädern.**) Neque enim omne prorſus arbitrium in dictanda pœna Sacrilegii ademtum eſt judici, qui licet pœnam duplicare, aliudvè genus ſupplicii ordinariæ pœnæ addere nequeat, propterea tamen gradus ac modum pœnæ legibus ſtatutæ definire non prohibetur, *arg. l. Sacrilegii. 6. ff. ad* Leg. Iul. *peculat. l. perſpiciendum. 11. pr. & §. delinquitur 2. l. abſentem. 5. fin. l. hodiè. 13. l. in ſervorum 10., §. fin. l. aut facta 16. §. 1. & ſeqq. l. ſi quis. 38. §. actores. 2. ff. de pœnis. l. etſi ſeverior. 3. ex quib. cauſ. infam.*

Veluti

47 *Veluti ita in caſu enormis Sacrilegii pronunciare haud dubitavimus:* **So möchte** *H.K.* **wegen ſolcher ſeiner begangenen und bekandten Verbrechungen mit dem Rade von unten auff vom Leben zum Tode gerichtet / und geſtrafft werden / V. R. W.** *Quæſtori Delitiano, Menſe Septembr. Anno 1623.*

Et in caſu non multùm diſſimili, Ad conſultationem ejuſdem, M. *April. Anno 1624.*

Q.8. *Quomodo puniantur in excubiis ſtantes interea dum Sacrilegium committitur?*

48 Prædicta tamen Regula quæ Sacrilegos Rota contundi jubet, in quibusdam etiam caſibus limitari ſolet. Et, Primò hâc Rotæ pœnâ rigoroſâ non afficiendi ſunt ii, qui aliis Sacrilegium committentibus, interim ſunt in excubiis, (**Die ſo bey dem Kirchenraube die Wacht halten.**)

49 Etſi enim quondam in Elect. Saxon. Scabinatu fuit diſceptatum, an non pari pœnâ in excubiis ſtantes, ac Sacrilegium ipſimet perpetrantes, plecti deberent. Cui dubio occaſionem forſan dedit C*onſtit. Elect.39. part.4.* quæ pœnam ſuſpendii ad eos quoque extendit, qui aliis furtum facientibus interea ſunt in excubiis, ac poſteà de rebus ſurreptis tantùm participant, quantùm ad pœnam laquei dictandam ſufficit. Undè ſequi videtur idem juris in Sacrilegio obtinere, hujusq; criminis pœnâ ordinariâ, quæ Rotæ eſt, nō minus ad eos extendendā eſſe, qui in excubiis ſtantes auxilium Sacrilegis præbent: Siquidem Sacrilegium ſpecies furti eſt, *Jodoc. Damhouder. in prax. rer. crimin. cap.111. num.1. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap.*31.*num.1.* Sicuti & olim Veteres Scabinos, Menſe Auguſto Anno 1582. hoc caſu Rotæ ſupplicium dictâſſe reperio.

50 Attamen Domini in mitiorem ſententiam euntes concluſerunt tandem, ut aliis Sacrilegium perpetrantibus in excubiis ſtantes pœnâ gladii tantummodò afficerentur, eorumque cadavera Rotæ affigerentur, exiſtimantes, eo ſupplicio delictum hoc ſatis coerceri. Commoti imprimis *artic.13.lib.2.* **Landrecht.** Ubi pœnâ Rotæ iis ſolùm determinatur, qui ipſimet templa ſpoliant, ac Sacrilegium committunt, *in verbis:* **Die Kirchen berauben** / *&c.* Quod cum ſtantes in excubiis ipſimet non faciunt, utique nec pœnâ 51 hâc juris Saxonici eos teneri putandum erit. Siquidem pœnæ ſunt odioſæ, adeoque ſtrictiſſime interpretandæ, nec ad caſus verbis diſertis haud expreſſos extēdendæ, *c. ſtatutum.22. extr. de elect. in 6to. Iacob.* Menoch. *de præſumpt. lib.6. præſumpt. 4. n. Corn. conſ.114. col.2. lib.1. Iacob.* Schult. *in addit. ad Modeſt. Piſtor. 4. part. 4. quæſt.136. n.17.* Et aliàs in pœnalibus benignior ſententia apprehendenda eſt, *l. hæ enim cauſæ. 4.* §. *decreto.1. Ubi Gloſſ. in verb. Et verum eſt, ff. de ſuſpect. tutor. l. ſi Præſes.32. in fin. l. interpretatione. 42. ff. de pœnis.*

52 Nec obſtat huic quicquam *Conſtit. Elect. 39.p.4.* ubi pœna laquei plectuntur non minus in excubiis ſtantes, ac ipſimet fures furtum committentes. *Quod* enim ibidem de crimine furti diſpoſitum eſt, illud haudquaquam ad Sacrilegii pœnam extendi debet: *Tùm,* quod Conſtitutiones ſtatutariæ, ac imprimis pœnales, ad caſus non expreſſos non debeant extendi, *Andr. Tiraquell. de legib. connubial. gloſſ. 2. n.23. poſt pr. Iacob. Schult. in pract. quæſt.65. n.32. & ſeqq. lib.2.*

53 *Tùm,* Quod ratio diverſa ſit furti & Sacrilegii: In illo enim damnum per furtum datum domino, & lucrum furis potiſſimùm inſpicitur, *juxta art.160. Ordin. Crim. Carol.* In hoc verò violatio ſacrorum attenditur. Haud ergò iniquum eſt, poena furti teneri quoque eum; qui ope & auxilio ſuo, dum in excubiis ſtetit, non modò damnum domino rei furtivæ intulit, ſed & de hoc participavit, hocque eſt, quod *dict. Conſtit. Elect. 39. part.4.* eum demùm in excubiis ſtantem laqueo ſuſpendi velit, qui ex rebus ſurreptis tantum participavit, quantum ad pœnam mortis dictandam ſufficit.

54 R*eſponderunt in hanc ſententiam Scabini ad requiſitionem Quæſtoris Delitiani:* **So möchte** *M.K.* **wegen ſolcher Mißhandluug / geſtalten Sachen nach / weil ſie die Kirche ſelbſten nicht mit erbrechen helffen / ſonder auff der Hut und Wache geſtanden / und hernach die auß der Kirchen entwendete Sachen helffen verkauffen und verpartiren / mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtraffet / und hernacher der Cörper auff ein Rad geleget und geflochten werden / V. R. W.** *Menſ. Novembr. An. 1623.*

55 *Pariter fuit pronunciatum ad Conſultationem judicis oppidani in Krimnitzſchau, M. Febr. An. 1597.*

It. Ad conſultationem Hieronymi à **Kalckreut** / *Menſ. Ian. An. 1600.*

Quæſtoris in **Frauenſtein** / *M. Majo, Anno 1627.*

Q.9. *Pœna auxiliatorum in crimine ſacrilegii.*

56 Secundò Limitat. Ut pœnâ Rotæ rigoroſâ non plectantur, qui ſacrilegio jam commiſſo atque conſummato opem & auxilium præbent, res ſacras ablatas vendendo, aut alio modo occultando, vel etiam de iisdem participando. Equidem me non latet, pœnam Sacrilegii ad conſentientes, participes & conſocios hujus criminis à quibuſdam extendi, ita ut hi pari pœnâ Sacrilegii puniantur, per text. in *l. hâc lege* 10. §. *Divus Severus. 1. ff. ad Leg. Iul. peculat.* Cyrill. *in ſummar. crim. part. 2. rubr. 26. de public. judic.* §. *2 n.11. verſ. Sacrilegii judicantur. Proſper. Farin. part.7.* Oper. *crimin. quæſt.172. n.33.* Petr. *Gregor. in Syntagm. jur. lib.3. c.15. n.3.*

57 Quod ut conceſſerim de iis, qui in ipſo Sacrilegii actu opem & auxilium cooperativum præſtant; hoc tamen extendendum eſſe ad eos, qui crimine hoc jam perfecto, res ablatas vendendo, & de iisdem participando opem præbent, minimè probatur ex allegata *l.* 10. §. 1. Cujus verba ſunt: *Divus Severus & Antoninus quendam clariſſimum juvenem, cum inventus eſſet, arculam in templum ponere, ibique hominem includere, qui poſt clauſum templum de arcâ exiret, & de templo multa ſubtraheret, & ſe in arculam iterum referret, convictum*

in Inſulam deportaverunt. ff. ad Leg. Iul. pecul. Quis enim non animadvertit, juvenem illum, de quo verba *l. 10.* loquuntur, auxilium cooperativum ſacrilego præſtitiſſe, ut mirum non ſit, cum pœnâ Sacrilegii propterea teneri. Atqui tale auxilium nullatenus præbere eum, qui res ſacras ablatas vendit, & de iis participat, nemini obſcurum eſt.

58 Quin etſi concedam de jure civili pœnam Sacrilegii huic irrogandam eſſe; exindè tamen non ſequitur, Rotæ pœnam hoc caſu obtinere: Quum pœna ſacrilegii de jure civili ſit arbitraria, quâ res ſacras vendentem, & de ſacrilegio participantem teneri, tantum abeſt, ut negem, ut potius hoc ipſum intrepidè affirmem.

59 *Sicuti & hoc caſu Scabinos pœnam fuſtigationis, vel relegationis perpetuæ dictaſſe reperio, ad Conſultationem Ottonis à Diskavv, in Finſtervvaldâ, M. April. An. 1583.*

60 *It. Præfecti Merſeburgenſis M. Martio, An. 1613.*

Quandoq; etiam Scabini qualitate facti hoc poſtulante, pœnam gladij eo caſu dictare haud dubitaverunt. Ad requiſitionem Quæſtoris Zvvickavienſis, M. Majo, An. 1584.

Q. 10. An non judex ex cauſa probabili pœnam Sacrilegii mitigare poſſit

61 Tertiò, Limitatur Regula ſuprà poſita: Ut judex non ſemper & in caſibus quibuscunque ad ſupplicium Rotæ, criminis hujus Reis indicendum, obligatus ſit, ſed quandoque pro qualitate facti, & ratione circumſtantiarum concurrentium, ſepoſito juris rigore mitiorem aliquam pœnam, ut gladii, fuſtigationis, ac relegationis imponere poſſit. Veluti ſi pro Rei partibus militet famis neceſſitas, impubertas, conſilii inopia, aliavè exceptio prægnans, ob quam Reum Sacrilegii ob ordinariâ pœna liberari, ratio ſanior ſuadet, *Matth. Stephan. in not. ad artic. 175.* Ordin. Crimin. *Carolin. ubi & Georg. Rem.* Proſper. *Farin. part. 7. oper. crimin. quæſt. 172. num. 48. Tiber. Decianus in tract. crim. lib. 6. cap. 34. num. 46. Nicol. Boer. deciſ. 254. nu. 19. & ſeq.*

62 *Primò* ob textum in *l. 6. in pr.* Ibi: *Sacrilegij poenam debebit* Proconſul *pro qualitate perſonæ, proq; rei conditione, & temporis, & ætatis, & ſexûs, vel ſeveriùs, vel clementiùs ſtatuere &c. ff. ad Leg. Iul. peculat.* Quod & in foro Saxonico ita ſeſe habet. Etſi enim de jure Saxon. in Sacrilegos certum reperiatur conſtitutum ſupplicium, nimirum Rotæ, per id tamen judici omne prorſus arbitrium pœnam hanc mitigandi, ademtum non eſt, ut qui in omnibus delictis pœnas jure determinatas ex juſta cauſa non modo augere, ſed & minuere ac remittere poteſt, *l. perſpiciendum. 11. in pr. & §. delinquitur. 2. l. hodiè.* 13. *l. in ſervorum. 10. §. fin. l. aut facta 16.* §. 1. *& ſeqq. ff. de poen. l. auxilium. 37. §. ſed & 1. verſ. in delictis. ff. de minor. l. illud. 3.* §. *ſanè ſunt. 1. ff. de injur. l. ſi quando. 109. §. heres. 1. ff. de legat. 1.*

63 *Secundò*: Per *artic. 175. Ordin. Crim. Carolin.* ubi hæc verba habentur: **Es ſollen auch die Diebſtähle ſo an geweyheten dingen und Stätten begangen/ die Hungersnoth/ auch Jugend/ und Thorheit der Perſonen/ wo der eines/ mit Grund angezeiget wird/ auch angeſehen/ unnd wie von Weltlichen Diebſtählen/ deßhalben geſetzet iſt/ darin gehandelt werden.**

64 *Tertio*: Quia etiam in crimine furti pro ratione circumſtantiarum pœna ordinaria remitti poteſt, *artic 160. Ordin. Crimin. Carolin.* Modò juſta ſubſit mitigationis ratio. Quod & Illuſtriſſimus Elector Saxoniæ approbat in *Conſtit. 32. §.* **Vnd ſoll in dieſem fall** / *&c. part. 4. ubi Dan. Moller. num. 11.* Vide quoque *Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. furtum. nu. 29. verſ. excuſatur autem. Caccialup. inter conſ. crim. Ziletti lib. 2. conſ. 92. num. 1. & ſeq.* Atqui ſacrilegium ſpecies eſt furti, & vulgò ſacrilegium furtivum dicitur, *Jodoc. Damhouder. in prax. rer. crim. capit. 111. num. 1. Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 31. nu. 1.* Ideoque & ob juſtam, & ſufficientem cauſam non minus ſacrilegii, ac furti pœna remitti ac mitigari debet.

65 *Quartò*: Quod, ſicuti in civilibus cauſis ad liberandum, *l. Arrianus ff. de obligat. & action.* Ita etiam in criminalibus ad abſolvendum magis, quam condemnandum proniores eſſe debemus, ſi occaſionem habeamus. *Dynus in c. odia extr. de reg. jur. in 6to. Georg. Remus in artic. 175.* Ordin. Crimin. *Carolin. ubi & Matth. Stephan.*

66 *Hancq; limitationem Scabinos quoque in pronunciando probè obſervare, apparet ex ipſorum reſponſo dato Senatui Dreſdenſi hiſce formalibus:* **Ob ſich nu wol der gefangene C. K. zu ſolchem in der Creutzkirche begangenen Kirchenraub bekandt/ und wir uns darneben erinnern/ was vermöge der Sachſen Rechte/ auff die jenigen/ ſo Kirchen oder Kirchenhöfe berauben/ für eine Straffe/ nemlich daß dieſelben ſollen geradebrecht werden/ verordnet. Dieweil aber gleichwol bey dieſem peinlichen Fall etliche Vmbſtände angeführet werden/ ſo bey dictirung der Straffe in gebührende Acht genommen werden müſſen/ unter welchen dieſe nicht die Wenigſten ſeyn/ nemlich/ des Gefangenen Jugend/ Minderjährigkeit/ Thorheit und Vnverſtand/ in deme derſelbe noch biß** *dato* **das vierzehende Jahr ſeines Alters vollkömblich nicht erreichet/ und daß Er die Sachen umb ein liederliches/ ſich des Hungers zu erwehren verkaufft/ welche Vmbſtände denn Käyſer Carls des** *V.* **und des heiligen Römiſchen Reichs peinliche Halßgerichts-Ordnung den Richtern und Vrthelsfaſſern befiehlet gebührlichen in acht zu nehmen/** *&c.* **So mag der Gefangene dahero am Leben nicht geſtrafft werden/ Er wird aber gleichwol mit Staupenſchlägen des Landes ewig billich verwieſen/ V. R. W.** *Menſe Februar. Anno 1615.*

67 Huc etiam referri poteſt Sacrilegium rei modicæ. Veluti ſi quis res quidem ſacras, attamen minoris aut minimi pretii ex loco ſacro abſtulerit, quem etiam mitiori pœnâ extraordinariâ plectendum eſſe puto. Quamvis enim quidam exiſtiment, quod in ſacrilegio non debeat attendi, an res ſubtracta ſit magni valoris, vel parvi, ſed utroque caſu pœna ordinaria obtineat, *Aret. in §. item Lex Iulia peculiatus. nu. 1. & 2. Inſt. de publ. judic.* exemplũ ponit in furante

unam patinam, vel quid leve ſacrũ, *allegatus à Nicol. Boer. deciſ. 254. n. 5. Proſp. Farin. part. 7. oper. crim. quæſt. 172. n. 42. & 43. Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. caſ. 586. num. 3.* Contrarium tamen verius eſt, juxta Sanctionem Carolinam, quæ rerum ſacrarum minoris pretii ex æde ſacra ablatarum, veluti cereorum, aut candelabrorum &c. furta pro facti qualitate mitiori pœna jubet plecti, in *artic. 174. Ordin. Crimin. Carolina.*

68 Secundum hanc Conſtitutionem Carolinam etiam in foro Saxonico judicandum, reique minimæ ſacrilego mitiorem pœnam imponendam eſſe, rectiſſimè arbitratur *Nicol. Reuſner. lib. 1. deciſ. 16. num. 18.* ubi & Jenenſes ſecundum lenitatem Sanctionis Carolinæ Menſe Januario, Anno 1592. pronunciâſſe refert.

69 Quod tum demum obtinet, ſi Sacrilegium abſque violentâ effractione fuerit commiſſum. Hâc enim accedente, Sacrilegum ob modicitatem rei ſacræ ſurreptæ ab ordinariâ pœnâ liberari, haud dicere auſim, eò quod nec furem effractorem, modicum rei furtivæ pretium à pœna ſuſpendii eximat, *Ordin. Crimin. Carolin. artic. 160. Conſtit. Elector. 32. §.* **weren dann auch /** *& §. ſeq. part. 4.* Hocque ipſum haud obſcurè colligitur ex *artic. 174. Ordin. Crimin.* In verb. **doch ſo der Dieb in die Kirchen / oder Sacriſtey nicht bricht/oder die gefährlich auffſperret/** *&c.*

70 *Veluti etiam Scabini, Sacrilego cuidam, qui bis templum & Gazophylacium effregerat & parum ultrà 3½. florenos abſtulerat, non obſtante modicitate Eleemoſynarum ablatarum pœnam Rotæ dictare haud veriti fuêre. Ad Conſultationem Quæſtoris in* Eckartsberga, *Menſ. Mart. Anno 1589.*

Q. 11 Pœna Sacrilegi rẽ ſacram de loco non ſacro auferentis.

71 Hactenus de primâ Sacrilegii ſpecie. Altera ſpecies eſt, quando res ſacra de loco non ſacro aufertur: Veluti, ſi res divino cultui ſacratæ, ut calices, patinæ, &c. in domo paſtoris, ut ſæpiùs in pagis fieri ſolet, reſerventur. Haſce ſi quis auferat & furetur ex domo Paſtoris, Sacrilegium æquè committit, *Ordin. Crimin. Carolin. artic. 171.* Ibi: **Zum andern/wenn einer etwas geweyhets/an ungeweyheten ſtätten ſtielet** *&c. Matth. Stephan. in not. ad artic. 171. Ordin. Crim. Carolin. Henric. Bocer. de furt. cap. 2. n. 2. Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 111. n. 1. Jul. Clar. lib. 5. ſentent. §. Sacrilegium. n. 1. in fine.*

72 Quamvis de jure civili hæc ſpecies ſacrilegii propriè Sacrilegium non ſit, *l. ſacrilegi. 9. §. 1. ff. ad Leg. Jul. peculat. l. aut facta. 16. §. 4. ff. de pœn.* Quod & notatio nominis innuit, dicitur namque Sacrilegium, quaſi Rei, hoc eſt, ædis ſacræ legium, ut vult *Bald. in l. ſi nondum. 3. num. 4. C. de furt. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 6. c. 14. num. 9. & c. 26. num. 43. & 44.* Proindè rebus ſacris ex domo privatâ ſurreptis, haud propriè ſacrilegium, ſed furtum committitur. *Nicol. Reuſner. lib. 1.* Ideoque hoc caſu pœnam furti tantummodò obtinere vulgò exiſtimant. *Proſper. Farin. part. 7. oper. crimin. quæſt. 172. n. 27. Jul. Clar. dict. §. ſacrilegium. concl. 6. n. 3.*

Quod & de jure Saxonico ita ſeſe habere, & in ditionibus Saxonicis fures res ſacras ex domo privatâ auferentes, ut ut etiam ſacrilegi dicantur, laquei pœnâ plectendos eſſe arbitror: eò, quod nullibi in jure Saxonico aliud diſpoſitum reperiatur Etſi enim *artic. 13. lib. 2.* **Landrecht.** pœnam Rotæ Sacrilegis imponat; attamen textum illum de prima ſolùm ſpecie ſacrilegii, quando nimirum res ſacra ex ſacro aufertur, accipi debere, luculenter patet ex verbis textûs (**Kirchen berauben.**) Atqui templum non ſpoliat, qui rem ſacram ex loco privato furatur. 73

Neque hiſce adverſatur *l. 9. §. 1.* Ibi: *amplius quam fures, minus quàm Sacrilegi merentur. ff. ad Leg. Iul. peculat.* Undè videtur ſequi, graviorem quam furti pœnam hoc caſu Reo eſſe irrogandam. *Ut* ut enim hoc de jure civili, quo furti pœna capitalis non eſt, concedatur, de jure tamen Saxonico, ubi fures ſuſpenduntur, pœnam laquei ſufficere, negari vix poterit. 74

Eamq́; ſententiam in pronunciando ſequuntur Scabini, dictantes pœnam ſuſpendij ſacrilegis, res cultui divino dicatas, ex loco privato furantibus. Veluti ita reſponderunt verſus **Harttenſtein: Hat der Gefangene** *W. H.* **in ſcharpffer Frage bekandt/und geſtanden/ daß er nebenſt ſeinem Geſellen/ die beyden Kelche/ ſo in die Kirchen bey euch gehörig / unnd der Kirchvatter in ſeiner Verwahrung gehabt / geſtohlen /und daß gedachter ſein Geſelle zuvor außgekundtſchafftet / daß die Kelche in gedachtes Kirchvatters Hauß gewiß zu erlangen/derowegen Er ſich mit ſeiner Geſellſchafft verglichen/ den Diebſtahl uff gleiche Beute miteinander zuverbringen/welches auch geſchehen/** *&c.* **Da ihr euch nun albereit erkundiget hättet/oder nochmals erkundigen würdet/daß dem Kirchvatter ſein Hauß verbrochen/ und die Kelche darauß geſtolen worden/und der Gefangene würde auff ſeinem gethanen Bekändtnüß vor Gerichte freywillig verharren/oder des ſonſten wie recht überwieſen/ ſo möchte er wegen ſolches begangenen und bekandten Diebſtals mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtraft werdē/V.R.W.** *Ad requiſitionem Quæſtoris. M. Januar. An. 1599.* 75

In caſu ſimili ita pronunciavimus Quæſtori Bornenſi, M. Mart. An. 1630.

Tertia denique Sacrilegii ſpecies eſt, quando res non ſacræ ſeu prophanæ ex loco ſacro furtim auferuntur & ſurripiuntur. Veluti ſi quis res non ſacras, aut cultui divino dicatas, ſed prophanas, alicujus forſan privati in templo reſervatas, furetur, quem etiam ſacrilegium committere probat *Ordinat. Crimin. Carol. artic. 171.* In verb. **Zum dritten/ wenn einer ungeweyhete Ding an geweyheten Stätten ſtielet.** *Ubi Matth. Stephan. in not. & Georg. Remus. Petr. Gregor. in Syntagm jur. lib. 33. cap. 14. num. 8. verſ. & generaliter &c. Proſper. Farinac. part. 7. oper. crim. cap. 11. quæſt. 172. num. 7. Jodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 111. num. 1. Bocer. de furt. cap. 2. num. 2. Ægid. Boſſ. in tit. de Sacrileg. num. 1.* 76

Sed

77 Sed neque hæc ſpecies Sacrilegii de jure Civili propriè dicitur Sacrilegium, ſed potius furtum ſimplex, *l. Divi.5.ff. ad* Legem *Iul.pecul.* Ut enim ſuprà dixi, ſecundum jus civile ad proprium ſacrilegium duo conjunctim requiruntur: *Primò*, ut res ſacra; *Deinde* ut è loco ſacro ſit ſublata. Cæteroqui ſi alterutrum horum deſideretur, non Sacrilegium, ſed furtum ſimplex dicendum eſt, *d.l. 5. Nicol. Reuſner. lib. 1. deciſ. 16. num. 10. Damhouder. dict. cap. 111. num. 3.* Ludov. *de* Peguer. *deciſ. crim. 24. numer. 24. Domin. Cardin. Tuſch. pract. concl. in verb. Sacrilegium. concl. 6. num. 2. Proſp. Farin. dict. quæſt. 172. num. 5. Salyc. in l. ſi nondum. n. 2. ubi & Ioan. Sichard. num. 9. C. de furt.*

78 Hinc ſequitur, ex loco ſacro res prophanas auferentem non niſi pœnâ furti teneri. Id quod expreſsè probat *l. 5. ff. ad Leg. Iul. pecul.* In verb. *Res privatorum, ſi in ædem ſacram depoſitæ ſurreptæ fuerint, furti actionem non ſacrilegij eſſe. ubi Gloſſ. in verb. Divi. Farin. dict. quæſt. 172. n. 28.* L*udov. Peguer. dict. deciſ. 24. n. 26. Tiber. Decian. in tractat. crim. lib. 6. cap. 30. n. 4. & cap. 34. n. 44. Iacoc.* Men*och. de arbit jud. quæſt. lib. 2. caſ. 389. nu. 14. Berber. in pract. part. 1. rubr. 17. n. 2.*

9.12 Pœna Sacrilegi res prophanas ex loco ſacro auferentis?

79 Idemque in foro Saxonico obtinere, & Sacrilegium hunc, æquè ac ſimplicis furti Reum, laqueo ſuſpendendum eſſe, puto.

Tùm, quia jus Saxonicum eos demum Sacrilegos Rotâ contundi vult, qui res ſacras è loco ſacro furantur, veluti ſic *art. 13. lib. 2.* Landrecht. accipiendum eſſe ſuprà probavi *n. 19.*

80 *Tùm*, quod nihil ſpecialiter de hoc caſu in jure Saxonico expreſſum eſt. Ideoque meritò ad jus Civile erit recurrendum. *Gloſſ. final. art. 36. num. 13. Ibi.* Ich frage hier auch *&c. lib. 2.* Landr. *Gloſſ. art. 44. in verbis.* Da lieſſen ſie die Bauern. *verſ.* Diß vernim aber alles von den Sachen *&c. lib. 3.* Landrecht. *Iacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 133. n. 19.* Et ſecundum hanc ſententiam pronunciâſſe Jenenſes, Menſe Januario, Anno 1596. meminit *Nicol. Reuſner. dict. deciſ. 16. n. 2.*

Eamq; in reſpondendo ſecuti fuêre Scabini, ita pronunciantes: Hat *A. R.* bekant/ dz er zu Hamburgk unterſchiedliche mal Eyſen und Bley geſtohlen/ auch auff einen Mittag zwiſchen vier und fünff Uhren in Sanct Peters Kirche über die höltzerne Schranckwende in die Capellen geſtiegen/ die Wendeltreppe hinauff auff die alte Orgel ſich begeben/ daſelbſten fünff Pfund Kupffer dieblichen entragen/ darauß er 13. Schillinge 6. Pf. gelöſet/ hernacher zu dreyen unterſchiedlichen mahlen wiederkommen/ und etliche Pfeiffen auß der Orgel/ ſo in die 20. Pfund Bley gehabt/ geſtohlen/ *&c.* Da er nun auff ſeinem gethanen Bekändtnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder des ſonſten wie recht überwieſen würde/ ſo möchte er von wegen ſolches begangenen und bekanten Diebſtals/ nach Gelegenheit dißfals/ weil obangeregte des Gefangenen Verbrechung mehr für einen Diebſtahl/ als für einen Kirchenraub zu rechnen/ mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtraffet werden/ da aber die geſtolene Stücke die 5. *ſoliden* nicht außtragen thäten/ würde er allein mit Staupenſchlägen euerer Gerichte ewig verwieſen/ V. R. W. *Ad conſultationem Senatus Hamburgenſis*, M. *Iunio*, A*n. 1614.*

Eodem pariter modo pronunciavimus, cum quis templum effregerat, & res prophanas ob periculum belli ibidem depoſitas & reſervatas abſtulerat, Præfecto in Rammelburgk/ M. *Iulio, An. 1629.*

QVÆSTIO XC.

De crimine Rapinæ, ſeu Robbariæ, eiusq; pœnâ.

SUMMARIA.

1. Raptores fures dicuntur improbiores.
2. Quandoq; Rapina appellitatur Latrocinium.
3. Quæ duo tamen ab invicem differunt, numer. 4. 5. 6.
7. Rapina etiam vocari ſolet Robbaria, graſſatio, ſeu deprædatio.
8. Crimen Rapinæ grave & atrox eſt.
9. Pœna Rapinæ quænam ſit? n. 10.
11. In foro Saxonico quomodo puniantur Raptores? n. 12. 13.
14. Ratio pœnæ in foro Saxonico uſitatæ; nu. 15. 16. 17. 18. 19.
20. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n. 29.
21 Obſervantia Scabinorum in pronunciando extra Electoratum.
22. Si deprædator ſemel Rapinam commiſerit, an gladio puniendus? n. 23. 24. 25. 27.
26. Obſervantia Scabinorum in pronunciando.
28. Propter reiterationem Rapinæ pœna non eſt exaſperanda.
29. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.
30. Raptores ſi ſpoliatum vulneraverint quomodo puniendi? n. 31. 32.
33. Sententiæ Scabinorum L*ipſenſium.*
34. Si plures aliquem ſpoliant in vitâ, an omnes mortis pœnâ ſint afficiendi? 35.
36. In delicto à pluribus commiſſo omnes in ſolidum tenentur.
37. Sententiæ Scabinorum L*ipſenſium, n. 38.*
39. Nobiles pœnæ Robbariæ æquè ſubjacent ac plebei, n. 40.
41. Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.
42. Rapina rei minimæ pœnam mortis etiam meretur. n. 43. 44. 45.
46. Reſponſa Scabinorum L*ipſenſium, num. 47. 48. 49. 50.*
51. Nil intereſt quoad pœnam Robbariæ, qualesnam res fuerint vi ablatæ.
52. Reſponſa Scabinorum L*ipſenſium.*
53. Spolians deprædatorem, aut furem in viâ publica pœnam Robbariæ incurrit.
54. Sententia Scabinorum L*ipſenſium.*

55. *Robbatores res ablatas reſtituentes, num mitius ſint puniendi? 56.58.59.60.*

57. *Sententia Scabinorum Lipſenſium, n.61.*

62. *Pœna auxiliatorum in crimine* Rapinæ, *numer. 63.64.*

65. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*

66. *Pœna concuſſionis ſeu coactionis violentæ, num. 67.68.69.*

70. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*

71. *Raptores exercentes Robbariam in villis, oppidis, ac ædibus privatis, quomodo ſint puniendi? n. 72.73.74.75.76.78.*

77. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſinm, n.79.80.*

1 FVrto quoque haud multum abſimile eſt crimen Rapinæ, ſeu deprædationis, quæ & ipſa furtum eſt, ſed improbius, & Raptores aliis furibus improbiores dicuntur, *l. item ſi cum exceptione. 14. §. qui vim intulit. 12. ff. quod met. cauſ. l. raptores. C. de Epiſcop. & Cleric. pr. Inſtit. de Vi bon. rapt. l. 1. ff. eodem tit. Gandin. in rubr. de Vi bonor. raptor. num. 1. verſ. tenetur etiam furti. Gloſſ. in l. 1. §. expilatores in verb. atrociores. ff. de effract. & expilator. ubi & Bartol. num. 1. in fin. verſ. Quidam ſunt improbiſſimi, ut* Raptores. *Tiber. Decian. in tract. Crimin. lib. 8. capit. 11. numer. 8. Bonifac. in tractat. de furt. §. 1. num. 32. Pract. Conrad. rubr. de* Latronibus. *num. 5.* Unde ſtatutum pœnam pro furto imponens locum etiam in Rapinâ habere, vulgò exiſtimant, *Bajard. ad Iul. Clar. in §. furtum. numer. 30. Vincent. de Franch. Deciſ 315. num. 4. Ægid. Boſſ. in tit. de furt. n. 4.*

2 Quandoque etiam prædones ſive Raptores appellitantur Latrones, & Rapina ſeu Robbaria Latrocinium dicitur, *Hoſtienſ. in Summar. rubr. de condict. furtiv. num. 5. verſ. quod intelligas. Cyrillus in Summar. Crim. part. 2. rubr. de privat. delict. §. 3. num. 4. Iodoc. Damhouder. in prax. rer. Crimin. 102.* Quin & famoſum Latronem vocant ſolummodò eum, qui furari conſuetus eſt, *Gloſſ. in Auth. ſed novo jure, in verb. Caſtigatio. C. de ſerv. fugitiv. Bartol. in l. capitalium. ff. famoſos. in fin. verſ. quæro quis dicatur famoſus latro. ff. de pœn. Nicol. Reuſn. lib. 1. Deciſ. 16. n. 20. Petr. Gregor. in Syntagm. Iur. lib. 37. c. 2. rubr. de pœn. extraord. fur. n. 3. verſ. poſt tria furta autem. Didac. Covarr. variar. reſolut. lib. 2. c. 9. n. 7. verſ. dicitur autem latro famoſus. Dom. Cardin. Tuſch. pract. Concl. in verb.* Latro *Concl. 54. n. 1.*

3 **Quomodo differant Rapina & latrocinii.** Sed minus propriè hoc fit, & in ſignificatione generaliſſimâ, verè ſiquidem latrocinium & Rapina ab invicem differunt, & diverſiſſima ſunt crimina. Nam hæc, Rapina ſcilicet, committitur absque homicidio & occiſione alterius, atque Raptores ſive Robbatores dicuntur, qui in ſtratâ publicâ furantur ſine interfectione, *Iacob. Boulen. in repet. l. capitalium. §. famoſos. num. 18. ff. de pœn. Pract. Conrad. rubr. de Latron. num. 3.* Latrocinium verò eſt homicidium cum Spolio ſive Rapinâ conjunctum. Latronesque propriè dicuntur ii, qui homines aggrediuntur, mortem ipſis inferunt, ac bona ſurripiunt, *Jodoc. Damhouder. in prax. rerum criminal. cap. 86. nu. 1. & 2. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 29. n. 18. Proſp. Farin. part. 7. oper. Crim. quæſt. 165. n. 11. 13. Angel. in Auth. ſed novo jure num. 8.* C. *de ſervis fugit. ubi &* C*æpoll. n. 53. Iacob. Boulen. in d. l. capitalium. §. famoſos. n. 18.*

4 Latrocinium itaque magis homicidium eſt quàm deprædatio, nec committitur absque interfectione alterius, licet deprædationem ſemper conjunctam habeat. Et Latrones propriè ſunt hominum occiſores ſpolii causâ, vulgò **Mörder.** At Rapina, ceu minus delictum eſt deprædatio absque occiſione ſeu homicidio, adeoque propius ad crimen furti accedit. Et Raptores dicuntur graſſatores ſeu deprȩdatores, qui homines in viis ſpoliant, iisque bona ſua vi auferunt, vulgò **Räuber/ Freybeuter/ Taſchenklöpffer/ Puſchklöpffer/ Beutenmacher.**

Quæ differentia, & quod Latrocinium absque occiſione & homicidio non committatur ab *Interpp.* non fuit excogitata, ſed ex ipſis legibus clariſſimè probatur. Ut *l. capitalium. § famoſos.* In verb. *cognatis & affinibus interemptorum &c.* Et in verb. *Quo latrones homicidia feciſſent. &c. ff de pœn. l. Divus. ff. ad Leg. Pompej. de Parricid.* ubi habetur: *Quodſi quis filium cum novercâ adulterantem occiderit, magis Latronis, quam patris jure interfeciſſe videtur, nam patria poteſtas in pietate, non in atrocitate conſiſtere debet. l. itaq;. Ibi: Servum tuum Latronem inſidiantem mihi &c. ff.* ad Leg. *Aquii. & l. ſi ut allegas. C. ad Legem Corn. de Sicar.* ubi habetur: *Si, ut allegas, latrocinantem peremiſti, dubium non eſt, eum, qui inferendæ cædis voluntate præceſſerat, jure cæſum videri.* Item in *c. ſuſcepimus extr. de homicidis:* Ubi Latrones dicuntur homines affligere non ſolum in bonis, ſed etiam in Perſonis, Et *c. cum homo 23. q. 5.* Latro dicitur homines occidere nocendi cupiditate, vel injuſtè aliquid auferendi. Cum quo convenit *c. eſt injuſta. 23. quæſt. 4.* Dum ibi dicitur: *Si quis* Latronem *abſolvendum putat, innocentes tradit exitio, qui liberat multorum exitia cogitantem.* Ex quibus aliisque textibus luculenter demonſtratur, Latrocinium nullatenus absque homicidio committi, nec tàm ſpeciem furti quàm homicidii eſſe. A quo longè differt Rapina, quæ in ſolâ rerum ablatione & ſpolio violento conſiſtit, prout ex *dict. textibus* probat *Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 86.* 5

Quin & hæc ipſa differentia Latrocinii atque Rapinæ manifeſtiſſimè probatur ex verbis *Gloſſ. German. in artic. 13. lib. 2.* **Landrecht.** *verb.* **die einen Mann** *&c.* Ibi: **Erliche ermorden die Leute umb Geldes oder Gutes willen/ unnd mit wolbedachtem Muthe/ dieſe ſind rechte Mörder** *&c.* Latrones igitur de jure etiam Saxonico ſolummodò ſunt ii, qui ſpolii ac lucri causâ homines occidunt: Reliqui verò, qui homines absque internecione ſpoliant, ipſisque bona ſua auferunt, graſſatores, prædones, ſeu Robbatores dicuntur, *dict. artic. 13. lib. 2.* **Landrecht.** In verb. **die einen Mann ſchlagen/ fahen/ oder berauben.** *&c.* Eamque differentiam & diſtinctionem Latrocinii atque Rapinæ complacuiſſe D. Auguſto Electori, ſatis liquet ex *Conſtit. Elect. 35.* **§. da aber einer** *&c. Part. 4.* 6

7 Miſſo itaque crimine Latrocinii, de quo ſufficientiſſimè actum *ſuprà p.1. quæſt. 22. & 23.* de Rapinâ (**vom Raube**) jam dicendum eſt, quæ & vulgò deprædatio, Robbaria, & graſſatio vocari ſolet. Quamvis enim quidam horum verborum ſubtilem ponant differentiam, ut apparet ex traditis & allegatis autoribus à *Proſp. Farin. part. 7. operum Crimin. quæſt. 165. num. 25. & ſeqq.* Attamen alii neglectâ hâc differentiâ, Rapinam indifferenter hiſce verbis denotari volunt. Quod in foro Saxonico minus dubium habet, ob generalitatem vocabuli germanici (**Raub**) quo omnem Rapinam ſeu deprædationem bonorum ſignificari extra controverſiam eſt: Sicuti & indifferenter dicuntur Raptores, Graſſatores, Prædones, Prædatores, atque Piratæ, **Räuber unnd Freybeuter**/ qui vi homines aggrediuntur, iiſque bona ſua violentâ manu auferunt & rapiunt.

8 Crimen verò hoc, quin grave & atrox ſit, dubium prorſus non eſt, eò, quod improbius furto, & Raptores cæteris furibus improbiores dicantur, *l. 14. §. 12. ff. quod met. cauſ. Tiber. Decian. in tract. Crimin. lib. 8. cap 11. num. 8.* Undè facilimè licet colligere, pœnam quoque gravem pro crimine hoc imponendam eſſe, de qua extant verba hæc JCti Calliſtrati: *Graſſatores*, inquit, *qui prædæ causâ id faciunt, proximi Latrocinibus habentur; & ſi cum ferro aggredi, & ſpoliare inſtituerunt, capite puniuntur, utique ſi ſæpius atque in itineribus hoc admiſerunt, cæteri in metallum dantur, vel in Inſulas relegantur, l. Capitalium. 28. §. graſſatores 10. ff. de pœn. ubi Alber. num. 5. Afflict. in cap. 1. §. ſi quis quinque ſolidos num. 18. de pac. tenend. Proſper. Farinac. part. 7. oper. Crimin. 167. numer. 24. Pract. Berber. §. 1. rubr. 19. de furt. num. 10.*

9 Etſi verò Calliſtratus in *dict. l. Capitalium. §. graſſatores 10.* eos demum capite plecti velit, qui cum ferro homines aggreſſi fuerint atq; ſpoliârint, idque ſæpius fecerint: Undè ſequi videtur, Graſſatores ultimò ſupplicio & pœnâ mortis afficiendos non eſſe, niſi omnia & ſingula iſta concurrant. Ut ſcilicet cum ferro aggrediantur, & ſpoliare inſtituerint, & ſæpius in itineribus hoc admiſerint, prout exiſtimat *Matth. Stephan. in not. ad art. 126. Ordin. Crimin. ubi & Georg. Remus. Anton. Fab. lib. 9. Cod. tit 24. definit. 7. num. 3.*

Quodnam ſit ſupplicium Rapinæ ſeu Robbaria?

10 Attamen Carolus V. Imperator, ſanctionem Calliſtrati latius extendens, omnes indifferenter Raptores malitioſos ac convictos mortis pœnâ affici jubet, obſervato tamen genere ſupplicii, quo pro more cujusque regionis, criminis hujus Reis mors irrogari ſolet, in *art. 26. Ordin. Crimin.* hiſce verbis: **Ein jeder boßhafftiger überwundener Räuber / ſoll nach Vermög unſerer Vorfahren / und unſer gemeiner Käyſerlichen Rechten mit dem Schwerdt / oder wie an jedem Ort in dieſen Fällen mit guter Gewonheit herkommen iſt/ doch am Leben geſtrafft werden.**

11 Neque in foro Saxonicò res aliter ſeſe habet, ubi manifeſtè diſpoſitum, ut Raptores proinde ac homicidæ, violatores pacis publicæ, & alteri, gladio puniantur; *artic. 13. libr. 2.* **Landrecht.** In verb. **Die einen Mann ſchlagen und fahen / oder berauben/ oder brennen ſonder Mordbrandt / oder Weib / oder Magde nothzögen / und den Friede brechen / und in Ehebrechung begriffen werden / denen ſoll man allen die Häupter abſchlagen.** Idemque habetur in *Conſtit. Elect. 25. §. ult. Ibi:* **Da aber einer die Pferde/ ſo vor dem Pfluge gehen/ gewaltſamer Weiſe entreiten/ oder entwenden würde/ derſelbe ſoll als ein Räuber mit dem Schwerdt geſtraffet werden.** *&c. part. 4.*

12 Ex quibus patet, non modò in foro Saxonico, ſed & in toto Imperio Romano, Raptores ſive Prædatores pœnâ gladii puniri, *Matth. Coler. part. 1. Deciſ. 185. ubi Jacob. Schult. in addit.* addente & hoc obſervantia moderna atque recepta, ut cadaver Raptoris gladio puniti in terrorem & exemplum aliorum Rotæ affigatur.

Ut ſic Regulam generalem ponere haud dubitem: Omnis Raptor ſive Prædator: qui homines vi aggreditur, manuque violenta ſpoliat, gladio puniri, ejusque cadaver, facta executione, Rotæ imponi debet.

13 Quam Regulam, quoad gladii pœnam certiſſimam atque veriſſimam eſſe, ex prædictis textibus luculenter apparet. Cui nil quicquam adverſatur *Conſtit. Elect. 5. §. 1.* In verb. **Solche ſollen als Räuber mit dem Rade geſtraffet werden**/ *&c. part. 4.* Unde quis exiſtimare poſſet, in terris Electoratus Saxon. Raptores Rota concutiendos eſſe. *Etenim*, verbo Raptorum (**Räuber**) ibidem non Raptores, ſed Latrones, qui præter ſpolium & deprædationem homines quoque necant & interficiunt, intelligi; ſatis liquet ex verbis præcedentibus *dict. Conſtit. 5.* **In Sterbenszeiten bringen offt die Todtengräber/ oder andere die jenigen / ſo am Todte liegen umb/ unnd darnach ſtehlen ſie was ſie finden/ Solche ſollen als Räuber mit dem Rade geſtraffet werden** *&c.* De Latronibus ergò, homines propter ſpolium occidentibus *Conſtit.* agit, qui & impropriè ac generaliter Raptores, ſicuti & viciſſim hi Latrones quandoque appellitari ſolent. Horum verò pœnam eſſe ſupplicium Rotæ tantum abeſt, ut negem, ut expreſsè etiam hoc ipſum ſtatuerim *ſuprà p. 1. quæſt. 22.* ſecundum *artic. 13. lib. 2.* **Landr.** *& Conſt. Elect. 35. §. fin. part. 4.* Exindè tamen ad pœnam Prædatorum nil quicquam inferendum, quos gladio tantummodò puniri ex anteà dictis obſcurum eſſe nequit.

14 Illud tantummodò in dubium vocari poteſt, quo jure poſt executionem peractam cadavera punitorum Rotæ affigantur? Fateor equidem hoc nullibi diſpoſitum reperiri, nec manifeſta ſanctione Imperiali vel Electorali probari poſſe, introduxit tamen hoc ſupplicii augmentum obſervantia diuturna atque vetuſta, ſententiis Scabinorum infinitis approbata, nec ratione urgente ac probabili deſtituta.

15 Neminem ſiquidem fugit, plurimùm intereſſe Magiſtratus ac Reipublicæ, vias & ſtratas publicas à Prædonibus & Raptoribus tutas & quietas conſervari, *l.1. §. quies. ff. de offic. Præfect. Vrb. l.13. ff. de offic. Præſid.* Hæcque cauſa eſt, quod viæ publicæ inter Regalia referantur, non ſolùm quatenus reditus omnes, qui ex viis publicis dependent, ad fiſcum pertinent, ſed & quatenus Imperatori jus eſt, cogendi Cives Romanos, Magiſtratus provinciæ & territorii cujuſq;, ut eas & muniant, & tutas reddant, *Henric. Bocer. de Regal. cap. 2. n. 144. Regner. Sixtin. lib. 2. de Regal. cap. 2. Chaſſan. de glor. mund. part. 5. Conſider. 24. Arnold. Engelbrecht. in diſquiſit. de jur. Imper. Roman. theſ. 120. Heinric. Bruning. de var. univerſit. ſpecieb. Concluſ. 22.*

16 Incumbit enim Imperatori, nec non Ducibus, Marchionibus, aliisque Principibus, Comitibus, Civitatibus, & aliis, qui viàm publicam conceſſione, ſive præſcriptione habent, ut curent ea, quæ ad ſecuritatem hujuſmodi viæ ſpectant, quo videlicet à malis hominibus purgetur, & ne à latronibus, plagiariis, Prædonibus & Raptoribus infeſtetur; *Waremund. ab* Erenberg. *cap. 5. num. 36. de Regn. ſubſid. Andr. Gail. lib. 2. Obſerv. 64. num. 2. 3. & 4. Dom.* Arum. *ad* Aur. *Bull. cap. 1. theſ. 11. Diſp. 1.* Unde & Imperatores veteres hanc curam ſibi, certos ſcilicet viis publicis Curatores attribuendo reſervarunt, *Regn. Sixtin. dict. cap. 2. n. 12.* Qualem Curatorem generum ſuum Agrippam Auguſtus eſſe voluit, teſte *Sueton. in ejus vita. Petr. Gregor. Tholoſan. in Syntagm. Iuris libr. 3. cap.* 13. *n. 5.* Hocque ipſum tanti fecit Philippus Landgravius Haſſiæ, ut dicere ſolitus fuerit: Man ſoll einen Fürſten kennen bey reiner Straſſe / guter Müntze / und Haltung beſchehener Zuſage. *Regn. Sixtin. dict. cap. 2. n. 37. Waremund. ab* Erenberg. *dict. cap. 5. num. 37. Arum. dict. cap.* 1. *th. 11.*

17 Atqui nullo ferè alio medio provinciæ ac viæ publicæ à Raptoribus, Latronibus & Graſſatoribus pacatæ & quietæ conſervari poſſunt, quàm gravi animadverſione in delinquentes, quo poſteà alii ab hoc facinore deterreantur. Teſtatur enim experientia, iis in locis, ubi in transgreſſores ſtrictè animadvertitur, tutiorem eſſe commeatum & iter, quàm ubi graſſatores impuniti evadunt. Quia per executionem pœnarum ipſimet Rei non ſolùm è medio tolluntur, ſed & alii meliores redduntur, & à criminibus deterrentur. *l. 6. ff. pœn. l. 20. ff. de pœnis. Andr. Tiraquell. de pœn. cap. 48. Hering. de fidejuſſor. cap. 10. n. 344. Duar. de pœn. cap. 1.* Petr. *Heigius part. 2. quæſt. 39. num. 27. Gilken. ad tit. Cod. de ſumm. Trinit. num.* 16. Qui certè non minimus pœnarum fructus haberi debet, *Iohannes* Bodin. *libr. 7. de Republ. cap. 4. n. 21.*

18 Quare ut omni tempore, omniumque in oculis ſpectaculum & Recordatio animadverſionis in raptores remaneat, prudentiſſimè introductum fuit, ut eorundem cadavera factâ executione Rotæ affigantur, quo prætereuntes admoniti à Robbaria & Spolio in viis publicis abſtineant. Hæcque cauſa eſt, quod cadavera ſuſpenſorum, intuitu exempli & terroris aliis incutiendi, vel ad tempus, vel in perpetuum ſuſpenſa & inſepulta relinqui poſſe, exiſtiment, *Didac. Covarr. libr. 2. var. reſolut. cap. 1. num. 11. Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crimin. cap. 135. n. 13. Petr. Greg. Tholoſ. libr. 31. Syntagm.* Iur. *univerſ. cap. 13. n. 8. Proſp. Far. part. 1. oper.* Crimin. *quæſt. 20. num.* 134.

Idque ipſum diſertis verbiis innuit JCtus Calliſtratus in *libr. 6. de cognit. Famoſos*, inquiens; *Latrones in his locis, ubi graſſati ſunt furca figendos, compluribus placuit, ut & conſpectu deterreantur alii ab iisdem facinoribus, & ſolatio ſit cognatis, & affinibus interemptorum eodem loco pœna reddita, in quo* Latrones *homicidia feciſſent. l. capitalium. 28. §. 15. ff. de pœnis.* Quod ſi ergò in latrocinio perpetuam animadverſionis memoriam ſtatuendam eſſe exiſtimet JCtus Calliſtratus, quo alii ab hoc Crimine deterreantur, utique & in Robbariæ crimine pariter procedi debere identitas rationis evincit. 19

Hocq; in foro Saxonico uſus ac obſervantia adeò cõfirmavit, ut id nemo amplius in dubium vocare audeat. Quin & Scabini *extra ditiones Saxonicas ſecundum morem & obſervantiam hancce ſæpius pronunciare, nil quicquam dubitavere, in hunc modum reſpondentes:* So möchten ſie wegen ſolches begangenen und bekandten Straſſenraubes / vermöge Keyſer Carls deß fünfften / und deß Heiligen Römiſchen Reichs peinlichen Halsgerichts-Ordnung / mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtrafft / und folgendes nach vollſtreckter *execution*, andern zum Abſchew und Exempel / damit andere dergleichen zubegehen gleichſam geſchrecket / und abgehalten werden / weil ſonderlich diß verbottene Laſter allzugemein werden will / ein jeder auf ein beſonder Rade geleget / und geflochten werden / V. R. W. An Daniel Klind / Churfürſtl. Brandeburgiſchen Hof *Advocaten* zu Berlin / *Menſe Majo, Anno* 1611. 20

Eodem modo reſponderunt ad requiſitionem Domini Simonis, Comitis in Lippe / *Menſe Februario, Anno 1591.*

It. ad conſultationem Senatus *Hamburgenſis; Menſe Februar. Anno 1611.*

Quamvis & Dominos extra Electoratum Saxoniæ pronunciantes ſimpliciter pœnam gladii, abſque impoſitione cadaveris in Rotam Raptoribus ſæpiùs indixiſſe memini. Nec enim judicis poteſtas adeò aſtricta eſt obſervantiæ, ut augmentum pœnæ, aliumvè peculiarem reatum, pro ratione circumſtantiarum, omittere nequeat, juxta tradita *Gloſſ. & Dd. in l. & ſi ſeverior. C. ex quibus cauſis infam. irrog. Petr. à* Planch. *in epit. delict. cap. 33. num. 5. Blanc. in pract. crimin. §. poſtquam vidimus. n. 77. & 96.* Mynſinger. *Cent. 2. obſerv. 30. Andr. Gail. de pac. publ. lib. 2. cap. 9. n. 22. Vaſq. controv. illuſt. cap. 14. n. 4.* 21

Quid ſi prædator ſemel tantummodo Rapinam commiſerit?

22 Ampliatur Primo Regula antè poſita: Ut Raptor gladio puniatur, ejusque cadaver Rotæ imponatur, etiamſi ſemel tantummodo Rapinam in via commiſerit. Scio equidem Doctores inter quos etiam eſt *Nicol. Reuſner. l.* 1. *Deciſ. 16. n. 20.* Matth. *Steph. in not. ad art. 126. Ordin. Crimin. & ibidem Georg. Remus Nemeſ. Karulin.* ſtatuere haud vereri, quod Robbaria ſeu Rapina ultimo ſupplicio coerceri non debeat, niſi Raptor ſæpius illam commiſerit, juxta *l. capitalium 28. §. graſſatores. ff. de pœn.* Sed falſitas hujus aſſertionis evincitur.

23 *Primò: ex artic.126.Ordin.Crimin.Carolin.* In verb. **Ein jeder boßhafftiger Räuber ſoll nach Vermöge unſer gemeiner Käyſerlichen Rechten mit dem Schwerdt geſtrafft werden**/ *&c.* Et *artic.13.lib.2.* **Landrecht**. In verb. **Die einen Mann berauben** / &c. Quæ verba, utpote generalia, generaliter ac indifferenter accipi debent de quovis Raptore, non habitâ ratione an ſemel, bis, aut ſæpiùs hoc delicti genere ſe contaminaverit. Quod tantò magis verum eſt, quantò gravius obſeſſionem viarum ex cauſa prædationis puniri jubet *Conſt.Elect.13.part.4.* In verb. **In Sachen die Räuberey betreffend / wird die Wegelagerung mit dem Schwerdt geſtraffet**/ &c. Sola ergò obſeſſio ex cauſa prædationis ſi gladio coercenda eſt, quantò magis pœna hæc locum habebit, ſi ipſa prædatio & rapina acceſſerit.

24 *Secundò*: Cauſam dat pœnæ in hoc genere delicti inprimis ſecuritas viæ publicæ, quæ ſarta & tecta à Principibus & Magiſtratibus conſervari debet. *l.1.§.quies.ff.de Offic.Præfect.Verb.l.13.ff.de offic.Præſid.Henric.Bocer.de Regal.cap.2.nu.144.Chaſſan.de glor.mundi part.5.Conſid.24.Heinric.Bruning.de var.univerſit.ſpecieb.Concluſ.22.* Semel ergò violatâ viæ publicæ ſecuritate, delictum perpetratum eſſe negari nequit; adeoque pœnam delicti ſibi locum vendicare, nemini mirum videtur.

25 *Tertiò*: Facit hûc etiam *Conſt.Elect.32.§.* **wenn einer**/ *part.4.* ubi fur laqueo puniri jubetur ob primum furtum, quod valorem quinque ſolidorum excedit, *in verb.* **Da es gleich ſein erſter Diebſtal iſt**/&c. Quidni ergò Raptor ob primam etiam Robbariam, mortis pœnâ afficietur, cum hæc gravius dicatur delictum alio quovis ſimplici furto, *l.item ſi cum exceptione 14.§.qui vim intulit.12.ff.quod met.cauſa l.raptores.C.de Epiſcop.& Cler.pr.inſtit.de vi bonor.rapt.Tiber.Decian.in tract.Crimin.lib.8.cap.11.num.8.Bonifac.in tract.de furt.§.1.n.32.*

26 *Hocque ita practicari in terris Saxonicis certius eſt, quàm ut probatione indigeat. Quin nec Scabinos in dictanda hâc pœna reiterationem Rapinæ unquam reſpexiſſe memini, quos tamen hoc delicto à Reis ſemel commiſſo, ſæpius ſic reſpondiſſe ſcio:* **So möchte N.N. wegen ſolcher uff freyer öffentlicher Landſtraſſe begangenen und bekandten Beraubung mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet/ und folgends der Cörper auff ein Rad geleget und geflochten werden/ V.R.W.**

27 Nec eſt, quod quis contrarium ex *l.capitalium.28.§.graſſatores.10.ff.de pœnis*, probari putet. *Siquidem* JCtus ibidem de conatu Robbariæ agit, quando dicitur, capite puniendos eſſe graſſatores, qui ſpoliare inſtituerunt, ſi hoc ſæpius admiſerint: quæ verba de attentato loquuntur, quod pœna mortis coerceri, admodum rigoroſum eſſet, niſi reiteratio etiam huic rigori cauſam dederit. Quicquid verò ſit, licet conceſſerim, de jure civili Raptores ob primum delictum gladii pœnâ haud teneri; attamen obſervantia hodierna, & uſus in foro Saxonico contrarium docet.

28 Notari tamen hoc velim, quod eadem pœna ſit irroganda ei, qui ſæpius hoc crimen reiteravit, ut ſic quantum ad pœnæ ſeveritatem attinet, parum referat, an ſemel Robbaria perpetrata, aut ſæpius ab uno eodemque reiterata fuerit, utroque caſu pari pœna locum ſibi vendicante. Quamvis enim reiteratio delictum non parùm aggravet, *Nicol.Reuſn.lib.2.Deciſ.20.n.6. Anton.Gomez.tit.de delictis.cap.3.n.60.in fin.& tit.de furt.n.5.* In tantum, ut crimen per ſe non capitale, ob reiterationem capitaliter ſit puniendum, ut vult *Luc.de Pen.in l.un.C.de ſuper exact.lib.10.Par.de Put.in tract.Syndic.in verb.pœna cap.8.n.13.& ſeq.Proſp.Farin.in prax.Crim.lib.1.tit.3.quæſt.23.* Propterea tamen pœnam aliàs capitalem, in delinquentes ſtatutam, exaſperandam eſſe, non exiſtimaverim: Eò quod legis autoritas deficiat, ſine quâ nec ſupplicium regulariter aggravandum, nec temerè quicquam aſſeverandum eſt. *l.5.ibi: nulla præcipit Conſtitutio &c.C.de Repud.Novell.2.cap.3.ibi: nec lex eſt aliquid tale dicens &c.Hartm.Piſtor.lib.2.quæſt.1.n.100.& quæſt.13.num.35.*

Ita nuperrimè in caſu multiplicis Rapinæ, vigeſima quoque vice commiſſæ, pronunciandum, nec pœnam ordinariam exaſperandam eſſe, me concipiente ſententiam putaverunt Domini, Conſulti à Iudice Præfecturæ in **Arnshaugk** / *Menſe Martio, Anno 1630.* 29

Pariter reſponderunt in caſu multiplicis Rapinæ, Quæſtori Pirnenſi, Menſ. Mart. Anno 1601.

An non Robbaria ob vulnerationem ſeu percuſſionem accedentem ſeverius ſit punienda?

Sed quid, *Si raptor ſpolio non contentus, ſpoliatum inſuper graviter percutiat & vulneret, an non propterea pœna Rapinæ exacerbanda erit?* Sæpè namque accidit, ut Graſſatores in via publica homines armis aggrediantur, eoſque reſiſtentes lethaliter vulnerent ac ſpolient. Quos, ſi animo & propoſito occidendi hoc fecerint, ob attentatum latrocinii, ſecundum juris rigorem, pro qualitate facti, & ratione circumſtantiarum, Rotâ puniri poſſe, non multum repugnaverim, quamvis aliter ſtatuat *Nicol. Reuſner.lib.2.Deciſ.21.* Meoque arbitrio hanc, ceu benigniorem ſententiam, judex inſectando tutius agat, prout dixi *part.1.q.22.in fin.* 30

At ſi animus interficiendi defuerit, & Raptor eo fine ſpoliatum percuſſerit, quo Robbaria commodius perfici potuerit, pœnam nullatenus exaſperandam eſſe, arbitror. Quamvis enim hoc caſu duplex delictum concurrat, percuſſio nimirum & Rapina; majus tamen minus abſorbet, & una duntaxat pœna majoris ſcilicet delicti, nempè Rapinæ imponitur, quod tunc maximè procedit, quando plura delicta tendunt ad eundem finem neceſſarium majoris ſeu principalis delicti, quod ſine illis non ita commodè patrari poterat, ut conſuluit *Roſell.in conſ.90.Ioſeph.Ludov.Deciſ.Luc.61.num.5.& ſeqq.Nicol.Reuſner.libr.12 Deciſ.20.n.9.* 31

Undè, ſi quis aliquem vulneraverit & occiderit, de homicidio tantum punitur, & pœna vulneris confunditur cum pœna homicidii, *Gloſſ.in l.qui de crimine 9.in verb.plurima C.de accuſat.Bart.in l.nunquam plura.2.num.4.ff.de privat.delict.Hippol.de Marſil.in l.ſi in rixa 17.n.15.ff.ad Leg.Cornel.de Sicar.& in l.un.n.54.C.de rapt.virgin.Petr.Plach.in epit.delict.lib.1.num.8.verſ.tertiò in hoc tract.Didac.Covarr.lib.1.variar.reſolut.cap.10.n.8.verſ.hactenus tractatum eſt.Iod.Damhouder.* 32

houder. in prax. rer. Crim. cap. 77. n. 4. Nicol. Reuſner. dict. deciſ. 20. n. 8. Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 84. verſ. alius eſt caſus. & quæſt. 82. verſ. pone ſtatutum. Hieron. Magon. part. 1. *deciſ. 90. n. 15. & ſeqq. Socin. libr. 1. Deciſ. 62. n. 9.* Pari modo qui aliquem vulnerat & ſpoliat, non niſi de ſpolio, ſeu Rapinâ punitur, & pœna vulneris cum pœna Rapinæ confunditur.

33 *Pronunciãtibus ita quotidiè Scabinis:* So möchte *M. B.* von wegen ſolcher begangenen und bekandten Beſchädigung und Beraubung mit dem ſchwert vom Leben zum Todte geſtrafft/ und uff ein Rad gelegt und geflochten werden/ V. R. W. *Prætori Lipſenſi, Menſe Auguſto,* Anno 1582.

Senatui in Erffurdt/ *Menſe Decembr. Anno 1582.*
Præfecto *Pegavienſi, Menſe Decembr. Anno 1596.*
Alexandro à Polentz/ *Menſe Decemb. An.* 1597.
Quæſtori Sanger*huſano,* Men*ſe April. An. 1601.*
Quæſtori in Liebenwerda. *Menſe Novembr. Anno 1603.*
Quæſtori in Dieben/ Men*ſe Iulio, Anno 1603.*
Capitaneo *in* Schraplau / Men*ſe Iulio, Anno 1604.*
Quæſtori in Stolpen / Men*ſe Septembr. Anno 1606.*
Quæſtori in Weiſſenſee / *Menſe* Au*guſt. Anno 1612.*
Præfecto Merſe*burgenſi,* Men*ſe Januar. Anno* 1610.
Quæſtori in Voigtsbergk/ Men*ſe April. Anno 1616.*
Quæſtori in Zörbigk/ Me*nſe Julio, Anno* 1627.

34 Ampliatur Secundò in pluribus delicti ſociis & conſortibus: Quos omnes ob Robbariam commiſſam capite plectendos, eorumque cadavera Rotæ affigenda eſſe exiſtimo.

Q. 5. Quid juris in pluribus deprædatoribus Rapinam ſimul cõmittentibus?

Nam & in crimine furti à pluribus commiſſi omnibus ac ſingulis, modo cujusque portio ſummam quinque ſolidorum excedat; pœnam 35 ſuſpendii imponendam eſſe, patet ex *Conſt. Elect. 32. verſ.* Und wo ihrer viel zugleich / *&c. part. 4.* Quidni ergò idem juris obtinebit in Rapina, hujusque criminis pœna omnibus ac ſingulis Reis infligi poterit, ut qui improbiores dicuntur fures? *l. item 14. §. qui vim intulit.* 12. *ff. quod met. cauſ. l. raptores.* C. *de Epiſc. & Cleric. l. 1. ff. de vi bonor. rapt.* Pract. *Conrad. Rubr. de latron. n. 5. Tiber. Decian. in tract. Crim. lib. 8. cap. 11. n. 8. Bartol. in l. 1. § expilatores, in verb. atrociores. n.* 1. *ff. de effract. & expilator.*

36 Quin & delicto à pluribus commiſſo, omnes & ſinguli in ſolidum ſunt obligati ad pœnam, nec unius ſolutio alteri prodeſt, *l. vulgaris 21. §. ſi duo, 9. ff. de furt. l. 1. in pr. C. de condict. furtiv. l. ſi plures 6. ff. arb. furt. cæſar. l. ſi quis 7. §. ult. in fin. ubi Iaſon. num. 29. ff. de juriſdict.* Neque quod alius præſtitit, alium relevat, *l. item* Mela *11. §. ſi plures & §. ſeq. ff. ad Leg.* Aquil. *l. ſi plures 34. ff. de injur. l. ſemper 15. §. 2. ff. quod vi aut clam.*

37 *Hinc, quando quinq; Raptores prævia deliberatione, & conſilio præmeditato tres equos vehiculo junctos vi abduxerant, omnibus ac ſingulis pœnam gladii cũ impoſitione Rotæ dictare haud dubitavimus in hunc modũ reſpondentes:* So möchten ſie alle fünffe/ wegen ſolches begangenen und bekandten Straſſenraubes / mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtrafft / und eines jeden Cörper uff ein ſonderlich Rad gelegt und geflochten werden/ V. R. W. *Ad requiſitionem Auguſti à* Schönbergk. *Menſe* Martio, *Anno* 1632.

38 *Et in caſu Rapinæ à tribus delicti conſortibus commiſſæ:* So möchten ſie alle drey/ von wegen ſolcher ihrer begangenen und bekandten Beraubung/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte gerichtet/ und eines jeden Cörper nach beſchehener *execution* der zuerkandten Todtesſtraffe uff ein beſonder Rad geleget und geflochten werden/ V. R. W. *Ad conſultationem Præfecti in* Rammelburgk / *Menſe* Majo, *Anno 1625.*

Et in caſu ſimili, ad requiſitionem Quæſtoris in Lützen/ Men*ſe April. Anno* 1619.

Pariter pronunciatum in caſu Robbariæ, à quatuor perſonis commiſſæ. Ad *petitionem Quæſtoris in* Wolckenſtein/ Men*ſe Martio, Anno 1626.*

39 Ampliatur tertiò: Ut omnes indifferenter graſſatores abſque reſpectu perſonarum hanc pœnam ſubire teneantur, adeò ut neque Nobilitas ab hoc genere ſupplicii aliquem eximat. Id quod haud obſcurè patet ex verbis initialibus *artic. 126. Ordin. Crimin.* Carol*in.* Ein jeder boßhafftiger/ überwundener Räuber/ &c. Quæ verba ſatis generaliter loquuntur, omneſque indifferenter graſſatores pari pœna mortis affici volunt. Nam qui univerſaliter quid affirmat, dicendo: *Quilibet*, vel *omnis*, nihil videtur excludere, *cap. ſi Romanorum. 1. verſ. dicendo verè omnia, Diſtinct. 19. l. Iulianus 68. in pr. ubi Bartol. ff. de legat. 3. Gloſſ. fin. in cap. 6. ext. de major. & obedient. Panorm. in cap. quoniam. fin. numer. 15. verſ. quia qui omnia dicit. extr. de præſcript. Tiber. Decian. libr. 1. conſ.* 57. *num. 12.* Iaſon. *in Auth. præterea num. 15. verſ. & iſto* Caſu. *C. unde vir & uxor.*

Q. 6. An Nobilitas à pœna Robbariæ delinquẽtem liberet?

40 Cui non parum ſuffragatur textus Juris Saxonici *in artic. 13. lib. 2.* Landrecht. *Ibi*: Die einen Mann ſchlagen / oder berauben / Weib oder Mägde nothzögen/ den Friede brechen / und in Ehebrecherey begriffen werden / denen ſoll man allen die Häupter abſchlagen/ &c. Quæ diſpoſitio non modò generalis eſt, omneſque Reos indifferenter gladio puniri jubet; Sed & Raptores, Homicidas, Violatores pacis publicæ, Stupratores violentos, & Adulteros uno verborum contextu conjungit, ac per id manifeſtè innuit, in omnibus iis delictis pariter de delinquentibus judicandum eſſe. Quare ſicuti in homicidio, violatione pacis publicæ, ſtupro violento, & adulterio, Nobilitas à pœna ordinaria neminem eximit, uti expeditum eſt; ita nec in Rapina graſſatores ob nobilitatem generis à ſupplicio conſtituto liberari putandum eſt.

41 *Quare etiam duos Nobiles, H. E. à T. & C. à T. ob Robbariam commiſſam gladio plectendos, eorumque cadavera, facta executione, Rotis affigenda eſſe, reſponderunt Scabini.* Ad *requiſitionem Danielis* Klindts/ *Elect. Brandeburg.* Advocati *aulici in* Berlin M. Maj*o, Anno 1618.*

Eandemq; pœnam dictavimus prædatori Nobili H.B. à T. Ad*conſultationem Quæſtoris Dresdenſis, Menſe Decembr.* Anno *1628.*

Nec non quatuor Nobilibus prædonibus ad petitionem Quæſtoris sn **Arnshaugk**. M*enſe Auguſto. An.*1*630.*

42 Ampliatur Quartò *:* Ut nulla prorſus ratio ſit habenda rei per vim ablatæ. Ob qualemcunque etenim Rapinam pœnam mortis infligendam eſſe, evincitur ex *art.126.Ordin. Crimin. Carolin.* qui generaliter & indiſtinctè loquitur, adeoque etiam generaliter intelligi debet; Lege enim non diſtinguente, nec noſtrum eſt diſtinguere: & generalia legis verba generaliter intelligi debent, *l.de pretio.ff. de publ. in rem act. l.1.* §. *generaliter 1.ff.de legat.præſtand.*

Q.7. Num Robbaria modica pecunia, aut rei minimi valoris mitius puniri debeat?

43 Ideoque nec in pœna decernenda, rei, à graſſatore ablatæ, quantitas & valor in conſiderationem venit. M*atth.Steph. in not. ad artic. 126. Ordin.* C*rim. Carol.* Sed par, eademque pœna imponenda eſt Raptori rei minimæ, & graſſatori rerum maximi pretii: ob generalitatem *dict. art. 126.Ordinat.*C*rim.Carol.* Et ſic in Galliis, graſſatores, qui viatori etiam tantillum pecuniæ, in via regia extra urbes vi armata extorquent, ultimo ſupplicio puniri: Et moribus Mediolanenſium, qui unum nummum aureum vi auferunt, pœna mortis affici, notat *Joan. Bodin. libr. 2. de Republ.cap.fin.*

44 Non enim in crimine Rapinæ tam noxa & damnum per ablationem rei datum, quàm violatio ſecuritatis in via publica, & provincia, quæ pacata & quieta eſſe debet, *l.1.* §.*quies.ff. de offic. Præfect.Urb.l.13.ff. de officio Præſid.* attenditur. In quo ipſo ferè à Robbaria furtum differt, quod ex damno illato æſtimari & puniri ſolet, *artic.160.Ordin.*C*rimin.* Quare cum per Rapinam rei minimæ ſancta ſecuritas viæ publicæ æquè violetur, ac per ablationem rerum maximi valoris; utique & tum pœnam Robbariæ obtinere, dicendum eſt, ex paritate rationis, quæ idem jus facit. *l.illud 32.ff.ad Leg. Aquil. l. his ſolis.7.*§.*actionem. 2.* C*. de revocand. donat. c. inter corporalia 2.verſ.undè cum non ſit.extr.de translat. Epiſc.*

45 Et quis non animadvertit, per aggreſſionem & ablationem rei minimæ in ſtrata publica & regia pacem publicam violari, ut vel propterea ſupplicium mortis Raptori irrogari debeat, quum violatio pacis publicæ gladio coerceri ſoleat, uti notiſſimum eſt ex *l.fin.ff. de re milit. Ordin.provinc. Saxon. Elect. pag.66. artic. 13. lib.2.* **Landrecht**. *Ordin.Crimin.*C*arolin.art.128.&* 1*29. ubi* M*atth.Steph.Receſſ.Auguſt.ſub Imper. Ferdin. I.*A*nno 1555.*§. **Wir ſetzen/ordnen/***&c.verſ.* **wo ſie in Gefängnüs kommen/***&c.* C*onſt.Elect.13.part. 4.in pr.ubi Dan.*M*oll.num.5. Andr. Gail. libr. 1. de pac.publ.cap.*1.*n.6.*

46 S*ecundum ea ſæpius pronunciarunt* S*cabini:* **So möchte** *I.B.* **wegen ſolcher begangenen und bekandten Beraubung/in dem er einem Bettler auff der ſtraſſen etliche Pfenninge und ein Glöcklein abgenommen/ mit dem Schwert vom Leben zum Tode geſtraffet/ und auff ein Rad gelegt und geflochten werden/ V. R. W.** *Capitaneo* **in Coſſwigk**/*Menſe Iulio, An 1582.*

47 *Eademq; pœna fuit indicta duobus graſſatoribus, A.T.&* C*.I. qui fœminæ cuidam panem, uno thalero ac groſſo emtum, in via publica vi abſtulerant. Quæſtori Dippoldisvvaldenſi, Menſe Februario, An.1611.*

Nec non V.H. qui vacuum marſupium quatuor vel quinq; groſſis æſtimatum in ſtrata publica rapuerat, & adulterium commiſerat: **So möchte er wegen ſolches begangenen unnd bekandten Ehebruchs mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtraffet/ und alsdenn der begangenen Beraubung halber uff ein Rad gelegt werden. V. R. W.** *Præfecto Pegavienſi, Menſe* I*ulio,* A*n.*1*5*8*4.* 48

Quin & pœnā gladii cum impoſitione Rotæ dictare nō dubitaverunt Domini tribus graſſatoribus, qui ancillæ cuidam ſuppellectilem, unico floreno æſtimatam vi rapere auſi fuerant, de qua Robbaria quilibet 7. groſſos participaverat. Ad requiſitionē Quæſtoris in **Lützen**. M*enſe Iulio, Anno* 1*619.* 49

Pariter pronunciatum fuit quando M.*H. viatori cuidam* 1½*.florenos & enſem vi abſtulerat. Ad* C*onſultationem Quæſtoris in* **Liechtenwalda**.M. I*ulio, Anno 1619.* 50

*Nec non in caſu Robbariæ 9. groſſorum & 3. nummorum, cui tamen furtum alibi commiſſum acceſſerat. Ad requiſitionem Quæſtoris Dresdenſis.*M*enſe* O*ctobr.*A*n.1584.*

Et alio in caſu verſus **Marckersdorff an Wolfersdorffiſchen Verwalter: So möchte** *C.G.* **derowegen/daß er deß Wirths zu Waltersdorff Mägdlein vor 4. Groſchen Semlen uff der Straſſen mit Gewalt abgenommen und geraubet/ nach Schärffe der Rechte/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtrafft/und nach vollbrachter** *execution*, **der Cörper auff ein Rad gelegt und geflochten werden/ V. R. W.** *Menſe Martio, An.1632.*

Ex quibus porrò ſequitur, parum intereſſe quales nam res ablatæ fuerint. Etenim quia in Robbaria non damnum datum, aut quantitas ſeu valor rerum ablatarum attenditur, ſed tantummodò violatio ſecuritatis viarum publicarum, locorumque tutorum; utique nec ratio habenda erit qualitatis rei ablatæ. Proindè non modò in pecuniis, ſed & aliis quibuscunque rebus Rapina committitur, hujusque criminis pœna quoque tenentur, qui homines in publicis viis aggrediuntur, & veſtibus exſpoliant, prout rectiſſimè tradit *Georg. Remus in Nemeſi Karulin. art. 126.Ordin.*C*rim.* 51

Veluti ita Domini reſponderunt Quæſtori in **Schweinitz**. *Menſe* I*ulio, An.1593.* 52

Senatui in **Kindelbrück**/ M*enſe Novembr. An. 1616.*

Quæſtori in **Lützen**/*Menſe Iulio, An.1619.*

Q. 8. An Spolians deprædatorem aut furem in via publica pœnam Robbariæ incurrat?

53 Circa qualitatem rei vi ablatæ notandum quoque hoc*:* Quod graſſatores à pœna Robbariæ ordinaria nullatenus ſe liberare queant, dicentes, res raptas fuiſſe furtivas, & vero ſuo domino ablatas, nec titulo juſto à ſpoliato poſſeſſas. Hæc enim exceptio ſufficiens non eſt, ut illa Raptor ſeſe tueri poſſit: Siquidem ut ſæpius dictum, non damnum datum, ſed violatio ſecuritatis in Rapina potiſſimum conſiderari debet. Quam cum Raptor rei furtivæ etiam turbet haud immeritò pœnam Robbariæ ſuſtinebit.

54 *Pronunciarunt ita Scabini Præfecto in* **Schleuſingen:** **Wenn gleich das jenige was vorgedachte** *Inquiſiten* **deme von ihnen uff offener Straſſen gewaltſamer Weiſe beraubeten Feldſcherer Schuld gegeben/ daß nemblich derſelbige**

anderſ

andere zuvor auff der Straſſen gleichfals beraubet/ und er damals / wie ſie ihn angefallen / auff eine Beute/ſo bey Rippern zu erlangen / ſie führen wollen/ſich in der Warheit alſo verhielte / und der Beraubete dahero/ſelbſt als ein Straſſenräuber zu achten und zu ſtraffen were/welches aber gleichwol noch zur Zeit genugſam nicht beybracht/*&c.* So möchten doch dahero *Inquiſiten* von der zuerkandten Straffe deß Straſſenraubes nicht entlediget werden/ V.R.W. *Menſe Februario, Anno 1622.*

Simili ferè modo fuit reſponſum, cum duo Graſſatores furem in via aggreſſi, eique pecuniam furto ſubtractam vi abſtulerant, & rapuerant. Ad Conſultationem Senatus Hamburgenſis, Menſe Febr. An. 1611.

55 Ampliatur Quintò: Etiamſi res vi ablata & rapta recipiatur, & domino ſuo reſtituatur, nihilominus tamen Raptor pœnâ Robbariæ tenetur. Nullibi enim à Regula generali, quæ Graſſatores pœnâ gladii affici, eorumque cadavera Rotæ affigi jubet, hic caſus excipitur: Tantumque abeſt Raptorem à pœnâ hâc eximi, ſi res ſurrepta ſpoliato reddatur, ut eum ſanctione pœnali expreſsè comprehenſum exiſtimem, *in verb. artic. 126. Ordin.* Crimin. Ein jeder boßhafftiger/ überwundener Räuber ſoll mit dem Schwerdt geſtraffet werden / *&c. artic. 13. libr. 2.* Landrecht. Die einen Mann ſchlagen/fahen oder berauben/ &c. Quis enim inficias ibit, Raptorem & ſpoliatorem eſſe eum, qui rem ablatam reſtituit: Ut mirum haud ſit, talem quoque ſupplicio mortis puniri; quum Rapinæ delictum ſemel ab ipſo fuerit conſummatum, & ſecuritas viæ publicæ violata, quæ per reſtitutionem ſpolii non redintegratur.

Q. 9. Quid ſi Robbatores res ablatas reſtituant?

56 Cui nil refragatur, quod in crimine furti re furtivâ domino redditâ laquei pœnam remittendam, furemque virgis cæſum in perpetuum relegandum eſſe, dixi *ſuprà quæſtion. 80. numer. 14.* etiamſi furtum multùm ſuperet valorem quinque ſolidorum, A*ut. Conſult.* C*onſtit.* S*axon. tom. 1. part. 4. quæſt 56.* Hoc enim in furto certiſſimum, ſed ad Robbariæ crimen neutiquam extendendum eſt: ob diverſitatem rationis, quæ diverſam facit deciſionem, *l. inter ſtipulantem. 83. §. ſacram rem. 5.* Ibi: *ſed hæc diſſimilia ſunt. ff. de verb. obligat. Ludolph.* Schrader. *de feud. part. 1. quæſt. 6. num. 16.* A*lexand. lib. 9.* C*onſ. 7. num. 18.* In furto namque mitiganda eſt pœna ordinaria ob reſtitutionem rei, quæ damnum per id illatum reſarcit atque redintegrat, quod in crimine iſto omninò eſt attendendum, juxta ſanctionem Caroli V. Imper. in *artic. 160.* Atqui in Robbaria, non tam ſpolium ipſum, quàm violentiam ſecuritatis perpendendum eſſe, certò certius eſt, quæ per ſpolii redditionem, nullatenus reſtituitur. Ideoque nec pœna ſpolio reddito mitiganda erit.

57 *Reſpondimus in hanc ſententiam ad Conſultationem Ioan. Georgii à* Weſen/ in Burckersdorff: So möchten ſie alle beyde / weil man der Erkündigung gewiß iſt / (ungeachtet ſie hernacher in der Schencke / als ſie gefänglichen angenommen worden / die geraubten Sachen wider von ſich geſtellet/ weil der Straſſenraub ſchon einmahl von ihnen vollbracht geweſen/wegen ſolcher begangenen / und bekandten Beraubung nach ſchärffe der Rechte mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet/und nach beſchehener *execution* ihre todten Cörper/ein jeder auff ein beſonder Rad geleget und geflochten werden/ V.R.W. *Menſe Decembr. Anno 1627.*

†

It. Ad requiſitionem Quæſtoris Chemnicenſis: So möchten ſie ſolches begangenen unnd bekandten Straſſenraubes halber/ unangeſehen man die abgenommene viertzig Thaler biß uff 3. Gülden 14. Groſchen 6. Pfenning / bey ihnen wider erlanget / alle beyde mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtrafft / und nach verbrachter *execution* ein jeder Cörper uff ein ſonderliches Rad gelegt und geflochten werden/ V.R.W. *Menſe Auguſto, Anno 1631.*

58 Idque verum eſſe arbitror, etiamſi Raptor pœnitentia ductus, antequam in carcerem conjiciatur, rem vi ablatam ſpoliato reddat. *arg. l. qui ea mente. 65. ff. de furt. l. ſi pignore. 54. §. 3. ff. eod. tit. l. 1. §. ſi rem 25 ff. depoſit. l. quid ſit. 17. §. Cælius ff. de ædilit. edict. l. non prodeſt. 5. ff. vi bon. raptor. Petr. Heig. part. 2. quæſt. 32. num. 43. Proſper. Farinac. part. 4. oper. crimin. quæſt. 124. nu. 172. Angel. Aretin. in tract. malef. verb. Etiam veſtem cæleſtem. n. 39. Hieron. de Mont. quæſt. 16. num. 4. Cephal. vol. 1.* C*onſ. 57. n. 8.*

Quamvis enim in foro Saxonico, fures pœnitentia ducti, antequam in carcerem conjiciantur, res ablatas reſtituentes ſupplicium mortis effugiant, & pœnâ tantummodò extraordinariâ afficiantur, C*onſtit. Elector. 32. §. ult. part. 4. ubi Dan. Moller. num. 18.* Vid. *ſupra quæſt. 80. num. 67.*

59 Attamen in crimine Rapinæ res aliter ſeſe habet. *Tùm*, quod nullibi hæc gratia Graſſatoribus conceſſa reperitur. *Tùm*, quod pœnitentia poſt delictum conſummatum, tunc demùm mitigat pœnam, quando res in integrum ſtatum poſt conſummationem reſtitui quod in furto fieri notum eſt, *Bartol. in l. pii ea mente. 65. ff. de furt. numer. 2. verſ. præterea debes ſcire. Bald. in l. ſi quis. C de Epiſc. &* C*leric. numer. 9. verſ. melius tamen dici poteſt &c.* At Robbaria conſummatâ, ſecuritas violata non reſtituitur: factum enim infectum fieri nequit. Ideoque nec pœna mitiganda, ſed in exemplum & terrorem aliorum ſtrictiſſimè executioni mandanda eſt.

60 Quamvis Magiſtratus ſuperior hoc caſu veniam Reo largiri facillimè queat. Tantumque abeſt hoc à me impugnari, ut ſuaſor potius eſſe velim, quo rigore juris ſepoſito, Reus delictum deplorans, & ſpolium reſtituens, pœnitentiæ fructum ſentiat, mortis pœnam evadendo.

61 *Quare & Domini ſententiæ ſuæ hancce clauſulam addere auſi fuere:* So möchte *Inquiſit* wegē ſolcher begangenen und bekandten Beraubung nach der ſchärffe der Rechte / mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet / und hernach der Cörper uff ein Rad geleget und geflochten werden. Es wolte denn Churfürſtl. Durchleuchtigkeit zu Sachſen / *&c.* unſer gnädigſter Herr ihme / in Anſehung daß er denen dreyen Schuſterpürſchlein die abgenommene Sachen uff ihr zuſprechen gutwillig wider geben/und zugeſtellet / Gnade zu erzeigen / und

die nach ſchärffe der Rechte verwirckete Todesſtraffe erlaſſen/uff den Fall wird er öffentlich zur Staupen geſchlagen / und folgends deß Landes ewig verwieſen/V.R.W. *Ad requiſitionem Quæſtoris Torgenſis. Menſe Jul. Anno 1620.*

62 Q 10. *Pœna auxiliatorum in Crimine Robbariæ?*

Ampliatur Sextò: In iis Raptoribus, qui licet ipſi manus non admoveant, neque res è manibus viatoris auferant, attamen in Robbariam conſentiunt, in ipſo actu Rapinæ opem præſtant, & Viatores aggrediuntur, verbis aut minis terrorem incutiendo, ac præveniendo ne effugere queant, aut ſi effugiant, res relinquere cogantur, & poſteà de Rapina participant, quos æquè atque eos qui res rapiunt, pœna in graſſatores ſtatuta teneri puto.

63 Etenim parum refert, an quis ipſemet manu ſua aliquem rebus ſuis ſpoliet, an per alium hoc faciat, aliovè medio violento id efficiat, ut ſpolii particeps fiat. Utroque enim caſu vis infertur, & rapina committitur, ut ambigendum prorſus non ſit, Rapinæ ſupplicium locum obtinere *artic. 162. Ordin. Crimin.* In verb. **Ein jeder boßhafftiger überwundener Räuber**/&c.

64 Quo etiam facere videtur *l. 1. §. 1. ff. de receptator.* ibi. *In pari cauſa habendi ſunt, qui cum apprehendere Latrones poſſunt, pecunia accepta, vel ſurreptorum parte dimiſerunt &c.* Unde ſequitur, pœnâ latronum & graſſatorum teneri, qui eos apprehendere potuit, attamen noluit. *Vital. in rubr. de recept. fur. nu. 2. Ludov. Carrer. in 3. tract. de homicid. & aſſaſin. §. poſt vero maleficium. n. 39. Foller. in pract. crim. in verb.* Banniantur. *num. 14.* Quantò ergò magis hâc pœnâ tenebuntur, qui in ipſo actu Rapinæ opem præſtant, tantumque efficiunt, ut Robbaria perpetretur, quæ aliàs forſan impediri potuiſſet.

65 *Reſpondimus ita ad requiſitionem Quæſtoris* in Arnſtein: Hat *P. L.* in gutem bekandt/und geſtanden / daß er nebens ſeiner Rauberiſchen Geſellſchafft / zween Kohlkährnern die Pferde nehmen helffen / Er *Inquiſit* unnd Georg Eitel hätten die Kärner umbringet / als ſie aber außgeriſſen unnd die Pferde ſtehen laſſen / hätten ſie ſie genommen/ unnd darvon geführet / *&c.* So möchte er wegen ſolcher begangenen und bekandten Beraubung/ weil ſolche ewerm Andeuten nach gewiß geſchehen/nach Schärffe der Rechte mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtraffet/und nach verbrachter *execution* der Cörper uff ein Rad geleget unnd geflochten werden / V.R.W. *Menſe Novembr. Anno 1629.*

In caſu ſimili fuit pronunciatum Actuario *Præfecturæ in* Endorff: *ubi tamen addita hæc clauſula:* Es wolte denn die Obrigkeit deß Orts ihme / in Anſehung daß er die Pferde nicht ſelbſt außſpannen/ und rauben helffen/Gnade erzeigen/uff ſolchem Fall bliebe er mit der Todtesſtraffe verſchonet/Er würde aber gleichwol nichts deſtominder öffentlich billich zur Staupen geſchlagen und deß Landes ewig verwieſen/ V.R.W.

Cum enim ipſemet Magiſtratus *pro captivo intercederet, ac pœnam mitigari peteret, hanc clauſulam adjicere, & mitigationem ipſius arbitrio committere, non dubitavimus.* Menſe *Novembr. An. 1629.*
Eandemq; clauſulam in caſu ſimili adjecimus reſponſo ad petitionem Quæſtoris in Freyburg. *Menſe Septembr. An. 1632.*

66 Q. 11. *Quæ ſit pœna concuſſionis, ſive violentæ coactionis?*

Hinc apparet, quid de iis ſentiendum ſit, qui à Viatoribus pecuniam extorqueant. Accidit enim ſæpè, ut graſſatores è manibus viatorum nil prorſus vi rapiant, eos tamen minis compellunt, ut pecuniam aliasvè res coacti ipſimet offerant, atque exhibeant, & ſic graſſatoribus ſpolium præbeant. De quibus ſæpè dubitatum memini: *An verè hi dicantur Raptores, ac pœna Rapinæ affici debeant?*

67 Etſi verò hic modus extorquendi pecuniam aliasvè res viatorum concuſſionis ſpeciem præ ſe ferat, ſiquidem *Cic. libr. 4. Tuſc. Terrorem,* ait, *eſſe metum concutientem:* Quare concutere dicitur, qui percellit ac perturbat aliquem injecto terrore. Undè & crimen concuſſionis appellatum, quum quis judicii, Magiſtratus, alicujusvè poteſtatis quam habet, metu aut alio terrore, pecuniam extorquet, *l. 1. & 2. ff. de concuſſ. c. militare 23. quæſt. 1.* Matth. Weſembec. *in paratit. ff. de* Concuſſ.

68 Attamen, ut verum fatear, tam ſimilis eſt hic modus Rapinæ, ut eum Robbariam atque Rapinam appellare nil prorſus verear. Quis enim, quæſo, negabit, eum vi rapere; qui armis, minis, metu, atque terrore injecto aliquid extorquet? Quis etiam inficias ibit, eum ſpoliari argento ſuo, qui invitus vi, metuque coactus id offert, quo vitam redimat? Coactores itaque tales æquè ac alios graſſatores atque Raptores pœnâ Robbariæ teneri, ambigendum non eſt.

69 Ac eſto ſanè, Rapinam hoc modo non committi, negari certè nequit, per ejuſmodi coactionem & concuſſionem publicam pacem turbari, & ſecuritatem viæ publicæ haud parum violari, ut vel propterea coactores gladio affici debeant, juxta *Receſſ. Imper. ſub* Imper. *Ferdin. I. de Anno* 1555. §. Wir ſetzen/ordnen/ *verſ.* wo ſie in Gefängnüs kommen *&c. Ordin. Crimin. Carolin. art. 128. 129. Ordin. provinc. Saxon. Elect. pag. 66. art. 13. lib. 2.* Landrecht. *Andr. Gail. lib. 1. de pace publica cap. 1. num. 6.*

70 *Quare nec coactores hoſce à pœna Robbariæ ordinaria liberandos eſſe, putaverunt Scabini, in hunc modum reſpondentes:* Haben *S. P.* unnd *M. S.* in gutem bekandt unnd geſtanden / daß ſie George Schuhmann / ſo mit ihnen gewandert/unter Weges uff der Landſtraſſen genöthiget unnd getrungen / daß er ſeine Kleider unnd Geld / ſo viel er deſſen bey ſich gehabt / von ſich geben müſſen / unnd ihn alſo vorſetzlichen beraubet/ auch hernach die Kleider unnd das Geld miteinandergetheilet / inmaſſen denn die Kleider / unnd zum Theil auch das Geld noch bey ihnen gefunden worden. Da ſie nun uff ihrem gethanen Bekändt-

nüß vor Gerichte freywillig verharren / oder des ſonſten wie recht überwieſen würden / ſo möchten ſie beyde von wegen ſolcher an gedachten Georg Schuhmanne begangenen und bekandten Beraubung / nach Verordnung Sächſiſcher Rechte mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtraffet / und ein jeder Cörper auff ein Radt geleget werden / V. R. W.

Judici & Scabinis in Forſt. *M. Auguſt. Anno 1602.*

In caſu ſimili ita fuit pronunciatum Quæſtori in Grünhain. *M. Sept. An. 1593.*

Prætori Lipſenſi, M. Iulio, An. 1614.

Quæſtori T*orgenſi M. Iulio, An. 1629.*

Quæſtori Præfecturæ W*urtzenſis, M. Ianuario, An. 1632.*

71 Ampliatur Septimo Regula ſuprà dicta: Ut pœnâ Robbariæ, ſive ultimo ſupplicio, cum impoſitione Rotæ, plectendi quoque ſint graſſatores in villis, oppidis & ædibus privatis homines vi rebus ſuis ſpoliantes, iisq, bona ſua auferentes.

Quomodo puniendi ſint Raptores in villis oppidis, ac ædibus Robbariam exercentes?

72 Non quidem ignoro, quod de pœna latrocinii vulgò traditum eſt, illud etiam à quibusdam ad ſupplicium Robbariæ extendi, ſcilicet hoc ita demum habere locum, ſi hæc tria concurrant: *Primùm*, quod ſolitus Raptor ſit deprædari: *Deinde*, quod cum ferro aggreſſus ſit. *Poſtremò*, quod in viis publicis hoc fecerit: Quibus à nonnullis *Quartum* hoc additur, quod nempè publica fama contra eum laboret, ut tradit *Bartol. in l. capitalium. 28. §. famoſos. ff. de pœnis.* quem ſequitur *Alexand. vol. 4. Conſil. 110. num. 6. & latè Iaſon. in §. ex maleficiis. numer. 5. & ſeqq. Inſtit. de action.* Tiber. *Decian. in tractat. crimin. lib. 9. cap. 30. num. 14. Nicol. Reuſner. l. 1. deciſ. 16. num. 20.* Vndè ſequi videtur, Rapinam propriè non niſi in viis publicis committi, perindè ſicuti Latrocinium dicitur illud, quo quis latenter & furtim per vim ſpoliatur & inſuper occiditur in ſylvis, aliisque locis à conſpectu populi ſemotis. *Jodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. c. 86. in pr.*

73 Attamen, quin Graſſatores in villis & domibus Rapinam exercentes, hominesque ſpoliantes pœnâ Robbariæ ordinariâ teneantur, nullus ambigo, nec *Elect. Saxon. Scabinos* aliter ſenſiſſe, memini.

74 *Primò:* Ob generalitatem textus in *artic. 126. Ordin. Crimin. Carolin.* In verb. **Ein jeglicher boßhafftiger / überwundener Räuber ſoll mit dem Schwerdt zum Tode gerichtet werden /** *&c.* Et *artic. 13. lib. 2.* **Landrecht.** In verb. **So einen Mann ſchlagen / fahen / oder berauben / denen ſoll man allen das Haupt abſchlagen /** *&c.* Quæ certè verba generaliora ſunt, quàm ut ad Rapinæ crimen in viis publicis atque ſylvis commiſſum juſtâ ratione reſtringi queant. Proinde diſpoſitio iſta generalis haud inconvenienter ad Graſſatores in domibus rapientes eſt extendenda.

Secundò: Eadem ratio eandem diſpoſitionem juris facit, *l. illud. 32. ff. ad* L*eg. Aquil. cap. inter corporalia. 2. verſ. unde cum non ſit. Extr. de translat. Epiſc.* Atqui nemo non animadvertit illam ipſam rationem, ob quam deprædatio in viâ publicâ tàm graviter punitur, in Rapina alibi commiſſa æquè obtinere, nempè quod quis pariter in via publica ac domo ſuâ, quæ cuiusque tutiſſimum receptaculum eſt, tùm ratione perſonæ, tùm ratione bonorum ſuorum ſecurus eſſe debeat, *l. plerique 18. ff. de in jus vocando.* Nihil enim ſanctius, ac omni religione munitius eſt, quàm domus uniuscujusque civium, út eleganter ait *M. Cicero in* O*rat. pro domo ſua. & Xenophon. lib. 7.* C*yropæd.* 75

Tertiò: Negari vix poterit, Graſſatores in villis ac ædibus bona rapientes, hominesque violentâ & hoſtili manu ſpoliantes, pacem violare publicam, uti ex ipſa conſtitutione pacis publicæ liquet, *in verb.* **So einer den andern / oder die Seinigen eygenthätiger Weiſe betrieget / beraubet / fähet / überziehet / befehdet / mit plündern / rauben / brennen / morden beſchädiget /** *&c.* Unde Doctores rectiſſimè docent, crimen fractæ pacis publicæ committi non ſolùm in perſonam & corpus alicujus, ſed etiam adverſus eiuſdem bona & poſſeſſionem, *Petr. Frider. Mindan. lib. 1. de proceſſ. Camer. cap. 24. Jacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſtion. caſ. 394. numer. 74. & ſeqq. Petr. Theodor. in Colleg.* Criminal. *Diſputat. 6. theſ. 7. lit. H.* Proindè ſi non propter Robbariam, attamen ob fractam pacem publicam ejuſmodi graſſatores pœnâ mortis erunt afficiendi: juxta O*rdin.* P*rovinc. Saxon. pagin. 66. articul. 13. libr. 2.* **Landrecht.** *Receſſ. Imper. de Anno 1555. §.* **Wir ſetzen / ordnen /** *verſ.* **Wo ſie in Gefängnüß kommen.** 76

Reſponderunt ita Scabini gegen Oderan. Hat *P. I.* in gutem bekandt / daß er einen Bauren-Hoff zwiſchen Forchheim und Haſelbach plündern helffen / daſelbſt er von den geraubten Sachen ſeinen Antheil bekommen. *It:* Daß er darbey geweſen / und mit ſeiner Geſellſchafft einen freyen Bauern-Hoff bey Wolckenſtein bey Nacht überfallen unnd plündern helffen / *&c.* Vnd es hat ſich in erholeter Erkundigung befunden / daß der Bauerhoff zwiſchen Forchhaim und Haſelbach / und der freye Bauerhoff bey Wolckenſtein gewiß und in Warheit geplündert und beraubet worden / *&c.* Da nun der Gefangene auff ſeinem gethanen Bekäntnüß für Gerichte freywillig verharren / oder des ſonſten wie recht überwieſen würde / So möchte er wegē ſolcher ſeiner begangenen unnd bekandten Mißhandelung / mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet / und geſtrafft / und deſſen Cörper nach vollſtreckter *execution* auff ein Radt geleget und geflochten werden / V. R. W. *Ad requiſitionem* S*enatus, M. Majo, An. 1626.* 77

In caſu ſimili ita pronunciavimus, ad conſultationem Quæſtoris Freibergenſis, M. Novembr. 1623.

Iudicis & Scabinorum Freibergenſium, M. Jan. An. 1625.

Quæſtoris in **Lauterſtein**/ *Menſe Majo, Anno 1624.*

Senatus *Quedelburgenſis, M. Februario, Anno 1628.*

78 Quod tamen ſic intellectum cupio, ſi vis maior atque hoſtilis accedat: Super ejusmodi etenim caſibus prædictæ Scabinorum ſententiæ fuerunt latæ, ubi Raptores vi ingenti ædes devaſtando, laresque familiares turbando pacem violaverant publicam. Quod ſi verò Graſſator in ædibus privatis, ab aliquo quicquam vi extorqueat, vel rapiat absque ingenti ac violentâ pacis domeſticæ turbatione, dubito an propterea mortis ſupplicium ipſi debeat irrogari, ac ſuaſor eſſe vellem, ut Raptor hoc caſu virgis cæſus in perpetuum relegaretur.

79 *Veluti etiam ita reſpondimus, quum hic* Lipſiæ *V.* S. & P. *K. duo Raptores in hoſpitio tabellarium quendam veſtibus ſpoliaverant, percuſſerant, eiq; 2. thaleros abſtulerant:* **So werden ſie alle beyde wegen ſolcher ihrer Verbrechung/ andern dergleichẽ zum Exempel unnd Beyſpiel öffentlich billich zur Staupen geſchlagen/ und des Landes ewig verwieſen/ V. R. W.**

Ad requiſitionem Prætoris Lipſenſis, M. Febr. An. 1623.

80 *Et in caſu ſimili ad* Conſultationem *Ottonis* **vom Hayn uff klein Zſchocher**/ *M. Decembr. Anno 1630.*

It: Ad requiſitionem Quæſtoris Præfecturæ Scendicenſis. M. Februar. An. 1631.

QVÆSTIO XCI.

Quando, & quibus in caſibus pœna Robbariæ ſit mitiganda?

SUMMARIA.

1. In decernenda pœna Rapinæ judex cautè procedere debet?
2. Ceſſat pœna ordinaria in Rapina, quæ non eſt hoſtilis, nec violenta.
3. Graſſatores violatoribus pacis publicæ comparantur.
4. Quænam Rapina dicatur violenta & hoſtilis? n. 5.6.7.8.
9. Violentæ & coactæ permutationis pœna quænam ſit? n. 10.13.
11. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n. 12.
14. Juſſus ac mandatum quando in hoc crimine à pœna ordinaria excuſet? n. 16.17.18.
15. Turpis rei mandatum non eſt obligatorium, numer. 24.
19. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n. 20.
21. Mandatarius non excuſatur, n. 23.
22. Correlatorum num ſemper eadem ſit diſpoſitio?
25. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.
26. Pœna eorum, qui in excubiis ſtant, n. 27.29.
28. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n. 30.
31. Attentatum Rapinæ punitur extraordinaria pœna, n. 32.33.
34. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n. 35.
36. Spolians eum à quo antea fuerat ſpoliatus à pœna mortis exemptus eſt, numer. 37.38.39.40.41.
42. Sententia Scabinorum Lipſenſium.
43. Quid ſi ſpoliatus ab uno ſpoliet alium? num. 44.45.46.
47. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.
48. An famis neceſſitas prædonem à pœna ordinaria excuſet?
49. Concurrente crimine Rapinæ cum furto, quânam pœna Reus ſit afficiendus? numer. 52.53.55.
50. Vnica tantummodò pœna mortis imponenda eſt Reo, n. 51.
54. Obſervantia Scabinorum Lipſenſium, n. 56.57.
58. Quando Princeps, in cujus territorio facta eſt deprædatio, ſpoliato damnum reſarcire teneatur? n. 59.60.61.62.68.69.
63. Magiſtratus debet purgare territorium ſuum malis hominibus, n. 64.
65. Quare Principes *exigant vectigalia? n. 66.*
67. Damnum ſpoliati quomodo probandum?
70. Sententia Scabinorum Lipſenſium.

POEnam Graſſatoribus definitam ſat gravem & rigoroſam eſſe, nemo, opinor, facilè inficias ibit, idque ex traditis in *præcedenti quæſtione* abundè conſtat.

1 Quantò verò atrocior hæc pœna eſt, tantò circumſpectior judex eſſe debet, ponderando quaſvis circumſtantias & facti qualitates priusquam eam irroget, ne ſeverius animadvertendo Reum nimis aggravet, aut lenius agendo in malitia ipſum confirmet. Hocque ipſum eſt, quod Carolus V. Imper. non indifferenter omnes graſſatores gladio puniri velit, ſed eos ſolùm, qui ex malitiâ & propoſito homines aggredi, & pecuniis, aliisque rebus exſpoliare ſolent. **Die boßhafftigen überwundenen Räuber.** *artic. 126.* Undè apparet, Regulâ *præced. quæſt.* traditam, quâ Raptores „ homines violentâ manu ſpoliantes, gladio „ puniendos, eorumq; cadavera, factâ execu- „ tione, Rotæ imponenda eſſe, dixi, haud ſemper „ ac ubique practicari, ſed certas quoq; limitatio- „ nes admittere, de quibus jam diſpiciendum.

2 Limitatur autem Regula illa Primò: In Robbaria ſive Rapina, quæ adeo hoſtilis & violenta non eſt. Quæ limitatio haud obſcu-

rè probatur ex vocabulo **Boßhafftig.** *dict. artic. 126. Ordin. Crimin. Carolin.* quod in germanico idiomate violentiam aliquam implicat. Et licet textus juris Saxonici in *artic. 13. lib. 2.* **Landrecht.** generaliter ac indefinitè loquatur, (**Die einen Mann berauben**) Eum tamen Illuſtriſſimus Elector. Saxon. D. Auguſtus ad violentam & hoſtilem Robbariam reſtringit, ſanciens, ut is demum graſſator gladio puniatur, qui equos aratro junctos per vim abigit & aufert, *Conſtit. 35. §. ult. p. 4.* In verb. **Da aber einer die Pferde ſo vor dem Pfluge gehen/ gewaltſamer Weiſe entreiten/ oder entwenden würde/ derſelbe ſoll als ein Räuber mit dem Schwerdt geſtrafft unnd gerichtet werden/** *&c.* Undè de Illuſtriſſimi Legislatoris mente, quod nempe eos ſolùm graſſatores, qui violenta manu quicquam rapiunt & auferunt, gladio puniri voluerit, prorſus dubitandum non eſt.

3 Quin & hîc repetendum quod dixi *quæſt. præced. num. 45.* Graſſatores violatoribus pacis publicæ in plurimis comparari, ac per deprædationem in viis publicis pacem publicam frangi. Ubi notiſſimum, non quamvis turbationem ac violentiam Conſtitutione pacis fractæ coerceri, ſed tantummodò eam, quæ vi majori ac hoſtili committitur, cui reſiſti vix poſſit. *l. 1. §. hoc interdictum. ff. de vi & vi armat. l. 2. & l. ſeq ff. quod met. cauſ. l. ex conducto 15. §. 1. l ſi merces 25. §. vis major 6. l. ſi fundus. 33. in fin. ff. locat.* Quod & verba Conſtit. pacis publicæ innuunt (**mit gewaltiger That**) *Receſſ. imper. Wormatienſ. de Anno 1495.* Anno *1521. Auguſt.* Anno *1548. & 1555. Nicol. Reuſn. lib. 4. Deciſ. 17. n. 12.* Petr. *Frid. Mindan. de proceſſ. Camer. lib. 1. c. 23.*

4 Ideoque pœna Robbariæ tum demum obtinebit, ſi Rapina majori atque hoſtili vi fuerit commiſſa. De quâ ſi certò non conſtiterit, tutius aget judex, pœnam extraordinariam indicendo.

Prout reſpondimus Quæſtori Sceudicenſi. **Hat** H. *G. ab* A. **in gutem bekandt und geſtanden/ daß er** *M. H.* **auff der Straſſen nachgeritten und geſagt/ Bauer/ ſpanne auß das Pferdt/ und wie ſich** *M. H.* **deſſen gewegert/ hätte Er geantwortet/ Er ſolte ihm zween Thaler geben/ und das Pferdt behalten/ darauff ihme** *M. H.* **einen halben Thaler/ und einen Schreckenberger geben müſſen/** *&c.* **So wird der verhaffte** *H. G. ab A.* **wegen ſolcher ſeiner Begünſtigung/ öffentlich zur Staupen geſchlagen/ und des Landes ewig verwieſen/ V. R. W.** *M. April. Anno* 1632.

Quænam verò vis major dicatur, quæque Rapina ſit violenta atque hoſtilis, expeditum ſane non eſt? Equidem non ignoro, in Conſtit. fractæ pacis illam vim dici majorem, quæ collectis & coadunatis ad nocendum hominibus fit, *l. 2. in pr. & §. homines. ff. de vi bon. raptor. l. 3. cum l. ſeq. ff. ad Leg. Iul. de vi publ. l. qui cœtu 5. l. qui dolo. 20. §. hac lege cum l. ſeq. ff. eod. tit. Receſſ. Imper. Ratisb. de Anno 1594. §.* **Alſo iſt auch** *&c.* ſive cum turbâ, quam plures efficiunt, *l. Prætor. 4. §. turbam. 3. ff. de vi bonor. rapt. l. deteſtatio. §. unicus ff. de verb. ſignificat.* Andr. *Gail. lib. 1. de pac. pub. c. 7. num. 24. Dan.* Moller. *ad Conſtit. Elect. 13. num. 5. part. 4.*

5 Sed vereor ne in Rapina aliter res ſeſe habet, quippè quæ ut plurimum ab uno ſolùm committitur. quin & judicis arbitrio relinqui, quot perſonæ in fractione pacis publicæ vim majorem efficiant, quandoque etiam unum pacem publicam violare, & hoc nomine ad Cameram & banni pœnam vocari poſſe, notum eſt ex *Receſſ.* R*atisb. de Anno 1594. in §.* **Ebener maſſen.** *Chriſtoph. Leibfried. apud Goldaſt. in polit. Imperial. part. 30. Mindan. dict. c. 23.*

6 Aliàs etiam vis major dicitur, quę fit armis. Quare & in fractione pacis publicæ ad pœnam Banni perveniri non poteſt, niſi vis publica armis facta fuerit. R*eceſſ. Imper. de Anno 1548. Auguſt. in pr. Conſtit. pac. publ.* Ibi: **Mit gewehrter Hand/** *&c.* In quo ipſo etiam vis publica à privata ſecernitur, quia uſu & exercitio armorum privatis hominibus Lege Juliâ interdictum erat, *l. 1. ff. ad Leg. Jul. de vi publ.* Et nulli prorſus inſcio atq; inconſulto Principe, quorumlibet armorum movendorum copia tribuebatur, *l. un. C. ut armor. uſ. inſc. Princ. interd. lib. 11. Andr. Gail. lib. 1. de pac. publ. cap. 7. num. 2.* Petr. *Frid. Mindan. dict. cap. 23. Nicol. Reuſner. lib. 4. Deciſ. 17. numer. 12.* Ex quo forſan concludendum, Graſſatores tum demum ultimo ſupplicio puniri, ſi armis adhibitis violentam Robbariam commiſerint. Id quod haud obſcurè probatur ex *l. capitalium. 28. graſſatores. 10. in verb. Et ſi cum ferro aggredi & ſpoliare inſtituerunt &c. ff. de pœn. Matth. Stephan. in not. ad art. 126.* O*rdin. Crimin. Carolin. ubi & Georg.* R*emus. Ant. Fab. lib. 9. Codic. tit. 24. defin. 7. n. 3.*

7 Quod licet conceſſerim, cum vix Rapina fieri queat violenter abſque armis, quorum nomine non ſolùm ſcuta, gladii, tela, jacula, tormenta cum fulmine tonitruantia veniunt, ſed etiam fuſtes, lapides, ſpatæ, & quicquid nocere poteſt, *l. 3. §. armis ff. de vi & vi armat. l. armorum. 41. & l. ſi calumnietur. 233. §. telum. ubi Andr. Alciat. ff. de verb. ſignif. l. 9. l. 11. ff. de vi publ. Mindan. dict. cap. 23.* Attamen, è converſo, omnem Rapinam quæ armis exercetur, violentam eſſe, non dixerim, cum armatus graſſator abſque vi peculiari atque ingenti viatores ſpoliare queat.

8 Ideoque judicis arbitrio committendum eſſe exiſtimo, quænam vis major, quæque Rapina dicatur violenta. Qui omnes circumſtantias & qualitates Rapinæ perpendens, & diligentia exactiori examinans, de hoc facilè judicare poterit.

9 *Q. 1. Quæ ſit pœna violentæ atq; coactæ permutationis?*

Hoc tamen certum eſſe videtur, quod permutatio coacta pro violenta Rapina propriè nec habenda, nec pœna mortis coercenda ſit. Veluti ſi graſſator permutationem veſtium, equorum, gladiorum, aliarumque rerum in via publica extorqueat, juxta proverbium illud vulgatū: **Tauſch iſt kein Raub.**

10 Etſi enim talis graſſator ob ejuſmodi violentam & coactam permutationem ab omni prorſus pœna extraordinaria haud immunis ſit, ultimo tamen ſupplicio nequaquam affici debet.

debet; quum hoc caſu ex permutatione adverſus graſſatorem agere liceat; Certum autem eſt, quod quotieſcunque dolus vel delictum per actionem ex contractu vel quaſi purgari poteſt, actionem de dolo & criminalem accuſationem ceſſare, *Aym. Cravett. Conſ.6.numer.104.vol.1. Bart. Bertazol. lib.*1. C*onſil.129.numer.*13. *Card. Tuſch.tom.2.pract.Concluſ.lit.D.concl.178.n.1. & ſequent.* R*ol. a Valle Conſil.75.n.31.vol.1. Natta tom. 3.Conſ.588.n.*10.

11 *Secundum ea dictavimus perpetuam ſolummodò relegationē cuidam graſſatori, hiſce formalibus:* Hat Samuel Sommerfeld gerüget/ daß Jhm der gefangene Soldat uff freyer öffentlicher Landſtraſſen ſeinen Degen genommen/ denſelben außgezogen und beſehen/ darauff geſagt/ haben wir nicht zu tauſchen/ und wie ihm der Degen gefallē/ ferner geſagt/ Ey ja/ wir haben zu täuſchen/ den Degen darauff behalten/ und dargegen ſeinen hingeworffen. Ob nun wol der Soldat fürgeben thut/ daß es ein Tauſch geweſen/ dieweil aber dennoch der Wandersgeſell/ damit nicht zufrieden geweſen/ ſondern ſeinen Degen wieder begehret/ dergleichen Vornehmen auch der Rauberey nicht ſehr unehnlich/ und Jhm gebühret gehabt/ den Degen dem Wandersgeſellen auff der Straſſen zu laſſen/ und nicht wider deſſen Willen wegzunehmen/ nach mehrem Jnhalt der uns überſchickten *Inquiſition Acten.* So wird der Verhaffte deßwegen des Landes ewig billig verwieſen/ V. R. W. *Ad* C*onſultationem Prætoris Lipſenſis, M. Iulio,* A*n.1624.*

12 *It:* Ob gleich der verhaffte Soldat *H. H.* in gutem bekandt/ daß er darbey geweſen/ als ein Schneider Hanß Körbitzer auff den Straſſen angefallen/ und der Degen ihme vom Leibe geriſſen worden/ darzu er geſagt/ das iſt nicht Soldatiſch/ gib mir den Degen her/ ich will mit Körbitzern tauſchen/ und alſo den Degen zu ſich genommen/ und hergegen ſeinen Degen Körbitzern geben wollen/ welchen ihme aber der Schneider auß der Hand geriſſen/ dieweil Er aber dennoch darneben in ſcharffer Frage erhalten/ daß ſolches/ wie es mit dem Degen hergangen/ von ihme nicht Körbitzern zu beraubē/ ſondern ehrlicher Weiſe mit ihme zu tauſchen geſchehē/ hätte ſich auch zum Raube nicht mit verglichen/ *&c.* So wird der gefangene *H.H.* über die außgeſtandene Tortur geſtalten Sachen nach auff 3. Jahr des Landes billig verwieſen/ V. R. W. *Ad requiſitionem Iudicis oppidani Bornenſis,* M. *Decemb. An. 1623.*

13 Quæ tamen ita demum vera eſſe puto, ſi proportio haud multum inæqualis, valorque ferè ſit æquivalens rerum permutatarum, atque ſpoliatus rem permutatam ad ſe recipiat, aliàs ſi graſſator rem majoris pretii pro re etiam minima ac nullius pili extorqueat, quin vera committatur Rapina, hujusque criminis pœna obtineat, nullus dubito.

Et ſic à Scabinis etiam ſæpius pronunciatum memini. Ac nuperrimè ad Conſultationem Quæſtoris Torgenſis, M. M*artio, An. 1631.*

14

Num juſſus & mandatum Domini prædonē à pœna ordinaria excuſet?

Secundò Limitatur: In Rapina quam ſervus juſſu & mandato Domini perpetravit, & de ea nil quicquam ſperavit aut participavit. Hoc enim caſu pœnam Robbatiæ ordinariam ceſſare, graſſatorem non niſi pœna extraordinaria afficiendum eſſe, arbitror.

Quod quidem prima fronte dubio non caret. 15 Neminem ſiquidem latet, turpis vel injuſtę rei mandatum adeò non eſſe obligatorium, ut ne juramento quidem confirmetur, *l.6.§.3.& §.7. l.*12.*§.11.l.23.§.6.ff.mandat. c. non eſt obligatorium. De reg.jur.in 6to.Iul.Clar. in pract.§. ultim. quæſt.89. numer.1.* Neque mandatum Domini regulariter Servum in atrocioribus excuſat. *l.ſervus non in omnibus.ff. de obligat. & action.l.1.§. quoties ff. quod vi aut clam. l. denique §. final.ff. de injur. l. non ſolùm, §. ſi mandato.ff.eod. tit.l.non ideò minus.* C.*de accuſat.* T*iber. Decian.in tract. Crimin.libr.9 cap.37.numer.8.* Undè, ſi judex vel pater injuſtè quid præcipiat, mandatarium non excuſari, vulgò aſſerunt Doctores. *Bartol.in l.prohibitum.* C.*de jur.fiſci libr.10.& in l.juſtè ff.de acquir. poſſeſſ.Dd.in c.ſignificamus.de* C*onſtit. & in c.conſtitutus, de Reſcript.Ubi Felin.Dec. in l jactum à judice.ff.de* R*eg.jur.& Conſil.535.n.3.& ſeq. Angel.Aretin.in tract.malef.in verb.Et Sempronium mandatorem.n.*10.

Sed hæc eatenus vera eſſe puto, ut Servi 16 juſſu Dominorum delinquentes non excuſentur in totum. Ex parte tamen ſunt excuſandi, etiam in atrocioribus delictis, ita nempè, ut à poena ordinaria ſint exempti, ſecundum *Salycet.in l. non ideò minus.num.9.in fin. verſ. mitius tamen puniretur.* C. *de accuſat. Anton. Gomez. de delict. cap.3.num.42.in fin.pr.verſ.unum tamen eſt.&c. Andr.* T*iraquell.de pœn.temper.cauſ.34.numer.3. Decian.lib.4.* C*onſil.535.n.3.& 4.* Proin, ſi graſſator juſſum & mandatum Domini ſui prætendat, etiamſi per id ab omni prorſus ſupplicio ſeſe eximere nequeat, quin tamen à mortis pœna tutus erit, nullus ambigo.

Ac licet in aliis Criminibus atrocioribus 17 juſſus patris aut Domini, nil quicquam delinquentem relevare poſſet; ſpeciale tamen in Robbaria eſſe, & mandatum delinquentem à pœna Rapinæ ordinaria liberare, ſi mandatarius de rapina nil ſperet nec participet, haud ſpolium aut Rapina, qualem jus Saxonicum mortis ſupplicio puniri præcipit, *artic.13.lib.2.* Landrecht. absque ſpe lucri propriè non committitur. Quale enim, quęſò, ſpolium erit, ex quo nihil prorſus lucri ſperandum eſt? Undè & de jure Civili graſſatores puniuntur morte; ſi prædæ cauſa aliquem fuerint aggreſſi, ut dicitur in *l.capitalium.28.§.graſſatores 10.in verb. Graſſatores qui prædæ cauſa id faciunt &c.ff.de pœn.*

Quin, nec tanta malitia peccare graſſatores 18 ad juſſum & mandatum Domini Rapinam committentes, atque eos, qui propria ſponte hoc faciunt, expeditum eſt. Igitur nec pœna mortis tenebuntur, quam malitioſis ſolùm Prædonibus irrogari vult O*rdin. Crimin.* C*arolin. in artic. 126.* verb. Ein jeder boßhafftiger/ überwundener Räuber.

Quemadmodum etiam hoc caſu Raptori- 19 bus pœnam extraordinariam ſæpius dictatam fuiſſe memini, in hunc fere modum: So wird er deßwegen geſtalten Sachen nach/ weil ihme dieſes zu ſtadten kömpt / daß ihn ſein Herr die Pferde nemen heiſſen/er davon nichts genoſſen noch bekommen/des Landes ewig billich verwieſen/ V.R.W. *Ad requiſitionem Quæſtoris in* Liebenwerda. *M. Auguſt. An.1629.*

20 *Aliter verò res ſeſe habet, ſi Servus à Domino juſſus Robbariam committere, de ea ipſemet participet: quo caſu de ipſius approbatione & conſenſu ſatis conſtat, ut propterea tunc pœnam ordinariam ſibi locũ vendicare mirum videri non debeat. Veluti hoc caſu ita pronunciavimus Quæſtori Deliciano,* M. *Ian.* A*n.1623.*

Q. 3. *An mãdans in Crimine Robbariæ teneatur pœna ordinariâ?*

21 At, quid de mandante hoc caſu habendum: *Annon & is pœnam Robbariæ effugiet, ſi mandatarius ab eadem liberetur?* Sunt enim mandans & mandatarius procul dubio correlata, ſicut Dominus & Servus, Pater & Filius, Maritus & Uxor, Actor & Reus, &c. Igitur ſecundum naturam correlatorum liberato mandatario, à pœna mortis, liber quoque erit ipſemet mandans. Quod namque de uno ex correlatis ſtatuitur, idem & de altero conſtitutum eſſe, credendum eſt, *l. legem Iulian. in princ. ubi Bartol. & Iaſon. C. de indict. viduit. tollend. Nicol. Everhard. in locis legal. loco à Correlativis. numer. 3. Ludolph. Schrad. de feud. part. 10. ſect. 5. numer. 228. verſ. Et certum eſt quod diſpoſitum de uno &c.* Eademque Correlativorum diſciplina eſt, *Alexand. lib. 5. Conſil. 131. num. 2. Bartol. in l. ſi quis Daphnes. 1. C. de Cupreſſ. ex loco Daphnes &c. lib. 11. Nicol. Boer. Deciſ. 48. n. 3. Iacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſt. part. 4. quæſt. 137. n. 23.*

22 Verùm neque in Schola Logicorum hoc axioma tam generale eſt, ut non admittat exceptionem, apparente ratione diverſitatis in correlatis, quam in mandante & mandatario hîc ſubeſſe, nemo non videt. Hic enim ex reverentia potius & coactè, quàm ex malitia peccat, neque lucrum ſperat, ob quod tamen pœnam mortis graſſatoribus infligi, anteà dixi. Utrumque verò in mandante concurrit, ut qui non modò jubet Rapinam perpetrare, ſed & ex eadem lucrum quoddam ſperat. Proin haud immeritò is pœna mortis tenebitur, non aliter ac ſi propriis manibus Robbariam commiſiſſet. Nil enim intereſt, an quis ipſemet delinquat, an verò cauſam delicto doloſe præbeat, *arg. l. nihil intereſt. 15. §. 1. ff. ad* Leg. *Cornel. de Sicar. l. non ſolùm 11. §. ſi mandatum. ff. de injur. l. non video. C. de accuſat. Iul. Clar. in pract. §. homicidium. numer. 12. Matt.* W*eſembec. in parat. ff. ad* Leg. *Cornel. de ſicar. n. 13. Ioan. Harppr. in §. item Lex Cornelia. n. 29. inſtit. de publ. judic.*

23 Quin & mandans longè gravius delinquit, quàm mandatarius. *Primò* enim in ſe ipſũ peccat. *Secundò* in mandatarium, quem corrumpit ut ſpoliet. *Tertiò*, in viatorem, qui ſpoliatur. Mandatarius verò non delinquit, niſi in ſeipſum & viatorem ſpoliatum, juxta ea quæ tradit in ſimili *Proſper. Farin. part. 5. oper. crimin. quæſt. 135. numer. 6.* ubi allegat *Gloſſ. in l. athletas. §. Pomponius. in verb. in ſervitute. ff. de his qui not. infam. Tiber. Decian. in tract. crimin. lib. 9. c. 32. num. 4.*

Nec obſtat huic, quod rei turpis, qualis extra controverſiam eſt Robbaria, nullum mandatum nullaque actio vel obligatio ſit *l. ſi remunerandi §. ſi paſſus ff. mandat. l. a reo. §. fin. ff. de fideiuſſ.* Hoc enim verum eſt ſolummodo quoad actionem pariendam inter mandantem & mandatarium, non etiam quoad actionem vel accuſationem pariendam ei, in cujus præjudicium tendit mandatum. *Bartol. in l. non ſolùm. §. ſi mandato. ff. de injur. Salycet. & Dd. communiter. in l. non ideò minus, C. de accuſat.* Quo reſpectu mandans tenetur ex ipſo delicto propter mandatum, non tamen principaliter ex mandato, *Ægid. Boſſ. in tit. de for. compet. numer. 109. Iul.* Clar. *in pract. §. ult. quæſt. 89. n. 4. Anton. Gomez. de delict. cap. 3. n. 39. Tiber.* Decian. *in tract.* Crimin. *dict. lib. 9. c. 32. n. 4.* 24

Ita reſpondimus in caſu, quo miles quidam ſervum ſuum Robbariam committere, ac R*uſtico viatori pecuniam vi auferre juſſerat, monſtrante inſuper viam, quam ruſticus ambulaverat, equumq; ei accommodante:* So möchte er wegen ſolcher ſeiner begangenen unnd bekandten Mißhandelung geſtalten Sachen nach/ weil man der Erkundigung gewiß iſt/ er nicht allein in den Rath gewilliget/ denſelben zubegehen anbefohlen/ und ſeinen Antheil daran zugewarten gehabt / ſondern auch dem Jungen Vorſchub unnd Hülffe darzu geleiſtet/ in dem Er demſelben den Weg gewieſen/ einen gemachten Bart/ und das Pferdt mitgegeben/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet/ und folgend der Cörper auff ein Radt geleget und geflochten werden/ V.R.W. *Quæſtori Deliciano, M. Febr. An. 1623.* 25

Quòd ſi ergò mandans pœnâ Rapinæ tenetur, utique & eadem pœnâ erunt afficiendi, qui graſſatoribus opem & auxilium præbent cooperativum, ſine quo Rapina forſan non perpetrari potuiſſet: perindè ac in crimine furti ejuſmodi auxiliatores laqueo ſuſpenduntur: prout dixi *ſuprà quæſt. 87. numer. 16. & 29.* Vid. *§. interdum. 11. poſt princ. Inſtit de obligat. quæ ex delict. naſc. l. qui ſervo 36. § item placuit 1. ff. de furt. Bartol. in l. is qui opem. ff. eodem. numer. 5. & in l. in furt. §. in ope ff. eod. num. 3. Proſp. Farin. quæſt. crimin. 131. num 14. Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quæſt. cent. 4. caſ. 349. nu. 7. & ſeq. Iodoc. Damhouder. in prax rer. Crim. cap. 101. n. 5. & ſeq. Matth. Coler. part. 1. Deciſ. 150. n.* 1. *Modeſt. Piſtor. quæſt. 63. num. 1. Natta libr.* 1. *Conſ. 151. numer. 3. & lib. 2. Conſil. 458. num, 9.* Neque enim alia ratio eſt furum hoc caſu quam graſſatorum, quos improbiores fures eſſe, conſtat. *l. 14. §. 12. ff. quod met. cauſ. l.* R*aptores. C. de Epiſc. &* C*leric. pr. Inſtit. de vi bonor. raptor.* 26

Q. 4. *Pœna eorũ, qui, aliis hoc crimẽ committentibus, in excubiis ſtãt.*

27 Undè porrò inferendum, quod nec illi, qui prædonibus Robbariam committentibus, interea in excubiis ſtant, hanc poenam effugere queant, modò tamen inſuper aliud quippiam auxilii præſtiterint, aut ad minimum de Rapina participaverint, juxta *Conſt. Elect. 39. verb.* und hernach von den geſtohlenen Stücken ſo viel empfangen / und participiren &c. *part. 4. ubi Dan.* Moller. *Matth. Berlich. part. 5. Concl. 55 n. 38. 39.*

Veluti ſic pronunciavimus Iudici & Scabinis in Myhla: So möchte M. F. geſtalten Sachen nach/ weil Er in ſolchen Straſſenraub gewilliget / auff 28 der Wache geſtanden da er vorbracht/ und Hanß Hübnern/daß derſelbe nicht darzu kommen/ und dieſes böſe Werck verhindern möchte/ mit ſeinem Geſpräch auffgehalten/ auch hernacher bey dem Holtze wieder zu den beyden Räubern kommen/ und von dem Raube obbenante Sachen/ angenommen/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft/ und ſein Cörper auff ein Radt geflochen werden/ V. R. W. *M. Julio, An. 1622.*

29 Ab hâc tamen pœna immunes ſunt ij, qui actui Rapinæ interſunt, eamque approbant, ſed nec opem & auxilium cooperativum præſtant, nec quicquam de illa participant, juxta ea quæ tradit *Hippol. de Marſil. in pract. crim. ff. Conſtante. num. 50. v. notabilem differentiam, Jacob. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæſt. cent. 4. caſ. 349. n. 10. Proſper. Farin. quæſt. crimin. 13. n. 42. Bertaz. Conſil. 62. n. 10.*

30 *Sicuti & tali caſu à* Scabinis *fuſtigationem cum perpetua relegatione dictatam fuiſſe ſcio. Ad requiſitionem Quæſtoris* Lipſ*enſis, M. April. Anno 1596.*

Q. 5 Attentatum ſive conatus in crimine Rapina quomodo puniri debeat?

31 Tertiò Limitatur: Et pœna ultimi ſupplicii ceſſat in attentato Robbariæ, effectu non ſubſecuto. Ob ſolum etenim conatum ſive attentatum prædones non niſi pœna extraordinaria fuſtigationis vel relegationis plectendos eſſe, puto.

32 Nam ſicuti in reliquis delictis & criminibus affectus ſive conatus pœna ordinaria non coercetur, ex conſuetudine generali, de quâ *Dd.* communiter teſtantur *Jul. Clar. in pract. §. ultim. quæſt. 92. num. 1. Boulen. in repetit. l. capitalium 28. §. famoſos. n. 75. ff. de pœn. Nicol. Boer. Deciſ. 316. n. 3. Anton. Gomez. Variar. reſolut. tom. 3. cap. 3. n. 30.* Quam conſuetudinem generalem eſſe, ac probatione non indigere dicit *Bald. in l. ſi fugitivi. n. 3. in fin. C. de ſervis fugit.* Ita & in crimine Rapinæ graſſatores à pœna mortis ſunt exempti, haud ſubſecuto effectu delicti, ut maximè illud attentaverint.

33 Quod certè in Robbaria tanto minus dubium habet, quanto clarior eſt textus Juris Saxonici, *in verb.* (die einen Mann ſchlagen/ fahen/ oder berauben) *artic. 13. lib. 2.* Landrecht. Quæ certè verba effectum ipſummet, nempè ſpolium ac participationem de Rapina denotant, adeoque effectu non ſubſecuto pœnam ordinariam graſſatoribus irrogari haudquaquam permittunt.

34 *Secuti fuimus hanc ſententiam in Elector. Saxon. Scabinatu, ita pronunciantes:* Wird den beyden Soldaten/ *F. B.* und *W. B.* ſchuld gegeben/ daß ſie Andreas Muſſeln zu Stroſſen/ und Hanß Bergern außm Deutſchen Thaal im weitem Felde angegriffen/ aber weil ſie nichts bey ihnen funden/ ſie widerumb gehen laſſen/ und daß ſie auch Hanſen Brömann zu Greſſendorff angefallen/ die Schuhe außgezogen/ ſolche aber auff ſein Flehen ihm wieder geben/ ingleichem daß ſie Adam Güttichern angreiffen wollen/ welcher ihnen aber entlauffen/ und als beniembte beyde Soldaten hierauff vernommen worden/ haben ſie ſolches bekant und geſtanden/ *&c.* So werden Sie derowegen mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billich verwieſen/ V. R. W. *Quæſtori* Lauchſtedt/ M. *Junio, An. 1626.*

35 *It:* Hat *C. A. R.* in gutem bekandt/ daß er am *7. Octob.* Jüngſthin auff freyer Straſſen einen Schindelkärner angeſprenget/ und von Jhme eine Reutterzehrung begehret/ und als derſelbe ihme drey Groſchen 1. Pfenning geben/ Er darmit nicht zu frieden geweſen/ ſondern einen Thaler von ihme gefodert/ und mit Gewalt abzwingen wollen/ zu dem Ende auch das Piſtol dem Kärner auffs Hertze geſetzet/ welches der Kärner erwiſchet/ ſeiner mächtig worden/ und mit der Radehauen Jhn zu Boden geſchlagen/ Er *Inquiſit* auch von denen Wächtern/ welche der Kärner umb Hülffe ergriffen/ und zur gefänglichen Hafft bracht worden/ *&c.* So wird der verhaffte C. A. R. ſolcher ſeiner Verbrechung halber offentlich zur Staupen geſchlagen/ unnd nach außgeſtandener Leibesſtraff des Landes ewig billich verwieſen/ V. R. W. *Præfecto* W*eiſſenfelſenſi, M. Nov. Anno 1624.*

Quartò Limitatur: Si prædator in via publica aggrediatur ac ſpoliet eum, à quo prius fuit deprædatus atque offenſus. Quem neutiquam mortis ſupplicio puniendum eſſe arbitror. 36

Q. 6 Spolians eum, à quo antea fuerat ſpoliatus, nũ pœnâ Robbaria incurrat?

Primum: Quia Prædator ſpolians eum à quo antea fuit deprædatus in terminis eſt defenſionis, ſicuti enim pro tutela corporis & vitæ vim atque injuriam propellere licet, ita & pro defenſione rerum atque bonorũ, *Georg. Obrecht. in tract. de neceſſ. defenſ. cap. 3. num. 12. Iaſon. in l. ut vim. 3. num. 23. ff. de juſt. & jur. Felin. in c. ſignificaſti. 18. extr. de homicid. num. 12. verſ. poteſt tamen etiam Clericus &c. Didac. Covarr. in Clem. Si furioſus part. 3. ff. un. num. 6. de homicid. Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crim. cap. 78. Angel.* Are*tin. in tract. malef. verb. & dictus Titius ſe defendendo. n. 3.* L*udov. Gilhauſen. in arbor. jud. crimin. cap. 2. tit. de homicid. 12. n. 40. & ſeq. Iacob. Boulen. in repetit. l. capitalium. §. famoſos. n. 161. ff. de pœn. Henric. Bocer. lib. 2. de Duello. cap. 9. Ioh. Harppr. in §. item Lex Cornelia de ſicar. num. 102. Inſtit. de publ. jud. Nicol. Boër. Deciſ. 168. n. 3.* Se*baſt. Medic. de caſu fortuito. part. 1. quæſt. 8. num. 20 Cæpoll. conſ. crimin. 44. in fin. Matth.* Co*ler. conſ. 39. num. 14. & ſeqq. & num. 27.* ubi ab hac ſententia in praxi non recedendum dicit, & *num.* 43. licere unicuique res ſuas contra turbatorem vel invaſorem etiam, cum armis & violentia defendere, & ſic ipſi movere rixam, adeò, ut ſi in illa concertatione primus invaſor ſe opponat Domino defendenti poſſeſſionem ſuam, & occidatur, iſtud homicidium non puniatur. 37

38. Ac licet defenſionem rerum Doctores communiter eò reſtringant, ut licita ſit tum demum, quando cum vitæ corporiſque periculo conjuncta eſt, *Zoannet. in tract. defenſ. tripart. part.* 1. *num. 36. & ſeqq.* Co*varr. dicto loco. numer. 6. Georg.* O*brecht. in tract. de neceſſ. defenſ. cap. 8. n. 15. & ſeqq. Andr. Fachin. lib. 1. controverſ. cap. 31. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. c. 28. n. 31.* Attamen hoc ita accipiendum, ſi defenſor non modò reſtitutionem damni quærat, ac petat; ſed & vitæ offenſoris inſidias ſtruat, in quibus terminis prædicti Doctores loquuntur. Nulla enim proportio eſt inter res & hominem, ejuſque vitam *l. 2. ff. de ſtat. hom. l. 44. in pr. ff. de ædil. edict.* Quum homo tanquam omnium nobiliſſima creatura, ad imaginem DEI creata, in longè maiori 38

ſit habendus pretio, quàm aliæ res quævis pretioſiſſimæ: quemadmodum & vita hominis omnibus præſtat rebus, omnemque æſtimationem excedit, *cap. ſuſcepimus.* §. *verum. de homicid. l. 21. in fin. C. de* SS. *Eccleſ.*

39 Quin etſi conceſſerim, ſpoliatum res ſuas repetentem, ac longo etiam poſt tempore in via publica furem viciſſim ſpoliantem, eique res vi auferentem ab omni pœnâ liberum atque immunem non eſſe, uti certe veriſſimum eſt, ſiquidem is limites defenſionis multis modis excedit; attamen nec pœnam mortis ac Robbariæ ordinariam ipſi irrogandam eſſe dixerim, cum exceptio adſit, ſi non ſufficiens, talis tamen, quæ à dolo aliquatenus excuſat raptorem.

40 *Deinde*; Conſiderandum præterea Prædonem tum demum mortis pœnam mereri, ſi prædæ ac lucri causâ aliquem aggreſſus fuerit, ut patet *ex l. capitalium. 28. §. graſſatores. 10. in verb. qui prædæ causâ id faciunt. ff de pœnis. & artic. 13. lib. 2.* Landrecht. In verb. die einen Mann ſchlagen / fahen / oder berauben / &c. Atqui lucrum aut ſpolium non quærit, qui reſtitutionem damni petit.

41 *Tertiò*: Indubitatum eſt, quod ſpolians in viâ furem ſeu prædatorem, juſto dolore hoc faciat. Jam verò qui dolore commotus delinquit mitius eſt puniendus, *l ſi adulterium* §. *Imperatores* Ibid: *difficilimum eſt juſtum dolorem temperare, & ideo pœna eſt mitiganda. ff. ad Leg. Iul. de adult. l. 1. §. fin. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. l. qui cum. §. ſi libertus.* Ibi: *ignoſcendum eſt enim ei, ſi voluit ſe ulciſci provocatus. ff. de bon. libert. l. Gracchus,* Ibi: *& nox & juſtus dolor factum relevant. C. de adult.*

42 *Hinc ita pronunciavimus verſus Freiburgk*, an Ampts Befehlichhaber / Hat *A.* F. in gutem bekandt und geſtanden / daß er am 9. November jüngſthin deß Schenckens zu Caltzendorff Magd / Dorotheen Hellers uff freyer Straſſen angefallen / außgezogen / und ihr den Rock / Peltz / Schürtze unnd Schnuptuch abgenommen / darneben fürgewendet / daß Meürer Merten / ſo mit ihme gegangen / geſagt / ſie were ein Weißpaſſerin / und hette ſeinem Weibe vorm Jahre etliche Sachen geſtolen / er ſolte ſie außziehen / darauff er es gethan / und dem Meurer Merten die Sachen / auſſer der Schürtze / ſo er behalten / zugeſtellet / *&c.* So wird der Gefangene *A. F.* ſolches ſeines begangenen Frefels wegen mit Stauvenſchlägen deß Landes ewig billig vorwieſen / V. R. W. *Menſe Novembr.* Anno *1628.*

43 Hocque minus dubii videtur habere in Prædone deprædante eum, à quo antea fuerat ſpoliatus. At, *quid ſi aliquis injuriam ſibi factam, ſpoliumque extorſum adverſus tertium vindicare velit, in viâ ipſum aggrediendo & ſpoliando?* Qualis caſus nuperrime ad noſtrum Collegium fuit transmiſſus, quo Ruſtici à militibus benè vexati, bonisque exuti, aliò migrantes alios milites ſibi obvenientes deprædaverant, exiſtimantes, bona ſibi à militibus ablata, ab aliis ejusdem conditionis hominibus repetere, & damni reſtitutionem quærere, jure ſibi licere.

Q. 7. *Quid ſi ab aliquo ſpoliatus ſpoliet alterum?*

44 Certè, ſi quis caſum hunc ad amuſſim examinare, & ex ipſo juris meditullio deciſionem petere vellet, Ruſticos illos vix animadverſionem gladii effugere potuiſſe, fateri is neceſſum haberet; cùm nulla prorſus defenſio ab iisdem prætendi queat. Omnis ſiquidem defenſio & propulſatio offenſionem aliquam præſupponit: & inter propulſationem & offenſionem mutuus debet eſſe reſpectus atque relatio, ita ut ſublato uno, meritò alterum tollatur, *Georg. Obrecht. in tract. de neceſſ. defenſ. cap. 11. num. 26.* Sed quænam quæſo, offenſio eorum militum, qui ruſticos non ſpoliarunt, ſed ab iis ſpoliati fuere, quibus factum aliorum militum nullatenus præjudicare poteſt?

45 Nihiſominus tamen adverſus Ruſticos hoſce prædones mitius animadvertendum, eoſque virgis cæſos, in perpetuum relegandos eſſe pronunciavimus, perpendentes vulgatum illud Doctorum brocardicum: Quod quævis etiam cauſa beſtialis & fatua à dolo excuſet delinquentem, *l. igitur. 12. §. & generaliter. 3. ff. de liber. cauſ. l. inter omnes 47. §. rectè dictum eſt. 7. ff. de furt. Ludolph. Schrader. in Miſcellaneis cap. 16. tit. injuſta cauſa an à pœnâ excuſet. verſ. aut probatur illam cauſam extitiſſe, &c. Jacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 104. numer. 8. Ægid. Boſſ. in prax. crim. tit. de decreto Mediol. num. 19.* Andr. *Tiraquell. in tractat. de pœn. leg. temper. cauſ. 43. num.* 1. *Nicol. Boer. deciſ. 168. num. 11. Blanc. in pract. Crim. §. viſis indiciis per Reum. num. 154. Aym.* Cravett. *lib. 1. conſ. 6. num. 89. Iul. Clar. lib. 5. Sentent. §. ultim. quæſt. 60. num. 22. Socin. jun. lib. 1. conſil. 45. num. 16. Guid. Papæ. conſil. 31. num. 24.*

46 Et quis inficias ire poterit, Ruſticos hoſce à militibus bonis ſuis ſpoliatos, milites, licet alios videntes, rancore animi, juſtiſſimoque dolore ad rapinam fuiſſe commotos, quos propterea mitius puniendos eſſe, exiſtimavimus, *arg. l ſi adulterium. §. Imperatores, ff. ad Leg. Jul. de adulter. l. 1. §. fin. ff. ad* Leg. *Cornel. de ſicar. l. qui cum. §. ſi libertus ff. de bon. libert.* Quod tantò verius eſt, quantò magis in pœnalibus mitior ac benignior ſententia eſt apprehendenda, *l. ea quæ 153. §. in re. ff. de Reg. Jur. l. hæ enim cauſæ. 4. §. decreto 1. ff. de ſuſpect. tutor. l. ſi Præſes 32. in fin. l. interpretatione. 42. ff. de pœn. Proſp. Farin. in prax. crimin. quæſt. 19. num. 3. Jacob.* Menoch. *de præſumpt. ult. num. 2.*

47 *Reſponſum hiſce verbis fuit conceptum:* Hat *A.* F. in guten bekandt und geſtanden / daß er ſich mit ſeinen Geſellen verglichen bey den beraubeten zweyen Soldaten Beute zu machen / darauff ſie die Soldaten angefallen / uff ſie zugeſchmiſſen / und ihre Wadſäcke / als Sie ſie von ſich geworffen / genommen / eröffnet / unnd die darinnen befundenen Sachen unter ſich getheilet / er für ſeine Perſon hette zwar nicht ſelbſten uff die Soldaten geſchlagen / Aber doch die Andern darzu angefriſchet / mit fürgeben es wehren rechte Mauſeköpffe / darzu ihn verurſachet / daß er hierbevor in der Gerſten-Erndte von den Soldaten zu Mell[illegible]s-Dorff übel tractiret / außgezogen / an einen Baum gebunden / ihme die Zähne auß dem Maul geſchlagen / und das ſeinige abgenommen worden / dahero er gedacht / er wölle ſich an den Soldaten jetzo wider-

umbrechen / *&c.* So wird *Inquiſit* ſolcher ſeiner Verbrechung wegen nach Gelegenheit dieſes falls mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billig verwieſen / V. R. W. *Ad Conſultationem DD. Profeſſorum Academiæ Wittebergenſis,* Menſe *Febr.* Anno *1630. Iisdem ferè formalibus alteri Ruſtico eadem pœna fuit dictata* Menſe *& Anno eodem.*

48 Limitatur Quintò: Si aliam juſtam ob cauſam judex pœnam Robbariæ ordinariam mitigandam eſſe exiſtimaverit. Ut ſi quis ob diræ famis neceſſitatem edulia ſurripuerit, quem probatâ neceſſitate ex indiciis & conjecturis, haudquaquam mortis ſupplicio puniendum eſſe puto, propter text. in *artic. 166. Ordin. Crimin.* C*arolin.* qui licet de furto loquatur, haud inepte tamen ad Robbariam quoque ex rationis identitate, extendi poteſt. Quò etiam facit, quod *Ordin.* C*arolin. in art. 126.* doloſos graſſatores gladio plecti velit, (die boßhafftigen Räuber) Atqui famis neceſſitatem à dolo excuſare, nemo inficias ibit.

Quare & hoc caſu Raptori fuſtigationis tantũmodò pœnam dictare haud dubitavimus. Ad requiſitionem Wolffgangi Theodorici à Schleinitz / *Menſe Auguſto, Anno 1603.*

Q. 8. Concurrente crimine Rapinæ cũ furto, quanam pœna Reo ſit irroganda?

49 Cæterum, haud raro accidit, ut delicta hæc duo, furtum ſcilicet atque Rapina concurrant, & ab uno eodemque Reo, diſtinctis tamen vicibus, fuerint perpetrata, ubi diſceptatum ſæpius inter Scabinos memini: *Quanam pœna an hujus vel illius delicti Reo ſit infligenda?*

50 Extra dubium namque eſt, non niſi unicam pœnam, & quidem majoris & atrocioris criminis Reo imponendam eſſe, *l. illud. 23. §. fin. ff. ad Legem* A*quil. Gloſſ. in l. nunquã plura. in verb. ob aliud ad fin. ff. de priv. delict. Bald. in l. quicunq; n. 5. C. de ſerv. fugit. Didac. Covar. lib. 1. variar. reſolut. cap. 10. num. 8. verſ. ſextò his præmiſſis. Ludov. Gomez. in §. ex maleficiis, num. 12. Inſtit. de action.* Licet enim Regula ſit vulgaris, quod ſingulis delictis ſingulæ competant pœnæ, ſic ut altera alteram non conſumat, *l. 27. & l. 48. ff. ad Leg. Aquil. l. Neratius. 11. §. 2. ff. de ſerv. corrupt. l. 1. §. hunc tamen. l. vulgaris 21. in fin. pr. ff. de furt. l. facienda. 8. §. 2. ff. arbor. furt. cæſar. l. ſi ſtuprum. 25. l. pater. 41. ff. de injur. Jul.* C*larus libr. 5. ſentent. §. ultim. quæſt. 84. verſ. alius eſt caſus. Didac. Covarr. dict. cap. 10. num. 8. verſ. ſecundò & illud cenſeo.*

51 Ea tamen vera eſt ſolum in pœnis iterabilibus & compatibilibus, veluti in pœna pecuniaria, relegationis vel exilii, quæ pro quantitate delictorum compatibiliter multiplicari poterunt. Secus verò in pœnis non iterabilibus, nec inter ſe compatibilibus; quales ſunt pœna gladii & ſupplicium ſuſpendii. Hæc etenim nemini ſimul infligi poterunt, ſed tum major pœna minorem abſorbet; C*æpoll. in Authen. ſed novo jure. num. 42. C. de ſerv. fugit. Reuſner. lib. 2. Deciſ. 20. n. 6.*

52 Pro reſolutione itaque dubii hujus ponderandum omninò hoc, quænam gravior ac durior ſit ſuſpendii, aut gladii pœna cum impoſitione Rotæ. Id quod certò ſciri non poterit, quum nemo unquam unam vel alteram perpeſſus de hoc teſtatus fuerit. Vulgò quidem laquei ſupplicium gravius cenſetur pœna gladii, undè fit, quod Reus ob furtum & homicidium vel adulterium commiſſum laqueo ſuſpendatur, teſte quotidianâ obſervantiâ. At hoc forſan ex ea ratione, quod gladio punitus ſepeliatur, laqueo verò ſuffocatus in conſpectu omnium ſuſpenſus maneat in patibulo, haud abſque inſigni macula totius familiæ. Quæ certè ratio hîc deficit, quia graſſatores gladio puniti Rotæ imponuntur & affliguntur, ut cadavera eorundem, non minus ac ſuſpenſorum omnium pateant conſpectui. Proin, haud abſurdè quis dixerit, pœnas haſce eſſe pares, & neutram quoad gravitatem & atrocitatem alteri præferendam.

Quibus ita ſtantibus, judicis arbitrio relinquendum eſſe puto, utram ex hiſce, ſuſpendii, vel gladii pœnam cum impoſitione Rotæ irrogare velit. Quod & hactenus Domini Scabini ita obſervarunt, arbitrium tamen ad circumſtantias unius ac alterius delicti reſtringentes, ita ut Rapinâ prædæ vel ſpolii majoris, vel cum majori atrocitate à fure commiſſâ, aut ſæpius reiteratâ, gladii pœnam cum Rotæ impoſitione dictare haud dubitaverint. 53

I*n hunc modum pronunciantes:* So möchte er wegen der uff ferner öffentlichen Landſtraſſen begangenen und bekandten Beraubung / auch verübten Diebſtals / mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte gerichtet / und folgends der Cörper auff ein Rad geleget und geflochten werden / V. R. W. 54
Quæſtori Coldicen*ſi. Menſe Martio Anno 1622.*
Prætori Lipſienſi. Menſe Auguſto, Anno 1582.
Quæſtori Zvvickavienſi. Menſe *Iulio, An. 1616.*
Quæſtori in Voigtsbergk. *Menſe Aprili, An. 1616.*
Bartholomæo Lappio in Barby. Men*ſe Auguſto, Anno 1621.*
Quæſtori in Hohenſtein. *Menſe Aprili,* An. *1625.*
Præfecto in Hartenſtein. *Menſe Januario, An. 1626.*

Deprehendentes verò ex actis tranſmiſſis, furtorum multiplicitatem, ac reiterationem, nec non ingens damnum hoc crimine datum, ſepoſitâ gladii pœnâ, ſuſpendii ſupplicium Reo ſæpius dictare conſueverunt Scabini. 55

Ita reſpondentes: So möchte er von wegen ſolcher ſeiner begangenen / und bekandten unterſchiedenen viel Deuben / ſo wol auff freyer Straſſen verübten Angriffes geſtalten Sachen nach / mit dem Strange vom Leben zum Todte geſtrafft und hingerichtet werden / V. R. W. *Iudici Præfecturæ Cizenſis,* Menſ. *Majo, Anno 1625.* 56

Item:

57 *Item*: **So möchte er von wegen ſolcher begangenen und bekanten Schaf und anderer Deuben / und daß er zugleich Weibes Perſonen auff der Straſſen angegriffen und beraubet / mit dem Strange vom Leben zum Todte geſtrafft und hingerichtet werden / V. R. W.** *Quæſtori Bornenſi. Menſe Auguſt. Anno 1616.*

Capitaneo in **Coßwigk.** *Menſe Iulio*, Anno *1582.*

Quæſtori in **Zörbigk.** Men*ſe Februario*, *Anno 1585.*

Quæſtori Deliciano. Men*ſe Iul. Anno 1594.*

Quæſtori Torgenſi, *Menſe Februario*, Anno *1610.*

Quæſtori Bitterfeldenſi, Men*ſe Auguſto, Anno 1611.*

Quæſtori Sangerhuſano, Menſe Novembr. An. 1613.

Quæſtori Zvvickavienſi, Men*ſe Ianuar. Anno 1615.*

Theodorico à **Schleinitz.** Men*ſ. Auguſto*, Anno *1616.*

Iudici & Scabinis Freibergenſibus. Menſe Novembr. Anno *1626.*

Martino **Gebharden / in Dahlen /** *Menſ. Auguſt. An.* 1630.

58 In dubium quoque illud vocari ſolet: *An Princeps,* Comes, *aut alius Dominus, in cujus territorio facta eſt deprædatio & Robbaria, viatori damnum reſarcire teneatur?*

Q. 9. An Princeps, in cujus territorio facta eſt deprædatio ſpoliato damnum reſarcire teneatur?

Quod ut affirmem, movet me Decretum Imperatoris Ferdinandi I. in Comitiis Auguſtanis, Anno 1559. promulgatum, *in Receſſ. Imper. §.* **Darmit denn die Obrigkeit / &c.** Ubi hæc verba habentur: **Setzen / ordnen / und wollen / wofern** 59 **von Churfürſten / Fürſten / Ständen / oder einiger Obrigkeit / die ſey wer ſie wolle / jemands Geleit gegeben / und derſelbe darüber auff derſelbigen Churfürſten / Fürſten / Stände / oder Obrigkeit Geleit Straſſen thätlich angriffen und beſchädiget / daß der Stand / ſo ſolch Geleit gegeben / nach geſtalt ſolches Geleits / dem Beſchädigten ſeines ſchadens Erſtattung zu thun ſchuldig ſeyn ſolle / &c.** Undè manifeſtum redditur, Dominum territorii reſarcire teneri damnum ſpoliatis, ſi ſalvum dederit conductum. Vide *Henning. Arniſ. de jurib.* Maje*ſt. minor. c. 5. Heinr. à Roſenth. de feud. cap. 5. Concluſ. 22.* Petr. *Gregor. in* Syn*tagm.* Iur. *univerſ. lib. 3. cap. 3. num. 7.* Ioann. *Georg. Becht. de ſecur. & ſalvo conduct. theſ. 62. Heinric. Bocer. in tract. de Regalib. cap. 2. num. 157. Regn. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 2. num. 35. Niell. diſput. feud. 10. th. 4.*

60 Ubi tamen notandum eſt, ad hoc, ut Dominus territorii ad reſarciendum damnum ſit obligatus, duo verè conjunctim requiri. Quorum *Primum eſt*, ut Dominus ſpoliatis dederit ſalvum conductum. Ut enim certior ſit viarum ſecuritas, jus per vias publicas euntes, redeuntesque conducendi introductum eſt, vulgò **die gleitliche Obrigkeit / uff freyer Käyſerlicher / Heer / und Reichſtraſſen zu gleiten.** M*atth. Stephan. de Iurisdict. Imper. Roman. lib. 4. part. 1. cap. 7. num. 397. Iohan. Georg.* Be*cht. dicto loco. Heinr. Bruning. de var. univerſ. ſpecieb. Concluſ. 22. Sixtin. de Regalib. dict. cap. 2. n. 41.* Hoc jure (quòd vulgò inter territorialia jura ſolet referri, M*atth.* W*eſembec. conſ. 33. n. 19.*) qui per alienas provincias tranſmeant, nomina ſua edere ſolent, & perſolvere eo nomine certum cenſum. Undè viciſſim obſtringitur Dominus territorii, ſi Latronum incurſu mercatores vel merces invadantur, & ſpolientur in territorio, ut damnum omne reſarciat, & nummos vel merces reſtituat, M*atth. Stephan. dicto loco, num. 404.* Br*uning. dicta* Conclu*ſ. 22.*

61 Ideoque eo ſolùm caſu Dominus tenebitur, quo ſalvum dedit conductum, extra quem nulli ſpoliato ad damnum reſarciendum eſt obligatus. Id quod luculenter apparet ex *verb. Decreti:* **Wofern von Churfürſten / Fürſten / Ständen / oder einiger Obrigkeit jemand Geleit gegeben / &c.** Quæ verba conditionem certam arguunt. Quicquid verò ſub conditione diſponitur, ſub contraria conditione pro non diſpoſito habetur, *l. quibus. 40. §. 2. l. aliquando.* 1*07. ff. de condit. & demonſtrat. l. hæc venditio. 7. in pr. ff. de contr. empt. l. ſi procuratorem. 8. § ſi ignorantes & §. ſeq. ff. mand.* Quocirca non dato à Domino territorii ſalvo conductu viatoribus damnum reſarcire Dominus non tenebitur.

62 Neque aliàs ulla lege, Conſtitutione, aut edicto conſtitutam legimus vel comprobatam obligationem aliquam in Principem, aliumve Dominum, in cujus territorio Prædones iter facientibus aliquid per vim abſtulerunt, ad damnum illud eis reſarciendum. Ideoque nec ſine lege hoc affirmandum erit, *l. 5. in pr. ff. de probat. & l. illam. 19. C. de collation. §. actionum autem. verſ. Quamvis enim. Inſt. de action.* Quicquid etiam in contrarium aſſerant *Zaſ. vol. 1. conſ. 14. & ſeq.* My*nſinger. Centur. 5. obſervat. 70. Andr. Gail. lib. 2. obſerv. pract. 64. Cœpoll. de ſervit. Ruſtic. præd. cap. 4. numer. 91.* Ma*tth. de Afflict. in tit. quæ ſunt Regalia, in verb. viæ publicæ. nu.* 1*4. Iacob. de S. Georg. de feud. in verb.* Ma*rch. in Italia. verſ. quæritur etiam. n. 4.*

63 Dicunt quidem curare teneri cujusque terræ Magiſtratum, ut malis hominibus territorium ſuum purget, *l. 3. in fin. l. congruit. 13. in pr. ff. de officio Præſidis.* Nec non diſpoſitos habere ſtationarios & limitaneos milites, ad tuendam popularium quietem, *l. 1. §. quies quoque. ff. de offic. Præfect. urb. l. 2. §. pro limitaneis. §. & unumquemque.* C. *de offic. Præfect. Præt. Afric.* Quod ut lubens conceſſerim, exinde tamen haudquaquam reſtitutio Rapinæ evinci poterit, ſi cura illa fuerit neglecta.

64 Quamvis enim Dominus territorii, ſi non curet ut per limitaneos, & ſtationarios milites, quietum ſit & pacatum territorium, ex culpa & quaſi delicto tenetur, ſiquidem quaſi delinquere dicitur, qui ſua negligentia & culpa alii nocet. *argum. tot. tit. inſtit. de obligat. quæ ex quaſi delict. naſ. l. ſi quis abſens. §. ſi judex litem. & ſeqq. ff. de obligat. & action. Andr. Gail. lib. 2. obſervat. 94. num. 6. Bald. ad tit. quæ ſint regalia & ad tit. de pace tenenda 53. §. Conventicula quoque numer. 8. in fin. libr. 2. feudor.*

Attamen pro delicto hoc nulla legibus certa eſt definita pœna Magiſtratibus, ſi reperti fuerint negligentes. Unde ipſorum arbitraria duntaxat pœna cenſeri debet, *l.1. §.1. verſ. Quibus nulla ſpecialis pœna. ff. de effractor. l.4. ff. de cuſtod. reor.* Si autem arbitraria eſt pœna, non certè ea erit, quam *Dd.* volunt, ut ſcilicet Princeps, Comes, aut alius territorii Dominus ſpoliatis damnum reſarciat, *Heinr. Bocer. dict. cap. 2. numer. 258.*

65 Non certè majoris momenti eſt illud, quod dicunt, Principes, Comites, cæteroſque territoriorum Dominos ab iter facientibus pedagia capere, proindeque viciſſim ad ſecuritatem eis præſtandam obligatos eſſe. Nam qui commodum ſentit, ratione æquitatis etiam onus ſubire haud gravabitur, *c. qui ſentit onus. ubi Dyn. de Reg. jur. in 6to. Nulla* etenim conſequentia in hoc eſt argumento. Eſto namque, Dominos provinciarum ab iter facientibus vectigalia capere, indè tamen abſque lege inferendum non eſt, eos ob id viciſſim obligatos eſſe, ad reponendam ipſis Rapinam à Prædonibus factam.

66 Cum jus exigendi vectigalia Principibus, Comitibus, aliiſque Magiſtratibus tributum ſit, vel ad anguſtiarum ſolatium, *l. vectigalia. 10. C. de vectigal. & l.1. C. vectigalia nova inſtitui non poſſe.* Vel ad compenſanda diſpendia, quæ pro publicis neceſſitatibus tolerant. Et quia onera ſentiunt publica, hoc viciſſim commodum in uſum publicum habeant, *l. ultim.* C. *de vectigal.* ut docet, ac pluribus defendit *Henric. Bocer. dict. cap. 2. n. 158.*

Solo igitur eo caſu quo Princeps, Comes, aliusvè Magiſtratus territorii dedit ſecuritatem, damnum deprædato tenetur reſarcire; De quo caſu etiam accipiendum præjudicium Cameræ Imperialis, quo contra Epiſcopum Herbipolenſem pronunciatum fuit, ut in ſua provincia deprædato mercatori ad Nundinas Francofurtenſes abeunti, damnum reſarciret, cujus meminit *Andr. Gail. lib. 2. Obſervat. 64. in pr.* Siquidē Mercator ille ſub publica fide & ſecuritate Epiſcopi illius (**mit deſſelben lebendigen Gleit**) ad Nundinas Francofurtenſes proficiſcebatur, *Gail. dicto loco.*

67 Reſarcit verò tùm Dominus territorii damnum illud, quod ſibi per deprædationem illatum, & quicquid reverâ ablatum probabit deprædatus mercator aut viator, legitimis ſcilicet probationibus, non juramento. *Mynſinger. 5. Obſervat. 71. Andr. Gail. dict. Obſerv. 64. nu. 7.* Nam licet in ſpolio intereſſe & damnum juramento probetur, *l. 2. l. in actionibus. ff. de in lit. jurand. l. ſi quando. C. unde vi ubi Dd. Mynſinger. 4. Obſervat. 12.* Fallit tamen hoc ipſum, ſi non agatur contra delinquentem, ſed contra alium, qui non deliquit dolo, ſed tantum in culpa eſt, *Gail. dict. num. 7. Proſper. Farin. quæſt. crim. 24. nu. 216. & ſeq.* Qualis eſt Dominus territorii, qui ratione cuſtodiæ, ut itinera tuta teneat, tantum ex quaſi delicto obligatus eſt, quod ratione regalium provinciam ſuam malis hominibus non purgaverit. Et ſic potius ex facto alieno, Prædonum ſcilicet, adeoque contra ipſum probatio per juramentum non admittitur, *Gail. dicto loco.* Aliter ſentit *Henricus* Bocer. *de Regalibus cap. 2. n. 160.*

68 *Alterum requiſitum*, quod ad hoc, ut Dominus territorii damnum Rapinæ iter facientibus reſarcire teneatur, neceſſarium eſſe dixi, *hoc eſt*: Ut deprædatus via regia uſus fuerit, nec ab ea deflexerit, *Heinr. à Roſenth. de feud. cap. 5. Concluſ. 22.* Si enim per inſolitas vias vagatus fuerit, ac ibi damnum paſſus ſibi quod imputet, habet, *Andr. Gail. dict. Obſervat. 64. num. 11. Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. num. 197. Regner. Sixtin. de Regalib. lib. 2. cap. 2. num. 4.* Quod adeò verum eſt, ut etiamſi Elector, aut ejus nuncii, ad Comitia Imperatoria proficiſcentes inſolitam viam, cujus conductum petere neglexerint, ingrediantur & ſpolientur, Dominus territorii non teneatur ad damni emendationem, *Aur. Bulla tit. 1. verſ.* **Wir wollen**/ &c. In verb. **Auch den Weg / den er reiſen will / verkündige und anzeige**/ *&c. Ubi Domin. Arumæ. diſcurſ. 1. th. 22.*

69 Hiſce duobus requiſitis concurrentibus: Si nempè mercator, aliusvè, impetrata ſecuritate, viam regiam ambulans deprædatus fuerit, quin Rapinæ emendationem à Domino territorii petere queat, ambigendum non eſt.

70 *Veluti ita pronunciamus Heinrico* Nebeln/ *Mercatori in* Croſſen: Habt ihr vorm Jahre / als ihr nach Franckfurt uff die Meſſe verreiſen wollen / mit ewren Wahren durch das Marggräffiſche Badenſiſche Gebiet paſſiren müſſen / dieweil es aber deß Orts unſicher geweſen / habt ihr bey ſelbiger Landes Obrigkeit umb ein ſicheres Geleit durchzuziehen angeſucht / welches euch auch gegen Erlegung der geforderten Gebühr ertheilet unnd verſprochen worden / deſſen ungeachtet / haben etliche Räuber ewere Wahren angefallen / auffgehawen/ und hinweg genommen/ da ihr nun / ewrem Berichte nach / uff das erlangte Gleit die richtige/ öffentliche Reichſtraſſe mit ewren Wahren gezogen/ und im Gleit verblieben wehret / *&c.* So wehret ihr bey der Landesfürſtlichen Obrigkeit deß Orts umb Erſtattung deß euch zugefügten ſchadens gebührlichen anzuſuchen wol befugt / und were dieſelbe euch ſolchen Schaden / ſo viel ihr deſſen durch richtige Zeugnüs beſcheinigen unnd beybringen möchtet/ gut zu machen / und zu erſtatten ſchuldig/ V. R. W. *Menſ. Decembr.*
Anno 1628.

QVÆSTIO XCII.

De pœnis Vſurariæ pravitatis.

SUMMARIA.

1. *Vſurarii ac fœneratores referuntur inter prædones & latrones, n. 2.*
3. *Fœnus nil aliud eſt quàm animæ funus.*
4. Montespietatis *Pontificum & Italorum improbantur, n. 5. 6.*
7. *Quodnam pietatis ærarium ſit tolerabilius? nu. 8. 9.*
10. I*udæi quare non tolerentur? n. 11.*
12. *Magna hodiè eſt uſurariorum frequentia atque malitia, n. 13. 14. 15.*
16. *Non omnes uſuræ prohibitæ ſunt, n. 17. 18.*
19. *Quænam permiſſæ? n. 20. 21.*
22. *Pœna uſurariæ pravitatis in foro* Saxonico *quænam? n. 23. 24.*
25. Contr*actus Vſurarii ſunt reſcindendi, n. 26. 27.*
28. *Vſurarii puniuntur amiſſione quartæ partis ſortis.*
29. *Inſuper etiam pœna arbitraria coërcentur, numer. 30.*
31. Sententia *Scabinorum Lipſenſium.*
32. *Fœneratores quoque infamia notantur & Sepultura privantur, n. 33. 34. 35. 36.*
37. *Sententiæ* Scabinorum *Lipſenſium.*
38. *Vſuraria pravitas multis modis committitur, n. 94. 95.*
39. *Kipperi ceu fœneratores puniendi ſunt. n. 40.*
41. *Reſponſa* Scabinorum L*ipſenſium.*
42. *Vſuras ultrà alterum tantum exigere haud licet, num. 43.*
44. *Obſervantia* Scabinorum *Lipſenſium.*
45. *Quod verum eſt etiam in uſuris particulariter ſolutis.*
46. *Reſponſum* Scabinorum L*ipſenſium.*
47. *Non ſolùm in mutuo, ſed & in aliis contractibus.*
48. *Sententia* Scabinorum *Lipſenſium.*
49. *Vſuræ ultra alterum tantum ſolutæ repeti poſſunt.*
50. *Sententiæ* Scabinorum *Lipſenſium.*
51. *Lite mota & conteſtata, uſuræ currunt etiam ultra alterum tantum, n. 52.*
53. *Obſervantia* Scabinorum *Lipſenſium.*
54. *Sicuti & uſuræ rei judicatæ.*
55. *Sententiæ* Scabinorum *Lipſenſium, n. 56.*
57. *Vſuræ tanquam intereſſe peti poſſunt ultra alterum tantum, n. 59.*
58. *Sententiæ* Scabinorum *Lipſenſium, n. 60* 61.
62. *Annui reditus currunt ultra alterum tantum.*
63. *Reſponſum* Scabinorum *Lipſenſium.*
64. *Venditori ſolùm, non etiam emtori annuos reditus redimere licet.*
65. *Obſervantia* Scabinorum *Lipſenſium, numer. 66. 67.*
68. *Antichreſis quomodo contrahatur?*
69. *Pactum* Antich*reſeos quatenus licitum ſit? nu. 71. 72. 73.*
70. *Sententiæ* Scabinorum L*ipſenſium, n. 74. 75.*
76. Coll*ectas creditor ſolvit non debitor. n. 77.*
78. *Obſervantia* Scabinorum *Lipſenſium.*
79. *Vſuræ Vſurarum, exigi nequeunt.*
80. *Obſervantia* Scabinorum L*ipſenſium.*
81. *Exceptio facienda eſt in pecuniis pupillaribus, n. 82. 83. 85.*
84. *Reſponſum* Scabinorum *Lipſenſium.*
86. *Sicut & in annuis reditibus.*
87. *Anatociſmus quinam dicatur, & num prohibitus? n. 88.*
89. *Sententiæ* Scabinorum *Lipſenſium, n. 90.*
91. *Num valeat emtio debiti particulariter ſolvendi? n. 92.*
93. *Sententia* Scabinorum *Lipſenſium.*
96. *Emtio pignoris ſub pacto de retrovendendo quatenus valeat? numer. 97. 98. 100. 101. 102.*
99. *Sententiæ* Scabinorum *Lipſenſium, n. 103.*

1 INter fures ac prædones porrò haud ineptè Vſurarii ac fœneratores referri poſſunt: qui ſubdolè & verſutè ſub ſpecie juſti ac legitimi commercii opes aliorum exhauriunt, atque rapiunt, quos & pejores cives quàm fures, exiſtimaſſe Majores, ex ipſorum legibus apparet, quibus furem dupli, fœneratorem verò quadrupli condemnari voluerunt, referente ex *Gothofredo Herm. Lather. de cenſu lib. 3. cap. 23. n. 33.*

2 Niſi quis latrones hos appellare maluerit, ut qui in Civium animos ſeſe inſinuant, atque viſcera & præcordia ipſorum mordicus rodunt, ut fœnus inſtar ſcelerati latrocinii ſit, *Lather. dict cap. 23. num. 37.* Unde Hebræi uſuram morſum appellarunt, quia non modo opes exhaurire, ſed etiam oſſa penitus arrodere ac medullas ex ipſis oſſibus exugere conſuevit. *Iohann.* C*aſus lib. 3. Sphær.* C*ivit. cap. 6. pag. 41. Bald. vol. 3. Conſil. 449. n. 8.* Matth. *Coler. de proceſſ. executiv. lib. 1. cap. 10. num. 34. & ſeqq. Bocer. lib.* 1. *de illuſtr. ſtat. & polit. cap. 14.*

Propterea que fœnus nihil aliud ſibi videri, quàm animæ funus, dixit *Alphonſus* Rex Aragonum & Neapolis ſapientiſſimus, *Anton. Panor. lib. 3. dict. & fact. Alphonſi. num. 3*4. Siquidem ſecundum D. Ambroſium nihil intereſt inter fœnus & funus, inter mortem & ſortem, & ab eis demum Uſuras vultis exigi, quos non ſit crimen occidere. Vid. I*ul. Pacium. ad tit.* C. *de Vſur. numer. 65.* Gravius ergò crimen Uſurarium furto & homicidio æſtimat *Ambroſ. in libr. de Tob. cap. 15. Ventur. de Valent. in part. litigioſ. lib. 1. cap. 13. num. 30.* Hinc Autor deß Jůdenſpiegels / *fol. 70.* Ein Mörder / inquit, vergreiffet ſich an einem / oder mehr Perſonen / ein Wucherer beſchåndet eine gantze Stadt ur Land / &c. 3

Q 1. An, & quatenus Montes Pietatis ſint erigendi?

4 Quamvis hoc omnes non credant, nec Pontifices maximi hiſce fidem tribuant, undique erigentes Montes Pietatis (uti vulgò appellari ſolent) pecuniæ publicæ accumulandæ ergò, ut ea ad uſuras maximas mutuò concedatur, pignore dato. *Bodin. de Republ. lib. 6. cap. 2. pag. 1040. Chriſtoph. Beſold. de ærar. publ. cap. 3. pag. 38.* In quos pecuniam ut multi paſſim collocent, non lucri ſolùm ſpe certiſſima, ſed & quamplurimis præterea invitantur Privilegiis: Vnde fit, ut quas quis infimæ ſortis corradere poteſt, ſive juſte ſive injuſtè, pecunias, aliundè ad Montes illos confugiat, & reditus ſibi comparet, ut reliquum vitæ tempus ſine labore transigat. *Petr. Gregor. lib. 13. de Republ. cap. 16. num. 10. & ſeqq.* Chriſtoph. Beſold. Claſſ. 1. Diſput. polit. 4. th. 30. Herm. Lather. de cenſ. lib. 3. cap. 23. num. 12. & 15.*

5 Quos ſecuti ſunt Itali, ubique ferè inſtituentes Pietatis Montes, potiſſimum verò in Civitatibus Lucenſium, Senenſium, ac Florentinorum, hiſce ſcilicet legibus: Vt cui filia naſcitur, in ærarium pietatis pecuniam dotalem, quam volet, eodem inferat momento, nec repetere poſſit. Sed cum puella annum 18. attigerit, decuplam pecuniam Maritus puellæ dotis nomine ab ærarii quæſtoribus accipiat. Hanc pecuniam peculiarem & privilegiatam ſortiri rationem, arbitratur *Obrecht. in Conſil.* **Welcher maſſen ein Stand deß Reichs ſein Gefäll und Einkommen verbeſſern möge** *Claſſ. 5.* **Von denen Stücken/ſo zweiffelig/mißlich/ und diſputierlich ſeyn. §. Von etlichen der fürnembſten Städten in** Italia. Eò, quod à parentibus filiabus impuberibus apud Magiſtratum theſaurus quaſi repoſitus ſit, ut ſi lapſis facultatibns, boniſque cedentes dotem conſtituere nequeant, puellaſque nubere velint, eæ facilius à Quæſtoribus depoſitum unà cum uſuris repetendo, viros inveniant: ſiquidem dotem affert mulier, ut maritus onera matrimonii commodius ſuſtineat, *l. 20. §. 2. ff. famil. erciſc.*

6 At, ſuavis hæc ratio, quæ puellis quidem favet, ſed non abſque detrimento Reipublicæ ac permiſſione illicitarum uſurarum. Quare modum hunc accumulandæ pecuniæ meritò rejiciunt ſaniores Politici & JCti Chriſtiani, *Petr. Heig. part. 2. quæſt. 1. num. 139. & 152. Bornit. lib. 1. de ærar. cap. 7. Herm. Lather. dict. lib. 3. cap. 23. nu. 16. Tract. german. hac de re ſingul. Argentinæ Ann. 1608. impreſſus, cui titulus:* Montes pietatis *Romanenſes lib.* 1. *cap. 6. & lib. 2. ca. 8. Chriſtoph. Beſold. de ærar. cap 6. & claſſ. 2. diſput. Polit. 4 theſ. 30.* Et inſigne de montibus illis pietatis, aut potius impietatis, judicium extat *Scip. Amirat. Noſtris,* inquit ille, *temporibus conſuetudo viget, ut Principes pecuniam conquirere cupientes, per miniſtros nummularios pecuniam à privatis accipiant, reditum verò dantibus conſtituant octo, aut ſeſquiocto, pro centenis nummis, quoad accipiens vixerit, plurimique probant id maximo Principibus emolumento cedere.* A *quâ tamen opinione ego ſemper longiſſimè abfui, propterea quod certi reditus indubiè diminuuntur, accepta vero pecunia facilimè dilabitur, & rarò ad tales contractus* Principes *niſi in extremis neceſſitatibus deveniunt. lib. 3. Diſſert. polit. in Tacit. Diſc. 8. pag. 83.*

7 Tolerabilius verò eſt illud pietatis ærarium, de quo *Johann. Bodin. libr. 6. de Republ. cap. 2. pag. 1040.* ſcribit: Ut tenuibus pecunia detur decem ad ſummum aureorum, ea Lege, ut trientibus uſuris, quæ omnium leviſſimæ judicantur, & pignoribus ærario caveant, ſe creditam pecuniam ſtato reddituros, ſi ſolvendo non fuerint, pignus publicè venditur, quod ſoluta pecunia reliquum eſt, debitori reſtituitur, ita cavetur, ne tenues gravioribus uſuris urgeantur, aut ſuppellectilis diſtractionem alieniſſimo loco ac tempore patiantur.

8 Hoc equidem pietatis affectu & præſidio adverſus impoſturam & malitiam fœneratorum & Judæorum, id eſt, mutuam dando pecuniam ad tolerabiles uſuras quondam ſuccurrebatur; At hodie ærario hoc abrogato, pignore etiam dato, pecuniam mutuam petentes non niſi ad inſolentes, & maximas uſuras, & pignore, niſi ad deſtinatum tempus luatur, commiſſo, impetrare poſſunt. Tanta nimirum hoc ſeculo avaritia hominum, tanta copia fœneratorum ac Uſurariorum, quos etiam Ethnici tanquam fures & homicidas abominati ſunt, damnaruntque. Unde illud extat Catonis, à quo cum quæreretur. Quid maximè in re familiari expediret? reſpondit: Benè paſcere. Quid ſecundum? Satis benè paſcere? Quid tertium? Benè veſtire. Quid quartum? Arare. Et cum ille, qui quæſierat, dixiſſet, Quid fœnerari? Tum Cato, quid hominem, inquit, occidere, *Cicero libr. 2. de Offic. in fin.*

9 Quare & Romani ſumma diligentia, peſſimum hoc genus hominum à ſua republica avertere conati ſunt. *Cornel. Tacitus lib. 6.* Annal. Nec non multi paſſim Principes & Gubernatores Rerumpublicarum uſurarios non tantùm Urbibus & Communitatibus, ſed totis etiam Provinciis atque Regnis expulerunt, *Jacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. lib. 2.* Caſ. *398. num. 8. & ſeqq. Herm. Lather. dict. lib. 3. cap. 23. num. 43.*

10 Nec alia de cauſa Ferdinandus Hiſpaniarum Rex, Anno 1491. Judæos expulit, ut uno ferè tempore 24000. Judæorum ex Hiſpania profugerint, quàm ut Regnum fœneratoribus & uſurariis purgaretur, *Paul. Wehner. in Metamorphoſ. Rerumpublicarum. cap. 5. pag. 74. & ſeqq.* Quod & Impp. Veſpaſianum & Titum filium feciſſe, teſtatur hiſtoria, dum inter alias cauſſas etiam ob fœnus Judæorum ſubſtantiam non tantùm inquiri juſſerunt, ſed etiam undecies centena millia Judæorum fame & gladio interemerunt, & alia centum millia captivorum publicè vendiderunt. *Lather. de cenſ. lib. 3. cap. 23. num. 46.* 11 Ergò nec ratione caret, quod in Electoratu Saxoniæ, Ducatu Brunſvicenſi, nonnulliſque aliis Imperii Romani oppidis & ditionibus Judæi non tolerantur, ſed jam dudum exules

facti ſunt, *Wehner. dict. Metamorph. Rerumpubl. cap.5.pag.75.* Piiſſimi namque Principes uſurariis ac fœneratoribus Provincias ſuas purgare, quàm eorundem tributis & illicitis exactionibus æraria augere, ſuisque Chriſtianis lites illicitas moveri, ipſumque ſanguinem exſugi maluerunt. *Marquar. tract. de judæ. cap. 11. numer. 11. Jodoc. Damhouder. in prax. rer. crimin. cap. 28. n. 76. Didac.* Covar. *lib. 3. variar. reſolut. cap.* 1. *nu. 8. Andr. Gail. lib. 2. Obſerv. 5. num. ult.* Iohan. *Bonif. in tract. de furt. §. fraudul. n. 39.* Molin. *tract. de Uſur. n. 518. ubi* Principes cum Judæis colludentes vocat ſocios furum.

12 Sed vereor, proh dolor ! ne expulſis Judæis, remanſerit in noſtris Provinciis eorundem Lancea **der Jüden Spieß**/ quâ ſæpe uſurarii avariſſimi pauperes miſerè deplumant, exenterant, trucidantque: Veluti conqueritur *Ventur. de Valent. in parthen. litigioſ. libr. 1. cap. 23. numer. 32.* Nunquam enim ſerunt, & metere nunquam deſinunt hodiè fœneratores, cocta, cruda devorant, nunquam ſaturi, quibus ſive ſterile, ſive fertile ſit ſolum, menſtruos fert cenſus Luna, ſol annuos, **Wochen und Jahr Zinſen**/ *Valent. dict. loco.* Hinc rara temporum felicitas, & multiplex infortunium, quod copia fœneratorum unicè cauſatur, ut verè ſolus ſit felix, qui nihil debet, quin & tutus ne civitatem relinquere cogatur, juxta *illud Germanorum:* **Viel borgen und leyhen iſt eine Vergifftung deines Erbtheils/und hat eine Stieffmutter/die heiſſet/Verkauff deine Gütere/die gebieret dir eine Tochter/die heiſt/Gib ſie wolfeil/ die hat einen Bruder/der heiſſet zum Thor hinauß.** *Hering. de fidejuſſor. capit. 15. numer. 3.*

13 Cui proverbio abſque dubio cauſam dedit deteſtanda fœneratorum malitia atque avaritia: Ut jure liceat exclamare: Germaniam immenſo fœnore exhauriri. Et cum *Johann. Caſo lib. 1. Sphær. Civit. cap. 7. pag.* 43. O peſſima beſtia, omni aſpide nocentior, utinam ſane aut nunquam fuiſſes, aut ſaltem in florentes, ac benè adminiſtratas Reſpublicas nunquam irrepſiſſes ! Natura te quaſi ſtercus evomuit, Avaritia te monſtrum ſuſcepit, immanis Cupiditas te peſtem multarum civitatum auxit, & enutrivit, *Herm. Lather. dict. cap. 23. n.* 75.

14 Et, quod horrendum, tanta uſurariorum eſt frequentia, ut vix pœnis coerceri, ac ſupprimi poſſit, totque modi deteſtabiles illicitarum uſurarum, ut vix legibus ac ſanctionibus impediri queant; de quo conqueruntur *Receſſ. Imper. Francofurt. de Anno 1577. tit. 17.* **Von Wucherlichen** *Contracten*: **Wie biß anhero im Heiligen Reich mannigfaltige / Wucherliche** *Contract*, **die nicht allein unziemlich / ſondern auch unchriſtlich wider GOTT und Recht geübet worden ſeyn / und täglichen geübet werden** / &c. Ubi aliquot ſpecies reprobarum & illicitarum uſurarum recenſentur, Nimirum, quando creditor pro mora modici temporis exigendo immenſum & illegitimum intereſſe de die in diem auget capitale, uſuras uſurarum ſtipulando. It: quando debitor accipiens monetam currentem, ſolutionem in auro promittere cogitur. It: quando in ſorte principali plus ex parte creditoris in ſtipulatum deducitur, & recipitur, quàm erogatum eſt, &c.

15 Quam crudeliſſimam & impiam extorſionem *D. Martinus* Lutherus, *in Comment.* **Von Kauffs Handelung unnd Wucher**/ graviſſimè execratur & abominatur, eumque libellum hiſce verbis concludit: **Aber dahinden in Sachſen/umb Lüneburg und Holſtein/da machet man es recht grob/ daß nicht wunder iſt/ ob einer den andern freſſe/da nimbt man auffs hundert nicht allein 9.10. Oder wie viel man immer mag/ſondern haben auch ein beſonders ſtücklein daran gehenget/nemblich/ ſoll mir einer 1000. Gülden thun auff Zinß/ ſo muß ich an ſtadt bahres Geldes ſo viel Pferdte/ Kühe/Speck/Korn/ꝛc. nehmen/ deſſen Er ſonſten vielleicht nicht mag loß werden/oder nicht ſo theuer verkauffen/daß Mir kaum der Summen die Helffte/als 500. Gülden bahres Geldes wird/ und muß doch für tauſendt Gülden zinſen/ ob mir ſchon die Wahre unnd Viehe nichts nütze/ oder kaum auff hundert oder zwey Gülden mag zutragen/ Ey/das ſein freylich nicht Straſſen-Räuber/noch Stul Räuber/ſondern Hauß und Hoff Räuber/ was ſoll man darzu ſagen? Es ſind nicht Leute/ſondern Wölffe/ und unvernünfftige Thiere/die nicht glauben daß ein Gott ſey/ꝛc.**

Q. 2 An & quænam uſuræ ſint permiſſæ?

16 Quæ tamen eò non pertinent, ut tollendæ prorſus de Republica ſint uſuræ; ſiquidem uſuram patriis legibus probatam damnare hominis eſt, communem hominum utilitatem ſocietatemque non ſatis intelligentis, ut dicit ex *Aug.* Call. *Chriſtophorus Beſoldus Claſſ. 2. diſputat.* Polit. *4. theſ. 37.* Uſuramque per ſe conſideratam, ex eo eſſe genere rerum, quæ per ſe & ἁπλῶς peccata non ſunt, demonſtrat pluribus, & latè *Petr. Heig. part.* 2. *quæſt. 1. num. 31. & ſeqq.* Neq; ſimpliciter jure Divino uſuræ prohibitæ ſunt, ſed ſolùm eæ, quæ mordent, & à Rapinâ ac furto parum differunt, non etiam quæ æquitate nituntur. Vide *Exod. 22. verſ. 25. Levit. 25. verſ. 37. Deut. 23. v. 19. Luc. 6. verſ. 34.*

17 Jam dudum enim hæc quæſtio, à JCtis pariter, atque Theologis præſtantiſſimis deciſa, & rationibus ex jure Divino & civili firmiſſimis probatum fuit, poſſe Principem Uſurarum quantitatem, in hac temporum neceſſitate definire, quam & moderatiores jure tenere poſſint, & improbiores excedere prohibeantur, ita tamen ut ſemper Charitatis proximo debitæ ratio habenda, ac pauperibus & indigentibus pecunia abſque ulla uſura mutuò danda ſit. *Ægidius Hunnius in Conſil. Theolog. An liceat ultra ſortem erogatæ pecuniæ accipere penſionem? Ioann. Gerhard. decad. 8. quæſtion. polit. 1. Mart. Chemnit. in loc. Philipp.* Commun. *Martin.* Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap.* 10. *n. 30. & multis ſeqq. Molin. in tractat. de Uſur. numer. 86. Hug. Donellus de Uſur. cap. 2. Anton. Teſſaur. Deciſ. 57. Jacob. Curt. tom. 1. Conjectur. lib. 3. cap. 29. Erneſt.* Cothman. *Vol. 2. Reſponſ. 52. num. 34. & ſeqq. Petr. Heig. dict. part. 2. quæſt. 1. per totum. Petr. Frider.* Mindan. *lib. 2. de mandat. Iud. cap. 73. numer. 21.*

Ventur. de Valent. in parth. litigioſ. lib. 2. cap. 11. numer. 33. Chriſtoph. Beſold. dicto loco. Vaſq. lib. 3. qq. illuſtr. cap. 60. numer. 22. Rutg. Ruland. part. 4. de Commiſſ. lib. 6. cap. 6. num. 13. aliique quam *plurimi.*

18 Quin & Divus Luther. *lib. ſingul. de Vſur. ad Parochos. tom. 7. Ienenſ. fol. 405. in §.* **Aber wie wenn der Fall käme/ꝛc.** Juſtiniani Imperat. Sanctionem ad temperanda antiqua onera graviorum uſurarum inductam, ſatis excuſari poſſe ait; Cum Magiſtratus poteſtatem habeat de rebus temporalibus diſponendi, & uſura quincunx non poſſit adeò moleſta eſſe debitori, maximè ſi pupilli, viduæ, & miſerabiles ſint perſonæ, quæ aliundè victum nullum habeant. Eademque ratione *Lambert. Danæus in Ethica* Chriſtiana *capit. 15.* Si quidem fratri de lucro certanti, vel ſuam rem augere volenti, mutuum detur, definitam à Lege uſurarum quantitatem, tàm æquo jure accipi poſſe, ait, quàm ab eodem licet partem reditus vel fundi emere, ſalvâ bonaque conſcientia, nec in eo Chriſtianam caritatem violari contendit.

19 Quare & Status Imperii Anno 1586. Wormatiæ per deputatos ſuos conſtituerunt, deinceps in mutuo, Uſuræ nomine, quinque annua à tempore moræ, non prævia probatione ejus, quod intereſt, adjudicari debere. Quod licet non omnibus placuerit, dignum tamen viſum eſt in Comitiis Ratisbonenſibus, Anno 1594. cujus deciſio in anni ſequentis conventum deputatorum, & deliberationem maturiorem, rejiceretur. Ideoque in Pomerania & Megapolonia uſuras quincunces exigi permiſſum, lege promulgata, quam Confirmatio Imperat. Maximiliani II. laudatiſſimæ memoriæ, jam dudum roboravit, teſte Petr. Heigio. *dict. quæſt. 1. n. 103.*

20 Quin & in Electoratu Saxon. peculiaris conſtitutio Provincialis Mauritii, de Anno 1550. *tit.* **Von den Wuchern** nec non Auguſti, de Anno 1555. *tit.* **Von Wucher** in centum aureos annuos quinque uſurarum nomine exigi concedit, atque ita non præciſè poſtulat, id quod intereſt probari, ſi quis quincunce modeſtus contentus eſſe velit; quod & poſteà in *Conſtit. Elect. 30. part. 2.* de Anno 1572. *& Ordin. Torgenſ.* de Anno 1583. *tit.* **Von Wucher/ Wucherlichen** contracten, &c. repetitum eſt. Idque non modò in Saxoniâ, ſed univerſo ferè Imperio ita obtinet. Quamvis Receſſus Provinciales in Elect. Saxon. de Anno 1628. ſextum quoque florenum exigi permittant, ita tamen, ut is loco collectarum ſuperiori magiſtratui ſolvatur.

21 Quincunces itaque uſuras dum petere & exigere permiſſum eſt, illi demum hodiè ſunt uſurarii ac fœneratores, qui ultra legitimum hunc uſurarum modum ullo modo vel colore aliquid à debitoribus extorquent: qui & propterea graviſſima afficiendi ſunt pœna, non ſolùm, quod proximo noceant, ſed quia hac ratione cives quoque à prædiorum culturâ, honeſtisque artificiis abſtrahuntur, & fœnerari diſcunt. *Chriſtoph. Beſold. dict. Claſſ. 2. diſput. Polit. 4. theſ. 38. Herman.* Lather. *de Cenſ. libr. 3. capit. 23. numer. 85.*

22 Q. 3. Qui ſit pœna fœneratorum ſeu Vſurariorū in foro Saxonico

Jure equidem Saxonico pœnam nullam fœneratoribus ac uſurariis eſſe conſtitutam, certiſſimum eſt: Nihilominus tamen pœna in foro etiam Saxonico illis eſt irroganda, ea nimirum, quæ in decretis Imperii definita eſt. Siquidem iis in caſibus, de quibus nihil expreſſum ſtatuit jus Saxonicum, ad jus commune eſt recurrendum. *Gloſſ.* in **Landrecht.** *lib. 2. artic. 36. ſub fin. numer. 3.* Ibi: **Jch frage hier auch/ nach welchem Rechte/** *&c. lib. 3. artic. 45.* In verb. **Da lieſſen ſie die Bauren/** *in fin.* Ibi: **Das vernim aber alles von den Sachen/** *&c.*

23 Secundum Sanctionem verò Impp. & Receſſ. Imperii, contractus uſurarii, pactaque illicita omnia irrita, interdictaque ſunt, & à judicibus quibusvis, ad quod deferuntur, invalida & nulla eſſe pronunciantur, à nemine executioni demandantur, Uſurarii inſuper quartâ parte ſortis mulctantur, Magiſtratus negligentes Fiſcalis ad pœnam duarum, trium, vel quatuor Marcarum auri convenire jubetur. *Petr. Denaiſ. in Compend. jur. Camer. tit. de Contract. Vſurar. pag. 122.* Uti perſpectum eſt ex *Receſ. Auguſtan. de Anno 1500. ſub Imper. Maximil. I. tit.* **Von Wucherlichen** contracten, R*eceſſibus Auguſt. ſub Imper. Carol. V. de Anno 1530. in Reformat. Polit. tit.* **Von Wucherlichen** contracten. §. **Dieweil aber ſolche und dergleichen** contracten, &c. R*eceſſ. Auguſt. ſub eodem Imper. de Anno 1548. in Reformat. Polit. tit.* **Von Wucherlichen** contracten. §. **Dieweil aber ſolche und dergleichen/** *&c. Et in Polit. Francofurt. de Anno 1577. ſub Imp. Rudolph. II. tit.* **Von wucherlichen** contracten. **Dieweil aber ſolche/** *verſ.* **Setzen/ ordnen/ und wollen darauff/ daß ſolche Unrechtliche** contracte, **und alle Unzimbliche** pacta **und** partita, **Gedinge und Händel/ wie die genandt oder erdacht werden mögen/ gäntzlich und zumahl vermieden/ unnd durch niemand/ weſſen Würden oder Stands der ſey/ fürgenommen/ oder gebraucht werden ſollen/ damit allen Richtern/ Geiſtlichen und Weltlichen gebietend/ wenn ſolche Wucherliche** contracte, **und** partiten **für die bracht/ daß/ ſie dieſelben Unwürdig/ Krafftloß/ und unbündig erkennen/ erklären/ und** declariren, **wie wir ſie auch als unkräfftig/ und unbändig erklären/ und erkennen/ und auff ſolche** Contracte **keine** Execution **oder Vollziehung thun/ oder verhelffen: Zu dem/ daß der jenige/ ſo ſolche Wucherliche** Contracte **und Partiten hinfüro künfftiglich/ nach Publicirung dieſer unſerer Ordnung üben würde/ den vierdten Theil an ſeiner Hauptſumma verlohren/ und derſelbe halb ſeiner Bürgerlichen Obrigkeit (an etlichen Orten Erbgericht genandt) zum andern halben Theil aber der Obrigkeit/ darunter der arme Mann/ gegen dem ſolcher Wucherlicher** Contract **und** Partita **gebraucht worden/ heimgefallen ſeyn ſoll/ unnd ſo dieſelbe Obrigkeit eine oder die andere mit Wiſſen ſäumig erfunden/ als denn ſol unſer Fiſcal die Obrigkeit um eine nämliche Peen/ als zwey/ drey oder vier Marck lötiges Goldes beklagen und annehmen/**

24 Hæc ergò pœna in Imperio Romano-

Germanico uſurariis ac fœneratoribus definita eſt, quæ etiamnum hodie in foro Saxonico obtinet, & ab Electore Divo Mauritio in *Ordin. Provinc. de Anno 1550. in tit.* Von den Wucherern/In verb. Wie des Reichs Abſchied vermag/ ꝛc. Et Divo Auguſto *in Ordin. Provinc. de An. 1555. tit.* Vom Wucher. In verb. Wie es des Reichs Abſchied vermag/ꝛc. Nec non *in Ordinat. Torgenſ. de Anno 1583. tit.* Von Wucher/ wucherlichen contracten,&c.§. Setzen/ordnen/und wollen/ ꝛc. *verſ.* vber diß ſol auch der jenige/&c. expreſſis atque diſertis verbis recepta ac confirmata, ab Illuſtriſſ. Elector. Saxon. Dn. Joann. Georg. in mandato noviſſimo, Wegen des hin unnd wieder eingeriſſenen/ Vnchriſtlichen/ Hochſtraffbaren Laſters des Wuchers/ de Anno 1625. ſeverioris cujusdam reatus additione in terris Electoratus aucta & exaggerata eſt. Ut dubium prorſus non ſit, uſurarios in foro quoque Saxonico pœnis in Receſſibus Imperii definitis ſubjugandos eſſe.

25 Sat gravis autem & rigoroſa hæcce eſt pœna quâ uſurarii coercentur.

Primò namque omnia pacta, omnesque contractus uſurarii annihilantur, atque reſcinduntur, *in verb.* Daß ſie dieſelben unwürdig/ krafftloß/und unbündig erkennen/erklären/ und *declariren.* Et poſtea. Vnd auff ſolche *Contracte* keine *Execution* oder Vollnziehung thun/oder verhelffen/ &c. Unde ſequitur, Creditorem, uſuras modum legitimum excedentes, nullatenus petere poſſe, nec debitorem ad earundem ſolutionem ullo juris medio cogendum eſſe. Sublato enim atque reſciſſo ipſo contractu, corruit quoque obligatio aliàs ex contractu proveniens, id quod diſertis etiam verbis exprimitur *in Ordin. Provincial. de Anno 1550. & 1555.* ac *Ordinat. Torgenſ. de Anno 1583. dict. tit.* Von Wucher/Wucherlichen Contracten,&c. §. Setzen/ordnen/ꝛc. *verſ.* Damit allen Richtern gebietende/&c. In verb. daß ſie ſolche Wucherliche Contracte unwürdig/krafftloß und unbündig erkennen/ und darauff keine Execution thun noch verhelffen/ꝛc.

26 Proinde uſuræ, ultra modum legitimum jam ſolutæ, vel à debitore condici, vel in ſortem redigi poterunt, quod & ita *praxis quotidiana* obſervat.

Ita reſpondimus heredibus Doct. W. in Leipzigk/ *M. Iun.* A*n. 1627.*

I. A. in Chemnitz/ *Menſe Novembr. Anno 1627.*

Præfecto Rochlicenſi, M. I*an. An. 1630.*

27 Nec eſt, quod quis promiſſionem debitoris ac Inſtrumentum obligationis urgere velit; nullius ſiquidem momenti ſunt hæc omnia, contra legis prohibitionem facta atque extorta, nec debitor ad uſuras ultra modum legitimum ullâ conventione ſeſe potuit obligare: ut eleganter & prolixè defendit, *Matth.* W*eſembec. p. 2. conſ. 72. num. 13. 14. & ſeqq.* Quin & jus publicum privatorum pactis mutari nequit, *l. 38. ff. de pact. Herman. Lather. de cenſ. lib. 2. c. 23. n. 92.*

28 Secundò; puniuntur uſurarii amiſſione quartæ partis ſortis, ſind den vierdten Theil der Hauptſumma verfallen/ &c. *verſ.* Zu dem das der jenige/*&c. Ordin. Provinc. de An. 1550. & 1555. Ordin. Torgenſ. de An. 1583. dict. tit.* Von Wucher/Wucherlichen Contracten,&c. §. So wollen wir zu Vorkommung. *&* §. Vber das ſoll auch der jenige/*&c.* In verb. den vierdten Theil der Hauptſummen uns verluſtig ſeyn/ &c. *Modeſt.* P*iſtor. p. 2. quæſt. 97. n. 8. & ibi Iac. Schult. in addit. n. 10. Herman. Lather. dict. c. 23. n. 88.* Pet. *Denach. in compendio juris Cameral. tit. de contract. Vſurar. pag. 122.*

Quin & hodie Uſurarii, in terris Electoratus Saxon. integram ſortem mutuo datam amittunt, ex noviſſimo mandato Sereniſſ. Elect. Saxon. die 28. April. Anno 1625. promulgato. R*ubr.* Wegen des Vnchriſtlichen/Hochſtraffbaren Laſters des Wuchers/ §. So wollen wir/ *In verb.* daß ſie nicht allein des vierdten Theils/ ſondern der gantzen auff Wucher außgeliehenen Summen verluſtig ſeyn/&c. Hocque prudentiſſimè ita diſpoſitum. Veriſimile ſiquidem eſt, quod uſurarius nullam pœnam magis ſit formidaturus, quam pecuniariam; quia ſemper avarus aget, & ex quo incepit fabricare in gehennam, non curavit pœnas ſpirituales. L*ather. dict. libr. 3. c. 23. n. 71.*

29 Tertiò: præter pœnam hanc pecuniariam, Uſurarii ultra modum licitum uſuras exigentes, pro arbitrio quoque pœnâ extraordinariâ, fuſtigationis, relegationis aut carceris puniri ſolent. *Marant. part. 6. ſpecul. aurei, num. 114. & ſeqq. Ventur. de Valent. in parth. litigioſ. lib. 2. cap. numer. 22. Molin. de Vſur. numer. 156. Ioh. Borcholt. de Vſur. cap. 5. numer. 9. Didac.* C*ovarr. lib. 2. variar. reſol. cap. 3. num. 2. & in Epit. de ſponſal. part. 2. cap. 6. in pr. num.* 1*7. Iul. Clar. lib.* 5*. ſentent.* §. *Vſura. num. 5. Iacob. Menoch. de arbitr. Iud. quæſt. lib. 2. cent. 4. caſ. 398.* Nam fœneratores improbi doloſè exigentes quod eis non debetur, in ſtellionatus crimen incidunt, *l. 3. ff. ſtellionatus,* Cujus pœna eſt arbitraria, *l. 2 & 3. ff. eod. tit.* Accedit, quod talis fœnerator adverſus legum præcepta facit, dum graviores uſuras exigit, quam lex permittit, & propterea inobœdientiæ pœnam incurrit, & judicis arbitrio punitur. Hæc enim inobedientiæ & contemtus Principalium mandatorum pœna eſt, *Jacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. libr. 2. cent. 4. caſ. 365. Borch. dict. cap. 5. n. 12.*

30 Etſi verò de pœnâ hâc extraordinariâ in *dict.* R*eceſſ.* I*mper.* nil quicquam exprimatur, dubium tamen non eſt, quin ex rationibus jam allatis ea uſurariis irrogari queat. Idque minus dubii habet in foro Saxonico, ob manifeſtam ſanctionem D. Auguſti Electoris *in Ordin. Torgenſ. de Anno 1583. tit.* Von Wucher/ Wucherlichen Contracten. §. Vber diß ſol auch. *in verb.* Sondern auch hierüber nach Gelegenheit der Verbrechung mit zeitlichen Gefängnüß/ oder in andere Wege gebürlichen geſtraffet werden/ und da Er hierüber deß mehrmahls begriffen/ in unſern Landen gar nicht geduldet wer-

den. Et Sereniſſ. Elector. Dn. Joann-Georgii in mandato: wegen des eingeriſſenen Vnchriſtlichen Laſters des Wuchers *de Anno 1625.* §. So wollen wir In verb. Sie/ als dem gemeinen Weſen hochſchädliche Leute gäntzlich auß unnd abgeſchaffet/auch nach geſtalten Sachen/und befundener Beſchaffenheit/ihres Vnchriſtlichen Beginnens/ und Halßſtarrigkeit/ohne einige Gnade wol am Leibe/ nichts minder auch die jenigen/ ſo Geldt auff Wucher annehmen/ unnd die jenigen/ bey welchen Sie es erborget nicht anmelden/ wegen ſolcher Verſchweigung/ umb den vierdten Theil der entlehneten Summen geſtraffet werden ſollen.

31 *Proin fœneratores ac Uſurarij non modò uſuras ultra licitum modum extortas reſtituere tenentur, ſed & quartam partem ſortis amittunt, ac inſuper pœna arbitraria plectuntur, uti patet ex more pronunciandi Scabinorum recepto:* Hat ein Bürger mit Namen *W. N.* eine geraume Zeit hero etliche namhafftige und wichtige Geldſummen außgeliehen/ und Wochentlichen vor einen jeden Thaler an ſtatt des Zinſes drey Heller gefordert und genommen/inmaſſen Er dann ſolches bekandt und geſtanden/*&c.* So hat er ſich dardurch des vierdten Theils der außgeliehenen Hauptſumm (*Hodie in Elect. Saxon.* der gantzen auff Wucher außgeliehenen Summen/*ex mandato Electorali de Anno 1625. cujus modo mentio facta fuit*) verluſtig gemacht/ und iſt das jenige/ was er über die gewöhnliche Zinſen/ 5. auffs 100. gerechnet/ Jährlichen empfangen/ euern Mitbürgern wieder zuzuſtellen/ oder an dem Hauptſtämm abkürtzen zulaſſen ſchuldig/ und mag hierüber willkührlich/ mit Gefängnüß/ oder umb eine ziemliche Geldbuſſe ſeinem Vermögen nach in Straffe genommen werden/mit der außdrücklichen Verwarnung/ da er hierüber ferner betretten/ daß er in unſers Gnädigſten Herren Landen länger/ nicht ſoll geduldet und gelitten werden/ V. R. W. Gegen Marienbergk/ *ad requiſitionem* Conſulum & Senatus M. Majo *An. 1598.*

32 Notandum præterea hoc, quod Uſurariis, improbum fœnus exercentibus infamiæ macula irrogetur *l. improbum.* C. *ex quibus cauſ. infam. irrog.* Iisque inſuper jus teſtandi, & honeſta ſepultura denegetur C. *quia in omnibus. 3. extr. de Uſur. c. quanquam 2. de Vſur. in ſexto clem.* 1. *de ſepult.* Non modo enim Uſurarii ipſi Deo, *Exod. 22. verſ. 25. Deut. 23. verſ. 19. Ezech. 18. verſ. 8. Pſalm.* 15. *verſ. 5.* ac omnibus gentibus ob inſignem animarum & facultatum peſtem ſunt inviſi, ſed & in peccato iſto decedentes, per excommunicationem, quâ afficiuntur, *c. præterea 7. extr. de Uſur. in ſexto.* omni Eccleſiæ commercio privantur, uſque dum pœnitentiam agant. Quare ergò non etiam ſepulturâ. *arg. c. ſacris. ext. de ſepult.* donec de Uſuris vel plenariè fuerit ſatisfactum, vel idoneè de reſtitutione faciendâ ſit cautum, *dict. capit. quanquam. 2.* Vid. *Jacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 97. num. 11. Iohan. Borch. in tract. de Vſur. c. 5. n. 7. & 8.*

33 Quod adeò verum exiſtimat *Jacob. Schult. dict. loc.* Ut fœnerator etiamſi antè obitum ſuum non fuiſſet tanquam manifeſtus Uſurarius declaratus, nihilominus poſt fata ejus ſuprema cauſſæ cognitio ad teſtamentum ejus evertendum poſſit ſuſcipi, *num. 15. & ſeqq.* Idemque ſentit P*anorm. in cap. cum in Diœceſ. 15. num. 5. extr. de Vſur. & lib. 1. Conſ. 22. col. 2. & conſ. 34. n. 2. col. 2.*

34 Cujus aſſertionis ratio obſcura non eſt: Pœna ſiquidem privationis juris teſtandi ipſo jure infligitur, *dict. cap. quanquam.* Igitur relinquitur hac de re ſola declaratoria *c. cum ſecundum 9. extr. de hæret. in ſexto. Bartol. in l. ejus qui delatorem. 29. primo reſponſ. num. 3. ff. de jure fiſci. & in l. 20. num. 2. ff. de accuſat. Felin. in cap. cum non ab homine. 10. num. 9. extr. de judic. Iacob.* Me*noch. de arbitr. judic. quæſt. libr. 2. cent. 3. caſ. 220. num. 6. Didac. Covarr. in tract. de matrim. part. 2. cap. 6. §. 8. num. 13. Proſp. Farin. in part. 1. oper. crimin. quæſt. 10. num. 70. Mynſing. cent. 2. Obſervat. 44.* At ſententia declaratoria non tàm ad hoc, ut pœna ſit, quàm ad ejusdem executionem fertur, *Bald. in cap. 1. in pr. num. 1. de feud. ſine culp. non amitt. Felin. in capit.* R*udolphus, 35. in verb. ſed declaratoria, numer. 36. extr. de reſcript.* Quamobrem etiam poſt obitum delinquentis declaratoria ſuper pœnâ ipſo jure irrogata ferri poteſt, *Ægid. Boſſ. in prax. crim. tit. de pœn. numer. 34. verſ. & inter cæteros caſus, qui ponuntur, &c. & in tit. de ſent. num. 47. Iul. Clarus lib. 5. ſentent, §. ultim. quæſt. 51. numer. 14. Proſper. Farin. d. quæſt. 10. numer. 70.*

35 Eaque omnia de jure Saxonico ita obtinent: Certum namque eſt, Jus Canonicum in foro Saxonico, iis maximè in caſibus, de quibus nihil expreſſim ſtatuit Jus Saxonicum, receptum eſſe. *Gloſſ. in* Landrecht. *lib. 2. artic. 36. ſub fin. numer. 3. & lib. 3. artic. 45.* Da lieſſen ſie die Bauren/ *& Iacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. dict. quæſt. 97. n. 12.*

36 Quin &, ut minus dubii relinquatur, confirmat hæc expreſſis atque diſertis verbis Mandatum noviſſimum Sereniſſ. Elect. Saxon. Dn. Joann-Georgii die 28. Aprilis Anno 1625. promulgatum. R*ubric.* wegen des Vnchriſtlichen/ hochſtraffbaren Laſters des Wuchers/&c. So wollen wir zur Vorkommung. In verb. Daß ſie nicht allein des vierdten Theils/ ſondern der gantzen auff Wucher außgeliehenen Summen verluſtig ſeyn/hierüber auch/ als öffentliche Leutſchinder/und Landverderber zum Beichtſtul und tröſtlichen Abſolution oder Tiſche des HERREN/ durchauß nicht gelaſſen/auch nach ihrem Todte mit Chriſtlichen unnd gebräuchlichen Ceremonien nicht beſtattet/ ipſo jure & genere facti anrüchtig und ehrloß/ dannenhero redlicher Leute Gemeinſchafft/ und aller ehrlichen unnd fürnehmen Aempter unwerth/ und unfähig geachtet/ Jhnen kein beſtändig Teſtament zu machen/ auch da es allbereit gemacht/ohne Beſtellung Caution/ wegen Erſtattung des empfangenen Wuchers/ gantz unkräfftig unnd nichtig gehalten/ auch Zeugnüß zu geben nicht verſtattet/ Ja als dem gemeinen Weſen hochſchädliche Leute gäntzlich auß unnd abgeſchafft werden ſollen/&c.

Quem-

37 *Quemadmodum etiam veteres Scabini jamdudum pronunciaverunt:* Würde *C.H.* geſtändig ſeyn/ daß er Georg Badern etlich Geldt geliehen/ und von 100. Jährlichen fünffzehen oder mehr Gülden/ als Zinſe von ihme genommen; So iſt er alle das jenige/ was er vber die vorgeſtreckte Hauptſumma von genandtem Bader Jährlich empfangen/ ihme wiederumb zuzuſtellen/ und nach Vermöge des Reichs *Reformation* und Ordnung/ dem Erbgerichte auff Stadt Annebergk den vierdten Theil der angelegten Haupſumma zu überreichen ſchuldig: So er auch über das ſich des Wuchers zuenthalten in Weigerung ſtünde/ So würde Jhm das Hochwürdige Sacrament des Altars am Leben/ unnd nach ſeinem Todte das Chriſtliche Begräbnüß billig verſaget. Es hätten auch Euer Fürſtl. Gnaden dißfals fug/ Jhn auß derſelben Fürſtenthumb weiſen zu laſſen/ V.R.W. *Ad requiſitionem Domini Georgij Ducis Saxoniæ. Menſ. April. An. 1545.*

38 Cæterum, pœnas prædictas incurrunt omnes ii, qui non contenti lucro quincuncis Uſuræ, ullo modo vel colore ultra legitimum, lege vel conſuetudine Provinciæ definitum modum uſurarum; aliquid à debitoribus extorquent, & pinguius lucrum ex ſorte, contra legis prohibitionem quærunt. Qui omnes improbum fœnus exercere, & illegitimas ac prohibitas Uſuras exigere dicuntur. Id quod luculenter patet *ex Ordin. Polit. Francofurt. de Anno 1577. tit. 17. Ordin. Torgenſ. Elector. Saxon. D. Auguſti, de Anno 1583. tit.* Vom Wucher/ Wucherlichen contracten, &c. Ubi indifferenter omnes contractus Uſurarii prohibentur, contra quam Sanctionem agentes, & contractus Uſurarios euntes, absque dubio fœneratores ſunt & Uſurarii. Quos principaliores præter eos, qui majores ultra quincunces Uſuras expreſsè ſtipulantur, de quibus, quod fœneratores ſint, dubium prorſus non eſt, hîc referre placet.

39 *Q.4. Kipperi an ſint fœneratores, quæq; eorũ pœna?*

Primò autem referri inter fœneratores debent Kipperi, die Kipper. Improbiores certè aliis fœneratoribus, quos noſtrum ſeculum annis ſuperioribus protulit, nefarii iſti Æruſcatores, à furibus nil planè niſi ſolo nomine diſtantes, quorum avaritiam, malitiam, & improbitatem toti Imperió plus nocuiſſe, quàm vel extrema unquam uſuraria pravitas, vel etiam furum dolus obfuit, notiſſimum eſt, ac ipſa experientia proh dolor! ſatis edocuit.

40 Quidni ergò & hoſce inter fœneratores connumerare liceat. Quos æque ac cæteros uſurarios pœnâ dignos, & jure ſepulturæ honeſtæ privandos eſſe, concludit *Theolog. Facult. Ienenſ.* in ihrem Bedencken von dem hochſträfflichen Müntzweſen/ Anno 1621. Menſe Septemb. ubi inter alia hæc habentur verba: Bleiben Sie (die Kipper Wipper) unbußfertig biß an Jhr Ende/ müſſen Sie hernach ohne Ceremonien begraben/ unnd als vor todte abgeſtorbene Glieder der Chriſtlichen Gemein gehalten werden/ *&c.*

41 *Hinc ante annos aliquot habita inquiſitione adverſus ejuſmodi Æruſcatores, quibuſdam pœnam fuſtigationis aut carceris, aliis Relegationem aliis deniq; mulctam pecuniariam in Electorali Saxon. Scabinatu fuiſſe dictatam, memini, in diſtinctis ſententiis, ad conſultationem T. à S. in H. aliorumq; commiſſariorum ad hunc proceſſum deputatorum Menſe Julio, Auguſto, & Septemb. An. 1623.*

42 *Q.5. Vſuras alterum tantũ exigere, an ſimpliciter & indifferenter ſit prohibitum?*

Secundò: Uſurarii etiam ſunt, qui ultra alterum tantum nomine uſurarum ſcienter ac doloſe quicquam exigunt. Certi enim juris eſt, quod uſuræ ultra alterum tantum peti & exigi non poſſint nec debeant, *l. ſi non ſortem 26. §. ff. de condict. indeb. l. nihil intereſt. 4. pro operis. 1. ff. de naut. fœnor. l. uſuræ 10. l. 27. §. curſum inſuper.* C. *de Vſur. l. pecuniæ 9. ff. eod. titul. Novell. 121. cap. 1. n. 2. & Novell. 136. Ioh. Zanger. de exception. part. 3. cap. 25. n. 29. & ſeqq. Surd. conſil. 302. n. 1. & ſeqq. lib. 3.*

43 *In quo duplo an ſors computetur quæſtionis eſt?* Quam Juſtinianus Imperator decidit, omnemque ambiguitatem tollit in *Novell. 121.* ita reſcribens: *Si quis 500. aureos mutuos dederit, & mille acceperit, hoc eſt duplum in quo ſit ſors, nihil amplius deberi creditori, neque de ſorte, neque de uſuris.* Undè ſequitur ultra duplum ſortis nihil exigi poſſe, ut in duplo contineatur & ſors, & uſura. Proinde ſimul atque uſuræ æquarunt ſortem, nihil amplius uſuræ nomine debetur, ſed tantum ſors relinquitur ad repetitionem, ſi prius ſoluta non eſt *Ioh. Zanger. dicto. cap. 25. num. 33. & 34.*

44 *Hocq; in mutui contractu adeò certum eſt, ut nec ultra duplum debeantur uſuræ, etiamſi expreſsè aliter fuerit conventum inter contrahentes. Id quod obſervantia quotidiana in pronunciando luculenter docet, verbis hiſce ſententiis ſæpius inſertis:* So möget ihr doch vber das *alterum tantum* etwas ferners zuentrichten nicht angehalten werden/ V.R.W. Non *obſtantibus iis, quæ contrarium* proferunt *Petr. Frid. Mind. in tract. de mandat. Iudic. lib. 2. c. 73. nu. 21. Erneſt.* Cothman. *Vol. 2. conſ. 62. n. 259. Petr.* Surd. *conſil. 302. n. 2. & ſeq.*

45 Quod ipſum *Ampl. 1. in* Uſuris, jam particulariter ſolutis, ita, ut ſi hæ ſortem æquent, nihil amplius earum nomine debeatur. Quamvis enim contrarium ſenſerit Imper. Anton. *in l. 10.* C. *de Vſuris.* Ibi: *Vſuræ per tempora ſolutæ non proficiunt Reo ad dupli computationem. Tunc enim ultra ſortis ſummam uſuræ non exiguntur, quoties tempore ſolutionis ſumma uſurarum excedit eam computationem.* Attamen hæc ſanctio fuit correcta per conſtitutionem Imper. Juſtin. in *Novell. 121. cap. 2.* In verb. *Nos vero recipiamus, ut particulares etiam ſolutiones debita diſſolvant, ſi usq; ad duplum pertingant ſancimus, ut ſecundum hoc fiat computatio.* Proin, de Jure novo uſuris, usque ad ſummam ſortis particulariter etiam ſolutis, earum nomine nil prorſus deberi expeditum eſt. *Gottfr. in dict. Novell. 121. c. 2. litera E.*

46 *Veluti ſic etiam pronunciavimus Caſparo* Schultzen *in Heringen. M.* Majo *An. 1625.*

47 *Ampl. 2.* in omnibus cuiusque generis contractibus. Ita ut non modò in mutuo, ſed & aliis

liis contractibus, in quibus uſuræ debentur ex morâ commiſsâ, ſi hæ fuerint ſolutæ, usque ad alterum tantum, nil amplius exigi queat. Idque ob textum manifeſtum *in l. de Vſuris 27. §.1. C. de Vſur.* In Verbis fin. *Quod & in bonæ fidei judiciis, cæterisq́ omnibus caſibus, in quibus uſuræ exiguntur, ſervari cenſemus.*

48 *Reſpondimus in hunc modum ad requiſitionem Chriſtiani* Burckhardts zu Dreßden. Hat vor 36. Jahren/ nach Abſterben euers Vatters/ euer Bruder Moritz Burckhardt/ das Vätterliche Wohnhauß käufflichen angenommen/ unnd einem jeden unter Euch ſeinen Geſchwiſtern 55. neue Schock Erbgeldes Jährlich n mit 40. Groſchen abzutragen verſprochen/ und Er hat von ſolcher Zeit an bißher nichts entrichtet/ *&c.* So iſt Er nicht allein die verfallene *Capitalia*, ſondern auch von Zeit an des Verzugs die auffgelauffene *Intereſſe* biß auff das *alterum tantum* zubezahlen ſchuldig. Ein mehrers aber zu geben mag Er wieder ſeinen Willen nicht gedrungen werden/ V. R. W. *M. Novembr. Anno* 1626.

49 *Ampl. 3.* ut uſuræ ultra alterum tantum ſolutæ etiam repeti, vel in ſortem computari queant. Etenim quia ultra alterum tantum non debentur uſuræ, ſequitur inde, ſi ulteriores fuerint exactæ, eas indebitè eſſe ſolutas, adeoque haud immeritò condictionem indebiti competere. Nam quod indebitè ſolutum eſt, condictione indebiti repeti poteſt. Quâ de clara quoque extat diſpoſitio Ulpiani JCti *in l. ſi non ſortem. 26. in pr. ff. de condict. indebit.* Ibi: *Divus Severus reſcripſit (quo Iure utimur) repeti quidem non poſſe, ſed ſorti imputandum, & ſi poſtea ſortem ſolvit, ſortem quaſi indebitam repeti poſſe. Proinde etſi ſors antea fuerit ſoluta, uſuræ ſupra legitimum modum ſolutæ quaſi ſors indebita repetuntur. Quid ſi ſimul ſolverit? poterit dici & tunc repetitionem locum habere.* Et clarius in *§. 1. d. l. 26.* ibi: *Supra duplum ſolutæ uſuræ repetuntur.*

50 *Quam ſententiam in pronunciando fuimus ſecuti ad conſultationem Caſpari* Schultzens *in* Heringen: Dieweil aber dennoch die eingehabte Zinſen das Capital übertreffen/ *&c.* So mag die Gräfflich Fraue Wittib nicht alleine ferner Zinſen zuentrichten nicht gedrungen werden/ ſondern ſie iſt auch/ ſo viel ſie vber das *alterum tantum* abgeſtattet/ wieder zufodern/ oder an dem ſchuldigen Capital abzukürtzen wol befugt/ V. R. W. *M. Majo Anno* 1625.

Pariter pronunciavimus in caſu ſimili ad requiſitionem Quæſtoris in Weiſſenſee. M. *Iulio Anno 1622.*

51 *Limitatur econtra 1. hoc ipſum:* Ut lite mota ſuper ſorte & uſuris, eaque conteſtata uſuræ non deſinant currere, quamvis ſortem pendente lite æquarint, *l. lite conteſtata 35. ff. de uſur.* Debitor ſiquidem litem conteſtando moram facit, *l. 1. l. ult. C. de Vſuris & fruct. legat.* Quæ mora non debet deteriorem cauſam creditoris facere, ſed meliorem; qui enim actiones exercent, lite conteſtata, meliorem ſuam conditionem faciunt, *l. non ſolet. 86. & ſeq. ff. de Reg. Iur. Iohan. Zanger. de Except. part. 3. c. 25. n. 35.*

52 Idem prorſus dicendum, ſi debitor de ſolutione ſortis interpellatus, effugia quærat, & ſolutionem in multos annos malitioſè differat. *Zanger. dict. cap. 25. nu. 28. Erneſt. Cothman. vol. 2. Conſil. 52. num. 262. Natta lib. 2. Conſil. 450. num. 14. & ſeq. Petr. Surd. Conſil. 302. n. 2. lib. 3.* Durante enim causâ, ſcilicet mora, durare debet effectus, *l. ſemper, 5. §. negotiatores ff. de Iur. immun.* Et ſunt hodie uſuræ quincunces ex Conſtitutionibus Principum fructus pecuniæ, & temporis utilitas, *l. quod ſi Epheſ. 4. in pr. ff. de eo quod certo loco.* Quare ſi debitor in mora eſt, & pecunia utitur, quin multorum annorum uſuræ duplum excedentes ſint creditori adjudicandę, non ambigitur, *Zanger. dict. c. 25. n. 40.*

53 Ita reſpondimus in cauſa Eckards & Siegfrieds à Domizen, Appellantium ab unà, Wolff Rudigers à Bon, appellati ab alterâ parte, An die Churfürſtliche Brandeburgiſche Regierung zu Cüſtrin *M. Martio, An. 1626.*

54 *Limitatur 2.* in uſuris rei judicatæ: Veluti ſi debitor jam antea uſuras usque ad alterum tantum ſolvit, & per ſententiam definitivam ad ſolvendum condemnatus, ſolutionem ſortis retardavit. Hic à tempore rei judicatæ uſuras etiam ultra alterum tantum pendere tenetur. Quia moram committit: Quotiescunque verò debitor in mora eſt ad uſuras præſtandas eſt obligatus, etiamſi illæ duplum excedant, quia tunc uſuræ non conſiderantur quatenus tales, ſed ut intereſſe non factæ ſolutionis. *Johan. Zanger. dict. capit. 25. num. 40. Petr. Surd. dict. lib. 3. conſ. 302. n. 2.*

55 *Hinc tale promanavit pronunciatum Scabinorũ:* So ſind offt benante von Thurn von der zeit an/ Als ſolch Vrtheil in ſeine Krafft ergangen/ die gebürlichen Zinſen von ſolchen 2000. Thalern vber das *alterum tantum* zu erlegen und abzuſtatten ſchuldig/ V. R. W. *Ad requiſitionem Chriſtophori* Wolff*gangi à* Burcketsroda. M. *Iun. An. 1611.*

56 *Et cum denuò requirerentur ab eodem. Ita reſponderunt:* So hat auch in dieſem ſo wol auch in andern Puncten (weil man nach Verordnung der Rechte *à tempore rei judicatæ,* Die Landvblichen Zinſen auch vber das *alterum tantũ* von der Hauptſumma zu erlegen ſchuldig) ein Anders zu Recht nicht mögen geſprochen werden/ V. R. W. *Menſe Sept. An. 1611.*

57 *Limitatur 3.* Si Uſuræ non tanquam Uſuræ, ſed tanquam intereſſe petantur. Notum ſiquidem eſt, Creditorem, ſi uſurarum quincuncium quantitate non contentus, probare velit, ſua pluris, quam quinque loco uſurarum intereſſe, admitti, *Ordin. Provinc. Torgenſ. de Anno 1583. tit.* von Wucher/ Wucherlichen contracten, &c. *Receſſ. Imper. Spirenſ. de An. 1600. §.* So viel nun dieſem nach/ *verſ.* oder aber da dem *Creditori, &c. Conſt. Elect. Saxon. 30. part. 2.*

58 *Prout etiam reſpondimus Iohanni* Wulffhagen/ in Brehmen: Ob wol im Heiligen Römiſchen Reich ein höherer Jährlicher Zinß als 5. *pro* 100. nicht gebilliget/ und zugelaſſen wird/ da ihr aber dennoch ein höhers *Intereſſe*, daß ihr nemlichen das außgeliehene Geldt auff ein Höhers genieſſen können/ angegeben/ daſſelbe auch wie recht erwieſen/ unnd beybringen würdet/ So wäre *N. N.* euch daſſelbe zuerſtatten ſchuldig/ V. R. W. *Menſe Octobr. Anno* 1630.

59 Quo caſu, ſi intentionem ſuam & intereſſe aliquod probaverit; illud ultra alterum etiam tantum omninò debetur. *Joh. Zang. de except part. 3. cap. 25. nu. 30. & ſeqq. Berengar. ad l. un. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. nu. 243. Matth. Berlich. part. 2. Concluſ. 39. nu. 27.* ubi rationes hujus limitationis affert.

60 *Pronunciantibus ſic etiam Scabinis*: Ob nun wol zu rechte verſehen/ daß die Zinſen über das *alterum tantum* nit können geſucht werden/ dieweil aber dennoch der Schuldener und ſeine Erben ſich augenſcheinlich *in mora* befinden laſſen/ auch ewer Vatter/ und folgends ihr auß Mangel deß Geldes in groſſen Schaden geſetzet worden/ und ſonſten mit dem Gelde/ wo es euch vorlängſt entrichtet were/ ewern ſcheinbarlichen Nutz ſchaffen können *&c.* So ſeyd auch ihr *à tempore moræ* von deß *debitoris* Erben dz *intereſſe* über das *alterum tantum* zu fordern wol befugt. V.R.W. *Menſ. Auguſt. An.* 1610.

61 *Eodē pariter modo reſpondimus in caſu, quo proximus heres extranei hereditatem, cautione præſtita, occupaverat & adminiſtraverat, revertente namq; eo, prædictus heres ad reſtitutionem hereditatis & intereſſe percepti ultra alterum etiam tantùm fuit condemnatus.* Gegen Brandwibel an Sybillen Martin Wincklers Wittib/ *Menſ. Iunio, An. 1627.*

62 Limitatur 4. in annuis reditibus. Veluti ſi quis annuas penſiones emat, ita ut pro centenis aureis ſingulis annis ſolvantur nomine redituum 5. aurei. Sive hi reditus conſtituantur in pecunia, ſive frumento, aliisvè rebus, emtio hæc valet, & reditus ſolvi debent, etiamſi pretium ſuperent, & poſt multos annos alterum tantum excedant, uti notiſſimum eſt, modò tamen non plures quàm 5. aurei pro centenis pendantur, aliàs certè uſuraria eſt hæc emtio, & nullatenus valet, *Receſſ. Auguſt. ſub Imper. Carol. V. de Anno* 1548. *in Reformat. polit. tit.* von wucherlichen Contracten, §. und nach deme die Widerkauffsgülden *&c. Ord. Polit. Francof. de Ann.* 1577. *ſub* Imp. *Rudolpho II. tit.* von wucherlichen *Contracten.* §. und nach dem die Widerkauffsgülden *&c. Petr. Frid. Mindan. de mandat.* Iudic. *lib. 2. cap. 72. nu. 3. & ſeqq.* Andr. *Gail. lib. 2. obſerv. 7. nu.* 1. *& ſeqq. Hartm. Piſt. obſerv. 65.* ubi probat, emtionem annuorum redituum quoad id tantum reprobari, quod excedit uſuras quincunces, robur autem obtinere eatenus, quatenus intra juſtam ſummam conſiſtit.

63 *Quemadmodum etiam pronunciatum fuit Senatui in* Saltza/ *M. Decemb.* An. 1597.

64 Ratio hujus limitationis haudquaquam obſcura eſt: Non enim petuntur hi reditus ut uſuræ, ſed ut annuæ penſiones atque proventus ex fructibus, ac ut intereſſe. Et certè iniquiſſimum eſſet, emtorem carere penſionibus ultra alterum tantum, & fructibus ſuæ pecuniæ, quam repetere nequit, hâc namque ratione venditore in perpetuum non redimente venditos reditus, emtor & reditibus & pecuniâ ſuâ defraudaretur. Uti enim notum eſt, venditori tantummodò, non etiam emtori annuos reditus redimere licet, idque ad evitandam pravitatem uſurariam, & in favorem venditoris, qui pecuniam pro reditibus accipit; Adeò ut pactum redemtionis der Loßkündigung emtioni redituum appoſitum, ex parte emtoris pro non adjecto habeatur, *dict. Receſſ. Imper. de* Anno 1577. *Francof. tit.* von wucherlichen *contracten*, §. und nachdeme die Widerkauffsgülden *&c. Hartm.* Piſtor. *obſerv. 63.*

65 *Veluti ſic etiam pronunciatum fuit Ezechieli* Loß *Viennenſi. M. Decemb. An. 1592.*

Laurentio Offenbergen/ *Menſe Ianuar. Anno 1593.*

Paulo Franckenſtein *in* Leipzig/ *Menſ. Septemb. Anno 1620.*

66 *Quin, etiamſi hiſce* Imperii *Conſtitutionibus partes contrahentes renunciaverint; attamen emtor poteſtatem repetendi pecuniam ſuam non habet: ſiquidem legi publicæ renunciari nequit, eaque renunciatio eſt contra bonos mores, adeoque non valet. fin.* C. *de pact.*

67 *Pronunciârunt ita Scabini*: Dieweil aber dennoch ſolche *pacta* und Gedinge/ ſo wol auch die Leiſtung der Natur/ und Eigenſchafft eines rechtē Widerkauffs zu wider/ und zu recht/ vermöge diß H. R. Reichs Policeyordnung/ auch außdrücklich ſo fern verbotten/ daß derſelben ungeachtet/ der geſchloſſene *contract* vor ein Widerkauff/ darauff die Partheyen vornemlich geſehen/ gehalten und geachtet werden ſoll. So iſt demnach auch oberwehnte Käufferin/ oder nunmehr ihre Erben/ ſich der Loßkündigung vorberührtes Widerkauffs anzumaſſen/ und das obbenante Kauffgeld der 8400. Goldgülden von Verkäuffern/ ungeachtet/ daß derſelbige vorangezogener Reichspoliceyordnung dißfalls außtrücklichen *renunciret*, abzufordern nit befugt/ ſondern allein die verkaufften jährlichen Zinſen/ jedoch mehr nit als 5. inhalts mehr angeregter Policeyordnung uff 100. gerechnet zu nehmen berechtiget/ V.R.W. *Wilhelmo à* Birckau/ *in* Breitungen/ *Menſ. Decemb. An. 1600.*

Chriſtophoro Hacken/ *M. Febr.* An. *1601.*

68 *Q. 6. Pactã Antichreſeos quatenus ſit licitum?*

TERTIÒ: Sunt quoque fœneratores ac uſurarii, qui pactione antichreſeos initâ, ultra legitimum modum Uſurarum fructus ex fundo pignorato lucrantur. Eſt enim antichreſis pactio pignoris contractui adjecta, quâ convenit inter creditorem & debitorem, ut donec pecunia ſolvatur, creditor ex fundo pignorato in vicem uſurarum fruges percipiat, *Petr. Greg. in Syntagm. juris univerſ. lib. 23. cap. 5. num. 1. Ioh. Borcholt. in tract. de Uſur. cap. 6. Modeſt.* Piſtor. *vol. 1. conſ. 13. num. 7.* Matt W*eſemb. in parat. ff. de pignor. nu. 5. Iacob.* Cujac. *lib. 3. Obſerv. 35. & lib. 8. cap. 17.* Mo*lin. de Uſuris. num. 259.* Copus *de fructibus. libr. 3. tit. 4. cap. 2.*

69 Hi fructus ſi uſurarum modum legitimum excedant, contractus antichreſeos eſt fœneratitius, & creditor Uſurarius. Non ſolùm enim uſura committitur, quando expreſsè aliquid datur annuatim; ſed & ſi ex pacto creditor lucretur fructus rei pignoratæ, *Panorm. in cap. 1. num. 2. extr. de Uſuris.* Ac proindè creditor fructus perceptos in ſortem imputare, & rationes reddere tenetur, M*odeſt.* Piſtor. *dict. conſ. 13. num. 10. in fin. Köppen. quæſt. 22. num. 4.* Et ſi aliter diceretur, jam inventa eſſet ratio fraudandi

dandi ac circumveniendi jura, certum modum Uſuris imponentia, *l. cum non frumentum. 16.* C. *de Vſuris.*

70 *Pronunciarunt ita Scabini,* Bornam *ad requiſitionem Vincentii* Döſſels: Er könte denn wie recht beweiſen und darthun / daß ihr obberührten Schloßgarten an gewiſſen jährlichen Abnützungen über die Landübliche Zinſen und auffgewendete Vnkoſten höher genoſſen / uff den Fall were er euch ſolche Vbermaſſe an der Hauptſumma abzukürtzen wol befugt / V.R.W. *Menſe Octobr. Anno 1600.*

Et in caſu ſimili ad requiſitionem Nobilium ab Ende *in* Pichau / *Menſe Iulio, Anno 1629.*

71 Non me quidem latet, pactionem hanc utpotè legitimam & jure conceſſam, defendere *Matth. Weſemb. conſ. 8. num. 44. Andr.* Scheffer *p. 1. quæſt. 17.* Quoſdam verò diſtinguere inter antichreſin intentam, & incidentem: Ut illa demùm ſit illicita; Hæc verò non item, *Andr. Gail. lib. 2. obſerv. 3. nu. 3.* Carol. *Molin. in tract. de Vſur. quæſt. 35. num. 259.* Alios etiam aliter ſentire, adeò ut verò dixerit *Rauchb. p. A. quæſt. 20. nu. 11.* in hac controverſia abſque Imperiali vel Principali deciſione, nil certi ſtatuendum eſſe: Quamvis & is poſteà Weſembecii ſententiam amplectatur, *n. 14. & ſeqq.*

72 Attamen obſervantia communis pactionem hanc ceu uſurariam improbat, quatenus ſcilic. fructuum perceptio commodum quincuncium uſurarum ſuperat & excedit, diſponente ſic C*onſtit. Torgenſi D. Auguſti Electoris de Anno 1583. tit.* Vom Wucher/wucherlichen Contracten. §. Als haben wir ſolcher ihrer Bitte &c. In verbis: Vnd derowegen / da einem ein Gut Pfandweiſe eingeräumet worden were / von der Abnützung deſſelben fünff uffs hundert rechnet &c. In quo neutiquam diſſentit à me *Andr. Rauchbar dict. quæſt. 20. num. 38.* ita demum pactionem antichreſeos admittens, ſi fructuum emolumentum vel legitimo uſurarum modo par ſit, & reſpondeat, vel paulò plus, non autem nimium eundem vincat & ſuperet, de quo caſu rarior ſolet eſſe diſceptatio.

73 Dicta tamen hæc velim de fructibus ac emolumento percepto ex hortis & pratis alioque fundo, unde abſque omni ferè culturâ & labore fructus certi proveniunt. Quod ſi verò ager fuerit oppignoratus, pactione antichreſeos adjectâ, tunc licet fructus legitimum uſurarium modum ſuperent, neutiquam tamen contractum celebratum, ac fructus ultra quincunces uſuras in ſortem computandos eſſe, dixerim. *Tùm,* propter incertum fructuum eventum, & pretii eorundem inconſtantiam ac mutabilitatem *l. 23.* C. *de uſuris.* Ob quam incertitudinem multa aliàs ſuſtinentur, quæ ceſſante eâ, nunquam ſubſiſterent: prout in emtione jactûs, retis & aucupii demonſtrat JCtus in *l. emtionem* 12. *in fin. cum l. ſeq. ff. de act. emt. Rauchbar. d. quæſt. 20. num. 17. Tùm,* ob laborem notabilem impenſum in cultura agrorum, *Neguzant. de pignor. in 5. membr. 5. part. princip. num. 13.*

Quam ſententiam in pronunciando ſequuntur quoque Scabini ita reſpondentes: Ob nun wol *N.N* die eingeräumeten Aecker jährlichen uff ein höhers und mehrers / als er ſonſten von dem außgeliehenen Gelde an Landüblichen Zinſen haben können / genoſſen. Dieweil er aber dennoch hergegen berührte Aecker durch ſeine eigene Arbeit beſchicken / und von ſeinem Saamen beſäen / auch darneben die Gefahr deß Mißwachſens tragen und erwarten müſſen *&c.* So iſt er auch von den erzeugeten und eingenommenen Früchten und Nutzungen obgedachten Einwohnern Rechnung zu thun / und ihnen darvon etwas herauß zu geben / oder derentwegen ihme an der Hauptſumma ſeines außgeliehenen Geldes etwas abziehen zu laſſen nicht ſchuldig. *Menſ. Novemb. Anno 1597.* 74

It: So verbleibets bey ſolchem *contract* nochmals billig / und es mag derſelbe geſtalten Sachen nach / weil Barthel Müllber beniemte Aecker durch ſeine eigene Arbeit beſchicken / beſſern / und darneben die Gefahr des Mißwachſens tragen und erwarten müſſen / *pro uſurario contractu* nicht gehalten / noch der *Creditor* von den eingehobenen Früchten Rechnung zu thun / und die Vbermaſſe ihme an dem *capital* abkürtzen zu laſſen angehalten werden / V. R. W. *Ad conſultationem Hieronymi Bennonis à Diskau.* M. *Aug. An. 1630.* 75

Marien Teichsmans / *in* Leipzig / M*enſ. Septemb. Anno 1630.*

Et in caſu ſimili an Vz von Enden / *Menſ. Iulio, Anno 1627.*

Ad petitionem Senatus *Quedelburgenſis,* M*enſ.* A*pril.* A*nno 1630.*

76 Quartò: Inter Uſurarios etiam haud inconcinnè referri poſſunt creditores, exigentes præter uſuras à debitoribus ſuis collectas, de pecunia mutuo data ſuperiori magiſtratui vel Principi debitas. In edictis ſiquidem DD. Electorum Saxoniæ, quæ de collectis promulgata ſunt, expreſsè hoc onus creditoribus injungitur, ut de pecuniis mutuò datis, unde lucrum, quæſtum vel commodum ſperant, collectas præſtent, ut omnibus harum Provinciarum incolis notiſſimum eſt, *Andr. Rauchbar. part. 1. quæſt. 18. num. 4.* Quas collectas, ſi creditor præter uſuras à debitore exigat, contra prohibitionem edictorum Electoralium agit, ac illicitas uſuras petit, ac proinde uſurarius dici poterit.

Q. 6. *An valeat pactio, ut debitor præter uſuras ſolvat etiam collectas?*

77 Exceditur namque quantitas legitima uſurarum, non tantùm per expreſſam majorum & graviorum uſurarum ſtipulationem & exactionem; verùm etiam ſi quis præter uſuras, vel loco uſurarum aliud quid ſtipulatus fuerit, in fraudem legitimarum uſurarum, vel Conſtitutionum, modum uſurarum exactioni ſtatuentium, *l. pecuniæ funebris. 9. in pr. l. pœnam. 44. ff. de uſuris. l. cum allegat. 15. cum l. ſeq.* C. *eod. l. 1. §. pacto. 3. ff. de pignor. l. ſi quis. 3. §. is autem. 3. l. item ſi filiusfam. 7. §. mutui dationem. 3. ff. de* SC. *Macedon. l. ſi quis ſub conditione 17. ff. de condit. & demonſtr. l. Iulianus 13. §. ibidem Papinianus. 26. ff. de act. emt.* Quarum pactionum illicitarum ſpecies aliquot recenſentur in *Receſſ. Comit.* I*mper. de Anno 1500. 1530. & 1548. Auguſtæ habitarum. Et in Novell Conſtit. Torgenſ. Elector. D.* A*uguſti de Anno 1583. tit.* Von wucherlichen Contracten:

Quibus pactio hæc non incommodè annumerari poteſt; Quia hîc ob collectarum præſtationem, quam debitor ultra uſuras in ſe recipit, legitimus uſurarum modus non ſervatur: prout pluribus rationibus, & argumentis demonſtrat *Andr. Rauchb. d. quæſt. 18. part. 1.* quem vide. Ideoque debitor, ut maximè ſeſe ad collectarum præſtationem obligaverit; eas tamen ſolvere non tenetur.

78 *Quo in caſu quotidiè pronunciare ſolent Domini:* Da nun der *debitor* ſeinen Brieff und Siegel nachzukommen ſelbſt nit gemeinet were/ ſo möchte er die Steuren von denen erborgeten Geldern/ darzu er ſich verpflichtet/ abzuſtatten wider ſeinen Willen nit gedrungen werden/ V. R. W.

79 *Vſuras uſurarum an & quãdo exigere liceat?*

QUINTÒ: In numero fœneratorum ſunt quoque ii, qui uſurarum uſuras exigunt, quæ nullatenus de jure debentur, *l. ult. C. de uſur. l. ſi non ſortem. in pr. ff. de condict. indeb. l. placuit. l. neque eorum. Ubi* B*art. ff. de Uſur. l. improbum: ubi gloſſ. & Dd. C. ex quib. cauſ. infam.* Adeò, ut quamvis promiſſæ ſint, non tamen peti aut exigi poſſint, imò & exactæ atque ſolutæ rectè condicantur, *d. l. ſi non ſortem. in pr. d. l. placuit. ff. de Uſur.* Si ergò creditor illas petierit, fieri nequit, ut notam uſurarii effugiat, exigendo quid præter Uſuras de ſorte principali, quæ propria fœneratorum nota eſt, *Novell. Ordin. Torg. de An. 1583. tit.* von Wucher/ wucherlichen Contracten/ *&c.* §. Setzen/ ordnen/ wollen/ *&c. Ordin.* P*olit. Francof. de* A*nno 1577. tit. 17. Matth.* W*eſemb. conſil. 72. num. 6. & ſeq. Carol. Molin. in tractat. de Uſur. num. 602.*

80 *Hæcq; tam certa ſunt, ut nullâ probatione indigeant, Scabinis quotidiè ſic pronunciantibus.* Zins aber von Zins zu geben/ mag der Schuldner nit angehalten werden/ *&c.*

81 Exceptio tamen hîc facienda eſt in pecuniis pupillaribus, ubi etiam uſurarum uſuræ debentur, juxta text. manifeſtum in *l. tutor. qui repertorium 7. §. ſi Uſuras. 12. l. qui negociationem. 58. §. ex duob. 1. ff. de adminiſtr. & pericul. tutor.* Qui textus quum expreſsè correcti non ſint per *l. fin.* C. *de Uſur.* utique in favorem pupillorum, qui & aliàs plurimis gaudent privilegiis; eorundem diſpoſitionem adhuc inhærendum erit: haud diſſentiente *Obſervantia* horum locorum in pronunciando recepta.

82 Quæ tamen exceptio tum demùm obtinet, quoties uſura verè in ſortem eſt converſa; Ut quando fit mutatio perſonæ, & tutor vel curator Uſuras ab alio ſolutas unà cùm ſorte accipit: tum enim verè & realiter fiunt illæ uſuræ aliundè acceptæ pars ſortis apud tutorem; ut earum nomine uſuras deberi haud mirum videatur; in quibus terminis etiam loquuntur allegati textus, quod probè notandum, *Matth.* W*eſemb. dict. conſ. 72. num.* 11. C*arol.* M*olin. de Uſur. quæſt. 77. num. 602.*

83 Proindè quod vulgò dicitur, in pecunia pupillari Uſuras Uſurarum præſtandas eſſe, id ſolummodò verum eſt in tutore, qui uſuras pecuniæ pupillaris exigit, & eas abſque uſuris retinet, non vertendo in ſortem, & ad uſuras dando. Extraneus verò, qui pecuniam pupillarem mutuo accepit, licet uſuras debito tempore non ſolvat, nequaquam tamen uſurarum uſuras præſtare tenetur. W*eſembec. dict. loc. num. 12. in fine.*

Veluti ſic etiam pronunciavimus Senatui L*ipſenſi, M. April. An. 1630.* 84

Sicut nec tutor ad præſtandas uſuras uſurarum tenetur, ſi à debitore uſuras non acceperit, licet ex negligentia non petierit: Etenim quia hoc caſu mutatio perſonæ nondum facta eſt; utique nec uſuræ non ſolutæ ſortis pars eſſe poſſunt, juxta antea dicta. 85

Reſpondimus ita Hanſen Dippolden/ von Greuſingk M. M*art. An. 1631.*

Præterea quoque ſunt excipiendi annui reditus, quibus tempore debito non ſolutis, poſtea unà cum uſuris aut intereſſe eoſdem ſolvendos eſſe puto. Neque enim annui reditus uſuræ ſunt, ſed inſtar ſortis annuorumque proventuum habentur: quorum uſuras quoque à tempore moræ ſolvendas eſſe, non ambigendum eſt. 86

Reſpondimus ita an die Churf. Sächſ. Stiffts-Räthe zu Meiſſen. M. *Aug.* A*n. 1630.*

87 *Q. 9. Anatociſmus quinã ſit, & num prohibitus?*

SEXTÒ: Haud incommodè inter uſurarios referri poſſunt, qui uſuras in ſortem redigunt, & poſteà totius ſortis uſuras ſtipulantur, die den Zinß zum C*apital* ſchlagen/ und dardurch den Hauptſtamm vermehren/ non abſque inſigni pravitate uſurariâ, quæ vulgò dicitur Anatociſmus, quoties uſura ſorti conjuncta alias uſuras parit, *l. 7. §. 12. l. 58. §. 1. & 4. ff. de adminiſtr. tutor.* Qui prorſus ſublatus eſt ab Imper. Juſtiniano in *l. ut nullo modo. 28. C. de Uſur. ubi Gothofred. lit. L. Matth.* W*eſemb. conſ. 72. num. 7. Carol.* M*olin. de Uſur. num. 44.*

Etenim, quia uſuras uſurarum exigere non licet, utique nec eaſdem in ſortem redigere permiſſum eſt: ne ſcil. per indirectum uſuræ uſurarum præſtentur, quod quidem ab avaris creditoribus per redactionem uſurarum in ſortem quærebatur; & ſic haud minima fraus fiebat, cui ut ſubveniretur, Imper. Juſtinianus nullum prorſus Anatociſmum licitum eſſe voluit, ſeverè prohibens uſuras in ſortem redigere, & iterum earum uſuras ſtipulari, *d. l. 28.* C. *de Uſur.* Quare ſi creditor contra ſanctionem hanc doloſè agat, quin uſurariam gravitatem committat, nullus dubito. 88

Licet igitur debitor Uſuris in ſortem redactis de tota ſorte uſuras præſtare promiſerit, ampliores tamen uſuras, quaſi ſorte adauctâ, ſolvere non tenebitur. Quemadmodum ita pronunciavimus Quæſtori in Wechſelburgk: So hat ſolch unſer Urtheil dieſen Verſtand/ daß Kläger den unabgeſtatteten Zinß zum Capital zu ſchlagen nit befugt geweſen/ derowegen auch beklagter über das erſte *Capital* und davon jedesmahl uffgelauffenen Landüblichen Zinß etwas weiter zu zahlen nit ſchuldig/ *Menſ. Januar. Anno 1627.* 89

Et Thomæ Landrocken *in* Burgkhauſen/ Zinß von Zinß aber zu geben/ oder auch den jenigen Zinß/ ſo hiebevor zum Capital geſchlagen worden zuverzinſen/ möget ihr nit angehalten werden/ V. R. W. *Menſ. Julio, An. 1629.*

90 *Eodem pariter modo reſpondimus* Petro *Gloribo, in* Leipzig/ *M. Ian.* An. *1629.*

Q. 10. Quatenus nomen particulariter ſolvendū emere liceat?

91 Septimò: Sunt quoque uſurarii, qui nomen aliquod, cujus ſolutio particulatim fit (**Tagezeit oder Erbegelder**) pro pecunia numerata emunt, & vix ejusmodi emtione ultra licitas uſuras aliquid lucrantur. Veluti ſi quis 60. florenis emat 100. florenos, qui tribus proximis annis ſolvendi ſunt. Qui contractus propterea uſurarius eſt, quod emtor ex pecunia 60. florenorum lucretur 13. florenos 7. groſſos nomine uſurarum: factâ ſiquidem computatione trium annorum, tot uſuræ ex ſorte datâ proveniunt; ideoque contractus hic uſurarius eſt, & emtor amiſſione quartæ partis ſortis puniri debet. Veluti etiam in caſu tali ſic reſpondiſſe Scabinos Menſe Febr. An. 1564. meminit *Modeſt. Piſt. part. 2. quæſt. 97. num. 8. & 9.*

92 Quia enim in emtione redituum cum pacto de retrovendendo ſecundum *Receſſ. Imp.* Auguſt. *de Anno 1530. tit.* **Von wucherlichen Contracten**/ *§. fin. Et de* Anno *1548. eod. tit.* §. **und nachdem die Widerkauffsgülden**/ &c. Id cenſetur licitum lucrum, quod in viginti demum annis æquat ſortem; & ita quinque pro centum florenis quotannis uſurarum ſeu intereſſe nomine permiſſa ſunt; utique & in emtione pecuniæ particulatim ſolvendæ (**der Tagezeitgelder / oder Erbegelder**) idem dicendum eſt: Eaque emtio ita debet inſtitui, ut emtor de pretio in numerato expoſito, ſingulis annis vigeſimam partem accipiat lucri loco pro intereſſe, quod careat pecuniâ, & quod plus ſolvitur in ſortem computetur, ut ita ſingulis annis ſors reliqua decreſcat, perindè atque in emtione annuorum redituum, uti pluribus docet *Modeſt. Piſt. d. l.*

93 *Cujus ſententiam in pronunciando fuimus ſecuti ita reſpondentes:* **Ob nun wol ewer Ehemann ſolche Tagezeiten der 500. fl. jährlichen mit 40. fl. abzuſtatten Hanſen Gräffen vor und umb 170. fl. baar Geld verkaufft** *&c.* **Dieweil aber dennoch die Kauffſumma / wenn auch gleich die jährliche Zinſen von den Tagzeiten darzu geſchlagen werden/ die Forderung der 500. fl. Tagezeiten bey weitem nicht außträgt / und alſo Käufferswucher gnugſam darauß zu ſpühren /** *&c.* **So iſt ſolcher** *Contract* **zu Rechte nichtig / und hat ſich ewer Ehemann der Vbermaſſe der auſſenſtehenden Erbegelder nochmahls billig zuerfrewen/ V. R. W.** *Ad Conſultationem* Annæ Nortſchen/in Grimma/M. *Majo, Anno 1630.*

94 Octavò. Denique fœneratores ac uſurarii ſunt omnes illi contrahentes, qui ultra legitimum, jureque cujuslibet Provinciæ definitum modum, uſurarum ullo modo, vel colore & ſpecie contractûs (quales plurimi referuntur in *Ordin. Torgenſ. de Anno 1582. tit.* **Von Wucher/ wucherlichen Contracten und Partiten**/ *&c. in pr.* quos hîc apponere inſtituti noſtri non eſt) aliquid à debitoribus extorquent: Ut non modò ex *Receſſ. Imp. de* An. *1530.* 1548. *1577. tit.* **Von wucherlichen Contracten.** §. **Dieweil aber ſolche** *&c.* ſed etiam ex *dict. Conſtit. Torgenſ. tit.* **Von Wucher / wucherlichen Contracten** &c. luculenter apparet, *in verbis*: **daß auch daher allerley Räncke/vortheilhafftige Contracte und Partitereyen erdacht werden/dadurch man den Wucher zu beſchöhnen und zuverblühmen / und der darauff geſetzten Straffe zu entgehen vermeynet** &c. Et in §. **Setzen / ordnen** / &c. Ibi: **daß alle wucherliche Contracte / und unziemliche** *pacta*, **Thädinge und Händel/wie die genennet oder gedacht werden mögen/gäntzlich vermieden werden** &c. Junct. §. *ſeq.* Ibi: **der ſich dergleichen Wucher und unchriſtlichen Händel befleiſſiget / den vierdten Theil der Hauptſumma uns verluſtig ſeyn/ſondern auch nach Gelegenheit der Verbrechung mit zeitlicher Gefängnüs / oder in ander Wege geſtrafft werden**/&c.

95 Quin ergò omnes illi uſurarii ac fœneratores, de quibus hactenus dictum, pœna carceris, & amiſſione quartæ partis ſortis plecti debeant, nemini obſcurum eſſe poteſt. Ubi tamen judicem monitum velim, ut iis qui vera ignorantiâ ac communi errore peccant, aut minimum ultra quincunces uſuras lucrentur, pœnam facilius condonet, reſciſſo nihilominus ipſo contractu uſurario, quatenus uſurarius eſt: prout etiam monet *Hartm. Piſt. obſerv. 65.* Exceſſus enim modicus hic non multum obeſt, *l ſi ea lege. 17. l. 23.* C. *de Uſur.* Vide *Andr. Rauchb. part.* 1. *quæſt. 30. num. 38.*

Prout reſpondimus Johanni **Wulfhagen**/ *in* **Brehmen: So wird ſolcher Contract / ſo viel den übermäſſigen Zinß anlanget** / *pro uſurario* **billig behalten**/ *Menſ. Octob. Anno 1630.*

96 Illud ſæpius diſceptatum hîc memini, quid de contractu hoc habendum, quo rogatus de pecunia mutuò danda, oblato pignore, illud pecunia certâ incluſis uſuris emit, ſub pacto tamen retrovendendi, nempe ut venditori pignus intra certum tempus redimere liceat, quo effluxo, facultas redimendi amplius ipſi non competat: Quales contractus hoc ſeculo frequenter celebrantur, præſertim à mercatoribus, qui ita contrahentes rebus ſuis melius proſpicere exiſtimant, adverſus debitores in ſolutione moram committentes, effluxo ſiquidem termino reluitionis, pignus vendi, & ſic emtor citius pecuniam ſuam numeratam recuperare poteſt: cùm mutuo contracto creditor neque pignus alienare, neque abſque ſtrepitu judiciali ſolutionem conſequi queat. *Quæritur ergò an contractus ejusmodi retrovenditionis pro uſurario haberi debeat?*

Q. 11. Emtio pignoris ſub pacto de retrovendendo quatenus valeat?

97 Certè, ſi de uſuraria pravitate, & lucro fœneratitio, modum uſurarum legitimum excedente manifeſtè conſtet, dubium non eſt, quin contractus ille uſurarius ſit, & emptor pignoris pœnam, in fœneratores ſtatutam, incurrat. Si verò de hoc nil certi appareat, in dubio hunc contractum pro uſurario habendum non eſſe, dixerim. Neque enim fraus præſumenda eſt: cùm quilibet contractus in dubio juſtus ac licitus cenſeatur, *arg. l. meritò, ff. pro ſocio.*

98 Et licet DD. tradant, quod venditio ob cauſam mutui facta uſuraria cenſeatur; attamen lòquuntur illi de eo ſolummodò caſu, in quo venditio prætextus cauſa, ut eâ mutuum

veletur, contrahitur. At quando venditio verè celebrata eſt ex cauſa mutui, aut quod occaſione mutui, quis ad eam perductus ſit, ſuſpecta ea non redditur, neque etiam contractus hic uſurarius cenſetur. *Dec. conſ. 308. num. 5.* Unde infert *Hartm. Piſtor.* etiamſi contractui emtionis, mutuum cauſam dederit, ſi tamen juſtum pretium intervenerit, uſurarium eum nequaquam dici poſſe. *Obſerv. 219.*

99 *Cujus doctrinam in pronunciando ſecuti fuimus reſpondentes, talem contractum ſubſiſtere, nec pro uſurario habendum eſſe, Dresdam, ad requiſitionem* C.W.M. *Nov. An. 1625.*

Sed hæc dicta ſunto, ſi de pravitate uſuraria
100 nequaquam conſtet; apparentibus verò indiciis & conjecturis, ex quibus emtio uſuraria &
fœneratoria colligi poteſt; quin contractus
pro uſurario haberi, & reſcindi debeat, nemo facilè ambigit. Dicunt autem communiter Dd.
Ad hoc, ut emtio ejuſmodi præſumatur uſura-
101 ria, tria ſimul ac conjunctim requiri. 1. ut incipiat à mutuo; & abſque mutuo facta non fuiſſet.
2. ut venditor pignoris per hanc emtionem enormiter ſit læſus & deceptus. 3. ut ille qui credit
pecuniam, & eo prætextu emtionem iniit, aliàs
ſolitus fuerit contractus uſurarios exercere.
Quorum alterutrum non ſufficiat ad reſcindendum contractum hunc ceu uſurarium, ſed tria
hæc ſimul requiri, *gloſſ. & Ddd. in cap. illo. de pignor. & in cap. conqueſtus. de uſur. & in l. 2. ubi Cagnol. n. 13. de pact. int. emtor. & vendit. Anchor. conſ. 9. & conſ. 257. Barbat. vol. 1. conſ. 51. & volu. 3. conſ. 67.* Iaſ. *volu. 1. conſ. 28. num. 4. & volu. 4. conſ. 150. Rol. à Vall. vol.* 1. *conſ. 96. nu.* 19. *Socin. jun. vol.* 1. *conſ. 50.* & complures alii citati à *Deciano vol. 1. conſ. 2. nu. 176. Menoch. conſ. 358. nu. 1.* Neque ſufficere ajunt, ut bis, terve uſuras quis acceperit, ſed plures contractus fœneratitios requiri, ut quis dicatur ſolitus fœnerari, *Hartm. Piſtor. obſerv. 219. nu. 58.* Iaſon. *volu. 3. conſ. 154.* Alii aliter ſentiunt. Vide *Maſcard. de probat. concluſ. 1142. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. caſ. 13. & lib. 3. præſ. 122. Didac.* Covar. *lib. 3. var. reſolut cap. 8. nu. 4. & ſeqq.* Schurf. *cent. 3. conſ.* 3. Ioh. *Vinc. Honded. vol. 1. conſ. 31. & vol. 2. conſ. 33. Pruckm. conſ. 40. Surd. deciſ. 34.*

Exiſtimo ego, hanc rem judicis arbitrio committendam eſſe, qui perpenſis circumſtantiis cujuſque contractus, an pro uſurario habendus ſit, facilè judicare poterit. 102

Hinc indiciis uſurariæ pravitatis apparentibus Scabini in hunc modum pronunciare haud dubitârunt: **Dieweil aber dennoch auß dem gantzen Inhalt mehr angeregten Contracts ſo viel zuvernehmen/ daß es ein wucherlicher Contract iſt/ und demnach zu recht nicht beſtehen kan; So ſeyd ihr die bemeldten Silbergeſchirr/ Ketten/ und Kleinodien erblich zubehalten/ oder zu verkauffen nicht befugt/ Sondern ihr ſeyd ihme gegen Erledigung ewers außgelegten Geldes/ unnd der Landůblichen Zinſen dieſelben widerumb folgen zu laſſen ſchuldig/ V. R. W.** *D. G.* **zu Leipzig/** *Meſe Iunio, Anno 1596.* 103

QVÆSTIO XCIII.

De Falſi Crimine, ejusque pœna.

SUMMARIA.

1. Falſi crimen ſpecies furti eſt.
2. Eſt crimen atrox & grave.
3. Falſum quodnam propriè dicatur? num. 4.
5. Definitio & requiſita hujus criminis, numer. 8. 14. 15.
6. Abſq; dolo non committitur falſum, nu. 7.
9. Mendacium an in crimen falſi incidat.
10. Abſque damno alterius crimen hoc non committitur.
11. Occultans inſtrumenta invalida, non tenetur falſi pœnâ.
12. Sufficit falſi crimen nocere potuiſſe, nu. 13.
16. Pœna falſi arbitraria eſt, nu. 17. 18. 19. 20.
21. Etiam in Imperio Romano & foro Saxonico, *n. 22. 23. 24. 25.*
26. Variis modis falſum committitur, n. 94.
27. Pœna partus ſuppoſiti, num. 28. 29.
30. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, num. 33.
32. Falſum committit, qui in contractu aut teſtamento aliam perſonam ſupponit.
33. Mutare nomen quatenus ſit prohibitum.
34. Dupliciter nomen mutatur, num. 35.
36. Falſarius eſt, qui ſe pro Nobile aut Doctore gerit, num. 37. 38.

†

39. Sententia Scabinorum Lipſenſium, numer. 40. 41. *42.*
43. Pœna mulieris ter facientis baptizari infantem.
44. Reſponſum Scabinorum Lipſienſium.
45. Verbis & dictis quomodo falſum committitur.
46. Falſi teſtes in hoc crimen incidunt, num. 47.
48. Ut & falſi procuratores.
49. Teſtis accipiens pecuniam, ut veritatem dicat, falſum committit, num. 50.
51. Sententiæ *Scabinorum Lipſienſium.*
52. Pœna judicis falsò judicantis, n. 55. 56. *57. 58.*
53. Sententia Scabinorum *Lipſienſium, nu. 54.*
59. Ne quidem in bonum finem, ac juſtâ in cauſa judici munera acceptare licet, num. 60.
61. Sicuti nec eſculenta aut poculenta.
62. In ſcriptis quando & quomodo falſum committatur.
63. Quomodo hæc falſi ſpecies puniatur.
64. Sententiæ *Scabinorum Lipſienſium, nu. 65. 66. 67. 68. 69.*
70. Pœna eorum qui alienas literas reſignant.
71. Reſponſa Scabinorum *Lipſenſium.*
72. Mendicantes *falſarii quomodo puniantur? n. 75.*

73. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. num. 74. 76. 77.
78. Abuſu quomodo committatur falſum?
79. Pœna falſi commiſſi in ponderibus & menſuris &c num. 80. 81.
82. Explicatio articuli 13. lib. 2. **Landrecht.**
83. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, numer. 84. 85.
86. Falſum commiſſum in aromatibus.
87. Sententia Scabinorum Lipſenſium.
88. Falſum in depravatis mercibus commiſſum, nu. 89.
90. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, nu. 91.
92. Perſonæ larvatæ quando falſum committant.
93. Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.
95. In crimine falſi pœnam arbitrariam ad mortem uſque extendere licet nu. 96. 97.
98. Sententia Scabinorum Lipſienſium.

1 FVrto quoque ſimilimum eſt CRIMEN FALSI, ſi non pro ſpecie furti habendum, ut putat *Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crim. cap. 119. num. 1.* Subdolum enim, inquit ibidem, & occultum furandi genus eſt, rem aliquam falſo, malitioſo & excogitato animo corrumpere, & falſitatis fuco decipere. Quiſquis namque rem externo quodam & apparente fuco adulterat, & ad deceptionem corrumpit, falſum committere dicitur, *l. quid ſit falſum. ff. ad Leg. Cornel. de falſ. c. tua nobis, extr. de offic. vicar.*

2 Quod crimen leve non eſt, ſed enorme & immane, quod hominem ejusque ſtatum & famam valde deprimit. *Hippol. de* M*arſil. in Rubr. ff. ad Leg. Cornel. de falſ. n. 12. Albert. in rubr.* C *ad Leg. Cornel. de falſ. nu. 1. Ludov. de Peguer. deciſ. 80. nu. 3. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 7. cap. 24. n. 1.* P*roſper. Farin. part. 6. oper. crim. quæſt. 150. num. 12. Iul. Clar. in pract. §. falſum. nu. 1. in pr. & ibi Bajard. in addit. nu. 1. Jacob.* M*enoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 306. nu. 13.* Ideoque homicidio & veneficio gravius & deteſtabilius eſſe putant quidam, quibus tamen rectè contradicit *Pract. Conrad. rubr. de falſar. nu. 24.*

3 Largiſſimâ autem in ſignificatione dicitur Falſum omne id quod non eſt verum, etiamſi non procedat ex fraude & dolo alicujus, *l. ſi is qui ducenta. §. utrum. ff. de rebus dubiis. l. ſi quid perfectum. ff. de ſolution.* Quo nomine etiam quovis mendacium venit, quod tamen in crimen falſi non incidit. S*imon. Sichard. in Lex. in verb. Falſum accipitur tribus modis. Proſper. Farin. part. 6. oper.* C*riminal. quæſt 250. num. 7. Johan. Schneidvvin. in §. item Lex* C*ornelia de falſis. num. 2. Inſtit. de public. judic. Bartol. in l. quid ſit falſum. 23. ff. ad Leg.* C*ornel. de falſ. Angel. Aretin. in tract. de malef. verb. falſario. num. 2. Pract. Conrad. Rub. de falſ. num. 3. & 4.*

4 Sed propriè falſum dicitur crimen illud, quod Lege Corneliâ de falſis coërcetur. Hoc vulgò appellitant fraudulosam veritatis immutationem. *Petr. Gregor. in* S*yntagm.* I*ur. libr. 36. cap. 1. num. 2. Gloſſ. in §. item Lex Cornelia de falſis. in verb. falſum ſcripſerit.* I*nſtit. de public. judic. Hoſtienſ. in cap. licet. num. 3. in fin. in verb. immutatur. extr. de crim falſi. Gand. in tit. de falſar. num. 1. Farin. dict. quæſt. 150. num. 1. Honded. lib. 1. conſ. 109. nu. 1. Petr. Theod. in colleg. crim. diſput. 8. th. 1. Foller. in Pract. crim. in verb. item quod commiſit falſitatem. num. 91. Hippol. de* M*arſil. in rubr. ad Leg. Cornel. de falſ. nu.* 1.

Q. 1. Quidnam ſit

5 Rectius puto falſum hoc loco definiri *doloſam veritatis immutationem in alterius præjudicium factã*: juxta tradita à *Mynſing. in §. item* Lex C*orn. de falſ. nu. 15. Inſtit. de publ. jud. Ubi & Ioh. Schneidvv. num. 2.* Iodoc. *Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 122. num. 2.*

falſum quando committatur?

6 Ex quo ſequitur, tria conjunctim requiri ad hoc, ut falſi crimen committatur, tale nimirum, quod Lege Cornel. de falſis coërcetur. *Primum eſt Dolus*, falſi cauſa proxima *l. eos. 27. ff. ad* L*egem Cornel. de falſis. l. 16. ff. De teſtibus.* Sine quo falſitas non committitur, *l. nec exemplum.* In verb. *cum non niſi dolo malo falſum committentes, crimini ſubjugentur.* C. *ad* L*eg. Cornel. de falſ. l. 23. l. 31. ff. eod tit. C. homines. c. is autem. 22. quæſt. 2. Hippol. de Marſ. in rubr. ff. ad* L*eg. Cornel. de falſ. n. 1. & n. 4.* M*ynſ. in §. item* L*ex* C*ornelia de falſ. n. 2. Inſtit. de publ. judic. Angel.* A*retin. de malef. in verb. falſario. n. 1. Pract. Conrad. in rubr. de falſar. nu. 5. & n. 33. Jul.* C*lar. lib. 5. ſent. §. falſum. nu. 33. & ibi Bajard. nu. 291. Petr. Greg. d. lib. 36. c. 1. n. 6. & c. 5. n. 2. Jac.* M*enoch. de arbit. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 309. nu.* 1. *& de præſumpt. libr.* 5. *præſ. 20. num.* 51. *Joſeph.* M*aſcard. de probat. libr. 2. concluſ. 739. nu. 12. Proſper Farin. dict. quæſt. 150. n. 273.* Proindè ſi quis credat dicere ſe veritatem de aliqua re, & deſuper juret, falſarius propriè non eſt, neque perjurus, licet veritas ſit in contrarium, *l. 2. §. 2. C. de juram. calum. Tiber. Decian. in tract. crim. li. 6. cap. 10. nu. 4. Cravett. conſ. 65. Honded. lib. 1. conſ. 91. num. 18.* Quo facit *c. is autem c. homines falſum. 22. quæſt. 2.* Ubi ream linguam non facit, niſi rea mens. Et quod falſum teſtimonium ex errore deponens, non poſſit puniri de falſo, tradit, *Sigiſm. Scacc. lib. 2. de jud. cauſ. civil. cap. 8. num. 486. & ſeqq. Bertaz. conſ. 8. n. 16.* Unde porrò ſequitur, nihil falſificare eum, qui errore vel ignorantia immutat vel occultat veritatem: cum plus eſſe queat in veritate, quàm opinione, *l. 1. & tot. tit. ff. de jur. & fact. ignor. l. 2. §. 10. & 15. ff. pro empt.*

Nec tamen dolus præſumptus ſufficit ad crimen falſi, ſed verè illum adfuiſſe, probari debet. 7
Menoch. 3. conſ. 221. num. 15. Honded. 1. conſ. 109. num. 17. Riminald. jun. conſ. 1*45. num. 21.* In dubio namque error potius, quàm dolus in crimine falſi præſumitur, *l. 1. in fin.* Ibi *: magis error quàm malitia.* C. *de his qui ſibi in Teſtam. l. 6. C. de dolo. l. 19. §. qui dolo. de probat. Maſcard. de probat. libr. 2. concluſ. 745. num. 3. Nicol.* Boer. *deciſ.* 116. *Proſper. Farin. part. 6. oper. crim. quæſt. 150 num. 274. Honded. dict. conſ. 109. num. 19.* Iacob. Menoch. *lib. 3. conſ. 221. num. 16.*

Alterum eſt veritatis immutatio. Nec 8
enim falſum ſtatim committitur, ſi dolus fuerit adhibitus, niſi etiam veritas mutetur & pervertatur. *l. 23. ff. ad Leg. Cornel. de falſ.* Ubi JCtus

JCtus Paulus per exempla deſcribit, eum committere falſum, non qui mentitur, ſed qui, faciendo rationem & computationem, rationem mutat. Ergò ſi quis dicat, computationem & rationem minorem, majoremvè continere quantitatem, quàm reverâ continet, mendacium quidem dicit, ſed falſum neutiquam committit; cùm nulla fiat veritatis mutatio, quæ ſtatim ratione calculi facta apparet. *Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſput. 8. th. 1. lit. C.*

9 Quamvis enim mendacium per ſe quoque falſum ſit, contra veritatem dictum, & pœnam mereatur; Lege tamen Corneliâ, quæ falſi crimen punit, non vindicatur, *Johann. Schneidvvin. in §. item* Lex *Cornel. de falſis. numer. 2. Inſtit. de publ. judic.* Nec in falſi crimen incidit, quod propriè committitur, quoties animi dolum ſequitur facti executio, ad pervertendam veritatem, & ſimulandum id, quod non eſt, *l. quid ſit falſum. Vbi Bartol. ff. ad Leg. Cornel. de falſ.* Hinc infertur, quod teſtis deponens aliquid, quod in ſe ſit verum, ipſi tamen ignotum, dicatur potius falsò deponere, quàm falſum, & ideò non teneatur verâ falſi pœnâ: quemadmodum nec ille, qui hunc ad teſtificandum induxit. *Petr. Caball. reſolut. Crimin. caſ. 38.* cum aliis ab ipſo relatis.

10 *Tertium* falſi requiſitum eſt, *ut per id damnum alicui afferatur.* Falſitas enim non nocibilis, ex Lege Corneliâ de falſis punienda non eſt, uti pluribus probant *Natta. libr. 3. conſ. 588. Paul. de Caſtro lib. 1. conſ. 130.* Eaque communis doctorum eſt ſententia ut videre eſt apud *Proſper. Farin. part. 6. Oper. Crim. quæſt. 150. numer. 29. Ægid. Boſſ. in tit. de falſ. n. 90. in fin. Iod. Damhoud. in prax. rerum crim. cap. 122. nu. 10.* Pract. *Conrad. rubr. de falſ. num. 33. Gabriel. lib. 7.* Concl. *5. num 1. Iul.* Clar. *lib. 5. ſentent. §. falſum. num. 36.* Petr. *Gregor. in Syntagm. lib. 36. cap. 1. num. 6. Ludov. de Peguer. Deciſ. crim. 19. num. 5. in fin. & deciſ. 80. num. 15. Ioſeph. Ludov. deciſ. Lucen. 12. num. 5.* Honded. *conſ. 109. n. 55. lib. 1. Ioh.* Schneidvvin. *in dict §. item Lex* Cornelia *de falſ. n. 2. Inſtit. de publ. Indic. Gail. lib. 1. obſerv. 100. n. 7.*

11 Undè videtur ſequi, eum qui ſubtrahit & occultat inſtrumentum, ſeu ſcripturam nullam & invalidam, non puniri, *l. 38. §. 6. ff. de pœn. Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. libr. 2. caſ. 306. & caſ. 311. numer. 9. Bartol. in l. qui teſtamentum. in princ. ff. ad* Legem. *Cornel. de falſ.* Proſper. *Farin. dict. quæſt. 150. numer. 297.* Quamvis pœnam extraordinariam iſte vix effugiet. *Farin. dict. loco n. 298.*

12 Exiſtimant tamen vulgò, ſatis eſſe ad incurrendam pœnam falſi, falſitatem præjudicare potuiſſe, licet actu non præjudicaverit, *l. 5. §. 11. ff. de his qui dej. vel effud. Salycet. in l. 23.* C. *de falſ. Bertaz. conſ. 8. numer. 20.* Quum potentia actui proxima, habeatur pro actu ipſo *l. pen. ff. de milit. teſtam.* Quamvis ergò ex probatione falsâ damnum nemini aut præjudicium inferatur; ſufficere tamen, quod potuerit dari: *Petr. Caball. reſolut. crimin. caſ. 144. numer. 3. & ſeqq. Petr. Theodor. dict. diſput. 8. th 3. lit. B.* ubi porrò infert, producentem falſos teſtes, etiamſi horum depoſitiones ipſi non profuerint, nec adverſario nocuerint, nocere tamen potuiſſent, pœnâ falſi teneri.

13 Quod concedo quoad pœnam extraordinariam & mitiorem. Sicut enim in aliis delictis conatus mitiori pœnâ coercetur, etiamſi ad actum proximum pervenerit. *Jul.* Clar. *in pract. § ult. quæſt. 92. num. 1. & Iohan. Schneidvvin. in §. eadem lege. Inſtit. de publ. judic. Nicol.* Reuſner. *lib. 2. deciſ. 21. Matth.* W*eſemb. part. 3. conſ. 114 num. 33. & in parat. ff. ad Leg. Iul. de adult num. 5. ad Leg. Pompej. de Parricid. numer.* 7. ita & falſarius nocere cupiens, etiamſi factum ipſius damnum non ſequatur, pœnâ aliquâ, mitiori tamen, plectendus erit.

14 Hæc ſunt tria requiſita, quæ falſi crimen conſtituunt, *Fachin. lib. 1. conſ. 94. n. 4.* Mynſing. *in §. item* Lex*Cornelia. Inſtit. de publ. judic. Afflict. deciſ. 21. num. 12. Thoming. conſ. 15. n. 17.* Quibus alii adhuc addunt Notationem legis expreſſam, ut ſcilicet nemo ob factum aliquod incidat in crimen falſi, niſi quem Lex Cornelia, & SCtum Libonianum, quod in ſupplementum Legis Cornel. latum eſt, aliæque Conſtitutiones ac Reſponſa JCtorum, quæ eam Legem interpretantur, diſertè notant, *Matth.* W*eſemb. in paratit. ff. ad Leg. Corn. de falſis. n. 2. verſ. ſed quia & hæc definitio. Ioh. Schneidvvin. in §. Lex Cornelia de falſis. n. 2. Inſtit. de publ. judic Bart. in l. quid ſit falſum. ff. ad Legem Cornel. de falſ.* Vid. *Proſp. Farin. part. 6. oper. Crim. quæſt. 150. n. 7.*

15 Sed nuſpiam expreſſa Legis Corneliæ notatio requiritur, variiſque modis crimen falſi committi poſſe, exiſtimo, etiamſi expreſſa Legis determinatio deficiat: ſufficit enim generalis notatio Legis Corneliæ, quæ omnem doloſam veritatis immutationem, in præjudicium alterius factam, puniri jubet, *arg. l. 1. & 23. ff. ad Leg. Cornel. de falſ.* Hinc nempè, poſt Legem Corneliam tot Conſtitutiones & SCta de falſo ſunt prodita, totque caſus varii in plurimis legibus expreſſi & deciſi, *tot. tit. ff. & C. ad Leg. Cornel. de falſ.* ut de reliquis non expreſſis ex ratione identitatis facilius judicium ferri, iique ad crimen falſi applicari poſſint. Ut ita veriſſimum ſit, caſus omnes Lege Corneliâ de falſis verbis expreſſis notatos non eſſe, qui tamen ex eâdem lege puniri ac coerceri debeant.

16 *Q. 2. Quæ ſit pœna falſi?*

Quemadmodum verò in Crimine falſi multa ſingularia ac ſpecialia recepta ſunt, quæ in aliis delictis nullatenus obtinent: uti notat atque demonſtrat *Petr. Theodor. in Colleg. crimin. diſputat. 8. theſ. 7.* Ita & hoc ſpeciale eſſe videtur, quod nulla ferè certa pœna in falſarios ſit ſtatuta, & determinata. Communiter quidem tradunt, *Dd.* quod pœna falſi in homine nobili ſit deportatio cum publicatione bonorum; in perſonâ vili damnatio in metallum; In ſervo ultimum ſupplicium, *l. 1. §. ubi Alber. num. 1. & Hippol. de Marſil. in rubr. ff. ad Leg. Cornel. de falſ. num. 4. junct. l. ſi quis §. qui vivi teſtamentum. ff. de*

Pœn. l. ubi falſi. in fin. C. ad Legem. Cornel. de falſis. Vbi Gloſſ. in verb. Vel deportatione, & in verb. Commiſſi. §. item Lex Cornelia de falſis. inſtit. de publ. judic. ubi Gloſſ. in figurat. Caſus *in verb. Vltimum ſupplicium. & in verb. deportatio. Gandin. in tit. de falſar. num. 3. Bonifac. de Vitalin. in rubr. de falſis. num. 3. Afflict. deciſ. 21. num. 8. Iodoc. Damhoud. in prax. rer. Crimin. cap. 124. num. 7. Petr. Greg. in Syntagm. Iur. lib. 36. cap. 3. num. 4. & cap. 5. nu. 2. Iacob.* Menoch. *de arbitr. judic. quæſtion. libr. 2. cap. 306. numer. 1. 2. & 3.* Pract. *Conrad. rubr. de falſ. num. 25.*

17 Attamen pœna publicationis bonorum, pro crimine falſi correcta fuit, *Auth. bona damnatorum.* C. *de bon. proſcript. Gloſſ. in l. ult. §. fin. in verb. publicatio. ff. ad Leg. Cornel. de falſ. Bonifac. de Vitalin. in rubr. de falſ. numer. 3. verſ. ſed jure novo. Schneidvvin. in §. item Lex Cornelia de falſis, num. 10. ubi &* Mynſing. *num. 10. verſ. novellarum tamen jure. Et Nicaſ. num. 5. verſ. hodiè tamen. Inſt. de publ. judic. Petr. Caball. reſolut. crim. caſ. 165. n. 22. Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crim. cap. 124. num. 7.*

18 Neque deportationis pœna hodiè amplius in uſu eſt, in cuius locum ſucceſſit Relegatio. *Iul. Clar. in pract. §. falſum. numer. 13. Bertaz. conſil. 538. num.* 17. *Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 306. num. 3. Petr. Caballin. dict. caſ. 163. numer. 21. Honded. lib. 1. conſ. 109. num.* 11. *Ludov. de Peguer. deciſ. crimin. 80. n. 6.* Vel quandoque fuſtigatio *Iohan. Schneidvvin. in dict. §. item Lex Cornelia de falſis. numer. 10. Inſtit. de publ. judic. Matth.* Coler. *part. 1. deciſion. 179. num.* 4. *Matth.* W*eſembec. in paratit. ff. ad Legem.* Cornel. *de falſis. num.* 12.

19 Quin & de jure Civili pœna falſi pro qualitate admiſſi extendi poteſt ad manus amputationem. *Novell. 17. cap. 8. in pr. Novell. 201. §. 2. Novell. 134. cap. 13.* Nec non quandoque ad extremum ſupplicium. *l. 22.* C. *ad Leg. Corn. de falſ. l. 1. & 2.* C. *de falſa moneta. Petr.* T*heodor. in Colleg. crim. diſp. 8. th. 6. lit. A. Schneidvvin. dict. loc. num.* 10. *Proſper. Farin. part. 6. oper. crim. dict. quæſt. 150. num. 24. Petr. Gregor. in Syntagm. juris lib. 36. c. 5. nu. 2. in fin. Nicol. Boer. deciſ. 82. Petr.* C*aball. dict. caſ. 165. n. 11.*

20 Ut verè quis dixerit, pœnam criminis falſi hodie eſſe arbitrariam, & ſic quandoque majorem, quandoque minorem, juxta diverſitatem caſuum, ſecundum *Gloſſ. in l. 1. §. fin. in verb. Eorum. ff. ad Leg.* Cornel. *de falſ.* Quod & haud obſcurè probant ex *l. eos. §. qui ſe pro milite. ff. eod. tit.* ubi gerens ſe pro milite, cum non ſit, vel illicitis inſignibus utens, licet incidat in caput Legis Cornel. de falſis, dicit tamen JCtus, eum pro admiſſi qualitate graviſſimè puniendum. Et ſic manifeſtè probat, pœnam eſſe arbitrariam, juxta qualitatem falſitatis. *Mynſinger. in §. item Lex* Cornelia *de falſis, num. 11. Inſtit. de publ. judic. Gandin. in rubr. de falſ. numer. 3. verſ. ſed hodiè. Auguſt. Angel. Aretin. in tract. malef. in verb. Falſario. num. 48.* Pract. Conrad. *in rubr. de falſar. num. 29.*

21 Quod nec in Imperio Germanico, & foro Saxonico aliter ſeſe habere, probat I. O*rdin. Crimin. Carolin. art. 112.* In verb. Nach dem die Fälſchung viel oder wenig / boßhafftig und ſchädlich geſchicht / nach Rath der Verſtändigen / oder ſonſt / als zu End dieſer Ordnung vermeldt / peinlich geſtrafft werden / *&c.* Et *art. 113.* verb. Der ſoll zu peinlicher Straff angenommen / ihme das Land verbotten / oder an ſeinem Leibe / als mit Ruthen außgehauen / oder dergleichen / nach Gelegenheit unnd Geſtalt der überfahrung geſtrafft werden. *It. art. 115.* In verb. und darzu an den Pranger / oder Halßeiſen geſtellet / mit Ruthen außgehauen / des Landes verbotten / oder ſonſten nach Gelegenheit der Mißhandlung in andere wege geſtrafft werden / *&c.* Unde conſtat, Imp. Carol V. in falſarios certam atque uniformem pœnam haud ſtatuiſſe, ſed pro qualitate admiſſi falſi, gravius vel mitius eos puniri voluiſſe.

2. Cum quo convenit Diſpoſitio juris Saxonici, in *art. 13. lib. 2.* Landrecht. Verb. daſſelbe Gerichte gehet auch über unrecht Maß / über falſch Gewichte / und über falſchen Speiſe Kauff / ob man es überwunden wird / *&c.* junctis autem verbis præcedentibus manifeſtiſſimè apparet, agi ibidem de pœna, ſo zu Haut und Haar gehet / quam eſſe fuſtigationem, abſciſſionem aurium, inuſtionem ſigni in faciem, & mulctam pecuniariam, docet *Gloſſ. Germanica in verb.* daſſelbige Gericht / *&c. numer. 9. dict. artic. 13. libr. 2.* Landrecht. 22

3. Facit quod nullibi in O*rdinat.* C*riminal. Caroli V. Imper.* nec jure Saxonico certa aliqua pœna falſi Reis determinata reperiatur, adeoque ea arbitraria erit. Quoties namque certa pœna legibus definita non eſt, absque dubio arbitraria eſt animadverſio. *Iaſon. in l. jubere. 4. num. 17. ff. de jurisdict. omn. judic. Andr.* T*iraquell. de pœn. temper. cauſ. 31. numer. 34. Iacob.* Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. lib. 1. quæſt. 86. n. 8. Iacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſtion. 104. num. 9.* 23

Patet hinc, *in foro Saxonico falſarios arbitrariâ pœna coerceri.* Ut plurimum tamen Relegatione aut fuſtigatione hi puniuntur, pro ratione admiſſi delicti, *Matth. Coler. part. 1. deciſ. 179. Ioan.* Schneidvvin. *in §. item Lex* Cornelia *de falſis. n. 10. Inſt. de publ. judic.* Matth. W*eſemb. in paratit. ff. ad Legem* Corneliam *de falſis n. 12. verſ. Hodiè apud Saxon.* Neque enim æquè grave eſt omne falſi delictum, nec æquè magnum eſt damnum per id datum, quod in pœnâ falſi infligenda exactè ponderari jubet *artic. 112. Ordin. Crimin.* In verb. Nach dem die Fälſchung viel oder wenig / boßhafftig oder ſchädlich geſchicht / *&c.* Quare in perpendendis cujusque falſi commiſſi circumſtantiis ac qualitatibus cautus debet eſſe judex, eamque pœnam irrogare, quam delicto cuivis convenientem ac ſufficientem eſſe, exiſtimaverit. 24

Qua in re multum refert, exactiori judicio ponderare, ac conſiderare qualitates perſonarum, animorum, damni dati, potiſſimum verò ipſius falſi, quod ſecundum *Jodoc. Damhouder.* quinque ferè modis committitur: Nempe Conſenſu, Verbis, Scriptis, Abuſu, & ſilentio, *in prax. rer. crimin. capit. 119. 120. 122. 123. & 124.* Sed nimis latè crimen falſi is extendere 25 videtur ad omnem falſitatem, in contractibus, aliisque actibus commiſſam: uti patet ex traditis *in dict. capit. 120.* contra *l. quid ſit falſum. 23. Ubi Bartol. ff. ad Leg. Cornel. de falſ.* Aliter ſentit *Petr.* T*heodor. in* Colleg. *crimin. diſp. 8. theſ. 2.* Diſtinguens, an in homine, an vero in rebus illud ſit commiſſum. Illud eſſe dicit perſonæ ſuppoſitæ, nominis, & teſtimonii; Hoc verò monetæ, ſcripti, menſuræ, & aliarum rerum, *dict. theſ. 2.* ubi latiſſimè hæc tractat.

26 Negari ſanè nequit, variis modis crimen falſi committi poſſe, quos omnes referri impoſſibile eſt: ſiquidem, ut paulo ante dixi, Caſus quivis in crimen falſi incidentes, expreſſis verbis Legis Corneliæ, aliarumque conſtitutionum nòtati ac definiti non ſunt, uti quidem opinantur *Matth.* W*eſembec. in paratit. ff. ad Leg. Cornel. de falſ. n. 2. & Ioh.* Sch*neid. in* §. *item Lex Cornel. de falſ. n. 2. Inſt. de publ. jud.* Attamen, meo judicio, indifferenter omnes ferè Caſus ad quatuor hoſce modos haud inconvenienter referri poſſunt: ut ſcilicet falſum committatur: Vel *in Perſonâ*; vel V*erbis*; vel S*cripto*; vel *Abuſu*. Quos per exempla explicare lubet.

27 In Perſona falſum committitur, quando doloſè aliquis homo fingitur eſſe talis, qualis reverâ non eſt, ac per id veritas immutatur in præjudicium tertii. Veluti ſi quis alienum partum ſubſtituendo falſum perpetrat, *l. 19. §. 1. l. 3. 30. §. 1. ff. ad* Leg. *Cornel. de falſ. l. 1. ff. de agnoſc. liber. Jodoc. Damhouder. in prax. rer. crimin. cap. 123. numer. 21. Proſper. Farinac. part. 6. oper. crimin. dict. quæſt. 150. n. 239. & ſeqq.* ubi pleniſſimè hanc materiam pro more ſuo tractat. *Petr. Gregor. in* Syn*tagm. juris lib. 36. cap. 3. num. 5. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 24. num. 1. Ægid. Boſſ. in tit. de part. ſuppoſ. num. 16. in fin. Mynſing. in §. item Lex Cornelia de falſis. num. 6. Inſt. de publ. judic.* Quod Eutropiam Syram, uxorem Maximiani Herculii Imperatoris feciſſe, hiſtoriarum produnt monumenta. Nam cum mariti animum ſibi cuperet devinctum retinere, ſubjeciſſe ſibi fertur Maxentium, *Petr. Gregor. libr. 14. de Republ. cap. 1.*

Q. 7. Pœna *ſuppoſiti partûs quanam?*

28 Pœnam huius criminis eſſe capitalem, probat *l.* I. *C. ad Leg. Cornel. de falſ.* Ibi: *Cauſa capitalis.* Et poſtea: *Periculum capitis ſubeat. Ubi gloſſ. in verb.* C*apitalis.* Quæ verba de ultimo ſupplicio explicat *Nicol. Boer. deciſ. 82. num. 8. in fin.* P*etr. Gregor. in* S*yntagm. jur. lib. 36. cap. 3. n. 5.* ubi dicit: Obſtetricem, quæ partum alienum attulit, ut ſupponi poſſit, ſummo ſupplicio afficiendam eſſe. *Ludov. Peguer. deciſ. crimin. 80. nu. 8.* Sed rectius de pœna deportationis, in cuius locum ſucceſſit hodiè fuſtigatio, verba ea accipit *Proſper. Farin. dict. quæſt. 150. num. 242. Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. caſ. 306. numer. 3.* Siquidem per capitalem pœnam non ſolùm ultimum ſupplicium, ſed & interdictionem aquæ & ignis, vel deportationem intelligi, ſatis ac luculenter probatur ex I*nſtit.* §. *2. de publ. judic.*

29 Adeoque pœna hujus delicti erit fuſtigatio, non habito reſpectu perſonæ, quæ partum alienum ſuppoſuit, an parens fuerit, nec ne, modò ſupponens damnum per id intulit alteri, & ſic cum injuria & noxa alterius quicquam extorſerit, vel torquere atque aſſequi voluerit.

30 *Veluti ſic à Scabinis reſponſum percepi:* Hat eine Weibsperſon/ genandt Regina / einer andern Frauen / der Alexin Junges Kind zulegen laſſen/ als ob ſie das gebohren/ und hat des Kindes rechte Mutter als für eine Amme umbs Geld das Kind zu ſtillen gebraucht/ und daſſelbe darumb / daß ſie von dem Manne zu Döbeln/ der ſich mit Ihr der entſatzten Jungfrauſchafft halben zuvor hat vertragen müſſen/ mehr Geldes ſchätzen möchte/ wie Sie denn denſelben Eheman gefänglichen einziehen laſſen/ als ob Er ſie/ die Reginen / geſchwängert haben ſolte/ *&c.* So möget ihr die beyden Weibsperſonen ſolches betrüglichen Falſches halben zur Staupenſchlagen / und ewig verweiſen laſſen / . V. R. W. *M. Ian. An. 1562.*

31 *Memini etiam, Dominos Scabinos meo tempore fuiſſe conſultos ſuper caſu, quo alienam filiam ſuam eſſe affirmaverat, eo fine, quo hereditatem opulentam lucraretur, cui ob id fuſtigationis pœnam dictavimus. Ad conſultationem judicis & Scabinorum* Lip*ſenſium. M. Majo, Anno 1625.*

32 Pariter hûc referri poteſt ſpecies hæc falſi, ſi quis nempè aliam perſonam pro aliâ in contractu, teſtamento, judicio aut aliàs quomodocunque ſupponat: qualem caſum ſuo tempore contigiſſe ſcribit. *Iul. Clar. lib. 5. ſententiarum. §. teſtamentum. quæſt. 59.* Ubi Mulier ſagax maritum, ſtatim poſtquam expiraverat, è lecto extrahi fecit, & alium pro eo ſuppoſuit, qui feneſtris thalami clauſis, & capite pannis involuto, ſimulans ſe propter infirmitatem vix loqui poſſe, condidit teſtamentum, in quo uxorem inſtituit heredem, & aliis perſonis diverſa reliquit legata &c. Similem ferè caſum refert *Petr. Caball. reſolut. crimin. caſ. 176. num. 12.* de quodam legitimato, qui mortuo patre ſe ſuppoſuit in lecto loco patris denati, & convocatis Notario & teſtibus ſeipſum heredem inſtituit.

33 Simili modo committitur falſum in perſonâ, quando quis nomen ſuum mutat doloſè ac fraudulenter. Aliàs ſanè unicuique licet nomen mutare, *l. 1.* C. *de mutat. nom. Ubi Dd. Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. caſ. 318. numer. 2. Felin. in proœm. Gregorian. num. 36.* Siquidem indita ſunt nomina ad placitum, quibus unus ab altero dignoſci facile poſſit, *l. ad recognoſcendos.* C. *de ingen. & manumiſſis.* §. *ſi quis in nomine. Inſt. de legat.* At ſi verò in fraudem alterius quis nomen mutat, falſum abſque dubio committit, *l. 13. in pr. ff. ad Leg. Corn. de falſ. l. 20. C. eodem tit. Matt.* W*eſembec. in paratit. ff. eod. numer. 8. Bertaz. conſ. 408. n. 14.*

Q. 8. Mutatio nominis quatenus prohibita ſit?

34 Quod duobus modis accidit: *Primò*, cum quis perſonâ diſſimulatâ ſe alium eſſe mentitur, quod ob maximam ſimilitudinem, quæ inter duos aliquando fuit reperta, non ſemel uſu venit, ut probat exemplum Jacobi & Eſau *Gen. 25.* relatum in *c. quæritur.* §. *1. 12. quæſt. 2. & in c. ultim. 22. quæſtion. 2.* Et ejuſmodi alia recenſet Valerius Maximus *libr. 9. cap. 6.* Quale illud eſt quod Cæſari Auguſto evenit, cujus filium quis ſe eſſe aſſerebat, tanta erat ejus oris ſimilitudo. Et Mediolani, ut autor eſt *idem Vale-*

rius; repreſſa eſt temeritas mulieris, quæ ſe pro Rubinâ quâdam, perinde ac falsò credita eſſet incendio periiſſe, nihil ad ſe pertinentibus bonis inſereret. Teſtatum quoque reliquit *Paul. Æmilius lib. 2. de geſt. Francor.* extitiſſe aliquem, qui ſe Balduinum Cæſarem eſſe prædicaret, quod gravitatem ore præ ſe ferebat, venerationem ſui captans, majeſtatemque concilians, quo factum, ut Flandriæ Nobiles hominem Comitem. Auguſtumque ſalutantes, jura ab eo peterent, quod ille Majeſtatis ſuæ fidem faciebat, nomina commemorans, nobilitatemque ac egregia facinora, majorum natu, ſtemmataque familiarum, à quo quisque progenitus eſſet. Et refert *Jacob. Menoch.* Toloſæ Arnoldum quendam de Tilla, Martinum Gverram ita formâ & facie repræſentâſſe, ut & ipſius Martini uxorem, affinesque falleret, qui detectâ fraude & dolo luit pœnas emeritas *dict. cent. 4. caſ. 318. n. 33.*

35 Secundò: Committitur falſum nominis mutatione, quando quis alterius nomen, non diſſimulatâ ſuâ perſonâ aſſumit. Undè mutans ſibi nomen in celebratione alicuius contractus, & ſic ſupponendo ſe pro aliâ perſonâ, falſum committit. *Ludov. Gilhauſen in arbor. judic. crimin. cap. 2. tit. 26. numer. 33.* Ita & aſſerens ſe creditorem Mercatoris falliti, cum non ſit, incidit in crimen falſi, *Angel. Aretin. in tract. de maleſ. in verb. Falſario. n. 3.* per *l. 15. C. ad Leg. Cornel. de falſis. Ubi gloſſa & Salycet. Iaſon. in l. 9. §. 5. ff de jurejur. ubi etiam Iacob. à Beuſt. numer. 4. pag. 208. Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſp. 8. th. 2. lit. B.*

36 Ut & is, qui ſe pro Nobile, aut Doctore gerit, cum non ſit, nec non inſignia, privilegia, & titulos altioris ordinis ſibi aſcribit, *l. 27. §. 3. ff. ad Leg. Cornel. de falſis. Matth. Weſembec. in paratit. eodem tit. numer. 8. Tiber. Decian. 1. reſponſ. 19. numer. 241. Proſper. Farin. part. 6. oper. crim. quæſt. 150. num. 86. Iacob. Menoch. dict. caſ. 318. num. 25. Andr. Tiraquell. in tract. de Nobilit. cap. 13. Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crimin. cap. 123. num. 10. Petr. Gregor. in Syntagm. Iur. lib. 36. c. 2. n. 1.*

37 Quod tum demum verum eſſe, puto, ſi talis actum aliquem faciat Doctori convenientem. *Bald. in l. 9. C. de SS. Eccleſ.* Secus, ſi verbo tantum ſe Doctorem jactet. Solis namque verbis non ſubſecuto aliquo effectu mendacium quidem committitur, at non falſum, *l. quid ſit falſum. 23. ubi Bartol. ff. ad* Legem. *Cornel. de falſis.*

38 Quod idem aſſero de iis, qui Nobilis, Comitis, aliusvè dignitatis titulo abutuntur: ut in falſi crimen tum demùm incidant, ſi cum damno & jacturâ alterius hanc dignitatem ſibi arrogantes, actum ejuſmodi dignitati convenientem celebrent, eoque modo homines fallant. Ut qui ſe facit Comitem Palatinum, creat Notarios, & legitimat ſpurios, cum non ſit Comes Palatinus. *Farin. dict. quæſt. 150. numer. 48. & 87. Pract. Conrad. Rubr. de falſar. numer. 23.* Aut ſi quis Nobilem ex inſigni ac præclara familia, ſeſe natum profiteatur, & ab aliis vel hujus, vel alterius familiæ Nobilibus eo nomine pecuniam, vel aliud quidquam emendicet, aliovè modo eosdem fallat, lucro & commodo ſuo, aliorumque damno. Quos omnes pœnâ falſi teneri exiſtimo, vel fuſtigationis, vel relegationis, pro qualitate admiſſi falſi & damni dati, juxta *artic. 112. & 113. Ordin. Crimin. Carolin.*

39 *Quare fœminæ cuidam plebejæ, quæ ex nobili familiâ ſe natam jactans, & bonis ſuis ſpoliatam diſſimulans, à Nobilibus pecuniam emendicaverat, pœnam temporalis Relegationis dictavimus. Ad conſultationem Quæſtoris Dreſdenſis, Menſe Octobr. An. 1629.*

40 *In caſu haud multum diſſimili, pronunciatum fuit hiſce formalibus:* Hat bemeldter Belo ſich vor einen Pommeriſchen Edelman/ des Geſchlechts der Belden/ und vor des Hauptmanns zu Stolpen Bruders Sohn fälſchlich außgegeben/ und ſich ferner gerühmet/ daß er Landesfendrich in Franckreich geweſt wäre/ und deſſen dreyerley falſche Paßbrieffe bey ſich gehabt/ und andern verſetzt/ und verpfendet/ auch im Wirthshauſe allerley Muthwillen/ mit Hauen und Stechen geübet/ *&c.* So wird Er von wegen ſolcher falſchen und geübten Verbrechung billich zur Staupen geſchlagen/ unnd des Churfürſt. zu Sachſ. *&c.* Unſers Gnädigſten Herren Landes ewig billich verwieſen/ V. R. W. *M. Ian. An. 1587.*

41 *Quo etiam ſpectat quod* ſcribit *Anton. Fab. in Codic. lib. 9. tit. 16. de fin. 1. Cum carnifex quidam honeſti viri & Advocati nomen ſibi arrogaſſet, ſeq; pro Agnato ejus publicè jactitaret, falſo tamen, & dolo malo, ut probi & nobilis viri exiſtimationem læderet, aut ab eo pecuniam, ne id faceret, extorqueret, eum virgis cædendum, & exilio mulctandum eſſe Senatum Sabaudiæ putaſſe.*

42 *Huc & referendum crimen illud, ſi minor animo decipiendi alterum, ſe majorem profiteatur: prout reſpondimus Iudici & Scabinis in* Waltersdorf: Da *H. R.* ſich wiſſentlicher und vorſetzlicher Weiſe andere Leute zu betriegen vor mündig außgegeben/ *&c.* So möchte Er deßwegen umb 1. New Schock in Straffe genommen werden/ V. R. W. *M. Auguſtô, An. 1630.*

43 Ejuſmodi falſum in perſonâ committit quoque is, qui baptizatum Chriſtianum Ethnicum adhuc eſſe dolosè profitetur commodi ſui causâ. Accidit talis caſus Anno 1597. ubi fœmina quædam infantem ter baptizari fecerat, eo tantummodò fine, quò pecuniam & munera, quæ vulgò teſtes baptiſmi ceu teſſeram fidei datæ baptizato offerre ſolent, idiomate noſtro, das Patengeldt/ lucraretur, quod delictum tantò atrocius fuit, quantò majori blaſphemia Sacroſanctum baptiſmatis Sacramentum fuerat reiteratũ. Ideoque fœminæ iſti pœnam fuſtigationis, una cum relegatione perpetua dictare haud dubitaverunt Scabini.

Q. 5. Pœna mulieris ter baptizari facientis infantem ſuum.

44 *Ita pronunciantes:* Dieweil auß denen überſandten Schrifften zu befinden/ daß die Gefangene ihr Kind in dreyen unterſchiedlichen Kirchen und Orten/ wiſſentlich/ allein umb des Patengeldts willen/ täuffen laſſen/ Sie ſolches auch ſelbſten bekandt und geſtanden. So wird ſie von wegen ſolches vorſetzlichen Mißbrauchs der H. Tauffe/ mit Staupenſchlägen des Landes ewig billig verwieſen/ V. R. W. *Ad requiſitionem Barbaræ, viduæ à* Schönbergk/ *in* Pfafferoda. *M. Mart. An. 1597.*

Altera

45 Altera falſitatis ſpecies eſt, quæ Verbis ſeu dictis committitur doloſis: ad fraudem & circumventionem alterius. *Matth. Weſembec in paratit. ff. ad Leg. Corn. de falſis. num. 4. & 5. Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crimin. c. 121. Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſput. 8. theſ. 2. lit. C.* Quod ita accipiendum, ſi ex verbis factum aliquod ſequatur falſum, cum ſummo alterius præjudicio. Nudum enim mendacium Lege Cornelia de falſis non vindicari, probavi ſupra ex *l. quid ſit falſum. 23. ff. ad* Leg. *Corneliam de falſis.*

Q. 6. Pœna falſorum teſtium ac Procuratorum.

46 Tale falſum verbis committunt teſtes, qui requiſiti falſum perhibent teſtimonium, aut malitioſè tacent, *l. 1. l. 20. ff. ad* Leg. *Cornel. de falſis.* W*eſembec. dict. loc. numer. 4. Iodoc. Damhoud. dict. capit. 121. numer. 4.* ubi tradit, ejuſmodi teſtem, qui falſa teſtatur, vel veritatem tacet, aut aliquid accepit, ne teſtimonium ferret, puniri criminaliter, aut civiliter, juxta qualitatem facti, *dict. l. 1. in pr. & §. 1. & l. falſi pœna. 20. ff. ad* Leg. *Cornel. de falſis.* etiamſi falſum depoſitum nullum ſortiatur effectum. Sin verò ob falſum ipſius teſtimonium quis condemnetur ad mortem, tum falſarium teſtem puniri non ſolùm ut teſtem falſum, ſed & ut proditorem & homicidam.

47 *Ideò teſti alicui ob falſum teſtimonium fuſtigationem cum relegatione perpetuâ à Scabinis* Lipſ*enſibus fuiſſe dictatam,* refert *Modeſt. Piſtor. part. 4. quæſt. 141.*

48 Quo etiam referendi ſunt falſi Procuratores, ſeu Prævaricatores, qui dolo malo prodita cauſa clientum ſuorum, ſive civilis, ſive capitalis fuerit, diverſam partem adjuvant, proprias probationes diſſimulant, cauſam adverſariis donant, falſas exceptiones, probationes & ſimilia admittunt, eos in lite vincere, quibus ſuperiores eſſe poterant, patiuntur, *l. 1. §. 1. & §. prævaricat. ff. ad* SC*tum Turpill. l. 1. ff. de prævaricat.* Quorum pœna eſt, quod clientibus jacturam omnem, quam inde fecerunt, & omne commodum, quantum eorum intererit, reſarcire, & reſtituere teneantur, ac inſuper perinde atque falſi teſtes, arbitrariè, fuſtigatione, carcere, numellis, aut relegatione plectantur. Idque minus dubii habet ob manifeſta verba *artic. 115. Ordin. Crimin. Carolin.* Ibi: **So ein *Procurator* fürſetzlicher Weiſe ſeiner Parthey in bürgerlichen und peinlichen Sachen zu Nachtheil/unnd dem Widertheil zu gut handelt/ und ſolcher Vbelthat überwunden würde/ der ſoll zu förderſt ſeinem Theil nach allem Vermögen ſeinen Schaden/ ſo er ſolcher Sachen halber empfähet/wieder legen/und darzu an den Pranger/oder Halßeiſen/geſtellet/mit Ruthen außgehauen/des Landes verbotten/oder ſonſten/nach Gelegenheit der Mißhandelung/in andere Wege geſtrafft werden.** *ubi Matth. Stephan. & Georg.* R*emus in Nem. Karul. dict. art. 115.*

Q. 7. An teſtis qui pecuniam accipit, ut dicat veritatem, in crimen falſi incidat?

49 Illud verò expeditum non eſt: *An teſtis, qui pecuniam accipit, ut dicat veritatem in pœnam falſi incidat, & a teſtimonio ſit repellendus?* Quod affirmare haud vereor cum. *Ioan. Harppr. in §. 7. Inſtit. de publ. judic. Volckman de teſtib. cent. 5. concluſ. 20. & ſeqq. Hippol. de Marſil. ad l. numer. 6. ff. ad Leg. Cornel. de falſis. Pantſchm. lib. 2. quæſt. 21 num. 181.*

50 *Tùm*, ob textum generalem in *l. 1. §. 1. ff. ad Leg.* Cornel. *de falſ.* ubi ob teſtimonia accipiens pecuniam punitur falſi. Et licet quis dixerit, teſtem pro veritate dicenda accipientem argentum nemini obeſſe; attamen negari nequit, eum delinquere contra juramentum præſtitum, quo promiſit: **Daß Er die Warheit ſagen / unnd ſolches weder umb Gifft noch Gabe thun oder laſſen wolle.**

Tùm, quod depoſitio, quæ per pecuniam fit, turpis ſit, ideoque non admittenda in probationem veritatis, *arg. l. 4. §. ſi tibi ff. de condict. ob turp. cauſam.* Quod & verbis ſat manifeſtis innuit *artic. 64. Ordin. Crim. Carol.* **belohnete Zeugen ſind auch verworffen/und nicht zuläſſig/ ſondern peinlich zu ſtraffen.** Quæ ſane verba generalia ſunt, nec diſtinguunt, an pecuniam acceperit, ut verum, an verò ut falſum deponat. Quamvis non negem, teſtem pecuniam accipientem quò veritatem dicat, mitius puniendum eſſe.

51 *Prout reſpondimus Martino* **Ficklern** *in* **Ronneburg: Habt ihr wider *P. R.* eine Klage erhoben / und Beweiß geführt / dawieder ſich euer Gegenpart eines Gegenbeweiſes angemaſſet. Ob Er nun wol unter andern auch *N. P.* zum Zeugen angegeben und abhören laſſen. Da ihr aber dennoch beybringen köndtet/ daß ihme gedachter euer Gegenpart Geldt geboten / die Warheit zu berichten / welches der Zeuge auch von ihme angenommen / *&c.* So wird *N. P.* Außſage von den *Acten* billich *removirt*, unnd Er möchte deßwegen / daß Er Geldt genommen / die Warheit zu berichten/willkührlichen/ entweder eine Zeitlang mit Gefängnüß/oder zeitlicher Landesverweiſung in Straffe genommen werden/ V. R. W.** *M.* M*artio, An. 1627.*

Q. 8. Pœna judicis falſo judicãtis

52 Huc porrò referenda eſt falſi ſpecies ea, quando Judex ex malitia, vel munere corruptus, doloſè, & ex propoſito falſè judicat, & injuſtam fert ſententiam. Qui non minus de crimine falſi puniendus eſt, pro qualitate perſonæ judicis offendentis, & perſonæ offenſæ, nec non damni ex judicato falſo dati *l. 1. §. ſed & ſi quis. verſ. Et qui judicem. ff. ad* Leg. *Cornel. de falſis. Jodoc. Damhouder. in prax. rer. crim. cap. 121. numer. 8. Matth.* W*eſembec. in paratit. ff. ad Leg. Cornel. de falſ. n. 6.*

53 *Veluti ſic pronunciavimus* M*artino* **Ronnen** *in* **Zittaw: Iſt in der zwiſchen euch und eurem Nachbar wegen ſtreitiger 100. fl. für denen Gerichten zu O. rechthängigen Sachen ein Vrtheil von einer Außländiſchen Vniverſität eingeholet/ und eurem Gegenpart die Zahlung zu leiſten darinnen zuerkandt worden/ welches Vrthel aber der Richter ſelbiges Orts unterſchlagen / und eurem Widerpart zugefallen/von deme er ſich/eurem Vermuthen nach/ mit Gelde ſtechen laſſen / eine widrige *Sententz* gefället/ und benannten euren Widerpart *abſolviret*, derowegen ihr gedachten Richter in Anſpruch zu nehmen vorhabens ſeyd. Da ihr nun ſolches über Ihn gebührlichen außführen möchtet/*&c.* So würde Er ſeines Richterlichen Ambts billich entſetzet / unnd möchte hierüber mit ewiger Landesverweiſung oder auch wol mit einer Leibesſtraffe beleget werden/ V. R. W.** M. *Dec. An. 1625.*

54 *Sic etiam cuidam Actuario judicii, qui conſenſum ſuper hypothecâ judiciali datum, doloſè ac in fraudem creditoris ex archivo judiciali ſurripuerat,*

puerat, & amoverat, temporalis Relegationis pœnam dictavimus ad conſultationem Johan. Rüdigers *à* Feilitzſch. *M. Decembr. An. 1629.*

55 Quin, non ſolùm judex falſarius ex Lege Cornelia de falſis, ſed etiam ex Lege Julia Repetundarum arbitrariè coercetur, *l.7.§ fin.ff.ad Leg. Jul.repetund.ubi Matth.Weſemb. in paratit. n.3.Jacob.*Menoch.*de arbitr.judic.quæſt.lib.2 cent. 4.caſ.342.n.9. Ventur. de Valent.in part. Litigioſ. lib.2.cap.10.num.26.Herm.Lath. de cenſ.lib.2.cap. 6.n.32.Tiber.Decian.in tract.crim.lib.8.cap.39.n. 28.Nicol.Boër.deciſ.133.n.3.Jodoc. Damhouder. in prax.rer.crimin.cap.130.n.3.Jul.Clar. in pract.§. ult.quæſt.73.n.*2.Ut & edicto de calumnia tenetur *tot.tit.C.de pœn.jud.qui mal.judic.Cyrill.in ſumm. crimin.rubr.33.de pœn.judic.malè judicant.§.fin. n.3.*Decian.*lib.8.tractat.crimin.cap.34.Ventur.de Valent.dict.cap.10.n.26.* Ut mirum haud ſit, judicem doloſè ac fraudulenter malè judicantem, relegatione aut fuſtigatione puniendum eſſe.

56 Quod non modò de judicibus, pro tribunali ſedentibus, ſed & JCtis, Scabinis, aliisque
peritis de jure reſpondentibus intellectum velim,
ut nimirum hi malitiâ, odio, aut amore pecuniæ,
ſcienter & doloſè falsò reſpondentes de falſi cri-
mine convicti, pœnâ falſi plecti debeant. Quod
licet rarò accidere quis exiſtimare poſſet, ob ſan-
ctum illud juramentum præſtitum, quo juſtitiæ
obſtringuntur, res ipſa tamen loquitur, affectus
& amorem auri ſæpiùs hodiè Doctorum atque
peritorum oculos & aures excœcare & obfuſca-
re, ut ſcienter à viâ veritatis deflectant & cauſas
juſtorum ſubvertant, contra prohibitionem DEI
ſeveriſſimam *Exod.23.verſ.8.Deut.16. verſ.19.*
57 *Levit.19. verſ.15.Deut.1. verſ.16.17.* Ut & hic
locum ſibi vendicet proverbium germanicum;
**Hat einer Geld/ſo iſt er ein Held/und der mit gül-
denen Aepffeln werffen kan / der behält das Feld.**
Gvevara part.2. in den güldenen Sendſchreiben/
*fol.48.*Nec non illud: Tinnulas rationes præci-
puam habere vim ad perſuadendum, *Herm.Lath.
dict. cap.6.num.21.* Ut verè dixerit Sapientiæ
Magiſter Salomon in *Eccleſiaſt.cap.10.verſ 19.Pe-
cuniæ obediunt omnia.* Quod eleganter Rhyth-
mis germanicis expreſſit *Autor* des Froſchmeu-
ſelers *lib.1.c.12.*

Dann Geld/Gewalt und Herrengunſt
Zubricht Ehr/Recht/und alle Kunſt.

58 Sed quid ſancti, quid juſti, quid honeſti, animo auri argentique ſiti, & habendi cupiditate corrupto amplius ineſſe poteſt? Quare procul exulent à tribunalibus & Curiis vani judicum affectus, temeritas, corruptio, arbitrium cerebrinum, Eigenköpffiges Recht/und Willkühr/ut ſonant verba *Bornitij lib.4.partic.politic.tit.de cauſ. morb.civil.pag.126.*

Q.9 *An nõ judici in bonum ſaltẽ finem, & juſtâ in cauſâ munera accipere licebit?*

59 At, *nonnè in bonum ſaltem finem, & juſtâ in cauſâ judici munera acceptare licebit?* Neutiquam
certè, quia res hæc mali exempli eſt, *Speculat.
libr. 2. de requiſit. conſilij.§.primo.num.6.* Et
ne vænum proſtent ſententiæ, & ad corruptelam,
judicum animi malo munerum exemplo aſſue-
fiant. Adeoque ab Imper. Antonino conſtitutum eſt, ut litem perdat, qui diffidentiâ juſtæ
ſententiæ in pecuniæ corruptelam ſpem negotii
repoſuerit, *l.1.cum Aut.ſeq. C. de pœna judic. qui
male judicat. l.2.§.2. ff. de condict. ob turp. vel in-
juſt.cauſ.* Unde & ejuſmodi venales ſententiæ,
citra interpoſitæ provocationis auxilium infirmæ
ſunt & habentur, *l.7.C. quando provoc. non eſt ne-
ceſſe.* Neque juſtum judicium vendere judici
licet; *c.71. cauſ. 11. quæſt. 3.* Siquidem acceptio 60
nummorum, eſt veritatis prævaricatio. *can.66.
dict.quæſt.3.* Et puræ manus ſunt ſervandæ Deo,
Regi, & Legi.*Novell.82.cap.9.in fin.Sebaſt.Vant,
de nullit.ſentent.tit.13.* Ideoque judex ſive juſtam
ſive injuſtam pronunciarit ſententiam, in pœnam
Leg.Jul.repetundarum incidit, *Herm. Lath. de
cenſ.lib.2.c.6.n.33.*

61 Ac licet eſculenta ac poculenta videantur eſſe calcar expediendarum litium, ut alibi dicit *Baldus, Simon* Lancellot. *de offic. Prætor. §.1. numer.6.Neviz.lib.6.lib.5.Sylv.nupt.n.90.* & minutula gratitudinis ſymbola, ob quæ nihil magis aut minus in judicio aut executione faciendâ procedatur, ut lepus, cuniculus, capo, perdix, pavo, Lucius, Salmo, aut varia vinorum genera non facilè corrumpere queant judicem; Attamen non permittendum, ut vel hæc judices capere poſſint, *arg.c.militare.23.q.1.Petr.Gregor. Toloſan. lib.2.de Republ.capit.6.numer.16.* Nam & inmininimis eſt affectio, & ex minimis, ſi permittantur, facilis ad majora optanda & capienda eſt via.*Ventur.de Valent.in parth.litig.lib.2.c.10.n.23.* Quare melius ac tutius eſt, ut ab hiſce judex, verus juſtitiæ ſacerdos abſtineat.

Q.10. *Falſi crimen in ſcriptis commiſſum quodnam ſit, & quomodo puniatur?*

62 Tertia falſi ſpecies eſt, quæ in Scriptis committitur publicis vel privatis. Quod variis modis accidit; Veluti ſcripta falſa componendo, minutando, in mundum redigendo, item Inſtrumenta, Regiſtra, Rationes, Acta, Libellos, Conteſtationes, Cautiones, Chirographa, Epiſtolas ſcienter, & dolo malo in fraudem alterius lædendo, corrumpendo, mutando, adjiciendo, demendo, radendo, delendo, abolendo, falsè ſubſcribendo, falſa ſigilla appendendo, aut doloſe aliorum chirographa efficte imitando. Quæ ominia puniuntur Lege Corneliâ de falſis, *l.1.l.16.l.23.l.28.ff.ad Leg.Corn. de falſ. l.21.l.23.C.eod.tit §.7.Inſt.de publ.judic. Petr.* T*heodor.in colleg.crim.diſp.8 th.2.lit.E. Jodoc.Damhoud.in prax.rer.crim.cap.122.Matth.* W*eſemb.in paratit.n.8.ff. ad* Leg.*Corn.de falſ.* In quibus tum rem ſcriptam dicimus falsò vitiatam eſſe, quando ea eſt contra veritatem confecta, aut quando aliter ſe ſcriptum vel ſigillatum habet, quàm veritas requirit, ita ut ob talem falſitatem aliquis detrimentum patiatur. *Jul.Clar.lib.5.ſentent.§.falſum.verſ.ſed quær.31.Gabriel.lib.7.concluſ.6.n.*18.*Baptiſta à Villalob.in lit.*C.*n.205.Vigel. cap.10.reg.9.* Nunquam enim falſitas punitur, niſi indè aliquod conſurgat damnum, præjudicium, injuria, aut dedecus alterius. *Bald.vol.3.conſ. 14.Damhoud.dict.c.122.n.10.*

Quicunque ergò prædicto aliquo modo fal-
ſum in ſcripto aut inſtrumento commiſerit, 63
cum alterius damno, is abſque dubio pœnâ fal-
ſi, quæ arbitraria eſt, carceris, relegationis,

aut fuſtigationis, pro qualitate admiſſi, & damni dati ac ſubſecuti plecti debet. *Matth. Weſemb. & Iodoc. Damhoud. dict. loc.* Id quod clariſſimè patet ex *art. 112. Ordin. Crim. Carol.* Welcher falſche Siegel/Brieffe/Inſtrument/Vrbar/Renth/ oder Zinßbücher oder Regiſter machen/ die ſollen am Leib oder Leben/ nachdem die Fälſchung viel oder wenig/ boßhafftig und ſchädlich geſchicht/ nach Rath der Verſtändigen/ oder ſonſt/ als zu End dieſer Ordnung vermeldt/ peinlich geſtrafft werden. *ubi Matth. Stephan. & Georg. Rem. in Nem. Karul.* Conſideratis itaque ac perpenſis circumſtantiis cujuſque falſi in ſcriptis commiſſi, unam vel alteram pœnam ex prædictis judex tutò infligere poterit.

64 *Quare & Scabini habitâ ratione ipſius delicti, inprimis verò damni dati, hoc caſu relegationem temporalem falſariis indicere haud dubitaverunt; ita pronunciantes:* Inſonderheit aber hat die gefangene *T.R.* bekant/ daß ſie bey *Antonio* Gorcken vor 21. Thaler Leinwad auffgenommen/ und vorgeben/ daß ihr Schwager *R.E.* darfür Bürge ſeyn wolle/ darauff hinter ſein Wiſſen und Willen eine Bürgſchafftverſchreibung von einem andern auffſetzen und unterſchreiben laſſen/ ſolche *Antonio* Gorcken zubracht/ und darauff die Leinwad erlanget/ ſo ſie aber nicht bezahlen kan/ *&c.* So mag ſie ſolches ihres begangenen Falſches und Betrugs wegen ewer Gerichte uff ſechs Jahr verwieſen werden/ V.R.W. *Senatui Quedelburgenſi, Menſ. Octob. An. 1629.*

65 *It:* Hat Gefangener *G.B.* in gutem bekant und außgeſaget/ daß er eine falſche Kundſchafft durch einen andern ſchreiben/ und des Raths Inſigel von einer alten Kundſchafft/ ſo er hiebevor gehabt/ abreiſſen und auff die Newe drucken laſſen/ *&c.* So wird er derenthalben mit zeitlicher Landsverweiſung billig in Straffe genommen/ V.R.W. *Iudici & Scabinis Pegavienſ* M. Majo. *An. 1600.*

66 *It:* Haben zwey ewer Bürger und Becker mit Namen *I.K.* und *C.R.* in ewerm/ des Raths Namen/ verdächtige Schreiben/ *conſens*, und Gunſte ſtellen laſſen/ dieſelbige mit ewrem Inſigel/ ſo ſie von alten Kauffbrieffen genommen/ bedrucket/ unnd darauff an dreyen unterſchiedenen Orthen/ Gerſte/ Heringe/ und andere Sachen erborget und auffgenommen/ ꝛc. So möchten ſie ſolcher ihrer Verbrechung wegen ein 4. oder 5. Jahr lang mit Landesverweiſung geſtrafft werden/ V.R.W. *Senatui in* Ortrand. *M.* Martio, *An.* 1627.

In *caſu non multum diſſimili ita pronunciatum fuit Quæſtori Dresdenſi.* Menſe Ianuar. *An. 1613.*

67 *Quin & majori damno dato, ſeverior quoq; pœna, ut relegatio perpetua, & quandoq; fuſtigatio, falſariis fuit irrogata:* So wird der Gefangene *M.I.* wegen ſolches geübten Betrugs und Falſches/ in dem er ſich unterſtanden Ewer Churfürſtl. Durchl. Nahmen nachzuſchreiben und zu mahlen/ und ein altes Siegel auff einen falſchen Steckbrieff zu kleben/ und dardurch zu Wege bracht/ daß *S.M.* ohne alle Vrſache gefänglich iſt eingezogen/ und der Hafft nicht ehe wider entledigt worden/ biß er beym Rath *caution* beſtellt/ andern Frevelern und Betriegern zum Exempel/ öffentlich zur Staupen geſchlagen/ und nach erlittenem und außgeſtandenem Staupenſchlag Ewer Churfürſtl. Durchl. Landen ewig billig verwieſen/ V.R.W. *Ad requiſitionem Illuſtriſſimi Electoris Saxon. Dn. Iohan. Georg. Menſe Ian.* An. 1613.

Perpetua verò relegatio fuit irrogata cuidam falſario, qui Conſiliariorum Conſiſtorii Supremi Electoralis literas efficté fuerat imitatus. Quæſtori Dresd. M. *April An. 1629.* 68

Quandoq; tamen, modico damno per falſum dato, mitiorem quoque pœnam, arbitrariam, carceris, aut mulctam pecuniariam, ob confectionem falſorum Inſtrumentorum *ac literarum dictatam fuiſſe, ſcio. Ad conſultationem* Senatus *Torgenſis.* M. *Octobr. An. 1582.* 69

Mauritii à Schönbergs/ *in* Auerswalda. M. *Decembr. An.* 1607.

Præfecti Electoralis Gymnaſii Portenſis: So wird *T.B.* des begangenen Betrugs und Falſches halben/ entweder umb eine zimliche Geldbuſſe ſeinem Vermögen nach/ jedoch daß ſich dieſelbe über 15. newe Schock nicht erſtrecke/ oder vier Wochen lang mit Gefängnüs geſtrafft/ V.R.W. *Menſ. Iulio, Anno 1631.*

Hâcque pœnâ falſi tenentur non modò, qui falſa inſtrumenta ſcribunt aut conficiunt, ſigillis quandoque appoſitis; ſed & ii, qui ſigilla aliavè ſigna adulterina faciunt, licet alius iis utatur ad decipiendum, uti apparet ex verbis *art. 112. Ord. Crim. Carol.* Wer falſche Siegel machet *&c. lege Cornelia teſtamentaria. 30. ff. ad Leg. Corn. de falſis. Iul. Clar. §. falſum. nu. 27.* Unde Scabinos Lipſenſes ei, qui reſignatis & apertis literis Electoralis Saxoniæ ad equitem auratum Johannem à Weißbach ſcriptis, contenta earum legerat, adjudicâſſe pœnam fuſtigationis, aut ſaltem venditionem bonorum cum migratione ex territorio. Menſ. Auguſt. An. 1545. meminit *Matth. Coler. part. 1. deciſ. 179 nu. 15.* 70

Pariter Nobili cuidam S. à S. *qui Reſcriptum* E*lectorale aperuerat, legerat, & poſteà rurſus conſignaverat, mulctam 100. thalerorum dictavimus, ad requiſitionem Quæſtoris Dresdenſis. Menſ.* Iunio. *Anno 1631.* 71

Et in caſu ferè ſimili pronunciavimus Iudici & Scabinis in Gleina/ *hunc in modum:* So wird *H.R.* wegen Eröffnung des Churfürſtl. Sächſ. Befelchs willkührlich/ entweder 14. Tage mit Gefängnüs/ oder umb 5. newe Schock in Straff genommen/ M*enſ. Iul. Anno 1631.*

Q. 11. *Pœna falſariorum mẽdicantiũ,* der Brãdbetler.

Referendi quoque hîc ſunt falſarii mendicantes, qui in literis mentiuntur caſum fortuitum incendii, morbi, deteriorationis, aut ſimilem, ut ſtipem publicam emendicent, hominesque decipiant, inque hunc finem literis & ſigillis alienis abutuntur. Brandbettler/ ſo uff falſche Bettelbrieffe das Allmoſen ſamlen. Quos pœnâ fuſtigationis ac relegationis perpetuæ plectendos eſſe, rectiſſimè ſcribit *Petr. Heig. part. 2. quæſt. 27. num. 21.* ubi dicit Lipſenſes ac Witebergenſes ita reſpondiſſe. *Matth. Coler. part. 1. deciſ. 179. num. 3. Petr. Theodor. in Colleg. Crim. diſp. 8. th. 2. lit. E.* 72

Quem morem pronunciandi etiamnum hodiè ſequimur, non attendentes quantitatem pecuniæ collectæ, modò quicquam mendicantes falſarii fuerint lucrati: So werden ſie wegen ſolches Betrugs/ in dem ſie uff falſche Brieffe gebettelt/ und das Allmoſen geſamlet/ mit Staupenſchlägen des Landes ewig billig verwieſen. V.R.W. *C.S.* in Dölitz. *M. April. An.* 1628. 73

Judici & Scabinis Dreſdenſibus. Menſ. Septem. An. 1627.

Quæſtori Dippoldisvvaldenſi. Menſe Auguſto, A*n. 1627.*

Quæſtori Dreſdenſi. Menſ. Februario, Anno 1628.

Eidem M. *Octob. An. 1529. in qua ſententia quinque ſimul mendicantibus, ac inter hos uni ſe quadraginta quinque variationes pingendi literas callere, jactanti, pœna fuſtigationis cum perpetua relegatione fuit indicta.*

Quæſtori Coldicenſi, M*enſe Septembr.* A*nno 1601.*

Præfecto W*eiſſenfelſenſi*, M*enſe Iunio*, A*nno 1598.*

74 *Quod tamen non ita accipiendum, ut judex præciſè hanc pœnam fuſtigationis mendicantibus falſariis irrogare teneatur. Quippè circumſtantiis concurrentib. mitiorem pœnam Reis hoc caſu infligi nil prohibet, veluti ſic pronunciavimus* **gegen Eißleben/** *M.* M*ajo,* A*n. 1628.*

75 Quin, etiamſi mendicantes literis & ſigillis non abutantur, ſi tamen morbo, vulnera, aut defectus naturæ ſimulent, iiſque prætextibus pecuniam colligant, cum membra habeant ſana, quin pœna fuſtigationis teneantur, ambigendum non eſt: falſitatis ſiquidem imaginem habet hoc crimen, & furto ſimilimum eſt. Undè & *Iodoc. Damhoud.* ejuſmodi mendicantes inter fures refert, in *prax. rer. crim cap.* 110. *num. 55. & 56.* ubi notabilem recenſet hiſtoriam de quodam mendicante Brugenſi. Ac licet falſarii non eſſent, optimo tamen jure ceu ſtelliones ac impoſtores fuſtigatione ac relegatione plecterentur, P*etr. Heig. p. 2. quæſt. 27. num. 26.*

76 *Quæ pœna, fuſtigationis nimirum & relegationis perpetua, fuit dictata cuidam, qui linguæ defectū mentitus, poſteà in falſo deprehenſus eſt, cum illi valdè eſurienti in os panis immiſſus eſſet, quem is mox comminuit & deglutivit, ubi & judicis miniſter ſtatim, manu in os inſertâ, linguam anteà abditam rurſum protraxit.* Referente *Pet. Heig. dict. quæſt. 27. num. 25.*

77 *In ſimili planè caſu dictârunt eandem pœnam* S*cabini ad conſultationem Prætoris Lipſenſis. M* M*art.* A*nno 1604.*

Sed & mendicum, qui Epilepſiam ſimulaverat modo admodum horrendo, una cum fuſtigatione relegandum eſſe reſponderunt Scabini *Quæſtori in* **Senfftenberg.** *M. Iun. An. 1597.*

78 Quartò denique committitur falſi crimen Abuſu: Quando quis doloſè re aliqua ad decipiendum alterum abutitur: Quod accidit in menſurando, ponderando & mercando. Quiſquis enim falſitatem committit, malitioſè & fraudulenter abutendo falſis menſuris, libris, ponderibus, ſtateris, bilancibus adulterinis, ſpeciebus, aut aliis mercibus depravatis ſeu corruptis, eaque ceu juſta uſurpando & exponendo, pœnâ falſi tenetur, & juxta leges civiles puniendus eſt duplo, ac relegatione ſive exilio. *l. p. §. ſi venditor. ff. ad Leg. Corn. de falſis. l. annonam. §. fin. ff. de extraord. crim l. damus. C. de falſ.* Alb. *Roſat. in l. qui nomine 25. ff. eod. tit. Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap.* 123. *nu. 2. Iac. Menoch. libr. 2. arbit. jud. quæſt. cent. 4. caſ 317. Pet. Theod. in Colleg. Crim. diſput. 3. theſ. 12. lit. F. & diſput. 8. theſ. 2. lit. F. Anton. Gomez. ad l. tauri. 83. num. 12.* Matth. C*o*-*ler. part. 1. deciſ. 179. num. 9.*

79 Q. 12. *Quæ ſit pœna falſi commiſſi in ponderibꝰ, menſuris mercib. depravatis &c.*

Quod falſum hoc ſeculo nefando haud rarum eſt: paſſim enim conſpicimus in nundinis publicis, ut & apud cauponas ac myropolas grandem ponderum & menſurarum abuſum ſine fronte & metu legum. Undè præterea propola ſuum quæſtum venantur, aliiſque mille ſimilibus technis & excògitatis modis Rempubl. opprimunt, & rerum omnium cariſſimam annonam per Magiſtratuum ſomnolentiam inferunt. *Damhoud. dict. cap. 123. num. 5.*. Quare in falſarios hoſce graviori pœnâ animadvertendum eſt: Quod & multis in locis fieri videmus, adeoque crimen hoc conſuetudine punitur eâ mulctâ, quam leges municipales ſtatuerunt. *Damhoud. dict. loc. num. 6.*

80 In tota ferè Germaniâ, & inprimis Sax. horum falſariorum pœna eſt arbitraria, carceris, relegationis, aut fuſtigationis pro modo ac ratione delicti, & damni per id illati, ut diſertè probat *art. 113. Ord.* C*rim. Carol.* **Welcher bößlich und gefährlicher weiſe Maß/ Wag/ Gewicht/ Specerey/ oder andere Kauffmanſchafft fälſchet/ und die für gerecht gebraucht und außgibt/ der ſoll zu peinlicher Straff angenommen/ ihme das Land verbotten/ oder an ſeinem Leibe/ als mit Ruthen außgehawen/ oder dergleichen nach Gelegenheit und Geſtalt der Vberführung geſtrafft werdē ꝛc.** *ubi* M*atth. Steph. & Georg. Rem. in Nem. Karul.* Quæ ſanctio tria ferè notat.

81 1. Ne quis falſis menſuris, modiis, ponderibus, & bilancibus utendo aliquem decipiat, ſub pœna relegationis, fuſtigationis, aliavè arbitraria, quam judex pro ratione delicti & ſua diſcretione determinabit. Etſi verò verba Sanctionis Carolinæ de iis tantummodò loquantur, qui falſas menſuras, pondera &c. faciunt, ſimulque iis abutūtur (**fälſchet/ uñ die für gerecht gebraucht und außgibt** &c.) attamen quin & ii, qui vel ſolùm menſuras aut pondera corrumpunt, vel iis tantùm abutuntur, pœnam falſi arbitrariam incurrant, ambigendum non eſt.

Quod nec aliter in foro Saxonico obſervatur.

82 Equidem me non latet, textus Juris Saxon. in *art. 13 lib. 2.* **Landrecht.** In verb. **Die mag der Bauermeiſter wol richten deſſelbigen Tages zu Haut und Haar/** junct. verb. ſeqq. **Daſſelbige Gericht gehet auch über unrechte Maß/ über falſch Gewichte/ über falſchen Speiſe Kauff/ ob man es überwunden wird.** Undè ſequi videtur, de jure Sax. falſarios hoſce præciſè fuſtigationis pœnâ teneri, quā denotant verba (**zu Haut und Haar**) licet hanc pœnam Doctores Juris Saxonici ad corrumpentes menſuras & pondera reſtringant, ita ut hi ſolummodò fuſtigatione, reliqui verò qui menſuris & ponderibus ab alio confectis abutuntur, relegatione aut mitiore ſupplicio puniantur, M*atth.* W*eſembec. in parat. ff. ad Leg.* C*orn. de falſ. n. 9. Pet. Theod. dict. diſp. 3. th. 12. lit. F.* M*att. Coler. dict. deciſ.* 179. *nu.* 10. *& 11.* Sed verba juris Saxonici generalia ſunt, & diſtinctionem ac reſtrictionem ejuſmodi vix admittunt. Nec tamen propterea exiſtimandum, falſarios men-

ſurarum ac ponderum &c. ſemper virgis cædendos eſſe, quod certè jus Saxon. non vult. Verbis enim (**zu Haut und Haar**) & hæc adjiciuntur (**oder mit dreyen Schillingen zu löſen**) *d. art. 13. lib. 2.* **Landrecht.** Unde ſequitur, de jure etiam Saxonico horum falſariorum pœnam arbitrariam eſſe, quandoque pecuniariam, carceris, aut relegationis, ut rectiſſimè notat *Gloſſ. lat. dict. art. 13. lit. F.*

83 *Quod & in Elect. Saxon. Scabinatu comprobatũ eſt, ubi tam ii, qui menſuras & pondera falſa conficiunt, quàm qui ab alio confectis falſis menſuris ac ponderibus utuntur, non ſolum fuſtigatione, ſed & mitiori pœnâ pro ratione delicti & damni illati plectuntur. Veluti pœna arbitraria, carceris, aut pecuniaria, cum amiſſione menſurarum fuit dictata cauponi cuidam, qui fraudulenter ac doloſè falſo modio ad menſurandum fœnum accommodato uſus fuerat. Ad requiſitionem Actuarii judicii in* **Auerbach**/ *Menſ. Ianuar. An. 1601.*

84 *In caſu ſimili fuit indicta perpetua relegatio cuidam molitori, menſuram farinæ corrumpenti, ad conſultationem H. ab E. Menſe Iunio, Anno 1624.*

85 *Et cum homo quidam ſenatorii ordinis falſum modium confecerat, eum ex ſenatu removendum; & mulctâ centum florenorum puniendum eſſe, reſpondimus* Conſ. *& Senatui in* **Olßnitz.** *Menſ. Decemb. An. 1629.*

86 2. Prohibet Sanctio Carolina, aromata, aliaque liquida adulterare, *In verb.* **Specerey fälſchet/ und die für gerecht außgibt.** *d. art. 113. Ord.* Crim. & delinquentes arbitrariè punire jubet. Quò & verba *art. 13. lib. 2.* **Landr.** reſpiciunt: **und über falſchen Speiſekauff:** quæ verba generalia ſunt, & omnia cujusque generis victualia corrumpere prohibent.

Hâc itaque falſi pœnâ ſcilicet arbitrariâ tenetur, quicunque in ſua mercatura addit inutile, ut calcem in viro, pulverem, arenam in blado, pomum in cera, aut ſpecies aridas detinet in loco humido, ut crocum &c. *Iacob. de Bellovis. 1. pr. crim. cap. 7. num. 7. & ſeqq. Petr.* Caball. *reſolut. crim. caſ. 8. num. 3. & 4.* Matth. *Steph. in dict. art. 113. Ordin. Crimin:*

87 *Pronunciavimus ita ad requiſitionem Iudicis & Scabinorum* Cizenſium: **Hat der Gefangene/** *M.* **von** *R.* **in gutem bekandt/ und geſtanden/ daß er Sandel unter Saffran/ ſo wol unter 2. oder** $2\frac{1}{2}$. **Thaler Jngber vor einen Groſchen geriebene altbackene Semmeln/ unter 2. Thaler Pfeffer aber vor drey Pfenninge genommen und vermenget/ und ſolchen Saffran/ Jngber/ und Pfeffer in den Städten und Dörffern/ hin und wider vor tüchtige Würtze verkaufft** *&c.* **So wird er derowegen uff 2. Jahr lang des Landes billig verwieſen/ V. R. W.** *Menſ. Majo, An. 1625.*

88 3. Ex dicta ſanctione Carolina *art. 113.* arbitraria tenentur pœna omnes ii mercatores, qui aliud pro alio vendunt, & in mercatura ſua, cujuſque rei etiam illa illa ſit, falſum committunt, & emtores decipiunt fraudulenter atque doloſè: uti luculenter patet ex *verbis*: **oder andere Kauffmanſchafft fälſchet/ und die für gerecht gebrauchet und außgibt.** Quæ verba generalia ſunt, & omne falſum in mercatura commiſſum notant. Ut dubium prorſus non ſit mercatores falſarios pœnâ teneri arbitrariâ.

89 Ideoque & textor aut mercator pannarius, qui falſa ſigilla ſuis appendit pannis, aut falſam panni tincturam vendit pro bona, aut aliam quamvis falſitatem in panno committit doloſè, contra leges, regulas, & Statuta ſui opificii & civitatis, falſarius eſt, atque pœnâ falſi plectendus eſt, ut in ſpecie tradit *Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 123. num. 14.*

90 *Secundum quæ Mercatori cuidam Brunſuicenſi, qui falſa ſigilla pannis falsò tinctis appenderat, pœnam fuſtigationis ac relegationis perpetuæ indicere haud dubitaverunt Scabini, conſulti à Senatu Brunſuicenſi, M. April. An. 1600.*

91 *Pariter pœna temporalis relegationis à Scabinis fuit impoſita cuidam Myropolæ, qui in foro de lapide quodam multa falsò jactaverat, & ſummâ cum obteſtatione mendacia ſua aſſeveraverat, ad conſultationem Præfecti Pegavienſis:* Menſ. *Aprilis, Anno 1584.*

92 Abuſu præterea & aliis modis falſum committitur, quotiescunque ſcil. aliquis rebus ad decipiendum alterum dolol oſè ac fraudulenter abutitur. Quod & illi facere videntur, qui veſtibus alienis utuntur, & perſonati aleatorii ludi ſocietatem ineunt, ut falſorum taxillorum jactu homines decipiant, vulgò **die ſo falſche Mummeſchantzen ſchlagen/** quem morem non modò Germanis, ſed & Italis, Gallis, Hiſpanis & pleriſque aliis communem eſſe, teſtatur *Langlæus Semeſtr. libr. 8. cap. 9.* Unam autem omnium regionum Angliam eſſe, quæ ejuſmodi perſonatas beluas hactenus non viderit; nec videre quidem velit, ſcribit *Polyd. Virgil. de invent. rerum 5. cap. 2.*

Hoſce tum demum falſum committere puto, ſi larvati luſu chartarum vel taxillorum, aliovè modo aliquem decipiant.

93 *Nam & ludentes abuſu chartarum aut taxillorum falſum committere, ac pœnam falſi incurrere, Scabini reſponderunt Senatui Biſchoffsvverdenſi.* M. *Auguſt. An.* 1587.

94 Quatuor hiſce modis, quibus falſi crimen committitur, addi quoque ſolet falſum Monetæ, ſi quis nempe nummos aureos vel argenteos adulteraverit, raſerit, corruperit, vitiaverit, tinxerit, vel quocunque modo falſam monetam percuſſerit. *l. 1. 2. 3.* C. *de falſ. mon. l. 8. 9. ff. ad* Leg. Corn. *de falſ. Ioh. Schneidvv. in §. item Lex* Corn. *de falſis nu. 6. Inſt. de publ. jud.* Iod. *Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 123. n. 15. & ſeqq. Pet. Theod. d. diſp. 8. th. 2. lit. D. Gilhauſ. in arbor. jud. crim. cap. 2. tit. 26. n. 26. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 25. num. 9.* I*ul. Clar. lib. 5. ſent. § falſ. nu. 37.* De quo ſufficienter dixi *p. 1. quæſt. 42. &* 43. Ideoque hîc quicquam addere ſupervacaneum duxi.

Q. 13. Num in crimine falſi pœna arbitraria ad mortẽ uſque extendi poſſit?

95 Illud adhuc dubium reſtat: *An in crimine falſi pœna arbitraria ad mortem uſque extendi, & falſariis ultimum ſupplicium infligi queat?* Certũ quidem eſt, Reos hujus criminis plerumque relegatione aut fuſtigatione puniri, ut ex præcedentibus patet: nec ſuaſor eſſe vellem judici, ut ſeverius adverſus eosdem animadverteret: Crimine tamen falſi aggravato, & circumſtan-

tiis concurrentibus, *utrum mortis pœna falſarius plecti poſſit, quæritur?* Quod æſtimare haud quaquam vereor cum *Afflict. deciſ. 404. nu. 17. Proſp. Far. part. 9. oper. crim. quæſt. 150. n. 24.* Ioh. Schneid. *in §. item Lex Cornel. de falſis. n. 10.* Inſtit. *de publ. jud.* Pet. *Theod. d. diſp. 8. th. 6. lit. A. Nic.* Boer. *dec. 82. n. 8.* Matt. Steph *in not. ad art. 113. Ord. crim. Carol. Gracc. in addit. ad Iul. Clar. in §. falſ. lit.* B. *& ibi Bajard. n. 249.* Petr. *Greg. in ſyntagm. jur. lib. 36. cap. 5. nu. 2. Ludov. Pegu. dec. crim. 80. n. 12. Pet. Caball. reſol. crim. caſ. 165. num. 11.*

96 1. Per text. in *l. ubi falſi. 22. C. ad Leg. Corn. de falſis.* In verb. *ſupplicio capitali, ſi id exigit magnitudo commiſſi &c.* Quod & ſimilibus verbis exprimitur in *l. 1. & l. 5. C. eod. tit.* Undè concludendum, falſi crimen quandoque pœnâ mortis coërceri. Quod tum fieri putat *Iodoc. Damh.* ſi falſitas ſit magna, aut pluries iterata *in prax. rer. crim. c. 123. nu. 23.* Ac licet *d. l. 1. & 2.* de pœna corporis afflictiva intelligi poſſit; attamen verba *l. 22.* hunc ſenſum vix admittunt. Hocque eſt quod *Ioh. Schneidvv. d. l.* ait: Falſi pœnam duplicem eſſe, unam majorem, videl. mortis, alteram minorem, nempè deportationem.

97 2. Ob verba manifeſta *art. 112.* Die ſollen an Leib oder Leben peinlich geſtrafft werden. *Et art. 113. in fin.* Vnd es möchte ſolcher Falſch als offt/ größlich/ und boßhafftig geſchehen/ daß der Thäter zum Todte geſtrafft werden ſoll/ *&c. Ordin. Crimin. Carol.* Quæ verba certè clariſſima ſunt, ac ſufficienter probant, ob falſum atrox, ſæpiusvè iteratum; judicem ad pœnam mortis tutò pervenire poſſe.

98 *Ac certè poteſt eſſe malitia falſarii tanta & tam atrox falſi delictum, ut mitior pœna vix ſufficere videretur. Quale falſum commiſit ante vicenniũ homo quidam vagabundus, nomine diſſimulato, ſe* E*manuelem Phocam Palatinum Conſtantinopolitanum nuncupans, & ex familia* Illuſtri *veterum Imperatorum Græcorum ſe natum jactans, perſonamq́; Illuſtrem, uti talem decet, veſtibus ſplendidis & magno famulitio ac equis repræſentans, qui non modo egregia ac illuſtria inſignia ſibi ſculpſerat & confecerat, ſed &* I*mperatori Romano falsò perſuadendo, ſe à Turcico Imperatore propter Religionem & fidem* Chriſtianam *in vincula conjectum miſerrimè tractatum, facta autem promiſſione de ſolvendis 2000. thaleris, ex iiſdem liberatum fuiſſe, relictis interim obſidib.* Matre *atq́; ſororib. ſuis, mandata & interceſſiones benè multas impetraverat, quarum adjumento in plurimorũ Principum Imperii aulis & civitatib. ingentem pecuniæ ſummam collegerat & emendicaverat, eamq́; cum famulitio ſuo poſtea conſumpſerat, nec non efficte chirographum Secretarii Cæſarei Arnoldini imitando, aliisvè mille modis falſi crimen commiſerat.* Cui *ob inſignem delicti atrocitatem, & reiterationem frequentiorem, pœnam gladii dictaverunt* Scabini, *hiſce formalibus:* Ob nun wol der Gefangene an oberzehlten allen unrecht und zu viel gethan/und er demnach ſtraffwürdig / ſo kan doch ſolch ſeine Verbrechung für ein *furtum* nit geachtet / und er mit der Straffe deß Strangs gleich andern Dieben belegt werden. Er mag aber gleichwol wegen ſolcher ſeiner begangenen und bekanten verbrechung/in deme er unterſchiedene *falſa* verübet/ Chur/und Fürſten/Klöſter/Städte/und andere Perſonen/hohes und niedrigs Standes bößlich und vorſetzlichen betrogen / und unter dem Schein des rechten/viel Geldes/ſo ſich uf etlich 1000. fl. erſtrecket/als Allmoſen *colligiret* und erlanget / welches er hernach liederlicher weiſe widerumb verzehret und verthan/ und zugleich auch die Röm. Keyſ. Maj. unſern allergnädigſten Herrn/als er auff ſeine falſche *narrata* die Keyſ. *patenta* erlanget/bößlich hintergangen / andern/ dergleichen leichtfertigen Geſellen und *falſariis* zum Exempel/ jedoch wenn er uff ſeinem gethanen Bekäntnüs vor öffentlichem gehegten peinlichen Halsgerichte freywillig verharren / oder des ſonſten wie recht überwieſen wird/mit dem Schwerdt vom Leben zum Todt geſtrafft werden/ V.R.W. An Herrn Adolph Friderich/ Hertzogen zu Meckelburg *M. Dec. 1615.*

QVÆSTIO XCIV.

De injuriis verbalibus, earumque pœnis & actione ad Palinodiam ſeu recantationem.

SUMMARIA.

1. Crimen injuriarum eſt atrox crimen.
2. Quibus modis committatur injuria?
3. Verbalis injuria quænam dicatur?
4. Pœnæ injuriarum verbalium, nu. 5.
6. In foro Saxonico quomodo puniantur injuriæ verbales? nu. 7. 8. 9. 10. 11. 12.
13. Revocatio injuriarum intereſſe partis offenſæ concernit, nu. 14. 15. 16. 17.
18. Revocatio ſeu palinodia quomodo præſtetur? n. 19. 20.
21. Quomodo procedendum adverſus Reum contumacem, palinodiam præſtare nolentem, ſi præſens ſit, num. 24. 25.
22. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, *numer. 23. 26.*
27. Quid ſi Reus ſit fugitivus & abſens? n. 28. 30.
29. Sententia Scabinorum Lipſenſium, *n[illegible]1.*
32. Quænam pœna injurianti ſit imponenda? nu. 33. 35. 36. 38. 42. 44.
35. Explicatio Conſt. *Electoralis 42 p. 4.*
37. Sententiæ Scabin. Lipſenſ. n. 39. 40. 41. 43. 45.
46. An judici liceat mortis pœnam irrogare Reo ob atrocitatem injuriarum? n. 47. 48.
49. Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.
50. Actio injuriarum ad palinodiam an ſit criminalis, an verò civilis? n. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63.
64. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.
65. Palinodia an infamet? nu. 66. 67.
68. An, & quando in terris Electoratus Saxonici *injuriarum condemnatus fiat infamis? n. 69. 70. 71. 73. 74. 75. 77. 78. 79. 80. 82. 83. 84. 85. 87. 88. 89. 90.*
72. Sententia Scabinor. Lipſienſ. nu. 76. 81. 86. 91.

Cum

1 CUm furto & falſo, quantum ad gravitatem delicti, pugnare quoque poſſet Crimen injuriarum. Quod æquè atrox eſſe videtur, tantoque atrocius, quantò gravior ſolet eſſe viris honeſtis jactura honoris & exiſtimationis, quam non modo bonis, ſed & vitæ & valetudini præferunt, ut loquitur D. Auguſtus Elector Saxoniæ in *pr. Conſtit 42. part.4.* Hæc cum lædatur verbis injurioſis, non minus atque furto patrimonium, unde vulgò injurians fur honoris, **ein Ehrendieb**/ appellitari ſolet, politico ſanè homini ignominioſum eſſet inultam relinquere injuriam, quocunque etiam modo ea fuerit illata. *l. miles. §. ſocer. ff. ad Leg. Iul. de adult. Iaſon. ad l. ſi tibi. §.1. num.7 ff. de pact. Ludovic. Gilhauſ. in tractat. de injur. §.11. num.30. Iohan. Gvieterriz. tractat. de tut. part.2. cap.7. nu. 10. Ventur. de Valent. in parth. litigioſ. libr.1. cap.3. nu.23. Pruckman. conſ. 16. nu.36. verſ.2.* Cephal. *vol.2. conſ.429. num.33.*

2 Variis ſiquidem modis injuriam committi exiſtimat. *Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 135. num.1. & ſeq.* Proſper. *Farin. part.3. oper. crim. quæſt.105. nu.2.* Quos tamen omnes ad duo ferè genera apprimè revocare licet: Ut ſcilicet omnis injuria fieri dicatur aut Re, aut Verbis. *l.1. §.1. ff. de injur.* Undè omnis injuria vel eſt VERBALIS, vel REALIS: ut rectè ſtatuunt *Ioh. Harpprecht. in §.1. num.1. Inſtit. de injur. ubi & Ioh. Schneidvv. num.1. Andr. Gail. lib.1. Obſerv. 104. n.4. Herm. Vultej. libr.1. Juriſprud. Roman. cap.49. num.5. Oſvvald. Hillig. in Donell. enucleat. lib.15. cap.24. ad lit.B.* Nam & ſcriptis illata injuria verè eſt verbalis, ut infra demonſtrabitur. *Plot. in lit. jur. cap.46. numer.4 Andr. Gail. dict. obſerv. 104. num.1. Ludov. Roman. conſ.378. numer.1.* Claud. *Bertaz. in addit. ad Bart. Bertaz. caſ.237. num.2. lit.B. in pr.*

3 Verbalis dicitur injuria, cùm voces contumelioſæ in aliquem pronunciantur. Ut ſi quis alterum homicidam, Latronem, Hęreticum, Cornutum, Sycophantam, Furem, Nebulonem, Falſarium, Judæum, vel Uſurarium, Proditorem, Infamem, Spurium aut Baſtardum vocaverit, vel aliud aliquod verbum, quo ejus opinio & exiſtimatio diminuatur, affectu injuriandi objecerit. Quæ & convitium appellari ſolet, *l. item apud §. convitium. & §§. ſeqq. ff. de injur. l. ſi non convitii. 5. l. qui liberos 9. & leg. ſeq. C. eod. tit. Iohan. Harpprecht. dict. §.1. num.25. Inſtit. de injur.* Ludovic. *à Peguer. quæſt. crim.13. Iul.* Clar. *libr.5. ſentent. §. injuria. nu.1.* Ludovic. *Gilhauſ. de injur. & famoſ. libell. §.5. num.131. & 192. cum ſeqq. & in arbor. jud. crim. cap.2. tit.34. §.3. nu.78. Bertran. libr.5. conſ.131. & lib.6. conſ.189.* Socin. *libr.1. conſ. 146.* Covar. *conſ.145.*

4 Pro hac injuria de jure communi quoties criminaliter agitur, pœna extraordinaria & arbitraria imponitur, pro modo delicti & perſonarum qualitate, vel pecuniaria fiſco applicanda, vel pœna corporalis, *l. ult. ff. de injur. Proſper. Farin. dict. quæſt.105. nu.65. & ſeq. Aym. Cravet. tom.1. conſ. 53. num.1. verſ. criminaliter quando.* Matth. We*ſemb. in parat. ff. de injur. num.16. Ioh. Harppr. in ſumma.10. Inſt. de injur. n.4. ubi & Ioh. Schneidvv. nu.1. Herm. Vultej. lib.2. juriſpr. Roman. cap.19. n. 52. And. Gail. lib.1 obſerv. 65. nu.2. verſ. criminaliter verò agitur.* Iul. *Clar. dict. §. injuria. n.7. Ant. Gom. lib.3. var. reſol. c.6. nu.7. Hartm. Hartm. lib. 2. obſerv. tit.49. obſerv.3. n.1. & ſeq. Lud. à Peguer. deciſ.13. num.18. & ſeq.*

Solent autem plerumque humiliores fuſtibus ſubjici, cæteri verò exilio temporali, vel relegatione, vel certæ rei interdictione, vel denique Ordinis amotione coërceri, *d. l.15. §. idem ait. 30. l. Divus Severus 40. l. qui injuriarum. 43. ff. de injur. l. Pedius 4. §.1. ff. de incend. ruin. nauf. Harpprecht. dict. §.10. n.5.* Inſt. *de injur.* Matt. W*eſemb. in parat. ff. eod. tit. num.16.* 5

6 Aliter verò res ſeſe habet de jure Saxonico, quo Reus intra legitimum tempus triginta ſolidos ſolvendo ſe ab inſtituta actione injuriarum criminali liberare poteſt. *Gloſſ. in* **Landrecht.** *lib.1. art.68. lin 3. verſ* **ob ſie wol zum erſten.** Modeſt. Piſtor. *vol.1. conſ.26. quæſt.4. num. 47. verſ.* **Ich hab auch wol geſehen** *junct. num.51. verſ.* **wiewol ichs anders habe geſehen.** Matt. W*eſembec. in paratit. ff. de injur. n.17. Ioh.* Schneidvv. *in §. in ſumma.10.* (ubi hoc in practica obſervari teſtatur) *Inſtit. de injur. n.9. verſ. altera tamen opinio.* Matt. *Berlich. part.5. concl.61. nu.15.* Matth. *Coler. part.1. deciſ. 161. nu. 15. & 22.* Quamvis aliter ſentiat *Chriſtoph. Zobel. in addit. ad Gloſſ. ordin.* **Landrecht** *lib.1. art.68. n.3. in fin. Chil.* **König.** *in proceſſ. cap. 58. num.2. verſ.* **Alsdenn ſtehet die Achtung der Pœn.** *& verſ. ſeq.*

7 De jure namque Saxonico pro quacunque injuriâ ſufficit, ſi triginta ſolidi fiſco ſolvantur. *Gloſſ. marg. ad gloſſ. ordin.* **Landr.** *lib.1. dict. art.68. n 3.* Matt. Coler. *dict. deciſ.* 161. *n 23. part. 1. Gloſſ. latin. ad text. Germ.* **Landr.** *lib.3. art.45. lit. B. verſ.* **und dieſe 3. Schilling gibt.** *Ioh. Schneidvv. dict. §. 10. nu.9.* Unde fit, quod in jure Saxonico actio injuriarum dicatur mixta, **eine vermengte Klage**/ propterea, quod licet criminaliter intentata ſit, tamen per comparitionem Rei civilis efficiatur, & Reus ſolvendo 30. ſolidos liberetur; econtrà verò ubi civiliter eſt inſtituta, propter contumaciam Rei criminalis fieri, & Reus banniri atque proſcribi poſſit, *dict. art.68. lib.1.* **Landr.** *ubi gloſſ. ordin. num.2. & ſeqq.* **König.** *dict. cap.58. in addit. num.6.*

Q.1. *Quæ ſit pœna injuriarũ in foro Saxon.*

8 Quod verum eſt quoad intereſſe ipſius injuriati. Nam judici peculiaris mulcta pro injuria criminaliter intentata debetur, quæ eſt trium ſolidorum, *juxta Gloſſ. Margin. ad Gloſſ. ordin.* **Landr** *lib.1. art.68. num.3. lit.B.* Quamvis alii diſtinguunt, an in civitatibus, an verò in pagis injuriarum agatur, nempè ut priori caſu, **nach Weichbild**/ judici octo ſolidi, poſteriori autem caſu, nimirum in pagis, **nach Landrecht**/ tres ſolidi tantum mulctæ nomine debeantur, per *text. in art.64. ſub finem. verſ.* **dem Schultheiſſen wetten.** *& verſ. ſeq. lib. 3.* **Landrecht. Vrtheil** *poſt* **Landrecht.** *tit.* **von Wette und Buſſe.** *col.3. ſub fin. verſ.* **und allezeit dem Richter** *& col.4. ſub fin. verſ.* **fürter des Gewettes.** *fol.530. Matt. Coler. de proceſ. execut. in præfat. n.21. verſ. licet autem & part. 1. deciſ. 161. n. 23. verſ. & judici inſuper. Matth. Berlich. dict. concl.61. num.29.*

9 Et hæc de jure Saxonico ita obtinent, quæ tamen hodie uſus & obſervantia univerſalis,

,, immutavit, quâ non modò in foro Saxonico,
,, ſed & in toto Romano-Germanico Imperio,
,, pro qualicunque verbali injuria Reus ad re-
,, vocationem injuriæ & pœnam arbitrariam,
,, pro atrocitate injuriarum condemnari ſolet:
,, & ſic duplici actione ſimul cumulatâ injuria-
,, tus convenitur, quarum una intereſſe partis
,, offenſæ, reſtitutionem ſcilicet exiſtimationis;
,, altera verò intereſſe Reipublicæ, & pœnam
,, concernit: quod univerſaliter probè notandum
,, eſt.

Non enim pœna triginta Solidorum, in Jure
10 ,, Saxonico fundata, crimini huic injuriarum
,, atroci ſufficere videbatur, quare illam in foro
,, etiam Saxonico uſus abolevit, ac Palinodiam
,, ſive atrocitatem verborum injurioſorum, unâ
,, cum pœna arbitraria introduxit. De quo ut in Ditionibus Elect. Saxon. minus dubitari poſſet, Illuſtriſſimus Elect. Saxoniæ D. Auguſtus abrogatâ diſpoſitione juris Saxonici, diſertis verbis ſancivit, ut quilibet injurians publicè in loco judicii verba contumelioſa revocet, & inſuper etiam pœnâ pecuniariâ, vel carcere, vel temporali relegatione, vel pro conditione & qualitate perſonarum, loci, tempore, & aliarum circumſtantiarum, etiam fuſtigatione, arbitrio judicis puniatur. *Conſtit. Elect. 42. part. 4.*
11 §. **Nachdem wir.** Ibi: **Nachdem wir denn erinnert/ daß in Sächſiſchen Rechten eine gantz geringe Straffe/ als nit mehr denn dreiſſig Schilling uff die Ehrenſchänder geordnet/ und mancher ehrlicher Mann unſerer Lande biß anhero Abſchew getragen/ ſich Ehren Sachen halben in Rechtfertigung einzulaſſen/ wir gleichwol auch bey uns erwogen/ daß der ordentlichen Obrigkeit gebühret ehrliebenden Leuten durch geordnete Straffe ihrer Ehren Ergetzung zu thun/ und dieſem allgemeinem eingeriſſenem Laſter des Schmähens/ Schändens/ und** injurirens **zu wehren; Als wollen wir demnach die Verordnung und Satzung der Sächſiſ. Rechten in** injurien **Sachen uffgehaben/** abrogiret **und abgethan haben.** Abrogiren **und heben dieſelbe hiermit unnd in Krafft dieſer** Conſtitution **auß Fürſtl. Macht und Obrigkeit gäntzlich und gar auff/ Setzen/ wollen/ und ordnen/ daß ein jeglicher/ wer der auch were/ ſo freventlicher/ vorſetzlicher/ und muthwilliger weiſe den andern/ Mann und Weibesperſonen/ an Ehren ſchmähen/ läſtern/ ſchänden/ und** injuriren, **und derohalben rechtlich beklagt würde/ dem beſchwerten und** injurirten **Theil/ nach Befindung der Vnſchuld/ einen öffentlichen Widerruff für Gericht zu thun/ ſchuldig ſeyn ſoll/ darüber aber und darneben ſoll auch ſolcher muthwilliger Schänder und** injuriant **willkührlich mit einer hohen Geltbuß/ mit Gefängnüs/ oder mit zeitlicher Verweiſung geſtrafft/ oder auch nach Gelegenheit der Perſon/ Zeit/ oder Oerter/ und anderer Vmbſtände/ mit ſtaupenſchlägen des Landes ewig vorwieſen werden.**

12 Patet inde, quemvis injuriantem pro verbis contumelioſis ad duo diſtincta teneri. 1. ad recantationem ſeu revocationem injuriæ. 2. ad pœnam pro arbitrio judicis ipſi imponendam. Quod non modò in ditionibus Electoratus Saxonici, ſed & alibi ita obtinet, de quibus jam diſtinctè agendum.

PRIMUM quod injurianti pro convitiis illatis imponitur, concernit intereſſe partis offenſæ, & eſt reſtitutio exiſtimationis, ac famæ læſæ, ſeu revocatio injuriarum. Ubique enim locorum in praxi ſervatur, ut injuriatus ad palinodiam, & revocationem verborum injurioſorum ac reſtitutionem famæ agat, **uff einen Widerruff.** Quod licet in jure ſcripto fundatum non eſt, *Herm. Vultej. in §. pœna autem. 7. n. 6. verſ. juri civili ſcripto incognita. Inſt de injur.* Uſu tamen & conſuetudine univerſali totius ferè Germaniæ, Imperatoriâ Conſtitutione in *Ord. Cam. p. 2. tit. 28.* §. **und ſonderlich ſetzen/** *&c.* comprobata, hoc obtinet. M*ynſ. in §. in ſumma. 10. Inſt. de injur. nu. 5. & cent. 2. obſerv. 98. Ioh. Harpp. in dict. §. 10. nu. 63. verſ. præter duas. Inſt. de injur. Vultej. in Juriſpr. Rom. cap. 19. n. 53.* Paris de Put. *in tract. ſynd. verſ. compoſitio. col. 8. Iod. Damhoud. in prax rer. cr. c. 136. n. 1. Proſp. Far. p. 3. oper. crim. quæſt. 105. n. 71. Didac.* Co*var. lib. 1. var. reſol. c. 11. n. 4. Schrad. de feud. p. 9. pr. p. 2. ſect. 6. n.* 51. *And. Gail. li. 1. obſerv. 60. n. 2. Bart. Blar. in rep. l. diffamari n. 4. pag. 5. Hartm. Hartm. lib. 2. obſer. tit. 49. obſerv. 3. n. 6.* Undè hæc actio Recantatoria, Reclamatoria vulgò dici conſuevit, quod nempe ea agatur ad Palinodiam, ſeu Recantationem, reclamationem, ſive revocationem verborum injurioſorum, quâ ſi actor injuriatus obtineat, Reus convictus aut confeſſus de injuriis illatis ad recantationem condemnatur. 13

Quâ de re ita loquitur *D. Auguſtus Elector dict. Conſtit. Saxon. 42. part. 4. verſ.* **Setzen/ wollen/ und ordnen** *rc.* In verbis: **Dem beſchwerten/ und** injurirtem **Theil/ nach Befindung der Vnſchuld/ einen öffentlichen Widerruff für Gerichte zu thun ſchuldig ſeyn ſoll** *rc.* *ubi Daniel.* Moller. *Matt. Berlich. part. 5. cõcl. 62. n. 4.* L*udolph. Schrad d. ſect. 6. n. 51. in fin. Joach. à Beuſt. in l. poſteaquam 9. §. ſi damnetur. ff. de jurejur. nu. 15.* I*oh. Schneid. in §. in ſum. 10. nu. 9. Inſt. de injur.* 14

15 Hæc actio ad palinodiam ſive recantationem propriè pœnalis non eſt, ac licet ita appelletur, intereſſe tamen privatum partis offenſæ concernit, cujus honor & exiſtimatio per revocationem reſtituitur: uti diſertis verbis innuit *dict.* C*onſtit. Elect. 42.* Ibi: (**das der ordentlichen Obrigkeit gebühret/ ehrliebenden Leuten durch geordnete ſtraff ihrer Ehren Ergetzung zu thun** &c.) Nam qui petit Reum ad revocationem illatæ injuriæ condemnari, omnium maximè id agit, ut honor ſibi ablatus, qui nullo precio nummario æſtimandus eſt, ante omnia reſtituatur.

Q. 2. Num actio ad Palinodiã ſit pœnalis & quidnã contineat!

16 Nec obſtat quod dicit *Dan.* Moller. *ad Conſtit. 42. p. 4. num. 6. & 7.* actionem ad palinodiam ad vindictam & pœnam magis tendere, quâm ut actori quicquam inde accedat, cum injurioſa lingua neminem honore ſuo & famâ ſpoliare queat. Quemadmodum enim exiſtimationi illius, qui laudatur ab eo, qui nullâ laude dignus eſt ipſemet, parum aut potius omninò nihil accedit; ita de honore & exiſtimatione viri gravis & honeſti nihil detrahi, ait, verbis injurioſis, à levi quopiam homine in eum prolatis; per ea quæ tradit *Eberhard. Speckh. cent. 2.*

claſſ. 3. quæſt. 8. per tot. Undè & in libello injuriarum actor cautus non dicere ſolet: **Er hat mich an meinen Ehren geſchmähet**/ſed eidem hæc ferè verba inſerere conſuevit, **Er hat ſich unterſtanden an meinen Ehren zu ſchmähen.**

17 *Hoc*, inquam, non obeſt: Etſi enim *Danieli Mollero* conceſſerim, actionem recantatoriam ad pœnam ſeu vindictam quodammodo tendere, exindè tamen haudquaquam evincitur, pœnam iſtam intereſſe privatum partis læſæ, & reſtitutionem famæ non concernere: *Tùm*, ob verba manifeſta *dict. Conſtit. 24.* **Durch geordnete Straffe ihrer Ehren Ergetzung zu thun.** *Tùm* quod & pœna quandoque intereſſe privatum cõtineat, ut videre eſt in werigeldo Juris Saxonici, quod abſque dubio pœna eſt, prout dicatur vulgò, **Eine Buſſe**/ *artic. 71. in fin. libr. 2.* **Landrecht**/ *Gloſſ. in art. 16. verb.* **An dem Mund.** *& art. 21. n. 3. dict. lib. 2.* **Landr.** *art. 45.* In verb. **Buſſe und Wehrgeldt.** *lib. 3.* **Landrecht.** Quo vocabulo mulctam ſeu pœnam ſignificari, extra dubium eſt. Matth. *Wehner. in vocab.* **Buſſe.** *Hartm.* Piſtor. *obſerv. 203. n. 7. Ioh.* Schneidvvin. *in dict. §. in ſumma, 10. n. 4. ſub fin. verſ. Quia hæc pœna dimidii* Wergeldi *&c. Inſt. de injur.* Ac nihilominus occiſi heredibus ut intereſſe privatum, ratione injuriæ, per homicidium commiſſum ipſis illatæ, debetur & applicatur, ut ſuprà *part. 1. q. 14. num. 34.* demonſtravi, quamvis nec per ſolutionem Werigeldi plena ſit reſtitutio damni dati, quippe quod inter 20. thaleros & vitam agnati nulla prorſus ſit comparatio. Pariter & palinodiam pœnam eſſe, ac intereſſe privatum concernere, rectiſſimè quis putaverit. Ac licet verbis injurioſis exiſtimationi honorati viri reverâ nil detrahatur; apud vulgum tamen iſtius fama non parum ſugillatur, uti in aperto eſt. Quare ut vulgi opinio corrigatur, haud abſque ratione introductum fuit, ut Reus publicè mendacii ſemetipſum arguens, famam injuriati quaſi reſtituat, tantumque redintegret, quantum apud vulgum injuriato nocuit.

18 Indifferenter autem & quovis caſu, omnibuſque injuriantibus, de injuriis convictis ſive confeſſis recantatio ſeu revocatio injuriarum imponenda eſt, ut manifeſtò liquet ex verbis *dict. Conſtit. 42.* **Daß ein jeglicher / wer der auch wäre / und den andern ſchmähen / läſtern / ſchänden und injuriren würde** *&c.* Quamvis non negem, judicem certis ex cauſis Reo gratiam facere, ac palinodiam ſive recantationem in nudam deprecationem ſive declarationem, **in eine Chriſtliche Abbitte und Erklärung** / commutare, eumque ad petendam veniam ab injuriato condemnare poſſe. *Anton. Teſſaur.* ubi ita in Senatu Sabaudiæ judicatum refert *deciſ. 229. numer. 7. verſ. itaq́; condemnavit. Iohan. Aloyſ. Riccius collect. deciſ. 138. col. 3. verſ. paſſus autem injuriam.* Etſi enim veniam petens non minus tacitè injuriam illatam revocat, ac is qui expreſsè palinodiam præſtat, eo ipſo namque dum deprecatur, fatetur ſe injuſtè feciſſe, ac mendacium dixiſſe, quod non dictum à ſe velit; Attamen opinione vulgi longè major pœna habetur Recantatio nudâ deprecatione, ut quæ famoſa non ſit, nec famam Rei ullatenus lædat, quamvis nec ſemper ac in quovis caſu indifferenter palinodiam infamem Reum reddere, exiſtimem, ut paulò infrà demonſtrabo.

19 Uſu ergò hoc obſervatur, ut ſi judex cum Reo injuriante lenius atque mitius agendum eſſe arbitretur, non niſi deprecatio, **eine Chriſtliche Abbitte oder Erklärung**/ ei imponatur. Idque pro ratione circumſtantiarum & qualitate injuriarum. Etenim ſi homo vilis aut plebejus Nobilem, vel honoratam & honeſtam perſonam injuriis laceſſat, dubium non eſt, quin condemnari debeat in palinodiam, **daß er ihme für Gerichte einen öffentlichen Wiederruff thue**: Quod & verum inter pares, ſive ſint nobiles, ſive plebeji, in injuriis atrocioribus. Quod ſi verò ruſticus contra ruſticum, vel plebejus contra plebejum aliamvè vilem perſonam iniurias verbales evomat, aut Nobilis humiliorem convitiis commaculet, ſufficere videtur deprecatio, **die Chriſtliche Abbitte oder Erklärung.** Quamvis & hanc iudex quandoque exaſperare ſoleat, additâ clauſulâ, (**eine Erklärung/daß er an denen wider** N.N. **außgegoſſenen Injurien allenthalben zu viel und unrecht gehandelt/ zu thun ſchuldig.**) Qualis deprecatio vix aut ne vix quicquam differt à verâ recantatione.

Hæcque in Electorali Saxon. Scabinatu ita quotidiè practicantur.

20 Quin & arbitrio injuriati quandoque committitur, utrum recantationem injurianti remittere velit, in hunc modum.

So iſt *N.N.* **ihm einen öffentlichen Wiederruff/oder da ers Injurianten uff ſein bitten darzu kommen laſſen wolte/eine Abbitte und Erklärung vor Gerichte zu thun ſchuldig/***&c. Senatui Grimmenſi, Menſe Sept. An. 1630.*

21 Quid autem, *Si Reus condemnatus injuriam revocare nolit, idquod non rarò accidit, quomodo compelli ac cogi ad hoc poterit?* Exiſtimo, diſtinguendum eſſe, an is præſens ſit, an verò abſens. *Priori caſu*, Reus pro qualitate perſonæ vel carcere, vel mulctâ pecuniariâ, aliiſvè modis, quibus judex iuriſdictionem ſuam tueri poteſt, ac debet, coercendus eſt, donec ſententiæ pareat, & palinodiam canat, *Dan.* Moller. *lib. 1. ſemeſtr. 2. num. 1.* Ubi in iudicio curiali Lipſenſi ita obſervatum teſtatur, M*atth. Berlich. part. 5. concl. 62. n. 36.*

Q. 3. Quomodo procedendum ſit adverſus Reum contumacem, recantatio nẽ præſtare nolentem.

22 *Quam ſententiam in pronunciando quoq́; ſequuntur Domini Scabini:* **Dieweil** *F.K.* **des Wiederruffs/ welchen er** *N.S.* **von wegen der ihme zugefügten Injurien/vermöge unſers vorigen Urthels/thun ſollen/ſich verweigert/ So wird er billig noch auff einen Monat lang mit Gefängnüß geſtrafft und dazu angehalten / unnd da er immittels den zuerkandten Wiederruff nochmals nicht leiſten wird / ſo ergehet alsdenn darauff ferner was Recht iſt/ V. R. W.** *Iudici Præfecturæ Weidenſis, M. Sept. An. 1600. Verſus* **Lauterſtein**/ *Ad requiſitionem Commiſſariorum Electoralium, M. Aug. An. 1616. L. à M. Menſe Decemb. An. 1614.*

Conſulibus & Senatui in **Hedſtet**/M. *Sept.* A. *1614*

23 Renuente verò & tunc Reo revocare iniurias effluxo ſpatio determinato, in carcere ulteriori is detinetur, ac pane & aquâ cibatur, uſque dum pareat, additâ comminatione ſeverioris pœnæ, ſi palinodiam cantare nolit.

Pronunciantibus ita Scabinis: Dieweil *F.K.* nachmals auff ſeinem Vngehorſam verharret/ und *N.S.* den aufferlegten Widerruff nicht leiſten will/ ungeachtet daß er derohalben allbereit einen Monat lang mit Gefängnüß geſtraffet worden; So wird er mit härterm Gefängnüß noch einen Monat lang hierzu billich angehalten/und mit Waſſer und Brod geſpeiſet/ mit dieſer außdrücklichen Verwarnung/ da er immittels den Wiederruff nicht leiſten würde/ daß er alsdann mit höherer Straffe/als da ſind Landesverweiſung und dergleichen (*additur quandoq;* Leibesſtraff) belegt werden ſoll.

Iudici Præfecturæ Weidenſis M. Octobr. An. 1600.

Conſulibus & Senatui in Hedſtedt/*M.Decemb. An.1614.*

Ilenburgum ad requiſitionem Commiſſariorum, *M.*Iulio,An. *1614.*

24 Hoc tamen in arbitrio judicis, an pœnam certam perpetuæ vel temporalis relegationis exprimere, ac ſtatim primâ vice, recuſatione recantationis factâ, ita pronunciare velit. Quin etiam pro ratione circumſtantiarum, ſi de ſupinâ malitia ac pertinacia Rei conſtet, ad evitandas ambiguitates, judex ſub comminatione Relegationis Reum ſtatim ad comparitionem compellere poſſit, non ambigo, ſententiis Scabinorum ita edoctus.

25 Quodſi nec tum Reus parere velit, ſed in contumacia perſeveret, liberum eſt judici Relegationem ipſi imponere, addita comminatione, quod nempè in caſu ulterioris contumaciæ Lictor nomine Rei injurias recantare debeat.

Pronunciantibus ita Scabinis Ilenburgum ad requiſitionem Commiſſariorum, Menſe Novembr. An.1614.

Ad petitionem Quæſtoris in Auguſtusburgk/ *M.Aug.An.1616.*

Conſulum & Senatus in Hedſtet/ M. *Febr. An. 1615.*

Idemq; obſervatur ſi injurians renuat præſtare die Abbitte und Erklärung: *prout reſpondimus Quæſtori* Leiſnicenſi;M.*Majo, An. 1631.*

26 Si verò non attenta hac comminatione, Reus nec tum parere velit, Lictor adſciſcitur, qui nomine Rei injuriam recantat, præſente & audiente eo.

Ad informationem & ſententiam Scabinorum *ita reſpondentium:* So wird nunmehr/ weil an dem Gefangenen keine Folge und Beſſerung zu hoffen/ſondern er uff ſeiner eingebildeten und vorgeſetzten Meynung und Wahn/muthwillig/ halßſtarrig/ und trotziglich verbleiben thut/ obermelter unſer euch ertheilter Rechtſpruch an Jhm gebührender maſſen billich vollſtreckt/nemblich auff dieſe maſſe/ daß dem Büttel des Orts aufferlegt werde/ an ſtadt und im namen des Gefangenen/ jedoch daß er darbey unnd mit zur Stelle ſey/wie auch in gegenwart des *injuriati,* ſo er durch ſein gifftiges und böſes Maul injuriret/ unnd Ehrenverletzlichen angelaſſen/ den Wiederruff öffentlichen unnd Gerichtlichen zu leiſten/ unnd wenn ſolches alſo *effectuiret,* wird auch die Landesverweiſung an ihme billig vollſtreckt/ 2c.

Conſulibus & Senatui in Hedſtet/ Menſ. *Mart. An. 1615.*

Quæſtori zur Auguſtusburgk/ *M. Sempt. An. 1616.*

Ilenburgum M.*Mart.* A*n.1615.*

Quandoque etiam huic formulæ additum ſcio: Nochmals auch daß ſolcher Wiederruff geſchehen durch offentliches *Edictum* jedermänniglichen kundt gemacht wird/ V.R.W. *Quæſtori Leiſnicenſi M.*Majo,An. *1631.*

27 *Poſteriori verò caſu*, quando Reus abſens eſt, absque dubio ſub pœna pecuniaria citari debet, ut in judicio compareat; & palinodiam cantet: prout tradit *Dan. Moller.ad* Conſt. *Elect. 42. num.38.part.4.* At ſi copiam ſui in judicio facere nolit, ſed contumaciter emanere pergat, judicem ad pœnam Banni procedere poſſe, tradit *Matth. Berlich.part.5. concluſ.62.n.40.* allegans ad hoc *Zanger.de except.part.2.c.1.n.177.*

28 Cui haudquaquam aſſentiri poſſum. Siquidem proceſſus Banni in foro Saxonico locum non habet, niſi eo in caſu, quando pœna mortis Reo fugitivo eſt infligenda, ut dicetur *p.3.q.140.n.41.* Sicuti nec per recantationem à Lictore factam, hoc caſu, quo Reus præſens non eſt, exiſtimatione injuriati lęſam plenariè reſtitui, exiſtimo.

29 *Prout etiam, requirente* I*lluſtriſſimo Elect.Saxon. Dn.Chriſtiano II.* A*nteceſſores noſtros reſpondiſſe animadverto:* So wird ihme billig nachgetrachtet/ und Er mit Gefängnüß darzu angehalten/und mag ſolcher Wiederruff an ſtatt und im Namen *C.* von *R.* durch den Büttel oder Frohnen zu Plauen/ weil *I.* von *D.* dardurch ſeiner Ehren nicht vollkömmlichen *reſtituiret* und erſetzet wird/ geſtalten Sachen nach füglichen nicht geſchehen/ V.R.W. *M. Novemb. An. 1609.*

30 Quod enim antea dixi, per Lictorem quandoque fieri recantationem, ſi Reus ipſemet injuriam revocare nolit; id eo demùm caſu obtinet, quando Reus non eſt fugitivus; ſed in carcere detinetur, quo præſente & coram judice ſtante, Lictoris revocatio eundem parit effectum, ac ſi ipſemet injurians palinodiam cantâſſet. Omnibus itaque modis laborandum eſt, quò Reus fugitivus capiatur, ac judici ſiſtatur. Quem ſi judex aſſequi nequeat, unicum hoc reſtat medium ut ſententia, quæ Reo injurianti Revocationem injungit, publicè, non ſolùm in loco judicii, ſed & in loco injuriæ commiſſæ, & ubi Reus aliàs vitam degit, affigatur, ad hoc, ut omnibus innoteſcere poſſit, Reum ad recantationem fuiſſe damnatum, quo ipſo fama & exiſtimatio injuriati offenſa ac læſa injuriis, haud parum reſtituitur. Vid. *Proſper. Farin. part.3. Oper. crim. quæſt.105.num.71.* M*atth. Berlich. dict.concl.62.num.41. & 42.* ubi refert ſententiam in aula Aldenburgenſi publicatam *Menſ.* M*art. Anno 1618.* Cujus tenor eſt: daß Beklagter zu gebührender Execution des am 27. Novembr. Anno 1616. eröffneten Vrthels: nochmahls anderweit bey Straffe 400. Reichsthalr. zu citiren/ mit dieſer Verwarnung/ da er nicht erſcheinen würde/ daß alsdenn mit dem geſuchten öffentlichen Anſchlage des Vrthels wider ihn ſoll verfahren werden/ V.R.W.

31 *Ita reſponderunt Scabini* M*auritio à* Schönberg: daß wofern er alsdenn den Wiederruff nicht leiſten/ und das Land auff gewiſſe Jahr verſchwöre würde/ er mit höherer ſtraffe/ als da ſeyn ewige Landesverweiſung/und dergleichen belegt/ und jederman ſolches durch öffentliche *Patenta* kundt gethan/ er auch vor einen Landesverwieſenen geachtet und gehaltē werden ſoll/ V.R.W. *M.Ian.An.1613.*

Alte-

32 Alterum, ad quod injurians obligatur, pœna eſt. Non enim ſufficit, Reum injurias revocâſſe, ſed & prætereà is pœnâ pecuniariâ, vel carcere, vel Relegatione, ſeu etiam fuſtigatione, pro arbitrio judicis punitur. Quâ de re ita loquitur D. Auguſtus Elector in *Conſtit. 42. p. 4.* Darüber aber unnd darneben / ſoll auch ſolcher muthwilliger Schänder und Injuriant willkürlich mit einer hohen Geldtbuſſe/ mit Gefängnüß/ oder mit zeitlicher Verweiſung geſtrafft / oder auch nach Gelegenheit der Perſon/ der Zeit/oder örter / und anderer Vmbſtände mit Staupenſchlägen des Landes ewig verwieſen werden / ꝛc. Cui non obſtat quod hâc ratione injuriarum Reus bis puniatur: cum tamen nemo ob unum delictum duabus pœnis ſit affligendus *Matth. Weſembec. part. 1. conſ. 22. numer. 19. Bartol. Bald. & Dd. in l. ſi quis Reus, ff. de publ. judic. Bartol. Alexand. & Dd. in l. ſepulcri. 6. ff. de ſepulcr. violat.*

33 *Etenim* iſtud tum demùm verum eſt, quando utraque pœna ad eundem tendit effectum, unâque pœnâ delictum ſufficienter eſt punitum. *Marant. in ſpecul. part. 4. diſtinct. 1. numer. 20. poſt pr. verſ. Limita notabiliter. & ſeq.* At hoc caſu unica pœna haud ſufficit, nec utraque ad eundem effectum tendit: Arbitraria ſiquidem pœna intereſſe publicum Magiſtratus reſpicit. Palinodia verò, ſi propriè pœna appellanda eſt, privatum intereſſe offenſæ partis, exiſtimationem ſcilicet & famam concernit, utramque igitur pœnam ſubſiſtere, atque concurrere, mirum haud eſt; Quod & fieri videmus in homicidio culpoſo, ubi præter pœnam relegationis ſive carceris, Reus ad ſolutionem Wergeldi, ſeu mulctæ pecuniariæ condemnatur, uti notiſſimum eſt. Landrecht. *lib. 2. artic. 38. Gloſſ.* Weichbild. *art. 38. numer. 12.* Landrecht. *libr. 2. artic. 14.* Rotſchitz. *in proceſſ. part. 2. artic. 1. numer. 2. & 3. Ludov. Fachſ lib. 2 differ. 62. verſ. Verùm de Iure Saxonico. Reinhard. lib. 2. part. 5. differ. 15. Matth.* Coler. *part. 1. deciſ. 156.*

34 Etſi verò *Conſtit. Elector. 24.* mentionem tantummodò faciat temporalis Relegationis, dubitandum tamen non eſt, quin perpetua quoque Relegatio, cauſâ ita poſtulante, injurianti imponi queat: quod ex verbis ſubſequentibus (mit Staupenſchlägen des Landes ewig verwieſen werden) luculenter patet. Quod ſi enim fuſtigatio unà cum perpetuâ Relegatione Reo infligi poteſt, cur relegatio abſque fuſtigatione quoque locum ſibi non vendicet, rationem haud animadverto.

35 Relinquitur autem judicis arbitrio, quam pœnam injurianti infligendam eſſe exiſtimet, id quod probè ponderatis & perpenſis circumſtantiis perſonarum, loci, ac atrocitatis injuriarum facilimè definire poterit, juxta verba *dict. Conſtit. 42. p. 2.* (oder auch nach Gelegenheit der Perſonen / der Zeit/ oder örter / unnd anderer Vmbſtände/ ꝛc.)

36 Notandum tamen, iis in caſibus, quibus deprecatio ſolùm injuriarum, Eine Chriſtliche Abbitte und Erklärung locum habet, ſeveriorem, quàm carceris aut pecuniariam pœnam, regulariter Reo non imponi. Veluti ſic in cauſis leviorum injuriarum aut ruſticorum ac plebejorum quotidiè in Scabinatu pronunciari ſolet: Daß Beklagter ſolcher Injurien halben Klägern eine Chriſtliche Abbitte unnd Erklärung zu thun ſchuldig / unnd mag hierüber willkührlichen entweder 3. Tage lang mit Gefängnüß/oder umb 1. neu Schock in Straff genommen werden. Quod tamen univerſaliter verum non eſt, nam & unà cum palinodiâ ſeu revocatione injuriarum, pro qualitate cauſæ, carceris pœnam vel mulctam pecuniariam Reo irrogari poſſe, non modò *verb. Conſtit. 42. p. 4. §.* darüber/ ſatis innuunt, ſed & hoc ipſum ſententiæ Scabinorum Lipſenſiũ comprobant.

Quibus non ſemel Reum ad palinodiam, ac inſuper pœnam arbitrariam, carceris, vel pecuniariam mulctam condemnatum fuiſſe ſcio. Ad requiſitionem Corneli Meinſen/ *in* Schweinitz/ *M. Julio, An. 1599.* 37

Quæſtori in Saltza / *Menſe Auguſto, Anno 1627.*

Senatûs Dreſdenſis, M. *April. An. 1615.*

Quando autem injurianti Recantatio injuriarum ſive Palinodia imponitur, facilius ad Relegationem temporalem aut perpetuam perveniri poteſt, pro ratione ſcilicet perſonarum, qualitate injuriarum, & delicti atrocitate. Quod ſi enim quiſpiam tam audax & temerarius exiſteret, ut contra eos, qui à latere Principis ſunt, hoc eſt, Cancellarios & Conſiliarios, Magiſtratum & judicem, vel alias perſonas nobilioris ſortis, atque honeſtioris conditionis injurias atrociores evomere non reformidarit, quis negare auſit, huic injurianti, in exemplum, quò alii inpoſterum ab ejuſmodi temeritate abſtineant, *R*elegationem perpetuam irrogari poſſe? 38

Quod & Scabinis placuit ita reſpondentibus Prætori & Scabinis Francofurtenſibus ad Oderam: So iſt Er dem Herren Cantzler / dem Rath/ unnd *Miniſterio* bey Euch/ wie denn auch den andern obbenandten Perſonen / einen öffentlichen Wiederruff vor Gerichte zu thun ſchuldig / unnd wird hierüber mit vorwiſſen und bewilligung der hohen Obrigkeit des Landes ewig billich verwieſen / V. R. W. M. *Febr. An. 1601.* 39

In caſu ſimili Quæſtori Dreſdenſi, M. *Decembr. An. 1628.*

Illuſtriſſimo Dn. Electori Brandenburgico, M. *Ian. An. 1628.*

Senatui Zvvickavienſi, ubi quis Superintendentem *appellaverat*, einen hundert Sacramentiſchen Pfaffen/ Schelm und Dieb/ den hundert paar Teuffel holen ſolten / *&c. Menſe Auguſto, Anno 1628.* 40

Quæſtori in Wolckenſtein / M. *Octobr. Anno 1626.* 41

Et quando H. W. de apertura Reſcripti Electoralis inculpaverat N. G. I. V. D. reſpondimus in hunc modum: So iſt er ihme einen öffentlichen Wiederruff zu thun/ ſo wol die Vnkoſten zuerſtatten ſchuldig/ und wird hierüber willkürlichẽ/ entweder mit Landesverweiſung/ oder um̃ eine anſehnliche Geldbuſſe/ ſeinem Vermögen nach in Straff genommen/ V. R. W. *Ad conſultationem Præfecti Zvvickavienſis. M. Novemb. An. 1627.*

42 Injuriis autem contra Magiſtratus inferiores, Senatores vel Quæſtores prolatis, unâ cum Recantatione temporalem Relegationem ad duos, tres, vel quatuor annos tutò imponi injuriarũ Reis, facilimè conceſſerim.

43 *Prout ſæpiùs à Dominis pronunciatum ſcio, Velutí Quæſtori Torgenſi, M. April. An. 1598.*

Senatui in Oderan, *Menſe Septembr. Anno 1626.*

Judici & Scabinis Zvvickavienſibus, M. Febr. 1628.

Sigismundo ab **Haugwitz**/ *M. Decembr. Anno 1628.*

Senatui in Colleda, *Menſe Decembr. Anno 1629.*

44 Quin & ſi injuriæ atrociſſimæ fuerint, Relegationi quoque fuſtigationem addi poſſe, ambigendum non eſt. *Tum*, ob clara verba *Conſtit. Elect. 42. p. 4. verſ.* **Darüber** *&c.* Ibi: **oder auch nach Gelegenheit der Perſon/ der Zeit/ oder örter/ und anderer Vmbſtände mit Staupenſchlägen des Landes ewig verwieſen werden/ ꝛc.** *Tum*, propter *l. item apud 15. §. idem ait: 30. l. Divus Severus. 40. l. qui injuriarũ. 43. ff. de injur. l. Pedius. 4. §. 1. ff. de incend. in naufr.* Undè vulgò probatur humiliores fuſtibus ſubjiciendos eſſe, *Ioh. Harppr. in §. 10. n. 5. Inſtit. de injur. Matth.* W*eſemb. in paratit. ff. eod. tit. n. 16.*

45 *Veluti etiam ſic pronunciavimus in caſu, quo quis contra Illuſtriſſimum noſtrum Dn. Electorem, nec non* Suæ *Celſitud.* Officiarios *Nobiles*, Capitaneos, *aliasq́ʒ perſonas contumelioſiſſima ac iniurioſiſſima verba evomuerat. Ad requiſitionem Senatus Dreſdenſis Menſe* Martio, *Anno 1626.*

Hinc & talis comminatio à noſtris Anteceſſoribus ſententiæ quondam fuit addita: **Mit dieſer außdrücklichen Verwarnung/ wo fern Er ſich hinfüro ſolcher ſchimpfflichen/ und Ehrenverletzlichen Reden gegen** *H. I.* **von** *D.* **gäntzlichen nicht enthalten würde/ daß er alſo denn mit Leibesſtraffe/ entweder öffentlichen Staupenſchlag/ oder Abhauung einer Fauſt/ jedoch auff anderweit vorhergehendes rechtliches Erkäntnüß/ belegt werden ſoll/ V. R. W.** *Ad requiſitionem Illuſtriſſimi Electoris* Saxoniæ *Dn. Chriſtiani II. M. Novembr.* A*n.* 16*09.*

46 Illud hîc quæri poſſet*: An judici fas ſit, ob atrocitatem injuriarum mortis pœnam Reo irrogare?* De quo aliquando in Elect. Saxon. Scabinatu admodùm diſceptatum memini.

Q. 4. Num judex ob atrocitatem injuriarũ mortis pœnam Reo irrogare queat?

Equidem haud pauci id affirmant; *Anton. Gomez. lib. 3. variar. reſol. cap. 6. n.* 8. *Ioh. Schneidvvin. in §. in ſumma* 10. *n. 8. Inſtit. de injur.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 61. num. 5. Andr. Rauchb. part.* 1. 47 *quæſt. 7. n. 36. Matth. Berlich. part. 5. concl. 61. Joh. Harppr. in §. in ſumma 10. n.* 14. *Inſtit. de injur.* Jul. *Clar. lib. 5. Sentent. §. injuria. num. 7. & §. ult. quæſt. 83. num. 11. Hartm. lib. 2. obſervat. tit. 49. obſerv. 1. num. 18.* Quorum ſententiam ſecuti fuerunt J Cti Francofurtenſes, Menſ. Majo, Anno 1614. pronunciantes ſic contra C. B. qui verba contumelioſiſſima ac injurioſiſſima in Illuſtriſſimum Dn. Electorem Brandenburgicum protulerat, additâ tamen clauſulâ, ut ſi Elector. Sereniſſimus Reo gratiam facere vellet, pœna hæc mortis in fuſtigationem ſeveriorem converti deberet, **in einen ſtarcken Staupenſchlag.** Prout verba ſententiæ habebant, quam legere acta poſtea ad Collegium noſtrum transmiſſa facultatem conceſſerunt. Quibus non parum videtur ſuffragari, quod pœnam arbitrariam ad mortem usque extendere liceat, juxta opinionem *Gloſſ. in §. in ſumma. verb. extraordinaria, Inſtit. de injur. Ludov.* Carer. *in pract. crimin. §. circa itaque ultimam. numer. 122. Modeſt. Piſtor. p. 2. quæſt. 92. num. 17.*

Atrectius, meo judicio, ſtatuit D*an. Moller. dict. Conſt. Elect. 43. n. 2.* in foro Saxonico hodiè, ne quidem ob injurias atrociſſimas, mortis ſupplicium cuiquam irrogandum eſſe, eò, quod Illuſtriſſimus Elector in *Conſtit. 42. p. 2.* certas injuriarum pœnas, ac inter haſce fuſtigationem ceu graviſſimam exprimens, eaſque arbitrio judicantis committens, ſatis oſtenderit, ſe arbitrium judicis ultra eam extendi noluiſſe. Quo etiam facit C*onſtit. Elector. 43. p. 4.* quæ iniurias reales graviores, Magiſtratui illatas, gladii pœnâ quandoque vindicari permittit, ab iisdem expreſſis verbis excipiens injurias verbales *in §. fin.* **Wenn aber** *&c.* Ut ſic contra mentem Illuſtriſſimi Dn. Conſtituentis mortis ſupplicium ad injurias verbales nequaquam extendere liceat: quamvis aliter ſentiat *Rauchb. dict. quæſt. 7. n. 36.* 48

Eamq́ʒ Molleri ſententiam, ceu tutiorem ac benigniorem non modò in prædicta causâ Brandeburgicâ ſed & poſtmodum in aliâ graviſſimarum injuriarum causâ, M. April. Anno 1630. *amplexi fuimus.* 49

E*t ſic quoque Veteres Scabinos reſpondiſſe reperio Quæſtori in* **Hohenſtein**/ *M. Iun. An. 1567.*

Ex hiſce manifeſtè conſtat, quemvis injuriantem non modò ad palinodiam ſeu recantationem, ſed etiam ad pœnam arbitrariam teneri, adeoque actione injuriarum ad palinodiam atque pœnam ſemel conveniri poſſe. Quibus ita ſtantibus, haud inconvenienter quæritur*: An Actio injuriarũ ad palinodiã ſit criminalis, an verò civilis?* 50

Q. 5. An actio injuriarum ad palinodiã ſit criminalis, an verò civilis?

51 Quæ quæſtio de jure quidem civili communi minus dubia eſt, utpote quò omnis illa actio, quâ pœna petitur applicari parti, non pro criminali, ſed pro civili habetur *§. in ſumma. 10. Inſtit. de injur. Bartol. in l. ult. num. 4. ff. de privat. delict.* Qualem & hanc actionem eſſe, negari nequit; ſiquidem in libello Reclamationis & Recantationis nihil petitur Fiſco applicari ſed parti agenti, puta reſtitutio famæ læſæ, *Hartm. lib. 2. obſervat. tit. 49. obſervat. n. 6.* W*urmſ. lib. 1. obſerv. tit. 9. obſerv. 8. n. 2.* Sequitur ergò de jure communi actionem ad palinodiam ſeu Recantationem absque dubio pro civili habendam eſſe. Id quod & aſſerunt *Dd.* communiter. *Andr. Gail.* ubi hoc in Camerâ Imperiali receptum eſſe teſtatur *libr. obſervat. 65. numer. 2. Mynſing. cent. 2. obſervat. 98. numer. 1.* ubi præjudicia Cameræ Imperialis allegat. *Daniel. Moller. lib. 1. ſemeſt. capit. 23. in pr. Herm. Vultej. lib. 2. Iurisprud.* R*om. capit. 19. num. 53. & in §. pœna autem. Inſtit. de injur. num. 6.* **Ludov.** *Gilhauſ. in arbor. judic. crim. c. 2. tit. 24. §. 7. n. 13.*

7.n.13.Proſper.Farin.part.3.oper.crim.quæſt.105.n.71.& 77.Matth.Berlich.part.5.concl.62.num.10. Ioh.Harppr.in §.in ſumma.10.n.64.Inſtit.de injur. Wurmſer.dict.Obſerv.8,Ioach.à Beuſt.in l. nam poſteaquam.9.§.ſi damnetur ff.de jurejur.num.14. Aym.Cravett.tom.1.conſ.53.n.1.

52 Undè etiam fit, quod actiones ad palinodiam quotidiè in Camerâ Imperiali recipiantur & tractentur, *Andr.Gail.dict.obſerv.65.numer.5. Harppr.dict.§.in ſumma.n.68.* Quod tamen haudquaquam concederetur, ſi hæc actio eſſet criminalis, quum in Camerâ nulla cauſa criminalis (exceptâ causâ violatæ pacis publicæ) ventilari queat, *Gail. & Harppr. dict.loc.* Quin & in actione Reclamatoria appellatio conceditur, *Ordin. Cam. part.2.tit.28.§.* **und ſonderlich.** *verſ.* **doch ſollen die Sachen** *&c.* Quæ tamen de conſuetudine generali totius Germaniæ in criminalibus non admittitur. *Ordin. Camer. dict. tit.28.§.item* **Nachdem.** *Andr. Gail.lib.1.obſervat.1.numer.28. Harppr. dict.loc.n.67.* ubi pro confirmanda hac aſſertione plures rationes adducit.

53 At in foro Saxonico res expedita non eſt. Etenim nec de moribus Saxonicis actionem ad Palinodiam criminalem eſſe, audacter aſſerit *Matth. Weſemb. in paratit. ff. de injur. num.18. verſ.quod meritò improbatur.& conſ.22.n.18.part.1.* Cui tamen contradicit *Dan. Moll.lib.1.ſemeſtr. c.23.in pr.& ad Conſtit.Elect.42.numer.2. part.4.* quem ſequi videtur *Matth.Berlich.part.5.concluſ. 62.n.12.*

54 Quamvis verò *Dan.Moller.dict.cap.23.* adeò firmus ſit in ſua opinione, ut poſt editam Conſtitutionem Electoralem de injuriis actionem ad palinodiam criminalem eſſe, neminem dubitaſſe exiſtimet; Attamen ego de hoc ipſo non ſolùm dubito, ſed & hodie in foro Saxonico, actionem ad recantationem non criminalem, ſed civilem eſſe, cum *Weſembec.* intrepidè affirmo. Vel ex hoc unico fundamento, quod palinodia ipſa nequaquam corpus afficiat, uti in aperto eſt. De jure autem Saxonico nullam eſſe criminalem actionem, niſi quæ ad pœnam corporis dirigitur afflictivam, vix quiſquam dubitat *Matth. Coler. part.1.deciſ.22.Reinh.part.4. differ.24.*

55 Videtur autem *Dan.Moller.* confundere ea, quæ ab invicem ſunt ſeparanda. Ita namque dicit *dict.capit.23.* *Cum ea* (Conſtitutio ſcilicet Electoralis) *ſublato prorſus Jure Saxonico quantum ad injurias & illarum pœnas attinet, velit injuriantem condemnari, non tantum ad revocationẽ, ſed præterea pro qualitate injuriæ etiam carcere vel relegatione temporali, aut etiam perpetuâ cum fuſtigatione puniri. Quibus caſibus injuriarum actionem criminalem eſſe, rectè concludit* Marant. *&c.* Verba hæc ſunt Molleri, quibus non tàm palinodiam ipſam, quàm actionem injuriarum criminalem eſſe probat, quod facilè ipſi conceſſerim: quamvis nec hoc ſimpliciter verum ſit, cùm pœna relegationis aut carceris de jure Saxonico criminalis non ſit. Adeoque M*oller.* ipſam Palinodiam cum actione injuriarum confundit, quæ tamen diverſa ſunt. Etſi enim in actione injuriarum actor etiam petat recantationem, non tamen hac contentus, inſuper Reum ad fuſtigationis pœnam condemnari, poteſt petere, quod quando fit, actio injuriarum extra dubium eſt criminalis, non quidem propter palinodiam, quæ privatum intereſſe, famæ ſcilicet reſtitutionem concernit, adeoque criminalis eſſe nequit, ſed propter fuſtigationem quę procul dubio eſt pœna corporis afflictiva.

Accuratè igitur pro hoc dubio tollendo diſtinguendum eſt, inter actionem injuriarum, & actionem ad palinodiam, qua talem. Actio injuriarùm criminalis eſt, ſi actor in libello qua cum recantatione injuriantem quoque fuſtigari petat, juxta *Conſtit. Elect. 42. p.4.§. ult.* **Darüber aber** *&c.* Quia enim hæc actio tendit ad pœnam corporis afflictivam, utique criminalem eam eſſe, nemo inficias ire poterit. Quod & tum verum eſſe puto, ſi actor unà cum recantatione, Reum ſimpliciter juxta tenorem *Conſtit. Elect.* vel ſecundum *jus* Saxon. puniri velit atque petat. Quia enim *jus* Saxon. *& Conſtitut.Elect.* arbitrariam pœnam in injuriantes ſtatuit, eamque ad fuſtigationem extendere permittit, propter incertum eventum & aptitudinem, nihilominus hanc appellationem criminalem eſſe concluditur. *Baldus in l.eos. §. ſuper his.num.2. C. de appellat.*Andr.*Rauchb.1.quæſt.7.n.36.* 56.

Quod ſi verò Actor in libello pœnam carceris, vel Relegationis, aut etiam mulctam pecuniariam exprimat, quis quæſo criminaliter agi affirmabit, niſi ignarus juris Saxon, quod eam tantummodò actionem definit criminalem, quæ ad pœnam corporis afflictivam tendit? *Coler.dict. deciſ.22.* 57

Actionem verò ad palinodiam, quà talem, abſque reſpectu & conſideratione pœnæ arbitrariæ, quæ in uno eodemque libello cum ea cumulatur, ſive ipſam palinodiam in foro Saxonico non criminalem, ſed civilem eſſe, aſſero cum *weſemb.dict.loc.* quem ſequitur R*einh. Roſa in not. ad Dan.*Moll.*Conſt.42.n.7.p.4.* 58

1. Quia de Jure Saxonico illa ſola cauſa reputatur criminalis, in qua corporalis pœna infligitur: Neque actio criminalis dicitur, niſi quæ ad pœnam corporis dirigitur afflictivam, uti probatur ex *Gloſſ.* **Weichbild.** *artic.17.poſt pr. num.2. verſ.* **Bürgerliche Klagen ſind** *&c.* In verb. **Peinliche Klage iſt anders nichts (denn da man fodert von dem Bruchhafftigen ſeine verdiente Pein/ und keinen Abtrag noch Buſſe/** *&c.* Et ex *Ordin. Provinc.Saxon.de Anno 1555.ſub tit.* **Daß peinliche Sachen dadurch das Leben verwircket/** *&c.* In verb. **mit Geldtſtraffen und in andere wege bürglich gemacht** *&c. Matth.Coler.part.1.deciſ.22.n.5. Reinh.Roſa.dict.loc. Fachſ.differ.13.Reinhard. diff. 24.part.4.* Jam verò Recantatio nec corpus afficit, nec actio ad recantationem pœnam corporis dirigitur afflictivam, uti omnibus manifeſtũ eſt. Sequitur ergò, eam nequaquam eſſe pro criminali habendam. 59

2. Non parum huc facit, quod agens ad recantationem non niſi reſtitutionem exiſtimationis atqúe famæ læſæ petat ac quærat, adeoque actio ad palinodiam non niſi intereſſe partis læſæ concernit. Quod licet *Mol-* 60 *ler. ad Conſtit. Elector. 42. num. 6. verſ. nec me quicquam, &c. p. 4.* neget; veriſſimum tamen hoc eſt, & luculenter probatur ex verb. *dict. Conſtit. 42.* **Jhrer Ehren Ergetzung zu thun** *&c.* Notiſſimi autem juris eſt, actionem criminalem eſſe ſolummodò eam, quæ ad vindictam publicam tendit, & undè actori nihil quicquam accedit, uti etiam *prædicta verba Gloſſ. d. art. 17.* **Weichbild/** innuunt: **keinen Abtrag noch Buſſe.** Idque ipſum quoque fatetur *Moller. dict. Conſt. 24. num. 6. & 7.*

61 3. Addit *Weſembec. dict. Conſ. 22. numer. 19. ibi: nemo enim ob unum &c. & ſeq.* Neminem ob unum idemque delictum duabus pœnis criminalibus affligendum eſſe, quod tamen fieret, ſi palinodia pro pœna criminali reputaretur; ſiquidem Reus ſimul ad hanc, & pœnam fuſtigationis inſuper damnari poteſt, ut liquet ex *dict. Conſt. Elect. 42. §.* **Darüber aber/** *&c.*

62 Nec quicquam movet argumentum *Dan. Moller.* quo ſententiam hanc infringere, & palinodiam pœnam criminalem eſſe, probare conatur, quando in *dict. Conſt. 42. numer. 2. & 3.* infert. Reum præter Recantationem ex *Conſtit. Elector.* pro arbitrio judicantis graviter puniri. Civilem autem pœnam cum criminali conjungi non poſſe: unde conſequens eſſe dicit, utramque criminalem eſſe. *Nam* hæc argumentatio tum demum efficaciam aliquam habet, quando utraque pœna civilis & criminalis tendit ad vindictam, *Bartol. in l. un. C. quando civil. act. crim. præjudic.* ubi ipſemet *Moller.* fatetur *dict. loc.* Atqui palinodiam ad vindictam nullatenus tendere, ſed privatum ſolummodò intereſſe concernere, dixi anteà, & probatur hoc manifeſtè ex *dict. Conſtitut. 42. part. 4.* In verb. **Jhrer Ehren Ergetzung.** *Wurmſer. libr. 1. obſervat. tit. 9. obſerv. 8. nu. 2. Hartm. libr. 2. obſerv. tit. 49. obſerv. 3. num. 6.*

63 Prætereà, etſi aliàs civilis actio cum criminali actione conjungi ac cumulari nequeat, neque Reus in foro Saxonico ad reſtitutionem damni condemnari debeat, quando pœnâ ſanguinis aut corporis afflictivâ punitur: uti haud obſcurè liquet ex *Conſtit. Elector. 12. p. 4. Petr. Heig. p. 2. quæſt. 23. numer. 20. Reinhard. Roſa ad Dan. Moller. dict. Conſtit. 12. numer. 7.* Peculiare tamen hoc eſt, in actione injuriarum, & in favorem injuriati ſpecialiter introductum, ut nempè Recantatio locum ſibi vendicet, ſive civiliter ad relegationem, pœnam carceris, aut mulctam pecuniariam, ſive criminaliter, ad pœnam corpori infligendam agatur, & cum utraque concurrere poſſit, propterea, quia recantatio ejuſmodi injuriarum peculiari favore injuriati, propter reſtitutionem famæ & honoris, in odium iniuriantis eſt recepta, uti accuratè inſpicienti *Conſtitut. 42. p. 4.* obſcurum eſſe nequit. Quæ autem peculiari favore inducta ſunt, cum iis quæ in iure ſcripto ſunt diſpoſita, confundi non debent, ut rectiſſimè animadvertit *Matth. Berlich. part. 5. concluſ. 62. numer. 13.* Quæ omnia etiam extra ditiones Elector. Saxon. procedere exiſtimo, ita ut recantatio cumulari queat cum actione criminali, quâ ad pœnam agitur arbitrariam, quicquid etiam alii in contrarium dicant.

64 *Pronunciantibus ita Scabinis, ad conſultationem judicis & Scabinorum Francofurtenſium ad Oderam,* M. *Febr. An. 1601.*

Illuſtriſſimi Electoris Brandeburgici, M. *Ianuar. An. 1628.*

Conſulum & Senatus in **Gubben/** *M. Auguſto, An. 1627.*

65 Exindè porrò, quod dixi, actionem ad palinodiam, quâ talem, criminalem non eſſe, ſequi videtur & hoc, propter palinodiam, quâ talem, injuriantem non laborare infamiâ; ſiquidem hæc privatum tantummodò intereſſe concernit, non autem vindictam; quod tantò verius, quantò certius eſt, palinodiam jure civili incognitam, uſu fuiſſe introductam, ut ſuprà notavi. Quamvis non negem, actione injuriarum (quâ Reus ſimul ad Recantationem & pœnam arbitrariam convenitur) condemnatum fieri infamem.

66 Quod quidem de jure civili dubium non habet, propter text. in *l. 1. verſ. injuriarum. ff. de his qui not. infam. l. Lex Cornelia. 6. §. ſi quis. 9. in fin. l. Divus. 40. l. judici, 42. ff. de injur. l. athletas. 4. §. ult ff. de his qui not. infam l. injuriarum. 10. l. 18. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. injuria n. 8. Proſp. Far. part. 3. oper. crim. quæſt. 105. n. 61. Matth. Berlich. part. 5. concluſ. 63. n. 1. Matth. Weſemb. in parat. ff. de his qui not. infam. num. 5. & part. 1. conſ. 22. n. 25. Ioh. Harppr. in §. in ſumma. 10. n. 92. Inſtit. de injur. ubi & Ioh. Schneidvvin. n. 11. Andr. Gail. lib. 1. Obſerv. 102. n. 1. Wurmſ. lib. 1. obſerv. tit. 47. obſerv. 5. n. 1.*

67 Sicuti nec ambigendum, quin etiam in terris Saxoniæ injuriarum damnatus infamiâ notetur. *Ioh. Schneidvv. dict. §. in ſumma. 10. n. 11. Inſt. de injur. Chil.* **König.** *in proceſſ. cap. 58. n. 3. verſ.* **den der in die Peen.** *&c. Iacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 107. n. 16.*

68 At hoc expeditum planè non eſt: *Num hodiè in terris Electoratus Saxonici idem obtineat, & condemnatus injuriarum infamis fiat?* Id quod negat *Matth. Weſemb. in paratit. ff. de injur. n. 18.* quem ſequitur *Iacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. dict. quæſt. 107. n. 17. & Reinh. Roſa in not. ad Dan. Moll. in Conſt. Elect. 42. n. 17.* ex hâc ratione; quod injuriarum pœna fuerit aucta in *Conſtit. Elect. 42. part 4.* Igitur & infamiæ nota remiſſa; *arg. l. quid ergò. 13. §. pœna gravior. 7. ff. de his qui not. infam. Weſemb & Schult. dict. locis.*

Q. 6. An quando hodie in terris El. Sax. cōdemnatus injuriarum fiat infamis?

69 Sed falſo nititur principio hæc ſententia. Nego enim pœnam injuriarum auctam eſſe per *Conſt. Elect. 42.* & quomodo *hoc Weſemb.* probabit? Arbitrariâ ſiquidem pœnâ iniuriarum Reos vult affici *dict. Conſtit.* quâ ipſâ quoque pœna arbitraria iniurians de iure communi tenetur, uti expeditum eſt *l. ult. l. 40. l. 43. ff. ff. de injur.* fatente ipſomet *Weſembec. dict. tit. de injur. numer. 16. Harppr. in §. 10. Inſt. eodem tit. n. 4. ubi & Schneidvvin. n. 1. Herm. Vultej. lib. 2. juriſpr. Rom. cap. 19. n. 52. Andr. Gail. lib. 1. obſerv. 65. n. 2. verſ. criminaliter verò agitur, & c. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. injuria n. 7. Lud. à Peguer. deciſ. 13. n. 18. & ſeq. Aym. Crav. tom. 1. conſ. 53. n. 1. verſ. criminaliter quando &c.*

Et

70 Et quamvis in *dict. Conſtitut. Elect.* pœnæ arbitrariæ, palinodiæ ſive recantationis pœna adjecta fuit quæ in jure civili fundata non eſt; propterea tamen nil innovatum, quia & de Jure communi Saxonico, & conſuetudine generali Recantatio injurianti ſolet adjudicari: adeoq; ea in *dict. Conſtit. Elect.* non noviter introducta, ſed potius confirmata eſt. Quin nec palinodia propriè pœna appellari poteſt, ut quæ reſtitutionem famæ, & ſic intereſſe partis concernit, contra qualitatem propriam pœnarum, quæ potiſſimùm ad vindictam tendunt.

71 Rectius itaque ſentit *Dan. Moller. in Conſtit. Elector. 42. n. 17 p. 4.* nec non *Matth. Berlich. part. 5. concl. 63. nu. 4.* hâc in re per C*onſtit. Elect.* nil prorſus innovatum aut immutatum fuiſſe, adeoque Reos injuriarum condemnatos in ditionibus Elect. Saxon. æquè ac alibi infamiâ notari, per ea quæ ſuprà ex jure civili communi adducta fuêre, quæ certè nullibi in J*ure Saxon. & Conſtit. Elect.* correcta ſunt: cur ergò ſtare prohiberentur, *arg. l. ſi extraneus. ff. de condict. cauſ. dat. Bald. in l. ſi plures. 6. numer. 29. C. de condict. inſert. Hart. Piſt. lib. 1. quæſt. 32. n. 8.* Octav. Cacheran. *conſ. 20. n. 15.*

72 *Quæ ſententia uti veriſſima, ita etiam in Elect.* Saxon. *Scabinatu approbata eſt. Hinc contra Sartorem quendam injuriarum condemnatum, ita pronunciatum ſcio:* So möget jhr jhn hinfüro in ewer Zukunfft und Zuſammenkunfft zu leyden und zu dulden wider ewern Willen nicht gedrungen werden/ aber das Handwerck jhme zuverbiethen ſeydt jhr nicht befugt/ V. R. W. An die Meiſter deß Schneiderhandwercks zu Laucha/ *Menſ. Majo, Anno* 1600.

73 Quod tamen fallit *Primò:* In injuriâ levi ac modicâ; veluti ſi quis alium vocaverit ruſticum, indoctum, deformem &c. De modico ſiquidem non curat prætor, nec actiones famoſas ob rem parvam impertit. *l. ſcio 4. ff. de in integr. reſtit. l. ſi quis. 9. §. ult. & l. ſeq. ff. de dolo malo.* Et ſi pœnæ debent commenſurari delictis, juxta *l. miles. 11. §. mulier. 12. in fin. ff. ad Leg. de adult. l. Pedius. 4. ff. de incend. ruin. naufrag. l. aut facta.* 16. *ff. de pœn.* Certè pro levi injuriâ Reus infamiæ pœnâ haud erit afficiendus; quia hæc graviſſima eſt, & mortis ſupplicio æquiparatur, *arg. l. iſti quidem. 8. §. pen. ff. quod met. cauſ. l. juſta 9. ff. de manumiſſ. vindict. l. ſi adulterium.* 38. *§. fin. ff. ad* Leg. J*ul. de adult.*

74 Hocque ipſum eſt, quod in *l. ſed ſi unius*
17. §. 3. *ff. de injur.* juxta Halcandri lectionem
leves injuriæ, à liberis hominibus factæ, nul-
lius momenti videantur. Et quod damnatus
ob levem injuriam, in ordine Decurionum eſ-
ſe poteſt, argumento à contrario ſenſu deſum-
pto ex *l. Divus.* 4*0. ff. de injur.* Infamiæ verò ma-
cula notatus Decurionis officio fungi nequit, *l.*
ad tempus. 5. in pr. l. ſpurij. 6. §. qui judicij publici. ff.
de Decurion. l. infamia. 8. C. *eodem.* Facit etiam
hûc, quod actio doli non competat pro modi-
co, *l. ſi oleum. §. ult. l. ſeq. ff. de dolo malo.* Non aliam
ob cauſam, quàm quia actio de dolo eſt famo-
75 ſa, & infamiam irrogat, *l. 1. §. 4. ff. eod. tit.* Clariſſi-
mè autem hoc patet ex *c. cum te. 23. verſ. nos autem*
conſiderantes. extr. de ſentent. & re judic. ubi Pontifex dilucidè reſcripſit, propter minimam vel leviſſimam injuriam damnatum, infamiam non incurrere. Quæ ſententia quoque placet communiter Doctoribus, *Gloſſ. in dict. cap. 23. verb. minima, verſ. & ita habes argumentum. extr. de ſentent. & re judic.* Joh. Bajard. *ad* J*ul. Clar. lib. 5. ſentent. § injuria. num. 51.* Angel. Aretin. *in tract. malef. verb. Verba contumelioſa & injurioſa in fin.* Joh. *Harppr. in §. in ſumma ſciendum. 10. n. 101. & ſeqq.* ubi ad contraria reſpondet, & quæſtionem hanc latè tractat, P*etr. Greg. in Syntagm. jur. uni. lib. 38. cap. 7 n. 2.* Matth. *Berlich. part. 5. concl. 63. n. verſ.* 13. *Proſper.* F*arin. dict. quæst. 105. n. 66.*

76 *Eamque in pronunciando ſecuti fuerunt Scabini, ita reſpondẽtes:* Ob nun wol *F.V.* ſolche Abbitte vor Gerichte geleiſtet/ *&c.* So ſeyd doch jhr oder jemand anders jhme daſſelbe zu ſeiner Verkleinerung und Schmach vorzuwerffen nicht befugt/ und er mag auch derowegen als ein anrüchtige Perſon auß dem Tuchmacher Handwerck nicht geſtoſſen/ noch von Vormundſchafften/ oder andern ehrlichen Zuſammēkunfften außgeſchloſſen werden/ V. R. W. *Ad requiſitionem* Aug*uſtini* Gruners/ *in* Oderan, *Menſ. Octobr. An 1602.*

77 Quæ autem levis injuria dicatur, arbitrio judicis committendum eſt. D*an. Moller. ad Conſt.* 42. *num. 21. p.* 4. J*acob.* Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. cent. 3. caſ 263. num 2.* qui in dubio injuriam illatam pro levi potius, quàm atroci habebit. Hoc tamen certum eſt, quod omnis injuria, pro quâ judex Reo non palinodiam, ſed deprecationem ſeu declarationem, **Eine Abbitte oder Erklärung** imponit, pro levi ſit habenda: Neque enim in injuriis atrocioribus Recantatio facilè remittenda eſt, ideoque & Reus, ad deprecationem injuriarum condemnatus, infamiæ maculâ non notatur: Quod certo certius eſt, & uſu ſatis comprobatum.

78 *Secundò*: Si judex expreſsè in ſententia Reo exiſtimationem honoris reſervaverit, prout rectè docent *Andr. Gail. lib. 1. obſervat. 65.* ubi hoc in Camerâ Imperiali factum refert, *num. 5. verſ. attamen in ſententia.* Dan. *Moller. in* C*onſtit. Elect. 42. num. 17. p.* 4. Joh. *Harpp. dict. §. 10. num.* 117. *Inſtit. de injur. Berlich. dict. concl. 63. num. 33. Matth.* W*eſemb. in paratit. ff. de injur. n. 18.* P*etr. Theod. in Colleg. Crim. diſp. 2. th. 20. lit.* E. *Blarer. in repet. l. diffam. 4. n. 3. C. de ingen. manumiſſ. Nic. Boer. deciſ.* 6*4. num. 10.*

79 Nam id judicem ex juſta cauſa facere poſſe, tradit W*eſemb. in parat. ff. de his qui not. infam. in fin. verſ. quintus eſt &c. & part. 1. conſ. 22. n. 26.* Cum enim tacitè, impoſita duriore pœnâ famæ Rei conſulere queat, *l. quid ergò. 13. §. gravior. 7. ff. eod. tit.* nullam rationem eſſe putat, cur idem expreſsè facere non poſſit. *Dan. Moll. dict. n. 17.* maximè ubi ita conſuetudine vel ſtylo judicij, qui pro lege ſervari debet, receptum eſt, *l. 2. C. quemadmodum teſtam. aper. l. ſi quando. 3.* C. *de bon. vacant. Andr.* G*ail. dict. obſerv. 65. num. ult.* Quin & non ſolùm jure ſupremæ poteſtatis, ſed & de jure communi ac ſcripto ab aliis quoq; judicibus id fieri poſſe juſtâ ex causâ rectiſſimè ſcribit *Blarer. dict. loc. nu. 5. &* G*ail. dict. obſerv. 65. num. 6. Dan. Moller. dict. loc. n. 17.*

80 Juſta verò quænam cauſa ſit, diſcretioni prudentis judicis eſt relinquendum. Inter alias putat *Dan.* Moller. *dicto loco. num.* 19. *& ſeqq.* hanc quoque eſſe, ſi levior ſit injuria, & cauſa cognita appareat, non convitii conſilio, quem injurioſum quid in alium dixiſſe, ſed vel verbis injurioſis provocatum, inconſulto calore verba contumelioſa in alium regeſſiſſe, vel ſi verum id ſit, quod actori Reus objecit, publicè tamen omnibus notum eſſe, non ſit neceſſe, probans hoc ex *Receſſ. Jmper. Auguſt. de Anno* 1566. *§. cauſas injuriarum* belangende *&c.* Vel ſi injurians eſt opifex, & in aliquo Collegio conſtitutus, tùm enim illi in ſententia exiſtimatio honoris meritò reſervatur, quoniam admodùm crudele eſſet, ſi quis propter injurias non adeò atroces ſocietate, Ordine, & Collegio tanquam infamis ejiceretur. *Matth. Weſembec. in paratit ff. de injur. numer. 18.* Vel alias ob cauſas, quas judex in ſententia exprimere non tenetur. *c. ſicut. 16. extra. de ſent. & re judic. Weſembe. in parat. ff. de his qui not. infam. num. 9.*

81 *Veluti ita pronunciarunt Scabini:* **Derowegen iſt N. N. jhme der Articulirten Wörtlichen Injurien halber einen Widerruff vor Gerichte / jedoch beyden Theilen an jhren Ehren unſchädlich zu thun / und die auffgewendete** *expenſen* **auff Richterliche Ermeſſigung zuerſtatten ſchuldig / V. R. W.** *Dn. Comiti* **von der Lippe /** *Menſe Januario. Anno 1598.*

82 *Tertiò:* Fallit hoc, ſi Reus conventus per procuratorem ſe defenderit. Quo caſu ſententia in procuratorem tanquam litis dominum profertur, eoque condemnato, nec ipſe, nec Reus infamia notatur, *l. furti. 6. §. ſi quis alieno ſervus 14. l. Lucius. 21. ff. de his qui not. infam.* Felin. *in cap. 23. extra. de ſent. & re judic. Ludov. Gilhauſ. de injur. & famoſ. libell. §. 9. nu. 50. Joh. Schneidvv. in §. in ſumma. 10. Inſtit. de injur. num. 12. ubi & Johan. Harppr. nu. 129. Matth. Weſemb. in paratit. l. ff. de his qui not. infam. n. 9. & tit. de injur. n. 16. Anton. Fab. in ration. ad l. 6. §. 2. ff. de his qui not. infam. Petr. Theodor. dict. diſp. 2. th. 20. lit. E. Andr. Gail. lib. 2. Obſerv. 102. n. 7.*

83 Quamvis hoc vix negari poterit, ut maximè quis per procuratorem expertus, damnatusque ex Edicti verbis pro infami non habeatur, opinione tamen hominum eum infamiam facti non effugere, *l. 2. ff. de obſeq. parent. & patr. præſt.* Joh. Harppr. *dict. §. 10. n.* 130. ubi alios quoque allegat.

84 *Quartò:* Condemnatus injuriarum, infamiæ maculam evitare poteſt, ſi autoritate Magiſtratus ſuper injuriis illatis tranſigat, & paciſcatur. Juſtus enim judicis ſive Magiſtratus, quia ſemper juſtus præſumitur, *l. ſervo. 65. §. Prætor. ff. ad* SC. *Trebell.* Reum in pœnis meritò excuſat, ut nec in dolo eſſe videatur, nec in opprobrio hæreat, *c. quod quis mandato. 24. de reg. jur. in 6to. l. 167. §. 11. ff. eod. tit. Weſemb. in parat. ff. de his qui not. infam. n. 9. Berlich. dict. concl. 63. n. 12.* Johan. *Harppr. dict. §. 10. nu.* 136. P*roſp. Farin. dict. quæſt.* 105. *n. 63.*

85 Idemque procedit, ſi Reus tranſigat cum actore abſque Magiſtratus autoritate, gratis tamen, aut proteſtatione adhibitâ, non quaſi delictum confiteretur, ſed quo à vexatione & impendiis litis ſe redimat, *l. non damnatos.* 18. *verſ. Cæterùm ſimplex. C. ex quib. cauſ. infam. Gail. lib. 2. obſerv. 102. num.* 17. *Proſp.* Farin. *dict. quæſt.* 105. *n. 63.* Harppr. *& Berlich. dictis locis. Matth. Weſembec. dict. num. 9. ff. de his qui not. infam.* Quod etſi Dd. tùm demum verum exiſtimant, ſi tranſactio fiat ante condemnationem, ſiquidem ſententia lata condemnatus dicitur infamiæ notam incurrere, *l. 5. ff. de his qui not. infam.* Attamen ob favorem Rei hoc ipſum quoque eo extendi poſſe putarem, ut condemnatus infamiam effugere queat, ſi poſt ſententiam latam cum actore tranſigat, ac ſi Reo recantationem gratuitò remittat: in favorem enim Rei quandoque à jure ſtricto recedendum eſt.

86 *Pronunciavimus ita* **gegen Rochlitz /** *ad Conſultationem* C. *R. condemnati ad palinodiam, quam tamen poſtmodùm injuriatus ipſi remiſerat,* Menſe *Martio,* A*nno* 1622.

87 *Quintò:* Ceſſat etiam infamia, ſi Reus æſtimationem injuriæ, vel pecuniariam pœnam, quæ per ſententiam imponi poteſt, ante offert, quàm ſententia condemnatoria feratur, *l. ſi Reus paratus. 73. ff. de procurator.* Felin. *in cap. cum te. 23 extr. de ſentent. & re judic. num.* 4. Joach. *à Beuſt. in l. nam poſteaquam 9. §. ſi damnetur. num. 11. ff. de jure jur.* Matth. *Weſembec. in parat. ff. de his qui not. infam. nu. 9.* Joh. *Schneidvvin. in §. in ſumma. 10. num. 12. Inſtitut de injur. ubi &* Johan. Harppr. *num. 131. Andr. Gail. lib. 2. obſerv. 102. nu. 7.* Eamque oblationem fieri poſſe quovis tempore, ante ſententiam tamen & condemnationem, tradit *Panorm. in dict. cap. cum te. 23. extr. de ſentent. & re jud. n. 2. & 6.* Secundum quam ſententiam hodiè pronunciari, teſtatur W*eſembec. dict. tit. de his qui not. infam. n. 9.*

88 Ex quo porrò ſequitur, quòd infamis non fiat, qui actione injuriarum conventus coram judice ſe declaret, ſe verba illa, quæ ab actore tanquam injurioſa allegantur, animo injuriandi non protuliſſe, deque actore non niſi bonum & honeſtum ſcire & ſentire poſſe. Eo namque modo à condemnatione ad palinodiam Reus ſe liberat, nec ultra declarationem hanc ſive deprecationem, majori pœnâ affici poteſt. *Dan. Möller. ad* Conſtit. E*lect. 42. numer. 32. p. 4. Matth. Berlich. part. 5. concl. 63. num. 41.* Ceſſante autem palinodia, ob ſolam deprecationem ſive declarationem Reum non fieri infamem, dixi, *anteà num. 77.* Quo etiam reſpiciunt verba. **Der Oberhoffgerichts⸗Ordnung zu Wittenbergk /** *Anno* 1559. *tit.* **Von Schmäheſachen.** *§.* **würde ſich aber auch.** In verſ. **und das ſol demſelben unauffrücklich und unverleumbdlich ſeyn /** *pag.* 220. Idque uſus ſic comprobat quotidianus.

89 *Sextò:* Infamiæ prætereà maculâ non notatur Reus, qui ſui copiam in judicio non facit, ſed propter contumaciam condemnatur, & pro convicto habetur, pronunciante in hunc modum judice: **Daß Kläger Beklagten mit ſeiner erhabenen Injurienklage biß auff die Hülffe erſtanden habe /** *&c.* prout tradit. *Johann.*

Zanger.de except.part.2.cap.1.n.177. Hippol. de Marſil.in pract.rer.crim.§.poſtquam, n.66.& 67. Gloſſ.Latin ad text.latin.in Landrecht. *lib.1.artic. 68. verb. pro quacunque culpa. Matth. Berlich. dict. concluſ. 63. numer. 31.* ubi in Facultate Juridicâ Lipſenſi, & Curiâ Wittenbergenſi ſic pronunciatum refert, *Iohan.Harppr. in §. ſumma. 10. Inſtit.de injur.num.113.*

Quod non modò in actione injuriarum, ſed & aliis criminibus ita obtinet, ut ſcilicet Reus propter contumaciam condemnatus, infamiæ pœnam non incurrat, licet aliàs delictum tale ſit, quod famam confeſſi vel convicti commaculet. 90

Prout ſic Domini reſponderunt A. H. in Dölitzſch/ *Menſe Octobr. Anno 1608.* 91

QVÆSTIO XCV.

De Actione civili ad æſtimationem injuriarum directa, nec non de generalibus proceſſus in cauſis injuriarum.

SUMMARIA.

1. Liberum eſt actori agere ad palinodiam, vel æſtimationem injuriarum.
2. Etiam in foro Saxonico, n.3.4.
5. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.
6. Certa pecunia injuriæ debent æſtimari ab Actore, num.7.
8. Dupliciter injuriæ æſtimantur vel juramento, vel abſque juramento, n.9.
10. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n.11.
12. Moderatio *judicis juramentum præcedere debet, n.13.14.15.*
16. Sententiæ *Scabinorum Lipſenſium, n.17.*
18. Æſtimationem juratam Reus præcisè ſolvere tenetur.
19. Juramentum minorationis qualenam ſit?
20. Quomodo à juramento in litem differat?
21. Juramentum minorationis in æſtimatione injuriarum locum non habet, n.22.
23. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.
24. Actione ad æſtimationem inſtituta, Magiſtratui *quoad irrogationem pœnæ non præjudicatur, num.25.*
26. Actor ad æſtimationem & pœnam conjunctim agere poteſt, n.27.30.
28. Sententiæ Scabinorum *Lipſenſium, n.29.*
31. Actor num palinodiam cum æſtimatione injuriarum ſimul cumulare queat? numer. 32. 33.
34. Reſponſa Scabinorum *Lipſenſium.*
35. Locus *& tempus in libello eſt exprimendus.*
36. Num & dies injuriæ illatæ? n.38.
37. Reſponſa Scabinorum *Lipſenſium, n.39.*
40. Cauſa principali nondum finita, actio injuriarum ex ea dependens ventilari non debet, nu. 41.42.44.
43. Sententia *Scabinorum* Lipſenſium, *n.47.*
43. Quando & quibus caſibus hoc fallat? n.46.
48. Quatenus inquiſitio impediat actionem injuriarum?
49. Reſponſum Scabinorum *Lipſenſium.*
*50. Procurator quatenus in cauſis injuriarum admittatur? num.*51*.52.53.*
54. *Quid juris in foro Saxonico? n.55.56.57.58.*
59. Sententiæ *Scabinorum Lipſenſium.*
62. Reus de fuga ſuſpectus, num ſatisdare debeat in cauſa injuriarum in foro Saxonico? num. 61.62.
63. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.
64. Cautio juratoria quando admittatur?
65. Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.
66. Iuramenti delatio locum non habet in actione injuriarum. n.67.68.69.70.71.73.
72. Sententiæ *Scabinorum Lipſenſium.*
74. Iuramentū *purgationis Reo poteſt imponi, n.75.*
76. Quomodo procedendum ſit in actione injuriarum adverſus Reum abſentem & contumacem? n.77.78.80.81.83.
79. Obſervantia Scabinorum *Lipſenſium, n.82.*
84. Magiſtratus *an & quando injuriam ratione officii ſibi illatam, ordine juris omiſſo, vindicare poſſit, n.85.86.87.88.*
89. Sententia Scabinorum Lipſenſium.
90. Injuriatus nolens vindicare injuriam illatam, haud periclitatur fama, numer. 91.92.93. 95.96,
94. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n.95.96.

Dixi *quæſtione præcedenti*, poſſe quemvis injuriantem dupliciter conveniri, & ad duo ſimul teneri: nimirum ad pœnam, & ad Recantationem ſeu palinodiam; Illa vindictam, hæc autem intereſſe partis offenſæ concernit. Quod poſterius tamen ſic intellectum velim, ſi actor expreſsè agat ad palinodiam vel revocationem, non etiam, ſi pecunia æſtimet injuriam ſibi illatam eamque ſibi applicari petat, quod quando fit, recantatio nullatenus imponitur Reo, ſed in æſtimationem injuræ ab actore factam is condemnatur.

†

1 Quia enim palinodia ſeu recantatio non ad vindictam publicam Magiſtratus tendit, ſed ad intereſſe partis offenſæ & injuriatæ, uti ſatis liquet ex verb. *Conſtit.42.Elect. p. 4.* Jhrer Ehren Ergetzung zu thun/&c. Liberum ipſi eſt, an ad recantationem agere; an verò injuriam ſibi illatam æſtimare, & æſtimationem petere velit. *§.in ſumma ſciendum.10.ubi* Iohann. *Harppr.num. 2.aliique interpp.§.pœna verſ. Sed poſtea prætores. Inſtit.de injur.l.ſed ſi unius.17. §.ſervus l.37.§.1. ff.eod.tit. Hartm.Hartm. ab Epping. tit. 49. de injur. obſervat.* 1. *Proſper. Farin. part 3. quæſt. 105. nu.35.& ſeq.* Angelus *Aretin. in tract. malef. verb.*

Et ad querelam Titii.n 96.Andr.Gail.lib.1.obſerv.65 n.2. verſ. civiliter injuriarum agitur. Matth. Weſemb.*in parat.ff de injur.n.*14. *Aym. Cravett. tom.1.conſil.53.n.*1.M*atth.Berlich.part.*5.*concl. 61. n.69. Iacob.Schult.in addit.ad* Modeſt. Piſtor.*part. 3.quæſt.107.n.14.Mynſing.cent.1.obſerv.84. Hen.* Bocer.*claſſ.4.diſp.4.th.*55.

Q.1. An in foro Saxonico actor ad æſtimationem injuriarum agere queat?

2 Quod non modò de jure civili, ſed & in foro Saxonico ita ſeſe habet. Licet namque jure Saxonico juxta uniuscujusque ſtatum & conditionem certa pœna expreſſa & ſtatuta ſit, nempè triginta ſolidorum in maſculis, & quindecim ſolidorum in fœminis, ultrà quam reus civiliter conventus condemnari nequeat. Landrecht.*lib.3.artic.*45.*Gloſſ.Ordin.in* Landrecht.*lib.* 1.*art.68.n.6.ubi Gloſſ.margin.lit.B.Chilian.* König.*in proceſſ.cap.58.n.1.* Matth. Coler.*part.1.deciſ.*161.*num.10.& ſeqq.Iohann.* Schneidvvin.*in* §.*pœna.7.num.15.&* §.*ſed & Lex* Cornelia.*n.5.Inſt. de injur.*Matth.Weſemb.*in paratit.ff.eod.titul.n.17.* Adeò, ut ſi actor pro injuria ſibi illata majorem emendationem petat, quàm jure Saxonico conſtitutam habet, cadat ab utraque *Matth.* Co*ler.dict.deciſ.161.num.*14. Attamen diſpoſitione hâc juris Saxonici, conſuetudine univerſali, abrogatâ, ut dixi *quæſtione præced.num.10.* 3 In foro Saxonico, imprimis verò in ditionibus Elector. Saxon. quin actor injurias æſtimare, ac æſtimationem petere poſſit, non ambigendum eſt, ob *Conſtitut.Elect.42.p.*4. ubi jus Saxonicum quoad materiam injuriarum diſertis verbis abrogatur, *in verb.* Als wollen wir demnach die Verordnung unnd Satzung deß Sächſiſchen Rechten in Injurienſachen auffgehaben / *abrogirt*, und abgethan haben. *Abrogiren*, und heben dieſelbe hiermit und in Krafft dieſer *Conſtitution* auß Fürſtlicher Macht und Obrigkeit gäntzlich und gar auff &c.

4 Etſi verò dict. *Conſtitut.* 42. nil quicquam de æſtimatione injuriarum verbis exprimat, ſufficit tamen per eam jus Saxonicum abrogari, jurisque civilis diſpoſitionem in uſum revocari: quo ipſo ſatis innuitur, in foro Saxonico juxta ſanctionem juris communis æſtimationem injuriarum permitti. Lex ſiquidem correctoria reducens nos ad jus commune antiquum, omnes iſtius juris declarationes & extenſiones recipit *c.ex parte ubi Abb.extr.de verb.ſignificat.l.1.§.lex Falcidia.ff.ad Leg. Falcidiam Curt. Iun.p.2. conſ. 99.num.3.Hartm.*Piſt.*lib.1.quæſt.43.num.15.*

5 *Idque in foro Saxonico, ac præſertim hiſce in terris quotidiè ſic practicatur, & æſtimatio injuriarum admittitur. Veluti ſic pronunciarunt* Scabi*ni Senatui in* Greiffenberg Men*ſe* Iu*lio, Anno* 1599.

*Quæſtori Dresdenſi,*Men*ſe* Iu*lio,*A*n.1627. Iudici & Scabinis in* Syraw, *Menſ.Iun.*Anno 1630.

Et nuperrimè Friderico Ulrico à Metzdorff: Seyd ihr denjenigen/ ſo euch *diffamirt, injuriarum* zu begangen/ und die euch zugefügte ſchmähung auf eine gewiſſe Summen Geldes zu *æſtimiren* vorhabens/ *&c.* So ſeyd ihr ſolches zu thun wol befugt / und wenn Beklagter darauff vernommen/ und nichts beſtändiges darwider einzuwenden hat/ ſo iſt er euch der zugefügten Injurien wegen uff vorhergehende Richterliche *moderation* Abtrag zu thun ſchuldig/ V.R.W. *Menſ.April.Anno* 1633.

6 Non tamen ſufficit, in genere intereſſe ratione injuriarum peti, ſed injuriatus certam quantitatem in libello exprimere debet, ſalvâ tamen taxatione judicis, *Iohan.Schneidvv.in* §.*pœna.numer.* 4. I*nſtitut. de injur.* Pro*ſp.Farin.dict. quæſt.*105.*n.*38.*Iul.*Clar.*lib.5.ſentent.* §. *injuria. num.6.*Matth.Weſemb.*in parat.ff.de injur.n.15. verſ.tamen tutius eſt. Angel.* Aretin.*in tract.maleſ.verb.& ad querelam Titii, num. 96. verſ. ego autem practicando. Matth.Berlich p.*5.*concl.61.n.*71.*Hartm.Hartm.lib.2.obſervat.tit.49.obſerv.*3.*n.2.& n.5.*

Idque ſic communiter practicari, ſæpius obſervavi.

7 Hoc autem neceſſe non eſt, ut injuriatus æſtimationem injuriæ expreſsè ad damnum referat, veluti quod tantam vel tantam pecuniæ ſummam perdere maluiſſet, quàm ejuſmodi pati injuriam. Sufficit namque ſi actor abſque ulla relatione dicat, ſe paſſum eſſe talem injuriam, quam tanti æſtimet, Reumque in illam quantitatem condemnari petat *Iohan.Schneidvv.in dict.§.pœna.num.6.*I*nſtitut. de injur. Felin. in cap.23. extr. de re judic.num.17.*Sa*lycet.in l.4.C.de injur.nu.4.* Quin etſi injuriatus æſtimationem ad lucrum referat, dicens, ſe nolle lucrari tantum, & pati tantam injuriam, libellus tamen ſubſiſtit juxta veriorem ſententiam *Gloſſ.in l. injuriarum æſtimatio. verſ qui juret.ubi & Bartol.nu.*3. *Iohan.* Schneid*vvin.dict.loc.n.6. Ægid. Boſſ.in pract.crim. tit. de injur.n.2.Iodoc.Damhouder.in prax.rer.crim. cap.135.n.2.verſ.hoc modo ſi injuriatus. Angel. Aretin.in tract.maleſ. verb. & ad querelam Titii.n. 96.verſ.videlicet duplici modo,&c.*

8 Inſuper & hoc vulgò requirunt, ut injuriarum æſtimatio fiat cum juramento, nec ſufficere, inquiunt, ut actor injuriam ſibi illatam abſque juramento æſtimet, *Gloſſ.in §.pœna. Inſtit. de injur.verb.æſtimaverit.Proſper.Farin.part.3.oper. crimin.quæſtion.105.n.47.* Quod tamen falſum eſſe puto: Nil enim prohibet, quin actor quantitatem æſtimationis injuriarum per teſtes probare queat, ſi hoc ipſi lubeat, I*ohan. Aloyſ.Riccius deciſ.*138.*col.3. verſ.ſed injuriarum. Ægid.* Boſſ.*tit.de injur.n.2.verſ.Et quid ſi eſt facta,&c. Socin. lib.1.conſil.146.n.7.*

9 Et in foro Saxonico uſu eſt probatum, ut liberum ſit actori, vel abſque juramento injurias ſibi illatas, certæ pecuniæ ſumma æſtimare, eamque petere, vel ad jurandum ſeſe offerre. *Priori modo*, ut communiter fieri conſuevit, injuriatus in libello certam pecuniæ ſummam exprimit, ſalvâ tamen judicis taxatione: quæ licet omittatur, ſemper tamen ſubintelligitur. Quo ipſo actor ab onere probationis liberatur, diſcretioni ac arbitrio judicis moderationem ſummæ denominatæ committens (Stellet ſolche ohne Eyd zur rechtlichen *moderation*) Quæ æſtimatio verè judicialis eſt, ex judicis arbitrio proveniens, tantoque magis Reum obligat, quantò minus

judex errare præſumitur, qui propterea cautè hâc in re agendo, pro ratione perſonarum, ac qualitate cujuſque injuriæ, taliter æſtimationem moderabitur, ut minimum Reus lædatur, nec Actori ullatenus præjudicetur. *Ioh. Schneidvvin. in § pœna. n. 12. Inſtit. de injur.*

10 *Hinc facta æſtimatione injuriarum, in cauſa* M. *E. E. contra I. G. in Prætorio* Lipſenſi *ventilata in hunc modum reſpondimus:* Derowegen iſt Beklagter Klägern vor die ihme zugefügten Injurien/ welche Kläger uff 3000. Reichsthaler ohne Eyd *æſtimiret*, 300. Reichsthaler/ ſo hoch wir ſie hiermit auß Richterlichem Ampt *moderiren* und mäſſigen/ zu entrichten ſchuldig/ in Verbleibung deſſen/ wird Klägern hierzu gebührlichen billich verholffen/ V. R. W. *Menſ. Novembr.* Anno *1628.*

11 *It:* Derowegen die ohne Eyd auff 500. Reichsthaler *æſtimirte Injurien*, Verſäumnüs/ und Artzlohn/ auff 150. Thaler gemäſſiget werden/ welche Beklagter Klägern zu erſtatten ſchuldig/ in Verbleibung gütlicher Entrichtung wird Klägern darzu gebührlichen billich verholffen/ V. R. W. *Conſulibus & Senatui Zittavienſi, Menſe Octobr. 1630.*

12 *Q. 2. Num in æſtimatione injuriarum juramento actoris cõmiſſa, moderatio judicis præcedere debeat?*

At *caſu poſteriori*, Etiamſi actor certam pecuniæ ſummam exprimat, uti facere debet, eamque ſuo juramento confirmare velit, atque jurare, ſe pro tantâ pecuniâ nolle tantam pati injuriam, nihilominus tamen moderatio atque taxatio judicis adhibenda eſt. Quam juramentum actoris præcedere debere, ita ut actor prius juret, & æſtimationem in libello expreſſam juramento confirmet, poſteâ verò judex quantitatem æſtimatam & juratam taxet & moderetur, putat Cyn *in l. ſi non convitiis. num. 19.* C. *de injur.* I*acob. de Belloviſ in pract. crim. lib.* 1. *cap. 3. num. 82. Matth.* W*eſembec. in parat. ff. de injur. nu. 14. Bart. in l. injuriarum æſtimatio, 21. n. 2. verſ. taxatum tamen per judicem ff. de injur. Didac.* C*ovarr. lib. 2. var. reſol. cap. 10. n. 7. Matth. de* A*fflict. in cap. 1. § injuria punitur. num. 3. tit. de pact. jur. confirm. Socin. Sen. lib. 1. conſ. 146. n. 15.*

13 At vereor, ne ſtante hâc opinione, occaſio detur perjurio. Proin rectiùs in æſtimatione expenſarum & damnorum talis ordo obſervatur, ut prius à judice fiat moderatio, poſteà verò ſubſequatur juramentum, juxta diſpoſitionem *Auth. jus jurandum. c. de jud. Novell. 82. cap. 10.*

14 Quare & idem hoc loco dicendum exiſtimo, ut nempè judex pro arbitrio ſuo æſtimationem, ab actore in libello factam moderari, & præviâ interlocutoriâ taxare debeat ad hoc, ut poſtea actor uſque ad quantitatem à judice taxatam jurare teneatur, cum *Felin. in cap. cum te. 23. ext. de re judic. numer. 16. Iul.* C*lar. lib. 5. ſentent. §. injuria. numer. 6. Andr. Gail. lib. 2. obſervat. 102. numer. 8. & ſeqq.* I*oha. Schneidvvin. in § pœna. num. 4. Inſtit. de injur.* I*ohan. Harppr. in* §. 1*0. num. 3. Inſtitut. eod. tit. Proſper. Farin. part. 3. oper. crimin. quæſt. 105. num. 49. Matth. Berlich. part. 5. concl. 61. num. 85. & 86.* ubi formulam pronunciandi ponit. *Iohan. Aloyſ. Ricc. lib.* 1. C*ollect. deciſ. 138. col. 2. verſ. ante injuriæ æſtimationem, &c.*

15 Præterea juramentum, quo actor injuriam ſibi illatam æſtimat, ſi non ipſum juramentum in litem uti arbitror, huic tamen ſimillimum eſt quod abſque dubio taxationem & moderationem judicis ſequitur; *l. videamus. 4. §. deferre. l. in actionibus. 5. ff. de in lit. jurand. l. 3. §. præterea. 2. ff. ad exhibend. l. arbitrio. 18. ff. de jurejur.* Vide A*ndr. Rauchb. part.* 1. *quæſt. 9. num. 31. 32. & 33.*

Scabinis quotidiè ſic pronunciantibus: So werden Klägern uff vorgehende richtige *liquidation*, Würderung und Gerichtliche *moderation* der mangelenden Stücke/ wider Beklagte *in litem* zu ſchwören billich zugelaſſen/ V. R. W. *Senatui Leiſnicenſi, Menſe Septembr. Anno 1628.* 16
W*olffgango à* Wolframsdorff/ *Menſe Iun. An. 1626.*
Caſparo Meinern/ W*itteberg. Menſe Febr.* A*n. 1630.*

Quin ergò ſecundum communiorem ac veriorem hanc ſententiam actor, æſtimationem injuriarum juramento ſuo confirmare volens, judicis taxationem ac moderationem exſpectare debeat, ambigendum non eſt.

Prout reſpondimus Valentino Lemblern/ *in* Roswein: Da ihr nun ſolche Injurien in dem *Klaglibell* uff ein gewiß Geld *æſtimiren*, unnd euch zum Ende anerbieten thätet; So würdet ihr/ wenn Beklagter der Injurien geſtändig oder überführet/ jedoch auff vorhergehende Gerichtliche *moderation*, damit billich zugelaſſen/ und wäre alſo denn Beklagter die mit ewrem Eyde erhaltene *æſtimation* euch abzuſtatten pflichtig/ V. R. W. *Menſe Auguſto, Anno 1630.* 17

Præſtito verò juramento hoc judex non modò Reum in ſummam illam taxatam & juratam condemnare, ſed & Reus eandem præciſè ſolvere debet, in tantum, ut ſi ſolvendo non ſit, in corpore puniri poſſit. *Felin. in dict. cap. 23. n. 17. extr. de re judic. Matth. Berlich. dict. Concl. 61. nu. 87. & 89.* I*ohan Harppr. in dict. §. in ſumma. 10. n. 27. Inſtit. de injur. Iul* C*lar. lib. 5. ſentent. §. ult. quæſtion. 95. n. 2. Plot. de in lit. jurand. §. 46. n. 2. Ioh. Schneidvv. in §. pœna. n. 7. Inſt. de injur. Proſper. Farin. part. 3. oper. crim. quæſt. 105. n. 52.* 18

Accidit tamen ſæpè, ut actor nolens ipſemet jurare, injurias æſtimet, ac petat Reo juramentum imponi, ut vel ſummam pecuniæ à ſe expreſſam ſolvat, vel eam juramento deminuat, quod vulgò ſolet appellari juramentum minutionis ſeu minorationis, der Verminderungs-Eyd. Jure namque Saxonico peculiariter diſpoſitum reperitur, ut is qui damnum alicui intulit, æſtimationem ejus ab adverſa parte factam præſtare, vel eandem juramento proprio diminuere teneatur, ut & textus in *artic. 47. & art. 51. lib. 3.* Landrecht. verb. Jener verminderte denn die Würderung mit ſeinem Eyde/ &c. Quo præſtito, judicem oportet præciſè in id condemnare Reum, quod juramento ipſius eſt declaratum. Si verò juramentum hoc ſubire Reus recuſaverit, tum in id, quod ab actore taxatum & æſtimatum eſt, non in plus vel minus ſit condemnatio. *Andr. Rauchb. part. 1. quæſt. 9. nu. 3. Iohan. Schneidvvin. in §. ex maleficiis. num. 19. Inſtit. de act. Matth.* C*oler. de proceſſ. execut. in præf. nu. 15. Hartm. Piſtor. lib. 1. quæſt. 16.* 19

20 Quod juramentum à jurejurando in litem plurimùm differt, ut multis demonſtrat *Andr. Rauchb. dict. quæſtion. 9. num. 26. & ſeqq.* Inprimis verò juramentum in litem actori defertur. *l. vulgo præſumitur. 7. ff. de in lit. jurand.* Minutionis autem juramentum à Reo eſt præſtandum, *dict. art. 47. & 51. lib. 3. Specul. Saxon.*

Q. 3. An juramentum Minorationis locum habeat in æſtimatione injuriarũ?

21 *Hoc ergò an in æſtimatione injuriarum Reo imponi queat, quæritur?* Et puto quod non, juxta veriorem ſententiam *Hartm. Piſtor. lib. 1. quæſt. 16. in fin. verſ. Non igitur, &c.* ubi diſertis verbis tradit, juramentum minorationis ſive minutionis in caſibus, ubi non rebus, ſed perſonæ damnum ſive injuria illata eſt, locum non habere. Idque vel ex ſola ratione juramenti minutionis haud obſcurè evinci ac probari poteſt. Quod enim de Jure Saxonico Reus æſtimationem ab actore factam juramento ſuo diminuere teneatur, id inde proveniſſe videtur, quoniam ei, qui rem abſtulit & contrectavit, de valore atque æſtimatione ejus optimè conſtare poteſt: nil igitur mirum, quod æſtimationem ab actore factam proprio juramento diminuere teneatur. 22 Quæ certè ratio in injuria perindè atque alio damno actoris ceſſat: De eo ſiquidem, utpotè extrinſecus accedente, Reus notitiam habere non poteſt. Quomodo enim, quæſo, Reus ſcire poterit, quanti actor injuriam reverâ æſtimet, de quo ipſimet actori ſolummodò conſtat? Diſpoſitio itaque juris Saxonici de juramento minorationis nullatenus ad hunc caſum erit extendenda: quia à ſeparatis inferre non licet *l. fin. ff. de calumniator. l. neque natales*, C. *de probat.* Et jus Statutarium, quale eſt jus Saxonicum, aliàs etiam ſtrictè & jure communi convenienter interpretari debet, *c. cum dilectus. de conſuetud. c. cum expediat, de elect. in 6to. Hartm. Piſtor. lib. 1. quæſtion.* 16. *numer. 5. 6. & ſeqq.* Quæ ſententia in terris Elect. Saxon. minus dubium habet, ob novam ſanctionem in *proceſſ. judic. de Anno 1622. tit. 31.* Von dem Verminderungs-Eyd. §. Dieweil aber auch/ &c. ubi juramentum minorationis diſertis verbis ad violentiam expulſivam & ablativam reſtringitur.

23 *Secundum hanc ſententiam reſpondimus in caſu, quo actor injurias pariter verbales atque reales 500. florenis æſtimaverat, ac deſuper juramentum minorationis Reo imponi petierat:* Daß ſich Beklagter an dem angemaſten Beweiß / damit er ſein Gewiſſen vertretten wollen / nunmehr verſäumet/ und auch mit der Eydes-Leiſtung ferner nicht zuläßlich / derowegen iſt er Klägern der *libellirten real* unnd *verbal* Injurien halber 30. Thaler zu entrichten / ſo wol die in dieſer Sachen auffgewendete Unkoſten uff vorhergehende *liquidation* und Richterliche Ermeſſigung zu erſtatten ſchuldig / und hat das gebetene *juramentum minorationis* nach Gelegenheit dieſes Falls nicht ſtatt/ V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris Dresdenſis,* Menſe *Februario, Anno 1627.*

24 Quocunque tamen modo, ſive jurato, ſive abſque juramento, actor injuriam ſibi illatam æſtimet, non niſi ad intereſſe & reſtitutionem damni & commaculati honoris agit, nil quicquam præjudicans hoc ipſo magiſtratui ſeu judici, qui nihilominus ratione publici intereſſe injurias vindicare, ac Reo pœnam arbitrariam, carceris vel relegationis imponere poteſt; ne delictum maneat impunitum, *l. 1. §. 1. ff. de juſt. & jur. l. ſi pœna l. bona fides. 31. pr. ff. depoſ. l. congruit. 13. ff. de offic.* P*ræſid. l. ſi à reo. 70. §. ult. ff. de fidejuſſor.*

Ad ſeveriorem verò pœnam corporis afflictivam, fuſtigationem ſcilicet, judex hoc caſu neutiquam pervenire poteſt; quia jus Saxonicum haud patitur, Reum ad pœnam ſanguinis ſive corporis afflictivam, ac inſimul reſtitutionem damni & intereſſe partis pecuniarum condemnari, C*onſtit. Elect. 12. part. 4. in pr. Petr. Heig. part. 2. quæſt. 23. num. 20. Modeſt. Piſtor. part. 1. quæſtion. 11. Daniel.* Moller. *ad dict. Conſtit. Elect. 12. n. 7. ubi etiam Reinh. Roſa part. 4.* Bernhard. *Grev lib. 2. concl. 152. n. 9.* 25

Q. 4. An actor ad æſtimationem injuriarum, ac inſimul ad pœnam civilem agere poſſit

Sed, *num actor quoque injuriam ſibi illatam certa pecuniæ ſumma æſtimans, ad pœnam carceris vel relegationis inſuper agere, ut que ea Reo imponatur, in libello petere poterit?* Quod affirmare haud dubito: *tum*, quod æſtimatio injuriæ ſuccedit in locum recantationis, ac utraque intereſſe partis offenſæ concernit. Liberum enim actori eſt, an ad palinodiam; an verò æſtimationem injuriarum agere velit, *§. in ſumma. 10. ubi Harppr. num. 2. Inſtit. de injur.* Matth. W*eſembec. in parat. ff. de injur. num. 14.* Quod ergò juris in recantatione, idem & in æſtimatione obtinebit: ob rationis identitatem, & naturam æquiparatorum *l. cum qui ædes. 23. in fin. ff. de uſucap. & uſurpat. l. ſicut. 1. in fin pr. ff. de rerum permut. Panormit. libr. 1. conſ. 35. num. 2. Hieron. Schurff. centur.* 3. *conſil. 97. numer. 3. Natta conſ. 7. numer.* 1. *Hartman. Piſtor. lib. 2. quæſtion. 15. numer.* 8. *verſ. nec enim una & eadem res &c.* Atqui injuriatum ad palinodiam ſimul ac pœnam arbitrariam agere poſſe; certo certius eſt. *Conſtit. Elector. 42. p. 4.* Quidni ergò actori etiam concedendum, ut unà cum æſtimatione pœnam arbitrariam, carceris vel relegationis (Nam fuſtigatio ſecundum prædicta hoc caſu non obtinet) conjungat, & utramque petat? 26

Tùm, ob C*onſtit. Elect. 12. p. 4.* Ex qua evincitur, in crimine homicidii heredes occiſi adverſus occiſorem tam ad pœnam arbitrariam, carceris vel relegationis, quàm intereſſe & damnum per occaſionem agnati ſibi datum agere poſſe, quod & aliàs juris eſt expediti, *Specul. lib. 4. part. 3. tit. de injuria & damno dato. §. ſequitur. 1. n. 3. & 4. Didac.* C*ovarr. lib. 2. variar. reſolut. cap. 10. nu. 7.* I*ohan.* P*lot. ad l. ſi quando. 9. C. unde vi. §. 4. numer. 7. Henning. Gœden. conſil. 102. num. 20. Iacob.* Schult. *in addit. ad* Mode*ſt. Piſtor. part. 3. quæſtion. 107. num.* 31. Quare non ergò idem obtinebit in actione injuriarum, ita ut injuriatus utrumque petere poſſit, pœnam & intereſſe, præſertim cum nulla, aut non ſufficiens ratio diverſitatis afferri queat. 27

28 *Ideoq; & in hanc ſententiam reſpondere haud dubitavimus:* Daß ihr die wider euch außgegoſſene Wörtliche Injurien uff ein gewiſſes Geld zu

æſtimiren, **und daß hierüber Injuriant mit Gefängnüß oder einer Geldtſtraff beleget werden möge / zu bitten / unnd euer Klag-Libell zugleich darauff zu richten wol befugt / V.R.W. gegen Roswein** / *ad requiſitionem Valentini* **Lemblers** / *M. Auguſto, An. 1630.*

29 *Neque libellum rejiciendum putaverunt Domini, quo actor injurias verbales 1500. thaleris æſtimaverat, & in mulctam pecuniariam Reum condemnari petierat, imponentes Reo litis conteſtationem, in cauſa C.L. contra G.B. in Prætorio Lipſenſi ventilata, M. Aug. An. 1630.*

Quamvis, quantum ego quidem ſcio, inju-
30 riati ad æſtimationem iniuriarum agentes, hodiè communiter pœnam in libello omittant, absque dubio tacitè eam Magiſtratui committentes, ne ſcilicet actionem civilem cum criminali confundant. (Licet reverà carceris pœna actionem criminalem haud faciat, ac optime cum æſtimatione iniuriæ cumulari queat, ut jam dixi.) Undè & vulgò hanc actionem, quâ iniuriam pecunia æſtimant, **eine bürgliche Injurien-Klage** / illam verò quæ ad palinodiam & pœnam *Conſt. Elect.* tendit, **eine peinliche Injurien-Klage**/appellitare ſolent,
31 uſu hoc obſervante.

Q.5. An Actor palinodiam cum æſtimatione injuriarum in libello cumulare queat?

Sivè autem iniuriatus criminaliter ad palinodiam & pœnam, ſive civiliter ad æſtimationem agat, accuratè attendere debet, quo libellus iniuriarum ritè concipiatur, ac proceſſus ſecundum leges formetur, I*ohan. Schneidvvin. l. ultim. Inſtitut. de injur. numer. 9. & ſeq.* Ubi primo quæritur: *An actor palinodiam cum æſtimatione injuriarum ſimul cumulare, & utramq; in libello petere poſſit?* Quod ſimpliciter negandum, ſive ad pœnam corporis afflictivam agatur, ſive non. Et ſi quidem fuſtigatio in libello exprimatur, minus dubium eſt, actionem ſubſiſtere non poſſe, eò, quod in foro Saxonico nemo ſimul ad pœnam ſanguinis, & reſtitutionem damni condemnari poſſit. *Conſtitut. Elector. 12. p. 4. ubi Dan. Moller. numer. 7. &* R*einh. Roſa. Petr. Heig. part. 2. quæſt. 23. n. 20.*

32 Quod ſi verò pœna ſanguinis non exprimatur, nihilominus tamen libellus erit vitioſus, cum actor neutiquam bis exigere queat: utraque enim petitio, palinodiæ nempè, & æſtimationis ad unum idemque tendit, reſtitutionem ſcilicet famæ, ac damni dati; adeoque una alteram conſumit, *l. quod* S*enatus conſultum. 6. ſub. fin. ff. de injur. l. Prætor. edixit. 7. §. ſi dicatur. 1. ff. eod.*

Undè & ſæpius in Scabinatu pronunciatum memini: **Würde Kläger eine förmlichere Klage anſtellen / unnd dieſelbe entweder auff den Widerruff / oder auff eine gewiſſe Summa Geldts allein richten / ſo wäre Beklagter ſich darauff einzulaſſen ſchuldig.**

Et ad requiſitionem Tit*ij* **Beiers zu Jehna** / *reſpondimus in hunc modum:* **Iſt** *Titius*, **obgedachten Schimpffs wegen / den** *Mævium actione injuriarum* **zubelangen vorhabens / da Er nun ſeine Klage auff eine Abbitte / und Erklärung richten wolte /** *&c.* **So wäre ihme ſolches zu thun unbenommen / die Injurien aber auff 1000. Thaler zu** *æſtimiren*, **unnd alſo die** *Action* **zugleich auff eine Abbitte / und Erlegung einer Summa Geldes zu richten / iſt er zu Recht nicht befugt / V.R.W.** *M. Octobr. An,* 1631.

Aliud tamen in Camera Imperiali obſerva- 33
ri, actionesque ad palinodiam & æſtimationem cumulari poſſe, docet *Andreas Gailius libr. 1. obſervat. 65. numer. 4. & 5.* Quod licet quoad petitionem conceſſerim, ita ut in terris Imperii amor in libello injuriarum copulativè poſſit petere palinodiam injuriarum illatarum, & certam ſummam pecuniæ, quâ injurias æſtimet: utrumque tamen ſimul actori non adiudicatur, ſed alterutrum horum pro arbitrio à iudice eligi ſolet.

Quod & in Elector. Saxon. Scabinatu obſerva- 34
tum ſcio. Ad conſultationem Domini C*omitis in* **Lippe** / *M. Ian. An.* 1598.
It: Senatus in **Greiffenbergk** / *Menſe Iul. Anno 1599.*

Q.6 An locus & tempus injuriæ illatæ in libello exprimi debeat?

35 Secundò dubitatur: *An locus & tempus, ubi & quando injuria eſt facta, exprimi debeat?* Certè quin annus & menſis, item locus poni debeat, nemo ferè ambigit. *Iul.* C*lar. lib. 5. ſentent. §. injuria. num. 5. & §. ult. quæſt. 12. nu. 8. Ioh. Harppr. in §. in ſumma. 10. Inſtitut de injur. num. 82. Proſp. Farin. part. 3. oper. crimin. quæſt. 105. num. 388. Ioh. Schneidvvin. in §. ult. num. 9. Inſtit. de injur. Andr. Gail. lib. 1. obſervat. 64. numer.* 1. *Iacob. de Belloviſ. in pract. crim. lib. 1. cap. 5. num. 1. Chilian.* **König** *in proceſſ. cap. 58. nu. 3. Bertrand. lib. 6. conſil. 257. numer. 1.* In tantum, ut hiſce omiſſis libellus non ſit validus, etiam parte non opponente hunc defectum, uti ſentit *Gail. dict. obſerv. 64. num. 9. Felin. in cap. ſignificantibus. extr. de libell. oblat. num. 5. Iul Clar. dict. quæſt. 12. num. 9.* M*atth. Berlich. part. 5. concl. 65. num. 17. Mynſing. cent. 2. obſerv. 32. n. 1. & ſeqq.* W*urmſer. lib. 1. obſervat. tit. 9. obſerv. 2. n. 1.* qui tamen hoc ipſum ad eum tantummodò caſum reſtringunt, quo criminaliter adverſus Reum agitur.

In quam ſententiam etiam reſponderunt Scabini ad requiſitionem Quæſtoris Plavienſis: **Dieweil nicht zubefinden / daß Kläger in ſeiner erhobenen Injurien-Klage / Zeit unnd Ort der zugefügten Injurien namhafftig gemacht: So iſt er ſolches in ſeinem** *libell*, **nochmals zu** *ſpecificiren*, **und deutlich zu ſetzen / Beklagter auch alsdenn auff ſolche Klage zu antworten / und den Krieg rechtens zu befeſtigē ſchuldig / V.R.W.** *M. Martio, An.* 1607.

Sed, *de die controvertitur, an & is in libello ex-* 36
primi debeat, eiusq; omiſſio libellum injuriarum vitiet? Communiter *Dd.* hoc negant, atque ſufficere putant, ſi annus & menſis poſitus fuerit. *Andr. Gail. dict. obſervat. 64. numer.* 1. *Iul. Clar. dict. §. ult. quæſt. 12. num. 8. Matt. Berlich. dict.* C*oncl. 65. n. 20. Nicol. Boer. deciſ. 321. n. 3. Mynſing. cent. 2. obſerv. 40. n. 1.*

Quorum ſententiam ſequuntur Scabini: veluti 37
pronunciavimus, M. Iul. An. 1630.
It: In cauſa N.F. contra H. a. W*. in Prætorio* L*ipſenſi ventilata, ubi actor hiſce verbis tempus & locum in libello deſcripſerat.* **In dieſem** *N.N.* **Monat auff der Reyſe nach Franckfurt** / *M. Aprili, An. 1625.*

Quod tamen limitant, ſi à parte accu- 38
ſata hoc ipſum petatur: Tunc enim dies in criminali actione injuriarum exprimi debet,

ad hoc, ut Reus probare queat, ſe eò die alibi fuiſſe. Omiſſio enim diei auferret Reo defenſionem, *Andr. Gail. dict. obſerv. 64. num.* 11. *Bart. in l. is qui Reus. num. 10. ff. de eo quod certo loco, ubi & Jaſon. num. 1. Jul.* Clar. *dict. quæſt. 12. nu. 13. Ægid. Boſſ. in pract. rubr. de inquiſit. n. 92. Matt. Berlich. dict. concl. 65. n. 22.*

39 *Ita reſponſum fuit ad conſultationem* Senatus *in* Döbeln: Daß Kläger in ſeiner Klage die Zeit des Jahrs und Monats/ ſo wol auch des Tages der ihme zugefügten Injurien/ nach Geſtalt dieſer Sachen vor der *litis conteſtation* außtrücklichen zu *ſpecificiren*, und zu erklären ſchuldig/ *&c. M. Ian. Anno 1602.*

Q. 7. Quatenus cauſa principalis actionẽ injuriarũ impediat?

40 Tertiò quæritur: *Si lite inter aliquos mota unus alteri per exceptionem cauſæ principalis injuriam inferat, & injuriatus de injuria proteſtetur, & petat, ſibi jus & juſtitiam adminiſtrari, an eodem proceſſu punctus hic injuriarum cum cauſa principali determinari, & actio injuriarum ventilari debeat, etiamſi cauſa principalis nondum fuerit finita?*

41 Ita quidem ſtatuit *Aym. Cravett. tom.* 1. *conſil. 53.* ubi rationes quoque adducit. Sed praxis contrarium ſervat, & actio injuriarum hoc caſu inſtitui nequit, antequam lis principalis, ex quâ illa fluit, fuerit ſopita: prout etiam ſentiunt *Dd. communiter. Erneſt. Cothman. volum.* 1. *conſil. 10. n. 265. Rutger. Ruland. de commiſſ. part. 4. lib. 7. c. 6 n. 11. Jacob. Schult. obſerv 35. n. 4.* W*urmſ. lib.* 1. *obſerv. tit. 47. obſerv. 17. n. Iohan. Borch. in* §. *ult. Inſtit. de Injur. verſ. illud ad extremum notandum &c.* M*atth. Berlich. part.* 5. *concl. 65. n. 45.* ubi ad argumenta *Cravettæ* reſpondet.

42 Ratio in promptu eſt: Ne ſcilicet lites ac cauſæ confundantur; quare prius ſuper cauſa principali cognoſci debet, *l.* 1. *ſub fin. C. de ordin. cognat.* Quod *ibid. Bald. num.* 1. expreſsè ad cauſam injuriarum extendit. Minus autem dubii hæc res habet in ditionibus Elect. Saxon. propter manifeſtam *Conſtit. Elect. 7. part.* 1. ubi Reconventio locum non habet in cauſis connexis, niſi cauſa principalis, ex quâ altera fluit, fuerit finita. *Verſ.* So ordnen/ ſetzen/ *&c. Johan. Zanger. de except. part. 2. cap. 1. n. 387.* Neque enim aliter niſi per modum Reconventionis hoc caſu actio injuriarum inſtitui poteſt.

43 Pronunciarunt *ita ſæpius* Scabini: Hat M. C. von *R.* Wittibe wider euch wegen ihres Brudern Erbſchafft-Klage erhaben und angeſtellet/ und als ihr euch darauff eingelaſſen/ *litem conteſtirt*, und auff ein Teſtament/ darinnen ihr zum Erben eingeſetzet/ euch beruffen/ hat Klägerin und ihr *Advocat* mit unziemlichen Worten euch angelaſſen/ und vorgebẽ/ daß ſolch Teſtament von euch bößlichen *expracticiret*, und ihr daſſelbe ſelbſt *diſponiret*, und euch zur Erbin *inſtituiret*. Ob ihr nun wol ſolche Injurien/ ſo Klägerin zu zweyen mahlen in ihrem Geſetz gebrauchet/ euch zu Gemüth gezogen/ darwider *proteſtiret*, und ſie derohalben zu belangen bedacht ſeyd; Dieweil aber dennoch die Hauptſache/ darauß ſolche Injurien herflieſſen/ noch zur Zeit nicht erörtert/ So möget Ihr auch mit dieſer euer Klage/ ehe und zuvor die Hauptſache gäntzlichen geendet/ und ihr euch von der Klägerin entbrochen/ nicht gehöret noch zugelaſſen werden/ V. R. W. *Ad requiſitionem* Annen von Hauſin/ *M. Martio, An. 1616.*

It. gegen Meynungen/ *Menſe Auguſto, Anno 1598.*

In noviſſima tamen Ordinatione *proceſſ. judiciarij, de Anno 1622. ſub tit. 6.* Von der Widerklage hoc aliquatenus immutatum, ac conſtitutum eſt, ut ejuſmodi actio injuriarum etiam per reconventionem inſtituta, usque ad litis conteſtationem incluſivè admittatur; ac poſtea usque dum cauſa principalis finita fuerit, ſuſpendatur: ne ſcilicet actio exceptione præſcriptionis præter culpam injuriati poſtea reiiciatur. *in fin. dict. tit. 6.* in Injurien-Sachen aber/ da eine von der andern *dependiret*, biß auff die *litis conteſtation*, dardurch *actio injuriarum perpetuiret* wird/ *incluſivè* verfahren/ unnd ſo denn der Proceß biß nach Erörterung der Haupt Sache *ſuſpendiret* werde. Quod & hodiè quotidiè practicatur. 44

Quæ tamen intellecta velim de injuriis, ex cauſa principali, quę jam in lite verſatur, dependentibus: aliàs ſi injuriæ ex illa cauſa non profluant, nec eidem connexæ ſint, quin actio de iis quam primùm inſtitui, ac ventilari neque exceptione præventionis, aut cauſæ alterius nondum finitæ impediri poſſit, ambigendum prorſus non eſt; ut luculenter patet ex verb. C*onſtitut. 7. p.* 1. da eine auß der andern herfleuſſet/ *&c. Et Proceſſ. judic. dict. tit. 6.* In Injurienſachen aber/ da eine von der andern *dependiret, &c.* quæ de cauſis connexis tantummodò agunt, ac propterea ad alias, quæ à cauſa & lite principali diverſæ ſunt, nequaquam extendi debent. 45

Sicuti nec omittendum illud, quod ſi lite pendente, occaſione iſtius ambo, tàm actor quàm Reus mutuis ſeſe invicem conviciis proſcindant, causâ principali finitâ, uterque ſe injuriatum deprehendens actionem iniuriarum inſtituere poſſit, nec alter præventione alterius impeditur. Quia enim utriusque actio à principali dependet, neutrius potior eſſe videtur. 46

Ita fuit reſponſum gegen Franckenhauſen. *Ad requiſitionem Conſiliariorum Dn. Comitis Schvvartzburgenſis*, M. *Novemb. An. 1607.* 47

Notandum porrò & hoc, quod inculpatus de aliquo delicto, adverſus delatorem actionem injuriarum, ad impediendum inquiſitionis proceſſum, jam formatum inſtituere nequeat, priusque inquiſitio finita, isque abſolutus fuerit, *Petr. Heig. part. 1. quæſt. 39. numer. 44. & ſeqq.* ubi hoc etiam eò extendit, quando inquiſitio nondum inſtituta, ſed adhuc formanda eſt: ne ſcilicet Reus hoc modo pœnam malitioſè avertat. Quin imò ſi in cauſa civiliter mota de crimine publico adverſus actorem excipiatur, atque excipiens petat, ut judex ex officio inquirat contra actorem, de gravi delicto imputatum, debere ſuperſedere judicem in civili cauſa, quousque cauſa criminalis, utpote majoris præjudicii quæſtio, finem accipiat, tradit *Heig. dict. loc. num. 42. per l. 2. §. 4. ff. ad Leg.* C*orn. de falſ. l. ult.* C. *de ordin. l. ſiquidem. 10. C. de injur.* 48

Secun-

49 *Secundum quæ in Elector. Saxon. Scabinatu quotidiè pronunciatur. Veluti ſic reſpondimus judici & Scabinis Lipſenſibus, M. Novemb. An. 1627.*
Et Senatui Hallenſi, Menſe Septembr. Anno 1633.

Q.8. An & quatenus, in cauſa injuriarũ admittatur Procurator?

50 Quartò: Cum juris notiſſimi ſit, eundem eſſe proceſſum in cauſis injuriarum, qui in aliis cauſis civilibus obſervatur, ita ut libellus in ſcriptis oblatus in termino oretenus repeti, in calamum Notarii dictari, guaranda & ſatisdatio præſtari, lis conteſtari, terminus probatorius & reprobatorius exactè obſervari, ac demum in cauſa concludi debeat, teſte quotidianâ experientiâ. *Modeſt. Piſtor. vol.1. conſ.62. numer.1. & ſeq.* non inconvenienter quæritur. *An etiam Procurator in actione injuriarum admittatur, ſi ad palinodiam & pœnam agitur?* Quin enim in cauſa civili, ad æſtimationem injuriarum inſtituta, Procurator adhiberi poſſit, dubium prorſus non eſt, *l. non ſolum. 11. §. agere. 2. l. ſed ſi unius. 17. §. idem Iulianus 19. ff. de injur. l. licet. 24. §. ad actionem. ff. de procurator. Iohan. Schneidvvin. in §. in ſumma. 10. numer. 12. Inſtit. de injur. Ioach. à Beuſt. in l. nam poſteaquam. 9. §. ſi damnetur. ff. de jurejur. num. 9.* Matth. W*eſemb. in paratit. ff. de injur. nu. 16. & 18.*

51 Sicuti nec hoc controverſum, quod ex parte accuſatoris ex uſu fori indiſtinctè Procurator intervenire queat, poſtquam talionis pœna & inſcriptionis ſolennitas hodiè in deſuetudinem abierunt, *Weſemb. in parat. ff. de procur. num. 5. Chilian.* König. *in proceſſ. cap. 47. Iul.* Clar. *lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt.* 12. *num.* 17. *Andr.* R*auchb. part. 1. quæſt. 17. n. 3.* O*rdin.* C*rim.* C*arol. V. tit. 12.* Ibi: Sol der Ankläger/oder ſein Gewalthaber/ *&c. ubi Matth. Steph. n. 3.*

52 Sed in eo potiſſimùm verſatur dubium: *An ex parte Rei, injuriarum conventi, ſi ad* Palinodi*am & pœnam arbitrariam agatur,* Procur*ator ſit admittendus?* Quod communiter Interpp. negant, præterquam in caſu quo Reus eſt perſona Illuſtris, *l. fin.* C. *de injur. §. in ſumma Inſtitut. eod. tit.* Propterea, quod iniuriarum pœna arbitraria & extraordinaria ſit, quæ ad fuſtigationem vel mortis usque pœnam, (uti quidam volunt, quorum tamen ſententia ſupra fuit exploſa) ſi hoc delicti atrocitas & enormitas poſtulaverit, extendi poteſt, *d. §. in ſumma. ubi Gloſſ. & Dd. Inſtitut. de injur. Anton. Gomez. lib. 3. variar. reſolut. cap. 6. num. 8. Iohann. Schneidvvin. dict. §. in ſumma. numer. 8.* Matth. *Coler. part. 1. deciſ. 161. numer. 5. Iul.* Clar. *in §. injuria. numer. 7.* W*urmſer. libr. 1. obſervat. tit. 47. obſervat. 2. numer. 2.* 53 Atqui in cauſis capitalibus, in quibus relegatione gravior venit pœna infligenda, Procuratores & defenſores non admitti, expeditum eſt, *Andr. Rauchbar. part. 1. quæſt. 7. numer. 17.* Matth. W*eſembec. conſ.* 43. *numer. 168. Andr. Gail. lib. 1. de pac. publ. capit. 10.* Sequitur ergò, Reum actione injuriarum ad Palinodiam & pœnam arbitrariam conventum, per Procuratorem ſeſe defendere non poſſe, *Iohann. Harppr. in §. in ſumma. 10. Inſtitut. de injur. num. 91. Iacob.* Menoch. *lib. 1. arbitr. judic. quæſtion. 80. num. 130 Virgil. Pingitz. quæſt. 7. num 13.* Matth Coler. *part. 1 Deciſ. 141. nu. 1. Donell. lib. 18. comm. c.* 10. *verſ. in criminalibus cauſis.* Matth. *Berlich. part. 5. concl. 65. num. 31. Andr. Rauch. dict. quæſt. 7. n. 25. Felin. in cap. cum te. 23. extr. de ſentent. & re judic. num. 2. Iohan. Schneidvv. dict. §. in ſumma. num. 12.* W*eſemb in parat. ff. de procur. n. 5. Mynſinger. 2 obſerv. 98. n. 6. & ſeq.*

54 Sed aliter in foro Saxonico res ſeſe habet. Quia enim jus Saxon. injuriam inferenti pœnam duntaxat pecuniariam irrogari vult, etiamſi criminaliter actum fuerit, *artic. 16. lib. 2. & artic. 45. lib. 5.* Landrecht. Procuratorem ſeu defenſorem Rei admittendum eſſe, vulgò concludunt *Dd.* Matth. W*eſembec. in paratit. ff. de injur. numer. 8.* R*einhard. part. 4. differ. 23. verſ. ſecus de Iur. Saxon.* C*hriſtoph. Zobel. part. 1. differ. 9. num. 6. Iohan. Schneidvvin. in §. in ſumma. 10. Inſtitut. de injur. numer. 14. Ioach. â Beuſt. dict. l. 9. §. ſi condemnetur. numer. 9. §. de jurejuran. Matth. Coler. part. 1. deciſ. 141. nu. 5.* Modeſt. Piſtor. *volum. 1. conſ. 62. num. 8. & num. 12.*

55 Quod quidem de Jure Saxonico veriſſimum eſt: Sed an idem in ditionibus Elector. Saxon. hodiè obtineat, haud immeritò quis dubitare poſſet, poſtquam prædicta pœna juris Saxonici pecuniaria abrogata, & in aliam pœnam arbitrariam, quæ ad fuſtigationem etiam extendi poteſt, mutata eſt *Conſtit. Elect. 42. part. 4.* Quanquam enim ut plurimum pro injuria levior pœna decerni ſoleat, puta pecuniaria, carceris, aut relegationis; attamen cum & ad graviorem deveniri poſſit, propter aptitudinem, ut loquuntur, & incertum eventum, injuriarum cauſa rectè inter capitales numeratur. *Bald. in l. eos. §. ſuper his, numer. 2. C. de appellat. Hartm. Piſtor. libr. 1. quæſt. 27. num. 6.*

56 Nihilominus tamen in terris quoque Saxon. ex conſuetudine generali hodierna in cauſis injuriarum indiſtinctè, tàm ex parte Rei quàm Actoris, etiamſi ad palinodiam & pœnam arbitrariam agatur, Procuratores admitti, teſtatur *Dan. Moller. libr. 1. Semeſt. cap. 24. numer. 1.* Nullibi enim in *Novell. Conſtitut. Elector.* vetus judiciorum mos, in foro Saxonico receptus, quoad procuratoris conſtitutionem ex parte Rei ſublatus reperitur, quare nec per obliquum, contrarium introductum eſſe, quis exiſtimaverit. Siquidem Conſtitutiones novæ ſtrictè ſunt accipiendæ, ita ut correctio verbis non expreſſa, haud præſumenda ſit, C*ujac. lib. 6. obſerv. 11. in fin.*

57 Quam conſuetudinem tamen rectiſſimè limitat *Andr. Rauchb. part. 1. quæſt 7. numer. 39.* in atrocioribus injuriis, pro quibus pœna corporis afflictiva venit infligenda: Ut nempè regulariter in verbalium injuriarum actionibus defenſor & procurator Rei admittatur; niſi injuriæ tàm atroces ſint, ut pœnam Relegatione ſeveriorem, fuſtigationẽ ſcilicet, ſeu Manus amputationẽ mereantur: quam limitationẽ probat *Matt.* W*eſemb. in addit. margin. ad Ioh. Schneidvv. in §. in ſumma. circa fin. Inſtit. de injur.* Neque ratio huius reſtrictionis obſcura eſſe poteſt; ſiquidem in cauſis

criminalibus, quales de jure Saxonico ſunt, quæ ad pœnam corporis afflictivam tendunt; *Matth. Coler. part. 1. deciſ. 22. num. 5.* Procurator ex parte Rei haud admittitur, *Andr. Rauchbar. dict. quæſt. 7. n. 17. Weſemb. conſ. 43. n. 168. Andr. Gail. lib. 1. de pac. publ. c. 10.*

58 Quare res tota arbitrio & diſcretioni judicis eſt committenda, qui injurias tales, tamque atroces deprehendens, ut pro iis pœna, corporis afflictiva Reo imponi queat, eius defenſorem aut procuratorem haudquaquam admittet, ſed Reum in perſona comparere, ſeque ſiſtere compellet.

59 *Quemadmodum pronunciavimus Antonio à* Grißheim: Habt ihr wider einen/ von welchem eure Frage meldet/ eine peinliche Injurien-Klage angeſtellet/ und ihn gebürlichen *citiren* laſſen/ da nun Beklagter in der Perſon nicht erſcheinen/ ſondern ſeinen Gevollmächtigten unnd Anwalden hierzu abordnen thäte/ *&c.* So würde derſelbe billich zugelaſſen. Es wäre denn/ daß die Injurien/ damit ihr angelaſſen worden/ dermaſſen beſchaffen/ daß Beklagten/ wofern Er derſelben überführet/ eine Leibesſtraffe zuerkandt werden dürffte/ auff ſolchen Fall/ wäre der *Defenſor* nicht zuläßlich/ ſondern Beklagter ſich in eigener Perſon zu ſtellen ſchuldig. V. R. W. *M. Iul. An. 1630.*

Q. 9. An Reus de fuga ſuſpectꝰ in cauſa injuriarū ſatisdare debeat?

60 Quintò: Accidit quandoque, ut Reus injuriarum conventus, antequam condemnetur, aufugiat, & ſic nec pœnam luat, nec actori ſatisfaciat, palinodiam recantando: quæritur ergò, *ſi immobilia non habeat, & metuenda ſit ipſius fuga; annon ſatisdare debeat?*

61 Dubium namque facit, quod licet jure civili cautum ſit, ut Reus promittere, ſe in judicio uſque ad finem litis permanſurum, ſi ipſe compareat, *§. 2. Inſtitut. de ſatisdat.* Vel ſi procuratorem conſtituere velit, ſatisdare judicatum ſolvi, *§. 4. Inſtitut. eod. tit.* Aut ſi abſens ſit, Procurator eandem cautionem judicatum ſolvi, præſtare debeat. *§. ſi vero* R*eus. 5. Inſtit. eod.* Attamen in foro Saxonico ex parte Rei conventi nulla omninò cautio exigatur, eaque penitus in terris Saxonicis ab uſu receſſerit, *Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 3. cap. 11. n. 92. Chilian.* König. *in proceſſ. cap. 46. verſ.* Aber auff des Beklagten Seiten.

62 Sed, ut maximè hoc regulariter verum ſit, nec Reus in foro Saxonico cautionem præſtare compelli queat; fallit tamen, ſi juſta cauſa aliud ſuadeat, ut ſi Reus qui immobilia non habet, malæ famæ ſit, & aufugiendo judicium eludere poſſit, prout ipſemet C*oler.* innuit *dict. cap. 11. numer. 93.* Præterea à prædicta conſuetudine Saxonica non male etiam excipiuntur cauſæ criminales, ubi ſi Reus captivus non detinetur, de fuga tamen ſuſpectus eſt, haud immeritò ad cautionem præſtandam cogendus. Id quod non modò praxis quotidiana docet, ſed & verba juris Saxonici hoc luculenter probant in *artic. 9. libr. 2.* Landrecht. Ibi: Der Richter ſoll auch Bürger haben von dem Kläger/ unnd deme/ auff welchen die Klage gehet/ daß ſie des Rechten vollkommen wollen/ *&c. ubi Gloſſ.* Latin. *in lit. D.* Idemque habetur in *art. 95. lib. 1.* Landrecht. *Matth. Coler. part. 1. deciſ. 105. num. 4. & 5.* Quum autem ob injurias atrociores haud rarò criminaliter agatur ad palinodiam & pœnam corporis afflictivam, nil certe prohibet, quo minus & tum à Reo cautio exigi debeat.

63 *Quod licet rarò accidat, Scabinos tamen quandoque ſic reſpondiſſe ſcio:* Daß beklagter auff erhobene Injurien-Klage ſich einzulaſſen und zuantworten/ *&c.* Auch immittels genugſame *Caution* den Rechten allhier außzuwarten/ und was wider ihn erkandt/ zu thun und zu gelten/ zubeſtellen pflichtig/ V. R. W. *In cauſa injuriarum D. H. contra* C. *A. in* Prætorio *Lipſenſi ventilata, M.* Sept. *An. 1602.*

Necnō in cauſa M. viduæ Dn. Comitis in Mansfeld/ *contra B. K. M. Ian. An. 1629.*

64 Quæ cautio fidejuſſoribus aut pignoribus præſtanda eſt, juxta ea quæ tradit *Iaſon in l. 1. numer. 23. ff. qui ſatisd. cogunt. Bartol. in l. litibus nu. 8. C. de agric. & cenſit. lib. 10. Matth. Coler. dict. capit. 11. numer. 94.* in tantum, ut cautio juratoria non admittatur, etiamſi incarceratus non reperiat fideiuſſores, propter malos & corruptos mores ſcilicet, & quod de fuga ſit ſuſpectus. Nam, ſi vel ob ſolam paupertatem, vel quia forenſis eſt, pignora aut fideiuſſores non inveniat; quin is qui tam perverſæ vitæ ac malæ famæ non eſt, cautione præſtita juratoria dimittendus ſit, non dubito. *Bartol. in l. uſu fructu. numer. 6.* C *de uſu fruct.*

65 *Sicut & in prædicta cauſa D. H. contra* C. *A. reſponderunt Scabini:* Würde Beklagter C. *A.* Eydlichen erhalten/ daß Er nicht ſo viel in ſeinem Vermögen/ daß Er den hiebevor zuerkandten Verſtand des Rechten allhier außzuwarten/ unnd was ihme zuerkandt/ zu thun und zu gelten mit ſeinen Gütern oder Pfanden beſtellen/ und daß er auch über allen angewandten Fleiß keine Bürgen erlangen und auffbringen können; So würde Er ſolche *Caution* mit ſeinem Eyde zubeſtellen zugelaſſen/ V. R. W. *M. Novemb. Anno 1605.*

Q. 10. An in actione injuriarū verbalium locum habeat juramenti delatio?

66 Sextò quæritur: *An in actione hac injuriarum verbalium locum habeat juramenti judicialis delatio?* Quod quidem dubio caret ſi injuriæ fuerint in libello æſtimatæ, & ſic actio civiliter inſtituta: non minus enim tum ac in reliquis cauſis civilibus delatio juramenti ſibi vendicat locum, *l. lex Cornelia. 5. §. lege. 8. l. non ſolum. 11. §. 1. ſub fin. l. Conſtitutionibus 37. ff. de injur. l. ait* Prætor. *3. §. 1. ff. de jurejur. Iohan. Schneidvvin. in §. ult. n. 3. Inſt. de injur. Andr. Gail. lib. 1. Obſerv. 106. Matt. Coler. part. 1. deciſ.* 141. *num. 13. Ioach. à Beuſt. in l. 9. §. ſi is qui. ff. de jurejur. nu. 18. Ioh. Borch. de jurejur. cap. 7. n. 19.*

67 At injuriarum actione ad palinodiam & pœnam arbitrariam, & ſic criminaliter (uti vulgò loquuntur) inſtituta, utrum & tum locus ſit delationi juramenti, dubitatur? Quod ſimpliciter negant *Dan. Moller. ad* Conſtitut. *Elect. 42. part. 4. num. 15. & ſeq. ubi & Reinh. Roſa. Matth.* W*eſemb. in paratit. ff. de procur. n. 5.* Modeſt. *Piſtor. vol. 1. conſil. 62. nu. 14. Matth.* Coler. *dict. deciſ. 141. num. 7. & ſeq. Erneſt. Cothman. vol. 2. conſ. 82. n. 98. & ſeqq.*

68 Quorum ſententia uti in foro Saxonico uſu receptiſſima, ita etiam veriſſima eſt, ſive

ad pœnam corporis afflictivam, ſive ad mitiorem aliquam pœnam & palinodiam agatur.

Quis enim non videt, rem eſſe iniquiſſimam, peſſimique exempli, ut vir honeſtus a levi quopiam, (ut non varò fieri videmus,) homine injuriarum conventus, eò redigatur, ut omninò vel jurare, vel famæ periculum ſubire cogatur, cùm hoc juramentum referri non poſſit, *juxta gloſſ. in l. jusjurandum & ad pecunias, §. ait Prætor. in verb. datur. ff. de jurejur. c. ult. extr. de jurejur. Chilian.* König. *in proceſſ. cap. 66.* §. Vnd wo dieſer Eyd. *verſ. Nota tamen. Dan. Moller. dict.* Conſt. 42. *n. 15. p. 4.*

69 Præterea notiſſimi eſt juris, quod in cauſis criminalibus & famoſis, (qualis etiam eſt actio injuriarum ad palinodiam & pœnam arbitrariam) juramenti delatio locum non habeat, ut in quibus probationes luce meridiana clariores requiruntur, *l. fin.* C. *de probat. Erneſt. Cothman. dict. conſ.* 82. *num.* 98. Moll. *dict. loc. n.* 16. *& ibi Reinh. Roſa*

70 Nec obſtat, quod actio ad palinodiam & pœnam arbitrariam directa non ſemper ſit criminalis; ſiquidem Jure Saxonico illæ demum cauſæ dicuntur criminales, quæ ad pœnam corporis afflictivam tendunt. C*oler. part. 1. deciſ. 22. num. 5.* qualem rariſſimè injurianti imponi, extra dubium eſt: ſufficit enim ad pœnam agi arbitrariam, in C*onſtitut. Elect.* 42. *part.* 4. expreſſam. *Nam* licet ut plurimum pro injuriâ levior pœna decerni ſoleat, puta pecuniaria, carceris, aut tēporalis relegationis; attamen cum & ad graviorem deveniri poſſit, propter aptitudinem, & incertum eventū, nihilominus injuriarum cauſa inter capitales, quoad juramenti delationem, referri poteſt, *Bald. in l. eos. §. ſuper his. nu. 2.* C. *de appellat. Andr. Rauch. part. quæſt. 7. n. 37.*

71 Quin etſi actor in libello pecuniariam aut carceris pœnam tantummodò exprimat, aut palinodiam ſolùm petat, & ſic actio intentata quoad injuriarum non criminalis, ſed civilis ſit, utpotè famæ perſecutoria, *l.* 1. *& tot. tit. de injur. Mauſer. tit. de injur. in pr.* Tamen quoad eum, qui injuriam facit, ad actiones criminales quam proximè accedit, atque injurianti notam & maculam infamiæ impingit, & ad vindictam directa eſt, ut minus abſonum ſit à boni & æqui arte, ſi dicamus, in actione injuriarum ad palinodiam inſtituta, quantumvis civilis ſit, æquè tamen ut in criminalibus, jurisjurandi delationi locum non eſſe, ut eleganter tradit C*othm. dict. conſ. 82. numer. 102. & 103.*

72 *Sequuntur hanc ſententiā in pronunciando quotidie Scabini:* Vnd da ſie berührter injurioſiſcher Reden geſtändig/ oder derſelben wie recht überwieſen werden möchten/ So wären ſie vermöge Churfürſtl. Sächſ. *Conſtitution* ewerm Weibe einen Widerruff zu thun ſchuldig/ unnd möchten hierüber von der Obrigkeit umb eine ziemliche Geldtbuſſe/ jhrem Vermögen nach/ in Straffe genommen werden. Es mag aber jhnen die Klage nach Gelegenheit dißfalls in jhr Gewiſſen nicht geſtellet werden/ V. R. W. *Ad Conſultationem Henningi* Lutzow/ M*enſe Novembr. An.* 1598.

It. in cauſa H. E. contra uxorem M. I. M. *in Prætorio Lipſenſi ventilata.* Anno 1611.

Et hæc ita ſeſe habet in juramento judiciali, quod actor Reo ſolet deferre, aut Reus actori: Nam ex rationis identitate, neque Reus ſuper exceptione ſua jusjurandum in criminali injuriarum cauſa accuſatori deferens admittitur, *Jacob. Schult. in addit. ad* Matth. *Coler part. 1. deciſ. 122. num. 16.* ubi Scabinos Lipſenſes ita pronunciaſſe refert *Reinh. Roſa ad Dan. Moller.* C*onſtit.* Elect. *42. n. 16. part. 4.* 73

De juramento verò purgationis, quin Reo injuriarum civiliter aut criminaliter convento à judice deferri poſſit, dubitandum non eſt, ut quod in criminalibus cauſis judex ex officio, Reo deferre ſolet, juxta C*onſtit. Elect. 22. part. 1. in pr.* Ob wol das *juramentum purgationis* fürnemlich in Peinlichen und in Eheſachen/ auß Richterlichem Ambt/ da es gleich nicht gebeten/ dem Beklagten/ wo eine redliche Verdacht wider jhn außgeführet/ kan aufferlegt werden/ *&c.* Cum qua convenit *c. ex tuarum* 8. *cap. ult. extr. de purgat. Can. Joach. à Beuſt. ad rubr. ff. de jurejur. num. 195. & num. 101. & ad l. admonendi. 31. ff. eod. Bart. in l. ſi maritus. 7. ff. de quæſt. n.* 4. *Petr.* Heig. *part. 1. quæſt. 40. num. 31. & ſeq.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 5. caſ.* 464. *n. 10.* 74

Ubi tamen benè notanda ſunt verba *dict.* C*onſtitut.* 22. (Wo eine redliche Verdacht wider jhn außgeführet/ *&c.*) Undè ſequitur, juramentum purgationis nequaquam imponendum eſſe Reo, niſi præſumptiones, indicia, & conjecturæ veriſimiles præcedant, ſufficientes ad juramentum, eæque contra Reum militent: quod & juri communi convenit, *l. præſenti ult. § ſe ſi hoc facere. 4.* C. *de his qui ad Eccleſ. confug. Auth. novo jure.* C. *de pœn. judic. qui malè judic. Novel.* 124. *cap. 2. § ſi autem datum. l. 26. §. ult. in fin. C. de uſur. l. ult. §. licentia. 10.* C. *de jur. de liber. dict. cap. ex tuarum. 8. cap. ult. §. fin. extr. de purgat.* Canon. Joh. *Schneidvv. ad §. item ſi quis poſtulantem. 11. Inſtit. de action n. 31. & 32.* Jaſon. *in repet l. admonendi. 31. n. 85. ff. de jurejur. Modeſt. Piſtor. vol. 1. conſ. 34. quæſt. 6. n. 34. & 44. Petr. Heig. part. 1. quæſt.* 40. *n. 34. & ſeqq. Andr. Gail. lib. 2. de pac. publ. cap.* 7. *num. 1.* Concurrentibus ergò indiciis & præſumptionibus, quin juramentum purgationis Reo imponendum ſit, nullus dubito: 75

Veluti ſic ſæpius in Electorali Saxonico Scabina*tu pronunciatum ſcio.*

SEPTIMO; Quid autem, *ſi Reus actione injuriarum conventus, atque legitimè citatus, non compareat, quomodo adverſus eum tum procedendum erit?* Equidem de jure civili expeditum eſt, quod ſi Reus tribus edictis, aut uno peremptorio citatus, per ſe vel procuratorem ſuum venire, ſeque defendere nolit, vel ſi malitioſè latitet, aliovè modo impediat, ne citatio ad ipſum pervenire queat, locus ſit miſſioni in poſſeſſionem bonorum ex primo decreto, *c. quoniam frequenter. §. porrò junct. §. in aliis ext. ut lit. non conteſt. l. 1. l. 2. l.* Fulcinius. 7. *in pr. & §. quid ſit latitare. ff. ex quibus cauſ. in poſſ.* 76

Q. 11. Quomodo in actione injuriarum adverſus Reum abſentem & contumacem ſit procedendum?

eat.

cat. l. ſi finita. 15. §. Julianus. 19. ff. de damn. infect. cap. 2. ext. de dol. & contum. ſiquidem miſſio hæc unum eſt ex remediis compulſivis, quibus judex compeſcit contumaciam partis non agnoſcentis ipſius jurisdictionem, *Jaſon. in l. 1. num. 23. ff. ſi quis jus. dic. non ob tem. l. Conſentaneum* 81. C. *quom. & quando judex &c. Matt. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. n.* 11.

78 Sed in foro Saxonico, ſpeciem hanc miſſionis in bonorum poſſeſſionem ex primo decreto, ob contumaciam Rei fugientis, praxis quotidiana non agnoſcit. *Apoſtillator ad text.* Landrecht. *lib. 2. artic. 41. lit. B. in fin.* ſed ſimpliciter condemnat contumacem, tanquam convictum & confeſſum in cauſa principali uſque ad legitima impedimenta *articul. 9. in pr. lib. 2.* Landrecht/ *ubi Gloſſ. German. num. 4. & artic. 24. in Gloſſ. fin. eod.* Weichbildt. *artic. 111. in gloſſ. fin. & gloſſ. latin.* Landrecht. *lib. 1. artic. 41. & artic. 67. in fin.* Idque non ſolùm in civilibus, ſed etiam in cauſis criminalibus, & actionibus pœnalibus, etiamſi unico tantummodò edicto fuerit citatus. Hoc namque uſus practicus in foro Saxonico obſervat, quod citatus etiam unico edicto peremptorio, continente tamen intervallum trium quaterdenarum, in termino juridico ſui copiam non faciens, condemnetur ceu convictus & confeſſus, *Zobel. lib. 1. differ. 16. numer. 10. Hartm. Piſtor. 1. quæſt. 3. n. 9. Matth. Coler. dict. cap. 2. n. 16. & 19.*

79 *Quare nec dubitandum, quin Reo non comparente, in cauſis quoq; injuriarum eodem pariter modo judex pronunciare debeat:* Daß Kläger ſeine Klage und Zuſpruche wieder Beklagten wegen ſeines ungehorſamen Auſſenbleibens biß auff Ehehafft/ und behelffliche Widerrede erſtanden und erlanget hat/ V. R. W. *Uſu quotidiano reſpondendi hoc docente*

80 At Reo in contumacia perſeverante, aut impedimenta legitima non probante, die Ehehafft/ pro confeſſo & convicto habetur, & denuò ſuper accuſatione cõtumaciæ pronũciatur: Daß Kläger Beklagten nunmehr biß auff die Hülffe erſtanden. *Coler. dict. cap. 2. num. 41.* Idque in civilibus ſic obſervatur, in cauſis verò criminalibꝰ Reus contumax legitima impedimenta non probans, exbannitur vel proſcribitur, Landrecht. *lib. 2. artic. 45. lib. 3. art. 39. ubi gloſſ. lat. lit. C.*

81 An ergò in actione injuriarum criminali Reus contumax ſecundum jam dicta in bannum erit declarandus ſeu proſcribendus? Neutiquam. Proceſſus ſiquidem Banni in foro Saxon. tum demùm inſtitui debet, quoties actio criminalis regulariter ad pœnam mortis tendit, ita ut Reus de crimine convictus ſeu confeſſus ultimo ſupplicio puniri poſſit, ut dicetur *p. 3. quæſtion. 140. num.* 41. Quum verò ob atrociores etiam injurias mortis pœnam injurianti irrogare non liceat, *Conſtit. Elect. 42. part. 4.* Vide *quæſt. præcedent. num. 46.* Utique nec in cauſa injuriarum criminali ad proceſſum banni tutò deveniri poterit. Quare non ſecus atque in cauſis civilibus, Reo legitima impedimenta non probante, ſuper accuſatione contumaciæ pronunciari ſolet: Daß Kläger Beklagten nunmehr biß auff die Hülffe erſtanden/ &c.

82 *Etſi enim quondam Scabini peculiarem modum pronunciandi hoc caſu obſervaverint, taliter nimirum reſpondentes:* Daß Beklagter nunmehr wegen ſeines ungehorſamen Auſſenbleibens *pro confeſſo* billich gehalten wird/ und iſt derowegen Klägern der zugefügten Injurien halber einen öffentlichen Widerruff vor Gerichte zu thun ſchuldig/ *&c. Quale reſponſum fuit datum Henrico* Tröſtern/ *judici in* Vſhoffen/ *Menſe Auguſto, Anno 1595. Ac non modò in curia Lipſenſi, ſed & Aula Saxon. confirmatum; Attamen poſtea Domini ab hoc more reſpondendi receſſerunt, non aliter hodiè pronunciantes adverſus contumaces injuriantes, ac in reliquis cauſis civilibus, in hunc nempe modum:* Daß Kläger ſeine Klage und Zuſpruch wieder Beklagten/ wegen ſeines beharrlichen Vngehorſams nunmehr biß auff die Hülffe erſtanden/ und erlanget hat/ derowegen Beklagter Klägern der zugefügten Injurien halber einen öffentlichen Widerruff zu thun ſchuldig/ und mag hierüber willkührlichen &c. geſtrafft werden/ V. R. W.

83 Ubi tamen hoc probè notandum, quod licet aliàs Reus ex contumacia pro convicto (in die Hülffe) declaratus condemnetur ad omnia & in omnibus quæ petita fuerunt in libello. *Matt. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. num. 41. verſ. cum illa clauſula &c.* Attamen in cauſa injuriarum (quod & hodiè in cauſis civilibus indifferenter receptum) judex pro arbitrio & qualitate injuriarum deprecationem ſolummodò, Eine Chriſtliche Abbitte oder Erklärung/ ac pœnam carceris, vel mulctam pecuniariam Reo imponere poſſit, etiamſi palinodia & ſeverior pœna corporis afflictiva in libello petita fuerit. Aliàs ſæpiùs eveniret, ut Reus ob leviores etiam injurias ad Palinodiam & fuſtigationem condemnaretur: cum tamen pœnæ debeant reſpondere delictis, *l. 11. in pr. l. hodiè 13. ff. de pœn. l. Sacrilegij. 6. ff. ad Leg. Jul. pecul. l. ſancimus, 22. C. de pœn.*

Et ita ſæpiùs reſponſum memini.

84 OCTAVO dubitatur: *An judex ſeu Magiſtratus injuriam ſibi ratione officij, ut Judici & magiſtratui illatam, in continenti, ſine alia accuſatione, & juris ordine prætermiſſo vindicare, & injuriantem punire poſſit?*

Q 12. An Magiſtratus injuriam ſibi illatam in continenti, abſque accuſatione & ordine juris prætermiſſo, vindicare poſſit?

Hanc quæſtionem affirmativè decidit
Andr. Gail. libr. 1. obſervat. 39. numer. 1. Et ſic
cum quidam literas injuriarum plenas ad Se-
natum quendam ſcripſerat, ac propterea conje-
ctus fuerat in carceres, in Camerâ Imperia-
li deciſum & concluſum fuiſſe, teſtatur; Sena-
tum talem injuriam pro perſonæ qualitate, &
delicti magnitudine in continenti, ſine alia 85
accuſatione, & juris ordine prætermiſſo, pu-
nire potuiſſe: Non enim in Notoriis expedit
cognoſcere, vel ſententiam proferre, ſed exequi
vel punire, *c. de manifeſta. c. manifeſta. 2. quæſti-
on. 1. cap. evidentia. de accuſat. Dec. conſil. 544. nu-
mer. 6.* ubi dicit, quod in crimine notorio o-
mnis ſolennitas juris communis remiſſa intel-
ligitur, præſertim ſi tale ſit notorium, quod in-
ficiari non poſſit, *cap. quando. de translat.* Epiſcop.
Quod & à Jure Saxon. non eſt alienum, uti
patet

patet ex *art. 88. lib. 3.* **Landrecht**/ *Et ibi gloſſ. lit. A. & artic. 11.* **Weichbild.** *ubi gloſſ. n. 10.*

86 Nec obſtat, quod nemo in propriâ causâ judicare debeat, *l. un. C. ne quis in ſuâ causâ. Quoties* namque judici infertur injuria, ut judici, eaque notoria eſt, tùm judex ipſe puniendo, non in ſuo, ſed alieno negotio procedere, & condemnare Reum dicitur, *Panormit. in cap. ſi quis contr. n. 11. & 17. de for. compet. Roland. a Vall. vol. 2. conſ. 48. n. 2. per tot.*

87 Quod ipſum tamen *Andr. Gail. dict. obſervat. 39.* reſtringit ad pœnam aliquam extraordinariam, ſecundum qualitatem loci, perſonæ, &c. *l. Pedius. §. 1. ff. de incend. ruin. naufr. l. fin. ff. de injur.* Secus ſi pœna imponenda foret ratione proprii intereſſe, utpotè ſi judex injuriam paſſus ad privatam vindictam, puta ad palinodiam, aut æſtimationem injuriarum agere vellet, quo caſu non poſſet eſſe judex in propriâ causâ

88 Proin, ut judex in continenti, ſine accuſatione, & juris ordine prætermiſſo injuriantem punire poſſit, tria requiruntur ex mente *Gail.* 1. ut injuria judici ut judici ratione officii ſit illata. 2. ut injuria ſit evidens & notoria, nec altiorem requirat probationem. 3. ut Reus in pœnam ſolummodò arbitrariam condemnetur, non etiam ad palinodiam, ſeu æſtimationem injuriarum. Quorum vel altero deficiente, judex non poterit exercere jurisdictionem, ſed ad ſuperiorem recurrendum erit, ut ipſe tanquam judex competens cognoſcat. *in l. un. C. ne quis in ſua cauſa. ubi & Salicet. numer. 5. Bartol. in l. ſi quis. §. ſi quos. ff. de pœn. n. 1. Gail. dict. obſervat. 39. per tot.*

89 *Sententiam hanc Gailii in pronunciando ſecuti ſunt Scabini, in hunc modum reſpondentes:* **Wann gleich** *G. V.* **ſich ewers gegebenen Beſcheids zu beſchweren gehabt / ſo hette ihme doch nicht gebüret / ſo ein höhniſch / ſchimpfflich / und ſpöttiſches Schreiben an euch zu thun / derowegen wird er ſolcher Unbeſcheidenheit halber willkürlich mit Gefängnüs / oder umb eine ziemliche Geldbuſſe / ſeinem vermögen nach / billig in Straffe genommen / und ihr ſeyd ſolche Straffe** *ex officio* **wider ihn zu** *exequiren*/ **wol befugt. Da ihr ihn aber** *injuriarum* **auff einen Widerruff belangen wollet / So weret ihr nach Gelegenheit dißfalls wider ihn ordentlicher weiſe zu** *procediren* **ſchuldig / V. R. W.** *Senatui in* **Kempnitz**/ *Menſe Mart. An. 1602.*

90 *NONo*: Denique & hoc quæſtionis eſt: *An injuratus injuriam ſibi illatam vindicare nolens, ac tacens periculum ſuæ famæ ſubeat, ejusque exiſtimatio ob id lædatur?*

Q. 13. An injuriatus injuriam ſibi illatã vindicare nolens famæ periculum ſubeat?

Rationem dubitandi movet, quod injuriatus agendo ad palinodiam aut æſtimationem injuriarum, omnium maximè id agere videatur, ut honor ſibi ablatus, qui nullo pretio æſtimandus eſt, reſtituatur: Intermiſsâ itaque actione inju-
91 riarum, nec factâ honoris reſtitutione, vix dubium eſt, quin læſa maneat & commaculata injuriati exiſtimatio.

92 Veriùs tamen eſt contrarium, injuriatum non agendo, nullatenus ſuæ famæ atque exiſtimationi præjudicare, ut cui liberum eſt, injurias vindicare, aut injurianti condonare: quamcunque autem viam elegerit abſque periculo eſt. Quemadmodum enim exiſtimationi illius, qui laudatur ab eo, qui nullâ laude dignus eſt, ipſimet parùm, aut potius omninò nihil accedit; ita de honore & exiſtimatione viri gravis & honeſti nihil detrahitur verbis injurioſis, à levi quopiam homine, in eum prolatis, *Dan. Moller. ad Conſtit. Elect. 42. nu. 6. p. 4.* ubi inſtruit Advocatos, libellos in cauſis injuriarum concipientes, ne ſcilicet dicant: **Der hat Klägern an ſeinen Ehren geſchmähet** / ſed potiùs hæc verba libello inſerant. **Er hat ſich unterſtanden / ſo viel an ihm geweſen / Klägern an ſeinen Ehren zu ſchmähen / rc.** Quo ipſo innuit, Reum, ut maximè voluerit, honori tamen Actoris detrahere quicquam nequiviſſe; *Wurmſer. hic de injur. obſ. 7.*

Nec obſtat, quod injuriatus agens ad palinodiam petat reſtitutionem ſui honoris. 93 Unde ſequi videtur, cum injuriis commaculatum fuiſſe. *Siquidem* hæc actio magis tendit ad declarationem famæ illæſæ; quàm redintegrationem offenſæ exiſtimationis, nimirum, quo Reus publicè mendacii ſemetipſum arguat, & confiteatur, falſa eſſe, quæ in actorem dixerat; & proinde injuriam ſe illi feciſſe, adeoque ſive agat, ſive taceat injuriatus, ipſius fama neutiquam periclitatur; vindicans tamen injurias, famam integram & non commaculatam publicè teſtatur, & hoc ipſo vulgo obvenit, qui ex pravâ & falsâ opinione injuriis honorem alicujus deprimi, putat.

Quare nec Scabini in hunc modum pronunciare dubitaverunt: **Hat M. S. dem Rath zu Hoyerswerde an ihren Ehren anzugreiffen ſich unterſtanden / dannenhero ſich der Rath darüber bey euch beſchweret / und daß ſie in gebührlichen Schutz genommen werden möchten / gebeten / und die Sache euch übergeben /** *&c.* **So mögen ſie deßwegen einen ordentlichen Proceß wider ihn anzuſtellen nicht getrungen / noch auch von jemands deßwegen an ihren Ehren geſcholten / oder deß Rathſtuels entſetzt werden / V. R. W.** *Ad conſultationem Rudolphi à* **Ponickaw**/ *Menſe Iulio, An. 1626.* 94

Item: **Haben ſich** *An. 1626. A. B.* **und George D. Eheweib uff offentlicher Gaſſen gezancket / einander geſchmähet / und vor Hurenvolck geſcholten / und wiewol etliche Perſonen / daß ſie ſolches gehöret / Endlichen berichtet / und außgeſaget / hat doch** *B.* **als er hierüber vernommen worden / daſſelbe nicht geſtehen wollen / nochmals aber mit** *D.* **Eheweibe ſich in gutem hiewiderumb verglichen / und vertragen / darauff ihr gedachten** *G. D.* **angemahnet / zu rettung ſeiner Ehren die wieder ſein Weib außgegoſſene injurien gebürlichen zu eifern. Ob er nun wol ſolches nicht gethan / ſondern die Sache erſitzen / und es allenthalben bey der gütlichen Vergleichung bewenden laſſen /** *&c.* **So mag er doch dannenhero von niemands geſcholten / noch auch des Rathſtuels entſetzet / oder bey vorſtehender Rathswahl übergangen werden / V. R. W.** *Ad requiſitionem Senatus in* **Müchelu**/ *Menſ. Decembr. An. 1628.* 95

Simili planè modo reſponderunt ad conſultationem Bartholom. **Pörlens**/ *in* **Eulenbergk**/ *Menſ. Auguſt. Anno 1593.*

Gabriel. Matthæi in Oderam; *Menſe Octob. An. 1626.*

Iohan. **Münchens**/ *in* **Dreßden**/ *Menſ. Februar. An. 1625.*

QVÆSTIO XCVI.

Quibus in caſibus & adverſus quos competat Actio injuriarum?

SUMMARIA.

1. Non ſemper ac indifferenter Actio injuriarum locum habet.
2. Adverſus injuriantem judex inquiſitoriè procedere poteſt, & quando hoc fallat, num. 3.4.5.8.9.
6. Sententiæ Scabinorum *Lipſenſium, n. 7.10.*
11. Omnes indifferenter injuriantes ad palinodiam conveniri poſſunt.
12. Nobilitas à palinodia non excuſat, n. 13.14.
15. Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.
16. Actio injuriarum datur etiam adverſus Univerſitatem.
17. Sicuti & Univerſitati adverſus injuriantem agere licet.
18. Sententia Scabinorum *Lipſenſium.*
19. Clerici *à palinodia non ſunt exempti, n. 20.*
21. Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.
22. Ebrietas quando injuriantem excuſet,
23. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.
24. Actio injuriarum datur heredibus injuriati, num. 26.
25. Actio injuriarum quatenus morte extinguatur.
27. Sententia Scabinorum Lipſenſium.
28. Etiamſi injuriata perſona ante litis conteſtationem fuerit mortua, n. 29.
30. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.
31. Adverſus heredes injuriantis nunquam competit Actio injuriarum.
32. Sententia Scabinorum *Lipſenſium.*
33. Injuriæ verbales variis modis evomuntur, pro quibus omnibus locus eſt actioni injuriarum, n. 34.35.36.37.38.39.40.41.
42. A*ctione injuriarum conveniri poteſt, qui ſe conjugem, virginem aut viduam cognoviſſe gloriatur, n. 43.44.45.46.*
47. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, *n. 48.49.*
50. Sicuti & fœminæ tenentur actione injuriarum ſi maritos aut juvenes de adulterio vel ſtupro inculpaverint.
51. Sententia Scabinorum Lipſenſium, n. 52.
53. Niſi hæc diffamatio vera ſit, & quomodo probanda? n. 55.56.
54. *Reſponſum Scabinorum* Lipſenſium, *n. 57.*
58. *Aut niſi ex certis indiciis juramentum purgationis inculpato fuerit impoſitum.*
59. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n. 60.
61. Præſtito juramento purgationis, quando fœmina diffamatrix teneatur pœnâ adulterii? num. 62.63.65.
64. Sententia Scabinorum Lipſenſium, n. 66.
67. Injuriantem nil juvat, quod injurias ab alio audiverit, n. 68.69.70.
71. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n. 72.
73. Veritas convitii injuriantem non excuſat, n. 74.
75. *Reſponſum* Scabinorum *Lipſenſium.*
76. Niſi Reipublicæ expediat convitium manifeſtari. n. 77.78.79.
80. Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.

QUomodo in actione injuriarum tàm civiliter, quàm criminaliter inſtitutâ procedendum, quæque pœna adverſus Reos injuriarum ſit prodita, dictum ſufficienter *quæſtionibus duabus præcedentibus*. Unde jam regu-
,,lam tutò ponere licet: Quemvis nempe in-
,, juriantem ultra intereſſe partis offen-
,, ſæ, cui vel palinodiam, vel injuriarum
,, æſtimationem præſtare debet, pœna
,, teneri arbitraria.

1 Quùm verò ſæpiùs accidat, ut ob circumſtantias concurrentes, & qualitates verborum injurioſorum aliquâ ex parte hæc regula immutetur, quandoque etiam haud abſque probabili ratione in dubium vocetur, ejusdem A*mpliationes & Limitationes* noſſe oportet, quas principaliores ſubjicere fert animus.

Q. 1. Quomodo per modū inquiſitionis ſit procedendū adverſus injuriantē?

2 *Primò autem Ampl.* in proceſſu inquiſitorio, quando nempe judex contra injuriantem ex officio agit, inquiſitionem informat, & inquiſito pœnam arbitrariam imponit. Quod an judici facere liceat, dubitari poſſet, vel propterea, quod jura neminem ſine accuſatore damnari velint, *c. de manifeſta. 2. quæſt. 1. c. ſicut ad extirpandum. de cohabit. Clericor. l. ult. ubi Alber. ff de in jus vocand. Marant. de ord. jud. tit. de inquiſit. in pr. nu. 6. Foller. in pract. crim. p. 1. 6. 2. rubr. detur copia capitulorum inquiſitis. nu. 6. Novell. in prax. crim. num. 4. fol. 9. Gandin. in tit. quid ſit accuſatio. in pr.* Blanch. *in l. ult. num. 1. ff. de quæſtion.* Marian. Socin. *in c. qualiter & quando. nu. 106. de accuſ.* Iul. Clar. *in pract. §. fin. quæſt. 3. verſ. debes autem ſcire, &c. & quæſt. 5. verſ. quæro in quibus. Proſper. Farin in prax. crim. lib. 1. quæſt. 1. nu. 7. Cuman. conſ. 136. circ. fin.* Corn. *vol. 4. conſ. 33. in pr.* Quo etiam pertinet illud *Ambroſii lib. 8. Epiſt. ad* Syagrium: *Si leges publicas interrogemus, accuſatorem exigunt.* referente *Jacob. Cujac. lib. 1. obſerv. 33.* Imprimis autem iis in criminibus, in quibus ſine metu calumniæ procedi non poteſt, haud facilè abſque accuſatore & accuſatione ordinariâ contra aliquem procedendum eſſe, monet M*atth.* W*eſembec. vol. 1. conſil. 98. n. 3.*

Sed ut verum hoc concedamus de Jure Civi- 3
li, quo judex regulariter contra aliquem per modum inquiſitionis procedere nequit, ſecundum *gloſſ. in l. 2. §. ſi publico. verb. ſine accuſatore. ff. ad* L. *Iuliam. de adult. ubi & Bartol.* Certiſſimum tamen eſt, quòd hodiè ſaltem de conſuetudine univerſali in omnibus caſibus per

viam inquiſitionis licitè & juſtè procedere fas ſit Judici, atteſtante *Jul. Clar. lib. 5. ſentent.* §. *ult. quæſt. 3. num. 6.* ubi expreſsè ſcribit, quod quæ de jure communi diſpoſita ſunt, ceſſent ex conſuetudine præſentis temporis. Idemque tenent *Bald. in l. edita. num. 30.* C. *de edendo. & in l. ea quidem 7. nu. 40.* C. *de accuſat. Felin. in c. inquiſitionis. num. 5. extr. de accuſat. Nicol. Reuſner. lib. 1. deciſ. 24. num. 27.* A*ndr. Tiraquell. de pœn. temper. cauſ. 53. num. 3. Ægid. Boſſ. in tit. de inquiſit. num. 2.* Iac. Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 88. num. 7. & 8.*

4 Quin & juri Civili inquiſitionem non multum adverſari dixerim, cum inquiſitio in vicem accuſationis ſuccedat, *l. pen. ff. de publ. jud.* & ſic abſque accuſatione inquiſitus neutiquam condemnetur. Adeoque legitimâ ſaltem denunciatione, aut diffamatione, unà cum indiciis ſufficientibus præcedente, inquiſitionis proceſſum, non ſolùm Canonico, ſed & Civili jure permitti, tradit *Salycetus in d. l. 7.* C. *de accuſ. Bart. in l. 2. §. ſi publico. & in l. ſi maritus. 4. ſi ante. ff. ad L. Iul. de adult. l. 6. §. ſi quis. ff. de muner. & honor. Andr. Fachin. lib. 1. contr. jur. cap, 35. §. ego vero. Anton. Gomez. tom. 3. reſolut. cap. 3. n. 49.*

5 Stante igitur ſententiâ hâc, ſequitur, judicem hodiè etiam ex mero officio ad inquiſitionem criminum & delictorum procedere debere, adeò, ut negligens officium facere, ipſemet crimine non levi ſe obſtringat. *Pariſ. de Put. de Syndicat. in verb. negligentia. cap.* 1. *num. 8. 9. cap. 4. nu. 4. 6. Foller. in pract. crim. in verb. aut inquiſitione num. 20. & ſeqq.* Quis ergò negare vellet, judicem ex officio contra Reum injuriarum procedere, eique pœnam arbitrariam imponere debere: præſertim ſi ab injuriato officium ejus fuerit imploratum.

6 *Neque aliud viſum fuit Scabinis, ſæpius ita reſpondentibus:* So ſeynd die Berichte der vorgeſtelten Zeugen uff vorgehenden gewöhnlichen Zeugeneyd gebührlichen zuverhören/ und nach Befindung der Sachen *I. L.* wegen ſeiner Vorbrechung/ da er derſelben überwieſen/ in gebührende Straffe zunehmen ſchuldig/ und ihr möget derohalben wider ihn einen ordentlichen *injurien* Proceß anzuſtellen wider ewren Willen nicht gedrungen werden/ V. R. W. *Ad requiſitionem* Bartol Porlens/*in* Eulenberg. M*enſe Auguſto, Anno 1593.*

7 *It:* So mögen ſie deßwegen einen ordentlichen *injurien* Proceß wider ihn anzuſtellen nicht gedrungen werden/ Es iſt euch aber wider bemelten *M. S. per modum inquiſitionis* zuverfahren/ und ihn in gebürliche Straffe zu nehmen unbenommen/ V. R. W. *Ad conſultationem Rudolph. à* Ponickaw. M*enſe Iulio,* A*nno 1626.*

8 Quod ipſum tamen ad pœnam arbitrariam eſt reſtringendum; quam ſolam Magiſtratus ex officio injurianti irrogare poteſt. Nam ad palinodiam vel æſtimationem injuriarum extra proceſſum ordinarium, ac parte non agente; Reum condemnare Magiſtratui ſeu judici haud fas eſt: ſiquidem palinodia & injuriarum æſtimatio intereſſe atque jus partis tantummodò concernit: de quo extra proceſſum judicare non licet, niſi injuriæ ſint tales, quæ in ipſum Magiſtratum redundent. Quod & clarè diſpoſitum in *Ordin. Polit. Elect. Saxon. de Anno 1612. tit.* von Juſtitienſachen. §. und weil. verb. dargegen wenn ein privatus wieder den andern in cauſa injuriarum oder wegen anderer geringen Beſchuldigungen/ ſo ſonderlich noch auff mehrer Außführung beruhen/ zu inquiriren gebeten/ ſolches/ es were denn einer contemplatione & intuitu officii injuriret, abgeſchlagen und zu ordentlicher Außübung gewieſen werden/ &c.

Obque hanc cauſam, ne quidem in proceſſu ordinario palinodia injurianti imponitur, niſi hæc petita fuerit à parte; quia ſcilicet judex non imploratus Actoris partes agere, ejuſque juri proſpicere non debet, *Matth. Weſembec. Paul. de Caſtr. aliique Dd. ad tit.* Cod. *ut quæ deſint* A*dvoc. part.* 9

Quare omiſſa in libello petitione palinodiæ, in hunc ferè modum pronunciare ſolent Scabini: Daß Beklagter Klägern an denen wider ihn außgegoſſenen injurien zuviel und unrecht gethan/ derowegen er mit willkührlicher ſtraffe billig zu belegen/ *&c. Quibus formalibus præſertim extra Electoratum* Saxoniæ *ſæpius reſponſum obſervavi: Veluti* gegen Bütow/ *in Pomerania, ad requiſitionem Nicolai* Butkammers/ C*apitanei. Menſ. Iulio. An. 1610.* 10

A*d* C*onſultationem* Senatus *in* Stettin. *Menſe Octobr.* A*n 1615.*

Conſiliariorum Elect. Brandeb. Cuſtrinenſium. Menſ. Iun. *An.* 1609.

Ad eosdem, Menſ. Martio, *An. 1612.*

Verſus Sagenruhn/ *in* Anſpach/ *Menſ. Sept.* A*n. 1601.*

SECUNDò AMPL. Ut omnes indifferenter perſonæ, cujuscunque ſexus & conditionis actione injuriarum conventæ; pœnâ arbitraria teneantur, & palinodiam præſtare debeant. 11

12 Q. 2. *An Nobilitas à palinodia aliquẽ excuſet?*

Scio equidem de Nobilibus, aliiſque Illuſtribus & honeſtioris ſortis & conditionis hominibus dubitari, an injuriarum conventi, præſertim à plebeiis pœnâ teneantur recantationis? eò, quod mitius agendum ſit cum Nobilibus, quàm cum plebeiis, *Andr. Tiraquell. in tract. de pœn. temper. cauſ. 31. & in tract. de Nobilit. cap. 20. numer. 108. & ſeqq. Cæpoll. conſ. crim. 39. num. 20. Petr. à Plach. in Epit. delict. cap.* 1. *num. 23. & ſeqq.*

Rectè tamen concludit *Dan. Moller. ad Conſtit. Elect. 42. num. 9. verſ. ſed contrarium, &c. part. 4.* Nobiles non minus ac plebejos ad palinodiam canendam adigendos eſſe: Uti namque ſæpius dixi, quod de Nobilibus mitius puniendis vulgò traditum eſt, id in iis tantummodò pœnis locum habet; quæ arbitrio judicis relictæ ſunt. At in pœnis uniformibus; qualis abſque dubio eſt palinodia, res aliter ſeſe habet, in iiſque æqualiter puniri debent tam Nobiles, quàm ignobiles, niſi judex ex juſta & urgenti causâ cenſuerit, vel gravius, vel mitius utrumque puniri, quàm lege vel Statuto ſit præſcriptum, *l. quid ergo. 13.* §. *8. ff. de his qui not. infam. l. etſi ſeverior 3.* C. *quib. ex cauſ. infam. irroget. Salycet. in l. ſervos. num. 4.* C. *ad L. Jul. de vi publ.* M*oller. d. loco. num. 12.* Quod eò magis verum eſt, quantò certius, palinodiam tendere ad reſtitutionem honoris & intereſſe partis offenſæ, ubi nulla diſtinctio perſonarum admittenda eſt. 13

14 Quo etiam verba reſpiciunt manifeſta *Conſtit.Elect.42.verſ.* **Setzen/ wollen unnd ordnen/** &c. Ibi: **daß ein jeglicher / wer der auch were / der andere Mann oder Weibesperſonen an Ehren ſchmähen würde / einen öffentlichen Widerruff vor Gerichte zu thun ſchuldig ſeyn ſoll.**

Unde patet, nemine excepto, omnes indifferenter injuriantes ad revocationem condemnandos eſſe. Hæc enim vis & efficacia eſt verborum illorum, (**wer der auch were**) ut neminem prorſus excipiant, *c. ſolitæ. verſ. quodcunque ligaveris. ubi* Abbas. *in ult. not. extr. de major. & obedient. l.fin. junct. gloſſ.in verb. per quamcunque.* C.*qui legit.perſon.Luc.de Penn.in l.ult. in pr.* C.*de exact.tribut.lib.10.Dan.* Moller.*d. loc.nu. 10.& 11.*

15 *Idq; ſic practicari, certo certius eſt. Quamvis meo judicio judex in injuriis, præſertim haud atrocioribus ratione Nobilitatis palinodiam in deprecationem commutando non multum aberret, quod & ſæpiùs in Elect.Saxon.Scabinatu obſervatum memini.*

16 Ex eadem pariter ratione inferendum, quod & contra Univerſitatem, Communionem, & integrum Senatum actio ad palinodiam locum habeat, prout rectè ſentit I*oan Harppr. in* §. *non ſolum.11.n.56.Inſtit. de injur.* Quia & Univerſitates perinde ut alius privatus conveniri poteſt, *Matt. Berlich.p.5.concl.62.n.20.*

Nec obſtat, quod actio ad palinodiam famoſa ſit. *Ant.Fab.in* Cod.*lib.9.tit.de injur.num.2. Quia* & contra Univerſitatem famoſa actio competit, *Bart.in l.aut facta.10.§.ult.ff.de pœn. num.7. poſt pr.Bald.in l.quoniam.5.§.ſi quis.1.ff. de his qui not. infam.n.3.verſ.in contrarium.*

17 Sicuti & contrario caſu Univerſitatis injuriantem ad palinodiam convenire poteſt, & Reus de injuriis convictus, ſive confeſſus palinodiam recantare tenetur. Quod tantò minus dubium habet, quantò gravius injuriis affertur dedecus Univerſitati, Communioni, vel Senatui, qui eò magis ad reſtitutionem honoris & exiſtimationis agere debet.

18 *Quod & dubio carere, probant* Sententiæ Scabinorum *Lipſenſium, ſic pronunciantium:* **Hat** *N. N.* **vor ſitzendem Rath wider das gantze** *Miniſteriū* **ſich dieſer Schmachreden verlauten laſſen / Es lebete kein Gottloſer Volck unter der Sonnen / als die Pfaffen / inmaſſen er auch den Rath zu Geier übel angelaſſen / und vielerley Partirerey und Untrew beſchuldiget / ꝛc. So iſt** *N.N.* **dem gantzen** *Miniſterio* **und Rath zu Geier einen offentlichen Widerruff zu thun ſchuldig/ und wird hierüber mit Landesvorweiſung billig in ſtraffe genommen / V. R. W.** *Ad requiſitionem Quæſtoris in* **Wolckenſtein.** *Menſe Octobr. An.1620.*

In caſu ſimili, fuit ita reſponſum Judici & Scabinis Francofurtenſibus ad Oderam. Menſ. *Febr. Anno 1601.*

I*t. Quæſtori & Senatui Dresdenſi.* Menſ. *April. Anno* 1615.

Q.3. Num Clerici à pœna palinodiæ ſint exempti?

19 At, *quid de Clericis habendum?* Hoſce à pæna palinodiæ exemptos eſſe, tradit. *Proſper. Farin.part.3.oper.crim.quæſt. 105.n.*75. quem ſequitur M*atth.Berlich.d.concluſ.62.num. 22.* Sed abſque fundamento. Nullibi enim à generali ſanctione, quâ injuriantes ad recantationem obligantur, Clerici reperiuntur excepti; Quare nec eosdem ab hac pœna immunes eſſe abſque juris autoritate aſſerere licet, *l. diſſentientis.5.* C. *de repud. cap. is qui in Eccleſ.18. in fin. pr. extr. de ſentent.excommun.in 6to.Hartm.Piſtor.lib.2.qu.1. nu.100. Ioach.Schult. in addit.ad Modeſt. Piſtor. part.3.quæſt.126.num.168.* Quos vel eò magis verbis ſanctionis comprehenſos atque expreſſos eſſe dixerim, quia hæc verbis generalibus omnibus indifferenter injuriantibus palinodiam imponit *Conſt.Elect.42.p.4.* (**daß ein jeglicher / wer der auch ſey.**)

20 Expreſſum enim nominatur & id, quod generalibus verbis comprehenditur. *Bartol. in l. Prætor ait 20.§.interdictum hoc.1.num.1 ff.de oper. nov.nunciat.& in l.heredes.1.nu.7.verſ.primo modo expreſſum & in centurio.15.n.4.ff. de vulgar.& pupill.ſubſtit. Gloſſ.in l. ult. in verb. ſpecialiter.c. quod cum eo qui in alien. poteſt. Henning. Gœden. conſ.4.nu.10.Andr.Tiraquell.de legib.connub.gloſſ. 6.in verb expreſſ.num.87. Jacob. Schult. in addit. ad Modeſt.Piſtor.part.4.quæſt.155.n.24. Alexand. lib.5.conſ.75.n.11.& 13.*

21 P*rout reſponſum ſcio à* Scabinis.*M.April.*An. *1630.*

Similiter nec à palinodia ſeu recantatione ſeſe liberare poterit allegans iracundiam vel ebrietatem, ut qui duplicem pœnam meretur: *Tùm* propter ipſam ebrietatem: *Tùm* propter delictum in ebrietate commiſſum, ſecundum A*riſt.3. Ethic.5. Andr. Tiraquell. de pœn. temper. cauſ.6.n 9.Blanc.in pract. crim.* §. *ebrius. num.*7. A*ndr.Gail.lib.2.obſ.110.n.26.*

Q.4. Quatenus ebrietas injuriantem excuſet?

22 Quamvis non negem, immodicam ebrietatem, quæ ratione injuriantem ferè privat, aliqua ex parte ipſi ſubvenire. Quia ſupra modum inebriatus dolo caret. Abſque dolo verò & animo injuriandi propriè non committitur injuria, *l. illud relatum.3.§.ſanè.1.& l ſeq.ff.de injur.l.ſi non. 5.l.qui liberos.9.& l.ſeq.C.eod.* M*atth.* W*eſembec. in parat.ff.de injur.num 8. Ioh.Schneidvv. ad pr. Inſt de injur.n.2.Petr.Heig part.2.quæſt.*11.*n.36. Angel.*A*ret.in tr.malef. verb. verba injurioſa.nu. 2 Ægid.*B*oſſ.in pract.crim.tit.de injur.n.13.Iohan. Harppr.ad pr.Inſt.de injur.nu.6. Aym.* C*ravett. tom.1.conſ.9.n.35.Hieron. Magon.deciſ.26.n.11.& ſeqq.Henning.Gœdd.conſ.31.n.11. Dan.*M*oller.ad Conſtit.Elect.42.n.24.p.4.*

23 *Reſponderunt ita Scabini* C. S. **zu Dippoldißwalda: So ſeyd ihr** *Aſmus* **Görnern von wegen ſolcher injurien / der von euch angezogenen Trunckenheit ungeachtet / einen öffentlichen Widerruff vor Gerichte zu thun ſchuldig: Ihr möchtet denn eydlichen erhalten / daß ihr mit ſolcher Trunckenheit beladen geweſen / daß ihr von ewren ſinnen gar nichts gewuſt / deſſen genöſſet ihr uff ſolchen Fall billig / V. R. W.** *Menſ.Jun.An.1608.*

24 *TERTIo AMPL.* in heredibus injuriati: quibus Reus actione injuriarum conventus, defuncto injuriato, lite pendente, ad palinodiam æquè eſt obligatus.

Q.5. Actio injuriarū quando heredibus, & num adverſus heredes competat.

25 Quod enim vulgò dicitur, actionem injuriarum morte tam Injuriati, quàm injuriantis extingui, nec heredi & contra heredem competere, §.*non autem omnes.1. Inſt. de perpet. & temp. act.l.ſi cum judicio.10.* §. *qui injuriarum. 2.in pr. & verſ. idem dicendum eſſe, ff. ſi quis caut. jud. ſiſt.*

ſiſt.cauſ.fac.l.pœnales.31.poſt pr.ff.ad L.Falcid.l.injuriarum.13.in pr.l.item apud Labeonē.15.§.injuriarum.14.l.injuriarū.28.ff.de injur.Ioh.Schneidvvin.in §.ult.n.3.Inſt.de injur.Ioh.Harppr.ibid.nu.61.Iodoc.Damhouder.in prax.rer.crimin.cap.136.num.24.Hartm.Piſtor.quæſt.27.nu.1.& ſeqq. Illud verum eſt, niſi lis fuerit conteſtata, *dict.§.non autem omnes.1.verſ.excepta injuriarum.junct.verſ.pœnales autem actiones.*Inſtit.*de perp.& temp.act.d.l.ſi cum judicio.10.§.qui injuriarum.2.ff.ſi quis caut.judic.ſiſt.cauſ.fact.Iohan.Harppr.d.§.ult.num.65.*Inſtit.*de injur.Iacob.de Belloviſ.in pract.crim.lib.1.cap.3.numer.79.*Matth. Weſembec.*in parat.ff.de injur.n.12.verſ.Niſi à defuncto.Iacob.Schult.in addit.ad Modeſt.*Piſt.*part.3.quæſt.107.n.18.*

26 Poſt litis namque conteſtationem res amplius integra non eſt, ſed lis perpetuatur, & transmittitur in heredes. Quare defuncto injuriato, Reus poſtea condemnatus, nihilominus palinodiam præſtare debet. Etſi enim ipſemet injuriatus obierit, ejusdem tamen fama nondum interiit; quàm reſtitui non modò defuncti, ſed & heredum intereſt. Ea propter etiam Reus condemnari ſolet ad præſtandam palinodiam tàm ipſi defuncto, quàm heredibus.

27 *Veluti ita pronunciavimus requiſiti à Senatu Sangerhuſano*: Daß der Proceß von Klägern zur notturfft *reaſſumiret*, und haben Klägere beklagte wegen ihres beharlichen Vngehorſams nunmehr biß uff die Hülffe erſtanden/und erlanget/ derowegen iſt ſie der verſtorbenen *A. S.* und nunmehr nach derſelbigen Klägern als ihrem Manne und Tochter wegen der gedachten *A. S.* zugefügten injurien einen offentlichen Widerruff vor Gerichte zu thun ſchuldig/ und mag hierüber willkührlich/ entweder ein vierzehen Tage lang mit Gefängnüs/ oder umb ſechs Newe Schock in Straffe genommen werden/ inmaſſen ſie auch Klägern die in dieſer Sachen uffgewendete Vnkoſten uff vorgehende *liquidation* und Richterliche Ermeſſigung zuerſtatten ſchuldig iſt/ V. R. W. *Menſ.*Iunio, *An.1627.*

28 Quin & injuria filio, vel uxori, vel alii ex familia illata, quo caſu patri, marito & omnibus de familia facta cenſetur, *l.2.& 3.ff.de liber.cauſ.Gloſſ.in l.Lex* Cornelia.*5.in pr.ff.de injur.* etiamſi perſona injuriata ante litis conteſtationem mortua fuerit, injuria tamen extincta non eſt, quoad patrem, maritum, aliosvè, quibus injuriarum quoque actio competit; qui tunc nomine proprio injuriarum agere poſſunt, *l.1.§.3.ſub fin.ff.de injur.Hartm.Piſtor.lib.4.q.21.n.3.*

29 Quod non modò in patre, marito, aliisvè perſonis, quarum poteſtati injuriatus fuit ſubjectus, ſed & in reliquis conſanguineis verum eſſe arbitror; ita ut & liberi, ac vidua injuriam defuncto patri aut marito illatam vindicare queant, per text.in *l.ſi verò.5.§.hæc autem actio.5.verſ.dummodo ſciamus.ff.de his qui effu.vel dejec.Hartm.Piſtor.d.quæſt.21.nu.3.Matt.Berlich.part.*5.*concl.70.n.11.* Etenim per injuriam defuncto factam, liberi & vidua ſimul offenduntur. Injuria namque defuncto facta, heredi facta videtur, & hoc nomine ipſi datur actio, *l.1.§.2.§.4.ff.de injur.Iohan.*Schneidvvin.*in*§.*non autem.n.*1.*Inſtit.de perpet.& temp.act.* Quare & hoc caſu defuncti in ſententia condemnatoria mentio fieri ſolet.

†

30 *Pronunciaverūt ita Scabini Senatui Weiſſenfelſenſi*: Hat ſich N. W. L. Wittib vor ſich und von wegen ihres Sohnes über *G. C.* beklaget/ daß er jetzo gedachten ihren verſtorbenen Ehemann/ in einer Bierzechen geſchmähet/ und geſaget/ Es were ihme zu Dreßden der Kopff abgeſchlagen worden/ da er doch daſelbſten eines natürlichen Todes geſtorben/ꝛc. Ob er nun gleich vorgewendet/ daß er ſolches von einem andern zu Zeitz gehöret/ So iſt er dennoch ſolches ſeines vorwendens ungeacht/ dem verſtorbenen und ſeiner nachgelaſſenen Witben/und Sohne einen offentlichen Widerruff vor Gericht zu thun ſchuldig/und mag hierüber willkührlich/ mit Gefängnüs/oder umb eine ziemliche Geldbuſſe/ ſeinem Vermögen nach/ in Straffe genommen werden/ V. R. W. *Menſe Auguſt. An.1582.*

Simili ferè modo reſpondimus Quæſtori in Wolckenſtein/*Menſ.Octobr.An.1626.*

31 Sed hæc ita ſeſe habent in hæredibus injuriati: Defuncto autem injuriante, ſive lis conteſtata fuerit ſive non, actio ad palinodiam nequaquam in heredes rei tranſit, ſed morte ipſius ſimpliciter expirat, nec heredibus palinodia imponi poteſt. Etſi enim hæc actio quoad injuriati perſonam videtur eſſe rei perſecutoria, ut quæ tendit ad reſtitutionem famæ atque exiſtimationis; attamen reſpectu injuriantis & Rei conventi pœnalis eſt, & famoſa, adeoque in heredes iſtius nullatenus tranſit, A*nton.Gomez.3.reſolut.1 num.81.& 83.*Ioh.*Schneidvvin.in*§.*non autem.n.*1.*Inſtit.de perpet.& tempor.act.Ferd.Vaſq.3.controverſ.96.n.28.*

32 *Veluti ita reſpondimus ad requiſitionem* C. S. Hat *N. N.* wider ewren Vatter eine *injurien* Klage erhoben/und in derſelben den Wiederruff und willkührliche Straffe ihm auffzuerlegen gebeten; Ob nun wol bey lebzeiten gedachtes ewers Vatters nicht allein der Krieg befeſtiget/ ſondern auch biß auffs Endurtheil verfahren worden/ꝛc. So iſt doch anjetzo durch deſſen Todt der Proceß erloſchen/ unnd ihr als der Erbe möget dannenhero denſelben zu *reaſſumiren* nicht angehalten werden/ V. R. W. M*enſ.Febr.An.1624.*

33 *QVARTo AMPL.* In omnibus indifferenter injuriis verbalibus. Quocunque enim modo ac quibuſcunque verbis quis alteri injuriam intulerit, eas recantare debet, ac inſuper pœna arbitraria tenetur. Inter injuriantes ſiquidem non ſolùm referendus eſt; qui aliquem appellat nebulonem, furem, ſpurium, infantem, uſurarium, falſarium, ſcortatorem, &c. *Iul.Clar.lib.5.ſentent.§.injuria.num.*1.A*ym.Cravett tom.1.conſ.*145.*Matth.de Afflict.in c.1.§.injuria punitū.tit.de pact.juram.firm.nu.7.& 9.Iodoc.Damhouder.in prax rer.crim.cap.136.nu.4.*Iaſ*on in l.turpia.ff.de leg.1.num.8.& in l.ſi pepercerit.ff.de liber.& poſthum.n.*7. Vel Judæum, vel ex parentela Judæorum natum, *Ludov.à Peguer.deciſ.13.n.1.& ſeqq.Ant.Teſſaur.deciſ.18.n.10.li.*1.*Didac.*Covar.*lib.1.var.reſolut.cap.*11.*n.1.Ioh.Harppr.in §.injuria.*1.*Inſtit.de injur.num.52.*

34 Sed & is, qui alicui ſua vitia & defectus naturæ exprobrat; dicendo, quòd ſit cœcus, mutus, ſurdus, gibboſus, loripes, luſcus, monoculus, Strabo, *Iodoc.Damhouder.d.c.136.num.4.Proſper.Farinac.p.3.oper.crim.quæſt.105.n.24.Joh.Harppr.in d.§.injuria autem.num.98.* Ut & qui falſum aut ſcelus

lus alicui imputat,nec probare hoc poteſt, *l. item*
apud.15.§.ſi quis libello.ff. de injuriis. Ægid. Boſſ.
*tit.de injur.num.4.Jul.*Clar.*d.§ injuria.n.1.*Item,
qui alicui bonum verbum, ironicè tamen dixe-
35 rit,puta,tu es bonus aut honeſtus vir, tu es bona
mulier,honeſta virgo,&c. *Iul. Clar.d.num.1.* Ioh.
Harppr.in d.§.injuria.num.137.Proſper.Farinac.
d.quæſt.105.num.103.Petr.à Plac.in epit. delict.
*lib.*1.*c.1.num.12.& ſeqq. Iacob. de Bellov.in pract.*
crim.lib.1.c.3.num.31. Nec non, qui aliquem in-
gratum, impudentem, ſocordem vel negligen-
tem vocavit,*Ioh.Harppr.d.* §.*1.num.142. Decius*
36 *conſ.686.num.11.& ſeqq.* Qui divitem de pauper-
tate diffamavit,*l 31.§.ult.ff. qui ſatisd. cog. l. quiſ-*
quis.5.§.1.*in fin.C.ad*L. *Iul.*Majeſt.*Iohan.*Schneid-
vvin.ad §.*injuria.1.num.29.Inſtit.de injur.* Iaſon.
in l.ſi verò. §.*qui pro Reo.ff.qui ſatisd.cog. num.5.*
*Hieron.*Mag.*deciſ.26.num.22.& ſeqq.* Vel ſi quis
non debitorem,quaſi debitorem appellat, *l. item*
apud Labeonem 15.§.*ſi quis non.33.ff.de injur.* Qui
interpellat fidejuſſores debitoris cùm ipſe de-
bitor paratus ſit ſolvere,*l.ſi creditor.*1*9.ff.de injur.*
M*atth.*Berl*ich.part.5.concluſ.59.nu.37.38.& ſeqq.*
37 Aut qui aliis verbis ac modis, alterius famam &
exiſtimationem commaculat: de quibus vide
latiſſimè. *Iohan. Harppr. in §.1. Inſtit. de injur.*
Matth.Berlich.d.concluſ.59. per tot. Rutger. Ru-
*land.de commiſſ part.4.lib.7.cap.6.num.*1.*& ſeqq.*
Matth de A*fflict.c.1.§.injuria punitur.tit.de pact.*
juram.firm.n.7.& ſeqq.

38 Ubi tamen notari velim, non indifferenter pro omnibus injuriis Reo palinodiam ſive recantationem imponendam eſſe; ſed pro ratione & qualitate injuriarum prædictarum, quæ non pariter atroces ſunt,eam quandoque in deprecationem tutò commutari poſſe.

39 Pro certo autem tenendum hoc, quod injuriam proferat verbalem, qui alicui mendacium impingit, dicendo, Tu mentiris. *Bart.in l.item apud Labeonem.15.§.ait Prætor.ff.de injur.num.3. Iohan.Harppr.in* §.*injuria.*1. *Inſt.de injur. nu.71. Iul.Clar.lib.5.ſentent.§.injuria.num.1.Proſper.Farinac.p.3.oper.crim. quæſt.105.num.*310. *Iodocus Damhouder.in prax.rer.crim.cap.136.nu.6.Iacob. de* Bellov*iſ.in pract.crim. lib.1.cap.3.numer.17.* M*atth.Berlich.p.5.concl.59.num.47. Iaſon.in l.etſi pepercerit.ff.de lib.& poſthum.n.11.*

Quod & verum eſt, etiamſi quis deſuper
40 proteſtetur,*Didac.Covarr.lib.1. variar. reſolut.c.*
11.num.1.Felin.in c.quæ in Eccleſiarum.7.Extr.de
*Conſt.num.86.*Mode*ſt.*Pi*ſtor.vol.1.conſ.67.num.4.*
*Iohan.*Schnei*dvv ad* §.*injuria.1.Inſtit.de injur.n.*
8.Angel.Arct.in tract.malef.verb.verba injurioſa.
*num.9.& ſeqq.*Iul.*Clar.lib.5.ſent.§.injuria.nu.13.*
Iodoc.*Damhoud.d.c.136.n.7.*An*dr.Gail.lib.*2.*ob-*
41 *ſerv.101.num.1.poſt pr.* Niſi quis maledictis aut
convitiis provocatus, ab aliquo ei dixerit: Tu
mentiris. Quod quis abſque metu actionis inju-
riarum dicere poteſt, W*urmbſer.libr.1.obſerv.*
tit.47.obſerv.4.num.1.& ſeq.& obſerv.15.nu.6.
*Damhoud.d.c.136.nu.6.*Iohan.*Schneidvvin.d.§.1.*
num.8.Fulv.Pacian.de probat.lib.1.cap.59.nu.51.
Dan.Moller.ad Conſtit.Elect.42.p.4.nu.37.Andr.
*Tiraquell.de pœn.temp.cauſ.1.nu.*11. *Felin.in c.de-*
licti.8.n.10.Extr.de except.Berlich.d.concl.59.nu.
53.Andr.Fachin.lib.9.controv.c.12.Proſper.Fa-
*rinac.part.3.oper.crim.quæſt.*105.*n.315.* Harppr.
*d.§.1.n.80.*Bajard.*ad* Iul.*Clar.lib.5.ſentent.§.in-*
juria.num.63.

42 Sed quid de eo habendum,qui dicit,ſe conjugem alterius,vel virginem, aut viduam carnaliter cognoviſſe, quod certò non raro accidit, ut leviſſimi homines,ita glorientur,quos quidem propterea pœnam promereri certiſſimum eſt: *ſed an etiam actione injuriarum teneantur, dubium eſſe poteſt?*

Q.6. Num actione injuriarum teneatur, qui ſe conjugem alterius, vel virginem aut viduã carnaliter cognoviſſe gloriatur?

Rationem dubitandi præbet, quòd ejusmodi gloriator non tam dolo malo, & ex propoſito mulierum & virginum famam & exiſtimationem lædendi, quàm ex inani quadam jactantia peccet, & ſibi cum ſe eſſe perſuadeat, & ab aliis haberi velit,quem ultrò mulieres & virgines appetunt.

43 Attamen, quia graviſſima eſt hæc diffama-
tio, & cum maxima honeſtarum mulierum &
virginum injuria conjuncta, ac fieri vix poteſt,
ut ejusmodi jactator,& temerarius ac falſus glo-
riator in dolo non verſetur; quin is injuriarum
actione conveniri, & ad palinodiam, ſimul &
pœnam arbitrariam condemnari queat, ambi-
gendum prorſus non eſt. *Dan. Moller. ad Conſt.*
Elect.45.num.2.& 4 part.4. Ac quo minus du- 44
bitetur, quæ de pœnâ injuriarum in foro Saxo-
nico ſtatuta ſunt, ad hunc quoque caſum eſſe ex-
tendenda, Illuſtriſſimus Elector Saxon. peculia-
rem edidit ſanctionem, diſponens, ut hac in parte
abrogatâ quoque pœna 30. ſolidorum Saxon.
Reus hujus criminis non tantùm injuriam pu-
blicè revocare, ſed inſuper etiam pro arbitrio ju-
dicis, vel carcere, vel relegatione, vel fuſtigatio-
ne puniri debet. C*onſtit.Elect.* 45.*p.4.* In verb.
Dieweil denn ſolches eine gantz beſchwerliche
diffamation **iſt / dardurch Frawen und Jung-**
frawen an Ehren bößlich verletzet werden / So
ordnen und ſetzen wir / daß ein ſolcher Verbre-
cher oder Verleumbder neben dem Widerruff /
ſo er dem Part thun ſoll / mit willkührlichen
ſtraffen / als Gefängnüß / zeitlicher oder ewiger
Landesvorweiſung / ſampt Staupenſchlägen /
nach Gelegenheit der Vmbſtände / beleget und
geſtraffet werden ſoll.

45 Quæ Sanctio quantum ad pœnam arbitrariam attinet, non multum à jure communi diſcrepat, quo gloriatores ejusmodi extra ordinem quoque pro arbitrio judicis puniendos eſſe, tradunt *Dd.*per text.*in c. quàm ſit grave.9. Extr. de exceſſ. prælat. Hippol. de Marſil. in l. de minore. in pr.numer.51.ff.de quæſt. & in pract.crim.* §.*diligenter. num.78.* Iacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt.lib.2.cent.4.caſ.331.num.* 2. *Foller.in pract. crimin.in verb.Et ſi confitebantur.part.2.num.23. Ioſeph* Ma*ſcard.de probat.vol.1.concl.350.num.56.* Neque enim pœna adulterii hoc caſu injurianti infligenda eſt, qui gloriatur, ſe cum uxore alterius concubuiſſe; quia ad ſolam confeſſionem unius ſpontaneam, altera parte abſente, vel delictum non confitente, pœna mortis in crimine adulterii haudquaquam eſt irroganda:

prout pluribus demonſtravi *ſuprà q. 60. Modeſt. Piſt. p. 2. quæſt. 52. n. 1. & ſeqq.* Matth. *Coler. p. 1. deciſ. 235. Hartm. Piſt. obſerv. 33. Aut. Conſult. Conſt. Saxon. tom. 2. part. 4. quæſt. 21. Dan. Moller. libr. 2. ſemeſt. 37.*

46 In arbitrio igitur judicis eſt, quam pœnam ultra palinodiam gloriatori ſeu injurianti infligere velit: qui arbitrium ſuum ex qualitate injuriarum, perſonarum, aliiſque circumſtantiis informabit, ne vel duriorem vel mitiorem jure ac æquo pœnam dictitet; ſicuti nec hoc caſu, palinodiam in deprecationem juſta ex cauſa immutandi facultas judici adempta eſt. Quæ omnia *praxis quotidiana* probat.

47 *Sæpiùs tamen Scabini pœnam relegationis temporalis, dictitare conſueverunt. Vt in caſu quo juvenis H K. cum viduâ ſe concubuiſſe gloriatus fuerat.* So iſt bemelter *H. R.* ermelten Wittiben vor Gerichte einen öffentlichen Widerruff zuthun ſchuldig/ und mag hierüber des Landes uff 3. Jahr lang verwieſen werdẽ/ V. R. W. *Quæſtori in* Sathan *M. Iun. An. 1608.*

Et in caſu ſimili Prætori Pegavienſi. M. Decemb. An. 1602.

P*erpetua autem relegatio dictata fuit cuidam ruſtico ob eiusmodi diffamationem, ad conſultationem Quæſtoris* Miſnenſis. *M.* Sept. *An. 1594.*

48 *Concurrentibus verò circumſtantiis, diffamationem aggravantibus, quin pœna fuſtigationis diffamatori indici poſſit, dubium non eſt ob verba manifeſta d. Conſtit. Elect. 45.* Sampt Staupenſchlagen nach gelegenheit der Vmbſtände beleget und geſtrafft werden ſol. *Veluti etiam ſic reſponderunt Scabini:* Da gemelter *M. S.* ſeiner angegebenen *diffamation* und Bezüchtigung/ daß er nemblich bey A. G. Tochter geſchlaffen/ und das Werck der fleiſchlichen Vnzucht mit ihr begangen/ keine gewiſſe Nachrichtung thun künte. So würde er neben dem Wiederruff/ ſo er benimbter Wittiben und Tochter zuthun ſchuldig/ wegen ſolcher *diffamation* zur Staupengeſchlagen/ und des Landes ewig verwieſen/ V. R. W. Wolffgango à Schönberg. *Menſe April. An. 1583.*

49 *Quandoq; tamen pœnam arbitrariam, carceris, vel pecuniariam dictare haud dubitaverunt Scabini, ad conſultationem Iacobi ab* Heßler. *Menſ. Majo, An. 1592.*

Quæſtoris Coldicenſis. M. *Aug. An. 1621.*

Q. 7. An & quando fœminæ maritos aut iuvenes de adulterio vel ſtupro inculpantes, actione injuriarũ conveniri queant?

50 Etſi verò *Conſtit. Elector.* de viris tantummodò loquatur, ſe cum uxoribus nuptis, viduis, aut virginibus concubuiſſe jactantibus, ut ex ipſa rubr. patet (So ſich einer rühmet/ Er oder einander habe eine Ehefrau/ Jungfrau/ oder Wittibe beſchlaffen/ ꝛc.) Attamen quin idem in fœminis, adverſus juvenes aut maritos eiusmodi diffamationem proferentibus, ſtatuendum ſit, dubitandum non eſt: ob rationis identitatem, quæ idem ius facit, P*anormit. in c. quoniam frequenter. 5. num. 6. Extr. ut lit. non conteſt. Gloſſ. in c. fraternitatis. 17. in verb. noviſſ. verſ. & ubi eſt eadem ratio. Extr. de teſtib. Bald. in l. quoniam intelligitur. 5. n. 4. verſ. nam cum procedat per eandem rationem. ff. de his qui not. infam.*

51 *Quare & hanc ipſam ſanctionem ad fœminas extendere haud veriti fuere Scabini, in hunc modũ reſpondentes:* Ob gleich die Gefangene *M. K.* Hanſen *H.* beſchuldiget/ und außgeſaget/ daß derſelbige als ſie bey Jhme gedienet/ zu unterſchiedenen malen mit ihr fleiſchliche Vnzucht begangen/ und ſie geſchwängert: Dieweil aber jetztgedachter *H.* deſſen nicht geſtändig/ So mag auch auff der gefangenen Vettel bloſſe Bezüchtigung in mangel anderer und kräfftiger *indicien*, und derer Außführung/ wieder ihn nichts vorgenommen werden/ Sondern es iſt die gefangene *M. K.* ſolcher Bezüchtigung halber *H. H.* für Gerichte einen offentlichen Wiederruff zu leiſten ſchuldig/ unnd wird hierüber mit ewiger Landesverweiſung billig in ſtraff genommen/ V. R. W. *Conſul. & Senatui Dreſdenſ. Menſ.* Mart. *Anno 1605.*

52 *Quin & hoc caſu* Scabini *fœminis diffamatricibus, & à juvenibus ſe cognitas fuiſſe ſpargentibus, neq; id probantibus regulariter arbitrariam pœnam, relegationis, carceris, aut etiam mulctam pecuniariam indicere ſolent. Uti pronunciatum Senatui* zu Nordthauſen. M. *Iun. An. 1621. Iacobo ab* Heßlern. M. Majo, *An. 1592.*

Quæſtori Miſnenſi. M. *Sept. An. 1593.*

Iudici oppidano Martisburgenſi. M. Martio, *An. 1599.*

Magdalenen Keyſerin M. Mart. *An. 1622.*

53 Notandum tamen, quod hæc ſanctio Electoralis duplici modo limitetur: 1. Si diffamator vel diffamatrix concubitum probare queant, uti apparet ex verbis *Conſtit. Elect. 45.* Vnd können doch derowegen keine gewiſſe Nachrichtung thun/ ꝛc. *p.* 4. Etſi enim crimen hoc à ſe perpetratum probantes pœnam iſtius neutiquam effugiant; attamen ad palinodiam & pœnam in falſos diffamatores *dict. Conſtitut. 45.* ſtatutam non condemnantur. Proinde ſi concubitus fuerit probatus, ceſſat quidem recantatio, ſtupri tamen pœna glorianti & jactanti irroganda erit.

Uti pronunciatum ad requiſitionem Quæſtoris in Sathan. M *Ian. An. 1609.*

54 *Hocq; eſt, quod Scabini ſententiis hæc verba inſerere ſoleant.* Wofern er die angegebene Beſchuldigung/ wie Recht/ nicht außführen/ noch deßwegen gewiſſe Nachrichtung thun könte/ ꝛc

55 Sufficit enim indicia probari & conjecturas, ex quibus concubitus colligendus ac præſumendus; Etenim quia crimen hoc, ut & reliqua carnis delicta in occulto perpetrantur, fieri nequit, ut teſtibus probetur.. Sufficit ergò ex indiciis & præſumptionibus certis de eo conſtare poſſe. Idque ipſum innuunt luculenter verba *Conſtit.* Derowegen keine gewiſſe Nachrichtung thun.

56 Neque omittendum hoc, quod diffamator ad probationem ſe offerens, licet indicium indubitatum ac certum concubitus non probet, ſi tamen tale doceat, ex quo copula carnalis aliqua ex parte conjecturari poſſit, mitiori pœna plectendus ſit, commutata etiam recantatione in deprecationem, in eine Chriſtliche Abbitte.

57 *Sicuti reſpondimus Quæſtori Dreſdenſi:* Vnd wiewol *Inquiſit* uff ſolch ſein vorgeben/ nochmals beruhet/ ſo hat er doch daſſelbe nicht beybringen/ noch etwas mehr beweiſen können/ als daß ſie einsmahls bey Jhme alleine in Mitternacht in der Stuben im finſtern gefunden/ und betretten worden/ ꝛc. So iſt er *N. N.* und ſeiner Tochter eine Chriſtliche Abbitt zuthun ſchuldig/ unnd wird alſo denn der gefänglichen Hafft uf ein urpheden hinwiederumb billig entlediget/ V. R. W. M. *Iun. An. 1629.*

58 2. Fallit quoque ſanctio Electoralis, ſi indicia & præſumptiones concurrant tales, quæ ſufficiunt ad imponendum juramentum purgationis juveni, qui cum diffamatrice concubuiſſe perhibetur. Haud raro enim accidit, ut inculpatus à fœminâ, apparentibus indiciis & præſumptionibus probabilibus, juramento ſe purgare teneatur. Quo præſtito, adverſus diffamatricem fœminam actio iniuriarum regulariter ipſi non competit, neque palinodia ſeu recantatio fœminæ hoc caſu eſt imponenda, propterea, quod inculpatio, ſi non plenè, per conjecturas tamen & indicia, ad juramentum purgationis ſufficientia, ſemiplenè fuerit probata, & ſic à diffamatrice aliqua ex parte fides facta; ut mirum haud ſit, actionem iniuriarum adverſus eam ceſſare; juxta verba *Conſtitut. Elect.* 45. Vnd können doch derowegen keine gewiſſe Nachrichtung thun/ꝛc.

59 *Quod & Scabinis placuit ſic reſpondentibus*: Dieweil *H. H.* vermittels ſeines leiblichen Eydes nunmehr ſich gereiniget/unnd geſchworen/ daß Er mit *M.K.* nicht geehbruchet/ unnd fleiſchliche Vnzucht begangen/ So mag auch wieder Jhn der Straffe halber nichts vorgenommen werden. So viel aber die Gefangene *M.K.* anlanget/ wird ſie geſtalten Sachen nach mit dem Wiederruff billig verſchonet/ Sie wird aber vber das allbereit erlittene Gefängnüß mit zeitlicher Landesverweiſung in Straffe genommen/ V. R. W. *Senatui Dreſdenſ. M. Majo, An.* 1606.

60 *It*: Hat euch euer Dienſtmagd *B.S.* als wenn ihr Sie geſchwängert unnd ihr die Ehe verſprochen/ beſchüldiget und angeklaget: Ob ihr nun wol uff vorgehen des rechtlichen Erkäntnüß/ daß ihr ſie niemals fleiſchlichen erkandt/ noch auch ihr die Ehe verſprochen/ vermittels eines leiblichen Eydes erhalten/ und geſchworen. Dieweil aber dennoch ſo viel *Indicia* wider euch verhanden geweſen/ daß ihr euch eydlichen purgiren müſſen/ꝛc. So ſeyd ihr ſie auch der angezogenen Injurien und auffgewendeten Vnkoſten wegen zubeklagen/ unnd in Anſpruch zunehmen nicht befuget geweſen/ V. R. W. *Iohan. Rudolpho* in Zſchopaw. *M. Iunio, An.* 1629.

Q. 6. *An præſtito juramento purgationis à marito de adulterio diffamato, fœmina adultera pœna adulterij ſit plectēda*

61 Præſtito autem juramento hoc purgationis à marito, *utrum fœmina quæ ipſum inculpando, adulterium confeſſa eſt, & in confeſſione adhuc perſeverat, pœna adultery, fuſtigatione ſcilicet puniri poſſit, ſæpius quæſitum memini?* Non enim de conjugata muliere loquor, quæ ſive cum juvene, ſive marito adulterium ſe commiſiſſe dicat, ordinaria mortis pœna, viro adultero delictum negante, affici nequit, iuxta ea, quæ dicta fuere *ſupra quæſtion. 60. Modeſt.* P*iſtor. part. 2. quæſt. 52. numer. 1. & ſeq. Hartm. Piſtor. obſervat. 33. Dan. Moller. libr. 2. ſemeſtr. 37.* Sed de fœmina ſoluta, virgine, aut vidua, maritum adulterii ſecum commiſſi arguente, quæritur: *An præſtito à marito juramento, ea in confeſſione perſeverans, nihilominus virgis cædi, ac in perpetuum relegari debeat.*

62 Quod affirmandum videtur: *Tùm* quod ad ſolam etiam confeſſionem fœminæ, etiamſi maritus abſens ſit, aut adulterium neget, fuſtigationis pœna infligi poteſt, per ea quæ dicta ſunt *ſupra quæſt. 60. num. 34.* Quod enim vulgò dicitur, adulterii Reum à pœnâ ordinariâ liberari, ſi confeſſio alterius partis, cum quâ adulterium commiſſum perhibetur, deficiat; vel quod ſimpliciter adulterium neget, vel quòd haberi nequeat, *Matth. Coler. p. 1. deciſ. 235.* Moller. *2. ſemeſtr.* 37. illud tum demum verum eſt, quando ſupplicium mortis venit infligendum, non etiam quando fuſtigatio Reo eſt irroganda. Vid. *d. quæſt. 60. nu. 34. & ſeqq.*

63 *Tùm*, quòd & ob ſolam diffamationem hæc pœna quandoque ſibi locum vendicet, *Conſtitut. Elect. 45. p. 4.* ſi nempè cauſa ſufficiens pœnam aggravari poſtulet; (nach Gelegenheit der Vmbſtände/) uti verba habent *dict. Conſtit. 45.* Quam cauſam hîc ſubeſſe tantò facilius quis credere poteſt; quantò gravior eſt diffamatio de adulterio, quàm ſimplici ſtupro commiſſo.

64 *Reſpondimus ita Iudici & Scabinis Annebergenſibus*: Hat *H.V.* vermittels ſeines leiblichen Eydes ſich gereiniget/ und daß er mit *M.S.* ſich nit fleiſchlichen vermiſchet/ noch geehebruchet/ geſchworen/ So mag nunmehr derohalben wieder Jhn weiter nichts vorgenommen werden. Was aber bemelte Vettel *M.S.* anlangen thut/ dieſelbe wird geſtalten Sachen nach/ weil ſie ſelber außgeſaget/ daß ſie mit einem Ehemann zuthun gehabt/ und von Jhme geſchwängert worden/ offentlich billig zur Staupen geſchlagen/ unnd nach erlittener Leibesſtraffe des Landes ewig billig verwieſen/ V. R. W. *Menſe Junio, An.* 1620.

Et in caſu ſimili Senatui O*ſſitienſi. M. April.* An. 1629.

65 Quòd ſi tamen ex defenſionalibus mariti, aliisvè indiciis & probationibus ferè indubitatis conſtet, adulterium haudquaquam commiſſum fuiſſe, ſed fœminam diffamatricem pertinaciter & malitiosè in confeſſione adulterii perſeverare, aliave de causâ eam nolle revocare; quin judex remiſſa fuſtigatione, pœnam mitiorem, ut Relegationem perpetuam ei dictare queat, non multum dubito.

66 *Quòd & à Scabinis hoc caſu factum ſcio, ad conſultationem* Johann Bergers/ Probsſtey Verwalters zu Merſeburgk. *M. Decemb.* An. 1603.

J*udicis oppidani Martisburgenſis.* M. Mart. An. 1599.

Senatus Dreſdenſis. M. M*artio*, A*n.* 1605.

Magdalen*æ* Keyſerin/ in Geythen. M. M*artio*, A*n.* 1622.

Q. 9. *Num propalans injurias dictas ab alio actione injuriarum conveniri queat?*

67 *QVINTò AMPL.* in iis, qui iniurias ab alio auditas adverſus aliquem proferunt & divulgant. Scio equidem controverti, an & is iniuriarum ad palinodiam & pœnam arbitrariam conveniri poſſit, qui iniuriam ab alio ſe audiviſſe dicit, & autorem ſuum indicat? Quod negare videtur Chilian. König. *in proceſſ. c. 138. numer. 6.* In verb: Oder mit Worten übel gehandelt/ gelügenſtrafft/ oder ſich des ſeinen mit Gewalt unterwunden/ oder ſeinen Wehrmann nicht fürbracht/ *&c.*

68 Sed verius eſt contrarium, palinodiam ſcilicet, ac pœnam pro iniuriis ſtatutam, imponendam quoque eſſe ei, qui autorem ſuum indicat, prout rectè ſentiunt S*alycet. in l. unic.* C. *de famoſ. libel. Iohan. Schneidvvin. ad §. iniuria autem. 1. n. 5. Inſt. de iniur. ubi etiam Iohan. Harppr. numer.* 129. M*atth. Coler. part. 1. deciſ. 161.* ubi Scabinos Lipſenſes Anno 1539. Præfecto Aldenburgenſi ita pronunciaſſe meminit, *n. 41.*

Tum

69 *Tùm*, ob textum in *l. unic. C. de famoſ. libell.* In verb. *Si verò non ſtatim eaſdem chartulas vel corruperit, vel igni conſumſerit, ſed vim earum manifeſtaverit, ſciat, ſe quaſi auctorem huiuſmodi delicti, capitali ſententiæ ſubjugandum, &c.* Unde patet, tàm ſcribentem, quàm manifeſtantem injurias pari pœnâ teneri. Etſi verò *d. l. unic.* de famoſis ſolummodò libellis loquatur: attamen quin in aliis quoque injuriis verbalibus idem obtineat, ambigendum vix erit; ob rationis identitatem, quæ eandem juris diſpoſitionem facit, *l. illud. 32. ff. ad L. Aquil. Panormit. in c. quoniam frequenter. 5. num. 6 extr. ut lit. non conteſt.*

70 *Tùm*, quòd injurias ab alio auditas proferens ac evomens, non minùs famam atque exiſtimationem alterius lædat, ac autor ipſemet, qui eas falsò excogitavit, & alteri manifeſtavit: ut mirum haud ſit, utrumque ad palinodiam & pœnam eandem condemnari, ob generalitatem *Conſtitut. Elector. 42. p. 4.* quæ omnes indifferenter injuriantes palinodia pariter ac pœna arbitraria puniri jubet. Hocque ipſum eſt, quod in proverbio Germanico dicitur: **Wehrmann haben hilffet nicht.** *Johan. Schneidvvin. d. §. 1. num. 5. Inſt. de injur.*

71 *Hancque ſententiam in pronunciando ſequimur. Veluti ſic reſpondimus Mævio Titio* in Neuſtadt: Hat *Caja* eine Tredelfrau von euch hin unnd wieder außgeſprenget/ als wenn ihr Hand an euren Leib geleget/ und euch mit Gifft vergeben hättet. Ob ſie nun wol/ als ſie hierüber vernommen worden/ zu ihrem Behelff fürgewendet/ daß ſie ſolches von anderen gehöret und nochmal in guten Vertrauen *Lucio Venuleio* hin unnd wiederumb berichtet/ und geſaget habe: Ich weiß nicht/ ob es wahr iſt/ man ſaget/ der gute *Mævius Titius* were todt/ und ſolte ſich ſelbſten vergeben haben. Dieweil ſie aber dennoch ſolches hernach weiter außgeſprenget/ und ſich alſo darmit/ daß ſie es von andern gehöret/ nit zubehelffen/ ꝛc. So iſt ſie geſtalten Sachen nach euch für Gerichte deßwegen/ einen öffentlichen Wiederruff zuthun ſchuldig/ und mag hierüber willkührlichen/ entweder ein 8. Tage lang mit Gefängnüß/ oder umb 2. neue Schock in Straff genommen werden/ V. R. W. *M. Martio, An. 1622.*

72 *Et in caſu ſimili ad requiſitionem Andreæ* Vngers/ zu Glaucha. *M. Sept. An. 1629. It. Ad conſultationem Prætoris & Scabinorum* Lipſenſium. M. *Sept. An. 1629.*

Q. 10. An veritas cõvitii injuriantem excuſet?

73 *SEXTò AMPL.* Ut iniuriarum quoque teneatur, & ad palinodiam atque pœnam arbitrariam condemnari debeat, qui veritatem per convitium dixit; quia veritas convitii non excuſat, ut vulgò rectiſſimè tradunt *Dd. And. Gail. lib. 2. obſerv. 99. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. iniuria. num. 15. Daniel. Moller. ad Conſt. Elect. 42. num. 23. p. 4. Johan. Schneidvvin in § . injuria. 1. Inſtit. de iniur. num. 14. ubi & Iohan. Harppr. numer. 98. & ſeqq. Matth. Weſembec. in parat. ff. de injur. num. 8. Didac. Covarr. lib. 1. var. reſolut. c. 11. num. 6. Mynſing. cent. 4. obſerv. 4. num. 4. Petr. Heig. part. 2. quæſt. 31. num. 41. & ſeqq Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. c. 136. n. 2. & ſeqq*

74 Proinde licet injurians convitium probare velit; attamen non auditur. Siquidem in actione injuriarum non tàm veritas convitii, quàm libido & voluntas injuriandi conſideratur, *l. juſtiſſimos. C. de offic.* Rector. *provinc. l. quisquis. C. de poſtul.* Ac pravus animus revelantis rem efficit iniquam, nec non crimen contrahitur, quoties voluntas nocendi intercedit, *l. 1 C. ad l.* Cornel. *de ſicar. Gail. d. obſerv. 99. numer. 6.* Et quum in rixa vel extra rixam convitium dicitur, injurioſè dictum videtur, nec veritas iſtius excuſationem præſtabit; quia animus iniuriandi adeſt & pœnam meretur. Quod & haud obſcure innuit *artic. 110. Ordin. Crimin.* Carol. *in fin.* Vnd ob ſich auch gleichwol die auffgelegte Schmach der zugemaſten That in der Warheit erfinde/ ſoll dennoch der Außruffer ſolcher Schmach nach Vermögen der Rechte/ und Ermeſſigung des Richters geſtrafft werden.

75 *Sicuti etiam in Elect. Saxon. Scabinatu pronunciatum memini, ad conſultationem Quæſtoris Dreſdenſis, M. Ian. An. 1629.*

76 Quod ipſum tamen limitatur à prædictis *Dd.* ſi Reipublicæ expediat, convitium manifeſtari, ut ſi alicui obiiciatur latrocinium, rapina, furtum, lepra, &c. tùm enim convitium dicens, ſi hoc probet, nullatenus tenebitur; ne delicta maneant impunita *l. ita vulneratus. ff. ad L. Aquilam.* & ut contagioſus à conſortio hominum removeatur, *c. hoc ipſum. 33. quæſt. 2. c. 1. de conjug. leproſor. Andr. Gail. d. obſerv. 99. n. 1. Schneidvvin. d. loco.*

77 Quare hoc caſu probatio injuriantis admittitur, modò ex aliis circumſtantiis de animo injuriandi non conſtet. Et ſic accipienda ſunt verba *Conſtitut. Elect. 42. p. 4.* (nach Befindung der Vnſchuld) ut ſcilicet iniurians tum demum teneatur cantare palinodiam, ſi falsò convitium dixerit, quòd ſcire, Reipublicæ expediat.

78 Ex quo porrò ſequitur, iniuriarum quoque teneri eum, qui alteri crimen objecit, quod à Principe remiſſum eſt, vel pro quo pœnam luit, aut quod per torturam purgavit. Si enim veritas convitii non excuſat, uti jam probatum eſt; multò minùs ab iniuriarum actione tutus erit, qui crimen remiſſum alteri objicit, *Petr. Theodor. in colleg. crim. diſp. 2. th. 16. lit. G.*

79 Quo etiam fecit, quod per gratiam & riſtitutionem Principis, omnis macula è crimine deſcendens cenſeatur abolita, *l. ult. §. fin. C. de ſent. paſſ. & reſtit. l. 2.* C. *de bon. vacant.* Fieri ergò nequit, ut objectione criminis remiſſi, injuria non inferatur.

80 *In hanc ſententiam reſpondimus* gegẽ Schwartzhammer/ *ad conſultationem* A*ndreæ* Ramings. *M. Iul. An. 1626.*

QVÆSTIO XCVII.

Quando & quibus in caſibus Locus non ſit Actioni iniuriarum?

SUMMARIA.

1. Actio injuriarum non competit, niſi adſit dolus & animus injuriandi.
2. In dubio injuria animo injuriandi facta præſumitur, & quando hoc fallit, n. 3. 4.
5. Quomodo probetur dolum & animum injuriandi abfuiſſe? n. 6.
7. Juramento Rei, hac in re credendum eſt, num. 8. 9. 10.
11. Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.
12. In Curia Elect. Saxon. Reus conventus à palinòdia ſe liberare poteſt, ſi ſponte profiteatur, ſe de actore non niſi bonum atq; honeſtum ſcire ac loqui poſſe, n. 13.
14. Idemq; obtinet in aliis judiciis inferioribus. n. 15.
16. Certæ ponuntur limitationes. n. 17. 18.
19. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n. 20. 21.
22. Injuriam injuria retorquere licet, n. 23.
24. Retorſio ſpecies eſt defenſionis.
25. Debet fieri in continenti.
26. Et cum moderamine inculpatæ tutelæ, n. 27. 28.
29. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium
30. Formalia retorſionis quænam?
31. Retorſio legitima tollit actionem injuriarum, n. 32. 33. 34.
35. Rejicitur Sententia Henrici Nebelkraens / *numer. 36.*
37. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n. 38.
39. Injuriam verbalem armis repellere non licet, numer. 40.
41. Retorſio non præjudicat Magiſtratui, quo minus injuriantem punire queat.
42. Mutuæ injuriæ non compenſantur. n. 43. 44. 45.
46. Quando hoc fallat? n. 47.
48. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.
49. Remiſſione extinguitur injuria.
50. Quod & verum eſt in remiſſione tacita, ac diſſimulatione, n. 51.
52. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.
53. Remiſſio hæc non præjudicat magiſtratui.
54. Sententia Scabinorum Lipſenſium.
55. Anno præterlapſo poſt injurias illatas, actio ulterius non competit.
56. Etiam in foro Saxonico, n. 57. 58.
59. Annus tamen hic non intelligitur Saxonicus.
60. Annus hic eſt utilis, & non niſi à tempore ſcientiæ currere incipit, n. 61.
62. Quid juris, ſi Actor, Reo ab inſtantia abſoluto, denuò non agat intra ſpatium annale, n. 63. 64. 65.
66. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.
67. Ceſſat actiò injuriarum, quando injuriatus agit ex L. diffamari, n. 68. 69.
70. Coram quo judice Actio principalis hoc caſu inſtituenda eſt?
71. Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.
72. In judicio diffamatorio, Reo diffamationem confitenti, probatio ſtatim injungi poteſt.
73. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.
74. Proceſſus L. diffamari adverſus abſentem & contumacem Reum, n. 76. 78.
75. Obſervantia Scabinorum Lipſenſium, n. 77. 79.
80. Maledicentes non tenentur præſtare palinodiam.
81. Licet pœnam arbitrariam incurrant.
82. Sicuti nec proferentes verba obſcœna.

REgulam poſui generalem, Quemvis nempe injuriantem ultra intereſſe partis offenſæ, cui vel palinodiam, vel injuriatum æſtimationem præſtare debeat, pœna teneri arbitraria, eiuſque Ampliationes principaliores ſubjeci, *quæſtione præcedenti.* Nunc etiam diſpiciendæ ſunt eiusdem limitationes.

Q. 1. An & quando iniuriarum Reus, prætendens ſe non animo iniuriandi dixiſſe iniurias, excuſetur?

1 *QVARVM PRIMA EST*: Si quis iniurioſa verba dixerit non dolo & animo iniuriandi.

Certo certius etenim eſt, actionem iniuriarum nunquam competere, niſi dolus & animus iniuriandi adſit, quia nec iniuria abſque dolo & animo iniuriandi committitur, ſed ex affectu & propoſito malo æſtimatur, *l. illud relatum. 3. §. ſane. 1. & l. ſeq. ff. de iniur. l. ſi non. 5. l. qui liberos. 9. l. ſeq. C. eod. tit. l. qui ſervum. 34. verſ. injuria enim. ff. de oblig. & act.* Weſembec. *in parat. ff. de injur. numer. 8. Iohan. Harppr. ad pr. Inſtit. de injur. num. 6. & ibi. Iohan. Schneidvv. n. 2. Ægid. Boſſ. in pract. crimin. tit. de iniur. numer. 13. Petr. Heig. p. 2. quæſt. 31. n. 36. & ſeqq. Auguſt. in addit. ad Angel. tract. malef. verſ. verba iniurioſa. nu. 2. Dan.* Moller. *ad Conſt. Elect. 42. n. 24. p. 2. Iacob. de* Bellov. *in pract. crim. lib.* 1. *c. 3. n. 6. Proſper. Farin. part. 3. oper. crim. quæſt. 105. num. 111. Aym.* Cravett. *tom. 1. conſil. 9. n. 35.* Matth. *Berlich. part. 5. concl. 60. nu. 1. Henning. Gœden. conſil. 31. n. 11. Hieron. Magon. deciſ. 26. n.* 11. *& ſeqq.*

2 Quamvis verò in dubio omnis iniuria dolo & animo iniuriandi facta præſumatur, nec ſimpliciter credendum iniurianti, ſe non animum iniuriarum habuiſſe dicenti, *l. ſi non convitii. 5. de injur.* Weſembec. *d. loco. num. 8. Iul. Clar. libr. 5. ſentent. §. injuria. num. 12. Febr. in c. cum te. extr. de ſentent. & re jud. num. 18. Andr. Gail. lib. 2. obſerv.* 106. *num. 1. Ioh. Harppr. d. pr. Inſtit. de injur. numer. 6.* W*urmbſ. lib. 1. obſerv. tit. 47. obſerv. 10. n. 1. & ſeqq. Iacob de Bellov. d. c. 3. nu. 5. Petr. Heig. d. quæſt. 31. num. 37. Iodoc. Damhoud. in prax. rer. criminal. cap. 137. nu. 14. Ludov. à Peguer. deciſ. 13. nu. 7. & ſeqq.*

3 Niſi verba ſint talia, quæ iniuriam indifferenter ac neceſſariò non important. *Johan. Schneid.*

Schneidvvin. ad §. ult. Inſt. de injur. num. 3. Proſper. Farin. d. quæſt. 105. num. 118. Aym. Cravett. *d. conſil. 9. num. 20.* Aut ſi qualitas facti & conditio perſonarum injuriantis & injuriati aliud innuat, puta, quod verba duriora proferens ſit dominus, pater, Magiſter, amicus, Paſtor, ſocius, &c. ubi animus potius corrigendi, quàm injuriandi præſumitur, *l. item apud Labeonem 15. §. adiicitur. 38. ff. de injur. Iohan. Harppr. in pr. numer. 7. & 8. & in §. non ſolum. 11. numer. 31. & ſeq. Inſtit. de injur. Matth. Berlich. d. concl. 60. num. 7. & 8. Andr. Gail. d. obſerv. 106. num. 6. Rutger. Ruland. de commiſſ. part. 4. libr. 7. c. 6. n 4. Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 42. num. 31. p. 4. Bart. in l. ut vim. 4. ff. de juſt. & jure. Iacob.* Menoch. *de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 40. n. 18. Ioſeph.* Maſcard. *de probat. vol. 2. concl. 902 n. 11. & ſeqq.*

4 Attamen ſi proferens verba iniurioſa ſe non animum & affectum injuriandi habuiſſe, nec in contumeliam actoris verba injurioſa dixiſſe, probare velit, omninò audiendus eſt: Idque ſi demonſtraverit, & innocentiam obtinuerit, tàm à palinodiâ, quàm pœnâ ordinariâ liberatur, *l. ſi non convitij. 5. verb. ſi probare potes. C. de injur.* ubi Imper. dicit: S*i non convitii conſilio te aliquid injurioſum dixiſſe probare potes, fides veri à calumniâ te defendit. Iul. Clar. & Felin. d. loc. Dan. Moller. ad d.* Conſtitut. *Elector. 42. numer. 28. & ſeqq. part. 4.*

5 Ad probationem verò huius, quòd ſcilicet animum iniuriandi quis non habuerit, non requiruntur exactæ & plenæ probationes, ſed ſufficiunt coniecturæ & præſumptiones, D*an. Moller. d. loc. num. 30. Matth. Berlich. p. 5. concl. 60. numer. 9. Felin. in d. c. cum te. num. 18. verſ. quod cognoſcitur ex conjecturis* Extr. *de ſent. & re judic. Petr.* Heig. *part. 2. quæſt. 31. n. 39. Proſp. Farin. d. quæſt. 105. num. 121. Franc* Pfeil. *cent. 2. conſ. 136. num. 1. & ſeqq. Iacob. de Bellovis. in pract. crim. lib. 1. cap. 3. n. 3. Erneſt.* Cothm. *vol. 1. conſ. 18. nu. 478. Ioſeph. Maſcard. de probat. vol. 1. conſ. 97. n. 10.* Præſumptiones namque & circumſtantiæ facti animum cuiusque, & an dolo malo quid factum ſit, vel ſecus declarant. *l. aut facta 16. ff. de pœn. l. reprehendenda. 5.* C. *de Inſtit. & ſubſtit. l. duo fratres. 78. ff. de acquirend. heredit. l. 1. §. divus. 3. verſ. & qui hominem ff. ad* L. Corn. *de ſicar. c. ſignificaſti. 16. Extr. de homicid. Moll. d. n. 30.*

6 Quin & ſi Reus conjecturis & indiciis intentionem ſuam ſufficienter probare nequeat, nihilominus tamen conſtanter perſeveret, ſe verba animo iniuriandi non protuliſſe, juramentum purgatorium deſuper ipſi deferendum & ſi iuret, ab actione iniuriarum abſolvendus eſt, *Andr. Gail. libr. 2. obſerv. 106.* ubi & in Camerâ Imperiali ita iudicatum fuiſſe teſtatur *num. 5. Dan.* Mol*ler. ad d.* Conſt. *Elect. 42. n. 31. p. 4. Ioh.* Schneid*vvin. ad §. ult. Inſt. de injur. n. 3.* C*hilian.* **König.** *in proceſſ. c. 138. n. 6. verſ.* **Saget auch der Beklagte / ꝛc.** *Matth. Berlich d. concl. 60. n. 13.* M*atth.* Coler. *part. 1. deciſ. 161. nu. 42. Erneſt. Cothm. d. conſil. 18. n. 478.* **Vrthel** *poſt* **Weichbild.** *tit.* **So die** *Injurien* **nicht auß Frevel und in Gemüthe zu ſchmähen geſchehen.** *Bart. Bertaz. lib. 1. conſ. 88. n. 6.*

7 Quum enim qualitas iſta in animo conſiſtat, qui neque videri, neque tangi poteſt, *l. reprehendenda. ubi gloſſ. in verb comprobaſti* C. *de inſtit. & ſubſtit.* Utique non aliter, quàm iuramento probari poteſt, *l. furt. § qui juſſu. ff. de his qui not. infam. Hoſtienſ. in ſummar. tit. de purgat. canon. num. 3. in verb. quando ſit inducenda.* 8 Nam ea, quæ in conſcientiâ noſtrâ & intellectu conſiſtunt, per aſſertionem cum iuramento rectè probantur, *c. cum in tua. § fin. qui matrim. accuſ. poſſ. c. paſtoralis. in fin. de Except. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. Gloſſ. in c. præſumitur. de reg. jur. in 6to. Bartol. in l. inter omnes. §. rectè num. 2. ff. de furt. Andr. Gail. lib. 2. obſervat. 48. num. 24.* W*urmbſer. tit. 7. obſerv. 4. & tit. 18. Obſerv. 21. n. 2. Iaſon. in §. ſediſtæ n. 88. & ſeqq. Inſtit. de act. ubi & Zaſ. n. 22.*

9 Quæ tamen aſſertio aliter vera non eſt, nec Reus ad iuramentum purgatorium admittendus, niſi præſumptiones quaſdam, ab amicitia forſitan, conſanguinitate, vel aliunde ductas, pro ſe habeat, P*etr. Heig. part. 1. quæſt. 40. num. 33. Reinhard. Roſa in addit. ad Dan. Moller. in Conſtit. Elect. 42 numer. 31. part. 4.* A*ndr. Gail. d. obſerv. 106. numer. 5.* Neque enim ſatis eſt, ut quis ſimpliciter dicat, ſe animum iniuriandi non habuiſſe, aliàs quilibet, haud abſque periculo periurii ab actione iniuriarum ſeſe liberaturus eſſet, ſed præſumptione aliqua aſſertio firmanda eſt, priusquam ad iuramentum purgationis deſcendatur, per ea, quæ tradit *Hippol. de Marſil. in l. frater. numer.* 78. C. *ad L.* C*ornel. de ſicar. Johan. Vincent. Honded. tom. 1. conſ. 109. num. 43. & 44. Nicol. Boer. deciſ. 86. n. 4.*

10 Quare iudex in deferendo huiuſmodi iuramento purgationis non facilis, ſed providus, & circumſpectus eſſe debet, conſiderando perſonas, locum & tempus, à quo, ubi, & quando iniuria facta ſit, *l. Pedius. ff. de incend. ruin. & naufrag. l. aut facta. §. perſona. ff. de pœn.* Nec ſtatim ad cuiuslibet petitionem huic iuramento locum dabit, niſi præſumptio aliqua pro *R*eo adſit *Andr. Gail. d. lib. 2. obſerv. 106. n. 5.*

11 *Quod nec aliter in praxi obſervatur, prout reſponſum ſcio ad requiſitionem Illuſtriſſimi Principis D. Bugislai Ducis Pomeraniæ, &c. M. Mart. An. 1630.*

Similiter pronunciavimus Quæſtori in **Freyburgk. Auß den Acten ſo viel zu befinden/würde Beklagter vormittels ſeines leiblichen Eydes ſich reinigen/und daß er die** *libellirten* **Wort nicht** *animo injuriandi,* **und Klägern an ſeinen Ehren anzugreiffen/ ſondern allein zu behülff ſeines Rechten von ſich geſchrieben/ſchwören/inmaſſen er zu thun ſchuldig/So wird er von angeſtelter** *injurien* **Klage billig entbunden/und loß gezehlet/ V.R.W.** *M. Iul. An* 1631.

It: **An Peter Könitzen zu Geichwitz: Darneben Beklagter vorgewendet/daß es von ihme nicht vorſetzlichen/in Gemüth und Meinung Klägern an ſeinen Adelichen Ehren anzugreiffen und zu ſchmähen/ geſchehen/***&c.* **So iſt er ſolches eydlichen zuerhalten/ ſchuldig. Er thue ſolches oder nicht/So ergehet darauff in der Sachen ferner/was recht iſt/ V.R.W.** *M. Ian. An. 1603.*

12 *Secundo Limit.* in foro Saxonico, quando *R*eus actione iniuriarum conventus, propria ſponte coram iudice ſeſe declarat, ac profitetur, ſe ab actore nil quicquam contra boni & honeſti Viri officium, commiſſum ſcire, atque proferre poſſe. Ita namque ſtatutum in iudiciis

Curialibus Illuſtriſſimi Elector. Saxoniæ, quæ Lipſiæ & Wittenbergæ habentur, ut Reus, ſi coram judice & Aſſeſſoribus dicat, ſe verba illa, quæ tanquam injurioſa ab actore acceptantur, eo animo non protuliſſe, ſed aliâ de causâ, ut ea loqueretur, commotum fuiſſe, nec ſe quicquam ſcire ab actore commiſſum contra boni & honeſti viri officium, protinus abſolvatur, in *Ordin. Iudicij Curial. Elect. Mauritij de Anno* 1549. *tit.* von Schmäheſachen/ §. würde ſich aber. Ibi: würde ſich aber auch der Beklagte erbieten/ daß er vor dem Hoffrichter und Beyſitzeren/ von wegen der angezogenen Schmähewort/ öffentlich ſagen wolt/ Er hätte dieſelbigen Wort nicht der Meynung/ wie ſie von Klägern angezogen/ und Jhn zu ſchmähen/ von ſich geredet/ oder geſchrieben/ ſondern diß oder jenes hätte Jhn darzu verurſachet/ unnd wuſte von Klägern nichts/ denn alle Ehre unnd Guts/ ſo ſoll Er weiter mit dem Eyde/ oder ſonſt nicht beſchweret werden. *Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 42. n. 32. p. 4.* Matt. *Berlich. p. 5. concl. 60. n. 14. Ioach. à Beuſt. ad l. nam poſteaquam. 9. §. ſi damnetur. ff. de jurejur. n. 18.*

13 Quæ Ordinatio Provincialis etiamnum hodiè in viridi obſervantiâ in Judiciis Curialibus ſervatur, neque per *Conſtit. Elect. 42. p. 4.* abrogata eſt, uti demonſtrat *Matth. Berlich. d. concl. 60. num. 15.* Hocque medio, Reus in judicio Curiali Elector. Saxon. injuriarum conventus, palinodiam atque pœnam effugere poteſt, ſeſe ita declarando atque deprecando. Et ſic in poteſtate ferè ipſius eſt, palinodiam in declarationem commutare. Qua declaratione actor etiam nolens volens contentus eſſe cogitur, nec admittitur, ſi actionem injuriarum proſequi velit.

14 Idque in judiciis Curialibus ita obtinet: *An verò idem in aliis quoque judiciis inferioribus Electoratus Saxonici attendi & obſervari debeat, quæritur?*

Q. 2. Num Reus actione injuriarum conventus, palinodiam evitare queat, ſi propria ſpōte de famâ & exiſtimatione injuriati teſtetur?

Negat hoc *Matth. Berlich. d. concl. 60. n. 20. p 5.* Sed rationem percipere haud poſſum, quare diverſum in judiciis inferioribus ſtatuendum, atque practicandum eſſet: quum judex inferioris judicii, morem & obſervantiam Superiorum Curiarum in pronunciando & judicando, ad evitandas correctiones & diſcrepantias, quæ in foro haud parum nocent, regulariter ſequi debeat; præſertim in iis, quæ ad lites abbreviandas faciunt ac tendunt: qualem hanc eſſe declarationem Rei injuriarum conventi, nemo inficias ibit.

15 Quare ab Elect. Saxon. Scabinis concluſum fuit Menſe Decembr. Anno 1628. ut in poſterum ſecundum prædictam Ordinationem Provincialem in cauſis inferiorum judiciorum pronunciaretur. Quod & menti Sereniſſimi noſtri Dn. Electoris, cauſas injuriarum absque longis ambagibus, & ſtrepitu judicii componere, jubentis, maximoperè convenit, in *Proceſſ. Iudic. de Anno 1622. tit. 1.* §. beſonders aber. In verb. Damit nicht leichtlichen/ und ohne Vnterſcheid/ die zwiſchen den Partheyen entſtandene Jrrungen zuförderſt in Injurienſachen/ in weitläufftigen Rechtlichen Proceß gewieſen/ ſondern ſo viel jmmer müglich/ zuvor verſucht werde/ ob die Partheyen auff billige Maß in gutem zuvergleichen. Quin ergò obſervantia Dn. Scabinorum ratione nitatur, & in Sanctione Electorali fundetur, ambigendum non eſt.

Quam tamen obſervantiam eatenus reſtringendam eſſe puto, ut tum demum obtineat, ſi hæc tria conjunctim concurrant: 16 1. Ut injuriæ quarum nomine Reus convenitur, ſint levinſculæ, non valdè atroces. Nam quia aliàs judex in cauſis injuriarum leviorum palinodiam in deprecationem pro arbitrio commutare poteſt, ut dictum *ſupra, quæſt. 94. num. 18.* Utique tantò facilius palinodia erit remittenda, ſi ipſemet Reus ad declarationem & deprecationem ſeſe efferat; præſertim cum & aliàs cauſæ minoris momenti absque longiori judicii ſtrepitu componendæ ſint, juxta *d. tit. 1. Proceſſ. Iudic.* §. beſonders aber. In verb. Zumahl/ wann ſich befindet/ daß die Sachen von keiner ſonderlichen Wichtigkeit ſeyn/ *&c.* Aliter vero res ſeſe habet, in injuriis atrocioribus, ubi actore diſſentiente, ac proceſſum proſequi volente, Reus factâ declaratione ſpontanea, non ſemper abſolvendus eſt.

2. Si Reus declarationem faciat ante litis 17 conteſtationem, poſtea enim non auditur, ſed contra eum ſecundum *Conſtit. Elect. 42. p. 4.* proceditur *Dan. Moller. dict. Conſtit. 42. n. 32. p. 4. ubi Reinhard. Roſ. Cagnol. in l. quicquid calore, n. 13. ff. de* Reg. *Iur. Matth.* Berlich. *d. concl. 60. n. 16.*

3. Ut Reus hancce declarationem faciat co- 18 ram Judice & Aſſeſſoribus ſive in judicio, præſente actore *d. Ordin. Cur. de Anno 1549.* In verb. Daß er vor dem Hoff-Richter und Beyſitzeren öffentlich ſagen wolt/ &c. Nam & alias declarationes & deprecationes inſtar palinodiæ in judicio fieri debent. Hiſce tribus concurrentibus, declarationem Rei injuriarum conventi admittendam, eumque abſolvendum eſſe, crediderim.

Secundum prædictam obſervantiam Domino- 19 *rum in hunc modum reſpondentium:* Dieweil beklagter bey gehaltener gütlicher Handlung/ ehe unnd zuvor er *litem conteſtiret*, ſich Gerichtlichen erkläret/ daß er von Klägern nichts anders/ als Ehre/ Liebes und Gutes wiſſe/ So läſſet ſich Kläger an ſolcher Erklärung billig begnügen/ und iſt der *libellirten injurien* wegen fernern Proceß wider Beklagten zuführen nicht befugt/ V. R. W. *Senatui in* Plauen/ *M. Sept. An. 1629.*

It: Würde Beklagter in beyſeyn der Klägere ſeine 20 gethane Erklärung/ und daß er von ihnen nichts/ denn alle Ehre/ liebes und gutes wiſſe/ Gerichtlichen wiederholen/ inmaſſen er zuthun ſchuldig/ So lieſſen ihnen Klägere daran billich begnügen/ V. R. W. *In causâ* des Gerberhandwercks/ *contra A. A. in Prætorio* Lipſ*enſi ventilatâ, M. Iulio, Anno 1630:*

Item Senatui Sangerhuſano: Würde Beklag- 21 ter in Gegenwart Klägers Principalen ſeine bey den Acten gethane Erklärung/ mündlichen wiederholen/ inmaſſen er zuthun ſchuldig/ ſo läſſet ſich Kläger daran billig begnügen/ V. R. W. *M. Martio, An. 1631:*

It. Prætori & Scabinis Freiburgenſibus, Menſe Martio, *An. 1632.*

Et in caſu ſimili Senatui Freibergenſi. M. Sept. An. 1630.

TER-

22 Tertiò Limit. Hæc Regula, ſi ab injuriato facta fuerit retorſio. Veriſſimum namque eſt, quod injuriam injuriâ retorquere liceat, atque is, qui provocatus, injuriam propulſat, injuriarum non teneatur, *l. quæ omnia. 25. verſ. niſi fortè purgare ff. de procur. l. qui cum major. 14. §. ſi libertus. 6. verſ. idem puto. ff. de bon. libert. Ioh. Harppr. in §. hæc actio.* 12. *nu. 90. & ſeqq.* Inſt. *de injur. Andr. Gail. lib. 2. obſerv. 100. nu. 1. & ſeq. Iaſon. in l. ut vim. 3. nu. 36. ff. de juſt. & jur. Nic.* Boer. *dec. 169. num. 1. Pet. à Plach. in epit. delict. lib. 1. c. 28. nu. 12.* Ut ſi quis maledictis, aut convitiis provocatus, quod nempe ſit adulter, fur, latro &c. dicat tu mentiris, *Gloſſ. in l. quiſquis. 3. verb. ante omnia. ff. de poſtul. Ang. Aret. in tract. malef. verb. verba injurioſa. n. 9. Felin. in c. dilecti. 8. Extr. de except. n. 10. Mynſing. cent. 5. obſerv. 17. num. 3.* W*urmbſ. lib.* 1. *obſerv. tit. 47. obſerv. 4. nu. 1.* And. *Gail. d. obſerv. 100. nu.* 3. *Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. c. 136. n.* 6. Ioh. Schneid. *ad* §. *injuria.* 1. *num. 8. & 12.* I*nſt. de injur. Ægid. Boſſ. in pract. crim. tit. de homic. n. 86.*

23 Quocunque etiam modo hoc fiat, ſive ſpecialiter quis ei, qui ſibi crimen convictum objicit, reſpondeat, ipſum mentiri, ſive generaliter dicat: Quicunque hoc dicit, is mentitur. L*udolph. Schrad. de feud. part. 9 c. 4. nu.* 115. *Socin.* I*un. lib. 2. conſ. 122. n.* 18. *& conſ. 123. nu. 23.* Item ſive purè, ſive conditionaliter retorſio fiat, ut: Si hoc dixeris, mentiris. Neutro ſiquidem caſu, qui hæc verba ad honoris ſui defenſionem profert, punitur. M*atth. Berlich. part. 5. concl. 64. num. 8. Socin. Iun. d. conſ. 122. nu. 16. & ſeqq.*

24 *Q. Quænam retorſio dicatur juſta & legitima?*

Eſtque retorſio defenſionis ſpecies, quæ regulariter omnibus injuria verbali affectis, ad conſervationem famæ & exiſtimationis ſuæ competit, *Ioh. Harppr. in § hæc actio. 12. Inſtit. de injur. num. 125.* Adeoque ſicut in moderamine defenſionis; ita quoque in retorſione injuriarum legitimè eſt procedendum. Ubi imprimis duo ſunt obſervanda.

25 *Primum* eſt: Ut retorſio fiat in continenti, tum ſcilicet, quando quis injurias ipſemet percipit, vel reſcivit, & cognovit, ſibi abſenti injuriam factam eſſe: Id quod pro forma retorſionis requiritur, *Harppr. d.* §. *hæc actio. 12. n. 97. Inſt. de injur. And. Gail. lib. 2. obſerv 101. n. 5.* W*urmbſ. lib.* 1. *obſerv. tit. 47. obſerv. 15. n. 8.* Modeſt. *Piſt. vol. 2. conſ. n. 34. Iac.* Schult. *in addit. ad* Modeſt. *Piſt. part. 3. quæſt.* 129. *nu. 37.* Nam aliàs Retorſio non defenſionis, ſed vindictæ causâ facta videtur, perinde ut is, qui ex intervallo vim illatam repellit, cogitato id, & ad ultionem feciſſe cenſetur, *l. 45. ff. ad* L. *Aquil.* Cu*jac. ad tit. quod met. cauſ* Durante namque offenſione, & imminente periculo, in ipſa concertatione, congreſſu, & ardenti adhuc pugnâ repercuſſio fiat, neceſſe eſt, ſi aliàs legitima defenſio eſſe debeat, uti *Dd. communiter* ſentiunt in *l. 1. C. unde vi. Georg. Obrecht. in tract. de neceſſ. defenſ. c.* 10. *n. 19. & ſeqq. And. Gail. lib. 1. de pac. publ. c. 16. n. 11. verſ.* E*t prædicta omnium maximè procedunt. Henr. Bocer. lib. 2. de duell. c. 10. n. 42. Iod. Damhoud. in prax. rer. crim. c. 76. nu. 10. & 11. Nic. Boer. deciſ.* 168. *num.* 3. *& ſeqq. Marin. Salom. in l. ut vim. nu. 6. in pr. verſ. ſecundum ut illicò fiat. ff. de juſt. & jur. Ioh. Harppr. in §. it.* Lex *Cornelia de ſicariis n. 78. Inſt. de publ. jud. Blanc. in pract. crim. in fin. §. tertia pars defenſionis n. 3. & 5.* I*acob.* Boul. *in repet. l. capitalium §. famoſos n. 136. ff. de pœn.*

26 *Alterum* eſt: Ut retorſio cum moderamine
inculpatæ tutelæ fiat, & ulterius non progredia-
tur. Nam ſi quis injuriis provocatus, aliud crimen
injurianti objiciat, ipſumque aliis injuriis re-
verberet, retorſio non valet, ſed uterque de ſua
injuria agere poteſt. *Dan. Moller. ad* Con*ſt. Elect.
42. nu. 35. part. 4. Joh. Schneidvv. in* §. *injuria. 1. n.
12. Inſt. de injur. Mynſing. cent. 5. obſerv. 17. nu.* 3.
Tiber. Deci. in tract. crim lib. 3. c. 33. n. 6. And. *Gail.
lib. 2. obſerv.* 110. *n. 9. Modeſt.* P*iſt. vol. 2. conſ. 3. n.
34. verſ.* **und hierauff haben wir eine klare** *deci-
ſion, &c.* Conſiſtit enim moderamen in eo, ut 27
quis injurias neget, injuriantemque mentiri di-
cat, non etiam ut convitium evomat. Proinde
licet injuriis provocatus, & fur vel latro vocatus
criminantem mendacii arguere, mendaciique ex-
aggerandi causâ addere poſſit: Tu mentiris, ut
fur vel latro, ut tradit latè *Schrad. in tract. de feud.
p. 9. c. 4. nu. 115.* Ioh. *Harppr. in §. injuria. c.* I*nſtit.
de injur. num. 80.* Attamen non ſic regerere licet:
Tu mentiris, tu fur, tu latro, *Mynſing. d. obſerv.
17. num. 3. Ioh. Schneidvv in* §. *1. num. 12. Inſt. de in-
jur. ubi & Joh. Harppr. nu. 87.* Diverſæ enim hæ
ſunt locutiones: quarum prior ad defenſionem
legitimam honoris; poſterior verò ad offenſio-
nem & vindictam tendit, proinde illa permiſſa;
hæc verò prohibita eſt, & moderamen retorſio-
nis excedit.

28 Multò minùs verò is, cui crimen vel delictum certum, veluti furti, objicitur, retorquendo injurianti aliud crimen objicere, eumque latronem vel adulterum vocare poteſt. *Ægid. Boſſ. in pract. crim. rub. de homic. n. 86. verſ. tamen ob ſola verba injurioſa.* Ioh. *Schneidvv. in* §. *in bonæ fidei.* 50. *nu. 24. Inſt. de act.* W*urmbſ. lib. 1. obſerv. tit. 47. obſerv. 4. nu.* 2. *& obſerv 15. n. 3. & ſeq. Joach.* My*nſ. cent. 5. obſerv. 17. n. 3.* Matt. *Berlich part. 5. concl. 64. n. 25. And. Gail. lib. 2. obſerv. 100. n. 9. Jac.* Schult. *in addit. ad Modeſt. Piſt. p. 3. quæſt. 127. nu. 47.*

29 *Quemadmodum etiam Scabini pronunciârunt Hieronymo* **Scharffenbergen / in Franckenhauſen: Ob wol** *N. N.* **ſich gegen etlichen Leuten vernehmen laſſen / als ſoltet ihr bey ſeinem Weibe geſchlaffen / und mit ihr geehebruchet haben /** *&c.* **So ſeyd ihr doch ihn wider zu** *injuriren* **nit befuget / ſondern da ihr ihn Anſpruchs nicht erlaſſen wollet / durch ordentliche Rechte zubelangen ſchuldig / V. R. W.** *Menſ. Sept. An. 1603.*

30 Hæcce ergò duo requiſita probè obſervanda ſunt in Retorſione, quæ hodiè communiter per ſchedulam aut libellum fieri ſolet, dum injuriatus commemorat, ſe ab injuriante, cujus nomen exprimi debet, alicujus criminis falsò fuiſſe inſimulatum, aliamvè injuriam verbalem ſibi per calumniam illatam, adeoque honoris ſui defendendi gratiâ dicit ac ſcribit, conviciatorem iſtum hanc injuriam ſibi inferendo mentitum fuiſſe, tanquam furem aut prædonem I*oh. Harppr. in* §. *hæc actio. 12. Inſtit. de injur. n. 194.* Ubi dicit, tutiſſimum retorquendi modum eſſe, ſi verbali injuriâ affectus, Notario & teſtibus ad hoc ſpecialiter convocatis, libellum retorſio-

torſionis ritè conceptum ſua manu ſubſcriptum exhibeat, & ab eodem Notario palàm legendum curet, quo lecto eum requirat, ut teſtibus adhibitis injurianti libellum iſtum nomine ſuo legitimè inſinuet, illius reſponſum deſuper factum diligenter in notam ſumat, & publicum inſtrumentum ſuper his omnibus conficiat, atque injuriato aſſervandum tradat, addens ſimul formulas, ſchedulam ſeu libellum retorſionis ritè ac legitimè concipiendi, & Notario offerendi. *d. §. 12. num. 195. 198. & ſeqq. Inſt. de injur. Henr. Boc. claſſ. 3. diſp. 4. th 46.*

31 Factâ autem hoc modo retorſione legitimâ, actio injuriarum tollitur, & Reus ad palinodiam aut æſtimationem injuriarum ulteriùs conveniri non poteſt.

Q.4. Num retorſio tollat actionem injuriarum?

Quod etſi neget *Henr.* Nebelkrä *dec. 18.* veriſſimum tamen hoc eſt & à *Dd.* communiter approbatum. *Ioh. Harppr. in §. hæc actio 12. nu. 78. & ſeqq. Inſt. de injur. And. Fab. in Cod. lib. 9. tit. de injur. 2. defin. 8.* ubi in Senatu Sabaudiæ Ann. 1594. ita judicatum refert, *Matth. Berlich. part. 5. concl. 64. num. 39. Henric. Bocer. claſſ. 3. diſput. 4. theſ. 78. Gloſſ. margin. ad Gloſſ. Ordin.* Landrecht. *libr. 2. art. 68. nu. 3. ſub lit.* B.

32 Neque ratio hujus rei obſcura eſſe poteſt: quum retorſio pariter atque actio injuriarum, ad unum eundemque finem tendant, nempè ad contumeliam expellendam & removendam, *l. item apud 15. §. ſi quis ſervo. 46. ff. de injur.* unde ipſa injuriarum actio naſcitur, *l. ſi unus 27. §. pactus ne peteret. 2. ff. de pact. l. 1. in pr. ff. de injur.* Adhibito ergò remedio uno, ſc. retorſionis, alterum, actionis nempe injuriarum, ampliùs competere nequit, *Iohan. Harppr. d. §. hæc actio. 12. nu. 82. Inſtit. de injur.*

33 Et quis neſcit, contumeliam, cauſam nempe actionis injuriarum, factâ retorſione ceſſare, *l. quæ omnia. 25. ff. de procur.* Ubi is, qui in obtrectatorem & convitiatorem retorſit, & regeſſit injuriam ſibi illatam, opprobrium, convitium, & pudorem ſuum dicitur purgâſſe. Unde ſequitur, quod poſt retorſionem injuriarum actio ampliùs non competat. Ceſſante enim causâ ſeu obligatione, ceſſat quoque effectus, qui eſt actio ipſa, *c. etſi Chriſtus 26. Extr. de jurej. c. cum ceſſante 60. in pr. Extr. de Appell. c. cum infirmitas 13. Extr. de pœnit. & remiſſ. And Tiraq. in reg. ceſſant. cauſ. n. 11. Iac. Schult. in addit. ad* Modeſt. *Piſt. part. 3. quæſt. 122. n. 126. Octav.* Cach. *conſ. 4. nu. 12. Anchar. conſ. 47. n. 4. & conſ. 215. n. 17.*

34 Præterea juris haud incogniti eſt, quod injuriarum actio, ad vindictam impoſitæ contumeliæ pertineat, *l. 2. §. emancipatus 4. ff. de collat. bonor. l. Præt. 7. §. 1. verſ. at in actione injuriar. ff. de injur.* At qui ſibimetipſi judex exiſtit & ultor, judiciali remedio vindictam ampliùs poſcere nō poteſt, *arg. l. auxilium. 37. in fin. ff. de minor. l. 1. ſub fin. C. ubi Senat. vel clariſſ.* Ioh. *Harppr. d. §. hæc*
35 *actio. 12. n. 81.* Ac licet *Henr.* Nebelkrä *d. deciſ. 18.* Retorſionem extra judicialiter factam, judiciali perſecutioni ideò præjudicare non poſſe, exiſtimet, quod ad diverſos fines hæc duo remedia tendant: quum retorſio ideò fiat, ne injuriatus tacendo crimen objectum confiteri, & diſſimulare videatur; judicialis verò perſecutio ad ſatisfactionem illatæ injuriæ tendat. Haudquaquam tamen hoc ipſi eſt concedendum, ſiquidem retorſio potiſſimùm fit propterea, quo injuriatus à crimine objecto ſeſe purget, *l. quæ omnia. 25. ff. de procur.* Purgatâ verò & ſublatâ contumeliâ, actionem injuriarum ampliùs non competere, certiſſimum eſt, *l. ſi unus 27. §. pactus ne peteret. 2. ff. de pact. l. 1. in pr. ff. de injur.* Neque judicialis injuriarum perſecutio tàm ad ſatisfactionem, quàm ad vindictam tendit, *l. Prætor ait. §. 1. verſ. at actione. ff. de injur.* Licet enim in condemnatione ſatisfactio etiam & recompenſatio verſetur; attamen hoc non principaliter fit, ſed ſecundariò *dict. l. 7. §. 1. ubi Gothofr. lit.* C. *ff. de injur.*

36 Adducit præterea *Henr.* Nebelkrä *d. l.* pro confirmanda ſua aſſertione alias rationes & fundamenta, quibus reſpondet M*atth. Berlich. d. concl. 64. n. 43.* Vide quoque *Harpp d. §. hæc act. Inſt. de injur. n. 79. & ſeqq. Henr. Boc. de famoſ. libell. c. 3. n. 50. & ſeqq.* Ex quibus luculenter patet, factâ retorſione, actionem injuriarum prorſus ſublatam eſſe. Quod non modò intellectum velim de actione ad palinodiam ſive recantationem criminali, ſed etiam de actione ad æſtimationem injuriarum civili, non attenta diſtinctione *Henric.* Nebelkrä/ qui *d. deciſ. 18.* dicit, per retorſionem aboleri quidem actionem injuriarum recantatoriam, quæ ad vindictam ſeu infamiam tendit; ſed non eam, quæ jure prætorio fuit inducta, & ad æſtimationem injuriarum ſpectat. Quæ diſtinctio ſatis refellitur ex traditis *Henr. Boc. d. c. 3. n. 60. verſ. Non deſunt, qui exiſtimant &c. & Iohan. Harppr. dict. §. hæc actio. 12. nu. 88. & ſeqq. Inſtit. de injur.*

37 *Eamq́ue ſententiam in reſpondendo ſequuntur Scabini, in hunc modum pronunciantes.* Hat E.K. unterm *dato* den 27. *Iulii* verfloſſenen 1623. Jahres ein Schreiben an das Handwerck abgehen laſſen/ in welchem er euch aller untrew / unerbarkeit/ und anderer Laſter beſchuldiget. Da ihr nun darwider / ſo bald ihr es erfahren/ bey gemeldtem Handwerck eine rechtmäſſige *retorſion*ſchrifft eingewendet / ſolche auch durch das Handwerck dem *injurianten* zugeſchickt/ derſelbige darauff ſtille geſchwiegen / und ſich weiter nit verantwortet hette/ ꝛc. So hettet ihr dergeſtalt ewre Ehre zur Notthurfft gerettet/ und ihr weret den *injurianten* ferner ordentlicher Weiſe zu beklagen/ und den Proceß wider ihn außzuführen / nit befugt/ möchtet auch von dem Handwerck darzu nit angehalten werden/ V. R. W. *Ad conſultationem Ioh.* Münchens. *Dreſdenſ. M. Febr. An. 1625.*

38 *It:* Haben ihrer zween/ von welchen ewer Frage meldet/ einander geſchmähet und geſcholten. Ob nun wol der eine/ ſo ſich am hefftigſten beſchweret zuſeyn vermeynet/ den andern Rechtlichen zubelangen vorhabens iſt/ zu welchem Ende er auch Klage wider ihn erhaben; Da aber dennoch Beklagter beſcheinigen und beybringen möchte / daß Kläger die *injurien* alſobald wider ihn gebührlichen *retorquiret* hette/ ꝛc. So were dardurch die *actio injuriarum* erloſchen/ und würde demnach Beklagter von Klägers zuſprüchen billig *abſolvirt* und loßgezehlt/ V. R. W. *Ad requiſitionem Ioh. Henrici* Fiſchers *M. Octob. An. 1629.*

It: Ob nun wol ſolche *injurien* durch die vermittels Eydes abgehörte Zeugen bewieſen worden; Dieweil aber dennoch Klägerin darneben berichtet/ daß ſie die *injurien* wider Beklagten alſobald *retorquiret*, und geſaget / Jch halte dich ſo lang vor einen Schelm und loſen Mann / biß du mir das jenige / wofür du mich geſcholten / darthuſt / &c. So iſt durch ſolche *retorſion* die *actio injuriarum* erloſchen/

loſchen/und mag demnach beklagter zum Widerruff oder Abbitte nicht angehalten werden / V.R.W. *Ad conſultationē H.B. à* M. *Menſ. Aug. A.1631.*

39 Quæ tamen eatenus vera eſſe puto, ſi retorſio legitimè facta, ejuſque requiſita, temporis ſc. & juſti moderaminis probè fuerint obſervata, ut ex jam dictis *Scabinorum* ſententiis patet. Unde & porrò inferendum, injuriantem ab actione injuriarum liberum non eſſe, licet injurias laceſſitus ipſi colaphum incuſſiſſet, eumque verberibus repuliſſet: Quia enim injuriam verbalem armis & verberibus repellere non licet, B*ald. in l. 1.* C.*und. vi. num. 16. Ioh. Harppr. in* §. *hæc actio. 12.* I*nſtit. de injur. nu 184. & ſeq. Nicol.* Boer. *deciſ. 169. n. 1. Vaſqu. lib.* 1. *controv. c. 12. Ludolph. Schrad. de feud part. 9. c. 4. n.* 12*9*. Utique nec defenſio hæc pro legitima retorſione habetur; nec per eandem injuria tollitur, ac contumelia purgatur, ut mirum haud ſit, injuriarum actionem nihilominus competere.

Sicuti à Scabinis reſponſum refert *Hartm. Piſtor. obſerv. 18*1.*n. 6. Et egomet ipſe aliquoties ita pronunciatum memini.*

40 Non attentâ illâ theoricâ vulgari: **Auff eine Lügen gehöret ſich eine Maulſchelle / oder ein Dolch.** Quæ nec jure, nec ratione nititur. Quamvis haud diffitear, utrumque tam injuriarum percuſſorem, quàm injuriantem hoc caſu mitiùs puniendum, & palinodiam faciliùs in deprecationem commutandam eſſe, *Gail. lib. 2. obſerv. 100. nu. 9. in verſ. licet provocatus mitiùs Ioh* Harppr. *in* §. *injuria. 1. num. 97. Inſt. de injur. Hippol. de* M*arſ. in l. 1. ff ad* L. *Corn. de ſicar. nu. 77. Iul.* Clar. *lib. 5. ſent.* §. *ult. quæſt. 60. num. 18.* W*urmbſ. lib. 1. obſerv tit. 47. obſerv. 15. num. 5.*

41 Notandum porrò & hoc, quòd licet per retorſionem actio injuriarum tollatur; Magiſtratui tamen inde haudquaquam præjudicetur, quo minùs injuriantem ex officio punire queat. Retorſio namque jus partis tantummodò concernit, ipſiusque exiſtimationem offenſam quaſi reſtituit, relictâ interim judici liberâ facultate, ipſum delictum coërcendi.

Prout reſpondimus Chriſtiano **Prelhuffen zu Zeſchwitz.** *M. Iun. An. 163*1.

It. H.B. à M. So iſt durch ſolche *retorſion* die *actio injuriarum* erloſchen/und mag beklagter zum Widerruff oder Abbitte nicht angehalten werden. Er wird aber gleichwol wegen ſeines begangenen Frevels von euch als der Obrigkeit willkührlich / entweder umb ein Schock/ oder drey Tage lang mit Gefängnüs in Straffe genommen/ V.R.W. *Menſ. Auguſt.* A*nno 1631.*

Q.5. An mutuæ injuriæ compenſari debeant?

42 At quid, ſi injuriis laceſſitus, & fur aut prædo vocatus, injurianti aliud crimen objiciat, eumque adulterum appellet, & ſic injuriam injuria repellat, *annon injuriæ hæ mutuæ compenſari debeant?* Negat hoc H*artm. Piſt. d. obſerv. 181. Felin. in c. dilecti. nu 10. de Except. Et in c. cum te. num 25. de ſent. & re jud. & in c. nu. 2. de injur. & in c. an ſit deferend. n. 4. de Appell. Decius in l. ut vim. n. 36. ff. de juſt. & jur. Specul. in tit. de accuſ.* §. *1. verſ. quid ſi revocant.* M*odeſt. Piſt lib. 2. conſ 3. n. 34. And. Gail. lib 2. obſerv. 100. n. 9. Tib. Dec. in tract. cr. lib. 33. c 3. n.* 6. I*oh. Schneid. in* §. *injur. 1. n. 12. Inſt. de injur.* Iac. *Schult. in add ad* M*odeſt. Piſt. p. 3. q.* 1*27. nu. 46. 47.* Ioach. M*ynſ. cent.* 5. *obſerv. 17. nu. 3.* exiſtimantes: Si Titius Seium latronem, Seius econtra Titium furem vocaverit, injurias haſce mutuas non compenſari, ſed utrumque de injuria ſua agere poſſe.

Quod ex modò dictis etiam ſequi videtur. 43 Si enim ob verbera ſubſecuta injuria non tollitur, ſed injuriato percuſſori actio injuriarum adhuc competit, ſicuti & injurianti adverſus percuſſorem ob colaphum aut verbera accepta; certè, nec contumelia per aliam injuriam verbalem illatam purgabitur, nec actio ceſſabit; ſicuti enim verberibus, ita & verbis aliis injurioſis illatam purgabitur, nec actio ceſſabit; ſicuti enim verberibus, ita & verbis aliis injurioſis injuriam repellere prohibitum eſt, *Iohan. Harppr. ad* §. *1. num. 87. Inſt. de injur. ubi &* Ioh. Schneid. *num. 12. Mynſ. d. obſerv. 17. num. 3.*

Cui tamen forſan haud ineptè reſpondere 44 poſſem, rationem diverſitatis ſubeſſe, inter verbera & verba injurioſa, ut quæ circa diverſa facta, diviſumque finem verſantur. Illa ſiquidem ad percuſſionem injuriamque realem; hæc verò ad contumeliam inferendam, injuriamque verbalem tendunt, adeoque facilius hiſce, quàm illis injuria verbalis compenſantur; quia paria delicta tùm demum mutuâ compenſatione diſſolvuntur, quoties circa idem factum committuntur: ſecus autem ſi circa facta diverſa verſentur, tunc enim uterque delinquens manet obſtrictus. *Spec. in tit. de accuſ. & un. n. 11. verſ. nec obſtat illud &c. Panor. in c. intelleximus. 6. in fin. v. aut ſunt commiſſa circa diverſa &c. Extr. de adult. & ſtupr.* Mod. Piſt. *lib. 2. conſ. 3. n. 36.* Ioh. Schneid. *d.* §. 1. *n. 12. v. præterea non obſtat.* I*nſt. de injur.*

Quod & tantò magis concedendum eſſet, quantò minùs judici per id præjudicatur. Etſi enim injuriæ mutuæ quoad intereſſe partium compenſarentur, ſcilicet ut neuter injuriam recantare teneretur; vindicta tamen Magiſtratus ſalva maneret, & uterque judici ad pœnam eſſet obligatus, juxta tradita *à Panor. d. c. intelleximus n. 5. & 9. & in c. ſi rixari.* 1. *num. 1. Extr. de injur. Alex. lib. 7. conſ.* 119. *num. 3. Tiber. Decian in tract. crim. lib. 3. cap. 33. num. 15.*

Sed quicquid ſit, communis Dd opinio hodiè practicatur, & mutuæ injuriæ haudquaquam 45 compenſatione diſſolvuntur, ſed uterque de ſua injuria agere poteſt, *Dan. Moll. ad* C*onſt. Elect. 42 n. 35. p. 4.* ubi in Elect. Sax. Scabinatu, ad conſultationem Chriſtoph. Lotteri, Quæſtoris Præfecturæ Delicianæ ita reſponſum refert:

Quod & egomet ſæpius factum ſcio, mutata tamē palinodia in deprecationem hoc modo: So ſeynd ſie einander eine Chriſtliche Abbitte und Erklärung zu thun ſchuldig / und werden hierüber willkührlich/ entweder drey Tage lang mit Gefängnüs / oder jeder umb ein new Schock geſtrafft/ *&c.*

Quod ipſum tamen notabiliter duplici modo 46 fallit. 1. Si quis criminantem mendacii arguat, ſuper crimine ſibi objecto, dicendo: Tu mentiris, aut alio modo innocentiam tueatur. Tum enim ab utraque parte actio injuriarum ceſſat; quia juſta & legitima eſt retorſio, quæ contumeliam purgat, ut ſuprà dictum *num. 22. Dan. Moll. d. l. n. 37. And. Gail. d. obſerv. 100.* Ioh. Schn. *d.* §. *1. num. 12. Inſtit. de injur.*

47 2. Quando duo mutuis ſeſe convitiis proſciderunt, neque apparet, uter primò injurioſa verba pronunciaverit, tum, etiamſi diverſa ſibi mutuò delicta objecerint, neuter tamen actione injuriarum tenebitur, ſed utrinque fit compenſatio, *l.45.§.3.ff.ad L. Aquil. Fulv. Pacian. de prob. lib.1.c.59.n.45.* Iac. *Schult. in addit. ad Modeſt. Piſt. p.3.q.127.n.52. Ludov. Rom. in l. cum mulier. 48.n.68.ff ſolut matrim.*

48 *Veluti ſic etiam reſpondimus ad requiſitionē* Pau*li* Werners/*in* Kemnitz: So ſeynd dadurch beyderley *injurien mutuâ compenſatione* auffgehoben / und ihr möget *N.N.* einen Widerruff zu thun nicht angehalten werden/ V.R.W. *M. Ian. An.1630.*

Et in caſu ſimili, ad conſultationem Senatus Franckenbergenſis. M. Febr. An.1630.

49 Quartò Limit. Ut Reus accuſatione injuriarum conveniri nequeat, ſi actor ipſi injuriam ſemel remiſerit. Per remiſſionem namque injuriam extingui, certum & indubitatum eſt, *Iod. Damh. in prax. rer. cr. c.136.n.19. Proſp. Far. part.3. oper. cr. q.105.n.334. Nic. Boer. deciſ.120.n.1.* Matt. Berl. *part.5. concl.70.n.14.* Iul. *Clar. lib.5. ſent. §. injuria. nu.11.* In tantum, ut injuria ſemel remiſſa, ne quidem per reſtitutionem in integrum reſuſcitari poſſit, *Ant. Fab. in Cod. lib.9. tit. de injur. 20. defin.12. nu.1. & ſeq.*

Q. 6. ***An & quando injuria tollantur remiſſione tacita ſeu diſſimulatione?***

50 Idque verum, non ſolùm in expreſſa, ſed etiam in tacita remiſſione ac diſſimulatione quâ injuria æquè extinguitur, *§. ult.* I*nſt. de injur. l. non ſolùm 11. §. injuriar. 1. ff. eod. tit. ubi* Matt. Weſemb. *in parat. nu.13. Ioh. Harppr. in d. §. ult. nu.1. & ſeq. Inſt. de injur. ubi & Ioh.* Schneidvv. *n.*1. *& 13. Iod. Damh. d.c.136.n.19. Far. d.q.105.n.339.* Iac. *de Bellov. in pract. cr. li.1.c.3.n.84. & ſeq.* Ut ſi injuriatus comedat, ludat, & bibat cum injuriante, aut amicè confabuletur cum eo, *c. nec aliqua. 27.q.1.* Ipſi det oſculum, quod indicium charitatis, amicitiæ, & conſenſus eſt, ut inquit *Matt. de Afflict. in §. de injuria. nu.118. de pac. jur. firm.* Aut dextram manum, ipſumque ſalutet, vel alio modo familiariter & amicè cum eo converſetur, unde remiſſio colligi poſſit, *Matt.* W*eſemb. d.l.c.13.* W*urmbſ. lib.1. obſerv. tit.47. obſerv.11.* Harppr. & S*chneidvv. dd. loc.*

51 Quod nec in foro Saxonico aliter ſeſe habere, probat *Gloſſ. germ. ad art.31. lib.3.* Landr. *nu.7.* In verb. Dann dergleichen mag einer einem erlaſſen/ und vergeben/ alſo daß ers ihme zuſaget/ oder nochmahls mit ihme ſpielet / und trincket/ und anderer freundlicher Geberde / und Gemeinſchafft gegen ihm pfleget / wie einer gegen einem zu thun pfleget/ mit dem er Freundſchafft hat &c. Quæ omnia tamen ſic intellecta velim, ſi injuriatus hæc faciat motu proprio, non honeſtatis gratiâ: ut ſi ambo, injurians ſcilicet & injuriatus ſint invitati ad convivium, & poſiti ad unam menſam; tum enim per ejusmodi actus non intelligitur remiſſa injuria, quùm injuriatus ex quâdam honeſtatis neceſſitate hoc fecerit, *Iohan.* Schneidvv. *dict. §. ult. num.2. Inſtit. de injur.*

52 P*ronunciavimus ita* gegen Oderam/ *ad requiſitionem G.K.* Seyd ihr am Pfingſten des abgewichenen 1627. Jahrs/ als ihr von Vogelſchützen zu einem Trunck eingeladen worden / mit *M.K.* Gaſtwirthen daſelbſten mit Worten in Uneinigkeit gerathen/ ob er nun wol vorgibt / daß er von euch injuriret worden ſey / da er aber dennoch hernach in beyſeyn ehrlicher Leute ſich gegen euch freundlichen erzeiget/ mit euch gegeſſen/ getruncken und *familiariter converſiret* hette / *&c.* So weren dardurch die *injurien* auffgehoben / und er were euch derowegen ferner zubelangen nicht berechtiget/ V.R.W. *Menſ. Auguſt. An.1629.*

Simili planè modo reſponſum fuit gegen Reichenbach. *Ad conſultationem Iohan* Artztens. *Menſ. Januar. An.1630.*

Notandum tamen, quòd ejusmodi remiſſio Magiſtratui quoad pœnam nil præjudicet, ſed hic injuriantem, non obſtante remiſſione, ex officio punire queat, *Angel. Aret. in tract. malef. verb. comparent dicti inquiſiti. n.23. Æg. Boſſ. in pract. cr. tit. de injur. n.17. & 32. Jac. de Bellov. in pract. cr. lib.1.c.3.n.67. & ſeqq. Pet. à Plach. in epit. delict. lib.1.c.6.n.42. Matt. Berl. part.5. concl.70.n.16. Gl marg. ad gl. ord.* Landr. *lib.1 art.68. nu.3. lit. B. Proſp. Farin. d. quæſt.105.n.364.* 53

Hinc reſpondimus: Da aber dennoch daſieder bemelter *N. N.* mit euch geſſen und getruncken / euch freundlichen gegrüſſet / die Hand gebotten / und ſich aller Freundſchafft gegen euch bezeuget hette: So weren hierdurch die *injurien* ſo viel ihre Perſonen anlanget/ erloſchen/ und ſie euch ferner derowegen in Anſpruch zu nehmen nit befuget. Es iſt aber der Obrigkeit euch in Straffe zu nehmen nichts deſtoweniger unbenommen/ V.R.W. *Ad requiſitionem C. G. in* L. *Menſ. Junio, An.1629.* 54

Q. 7. ***Quanto temporis ſpatio actioni injuriarum præſcribatur?***

Quinta eſt Limitatio. Anno præterlapſo poſt injurias illatas, priuſquam earum nomine agatur, injuriato actio non competit. Quod enim injuriæ verbales, annali præſcriptione tollantur, dubium omninò non eſt, *l. ſi non convitii. 5. C. de injur. Matt.* W*eſemb. in parat. ff. de injur. n.13 Ioh.* Harppr. *in §. hac actio. 12. Inſt. de injur. nu.3. ubi etiam Ioh. Schneid. n.3. Anton. Gom. tom.3. var. reſol. c.6.n.15.* Iul. *Clar. lib.5. ſent. §. injur. n.9. And. Gail. lib.1. obſer. 64.n.5.* Hier. *Schurff. cent.1. conſ.12.n.1. & ſeq. & conſ.61.n.1. & ſeq.* 55

56 Idque de Jure Saxonico etiam veriſſimum eſt, *Zobel. in gloſſ. lat. ad text. germ. art.31. lib.3.* Landrecht. *lit. D. nam actiones injur. & part.4. diff.7.n.30. Reinh. part.4. diff.16. Chil.* König. *in proceſſ. c.58. num.3. Matt.* Col. *part.1. dec.128. nu.2.* And. *Rauch part.1. q.48. n.11.* Et ab Illuſtriſ. Elect. Sax. diſertis verbis confirmatum in *Conſtit.46. part.4. in pr.* Dieweil die Rechte ordnen und ſetzen/ daß die wörtlichen *injurien* in Jahresfriſt *præſcribiret* werden / So laſſen wir es auch darbey bleiben *&c. ubi Dan. Moll. nu.3.*

57 Quæ verba, quum generalia ſint, generaliter quoque accipi debent, ita, ut actor poſt annum non admittendus ſit, ſive civiliter, ſive criminaliter agere velit, uti rectiſſimè ſentiunt Mynſ. *cent.5. obſerv.7. nu.2.* Matth. *Berlich. part.5. concluſ.69. nu.4. Hartm. Hartm. lib.2. obſerv. tit.49. obſerv.2. num.4.* Præſcriptione etenim annali ipſæ injuriæ verbales tolluntur, quibus ſublatis, nulla prorſus actio competere poteſt: nam ſublata cauſa tollitur effectus, *c. cum ceſſante. 60. Extr. de Appell. Tiraquell. in regul. ceſſan-*

58 *te cauſ.nu.11.* Ex quo porrò ſequitur: nec retorſionem poſt tempus illud admitti, ut quæ offenſionem ſive injuriam præſupponit. *Johan. Harppr. d.§. hac actio.12. Inſt. de injur. nu.215.* Nec judicem proprio motu & ex officio contra injuriantem procedere poſſe. *Harppr. in §. in ſumma 10. num. 72. Inſtit. de injur. Ægid. Boſſ. in pract. crim. tit. de injur. num.31. & 32. Matth. Weſemb. vol. 1. conſ.22. num.5.*

59 Obſervandum autem hîc illud, quod & in terris Saxonicis præſcriptioni injuriarum annus civilis ſit præfinitus. Etſi enim in foro Saxonico, actionem injuriarum non niſi anno Saxonico, qui integrum annum, ſex ſeptimanas & tres dies continet, præſcribi tradat *Ioach. à Beuſt. in l. 9. §. ſi is qui. num.11. & 12. ff. de jurejur.* **König.** *in proceſſ. c.59. n.3. & 4. Aut.* *Conſult. Conſtit. Sax. tom.2. p.4. q.62. n. Reinh. Roſ. in not. ad Dan.* Moll. *Conſt.46. n.15. p.4.* Contrarium tamen verius, & in *Elect. Sax. Scabinatu* receptum eſt. *Tùm*, per verba manifeſta in *Conſt. Elect. 46. p. 4.* ibi: **So laſſen wir es auch darbey bleiben.** Nec ullibi in materia injuriarum præſcriptio juris civilis reperitur mutata. *Tùm*, quod actio injuriarum ſit odioſa, adeoque potiùs reſtringenda, quàm extendenda, *c. odia. de reg. jur. in 6to.* *Tùm*, quod præſcriptio juris Civilis, præſcriptione ſtatutaria non ampliata ſeu prorogata, ſed coarctata potiùs cenſeri debeat, *arg. l. ſicut. verſ. hæ autem l. omnes in pr. de præſcript. 30. vel 40. ann. Petr. Heig. p.1. q.16. num.53.*

Reſpondimus ita W^r. H. **zu Endorff: Ob ihr nu wol ihn** *actione injuriarum* **zubelangen vorhabens ſeyd; Dieweil aber dennoch ſolche** *injurien* **allbereit vor 53. Wochen außgegoſſen worden/ und die** *injurien* **auch uff Sächſ. Boden binnen einen gemeinen Jahr ſo 52. Wochen in ſich helt/** *præſcribiret* **werden ſoll/ꝛc. So iſt auch nunmehr ſolche** *actio injuriarum* **durch Verjahrung erloſchen/ und mag demnach von euch beſtändiger Weiſe nicht angeſtellet werden/ V. R. W.** *Menſ. Decemb. An.* 1631.

Et in caſu ſimili Quæſtori Deliciano: **Daß die am** 28. *Iulij, Anno 1628.* **wider Klägern außgegoſſene und den** 2. *Iulij Anno* 1629. **geklagte** *injurien* **durch Verjahrung erloſchen/ derowegen wird Beklagte von angeſtellter** *Injurien***klage billig entbunden und loßgezehlet/ V. R. W.** *Menſ. April. Anno 1632.*

60 Sed, *num hic annus utilis ſit, & non niſi à tempore ſcientiæ currere incipiat, quæritur?* Quod licet in dubium vocari poſſit; affirmare tamen hoc ipſum non vereor cum communi Dd. ſchola, A*ndr. Gail. lib.2. obſerv.105. n.*1. I*oh. Harppr. d. §.12 n.27. Inſt. de injur. Dan.* Moll. *d.* C*onſtit. 46. nu. 11. Matt. Berl. d. concl. d.69. n.*19. W*urmbſ. lib.1. obſe. tit.47. obſerv.*1. *n.4.* P*ruckm. vol.1. conſ. 11. nu. 21.* A*ndr. Fach. li.9. controv. c.8.* I*ac. de Bellov. in pract.*
61 *crim. lib.1. c.3. n.13. Mynſ. cent. 5. obſerv. 7. n. 2. & ſeqq.* Propter text. *in l ſi bonor. 2.* C. *qui admitt. ad bon. poſſ. l. ſi is quem. C. de liber. cauſ. l.55. ff. de ædil. edict. l.1. § dies. 7. ff. quand. appell. ſit.* Et aliàs generalis eſt theorica; quòd in præſcriptione annali tempus nunquam currat ignoranti. *Hartm Piſt. lib.2. quæſt.12. n.26. Dan. Moll. Conſt. Elect. 32. n. 12. p.2.* De quo ipſo, ne in foro Saxonico ulteriùs dubitetur, clara & manifeſta eſt *Conſtitutio Electoralis 46. p.4. in pr.* In verb. **Jedoch wollen wir/ daß die Verjahrung von der Zeit an/ als der** *injuriatus* **ſolche** *injurien* **erfahren/ und zu wiſſen bekommen hat/ gerechnet/ und zu lauffen angefangen werde.**

†

Quæſitum etiam hoc aliquando fuit: Quidam injuriis laceſſitus actionem injuriarum adverſus injuriantem inſtituerat, & Reum citari curaverat, Actore verò in termino non comparente, Reus ab inſtantia fuerat abſolutus, ſententiâ latâ contra Actorem, ne in poſterum admitteretur, priuſquam expenſas prioris inſtantiæ ſolviſſet; & cautionem de lite proſequendâ præſtitiſſet, prout ſtylus eſt pronunciandi in foro Saxonico; Antequam verò Actor huic ſententiæ ſatisfecerat, refundendo expenſas, & cautionem præſtando, aliquot anni erant prælapſi, dubitatum ergò fuit: *An actor etiamnum actionem injuriarum proſequi poſſit, & admitti debeat?* 62

Q.8. Quid juris, ſi actore in termino nõ comparẽte Reus ab inſtantia fuit abſolutus, & actor ad refuſionẽ expenſarum, atq; cautionem de lite proſequendâ cõdemnatus usque inter annũ actione injuriarum denuò non experiatur?

Ratio dubitandi in promptu erat; Semel enim Actor Reum citari curaverat, quo ipſo præſcriptionem annalem fuiſſe interruptam, ita ut Reus hâc exceptione ſeſe tueri non poſſet, negari nequit, juxta tradita ab *Andr. Rauchb. p.2. q.28. n.10. Pet. Frid. lib.1. de proceſſ. c.43. n.* 1. *Ioh. Zang. de except. p.3 c.10. n* 145. 63

64 Sed contrarium reſponderunt *Scabini*, actionem ſc. injuriarum præſcriptione annali prorſus ſublatam, nec Actorem ulterius admittendum eſſe. Reo enim ab inſtantia abſoluto, effectus tam citationis, quàm actionis fuit proſus abolitus, & ſic medium etiam, per quod injuriarum proceſſus aliàs perpetuari ſolet, ſublatum. Quare Actor ad interrumpendam præſcriptionem intra annum cautionem de lite proſequendâ præſtare, & Reum denuò citari facere debuiſſet, quo neglecto, jus agendi ipſum amiſiſſe, ex jam dictis infallibiliter ſequitur.

65 Quod ipſum hodiè eò magis verum eſt, ubi per ſolam litis conteſtationem actio injuriarum dicitur perpetuari, juxta verba *Proceſſ. Jud. de An. 1622. tit.6. in fin.* (**biß uff die** *litis conteſtation*, **dardurch** *actio injuriarum perpetuiret* **wird:**) Vid. *Zang. d. c.10. n.145. Bart. in l.2. §. ſirem. ff. de uſuc. Franc. Balb. de præſcript. 3. p.6. part. pr. q. 4. nu. 6.* Nec eſt, quòd mora Reo imputari poſſit, quum ipſemet Actor in culpa fuerit, ac non refundendo expenſas, & præſtando cautionem effecerit hoc, ut Reus ad litis conteſtationem pervenire nec debuerit nec potuerit.

66 *Reſponſum Scabinorum hoc fuit*: **Hat** *B. B. An.* 1591. **vor dem Rath zu Eulenberg wider** *I. L.* **eine** *injurien***klage angeſtellet/ Nachdem er aber folgends mit ſeiner Klage nit verfahren/ ſondern ungehorſamlich auſſen blieben/ iſt** *An.* 92. **den** 7. **Auguſti wider ihn ein Urtheil ergangen/ daß er mit berührter ſeiner Klage ehe und zuvor er Beklagtem** 15. **Gülden** 4. **Groſchen** 6. **Pfenn.** *moderirte* **Gerichtskoſten erleget/ ferner nit zu hören. Hat nun gedachter** *B. B.* **hierauf vorberührte** *injurien***klage biß in das** 5. **jahr erſitzen laſſen/ und allererſt am jüngſtverſchienen** 15. *Sept.* **obbenante Gerichtskoſten zuerlegen/ und ſeine** *injurien***klage zu widerholen/ ſich unterſtanden/** *&c.* **So mag er nunmehr damit ferner nit gehöret/ noch zugelaſſen werden/ er iſt aber Beklagten nichts deſto weniger vorberürte Gerichtskoſten zuerſtatten ſchuldig/ V. R. W.** *Ad requiſitionem Georgij* **Wagners** *in* **Leipzig.** *Menſ. Novemb. An. 1597.*

In caſu planè ſimili fuit ita pronunciatum in Curia Electoral. Lipſ. M. Majo, An. 1630.

67 Sexto Limit. Regula hæc: Quando injuriatus actione injuriarum ſepoſitâ, ex *L. Diffamari* 5. C. *de ingen. manum.* agit, implorando judicis ſeu magiſtratus ſui officium, ut diffamanti ſive injurianti causâ cognitâ terminum aſſignet, quo vel agat & probet injuriam, vel ab ejuſmodi diffamatione & injuriâ deſiſtat. *Hieron. Schurff. cent. 3. conſ. 103. n. 19.* Matth. W*eſemb. conſ. 96. nu. 3. & conſ. 149. nu. 157 vol. 3.* Cacher. *dec. 151. num. 5. & ſeqq. Ioh. Ferrar.* Montan. *in expoſit. proceſſ. l. diffamari. num. 7.*

68 Etſi enim non facilè injuriatus ad remedium L. diffamari confugit, ut quod nec ad famæ & æſtimationis læſæ reſtitutionem, nec ad pœnam diffamanti imponendam tendit; unde conſultius ipſi videtur, actione injuriarum adverſus injuriantem experiri; Attamen ſi injuriatus ex hac L. Diffamari, agere mallet, quin & hoc facere poſſet, dubitandum non eſt, *And. Gail. lib. 1. obſerv. 9. num. 2. Nic. Boer. deciſ. 255. num.* 7. *Petr. Heig. part. 1. quæſt. 8.* Siquidem remedium iſtius L. hodiè latiſſimè patet, & omnibus regulariter competit, qui vel de ſtatu, vel delicto, vel de crimine, vel aliis quibuſcunque famam aut bona concernentibus, diffamantur, vel de facto quocunque moleſtantur, *Blarer. ad L. diffamari. c. 2. num. 1. & ſeqq. Hæc enim Lex eſt,* inquit *Georg. Mund. in tr. de diffam. in proœm. num. 27. quæ & cuivis ejus beneficium obſervanti ſtatum ſuum illæſum, famam integram, exiſtimationem ac dignitatem ſalvam, & vitam quoque ipſam extra omnem criminis aleam ponit & conſervat.*

69 Hoc itaque remedio, ſi injuriatus utatur, & ex L. diffamari agat, injurians ſeu diffamans palinodiâ haud gravatur, ſed ſub pœna perpetui ſilentii actionem adverſus diffamatum inſtituere, & injurias probare tenetur. Judex namque Reo comparente, ac diffamationem confitente, in judicio diffamatorio certum terminum ad agendum determinare ſolet.

Q. 9. Quomodo ſit procedendum in actione L. diffamari?

70 Qui tamen coram eo ipſo judice actionem principalem præcisè inſtituere non obligatur, ſed ſufficit, modò intra tempus ſibi aſſignatum actionem in cauſa principali, coram alio diffamati judice competente intendat. Et ſic præventio in diffamatorio judicio, præjudicium in cauſa principali non parit, *Gail. lib. 1. obſerv. 11. num. 3. & ſeqq. Iohan. Zanger. de except. p. 2. cap. 13. num. 14. & ſeqq.*

71 *Hinc & in Elect. Sax. Scabinatu quotidiè pronũciari ſolet:* **Dieweil Beklagter uff erhobene** *diffamation***klage geantwortet/und nicht in Abrede iſt/daß er wider Klägern vorgeben/***&c.* **So iſt er ſolches ſein Vorgeben durch eine ordentliche Klage / vor Klägers ordentlicher Obrigkeit innerhalb gedoppelter Sächſ. Friſt anzubringen pflichtig. Er thue nun ſolches alſo oder nicht / ſo ergehet darauff ferner was Recht iſt/ V.R.W.**

72 Quamvis & ſæpiùs in judicio diffamatorio, Reo diffamationem confitenti, probationem ſtatim injungi ſciam, idque præſertim, ſi actio ex diffamatione proveniens ſit ſummaria, aut executiva; Nec ſcilicet proceſſus ordinarius in cauſis ſummariis diffamanti obtrudatur, liteſque protrahantur; quæ brevi ac facili negotio expediri poſſunt.

Pronunciantibus ita Scabinis: **Dieweil Beklagter der** *diffamation* **nicht in Abrede / ſondern geſtändig iſt/***&c.* **So iſt Beklagter** *diffamant* **ſolche ſeine** *diffamation* **in doppelter Sächſiſcher Friſt/ wie recht / zuerweiſen ſchuldig/ darwider Klägern/** *diffamaten* **ſeine Gegennotturfft billig vorbehalten wird/V.R.W.** *Senatui in* Saltza. Men*ſ. Iulio, Anno 1630.* 73

I*t. Prætori & Scabinis Lipſenſibus.* Men*ſ. Iulio, Anno 1630.*

Iisdem formalibus pronunciatum fuit in Iudicio Appellationis Dreſdenſi, termino Martini, *An. 1613.*

74 Reo autem diffamante agere nolente, vel etiam non comparente, imponitur ipſi perpetuum ſilentium: Quod tamen in primo ſtatim termino fieri non ſolet. Licet enim alias contumacia ejus, qui jus dicenti non obtemperat, litis damno coerceatur, *l. contumacia. ff. de re jud.* Attamen cum de vera diffamantis contumaciâ adhuc non conſtet, in primo ſtatim termino ipſi perpetuum ſilentium haud imponitur, *Blar. ad l. diffamari. c. 8. num. 17.* Bart. *in l. multum intereſt. ff. de condict. & demonſtr.* Sed acculata contumaciâ in *Scabinatu Electorali* interlocutoriè in hunc modum pronunciatur.

75 **Daß** *Diffamant* **noch zur Zeit vor ungehorſam nicht zu achten / er iſt aber uff anderweit vorgehende gebührende Ladung zuerſcheinen/ und uff** *diffamatens* **übergebene** *provocation* **ſich einzulaſſen/ und gebürlichen zuverfahren ſchuldig. Er thue nun ſolches oder nicht / ſo ergehet darauff in der Sachen ferner was Recht iſt/ V.R.W.**

76 Qua ſententiâ latâ, & vires rei judicatæ conſecuta, diffamans denuò eſt citandus, A*nd. Gail. 1. obſerv. 12. nu. 4. Georg. Mund. in tract. de diffamat. c. 5. §. 4. nu. 64. & ſeq.* Qui licet in contumacia perſiſtat, ac ne quidem in ſecundo termino compareat, impoſitio tamen perpetui ſilentii in foro Saxonico locum nondum habet, ſed tertia citatio decernitur, ſub comminatione tamen:

77 **Daß** *Diffamant* **bey endlicher Straff Ungehorſams nochmals uff einen gewiſſen Termin zu Einbringung ſeiner Zuſprüche und Klagen/ ſo er wider** *diffamanten* **zu halten vermeinet / billig** *citiret* **wird/ mit dieſer außdrücklichen Verwahrnung / daß in Verbleibung des / er ferner damit nicht ſoll gehöret/ ſondern ihme ein ewig ſtillſchweigen ufferleget werden/ V.R.W.**

78 Quod ſi poſtea diffamans ad emiſſam denuò citationem non compareat, & contumaciam contumacia cumulet, ad iteratam accuſationem contumaciæ perpetuum tandem ipſi ſilentium imponitur, hac formula:

79 **Daß** *Diffamant* **mit ſeiner Klage / da er gleich dero einige wider** *diffamaten* **haben möchte/ nunmehr ferner nit zu hören / ſondern ihme ein ewig ſtillſchweigen (** *additur quandoq; bey einer namhafften Pœn/ ſi hoc in libello petitum fuerit, quam pœnam judex in ſententia ſtatim exprimere debet* **) billig ufferleget wird/ V.R.W.**

80 Septimò Limitatur denique Regula prædicta. In iis, qui maledicunt alicui, omniaque mala imprecantur, **die einem alle**

Q. 10. N adverſus maledici-

Teuffel

tes compe- tat actio in juriarum? Teuffel / oder Seuchen an den Halß fluchen &c. Quos propriè injurias non committere, nec convitiis laceſſere, puto; ſiquidem omnis injuria ad læſionem ac deminutionem famæ & exiſtimationis tendit: quod de maledictione aſſeri nequit.

81 Quamvis non negem, ejusmodi maledicentes ſeu obtrectatores pœna quoque arbitraria teneri: quæ ad pœnam corporis afflictivam quandoque extendi poteſt; ut ſi quis Principi vel Illuſtri Perſonæ maledixerit, qualem virgis cædendum & relegandum eſſe reſponderunt quodam in caſu Scabini, teſte *Hartm. Piſtor. obſervat. 187. numer. 8. & ſeqq.* rejecta ſententia eorum, qui diſpoſitionem *l. un. C. ſi quis Imper. maledix.* ad omnes omninò Principes inferiores extendunt. *Ægid. Boſſ. in pract. crim. tit. de injur. n. 34.* Iacob. *Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 4. caſ. 377. Cravett. conſ. 6. n 71.* Vid. ſuprà *p. 1. q. 41. n. 119. & ſeqq.*

82 Attamen palinodia imponenda non eſt obtrectatoribus, ſicut nec iis, qui verba inhoneſta & obſcœna contra aliquem evomunt, cujus fama & exiſtimatio tamen exinde directò non læditur, licet per conſequentiam ea offendatur.

Unde & ſæpiùs ejusmodi homines ad deprecationem, zu einer Chriſtlichen Abbitte / *condemnatos fuiſſe, memini.*

QVÆSTIO XCIIX.

De pœna famoſi libelli, ſive Pasquilli.

SVMMARIA.

1. Verbalis injuria ſcriptis quoq; inferri poteſt.
2. Definitio Pasquilli ſeu famoſi libelli.
3. Pasquillus unde dicatur.
4. Injuria ſcriptis illata, & Pasquillus quomodo differant? n. 51. 52. 53.
5. Pœna famoſi libelli quænam ſit? n. 6. 7. 8. 9.
10. In Imperio Romano & foro Saxonico quomodo puniantur Rei huius criminis? num. 12. 13. 14. 15.
11. Typographi, ſculptores & pictores famoſi libelli quomodo puniantur?
16. Sententia Scabinorum Lipſenſium.
17. Pœnâ famoſi libelli non tenetur conſulens, legens, inventor & propalator Pasquilli, *num. 18. 19. 20. 22. 23.*
21. Quâ pœnâ hi ſint plectendi?
24. An pœnâ famoſi libelli ſit plectendus, qui nomen ſuum ſubſcripſit Pasquillo?
25. Argumenta affirmativæ ſententiæ, n. 26. 27.
28. Verior eſt ſententia negativa, n. 29. 32. 33.
30. Intellectus artic. 110. Ordin. Crim. Carolin. *num. 35.*
34. Sententiæ Scabinorum *Lipſenſium, n. 35.*
36. Refutantur argumenta affirmativa opinionis, 37. 38. 39.
40. Pœna famoſi libelli ceſſat ſi crimen objectum probari queat, n. 41. 42.
43 Explicatio l. un. C. de famoſ. libell. n. 44.
45. Ex famoſo libello experiri quoq; licet actione injuriarum, n. 46. 48.
47. R*eſponſa Scabinorum Lipſenſium, n. 49.*
50. P*œna famoſi libelli ceſſat in injuria ſcripta, numer. 54.*
55. Pro injuriis ſcriptis actione injuriarum experiri licet.
56. Sententia Scabinorum Lipſenſium.
58. Injuria ſcriptis illata facilè probari poteſt.
58. Ex cauſa juſta poteſt mitigari pœna famoſi libelli, n. 59. 60.
61. Ob*ſervantia* Scabinorum *Lipſenſium.*

1 Verbalis porrò injuria eſt, quæ ſcriptis alicui infertur, ut late probat *Proſper. Farin. part. 3. oper. crimin. quæſt. 105. n. 4. Andr. Gail. libr. 2. obſervat. 104. numer.* 1. *Claud. Bertaz. in addit. ad Barth. Bertaz. conſ 237. num. 2. lit. B. in pr.* Qua ſi alicui convitium aut crimen haud abſque infamia occulto nomine imputatur, injuria hæc in peculiare nomen famoſi libelli incidit. 2 Qui definitur: **compoſitio in ſcriptis facta ejus, quod autor probare non vult ad infamiam alicujus, in publico loco, occulto nomine adfixa.** *l.* Lex Cornelia. *§. ſi quis librum. l. quod Senatusconſultum. l. conſtitutionibus. l. item apud Labeonem. §. Prætor ait. 2. de injur. Marq. Freh. libr. 2. de exiſtimat. cap. 9. n. 15. Franciſc. Balduin. ad l. un. C. de famoſ. libell.* Matth. *Stephan. ad art. 110. Ordin. Crimin. Carol. in pr. ubi & Georg. Rem. in Nemeſ. Karul. Iod. Damhoud. in prax. rer. crim. c. 130.* Pet. *Heig. part 2. qu. 31.*

3 Et vulgò appellatur *Paſquillus*, à Pasquillo Sartore Romano, Religionique Pontificiæ addictiſſimo, qui Papam & Cardinales ob vitia liberè & impunè vellicare ſolitus, ille cum moreretur, propè tabernam in urbe Roma Statua ejus marmorea, gladiatorio habitu effoſſa erigebatur, quæ populari joco Pasquillus vocari conſuevit, exinde, quod illic ob dicacitatem notiſſimus Magiſter Pasquillus habitaſſet. Sicut autem ille, cum adhuc inter vivos eſſet, hominum vitia inſectatus fuerat; ita poſt mortem eius ſtatua epigrammatophori munus ſubiit, cum ille de noctu ſcripta injurioſa & maledica affiguntur, quæ inde Paſquilli nomen ſibi vendicant, ut refert ex *Auth. theatr. vitæ humanæ, vol. 21. libr. 3. fol. 3709. in verb. Paſquillus. Matth. Stephan. dict. art. 110. Ordin. Crim. n. 1. verſ. Ejusmodi libellus, &c.*

4 Injuria ergò in ſcriptis illata ad famoſum libellum, ſeu Paſquillum perinde ſe habet, ut genus ad ſpeciem. Ob omnem ſiquidem fa-

moſum libellum injuriarum agi poteſt, ſed non econtrâ, ob quamlibet injuriam ſcriptam actio famoſi libelli datur, *Daniel. Moller. ad* Conſtit. *Elect. 44. num. 1. part. 4.* Matth. W*eſembec. in paratit ff. de injur. num. 19.* Adeoque nec quælibet injuria ſcripta famoſi libelli pœnâ coerceatur.

5 Quæ ex Conſtitutione Impp. Valentiniani & Valentis eſt capitalis, *l. un. C. de famoſ. libell. Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crimin. capit. 125. n. 2. & cap. 130. n. ult. Ioh. Harppr. in §. injuria autem. n. 159. Inſt. de iniur. Proſp. Far. part. 3. quæſt. 105. num. 422. Iul.* C*lar. lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 68. num. 15. Iacob. Menoch. libr. 2. arbitr. jud. quæſt. cap. 263. num. 34. & ſeq. Ludov. à Peguer. deciſ. 77. num. 5. Iacob. de Belloviſ. in pract. crimin. lib. 1. tap 3. num. 83.*

Q. 1 Quæ ſit pœna famoſi libelli?

6 Idque extra controverſiam eſt; ob verba clara *dict. l. un. capitali ſententiæ ſubjugandum. C. de famoſ. libell.* Sed de hoc non convenit inter Dd. *an verba ea præciſè de ultimo ſupplicio, puta gladij pœnâ accipi debeant?* Quod ſentire videntur *Damhoud. dict. cap. 125. n. 2. verſ. & ultore gladio.* P*roſp. Farin. dict. quæſt. 105. n. 423. Iul. Clar. dict. §. ult. quæſt. 68. n. 25. Bonif. de Vitalin. in tit. de famoſ. libell. n. 1. Petr. à* P*lach. in epitom. delict. lib. 1. c. 3. num. 2.*

7 A quibus tamen alii diſſentiunt, exiſtimantes, pœnam capitalem in *dict. l. un.* non de ultimo ſupplicio, ſed de aliâ mitiori pœnâ, puta exilii, vel deportationis, accipiendam eſſe. Vid. *Johan. Harpprecht. in §. injuria. 1. numer. 160. & ſeqq. Inſtit. de injur. Ludov. Gilhauſ. in arb. judic. crimin. cap. 2. tit. 34. §. 10. numer. 7. Mynſing. decad. 6. reſponſ. 39. num. 49.* Siquidem pœna capitalis in Jure Civili non tantùm dicitur ea, quæ damnato vitam, ſed etiam quæ libertatem vel civitatem adimit; adeoque caput è civitate tollit. *l. capitalium. 28. ff. de pœn. l. 2. ff. de publ. judic. l. qui cum major. 14. §. is demum. ff. de bon. libertor. l. licet capitalis. 103. ff. de verb. ſignif. l. edicto. 13. ff. de bonor. poſſeſſ.* Quod ut aliàs conceſſerim, in præſenti tamen materiâ, per capitale ſupplicium mortis pœnam non intelligi, vix credere poſſum: quũ hâc ratione pœna famoſi libelli longè minor & initior eſſet pœna injuriæ ſimplicis, pro qua nedum exilii, ſed etiam fuſtigationis pœna dictari poteſt, *l. ultim. ff. de injur.* Quod tamen foret abſurdum, cùm per libellum famoſum atrociſſima inferatur alicui injuria, quæ & propterea ſeveriſſimè eſt coercenda, *Matth.* W*eſemb. in parat. ff. de injur. n. 19.*

8 Puto igitur, neutram opinionem ſubſiſtere, nec indifferenter mortis, nec exilii aut deportationis ſupplicium præciſè obtinere; ſed utrumque autoribus libellorum famoſorum, ſive paſquillantibus certo reſpectu infligendum eſſe. Illud, mortis nempe ſupplicium, ſi crimen in libellis famoſis expreſſum ſit capitale & ultimo ſupplicio dignum, ita ut ſi verum hoc eſſet & probaretur, Reus iſtius mortis pœnam haud effugere poſſet. Hoc verò, exilii videlicet vel deportationis ſupplicium, ſi crimen objectum capitale non ſit, nec ſeveriorem pœnam promereatur. Ut ſic pœna talionis locum ſibi vendicet, eademquê animadverſione diffamator coerceatur, qua unũquodque delictum & ſcelus in libello objectum, ſi verum eſſet veniret puniendum; uti rectiſſimè ſentit *Gloſſ. in dict. l. un. verb. capitali. verſ. ſi etiam capitalis &c. C. de famoſ. libell. ubi &* Salycet. *nu. 3. Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quæſt. cent. 3. caſ. 263. n. ult. Petr. Heig. part. 2. quæſt. 31. n. 45. Dan.* M*oll. ad* C*onſt. Elect 44. n. 5. part. 4.* M*att. Berlich. part. 5. concl. 67. n. 9.*

Ac licet verba *d. l. un.* generaliter loquantur, unde & prædictam diſtinctionem rejicit *Ludov. à Peguer. part. 1. deciſ. 77. num. 11.* Attamen quin ibidem de ejusmodi agatur delictis, quæ ad ſalutem publicam ſpectant, adeoque capitalia ſunt, negari non poteſt: ut ſic mortis ſupplicium ad eum caſum, quo crimen atrox & capitale fuit conſcriptum, reſtringendum eſſe, ex verbis *d. l. un.* facilimè evincatur. 9

Quod nec aliter in Imperio Romano Germanico obſervatur, propter claram & manifeſtam Sanctionem Caroli V. Imp. qui ſcriptorem libelli famoſi ſecundum ius talionis æquiſſimum ea pœna, quam famoſo mendacique libello irrogari convitium poſſe voluit, plecti jubet, in *Ordin. Crim. artic. 110.* verb. **Welcher jemand durch Schmachbrieff/zu Latein** *liber famoſus* **genant/die er außbreitet/ und ſich nach Ordnung der Rechte/ mit ſeinem rechten Tauff- und Zunahmen/ nicht unterſchreibet/ unrechtlicher/unſchuldiger Weiſe Laſter unnd Vbel zumiſſet/ wo die mit Warheit erfunden würden / daß der Geſchmächte an ſeinem Leib / oder Ehren/ peinlich geſtrafft werden möchte/derſelbige boßhafftige Läſterer ſoll nach erfindung ſolcher übelthat als die Rechte ſagen/mit der Peen/in welche er den unſchüldigē Geſchmächten/durch ſeine böſe / unwarhafftige Läſterſchrifft hat bringen wollen/geſtrafft werden.** *ubi* M*atth. Steph. n. 3. & Georg. Rem. in Nemeſ. Karul. Petr. Heig. part. 2. quæſt. 31. n. 45. Matth.* W*eſemb. in parat. ff. de iniur. n. 19. Beuſt. in l. nam poſteaquam. 9. §. ſi damnetur. n. 12. ff. de iniur.* 10

Præterea & typographi, ſculptores atque pictores libros famoſos, ſculpturas & picturas in religionis alicuius, vel etiam privati hominis deteſtationem & infamiam typis imprimere, facere, & divulgare in Imperio Romano-Germanico prohibentur, ſimulque ſtatuitur, ut contra hoc facientes amiſſione famoſorum libellorum, poteſtatis excudendi libros, aliàque pœna arbitraria puniantur. *Receſſ. Imper. Auguſt. de Anno 1530. §.* **Vnd nachdem durch die unordentliche Drückerey.** *Ratisbonenſ. de Anno 1541. §.* **Ferner haben wir befunden / daß die Schmäheſchrifften.** *Reformat. polit. Anno 1548. tit.* **von Schmäheſchrifften / Gemälden** *&c. Et Ordin. Polit. Francofurt. de Anno 1577. tit.* **Von Buchdrucken/Schmäheſchrifften** *&c.* Unde etiamnum hodiè in toto ferè Imperio, ubivis locorum certi conſtituti ſunt Inſpectores, qui ſcripta typis imprimenda, cuiusque etiam materiæ ac facultatis illa fuerint, inſpiciunt ac cenſent, absque horum verò cenſura & ſubſcriptione, typographis quicquam excudere, & publicare haud fas eſt. 11

12 Neque in foro Saxonico res aliter ſe habet, quo pœna Sanctionis Carolinæ æquè recepta eſt, nimirum ut ſcriptor libelli famoſi paritate delicti puniatur, & ſi crimen objectum eſt capitale, etiam pœnam capitalem ſuſtinere, ſin minus, aliam pœnam, quam unumquodque delictum meretur, pati debeat, *Daniel. Moller. ad Conſtit. Elector. 44. numer. 6. part. 4.* Matth. Berlich. *part. 5. concluſ. 67. num. 13. & ſeqq.* Tantumque abeſt, moribus ab ea receſſum hodiè fuiſſe, uti putat *Jacob. Schult. in addit. ad Matth. Coler. part. 1. deciſ. 154. num. 14.*

13 Ut ea potius expreſſe fuerit confirmata, ab Illuſtriſſimo Electore Saxon. D. Auguſto *in Conſt. 44. p. 4. in pr.* **Wie die Schand- und *Famos*-Schrifften zu ſtraffen / iſt in gemeinen Rechten / und in der peinlichen Ordnung verſehen / und iſt ſolches in der Reichspoliceyordnung auff die Schandgemälde und Gemächte erweitert / und im jüngſten Speyeriſchen Abſchied *Anno 1570.* publicieret / wiederumb erneuert / auch die Pœnen zum theil erhöhet worden. Bey dieſen allgemeinen Rechten / Reichs-*Conſtitutionen* und *Sanctionen* laſſen wir es bleiben / wollen auch / daß denenſelbigen nach in unſern Schöppenſtülen geſprochen / und die Straffen in unſern Landen unnachläßlich vollſtrecket werden ſollen** *&c.*

14 Hinc Regulam pono generalem: Quod ſcilicet in foro etiam Saxonico famoſi libelli ſive pasquilli compoſitor tali teneatur pœna, quam delictum in pasquillo alteri imputatum importat.

15 Quæ regula non modò in jure ac Conſtitutionibus Imperii fundata, ut modò luculenter probavi. Sed & æquitate firmata eſt. Nam vetus eſt hæc calumniæ pœna, ut ad pœnam illam trahat ſimilitudo ſupplicii, L*evit. 19. l. ultim. de calumniator. Petr. Heig. part. 2. quæſt. 31. num. 46.* Et valdè abſurdum atque iniquum eſſet, ut quis indifferenter, propter leve etiam aliquod delictum, in libello objectum, capite puniretur, quum pœna non debeat eſſe gravior, quam ejus cauſa, *l. ſancimus. 22.* C. *de pœn.*

16 *Secundum quam Regulam pronunciare quoq; ſolent Scabini:* **Hat** *H. B.* **unlengſt eine Schrifft verfertiget / darinnen er euch** *criminis læſæ majeſtatis, Sacrilegii, Falſi perjurii, peculatus*, **Meuterey und Empörungen / Einführung falſcher Religion und Zurüttung der Regimenten dieſer Lande beſchuldiget / und jedermänniglichen / weme die Hoheit der hohen Obrigkeit angelegen / wer die Freyheit gemeinen Regiments liebet / den Nutz geiſtlicher** *Iuriſdiction* **bedencket / Gott einen angenehmen Dienſt zu leiſten bedacht / ſeiner Kirchen und allen Regimenten zu helffen in willens / vermahnet / daß dieſelben rahten ſollen / weil zu rathen** *&c.* **So iſt ſolche Schrifft für eine rechte Famos- und Schandſchrifft zu achten / und wo** *H. B.* **obangezogene Vbelthaten / ſo er euch zugemeſſen / und Leibes und Lebensſtraff auff ſich haben / über euch wie recht nicht außführen / und darthun könte; So würde er vermöge des heiligen Römiſchen Reichs peinlichen Halßgerichtsordnung an Leib und Leben billich geſtrafft / V. R. W. Nach Meiſſen / an Hanß Andreſſen und Michael Guſſenau /** *M.* Ian. An. *1596.*

Similiter fuit dictata pœna gladii H. S. ad requiſitionem Conſul. & Senatus Quedelburgenſ. M. Auguſto, An. 1617.

17 ***Q. 2. Pœna inventoris & propalantis pasquillũ, aliove modo auxilium præſtantis.***

Indifferenter tamen ac ſemper hæc Regula vera non eſt, ſed multis modis Limitatur. Ac Primò notabiliter tenendum, eam tantummodò locum ſibi vendicare, in authore, ſcriptore ſeu compoſitore famoſi libelli ſeu pasquilli.

18 Scio equidem pœnam famoſi libelli à multis extendi quoque ad conſulentem, per *l. Lex Cornelia. 5. §. ſi quis librum. verſ. dolovè malo fecerit, quod quid eorum fieret. ff. de injur. Hoſtienſ. in ſummar. ext. de injur. §. quot modis fiat injuria. numer. 3.* Proſper. *Farin. part. 3. oper. crim. quæſt. 105. numer. 442. & ſeq.* Eumque qui dimittit libellum famoſum, cadere in plateâ, *Hoſtienſ. & Farin. dict. locis. Matth. Berlich. part. 5. concluſ. 67. numer. 24.* Illum legentem, L*udov. à Peguer. deciſ. 77. numer. 5. Farin. dict. quæſt. 105. numer. 450. & ſeqq. Iul.* Clar. *lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 68. num. 25. ſub fin.*

19 Nec non inventorem pasquilli, illum non lacerantem aut comburentem, ſed in publicum proferentem, *Jodoc. Damhouder. in prax. rer. crimin. cap. 125. num. 103. Matth. Berlich. dict. concluſ. 67. num. 43. Ioh. Harppr. in §. injuria. 1. n. 196. & 199. Inſtit. de injur. Iacob.* Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. centur. 3. cap. 263. num. 28. Petr. à Plac. in epit. delict. lib. 1. cap. 3. nu. 3. Ludov. à* P*eguer. dict. deciſ. 77. nu. 8. Anton. Gomez. de delict. cap. 6. injur. n. 1. Proſp. Farin dict. quæſt. 105. num. 460. & ſeqq.* Licet ejuſmodi inventor libellum famoſum publicans autorem nominet & demonſtret, *Salyc. in l. un. C. de famoſ. libell. numer. 5. Ioh. Harpprecht. dict. §. 5. num. 204. ubi & Iohan. Schneidvvin. nu. 5. Ludov. à Peguer. dict. loc. n. 8. Matth. Coler. part. 1. deciſ. 154. num. 4. & ſeqq.* ubi tamen hoc ipſum reſtringit ad divulgantem pasquillum aut librum famoſum, nondum ab alio propalatum, ita ut negotiator ab alio negotiatore publicis nundinis famoſum libellum emens iterumque vendens hâc pœnâ non teneatur: cum doloſè is nil facere, nec tàm nocendi, quàm lucrandi gratiâ emere ac vendere pasquillum præſumatur, *l. vel univerſorum. ubi gloſſ. ff. de pignor. act.*

20 Sed nimis rigoroſa mihi videtur hæc ſententia. Quamvis enim lubens conceſſerim inventorem ac propalatorem pasquilli ſive famoſi libelli ab omni pœna immunem non eſſe; attamen pœna mortis ipſum plecti debere, haud dicere auſim, eo quod *Ordinatio Criminal. Carol. V.* I*mper. in art. 110.* Compoſitores ſolummodò pasquillorum pœna capitali affici velit, ut haud obſcurè colligi poteſt ex verbis *dict. art. 110.* **Vnd ſich nach Ordnung der Recht mit ſeinem Tauff- und Zunamen nicht unterſchreibet /** *&c.* Et paulò poſt: **durch ſeine böſe unwarhafftige Läſterſchrifft hat bringen wollen** *&c.* Quæ certè verba de ipſo autore ac compoſitore famoſi libelli loquuntur; adeoque ad inventorem & propalatorem haud extendenda ſunt, ſecundum generalem juris ſententiam, quâ pœnas odioſas ſtrictè interpretari oportere traditum eſt, *capit. ſtatutum. 22. extr. de elect. in 6to. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 6.*

libr.6. præſumpt.4.num.33.Corn.libr.1.conſil.114. col.2.

21 Exiſtimo igitur inventorem ac propalatorem libelli, ut maximè illi ſupplicium aliquod irrogandum erit, arbitrariâ tantummodò pœnâ affici debere. Quod & voluiſſe videtur *Burſat. conſ.94.n.33.* quem ſequitur *Claud.Bertaz. in addit.ad Barthol.Bertaz.lib.*1.*conſ.237.num.8.* Et ita ſi caſus occurreret, pronunciare haud dubitarem.

22 Nec obſtat huic *l. lex Cornelia.5.§. ſi quis librum.9.* In verb. *ediderit, dolovè malo fecerit, quo quid eorum fieret &c. ff. de injur.* Unde probari videtur, nec eum, qui librum famoſum quovis modo divulgat, à pœna delicti ordinaria liberum eſſe: Siquidem de pœnâ mortis haud quaquam ibidem agitur, ſed de infamia, quâ notatus fit inteſtabilis: uti apertiſſimè liquet ex verbis finalibus *dict.§.9.Inteſtabilis ex lege eſſe jubetur.*

23 Majoris momenti non eſt argumentum ex *l. un.* C. *de famoſ.libell.* deſumptum, quo communiter Dd. pro ſtabiliendâ ſuâ ſententiâ utuntur? *Etſi* enim ibidem dicatur, inventorem chartularum famoſarum, ſi eas non corruperit, vel igni conſumſerit, ſed vim earum manifeſtaverit, quaſi auctorem huiuſmodi delicti, ſententiæ capitali ſubjugandum eſſe; attamen mortis pœnâ propterea eum plecti debere, haudquaquam exinde evincitur; quum pœna capitalis non tantùm dicatur illa, quæ vitam, ſed etiam quæ libertatem & civitatem adimit, *l. capitalium.28. ff. de pœn. l.2 ff.de public.judic.l. licet capitalis.103.ff.de verb.ſignificat.* Et ſi aliter diceretur, autorem famoſi libelli ſemper ac indifferenter ultimo ſupplicio puniri, neceſſe eſſet, contra *artic.110.Ordin.*Crimin.& opinionem Interpp. communem, antea probatam.

Q.3. Num pœnâ famoſi libelli plectẽdus, qui nomen ſuũ paſquillo ſubſcripſit?

24 *Secundò limitatur*: Quando author in libello famoſo nomen ſuum exprimit. Quod tamen apud omnes expeditum non eſt: Haud enim deſunt, qui putant, pœnam prædictam famoſi libelli locum ſibi vendicare, ſive auctor nomen ſuum occultaverit, ſive expreſſerit, uti ſtatuunt communiter Dd. *Matth Weſembec.in parat. ff. de injur. num.19. verſ. verum etiamſi expreſſo.& part.1.conſ.22.n.5.*Petr.*Heig part.2.quæſt.31. n.21. & ſeqq.Dan.*Moll.*ad* Conſt.*Elect.44. num.6. part.4.*Matth.*Berlich.part.5.concluſ.67.n.57. Hoſtienſ. in ſumma.extr.de injur.§ quot modis injur.n.3. Iodoc.Damhoud.in prax.rer.crim.c.138.num.3. Ioh. Harppr.in* §.*injuria.*1.*n.154. Inſt. de injur. Matth. Steph.in art.110.Ord.Crim.Carol.n.2.Bocer.Treutler.Gœdd.*allegati & laudati à *Ioh.Harppr.dict.loc. num.151.*

25 Pro quâ opinione facere videtur. 1 Quod nominis appoſitio vel omiſſio ad famoſi libelli ſubſtantiam nihil conferre, ſed tantùm probationem eius reſpicere dicatur: imò major illius meritò videatur impudentia, qui nomen ſuum adjecit, & gloriam ex infami & turpi facto aucupari conatus eſt. Unde & ſi non majori, attamen pari pœnâ plectendus ille erit, ut argumentatur *Petr.Heig.dict.loc.numer.26.Reinhard.Roſa.in addit.ad Dan.Moller.dict.Conſtitut.44.num.6. part.4.*

26 2. *l.lex* Cornelia.*5.§.ſi quis librum.ff.de injur.* In verb. *Etiamſi alterius nomine ediderit, vel ſine nomine &c.* Unde ſequitur, expreſſionem nominis, autorem famoſi libelli à pœna non excuſare. Idque ex natura dictionis (*etiamſi*) quæ notat diverſitatem facti, & identitatem juris, §. *ſciendum. Inſtit. de ſatisdat. tutor. Heig.dict.q.31.num.24.*

27 3. Verba *Receſſ Imper. Francofurtenſ. de An.1577.in Ordin.Polit.tit.* **Von Buchdruckern/ Schmäheſchrifften. §. und ſetzen/ordnen** *&c.* Ibi: **Es habe der** *Author* **ſeinen Namen darunter geſetzet/oder nicht** *&c.* Unde manifeſtè patet, parum referre, an compoſitor paſquilli nomen ſuum ſubſcripſerit, necne. Quumque Conſtitutio illa ſit noviſſima, ſecundum eam alias priores explicandas eſſe arbitratur *Heig. dict. quæſtion.11. num.25.*

28 Sed aliter ſentiunt *Hartm.Piſtor. obſervat.186.num.4.Iohan.Dauth.in tract.de teſtam.n.228. ſub fin. verſ. quartò quoad verum autorem. Iacob. Schult.in addit. ad* Matth. *Coler.part.1.deciſ.154. n.15.Henr.Nebelkra.deciſ.16.Aut.Conſult.Conſtit. Saxon.tom.2.part.4.quæſt.62.numer.7.* Pœnam ſcilicet famoſi libelli tùm demum irrogandam eſſe, ſi autor in eo nomen ſuum non expreſſerit. Quorum ſententiæ ſubſcribere nil quicquam vereor.

29 1. Ob textum clarum & manifeſtum in *artic.110.Ordin.Crim.Carol.* In verb. **Unnd ſich nach Ordnung der Rechte mit ſeinem rechten Tauff- und Zunahmen nicht unterſchreibet/** *&c.* Ubi pœna famoſi libelli determinatur ei, qui nomen ſuum paſquillo non ſubſcripſerit. Unde ſequitur à contrario ſenſu, eum, qui nomen ſuum exprimit, pœnâ iſtâ non teneri.

30 Etſi verò *Daniel.Moller.in* Conſtit.*Elect.44.num.6.p.4.* quem ſequitur *Matth.Berlich.dict. concl.67. num.38.* verba illa explicet de eiuſmodi ſubſcriptione, quæ ſecundum juris ordinem ab accuſatore fieri debet, cujus fit mentio in *l. unic.* C. *de famoſ. libell.114.* nempe Magiſtratum adiens coram eo nomen ſuum profiteatur, & ore proprio crimen, cuius alium Reum facere cupit, proferat; Attamen hanc explicationem verba *dict. artic.110.* non admittunt: De famoſo enim libello eiusque ſubſcriptione ibidem agi, clariſſimè patet ex *verb.* **durch Schmähebrieffe / zu Latein** *liber famoſus* **genandt/ die er außbreitet/ und ſich nach Ordnung der Rechte mit ſeinem rechten Tauff- und Zunahmen nicht unterſchreibet** *&c.* Legitima verò accuſatio & delatio, quæ fit coram judice, de qua M*oll.*loquitur, famoſus libellus non eſt, nec dici poteſt.

31 Adeoque verborum illorum ſenſus genuinus eſt, pœnam famoſi libelli incurrere ſolummodò eum, qui famoſum ſpargit libellum, ſuppreſſo nomine, quam ſuppreſſionem ad ſubſtantiam famoſi libelli jus requirit.

Cui explicationi non refragatur inſtantia *Berlichy* hac nempe ratione ſecundum juris ordinem, aliquem ſe nomenque ſuum ſubſcribendo alterum diffamare poſſe. Quomodo enim hoc ſequatur, non certè video. Etſi namque hoc caſu pœna famoſi libelli ceſſet, à pœna tamen injuriarum Reus ſubſcribens nomen ſuum immunis non eſt.

32 2. Idem ferè habetur in *Conſt. Elector. 44. part. 4.* §. ordnen und ſetzen. In verb. Wann einer jemands durch Schrifften *diffamiren*/ und ſeinen Namen nicht bekennen würde *&c.* Quæ verba ſatis innuunt pœnam famoſi libelli, de quâ in §. *præcedenti* agitur, illũ haudquaquã ſuſtinere, qui nomen ſuum exprimit ac profitetur. Si enim occultatio nominis neceſſario non requiretur, absque dubio, Illuſtriſſimus Conſtituens tam curioſè hoc non appoſuiſſet.

33 3. Facit quoque huc: Quod Conſtitutiones Imperii omnes in famoſo libello occultationem ſparſionis præſupponant, quæ certè nulla eſt, nomine autoris cognito: Unde & vulgò famoſus libellus definiri ſolet compoſitio occulto nomine facta, *Matth. Stephan. ad artic. 110. Ordin. Crim. Carol. uti & Georg. Rem. in Nemeſ. Karul. Iacob. Schult. in addit. ad Matth. Coler. part. 1. deciſ. 154. num. 15. Matth. Weſembec. conſ. 22. num. 5. Tiber. Decian. lib. 4. conſ. 34. numer. 19.* Ratio huius eſt, quod nomine autoris ſuppreſſo, injuria adverſus ipſum vindicari nequeat. Quare ſeveriori pœnâ autorem poſtea manifeſtatum plecti voluerunt *Impp. l. unic.* C. *de famoſ. libell.* Quæ ratio quia deficit in Scripturâ famoſâ, cui autor nomen appoſuit; utique etiam pœnam famoſi libelli tunc ceſſare, concludendum eſt.

34 *Eamq; ſententiam amplectuntur Domini Scabini in pronunciando*: Ob nun wol *H. B.* in ſolcher Schrifft/ was vor unterſchiedliche Aembter an einem gewiſſen Ort ihme aufftragen und von ihme verrichtet werden/ angezogen/ darauß man Nachrichtung nehmen können/ wer der *Autor* ſey/ Er auch ſelbſt hernachmahls ſich darzu bekant: dieweil er aber dennoch damals/ als dieſelbige außgeſprenget worden/ ſich mit ſeinem Tauff- und Zunahmen nicht unterſchrieben/ So iſt ſolche Schrifft/ für eine rechte *Famos* und Schandſchrifft zu achten *&c.* *Ad requiſitionem Iohan. Andreæ, & Michaelis* Grieffenau/ *in* Meiſſen/ *Menſ. Januar. Anno 1596.*

35 *It*: Ob wol *G. M.* in einer offenen Schrifft euch mit Injurien übel angelaſſen/ unnd unter andern auch begangenen Ehebruchs unnd Oberhurereÿ bezüchtiget/ dieweil Er aber dennoch ſeinen Nahmen nicht vertuſchet/ ſondern denſelbigen unterſchrieben *&c.* So mag auch ſelbige Schrifft für ein recht *Famos-libell* und *Pasquill* nicht gehalten/ noch *G. M.* mit der Straffe/ ſo in der peinlichen Halßgerichts Ordnung auff die *Famos*ſchrifften geordnet/ beleget werden/ Es iſt aber ihn *actione injuriarum* zubelangen euch unbenommen/ V. R. W. *Henrico a* Grieffſtedt/ M. *Iulio, An. 1628.*

36 Quibus non obſtant argumenta *Petr.* Heig. antea adducta, Quod ad 1. enim attinet, committitur petitio principii. Negamus namque, ad poſitionem vel omiſſionem nominis ad famoſi libelli ſubſtantiam nihil conferre, contrarium probatur ex *artic. 110. Ordin. Crimin. Conſtitut. Elector. 44. part. 4.* omnibusque iis Conſtitutionibus, quibus occultatio ſparſionis præſupponitur, quæ nominis expreſſionem reſpuit, ut ſuprà dictum atque probatum fuit.

Nec quicquam facit, quod major ſit impudentia ejus, qui nomen ſuum adjecit, & gloriam ex infami & turpi facto aucupari conatus eſt, quàm illius, qui nomen ſupprimit. *Hoc* enim ut conceſſerim, exinde tamen non evincitur, pœnâ famoſi libelli, auctorem nomen ſuum exprimentem plectendum eſſe, ut quæ ſparſionis occultationem potiſſimùm concernit, quam tanto ſeveriori pœna coerceri voluerunt Impp. in *l. un.* C. *de famoſ. libell. & artic. Ordinat.* Crimin. *Carol.* quanto majori difficultate injuria adverſus ignotum nomine ſuppreſſo vindicari poteſt. 37

2. Minus obſtat. *l. 5. §. ſi quis librum. ff. de injur.* quia ibidem de pœna famoſi libelli planè non agitur, ut quæ longo poſt tempore fuit introducta. Sed de pœna injuriarum, ut patet ex verbis *dict. §. 9. & tot tit. de injur.* Diverſiſſimæ verò ſunt actiones, famoſi libelli & injuriarum, ac nullum eſt dubium, quin ob famoſum libellum nomine etiam expreſſo, injuriarum agere liceat: quod ſolummodo probatur ex *dict. l. 5.* §. *9. ff. de injur.* Actio vero famoſi libelli ad pœnam *l. un. C. de famoſ. libell.* non competit, niſi libellus verè fuerit famoſus, hoc eſt, in quo nomen autoris non expreſſum eſt. 38

3. Parum quoque adverſatur *Ordin. Polit. in Receſſ. Francofurt. de Anno* 1577. *tit. 35.* §. Vnd ſetzen/ ordnen/ *&c.* *Siquidem* ibidem non ſolùm de famoſis libellis, propriè ita dictis, ſed etiam de omnibus aliis injuriis & contumeliis ſcriptis agitur: quæ in nomen famoſi libelli non incidunt, ut patet ex verbis, *Famos*-Bücher/ oder Schrifft. Et poſtea: Nichts Schmähelisches/ Paßquilliſch/ oder in andere Weiſe/ wie das Namen haben mag/ gedacht/ geſchrieben/ *&c.* Nec enim omnis iniuria ſcripta famoſus libellus dici poteſt, *Dan. Moller. ad Conſtitut. Elector. 44. in pr. part. 4.* Proinde verba illa (Es habe der *Author* ſeinen Namen drunter geſetzet/ oder nicht) apprimè ad ſcripturam famoſam ſive injuriam ſcriptam, quæ tamen famoſus libellus non eſt, referri poſſunt, ut cuivis, *dict.* §. Vnd ſetzen/ ordnen/ benè perpendenti obviam eſt. 39

Tertia eſt *Limitatio*: Si crimen in libello famoſo alicui objectum verum ſit & probetur. Quod tamen non ita intellectum velim, ut hoc caſu Reus famoſi libelli ab omni pœna immunis ſit; ſed veritas criminis eatenus ipſum excuſat, ut à pœna ordinaria liberetur. Veluti obiiciens alicui in paſquillo furtum, ſi falſum hoc ſit, nec probari queat, autor Paſquilli pœna ſuſpendii, quæ in fures conſtituta, plectendus eſt: ſi vero is probaverit, crimen furti ab eo, cui obiicitur, perpetratum fuiſſe, poenam furti effugiet, ob famoſum tamen libellum extraordinaria, & arbitraria poena erit puniendus; quia judicialiter ad probationem criminis ſe offerre debuerat, non per clancularias ſuggeſtiones, & extrajudiciales diffamationes proximum lædere. *l. unic.* C. *de famoſ.* 40

Q. 4. *Quanam pœnâ afficiendus ſit autor famoſi libelli, ſi crimẽ objectum probet?*

famoſ.libell.Petr.Heig.part.2. quæſt.31.numer. 43. *Matth.*W*eſemb.conſ.22.n.5.ſub fin.* Johan.*Harpprecht.in §.injuria* 1.*nu.167.& ſeq. Inſtit. de injur. Iohan* D*auth.in tract. de teſtam.n.227. verſ. tertio requiritur &c. Matth.Stephan.in artic.110.Ord. Crim.*Carol.

41 Quâ de re manifeſta extat Sanctio Imper. Caroli V. in *Ordin.Crim.art.110.* In verb. final. **Vnd ob ſich auch gleichwol die auffgelegte Schmach der zugemeſſenen That/ in der Wahrheit erfinde / ſoll dennoch der Außruffer ſolcher Schmach / nach vermöge der Recht / und ermeſſung des Richters geſtrafft werden.** Quæ verba ſatis probant, veritate criminis objecti apparente, autorem famoſi libelli non niſi arbitrariâ pœnâ affici debere.

42 Clarius verò hoc ipſum patet ex *Conſt.Elect. 44.§.fin.p.4.* In verb. **Da er gleich ſolches folgends köndte außführen / daß derſelbige gleichwol auch willkürlichen / entweder mit Staupenſchlagen / Verweiſung oder Gefängnüß/nach Gelegenheit der Verbrechung geſtrafft werden ſoll.** *ubi Dan.*Moll. *num.5. Aut.Conſult.Conſtit.* Saxon. *tom.1.part.4. quæſt.11.n.2.& ſeq. & tom.2.part.4. quæſt.45.n.5.*

43 At nonne aliter ſentiunt Impp. Valentinianus & Valens, diffamatorem, ſi verum eſſe crimen, quod objecit, appareat, non ſolum impunitum dimittentes, ſed & laude maximâ & præmio dignum judicantes, in *l. un. verſ. ſanè ſi quis devotionis, &c.* C. *de famoſ. libell.* prout de facto conſultus reſpondit *Joh. Bapt. Plot. inter conſil. crimin. Ziletti, conſ. 131. n.1. tom.1.*

44 Nequaquam certè hæc mens eſt Impp. Neque id quod de præmio & honore in *d.l.un.* dicitur, ad Reum famoſi libelli pertinet, ſed ad eum, qui devotionis ſuæ, ut textus verba habent, & publicæ ſalutis curam gerens, magiſtratum ipſemet adit, & nomen ſuum profitens, quæ per famoſum libellum perſequenda putaverit, ore proprio in judicium deducit, & legitimè probat. Quem laude & præmio dignum judicant Impp. alium verò, qui alteri crimen in famoſo libello objicit, ſi id in judicio non faciat, etiamſi verum eſſe probet, impunitum haud dimittentes, *Matth.* W*eſembec. in parat.ff.de iniur.num.*19.*Daniel.Moll. dict. loc. num.5.*

Q.5. Num in crimine famoſi libelli actione quoq; injuriarū experiri liceat?

45 *Quarta limitatio eſt:* Si is, cuius fama per objectionem criminis in famoſo libello ſugillatur, nolit agere actione famoſi libelli, ſed ad actionem iniuriarum confugiat, quod ipſi liberum eſſe, nemo negabit. Etenim quoties alicui plura competunt remedia, electio eſt penes ipſum, quo experiri velit, & intentato uno, alterum abſumitur, *l. quod Senatusconſultum. 6.ſub fin.ff. de iniur.l.* 7.§ *ſi dicatur.* 1.*ff.de iniur.* Præterea & hoc ipſum haud obſcurè probatur ex *l.lex Cornelia 5.§. ſi quis librum.ff.de iniur.* ubi ex lege Corneliâ de iniuriis adverſus autorem famoſi libelli agi permittitur *Dan.*Moll.*ad Conſt.Elector. 44.n.1.& n.7 part.4.*

46 Proin ſi iniuriatus per famoſum libellum actionem iniuriarum criminalem adverſus diffamantem inſtituat, ac palinodiam petat, judex Reum de famoſo libello convictum aut confeſſum juxta petita libelli ad recantationem & pœnam injuriarum arbitrariam condemnare debet.

Ita reſponſum memini Georgio à Döbſchitz/ *M. Iulio, An.1629.* 47

Nec putet quispiam, vix accidere poſſe, ut iniuriatus famoſo libello injuriarum agere malit, quam ex famoſo libello cuius pœna longè ſeverior eſt, ut antea probatum. Siquidem non pauci inveniuntur, qui honoris ac famæ ſuggillatæ reſtitutionem plenariam magis appetunt, quàm ſeveriorem pœnam eligunt. Etſi enim famoſus libellus boni viri famam non lædat, ut dicitur *l. un. verb. fin. C.de famoſ.libell.* Opinione tamen vulgi exiſtimationem aliquâ ex parte inde deminui, vix negari poterit. At injuriarum actione inſtitutâ huic ſubvenitur per recantationem ſeu palinodiam, quæ in actione famoſi libelli haud ſolet Reo imponi, quæ ſatis dura eſt pœna libelli famoſi, nec absque juris autoritate augmento palinodiæ exaſperanda. 48

Prout reſpondimus Wilhelmo *Bernhardo, & Adolpho Georgio ab* Hagen / *M.Februar. An. 1626.* 49

Quæſtori Dreſdenſi, *Menſe Septembr. Anno 1627.*

Quintò Limit. Regula ſupra poſita: In injuria ſcripta. Licet enim famoſus libellus injuria quoque ſcripta ſit; attamen non omnis injuria ſcripta eſt libellus famoſus: adeoque inter hæc duo, injuriam nempe ſcriptam & famoſum libellum ritè eſt diſtinguendum, Petr. *Heig. part. 2. quæſtion.31.numer.14.* Quam diſtinctionem etiam *Ordin. Polit. Francofurt. de Anno 1577. tit. 35.* innuit. §. **Vnd ſetzen** / verb: *Famos* **Bücher/oder Schrifften/deßgleichen auch nichts ſchmähliches/paßquilliſch / oder in andere Weiß/ wie das namen haben/ unnd in was Schein das beſchehen möchte/ gedacht / geſchrieben / gedruckt/** *&c.* Et *Conſt.Elect.46.p.4. in fin.* Ibi: **Dergleichen iſt es auch mit den** *Famos***ſchrifften zu halten/ Aber die andern ſchrifftliche Injurien** *&c.* Unde ſatis liquet, omnem injuriam ſcriptam, ſeu Scripturam injurioſam haud eſſe famoſum libellum. 50

Q.6. Quomodo differat injuria ſcripta à famoſo libello?

Differunt autem potiſſimùm injuria ſcripta, & libellus famoſus ſive Pasquillus. 1. *Ratione materiæ.* Scripta namque injuria eſt, ubi quis contumeliæ cauſa, abſque tamen infamiæ nota, contumelioſo nomine appellatur & traducitur; ut ſi quis luſcus, claudus, ſpurius, &c. novitius, vulgo **ein Pennal** vocetur, &c. Famoſus verò libellus ad infamiam pertinet, hoc eſt, impingit delictum aliquod notabile præter contumeliam, *artic.110. Ordin. Crimin.* In verb. **Laſter und Vbel zumiſſet.** *Matth.* W*eſembec. in parat. ff. de injur. numer.* 19. *Petr. Heig. dict. quæſt.31.num.15.&* 16.M*ynſ.conſ.59.n.44. & ſeq. Reinh. Roſa ad Dan.*Moller*.in Conſtit.Elect.44. n.5.2.Ratione ſubſcriptionis.* Ad ſubſtantiam enim famoſi libelli ſive pasquilli requiri neceſſario omiſſionem & occultationem nominis, probavi antea ex *artic. 110. Ordin. Crimin. & Conſt.* 51 52

Elect.44.§.ult.p.4.Jacob.Schult.in addit.ad Matt. *Coler.part.1.deciſ.154.Hartm.Piſt.obſerv.187.nu.* 4. Proinde ſi nomen autoris exprimatur, ſcriptura illa pro injuria quidem ſcripta, ſed non pro famoſo libello ſive Paſquillo erit habenda.

53 3. *Ratione præſcriptionis.* Nam injuria ſcripta in foro Saxonico non ſecus ac verbalis injuria anni ſpatio tollitur. Famoſi autem libelli cognitio 30. annos, annum & diem durat, **wird innerhalb dreiſſig Jahr / Jahr und Tag nicht** *præſcribiret*, **und verjähret**. *Conſtit. Elect. 46.p. 4.Heig.dict.quæſt.31.num.20.*Moller.*ad dict.* Con*ſtit.46.*

54 Manifeſtum hinc eſt, verba quævis injurioſa, licet ſcripta ſint, ſi tamen delictum aliquod notabile iis injuriato non imputetur, pro famoſo libello haudquaquam habenda, nec ejusdem pœnâ coercenda eſſe. Quare nec iis aſſentiri poſſum, qui pœnâ famoſi libelli eum quoque teneri putant, qui ad infamiam alicuius membra virilia vel vulvas muliebres in eius januâ & porta pingit, ut minus ritè tradunt *Paris de Put. in tract.de ſynd.verb.injur.nu.6.Jul.Clar.lib.5.ſent. §.ult.q.68.num.25.poſt pr. Matt.Berlich.part.5. concl.68.n.51.Proſp.Far.part.3.oper.cr.quæſt.*105. *n.471.* Eiusmodi enim picturâ nec delictum aliquod domino ædium imputari, nec infamiam impingi, certiſſimum eſt.

55 Pro hiſce itaque, aliiſque injuriis ſcriptis actio ex famoſo libello non competit, ſed earum nomine injuriatus actione injuriarum adverſus ſcribentem experiri, & ad palinodiam vel æſtimationem, inſimulque ad pœnam, perinde ut in reliquis injuriis verbalibus, agere poteſt, *Petr.Heig.dict.quæſt.31.num.*17. Ubi tali in caſu *Anno 1595.* petitionem de famoſis libellis non admiſſam, ſed extraordinariâ injuriarum pœnâ autorem ſcripturæ iniurioſæ coercitum fuiſſe, meminit:

56 *Sicut & Scabini reſponderunt* **Frantz Kretzſchmarn / zu Merſeburg: Dieweil Beklagter die von Klägern** *producirte* **Schrifften für ſein eigen Hand und Siegel** *recognoſciret*: **So iſt er Klägern wegen der** *libellirten* **und in angezogenen Schrifften befindlichen injurien einen öffentlichen Widerruff für Gerichte zu thun ſchuldig / und wird hierüber willkührlich mit Gefängnüs / oder einer Geldbuſſe / ſeinem Vermögen nach / billig in Straff genommen /** V.R.W.M. *Majo. An.1599.*

Item Prætori Lipſenſi, M.Ian.An.1631.

Neque hæ iniuriæ in ſcriptis illatæ difficili indigent probatione, ſiquidem Reus negans ſcripturam, militantibus adverſus ipſum indiciis, eam recognoſcere, vel jurato diffiteri tenetur.

Veluti ita pronunciavimus ad conſultationem Iohannis Henrici à **Luttichaw** / *Menſ.* Mart. *Anno 1630.* 57

*Prætoris Lipſenſ.*M.*Nov.An.1631.*

58 Sextò denique Limitat. Ut pœna famoſi libelli ſit remittenda, quoties judex adverſus paſquillantem juſtâ ex cauſa mitius animadvertendum eſſe exiſtimaverit. Veluti ſi animus injuriandi & diffamandi non adfuerit, nec dolus intervenerit, *Hoſtienſ.in ſum.ext.de injur.§.quot modis ſit injuria.n.3.*Ludov.*à* Pegu.*deciſ.177.nu.8. Farin.d.quæſt.105.n.481.& ſeq.* Aut ſi antea fuerit provocatus & læſus. Bart.*Bertaz.lib.*1.*conſ.235 n.5.Proſp.Far.d.quæſt.105.n.488.Matth.Berlich. part.5 concl.67.nu.56.* Vel ſi libellum famoſum affigens pœnitentia ductus eandem refigat, antequam ipſius divulgatio & publicatio facta eſt; *Ioh.Harpp.in §.injur.1.n.179.& ſeqq.Inſt.de injur.* 59 Aut ſi delictum ſponte fateatur Ioh. *Dauth.de teſtam.nu.230.Iac.*Menoch *de arbit.jud.quæſt. cent. 3.caſ.263.n.24.* Aliasvè ob cauſas quæ judicis diſcretioni & arbitrio committuntur.

Q.7. Num juſta ex cauſa pœna famoſi libelli poſſit mitigari?

60 Quantò ſeverior namque eſt hæc pœna, tantò faciliùs remittenda, & in mitiorem pœnam commutanda eſt, ut forſan haud abſque ratione dixerit *Iacob.Schult.* plerumque mitius hodiè pronunciari ſolere, *in addit.ad Matth.*Coler. *part.1.deciſ.154 nu.14.*

Quod & in Electorali Saxon. Scabinatu non ſemel factum, & temporalem Relegationem aliamvè pœnam arbitrariam paſquillantibus indictam fuiſſe, memini. 61

QVÆSTIO XCIX.

De injuriis Realibus, & pœnis vulnerum illatorum.

SUMMARIA.

1. *Injuria re & verbis infertur.*
2. *Realis injuria quænam dicatur, & quam variis modis committatur? num.3.4.5.*
6. *Geſtibus etiam realis injuria inferri poteſt.*
7. *Injuriæ reales quâ pœnâ vindicentur.*
8. *In foro Saxon.quomodo puniantur injuriæ reales? num.9.10.11.*
12. *Diſpoſitio juris Saxonici hoc caſu eſt abrogata, num.13.*
14. *Quænam verbera & percuſſiones ad jurisdictionem inferiorem referantur?*
15. *Injuriæ leviores quâ pœnâ coerceantur? nu.16.17.18.*
13. *Quænam injuriæ reales referantur ad jurisdictionem ſuperiorem,* **zum Obergerichte**? *num.26.*
20. *Vulnera à verberibus differunt.*
21. *Varia referuntur vulnerum genera, ac nomina nu.22.23.24.25.*
27. *Vulnerans quidnam præſtare debeat, ſi civiliter agatur.*

28.Emendam debet vulnerans & quare? num.29. 30.

31.Qualis nam ſit hæc emenda? num.32.33.

34.Obſervantia Scabinorum Lipſienſium, num.35. 36.37.38.39.40.41.42.43.

44.Vulnerans quoque tenetur ad intereſſe & reſtitutionem damnorum. num.45.

46.Sententia Scabinorum Lipſenſium, num.47.

48.Juramentum minorationis hoc caſu locum non habet.

49.Reſponſum Scabin*orum Lipſienſium.*

50.Quid ſi vulnerans ex inopia emendam & intereſſe ſolvere nequeat? num.51.

52.Sententiæ Scabinorum Lipſienſium.

53.C*eſſant impenſæ ſi vulneratus ſit autor rixæ.*

54. Sententiæ Scabinorum Lipſenſ.*nu.55.*

56. Præter emendam vulnerator etiam pœnâ arbitrariâ plectendus eſt, nu.57.58.59.

60. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, numer.61. 62.63.

64.Pœna vulnerantis quænam ſi criminaliter agatur, nu.65.66.67.

68.Obſervantia Scabin*orum* Lipſ*ienſ.*

69. Injuſta tortura & incarceratio referuntur etiam inter injurias reales, num.70.

1 INjuriam duplici modo fieri: *Re*, aut *verbis*, in jure expeditum eſt, *l.1.§.injuriam.1. ff.de injur.* Undè & omnis injuria eſt vel REALIS, vel VERBALIS, *Herm.Vult.lib.1.juriſpr.Rom. cap.49.n.5.Matt.Coler.part.1.dec.161.n.1.& ſeq.* Io.*Schneid.in §.1.n.1.inſt.de injur.ubi & Io.Harpp. nu.*1.*Andr.Gail.lib.2.obſerv.104.n.4.* De hac dixi hactenus pluribus, de illa quoque jam pauciſſimis diſpiciendum eſt.

2 Committitur autem REALIS INIURIA facto, quo omne illud contumelioſum ac injurioſum denotatur, quod ab aliquo non voce, ſed ipſo facto tantum perpetratur. Idque variis ac infinitis ferè modis fieri ſolet; aut ſi quis alicui crines aut barbam expilaverit, *cap.un.§.ſi quis aliquem. verſ.vel crines ejus. tit.de pace tenend. 2.F. 27.Pet.Theod.in* Colleg. *crim. diſp.2.th.16.lit.B.* I*oh.Schneid.in §.ſed & lex* Corn.*8.nu.8.Inſt.de injur.* Alapam impegerit, vel etiam manu, baculo aliovè inſtrumẽto percuſſerit *l.ſed eſt.9.ff.de injur. Matt.*W*eſemb.in parat.ff.de injur.n.7. Iul.Clar. lib.5.ſent.§.injuria.num.1.*

Q.1. Quibus modis realis injuria committatur?

3 Aut ſi quis elevatâ manu quaſi verberaturus minatus fuerit, non tamen percuſſerit, *l.item apud,§.ſi quis pulſutus.1.ff.de injur. Iodoc Damh. in prax rer.crim.cap.137.nu.2.Petr.Theodor.dict. diſp.2.th.16.lit.*B.*Ioh Schneidvv.dict.§.ſed & lex Cornelia.8.nu.8.*Inſ*tit. d.injur.* I*aſon. in l.1.§.hæc autem verba.ult.ff.quod quiſque jur.in alium n.*15. I*ohan.Harppr.in §.injuria.1.Inſtit. de injur.nu.5. Matth.de Afflict.in cap.1.§.injuria punitur.n.7. tit.de pac.jur.firm.*W*eſembec.in parat.ff.de injur. num.7.*

4 Aut, ſi judex contra alicujus bona, debito nondum ſatis probato, ac demonſtrato, quod debitor facultatibus labatur, arreſtum conceſſerit, *Fulv.Pacian.de probat.lib.1.cap.72.num.16.* 5 *Harppr.dict.§.injuria.1.num.13.*Inſ*tit.de injur.* Vel arreſtum jam impetratum ſub idonea cautione relaxare nolit, *Dan.Moller.lib.2.ſemeſtr.cap. 4.nu.26.* Vel, ſi quis aliquem, abſque juſta cauſa in jus vocaverit, *Iacob.de* Bellov. *in pract.crim. lib.1.cap.3.nu.10.*Matth.*de Afflict.dict.5.§.injuria punitur.nu.7.Iodoc.Damhoud.dict.cap.137.nu.6.* Vel injuſtè novum opus nunciaverit, *l.injuriarum,13.§.ſi quis me prohibet.ff.de injur.l.qui prudentem.ff.de act.emt.And.Gail.lib.2.obſerv.16.nu. 8.Matth.*Berlich*.part.5.concl.59.nu.97.* Harppr. *dict.§.*1.*num.23.* Vel aliquem vulneravit, *Nicol. Boer.deciſ.323.num.1.& ſeqq.Iul.Clar.dict.§.injuria.num.*1.

6 Quandoque etiam geſtibus injuria infertur realis, ut ſi quis in alterius deſpectum linguam exerat, oculos diſtorqueat, faciem deformet, *l.item apud Labeonem.*15.*§.generaliter.27.verſ.hæc autem ferè ſunt.ff.de injur.Ioh.*Harpp.*in d.§.injur. nu.1.Pet.Theod.d.diſp.2.th.16.lit.D.Iod.Damhou. in prax.rer.cr.cap.139.*

7 Hiſce aliiſque modis infinitis injuria committitur Realis, quotieſcunque ſcilicet facto aliquo abſque verbis contumelia alicui infertur. Quæ injuria dupliciter vindicari poteſt: *Civiliter* nempè, aut *Criminaliter*: Et ſi *civiliter* agatur, actor injuriam illatam æſtimat, atque petit, ut judex tanti condemnet Reum, vel minoris, prout habito reſpectu perſonarum ipſi viſum fuerit, *Bart.in l.injuriar.ff.de injur.* C*riminaliter* verò quando agitur, judex extraordinariam imponit pœnam, habito reſpectu circumſtantiarum, *l.fin.ff.de injur.* Etſi verò pro injuriis realibus certæ quædam pœnæ reperiantur expreſſæ & denominatæ, ut manus amputatio, quando quis alium contra pacis Edictum vulnerat. Mulcta decem, quinque & viginti librarum aliis in caſibus, ſi quis alium manu percuſſerit, vel crines aut barbam expilaverit &c.in *cap.1.§.ſi quis alium. & §.ſeq.de pac.tenend.tit.27.F.2.* Attamen conſtitutione hac non obſtante, judicem etiam hodiè pro ejusmodi injuriis Realibus, criminaliter intentatis, pœnam pro arbitrio ſuo imponere poſſe, tradit *Matt.* C*oler.part.1.deciſ. 161.num.5.*

8 Aliter tamen ſeſe res habet de Jure Saxonico, quo quidem injuriæ Reales, graviores & atrociores puniuntur amputatione manus *artic. 16.verſ.* Wer den andern lähmet. *ubi gloſſ.lat.ad text.latin.verb.qui alium mutilat.& gloſſ.lat.ad text.German.lit.C.in pr.* Landrecht. *lib.*2. Roſchitz.*in proceſſ.part.2.artic.2.num.1.* Matth.*Coler. dict.deciſ.161.nu.37.* Judici verò emenda nulla debetur, I*acob.Schult.in addit.ad Modeſt.Piſt. part.3.quæſt.107.n.38.Matt.Berlich.part.5.concl. 61.nu.43.*Coler.*dict.deciſ.161.nu.53.* At ſi injuriæ 9 ſint leves, parti læſæ non niſi emenda triginta ſolidorum ſolvi debet, *Chilian.* König *in proceſſ. cap.58.num.9.& cap.138.num.6.& num.9.*Matth. *Coler.dict.loc.num.32.* Vrtheil *poſt* Landrecht. *tit.* Von Wette und Buſſe. *Col.3.verſ.* Bege-

Q.2. Qua pœnâ vindicentur injuriæ reales in foro Saxonico?

be ſichs aber / daß einer vor Gericht beklagt wird.
10 *Schrad. in § ſed & lex Corn. Inſtit. de injur. n. 5.* Ex-
ceptis ruſticis, quibus quindecim duntaxat ſolidi ſufficiunt, *Chilian.* König. *dict. cap. 138. num. 6. Ioh. Schneidvv. ad § ſed & lex Cornelia. n. 5. Inſt. de injur.* judici verò hoc caſu in Civitatibus, nach Weichbild / octo ſolidi; in pagis verò, nach Landrecht / tres ſolidi mulctæ nomine debentur; Landrecht / *artic. 64. ſub fin. verſ.* Von dem Schultheiſſen wetten *dict. ſent. poſt* Landrecht. *tit.* Von Wette und Buſſe/ *Col. 3. Verſ.* Begebe ſichs aber / *junct. verſ.* und allezeit dem Richter. *Matth. Coler. dict. deciſ. 161. num. 32. Matth. Berlich. dict. concl. 61. num. 37.*

11 Singulariter tamen pro injuriis vulnere illatis certa mulcta eſt conſtituta jure Sax. Nimirum pro oris, naſi, oculi, linguæ, auris, membri virilis, manus, pedis amputatione vel mutilatione, item pro vulnere, quod unguis profunditatem & longitudinem longiſſimi articuli in medio manus digito habet, medietas Werigeldi, hoc eſt, 10. thaleri: Et pro digito, dente, pedica, decima Werigeldi pars; hoc eſt, duo thaleri; Ac pro ſimplici vulnere 30. ſolidi, hoc eſt, 40. groſſi argentei Miſnenſes, *artic. 16. verſ.* Welcher Mann an dem Mund *&c. ubi Gloſſ. in verb.* Wenn man ohne Fleiſchwunden ꝛc. *Ludov. Fachſ. libr. 1. differ. 67. num. 15. Georg.* Rotſchitz *in proceſſ. part. 2. artic. 2. num. 1. Iacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3 quæſt. 107. num. 29. Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 9. num. 46.*

12 Et hæc Juris Saxonici eſt diſpoſitio, uti de hac pluribus agunt *Matth. Coler. part. 1. deciſ. 151. & 161. Chilian.* König. *in proceſſ. ca. 138. Matt. Berlich. p. 5. concl. 61. Iacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. dict. quæſt. 107.* à qua hodie ubivis ferè locorum in foro Saxonico uſu ac conſuetudine receſſum, ac judicis arbitrio relictum eſt, qualem & quantam mulctam, ſeu pœnam pro ratione circumſtantiarum, & qualitate facti Reo indicere velit. De quo minus dubium eſſe poteſt in ditionibus Elector. Saxon. ob manifeſtam ſanctionem in *Conſtit. 42. § ult part 4.* Ibi: Wir wollen auch dieſe unſere *Conſtitution* uff die *real* injurien / als da einer ohne wörtliche injurien am Leibe beſchädiget / erſtrecket haben / Setzen und ordnen / daß auch in denſelbigen die Sachſen Rechte nicht mehr ſtatt haben / ſondern die willkührliche Straffe in unſern Schöppenſtühlen / erkandt werden ſoll / Jedoch daß gleichwol die Gebräuch und Herkommen der Ober und Erbgerichte / und was denen der Straff halben gewöhzlich anhängig / auch gehalten / und in unſern Schöppenſtühlen darnach geſprochen werde.

13 Quæ verba, Juris Saxonici diſpoſitione abrogatâ, nullam quidem certam pœnam definiunt, ſed ad diſcrimen jurisdictionis ſuperioris & inferioris uſu receptum, pœnaſque ad hanc vel illam de conſuetudine pertinentes ſe referunt, ac inpoſterum eas irrogare jubent; Quare de pœnis, conſuetudine judiciorum hiſce in terris Elect. Saxon. receptis, fuſiùs agendum erit.

Ante omnia verò ſciendum, ad jurisdictionem inferiorem, zum Erb. oder Untergerichte / pertinere tantummodò injurias Reales leviores, quales ſunt verbera, alapæ, percuſſiones abſque mutilatione membrorum, vulgò, braun und blaw / Blutrunſt / oder Knüttelſchläge / expilatio capillorum, minæ, &c. uti patet ex *Ordinat. Provincial. D. Auguſti Elect. de An. 1555 tit.* Was zu Ober / Nieder / oder Erbgerichte gehöret. *in §.* Was aber kleinere und geringere Fälle ſind / die ſollen in die Erbgerichte geruget / und durch dieſelbige geſtraffet und gerechtfertiget werden / Als nemlich Haar rauffen / Schläge die nicht tödtlich ſeynd / noch Lämbde bringen / darauß auch keine Wunden wird / als braun und blaw / Naſenblut / Maulſchellen / Zahnbluten / ſo die nicht wackeln / auch andere Blutrunſten / mit Nägeln gekratzt / oder ſonſten verletzt / darauß keine Wunden noch Lämbde erfolget *&c.* Et *Conſtit. Elect. 46. part. 4. §.* Alſo daß auch die *real injurien*, als Maulſchellen / Blutrunſt / braun und blaw / Stöſſe / und dergleichen / ſo in die Erbgerichte gehören / &c. Quæ aliæque ſimiles injuriæ pœna carceris ad ſummum octo dierum, vel mulctâ pecuniariâ 3. ſexagenarum novarum, hoc eſt, 7. thalerorum, & 12. groſſorum puniuntur. Eæque injuriæ etiam in foro Saxonico perinde ac verbales injuriæ præſcribuntur ſpatio unius anni, *dict. Conſtit. 46. p. 4.* 14

Certum namque eſt; judicem qui mix- 15
tum tantummodò Imperium habet, ſive juris-
dictionem inferiorem ac baſſam, vulgò die
Erb. und Niedergericht / ſeveriorem aliquam,
ultra carceris pœnam ad octiduum, vel mul-
ctam pecuniariam 3. ſexagenarum novarum ir-
rogare haud poſſe, ut probabitur *infrà p. 3.*
quæſt. 109. num. 61. uſu harum provinciarum id
comprobante. Undè neceſſariò ſequitur; præ- 16
dictas reales injurias leviores, ut alapas, ac verbera, quæ ad jurisdictionem inferiorem ſpectant, juxta *dict. Ordin. Provincial.* graviori pœnâ coercendas non eſſe. Quod & ſi neceſſitas requireret, infinitis Scabinorum Lipſenſium præjudiciis probare ac confirmare poſſem. Veluti nec aliter in decernendis pœnis ac mulctis ad querelas ruſticorum (vulgò die Amptsrugen) quas Præfecturarum Electoralium Quæſtores ſingulis ſemeſtribus ad peculiare Illuſtriſſimi Electoris Saxoniæ mandatum Scabinis transmittere, eorumque ſententias & deciſa deſuper petere, ac implorare ſolent; obſervatum ſcio, Dominis quotidiè in hunc modum pronunciantibus: So wird er derowegen willkührlichen entweder drey Tage lang mit Gefängnüs / oder umb ein new Schock in Straff genommen. Quæ mulcta in hiſce aliiſque injuriis realibus levioribus ultra 3. ſexagenas novas, ſicuti & carceris pœna ultra octo dies rariſſimè extenditur.

17 A quibus tamen exceptas velim injurias nobili perſonæ, aliisvè conditionis ac ſortis honeſtioris hominibus illatas, quæ propterea, habito reſpectu perſonæ, contumeliam paſſæ, pro levioribus injuriis habendæ non ſunt; veluti ſi ruſticus aut plebejus Nobili alapam impingat. Etſi enim inter ruſticos & plebejos percuſſio alapæ pœnâ carceris ad diem unum, vel mulctâ ſexagenæ antiquæ, id eſt, 20. groſſorum ſatis punita ſit, nec gravius coerceri ſoleat; attamen ſi hæc injuria Nobili, aliivè honeſtæ perſonæ à plebejo inferatur, prædictam pœnam haud ſufficere, facilimè quivis mihi conceſſerit. Quare injuriam hancce realem, ejusque coërcitionem ad jurisdictionem ſuperiorem pertinere, ac non minus atque reliquas injurias reales atrociores ſeveriori pœnâ puniendam eſſe dixerim.

In quo conſentientes habeo Dominos Scabinos quandoq; Relegationis pœnam hoc caſu dictantes. Veluti & nuperrimè eum qui miniſtro Eccleſiæ alapam impegerat, ad biennium relegandum eſſe reſponderunt Præfecto in Alttengottern / *Menſ. April. An. 1630.*

18 Aſſerere porrò & hoc auſim, paſſum nempe injuriam ejusmodi realem, ad æſtimationem agere, eamque petere poſſe, quamvis rariſſimè forſan hoc accidat: quum honeſtiores dedecori ſibi ducant, alapam & verbera, certâ pecuniæ ſummâ æſtimare, viliores verò ad redimendos ſumtus litis vindictam magiſtratui committant, qui de æſtimatione haud imploratus, non niſi arbitrariè reum punit.

19 Ad ſuperiorem verò jurisdictionem, zum Obergerichten / pertinent injuriæ reales graviores ſive atrociores; quales ſunt vulnera ſeu mutilationes membrorum, Wunden / oder Lämbden, ut loquitur *Ord.* Pr*ovinc. dict. tit.* Was zu Ober/Nieder oder Erbgerichte gehöret. §. Wz hohe Brüche ſind. In verb. Straffe der Wunden die offen/oder erſtlich Beulen ſind / und darnach auffbrechen/und Wunden werden / ſtoſſen/ tretten/oder werffen / davon ein Menſch ſtirbet/ oder gelämbt wird &c. Quales injuriæ non niſi ſpatio 30. annorum, anni & diei præſcribuntur, C*onſtit. Elect. 46.* §. ſo viel die Klagen der hohen *realinjurien &c. part. 4.* Dicuntur quidem & verbera quandoque vulnera non ſanguinolenta, M*atth. Coler. part. 1. deciſ. 161. num. 57. Ioh. Schneidvvin.* §. *ſed &* Lex C*ornelia. n. 5. Inſtit. de injur.*

20 Sed minus propriè hoc fit: Nam accuratè loquendo, vulnera à verberibus differunt, omniaque vulnera ſanguinolenta ſunt, uti haud obſcurè patet ex verb. *dict. Ord.* P*rovinc.* Schläge die nicht tödtlich ſind noch Lämbde bringen / darauß auch keine Wunden wird / als braun und blaw *&c.*

21 Neque hæc vulnera unius ſunt generis, ſed in foro Saxonico peculiariter differunt, ac ſpecialibus notantur nominibus. Quædam enim vocantur offene Wunden / quæ infliguntur loco corporis non periculoſo, & ex quibus claudit as non ſequitur, ac recipiunt quidem longitudinem & latitudinem; ſine tamen profunditate, eine offene Wunde iſt / welche nicht geſchicht an mordlichen Enden / und da ſie Lämbnüs bringen möchte / welche wol weit iſt / aber keine Tieffe hat / C*hriſt. Zobel. in addit. ad Gloſſ. latin. artic. 16. lib. 2.* Landrecht. *verb. Cui ſola caro.* Urtheil *poſt* Landrecht. *tit.* wie m[illegible] eine jegliche Wunde nach ihrer Art erkennen ſoll. §. Zum dritten. *verſ.* Aber die Wunden an ungefährlichen *&c.* M*atth. Coler. part. 1. deciſ. 161. num. 52.* C*hilian.* König *in proceſſ. cap. 138. in addit. num. 13. verſ.* offene Wunde/&c.

Q. 5. Quomodo vulnera in foro Saxon. diſtinguātur, quibus vè nominibus notentur? Offene Wunden.

22 Alia ſunt Fleiſch-Wunden / oder friſche Wunden / quæ inflicta ſunt loco corporis non periculoſo, ex quibus nec mors, nec claudit as ſequi poteſt, dicuntur autem Fleiſchwunden/ quia caro ſola læſa eſt. Eine Fleiſchwunden iſt/ die da gehawen / oder geſtochen iſt / und ſich doch zu keiner tödtlichen Wunden oder Lähmung gezie hen mag / und iſt darumb eine Fleiſchwunden genant / daß nicht mehr denn das Fleiſch verwundet iſt. *Gloſſ. ad artic. 79. num. 5. verſ.* Zum erſten eine Fleiſchwunden. Weichbild. *Zobel. in Gloſſ. ad artic. 16. lib. 2.* Landrecht. *in verb. Cui ſola caro. verſ.* Und erſtlich iſt eine Fleiſchwunde *&c.* Urtheil *poſt* Landr. *dict. tit.* Wie man eine jegliche Wunde. §. Zum dritten. *verſ.* So werden Fleiſchwunden. C*hil.* König *dict. cap. 138. num. 12. verſ.* friſche Wunden/ *&c.*

23 Alia vulnera dicuntur Kampfferwunden/ quæ habent profunditatem unguis & longitudinem longiſſimi articuli in medio manus digito, quando adhuc ſunt recentia, neque intumuerunt, *dict. ſent. poſt* Landr. §. Zum dritten. Ibi: welche Wunde aber die Weite und Tieffe hat/ alſo daß ſie Nagels tieff und Gliedes lang iſt/ die wird für Kampffer erkant und gehalten / doch zu vernehmen nach des mitteln Fingers Nagel und deſſelben Fingers längſten Glied/ ſo ſie noch friſch und ungeſchwollen iſt. M*atth. Coler. de proceſſ. execu. part. 1. cap. 9. nu. 53. & par. 1. deciſ. 161. num. 49. Ioh. Schneidvv. in* §. *ſed & Lex Cornelia. nu. 5. Inſt. de injur.* C*hil.* König *dict. cap. 138. nu. 12. Zobel. in dict. gloſſ. art. 16. lib. 2.* Landr. *verſ.* Eine Wunde ſo eines Gliedes lang *&c. Et gloſſ.* Weichbild. *artic. 79. num. 5. verſ.* Zum dritten / *Ubi etiam gloſſ. marginal.*

Käpffer wunden.

24 Quædam vulnera ſunt Beinſchrötige Wunden / quæ infliguntur capiti per cranium aut crura illis in locis, ubi natura non patitur ſciſſuram oſſium vel carnis ad profunditatem unguis. *Matth. Coler. dict. deciſ. 161. num. 50. Iohan. Schneidvvin. dict.* §. *ſed & lex Cornelia. numer. 5. Inſtit. de injur.* C*hilian.* König. *dict. cap. 138. numer. 13. verſ.* eine Wunde in das Haupt.

Beinſchrötige Wunden.

25 Alia denique vulnera dicuntur **Lämbden/** in quibus ſequitur debilitas vel clauditas membri humani, puta in manibus, brachiis, cruribus, pedibus, digitis &c. adeò ut vulneratus membro illo claudicante ad conſuetas operas uti nequeat. *Chilian.* **König.** *dict. capit. 138. num. 12. verſ.* **Lämbde iſt.** *Matth. Coler. part. 1. deciſ. 161. num. 48. Sent. poſt.* **Landrecht.** *dict. tit.* **wie man eine jegliche.** *Gloſſ. in dict. artic. 16. lib. 2.* **Landrecht.** Quæ vulnera etiam, ſi mutilatio ſequatur oculorum, oris, naſi, aurium, aliaque deformitas faciei, in ſpecie dicuntur **Schandmal.** *Matth. Coler. dict. deciſ. 161. num. 51 & de proceſſ. execut. part. 1. cap. 9. num. 53. Iohan. Schneidvvin. dict. §. ſed & lex Cornelia. n. 5.*

Lämbden.

26 Hæc ergò vulnera omnia qualiacunque etiamſi ſunt, ad jurisdictionem ſuperiorem pertinent, juxta *dict. Ordin. Provinc. tit.* **was zum Ober/ Nieder oder Erbgerichten gehöret.** Ac proinde à judice, qui jurisdictionem ſuperiorem habet, pro iis pœna decernenda eſt, habito reſpectu an *civiliter*, an verò *criminaliter* actũ fuerit.

27 *Priori modo*: quando *civiliter* à vulnerato agitur ad intereſſe & pœnam arbitrariam, tenenda
,, eſt univerſalis hæc Regula: Reus de vulnere
,, inflicto convictus aut confeſſus, vul-
,, nerato emendam & intereſſe ſolvere,
,, ac inſuper pœna arbitraria, carceris,
,, Relegationis aut mulcta pecuniaria
,, puniri debet.

28 Ad tria nempe vulnerans obligatus eſt, ſcilicet ad Emendam, Intereſſe, & Pœnam. Primum eſt *Emenda* **die Buſſe/** ſive æſtimatio mutilati membri, & corporis: quæ de jure Saxonico vulnerato debetur ratione doloris, injuriæque illatæ, ac corporis lacerati. *artic. 16.* **Landrecht.** *lib. 2. & artic. 79.* **Weichbild.** *ubi Gloſſ. & Zobel. in dict. artic. 16. Matth. Coler. de proceſſ. execut part. 1 deciſ. 161. n. 53. Chilian.* **König.** *dict. cap. 138. Iohan. Schneidvv. dict. §. ſed & lex Cornelia. num. 5. & 6. Inſtit. de injur. Bened. Reinhard part. 5. diff. jur. civil. & Saxon. differ. 5.*

§. 4 Qualis debeat eſſe emẽda **die Buſſe/** *pro vulnerato illato?*

29 Cui non obſtat, quod liberum corpus æſtimationem non recipiat, *l. 1. §. corporum. ff. ad L. Rhod. de jactu l. quâ actione. 7. in princ. ff. ad* Leg. *Aquil. l. 1. §. ſed cum homo liber. l. fin. ff. de his qui dejec. vel effu. l. ex hâc lege. 3. ff. ſi quadr. pauper feciſſe dicatur. Nam* hoc verum eſt quoad ipſum corpus, ſive membra hominis, quæ in nullius bonis & dominio ſunt, *l. liber homo. 13. ff. ad leg. Aquil. l. ſtipulantem. 83. §. ſacram ff. de V.* O. digniora que ac præſtantiora, quàm quod pretium aliquod condignum eis reſpondere, vel comparari poſſit. Secus verò quoad dolores & operationes per vulnerationes impeditas, omninò valent deduci in taxationem, prout videlicet unius membri operatio melior eſt, quàm alterius, *l. ejus artificij. 16. & l. 38. ff. de oper. libert.* Licet corpora ipſa ac membra humana æſtimari nequeant. Ut ſic non tàm corpus ipſum vulneratum, quàm dolores vulnerum ac operationes impeditæ æſtimentur.

Quamvis & dici poſſet, theoricam illam juris civilis, liberum ſcilicet hominis corpus non recipere æſtimationem, limitari de jure Saxonico, quod ſingulis membris hominum certam tribuit æſtimationem pecuniariam **Landrecht.** *libr. 2. artic. 13. & 16. Zobel. in Gloſſ. artic. 9. lib. 3.* **Landr.** *Matth. Coler. de proceſſ. execut. part.* 2. *cap. 3. num.* 51. 30

Sed *qualis & quanta erit hæc emenda, quæ vulnerato pro injuria illata ac membro mutilato vel lacerato debetur?* Certè jus Saxonicum pro mutilatione membri non niſi medium ponit Werigeldum, hoc eſt, 10. thaleros, *artic. 16. lib. 2.* **Landrecht/** In verb: **Welcher Mann an dem Mund/ Naſen/ Augen/ Zungen/ und Ohren/ an ſeim Gemächte/ Händen/ oder Füſſen gelähmet wird/ ſoll man es verbüſſen/ man muß Jhm jegliches beſſern mit einem halben Wehrgeldt.** Eademque emenda, dimidii nempe Werigeldi, pro alio vulnere quovis definita eſt *dict. artic. 16.* In verb: **oder wie manche Wunden Jhm man auch ſchläget/ an einer That/ man beſſert Jhm doch nicht höher darumb/ denn mit einem halben Wehrgeld/** *&c.* Minor verò adhuc emenda eſt dentis, digiti in manu vel pede: Nempe decima werigeldi pars, hoc eſt, duo thaleri, *dict. artic. 16. libr. 2.* **Landrecht.** In verb. **Jeglicher Finger/ Zehen und Zan hat ſeine ſonderliche Buſſe/ nach deme ihme die an dem Wehrgeldt gebührt/ das zehende Theil** *&c. Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 9. num. 54. & part. 1. deciſ. 161. num. 53. Chilian.* **König.** *in proceſſ. capit. 138. numer. 4. Iohan. Schneidvvin. in §. ſed & lex Cornelia. 8. numer. 5. & 6. Inſtit. de injur. Fachſ. lib. 1. differ. de jur. civil. & Saxon. 67. n. 15. Georg. à* **Rotſchitz.** *in proceſſ. part. 2. art. 2. num. 1. Iacob. Schult. in addit. ad* Modeſt. *Piſtor. part. 3. quæſt. 107. n. 29.* 31

Verùm hæc ſanctio juris Saxonici ab uſu hodie receſſit, ac levior viſa fuit ejuſmodi emenda, quàm ut in foro Saxonico prò vulneribus ac injuriis realibus gravioribus ſufficiens eſſet, liberâ facultate judici datâ, in quantum eam augere, qualemque emendam ſingulis caſibus, pro ratione circumſtantiarum, ac qualitate vulneris imponere velit. Quod non modo *Conſtitut. Elector. 42. part. 4.* In verb: **Daß auch in denſelbigen die Sachſen-recht nicht mehr ſtadt haben/ ſondern die willkührliche Straffe in unſeren Schöppenſtülen erkant werden ſoll/** *&c.* convenire videtur; ſed & jamdudum. *Menſe Iulio, Anno 1578.* à Scabinis ita concluſum fuit. Quare hodie in judiciis harum Provinciarum ad certam emendam judex non eſt alligatus, ſed talem vulnerato adjudicare debet, quæ ſufficiens videbitur, pro qualitate vulneris, ſeu mutilationis membrorum, & ratione perſonæ injuriam paſſæ. 32

Neque enim una eademque emenda omnibus indifferenter vulneribus atque perſo- 33 nis adæquari poteſt. Quis enim non videt, majorem jacturam eſſe oculi, linguæ, ac manus, quàm aurium, vel unius atque alterius digiti aut dentis? Quis etiam non animadvertit, majus damnum atque injuriam inferri ſcribæ aut opifici per amputationem digiti aut manus, quàm tabellario, aliive, qui minori cum diſpendio tali membro carere poteſt? Quas, non nec alias circumſtantias ſimiles judex priusquam Reum ad certam emendam condemnat, probè & exactè conſiderare, & perpendere debet.

34 *Uſu tamen in Elect. Sax. Scabinatu communiter ferè receptum animadverto, ut pro effoſſione aut mutilatione oculi, major emenda ultra 50. ſolidos regulariter imponi haud ſoleat, uti ſæpius pronunciatum ſcio:* Vnd iſt das außgeſtochene oder außgeſchlagene Auge mit 50. fl. zu verbüſſen ſchuldig/ V.R.W. *Senatui Deliciano, M. Febr. Anno 1602.*

Senatui in Hain/ *M. Octobr. An. 1602.*

Gegen Wendelſtein/ *Menſe Septembr. Anno 1602.*

Eraſmo Voigten/ *Not. Publ. Torgenſi, Menſ. Iul. An. 1591.*

Petro Guntern/ *in* Niederwira/ *M. Septembr. An. 1629.*

Martino Schneidern/ *in* Stolpen/ M. *Octobr. Anno 1611.*

Georgio Beckern/ *in* Zetten/ M *Martio, Anno 1627.*

35 *Quandoq; tamen ob qualitatem perſonæ, damnũ paſſæ, emenda hæc pro oculo effoſſo ad 100. usq; florenos aucta fuit, Scabinis ita pronunciantibus:* Vnd iſt das außgeſtochene Auge mit 100. Gülden zu verbüſſen ſchuldig/ V.R.W. *Ad conſultationem* Thomæ Drobitzſchens/ *M. Septemb. Anno 1600.*

Caſpari Seidels/ *in* Marbach/ *Menſe Auguſto, 1604.*

36 Senatus in Olsnitz/ *M.* Majo, *An. 1605.*

Similiter pro abſciſſo pollice diverſimodam emendam à Scabinis indictam fuiſſe, ſcio, pro qualitate perſonæ, ejusq; operarum, nec non manus ſiniſtræ vel dextræ habitâ ratione. Ut 20. ſexagenarum antiquarum pro pollice in manus ſiniſtrâ mutilato. Ad requiſitionem Iohannis Schobers/ *in* Straßburg/ *Menſe* Septembr. *Anno 1599.*

37 T*riginta florenorum pro pollice dextræ manus ruſtico cuidam abſciſſo.* Ad *requiſitionem Præfecti in* Freyburg/ *M.* Majo, *An. 1630.*

38 *Quinquaginta florenorum, abſciſſo pollice in manu dextra cuidam Scribæ. Quæſtori Torgenſi,* M. Sept. *An. 1628.*

Item verſus Pirnam. Ad conſultationem Wolffgangi *à* Catlewitz/ M*enſe Auguſto, Anno 1627.*

39 *Mutilato itidem digito alicuius figuli auriculari in manu dextra, emenda decem* Sexagenarum *antiquarum definita fuit. Senatui Grimmenſi, M. Mart.* An. *1602.*

40 *Pariter mulieri cuidam ob mutilationem trium digitorum quinquaginta florenos loco emendæ ſolvendos eſſe pronunciavimus Quæſtori Bitterfeldenſi. M. Iun. An. 1630.*

41 *Labefactatis itidem 5. dentibus alicui, Reum ad emendam 6. ſexagenarum novarum* condemnarunt Scabini, *conſulti à Ioachimo* Eckarden *in* Röblingen/ *M. April. An. 1609.*

42 *Pro manu verò mutilata & abſciſſa centum florenorũ emendam adjudicavimus vulnerato. Ad conſultationem Davidis* Schindelers/ M. *Martio, An. 1628.*

It: Quæſtoris Chemnicenſis, Menſe Majo, *Anno 1629.*

43 *Quin & pro vulnere gravi abſque mutilatione membri,* ohne Lähmung/ *emenda debetur vulnerato arbitraria prout reſpondimus:* So iſt er Jhme den zugefügten Schaden und Schmertzen mit 50. Thaler zu verbüſſen/ ſchuldig/ *&c. Prætori Lipſenſi,* M. *Mart. An. 1630.*

Et in alia cauſa eidem, Menſe & Anno eodem.

It: Quæſtori Lipſenſi, M. *Iulio, An. 1630.*

It: Vnd iſt die zugefügte Beſchädigung mit dreiſſig Thalern zu verbüſſen ſchuldig. *Conſul. & Senatui Quedelburgenſ* M. *Sept,* An. *1630.*

Iisdemq; in alia cauſa: Derowegen iſt er Klägern die zugefügte Verwundung mit 15. Thaler zu verbüſſen ſchuldig/ *&c. Menſe Octobr. Anno* 1631.

44 *Secundò:* Tenetur quoque vulnerator ad Intereſſe; Æquiſſimum namque eſt, ut vulnerator reſarciat vulnerato mercedes Medicorum, & impenſas in curatione factas, unà cum operis, quibus ipſe caruit, & adhuc cariturus eſt per tempus vitæ ſuæ, propter debilitationem membrorum, quorum uſus ad vitæ adminiculum ipſi fuit interceptus, juxta præceptum divinum in *Exod. cap. 21. verſ. 19.* ubi dicitur: kömpt er auff/ daß er außgehet/ an ſeinem Stabe/ ſo ſoll der Jhn ſchlug unſchuldig ſeyn/ ohn daß er Jhm bezahle/ was Er verſeumet hat/ und das Artztgeldt gebe/ *&c.*

45 De quo licet in Jure Saxonico nil expreſsè diſpoſitum reperiatur; jure tamen Civili ſatis expeditum eſt, injuriato ac vulnerato competere actionem legis Aquiliæ utilem, ob damnum datum, ad conſequendas mercedes Medicorum ac Chirurgorum, cæteraque impendia, quæ in curatione facta ſunt, nec non operas, quibus caruit, aut cariturus eſt ob id, quod inutilis ſit factus, *l. liber homo. 13. in pr. ff. ad* Leg. *Aquil. Iacob. Toming. deciſ. 24. num. 12. Hartm.* Piſtor. *lib. 1. quæſt. 27. num. 4. Speculat. in tit. de damno dato ſub rubr. de injur. §. ſequitur videre. num. 3. Matth.* W*eſemb. in parat. ff. de injur. num. 14. Henning. Goden. conſ. 102. num. 23. & ſeq.* Unde ſupplendum, quod deeſt juri Saxonico, ita ut nihilominus in foro quoque Saxonico, ad expenſas illas & damna, actione legis Aquiliæ experiri liceat. *Matth. Coler. in proceſſ. execut. part. 1. cap. 9. numer. 50. Iacob. Schult. in addit. ad* Modeſt. *Piſtor. part. 3. quæſt. 107. numer. 30. Iohan. Schneidvvin. in §. ſumma. num. 4. Inſtitut. de injur. Zobel. in addit. ad gloſſ. artic. 16. libr. 1.* Landrecht. Quod & uſu hodiè obſervatur.

Q. 1. Præter emendam vulnerato etiam intereſſe petere poteſt?

Sca-

46 *Scabinis quotidiè ita pronunciantibus*: So iſt er das auffgewendete Artztlohn/ Verſeumnüß/ und Vnkoſten/auff vorgehende *liquidation*, und Richterliche *moderation* zu erſtatten/ und die zugefügte Lämnüß *&c.* zu verbüſſen ſchuldig/ V. R. W. *Senatui Deliciano, M. Febr. An.* 1602.

Thomæ Dröbitzſchen/ *in* Meiſſen/ *M.* Sept. *An.* 1600.

Caſparo Seideln/*in* Marbach/ *Menſe Auguſto, An.* 1604.

Ioachimo Eckarden/*in* Röblingen/M*enſe April. Anno* 1609.

M*artino* Schneidern/*in* Stolpen/ *M. Octobr. An.* 1611.

47 *Eademq́ꝫ ferè formalia in ſententiis quoque antea adductis habentur: ſemper enim unà cum emendâ expenſæ & damna adjudicari ſolent. Illud ſolummodò hic monitum velim, quod in moderatione expenſarum non magna habeatur ratio operarum, quibus vulneratus inpoſterum cariturus eſt, ſed quandoque illæ planè omittantur, quum harum nomine emenda major conſtitui conſueverit.*

Q. 6. Num juramentũ minorationis hoc caſu locũ habeat?

48 Quæritur hîc: *an juramentum minutionis ſeu minorationis hoc caſu locum habere poſſit, ſi vulneratus damna ſua certa pecunia æſtimet, eamque petat, in quantum juramento ſuo hanc diminuere Reus non audiat?* Hanc quæſtionem latè tractat *Hartm. Piſtor. libr.* 1. *quæſt.* 16. *Andr. Rauchbar. part.* 1. *quæſt.* 9. *Daniel. Moller. libr.* 3. *Semeſtr.* 38. *Matth.* Coler. *de proceſſ. execut. part.* 1. *cap.* 9. *num.* 59. Sed hodiè in ditionibus Elect. Saxon. deciſa eſt in *Novo Proceſſu judic. tit.* 31. *§.* Dieweil aber. Ubi diſertis verbis juramentum minutionis reſtringitur ad violentiam expulſivam & ablativam. Unde facilè dijudicari licet, in damno & injuriâ perſonæ illatâ, quæ propriè vis ablativa & expulſiva non eſt, illud ſibi locum non vendicarit.

49 *Prout etiam reſpondimus Quæſtori Dreſdenſi*: Vnd hat das gebettene *juramentum minorationis* nach Gelegenheit dieſes Fals nicht ſtadt/ *Menſe* A*n.* 1627.

Q. 7. Quid ſi Reus ex inopiâ emendã & intereſſe ſolvere nequeat?

50 Sed, quid ſi Reus ex inopiâ & paupertate neque emendam, neque impenſas in curatione factas ſolvere queat, *anne hoc caſu ad inſtar alterius debitoris, non ſolvendo exiſtentis, ad manus creditoris erit tradendus?* Quod ſtatuit M*atth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 161. *num.* 67. quem ſequitur M*atth. Berlich. part.* 5. *concluſ.* 61 *numer.* 101. Ita namque diſpoſitum eſt de Jure Saxonico, ut debitor non ſolvendo exiſtens, creditori tradatur, quo in vinculis & compedibus illi ſerviat, donec operis vel aliâ ratione integrum ſolvat debitum, *artic.* 39. *lib.* 3. Landrecht. At hæc ſententia exploſa eſt *ſuprà p.* 1. *quæſt.* 34. *numer.* 46. *& ſeqq.* Neque diſpoſitio hæc Juris Saxonici in ditionibus Saxon. hodie practicatur, ut quæ expreſsè abrogata eſt in C*onſtitut. Elector.* 22. *§.* Vnd nachdem wir. *p.* 2. Surrogato in ejus locum carcere publico, Schuldthurmb. Quo tamen medio expenſas & emendas extorqueri non poſſe, probavi *ſuprà dict. quæſt.* 34.

51 Exiſtimo igitur, vulneratorem, qui propter inopiam, emendam atque impenſas in curatione factas, vulnerato ſolvere nequit, ſeveriori pœnâ plectendum, & pœnam, quâ aliàs tenetur, hoc caſu exaſperandam eſſe, ita ut luendo duriorem pœnam, judici ſimul & vulnerato ſatisfaciat. Generalis ſiquidem regula eſt, quod qui non habet in ære, luat in corpore, *l. ſi quis id.* 7. *§. in ſervos.* 3. *ff. de jurisdict. l. fin. ff. de in jus vocand. l. quicunq́ꝫ* 4. C. *de ſerv. fugit. l.* 1. *in fin. ff. de pœn.*

52 *Quæ ſententia quoque placuit Dn. Scabinis ſic reſpondentibus*: Aufn fall er aber das Artztlohn zuerlegen/ und die Lämnüß zu verbüſſen nicht vermöchte/ würde die Landesverweiſung auff 2. Jahr erhöhet/ und er alſo auff 4. Jahr des Landes verwieſen/ V. R. W. *Quæſtori* B*itterfeldenſi*, M*enſ. Iun. An.* 1630.

Prætori Lipſenſi, M. M*art. An.* 1630.

Quæſtori L*ipſenſi*, M. *Aug. An.* 1630.

Q. 8. Num impẽſæ ſint refundẽdæ vulnerato qui autor fuit rixæ?

53 Neque omittendum hoc, quod ad impenſas in curatione factas, aliosvè ſumtus; de quibus jam dictum, eo demum caſu teneatur vulnerans ſi petulanter & ex malitia innocenti inflixerit vulnus; Secus verò, ſi inſultatus, aut primò percuſſus repercutiendo vulneraverit primum invaſorem. Etſi enim tunc propter exceſſum in defenſione commiſſum ab omni pœnâ immunis non ſit; attamen mercedes Chirurgorum, aliaque eiuſmodi damna vulnerato reſtituere non tenetur, ut rectè docet M*atth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 161. *numer.* 66.

54 *Cujus ſententiam in pronunciando ſæpiùs ſecuti fuimus: ita reſpondentes*: So wird *C. N.* ſolcher ſeiner Begünſtigung und begangenen *Exceſſus* wegen umb 5. neue Schock billich in ſtraff genommen/ das auffgewandte Artztlohn/ Verſäumnüß/ und Vnkoſten aber/ mag er geſtalten Sachen nach/ weil der Beſchädigte zu ſolcher Schlägerey/ und Beſchädigung Vrſach geben/ abzuſtatten nicht angehalten werden/ *Quæſtori Bitterfeldenſi*, M. *April. An.* 1627.

55 *It*: So wird er ſolcher ſeiner Begünſtigung wegen willkührlichen/ entweder umb vier alte Schock/ oder drey Tage lang mit Gefängnüß geſtrafft. Mit Abſtattung der Vnkoſten aber bleibet Er nach Gelegenheit diſzfals weil *I. L.* durch das Tretten uffn Fuß hierzu Vrſach geben/ billich verſchonet/ *Ott. ab H.* M. O*ctobr. An.* 1629.

Et iisdem ferè formalibus Iohanni ab Einſiedeln/M. *Decembr. An.* 1629.

Georgio Chriſtophoro à Milckau/M. *April. An.* 1630.

Quæſtori Dreſdenſi, M. *Ian. An.* 1631.

Iudici & Scabinis A*nnebergenſibus*, M*enſ.* A*pril.* A*n.* 1606.

Q. 9. An præter emendã & impenſas vulneranti quoq́ꝫ pœna, & quænam irroganda ſit?

56 *Tertium*, ad quod vulnerans obligatur, eſt Pœna. Præter emendam enim & impenſas in curatione factas, aliâque eiuſmodi damna, de quibus hactenus dictum, quæque vulnerato reſtituenda ſunt, Reus quoque pœnâ arbitrariâ carceris, relegationis, vel mulctâ pecuniariâ plecti debet, uti ſatis patet ex verb. C*onſtit. Elect.* 42. §. *ult.* Sondern die willkührliche Straffe. Et poſtea: Vnd was denen der Straff halben gewöhnlich anhängig/ *&c. part.* 4.

Illa

57 Illa etenim, emenda ſcilicet, & reſtitutio impenſarum atque damnorum, jus partis offenſæ & intereſſe privatum concernunt, uti teſtatur *Gloſſ. german. in artic. 21. lib.* Landrecht. *numer. 3.* inquiens: **Die andere Vrſache iſt / daß man die Buſſe zur Bekäntnüß gibt / daß der ſie giebet / habe an jenem unrecht gethan / welchem er ſie giebet /** *&c.* Sicuti & actio Legis Aquiliæ non tàm pœnam, quàm commodum ac intereſſe agentis, damnique, quod datum eſt, æſtimationem perſequitur, *l. Legis Aquiliæ. 2. in pr. l. ait lex. 21. in pr. l. inde Neratius. 23. in pr. §. 2. & ſeqq. l. liber homo. 37. §. ſi quadrupes. 1. l. ſi quis. 41. l. qui tabulas. 42. & l. ſeq. ff. ad* Leg. *Aquil. Matth.* W*eſembec. in parat. ff. ad Leg. Corn. de ſicar. num. 23.*

58 Adeoque vindictæ publicæ ac juri Magiſtratus nil quicquam inde præjudicari poteſt. Qui, non obſtante reſtitutione parti offenſæ factâ, vulneranti pœnam arbitrariam civilem imponere valet; ne delictum hoc maneat impunitum, *l. ſi pœna. 20. ff. de pœn l. bona fides. 31. in pr. ff. depoſit. l. congruit. 13. ff. de off. Præſid. l. ſi a* R*eo. 70. §. ult. ff. de fidejuſſor.* Perinde ut ob injurias verbales præter recantationem injuriarum ſive palinodiam, injurians pœnâ quoque arbitraria afficitur, prout diſpoſitum eſt in C*onſtitut. Elector.* 4*2. numer. 4.*

59 Quo ipſo removetur objectio, quod ſcilicet nemo ob unum idemque delictum duabus pœnis ſit affligendus, *Bart. Bald. & Dd. in l. ſi qui Reus. ff. de publ. judic. Alexand. & Dd. in l. ſepulchri. 6. ff. de ſepulch. violat. Matth.* W*eſembec. part. 1. conſ. 22. numer. 19.* Namque emenda & reſtitutio impenſarum atque damnorum loco pœnæ propriè non habentur, neque ad vindictam tendunt; ſed jus partis offenſæ concernunt & ratione dolorum atque injuriæ illatæ debentur: Non minus atque in homicidio culpoſo Werigeldus Agnatis, mortem occiſi vendicantibus, ratione injuriæ ipſis illatæ debetur, non obſtante, quod occiſori pœna quoque arbitraria irrogetur, ut quæ vindictam perſequitur, & ſic ad finem diverſum tendit, *Conſtit. Elector. 11. part. 4. ubi Daniel. Moller. num. 4.*

60 *Hinc & quotidiè unà cum emendâ ac reſtitutione impenſarum atq; damnorum, pœna vulneranti ſolet imponi, Scabinis in hunc modum reſpondentibus:* **So iſt Er dem Beſchädigten das Artztlohn / Verſeumnüß / und Vnkoſten / ſo viel er deſſen** *liquidiren* **kan / auff Richterliche Ermeſſigung zu erſtatten / und den zugefügten Schaden mit 100. fl zuverbüſſen ſchuldig / und mag hierüber einen Monat lang mit Gefängnüß geſtrafft werden / V. R. W.** *Senatui in* **Olſnitz.** *M. Majo, An. 1605.*

61 *It:* **So iſt er** *N. N.* **den abgehauenen Daumen mit 50. fl. zu verbüſſen / und das Artztlohn / wie auch die in dieſer Sachen auffgewendete Vnkoſten / auff vorgehende** *Liquidation* **und Richterliche Ermeſſigung / zuerſtatten ſchuldig / und mag hierüber umb eine ziembliche Geldtbuſſe / ſeinem Vermögen nach / jedoch daß ſich dieſelbe vber 100. Thaler nicht erſtrecke / geſtraffet werden / V. R. W.** W*olffgango à* **Carlewitz.** M. *Aug. An. 1627.*

It: **So iſt er das auffgewendete Artztlohn und Verſeumnüß / auff vorgehende** *Liquidation*, **und Richterliche Ermeſſigung / zu erſtatten / Jhme auch die Lämnüß am rechten Daumen mit 50. fl. zu verbüſſen ſchuldig / unnd mag hierüber mit zeitlicher Landesverweiſung geſtraffet werden / V. R. W.** *Quæſtori Torgenſi. Menſe Septembr. Anno 1628.* 62

Item, **So iſt er dem Beſchädigten das auffgewendete Artztlohn und Verſäumniiß zuerſtatten / ſo wol den zugefügten Schaden mit 100. Thaler zu verbüſſen ſchuldig / unnd mag hierüber mit ewiger Landesverweiſung in ſtraffe genommen werden / V. R. W.** *Quæſtori in* **Chemnitz.** M. *Majo, An. 1629.* 63

Eodem modo reſponſum fuit Ioachimo **Eckarden** *in* **Röblingen.** *M. April. An. 1609.*
Georgio **Beckern** */ in* **Zetten.** M*enſe Martio, An. 1627.*
Quæſtori Bitterfeldenſi. M*enſe* I*unio*, *Anno 1630.*
P*rætori Lipſenſi. M.* M*art. An. 1630.*
It: Conſulibus & Senat. Quedelburg. M. *Septemb. An. 1610.*

Quæ omnia ſic quoque practicantur uſu quotidiano, etiamſi vulneratus, amiſsâ actione ac proceſſu ordinario, judicis auxilium imploraverit, isque ad petitionem vulnerati ex officio per modum inquiſitionis proceſſerit. Neque enim pars offenſa implorando judicis officium, juri ſuo, quod ratione emendæ ac reſtitutionis damnorum ſibi competit, renunciare videtur, maximè ſi hoc ſibi adjudicari petat: ut dubium prorſus non ſit, quin judex imploratus, ex officio procedens, Reum ad ſolutionem emendæ, damnorum ſimul, atque ad pœnam condemnare queat, obſervantia Scabinorum hoc ipſum comprobante.

Hæcque ita ſeſe habent, quando *civiliter* agitur. Quod ſi verò vulneratus ob mutilationem membrorum ſeu vulnera inflicta *criminaliter* agat, tenenda eſt Regula: Quod judex, Reo de vulneratione convicto ſeu confeſſo, pro qualitate vulneris, ac ratione circumſtantiarum pœnam corporis afflictivam irrogare poſſit. 64 *Q. 10. Quæ ſit pœna vulnerantis ſi criminaliter agatur?*

Illud namque certum eſſe puto, quod pro injuriis realibus gravioribus non modo civiliter, ſed & criminaliter agi poſſit, § *in ſumma. 10. Inſtit. de injur. Ægid. Boſſ. in pract. crimin. tit. de injur. n. 1.* Matth. W*eſemb. in parat. ff. de injur. n. 14. Ioh. Schneidvvin. in dict. §. in ſumma. n. 1. Inſtit. de injur. Iacob. Schult. in addit. ad* Mode*ſt. Piſtor part. 3. quæſt. 107. n. 13.* 65

Prout Scabini *reſponderunt Thomæ* **Otten zu Eger.** M. M*ajo, An. 1604.*

Et quidem in foro Saxonico ad pœnam corporis afflictivam. De Jure enim Saxonico illa ſola cauſa reputatur criminalis, in qua corporalis pœna infligitur, *Matth. Coler. part. 1. deciſ. 22. num. 5.*

Eoque

66 Eoque modo ſi vulneratus agat, pœna eſt amputatio manus, vel fuſtigatio cum perpetua relegatione, *art.16.poſt pr.verſ.* Wer den andern lähmet. *lib.2.* Landr. *ubi gloſ. Latin. ad text. latin. verb. qui alium mutilat. poſt pr. & gloſſ. Latin. ad tex.german.lit.*C.*Georg.* Rotſchitz. *in proceſſ.part. 2.art.2.num.1.poſt pr.ſentent. poſt* Landr. *tit.* von Wette und Buſſe. *col.2. verſ.* geſchehe aber ſolche Frevelung *&c. Iacob.Schult.in addit. ad* Modeſt. *Piſtor.part.3.quæſt.107.n.3.*Matt.*Coler.part.1.deciſ.161.n.37.* Quam pœnam judex, ſi pro qualitate vulneris gravioris, ac ratione circumſtantiarum concurrentium hoc æquum ſibi viſum fuerit, tutò indicere poteſt, etiam in ditionibus Elect. Sax. in tantum enim abeſt, diſpoſitionem juris Saxonici quoad pœnam corporis afflictivam, pro injuriis realibus gravioribus dictandam, per *Conſt. Elect. 42. part. 4.* abrogatam eſſe; ut potius Illuſtriſſimum Conſtituentem, illam haud obſcurè ibidem confirmaſſe, dixerim; juxta verba antecedentia; Mit Staupenſchlagen des Landes ewig verwieſen werden. Quibus hæc ſtatim ſubjiciuntur: Wir wollen auch dieſe unſere C*onſtitution* uff die *real injurien* erſtreckt haben/&c.

67 Quo tamen caſu, ſi nempe vulnerator criminaliter vel amputatione manus, vel alia pœna corporali fuerit punitus, ad emendam & damnum ac intereſſe reſtitutionem vulnerato non tenetur: quum per pœnam corporis afflictivam & judici & parti omninò ſatisfiat, nec recompenſa parti ulterius debeatur, C*hil.* König *in proceſſ.cap.138.num.1.verſ.* und nach dieſer Straffe. *ſub fin. & num.2.ſub fin. Georg.* Rothſchitz. *in proceſſ.part.1.art.1.num.1.verſ.* und da folget keine Wette nach. *& art.2.num.1.verſ.* und folget auch keine Wette. Matth. *Berlich. part.5. concluſ.61.num.62. Iacob.Schult. in addit. ad Modeſt.Piſtor.dict.part.3.quæſt.107.nu.38.* Vid. quoq; *Conſtit Elect.*12.*part.4.& ibi Daniel.*Moller.*in pr. n.1.Petr.Heig.p.4.quæſt.23.nu.10.Andr.Rauchb. part.2.quæſt.10.n.13.*

Idque in judiciis Saxonic. quotidiè ſic practicari, certius eſt, quàm ut probatione indigeat. 68

69 Porrò ad injurias reales commodè quoque referri poteſt injuſta tortura, & incarceratio: Si nempe Magiſtratus aliquem injuſtè, ſine indiciis, vel præter modum torqueri; *l. item apud Labeonem.15. §.34.& §.41. ff. de injur. Hippol. de* Marſ*il.in l.*1.*§.præterea.n.7.ff. ad Leg. Corn. de ſicar.*Matth.Coler.*dict. deciſ.161. num.9. part.*1. *Iohan.Harppr.in § injuria 1.nu.4.& ſeqq.* 70 Vel injuſtè carcerari facit, aut carceratum pro pecuniaria pœna ſub idonea cautione relaxare nolit, *l.32.ff.de injur.Iul.*Clar.*lib.*5.*ſent.§.ult. quæſt.28. nu.1 & ſeqq.Harppr.dict.§. n.15.* Mynſ*ing. cent.*5. *obſervat.69.n 5.& ſeq.*Ioh.*Schneidvvin. ad §. injuria.1.Inſt.de injur.n.29.*Andr.*Gail.lib.1. obſerv. 26.nu.1. & ſeq.*Hippol *de* Marſ*il.in pract. crim. §. attingant.num.11. & ſeqq. Zobel.part.1.diff.43. num.6.*Sed de pœna hujus injuriæ peculiariter infrà tractabitur *part* 3.*quæſt.111. num. 67. & quæſt. 127.num.33.*

QVÆSTIO C.

Quomodo puniendi ſint, qui Magiſtratibus aut parentibus impias manus inferunt?

SUMMARIA.

1. *Injuria habetur atrocior, quæ* Magiſtratibus *& parentibus infertur.num.2.3.*
4. *Quæ ſit pœna vulnerantis* Magiſtratum, *ejusve miniſtros, in foro Saxonico? num.5 6.*
7. *Pœna excitati tumultus adverſus magiſtratum; num.8.*
9. *Quo caſu de autoribus tumultus conſtare debet.*
10. *Obſervantia Scabinorum* Lipſ*ienſium.*
11. *Regulariter hoc caſu pœna relegationis ſolet irrogari; rariſſimè verò carceris pœna; numer.*12.
13. Sententia *Scabinorum Lipſenſium.*
14. Ceſſ*at præſtatio impenſarum, ſi vulnerans magiſtratum condemnetur ad pœnam corporalem, nu.*15.*16.17.*
18. Sententia *Scabinorum* Lipſ*enſium.*
19. *Ob injurias reales, magiſtratui allatas; Reus Mortis pœnâ affici poteſt.num.20.*
21. *Sententia* Scabinorum *Lipſenſium. num.22.*
23. *Impingens alapam Magiſtratui quomodo puniatur?*
24. *Reſponſum* Scabinorum *Lipſenſium.*
25. Magiſ*tratibus & parentibus æqualis debetur honor.*
26. *Quondam patri competebat jus vitæ & necis.*
27. *Quod hodiè juſtà ex cauſa ei fuit ademptum, nu. 28.29.30.*
31. *Pœna liberorum delinquentium adverſus parentes, nu.32.33.*
34. Sententia *Scabinorum Lipſienſium.*
35. *Quomodo hodiè puniendi ſint liberi, parentibus impias manus inferentes? numer.36.37.38. 39.44.*
40. *Sententiæ Scabinorum Lipſienſium, num.41.42. 43.45.46.*

1 INjuriarum pœna quia arbitraria eſt , & ex cauſa juſta aggravari , quandoque etiam pro arbitrio deminui poteſt , ut ex *præcedent. quæſtionib.* ſatis liquet ; judici omninò incumbit , in decernendis pœnis tàm pro injuriis realibus, quàm verbalibus , omnes qualitates injuriarum, perſonarum , aliaſque circumſtantias benè & accuratè perpendere , & ex iis judicium ac arbitrium ſuum informare. Quâ in re plurimum conducit noſſe differentiam injuriarum atrocium, & leviorum, *Alvarott. in cap. 1. §. injuria. n. 3. tit. de pac. juram. firmand. Rutger. Ruland. de commiſſ. part. 4. lib. 7. cap. 6. nu. 44.* Quæ licet regulâ certâ definiri nequeat , ſed arbitrio judicis committenda ſit , certum tamen eſt , quod injuria habeatur atrocior , quæ magiſtratibus & parentibus infertur : quare & graviori pœnâ coërcenda erit, *l.* P*rætor. edixit. 7. & 8. ff. de injur.* I*acob. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. cent. 3. caſ. 263. num. 5.*

Hocque eſt quod dixi *ſuprà quæſt. 94. n.* 42. 2 Relegationis pœnam imponendam eſſe iis , qui injurias verbales adverſus Magiſtratum aut judicem evomunt : Idque præjudiciis ac ſententiis Scabinorum ibidem probavi. Non minor autem pœna illis debetur , qui Magiſtratum injuriis realibus afficere non verentur , quod delictum tantò atrocius videtur , quantò majori audaciâ & malitiâ illud perpetratur , ut dubium haud ſit, quin graviter quoque puniri debeat.

3 Hinc *Bald. in c. 1. § . injuria. tit. de pac. jur. firm.* ſtatuere non dubitat , quod Magiſtratum percutiens ob inimicitiam , quam cum eo gerebat, capite mulctandus ſit. Quem ſequitur *Iaſon. in l. qui jurisdict. 10. ff. de jurisdict. nu. 3. & in l. principalib. n. 4. de reb. credit. & in l. 1. C. de precib. Imp. offer. nu. 5. Carol. Ruin. vol.* 4. *conſ. 81. n. 6.* Quod & in regno Franciæ ſic practicari , teſtatur *Guid. Pap. deciſ. 957. nu. 1.* Quamvis alii rectius hoc caſu pœnam arbitrariam eſſe exiſtiment , ita tamen, ut judex arbitrium ſuum etiam ad pœnam mortis uſque extendere poſſit, *Gloſſ. in §. in ſumma. 10. verb. extraordinaria. Inſt. de injur. Felin. c. 21. extr. de accuſ. in pr. num. 10. Petr. Ægid. Boſſ. in tract. crim. tit. de injur. num. 30. Paris de Put. in tract. Syndic. verb. pœna. nu. 1. & 2. Proſp. Farin. in pract. crim. lib. 1 tit. 3. quæſt. 17. n. 36. Andr. Gail. lib. 1. obſerv. 39. nu. 1. Andr. Tiraq. in tract. de Nobil. c. 28. n.* 6. *Ant. Faber. in* C. *lib. à tit. de injur. 20. definit. 6. num. 1. & ſeqq.* I*acob.* M*enoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 3. caſ. 263. n. 6. Anton. Teſſaur. deciſ. 229. num. 1. & ſeqq.*

Q. 1. Quæ ſit pœna vulnerantis Magiſtratum, ejusq; miniſtros & officiales ?

4 Quæ ſententia quoque in foro Saxonico recepta ac confirmata eſt, ut nempe is , qui Magiſtratum vel judicem vulneraverit , percuſſeritvè , præter damni præſtationem , quas in curatione læſus fecit, pro arbitrio judicis , vel relegatione , vel manus amputatione , vel fuſtigatione, aut etiam gladio , ſi perſonarum & rei qualitas id poſcerit, puniatur , in *Conſtit. Elect. 43. part. 4.* Ibi: **Wenn jemands im Lerm oder Aufflauff über gebotenen Friede / oder auch ſonſten ſeine Obrigkeiten / oder die Gerichtsperſonen / ſo einen in Hafft nehmen wollen / wiſſentlich ſchlägt/oder verwundet / der ſoll der verwundeten Perſon/ Abtrag/ Artzlohn / Zehrung / Unkoſten / und Verſäumbnüs zu entrichten / und auch darüber auß Richterlichem Ampt willkührlich mit Verweiſung / Abhawung der Hand/ Staupenſchlägen / und auch wol nach Gelegenheit der Perſonen/und anderer Umbſtände / mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtrafft/ und gerichtet werden/**&c. *ubi Daniel.* Moller.*n. 3. & Reinh. Roſa. Aut.* C*onſult.* C*onſtit. Saxon. part. 4. quæſt. 19. & 47. tom. 1. & part. 4. quæſt. 49. & ſeqq. tom. 2.*

Pro declaratione hujus Conſtitutionis ſciendum PRIMÒ : Eam generaliter & indifferenter loqui de vulneratione, aut percuſſione Magiſtratus , aliorumvè officialium & miniſtrorum. I*n verb.* **Seine Obrigkeit oder die Gerichts-Perſonen / ſo einen in Hafft nehmen wollen.** Quibus verbis apertè innuitur , non minori pœnâ teneri vulnerantem perſonas , quarum operâ in adminiſtranda juſtitia & tuenda jurisdictione judex utitur, ac eum, qui ipſummet judicem vel magiſtratum offendit ac percutit , prout rectè *hanc Conſt.* exponit *Daniel. Moller. in rubr. d. Conſt.* 5

Idque ratione non caret : quum offendens miniſtros judicii , ex mandato judicis quicquam agentes , ipſummet judicem lædere , ac injuriis afficere videatur. Minus verò dubium eſt , quod nomine Magiſtratus hîc veniant omnes illæ perſonæ , quibus imperium & jurisdictio aliqua competit , atque conceſſa eſt , ut ſunt , Prætores ac judices in oppidis , Sculteti in pagis , Senatores , Nobiles, Præfecti , Quæſtores , nec non Scholarum & Academiarum Rectores , ita ut ſi quis ex ſtudioſis eos injuriis realibus afficiat ; pro ratione circumſtantiarum , & qualitate injuriæ ac confeſſionis , pœnâ capitis plecti poſſit : veluti ita Papiæ , contra Riccium, & Piſis, contra Craſſum obſervatum fuiſſe , teſtatur *Iacob. Menoch. libr. 2. arbitr. judic. quæſt. cent. 3. caſ. 263. num. 14. &* 15. 6

Q. 2. Pœna excitati tumultus adverſus Magiſtratum.

Pariter & *dict. Conſt. Electoralis* omnes ſtringit ac obligat, qui Magiſtratui aut perſonis à Magiſtratu ablegatis violenta manu reſiſtunt , uti patet ex generalibus verbis *Conſtit.* **Wann jemands im Lerm und Aufflauff über gebottenen Friede/oder auch ſonſten ſeine Obrigkeit oder die Gerichts Perſonen wiſſentlich ſchlägt oder verwundet/**&c. 7

Quare & huc caſus (peſſimo ac malitioſiſſimo hoc ſeculo haud rarò contingens) referendus , quo in tumultu ruſtici , unà cum ſervis , mulieribus atque ancillis coadunati , fuſtibus , baculis , lapidibus , ligonibus , ru- 8 tris, raſtris, furcis, mergis, aliisque armis, Magiſtratui reſiſtunt, & verbera ac vulnera minantes, executionem impediunt, obedientiam renuunt, & quaſi rebellionem fovent. Quos omnes ceu delicti hujus complices, pœna hujus Conſtitutionis arbitraria teneri, extra dubium eſt, hoc tamen moderamine adhibito, ut autores tumultus ac rebellionis, nec non ii, qui miniſtros judiciarios vulnerârunt ac percuſſerunt, graviori fuſtigationis aut Relegationis perpetuæ pœnâ; reliqui verò complices lenius; ac ob ſolam aſſiſtentiam & approbationem tumultus carcere vel mulctâ pecuniariâ puniantur.

Id quod in Elect. Saxon. Scabinatu ſæpius obſervatum ſcio.

9 Priusquam tamen hoc in caſu delinquentibus certa decernatur pœna, de autoribus tumultus, ac facto cujusque perſonæ certò conſtare debet. Quare Domini ſæpius interloquentes in hunc modum pronunciare ſolent:

10 Ob nun wol berührte Dorffſchafften ſolches verübten Vngehorſambs/ Frevels/ Muthwillens/ und Widerſpenſtigkeit auß derer vermittels Eydes abgehörter Zeugen Auſſage zur Notthurfft überführt &c. Damit aber dennoch der Vnſchuldige zugleich mit dem Schuldigen nicht zur Straffe gezogen werde/ ſo will zu unſer beſſerer Verwahrung/ ehe und zuvor/ der verwirckten Straff halber etwas beſtändiges erkant werde/ für allen Dingen von Nöthen ſeyn/ *inquiſiten* hierüber *articuls* Weiſe zu vernehmen/ warumb ſie ſich der ufferlegten Straff anfänglich verwegert/ wer ſie zu der Widerſpenſtigkeit verhetzet/ und ihnen Anleitung gegeben/ wer dieſelben/ ſo ſie hierzu verſtärcket/ und angefriſchet/ geweſen/ wie ſie mit Namen heiſſen/ was ſie vor Wort zu ſolcher Anfriſchung gebrauchet/ wie ſolche gelautet/ und dieſelbe ſich ſonſten/ und ſie widerumb gegen den Rädelsführern/ als ſie miteinander ſich verbunden/ geparet und bezeiget/ und da man die rechten Rädelsführer erlanget/ wird ihnen alsdann der Zeugen Auſſage vorgeleſen/ ſie auch wo es nöthig/ mit ihnen *confrontiret*; und wenn der Rädelsführer Auſſage mit Fleiß verzeichnet/ und wider überſchicket wird/ ergehet/ ſo denn eines und des andern/ ſo wol auch der andern Vnterthanen Straff halber was recht iſt/ V. R. W. *Præfecto Röchlicenſi, Menſ. Iulio, Anno 1621.*

Eidem Menſe Aprili, Anno 1623.
I. à L. Menſe Majo, Anno 1622.

11 Secundò: Benè obſervanda ſunt verba hæc in *dict. Conſtit. 43. part. 4.* Vnd auch darüber auß Richterlichem Ampt willkührlich/ mit Verweiſung/ Abhawung der Hand/ Staupenſchlägen &c. Ex quibus patet, injurias reales, Magiſtratui illatas ad minimum Relegatione puniri; neque delictum hoc carceris pœnâ; aut mulctâ pecuniariâ ſatis vindicari. Quod nec ratione deſtituitur: Si enim levis quoque realis injuria carcere vel pecuniariâ mulctâ punitur, ut dictum *quæſtione præcedenti*; utique injuria, quæ Magiſtratui infertur, & atrocior habetur, majori ſupplicio coercenda erit, ut ſic Conſtituens Illuſtriſſimus haud ſine cauſa pœnam carceris ac mulctam pecuniariam omiſerit.

Veluti nec mitiorem pœnam relegatione hoc caſu unquam Reo indictam fuiſſe memini.

12 Quod tamen de eo tantummodò caſu accipi velim, quo quis magiſtratum vel ejusdem officiales petulanter ac malitiosè vulnerat aut percutit, uti patet ex verb. *Conſtit.* Wiſſentlich ſchlägt oder verwundet/ &c. Adeoque à pœna hac ſeveriori eximendi erunt, qui ſolùm verbera aut vulnera minantur, ac magiſtratui reſiſtunt; terrorem ei incutientes, minas verò in effectum non deducunt, quos propterea pro arbitrio judicis mitiori pœna, carceris vel pecuniaria mulcta plecti poſſe exiſtimo.

13 *Sicuti pronunciavimus adverſus G. K. qui à Nobili ſuo* Magiſtratu *percuſſus, ipſum in terram dejecerat*: Dieweil er nicht in Abrede ſeyn kan/ daß er den Junckern von ſich uff eine Seite geſtoſſen/ daß er in das Holtz gefallen/ &c. So wird er dieſer ſeiner Begünſtigung wegen/ willkührlichen/ entweder ein drey Wochen lang mit Gefängnüs/ darinnen er ein acht Tage mit Waſſer und Brodt zu ſpeiſen/ oder umb eine ziemliche Geldbuſſe/ ſeinem Vermögen nach/ jedoch daß ſich dieſelbe über 10. newe Schock nicht erſtrecke/ in Straff genommen/ dabey ihme ernſtlich unterſaget wird/ ſich hinfüro vor dergleichen Fürnehmen zu hüten/ im widrigen Fall er wol mit Landsverweiſung/ oder auch einer Leibes Straff belegt werden ſoll/ V. R. W. *Verſus* Bieſen/ *ad requiſitionem Clementis* Rühels/ *Menſe Auguſto, Anno 1626.*

14 Tertiò: Quia *Conſtit. Elect. 43. part. 4.* præter pœnam arbitrariam ad præſtationem quoque damni & impenſarum, quas læſus in curatione fecit, condemnet Reum, qui Magiſtratum vulneraverit, haud inconvenienter quæritur: *An hoc generaliter accipi debeat, etiam de hoc caſu, quo Reus fuſtigatione, aut amputatione manus plectitur?*

Q. 3. *Num ſuſtinens hoc caſu pœnam corporalē, teneatur ſimul ad præſtationē damni & impenſarum?*

15 Quod affirmandum videtur, propter verba generalia *Conſtit.* Der ſoll der verwundeten Perſohn Abtrag/ Artztlohn/ Zehrunge/ Vnkoſten/ und Verſäumnüs entrichten/ und auch darüber auß Richterlichem Ampt willkührlich/ mit Verweiſung/ Abhawung der Hand/ Staupenſchlägen/ &c. geſtrafft werden/ &c. Quæ pœnam corporis afflictivam cum reſtitutione impenſarum ac damni expreſsè conjungunt.

16 Cui tamen obſtat theorica vulgaris Saxonica; quod ſcilicet per pœnam corporalem & judici, & parti ſatisfiat, ac criminalis pœna omnem civilem actionem abſorbeat, *Georg.* Rothſchitz/ *in proceſſ. part. 1. artic. 1. num. 1. verſ.* Vnd da folget keine Wette. *Chilian.* König. *in proceſſ. cap. 138. num. 1. verſ.* Vnd nach dieſer Straffe/ *ſub fin. Daniel. Moller. ad* Conſtit. *Elect. 12. part. 4. Petr. Heig. part. 2. quæſt. 23. num. 10. Jacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 107. num. 38.* Qua commoti ratione

Dn. Scabini, verba illa *dict. Conſtitut. Elector. 43.* quæ de præſtatione damni & impenſarum agunt, ad Relegationis pœnam reſtringenda eſſe, putârunt, ut tum demum reſtitutio damni & ſumptuum Reo imponenda ſit, ſi relegatione, non autem corporis pœna afflictiva puniatur. Quam explicationem haud parum juvat, quod Conſtitutiones ſtatutariæ ſtrictiſſimè accipi debeant, ut, quantum fieri poteſt, minus jus commune corrigatur, ac ſufficit, ſi in aliquo minimo quid poſſint operari, *Andr. Tiraquell. de legib. connubial. gloſſ. 2. num. 23. poſt pr. Iacob. Schult. in pract. quæſt. 65. num. 32. & ſeqq. lib. 2.*

18 *Hinc cuidam F. F. qui Quæſtorem in* Sachſenburgk *graviter vulneraverat, pœnam fuſtigationis cum perpetua relegatione dictavimus, omiſſa tamen reſtitutione impenſarum, & damni, ut maximè petita fuerat. Ad conſultationem Quæſtoris in* Weiſſenſee / Menſ. *Majo, Anno* 1630.

19 QUARTÒ: Denique & hoc notandum, quod ob injurias reales, Magiſtratui illatas, ſi hæ graviſſimæ fuerint, Reus confeſſus vel convictus mortis pœnâ affici ac gladio puniri queat; veluti ſi crudeliter Magiſtratum vulneraverit, licet eum prorſus non occiderit, *dict. Conſtit. 43.* In verb. Vnd auch wol nach Gelegenheit der Perſonen unnd anderer Vmbſtänden mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtrafft und gerichtet werden / &c.

Q. 4. Num propter injurias reales, Magiſtratui illatas, Reus morte puniri queat?

Hocque ſpeciale eſt in injuriis realibus atrociſſimis, ut nempè hæ quandoque ultimo ſupplicio vindicentur: quod in verbalibus injuriis etiam gravioribus, non obtinere, *dixi ſuprà quæſt. 94. numer. 48.* Idque à jure communi non diſcrepat quo judex arbitrium ſuum in caſu injuriarum realium atrociſſimarum ad pœnam uſque mortis extendere poteſt, ut docet *Gloſſ. in §. in ſumma. 10. Inſtit. de injur. verb. extraordinaria in pr. Ægid. Boſſ. in pract. crim. tit. de injur. n. 30. Andr. Gail. libr. 1. obſervat. 39. num. 1. Proſper. Farin. in pract. crim. lib. 1. tit. 3. quæſt. 17. numer. 36. Iacob.* Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. cent. 3. caſ. 263. num. 6. Anton. Teſſaur. deciſ. 229. num. 1. & ſeqq.*

20 Quin nec vulnerationem aut percuſſionem graviorem Magiſtratus abſque violatione pacis publicæ fieri poſſe, facilè quis conceſſerit: quo caſu pœnam gladii aliàs locum ſibi vendicare, notiſſimum eſt, *l. fin. ff. de re milit.* Conſtit. *de pact. tenend. tit. 27. F. 2. Receſſ.* Auguſt. *ſub* Imper. *Ferdinando I. Anno 1555. §.* Wir ſetzen / ordnen / *&c. verſ.* Wo ſie in Gefängnüs kommen *&c. Artic. 13. libr. 2.* Landrecht. *Andr. Gail. libr. 1. de pac. publ. cap.* 1. *num. 6. Dan. Moller. ad* Conſt. *Elect. 13. part. 4. num. 5.*

21 *Pronunciârunt ita* Scabini, *adverſus G. à H. qui ob crimen temerariæ & prohibitæ venationis in arce* Lipſenſi *incarceratus, Notarium judicii in præſentia perſonarum, ad judicium deputatarum, ſententiam ſibi prælegentem, & pœnam relegationis promeritam ſignificantem, cultro graviter ac ferè lethaliter vulneraverat, hiſce formalibus:* So möchte er deßwegen / daß er als ein Gefangener in ſeiner *Cuſtodi*, auch in der Veſtung als einem privilegirten Ort / an einer Beampten / verordneten / und zur *Execution* des geſprochenen Vrtheils *deputirten* Perſon / in und bey der *Execution* ſolche hämiſche und meuchliſche That begangen / der *Execution* und den Gerichten ſich dergeſtalt zu widergeſetzt / und den Amptſchreiber gantz gefährlichen und biß uff den Todt vorſetzlichen verwundt / nach ſchärffe der Rechte / mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtrafft werden. Es wolte dann Ihr Churfürſtl. Gnaden / ihme ſolche Todtesſtraff / in Anſehung / daß gleichwol die Entleibung wircklich nicht erfolget / ſondern der verwundete Amptſchreiber beym Leben blieben / auß Gnaden erlaſſen / uff den Fall möchte ihm eine Fauſt / welche er am beſten entrathen kan / abgehawen / und er folgends darauff nach erlittener und außgeſtandener Leibesſtraffe / deß Landes ewig verwieſen werden / V. R. W. *Quæſtori* Lipſenſi. Menſ. *Iun. An. 1613.*

22 Non facilè tamen hoc caſu pœna mortis eſt irroganda, niſi circumſtantiæ in tantum realem injuriam aggravent, ut ei ſupplicium mitius ſufficere non videatur: prout animadvertere eſt ex verb. *dict.* C*onſtit. 43.* und auch wol nach Gelegenheit der Perſonen / und andern Vmbſtänden / &c. Quare nequaquam ſunt audiendi, qui aſſerunt, eum, qui alapam impingit Magiſtratui vel Judici, morte puniri poſſe, *Bald. in cap. 1. §. injuria. tit. de pac. jur. fir.* Iaſ. *in l. 1. C. de precib. Imp. offer. num. 5.* Iodoc. *Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 137. num. 18. Felin. in cap. ex literis 13. ext. de Conſt. num. 13. & in cap. inquiſitionis. 21. num. 10. ext. de accuſ. Matt. Berlich. part. 5. concl. 66. nu. 15.* Iac. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 3. caſ. 263. nu. 5. Gram. deciſ. 36. n. 4.* Etſi enim conceſſerim, injuriam realem enormiſſimam Magiſtratui illatam, qualis eſt vulneratio lethalis in loco privilegiato, ultimo ſupplicio vindicari poſſe, uti ex jam allegata ſententia Scabinorum clarum eſt; ob ſolam tamen alapam, Judici vel Magiſtratui datam, ad mortis pœnam injuriantem condemnare, nimis durum ac rigoroſum videtur. 23

Q. 5. Alapam impingens Magiſtratui, quomodo puniri debeat?

24 *Quapropter & eum, qui miniſtro Eccleſiæ ſive Paſtori, cui honor ac reverentia non minor atq; Magiſtratui debetur, alapam impegerat, temporali relegatione ſatis puniri, putavere Domini, ita reſpondentes Præfecto in* Altengottern. M. April. *An. 1630.*
It. Quæſtori Dippoldiſwaldenſi. Menſ. Ianuar. A*nno 1630.*

25 Non minor quoque injuria eſt realis, quæ parentibus infertur, ut quibus, ſi non major, æqualis tamen honor ac reverentia debetur, *l.* Prætor. *7. §. atrocem. 8. ff. de injur.* Sicuti enim officium parentum præcipuè in eo conſiſtit, ut liberi alantur, nutriantur, educentur, ac benè inſtituantur, Chriſtoph. *Beſold. claſſ. 1. diſput. Polit. theſ. 31.* Ita viciſſim debitum filiale exigit, ut liberi parentibus ho-

norem & obedientiam præſtent atque exhibeant, eosque ſenio confectos nutriant, quod nec animalia negligunt ratione carentia. Unde *Ariſtophanes in avibus:*

> *Sic eſt nobis avibus hac antiqua lex,*
> *Deſcripta in* Legum *tabulis quas* Ciconiæ *habent;*
> *Parvas nam cum pater Ciconias nutrivit,*
> *& jam factæ ſunt volatiles,*
> *Oportet natos hanc referre gratiam, ut ſenes viciſſim nutriant.*

26 Contra quem honorem ac obedientiam ſi liberi peccent, parentes percutiendo, ac injuriis afficiendo, graviter delinquunt. Quam injuriam ipſimet parentes quondam vindicare poterant; ſiquidem more Romano olim jus vitæ & necis patri adverſus liberos conceſſum fuit, gravius dominicâ in ſervos poteſtate, *Valent. Forſter. de juriſd. fol. 202. Rod. Forner. rer. quotid. 1. capit. 2.* Ex lege ſcilicet Romuleâ, juxta quam viri Illuſtres pro Roſtris, favente plebe concionantes in Senatus invidiam, fruenteſque aura populari, detracti de ſuggeſto, abducti ſunt à parentibus, pœnas daturi ex ipſorum ſententiâ, quos dum per forum ducerent, nemo aſtantium eripere poterat, non Conſules, non Tribuni, non ipſa turba &c. *Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 2.* Pariter & vetus jus fuit parentum, abdicatio filiorum immorigerorum, *Plato de legibus. 11. Forſter. de juriſdict. fol. 205. &c.*

27 Sed utrumque hodie immutatum. Hoc enim, nempe abdicationis jure abrogato, *l. abdicatio* C. *de patr. poteſtat.* aliud jus mitius fuit ſubſtitutum, ſcilicet exheredationis, quam Imper. Juſtinianus ad cauſas certas adſtrinxit *Novell.*
28 *115. cap. 3.* Illud, vitæ & necis arbitrium, ſeveriorque liberorum coercitio, ut deſuetudine paulatim propter atrocitatem, nec non Principum reſcriptis ſublata fuit, *l. fin. C. de patr. poteſt. l. un. C. de emendat. propinquor.* Ita non ſine magna ratione ceſſat & prohibita nunc eſt ubique. *Henning. Arniſ. 5. polit. fol. 118. Helfr. Vlric. Hunn. lib. 1. variar. reſolut. tract. 2. quæſtion. 15.* Chriſtoph. *Beſold. claſſ. 1. diſput. Polit. 10 theſ. 42.* Herm. *Kirchner. diſput. Polt. 1. theſ. 6.* Rod. *Forner. rer. quotid.* 1. *cap. 6.*

29 Non enim in atrocitate, ſed pietate patria poteſtas conſiſtere debet, *l. 5. ff. ad Leg. Pompej. de parricid.* Neque vindicta privata ulli concedenda eſt, *l. 10. ff. de juriſdict.* Et metuendum, ſi patri poteſtas vitæ ac necis in liberos concederetur, quod is forſan præ ira plus acturus eſſet, & gravius in filium animadverſurus, quàm oporteat, quamque filius promeritus eſſet. Etſi enim pater filio quàm optimè proſpicere velle præſumatur, & nullus ſit affectus, qui paternum vincat, *l. fin. C. de Curat. furioſ.* Hiſtoriæ tamen quandoque contrarium teſtantur: ita enim de Lyſimacho, refert *Iuſtin. lib. 17.* ipſum filium Agatoclem veneno necaſſe. Et parentes plerunque ſine cauſa liberos ſuos exheredare, vel omittere, teſtis eſt Juſtinianus in *pr. Inſtitut. de inoff. teſtam.* Quin & haud raró eoſdem necare, præſertim extra matrimonium legitimum natos, norunt ii, qui cauſis criminalibus præſunt.

Obloquitur quidem *Bodinus*, exiſtimans laxæ hujus poteſtatis amputationem, malum eſſe in infinitum ſerpens, unde veniat, quod liberi obedientiam, opemque recuſent parentibus, *libr. 1. de republ. 4.* At non metuendum hoc, quum jure patriæ poteſtatis parentibus prohibitum non ſit, filios immorigeros caſtigare, verbis, verberibus, ac carceribus. Licet namque carceres privati jure prohibiti ſint, ſicut qui contra fecerit, læſæ majeſtatis notam incurrat, & ultimo ſupplicio afficiatur, *l. un. C. de privat. carcer. inhib.* Si tamen pater filium inobedientem in certo quodam conclavi claudat, pœna privati carceris non tenetur, quia id non ad cuſtodiam, ſed ad morum filii emendationem facit, *Cyn. in l. un. C. de emend. propinquor. Bartol. in l. ex facto. 35. in fin. ff. de hered. Inſtit. Iohan. Schneidvvin. ad tit. Inſt. de patr. poteſt. num. 24.* 30

Quod ſi gravius deliquerit filius, pater eum poterit caſtigandum offerre judici ſententiam dicturo, *l. ſi filius. 3. C. de patr. poteſt.* Et *Meland. in Idea ſtud. polit. fol. 19. Pater*, ait, *filium refractarium & immorigerum in carcerem conjiciendum curare, ad voluntatemque ſuam eum judici caſtigandum tradere poterit. Dd. in* §. *in poteſtate. Inſtitut. de his qui ſui vel alien. jur. ſunt.* 31

Quod & juri Divino conſentaneum eſt, ita enim Moſes inquit: *Si genuerit homo filium contumacem & protervum, qui non audierit patris ac matris imperium, & coercitus obedire contemſerit, apprehendent eum, & ducent ad ſeniores Civitatis illius, & ad portam judicii, dicentq; ad eos: Filius noſter iſte protervus & contumax eſt, monita noſtra audire contemnit, commeſſationibus vacat, & luxuria atque conviviis; Lapidibus eum obruet populus univerſus & morietur, ut auferatis malum de medio veſtri, & univerſus Iſrael audiens pertimeſcat. Deuter. c. 21. v. 18. & ſeq.* 32

Quin & illud ex veteri Jure vitæ & necis pater ſpeciale habet, ut pœnam à judice filio inobedienti imponendam eligere, ac determinare queat. Ita enim *Imp. Alexand.* inquit: *Quem filium, ſi pietatem patri debitam non agnoſcit, caſtigare jure patriæ poteſtatis non prohiberis, acriore remedio uſurus, ſi in pari contumaciâ perſeverarit, eumque Præſidi Provinciæ oblaturus, dicturo ſententiam, quam tu quoque dici volueris, l. 3. C. de patr. poteſt. ubi Bald.* 33

Sicuti & veteres Scabinos olim pronunciaſſe invenio: Da nun benimbter Sohn ſolcher Verbrechung geſtändig / oder mit Recht überwieſen würde; So möchte Er derowegen mit der Straffe / ſo der Vatter Jhme ſelbſt erwehlen; unnd ſetzen würde / belegt / oder da der Vatter die Straffe 34 nicht nahmhafftig machen würde/mit Staupenſchlägen euerer Gerichte ewig verwieſen/ der Vater aber mag denn deßwegen / daß er euch ſolches verſchwiegen/in ſtraffe nicht genommen werden / V. R. W. *Ad requiſitionem Henrici à* Görßdorff. *Menſe Febr. An. 1589.*

Q. 6. Quomodo puniendi ſint liberi parentibus impias manus inferentes?

35 At hodiè hæc paululum ſunt immutata, ademptâ enim electione parentibus, ne ſcilicet irâ ac indignatione commoti ſeverius, quàm pár eſt, ſupplicium liberis immorigeris irrogari faciant, Magiſtratus ſive judicis arbitrio committitur, quâ pœnâ arbitrariâ filios protervos & contumaces puniri velit, *Matth. Weſemb. in parat. ff. ad Leg. Pompej. de parricid. numer. 12. in fin.* ubi ita ſcribit: *Cæterùm, ſi quis non occiderit, ſed tantùm impias manus & verbera parentibus intulerit, qua pœna hunc teneri dicemus? Ulpianus ait, pro modo delicti puniendum. l. 1. ff. de obſeq. par. & patr. præſtand. hoc eſt, arbitrariè. l. 3. & 4. C. de patr. poteſt. Hodiè plerumque carcere vel relegatione, quam ſuccedere pœnæ* Legis *huius, ubi ea mitiganda eſt, alibi oſtenditur, l. 2. l. 5. ff. ad Leg. Pompei. de parricid. Vel, (quod tamen durius eſt, nec niſi in atrociſſimis ſequendum) etiam illius manus, quâ percuſſio facta eſt, amputatione hæc injuria vindicari ſolet.* Usque huc Weſemb.

36 Quam ſententiam in pronunciando hactenus ſecuti ſunt *Illuſtriſſimi Dn. Electoris Saxon. Scabini*, diſtinguentes: An injuria parentibus illata fuerit graviſſima & atrociſſima, ut vulneratio, aut percuſſio lethalis; An verò aliquâ ex parte levior, ut ſi filius patri impias manus intulerit, eum verberando vel pulſando, aut injuriis tantummodò verbalibus eum affecerit.

37 *Priori caſu*, ob injuriam realem gravem atque atrocem parentibus illatam, liberos impios ac protervos fuſtigatione aut amputatione manus plectendos, atque in perpetuum relegandos eſſe, putaverunt. *Tùm*, quod injuria hæc parentibus illata ſit atrox & inſignis, ob quam non modò ad fuſtigationem usque, & pœnam corporis afflictivam; ſed & ad mortis ſupplicium pœnam arbitrariam extendi poſſe, vulgò ſtatuunt *Interpp. Gloſſ. in §. in ſumma* 10. *Inſtitut. de injur. verb. Extraordinaria. in pr. Felin. in capit. 21. extr. de accuſat. in pr. num. 10. Andr. Tiraquell. in pract. crimin. lib. 1. tit. 3. quæſt. 17. num. 36. Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quæſt cent. 3. caſ. 263. nu. 6. Ægid. Boſſ. in pract. crim. tit. de injur. n. 30. Andr. Gail. lib. 1. obſerv. 39. n. 1.*

38 *Tùm*, quod gravis injuria realis Magiſtratui illata fuſtigatione ac manus amputatione vindicari poteſt. *Conſtitut. Elector. 43. part. 4.* In verb. mit Verweiſung/ Abhauung der Hand/ Staupenſchlagen *&c.* Ergò & injuria realis, parentibus illata, quæ pari pœnâ coercenda, *l. 7. §. atrocem. 8.* In verb. *Perſona atrocior injuria fit, ut cum* Magiſtratui, Parenti, *aut* Patrono *fiat, ff. de injur.*

Tùm, quod jus divinum filios immorigeros ac inobedientes morte puniri vult, *Deuter. 21. verſ. 19.* Ibi: *Lapidibus eum obruet populus civitatis, & morietur; ut auferatis malum de medio veſtri; & univerſus Iſrael audiens pertimeſcat.* Quidni ergò pœnâ initiori, fuſtigationis, vel amputationis manus affici poterunt. 39

Quo tamen caſu non omne prorſus arbitrium moderandi pœnam promeritam parentibus ademptũ eſſe, voluerunt Scabini, exiſtimantes, ſi parentes injuriam filiis remiſerint, ac pro iis interceſſerint, pœnam quoque corporis afflictivam remittendã, eosq; non niſi arbitrariè; Relegatione temporali vel perpetua puniendos eſſe; idq; juxta l. 3. C. de patr. poteſt. quæ pro arbitrio patris filium protervum puniri jubet, reſtringentes hoc arbitrium ad mitigationem tantummodo pœnæ promeritæ. Velùti in caſu injuriæ graviſſimæ realis, patri illatæ, ita pronunciarunt: So wird *H. S.* von wegen des an ſeinem leiblichen Vatter begangenen Frevels mit Staupenſchlägen / der Herrſchafft und Gerichte des Orts ewig billig verwieſen. Es wolte ihm denn ſein Vatter auff ſeine Abbitte ſolche Verbrechung verzeyhen/und ſelbſten umb Linderung der Straffe für ihn bitten / auff den fall möchte ihme / in Anſehung des Vatters Vorbitte/die Leibesſtraffe erlaſſen/und er allein mit ewiger verweiſung obberührter Herrſchafft in Straff genommen werden/ V. R. W. *Quæſtori in* Liechtenſtein/ *M. Febr. An. 1598.* 40

It: Ob gleich der in Hafft genommen *M. K.* nicht geſtändig/daß er ſeine leibliche Mutter ein alt verlebet Weib nicht allein offtmals geſchändet und geſchmähet/ ſondern auch die Hand an ſie geleget/und ſie an ihrem Leib/ Ihrem eygenen Bericht nach/ alſo mit Stoſſen und Tretten beſchädiget/ daß ſie deßwegen nicht trocken liegen kan. Da aber dennoch die abgehörte Zeugen ihre in eurer Frage angezogene Außſage mit ihrem leiblichen Eyde beſtercken würden/ ſo erſchiene darauß ſo viel daß ihr wol befugt/ obbemeldten M. K. von wegen ſolcher Verbrechung mit Staupenſchlägen des Landes ewig zu verweiſen. Man wolte ihme denn/in Anſehung/ daß ſeine Mutter vor ihn gebeten/und er ihr eine Abbitte zu thun ſich erbotten/Gnade erzeigen; Auff den fall bliebe er mit der Staupe billig verſchonet/ und würde mit zeitlicher Landesverweiſung in Straff genommen/ V. R. W. *Iudici Oppidano Merſeburgenſi*, Menſe *Martio, An. 1594.* 41

Iisdem ferè formalibus fuit pronunciatum in caſu ſimili Præfecto Rochlicenſi Menſe Martio, *Anno 1604.*

Reperio tamen Scabinos hanc clauſulam mitigationis pœnæ ad parentum interceſſionem, non ſemel omiſiſſe, vel quod injuria realis nimium atrox fuerit, vel parentes injuriam remittere noluerint; ſic pronunciantes: Hat der Gefangene *M. G.* in ſcharffer Frage bekandt unnd geſtanden/ daß Er ſeinen Vatter mit einem Topff auff den Kopff/ unnd mit dem Stürtzen eines Beſems in Rücken geſtoſſen / auch in der Stuben von einer Wand zur andern geſchleppet/ und alſo die Schäden/ ſo an Ihme befunden werden/ zugefüget/ So wird Er wegen ſolches an ſeinem Vatter verübten Frevels unnd Gewalt mit Staupenſchlägen 42 des Landes ewig billich verwieſen / V. R. W. *Quæſtori Miſnenſi*, Menſe *Aprili*, *Anno 1603.*

43 *It:* Da nun D. Z. der That geſtändig / oder derſelbigen wie recht überwieſen. So möchte er von wegen ſolches an ſeinem Vatter geübten Gewalts / in dem Er Jhn mit einem Meſſer geſtochen / mit Abhauung einer Hand / dero er am beſten entrathen kan / des Landes ewig verwieſen werden / V. R. W. *Quæſtori in* Eckartsberga / M. *Februar.* Anno *1593.*

In caſu ſimili ita reſponſum fuit Senatui *in* Dieben / M. *Iun. An. 1597.*

44 At *Caſu poſteriori*, ob injurias nempè leviores, verbales, vel reales, absque vulneribus illatas, filios Relegatione, vel Carcere, in quo pro ratione circumſtantiarum pane & aquâ cibandi ſunt, ſatis puniri exiſtimavere Scabini, per *l. 2. & 5. ff. ad Leg. Pomp. de parricid. VVeſembec. in parat. ff. eodem. tit. n. 12. in fin.*

Nam & injurias reales leviores Magiſtratui illatas, non gravius coerceri, probatur ex C*onſtit. Elect. 43. part. 4.* In verb. willkührlich mit Verweiſunge / *&c.* Ob rationem itaque identitatis, eandem pœnam hîc obtinere dixerim.

Hinc A. L. qui parentes non modò injuriis verbalibus affecerat, ſed & patrem verberare minatus fuerat, & vitrum plenum cereviſiâ in eum conjecerat, dictata fuit Relegatio perpetua, ad Conſultationem Erneſti à Schönfelds / *Menſ.* *Iul.* Anno *1606.* 45

Carceris verò pœna ad aliquot ſeptimanas, ſæpiùs quoque hoc caſu fuit indicta, ita ut Reus inſuper per aliquot dies pane & aqua cibaretur. Ad conſultationem C*aſpari à* Schönbergs / M. *Novemb. An. 1596.* 46

Quæſtoris in Lauchſtedt / M. *Decembr. Anno 1629.*

P*ræfecti Electoralis Gymnaſii Portenſis*, M. *Febr. An. 1630.*

Finis Partis Secundæ Practicæ Criminalis.

nicht nahmhafftig machen würde/ mit Staupenſchlägen euerer Gerichte ewig verwieſen/ der Vater aber mag denn deßwegen / daß er euch ſolches verſchwiegen/ in ſtraffe nicht genommen werden / V. R. W. *Ad requiſitionem Henrici à* Görßdorff. Menſe *Febr. An. 1589.*

35 At hodiè hæc paululum ſunt immutata, ademptâ enim electione parentibus, ne ſcilicet irâ ac indignatione commoti ſeverius, quàm pár eſt, ſupplicium liberis immorigeris irrogari faciant, Magiſtratus ſive judicis arbitrio committitur, quâ pœnâ arbitrariâ filios protervos & contumaces puniri velit, *Matth. Weſemb. in parat. ff. ad Leg. Pompej. de parricid. numer. 12. in fin.* ubi ita ſcribit: *Cæterùm, ſi quis non occiderit, ſed tantùm impias manus & verbera parentibus intulerit, qua pœna hunc teneri dicemus? Ulpianus ait, pro modo delicti puniendum. l. 1. ff. de obſeq. par. & patr. præſtand. hoc eſt, arbitrariè. l. 3. & 4.* C. *de patr. poteſt. Hodiè plerumque carcere vel relegatione, quam ſuccedere pœnæ* Leg*is huius, ubi ea mitiganda eſt, alibi oſtenditur; l. 2. l. 5. ff. ad Leg. Pompei. de parricid. Vel, (quod tamen durius eſt, nec niſi in atrociſſimis ſequendum) etiam illius manus, quâ percuſſio facta eſt, amputatione hæc injuria vindicari ſolet.* Usque huc Weſemb.

Q. 6. Quomodo puniendi ſint liberi parentibus impiis manus inferentes?

36 Quam ſententiam in pronunciando hactenus ſecuti ſunt *Illuſtriſſimi Dn. Electoris Saxon. Scabini*, diſtinguentes: An injuria parentibus illata fuerit graviſſima & atrociſſima, ut vulneratio, aut percuſſiò lethalis; An verò aliquâ ex parte levior, ut ſi filius patri impias manus intulerit, eum verberando vel pulſando, aut injuriis tantummodò verbalibus eum affecerit.

37 *Priori caſu*, ob injuriam realem gravem atque atrocem parentibus illatam, liberos impios ac protervos fuſtigatione aut amputatione manus plectendos, atque in perpetuum relegandos eſſe, putaverunt. *Tùm*, quod injuria hæc parentibus illata ſit atrox & inſignis, ob quam non modò ad fuſtigationem usque, & pœnam corporis afflictivam; ſed & ad mortis ſupplicium pœnam arbitrariam extendi poſſe, vulgò ſtatuunt *Interpp. Gloſſ. in §. in ſumma* 1c. I*nſtitut. de injur. verb. Extraordinaria. in pr. Felin. in capit. 21. extr. de accuſat. in pr. num. 10. Andr. Tiraquell. in pract. crimin. lib. 1. tit. 3. quæſt. 17. num. 36. Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quæſt cent. 3. caſ. 263. nu. 6. Ægid. Boſſ. in pract. crim. tit. de injur. n. 30. Andr. Gail. lib. 1. obſerv. 39. n. 1.*

38 *Tùm*, quod gravis injuria realis Magiſtratui illata fuſtigatione ac manus amputatione vindicari poteſt. *Conſtitut. Elector. 43. part. 4.* In verb. mit Verweiſung/ Abhauung der Hand/ Staupenſchlagen *&c.* Ergò & injuria realis, parentibus illata, quæ pari pœnâ coercenda, *l. 7. §. atrocem. 8.* In verb. *Perſona atrocior injuria fit, ut cum* M*agiſtratui,* P*arenti, aut* P*atrono fiat, ff. de injur.*

39 *Tùm*, quod jus divinum filios immorigeros ac inobedientes morte puniri vult, *Deuter. 21. verſ. 19.* Ibi: *Lapidibus eum obruet populus civitatis, & morietur; ut auferatis malum de medio veſtri; & univerſus Iſrael audiens pertimeſcat.* Quidni ergò pœnâ initiori, fuſtigationis, vel amputationis manus affici poterunt.

40 *Quo tamen caſu non omne prorſus arbitrium moderandi pœnam promeritam parentibus ademptũ eſſe, voluerunt Scabini, exiſtimantes, ſi parentes injuriam filiis remiſerint, ac pro iis interceſſerint, pœnam quoque corporis afflictivam remittendã, eosq; non niſi arbitrariè; Relegatione temporali vel perpetua puniendos eſſe; idq; juxta l. 3.* C. *de patr. poteſt. quæ pro arbitrio patris filium protervum puniri jubet, reſtringentes hoc arbitrium ad mitigationem tantummodo pœnæ promeritæ. Velutì in caſu injuriæ graviſſimæ realis, patri illatæ, ita pronunciarunt:* So wird *H. S.* von wegen des an ſeinem leiblichen Vatter begangenen Frevels mit Staupenſchlägen / der Herrſchafft und Gerichte des Orts ewig billig verwieſen. Es wolte ihm denn ſein Vatter auff ſeine Abbitte ſolche Verbrechung verzeyhen/ und ſelbſten umb Linderung der Straffe für ihn bitten / auff den fall möchte ihme / in Anſehung des Vatters Vorbitte/ die Leibesſtraffe erlaſſen/ und er allein mit ewiger verweiſung obberührter Herrſchafft in Straff genommen werden/ V. R. W. *Quæſtori in* Liechtenſtein/ *M. Febr. An. 1598.*

41 *It*: Ob gleich der in Hafft genommen *M.* K. nicht geſtändig/ daß er ſeine leibliche Mutter ein alt verlebet Weib nicht allein offtmals geſchändet und geſchmähet/ ſondern auch die Hand an ſie geleget / und ſie an ihrem Leib / Ihrem eygenen Bericht nach / alſo mit Stoſſen und Tretten beſchädiget / daß ſie deßwegen nicht trocken liegen kan. Da aber dennoch die abgehörte Zeugen ihre in eurer Frage angezogene Außſage mit ihrem leiblichen Eyde beſtercken würden/ ſo erſchiene darauß ſo viel daß ihr wol befugt/ obbemeldten M. K. von wegen ſolcher Verbrechung mit Staupenſchlägen des Landes ewig zu verweiſen. Man wolte ihme denn/ in Anſehung / daß ſeine Mutter vor ihn gebeten/ und er ihr eine Abbitte zu thun ſich erbotten/ Gnade erzeigen; Auff den fall bliebe er mit der Staupe billig verſchonet / und würde mit zeitlicher Landesverweiſung in Straff genommen/ V. R. W. *Iudici Oppidano Merſeburgenſi*, Menſe Martio, *An. 1594.*

Iisdem ferè formalibus fuit pronunciatum in caſu ſimili Præfecto Rochlicenſi Menſe Martio, *Anno 1604.*

42 *Reperio tamen Scabinos hanc clauſulam mitigationis pœnæ ad parentum interceſſionem; non ſemel omiſiſſe, vel quod injuria realis nimium atrox fuerit, vel parentes injuriam remittere noluerint; ſic pronunciantes:* Hat der Gefangene *M. G.* in ſcharffer Frage bekandt unnd geſtanden/ daß Er ſeinen Vatter mit einem Topff auff den Kopff/ unnd mit dem Stürtzen eines Beſems in Rücken geſtoſſen / auch in der Stuben von einer Wand zur andern geſchleppet / und alſo die Schäden/ ſo an Ihme befunden werden / zugefüget/ So wird Er wegen ſolches an ſeinem Vatter verübten Frevels unnd Gewalt mit Staupenſchlägen

des Landes ewig billich verwieſen / V. R. W. *Quæſtori Miſnenſi* , Menſe *Aprili*, *Anno* 1603.

43 *It*: Dann D. Z. der That geſtändig / oder derſelbigen wie recht überwieſen. So möchte er von wegen ſolches an ſeinem Vatter geübten Gewalts / in dem Er Jhn mit einem Meſſer geſtochen / mit Abhauung einer Hand/ dero er am beſten entrathen kan / des Landes ewig verwieſen werden / V. R. W. *Quæſtori in* Eckartsberga / M. *Februar*. Anno 1593.

In caſu ſimili ita reſponſum fuit Senatui *in* Dieben/M. *Iun*. *An*. 1597.

44 At *Caſu poſteriori*, ob injurias nempè leviores, verbales, vel reales, absque vulneribus illatas, filios Relegatione, vel Carcere, in quo pro ratione circumſtantiarum pane & aquâ cibandi ſunt, ſatis puniri exiſtimavere Scabini, per *l.2.& 5.ff. ad Leg. Pomp. de parricid. VVeſembec. in parat. ff. eodem. tit. n.12. in fin.*

Nam & injurias reales leviores Magiſtratui illatas, non gravius coerceri, probatur ex C*onſtit. Elect.43.part.4.* In verb. willkührlich mit Verweiſunge / *&c.* Ob rationem itaque identitatis, eandem pœnam hîc obtinere dixerim.

Hinc A.L. qui parentes non modò injuriis verbalibus affecerat, ſed & patrem verberare minatus fuerat, & vitrum plenum cereviſiâ in eum conjecerat, dictata fuit Relegatio perpetua, ad Conſultationem Erneſti à Schönfelds/M*enſ*. *Iul*. Anno *1606*. 45

Carceris verò pœna ad aliquot ſeptimanas, ſæpiùs quoque hoc caſu fuit indicta, ita ut Reus inſuper per aliquot dies pane & aqua cibaretur. Ad conſultationem C*aſpari à* Schönbergs/M. *Novemb. An.1596.* 46

Quæſtoris in Lauchſtedt / M. *Decembr. Anno* 1629.

P*ræfecti Electoralis Gymnaſii Portenſis*, M. *Febr*. *An.1630*.

Finis Partis Secundæ Practicæ Criminalis.

PRACTICÆ NOVÆ IMPERIALIS SAXONICÆ

RERUM CRIMINALIUM

Pars III.

QVÆSTIONVM FERE UNIVERSARVM IN MATERIA

PROCESSVS CRIMINALIS, TAM ORDINARII, QVAM
inquiſitorii, Torturæ, Executionis, & Remiſſionis ac
Mitigationis pœnarum.

EX JURE CIVILI ROMANO, IMPERiali, Saxonico, Ordinat. & Conſtitut. Electoral.

*DECISIONES ABSOLVTAS, RESPONSIS SCABINORVM
Lipſienſium approbatas, & uſu ac obſervantiâ Fori Saxonici
confirmatas exhibens:*

AVTORE

BENEDICTO CARPZOV, JCTO.

Conſiliario Electorali Saxonico, ſupremi Appellationum Iudicii Dresdenſis ac Curiæ provincialis, quæ eſt Lipſiæ, Aſſeſſore, ibidemque Facultatis Iuridicæ Ordinario
& Scabinatus Seniore.

*Editio Quarta correctior, cum Indice Rerum & Verborum
priore multùm locupletiore.*

FRANCOFVRTI ET WITTEBERGÆ,
Sumptibus Hæredum D. TOBIÆ MEVII, & ELERDI SCHVMACHERI.
Typis Balthaſari Chriſtophori Wuſtii, Typogr. Francofurt.

ANNO M. DC. LVIII.

INDEX QVÆSTIONUM, QVÆ IN PARTE TERTIA PARCTICÆ HVIVS CRIMINALIS HABENTUR.

Quæſtio 101.

An pœnas capitales facinoroſis hominibus irrogare liceat Magiſtratui Chriſtiano?

Quæſtio 102.

De differentia pœnarum: Et in ſpecie, quænam cauſæ ac pœnæ in foro Saxonico dicantur criminales & civiles, quæq; delicta atrocia & atrociſſima?

Subquæſtio.

1. *An fuſtigatio & abſciſſio membri ſint pœnæ ſanguinis?* n.10
2. *Quæ ſit differentia cauſarum civilium & criminalium?* n.19
3. *Quænam ſit & dicatur cauſa criminalis (* peinlich*) in foro Saxonico?*
4. *Quænam delicta atrocia, quæque atrociſſima habeantur in foro Saxonico?* n.60
5. *Quænam ſit effectus huius diſtinctionis delictorū nempe atrociſſimorum?* n.67

Quæſtio 103.

Quotuplex ſit Proceſſus cauſarum criminalium: Et An judex ex officio inquirere poſſit ac debeat?

Subquæſtio.

1. *Quot modis in cauſis criminalibus procedatur?* n. 12
2. *Num proceſſus inquiſitorius jure defendi queat?* n.22
3. *Proceſſus inquiſitorius an hodiè ſit remedium ordinarium?* n.50
4. *Num judex ratione officii adverſus delinquentē inquirere teneatur?* n.52

Quæſtio 104.

De Proceſſu Criminali Ordinario: A quibus perſonis, adverſus quos, & coram quo judice inſtitui poſſit ac debeat?

Subquæſtio.

1. *Num Reum delinquentem accuſans vili ac inhoneſto fungatur officio?* n.10
2. *Quinam accuſare prohibeantur?* n.21
3. *Quiſnam ex pluribus accuſatoribus debeat admitti?* n.46
4. *Num ad accuſandum compelli quis poſſit?* n.4
5. *Quænam perſonæ accuſari nequeant?* n.55
6. *Quis habeatur iudex competens in proceſſu criminali ordinario?* n.62
7. *Num Magiſtratus ſuper delicto adverſus ſeipſum commiſſo cognoſcere queat?* n.64

Quæſtio 105.

An & quatenus Procurator tam ex parte accuſatoris, quàm accuſati, in criminalibus intervenire queat?

Subquæſtio.

1. *An pro accuſatore in cauſis criminalibus Procurator queat intervenire?* n.2
2. *Num in cauſa univerſitatis criminali Syndicus admittatur?* n.10
3. *Quale debeat eſſe inſtrumentum Syndicatus?* n.13
4. *An in criminalibus Procurator Rei accuſati admitti debeat?* n.16
5. *Num pro Reo incarcerato Procurator intervenire queat?* n.53
6. *Num pro Rea muliere, Procurator ſeu Curator in litem admittatur?* n.58
7. *Annon defenſor abſentiæ pro Reo admittatur?* n. 64
8. *Num Reus accuſatus ante litis conteſtationē, exceptiones declinatorias aut dilatorias per defenſorem opponere queat?* n.69
9. *Quatenus Reo præſenti in iudicio poſſit Advocatus adiungi in cauſis criminalibus?* n.72
10. *Annon in criminibus levioribus, Procurator Rei debeat audiri?* n.77

Quæſtio 106.

De forma proceſſus ordinarii in cauſis criminalibus.

Subquæſtio.

1. *Quomodo formari debeat libellus accuſatorius in proceſſu criminali?* n.5
2. *Num accuſator in libello accuſatorio ſimul indicia exprimere debeat?* n.19
3. *An indiciis in libello accuſatorio omiſſis, accuſatori delictum non probanti detur regreſſus ad indicia & præſumtiones?* n.26
4. *Num dies & hora commiſſi delicti in libello accuſatorio exprimi debeat?* n.31
5. *Num accuſator in criminali iudicio abſque libello accuſatorio poſſit experiri?* n.36
6. *An & quomodo accuſator in criminali iudicio ſatiſdare debeat?* n.44

7. Num Reo abſoluto adverſus accuſatorem competat actio ad ſatisfactionem injuriæ, refuſionemq; expenſarum? n. 53.
8. An in proceſſu criminali, accuſator teneatur præſtare guarandam? n. 59.
9. Num accuſator poſt guarandam præſtitam, nova ac plura indicia contra accuſatum proponere poſſit? n. 63.
10. Quomodo ſit procedendum adverſus Reum reſpondere nolentem? n. 72
11. An in criminalibus ab accuſatore & accuſato neceſſariò viva voce ſit procedendum, von Munde auß in die Feder? n. 76
12. Cuinam onus probandi incumbat in proceſſu criminali ordinario? n. 81
13. An termino probatorio elapſo, alias probationes & teſtes producere liceat? n. 89
14. Quomodo ſit pronunciandum, ſi accuſator delictum non plenè, ſed ſolummodò indicia ad torturam ſufficientia probaverit? n. 97

Quæſtio 107.

De proceſſu inquiſitorio: quotuplex ſit, quando & in quibus delictis locum habeat, & quomodo formari debeat?

Subquæſtio.

1. Quænam inquiſitio generalis, quæq; ſpecialis dicatur? n. 9
2. Quando & in quibus delictis inquiſitio ſpecialis habeat locum? n. 22
3. An & quando proceſſus Ordinarius in cauſis criminalibus inquiſitoriũ proceſſum excludat? n. 38
4. Num inquiſitoriè ſit procedendum, ſi accuſator ab accuſatione inſtitutâ deſiſtat? n. 45
5. Annô cepta jam inquiſitio impediat ordinarium proceſſum? n. 53
6. Quomodo inquiſitio formari debeat? n. 66
7. Quænã ſint requiſita legitimæ inquiſitionis? n. 72

Quæſtio 108.

De inquiſitione generali, ſive Summariâ: Quando & quatenus de corpore delicti conſtare debeat: Quæque indicia ad inquiſitionem ſpecialem ſint ſufficientia?

Subquæſtio.

1. Qualis debeat eſſe indagatio corporis delicti ad effectum inquirendi? n. 10
2. Qualiter conſtare debeat de corpore delicti quoad effectum torturæ? n. 15
3. Quomodo conſtare debeat de corpore delicti quoad effectum condemnandi Reum ad pœnam mortis? n. 25
4. Quid juris in delictis occultis, & difficilis probationis n. 33
5. In delictis facti tranſeuntis, quomodo de corpore delicti conſtare poterit? n. 36
6. Quænam indicia ad inquiſitionem ſpecialem legitima ſint & ſufficientia? n. 49
7. Notabilia quædam circa inquiſitionem generalem. n. 62

Quæſtio 109.

De differentia Altæ & Baſſæ jurisdictionis in foro Saxon. h. e. Ober und Nieder/ oder Erbgerichten: Quique caſus criminales ad hanc vel illam pertineant?

Subquæſtio.

1. Num ex jure civili de hodierna Magiſtratuum poteſtate & jurisdictione ſit judicandum? n. 4
2. A quonam Magiſtratu formari queat inquiſitio? n. 17
3. Quænam crimina ad ſuperiorem, quæq; ad inferiorem pertineant jurisdictionem? n. 20.
4. Num mulctæ pecuniariæ ſint de fructibus jurisdictionis? n. 41
5. Onus alimentandi infantem expoſitum cuinam Magiſtratui incumbat? n. 45
6. Coercitio ſtupri ac fornicationis num ſpectet ad eum, cui competit alta iurisdictio, die Obergerichte? n. 46
7. Cuinam Magiſtratui debeatur enſis in rixa evaginatus? n. 52
8. Crimen quod relegatione punitur, ad qualẽnam jurisdictionis ſpeciem referri debeat? n. 55
9. An & quatenus inferior, der ErbRichter/ carceris pœnam aut mulctam pecuniariam indicere queat? n. 61
10. Signa iurisdictionalia à quonam Magiſtratu, cuiusq; ſumptibus ſint erigenda? n. 66
11. Num Magiſtratus inferior, der ErbRichter/ Numellas erigere poſſit? n. 73
12. An iudex ſuperior irrequiſito Conſiſtorio Eccleſiaſtico, Numellas muris templorum affigere queat? n. 76
13. Nũ iudex ſuperior in cauſis criminalibus ſubditos iudice inferiore irrequiſito, citare poſſit? n. 80
14. An iudex ſuperior in criminalibus delinquentẽ in territorio, ubi alius habet baſſam iurisdictionem, eo irrequiſito, prehendere & captivum ducere queat? n. 84
15. An indifferenter omnes cauſæ civiles & pecuniariæ ex negotio civili dependentes, ad baſſam pertineant iurisdictionem? n. 86
16. Facta inveſtitura alicuius prædii cum iurisdictione non addita vocula Ober/ vel Nieder/ an omnimoda iurisdictio videatur conceſſa? n. 89
17. An Dominus feudi vaſallum in exercitio iurisdictionis impedire, eoq; irrequiſito, ſubditos ipſius citare queat? n. 94

Quæſtio 110.

De foro competente in cauſis criminalibus.

Subquæſtio.

1. Quodnam Forum dicatur competens, & quotuplex illud ſit? n. 5
2. Num forum dicatur, in quo inchoatum, vel in quo conſummatum fuit delictum? n. 16
3. Quisnam iudex competens homicidii in confinio commiſſi? n. 25

4. Quis

4. Quis iudex ſit competens criminis in via publica perpetrati? n.39
5. An in loco delicti commiſſi adverſus Reum quoque fugitivum, & abſentem queat procedi? n.45
6. An & quando remiſſio delinquentis ad locum delicti fieri debeat? n.54
7. An iudex loci, in quo delinquens deprehenditur, ad inquiſitionem & coërcitionem criminis ſit obſtrictus? n.71
8. Quando & quibus ex cauſis, iudex cõpetens jurisdictionem ſuam exercere prohibeatur? n.77

Quæſtio 111.

De captura & incarceratione Reorum delinquentium.

Subquæſtio.

1. In quibusnam delictis incarceratio Rei habeat locum? n.5
2. Quanam indicia ad incarcerationem ſint ſufficientia? n.22
3. Num ad ſolam partis offenſæ querelam Reus incarcerari poſſit? n.27
4. An inculpatio Socii criminis ſit ſufficiens indiciũ ad incarcerationem? n.32
5. Fuga an faciat indicium ad capturam? n.35
6. Quænam perſonæ incarcerari queant? n.39
7. Qualis carcer eſſe debeat? n.44
8. An judex pœnam Carceris perpetui imponere poſſit? n.56
9. An Carcer ſit pœna? n.63
10. Quæ ſit pœna iudicis iniuſtam capturam & incarcerationem decernentis? n.67
11. Quænam ſit pœna incarcerationis privatæ? n.78
12. Eximens aliquem è carcere, quomodo ſit puniendus? n.84
13. Reus incarceratus carcerem effringens & aufugiens, quam pœnam incurrat? n.90
14. Pœna cuſtodum & carcerariorum, quorum culpa aut negligentia incarcerati aufugiunt? n.99

Quæſtio 112.

De Salvo conductu, & ſatisdatione Rei delinquentis, ad obtinendã ſecuritatem plenariam.

Subquæſtio.

1. Quisnam ſit effectus ſalvi conductus generalis? n.7
2. Quam diu duret ſalvus conductus generalis? n.10
3. Num qualibet citatio contineat in ſe ſalvum conductum generalem? n.15
4. Quid ſit ſalvus conductus ſpecialis? n 20
5. Quinam Magiſtratus ſalvum conductum ſpecialem, ſeu plenam ſecuritatem largiri queat? n.22
6. Quando & in quibus delictis ſalvus conductus ſpecialis concedi debeat Reis? n.30
7. In quonam conſiſtat ſalvus cõductus ſpecialis, quæque eiusdem ſit qualitas & finis? n.53
8 Quamdiu ſalvus conductus ſpecialis ſive ſecuritas plenaria duret? n.59
9. Num per ſententiam ſublato ſalvo conductu, confeſtim Reum prehendere liceat, antequam ſentẽtia tranſeat in rem iudicatam? n 65
10. Quomodo puniatur offendens Reum ſalvum conductum habentem? n.76
11. An Reus crimen confeſſus, non obſtante ſalvo conductu, confeſtim prehendi & puniri poſſit? n.82
12. Quantam cautionem Reus, ſalvum conductum petens, præſtare debeat? n.92
13 Num & cautio pignoratitia admittatur? n.98
14. Cautio iuratoria quando ſit admittenda? n.104
15. Cuinam debeatur pecunia cautionis, in caſu Rei non exhibiti? n.109
16. Num ſingulis vicibus, quibus emanſerit Reus, pecunia cautionis exigi poſſit? n.117
17. An Reo emanente, pecunia cautionis ipſo iure ſit commiſſa, ac proinde ſtatim executivè contra fideiuſſores procedi poſſit? n.126
18. Num pœna cautionis à fideiuſſoribus ſoluta, adverſus Reum fugitivum nihilominus criminaliter ſit procedendum? n.131

Quæſtio 113.

De Examine inquiſiti: Vbi agitur de formatione articulorum inquiſitionalium, ac reſponſione inquiſiti.

Subquæſtio.

1. An & quare examen inquiſiti ſit requiſitum ſubſtantiale inquiſitionis legitimæ? n 6
2. Qualis interrogatio iudicis de crimine commiſſo eſſe debeat? n.15
3. Quomodo articuli inquiſitionales ſint formandi? n.32 n.37
4. An judex ad eruendam veritatem ſimulationibus uti queat? n 37
5. Num iudex Reum examinans, minas addere poſſit de torquendo eo, ſi verum fateri nolit? n.47
6. An fas ſit iudici, promiſſione impunitatis à Reo veritatem elicere? n.50
7. Quomodo Actuarius iudicii, inquiſiti reſponſionem conſignare debeat? n.52
8 Qualis Reſponſio inquiſiti eſſe debeat? n.54
9. Quid ſi Reus categoricè vel prorſus reſpondere nolit? n.56

Quæſtio 114.

De probatione delictorum: Quales & quotnam teſtes in cauſis criminalibus requirantur: Quæque & qualis eorundem depoſitio eſſe debeat?

Subquæſtio.

1. Num examen teſtium ſemper debeat eſſe articulatum; n.8
2. An facta probatione in proceſſu inquiſitorio, novos articulos formare, novosque teſtes producere liceat. n.13
3. An inquiſiti interrogatoria ad articulos probatoriales ſint admittenda? n.18
4. Quinam teſtes dicantur idonei in cauſis criminalibus, & quibus caſibus inidonei admittantur? n.26

5. Num mulier ad teſtificandum admittatur in criminalibus? n.39
6. Quænam ætas idoneum faciat teſtem in cauſis criminalibus: n.41
7. Quotnam teſtes in foro Saxonico ſufficienter probent delictum. n.50
8. Qualisnam atteſtatio ſeu depoſitio teſtium eſſe debeat: n.57
9. Num teſtis haud juratus & examinatus denuo jurare, & examinari debeat? n.67
10. Confrontatio teſtium cum inquiſito an ſemper ſit neceſſaria? n.75
11. Atteſtationes teſtium quomodo debeant cõſignari? n.80

Quæſtio 115.

De Remedio defenſionis: ac quomodo in probatione & deductione innocentiæ ritè ſit procedendum?

Subquæſtio.

1. An pater filii, frater fratris, aliaq; coniunctæ perſonæ Rei conſanguinei ſui innocentiam deducere valeant? n.6
2. Num iudex defenſiones inquiſiti ex officio quærere & ſupplere debeat? n.13
3. An inquiſitus innocentiam ſuam probare volens admittendus ſit, antequam ad articulos inquiſitionales reſponderit? n.23
4. Num Reus delictum jam confeſſus ad probationẽ innocentiæ ſit admittendus? n.30
5. An inquiſitus ad probationem defenſionis ſemel admiſſus, non probata ea, denuò admitti debeat? n.35
6. Quidnam pro obtinenda innocentia Reus probare debeat? n.39
7. Quibus modis in deductione innocentiæ in foro Saxonico ſit procedendum? n.69
8. An in probatione defenſionis, credendum ſit teſtibus non iuratis? n.79
9. Quodnam temporis ſpatium dandum ſit inquiſito ad deductionem innocentiæ? n.85
10. Num ad deducendam inquiſiti, Advocatus intervenire queat? n.88
11. An inquiſito defenſionem ſuam deducenti danda ſit Copia Actorum inquiſitionalium? n.99

Quæſtio 116.

De Transmiſſione Actorum ad Collegium jurisperitorum: Et quomodo procedendum ſit, crimine plenè non probato?

Subquæſtio.

1. Quare Acta Criminalia iudicio ICtorum ſubmittenda, ab iisq; ſententia expetenda ſit? n.4
2. Num Reus de crimine convictus morte puniri queat, licet hoc confeſſus non fuerit? n.36
3. An & quando Reus ex præſumptionibus condemnari queat? n.51
4. An Reus cui purgationis juramentum fuit iniunctum, illius evitandi cauſa ad innocentiæ probationem admitti debeat? n.64
5. Impoſito juramento purgationis Reo, num juramẽtum calumniæ ab adverſa parte exigi poſſit? n.72
6. Quisnam ſit effectus juramenti purgationis? n.77

Quæſtio 117.

De Tortura, ut & generibus ac gradibus Tormentorum.

Subquæſtio.

1. Quidnam propriè ſit Quæſtio & quomodo definiatur? n.12
2. Cuinam Magiſtratui competat poteſtas torquendi Reos? n.19
3. Quænam tormentorum genera in foro Saxonico uſu probata atque recepta ſint: n.40
4. Quotnam gradus extent torturæ in foro Saxonico & quomodo ab invicem diſtinguantur. n.47
5. Quale moderamen iudex in dictandis tormentorum gradibus adhibere debeat. n.68

Quæſtio 118.

Quænam perſonæ à tormentis & quæſtionibus ſint exemptæ?

Subquæſtio.

1. Quænam perſonæ tormentis ſubjici queant? n.2
2. Num impuberes à tormentis ſint exemti? n.10
3. Quatenus Furioſi & Melancholici à tortura ſint exemti? n.16
4. Surdus & mutus an torqueri poſſit? n.21
5. Quando cœcus torqueri prohibeatur? n.25
6. Quid de minoribus habendum. n.29
7. An & quando Senes poſſint torqueri? n.35
8. Valetudinarii quatenus torqueri prohibeantur? n.46
9. An & quatenus fœminæ prægnantes atque puerperæ à tormentis ſint exemptæ? n.51
10. An perſonæ Illuſtres, milites, Nobiles atque Doctores torqueri poſſint? n.65
11. Quando & in quibus caſibus hæ perſonæ hodiè tormentis ſubjiciantur? n.86
12. An Clerici, Magiſtri & Studioſi tormentis interrogari queant? n.98

Quæſtio 119.

Quando & in quibus cauſis tortura locum habeat?

Subquæſtio.

1. In quibusnam delictis tortura Reo ſit indicenda? n.7
2. Quando in delictis, quorum pœna arbitraria eſt, judex ad torturam devenire queat? n.16
3. An & quando judex ad torturam poſſit procedere adverſus maritum, adulterii ſimplicis inſimulatũ cui Uxor vult remittere? n.23
4. An & quando mercatores falliti tormentis ſubjici queant? n.38
5. An & quando teſtes poſſint torqueri? n.46
6. Num in delictis, quorum pœna corporis afflictiva non eſt, locum habeat territio. n.52

7. *An neceſſariò conſtare debeat de corpore delicti, antequam ad torturam deveniatur?* n.54
8. *Num Reus de crimine aliquo convictus ſeu confeſſus, ſuper aliis delictis torqueri poſſit?* n. 68

Quæſtio. 120.

De incertis, ſeu veriſimilibus indiciis, omnibus delictis communibus, quorum neutrum per ſe ſufficiens eſt ad torturam.

Subquæſtio.

1. *Quidnam & quotuplex ſit indicium?* n. 6
2. *Fama quale faciat indicium?* n. 17
3. *Num indicium oriatur ex eo, quod quis in loco delicti fuerit deprehenſus?* n.30
4. *Converſatio cum hominibus facinoroſis quatenus faciat indicium ad torturam?* n. 35
5. *Inimicitia capitalis num faciat indicium?* n. 43
6. *Quænam dicatur inimicitia capitalis, & quid de inimicitia reconciliata habendum?* n. 44
7. *Spes lucri aut commodi alicuius num faciat indicium?* n. 49
8. *Inculpatio vulnerati qualenam faciat indicium ad torturam?* n.50
6. *An & quatenus Fuga præbeat indicium ad quæſtionem habendam?* n.60
10. *Qualenam indicium ad torturam faciat variatio Rei?* n.71
11. *Quatenus titubatio & trepidatio Reum faciant ſuſpectum?* n.77
12. *Quid habendum de indicio deſumto ex Phyſiognomia?* n. 79
13. *Taciturnitas inculpati num faciat eum ſuſpectum?* n. 81
14. *Occultatio delicti an & quale faciat indicium?* n.83
15. *Quid habendum de collocutione in aurem?* n.68

Quæſtio 121.

De indiciis certis & propinquis, omnibus indifferenter delictis cõmunibus, quorum unumquodq; per ſe ad quæſtionem habendam ſufficiens eſt.

Subquæſtio.

1. *Re alicujus in loco delicti commiſſi reperta, quale inde indicium adverſus eum oriatur?* n.4
2. *Num ſemiplena probatio per unicum teſtem, ſufficiens faciat indicium ad torturam?* n.10
3. *Nominatio conſocii criminis quale faciat indicium adverſus nominatum?* n.20
4. *Quatenus fas ſit iudici interrogare Reum de ſociis commiſſi criminis?* n. 23
5. *Quale indicium ad torturam faciat confeſſio Rei extraiudicialis?* n.41
6. *Minæ an & quando faciant indicium?* n. 50
7. *Transactio cum offenſo quando indicium faciat ad torturam?* n.56
8. *Auxilium facinoroſis præſtitum, an & quando ſufficiens ſit ad torturam indicium?* n. 61

Quæſtio 122.

De indiciis, quæ ſingulis criminibus peculiaria, & ad torturam inferendam ſufficientia habentur.

Subquæſtio.

1. *Quænam ſint indicia principaliora ad torturam ſufficientia in crimine homicidii?* n. 2
2. *Indicia homicidii, in rixa commiſſi, quænam ſint?* n. 11
3. *Indicium Veneficii quodnam?* n.15
4. *Quænam ſuſpiciones Reum de infanticidio ſuſpectum reddant?* n.19
5. *An ſufficiens ad torturam ſit indicium, ſi cadaver hominis occiſi in præſentia eius, qui de homcidio ſuſpectus eſt, ſanguinem effundat?* n. 28
6. *Num ſepultura faciat indicium de homicidio contra ſepelientem?* n. 38
7. *Furti & Rapinæ indicia communiora quænam ſint?* n. 39
8. *Quænam ſuſpiciones de crimine ſortilegij quem ſuſpectum faciant?* n.60
9. *Indicia* Adulterij *& Stupri quænam ſint?* n.70
10. *An confeſſio adulteri faciat indicium adverſus coadulterantem?* n.77
11. *Incendii indicia quænam?* n.80
12. *Proditionis indicium.* n.83
13. *Indicium Falſificationis Monetæ.* n. 84

Quæſtio 123.

In qua traduntur Regulæ quædam generales circa materiam indiciorum eorumq; probationem benè notandæ?

Subquæſtio.

1. *An ſemper neceſſariò præcedere debeant indicia legitima, antequam deveniatur ad torturã?* n.1.
2. *Num Reus absq; indiciis præcedentibus tortus, & crimen confeſſus condemnari queat, indiciis ſupervenientibus ac confeſſione ratificata?* n. 8
3. An *iudex Reum terrere poſſit tormentis abſque indiciis præcedentibus?* n. 21
4. *Quid iuris, ſi tortura per reſcriptum Principis decernatur?* n. 23
5. *Quænam indicia ad torturam inferendam ſufficientia & legitima habeantur?* n. 27
6. *Quotnam indicia requirantur ad decernendam torturam?* n. 56
7. *Quot teſtibus indicia debeant probari?* n. 43
8. *Quibus in caſibus probatio indiciorum per unicum teſtem facta ſufficiat?* n.50
9. *Num indicia ad torturam probata à Reo elidi ac tolli queant?* n. 61

Quæſtio 124.

De Actu Torruræ: & modo ipſo executionis, nec non de examine Rei ſub tormentis.

Subquæſtio.

1. Quonam tempore executio torturæ fieri debeat? n. 2
2. Num ſemper ante executionem torturæ, Reus de ſpontanea confeſſione ſit interpellandus? n. 9
3. Quisnam ex pluribus delicti complicibus primò torqueri debeat? n. 13
4. Qualenam moderamen iudices in executione torturæ adhibere debeant? n. 26
5. Num in ipſo torturæ actu Reus ſit examinandus? n. 26
6. Examen Rei in tortura qualenam eſſe debeat? n. 30
7. Quatenus ac quomodo tortus de circumſtantiis criminis debeat interrogari? n. 37
8. An Reus ob certum aliquod delictum tortus, incidenter ſaltem de alio crimine queat interrogari? n. 52
9. Quid ſi circumſtantiæ criminis à torto prolatæ deprehendantur falſæ & confictæ? n. 62
10. Qualiter, & à quonam executio torturæ conſignari debeat? n. 64

Quæſtio 125.

De Effectu Torturæ: & quando ac quoties Reus ob unum idemque delictum in quæſtionem repeti poſſit?

Subquæſtio.

1. An Reus, qui criminis indicia per torturam purgavit, definitivè ſit abſolvendus? n. 4
2. Num Reus de crimine aliquo probationibus convictus, & poſtea tortus crimen negans, abſolvi debeat? n. 17
3. Quando denuò tortura ſit decernenda ac repetenda? n. 39
4. Quænam dicantur nova indicia? n. 42
5. Quoties ob unum idemque delictum in quæſtionem repeti poſſit Reus? n. 47
6. Num ſemel tortus ex novis indiciis terreri poſſit? n. 60
7. An territio præcedens connumeretur inter ſpecies torturæ, quando agitur de repetitione tormentorum? n. 62
8. Quomodo adverſus Reum ſit procedendum, ſi poſt ſecundam vel tertiam torturam nova appareant indicia? n. 72

Quæſtio 125.

De Ratificatione Confeſſionis in tortura factæ: Et quomodo procedendum, ſi Reus confeſſionem ſuam revocet?

Subquæſtio.

1. Num Reus in tormentis confeſſus de nullitate torturæ excipiens ſit audiendus? n. 8
2. Quænam Confeſſio dicatur veritati conſentanea? n. 12
3. Qualisnam debeat eſſe ratificatio confeſſionis, quæque eiusdem ſint requiſita? n. 17
4. Num Reus confeſſionem revocans, abſque aliis novis indiciis torqueri queat? n. 40
5. Quoties Reus confeſſionem revocans in quæſtionem repeti poſſit? n. 49
6. Quomodo procedendum adverſus Reum, qui ſecunda vel tertia vice tortus confeſſionem ſuam revocat? n. 54
7. Num abſolvendus ſit Reus in executione ipſa confeſſionem revocans? n. 63
8. Quisnam ſit effectus inſtrumenti ſuper confeſſione Rei, eiusq; ratificatione confecti? n. 69
9. Quomodo procedendum ſit adverſus Reum, qui ad ratificandam confeſſionem ductus prorſus non vult loqui ac reſpondere? n. 73

Quæſtio 127.

De Pæna iudicis, Reum iniuſtè torqueri facientis.

Subquæſtio.

1. An & quando judex ob iniuſtam torturam, pænã ultimi ſupplicii incurrat? n. 3
2. Quænam actio competat Reo adverſus iudicem ob iniuſtam ſibi illatam torturam? n. 14
3. Actio iniuriarum ob iniuſtam torturam an ſit perpetua? n. 21
4. Num & Reo innocenti, legitimè tamen torto, detur actio adverſus iudicem? n. 24
5. Qua pœna teneatur iudex de iniuſta tortura convictus? n. 33
6. Quatenus Vrpheda à torto præſtita actionem adverſus iudicem impediat? n. 46

Quæſtio 128.

De variis pœnarum ac ſuppliciorum mortis generibus.

Subquæſtio.

1. Quomodo diſtinguantur pœnæ in foro Saxonico? n. 4.
2. Quænam ſint genera pœnarum mortis ſeu ultimi ſupplicii in foro Saxonico? n. 33
3. Quibus modis pœnæ mortis quandoq; aggravētur? n. 57

Quæſtio 129.

De variis pœnarum corporis afflictivarum generibus.

Subquæſtio.

1. Quænam pœnæ corporis afflictivæ in terris Saxonicis uſu receptæ ſint? n. 13
2. Pœna amputationis membri in ſententia poſita, de quonam membro accipi debeat? nu. 43
3. An Numellæ referantur inter pœnas corporis afflictivas? n. 50

Quæſtio 130.

De Pœnis civilibus, ac in ſpecie de pœna Relegationis.

Subquæſtio.

1. Indicta relegatione indefinitè, an in perpetuum, an verò ad certum tempus Reus debeat relegari? n. 16
2. Num Relegatus ab una civitate, cenſeatur relegatus à tota Provincia: n. 21
3. Num Relegatus ex Provinciis Electoratus Saxon.

xon. cenſeatur quoque bannitus ex Epiſcopatibus Martisburgenſi, Miſnenſi & Numburgenſi, & viceverſa? n.34
4. Quomodo procedendum adverſus Reum, qui relegatus non vult emigrare, nec Vrphedam præſtare? n.38
5. Num mulier teneatur ſequi virum bannitum ex ſuo delicto? n.44
6. An Relegati ſigno in fronte inuſto notari debeant? n.49
7. An Relegati iura civitatis amittant? n.52
8. Quid habendum de impoſitione venditionis ac emigrationis ex pago aliquo certo? n.56

Quæſtio 131.

De Subiectis pœnarum: Vbi agitur de Damno à brutis animalibus dato: Et num in cadavera Reorum in reatu mortuorum ſit animadvertendum?

Subquæſtio.

1. An & quando liberi & heredes noxiorum teneantur? n.2
2. Quando adverſus bruta animalia quid ſtatuendum ſit? n.16
3. Datio bruti animalis noxæ quando locum habeat in foro Saxonico? n.19
4. Pæna habentis animalia ferocia, aut canem efferocem, damno ab iis dato? n.23
5. Quando & quibus caſibus in cadavera Reorum mortuorum ſit animadvertendum? n.34

Quæſtio 132.

De Cumulatione pœnarum: Et an pluribus atq; diverſis delictis exiſtẽtibus, pluribus quoq; & diverſis pœnis ſit locus?

Subquæſtio.

1. Si plura concurrant delicta, quæ ſingula morte puniuntur, quodnam ſupplicii genus Reo debeat irrogari? n.19
2. An Reus ultimo ſupplicio plectendus, ob alia delicta, pœna quoque corporis afflictiva affici poſſit? n.62
3. Num Reus ob plura & diverſa crimina perpetrata, pluribus quoque & diverſis pœnis corporalibus ſit afficiendus? n.67
4. An omnis pœna corporalis ſibi adiunctam habeat relegationem perpetuam? n.74
5. An pœna corporis afflictiva cum pœna civili queat cumulari? n.76
6. Num ob diverſa delicta concurrentia, plures ac diverſæ pœnæ civiles Reo coniunctim ſint infligendæ? n.78

Quæſtio 133.

De Arbitrariis ſeu Extraordinariis pœnis?

Subquæſtio.

1. Arbitraria ſeu extraordinaria animadverſio in quibusnam pœnis conſiſtat? n.12
2. An pœna arbitraria ad mortem usque extendi queat? n.19
3. Quænam iuſta & æqualis ſit proportio inter pœnas arbitrarias? n.45
4. Cuinam cõpetat electio in pœnis arbitrariis alternativis? n.49
5. An pœnæ à iudice duplicata, vel triplicata, omnes coniunctim pœnæ à Reo exigi queant? n.54
6. Quam pœnam Reus hoc caſu ſolvere teneatur? n.57

Quæſtio 134.

De pœna Luſorum ac Receptatorum hominum facinoroſorum.

Subquæſtio.

1. Quæ ſit pœna exercentium ludos prohibitos? n.17
2. Quando & quinam ludi prohibiti non ſint? n.28
3. Quæ ſit pœna receptantium homines facinoroſos? n.37
4. An Parentes, Cognati vel affines Reum latitantẽ indicare, vel ignorantiam iuramento purgare teneantur? n.52
5. Conſcii delictorum quomodo & quando puniri debeant? n.59

Quæſtio 135.

De Effectibus condemnationis, confiſcatione bonorum, & infamia Rei condemnati.

Subquæſtio.

1. An condemnati ad mortem, contrahere & de bonis ſuis diſponere poſſint? n.11
2. Num Reus ad mortem condemnatus hereditatis ſibi dilatæ ſit capax? n.13
3. Num Reus ultimo punitus ſupplicio, bona ſua ad heredes ab inteſtato transmittat? n.15
4. An Reus ad mortem condemnatus teſtamentum facere queat? n.17
5. In quibusnam caſibus & delictis confiſcatio bonorum etiamnum hodie locum habeat? n.25
6. Num filio interficienti patrem ſuum, hereditas paterna auferenda & fiſco applicanda ſit? n.34
7. An in crimine læſæ maieſtatis Fiſcus præferatur creditoribus & uxori Rei condemnati? n.42
8. Quando & quænam pænæ famam Rei commaculent? n.49
9. Quamdiu infamia ex Relegatione duret? n.58

Quæſtio 136.

De Forma & Proceſſu iudicii Criminalis & Bannitorii, von Hegung und Haltung deß hochnothpeinlichẽ Halß und Achtgerichts.

Subquæſtio.

1. Quomodo formari debeat iudicium criminale in foro Saxonico, quæque eiusdem ſint requiſita? n.8
2. Quas ob cauſas, executio pœnæ requirat eiusmodi ſolennem iudicii criminalis formam & conſtitutionem? n.43

3. Quo-

3. *Quomodo differant in foro Saxonico* peinlich Halßgerichte / *&* hochnothpeinlich Halßgerichte? *n.* 53
4. *Qualiter formari debeat judicium criminale,* das peinliche Halßgerichte *crimine iam pernoctato?* *n.* 64
5. *Quomodo differat judicium criminale in crimine jam pernoctato formatum, à Iudicio Bannitorio formato antequam crimen pernoctaretur?* *n.* 73
6. *Quando locum habeat judicium Bannitorium* das Achtgerichte/*quæque eiusdem ſint requiſita?* *n.* 90
7. *An in iudicio bannitorio proclamatio Rei* das Zettergeſchrey *omitti queat?* *n.* 109
8. *An iudicium bannitorium ſalvo proceſſu criminali, planè intermitti poſſit?* *n.* 113

Quæſtio 137.

De executione Pœnarum, eiuſque formâ & proceſſu.

Subquæſtio.

1. *Quando & quibus ex cauſis executio pœnæ ſit differenda?* *n.* 11
2. *Quando & quare executio pœnæ tempeſtivè Reo ſit denuncianda?* *n.* 35
3. *Quomodo procedẽdum ſit, ſi Reus ad mortem condemnatus nolit pœnitere, peccata confiteri, & ad gratiam Dei confugere?* *n.* 46
4. *Carnifex qualis eſſe debeat?* *n.* 49
5. *Carnifice deficiente, num iudex aliquem cogere poſſit, ut ſit executor?* *n.* 53
6. *Carnificis officium num ſit famoſum?* *n.* 55
7. *Quomodo Carnifex expedire debeat actum executionis?* *n.* 60
8. *Quæ ſit pœna Carnificis executionem non rectè peragentis?* *n.* 67
9. *Cadavera punitorum an ſepeliri debeant?* *n.* 69
10. *An Cadavera punitorum Medicis rectè concedantur ad anatomiam?* *n.* 72

Quæſtio 138.

De Sumtibus Cauſarum Criminalium, quisnam hoſce ſolvere teneatur?

Subquæſtio.

1. *An & quando Reus expenſas in proceſſu criminali factas refundere teneatur?* *n.* 6
2. *Cuiusnam ſumptibus incarceratus eſt alendus?* *n.* 20
3. *Ad probationem defenſionis & deductionem innocentiæ, quisnam ſumptus ſuppeditare debeat?* *n.* 25
4. *Mortuo Reo ante executionem pœnæ, num eiusdem heredes expenſas litis refundere teneantur?* *n.* 31
5. *Quando & quibus caſibus Magiſtratus ex officio ſumptus criminales ſufferre debeat?* *n.* 39
6. *In Proceſſu Criminali ordinario quisnam ſumptus ſuppeditet?* *n.* 54
7. *Quando & quibus caſibus ſubditi expenſas cauſarum criminalium ferre teneantur?* *n.* 69
8. *An ſumptus Criminales à ſubditis perſolvendi, in concurſu creditorum præ aliis debitis prærogativam quandam habeant?* *n.* 83

Quæſtio 139.

An & quando in cauſis Criminalibus appellare & leuterare liceat?

Subquæſtio.

1. *An etiamnum hodiè liceat appellare in proceſſu inquiſitorio?* *n.* 14
2. *Num hodiè liceat leuterare in proceſſu inquiſitorio?* *n.* 28
3. *An in proceſſu Criminali Ordinario Appellatio & Leuteratio admittatur?* *n.* 31
4. *An non loco Appellationis & Leuterationis in proceſſu inquiſitorio admittatur defenſio inquiſiti?* *n.* 37
5. *Num pendẽte Appellatione Reus incarcerari debeat?* *n.* 42

Quæſtio 140.

De Banno, eiuſque proceſſu uſitato in foro Saxonico **vom Achts-Proceß.**

Subquæſtio.

1. *Quidnam ſit Bannum & unde dicatur?* *n.* 8
2. *Quodnam dicatur, & quale ſit Bannum Imperiale,* deß heiligen Reichs Acht? *n.* 18
3. *Bannum iuris Saxonici adverſus delinquentes fugitivos, quale & quotuplex ſit?* *n.* 34
4. *Quando & quibus in cauſis Bannum hoc Saxonicum locum habeat?* *n.* 41
5. *Quæ ſit forma proceſſus bannitorii in foro Saxonico adverſus delinquentes fugitivos?* *n.* 57
6. *Qualis debeat eſſe citatio in proceſſu Banni?* *n.* 61
7. *Quomodo procedendum adverſus Bannitum ad Bannum ſuperius,* in die Oberacht? *n.* 77
8. *Quinam ſit effectus banni primi ſeu inferioris in foro Saxonico?* *n.* 94
9. *Num bannitus deprehenſus in Provincia judicis bannientis, ſtatim condemnari queat, etiamſi confeſſus aut convictus non ſit?* *n.* 99
10. *An & quomodo Bannitus à banno primo ſe liberare poſſit?* *n.* 106
11. *Effectus banni ſuperioris,* der Oberacht *quisnam ſit?* *n.* 111
12. *An Reus in Bannum ſuperius declaratus amittat etiamnum hodiè bona ſua?* *n.* 117
13. *Num quis bannitum impunè occidere poſſit?* *numer.* 131

Quæſtio 141.

An & quãto tempore delicta præſcribantur?

Subquæſtio.

1. *Quanto temporis ſpatio in foro Saxonico delicta præſcribantur?* *n.* 11
2. *Num & inquiſitio tollatur præſcriptione vicennali?* *n.* 18
3. *An tempus præſcriptionis in delictis currat ignoranti?* *n.* 24
4. *Num iudex ſupplere debeat exceptionẽ præſcriptionis, etiamſi Reus eam non allegaverit?* *n.* 29

5. *Quanto temporis ſpatio præſcribatur adulterio.* *n.* 40
6. *Stuprum, fornicatio, quanto tempore præſcribātur?* *n.*46
7. *Quanam præſcriptione tollantur crimina excepta & enormia?* *n.*52
8. *Num Reo abſente, & in fuga perſeverante, currat interim præſcriptio?* *n.*55
9. *An præſcriptio vicennalis in foro Saxonico de momento in momentum currat?* *n.*61
10. *An pœna Ordinaria ſit mitiganda ob diuturnitatem temporis?* *n.*70

Quæſtio 142.

An & quando judex pœnam alicuius delicti ordinariam mitigare, ac in mitiorem quandam pœnam commutare poſſit?

Subquæſtio.

1. *An & quomodo iudex pœnam mitigans ordinariam, in ſententia cauſam mitigationis exprimere debeat?* *n.*53

Quæſtio 143.

An & quando propter ætatem tenellam infantum, impuberum atque minorum, pœna ſit remittenda, vel mitiganda?

Subquæſtio.

1. *Infans num ex delicto obligetur, & pœnam incurrat?* *n.* 9
2. *Quatenus obligentur ex delictis impuberes doli capaces?* *n.*21
3. *Puellæ quando dicantur puberes in materia delictorum?* *n.*26
4. *Qualiſnam pœna Reo impuberi poſſit irrogari?* *n.* 35
5. *Quando impubes ultimi ſupplicii pœnâ affici poſſit* *n.*48
6 *An & quatenus minorennitas delinquentem à pœna ordinaria excuſet.* *n.* 61

Quæſtio 144.

Quatenus ob ſenectutem corporiſque debilitatem, pœna mitigari debeat?

Subquæſtio.

1 *An Senectus delinquentem à pœna ordinaria excuſet?* *n.*12
2. *An & quando ſenes à pœna corporis afflictivâ ſint immunes?* *n.*26
3. *An non ſenes ob ætatem decrepitam deliri mitius puniri debeant?* *n.*34
4. *Adverſa valetudo quatenus delinquentem à pœna excuſet?* *n.*40

Quæſtio 145.

Num Furor & Melancholia cauſā præbeant mitigationi pœnæ?

Subquæſtio.

1. *An furioſus ex delicto obligetur, & pœnam incurrat?* *n.*9
2. *Quomodo furor probetur?* *n.*28
3. *Furioſus habens intervalla, ſi remiſſo furore deliquerit, num puniri queat?* *n.*33
4. *Num furor præteritus delinquentem à pœna excuſet.* *n.*39
5. *An furioſus in carcere & vinculis ſit cuſtodiendus* *n.*41
6. *Quid ſi furioſus ſua culpa in furorem incidit, nec alias omnis culpæ expers fuit?* *n.* 46
7. *An & quando Melancholicis delinquentibus pœna ordinaria ſit remittenda?* *n.* 53

Quæſtio 146.

An & quatenus ebrietas delinquētem à pœna ordinaria excuſet?

Subquæſtio.

1. *An ebrietas pœnam mereatur?* *n.*22
2. *Num ebrietas immodica delinquentem à pœna excuſet?* *n.*32
3. *Modica & levis ebrietas, quæ mentis alienationem non inducit, an juvare queat delinquentem* *n.*48
4. *Quid ſi delinquētem ceſſante ebrietate non pœniteat delicti, in ebrietate commiſſi?* *n.* 55
5. *Quid juris in ebrio, qui ſciens ſe ſolitum in ebrietate delinquere, non abſtinuit à vini immodica potatione?* *n.*58
6. *Quomodo probari debeat ebrietas delinquentis?* *n.* 61

Quæſtio 147.

An delinquens mutus & ſurdus mitius puniri debeat: Et num calor iracundiæ Reum à pœna ordinaria excuſet?

Subquæſtio.

1. *Mutus & ſurdus delinquens quando pœna delicti ordinaria ſit plectendus?* *n.*13
2 *Quid habendum de muto ac ſurdo, qui perfectum non habet intellectum?* *n.*26
3 *Quid ſi mutus ac ſurdus de crimine teſtibus convinci nequeat?* *n.*30
4. *An & quando calor iracundiæ cauſam det mitigationi pœnæ?*

Quæſtio 148.

Quatenus Tranſactio cum parte offenſa inita: Nobilitas Rei delinquentis: Et delicti incertitudo mitigent pœnam?

Subquæſtio.

1. *An tranſactio cum parte offenſa facta præiudicet Magiſtratui, quo minus pœnam delinquenti irrogare queat?*
2. *An tranſactio cum Magiſtratu facta, liberet Reũ à pœna?* nu. 15.
3. *Num tranſactione cum parte offenſa inita, locus ſit pœnæ ordinariæ?* num. 23
4. *An propter dignitatem delinquentis, generiſque Nobilitatem, pœna ſit mitiganda?* n. 32.
5. *Quatenus incertitudo corporis delicti mitiget pœnam?* n. 42
6. *Quomodo de corpore delicti conſtare debeat, antequam Reus ad mortis ſupplicium condemnetur* num. 45

Quæſtio 149.

In qua referuntur quinque aliæ cauſæ minuendi pœnam: Nempe, promiſsio mitigationis ſupplicii ad extorquendam confeſsionem: Spontanea confeſsio: Diutina in carceribus detentio: Interceſsio puellæ Reum condemnatum in matrimonium petentis: Et peritia, vel inſigne artificium delinquentis?

Subquæſtio.

1. *An promiſſa impunitate adveritatem eruendam Reo confeſſo pœna ordinaria ſit irroganda?* n. 9
2. *Quatenus ſpontanea confeſſio mitiget pœnam?* n. 23
3. *Num diutina Rei in carceribus detentio mitiget pœnam?* n. 43
4. *An & quando ad interceſſionem puellæ condemnatorum in matrimonium petentis, venia ei ſit tribuenda.* n. 53
5. *Peritia delinquentis vel inſigne aliquod eiudem artificium quatenus mitiget pœnam.* n. 62

Quæſtio 150.

An & quatenus Magiſtratus ex poteſtate abſoluta Reis facinoroſis veniam dare poſſit?

Subquæſtio.

1. *An Principes, aliiq; Status Imperii & Magiſtratus Superiores quibus Regalia competunt, ex poteſtate abſoluta Reis pœna veniam indulgere queant?* n 8
2. *Num Princeps pœnam homicidii, lege divina ſancitam, Reo delinquenti remittere poſſit?* n. 31
3. *Quando Princeps veniam Reis dare debeat?* nu. 44
4. *An Magiſtratus inferiores merum habentes Imperium criminis admiſſi gratiam Reis facere, iiſque pœnam mortis remittere queant?* n. 49
5. *Num Magiſtratus inferior merum habens Imperium, ſupplicium quoddam mortis in aliam, ac mitiorem mortis pœnam commutare poſſit.* n. 58
6. *Num Magiſtratus merum habens Imperium, fuſtigationem remittere, ac in mitiorem pœnam commutare poſſit?* n. 75
7. *Num Magiſtratus inferior pœnas civiles remittere, aut mitigare poſſit?* n. 85
8. *An Magiſtratus inferior in crimine adulterii, à coniuge innocente remiſſi, Relegationem in mulctam pecuniariam convertere queat?* n. 91

PRACTICÆ NOVÆ IMPERIALIS SAXONICÆ RERUM CRIMINALIUM,

PARS TERTIA,

QUÆSTIO CI.

An pœnas Capitales facinoroſis hominibus irrogare liceat Magiſtratui Chriſtiano?

SUMMARIA.

1. *Præſtabilius eſt crimina impedire, quàm punire.*
2. *Præmiis & pœnis Reſpublica conſervatur. numero* 3.
4. *In hiſce duobus verſatur juſtitia.n.*5.6.
7. *Rejicitur Arcanum Bodinianum.*
8. *Principibus incumbit transgreſſores LL. punire. num.*9.
10. *Finis pœnarum in quibus conſiſtat. num.*11.13.14.15.
12. *Reipublicæ intereſt delicta puniri.*
16. *Vindicta & exemplum pœnarum alios reddit meliores.n.*17.18.19.
20. *Quare in bruta animalia quandoq; animadvertatur? n.*21.
22. *Anabaptiſtarum & Photinianorum opinio de non irrogando mortis ſupplicio hominibus facinoroſis.n.*23.24.
25. *Rejicitur hæc ſententia & refutatur ex jure Divino, n.*26.27.28.29.30.31.32.33.34.35.36.37.
38. *Sententia B.Auguſtini.n.*39.
40. *Cum quâ convenit Confeſſio Auguſtana.*
41. *Refutantur argumenta Anabaptiſtarum & Photinianorũ.n.*42.43.44.45.46.47.48.49.

1 Sicuti Medico indecora ſunt multa funera, meliorque cenſetur, qui morbum excludit & prohibet, quàm qui pharmacis expellit acceptum;ita multò pręſtabilius eſt efficere, ne facinora perpetrentur, quàm ſi patrata condignis puniantur ſuppliciis. *Sen.*1.*de clement.*24.*Ventur.de Valent.in parth.litig.lib.*1.*cap.*14.*num.*17. Id autem fiet, ſi cauſas ex quibus animadverterint, potiſſimum naſci flagitia, vel recidant, ſi queunt, vel certè premant, & attenuent Rerumpublicarum Moderatores. *Eraſm. Roterod.in inſt.Princip.* Quod itidem monet, & exemplo probat Morus: *Decernuntur,* inquiens *furti horrenda ſupplicia, multò potius providendum foret, uti aliquis eſſet proventus vitæ. Ne cuiquam ſit tàm dira furandi primùm, dehinc pereundi neceſſitas: Vtopiæ lib.*1.*fol.* 57. Conſultum equidem hoc conſervandæ Reipublicæ remedium, ſed minus ſufficiens ad coercendam hominum malitiam, quam ſola promiſſio præmij benefacientibus, ac comminatio pœnæ malefacientibus vincit. Neque enim domus ulla, nec Reſpublica ſtare poteſt, ſi in ea nec rectè factis præmia extent, nec ſupplicia peccatis. *Cicer.*3.*de Nat.Deor.* 2 Quibus duobus quaſi fulcris Rempublicam contineri, ſapientiſſimus dicebat Solon, *Cicer. Epiſt.*15.*ad Brut.* Niſi enim per juſtitiam diſtributivam præmia bonis, pœnæ malis ac facinoroſis irrogentur, Leges in extremum deducuntur contemptum, ac conſequentiâ neceſſariâ Reſpubl. peſſum ire cogitur. Nec unquam graviores Civitatum motus, frequentiores Rerumpubl. interitus, quàm utriusque neglectione contigerunt. *Chriſtoph.Beſold.Claſſ.*2.*diſput.polit.*2.*num.*1. *Tholoſan.lib.*10.*de Republ.cap.*2.

3 Quod & ſentit *ICtus Vlpianus*, officium JCtorum ac Magiſtratuum ita deſcribens; *Iuſtitiam,* inquit, *colimus, boni & æqui notitiam profitemur, æquum ab iniquo ſeparantes, licitum ab illicito diſcernentes, bones non ſolùm metu pœnarum, verùm etiam præmiorum exhortatione facere cupientes. in l.*1.*ff.de juſt.& jur.* Idemque probat exemplum ſummi Legislatoris, qui in promulgatione Legis promiſſionem præmiorum, & comminationem pœnarum diſertis ſubjungit verbis, ut boni per benigna promiſſa ad obedientiam invitentur, mali per ſeveras minas ab inobedientiâ deterreantur. *Exod.*20.*verſ.*5. *Ego Dominus Deus tuus, Deus Zelotes viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me. verſ.*6. *Et faciens miſericordiam in millia his, qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea.* Utrumque etiam *Apoſtolus Paulus* conjun-

git in deſcribendo Magiſtratus officio: *Magiſtratus*, inquiens, *non ſunt terrori bonis operibus, ſed malis. Vis autem non terreri poteſtate ? Quod bonum eſt, facito, & laudem habebis ab ea. Roman.*13. *verſ.*3.

4 In hiſce duobus, præmiis ſcilicet, atque pœnis, juſtitia verſatur, quâ remotâ, Regna non niſi magna eſſe latrocinia, inquit *D. Auguſt. libr.*4.*de Civitat.Dei, cap.*4. At beatiſſima eſſe, in quibus juſtitia floret, rectiſſimè judicavit Antiſthenes Athenienſis. *Lorich. in Inſtit. Princip. titul. de juſtit. Princip. fol.*340. Unde & Rex Ageſilaus quodam rogatus tempore: Utra virtus melior eſſet, fortitudo an juſtitia? Nullam fortitudinis utilitatem eſſe, dixit, abſente juſtitiâ; Nam ſi omnes juſti eſſent, nihil fortitudine opus fore. *Plutarch.in Apophteg.* Quin & fortitudinem, quæ per bella tuetur à Barbaris patriam, vel defendit infirmos, vel à Latronibus ſocios, plenam juſtitiam eſſe, ſcribit *Didac.Covarr. in c.pecc.p.*2.*§.*10.*de Reg. jur.in* 610. *Petr.Gregor.Tholoſ. lib.*11. *de Republ.cap.* 1.*&* 2.

5 Neque horum unum alterum excludit: Suppliciorum enim & pœnarum comminatione peccata quamvis præcaveantur, virtus tamen minis, vi ac metu tradi nequit, ſed præmiis invitatur. Unde, apud quos maxuma proponuntur virtuti præmia, in eorum Republicâ viri præſtantiſſimi exiſtunt. *Iacob.Bornit.in tract. de præm.cap.*1. *Chriſtoph.Beſold.claſſ.*2.*diſp.politic.*2. *num.*2. Quare nec minus utile eſt Reipublicæ, virtutum & bene meritorum exempla præmiorum accendi promiſſione, quàm improbos formidine prohiberi pœnarum. *Beſold.dict.loco. num.*3.

6 At contrà, quùm mala quosdam efficacius moveant, quàm bona, nec omnes moveantur honore, quemadmodum ignominiâ, pœnæ æquè ac præmia in Republ. neceſſariæ cenſentur. *Petr. Fab. ad l.*1.*ff. de jur.& juſt.* Ita namque comparatum eſt, inquit *Ariſtoteles* 10. *Ethic.cap.*9. Ut verba, doctrina ac præcepta poſſint illa quidem liberalia ingenia cohortari & excitare, at reliquos, qui ſunt multò plurimi, non poſſunt ad virtutem impellere. Non minus igitur pœnis ac præmiis homines ad obedientiam cogendi, & à delinquendo arcendi ſunt.

7 Adeoque non omni ex parte arcanum illud Bodinianum omnibus probatur, quòd ſcilicet ad benevolentiam ſubditorum erga Reges & Principes plurimum valeat, à Principibus omnia præmia, largitiones, honores, Magiſtratus, Imperia proficiſci, à Magiſtratibus verò pœnas & ſupplicia irrogari. Quo ipſo alterum Principis officium, quod in puniendo conſiſtit, abdicaretur, & impunitas delictorum nova delicta atque litigia crearet. *Ventur.de Valent.in parthen.litigioſ. lib.*2.*cap.*10.*num.*9. Secus atque Ludovicus XII. Rex Gallorum judicavit, qui legens Pſalm. 106. dixiſſe fertur: *Principem, qui crimen punire poteſt, nec punit, non minus eſſe Reum, quàm ſi ipſe perpetraſſet; Pietatis eſſe opus, non ſævitiæ, juſtitiam facere. Antimach.*3.*comm. theor.*7.*&* 35.*Philip.Camerar.volum.*1.*hor.ſucc.cap.* 190. Quia, dum facinoroſi publicè non puniuntur, publica turbatur lætitia. *l.nemo.*3.*C.de Epiſc.audient. Iohan.Bodin.lib.*1.*cap.ult.Vent.de Valent.dict.cap.*10. Et qui vitiis nutriendis parcit & favet, ne contriſtet peccantium voluntatem, tàm non eſt miſericors, quàm qui non vult cultrum rapere puero, ne audiat plorantem, & non timet, ne vulneratum doleat, vel extinctum, ut dicit *Auguſtin. ad Lotharium in c. qui vitiis.*23. *quæſt.*5.

8 Quin & Principibus ac Magiſtratibus incumbere legum transgreſſoribus pœnas irrogare, vel ex ipſius DEI mandato colligitur, *Deut.* 17.*verſ.*7.*cap.*19.*verſ.*20. *Auferes malum è medio tui, & non parcet oculus tuus, animam pro anima, dentem pro dente, oculum pro oculo.* Unde Apoſtolus *Roman.*13.*verſ.*4. *Magiſtratus*, inquit, *Dei Miniſter eſt tibi in bonum. Si autem malum feceris, time, non enim ſine cauſa gladium portat, Dei enim Miniſter eſt, Vindex in iram ei, qui malum agit.* Quod ſi Magiſtratus in pœnis irrogandis negligens eſt, DEUS ipſemet ad vindictam exurgit, *Num.*25. *verſ.*4.*Iudic.*20.*verſ.*46.1.*Reg.*14.*verſ.*16.1.*Reg.*20. *verſ.*42. Unde *Lactant. lib.de ira Dei.cap.*17.*circa fin. Sicut in homine*, inquit, *neceſſaria eſt ira juſta ad pravitatis correctionem, ſic utique in Deo, à quo ad hominem pervenit exemplum. Nam ſicut nos poteſtati noſtræ ſubjectos coërcere debemus, ita etiam peccata univerſorum Deus coërcere debet, quod ut faciat, iraſcatur neceſſe eſt.*

9 Ac ſicuti per vindictam Magiſtratus diſciplina ſervatur, mores corriguntur, licentia comprimitur, & pœnarum irrogatione peccata coercentur; ita è converſo indulgentia Magiſtratus nimia flagitiorum eſt illecebra, & qui parcit malis, nocet bonis. Hinc *M.Cato* dicebat, Magiſtratus illos, qui maleficos pœnis non coercent, non tantum non ferendos, ſed lapidibus obruendos eſſe, ne ex pœnarum intermiſſione Reipublicæ ſalus labefieret, *Plutarch.in Apophteg.* Et ſub Nervæ Imperio quidam Fronto publicè exclamabat: Malum eſſe eum imperare, ſub quo nemini quicquam liceat, ſed longè pejus eſſe ſub illo vivere, ſub quo omnia liceant.

10 Quantaque utilitas, quantumque commodum irrogatione pœnarum Reipublicæ afferatur, vel ex cauſis earundem, & rationibus puniẽdorum delictorum ſatis liquet, quarum vulgo tres conſtituuntur. *Gell. lib.* 6. *noct. attic. cap.*14. *Chriſtoph.Beſold.claſſ.*2.*diſp.polit.*2.*nu.*14.*Petr.Gregor.in ſyntagm.jur.lib.*31.*cap.*2.*n.*1.

11 *Prima* eſt, ut dignitas, auctoritasque ejus in quem peccatum fuit, conſervetur; Ne ſcilicet prætermiſſa animadverſio contemptum Magiſtratus pariat. Unde & pœna Græcis dicitur τιμωεία à conſervatione honoris, *Gell.dict.lib.*6. *cap.*14. Non enim impunè licet leges irridere transgrediendo, *l.*1.*&* 2.*ff.de legibus.* Sed dignitatem ſuam Magiſtratus conſervare debet illæſam, quantum fieri poteſt, ne illo abutantur ſubditi. *l.obſervandum.ff.de offic.Præſid.l.*1.*§.ſi ſervus heres.ff.de ventr.inſpic.*

Hinc

12 Hinc intereſſe dicitur Reipublicæ, delicta puniri. *l. ita vulneratus. ff. Ad Leg. Aquil. l. ſi longius. §. 1. ff. de judiciis. l. in delictis. §. cum Dominus. ff. de action. l. Stychum aut Pamphilum. ff. de ſolut. l. qui ſervum. 20. in pr. ff. de interrog. in jur. fac. l. per omnes. 6. C. de defenſor. Civitat. l. ſi operis.* 14. *C. de pœn. Vincent. de Franch. deciſ. Neapol.* 98. *num.* 2. *Iacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part.* 3. *quæſt.* 127. *num.* 64. *& part.* 4. *quæſt.* 140. *num.* 51. Et ſic interdum gravitas alicujus delicti exigit, ut delinquens è medio tollatur; ne maledictionem divinam Regioni eo ſcelere contaminatæ acceleret. *Deut.* 21. *verſ.* 7. 8. *&* 21. *Chriſtophor. Beſold. dict. diſputat.* 2. *num.* 15.

13 *Secunda:* Quò delinquentes caſtigentur, & cautius mercari diſcant, *l. ſi pœnam. ff. de pœn. c. prodeſt ſeveritas.* 23. *quæſtion.* 5. Et ut quos majorum exempla à malis non revocant, pœna caſtiget. *l.* 1. *C. de emend. propin. cap. Vt Clericorum. de vit. & honeſt. Cleric. c. plurimos. diſt.* 82. *cap. felicis. §. in pœnis. de pœn. in 6to.* Alioquin namque ſocietas hominum ulla vix conſiſtere poterit, niſi corrupti mores emendentur. Ex quibus paulatim tabe infecta neceſſarium eſt, ut tandem intereat, niſi celeriter ab initio ſubveniatur, ut in morbis corporis accidit, teſte *Dion. lib.* 4. *hiſtor.* Et ſic contra peccatum remedium eſt accelerata correctio, ne ſcilicet malum ex perſeverantia augeatur: tantò enim graviora ſunt peccata, quantò diutiùs detinent animam alligatam. Unde *Ovid.* canit 1. *de remed. amor.*

Nam mora dat vires, teneras mora præcoquit uvas,
Et validas ſegetes quæ fuit herba, facit.
Quæ præbet latas arbor ſpectantibus umbras,
Quo poſita eſt primum tempore, virga fuit.
Tunc poterat manibus ſummâ tellure revelli,
Nunc ſtat in immenſum viribus aucta ſuis.
Principiis obſta, ſerò medicina paratur,
Cùm mala per longas invaluére moras.

Et paulò poſt:

Vidi ego quod fuerat primò ſanabile vulnus
Dilatum longæ damna tuliſſe moræ.

14 Sic ergò bono publico ſubvenietur, ne ex vulnere unico totum pereat corpus, etiamſi membrum abſcindendum eſſet, ſi alioquin malum curari non poſſet. Neceſſariam namque eſt, ferro abſcindi vulnera, quæ fomentorum non ſentiunt medicinam; Ut vulgare medicorum eſt axioma, extremis morbis extrema eſſe remedia adhibenda. Hocque commodum Reſpublica recipiet ex pœnâ debita immedicabili malo, ut ſaltem alij non inficiantur ab hoc, qui ſublatus erit. *Petr. Gregor. in ſyntagm. jur. lib.* 31. *cap.* 2. *numero* 6. Dabunt igitur improbi pœnas exiguas, ſi emendari poſſint, ſin minus, extremas atque ſeveras; Cogit namque pœnarum acerbitas ſæpè eos, qui lenitate pejores fiunt, undè ſæpiùs plus ſeveritatis quàm benignitatis accedere expedit. *c. fraternitatis.* 12. *quæſtion.* 2. *c. illud.* 24. *quæſt.* 3.

15 Ac licet maximè pœnarum irrogatio delinquentem nec juvet, nec corrigat, attamen propter alios nequaquam hæc omittenda erit; ne ſcilicet ob delictum alterius impunitum, gravius quid aliis, ejusdem Civitatis hominibus contingat. Sæpè enim ob unius delictum, dum non vindicatur, Deus in univerſum iraſcitur populum. Ut probat exemplum Achani, qui cum de anathemate hoſtium excepiſſet pecuniam, & regulam auream, Deus univerſum populum Iſraelem affligebat, donec is fuit è medio ſublatus, *Ioſ. cap.* 7. *c. Eccleſias.* 1. *quæſt.* 4. Pariter & propter peccata non caſtigata filiorum Heli Sacerdotis, Populus in manu Philiſtinorum corruit. 1. *Reg. cap.* 4. Unde & interdictio Sacrorum fit pluribus pro unius cujusdam delicto, *c. ſi quis Epiſcopus.* 11. *quæſtion.* 3. *c. non eſt vobis. de ſponſal.* Sicuti & excommunicatio. *c. minor.* 17. *quæſt.* 4.

16 *Tertia cauſa* irrogationis pœnarum atque vindictæ eſt exemplum atque memoria punitionis. Ut cæteri ſimilibus à peccatis, quæ prohiberi publicitus intereſt, metu cognitæ pœnæ deterreantur, nec in mores abeant maleficia. *Gell. lib.* 6. *noct. Attic. cap.* 14. Hinc Imper. Alexander execrabile delictum ejus, qui Dominum vendiderit ea lege, ut exportaretur, capitali pœnâ in exemplum vindicari jubet. *in l. monere.* 4. *C. ſi ſerv. exporta. ven.* Et famoſos Latrones in his locis, in quibus graſſati ſunt, furcâ figendos compluribus placuiſſe, ut & conſpectu deterreantur alij ab iisdem facinoribus, ſcribit *ICtus Calliſtrat. in l. capitalium.* 28. *§. famoſos. ff. de pœn.* Nec non *Vlpianus* abigeos duriſſimè puniendos eſſe, non ubique tamen, ſed ubi frequentiùs eſt id genus maleficij, *l.* 1. *ff. de abigeis.* Idemque habetur *in l. bona fides.* 31. *ff. depoſit. l.* 1. *C. ad Leg. Iul. repetund. l. aut facta. §. ult. ff. de pœn. c. Anaſtaſius. diſtinct.* 19.

17 Quo & illud Summi Legislatoris reſpicit, *Deut.* 13. *verſ.* 5. *Auferes malum de medio tui*, inquit Dominus, additâ ratione *verſ.* 11. *Et omnis Iſraël audient & timebunt, & non addent ad faciendum ſecundum rem malam iſtam in medio tui.* Quod idem repetitur *Deut.* 17. *verſ.* 13. *cap.* 19. *verſ.* 19. Et *Proverb.* 19. *verſ.* 25. dicitur: *Si deriſorem percuſſeris, ſtultus erit ſapientior, hoc eſt, aliorum plagis emendabitur.* It: *Ezech.* 23. *verſ.* 48. *Erudientur omnes mulieres pœnas adulterarum videntes, & non facient ſecundum fœditatem earum.* Quod & ſentit *Cic.* 1. *off. Pœnis*, inquit, *utimur contra delinquentes, ne quid poſthac committant ipſi, cæteri verò ſint ad delinquendum tardiores.*

18 Unde patet, in pœnis dictandis non modò delinquentis perſonam ac corpus eſſe conſiderandum, ſed ipſum παράδειγμα, quo alij meliores reddantur & à criminibus deterreantur. *Hering. de fidejuſſor. cap.* 10. *num.* 344. *Petr. Heig. part.* 2. *quæſt.* 37. *num.* 27. *Gilken. ad tit. C. de ſumm. Trinit. num.* 116. Adeoque pœnarum fructus omnium maximus ad exemplum pertinet, ut verè ſcribit *Iohan. Bodin. lib.* 7. *de Republ. cap.* 4. *num.* 21. Quod & *Plato* confirmat *lib.* 34. *in Gorg. Convenit*, inquit, *omnem, qui ab aliquo rectè punitur, vel ipſum fieri meliorem, utilitatemque*

que percipere, vel cæteris exempla dare, ut illi pœnas aſpicientes meliores efficiantur. Quidam verò apud DEOS *& homines ita dant pœnas, ut utilitatem aliquam referant, ſi ſunt qui peccata ſanabilia commiſerint, quibus dolor, cruciatusque prodeſt, & apud homines & apud inferos:* Non enim *poteſt aliter quis ab injuſtitia liberari. Qui autem extrema injuſtitia detinentur, ac propter hujusmodi delicta ſunt inſanabiles, non pro eorum utilitate dant pœnas, ſed in exemplum aliorum.* Hactenus Plato.

19 Hancque ob cauſam ſupplicia publica eſſe debere, tùm, ne ſuſpicio aliàs injuriæ ſuboriatur, tùm maximè, quòd ſupplicium repræſentatum haud mediocriter audaciam ſimili morbo laborantium retundat, tradunt Politici, *Chriſtophor.Beſold.claſſ.2.diſputat.politic.2.num.17. Iohan.Gerhard.Decad.6.quæſtion.politic.2.* Ac intuitu exempli & terroris aliis incutiendi, cadavera ſuſpenſorum, vel ad tempus, vel in perpetuum ſuſpenſa & inſepulta relinqui poſſe, docent *Proſper.Farin. in prax.crimin.quæſtion.20.num.134. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſtion.caſ.387.num.32. Petr.Gregor.in ſyntagm. jur.lib.31 cap.14.n.8. Didac.Covarr.2.variar.reſolut.1.n.11. Iodoc.Damhouder.in prax.rer.crimin.cap.153.n.13.*

20 Hinc & fit, quòd in Criminum deteſtationem ſæpè in animalia & bruta animadverſum legimus, quorum occaſione delicta perpetrantur, ut obſervatur in brutis, cum quibus nefariè ſe quis conjunxerit, *Levit.20.verſ.15.c.mulier.15.quæſt.1. Iul.Clar.lib.5.ſentent.§.fornicatio.num.22.& §.fin.quæſtion.99.num.8.verſ. cæterùm hæc conſuetudo. Proſp Farin.part.5 oper.criminal.quæſt.147.num.46. Iodoc.Damhouder.in prax.rerum.crimin.cap.96.num.15. Anton.Gomez. in l.tauri.80.n.35. Cyrill.in ſummar.crimin part.2.rubr.de publ.judic.§.4.num.17.*

21 Legimus & anſeres Romæ olim ob conſervatum Capitolium, quòd clangore canibus dormientibus advenientem hoſtem prodidiſſent, præmio affectos & canes ſuſpenſos, quod non latraſſent, ac ſi illorum factum ad perfidiam & proditionem facere videretur. *Plin.lib.29.cap.3.& 4.lib.10.cap.22.Plato nu.9 de legib.* Sic & Leges ſæpè jubent domos etiam, in quibus crimina admiſſa ſunt, dirui, in exemplarem & graviorem pœnam, & deteſtationem delicti. *l.1.C.de falſa moneta.Iodoc.Damhouder.in prax.rerum.crim.cap.65.n.9.*

22 Satis, opinor, hæc probant, omni jure pœnas capitales, legibus conſtitutas, delinquentibus irrogari. Quamvis cum Anabaptiſtis aliter ſentiant recentiores Photiniani, præcepta nimirum Chriſti, non permittere ulli hominum adimere vitam, ideoque nec Magiſtratum effuſione ſanguinis in maleficos & facinoroſos animadvertere debere, ut ſcribit diſertis verbis *Oſtorod.in Inſtitut.cap.28.pag.185.* Et *Socinus in lib. quod Evangelici Photinianis ſe adjungere debeant.cap.3.p.23.* inter ea, quæ cum Chriſti præceptis pugnantia in religione Evangelicorum concedi conqueritur, hoc etiam refert, quod apud ipſos permittitur, ut quis injurias ſuas per Magiſtratum ulciſcatur, id eſt, eum puniri curet, qui injuriam ſibi intulit, licet ex ea punitione nihil prorſus commodi ad ſe privatim rediturum eſſe, probè intelligat, niſi quatenus ſuam injuriam hâc ratione vindicatam ſit viſurus, ſeque non inultum eſſe ſenſurus. Nec non *Schmaltz.* 23 *contra Frantz. diſput. poſt. 6. in Auguſtanam confeſſionem.pag.*389. docet. Non licere Chriſtiano Magiſtratui ſanguinem humanum fundere, cùm hâc ratione ſimul etiam vitâ æternâ tales privari, plus ſit quàm veriſimile, quo nihil magis charitati, quàm proximo debemus ſub Novo Teſtamento, contrarium eſſe queat. Quorum veſtigiis inſiſtit etiam *VVeigelius*, qui itidem capitalia ſupplicia ſontibus irroganda improbat, *in Poſtill Explic.Evang.Dominic.22.poſt Trinit.pag.*330. hiſce verbis: Die Gliedmaſſen 24 der falſchen Kirchen halten den proceſſum juris nicht/ den Chriſtus gibt/ fragen Juſtinianum drumb/ ob man den Dieb hencken ſoll/ den Sünder tödten? Er als ein Heyde ſpricht das Vrthel/ ja man ſoll das thun/ (Dupliciter hic errat Enthuſiaſta, Neque enim Imper. Juſtinianus Ethnicus fuit, neque de jure Juſtinianeo fures ſuſpendio puniuntur, ut in aperto eſt) vnd GOtt nicht folgen/ der da nicht deß Sünders Todt wolle/ ſondern man muß das Böſe ſtraffen/ meynen/ die Sünde werde durch Leibesſtraffe hinweg genommen/ Es iſt aber weit gefehlet. Et *pag.*332. Straffen magſtu das Böſe/ ſeyeſt Geiſtlich oder Weltlich/nach dem proceſs juris Matth.18. Aber dem Sünder ſolſtu das Leben nicht nehmen/ iſt GOTT der Allmächtige HERR vnnd König/ barmhertzig/ was wollen ſich denn ſeine Befelichhabere die Obrigkeiten zeihen anders zu ſeyn/ denn jhr HERR/ *&c.* Item *in explic.Evang.die Virid.pag.*48. Mit der Rede von Fußwaſchen führet vns Chriſtus zur wahren rechten Jurisprudentia, daß wir Juriſten ſeyn nach dem Newen Teſtament/ vnnd legen nieder das gantze Recht Juſtiniani, als Heydniſch/ *&c.* Den Sünder tödten iſt Heydniſch/ nicht Chriſtlich gehandelt/ vnd iſt wider das Liecht der Natur/ der Heyde Juſtinianus will das Böſe ſtraffen mit dem Strang/ Schwerdt vnd Fewer/ Chriſtus will den Sünder bekehret haben/ *&c.*

25 Sed falſa & erronea eſt hæc Photinianorum & Enthuſiaſtarum opinio. Equidem facilimè conceſſerim, ad mortis pœnam inferendam, quoad fieri poteſt, tardiores eſſe debere judices, & niſi neceſſitas vel atrocitas coactos impellat, vix accedere, non ſecus ac Nero ab initio, qui Buro præfecto exigenti ab eo, in quos & ex quâ causâ animadverti vellet, differebat, & dum illi chartam protuliſſet, traderetque invitus invito, exclamavit, vellem neſcire literas. *Senec. in princip. lib.2. de clement.* Et Veſpaſianus Imperator, qui nunquam cæde lætatus juſtis ſuppliciis illachrymans etiam ingemuit. *Suet.in Veſpaſ.cap.*15. At causâ poſtulante, & criminis atrocitate pœnam mortis exigente, tantum abeſt jus Divinum

num huic adverſari, ut ex ipſius Dei mandato Reum capitali ſupplicio afficiendum, nec ullo modo liberandum eſſe, aſſerere haud dubitem.

26 Nemini ſiquidem ignotum eſt, in lege Moſaicâ de pœnis capitalibus irrogandis Conſtitutiones extare complures: Ut *Levit.24. verſ. 17. Qui percuſſerit hominem & mortuus fuerit, morte moriatur. Exod.21.verſ.14. Si quis data opera occiderit proximum ſuum, ab altari meo avelles eum, ut moriatur. verſ. 15. Qui percuſſerit patrem ſuum, aut matrem ſuam, morte moriatur. verſ.16. Qui maledixerit patri ſuo, vel matri ſuæ, morte moriatur. verſ.20. Qui percuſſerit ſervum ſuum, vel ancillam baculo, & mortui fuerint in manibus ejus, vindicando vindicabitur, hoc eſt, ut homicida punietur.*

27 Quales pœnæ quoque irrogantur Blaſphemis. *Levit.24.verſ.16.* Idololatris, *Deuteron.13. verſ.18.* Veneficis. *Exod.22.verſ.18.* Cum jumento coeuntibus, *verſ.19.* Adulteris, *Levit.20.verſ. 10. Deut.22.verſ.22.* Sponſæ fornicanti *verſ.24.* Inceſtuoſis. *Levit.18.verſ.29.cap.20.verſ.11.&ſeqq.* Huc etiam pertinet ſeveritas Legis divinæ *Levit.20.verſ.2. Homo de filiis Iſrael & de advenis, qui habitant in Iſrael, ſi quis dederit de ſemine ſuo idolo Moloch, morte moriatur, populus terræ lapidabit eum. verſ. 4. Quod ſi abſcondendo abſconderit populus terræ oculos ſuos à viro illo, qui dedit de ſemine ſuo Moloch, nec voluerit eum occidere, verſ.5. Ego ponam faciem meam ſuper hominem illum, & cognitionem ejus, ſuccidamq́; & ipſum, & omnes qui fornicati ſunt poſt ipſum.&c.*

28 Qui textus ſanè omnes luculenter probant, juſſu atque mandato DEI ſupplicium capitale ſontibus irrogari. Quod & divinitus inſtructi Prophetæ & Reges facinoroſos ultimo ſupplicio affecerunt: Ut Moſes Idololatras, *Exod. 32.verſ.28.* Joſua Achanem Sacrilegij Reum, *Ioſ.7.verſ.25.* Salomon Adoniam, Joabum, & Simei. 1.*Reg.2.verſ.25.31.& 46.* Quò etiam pertinet illud Davidis *Pſalm.* 101. *verſ.* 8. *In matutino extermino omnes peccatores terræ, ut diſperdam de civitate DEI omnes operantes iniquitatem.* Ac probè notandum eſt, quòd DEUS graviter iraſcitur Sauli parcenti Agago Amalekitarum Regi, quem gladio percutere debebat, 1.*Sam.15. verſ.23.*

29 Nec eſt, quod regerant Photiniani unà cum Anabaptiſtis, hæc omnia pertinere ad Legem Moſaicam forenſem, quæ in Novo Teſtamento ſit abrogata, uti *Chriſtophor.Oſtorod.* ſcribit *in Inſtitut.cap.28.pag.*187. **Daß ſolches die** Theologi **auß dem Alten Teſtament beweiſen wollen / das thut nichts zur Sachen / ſintemal wir auß dem Newen Teſtament** Rationes **vnnd Vrſachen angezeiget/welche nicht zugeben/einem Menſchen das Leben zu nehmen: Dann das Alte muß dem Newen/als das vnvollkommene dem vollkommenen/weichen.**

30 *Negamus* ſiquidem, Leges de pœnis capitalibus, ſimpliciter & abſolutè ad Leges judiciales, & forenſes pertinere. Etſi enim ratione determinationis perſonarum, graduum, ac circumſtantiarum, politiam Moſaicam ſolummodò concernant; àttamen genus ipſum, quod ſcilicet Magiſtratui competat jus gladij in facinoroſos, morale eſt, & perpetuum, uti clariſſimum eſt *ex cap. 9. Geneſ. verſ. 6.* ibi: *Qui effuderit ſanguinem humanum, ejus ſanguis fundetur per hominem.* Ubi ſtatim poſt diluvium ante inſtitutam politiam Moſaicam Magiſtratui gladius datur, contra homicidas aliosque facinoroſos. Nam quod de homicidis ibidem ſtatutum, idem etiam de aliis facinoroſis, Reipublicæ tranquillitatem horribiliter turbantibus, accipiendum eſt. Siquidem Hebræis in more poſitum, ex ſpecie genus intelligere, & ſpeciali exemplo generalem Regulam conſtituere. *Dn. Iohan. Gerhard.in loco de Magiſtr.politic.cap.6.ſect.5.membr.2. art.3.n.296.*

31 Ac eſto, Legem de pœnis capitalibus ad leges judiciales ac forenſes pertinere, eam tamen una cum aliis legibus judicialibus in Novo Teſtamento abrogatam eſſe, pernego; Nam ipſemet Chriſtus eandem repetit ac renovat *Matth. 26. verſ. 52. Omnes, qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Confirmat ergò Chriſtus jus gladij, tantum abeſt, ut illud Magiſtratui ereptum voluerit. Excipiunt quidem Photiniani, verba hæc Chriſti prædictionem ſolummodò continere; Ita enim *Schmaltzius contra diſputat.6. Franz.de rebus civilibus.pag.*390. inquit: *Chriſtus tantùm prædicit, quid ordinariè fiat, ſi quis gladium accipiat, non verò docet, quid fieri jure poſſit vel debeat. Quemadmodum etiam hodie is, qui planè negat, licere aliquem interficere, poſſet eum qui contentioſus eſt, & ad arma ſtatim provolat, dehortari ab iſta levitate, hujusmodi argumento: Vide ſodes pœnas tuæ levitatis;* Nam *ita comparatum eſt, ut qui arma ſumunt, per arma etiam pereant. Deinde non exprimitur is, per quem perire debeat, qui gladium accipit, nempe Magiſtratus, quod affirmat Franzius, poteſt autem gladio perire aliquis absque ulla pœna Magiſtratus, ut experientia quotidiana teſtatur.* Cui conſentit *Chriſtophor.Oſtorod. dict.cap.29.pag.*191. **Sagen wir / daß es kein Gebott ſey der Obrigkeit gegeben / ſondern eine Dräwung Göttlicher Straffe / &c. Vnd iſt eben ſolch eine Rede / als da Chriſtus ſaget: Wer das Schwerdt nimbt / der wird durchs Schwerdt vmbkommen /** *Matth. 26.verſ.52.*

32 At, quæſo, unde probabitur hæc explicatio, generaliter namque & indefinitè loquitur Chriſtus, ut patet ex vocabulo (omnes.) Si verò Chriſti verba prædictionem duntaxat continerent, in genere non poſſet affirmari, omnes perituros gladio, qui gladium accipiunt. Quamvis enim homicidæ divino judicio ad pœnas trahantur, attamen non omnes gladio pereunt. Certo quoque certius eſt, Chriſtum rationem illam deſumſiſſe ex antiquiſſimo decreto divino *Geneſ.9. verſ.6. Quicunque effuderit ſanguinem humanum, ejus ſanguis effundetur per hominem.* Quæ certè verba non niſi de Magiſtratu, cui DEUS tradidit jus gladij, accipienda ſunt, aliàs ſi de quovis homine privato intelligi deberent, absque

dubio omnia cædibus & homicidiis replerentur, ut rectiſſimè monet *Dn.Gerhard.dict.artic.3. n.296.*

33 Præterea & hoc ipſum luculenter probatur *ex cap. 13. epiſt. ad Roman. verſ.* quando Apoſtolus ait: *Quod ſi feceris quod malum eſt, metue, non enim fert gladium Magiſtratus fruſtrà, ſed DEI miniſter eſt, ultor ad iram ei, qui quod malum eſt, fecerit.* **Da höreſtu ja** (inquit Johan. Schelhammer. *in refut. Poſtill. Valent. VVeigel. cap. 13. pag. 202.*) **Daß der Obrigkeit Schwerdt ſchneiden/ vnd Rache üben ſoll/ nicht in der Scheiden bleiben/ vmbſonſt vnd nur zum Schein vnd ornat getragen werden/**&c. Obſervandum namque, Magiſtratibus ibidem jus gladij ceu neceſſarium adminiculum & nervum ſuæ poteſtatis à DEO eſſe conceſſum & mandatum, quia absque eo nec bonos tueri, nec improbos coercere valerent, ideo addit Paulus: Gladium non fert *fruſtra* & *abeque cauſa*, ſed hoc fine, ut eum ſtringat in malos, ſitque ultor ad iram mala patrantibus. Nec temerè eum gerit, hoc eſt, absque autore, ſed DEI ordinatione, ut bonos defendat, malos puniat. Ergò qui Magiſtratibus jus gladij eripiunt, ordinationem divinam damnant, politias evertunt, & tanquam turbatores ordinis divini puniendi ſunt. *Henric. Eckard. de ordin. Eccleſ. & politic. part.3. cap.2. quæſt.3. pag.217. Theodor. Thummius in admonition. adverſus error. VVeigelij, err.103. pag.227.*

34 Regerunt quidem Photiniani, Gladium in verbis Pauli figuratè accipiendum eſſe, pro ſeverâ pœnâ & caſtigatione; Ita enim *Schmaltz. contr. diſput.6. poſter. Franz.* inquit: *Non docet hic locus, quomodo puniri poſſint, & debeant ſontes; Poteſt enim gladium gerere Magiſtratus, etiamſi pœnas non irroget omnium ſeveriſſimas: gladij namque geſtatio tantum ſignificat, Magiſtratum poſſe punire, non verò quo id velit, modo punire, &c.* Et clariùs *Chriſtoph. Oſtorod. in Inſtitut. cap.28. pag.186.* **So iſt doch offenbar/ daß ſolches eine figürliche Art zu reden ſey/ vnd nicht mehr heiſſe/ dann eine Straffe vnd ſcharffe Zucht/ Sintemal die Obrigkeit mit dem Schwerdt die Vbelthäter zu ſtraffen pfleget/ Denn wem iſt vnbewuſt/ daß auch figürlicher weiſe das Wort Schwerdt in Heiliger Schrifft gebrauchet wird/ Als vnter andern/ da der HErr ſaget: Ihr ſolt nicht wehnen/ daß ich kommen ſey Friede zu ſenden auff Erden/ Ich bin nicht kommen Friede zu ſenden/ ſondern das Schwerdt. An welchem Ort gewißlich durchs Schwerdt eine jegliche hefftige Zwietracht vnd Streit/ vnd nicht allein die/ da das Schwerdt zukömpt/ muß verſtanden werden/**&c. Sed pugnat hæc explicatio cum ſenſu literæ genuino, à quo absque neceſſitate haudquaquam eſt recedendum. *Thumm. dict. error. 103. pag. 228.*

35 Et ut conceſſerim, vocabulo gladij omnem omninò pœnam ab Apoſtolo denotari, prout etiam in jure Civili quandoque accipitur, pro quâvis pœnâ corporis afflictivâ, ut in *l. 3. ff. de jurisdict.* Nihilo tamen minus ultimum quoque ſupplicium hoc vocabulo comprehendetur. Si enim omnis pœna, quam Magiſtratus ſontibus irrogare ſolet, gladij nomine intelligenda venit; utique & illa pœna, quæ gladio irrogatur, hoc nomine ſimul intelligenda erit: quia nullus afferri poteſt locus, in quo gladij nomen de pœnâ corporali uſurpatur, ubi non ſimul includatur pœna capitalis.

36 Nec obſtat, quod dicit *Oſtorod. dict. cap.28.* ſtante hâc interpretatione, ſequi, omnia delicta ſine diſcrimine gladij eſſe punienda. **Wo man das Schwerdt in den Worten Pauli nicht figürlich/ das iſt/ für eine jegliche Straffe/ ſondern nur eygentlich für die/ welche durchs Schwerdt geſchicht/ verſtehen will/ ſo wird man ſagen müſſen/ daß die Obrigkeit zwiſchen den Vbelthätern gar kein Vnterſcheid machen ſolle/ vnd ſo wol eine kleine/ als eine groſſe Vbelthat mit dem Schwerdt zu ſtraffen ſchuldig ſey/**&c. quod tamen abſurdum eſſet. *Nequaquam* enim hoc exindè evinci poteſt: Exprimit namque Apoſtolus ſummum pœnæ gradum, qui eſt ultimum ſupplicium, non ut indifferenter Rei hoc ſint afficiendi, ſed ut cognita ſit poteſtas Magiſtratus, quæ ad mortis etiam pœnam extendi poteſt, ita tamen, ut non niſi neceſſitate, & delictorum atrocitate exigente, facinoroſis irrogetur.

37 Denique, licet verbis manifeſtis ex Novo Teſtamento probari non poſſet irrogatio pœnæ mortis & ultimi ſupplicij; ſufficeret tamen, quòd juxta leges humanas, quales ſunt Juſtinianeæ & Ordinatio Criminalis Caroli Quinti, ſontes morte puniantur, quibus obtemperare jus divinum jubet, ut ſic Reus ſecundum leges humanas ad mortem condemnatus, vel propterea ex jure divino Novi Teſtamenti ultimo afficeretur ſupplicio. Ita namque dicit *Apoſtolus Petrus 1. Epiſtol. cap. 2. verſ. 13.* *Subjecti igitur eſtote propter DEUM omni humanæ creaturæ*, hoc eſt, legibus politicis ab hominibus, qui ex ordinatione divinâ Magiſtratum gerunt, conſtitutis: prout explicat hæc verba *Andr. Oſiand. in Biblüs dict. verſ.13. lit.D.* Veluti & *Iohann. Schelhamm. in refutat. Poſtill. Valent. VVeigelij. cap.13. pagin. 202.* ex hiſce verbis ſic infert: **Vnd 1.** *Pet.2.* **Seyd vnterthan aller Menſchlichen Ordnung** (**auch dem** Juſtiniano, **vnnd ſeinen** legibus, **als Menſchlichen Satzung/ vnnd Ordnung/**) **vmb deß HErrn willen/ Es ſey dem Könige/ als dem Oberſten oder den Hauptleuten/ als den Geſandten von jhm zur Rache über die Vbelthäter/ vnd zu Lobe den Frommen/**&c. **Fürchtet GOtt/ ehret den König. Solches alles beſtättiget Chriſtus** *Matth.* 22. **da er ſpricht: Gebet dem Käyſer/ was deß Käyſers iſt/ vnd GOtt/ was Gottes iſt.**

38 Ex hiſce ſatis, opinor, eluceſcit veritas noſtræ aſſertionis, quæ nec diſplicuit *B. Auguſtino Epiſtol.* 50. *ad Bonifac.* ita ſcribenti: *Homicidas & venenarios punire non eſt effuſio ſanguinis, ſed Legum miniſterium.* Et *libr. 1. de Civitat. DEI. cap. 17.* *Non occides nec te nec alterum.*

Quaſi-

Quaſdam vero exceptiones eadem ipſa divina fecit autoritas, ut non liceat hominem occidi: ſed his exceptis, quos DEVS occidi jubet, ſive data lege, ſive ad perſonam pro tempore expreſſa juſſione. Non autem ipſe occidit, qui miniſterium debet jubenti, ſicut adminiculum gladius eſt utenti. Et ideò nequaquam contra hoc præceptum fecerunt, quo dictum eſt (non occides) qui DEO autore bella geſſerunt, aut perſonam gerentes publicæ poteſtatis, ſecundum jus Legis, hoc eſt, juſtiſſimæ rationis Imperium, ſceleratores morte punierunt. c. ſi non licet. 23. quæſtion. 5. Et *lib. 1. de liber. arbitr. cap. 4. Si homicidium eſt hominem occidere, poteſt tamen occidere aliquando ſine peccato.* 39 *Nam & miles hoſtem, & judex, vel miniſter ejus nocentem, & cui fortè invito, atque imprudenti telum manu fugit, non mihi videntur peccare, cùm hominem occidunt. c. ſi homicidium. dict. cauſ. 23. quæſt. 5.* Nec non *Gregorio Pontifici in can. Reos. 7.* verb. *Similiter nonnulli in Veteri Teſtamento inveniuntur malos trucidaſſe: nec tamen transgreſſores Legis, ſed defenſores appellantur. Prohibetur ergò illo præcepto quiuque ſua autoritate in necem alicujus armari, non Legis imperio Reos morti tradere. Qui enim publica poteſtate functus, ipſius Legis imperio malos perimit, nec illius præcepti transgreſſor, nec à cœleſti patria alienus habetur. dict. quæſt. 5.*

40 Eamque Illuſtriſſimus Elector Saxoniæ cæterique Principes Evangelici tàm certam crediderunt, ut Confeſſioni Auguſtanæ ipſam inſerere non dubitaverint, *in art.* 16. hiſce verbis: **Vnd daß Chriſten mögen in Obrigkeit / Fürſten vnd Richterampt ohne Sünde ſeyn / nach Käyſerlichen vnd andern üblichen Rechten / Vrthel vnd Recht ſprechen / Vbelthäter mit dem Schwerd ſtraffen /** *&c.*

41 Neque Anabaptiſtarum & Photinianorum argumenta tàm valida ſunt, ut aſſertionem hancce infringere queant, prout pluribus demonſtrarunt, eaque refutarunt, *Dn. Iohan. Gerhard. in locis Theol. loco de Magiſtratu polit. c. 6. ſect. 5. membr. 2. artic. 3. Heinr. Eckard. de Ordin. Eccleſ. & Polit. part. 3. cap. 2. quæſt. 3. Ioh. Schelhamm. in refutat. Poſtill. Valent. VVeigel. cap. 13. tit.* **vom Stande der Weltlichen Obrigkeit.** *Theodor. Thumm. in Impiet. VVeigeliana. ſive admon. neceſſ. de* 120. *Error. VVeigel. Error.* 103. Quorum ſumma & nervus in hiſce ferè conſiſtit.

42 Primò: Objiciunt Legem Dei: *Non occidere:* quæ generalis eſt; & Magiſtratum quoque obligat. Sed *facilis eſt Reſponſio* ex verbis D. Auguſtini, antea allatis: *Nequaquam,* inquit, *contra hoc præceptum fecerunt, quo dictum eſt (Non occides,) qui DEO autore bella geſſerunt, aut perſonam gerentes publicæ poteſtatis ſecundum jus Legis, hoc eſt, juſtiſſimæ rationis Imperium ſceleratos morte punierunt. c. ſi non licet. 23. quæſt. 5.* Prohibet enim Lex illa vindictam privatam, ne quis ex odio, aut ſuorum commodorum causâ, vel in alterius favorem quenquam trucidet; non etiam publicam vindictam, quæ nihil eſt aliud, quàm nervus Magiſtratus politici, ſine quo in tàm effreni hominum malitia, pax publica, honeſtas, judicia, conjugia ſervari non poſſunt, uti *Div. Paulus Apoſtolus* hoc diſcrimen agnoſcit *in Epiſtol. ad Roman. c. 13. verſ. 4. Thumm. dict. error.* 103. *pagin.* 228. Aliàs ſi quis generaliter legem exponere vellet, illud ſequeretur abſurdi, quod nec in Veter. Teſtamento Magiſtratus facinoroſos occidere potuiſſet, contra expreſſum DEI juſſum *Exod.* 21. *verſ.* 14. 15. 16. 20. *Levit.* 24. *verſ.* 16. *Levit.* 20. *verſ.* 10. *Deut.* 22. *verſ.* 22. *&* 24.

Secundò: Solent opponere parabolam, 43 ubi Dominus iraſcitur ſervo, qui conſervo ſuo debita noluit remittere; Idem ergo & Magiſtratibus ceu DEI imitatoribus faciendum, ſi iram DEI effugere velint. Nam & hoſce orare oportet: Remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris. *Matth. 6. verſ.* 11. *Reſpond.* Neque parabola, neque oratio illa Magiſtratui quicquam derogat. Utraque enim de privatâ agit correctione, & reconciliatione fraternâ, uti apertiſſimè liquet ex propoſitione Petri *Matth.* 18. *verſ.* 21. ſic interrogantis: Domine, quoties peccabit in me frater meus & dimittam ei, usque ſepties? Cui reſpondet Jesus: Non dico tibi usque ſepties, ſed usque ſeptuagies ſepties: ideò aſſimilatum eſt regnum cœlorum homini Regi, qui voluit rationem ponere cum ſervis ſuis. &c.

Tertiò: Arma, ajunt, noſtræ militiæ non 44 eſſe corporalia, Gladium, Carcerem, Rotam, Furcam, ſed ſpiritualia. *Roman. 6. Epheſ. 6. 2. Corinth.* 10. Quæ verba Apoſtoli ſunt generalia, ad omnes Chriſtianos & ſic etiam ad Magiſtratus pertinentia. *Reſpon.* Non loquitur ibidem Apoſtolus de poteſtate publicâ Magiſtratui competente, ſed de Chriſtianiſmo, ejusque armis ſpiritualibus, quibus adverſus Satanam, & ipſius Organa pugnandum. Sicuti autem Chriſtianiſmus non tollit Magiſtratum & forum politicum, ita nec arma Chriſtianiſmi evertunt jus gladij, quod Magiſtratui autoritate DEI competit. Probatur hoc manifeſtè ex verbis *D. Pauli dict. cap. 6. Roman. Vt ſerviamus juſtitiæ.* Et *Epheſ. 6.* Ut Chriſtiani pugnaturi cum Diabolo, ejusque tentationibus, utantur armis ſpiritualibus, quum gladio, haſtâ, fuſte, bombardâ cædi nequeat.

Quartò: Adducunt charitatem Chriſtia- 45 nam, cui repugnet, facinoroſos occidere. Univerſale namque DEI mandatum eſt: Diligite inimicos, Eſtote miſericordes &c. Quo non minus Magiſtratus ac alij obligantur. *Reſpon.* At quis non videt præcepta de diligendis inimicis, exercendâ miſericordiâ, & condonandis delictis, ad vitæ communis informationem pertinere, poteſtati autem & officio Magiſtratus nil derogare, alioqui nullas omnino pœnas delinquentibus irrogare Magiſtratui fas eſſet, quod nec Photiniani aſſerere auſi unquam fuere. Et licet charitati repugnet ex odio aut cupiditate vindictæ privatæ vitâ aliquem privare, attamen ſummæ charitatis eſt, facinoroſos juxta Leges punire, quod faciunt Magiſtratus.

46 Quintò : Objiciunt quod Chriſtus noluerit damnare adulteram, quam tamen Lex damnabat.*Iohann.*8.*verſ.*11. Unde *Schmalz.contra diſp.*6. *poſter.Franz.de reb.civil.pag.*391. infert : Si Chriſtus Legem iſtam de puniendis adulteriis approbaſſet, quid opus fuiſſet, modum, eumque tàm argutum excogitare, quo adultera illa liberaretur,&c.

47 *Reſpond.* Sed nihil patrocinij habent in hâc
Hiſtoriâ Photiniani, ut quæ jus gladij non adi-
mit Magiſtratui , ſed perſonis Eccleſiaſticis il-
lud tantummodo non competere,probat. Nam
Chriſtus quum docendi causâ in hunc mun-
dum veniſſet, noluit Civilis Magiſtratus partes
ad ſe pertrahere, contentus ad pœnitentiam &
fidem per Verbi prædicationem homines ad-
ducere. *Iohan.*6.*verſ.*25.*Luc.*12.*verſ.*14. *Henric.*
*Eckard. de Ordin.Eccleſ.& polit.part.*3.*cap.*2.*quæſt.*
48 3.*in fin.Deinde,*verba Chriſti *Iohan.*8.*verſ.*11.*(Nec*
ego te condemno) de abſolutione duntaxat à ſpi-
rituali reatu , non etiam à pœnâ politicâ , accipi debent. Nam ſi adultera à Magiſtratu Legitimo ſecundum Legem ad mortem condemnata fuiſſet, absque dubio Chriſtus eam à pœnâ non liberaſſet. Sicuti nec latronem pœnitentiam agentem Magiſtratus pœnæ eripuit, licet ei culpam remiſerit,*Luc.*23.*verſ.*43.

Sextò : Denique & urgent,quod Chriſtus in-
terdixit Petro, ne gladio utatur, *Matth.*26.*verſ.* 49
52. *Reſponſ.* Levis hæc eſt objectio, & facili negotio refellitur : Siquidem Petrus non erat Magiſtratus. Sed propriâ temeritate, absque vocatione & mandato , ſolummodò ut ſuâ turbulentiâ ex præpoſtero zelo paſſionem & mortem Chriſti,ac conſequenter opus Redemptionis impediret, gladio uti volebat, quod facere prohibetur ; Chriſtus ergò ibidem jus gladij, Magiſtratui divinitus datum neutiquam tollit, ſed gladio ex privatâ temeritate atque vindictâ uti vetat.

QVÆSTIO CII.

De differentiâ pœnarum: Et in ſpecie, quænam cauſæ ac pœnæ in foro Saxonico dicantur criminales & civiles, quæq; delicta atrocia & atrociſſima.

SUMMARIA.

1. *Pœnæ debent correſpondere delictis.*
2. *Pœnæ ſunt capitales,vel non capitales.*
3. *Capitales pœnæ quænam ſint? n.*5.7.8.
4. *Caput hominis duplex eſt , naturale & civile, num.*6.
9. *Pœna ſanguinis quænam dicatur.*
10. *Fuſtigatio & abſciſſio membri num ſint pœnæ ſanguinis? n.*11.
12. *Non capitales pœnæ quænam ſint?*
13. *Pœnæ ſunt vel ſummi,vel medij,vel infimi gradus. n.*14.15.
16. *Pœna vel eſt legitima , vel conventionalis, vel teſtamentaria.*
17. *Pœnæ ſunt vel ordinariæ,vel extraordinariæ.*
18. *Quænam pœna dicatur Capitalis in foro Saxonico?*
19. *Differentia cauſarum civilium & criminalium in quibus conſiſtat? num.* 20.21.22.23. 24.25.26.
27. *Quænam cauſæ ſint criminales,quæq; civiles? nu.* 28.29.30.
31. *Moribus noſtris quænam hodie ſint criminales?*
32. *Refertur opinio Gothofredi Antonij de hac re ejusdemq; argumenta. num.*33.34.35.36. 37.38.39.40.41.42.
43. *Rejicitur hæc opinio.n.*44.45.46.47.
48. *In foro Saxonico quænam cauſa ac pœna dicantur criminales,quæque civiles?n.*49.50. 51.52.55.
53. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
54. *Vocabulum* (Leibesſtraff) *dupliciter accipitur.*
56. *Delicta ſunt vel atrocia,vel atrociſſima.*
57. *Quomodo hæc delicta differant? n.*58.59.
60. *Levia delicta quænam ſint?*
61. *Delicta in foro Saxonico quænam ſint atrocia, quæq; atrociſſima? n.* 62.63.64.65.66.
67. *Effectus hujus diſtinctionis qualis ſit.*
68. *In delictis atrociſſimis jura transgredi licet & quatenus hoc verum ſit.n.*69.

QUod dictum atq; probatum fuit *quæſtio-*
ne præcedẽti adverſus Anabaptiſtas, Pho-
tinianos, & Weigelianos, Magiſtratum
optimo jure, nec DEI præcepto reclamante, ca-
pitaliter in homines facinoroſos animadvertere
poſſe , hoc non ſimpliciter accipi debet , quaſi
omne ac quodvis delictum mortis pœnâ vindi-
candum , & cujusque delicti Reo ultimum ſup-
plicium irrogandum eſſet : quod nec unquam
ſenſit aut ſcripſit quiſpiam ex JCtis rerum cri-
1 minalium peritis. Quemadmodum enim crimina indifferenter æqualia & gravia non ſunt, ita nec pœnæ æquè atroces perhibentur, ut quæ delictis ſemper correſpondere debent. *l. perſpiciendum* 11.*in pr.l.hodiè*.13.*ff.de pœn. Novell.*82.*cap.*10.*l.Sacrilegij*.6.*ff.ad Leg.Iul.peculat.l.ſancimus*.22. *C.de pœn.l.Pedius*.4.§.1.*ff.de incend.l.capitalium*.28. *§.ſolent & graſſatores.ff. de pœn.l.*1.*ff. de jur.patronat.l.*3.*C.de Epiſcop. audient.l.ſervos.C.ad Leg.Iul. de Vi publ. Anton. Gomez. de delict.cap.*3. *num.*60. *in fin.& de furt.num.*5.*Nicol.Reuſner.lib.*2.*deciſ.*20. *num.*6.

Hinc

2 Hinc tam variæ in facinoroſos proditæ ſunt pœnæ, totque pœnarum ab *Interpp.* traditæ differentiæ, quas omnes atque ſingulas referre inſtituti hujus non eſt. Generaliter namque pœnæ dividuntur in Capitales & non Capitales. *l.publicorum.2.ff.de publ.judic.§.publicorum.2.Inſtitut.eod.tit.l.rei capitalis.2.l.ſi quis.6.§.ult.l.capitalium.28.in princip.& §.cæteræ 1.ff.de pœn.l.licet.*103.*ff.de Verb.ſignif.Ioh. Harppr.in §.2.nu.3.Inſtit.de publ.judic. Herman.Vultej.lib.1.Iuriſprud.Roman.cap.54.Matth.VVeſemb.in parat.ff.de pœn.n.2.*

3 Capitales dicuntur vulgò pœnæ, quæ caput tollunt, ſeu quæ vitæ, libertatis, aut Civitatis important amiſſionem. *dict.l.rei capitalis.2.d.l.ſi quis.6 §.ult.l.capitalium.28.pr.de pœn.§.publicorũ.2.Inſtit.de public.judic.l.ſed etſi.4.ff.ſi quis caut.in jud.ſiſt.l.edicto.13.ff.de bonor.poſſeſſ.l.qui cum major.14.§.is demum.3.ff.de bon.libert.l.10.ff.de jur.patron.* Duplex namque caput eſt hominis, aliud *Naturale*; aliud verò *Civile*.

4 *Naturale* eſt potiſſima corporis humani pars, ſine quâ vita hominis conſiſtere nequit, propter cerebri & cordis conſenſum. Hujus reſpectu pœna capitalis quædam eſt *capitis naturalis*, quâ vita naturalis homini delinquenti adimitur. *dict.l rei capitalis.2.l.Relegati.*4. *l.ſi quis.6.§.ult.l.8.§.1.l.ultimum.21.l.28.l.29.ff.de pœn.l.publicorum.2.ff de publ.judic.§.publicorum.2.Inſtit.eod.tit.dict l.ſed etſi 4.ff.ſi quis caut.in judic.ſiſt.l.ult.C.Si Reus vel accuſ.mort.Novell.86.cap.4.* Qualis pœna eſt Decollatio ſeu capitis amputatio, *l.aut damnum.8.§.vita.l.capitalium.28.in pr.ff.de pœn.* Suſpendium in furcâ ſeu patibulo. *dict.l.28.de pœn.* Rotæ ſupplicium, *articul.*130.*& articul.*137. *Ordin.Criminal.Carolin.* Vivi hominis crematio, *dict.l.aut damnum.8.§.hoſtes.2.l.capitalium.28.pr.§.igni.11.& §.incendiarij.12.l.ſi quis.38.§.1.& 2.ff.de pœn.l.qui ædes.9.ff.de incend.l.Iudæis.3 C.de Iudæis.l.ſi quis.2 C de falſ.monet.* Submerſio, *§.alij deinde 6.Inſtitut.de publ.judic.l.pœna.9.ff ad Leg.Pompej.de parricid.art.*133.*Ordinat.Crimin.Carolin.* Et de jure Civili beſtiis objectio, ut delinquentes ab illis devorentur & dilacerentur. *l.perſpiciendum.*11.*§.ult.cum.l.ſeq.*12.*d.l.capitalium.28.§.pen.l.ſeq.l.ad beſtias.31.ff.de pœn.l.ejuſdem.3.§.pen.ad Leg.Corn.de Sicar.ult.C.ad Leg.Fab.de plagiar.l.1.§.quanquam.3.ff.de abig.l.pœna.9.ff.ad Leg.Pompej.de parricid.l.ſi quis.6.§.ſed etſi.6 ff.de injuſt.rupt.*

5 Nam ſi facinoroſus ad beſtias condemnetur, non ut à feris diſripiatur, ſed ut cum iiſdem pugnet, & ludos venatorios exerceat, pœna hæc capitis naturalis dici nequit; Siquidem tum Reus non vitam amittit, ſed voluptatem per omnes vitæ ſuæ dies, geſticulando, venandoque Spectatoribus exhibet, & ideo Servus pœnæ fit, non ſanguinis. *l.8.§.11.& §.12.l.ad beſtias.31.ff.de pœn.l.quicunque.8.ff.ad Leg.Corn.de falſ.§.pœna.3.Inſtitut.quib.mod.jus patr.poteſt.l.ejus qui.8.§.ult.ff.qui teſtam.fac.poſſ.Petr.Theodor.in Colleg.Criminal.diſput.10.th.2.lit.B.* Quamvis jure novo nulli ingenui, etiamſi ad ultimum ſupplicium, vel opus metalli, aut ad beſtias damnati ſint, pœnæ ſervi fiant. *Novell.22.cap.8.Gilken.ad l.2.C.qui teſtam.facer.poſſ.Hugo Donell.2.comm.9.*

6 *Civile caput* eſt Status ſeu conditio hominis in libertate, Civitate, & familia conſiſtens. *l.ult.ff.de capit.demin.* Quo reſpectu, pœna Capitalis eſt, quâ Civis Romanus ſalvâ vitâ è numero Civium Romanorum tollitur, ademptâ illi civitate, quandoque etiam cum illa libertate. *l.licet.103.ff.de Verb.ſignif.l.Rei capitalis.2.l.capitalium.28.in pr.ff.de pœn.l.ſed etſi.4.ff.ſi quis caut.in jud.l.edicto.13.ff.de bonor.poſſeſſ.l.qui cum 14.§.is demum.3.ff.de bon.libert.l.publicorum.2.ff.de public.jud.* Quædam enim pœnæ libertatem cum Civitate tollunt, & ſervitutem irrogant. *§.pœna.3.Inſtitut.quib.mod.jus patr.poteſt.l.rei capitalis.2.in pr.ff de pœn.* Ut eſt pœna metalli, *l.aut damnum.8.§.eſt pœna.4.§.inter eos.6.§.in miniſterium.l.ſunt quidam.17.pr.l.28.in pr.l.in metallum.36.ff.de pœn.l.ſi in metallum.3.ff.de his quæ pro non ſcript.l.in metallum.12.ff.de jur.fiſci.l.1.§.ult.ff.de bonor.poſſ.contra tabul.*

7 Quædam verò Civitatem ſine libertate auferunt, *l.amiſſione.5.ff.de cap.deminut.dict.l.rei capitalis.2.in princ.dict.l.ſunt quidam.17.§.item.1 ff.de pœn.* Ut, datio in opus publicum, *d.l.17.§.1.l.ſervus.34.ff.de pœn.l.1.C.eod.tit.* Deportatio, *§.minor.2.Inſt.de capit.demin.d.l.rei capitalis.2.§ conſtat.1.d.l.17.§.1.l.capitalium.28.princ.ff.de pœn.l.ejus qui 8.§.in inſulam.2.ff.qui teſtam.fac.poſſ.l.inter pœnas.6.in pr.l.deportatus.15.ff.de interdict.& releg.Petr.Theodor.dict.diſp.10.th.2.lit.B.Ant.Govean.2.Var.lect.11.Iohan.Harppr.ad §.2.nu.5.Inſt.de cap.demin.ubi & Hottom.Robert.3.ſentent.6.Herm.Vultej.cap.12.diſcept.Schol.Duar.1.diſp.ann.9.*

8 Quæ pœna in locum aquæ & ignis interdictionis ſucceſſit, *l.2.§.1.ff.de pœn.l.peculatus.3.ff.ad Leg.Iul.peculat.Andr.Gail.lib.2.de pac.publ.cap.1.nu.17.Gothofr.in l.20.§.ult.ff.ad Leg.Iul.de Vi publ.Iul.Clar.in pract.§.fin.quæſt.67.num.6.Matth.VVeſembec.in parat.ff.de capit.demin.n.5 & de publ.jud.n.1.Mynſing.ad §.1.n.4.Inſt.de publ.jud.Harppr.dict.§.2.*

9 Differentia hæc pœnarum Capitalium, quandoque aliis verbis *ab Interpp.* exprimitur: Ut ſcilicet alia ſit pœna *ſanguinis*, alia verò quæ *ſanguinem non habet. l.tranſigere.C.de tranſact.l.fin.ff.de prævar.l.1.ff.de bon.eor.l.fin.in fin.C.de judic.Iul.Clar.lib.5.ſent.§.ult.quæſt.67.Gloſſ.ad dict.l.tranſigere.Matth.Steph.1.de juriſdict.9.n.59.& ſeq.* Capitalis pœna *ſanguinis* ea eſt, quæ vitam adimit. Capitalis verò pœna *ſine ſanguine*, quæ mortem civilẽ affert ademptâ Civitate, vel libertate, prout antea demonſtravi. *dict.l.tranſigere.C.de tranſact.l.fin.de prævar.*

10 Hinc expedita eſt reſponſio ad quæſtionem illam: *An flagellatio, fuſtigatio, membri abſciſſio, &c. ſint pœnæ capitales ſanguinis?* Quod quidem affirmant *Zaſ.ad l.imperium.num.12.ff.de juriſdict.Herm.Vultej.lib.1.Iuriſprud Roman.cap.*54.*n.25.Ioh.Sichard.ad L.tranſigere.num.2.C.de tranſact.ubi & Gilken.nu.24.Henr.Bocer.in tract.de jurisd.cap.5.num.61.Proſp.Farin.in prax.crimin.lib.1.tit.3.quæſt.19.num.25 & 29.Iul.Clar.in pract.crim.*

Q.1. An fuſtigatio & abſciſſio membri ſint pœna ſanguinis?

§.ult.quæſt.58.num.7. Matth.VVeſemb.in paratit.n.3.ff.de pœn. ex eâ potiſſimùm ratione, quòd pœnæ hæ ſanguinis effuſionem habeant, unde haud immeritò pœnæ capitales ſanguinis dicendæ erunt.

11 Verùm hæc opinio ex falſo ſanguinis pœnæ intellectu promanavit. Non enim hæc ita dicitur, quia ſanguinis effuſionem habet, ſed quia mortem infert, & ultimum ſupplicium, ut ſic pœna ſanguinis nil aliud ſit quàm pœna ultimi ſupplicij. Rectius ergò meo judicio quis dixerit, fuſtigationem atque membri abſciſſionem pœnas ſanguinis non eſſe, quia non pariunt mortem. Quod tantò verius eſt, quantò certius, pœnas haſce planè non eſſe capitales, ut conſtat *ex l.2.ff.de public. judic. l.2.l.capitalium.28.ff.de pœn. l.4.in pr.ff.ſi quis caution. lib.6. §.6.ff.de injuſt.rupt. Iacob.Menoch. lib.1. arbitr. jud. quæſt.86.num.15. Scip.Gentil.1 de juriſdict.8.Gœdd. de contr.ſtipul.cap.6.concl.12.num.134. Petr.Theodor.dict.diſp.10.th.2.lit.B. Iul.Clar.dict.§ ult.quæſt.69.n.2.*

12 Non capitales pœnæ ſunt, quæ non ad capitis periculum, ſed exiſtimationem pertinent. *dict. l.capitalium.28.§.l. aut damnum.8.ff. de pœn. l.publicorum.2.ff. de publ. judic. l.edicto.13. ff.de bonor.poſſeſſ.l.licet.103.ff.de verb.ſignif.* Exinde enim quod dictum antea, pœnas capitales caput naturale vel civile tollere, evincitur pœnas capitales non eſſe, quæ vitam, Civitatem, aut libertatem non adimunt, ſed aliam quamlibet coercitionem continent, cujusmodi eſt datio in opus publicum ad tempus, *dict. l.capitalium.28.§.cæteræ.1. l. aut damnum.8. §. quisquis.7. ff.de pœn.* Mulcta pecuniaria, *d.l.8.in pr.de pœn. §.publicorum.2. Inſtit. de publ. jud. l.hoc accuſare.12. §. omnibus.4.ff. de accuſat. l. aliud fraus.131. §. inter mulctam.1.ff. de Verb.ſignif. l.ſi quis.9. in princ.ff. de juriſdict. l.conſenſiſſe.2.§.ult.ff.de judic.§. ex maleficiis.18.Inſt.de action.§.ult.Inſtit.de obligat.quæ ex delict.naſc.pr. Inſtit. de Vi bon. rapt. l.unic.ff. ſi quis jus dic.non obtemp.* Relegatio, ſive temporaria ſit, ſive perpetua, *l.relegati.4. l.relegatus.14.in pr.& §. magna.1.ff.de interd.& relegat.l.ſi quis.9.§ ult.l.28. §.1.& §. in exulibus.13. ff. de pœn. l.publicorum.2.ff. de publ.judic.* Quia libertatem & civitatem non tollit, *dict.l.relegati.4. dict.l.relegatus.14.§.magna. 1.ff.de interd.& releg. l. ejus qui 8.pen.ff. qui teſtam. fac.poſſ.§.relegati.2. Inſt. quib.mod. jus patr. poteſt.* Infamia, *l.1.& tot.tit.C.ex quibus cauſ.infam.irrogat.l.1.& tot.tit ff.de his qui not.infam.l.ſolet.63.ff. de furt.l.infamem.7.ff.de publ.judic.* Dignitatis depoſitio, *l.judices.12.C. de dignit. l.ſi quos.3. de offic. Præf.Præt. Orient. l. aut damnum.8.in pr.ff. de pœn.* Corporis coercitio, quæ fit ictu fuſtium, *l.veluti. 7.dict.l.capitalium.28.§.1.& 2.ff.de pœn.* flagellatione & vinculorum verberatione. *d.l.7.l.levia.6. ff.de accuſat.*

13 Ab aliis porrò hæ pœnæ Capitales & Non capitales ita diſtinguuntur: ut vel *Summi*; vel *Medij*; vel *Infimi* ſint gradus. *Summi gradus* dicuntur pœnæ, ultimum ſupplicium inferentes & vitæ amiſſionem, quæ ob graviora facinora, quibus vix caſtigatio proficit, vel in deteſtationem criminis, vel in exemplum imponuntur, & propriè ſunt pœnæ Capitales ſanguinis, ſive pœnæ Capitis naturalis: Ut capitis amputatio, ad beſtias damnatio, *l.6.§.fin.l.11.§.fin.l. 28.§ pen.ff.de pœn.* Suffocatio in aquâ defoſſionis, ſtipitisque adactionis pœna, Rotæ ſupplicium, Diſſectio in quatuor partes, diſtractio ſeu dilaceratio condemnati per quadrigas, in diverſum actas, quæ pœna vetuſtiſſima perhibetur *à Lang.l.10.Semeſtr.cap.3.* Laquei ſive ſuſpendij pœna, omnium pœnarum fœdiſſima & turpiſſima *Matth.Stephan.1. de juriſdict.8.num.52.& 53.* Vivi hominis concrematio, ſeu ignis, quo variis modis homines necatos fuiſſe refert *Petr. Gregor. in ſyntagm. jur. lib.31.cap.15.num.3.& 4.* Quondam crucis ſupplicium, quo Chriſtiani quamplurimi fuerunt affecti. Quam tamen pœnam ob memoriam ſalutis, illius inſtrumento humano generi partæ, ſuſtulit Conſtantinus Imper. Et Cæſares nec Crucis ſignum depingi vel ſculpi humi patiuntur, ne pedibus hoc conculcare videantur homines, *l.un.c.nemin.licer. ſign. Chriſti Salvat. Petr.Gregor. dict. lib.31. cap.17. num.4.* Pœna præcipitij, quando quis ex ſuperiori loco ut moriatur, dejicitur. *4.Reg.9.* Quod ſupplicium, licet olim apud Romanos vulgare fuerit, *Halic. libr.8.* Hodiè tamen ſublatum eſt. *l.23.§.ult.ff. de pœn. l.1. C.de emendat. ſervor. Petr.Theodor. dict.diſput.10.theſ.2. lit.G.*

Medij verò gradus pœnas appellant eas, quæ citra ultimum ſupplicium maximam vel mediam Capitis deminutionem afferunt, & aliàs ſunt pœnæ capitales non ſanguinis, ſeu capitis civilis, ut damnatio in metallum, & in opus publicum. *l.17.ff.de pœn.Petr.Gregor.in ſyntagm.jur.dict. lib.31.cap.36.n.1.* 14

Infimi verò gradus ſunt pœnæ quæ nec Vitam nec Civitatem adimunt, ſed tantummodò æſtimationem lædunt, quales ſunt pœnæ non capitales, ut Relegatio, mulcta pecuniaria, fuſtigatio, &c. de quibus antea dictum. *Petr.Theod.dict. diſp.10.th.2.lit.G.* 15

Præterea & alia pœnarum traditur differentia, dum quædam pœna dicitur *Legitima*; Quædam *Conventionalis*; Alia verò *teſtamentaria*. *Legitima* eſt pœna illa, quæ citra conventionem irrogatur ex eo ſolo, quod delictum fuit admiſſum. *Iul. Clar. lib.5.ſentent. §.ult.quæſtion.1. Vult. lib.1. Iuriſprudent. Roman. cap.54.num.2. Iohann. Gœdd. ad l.103.num.20. ff. de Verb. ſign. Petr. Gregor. libr. 31. ſyntagm. jur. cap.3.* *Conventionalis* illa eſt, de quâ præſtandâ ſi quid fieret, aut non fieret, per Legem contractus cautum eſt. *§. Conventionales Inſtitut. de diviſ.ſtipulat. l. conventionales. ff. de Verb. obligat.* *Teſtamentaria* verò dicitur pœna, quæ coercendi heredis, quo magis aliquid faciat, aut non faciat, vel legatarij juvandi & ei relicti confirmandi causâ adjicitur: Cujusmodi eſt pœnæ nomine relictum, *§.ult. & ibi Theoph. Inſt. de Legat. l.unic. C.de his quæ pœn.nomin.Donell.8.comm.16.* Item clauſula pœnam privationis continens, quam teſtator heredibus imponere poteſt. *Fachin.conſ.27.num.25.* 16

Surd. de aliment. titul. 9. quæſt. 25. num. 3. Ut puta, ad non moleſtandum uxorem Uſufructuariam. *Petr. Theodor. in Colleg. crimin. diſput.* 10. *lib.* 2. *lit.* C.

17 Aliter quoque dividuntur pœnæ in *Ordinarias, & Extraordinarias. Ordinariæ* dicuntur legibus expreſsè definitæ, & delictis indictæ. *l. quædam delicta.* 14. *ff. de pœn. l. ſervos.* 8. §. *ult. C. ad Leg. Iul. de Vi publ. l.* 1. §. *expilatores.* 1. *ff. de effract. l. ult. ff. de privat. delict. tot. tit. ff. & C. ad Leg. Iul. Majeſt. Extraordinariæ* autem pœnæ arbitrio judicis commiſſæ ſunt, quæ ex circumſtantiis modò graviores, modò leviores infliguntur; *l. perſpiciendum.* 11. *l. hodiè.* 13. *l.* 14. *l. aut facta.* 16. *ff. de pœn. l. Lex Iulia.* 7. §. *ult. ff. ad Leg. Iul. repetund. l.* 1. §. *Expilatores.* 1. *ff. de effract. l. ſi fugitivi.* 3. *C. de Serv. fugit. l. fin. ff. de furt. l. ſaccularij.* 7. *& tot. tit. ff. de extraord. crim. Herman. Vult. dict. cap.* 54. *num.* 27. *Dd. ad* §. *pœna. &* §. *ſumma. Inſt. de injur. Matth. VVeſemb. in parat. ff. de pœn. num.* 4. judicis tamen arbitrium non ex opinione propriâ, ſed legibus & rationibus oportet eſſe moderatum. *l. perſpiciendum.* 11. *l.* 13. *ff. de pœn. cap. ne innitaris.* 5. *extr. de Conſtit. l. Sacrilegij.* 6. *ff. ad Leg. Iul. peculat. Mynſinger. cent.* 6. *obſervat.* 97. *num.* 8. *Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. in proœm. num* 6. *& ſeq. Peck. in cap. in pœnis.* 49. *in pr. de Reg. jur.*

18 Et hæc de jure Civili veriſſima ſunt. Aliter autem res ſe habet de jure Saxonico, ubi nulla pœna pro capitali propriè habetur, niſi quæ amputato capite, aut aliter vitam delinquentis aufert. *Matth. VVeſemb. in parat. ff. de quæſt. num.* 5. *verſ. præſertim jure Saxonico. Dan. Moller. ad Conſtit. Elect.* 1. *num.* 15. *part.* 4. *Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſp.* 10. *th.* 2. *lit.* B. Neque aliarum diſtinctionum ac diviſionum pœnarum, quas modò ex jure civili probavi, in foro Saxonico uſus quiſpiam exiſtit, ideoque non multum de iiſdem laborandum erit.

Moribus tamen noſtris & in foro Saxonico duplex pœnarum differentia, cujus inſignis videtur eſſe uſus, potiſſimùm attendenda eſt, quæ utraque ex cauſa delicti obligatoria provenit.

Q.2. Quæ ſit differentia cauſarum Civilium & Criminalium?

19 Prima differentia eſt pœnarum Criminalium & Civilium. Sicuti enim delictorum materia ſive cauſa alia criminalis, alia verò Civilis eſt, ita & pœna delictorum alia eſt criminalis, alia civilis, **Peinliche vnd Bürgliche Straffe.** Quam differentiam probè noſſe oportet verſantes & tractantes in foro crimina & judicia publica, ob multiplicem diverſitatem & utilitatem, quàm hic paucis notare ſufficiat, plenior namque explicatio ex ſubſequentibus quæſtionibus patebit.

20 I. Enim, ratione competentiæ judicis, hujus differentiæ uſus haud minimus eſt: ſiquidem multi ſunt, quorum jurisdictio circa criminalia verſatur. Et multi quoque ſunt, quorum jurisdictio eſt ſolummodo circa cauſas Civiles; ideoque & multum intereſt, intelligere, an ſit cauſa Civilis vel Criminalis, ad hoc, ut ſciri poſſit, ad quem eorum pertineat ejus cognitio. *Iul. Clar. lib.* 5. *ſentent.* §. *ult. quæſt.* 1. *n.* 1.

II. In delictis quorum pœna eſt Civilis, Reus non facilè incarcerandus ſed incarceratus ſub cautione fidejuſſoriâ dimittendus eſt. At in cauſis criminalibus, quarum pœna eſt criminalis, cautio fidejuſſoria neutiquam admittitur, nec delinquens ex carcere dimittendus eſt. *l.* 1. *l.* 3. *ff. de cuſtod. & exhib. Reor. l.* 2. *C. eod. Matth. VVeſemb. in paratit. ff. de cuſtod. & exhib Reor. Proſper. Farin. quæſt. crimin.* 27. *Iul Clar. in pract.* §. *ult. quæſt.* 28. *& dict. quæſt.* 1. *nu.* 1. *Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſp.* 4. *th.* 10. *lit.* B. 21

III. In criminalibus cauſis ſive delictis, pro quibus pœna criminalis ſolet irrogari, Rei abſentis procurator non admittitur. In cauſis autem civilibus, ſive delictis, quorum pœna civilis eſt, procuratores rectè intervenire, notiſſimi juris eſt. *l. abſentem.* 5. *ff. de pœn. l.* 1. *ff. an per alium cauſ. appell. red. Andr. Rauchb. part.* 1. *quæſt.* 7. *num.* 17. *Iul. Clar. in pract.* §. *fin. quæſt.* 1. *n.* 1. *& quæſt.* 32. *n.* 4. *&* 5. *Andr. Gail. lib.* 1. *de pac. publ. cap.* 10. *Matth. VVeſemb. conſ.* 43. *n.* 168. 22

IV. In criminalibus cauſis tortura Reo infertur. Secus verò regulariter in Civilibus, *l.* 1. *in pr. l.* 8. *ff. de quæſt. Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crim. cap.* 35. *num* 4. *Matth. VVeſemb. in paratit. ff. de quæſt. num.* 5. *Iul. Clar. dict. quæſt.* 1. *num.* 1. *Petr. Theodor. in Colleg. Crim diſput.* 9. *th.* 9. *lit.* F. *Hippol. de Marſil. in prax. crim.* §. *expedita. n.* 58. *Rosbach. in proc. crim. tit.* 5. *cap.* 24. *n.* 1. 23

V. Ex præſumptionibus & indiciis quantumvis violentis & indubitatis, nemo in cauſa criminali condemnari debet. Secus autem in civili cauſa, quando agitur ad pœnam pecuniariam. *Novell. in pract. crimin. fol.* 118. *num.* 34. *Hippol. de Marſil. in l.* 1. §. *Divus Adrianus. num.* 25. *ff. ad Leg. Cornel. de Sicar. Petr. à Plach. in epit. delict. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 3. *Aug. ad Angel. Aretin. in tract. malef. in verb. Fama publica. nu* 28. *Gandin. de malef. in tit. de præſumpt. circa fin. Ægid. Boſſ. in tit. de Convict. n.* 34. *Bald. in l. milites. n.* 6. *C. de quæſt. Iul. Clar. lib.* 5 *ſent.* §. *ult. quæſt.* 20. *n.* 6. *Ludov. Carer. in pract. crimin. fol.* 36. *n.* 56. 24

VI. Multi teſtes repelluntur à teſtificando in criminalibus cauſis; qui non repelluntur in civilibus. *Iul. Clar. dict.* §. *ult. quæſt.* 1. Quæ omnia ex ſubſequentibus quæſtionibus manifeſtiora reddentur, ut dubium prorſus non ſit, multum conducere, noſſe ac ſcire diverſitatem atque naturam cauſarum civilium & criminalium. 25

Illud autem monitum hîc velim, generaliter loquendo omnia judicia, omnesque cauſas, quæ circa delicta ſeu crimina agitari ſolent, criminales eſſe, quatenus nimirum de cognitione criminum agitur; Ut derivatio nominis innuit, quo reſpectu omnes pœnas criminales eſſe, mulctamque pecuniariam criminalem pœnam dici poſſe, non valdè repugno. Sed minus propriè hoc fieri, nemo neſcit, neque enim hoc reſpectu cauſa criminalis dicitur **Peinlich/** 26 ſed vulgari idiomate, eine ſträffliche Sache/ quia circa crimen ſive delictum ejusque pœnam verſatur, & opponitur cauſæ civili, quæ ex contractu aliquo provenit, & in quâ de obligatione ex contractu agitur.

27 Relictâ ergo ſignificatione hâc impropriâ, illud diſpiciendum eſt: *quænam cauſa & pœna moribus noſtris & in foro Saxonico propriè ſit criminalis, & quomodo à civili cauſa & pœna differat?* Sanè varias opiniones pro deciſione hujus quæſtionis refert *Iul. Clar. lib. 5. ſentent.* §. *ult. quæſt.* 1. *num.* 1. *&* 2. ubi demum concludit: Cauſam atque pœnam eſſe Civilem, quando agitur ad commodum privatum, ſive cauſa deſcendat ex delicto, ſive ex contractu; Illud verò dici judicium criminale, in quo agitur ad commodum publicum, ſive ſit imponenda pœna corporalis, ad publicam vindictam, ſive ſit ex delicto imponenda pœna pecuniaria, quæ veniat applicanda Fiſco. Eamque opinionem veram & communem, nulloque pacto ab eâ conſulendo aut judicando eſſe recedendum, dicit, cum *Bartol. in l.* 3. *pr. ff. de judic.* quem *Dd.* communiter ſequuntur. *Gomeſ. Inſtit. de action. in princ. num.* 18. *Cephal. lib.* 1. *conſ.* 141. *num.* 21. *Socin. jun. lib.* 2. *conſil.* 99. *num.* 26. *Dec. in l.* 2. *num.* 41. *C. de edend. Iaſon. in rubr. C. de judic. num.* 2. *Gloſſ. in l.* 3. *ff. de ſepulchr. violat. Petr. Theodor. in Colleg. Crim. diſp.* 10. *th.* 2. *lit. D.*

28 Quæ ſententia de jure civili veriſſima eſt, dicitur namque pœna Civilis pecuniaria de re familiari & ad commodum privatum ſpectans. *l. interdum.* 4. *ff. de jud. publ.* §. *pœna.* 7. §. *in ſumma.* 10. *Inſtit. de injur. l. Prætor.* 7. §. *poſſe.* 6. *l. conſtitutionibus.* 37. *in fin. ff. eod. tit. l. fin. ff. de privat. delict. l. ult. ff. de furt. l. locatio.* 9. §. 5. *de publ. & vectigal.* Ad quam conſequendam non tantùm ex privatis, *§. ex maleficiis.* 18. *Inſtitut. de action.* §. *pœna.* 5. *&* §. *fin. Inſtitut. de obligat. quæ ex delict. naſc. dict. l. fin. de privat. delict.* Sed etiam publicis delictis agitur. *l. ſi docueris.* 9. *l. ſi lis pecuniaria.* 11. *l. pen. l. ult. C. ad Leg. Corn. de falſ. l. un. quando civil. act. crim. præjud. l.* 1. *C. ad Leg. Fab. de Plagiar. l.* 1. §. 1. *ff. de incend.*

29 Criminalis verò in jure civili dicitur pœna, quæ non intereſſe privatum, ſed vindictam publicam reſpicit, *dict. §. in ſumma.* 20. *Inſtit. de injur. d. l.* 9. *§.* 5. *ff. de publ. & vectigal.* tàm in privatis delictis, quàm reliquis criminibus publicis, *l. ult. ff. de furt. d. §.* 10. *Inſtitut. de injur. l. ſi ambo.* 10. §. *quoties num.* 2. *ff. de compenſat. tot. tit. ff. &* C. *de pœn.* Hæcque pœna Criminalis non ſemper eſt corporalis, quæ corpori delinquentis infligitur, *l. Pedius.* 4. §. *Divus.* 1. *ff. de incend. l. aut damnam.* 8. *l. capitalium.* 28. *ff. de pœn. l. item apud Labeonem.* 15. §. *idem ait* 30. *l. qui injuriarum.* 43 *ff. de injur.* Sed & pecuniaria, quando ſcilicet ea Fiſco applicatur. *l.* 1. *in princ. l. in ſumma.* 17. *ff. de jur. Fiſci. l. hos accuſare.* 12. §. *omnibus.* 4. *ff. de accuſat. l.* 1. *in princ. ff. ad Leg. Iul. de Vi privat. l. aliud fraus.* 131. *§. inter mulctam.* 1. *ff. de verb. ſignif. l.* 1. *& tot. tit. C. de bon. proſcript. l. publicorum.* 2. *ff. de public. judic. l. lege Iulia.* 2. *in fin. ff. ad Leg. Iul. de annon. l.* 1. *l. ult. C. ad Leg. Iul. repetund. cap. un. quæ ſint regalia,* 2. *Feud.* 56. Quæ tamen in corporalem mutatur, ſi delinquens eſt pauper. Nam qui 30
non in ære habet, luat in corpore, *l.* 1. §. *ult. ff.*
de pœn. l. ſi quis. 7. §. *in ſervos.* 3. *ff. de juriſdict. l. ult.*
ff. de in jus vocand. l. qui ædes. 9. *ff. de incend. l. ult.* C. *de*
ſepulch. violat. l. ex quo. 12. *§. item illud.* 5. *l. ult.* C. *de*
ædif. privat. l. ſi quis injuriam. 35. *ff. de injur. Speckh.*
centur. 1. *quæſt.* 40. *Vincent. de Franch. deciſ.* 317. *Co-*
ſtal. in l. quis. ff. de juriſdict. Petr. Theodor. dict. diſput.
10. *theſ.* 2. *lit. D. Iacob. Menoch. de arbit. jud. quæſt. l.* 2.
caſ. 447.

Verùm quænam cauſæ ac pœnæ hodiè moribus noſtris criminales dicantur, diſceptari ſolet? 31 Vocem namque (Peinlich) ad eas tantummodò pœnas pertinere, quæ corporis afflictivæ ſunt, ut eſt pœna mortis, fuſtigatio, manus amputatio, adeoque cauſas ſolùm dici propriè criminales, in quibus ad pœnam ejusmodi corporis afflictivam agitur, reliquas verò, quæ ad pœnas leviores, mulctam pecuniariam, Carcerem aut relegationem tendunt, eſſe civiles, perinde ac pœnæ hæ propriè civiles dicantur, ſcribit *Frider. Mindan. de proceſſ. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 22. quem allegat & ſequitur *Erneſt. Cothm.* allegatus *à Matth. Steph. in præfat. Conſtit. Crim. Carol.*

Quam ſententiam *Gothofredum Antonium* 32 ſubſequentibus rationibus aliquando impugnaſſe, ſcribit *Theodor. Reinking. in tract. de Regim. ſecul. & Eccleſiaſt. lib.* 2. *claſſ.* 2. *cap.* 14. *num.* 38. *& ſeqq.*

1. Quia pœna infamiæ dicitur Criminalis, eine peinliche Straffe / uti manifeſtum eſt 33
ex Ordinat. Crimin. Carol. art. 104. *verſ.* Aber
ſonderlich iſt zu mercken / In was Sachen / oder
derſelben gleichen / vnſer Käyſerlich Recht keinerley peinliche Straffe am Leben / Ehren / Leib /
oder Gliedern ſetzen / oder verhängen / daß Richter vnd Vrtheiler darwider auch niemand zum
Tode oder ſonſt peinlich ſtraffen / &c. *junct. rubr.*
Eine Vorred / wie man Miſſethat peinlich ſtraffen ſoll. *Et articul.* 110. *in verb.* Daß der Geſchmächte an ſeinem Leibe / Leben oder Ehren peinlich geſtraffet werden möchte / &c. *junct. rubr.*
Straff Schrifftlicher / vnrechtlicher / peinlicher
Schmähung / &c. Atqui pœnam infamiæ cor- 34
poralem (Leibesſtraff) non eſſe, nemo negabit,
perpendens *l. ſi quis fortè.* 6. §. *ult.* In verb. *Et*
ſunt pœnæ, quæ aut vitam adimant, aut ſervitutem
injungant, aut Civitatem auferant, aut exilium,
aut coërcitionem corporis contineant. junct. l. 8. *princ.*
Ibi: *Aut damnum cum infamiâ, aut dignitatis aliquam depoſitionem, aut alicujus actus probibitionem. ff. de pœn. Ordinat. Crimin. Carol. artic.* 104. In verb. Aber ſonderlich iſt zu mercken / in was Sachen / oder derſelben gleichen / vnſer Käyſerlich Recht / keinerley peinliche Straff am Leben / Ehren / Leib oder Gliedern ſetzen / *&c. Art.* 110. In verb. An ſeinem Leib / Leben oder Ehren / *Artic.* 196. *junct. rubr.* ubi Leibſtraff / quæ non eſt ad mortem vel carcerem, definitur, quod fiat an Leib oder Gliedern. Sequitur ergò, pœnam aliquam eſſe criminalem, quæ tamen corporis afflictiva non ſit.

35 2. Hinc & inferri poteſt, mulctam pecuniariam pœnam criminalem dici poſſe. Siquidem regulariter omnis pœna pecuniaria,

quæ in judiciis publicis ex causâ doli irrogatur (ſi enim ex ſolâ culpâ, veluti propter exceſſum inculpatæ tutelæ irrogatur, aliud dicendum) infamiam ſecum trahit, *argum. l.* 7. *ff. de publ. judic. l.* 8. *ff. pœnis. Ordinat. Crimin. Carol. art.* 111. Ibi: Am Leib oder Gut/ nach geſtalt der Sachen/ &c. *Artic.* 164. Ibi: An Gut/Leib/oder Leben/ *&c. Art.* 169. *&* 198. *verſ.* Merck/ ſo ein Vbelthäter. Jam verò pœna, quæ ex cauſa publici judicii imponitur, & infamiam ſecum trahit, criminalis eſt. *dict. artic.* 104. *verſ.* Aber ſonderlich iſt zu mercken. *Ordin. Crimin. & artic.* 110. *junct. art.* 111. *& artic.* 164. *Ordin. Crimin.*

36 3. Pœna privationis dignitatis corporalibus pœnis accenſeri non poteſt. *l.* 6. §. *ultim.* verb. *Aut coërcitionem corporis. junct. l.* 8. Ibi: *Aut dignitatis aliquam depoſitionem. ff. de pœn.* Hæc autem quin criminalis ſit, etiam ex conſuetudine hodiernâ, ſi ex causâ publici judicii infligatur, negari nequit, quia ſemper conjunctam habet infamiæ notam. *l. infamem.* 7. *ff. de publ. jud. & arg. l. judices.* 12. *C. de dign. arg. l.* 4. §. 8. *ff. de re militari.* Ac proinde etiam criminalis eſt ex *Ordin. Crimin. Carol. V. argum. dict. artic.* 104. *& art.* 110. Ibi: An ſeinem Leib/Leben/ Ehren/ ꝛc.

37 4. Sic & pœna Relegationis eſt criminalis, peinlich/ ex noviſſimis publicorum judiciorum legibus, ſi ſcilicet ex causâ doli & in publico judicio, veluti falſi commiſſi & ſimilium irrogetur, *Ordin. Crimin. Carol. artic.* 113. Ibi: Der ſoll zu peinlicher Straff angenommen/ jhme das Land verbotten/ *&c.* Ecce hîc relegatio diſertis verbis appellitatur pœna criminalis. Atqui pœnam Relegationis corporis afflictivam non eſſe, notiſſimum eſt, quum per eam corpus neutiquam affligatur, quò & facit *dict. art.* 113. *Ordin. Crimin.* In verb. Jhme das Land verboten / oder an ſeinem Leibe/ *&c. Conſtitut. Elect.* 11. *part.* 4. In verb. Oder Abhawung der Hand/ vnnd alſo Leibesſtraff zugeſprochen werden / daß derſelbige dißfalls/ neben der Leibesſtraff / mit keinem Wehrgeld zu belegen ſeyn ſoll/ Da jhme aber allein die Vorweiſung zuerkandt/ *&c. Conſt. Elect.* 12. *p.* 4. In verb. Würde aber der Thäter mit obgedachter Lebens- oder Leibesſtraffen verſchonet / vnnd doch ſonſten vnſerer Lande / wegen ſeiner Vorbrechung/ vorwieſen/ *&c. l.* 6. §. *ult.* In verb. *Aut exilium, aut coërcitionem corporis contineant. ff. de pœn.*

38 5. Inquit *Theodor. Reink. dict. cap.* 16. *numer.* 43. Pœna confiſcationis bonorum vel omnium vel certæ partis in judicio publico irrogata, veluti ex lege Juliâ de Vi privatâ, etiam ex jure hodierno pro criminali habenda eſt, præſertim cum conjunctam habeat infamiæ pœnam, *argum. d. l.* 7. *ff. de publ. jud. l.* 8. *ff. de pœn.* §. 2. *Inſtit. de publ. jud. l.* 1. *in pr. l. ult. ff. ad Leg. Iul. de Vi privat. junct. Ordin. Crimin. Carol. art.* 104. *&* 110.

Quæ tamen Confiſcationis pœna corporalibus annumerari nequit. *dict. l.* 6. §. *ult.* In verb. *Aut coërcitionem corporis, &c. junct. l.* 8. *in pr.* verb. *Aut damnum cum infamiâ, &c. ff. de pœn. dict.* §. 2. *Inſtit. de publ. judic. l.* 2. *ff. eod. tit. Novell.* 134. *cap.* 13. *Verſ. Vt autem non ſolum. Ordin. Crim. Carol. art.* 111. In verb. An Leib oder Gut *arg. art.* 196. *junct. rubr. & art.* 198. *verſ.* Merck ſo ein Vbelthäter.

39 6. Qui dolo malo radit vel minuit alterius monetam, ex Conſtitutione Carolinâ Criminali arbitrio judicis punitur, An Leib oder Gut/ *dict. artic.* 11. Ibi: gefährlicher weiſe. *Et paulò poſt:* Der ſoll gefänglich eingeleget/ vnd nach Raht am Leib oder Gut/ *&c.* Hanc autem pœnam in Criminali judicio irrogari, in einem peinlichen Gericht / probatur ex materia ſubjecta, & ex inſcriptione Conſtitutionum Criminalium (peinliche Gerichtsordnung/) Tum etiam ex eo, quod jure quoque Civili tale crimen vindicetur. *Paul. lib.* 5. *tit.* 25. *in pr. junct. l.* 8. *&* 9. *ff. ad Leg. Cornel. de falſ.* Cui conſequens eſt, damnatos quoque infames reddi, *arg. dict. l.* 7. *de publ. jud.* Eoq; magis ex Conſtitutione Caroli V. Imper. hanc pœnam pro criminali habendam eſſe, *arg. dict. art.* 104. *verſ.* Aber ſonderlich iſt zu mercken. *& art.* 110.

40 7. Simile quoque exemplum extat in *Ordin. Crim. Carol. dict. art.* 164. *junct. d. l.* 7. *in fin. ff. de publ. jud. & dict. art.* 104. *& art.* 110.

41 8. In *Ordin. Crimin. artic.* 105. ſancit Imper. Ubicunque in Criminalibus judiciis, in peinlichen Fällen / pœna Criminalis, die peinliche Straffe / hac Conſtitutione Criminali non ſatis eſt expreſſa vel declarata, recurrendum eſſe ad jus Civile. Hæ autem pœnæ ex jure Civili non tantùm corporales ſunt, ſed & non corporales, veluti pœna relegationis, infamia, & damnum pecuniarium, cum ſimilibus. *d. l.* 1. *in pr. & l. fin. ff. ad Leg. Iul. de Vi privat. l.* 2. *ff. de publ. judic.* §. 2. *Inſt. eod. tit. dict. l.* 6. §. *ult. junct. l.* 8. *ff. de pœn. l.* 2. §. *ult. ff. ad Leg. Iul. de annon. l.* 4. §. 5. *& l. pen. ff. ad Leg. Iul. peculat.*

42 9. Confirmatur hæc ſententia ex *Ordin. Cameræ Imper. part.* 2. *tit.* 28. §. *item.* Nach dem. Ibi Daß hinfürter in peinlichen Sachen / die Leibesſtraff auff jhnen tragen / *&c.* Quorſum enim opus fuiſſet iſta reſtrictione per particulam (*Quæ,*) ſi omnes Criminales cauſæ pœnam corporalem continerent? Et manifeſtius ex *eod.* §. in verb. Daß in peinlichen Sachen/ auch Leibesſtraff belangend/ *&c.* Particula enim, (Auch) implicativa eſt, & ſatis oſtēdit, Criminales quoque cauſſas eſſe, quæ nullam corporis pœnam efflagitant.

43 Hæc ſunt argumenta *Gothofredi Antonÿ*, verbotenus relata à *Theod. Reinking. in tract. de Regim. ſecul. & Eccleſiaſt. lib.* 2. *claſſ.* 2. *cap.* 14. *num.* 38. *& ſeqq. & Matth. Stephan. in not. ad præfat. Ordin. Crimin. Carol.* quibus evincere vult, ex noviſſimis publicorum judiciorum legibus non ſolùm illas cauſas, ex quibus pœna corpori infligitur, ſed etiam leviores proprie Criminales appellari. At, ſi quis rationes haſce accuratiùs inſpexerit, fateri is neceſſe habebit, leviores illas eſſe, quàm ut aſſertio prædicta exinde probari queat.

44 Etenim non nego, cauſas quoque civiles quæ exiſtimationem & bona concernunt, quandoque appellari Criminales; attamen hoc non fit ex proprietate & ſignificatione genuina verbi (peinlich/) ſed per conſequentiam & propter co-

gnationem quandam, quæ eſt delictorum & criminum omnium communis, perinde ut capitalis cauſa, quæ & criminalis eſt, (licet de jur. Saxon. propriè capitalis cauſa ſit, ultimum ſolummodo ſupplicium, ut vult *Matth. VVeſembec. in parat. ff. de quæſt. nu. 5. verſ. præſertim jur. Saxon. Dan. Moller. ad Conſt. Elect.* 1. *n.* 15. *part.* 4.) juxta Latinitatem, omnem exiſtimationis cauſam & pœnam comprehendit. *l. licet. ff. de verb. ſignif.* Quâ ratione etiam omne judicium famoſum, etſi civile eſt, neque ex eo ulla Capitis deminutio ſequitur, appellari poteſt capitale, *Iacob. Cujac. ad dict. l. licet.* quum tamen propriè loquendo per capitalem pœnam de jure civili regulariter ſupplicium mortis naturalis vel Civilis intelligendum ſit. *l. 2. ff. de publ. jud. l. capitalium. circa pr. ff. de pœn. l. edicto. ff. de bonor. poſſeſſ. Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. caſ. 265. numer. 3.*

45 Quando ergò in Conſtitutione Carolinâ, aliiſque Imperii legibus vocabulo (Peinlich) leviores pœnæ, quæ corporis afflictivæ non ſunt, veniunt ac comprehenduntur, hoc impropriè & vocabulo illo (Peinlich) generaliter ſumpto, fieri, putandum erit, ad inſtar pœnarum capitalium quæ propriè denotant ſupplicium, mortem vel naturalem, vel civilem inferens, *Bartol. in l. 2. num. 2. ff. de publ. jud.* nihilominus tamen pœnas quandoque leviores comprehendunt, ut modò dixi.

46 Et cavillantur adverſarii, inquit *Erneſtus Cothmannus in Reſponſ. Academ. 1. num.* 193. allegatus à *Matth. Stephan. in dict. præfat. Ordin. Crimin. numer.* 15. quando dicunt, Conſtitutionem Carolinam, Peinliche Halßgerichts Ordnung/ non tantùm de Corporalibus, quæ corpori infliguntur, pœnis, ſed & de aliis pœnis, quæ corpus non tangunt, agere & tractare. Nam Rubrica & titulus Conſtitutionis iſtius ab eo, quod ſummum, principalius & frequentius eſt, nomen & appellationem ſortitur. Potiora namque & frequentiora crimina, de quibus Conſtitutio Carolina agit, illa ſunt, propter quæ pœna corpori infligitur, quæque cervice excipitur, unde cōſtitutio hæc dicitur Peinliche Ordnung. 47 Neque aliter ſenſiſſe compilatores Ordinationis Criminalis Carolinæ, vel ex ſolo *articul.* 197. *& ſeqq.* patet, ubi cauſæ criminales, Peinliche Sachen/ propriè definiuntur illæ, ex quibus pœna corpori extrinſecus infligitur, welche an Leib vnd Leben gehen. Quod & innuit *art.* 177. *dict. Ordin. Crimin.* In verb. Iſt peinlich zu ſtraffen. *Et paulò poſt:* Wie ſolches am Leib oder Leben ſoll geſtraffet werden. It. *in art. ſeq.* 178. Iſt peinlich zu ſtraffen. *junct. verb. final.* Darumb ſollen ſolcher Straff halben die Vrtheiler/ wie hernach ſtehet/ Rahts pflegen/ wie die an Leib oder Leben zu thun gebůret.

Q. 3. Quenã ſit & dicatur cauſa criminalis (Peinlich) *in foro Saxonico?*

48 Quicquid etiam ſit de jure Sanctionis Carolinæ, in foro certè Saxonico minus dubium eſſe videatur, *cauſas atque pœnas illas ſolummodo dici criminales, quæ ſunt corporis afflictivæ, puta: ultimum ſupplicium, fuſtigatio, ac manus, aliusvé membri amputatio.* 1. Propter regulam juris Saxonici *lib. 1. artic. 32. in fin.* Quæ cum velit, in omnibus actionibus, in quibus pœna litiganti datur, etiam judici mulctam perſolvendam eſſe; ſequitur neceſſariò, illam actionem, in qua judici mulcta applicatur, non poſſe dici criminalem; Aliàs enim una eademque actio eſſet ex parte criminalis & ex parte civilis, quod abſurdum eſt dicere; cùm una eademque res non poſſit diverſo jure cenſeri, per textum in *l. eum qui. ff. de Vſucap.*

49 2. Idemque comprobat *Gloſſ.* Weichbild. *art.* 17. *poſt pr.* In verb. Bůrgerliche Klagen ſind/ daß beyde/ der Klåger/ vnnd der Antworter vor der Klage vnnd nach der Klage Bůrgen bleiben/ alſo daß keiner dem andern nicht verflůchtig darff werden. Peinliche Klage iſt anders nichts/ denn da man fordert von dem Bruchhafftigen ſeine verdiente Pein/ vnnd keinen Abtrag noch Buſſe. Ex quo manifeſtè liquet; de jure Saxonico illam demum pœnam eſſe criminalem, Peinlich/ per quam corpori infertur cruciatus, eine Pein.

50 3. Quò etiam facit *Conſtitutio Provincial. D. Auguſti Elector. Saxon. de Anno* 1555. *ſub rubric.* Daß Peinliche Sachen/ dadurch das Leben vorwircket/ ohne vnſer Bewilligung nicht Bůrglich gemacht werden ſollen: *in pr.* verb. Nach dem wir auch berichtet/ daß mehrmals peinliche Sachen/ dadurch das Leben vorwircket/ mit Geldſtraff/ vnd in andere wege bůrglich gemacht/ erörtert vnd verglichen werden. *Et in finalibus verb.* Zu einiger Geld- oder anderer Straffe kommen/ noch ſonſten bůrglich werden laſſen ſollen. Quæ verba luculenter probant, mulctam pecuniariam, aliaſque pœnas, quæ corpori non infliguntur, haudquaquam criminales eſſe.

Unde Regulam talem ponere licet:

51 **In foro Saxonico eæ ſolummodo pœnæ dicūtur Criminales, Peinliche/ quæ corpori infliguntur; Veluti mortis pœna, fuſtigatio, manus amputatio, &c. Reliquæ verò pœnæ leviores, ut mulcta pecuniaria, pœna Carceris, vel Relegationis, &c. Civiles appellantur, Bůrgliche Straffen.**

52 Quæ Regula, præterquam quod ex modo dictis ſufficienter probata ſit, unanimi ferè conſenſu Interpp. juris Saxonici recepta eſt, uti teſtatur ac ſentit *Matth. Coler. part. 1. deciſ. 22. numer. 2. & ſeqq. Ludovic. Fachſ. differ. 13. Bened. Reinhard. part. 4. differ. 24. Matth. Steph. in præf. Ordin. Crim. Carol. numer. 13. Petr. Theodor. in Colleg. Crimin. diſp. 10. theſ. 2. lit. D. Theodor. Reinking. in tractat. de Regim. ſecul. & Eccleſiaſt. lib. 2. claſſ. 2. cap. 14. num. 50. Dan. Moller. libr. 2. ſemeſtr. cap. 1. num. 1. Petr. Frid. lib. 1. de proceſſ. cap. 9. art. 12.* ubi ſcribit Germanis vocem (Peinlich) ſemper pœnas corporis afflictivas, ſimilesvè graviores pœnas ſignificare. Si modo per ſimiles graviores pœnas voluit intellectas pœnas, quæ corpori irrogantur.

53 *Secundum hanc regulam pronunciamus ad requiſitionem Thomæ Förſters in* Geuſa: Seyn in ewers Junckern Gerichten die Vnterthanen allein in Peinlichen Sachen die Vnkoſten zu tragen ſchuldig/ So werden dadurch inhalts Sächſiſcher Rechte die jenigen Sachen verſtanden/ ſo zu Peinlicher Beſtraffung/ als Leibes vnnd Lebensſtraff gereichen; Die Bůrglichen Straffen aber/ als da

ſeyn Landesverweiſung / Gefängnuß / oder Geldtſtraffen / mögen darunter nicht gezogen / noch vnter die peinliche Sachen mit verſtanden werden / V. R. W. *Anno 1630.*

It. An die Gräffliche Solmiſche Räthe zu Sonnewalda. *Menſ. Febr. Anno 1634.*

54 Ex quâ ſententiâ etiam patet: 1. Vocabulum (Leibesſtraff) dupliciter accipi; genericè, & ſpecificè. Genericè hoc vocabulum complectitur omnem pœnam, mortis & corporis, Leib vnd Lebensſtraff: perinde ſicuti & pœna corporalis ſeu coërcitio mortem quoque complectitur, ſpecificè autem accepta à pœnâ ultimi ſupplicii diſtinguitur. *l. ſi quis forte. & l. ſeq. ff. de pœn.* Quocunque autem modo vocabulum hoc accipiatur, genericè vel ſpecificè, pœna corporis afflictiva, Leibesſtraff / ſemper eſt Criminalis, peinlich.

55 2. Sequitur inde & hoc, cauſas criminales in foro Saxonico dici ſolummodò eas, in quibus agitur ad pœnam corporis afflictivam, weñ die Klage gehet zu Haut vnd Haar / *Matth. Coler. dict. part. 1. deciſ. 22. num. 2.* Et in eo omnes doctos Practicos, rejectis aliorum altercationibus conſentire, teſtatur *Erneſtus Cothmannus reſp. Acad. 1. num. 186. & 191.* allegatus à *Matth. Steph. in præf. Ordin. Crim. Carol.* ubi ſcribit: Per vocem Peinlich & cauſas criminales, nequaquam quascunque cauſas criminales intelligendas, ſed ſolas eas accipiendas eſſe, ex quibus pœna in corpus infligitur. Nam ſic dicimus Peinliche Frage / ſive torturam, quia infertur corpori, item Peinliche Anklage / ſive accuſationem, quæ ad mortem vel pœnam corpore excipiendam proponitur. Sic etiam vocamus Peinliche Sachen / cauſas, quæ corporis pœnam inferunt. *Ordin. Camer. part. 2. cap. 28. verſ. item:* Nach dem auch / *&c. Matth. Steph. d. l.*

Altera differentia pœnarum in foro Saxonico notanda, hæc eſt, quod quædam pœnæ ſint atroces, quædam verò atrociſſimæ; ſicut & delicta quædam dicuntur atrocia; quædam verò atrociſſima.

56 Addi poſſet tertia ſpecies, levium ſcilicet delictorum atque pœnarum. Ita namque *Dd.* vulgò diſtinguunt inter delicta levia, gravia ſeu atrocia, & graviſſima ſeu atrociſſima.

57 In definitione autem harum ſpecierum minimè conveniunt. *Bartol.* enim in *l. non ſolum. 11. §. 3. numer. 7. ff. de injur.* quem ſequitur *Iacob. de Novello in pract. cauſ. crim. in pr. num. 6.* Levia appellitat delicta, quæ ſine dolo committuntur, quale eſt damnum injuriâ datum, quod Lex Aquilia coërcet; Aut quod dolo quidem commiſſum eſt, ſed in re modicâ, ut furtum rei modicæ. *l. perſpiciendum. 11. §. furta ff. de pœn.* Gravia, quæ dolo perpetrantur, & magnum inferunt præjudicium, ac magnam pœnam merentur, quale eſt furtum rei magnæ, & injuria quæ perſonæ infertur. *l. in ſervorum. 10. §. ult. ff. de pœn.* Graviſſima autem ſive atrociſſima vocat delicta, quæ publica ſunt, & pœnam mortis merentur.

58 Aliter putat *Baldus part. 4. conſ. 412.* Delictum ſcilicet abſque dolo commiſſum leve eſſe, per *l. ult. ff. de offic. Præf. vigil.* Doloſè autem perpetratum tum demum eſſe atrox vel grave ſi capitale fuerit, ex jure communi, vel pœna ejus ſupra trecentos aureos, *arg. Novell. 15. cap. 3. §. & judicare. junct. cap. 6. §. & audient.*

59 Alii judicis arbitrio relinquendum eſſe volunt, an delictum leve aut grave ſit. *Franciſc. Brun. in tract. de indic. & tortur. part. 2. quæſt. 3. n. 3. Villalob. comm. opinion. lit. D. num. 56. Henr. Bocer.* omne crimen leve eſſe dicit, cujus pœna deportatione minor eſt, qualis eſt ictus fuſtium in homine libero, flagellatio in ſervo, tùm etiam relegatio, &c. *l. 6. ff. de accuſat. junct. l. ult. ff. de injur. l. 3. §. cognoſcit. & l. ult ff. de offic. Præf vigil.* Atrox verò, ſive grave crimen eſſe vult, cujus pœna eſt deportatio vel deportatione major, *l. 4. l. 5. l. 6. §. fin. ff. de quæſt. in tract. de quæſt. & tortur. cap. 2. num. 7.*

60 Sed moribus noſtris & in foro Saxonico de hâc ſpecie delictorum, nempe levium, non multum eſt laborandum; quia dubium non eſt, quin omnia illa crimina habeantur levia, quorum pœnæ non ſunt criminales ſeu corporis afflictivæ; ut ſic pœnæ civiles & leves, nec non delicta levia & civilia in foro Saxonico pro iisdem habeantur. De hoc tantummodò dubitatur: *Quæ delicta atrocia, quæque atrociſſima habeantur?* Non enim diſtingui ſolet inter delicta atrocia & atrociora, ſeu gravia & graviora, ſed atrox delictum etiam atrocius dicitur, *l. Prætor. 7. §. ult. ff. de injur. l. auxilium. 37. §. 1. verſ. in delictis. ff. de minor.* Item gravius delictum: *l. perſpiciendum. 11. in pr. verſ. planè. ff. de pœn. Bocer. dict. cap. 2. n. 2.*

Q. 4. Quænam delicta atrocia, quæq; atrociſſima habeantur in foro Saxonico?

61 Adeoque differentia hæc potiſſimum vertitur in delictis atrocibus, ſive atrocioribus & atrociſſimis, ſicuti & pœnæ criminales vel ſunt atroces, vel atrociſſimæ, ex quibus etiam de ipſis delictis eſt dijudicandum: Ex qualitate namque pœnæ, quæ pro delicto imponitur, qualitas & quantitas delicti cognoſcitur. Et ideò tantò gravius delictum judicari debet, quantò gravior pœna pro eo impoſita reperitur; *Bart. in l. levia, circa prin. ff. de accuſat.* Commenſurandæ ſiquidem ſunt pœnæ delictis. *l. capitalium 28. l. reſpiciendum. ff. de pœnis.*

62 Omiſſis itaque aliis quæ de horum delictorum differentiâ à Doctoribus tradita reperiuntur, rectiſſimè videtur, meo judicio ſentire *Iulius Clarus lib. 5. ſent. §. 1. num. 9.* Quod omnia delicta, pro quibus à Lege vel Statuto imponitur ſimpliciter pœna mortis naturalis vel civilis, dicantur gravia & atrocia. Atrociſſima autem ſint delicta, pro quibus Lex vel Statutum imponit pœnam graviorem, quàm ſimplicis mortis in ipſo genere mortis, puta, quia vult pro talibus delictis Reos inſui culeo, vel igne comburi, vel in fruſta ſcindi, vel Rota contundi, vel trahi ad caudam equi. Vel quando addit alias qualitates ultra pœnam mortis; ut quando extendit pœnam etiam in filios; ut in crimine læſæ majeſtatis, vel concedit aliqua

ſpecialia, adverſus delinquentes *Clar. dict. loco.*

63 Hanc Julij Clari diſtinctionem in foro quoque Saxonico receptam eſſe, arbitror, ut non dubitem talem conſtruere Regulam: **Quòd delicta atrocia ſint, pro quibus ſimpliciter pœna mortis vel corporis afflictiva imponitur: Atrociſſima autem dicantur ea, quæ graviori genere ultimi ſupplicij, ac peculiari pœnæ augmento vindicantur.**

64 Non ſolùm enim hactenus Dn. Scabini Lipſenſes de hac differentia delictorum atrocium & atrociſſimorum ita judicarunt; ſed & ea haud obſcurè probatur ex *Conſt. Elect. Saxon. ſub rubr.* Wie offt die ſcharpffe Frage zu repetiren, *quæ extat inter Conſtitutiones publicè non editas in pr.* verb. Daß in etwas geringen Miſſethaten / ſo zu recht nicht atrociſſima delicta genandt werden / als Diebſtal / vnd dergleichen / ꝛc. Et in §. Wann aber die Anklage atrociſſima delicta, Mord / Brand / Raub / vnd dergleichen betrifft / *&c.* Quia enim horum delictorum pœnæ peculiares ſtatutæ reperiuntur, absque dubio juxta mentem Illuſtriſſimi Dn. Electoris ex peculiaribus hiſce ſuppliciis de atrociſſimis delictis judicare licet.

65 Hinc ergò difficile haud eſt pœnas atque delicta atrociſſima definire, nempe ea quæ peculiari quodam ac graviori genere ultimi ſupplicij vindicantur. Qualia ſunt, *Sodomia, Incendium, Sortilegium, Falſificatio monetæ, Hæreſis:* quæ delicta regulariter igne ſeu combuſtione Rei puniuntur. Sic & *Veneficium, Aſſaſſinium, Latrocinium, Sacrilegium*, Rota, *Parricidium & infanticidium*, ſubmerſione aquæ puniri ſolent. Quin ergò crimina hæc omnia pro atrociſſimis habeantur, dubium prorſus non eſt. Quô & referenda ſunt delicta ea, quæ ſimplici quidem mortis pœna, veluti gladio coërcentur, peculiaris tamen aliquis reatus in terrorem aliorum pœnam vel præcedit, vel ſequitur; Ut ſi Reus trahæ illigatus ad locum ſupplicii rapitur, quod accidit in parricidio fratrum, ſororum, conſanguineorum & affinium, *Conſtitut. Elect. 3. §. ult. part. 4.* Vel quando poſt executionem pœnæ cadaver delinquentis Rotæ affigitur, ut fit in Rapina, Homicidio ex propoſito & animo deliberato. &c. Quæ delicta propterea etiam pro atrociſſimis habenda ſunt, ſicuti innuit *dict. Conſtit. Elect. publ. non edita ſub titul.* Wie offt die ſcharpffe Frage zu repetiren. *§.* 66 Wenn aber / *verb.* Raub vnd dergleichen / *&c.* Ubi & hoc notandum, fieri poſſe, ut delictum per ſe atrox reddatur atrociſſimum, ſi nempe ejusmodi circumſtantiæ concurrant, ob quas majorem pœnæ reatum addendum eſſe judex exiſtimaverit. Sicuti & viceverſa delicta atrociſſima fieri poſſunt atrocia, remiſſa ex parte criminis atrocitate, ut ſi parricidium absque dolo committatur, moneta falſificata non ſimul expendatur, aliisque modis, quibus in atrociſſimis etiam delictis, graviorem quàm gladij pœnam haud obtinere ſcimus. Reliqua verò crimina, quæ ſimpliciter morte, gladio nimirum, vel ſuſpendio, aut etiam alia pœna corporis afflictiva coercentur, qualia ſunt *Homicidium, Furtum, Blaſphemia, Adulterium, Inceſtus, Perjurium, Diffidatio, &c.* atrocia ſolummodo ſunt, nequaquam autem pro atrociſſimis regulariter haberi debent.

67 At quænam utilitas, quique effectus hujus diſtinctionis? Certè ſummam hujus differentiæ pœnarum eſſe utilitatem, vel ex hiſce duobus apparet: 1. Quòd in delictis atrocibus Reus non niſi bis torturæ ſubjiciatur, uti manifeſtum eſt ex *Conſtit. Elect. Saxon. publicè non editâ, ſub rubr.* Wie offt die ſcharffe Frage zu repetiren. *in pr.* verb. Daß in etwas geringern Miſſethaten / ſo zu recht nicht atrociſſima delicta genandt werden / als Diebſtal vnnd dergleichen / jedoch / wenn allezeit newe Indicia, die von den erſten / darauff der Gefangene angegriffen / abgeſcheiden ſeyn / vorhanden / die peinliche Tortur über zweymal nicht zu erkennen / vnd zu wiederholen ſey. In atrociſſimis verò delictis Reus tertiâ quoque vice torqueri poteſt, *dict. Conſtit. Elect.* §. Wenn aber / Ibi: Wann aber die Anklage atrociſſima delicta, Mord / Brandt / Raub / vnd dergleichen / betrifft / vnd allezeit nach der Tortur newe Indicia, quæ ſuo genere à prioribus diſtant, vorfielen / daß dißfals allein zum drittenmal / vnd weiter nicht die Tortur zu repetiren.

Q. 5. Quinam ſit effectus hujus diſtinctionis, delictorum nempe atrocium, & atrociſſimorum?

68 2. Notiſſimum eſt, quòd in delictis atrociſſimis propter criminis enormitatem jura transgredi liceat: Quod tamen in delictis atrocibus minimè conceſſum. *Iulius Clarus lib. 5. ſentent. §. 1. numer. 9. Daniel. Moller. 3. ſemeſtr. 17. Innoc. in c. 1. de Conſt. Hippol. de Marſil. in pract. criminal. §. diligenter. num. 159. & in l. 1. num. 23. de quæſt. & in l. 1. in pr. numer. 59. ff. ad Leg. Corn. de ſicar.* ubi dicit, omnes Legiſtas & Canoniſtas ita ſentire. Quod ipſum tamen *Daniel. Moller. dicto loco.* in puniendo tantummodò Reo confeſſo, vel convicto, non autem in procedendo, & antequam certò conſtat, an accuſatus vel inquiſitus delictum atrociſſimum commiſerit, nec ne, verum eſſe putat: quam declarationem deſumſit ex traditis *Hippol. de Marſil. dict.* 69 *§. diligenter. num.* 159. Cui ſententiæ ceu æquiori ſubſcribere nil dubito, quamvis ſciam, alibi contrarium ſervari, quòd nempe in criminibus atrociſſimis permittatur judicibus jura transgredi etiam in procedendo, & ad torturam deveniri liceat, etiamſi indicia non ſint in totum ſufficientia, neque probata per teſtes, omni exceptione majores, prout teſtatur *Iul. Clar. dict. §. 1. n. 9. in fin.*

QVÆ-

QVÆSTIO CIII.

Quotuplex ſit proceſſus cauſarum Criminalium; Et an judex ex officio inquirere poſſit ac debeat?

SUMMARIA.

1. *Intereſt Reipublicæ juſto modo procedi in cauſis criminalibus.*
2. *In oppidulis ſæpè plebeij & mechanici merum imperium exercent.*
3. *Abuſus litium criminalium unde oriantur.*
4. *In cauſis criminalibus circumſpectè procedendum eſt. n. 5. 6.*
7. *Ideoque ſapius peritiores ac ICti conſulendi ſunt. nu. 8. 9.*
10. *Solis Scabinis Lipſenſibus facultas reſpondendi in criminalibus conceſſa eſt ab Elector. Saxon.*
11. *Secundum obſervantiam Scabinorum in criminalibus eſt procedendum.*
12. *Quot modis in cauſis criminalibus procedatur? n.* 13. 14. 15. 16.
17. *Ordinarius proceſſus in criminalibus quisnam ſit?*
18. *Quinam proceſſus dicatur inquiſitorius? num.* 19. 20. 22.
21. *Proceſſus inquiſitorius cur dicatur extraordinarius?*
23. *In Iure Canonico proceſſus inquiſitorius eſt fundatus.*
24. *Referuntur argumenta, quibus impugnatur proceſſus inquiſitorius. num.* 26. 27. 28.
25. *Nemo ſine accuſatore condemnari debet.*
29. *De jure quoque Civili licita eſt inquiſitio. nu.* 30. 31. 32. 33. 41.
34. *Explicatio l. 6. §. ſi quis. ff. de muner. & honor. nu.* 35.
36. *Reſpondetur ad contraria argumenta. nu.* 37. 38. 39. 40.
42. *Inquiſitio omni jure probata eſt. n.* 43.
44. *Vſitatiſſima inquiſitio in Imperio Romano & foro Saxonico. nu.* 45. 46. 47. 48. 49.
50. *Inquiſitorius proceſſus quandoque dicitur ſummarius.*
51. *Inquiſitorius proceſſus eſt remedium ordinarium.*
52. *Deficiente accuſatore, judex ratione officij eſt obſtrictus inquiſitionem formare.*
53. *Iudex irrequiſitus quando officium ſuum impertiri teneatur?*
54. *Sententia Scabinorum Lipſens. n.* 55.

PARUM conducit noſſe cauſas criminales,
variaque pœnarum & ſuppliciorum ge-
nera, niſi & modum in cauſis criminalibus
procedendi probè perſpectum habeamus. Non
minus enim Reipublicæ intereſt, juſto ac debi-
to modo procedi, litesque criminales expediri,
1 ac ipſamet crimina puniri. *l. ita vulneratus. 51. ff.*
ad Leg. Aquil. Adam. Keller. lib. 2. de offic. jur. polit.
c. 29. Ventur. de Valent. in parthen. litigioſ. lib. 1. cap.
15. *num.* 2. Nec minus incommodum, proh do-
lor! ex malo judicii criminalis proceſſu, ejusque
abuſu, quàm ex delictorum impunitate exori-
tur, haud absque ingenti hominum innocen-
tium damno.

2 Accidit namque ſæpiùs, ut in oppidulis
merum Imperium exerceant plebeii & me-
chanici: in pagis Scribæ, Præfecti & ejusmo-
di ſimiles, qui volunt apparere fiſcales, &
Criminaliſtæ, ut inquit *Caravit. ſup. rit. mag.*
Cur. 259. numer. 10. Proſper. Farin. de indic. & tor-
tur. lib. 1. titul. 5. quæſt. 36. num. 30. Sed interim
tàm legum, quàm rerum criminalium ignari
ſæpè ordinem procedendi invertentes, limites-
que proceſſus criminalis transgredientes, ac
denunciationi cujusdam Nebulonis, aut Ve-
neficæ fidentes, imò eam extorquentes, tàm
fœminas quàm maſculos etiam innocentes, in
ſqualidiſſimos carceres detrudunt, ubi tam diu
cruciantur, torquentur, & detinentur, ut ma-
lint ea fateri, quæ nunquam fecerint, imò mor-
tem ſibi conſciſcere, quàm fœtorem Carcerum
ſubterraneorum perferre. *Auct. diſcurſ.* Von
Juſtitienwerck. *p. 57. Rutg. Ruland. part. 2. de com-*
miſſ. lib. 4. cap. 1. num. 1. Hinc & tot querelæ de 3
variis litium criminalium abuſibus. *Auct. dict.*
diſcurſ. Von Juſtitienwerck. *pag. 56. §.* Es wer-
den aber noch gröſſere Mängel bey dem Proceß in
Criminal vnd Peinlichen Sachen befunden / *An-*
ton. Fab. lib. 9. Cod. tit. 22. Iohan. Bodin. lib. 6. de Re-
publ. cap. 1. num. 630. Quos non niſi ignorantia
proceſſus rerum criminalium cauſatur, qui ſi
unquam in civilibus, certè multò magis in cri-
minalibus cauſis ſtrictè & ad unguem obſervan-
dus, ac in minimo etiam puncto ſecundum Le-
ges ac jura præſcripta formandus eſt: ob ingens
periculum litium criminalium, in quibus non
de tritico aut oleo legato, ſed de hominum for-
tunâ, exiſtimatione, ac capite agitur, quibus
nihil eſt orbe terrarum præſtantius. *Nov. 8. Hip-* 4
pol. de Marſil. 11. *pract. crim. §. Decurionem. numer.*
3. Ubi majus autem periculum, ibi cautius a-
gendum eſt. *cap. ubi periculum. de elect. in 6to.*
Lup. in c. per veſtras. §. 33. num. 4. de donat. int. vir.
& uxor. Molin. in l. 1. §. ſi quis num. 30. de V. O. Ri-
mi. in l. juris igno. num. 58. C. qui admin. Iac. Ayrer.
p. 1. proceſſ. hiſtor. cap. 4. obſ. 3. num. 43. Ventur. de
Valent. in part. litig. dict. lib. 1. cap. 14. num. 19. O-
mnibusque modis providendum, ne quid alte-
rius incommodo, aut periculo, quod contra
jus vel utilitatem publicam ſit, injurioſè com-
mittatur. *l. 1. in fin. pr. ff. de Carbon. edicto. c. ult. ibi-*
que gloſſ. de offic. delegat. c. ult. §. & eorundem. de hæret.
in 6to. can. quieſcamus. diſtinct. 42. Nicol. Reuſn. lib. 3.
conſil. 1. n. 3.

5 Quare monitos velim judices, ne proceſſum litium criminalium levi, ut ajunt, brachio tractent, ſed modum atque ordinem procedendi legibus præſcriptum, ac uſu receptum & comprobatum, debito quo par eſt ſtudio atque induſtriâ obſervent. Ordine ſiquidem omnia reguntur, geruntur, conſervantur, adeò ut equum per caudam frenare dicatur, qui ſine ordine procedit, ut inquit *Lancellot. in l. nemo. de leg. 1. Bald. de præſcript. p. 7. num. 8. Iacob. Menoch. vol. 1. conſ. 51. n. 1. VVaremund. ab Erenb. lib. 1. de fœder. cap. 1. à n. 140. ad n. 164.*

6 Quod & verbis admodum ponderoſis Imper. Carolus V. judicibus criminalium cauſarum injungit, in *Ordinat. Crimin. artic.* 1. verb. Jn dem allen eine jede Obrigkeit möglichen fleiß anwenden ſoll/ damit die peinlichen Gerichte zum beſten verordnet/ vnnd niemand vnrecht geſchehe/ alsdann zu dieſen groſſen Sachen/ welche deß Menſchen Ehre/ Leib/ Leben vnnd Gut belangen/ dapffer vnd wolbedachter fleiß gehörig: Darumb deñ in ſolcher Vberfahrung niemands mit rechtmeſſigen verträglichem Grund ſeine Verlaſſung vnnd Hinläſſigkeit entſchuldigen mag/ ſondern billich derhalb vermöge dieſer vnſer Ordnung/ geſtrafft/ daß alſo alle Obrigkeit/ ſo Peinlich Gericht haben/ hiermit ernſtlich gewarnet ſeyn ſollen. Ac quo minus judices rerum Criminalium atque proceſſus imperiti, exceptione ignorantiæ ſeſe tueri queant, Imper. Carolus V. in *noviß.* 7 *Conſtit. Criminal.* in caſibus dubiis ad Curias majores, Collegia JCtorum & Dicaſteria eos confugere, indeque conſilium petere ſæpiùs jubet, ac imprimis in *articul.* 219. hiſce verb. Vnd nach dem vielfaltig hievor in dieſer vnſer/ deß heiligen Reichs-Ordnung der peinlichen Gerichte vom Rathſuchen gemeldet wird/ ſo ſollen allewege die Gericht/ ſo in jhren peinlichen Proceſſen/ Gerichts-Vbungen vnnd Vrtheilen/ darin jhnen zweiffel zufiele/ bey jhren Oberhöfen/ da ſie auß altem Gebrauch bißhero vnterricht begehret/ jhren Rath zu ſuchen ſchuldig ſeyn. Welche aber nicht Oberhöffe hätten/ vnnd auff ein peinlich Anklägers begehren/ die Gerichts-Vbung fürgenommen wäre/ ſollen in obgemeldtem fall/ bey jhrer Obrigkeit/ die daſſelbig peinlich Gerichte/ fürnemblich/ vnnd alle Mittel zu bawen/ vnnd zu heben/ macht haben/ rath ſuchen. Wo aber die Obrigkeit ex officio, vnd von Amptswegen/ wider einen Mißhändler mit peinlicher Anklage oder Handlung vollführe/ ſo ſollen die Richter/ wo jhnen zweiffel zufiele/ bey den nechſten Hohen-Schulen/ Städten/ Communen, oder andern Rechtverſtändigen/ da ſie die Vnterricht mit dem wenigſten Koſten zu erlangen vermeynen/ Rath zu ſuchen ſchuldig ſeyn.

8 Neque minor hâc in re fuit ſolertia & providentia Illuſtriſſimi Electoris Saxoniæ D. Auguſti p. m. qui probè animadvertens, ex inverſo ac tumultuario proceſſu cauſarum criminalium infinita ferè mala oriri, pluribusque incommodis Rempubl. gravari, proceſſum criminalem juxta morem jure probatum, ac uſu in ditionibus Electoratus Saxonici receptum, formari juſſit certis quaſi Regulis præſcriptis, ac peculiari mandato Electorali hâc de re promulgato, Menſ. Januarij Anno 1597. Daß man ſich in denen fällen/ wann wider einen Verbrecher Amptshalben vnnd ex officio inquiriret wird/ in allewege nach dem Proceſs, wie es bißhero in vnſern Landen in Jnquiſition-Sachen bräuchlich geweſen/ richten vnnd demſelben nachgehen ſoll/ &c. uti verba habent Reſcripti, in 9 quo & hoc ſcitu dignum, Præfectos aliosque Judices ex proprio arbitrio, Reos facinoroſos neutiquam punire poſſe, ſed judicium & ſententiam Dn. Scabinorum deſuper implorare, ac petere ipſis injunctum eſſe. *verb.* vnd die in den Schöppenſtuhl darüber zu erkennen ſchicke. 10 Solos namque Scabinos Lipſenſes in terris Electoratus Saxonici lites criminales decidere, & in cauſis criminalibus de jure reſpondere voluit Sereniſſimus Elector, ademptâ reliquis Collegiis ac Dicaſteriis facultate ejusmodi in cauſis reſpondendi, uti ſatis liquet ex fundatione Scabinatus Lipſenſis, ubi inter alia poſitum: Vnd damit ſonderlich in Peinlichen Sachen keine widerwertige Vrtheil in vnſern Landen geſprochen werden/ man auch deſſen eine rechte Gewißheit habe/ Als wollen wir hiemit dieſem vnſerm Schöppenſtuhle Macht vnnd Gewalt geben/ in Peinlichen Sachen allein Vrtheil zu fällen/ vnd zu erkennen/ inmaſſen wir denn ſolches an allen anderen Orthen abgeſchaffet. Quod & tempore ſubſequenti ſæpius repetitum ac revocatum fuit.

Quo ipſo obſervantiam tàm circa punitio- 11 nem delictorum, quàm circa proceſſum ipſum criminalem in Scabinatu Lipſenſi receptam & probatam Illuſtriſſimus Elector non modò expreſſè confirmavit, ſed & in poſterum in ditionibus ſui Electoratus eam præciſè practicari, & ſecundum illam pronunciari haud obſcurè juſſit ac voluit, ut ſic tanto magis ea attendi debeat. Proinde, licet Doctores Criminaliſtæ de proceſſu criminali multa ſcripſerint, ut vix quicquã ulterius deſiderari poſſit; attamen quia confusè admodum hæc fuêre tractata, haud pauca etiam uſu immutata, modum in rebus Criminalibus juſtè ac legitimè procedendi moribus noſtris, inprimis verò in foro Saxonico & Electorali Scabinatu hodiè uſu receptum, indicare cõſtitui, certâ ſpe confiſus, hunc laborem meum nemini in foro criminali verſanti haud fructuoſum & utilem fore.

Q. 1. Quot modis in cauſis criminaliter procedatur.

Ante omnia autem probè tenendum eſt, 12 quot modis criminaliter procedatur? In quâ quæſtione, inquit *Iul. Clar. libr. 5. ſentent. §. ultim. quæſtion. 3. numer. 1.* multi ex Doctoribus præcipuè modernis multum ſe involvunt. Nam aliqui dicunt quòd tribus modis procedatur, ſcilicet per accuſationem, denunciationem, & inquiſitionem. Aliqui addunt modum procedendi per exceptionem, per notorium, & per deprehenſionem in flagranti crimine: Et adeò intricatè loquuntur, ut vix poſſit ex omnium dictis haberi vera reſolutio, quæ vel ad regulas juris communis, vel ad communem practicam rectè poſſit accommodari. Ipſemet verò *Iul.Clar.* ibidem tradit, in cauſis criminalibus duobus modis procedi: ſcilicet vel ex officio; vel ad inſtantiam partis; 13 Neque in totâ practicâ, quæ ex conſuetudine communiter obſervatur, aliquem alium modum procedendi inveniri. Ad inſtantiam autem partis ex mente *Iul. Clar.* dicitur procedi, quando pars offenſa vel alius, ad quem de jure ſpectare poteſt jus accuſandi, porrigit accuſationem ſeu querelam, & ſuper ipsâ querelâ proceditur, quod vulgò appellant, procedere per viam accuſationis. Ex officio autem procedi autumat, quando judex à ſeipſo, & ex ſuo officio aſſumit informationes contra delinquentem, & contra eum procedit per viam inquiſitionis.

14 Sed, licet conceſſerim, in jure non niſi duplicem modum procedendi in cauſis criminalibus fundatum eſſe, nempe per Accuſationem, & Inquiſitionem; Attamen modos hoſce procedendi minus ritè videtur explicare *Iul. Clar. dict.quæſt.*1.*numer.*1.*in fin.* Confundit namque accuſationem cum inquiſitione, & in effectu non niſi unicum modum procedendi facit, ſcilicet inquiſitionem, quæ vel ad querelam partis, quam accuſationem appellavit, vel ex officio formatur. Hancque mentem & ſententiam eſſe *Iul. Clar.* apparet ex traditis in *§.ultim. quæſt.*10.*numer.*1. ubi dicit: Conſuetudinem admittere, quòd ſuper querelâ partis judex ſtatim incipiat inquirere, ſcilicet informationes ex officio aſſumere. Quin & paulo poſt *dict.quæſtion.*10.*numer.*2. ſcribit: Modum procedendi per viam ſolennis accuſationis abiiſſe prorſus in deſuetudinem, & loco accuſationis ſucceſſiſſe modum querelandi, ideoque inquiſitionem concurrere hodiè in omnibus ferè proceſſibus cum ipsâ querelâ ſive accuſatione, & ſic judicem ex officio ſupplere quoſcunque defectus. Quod & repetit *quæſt.*18.*in fine*, dicens: formam accuſationis, ſecundum quam de jure communi proceditur, totam ferè abiiſſe in deſuetudinem.

15 Quâ ſtante ſententiâ in effectu non niſi unicus verè modus erit procedendi in Criminalibus, nempè per viam inquiſitionis: quod forſan ita obtinet de moribus ac conſuetudine Italiæ, de quâ *Iulius Clarus* loquitur *dict.quæſtion.*10.*numer.*2.*in verb. Et ideò hodiè per totam Italiam obſervatur, &c.* Secus verò in noſtro foro, quo non tantum judex ex officio inquirit in cauſis criminalibus, ſed & in iiſdem haud raro proceditur per viam accuſationis, oblato libello, factâ litis conteſtatione, probatione & reprobatione, ac poſtea ſuper atteſtata diſputationibus hinc inde admiſſis, donec usque ſententia feratur, perinde ac in cauſis civilibus ordinario modo ſolet procedi, ut ſic duplici modo in criminalibus procedatur, per viam ſcilicet accuſationis ordinariæ, & per inquiſitionem.

16 Etſi enim alij adhuc addant denunciationem; modus tamen ille ſeparatus ab inquiſitione non eſt. Nam denunciatio nihil aliud operatur, niſi quod ſuccedit loco diffamationis, vel querelæ, & ſic aperit viam judici ad inquirendum ex officio contra aliquem, quod alias de jure facere non poſſet absque denunciatione, aliisque indiciis præcedentibus, ut rectè ſenſit ipſemet *Iulius Clarus lib.* 5. *ſentent. §. ult. quæſt.* 7.*nu.*2.

17 Dupliciter itaque in cauſis criminalibus proceditur: Per viam accuſationis; & per inquiſitionem. Unde & duplex datur proceſſus in Criminalibus cauſis, ORDINARIUS & INQUISITORIUS. ORDINARIUS dicitur, quando adverſus Reum propter delictũ commiſſum proceſſu agitur ordinario, & ſecundum ordinem ac formam juris proceditur, offerendo libellum, litem cõteſtando ſolenni formâ, & reliqua peragendo, quæ ad ſubſtantiam proceſſus ſpectant, ubi judicis officium ſaltem in cognoſcendo ac judicando imploratur. *Petr. Theodor. in Colleg. Crim. diſp 4. th.1. Proſp.Farin. in Prax.Crim. libr.2. tit 2 q.12. Iod.Damhoud. in Prax. rer. crimin. cap.5. Matth VVeſemb in parat.ff.de accuſat.numer.2. Nicol.Reuſn lib.1.deciſ.25. Iul.Clar.lib.5.ſentent.§.ult. quæſt.12. & plurib.ſeqq. Angel. Aret. in tract. de malef. verb. Et ad querelam. nu.20. Gand. in rubr.qualiter fiat accuſatio. Ægid.Boſſ. in tit.de accuſat. Hieron.Gigas in tract. de crim.læſ.majeſt. tit.qualiter in crim. læſ. majeſt. proced. quæſt 1. num.4. Speculat. in tit. de accuſat. per tot. Tiber. Decian. in tract. Crim. lib.3.c.1. & 2. Ant. Gomez. de delict. tit. qualiter formetur accuſatio.*

18 INQUISITORIUS verò eſt proceſſus, quando nullo exiſtente accuſatore, judex per viam inquiſitionis ſummariè & ſublato (quod dicitur) velo, absque longo litis ſufflamine procedit, & ex officio adverſus delinquentem inquirit, eique pœnam promeritam imponit. *Matth.VVeſemb. in parat.dict.tit.de accuſat.num.3. Nic.Reuſn.dict.deciſ.24.num.32. Pet.Theod.dict.diſp. 4.th.8. Bald.in l.edita.num.30.C.de edend & in l.ea quidem.7.nu.40. ubi Salicet. & Angel.nu.5.C. de accuſat. Felin.in cap.inquiſitionis.nu.5.ext.de accuſat. Ant.Gomez.dict. tit. de delict.nu.49. verſ.nono & ſimiliter. Bart. in l.2.§.ſi publico. & in l.ſi maritus.4. §.ſi ante.ff.ad Leg.Iul. de adult. & in l.deſcripto 6.§.ſi quis.ff. de muner. & honor. Ægid. Boſſ. in titul. de inquis. numer.8. Bonif. de Vitalin. de malef. rubr. de inquis.num.6. Iohan.Fab.in pr.Inſt.de publ.judic.Proſp. Far.in Pract.crim.q.1. Hippol.de Marſil.in Pract.crim. §.conſtante. numer.12. & ſeqq. Foller. in Pract.Crim. Canon. in ver.aut inquiſitione format. c.6. Specul. in titul de inquis. & ibi Ioan.Andr. in addit. verſ.quando autem in pr.* ubi dicit, quod judices ſeculares fori de conſuetudine faciant ſibi regulam inquirendi de quolibet maleficio.

19 Quod ipſum ſanè judicis munus requirit, ſiquidem Reipublicæ intereſt delicta coërceri. *l. ita vulnèratus.*51.*§. æſtimatio autem. verſic. ſi quis abſurdè, ubi Gloſſ. in verb. impunita. ff. ad Legat. Aquil. libr.9. l. locatio. §. quod illicitè. ibique Gloſſ. in verb. alterum. ff. de publican. & vectigal. l.ſi longius. 18.§.1.junct.Gloſſ.in verb.impunita.ff.de judic. l.qui ſervum.20. verſic. at is qui confitetur ſe occidiſſe.ff.de interr.in jur.faciend.l.ſi operis publici.14.C. de pœn.*

Quâ de cauſâ olim, ne deficientibus accuſatoribus delicta manerent impunita, conſtituti erant Stationarii, ſeu Irenarchæ, quibus publicè mandabatur, ut ſi quid gravius accidiſſet, id denunciarent Magiſtratibus, *l. ea quidem. 7. C. de accuſat. l.1.§.quies.ff. de offic. Præf. urb.* qui poſtea ex officio inquirebant. *d. l. 1. §. quies. l.4.ff.ad Leg.Iul. pecul.l.1.C. de cuſtod.Reor. l.ſi quis.C. de Epiſcop. audient. Matth.VVeſemb. in parat.ff. dict.tit. de accuſ.n.3.*

20 Unde Inquiſitio in locum accuſationis rectiſſimè dicitur ſuccedere, *Dd. in dict. l. ea quidem. C. de accuſat. Bartol. in dict. l. 2. §. ſi publico. num.12.ff.ad Leg.Iul.de adult. & ibi etiam Bald.num. 57. Proſper Farin. dict. lib. 2. tit. 2. q. 12. num. 1. Nicol.Reuſner. lib.2. deciſ.24. num.37. Hippol.de Marſil. in Pract. Crim. §. conſtante. num. 32. Pract. Conrad. tit.de inquiſ. n.3.fol.245. Roll. à Vall. volum.2. conſil. 30.n.15.*

21 Quandoque etiam proceſſus hic dicitur extraordinarius, reſpectu ſcilicet proceſſus ordinarii, qui fit per accuſationem ſolennem. Unde vulgo *Dd.* dicunt, in judiciis criminalibus criminaliter intentatis nonnunquam procedi ordinariè & ſecundum juris ordinem, & aliquando extraordinariè; h. e. juris ordine non ſervato. Ordinariè, cum adeſt perſona conquerens & offerens probare, aut quoties delicti certa veritas conſtare poteſt probatione ordinariâ; quo caſu dantur proceſſui omnia ac ſingula requiſita, & hic eſt proceſſus, quem diximus antea ordinarium. Extraordinariè autem, quando non eſt pars conquerens, ſed cùm judex aut Fiſcus procedit ex officio per inquiſitionem quæſtionis, aut torturæ ſuper indiciis & præſumptionibus, qui proceſſus juxta modò tradita inquiſitorius eſt. *Iodoc.Damhoud. in Prax. rer.Crim.c.3.n.1.2.& 3.*

Q.2. Num proceſſus inquiſitorius jure defendi queat?

22 Idque facilius conceditur, nec quiſpiam fermè Doctorum conſuetudinem hanc, quâ judices ex officio in delinquentes inquirunt, eosque puniunt, negare auſus eſt, quamvis in eo non conveniant; *jurene an injuriâ proceſſus inquiſitorius nitatur, & num ſalvo jure atque juſtitiâ formari queat?* Non enim deſunt, qui jure haud fieri hoc poſſe contendunt; Aliqui vero jure Canonico id permiſſum fatentur, jure autem Civili inficiantur, contra quos pugnat *Andr. Fach. libr. 1. controverſ.c.34. Nicol.Reuſner.lib.1.deciſ.24.* Nonnulli id certis in caſibus tantummodo concedunt. Vide *Gloſſ. & Dd. in l.Reſcripto.§. ſi quis.ff. de muner.& honor. Bald. in cap.1.de offic.ordin. Bartol.in l.2.ſi publico.ff.ad Leg.Iul.de adult. Andr.Fach. dict.loco.*

23 Sanè quod ad jus Canonicum attinet, proceſſum Inquiſitorium hoc jure fundatum eſſe, tam certum & exploratum eſt, ut nullâ probatione magnoperè indigeat, propter textum in *cap. qualiter & quando. ac paſſim tot. tit. de accuſat. & inquiſit. Fach. dict. cap. 34. verſ. Et quidem. Panormit. in dict.cap. qualiter & quando. extr. de accuſat.* Sed in foro Civili res non adeò videtur expedita.

24 1. Propter textum in *l. Reſcripto divorum fratrum.6. §. ſi quis. ff. de muner. & honor.* ubi Ulpianus JCtus ſcribit: *Si quis accuſatorem non habeat, non debet honoribus prohiberi: quemadmodum non debet is, cujus accuſator deſtiterit: ita enim Imperator noſter cum Divo patre ſuo reſcripſit.* Unde haud obſcurè colligendum eſt, deficiente accuſatore, neminem honoribus privandum, aut puniendum eſſe, quum pœna haud minima ſit privatio honorum.

Hinc porrò *Dd.* concludunt, neminem ſine accuſatore damnandum eſſe, neque ſine accuſatore judicium Criminale haberi poſſe, juxta *l. quamvis. 19.C. ad Leg. Iul. de adult. l. ult. ff. de privat. delict. cap. de manifeſta. 2. quæſtion. 1. cap. ſicut ad extirpandum. de cohabit. Cleric. cap. 1. de accuſat. Marant. de ordin. jud. titul. de inquiſit. in pr. numer. 6. & num. 105. Foller. in Pract. Criminal. p.1. part. 2. rubr. Detur. copia capitulorum inquiſitis. num. 6. Novell. in prax. Crimin. num. 4. fol. 9.* ut nec civile judicium ſine actore. *l. inter. 62. ff. de judic. c. forus. 5. de Verb. ſignific.* Unde vulgo tradunt, inquiſitionem, quæ adverſus certam perſonam inſtituitur, de genere prohibitorum eſſe, ut teſtatur *Bartolus in dict. l. reſcripto. 6. §. ſi quis accuſatorem. ubi gloſſ. & Dd. ff. de muneribus. & honor. & in l. 2. §. ſi publico. ff. ad Leg. Iul. de adult.* Etenim (ut rectè ſentit *D. Thomas. 22. quæſt. 67. art. 3.*) homines ad judicem confugiunt, tanquam ad juſtitiam quandam animatam: Sicut & Magiſtratus lex animata ab *Ariſtotele libr. 5. Nicomach.* dicitur: Juſtitia verò non eſt ad ſeipſam, ſed ad alterum, ac proinde neceſſe eſt, ut judex ceu μεσίδικος, & vir bonus inter duo, Mediator dijudicet, quod tunc fit, cùm unus eſt actor & alter Reus. *Nicol. Reuſner. libr. 1. deciſ. 24. nu. 17.* 25

26 2. Non parum quoque confirmat hanc juris Civilis diſpoſitionem Salvator noſter Chriſtus JESUS, cujus omnis actio debet eſſe noſtra inſtructio, in Evangelio de muliere, coram ipſo adulterij inſimulatâ, inquiens: *Mulier, ſi nemo te accuſat, nec ego te condemno, Iohan. 8. verſic. 11.* ut refert hoc *Gandin. in titul. quid ſit accuſatio. in pr. & Blanch. in l. ult. num. 1. ff. de quæſtion. Corn. volum. 4. conſil. 33. in princip. Roman. ſing. 319.* Unde clariſſimè probatur, absque accuſatione ne quidem de jure Divino Reũ alicujus delicti ad pœnam eſſe condemnandum. *Alber. in l. ea quidem. 7. num. 4. C. de accuſat. Decius in Rubr. de judic. in lect. 1. num. 76. & in lect. 2. num. 43. Socin. in cap. qualiter & quando num. 106. extr. de accuſat. Iul. Clar. in Pract. §. ult. quæſt. 3. verſ. debes autem ſcire. & quæſt. 5. verſ. quæro in quibus. Proſper. Farin. in Prax. Crimin. lib. 1. quæſt. 1. n. 7. Cuman. conſ. 136. circa fin.*

27 3. Certi juris eſt, omnes actiones interrogatorias jure Civili abolitas eſſe; quippe in quarum locum hodie ſunt introductæ poſitiones, quibus veluti articulis probatoriis utimur non quidem ante, ſed poſt litem demum conteſtatam, ad quos Reus tunc reſpondere tenetur. *l. 1. §. 1. ff. de interrogat. in jur. faciend.* ubi Juris Conſultus Calliſtratus ſic ſcribit: *Interrogatoriis autem actionibus hodie non utimur: quia nemo cogitur ante judicium de ſuo jure aliquid reſpondere: ideoque minus frequentantur & in deſuetudinem abierunt: ſed tantummodo ad probationes litigatoribus ſufficiunt ea, quæ ab adverſa parte expreſſa*

fuerint apud judices, vel in hereditatibus vel in aliis rebus, quæ in cauſis vertuntur. Quod ſi ergo nemo ante judicium, hoc eſt, litis conteſtationem, ut per quam demum judicium conſtituitur, *l. un. C. de litis conteſt. Donell. lib.23.comm.cap.* 1. reſpondere tenetur; utique nec inquiſitio ſubſiſtere poterit, in quâ nec litis eſt conteſtatio, nec judicium, deficiente actore, propriè contrahitur. Quin & iniquum eſt, valdeque injurioſum, quenquam cogi de jure vel facto ſuo reſpondere ante & extra judicium. *l. cogi.* 11. *C. de petit. hæredit. l. ult. C. de rei vindicat. cap.* 1. *de probat.* Potius enim actor de domo ſuâ adferre debet ſuam intentionem, eamque implere, atque hoc modo inſtructus venire ad judicium, quàm à Reo confeſſionem, quaſi gladium, quo ſe ipſe jugulet, exigere. *l. nimis grave* 7. *C. de teſtib. l.1.C.de edendo l.de minore.*10.§.4 *ff. de quæſtion. Paulus lib.5.ſentent.tit.16.§.ult.*

28 4. Accedit & hoc, quòd omni jure, divino, humano & naturali prohibitum eſt, aliquem ſine causâ legitimâ diffamare, aut ut hoc fiat, cauſam facultatemque præbere. Quod certè tunc fit, quum ob delictum alterius ſpecialis cauſæ cognitio ac inquiſitio inſtituitur; ſiquidem inquirens in alterius crimen cauſam præbet, quo Reus, de quo inquiritur, diffametur. Qualis diffamatio non niſi juſtis ex cauſis profecta, certiſque & evidentibus argumentis probata, locum habere debet. *Gloſſ. in cap. cum oporteat. in verb. famam. & in verb. ad denunciandum, ubi Panormitan. notab.* 21. *de accuſation. & in cap. ex parte, & in cap. inquiſitionis.* § *tertiæ dubitationis. de offic. ordinar.*

29 Verum enimverò, de jure quoque Civili licitam & permiſſam eſſe inquiſitionem, tradunt *Andr. Fachin. lib.* 1. *Controverſ. cap.* 34. *Petr. Heig. part.* 1. *quæſt.* 39. *Nicol. Reuſner. libr.* 1. *deciſ.*24.*num.*21.*& ſeqq. Matth. VVeſemb. in parat. ff. de accuſat. num.*3. Remque eò nunc proceſſiſſe, inquit *Heig. dict. loco num.*5. ut paſſim *Interpp.* unanimiter doceant, non tantum de jure Canonico, ſed etiam de conſuetudine Curiarum fori civilis, de quolibet crimine per judicem quemlibet inquiri poſſe, & per Statuta locorum, huic quoque rei proſpectum eſſe, ut ſi Judicis alicujus negligentia in hoc coargui poſſit, debeat is in Syndicatu reſpondere. *cap. inquiſitionis, cap. qualiter & quando extr. de accuſat. Ægid. Boſſ. in Pract. Crimin. tit. de inquiſit. numer.*8. *Iul. Clar. lib.*5.*ſentent.*§.*ult. quæſtion.*5.*num.* 2. *& quæſtion.* 3. *num.* 6. Quam ſententiam eo probabiliorem eſſe dicit, quòd etiam olim inter Interpp. juris civilis quidam extiterint, qui inquiſitionem de quovis crimine regulariter permiſſam eſſe putavêre. *Salicet. in l. ea quidem. C. de accuſat. Anton. Gomez. tom.*3. *var. reſolut. cap.*1. *n.*49. *verſ. nono.*

30 Neque fundamentis hæc ſententia deſtituitur, 1. namque textus eſt expreſſus hâc de re in *Novell.* 128. *cap. jubemus.* ubi Imperat. proceſſum inquiſitionis apertiſſimè approbat: *Iubemus*, inquiens, *omnes judices tam militares, quàm civiles, per ſe requirere eos, qui latrocinia, aut violentias, aut rapinas rerum, aut fœminarum, aut alia qualibet in provinciis illicita committunt, & ſupplicia eis legitima inferre, neque pro his cauſis accipere aliquid, conſuetudinis nomine.* Quæ ſanè verba Imperatoris expreſſiſſimè innuunt: Inquiſitionem non modò permiſſam eſſe, ſed & judicibus eandem ex officio formare, incumbere, quin & Imp. pœnam in eos qui inquiſitionem ejuſmodi negligunt, neque delinquentes ad ſuplicium rapiunt, conſtituit *dict. Novell.* 128. *cap. jubemus.* in verb. *Si quis autem judicium hoc non cuſtodierit: cognoſcat, non ſolum ſe commiſſo ſibi cingulo ſpoliandum, ſed decem librarum auri pœnam exſolvere, eo, quod præſumpſerit, talem cauſam aſſumere: poſt tormenta verò & confiſcationem ſubſtantiæ in exilium redigendum, & relegandum.*

31 2. Cum quo convenit JCtus Ulpianus in *l. congruit. ff. de offic. Præſid.* ita ſcribens: *Congruit bono & gravi Præſidi curare, ut pacata atque quieta provincia ſit, quam regit, quod non difficile obtinebit, ſi ſollicitè agat, ut malis hominibus provincia careat, eoſque conquirat. Nam & Sacrilegos, Latrones, Plagiarios, Futes conquirere debet: & prout quiſque deliquerit, in eum animadvertere.* Et *Paulus* in *l.3.ff. eod. tit.* ait: Eum qui provinciæ præeſt, curare debere, ut malis hominibus provincia purgetur, neq; in eo diſtingui oportere, unde ſint.

32 3. Idemque ſanxit Conſtitutione quâdam peculiari Imperator *Conſtantinus in l.* 1. *C. de cuſtod. Reor.* ubi in hunc modum ſcribit: *In quâcunque causâ Reo exhibito ſive accuſator exiſtat, ſive eum publicæ ſolicitudinis cura produxerit, ſtatim debet quæſtio fieri, ut noxius puniatur, innocens abſolvatur.*

33 4. Quò & pertinet *l. ea quidem. C. de accuſation.* ex quâ probatur, Magiſtratibus licere apparitores & officiales habere, qui maleficia inquirant, & denuncient, ac ſubinde in eos animadvertant, quos deliquiſſe compererint, etiam ſine ſolennibus accuſationum. Hique Nunciatores appellabantur, *l. ab accuſatione.* 6. §. *nunciatores. ff. ad SCtum Turpilian.* Nec non Irenarchæ, *l. Divus. ff. de cuſtod. Reor.* qui elogia ſcribebant, quæ notoria dicebantur, hoc eſt, omnium criminum & delictorum commiſſorum annotationes, ſecundum quarum tenorem Magiſtratus inquirere ſolebat de veritate cujuſque delicti commiſſi ab eo, quem Apparitores denunciaſſent. *l. Divus.* 3. *ff. de cuſtod. & exhib. Reor. Andr. Alciat. lib.* 6. *parerg. cap.* 19. *Iacob. Cujac. li.* 1. *obſervat.* 33. *Nicol. Reuſner. lib* 1. *deciſ.*24. *nu.*31. *Andr. Fachin. lib.*1. *controverſ. cap.*34. *Matth. VVeſembec. in parat. ff. dict. tit. de accuſation. n.*3.

34 Tantum itaque abeſt proceſſum inquiſitionis de jure civili prohiberi, ut expreſsè etiam probetur, & judicibus ac Magiſtratibus in homines facinoroſos inquirere demandetur. Cui nil quicquam refragantur rationes in contrarium antea adductæ; Quod enim 1. ad *l. reſcripto divorum fratrum.* 6. §. *ſi quis accuſatorem. ff. de muner. & honor.* attinet: *Reſpondet Fachin. dict. cap.*34. Non agi ibidem de inquirendo in delicta & delinquentes, ſed

de arcendo aliquem aut removendo ab honoribus & muneribus publicis, quod fieri nullo modo poteſt, ſi nemo eum de crimine accuſaverit: Nec tamen negari, poſſe aliquem de crimine diffamatum, ſaltem ex officio, inquiſitâ & compertâ veritate, rectè puniri, quam reſponſionem approbat quoque *Nicol. Reuſn. dict. deciſ.* 24. *n.* 42.

35 Ego verò puto ad *d. l. 6. §. ſi quis.* haud inconcinnè reſponderi poſſe, concedendo, abſque accuſatore neminem condemnandum eſſe, ſed in proceſſu inquiſitorio accuſator prorſus non deficit, quia fama eſt loco accuſationis. *c. cum oportet.* 19. *extr. de accuſat. Panormit. in cap. qualiter.* 17. *eod. tit. VVeſembec. in parat. de accuſat. num.* 3. Quod ergò dicitur in *d. l. 6.* eum, qui accuſatorem non habet, non prohiberi debere honoribus, ſive puniri; hoc ita intelligendum, ſi nec quiſpiam eum accuſet, nec fama & indicia adverſus ipſum militent: quod facilimè quivis conceſſerit, quia inquiſitio, abſque famâ, aliiſve indiciis & præſumptionibus antecedentibus formata, ipſo jure nulla eſt, per ea quæ tradunt *Dd. in l. juſtiſſimos* 3. *C. de offic. Rect. provinc. & in l. ſi quis alicui 3. ad Leg. Iuliam Majeſt. Iul. Clar. in Pract. §. ult. quæſtion. 2. verſ. ad formandum. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſtion. libr. 1. caſu.* 78. *num.* 1. *Nicol. Reuſner. lib. 1. deciſ.* 24. *num.* 15. *Hippol. de Marſil. vol. 2. conſil. 2. num.* 23. *& conſil.* 117. *num.* 11. *Cravett. conſil.* 262. *in pr. Roland. à Vall. vol. 3. conſil.* 17. *num.* 8. *conſil.* 57. *num.* 10. *& ſeqq. conſil.* 17. *num.* 8. *& conſil.* 96. *num.* 10. *Tiber. Decian. volum.* 1. *conſil.* 18. *num.* 52. *& ſeqq.* Quod uſque adeo verum eſt, ut confeſſio facta ad inquiſitionem formatam, nullis indiciis antecedentibus nil planè probet, nec quicquam confitenti præjudicet, ut vult *Ioſeph. Maſcard. in tract. de probat. vol.* 1. *concl.* 351. *n.* 1.

36 Hinc nec ratio illa videtur obſtare, quod ſcilicet jura neminem condemnare ſoleant abſque accuſatore. *Quia* ut jam dictum eſt, indicia & fama ſunt loco accuſationis in inquiſitione, *Ægid. Boſſ. in Prax. Crimin. titul. de inquiſit. num.* 8. *Nicol. Reuſner. lib.* 1. *deciſ.* 24. *num.* 43. adeoque nec Reus in proceſſu inquiſitorio abſque accuſatore condemnatur & punitur. Neque etiam inquiſitio hâc ratione ex genere prohibitorum erit, ut quæ neminem abſque accuſatore condemnari permittit. Quin & ii, qui regulariter de jure civili inquiſitorium proceſſum prohibitum eſſe contendunt, plurimos caſus admittunt, in quibus judex ſine metu calumniæ ex officio procedere poteſt, adeo ut benè regula in contrarium concipi queat. Quos caſus omnes facile eſt reperire apud eos, qui de maleficiis ſcripſerunt: & pleroſque recenſet *Angel. Aretin. in tractat. malefic. verb. Hæc quædam inquiſitio. ubi Addition. à numer.* 12. *uſque ad numer.* 48. quos communiter approbatos eſſe à totâ familiâ Doctorum, ita ut nemo his contradicat, teſtatur *ibidem. numer.* 48. *verſ. item adverte.*

37 2. Eodem quoque modo reſpondendum eſt ad dictum Salvatoris, *Iohan.* 8. *verſic.* 11. *Nimirum* in proceſſu inquiſitorio accuſatorem haudquaquam deficere, quum fama criminis patrati & publica vox ſit loco accuſatoris. Præterea Chriſtus adulteram condemnare nolebat, non quòd accuſata non fuerat; contrarium enim ex textu apparet ex verbis Chriſti dicentis: *ubi ſunt tui accuſatores.* Ex quibus manifeſtè evincitur accuſatores adfuiſſe & Ream adulterii accuſatam fuiſſe. Sed quia ipſius officium erat ſalvare homines, non condemnare. Exinde vero nil inferendum ad Magiſtratum legitimũ, cui incumbit ſontes punire, & delinquentibus ſupplicia debita irrogare. Vid. *ſupra q.* 101. *num.* 47. & 48.

38 3. Parum quoque adverſatur *l. 1. § 1. ff. de interrogat. in jure faciend.* *Quod* enim ibidem de abolitione interrogationum habetur, illud potiſſimum accipiendum eſt de cauſis civilibus, de quibus *d. l.* 1. loquitur, veluti cum agitur de hereditatibus & bonorum poſſeſſionibus, quæ minus hodiè frequentantur. Nam, ut *Zaſius ibidem* interpretatur, interrogationes hodiè non vi actionis, ſed ſummatim proponuntur, & ad probationem duntaxat litigatoribus ſufficiunt ea, quæ ab adverſâ parte expreſſa ſunt, aut confeſſa apud judices, vel in hereditatibus, vel in aliis rebus, quæ in cauſis vertuntur. *dict. l. 1. §. 1. in fin.* Quod ipſum tamen nequaquam trahendum eſt ad cauſas criminales, multòque minus eò extendendum, quaſi inquiſitionis proceſſus ob id jure ſit prohibitus; cùm de crimine inquirere Reipubl. interſit, ne delicta impunita remaneãt, ſed delinquentium coërceatur audacia. *l. Stichum. 95. §. quod ſi 1. verſ. ſanè. ff. de ſolut. l. quisquis. 5. C. ad Leg. Iul. Majeſt. l. 2. ff. de jur. fiſci.*

39 Quod autem dicitur, ante judicium & litis conteſtationem neminem cogi de jure ſuo ad articulos probatorios reſpondere: Id verum quidem eſt, & obſervatur tàm in criminalibus, quàm civilibus cauſis; attamen exaudiri ſolummodò debet hoc ipſum de proceſſu ſolenni & ordinario, quando ſcilicet actione in libello propoſitâ, & ſecutâ reſponſione, litis utrinque fit conteſtatio, ubi articuli probatorii poſt litem demum conteſtatam producuntur. At per hoc proceſſui ſummario ſeu inquiſitorio nil præjudicatur, in quo judex pro delicto aliquo cognoſcendo ex officio procedit, obſervando tamen ſubſtantialia in quovis proceſſu neceſſaria. *Nicol. Reuſn. lib. 1. deciſ.* 24.

40 4. Nil denique obſtat, quod affertur de infamia Rei ex inquiſitione orta. *Non* enim ex inquiſitione diffamatio promanat, ſed ob diffamationem antecedentem ex officio ſuſcipitur à judice inquiſitio. Sibi ergò Reus imputet, quod pravis moribus ſuſpicioni & diffamationi cauſſam dederit, quam ſubſecuta eſt inquiſitio. Neque enim hæc pro lubitu judicis formanda eſt, ſed ſufficientibus demum ac legitimis indiciis præcedentibus, aliàs ſanè proceſſus inquiſitorius nullius erit momenti. *Hippol. de Marſil. in Pract. Crimin. §. conſtant. nu.* 33. *Tiber. Decian. vol. 1. conſ.* 18. *n.* 52. *& ſeqq. Nicol. Reuſn. l. 1. deciſ. 24. n. 15. Iul. Clar. §. ult. quæſt. 2. verſ. ad formandum.*

Ex

41 Ex quibus omnibus efficitur, de jure quoque Civili judicem ex mero officio ad inquiſitionem delictorum procedere, & abſque ambagibus aut circumitionibus, ſummariè ſuper crimine commiſſo cognoſcere, ac inquiſito ſupplicium irrogare poſſe. Quinimò licet hoc ipſum ex jure Civili probari non poſſet, certiſſimum tamen eſt, quod hodiè de conſuetudine regulariter judex in omnibus caſibus per viam inquiſitionis licitè & juſtè procedere queat; Cui etiam conſuetudini omninò erit inhærendum, ſecundum *Iul.Clar.in §.ult.quæſt.3.num.6.* ubi expreſsè ſcribit, quod quæ de jure communi diſpoſita ſunt, ceſſent ex conſuetudine præſentis temporis: de qua conſuetudine teſtatur *Bald.in l.ea quidem.7.num.44.C.de accuſat.* generalem ſcilicet omnium locorum cōſuetudinem hanc eſſe. Et *Innocent.in cap.bona.num.5.de elect.* totum mundum hanc conſuetudinem ſervare. Idemque aſſerunt *Dd. in cap. inquiſitionis ubi & Felin.numer.5.extr.de accuſat. Andr.Tiraquell. de pœn.temper.cauſ.53.numer.3. Ægid Boſſ.tit.de inquiſit.num.2. Petr.Heig.part.1.quæſt.39.numer.7. Iacob.Menoch. in tractat.de præſumpt.libr.1.quæſt.88.numer.7. Nicol.Reuſner.libr.1.deciſ.24.numer.27.& 34. Iohan.Fab.in pr.Inſt.de public.judic. Gandin. de malef. tit. quomodo cognoſcatur de maleficiis per inquiſitionem.num.6.verſ.hodiè.* aliique quamplurimi.

42 Quæ conſuetudo tantò magis attendenda, quantò æquior ac juri divino convenientior eſt; Jubetur namque in ſacro Codice Magiſtratus publicus non connivere ad delicta, ſed eorum punitioni diligenter invigilare, adeò, ut non excuſetur, ſi dicat ſe ignoraſſe, cùm inquirere tenetur, *Exod.2.verſ.11.13. Roman.13.verſ.1. Prov.20.verſ.8.& c.24.v.11.* quemadmodum nec Paſtoris proba eſt excuſatio, ſi lupus oves comedit & paſtor neſcit. *c.quamvis.extr.de reg.jur.* Et quis neſcit, neminem invitum ad accuſandum compelli poſſe. *Vaſq.illuſtr.Controverſ.cap.16.nu.1.& ſeq. Petr.Heig.dict.quæſt.39.nu.19.* Quare, ſi accuſator non exiſteret, infinita crimina & delicta impunita remanerent, haud abſque
43 inſigni Reipubl. detrimento. Taceo, quòd proceſſus ordinarii ſæpiſſimè multos annos durent, priusquam ſententia audiatur definitiva, & pœna reo infligatur, plerique etiam proceſſus ordinarii ex negligentia, defectu ſumtuum, aliiſve de cauſis & impedimentis planè intermittantur. Cui incommodo per proceſſum inquiſitorium facilimè ſubveniri poterit, ſi nempe judex abſque multis ambagibus per viam inquiſitionis ſummariè procedat, & abſque longo litis ſufflamine, habiti ſufficienti cauſæ cognitione & delicti certitudine, pœnam delinquenti irroget, & in terrorem aliorum exemplum ſtatuat.

44 Ex jam dictis ſatis liquet, in cauſis criminalibus Judicem non ſolùm per viam accuſationis, ſed & inquiſitoriè ex officio adverſus delinquentes procedere poſſe. Quod in terris Imperii Romani ac præſertim in foro Saxonico minus dubium habere videtur. *Daniel. Moller. lib.2. Semeſtr.1. numer.2. Petr.Heig. part.1. quæſt.39. numer.20. Modeſt.Piſtor.part.3.quæſtion.125. Nicol. Reuſner. dict.lib.1.deciſ.24.num.21.* ubi refert, Jenenſes in hunc modum reſpondiſſe: Daß der Inquiſitional proceſs dadurch der Sachen am beſten vnd ſchleunigſten abzuhelffen / zu Recht beſtändig vnd zuläßlich / darauff auch Angeklagter alles ſeines vorwendens vngeacht ſich einzulaſſen vnd zu antworten ſchuldig. Ita ut hoc negare velle, idem eſſe ac mundum revangare, probè dixerim.

1. Ob textum in *artic.* 219. *Ordin.Criminal.* 45
In verb. Wo aber die Obrigkeit ex officio vnnd von Ampts wegen wider einen Mißhändler mit Peinlicher Anklage oder Handlung volnführe / ſo ſollen die Richter / wo jhnen zweiffel zufiele / bey den nechſten Hohenſchulen / *&c.* Rath zu ſuchen ſchuldig ſeyn / *&c.* Quæ certè verba præſupponunt, inquiſitorium proceſſum legitimè à judice inſtitui atque formari: Aliàs namque ſanctione hac nequaquam opus fuiſſet, aut minus cautè Legislator eandem apposuiſſet.

2. Similis extat textus in *artic.* 214. *Ordin.* 46
Criminal.Carolin. in final.verb. Vnd wo der Beſchädigte nicht Peinlich klagen wolte / ſo ſol deñoch die Obrigkeit den Thäter nichts deſtoweniger von Ampts wegen rechtfertigen / vnd nach gelegenheit der Perſon vnnd Vberfahrung ſtraffen laſſen. Quod ſanè non alio modo niſi per inquiſitionis proceſſum fieri poteſt, *Matth. Stephan. in notis ad dict.art.*214.

3. Hinc & *Conſtit. Provincialis Saxon. de An-* 47
no 1555. *ſub tit.* Von Vnkoſten der peinlichen Rechtsfertigung / accuſatore aliquo non exiſtente Magiſtratum procedere jubet, in §. Welches auch. Ibi. Welches auch jedes Ampt / oder jenige / dem die Obrigkeit zuſtehet / auff den fall thun ſoll / da keine Klägere vorhanden / vnnd die That offenbar / *&c. Petr. Heig. dict. quæſt. 39. numer.*21.

4. Facit huc quoque Reſcriptum Illuſtriſ- 48
ſimi Electoris Auguſti, ſacratiſſimæ memoriæ, Scabinis Lipſenſibus inſinuatum 18 Jan. Anno 1579. in quo inter alia hæc quoque verba habentur: Daß man ſich in denen fällen / wann wider einen Verbrecher Ampts halben vnd ex officio inquiriret wird / in allewege nach dem Proceſs, wie es bißhero in vnſern Landen in Inquiſition-Sachen bräuchlich geweſen / richten vnd demſelben nachgehen ſolle / *&c.*

5. Idemque probari poteſt ex *Ordin. Polit.* 49
Elect. Saxon. de Anno 1612. *ſub tit.* Von Juſtitien Sachen *pag.*20. ubi hæc verba reperiuntur: So hat doch in ſpecie niemand dargethan oder beſcheiniget / daß wider jhn vnverſchuldeter weiſe mit dergleichen Inquiſition proceſs verfahren worden / vnnd weil beydes die Rechte / ſo wol jetzterwehnte Verordnung hierinnen gleichsfals klar / auch von den Rechtslehrern dieſes Remedium ex communi conſuetudine nunmehr pro ordinario, ſo in allen delictis ſtatt habe / gehalten wird / *&c.* Quæ omnia luculenter probant, inquiſitorium proceſſum hiſce in terris uſitatiſſimum eſſe; quod nemo niſi proceſſus Saxonici ignarus negare poteſt, vel ab ipſa experientia convictus.

Q. 3. Proceſſus inquiſitorius an hodie ſit remedium ordinarium?

50 Notandum præterea, quòd inquiſitorius proceſſus quandoque ſummarius, quandoque etiam extraordinarius vocari ſoleat, eò quod in hoc, ordine juris non obſervato, ſummariè procedatur absque ſtrepitu & figurâ judicii. *Iohan. Zanger. de except. part.* 1. *c.* 1. *num.* 60. *& de quæſtio. ſeu tortur. Reor. in proœm. nu.* 4. Ex quo fit, quòd proceſſus hic ordinario proceſſui opponatur, ut dictum *ſupra num.* 21. Alias namque proceſſus inquiſitionis per ſe etiam *Remedium eſt ordinarium*, uti patet ex verbis **der Policey Ordnung** / *de anno* 1612. antea adductis: **Auch von den Rechtslehrern dieſes** Remedium ex communi conſuetudine **nunmehr** pro ordinario, **ſo in allen** delictis **ſtatt habe / gehalten wird.** Ita
51 nempe inquiſitionem hodie Remedium ordinarium eſſe conſuetudine generali, tradunt. *Alber. in l. ea quidem.* 2. *col.* 2. *verſ. de conſuetudine.* C. *de accuſation. ubi etiam Bald. numer.* 44. *Iul. Clar. in Pract. §. ult. quæſt.* 3. *num.* 6. *Gandin. in tract. malef. tit. quomod. de malef. cognoſc. per inquiſit. col.* 1. *num.* 6. *Proſp. Farin. in Prax. crim. quæſt.* 1. *num.* 10. *Nicol. Reuſner. lib.* 1. *deciſ.* 24. *num.* 28. *Petr. Heig. lib.* 1. *quæſtion.* 39. *num.* 8. *Ægid. Boſſ. tit. de inquiſ. nu.* 8. *Anton. Gomez. tom.* 3. *var. reſolut. tit. de delict. cap.* 1. *nu.* 49. *Bonif. Vital. de malef. tit. de inquiſit. nu.* 6. *Blanc. in l. ult. n.* 5. *ff. de quæſt.*

Q. 4. Num judex ratione officii adverſus delinquentem inquirere teneatur?

52 Unde porrò & hoc ſequitur, Judicem non modo deficiente accuſatore inquirere poſſe, ſed & hoc facere ratione muneris ſui obſtrictum eſſe, adeo ut negligens inquirere, ipſemet crimine non levi ſe obſtringat, uti rectè ſentit *Paris de Puteo de Syndicat. in verb. Negligentia. cap.* 1. *num.* 8. 9. *cap.* 4. *num.* 4. 6. *Foller. in Pract. Crimin. Canon. in verb. aut inquiſitione num.* 20. *& ſeqq. Petr. Heig. dict. quæſt.* 39. *num.* 24. Etſi enim aliàs judex irrequiſitus officium ſuum impertire non teneatur, fallit tamẽ hoc ipſum in inquiſitione, quam adverſus delinquentem formari publica ſuadet utilitas: quo caſu aliàs etiam judex irrequiſitus officium ſuum impertire obſtrictus eſt, prout docet *Bartol. in l.* 4. *§. hoc autem ff. de damn. infecto. & Iohan. Baptiſt. Aſin. in tract. Exec.* §. 3. *cap.* 16. 58. 254. *& ſeqq.* 264. 265. 271. 273. *&* 327. ubi quando ad publicam utilitatem & criminum punitionem tendit animadverſio, judicem etiam invitum officium ſuum exercere debere, tradit, alioquin à pœnâ immunem haud habendum eſſe.

Veluti etiam Scabini Lipſenſes ita reſponderunt ad 54
requiſitionem **Hanſen** *à* **Wolfersdorff. So ſeyn ſie doch Ampts vnd Gerichtswegẽ / wofern ſie jhrer Gerichtbarkeit ſich nicht verluſtig machen wollen / wider den Vbelthäter / damit deſſen Mißhandlung nicht vngeſtrafft bleiben möge / gebůrlichen zu** *inquiriren*, **vnd denſelben zubeſtraffen ſchuldig / V. R. W.** *Menſe Novembr. Anno* 1609.

It. **Gegen Brumbach: So iſt ewer Juncker / als der** 55
Gerichtsherr ſelbiges Orths / weil deß entleibeten Freunde ordentlicher weiſe zu klagen nicht gemeinet / *ex officio* **bey Verluſt ſeiner Gerichte zu** *inquiriren* **ſchuldig / V. R. W. An Schirndingiſchen Richter /** *Menſ. Iun. Anno* 1631.

It. **An Richter zu Schlotheimb: So ſeyn die von** *H. H.* **als Gerichtsherrn den** *Inquiſition proceſs* **bey verluſt jhrer Gerichte außzuůben ſchuldig / V. R. W.** *Menſ. Mart. Anno* 1632.

It. **An Rath zu Quedlinburg: So ſeyd jhr vermöge der inhabenden Obergerichte / vnd bey verluſt derſelben zu** *inquiriren*, **vnd den Miſſethäter gebůhrender maſſen zu beſtraffen ſchuldig / V. R. W.** *Menſ. Sept. Anno* 1632.

QVÆSTIO CIV.

De Proceſſu Criminali Ordinario, à quibus perſonis, adverſus quos, & coram quo judice inſtitui poſſit ac debeat.

SUMMARIA.

1. *Proceſſus ordinarius fit per accuſationem.*
2. *Accuſare quiſnam propriè dicatur? nu.* 10.
3. *In proceſſu ordinario proceditur ſecundum juris ordinem. n.* 4. 8. 9.
5. *Irenarchæ quinam ſunt?*
6. *Fiſci advocatus fungitur Officio Accuſatoris.*
7. *Noſtris in terris Magiſtratus ex officio inquirit.*
11. *Accuſans delinquentem an vile & inhoneſtum quid agat? num.* 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.
21. *Quinam accuſare prohibeantur? n.* 22. 42.
23. *Quando Mulier ad accuſandum aliquem admittatur? n.* 24.
25. *Pupillus & minor quando accuſare prohibeantur?*
26. *Major* 20. *annis ab accuſatione non repellitur.*
27. *Servus neminem regulariter poteſt accuſare.*
28. *Ob mentis defectum quinam ab accuſatione repellantur?*
29. *Fides ſuſpecta quoſnam accuſare prohibeat?*
30. *Inimicitia quatenus impediat accuſationem? nu.* 31. 32. 33. 34. 35.
36. *Infamis quando accuſare prohibeatur? numer.* 37. 38.
39. *Excommunicatus ab accuſando repellitur.*
40. *Ex cauſa reverentiæ, quinam & quando accuſare prohibeantur? n.* 41.
43. *Quid ſi exceptio inhabilitatis ab accuſato non opponatur? n.* 44. 45.
46. *Quinam ex pluribus accuſatoribus admitti debeat? n.* 47.
48. *In vindicandâ nec defuncti proximiores conſanguineos remotiores excludunt. n.* 49.
50. *Ad accuſandum nemo poteſt compelli. numer.* 51. 52. 53.
54. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
55. *Non quævis indifferenter perſonæ accuſari poſſunt.*
56. *Propter dignitatem & officium quinam ſint exemti?*
57. *Mentis defectus quoſnam eximat?*

58. *Semel accuſatus & abſolutus an & quando denuò poßit accuſari? n.59.60.*

61. *Proceſſus Criminalis Ordinarius non niſi coram judice competente ventilari debet.*

62. *Quinam ſit judex competens in proceſſu criminali ordinario? n.63.*

64. *Num Magiſtratus ſuper delicto adverſus ſeipſum commiſſo cognoſcere queat? num.65.66.67.68.72.73.*

69. *Nemo in propria cauſa judex eſſe poteſt, & quatenus hoc verum ſit.n.70.71.*

1 POSTQUAM in genere dixi *quæſtione præcedenti* de proceſſu in cauſis Criminalibus, eumque duplicem eſſe aſſerui: *Ordinarium* nempe & *Inquiſitorium*. Nunc ſigillatim de utroque agam, ac prius quidem de Proceſſu Ordinario in cauſis Criminalibus, qui fit per accuſationem. *Iodoc. Damhouder. in prax.rer.crimin.cap.5.Matth.VVeſembec.in paratit. ff.de accuſat.num.2.Proſper.Farin.in prax.crim.libr. 2.tit.2.quæſt.12.Iul.Clar.lib.5.ſent.§.ult. quæſt.12. & multis ſeqq.Petr.Theodor.in Colleg.Crimin.diſput. 4.th.1.*

2 Etſi verò vocabulum hoc (*accuſare*) generaliter ſignificet aliquem ad cauſam dicendam urgere, *c.forus.§.accuſator. de verb.ſignif. Andr.Alciat. in l.qui accuſare.C.de edend.* Unde Accuſationis nomine etiam Civilis actio & perſecutio venit, *d.l.qui accuſare.C.de accuſat.l.ex judicior.in fin ff.eod.tit.l.vero.30.ff.de ſolut.matr.* Sicuti contra actio pro accuſatione ponitur, *l.1.ff.de Crim. Stellion.tot.tit.C.quando Civilis actio Criminali præjudicet:* Obtinuit tamen, ut propriè Accuſare & Accuſatio ad delationes delictorum & cauſas criminales referantur. *tot.tit.ff.& C.de accuſat.VVeſembec.in parat.ibid.num.4. Nicol.Reuſner. libr.3.deciſ.17.num.4.& 5.* Quod & moribus noſtris ſic obſervatur, ut quemadmodum in Civilibus actor dicitur Kläger / ita in Criminali proceſſu ordinario, Accuſator vocari ſolet Ankläger; ad differentiam actoris in proceſſu civili. Unde & accuſatio die Anklage / & delinquens accuſatus Angeklagter in foro appellitatur.

3 Proceditur ergò in proceſſu ordinario, ad accuſationem ſeu querelam partis læſæ vel delatoris voluntarij, non ſummariè, ſed ordine juris ſervato. Et proinde querelam proponens, aut deferens delictum, habetur pro accuſatore, qui libello accuſatorio oblato & lite conteſtatâ, crimen delatum probare debet. *l.jubemus. 4. C. ad Leg. Iul. repetund. cap. veniens. 38. de teſt. gloſſ. in cap.22. in verb. lite non conteſtata. de ſent. & re judic. Dd. in cap. qualiter & quando.24. de accuſat. Iodoc.Damhouder. dict.cap.5. Petr.Theod.dict. theſ.1. & ſeqq. Iohan. Zanger. in proœm. tract. de quæſt.ſeu tortur. Reor. num.14. Franc. de Plot. vol.1. conſ.crim.76. Specul. in lib.3.art.1.tit.de inquiſit.§. viſo.3.num.5. Iohan. Berber. in via jur.part.4.rubr.1. de judic.nu.136.*

4 Quod & tum obtinet, quando publici delatores ex neceſſitate officij delicta denunciant. *l.Divus.6.ff.de cuſtod. & exhib. reor. l. ab accuſatione. 6. §. 3. ff. ad SCtum Turpill. l. ea quidem. 7. c. de accuſat.* Dicuntur autem publici ſeu neceſſarij delatores, qui ſpecialiter ad hoc, ut denuncient crimina, ſunt deputati, & juramento obſtricti, uti manifeſtum redditur ex 5 *l. Divus. 6. ff. de cuſtod. & exhibit. Reor.* Qui & Irenarchæ vocari poſſunt, quales olim erant, qui diſciplinæ publicæ & moribus corrigendis præficiebantur, quique facinoroſos homines conquirebant. *l. ult. §. Irenarchæ. 7. ff. de muner. & honor. l. un. ubi Iacob. Cujac. C. de Irenarch. lib.10.*

6 Hiſce Fiſci Advocatus ſive Fiſcalis adjungi ſolet, qui delinquentem accuſat, & proceſſum ordinarium adverſus ipſum perſequitur, ne ipſemet Magiſtratus agere & in proceſſu ordinario accuſatoris, & judicis officio ſimul fungi videatur. *l.omnes.5.C. de delator. lib.10. Ioh.Zang. in proœm. tract. de quæſt. ſeu tortur. nu. 18. Andr. Gail. lib.1.obſerv.90.nu.2.*

7 Quod adhuc hodie ijs in locis, ubi rarior eſt proceſſus inquiſitionis, ſic practicatur. At noſtris in terris accuſatore non exiſtente, nec parte læſâ delinquentem accuſante, Magiſtratus ex officio inquirit, niſi Reus ſit fugitivus, & haberi, ac in carcerem conjici nequeat, ubi per Advocatum fiſci aut Syndicum ad Bannum agi ſolet.

8 Inſtituta autem accuſatione Criminali, eodem modo cauſa agitur, per litis conteſtationem, exceptiones, probationes, &c. quo in Civilibus agitari ſolet. *l. 2. C. de Cuſtod. Reor. l. qui accuſare. C. de edendo. l. adulterium. C. ad Leg. Iul. de adult. l. ſi maritus §. præſcriptiones. ff. eod. tit. Matth.VVeſemb. in parat.ff.de accuſ.num.12.* Et ſic proceſſus ordinarius in cauſis criminalibus, eodem ferè modo, iiſdemque ſolennibus exercetur, atq; in civilibus cauſis, paucis exceptis, in quibus differentia aliqua inter proceſſum ordinarium Civilem & criminalem exiſtit, quæ cum notabiliter in foro tenenda ſint, brevibus proceſſum Ordinarium tranſeundo, ea adnotare placet.

Quum verò in omni ſemper judicio conſtituendo, 9 tam publico, quàm privato, ſive agatur civiliter, ſive criminaliter, prius perſonarum habeatur conſideratio, quæ in judicium venire ſolent, *l. ſi initio. C. de procurat. l. quidam. ff. de jur. dot. l. reſcripto. 6. §. ſi quis accuſatorem. ff. de munerib. & honorib.* Ideoque hunc ordinem obſervando, prius de *perſonis*, ac poſtea de ipſa *tractatione ſeu Forma proceſſus* agam, in quorum conſideratione totus vertitur proceſſus ordinarius. Sunt autem in quovis judicio principales perſonæ tres: *Accuſator, Reus accuſatus, & judex.*

10 ACCUSATOR eſt, qui delinquentem defert & accuſat ad pœnam atque vindictam, ita enim definit *Azo in rubr. C. de his, qui accuſar. non poſſ.* allegatus *à Matth. VVeſembec. in paratit. ff. de accuſat. num. 5.* accuſationem, ut ſit accuſare, Reum aliquem Criminis per libellum deferre ad vindictam & pœnam. *l. cum rationibus 16. l. non ignorat. 9. l. ſi quis 20. C.*

de his qui accuſ. non poß. l. 3. *in verb. Reum deferre ff. de accuſat. l. fin. ff. de privat. delict.* Ex quo ſequitur, Accuſatorem eſſe, qui aliquem defert ad vindictam & pœnam.

Q. 1. Num Reum delinquentem accuſans vili ac inhoneſto fungatur Officio?

11 De quo notandum *Primò*: Eum qui accuſatoris vices agit, nil inhoneſti facere, nec maculam aliquam propterea incurrere, quod certè exiſtimare quis poſſet, perpendens decretum Synodi Romanæ, quod accuſationem genus illaudabilis intentionis appellitat, *c. ſi quis Epiſcopus* 2. *quæſt.* 7. Ibi: *Si quis Epiſcopus, Presbyter aut Diaconus vel quilibet Clerici apud Epiſcopos (quia alibi non oportet) à qualibet perſona fuerunt accuſati, quicunque fuerit ille, ſive ſublimis vir honoris, ſive ullius alterius Dignitatis, qui hoc genus illaudabilis intentionis arripuerit, noverit docenda probationibus, monſtranda documentis ſe debere inferre.* Perinde ut & illaudabile hoc officium vocat *Ioan Andr. in Addit. ad ſpeculat. in tit. in teſtib. in fin. verſ. Epiſcopus quærebat. & Oldr. conſ.* 167. *in pr.* Quam ob cauſam etiam funeſta vox accuſatoris, quæ potius amputari, quàm audiri debeat, aliàs in jure vocatur. *l. p. C. qui accuſ. non poſſ.* Imò & Lex pro inimicis accuſatores habet, ut probat *Iohan. Fab. de publ. jud. in pr. circa fin. §. propter lites. Inſtit. de excuſat. tutor.* Quò & pertinet illud *Marc. Tull. Cicer. l.* 2. *Offic. Magnum*, inquit is, *eſt, & omnino grave, te ad ea comparare, quibus poßis hominem à civitate, vel ex humanis exturbare, qui & per ſe & per ſuos, & etiam per alienos defendatur. Siquidem omnes ad pericula concurrimus, & qui apertè inimici non ſumus, etiam alieniſsimis in capitis periculis, amiciſsimorum officia & ſtudia præſtamus.*

12 Hæcque abſque dubio cauſa erit, quòd benè inſtituta Reſpubl. omnibus modis curare debeat, ut publicæ accuſationes nunquam aut perrarò fiant, teſte *Ariſtot. lib.* 6. *Politic. c.* 5. Quum admodum invidioſum & periculoſum ſit, ſi cuilibet privato ad accuſationem proſilire liceat. Quare & legibus cautum eſſe reperitur, ne cui liceat plus, quàm duos accuſare; *l. hos accuſare.* 12. *§. lege Iul. ff. de accuſat. l. cum ration.* 16. *C. qui accuſar. non poſſ.* Hinc & *Seneca libr.* 3. *de benefic.* reprehendit accuſandi frequentem illam, & quaſi publicam rabiem ſub Tiberio Cæſare, quod omni Civili bello gravius togatam confecerit civitatem, ut refert *Tiber. Decian. in tractat. Crimin. libr.* 3. *cap.* 4. *num.* 7.

13 Quid? quòd & leges ipſæ laudant verecundam ejus cogitationem, qui lites execratur, & re potius ſuâ carere, quàm ſæpiùs litigare cupiat, ut eſt apud *ICtum Vlpian. l.* 4. *§.* 1. *ff. de alien. judic. mutand. cauſ. fact.* Maximam enim animi modeſtiam præ ſe fert, qui, ne fama lædatur adverſarij, vel planè accuſatione deſiſtit, vel accuſationis acerbitatem, actionis leviori nomine temperat. Unde & *Paul. Apoſt. ad Corinth. ep.* 1. *c.* 6. *v.* 5. 6. ſcribens, fratrem cum fratre in judicio ſine crimine contendere poſſe, negat. Et in *Levit. cap.* 19. ait Moſes: *Ne quæras ultionem, nec memoreris injuriæ civium tuorum.* Et in *Eccleſiaſt. cap.* 10. dicitur: *Injuriæ proximi ne memineris, nec quicquam agas in operibus injuriæ.* Ideoque Papa *Anacletus Epiſt.* 1. ait: Si aliquis putat, ſe in hoc Deo placere, quod delinquentes accuſat, & ut meliores fiant, dicit ſe hoc agere, in vanum laborat, & plus invidiæ ſtimulis agitatur, quàm charitatis.

Verùm enimverò tantùm abeſt, ut publico odio, decore aut ſupplicio digni ſint, qui Reipubl. injurias vindicant, & publicæ ſalutis cuſtodiam gerunt, ut & laudem maximam & præmia debita eos conſequi fas & æquum ſit, *L.* 1. *ſanè. C. de famoſ. libell.* 14

Quemadmodum & præmia ſæpè Accuſatoribus & Delatoribus Criminum à Principibus Romanis conſtituta legimus, ut in *l. quisquis.* 5. *C. ad Leg. Iul. Majeſt. l.* 2. *ff. de jur. fiſci. l. edicta.* 13. *§. ad hæredes. ff. eod. tit. l.* 1. *§. accuſatoribus. ff. ad Leg. Cornel. de falſ. l. non omnes.* 5. *§. ult. ff. de re militar. l. Lex Cornelia.* 5. *§. ult. ff. de injur.* Intereſt enim Reipubl. ne Crimina maneant impunita, *l. ita vulneratis.* 51 *§ æſtimatio autem. ubi gloſſ. in verb. impunita. ff. ad Leg. Aquil. l. ſi longius.* 18. *§.* 1. *verſ. nedum judiciis. junct. gloſſ. in verb. impunita. ff. de judic.* Adeoque ſanctiſſimum eſt officium facinoroſos accuſare, & de iiſdem ſumere ſupplicium. *l. congruit.* 13. *de Offic. Præſid. l.* 3. *C. de Epiſcop. audient. c. qui malos. c. homicidas.* 23 *quæſt.* 5. 15

Equidem negari nequit, Officium Accuſatoris illaudabile quodammodo & infame paſſim appellari: ſed accipiendum hoc ipſum eſt de eo, qui nullâ aliâ honeſta causâ movetur ad accuſandum, quàm ſolâ lucri cupiditate. Qui ſanè quæſtus revera turpis eſt, ut vocatur in *l. qui accuſ.* 8 *ff. de accuſat.* Nam quemadmodum ii, qui publici commodi causâ, ac pacis & tranquillitatis publicæ amore, alios delinquentes accuſant ceu publicæ ſalutis cuſtodes, non modo excuſandi, ſed & ſummâ laude ſunt afficiendi *l. eum qui* 18. *in pr. ff. de injur. l.* 1. *§. ſanè. C. de famoſ. libell.* Sic, qui ſpe lucri tantùm aut quæſtus causâ ad accuſandum proſiliunt omni odio & publico ſupplicio potius, quàm præmio digni ſunt, *cap. accuſaſti. de accuſat. can. odio diſtinct.* 86. *Speculat. in tit. de accuſ. num.* 15. *Tiber. Decian. in tract. rer. crim. lib.* 3. *c.* 4. 15. *&* 18. 16

Non omnium igitur, ſed paucorum vitium hoc eſt, & abuſus accuſationis: Sicuti, teſte Ariſtotele, nil quicquam in omni bonorum genere tàm rectum eſt, in quo abutendo vitium non reperiatur; nihil eſt tam ſanctum, quod non infinita humanæ pravitatis corrumpat audacia, ſed abuſus rei alicujus ſubſtantiam ipſius neutiquam tollit aut vitiat. 17

Potiſſimum verò hoc vitium maximè cernitur apud Rabulas forenſes, qui litibus exaſperandis prorogandisque, cauſas ſibi lucroſas facere ſtudent: Quique ex alienis incommodis ſua captant commoda, ut verè ſint litium ſeminaria quædam & perturbatores quietis atque concordiæ publicæ, in hoc ſolùm inſtructi, ut clientulos ſuos eruſcent atque defraudent, propter quos rem benè inſtitutam, ſi quis eâ malè utatur, non temerè aboleri aut culpari debere conſentaneum eſt, ut Imp. Juſtinianus ait in *Conſtit. Codic. de veter. jur. enucl.* 18

Verba ſunt *Nic.Reuſner.lib.3.conſ.2.nu.85.* Quorum mores hodiè Advocatos & Defenſores in cauſis criminalibus, haud rarò imitari videmus, qui propterea tanto majori odio atque pœnâ digni ſunt.

19 Neque *Divus Apoſtolus in Epiſt. ad Corinth.* judicia ipſa, eorumque ordinem damnat; ſed litigantium acerbitatem, & quorundam hominum perverſorum conſuetudinem qualibet ex cauſa, etiamſi modicæ rei quæſtio foret, Chriſtianos ad tribunalia judicum infidelium ſæpenumerò trahentium, improbat; niſi Apoſtolum Criminis inſimulare velimus, qui ipſemet Romanæ Civitatis prærogativam ſibi in judiciis aſſerendo, ab iniquo Præſide ad Cæſaris tribunal provocavit, *can. ſi in adjutorium Diſt.10.*

20 Nec alius eſt ſenſus Dictorum ex *Levit. & Eccleſiaſt.* allegatorum, quàm quod Jacobus Apoſtolus alicubi præcipit, ut miſericordia ſuperet judicium. Quod ſi verò ſuam ſuorumvè vindictam ac multò etiam magis ipſius Reipublicæ, juſto animi dolore perſequi quis omninò cogitet, ſanè hoc ei facere non ſolùm licet, ſed perſæpè etiam neceſſarium eſt, & Reipubl. utile; Unde is, qui bono zelo petit vindictam ut caſtiget delinquentes, Eleemoſynam facere dicitur. *can. & qui emendat. diſt. 45. Et in can. Maximianus* 23.*quæſt.*3. etiam Clericis coram Laicis accuſare facinoroſos permittitur, non tam ulciſcendi causâ, quàm tuendæ Eccleſiæ. Tandem cum *Ciceron. pro M. Cœlio* concludo. *Movetur*, inquit ille, *ad accuſandum quis vel pietate, vel neceſſitudine, vel ætate. Si voluit accuſare, pietati tribuo: Si juſſus eſt, neceſſitati: Si quid gloriæ ſperavit, pueritiæ. Cæteris non modò nihil eſt ignoſcendum, ſed acriter reſiſtendum.*

Q. 2. Quinam accuſare prohibeantur?

21 *Secundò*: Videndum quoque, *qui accuſare poſſint?* Quum enim certi juris ſit, priusquam in principali cauſa fiat progreſſus, exceptiones contra perſonas examinandas eſſe, *l.4.ff.qui teſtam. facer. poſſ.* nemo temerè ad accuſandum proſiliat, ſed prius ſuam ipſius perſonam, & quæ adverſus eam opponi queant, ſobriè perpendere neceſſe habet, ne poſtmodum majori cum turpitudine à limine judicij, Reo ſcilicet aliquem perſonæ defectum opponente & probante, repellatur, juxta illud:

Turpius ejicitur, quàm non admittitur hoſpes.

c.quemadmodum in pr extr.de jurej. Tiber.Decian.in tract.rer.crim.lib.3.c.6.n.5. Petr.Theodor.in Colleg. crim.diſp.4.th.2.lit.C.

22 Quinam autem accuſare poſſint, intelligemus, ſi ſciverimus, qui non poſſint. Nam regulariter quilibet ad accuſandum admittitur, qui Lege non prohibetur. *Gloſſ. in rubr. C. qui accuſ. non poſſ. Bald. in addit. ad Specul.tit.de accuſat.verſ.* 1. ubi ait, legitimum accuſatorem præſumi, niſi contrarium probetur. *Iul. Clar. in §. ult. quæſt.* 14. *in pr. Anton.Gomez.lib.3.cap.1.de Delict.num.4. & 31.Nicol.Reuſner.dict.lib.3.Conſ.2.nu.47.in Petr. à Plach.in Epit.delict.cap.45.nu.8. Hippol.de Marſil. conſ.84.colu.1.* Prohibetur autem quis ratione *Sexus, ætatis, ſtatus, defectus mentis, ſuſpectæ fidei, famæ & reverentiæ.*

SEXUS ratione repellitur regulariter ab accuſando MULIER. *l.1. & 8.ff.de accuſat.l.12. C.de his qui accuſ. non poſſ. cap. prohibentur.2.q.1.* quia publicorum munerum & judiciorum non eſt particeps. *l.2.ff.de reg.jur. Tiber. Decian. in tract.rer.criminal.libr.3.cap.7.num.1. & ſeqq. Anton. Gomez. de delict.cap.1.num.31. Proſper. Farin. in prax. crimin. libr.1.tit.2. quæſt.12. Conrad. in prax.tit.de accuſat.num.15.verſ.19.* 23

Quod tamen quibusdam in delictis fallit, ut in Crimine Læſæ Majeſtatis. *l.8.ff. ad Leg. Iul. Majeſt. c. fin quæſt.* 1. Annonæ. *l.ult. §.2.ff. ad Leg. Iul. de ann. l.13.ff. de accuſat.* Simoniæ. *l. 31. C. de Epiſcop. & Cleric. c. ſanè. c. certis de cauſis.* 1. *quæſt.* 3. Sacrilegij *l.* 10. *C. de Epiſcop. & Cleric. c. inprimis. 2. quæſt.* 1. Falſi teſtamenti. *l. 2. §.1. ff. de accuſat.* Suſpecti tutoris. *§. conſequens. Inſtitut. de ſuſp. tutor.* Hæreſis. *l.Manich. D. de hæret.* Aut ſi mulier ſuam ſuorumque injuriam perſequatur. *l.2. & 11.ff. de accuſat. l. quoniam ſororem. C. de iis, quib. ut indign. l. fœmina. C. ad Turpill. l. Senatus C. qui accuſar. non poſſ.* Quibus, aliisque caſibus mulier ad accuſandum admittitur, quos referunt *Proſper. Farin. dict. quæſt. 12. num. 16. Hieronym. Gigas in tit. qui accuſ. poſſ. in crimin. læſ. Majeſt. quæſt. 2. libr. 2. Tiber. Decian. dict. cap. 7. num. 9. & ſeqq. Petr. Theodor. in Colleg. crimin. diſput.4.th.6.lit.D. Matth. VVeſembec. in parat. ff. de accuſat. num.9. Iul. Clar. libr.5. ſent. §. ult. quæſt.14. verſ. Præterea dixi.* 24

Ob ÆTATEM prohibetur accuſare PUPILLUS. *l.2.§.pupillus. ubi Dd.ff.de accuſat. c. prohibetur* 1.*quæſt.*1. *Angel. Aretin. in tract. malef. in verb. Et ad querelam Tit.1. verſ.12. Anton. Gomez. de delict. cap.1. num.31.* MINOR 20. ANNIS, niſi in Criminibus exceptis enormiſſimis, puta hæreſis, læſæ Majeſtatis, Simoniæ, fraudatæ annonæ, fraudati cenſus & ſimilibus: vel niſi ſuam ſuorumque injuriam perſequatur. *Villalob. in comm. opin. verb. Min. num. 62. Iul. Clar. dict. quæſt.14. verſ. dicebam etiam. & verſ. ſed quid in majore.* Quo tamen in caſu auctoritate tutoris vel Curatoris accuſabit, quia is in judicio ſtandi legitimam perſonam non habet. *l. ad Rempub. ff. de muner. & honor. l. ſi ſpurij. §. ff. de accuſat. l. 2. C. qui legitim. perſon. Proſper. Farin. dict. quæſt.12. num.15. Petr. à Plach. in Epit. delict. cap.45. num. 5. Bartol. in l. 2. C. qui accuſar. non poſſ. & in l. 2. §. pupillus. & in l. qui accuſare. ff. de accuſat.* 25

At Major 20. annis accuſare poteſt, & non repellitur, etiamſi ſuam vel ſuorum injuriam non perſequatur, prout communiter tradunt *Dd. Bartol. in dict. l. 2. §. pupillus. num.* 1. *Salicet. in l. ſi cautiones, num.* 3. *C. qui accuſ. non poſſ.* 26

Ex cauſa STATUS prohibetur accuſare, SERVUS, ut qui jure Civili pro nullo habetur. *l. quod attinet, ff. de Reg. jur.* Ad accuſationem itaque ceu actum juris Civilis haudquaquam eſt admittendus, niſi in Criminibus atrociſſimis, antea exceptis. *l. pen. C. qui accuſar. non poſſ. arg. l. 7. C. ad Leg. Iul. Majeſt. Gandin. ſub tit. qui accuſ. poſſ. nu.3.* Aut ſi per ſupplicationem jus accuſandi impetraſſet; vel tacito 27 conſenſu admiſſus fuerit, exceptione contra ejus perſonam non oppoſita. *l. 6. C. de precib. Imper. offer.* Vel ſi necem Domini vindicare vellet. *l. 1. ubi Bartol. num. 1. & 7. C. de precib. Imper. offer. l. 1. C. quib. ex cauſ. pro præmio libert.* Aut etiam, ſi communi opinione pro libero habitus fuiſſet. *Tiber. Decian. in tract. rer. crim. lib. 3. cap. 8.*

28 DEFECTUS QUOQUE MENTIS ab accuſando aliquem repellit, unde haud immeritò FURIOSUS, MENTE CAPTUS, ET INFANS accuſare prohibentur. Siquidem in judiciis, in quibus quaſi contrahi dicitur, requiritur voluntas & judicium. Quæ cum in hiſce deſint, *l. 7. §. 9. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat l. 1. C. de falſ. monet.* ad accuſandum admitti non poſſunt, etiamſi ſuam ſuorumque injuriam perſequantur. *Tiber. Decian. dict. libr. 3. cap. 11. nu. 1.* Melioris quoque conditionis PRODIGUM non eſſe, ſed & ipſum ab accuſandi munere juſtiſſimè arceri, puto; ut qui furioſo comparatur. *l. furioſi. de reg. jur. l. 6. ff. de V. O. Nicol. Everh. in topic. loc. à minor. & furioſ.* Ac ne occaſio ipſi per hoc detur delinquendi & profundendi bona ſua, ut qui nec tempus nec finem habet expenſarum. *l. in princ. ff. de curat. furioſ.* Taceo, quòd periculum ſubſit corruptionis. Prodigus namque expenſarum, judices, teſtes, atque Notarios corrumpere maximoperè ſtudebit; quare ne anſa & occaſio huic vitio detur, ab accuſatione prodigus abſtinebit.

29 Ratione FIDEI SUSPECTÆ ab accuſando repellitur, qui aliquando ſubornatus FALSUM DIXIT TESTIMONIUM. *l. 9. ff. de accuſat.* Ut & PAUPER, qui in bonis non habet quinquaginta aureos. *l. nonnulli. ff. de accuſat.* Quod tamen communiter *Dd.* limitant, ut non procedat in paupere, qui bonæ ſit famæ & honeſtæ vitæ, quem ab accuſando minimè repelli putant. *Proſper. Farin. dict. quæſt. 12. nu. 49. Petr. Theod. dict. diſput. 4. theſ. 4. lit. H. Iul. Clar. libr. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 14. verſ. ſed his etiam quæro.* Nam & aliàs pauper bonæ conditionis & famæ in teſtem admittitur, & omni exceptione major reputatur, *Iul. Clar. d. l. Iacob. Menoch. de arbitr. Iud. quæſt. lib. 2. cent. 1. caſ. 165. n. 11. & 12. Ant. Gomez. de delict. cap. 12. de probat. del. n. 19.*

30 Ex eâdem pariter ratione INIMICITIA ab accuſando aliquem repellit. *c. repellantur. c. eum oporteat. c. meminimus. de accuſat. can. 2. & can. ſuſpectos. 3. quæſt. 5.* ubi disertè reſcripſit Symmachus Pontifex: Accuſatoribus inimicis, vel de inimici domo prodeuntibus, vel iis, qui cum inimicis immorantur, aut ſuſpecti ſunt, non eſſe credendum, ne irati nocere cupiant, & ne læſi ulciſci ſe velint. At licet jure civili inimicus accuſare non reperiatur prohibitus, *l. qui judicio. 4. l. qui accuſare. 8. ff. de accuſ. & ibi gloſſ. in fin. & in rubr. C. qui accuſar. non poſſ.* nihilominus tamen eodem jure obſervari ſanctionem juris Canonici; quo inimicus ab accuſatione repellitur, ſaltem ut ſuſpectus reddatur; teſtatur *Angel. Aretin. in tractat. maleſ. §. & ad querelam. verſ. repellitur. num. 36.* quem refert & ſequitur *Tiber. Decian. in tract. rer. crimin. lib. 5. c. 25. nu. 1. & 3. Nicol. Reuſner. lib. 3. conſ. 2. nu. 13.*

31 Cujus ratio obſcura non eſt. *Primò* enim notiſſimum eſt, inimicum ad ferendum teſtimonium haudquaquam admitti. *l. 3. & ibi comm. Dd. ff. de teſt. & in l. 1. §. præterea. ff. de quæſt.* Jam verò, qui teſtis eſſe nequit, is nec accuſare valet. *can. ſuper prudentia. 12. quæſt. 2. can. ipſi Apoſtoli. & can. teſtes. 2. quæſt. 7. can. ſanè. 15. quæſt. 3. Tib. Decian. in tract. rer. crim. lib. 3. c. 26. nu. 1. & ſeqq. Conrad. in pract. tit. de accuſ. n. 14.*

32 *Deinde:* Naturale eſt, ut inimicus inimicum odio habeat & ei malè cupiat, ut ait *Ariſtot. l. 14. Polit. cap. 11.* Eaque eſt natura inimici, ut inimicum quærat offendere, quocunque modo, & plus, quàm fieri poſſit. *Angel. conſ. 261. col. 3. in fin. verſ. 2. quia.*

33 Hocque adeò verum eſt, ut ne quidem in notoriis Criminibus inimicus ad accuſandum admittatur. *Tiber. Decian. dict. c. 25. num. 8. Nicol. Reuſner. dict. conſ. 2. num. 17. Alexand. conſ. 128. num. 204.* ac ne quidem in Crimine læſæ Majeſtatis, longè graviſſimo & atrociſſimo. *Bartol. in l. quæſtionib. 8. ff. ad Leg. Iul. Majeſt. Hippol. de Marſil. in l. 1. § præterea. ff. de quæſt. num. 2. Speculat. in tit. de accuſat. in 3. part. §. tertio videndum. Tiber. Decian. d. l. nu. 6.*

34 Quin & ſi contra eum Reus non excipiat, aut etiam conſentiat, nihilominus à judice, qui ſolam veritatem venari debet, inimicus repelli debet. *c. meminimus. de accuſat. l. un. C. ſi propter inimic. libr. 6.* Siquidem Reipublicæ intereſt, ne ſubditi calumniis vexentur; Atque adeò inoffenſus teſtium atque accuſatorum affectus quærendus eſt & non ſuſpectus. *can. accuſat. 3. q. 5.*

35 Quod tamen de inimicitia ſolummodo capitali accipi velim. Nam levis & non capitalis inimicitia neque teſtem à teſtimonio ferendo, neque accuſatorem ab accuſando removet. *Bartol. & Dd. in l. 3. §. fin. ff. de teſtib. & in l. 3. §. fin. ff. de adim. legat. Proſper. Farin. dict. quæſt. 12. num. 45. Decian. dict. cap. 25. num. 26. Anton. Gomez. dict. cap. 12. de probat. delict. num. 14.* ubi etiam dicit, quòd judicis arbitrio relinquendum ſit, quæ dicatur gravis, & quæ levis inimicitia. Idemque tradit *Iul. Clar. quæſt. 24. verſ. item quæro.*

36 RESPECTU FAMÆ ab accuſando repellitur, qui à LEGE INFAMIA NOTATUR; qui nec de jure Civili, neque Canonico accuſandi munere fungi poteſt. *l. qui accuſare. C. de accuſation. l. criminis. ibi: Si tibi integra æſtimatio. C. qui accuſ. non poſſ. l. popularis actio. ff. de popul. act. l. infamem. ff. de publ. jud. can. infame. 6. quæſt. 1. can. prohib. 2. quæſt. 1.* Et præterea homicidas, maleficos, fures, ſacrilegos, raptores, falſarios ſortilegos, concubinarios, & ſimiles criminoſos non poſſe alium accuſare, expreſsè tradit *Conrad. in pract. tit. de accuſat. nu. 12. v. 48. Proſp. Farin. dict. quæſt. 12. nu. 17. & ſeqq.*

37 Ratio hujus manifeſta eſt. Nam qui ſemel ob malam vitam & perditos mores incurrit infamiam,

famiam, præſumitur etiam in accuſando malus
& calumniator, *arg.l.2.de Senator.* Et pœna
infamiæ in calumniatores conſtituta nullum
poteſt habere uſum in iis, qui jam ante exiſtimatione
& famâ privati fuere, *l.5.§.1.ff.de var.*
38 *& extr.cognit.* Quod ipſum tamen fallit in criminibus
exceptis, puta hæreſis, læſæ Majeſtatis,
Simoniæ, fraudatæ annonæ, falſi teſtamenti,
ſuſpecti tutoris, &c. ubi infames quoque ad
accuſandum admittuntur. *l. famoſ. ubi Bartol.*
& Dd.ff. ad Leg. Iul. Majeſt. Iul. Clar. dict. quæſt. 14.
verſ. quintus eſt caſus. Farin. dict. quæſt.12. num.20.
Aut ſi infamis ſuam ſuorumque injuriam vindicare
velit. *can. prohibentur. 2. quæſt.1. l 19.C. qui*
accuſ. non poſſ. Petr. à Plach. in epit. delict. cap. 41.
nu.28.lib.1. Conrad. in pract. dict tit. de accuſat. nu.
11. Iul.Clar. dict. quæſt 14. *quintus eſt caſus.* Vel ſi
accuſare velit infamem ejusdem notæ, quâ ipſe
notatus eſt, *arg.l.11.C.de inoffic.teſtam. Petr.Theodor.dict.th.4.lit.I.*

39 Similis conditionis eſt EXCOMMUNICATUS; quem ab accuſando repelli, receptiſſima eſt Doctorum ſententia, teſte *Plach. dict. lib. 1. cap* 44. *num.*10. *Iul.Clar. dict. quæſt.*14. *verſ. quæro numquid excommunicatio. Proſper.Farin. dict. quæſt. 12.num.26.* Nam & Excommunicatus & Bannitus in judicio eſſe non poteſt, ipſique petenti jus denegatur, *c. intelleximus.extr.de judic. ubi Felin.num.7.*

40 EX CAUSA REVERENTIÆ prohibetur quis
accuſare eum, cui eſt obligatus; veluti filius accuſare
nequit patrem, *l.8.ff.de accuſat.* Alumnus
educatorem. *l.17.C.qui accuſar.non poſſ.* Diſcipulus
Præceptorem, Servus Dominum, *l.p.C.*
dict.tit. Libertus Patronum *dict.l.8.* Vaſallus
41 Dominum, *arg.c.1.quib.mod.feud.amit.* Niſi vellent
ſuam ſuorumque injuriam perſequi, *l.11.*
ff.de accuſat. Vel intentare crimen Majeſtatis.
l.pen.C. qui accuſar. non poſſ. Petr. Theod. dict. th.4.
lit.L. Simili quoque modo ab accuſando arcentur
Conſanguinei, quorum unus alterum
accuſare non poteſt, veluti pater omnesque aſcendentes
liberos, aut frater fratrem accuſare
nequeunt, *l. magnum. C. qui accuſar. non poſſ.*
Quod ipſum tamen *Proſp. Farin. dict. quæſt.*12. *nu.*
53. in tribus caſibus limitat. Veluti, 1. in levibus
delictis. 2. ſi quis ſuam ſuorumque injuriam
proſequatur. 3. in Crimine læſæ Majeſtatis.

42 Hæ aliæque perſonæ, de quibus *Dd.* & inprimis *Proſper. Farin. dict. quæſt.* 12. fuſiùs agunt, delinquentes accuſare prohibentur. Ex quibus facilimè intelligendum, quænam perſonæ econtra accuſare queant, nempe quæ prohibitæ non ſunt. Ubi nulla habenda differentia ſive reſpectus delictorum privatorum aut publicorum; quod quidem in publicis Criminibus dubium non habet. Ideo namque publica dicuntur delicta, quia eorum actio & accuſatio de populo cuilibet competit. §.1. *Inſtit. de public. judic. Petr.à Plach. in Epitom.delict. c.45.nu. 8. Anton.Gomez.tom.3.variar.reſolut.c.1.nu.9.* In privatis autem delictis etſi regulariter ad accuſandum non admittantur, niſi ii, qui ſuam vel ſuorum injuriam proſequuntur, *l.fin. ubi Gloſſ. & Bartol.ff. de privat. delict. l. manifeſtiſſimi. & ibi Dd. C. de furt. Bonifac. de Vitalin. in rubr. de publ. judic. & in rubr. de privat. delict. Conrad. in pract. tit.de accuſat.num.9.verſ.at in privatis delictis. Ant. Gomez.tom.3.variar.reſolut.cap.1.nu 9.* Attamen hoc verum tantummodò eſt, quoad intereſſe privatum partis offenſæ, ſi ſcilicet agatur ad reſtitutionem damni, aut pœnam parti applicandam. Quantum verò ad intereſſe & vindictam publicam, ſi nempe Fiſco pœna applicanda veniat, quosvis ad accuſandum admitti, etiam qui ſuam ſuorumvè injuriam non proſequuntur, & in hoc crimina privata publicis delictis æquiparari, tradit *Bartol. in rubr. ff. de popul.act.* Cujus opinio magis communis eſt, teſte *Claro lib.5.ſentent.§.ult.quæſt.17.verſ.ſed quid ſi pro aliquo,* quem refert & ſequitur *Proſp. Farin. dict. quæſt.12.num.9.* Quamvis rariſſimè hodie accidat, ut in Criminibus privatis ad accuſandum ſe offerat is, cujus nihil intereſt, pœnam delinquenti irrogari; cum non facilè inveniatur, qui in publicis judiciis facinoroſum Reum accuſare, & injuriam Reipubl. illatam ulciſci velit.

Quotiescunque igitur per viam accuſationis 43
proceſſus agitatur Ordinarius, in limine
judicij probè diſpiciendum eſt, an accuſator
habilis ſit ad accuſandum, nec ita, juxta prædicta.
Et ſi minùs habilis inveniatur, delinquens
accuſatus exceptionem inhabilitatis opponere,
& accuſatorem repellere valet. Sed, *num*
parte exceptionem hanc non opponente, proceſſus ſuper
hujusmodi accuſatione factus ſuſtineatur, dubium
eſſe videtur? Quod affirmat *Bartol. in l.1.§.* 44
accuſationem ff.ad Turpill. Proſper.Farin. dict.quæſt.
12. *nu.*54. Aliter verò diſtinguit ac docet *Conrad.*
*in pract.tit.de accuſat.nu.*14. videlicet, quod
ſi accuſator ſit omninò & prorſus inhabilis, puta
hæreticus, infamis, &c. qui odio ipſius perſonæ
accuſare prohibetur, hunc parte etiam
non opponente judex repellere queat ac debeat
ex officio, ſi proceſſum ſuſtinere velit; ſecus
autem, ſi non omninò ſit inhabilis, ſed
conſenſu partium habilitari ac legitimari poſſit.
Quæ diſtinctio etiam placet *Petr. Theod. in*
colleg.crimin.Diſput.4.theſ.2.lit.C. Sed rariſſimè 45
hæc quæſtio contingit in practica, quia cum
in quocunque crimine poſſit hodiè judex per
inquiſitionem procedere, nunquam ferè diſputatur,
an accuſator ſit idoneus vel non, ut
probè monet *Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt.* 15.
*num.*4.

46 TERTIÒ: Sciendum, *quisnam ex pluribus accuſatoribus admitti debeat?* Dubium etenim non eſt, plures ſimul unum accuſare poſſe, ſi ſimul ſcilicet concurrant, & omnium interſit, delinquentem puniri *Matth.VVeſembec.in parat ff.de accuſat. num.*10. *verſ. plures autem Petr. Theodor. in colleg.crimin. diſput.4.theſ 4.lit.B.* Quanquam ſi delinquens ab uno accuſatus jam ſit, ab alio accuſari de crimine eodem nequeat. *l. qui de crimine. C. de accuſat. l. ſi tamen. §. ult. ff. eod.tit.* Quia de uno delicto plus quàm ſemel quæri non poteſt. *l. ſi cui.* 7. §. 1. *ff. eod. tit.*

Q.3. Quisnam ex pluribus accuſatorib. admitti debeat?

Niſi prima accuſatio deſerta ſit, aut aliquo caſu impedita, *dict. l.* 11. *in fin. VVeſembec. dicto loco.*

47 Concurrentibus verò ſimul pluribus accuſatoribus, ſi non conveniat inter eos, quinam accuſare debeat, judicis erit, magis idoneum eligere, *l. ſi plures.*16.*ff. de accuſat. l.*2.*l.*3.*ff. de popul. act. VVeſembec. dict. l. Petr. Theodor. diſput.*4.*theſ.*4. *lit.B.* Niſi omnium interſit ratione officij, puta, quòd plures adminiſtratores aut tutores ſint, vel communes injuriæ; Tum enim admittuntur in uno libello. *l.* 4. *C. de accuſat. l.*3.*§.*9.*ff. de ſepulch. viol.*

48 Hinc ſi plures necem conſanguinei defuncti vindicare velint, ad accuſandum admittuntur proximiores, remotioribus excluſis. *l. ſi plures. ff. de accuſat. l.* 2. §. *ſi ſimul. ubi Bartol. & Dd. ff. ad Leg. Iul. de adult. Salic. in l.*1.*C. Vnde Vir & Vxor. & in l. Viduæ. C. de nupt. & in l. fin. C. de teſtam. milit. Iaſon. in l. non ſolum. num.*3.*ff. de oper. nov. nunciat. Proſp. Farin. in prax. crim. l.*1.*tit.*2.*quæſt.*13. ubi multis ampliat. & limit. hoc fuſius tractat. Quod verum eſſe puto non ſolùm in maſculis & agnatis, ſed & in cognatis ac fœminis. Nam & fœminæ mortem occiſi vindicare poſſunt. *l. ſororem. C. de his quib. ut indign. l. propter.* §. *neptis. ff. ad SCtum Syllan. l. mater. C. de calumn. l. uxor. C. de his qui accuſ. non poſſ. Ioh.* Cöppen/ *deciſ.*10. *nu.*3. *& ſeqq. Hering. de fidejuſſ. cap.*10.*num.*355. *Iul. Clar. l.*5.*ſent.§.ult. quæſt.*58.*num.*35. *Nicol. Reuſner. lib.*1. *Deciſ.*19.*nu.*11.*& ſeqq. Nicol. Boër. Deciſ.*121.*num.*2. Unde & fœminæ atque cognati æquè ad perceptionem Wergeldi admittuntur ac maſculi & agnati, *Chriſtoph. Zobel. in addit. ad gloſſ. Ordinat.* Landrecht. *l.*3. *artic.*45. *nu.*4.*& part.*4. *differ.*32.*num.*2.*Petr. Heig. part.*2.*quæſt.*34.*nu.*16.*& ſeqq. Nicol. Reuſner. dict. deciſ.*19 *num.*18. *Dan. Moller. ad Conſt. Elect.* 11. *num.*5. *part.*4. *Matth. Coler. part.*1. *Deciſ.*159.*nu* 10.

49 Quin etſi fœminæ cum maſculis concurrant, illæ ſi proximiores ſint, abſque dubio erunt præferendæ; ut ſi mater cum fratribus occiſi concurrat, dubitandum non eſt, quin mater ut proximior excludat fratrem in vindicanda nece occiſi filij, juxta antea dicta, quòd ſcilicet proximior remotiorem ſemper excludat. Quod in aſcendentibus & deſcendentibus maximè obſervandum eſt. *Petr. à Plach. in Epit. delict. lib.*1.*cap.*40.*num.*2. *Proſper. Farin. dict. quæſt.* 13.*nu.*3.

Veluti pronunciavimus ſenatui VVitebergenſi, in caſu quo fœmina quædam Nobilis filij ſui occiſi necem vindicare volebat, Menſe Decembr. Anno 1626.

Q.4. Num ad accuſandum compelli quis poſſit

50 *Quartò*: Quæritur etiam: *An quis ad accuſandum compelli queat, quid enim, ſi pars offenſa injuriam ſibi ſuisq; illatam vindicare nolit, utrum à Magiſtratu cogi poterit?* Quod negandum puto cum *Petr. Heig. part.*1.*quæſt.*39. *Vaſquio illuſtriß. controverſ. c* 16.*nu.*1.*& ſeq.*

51 1. Quia nemo invitus agere cogitur. *l. un. C. Vt nemo invit. ager. cog.* ubi Imper. Diocler. hiſce verbis diſponit: *Invitus agere vel accuſare nemo cogatur.* Quod & habetur in *l. fin. C. de Vſur. pupillor. Auth. qui ſemel. C. quomodo & quando judex.*

2. Idem depoſitum reperitur in *artic.*62. Landrecht. *lib.*1. *in verb. initial.* Ibi: Man ſoll niemand zwingen zu einer Klage/ die er vor Gericht nicht angefangen hat. Ein jeglicher Mann mag wol ſeinen Schaden verſchweigen/ vnd nicht klagen/ dieweil er will. *&c.* Quæ ſanè verba de accuſatione criminali accipienda eſſe, ita ut nemo ad accuſandum compelli queat, ſatis clarum eſt ex *verb. ſubſeq.* Dann das Geruffte iſt der Klagen Anfang. Quod non niſi de criminali judicio, quando ſcilicet ad pœnam capitalem agitur, aſſeri poteſt, *Gloſſ. d. artic.* 62. *in verb.* Man ſoll niemand zwingen. 52

3. Propter textum manifeſtum *artic.*214. *Ordin. Crim. Carolin.* In verb. Auch in dieſen oder andern dergleichen Fällen / zu klagen wider ſeinen Willen nicht genötiget werden. Vnd wo der Beſchädigte nicht peinlichen klagen wolte/ ſo ſoll dennoch die Obrigkeit den Thäter nichts deſto weniger von Amptswegen rechtfertigen / vnnd nach Gelegenheit der Perſon vnd Vberführung ſtraffen laſſen. Quo ipſo ſimul occurritur dubio huic, quòd nempe accuſatione intermiſsâ, delicta remanerent impunita, quæ tamen vindicari publicè intereſt. *l. locatio.*9.§.*quod illicitè.* 5.*ff. de publican. & vectigal. l. in delictis.* 4. §. *cum* 2.*ff. de nox. action. l. ſi à Reo.* 70. §. *ultim. ff. de fidejuſſ. l. Stichum.*95. §. *quod ſi. verſ. ſanè. ff. de ſolut. l. ita vulneratus.* 51. §. *æſtimatio.* 2. *verſ. quod ſi quis. ff. ad Leg. Aquil.* Nam accuſatore non exiſtente, judex ex officio ad inquiſitionem Criminalem & Delictorum punitionē procedere debet. vid. *quæſt. præced. num.* 52. *Nicol. Reuſner. lib.*1. *Deciſ.*25. *num.*30. *Petr. Heig. part.*1.*quæſt.*39. *num.*24. *Foller. in pract. crim. Canon. in verb. aut inquiſitione. num.* 20.*& ſeq.* 53

54 *Quam ſententiam quoque in pronunciando ſecuti fuerunt Scabini in hunc modum reſpondentes:* Ob nun wol deß Entleibeten Vatter C.M. deß Vermögens / daß er vff ſeine Vnkoſten ſeines Sohns Todt wider den flüchtigen Thäter gar wol Rechtlichen eyfern vnd *vindiciren* köndte/ *&c.* So mag er doch hierzu wider ſeinen Willen nicht gedrungen werden/ Sondern jhr/ als der Gerichtsherr/ weil euch die Obergerichte deß Orts zuſtändig/ ſeynd berührten Todtſchlag / damit derſelbe nicht vngeſtrafft bleiben möge/ gegen dem flüchtigen Thäter/ durch den gewöhnlichen Achts*proceſs* zu *vindiciren* ſchuldig/ V.R.W. *Ad Conſultationem VVolffgangi Theodor. Trutzſchlers. Menſ. Iunio, Anno* 1608.

55 Accuſatus eſt, qui in judicio Criminali ad vindictam & pœnam ſubeundam convenitur. Etenim, ut ritè procedat accuſatio, accuſator ſuæ ipſius perſonæ habilitate prius perpensâ, inſuper & ejus, quem accuſare intendit, perſonam conſiderare neceſſe habet, an ſcilicet ea talis ſit, quæ judicio criminali conveniri queat. Quamvis enim regulariter omnes accuſari poſſint, ſive ſint mares aut fœminæ, ſive puberes aut impuberes, *l.* 111. *ff. de Reg. Iur. l.*37. §. 1. *ff. de minor.* ſive liberi aut ſervi *l.* 12. §. 3. *ff. de accuſat. Matth. VVeſembec. in parat. ff. dict. tit. num.* 10.

Attamen plures etiam ſunt perſonæ, quæ ex cauſa ſpeciali accuſationi non ſubjacent, *Tiber. Decian. in tract. rer. crim. lib. 3. cap. 39. n. 1.* Nimirum vel ob *Dignitatem & Officium*; vel ob *mentis defectum*; aut ob *accuſationem antea ſuſtentam.*

56 Propter Dignitatem & Officium exemti ſunt non ſolummodò Imperator, ut qui mundi dicitur Dominus, *l 9. ff. ad Leg. Rhod. de jact.* Sed & alij Reges ac Principes, Superiorem non recognoſcentes. *Bartol. in l. 1. §. 18. ff. de poſtul. Tiber. Decian. in tract rer. crimin. lib. 3. cap. 38.*

Similes namque ſunt Imperatori & Majeſtate præditi, qui ſuperiorem non habent. *Chriſtoph. Beſold. Claſſ. 1. Diſput. 2. theſ. 25.* Unde & jura Majeſtatis ipſis tribuuntur. *Nicol. Betſius de pact. famil. illuſtr. pag. 427. Iohan. Schneidwin. de feud. part. 5. num. 94. Peregrin. de jur. fiſci lib. 1. tit. 2. num. 76.* Similiter & ratione Officij non poſſunt accuſari MAGISTRATUS MAIORES, de delictis nempe ante Magiſtratum aſſumtum commiſſis. *l. 12. in pr. ff. de accuſat.* Quod tamen fallit, ſi Magiſtratu finito accuſentur. *l. 32. ff. de injur.* aut de delictis poſt ſuſceptum Magiſtratum, aut eo durante commiſſis: Tunc enim quandocunque accuſari poſſunt, *arg. l. 2. §. 3. ff. de judic. l. 4. ad Leg. Iul. repetund.*

57 Ob MENTIS DEFECTUM accuſari nequeunt INFANTES: quos innocentia conſilij excuſat: In infantes namque animum nocendi non cadere, probatur ex *l. ſed etſi quemcunque. §. fin. ff. ad L. Aquil. l. infans. ff. ad Leg. Cornel. de Sicar. ubi Hippol. de Marſil. Clem. 1 ubi Dd. de homicid.* Unde nec Rei delicti fieri poſſunt, cùm animus & propoſitum maleficia diſtinguat. *l. 1. ff. ſi quadr. pauper. l. Adrianus. ff. ad Leg. Corn. de Sicar. c. ſignificaſti de homicid. l. 53. ff. de furt. Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. caſ. 329.* Hiſce ſimiles ſunt FURIOSI, quos calamitas & facti infelicitas excuſat. Ideoque nec hi accuſari poſſunt; Neſciunt enim & illi, quid faciant *l. Divus Marcus. ubi gloſſ. ff. de Offic. Præſid. l. fin. in fin. ff. de adminiſtrat. tutor. l. ſi quamcunque. §. 1. ff. ad Leg. Aquil.* Hinc furioſi ab aliis vim atque injuriam pati dicuntur, aliis verò injuriam nullam inferre poſſunt, ob quam veniant plectendi. *l. illud. §. ſanè de injur.*

58 Denique accuſari nequit, qui ſemel de eodem Crimine accuſatus & abſolutus eſt à judice. *l. cui. 7. §. 1. ff. de accuſat. Matth. VVeſembec. in parat. ff. de accuſat. num. 10. Petr. Theodor. in Colleg. Crimin. diſput. 4. theſ. 5. lit. C.* Et volenti iterum accuſare obſtat exceptio rei judicatæ. *l. fin. C. de cuſtod. reor. l. 2. C. de except. rei judicat. Nicol. Boër. Deciſ. 289. num. 9. Angel. Aretin. in tractat. malef. verb. Et ad querelam. num. 90. Pract. Conrad. tit. de accuſat. num. 11. Iul. Clar. pract. §. ult. quæſt. 57. in pr. Foller. in pract. crimin. Canon. c. 35. num. 3. Didac. Covarr. lib. 2. reſolut. cap. 10. in pr. Anton. Gomez. lib. variar. reſolut. tom. 3. cap. 1. num. 26. & 27. Ægid. Boſſ. in tit. ſent. num. 60. & 64.* Quod in 59 tantum procedere ajunt, ut nec abſolutus à delicto; ſimpliciter in judicium deducto, ſine ulla qualitate queat poſtea amplius moleſtari ab eodem, ſeu alio accuſatore, qui delicti qualitatem aggravantem proponit, *Anton. Gomez. dict. cap. 1. num. 27. Foller. dict. cap. 35. num. 8.* Nam delictum principale, & ſic in ipſa ſubſtantia & eſſentia fuit jam ſublatum per ſententiam abſolutoriam, quæ declaravit, nullum adeſſe delictum. Quomodo igitur nova Delicti qualitas poterit in judicio proponi, ſi nullum adeſt Delictum? Impoſſibile namque hoc eſt; quia qualitas abſque ſubjecto eſſe nequit, & non entium, nullæ ſunt qualitates. *l. ejus qui. ff. ſi cert. petat. l. ſi ſervum. §. ult. ff. de act. empt. l. Pompon. §. fin. ff. de acquir. poſſeſſ. Proſper. Farin. in prax. crim. lib. 1. tit. 1. quæſt. 4. num. 4.* ubi plures Ampliationes & Limitationes ponit, *quas ibid. vid.*

60 Iſtud ſolummodò hic notari velim, ſemel accuſatum & abſolutum, eo demum caſu denuò accuſari non poſſe, ſi definitivè fuerit abſolutus à delicto. Non etiam ſi abſolutus fuerit tantummodò ab obſervatione judicij, puta forſan ob libelli ineptitudinem, aut accuſatoris inhabilitatem, nequaquam verò à principali cauſa ſive delicto. Quo caſu ipſum denuo conveniri nil prohibet, ut qui pro innocenti habitus non fuerit. *l. libellorum. §. quod ſi libelli. ff. de accuſat. l. qui de crimine. C. eodem tit. l. ſi duo patroni. §. item nulla ff. de injur. Foller. dict. cap. 35. nu. 9. Boſſ. dict. loc. num. 65. Iul. Clar. dict. quæſt. 57. verſ. 57. verſ. Et hæc quidem Concluſio. Anton. Teſſaur. Deciſ. 81. n. 1.*

61 JUDICIS QVOQVE PERSONA in proceſſu Criminali Ordinario attendenda eſt. Nam ſicuti in Civilibus, ita etiam in Criminalibus cauſis Reus coram judice competenti conveniri debet; uti notiſſimi juris eſt, *cap. cum ſit generale. cap. 5. ſi Clericus Laicum. de for. compet. c. neminem. 3. quæſt. 6. can. experientiæ. 11. quæſt. 2. l. juris ordinem. 2. C. de juriſdict. omn. judic. l. 2. & ult. C. ubi in rem actio.*

62 Competens autem dicitur Judex: vel RATIONE CAUSÆ, cui ſcilicet in criminalibus cognoſcendi poteſtas competit. Qualis eſt, qui merum imperium habet. Non enim quilibet judex cauſæ criminalis cognitionem habet, & Reum delinquentem punire poteſt, ſed ſolummodò is, cui merum competit imperium. *l. 3. ff. juriſdict. l. 6. ff. de Offic. Proconſ. l. 1. ff. de Offic. ejus, cui mand. eſt juriſdict. l. 1. C. qui non poſſ. ad libert. perven. Angel. Aretin. in tract. de malefic. verb. Hæc eſt quædam inquiſitio. verſ. tertio principaliter eſt videndum. num. 49. Nicol. Reuſner. lib. 1. deciſ. 24. num. 9. Petr. Theodor. in colleg. crim. diſput. 4. theſ. 3. lit. A.* Cujusmodi olim erant Præfectus Urbi, in provinciis Præſides & Proconſules. *l. 1. in pr. & §§. ſeqq. de Offic. Præf. Vrb. l. 3. & l. 13. ff. de Offic. Præſid. l. 6. in pr. l. 8. ff. de Offic. Proconſ. l. 6. & 7. ff. de accuſat.* Hodiè qui ſuperiorem habent juriſdictionem, **die hohe vnd Peinliche Gerichte** / vel etiam juriſdictionem inferiorem

Q. 6. Quisnam habeatur judex competens in proceſſu criminali ordinario?

aut baſſam, die Erb- vnd Niedergerichte / in delictis levioribus. De quâ competentiâ vide *infrà q.*110.

63 Vel RATIONE PERSONÆ, quæ convenitur, hoc eſt, ipſius Rei contra quem accuſatio inſtituitur. Neque enim coram omni judice merum imperium habente delinquens poteſt conveniri, ſed ut judicium criminale dicatur competens, accuſatio inſtituenda eſt, ubi Reus in criminalibus forum ſortitur. *l. 2. C. de jurisdict. omn. jud. l.1. & ult. C. ubi in rem act. l. un. C. ubi de poſſeſſ. agit. l.1. C. ubi Senat. vel Clariſs. l. ſtatuimus. C. de Epiſc. & Cleric. l. venditor.* 49. *l. hæres abſens.*19. §. *ſi quis tutelam. ff. de judic. l. capitalium.* 28. §. *famoſos. ff. de pœn. l. ſi cui crimen.* 7. §. *pen. & ultim. ff. de accuſat. l. ult. ff. de nox. action. cap.*3. *& cap. ultim. de for. compet.* Quemadmodum enim olim Præſides & Proconſules non indiſtinctè de quovis crimine, quocunque in loco perpetrato, cognoſcere poterant, ſed quilibet Magiſtratus ad limites jurisdictionis ſuæ adſtrictus erat, *l. 3. de Offic. Præſid. l. 1. in pr. ff. de offic. Proconſ. l. ultim. ff. de jurisdict.* ita nec hodiè indifferenter quivis Magiſtratus in cauſis criminalibus judex competens eſt, ſed in eo ſolummodò judicio accuſatio inſtitui debet, ubi Reus forum ſortitur: Quodnam verò hoc judicium ſit, vide *infra quæſt.* 110.

Q. 7. Num Magiſtratus ſuper Delicto adverſus ſeipſum commiſſo cognoſcere queat?

64 Sed, *num Magiſtratus ſuper delicto adverſus ſeipſum commiſſo cognoſcere queat, & competens hoc caſu ſit judex, dubio non caret?* Certiſſimi namque juris eſt, neminem in cauſa propria, tàm civili, quàm criminali judicem eſſe, aut ſibi vel ſuis jus dicere poſſe. *l. qui jurisdictioni.* 10. *ff. de jurisdict. l. nullus.*10. *ff. de teſtib. & l. ult.* §. *pen.* Ibi: *Nec de ſe nec de ſuis facultatibus judicaturos. C. ubi Senat. vel Clariſs. l. un. C. ne quis in ſua cauſ. cap. cum veniſſent. de judic.*

Et planè iniquum foret, in re propriâ licentiam tribui ſententiæ dicendæ, præſertim in causâ arduâ & capitali. *l. Iulianus ait. ff. de judic. l. extat.* 13 *in fin. ff. quod met. cauſ. l. pen. ff. de arbitr. l.* 1. §. *ff. quod Legator. nom. l.* 5. *ff. de injur.* Unde etiam fit, quòd ne ſummus quidem Magiſtratus, veluti Princeps aut Imperator, in propriâ cauſa jus dicere poſſit, ſed potius eam delegare debeat; adeò ut nec ſibi nec ſuis illatam injuriam tanquam judex vindicare poſſe credatur; *dict. l. un. C. ne quis in ſua cauſ. l.* 1. §. *in propria. ff. de appellat. l. ultim. ff. de Offic. Prætor.*

65 Quare nec cauſa criminalis Magiſtratum concernens coram eodem, tanquam competente judice ventilari poterit. Nam grave admodum eſt, ſub judice ſuſpecto litigare, magno non ſolùm diſpendio temporis ac ſumtuum, ſed etiam periculo ipſius cauſæ, *can. quia ſuſpecti.* 3. *quæſtion.* 5. *cap. cum inter de except. Gloſſ. in cap. ſolitudinem. in verb. Epiſcopus poſſet. de appellat.* Quæ ſuſpicio ita in jure exoſa eſt, ut licet aliàs ad ſuperiorem judicem, omiſſo medio appellare non liceat, *l. Imperatores.* 21. *ff. de appellat.* minima tamen ſuſpicio faciat, ut jure ad ipſum provocari poſſit, ſecundum *Panorm. & alios in cap. dilect. de appellat.* Idq; adeo verum eſſe intelligitur, ut nulla præſcriptione induci queat, ne ad ſummum Principem appelletur, ſaltem ob præjudicium illius præeminentiæ, *Bald. in Auth. quas actiones. num.*14. *verſ. ex his apparet. C. de S.S. Eccleſ.* ac propterea nec Statuto aut conſuetudine tolli poſſit appellatio. *cap. venientes. ubi Panorm. & alij de jurejur. Bart. in l. omnes populi.*9. *nu.*27. *ubi Dd. comm. ff. de juſt. & jur. Angel. Peruſin. in l.*1. §. *interdum. nu.*2. *ff. à quibus appell. non licet.*

66 Verùm hoc non obſtante, judicem ſeu Ma-
giſtratum crimen adverſus ſeipſum commiſ- „
ſum vindicare, & punire poſſe, adeoque compe- „
tentem judicem eſſe aſſerere nil quicquam du- „
bito cum *Nicol. Reuſner. lib.* 3. *conſil.* 5. Cujus opi- „
nio quoque in practica recepta eſt, *atteſtante uſu* „
fori quotidiano. „

67 Neminem ſiquidem, opinor, in praxi paululum verſatum latet, Magiſtratum injuriam, quam ratione Officij publici patitur, propriâ auctoritate rectè punire, præſertim ſi ea notoria ſit, & pœna non tàm ad privatam, quàm Reipubl. vindictam tendat. *Andr. Gail. lib.* 1. *obſervat.* 30. *num.* 4. Siquidem præſumtio regulariter militat pro Magiſtratu, *cap.* 1. *in præſentia. de renunciat. cap. ſicut nobis, de ſent. & re judic.* Quod multò magis procedit in delictis gravioribus, quæ puniri, atque maleficos coërceri Reipubl. intereſt. *l. ita vulneratus.* 51. §. *æſtimatio autem. ff. ad Leg. Aquil.* Hinc & juris eſt indubitati, omnibus Magiſtratibus, ſecundum jus poteſtatis ſuæ (hoc eſt, ſecundum Ordinem Magiſtratus aliàs majorem, aliàs minorem,) conceſſum eſſe, jurisdictionem ſuam defendere pœnali judicio, ſecundum *Vlp. in l.* 1. *in pr. ff. ſi quis jus dic. non obtemper. Oldend. in Claſſ.* 1. *act.* 2. *verſ. Sed dicat aliquis. Et verſ. Ex his apparet.*

68 Quod minus dubij habet in ditionibus Elect. Saxon. ubi Nobilibus aliisque Magiſtratibus, in foro ſuo ac cauſa propria, etiam civili, ſubditos ſuos convenire fas eſt, adhibito tamen Notario judicij jurato, ob textum clarum in *Proceſſu judic. Novo tit.* 2. §. Ob wir auch wol. *Ibi:* Ob wir auch wol geſchehen laſſen können / daß die jenigen / ſo mit Gerichten von vns beliehen / wie bißher / alſo hinfüro / ſich derer gebührlichen gebrauchen / vnnd vor denſelben jhre Vnterthanen Rechtlich belangen mögen / Dieweil aber in ſolchen occaſionen oder Partheyligkeit vnd ander Vnrichtigkeit halben / die bey haltung der acten vnd ſonſten mit vnterläufft / bey vnſer Regierung allerhand Beſchwerden einkommen / wollen wir / daß zu vorkommung derſelben / die jenigen / ſo ſich zur Gerichtsverwaltung gebrauchen laſſen / bey Antretung jhrer Beſtallungen / in beyſeyn der Vnterthanen / wie auch die zu den proceſſen erforderten Notarij gleich andern actuariis, wenn ſie nicht obgedachter maſſen ſemel pro ſemper vnnd in genere zu den Gerichten geſchworen / jedesmal vereydet / auch wie vnnd wenn ſolchs geſchehen / bald Anfangs der acten regiſtriret werden ſoll.

69 Nec quicquam contra hoc facit regula illa vulgaris: Neminem ſcilicet in propriâ causâ judicem eſſe poſſe ac debere, *per jura anteà allegata.* *Nam* Magiſtratus delicta adverſus ſeipſum commiſſa vindicans in causâ propriâ jus dicere nequaquam perhibetur; ſiquidem ea demum cauſa judicis propria eſſe dicitur, cujus commodum vel incommodum ad ipſum principaliter ſpectat. Cujusmodi ſanè cauſa criminis publici non eſt, ut in quâ judex jus dicere cenſetur de eo, quod Reipubl. intereſt, puta, delicti coërcendi cauſa, ut pœnam nocentes luant. *Cravett. lib.3.conſ.369.num.4.*

70 Præterea, tum demum in propriâ causâ judex quis eſſe prohibetur, ſi affectionis aut ſuſpicionis ratio evidens & manifeſta probetur; ſecus autem, ſi jurisdictionis cauſa appareat. *Nicol. Reuſner.dict.lib.3.conſ.5.num.*45. Nam tum judex publicâ fungitur autoritate, ejusque vigore & judicium & ſententiam fert. *l. Barbarius.3.ff.de offic.Præt.cap.1.de re judic.in 6to.* non tam ſecundum propriam ſcientiam & conſcientiam, quàm ex fide & probationibus factorum controverſorum, quæ ex jure auctoritatem & valorem recipiunt. *cap.quoniam de probat.cap.1.de re judicat. cap.paſtoralis.§.quia verò. de Offic.delegat. l.illicitas. 6.§.veritas.* Ibi: *Ex fide eorum, quæ probantur in judicio.ff.de Offic.Præſid.Didac.Covarr.lib.variar.reſolut.cap.1.Iacob.Menoch.de arbitr.jud.quæſt.lib.1.cap.* 24. Adeoque judex non ex ſe ipſo aut conſcientiâ ſuâ, quam uti privatus habet, ſed ex auditis ac viſis apud judiciorum acta judicare ſolet ac debet. *can.judicet.3.quæſt.7.*

71 Addit & hoc *Reuſner.dict.conſ.5.n.*44. Magiſtratum in propriâ causâ jus dicere non planè prohiberi, quum poteſtatem hancce conſuetudo ipſi tribuat. *cap.cum contingat.in fin.de for. compet. cap. dilecti. de arbitr. ubi gloſſ. in verb. conſuetudinem. cap.1. in fin. ubi gloſſ. in verb. punire. de pœn.in 6to.l.1.& ult. C. de emancipat. liber. l.2.C. quæ ſit longa conſuet. Innocent. in cap. cum ab Eccleſiarum.num.3. de Offic. judic. ordinar. & in cap.novit ille.n.6.de judic. Ægid.Boſſ. in tit. de foro compet.nu.* 38.*Cravett.lib.3.Conſil.469.n.5.* Quin nec judex in causâ propriâ quis eſſe prohibetur, ſi factum ſit evidens & notorium, ut in Crimine perpetrato; ſiquidem is tunc executor magis, quàm judex habetur. *Bartol.in l.ſi quis id quod jurisdictioni. num.11.ff.de jurisdict.*

72 Quod verò dicitur, grave admodum eſſe, ſub judice ſuſpecto litigare. *Ad id reſpondeo*, ſuſpicionem aliquam in judicem non cadere, quippe qui vir bonus eſt atque eſſe debet. *l.ſed ſi unius.* 17. §. *ait Prætor. ubi Bartol. ff. de injur. l. continuus.* 37 §.*cum ita.* Ibi: *Ad judicem, hoc eſt, ad virum bonum remittamus.ff.de verb.obligat.l.vir bonus.*18.*ff.de judic.ſolv.* Judicis enim ſapientis eſt, ſemper verum ſequi habere in conſilio fidem, Religionem, æquitatem: Libidinem autem, invidiam, metum, cupiditates omnes amovere, maximi æſtimare conſcientiam mentis ſuæ, meminiſſe poſſe, quem oderit, abſolvere, quem non oderit condemnare; & ſemper non quæ velit ipſe, ſed quid Lex & Religio cogat, cogitare: Eorumque omnium ſe Deum habere teſtem; cùm adminiſtrationis reddenda ſit ratio, ut ſcribit *M.Tull.Cic.pro Cluent.* 73 Et ut maximè cauſa aliqua ſuſpicionis ſubſit; explorati tamen juris eſt, propterea judicem nō in totum eſſe removendum, quaſi ſuſpectum, ſed eatenus duntaxat; ut alius ei minus ſuſpectus adjungatur, ut eſt in *Novell.* 89. *& Auth.ſi verò contigerit. C.de judiciis. Gloſſ.in l.apertiſſimi.in verb.judices.C. eod.tit.Mynſinger.centur.2.obſervat.*52. Cum quo convenit *Ordinat. proceſſ. judic. Saxon.* quæ in causâ etiam civili hoc caſu juratum aliquem Notarium adhiberi vult, in *tit.2.dict.§.* Ob wir/ *&c.* Accedit & hoc, quòd judex in delicto ſeu Crimine notorio, tanquam ſuſpectus recuſari nullo modo poſſit aut debeat. *cap.propoſuit, ubi gloſſ.de appellat.Anton.Gomez.variar.reſolut.tom.3. cap.1.num.46.*

QVÆSTIO CV.

An, & quatenus Procurator tàm ex parte Accuſatoris, quàm Accuſati in Criminalibus intervenire queat?

SUMMARIA.

1. *Advocati & Procuratores aliorum ſunt Patroni.*
2. *Accuſatoris Procurator in causâ quâvis criminali hodiè admittitur? n.8.9.*
3. *Ius Civile non admittit procuratorem Accuſatoris, & quare? n.4.5.*
6. *Pœna talionis hodiè abiit in deſuetudinem.*
7. *Ceſſante causâ prohibitionis, ipſa ceſſat prohibitio.*
10. *Nomine Vniverſitatis criminaliter agentis admittitur Syndicus.n.11.*
12. *Quod & verum, ſi contra Vniverſitatem agatur.*
13. *Inſtrumentum ſyndicatus quale eſſe debeat?*
14. *An nomina eorum, à quibus Syndicus conſtituitur, in Syndicatus inſtrumento ſint exprimenda? n.15.*
16. *Ex parte accuſati, num in Criminalibus procurator debeat admitti?*
17. *Affirmantium opinio quibus nitatur fundamentis? n.18.19.20.22.23.24.*
21. *Rei ſunt favorabiliores, quàm actores, quatenus hoc ſit verum? n.23.*
25. *Negativa opinio verior eſt. num.* 26. 39. 40.41.

27 *Reſpondetur ad argumenta contraria; n.*30.31. 33.34.35 36.37.38.
28. *Explicatio l.* 23. *§ publicè. ff. de procurat. & l.* 3. *C. de accuſat. n.* 29.
42. *Referuntur rationes, ob quas Procurator Rei accuſati non ſit admittendus. n.* 43.44. 45.46.47.
48. *In foro quoque Saxonico Procurator accuſati repellitur.*
49. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium. num.* 50.
51. *Quod & verum eſt in proceſſu inquiſitionis. num.* 52.
53. *Nec pro reo incarcerato procurator intervenire poteſt. n.* 54.55.56.
57. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
58. *Mulier accuſata de Crimine ipſamet debet comparere, non etiam Curator ejus admittitur. n.* 61.62.
59. *In causâ civili mulier perſonam ſtandi in judicio non habet. n.* 60.
63. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
64. *Procurator abſentiam Rei defendere volens ante litis conteſtationem admittitur. n.* 65. 66.67.
68. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
69. *Defenſor nomine accuſati exceptiones declinatorias aut dilatorias ante litis conteſtationem opponere poteſt. n.* 70.
71. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.*
72. *Reo in judicio præſenti, adjungi poteſt Advocatus ad opponendas exceptiones, Reumque defendendum. n.* 73.74.75.
76. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.*
77. *In publicis judiciis, in quibus nec capitalis, nec alia corporis afflictiva pœna irroganda venit, Procurator rei admittitur. num.* 78.
79. *Sicuti & in actione injuriarum, quoties pœna corporalis Reo non infligitur.*
80. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
81. *Pater filij defenſor admittitur in judicio Criminali. n.* 82.83.

PRÆTER perſonas principales, de quibus dictum *quæſtione præcedenti*, ſunt & aliæ acceſſoriæ perſonæ, quarum conſideratio quoq; habenda eſt in proceſſu ordinario, nimi-
1 rum ADVOCATI, & PROCURATORES, ceu patroni cauſarum, qui non pro ſe ſed pro aliis poſtulant, hoc eſt, non ſuum, ſed alterius deſiderium in jure ac judicio tùm aſſerendo, tùm contradicendo exponunt. *l.* 1. *&* 2. *§.* 6. *verſ. item Senatusconſulto. ff. de poſtul. Hi, an in cauſis criminalibus admittendi ſint, quæſtio videtur non expedita?* Pro cujus reſolutione inter Procuratorem accuſatoris, & Rei vel accuſati diſtinguendum eſſe reor.

Q. 1. *An pro accuſatore in cauſis Criminalibus Procurator queat intervenire?*

2 Quoad perſonam accuſatoris, hanc pono Regulam univerſalem: Quod hodiè Procurator accuſatoris in cauſa quavis Criminali intervenire, & accuſationem criminaliter inſtituere ac perſequi poſſit.

3 Idque juris hodiè obtinet, licet de jure civili aliud dicendum. Equidem me non latet, ſecundum regulas juris civilis ne quidem ex parte accuſatoris ad crimen publicum perſequendum conſtitui poſſe Procuratorem aut Auctorem. *l. pen. ff. de publ. judic. l.* 1. *ff. an per alium cauſ. appellat. l. de fide.* 16. *C. ad Leg. Corn. de falſ. Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 79. *Nicol. Reuſner. lib.* 3. *conſil.* 3. *num.* 2. *Matth. VVeſembec. in parat. ff. de procurat. num.* 5. *Petr. Theodor. in Colleg. Crimin. diſput.* 4. *theſ.* 4. *lit. A. Andr. Rauchbar. lib.* 1. *quæſt.* 7. *num.* 1. Etiamſi accuſator ſit perſona Illuſtris & Clariſſima. *l. tunc convenit.* 15. *C. de accuſat. l. ult. §. adeo autem. C. ubi Senator, vel Clariſſ. Andr. Gail. lib.* 1. *de pac. publ. cap.* 10. *num.* 12. *Tiber. Decian. in tract. crim. lib.* 3. *cap.* 36. *Rauchb. dict. loc. num.* 2.

4 Cujus ratio præcipuè hæc eſt: Quod cùm quilibet accuſator ad pœnam talionis inſcribere neceſſe habeat, tàm ex Lege Canonicâ, quàm Civili, ne innocentia cujusquam temerè vim calumniæ patiatur, *§. pœna. Inſt. de injur. l. ſi cui.* 7. *ubi Bartol. ff. de accuſat. & l. ult. C. eod. tit. l.* 2. *C. de his qui accuſar. non poſſ. can. quisquis.* 2. *quæſt. ult.* quin & accuſator cum accuſato in pari cuſtodiâ debeat detineri, *dict. l. ult. ubi Bartol. l.* 3. *ff. ad Leg. Iul. Majeſt.* accuſatorem certè in judicio præſentem adeſſe oportet, ut ſi fortaſſis ab accuſando deſiſtat, aut aliàs probatione deficiat, condemnari ſe videat in pœnam Senatusconſulti Turpilliani, aut talionis. *dict. l. ſi cui.* 7. *ff. de accuſat. l.* 1. *C. ad SCT. Turpil. l. ſi quis repentè.* 3. *§. ult. ff. eod. tit. l. ult. C. de accuſat.* Quæ pœna cum in Procuratore locum non habeat, quippe cujus factum in causâ tanti præjudicij Domino obeſſe ſolet, *l. non ſolùm.* 39. *in pr. ff. de procurat.* ſatis exinde apparet, fruſtra Procuratorem in causâ Criminali conſtitui. *cap. tuæ de procurat. can. ſi quando.* 2. *quæſt.* 6. *can. in criminalibus.* 5. *quæſt.* 3. *can. absque.* 3. *quæſt.* 9.

5 Idque procedere vulgò putant, ut ſive per viam accuſationis, ſive inquiſitionis duntaxat aut denunciationis procedatur ad Crimen publicum perſequendum, omninò non admittatur Procurator; quoniam inquiſitio, ut & ipſa denunciatio de jure Civili ſuccedit loco accuſationis. *cap. qualiter & quando de accuſat. Bartol. in l.* 2. *§. ſi publico. ff. de public. judic. Nicol. Reuſner. lib.* 1. *Deciſ.* 24 *n.* 37. *& lib.* 3. *Conſil.* 3. *num.* 8. Quin imò etiam in delictis privatis, ut & popularibus cauſis, nedum in publicis criminibus ex parte actoris propriam injuriam non perſequentis Procurator rejicitur. *l. qui populari* 5. *l. licet.* 42. *ff. de procurat.* Sicuti nec interdicto de liberis exhibendis ex parte agentis Procurator admittitur. *l.* 40. *verſ. denique. ff. de procurat. l.* 1. *§.* 1. *ff. an per alium. cauſ. appellat. Reuſner. dict. conſil.* 3. *num.* 9.

Sed prædicta ratio hodiè ceſſat. Moribus enim noſtris pœna talionis, & inſcriptionis ſolennitas paſſim in deſuetudinem abiit, 6

Bartol. in l. 6. & l. 7. num. 12. ff. de accuſ. Iul. Clar. in pr. §. ultim. quæſt. 12. num. 17. Chilian. **König.** *in proceſſ. cap. 47.* Ac reſcripto Caroli V. Imper. penitus poſtea ſublata fuit in *Ordin. crimin. artic. 12.* Idque eâ potiſſimùm ratione, ne metu propriæ ſalutis ab accuſatione quis deſiſtat, & ſic crimina impunita remaneant, cùm plures accuſatores criminum & quaſi vindices extare, utile ſit Reipublicæ. *Bartol. in dict. l. ſi cui. 7. num. 2. in fin. ff. de accuſat. Salycet. l. 3. num. 4. C. qui accuſ. non poſſ. Felin. in cap. ſuper his, num. 3. de accuſat. Foller. in pract. crimin. fol. 136. num. 3. Iodoc. Damhouder. in prax. rerum crimin. cap. 5. num. 5 Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 8. Ægid. Boſſ. in tit. de accuſat. num. 2. Gigas in tract. de crimin. læſæ Majeſt. lib. 1 tit. qualit. in crimin. Majeſt. proced. quæſt. 1. num. 5.*

7 Quare nil amplius prohibet, unumquemque alieno nomine accuſare poſſe; Ceſſante enim cauſa prohibitionis, ipſa prohibitio quoque ceſſat. *cap. cum ceſſante, de appellat. l. adigere. 6. §. quamvis. ff. de jur. patron. Iaſon. in l. quod dictum. 32. num. 2. ff. de pact. Cravett. lib. 4. Conſil. 556. num. 4. Nicol. Everard. in loco à ceſſat. ration. numer. 2. Iacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 122. numer. 28. Andr. Tiraquell. in regul. Ceſſante cauſa. numer. 130. Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratrib. part. 6. quæſt. 9. numer. 10. verſ. quintò quia reſponſio. &c.*

8 Moribus itaque noſtris & ex uſu fori Procurator ex parte accuſatoris indiſtinctè admittitur, juxta Regulam antè poſitam. *Andr. Rauchbar. lib. 1. quæſt. 7. num. 3. Proſper. Farinac. in prax. crimin. quæſt. 12. num. 53. Petr. Theodor. in Colleg. Crimin. diſput. 4. theſ. 4. lit. A. Andr. Gail. lib. 1. de pac. publ. cap. 10. num. 12.*

9 Quod & in Imperio Romano Germanico dubium non habet, ob verba manifeſta *artic. 12. Ordin. Crimin. Carolin. in pr.* Ibi: **So bald der Angeklagte zu Gefängnuß angenommen iſt / ſoll der Ankläger oder ſein Gewalthaber/&c.** Unde clariſſimè patet in criminalibus quoque cauſis mandatarium ſeu procuratorem ex parte actoris admitti. Idemque in foro Saxonico quotidie practicatur, ac ejusmodi Procurator accuſatoris in cauſis criminalibus vulgò appellari ſolet **Peinlicher Anwaldt**/*Matth. VVeſembec. in paratit. ff. de procurat. verſ. Et hac quidem jure Civili.* Ibi: *Moribus autem noſtris à parte accuſatoris indiſtinctè Procurator admittitur, ſive agat criminaliter, ſive civiliter. Quia Lege patria accuſator non item tenetur ad pœnam talionis, veluti juribus noſtris, ſed tantùm ſumtus præſtat, & mulctam pecuniariam, ſi in accuſando defecerit: Vt nulla cauſa ſit, quamobrem procurator non ſit admittendus. Nicol. Reuſner. lib. 3. Conſil. 3. numer. 18. & 19. Matth. Stephan. in not. ad dict. artic. 12. Ordin. Crimin. Carolin. numer. 3. verſ. Quod attinet procuratorem accuſatoris. &c. Andr. Rauchb. dict. quæſt. 7. num. 3.*

10 Eaque regula vera quoque eſt, ſi Univerſitas criminaliter agat. Quod ſi enim ad accuſandum Procurator admittitur in cauſis privatorum; multò magis certè in cauſa Reipubl. aut Univerſitatis, quæ & ipſa jure privatorum utitur, Actor vel Syndicus admitti debet, per quem tanquam in Republ. quod communiter agi fierique oporteat, agatur & fiat. *l. 1. §. 1. cum duab. lib. ſeqq. ff. quod cujusque univ. nom.* Quum præſertim vix alia ratione, quam per procuratorem aut Syndicum litigare commodè queat, quippe cum Univerſitas nec conveniri, nec agere rectè queat, niſi per Syndicum vel Actorem, qui ipſam repræſentat. *Specul. in tit. de Synd. num. 5.*

Q. 2. Num in cauſa Univerſitatis criminali Syndicus admittatur?

11 Quo & facit *l. tam collatores. 18. §. ut autem, & §. hoc quoque adjecto. ibi: Syndici litigantes, C. de re militar. lib. 12.* ubi Imperator Anaſtaſius diſertè tradit, quod Provinciales per Actores aut Syndicos, tàm in cauſis criminalibus, quàm civilibus, etiamſi ex publicis cauſis deſcendant, comparere & litigare poſſint. Adeoque à Collegiis quibusdam Juridicis concluſum fuiſſe refert *Nicol. Reuſner. dict. lib. 3. conſ. 3. num. 23.* **Daß ſolcher Peinlicher Proceß durch einer Ehrſamen Landſchafft** conſtituirten Syndicum, **wie ſonſten beym Landsfürſten durch ſeinen Anwaldt / wol verrichtet werden möge/** *&c.*

12 Quin & ſi contra Univerſitatem criminaliter agatur, Procurator pro eâ intervenire rectè poterit, ut tradit *Bald. in l. 2. C. de accuſat. Hippolyt. de Marſil. in pract. criminal. §. ſequitur. num. 24. & 25.* Ut dubium ſic prorſus non ſit, quin Syndicus vel Actor accuſare poſſit nomine Univerſitatis, etiam in cauſis criminalibus, quippe per quem Univerſitatis negotia expediri ſolent. *dict. l. 1. §. quibus autem. ff. quod cujusque univerſitat. nomine. Bartol. in l. 2. C. de accuſat. Iacob. de Belvis. in pract. crimin. lib. 3. cap. 28. num. 15. Mynſinger. centur. 4. obſervat. 76.*

13 Quod tamen eatenus verum eſſe puto, ſi Actor vel Syndicus nomine Univerſitatis aliquem accuſare volens Syndicatus inſtrumentum producit legitimum in quo hæc quatuor præcipuè comprehendenda eſſe monet *Speculat. in tit. de Syndicat. num. 21.* Nimirum quis conſtituat: ad quas cauſas & lites: Contra quem: Et quomodo ſit conſtitutus aut quare. Quæ & ipſa in mandato procuratorio pleraque ſervantur, juxta *l. ſi procuratorem. 65. de procurat. ff.* ubi *ICtus Modeſtinus* in hunc modum ſcribit: *Si* (inquiens) *procuratorem abſentem Dominus ſatisdatione relevare velit literas ſuas ad adverſarium dirigere debebit, quibus ſignificet, quem adverſus eum procuratorem, & in qua causâ fecerit, ratumque ſe habiturum, quod cum eo actum ſit. Hoc enim caſu literis ejus approbatis, velut præſentis procuratorem intervenire intelligendum eſt. Nicol. Reuſner. dict. conſil. 3. num. 11.* Illud hic quæri ſo-

Q. 3. Quale debeat eſſe inſtrumentum Syndicatus?

14 ri ſolet: *An nomina eorum, à quibus Syndicus conſtituitur, ſubſcribenda, aut in Syndicatus inſtrumento exprimenda ſint?* Quod negandum videtur; ſiquidem nunquam, exceptis iis caſibus, ubi ad alienationem faciendam Syndicus conſtituitur, *l. ult. C. de præd. decur. lib.* 10. inſcriptio aut ſubſcriptio illa neceſſariò requiritur, ſicuti nec auctoritas Superioris. *Reuſner. dict. conſil.* 3. *num.*120.

15 Rectiùs tamen atque tutius utrumque, & nominum inſcriptionem & auctoritatem Superioris adhiberi, & inſtrumento inſeri, ſi commodè fieri queat, concludit *Bartol. in l.* 1. *num.* 2. *&* 8. *ff. de alb. ſcrib.* quem ſequitur *Specul. in tit. de procur. num.* 9. per *dict. l.* 1. *& Auth. Præſidis. in pr. C. de Epiſc. audient. & l. hac. conſultiſſima.* 8. *C. qui teſtam. fac. poſſ. Matth. VVeſembec. in parat. ff. quod cujusque univerſ. nom. Chilian.* **König.** *in pract. cap.* 19. *num.* 2. *&* 4.

Q. 4. An in Criminalibus Procurator Rei ſit admittendus?

16 Et hæc ita ſe habent in perſona accuſatoris. *Ex parte verò accuſati vel Rei, utrum Procurator ſeu Defenſor admitti debeat?* res paulò difficilior & obſcurior eſſe videtur, propter textus & rationes juris, quæ pro utrâque ſententiâ, tàm affirmativâ, quàm negativâ proferri poſſunt. Etenim ſi quis affirmativè hanc quæſtionem decidere velit, is fundamentis haudquaquam deſtituetur.

17 1. Namque videtur opinio affirmativa probari poſſe ex *l. ſervum* 33. §. *publ. ff. de procurat.* ubi diſertè ſcriptum eſt, etiam in Capitalibus judiciis à quibuscunque Reum defendi poſſe, adeòque æquum eſſe, quemvis pro eo verba facientem & innocentiam excuſantem audiri. Quem textum licet nonnulli ita corrigant, quaſi pro *Innocentia* legi debeat *abſentia*, *arg. l. pen.* §. *ad crimen. ff. de publ. judic. l.* 3. *C. de accuſat.* minimè tamen correctio iſta, utpote odioſa, erit admittenda. Et quod in *dict.* §. *publicè.* verbo *defendendi* non tàm abſentiæ, quàm innocentiæ excuſatio, & ſic plena defenſio ſignificetur, eaque legibus publicorum judiciorum permiſſa, ac propterea vulgaris illa interpretatio de abſentiæ excuſatione nimis coacta & improbabilis ſit, apertè teſtatur *Iacob. Cujac. lib.* 20. *obſervat.* 20. ubi exemplum ponit de Sthenio Thermitano, cui Reo capitalis criminis legimus cognitorem, qui quaſi Procurator eſt, datum vel adſcriptum, apud *Ciceronem de jure dicendo in Verrem.*

18 Ex quo eſt Reſcriptum illud *Alexand. Imperat. in l.* 3. *C. de accuſat. Reos* (inquit ille) *capitalium criminum abſentes etiam per procuratores defendi Leges publicorum judiciorum permittunt.* Quo in loco *Accurſ.* dicit, etiam ad ſententiam usque Reum defendi poſſe ac debere. Nam, ut idem Imper. aliàs reſcripſit, multò juſtius eſt, hujusmodi defenſorem audire, quàm abſentem aliquem, quaſi contumacem & indefenſum gravi condemnatione afficere, *l. exigendi.* 12. *de procurat.*

19 2. Confirmat hanc ſententiam, quod Appellationis cauſa ejus, qui ad beſtias damnatus eſt, per Procuratorem reddi poteſt. *l. Lucius Titius.* 18. *ff. de appellat. l.* 1. *ff. an per alium cauſ. appellat. Nicol. Reuſner. lib.* 2. *deciſ.* 10. *num.* 20. *& lib.* 3. *conſil.* 4. *num.* 18.

20 3. Si actori ſive accuſatori procuratorem habere licet, uti certiſſimum eſt ex Regulâ antea traditâ, multò magis hoc licebit accuſato ſeu Reo ſaltem ad defendendum. Vulgata ſiquidem juris eſt regula, Reum accuſatum cum accuſatore ad imparia judicare non oportere, neque actori licere, quod Reo non permittitur: Et quod actori licet, Reo quoque permitti debere, *l. non debet actori.* 41. *ff. de Reg. jur. cap. non licet. ubi Dyn. de reg. jur. in 6to.* Nam & aliàs in jure benignius agitur cum Reo, quàm cum actore, *l. qui accuſare.* 4. *& l. ultim. C. de edend.* quippe favorabiliores Rei quàm actores habentur. *l. favorabiliores* 125. *ff. de Reg. jur. l. inter pares* 38. *ff. de re judicat.*

21 Unde fit, quòd Reus pluribus defenſionibus, non ſolùm diverſis, ſed etiam contrariis uti poſſit. *l. cum de indebito.* 25. *in pr. ff. de probat. l.* 5. *&* 8. *ff. de except. l. ſiquidem.* 9. *C. eod. tit.* Quod non ſimiliter facere licet actori, qui actionibus pluribus ex eâdem causâ vel onerosâ, vel lucrativâ adverſus unum vel plures competentibus experiri nequit, ſed unâ electâ, altera excluditur. *l. quod in hærede* 9. §. *eligere. ff. de tribut. action. l. omnes.* 17. *ff. de oblig. & action. l. ſi mihi & tibi.* 17. *ff. de legat.* 1. Item: Quòd in capitalibus cauſis Reis tres dilationes & plures horæ; actoribus verò non niſi duæ olim permiſſæ fuerint, *l. ult. C. de pœn.* Unde patet, omnia Reo licere, quæ actori conceduntur; ſed non vice verſâ actori competere, quæ Reo ſunt licita. *l.* 6. *C. de tempor. in integr. reſtit. l. poſt litem.* 17. *l. quæ omnia.* 25. *ff. de procurat.*

22 4. Movere aliquem poteſt hoc, quòd cùm Reus accuſatus cuſtodiæ commiſſus ſit, ita ut ſemper ad manum, cum opus eſt, haberi ac produci poſſit, ceſſet hoc caſu prohibitionis ratio ſaltem quoad procuratorem; quod nempe ſe aut corpus ſuum pro Reo ad pœnam ex delicto alieno obligare non poſſit. Quæ ſola ratio procuratorem à causâ capitali pro Reo peragendâ repellit. *l. ſi à Reo.* 70. §. *ult. ff. de fidejuſſ. Bartol. in l. ſi quis.* 4. *num.* 1. *ff. de cuſtod. reor. & in l. quoties.* 21. *ff. nox. action.* Ceſſante autem prohibitionis ratione, meritò quoque ceſſat & ipſa prohibitio. *l. adigere* 6. §. *quamvis. ff. de jur. patronat. l. quod dictum.* 32. *ff. de pact.*

5. Acce-

23 5. Accedit, quòd accuſato permiſſa ſit defenſio; quippe quæ ne beſtiis quidem, nedum homini, imò nec Diabolo denegari debet. *l. 3. ff. d. juſt. & jur. ubi Iaſon. num. 17. l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quadr. pauper. feciſ. dicat. l. 4. & 5. l. ſcientiam. 45. §. qui cum aliter ff. ad Leg. Aquil.* Meritò ergò pleniſſimè & apud omnes accuſato patere debet defenſio, ita ſcilicet, ut non ſolùm per ſe, ſed etiam per Procuratorem ſeu Defenſorem ſuas exceptiones ceu legitimas defenſiones, rectè proponere queat: maximè ſi perſonæ conjunctæ ſint, quas & ipſas in judicio alterius nomine liti ſe offerre, & ſic conjunctam perſonam defendere poſſe, indubitati juris eſt. *l. 1. §. ultim. ff. de poſtul. l. ſed & hæ perſonæ. 35. ff. de procurat. l. ſi verò. 5. §. hæc autem actio. verſ. vel qui affinitate. ff. de his qui dejec. cap. ſi duo. §. fin. de procurat. in 6to.*

24 6. Permiſsâ Reo defenſione ac probatione innocentiæ ſuæ, nequaquam ei denegari debent media, per quæ ad defenſionem ac probationem iſtam innocentiæ perveniri poteſt. Conceſſo namque uno, omnia ſimul videntur conceſſa, ſine quibus conceſſio iſtius aliàs foret inutilis, ac parùm profutura. *l. 2. ubi Dd. ff. de juriſdict. l. item ſi. 7. §. quod dicitur. ff. ad SCtum Macedo. l. 3. §. ſed ſi quid. ubi Bald. ff. de negot. geſt. l. inter Socerum. 26. §. cum inter. ff. de pact. dotal.* Proin nec Procuratoris copiam Accuſato adimi poſſe conſentaneum eſt, quippe cujus auxilium defenſioni multùm inſervire poteſt, ne quod una manu datur, alterâ rurſus per indirectum auferri cenſeatur; cum quod directo non licet, nec per indirectum licere debeat, *argum. l. cum hi. §. ſi cum lis. ff. de pact. l. athletas. 4. §. ait Prætor. ff. de his qui not. infam. l. Sejus. 27. ff. ad Leg. Falcid. l. ultim. C. de uſur. rei judic. l. palam. 40. ff. rit. nupt. l. ſcire oportet. 27. §. 1. ff. de tutor. & curat. dat. ab his.*

25 Etſi verò hæc argumenta talia ſint, ut ex iis opinio affirmativa luculenter probari queat; nihilominus tamen *ICtus Papinianus* hanc quæſtionem negativè decidit in *l. penultim. §. ad crimen. ff. de public. judic.* quando ait: *Ad crimen judicij publici perſequendum fruſtra procurator intervenit, multoque magis ad defendendum.* Qui textus adeò commovit *Interpp.* ut ferè unanimiter aſſerere haud dubitaverint, in cauſis criminalibus Procuratorem pro Reo nequaquam admittendum eſſe, non ſolùm ad litem conteſtandam, ſed nec ad defendendum aut reſpondendum aliis interrogationibus, quæ fiunt à judice ſuper Crimine commiſſo, de quo accuſatur. *Gloſſ. & Bartol. in dict. l. penultim. §. ad crimen. Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. libr. 1. quæſt. 80. Hippol. de Marſil. in pract. §. ſequitur. num. 22. Nicol. Reuſner. libr. 3. conſ. 4. num. 26. & ſeqq. Ægid. Boſſ. in practic. tit. an in criminal. judic. pro alio quis inter num. 9. Andr. Rauchb. libr. 1. quæſt. 7. num. 5. & ſeqq. Matth. VVeſembec. libr. 1. conſ. 43. num. 167. Helfric. Vlric. Hunn. libr. 4. var. reſolut. part. 5. quæſt. 5. Matth. Stephan. in not. ad artic. 12. Ordin. Crimin. Carol. num. 3. verſ. Ex parte accuſati vel &c. reg. 322.*

26 Quod verum eſſe, putat *Iulius Clar. dict. quæſt. 32. verſ. item quæro &c.* non ſolùm in publicis, ſed etiam privatis delictis, ita, ut Procurator intervenire non poſſit ad reſpondendum accuſationi, vel inquiſitioni, vel interrogationibus, quæ fiunt à judice ſuper delicto, ſive in primo, ſive altero aut alio quolibet examine: Sed quòd Reus ipſe in locum judicij vel tormentorum, aut ut loquuntur ad juris Bancum ſeu tribunal, perſonaliter deduci, ac per ſe ipſe reſpondere debeat. Vid. *Angel. Aretin. in tractat. de malefact. in verb. Qui Dominus Iudex. num. 15. & ibid. Auguſt. in adit. & verb. Quod inquiſiti num. 12. Gandin. de malefact. rubr. de procurat. & defenſor. num. 26.* Etſi enim fidejuſſor offerat, ſe velle judicium in ſe ſuſcipere, & Rei principalis exceptionibus uti, non tamen in criminalibus cauſis admittitur, in quibus perſona Rei inquiſiti neceſſariò requiritur. *l. 2. §. ſi quis in judicio. verſ. Cùm enim ff. ſi quis caution. Iaſon. in l. ſi eum. 10. num. 2. ubi & Bartolus atque Dd. communiter. ff. eod. tit. Proſper. Farin. in prax. criminal. quæſt. 34. num. 27. Speculat. in tit. de accuſat. num. 10. Ægid. Boſſ. in tit. de carcerat. fidejuſſ. comm. num. 52.*

27 Ac ne quiſpiam ex rationibus & textibus antea adductis, contrarium ſibi perſuaderi patiatur, Reſponſiones nullatenus deficiunt. Quod enim 1. *l. ſervum. 33. §. publicè. ff. de procurat. & l. 3. C. de accuſat.* attinet, putat *Iacob. Cujac. libr. 13. obſervat. 20.* diſtinguendum eſſe inter Crimina capitalia & non capitalia: Quaſi in capitalibus verus admittatur Procurator *dict. loc. 33. & l. 3.* at in Criminibus non capitalibus nec Procurator nec Defenſor admittatur. Sed reſponſionem hancce reſpuit generalitas textus in *penultim. ff. de public. judic.* in criminibus judicij publici defenſorem pro Reo admitti negantis. Ubi verò lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, legiſque verba generalia generaliter intelligi debent. *l. de precio. ff. de Public. in rem action. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præſt.* Neque *Cujacij* reſponſionem juvat, quòd nominatim & expreſsè ſit ſermo de capitalibus criminibus, *in dict. l. 3. C. de accuſat. & l. 33. §. publicè. ff. de procurat.* Nam illa, nempe *l. 3.* ad quæſtionem & facti ſpeciem Imperatori propoſitam reſcripta eſt, Ideoque *Alexander Imper.* de capitali crimine conſultus, de eo quoque reſpondere voluit, idem aliàs procul dubio reſponſurus, ſi in genere de criminibus publicis, vel in ſpecie de non capitalibus quæſitus fuiſſet. In hac verò nempe *l. 32. §. publicè* utitur JCtus particulâ *Et.* Nec abſolutè dicit, in capitali-

bus judiciis abſentium defenſionem dari, ſed ait: *Et in capitalibus judiciis Rei defenſorem admitti.* Quibus verbis haud obſcurè ſignificat, non ſolum in capitalibus criminibus, verùm in aliis quoque Defenſorem pro Reo intervenire poſſe.

28 Paulò aliter reſpondet *Briſſonius*, Leges iſtas accipiens de capitalibus criminibus, quæ in privatum judicium deducuntur; in *libr. ſing. de adulter. c. 7. in fin.* allegatus *à Rauchb. dict. quæſtion. 7. num. 9.* Unde vulgò aſſerunt, procuratoris dationem non prohiberi, quando ex causâ per ſe capitali, civiliter ad pœnam pecuniariam agitur. *Anton. Gabriel. in commun. concluſ. libr. 7. concluſ. 9. num. 43. & ſeqq.* Sed & hanc explicationem improbat *Hermann. Vult. in diſcept. ſcholaſt. cap.* 11. Alij aliter reſpondent, ut videre eſt apud *Andr. Rauchb. dict. quæſt. 7. num.* 10. *& ſeqq.*

29 Non ineptè forſan reſpondebitur ad *Leges objectas*: Reum abſentem defendi poſſe per Procuratorem in capitalibus judiciis, non quoad cauſam principalem ejusque merita, & adhoc, ut ſi excuſationes juſtam rationem habeant, abſolvatur abſens; ſed ſolùm quoad allegandum abſentiæ cauſas & excuſationes innocentiæ, ne abſens damnetur, ſed ſententia differatur, ſi excuſationem ut juſtam judex approbarit. Ac de tali defenſione accipiendam eſſe, *l. 3. C. de accuſat. & l.* 33. §. 2. *ff. de procurat.* ſatis ſuperque apparet ex *l.* 10. *& l.* 13. *ff. de public. judic.* In illa namque ſic ſcribit Papin. *Inter accuſatorem & reum cognitione ſuſceptâ, excuſatio pro abſente juſtis rationibus admittitur, nec per triduum per ſingulos dies ter citatus Reus damnetur, vel de accuſatoris abſentis, præſente Reo, calumniâ pronuncietur.* Ubi pro reo abſente ad reddendam abſentiæ cauſam, ne tanquam contumax condemnetur, admittitur defenſor. Atqui in *l. ſeq.* 13. expreſsè negatur, quòd pro defendendo Reo præſente, Procurator poſſit intervenire. Quare juxta hanc diſtinctionem, Leges prædictæ erunt accipiendæ. Neque huic reſponſioni quidquam adverſatur, quòd in *d. l.* Procurator admittatur ad Reum defendendum; *Siquidem* & per excuſationem abſentiæ, rectiſſimè dicitur Reus abſens defendi, ante litem conteſtatam quidem, ne bona abſentis annotata poſt annum in fiſcum redigantur, *l.* 1. §. *ultim. & l. ultim. in pr. ff. de requir. vel abſent. damnand.* poſt litem verò conteſtatam, ne citatus abſens pro contumaci habeatur. *l.* 10. *& penult. ff. de publ. judic.*

30 2. Quod de causâ appellationis per Procuratorem reddenda aſſertur, ex *l. Lucius Titius.* 18. *ff. de appell.* illud parùm obſtare videtur. *Siquidem* textus ille loquitur de Domino provocante pro ſervo, qui in ejus eſt poteſtate, quod facere ei licet exemplo tutoris vel Curatoris, qui poteſt accuſare vel defendere nomine pupilli, proſequendo ſuam vel aliorum injuriam aut defenſionem propriam. *l. 2. ubi Dd. C. qui accuſ. non poſſ.* Addit *Reuſner. lib. 3. conſ. 4. num.* 66. aliud receptum eſſe in Appellatione interponenda pro Reo condemnato, de quâ textus ille agit, quæ per Procuratorem fieri poſſe creditur, *argum. l. addictos.* 6. *C. de Epiſc. audient.*

31 Ad 3. *reſpondeo*, diſparem hìc eſſe rationem Accuſatoris & Accuſati: Pro illo enim admittendus Procurator, quia crimen publici judicij perſequi licet cuilibet de populo: Reipublic. enim intereſt, crimina deferri ac vindicari, ne impunita maneant. §. 1. *Inſtitut. de publ. judic. l. ita vulneratus.* 51. *ff. ad Leg. Aquil.* Pro accuſato verò Procurator propterea intervenire nequit, ne pœnâ corporali Reo abſenti indictâ, judicium eludatur. Ob diverſitatem itaque rationis, quæ eſt inter accuſatorem & accuſatum, hoc caſu nihil inferendum erit; quia de rebus differentibus idem intelligi nequit, *arg. l.* 26. §. *argento. ff. de aur. & arg. legat. l. ultim. ff. de calumn. l. inter.* 83. §. *ſacram. verſ. ſed hac diverſa ff. de verb. obligat. l. naturaliter.* 12. *ff. de acquir. poſſeſſ. l.* 52. *in pr. ff. eod. tit. l. ſi maritus.* 10. *ubi Bald. C. de donat. Everhard. in topic. in loc. à ſeparatis.*

32 Quod autem dicitur, Reo in jure plus faveri, quàm actori; Illud ſimpliciter & abſolutè verum non eſt, ſed in quibusdam ſolummodò caſibus, maximè verò in ſententia & deciſione cauſæ, ut ſcilicet tunc in dubio abſolvatur Reus, quando partium jura dubia & obſcura ſunt. *c. cum ſunt partium jura. de Reg. jur. in 6to. cap. inter dilectos. in fin. de fid. inſtrum. cap. ex liter. ubi Panorm. de probat.* Sicuti & in pœnis dictandis hoc procedit, cùm ſatius ſit impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnari. *l. abſentem.* 5. *ff. de pœn.* Sed aliud eſt in præparatoriis judiciorum, in quibus magis favetur actori, quàm Reo. *Bartol. in l. de die.* 8 *ff. qui ſatisd. cog. & in l. ſi quis intentione* 66. *in verb. Cum pertinentiis. ff. de judic. & in l. inter ſtipulantem.* 83. §. 1. *ibi: Actori potius credendum. ff. de verb. obligat. Gloſſ. in cap. cum ad ſedem. de reſtit. ſpoliat. Andr. Gail. lib.* 1. *obſervat.* 22. *num.* 4.

33 In 4. Argumento non fit ſufficiens cauſarum enumeratio, quare ex parte accuſati Procurator intervenire non poſſit; Id quod non ſolùm propterea prohibitum, ne judicium eludatur, dum reo abſente, ſententia à judice executioni mandari nequeat, quippe quod noxa caput ſequatur, §. *omnes. Inſtitut. de nox. action. l.* 1. *C. eod. tit. l. qui ex pluribus. l. ultim. ff. eod. l. quod dicitur.* 18. *ff. de furt. l.* 1. §. 14. *ff. depoſit.* & pœnæ ſuos tenere debeant auctores, *l. ſancimus.* 22. *Cod. de pœn.* Sed & quò delinquentis Rei præſentis perſona melius arguatur ex ipſo vultu, & variatione

ejus aut mutatione coloris, aut trepidatione aliiſque ſignis & indiciis. *l. 1. & 2. ubi Dd. C. de Cuſtod. reor. l. 3. §. ita magis ſcire. ff. de teſtib.* Hocque reſpectu ne quidem is, qui in vinculis & carceribus poſitus eſt, regulariter pro præſente habetur, ſecundum *Gloſſ. in l. 5. verb. præſens. ff. de procurat.* per *l. non tantum. 51. §. Senatusconſultum in verb. Abeſſe. ff. de fideicom. libert. & l. 4. §. abeſſe. ff. de damn. infect. Nic. Reuſner. lib. 3. conſ. 4. nu.* 75. Proin, licet una ratio ceſſet, altera tamen non deficit, quæ pro Reo etiam incarcerato Procuratorem admitti prohibet.

5. *Non obſtat* quod de defenſione affertur. 34 Hanc enim jure etiam naturali accuſato permiſſam eſſe, nemo facilè inficias ibit: Sed diſtinguendum eſt inter defenſionem ipſam, & modum proponendæ defenſionis. Permittitur namque Reo defenſio, modò ea ſit legitimè propoſita, hoc eſt, ſecundum leges facta, quæ Procuratorem pro Reo ad defendendum non admittunt in cauſâ criminali. *l. penult. §. ad crimen. ff. de public. Iudic. Iul. Clar. dict. §. ult. quæſt. 32. num. 16.*

35 Quod verò de perſonis conjunctis dicitur, eas poſſe nomine defenſorio pro Reo intervenire, *l. 1. §. ultim. ff. de poſtuland. l. ſi quis. 3. §. ſed etſi. ff. judic. ſolvi l. ſed & hæ perſonæ 35. ff. de procurat.* Id eatenus verum eſſe conceditur, ut abſentiæ cauſas ſolummodò allegare poſſint: cujuſmodi excuſationes admittuntur etiam ſine mandato & fidejuſſione de judicato ſolvendo. Quippe tunc non litem occupant, veluti Procuratores, ſed abſentiam Rei excuſant. *Iul. Clar. §. ult. q. 33.* In cauſâ verò criminali ipſâ, ne quidem conjunctæ admittuntur perſonæ, ſed Reum ipſum perſonaliter comparere, neceſſe eſt. *Bart. in dict. l. pen. § ad crimen ff. de publ. jud. & in l. ſervum quoque §. publicè, ff. de procurat. Nicol. Reuſn. dict. conſ. 4. num. 52.*

36 6. *Denique*, quod dicitur, conceſſo aliquo, videri ſimul omnia media conceſſa, ſine quibus ad id perveniri nequeat. *l. 2. ff. de juriſdict.* Id accipiendum de mediis legitimis & jure 37 probatis; Secus autem, ſi media non ſint ordinaria atque legitima, ſed indirecta, quo caſu locum habet Regula, indirectè non licere, quod directè prohibitum eſt. *cap. cum quod una via. de Reg. Iur. in 6to. cap. quanto de privileg. l. cum hi. 8. §. ſi cum lis. ff. de tranſact. l. ult. C. de Vſur. rei judic.* Proinde permiſsâ Reo accuſato defenſione, media quoque proponendæ ac probandæ defenſionis cenſentur conceſſa, quatenus ſcilicet legitima ſunt, & legibus non improbata. At legibus Procurator pro Reo in crimine publici judicij ad defendendum intervenire reprobatur. *l. penult. §. ad crimen. ff. de publ. judic. l. penult. & ult. C. de accuſat.*

38 Neque etiam putandum eſt, defenſionem Rei accuſati fieri aut conſiſtere non poſſe abſque interventu Procuratoris, quum ipſemet Reus melius & acrius propriam cauſam defendere poſſe cenſeatur, quàm Procurator, cujus negligentia & culpa Reo non parùm præjudicat. *l. ſi procuratorem. §. ſi tutores. ff. mandat. l. non diſtinguemus. 32. §. ſi Domini. ff. de arbitr. Dd. in l. 1. §. ſi Procurator. ſi quis jus dicent. non obtemp. & in l. ſi ſe non obtulit. 4. in pr. ff. de re judicat. Salycet. in Auth. hodiè C. de Appellat. Felin. in cap. 1. n. 6. Vt lit. non conteſt. & in cap. cùm veniſſent. de reſtit. in integr. Hartman. Piſtor. lib. 1. quæſt. 36. Matth. VVeſembec. conſil. 43. num. 167. Natta lib. 3. conſil.* 524.

Hæc ſunt quæ pro utrâque ſententiâ ſtabilienda ab *Interpp.* in medium afferuntur, quibus exactiùs conſideratis, quæſtionem hancce cum communi Dd. Scholâ negativè decidere nil quicquam vereor, Procuratorem ſcilicet ex 39
parte accuſati nullatenus admittendum eſſe, ,,
neque ad reſponſiones faciendas, neque ad li- ,,
tem conteſtandam, neque ad merita cauſæ alle- ,,
ganda, ſed ipſummet Reum in judicio crimina- ,,
li comparere, omniaque proprio nomine pera- ,,
gere debere, hocque judicis officium eſſe, ab- ,,
ſentem ad comparendum compellere, vel ad- ,,
verſus eum tanquam contumacem procedere. ,,
l. contumaciæ eorum. ff. de re judic. Bald. in l. reos. 3. num. 18. C. de accuſat. & in l. 16. ff. de offic. Præſid. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 45. Hinc prudentiſſimè facturum judicem, ſcribit *Ægid. Boſſ. in prax. crim. tit. an in crim. judic. pro alio.* Si compellat Reum ipſummet reſpondere, ac 40 litem conteſtari & à cautis atque prudentibus judicibus frequenter hoc obſervari ſolere & debere. Idemque confirmat *Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. cap. 1. de delictis. num. 14. verſ. ſed certè hoc videtur dubium.* Ubi clari juris eſſe, ait, quòd in cauſis criminalibus Reus in vinculis aut incarceratus eſſe debeat: Et quòd cauti prudenteſque judices ſemper actus vel proceſſus perſonaliter cum ipſo incarcerato facere ſoleant. Idque communis uſus ac practica quotidiana luculenter oſtendit. *Nicol. Reuſner. dict. lib. 3. conſil. 4. n. 41.*

Quibus ſic ſtantibus, Regulam pono: 41

Quòd in cauſis criminalibus Rei abſentis Procurator ſeu Defenſor ad merita cauſæ tractanda non admittatur.

Hujus Regulæ veritas licet ex antea dictis ſatis ſuperque appareat, ita ut quicquam ulterius addere ſuperfluum exiſtimem; attamen quia de ratione iſtius juris, ex quâ clarior intellectus Regulæ accedit, nondum conſtat, ideoq; in eam exactius inquirendum erit. Neq; enim una aliqua aut ſimplex, ſed & variæ illius juris afferuntur rationes, quas hic apponere lubet.

Prima & præcipua cauſa eſt: Quòd in caput 42 ſolius Rei accuſati, ſi damnatur, ſententia à judice executioni mandetur. *l. 1. in fin. ubi Dd. comm. ff. de Carbon. edict. Bartol. in l. pen. §. ad crimen. ff. de publ. judic.* Noxa enim ſemper ſequitur caput, *§. omnes. Inſtit. de nox. action. l. qui ex pluribus.* 20 *l. ult. ff. eod. tit. l. 1. §. 14. ff. depoſit. l. quod dicitur.* 18. *ff. furt.* ita ut alius pro alio condemnari non debeat. *l. 2. C. Ne fil. pro patre.* Quare, ne judicium eludatur, ſententia quoque in Reum incarceratum ferenda eſt, *l. 2. C. de cuſtod. reor. l. 2. C. de exhib. Reis.* Non etiam in Procuratorem, qui ſi in cauſa capitis reperiretur, periculum ſubiret innocens, &

Reus nocens fugâ ſibi conſulens pœnæ ſeſe ſubtraheret, quippe qui abſens damnari aut puniri non poſſet: ſiquidem abſentem in cauſâ criminali damnari non debere ſæpiùs reſcriptum eſt. *l. abſentem. 5. in pr. ff. de pœn. l. 1. in pr. ff. de requir. Reis. l. 6. C. de publ. judic.*

43 *Altera poteſt eſſe ratio*, cur Procurator in Criminali cauſâ, non admittatur: quoniam nempè in criminibus ſatisdare aut idoneè cavere non poteſt. *Bartol. & Dd. in l. 1. ff. de cuſtod. reor. Iaſon. in l. ſciendum. 25. ff. qui ſatisdar. cogant. Ægid. Boſſ. tit. de fidejuſſ. carcer. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 33. num. 4.* Neminem verò abſque ſatisdatione alienæ rei defenſorem eſſe idoneum, expediti juris eſt. § 2. *& §. ult. Inſtit. de ſatisdat. l. qui proprio. 46. §. qui alium. l. non videtur. 53. ff. de procurat. l. 110. ff. de Reg. jur.* Ne enim judicium reddatur fruſtratorium, cautione judicio ſiſti & judicatum ſolvi, ſi forſan Reus damnetur, opus eſt. *pr. Inſt. de ſatisdat. l. ſi eum hominem. 33. ff. de fidejuſſor. l. 5. §. pen. & ult. ff. de oper. nov. nunciat.*

44 *Tertiò:* Solet & hæc ratio dari: quòd multum interſit judicis in cauſa criminali cognoſcendâ, à Reo ipſo indicia & teſtimonia explicari, ut quaſi ſub publico teſtimonio commemoratio criminis admiſſi fiat, ac delinquentis perſona meliùs arguatur ex ipſo vultu & variatione ejus, vel mutatione coloris aut trepidatione, aliiſque ſignis & indiciis. *l. 1. & 2. ubi Dd. C. de cuſtod. Reor. l. 3. §. ita magis ſcire. ff. de teſtib.* Nam ſi ex hâc ratione teſtium etiam examinatio in cauſâ criminali non coram Notario; ſed judice fieri debeat, uti certiſſimum eſt. *l. ad perſonas. 15. ff. de jurejur. l. apud. 13. in fin. C. de fid. inſtrum.* Quantò magis in ipſo Reo hoc obſervabitur, ſecundum illud vulgatum; Propter quod unumquodque tale eſt, illud magis tale. *Auth. multo magis. C. de Sacroſ. Eccleſ. Matth. VVeſembec. conſil. 43. n. 169. & ſeq.*

45 *Quarta cauſa* ipſum Reum concernit, cujus plurimum intereſt, ſummo ſtudio cauſam tractari, quod certò facilius fit, ſi ipſemet in judicio compareat cauſamque agat, quàm ſi Procuratorem ſeu Defenſorem conſtituat. Incipit namque charitas benè ordinata à ſe ipſa. *can. non ſatis diſtinct. 47. can. non eſt noſtrum. 23. quæſt. 5. l. Præſes. 6. C. de ſervit. & aqua.* Et notum eſt illud Comici: Proximus ſum egomet mihi. Ac quis inficiabitur, diligentiùs & rectiùs unumquemque per ſe, cauſam tueri, capitiſque periculum ſibi imminens defendendo avertere poſſe, quàm alterius, veluti Procuratoris operâ, cujus factum & culpa ſibi poſtea multum nocet atque præjudicat. *l. 3. §. ſi Procurator. ubi Iaſon. ff. quod quisq. jur. l. ſi Procuratorem. 8. §. ſi tutores. ff. mandati. Gloſſ. in cap. cum olim in verb. judicis. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Bald. & Salyc. in Auth. hodie. C. de appellat. Felin. in c. 1. nu. 6. Vt lit. non conteſtat. Hartman. Piſtor. lib. 1. quæſt. 36.*

46 *Quintò: Nicol. Reuſner. lib. 3. conſil. 4. nu. 38.* & hanc refert rationem, ut nempe homines deterreantur & abſtineant à delictis, animadvertentes, quòd ſemetipſos aliter non poſſint defendere, niſi ad carceres ſe conferant, & ponantur in tanto periculo: Quod ita fieri expedit Reipubl. non ſolùm ut veritas meliùs innoteſcat, ſed ne ipſius exemplo cæteri facilius peccent: quum pœna unius ſit multorum metus. *l. 1. in pr. C. ad Leg. Iul. repetund.*

Sextò denique & hoc addo: quod Procuratoribus Reorum admiſſis, cauſæ criminales multis ambagibus & circuitionibus implicentur, & pœnæ delictorum ſæpiùs negligantur. Peſſimus enim quorundam Procuratorum mos eſt, ut cauſas longiſſimè producant, ſubterfugia quærant, Reoſque pœnis promeritis ſubtrahant, prout conqueritur *Ventur. de Valent. in parthen. litig. lib. 2. c. 7.* Secus ac Reipubl. commodum requirit, proceſſus nempe criminales abſque longo litis ſufflamine finiri, ne delicta maneant impunita. *l. ita vulneratus. 15. §. æſtimatio autem. ff. ad Leg. Aquil. l. locatio. 9. §. quod illicitè. 5. ff. de public. & vectigal. l. in delictis. 4. §. 2. ff. de nox. action. l. ſi à Reo. 70. §. ult. ff. de fidejuſſ. l. 95. §. quod ſi. ff. de ſolut.* 47

Ex jam dictis patet, Regulam antea poſitam de non admittendo Rei accuſati Procuratore ſeu defenſore rationibus firmiſſimis nequaquam deſtitui. Quæ cum univerſales ſint, & quovis loco ſuum habeant vigorem, quin de jure Saxonico etiam in cauſis criminalibus Procurator ex parte accuſati repellatur, dubitandum non eſt. *Matth. VVeſembec. in parat. ff. de procurat. n. 5. Andr. Rauchb. l. 1. q. 7.* Etſi enim de hoc forſan in jure Saxonico nil expreſsè ſtatutum reperiatur; ſufficit tamen, quòd diſpoſitio juris civilis correcta non ſit, ex quo ſequitur, ſtandum omnino eſſe diſpoſitioni juris civilis, etiam in terris juris Saxonici. Quia in caſibus jure Saxonico non expreſſis, recurrendum eſt ad jus Civile. *Gloſſ. fin. art. 36. num. 13. lib. 2.* Landrecht. *& Gloſſ. art. 44. in verb.* Da lieſſen ſie die bewahren. *verſ.* Diß vernim aber alles von den Sachen/ *&c. lib. 3.* Landrecht. Et quod jure municipali expreſſum non eſt, id ſub juris communis diſpoſitione relinquitur. *l. ſi extraneus. 6. ff. de condict. cauſ. dat. Bald. in l. ſi plures. 6. n. 29. verſ. in contrarium videtur. C. de condit. inſert. Hartm. Piſtor. lib. 1. quæſt. 32. num. 8. verſ. Et caſus omiſſus. Iacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 126. n. 183. Octav. Cacheran. conſil. 20. n. 15.* 48

Veluti ſic quotidie in Electorali Saxon. Scabinatu ſolemus reſpondere, hiſce ferè formalibus: Daß angegebener *Defenſor* nicht zuläßlichen / ſondern es iſt Angeklagter vff anderweit vorgehende gebührende Ladung in eigener Perſon zu erſcheinen / vnd vff erhobene Anklage ſich einzulaſſen / zu antworten / vnd *litem* zu *conteſtiren*, ſchuldig/ V. R. W. 49

Pariter & reſponderunt Scabini ſecundum ſtylum juris communis, extra Elect. Sax. Ad conſultationem Herr Vlrichs / Hertzogen zu Meckelburg: Da Ew. Fürſtl. Gnaden *Fiſcal* wider *N. N. N. N.* Gebrüdere/ peinliche Anklage anſtellen würde/ *&c.* So wären Angeklagte vermittelſt Eydes *reſpondendorum*, wie es dero Ort / allda gemeine Käyſerlich. Rechte in übung ſeyn / bräuchlich / *ſingulariter ſingulis*, jedoch für ſich ſelbſt / vnd nicht durch einen *Procuratorem*, ob ſie die wahr glauben oder nicht/ zu antworten ſchuldig / *&c. Menſe Ianuario, Anno 1600.* 50

Hæc Regula Ampliat. Primò: Ut 51

locum habeat indifferenter in quovis proceſſu criminali, non modò ordinario, ſed etiam inquiſitorio. Fruſtrà namque intervenit Procurator in cauſa criminali pro Reo, non ſolum ad litem conteſtandam, ſed etiam ad defendendum aut reſpondendum judicis interrogationibus, per textum generalem in *l. pen. §. ad crim. ubi Gloſſ. & Dd. ff. de publ. judic. l. 5. C. de his qui accuſar. l. 15. C. de accuſat. Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. l. 1. q. 80. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ult. q. 32. nu. 16. Hippol. de Marſil. in pract. §. ſequitur. n. 27. Socin. reg. 322.*

52 Quod tantò magis verum eſt in proceſſu inquiſitionis, quantò citiùs & ſublato velo, absque longo litis ſufflamine hic expediri atque finiri debet, juxta tradita *Nicol. Reuſner. lib. 1. deciſ. 24. n. 32.* quô & verba Reſcripti Illuſtr. Elect. Saxon. D. Auguſti, *M. Ian. Anno* 1579. Scabinis inſinuati, reſpiciunt: **Vnd andere weitläufftigkeiten / dadurch nur die Sachen vergeblichen vffgehalten / die Richter müde gemacht / vnnd der Verbrecher offtmals der wolverdienten Straffe entzogen wird / haben wir in vnſern Landen in** Inquiſition proceſſen, *&c.* **nicht verſtatten wollen.**

Q. 5. Num pro Reo incarcerato Procurator intervenire queat?

53 Ex quo porrò ſequitur, *ne quidem pro Reo incarcerato, adverſus quem hodiè communiter per viam inquiſitionis agi ſolet, Procuratorem intervenire poſſe*, ſed Reum accuſatum de crimine capitali, ex vinculis aut carcere reſpondere & cauſam dicere cogi, non interveniente aliquo Procuratore, aut cauſæ Patrono. *Bald. in l. eos. §. ſuper. C. de appellat. Bartol. in l. 1. ff. de cuſtod. reor. Paul. de Caſtro in l. ſervum. §. publicè. col. pen. nu. 9. ff. de procurat. Iul. Clar. in pract. §. ult. q. 45. Matth. VVeſemb. lib. 1. conſil. 43. nu. 167. Ægid. Boſſ. in tract. de fidejuſſ. carcer. in pr.*

54 Nec obſtat quòd Reo cuſtodiæ commiſſo, ita ut ſemper ad manum haberi ac produci poſſit, ceſſet quoad Procuratorem ratio prohibitionis; quòd is ſcil. ſe aut corpus ſuum ad pœnam pro Reo obligare nequeat, ob quam cauſam aliàs Procurator à causâ capitali pro Reo peragendâ repellitur. *l. ſi à Reo. 70. §. ult. ff. de fidejuſſor. Bartol. in l. ſi quis. 4. de cuſtod. Reor. & in l. quoties. 21. ff. de nox. act.* 55 *Etſi* enim hæc cauſa ceſſet, reliquæ tamen rationes, propter quas defenſor Rei non admittitur, hoc caſu neutiquam deficiunt, veluti quod in Reum ipſum incarceratum ſententia ſit ferenda. *l. 2. C. de cuſtod. Reor.* quæ alioquin in Procuratorem ipſius ferri nequit; quippe qui litis dominus non eſt in causâ criminali.

56 *Deinde* & judici incumbit, in delicta accuratè inquirere, *l. congruit. 13. ff. de offic. Præſid.* utriusque partis probationes & conjecturas, ſuſpicionesque colligere, cæteraque momenta cauſæ examinare, & ſic indagare veritatem argumentis, teſtibus, ſcripturarum collatione, aliisque veſtigiis, antequam capitalem promat in Reum ſententiam. *l. ubi falſi. 22. C. ad Leg. Cornel. de falſ. l. qui ſententiam. 16. C. de pœn.* Ad quæ omnia judex faciliùs pervenire poterit, Reo è carcere educto & coram in judicio perſonaliter audito; Ex vultu namque & variatione, aut mutatione coloris, aliisque ſignis & indiciis, Rei delinquentis perſona melius arguitur *Nic. Reuſner. lib. 3. conſ. 4. n. 35.* Quare vel ob hanc ſolummodò cauſam Procurator rei incarcerati non admittendus erit, ſed ipſemet Reus è carcere eductus, perſonaliter ad articulos inquiſitionales reſpondere tenebitur.

57 *Quemadmodum etiam pronunciavimus ad requiſitionem Nicolai à* **Dobitzſch**: **Iſt** *N. G.* **eines Todtſchlages / ſo er an ewren Vnterthanen einem begangen haben ſol / beſchuldiget worden / derowegen jhr jhn zur gefänglichen Hafft bringen / vnd gewiſſe** *Inquiſitional* **Artickel verfaſſen laſſen / gedachten** *N. G.* **darauff zuvornehmen. Ob nun wol an ſtatt deß** *inquiſiti* **ein** *Procurator* **ſich angeben / ſo die Antwort im Namen deß Gefangenen thun wollen /** *&c.* **So iſt doch derſelbige in dieſer peinlichen Sache nicht zulåßlichen / ſondern es wird** *inquiſit* **auß dem Gefängnuß gerichtlichen vorgeſtellet / vnd die Antwort vff die abgefaſſete** *Inquiſitional* **Artickel perſönlichen zu thun billig angehalten / V. R. W.** *Menſ. Auguſt. Anno 1627.*

58 Ampl. Secundo hæc Regula in Muliere, de crimine aliquo commiſſo accuſatâ: ut nec ejus nomine Procurator vel Curator in litem admittatur, ſed ipſamet comparere & reſpondere teneatur.

Q. 6. Num pro Reâ muliere Procurator ſeu Curator in litem admittatur?

59 In quo differt cauſa criminalis à civili. In hâc ſiquidem, mulier non modò per Curatorem vel maritum, præſtitâ ab ipſo cautione rati, comparere poteſt; ſed & in foro Saxonico hoc neceſſariò facere debet, nec ipſamet admittitur, quia perſonam ſtandi in judicio non habet: Perinde ſicuti nec absque Curatoris aut mariti conſenſu, contrahere aut efficaciter obligari poteſt. **Landrecht.** *lib. 1. artic. 44. in pr. & art. 46. in princip.* **Landrecht.** *lib. 2. artic. 63. Gloſſ. ordin. in* **Landrecht.** *lib. 3. artic. 30. num. 4. Gloſſ. in* **Lehenrecht.** *cap. 68. nu. 14. Gloſſ. in* **Weichbild.** *art. 26. n. 46. ſub fin. verſ.* **Auch ſo mag ein Weib.** *& nu. ſeq. Zobel. part. 2. differ. 22. Ludov. Fachſ. differ. 7. Reinh. part. 1. differ. 7. 8. & part. 4. differ. 41. Matth. Coler. part. 1. deciſ. 12. nu. 35. & ſeqq. & deciſ. 67. n. 17. & ſeq.* Nam in judiciis quaſi contrahitur. *l. licet tamen. 3. §. idem ſcribit. 11. ff. de pecul.* Idque procedit, ſive mulier in judicio Actrix ſive Rea ſit.

60 Etſi enim quondam in foro Saxon. de hoc fuerit controverſia, quibusdam ſtatuentibus, mulieres reas in judicio Curatore ad litem opus non habere. *Gloſſ. marg. ad Gloſſ. germ.* **Landr.** *lib. 1. artic. 41. in fin. & gloſſ. marg. ad gloſſ. germ.* **Landr.** *lib. 1. art. 46. n. 2. Matth. Coler. part. 1. deciſ. 67. n. 19. & ſeq.* Attamen verbis diſertis hodiè hæc controverſia deciſa eſt in *Conſt. Elect. 15. part. ſub fin. pr. verſ.* **Sie halten gleich Klägerin oder Beklagten ſtatt.** Unde patet, mulierem Ream in causâ civili, perſonam ſtandi in judicio non habere. *Dan. Moller. ad dict. Conſt. 15. n. 2. in pr. Iacob. à Beuſt. ad l. 1. ff. de jurejur. nu. 213. ſub fin. verſ. ſed hodie conſtitutum eſt. Chilian.* **König.** *in proceſſ. part. 1. cap. 8. n. 1. verſ.* **Vnd darumb.** *Auct. Conſult. Conſt. Saxon. tom. 2. part. 2. quæſt. 39. n. 1. & ſeqq.*

61 Sed aliter res ſe habet in cauſis criminalibus, ubi mulieris Curator vel defenſor non admittitur, ſed ipſamet perſonaliter comparere, & ad interrogationes ſive articulos reſpondere, ac in proceſſu ordinario litem conteſtari

tenetur. *Tùm*, ob generalitatem textus in *l.pen. §. ad crimen. ff. de publ. judic.* qui procuratorem ſeu defenſorem Rei accuſati, indifferenter repelli jubet, non habito reſpectu, an viri, an verò mulieris procurator fuerit. Qui ſanè textus in jure Saxonico nullibi correctus fuit, ut haud immeritò etiam in foro Saxonico, diſpoſitioni juris communis inhærendum ſit. *l.6. ff. de condict. cauſ. dant. Octav. Cacheran. conſil.* 20. *nu.* 15. *Bald. in l. ſi plures.* 6. *nu.* 29. *verſ. in contrarium videtur. C. de inſert. condit.*

62 *Tùm*, ob prohibitionis rationem, quæ in mulieris accuſatę Procuratore æquè obtinet, eumque repellit, ſcilicet, quod in caput accuſatę mulieris ſententia ferenda eſt, ne judicium reddatur eluſorium. *l.2. C. de cuſtod. Reor. l.2. C. de exhib. reis.* Ac quò facilius judex veritatem Criminis admiſſi indagare valeat, ex ipſo nempe vultu, variatione mulieris, mutatione coloris, aut trepidatione, aliisque ſignis & indiciis. *l.1. & 2. ubi Dd. C. de cuſtod. Reor. l.3. §. ita magis ſcire. ff. de teſtib.* Taceo, quòd multum interſit judicis in causâ criminali cognoſcendâ, à Reo ipſo indicia & teſtimonia coràm explicari, ſine alterius auxilio aut conſilio: Quo in delictis nemini ſubvenitur, ne minori quidem, cui mulier æquiparatur. *l. ſi ex cauſa.* 9. *§. nunc videndum l. auxilium.* 37. *§. in delictis. ff. de minor. l. C. ſi adverſ. delict.*

63 *Prout etiam reſpondimus Præfecto Rochlicenſi:* Vff beſchuldigten Vngehorſam / in Sachen ewers Ampts *conſtituirten* peinlichen Anwalden / Anklägern an einem / gegen vnd wider Annen Walpurgers/angeklagte/anders theils belangende. S.W. Dieweil auß den Acten zu befinden/daß die *Citation* von zeit deß Anſchlags nicht vollkomene Sächſiſche Friſt in ſich gehalten / So mag auch vff die vngehorſams Beſchuldigung noch zur zeit nicht erkant werden / ſondern es wird Angeklagte vor allen dingen/ durch öffentliche *edictaliſche Citation*, ſo in dreyen vnterſchiedener Herren Landen anzuſchlagen / vnd derer eine jede von zeit deß Anſchlags vollkommene Sächſiſche Friſt in ſich hält / bey ſtraff vngehorſams in der Perſon zu erſcheinen/vnd vff erhobene peinliche Anklage ſich einzulaſſen/zu antwortē/vnd den Krieg rechtens zubefeſtigen/nochmals billig vorgeladen/ꝛc. *Menſe Novembr. Anno* 1629.

Q.7. An nō defenſor abſentiæ pro Reo admittatur?

64 Limitatur autem Primò Regula hæc: In Procuratore Rei, qui cauſam abſentiæ ante litis conteſtationem allegat. Etſi enim in cauſa criminali Procurator regulariter non admittatur; fallit tamen hoc, ſi Procurator cauſam principalem non agat, ſive ad merita cauſæ reſpondendo, ſive litem conteſtando, ſive deniq; ſententiam audiendo, ſed abſentiam Rei accuſati alleget, cauſamque abſentiæ probet: Quo caſu defenſor ante litis conteſtationem abſque dubio admittitur, qui propriè excuſator vel defenſor abſentiæ ſeu innocentiæ dicitur, *Andr. Rauchb. part.* 1. *quæſt.* 7. *num.* 21. *Donell. l.* 18. *comm.* 10. *in fin.* cō, quod à contumaciæ delicto, *l. omne delictum.* 6. *in pr. ff. de re militar. Gloſſ. in l. filius.* 13. *in verb. ſuccurrendum eſt. ff. de interrog. action.* abſentem excuſet, & cauſam abſentiæ allegando, abſentis innocentiam quodammodo tueri, defendere, & excuſare videatur; quod quis facere jure admittitur. *Rauchb. dict. loco. Iul. Clar. lib.* 5. *ſentent. §. ult. quæſt.* 32. *nu.* 17. *& q.* 33. *Iacob. Cujac. ad tit. C. de accuſ.*

Tùm, ob textus manifeſtos in *pen. §. ad crimen.* In verb. *Sed excuſationes abſentium ex SCto judicibus allegantur, & ſi juſtam rationem habeant, ſententia differtur. ff. de publ. jud. l.3.* Ibi: *Reos capitalium criminum abſentes etiam per Procuratorem defendi Leges publicorum judiciorum permittunt. C. de accuſat. l. ſervum.* 33. §. 2. Ibi: *Publicè utile eſt, abſentes à quibuscunque defendi. Nam & in capitalibus judiciis defenſio datur, ubicunque ita abſens quis damnari poteſt, ibi quemvis verba pro eo facientem & innocentiam excuſantem audiri, æquum eſt. ff. de procurat.* Ex quibus manifeſtiſſimum eſt, ad allegandam & probandam cauſam abſentiæ, in criminalibus procuratorem quoque admitti. 65

Tùm, quòd in abſentiæ excuſatione, ubi merita cauſæ non tractantur, rationes ob quas aliàs procurator repellitur, prorſus deficiunt. Neque enim tunc ulla ſententia pœnalis ferri aut executioni mandari ſolet, nec ſatisdatio requiritur, neq; criminis veritas indagatur, aut quicquam aliud tractari ſolet, ex quo præjudicium vel judici, vel ipſi Reo accuſato oriri uti expeditum eſt. Ceſſantibus verò rationibus prohibitionis, ipſa meritò ceſſat prohibitio. *l. adigere* 6. *§. quamvis. ff. de jur. patron. l. quod dictum.* 23. *ff. de pact. Nicol. Reuſner. lib.* 3. *conſil.* 4. *n.* 25. *Andr. Tiraqell. in reg. ceſſante causâ.* 66

Tùm, quòd in judicio demum criminali, defenſor pro Reo accuſato non admittitur. Atqui ante litis conteſtationem, judicium non eſt, quippe quod per litis conteſtationem demum conſtituitur. *l. un. C. de lit. conteſt.* 67

Pronunciantibus ſic etiam Scabinis: Ob wol in peinlichen Sachen vff Angeklagtes Seiten kein Anwald zuläßlichen/ſondern Angeklagter in der Perſon zu erſcheinen/vnd vff angeſtalte peinliche Anklage zuverfahren/ſchuldig. Do aber dennoch vor beſchehener *litis conteſtation* Angeklagtes wegen/ſich jemand angeben vnd deſſen außbleiben entſchuldigen thäte/ So würde derſelbe billig gehöret / vnd die entſchuldigung von jhme vff vnd angenommen / V.R.W. *Ad requiſitionem Nicolai à* Döbitzſch / *Menſe Auguſto, Anno* 1627. 68

Q. 8. Num Reus ante litis conteſtationem exceptiones declinatorias aut dilatorias per defenſorem opponere queat?

69 Limitat: Secundò in Exceptionibus declinatoriis aut dilatoriis, ante litis conteſtationem opponendis: Quas nomine accuſati, etiam defenſor opponere poteſt, veluti ſi judex ſuſpectus recuſetur, aut ſalvus conductus petatur, vel de nullitate proceſſus excipiatur. *Bald. in l. Reos. C. de accuſat. Gandin. in tract. de malef. ſub tit. utrum procurator in maleficiis interveniat. num.* 2. *Hippol. de Marſil. in pract. Criminal. §. ſequitur col.* 1. *Nicol. Reuſner. lib.* 3. *conſil.* 4. *nu.* 15. *&* 22. *Iohan. Zang. de except. p.* 2. *c.* 5. *num.* 11.

70 Præterquam enim, quòd ejusmodi exceptiones ante litis conteſtationem opponantur, & ſic ante conſtitutum judicium criminale, *l. un. C. de lit. conteſt.* negari nequit, in exceptionibus hiſce merita cauſæ criminalis nequaquam tractari, ſed de ipſo judicio criminali conſtituendo ac formâ proceſſus agi: Ubi procuratorem ſeu defenſorem intervenire nil prohibet.

71 *Quare ſi Reus accuſatus in primo termino non compareat, ipſius autem nomine defenſor exce-*

ptionem loci non tuti opponat, ſalvumque petat conductum, utique is admittitur, ad ejusque petitionem hiſce ferè formalibus reſponderi ſolet: Daß angegebener *Defenſor* hinfüro ferner nicht zuläßlich / ſondern es iſt Angeklagter in Perſon zu erſcheinen / vnd vff erhobene peinliche Anklage ſich einzulaſſen/zu antworten/ vnd *litem* zu *conteſtiren* ſchuldig / darzu jhm dann das geſuchte frey ſicher Geleit zu Recht / vnd vor vnrechter Gewalt / biß ſo lange etwas peinliches wider jhn erkandt/ gegen beſtellung eines Vorſtandes / *&c.* billich mitgetheilet wird/ *&c. Vſu judiciorum criminalium quotidiano atteſtante.*

72 Limitat: Tertiò hæc Regula: Si Reus in judicio præſens ſit & compareat?

Q.9. Quatenus Reo præſenti in judicio poſſit adjungi Advocatus in cauſâ criminali?

Tunc ei procurator ſeu defenſor rectè attribui poteſt, non quidem ad reſpondendum accuſationi vel inquiſitioni, aut interrogationibus, quæ fiunt à judice ſuper delicto, quæ omnia ipſemet Reus etiam incarceratus perſonaliter facere ac peragere debet, ut dixi *Ampliat.1.hujus Regul.* Sed ad alios cauſæ actus, puta ad reſponſionem jam factam formaliter in ſcriptis proponendam, opponendas exceptiones, producendum capitula, Reum inſtruendum, defendendum, eundemque conſilio juvandum. Quæ non tàm veri procuratoris, quàm Advocati ſunt propria, & quaſi peculiaria *Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 32. num.16. Andr.Rauchb.part.1.quæſt.7.n.23. Nicol.Reuſner.lib. 2.deciſ.10.n.7.& lib.3.conſil.4.n.79. Hartm.Piſtor. lib.1.quæſt.47.n.14. Anton.Gabriel. lib.7.de malefic. concl.9.n.65.*

73 *Tùm*, quòd hoc caſu Procurator non ſit dominus litis, in quem aliàs ſententia capitalis ferri planè nequit. *l. procuratoribus. 22. cum l. ſeq. C. de procurat. l. 1. C. de ſentent. & interloc. omn. judic. Felin. in cap. meminimus nu. 5. de accuſat. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. 80. num. 50.* Sed ipſemet Reus dominus litis manet, & tàm ad ſententiam audiendam, quàm ſimilia cauſæ momenta tractanda, in judicio comparet, eaque perſonaliter præſtat, quæ ipſi ſoli in proceſſu criminali peragenda incumbunt, ut ſic rationes prohibitionis, ob quas aliàs procurator in cauſâ criminali non admittitur, hoc caſu planè deficiant; quare haud immeritò quoque ipſa prohibitio ceſſabit. *l. 6. §. quamvis. ff. de jur.patron.*

74 *Tùm*, ob textum clarum in *Ordinat. Criminal. Carolinâ. art. 88. in pr.* Ibi: Klägern / vnd Antwortern/ ſoll jedem theile vff ſein begehren ein Fürſprecher auß dem Gerichte erlanbet werden/ dieſelbe ſollen bey jhren Eyden die Gerechtigkeit vnnd Warheit / auch die Ordnung dieſer vnſer Satzung fördern / vnd durch keinerley Gefährligkeit mit wiſſen vnd willen verkehren vnd verhindern/ *&c.* Et *art.90. ſub Rubr.* Was vnd wie der Beklagte durch ſeinen Fürſprecher bitten laſſen mag. Unde manifeſtum eſt, Reo accuſato præſenti Advocatum poſſe adjungi, qui eum defendat ac conſilio juvet.

75 *Tùm*, ob verb. *Ord.polit. in Elect. Saxon. Anno 1612. tit.* Von Juſtitien Sachen. *pag. 22.* Ibi: Wir können hierbenebenſt gnädigſt geſchehen laſſen / daß dem Beſchuldigten die Inquiſitionacta auch wol/ nach beſchaffenheit der Perſon vnd befundener Vmbſtände der Sachen / mit zuziehung eines Advocaten in gegenwart der Gerichte zu durchſehen/nachgelaſſen werde/ *&c.* Quæ ſanè diſpoſitio ſatis innuit, Reum in cauſâ criminali, Advocati operâ & conſilio uti poſſe.

Hocque in foro criminali Saxon. tàm certum, uſuque ac obſervantia quotidiana comprobatum eſt, ut nullâ ulteriori indigeat probatione. Sicuti in dicaſterio Ienenſi reſponſum, meminit Nicol. Reuſner. lib.2.deciſ.10. in fin. Daß ſie dem Beklagten nach gelegenheit deß Falls / einen *Advocaten* oder Fürſprecher zu beſtellen/vnd denſelben / ſo wol auch ſeinen andern Freunden / ein vnvordächtiger vnd vorſichtiger zutritt billich verſtattet vnd nachgelaſſen wird/ V.R.W. 76

Limitat. Quartò hæc Regula: Ut procurator, juxta communiorem & receptiorem opinionem intervenire queat in publicis judiciis, ubi nec capitalis, nec alia pœna corporis afflictiva venit irroganda. *Andr.Rauchb.dict.quæſt.7.num.17. Matth.VVeſemb.conſil.43.n.168.& ſeq. Iul.Clar.in pract.§.ult. quæſt.32.n.2.& 5. Nicol.Reuſner.lib.2.deciſ.10.n.18.* ubi plures allegat. 77

Q.10. An non in Criminibus levioribus, Procurator Rei debeat audiri?

Etenim, potiſſima ratio prohibitionis, cur procurator ſcilicet in cauſis criminalibus non admittatur, hæc eſt, ne judicium reddatur eluſorium, dum pœna corporalis executioni mandari nequeat: Quæ ratio deficit in levioribus criminibus, quæ mulctam tantummodò pecuniariam merentur, qualis abſente etiam Reo, ex ejusdem bonis fiſco applicari poteſt. Ac licet aliæ adhuc cauſæ prohibitionis exiſtant; attamen quia in criminibus levioribus tantum Reipubl. præjudicium non verſatur, nimis durum videtur, Rei procuratorem hoc caſu à judicio repelli. 78

Unde quoque fit, quòd cum jure Saxonico injuriam inferenti pœna duntaxat pecuniaria irrogari ſoleat, injuriarum quoque criminali actione, Procurator rectè conſtituatur. Landr. *lib. 2. art. 16. & lib. 3. art. 45. Andr. Rauchb. dict. quæſt.7.nu.27. Ioh.Schneidvv.ad § in ſumm.n.9.10. & 12. Inſtit. de action. Matth. VVeſembec. in parat. ff. de procurat.n.5. & de injur.n.18. & Ioach. à Beuſt. in l. nam & poſteaquam. §. ſi damnetur. nu. 9. & 10. ff. de jurejur.* Quod tamen hodiè limitatur in cauſâ injuriarum atrocium, quæ corporali etiam pœnâ ſolent puniri, prout dixi *part.2.quæſt. 95.n.57.* 79

Et ita reſpondimus Antonio à Grisheim: Es wäre denn / daß die *injurien*, damit jhr angelaſſen worden / dermaſſen beſchaffen / daß Beklagten / wofern er derſelben überführet / eine Leibesſtraffe zuerkandt werden dürffte / vff ſolchen fall wäre der *defenſor* nicht zuläßlichen / ſondern Beklagter ſich in eigener Perſon zu ſtellen ſchuldig/ V.R.W. *Menſ. Iul. Anno 1630.* 80

Limitat. Quintò: Ut pater pro filio ſuper homicidio capitaliter accuſato, non tantùm pro ſua intereſſe comparere, ſed & filii abſentis defenſor & accuſator jure intervenire poſſit: prout doctores ſentiunt communiter, *Bald in l. filius. n.2. ff.* 81

de his qui ſui vel alien. juris. Bonif. de Vital. in prax. crim. tit. de procurat. & defenſ. nu. 9. Gandin. de maleſ. tit. utrum procurator. nu. 9. Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. l. 1. q. 80. nu. 62. Blanc. in prax. verb. verum quia nu. 58. & 62. Bartol. Cœpoll. conſil. crim. 45. nu. 1. & ſeqq. aliique, quos allegat & ſequitur *Erneſt. Cothm. vol. 3. reſp. 15. n. 22. & 23 Matth. Steph. in not. ad Ordin. Crim. art. 88. Dom. Arum. lib. 1. deciſ. 7.* ubi multis argumentis hanc ſententiam probat, in eamque à JCtis Marpurgenſibus, ut & Jenenſibus, Menſ. Junio, Anno 1607. reſponſum refert.

82 A quâ tamen ſententiâ *Domini Scabini* in pronunciando paululum receſſerunt, ita ut pater quidem filij ſui abſentis defenſionem atque innocentiam allegare & probare, partes tamen & vices filij accuſati in ſe ſuſcipere, ac in proceſſu ordinario procurator Rei exiſtere & ad accuſationem reſpondere non poſſit; ne ſcilicet ſententiâ condemnatoriâ adverſus abſentem latâ, judicium eludatur.

83 *Reſponderunt ita Iudici & Scabinis Præfecturæ Pegavienſis:* Daß *M. S.* als angegebener *Defenſor* ſeines Sohns ferner nicht zuläßlichen/ ſondern es iſt Angeklagter vff anderweit vorgehende *edictal*iſche *Citation*, in eigener Perſon zu erſcheinen/ vnd vff erhobene Anklage vnd angehengte *Indicia* ſich einzulaſſen/ vnd zu antworten ſchuldig/ *&c.* Es iſt aber gleichwol Angeklagtes Vattern *M.* ſeines Sohns *Defenſion* abſonderlich zu führen/ vnd darüber Zeugen gerichtlichen abhören zu laſſen/ vnbenommen/ V.R.W. *Menſe Majo, Anno 1632.*

QVÆSTIO CVI.

De Forma Proceſſus Ordinarii in cauſis criminalibus.

SUMMARIA.

1. *Iudicium criminale quomodo definiatur?*
2. *Proceſſus criminalis à forma judicij civilis parum differt.*
3. *Libellus accuſatorius debet offerri in proceſſu Criminali ordinario. n. 4.*
5. *Qualiter formari debeat Libellus accuſatorius, Quæque ejus ſint requiſita? num.* 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14.
13. *Clauſula vulgaris (omni meliori modo &c.) quidnam efficiat?*
15. *Sufficit in genere peti pœnam, licet genus pœnæ non exprimatur. n. 16.*
17. *Sententia conformis debet eſſe libello. Fallit hoc in criminalibus. n. 18.*
19. *In libello accuſatorio indicia ſimul poni poſſunt ac debent. n. 20. 21. 22.*
23. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſ.*
24. *Accuſator indicia articulatè & diſtinctè debet referre.*
25. *Sicuti & alternativè petere pœnam vel torturam.*
26. *Indiciis in libello accuſatorio omiſſis, accuſatori delictum non probanti datur regreſſus ad ea. n. 27. 28. 29.*
30. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
31. *Menſis & annus delicti commiſſi quando in libello accuſatorio exprimi debeant. num.* 32. 33.
34. *Expreſſio diei ac horæ, quando eſt neceſſaria? num. 35.*
36. *Abſque libello accuſatorio quando accuſator poſſit experiri? n. 37. 38.*
39. *Accuſator pro reconventione & expenſis ſatisdare debet.*
40. *Pœna talionis & inſcriptio hodiè in deſuetudinem abiit. n. 41. 42.*
43. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
44. *Qualem cautionem accuſator debeat præſtare? n. 45. 46. 47. 48. 50. 51.*
49. *Quandoque admittitur cautio juratoria.*
52. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
53. *Reo abſoluto datur actio adverſus accuſatorem ad ſatisfactionem injuriæ & refuſionem expenſarum. n. 54. 55.*
56. *Niſi habuerit accuſator cauſam juſtam litigandi.*
57. *Quamvis & hoc caſu deprecatio ipſi injungatur.*
58. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
59. *In proceſſu criminali præſtanda quoque eſt Guaranda. n. 60.*
61. *Sententia Scabinorum Lipſienſ. n. 62.*
63. *Poſt Guarandam præſtitam accuſator plura ac nova indicia proponere poteſt. n. 64. 65.*
66. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
67. *Reus debet litem conteſtari: Et qualis litis conteſtatio eſſe debeat? n. 70. 71.*
68. *Exceptiones Rei quando ſunt opponendæ? n. 69.*
72. *Si Reus reſpondere nolit, vel non categoricè reſpondeat, quomodo procedendum? n. 73. 74.*
75. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
76. *Vivâ voce in cauſa criminali procedendum eſt,* von Munde auß in die Feder. *n. 77.*
78. *Nec aliter convenire licet partibus.*
79. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
80. *Subſtantiale etiam proceſſus criminalis ordinarij eſt probatio & reprobatio.*
81. *Quando accuſatori, quando itidem accuſato onus probandi incumbat? num.* 82. 84. 86. 87.
83. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium? num.* 85. 88.
89. *Termino probatorio elapſo, accuſatori non licet novos adducere teſtes, atque probationes. n. 90. 91.*
92. *Accuſato verò pro ſuâ defenſione hoc facere licet, reprobationis termino elapſo.*
93. *Sententia Scabinorum Lipſienſ. n. 94.*
95. *Sententia proceſſui finem imponit.*
96. *Actore non probante Reus abſolvitur.*
97. *Quid ſi accuſator delictum non plenè, ſed ſolummodò indicia ad torturam probaverit, quomodo ſententionandum erit?*
98. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.*

DICTUM fuit *quæſtionibus præcedentibus*
de Perſonis, quarum conſideratio ha-
benda in Proceſſu criminali ordinario;
Jam agendum quoque eſt de tractatione
ipſa cauſarum criminalium, ſive de for-
ma proceſſus ordinarii. In hiſce enim duo-
bus: *perſonis* nempè & *tractatione ſeu forma pro-*
1 *ceſſus* judicium conſiſtit. Quod definiri poteſt,
,, legitima cauſarum criminalium inter litigantes
,, apud judicem tractatio. vid. *Iac. Cujac. in parat. ff.*
& C. de judicij. Herm. Vult. in jurisprud. Roman. lib. 2.
c. 1. Matth. VVeſemb. in parat. ff. de judic. n. 5.

2 Formam autem judicii ſeu Proceſſus criminalis latè hîc accipio, quatenus nempe præparatoria judicij, omnemq; tractatum in proceſſu ordinario comprehendit. *VVeſembec. dict. loc. nu. 7.* Quæ à formâ judicij civilis parum differt; Siquidem proceſſus ordinarius in criminalibus (pauciſſimis exceptis) eodem modo agitur per accuſationem, litis conteſtationem, exceptiones, probationes &c. ac in civilibus agitari ſolet. *l. 2. C. de cuſtod. Reor. l. qui accuſare. C. de edendo. l. adulterium. C. ad Leg. Iul. de adulter. l. ſi maritus. §. præſcriptiones. ff. eod. tit. Matth. VVeſembec. in paratit. ff. de accuſat. num. 12.* Quod per tranſcurſum quaſi, referendo actus judicij principaliores, ſive ejusdem ſubſtantialia, breviſſimis conſignare lubet.

3 Primum ſubſtantiale proceſſus eſt
Libelli accuſatorii oblatio. Non minus
enim in criminalibus, ac civilibus cauſis, ſi pro-
ceſſu agatur ordinario, libellum neceſſarium eſ-
ſe, communiter eſt receptum. *Tiber. Decian. in*
tract. rer. crimin. lib. 7. cap. 44. nu. 1. Bartol. in Extra-
vag. Ad reprimendum verſ. ſummariè; per *l. 8. in fin.*
C. de Epiſc. & Cler. l. eorum. 10. C. de jur. fiſci. Nicol.
Reuſner. lib. 3. deciſ. 18. n. 3. Matth. VVeſemb. in parat.
ff. de accuſat. n. 12. Iohan. Emer. à Roßbach. *in proceſſ.*
4 *crim. tit. 1. cap. 7.* Nam accuſatio propriè eſt de-
latio criminis per libellum ad vindictam & pœ-
nam. *l. libellorum 3. in verb. Reum deferre ff. de accu-*
ſat. l. fin. ff. de privat. delict. l. 2. §. ſi publicum. ff. ad Leg.
Iul. de adult. l. 1. l. non ignoras. 9. l. cum rationibus. 16.
l. ſi quis. 20. C. de his qui accuſar. non poſſ. Roßbach.
dict. cap. 7. num. 1. Quare cum per accuſationem
proceſſus agatur ordinarius in causâ criminali,
utique & libellum accuſatorium offerri neceſ-
ſe erit, in quo rectè formando, magnâ cautio-
ne & diligenti animadverſione opus eſt; ne ſci-
licet malè libello accuſatorio formato, minus-
que legitimè ordinato, Reus ab accuſatio-
ne planè abſolvatur: ut tradit *Iaſon. in §. ſe-*
quens diviſio verſ. ex maleficiis. Inſtitut. de action.
num. 56. & 57. cum ſeqq. Nicol. Reuſner. dict. deciſ.
num. 1.

Q. Quomodo formari debeat Libellus accuſatorius in proceſſu criminali?

5 In formando igitur libello accuſatorio tria inprimis ſunt probè attendenda: Nempè *narratio facti*, quæ eſt loco aſſumptionis; *Cauſa vel medium concludendi*, quod eſt loco Propoſitionis; *Petitio ſive Concluſio*, quæ complexionis loco eſt, & ex medio concludendi neceſſariò conſequitur: Ex hiſce tribus, vulgò dicitur conſtare libellus accuſatorius. *Iaſon. in §. omnium. n. 115. Inſt. de act.*

6 De FACTI NARRATIONE ita ſcribit *ICtus Paulus* in *l. libellorum. 3. ff. de accuſat. Apud illum Prætorem vel Proconſulem Lucius Titius profeſſus eſt, ſe Mæviam Lege Iuliâ de adulterio Ream deferre: quod dicat, eam cum Cajo Sejo in Civitate illa, domo illius, menſe illo, Conſulibus illis, adulterium commiſiſſe: Vtique enim & locus deſignandus eſt, in quo adulterium commiſſum eſt, & perſona, cum qua admiſſum dicitur, & Menſis: Hoc enim Lege Iulia publicorum cavetur: & generaliter præcipitur omnibus, qui Reum aliquem deferunt.*

7 Ex quo textu luculenter patet, narrationem facti continere debere: *Primò*, nomen accuſatoris; *Deinde*, accuſati; *Tertiò*, Judicis ipſius, coram quo fit accuſatio. Præter haſce perſonas, aliarum quoq; circumſtantiarum complexum requiri in libello, probat *dict. l. 3.* *Primò* nempe maleficij ipſius commiſſi, ejusq; magnitudinis. *Deinde* cum quâ perſonâ. *Tum* in quo loco. *Poſtremò* quo tempore commiſſum fuerit. *Gloſſ. Bartol. & Dd. in dict. l. 3. ff. de accuſat. & in cap. ult. §. libellorum. 2. quæſt. 8.*

8 Cum quibus convenire videtur *Conſtit. Crimin. Carolina artic. 89.* ubi hæc verba habentur: Herr Richter A. der Ankläger klaget zu B. den Vbelthäter / ſo gegenwertig vor Gerichte ſtehet/ der Miſſethat halben/ſo er mit E. geübet/wie ſolche Klage vormals vor Euch bracht iſt/vnd bittet/daß ihr derſelben Klag halb alle/ einbrachte Handlung vnnd Außſchreiben / wie das alles nach löblicher rechtmeſſiger Keyſer Carls deß V. vnd deß heiligen Reichs peinlichen Gerichtsordnung vormals gnugſamlich geſchehen / fleiſſig ermeſſen wollet/ vnd daß darauff der Beklagte vmb die überwundene Vbelthat/ mit endlichen Vrtheil vnd Recht peinlich geſtrafft werde/&c.

9 Quæ omnia & ſingula in libello accuſator complecti debet, alioquin unum ex hiſce ſi deſideretur, etiam parte non opponente, libellus accuſatorius rejicitur. *Gloſſ. in pr. Inſtit. de publ. judic. Gandin. in tract. de malefic. ſub titulo qualiter fiat accuſatio. circa pr. Proſper. Farinac. in prax. crimin. lib. 1. tit. 1. quæſt. 1. num. 15. Iacob. Menoch. in tract. de recuper. poſſeſſ. Remed. 1. n. 437. & lib. 1. conſil. 100. n. 86. Nic. Reuſn. lib. 3. deciſ. 18. n. 7. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 12. Ægid. Boſſ. in pract. crim. tit. de inquiſit. n. 95.*

CAUSA VEL MEDIUM CONCLUDENDI in eo conſiſtit, ut accuſator ex facto vel delicto, appoſitè inferat ad jus ſeu pœnam legitimam; ſiquidem ex facto jus oritur, illudque facto implicitum eſt. *l. ſi ex plagis. 52. §. 2. ubi Bartol. ad Leg. Aquil. obligamur. 52. §. ex peccato. ff. de verb. obligat.* Et difficile eſt judici, terminare aliquid, antequam termini quæſtionis intelligantur. *l. Domitius Labeo. 27. ff. qui teſtam. fac. poſſ. Duar. lib. 1. Diſput. anniverſ. cap. 41. Alciat. lib. 5. conſil. 5. num. 1.*

10 Ut autem facti ſeu delicti ad pœnam recta fiat illatio, neceſſe eſt in libello, poſt relationem circumſtantiarum ipſius delicti, ejusdem qualitates ſimul commemorare, in eoque medium concludendi quaſi implicare. Idque vel propterea, quod libello certo & claro

propoſito, Reus ſe poſſit melius in judicio defendere. *Proſper. Farin. dict. quæſt. 1. nu. 11. Ægid. Boſſ. in tit. de inquiſit. n. 75. & 76.*

12 Præcipua verò delicti alicujus qualitas eſt, dolus malus, quo delictum ipſum ejusq; pœna maximè aggravatur. *l. 1. §. divus. l. qui cædem. 16. ff. ad Leg. Cornel. de Sicar. c. ſignificaſti. extr. eod. tit. l. 1. §. item illud. ff. ad SCtum Syllan.* Quod tamen non ita intelligendum, ut accuſator allegando dolum in libello, eum probare neceſſariò debeat, quippe qui in animo conſiſtit, ac propterea difficilimæ probationis eſt, ſed ſufficit, ipſum factum vel delictum adverſus Reum negantem, ſimpliciter probari, ita ut poſſit ac debeat ſequi condemnatio. *l. in delictu. 4. §. ſi detracta. ff. de nox. action.* quoniam tum probatum eſt ipſum delictum in ſubſtantia. Licet enim qualitas propoſita pœnam augeat, diverſam tamen non conſtituit ſubſtantiam; quoniam plus & minus non variat ſubſtantiam, *arg. l. ult. ubi Bart. ff. de fundo inſtr. legat. Salycet. in l. 2. C. ad Leg. Iul. de Vi publ.* Cui accedit, quòd in quolibet delicto, ſemper dolus malus ineſſe præſumatur. *l ſi non convicij. C. de injur. l. 1. C. Vnde vi.* Idque ex Regulâ illâ vulgatâ, quâ dicitur, factum illicitum magis ex eventu, quàm animo judicari. *Salycet. in l. quoniam. 6. num. 12. C. ad Leg. Iul. de vi publ.*

13 Quinimò, clauſulâ illâ vulgari: (*Omni meliori modo*, vel: *ſalvo jure*, vel: *ſuper quibus omnibus & ſingulis annexis petit ſibi jus & juſtitiam adminiſtrari*) libello accuſatorio inſertâ, etiamſi qualitates oppoſitæ, qualeſcunq; etiam illæ ſint, probatæ non fuerint, ipſo tamen delicto in ſubſtantiâ ſuâ probato, Reum condemnandum eſſe, ſtatuunt rectiſſimè *Dd.* Operatur enim hæc clauſula, ut etiam non probatâ qualitate in accuſatione deductâ, poſſit ſequi condemnatio. Quia iſto caſu accuſator non ſe adſtringit ad omnia, ſed ſufficit, probari quicquam quod pœnam mereatur. *Bald. in l. 2. n. 8. C. de probat. Blanc. in pract. Crim. §. viſis indiciis. num. 100. Hieron. Magon. deciſ. Lucen. 43. nu. 12. part. 1. Proſper. Farin. dict. quæſt. 1. n. 32. Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 12. verſ. Sed quid ſi accuſator. & quæſt. 66. verſ. ſed quid ſi pro parte.* Quæ opinio vel propterea ſolùm recipienda, quòd plurimum interſit Reipubl. delicta quævis puniri. *l. ſi à reo. 70. §. ult. ff. de fidejuſſor. l. Stichum. 95. §. quod ſi 1. verſ. ſanè. ff. de ſolut. l. locatio. 9. §. quod illicitè. 5. ff. de publ. & vectig.*

14 PETITIO & CONCLUSIO in quovis
libello neceſſaria eſt, & pro forma requiritur:
quippe ex qua præcipuè libellus æſtimatur, &
in quâ præcipua ejus vis & forma poſita eſt. *l.*
ut fundus. 18. ff. comm. dividund. l. Pomponius. 15 ff.
de negot. geſt. cap. licet Heli, de Simon. Bald. in l. 2.
nu. 8. verſ. præterea. C. de probat. & in l. ult. n. 1. & 2.
C. de in integr. reſtit. Ideoque & in libello hoc
accuſatorio concluſio ponenda, ac pœna pe-
15 tenda erit. Sufficit tamen in genere mentio-
nem fieri ſaltem pœnæ legalis, id eſt ejus, quam
lex ipſa delicto præſcribit atque determinat, &
ut delictum puniatur officio judicis, ex legis
ipſius præſcripto, cujus autoritati reſervatur
pœnæ perſecutio. *l. 1. §. calumniat. ff. ad SCt.*
Turpil. Nicol. Reuſner. lib. 3. deciſ. 18. num. 26. Bart. in
l. libellorum. num. 19. ff. de accuſat. Nicol. Boër. de-
ciſ. 42. num. 23. Qualisqualis ergò petitio in
accuſatorio libello ſufficiet, adeò ut quamvis
inepta concluſio interveniat, non ob id actus
vitietur. *Iaſon. in l. vinum. 22. num. 33. ff. ſi cert.*
petat.

Nam pœna comprehenſa eſt jure, quod tan- 16
tum præſtat in Criminali judicio, quantum pe-
titio agentis in Civili. *Bald. in dict. l. 2. num. 2. C. de*
probat. ita ut ſuppleri à judice poſſit, qui pro-
pter eandem rationem aliter poteſt condemna-
re, quàm ſit petitum. *Iaſon. d. l. 22. n. 24. & 25. Bar-*
tol. in l. quid ergò §. pœna. ff. de his qui infam. Matth.
VVeſemb. in parat. ff. de accuſat. n. 12. verſ. illud inter-
eſt. Reuſn. dict. deciſ. 18. n. 27.

Nec obſtat, quòd aliàs pro Regulâ traditum 17
eſt, ſententiam libello conformem eſſe debere
neque aliud, quàm quod petitum fuerit, con-
tinere *l. ut fundus. ff. comm. divid.* Sicuti enim hæc
Regula in cauſis Civilibus regulariter veriſſima
eſt, ita contrarium in criminalibus cauſis eſt
receptum, in quibus pro arbitrio judex plus
minusque condemnare poteſt. *Bartol. in d. l. 13.*
§. pœna gravior. ff. de his qui not. infam. Bald. in l.
etſi ſeverior. 3. C. eod. tit. Mynſing. cent. 4. obſerv. 81.
Cujus differentiæ ratio eſt, quòd judicium Ci-
vile reſpiciat jus partis, quod in agente radica-
tum eſt, & à judice auferri nullo modo poteſt.
Dd. in cap. 2. de ord. cognit. Iacob. Menoch. lib. 1. de
arbitr. judic. quæſt. 72. num. 14. & 15. At Cri-
minale judicium non jus partis, ſed Reipubli-
cæ reſpicit, in quo nihil ſibi dari aut fieri con-
cluditur, ſed ad pœnam agitur: quæ aut corpo-
ralis eſt, & corpori accuſati infligitur, aut pe-
cuniaria, & fiſco applicatur. *l. 1. §. 1. ff. ad SCtum*
Turpill. l. lege Agraria. 3. ff. de term. mot. ubi Bartol.
num. 2. & in l. libellorum. 3. ff. de accuſat. Andr.
Gail. obſerv. 61. num. 17. & 18. Et ideò judex tan- 18
quam miniſter Reipubl. ſaltem æquitatis causâ
pœnam alterare poteſt, *l. ſi hominem. 30. ff. man-*
dat. quam determinavit lex ipſa, non accuſa-
tor. *Nicol. Reuſner. lib. 3. deciſ. 18. num. 30. Mo-*
deſt. Piſtor. lib. 2. conſ. 30. num. 41. & 54. Id-
que Conſtitutioni quoque Criminali Caroli-
næ convenit, ſecundum quam accuſator in li-
bello accuſatorio certam aliquam pœnam ex-
primere non tenetur, modo eam arbitrio judi-
cis ac diſpoſitioni juris committat, in *artic.* 89.
in verb. Vnd bittet / daß jhr derſelben Klage/
alle eingebrachte Handlung vnnd Außſchreiben/
wie das alles nach löblicher rechtmäſſiger Käyſer
Carls deß V. vnnd deß heiligen Reichs peinli-
chen Gerichtsordnung vormals gnugſamlich
geſchehen / fleiſſig ermeſſen wollet / vnd daß dar-
auff der Beklagte vmb die überwundene Vbel-
that / mit endlichen Vrtheil vnnd Recht peinlich
geſtrafft werde / wie ſich nach Ordnung gemeldter
Gerichte gebühret vnd recht iſt / *&c. ubi Matth.*
Stephan. Hæcque uſu ſic obſervantur: quamvis
contrarium ſtatuat *Iohan. Zang. de quæſt. & tort.*
cap. ult. n. 86.

Circa libellum hunc accuſatorium quæri 19
Primò ſolet: *An ad probationes delicti & indicia,*
ſimul & ſemel in uno libello actio criminalis inſtitui,

Q. 2. Num accuſator & ſic

In libello accuſatorio ſimul indicia exprimere debeat?

& ſic in libello accuſatorio indicia etiam exprimi queant? Rationem dubitandi præbet *artic.* 88. *&* 89. *Ordin.Crim.Carol.* ubi ponitur forma libelli accuſatorij, in quâ tamen nulla prorſus fit indiciorum mentio. Cum quibus convenit *l. libellorum. 3. ff. de accuſat.* in quâ JCtus Paulus libelli conceptionem tradit, quæ requirit diem & annum, quo porrigitur accuſatio, nomen accuſatoris & accuſati, ſpeciem delicti, locum atque tempus, quo commiſſum fuiſſe dicitur, & inſcriptionem. De indiciis verò ne verbum ibidem habetur: Unde videtur ſequi, in libello accuſatorio indicia delicti nequaquam exprimenda eſſe. In quam ſententiam etiam videtur inclinare *Nicol. Reuſner. lib. 1. deciſ. 23 nu. 5. & ſeqq.*

20 Verùm, *praxis contrarium docet.* In foro enim Saxonico, accuſator in libello accuſatorio non modò delictum ac indicia ſimul cumulare ſolet, ſed & Reus ſimul ad indicia & capita accuſationis reſpondere tenetur. *Modeſt. Piſtor. part. 4. quaſt.* 139. Ac certè utile eſt, in eventum inficiationis, ex facto ipſo, certa quædam indicia ſimul in concluſione libelli annotari, quibus gravetur Reus, ut ſi non confiteatur crimen, ſaltem ſuper indiciis illius, poſtea torturæ ſubjici queat, prout tenet *Angel. Aretin. in tract. malef. in verb. fama publica. num.* 108. *& num.* 114. Nam ſi judex non inveniat plenè probatum maleficium, nihilominus tamen eum, qui arguitur, ſuſpectum habeat. Reus quidem condemnari non poteſt, propterea, quòd nemo ex præſumtionibus damnari debeat; Attamen confeſtim non erit abſolvendus, ſed potius ex indiciis urgentibus & ſufficientibus torturæ ſubjiciendus, quâ de causâ rectiſſimè videtur accuſator indicia delicti exprimere, alioquin enim, ſi ad pœnam ordinariam ſimpliciter agatur, nulla facta mentione indiciorum, verendum eſt, ne ſi accuſator, Reo fortaſſis delictum inficiante, in probatione illius deficiat, fruſtra eum damnari poſtulet, torturæ petitione deinceps ei præclusâ.

21 Ac licet *Ordin. Crimin. dict. artic.* 88. *&* 89. ſicuti & *l. 3. ff. de accuſat.* indiciorum nullam prorſus mentionem faciat; exinde tamen malè infertur, in libello ea unâ cum delicto cumulari non poſſe: ſiquidem *Imperat. Carol. V. & ICtus Paulus* illam ſolummodò formam accuſationis ponunt, quæ communiter practicari ſolet, circa capita & probationem ipſius delicti, interim haudquaquam negantes, delicti quoque indicia ab accuſatore in libello exprimi poſſe. Quod tantò minus prudens accuſator, præſertim in dubiâ delicti probatione, omittere debet, quantò magis Reipubl. expedit, crimina debito modo coërceri, quæ aliàs ob defectum probationis impunita relinquerentur; ſiquidem qui probandi onus aſſumit & non probat, cauſam perdit, *Bartol. in l. 1. §. item quæſitum ff. de aq. pluv. arcenda.*

22 Hinc & in Dicaſterio quodam in hunc modum fuiſſe pronunciatum, meminit *Reuſner. dict. lib. 1. deciſ. 23. num.* 4. Seyn ewre Clienten bedacht / wider einen von Adel criminaliter zu klagen / da Sie denn mit dem Beweiß zur Nothdurfft / vielmehr aber mit den indicien vnd præſumptionen wol fortzukommen gedencken / So will jhnen nicht allein das delictum zu ſpecificiren obliegen / ſondern auch vff den Fall die Klage verneinet würde / die indicia zugleich ordentlicher weiſe mit anzuhengen / vnd ſich zu dem Beweiß derſelben zu offeriren, gebühren / vnd würde in deß Anklägers Gefallen / ob die Straffe in ſpecie zu exprimiren, oder dieſelbe in genere nach Verordnung der Rechten zu bitten / oder in arbitrium judicis zu ſetzen ſey / frey geſtellet / V.R.W.

Hæcque ſæpiùs hiſce in terris ita practicari, probant plurima Elector. Saxon. Scabinorum præjudicia, quibus Reo accuſato litis conteſtationem & reſponſionem ad indicia quoque in libello commemorata, impoſitam fuiſſe ſcio, hiſce ferè formalibus: Daß Angeklagter vff erhobene Anklage vnd angehengte *indicia* ſich einzulaſſen vnd zu antworten ſchuldig / *&c.* 23

Accuſator autem indicia & capita delicti in libello cumulans, inprimis duo benè obſervare debet: I. ut indicia ſingula ponat, & articulatè atque ordine referat, ad evitandam confuſionem & obſcuritatem, quæ aliàs ex libello accuſatorio facilimè oriri poſſet. Etſi enim in cauſis civilibus, articulatus libellus in foro Saxonico non admittatur, ſed ex officio, Reo etiam non petente, per ſententiam rejiciatur, *Conſtitut. Elect. 2. p. 1.* Ibi: So wollen wir / daß libellus articulatus nicht zuläßlich ſeyn / vnnd wenn derſelbige gleich nicht von Part gefochten / jedoch officio judicis verworffen werden ſoll. *Modeſt. Piſtor. vol. 1. Conſil.* 28. *num.* 18. *& ſeqq. Iohan. Zanger. de except. part.* 2. *cap.* 14. *num.* 2. *Nicol. Reuſner. lib.* 2. *conſ.* 8. *num.* 10. *Bernh. Grev. pract. jur. concl. lib.* 1. *concluſ.* 67. Articuli tamen, qui libellis accuſatoriis in cauſis criminalibus adjici ſolent, continentes indicia, quibus probatis Reus in eventum torturæ ſubjici petitur, etiamnum hodiè paſſim recipiuntur, quia vetuſtiſſimæ judiciorum Saxonicorum conſuetudini ſunt conformes: prout teſtatur *Dan. Moller. ad dict. Conſtit.* 2. *num.* 7. 24

II. Ut alternativè vel in delicti pœnam Reum condemnari, vel ſi crimen negetur, neque ſufficienter probetur, torturæ eundem ſubjici petat. Nam & aliàs libellus alternativus tàm jure, quàm conſuetudine valet, præſertim ſi incertitudo iſta ex facto oriatur alieno, *arg. l. 1. §. quia autem. ubi Bartol. ff. quor. legator. Dd. communiter in l. inter ſtipulationem.* 83. *§. ſi ſtipulatus. ff. de verb. obligat. Bald. in l. ſancimus.* 21. *C. de SS. Eccleſ. & in l. ex diverſo.* 35. *§.* 1. *num.* 8. *ff. de rei vindicat. Felin. cap. contingat. num.* 9. *de offic. delegat. Iaſon. in §. item Serviana. in fin. Inſtit. de action. Gvid. Pap. deciſ.* 143. *num.* 1. *& ſingul.* 220. *Mynſing. cent.* 2. *obſervat.* 42. *& cent.* 4. *obſervat.* 11. 25

Licet enim, omiſsâ etiam petitione alternativâ, libellus accuſatorius propterea non vitietur; quum juxta ſupra tradita inepta quoque libelli concluſio ſubſiſtat, ac judex petitionem ſupplere debeat; melius tamen facit accuſator, utrumq; & pœnam & quæſtionem, alternativè tamen, petens & exprimens. *Nicol. Reuſner. lib. 1. Deciſ. 23. num. 14.*

26 Quæritur *Secundò: Vtrum indiciis in libello accuſatorio omiſſis, accuſatori delictum non probanti, regreſſus detur ſaltem ad indicia & præſumtiones?* Etenim ita jure conſtitutum eſt, ut actor crimen, quod intendit, probare debeat, alioquin eo non probante, Reus abſolvitur. *l. 4. C. de edendo.* Nam cùm quis probandi onus aſſumit & non probat, perdit cauſam, ut docet *Bartol. in l. 1. §. item quæſitum. ff. de aq. pluv. arcend.* & probationem eſſe animam proceſſus judicialis, docet *Damhoud. in prax. rer. crim. quæſt. 159. nu. 1.* Itaque boni dicitur eſſe viri, crimen probare; quod ſi non poteſt, non deferre, ſed tacere, ut ait textus in *can. plerumque. 2. quæſt. 7.* Ex quo ſequi videtur, delicto non probato, regreſſum accuſatori ad indicia non dandum, ſed Reum abſolvendum eſſe.

Q. 3. An indiciis in libello accuſatorio omiſſis, accuſatori delictum non probanti, detur regreſſus ad indicia & præſumtiones?

27 Sed in civilibus quidem cauſis hæc veriſſima ſunt, & actore in probatione ſemel ſuccumbente, ulterior probatio non admittitur, ſed Reus ab actione inſtitutâ abſolvitur. *dict. l. 4. C. de edendo.* At in cauſis Criminalibus res paulò aliter ſe habet. Quia enim ſalus publica requirit, crimina manifeſtari nocenteſque reos puniri. *l. 51. §. 2. ff. ad Leg. Aquil.* Utique tàm ſtrictè, regulis juris in proceſſu criminali inhærendum non eſt, ſed modis omnibus laborandum, quò vel per probationem plenam, vel per quæſtionem veritas eruatur, ſonteſque ſupplicium luant. Quare & hoc caſu accuſatore in probatione criminis ſuccumbente, denuò ad indicia & conjecturas confugere, facultatem ipſi tribuendam eſſe, ſtatuo cum *Nicol. Reuſner lib. 1 deciſ. 23. num. 10.* Non quidem in hunc finem, ut Reus ex his condemnetur, ſed ut ſi neget crimen, torqueatur, ac veritas eruatur: Dummodò indicia ſint urgentia, & ad id ſufficientia, juxta *l. 8. C. de quæſt. & in l. 1. ff. eod. tit.*

28 In quâ ſententia haud parùm me confirmat, quod actore non probante, judex novis ex indiciis ſupervenientibus, inquiſitoriè adverſus Reum procedere poſſit. Quare non ergò licebit idem accuſatori in probatione ſuccumbenti, quum accuſatio faciat ceſſare inquiſitionem. *Ægid. Boſſ. in tit. de inquiſitione, num. 19. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ultim. quæſt. 3. num. 4.*

29 Cui accedit, quòd tortura eſt remedium ſubſidiarium eruendæ veritatis, ad quam non eſt deveniendum, niſi cæteri probandi modi deficiant. *Maſcard. de probat. concl. 1388. num. 3.* Et ſic à Collegio JCtorum Ingolſtadienſium & Tubingenſium reſponſum fuiſſe, meminit *Reuſner. dict. deciſ. 23. num. 12.* referens verba ſententiæ Tubingenſis: Als jhr auch dieſes inſonderheit fraget / wenn in accuſatione ad probationes einmal geſchritten wird / vnnd man mit denſelben fällig / ob man regreſſum ad indicia haben könne / darauff reſpondiren wir / quòd ſic. Denn eben dieſes Rechtlicher Ordnung gemeß / daß man ſich in Peinlichen Sachen contra negantem Reum, zuförderſt aller möglichen ordentlichen Beweiſungen per teſtes & inſtrumenta, alioſque modos probandi gebraucht / vnnd allererſt in defectu omnium aliarum probationum, ad extremum illud remedium eruendæ veritatis per torturam kommen möge / ſi urgentia indicia hoc ipſum ſuadeant & poſtulent.

30 *Prout etiam in Scabinatu pronunciavimus Georgio à* Döbitzſch. Hat peinlicher *Fiſcal* wider *N. G.* eine peinliche Klage erhoben / darauff nach beſchehener *litis conteſtation* jhme der Beweiß vfferleget worden / Ob er nun wol den Grund ſeiner Anklage nicht erwieſen / do er aber dennoch gnugſamen Verdacht deß bezüchtigten *delicti* wegen / wider Angeklagten nochmals beybringen wolte / So würde er damit billich zugelaſſen / vnd ergienge darauff / ob die ſcharffe Frage ſtatt habe oder nicht / ferner was recht iſt / V. R. W. *Menſ. Octob. Anno 1630.*

31 *Tertiò* quæritur: *An etiam dies & hora delicti commiſſi in libello accuſatorio exprimi debeat?* De tempore etenim Menſis & Anni dubium non eſt, quin hoc in libello ſit apponendum, *l. libellorum. 3. ff. de accuſat. can. fin. §. libellorum. 2. quæſt. 8.* In tantum, ut ſi omittatur, libellus ſit ineptus ipſo jure, atque judicium nullum, maximè ſi locus vel tempus poſtea per confeſſionem, vel teſtium depoſitionem non probetur: per ea quæ notant *Dd. in l. edita. 3. C. de edendo, ubi Alexand. nu. 18. Modeſt. Piſtor. lib. 1. conſ. 34. nu. 26. quæſt. 8. Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 12. verſ. præterea. Mynſing. cent. 3. obſervat. 32. Cravett. lib. 2. conſ. 151. num. 210.*

Q. 4. Num dies & hora commiſſi delicti in libello accuſatorio exprimi debeat?

32 Niſi ſit delictum, quod tractum ſucceſſivum habet, ut crimen hæreſis, in quo neque locus, neque tempus aliquod exprimendum. *Bart. in dict. l. 3. ff. de accuſat. num. 10. in fin. Angel. Aretin. in tract. malef. in verb. Hæc eſt quædam inquiſitio, num. 65. Bald. in l. 23. in fin. C. de probat. Proſper. Farin. in prax. crim. lib. 1. tit. 1. quæſt. 1. num. 17. Nicol. Reuſner. lib. 3. deciſ. 18. num. 11.* Sicuti nec in criminibus atrocioribus, veluti Rebellionis aut læſæ Majeſtatis requiritur, ut in libello tempus & locus apponantur. *Angel. Aretin. dict. loc. num. 64. Reuſner. dict. loc. num. 12. Tiber. Decian. lib. 1. conſil. 18. num. 72. & ſeqq. Iacob. Menoch. lib. 1. conſil. 100. num. 89.*

33 Quin nec in Crimine homicidii, temporis & loci appoſitionem neceſſariam eſſe, tradit *Paul. de Caſtro in l. cum te. 9. num. 3. C. de probat.* quem refert & ſequitur *Nicol. Reuſner. dict. deciſ. 1. nu. 13.* Idque tunc maximè, ſi in libello clauſula ſit appoſita, quâ ſe non adſtrictum vult eſſe accuſator ad probanda ſuperflua. *Bart. in l. Divus Adrianus. 33. ff. de re judicat.*

34 Sed de expreſſione diei ac horæ potiſſimùm quæritur: *An regulariter tempus hoc in libello accuſatorio apponendum ſit?* Quod ſimpliciter nego, per *l. libellorum. 3.* Ibi: *Nec autem diem nec horam invitus comprehendet. ff. de accuſat. ubi Gloſſ. & Dd. in l. pen. C. de accuſat. Ægid. Boſſ. in tit. de inquiſitione. num. 19. in fin. Proſper. Farin. dict. quæſt. 1. num. 18. Gigas de Crimin.*

min. læſ. Majeſtat. libr. 1. tit. qualiter in crimin. læſ. Majeſt. proced. quæſt. 3. num. 2. Reuſner. dict. deciſ. 18. num. 8.

35 Quod tamen fallit, ſi Reus accuſatus petat diem apponi, ex quo velit ſe defendere & probare, tali die ſe alibi fuiſſe. Hoc enim caſu ab accuſatore, delicti dies exprimendus eſt, quo Reus poſſit ſe melius in judicio defendere. *Bartol. in l. is qui Reus. col. 6. num. 10. verſ. Sed quæro an in accuſatione. ff. de publ. judic. & in libellorum. num. 13. ff. de accuſat. & in l. 2. §. ſi quis Ephesi. in fin. numero 6. ff. de eo, quod certo loco. Proſper. Farinac. dict. quæſtion. 1. num. 20.* Eamque communem eſſe opinionem, & ab eâ nequaquam recedendum, tradunt *Iaſon in dict. l. 2. §. ſi quis Epheſi. num. 1. Ægid. Boſſ. in tit. de inquiſit. n. 92. Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 12. verſ. dixi etiam. Gigas quæſt. 3. num. 3. Ioſeph. Maſcard. de probat. vol. 1. concl. 512. n. 3. & concl. 28. num. 3.*

36 *Quartò* quæritur: *An etiam accuſator in criminali judicio, absque libello accuſatorio experiri poſſit, proponendo ſcilicet accuſationem oretenus & ſummariè?* Quod affirmare non dubito, in delictis ſcilicet levioribus, juxta *l. levia.* 6. Ibi: *Levia crimina audire & diſcutere de plano Proconſulem oportet, & vel liberare eos, quib. objiciuntur, vel fuſtibus caſtigare, vel flagellis ſervos verberare. ff. de accuſat.* prout etiam ſtatuit *Matth. VVeſembec. in parat. ff. dict. tit. num. 12. verſ. ſanè levia crimina.* Neque enim in levioribus criminibus, multis ambagibus aut circuitionibus locus eſt dandus, quibus ſæpènumero pœnæ delictorum negliguntur. *Nicol. Reuſner. lib. 1. Deciſ. 24. n. 32.* Quò & verba *Ordin. Crim.* reſpiciunt *in art.* 89. Wo der Fürſprecher die obgemeldte Klage vnd Bitte mündlich nicht reden köndte/*&c.*

Idq; ſæpius in Elect. Saxon. Scabinatu practicatum fuiſſe memini.

37 Aliter tamen res ſe habet in delictis gravioribus, quæ pœnâ ſanguinis coercentur, in quibus absque libelli oblatione, accuſatorem haudquaquam admittendum eſſe, puto: propter ingens periculum, quod omiſſis formalibus proceſſus, accuſato afferri poteſt. Quantò majus enim periculum in causâ aliqua verſatur, tantò cautiùs in ea procedendum eſſe, quivis facilè conceſſerit. Neque etiam forma proceſſus ordinarii admittit, ut accuſator absque libelli oblatione agat in judicio. Vid. *Tiber. Decian. in tract. criminal. libr. 7. cap. 44. Iohann. Emer. à Rosbach. in proceſſ. criminal. tit. 1. cap. 7. Nicol. Reuſner. lib. 3. deciſ. 18. num. 3.* 38 Ac ſanè cauſas graves ſcripto expediri, tutius, rectius & commodius eſt. *Erneſt. Cothman. volum. 3. Reſp. 16. num. 68.* Unde in Criminalibus, eo caſu, quo aliàs voce vivâ procedi ſolet, merita cauſæ ſcripto exhiberi, ipſamq; cauſam ſcripto diſceptari, volunt *Daniel. Moller. ad Conſt. Elector. 2. part. 1. num. 7. & Conſt. 18. num. 1. Erneſt. Cothmann. dicto loco. 69.*

39 Alterum ſubſtantiale proceſſus ordinarij in cauſis criminalibus, eſt accuſatoris ſatisdatio, de ſumtibus litis & injuria. Non enim ſufficit libellum offerri accuſatorium, ſed & accuſator, priusquam litis conteſtatio accuſato imponatur, cavere debet pro Reconventione & expenſis; ne innocentia accuſati vim calumniæ patiatur, ſed is deductâ innocentiâ, injuriam ſibi illatam debito modo vindicare ſumtusque repetere queat.

40 Quâ de causâ olim, quilibet accuſator ad pœnam talionis ſe inſcribere neceſſe habebat, tàm ex lege Civili, quàm Canonica, ne ſcilicet innocentia accuſati calumniam temere pateretur. *§. pœna. Inſtitut. de injur. l. ſi cui. 7. ubi Bartol. ff. de accuſat. & l. ult. C. eod. tit. l. 2. C. de his, qui accuſar. non poſſ. can. quisquis. 2. quæſtion. ult.* Quæ ſubſcriptio ſtatim in libello accuſatorio fieri debebat. *l. 3. ubi Dd. ff. de accuſat. Nicol. Reuſner. lib. 3. Deciſ. 18. numero 6.* 41 Sed uſu & conſuetudine, hodiè tàm pœna talionis, quàm inſcriptionis ſolennitas paſſim in deſuetudinem abierunt, *Bartol. in l. 6. & l. 7. num. 12. ff. de accuſat. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ult. quæſtion. 12. numero 17. Nicol. Reuſner. dict. deciſ. 18. num. 6. Matth. VVeſembec. in parat. ff. de accuſat. nu. 12.* ex eâ potiſſimùm ratione, ne metu propriæ ſalutis ab accuſatione quis deſiſtat, & ſic crimina remaneant impunita; quum plures accuſatores criminum & quaſi vindices extare, utile ſit Reipublicæ. *Bartol. in d. l. 7. num. 2. in fin. Salycet. in l. 3. num. 4. C. qui accuſ. non poſſ. Felin. in cap. ſuper his num. 3. Iodoc. Dambouder. in prax. rer. crimin. cap. 5. num. 5. Ægid. Boſſ. in tit. de accuſat. nu. 2. Hier. Gigas in tract. de crimin. læſæ Majeſt. lib. 1. tit. qualiter in Crimin. Majeſt. proced. quæſt. 1. n. 5. Foller. in pract. crimin. fol. 136. n. 3. Nicol. Reuſner. lib. 3. conſil. 3. n. 29.*

42 Ideoque nec in foro Saxonico, talionis pœna & inſcriptionis ſolennitas ullatenus ſibi locum vendicat. *Matth. VVeſembec. in parat. ff. de accuſat. numero 12. verſ. apud nos verò Saxon. Petr. Theodor. in Colleg. Crimin. diſput. 4. th. 6. lit. D. Chilianus* König *in proceſſ. cap.* 47. hujus verba hîc apponere lubet: Die Rechte / inquit, ordnen/ ſo einer einen peinlich beklaget / daß er auch einen Peinlichen Vorſtand beſtellen muß / das iſt / daß er ſich einſchreibet / daß er die Klage peinlichen vorgewendet / vnnd gelobe / daß er die in Peinlichen Rechten verführen vnd beweiſen wolle / vnd wo er das nicht thue / oder damit fällig würde/ ſo wolle er die Pöen leiden / die der Beklagte in Rechten hätte leiden müſſen / wo er überwunden wäre worden. Aber dieweil dieſer Vorſtand / ſo wol als die andern Vorſtände / durch die Gewonheiten der Lande / vnd der Gerichte verändert / vnd auch wol gar abgethan / So wird dieſer Vorſtand bey vns (in foro ſcilicet Saxonico) jetzund nicht gehalten / vnd das iſt kein Wunder / denn die Gewonheit vnnd der Gebrauch / wo ſie anders vernünfftig ſeyn / die Rechte wol ändern vnd auffheben mögen/*&c.*

43 *Veluti etiam pronunciavimus:* Wenn nun Kläger den Grund ſeiner Klage nicht beweiſen möchte/ vnd jhr von angeſtalter Klage *abſolvirt* würdet/*&c.* So hätte doch die *pœna talionis* nicht ſtatt/vnd möchte auch Kläger dahero mit derſelben nicht beleget werden/V. R. W.

Ad requiſitionem Gabriel Feigens/ *in Annabergk. M. Octobr. Anno* 1630.

Q. 6. An & quomodo accuſator in judicio criminali ſatiſdare debeat?

44 Hinc quæritur *Primò* : *Qualem cautionem
accuſator hodiè præſtare & quomodo ſatiſdare debeat?*
Etſi enim pœna talionis, & per conſequens
inſcriptionis ſolennitas hodiè ceſſat, uti
modò dictum fuit, propterea tamen omnis ſatiſdatio
ex parte accuſatoris ſublata non eſt,
ſed is nihilominus de lite proſequendâ, & injuriâ
45 reſarciendâ idoneè ſatiſdare debet. Quod
luculenter probat. *Ordinat. Criminal. Carol.* exprimens
inſimul qualitatem ac formam cautionis
præſtandæ, *in articul. 12. in pr.* **So bald der
Angeklagte zu Gefängnuß angenommen iſt / ſoll
der Ankläger / oder ſein Gewalthaber / mit ſeinem
Leibe verwahret werden / biß er mit Bürgen /** caution,
**Vorſtand vnnd Sicherung / die der Richter
mit ſampt vier Schöppen / nach Gelegenheit
der Sachen / vnnd achtung beyder Perſon für
genugſam erkennt / gethan hat.** Et poſtea: **Alſo
daß er der Ankläger / wo er die peinliche Rechtfertigung
nicht außführen / oder dem Rechten
verfolgen würde / vnd die geklagte Miſſethat / oder
aber redliche vnnd genugſame Anzeigung vnnd
Vermuthung derſelben / in ziemlicher Zeit / die
jhm der Richter ſetzen würde / nicht dermaſſen beweiſen
/ daß der Richter vnnd Gerichte / oder der
mehrertheil auß jhnen genugſam erkennten / oder
ſonſt in Rechten fällig würde / Alsdenn den Koſten
ſo darauff gangen iſt / auch dem Beklagten
vmb ſeine zugefügte Schmach vnd Schaden
Abtrag thun wolle / alles nach Bürgerlicher /
Rechtlicher Erkäntnuß /** *&c.* Ex quo conſtat,
accuſatorem aut mandatarium ejus ſive procuratorem,
cuſtodiæ dari debere, donec usque
prædibus prædiisque caverit, & ſatiſdationem
idoneam de ſumptibus & damnis in caſum ſuccumbentiæ
refundendis, nec non ſatiſfactione
46 injuriæ illatæ præſtiterit. Adeoque ex *Conſtitutione
Carolina*, accuſator cautionem idoneam
præſtare vel cuſtodiæ dari debet. Quod
concordat cum *l. ſi cui. 7. in pr. ff. de accuſat. & l.
qui crimen. 5. C. qui accuſar. non poſſ. l. qui accuſ. C.
de edend. l. actor. C. de probat. Matth. VVeſembec. in
parat. ff. de accuſat. num. 12. Matth. Stephan. in not.
ad articul. 12. Ordinat. Crimin. ubi & Georg. Rem.*
Dicitur autem cautio idonea, quæ fit prædiis
aut fidejuſſoribus, iisque idoneis & locupletibus,
non tantùm facultatibus, ſed etiam conveniendi
facilitate. *l. 1. & 2. qui ſatiſd. cogunt.* Eaque
præſtanda eſt, non ſolùm, ſi Reus crimen
prorſus neget, ſed etiam ſi fateatur illud, legitimâ
tamen ratione defendat. *Ordin. Crimin. articul.
13.* **Von Bürgſchafft deß Anklägers / ſo der
Beklagte der That bekentlich iſt / vnnd redliche
Entſchuldigung ſolcher That halben fürgibt.**
47 Quin & ſi de crimine conſtet, illudque notorium
ſit, nec id Reus defendere queat, nihilominus
accuſator cavere tenetur, non quidem
de damno aut injuriâ, quæ hoc caſu nulla exiſtit,
reſarciendâ, ſed ſolum perſequenda accuſatione.
Ordin. Crimin. articul. 15. **Von einer
andern Bürgſchafft / ſo der Kläger den Argwohn
der Miſſethat bewieſen hat / oder die Miſſethat
ſonſt bekentlich iſt.** In verb. **So ſoll der Ankläger
alſo den Vorbürgen / den ſtrengen peinlichen
Rechten / darumb der Beklagte angenommen
iſt / nach dieſer vnſer vnnd deß Reichs Ordnung
nachzukommen / vnnd zu weiterer Bürgſchafft
in ſolchem Fall nicht verbunden werden.**
Vid. *Matth. Stephan. & Georg. Rem. in dict. articul.
12.*

In *foro tamen Saxonico*, hæc Conſtitutio, quoad 48
perſonam accuſatoris cuſtodiæ tradendam,
non obſervatur, ſed cautio pecuniaria de ſumptibus
litis & injuriæ illatæ ſatiſfactione, perinde
ac in civilibus cauſis imponitur, à quâ tamen
liber eſt, qui poſſidet immobilia, juxta
*Conſtitut. Elect. 5. part. ubi Dan. Moller. num. 5. &
ſeqq. Matth. VVeſembec. in paratit. ff. de accuſat. num.
12. verſ. Apud nos verò Saxon. & in ſupplem. ad Iohan.
Schneidvvin. Inſtitut. de ſatiſdat. num. 13. ſub fin.*
Quod ſi verò accuſator nec bona immobilia 49
habeat, nec idoneè cavere, & fidejuſſores invenire
queat, cautio etiam juratoria in Criminalibus
admittitur. Nec enim nomine accuſationis,
actor ultra pecuniariam æſtimationem tenetur.
Quâ de re ita ſcribit *Chil.* König. *in proceß.
dict. cap.* 37. **Vnnd der Gebrauch vnnd Gewonheit
haben den Vorſtand in peinlichen Sachen
dermaſſen eingeführet / daß der nicht anders /
denn wie in Bürglichen Sachen geſchicht / beſtallt
wird / als wo der Kläger in Gerichten genugſam
beſeſſen / ſonderlich ſo hoch ſich ein Wehrgeld vnnd
die Gerichtskoſten vnnd Schäden vngefehrlich
verſtrecken mögen / darff er den Vorſtand in peinlichen
Sachen vnnd Klagen auch nicht thun /
ſonſt müſte er den mit Bürgen vnd Pfanden / vnd
ſo er derer keine hat / mit geſchwornem Eydebeſtellen
/ Dermaſſen pflegen auch die Schöppenſtühle
zu ſprechen.**

Illud tamen probè notandum eſt, non ſufficere 50
hodiè præciſè æſtimationem Wergeldi ad
ſatiſdationem in Criminalibus, nec accuſatorem,
qui tantam pecuniæ ſummam poſſidet, à
cautione liberari, ſed in arbitrio judicis eſt,
ſummam pecuniæ definire, ac certam cautionē
ab accuſatore præſtandam determinare: pro ratione
perſonarū, & qualitate ipſius delicti, perinde
ut in civilibus cauſis, juxta *Ordin. proceß. judic.
Elect. Saxon. tit.* 13. In verb. **Wie hoch aber einer
begütert / oder do er vnter vns nicht beſeſſen / den
Vorſtand zu beſtellen ſchuldig / ſoll nicht allwege
nach einem Wehrgelde / oder denen in etlichen Gerichten
bißhero bräuchlichen 50. Gülden gerechnet
/ Sondern von vnſern** Appellation, **Hoff- vnd
andern Gerichten der Sachen vnd Perſon Gelegenheit
nach æſtimiret werden.** Vid. quoque *Ioh.
Zanger. de except. part. 2. cap. 21. nu. 43. Matth. VVeſemb.
in paratit. ff. qui ſatiſdat. cogunt. num. 11. Iacob.
Schult. part. 1. quæſt. 20. n. 3. & ſeqq.*

Etſi verò conceſſerim, in Criminalibus cauſis 51
ob earundem gravitatem, ratione ſatiſdationis
majorem ſummam requiri, quàm in civilibus
cauſis, ita ut etiam ad 100. 200. thaleros &
ultra cautio præſtari debeat; attamen vix credere
poſſum, ut ad ſummam 1000. 2000. & 3000.
thalerorum ſatiſdatio extendi queat: quamvis
aliter ſentiat *Matth. Berlich. part. 1. concl. 13. nu.* 48.
ſatiſdationem accuſatoris cum cautione Rei ex
cuſtodiâ liberandi, de quâ *Dd.* ab ipſo allegati loquuntur,
confundens.

Reſpon-

52 *Reſpondimus ita Iohanni à Mockeritz:* Daß peinlicher Ankläger / wofern er in ſelbigem Fürſtenthumb mit vnbeweglichen Gütern nicht geſeſſen / vor allen Dingen den gefoderten Vorſtand *pro reconventione & expenſis*, vnnd geſtalten Sachen nach vff hundert Thaler hoch zu beſtellen ſchuldig / vnd iſt alsdenn angeklagter G. von N. vff erhöbene peinliche Anklage ſich einzulaſſen ſchuldig / Es könte denn peinlicher Ankläger Eydlich erhalten / daß er über allen angewandten Fleiß / weder durch Bürgen noch Pfänden den Vorſtand zu beſtellen vermöchte / vff ſolchen Fall würde er mit der *juratoriſchen caution* billich zugelaſſen / V.R.W. *Menſ. Octobr. Anno 1628.*

53 *Secundò* quæritur: *An Reo abſoluto, adverſus accuſatorem competat actio ad ſatisfactionem injuriæ, refuſionemque expenſarum?* Hujus quæſtionis deciſio ex præcedentibus manifeſta eſt. Nam ſi accuſator cautionem præſtare debet pro ſatisfactione injuriæ, & refuſione expenſarum; utique neceſſariò ſequitur, finitâ accuſatione, Reoque abſoluto, eum conveniri poſſe. Abſque effectu enim ſatisdatio eſſet, ſi Reo adverſus accuſatorem reconventio non competeret. 54 Quod & diſertis verbis Imperator Carolus V. ita conſtituit, ſimulque optionem dat Reo abſoluto, vel apud judicem (accuſatoris forum ſequendo) ordinarium, vel coram judice eo, quo cognoſcente ſe purgavit, accuſatorem ſuum, pro reſtitutione omnium à ſe factorum damnorum, judicio conveniendi, *in Ordin. Crimin. artic.* 12. verb. Vnnd damit derſelbige gefangene Beklagte ſeiner erlittenen Koſten / Schmach vnd Schaden deſtó außträglicher vnd förderlicher Ergetzung vnd Abtrag erlangen möge / So ſoll zu ſeinem Gefallen vnnd Willen ſtehen / den peinlichen Ankläger vor deſſelben Anklägers ordentlichen Richter / oder dem peinlichen Gerichte / dafür ſich die Gerichtliche Vbung vnd Rechtfertigung erhalten hat / vmb ſolchen Koſten / Schmach vnd Schaden / Rechtlichen fürzunehmen. 55 Quæ poſterior via propter continentiam cauſæ eſt expeditior. *Andr. Gail. lib.* 1. *obſervat.* 32. *Matth. Stephan. in not. ad dict. articul.* 12. *Ordin. Crim ubi & Georg. Rem.* Idemque habetur *in artic.* 99. *& artic.* 201. *Ordin. Crim.* In quo tamen diſcrepat Conſtitutio Carolina à jure communi, quo Latrunculator, ſeu Criminalium cauſarum judex de cauſâ pecuniariâ non judicat. *l. ſolemus.* 61. §. *fin. ff. de judic.*

Q. 7. Num Reo abſoluto adverſus accuſatorem competat actio ad ſatisfactionem injuriæ, refuſionemque expenſarũ?

56 LIMITANDUM tamen hoc eſt, ſi accuſator juſtam ſeu probabilem litigandi cauſam habuerit: quo caſu licet Reus abſolutus fuerit, accuſatorem tamen conveniri non poſſe probatur *ex artic.* 201. *Ordin. Crim.* In verb. Es wäre denn Sache / daß der Ankläger ſeiner Anklage rechtmäſſige Vrſach gehabt / dadurch der Richter beweget werden möchte / die Koſten auß redlichen / gegründeten / Rechtlichen Vrſachen zu compenſiren vnd zu vergleichen / *&c. ubi Matth. Stephan. in artic.* 99. Cujus rei ponitur exemplum *in artic.* 166. *Ordin. Crim.* ubi calumniæ actione furi eſcario, veſtiariovè accuſator non tenetur, quantumvis furtum ex neceſſitate famis, aut frigoris commiſſum haud puniatur.

57 Quin &, ſi accuſator leviuſculam cauſam accuſandi habuerit, calumniæ actione præſertim in cauſis levioribus, non facile gravandus eſt, licet judex ad deprecationem accuſato faciendam, ipſum adigere queat; ne ſcilicet anſa detur litigantibus, contra intentionem Caroli Quinti Imperatoris, qui cauſam citra ſolennitatem, ſtrepitum, & figuram judicij, ſummariè & de plano decidi jubet *in articul.* 12. *Ordinar. Criminel. circa fin.* In verb. Darinnen auch ſummariè vnnd ohne Zierlichkeit deß Rechtlichen Proceß procediret, gehandelt / vnd die Vrtheile ohne weiter appellation vnd Suchung vollzogen werden.

58 *Prout etiam pronunciavimus ad requiſitionem Gabriel* Feigens / in Annabergk: Wenn nun gleich Kläger / die wider euch erhabene *injurien* Klage / wie zu Recht nicht beweiſen noch außführen würde / *&c.* So möchte er doch geſtalten Sachen nach / von euch ordentlicher Weiſe nicht beklaget / noch mit einiger Straffe beleget werden / Er wäre aber gleichwol der falſchen Vfflage wegen / eine Chriſtliche Abbitte zu thun ſchuldig / V.R.W. *Menſ. Octobr. Anno 1630.*

59 *Tertiò* quæritur: *An in Proceſſu Criminali accuſator quoque Guarandam*, die Gewehr der Anklage / *præſtare debeat?* Affirmo hoc cum *Matth. Coler. part.* 1 *deciſ.* 109. *num.* 10. *& ibid. Iacob. Schult. in addit. num.* 22. Chilian König *in proceſſ. cap.* 48. *num* 2. Rotſchitz *in proceſſ. part.* 1. *artic* 13. *num.* 3. *Matth. Berlich. part.* 1. *concl.* 12. *num.* 3. *Hering. de fidejuſſ. cap.* 10. *numer.* 140. per textum clarum *in articul* 114. Weichbild. In verb. Gewehr ſoll auch ein jeglicher Mann thun vnd geloben / vmb Todtſchlag / Lämbde vnnd vmb Wunden / für ſeine Schwerdtmagen vnd Freunde / *&c.*

Q. 8 An in proceſſu Criminali accuſator præſtare Guarandam teneatur?

60 Quin & Guarandæ præſtatio principiò inventa eſt propter cauſas ſanguinis, ut Reo caveretur de ſecuritate contra Agnatos ejus; qui occiſus eſt, ſi fortè vel tranſigatur, vel Reus ſolenni judicio ab inſtitutâ accuſatione abſolvatur. *Gloſſ. prima in pr. artic.* 16. *lib.* 2. Landrecht. *Gloſſ. nova. artic.* 14. *ad lit. A in fin. lib.* 3. Landrecht. *Gloſſ.* Weichbild. *artic.* 14. *in verb.* vmb Vngerichte. per textum *in dict. artic* 114. Weichbild. In verb. Für ſeine Schwerdtmagen vnd Freunde. Ut ſic dubium prorſus non ſit, quin etiam in Criminalibus cauſis Guaranda ſit exigenda.

61 *Veluti ſic etiam reſpondimus Quæſtori Salzenſi:* Würden Anklägere der Anklagen Gewehr würcklichen angeloben / inmaſſen ſie zu thun pflichtig / So wäre Angeklagter vff anderweit vorgehende gebührende Ladung / bey Straff Vngehorſams zu erſcheinen / vnnd auff erhobene Anklage ſich einzulaſſen / zu antworten / vnnd den Krieg Rechtens zu befeſtigen ſchuldig / V.R.W. *Menſ Febr. Anno 1630.*

62 *Item*, Daß Angeklagter vor Gerichte Perſönlich zu erſcheinen / vnd vff die wider jhn erhobene Anklage vnd derſelben angehängte *indicia*, wenn Ankläger die geſonnene Gewehr zuvor würcklichen angelöben würde / inmaſſen er zu thun pflichtig / richtig / vnd vnterſchiedlich zu antworten ſchuldig / *&c. Sculteto in* Pomſen / *Menſ. Mart. Anno 1601.*

Sculteto & Scabinis in Zſchocher / *Menſ.Novemb. Anno* 1599.

Quæſtori Miſnenſi , Menſe Novembr. Anno 1598.

Quæſtori in Merſitz/*Menſ.Iul.Anno* 1612.

Tobiæ Hoffman *in* Mülbach.*Menſe Auguſto,Anno* 1601.

Q.9. Num accuſator poſt Guarandam præſtitam, nova ac plura indicia contra accuſatum proponere poſſit?

63 Quum verò effectus Guarandæ etiam hic ſit,quòd deinceps libellum mutare vel emendare non liceat , *artic.14.ubi Gloſſ.lit.C.lib.3.* Landrecht. *Conſtitut.Elect.11.part.1. Matth.Coler.part.1. deciſ.109.nu.3.& ſeqq. Hartm.Piſtor.lib.4.quæſt.22. num.6. Zobel.part.1.differ.11.num.7. Iohan.Zanger. de except.part.2.cap.21.nu.62.& 70.* haud inconvenienter quæritur.*Quartò : An accuſator qui indicia libello appoſuit , & Reum delictum negantem torqueri petit , poſt Guarandam præſtitam plura indicia producere poſſit?*

64 Hanc quæſtionem movet *Modeſt. Piſtor.* eamque affirmativè decidit, *part.4.quæſtion.139.* ex eâ potiſſimùm ratione , quòd additio plurium indiciorum non ſit mutatio libelli ; quia nihil mutatur neque de facto deducto in judicium , neque de medio concludendi , neque de petitione , in quibus tribus partibus libellum accuſatorium conſiſtere ſupra dixi. *Nicol.Reuſner.deciſ.18.circa pr.* Et additio ejuſmodi , indiciorum ſpecificatio potius quædam eſt, quàm emendatio. Siquidem libellus manet idem quoad ſubſtantialia, & indicia nova ad eundem tendunt finem , ad quem petitio ante Guarandam præſtitam fuit directa , nimirum ad torturam.

65 Cùmque accuſatori in probatione ipſius delicti ſuccumbenti , regreſſus detur ad indicia & præſumtiones: uti veriſſimum eſt & probatum *ſupra numero* 27. Cur non ante probationem , poſt præſtitam tamen Guarandam, nova indicia ſolummodò prioribus addere, ipſi fas ſit , rationem certè non video. Siquidem longè difficilius à regulis proceſſus , probatione peractâ , receditur , quàm ante probationem.

66 *Hancque Modeſtini Piſtoris ſententiam in pronunciando fuimus ſecuti in hunc modum reſpondentes Senatui Zvvickavienſi:* **Würde Angeklagter vff die von Anklägern anjetzo** *(nempe poſt litis conteſtationem)* **von newen angegebene** *indicien*, **mit ſeiner Antwort ſich einlaſſen/ inmaſſen er zu thun ſchuldig/ So ergienge alſo denn in dieſer Sachen/ ferner was recht iſt/ V.R.W.** *Menſe Septembr. Anno* 1629.

67 Tertium ſubſtantiale proceſſus ordinarij , eſt Reſponſio Rei ad libellum accuſatorium , ſeu litis conteſtatio: per quam judicium demum conſtituitur. *l.un.C. de lit.conteſt.* Comparente enim Reo,(de quo caſu hîc tantummodo agitur : quomodo enim adverſus contumacem & abſentem procedendum ſit , dicetur *infra quæſt.*140.) priuſquam is reſpondeat ad libellum oblatum , ulterius non procedendum, ſed litis conteſtatio ab ipſo exigenda eſt.

68 Circa quam , Reo accuſato duo potiſſimùm incumbunt. *Primò :* Ut exceptiones , ſi
quas habeat , ſimul in judicium deducat , ac ſe
defendat.*l.ſiquidem.9.in pr.ubi Dd.C.de except.* O-
mnis enim exceptio ſive ſit dilatoria,ſive perem-
toria, allcganda eſt, etiamſi maximè notoria ſit.
Bartol. in l.ſi unus. §.*pactus ne petret.num.*18.*ff.de*
pact. Ubi tamen hæc differentia exiſtit, quod
dilatoriæ exceptiones ante litis conteſtationem
opponendæ,peremtoriæ verò litis conteſtatio-
ni ſint annectendæ. *Iohan.Zanger.in tract.de ex-*
cept.part.3.cap.26.num.23.24.& ſeqq. Proin, ſi
forſan Reus homicidij, moderamine inculpatæ
tutelæ ſeſe tueri velit , hanc exceptionem litis
conteſtationi ſtatim apponere debet. Quam- 69
vis & ſatis ſit, ante rem judicatam eam objicere,
arg.l 3.ff.de reſcind.vendit.l.hujusmodi.84.§.qui ſer-
vum.ff.de legat.1. l.planè 38. l.ult.ff.de petit.hered.
Donell.lib.22.cap.8. Ut ſic exceptionem hancce
moderaminis inculpatæ tutelæ , nec non alias
exceptiones peremptorias, vel in ipſa litis con-
teſtatione ſibi reſervare ; vel eaſdem poſt litis
conteſtationem usque ad ſententiam oppone-
re,arbitrio accuſati relinquendum ſit. *Ioh.Zan-*
ger.dict.cap.26.num.52.Bald.in l.præſcriptionem.C.de
except.Matth.VVeſembec.in ſupplem.ad Ioh.Schneid-
vvin.in tit.Inſtitut.de except.n.9.

Secundò : Ut categoricè,expreſsè,rotundè 70
& ad ſingula membra accuſationis reſpondeat,
quò judex certus fieri poſſit quidnam ab actore
probandum ſit , & quatenus atque in quibus
membris , onus probandi ei injungere debeat
juxta *Conſtitut.Elect.10.part.1.* Quùm paria ſint
non reſpondere , vel obſcurè reſpondere. *l.de æ-*
tate.§.nihil intereſt.ff.de interr.action.ubi Bartol.
num.1.l.certum.ff.de confeſſ. Roßbach.*proceſſ.crim.*
*tit.3.cap.1.num.2. Mantua.in ſingul.*203. ubi ait;
Reſponſionem habere tres Qualitates: 1. ut ſit
pertinens. 2. abſoluta. 3. clara. Quod ſi ve- 71
rò accuſatus id non fecerit,ſub pœnâ contuma-
ciæ hoc ei per ſentētiam injungi debet, in hunc
ferè modum: **Daß Angeklagter vff erhobene pein-**
liche Anklage anderer geſtalt/ denn geſchehen/ auch
deutlicher vnnd in ſpecie, vff alle puncta mit ja o-
der nein ohne Anhang/ bey Straff Vngehorſams/
zu antworten / vnd litem zu conteſtiren ſchuldig/
V.R.W.

72 Quæritur hîc *Primò :* Si Reus quidem in judicio compareat , categoricè tamen & clarè reſpondere nolit , licet hoc ei per ſententiam injungatur , vel etiam propius reſpondere ac litem conteſtari recuſet , *quomodo adverſus ipſum procedendum erit?* In cauſis equidem civilibus, ſi Reus in judicio præſens litem conteſtari ceſſaverit , pro convicto & confeſſo habetur , usque ad legitima impedimenta : *prout teſtatur practica quotidiana & ſtilus judiciorum in Provinc. Saxonicis.* At hic modus pronunciandi , usque ad legitima ſcilicet impedimenta , **biß vff Ehehafft/** in proceſſu Criminali tum demum practicatur, quando ad bannum ſeu proſcriptionem agitur. Quod fieri non ſolet , niſi in caſu abſentiæ , quo Reus fugitivus eſt ac latitat , ut dicetur *infra q.*140.

Q.10. Quomodo ſit procedendum adverſus Reum reſpondere nolentem?

Pla-

74 Placuit itaque *Dn. Scabinis*, hoc caſu denuò litis conteſtationem ipſi imponere, additâ clauſulâ comminatoriâ, quod ſi in contumaciâ non reſpondendi perſeveret, pro confeſſo & convicto haberi debeat. Cujus clauſulæ effectus hic non eſt, ut Reus pro confeſſo & convicto habitus ſtatim condemnetur: nam in Criminalibus ex præſumtâ & fictâ cõfeſſione Reus ad mortem non condemnandus eſt. *l. fin. C. de probat. l. abſentem. de pœn. c. literas.* 14. *de præſumpt. Matth. VVeſemb. in parat ff. de accuſat. num.* 12. Sed prçſumta hæc confeſſio indicium tantummodò facit ad torturam, adeoque Reum hoc caſu pro confeſſo habitum torturæ ſubjici poſſe ad eruendam veritatem, non dubito. Secus enim ſi diceremus, quilibet delinquens litem conteſtari recuſando, pœnam effugere, judiciumque eluſorium reddere poſſet.

75 *Secundum ea pronunciavimus Præfecto VVeiſſenfelſenſi:* Daß Angeklagter vff vorgehende gebührende Ladung zu erſcheinen / vnd ſeines gethanen Vorwendens vngeachtet/ vff erhabene Anklage ſich einzulaſſen/ zu antworten/ vnd den Krieg Rechtens zu befeſtigen ſchuldig/ mit dieſer außtrücklichen Vorwarnung / da er ſolches nicht thun werde / daß *lis pro conteſtata* vnd er *pro confeſſo & convicto* gehalten werden/ vnd ferner ergehen ſoll/ was recht iſt/ V.R.W. *M. Octobr. Anno 1630.*

Q. 11. An in Criminalibus ab accuſatore & accuſato neceſſariò viva voce ſit procedendum **von Munde auß in die Feder.**

76 *Secundò* quæritur: *An ſufficiat litis conteſtationem reliquumque jus Actoris & Rei in ſcriptis proponi,* daß die *litis conteſtatio*, wie auch andere Geſätz ſchrifftlichen eingeſchicket werden/ *an verò viva voce in judicium hæc omnia ſint deducenda?*

Sanè de jure communi dubium non eſt, quin actor libellum, item jus ſuum in ſcriptis proponere, ac Reus in ſcriptis reſpondere poſſit ac debeat, *Auth. offeratur. C. de litis conteſtat. Andr. Rauchb. part.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 6. *Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 111. *num.* 1. *& ſeqq. Hartm. lib.* 2. *obſervat. tit.* 8. *obſervat.* 1. *num.* 2. *& ſeqq.* idque de jure communi ſic practicari, ſæpius obſervavi. Quod nec à Conſtitutione Carolinâ diſcrepat *in art.* 89. *in fin.* verb. So mag er die ſchrifftlich in das Gerichte legen/ *&c.*

77 Sed in foro Saxonico res aliter ſe habet, & partes jura ſua præciſè vivâ voce Notario judicij dictare debent. *Rauchb. dict. loc. Iohann. Schneidvvin. ad* §. *omnium.* 1. *Inſtitut. de action. num.* 99. *in med. Frider. Pruckm. volum.* 1. *conſil.* 33. *quæſtion.* 2. *num.* 25. *Matth. Berlich. part.* 1. *concluſ.* 10. *num.* 2. *Matth. Coler. dict. deciſ.* 111. *num.* 4. Qua de re textus eſt clarus *in Conſtitut. Elector.* 1. *part.* 1. in verb. Vom Munde in die Feder verfahren. Et *Conſtitut.* 9. *part.* 1. in verb. Sonſten aber ſol in vnd nach der litis conteſtation, ſo wol als vor derſelbigen vom Munde in die Feder geſetzt/ vnd zum Vrtheil beſchloſſen werden. Quæ verba quum generalia ſint, neque inter cauſas civiles & criminales diſtinguant, ſequitur inde, modum vivâ voce & non inſcriptis procedendi, in utriſque tàm Civilibus, quàm Criminalibus cauſis ſtrictè ſervandum eſſe, prout rectiſſimè colligit *Daniel. Moller. ad dict. Conſtit.* 1. *num.* 5. *p.* 1. *ubi & Reinh. Roſa in addit.*

78 Idque *Moller. dict. loco.* adeò verum eſſe putat, ut hoc ipſum mutare nihilo magis in partium aut judicantium poteſtate ſit, quàm tempus decendij Leuterationibus & Appellationibus præfinitum extendere vel minuere: quod neutri permiſſum eſſe, conſtat. *Bald. in Auth. hodie. C. de Appellat. Mynſing. cent.* 2. *obſervat.* 68. *cent.* 3. *obſerv.* 11. Quod & diſertis verbis ſancitum in der Churfürſtl. Sächſ. Appellation Ordnung. tit. Von Rechtlichen Einbringen. Ibi: Wenn auch gleich die Partheyen ſich deſſen anders mit einander verglichen/ *&c.*

79 *Hancq; ſententiam fuimus ſecuti, in hunc modum pronunciantes Senatui VVittebergenſi:* Daß Angeklagtens Suchen nicht zuläßlich/ Sondern wenn Ankläger ſeine verbeſſerte Klage für Peinlichẽ Halßgerichte gebührlich widerholen wird / So iſt Angeklagter zu erſcheinen / vnnd vermöge Churfürſtlicher Sächſiſcher *Conſtitution*, von Munde auß in die Feder ſich darauff einzulaſſen / vnd zu antworten ſchuldig/ V.R.W. *Menſ. April. Anno 1639.*

80 Quartum ſubſtantiale proceſſus ordinarii in criminalibus cauſis, eſt Probatio & Reprobatio: Sunt enim probationes de ſubſtantia judicij, *arg. Clem. ſæpè* 2. §. *non ſic tamen de Verb. ſignific. Bald. in l.* 2. *C. de judic. Iohann Zanger. in tractat. de except. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 25. *& ſeqq. Cravett. Conſil.* 265. *num.* 5. Quare ſi Reus delictum inficietur, & negativè litem conteſtetur, ad probationes erit perveniendum, *Conſtitut. Elect.* 16. *part.* 1. & procedendum ſecundum formam conſuetam & receptam probationum, ac reprobationum in cauſis civilibus, de quâ paſſim agunt *Dd.* Quæque præcipuè circa probationem delicti obſervanda ſunt, habentur *infra q.* 114.

81 Hoc loco de duobus tantummodò diſpiciendum eſt. *Primò* quæritur: ***Cui in proceſſu criminali onus probandi incumbat?*** Regula quidem vulgatiſſima atque notiſſima eſt: Onus probandi incumbere Actori affirmanti. *l. ei incumbit* 2. *ff. de probat. l. actor.* 23. *C. eod. tit. Matth. VVeſembec. in paratit ff. de probat. num.* 6. *Cujac. in paratit. C. eod. tit. Felin. in cap. ex literis.* 3. *extr. de probat. num.* 11. *& ſeqq. Dan. Moller. lib.* 1. *ſemeſtr. cap.* 45. *num.* 1. *Donell. ad Leg. ut Creditor.* 21. *C. de probat.* Attamen, cùm ſæpiſſimè accidat, ut Reus non ſimpliciter negativè, ſed qualificatè reſpondeat, quandoque etiam delictum confiteatur, exceptionem tamen ad ſui defenſionem apponat, dubitari poteſt, cuinam onus probandi ſit injungendum? Pro hujus dubij reſolutione exactiori, tres caſus potiſſimum ab invicem diſtinguendos eſſe puto.

Q. 12. Cuinam onus probandi incumbat in proceſſu Criminali ordinario?

82 *Primus caſus eſt:* Quando Reus ſimpliciter & abſolutè delictum inficiatur, litemque negativè conteſtatur. Tunc onus probandi incumbit accuſatori affirmanti, juxta regulam prædictam communiſſimam: Id quod apud omnes extra controverſiam eſt, reſervatâ Reo accuſato reprobatione:

83 *Prout totâ die reſponderi ſolet:* Dieweil Angeklagter vff erhobene Peinliche Anklage geantwortet/ vnd derſelben nicht geſtändig / ſo iſt Ankläger den Grund ſeiner Anklagen/ binnen Sächſiſcher Friſt/ wie recht darzu thun vnd zu erweiſen ſchuldig / darwider Angeklagten ſeine bedingte Gegenbeweiſung vnnd andere Rechtliche Nothdurfft billich vorbehalten

wird / ferner darauff zu beſchehen was recht iſt / V. R. W.

84 *Secundus eſt caſus*, quando Reus delictum quidem fatetur, ad exonerationem tamen ſui, exceptionem annectit, quæ ipſum à pœnâ ordinariâ liberare poteſt; Ut ſi occiſor fateatur homicidium, adjectâ exceptione moderaminis inculpatæ tutelæ: quæ quia facti eſt probari debet *l.5.C.de injur.* Igitur hoc caſu Reus, qui excipiendo fit actor, probationis onere gravatur. *l.1.ibi. qui ſi probaverit.C. de ſicar.cap.frater veſter.50 diſt. cap.un. §.ſi quis hominem.* Ibi: *Niſi per duellum hoc probare poſſet, quod vitam ſuam defendendo. &c. in uſib. Feud.de pac.ten. Conſt.Carol.Crim. art.141. Iodoc.Dambouder. in prax.rer.crim.cap.36.n.6. Iacob. Menoch. lib.5.præſumpt.3 nu.46.& ſeqq. Andr.Gail. lib.1.de pac.publ.cap.16.nu.4. Ioſeph.Maſcard.de probat.concl.864.nu.31.*

85 *Veluti quotidiè pronunciari ſolet:* Dieweil Angeklaater vff erhobene Peinliche Anklage geantwortet / vnnd derſelben geſtändig / darneben aber fürgibt / daß er zu Rettung ſeines Leibes vnnd Lebens eine Nothwehr thun müſſen / So iſt Angeklagter ſolches ſein Fürgeben binnen Sächſiſcher Friſt darzuthun vnd zu erweiſen ſchuldig / darwider Angeklagten ſeine Rechtliche Nothdurfft billich vorbehalten wird / ferner darauff zu beſchehen was recht iſt / V. R. W.

86 *Tertius caſus eſt:* ſi Reus confiteatur delictum, qualitatem verò neget, dicendo, ſe quidem occidiſſe, ſed non animo occidendi, neque doloſè, ſed ex cauſa juſta & ſufficiente. Hoc caſu judici incumbit benè examinare & penſare libellum accuſatorium, nec non litis conteſtationem. Et ſi animadvertat Reum negaſſe fundamentum libelli & intentionem accuſatoris, ipſi actori probationis onus injungi debet; Secus verò ſi qualitatem acceſſoriam Reus inficietur, ob quam pœna nec infligenda, nec exaſperanda erit, tum ne accuſator inani probatione moleſtetur, ipſi accuſato onus probandi exceptionem, in quâ ſeſe fundat, imponendum eſt.

87 In dubio tamen, ſi accuſator in libello in ſpecie doloſum accuſati animum allegaverit, reo narrata prout narrantur negante, ac inſimul exceptionem opponente, accuſator omninò prius contenta libelli, & in eo allegatas facti qualitates probare tenetur, reſervato ſuo jure accuſato in reprobatione, *Angel.Aretin.de maleſic. Verb. comparent. inquiſiti. num.1.* quamvis diſſentiat *Gregorius Obrecht.in tractat.de neceſſ.defenſ. cap.14.num.4.& ſeqq.* Secundum Stylum itaque conſuetum, hoc caſu non aliter ac primo caſu pronunciatur:

88 Daß Ankläger den Grund ſeiner Anklage / vnnd ſo viel jhme daran verneinet / binnen Sächſiſcher Friſt wie zu Recht darzuthun / vnnd zu erweiſen ſchuldig / darwider Angeklagten ſeine bedingte Gegennothdurfft billich vorbehalten wird / &c.

Q.13. An termino probatorio elapſo alias probationes & teſtes producere liceat?

89 *Secundò* quæritur: *an ſicuti in civilibus, ita etiam criminalibus cauſis termino probatorio elapſo, prohibitum ſit alias probationes & teſtes producere?*

Reſp. Diſtinguendum hîc eſſe inter probationem accuſatoris & reprobationem accuſati, vnter dem Beweiß / vnnd Gegenbeweiß.
Quoad probationem accuſatoris, ipſi nullatenus permittendum eſt, termino probatorio 90
elapſo novos adducere teſtes, novasque probationes. *Andr.Gail.lib.1.de pac.publ.cap.5.numero 10.& ſeqq. Hippol.de Marſil.in l.1.§.ſi quis ultrò.ff. de quæſt.num.5. & ſingul.90. Salycet.in l.ult.C.de quæſt.num.10. Felin.in cap.cum clamor.53.ext.de teſtib.num.5.* Niſi judex ex officio & per modum
inquiſitionis hoc faciat. Quo caſu etiam poſt 91
publicatas atteſtationes ad offenſam rei novi teſtes, novæque probationes produci poſſunt. *l.unius.18.§. Reus evidentioribus.1 ff.de quæſtion. Anton. Teſſaur.part.1.deciſ.262.num 1.& 2. Angel.Aretin.in tractat.maleſ.verb. comparuerunt dicti inquiſiti.Bartol.in Auth.At qui ſemel.C.de probat.num.320.& ſeqq.*

92 Quoad reprobationem verò accuſati tenendum eſt, quòd in cauſis criminalibus etiam poſt proceſſus & atteſtationum publicationem & concluſionem in cauſa, cùm in ordinario, tùm in inquiſitorio proceſſu non tantùm judicis officio, ſed & ad Rei inſtantiam pro ipſius defenſione, propter innocentiæ favorem novi teſtes examinari queant, novæque probationes recipi debeant: Etiamſi Reus litem purè negativè conteſtatus fuerit, ac demum innocentiam ſuam deducere velit. *l.1.§.ult.l.unius.18.§.cognitorum.9.ff.de quæſt.Bartol.in l.ex lege Iuliâ.§.ſi publicè. num.15.ff. ad Leg.Iul. de adulter. Hippol. de Marſil.in pract.criminal.§.ſequens.num.2.& 8. Iul.Clar.lib.5. ſentent.§.ult.quæſt.23.num.3.quæſtion.49.num.12. Andr.Rauchb.part.2.quæſt.3.num.18.Anton.Teſſaur. dict.deciſ.262. Andr.Gail.lib.1.obſervat.105.numero 10.& lib.1.de pac.publ.cap.18.numer.1.& ſeqq. Rutger.Ruland.in tractat.de commiſſar.1.lib.6.cap.2. num.16. Felin.in cap.cum dilectus.9.extr.de fide Inſtrum.num.3.& num.15.cap.cum clamor.53.extr. de teſtib.col.2.verſ. Et hoc procedit.& in cap.Conſanguinei.11.extr.de ſentent.& re judic.num.6. Iohann.Campeg.tractat.de teſtib.reg.268.verſ. quinquageſimo tertiò fallit. Specul.in tit.de teſt §.ſatis utiliter.8.num.5.Matth.VVeſemb.in parat.de accuſat.num.12.*

93 *Ita pronunciavimus Chriſtophor.* Thielen in Oberhermsdorff: Vnd jhr ſeyd *litem purè negativè* zu *conteſtiren* vorhabens / Wann jhr nun gleich der Beſchuldigung zu Rechte überwieſen würdet / &c. So wäre euch doch hernach / auch *poſt publicata atteſtata,* ewre Nothwehr nochmals einzuwenden / vnd deßwegen Beweiß zu führen vnbenommen / vnd jhr würdet damit vngeachtet der ordentliche Beweiß wider euch allbereit geführet / vnd jhr der That überwieſen / nochmals billich zugelaſſen / V. R. W. *Menſ. Octobr. Anno 1630.*

94 *Item,* Daß ſich Beklagter an ſeinem Beweiß verſäumet / es iſt jhme aber ſeine gerühmte Vnſchuld Summariſcher Weiſe binnen Sächſiſcher Friſt nochmals beyzubringen vnbenommen / V. R. W. *Matthiæ* Hübnern / in Merßburgk. *M. Octobr. Anno 1620.*

95 Quintum denique ſubſtantiale proceſſus ordinarii eſt ſententia, quæ judicio finem imponit. *Gloſſ.in cap.cum olim de teſtib.Panormit.in cap.ult.num.20.de ſequeſt.* Probatio-

bationibus enim receptis, allegationibus & diſputationibus atteſtationum ab utraque parte finitis& cauſâ plenè cognitâ, poſtquam ita concluſum fuit, ſententia ferri debet. *can. nullum. can. judicantem. 30. quæſt. 5. Matth. VVeſembec. in parat. ff. de re judic. num. 7.* Quæ vel condemnationem, vel abſolutionem continet. Probatâ enim accuſatione, Reus ad pœnam jure & legibus ſtatutam condemnatur: quæ etiam executioni mandari debet. Fruſtra namque ſententiæ feruntur, niſi etiam executioni mandentur. *Gloſſ. in rub. C. de execut. rei judic.* Imò autoritas magiſtratus contemtui & deſpectui habetur, niſi ſententiæ latæ executioni mandentur. *Iacob. Thoming. vol. 1. conſ. 27. n. 6. & vol. 2. conſ. 8. n. 7.*

96 Actore verò non probante, Reus abſolvitur, etiamſi nihil præſtiterit, hoc eſt, etiamſi neque exceptionem allegaverit, neque allegatam probaverit. *l. fruſtra. 8. C. de probat. l. qui accuſare. 4. C. de eden. l. 2 l. ab ea parte. 5. l. in exceptionibus. 19. ff. de probat. Ioh. Zang. de except. part. 3. cap. 26. nu. 1. & ſeqq. Ioſeph. Maſcard. de probat. vol. 1. concluſ. 39. num. 1. & 22. Fulv. Pacian. lib. 2. de probat. cap. 67. num. 2. & ſeqq.*

Accidit tamen quandoque, ut accuſator in probatione quidem ipſius delicti ſuccumbat, indicia verò tot & talia probet, quæ ad torturam ſunt ſufficientia. *Quæritur ergò quomodo hoc caſu pronunciandum?* Sanè ob defectum probationis Reus condemnari non debet: nec tamen prorſus etiam abſolvendus erit, ſed probatis indiciis urgentibus & ſufficientibus, Reus torturæ eſt ſubjiciendus, & veritas per quæſtionem eruenda. Quod quando fit, ordinarius proceſſus ceſſat, & in proceſſum inquiſitorium commutatur. Quamprimum enim pœna aliqua corporis afflictiva, aut tormenta Reo irroganda ſunt, per modum inquiſitionis adverſus Reum procedi ſolet ac debet, uti conſtat ex *art. 46. Ordinat. Crim. Carol. Iohan. Zanger. in tract. de quæſt. & tortur. cap. 3.* 97

Q. 14. Quomodo ſit pronunciandũ ſi accuſator delictum nõ plenè, ſed ſolummodò indicia ad torturam ſufficientia probaverit?

Ideoque hiſce ferè formalibus pronunciare ſolemus: 98
Auß den *Acten* ſo viel zu befinden / daß die Verbrechung in gewiſſe Artickel verfaſſet / vnd Angeklagten vorgehalten werde / vnd wofern er in gutem ſich nochmals darzu richtig nicht bekennen will / ſeyd jhr wol befugt jhn mit der Schärffe ziemlicher weiſe anzugreiffen vnd befragen zu laſſen / &c. V. R. W.

QVÆSTIO CVII.

De proceſſu Inquiſitorio, quotuplex ſit, quando & in quibus delictis locum habeat, & quomodo formari debeat?

SUMMARIA.

1. *Quinam dicatur Proceſſus Inquiſitorius?*
2. *Deficiente accuſatore Iudex inquirere tenetur. num. 3. 4.*
5. *Definitio Inquiſitionis.*
6. *Varia traduntur diviſiones inquiſitionis. num. 7. 8.*
9. *Inquiſitio dividitur in generalem & ſpecialem. num. 12.*
10. *Generalis inquiſitio quænam?*
11. *Quænam ſit ſpecialis inquiſitio? n. 13.*
14. *Inquiſitio generalis & ſpecialis quomodo differant?*
15. *Generalis inquiſitio ſuper quovis delicto formari poteſt.*
16. *In quibus delictis locum habeat inquiſitio. n. 18. 19. 22. 23.*
17. *Explicatio Ioh. cap. 8. verſ. 11.*
20. *Abuſus Inquiſitionis.*
21. *Inferiores magiſtratus absq; conſilio Scabinorum haud inquirere debent.*
24. *Inquiſitio ſpecialis in foro Saxonico non niſi in delictis ſcandaloſis formari poteſt. num. 25. 26.*
27. *Quænam delicta dicantur majora & ſcandaloſa? num. 28. 29. 30. 31. 32.*
33. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
34. *Quando in delictis levioribus locus ſit inquiſitioni. num. 35.*
36. *Proceſſus ordinarius in cauſis criminalibus inquiſitorium proceſſum excludit. nu. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43.*
44. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
45. *Inquiſitoriè procedendum eſt, quando accuſator deſiſtit ab accuſatione. n. 46. 47. 48.*
49. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n. 50. 51.*
52. *Modo lis nondum fuerit conteſtata.*
53. *Inquiſitio ſemel cepta excludit accuſationem. n. 56.*
54. *Inquiſitio hodiè eſt remedium ordinarium.*
55. *Duo ſimul proceſſus judiciales conſiſtere nequeunt.*
57. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
58. *Proceſſus ordinarius commutatur in inquiſitorium proceſſum, quando reus torturæ ſubjici debet. 50. 60.*
61. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
62. *Contra abſentem non proceditur per inquiſitionem, niſi in levioribus delictis. n. 63. 64.*
65. *Adverſus Reum incarceratum regulariter proceditur per viam inquiſitionis.*
66. *Inquiſitio quomodò ritè formari debeat? num. 67. 68.*
69. *Reſcriptum Electorale de formanda inquiſitione verbotenus refertur. n. 70.*
71. *Referuntur requiſita legitimæ inquiſitionis. n. 72. 73. 74. 75. 76. 77.*

1 Dixi hactenus de Proceſſu ordinario in
cauſis criminalibus; Jam agendum quo-
que eſt *de Proceſſu inquiſitorio*; qui & *Sum-
marius*, quandoque etiam *Extraordinarius* vocari
ſolet. *Iohan.Zanger.de except part.*1.*cap.*1.*num.*60.
*verſ. trigeſimo primo. & in tractat. de quæſt. ſeu tor-
tur.Reor.in procem.num* 4. Quando ſcilicet nullo
exiſtente accuſatore, Judex per viam inquiſitio-
nis, ſummariè & ex officio adverſus delinquen-
tem procedit, eique pœnam legibus definitam
irrogat. *Matth.VVeſembec.in parat.ff.de accuſat.nu.*
3. *Proſper. Farin. in prax. crim. lib.* 1. *tit.* 1. *Hippol. de
Marſil. in pract. crimin.§. Conſtant. num.*12.*& ſeqq.
Ægid.Boſſ. in tit.de Inquiſit.nu.*8. *Boniſac.de Vitalin.
de maleſic. rubr. de Inquiſit. num.*6. *Iohan.Fab. in pr.
Inſt.de publ.Iudic.Nicol. Reuſner.lib* 2.*deciſ.*24.*num.*
32. *Petr.Theodor.in Colleg.Crim.diſput.*4.*theſ.*8. *Fe-
lin.in cap.Inquiſitionis.num* 5. *extr.de accuſat.Bald.
in l.edita num.*30.*C.de edend. Et in l.ea quidem.*7.*nu.*
40.*C.de accuſat.Iodoc.Damhouder.in prax.rer.crim.
cap.*3.*nu.*3. *Foller.in pract.crimin.Canon.in verb. Aut*
2 *inquiſitione format.cap.*6. Quod deficiente accu-
ſatore, Judici facere incumbit, ne delicta impu-
nita remaneant: quia emendationis delicti finis
ultimus eſt ſalus publica, *l.ita vulneratus.*51.*§.æſti-
matio.* 2. *verſ. quod ſi quis. ff. ad Leg. Aquil.* quo alii,
exemplo aliorum deterriti minus delinquant. *l.ſi
quis.*6.*§.ſi quos.*1. *l.capitalium.*28.*§.famoſos.*15.*ff. de
pœn.l.bona fides.*31.*ff.depoſit.*

3 Hocque ipſum eſt, quo non modò in Jure Canonico, ſed & Jure Civili, proceſſum inquiſitorium fundatum eſſe, probavi *ſupra quæſt.* 103. *num.* 29. *Matth.VVeſembec. in parat. ff. de accuſat. num.*3. *Andr.Fachin. lib.*1 *controverſ. cap.*34. *Petr.Heig.part.*1.*quæſtion.*39.*Nicol.Reuſner.lib.*1.*deciſ.*24.*num.*21. *& ſeqq.* Quin & de conſuetudine generali judicem per viam inquiſitionis licitè & juſtè procedere poſſe atque huic conſuetudini omninò inhærendum eſſe, tradit *Iul.Clar. lib.*5.*ſentent.§.ult. quæſt.*3.*num.*6. *Bald. in l.ea quidem.*7.*num.*44.*C.de accuſat.* Et quod magis eſt judicem nō ſolùm deficiente accuſatore inquirere poſſe, ſed & ratione officii hoc facere debere, adeò ut negligens inquirere, ipſemet crimine non levi ſe obſtringat. *Pet.Heig.dict.q.*39.*num.*24. *Paris de Puteo de Syndicat. in verb. Negligentia c.*1. *num.*8.9. *Foller.in pract.crim.Canon.in verb.Aut inquiſitione.nu.*20.*& ſeqq.* prout pluribus demonſtravi *ſupra q.*103.

4 Hoc loco tria ſolummodò exponenda reſtant: 1. Quotuplex ſit inquiſitio. 2. Quando & in quibus delictis locum habeat. 3. Quomodo ritè ac legitimè inſtitui debeat. Quæ ſi quis exactiùs cognoverit, facili negotio totum ferè proceſſum inquiſitorium perſpectum habebit.

5 Primum quod attinet, antequam perveniamus ad diviſionem Inquiſitionis, notanda eſt ejusdem definitio ſeu deſcriptio. Exiſtimo autem, inquiſitionem ſic definiendam eſſe: Quod ſit Legitima Judicis ex officio procedentis ſuper delicto informatio. Etſi enim varias definitiones & deſcriptiones inquiſitionis tradant *Dd.* ut videre eſt apud *Bartol. in l.* 2. *§.ſi publico. ff. ad Leg. Iul. de adult. Bald. in l. ea quidem num.*42. *C. de accuſat. Angel. Aretin. de maleſic. in verb. Hæc eſt quædam inquiſitio.col.*3. *§. pro expeditione iſtius materiæ. numer.* 3. *& ſeqq. Proſper.Farin. in prax. crimin. lib.*1.*tit.*1. *quæſt.*1.*n.*3. *Gigas de Crimin. læſ. Majeſt. lib.*1.*tit.qual.proced.in Crimin.læſ.Majeſt.quæſt.*8. *Boniſac. de Vit.tit. de inquiſit.& earum form.num.*1.*& ſeqq.* In rei veritate tamen, inquiſitio nihil aliud eſt, quàm delicti informatio, à Judice modo legitimo facta. Et inquirere nihil aliud eſt, quàm informationes ſuper delicto ſumere. Quia enim, ut dictum antea, Judicis officium eſt, accuſatore non exiſtente, Reos delinquentes ex officio punire. *l. congruit. ff. de Offic. Præſid. l.*1.*C. de cuſtod.reor. Novell.*128.*cap.jubemus.* Quod fieri nequit, niſi de veritate delicti, ejusque autore certo conſtet; Utique quo judex ad id perveniat, & de utroque, delicto ſcilicet, ac delinquente certior fiat, informationes ſuper delicto prohibito ſumere debet. Quod ipſum uno verbo inquirere, hicque actus inquiſitio vocari ſolet, prout ita inquiſitionem deſcribit *Iodoc. Damhouder. in prax. rer.crim.cap.*7.*num.*1.*& ſeq.* Quæ deſcriptio etiam placet *Iulio Claro. lib.*5.*ſent.§.ult.quæſt.*3.*verſ. Et adverte. & quæſt.*11.*in pr. Petr.Theodor. in Colleg. crim.diſput.*4.*theſ.*8.

Sicuti autem in definitione *Interpp.* variant; 6
ita & in diviſione Inquiſitionis admodum ſunt
diſcrepantes. Secundum *Bald.* enim *in l.ea qui-
dem. C. de accuſat.* inquiſitio alia eſt facti, quæ
fit ad Curiæ informationem, ut in *l. congruit.ff.
de off.Præſid.* alia Juris, quæ fit ad criminis pu-
nitionem, *ut l.*2.*§.ſi publico.ff.ad Leg.Iul.de adult.*
Quam diſtinctionem approbare videtur *Ho-
ſtienſ.in ſummar.tit.de inquiſit. & Conrad. in pract.
tit.de inquiſit.num.*5. Alii triplicem tradunt in- 7
quiſitionem: Unam generaliſſimam; alteram
generalem; tertiam ſpecialem. *Novell. in pract.
in pr. num.* 4. Alii triplicem quoque faciunt 8
inquiſitionem, ſed unam generalem tantùm;
alteram ſpecialem tantùm; tertiam generalem
& ſpecialem ſimul. *Generalem tantùm* appel-
litant & perſonarum & delictorum reſpectu;
Utpote quando judex inquirit, an ſint homi-
nes facinoroſi, & an ſcelera unquam fuerint
commiſſa. *Specialem tantùm* etiam perſonarum
ac delictorum ratione; Ut cum de certo, fini-
to, ſeu limitato delicto contra certam & limi-
tatam perſonam inquiritur. *Generalem & ſpe-
cialem ſimul* ratione perſonarum & delictorum,
ſed diverſo reſpectu: Illam, ſcilicet genera-
lem, quoad perſonas; ſpecialem verò quoad
delicta: Ut cùm judex in genere vel univerſali-
ter inquirit de iis, qui certam perſonam occi-
derunt: Vel econtra generalem ad delicta, & ad
perſonas ſpecialem; Ut quando judex punien-
dus, quod falsò judicaſſe perhibetur. *Iodoc.Dam-
houder. in prax. rer. crimin. cap.*8. *num.* 14. *& ſeqq.
Erneſt.Cothman.vol.*1.*reſponſ.*12.*num.*4. *Amedeus de
Caſtello in tract.de Syndic. num.*22. *Bartol. in l.*2.*§.ſi
publico.ff. ad Leg.Iul.de adult.* Alii alias diviſiones
afferunt. Vide *Marian.Soc.in repet.cap.qualiter &
quando.extr.de accuſat.*

Sed miſſis iis, reique veritate inſpectâ, 9
dupli-

Q.1. Quænam inquiſitio generalis, quæq; ſpecialis dicatur?

duplicem ſolummodò inquiſitionem eſſe puto, GENERALEM & SPECIALEM. *Iohan. Emer. à Roßbach. in proceſs. Crimin. titul.1. cap.12. numero 9. Petr. Theodor. in Colleg. crimin. diſputat.4. theſ.8. Proſper. Farin. in prax. crimin. lib.1. tit.1. quæſtion.1. num.4. Nicol. Reuſner. lib.1. deciſ.24. num.26.*

10 GENERALEM appello eam, quæ incerto adhuc delicto vel delinquente, per judicem fit ad generaliter inquirendum, an revera delictum perpetratum ſit, & quiſnam illud commiſerit delu- per generales informationes aſſumendo. *c. ſicut olim.28. extr. de accuſat. l.13. in pr. ff. de Off. Præſid.* Quæ invento etiam delicto, quoad perſonas delinquentes nihilominus inſtitui poteſt, ſicuti & vice verſâ invento reo, quoad ipſum delicti corpus formanda eſt, ad inveniendum ſiquidem delictum & delinquentem, generalis hæc inquiſitio reſpicit. *Ægid. Boſſ. in pract. tit. de delinquente num.3. Iohan. Emer. à Roßbach dict. cap.12. num.9.*

11 SPECIALIS VERÒ EST INQVISITIO, quæ fit per judicem contra particularem perſonam, de cujus delicto jam Curia notitiam habet, vel quâ in delicti modum & autorem, perſonam certam, in inquiſitione generali ſuſpicionibus gravatam, in ſpecie judex inquirit. *cap. inquiſitionis.21 §. adhæc. cap. qualiter & quando extr. de accuſat. l.2. §.6. & ſeqq. ff. ad Leg. Iul. de adult. Iul. Clar. lib.5. ſentent. §. ult. quæſt.5. & quæſt.20. in pr. & quæſt.50. verſ. item quia. Petr. Theodor. dict. th.8. in fin.*

12 Hæcque diviſio ac diſtinctio inquiſitionis in praxi, & inprimis in foro Saxonico uſu recepta ac comprobata eſt. Nam ſi judici non liquet, an & à quo certè delictum commiſſum ſit, generalis ab eo inſtituitur inquiſitio, per informationis aſſumptionem generalem ex depoſitione teſtium ſummariâ, hoc eſt, abſque juramento ſuper ipſum factum, perſonas, famam aliaſque circumſtantias & qualitates. Quæ eſt quaſi præparatoria ad inveniendum delictum & delicti autorem, de quo nondum Curia habet
13 notitiam. Quod ſi poſtea ex inquiſitione generali, judex tùm de delicto tùm de autore delicti notitiam aliquam conſecutus eſt, ſolet adverſus illam perſonam ſingulariter, & in ſpecie ex officio inquirere, ne maleficium hoc ei ſit impunè. Quæ ſpecialis poſtea inquiſitio appellatur, imò & ſolennis atque ordinaria, ad maleficium puniendum comparata. *l.2. §. ſi publico. ff. ad Leg. Iul. de adult.* Et ſic duobus hiſce modis, hodiè contrà delinquentes per inquiſitionem, etiam de jure communi procedi, teſtatur *Innocent. in cap. bona.1. num.5. de elect.* ubi dicit, quod ita ſervet totus mundus. *Bald. in l. edita. num.30. C. de edendo. & in l. ea quidem.7. num.40. C. de accuſat. Felin. in cap. inquiſitionis. num.5. ext. de accuſat. Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſtion.20. in pr. & quæſtion.54. verſ. item quia. Ægid. Boſſ. in prax. tit. de inquiſit. num.2. Nicol. Reuſner. dict. lib.1. deciſ.24. num.27.*

14 Ex quo differentia generalis & ſpecialis inquiſitionis facilimè pateſcit: Illa ſiquidem, nempè inquiſitio generalis, eſt tantummodò præparatoria ad inveniendum delictum & inveſtigandum delinquentem; Hæc autem, ſcilicet inquiſitio ſpecialis, ſolennis & ordinaria eſt ad puniendum & condemnandum. *Iul. Clar. & Boſſ. dict. loc. Specul. in tit. de inquiſit. §. quando autem.* Illa præcedit ſemper; hæc vero ſequitur. *Nicol. Reuſner. dict. deciſ. 24. num.26.* Illa formari etiam poteſt à judice, qui inferiorem ſolummodò & baſſam jurisdictionem habet; Hæc autem ad merum ſpectat imperium *Matth. Berlich. deciſ.120.* Illa impropria aliquo modo eſt; Hæc autem propria, ex quâ proceſſus etiam dicitur propriè inquiſitorius. Quare, quæ hic & alibi de proceſſu inquiſitorio abſolutè dicuntur, de inquiſitione tantummodo propriâ atque ſpeciali intellecta velim.

SECUNDÒ: Cognitâ inquiſitionis diviſione, noſſe quoque oportet, quando & in quibus delictis ſpecialis inquiſitio, quæ, ut modò dixi, propriè inquiſitio eſt, locum habeat? Etenim, quia generalis inquiſitio ſuper incerto quoque delicto, & à judice incompetente fieri poteſt, non quidem eo fine ut delictum ab ipſo puniatur, ſed ut inventum ſi enorme ſit, judici competenti denuncietur; ſuper quovis ferè delicto ejuſque qualitate judicem generaliter inquirere poſſe, tantò magis certum eſt, quantò minor injuria alicui per inquiſitionem generalem infertur, ut quæ contra certam aliquam perſonam directa non eſt. Sed de inquiſitione ſpeciali dubium ſolummodò eſſe poteſt, quando & in quibuſnam delictis, illa ſibi locum vendicet? 15

Sunt enim, qui ſcribere haud verentur, nemine accuſante, regulariter judicem ex officio inquirere non poſſe. *Blanch. in l. fin. numero 1. ff. de quæſt. Conrad. in pract. crimin. tit. de inquiſit. numero 1.* ubi ex *Bartolo in lib.2. § ſi publico. ff. ad Leg. Iul. de adult.* refert, Doctores ita communiter tenere, præſertim antiquos. *Marian. Socin. in cap. qualiter & quando. numero 106. de accuſat.* quos refert *Iul. Clar. lib.5. ſentent. §. ult. quæſtion.3. verſ. Debes autem ſcire. & quæſtion.5. verſ. quæro in quibus. Proſper. Farin. in prax. crimin. lib.1. tit.1 quæſtion.1. num.7.* Qui communiter allegare ſolent exemplum Salvatoris noſtri Dn. Jeſu Chriſti, cujus omnis actio debet eſſe noſtra inſtructio. Hic enim mulieri adulteræ dixit: Quis te accuſat, ô mulier? Quâ reſpondente: Nemo, Domine. Replicavit ille: Si nemo te accuſat, nec ego te condemno. *Iohann. cap.8. verſ.11.* Deficiente ergò accuſatore, neque per modum inquiſitionis procedendum eſſe autumant, niſi in delictis atrociſſimis, in quibus ſolummodò inquiſitionem ex mero judicis officio, etiam nemine accuſante formari poſſe, concedunt. *Gloſſ. & Bartol. in lib.2. §. ſi publico. ff. ad Leg. Iul. de adult. Specul. in tit. de inquiſit. §.2.* 16

Angel. Aretin. in tractat. de malefic. verb. Hæc eſt quædam inquiſitio. §. 2. Marian. Socin. in dict. cap. qualiter & quando, de accuſation. Iacob. Novell. in pract. in pr. num. 4. Sed quàm infirma ſit hæc ſententia, patet ex traditis *ſupra quæſt.* 103. ubi probavi pluribus, judicem nullo etiam accuſatore exiſtente, omni jure adverſus delinquentes ex officio, per modum inquiſitionis procedere poſſe, quin & hoc ipſum facere debere, ſi crimine haud levi ſe obſtringere nolit.

17 Neque etiam ex facto Chriſti, qui absque accuſatore, adulteram condemnare noluit, *Iohan. dict. cap.* 8. *verſ.* 11. ſententia hæc quicquam patrocinij habere poterit; Noluit ſiquidem Dn. noſter Salvator adulteram condemnare, non propterea, quod absq; accuſatore condemnari jure haud potuiſſet, ſed ut indicaret, poteſtatem condemnandi Reos, perſonis Eccleſiaſticis non competere, ſed tantummodò Magiſtratui Civili, cujus partes ipſemet, ut qui docendi cauſsâ in hunc mundum veniſſet, ad ſe pertrahere noluit, contentus, ad pœnitentiam & fidem per verbi prædicationem homines adducere. *Iohan. 6. v. 25. Luc.* 12. *verſ.* 14. *Henric. Eckhard. de Ordin. Eccleſ. & polit. part. 3. cap. 2. quæſtion. 3. in fin.* Quamvis & verba Salvatoris noſtri Dn. Jeſu Chriſti *(nec ego te condemno)* de abſolutione duntaxat à reatu ſpirituali, non etiam à pœnâ politicâ accipi queant. Si enim à Magiſtratu legitimo, adultera juxta legem ad mortem fuiſſet condemnata, absque dubio Chriſtus eam à pœnâ non liberaſſet. Sicuti nec latronem pœnitentiam agentem, Magiſtratûs pœnæ eripuit, licet eidem culpam remiſerit. *Luc.* 23. *verſ.* 43. ut dixi *ſupra q.* 101. *n.* 47. *&* 48.

18 Alij econtrà, remedium inquiſitionis nimis latè extendunt ad omnia indifferenter delicta, in quibus inquiſitionem hodiè formari poſſe ajunt, ex conſuetudine ſaltem generali, de quâ remedium inquiſitionis hodie eſt ordinarium, non extraordinarium. *Bald. in l. ea quidem. num.* 44. *C. de accuſat. Gandin. in tract. malefic. in rubr. qui de malef. cogn. per inquiſit. num. 6. verſ. ſed. hoc. Bonifac. de Vitalin. de malefic. in Rubr. de inquiſit. n. 6. Ægid. Boſſ. in tit. de inquiſit. n. 8. Proſper. Farin. in prax. Crim. lib. 1. tit. 1. quæſtion. 1. num. 10. Blanch. in l. fin. num. 5. ff. de quæſt. Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. cap. 1. de delict. num. 49. in fin. & num.* 10. ubi dicit, conſuetudinem hanc inquirendi ex officio per judicem procedere nedum in delictis publicis, ſed etiam in privatis, ubi & de communi teſtatur opinione; *Pract. Conrad. in tit. de inquiſit. n. 2. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 3. verſ. ſed certè quicquid ſit de jure. Tiber. Decian. vol. 1. reſponſ.* 18. *n.* 195. *& ſeq.*

19 Sed neutra opinio in *foro Saxonico* practicatur, in quo nec inquiſitionis proceſſus certum requirit accuſatorem, cujus exiſtentia inquiſitionem potius excludit, ut paulò pòſt dicetur; Neque in omnibus indifferenter delictis atque criminibus hocce inquiſitionis remedium ſibi locum vendicat: quippe, per quod virorum honeſtorum fama & exiſtimatio, vel opinione ſolummodò vulgi haud parum gravatur & ſugillatur, ut innuunt verba *Ordin. Polit. de Anno* 1612. *tit.* Von Juſtitien-Sachen, §. Denn ob wol. Ibi: Daß bißhero von den Schöſſern vnnd ſonſten / der Anno 1579. von vnſerm Chriſtſeligſten Herren Großvatter Churfürſt Auguſto, &c. vff gewiſſe Fälle vnnd Maſſe angeordnete Inquiſition Proceſs in ziemlichen Mißbrauch gezogen / vnnd offtmals vnbeſchuldete / vnd genugſam begüterte Leute / nicht ohne Schimpff vnd jhrem Adelichen auch wol hergebrachten Ehren / vnd guten Nahmen zum Nachtheil mit demſelben belegt werden wollen / *&c.* 20 Quod ipſum ſæpiùs cauſam præbet conquerendi, de præcipitantia quorundam Judicum, qui cauſa & crimine non ſatis perſpecto, haud raro odio privato magis quàm officij ratione, commodique publici amore adducti, ad remedium inquiſitionis prorumpunt quaſi adverſus eos, quos poſtea cauſâ penitius examinatâ, ſententia Jurisperitorum, vel ſuperior magiſtratus inſontes declarat: 21 Cui malo ſatis proſpexit Illuſtriſſimus Elector Saxoniæ, injungens Magiſtratibus inferioribus, ut in cauſis dubiis, priusquam inquiſitionem ſuſcipiant, vel conſilium Scabinorum petant, vel Reſcriptum ſuæ Celſitud. expectent *in dict. Ordin. polit. tit.* Von Juſtitien Sachen / *num.* 5. *in fin.* Ibi: Da aber in einem oder dem andern Fall / vnſern Amptleuten erheblicher Zweiffel vorfiele / ſollen ſie zuvorn / ehe ſie zu dem Inquiſitional Proceſs ſchreiten / ſo wol auch folgends ſich in den Schöppenſtühlen deß Rechten zu belernen / oder in vnſere Regierung Beſcheids zu erholen / ſchuldig ſeyn / *&c.*

Neque putandum, Illuſtriſſ. Dn. Electorem absq; causâ urgente hoc diſpoſuiſſe, quippe cui haud ignotum fuit, multum hâc in re ſub juris prætextu à Magiſtratibus peccari, multumque in examine circumſtantiarum ac qualitatum delicti, ad proceſſum inquiſitionis ſufficientium, haud raro errari. Illud namque expeditum eſt, in foro Saxonico ad inquiſitionis proceſſum non properandum eſſe, niſi ejusmodi fuerit perpetratum delictum, per quod Reipublicæ tranquillitas offenditur, quodque accuſatore non exiſtente, Reoque præſente, haud absque ſingulari ſcandalo impunitum remanet. Ut nil quicquam verear hanc regulam formare:

22 Quòd ſcilicet in foro Saxonico, in delictis ſolummodò majoribus & ſcandaloſis, quibus Reipublicæ tranquillitas læditur, accuſatore non exiſtente, Reoque præſente, inquiſitio ſpecialis locum ſibi vendicet.

Q. 2. Quando, & in quibus delictis inquiſitio ſpecialis habeat locum?

23 Quâ Regulâ ſtante, haud difficile eſt colligere, quòd in foro Saxonico tria potiſſimum conjunctim requirantur, ad hoc, ut inquiſitio contra certam aliquam perſonam formari poſſit: Nempè ut *Primò* delictum ſeu crimen, ſuper quo inquirendum, ſit ſcandaloſum ac tale, per quod lex publica haud parùm offenditur. *Secundò* accuſator non exiſtat, qui adverſus delinquentem proceſſu ordinario agere velit. *Tertiò*, ipſeque Reus ſeu delinquens præſens ſit, ita ut pœna executioni mandari poſſit. Quorum uno vel altero deficiente proceſſum inquiſitorium nullatenus locum habere exiſtimo.

Primum Requiſitum eſt: *Ut delictum ſuper*

ſuper quo inquiſitio ſpecialis contra certam aliquam perſonam formanda eſt, manifeſtum, majus, ſcandaloſum, taleq́; ſit, per quod Reipublicæ tranquillitas offenditur.

24 Etenim ultimus finis Inquiſitionis & pœnarum eſt ſalus publica, *arg. l. in delictis. 4. §. 2. ff. de nox. action. l. ſi à Reo. 70. §. ult. ff. de fidejuſſor.* quæ in hoc potiſſimùm conſiſtit, ut aliorum exemplo, alii deterriti minus delinquant. *l. ſi quis. 6. §. ſi quos. 1. l. Capitalium. 28. §. famoſos 15. ff. de pœn. l. bona fides. 31. ff. depoſit. l. ult. in pr. C. de Epiſc. & Cler. l. 1. in pr. C. ad Leg. Iul. repetundar. l. quoniam. 7. C. ad Leg. Fab. de plag. l. ſi operis. 14. C. de pœn. cap. cum in cunctis. 7. §. Cleric. extr. de elect. cap. ut Clericorum. 13. extr. de vita & honeſt. Cler. Andr. Tiraquell. de pœn. cap. 48. Petr. Gilken. ad tit. Cod. de Summ. Trinit. num. 116. Petr. Heig. part. 2. quæſtion. 37. numero 27. Hering. de fidejuſſor. cap. 10. numer. 344.* Nam pœnarum fructus omnium maximus pertinet ad exemplum, teſte *Iohann. Bodino, lib. 7 de Republ. cap. 4. num. 21.* Quam rationem in delictis majoribus, manifeſtis, & ſcandaloſis, potiſſimùm obtinere, nemo facilè inficias ibit. Etſi enim aliàs in omnibus indifferenter criminibus, pœnarum finis hic eſſe perhibeatur, ut ſcilicet per emendationem delicti, alii ad delinquendum proni atque parati corrigantur, & à malo propoſito deſiſtant; attamen in delictis ſcandaloſis, pacemque publicam turbantibus, vel maximè hæc ratio ponderanda eſt, tantoque magis, quantò pluris intereſt Reipublicæ, crimina ejusmodi, omnibus manifeſta & ſcandaloſa puniri, Reosque è medio tolli. 25 Eòque reſpiciunt verba Imperatoris Juſtiniani *in Novell. 128. cap. jubemus.* Ibi: *Iubemus,* inquit, *omnes judices, tàm militares quàm civiles, per ſe requirere eos, qui latrocinia, aut violentias aut rapinas rerum aut fœminarum, aut alia qualibet in provinciis illicita committunt, & ſupplicia eis legitima inferre &c.* Et JCti Ulpian. *in l. congruit. ff. de Off. Præſid.* Ibi: *Nam & ſacrilegos & latrones, plagiarios, fures conquirere debet, & prout quisque deliquerit, in eum animadvertere.* Unde manifeſtum eſt, legislatores proceſſum inquiſitorium eo potiſſimum fine magiſtratibus permiſiſſe, quo delicta gravia, publicè haud absque ſcandalo perpetrata, debito modo coercerentur.

26 Quin & in ejusmodi majoribus & ſcandaloſis ſolummodò delictis, inquiſitioni locum eſſe in foro Saxonico, manifeſtiſſimum redditur ex verbis *Ordin. Politic. de Anno 1612. ſub tit.* **Von Juſtitienſachen** *num. 5. verſ.* **Vnd weil beydes die Rechte ſo wol jetzo erwehnte Verordnung hierinnen gleichfalls klar / auch von den Rechtslehrern dieſes** Remedium ex communi conſuetudine **nunmehr** pro ordinario, **ſo in allen** delictis **ſtatt habe / gehalten wird / vnd hierüber in vnſer Regierung der Vnterſcheid gebraucht / daß allein** in delictis manifeſtis, majoribus & ſcandaloſis, **vnd fürnemblich** in causâ turbationis, violatæ pacis, excitati tumultûs, **vnd andern dergleichen ſtraffwürdigen vnnd frevelhafftigen Fällen / dadurch** Reipublicæ tranquillitas offendiret, **bemeldter Proceß angeordnet / vnnd darauff rechtliches Erkändtnuß erholet /** *&c. junct. verſ.* **Als laſſen wir es auch bey ſolchen Verordnungen / vnnd Vnterſcheid bewenden / vnnd wollen / daß denſelben alſo nachgegangen werden ſoll /** *&c.* Ecce diſertis verbis hîc diſponitur. ut inquiſitioni locus detur in iis ſolummodò delictis, quibus Reipublicæ tranquillitas offenditur. Ex quo ſequitur, in aliis criminibus inquiſitionem ceſſare.

Atque de hoc minus ambigendum, ſed 27 quænam delicta dicantur majora, ſcandaloſa, taliaque, per quæ Reipublicæ tranquillitas offendatur? difficile definire eſt, tantoque difficilius, quanto minus dubium eſt, omnibus ac quibuscunque indifferenter delictis, Rempublicam lædi: Delinquendo enim receditur à judicio rectæ rationis, adeoque Reſpublica fœdè reſolvitur. *l. rerum. 25. ff. de act. rer. amotar. l. 1. ff. de furt. l. probrum. 42. ff. de verb. ſignific. Pinel. ad Rubr. C. de reſcindend. vendit. part. 1. numero 21. Iohann. Gœdd. ad l. 6. de V. S. num. 6. & ſeqq. Petr. Theodor. in Colleg. crimin. diſput. th. 7. lit. B.* Quod 28 ut lubens conceſſerim, attamen nec hoc negari poteſt, diſparia eſſe crimina, nec omnia indifferenter unius ejusdemque generis & atrocitatis: Unde tot differentiæ delictorum promanârunt, dum quædam dicuntur levia, quædam verò atrocia, alia itidem atrociora, aliaque atrociſſima. *Bartol. in l. Prætor. 7. §. ult. ff. de injur. l. auxilium. 37. §. 1. verſ. in delict. ff. de minor. Henric. Bocer. in tract. de quæſtion. & tortur. cap. 2. in pr.* Ex quo porrò ſequitur, atrocioribus, itemque atrociſſimis delictis, longè gravius lædi Rempublicam, atque criminibus ac delictis levioribus: Ut haudquaquam abſurdum fuerit, gravioribus delictis illud propriè attribui, quod per ea Reipublicæ tranquillitas offendatur. De quibus Illuſtriſſimum Electorem *in dict. Ordin. polit.* locutum fuiſſe, dubium vix eſſe poterit, ob exempla violatæ pacis, & excitati tumultûs ibidem adducta, quæ delicta graviora eſſe nemo ſanæ mentis negabit.

Adeoque haud abſurdè quis dixerit, juxta 29 mentem *Ordinat. Polit. dict. tit.* **Von Juſtitienſachen**; inquiſitionis proceſſum non niſi in delictis atrocibus admitti. Quænam verò delicta gravia & atrocia dicantur, illud absque dubio judicis prudentis arbitrio relinqui debere, qui ex perſonarum, armorum, cauſæ, loci, temporis, aliisque circumſtantiis, habitâ deſuper Inquiſitione generali, ea facilimè æſtimare ac judicare poterit. *§. atrox. Inſtit. de injur. L. perſpiciendum. 11. l. aut facta. 16. §. qualitas. 6. ff. de pœn. Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. caſ. 266. Proſper. Farin. in prax. crimin. quæſtion. 18. num. 63. & ſeqq. Petr. Theodoric. dict. diſputat. 1. theſ. 23. lit. b.* Hoc- 30 que licet certiſſimum ſit, in ſpecie tamen dicere auſim, omnia illa gravia & atrocia eſſe delicta, quorum cognitio ad judicem ſuperiorem ſpectat, cui ſcilicet merum competit imperium, **der die Obergerichte hat**: Ideoque &

inquiſitionem formari poſſe ſuper iis delictis, quorum pœna eſt ultimum ſupplicium, fuſtigatio, manûs amputatio, vel etiam relegatio. Nam horum delictorum cognitionem ac punitionem ſpectare ad judicem ſuperiorem, clarum eſt *ex Conſtitut. Provinc. Saxon. de Anno* 1555. *tit.* Was zu Ober/Nieder/oder Erbgerichte gehöret. *In verb.* Was hohe Brüche ſind/welcher Straffe Halß/Hand vnd andere Leibesſtraffen/oder auch Verweiſung betrifft/*&c.* *Iunct. verb.* Alle ſolche vnd dergleichen/auch höhere vnd gröſſere Brüche vnnd Mißhandlungen/*&c.* Sollen in die Obergerichte gehören/vnnd durch dieſelben geruget/vnd geſtrafft werden. Ubi etiam nominatim plurima recenſentur delicta, quorum coercitio ad ſuperiorem pertinet jurisdictionem.
31 Econtrà verò in levioribus delictis, quorum pœna eſt pecuniaria, aut carceris ad modicum aliquod tempus, quorumque cognitio ad baſſam ſpectat jurisdictionem, non facilè inquiſitorium proceſſum admitti, tutò quis affirmaverit, quippe in quibus non tàm principaliter Reipublicæ, quàm partis offenſæ jus ac intereſſe attenditur.

32 Hocque ut ſtatuam, movet me quòd Illuſtriſſimus Elector in causâ injuriarum, homines privatos concernente Inquiſitionem formari prohibeat, excepto eo caſu, ſi quis contemplatione & intuitu officij injuriis fuerit laceſſitus, *dict. Ordin. Polit. tit.* Von Juſtitien-Sachen *num.* 5. In verb. Dagegen wenn ein Privatus wider den andern in causâ injuriarum, oder wegen anderer geringen Beſchuldigungen/ſo ſonderlich noch vff mehrer Außführung beruhen/zu inquiriren gebeten/ſolches/es wäre dann einer contemplatione & intuitu officij injuriret, abgeſchlagen/vnd zu ordentlicher Außübung gewieſen worden/*&c.* Atqui cauſam injuriarum quæ non criminaliter ad pœnam corporis afflictivam inſtituitur, excepto illo caſu, quo perſona publica injuriis fuit læſa, ad baſſam jurisdictionem pertinere, certo certius eſt, & clarè patet *ex dict. Ordinat. Provinc. tit.* Was zu Ober/Nieder oder Erbgerichten gehöret/*&c.* In verb. Ob jemand hohe vnd befreyete Perſonen/die im Regiment ſeyn/ſchülte vnd injurirete, *&c.* Ex quo colligendum, juxta mentem Illuſtriſſimi Conſtituentis, in aliis quoque cauſis, quæ coram judice inferiore regulariter ventilari ſolent, inquiſitionis proceſſum haud admittendum eſſe; quippe quarum eadem eſt ratio, quæque intereſſe partis potiſſimùm concernunt.

33 *Secundum ea, in cauſſa injuriarum inter homines privatos, inquiſitionem non permitti, pronunciarunt Dn. Scabini ad requiſitionem Martini* Rabeners in Meiſſen: Dieweil die *Inquiſitional*-Articul/ſo jhr dem Rath zu Meiſſen übergeben/etliche *Injurien*, derowegen jhr gedachten Leuderitz zu beſprechen habt/belangen/ſo iſt der Rath darauff *Inquiſition* anzuſtellen nicht befugt/ſondern jhr ſeyd jhn ſolcher *Injurien* halber/damit er euch angegriffen/vnd wegen deß Frevels/den er in ewerm Hauſe geübt haben ſolle/gebührlichen zu belangen ſchuldig/was aber ſein Fluchen vnd Gottesläſtern anbelanget/ſo er ewerm Bericht nach vff öffentlicher Gaſſen vielfältig getrieben haben ſoll/wird derwegen nichts deſtoweniger von dem Rath *ex officio* wider jhn billich *inquiriret*, vnnd wann er deſſen überwieſen/mit gebürender Straffe verfahrẽ/V.R.W. *Menſe Auguſto, Anno 1600.*

It. An Richter vnd Schöppen zu Dahlen/*Menſ. Mart. Anno 1632.*

It. R à H in Schlotheim: Daß der *Inquiſition*-Proceß nach Gelegenheit dißfalls nicht ſtatt hat. *Menſ. Mart. Anno 1632.*

34 Sed hæc intellecta velim de eo tantummodo caſu, quando de delinquẽte nondum certò conſtat, nec crimen probatum eſt, uti patet ex verbis *dict. Ordin. Polit.* Oder wegen anderer geringen Beſchuldigungen/ſo ſonderlich noch vff mehrer Außführung beruhen/*&c.* Quod ſi verò delictum perpetratum notorium atque perſona delinquentis certa, & de delicto confeſſa aut convicta fuerit, etiamſi illud ſit leviuſculum, ulteriori tamen proceſſu opus non eſt, ſed judex ſive magiſtratus absq; longioribus ambagibus & circuitionibus Reum punire poteſt. Id quod tota die practicari videmus. Et ſic ſalvari poteſt Practica Quæſtorum & Præfectorum, qui in ditionibus Elector. Saxon. de criminibus leviuſculis, à ruſticis perpetratis, ex officio ad denunciationem partis offenſæ, vff beſchehene Rugen/inquirere, eaque punire ſolent. Quod & juſtiſſimam cauſam habet, ne pars offenſa multis ambagibus atque ſumptibus gravetur, & delicta impunita remaneant.

35 Secundum requiſitum eſt. Ut accuſator non adſit, qui adverſus delinquentem proceſſu ordinario agere velit. Eo enim exiſtente, proceſſus inquiſitorius ceſſat, & ordinarius proceſſus inquiſitionẽ excludit.

36 Hinc tradunt *Dd.* quòd antequam Judex inquiſitionem formet, neceſſariò requiratur, ut citari faciat offenſum, ejusvè cognatos proximiores, quibus jus eſt, ſuam ſuorumque perſequi injuriam, quò deliberent ſecum, utrum accuſationem inſtituere velint, nec ne. Quoniam, ſi accuſator comparet, ceſſat inquiſitio, tanquam remedium extraordinarium; ſi verò offenſus, ejusvè propinqui & amici ſe declarent, quod accuſare nolint, tùm demum judex poſſit ex officio inquirere. *Robert. Maranta de Ordin. Iudic. part. 6. ſub tit. de inquiſit. numero* 38. *Bald. in l. 5. colum.* 1. *C. de his qui accuſ. non poſſ. Specul. in tit. de inquiſit. §. viſo col. 6. verſ. porrò ſi procedatur.*

37 Quod tamen hodiè, poſtquam inquiſitio ex generali conſuetudine ordinarium cepit eſſe remedium, in practicâ non ſervari, teſtatur *Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ult. quæſtion.* 3. *num.* 8. Quin & ſimul ac ſemel accuſationem & inquiſitionem intentari, adeoque proceſſum utrumque, tàm ordinarium quàm inquiſitorium cumulari & conjungi poſſe, ita ut quamvis ſolenniter & ordinariè procedendum ſit accuſatoribus, nihilominus tamen judici, ex officio per viam inquiſitionis ſummariè procedendi liberam relinqui facultatem, tradit idem *Clarus dict. §. ult. quæſt.* 10. *num.* 4. quem ſequitur *Nicolaus Reuſner. lib.* 1. *deciſ.* 25 *num.* 13. ubi refert, JCtos Jenenſes reſponſo ſuo hoc approbaſſe, hiſce formalibus pronunciantes: Wenn gleich Anfläger vff deß

Angeklagtens Exceptiones, vor Erörterung deß angeſtellten Inquiſitional proceſs, zu antworten ſchuldig ſeyn ſollen / dennoch aber iſt der hohen Obrigkeit dißfals ſaluberrimum remedium inquiſitionis ex officio, vnnd von Amptswegen anzuſtellen vnbenommen / welches auch zugleich neben der accuſation conjunctim vorgenommen/vnd alſo beyde Proceß mit einander nach geſtalt dieſer Sachen wol cumuliret werden mögen/ V.R.W.

Q.2. An & quando proceſſus ordinarius in cauſis criminalibus inquiſitoriũ proceſſum excludat?

38 Verùm, licet prius conceſſerim *Iulio Claro*, judicem nempe inquirere volentem haudquaquam neceſſe habere, offenſum ejusque cognatos proximiores citare, ab eisque an ordinariè agere velint percipere, ſed tutò iis irrequiſitis, inquiſitionem formare poſſe, quod & uſu ſic obſervatur, quamvis per id judex ſi ipſi placuerit, de hoc cum offenſo ejusque cognatis proximioribus communicare non prohibeatur; Attamen poſterius, quòd exiſtente accuſatore, inquiſitio ſimul ac ſemel inſtitui, adeoque proceſſus uterque, ordinarius
» &inquiſitorius cumulari poſſit, nec *Iulio Cla-*
» *ro*, nec *Reuſnero* largiri poſſum, intrepidè ſta-
» tuens, accuſationem ordinariam, inquiſito-
» rium proceſſum in foro Saxonico impedire at-
» que excludere.

39 *Primò:* Expediti namque juris eſt, non poſſe ſimul conſiſtere duos proceſſus judiciales: ſiquidem fruſtra fit pluribus judiciis, quod uno poteſt abſolvi judicio. *l. non eſt novum.* 10. *ff. de act. empt. & vendit.* Quod nec à judice concedendum eſt; cùm per hoc ipſum cauſæ & lites judiciorum protelari ſoleant. Judicis autem eſt abbreviare lites, quin & Reipublicæ intereſt, lites quam celerrimè dirimi. *cap. finem litibus. de dol. & contum. cap.* 1. *de reſtit. ſpoliator. in 6to. l. manifeſtiſſimi.* 22. *§. ult.* C. *de furt. & ſerv. corrupt. l. cum furioſus.* 8. §. 4. C. *de curat. furioſ.* Nec obſtat; quòd inquit *Reuſner. dict. deciſ.* 25. *nu.* 22. eam ſolummodò cauſam fruſtrà in diverſis judiciis tractari, quæ uno judicio æquè commodè peragi poteſt. *Hoc* enim ipſi non concedendum, quod in proceſſu ordinario cauſa criminalis minus commodè tractari poſſit, id quod nec ab ipſo probari poterit.

40 *Secundò:* Probata juris Regula eſt, quòd remedium ordinarium ſemper ceſſare faciat extraordinarium ſeu ſummarium. *l. in provinciali.* 3. *§.* 1. *ubi Iaſon. num.* 9. *ff. de nov. oper. nunciat.* Unde & in jure, petitorium & poſſeſſorium, tanquam ordinarium & extraordinarium remedium, ſimul ac ſemel intentari aut cumulari non poſſe, creditur. *l. incerti.* 3. *ubi* Hugo Donell. C. *de interdict. l. ordinarij.* 13. C. *de rei vindicat. l. exitus.* 35. *ff. de acquir. vel amittend. poſſeſſ.* Ita quoque remedium *l. diffamari.* C. *de ingen. manumiſſ.* quia extraordinarium eſt, & à jure communi exorbitans, minimè concurrit cum remedio ordinario, à quo ſemper excluditur. *Cæſ. Contard. ad dict. l. diffamari. c.* 4. *num.* 97. *cum ſeq. & n.* 100.

41 Proinde ubi remedium eſt ordinarium, actio nempe vel accuſatio legitima, fruſtrà proceditur ad remedium extraordinarium inquiſitionis, quæ extraordinarium adhuc remedium eſt, eo nempe reſpectu, quòd ſummariè & absque figurâ & ordine judicij in eâ procedatur. *Iohan. Zanger. de except. part.* 1. *cap.* 1. *nu.* 60. *verſicul. triceſimo primo & de quæſt. ſeu tortur. Reor. in proœm. nu.* 4. Aliàs inquiſitionis remedium quoad autoritatem juris, ex quo hodie profluit, ordinarium eſſe, lubens fateor. Vide *ſuprà quæſtion.* 103. *n.* 51.

42 *Tertiò:* Per textum hâc de re expreſſum in *Ordin. Polit. Saxon. Elector. de Anno* 1612. *titul.* Von Juſtitien Sachen. *num.* 5. In verb. Bevorauß/wann pars læſa zuvorn ordinarium proceſſum eligiret, vnnd die Sache ſelbſt Rechthängig gemacht/ ſintemal alſo dann diß remedium (ob ſchon ſonſten derſelben Vorbrechung halben inquiriret werden können) wegen der litispendenz nicht ſtatt finden mögen/ Als laſſen wir es bey ſolcher Verordnung bewenden/ *&c.* *Et paulò poſt:* Wann ſonderlich ein Kläger vorhanden/welcher ſeine accuſationem ſelbſten mit Vbergebung deß Libels ordentlicher weiſe in proceſs perſequiren, vnd vorführen will/ nicht alsbald mit der Inquiſition verfahren werde/*&c.* Quæ verba ſatis luculenter probant, accuſatore exiſtente inquiſitionem formari non poſſe.

43 *Quartò:* Accedit *Ordin. Provincial. Saxon. de Anno* 1555. *ſub tit.* Von Vnkoſten der peinlichen Rechtfertigung. §. Welches auch ubi hæc verba habentur: Welches auch jedes Ampt / oder derjenige/dem die Obrigkeit zuſtehet/vff den fall thun ſolle/ da keine Klägere vorhanden/ vnnd die That offenbar. Ex quibus verbis haud obſcurè probatur, judicem accuſatore deficiente ex officio adverſus facinoroſos procedere, eosque punire debere. Unde ſequitur à contrario ſenſu, accuſatore exiſtente, judicem hoc facere non poſſe. Fortiſſimum namque argumentum eſt deſumptum à contrario ſenſu. *l. quacunque.* 1. *in pr. ubi Iaſon. num.* 36. *ff. de Offic. ejus, cui mandata eſt Iurisdict. Bald. in l. conventicula.* 15. *num.* 1. C. *de Epiſc. & Cleric. Felin. in cap. ſignificaſti.* 18. *num.* 9. *extr. de for. compet. Iacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part.* 4. *quæſt.* 138. *n.* 17. *Nicol. Everhard. in topic. loc. à contrario ſenſu in pr.*

44 *Stat itaque in foro Saxonico concluſio hæc generalis, quòd accuſatore exiſtente inquiſitorius proceſſus formari nequeat, ſed proceſſus ordinarius inquiſitionem impediat atque excludat: Secundum quam pronunciavimus Georg. à* Döbitſch. Dieweil in dieſer Sachen allbereit Ordentlicher weiſe verfahren/ vnd ein Ankläger vorhanden/ ſo hat der *Inquiſition proceſs* nicht ſtatt/ V.R.W. *Menſ. Octob. Anno* 1630.

Q.4. Num inquiſitoriè ſit procedendum, ſi accuſator ab accuſatione inſtitutâ deſiſtat?

45 *Limitatur tamen Primò hæc concluſio:* Si accuſator quidem exiſtat, & delictum Magiſtratui deferat, ordinario tamen proceſſu adverſus delinquentem agere nolit, officium magiſtratus imploret, ut per modum inquiſitionis adverſus Reum procedatur, eiq; pœna debita indicatur. Aut ſi accuſator ab initio quidem accuſationem inſtituerit, eandem tamen non perſequatur, ſed à proceſſu deſiſtat, eumq; planè intermittat. *Matth. Coler. de proceſſ. execution. part.* 2. *c.* 3. *n.* 104.

46 Quibus caſibus absque dubio judex non modò adverſus delinquentem inquiſitionem

formare poteſt, ſed & hoc facere debet. *Tùm*, quòd parum referat, an quis ab accuſando deſiſtat, aut planè non accuſet; Utroque enim caſu accuſator deficit, quod quando fit, inquiſitioni locum eſſe, & judicem inquirere teneri, ſuprà dixi. *Paris de Puteo de Syndicat. in verb. Negligentia. cap. 1. nu. 8. 9. Petr. Heig lib. 1. quæſt. 39. nu. 24. Foller. in pract. crim. Canon. in verb. Aut inquiſitione. n. 20. & ſeqq.*

47 *Tùm*, quòd ſi aliter diceretur, delinquens tutò evaderet, & delictum impunitum remaneret, contra *l. 1. §. cujus 1. ff. de juſt. & jur. l. ſi pœna. 20. ff. de pœn. l. bona fides. 31. in pr. ff. depoſit. l. congruit. 13. ff. de off. Præſid. l. ſi à Reo. 70. §. ult. ff. de fidejuſſor. can. Reos ſanguinis. 7. ibi, hinc apparet. 23. quæſt. 5. cap. cùm in cunctis. §. Clerici, extr. de elect. cap. Vt Clericorum. 13. Extr. de vitâ & honeſt. Cleric.*

48 *Tùm*, quod deſiſtentia actoris videatur ſapere ſpeciem cujusdam tranſactionis, ſuper homicidio per partes initæ. Atqui pars remittendo injuriam ac faciendo cum adverſario pacem per hoc non præjudicat judici, quin ex officio procedere, & provinciam malis hominibus purgare poſſit, *arg. l. 13. ff. de off. Præſid. Coler. dict. c. 3. n. 105.*

49 *Reſponderunt ita Scabini hiſce formalibus.* **Dieweil Anklåger auff außgegangene Vorladung nicht erſchienen / ſondern ſich in einem Schreiben erklåret / daß er die vorgenommene Rechtsfertigung ſeines vnvermőgens halber nicht außfůhren kőnte / So wird Angeklagter von dieſer** *Inſtantz* **billich** *abſolviret.* **Es will aber dem Richterlichen Ampt gebůhren / wider Angeklagten /** *inquiſitoriè* **vff ſeine eigene Vnkoſten zu verfahren / damit das Vbel von wegen deß vorigen Anklågers Vnvermőgen / nicht vngeſtrafft bleibe / V. R. W.** *M. Sept. Anno 1550.*

50 *Et in alia cauſa pronunciarunt:* **Wenn gleich der** *Accuſator* **auß eigenen muthwillen / vnnd ohne Vrſach von der Klagen abſtůnde / ſo wůrde doch von den Gerichten wider den Vorbrecher** *ex officio per viam inquiſitionis* **billig verfahren / V. R. W.** *Eod. Menſ. & Anno.*

51 *Similiter pronunciavimus Quæſtori Saltzenſi:* **Daß Angeklagter von dieſer** *Inſtantz* **billich abſolviret wird / vnnd weil Anklågere ſich außdrůcklichen erklåret / daß ſie jhre Angeſtellte Anklage / vnd ordentlichen** *Proceſs* **ferner zu verfůhren nicht willens / ſondern gåntzlichen davon abzuſtehen gemeynet ſeyn / So wird nunmehr wider Angeklagten / dieſer Landen Gewonheit vnnd Policey-Ordnung nach / von euch** *ex officio per modum inquiſitionis* **verfahren; Es verbleibet aber gleichwol bey dem einmal ertheiletem ſichern Gleit / biß ſo lange etwas peinliches in dieſer Sachen erkennt wird / nochmals billig / V. R. W.** *Menſ. Ian. Anno 1631.*

52 Quod verum eſt ante litis conteſtationem, judicio nondum perfecto. Si autem poſt litis conteſtationem & judicium contractum accuſator deſiſtat, proceſſus ordinarius jam formatus in proceſſum inquiſitorium non transmutatur, ſed judex vices accuſatoris tenet, continuando proceſſum ordinarium.

Prout reſponderunt Scabini Senatui **in Plawen. Weil Anklåger mit Verfůhrung deß Peinlichen** *Proceſſus* **ſich ſeumig erzeiget / vnnd denſelben ins vierdte Jahr erſitzen laſſen /** *&c.* **So ſeyd jhr den von Anklågern angefangenen** *Proceſs* **nunmehr** *ex officio* **zu verfůhren ſchuldig / V. R. W.** *M. Mart. Anno 1601. It. Prætori & Scabinis Pegavienſibus, M. Febr. Anno 1632.*

It. **An die Churf. Brandeb. Regierung zu Cůſtrin. Daß die Anklågere an jhren Beweiß ſich verſeumet / vnnd damit ferner nicht zuzulaſſen / Ihr ſeyd aber nichts deſto weniger den von jhnen angefangenen** *Proceſs*, **auß Richterlichem Ampt / damit die Warheit erkundiget werden mőge / vollend zu vollfůhren / vnd die angegebene Zeugen vff die Articul eydlich abhőren zu laſſen ſchuldig / ferner darauff zu beſchehē was recht iſt / V. R. W.** *Menſ. Ian. Anno 1633.*

Limit. Secundò ſupradicta Concluſio: Si inquiſitorio proceſſu jam formato, ſuperveniat accuſator. 53 *Tùm* judex inquiſitionem perſequi, ac in proceſſu inquiſitorio ſemel cepto, legitimo tramite pergere debet. Cepta namque inquiſitio per accuſationem ſupervenientem non tollitur, ſed ipſa accuſationem impedit. *Dec. in Rubr. de Iudic. nu. 68. & 69. Marant. in Specul. part. 6. tit. de inquiſit. num. 39. Iacob. Novell. in pract. in pr. nu. 4. verſ. inquiſitio regulariter. Nicol. Reuſner. lib. 1. deciſ. 25. n. 31.*

54 *Tùm*, quia inquiſitio æquè atque accuſatio hodie eſt remedium ordinarium, jure probatum ac confirmatum, ut dixi *ſupra quæſt. 103. nu. 51. Petr. Heig. lib. 1. quæſt. 39. n. 8. Ægid. Boſſ. tit. de inquiſit. n. 8. Anton. Gomez. tom. 3. Variar. reſolut. cap. 1. de delict. num. 49. Bonif. de Vitalin. de malef. tit. de inquiſit. nu. 6. Blanc. in l. ul. nu. 5 ff. de quæſt. Gand. in tract. malef. tit. quomodo de malefic. cognoſ. per inquiſit. n. 6.* Quare in inquiſitione non minus, ac in aliis remediis ordinariis præventioni locus eſt, ita ut ea ſemel cepta alia remedia impediat, juxta tradita à *Bartol. in l. 3. §. ult. col. 2. ff. ad Leg. Iul. de adult.*

55 *Tùm* quia duo ſimul proceſſus judiciales conſiſtere nequeunt, ſed unus ſemel ceptus alterum excludit. Fruſtra enim fit pluribus judiciis, quod uno judicio abſolvi poteſt. *l. non eſt novum 10. ff. de action. empt. & vendit.* Quod tantò magis aſſerendū de proceſſu inquiſitorio, quantò citius is ſolet finiri: Siquidem in inquiſitione ſummariè, & ſublato, quod dicitur, velo proceditur, abſque longo litis ſufflamine *Nicol. Reuſn. lib. 1. deciſ 24. n. 32.*

Q. ſ. An non cepta jam inquiſitio impediat ordinarium proceſſum?

56 *Tùm*, ob verba *Ordin. polit. dict. tit.* **Von Juſtitien Sachen.** *nu. 5.* **Wann** *pars læſa* **zuvorn** *ordinarium proceſſum eligiret, &c.* Ubi manifeſtè diſponitur, quòd inquiſitio excludatur ab accuſatione prius inſtitutâ, ut patet ex verbo (**zuvor.**) Sequitur ergò à contrario ſenſu, inquiſitorium proceſſum, jam inſtitutum non impediri aut tolli per accuſationem, poſtea demum ſupervenientem.

57 *Quam ſententiam in pronunciando ſecuti fuimus in Elect. Saxon. Scabinatu, in hunc modum reſpondentes.* **Ob nun wol die Gerichte in keiner Abrede ſeyn kőnnen / die** *Acta* **auch klar außweiſen / daß der Mann niemals dieſe Sache jhnen übergeben oder anheim geſtellet / vnnd dem Manne wider das Weib ordentlicher weiſe anfånglichen zu klagen vnbenommen geweſen; Do aber dennoch die Gerichte / vnter denen das Weib gefånglichen gehalten wird / wider ſie allbereit durch** *Inquiſition* **gebůhrlichen verfahren / Zeugen abhőren laſſen / vnd ſonſten Erkůndigung eingezogen /** *&c.* **So håtte auch nach Gelegenheit dieſes fals deß Mannes ſuchen / daß er jetzo allererſt ordentlich zu ſeinem Weibe klagen will / nicht ſtatt / V. R. W.** *Georgio* **Wiricken,** *Pegavienſi, Menſ. Iulio, Anno 1622.*

58 *Limit. Tertiò* hæc Concluſio: In proceſſu ordinario, quando accuſator tot & talia probavit indicia, ex quibus Reum tormentis ſubjiciendum eſſe, per ſententiam fuit judicatum. Quo caſu proceſſus ordinarius deſinit, & in inquiſitorium proceſſum commutatur. Notabiliter enim tenendum hoc, quòd quotieſcunque quæſtionibus ſive tormentis veritas delicti alicujus eruenda eſt, hoc per inquiſitionis proceſſum expediri debeat, adeoque ſi in proceſſu ordinario eò deventum fuerit, proceſſus iſte prorſus ceſſabit, ſubſtitutâ inquiſitione. *Iohan.*
59 *Zanger.in tract.de quæſt.& tortur.c.3.nu.*1. Cujus rei ratio evidens eſt, nam priuſquam Reus tormentis ſubjiciatur, ante omnia judice ipſomet, ejuſque aſſeſſoribus præſentibus, de ſpontaneâ confeſſione, & cruciatu eculei vitando, ſeriò eſt interpellandus, iiſque verbis interrogationes concipiendæ, quibus ad aperiendum delictum Reus induci poteſt. Quæ ſanè in proceſſu ordinario; ubi factâ ſemel litis conteſtatione, ulterior reſponſio à Reo non extorquenda eſt, perfici nequeunt: prout hæc ratio colligi poteſt ex *art. 46. Ordin. Criminal. Carol.* Ibi: Wenn man den Gefangenen peinlich fragen will/ von Amptswegen/ oder auff Anſuchung deß Klägers/ ſoll derſelbig zuvor in gegenwertigkeit deß Richters/ zweyer deß Gerichts/ vnd Gerichtſchreibers/ fleiſſiglich zur Rede gehalten werden mit Worten/ die nach gelegenheit der Perſonen vnd Sachen/ zu weiter Erfahrung der Vbelthat/ oder Argwöhnigkeit allerbeſt dienen mögen/ auch mit Bedräwung der Marter beſpracht werden/ ob er der beſchuldigten Miſſethat bekäntlich ſey oder nicht/ vnd was jhm ſolcher Miſſethat halber bewuſt ſey/ *&c.*

60 Quin & in proceſſu ordinario, ea ſolummodo agenda atque tractanda ſunt, quæ proceſſus iſtius qualitas ſecundum juris ordinem requirit. Nullibi autem in jure diſpoſitum eſt, ut in proceſſu ordinario Rei perſona quoquo modo affligatur, ut vel propterea ratione tormentorum, quibus delinquens eſt ſubjiciendus, ad inquiſitorium proceſſum ſit deveniendum.

61 *Hæcque in foro Saxonico quotidie ſic practicantur: Veluti etiam ita reſpondimus Quæſtori* Dippoldiſ*vvaldenſi:* Vff angeſtellte Peinliche Anklage/ erfolgte Antwort/ geführten Beweiß vnnd Gegenbeweiß/ darauff eingewendete *Exception* Schrifft/ vnd fernere Geſetze/ in Sachen ewers anbefohlenen Ampts *conſtituirten* peinlichen *Fiſcaln* Anklägern an einem/ *N N.* Angeklagten anders theils/ S. W. *&c.* Auß den *Acten* allenthalben ſo viel zu befinden/ daß das/ Angeklagten ertheiletes ſichere Gleit billich *caſſiret* vnd vffgehoben/ er zu gefänglicher Hafft gebracht/ die bezüchtigte Vorbrechung in gewiſſe Articul verfaſſet/ vnd jhme vorgehalten wird/ vnd woferne er ſich in gutem nochmals darzu nicht bekennen will/ ſeyd jhr wol befugt/ jhn mit der ſchärffe zimlicher weiſe angreiffen vnd befragen zulaſſen/ *&c. Menſ. Octobr. Anno* 1624.

It. Actuario Iudicij in Queiß/ *Menſ. Febr. Anno* 1622.

It. Conſulibus & Senatui in Oderan/ *Menſ. Iunio, Anno* 1630.

62 Tertium Requiſitum eſt, ut Reus adverſus quem inquiſitio formari debet, ſit præſens, ita ut haberi, & pœna executioni mandari queat. Contra abſentem enim per inquiſitionem non proceditur. *Proſp. Farin. in prax. crim. lib.*1 *tit.*1 *q.*1. *n.*69. *Iul. Clar. lib.* 5 *ſent.* §. *ult. q.*11. *n.*1. Etſi verò is dicat, hodie de conſuetudine contrarium ſervari; attamen ſecus res ſe habet in foro Saxonico, ubi adhuc hodie inquiſitionis proceſſus tantummodò locum habet, quando Reus præſens eſt, & pœna executioni mandari poteſt.

63 Cujus rei ratio haud obſcura eſt: Nam abſens damnari nequit. *l. abſentem.* §. *adverſus contumacem, ubi Gloſſ. & Dd. de pœn. l. abſentem. C. de accuſat. l.*1. *ff. de requi. reis.* Ideoque in foro Saxonico, quando Reus eſt fugitivus aut latitat, nulla alia eſt pœna contumaciæ, quàm ut agatur ad Bannum, ſive proſcriptionem, qualis actio non niſi in proceſſu ordinario ventilari ſolet, ut dicetur *infrà q.*140.

64 Quod tamen de pœnis tantummodò corporalibus, & gravioribus criminibus intellectum velim. Nam in levioribus delictis, quorum pœna eſt pecuniaria, licet Reus ſit fugitivus; attamen ſi patrimonium forſan habeat, aliaq; bona poſſideat, quin inquiſitoriè adverſus eum non minus ac per viam accuſationis procedi queat, ita ut abſens pro confeſſo & convicto habitus in mulctam pecuniariam condemnetur, eaq; poſtea ex bonis fugitivi Fiſco applicetur, dubitandum non eſt: prout practica docet. Sicuti & illud hodie uſu receptum eſt, 65
quod in criminibus gravioribus & atrocioribus Reo præſente & incarcerato communiter per viam inquiſitionis procedatur, parte offenſâ Magiſtratus officium & auxilium implorante, ac juri ſuo accuſandi renunciante.

Tertiò videndum jam quoque: Quomodo ritè ac legitimè Inquiſitio ſit inſtituenda.
66 Sicuti enim proceſſus inquiſitorius ad gloriam Dei. *c. cum ad Theſſalonicam* 11. *quæſt.*3. ad vindictam Legis *Rom.*13. *verſ.*4. *l. ſi vindicari. C. de pœn.* ad publicam Salutem & ad damnum aliquod imminens avertendum. *l. ſi minoris. ff. de adminiſtr. tutor.* denique ad ſontes puniendos, ſuſcipi debet. *Alber. Roſat. in l. fin. nu.*11. *C. de accuſat. Petr. Peck. in cap. quod quis. n.*11. *ext. de Reg. jur. in 6to.* Ita & inquiſitio juſto ac debito modo ſecundum leges formanda eſt, ne exceptio ineptitudinis inquiſitionis, proceſſum inquiſitorium reddat nullum, *arg. l. libellorum. verſ. quod ſi libelli. ff. de accuſat. l. ſi maritus.* §. *ult. verſ. fin. ff. ad Leg. Iul. de adult. l.*2. *ff. ſi quis menſ. falſ. mod. Anton. Gomez. tom.*3. *variar. reſolut. tit. qualiter formetur accuſatio. nu.*1. *Tiber. Decian. volum.*1. *conſil.*18. *num.* 41. *& volum.*2 *conſil.*25. *nu.*11. *Proſper. Farin. in prax. lib.*1. *tit.*1. *quæſt.*1. *num.*5. *Rol. à Vall. vol.*3 *conſil.*51. *nu.*23. *& vol.*4 *conſil.*94. *nu.*77. *& ſeqq.* haud abſque periculo judicis, qui à Reo abſoluto poſtea conveniri poteſt.

Q. 6. Quomodo Inquiſitio formari debeat?

67 *Qualis ergò inquiſitio eſſe, & quomodo juxta leges formari debebit?* In genere ſanè certiſſimum eſt, quòd in criminibus inquirendis, inveniendis, puniendiſque procedi oporteat ſecundum leges divinas & humanas, *can. abſens.* 3. *quæſt.* 9. ſecundum jus vetus & Conſtitutionum for-

mam, *l. abſentem C. de accuſat.* ſecundum juris publici formam, *l. abſentem. l. ſi quis homicidij. C. eod. titul.* ſecundum receptum judiciorum morem, *d. l. abſentem*, ſecundum ordinem legibus inſtitutum, *l. fin. C. de accuſat.* ſine odio, vel odij fomite, *c. judicare. 11. quæſt. 3. cap. qualiter. 24. ext. de accuſat. cap. 1. ext. de ſentent. in 6to.* ſine ſordibus, *l. filiusf. §. 1. ff. de judic. l. ſi per imprudentiam. ff. de evict. can. qui rectè. 11. quæſtion. 3. cap. 1. extr. de ſentent. & re judic. in 6to.* ſine gratiâ. *l. in hæredem. in pr. ff. de calumniat.* ſine irâ & furore, *c. illi. cum ſeqq. c. cum apud. c. ſummoperè 1. quæſtion. 3. Bald. volum. 5. conſil. 421. num. 10.* ſine emendicatis ſuffragiis, *l. ſinguli. C. de accuſation.* ſine levitate, *d. c. ſummopere.* ſine imperitiâ, *l. qui cùm major. §. ſi tamen. ff. de bon. libert. l. 1. in prin. ff. de appellat.* ſine præcipitantiâ, *Eſai. cap. 28. verſic. 8. l. 1. C. de execut. rei judicat. c. non ſolum. 11. quæſtion. 3.* ſine injuriâ. *l. eo tempore. ff. de pecul.* Denique non ex voluntate noſtrâ, *§. ſed & ſi quid forſitan. ſub rubr. de confirm. Digeſt.* neque ex mente noſtrâ, *c. paratus. ubi gloſſ. verb. ſecundum legem 23. quæſt. 1.* neque ex cervice noſtrâ. *Octav. Cach. deciſ. 79. n. 57.* neque ex affectione, corde & ſeveritate noſtrâ, *Bald. volum. 2. conſil. 298. num. 3.* Sed ex præcepto divino, *dict. cap. ſummopere.* legitima ſive legum autoritate, *d. §. ſed & ſi quid forſitan.* ex charitatis affectu, *cap. qualiter. 24. extr. de accuſat.* animo ac mente per rationem & intellectum gubernatâ, *Bal. volum. 5. conſil. 421. nu. 10.* proceſſu legitimo ritè obſervato, *Matth. 18. verſ. 15. & ſeqq.* Quod enim juſtum eſt, vel juſtum eſſe putamus, id juſtè nobis perſequendum eſt. *Deut. 16. verſ. 20.* Hocque cumprimis, à terrarum Dominis fieri debet & decet. *Philipp. Melancht. in Explic. Evang. quod in feſto omn. Sanct. recit. ſolet.* ne dum ad alienum peccatum coërcendum nimis propere deproperant, *l. 1. C. de exec. rei judic.* graviora ipſi peccata admittant, *c. ira. 11. quæſtion. 3.* & ſanguinem humanum injuriâ effuſum ad exuſcitatæ conſcientiæ ſtimulum fruſtrà deſiderent. *l. ſi vindicari. C. de pœn. cap. ſi quando. Ext. de reſcript.* Verba hæc ſunt *Erneſti Cothmanni volum. 3. reſp. jur. 29. nu. 69. & ſeqq.* hactenus recitata.

68 At quænam in ſpecie ſint requiſita juſtæ ac legitimæ inquiſitionis, nullibi ferè in jure expreſſum, nec à quopiam *Dd.* quos ego quidem vidi, juſto ordine traditum eſt. Quamvis plurimi hac de re latiſſimè ſcripſerint, eaque potiſſimum, quæ in cujusque Regionis ac Provinciæ foro uſu recepta fuêre indicaverint: Quæ & inprimis circa proceſſum inquiſitorium attendi & obſervari debent. Quod advertens tàm Heroicâ clementiâ, quàm piâ ſeveritate erga facinoroſos, laudabilis Elector Saxoniæ Illuſtriſſimus D. Auguſtus, feliciſſimæ memoriæ, normam quaſi certam inquirendi, & moribus Saxonicis apprimè convenientem & uſitatam præſcripſit, quam præciſè in puniendis delictis ſequi, Provinciarum ſuarum homines juſſit, eosque ſi hoc fecerint, ab omni metu & proceſſu ab inſontibus forſan inſtituendo, tutos & liberos eſſe voluit in peculiari quopiam reſcripto Scabinis Lipſienſibus *die 18. Ian. Anno 1579.* inſinuato. Quod quia plurimum facere videtur ad explicationem proceſſus inquiſitorii in foro Saxonico recepti, verbotenus hîc apponere placuit.

Verba Reſcripti hæc ſunt: Von GOTTes 69
Gnaden AUGUSTUS, Hertzog zu Sachſen/Churfürſt/*&c.* Liebe Getrewen/Vns iſt glaubwürdig fürbracht/wie vnſere Amptleute vnd andere Gerichtsperſonen in vnſern Landen/wenn ſie wider die Mißhändler jhrer Vorbrechung halber Peinliche Proceſs angeſtellet/zum öfftermal nach Erörterung deſſelben Rechtlichen belanget/auch zu zeiten vertheilet worden/vnd daß ſolches den mehrentheil daher kommen/daß man nicht allewegen den Proceſs, wie der in peinlichen Fällen/in vnſern Landen bräuchlich gehalten wird/ in acht habe. Wann dann hierdurch die Ampts- vnd Gerichtsperſonen/mit den Vbelthätern zuzugreiffen/vnd die zu gebürender Straffe zu bringen ſehr ſchwer gemacht/die Leute aber hingegen in jhrem Muthwillen geſtärcket werden. So haben Wir ſolchem Vbel zu wehren/vnd damit man/wie es mit ſolchem Proceſs zu halten/vnd darinnen zu erkennen ſey/eine Gewißheit/vnnd von allen Theilen deſto beſſer ſich zu verwahren haben möge/in Vnſere Aempter vñ OberHoffgerichte Befehlich gethan/daß man ſich in denen Fällen/wenn wider einen Vorbrecher Amptshalben vnd ex officio inquiriret wird/in allewege nach dem Proceſs, wie es bißhero in vnſern Landen in inquiſitionſachen bräuchlich geweſen/richten/vnd demſelben nachgehen ſolle. Als nemlichen/erſtlich die Vorbrechung Articulsweiſe faſſe/dieſelbe dem Gefangenen in beyſeyn der Gerichtsperſonen fürhalte/jhn darüber höre/ſeine Außſage darauff mit fleiß auffzeichne/vnd was er daran verneinet/darüber die Zeugen/vff vorgehende wirckliche leiſtung deß gewöhnlichen Zeugenеydes verhören laſſe/derſelben Auſſage in eine ordentliche Regiſtratur bringe/vnnd die in den Schöppenſtuhl darüber zu erkennen ſchicke/vnd was alſo der Straffe halben/oder ſonſt hierüber erkandt/daſſelbige gebürlichen vollſtrecken/jedoch daß man ſich in allewege zuvorn/vnd ehe dann die Straff ergehe/eigentlich erkundige vnd gewiß ſey/daß auch die That vnd Mißhandlung/damit der Vorbrecher beſchuldiget/vnd darumb er geſtrafft werden ſoll/wircklichen geſchehen. Sonderliche Interrogatorien aber durch die Advocaten zu übergeben/die Gezeugnuß zu diſputiren, vnd andere weitläufftigkeit/dadurch nur die Sachen vergeblichen vffgehalten/die Richter müde gemacht/vnd der Vorbrecher offtermahls der wolverdienten Straffe entzogen wird/haben Wir in Vnſern Landen in Inquiſition proceſſen, auſſerhalb der Fälle/wenn es etwa wegen angezogener Nothwehr/oder andere dergleichen durch geſprochene Vrtheil/zu einem ordentlichen Beweiß kömmet/nicht verſtatten wöllen; Allein wann ein Gefangener für ſich ſelbſt/ohne Advocaten vnd andere weitleufftigkeit bete/man wolte zu außführung ſeiner Vnſchuld/die Zeugen/ſo verhöret werden ſollen/dieſes oder anders halber auch befragen/darmit wird er billich zugelaſſen/vnd die Zeugen daruff/ſo wol als vff die Articul verhöret/Darumb wenn ſich befindet/daß eine Ampts- oder Gerichtsperſon dieſen Proceſs alſo gehalten/vñ darüber nichts weiter fürgenommen

men/ dann was die hierinnen erholeten Vrtheil mit ſich gebracht/ So haben Wir ferner die Verordnung gethan/ daß alsdann die Gerichts- vnd Amptsperſonen ſolches Proceſſus halber nicht vertheilet/ Sondern/ wann nicht ſonſten etwan dargebracht wird/ daß den Sachen durch Sie zu viel geſchehen ſey / mit Erſtattung aller Vnkoſten abſolviret werden ſollen. Begehren derowegen/ Gnädigſt befehlende/ Ihr wollet euch auch ewers theils in Vrtheilen hernach richten/ vnnd es anders nicht halten/ damit in vnſern Landen gleichmäſſig geſprochen / vnnd erkandt werde/ Daran vollbringet Ihr Vnſere gnädigſte vnnd gefällige Meynung. Dat. Annebergk. 5. Januar. Anno 1579.

AUGUSTUS Churfürſt/ꝛc.

70 Hujus Reſcripti tenor paucis verbis immutatis, inſertus quoque poſtmodum fuit *Ordin. Appellation.* Der Appellation Ordnung *edit. Menſ. Octobr. An.* 1605. Et quæ ibidem diſpoſita ſunt, Anno 1612. denuò repetita, iisque plura, quæ ad inquiſiti defenſionem faciunt, addita fuêre in *Ordin. Polit.* Policey Ordnung *ſub tit.* Von Juſtitienſachen. *n.* 5. *verſ.* Vnd wenn darauff redliche Anzeigungen/ *&c.*

71 Ex quibus haud obſcura eſſe poteſt forma inquiſitionis in foro Saxonico uſu recepta, quæ & juri ſcripto maximoperè convenit. Hæc ut rectiùs percipiatur, certa quædam requiſita inquiſitionis legitimè formandæ, ex jam dicto Reſcripto Electorali decerpta ponere, eaque pro exactiori inquiſitionis legitimæ intellectu diſtinctè examinare, fert animus.

Q. 6. Quanam ſint Requiſita legitimæ inquiſitionis?

72 *Primum Requiſitum* Inquiſitionis legitimæ eſt: Ut ante omnia de ipſo facto conſtet, prout innuunt verba Reſcripti: Jedoch daß man ſich in allewege zuvorn erkundige vnd gewiß ſey/ daß die That geſchehen/ *&c.* Quare ſummaria ſive generalis Inquiſitio præcedere debet: *Tum*, ut conſtet de corpore delicti, aliàs enim inquiri non poteſt. *l.* 1. §. *item illud. ff. ad Syllan. l. neceſſario.* §. 1. *ff. eod. titul. l. Divus Trajanus. ff. de militar. Teſtam. l. ſi quis legatum.* §. *cæterum. ff. ad Leg. Cornel. de falſ. Angel. Aretin. de malefic. Proſper. Farin. in prax. crimin. lib.* 1 *titul.* 1. *quæſt.* 1. *numer.* 6. *Paris de Put. de Syndic. verb. Confeſſio. num.* 5. *Tùm*, quò judex ex indiciis de perſonâ delinquentis certus fieri queat: Abſque indiciis namque præcedentibus, adverſus certam aliquam perſonam inquiſitio ſpecialis formanda non eſt. *Dd. in l. milites. C. de quæſt. Hippol. de Marſil. in pract.* § *conſtante. num.* 33. *Proſp. Farin. dict. quæſt.* 1. *n.* 40. *Tiber. Decian. volum.* 1. *conſ.* 18. *n.* 55.

73 *Secundò*: Inquiſitio formari debet à Judice competente. *Tùm* ratione ipſius delicti, ut ſcilicet inquirens ſuperiorem habeat jurisdictionem, ſeu merum imperium. *Tùm* ratione fori, quod Reus in delictis ſortitur. Quo non obſervato, inquiſitio eſt nulla. *tot. titul. C. ſi non à competent. Iudic. l.* 1. *C. ubi de Crimin. agi oport. cap. ſi diligenti. de foro competent. Ægid. Boſſ. in titul. de inquiſit. num.* 62. *Pract. Conrad. tit. de Inquiſit. num.* 6. *&* 7. *Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crim. cap.* 8. *num.* 4. *& ſeq.* Quô & verba Reſcripti reſpiciunt: Wie vnſere Amptleute vnnd andere Gerichtsperſonen in vnſern Landen/ wenn ſie wider die Mißhändler/ jhrer Vorbrechung halber/ Peinliche Proceſs angeſtellet/ *&c.* Ex quibus præſupponendum, de iis ibidem agi judicibus, qui facultatem inquirendi habent, quique judices ſunt competentes in criminalibus cauſis.

Tertium Requiſitum eſt captura & carceratio Rei. 74 Ex indiciis ſiquidem præcedentibus, & ſummariâ inquiſitione judex informatus de Rei perſonâ, eam capi & carcerari facere debet, ne aufugiat, & proceſſus inquiſitorius reddatur eluſorius. *Hippol. de Marſil. in pract. crimin.* §. *conſtante. num.* 1. *& in l.* 1. *ff. de quæſt. Proſp. Farin. in prax. crim. quæſt.* 27. *nu.* 116. *& ſeq. num.* 123. 124. Huc verba faciunt Reſcripti: Dieſelbe dem Gefangenen. *Et poſtea*: Allein wenn ein Gefangener für ſich ſelbſt/ *&c.*

Quartum requiſitum eſt formatio Articu- 75 lorum inquiſitionalium, & annotatio reſponſionis ad articulos ab inquiſito factæ. *Ioh. Emer. à* Roßbach. *in proceſſ. crim. tit.* 3. *cap.* 1. In quo requiſito nervus inquiſitionis potiſſimùm conſiſtit, ut nempe Reus delictum confiteatur, aut ſi diffiteatur, probationi locus detur. Idque verbis Reſcripti hiſce expreſſum eſt: Daß man erſtlich die Vorbrechung Articulsweiſe verfaſſe/ dieſelbe dem Gefangenen in beyſeyn der Gerichtsperſonen vorhalte/ jhn darüber höre/ ſeine Außſage darauff mit fleiß verzeichne/ *&c.*

Quintò: Negante Reo delictum, judex te- 76 ſtes producere debet, qui teſtimonium jurato perhibere tenentur. *l. quoniam.* 11. *l. conſtitutio. Auth. Rogati. C. de teſtib.* Roßbach. *dict. loco. tit.* 3. *cap.* 3. Quibus peractis, crimineque vel indiciis ad torturam ſufficientibus probatis, confrontatio teſtium cum inquiſito fieri debet, de quo requiſito loquitur Reſcript. Vnd was er daran verneinet/ darüber die Zeugen vff vorgehende wirckliche Leyſtung deß gewöhnlichen Zeugeneydes verhören laſſe/ *&c.*

Sextum Inquiſitionis legitimæ Requiſitum eſt: 77 Ut rei defenſio, ejusque deductio & probatio admittatur. Semper enim inquiſitio taliter formanda eſt, ne Reo defenſio tollatur. *Proſper. Farinac. in prax. crim. lib.* 1. *titul.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 11. Hinc Illuſtriſſimus conſtituens in prædicto ait Reſcripto: Man möchte zu Außführung ſeiner Vnſchuld die Zeugen / ſo verhöret werden ſollen/ dieſes oder anders halber auch befragen/ damit wird er billich zugelaſſen/ vnnd die Zeugen darauff/ ſo wol als auff die Articul verhöret/ *&c.*

Septimum denique requiſitum eſt transmiſſio 78 Actorum inquiſitionalium ad Collegium Juriſperitorum. Peractis namque prioribus, Inquiſiti reſponſione, defenſione, teſtiumque depoſitionibus & confrontationibus diligenter adnotatis, & in Regiſtraturam judicialem redactis, Judex acta inquiſitionalia Scabinis tranſmittere, eorumque Conſilium deſuper implorare, & quæ ab ipſis judicata fuerint, tùm ratione condemnationis, tùm ratione juramenti purgatorij, vel etiam torturæ ſtrictè exequi debet. Quô verba faciunt Reſcripti: Derſelben

Außſage in eine ordentliche Regiſtratur bringe/ vnd die in den Schöppenſtuhl / darüber zu erkennen ſchicke / vnd was alſo der Straff halben / oder ſonſt hierüber erkandt / daſſelbe gebührlichen vollſtrecke/ *&c.*

Hæc ſunt requiſita Inquiſitionis legitimæ maximè neceſſaria, & in foro Saxonico ſtrictè obſervanda, de quibus ſpecialiter quæſtionibus ſubſequentibus fuſius agetur.

QVÆSTIO CIIX.

De Inquiſitione Generali ſive Summariâ. Quando & quatenus de corpore delicti conſtare debeat, quæq; indicia ad inquiſitionem ſpecialem ſufficientia?

SUMMARIA.

1. *De ipſo Crimine & facto ante omnia debet conſtare.*
2. *Effectus generalis inquiſitionis eſt, ut de crimine & autore criminis conſtet. n.3.59.*
4. *Ex inquiſitione generali certioratur Iudex de corpore delicti. n.5.6.7.*
8. *Diverſimodè de corpore delicti conſtare dicitur. num.9.*
10. *Ad effectum inquirendi, quomodo debeat conſtare de corpore delicti? n.11.12.13.14.*
15. *Qualiter conſtare debeat de corpore delicti, quoad effectum torturæ? n.16.17.*
18. *Ex indiciis quandoque judex ad torturam devenire poteſt, ut maximè de corpore delicti per evidentiam facti non conſtet. nu.19.20.21.22.23.*
24. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.*
25. *Ad mortem Reus condemnari nequit, priusquam de corpore delicti per evidentiam facti conſtet. n.26.27.30.*
28. *Sententia Scabinorum Lipſienſium. n.29.*
31. *In crimine homicidij conſtare quoque debet de lethalitate vulneris.*
32. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
33. *In delictis occultis conjecturata probatio pro plenâ habetur. n.34.*
35. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
36. *In delictis facti tranſeuntis quando conſtet de corpore delicti? n.37.*
38. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
39. *In irrogatione pœnarum non Capitalium, neceſſariò non debet conſtare de corpore delicti. n.40.*
41. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.*
42. *Inquiſitio generalis in perveſtigatione perſonæ delinquentis quoque conſiſtit.*
43. *Specialis inquiſitio absque indiciis legitimis, contra certam aliquam perſonam neutiquam eſt ſuſcipienda. n.44.45.46.*
47. *Quænam indicia ad ſpecialem inquiſitionem ſint legitima & ſufficientia? nu.48.49.50.60.61.64.*
51. *Diffamatio ſufficiens eſt indicium ad inquiſitionem.*
52. *Absque diffamatione an ſuſcipienda ſit inquiſitio? n.53.*
54. *Denunciatio facit indicium ad inquiſitionem, non tamen fundat proceſſum ordinarium.*
55. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
56. *Exceptio de crimine publico fundat inquiſitionem adverſus actorem.*
57. *Quando inculpatio ſocij criminis indicium faciat ad torturam? n.58.*
62. *Absque omni præſumptione, ne quidem ad generalem inquiſitionem eſt procedendum.*
63. *Inquiſitio generalis absque reſpectu perſonarum ſuſcipi debet.*
65. *In inquiſitione generali creditur etiam teſtibus non juratis.*
66. *Num judex acta inquiſitionis ſummariæ accuſatori petenti edere teneatur? n.67.*
68. *Quandoq; absq; generali inquiſitione ad ſpecialem inquiſitionem deveniri poteſt.*

1 PRimum requiſitum Inquiſitionis legitimè formandæ eſt apparentia delicti; ut nempe de ipſo facto ſeu crimine conſtet. Quia enim judex ex officij debito contra criminoſos inquirire tenetur, ne cum illis colludere, illorumque facta approbare videatur, *l. congruè. ff. de Offic. Præſid. l. 2. C. de commer. & mercat.* utique de ipſo facto, an ſcilicet quiſpiam delictum commiſerit, ante omnia conſtare debet. *Proſper. Farin. in prax. Crim. lib. 1. tit. 1 quæſt. 1. n. 6. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 4. in pr. & quæſt. 5. Nicol. Reuſner. lib. 1. deciſ. 24. nu. 12. Erneſt. Cothm. volum. 3. Reſponſ. 30. n. 156.* Quod ipſum etiam verba innuunt *Ordin. Polit. Elect. Saxon. de Anno* 1612. *tit.* Von Juſtitienſachen. *n.* 5. Ibi: Nicht alſobald mit der inquiſition verfahren / zuförderſt aber jedesmal fleiſſige Erkundigung de corpore delicti eingezogen / vnd wenn darauff redliche Anzeigungen vnd Vermuthungen/ wider den Beſchuldigten vorhanden/ *&c.*

Hicque eſt effectus generalis ſive ſummariæ 2 inquiſitionis, quæ incerto adhuc delicto & delinquente per judicem fit, ad generaliter inquirendum, an delictum quoddam perpetratũ ſit, & quisnam illud commiſerit, ut deinde habitâ aliquali cognitione delinquentis contra illum in ſpecie inquiratur. Ad quam inquiſitionem levia ſufficiunt indicia, modò aliquem colorem habeant & talia ſint, ut judicem probabiliter in ſuſpicionem commiſſi criminis contra aliquem inducere poſſint. *Iul. Clar. dict. q. 5. n. 5. & quæſt. 2. n. 2. Proſp. Farin. dict. qu. 1. n. 47. & ſeqq.* Illaq; regulis & requiſitis inquiſitionis non ſubjicitur, ſed generaliter etiamſi nec de delicto, nec de delinquente conſtet, ad hunc ipſum fit effectum, ut cognoſcatur an crimen in Provinciâ commiſſum, & quisnam autor iſtius ſit, quo ſpecialis inquiſitio formari queat. *Angel. Aretin. de maleſic. in verb. Hæc eſt quædam inquiſitio. n. 3. Marant. in ſpec. tit. de inquiſit. num. 30. & ſeq. Erneſt. Coth-*

mann. dict. Reſponſ. 30. num. 153. Bartol. in l. Congruit. num. 3. ff. de Offic. Præſid. Conrad. Lancellot. de inquiſit. n. 5.

3 Adeoque Generalis inquiſitio ſemper præcedere debet ſpecialem, ad hoc, ut de ipſo facto, ſuper quo poſtea ſpecialiter inquirendum eſt, conſtet: Idq; tàm ratione ipſius criminis, quàm ratione autoris ſive delinquentis: In hiſce namque duobus totus vertitur proceſſus inquiſitorius; ut nempe judex certus ſit, *Primò* de ipſo delicto: *Deindè* etiam de delinquente, de quibus ex inquiſitione certò informatus, tutò ſupplicium jure definitum dictare, Reumq; punire poteſt. Quare & inquiſitionem generalem ſive ſummariam in hiſce duabus partibus, indagatione ſcil. ipſius delicti & delinquentis conſiſtere, ambigendum non eſt.

4 Prima Pars inquiſitionis generalis eſt indagatio criminis ſive delicti. De quo judex ex ſuſpicione quâdam inductus, certus eſſe debet, antequam ad inquiſitionem ſpecialem perveniat. Expediti namque juris eſt, non locum eſſe inquiſitioni, niſi liquidò appareat, Crimẽ tale fuiſſe commiſſum, ſuper quo inquiſitio ſpecialis formari poſſit. *Nicol. Reuſner. lib. 1. deciſ. 24. nu. 12. Bartol. in l. ſi ſervus. 4. C. de his qui ad Eccleſiam confug. Iaſon. in l. nam poſteaquam. 9. in pr. ff. de Iurejur. Hippol. de Marſil. lib. 2. Conſil. 100. in fin. Modeſt. Piſtor. lib. 2. Conſil. 4. in fin.*

5 Hocque ipſum eſt corpus delicti de quo niſi conſtet, nullo modo adverſus certam aliquam perſonam inquiri poſſe, creditur. *l. 1. §. illud. ubi Dd. comm. l. 5. §. 1. ff. ad Senatus C. Syllan. l. inde Neratius. 33. §. ultim. ff. ad Leg. Aquil. l. 1. §. ſi quis ultrò. ff. de quæſtion. l. Divus Trajanus. 24. ff. de militar. teſtam. l. ſi is qui rem. 66. §. ſitu Titium. ff. de furt. l. ſi quis legatum. 6. in prin. verſ. prius enim oportet. ff. ad leg. Cornel. de falſ. l. ejus qui delatorem. 29. in prin. verſ. nec enim. ff. de jur. fiſci. Bald. in l. ſi quando. 9. num. 2. C. Vnde Vi. Paul. de Caſtr. aliique Dd. in l. quoties. 9. ff. de hered. inſtit. Hippol. de Marſil. in l. 1. num. 3. ff. de quæſt. & in pract. Crimin. in pr. num. 5. & 6. Angel. Aretin. de malefic. verb. fama publica. ibique Aug. in addit. num. 108. verſic. 11. Gandin. in tract. de malefic. ſub tit. de præſumpt. & indic. col. 3. Nicol. Reuſner. dict. deciſ. 24. num. 12. Brunus de indiciis. quæſtion. 5. part. 2. princ. num. 10. & quæſt. 9. num. 1. cum ſeqq. Marant. in ſpecul. part. 6. num. 17. tit. de inquiſit. Paris de Put. de Syndic. verb. Confeſſio. col. 2. nu. 5. Ægid. Boſſ. in pract. crim. tit. de delict. num. 1. Iodoc. Damhouder. in pract. Criminal. cap. 8. nu. 11. Proſp. Farinac. dict. quæſt. 1. nu. 6. Aymon. Crav. Conſil. 244.*

6 Idque in Imperio Romano quoque probè obſervandum eſſe, apparet ex *Ordinat. Criminali Carol.* quæ Judices in corpus delicti diligenter inquirere jubet, *in art. 6.* In verb. Darzu ſoll auch ein jeder Richter in dieſen groſſen Sachen vor der peinlichen Frage / ſo viel möglich / vnnd nach Geſtalt vnd Gelegenheit einer jeden Sachen / beſchehen kan / ſich erkundigen / vnnd fleiſſig Nachfragens haben / ob die Miſſethat / darumb er angenommen / berüchtiget vnd verdacht / auch beſchehen ſey / oder nicht / wie hernach in dieſer vnſerer Ordnung ferner erfunden wird. *Vbi Georg. Rem & Matth. Stephan. in notis. verſ. alterum membrum in hoc articulo eſt. Et in art. 8. in pr.* So die Miſſethat einer Todesſtraff halber kundlich / *&c.* Quin & in ditionibus Electoratus Saxon. minus de hoc dubium eſſe poteſt, ob manifeſtam ſanctionem in *Ordin. Polit. de Anno* 1612. *dict. tit.* Von Juſtitienſachen. *num.* 5. Ibi: Zuförderſt aber jedesmal fleiſſige Erkundigung de corpore delicti eingezogen / *&c.*

7 Hancque opinionem certam & communem eſſe, nec aliquem ab eâ diſſentire, tradit *Proſper. Farin. in prax. Crim. lib. 1. tit. 1. quæſt. 2. num. 1.* At qualiter & quomodo conſtare debeat de corpore delicti ad hoc, ut inquiſitio ſpecialis formari queat, expeditum non eſt, neque de hoc *Interpp. rerum Criminalium* conveniunt; ſatis intricatè de hâc re loquentes, & nimium ſe involventes, ut dicit *Iul. Clar. libr. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 4. num. 1.* ut plurimum etiam indagationem corporis delicti ad inquirendum, cum certitudine corporis delicti quoad condemnandum confundentes, ut videre eſt apud *Proſper. Farin. dict. quæſtion. 2.* aliosque D. copioſiſſimè ab eo allegatos *Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. cap. 9. de captur. Reor. circa princip. Ægid. Boſſ. in tit. de delict. num. 53. Hippol. de Marſil. in pract. in pr. num. 4. & Conſil. 12. nu. 34. Brun. à Sole in Conſil. Criminal. num. 13.* Quæ tamen ab invicem 8 benè & accuratè ſunt diſtinguendæ. Aliter enim conſtare debet de delicto ad torquendum ſeu condemnandum; aliter verò ad effectum inquirendi, ſeu procedendi; ut rectiſſimè ſcribit *Iul. Clar. dict. quæſtion. 4. num. 2. quæſt. 64. verſ. Debet autem. & quæſt. 66. circa princip.* quem ſequitur *Matth. Stephan. in not. ad art. 6. verſ. notandum autem eſt illud. Ordin. Crim.*

9 Quin & diverſimodè conſtare poſſe de corpore delicti ad condemnandum, & ad effectum torquendi, haud ineptè dixerim. Quum Reus ad mortem condemnari haud debeat, niſi certò conſtet de corpore delicti, illudque viſum & probatum fuerit, daß die That wircklichen geſchehen / ut verba habent D. Auguſti Elector. Saxon. in *Reſcripto de proceſſu inquiſitorio Anno* 1579. *Scabinis Lipſienſibus inſinuatò, & quæſt. præced. circa fin.* verbotenus relato. Quamvis ex indiciis ſufficientibus & indubitatis corporis delicti, quæſtioni ſeu torturæ is ſubjici poſſit, Auß redlichen Anzeigungen / ut loquitur Imper. Carolus V. in *art. 8. Ordin. Criminal.* Quare in foro Saxonico, Indagationem corporis delicti triplicem eſſe puto: *Vnam* ad effectum inquirendi. *Alteram* ad torquendum Reum. *Tertiam* ad condemnandum.

10 *Prima ſpecies indagationis corporis delicti eſt, quæ fit ad effectum inquirendi* contra certam aliquam perſonam: ubi ſufficiunt probabilia indicia criminis commiſſi. Nam quoad inquirendum ſeu procedendum ſola querela, diffamatio publica, vel denunciatio ſufficit. Quinimò habitâ querelâ ſeu denunciatione, tenetur judex procedere & inquirere, adeò ut ſi hoc non fecerit, puniri poſſit. *Iulius Clarus dict. quæſt. 4.* Unde & *Bald. in. l. mancipia. numer. 1. C. de ſerv. fugit.* dicit, ſe vidiſſe condemnari quendam judicem, qui portaverat ad Cameram

Q. 1. Quale debeat eſſe indagatio corporis delicti ad effectum inquirendi?

accuſationem ſibi delatam, & noluerat ſuper eâ procedere, quem refert *Amad. de Syndic. n.*71. Ac proindè quoad effectum inquirendi, non niſi in genere, & ex indiciis ac præſumptionibus, de corpore delicti conſtare ſufficit. *Nicol. Reuſner. lib.*1.*deciſ.*24.*num.*12.*&* 41. *Matth. Steph. in art.*6.*num.*2. *Ordin. Criminal. Erneſt. Cothman. volum.*3.*Reſponſ.*30.*num.*156. *Octav. Cacheran. Conſil.* 64.*num.*5. *Georg. Rem. in art.*6. *Ordin. Crim. tit.* 8. *Blanc. ad l. ult. nu.*8.*ff. de quæſt. Iodoc. Damhouder. in prax. rer. Crim. cap.*9.*&* 10.

11 Non equidem inficior, laude dignam eſſe operam & laborem judicis, ex ipsâ criminis probatione, & inſpectione corporis delicti; utpote cadaveris occiſi, ædium combuſtarum, monetæ falſificatæ, &c. ſe informantis, antequam ad inquiſitionem aliquam ſpecialem procedat: Quin & ſi copia corporis delicti haberi poteſt, hoc facere Judex tenetur. Attamen cùm ſæpiùs etiam in criminibus facti permanentis, ac verè perpetratis, corpus delicti oculis judicis ſubjici nequeat; utpote in caſu hominis occiſi in aquam projecti, aut clam ſepulti, infantis canibus aut ſuibus projecti, vel combuſti, monetæ falſificatæ deperditæ, &c. ſicut mille modis corpus delicti hominum oculis eripi poteſt. Hiſce aliisque caſibus, judicem de crimine perpetrato ex diffamatione publicâ, querelâ, aliisque indiciis ac præſumptionibus urgentibus edoctum, adverſus delinquentem inquirere poſſe, tantum abeſt, ut negem, ut ad inquirendum etiam propter indicia corporis delicti manifeſta, judicem ratione officij obſtrictum eſſe exiſtimem; ne ſcilicet delicta impunita remaneant. *l. ſi pœna.*20.*ff. de pœn. l. bona fides.*31.*pr. ff. depoſit. l. congruit.*13.*ff. de Offic. Præf.*

12 Et ſanè, ſi aliter diceretur, facilimo negotio ſontes inquiſitionem effugere poſſent, abſcondendo ſcilicet corpus delicti, in aquam projiciendo, vel ſepeliendo, quod haud raro peſſimo hoc ſeculo fieri comperimus, quin & ipſum indicium ad inquiſitionem ſpecialem facere, experientiâ comprobatum habeo. Quum enim mulier de fornicatione ſuſpecta, & ante hac gravida viſa, in aquam tempore nocturno quid projeciſſe perhibeatur, vel ex hoc ipſo indicio adverſus eam de infanticidio inquirendum, eamque inſpectioni obſtetricum tradendam eſſe, viſum fuit Magiſtratui, & rectiſſimè opinor, eò quòd plura indicia inſimul concurrebant. Ut fama ſuſpecta, venter intumeſcens, projectio tempore nocturno facta. Quæ ſanè indicia, ſi de corpore delicti certiùs conſtitiſſet, ad torturam fortaſſis ſufficientia fuiſſent.

13 Neque hæc ſententia aliena eſſe videtur à mente Imper. Caroli V. de corpore delicti, cujus jam antea incarceratus inſimulatur, inveſtigare judicem jubentis, in *artic.*6.*Ordin. Crimin.* In verb. **Sich erkundigen / vnnd fleiſſig Nachfragens haben/ ob die Miſſethat/ darumb er angenommen / berüchtiget / vnd verdacht/ auch beſchehen ſey/ oder nicht/** *&c.* Ex quo haud obſcurè colligere licet, in vincula conjici aliquem poſſe ob delictum, de quo, an revera fuerit perpetratum, judici certò nondum conſtat. Niſi dicere velimus, Imp. Caroli V. adhortationem de inveſtigando crimine ſuperfluam fuiſſe: quod neque dicendum, neque præſumendum eſt. Idque tantò minus, quantò magis cum ſanctione hâc Carolinâ convenit *Ordinat. Polit. Elect. Saxon. dict. tit.* **Von Juſtitienſachen.** *num.*5. In verb. **Nicht alſobald mit der inquiſition vorfahren / zuförderſt aber jedesmal fleiſſige Erkündigung** de corpore delicti **eingezogen/ vnd wann darauff redliche Anzeigungen vnnd Vermuthungen wider den Beſchuldigten vorhanden /** *&c.* Quæ verba ſatis probant, ex præſumptionibus etiam atque indiciis, de corpore commiſſi delicti, quoad effectum inquirendi conſtare poſſe. 14

15 *Altera ſpecies indagandi corpus delicti effectum torturæ concernit.* Etenim, ſi non conſtet de corpore delicti, ad torturam nequaquam deveniri poteſt. *l.* 1. §. *item illud, ibi: Non haberi de familiâ quæſtionem. ff. ad Syllan.* Hippol. de *Marſil. in l.* 1. *nu.* 5. *de quæſt.* Bartol. *in l. ult. col.* 1. *in fin. verſ. & ad evidentiam. ff. de quæſt.* Iul. Clarus. *lib.*5.*Sentent.* §.*ult. quæſt.*4.*in pr. & quæſt.*64. *verſ. debet autem judex. Angel. Aretin. de malefic. in verb. fama publica. numer.*108.*verſ.*12. *Plot. Conſil. crimin. diverſ.*137.*num.* 22.*volum.*1. *Ægid. Boſſ. in titul. de delict. numer.*14. *Brun. de indic.* 2.*part. quæſt.*5.*num.*7. Torturæ namque actus magis præjudicialis longeque gravior eſt, quàm formatio inquiſitionis: uti omnes fatentur. Quare cùm hanc indagatio corporis delicti præcedere debeat, multò minus tortura obtinebit, ſi de corpore delicti nondum conſtiterit.

Q.2. Qualiter conſtare debeat de corpore delicti quoad effectum torturæ?

16 Hancque indagationem corporis delicti quoad effectum torturæ non minus neceſſariam eſſe, ajunt Doctores, ac ad ipſam condemnationem; quæ abſque dubio fieri nequit, niſi certò, liquidè, & per plenas probationes de veritate criminis commiſſi conſtet. *Foller. in pract. Crimin. verb. Capiat informationem. num.*18. *Ioſeph. Maſcard. de probat. lib.*2. *Concl.*830.*num.*5. *Iacob. Mynſinger. cent.* 3. *obſervat.* 81. Quare & eandem certitudinem corporis delicti ad effectum torturæ requirunt; Reumque quæſtioni ſubjici non poſſe, tradunt, priusquàm de crimine commiſſo liquide & plenè, vel per teſtes, vel per evidentiam facti, ex inſpectione conſtiterit: prout effectum torquendi & condemnandi hoc caſu conjungit *Iul. Clar. dict.* §. *ult. quæſt.* 4. *num.* 1. Ibi: *ad effectum torquendi ſeu condemnandi. Matth. Stephan. in not. ad articul.* 6. *Ordin. Crim. Carolin. verſ. Notandum autem.* In verb. *Aliter debeat conſtare de delicto ad torquendum, ſeu condemnandum. &c. Proſper. Farin. dict. qu.* 2.*n.*3.

17 Idque vel propterea, quòd judici tùm demum ad torturam pervenire fas ſit, quando non modò de delinquente quaſi certus eſt, ſed & nil aliud deeſſe videtur, quàm Rei confeſſio. *l.* 1. *in prin.* Ibi: *Ut ſola confeſſio ſervorum deeſſe videatur. ff. de quæſt. Brun. de indic. & tortur.* 2. *part. quæſt.*5. *numer.*8. *Ægid. Boſſ. in titul. de indic. numer.* 17. *Iacob. Menoch. de arbitr. Iudic. quæſt. lib.* 2. *caſ.* 272. *cap.* 5. *&* 6. *& de præſumpt.*

*lib.1. quæſt.89. num.3. Proſper.Farin. in prax. crim. quæſt.37.nu.3. Bertazzin.lib.1.conſ.28.nu.1.& ſeqq. Tiber.Decian.volum.3.conſil.*88*.n.6.Novell.in pract. Crim.in pr.rubr. indicia quæ præcedere debent.n.*40*. & ſeqq. Foller. in pract. Crim. verb. item quod ſuffocavit uxorem.n.22. Natta lib.1.Conſil.*44*.n.1. & lib. 2.Conſ.392.n.6.Ludovic.Carer.in pract.in 2.tract.de indic.& tortur.§.circa quartam.n.5.*

18 Verùm, etſi hæc eatenus conceſſerim, quatenus judex inquirens veritatem criminis per facti evidentiam facili negotio aſſequi valet, quo caſu Reum, priusquam de crimine commiſſo vel ex inſpectione, vel ex teſtium juratorum depoſitione, certò appareat, neutiquam torturæ ſubjiciendum arbitror, juxta prædictam Dd. ſententiam. Attamen quod ad torturam nunquam perveniri poſſit, niſi corpus delicti hominum oculis, judicisque aſpectui ſubjiciatur, credere non poſſum. Quinimò contrarium verius eſſe, & ex indiciis certis, gravioribus ac indubitatis commiſſi delicti veritatem, quæſtionibus ſive tormentis eruere judicem quandoq; debere, ut maximè de corpore delicti liquidè & per evidentiam facti non conſtet, intrepidè affirmo.

19 Idque *Primò* vel ex hoc ſolummodò fundamento, quòd omnibus iis in caſibus, quibus pœna aliqua corporis afflictiva, licet ea ultimi ſupplicii non ſit, veluti manus amputatio, aut fuſtigatio Reo infligenda venit, torturæ locus ſit, & Reus eculeo ſubjici queat, uti extra dubiũ eſt. Vide *infra q.119.n.7.& ſeqq.* Atqui pœnam fuſtigationis Reo confeſſo aut convicto irrogandam eſſe, ut maximè de corpore delicti non conſtet, certo certius eſt, ut ex *Conſtit.Elect.33. part.*4.manifeſtè probatur. *Hartm.Piſtor.obſerv.* 34.*n.*30. Sequitur ergò, quòd & ad torturam devenire liceat, etiamſi de corpore delicti tàm liquidè nõ appareat, modò indicia criminis commiſſi certa & indubitata adſint.

20 *Secundò:* Ob verba clara *art.8.Ordin.Crimin. Carol.in pr.* Ibi: **So die Miſſethat einer Todesſtraff halben kündtlich/ oder aber deßhalben redliche Anzeigung/ wie darvon vor berühret iſt/ erfunden wird/ ſo ſoll es der peinlichen Frage/ vnd aller Erkundigung halber/ ſo zur Erfindung der Warheit dienſtlich iſt/** *&c.* **gehalten werden.** Ecce, diſertis verbis hic dicitur, torturæ locum eſſe, ſi vel de delicto conſtet, vel ejusdem indubitata indicia probata fuerint. Adeoque alterutrum ſufficit ad hoc, ut Reus aculeo ſubjici poſſit, nempe vel notorietas & apparentia delicti; vel indubitata ejusdem indicia.

21 *Tertiò:* Sæpiſſimè accidit, ut corpore delicti occultato, veluti cadavere hominis occiſi in terram defoſſo, Reus neque delictum confiteri, neque cadaver exhibere velit, ut maximè probabiliſſima & indubitata criminis commiſſi indicia appareant. Annè ergo hoc caſu delinquens à pœnâ immunis judicabitur? Iniquiſſimum certè hoc eſſet, quod ne aſſeramus, omninò videtur dicendum, torturæ locum eſſe, non ſolùm ut confeſſio delinquentis eruatur, ſed & veritas delicti, & ubinam locorum cadaver defoſſum aut projectum ſit, extorqueatur. 22 *Quod & ſæpiſſimè factum memini.* Quinimò veritatem criminis commiſſi non aliam requiri, quàm quæ pro ratione ipſius delicti aliarumque circumſtantiarum haberi queat, evincitur manifeſtè ex verbis *art.6.Ordin.Crim.* Ibi: **Darzu ſoll auch ein Richter in dieſen groſſen Sachen/ vor der peinlichen Frage/ ſo viel möglich/ vnd nach Geſtalt vnd Gelegenheit einer jeden Sachen beſchehen kan/ ſich erkundigen/ vnd fleiſſig nachfragens haben/ ob die Miſſethat/ darumb er angenommen/ berüchtiget vnd verdacht/ auch beſchehen ſey/ oder nicht/** *&c.*

23 *Quartò:* Accedit & hoc, quòd juxta *Dd.* ſententiam Reus, etiamſi Crimen confeſſus non ſit, ex ſolis etiam indiciis, & præſumtionibus, in pœnam extraordinariam, carceris, aut pecuniariam, quandoq; etiam relegationis ac fuſtigationis condemnari poſſit. *Felin. in cap. Afferte.nu.8.de Præſumt. Ludov.Carer.in pract.Crim. in 2.tract. indic.& tortur.in pr.§.in text. Ego argumentis convictus.nu 2.& 4. Ioſeph.Maſcard.de probat.lib.3.Concl.120.n.10 Brun. de indic. & tortur. part.1.quæſt 4.num.15. Iul.Clar.lib.5.ſentent.§.ult. quæſt.20.verſ.Scias tamen. Ægid.Boſſ.in tit.de Convict.n.30.& 49.* Quidni ergò ex indiciis etiam certis & indubitatis Reus torturæ ſubjici poterit, ut quæ iis quoque in caſibus obtinet, quibus pœna corporis afflictiva irrogari poteſt? Prout dixi antea. *n.*19.

2[illegible] *Hancque ipſam Sententiam in Electorali Saxon. Scabinatu non ſemel practicatam memini. Quin & ſæpius inquiſitum ſuper hoc articulo* **(wo vnd an welchem Ort er den entleibten Cörper begraben/ oder wo er ſonſten damit hinkommen)** *mediante torturâ interrogatum fuiſſe ſcio.*

25 *Tertia ſpecies criminis indagandi pertinet ad Reum condemnandum.* Etſi enim delinquens crimen confeſſus, aut de eo convictus fuerit; attamen ſi de corpore delicti, veritate nempe criminis commiſſi, liquidè & certò non conſtet, haudquaquam puniri poteſt, juxta *dict.l.3.§. illud.ff.ad Syllan.l.ſi quando. C. Vnde Vi. Bartol.in l.Divus.ff.de militar.teſtament. Bald.in l.un.C.de Confeſſ. Ægid.Boſſ.in titul. de delict.num.15. Gigas de Crim.Cæſar.Majeſt.lib.2.tit. quomodo & per quos Crim.læſ.Majeſt.quæſt.1.num.5.Angel.Aretin.de maleſic.in verb.Et veſtem Cœleſtem n.25.Blanc.in pract. Crim.in pr.n.2.Nicol.Boër.Deciſ.164.nu.8.Hippol.de Marſil.in practic.crim.§. Poſtquam.num* 48.*& in §. Principium.n.6.*

Q.3. Quomodo conſtare debeat de corpore delicti quoad effectum condemnandi Reum ad pœnam mortis?

26 Differt autem hæc ſpecies indagationis à prioribus: quòd nempe ad condemnandum non ſufficiant indicia, etiamſi maximè urgentia, certa, & indubitata ſint, ſed de corpore delicti ſeu veritate criminis commiſſi liquidè & plenè conſtare debet, vel per teſtes, vel per evidentiam facti, hoc eſt, ut ipſemet judex Cadaver hominis occiſi oculis videat, & vulnus adhibitis Medicis, qui judicium de lethalitate ferre debent, inſpiciat, aut ad minimum de corpore delicti, ædium combuſtarum, monetæ falſificatæ, &c. ex depoſitione teſtium juratorum, qui illud oculis ſuis viderint, certus ſit. *Gandin. in tit. de præſumpt.& indic.indubitat.nu.6. Proſper.Farinac.in prax.Crimin.lib.1.tit.1.quæſt.2. nu.6.* Idque à nemine Dd. facilè negatur, ut nil quicquem verear, ejusmodi ponere regulam:

„Quod delinquenti confeſſo aut con-
„victo pœna mortis irroganda non ſit,
„antequam de corpore delicti & veri-
„tate criminis commiſſi liquidè & certò
„per teſtes, vel per evidentiam facti
„conſtet.

27 Quæ Regula in foro Saxonico minus dubium habet propter *Conſtit. Elect. 33. p. 4.* cujus rubrica eſt: Ob ein Dieb / welcher mit einem groſſen Diebſtahl betroffen / denſelben bekennet/ Ort/Perſonen/wo vnd wenn er geſtohlen/anzeigt/ vnd doch in der Nachforſchung ſolches nicht zu befinden iſt/möge am Leben geſtrafft werden. Additis verbis nigri: Daß ſie doch mit Staupenſchlägen allein Ewig zu vorweiſen/vnd am Leben nicht zu ſtraffen ſeyn / *&c.* Quæ conſtitutio licet de crimine furti tantummodo loquatur, attamen, quin & in aliis delictis practicanda ſit, dubium non eſt: ob rationis identitatem, quæ ibidem æquè ac in furti crimine militat: Præſertim cùm idem ferè diſponatur de delictis in genere, in Reſcripto D. Auguſti Elector. Saxon. *præced. quæſtion.* relatæ in *verbis:* Jedoch daß man ſich in alle wege zuvorn/vnd ehe dann die Straffe ergehe/ eigentlich erkundige vnd gewiß ſey/daß auch die That vnd Mißhandlung/damit der Vorbrecher beſchuldiget/vnd darumb er geſtrafft werden ſoll/ wircklichen geſchehen/ꝛc.

28 *Idque in practicâ ſic obſervari certiùs eſt, quam ut ullâ probatione indigeat, prout ex Scabinorum Lipſienſium ſententiis patet, quibus regulariter hæc clauſula inſeri ſolet:* Vnd es hat ſich in eingeholeter Erkundigung befunden / daß ſolche Vorbrechung gewiß vnd in Warheit geſchehen. *Vel:* Do ihr euch nun allbereit erkundiget hättet / oder nochmals erkundigen würdet / daß ſolche Vorbrechung/ *&c.* gewiß vnnd in Warheit geſchehen / *&c.* *Quandoque etiam hæc verba adduntur ſententiæ, in quâ mortis ſupplicium Reo indicitur:* Jn mangel aber der Erkundigung möchte er allein mit Staupenſchlagen deß Landes ewig verwieſen werden.

29 *Et in ſpecie ſic pronunciarunt Scabini ad requiſitionem Quæſtoris Pirnenſis:* Darüber auch zu Recht ferner vorſehen / daß keinem Vbelthäter vff ſein bloſſes Bekäntnuß / ohne Erkundigung der That / die ordentliche Todesſtraffe ſoll vfferlegt werden/ *&c. Menſ. Iul. Anno 1588.*

30 Hæcque regula in omnibus indifferenter delictis facti permanentis vera eſt. Etſi enim *Bald. in l. 3. ff. de teſtib.* furti crimen excipiat; Contrarium tamen, quòd & in furto de illius corpore & delicti veritate neceſſariò conſtare debeat, antequam fur ad furcam condemnetur, longè verius eſt, ut probavi *p. 2. quæſtion. 81. Ægid. Boſſ. in practic. tit. de delict. num. 32. Proſper. Farinac. in prax. Crim. lib. 1. tit. 1. quæſt. 2. n. 14.* Et in foro Saxonico extra dubium ob *Conſtit. Elect. 33. p. 4.* antea allegatam.

31 Hoc autem ſpeciale eſt in delicto homicidii, ut Reus mortis pœnâ affici nequeat, priusquam de vulneris lethalitate certò conſtiterit: Non tantùm enim de homicidio conſtare debet, ſed etiam de omnibus qualitatibus & circumſtantiis homicidii, & inprimis occiſum ex vulnere inflicto obiiſſe, illudque fuiſſe lethale & mortiferum. *l qui occidit. 30. §. fin. ff. ad Leg. Aquil. Ordin. Criminal. artic. 147. in pr. & art. 148. verſ.* Were aber/ *&c. Bajard. ad Iul. Clar. in §. homicidium. n. 135. Petr. à Plach. in Epit. delict. lib. 1. c. 12. n. 13. in fin.* Vid. *ſupra part. 1. quæſt. 26.*

32 *Veluti reſponderunt Scabini ad requiſitionem Quæſtoris in* Schlieben : Ob nun wol der gefangene Hirte George Rehlen mit einer Parten hinter das lincke Ohr geſchlagen / darauff Rehle alſobald zu Boden gefallen / vnd folgenden *13. Martij* verſtorben : Dieweil aber dennoch auß der abgehörten Perſonen/ vnd ſonderlich deß Baders gethanen Bericht eigentlichen nicht zu befinden / daß die beyden Schläge tödtlichen geweſen/vnd der Beſchädigte gewiß darvon verſtorben/ *&c.* So mag auch der Gefangene derenthalben am Leben nicht geſtrafft werden. Er wird aber gleichwol mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billich vorwieſen/ V.R.W. *Menſ. April. Anno 1598.*

Plura vide Præjudicia Scabinorum ſupra p. 1. qu. 26. n. 15. & ſeqq.

Q. 4. Quid juris in delictis occultis & difficilis probationis?

33 *Limitatur tamen hæc Regula* quibusdam modis : Ac *primò* in delictis occultis & difficilis probationis; ut in hæreſi, ſortilegio, &c. De quorum corpore ſufficit conſtare per conjecturas & certa indicia. *Ægid. Boſſ. in tit. de delict. n. 20. Foller. in pract. crimin. verb. capiat informationem. num. 78. Iul. Clar. in §. ult. quæſt. 66. in pr.* Quod enim in occultis delictis, & quæ ſunt difficilis probationis, præſumptiva & conjecturata probatio habeatur pro plenâ & concludenti probatione, generaliter & communiter receptum eſt. *Bald. in l. Quicunque. col. 6. verſ. 8. C. de ſerv. fugit. Proſper. Farin. dict. q. 2. nu. 12. Nicol. Boër. deciſ. 164. n. 4. Tiber. Decian. lib. 1. Conſil. 18. nu. 221. Dec. in cap. licet cauſam. n. 12. in fin. de probat.*

34 Cui & ſuffragatur *Ordin. Crim. Carol. art. 60.* Ibi: So vff erfundene redliche Anzeigung einer Miſſethat halben peinliche Frage fürgenommen/ vnd vff Bekäntnuß deß Gefragten fleiſſige mögliche Erkundigung vnd Nachfrage beſchicht/vnd in derſelbe benanter That halber ſolche Warheit befunden würde/die kein Vnſchuldiger alſo ſagen vnd wiſſen könte/ als dann iſt derſelben Bekäntnuß vnzweifflicher/ beſtändiger weiſe zu glauben/ vnnd nach geſtalt der Sachen peinliche Straffe darauff zu vrtheilen/ *&c.* Unde patet, confeſſioni plenam fidem adhibendam, Reumque pro qualitate commiſſi criminis puniendum eſſe, ſi circumſtantiæ delicti, à delinquente denominatæ, in rei veritate ſic comperiantur. Non certè aliâ ex causâ, quàm quòd in delictis occultis ac difficillimæ probationis indicia & conjecturæ ejuſmodi indubitatæ concludentem faciant probationem, cui quoad effectum condemnationis omninò credendum eſt.

Non tamen quævis indicia & conjecturæ ad pœnam ordinariam Reis irrogandam ſufficiunt, ſed tantummodò illa indicia, quæ validiſſima, urgentiſſima, & jure approbata ſunt, de quibus alibi dixi.

35 *Huc pertinet reſponſum Scabinorum datum Bernhardo à* Starſchedeln / *in puncto infanticidij hiſce formalibus:* Dieweil aber gleichwol neben der Gefangenen gütlichen vnnd peinlichen zu vnterſchiedenen malen gethanem Bekentnuß / allerley Vermuhtungen in den *acten*, vnd von Euch angeführ-

geführgefůhret werden / vnnd vnter andern dieſes / daß der Gefangenen Mutter vnterſchiedlichen bekant / vnnd außgeſagt / daß jhre Tochter die Gefangene jhr die Afftergeburt zugeſtellet / welche Sie genommen / vnd ins Waſſer geworffen / vnnd daß ſie auch die blutige Lumpen / ſo jhre Tochter in der Geburt gebrauchet / gewaſchen / welches denn die abgehörete Zeugen vnnd Nachbarn gleichsfalls geſehen / vnnd die Gefangene es auch geſtanden / daß ſie jhrer Mutter die Afftergeburt zwey Tage nach der Geburt gegeben / vnnd zugeſtellet / vnnd daß der Wehemutter Bericht nach vorberůhrte Afftergeburt ohne das Kind nicht von jhrem Leibe kommen / darauß denn abzunehmen vnnd zu ſchlieſſen / daß ein Kind gewißlichen vorhanden geweſen / vnd von jhr zur Welt geboren ſeyn muß / vnnd auß gemeinem Wahn vnnd Schluß der Rechtsgelehrten es darfůr gehalten wird / daß / wann neben dem Bekentnuß ſolche *indicia* vnd Vermuhtungen von einem ermordeten vnd vmbgebrachten Menſchen vorhanden / welche vff ein gewiſſes *corpus delicti* gerichtet / wie in dieſem gegenwertigen Fall / daß auch alſo dann / wenn gleich der todte Cörper nicht gefunden / vnd angetroffen / ein Vbelthäter am Leben geſtrafft werden könne / *&c.* So möchte die Gefangene *V. P.* wofern Sie vff jhrem gethanen Bekäntnuß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht vorwieſen würde / wegen ſolcher an jhrem Kinde begangenen vnd bekandten Mordthat / ſampt einem Hunde / Hahn / einer Schlangen / vnd Katzen an ſtatt eines Affen / in einen Sack geſtecket / ins Waſſer geworffen / vnd ertråncket / oder do die Gelegenheit deß Waſſers deß Orths nicht vorhanden / mit dem Rade vom Leben zum Todte geſtrafft werden / V. R. W. *Menſ. Majo , Anno 1614.*

Q. 5. In delictis facti tranſeuntis, quomodo de corpore delicti conſtare poſſit?

36 *Limitatur Secundò*: In delictis facti tranſeuntis non permanentis; quale eſt Adulterium, Inceſtus, Sodomia, ſtuprum violentum, &c. quorum nulla remanent veſtigia. In quibus etiam ſola Rei confeſſio concurrentibus tamen indiciis & præſumptionibus validis, & à jure approbatis ad condemnationem ſufficit. *Proſper Farin. dict. quæſt 2. num. 13. Boſſ. dict. titul. de delict. Foller. in pract. Crimin. verb. capiat informationem. num. 78. verſ. fallit tamen. Nicol. Boër. deciſ.* 164. *n.* 4.

37 In adulterio tamen, inceſtu & ſtupro violento ſpecialiter uſu ac obſervantiâ introductum fuit in foro Saxonico, ut utriusque partis confeſſio ſit loco corporis delicti, de quâ judex certioratus ad pœnam mortis ordinariam tutò pervenire poteſt. Alterâ verò parte fugitivâ, aut crimen diffitente, Reus ut maximè delictum confeſſus ſit, pœna mortis affici nequit. *Hartm. Piſtor. obſerv. 33. nu. 22. Dan Moller. lib. 2. Semeſtr. 37. Matth. Coler. part. 1. deciſ. 235. Modeſt. Piſtor. part. 2. quæſt. 52. Matth. Berlich. part. 4. concl. 27. n. 135. Aut. Conſult. Conſt. Saxon. tom. 2. part 4. quæſt. 21.* De quo fuſius dixi *part. 2. q. 60.* ubi & Scabinorum præjudicia reperiuntur.

38 *Sufficiat hoc loco Reſponſum , quod dedimus ad Conſultationem Caſpari à* Körbitz. Ob wol *S. VV.* deß mit *B B.* Eheweibe begangenen Ehebruches / darzu er ſich hiebevor in guten bekandt / nochmals geſtändig iſt / vñ dahero in die Straff deß Schwerds gefallen / *&c.* So mag doch noch zur zeit / weil der Ehebrecherin Bekäntnuß nicht vorhanden / die zuerkandte Straff deß Schwerdts an dem Gefangenen nicht vollſtreckt werden / ſondern es wird *B.* Eheweibe nochmals mit allem fleiß durch Steckbrieffe / vnnd ſonſten nachgetrachtet / damit Sie zur Hafft bracht / vnnd jhr Bekäntnuß erlanget werde / Ehe vnd zuvor nun ſolches geſchehen / vnd man alſo deß *corporis delicti* gewiß iſt / mag die Straffe deß Schwerdts an dem Gefangenen nicht *exequiret* werden / *&c. Menſ. Iul Anno 1630.*

Limit. Tertiò: Ut locum habeat hæc regula in pœnis tantummodò mortis, ac ultimo ſupplicio; ſecus verò in aliis pœnis corporis afflictivis cæterisq; mitioribus. Etſi enim in levioribus quoque delictis, quorum pœna ordinaria eſt fuſtigatio, relegatio, carcer, vel mulcta pecuniaria, priusquam Reus condemnetur, judex quàm diligentiſſimè in veritatem criminis commiſſi inquirere debet; Attamen ſi de crimine conſtare, ejusq; veritas facilè indagari nequeat, quin Reo confeſſo nihilominus pœna ordinaria, quæ mortis non eſt ſupplicium, irrogari poſſit, non ambigo, modò præſumtiones & conjecturæ adſint, ex quibus criminis perpetrati veritas probabiliter ſaltem colligi queat. 39

Neque enim quoad fuſtigationem infligendam, neceſſariò de corpore delicti conſtare debet, prout apparet ex *Conſtit. Elect.* 33. *part.* 4. quæ fures ob furtum etiam magnum, de quo tamen an reverâ perpetratum ſit, liquidò non conſtat, virgis cædi atque in perpetuum relegari jubet. Ex quo ad pœnas quoque alias mitiores, ut carceris, relegationis, nec non mulctam pecuniariam inferre, easque multò magis Reis confeſſis irrogari poſſe, ut maximè delicti veritas non appareat, concludere licet. Ac ſi juxtà *Dd.* ſententiam Reus etiamſi crimen confeſſus non ſit, ex ſolis indiciis & præſumptionibus ad pœnam fuſtigationis aut carceris condemnari poteſt, *Felin. in cap. afferte. num. 8. de præſumpt. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 97. num. 17. Ægid. Boſſ. in tit. de convict. num. 36. & 49. Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 20. verſ. ſcias tamen.* quantò magis hoc aſſerendum erit de Reo confeſſo, etiamſi de corpore delicti tàm certò non conſtet. Facilius enim præſumptiones defectum corporis delicti, quàm confeſſionem ſupplere poſſunt, quam & legitimis mediis judici extorquere licet. 40

Hocque in foro Saxonico extra controverſiam eſt, & in Electorali Scabinatu quotidie ſic practicatur. 41

Altera Pars inquiſitionis generalis ſive ſummariæ, conſiſtit in Scrutinio & perveſtigatione perſonæ delinquentis. Non minus enim de delinquente, ac de ipſo delicto judici conſtare debet, antequam contra certam perſonam inquiſitionem ſpecialem formet: in quibus duobus totum verti proceſſum inquiſitorium *ſupra* dixi; Ac propterea indagationi criminis commiſſi, perveſtigatio perſonæ delinquentis ſemper ac debito modo correſpondere debet, ita, ut quoad condemnandum, cum veritate criminis per evidentiam facti probatâ, ipſius Rei confeſſio; quoad effectum torquendi, cum præſumptionibus corporis delicti violentis & indubitatis, indicia urgentia ac certa; quoad inquirẽdum verò cum ſuſpicionibus veriſimilibus perpetrati delicti indicia valida & legitima contra delinquentem concurrant; juſtaque ſit inter hæc duo ſemper proportio. 42

43 Quare, ſicuti de corpore delicti ante inquiſitionem ſpecialem, vel in genere ſaltem & probabiliter ex præſumptionibus veriſimilibus conſtare neceſſe eſt; ita & ſuſpiciones atque indicia valida & legitima quoad perſonam delinquentis inquiſitionem præcedere debent,
44 quæ non niſi adverſus oneratum præſumptionibus & ſuſpicionibus, ſuſcipienda eſt: Alioquin inquiſitio contra perſonam aliquam absque indiciis antecedentibus formata, nulla eſt. *cap. qualiter & quando ext. de accuſat. l. juſtiſſimus. C. de Offic. Rect. Provinc. Hippol. de Marſil. in pract. crimin. §. conſtant. numer.* 33. *& volum.* 2. *Conſil.* 117. *numer.* 11. *Nicol. Reuſner. lib.* 1. *deciſ.* 24. *num.* 15. *Erneſt. Cothman. volum.* 3. *Reſponſ.* 30. *num.* 118. *Proſper. Farinac. in prax. crim. lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 1. *nu.* 40. *Tiber. Decian. in tract. Crim. lib.* 5. *cap.* 29. *num.* 41. *Ioſeph. Maſcard. de probat. Concl.* 351. *num.* 1. *Vincent. Honded. lib.* 1. *Conſil.* 108. *num.* 2. *&* 17. *Roland. à Valle lib.* 3. *Conſil.* 17. *num.* 8. *Barthol. Bertaz. lib.* 1. *Conſil. crim.* 198. *nu.* 4. *Raph. Cuman. Conſil.* 136. *nu.* 1. *Aym. Cravett. Conſil.* 262. *num.* 1. *& Conſil.* 821. *nu.* 1. *Iul. Clar. lib.* 5. *ſentent. §. ult. quæſt.* 2. *verſ. Ad formandam. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib.* 1. *caſ.* 78. *n.* 1.

45 In tantum, ut hujuſmodi inquiſitionis nullitas ex defectu indiciorum promanans, omnia acta poſt facta pariter inficiat, nullaque reddat, *Hippol. de Marſil. in §. ſecunda quæſtio. num.* 87. *Tiber. Decian. volum.* 2. *reſponſ.* 25. *num.* 11. *& vol.* 3. *reſponſ.* 4. *n.* 5. Etiamſi de crimine excepto ageretur. *Rol. à Vall. lib.* 4. *Conſil.* 57. *num.* 10. *&* 11. *Honded. dict. loc. num.* 13. *Erneſt. Cothman. dict. reſponſ.* 30. *nu.* 120. Neque inquiſitionem abſque indiciis præcedentibus ſubſiſtere, licet ex mandato Principis fuerit formata, tradit *Gloſſ. in cap. licet undique. de Offic. Delegat. Boſſ. in titul. de inquiſit. num.* 28. quem refert & ſequitur *Proſper. Farin. dict. quæſt.* 1. *n.* 41. *Roland. à Vall. volum.* 4. *Conſil.* 94. *num.* 11.

46 Quod & in Imperio Romano-Germanico ſtrictè obſervandum, juxta *Conſtitut. Crimin. Caroli V. Imper. in artic.* 6. *in pr.* Ibi: So jemand einer Vbelthat durch gemein Leumuth berüchtiget / oder andere glaubwürdige Anzeigunge / verdächtig vnd argwöhnig / vnd derhalben durch die Obrigkeit von Amptshalber angenommen würde / *&c.* Quæ verba ſatis probant, abſque indiciis veriſimilibus, adverſus neminem inquiſitionem formandam eſſe. *Matth. Stephan. in not. ad dict. artic.* 6. *ubi & Georg. Rem.* Cum quo maximè convenit *Ordin. Polit. Elect. Saxon. de Anno* 1612. *tit.* Von Juſtitienſachen. *num.* 5. In verb. Vnd wollen / daß demſelben alſo nachgangen / vnnd wider ehrliche / vnbeſchuldete Leute / ohne vorgehende gnugſame indicia vnd Vordacht / nicht alſobald mit der inquiſition verfahren werde. *Et poſtea:* Vnnd wann darauff redliche Anzeigungen vnd Vermuthungen wider den Beſchuldigten vorhanden / *&c.* Ideoq; nec in foro Saxonico, contra perſonam honeſtam abſque ſufficientibus indiciis inquiſitio formari poteſt.

47 Idque extra controverſiam apud omnes eſſe videtur; ſed *Quænam indicia ad inquiſitionem ſpecialem legitima ſint & ſufficientia?* expeditum non eſt, neque ab *Interpp.* deciſum. Nam Angel. Aretin. *in tract. malefic. verb. hac eſt quadam inquiſitio. §.* 2. *num.* 30. docet, inquiſitionem non poſſe contra certam perſonam formari, nullo præambulo præcedente, propter quod judici verè vel præſumptivè conſtet, quod inquirendus deliquerit. At ſi conſtet de aliquo præambulo, unde legitima oriatur præſumtio, inquiſitionem eſſe ſuſcipiendam: Et ſic concludere videtur, quòd præſumtio legitima ſufficiat ad informandam inquiſitionem, quænam verò pręſumptio illa legitima ſit, & ex quibus indiciis oriatur, non docet.

48 Ejuſdem farinæ eſt deciſio Brun. *in tract. de indic.* 2. *part. quæſt.* 6. *nu.* 4. quando dicit, ad inquirendum ſufficere levia indicia & leviora quàm ad torturam: quem refert & ſequitur *Ægid. Boſſ. in tit. de inquiſit. num.* 61. Quum tamen haud expeditum ſit, quænam indicia levia & leviora dicantur. Conrad. Lancell. *in pract. crimin. tit. de inquiſit. nu.* 34. ea demum indicia ad inquirendum ſufficientia eſſe ſcribit, quæ ſufficiunt ad capturam: ſed dubium per æquè dubium decidit; quum vix notum ſit, ex quibus indiciis ad capturam ſit deveniendum.

Q. 6. Quænam indicia ad inquiſitionem ſpecialem legitima ſint, & ſufficientia?

49 Multum itaque tribuo opinioni *Proſper. Farin. in prax. crim. lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 45. id totum arbitrio judicis committentis. Qui ex inquiſitione generali de indiciis & præſumptionibus informatus, an ex pro qualitate criminis & perſonæ inquirendæ, ſat prægnantes ſint ad formandam inquiſitionem, facilè arbitrabitur. Sicuti enim diverſa ſunt crimina, diverſæque conditionis homines delinquentes, ita & præſumptiones atque indicia, quibusvis in caſibus indifferenter uniformia non ſunt, ſed unum idemque indicium, pro ratione criminis, & qualitate ac conditione delinquentis, in aliquo crimine ad inquirendum ſufficiens eſſe poteſt, quod tamen alibi minus ſufficere videtur.

50 Hoc tamen certum eſt, quòd ad inquirendum ſufficiant levia indicia, quæ colorem aliquem veritatis habent, leviora tamen ſunt, quàm ut ex iisdem ad torturam deveniri queat. *Brun. & Boſſ. dict. locis. Erneſt. Cothman. volum.* 3. *reſponſ.* 30. *numer.* 108. *Iacob. Menoch. de præſumpt. l.* 1. *quæſt.* 88. *n.* 8. Qualia ſunt regulariter INIMICITIA GRAVIS. *Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt.* 21. *nu.* 30. *Menoch. dict. quæſt.* 88. *n.* 8.

51 DIFFAMATIO, quæ ſi contra aliquem præcedat, fatentur omnes judicem poſſe procedere, & ſuper ipſo crimine contra eum informationes aſſumere: Nam diffamatio ſuccedit loco accuſationis, modò fama fuerit probata, per duos teſtes ad minimum deponentes, quod illam à majore parte populi, vel publicè audiverint, prout ſcribit *Iul. Clar. dict. §. ult. quæſt.* 6. *n.* 12. *& ſeqq.* Quinimò nunquam abſque diffamatione inquiſitionem ſuſcipiendam eſſe, communiter tradunt Dd. *Roland. à Vall. vol.* 3. *Conſil. num.* 9. *Brun. à Solo, in ſuo Conſil. Crim. num.* 138. *& num.* 147. *Boſſ. in tit. de inquiſit. num.* 8. *Erneſt. Cothm. dict. Reſponſ.* 3. *nu.* 123. *Honded. lib.* 1. *Conſil.* 108. *num.* 9. *Tiber. Decian. vol.* 1. *Reſponſ.* 18. *n.* 38. *Burſal. Conſil.* 94. *n.* 37. *& Conſil.* 225. *n.* 144.

*Gigas de Crim.læſ.Majeſt. lib.1.quæſt.9.num.1. Iacob. Menoch.lib.1.Conſil.*100.*num.*58. Quibus tamen contradicit *Iul.Clar.dict.quæſt.6.n.*8. aſſerendo, ſolennitatem diffamationis hodiè in inquiſitionibus ab Aulâ receſſiſſe, ex aliis etiam indiciis & præſumptionibus apparentibus, famâ licet deficiente, ſpecialiter contra aliquem inquiſitionem
52 formari poſſe. Quæ certè opinio veritati conſentanea eſt, non ſolùm, quòd alia indicia inquiſitionem præcedentia loco diffamationis ſuccedant, *Angel. Aretin. de malefic. in verb. quod fama public.1.n.3. Bartol. in l. congruit.ff. de offic.Præſid. Petr.Heig.lib.1.quæſt.39.num.32.Paris de Put.in tract.de Syndic.in verb.inquiſitio. c.1.nu.9.* ſed & quod nunquam ad ſpecialem procedatur inquiſitionem, niſi generalis præceſſerit, quo caſu diffamationem neceſſariò non requiri, ipſimet fatentur *Dd.* Vid. *Proſp.Farinac.in prax.crim. lib.1.tit.1.quæſt.9.l.8.& 21. Petr. Theod. in Colleg. Crim.diſput.4.th.9.lit.D.*

53 Quin & licet *Iul.Clar. dict. loco.* de moribus Italiæ tantummodò loquatur, prout monet *Erneſt.Cothm.dict.reſp.*30.*nu.*130. Attamen quin idem in Germania ac præſertim in foro Saxonico obtineat, & absque diffamatione præcedentibus tamen aliis indiciis & præſumptionibus legitimis, ſpecialis inquiſitio formari poſſit, dubium non eſt, teſte experientiâ quotidianâ. *Petr.Heig.dict.loco.* Quô & reſpiciunt verba diſerta Imp. Caroli V. in *Conſtit.Crimin.art.*6. Ibi: **Durch gemeinen Leumuth berüchtiget / oder andere glaubwürdige Anzeigung verdächtig / *&c.*** Quæ verba ſic vertit *Georg.Rem.d.art.*6. Si quis ob delictum in vulgus diffametur, vel aliis indiciis veriſimilibus, ſuſpicionibus, præſumptionibusvè oneretur. Sufficit ergò alterutrum vel diffamatio, vel aliud quoddam indicium veriſimile. Nam particula *(Vel)* eſt disjunctiva, uti notiſſimum.

54 Præterea quoq; indicium ad inquirendum facit DENUNCIATIO PARTIS OFFENSÆ. *Erneſt.Cothm.dict.reſponſ.*30.*nu.*109.*Petr.Theodor. dict.th.9.lit.D. Iul.Clar.dict.§.ult.quæſt.7. Proſper. Farinac.dict.quæſt.9.n.*11. Licet enim quidam dicant, quòd modus procedendi per denunciationem proceſſum fundet ordinarium & denunciator fiat acculator. *Ægid.Boſſ tit.de denunc. nu.*1. Falſum tamen hoc eſt & modus procedendi per denunciationem, non eſt modus, ſeparatus ab inquiſitione. Nam denunciatio nihil aliud operatur, niſi quod ſuccedit loco diffamationis vel querelæ, & ſic aperit viam judici ad inquirendum ex officio contra aliquem, quod nullo præcedente indicio facere non poſſet: prout tradit *Iul. Clar.dict. quæſt.7.n.71. Bartol.in l.Divus.ff. de cuſtod.Reor. Lancell. tit.de inquiſit.n.29. Anton.Gomez.tom.3.variar.reſolut.cap.11. 12.17. Petr.Heig.l.1.qu.39.num.36. Franc.Caſon.in tract.1.de denunc.n.15.*

55 *Veluti & nuperrimè reſpondimus Præfecto Pegavienſi:* **Ob wol bemeldter Puſſer dem Ambte den Diebſtahl angeruget / damit es hiervon Wiſſenſchafft vnd Nachrichtung haben möge / darauff das Ampt** *inquiſition* **wider vorgedachten** *inquiſiten* **C. S. angeſtellet/***&c.* **So mag er doch vor einen Anklåger nicht geachtet/noch zur Abtragung der Vnkoſten angehalten werden/V.R.W.** *Menſ.Nov.An.*1630.

56 Ex quo porrò ſequitur: Si Reus in cauſa civiliter motâ, de crimine publico adverſus actorem excipiat, magnam cauſam habere judicem cur inquirat, *Petr.Heig.dict.q.39.n.*40. Veluti ſi contra agentem ex falſo inſtrumento, Reus de crimine falſi excipiat: quo caſu etiam tralaticium eſt, debere ſuperſedere judicem in civili causâ, quousque cauſa criminalis, ut majoris præjudicij quæſtio finem accipiat. *l.2.§.ſi public. 4.ff. ad Leg. Iul. de adult. l. ubi C. ad Leg. Cornel. de falſ. l. ult.C. de ordin. jud. l.ſiquidem.*10.*C. de injur. Ægid.Boſſ. in Pract.crim.tit.de for.compet.num.*122. *Heig.d.quæſt.39.num.42. Vult.diſcept.Scholaſt.cap.3. Iul.Clar.dict.§ ult.quæſt.2.n.4.*

57 Huic indicio ſimilis eſt ſocij criminis inculpatio, quæ æquè præſumptionem facit ad inquirendum præſertim in delictis atrocioribus *Gœdelm.de Magis.l.2.c.13.nu.14.Iul.Clar.dict.§.ult. q.21.nu.5.Erneſt.Cothm.vol.3.reſponſ.30.n.11.Ioſeph. Maſcard.de probat.concluſ.*1311.*n.*10. Quod tùm 58
demum verum eſſe puto, ſi aliud quoddam indicium concurrat: Nuda enim inculpatio ſocij criminis absq; omni aliâ præſumptione, nec ad procedendum, nec ad inquirendum indicium facit; ſive ſpontè depoſuerit; ſive ad interrogationem judicis reſponderit. *Hippol. de Marſil. in pract.crim.§.Conſtanter.n.93. & in §.diligenter.nu.*67.*Et conſil.35.nu.52.conſil.38.nu.19. Cacher.conſil.*64.*n.*4. *Cothman.dict.reſponſ.30.nu.133. Plot.in repetit.l.ſi quando.16.§ 4.num.24.Vnde vi.Anton.Gomez.tom.3.variar.reſolut.cap.12.nu.*16. Præſertim 59
, quando ſocius criminis denuncians, aliis criminibus infectus & notatus eſt: tum enim nullam prorſus fidem facit. *Gigas de crim.læſ.Majeſt.l.2.tit.quomodo & per quos crim.læſ.majeſt.prob. q.7.n.7.& ſeq.Hippol.de Marſil.ſingul.*200. Quod certo certius eſt, & in practica criminali totâ die obſervatur.

Ad inquirendum porrò, via aperitur Judici per notorietatem criminis commiſſi; Utpote, ſi delinquens in flagranti crimine fuerit repertus: tum non modò judex poteſt contra eum inquirere, ſed etiam procedere usq; ad ſententiam juris ordine non ſervato, *Iul.Clar.dict.§ ult.qu.8.in p.& q.9.n.5.* Aut ſi teſtes ſuper criminis autore deponant; Vel res furto ablata apud aliquem reperiatur, aliudvè indicium ex depoſitione teſtium, vel aliunde ſe offerat, quod judex pro diſcretione ſuâ, quâ pollet, ad inquirendū ſufficere exiſtimet. Conſtito namq; aliqualiter de delicto, judex in genere informationes aſſumendo, eos qui vel crimini adfuerunt, vel præſumtivè de eo notitiam aliquam habent, citare & per diffamationem neminem nominando, in genere interrogare debet an autorem criminis ſciant, vel ſaltem præſumtionē adverſus aliquē, & quâ ex ratione ac fundamento habeant, aut quicquid de hoc facto ſentiant. Hocque modo judex generaliter ſive ſummariè dicitur inquirere, quæ inquiſitio generalis ſive ſcrutinium ſummariū vocari ſolet. Ex quo judex de indiciis contra certam aliquam perſonā informatus, ſi ea veriſimilia & ſufficientia eſſe arbitretur, ad ſpecialem inquiſitionem tutò progredi poterit: Et ſic totum mundum procedere ſolere, dicit *Innoc.in cap.bona.n.5.de elect.* quem refert & ſequitur *Iul.*

Clar.dict.§.ult.quæſt.5.num.5. Proſp.Farin. quæſt.9. num.21.

60 In arbitrio ergò judicis eſt, pro ratione circumſtantiarum, criminis qualitate, & perſonarum delinquentium ſorte ac conditione æſtimare ac definire, quænam indicia ad ſpecialem inquiſitionem ſint ſufficientia. *Erneſt.Cothm.dict. reſponſ.30.nu.113. Lancell.de offic.Prat.in crim.tit.de inquiſit.n.33. Proſp.Farin.in prax.crim.lib.1.tit.1.q.1. n.45. Matth.Steph.in not.ad art.6.Ord.Crim.Carol.* Si enim indicia ad torquendum arbitraria ſunt, *Ord.Crim.art.18 verſ.* **Dieſelbe Sach.** *art.24.verſ.* 61 **Wenn nicht müglich** *art.25.verſ. item* ſo man *art.27.verſ.* **Wo aber** *l.teſtium fides 3 §.quæ argumenta. ff.de teſtib. Fr.Vivius l.2.comm.opin. in verb. Arbitrio judicis.nu.9. Iul.Clar.§.ult.q.20.in pr.& q.64.verſ. dixi quoq; &c.* multò magis ad inquirendum, indicia judicantis arbitrio relinquenda erunt; quùm inquiſitio longe minoris ſit præjudicij, quàm tortura. Videat ergò Judex, ne absque indiciis & præſumtionibus ſufficientibus, ad ſpecialem inquiſitionem properet, ſed cautè hac in re agat, omnesque præſumptiones & qualitates tam criminis ipſius, quàm perſonæ inculpatæ diligentiſſimè perpendat, & ſi de ſufficientiâ indiciorum ad inquirendum dubium occurrat, conſilium Scabinorum imploret. Quod ipſum quoque Illuſtriſſ. Elect. judices, aliosque Magiſtratus inferiores inquirere volentes facere juſſit, in ſæpè allegata *Ordin.polit.dict.tit.* **Von Juſtitienſachen** *num. 5. verb.* **Da aber in einem oder dem andern Fall unſern Amptleuten erheblicher Zweifel vorfiele / ſollen ſie zuvorn / ehe ſie zum** Inquiſition proceſs **ſchreiten / ſo wol auch folgends ſich in den Schöppenſtühlen deß Rechten zu belernen / oder in unſerer Regierung Beſcheids zu erhohlen ſchuldig ſeyn.** Quod & à judicibus ita practicari ſolet.

Q.7. Notabilia quædam circa inquiſitionē generalem.

62 Porrò circa inquiſitionem hanc generalem, quædam in foro Saxonico & praxi criminali uſu recepta, probè notanda veniunt. *Primò:* Etſi judex teneatur ex debito officij contra criminoſos inquirere, eosq; punire, ne delicta videatur approbare, *l.congruè ff.de offic.Præſid.l.2.C.de commer. & mercator.* Attamen ſibi cavere debet, ne facilè atque incautè, absque omni quali quali etiam conjecturâ & præſumptione, ad generalem inquiſitionē procedat, propterea, quod illa quantumvis generalis, famam tamen inquiſiti apud bonos graveſque viros minuat, ejusque exiſtimationem lædat. *Iacob.Menoch.de præſumt.l.1.qu. 88.nu.9.& 10. Erneſt.Cothm. vol.3.conſ.30.nu.155.* Unde fit, quòd haud rarò Magiſtratus ſive judex actione injuriarum conveniatur.

63 *Secundò:* Inquiſitio generalis indifferenter absq; reſpectu perſonarum, & non habitâ conſideratione ſortis ac conditionis delinquentiſi, ſuſcipi debet. Facit namq; judex per inquiſitionem generalem præparatoria ad ſpecialem inquiſitionem, quæ ſanè adverſus Nobiles æquè ac plebeias, ſortisq; inferioris perſonas formari poteſt. De quo minus dubium eſt in ditionibus. Elect. Sax. propter *verb.dict.tit.* **Von JuſtitienSachen.** *Ordin.polit.de Anno* 1612. **Und offtmals unbeſchuldete und gnugſam begüterte Leute/nicht ohne Schimpff/ und jhren Adelichen/auch wolhergebrachten Ehren und guten Namen/zum Nachtheil mit demſelben beleget werden wollen/** *&c.* Quare multò magis generalis inquiſitio ob crimina Nobilium ſuſcipi poterit.

64 Ubi tamen, & hoc notandum, quod ad inquiſitionem ſpecialem, adverſus Nobiles aut honeſtioris conditionis homines formandam, majora requirantur indicia, quàm quæ homines leves & malæ famæ, gravare queant. *Proſp.Farin. in prax.crim.lib.1.tit.1.quæſt.1.n.49.*

65 *Tertiò:* Etſi aliàs teſtibus non juratis fides haut ſit tribuenda, præſertim in cauſis criminalibus & inquiſitione ſpeciali, juxta *Reſcriptum Elect.* **vom** *Inquiſition proceß. in q. præced. adductum.* In verb. **Die Zeugen uff vorhergehende wirckliche Leiſtung deß gewöhnlichen Zeugen Eydes verhören laſſe/** *&c.* & tradita ab *Erneſt.Cothm.volu.3.reſponſ.29.n.98.& ſeqq.* ubi perſonam teſtis, qualis in cauſis criminalibus eſſe debeat, exactè deſcribit; Attamen in generali inquiſitione, tam ſtrictè hoc nō obſervatur, neq; neceſſe eſt, ut teſtes depoſitionem juramento ſuo confirment, ſed fides habetur ſummariæ depoſitioni teſtium, **der ſumāriſchen Auſſag/** ut vulgò ſolet vocari: Neq; enim ad puniendū; ſed ad inquirendū tantumodò teſtes in generali inquiſitione requiruntur. Quare & faciliùs ipſis creditur, qui tamen in ſpeciali inquiſitione poſtea producti, depoſitionē ſummariam juramento confirmare tenentur.

66 *Quartò:* Si inquiſitione generali peractâ, accuſator ſe offerat, qui ordinario proceſſu adverſus Reum agere velit, quod facere poteſt antequam inquiſitio ſpecialis fuerit formata: quæritur: *An tunc judex accuſatori petenti acta inquiſitionis generalis edere teneatur?* Sanè, ſi judex hoc facere & accuſatori gratificari velit, dubium nō eſt, quin hoc ipſi permittendum: Quod ſi verò judex acta edere renuat, nequaquam ad id cogi poterit: Sufficit namq;, quòd accuſatore ab accuſatione etiam deſiſtente, judici fas ſit adverſus Reum inquirere, Quare, licet actor ob defectū informationis generalis, proceſſum ordinarium deſerat, delictū nihilominus coërcebitur à Magiſtratu, ex officio hoc caſu procedente, ut ſic nulla prorſus ratio ſubſit, quæ à Magiſtratu invito Acta ſummariæ inquiſitionis extorqueri ſuadeat.

67 *Veluti etiā Domini Scabini pronunciarunt ad conſultationem Præfecti VVeiſſenfelſ.M.Majo An.1595.*

68 *Quintò:* Denique nec hoc omittendum, quod absque generali inquiſitione, quandoque ad inquiſitionem ſpecialem pervenire liceat: Ut ſi Reus in notorio & manifeſto crimine fuerit deprehenſus, de quo judici ipſimet absque inquiſitione generali præviâ, conſtet. Quo ſane caſu, maximè neceſſaria eſt celeritas & diligentia, ne fortè propter moram, quæ à judice interponitur, delinquens ipſe fugâ evadat, ſpaciumque temporis relinquatur ejus fautoribus & amicis, teſtes de negotio ipſo informatos ſubornandi, & à veritatis depoſitione deterrendi, ut ſæpenumerò contingere videmus, *Iul.Clar.l.5.ſent.§.ult. q.5.n.1.* Ideoque tunc judici absque ulterioribus ambagibus, ad ſpecialem inquiſitionem ſtatim progredi licet. Et ſanè fruſtranea eſſet hoc caſu inquiſitio generalis, cum jam antea de crimine ejusque autore ſatis conſtet.

QUÆ-

QVÆSTIO CIX.

De differentia Altæ & Baſſæ juriſdictionis in foro Saxonico, hoc eſt, Ober vnd Nieder/oder Erbgerichten: *Quiq; caſus criminales ad hanc, vel illam pertineant?*

SUMMARIA.

1. *Inquiſitio non niſi à judice competente formari debet. nu. 2.*
3. *Quinam judex dicatur competens?*
4. *Poteſtas delicta coercendi nil aliud eſt, quàm merum aut mixtum imperium.*
5. *Ex jure civili de hodierna Magiſtratuum poteſtate & juriſdictione haud judicandum eſt. nu. 6. 7. 8. 9.*
10. *Hodiernis Germaniæ moribus omnis juriſdictio duplex eſt, Criminalis & civilis, ſed variis nominibus indigitatur. n. 11.*
12. *Variè hodiè exercetur juriſdictio, pro cujusque loci conſuetudine. n. 13. 14.*
15. *In foro Saxonico duæ ſolummodò habentur ſpecies juriſdictionis, Alta & Baſſa,* Ober vnd Nidergerichte. *n. 16.*
17. *A quonam Magiſtratu poſſit formari inquiſitio? n. 18. 19.*
20. *Quænam Crimina ad altam & baſſam juriſdictionem pertineant? n. 21. 23. 24.*
22. *Hac in re ad conſuetudinem cujusque fori recurrendum eſt.*
25. *In ditionibus Electoratus Saxonici, quinam caſus ad altam & baſſam juriſdictionem pertineant? nu. 26. 27. 28. 29. 30.*
31. *Sententia Scabinorum Lipſienſium. nu. 32. 33. 34. 35. 36. 37.*
38. *In caſu dubio cujusq; loci conſuetudo debet attendi.*
39. *Omnia crimina capitalia ad altam pertinent juriſdictionem, etiamſi mulcta pecuniaria ex cauſa quadam Reo irrogetur. n. 40.*
41. *Quo caſu mulcta pecuniaria debeatur judici ſuperiori.*
42. *Mulctæ hodiè ſunt de fructibus juriſdictionis. n. 43.*
44. *Iudex ſuperior,* der Oberrichter/ *relegationem in mulctam pecuniariam poteſt convertere.*
45. *Onus alimentandi infantem expoſitum, incumbit judici ſuperiori.*
46. *Coercitio ſtupri ac fornicationis quando ad altam vel baſſam juriſdictionem ſpectet? n. 47. 49.*
48. *Reſponſa Scabinorum Lipſienſium. n. 50. 51.*
52. *Cuinam Magiſtratui debeatur enſis in rixa evaginatus? n. 53. 54.*
55. *Crimen, quod relegatione punitur, ad juriſdictionem altam pertinet. n. 56. 57. 58.*
59. *Sicuti & impoſitio venditionis ac migrationis ex pago.*
60. *Reſponſum Scabinorum Lipſienſium.*
61. *Iudex inferior,* der Erbrichter/ *an & quatenus carceris pœnam aut mulctam pecuniariam indicere queat? n. 62. 63.*
64. *Sententia Scabinorum Lipſienſium. n. 65.*
66. *Signa juriſdictionalia à quonam Magiſtratu ſint erigenda? n. 67.*
68. *Cujus ſumtibus.*
69. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
70. *Gerada & res expeditoriæ deferuntur judici ſuperiori ſi harum rerum non extet heres legitimus. n. 71.*
72. *Reſponſa Scabinorum Lipſienſium.*
73. *Inferior Magiſtratus Numellas erigere nequit.*
74. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
75. *Quod & aſſerendum de lapide loco pœnæ in collo circumferendo.*
76. *Numella irrequiſito Conſiſtorio Eccleſiaſtico muris templi affigi poteſt. n. 77. 78.*
79. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
80. *Iudex ſuperior Subditos irrequiſito judice inferiore in cauſis criminalibus citare poteſt. n. 81. 82.*
83. *Reſponſum Scabinorum Lipſienſium.*
84. *Sicuti etiam eos prehendere & captivos ducere poteſt irrequiſito judice inferiori.*
85. *Reſponſum Scabinorum Lipſienſium.*
86. *Omnes indifferenter cauſæ pecuniariæ pertinent ad Baſſam juriſdictionem.*
87. *Sicuti & actio de pauperie. n. 88.*
89. *Factâ inveſtiturâ cum juriſdictione non additâ voculâ* Ober *vel* Nider/ *omnimoda juriſdictio videtur conceſſa. n. 90. 91. 92.*
93. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
94. *Dominus feudi Vaſallum in exercitio juriſdictionis ſuæ impedire ejusdemq; ſubditos eo irrequiſito citare nequit. n. 101. 102. 104.*
95. *Iuriſdictio an in dubio cumulativè vel privativè videatur conceſſa? n. 96. 97.*
98. *Reſpondetur ad contraria. n. 99. 100.*
103. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*

1 SEcundum Inquiſitionis legitimum Requiſitum eſt judicis competentia. Nam inquiſitio non niſi à judice competente formari debet, aliàs nulla erit. *l. 1. & tot. tit. C. ſi non à compet. judic. l. 1. C. ubi de crim. agi. oport. cap. ſi diligenti. de for. compet. Angel. Aretin. de maleſic. in verb. Hæc eſt quædam inquiſitio. verſ. quartò principaliter requiritur. nu. 50. Proſp. Farin. in prax. crim. lib. 1. tit. 1. q. 1. n. 53. Nicol. Reuſner. lib. 1. deciſ. 24. n. 18. Ægid. Boſſ. in pract. tit. de inquiſit. nu. 62. & 67. Didac. Covarr. in pract. q. c. 11. num. 6. Iul. Clar. l. 5. ſentent. § ult. q. 3. n. 2. & 3. q. 12. n. 4. & q. 51. verſ. quintò quæro, q. 60. v. octavo & q. 94. v. quintò. Alciat. in c. pernicioſam n. 34. & 37. de Offic. ordinar.*

Hinc & *Iodoc. Damhouder.* ſcribit, quod inquiſitio ex officio & autoritate judicis ſemper fieri debeat; & quòd nemo niſi ſolus judex, aut judicis habens poteſtatem de crimine efficaciter poſſit inquirere, *in prax. rer. crim. c. 8. in princip.* Ubi absque dubio competentem judicis in- 2 telligit poteſtatem; quæ dupliciter in criminalibus ſic dicitur: ratione nimirum IMPERII, & ratione FORI. Utrumque enim in proceſſu criminali occurrere oportet; Ut ſcilicet poteſtas in criminalibus cognoſcendi & puniendi judici competat; & ut ejus loci judex inquirat, ubi delinquens forum ſortitur. Quorum alterutrum ſi deficiat, Inquiſitio legitima non eſt. Igitur de utroque erit diſpiciendum.

3 *Primum* quod competentem judicem facit, eſt poteſtas de cauſis criminalibus cognoſcendi ac crimina puniendi: Non quilibet enim judex Criminaliter inquirere poteſt, ſed is duntaxat, qui legitimam poteſtatem habet, ſeu *merum Imperium*. Quo fit, ut judices Civiles, qui cauſæ criminalis cognitionem non habēt, & qui nec corrigere, nec punire poſſunt, nullam inquirendi poteſtatem habeant. *Bart. in l. inter convenientes.* 28. *ff. ad municipal. Angel. Aretin. de malef. verb. Hæc eſt quædam inquiſitio verſ. Tertio principaliter n.* 49. *Specul. in tit. de inquiſition. §. item opponitur. & Hoſtienſ. in ſummar. eod. tit. §. quis poſſit.* Nic. *Reuſn. lib.* 1. *deciſ.* 24. *n.* 19. *Proſp. Farin. dict. q.* 1. *n.* 56. *Conr. in pract. crim. tit. de inquiſ. n.* 6. Nam & inquiſitio nihil aliud eſt, niſi criminis alicujus manifeſti ex æquo & bono à judice competente, qui & coercendi & puniendi poteſtatem habet, juſtè & legitimè facta inveſtigatio, juxta *Hoſtienſ. dict. loc.*

Q. 1. Num ex jure civili de hodierna Magiſtratuum poteſtate & jurisdictione judicandum ſit?

Hæc autem poteſtas delicta coercendi & puniendi nihil aliud eſt, quàm merum aut mixtum 4 Imperium: Nam jurisdictio ſimplex in cognitione cauſarum civilium tantummodo conſiſtit, *l.* 3. *ubi Dd.* 1. *ff. de jurisdict.* Vid. *Matth. Coler. de proceſſ. execut. part.* 2. *c.* 1. *n.* 120. *& ſeqq.* De quarum ſpecierum diverſitate *Interpp. juris civilis* plurima ſcripſerunt, eamque latè & tædiosè etiam, nonnunquam ac ſuperſtitiosè explicarunt. Quæ tamen plurima, ac verè dixerim omnia, antiquavit 5 ipſa temporis vetuſtas, & longa permutavit dies, quæ ut aliam vitam, alios mores, ita alias haud immeritò quoque poſtulat leges, perinde ac ipſa jurisdictio Magiſtratuumque poteſtas hodiè immutata eſt.

6 Etenim qui Imperij & jurisdictionis modernæ complicatam notionem ſolâ juris Romani peritiâ, Bartolivè & ſequacium traditionibus fretus evolvere tentaverit, nec ſtatum Reipubl. ejusque jura fundamentalia, arcana & ſimulachra Imperiorum politico libraverit judicio, is ædepol ab aſino lanam quæret, operamque omnem perdet & oleum, cùm multum interſit inter id, quod fuit, & id quod nunc eſt. *l.* 98. *§. ff. de ſolut. Andr. Knich. in Epiſt. dedicat. tract. de jur. territ. Beſold. in Colleg. polit. claſſ.* 2. *diſput.* 3. *theſ.* 16. *Frider. Hortled. de Lege Regiâ Germanorum, apud Goldaſtum, in Polit. Imper. part.* 12. Cum quibus convenit *Auct.* der Donawertiſchen *Information.* quādo inquit *pag.* 12. Daß ipſa Reipubl. Germanicæ forma nicht auß den Lateiniſchen Rechten/oder Bartolo vnd Baldo, ſondern vielmehr auß deß Reichs löblichen Herkommen/vnd daherrührenden Alten Verfaſſungen auß der Gülden Bull/ Keyſer- vnd Königlichen Capitulationen, deß Reichs Abſchieden vnd Conſtitutionen zunehmē.

7 Quondam namque Magiſtratus ad ſolam vel Urbis vel provinciarum, rerumque ad illa pertinentium adminiſtrationem, cum poteſtate jurisdicendi adhibebantur. Nunc qui olim Proconſules, Prætores, Præſides, Legati, hodierni nempe Duces, Marchiones, Comites, aliique immediate Imperio ſubjecti ſtatus, in conſortium quaſi ſummi Imperij admiſſi, eâdem ferè in ſuis territoriis gaudent poteſtatis ſublimitate, quâ Imperator ipſe: Exindeque Originatio der hohen Fürſtlichen oder Landes Obrigkeit dependet, cujus reſpectu Status Imperij in territoriis ſuis Imperatorem repræſentare, idemque poſſe dicuntur, quod Imperator in Imperio. *Bornit. de Majeſt. c.* 14. *Rutg. Ruland de commiſſ. lib.* 5. *c.* 4. *Andr. Knich. in privileg. Elect. Sax. verb. Ducum Sax. cap.* 1. *Ceph. lib.* 1. *conſ.* 58. *num.* 65. *Chaſſan. in Conſuet. Burgund. rubr.* 1. *§.* 5. *verſ. Duprince. n.* 14. *VVaremund. ab Erenberg. de ſubſid. Regni. c.* 15. *n.* 15.

8 Quin & licet olim hæc poteſtas in Romana Civitate Magiſtratui vel ſpeciali concedebatur lege, Senatus conſulto ſcilicet, Principalivè Conſtitutione, aut jure Magiſtratus conceſſi competebat, *l.* 1. *ff. de Offic. ejus cui mandat. eſt jurisdict.* ac cum perſona extinguebatur, *Marin. Frecc. de Feud. lib.* 1. *de antiquis ſtat. Regni. nu.* 17. *& lib.* 2. *tit. quis dicatur. Comes n.* 1. *& tit. Quis dicatur Marchio. n.* 8. *& tit. Quis dicatur Dux, n.* 3. *And. de Iſern. in cap.* 1. *quis dicatur Dux. Godefr. Viterb. part.* 17. *Chron. pag.* 450. *Cornel. Tacit. de morib. Germ. Carol. Sigon. lib.* 4. *de Regn. Ital. Crantz. in Dan. lib.* 3. *cap.* 44. *& ſeqq. Heig. lib.* 1. *q. n.* 2. *&* 60. Attamen hodiè feudi jure plerunque & territorij lege ſucceſſoriâ in perpetuum Ducibus, Comitibus, aliisque Statibus competit, & ad heredes tranſit; *Matth. VVeſemb. in parat. ff. de jurisdict. n.* 10. *Ioh. Stumf. in hiſtor. Helvet. lib.* 4. *Munſter. in Coſmogr. lib.* 3. *tit.* Wie die Fürſtenthümb bey den alten Deutſchen vffgerichtet. *c.* 20. *Petr. Heig. part.* 1. *q.* 2. *nu.* 36. *Albin. in Chron. Miſn. tit.* 9. *Martin. Frecc. dict. tit. Quis dicatur Comes. nu.* 1.

9 Sic pariter quod de mero mixtoque Imperio ac ſimplici jurisdictione, in libris noſtri juris ab eorumq; interpretibus diligenter ac fusè explicatur, id notiſſimâ totius fere Germaniæ conſuetudine commutatum eſt, *Paul. Matth. VVehner. in obſervat. vocab.* Zent *in fin. Chriſtoph. Beſold. in præfat. tract. jurisdict. Imp. Rom. & in Colleg. polit. Claſſ.* 2. *diſp.* 3. *theſ.* 2. 10 Et omne Imperium ac Jurisdictio duplex perhibetur, *Criminalis & Civilis. Criminalis jurisdictio* ſeu merum Imperium pro loci diverſitate diverſimodè appellitatur. In Francon. & Palatin. ac locis vicinis ſolet vocari, Zent/Zentbarigkeit/Zentgerechtigkeit/Zentrecht/Maleſitziſche oder Zentbarliche Obrigkeit/ Maleſizrecht/die hohe Zent/Zentgerichte/Halßgerichts Obrigkeit/hohe Obrigkeit/in Bavariâ & viciniâ die Fraiß/hohe Fraiß/Fraißliche Obrigkeit/ Alibi Blutbann/hohe Gewalt/hoch vnd halßgerichtliche Gerechtigkeit/Halßgerichte/Zentfälle/Höchſtgerichtbarkeit. In Saxonia peinliche Gerichte über Häupt vnd Haar/Halß vnd Häupt/Zentgericht/Hochgericht/Obergericht/Vogtey über das Maleſiz. Eſtq; nihil aliud, quàm delictorum capitalium animadverſio, & coercitio, adeoque hodie pro uno & eodem ſumitur

jus Gladii, & per conſequens merum imperium & ſuperior jurisdictio, die Fraißliche Obrigkeit. Dominus cui competit die Zent / vocatur Zentherr/Fraißherr/der die Hochgerichte hat. Caſus, ſo zur Zent gehörig / dicuntur zentbare Fälle/ Zentfälle. Perſonæ, ſo in der Zent geſeſſen / vnd gehörig/zentbare Vnterthanen. Ut & bona ſub câ ſita: zentbare Güter/Zenthöfe. Judicium criminale, Zentgericht / Malefizrecht. Judex vel Præſes, Zentgraff.

11 *Iurisdictio autem civilis,* h.e. mixtum Imperium & jurisdictio vocatur die nider vnd mittelbare Obrigkeit / Vntergericht / Erbgericht / über guldt vnd ſchuldt / & ad rerum civilium cognitionem & animadverſionem pertinet, idemque ferè eſt, quod Vogteyliche Obrigkeit. *Paul. Matth. VVehner. in pract. obſerv. vocab.* Zent.

12 Utraque autem hæc jurisdictio pro cujus-
que loci Conſuetudine & Conſtitutionibus,
variè exercetur, variasque ſpecies ac diviſiones
recipit: de quibus latè agit *Paul. Matth. VVehner.*
dict. loco. & Caſp. Leipold. in diſp. de concurrentia ju-
risdictionis in Imperio Romano Germanico apud
13 *Dom. Arum. tom. 1. juris publ. diſcurſ. 13. Omnibus*
namque fere in Tribunalibus, inquit *Chriſt. Beſold.*
in præf. diſcurſ. de jurisd. Imp. Roman. omnibus Prin-
cipum in aulis reſonat: Die Hohe / Vögteyliche/
Nidergerichtliche / Landgerichtliche/ Zent/ Fraiß-
liche / Forſtliche / Gleitliche Obrigkeit / Ehehaffti-
nen/die vier hohe Wänd/*&c.* Ac tot ferè nunc
uſus, neceſſitas, & quandoque adulatio jurisdi-
ctionis ſpecies effecit, ut non ſine ſummâ diffi-
cultate diſtingui, explicarivè ſingulæ queant.
Ita ut ridiculè quidem, ſed hoc noſtro ævo
haud ineptè, quidam proteſtando exclamârit:
Daß er ſeinem gnädigen Herrn / alle Obrigkeit
vnd Jurisdiction auff vnd vnter der Erden / auch
ſo viel noch künfftig erdacht werden möchten /
jetzt als dann / vnd dann als jetzt per expreſſum
vorbehalten haben wolle. *Adam Keller. 2. de offic.*
jurid. polit. cap. 12.

14 Quare & hodiernis moribus jurisdictionis materiam non minus, quam jure veteri civili Romano, in Pelago verſari, ac potiſſimum uſum, conventionem, & conſuetudinem illius cynoſuram ſuggerere, congruè aſſeruiſſe videtur *Andr. Knich. in tract. de jure territor. cap. 4. num. 21. & num. 436. Caſp. Leipold. dict. diſp. th. ult. VVehner. dict. loco.* Cum quibus etiam convenit *Petr. Greg. Tholoſan. lib. 32. ſyntagm. jur. univerſ. cap. 10. in fin.* inquiens: *Tota jurisdictionum criminalium & civilium cauſarum diſtinctio, & Magiſtratuum, ab ordine & diſtributione, quam Principes conſtituerunt, & à receptis conſuetudinibus pendet: Vt ad horum probationes recurrendum cenſeam, & quo jure utantur municipes:* Et paulo poſt: *Toties enim mutata eſt forma judicandi, quoties & Rerumpublicarum adminiſtrandarum formula. Et quoties Principibus placuit, & neceſſitati rerum viſum eſt conducere. Et Adam. Keller. dict. cap. 12. fol. 392. dicens: Tam incertæ hodie ſunt de jurisdictione opiniones, & variæ conſuetudines, & obſervantiæ, ut in hiſce maximè neceſſaria foret certa quædam pragmatica ſanctio, & conſtitutio Imperij, &c.*

15 In foro tamen Saxonico, res adeo difficilis & intricata non eſt: Sed duæ tantummodò habentur ſpecies Jurisdictionis: Altera namque SUPREMA, vulgò die Obergerichte / oder peinliche Gerichte. It. Halßgericht/Blutbann: Altera verò BASSA dicitur, die Erb- oder Nidergerichte. Unde & judex vocari ſolet der Oberrichter. It: Erb oder Vnderrichter. Ita enim vox Germanorum generalis (Gerichte) non ſolum interpretanda eſt von Vntergerichten/ ſed etiam Obergerichten / *Schurff. centur. 1. conſ. 16. nu. 2. Matth. VVeſemb. conſ. 95. nu. 2. Thom. Michael. de jurisdict. concl. 70. Tobias Paurmeiſter. lib. 1. de jurisdict. cap. 1. n. 14.* Præter haſce verò duas, nulla alia jurisdictionis ſpecies in foro Saxonico reperitur.

Hæ autem ſpecies ſic diſtinguuntur. Ut *Alta* 16 *ſive ſuprema jurisdictio* tam merum quàm mixtum Imperium contineat. *Baſſa verò jurisdictio* non ſolum complectatur, quæ vulgo ad ſimplicem jurisdictionem referuntur, ſed & nonnulla ex iis; quæ mixti ſunt Imperii. *Matth. Coler. de proceſſ. executiv. part. 2. cap. 1. nu. 120. & ſeq. Speckhan. centur. 1. qu. 90. Matth. Stephan. l. 1. de jurisdict. cap. 3. nu. 70. Andr. Knich. de Sax. non appelland. privileg. fol. 124. Chriſt. Beſold. in Colleg. polit. claſſ. 2. diſput. 3. th. 18. Dan. Moller. lib. 4. ſemeſtr. cap. 45. Ventur. de Valent. in parth. litigioſ. lib. 2. cap. 12. nu. 11. VVehner. in pract. obſerv. vocab.* Gericht *& vocab.* Zent. Secundum quæ hanc Regulam volo notari:

Quod in foro Saxonico inquiſitio legitima ab eo ſolummodò formetur judice, qui jurisdictionem habet altam ſive ſupremam, die Obergerichte. 17

Q. 2. A quonam Magiſtratu formari queat inquiſitio?

18 Veritas hujus Regulæ patet exinde, quod inquiſitio ſpecialis in foro Saxonico tantum in delictis majoribus & ſcandaloſis, quibus Reipublicæ tranquillitas læditur, locum ſibi vendicet, juxta *Ordinat. polit. Elect. Saxon. de An. 1612. ſub tit.* Von Juſtitienſachen *nu. 5. verſ.* Vnd weil. in verb. Daß allein *in delictis manifeſtis, majoribus & ſcandaloſis,* vnd fürnemlich *in cauſa turbationis, violatæ Pacis, excitati tumultus,* vnd andern dergleichen ſtraffwürdigen vnnd frevelhafftigen Fällen / dadurch *Reipub. tranquillitas offendiret,* bemeldter *Inquiſition proceß* angeordnet werde / *&c.* Prout dixi *ſupra q. 107. n. 22.* Atqui talia delicta majora & ſcandaloſa non niſi à judice, cui Alta jurisdictio competit, puniuntur. Nam quorum cognitio ac coercitio ad jurisdictionem Baſſam ſpectat, ea haud propriè majora, atrocia, vel ſcandaloſa dicuntur, ſecundum tradita *dict. quæſt. 107. nu. 30 & 31.* Sequitur hinc ergò, quòd tantummodò à judice Altam jurisdictionem, die Obergerichte tenente, inquiſitio legitima regulariter formari queat.

19 In quo certè haud parum inquiſitio differt à proceſſu criminali ordinario, qui non ſolum coram judice ſupremam jurisdictionem habente agitari poteſt; ſed & coram eo, cui Baſſa jurisdictio competit, pro ratione nimirum & qualitate delicti coercendi. Nam & Baſſa ſeu Inferior jurisdictio, die Erb- vnd Nidergerichte nonnulla complectitur, quæ mixti ſunt Imperii; coercitionem nempè leviorum delictorum, quæ vel modicâ mulctâ pecuniaria, vel carcere ad breve tempus puniri poſſunt. *Chriſtoff. Beſold. d. diſp. 3. th. 18.* Quamvis aliter ſentiat *VVehner. dict.*

obſerv. pract. in verb. Zent omnia quæ mixti ſunt Imperij, ad jurisdictionem ſupremam referens. Adeoque ſi ejusmodi caſus occurrat, quò leve aliquod crimen eſt coercendum, licet inquiſitio formari nequeat, attamen per accuſationem deſuper procedendum erit coram eo judice, cui Baſſa competit jurisdictio. Quod tamen fallit in caſu notorij criminis levioris, ubi & judex inferior der Erbrichter iſtud ex officio ſtatim punire poteſt, juxta tradita *ſupra dict. q.*107.*nu* 34.

Q.3. Quanã Crimina ad Superiorem, quæque ad Inferiorem pertineant Iurisdictionem?

20 Stante igitur hac Regula, quæritur: *Quænam crimina ad jurisdictionem ſupremam, quæque ad Baſſam jurisdictionem pertineant, aut, ubinam crimina quæque coerceri debeant, & in genere, quinam actus ſint Altæ quivè Baſſæ jurisdictionis?* Cujus quæſtionis effectus certè magnus eſt. Sæpiſſimè accidit, ut in aliqua Provincia, Civitate aut Territorio, diviſæ jurisdictiones reperiantur, ita ut ex conventione vel conceſſione, alius Supremam die Obergerichte; alius verò Baſſam habeat jurisdictionem, die Erb- vnd Nidergerichte. Delicto itaque perpetrato, accuratè noſſe oportet, an cognitio ac coercitio iſtius ad illam vel hanc jurisdictionem ſpectet, quique actus ſupremæ aut Baſſæ ſint jurisdictionis. Neque enim ſpecies jurisdictionis confundendæ, nec judex inferior der Erbrichter ea expedire poteſt, quæ ad Altam jurisdictionem pertinent; ſicuti nec judici ſupremo, dem Oberrichter/ actus jurisdictioni Baſſæ reſervatos expedire licet, niſi ſimul Baſſa jurisdictio ei competat.

21 Certam verò hujus quæſtionis deciſionem ac definitionem, ubique locorum ponere vix licet. Evenit enim ſæpiſſimè ex communi uſu & obſervantiâ; ut quæ ad ſublimem videantur pertinere jurisdictionem in uno loco, in alio ad inferiorem referantur, dann die Rugen vnd Fälle werden an einer Zent anderſt denn an der andern gehalten vnd herbracht/ *Paul. Matth. VVehn. in pract. obſerv. vocab* Zent. ubi & nominatim caſus ad ſupremam jurisdictionem pertinentes ex *Conſt. Sax. Coburg. de Anno* 1556. *tit.* 21. refert: Quos & enumerat *Matth. Coler. de Proceſſ. Execut. part.* 2. *cap.* 1. *nu.* 137. Specialem quoque hâc de re promulgarunt cõſtitutionem Principes ac Duces Sax. Lineæ Vinarienſis, in *Conſt. Vinar. tit.* 26.

22 Item Principes Anhaldini in *Conſt. ſuis tit.* 13. Ut ſic in foro quoq; Saxonico certa deciſio non extet, ſed ad conſuetudinem cujusque loci & Provinciæ hoc caſu ſit recurrendum, quod & innuit *Conſt. Sax. Coburg. dict. tit.* 21. *in fin.* verb. Do aber vnſere Aempter/ oder ewer einer oder mehr der die Halßgerichte hat/ etliche Fälle in die Erbgerichte gehörig/ über Rechtsverwerte Zeit/ auch herbracht vnd geübt hätte/ dem ſollen dieſelbigen vngeachtet dieſer vnſer Ordnung/ nochmahls bleiben/ relata à *VVehner. dict. loco.*

23 Generalem quidem Deciſionem videtur facere *Matth. Coler. de Proceſſ. Execut. dict. part.* 2 *c.* 1. *nu.* 146 quando inquit: *De jure noſtro Conſuetudinario vel Provinciali, non aliter diſtinguuntur iſtæ duæ jurisdictiones, Inferior videlicet à ſuperiore; Niſi quod hæc omnem maleficiorum cognitionem & punitionem, aut animadverſionem usque ad cauſas vulnerum, incluſivè tamen, complectitur. Illa autem exceptis injuriis atrocibus, omnes alios caſus, qui vel modicam correctionem, aut jus mulctandi deſiderant, item omnium cauſarum civilium dijudicationem comprehendit; idque ita de conſuetudine obſervari teſtatur Experientia.* Hactenus verba Coleri.

24 Sed ut vera hæc ſint, minimè tamen ſatisfaciunt, dubitatur enim adhuc, quænam illa ſit modica correctio, quam ab ipſo definiri, tantum abeſt, ut obſcurior res potius reddatur, dum alibi dicit, Relegationem etiam ex pagis, eſſe majoris jurisdictionis, *dict. c.* 1. *nu.* 137. *in fin.* (ut etiam veriſſimum eſt) & tamen *hoc ipſo in loco nu.* 146. majorem jurisdictionem ultra vulnerum cauſas non excedit. Quin & aliàs *dict. cap.* 1. *part.* 2. multa implicat, & anxiè de quibusdam caſibus an & quatenus ad ſuperiorem vel baſſam jurisdictionem ſpectent, diſputat. Ut ſic haud abſurdè totam rem arbitrio judicis relinquendam eſſe exiſtimem, *arg. l.* 1. *§. ultim. ff. de jur. de lib.*

25 In ditionibus tamen Electoratus Sax. certa extat Conſtitutio Provincialis *de Anno* 1543. & poſtea repetita *An.* 1555. *ſub tit.* Was zu Ober- Nider- vnd Erbgericht gehört/ ex qua litem hanc decidere haud difficilè videtur. Referuntur enim ibidem caſus principaliores, unde de reliquis æquum judicium quis ferre poterit.

26 De jurisdictione autem Altâ ſeu ſupremâ ita loquitur, *dict. Ord. Provincialis*: Was hohe Brüche ſeynd/ welcher Straffe Halß/ Hand- vnd andere Leibesſtraffe/ oder auch Vorweiſung betrifft/ *It*: Mord/ Zetergeſchrey/ als ob einer den andern morden/ oder ein Weib/ oder eine Magd nothzögen wolte/ Straffe der Wunden/ die offen/ oder erſtlich Beulen ſind vnd darnach vffbrechen vnd Wunden werden/ ſtoſſen/ tretten oder werffen/ darvon ein Menſch ſtirbet oder gelähmet wird/ *It*: Haußfried brechen/ Thüren oder Fenſter freventlicher weiſe beſchädigen oder außſchlagen vnd werffen. Ob jemand hohe vnd befreyte Perſohnen/ die im Regiment ſeyn/ ſchülte vnd injurirte. *It*: ob einer an befreyten Oertern einen ſchmähete/ als auffm Schloſſe/ Rathhauſe/ oder in der Kirchen. *It*: todte Cörper auffheben/ vnſinnige Leute durch die Freunde oder auß richterlichem Ampt verwahren laſſen/ vnnd gezogen Schwerdt oder Waffen/ damit einer den andern verwundt/ gelämet oder erwürget. Alle ſolche vnd dergleichen/ auch höhere vnd gröſſere Brüche vnd Mißhandlunge/ oder Schmäheklagen/ wenn jemand zu ſeinen Ehren peinlich angeklaget wird/ ſollen in die Obergerichte gehören/ vnd durch dieſelben gerüget vnd geſtrafft werden.

27 Hoſce caſus & gradus omnes meri & mixti Imperij complectitur Jurisdictio Alta ſive Superior, die Obergerichte/ peinliche Gerichte/ *It*: Halßgerichte oder Blutbann/ puta, quando pœna concernit deminutionem vitæ, amputationem manus aut alterius membri; Item, ut noſtri loquuntur, wann die Klage an Haut vnd Haar gehet/ h. e. quando pœna aſcendit ad fuſtigationem ſecundum *addit. lat. lit. F. art.* 13. *lib.* 2. & *art.* 28. *lib.* 2. Landrecht *lit. F. Matth. Coler. d. cap.* 1. *p.* 2. *n.* 125. *de proceſſ. execut.* Quibus Ordinatio quoq; addit Relegationem.

De.

28 De Jurisdictione autem Inferiore ſeu Baſsâ, ita verba habent *Ord. Prov.* Was aber kleinere vnd geringere Fälle ſeynd / die ſollen in die Erb- vnd gerichte geruget / vnd durch dieſelben geſtrafft vnd gerechtfertiget werden: als nemblich Haar rauſſen / Schläge die nicht tödtlich ſind / noch Lämbde bringen / darauß auch keine Wunden wird / als braun vnd blaw / Naſenblut / Maulſchellen / Zähenbluten / ſo die nicht wackeln / auch andere Blutrunſten mit Nägeln gekratzt / oder ſonſt verletzt / darauß keine Wunde noch Lämbde erfolget / ſchlechte Lügen ſtraffen / ſchlechte Wort die auſſerhalb hohen vnnd befreyten Perſonen vnd örtern geſchehen / vnzüchtig muthwillig Geſchrey / Meſſerzüge / wenn niemand dadurch beſchädigt wird / Meſſer vnd verbottene Waffen tragen / verbottene Wahr feil haben / oder verbottene Spiel ſpielen / Deube die vnter dreyen Schillingen (das iſt weniger denn vier Groſchen) wèrth ſeyn / vnd alle Bürgerliche Sachen die nicht von peinlichen Sachen herflieſſen / als Schülde / Gülde / Schäden / Pfandung / Gütere ligend / ſtehend vnd fahrend / beweglich oder vnbeweglich / die betreffen viel oder wenig.

29 Hinc patet, regulariter omnes cauſas civiles, quæ de jure civili ſimplicis ſunt jurisdictionis, in terris Elect. Sax. ad jurisdictionem Baſſam, Erb- vnd Niedergerichte pertinere: Sicuti & contra omnes caſus criminales atque delicta, quæ pœnam Sanguinis vel Relegationem merentur, & de jure civili meri ſunt Imperij, ad Superiorem Jurisdictionem ſpectant, zum Obergerichten. Idque ex *dict. Ordin. Provinc.* certo certius eſt. Reliqua verò crimina, quæ de jure civili mixti ſunt Imperij, & mulctâ pecuniariâ vel carceris pœna coërcentur, pro ratione & qualitate delicti vel ad ſuperiorem, vel inferiorem jurisdictionem ſunt referenda: Id quod judicis arbitrio ac diſcretio relinquendum eſt.

30 Etſi enim plurimi caſus in *dict. Ord.* referantur, omnes tamen ac ſinguli ibidem comprehenſi non ſunt, id quod non ſolummodo ex verbis *dict. Ordin.* (Alle ſolche vnd dergleichen) ſed & exinde manifeſtiſſimè patet, quòd injuriæ quandoque inter caſus inferioris, quandoque etiam ſuperioris jurisdictionis referantur, pro ratione nimirum & conditione perſonarum, quibus illæ fuerint illatæ. Unde haud obſcurè probatur, judicis officio incumbere, ex caſibus verbotenus relatis, nec non rationis identitate, qualitate criminis, perſonarum conditione, aliiſque circumſtantiis de ſimilibus judicare. Quod Illuſtr. Dn. Elect. Sax. Scabinos ſuper hâc re conſultos feciſſe, memini, qui ex paritate rationis plurimos caſus ſimiles ad ſuperiorem & inferiorem jurisdictionem pertinentes, in Reſponſo quodam exprimere non dubitaverunt. Quòd cùm ad explanationem, & diſtinctionem accuratiorem jurisdictionis ſuperioris & inferioris multum facere videatur, verbotenus illud hîc apponere placuit.

31 *Reſponſum hiſce verbis fuit conceptum*: Als jhr vns Copien zweyer Vrthel / vnd eines Churfürſtl. Sächſ. gnädigſten Befelchs mit *lit. A. B. ſignirt*, beneben einer Frage zugeſchicket / vnd euch zu berichten gebeten habt / was eigentlich zu den Ober- vnnd Niedergerichten gehörig ſey: Demnach ſprechen wir Churf. Sächſiſch. Schöppen zu Leipzig darauff vor recht. Daß die jenige / welchen die Ober- vnnd Halßgerichte zuſtehen / vngefährlich folgende Vbelthaten vnd Mißhandlungen zu ſtraffen vnnd rechtfertigen befugt / nemlich Ketzerey / Zauberey / Teufelsſegen vnd Wahrſagen / Gottesläſterung / Kirchen / Ehe / vnnd Landfriedebruch / Mord / Todtſchlag / Nothzucht / Blutſchande / Mordbrand / Vergifftung / Sodomiterey vnd Vnkeuſchheit mit vnvernünfftigen Thieren / Abtreibung der Leibesfrüchte / vnmenſchliche vermiſchung mit verſtorbenen Weibesperſonen / Kuplerey ehlicher vnnd lediger Perſonen / entführung der Jungfrawen vnd Witwen / Verlobung vnnd Heyraht mit zweyen Weibern / Auffruhr / Verrähterey / Meineyd / wiſſendliche Beherbergung geächtigter Vbelthäter oder Mißhändler / Verurſachung eines Aufflauffs oder Zwytrachts / Verhetzung der Gemeine wider jhre Herrſchafft / Abſage der Vehden / vnnd ſteckung der Brandzeichen / Deube die 3. Schilling (das iſt 4. Groſchen) oder mehr werth ſeyn / verhelung vnnd mitgenieſſung deß Diebſtals / abſchneidung vnd verderbung männlicher Glieder vnnd Weibesbrüſte / Rath vnd Hülffe wider die Oberkeit vnd Erbherren / verkauffung der Leute vnd wegführung derſelben wider jhren Willen / vffgrabung vnd ſpolierung der Todten / beſtellung der gerechtfertigten Miſſethäter an dem Galgen oder vff dem Rade / vnd abnehmung derſelben von den Gerichten / beraubung der Pflüge / Mühlen vnd Bienenſtöcke / ſuchung eines andern mit gewapneter Hand / in dem ſeinen zu dem ende / jhn zu übergeben oder zu tödten / Haußfriedbrüch / freventliche beſchädigung der Thüren / vnd außſchlagung oder außwerffung der Fenſter / ſchmähung an befriedeten örtern / als Schlöſſern / Rathhäuſern oder Kirchen / vffn Marckte oder Landſtraſſen / erdichtung ſchändlicher Schmäheſchrifften / vnd wenn man dieſelben anſchläget / oder die findet / vnder andern offenbaret / Schmähungen die reinlichen geclaget werden / vnd *Injurien* hoher befreyter Perſonen die im Regiment ſeyn / fertigung falſcher vnnd ſchädlicher Brieffe / Siegel vnd Petſchafft / vñ verfälſchung der Brieffe / mit außleſchung oder anderer Geſtalt / auch vngebührliche eröffnung der Brieffe / vnnd offenbahrung deß Jnhalts eines Brieffes / ſo deß jenigen / deme er zuſtehet / gegentheil gethan wird / verkauffung oder verſetzung eines dinges ſo zweyen geſchicht / falſches Gezeugnuß / vnd wenn ein Richter oder Zeuge zu eines Nutz zu rahten oder gezeugen *corrumpiret* werden / zubereitung falſcher Müntze / derſelbigen wiſſentliche Außgabe / ſchmeltzung / geringerung vnd beſchneidung / ſie ſey groß oder klein / falſche Gewicht vnd Maß / ſo zu käuffen vnd verkäuffen gebraucht wird / zerhawung oder außwerffung der Mahlbäume vnd Mahlſteine / vffſetzung newes Zolles / abſtechung vnd vergrabung der Teiche / thewermachung deß Korns / vnd andern Geträidichts / vffhebung todter Cörper / vorwahrung vnſinniger Leute durch die Freunde oder auß Richterlichem Ampte / zerbrechung der Statt- vnd Schloßmauren / vnd verderbung eines Ackers ſo bey nächtlicher weile vorgenommen / Handanlegung an die Eltern.

32 Vnd wird vnter deß Oberrichters Straffe ferner gezogen / wenn ſich jemands für einen Fürſten / Grafen / Freyherrn / Ritter oder eines würdigen Standes außgibt / auch einer Kunſt Meiſter / der er doch nicht iſt / betrieglich rühmet / vnd wenn einer ſeinen Nahmen / Wapen / Gemerck oder Zeichen / dem andern zu ſchaden verändert / vnd do ein Amptman vmb Gifft / Gaben / oder Verheiſſung willen etwas thut / das nicht recht iſt / oder das läſſet / das er hätte thun ſollen / wie denn auch heimlich Gifft vnd Gabe darumb gegeben / daß er zu einem Amptmann erkohren vnnd erwehlet worden. Hierüber gebüret jhm zu rechtfertigen die Kämpffer Fleiſch- vnd offene Wunden / *it.* die Wunden ſo

erſtlich Beulen ſeyn / vnnd darnach auffbrechen vnd Wunden werden / gezogene Meſſer oder Waffen damit einer den andern verwundet / gelähmt oder erwürget / Mord vnd Zettergeſchrey / wann einer den andern morden: oder ein Weib oder eine Magd notzögen wolte / Haußſuchung / wenn jemand den andern gefänglich einſetzet vnnd hält / ſtoſſen / treten / braun vnnd blaw werffen / ſchwächung der Jungfrawen / beſchlaffung der Wittwen / ſchlechte Hurerey / vnd do dieſelbe mit gefangenen in anbefohlenen *Cuſtodien*, oder mit wahnwitzigen ſinnloſen Weibesperſonen begangen. Alle ſolche vnd dergleichen Brüche vnnd Mißhandlungen neben der ſcharffen vnnd peinlichen Frage / verbietung einer Statt vnd Dorffs gehören in die Obergerichte / vnd werden durch ſie geruget / wie denn auch die Folger vnd Helffer oberzehleten Miſſethaten / ſo darzu beyſtand gethan / von jhnen geſtrafft werden.

33 Was aber kleinere vnd geringere Fälle ſeyn / als
nemlichen Haar rauffen / Schläge die nicht tödtlich
ſind / noch Lämbde bringen / darauß auch keine
Wunde wird / wenn ſie gleich zerſchwollen / auch
braun vnd blaw / Naſenblut / Maulſchellen / Zehen-
bluten / ſo die nicht wackeln / auch andere Blutrun-
ſten mit Nägeln gekratzt / oder ſonſt verletzet / darauß
keine Fährligkeit deß Todtes / Lämbde / Fleiſch-
Kampffer / noch öffentliche Wunden entſtehen /
ſchlechte Lügenſtraffe / ſchlechte Schmähwort / die
nicht an freyen Orten oder hohen befreyten Per-
ſonen geſchehen / vnd peinlichen nicht geklaget wer-
den / vnzüchtig muthwillig Geſchrey / Meſſerzüge /
wenn niemand dadurch beſchädigt wird / Meſſer /
Armbruſt / Schwerdt oder andere verbottene Waf-
fen tragen / in einer Statt oder auff einem Dorffe /
verbottene Wahr feil haben / verbottene Spiel ſpie-
len / einen der groſſe vnd ſchwere Brüche / Vbelthat
vnnd Mißhandlung gethan / zu dem ende gefäng-
lich ſetzen vnnd halten / auff daß er jhn dem jenigen /
welchem das Ober- vnd Halßgericht zuſtändig /
überantworten möge / Do einer den Gerichten vn-
gehorſam wird / oder daſelbſt etwas bewilliget / vnnd
ſolchem nicht nachkömpt / Diebſtahl vnter 3. Schill.
ſchlechte Hurerey wenn beyde Perſonen / ſo dieſelbe
begangen / nachmals einander ehlichen / oder auch
Braut vnnd Bräutigam vor der Prieſterlichen *Co-*
34 *pulation* ſich zuſammen finden. Jngleichem alle bür-
gerliche Sachen / als Schülde / Gülde / Schäden /
Pfandung / Güter ligend / ſtehend / vnd fahrend / be-
weglich oder vnbeweglich / ſie betreffen viel oder
wenig. Dieſe Fälle vnnd Sachen alle werden in
die Erbgerichte geruget vnnd durch dieſelbe ge-
35 rechtfertiget. Jedoch was die Sachen / Geld-
buſſen oder Abtrag anreichen thut / ſo von peinli-
chen Sachen herflieſſen / welches geſchicht / wenn
eine peinliche Sache mit zulaſſung der Gerichte /
vnnd bewilligung deß verletzten klagenden Parts /
oder auß andern Vrſachen bürglich würde / oder a-
ber daß ſich ein Mord / Lämbde oder anders nicht
auß Vorſatz oder arge Liſt / ſondern auß ſolchem
Vnfleiß vnnd Verwahrloſunge zutrüge / daß ſie zu
rechte zu einem bürglichen Abtrag gelaſſen würde /
Solche Fälle / ob ſie wol zu Geldbuſſen gereichen / ſo
werden ſie doch gleichwol durch die Obergerichte
geſtrafft / vnnd wird von jhnen die Straffe einge-
hoben.

36 Vnd iſt ſchließlich hierbey in acht zu nehmen / wann ein Ampt- oder Gerichtsherr durch ſonderliche vorbehaltung / begnadung / verſchreibung / oder verwerte beſtändige vorjährung / es alſo gehalten vnnd herbracht / vnnd etliche Fälle / ſo in die Obergerichte gehörig / als Erbgerichte / oder hinwiderumb etlich ſo vnter die Erbgerichte zu rechnen / als Obergerichte erlanget vnd geübt / daß es dabey billig verbleibe / vnnd ein jeder bey ſolcher erlangten hergebrachten vnd vnverbrüchlichen geübten Gerechtigkeit nochmals gelaſſen werde. Alles V. R. W. *Ad conſultationem Senatus in* Thumb. *Menſ. Febr. Anno* 1620.

37 Ex hoc, opinor, Reſponſo, Judex de dubiis circa hanc materiam occurrentibus, facilimè informari poterit. Etſi enim præter caſus in dicta ſententiâ expreſſos, adhuc alij exiſtant, de quibus forſan, utrum ad Superiorem vel Inferiorem jurisdictionem pertineant, controverti poſſet; attamen quin ex ſimilibus caſibus relatis de hiſce judicium ferri, ac controverſia determinari queat, non ambigo.

38 Inprimis autem hoc loco notari velim, *Primò:* Quòd in dijudicatione & deciſione caſuum dubiorum, utrum ad altam vel baſſam jurisdictionem ſpectent, conſuetudo uniuscujusque loci probè ſit attendenda: cùm ex peculiari quandoque obſervantiâ & conſuetudine alicujus loci, ad inferiorem referantur jurisdictionem ea, quæ alibi ad jurisdictionem ſupremam pertinent, *Paul. Matth. VVehner. in pract. obſervat. vocab.* Zenth. Quo certè caſu, à conſuetudine cujusque loci inveteratâ receptâque nullatenus recedendum eſt: prout patet ex prædicto Scabinorum Reſponſo in *verbis final. verſ.* Vnd iſt ſchließlich hiebey in acht zu nehmen.

39 *Secundò:* Ad jurisdictionem criminalem ſeu ſuperiorem ſpectant omnia delicta ſeu crimina, quæ regulariter ſanguinis pœnam, ultimum ſcil. ſupplicium aliamve pœnam corporis afflictivam merentur, etiamſi ex caſu aliquo ſuperveniente, mitigatione nempe nimii rigoris, vel quod culpâ non dolo crimen fuerit commiſſum, mulcta pecuniaria Reo irrogetur.

40 Etſi enim ad Jurisdictionem baſſam, zum Nidergerichten / pertineant regulariter omnes de mundo cauſæ civiles & pecuniariæ, ſuper quibus judex maleficiorum à cognitione ſuperſedere, talesque lites ad determinationem Inferioris Judicis remittere debet, *l. ſolemus. 61. §. latrunculatores. ff. de judic. & l. 1. ff. de abigeis.* Attamen hoc tum demum verum eſt, ſi agatur actione deſcendente ex contractu vel delicto non inferente pœnam Corporis, ſaltem potentiâ, prout fit, quando ſuper maleficio, de quo criminaliter accuſatio inſtitui poterat adverſus Reum, agitur civiliter ad pœnam videl. pecuniariam, vel parti vel fiſco applicandam. Iſto namque caſu Origo facti, ex quo jus oritur, quoad competentiam fori attendenda, & lis coram judice maleficiorum intentanda eſt, quantumvis non criminaliter, ſed tantum civiliter eo nomine agatur. *Aug. de Arim. in addit. ad Angel. de malef. verb. per Iudicem maleficiorum. in fin. Bartol. in l. interdum. 56. §. qui furem. 1. num. 4. de furt. Matth. Coler. de Proceſſ. execut. part. 2. cap. 1. nu. 139. & 140.*

41 Ex quo porrò ſequitur, pecuniariam pœnam hoc caſu judici quoque, cui jurisdictio ſuperior competit, dem Oberrichter / applicandam eſſe: Æquum enim eſt, ut commodum & fructus perveniant ad eum, qui laborem & operam impendit. Unde quicquid mulctarum pœnarumque nomine colligitur, ex totius ferè Germaniæ conſuetudine de fructibus Jurisdictionis eſſe perhibetur; *Thom. Mich. de Iurid.*

*Iuriſd.Imp.Rom. concl.*56. *Roſenth.de feud.c.*5.*concl.* 63. *Matth. de Iuriſd.Imp.Rom. lib.*2.*part.*1.*c.*7.*num.* 240.*Matth.VVeſembec.ad rubr.C.de mod.mulct.nu.* 6. 42 Hanc conſuetudinem improbat quidem *Auctor Diſcur.* Vom Juſtitienwerck. *verſ.* Welches aber von etlichen wenig bedacht. *Ignominioſum enim illud,* inquit, *tribunalia incurrunt:* Es haben dieſes Jahr über die Brüche⸗oder Geldbuſſen/ Gott ſey lob vnnd danck/ ein ehrliches getragen. Sed quàm benè, viderit ipſe: Expeditum enim eſt, haſce pœnas judici ſuperiori ex ipſo Legis juſſu competere. Extat namque hâc de re manifeſta *Ord. Prov. de Anno* 1555. *tit.* Was zu Ober/Nider/oder Erbgericht gehöret. In verb.final. Was aber Sachen ſeyn/ Geldbuſſen oder Abtrag belangende/ ſo von peinlichen Sachen herrühren/ als wenn eine peinliche Sache mit zulaſſung der Gerichte/ vnnd Verwilligung deß verletzten klagenden Parts/ oder auß andern Vrſachen bürglich würde/ oder aber/ da ſich ein Mord/ Lämbde/oder anders nicht auß vorwarloſung zutrüge/ daß ſie zu rechte zu einem bürglichen Abtrag gelaſſen wird/ ſolche Fälle ob ſie gleich zu Geldbuſſen gereichen/ ſollen ſie doch durch die Obergerichte/ geſtrafft/ vnnd die Straffen eingenommen werden. Prout & in *prædicta ſententia* ita pronunciavêre Scabini, *verſ.* Jedoch was die Sachen.

43 Quamvis & alibi mulctarum pœnarumque compendia inter Regalia Fiſci referantur, juxta Sanctionem Friderici Imperatoris in *cap. un. quæ ſint Regalia. Chaſſ. de gloria Mundi, part.*3. *conſid.*24. *Matth.Steph. de Iuriſd. Imp. Rom. lib.*2. *part.* 1.*c.*7.*memb.*1.*num.*229.*& ſeqq. Regn.Sixtin. de Regal.lib.*2.*cap.*8. *Henr.Bocer.de Regal.c.*3 *n* 8.*& ſeqq. Chriſt. Beſold. in Colleg. Polit. claſſ.* 1. *diſp.* 3. *th.*38. Dant enim ejuſmodi cauſæ lac & lanam ſuperioribus, à quibus deinceps illæ mulctæ pecuniariæ impetrantur precariò per addictos ipſorum lateri vel aulis, prout experientia teſtatur quotidiana. *Matth.Coler.de Proceſſ.Execut.part.*2. *c.*1.*n.*141.

44 Quin & hæc ipſa forſan cauſa eſt, quòd judex Superior, dem die Obergerichte zuſtändig/ pro arbitrio juſtâ tamen ratione ſuadente, Relegationis pœnam à Scabinis Reo dictatam, in mulctam pecuniariam convertere queat, uti notiſſimum eſt ex *Ordin. Provinc. de Anno* 1555. *tit.* Daß Peinliche Sachen/ dadurch das Leben verwircket/ ohne vnſere bewilligung nicht bürglich gemacht werden ſollen: argumento inde à contrario ſenſu deſumpto. Quo ſcilicet judex ſuperior ex fructibus ejuſmodi perceptis, alacrior reddatur ad puniendos: quos coërceri Reipub. multum intereſt. *l.*51.*§.æſtimatio autem. ff.ad Leg.Aquil. l.*9.*§.*5.*ff.de publ.& vectig. l.*4.*§.*2.*ff. de nox.action.*

Q.5. Onus alimentandi infantē expoſitum cuinam Magiſtratui incumbat?

45 Tertiò: Dubitari quiſpiam poſſet; *Cuinam incumbat onus alimentandi infantem expoſitum, judici Superiori vel inferiori?*

Equidem *Anton. Theſſaur. deciſ.*118. probare conatur ex *Novell.*153. Educationem infantis reperti ſpectare ad communitatem ejus loci, ubi repertus fuerit. Sed fruſtrà laborat demonſtrante *Dan. Moller. lib.* 4. *Semeſt.* 45. ubi dicit, educationem hoc caſu incumbere judici, qui eo in loco altam habet jurisdictionem, die Obergerichte. *Quam ſententiam etiam in pronunciando hactenus ſecuti fuimus in Elect. Saxon. Scabinatu,* prout demonſtravi *part.*1.*qu.*10.*n.*25. *& ſeqq.*

Q.6. An coërcitio ſtupri ac fornicationis ſpectet ad eum, cui competit alta Iuriſdictio, die Obergerichte?

Quartò: Dubia & hæc quæſtio eſſe videtur: *An cognitio & coërcitio Stupri ac fornicationis ad Altam, an verò ad Baſſam Iuriſdictionem ſit referenda?* Sed reſponſum fuit ſupra *part.*2.*q.*70.*nu.* 47. in cauſa ſtupri & fornicationis, non niſi judicem ſuperiorem, der die Obergerichte hat/ cognoſcere ac pœnam decernere poſſe. 46

Quæ ſententia tantò probabilior eſt, quantò certiùs, tàm Stupri quàm Fornicationis Reos 47 pro ratione circumſtantiarum ac qualitate criminis, relegatione ac quandoque fuſtigatione puniri poſſe: uti patet ex *Conſt.Elect.*27.*§.* Do aber auch. *& Conſt.*28.*in pr.part.*4. Atqui omnia illa crimina, pro quibus relegationis aut fuſtigationis pœna Reo imponitur, ad ſuperiorem pertinere jurisdictionem, manifeſtum eſt ex *Ordin. Provinc.de Anno* 1555.*tit.* Was zu Ober/ Nider/ oder Erbgericht gehöret. *in pr.*

Pronunciant ita quotidiè Scabini, ut apparet ex 48
eorundem reſponſo dato ad Conſultationem Henrici à Schönbergs. *Menſ. Mart. Anno* 1605.
Caſpari Rudolphi à Schönbergs. *Menſe April. Anno* 1628.
Rudolphi à Reitzenſtein. *Menſ. Majo Anno* 1603.
Iohann Stangens/ *Quæſtoris in* Mühldorff. *Menſe Auguſto, Anno* 1630.

Quod ipſum tamen limitandum eſſe puto, 49 ſi ſtuprum aut fornicationem ſubſequatur deſponſatio & copula Sacerdotalis. Quare ſi ſtuprator ſtupratam vel fornicator Meretricem, cum quâ rem habuit, in matrimonium duxerit, tùm cognitionem ac coërcitionem criminis ad judicem inferiorem pertinere, der die Erb⸗oder Nidergerichte hat/ non minus ac eo caſu, quo ſponſus ſponſam ſuam ante copulam & benedictionem Sacerdotalem carnaliter cognovit, *de quo dixi ſuprà p.*2.*num.*70.*circa fin.* nullus ambigo.

Prout ſæpiùs reſponſum memini. Veluti Senatui 50
in Thumb. *hiſce formalibus:* Ob wol das Laſter der Hurerey in die Obergerichte gehörig/ dahero der Oberrichter vorgedachte Perſonen zu ſtraffen vorhabens iſt/ dieweil aber dennoch ſelbige Perſonen nachmals einander geehliget/ vnd von euch/ als welchem die Erbgerichte zuſtändig/ allbereit mit Gefängnuß geſtrafft worden/*&c.* So haben ſie dadurch jhre Vorbrechung zur gnüge verbüſſet/ vnd mögen demnach von dem Oberrichter mit ferner Straffe nicht belegt werden/ V.R.W. *Menſe Iun. Anno* 1629.
It. Melchiori à Milckaw. Hat *P. S. E. G.* fleiſch⸗ 51
lichen erkennet vnd geſchwängert/ hernach aber dieſelbe auff Vnterhandlung beyderſeits Freundſchafft jhm trawen laſſen/ *&c.* So werden ſie von dem Erbrichter derowegen auff 5. oder 6. Tage lang mit Gefängnuß in Straff genommen/ V.R.W. *Menſ. Iul. Anno* 1629.
Iohan Georgen à Breſen/ *Menſ. Octobr. Anno* 1629.
Quæſtori in Mühldorff. *Menſe Auguſto, Anno* 1630.
Senatui Franckenbergenſi. M.April. Anno 1630.

Qvin-

52 *Q.7. Cuinã Magiſtratui debeatur enſis in rixâ evaginatus?*

QVINTÒ: Quæri etiam ſolet, *Cui debeatur enſis in rixa evaginatus, an Iudici Superiori, vel Inferiori?* Hanc quæſtionem rectiſſimè reſolvit *Matth.Coler.part.*1.*deciſ.*163.*n.*11. Diſtinguendo, utrum quis ſtrinxerit & evaginaverit tantùm enſem neque percuſſerit, vel ſi percuſſerit, per transverſos gladii ictus abſque fuſione ſanguinis; An verò quis alium ſimul vulneraverit. Priori caſu, ait gladium deberi judici inferiori; Poſteriori verò caſu judici Superiori. Quæ diſtinctio à Scabinis probata eſt, uti patet ex eorundem *ſententiâ ſuprà adductâ.*

53 Notandum tamen, hoc caſu enſem ſolùm deberi judici, non autem vaginam, quæ crebrius multo argento exornata reperitur: prout monet *Matth.Coler. de Proceſſ. Execut. part.* 2. *cap.*1.*num.*15.2. *ex Additionatore. artic.*62. *lib.*1. Landr.

54 Idemque *Coler.part.*1.*deciſ.*163.*n.*10. notabiliter tradit, quod ſtatutum juris Sax. *dict.artic.* 62. gladium evaginatum judici tribuens, eo caſu ſolùm habeat locum, quando quis proprium enſem ſtringit, in *verb.* Wer ſein Schwerdt. Adeoque enſem alienum ab aliquo evaginatum nequaquam judici deberi: cùm nemo poſſit ſuo facto rem alienam amittere. *l.ſancimus.C.de pœn. Gloſſ. artic.31.lib.2.in fin. & art.23.in pr. & Gloſſ.d. art.62.lit.C.* Idemque obtinere in cantharo alieno, cum quo quis aliquem percutit, ut nec is judici debeatur, tradit *Coler. dict. loco. Gloſſ. dict. artic.62.lit.C.* Quod abſque dubio in praxi ſic obſervatur.

55 *Q.8. Crimẽ, quod relegatione punitur, ad qualemnam Iurisdictionis ſpeciem referri debeat?*

SEXTÒ: Notandum inprimis & hoc. *Quod Solus Iudex Superior relegare aliquem poſſit ex Provincia.* Adeoque ſi crimen tale occurrat, quod relegatione puniri poteſt, cognitionem ac coërcitionem iſtius ad jurisdictionem altam pertinere indubitatum eſt.

56 Etſi enim de jure communi Saxonico, non malè forſan quis Altam jurisdictionem ad pœnas Corporis afflictivas reſtrinxerit, ut nempe illi ſolummodò caſus ſpectent ad jurisdictionem Altam ſive Supremam, in die Obergerichte / quando pœna concernit deminutionem vitæ, amputationem manus, aut alterius membri, item, ut noſtri loquuntur, wenn die Klage an Haut vnd Haar gehet / hoc eſt, quando pœna aſcendit ad fuſtigationem, juxta tradita *Matth. Coler. de Proceſſ. Executiv. part.* 2. *cap.* 1. *num.*125.

57 Attamen in hiſce Provinciis ea quoque crimina, quæ pœnâ relegationis coërcentur, ad Superiorem Jurisdictionem ſpectare, ſolumq; judicem ſuperiorem relegationem irrogare poſſe, dubium non eſt, propter clarum textum in *Ordin. Provinc. de Anno* 1555. *tit.* Was zu Ober / Nider / oder Erbgericht gehörig. In verb. initial. Was hohe Brüche ſeynd / welcher Straffe / Halß / Hand vnd andere Leibesſtraffe / oder auch Vorweiſung betrifft / *&c.*

58 Idque non ſolùm verum eſſe puto de relegatione perpetuâ aut temporali ex totâ aliquâ Provinciâ, ſed etiam de relegatione ex certo pago & diſtrictu, der Vorweiſung vnd Verbietung der Gerichte oder eines Dorffs / propter generalitatem *Ordin. Prov. dict. loco Matth. Coler. de Proceſſ. executiv. part.*2.*c.*1.*n.*137. ubi dicit: *Neque ſine myſterio dictum eſt, relegationes etiam ex pagis eſſe Majoris Iurisdictionis: Magiſtratus ſiquidem Inferior nec relegare, nec patriam interdicere poteſt gloſſ. in l. nulli.*10. *verb. facultatem.C.de ſentent. & inter loc. omn.Iudic. Gloſſ.in §.relegati.2.Inſtit.quibus mod.jus patr.poteſt.Alex.de Imola.in l.Magiſtratibus.12.nu.1. & 2.ff.de jurisd omn.judic.*

59 Quò & ſpectat Impoſitio venditionis ac migrationis ex pago & diſtrictu certæ jurisdictionis, wenn einem Vnterthanen vfferleget wird / ſeine Güter vnter den Gerichten zu verkauffen / vnd ſich anderswohin zu wenden. Qualis pœna hiſce terris uſu quoque recepta eſt, & adverſus ruſticos inobedientes, & in malitiâ ac inobedientiâ perſeverantes à Nobilibus ſæpiùs practicari ſolet. Hanc verò pœnam judicem imponere haud poſſe, niſi ſuperior jurisdictio ipſi competat, non ambigo; Quia & hæc pœna ſpecies quædam relegationis eſt, quam ad altam jurisdictionem ſpectare, probavi antea. Et certè negari nequit: hanc coërcitionem ſeveriorem eſſe carceris pœnâ, quæ tamen ſi ultra octo dies Reo infligatur, jurisdictionis eſt ſuperioris, ut mox dicam.

60 *Quemadmodum etiam reſpondimus* Gottfrieden von Hayn: Vnd jhr als der Erbrichter deß Ortes ſeyd ſie auß denen Gerichten zu treiben nicht befugt. V.R.W. *Menſe Auguſt. Anno* 1612.

61 *Q.9. An & quatenus Iudex inferior, der Erbrichter / carceris pœnam aut mulctam pecuniariâ indicere queat?*

SEPTIMÒ: Exindè quod dictum, relegationis pœnam à Judice ſuperiore tantummodo irrogari, quæri poteſt: *Quid de pœna mitiori, carceris nempe vel mulcta pecuniaria habendum: & num omnes illi caſus, qui modicam hanc coërcitionem deſiderant, ad inferiorem jurisdictionem,* zum Nider oder Erbgerichten / *pertineant?* nam & judici inferiori coercitionem aliquam competere expeditum eſt. Ita quidem ſentire videtur *Matth. Coler. dict. cap.* 1. *num.* 146. ubi dicit jurisdictionem Baſſam omnes caſus, qui vel modicam correctionem, aut jus mulctandi deſiderant, omnium cauſarum civilium dijudicationem comprehendere. 62 Sed nimis latè videtur *Coler.* extendere Baſſam Jurisdictionem: Etſi enim conceſſerim, Inferiorem carcere aut mulctâ pecuniariâ aliquem punire poſſe; haudquaquam tamen exinde inferendum erit, omnes caſus, qui pœnam carceris aut mulctam pecuniariam deſiderant, ad Baſſam Jurisdictionem pertinere: cùm multa referantur crimina ad jurisdictionem ſuperiorem in *Ordin. Provinc. & ſententia Scabinorum ſupra adductâ*, ut ſtuprum, fornicatio, vulneratio, gravis percuſſio, &c. quæ rarò graviori aliquâ quàm carceris pœnâ, aut mulctâ pecuniariâ puniuntur: ut dubium prorſus non ſit judici quoque ſuperiori ejusmodi coërcitionem competere. Adeoque rectiſſimè dicitur, Mixtum Imperium, quale fuit de jure civili, hodiè quaſi diviſum eſſe, & quandoque ad ſuperiorem, quandoque ad inferiorem jurisdictionem referri. *Chriſtoph. Beſold. in Colleg. Pol. Claſſ.*2. *Diſp.*3. *th.*18. 63 Sed, *ad quantam pecuniæ ſummam mulctam pecuniariam, & ad quot dies* *aut ſeptimanas carceris pœnam Iudex inferior* der Erb vnd Vnterrichter / *præſertim in arbitrariis extendere ac irrogare poterit?* Hoc certè nullibi expreſſum ac definitum eſt, ideoque Judicis arbitrio relinquendum eſſe, haud abſurdè quis „ putaverit. In Elect. tamen Saxon. Scabinatu „ habitâ à Dominis hâc de re deliberatione, „ Menſ. Jun. Anno 1596. votis communibus fuit „ concluſum, judicem inferiorem ad plurimum „ ultra octo dies carceris pœnam, & ultra qua- „ tuor ſexagenas novas aut decem thaleros mul- „ ctam pecuniariam indicere non poſſe: Daß nemlich der Erb oder Niderrichter in Fällen / die in Erbgerichte eigentlich gehören / die Vorbrechere ratione perſonarum & circumſtantiarum willkürlich mit Gefängnuß 2.3.4. oder zum höchſten vff 8. Tage lang / oder vmb eine zimliche Geldbuſſe / jedoch daß ſich dieſelbe ratione perſonarum & circumſtantiarum über 2.3. oder zum meiſten 4. gute ſilberne Schock nicht erſtrecke / in Straff zu nehmen wol befugt.

Adeoque, ſi pœna arbitraria in crimine quopiam infligenda venit, judicis inferioris poteſtas eatenus eſt reſtricta, ut majorem pœnam aut mulctam irrogare nequeat. Quod ſi verò Crimen ſeveriorem pœnam mereatur, cauſa criminalis ad Judicem Superiorem remittenda, ab eoque Reus coërcendus erit.

64 *Iuxta ea pronunciavimus nuperrimè Ioachimo à* Maſchwitzen: Daß einer / dem die Erbgerichte zuſtändig / die in die Erbgerichte gehörige Fälle vnnd Vorbrechungen / nach gelegenheit der Perſonen vnd anderer Vmbſtände / willkürlichen / entweder mit Gefängnuß 2.3.4. vnnd zum höchſten vff 8. Tage lang / oder vmb eine zimliche Geldbuſſe / jedoch daß ſich dieſelbe über 2.3. oder zum meiſtẽ 4. gute ſilberne Schock nicht erſtrecke / in Straffe zu nehmen wol befugt / V. R. W. *Menſ. Novembr Anno 1630.*

65 *Et Senatui in* Thumb: Seynd euch / vermög eines in Churf. Sächſ. *Appellation* Gerichte geſprochenen Vrtheils die Erbgerichte zuſtändig / *&c.* So ſeyd jhr die Vorbrechungen / in ſolche Gerichte gehörig / nach gelegenheit der Perſonen vnd anderer Vmbſtände / zum höchſten vmb 3. oder 4. Newe Schock / oder 8. Tag mit Gefängnuß zu ſtraffen wol befugt / vnd der Obergerichtsherr iſt euch hierinnen Eintrag zu thun nicht berechtiget / V. R. W. *Menſ. Iunio, Anno 1629.*

Q. 10. Signa Jurisdictionalia à quonam Magiſtratu, cujusque ſumptibus ſint erigenda.

66 OCTAVÒ: Notandum prætereà & hoc, quòd *erectio ſignorum Meri Imp. ad Iudicem Superiorem, qui merum Imperium habet, ſpectet.* Quæ ſigna dicuntur etiam Jurisdictionalia, quippe quæ erecta Altam ſive ſupremam Jurisdictionem probant, ut ſunt *Columnæ vel pilæ ad combuſtionem deputatæ,* quæ etiam completo officio & executione factâ, longo tempore remanent erectæ. *Paul. Matth. VVehner. in pract. obſervat. vocab.* Zenth. *Rotæ,* quibus cadavera punitorum imponuntur. *Murus* decollationi deputatus, vulgò Rabenſtein. *Columnæ illæ,* quibus impoſita eſt manus & gladius in ſignum der Gerichte über Halß vnd Haut / quas Saxones vocant Weichbild. *Paul. Matth. VVehner. dict. loco. Furcæ ſive patibula. Hier. Gigas de Crim. læſ. Majeſt. in pr. quæſt. 41. Andr. Gail. lib. 2. obſerv. 60. num. 7. Gylm. deciſ. 51. num. 22. Ioſeph. Maſcard. de probat. concl. 1053. num. 6. Natta Conſil. 204. n. 4. & Conſil. 636. nu. 72.*

67 Quàm propè autem ad confinia alterius Jurisdictionis erigi poſſit patibulum, de jure Saxonico notat *Zobel. ad art. 50. lib. 2.* Landr. Ne videlicet, cùm umbra Solis longiſſima eſt, territorium vicinum attingat. *Paul. Matth. VVehner. in pract. obſerv. vocab.* Zent. *Ioh. Schneidvvin. de feud. part. 2. tit. quæ res in feud. dari poſſ. nu. 75.* ubi ſic in praxi obſervari dicit.

68 Horum itaque aliorumque ſignorum Jurisdictionalium erectio ad eum ſpectat, cui jurisdictio ſuprema competit, der die Obergerichte hat. Etenim, quia Jurisdictio alta ſive merum Imperium abſque ſignis hiſce, eorumque erectione exerceri nequit, utique & ipſa erectio horum ſignorum meri dicitur eſſe Imperij. Quin & Judex ſuperior propriis ſumptibus ex Fiſco deſumptis, ſigna illa Jurisdictionalia erigere debet, nec ſubditi ad horum refuſionem tenentur.

69 *Prout reſpondimus Henrico à* Brederlohen: Iſt kurtz verruckter Zeit das Gerichte zu Tammenhayn / ſo alt vnd vor vndencklichen Jahren gebawet vnd auffgeſetzt geweſen / von dem groſſen Winde vmbgeworffen worden / *&c.* So ſeyd jhr daſſelbe vermöge der euch deß Orts zuſtändigen Obergerichte / vff ewre Vnkoſten vffzubawen / vnnd in vorigen Stand zu bringen ſchuldig / vnd ewre Vnterthanen mögen ſolche Vnkoſten zu tragen wider jhren Willen nicht gedrungen werden / V. R. W. *Menſ. Sept. Anno 1621.*

70 Neque habet, quòd conqueratur hoc caſu in foro Saxonico Judex ſuperior, de ſumptibus erogandis ad erectionem furcarum aliorumq; ſignorum Jurisdictionalium; ſiquidem in recompenſationem hujus oneris, Jus Saxonicum illi defert Geradam, nec non res expeditorias, in caſu quo vir aut mulier moritur, non relictis hæredibus harum rerum legitimis *artic. 28. lib. 1.* Landr. Ibi: Was ſolches Dinges Erbloß ſtirbet / als Heergereth / Erb oder Gerade das ſoll man antworten dem Richter / *&c.* Weichbild. *art. 59. Schurer. de Succeſſ. ab inteſt. tit. 18. num. 1. & 2. Andr.* Goldbeck. *de Gerad. cap. 5. ſub tit. de tertio Ordine ſuccedend. nu. 1.* 71 Quin autem per Judicem ibi intelligatur is, qui jurisdictionem ſupremam habet, non hæreditariam, dubium vix eſt propter *Gloß. in dict. art. 28. ſub lit. B. Et gloſſ. dict. artic. 59.* Weichbild. ubi dicitur: Gerade / ſo Erbloß ſtirbet / wird dem Richter darumb gefolget / daß er Richterliche Gewalt / vnd davon Stöcke / Pranger / Galgen / Staupen vnd allerley Sachen / damit man Miſſethäter peiniget vmb jhren verdienten Lohn / halten ſoll. *Andr.* Goldbeck. *dict. loc. n. 9. Dan. Moller. ad Conſtit. Elect. ult. n. 9. part. 3. Ioh. Schneidvv. ad tit. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. ſub rubr. de Succeſſ. Fiſci n. 17.*

72 *Prout etiam reſpondimus Sculteto Mallenſi. Menſ. Novemb. Anno 1628.*

Iohanni à Kroppen / *in* Hirßbach. *Menſ. April. Anno 1630.*

Senatui in Mügeln: Die Gerade vnd Heergerethe auch nach Sächſiſchen Rechten dem Oberrichter darumb gefolget wird / damit die Richterliche Gewalt / als Stöcke / Pranger / Galgen / Staupen / vnd allerley Sachen / damit man Miſſethäter peiniget / davon erhalten werden / *&c. M. Sept. Anno 1630.*

73 Sed *quid de numellis habendum,* von Pranger

Q. 11. Num Magiſtratus Inferior der Erbrichter *numellas erigere poſſit?*

ger vnd Halßeiſen? Haſce non minus ad ſupremam Juriſdictionem pertinere ac reliqua ſigna Juriſdictionalia, furcas, rotas, &c. ac propterea à Judice, hæreditariam duntaxat juriſdictionem habente, eas erigi non poſſe, omninò ſtatuendum eſt, juxta prædictam *Gloſſ. artic.* 59. Weichbild. quæ numellas & furcas aliaque ſigna Juriſdictionalia hâc in re conjungit, *Andr.* Goldbeck. *dicto loco num.* 10. Quod vel maximè de jure Saxonico procedit, ubi numellæ (ſecundum quorundam opinionem, cui tamen ſubſcribere nollem juxta tradita *infra q.* 129. *nu.* 50.) connumerantur inter genera pœnarum corporalium, & dicuntur ad inſtar furcarum inventa, ad eum finem, quò facinoroſi homines iſtis pœnis mediantibus, condemnentur pro delictorum qualitatibus. *Gloſſ. dict. artic.* 59. §. Ihr ſolt auch wiſſen/ *&c. Matth. Coler. part.* 2. *Deciſ.* 240. *n.* 3. Neque ad numellas ſiſtuntur, niſi qui crimen tale perpetrarunt, quod ſuâ indole ad ſupremam Juriſdictionem pertinet.

74 *Et ita reſponderunt Scabini ad requiſitionem Iohannis Andreæ Nicolai* zu Altenburg: Ob nun wol die *D. D.* zu Denſtatt / in vorbemeldtem Dorff Krombsdorff der Vnter- vnd Erbgerichte berechtiget; So ſeynd ſie doch daher weder jhren noch deß von Krombsdorffs Grund vnnd Boden daſelbſt / Halßeiſen ſetzen zu laſſen nicht befugt / ſondern das von jhnen newlicher zeit geſetzte Halßeiſen wieder abzuſchaffen ſchuldig / V. R. W. *Menſ. Octobr. Anno* 1605.

75 Ex eâdem pariter ratione aſſerendum eſt, quòd & illa pœna, quâ delinquentes coguntur in conſpectu populi lapidem vel in collo, vel in manu circumferre, juriſdictionis ſit ſuperioris vel meri Imperij, prout aſſeverat *Zaſius in l.* 3. *ff. de Iuriſdict. Mynſing. decad.* 2. *Conſ.* 16. *nu.* 25. quos refert & ſequitur *Frid. Penſold. in addit. ad Matth. Coler. dict. part.* 2. *deciſ.* 240. *n.* 6.

Q. 12. An Iudex ſuperior irrequiſito Conſiſtorio Eccleſiaſtico numellas muris templorum affigere queat?

76 *Num autem Iudex ſuperior ſine conſenſu Conſiſtorij Eccleſiaſtici numellas muris templorum affigendi, vel in cœmiteriis erigendi poteſtatem rectè ſibi uſurpet*, quæri poſſet?

Negat hoc *Matth. Coler. dict. deciſ.* 240. *nu.* 5. exiſtimans, numellas planè non ponendas eſſe in loco ejuſmodi ſacro, ſed potius eas circa tabernas publicas erigi oportere, *& ita à Ienenſibus contra Nicolaum à* Schönberg / *pro Riboldis fratribus, Menſ. Febr. Anno* 1580. *reſponſum fuiſſe referens.*

77 At hodiè numellas muris templorum vel in Cæmiteriis ut plurimum affigi, ad easque blasphemos ſiſti, experientia docet. Sed, *an erigi ejuſmodi numellæ queant abſque conſenſu Conſiſtorij Eccleſiaſtici*, de hoc tantummodò dubitatur?

78 Rectè autem meo judicio hoc affirmat *Petr. Theod. in Colleg. crim. diſput.* 10. *th.* 5. *lit. A.* modo Judici ſuperiori competat quoque jus Patronatus, eò quod is, ad quem univerſaliter ſpectat Juriſdictio in oppido vel pago, eam quoq; habeat regulariter in Cæmiteriis aliisvè locis religioſis, intra ipſius territorium ſitis, donec exemptio probetur, *arg. l.* 70. *ff. de rei vindic. Ioh.* Köppen. *Deciſ.* 48. *nu.* 308. *& ſeq. Henr. Bruning. de var. univerſit. ſpecieb. th.* 36. *Thom. Michaël de Iuriſdict. concl.* 59.

79 *Hancque ſententiam in pronunciando ſecuti fuimus, in hunc modum reſpondentes Henrico à* Beſen: Seyn euch vff ewrem Gute vnnd Ritterſitz ſo wol die Obergerichte als auch das *Ius Patronatus* zuſtändig / vnd jhr ſeyd vorhabens an die Kirche ein Halßeiſen / die Flücher vnnd Gottsläſterer dahin zu ſtehen / hengen zu laſſen / *&c.* So iſt euch ſolches auch ohn deß *Conſiſtorii* Erlaubnuß zu thun vnbenommen / V. R. W. *Menſ. Novembr. Anno* 1630.

80 Nonò: Porrò & hoc in dubium vocari ſolet: *An Iudex Superior in caſibus, ad Altam juriſdictionem pertinentibus ſubditos illius territorij, in quo alius quiſpiam habet juriſdictionem Baſſam*, die Vntergerichte / *eo irrequiſito, citare poſſit?*

Q. 13. Num Iudex ſuperior in cauſis criminalibus ſubditos judice inferiore irrequiſito citare poſſit?

Rationem dubitandi præbet, quòd ſicuti Magiſtratus ſententiam ſuam directè in alterius territorio executioni mandare nequit, *l. cum unus.* §. *pen. ff. de bon. aut. jud. poßid. l. Epiſcopale. C. de Epiſcop. audient.* 81 ſed loci illius Magiſtratus auxilium implorare debet, *l. à Divo Pio* §. *ſententiam. ff. de re judic. Thoming. Conſ.* 22. *num.* 21. *Andr. Gail. lib.* 2. *de pac. publ. cap.* 17. *num.* 35. Ita nec ſubditum ſuum in alieno territorio degentem aut commorantem, per ſe propriâ autoritate citare poſſit. *Petr. Theod. in Colleg. Crim. diſp.* 10. *theſ.* 5. *lit. C.*

82 Sed placuit contrarium *Dn. Scabinis Lipſienſibus*, daß nemlichen in Fällen / ſo in die Obergerichte gehören / der jenige / deme ſolche Obergerichte zuſtändig / vnerſuchet deß Erbherrn / die in die Obergerichte gehörige Vnterthanen citiren kan. Etſi enim alius habeat Juriſdictionem Baſſam; ipſi tamen Judici ſuperiori etiam Juriſdictio competit, videlicet Alta, quæ non minus jus ac poteſtatem in ſubditos tribuit in cauſis criminalibus ac Juriſdictio Baſſa in civilibus cauſis: ut proinde ex ratione prædictâ nil quicquam cõtra hanc ſententiam ſit inferendum.

83 *Reſponderunt ita Scabini Chriſtophoro à* Beulwitz. *Menſ. Iunio, Anno* 1596.

Simili planè modò fuit pronunciatum in Curiâ Lipſenſi, in causâ Ioachimi Reiboltens *in* Newendorff / *contra Nicolaum à* Schönberg / *in* Mihla. 19. *Maij, Anno* 1590.

84 Unde porrò hoc ſequitur, quòd Judex ſuperior in criminalibus delinquentem propriâ autoritate, in territorio ubi alius habet Baſſam Juriſdictionem, prehendere, & captivum ducere queat. Nec obſtat, quòd nemini fas ſit alterius juriſdictionem abſque conſenſu ipſius violare, *c.* 1. *de offic. ordin. in ſexto. c.* 1. §. *volumus. de for. compet. Reſpondeo* enim, hoc verum eſſe, ſi is, cui nullum planè jus aut juriſdictio competit, alterius juriſdictionem violare velit; ſecus, ſi juriſdictio aliqua ſive ſuperior, ut in noſtro caſu, ſive inferior capienti competat, qui jus ſuum perſequi, & neminem violare aut injuriam alicui inferre dicitur.

Q. 14. An Iudex ſuperior in Criminalibus delinquentem, in territorio ubi alius habet baſſam juriſdictionẽ, eo irrequiſito prehendere, & captivum ducere queat?

85 *Pronunciarunt ita Scabini Chriſtophoro à* Beulwitz / *& Erneſto à* Tettaw / *in* Newenſaltza *&* Bergen. *Menſ. Iun. Anno* 1596.

86 Decimò: Notandum, quod indifferenter *omnes cauſæ civiles & pecuniariæ, ex contractibus aliiſque negociis civilibus dependentes, ad Baſſam pertineant juriſdictionem* in die Erbgerichte. In quo jus Saxonicum à jure Civili haud parum differt:

Q. 15. An indifferenter omnes cauſæ civiles & pecu-

niaria, ex negocio civili dependentes ad Baſſam pertineant juriſdictionem?

differt: Hoc enim jure inferior Judex, quem & minimum & pedaneum nominant, ultra trecentos aureos judicare nequit. *§. audient. Auth. de judicib. Coll. 6. Gloſſ. in l. ult. C. de pedan. judicib. & in l.1. ff. de defenſ. civit.* At ſecundum jus Saxonicum, Judex etiam inferior ſuper quâcunque & cujuſcunque etiam ſummæ cauſâ pecuniaria, rectè cognoſcere, & judicare poteſt. **Landr.** *lib.2. art.13. §.* **vmb Pfenninge aber.** *Et ibid. Gloſſ. nu.8. in fin. Matth. Coler. de Proceſſ. execut. part.2. c.1. n.134.* Quod ita communiter in practica obſervari, patet ex informatione ad calcem **Landrecht** poſitâ. **Von Ober- vnd Nidergerichten. §. Aber an demſelbigen Orthe.** *in fin.*

87 Ad hanc Baſſam juriſdictionem ſpectat quoque perſecutio actionis de pauperie. Siquidem hæc actio ad pœnam non datur; Animalia enim bruta, quia ratione carent, & nihil habent, mulctari nequeunt, *artic.40. verſ.* **Kein Vieh berühret/** *&c. lib.2.* **Landr.** Sed reſpicit actio de pauperie tantùm ad damnum, ab animalibus datum, & ſic cauſa hæc civilis eſt, adeoque ejus tractatio & proceſſus ad Judicem, qui ſimplicem Juriſdictionem habet, pertinet. *Modeſt. Piſtor. part.2. quæſt.64.*

88 *Veluti ſic etiam à Scabinis ad requiſitionem Quæſtoris Coldicenſis. M. April. An.1562. pronunciatum fuiſſe,* refert *Modeſt. Piſt. d. loc.*

Q.16. Facta inveſtitura alicujus prædij cum Iuriſdictione, non addita vocula **Ober vel Nider/** *an omnimoda Iuriſdictio competat inveſtito?*

89 UNDECIMÒ: Neq; hoc loco ſilentio prætereundum illud, *quòd facta inveſtitura alicujus prædij cum Iuriſdictione,* **mit den Gerichten/** *non addita vocula* **Ober vel Nieder/** *Vaſallus inveſtitus omnimodam Iuriſdictionem tàm ſuperiorem quàm inferiorem habeat:* & ſic utraq; Juriſdictio vocabulo generali Juriſdictionis ſit conceſſa.

Tùm, quia beneficia Principis ſunt latiſſimè intelligenda, *l. beneficia.3. ubi Iaſon. nu.19.25. & 31. ff. de Conſtit. Princip. l. repetita. 41. C. de Epiſcop. & Cler. l.1. C. de Sportul. l. in provinciis. C. de numerar. & actuar. lib.12.*

90 *Tùm*, quia imputatur Inveſtitori, quod legem
91 contractus non ſcripſerit apertius; ideoq; contra ipſum fit interpretatio. *l.39. ff. de pact. l. fin. C. de dot. promiſſ.*

92 *Tùm*, ſi aliter diceretur, ſequeretur ex hoc confuſio & turbatio Juriſdictionum, contra *l. 23. C. de teſtam.* Hancque ſententiam approbant *Dd. communiter Dec. conſ.292. nu.3. Tiraquell. de retract. convent. §.2. gloſſ.1. n.8. Matth. Coler. de proceſſ. execut. part.2. cap.1. nu.156. Matth. VVeſemb. conſ.95. n.18. & ſeqq.* ubi plures allegat. *Iacob. Menoch. lib.3. præſumpt.97. nu.39.*

93 *Sicuti & Scabini reſponderunt ad Conſultationem Eraſmi* **Voigtens** *Torgenſis:* **Haben nun höchſtgemeldte Jhre Churfürſtl. Gnaden jhn auch mit den Gerichten vff vorerwehnte Güter in gemein beliehen/** *&c.* **nach mehrern Jnhalt der vns überſendeten Copey deß Lehnbrieffes vnd ewrer Frage: So iſt offtgedachter Oberforſtmeiſter/ vnd nunmehr ſeine Erben ſich zugleich der Ober- vnd Erbgerichte zu gebrauchen wohl befugt/ V. R. W.** *Menſ. Novemb. Anno 1597.*

Q.17. An Dominus Feudi Vaſallum in exercitio Iuriſdictionis impedire, eoq; irrequiſito ſubditos ipſius citare queat?

94 DUODECIMÒ: Denique & hoc expeditum non eſt: *Vtrum Senior vel Dominus infeudatum de Iuriſdictione ſuperiore vel inferiore, in exercitio Iuriſdictionis impedire, & verbi gratia, ſubditos Vaſallo ſubjectos, eo irrequiſito, citare poſſit?* Cujus deciſio ex reſolutione hujus quæſtionis dependet: *Vtrum juriſdictio ſit privativè vel cumulativè conceſſa;* de quo ſi expreſsè conſtet, ambigendum prorſus non eſt, quin in caſu conceſſionis cumulativè factæ, Superior Domini vigore juris ſibi reſervati juriſdicendi poteſtatem habeat, quæ tamen ipſi haudquaquam tribuenda, ſi Juriſdictio privativè fuerit conceſſa. Sed quando de hoc expreſsè non conſtat, controverti ſolet: *utrum in dubio juriſdictionis conceſſio privativè, vel cumulativè facta ſit.*

Regula namque eſt vulgata de jure civili, 95 quòd concedens Juriſdictionem inferiori, intelligatur eam in dubio non privativè, ſed cumulativè conceſſiſſe. *Panorm. in cap. Paſtoralis. nu.8. extr. de offic. ordin.* Adeò, ut eadem poteſtas & juriſdictio Superiori adverſus homines ſui Vaſalli etiam deinceps competat, juxta Regulam: Si vinco vincentem te, multò magis te vinco. *cap. autoritate. ext. de conceſſ. præben. in 6to. l. de acceſſionibus. 14. §. itaque verſ. Nam qui me potior eſt. ff. de diverſ. & tempor. præſcript.* Et ſic cumulativè concurrit ſuperior cum inferiore circa juriſdictionem, niſi videlicet illa fuerit præventa per inferiorem. *Dec. conſ.3. num.3. Ripa de peſte in cap. de remed. præſervat. n.60. Brun. conſ.47. num.3. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib.1. quæſt. 40. nu.3. & ſeqq.*

At hoc non obſtante, contrarium & verius, 96 & in practica receptum eſt; Quòd videlicet infeudans Vaſallum de omnimodâ, hoc eſt, de Alta & Baſſa juriſdictione, intelligatur eam abdicativè & privativè in accipientem contuliſſe, non autem cumulativè: ſicut & per præſcriptionem acquiſita juriſdictio, eodem modo privativè reſpectu majoris vel ſuperioris, acquiſita intelligitur, prout tradit *Felin. in dict. cap. paſtoralis. num.4. extr. de offic. Ordin. Matth. Coler. de proceſſ. Execut. part.2. cap.1. nu.158. Henning. Goden. conſil. de aurifodinis. 2. num.18. Matth. VVeſembec. conſ.95. num.57. Henr. Bocer. in tract. de jurisd. cap.8. nu.80. Chriſtoph. Beſold. in Colleg. Polit. Claſſ.1. diſp. 3. theſ.14. in fin.*

Præterquàm enim quòd beneficia Princi- 97 pis latiſſimè intelligi debeant, *l. beneficia 3. ubi Iaſon. num.19.25. & 31. ff. de conſtit. Princip.* negari nequit, Feudum inſtar uſusfructus eſſe, *tit.23. in fin. Feud.2.* At notiſſimi juris eſt proprietarium impedire non poſſe uſufructuarium, quo minus utatur fruatur prædio uſufructuario, *Bocer. d. loco.*

Cui non adverſatur Regula antea adducta, 98 ſicuti nec hoc, quod dicitur, ſolvi judicium vetante eo, qui majus Imperium in eadem juriſdictione habet. *l. judicium ſolvitur. ff. de judic.* It: Quòd per ſupervenientiam majoris Magiſtratus ceſſet minoris juriſdictio *l. potioris. 5. C. de Offic. Rect. Provinc.* Sicuti & in **Landrecht** *lib.1. art.57. §.* **Wenn der Graff** dicitur, quandoque Rex & Imperator intraverit provinciam Vaſalli ſui, ſi is Dux fuerit, ſive Comes, aut quicunque alius, ceſſare judicium ejus. Cum quo convenit *art.60. lib.3.* **Landrecht** *verſ.* **in welche Statt/** *artic.26. & artic.52. d. lib.3.* unde vulgò dici ſolet: Jn welches Land der Keyſer kömpt/da iſt jhm das Gericht daſelbſt ledig / daß er alle Klagen richten mag/die vor jhn kommen.

99 Ad hæc enim dupliciter reſpondet *Matth. Coler.d.c.n.*162.*& ſeqq.* quem ſequitur *Henr.Bocer.d. loc. Primò* locum habent illa omnia, aliaque quæ huic aſſertioni videntur adverſari, in conceſſione temporalis Juriſdictionis; quando nempe revocabilis eſt ad beneplácitum videl. concedentis: prout eſt mandata vel delegata juriſdictio, *l.6.ff.de juriſd.omn.judic.d.cap.paſtoral.juxta Gloſ.* Landrecht. *lib.3.art.60. verbo* in welche Statt. Weichbild. *art.*8. vel quando inferiori juriſdictio tribuitur pro coadjuvatione Imperij ſuperioris, ut inter eos quaſi communio ſit & ſocietas muneris. *l.*1. *C.de offic. Præf.Vrb. l.in hac ſacratiſſima.*30.*C.de donat.* At, ſecus res ſe habet in juriſdictione, feudi titulo, vel aliàs in perpetuum conceſſâ juxta antea dicta, *artic.tit.*23.*Feud.*2.

100 *Secundò.* Procedunt illa omnia quoad jus ſuperioritatis der Fürſtl. oder Gräfflichen Landes Obrigkeit; ſecus quoad adminiſtrationem juſtitiæ in cauſis civilibus, quarum cognitio non niſi ad inferiorem ſpectat.

101 Stante ergò hac ſententia, ſequitur deciſio infallibilis ad quæſtionem antea motam, quòd nempè collatæ juriſdictionis omnimodæ hic ſit effectus, ut infeudatus ſolus debeat gaudere fructibus omnimodæ juriſdictionis, in qua ſuperior ipſum nequaquam impedire, vel ſubditos ejus eo irrequiſito citare poteſt. Quod vel 102
maximè procedit in terris noſtris, ubi Juriſdi-
ctio confertur feudatariis per modum dona-
tionis & inveſtituræ, zu belehneter Gerichtsbar-
keit. Quo caſu donator vel inveſtitor non po-
teſt revocare juriſdictionem loci, tanquam ſe-
mel abdicatam, juxta tradita *Matth.Coler.d.cap.*1.
*num.*164.

> *Et ita reſponderunt Scabini ad requiſitionem Chriſtophori* Rudels *in* Bottfeld / *hiſce formalibus:* Da der Landsfürſt/von dem ewre Frage meldet / die Perſon / derer auch in ewrer Frage gedacht wird / mit den Ober- vnd Nidergerichten beliehen/ vnd ſeine Fürſtl. Gnaden gedachter Perſon Vnterthane / zu Zeugen in bürglichen vnd peinlichen Sachen *citiren* wolte. So geſchicht von hochermeldter Jhrer Fürſtl. Gnaden ſolches vermöge der Rechte/ wofern deß Orths / dem Hoff- vnd Cantzeleybrauch nach ein anders nicht herbracht / *per ſubſidium* vnd durch Befehl an den Vnterrichter billich/ V.R.W. *Menſ.Aug.Anno* 1596. 103

Non raro tamen fieri, quòd aulici ſuis rationibus forſan innixi, cauſas arduas & pecunioſas, earumque cognitionem, quæ aliàs ad inferiorem Magiſtratum ſpectant, ad ſe revocent, minoris interim quæſtus & præjudicij cauſis ad Magiſtratus inferiores remiſſis, ſecuti hac in re Canoniſtas, quæ omnia quæſtuoſa ad ſuum trahunt molendinum, ſuæque diſcretioni reſervant, ex *Zaſio in l.ſtipulatio hoc modo.*61.*nu.*28. *ff.de verb.obligat.* refert *Matth.Coler.de proceſſ.Execut.part.*2.*n.*166. 104

QUÆSTIO CX.

De foro competente in cauſis criminalibus.

SUMMARIA.

1. *Proceſſus criminalis in foro non competente formato nullus eſt, nec de jure ſubſiſtit.n.*2.3.
4. *Niſi Reus conſentiat in judicem incompetentem.*
5. *Quodnam forum in delictis ſit competens, & quotuplex hoc ſit? n.*6.7.8.
9. *Forum domicilij competens eſt, & quodnam illud ſit? n.*10.
11. *Domicilium quibus modis conſtituatur?*
12. *In foro domicilij conveniri poteſt Reus ob delictum alibi commiſſum.*
13. *Forum delicti commiſſi competens quoque eſt. nu.*14.15.
16. *Delictum dicitur commiſſum, ubi eſt conſummatum.nu.*17.18.19.20.22.
21. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
23. *Quid ſi delictum in diverſis territoriis ſit conſummatum.*
24. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
25. *Homicidio in confinio commiſſo, quisnam ſit judex competens?* (32.33.
26. *Variæ examinantur opiniones.n.*27.28.29.30.31.
34. *Vera Deciſio.n.*35.36.37.
38. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
39. *Quisnam ſit judex competens delicti in via publica commiſſi? n.*40.41.43.44.
42. *Cura viæ publicæ incumbit Principibus.*
45. *In hoc delicti commiſſi, Reus quoque abſens forum ſortitur.n.*46.47.
48. *Quapropter delinquens eſt remittendus ad locum delicti.n.*49.50.51.52.
53. *Remiſſiones delinquentium ubivis locorum in deſuetudinem abierunt.*
54. *Etiam in foro Saxonico. Et quare? n.*55.56.
57. *Niſi ſponte ſua, judex delinquentem remittere velit.*
58. *Quod ſæpius accidit in Germania, exhibitis à poſtulante literis reverſalibus.*
59. *In præfecturis Electoratus Saxonici ex ſpeciali diſpoſitione Remiſſio locum habet.n.*60.61.
62. *Non tamen inter Nobiles ſub Elect.Sax.*
63. *Locum quoq; habet Remiſſio, proceſſu inquiſitorio in loco aliquo jam finito.*
64. *Reſponſum Scabinorum Lipſienſium.*
65. *Antequam fiat remiſſio, conſtare debet de requirentis juriſdictione & crimine perpetrato.*
66. *Remiſſio ceſſat in delictis levioribus.*
67. *Cujusnam ſumptibus fieri debeat Remiſſio? nu.*68.
69. *Forum deprehenſionis competens quoque eſt, nu.*70.
71. *Hodie in loco deprehenſionis communiter proceditur inquiſitoriè adverſus delinquentem.*
72. *Quod & facere, judex hujus fori eſt obſtrictus.nu.* 73.74.75.

76. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
77. *Iuſtis ex cauſis judex competens prohibetur exercere jurisdictionem ſuam.*
78. *Veluti ob Privilegium Studioſorum, militum, &c. nu.79.*
80. *Officiales Principis à quo puniendi?*
81. *In Comitiis Imperialibus quisnam judex competens?*
82. *Clerici peculiare ſortiuntur forum. n.83.84.*
85. *Apud reformatos ubi Clerici conveniantur. num.* 86.87.
88. *Ratione cauſæ quando judex impediatur exercere jurisdictionem. n.*89.90.
91. *Reus ad Eccleſiam confugiens à pœna immunis eſt. nu.*94.
92. *Sicuti & confugiens ad Cœmeteria & Hoſpitalia. nu.*93.
95. *De conſuetudine hoc Privilegium hodiè ceſſat. n.*96.
97. *Reſponſum Scabinorum Lipſienſium.*
98. *Iudex ab alio præventus jurisdictionem ſuam exercere nequit. n.*99.
100. *Niſi præventio fuerit fraudulenta & affectata.*

NOn ſufficit ad procedendum in criminalibus quoad Judicis competentiam, ut is merum habeat imperium, ſed in illo demum judicio cauſa criminalis agitanda 1 eſt, ubi Reus forum ſortitur. Adeoque alterum quod judicem facit competentem, eſt FORUM REI LEGITIMUM. Quod requiſitum tam ad inquirendum, quàm procedendum per viam accuſationis adeò neceſſarium eſt, ut eo non obſervato, nec proceſſus ordinarius, nec inquiſitorius de jure ſubſiſtat. *l.1. & tot. tit.* C. *Si non à compet. judic. & l.1.C. Vbi de crim. agi oportet. cap. ſi diligenti. de for. compet. Angel. Aretin. de malefic. in verb. Hæc eſt quædam Inquiſitio. verſ. quartò Principaliter requiritur. num.*50. *Ægid. Boſſ. in pract. crim. tit. de inquiſit. num.*62. *&* 67. Nicol. *Reuſner. libr.*1. *Deciſ.*24. *num.*18. *Iul. Clar. libr.*5. *ſentent. §. ultim. quæſt.* 3. *num.* 2. *&* 3. *Cæpoll. in crimin. conſ.* 18. *num.*22.

2 Coram judice enim ratione fori incompetente cauſam vel litem criminalem movere, nil aliud eſt, quàm litigare coram homine privato, qui jus dicendi poteſtatem non habet. *l.1. de offic. Præſid. l.1. & 2. ff. de offic. Proconſ. l. ultim. ff. de offic. Præf. Vrb. Iohan. Zanger. in tract. de except.* 3 *part.2. cap.1. nu.2.* Quare & nullitatis exceptio ex defectu jurisdictionis proveniens executionem ſententiæ impedit. *Vincent. de Franch. Deciſ.*139. *nu.*5. *Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſput.* 10. *theſ.*5. *lit.*D. *Hippol. de Marſil. in pract. crimin.* §. *opportunè. nu.*28. *Tiber. Decian. in tract. crimin. lib.* 4. *cap.*24. *nu.*10. Cujus rei ratio manifeſta eſt: Accuſatio ſiquidem coram incompetente judice, ſive ſit ordinarius. *l. fin. C. de Except.* ſive delegatus *l.1.2. &* 3. C. *ſi non à compet. Iud.* inſtituta, & ſententia ab eodem lata, ipſo jure eſt nulla, adeò ut licet etiam tres conformes ſententiæ ſimul militent, nunquam tamen tranſire dicantur in rem judicatam, *Petr. Theodor. in Colleg. crimin. diſput.* 4. *theſ.* 2. *lit.* B. Atqui ſententia 4 nulla nullam quoque executionem parit. Quod tamen fallit, ſi Reus in judicem incompetentem, modò merum imperium habeat, conſentit, & litem conteſtatur: juxta ſententiam veriorem & uſu receptam *Andr. Gail. de Pac. publ. libr.*1. *cap.*12. *num.*10. *Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſt.* 42. *& Bajard. ad Clar. quæſt.*39. *num.*10. *Petr. Theodor. d. diſput.* 10. *theſ.* 5. *liter.* D. *Farin. in prax. quæſt.* 7. *num.* 3. *Tiber. Decian. d. libr.* 4. *cap.* 23. *num.*2.

5 Videndum itaque, *quodnam forum in cauſis criminalibus dicatur competens, quotque modis delinquens forum ſortiatur?* Nam textus in *cap. ult. de for. compet.* nimis generaliter loquitur, & quatuor cauſas, quibus forum ſortitur, enumerat: Videlicet delictum; Contractum; Domicilium; Locum rei ſitæ. Hoſtiens. *in ſummar. de for. compet.* tredecim ponit cauſas quinque verſibus comprehenſas. Azo verò in *ſumm. C. de jurisd. omn. jud.* quindecim explicat. Et quinquaginta duæ expoſitæ ſunt per Specul. *in tit. de compet. jud.* §. 1. Plures enumerat Maria. Soc. *in rubr. ext. de for. compet.* quæ aſcendunt usque ad ſummam 119. At generales ſunt hæ cauſæ omnes tàm ad cauſas civiles, quàm criminales propoſitæ. *Iohan. Zanger. in tract. de except. part.*2. *cap.*1. *nu.*8.

Q.1. Quodnam forum & dicatur competens, & quotuplex illud ſit?

Specialiter autem de foro competente in 6 criminalibus cauſis agens *Azo d. loc.* tres modos refert: videlicet locum delicti; locum ubi lis eſt conteſtata; & locum ubi latitat Reus. Ægid. Boſſ. *in pract. crim. de for. compet.* quinque conſiderari jubet, quæ faciant judicem competentem vel incompetentem: Nempe Perſonam; Cauſam; Rem ipſam; Tempus & Locum. A quo non multum diſcrepat Tiber. Decian. *in tract. crimin. libr.*4. *cap.*3. ubi quam plurimas ſubdiviſiones, modosque modorum ponit. A- 7 lij verò modos, quibus delinquens forum ſortitur, deſumunt vel ex domicilio Rei, vel ex loco, in quo Reus vel deliquit, vel deprehenſus eſt; vel ex perſona punienda, vel ex cauſa. Vid. *Petr. Theodor. in Colleg. crimin. diſput.* 10. *theſ.* 5. *lit.*D. *Iohan. Zanger. d. cap.* 1. *Andr. Rauchb. part.* 1. *quæſt. ultim.* Sed intricatè admodum & confuſè hæc omnia ab Interpretibus tractantur, ut vix quicquam certi inde haurire liceat.

Breviter autem & accuratè hac de re agendo ſecundum *conſuetudinem hodiernam, & in ter-* 8 *ris Saxonicis receptam*, triplex meo judicio conſti- " tui poteſt Forum in cauſis criminalibus: Nempè " *Domicilij; Delicti commiſſi; & Deprehenſionis Rei.* " Solet enim delinquens hodiernis moribus conveniri, & contra eum inquiſitoriè aut per viam accuſationis procedi, ubi domicilium habet, vel ubi delictum fuit perpetratum, vel in loco, ubi deprehenſus eſt: Præter hoſce modos vix alius dari poterit, quo Reus forum ſortiatur. Etſi enim ratione cauſæ vel privilegij adhuc alij à quibusdam apponantur modi; illi tamen exceptionem potius, quàm Regulam conſtituunt, ut infra dicam *num.*77. *& ſeqq.*

Primum forum in criminalibus cauſis eſt forum domicilii. Abſque dubio

9 enim ſortitur forum delinquens, ubi ſuum Domicilium
habet. *l.2.C.de juriſd.ubi Sichard.l.1.ff.de*
interd.&Releg.l.Relegatorum 7.§.interdicere autem.
10.ff.eod.tit.cap.licet.de for.competent. Ioh.Zang.in
tractat.de except.part.2.c.1.nu.246. Petr.Theod.in
colleg.crim.diſp.10.theſ.5.D. Andr.Rauchb.part.1.
quæſt.50.n.11. Proſp Farin.in prax.crim.quæſt.7.n.1.
& 2. Tiber.Decian.in tract.crim.lib.4.cap.16.n.1.&
10 *ſeqq.* Intelligo autem domicilium habitationis,
l.19.§.1.& l.ult.de jud.l.2.C.de Iuriſd. Non etiam
originis ſeu naturale domicilium: Quod ex generali
Germaniæ conſuetudine non amplius
obtinet, *Tob.Paurmeiſt.lib.2 de Iuriſd.cap.8.nu.38.*
nec attenditur, niſi Reus ibi deprehendatur.
Dd. in l.incola.ff.ad municip. & in l.herus abſens.de
11 *judic.* Quodnam verò propriè alicujus ſit domicilium,
& quomodo hoc conſtituatur, de hoc
videatur pleniſſimè *Matth. Coler. de Proceſſ. Execut.*
part.2.cap.1. & Iohan.Zanger.de Except.part.2.
cap.1.nu.9.& ſeqq.

12 Conveniri autem poteſt delinquens in loco
domicilij ob delictum alibi commiſſum, non
ſolùm ſi ibidem deprehendatur, de quo forſan
minus dubium eſt, juxta tradita *Zang.d.cap.*
1.num.248. Quo caſu tam inquiſitoriè, quàm
per viam accuſationis adverſus eum agi poteſt;
Neque enim tàm locus domicilij, quàm deprehenſionis
tùm attenditur; Sed & quando abſens
aut fugitivus eſt delinquens, ſi accuſator
ad bannum agere velit. Vide *Rauchb.d.quæſt.50.*
num.11.

13 Secundum eſt Forum delicti commiſſi:
Sortitur namque delinquens Forum etiam
eo in loco, in quo delictum ſeu crimen
quod publicum eſt, perpetravit. *l.3.ff.de Offic.*
Præſid.l.ſi cui crimen.7.§.pen.& l.fin.ff.de accuſat.
l.ſolent.7.ff.de Cuſtod.Reor.l.1.& Auth.qua in provincia.
C.ubi de crim.agi oportet. Novell.69.*cap.1.*
l.1.ubi Bald.C.ubi Senat. & Clar. Tiber.Decian.d.
lib.4.tract.crim.cap.7.num.1. Proſper.Farin.d.
quæſt.7.num.1. Iohan.Zanger.d.part.2.de except.
cap.1.num.221. Andr.Rauchb.part.1.quæſt.50.num.
9.& 10.

14 De quo etiam eſt textus in jure Saxon. *lib.3.*
Landr. *art.25.* in verb. **Binnen mercken / oder**
binnen außwendigen Gerichten darff niemand
antworten / er habe denn da Wohnung oder Gut
innen / oder verwirckt ſich mit Vngerichte darinnen:
Vbi Gloſſ.Germ.in verb. **Was auſſerhalb dem**
Gerichte. *num.5.verſ.* Das ander iſt. Unde apertiſſimè
liquet, in loco Criminis perpetrati delinquentem
conveniri poſſe, etiamſi ibidem domicilium
15 non habeat. Quin & forum delicti in cauſis
criminalibus eſſe principalius tradit *Anton.*
Teſſaur.Deciſ.90. Vincent.de Franch.Deciſ.37. Et
ſicuti in civilibus forum domicilij, ita & in criminalibus
delicti forum omnia alia fora ſuperare,
ſcribit *Tiber.Decian.in tract.crim.lib.4.cap.18.*
num.9. Dat enim juriſdictionem in facinoroſum
ei, qui alioquin Rei judex non eſt. *cap.licet*
ratione.ext.de foro compet. omneque privilegium
fori tollit & dignitatem. *l.1.in fin.C.ubi Senator.*
Auth.qua in Provincia. C. Vbi de crimin.ubi Matth.
VVeſemb.in rubric.num.47.

Circa hoc forum quæri ſolet. PRIMÒ: *Quisnam* 16
propriè dicatur locus delicti commiſſi, an in quo
maleficium eſt inchoatum, an verò in quo conſummatum
eſt? Veluti ſi Titius ſtans in territorio
Sempronij, lapide interfecerit, aut injuriis verbalib.
affecerit Cajum ſtantem aut ſedentem in
territorio Seji, anne h.l. Titius forum ſortietur
in territorio Sempronij, ubi ſtetit, vel Seji, ubi
occiſus & injuriatus extitit.

Q.2. Num forum delicti dicatur in quo inchoatum, vel in quo conſummatum fuit delictum?

Cynus *in l.un.C.ubi de poſſ.agi oport.* allegatus 17
à *Ioh.Zang.de except.part.2.c.1.n.231.* ſtatuit delictum
fuiſſe commiſſum in territorio Sempronij,
ubi percutiens ſtetit, à tempore ad locum arguendo.
Quemadmodum enim, ſi quis lethaliter
vulneratus ſit, & poſtea decedat, initium temporis
inſpicitur. *l.huic Scripturæ.15.in pr.l.ita vulneratus.*
52.ff.ad legem Aquil. Ita & inſpici debeat in
caſu propoſito locus agentis, ubi percuſſio facta,
aut injuriæ fuerunt evomitæ, *arg.l.vinum 22.*
ubi Bart.ff.ſi cert.petat. Proſp.Farin.in prax.crim.q.
7.n.44.& ſeqq. ubi pro reſolutione hujus quæſtionis
caſus aliquot diſtinguit; quibus tamen
rem magis intricatam, quàm manifeſtam reddere
videtur.

Sed rectiùs aſſerit *Ioh.Zang.d.part.2.de except.* 18
c.1.n.233. Locum delicti conſummati attendendum
eſſe, adeoque in caſu propoſito Titium in
territorio Seji, ubi Cajus occiſus vel injuriatus
ſtetit, forum ſortiri: quem ſequitur *Pet.Theod.in*
colleg.crim.diſp.4.th.3.lit.B.

Tùm, quòd in delictis qualitas potius patientis, 19
quàm agentis conſideretur. *l.43.ff.de rit.nuptiar.*
Bart.in l.libellor.ff.de accuſ.

Tùm, quòd delictum in loco, ubi perficitur, 20
ſuam accipiat formam, per quam dicitur eſſe delictum,
arg.l.Iulianus.9.§.3 ff.ad exhibend.Bald.in l.
ſi quis 5.nu.7.C.de Epiſcop.& Cleric. ubi dicit, quod
quando proponitur puella rapta in Peruſino
territorio, compreſſa verò in Cortonenſi territorio,
Cortonenſis Judex delicti competens ſit,
propterea, quod in Cortonenſi territorio delictum
fuerit conſummatum, quanquam ratione
attentati judex Peruſinus raptorem puniat.

> *Secundum hanc ſententiam pronunciavimus Melchiori* 21
> *à* **Rosboth: Es könte denn / wie recht / dargethan**
> **vnd beybracht werden / daß der Entleibete auff**
> **ewrem Gebiet vnd Botmeſſigkeit geſtanden / vnnd**
> **daſelbſten geworffen vnd vmbbracht worden / vff ſolchen**
> **Fall wäret jhr als** *Iudex competens*, **vnangeſehen**
> **der Thäter / als er den Wurff gethan / vnnd die**
> **Entleibung vollbracht / vff ewers Nachbars Gerichten**
> **vnd** *territorio* **geſtanden / in dieſer Sachen zu**
> **verfahren vnd zu** *inquiriren* **wol befugt / V.R.W.**
> *Menſ.Novembr.Anno 1630.*

Nec obſtat argumentum Cyni. Siquidem inter 22
tempus & locum hoc caſu eſt magna diverſitas,
ut mirum haud ſit, nil inde probari ſecundum
Nic.Everh.in topic.loc.à temp.ad locum.num.2.
Nam eo ipſo, quo quis lethaliter eſt vulneratus,
delictum fuit conſummatum, adeoq; eventus
poſtea ſecutus retrotrahitur; Secus verò
eſt, ſi in h.l. quis ſtet, & alibi ſtantem interficiat:
Tunc enim hoc in loco delictum conſummatum
non eſt, adeoque nec occiſor forum delicti
hoc in loco ubi ſtetit, poteſt ſortiri, prout ita reſpondet
Zang.d.c.1.n.235.

23 Ex qua deciſione porrò ſequitur, ſi delictum in diſtinctis territoriis fuerit conſummatum, cujusque territorij Dominum judicem delicti eſſe competentem, eatenus nempe, quatenus crimen in ſuo territorio perpetratum & conſummatum fuerit; Veluti ſi quis alterum in Titij territorio verberet, eumq; in Seji territorium fugientem inſequatur & percutiat; Quo caſu uterque, Titius & Sejus, judex eſt competens, unusquisq; ſcil. ratione plagarum in ſuo territorio percuſſo inflictarum.

24 *Reſpondimus ita Volckmaro Hildebrando à Zehmen:* Hat ein Bawer ſo wol vf ewren als deß Ampts Gerichten ein Mägdlein dermaſſen geſchlagen/ daß es zu Bette ligen/vnnd groſſe Schmertzen im Leibe vnd ſonſt leiden muß/ſie auch hierüber geſpendet. Ob nun wol der Bawer ſolches Pfand in die Amptsgerichte eingeliffert/daher der Schöſſer ſelbiges Orts die Verbrechung zu ſtraffen bedacht. Da aber dennoch der Bawer entweder geſtändig ſeyn / oder wie recht überwieſen würde / daß er das Mägdlein vff ewren Gerichten angefangen zu ſchlagen / daſſelbe aber hernacher vff den Amptsgerichten vollbracht/ So wäret jhr ſolche Verbrechung vnd die jenigen Schläge / ſo vff ewren Gerichten verübet worden/ zu ſtraffen wol berechtiget/ V.R.W. *Menſ. Auguſt. Anno 1626.*

Q.3. Quisnam ſit Iudex competens homicidij in confinio cõmiſſi.

25 SECUNDÒ quæritur: *Quisnam Iudex competens ſit delicti, puta Homicidij in confinibus vicinis, & ſeſe quaſi contingentibus commiſſi?* De qua quæſtione multum inter *Dd.* controverti ſolet, variæque de hac extant opiniones.

Quarum *prima* vult conſiderari locum in 26 quo caput reperitur, ceu pars principalior. *l. cum in diverſis 44. ubi Dd. comm. ff. de Relig. & ſumt. funer. l. 17. C. de pœn.* Unde & denominatio fieri debet. Quam opinionem communem uſu & praxi receptam, dicit *Petr. Theod. in colleg. crimin. diſp. 4. th. 3. lit. B. Iohan. Zang. de except. part. 2. c. 1. n.* 137. ubi tamen ea ſic limitatur, ut ſi occiſus ita jaceat proſtratus, ut caput ejus tangat de utroque confinio, uterque Dominus ſit judex competens, ſecundum *Bald. in l. 2. num. 1. C. ubi de crim. agi oportet. Nic. Everh. in loc. top. ab extremis. num. 1.*

27 Verùm labili nititur hæc ſententia fundamento, nec deciſio hujus quæſtionis à præſtantia partis dependet, ſed petenda eſt ex conjecturis, quibus in hoc vel illo loco homicidium commiſſum fuiſſe colligitur, maximè ſi caput à trunco avulſum proponatur.

28 *Secundò:* Alij verò ei cognitionem deferunt, in cujus territorio cor, ſeu pars corporis, quæ continet cor, reperitur: eò, quòd cor pro præſtantiſſimo & principaliſſimo hominis membro habeatur, quippe quod tanquam fons vitæ ſit primum in vivendo & ultimum in moriendo. Sed & hæc ſententia ex ratione modò adducta facilimè corruit; Præterquam enim, quòd de hoc ipſo an ſcilicet cor ſit fons vitæ, primum in vivendo & ultimum in moriendo, inter Phyſicos & Medicos magna adhuc ſit concertatio; haudquaquam concedo, ex parte principaliori de hac quæſtione dijudicandum eſſe juxta modò dicta.

29 *Tertia* eſt opinio *Henr. Bocer. in tract. de jurisd. c. 9. n. 12.* dicentis, illum locum potiorem eſſe in quo homicida ſtetit. Sed huic adverſatur quod dixi & probavi anteà, in loco delicti conſummati, ubi ſcil. occiſus reperitur, delinquentem forum ſortiri. *Ioh. Zanger. de except. part. 2. cap. 1. num. 233.* Cui accedit, quòd in delictis qualitas patientis potiſſimùm, non etiam agentis conſiderari debeat. *l. 43. ff. de rit. nupt. Zanger. dict. loc. num. 232.*

Et quomodo, quæſo, conſtare poteſt, in quo 30 loco homicida ſteterit. Quin & in dubio ibi ſtetiſſe præſumitur, ubi ipſe occiſus reperiatur: Conjectura enim *Boceri*, ut nempè ex loco vulneris, an adverſum vel averſum ſit, eâ de re ſtatuatur, longè incertiſſima eſt; ſiquidem contingere vix poteſt, ut citra ullam agitationem aut vacillationem vulneratum corpus rectà procubuerit, ut monet *Reinh. Bachov. in animadv. ad Hier. Treutl. part. 1. diſp. 19. th. 4.*

Quartò opinatur *Niell. diſp. feud. ult. in Coroll.* 31 competentem judicem hoc caſu eſſe eum, in cujus territorio trucidatus ſolis pedibus incumbere reperitur: Ex hac potiſſimùm ratione, quòd homicidium perpetratum dici debeat eo in loco, in quo pedes occiſi reperiuntur. Ibi enim trucidatum cum gladio transfigeretur, vel glande aliove quovis telo trajiceretur, ſtetiſſe dicendum, adeoque etiam eo in loco, non autem quo moriens capite vel mediâ corporis parte cecidit vulnus lethale accepiſſe præſumendum eſt; Notiſſimum ſiquidem eſt, cadentem longè alium locum capite & reliqua corporis parte occupare, quàm cum, quo antea cum transfigeretur, ſtetit, pedes verò eundem locum ſervare, quem antea occupabant, vel ſaltem ei proximum. Unde ſequitur, ad illius etiam loci judicem ſpectare cognitionem.

Verùm rectè quidem aſſerit *Niell.* locum 32 perpetrati & conſummati homicidij attendendum eſſe; At eo in loco, in quo pedes reperiuntur, indubitatè delictum perpetratum fuiſſe, admodum incertum eſt, vel ipſo fatente *Niellio.*

Quid enim, ſi lethali vulnere affectus adhuc 33 aliquod itineris ſpacium procurrat, vel ſeipſum pervolvat? Quid ſi pedes, cum vulneratus pronus cadit, alium occupent locum? Quid ſi quis in fuga transjiciatur, & ſic alio in loco, quàm ubi delictum fuit commiſſum, in terram decidat & pedibus procumbat? Et certè frequenter fieri ſolet, ut corpora ab homicidis occiſa in alium pertrahantur locum; Rariſſimè verò contingit, ita quem occidi, ut citra ullum corporis motum protinus corruat. Quæ ſanè fragilitatem hujus ſententiæ luculenter probant, ut ei inhærere vix conſultum videatur.

Hæc ita ab *Interpp.* diſputari, & hinc indè 34 ventilari ſolent, ex quibus tamen certi quid definire non licet. Et ut veritatem fatear, in uno aliove certo caſu, ejusmodi præſumptiones & indicia occurrere poſſunt, ex quibus quæſtionem hanc decidere haud difficile foret, quæ tamen cùm alibi deficiant, rem totam expeditam reddere nequeunt. Etenim ſi interfecto vulnus ſit inflictum, tum ſanguine in uno tantùm territorio apparente, ibi delictum perpetratum fuiſſe haud ineptè cenſeri pote-

35 rit. At ſanguine in nullo territorio apparente,
tunc ſi percuſſione facta, ſtatim fons vitæ fue-
rit petitus, ita ut veroſimile ſit, trucidatum pe-
dem de loco in quo ſtetit, movere non valuiſ-
ſe, judicem competentem eſſe eum, in cujus
territorio occiſus pedibus incumbere reperi-
36 tur, non malè quis exiſtimaverit; Ut ſic quæ-
„ ſtionem hanc judicis arbitrio ex circumſtan-
„ tiis, indiciis, & præſumptionibus cujusque facti
„ occurrentibus, decidendam relinquere haud
„ verear: qui probè & exactè perpenſis criminis
& caſus cujusque qualitatibus, de hoc facilimè
37 judicare poteſt. Quod ſi tamen conjecturæ, ex
„ quibus aliàs deciſio petenda, prorſus deficiant,
„ aut tales occurrant, ex quibus nil veroſimile col-
„ ligendum, dum in dubio cognitionem & coer-
„ citionem criminis ad utriusque territorij Do-
„ minos ſimul pertinere exiſtimo. Quæ ſententia
„ cæteris æquior videtur, & eſt *Bald. in l. arbor. 19. ff.*
„ *comm. divid. Hier. Treutl. volum. 1. diſput. 19. th. 4. ubi*
„ *Reinh. Bachov.*

38 *Secundum quam etiam pronunciavimus ad con-
ſultationem Melchioris à* Rosboth. Iſt vnläng-
ſten an dem Ort / da ewre Gerichten mit deß benach-
barten von Adel Botmeſſigkeit grentzen / eine
Mordthat begangen / vnd der entleibte Cörper gleich
vff der Grentzen funden worden / alſo daß man nicht
wiſſen kan / in welchen Gerichten ſolche Mordthat ei-
gentlichen verübet vnd verbracht worden. Da man
nun auß den Vmbſtänden ſolches nicht muthmaſſen
vnd ſpühren könte / derowegen denn vor allen Din-
gen Erkundigung eingenommen wird / ſo möchte die
Auffhebung deß todten Cörpers vnd Beſtraffung der
Vbelthat / von euch vnd ewrem Nachbar / als denen
Gerichtsherrn / zugleich geſchehen / V. R. W. *Menſ.
Novembr. Anno 1639.*

Q. 4. Quis judex ſit cõpetẽs criminis in via publica perpetrati?

39 Tertiò quæritur: *Ad quemnam cognitio crimi-
nis in via publica perpetrati pertineat?* Haud pau-
ci arbitrantur, hoc caſu ei, qui merum Impe-
rium in territorio circa viam publicam habet,
cognoſcendi & puniendi facultatem compete-
re. *Henr. à Roſenth. de feud. cap. 5. concl. 21. Guid. Pap.
Deciſ. 573. Henr. Bocer. de Regal. cap. 2. num. 145. Ca-
poll. de ſervit. cap. 3. num. 30. Rol. à Vall. vol. 2. conſ. 42.*
40 *num. 35.* Quia cui merum imperium in univerſo
territorio conceſſum eſt, ei quoque hoc ipſum
in qualibet territorij parte conceſſum eſſe in-
telligitur, *arg. l. 239. §. 1. ff. de verb. ſignif.* Proin-
de cùm via publica per alicujus territorium
tranſeat, & ejusdem quaſi pars ſit, ei quoque in
via publica merum Imperium conceſſum cen-
ſebitur.

41 Quibus tamen alij contradicunt, exiſtiman-
tes, cognitionem ac coërcitionem criminis in
via publica commiſſi, competere ei, cujus eſt
jus Regale in eadem via publica. *Ioh. Zang. de Ex-
cept. part. 2. cap. 1. nu. 241. Ioh. Borch. ad c. un. quæ ſint
Regal. n. 25. Ioh. Schneidvv. de feud. p. 2. n. 102. Matth.
Steph. de jur. Imp. Rom. l. 2. part. 1. c. 7. nu. 400. Thom.
Mich. de jur. Concl. 50. Regn. Sixt. lib. 2. de Regal. c. 2.*
42 Quæ ſententia etiam probabilis eſt. Incumbit
ſiquidem Imperatori, nec non Ducibus, Co-
mitibus, aliisque Principibus, qui viam publi-
cam habent, ut curent ea, quæ ad ſecuritatem
hujusmodi viæ ſpectant, quo videl. à malis ho-
minibus purgetur, & ne à latronibus, plagiariis,
prædonibus & furibus infeſtetur. *VVaremund. ab
Erenb. c. 5. nu. 37. de Regn. ſubſid. Dom. Arum. ad Aur.
Bull. c. 1. th. 11. diſc. 1. Andr. Gail. lib. 2. obſerv. 64. n. 2.
3. & 4.* Congruit enim ei, cui viarum publicarum
tuitio atq; cura permiſſa eſt, ut pacata & quieta
ſit provincia & malis hominib. careat. *l. 1. §. quies
ff. de off. Præf. urb. l. 13. ff. de off. Præſid.* Quo reſpectu
etiam Via publica inter Regalia connumerari 43
ſolet. *Henr. Arniſ. de jurib. Majeſt. minor. c. 5. Regn.
Sixt. d. c. 2. n. 9. Roſenth. de feud. d. c. 5. Concl. 20.* Æ-
quiſſimum ergò eſt, ut & iis, quibus hoc regale
competit, cognitio de crimine in via commiſſo
tribuatur.

Quicquid tamen ſit, in terris Electoratus
Sax. prior opinio peculiari conſtitutione, à D. 44
Georgio Duce Saxoniæ laudatiſſimæ memo-
riæ, *An.* 1506. introducta, & poſtea *An.* 1600. con-
firmata eſt. Verba conſtitutionis hæc ſunt. Hier-
auff erklären vnd verwilligen wir / daß nu hinfort
vnſere Vnterthanen alle Händel / ſo ſich auff den
Straſſen begeben / da jhnen ſonſt die Obergerich-
te zuſtehen / vnverhindert von vnſern Amptleu-
ten zu richten ſollen haben / vnd darvon nichts
außgeſchloſſen; Allein alle Gewaltſachen / Raub
vnd Zugriffe / auch öffentliche vhädiche Thaten /
welche vns auß Krafft der Regalien / vnd Fürſtl.
Obrigkeit zu richten zuſtehen / wollen wir vorbe-
halten haben. Extat tenor apud *Ioh. Zang. de Ex-
cept. part. 2. c. 1. n. 244.*

Quartò denique & hoc quæritur: *An in loco,* 45
*ubi delictum fuit commiſſum, Reus quoque abſens fo-
rum ſortiatur, & ita in loco delicti perpetrati adver-
ſus delinquentem etiam abſentem procedi queat?* Et-
enim, ſi delinquens in loco delicti reperiatur,
dubium prorſus non eſt, quin ibidem forum
etiam ſortiatur. *l. 1. C. ubi de crim.* Nam tunc quo-
ad omnes effectus ratione tam perſonæ, quàm
bonorum ubicunq; ſituatorum, judicis delicti
jurisdictioni ſubjicitur. *Panorm. in c. ult. n. 6. & 7.
ext. de for. compet. Andr. Rauchb. part. 1. quæſt. 50. nu.*
10. *Petr. Theodor. in Coll. crim. diſp. 4. th. 3. lit. B.* At
quando abſens eſt delinquens, res omni dubio
carere non videtur? Nihilominus tamen & 46
Reum abſentem in loco delicti forum ſortiri,
vulgò *Dd.* arbitrantur. Quod tamen *Rauchb. &
Pet. Theod. d. locis* aliter non concedunt, niſi Reo
in loco delicti, priusquam inde aufugiat, citatio
fuerit inſinuata.

Q. 5. An in loco delicti commiſſi adverſus Reum fugitivum quoq; & abſentem queat procedi?

Sed praxis contrarium docet, & in loco deli- 47
cti commiſſi cauſam criminalem adverſus ab-
ſentem etiam Reum quotidiè agitari videmus,
etiamſi citatio præſenti non ſit inſinuata. Nam
judex delicti abſentem per ſubſidium iſtius ju-
risdictionis ubi deprehenditur, vel ſi latitat, edi-
cto publico in tribus diverſis trium Dominorũ
territoriis affixo, citare, & adverſus non compa-
rentem ad bannum procedere ſolet. *Rauchb. d. q.
50. n. 30.* Quod tam in proceſſu criminali ordi-
nario, quàm inquiſitorio uſu ita obſervari, præ-
ſertim in foro Saxon. experientia docet.

Quin & judex ita requiſitus, citationem ju- 48
dicis delicti exequi, Reoq; injungere debet, ut
in foro delicti copiam ſui exhibeat; quando-
que etiam ad requiſitionem Reum deprehen-
ſum vinculisque ligatum eò remittere debet.
Hocq; eſt quod vulgo dicunt, Remiſſiones ad-
eò neceſſariò fieri debere, ut judice delicti id
flagi-

flagitante, domicilij judex, licet ſeipſum ad jus
reddendum paratum dixerit, Remiſſionem declinare
nequeat. *Andr.Rauchb.dict.quæſt.*50.*n.*19.
*Iohan.Zanger.de Except.part.*2.*cap.*1.*nu.*247. *Petr.
Theod.in Colleg.crim.diſp.*4.*th.*4.*lit.*C. *Proſp.Farin.
in prax.crim.quæſt.*7.*n.*19.*& ſeqq.*

49 Quæ ſententia non modò textibus expreſſis
probatur, *l.*3.*ff.de re milit. l.*28.§.15.*ff.de pœn. l.*7.
§.4. *l.fin.ff. de accuſat. Novell.*60.*cap.*1. *Novell* 134.
*cap.*4.*&* 5. *cap.*1.*extr. de raptor. cap.fin. extr. de for.
compet.can ſi peccaverit.*2.*quæſt.*1.

50 Sed & rationibus firmatur: *Tum*, quò certiores
probationes, judice quaſi in rè præſenti cognoſcente,
haberi poſſint. *Novell.*69.*cap.*1.§.1.
51 *Tum*, quòd durum ſit, offenſum atque damnum
paſſum ad litigandum alibi adſtringi haud abſque
ſumptibus majoribus. *dict. Novell.* 69. *cap.* 1.
52 *Rauchb.dict. quæſt.*50.*num.*8. *Tum*, quia plus ſolatij
accedit læſis illo crimine, ſi in eorum conſpectu
& in loco delicti commiſſi vindicta de ſontibus
ſumatur. *dict.l.*28 *§.pen.ff.de pœn.Matth.VVeſemb.in
parat ff.de accuſat.n.*7.

53 Verùm, hæ Remiſſiones delinquentium ubivis
ferè locorum hodiè in deſuetudinem abierunt.
Nam apud Italos eas non ſervari, teſtatur
poſt *Dd. in Clem.paſtoralis de re judic. Bartol.in
l.ſepulchri violati. de ſepulchr. violat. Bald. in l.*1. *C.
ubi de crim.agi oport. Hippol.de Marſil.in pract.crim.
§.opportunæ.nu.*35. *& in l.un.n.*143.*C.de Rapt.Virg.
Rol. à Vall. vol.*2. *conſ.*60.*n.*22. *Grammat.Deciſ.*26.
*n.*3.*Iul.Clar.lib.*5.*ſentent.§ ult.quæſt.*38.*n.*20.*And.
Rauchb.part.*1.*quæſt.*50.*n.*24. Idemq; in Flandriâ
& pleriſq; in locis practicari, affirmat *Iod.Damhoud.
in prax.rer.crimin.cap.*35.*n.*5. Hancque ſententiam
communi totius Chriſtiani orbis uſu
& praxi receptam eſſe, dicit *Didac.Covarr.cap.*11.
*pract.q.n.*10.

Q.6. An & quando Remiſſio delinquentis ad locum delicti fieri debeat?

54 Neq; in foro Saxonico res aliter ſe habet, ut
nil quicquam verear ejusmodi ponere Regulam,
**Quod Remiſſio delinquentis ad locum
delicti neceſſariò fieri non debeat, nec
Judex domicilii, vel ubi Reus eſt deprehenſus,
ad Remiſſionem ſit obſtrictus.**

55 Quæ Regula conſuetudine ita probata eſt,
ratione tamen haudquaquam deſtituitur; Notum
ſiquidem eſt, quòd Nobilibus ac Civitatibus
hodiè communiter jurisdictio privativè &
abdicativè jure feudi concedatur, prout dixi
*quæſtione præcedenti.n.*96. Quare à Principe Superiore,
judices inferiores in exercitio jurisdictionis
per actũ Remiſſionis turbari nequeunt.
Minus verò in judiciis inferioribus ejusmodi
remiſſio locum ſibi vendicabit: quum par in parem
non habeat Imperium, *l.*4.*ff.de recept.arbitr.*
56 Quam ob cauſam etiam, cum non amplius
in Romano Germanico Imperio, ut olim, omnes
ditiones uni Principi pareant, inter Principes
& Status Imperij, eorumq; ſubditos hæ Remiſſiones
hoc tempore minus frequentantur,
*Matth.VVeſembec.in parat.ff.de accuſat.n.*8. *Modeſt.
Piſtor.vol.*1.*conſil.*29.*n.*6.*&*7.*And.Gail.lib.*1.*de pac.
publ.cap.*17.*n.*30. *Proſp.Far.in prax.crim.lib.*1.*tit.*1.
*quæſt.*7.*n.*28.*Herm.Vult.lib.*2.*Iurispr.Rom.c.*1.*n.*43.
*Andr.Rauchb.part.*1.*quæſt.*50.*n.*25. *Petr.Theod. dict.
diſput.*4.*th.*3.*lit.D.*

Hæc tamen Regula Limitatur *Primò*: Si judex 57
ultrò & ſpontè ſuâ ſeu ex urbanitate alij judici,
Remiſſionem petenti gratificari velit. Etſi
enim juxta Regulam judex obſtrictus non ſit, ut
pari vel etiam ſuperiori judici delicti (à quo ipſi
jure feudi, privativè jurisdictio conceſſa fuit,)
delinquentem in territorio ſuo deprehenſum
remittat; attamen ſi id ipſi placuerit, ultrò &
nullâ neceſſitate coactus hoc facere poteſt, *Andr.
Rauchb.dict.quæſt.*50.*n.*25.

Quin imò plerumq; in Germaniâ & aliis Provinciis, 58
Principes & Status, eorundemq; ſubditi
precariò & jure amicitiæ ac vicinitatis, propter
exemplum ad locum delicti facinoroſos remittunt,
ſub Antigrapho tamen ſeu literis Reverſalibus,
vff einen Reverß vnd Gegenbekentnuß/ quibus judices loci, ubi delictum commiſſum,
cavent, nil ſcilicet per hanc Remiſſionem,
quam non jure ſed precibus obtinuiſſent, jurisdictioni
vel ſuperioritati ipſorum derogatum
iri, ſeque in caſu ſimili idem facturos eſſe. *Andr.
Gail.lib.*1.*de Pac.publ.cap.*16.*num.*31. *Ioh.Harppr.in
tract.crim.ad* §.5.*n.*59.*Inſtit.de obligat.quæ ex delict.
naſc. Petr.Theodor.in Coll.crim. diſput.*4.*th.*3.*lit.D.
Andr.Rauchb.dict.quæſt.*50.*n.*25.

Secundò Limit. In Præfecturis Electoratus 59
Saxon. in quibus ſi crimen admiſſum ſit, judices
ſub Electoratu inferiores, Quæſtori Præfecturę
petenti delinquentem deprehenſum remittere
tenentur, ex peculiari *Ordinat. Provinc.
de Anno* 1555. *ſub tit.* **Daß man die Vbelthäter/ ſo
in den Emptern verbrochen vnd entweren/ wiederumb
in die Ampte folgen ſoll laſſen.** Tenor 60
ſanctionis hic eſt: **Nach dem ſich auch offtmals
zuträgt/ daß diejenigen/ ſo in vnſern Ampten vnd
Gerichten verbrechen/ ſich flüchtig machen/ auch
bißweilen auß den Banden wircken/ vnd in vnſer
Vnterthanen Gerichten wiederumb zu hafft gebracht
werden/ Als wollen vnd verordnen wir/
daß auff vnſerer verordneten Regierung Anſuchung/
die Gerichtshaber die Verbrecher in vnſer
Ampt vnnd Gerichte/ darin die Verbrechung geſchehen/
ohne Weigerung/ wiederumb zu gebührlicher
Rechtfertigung folgen laſſen ſollen/ welches
einem jeden an ſeinen Gerichten vnnachtheilig
ſeyn/ vnnd gegen den Verbrecher anders nicht/
denn nach gemeinen Landleufftigen Rechten/ verfahren
werden ſoll.** Quare ſi crimine in Præfecturâ 61
quâdam commiſſo, delinquens in ditionibus
Nobilium, Civitatum, aliorumq; Judicum Electoratui
Saxonico ſubjectorum deprehendatur,
dubium prorſus non eſt, quin judices hi inferiores
ſecundum prædictam Ordinationem
Provincialem, Reum ad locum delicti, Illuſtriſſimo
Dn. Electore hoc poſtulante, remittere teneantur.
Quod & praxis quotidiana docet. *Andr.
Rauchb.dict.quæſt.*50.*n.*26. *Petr.Theodor.in dict.Diſput.*4.*th.*3.*lit.D.*

Notandum tamen, prædictam Ordinationem 62
Provincialem de Præfecturis ſolummodò
loqui, in quib. vices Principis tenent Quæſtores
ſive Præfecti, *in verb.* **So in vnſern Emptern oder
Gerichten verbrechen/** *&c.* Quare ad Nobiles
alioſvè judices hæc ſanctio extendẽda nõ eſt, in
quorum territorijs crimine aliquo commiſſo, alius
Nobilis, aut judex delinquentẽ in ſuo territorio

torio deprehenſum ad locum delicti nequaquã remittere obſtrictus eſt, niſi ſponte ſuâ hoc facere velit; Nam par in parem poteſtatem non habet. *l.3.& 4.ff. de recept. arbitr. l.14.ff. de juriſd.* Quod & ſæpiùs ſic practicatum ſcio; Quamvis aliter ſentiat *Thoming.Deciſ.5.n.4.*

63 *Tertiò Limitatur:* Si in loco delicti delinquente deprehenſo, inquiſitio formata, cauſa criminalis ventilata, & ſententia jam lata fuerit, iisq; peractis Reus aufugiat. Quo caſu ſi alibi & in alterius territorio deprehendatur, judex iſte ad locum delicti Reum remittere debet, ne ſcil. proceſſu jam finito, lata ſententia eludatur, & fruſtratoria reddatur.

64 *Prout ita reſpondimus Iohan-Georgio à* Zehmen *in* Steinbach.*Menſ.Mart.Anno* 1626.

65 Hiſce ergò caſibus, etiamnum hodiè Remiſſio delinquentis frequentari ſolet, ubi probè notandum.

Primò: Antequam ea fiat, requiſito judici conſtare debere, tàm de requirentis juriſdictione, quàm de crimine verè aut veroſimiliter ab eo, cujus remiſſio petitur, perpetrato: Unde ſummaria inquiſitio præcedat, neceſſe eſt, quæ oriatur ex delicti iſtius probatione ſummariâ ſaltem à requirente literis requiſitoriis inſertâ. *Bald. in l.1.C. ubi de Crim. agi oport. Guid.Pap.deciſ.* 202.*n.*1.

66 *Secundò:* Remiſſio quoque locum non habet, niſi in delictis gravibus; Nam in levioribus criminibus Remiſſio non conceditur. *l.3.in pr. ff. de re milit. Nov.134.c.8. Iul.Clar.lib.5.ſentent. q.38.n.23. Proſp.Far.dict.q.7.n.36.* Quod nec jure Saxonico aliter obſervatur: Quicquid etiam in contrarium dicat *Rauchb.dict.q.50.nu.21. Thoming.deciſ.5.n.8. Pet.Theod.dict diſp.4.theſ.3.lit.*D. per textum in *art.* 68. *lib.* 1. Landrecht/ ex quo tamen nil prorſus probari poteſt.

67 *Tertiò:* Fieri debet Remiſſio expenſis Remiſſionem petentis, non autem requiſiti judicis, ſi ſcil. ex officio procedat; Quod ſi verò ad inſtantiam partis Remiſſio petatur, æquum eſt, ut & ſumptus ab eâ refundantur. Quod & verum eſt, ſi ipſemet incarceratus vi privilegij ad judicem ſuum ſe remitti petat: Quo caſu ipſemet Reus ad expenſas eſt obſtrictus. *Far.dict.q.7.*
68 *nu.39.* ubi plures allegat. Quin & hoc ipſum eò extendendum eſt, ut requirens ac petens Remiſſionem, omnes indifferenter ſumptus in delinquẽtis incarceratione factos reſtituere debeat, practicâ hoc obſervante.

69 Tertium Forum eſt Deprehenſionis. Nocentes ſiquidem Rei forum etiam ſortiuntur, ubi reperiuntur ac deprehenduntur. *l.1. ubi Herm.Vult.num.36.& ſeqq.C. ubi de crim.agi oport. l.1.C. ubi quis de Curiali.* Maximè ſi ſint vagabundi, qui aliàs ubique locorum, de delicto ubicunque commiſſo puniri poſſunt, adeò ut nec Remiſſionis neceſſitas ibi militet. *Gloſſ.in d. l.1.C. ubi de crim. Matth.VVeſemb. in parat.ff. de judic.nu.16. Proſp.Farin.in prax.crim.lib.1.tit.1.quæſt.7.num.13.& ſeqq. Petr.Theod.in Colleg.crim.diſp.4. theſ.3.in fin. Iohan. Zanger. de Except.part.2.cap.1. num.249.*

70 Neque enim fugitivus & vagabundus de fori incompetentiâ excipere poteſt, *arg.l.1.C.in quib.cauſ.colon.cenſit.Dom.accuſ.poſſ.lib.11. Matth. Coler.de proceſſ.execut.part.2.cap.1.nu.28.* Et huc verba faciunt *Ord. Provinc. de Anno* 1555. *ſub tit.* Von Vnkoſt der peinlichen Rechtfertigung §. Würden ſie aber/ In verb. Vnd ſolches nicht allein auff den fall/ wenn die Verbrecher an denen Orten/ do ſie verbrochen/ ſondern auch auſſerhalb derſelben in frembden Gerichten zu Gefängnuß bracht ſeyn/ *&c.*

71 Idque minus dubij habet tempore hodierno, quo plerunq; ex officio per modum inquiſitionis adverſus facinoroſos proceditur, eo loco ubi reperiuntur.

72 Sed quæſtio hic incidit non adeò expedita: *Vtrum Iudex loci, in quo delinquens reperitur, ad inquiſitionem & coërcitionem ejus ſit obſtrictus?* Haud rarò enim accidit, ut judex delicti commiſſi nolens impendere ſumptus, inquiſitionem & punitionem criminis negligat, nec delinquentem alibi repertum & deprehenſum ſibi remitti petat, ſed cauſam totam judici loci, ubi Reus fuit repertus, committat, quo caſu dubium oritur: Num ille Judex adverſus delinquentem ob crimen alibi commiſſum inquirere, eumque punire teneatur?

Q. r. An Iudex loci, in quo delinquens deprehenditur, ſit obſtrictus ad inquiſitionem & coërcitionem criminis?

73 Quod affirmare non dubito: Equidem multum intereſt Reipublicæ, ne delicta impunita remaneant. *l. 51. §. 2. ff. ad Leg. Aquil. l. locatio. 9. §. quod illicitè. 5. ff. de publ. & vectig. l. in delictis. 4. §. 2. ff. de nox. act. l. ſi à Reo. 70. §. ult. ff. de fidejuſſ. l. Stichum 95. §. quod ſi. verſ. ſanè ff. de ſolut.* Quod certè fieret, ſi judex loci, in quo delinquens reperitur, qui proximus eſt ad puniendum, & cui potiſſimùm ob præventionem hoc incumbit, id facere negligeret.
74 Atque hoc ipſum convenit præceptis Divinarum Scripturarum, quibus jubetur Magiſtratus publicus non connivere ad delicta, ſed eorum punitioni diligenter invigilare, adeò ut non excuſetur, ſi dicat, ſe ignoraſſe, cùm inquirere tenetur. *Exod. 2.verſ.11. Rom.13.verſ.1.2. Proverb.20.verſ.8.& 24. verſ.11.12.*

75 Quò & reſpicere videntur verba *Ordin.Provinc. de Anno* 1555. *ſub tit.* Von Vnkoſten der peinlichen Rechtfertigung. Ibi. Welches auch jedes Ampt/ oder der jenige/ dem die Obrigkeit zuſtehet/ auff den fall thun ſoll/ da keine Kläger verhanden/ vnd die That offenbar. Quæ ſanè verba cum generalia ſint, haud obſcurè Magiſtratum loci, in quo delinquens reperitur, ad inquirendum & puniendum obligant. *Petr. Heig. part.1.q.39.n.21.* Idque adeo verum eſſe puto, ut judex loci, ubi Reus reperitur, officium facere negligens ipſemet crimine non levi ſe obſtringat, juxta tradita *Par. de Put. de Syndic. in verb. Negligentia. cap.1.num.8.9. cap.4.nu.4.6. Foller in pract.crim. canon. in verb. Aut inquiſitione.num.20.21.& ſeqq.*

76 *Quemadmodum etiam pronunciavimus Iohanni à* Wolffersdorffen: Ob nun wol dieſer Diebſtal in jetzterwehntes Raths zu Gera Gerichten/ allda *Inquiſit* betreten worden/ nicht geſchehen/ ſo ſeynd ſie doch Ampts vnd Gerichtswegen/ wofern ſie in deſſen verweigerung ſich jhrer Gerichtbarkeit nicht verluſtig machen wollen/ ſich über den gefangenen Vbelthäter/ damit die Mißhandlungen vñ Vbelthaten nicht vngeſtrafft bleiben mögen/ vff jhre Vnkoſten deß

Rechten belernen / vnnd an demſelben die zuerkante
Straffe gebürlichen vollſtrecken zu laſſen / ſchuldig/
vnd ſolche Rechtfertigung euch wider ewren Willen
aufzudringen nicht befugt / V. R. W. *Menſe Nov.
Anno 1609.*

It. Steph. Ebelein in Wiederſtedt; Ob nun wol ſol-
che Verbrechung in ewren Gerichten nicht verübet
worden / auch kein Kläger vorhanden / dieweil aber
dennoch doſelbſten die Thäter anzutreffen ſeyn / *&c.*
So ſeyd jhr wider dieſelbigen mit dem in dieſen
Landen gewöhnlichen *Inquiſition proceſs* gebürlichen
zu verfahren / vnd ſie nach befindung der Mißhand-
lung zu ſtraffen ſchuldig / V. R. W. *Menſe Mart.
Anno 1632.*

Q. 8. Quando & quibus ex cauſis Iudex competens jurisdictionē ſuam exercere prohibeatur?

77 Hocque triplex illud forum eſt, quod Reus
in criminalibus ſortitur, in quo quilibet judex
ſuam jurisdictionem exercere poteſt, niſi ſpe-
cialiter impediatur aut prohibeatur, vel ratione
1. privilegij cujusdam. 2. cauſæ. 3. Loci ſpeciali-
ter exempti. 4. Fori ab alio præventi.

Primò: Ratione *Privilegij* judex impeditur
exercere jurisdictionem ſuam, quando crimen
78 commiſſum eſt ab eo, qui jure ſpeciali ab ordi-
nariâ jurisdictione eſt exemptus. *Petr. Heig. part.
2. quæſt. 25. Bertazz. conſ. crim. 52. num. 11.* Veluti
Studioſi ob delictum commiſſum, non niſi co-
ram Rectore Academiæ accuſari poſſunt, ex
79 *Auth. Habita. C. ne fil. pro Patre.* Et milites ratio-
ne delicti, quod militiam concernit, apud Ma-
giſtratum militum conveniendi ſunt. *tot. tit. C.
de offic. Magiſtr. milit. lib. 11. C. de judic. lib. 9. de Cu-
ſtod. Reor. Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſp. 4. theſ. 3.
lit. B*

80 Hinc & officialem Principis qui deliquit in
civitate, ubi Princeps curiam habet, à Magi-
ſtratu oppidano, licet is inibi tam ſuperiore,
quàm inferiore jurisdictione munitus ſit, pu-
niri non poſſe, deciſum fuit teſte *Petr. Heig. dict.
quæſt. 25. num. 13. & ſeqq.* quem ſequitur *Matth.
Berlich. part. 1. concl 2. num. 32. Vinc. de Franch. deciſ.
407. & deciſ. 697. num. 2.* Quamvis aliter ſentiat
Henr. Brunin. diſp. de var. Vniverſit. ſpecieb. th. 27.
Quomodo etiam de Aſſeſſoribus Parlamento-
rum Principumque conſiliariis traditur, quòd
nullius, præter ipſius Parlamenti vel Collegij
jurisdictionem agnoſcant. *Guid. Pap. deciſ. 423.
Bernh. Autumn. in not. ad Jan Langlæ. lib. 2. Semeſtr.
cap. 4. pag. 125.*

81 Hinc & fit, quod in Comitiis Imperij, quæ
in civitate quadam Imperiali habentur, juris-
dictio quaſi diviſa eſt, ita, ut aulæ Cæſareæ Ma-
reſchallus in illos qui eidem aulæ ſunt addicti,
Hæreditarius Mareſchallus ex mandato Sere-
niſſ. Dn. Archimarſchalli, in Legatos & Le-
gatorum familiam, advenasque omnes, Senatus
denique urbicus in ſuos cives eandem exerceat,
& Magiſtratus Civitatis officiales Principum
punire nequeat. *Dom. Arum. tom. 1. de jur. publ. di-
ſcurſ. 9. th. 60.*

82 Sic & Clerici coram ſuo Epiſcopo, (à quo
pro modo & diverſitate delicti, aliâ atque aliâ
pœnâ veniunt plectendi, de quâ *Iohan. Zang.
de Except. part. 2. cap 1. n. 227.*) conveniri debent,
*cap. at ſi Clerici. de judic. c. 1. cap. ſi diligenti. c. po-
ſtulaſti. de for. compet. can. 1. & 2. 11. q. 1.* Non
etiam coram laico judice, quamvis in ejus ter-
ritorio deliquerint. *cap. ſi competenti. extr. de
for. compet.* Ideoque nec in criminalibus, contra
clericos judex ſecularis procedere, nec eosdem
punire poteſt. *Iul. Clar. l. 5. ſentent. quæſt. 36. nu. 1.
& 2. & n. 25.*

Ac licet hæc Clericorum exemptio juri Di- 83
vino contraria ſit; Exemptionem namque à
jure Divino inductam fruſtrà jactitari, patet
non ſolùm ex locis Sacræ ſcripturæ, *Matth. 20.
Marc. 10. Luc. 22. Rom. 13.* ſed & *c. capitulis. c. ult. c.
vides. cum ſeq. diſt. 10. c. nos ſi incompetenter. 2. q. 7.*
In quibus ad oculum demonſtratur, & ipſos
Pontifices ſeculari Jurisdictioni ſeſe ſubjectos
agnoviſſe. Hactenus tamen aliter practicatum 84
& adhuc practicatur; Poſtquam enim Papa
multis rerum temporalium dominiis auctus eſt,
quæ plus ultra tempus immemoriale poſſedit, &
adhuc mordicus tenet, non ſolùm in cauſis &
negociis Eccleſiaſticum Statum concernenti-
bus, ſed etiam in Statu Seculari ſupremam po-
teſtatem in omnes humanas creaturas ſibi arro-
gat. *cap. unam ſanctam. Extravag. com. de major &
obedient. c. omnes diſp. 22. c. cuncta 9. quæſt. 3.* jura
Majeſtatis uſurpat, & jurisdictionem non mi-
nus quàm quilibet princeps in proprio ſuo ter-
ritorio temporalem exercet.

At hodiè apud nos ex transactione Religio- 85
sâ Paſſavienſi, quâ omnis jurisdictio Pontificis
Eccleſiaſtica ſuſpenſa, jura Epiſcopalia ad Prin-
cipes & Dominos ditionum Auguſtanæ Con-
feſſionis, jure quaſi poſtliminii redacta ſunt, ita
ut cognitio & punitio tam contra Sacerdotes
& perſonas Eccleſiaſticas, quàm in reliquis
cauſis ſpiritualibus jure territorij ad Superio-
rem ſpectet; Attamen lites & cauſæ ad Epiſco- 86
palem jurisdictionem pertinentes nō in judicio
ſeculari, ſed in Conſiſtoriis Eccleſiaſticis expe-
diuntur. *Matth. Steph. de jurisd. lib. 3 cap. 15. Pet. Sy-
ring. de Pace Religion. th. 29. lit. B. Engelb. de jurisd.
Imp. th. 136. Laur.* Ohm *de Iur. Epiſc. th. 18. Iohan.
Zang. de Except. p. 2. c. 2. num. 424. & 425. Hillig. in
Don. Enucl. 17. comm. 10. lit. CC.* graviorum exceſ- 87
ſuum animadverſione Judicibus loci ſeculari-
bus commiſſâ. Prout ſancitum in *Ord. Eccl. E-
lect. Saxon.* Kirchen Ordnung / *tit.* Von beyden
Conſiſtoriis zu Leipzig vnd Wittenberg. *art. 10.*
Was für Straffen das Conſiſtorium zu erken-
nen vnd zu gebrauchen haben ſoll / *verſ.* Dann ob
ſich wol jhr Erkäntnuß vff Leib vnd Leben nicht er-
ſtrecket / welches denen Gerichten der Weltlichen
Obrigkeit vorbehalten / *&c. Et art. 7.* Was Sa-
chen in das Conſiſtorium gehörig. *verſ.* Alle
ärgerliche Sünd vnd Laſter an den Lehrern vnd
Zuhörern wider die erſte vnnd ander Taffel der
Gebott Gottes / allein ſo viel die gradus admoni-
tionum, vnd nicht die weltliche Straffe belan-
get / *&c.*

Secundò: Ratione *cauſæ* ceſſat Jurisdictio, 88
quando crimen tale perpetratur, quod à certo
quopiam judice coërcendum eſt; veluti Hære-
ſis, Simonia &c. pertinet ad cognitionem
Judicis Eccleſiaſtici. *Proſper. Farin. in prax. crim.
quæſt. 8. num. 126. & ſeqq.* Quamvis in foro
Principum Proteſtantium, Confeſſionique
Auguſtanæ addictorum res aliter ſe habet, ut
modò dixi.

Ceſſat

89 Ceſſat tamen adhuc hodiè ordinaria jurisdictio
in crimine læſæ Majeſtatis, cujus cognitio
& punitio ad ſolum Imperatorem pertinet, *Ioh.*
Zanger.de Except.part.2.c.1.n.221. Etenim quia
hoc crimen concernit perſonam ipſius Imperatoris,
& eorum, qui ſunt pars ejus corporis, adeoque
Imperium ipſum, non dubitatur, perſcrutationem,
cognitionem & punitionem hujus
90 Criminis eſſe de Reſervatis ipſius Imperatoris,
eamque in conceſſione generali minimè
cenſeri conceſſam. *Zang.dict.loc. Tiber.Decian.in*
tract.crim.lib.7.c.37.nu.31.& c.38 nu.5.& 6. Hier.
Gigas in tract.de crim.læſ.maj. Rubr.quis de crim.læſ.
maj.cogn.poſſ.

91 *Tertiò*: Ratione *loci* forum delicti declinatur,
ſi delinquens ad Eccleſiam confugiat. Ob loci
enim reverentiam, ſecularis Judex delinquentem
in Eccleſia capere, & inde extrahere nequit
absque licentiâ Judicis Eccleſiaſtici. *l.6.& tot.*
tit.C.qui ad Eccl.confug. c.ſicut antiquitus 17.quæſt.
92 *4.c.fin.de immun.Eccl.* Quam immunitatem etiam
ad Scalas Eccleſiæ, Cœmeterium, & ad circuitum
Eccleſiæ (qui 40. paſſus circumcirca, ſi
quæſtio de matrice, ſin de aliis Eccleſiis, 50.
paſſus continet; *Iul.Clar.lib.5.ſent.§.ult.quæſt.30.*
n.2.Tiber.Decian.in tract.crim.lib.6.cap.31.num.9.)
item ad Hoſpitalia piaq; loca, nec non Scholas
93 extendunt. *Decian.dict.cap.31.num.18.* Adeò, ut
ſicuti captura in hiſce locis eſt prohibita, ita nec
ea obſideri aut impediri poſſint, quò minus in
illis commoranti veſtes, alimenta, aliaque neceſſaria
ſubminiſtrentur. *Decian.dict.lib.6.c.27.*
94 *num.6. Iul.Clar.dict.quæſt.30.nu.21.& 28.* Quam
immunitatem tamen ad levia ſolummodò delicta
reſtringunt, in delictis verò gravibus, nempè
Hæreſis, Blaſphemiæ, læſæ Majeſtatis, Aſſaſſinij,
Homicidij doloſi, Latrocinij publici &
nocturni &c. ut & in criminibus in ipſa Eccleſiâ
commiſſis, vel propè eam, animo tamen
poſt ea perpetrata ad Eccleſiam confugiendi,
delinquentem non tutum eſſe in Eccleſiâ, ſed
eundem à judice ſeculari absque ullâ licentiâ Epiſcopi
vel Superioris impetratâ, impunè capi
poſſe ajunt; Ne ſcil. dum expectatur licentia
Epiſcopi vel Prælatorum, qui ſe aliàs tali in caſu
valdè difficiles præbere ſolent, delinquentes aufugiendo
ſeſe publicæ diſciplinæ ſubducant. *Iul.*
Clar.dict.quæſt.30.num.9.& ſeqq.Pet.Theod.in Colleg.
crim. diſput.10.theſ.5.lit. D. Didac. Covarr.2.
variar.reſolut.20. Anton.Gomez.tom.3.reſol.10.
num.1.& 2.

95 Verùm quicquid ſit de jure, de facto certè
& conſuetudine introductum eſt, ut etiam in
templo delinquentes Rei capi queant, juxta ea,
quæ tradit *Clar.dict.quæſt.30.verſ.ſcias autem*: ubi
teſtatur, quòd hodiè immunitas hæc Eccleſiaſtica
propter ingentem numerum Templorum
& frequentiam delinquentium, valdè reſtricta
ſit & immutata conſuetudo; Aliàs enim facilimè
quilibet malefactor evaderet manus juſtitiæ,
quum nulla ferè ſit via in civitatibus, in quâ
non ſit una & quandoque etiam plures Eccleſiæ,
ita ut priusquam delinquens caperetur, facilimè
poſſet ſe in aliquam earum recipere, maximè
nemine inſequente. Quod tamen eſſet contra 96
mentem eorum, qui Eccleſiis immunitatem
tribuerunt, non quidem, ut eſſent Aſyla delinquentium
& ſpeluncæ latronum, ſed ut præſtaretur
refugium miſeris, qui humanâ fragilitate
aut caſu in aliquod crimen incurriſſent. Hæc
Clar. *Foller.in pract.crim.in verb.Notatos capiat.de*
Perſona, num.6.in fin. Proſper.Farin.in prax.crimin.
lib.1.tit.4.quæſtion.28.num.78. Berber.in
viator.jur.rubr.33.de violat.immun. num.3.in
fin. Idque hodiè certiſſimum eſt, & delinquentes
nec in templo, nec in ædibus Epiſcopi ullâ imũnitatem
habent, ſed inibi capi & extrahi poſſunt.

Prout etiam reſpondimus Sigiſmundo à Glich. 97
Menſ.Auguſto.Anno 1630.

Quartò: Denique Judex in criminalibus impeditur 98
exercere jurisdictionem ſuam, ratione
fori ab alio præventi: Proceſſus namque prævenientis
facit ſilere proceſſum præventi. *l.7.ff. de*
jurisdict. Et quotiescunque duo judices ſeparatam
jurisdictionem habentes poſſunt procedere,
tunc ſemper eſt locus præventioni etiamſi
unus ſit major altero, *Tum*, ne Lis in alio judicio,
quàm ubi cepta, terminetur. *l.30.de judic.*
Tum, ne cauſæ continentia dividatur. *l.null.C.*
de jud.cap.1.de cauſ.poſſ.& propr.cap.1.de ſeq.poſſeſ.
Ideoq; ſi Reus fuit punitus in uno loco prævento, 99
domicilij, vel ubi eſt deprehenſus, tum
amplius puniri nequit ab alio judice delicti, &
vice verſâ: cùm nemo ob unum idemque delictum
duplici pœnâ ſit afficiendus. *Proſp.Farin.in*
prax.crim.lib.1.tit.1.quæſt.7.num.52. per *l.ſi quis*
poſtea ff. de judic.l.pluribus.& l.ſi is qui Stichum.ff.
de procur.l.qui prior.ff.de judic.l.ſi pluribus.ff.de legat.
1.cap.propoſuiſti de for.compet.cap.ut debitus.
ext.de appellat.cap.ſi duo de procur.cap.ſi quis juſto,
de elect.in 6to.Spec.in tit.de Reſcr.§.ratione autem
cauſæ.verſ.item quod ſublatum eſt.& verſ.item quod
impetrans. Iodoc.Damhoud.in prax.rer.crim cap.33.
num.1.& ſeqq. Ægid.Boſſ.in tit.de for.competent.
num.39.

Quod tamen fallit, ſi præventio ſit fraudulenta 100
& affectata, ſeu à Reo procurata, *Bald.in*
l.ſi ſervus plurium.§.pen.ff.de legat.1.Far.dict.quæſt.
7.num.64. aut ſi prior proceſſus fuerit illegitimus,
aut nova etiam ſupervenerint indicia,
tunc adverſus Reum alibi jam abſolutum, vel
non ſatis punitum denuò inquiſitio ab alio judice
formari poteſt. *Ægid.Boſſ.in tit.de for.competent.*
num.102.Bartol.in l.2.§.ult.num.2 ff.de cuſtod.
Reor. Vid. *Farin.dict.quæſt.7.* hæc latiſſimè tractantem.

QVÆSTIO CXI.

De Capturâ & Incarceratione Reorum delinquentium.

SUMMARIA.

1. *Captura eſt Requiſitum Inquiſitionis legitimæ.*
2. *Carcer mala manſio, & torturæ ſpecies.*
3. *Injuſta carceratio pœnam meretur.*
4. *Iudex cautè procedere debet in decernẽdâ capturâ.*
5. *Non niſi in delictis, quorum pœna eſt ultimum ſupplicium, aut corporis afflictiva, captura locum habet.n.6.7.8.9.*
10. *Niſi delinquens ſit vagabunda Perſona. n.11.*
12. *Aut ſi de pœnâ certâ irroganda non conſtet.n.13.*
14. *Abſq; indiciis præcedentibus, ad incarcerationem non procedendũ eſt.n.15.16.17.18.19.20.21.*
22. *Arbitrio Iudicis relinquendum eſt, quænam indicia habeantur ſufficientia ad capturam. nu. 23.24.*
25. *Sufficiunt tamen probabilia indicia.n.26.*
27. *Sola Partis offenſæ querela indicium non facit ad torturam.n.28.31.*
29. *Etiamſi accuſator cautionem indemnitatis præſtet.*
30. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
32. *Sicuti nec inculpatio ſocij criminis indicium facit.*
33. *Sententia Scabinorum Lipſienſium. n.34.*
35. *Fuga num faciat indicium ad torturam? n.36.*
37. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.*
38. *Ex levi aliquâ præſumptione Iudex delinquentem verbaliter citari, facere poteſt.*
39. *Omnes indifferenter perſonæ poſſunt incarcerari.*
40. *Etiam Doctores, Nobiles, Clerici &c.n.41.42.43.*
44. *Qualitas Incarcerationis probè notari debet.*
45. *Carcer non debet eſſe locus horribilis & ſubterraneus.n.46.47.48.*
49. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
50. *Iuſtâ ex cauſa Iudex duriorem vel leviorem cuſtodiam decernere poteſt.n.51.52.*
53. *In pagis delinquentes in domo Sculteti à ruſticis cuſtodiuntur.*
54. *Quàm diu Reus in carcere eſt detinendus.n.55.*
56. *Carcer perpetuus regulariter nemini poteſt imponi.n.57.*
58. *Niſi per Legem & Statutum & quatenus.n.59.*
60. *Ex aliâvè juſta & ſufficienti cauſa.*
62. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
63. *Carcer num quandoq; ſit pœna? n.64.*
65. *Plures delicti complices in diſtinctis carceribus detinendi ſunt.n.66.*
67. *Pœna judicis decernentis injuſtam incarcerationem.n.68.69.70.71.72.73.76.*
74. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.n.75.77.*
78. *Pœna incarcerationis privatæ.n.79.80.81.*
82. *Carcer privatus correctionis cauſa permittitur.*
83. *Maritus uxorem correctionis cauſa poteſt incarcerare.* (86.87.88.
84. *Pœna eximentis aliquem è carcere. num.* 85.
89. *Reſponſum Scabinorum Lipſienſium.*
90. *Quomodo puniendus ſit Reus carcerem effringens & aufugiens? n.91.92.93.94.95.96.*
97. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.n.98.*
99. *Pœna cuſtodum & carcerariorum, ſi Reus incarceratus aufugiat. n.100.101.102.103.104. 105.106.107.108.109.110.111.113.*
112. *Sententia Scabinorum Lipſienſium. n.114.115.*

1 TErtium Requiſitum Inquiſitionis legitimæ eſt Captura & Incarceratio delinquentis. Etenim quia inquiſitio ſpecialis formari non poteſt, niſi adverſus Reum præſentem, *Proſp.Farin.in prax.crim.l.1.tit.1.q.1.n.1.* Vid.ſuprà *q.*107.*n.*62. utique ne is aufugiendo præſentiam ſuam ſubtrahat, ac proceſſum inquiſitorium eluſorium reddat, cuſtodiæ tradi debet. *Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. conſtante n.1.& in l.1.ff.de quæ Proſp.Farin.in prax. crim.q.27.n.116.& ſeqq. Petr.Theod in Colleg.crim. diſp.4.th.10.lit.C.*

2 Quum verò carcer ſit mala manſio ac torturæ ſpecies, & morti comparetur propter ſqualorẽ, inediam, frigus, tenebras &c.*l.2.C.de cuſtod.Reor. l.omnes.* Ibi: *immenſorum cruciatuum.C.de pœn.l. item apud Labeonem §. quæſt. ff. de injur. c. null. dubium.3.q.1. Bald. in l. ſi Clericus n.6. C. de Epiſc. audient. Matth.Steph. ad art.11.n.3. Ord. Crim. Carol. Matt.VVeſemb.part.1.conſ.43.n.173. Hippol.de Marſil.in pract.crim.§. attingam. nu.28.& 30 Conr.in pract.tit.de carcer.nu.3.Ægid.Boſſ.in tit.de carc.n.1. Iod.Damhoud.in prax.rer.crim.c.16.n.2. Proſp.Far. dict.q.27.n.1.& 2.* ubi dicit, experientiam optimam rerũ Magiſtram quotidiè nos docere, carcerem eſſe ſepulturam vivorum, conſummationem bonorum, conſolationem inimicorum, & 3 experientiam amicorum &c. Cautè ac prudenter Judex agere debet, ne ad incarcerationem nimium feſtinet, & innocentes in carceribus indebitè detineat; Injuſta namque Captura & incarceratio non modò ultorem habet Deum, ſed & pœnam judici ſubeundam meretur. *Hippol.de Marſil.in pract.crim.§. conſtante.n.3. Conr.in pract.tit.de capt.num.2. Cyrill. in ſumm.crim. tit.de pœn.jud.mal. judic. part.3.§.2.n.1.& 7. Paris de Puteo in tract.Syndic. verb. captura.c.2.n.3. Iod.Damb. in prax.rer.crim.c.1.n.8.*

4 Quare Judex, antequam ad capturam deveniat, omnes delicti qualitates, omnesq; circumſtantias probè & accuratè perpendat, neceſſe eſt, tantoq; accuratius, quantò certius eſt, materiam capturæ eſſe quaſi arbitrariam judici, prout dicit *Iul.Clar.l.5.ſent.§.ult.q.28.n.2.v.Et certè ſi in cauſis civilibus.* Siquidem plurima circa hunc paſſum occurrere poſſunt, quæ legibus definita non ſunt, adeoq; diſcretioni & arbitrio Judicis ferè committitur, quando ad capturę decretũ ſit deveniendum, in quo præcipuè hæc quatuor attendi debent: 1. In quibus nempè delictis locus ſit capturæ & incarcerationi. 2. Quando & quibus indiciis præcedentibus, ad illam ſit deveniendum. 3. Quænam Perſonæ incarcerandæ. 4. Et qualis incarceratio eſſe debeat.

5 Primum quod attinet, in quibus ſcil. delictis locus ſit capturæ, notari velim hanc Regulam: Quòd regulariter ad Incarnationem delinquentis Judex devenire non poſſit, niſi in criminibus, pro quibus irrogatur ultimum ſupplicium, vel pœna corporis afflictiva,

Q.1. In quibusnam delictis Incarceratio Rei habeat locũ

Equi-

6 Equidem certiſſimum eſt, judicem captivare non poſſe facinoroſum, niſi prius de corpore delicti conſtet, juxta tradita ab *Anton.Gomez. tom.3.var.reſol.c.9.de captur.Reor.in pr.* At non ſufficit hoc ad Incarcerationem, nec ſemper & ubiq; in omnibus indifferenter criminibus hæc ſibi locum vendicat, *l.3.ff.de Cuſtod. Reor.l.2.C. eod.tit.* ſed in iis tandummodò criminibus, quorum pœna eſt Corporis afflictiva, vel ultimum ſupplicium, ut rectiſſimè tradit *Iul.Clar.Princeps Ictorum, qui de Criminalibus ſcripſerunt.lib.5.ſent. §.ult.q.28.n.*1.quem ſequitur *Petr.Theodor.in Colleg.crim.diſp.4.th.10.lit.B.* Etſi verò *Proſp.Farin.in prax.crim.lib.1.tit.4.quæſt.27.nu.39.* contrarium doceat, paſſim ſcilicet capturam à Judicibus decerni, non ſolum quando agitur de pœnâ corporali, ſed etiam quando imponenda venit 7 pœna pecuniaria; Attamen ab opinione *Iulij Clari* in praxi nullatenus recedendum eſſe arbitror, eò, quòd per carcerationem corpus aliquo modo affligatur, prout ſentit *Angel.in conſ.*213.quem refert *Addit.ad Angel.Aretin.de maleſic.in verb. Qui Iudex dictum caſum.nu.4.lit.E.* Sequitur ergò illam non adhibendam eſſe niſi in criminibus, pro quibus pœna corporis afflictiva irroganda eſt; ne ſcilicet medium detinendi delinquentem gravius ſit ipſâ pœnâ, quæ nō niſi Reo confeſſo vel convicto imponitur, prout in ſimili 8 tradit *Matth.Coler.part.2.deciſ.240.n.3.* Et certè abſonum eſſet, corporis cruciatus ſentire eum, qui convictus vel confeſſus non niſi mulctam pecuniariam ſolvere debet.

9 Dixi tamen, Regulariter non niſi in delictis, quorum pœna eſt corporis afflictiva ad Capturam delinquentis deveniri poſſe; Quia caſus exiſtere queunt, ubi in delictis etiam 10 levioribus Reus eſt captivandus. Adeoque Limitatur *Primò* hæc Regula: Si delinquens ſit vilis Perſona, aut vagabunda, quæ nec immobilia poſſideat, nec quicquam in bonis habeat; Quæ aliunde commigrando pœnam facilimè effugere, & judicium eluſorium reddere poſſet, quod nec præſumendum, nec metuendum in eo, qui honeſtæ aliàs conditionis eſt, aut bona poſſidet, 11 unde Judicis decreto ſatisfieri poteſt. Ac licet quis putet, Relegandum propterea in cuſtodiâ detinendum non eſſe, quia Reus aufugiendo & alibi ſe recipiēdo ipſam quaſi pœnam luit; Attamen nemini ignotum eſt à Relegandis Urphedam prȩſtandam eſſe, quæ ipſos poſtmodum revertentes ad duriorem pœnam obſtringit, ut ſic multùm intereſt, Reos ad Relegationem condemnatos præſentes haberi, ipſoſque ad Urphedæ præſtationem adigi. Quæ vel ſola cauſa ſufficiēs eſſe poterit, ut delinquens interim cuſtodiȩ tradatur, donec certa aliqua pœna ipſi irrogetur. *Quod & in judiciis ſic practicari ſæpius obſervavi.*

12 Limit: *Secundò* hæc Regula: Quando res dubia eſt, num corporis afflictiva, aut mitior aliqua pœna infligenda veniat: puta, ſi vulneratus nondum reconvaluerit, & Chirurgi de reconvaleſcentiâ dubitent, vel ſi tale ſit commiſſum delictum, cujus coërcitio arbitraria eſt, & ad pœnam corporalem extendi poteſt: Quo caſu judex captivando Reum nullatenus peccat, quin & carcere fugam Rei prævenire tenetur, ne ipſius culpa judicium & ſententia poſtmodum eludatur.

Adeoq;, licet ut plurimum pro delicto commiſſo 13 levior pœna decerni ſoleat, puta pecuniaria, Carceris, aut temporalis Relegationis; tamen cùm ad graviorem deveniri poſſit, propter aptitudinem & incertum eventum incarceratio ſibi locum vendicabit, ſecundùm ea quæ in ſimili tradit *Bald.in l.eos.§.ſuper his nu.2.C.de appellat. Andr.Rauchb.part.1.q.7.n.37.*

SECUNDÒ: Non ſufficit ad incarcerationem 14 tale crimen commiſſum fuiſſe, pro quo ultimum ſupplicium vel alia pœna corporis afflictiva irroganda venit, ſed & noſſe oportet, quando & ex quibus indiciis prȩcedentibus ad capturam deveniri queat. De quo ſanè unanimiter, non ſentiunt *Dd.* ut videre eſt apud *Proſper.Farin.* diverſas hâc de re opiniones referentem, *in prax.crim.lib.*1.*q.*27.*n.*112.*& multis ſeqq.*

Inprimis verò ſtatuunt communiter *Dd.* quòd 15 captura non poſſit per judicem decerni, niſi legitimis præcedentibus indiciis. *Novell.in pract. crim.*§.1.*n.*23. *Hippol.de Marſil.in pract.crim.*§.*conſtante,n.*1. *& in lib.*1.*de quæſt. Conrad.in pract.tit.de captura.n.*2. *Angel.Aretin.de maleſic. verb. Quod fama publica.n.*4 *Roland.à Vall.volum.*3.*conſil.*17.*n.*2. Quin nec in criminibus atrociſſimis, utputa 16 crimine læſæ Majeſtatis, de jure aliquem capi poſſe, niſi legitima præceſſerint indicia, tradit poſt *Gloſſ.in l.ſi quis alicui.C.ad Leg.Iul.Majeſt.Hippol.de Marſil.dict.*§.*conſtante.nu.*2. *Conrad.in pract. dict.loco.Roland.dict.conſil.*17.*n.*3. Eamq; opinionem non modò communem, ſed etiam æquiorem eſſe dicit *Proſp.Farin.dict.quæſt.*27.*nu.*116. allegans *Neviz.in Sylv.Nupt.l.*5.*in* 4. *limitat.nu.*68. *Cephal.lib.*1.*conſil.*93.*nu.*6.*& lib.*2.*conſil.*166.*n.*17. *&* 18. A quibus tamen diſſentiunt alij, ſtatuentes in criminibus quandocunque judicem poſſe incipere à Capturâ, etiam nullis præcedentibus indiciis. *Bald.in l.& ſi certus.ff.ad Syllan.Ægid.Boſſ. in prax.crim.tit.de Captur.n.*2.*in fin.Bartol.in l.Sacrilegij* §.*Labeo.n.*2.*ff.ad Leg.Iul.peculat.Paul.de Caſtro.lib.*2.*conſ.*328.*num.*1. ubi teſtatur de generali conſuetudine.*Foller.in pract.crim.in rubr.Notatos. cap.de Perſona.n.*1.*verſ.Et primò ſcias.*

Sed neutra opinio placet *Iul.Clar.in pract.*§. 17 *ult.q.*28.*n.*2. Non illa; quia ſi capturam neceſſariò præcedere debeant legitima indicia, poterit Reus de facili fugam arripere, & Judicem eludere. Neque hæc; quum ſi porrectâ accuſatione, ſtatim abſque aliâ informatione Judex deberet capi facere Reum accuſatum, in facultate eſſet cujuſcunq; vilis perſonæ, carcerari facere quemlibet probum & inſignem virum.

Ab utrâque itaq; opinione diſſentit *Iul.Clar.* 18 *dict.loc.* intermediam ambulans viam, & aſſerens, Judicem habitâ aliquali informatione, poſſe devenire ad capturam Rei: Hancque ſententiam communem dicit *Blanc.de Indic.num.*6. Quam & cauti Judices obſervant, ſecundum *Angel. Aretin. de Malef. in verb. Iudex commiſit quod Cajus.num.*4. Etſi verò hanc *Iulij Clari* ſententiam veriſſimam eſſe exiſtimem; attamen in

„ Imperió Romano-Germanico, ac inprimis in
„ foro Saxonico eam non aliter recipiendam velim,
„ quàm ſi per informationem intelligatur
„ probabilis & ſufficiens conjectura, quæ adverſus
„ incarcerandum militat. *Petr.Theodor. in Colleg.crimin.diſputat.4.theſ.10.in pr. Matth.Steph.in not.ad artic.*11.*num.*1.*&* 3.*Ordin.Crimin.* Cui & prior opinio arridere videtur, quando ſcribit, ſtandum eſſe Imperatori & Statibus Imperij, qui pravam & iniquam conſuetudinem contrariam omninò abrogant, atque volunt, diffamationem vel indicia juſta & legitima incarcerationem præcedere debere. Quod procedit, etiamſi de crimine excepto & atrociſſimo, talivè agatur, cujus nulla remanent veſtigia. *Fichard. lib.2.conſil.*108.*Rol.à Vall.conſil.*17.*num.*3. Adeò, ut non præcedentibus diffamatione vel Indiciis, facta carceratio ob ordinem à Jure præſcriptum non ſervatum, nulla omninò reddatur, & carceratus ante omnia ſine ullâ impensâ relaxari debeat. *Rol.à Vall.dict.loco.Matth.Stephan.dict. num.*3.

20 Tantumque abeſt, aſſertionem hanc *Matth. Steph.* fundamento deſtitui, ut ea potius expreſsè probetur *articul.* 11. *Ordin. Crimin. Carol. in pr.* Ibi: So der Kläger die Obrigkeit oder Richter anrůffet / jemand zu ſtrengen peinlichen Rechten zu Gefängnuß zu legen / ſo ſoll derſelbige Ankläger die Vbelthat / vnnd deroſelben redlichen Argwohn vnd Verdacht / die peinliche Straffe vff jhn tragen / zuförderſt anſagen / *&c.* Et *in artic.*6. In verb. initial. So jemand einer Vbelthat durch gemeinen Leumuth berüchtiget / oder andere glaubwürdige Anzeigung / Verdacht vnd Argwöhnig / vnnd derhalb durch die Obrigkeit von Amptshalben angenommen wůrde / *&c.* Idemque ferè clarioribus verbis exprimitur *in artic.*218.*Ordin.Crim.Carol.* In verb. *It.* Daß durch die Obrigkeit etwan leichtlichen auch erbare Perſonen ohne vorgehende Berůchtigung / böſen Leumuth / vñ andere genugſame Anzeigung / angegriffen vnd in Gefängnuß bracht werden / vnnd in ſolchem Angriff etwan durch die Obrigkeit geſchwindlich vnd vnbedächtig gehandelt / dadurch der Angegriffene an ſeinen Ehren Nachtheil erleidet.

21 Quæ omnia luculenter probant, ad capturam delinquentis haudquaquam eſſe deveniendum, niſi indicia juſta ac ſufficientia criminis ab ipſo perpetrati præceſſerint: In quam ſententiam quoque inclinat *Petr. Theodor. in Colleg.crimin.diſp.4.theſ.*10. Et huc facit *Ord.Pol. Elect.Saxon.de Anno* 1612.*tit.* Von Juſtitien-Sachen *num.*5. In verb. Vnd wenn darauff redliche Anzeigen vnnd Vermuthungen wider den Beſchuldigten vorhanden / ſolches alles in Articul verfaſſet / *&c.* Ubi Inquiſitio, cujus haud minima pars eſt ipſa captura & incarceratio, non permittitur, niſi præcedentibus indiciis ſufficientibus. Quare & hæc ad juſtam & legitimam incarcerationem neceſſariò requiri, rectiſſimè quis dixerit.

22 Quâ ſententia ceu veriori in foro Saxonico ita receptâ, haud immeritò quæritur: *Quænam indicia ad Capturam & Incarcerationem ſint ſufficientia?* Breviter Reſpondeo hoc judicantis arbitrio relinquendum eſſe, adeoque Regulam formo univerſalem: Quòd delinquens non ſit incarcerandus, niſi indicia criminis ab eo perpetrati pręceſſerint, quæ Judex pro arbitrio ſufficientia exiſtimaverit.

Q.2. Quanam Indicia ad Incarcerationem ſint ſufficientia?

23 Quia enim tota materia indiciorum, ſicuti & capturæ Judici eſt arbitria, *Iul.Clar.dict.quæſtion.*28.*num.*1.*verſ.Et quia tota materia. Et verſ. Et ſic vides, quod hæc materia &c. Proſper.Farin.dict. quæſt.*27.*num.*126. meritò & ipſius arbitrio committendum eſt, quænam indicia ad capturam ſufficiant, vel non ſufficiant. Veluti etiam communiter ſentiunt Dd. *Matth. Steph. ad art.*6.*Ordin.Crimin.num.*5.*verſ.cæterùm capi poteſt Reus.Iul. Clar. dict.quæſt.*28.*num.*2.*Iodoc.Damhoud. in prax. rer.crim.cap.*9.*&* 10.*Blanch.in pract.crim.§.pro cognitione itaq; hujus partis.num.*26.*Proſp.Farin.dict. quæſt.*27.*n.*126.*Par.de Puteo in tract.Synd.verb.Captura.c.*1.*n.*12. Quod & menti *ICti Vlp.* convenit, qui ſic loquitur: *De Cuſtodia Reorum Proconſul æſtimare ſolet, utrum in carcerem recipienda ſit perſona, an militi tradenda, vel fidejuſſoribus committenda, vel etiam ſibi. Hoc autem, vel pro criminis quod objicitur, qualitate, vel propter honorem, aut propter ampliſſimas facultates, vel pro innocentiâ perſonæ, vel pro dignitate ejus qui accuſatur, facere ſolet. in l.*1.*ff. de Cuſtod.& Exhib.Reor.*

24 Eoque reſpiciunt verba *art.*18.*Ord.Crim. Carol.* In dieſer Vnſer / vnd deß H. Reichs Peinlichen Gerichts-Ordnung (als vor vnd nachgeſetzet) iſt gemeinen Rechten nach / Annehmens vnd gefänglich haltens / auch peinlicher Frag halb / derjenigen / ſo fůr Miſſethäter verdacht oder verklaget worden / vnd deß nicht geſtändig ſeyn / vff redliche Anzeigung / Warzeichen / Argwohn vnd Verdacht der Mißhandelung geſetzt / dieſelben Sach oder Wahrzeichen / ſo ein redlich genugſam Anzeigen / Argwohn oder Verdacht geben / ſeyn nicht můglich alle zu beſchreiben. Quæ luculenter probant, indicia tàm ad capturam & incarceratione͂, quàm ad torturam ſufficientia, propter tantam perſonarum rerumq; varietatem, certis legibus definiri non poſſe, ſed prudenti ac legali judicis arbitrio committenda eſſe.

25 Ubi notandum eſt *Primò*: Quòd ad incarcerationem ſufficiant probabilia indicia, quæ colorem aliquem veritatis habent, licet ſint leviora, quàm ut ex iiſdem ad torturam deveniri queat: prout de indiciis ad inquirendum tradunt *Erneſt.Cothm.vol.*3.*reſp.*30.*n.*108.*Iac.Menoch. de præſumpt.lib.*1.*quæſt.*88.*nu.*8. & dixi *ſuprà quæſt.* 105.*n.*50. Quia enim inquiſitio ſpecialis ut plurimum incipit à capturâ & incarceratione, probabiliter dici poteſt, indicia ad inquirendum legitima, ad capturam quoque ſufficientia eſſe; Ut ſunt inimicitia, diffamatio &c. de quibus Judex, habitâ Inquiſitione generali ſive ſummariâ, ſatis informari poteſt.

26 Quæ tamen cum micâ ſalis accipi velim, habitâ ſemper ratione tàm ipſius delicti, quàm ſortis & conditionis perſonæ delinquentis. Aliter enim procedendum eſt contra Nobilem

atque divitem, qui non præſumuntur velle aufugere, quàm contra pauperem & vilem perſonam; Et ideò fortiora indicia haberi debent ad carcerandam perſonam Nobilem & inſignem, quàm pauperem. Præterea aliter procedendum eſt in delictis occultis, quàm in publicis, & ſic minora indicia ſufficient ad decernendam capturam, quando agitur de crimine occulto, quàm de publico, quæ omnia, aliaque ſimilia diſcretus Judex conſiderare debet. *Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 28. n. 2. Proſper. Farin. dict. quæſt. 27. n. 126.*

Q. 3. Num ad ſolam partis offenſa querelam Reus incarcerari poſſit?

27 *Secundò* ſciendum, quòd ad ſolam partis querelam nunquam debeat decerni captura contra querelatum, ſed oporteret Judicem ſummatim inveſtigare, an vera ſint ea, quæ delata fuerunt, & an factum ita ſe habeat, prout in accuſatione & querela dictum eſt, & an crimen ſit commiſſum ab accuſato, vel ſaltem ſit ſuſpicio; ſolent enim ut plurimum offenſores recurrere ad judicem, maximè quando ſunt potentes, & querelare offenſos, eosque in carceres detrudi petere, & ſic judicium eludunt; Unde judices illis aures præſtando non abſque ignominiâ ſunt poſtea in ore vulgi. *Foller. in pract. crim. in verb. ſtudeat ſe ornare. num. 58. Proſper. Farin. in prax. crim. lib. 1. tit. 4. q. 27. n. 122.*

28 Quin & pœnâ dignos eſſe judices illos iniquos & imperitos, qui ſtatim ad nudam delationem alicujus, perſonas delatas ex nudâ ſuſpicione ſine legitimis præcedentibus indiciis capiunt, & in carceres ſqualidos conjiciunt, tradit *Matth. Steph. ad artic.* 11. *num.* 3. *Ord. Crimin. Carol.* eò, quòd Carcer patienti magnum ſit ſæpè ſupplicium, quia eſt mala manſio, *l. ſi hominem. in pr. ff. depoſit.* & morti comparatur propter ſqualorem, inediam, frigus, ac tenebras &c. *l. 2. circa fin. C. de Cuſtod. Reor. Boſſ. in tract. Criminal. tit. de Carcer. Matth. VVeſembec. part. 1. conſ. 43. num. 173.*

29 Quod & verum eſſe, puto, etiamſi accuſator vel querelans cautionem indemnitatis præſtare velit; Quâ non obſtante, poſtmodum judex ab injuſtè incarcerato injuriarum conveniri poteſt: quia per ejusmodi capturam, magna infertur ignominia capto cum gravi & irretractabili præjudicio. *Bald. in l. per diverſas. C. mandati. Proſp. Farin. dict. quæſt. 27. n. 135.*

30 *Veluti ita pronunciavimus M. N. in* Roßberg. Seyd jhr wegen beſchuldigten Diebſtals von den Gerichten deß Orths zur Vngebühr in Hafft genommen/vnd zu Gefängnuß bracht worden; Wenn nun gleich bemeldte Gerichte ſolches vff erſuchen vnd Anklagen ewres Nachbarn gethan/ welcher jhnen den Gerichten *Caution*, ſie Schadloß zu halten/ beſtellen müſſen/ da jhr aber dennoch weder wegen der Flucht/noch ſonſten einigerley Weiſe/ deß bezüchtigten Diebſtals verdächtig geweſen wäret/ *&c.* So wäret jhr die Gerichte *actione injuriarum* gebührlichen zubelangen wol befugt/ V.R.W. *Menſ. Nov. Anno 1630.*

31 Notabiliter tamen hoc fallit, ſi alia quædam conjectura, aliudvè indicium vel ſuſpicio de fugâ concurrat: Tùm enim judex ad querelam partis, præſtitâ tamen ſibi cautione de reficiendo damno, expenſis, & intereſſe, tutò accuſatum captivare poterit, prout tradit *Farin. dict. quæſt. 27. nu. 121.* Præſertim ſi accuſatus ſit homo vilis conditionis, & non multæ dignitatis, in quem facilimè ſuſpicio fugæ cadere poteſt. At non præſtitâ cautione, Reoq; non exiſtente ſuſpecto de fugâ, capturas concedere ex ſolâ partis querelâ & periculoſum eſt, & contra omnem juris æquitatem. *Farin. dict. quæſt. 27. n. 128.*

Q. 4. Num inculpatio ſocij criminis ſufficiens ſit indicium ad Incarcerationem?

32 *Tertiò* teneat & hoc Judex; quòd ad nudam ſocij criminis inculpationem nemo ſit incarcerandus, niſi aliæ præſumptiones ac ſuſpiciones accedant. Nuda ſiquidem inculpatio ſocij criminis abſque omni aliâ præſumptione, nec ad procedendum, nec ad inquirendum indicium facit, ſive ſpontè depoſuerit, ſive ad interrogationem judicis reſponderit. *Ant. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. c. 12. n. 16. Erneſt. Cothm. vol. 3. reſp. 30. n. 133. Hippol. de Marſil. pract. crim. §. conſtanter. n. 93. & §. diligenter. n. 67.* Vid. *ſuprà q. 108. n. 57.* Quare nec captura ad inculpationem nudam obtinebit, ut quæ haud minima pars eſt ſpecialis inquiſitionis, & exiſtimationem viri honeſti multum aggravat. *Bald. in l. per diverſas. C. mandat.*

33 *Hocque in Praxi quotidiè ſic obſervatur, uti patet ex Reſponſo Dnn. Scabinorum:* Dieweil aber dennoch vff eines Vbelthäters bloſſe Bezüchtigung/wider einen ehrlichen Mann mit der *Captur* nicht zuverfahren/ *&c.* So werdet jhr auch auff freyen Fuß hinwiederumb billich geſtellet/ *&c. dato* Peter Roſien in Borna. *Menſ. Auguſt 1628.*

34 *It.* So mag auch noch zur Zeit vff bloſſe *inculpation* wider jhn nichts fürgenommen werden / ſondern er wird nunmehr der gefänglichen Hafft vff einen gewohnlichen geleiſteten Vrpheden hinwiederumb billich entlediget; Es wäre denn/ daß mehr *indicia* wider jhn vffgebracht werden möchten / inſonderheit/ daß er geſtohlene Sachen wiſſentlich von den Dieben angenommen / ſie geherberget / vnnd wol gar von dem Diebſtal mit *participiret* hätte / vff ſolchem Fall würde er in gefänglicher Hafft nochmals enthalten/ vnnd gebührlichen wider jhn *inquiriret*, V.R.W. *Henrico à* Bühnaw / in Weſenſtein / *Menſ. Novemb. Anno 1636.*

Iohanni à Diskaw. *Menſ. Novemb. An.* 1630 *Quæſtori VVeidenſi:* Ob wol der in den Mäuſebachiſchen Gerichten gerechtfertigte Dieb *H. VV.* vor ſeinem Tode vff beyde *Inquiſiten* bekandt/vnd daß ſie jhm zu ſeinem Diebſtal geholffen / außgeſagt / dieweil aber dennoch *Inquiſiti* deſſen gantz nicht geſtändig / ſich auch kein ferner vnnd kräfftiger Verdacht ſolches Diebſtals halben wider ſie ereignet/ *&c.* So mag auch auff deß gerechtfertigten Diebes bloſſe *inculpation* wider *Inquiſiten* nichts fürgenommen werden/ ſondern ſie werden alle beyde der gefänglichen Hafft vff geleiſtetē Vrpheden billich entlediget/ V.R.W. *Menſ. Iulio, Anno 1632.*

Q. 5. Fuga an faciat indicium ad capturam?

35 *Quartò*: Inter alia indicia ad capturam ſufficientia, connumerari vulgò ſolet fuga delinquentis, & fugitivum jure incarcerari ajunt. Quod veriſſimum puto, ſive in fuga delinquens deprehendatur, ſive de fugâ ſolummodò ſuſpectus ſit. *Proſp. Farin. dict. q. 27. n. 131.* Nam & fuga indicium quandoq; facit ad torturam. Roßbach *in proceſſ. crim. tit. 5. c. 9. n. 5. & 6. Claud. de Battand. in pract. crim. Reg. 32. Petr. Theodor. in Coll. crim. diſp. 9. th. 9. lit. H.* Quantò magis ergò præſumptio ſufficiens inde colligenda erit ad capturam ſeu incarcerationem.

Quin & uſitatiſſimum eſt hodiè, ut officiales à magiſtratu ablegentur ad capiendum delinquenlinquentem, ubicunque locorum ipſum deprehendant, permiſſu tamen & autoritate judicis territorii iſtius, in quo deprehenditur. In quem finem literæ incarcerationis patentes, **offene Steckbrieffe**/ ipſis traduntur, quibus & permiſſio, & auxilium Magiſtratus cujusque loci deſuper imploratur.

37 *Quem morem in pronunciando ſæpiſſimè approbârunt Scabini, in hunc modum reſpondẽtes:* **So wird dem Flüchtigen durch Steckbrieffe/ vnnd ſonſten mit allem fleiß nachgetrachtet / damit er zu gefänglicher Hafft bracht werde/ vnd wann er erlanget/ wird jhm ſeine Verbrechung Articulsweiſe vorgehalten/ vnnd mit dem in dieſen Landen üblichen** *Inquiſition proceſs* **wider jhn verfahren/** *&c.*

38 *Quintò:* Quamvis ex indiciis inſufficientibus, quamvis etiam querelam partis offenſæ & inculpationem ſociis criminis eſſe, dixi, Reus incarcerari non debeat, licet tamen judici ex levibus ejusmodi præſumptionibus, per miniſtrum Judicij ſive officialem verbaliter Reum, præſertim ſi vilis ſit perſona, citare ac de crimine interrogare, utrum id ab ipſo commiſſum ſit, ejusque reſponſionem & exceptionem diligenter adnotare: Unde ſæpiſſimè fit, ut Reus vel non comparendo, vel variando aut titubando in reſponſione ſe ſe magis ſuſpectum reddat, fortioraq; indicia præbeat, ex quibus poſtmodum ad incarcerationem tutò pervenire poteſt. Hocque ſæpius à Magiſtratibus prudenter practicatum ſcio, quod pro informatione Judicis inquirentis probè notandum eſt.

39 Tertiò: Circa capturam conſiderandum quoque eſt, quænam perſonæ incarcerari queant, ubi notanda venit hæc Regula: Quod omnes indifferenter Rei ob commiſſum delictum cuſtodiæ tradi debeant.

Q. 6. Quænam perſona incarcerari queant?

40 Scio equidem, communiter excipi mulieres honeſtas, Clericos, Doctores, Nobiles, aliasque perſonas Illuſtres, quas ab incarceratione exemptas eſſe vulgò tradunt, modò crimen commiſſum enormiſſimum non ſit, per *Auth. hodiè novo jure. C. de Cuſtod. Reorum. l. 1. & Auth. ſeq. C. de offic. diverſ. judic. c. fam. extr. de ſentent. excom. Paul. Chirland. in tract. de relax. tit. fidejuſſ. Reor. num. 2. verſ. Mulier autem honeſta. Angel. Aretin. de malefic. verb. pro quibus & quolibet eorum. num. 10. Foller. in pract. crim. verb. notatos capiat de perſona num. 18. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 1. quæſt. 88. num. 19. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 28. num. 3. & ſeqq. Hartm. Hartm. lib. 2. obſervat. Miſcell. cap. 1. obſerv. 4. nu. 6. Matth. Berlich. part. 2. concluſ. 28. n. 36. Matth. Coler. de Proceſſ. Executiv. part. 2. cap. 3. num. 153. & ſeqq. Proſp. Farin. in prax. lib. 1. tit. 4. quæſt. 27. n. 42. & ſeqq.* ubi plures allegat.

41 Verùm, præterquam quòd hæc doctrina *Dd.* à plerisque ad debita civilia, criminaque leviora reſtringatur, variisque modis limitetur & ſublimitetur, ut videre eſt apud *Proſper. Farin. dict. loco.* uſu & conſuetudine ſanè contrarium obtinuit, & quævis indifferenter perſonæ incarcerari poſſunt, prout teſtatur *Iul. Clar. dict. quæſtion. 28. num. 3. Proſper. Farin. dict. quæſt. 27. num. 52. Nicol. Boër. deciſ. 340. num. 5. Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſput. 4. th. 10. lit. D.* Et certè, quia finis incarcerationis principalis hic eſt, ne Reus aufugiat, ſed delicta puniantur, non video quâ ratione Mulieres, Doctores, Nobiles, aliæve perſonæ à carceratione exemptæ eſſe queant, niſi quis dixerit, circa punitionem criminis reſpectum harum perſonarum habendum eſſe, ac in iis crimina faciliùs impunita relinqui poſſe, quod tamen contra Reipublicæ ſalutem tenderet, quæ facinoroſis ſupplicium irrogari jubet. *l. 51. §. 2. ff. ad Leg. Aquil.*

Duo tamen hîc obſervari volo, quæ judicis arbitrium haud parum inſtruere poſſunt. 42 *Primò:* Ut Nobiles, Doctores, Clerici, aliæque perſonæ honeſtæ, & in dignitate quâdam conſtitutæ non ponantur vel cuſtodiantur in carceribus ſubterraneis, ſed in palatio vel Camerâ quâdam, alioque loco editiore, ſub cuſtodiâ militum vel commentarienſium, quos eorum lateri adjungit Judex, aſſerventur. *Luc. de Penna in l. mulieres. 13. num. 5. verſu octavo, & in l. quoties. 17. num. 2 C. de dignitat. lib. 12. Matth. Coler. de Proceſſ. Execut. part. 2. cap. 3. num. 177.* Quod maximè verum eſt in iis, qui nondum fuerunt convicti. *Bald. in l. num. 3. C. de exhib. Reis. Tiraquell. in tract. de Nobilit. c. 20. num. 30. & 31. & de pœn. temp. cauſ. 31. num. 10. & 11.* Generale ſiquidem illud eſt, quod in materiâ carcerũ multum deferatur Nobilitati. *Angel. in l. qui in carcerem. 22. n. 2. ff. quod met. cauſ.*

Secundò: Rationem quoque habeat Judex 43 criminis commiſſi, circa capturam & incarcerationem perſonæ Nobilis, & in dignitate conſtitutæ, ita licet perpetrato delicto atrociori vel atrociſſimo, ejusmodi perſona in crimine notorio deprehenſa in carcere rectiſſimè detineatur: cum ij, qui adverſus juris præcepta deliquerunt, nullo juris beneficio ſe tueri queant. *l. auxilium. 37. in fin. ff. de minor. l. ult. §. ſi verò poſtquam. C. de jur. deliber. l. 1. §. hæc autem. ff. ſi famil. furt. feciſſe dicat.* Attamen ob crimen aliquod levius, eam non facilè incarcerari faciat Judex, præſertim ſi convicta non ſit. Quin & præſumptionibus validis exiſtentibus, illam cuſtodiæ potius miniſtrorum aut militum tradat, in quo arbitrium judicis nunquam puto excludendum eſſe, juxta tradita *Bald. in l. 2. in fin. C. de exhib. Reis. Nicol. Boër. deciſ. 216. num. 3. Anton. Gomez. tom. 3. var. reſolut. cap. 9. nu. 6. Foller. in pract. crim. verb. notatos capiat. n. 27.*

Quartò: Attendi quoque debet Qualitas 44 incarcerationis, ubi hanc Regulam conſtituo: Delinquens in carcere tolerabili, usque ad ſententiam, ejusque executionem cuſtodiri debet.

Q. 7. Qualis carcer eſſe debeat?

Quæ Regula tria potiſſimum innuit. Primum 45 eſt, ut carcer, in quo delinquens captivus detinetur, ſit locus tolerabilis. Ignotæ ſanè non ſunt querelæ de carcere, qui ut plurimum in Germania perhibetur eſſe locus ſubterraneus, horribilis & immundus. *Bartol. in tract. de Carcer. cap. 1. n. 2. Ægid. poſſ. in prax. crim. tit. de carcer. nu. 4. Proſp. Farin. dict. quæſt. 27. n. 2. & 3. Ventur. de Valent. in Parth. litigioſ. lib. 1. cap. 14. n. 26.* Undè ſæpiùs fit, quòd incarcerati tædio carceris &

inſtinctu Diaboli, ſibi ipſis vitam adimant. *Auct. diſcurſ.* **Vom Juſtitienwerck.** *pag.*58. aut à ſerpentibus lædantur, uti miſerabilem hiſtoriam refert *Auct. diſcurſ.* **Vom Juſtitienwerck.** *pag.66.* de puella quadam à ſerpentibus in carcere perempta propè Weiſſenburgum; Et ſic damnum irrecuperabile per carcerem inferatur, quod revocari non poteſt. *Bald. in l. un. C. de in integr. reſtit. Rutg. Ruland. de commiſſ. part.2. lib.*4. *cap.*1. *num.*1.

46 Sed valde peccant judices, qui Reos miſerabiles & pauperes in ſubterraneos ac horribiles carceres & caveas detrudunt, in quibus humiditate & frigore confecti, infirmitates attingunt, ac vitæ periculum ſubeunt. Talis ſiquidem de jure debet eſſe carcer, ut in eo vivere, aereque ac lumine captivus frui poſſit. *Proſper. Farinac. dict. quæſt.*27. *num.* 96. *Bonifac. de Vitalin. in tit. de carc. privat. num.* 2. *verſ. Nec debet includi. Marſil. de bannit. in verb. carcerati. num.*45. *Foller. in pract. crim. in* 1. *part.* 2. *part. princip. verb. Vel carcerentur, num.*2. *Iodoc. Dambouder. in prax. rer. crim. cap.*7. *num.*9. *Matth. Stephan. ad art.*11. *num.*6. *Ordin. Crim. Carolin. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib.*2. *caſ.*305. *num.*2.

47 Quâ de re ſanctio extat Imper. Conſtantini *in l.*1. *C. de Cuſtod. Reor.* ubi ita reſcribit: *Nec verò ſedis intimæ tenebras pati debebit incluſus, ſed uſurpata luce vegetari, ac ſublevari: Et ubi mox geminaverit cuſtodiam, in veſtibulis carcerum & ſalubribus locis recipi, ac revertente iterum die, ad primum Solis ortum illico ad publicum lumen educi, ne pœnis carceris perimatur: quod innocentibus miſerum, noxiis non ſatis ſeverum eſſe dignoſcitur.*

48 Cum quo convenit Imper. Carol. V. *in Ordin. Crimin. art.*11. In verb. **Vnd iſt darbey zu mercken/daß die Gefängnuß zu Behaltung/vnd nicht zu ſchwerer gefährlicher Peinigung der Gefangenen ſollen gemacht vnd zugericht ſeyn.** Idemque diſpoſuit Illuſtriſſimus Elector Saxon. D. Auguſtus feliciſſimæ memoriæ *in Conſtit.* 22. *part.*2. *verſ.* **Es ſoll aber das Gefängnuß/darein er gelegt/ziemlichen vnd leidlich ſeyn/vnd er dermaſſen darinnen enthalten werden/damit jhme dadurch am Leben oder Leibe/keine ſonderliche vnd hohe Beſchwerunge zugefüget werde/ꝛc.** Unde manifeſtiſſimè patet, carcerem adeò tolerabilem eſſe debere, ne quid inde vel vitæ, vel corporis detrimentum incarcerato ſit metuendum, *Auct. Conſult. Conſtit. Saxon. part.*4. *quæſt.*37. *verſ.* **Do aber in vnſern.**

49 *Et ita reſpondimus G.H.* **zu Leipzig: So wird der Verbrecher in einem ſolchen Gefängnuß verwahrlichen gehalten/ darinnen er nicht deß Tageliechts beraubet/noch an ſeiner Geſundheit/wegen Kälte oder anderer groſſer Beſchwerung/Schaden leidē möge/ V.R.W.** *Menſe Novembr. Anno* 1627.

50 Hocque regulariter verum eſt; Attamen eò non extendendum, ut ex circumſtantiis & qualitatibus concurrentibus, Judex aut duriorem aut tolerabiliorem cuſtodiam decernere prohibeatur: Nam qualitas cuſtodiæ in Judicis arbitrio eſt conſtituta. *Bald. in l.*2. *in fin. C. de exhib. Reis. Boër. deciſ.*216. *nu.*3. *Anton. Gomez. variar. reſolut. tom.*3. *cap.*9. *Proſp. Farin. in prax. crim. lib.*1. *tit.*4. *quæſt.*27. *num.*99. *Iacob. Menoch. de arbitr. Iudic. quæſt. lib.*2. *caſ.*305. *n.*1. & 6. *Foller. in pract. crim. in* 1. *part.* 2. *part. princ. verb. Notatos capiat. num.*27. *verſ. Item carcer durus vel largus.*

51 Hinc 1. ob delicti gravitatem & atrocitatem delinquens, quando eſt perſona vilis, & de effractione & fugâ ſuſpectus, in duriorem carcerem vel turrim detrudi, ac inſuper appoſitis ferramentis vel compedibus cuſtodiri poteſt. *Nicol. Boër. dict. deciſ.*216. *num.*3. *Foller. in pract. crimin. verb. vel carcerentur. num.*4. *Farin. dict. quæſt.* 27. *num.*100. Debent autem vincula & ferramenta adhiberi ſecundum qualitatem delicti & perſonæ. *Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſtion. caſ.* 301. *num.*6.

52 2. E contra verò, ob qualitatem criminis levioris & ſortis ac conditionis honeſtioris inquiſiti, incarceratio remitti, Reusque in palatio aut Camerâ cuſtodiæ officialium vel militum tradi poteſt. *Iul. Clar. lib.*5. *ſentent. §. ult. quæſt.* 28. *num.*3. *Matth. Coler. de proceſſ. execut. part.*2. *cap.*3. *n.*177.

53 Quin & in pagis quandoque, ob defectum carceris benè muniti, in domo Sculteti aliove loco, Rei etiam atrocioris delicti, vinculis & ferramentis ligati à ruſticis cuſtodiuntur, id quod notiſſimum eſt.

54 SECUNDÒ benè notanda ſunt in Regula antea poſita verba hæc: (*Vsque ad ſententiam ejusque executionem.*) Quibus probatur, Reum delinquentem non perpetuò in carcere detinendum eſſe, ſed donec usque ſententia publicetur, isque vel ad pœnam condemnetur, vel abſolvatur: Cuſtodiæ namque cauſa delinquens incarcerari ſolet, ne aufugiat, & judicium eludat. Quare ſi condemnatio vel abſolutio facta fuerit, meritò cuſtodia ceſſabit, & ſententia executioni erit mandanda.

55 Et tum Judex ne officio ſuo deſit, diligenter ſtudebit, quò ſententia maturetur, ejusque executio haudquaquā differatur, ne forſan miſerabilis delinquens mortis ſupplicium, aliamve pœnam corporis afflictivam metuens, diutius mente triſtiſſima maceretur, longiorisq; carceris cruciatus ſentiat, aut ſi innocens fuerit, ultra meritum detineatur.

56 Hinc & quæſtio illa decidenda: *Vtrum Iudex pœnam carceris perpetui imponere poſſit, ut in illo animam agat Reus?* Quod licet apud multas gentes in more poſitum fuerit, hodiè tamen de jure, perpetui carceris pœnam indici non poſſe, docet *Bald. in l. credibile. C. de pœn. & in l. Reos. C. de accuſat. Angel. in l. ſi à milite. §. edictum. ff. de militar. teſtam. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib.*1. *quæſt.*89. *n.*3. & 4. *ubi plures hujus ſententiæ defenſores allegat.*

Q. An judex pœnam carceris perpetui imponere poſſit?

57 Ejusque fundamentum ponit hoc: Quòd ſcilicet Carcer perpetuus ſit pœna capitalis, *Bart. in l.* 2. *num.* 9 *ff. de publ. judic. Bald. in dict. l. incredibile.* qualem pœnam judex pro arbitrio ſuo indicere non debet. Hæcque ſententia non obſcurè probatur *per dict. l. incredibile. C. de pœn. l. mandatis. l. at damnum. §. ſolent. ff. eodem tit.* Accedit, quòd carcer perpetuus ſit ſervitus,

quæ homini libero imponi nequit. *l. Titio centum. §. 2. ff. de condit. & demonſtr. l. 2. ff. de lib. hom. exhib. Gloſſ. & Dd. in l. antiquitas. C. de Vſufr. Iacob. Menoch. dict. quæſt. 89. n. 4.*

58 Hoc tamen dupliciter fallit: 1. Si lege vel Statuto alicujus loci, pœna carceris perpetui pro crimine quopiam imponatur. Qualia Statuta rara non ſunt, quibus ex gratia quaſi & in favorem certarum quarundam perſonarum, mortis ſupplicium in pœnam carceris perpetui commutatur. Quo Statuto extante, judicem tutò pœnam hanc carceris perpetui imponere poſſe, nullus dubito: Nam & de jure Canonico, Carceris perpetui pœna non improbatur. *cap. novimus. de ſentent. excomm. cap. antiqua. de hæret. cap. quamvis. de pœn. in 6to.* Quò & faciunt verba *artic.* 101. *Ordin. Crimin. Carol. in pr.* **Wie Straff an Leib oder Gliedern / die nicht zum Todt oder ewiger Gefängnuß ſind / ꝛc. erkandt mögen werden.** Et *in Conſtit. Elect.* 8. inter conſtitutiones publicè non promulgatas, *ſub rubr.* **Straffe der Fiſchdiebe /** *verſ.* **Wann aber.** *In verb.* **Dieſelbe ſollen mit der Straffe deß ewigen Gefängnuß beleget werden / ꝛc.**

59 Modò ſtatutum nil diſponat de criminibus, pro quibus jus Divinum mortis ſupplicium præciſè irrogat; ut in homicidio: Quale Statutum ceu contra jus Divinum nullius eſt momenti, nec judicem obligare poteſt. Proin, licet forſan Statutum reperiatur, ut Nobilis homicida ad carceres perpetuos condemnetur; iſtud tamen obligatorium non erit, ſed judex non habitâ ratione Nobilitatis atque Statuti, mortis ſupplicium Reo imponere poterit: Quin & de jure Divino, cui omnia humana Statuta cedunt, hoc facere debebit. *Gen. 9. verſ. 6. Quicunque effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius.*

60 2. Si ex juſta cauſa Reus in perpetua cuſtodia detinendus eſt. Tum enim carcer perpetuus pœna non eſt, ſed cuſtodia, in quâ Reus detineri debet, donec vel gratia ipſi fiat, vel ratio relaxationis ſuperveniat. Veluti ſi quis ob minas verbales fuerit incarceratus, hic certè liberari nequit, ſed in perpetua cuſtodia eſt detinendus, usque dum ſufficientem cautionem de non offendendo præſtiterit. *art. 176. Ordin. Crim. Carolin. Petr. à Plach. in Epit. delict. lib. 1. cap. 7. num. 1. Iul. Clar. in pract. § ult. quæſt. 77. num. 2. Matth. VVeſembec. in. §. Item Lex Iulia de vi publica. num. 4. Inſt. de publ. Iudic. Reinh. Roſa ad Dan. Moller. Conſtit. Elect. 15. nu. 6. part. 4. Paul. Matth. VVehner. in pract. obſerv. vocab.* **Befehden.** *Dom. Arum. diſcurſ. 6. ad cap. 17. Aur. Bull. theſ. 17. Petr. Frideric. Mindan. de proceſſ. Camer. cap. 25. ſect. 6. Matth. Coler. part. 2. deciſ. 232.* aut minitatus ipſemet minitatori indulgere, ejusq; cautioni juratoriæ fidere velit, prout dixi *ſuprà p. 1. q. 37. num. 91. & ſeqq.* Et quotidiè hoc practicatur.

61 Quò & alias cauſas urgentes refero, quibus Judex commotus ad evitanda majora mala ac ſcandala, Reum ad cuſtodiam perpetuam condemnare poteſt.

62 *Veluti pronunciavimus Quæſtori in* Ziegenrück: **So wird der Gefangene ſeiner vielfältigen Verbrechung halben öffentlich billich zur ſtaupen geſchlagen / vnnd nach außgeſtandener Leibesſtraffe / (weil es mit jhm dieſe Beſchaffenheit / daß vor jhm faſt niemand ſicher / vnd ſich weder vff der Straſſen / noch ſonſt genugſam vorſehen kan / er ſich auch bedräwlicher Reden verlauten laſſen / welche auch er / als eine verdächtige / ruchloſe vnnd freche Perſon wol zu Wercke richten / vnd dadurch mehr Leute betrüben vnd in Gefahr ſetzen würde) wiederumb zu gefänglicher Hafft geführet vnd gebracht / wol angefeſſelt / verwahret / vnd damit man Friede vnd Ruhe vor jhm habe vnd erlangen möge / die Zeit ſeines Lebens darinnen gefänglichen enthalten /** *Menſ. April. Anno 1622.*

Q. 9. An Carcer ſit pœna?

TERTIÒ: Dum dicitur in Regula antea 63 poſita, Reum in carcere cuſtodiendum eſſe, colligitur inde, *carcerem cuſtodiam eſſe debere, non pœnam.* Quod & diſertis verbis probatur *art.* 11. *Ordin. Crim. Carol.* In verb. **Vnd iſt dabey ſonderlich zu mercken / daß das Gefängnuß zu Behaltung / vnd nicht zu ſchwerer gefährlicher Peinigung der Gefangenen ſoll gemacht vnd zugerichtet werden.** Idq; ipſum eſt, quod olim JCtus Ulpianus prodidit in *l. aut damnum. §. ſolent. ff. de pœn.* Et Imp. Conſtant. repetiit. in *l. 1. C. de Cuſtod. Reor.* Carceres nempè ad continendos homines, non puniendos aut excruciandos, aut malè tractandos haberi atque deſtinari debere. *Iac. Menoch. de arbitr. Iud. quæſt. lib. 2. Caſ. 305. n. 2. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. § ult. quæſt. 70. verſ. pœna autem.*

Sed hodiè carcer quandoque etiam pœna 64 eſt, præſertim in arbitrariis, ubi carceris pœnam facinoroſis irrogari quotidiè videmus: Tantumque abeſt, hoc cum ſanctione Carolinâ pugnare, ut illa diſertis etiam verbis carceris pœnam indicet, ut in *art. 157. Ordin. Crim.* verb. **Wo aber der Dieb keine ſolche Geldbuſſe vermag / ſoll er mit dem Kercker / darinn er etliche Zeitlang ligen ſoll / geſtrafft werden / ꝛc.** Et *in art. 216. in pr.* Ibi: **So aber ein ſolcher Vberfahrer beſtimbte Geldpöen nicht vermöchte / der ſoll im Kercker alſo lang geſtrafft werden / biß er dem Verletzten nothdürfftige Entſchuldigung thut / ꝛc.**

Illud etiam hic omittendum non eſt: Quo- 65 ties nimirum plures ejusdem delicti ſocij fuerint, eos ſegregandos, & in diſtinctis carceribus detinendos eſſe, prout jubet *Ordin. Crimin. Carol. in artic.* 11. **Vnd wenn auch der Gefangenen mehr denn einer iſt / ſoll man ſie / ſo viel gefänglicher Behaltung halber ſeyn mag / von einander theilen / damit ſie ſich vnwarhafftiger Sage mit einander nicht vereinigen / oder wie ſie jhre That beſchönen wollen / vnterreden mögen.** Quæ verba generalia ſunt, & nulla habita ſexus differentia, ſegregationem captivorum Magiſtratibus iniungunt. Adeoq; licet de jure commu- 66 ni mares tantùm à fœminis ſeparari jubeantur. *l. quoniam C. de cuſtod. Reor. Franc. Vivius lib. 2. Comm. Opin. in verb. carcerari. num. 2.* Ex ſanctione tamen Carolinâ idem in maribus aut fœminis ſolis complicibus ſeu correis delicti receptum eſt. Quod & ratio apposita luculenter innuit, ne ſcilicet de confictis confeſſionibus edendis clam conſpirent, aut de ſupprimendo crimine deliberent; Unde major difficultas verum probandi accuſatori, tum etiam inveniendi, judicibus moleſtia creetur: Carceres itaque plura habere receptacula conſultum fuerit. *Georg.*

*Rem. in dict. art.*11. *Ordin. Crim. ubi & Matth. Steph. num.*7.

Q.10. Quæ ſit Pœna Iudicis injuſtã capturam & incarcerationem decernentis?

67 Et hæc ſunt, quæ Judex in captura & incarceratione Reorum delinquentium probè attendere, & obſervare debet. Hinc quæritur, *Primò:* Si Judex contra hæc, capturam & incarcerationem injuſtam decernat, in quantum conveniri queat, quæque ejus ſit pœna?

Communiter *Dd.* opinantur, Judicem hoc 68 nomine pœnâ injuriarum teneri; quippe qui per injuſtam capturam incarcerato ignominiã intulit cum gravi ac irretractabili prȩjudicio. *Bald. in l. per diverſas. C. mandat. Iaſon. in l.4. §. Si quis condemnatus. n.22. & ſeqq ff de re judic. Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crim. cap.15. nu.8. Roland. vol.3. conſ. 17. nu.1. & conſil.18. nu.5. Cyrill. in ſum. crimin. tit. de cuſtod. Reor. particul.1. n.2.*

69 Quæ tamen opinio refellitur ex *l. injuriarum. §. is qui jure. & §. quæ jure. ff. de injuriis. l. quod Reipublicæ. ff. eod. tit.* ubi apertè dicitur, quòd is qui jure publico utitur, non videatur injuriæ faciendæ cauſa hoc facere: Juris enim executio non habet injuriam, & quæ jure poteſtatis à Magiſtratu fiunt, ad injuriarum actionem non pertinent. Quia quod Reip. venerandæ cauſa ſecundum bonos mores fit, etiamſi ad contumeliam alicujus pertinet, quia tamen non eâ mente Magiſtratus agit, ut injuriam faciat, ſed ad vindictam Majeſtatis publicæ reſpiciat, actione injuriarum non tenetur. Unde probatur, Judicem indebitè aliquem carcerantem nõ teneri actione injuriarum. *Proſper. Farin. in prax. crim. lib.1. tit. 4. quæſt.27. n.137.*

70 Rectius itaque ſentit *Paris de Puteo in tract. ſyndicat verb. Captura. cap.2. num.5.* Judicem injuſtè aliquem incarcerantem teneri in Syndicatu, ac puniri Syndicatorum arbitrio, pro facti & perſonarum qualitate, allegans ad hoc *Bartol. in l. injuriarum. §. is qui jure. & §. quæ jure. ff. de injur.* quem ſequitur *Farin. dict. quæſt.27. num.141. & 142.* ubi addit, quòd ultra pœnam ordinariam, teneatur iſto caſu Judex indebitè carcerato etiam ad damna & intereſſe, ſecundum *Gloſſ. in l.2. §. ſimili modo. verb. Retentus. ff. ſi quis caution. Hipp. de Marſil. in pract. crimin. §. conſtante. num.4. Cyrill. in Summ. crimin. tit. de pœn. jud. malè judic. part.3. §.2. num.1. Conrad. in pract. tit. de Captura. n.3. Par. de Puteo in tract. Syndic. verb. carcer. & carceratus. c.2. n.7.*

71 Sed in foro Saxonico certa pœna eſt conſtituta: Tenetur namque Judex pro injuſtâ carceratione, captivo per ſingulos dies naturales 30. ſolidos ſolvere, *art.34. lib.2.* Landrecht. Ibi: Wer eines andern Mannes Knecht ſchlägt fähet/ oder beraubet/ *&c.* Von Recht ſoll er jhm Buſſe geben. Atqui hęc mulcta eſt 30. ſolidorum, per *text. in art.45. lib.3* Landrecht. In verb. Den Schöppenbaren freyen Leuten gibt man auch dreiſſig 72 Schilling zur Buſſe/ *&c.* Pœna ergò injuſtæ carcerationis de jure Saxonico, eſt 30. ſolidorum per ſingulos dies, prout apertè ſic tradit *Gloſſ. dict. art.34. lib.2.* Landrecht. *lit. B. verb.* It. So man einen mit dem Richter zu vnrecht im Gefängnuß hält/ die Buſſe iſt Tag vnd Nacht 30. Schilling Pfenning. *Chriſtophor. Zobel. part.1. differ.43. n.9. Matth. Coler. de proceſſ. Executiv. part.2. c.3. nu.156. & part.1. deciſ.164. num.2. Chil.* König. *in proceſſ. cap.120. Petr. Theodor. in Colleg. crimin. diſp.4. th.11. lit.C.* Faciunt autem 30. ſolidi duos vicenos vel 73 40. groſſos: Solidus namque in jure Saxonico continet 12. nummos antiquos, vel 16. novos hodiernos Miſnenſes; quorum duodecim unum groſſum efficiunt, & 20. groſſi unum vicenum vel Sexagenam antiquam. *Matth. Coler. part.1. Deciſ.161. n.69.* Factâ jam computatione, triginta ſolidi efficiunt 40. groſſos Miſnenſes, vel duas Sexagenas antiquas.

74 *Hancque pœnam Iuris Saxonici dictare ſolent Scabini etiamnum hodiè pro injuſta incarceratione:* So iſt er Klägern den gefänglichen Angriff/ jeden Tag vnd Nacht/ ſo lange er gefänglichen enthalten/ mit 30. Schilling Pfenningen/ oder 40. Silbergroſchen/ der geſetzten vnnd verordneten Sächſiſchen Buſſe zu verbüſſen/ vnd darneben die Gerichtskoſten vff Richterliche Ermäſſigung zu erſtatten ſchuldig/ V. R. W. *Ottoni* Haken/ in Cotbus/ *Menſe Iul. Anno 1598.*

It. Hat euch der Rath zu N.N. ohne Vrſach mit Gefängnuß beſchweret; So ſeyn Sie euch daſſelbe/ benebens Erſtattung aller Schäden vnd Vnkoſten/ jeden Tag vnd Nacht mit 30. Schilling Pfenningen zu verbüſſen ſchuldig/ V. R. W. *D.L. in L. Menſ. Mart. Anno 1583.*

75 *It.* So iſt er das außgeſtandene Gefängnuß/ ſo lange daſſelbe gewähret/ Inhalts Landüblicher Sächſiſcher Rechten/ jeden Tag vnd Nacht mit 2. alten Schocken zu verbüſſen ſchuldig/ *&c. Quæſtori* in Hohenſtein. *Menſ. Aug. Anno 1624.*

It. Sebaſtiano Fincken/ in Auleben. *Menſ. Iun. Anno* 1585.

It. VV. à M. Menſ. Septemb. Anno 1630.

76 Et quod probè notandum, hancce pœnam Juris Saxonici non modò Judex ſolvere tenetur, ſed & privatus, ad cujus inſtantiam decreta fuit captura. *Petr. Theodor. dict. diſput.4. theſ.11. lit.C. Matth. Coler. dict. deciſ.164. Chriſt. Zobel. dict. loco.* Uterque tamen ab hâc pœna immunis eſt, quando indiciis validis præcedentibus, nec non præviâ Scabinorum ſententiâ, quis fuerit incarceratus.

77 *Prout hoc caſu reſpondimus Iohanni* Schulman/ in Dewitz/ *Menſ. Iul. Anno* 1618.

Q.11. Quænam ſit pœna incarcerationis privatæ?

78 *Secundò:* Cùm Juris notiſſimi ſit, injuſtam eſſe carcerationem factam à perſona privata, quæ jurisdictionem non habet, *l. neminem C. de exhib. Reis, ubi Salyc. & Dd. comm. Anton. Gomez. de delict. cap.9. num.3. Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crim. cap.15. num.1.* haud inconvenienter quæritur: *Quænam pœna ſit ejusmodi incarcerationis privatæ?* 79 Ad hanc quæſtionem reſpondet Imp. Zeno in *l.1. C. de privat. carcer.* Reos hujus criminis tanquam læſæ Majeſtatis Reos à jure reputari, ac ultimo ſupplicio puniri. Nam qui privatum carcerem exercet, merum Imperium ſibi uſurpare dicitur. *Bald. in d. l.1. C. de privat. carc.* Uſurpatæ autem Jurisdictionis crimen læſæ Majeſtatis crimen appellatur *l.3. ff ad Leg. Iul. Majeſt.* Idcirco & per committentes privatum carcerem, crimen læſæ Majeſtatis committi, non ſine ratione dici poteſt. Quam ſententiam ampliando & limitando pro more ſuo latè perſequitur *Proſper. Farin. in prax. crim. lib.1. tit.4. quæſt.27. num.9. & ſeqq.*

80 At nimis rigoroſa eſt hæc Sanctio Zenonis, ideoque nec uſu recepta; In practica enim carceris privati Reos non ultimo ſupplicio, ſed mitius puniri pro arbitrio Judicis, teſtis eſt *Iul. Clar. lib.5.ſentent.§.ult. quæſt.68. in fin. & Proſper. Farin. dict. quæſt.27.n.35.* aliiq; ab ipſo relati, Vid. *ſuprà p.1.q.41.n.124.& 128.* Quam ſententiam ceu mitiorem etiamnum hodiè in pronunciando ſequimur. Eamque non improbat. *l.2.C.de priv.carc.* jubens Reos hujus criminis tot dies manere in publico carcere, quot fuerit quis in privato ab eis incluſus.

81 Ac licet concedatur, Carceris privati exercitio læſæ Majeſtatis crimen committi, nequaquam tamen mortis ſupplicium inde probabitur; cùm pœna Criminis læſæ Majeſtatis non ſemper ſit ultimum ſupplicium, ſed interdum deportatio, quandoque etiam Relegatio cum infamiâ. *l.40.junct.l. eorum.24.ff. de pœn. Henr. Boër. de crimin. læſ. Majeſt. cap.3. num.109. Anton. Capyc. Deciſ.130.num.20.* Quare, ut maximè privatum carcerem exercens crimen læſæ Majeſtatis incurrat, ſeveriori tamen, quàm arbitraria pœna, Carceris vel Relegationis, aut etiam mulctâ pecuniaria non facilè puniendus erit.

> *Veluti pronunciavimus Martino à* **Rödern**: **Hat ſich ewer Vnterthaner einer / von welchem ewre Frage meldet / in ewren Gerichten vnterſtanden / ſeinen Nachbarn / auch ewren Vnterthanen / ſo jhme mit Schulden behafftet geweſen / in eine verwahrte Kammer zu ſperren / vnnd jhn drey Tage lang alſo gefänglichen zu halten / in willens / ſeine Foderung durch ſolcheu Zwang von jhm zu erlangen. Da nun bemeldter ewer Vnterthaner ſolches geſtändig oder überführet: So möchte er ſeiner Verbrechung wegen / willkürlichen / entweder ein 12. Tage lang mit Gefängnuß / oder vmb vier newe Schock in Straff genommen werden / V. R. W.** *Menſ. Decembr. Anno 1630.*

82 Sciendum tamen, quòd pœna carceris privati locum non habeat in illis, qui detinent aliquem in carceribus correctionis causâ, puta ſi pater filium, vel Dominus ſervum in Camerâ aut carcere detineat. *l.3.§.1.& 2.ff.de liber.hom.exhib.l. ex facto.§.proinde ſi ſervus.ff.de hered.inſt. Paris de Puteo, de Syndic. in verb. Captura. cap.8.n.2. Nic. Boër. deciſ.275.n.1. Proſp. Farin. dict. quæſt.27.n.25.& 27. Gig. de crim. læſ. Majeſt. lib.1.tit. qual. & à quib. crim. læſ. Majeſt. comm. quæſt.35.n.7.& 8.*

83 Idem obtinet in marito, qui abſque metu pœnæ alicujus, uxorem ſuam correctionis & caſtigationis cauſâ in vinculis ponere & in carcere detinere poteſt. *c. placuit.24.q.2.c quemadmodum. in fin.& ibi gloſſ. ext. de jurejur. Par. de Put. dict. cap.8 nu.2. Felin. in cap. cum contingat. in fin. ext. de for. compet. Gigas dict. quæſt.35.n.8.*

Q.12. Eximens aliquem è carcere quomodo ſit puniendus?

84 Tertiò Quæritur: *Quâ pœnâ teneatur effringens Carcerem ad hoc, ut carceratus aufugiat, vel alio modo eundem è carcere eximens?* Reſpondent *Dd. communiter*, effractorem incarceratum liberantem, eadem pœnâ coercendum eſſe, qua puniendus erat carceratus pro delicto, pro quo detinebatur. *Bartol. in l. ſed & ſi eximendi. §. item ſi quis num.4.ff.ne quis eum qui in judic. Iaſon. in l.1. §. quod Prætor. num.12.ff. eod. Ioſeph. Maſcard. de probat. lib.1. Concl.266. num.16. Hier. Magon. Deciſ. Lucen.90.n.3.part.1. Ioh. Berber. in pract. crim.1.part. rubr.25.n.5. Iacob. Menoch. de arbitr. Iud. quæſt. lib.2. caſ.301.nu.16.* Pro qua opinione facere videtur *l.1.C.de his qui latron.*

85 Verùm, ſi quis textum illum accuratiùs inſpexerit, facilè deprehendet, de effractoribus carcerum ibidem non agi, ſed de iis ſolummodò, qui occultant delinquentes; uti quoque ex *Rubr. tit.* patet. Unde non inferendum ad caſum fracti carceris. Quin & receptatoribus latronum non eandem ſed arbitrariam pœnam fore imponendam, ſtatuit Imp. *in dict. l.1.* ita inquiens: *& latrones quisquis ſciens ſuſceperit, & eos offerre judicibus ſuperſederit, ſupplicio corporali aut diſpendio facultatum, pro qualitate perſonæ & judicis æſtimatione plectetur.* 86 Rectiùs ergò meo judicio arbitratur *Proſper. Farin. in prax. crim. lib.1.tit.4. quæſt 30.nu.93.94.* pœnam fracti carceris eſſe arbitrariam, & commenſurandam non ſolùm qualitati perſonę illius, qui delinquentem è carcere exemit, ſed etiam exiſtimationi judicis, cujus jurisdictio turbata eſt. Vide ſuprà *p.1.q.35.n.40 & ſeqq.*

87 Etſi verò opinio hæc *Farinac.* juſta & æqua videatur, de jure tamen Saxonico communis *Dd.* ſententia, quæ carceris effractorem pari pœnâ, quâ carceratus erat puniendus, affici jubet, recepta & probata eſt, per text. *in art.9. §.* **welcher Mann** *lib.3.* **Landrecht.** Ibi: **welcher Mann einen Beklagten vmb Vngerichte / gewaltiglichen dem Gerichte entführt / wird er gefangen mit geruffte / er ſoll gleiche Pein leiden / ꝛc.**

Idq; in foro Saxonico practicari, & tàm à Scabinis Lipſienſibus quàm Jenenſibus ita pronunciatum fuiſſe, teſtatur *Matth. Coler. part.1. Deciſ.166.n.4.* Neque hæc ſententia diſcrepat à Sanctione Carolinâ Criminali in *art.*180. Siquidem quod ibidem de Commentarienſibus ſive carcerum cuſtodibus diſpoſitum eſt, ob identitatem rationis haud ineptè ad quoſcunque carcerum effractores extendi poteſt.

> *Prout etiam reſpondimus, in caſu, quo Reus furti modici è carcere liberatus fuerat, ad requiſitionem* **deß Raths zu Eißleben: Hat** *F. L.* **geſtanden / daß ſie jhren Eidam** *P. F.* **welcher Diebſtals halben jnne geſeſſen / auß der Hafft mit loßſchlagung der Schlöſſer loß gemacht / vnd ſich zugleich mit jhm auff flüchtigen Fuß geſtellet /** *&c.* **So wird ſie derowegen willkürlichen / entweder ein 3. Wochen lang mit Gefängnuß / oder vmb 7. newe Schock in Straff genommen / V. R. W.** *Menſ. Octobr. Anno 1631.*

88 Idq; verum eſt, non ſolùm quando Reus incarceratus arbitrariâ pœnâ, carceris vel mulctâ pecuniariâ puniendus, ſed & ſi ultimo ſupplicio afficiendus fuiſſet, ob generalitatem *textus Saxonici:* Quamvis ſatius eſſe exiſtimem, carceris effractorem gladio puniri, etiamſi gravior quædam, veluti Rotæ aut ſuſpendij pœna carcerato irrogari potuiſſet. Quod tantò faciliùs concedendum, quantò certiùs eſt, effractione carceris pacem publicam violari, quod delictum aliàs gladij pœnâ regulariter coerceri ſolet. *Receſſ. Auguſt. ſub Imper. Ferdinando I. Anno* 1555. §. **Wir ſetzen / ordnen /** *verſ.* **Wo ſie ins Gefängnuß kommen.** *Ordin. Crim. Carol. art.128.& 129. art.13. lib.2.* **Landrecht.** *Ordin. Prov. Elect. Saxon. pag.66.*

& Conſtit. Elector. 13. part. 4. in pr. ubi Dan. Moller. n. 5. Andr. Gail. lib. 1. de pac. publ. c. 1. n. 6.

89 *Veluti etiam gladij pœnam dictavimus cuidam effractori, prædonem è carcere eximenti, ad requiſitionem Quæſtoris in* Eckartsberga. *Menſ. Decemb. Anno* 1623.

90 *Quartò*: At quid, *ſi ipſemet Reus incarceratus carcerem effringat, & inde effugiat, quænam pœna ipſi tum erit decernenda?* Hujus quæſtionis deciſio petenda eſt ex *l. 1. in pr. ff. de effract. & expilat.* Ubi verba hæc habentur: *De his, qui carcere effracto evaſerunt, ſumendum ſupplicium divi fratres Æmilio Tironi reſcripſerunt. Saturninus etiam probat, eos qui de carcere eruperunt, ſive effractis foribus, ſive conſpiratione cum cæteris, qui in eadem cuſtodia erant, capite puniendos: Quod ſi per negligentiam cuſtodum evaſerunt levius puniendos.* Unde patet, hoc caſu pœnam capitis præſtitutam eſſe. Quodnam

Q. 13. Reus incarceratus carcerē effringens & aufugiens, quam pœnam incurrat?

91 verò ſupplicium per Capitis pœnam ibidem intelligi debeat, anxiè laborant *Interpp.* & diverſimodè ſentiunt: prout octo refert opiniones diſtinctas *Proſper. Farin. in prax. crimin. lib. 1. tit. 4. quæſt. 30. num. 2. & ſeqq.* ubi concludit, Reos carcerum effractores arbitrariâ pœnâ puniendos eſſe. Idemque ſenſiſſe videntur *Nicol. Boër. Deciſ. 215. n. 22. Bonif. de Vital. in tit. de carcer. privat. n. 12. Lud. Peguer. Deciſ. 1. n. 6.*

92 Neque enim abſurdum eſt, pœnam capitis in diſpoſitione Legis vel Statuti accipi non de morte naturali, ſed de civili, hoc eſt, deportatione vel relegatione, ſecundum *gloſſ. in l. 1. & pr. verb. capitali. C. Ne Chriſtian. Mancip. & in l. in criminali ff. de juriſdict. omn. judic. & in l. un. ff. de crimin. peculat. Angel. Aret. de malef. verb. Et ibi caput. num. 32. Salyc. in l. 2. C. de falſ. monet. Hippol. de Marſil. in pract. crim. § opportunè. nu. 40. Alciat. in l. licet capitalis. ff. de verb. ſignif. Foller. in pract. crimin. verb. pœnis debitis. n. 48. Iac. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. caſ. 316. n. 10. Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 67. in pr.* Maximè quia in pœnalibus ſemper mitior interpretatio eſt apprehendenda. *l. ſi Præſes. ff. de pœn. l. pen. ff. eod. tit. l. ſemper. ff. de reg. jur.*

93 Quibus tamen non parum obſtat, quòd propriè & ſtrictè loquendo, pœna capitalis accipiatur pro pœnâ ſanguinis, & ſic mortis naturalis, ſecundum *gloſſ. in l. tranſigere. verb. Capitali. C. de tranſact.* ut in *l. relegati, & ibi gloſſ. ff. de pœn. l. ſaccularij. §. ſunt quædam. ff. de extr. crimin. l. lege Iuliâ. §. ult. ff. ad leg. Iul. repetund. l. licet. ff. de verb. ſignif.* Ideoque & *dict. l. 1. ff. de effract. & expilat.* prout verba ſonant, de pœnâ mortis naturalis accipiendam, & ſic ultimum ſupplicium effractoribus carceris infligendum eſſe, putant *Dd. quamplurimi,* quos allegat *Farin. dict. quæſt. 30. num. 2.*

94 Res adeò difficilis non videtur, ſi dicamus, Reos carcerum effractores ultimo ſupplicio afficiendos eſſe, ſi nimirum propter commiſſum delictum, quod mortis pœnam meretur, fuerint incarcerati, modò tamen confeſſio criminis (quæ vel ob ſolam effractionem, ceu ſufficiens indicium ad torturam, quæſtionibus extorquēda eſt) accedat. Et eatenus vera eſſe poteſt illorum opinio, qui per capitis pœnam ultimum ſupplicium intelligi autumant.

Quòd ſi verò delictum ab incarceratis commiſſum tale non ſit, propter quod aliàs mortis ſupplicium eſt irrogandum; neque tum ob ſolam effractionem & fugam Reos morte plectendos, ſed arbitraria ſolummodò pœna afficiendos putaverim, juxta veriorem ſentētiam, quam latè defendit *Farin. dict. quæſt. 30.* cumque ſequitur *Petr. Theodor. in Colleg. crimin. diſput. 3. th. 16. lit. D.* 95

Graviori igitur quam fuſtigationis pœnâ, Reum incarceratum ob effractionem carceris puniendum non eſſe exiſtimo. Quæ tamen pœna multis caſibus mitiganda eſt; veluti quando incarceratus per negligentiam cuſtodum, aliorumve opem & auxilium evaſit, qui certè nō capitaliter, ſed levius puniri debet. *dict. l. 1. ff. de effract. & expilat.* Aut quando injuſtè fuit incarceratus. *Gloſſ. in Clement. Paſtoralis. verb. per violentiam, ubi Dd. de ſent. & re judic. Iacob. Menoch. de arbitr. Iudic. quæſt. caſ. 301. n. 14. Bertaz. Conſil. crimin. 34. nu. 33.* Vel ſine fractura carceris violenta aufugit, aut propter Judicis ſævitiam vel periculum aquæ & ignis. *arg. l. 27. ff. locat. l. 49. §. 1. ff. ad Leg. Aquil. Paris de Puteo. de Syndicat. in verb. Fuga officialis. cap. 2. nu. 4. Ioſeph. Maſcard. de probat. vol. 2. concl. 820. num. 12. 13.* Aut quod animum habuit redeundi. *l. 13. ff. de cuſtod. Reor.* 96

Quibus ut & aliis ejuſmodi caſibus, mitior pœna ſufficere videtur, ideoq; Judex pro diſcretione ſua ponderando qualitatem fracturæ aliasq; Circumſtantias, Relegationem aut pœnam carceris, vel etiam mulctam arbitrariam Reo irrogare poteſt.

Hinc cum Reus quidam incarceratus ope & auxilio ab alio ſibi præſtito, è carcere liberatus aufugit, Scabini in hunc modum reſponderunt: Habt jhr *N. S* wegen ſeines Muthwillens vnd Vngehorſams/ in gefängliche Hafft nehmen laſſen/ vnd es hat ein Mühlknecht *G. VV* genannt/ mit ſeiner Bindaxt/ vff ſein deß Gefangenen Geheiß/ das ſtarcke Vorhängſchloß von der Gefängnußthür abgeſchlagen/ darauff Gefangener die Thüre vffgemacht/ vnd mit dem Mühlknechte davon gangen/ *&c.* So werden ſie beyde/ wenn ſie wider zu hafften kommen/ einen Monat lang mit Gefängnuß geſtrafft/ vnd mit Waſſer vnd Brodt geſpeiſet/ V. R. W. *Senatui in* Kemnitz. *Menſ. Ianuar. Anno* 1610. 97

Et in caſu haud multum diſſimili: So viel aber *Facium* vnd Heinrichen die Frackſchneidere anlanget/ mögen dieſelbe derowegen/ daß ſie ſich auß dem Gefängnuß ſelbſt loß gewircket/ vmb eine zimliche Geldbuſſe/ jhrem Vermögen nach/ in Straff genommen werden/ V. R. W. *Quæſtori in* Gebeſee. *Menſe Iun. Anno* 1609. 98

Quintò: Deniq; & hoc expeditum non eſt: *An & quâ pœna afficiendi ſint carcerum Cuſtodes ſeu Commentarienſes aut Carcerarij, ſi Reus incarceratus aufugiat?* 99

Q. 14. Pœna cuſtodum & carcerariorum, quorū culpa aut negligentia incarcerati aufugiunt.

Equidem non deſunt, qui carcerato ex carcere aufugiente, carcerum cuſtodes eadem pœna, quâ Reus & fugiens afficiendus erat, puniri volunt. *Nicol. Boer. Deciſ. 217. num. 1. Conrad. in pract. tit. de carcer. num. 21. Petr. à Plach. in Epit. delict. cap. 26. num. 1. in fin. lib. 1. Iacob. Menoch. de arbitr. Iud. quæſt. lib. 2. caſ. 302. num. 2. Anton. Gomez. tom. 3. var. reſol. cap. 10. num. 11. Ægid. Boſſ. in tit. de Carcere num. 9. Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crim. cap. 17. num. 3. Proſper. Farin. in prax. crim. lib. 1. tit. 4.*

tit. 4. quæſt. 31. ubi pro more ſuo quæſtionem
hanc per ampliationes & limitationes latiſſimè
tractat.

100 Sed videntur loqui *prædicti Dd.* de cuſtode,
qui opem & auxilium, veluti carcerem fran-
gendo, fugienti Reo præſtat, quem ſanè eadem
pœnâ teneri, quâ incarceratus affici debebat,
nemo negabit, qui certam ſibi *Dd.* opinionem
perſuaſam habet, effractores ſcilicet Carcerum,
quo Reus aufugiat, pari pœnâ teneri, quam i-
101 pſemet incarceratus promeritus eſt: Prout et-
iam diſertis verbis diſpoſitum in *Sanctione Ca-
rolina artic.* 180. *in pr.* Ibi: So ein Hüter der pein-
lichen Gefängnuß einem der peinliche Straffe
verwircket / außhilfft / der hat dieſelbe peinliche
Straffe an ſtatt deß Vbelthäters/den er alſo auß-
gelaſſen/verwircket.

102 Verùm de eo cuſtode principaliter hîc
quæſtio eſt, qui opem, & conſilium aufugienti
Reo quidem non præſtat, attamen vel ex culpa,
vel negligentia fugam non impedit, quam dili-
gens cuſtos facilè avertere poſſet.

103 Hujus Deciſio petenda eſt ex *l. ult. ff. de cu-
ſtod Reor.* Ibi: *pro modo culpæ vel caſtigantur vel mili-
tiam mutant. Et l. carceri. ff. eod. tit.* Ibi: *Officio Iudi-
cis puniendus eſt.* It. *Removendus eſt ab officio. & l. mi-
lites ff. eod. tit.* Ibi: *Pro modo culpæ in eos ſtatuendum
eſt.* Ex quibus textibus evincitur, pœnam cuſto-
dis hoc caſu eſſe arbitrariam, pro modo culpæ
vel negligentiæ, quòd certè æquiſſimum vide-
104 tur: Etenim juris notiſſimi eſt, cuſtodes tàm cul-
pâ, quàm dolo hoc nomine teneri, ac non ſolùm
de latâ, ſed & de levi & leviſſimâ culpâ. *Paris de
Puteo, in tract. de ſyndicat. verb. carcer & carceratus.
cap. 3. num. 2. Nicol. Boër. dict. Deciſ.* 217. *num.* 10. *Pro-
ſper. Farin. dict. quæſt.* 31. *num.* 14. ſed durum eſſet,
pari pœnâ, quam incarceratus ſcilicet promeri-
tus fuit, & dolum & culpam indifferenter om-
nem coerceri. Quare rectiſſimè arbitrio Judicis
relinquitur, quâ pœnâ pro modo culpæ vel doli,
cuſtodes affici velit.

105 Adeoq; puto diſtinguendum eſſe, utrum
cuſtodes doloſè quid fecerint, ac haud inſcij fu-
gæ eam non impediverint, vel culpa aut negli-
gentia eorum incarceratus aufugerit.

106 *Priori caſu*, ſi cuſtos dolo aut etiam pretio
corruptus carceratum aufugere permittat, abs-
que dubio ad pœnam Corporis afflictivam, fu-
ſtigationem nempè hoc caſu perveniri poterit:
Nemini enim ignotum eſt, dolum pœna corpo-
rali poſſe puniri. *Bart. in l. 1. §. 1. n. 1. ff. ſi quis teſtam.
lib. Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt.* 84. *in pr. Cæpoll.
conſ. crim.* 33. *col.* 2. *verſ. quod ſi probatur, &c.*

107 Quod vel maximè tum verum eſt, ſi Reus
ob crimen atrocius non modo incarceratus, ſed
& de eo confeſſus aut convictus fuerit, vel ſi of-
ficialis Præfecturæ, der Landknecht/aut cuſtos ju-
ratus delinquentem dimiſerit; certè enim hiſce
caſibus, cuſtodes fugam incarcerati fraudulen-
ter permittentes, vix ac ne vix fuſtigationis pœ-
nam effugient. Caveat tamen Judex, ne pœnam
mortis cuſtodi irrogari faciat, quod admodum
durum eſſet.

108 Etſi enim de jure civili hoc non abſonum
videatur *l. ad commentarienſem. C. de cuſtod. Reor.*
unde haud pauci arbitrântur, morte cuſtodem
plecti poſſe; prout videre eſt apud *Farin. dict. quæ-
ſtion.* 31. *nu.* 2. aliosque ab eo allegatos. Attamen
ſecundum ſanctionem Carolinam & in foro Sa-
xonico, is ſolummodò, qui violentiâ adhibita,
veluti armata manu carcerem frangendo, in-
carceratum liberat & abducit (quod de cuſtode
permittẽte fugam aſſeri nequit) pari pœna cum
incarcerato tenetur, prout patet *ex art. 9. §.* wel-
cher Mañ. *lib.* 3. Landrecht. In verb. gewaltiglichen
dem Gericht entführet. *Et ſanct. Carol. art.* 180. In
verb. außhilffet.

Antequam verò pœna corporis afflicti- 109
va, aut etiam Relegationis perpetuæ cuſtodi ir-
rogetur, de ipſius dolo certè judici conſtare
debet; Proinde ſi is dolum confiteri nolit, qui
tamen ex indiciis & conjecturis apparet, con-
feſſio per tormenta vel territionem extorquen-
da erit. Ut ſæpiùs reſponſum memini. Scio et-
iam, juramentum purgationis hoc caſu injun-
ctum fuiſſe.

*Ad Conſultationem Senatus Grimmenſis. Menſ.
Octobr. Anno* 1630.

Poſteriori verò caſu, quando ex culpa & ne- 110
gligentia cuſtodum incarcerati aufugiunt, pœ-
na fuſtigationis non obtinebit, ſed pro qualita-
te culpæ latæ, levioris aut leviſſimæ, nec non ra-
tione circumſtantiarum & perſonarum, ut &
Criminis à fugitivo commiſſi, Judex pœnam ar-
bitrariam, carceris aut mulctam pecuniariam
cuſtodibus negligentibus imponere poteſt. *l.
ult. ff. de Cuſtod. Reor. l. carceri. l. milites. ff. eod. tit.
Petr. Theodor. in Colleg. crimin. diſput. 4. theſ. 12. lit. D.*
Quò & faciunt verba expreſſa *Sanctionis Carol.* 111
in artic. 180. Käme aber der Gefangene durch be-
meldtes Hüters Vnfleiß auß dem Gefängnuß/
ſolcher Vnfleiß iſt nach Geſtalt der Sachen / vnd
Rechte/ſo an den Orten/als hernach folget/gepflo-
gen wird/zu ſtraffen.

Quemadmodum ſæpiſſimè pronunciarunt Scabini, 112
*Cuſtodibus negligentibus ut plurimum pœnam ar-
bitrariam carceris ad unam, duas, vel tres ſeptima-
nas, aut mulctam pecuniariam duarum, trium vel
quatuor Sexagenarum novarum dictantes.* Nobili
à Schönberg. *Menſ. Mart. Anno* 1605.

Nobiliſſæ à Schönbergin. *Menſ. Ianuar. Anno*
1609.

I.B. in L. Menſ. Majo. Anno 1612.

Gregorio Freimuhlen/*in* Kleinſtädel. *Menſe Ma-
jo. Anno* 1625.

Chriſtiano Troſten/*in* Grullenberg. *Menſ. Majo.
Anno* 1625.

Henrico ab Alnpeck. *Menſe Novembr. Anno*
1627.

Auguſto à Schönberg. *Menſe Martio, Anno*
1629.

Senatui Miſnenſi. Menſ. Decemb. Anno 1630.

Quin & ſi latâ aut latiſſimâ culpâ cuſto- 113
dum, incarcerati evaſerint, ad Relegationis
quoque pœnam pervenire poterit. Quod maxi-
mè verum eſt, ſi cuſtos carceratum ſub fide jura-
tâ receperit, vel officialis publicus, der Statt o-
der Landknecht in latâ vel latiſſimâ culpâ verſatus
fuerit.

114 *Prout reſponſum fuit Quæſtori Sceudicenſi:* So iſt der Landknecht binnen zwey oder drey Monat die Gefangene wieder einzubringen ſchuldig/ auffn Fall aber dieſelbe über angewandten Fleiß nicht zu erlangen ſeyn/ wird er andern zum Abſchew vnd Exempel mit ewiger Landesverweiſung in Straff genommen/ V.R.W. *Menſ. Majo, Anno 1611.*

Et in caſu ſimili Senatui in Lommatſch. *Menſ. Iul. Anno 1630.*

Temporalis autem relegatio hoc in caſu dictata fuit alicui officiali ſive miniſtro Præfecturæ, einē Landknecht/ *ad conſultationem Danielis* Rothen. *Menſ. Ian. Anno 1630.*

QUÆSTIO CXII.

De Salvo conductu, & Satisdatione Rei delinquentis ad obtinendam ſecuritatem plenariam.

SUMMARIA.

1. *Salvus conductus liberat Reum à periculo carceris.*
2. *Maximè conducit Reo petere ſalvum conductum. num. 3. 4. 5.*
6. *Salvus conductus duplex eſt, generalis & ſpecialis.*
7. *Salvum conductum generalem habens, non modò ad judicium venire, ſed & ſecurè inde recedere poteſt. n. 8. 9.*
10. *Quolibet die juridico Reus ſecurè poteſt comparere.*
11. *Commorandi diutius facultatem Reus non habet.*
12. *Quamdiu hic ſalvus conductus præſtet ſecuritatem. n. 13.*
14. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
15. *Absq; impetratione ſalvi conductus generalis, Reus non eſt ſecurus.*
16. *Citatio quatenus ſalvum conductum in ſe contineat. n. 17. 18.*
19. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
20. *Specialis ſalvus conductus plenam dat ſecuritatem.*
21. *Et propriè dicitur ſalvus conductus.*
22. *Quilibet Magiſtratus habens merum imperium, ſalvum conductum largiri poteſt. num. 23. 24.*
25. *Explicatio l. relegati. ff. de pœn.*
26. *Offendens Reum habentem ſalvum conductum, crimen læſæ Majeſtatis committit. n. 76.*
27. *Quæſtor præfecturæ Electoralis plenarium dat ſalvum conductum. n. 28.*
29. *Reſponſum Scabinorum Lipſienſium.*
30. *In crimine manifeſto & notorio non datur ſalvus conductus Reo. n. 31.*
32. *Reo abſenti & latitanti conceditur ſalvus conductus. n. 33.*
34. *Etiam in atrocibus delictis. n. 35.*
36. *Sicuti & in proceſſu inquiſitorio. n. 37.*
38. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium. n. 39.*
40. *Nec non Reo confeſſo aut convicto allegánti exceptionem defenſionis.*
41. *Reſponſum Scabinorum Lipſienſium.*
42. *Reo præſenti incarcerato non datur ſecuritas. n. 43. 44.*
45. *Niſi in delictis levioribus. n. 47.*
46. *Sententiæ Scabinorum Lipſienſium.*
48. *Et in caſu Infirmitatis. n. 51.*
49. *Sententia Scabinorum Lipſienſium. n. 50.*
52. *Aut ſi Iudex credit, Reum fore inculpabilem.*
53. *Qualitas & finis hujus ſalvi conductus in quonam conſiſtat?*
54. *Securitas non juvat Reum in novis delictis.*
55. *Alieno Magiſtratui ſalvus conductus non præjudicat. n. 56.*
57. *Magiſtratus concedens ſalvum conductum, Reum ne quidem in alieno territorio captivare poteſt.*
58. *In ſecuritatibus conceſſis conſideranda eſt forma verborum.*
59. *Quamdiu duret ſalvus conductus ſpecialis. n. 60. 61. 62. 63.*
64. *Sententiæ Scabinorum Lipſienſium.*
65. *Num per ſententiam ſublato ſalvo conductu, Iudex confeſtim Reum prehendere poſſit, antequam ſententia tranſeat in rem judicatam? n. 66. 68. 69.*
67. *Reſponſa Scabinorum Lipſienſium. n. 70.*
71. *Effectus ſalvi conductus eſt, ut Reus ſit ſecurus ab incarceratione & omni vi injuſta. n. 73. 74. 75.*
72. *Majoris fidei cauſa ſuper ſalvo conductu conficitur inſtrumentum in foro Saxonico.*
77. *Offendens Reum habentem ſalvum conductum, quomodo debeat puniri. n. 78. 79. 80.*
81. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
82. *Reus crimen confeſſus, non obſtante ſecuritate, ſtatim prehendi & puniri poteſt. n. 83. 84.*
85. *Reus petens ſalvum conductum debet ſatisdare. n. 86. 87.*
88. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.*
89. *Effectus hujus ſatisdationis quis ſit? n. 90. 91.*
92. *Quanta cautio ſit præſtanda à Reo? num. 93. 94. 95.*
96. *Cautione absque determinatione certa ſummæ præſtitâ, fidejuſſor liberatur ſolutione unius VVerigeldi.*
97. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
98. *Cautio hæc non ſolùm fidejuſſoribus, ſed & pignoribus præſtari poteſt. n. 99. 100. 101.*
102. *Sententiæ Scabinorum Lipſienſium.*
103. *Fidejuſſores cavere quoque debent in hac ſatisdatione.*
104. *Cautio juratoria quatenus admittatur? n. 106.*
105. *Sententiæ Scabinorum Lipſienſium. n. 107. 108.*
109. *Reo non comparente, cui debeatur pecunia in cautione expreſſa? num. 110. 111. 112. 113. 114. 115.*

116. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
117. *An ſingulis vicibus, quibus Reus emanſerit, pecunia cautionis exigi poßit? num.*118.119.120.121.
122. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
123. *Cautio præſtita nunquam eſt duplicanda.n.*124.
125. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
126. *An Reo emanente, pecunia cautionis ipſo jure commiſſa ſit? n.*127.128.129.
130. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
131. *Pecuniâ à fidejuſſore ſolutâ, adverſus Reum fugitivum nihilominus criminaliter procedi poteſt.n.*132.133.134.135.136.137.
138. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.n.*139.
140. *Antequam tamen ad Bannum procedatur, Reus denuò citandus eſt ad Banni proceſſum.*
141. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.*
142. *Fidejuſſor Reum ſemel ſiſtens ab ulteriori obligatione eſt liberatus.*
143. *Reſponſum Scabinorum Lipſienſium.*

1 QUod dictum *quæſtione præcedente*, delinquentem cuſtodiæ tradendum ſive incarcerandum eſſe, illud notabiliter fallit, quando ſecuritas ipſi fuit promiſſa: Solet enim communiter Reus citatus per defenſorem opponere exceptionem loci non tuti, ac pro averſione carceris ſalvum conductum petere, quo implorato, à periculo carceris eſt immunis. *Iohan.Zanger.in tract. de except.part.2.cap.*5.*num.*5.*&* 8.*Bartol.in l.*1.*ff. de cuſtod.& exhib.*Reor.*Matth.Coler.part.*1.*Deciſ.*165.*Dan.Moller.lib.*2.*Semeſtr.cap.*1.*&* 2.

2 Hancque poteſtatem Judex habet, ut accuſato pro averſione carceris aut alterius offenſionis, ſecuritatẽ tribuere ac fidem dare queat; ne exceptione hâc loci non tuti oppoſitâ, judicium criminale differatur. *Zanger.dict.loc.*

Equidem me non latet, pro innocentibus Legis & Imperij præſidium militare, quod pacem & ſecuritatem omnibus promittit, *cap.*1.§.*ſi quis hominem. de pac.tenend. & ejus violat. in uſib. feudor. l. jubemus.*4 §.*pen.* C. *de Præpoſ.ſac.ſcrin.*§.*patrocinia. Auth.de mandat.princip.collat.*3. Unde videtur inaniter implorare judicis officium pro ſecuritate, qui ipſo jure ſecurus eſt. *l.un.*C.*de theſaur.lib.*11. Supervacuis enim remediis utendum non eſt, *l.hac ſtipulatio.*14.*§.Divus.ff.Vt Legat.nom. caveat.* Nocentibus verò hoc beneficium prorſus nõ erit concedendum; nam fruſtrà implorat auxilium Magiſtratus, qui contra eum deliquit. *l.auxilium in fin.ff.de minor.*

3 Verùm hunc ipſum ob finem ſalvus conductus ab accuſatis peti, iisque, prævia tamen cautione dari ſolet, quo metu carceris liberati; commodius defenſionis & innocentiæ prætenſæ telam pertexere poſſint. *Matth.Coler.de proceſſ. execut.part.*2.*c.*3.*num.*84. Ideoq; inſpectio illa, an nocens vel innocens ſit, conductum haudquaquam tardabit, ſed ad litis finem, qui prout ſeſe oſtenderit Reum excipiet, rejici debet. *Domin.Arum. in diſcurſ.*1.*ad Aur.Bull.Carol.IV.Imper. th.*17.*in fin.*

4 Ac certè rectiſſimè Reus inculpatus de homicidio, adulterio, vel ſimili crimine, quod pœnam ſanguinis meretur, metuens offenſionem in perſonâ, confugere videtur ad hoc Aſylum, petendæ videlicet ſecuritatis contra vim & injuriam, quæ ſaltem de facto ipſi vel per capturam judicis, vel per partem adverſariam inferri poterat: cùm Judices ſæpenumero uni quàm alteri parti ſint æquiores, ideoque hæc cautela ſuperabundans non nocet. *l.teſtamentum.*C.*de teſtam.c.accepimus.de fid.inſtrum.* Loca namque tribunalium pro ſanctis haberi, in iisq; quilibet ab omni hominũ injuriâ defendi debet. *Bartol.in l.ſi quis Reus.*5.*n.*12.*ff.de publ.judic. Matth. Coler.de proceſſ.execut.part.*4.*cap.*4.*n.*207.

Quare non modò *Conſtitutio de Pace publicâ in Receßibus Imperij VVormatienſ.de Anno* 1521. Violatoribus pacis ſecuritatem dare permittit, ſed & Imperator Carolus V. Reis defenſionem ſuam probare ac deducere volentibus, ſalvum conductum tribui jubet, *in Ordinat.Crimin.art.*156.*in verb.final.* **vnd ſoll derſelbig zum Rechten für vnrechter Gewalt / vnd nicht weiter vergleit werden.** Ut ſic dubium prorſus non ſit, Reis ſalvum conductum à judice præſtari poſſe, quo dato, delinquens nullo modo captivari debet, donec per probationem conſtiterit de delicto, ita quod judex ex Actis & Actitatis pronunciet, Reum carceri mancipandum eſſe. *Matth.Coler. part.*1.*Deciſ.*165. *Modeſt.Piſtor.vol.*2.*conſil.*49.*Petr. Brem.in Tract.de ſecur.promiſſ. quaſtion.*2.*Mynſing. cent.*1.*obſerv.*82.*Moller. dict. cap.*1.*&* 2.*ſemeſt.lib.*2.*Zanger. dict.part.*2.*de except.cap.*5.*num.*10.*Dom. Arum.in diſcurſ.*1.*ad Aur.Bull.cap.*1.*th.*17.*Matth. Stephan.in not.ad art.*156.*& art.*11.*num.*4.*Ordin. Crim. Carol.V.Imp.Iul.Clar.lib.*5.*ſentent.§.quaſt.* 46. Quod & in foro Saxonico expeditum eſt, ob text.*in art.*65.*lib.*1.**Landrecht**.*art.*4.*&* 14.*lib.*2.**Landrecht**.*art.*9.*art.*13.*art.*17.*lib.*3.**Landrecht.** ubi ſecuritas delinquentibus data diſertis verbis approbatur. *Zanger.dict.cap.*5.*n.*8.*Matth.Coler.dict. part.*4.*cap.*1.*n.*226. 5

6 Sciendum autem, in foro Saxonico duplicem eſſe Salvum conductum, qui vulgò Reis delinquentibus concedi ſolet: *Generalem & Specialem.* GENERALIS dicitur, quando Judex absq; præſtita cautione, Reo citato tribuit ſecuritatem ad judicium veniendi & inde recedendi, **das gemeine ſichere Geleite vor den Gerichten jedesmal ſicher ab vnd zuzuziehen** *Ioh.Zanger.dict.cap.*5.*n.*22.*Modeſt.Piſtor.dict.conſ.*49.*n.*52.

Duplex eſt ſalvus conductus in foro Saxonico.

7 Hujus ſecuritatis effectus eſt: 1. Ut Reus nõ modò ſecurè poſſit ire & venire ad judicium, ſed & tutò ac ſecurè inde recedere, *Dan.Moller. lib.*2.*ſemeſtr.c.*1.*Modeſt.Piſtor.dict.Conſ.*49.*nu.*9.*& ſeqq.Zanger.dict.c.*5.*n.*18. Unde & diſertis verbis hoc inſeri ſolet ſecuritati (**Sicher ab vñ zuzuziehen**) teſte practicâ forenſi Saxon. Quin & ſi idipſum non exprimatur, ſed in genere ſalvus conductus tribuatur, nihilominus facultatem tàm veniendi, quàm recedendi conceſſam videri arbitror, juxta tradita *Iacob. Menoch. lib.* 2. *de arbitr. jud.quæſt.Cent.*4.*Caſ.*336.*n.*11.*&* 12. *Tiber.Decian. volum.*1.*Conſil.*18.*nu.*147.*Petr.Brem.de ſecur.promiſſ.q.*6.*Modeſt.Piſtor.dict.Conſ.*49.*num.*9.*& ſeqq. Matth.Coler.de proceſſ.execut.part.*4.*c.*1.*n.*220.

Q.1. Quisnam ſit effectus ſalvi conductus generalis?

Neque

8 Neque enim in fidei aut ſecuritatis promiſſione, ſolùm quid concedens, verùm etiam quid recipiens veriſimiliter cogitârit, inſpiciendum eſſe, monet *Bald.vol.5.Conſil.414.Iacob.Menoch.dict.Caſ.336.num.15.* Præſupponendum autem, recipientem de reditu omninò cogitaſſe, quia utique venire etiam ſine ullâ ſecuritatis promiſſione potuiſſet, & ideò, ut ſecuritas data aliquem effectum habeat, omninò reditum implicet neceſſe eſt, & captioſa ex eo ſatis apparet interpretatio, etiamſi tabulæ ſecuritatis in ſpecie reditus inſertus non fuiſſet, quia ſufficit, quod in genere promiſſa ſit ſecuritas, quâ qui gaudere debet, ut tutò redire poſſit, conſectarium eſt. *Dom.Arum.dict.diſcurſ.1. ad Aur.Bull.theſ.*20. 9 Et cùm in privatorum pactis, iter eundi jus quoque redeundi contineat, *l.utimur.ff. de ſepulchr. violat. l.ſi venditor.ff. de relig.& ſumpt.funer. l.ſi mercedem. §.ſi eum fundum. ff.de act.emt.l.qui fundum.§.1.ff. de contr.empt.* ſanè in Principum ac Magiſtratuum promiſſionibus, in quibus exuberantior bona fides requiritur, hæc duo vel maximè ſe invicem comitari debent. Unde Mauritius Elector, Carolo V. ſubtiles quaſdam interpretationes adverſus Philippi Landgravij liberationem nectenti: *At ego,* dixit, *te tanquam Imperatorem, non tanquam Legiſtam, volo, pactiones & fœdera interpretari,* poſt *Thuan.Gentil.2.de legation.*10.*Dom.Arum. dict.loco.*

Q.2. Quamdiu duret Salvus conductus generalis?

10 2. Alter hujus ſecuritatis ſive generalis ſalvi conductus effectus eſt, ut quolibet die juridico Reus ſecurè in judicio comparere, ac inde redire queat (jedesmal/das iſt/zu einem jeglichen Gerichte ſicher ab vnd zuzuziehen) *Iohan. Zanger. de Except.dict.loc.* Ex quo ſequitur, commorandi ſecuritatem citatum non habere; determinata enim ſecuritas hoc caſu conceditur veniendi & recedendi: Standum igitur eſt determinatâ hâc conceſſione, quia actus limitatus limitatum producit effectum. *l. age cum Geminiano. C.de tranſaction. arg. l. in agris. ff. de acquir. rer. dom. Bartol. in l.1. num.* 8. *de pecul. Modeſt. Piſtor.vol.2.Conſil.49.num.9.* Neque actus agentium ultra eorum propoſitum & intentionem operari ſolent. *l.non omnis.in pr.ff.ſi cert.pet.l.obligationum ſubſtantia. §. ult.ff. de obligat. l. nec ignorans.C.de donat.*

11 Proinde, ſi citatus extra diem juridicum ibidem inveniatur, in carcerem recipi poteſt, ex quo reſpondere cogatur. *Iohan.Zanger.dict.cap.5. num.24. Bartol.in l.1.num.5.ff. ad Leg. Iul. Majeſt. Coler. de proceſſ. execut. part. 4. cap. 1. num. 242.&* 243. ubi hæc verba addit: *Cauti ſint Advocati, ne clientulos ſuos in cauſa maximè criminali, criminaliter intentatâ, finitis judicialibus terminis diu detineant in diverſorio, atque ita ipſi anceps periculum carcerum incurrant.*

12 Neque tamen ita rigidus & ſeverus Cato jus dicens eſſe debet, ut ob modicum temporis intervallum, intra quod Reus pro ſuâ & ſuorum, quos ſecum adduxit, alimentatione in diverſorio vel alibi commoratur, ſtatim procedat ad compedes; cùm tempus in dubio relinquatur arbitrio judicis, tanquam boni viri, *arg.l.vir bonus.18.ff.judic.ſolvi:* ita, ut aſſecuratus meridiano vel nocturno tempore, in loco judicij ſaltem requiem ſuam habere, & corpus curare poſſit, *arg.l.Medicus.26.verſ.reſpondit.cum l.operarum.*50. Ibi: *In omnibus tempora ad curam corporis neceſſariam relinquenda.ff. de oper. libert. Matth. Coler.dict.loco.* 13 Hinc fit, ut communiter quovis die juridico, generalis ſalvus conductus ſecuritatem per triduum ferè præſtet, ſcilicet, quo citatus primum diem ad comparendum, alterum ad tractandum in judicio, tertium habeat ad redeundum, den Tag deß Termins/den Tag zuvor/vnd den Tag hernach/damit der Angeklagte zum Gerichte/vnd wiederumb davon in ſeine Gewarſam kommen kan. Niſi dies juridicus diutius duret, quo caſu etiam generalis ſecuritas eo usque extendi debet.

14 *Veluti etiam pronunciavimus ad conſultationem Caſpari* Rottweins/zu Jlmenaw: Seyd jhr wegen begangener Miſſethat für das peinliche Gericht *citiret*, Dieweil jhr aber auß Furcht deß Gefängnuß in Flüchten geweſen/vnd ewre Vnſchuld beyzubringen euch anerbottē/iſt euch das gemeine ſichere Gleit für denen Gerichten ſicher ab vnd zuzugehen ertheilet worden/*&c.* So wird ſolches jedesmals auff den Tag vnd Zeit währendes Termins/ohngefehr ein Tag zuvor/vnd ein Tag hernach/damit jhr zum Gerichten/vnnd wiederumb davon in ewer Gewarſam kommen möget/verſtanden/vnd es ſeyn die Gerichte euch ſelbige Zeit anzuhalten vnd in Hafft zu nehmen nicht befugt/V.R.W. *Menſ.Majo.Anno 1624.*

Q.3. Num qualibet citatio contineat in ſe Salvum conductum generalem?

15 Ex jam dictis inferendum eſt, Reum citatum, ſi inconſultò abſque petitione & impetratione ſecuritatis compareat, à judice incarcerari poſſe. *Felin. in cap. accedens. num. 4. ext. utilit. non conteſt.* Si enim delinquens ab incarceratione immunis eſt, ob beneficium ſecuritatis generalis impetratæ; utique omiſſo & neglecto ſalvo conductu, aliud dicendum erit. Nec habet quod conqueratur hoc caſu citatus, ſibi namque imputet, quod locum ipſemet non fecerit tutum petendo videlicet cautionem ſecuritatis, antequam accederet ad locum citationis: Nam obligatus aliquid facere intra certum tempus, ſcire debet, poſt temporis lapſum ſibi hoc denegatum eſſe. *l. accuſaturus.35. ubi gloſſ.ff. ad Leg.Iul.de adult.l.cum Titia.18.ff. de accuſat. l.ſi ea.7.C.qui accuſ.non poſſ.Matth.Coler.de proceſſ.execut.part.4.cap.1.n.235.*

16 Nec obſtat, quod vulgò dicitur, quamlibet citationem, etiamſi non habeat annexam clauſulam publicæ fidei & ſecuritatis, ejus eſſe effectus, ut quaſi in dorſo ſecum ferat ſalvum conductum, die Citation bringet Gleit mit ſich/ *Dan. Moller. lib. 2. ſemeſtr. cap. 1. Petr. Heig. part. 2. quæſt. 12. num. 38. 39.* Præterquam enim quòd idipſum extra controverſiam non ſit, juxta tradita *Matth. Coler. dict. cap. 1. num.* 236. concedendum ſanè eſt, hoc non ita intelligendum eſſe, ut judex citatum ſontem deprehendens captivare prohibeatur. Quòd cùm facilè prætendi queat à Judice, non video, quâ ratione citatus abſque impetratione ſalvi conductus ſecurus eſſe poſſit; *Quare nemini,* inquit *Matth. Coler. dict. loco, autor eſſe velim, quòd nuda citationi fidat, cùm fragilis ſit iſta ſpes, & ſæpe fallat.*

Addens

17 Addens porrò: *Qui itaque ſe committit nudæ Iudicis requiſitioni absque aliâ fide publicâ, is expectet, quod alibi in jure Saxonico legitur de tranſeunte per alienas terras ſine paſſagio* wer ſein Leib vnd Leben wagen will/der iſt Gleitsfrey/ Landrecht. *lib.2.art.27.§.* ein jeglich Mann ſoll Zollfrey/ſeyn. *Ita qui confidit nudæ jus dicentis citationi absq; expreſſa ſecuritatis promiſſione, expectet quod carceretur & poſtea ex carcere reſpondeat. Coler. dict. loco.*

18 Quicquid tamen ſit in aliis regionibus ac territoriis, in ditionibus certè Electorum ac Ducum Saxoniæ, citationem tribuere ſecuritatem citato tutò veniendi & recedendi, idq; hactenus obſervatum fuiſſe, teſtatur *Dan. Moller. lib.2.ſemeſtr.cap.2.nu.2.* ubi refert exemplum de quodam delinquente, quem citatum capi, Illuſtriſſimus Elector D. Auguſtus feliciſſimæ memoriæ noluerat, ſed dimiſſum & extra fines ditionum ſuarum poſtea deprehenſum & retractum, merito ſupplicio demum affici juſſerat. Quod & laudatiſſimæ memoriæ Elector D. Chriſtianus I. feciſſe, ac citatum dimiſiſſe, perhibetur. *Moller. dict. loco. Petr. Heig. d.q.22.*

19 *Ideoque & Domini ſic reſpondere non dubitârunt:* Wañ gleich der *Citation* das ſichere Gleit außtrücklichen nicht einverleibet worden wäre / Dieweil aber dennoch eine jede *Citation* das gemeine ſichere Gleite mit ſich bringet/So habt jhr euch auch deſſen/vermöge der ergangenen *Citation* billich zu erfrewen / V. R. W. *Ad Conſultationem Antonii ab* Ebeck. *Menſ. Sept. Anno 1624.*

Q.4. Quid ſit Salvus conductus ſpecialis?

20 Specialis dicitur Salvus conductus,
quando citato præſtitâ ab ipſo cautione, plena
„ datur ſecuritas ſub publico Sigillo Judicij, ut
„ per totum tempus litis durantis, liceat ipſi in
„ loco judicij apud & inter ſuos commorari &
„ deliberare cum amicis & cognatis ſuis, ſuper
„ defenſione ſuæ innocentiæ. *Matth. Coler. de
proceſſ.execut.part.4.cap.1.num.255.* Plerunque
enim Rei non ſatis ſibi cautum eſſe exiſtimantes
ſalvo conductu generali, ſemper ferè præter
citationem ſeorſim quoque cautionem ſecuritatis,
quam in promptu ubi opus fuerit habeant,
ſub Sigillo Judicis ſibi mitti poſtulant,
præſtita cautione idoneâ de Stando juri usque
ad determinationem litis, & tum demum citationi
ſe parituros profitentur. *Dan. Mollerus
lib.2.ſemeſtr.cap.1. Ioh. Zanger. de Except.p.2.cap.5.
num.8. Matth. Coler. part.1. Deciſ.165.num.6. Blanc.
in tract. crim. §. datis defenſionibus. num. 53. Iohan.
Petr. Surd. lib.2. conſ.270. numer. 3. Iul. Clar. lib. 5.
ſentent. quæſt. 46. Matth. Stephan. in not. ad artic.*
21 *11.num.4. & 5. Ordin. Crim. Carol.* Hæcque ſecuritas
propriè & in ſpecie dicitur ſalvus conductus,
quandoque etiam plena Securitas, Gratia
vel Privilegium, das freye oder volle ſichere Gleit
zu recht vnd vor vnrechter Gewalt. Et definiri
poteſt, quòd ſit *Legitimum præſidium citato, præſtitâ
ab ipſo cautione ſufficiente, pro averſione periculi
carceris, aut alterius offenſionis, à Magiſtratu conceſſum:*
juxta ea quæ tradit *Bartol. in l. illicitas.6.
§. ne potentiores num. 2. ff. de offic. Præſid. Salycet. in
l. denunciamus 5. numer.1. & in l. præſenti.6.§. ſanè
C. de his qui ad Eccleſ. confug. Matth. Coler. de proceſſ.
execut. part.4. cap.1. num.203.* Pro cujus explanatione
exactiori ſequentia hæc ſcire neceſſarium
eſt: 1. Quinam ſalvum conductum accuſatis
concedere poſſit. 2. In quibus delictis. 3. In
quonam propriè conſiſtat hic Salvus conductus.
4. Quàm diu duret. 5. Quique ejus ſit Effectus.
6. Et qualis cautio à citato præſtari debeat,
quæque dicatur ſufficiens & idonea.

Q.5. Quinã Magiſtratus ſalvum conductum ſpecialem ſeu plenã ſecuritatem largiri queat?

22 PRIMUM quod attinet: *Quinam Magiſtratus accuſatis plenam ſecuritatem largiri queat?* Exiſtimare quis poſſet primâ fronte, jus concedendi Salvum conductum ad ſolum Principem ſeu Imperatorem ſpectare, ob textum in *l. relegati. in fin. ff. de pœn.* ubi dicitur, neminem poſſe commeatum remeatumve dare exuli, niſi Imper. ex aliquâ causâ. Non ergò id poterit inferior *Blanc. in pract. crim. §. ignorantia. nu.189.* Unde fit, quòd Salvum conductum habentem offendens incurrat crimen læſæ Majeſtatis *l.1. ff. ad Leg. Iul. Majeſt.* quod ſanè vel omnium confeſſione, adverſus ſolum Principem committitur. *§. publica. Inſt. de publ. jud.*

Sed contrarium experientia quotidiana ſa- 23
tis ſuperque teſtatur. Videmus namque quotidiè,
Principes recognoſcentes Cæſarem, Comites,
Barones, Civitates, Nobiles, aliosque Magiſtratus
& Judices, qui merum habent Imperium
ſeu Juriſdictionem altam, Salvum conductum
concedere. Et certè abſonum eſſet, hanc poteſtatem
illis denegare, quippe qui ſententiam in
cauſis criminalibus ferre poſſunt, ad quam niſi
accuſatus præſens ſit in judicio & audiatur, perveniri
nequit. *l. p. §. 1. ff. de publ. judic. Iul. Clar. lib.5.
ſentent. §. ult. quæſt.32.* Atqui in loco haud tuto
delinquens comparere non cogitur. *cap. accedens.
§. mandamus. ext. ut lit. non conteſt.* Aut ergò Salvum
conductum concedere, ipſi fas erit, aut Judicij
Criminalis proceſſus impedietur. Neque
enim Cæſar omnibus locis adeſſe, ab eoque ſecuritas
plena peti poteſt. Ex quo evincitur fa- 24
cultatem concedendi plenam ſecuritatem omnibus
competere, qui merum Imperium vel Juriſdictionem
Superiorem habent. *Proſper. Farin.
in prax. crimin. lib.1. tit.4. quæſt.29. nu.103. & ſeqq.
Iacob. Menoch. lib.1. conſ.100. nu.166. & 167. Tiber.
Decian. vol.3. conſil.96. num.1. Matth. Coler. de proceſſ.
execut. part.4. cap.1. nu.213. Petr. Brechm. quæſt.
1. de Securit. promiſſ. Dom. Arum. ad cap.1. Aur. Bull.
diſcurſ.1. th.18.*

Nec obſtant verba *l. Relegati. ff. de pœn. Si-* 25
quidem illa non de Salvo conductu, ſed de remiſſione
& indulgentiâ criminis loquuntur,
quam ſolum Imperatorem de jure Civili poſſe
largiri facilè conceſſerim. *Petr. Heig. lib.2. quæſt.
22. num.21. & ſeqq. Proſp. Farin. in prax. Crim. lib.1.
tit.1. quæſt.6. n.1. & ſeqq.*

26 Quod verò dicitur, per offenſionem Rei habentis Salvum conductum committi crimen læſæ Majeſtatis, illud admitti poteſt in violatore ſecuritatis ab ipſomet Cæſare conceſſæ; Quod ſi verò inferior ſecuritatem conceſſerit, quia is Majeſtatem per ſe non habet, delinquens pro Judicis arbitrio mitiùs puniri debet. *Farin. dict. quæſt.29. num.14. Matth. Coler. dict. cap.1. nu.229.* Quamvis & dici poſſet, vocabulum ſecuritatis in *l.1. ff. ad Leg. Iul. Majeſt.* non

de Salvo conductu, ſed de tranquillitate & pace accipiendum eſſe, prout ſentit *Duar.lib.2.diſp.cap.22.Dom.Arum.dict.diſp.1.th.28.*

27 Hinc facilè decidenda quæſtio, de qua ſæpiùs controverſum memini: *Vtrum Quæſtor Præfecturæ Electoralis Reo accuſato ſalvum conductum concedere queat?* Exiſtimârunt enim quidam, ejusmodi conductum à Quæſtore aut Præfecto conceſſum, validum non eſſe, niſi ab ipſo Principe, & in Aula Electorali is fuerit confirmatus. Sed ratificationem hanc neceſſariò non requiri, puto.

28 Exinde namq; quod dixi, omnem Magiſtratum jurisdictionem ſuperiorem habentem plenam ſecuritatem largiri poſſe, ſatis probatur, Quæſtoribus etiam ac Præfectis hoc jus competere; quippe qui merum Imperium ex conceſſione Principis habent. Idq; tantò verius eſt, quantò minus dubitandum, Quæſtores ac Præfectos nomine Principis & Electoris jurisdictionem exercere, & ſic quaſi ex mandato & juſſu illuſtriſſimi Electoris plenam ſecuritatem tribuere, ut ulteriorem aliquam ratificationem petere haud neceſſe ſit.

29 *Et ita reſponſum memini in caſu conceſſæ ſecuritatis à Præfecto VVeiſſenfelſ.Menſ.Sept.An.1629.*

Q.6. Quando & in quibus delictis ſalvus conductus ſpecialis debeat concedi Reis?

30 Secundò noſſe quoque oportet: *Quando & in quibus delictis ſalvus conductus concedi queat?* Ubi certiſſimum eſt, contra expreſſa Legum ſcita, puta pro manifeſto & notorio maleficio ſecuritatem haudquaquam eſſe concedendam, tenderet enim ejusmodi conceſſio in perniciem Reipublicæ. *Angel. Aretin. in tract. malef. verb.fama publica.num.60.* per *l.relegati.4.in fin. ff.de pœn.l.1.§.ſed Præſes provinciæ.ff.de quæſt.Matth. Coler.de proceſſ.execut.part.4.cap.1.num.231.* Unde *Felin.in c.accedens.2.n.3.extr.Vt lite non conteſt.* ſcriptum reliquit, ſecuritatem illicitè datam licitè frangi.

31 Largiri verò poteſt ſalvum conductum Judex, quando de crimine adhuc incertus, neque Reus confeſſus aut convictus eſt, aut innocentiam ſuam deducere ac probatã dare vult; Quare ad inſtantiam Rei Judex præviâ cauſæ cognitione arbitrari debet, utrum cauſa à citato allegata ſufficiens ſit ad impetrandam ſecuritatem nec ne. In quo diſcretioni judicis multum eſt tribuendum, juxta tradita *Conrad.in pract.crim. tit.de carceratione.n.15.Iacob.Menoch.de arbitr.jud. quæſt.lib.2.caſ.303.n.2.Jodoc.Damboud.in prax.rer. crim.cap.20.nu.9.Nicol Reuſner.lib.3.conſil.1.nu.31.* ubi multos allegat. Pro cujus informatione diſtinguendum eſſe puto: *An Reus delinquens abſens ſit & fugitivus, annon.*

32 *Priori caſu* hanc Regulam pono: Quòd Reo citato abſenti aut latitanti ſalvus conductus concedi debeat.

Etenim citatis ad locum non tutum propter carceris periculum, in effectu ſubtrahitur defenſionis facultas, *c.conſtitutis. in fin. de teſtibus. junct. cap. ſtatuimus. de Offic. Delegat. in 6to.* quæ tamen nec diffamato de aliquo crimine, nec etiam Bannito pro faciendâ ſuâ exculpatione denegari debet. *l. is qui cum telo.7.C. ad Leg. Cornel. de Sicar. c.ſignificaſti. extr. de homicid. Iaſon.in l.ut vim.3.num.7.& ſeqq.ff.de juſt.& jur.* Ac licet 33
quis inculpetur de aliquo crimine, attamen quia negando res dubia efficitur, ac propterea probatio accuſatori incumbit, *l.negantes.9.C.de obligat.& action.* meritò Reus carceres evitabit, offerendo cautionem fidejuſſoriam; quia videlicet crimen ipſius nõ eſt ita notorium, ſed conſiſtit adhuc in probatione. *Matth.Coler.de proceſſ. execut.part.2.cap.3.n.85.* Hocq; ipſum eſt, quod generalibus ac diſertis verbis jus Saxonicũ Reo citato ſecuritatem dari jubet, *art.*4.Ibi: Auch ſol man jhm alsdenn Friede wircken / vnd ſo ſoll er dann Bürgen ſetzen / vorzukommen vor Gericht / *&c. ubi gloſſ.ſub lit.C. & art.*14. *in verb.* Vnd man ſoll darumb Frieden wircken / *&c. ubi gloſſ. lit.D. lib.*2.Landrecht.

34 *Ampliat.*1. *hæc Regula* in delictis atrocioribus. Etſi enim in criminibus iis, pro quibus pœna ſanguinis vel alia corporis afflictiva imponenda venit, carceratus fidejuſſoribus minimè relaxetur, *l.Divus.ff.de Cuſtod.Reor. Bartol.in l.1.nu.1.ff.de cuſtod.Reor.Bald.in l.ſed ſi is.in pr.ff.de exhib.Reis.Paris de Put. in tract.ſyndic. verb. Carcer.& carceratus. cap.3.nu.16. Ant.Gomez.tom.3.var.reſol.cap.9.n.8. Proſp.Farin.in prax.crim.lib.1.tit.4.quæſt.33.nu.48. Iul.Clar.in pract.crim.§.ult.quæſt.46.Iacob.Menoch. de arbitr.jud.quæſt.lib.2.caſ.*303.*n.*15. Attamen, ſi Reus nondum ſit carceratus, & latitet vel in fuga perſeveret, ita ut copia ejus haberi nequeat, aliud omninò ſtatuendum erit. Equidem judex omnibus modis laborare, ac officiales literis patentibus incarcerationis, mit offenen Steckbrieffen ablegare debet, quò delinquens capiatur, & per modum inquiſitionis ſummariè adverſus ipſum procedatur; eique pœna indicatur; At ſi ultra omnem laborem deprehendi nequeat, non certè video, quare ſalvus conductus ipſi denegari debeat, ſi hunc petat, & defenſionem aut innocentiam probare velit.

35 Quin & ſecuritas Reo nocenti potius concedenda, quàm punitio & coërcitio criminis prorſus intermittenda eſt, quippe fugitivo & abſente Reo, pœna executioni mandari nequit: Ac licet quis regerat, adverſus fugitivum ad proſcriptionem & Bannum agendum eſſe, parum tamen hoc obeſt, quia Reus nocens, quò vitam redimat, non multum timet proſcriptionem, quæ & tùm locum ſibi vendicat, quando Reus impetratâ ſecuritate aufugit, ut ſic per conceſſionem ſecuritatis nil quicquam Magiſtratui præjudicetur.

36 *Veluti etiam in atrociſſimis delictis ſalvum conductum Reis petentibus concedi non ſemel obſervavi.*

*Ampl.*2. Ut ſalvus conductus non modò in ordinario, ſed & in ſummario atque inquiſitorio proceſſu concedi queat. Etſi enim adverſus præſentes tantùm (quos incarceratos non facilè relaxandos eſſe dixi) inquiſitoriè procedatur; Vid.*q.*107.*nu.*62. Accidit tamen ſæpiùs ut delinquentes fugitivi, antequam emiſſis literis incarcerationis inquiſitio formetur, judicem præveniant, aut inquiſitione jam formatâ, ex vinculis evadant atque aufugiant, defenſionem allegantes, ad ejusque probationem ſeſe offerentes, ac inſimul ſecuritatem

tatem plenariam petentes: Quo ſanè caſu, ipſis ſalvus conductus haud denegari debet, quo facilius & commodius ad deductionem innocentiæ pervenire queant, cujus facultas eis haudquaquam ſubtrahenda eſt, juxta tradita *Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 4. cap. 1. nu. 206.* 37 Facit quoq; huc, quòd inquiſitio in locum accuſationis ſucceſſerit. *cap. qualiter & quando. ext. de accuſation. Bartol. in l. 2. §. ſi publice. ff. de publ. judic.* Quare non minus in inquiſitione, quàm accuſatione ſecuritati locus erit tribuendus: ſiquidem ſurrogatum ſapit naturam ejus, in cujus locum ſurrogatur, *arg. §. fuerat. Inſtit. de act. l. ſi eum 10. § qui injuriarum. ubi Gloſſ. in verb. danda. ff. Si quis caut. in judic. ſiſt. cauſ. Iaſon. in l. certi condictio. 9. in pr. n. 27. ff. ſi cert. petat.*

38 *Et ſecundum ea quotidiè pronunciare ſolent Scabini, in hunc fere modum:* Ob wol *Inquiſit* ſolche Verbrechung hiebevor allbereit / ehe er flüchtig worden / bekant vnd geſtanden / jhm auch deßwegen die Todesſtraff zuerkandt worden / dieweil er aber dennoch anjetzo in einem Schreiben ein frey ſicher Gleit geſucht/vnd daß er mit ſeiner Notturfft vñ Vnſchuld gehöret werde/ gebeten / *&c.* So wird jhme gegen Beſtellung eines Vorſtandes vff *N. N.* (*pro qualitate ſcil. criminis & conditione perſonarum*) Thal. hoch/ zu Außführung ſeiner gerühmbten Vnſchuld eine/ (*vel* eine gedoppelte) Sächſiſ. Friſt/ (*quandoque etiam* auff ein/ oder zwey Monat) damit er ſich übereilens nicht zu beſchweren habe / billich mitgetheilet/ *&c.* Vnd wird inmittels biß auff ſeine *Defenſion* zu recht erkant / mit der *Execution* der jhme zuerkanten Straffe/ in ruhe geſtanden/ er auch mit der gefänglichen Hafft billich verſchonet/ V. R. W. 39 *Vel ita:* So wird jhme zu außführung ſeiner Vnſchuld gegen beſtellung eines gnugſamen Vorſtandes/ein frey ſicher Gleit / jedoch der Peinligkeit vnſchädlich / mitgetheilet/ V. R. W. *Ad requiſitionem Senatus Leiſnicenſis. Menſ. April. Anno 1623.*

Georgii Chriſtophori à Kitzſchers. *Menſ. Iulio, Anno* 1625.

Præfecti in Endorff. *Menſ. Auguſt. Anno* 1599.

40 *Ampl. 3. Regula hæc* in Reo confeſſo vel convicto, allegante tamen exceptionem aliquam probabilem. Etſi enim is delictum fateatur, attamen ſi legitimâ exceptione utatur; veluti ſi dicat, ſe occidiſſe aliquem ad ſui defenſionem, ſalvus conductus ei prodeſſe debet tamdiu, donec ſuper exceptione pronuncietur, & pronunciatum effectum rei judicatæ nanciſcatur. *Ioh. Zang. in tract. de Except. part. 2. cap. 5. nu. 15.* Qui enim ita confitetur, pleno jure pro confeſſo & judicato non habetur, licet præſumptio juris ſtet contra ipſum, *arg. l. 1. §. Divus. 17. ff. de quæſt. Bald. in l. un. num. 8. & 20. C. de confeſſ. Ioſeph. Maſcard. de probat. volum. 2. concl. 867. nu. 1. & ſeqq. Fulv. Pacian. de probat. l. 1. cap. 22. num. 29. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 1. caſ. 93. n. 37.*

41 *Ac ita reſponderunt Scabini in prædictâ ſententiâ ad petitionem præfecti in* Endorff: Ob wol *N. N.* nicht in abrede iſt / daß er *N. N.* einen tödtlichen Stich / davon er alſobald geſtorben / zugefüget / dieweil er aber dennoch dagegen eine Nothwehr fürgewendet/ *&c.* So wird er zu außführung ſolcher angezogener Nothwehr billich zugelaſſen / vnd jhme hierzu gegen beſtellung eines gnugſamen Vorſtandes / ein frey ſicher Gleit / biß etwas peinliches wider jhn zu recht erkant/mitgetheilet/ V. R. W. *Menſ. Auguſto, Anno 1599.*

At caſu poſteriori, quando Reus præſens 42 eſt, notari volo hanc Regulam: Quod ſalvus conductus ſive plenaria ſecuritas regulariter non concedi, nec incarceratus relaxari debeat. Quæ Regula à Dd. 43 communiter eſt approbata, *Bartol. in l. 1. n. 1. ff. de cuſtod. Reor. Bald. in l. ſed ſi is. in pr. ff. de exhib. Reis, Angel. Aretin. de malefic. in verb. Quod fama publica nu. 66. Proſp. Farin. in prax. crim. lib. 1. tit. 4. quæſt. 33. nu. 48. Paris de Put. in tract. Syndicat. verb. Carcer. & carceratus. cap. 3. num. 16. Boniſac. de Vital. in rubr. de carc. privat. nu. 2. Conrad. in pract. tit. de carceratione. n. 8. Foller. in pract. crim. verb. Examinati liberentur. nu. 4. Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. attingam. num. 1. Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crimin. cap. 20. num. 3. Ægid. Boſſ. in titul. de carcerato fidejuſſorib. commit. num. 1.* Neque ratione deſtituitur: Me- 44 tuendum namque eſt, quòd Reus ſub fidejuſſore relaxatus aufugiens judicium eludat, atque hâc ratione delicta maneant impunita, quum fidejuſſor ad pœnam corporalem ſeſe obligare nequeat, & obligatus tanquam nulliter obligatus conveniri non poſſit: quia membrorum ſuorum nemo eſt Dominus. *l. liber homo. ubi Bartol. & alij. ff. ad Leg. Aquil. Iodoc. Damhouder. dict. cap. 20. num. 4. Anton. Gomez. tom. 3. var. reſolut. cap. 9. Farin. dict. loco.*

Veluti & in practica hoc obſervatur, & quotidie 45 *hiſce ferè formalibus pronunciatur:* Daß *Inquiſit* der gefänglichen Hafft vff *Caution* nicht entlediget werden mag.

Limitatur tamen quandoque hæc Regula. Ac 1. in levioribus delictis, pro quibus non pœna corporalis, ſed vel pecuniaria, vel carceris aut Relegationis pœna imponi ſolet: Quum enim Fiſco per fidejuſſores hoc caſu ſatisfieri queat; commutatâ Relegatione, aut carceris pœnâ in mulctam pecuniariam, quod facilè fieri poteſt à Judice, qui merum Imperium habet, utique incarceratus ſub fidejuſſoribus relaxari debet; *l. 3.* Ibi: *Divus Pius Epiſtolam Antiochenſium Græcè reſcripſit, non eſſe in vincula conjiciendum eum, qui fidejuſſores dare paratus eſt: Niſi tam grave ſcelus admiſiſſe eum conſtet, ut neque fidejuſſoribus, neque militibus committi debeat. ff. de cuſtod. Reor.* per quem text. *Dd. communiter* hanc limitationem firmant. *Gloſſ. & Bart. in d. l. 1. num. 1. Bald. in l. nullus. nu. 3. C. de exhib. Reis. Bonif. de Vital. tit. de Carc. privat. num. 2. Conr. in pract. crim. tit. de carceratione. num. 5. Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. ult. q. 46. num. 7. Proſper. Farin. in prax. rer. crim. lib. 1. tit. 4. quæſtion. 33. num. 1. Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crimin. cap. 19. num. 5. & cap. 20. num. 1. Anton. Gomez. tom. 3. var. reſolut. cap. 9. numer. 8. Ægid. Boſſ. in titul. de carcerato fidejuſſ. commit. num. 1. & 2. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 303. n. 3. Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. attingam. nu. 1. Nicol. Reuſn. lib. 1. conſ. 3. n. 25.*

Quod & in practica ſic obſervatur, unde Dominos 46 *Scabinos ſæpius in hunc modum pronunciaſſe memini:* So wird *Inquiſit* gegen beſtellung eines Vorſtandes/ *&c.* ſich zu jederzeit/wann er erfordert/wiederumb zugeſtellen/der gefänglichen Hafft billich entlediget/ V. R. W. *Pratori & Scabinis Lipſenſibus. Menſ. Novemb. Anno 1627.*

Quæſtori Sangerhuſano, M Octob. Anno 1628.
Quæſtori Chemnizenſi, M. Mart. Anno 1629.

47 Quin & hoc caſu, ſi Reus incarceratus bona poſſideat immobilia in territorio illo, ubi inquiſitione adverſus ipſum proceditur, abſque cautione judiciali illum relaxandum eſſe puto.

Quod ſæpiùs obſervatum, ſcio in caſu, quo maritus de ſimplici adulterio cum fœminâ ſolutâ commiſſo inculpatus, ad interceſſionem conjugis ab ordinariâ mortis pœnâ liberatur.

48 *Limitat.* 2. *hæc Regula* in caſu infirmitatis, aut ſi mulier incarcerata ſit prægnans & partui proxima. Non enim æquum videtur, ut carcerati in carceribus moriantur. *Proſper. Farin. dict. quæſt.* 34. *numer.* 78. *Foller. in pract. criminal. in verb. vel carcerentur num.* 16. *in fin.* ubi ſic ſcribit: *Quod ſi aliquis eſt carceratus pro causâ criminali, infirmitate ſuperveniente, ſi commodè in carcere non poteſt curari, & infirmitas eſt gravis habitâ fide Medici, de hoc debet liberari ſub fidejuſſoribus de redeundo recuperatâ ſanitate.* Hactenus *Foller.* quem ſequitur *Nicol. Reuſner. lib.* 3. *conſil.* 1. *num.* 34. Etenim, ſi infirmitas legitima cauſa eſt diſpenſandi cum aliquo ſuper pœnâ delicti, ſecundum *Ludov. Gomez. ſuper reg. Cancell. in reg. de Infirm. reſigna in* 78. *privileg.* certè multò magis debet reputari legitima cauſa diſpenſandi ſuper carcere, prout argumentatur *Foller. dict. loco num.* 28.

49 *Et ſecundum ea pronunciarunt Scabini ad Conſultationem Antonij à* Schönberg. Dieweil ewrem Bericht nach die Dirne über die helffte zur Zeit jhrer Geburt iſt/ ſo wird ſie der gefänglichen Hafft vff *Caution* jedoch der Peinligkeit vnſchädlich/ billig entledigt/ V. R. W. *Menſ Iun. Anno* 1585.

50 *Et in alio caſu:* So wird N. N. gegen Beſtellung eines Vorſtandes vff hundert Gülden hoch/ jedoch der Peinligkeit vnſchädlich/ ſich zu jeder zeit/ wenn er erfordert/ widerumb zugeſtellen/ der gefänglichen Hafft billig entlediget/ V. R. W.

Prætori & Scabinis Zvvickavienſibus. Menſe Martio, Anno 1606.

51 Quod tamen ſic intellectum volo, ut judici per id non adimatur poteſtas, inquiſitum in camerâ vel hypocauſto cuſtodibus tradendi: Quod pro arbitrio ſuo præſertim in delictis atrocioribus, & quando delinquens vilis perſona & de fuga ſuſpectus eſt, aut cautionem præſtare nequit, Magiſtratus tutò facere poterit; cùm circa cuſtodiam & modum detentionis Reorum, magnum is habeat arbitrium. *l.* 1. *ff. de Cuſtod. Reor. Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crim. cap.* 20. *nu.* 9. *Farin. dict. quæſt.* 33. *nu.* 71. *Conrad. in pract. tit. de carcerat. n.* 15.

52 *Limitat.* 3. *hæc Regula*: Quando pendente proceſſu, Judex ex Actis inquiſitionalibus informatus pro certo credit, Reum non fore culpabilem ſuper eo delicto, de quo inſimulatur. Tum enim fidejuſſoriæ cautioni locus eſt, quantumvis de pœnâ corporali agatur, text. in *l. nullus.* 2. *in fin.* Ibi: *Donec reperit. C. de exhib. reis. l.* 1. Ibi: *vel pro innocentia perſonæ. ff. de cuſtod. Reor. Bartol. & Dd. in l.* 1. *C. de exhib. Reis. Iul. Clarus lib.* 5. *ſent. §. ult. quæſt.* 46. *num.* 10. *Hippol. de Marſil. in l. un. nu.* 96. *&* 97. *C. de nupt. virg. & in pract. crimin. §. attingam. nu.* 16. *Paul. Girlan. tit. de fidejuſſ. Reor. quæſt.* 1. *num.* 4. *&* 8. *Nicol. Reuſner. lib.* 3. *conſil.* 1. *nu.* 29. *Ægid. Boſſ. in tit. de ſentent. num.* 61. ubi teſtatur hoc obſervari in practica. *Matth. Coler. de proceſſ. execut. part.* 2. *c.* 3. *num.* 88. In quo tamen arbitrium Judicis neutiquam eſt excludendum, qui pro qualitate delicti & circumſtantiarum aliud diſponere poteſt, prout rectè monet *Iul. Clar. dict. n.* 10. *in fin.*

Reſpondimus ita Prætori & Scabinis Pegavienſibus. Menſ. Febr. Anno 1623.

53 Tertiò: videndum quoque, in quonam propriè conſiſtat Salvus conductus ſpecialis, quæque ejusdem ſit qualitas & finis? Ubi pro certo tenendum, conductum hunc eam tribuere facultatem & gratiam Reo, ut per totum tempus durantis litis, liceat ipſi in loco ac ditione iſtâ judicij apud & inter ſuos commorari, negotia ſua tractare, & deliberare cum amicis & cognatis ſuis ſuper defenſione ſuæ innocentiæ. *Matth. Coler. de proceſſ. execut. part.* 4. *cap.* 1. *nu.* 255. *Iohan. Zanger. in tract. de except. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 19. *& ſeqq.* Idque verba innuunt ſalvo conductui inſerta. Biß ſo lang etwas peinliches wider jhn erkandt: Quare & plena dicitur ſecuritas, qua pendente nihil novare poteſt Judex. *Modeſt. Piſtor. vol.* 2. *conſ.* 49. *num.* 29. *& ſeqq. Iohan. Zanger. dict. cap.* 5. *num.* 20. Hancque ſecuritatem operatur cautio à Reo præſtita, quæ differentiam formalem facit inter Generalem & Specialem ſalvum conductum. In illo enim, ſcilicet in generali ſalvo conductu im gemeinen ſichern Gleit/ cautio à Reo non præſtatur, ideoque nec tum plenam ſecuritatem commorandi Reus habet.

Q. 7. In quinam conſiſtat ſalvus conductus ſpecialis, quæq; ejuſdem ſit qualitas & finis.

54 Non tamen ſecuritas hæc vim ſuam eò extendit, ut Reus ipſemet aliquid violenter vel contra pacem publicam committere, & delinquere poſſit, offendendo videlicet adverſam partem, aut alios eorum locorum homines verbis vel armis: Quo ſanè caſu, non habita ratione dati conductus, Reus incarcerari & puniri poteſt. *Angel. Aretin. in tractat. maleſ. verb. fama publica, num.* 60. *Matth. Coler. de proceſſ. execut. part.* 4. *cap.* 1. *num.* 260. *Iohan. Zanger. de Except. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 13. Tribuit namque ſalvus conductus ſecuritatem, tantummodò à violentia facti illicita, non à licita violentia juris, quod ſatis innuunt verba (zu recht vnd vor vnrechter Gewalt) *Iohan. Zanger. dicto loco.* Et clarius hoc exprimit *art.* 156. *in fin.* Ibi: Vnnd ſoll derſelbig zum rechten für vnrechter Gewalt/ vnd nicht weiter vergleitet werden. *Ordin. Crim. Carol.* Quare & inſtrumentis ſecuritatum quandoque hæc clauſula apponi ſolet: Damus tibi pacem & ſecuritatem contra vim injuſtam, ita tamen, ut viciſſim tu quoque pacificum te & modeſtum exhibeas: Wir geben dir Gleit zu recht vnd vor vnrechter Gewalt/ doch alſo/ daß du dich hinwiderumb auch gleitlichen verhalteſt/ *arg. l. ſi quis major.* 41. *C. de tranſact. Matth. Coler. dict. cap.* 1. *num.* 261. Neque enim aſſecuratus juvare ſe poteſt ex cautione ſecuritatis, quam ipſe oppugnavit vel violavit. *c. ex eo. ext. de reg. jur. in*

jur.in 6to.l.8.§.ſi ex cauſa,cum l.Titia.13 ff.de inoff. teſtam.& l.6.de pet.hered. Sed locum hîc habet Regula: Frangenti fidem fides frangatur eidem. *l.cum proponas.16.§.inter, ubi gloſſ.& Iaſon.nu.5.& 6.C.de pact.Coler.dict.loc.n.260.*

55 Notandum porrò & hoc, quòd Magiſtratus concedens ſalvum conductum Reo, haudquaquam præjudicet alterius jurisdictionis Domino, qui delinquentem in ſuo territorio repertum vel tranſeuntem benè captivare poteſt: Extra territorium namque nullum jubendi jus eſt, *l.extra territorium.ff.de jurisdict.* Quia ergò concedens limitatam habet jurisdictionem, extra quam juſſus ejus ſe extendere nequeat, certè nec ſecuritas, tanquam effectus, ulterius ſeſe exerere poterit. 56 Nil itaque obſtat, quin Dominus in ſuo territorio Reum, cui ab alio Magiſtratu ſalvus conductus fuit conceſſus, capere & incarcerare poſſit. *Iohan.Zanger.in tract.de Except. part.2.cap.5.num.26.Matth.Coler.de proceſſ.execut. part.4.cap.1.nu.215. Dom.Arum.in diſcurſ.1.ad Aur. Bull.cap.1.theſ.19.* Ideoque ut Reus non tàm in loco judicij, quàm in omnibus aliis locis, per quæ patet ipſi tranſitus, plenâ ſecuritate gaudeat, ſalvus conductus à ſuperiore impetrari debet. *Ægid.Boſſ. in pract.crim.tit.de citat.nu.38.39. Iul.Clar.l.5.ſentent.§.ult.quæſt.32.n.13. Matth.Coler.dict.cap.1.n.216.*

57 Magiſtratus tamen, qui ſecuritatem conceſſit, eam non ſolummodo in omni ac univerſo ſuo territorio, ſed etiam in alieno ſervare debet; ita ut auxilio iſtius Magiſtratus, Reum nequaquam capere queat, ut rectiſſimè docet *Modeſt. Piſtor.volum.2.conſil.49.nu.7. Iohan.Zanger.de Except.part.2.cap.5.n.28.* Eſt enim ſecuritatis promiſſio bonæ fidei, & verba ſalvi conductus ſunt verba fidei datæ, ſapiuntque naturam pacti. *Petr. Brehm.quæſt.6.de ſecuri.promiſſ.* Bonæ fidei autem videtur congruere, & de naturâ pacti eſt, ut promiſſum præſtetur. *l.1.ff.de pact.* At promiſſa ſecuritas eſt generaliter ſine ullius loci expreſſione aut exemtione; Ideoque & generaliter exaudienda erit. *Dom.Aurum.dict.theſ.19.* 58 Unde & *Baldus lib.5.conſil.*414. monet, in ſecuritatibus conſiderandam eſſe formam verborum, & nihilominus bonam fidem & mentem tàm promittentis, quàm recipientis, qui videntur idem ſentire, quod homines prudentes & viri boni ſentiunt. Quis verò unquam vir prudens committeret ſe ſecuritati tali, quæ quod nomen ſonat non plenè, ſed certis in locis ſaltem præſtaret. Nec judex quenquam ſub fide & autoritate ſuâ decipi patietur. *l.1.C.de his qui ven.ætat.impet.l.Barbarius. ff.de offic.prætor.*

59 QUARTUM, de quo hic agendum, tempus Salvi conductus concernit, quàmdiu nempè ille duret? Et, ſiquidem in conceſſione ſecuritatis certum tempus fuerit expreſſum, puta trium menſium, dubium non eſt, quin ſalvus conductus per illud tempus duret, adeoque durante illo trimeſtri, Reus in loco judicij ſecurè commorari poſſit. *Matth. Coler.de proceſſ.execut.part.4.cap.1.n.244.* Quod tamen tempus niſi expreſsè aliud actum fuerit, continuum eſſe, & de momento ad momentum currere videtur. *Abbas in cap.fin.extr.de Elect.gloſſ.in rubr.ff.de diverſ.& temp.præſcript.Bart. in l.genero.8.n.3.ff.de his qui not.infam.*

Q.8. Quamdiu ſalvus conductus ſpecialis ſive ſecuritas plenaria duret?

60 Conceſſo verò ſalvo Conductu absq; temporis determinatione, res magis dubia eſſe videtur. Sed arbitratur *Matth.Coler.* hoc caſu ſecuritatis conceſſionem ad primum terminum reſtringendam eſſe, niſi ipſemet Judex eam aliter explicet, *dict.part.4.c.1.nu.247.* ſecutus *Panorm. Bartol.& Niell.* quos ibidem allegat. Quæ ſententia etiam veriſſima videtur: 61 *Tùm*, quòd ubicunque tempus non eſt determinatum, illud relinquitur Judicis definitioni. *l.1.§.ait Prætor.ff.de jur.deliber.* Unde & *Dd.* tradunt, Conceſſionem Securitatis, in quantum tempus durare debeat, reſidere in arbitrio Judicis. *Bartol.& Dd.in l.illicitas.6.§.ne potiorem.ff.de offic.Præſid.& in l.denunciamus.5.C.de his qui ad Eccleſ.confug.* *Tùm*, ut longæ ambages, circuitus, & expenſæ litium evitentur, atque faciliùs & citiùs de Reo vindicta ſumi poſſit. *l.properandum.13.C.de judic.l.20.C.de agric. & cenſit.*

62 Sed hiſce in provinciis in conceſſione Salvi conductus ſpecialis, ſemper ferè tempus certum exprimi ſolet; Inſtrumentis ſiquidem ſecuritatis plenariè hæc verba inſeruntur: (**biß ſo lang etwas peinlichs wider jhn erkandt**) quibus ſignificatur, ſalvum conductum tamdiu ſecuritatem tribuere Reo, donec vel pœnâ capitali, aut aliâ corporis afflictiva Reum afficiendum, aut quæſtioni ſubjiciendum eſſe, Judex pronunciaverit, eaque ſententia publicata fuerit. *Dan.Moller.lib. 2.ſemeſtr.cap.1.n.1. Ioh.Zanger.de Except.p.2.cap.5. n.14.& 19.*

63 Sententiâ itaque ejusmodi publicata, ſalvus conductus ceſſat, adeoque & cautio à Reo præſtita relaxatur; & Reus denuò incarceratur, atque adverſus ipſum inquiſitoriè ſecundum ſententiam latam proceditur.

64 *Hinc in Elect. Saxon. Scabinatu hiſce ferè formalibus pronunciari ſolet:* Auff peinliche Anklage/ gethane Antwort/ geführten Beweiß vnnd Gegenbeweiß/ darauff erfolgte *Exception* ſchrifft vnnd ferner Geſetz/ in Sachen peinlichen *Fiſcaln*, Anklägern an einem/ *N. N.* Angeklagten andern theils/ *&c.* Sprechen wir Churfürſtliche Sächſiſche Schöppen zu Leipzig vor Recht: Auß den *Acten* allenthalben ſo viel zu befinden/ daß Angeklagten ertheiltes ſichere Gleite billig *caſſiret* vnd auffgehoben/ er zur gefänglichen Hafft bracht/ vnnd auff die jhm zugemeſſene Verbrechung articulsweiſe vernommen wird/ vnnd wofern er ſich in gutem nochmals dazu richtig nicht bekennen will/ ſeyd jhr wol befugt/ jhn mit der Schärffe ziemlicher weiſe angreiffen/ vnd befragen zu laſſen: Ob er nicht/ *&c.*

Quæſtori Dippoldiswaldenſi. Menſ. Octobr. Anno 1624.

Conſulibus & Senatui in Oderan. *Menſ. Iunio, Anno 1630.*

Actuario Iudicij in Queis.*M.Febr.Anno 1622.*

65 Hic dubium oritur: *An ſententiâ ejusmodi latâ, quâ ſcilicet Reus Securitatem habens quæſtioni ſubjici, aut pœnâ corporali vel ultimo ſupplicio affici jubetur, judex eum confeſtim comprehendere & incarcerare queat, an verò expectare teneatur, donec usque ſententia poſt decendium tranſierit in rem judicatam?*

Q.9. Num per ſententiam ſublato ſalvo conductu confeſtim Reum prehendere *liceat, antequam ſententia tranſeat in rem judicatam?*

Pro cujus reſolutione, puto diſtinguendum eſſe:utrum inquiſitoriè, an vero proceſſu ordinario per viam accuſationis adverſus delinquentem procedatur. *Priori caſu*, in proceſſu 66 ſcilicet Inquiſitionis, vix dubium erit, quin Judex confeſtim Reum captivare queat; ſiquidem quamprimum ſententia aperitur & ad noticiam Judicis inquiſitoriè procedentis pervenit, executioni ſtatim mandari poteſt, neque in proceſſu inquiſitorio publicatione ſententiæ opus eſt, neque ſententia per Leuterationem vel Appellationem à viribus rei judicatæ ſuſpendi poteſt, uti notiſſimum eſt. Vid. *infra quæſt.* 139. *num.* 14. Quare nec cauſa exiſtit, quæ incarcerationem Rei impedire poſſit: ut ſic judici confeſtim procedere liceat.

67 *Veluti ſic pronunciavimus Præfecto VVeiſſenfelſenſi. Menſ. Decemb. Anno* 1621.

68 Aliud verò dicendum eſt in *caſu poſteriori*, quando nempe per viam accuſationis, ordinario proceſſu adverſus delinquentem agitur: Etenim, quia intra decendium in proceſſu ordinario criminali, per Appellationem ſententia ſuſpendi poteſt, *vid. infr. qu.* 139. *nu.* 31. in rem judicatam ante illud tempus non tranſit, nec revera ante decendium pro judicato habetur. *tot. tit.* C. *de re judic. Matth. VVeſembec. in parat. ff. de re judic. n.* 3. Ideoque nec ante decendium ſalvus conductus ceſſat & annullatur, neque contra ſecuritatem adhuc durantem judex agere poterit. *Dan. Moller. lib. 2. Semeſtr. cap.* 1.

69 Nec obſtat, quòd hac ratione Reus ſecuritatem habens, & tenorem ſententiæ advertens, effugiendo judicium facilimè eludere poſſit. *Siquidem* ſuſpicionem hanc fugæ, cautio præſtita excludit, & in omnem eventum judici contra non comparentem vel fugientem iis remediis uti licet, quibus utendum neceſſariò fuiſſet, ſi ab initio denegata fortè ſibi ſecuritate, Reus ipſemet non comparuiſſet. *Moller. dict. c.* 1. *num.* 2.

70 *Prout etiam reſponderunt Domini:* Ob nun wol durch Vrthel vnd Recht das ertheilte ſichere Gleit *caſſiret* vnnd wider vffgehoben worden / dieweil aber dennoch bemeldtes Vrthel vor Verflieſſung deß *decendii* ſeine Krafft Rechtens nicht erreichet / ſondern *per Appellationem vel Leuterationem* nach gelegenheit dieſes Falls / weil man *in ordinario proceſſu verſiret*, gar wol *ſuſpendiret* werden können / vnd alſo das ſichere Gleid vor ſelbiger Zeit nicht *caſſiret* geweſen / &c. So haben auch die Gerichte daran / daß ſie euch vor Verflieſſung deß *Decendii* wieder in Hafft genommen / zu viel gethan / vnnd dem gegebenen ſichern Gleite zu wider gehandelt / &c. Nach Jauer / an Merten Rennewolffen / *Menſ. Auguſt. Anno 1621.*

71 Quinto etiam de Effectu Salvi Conductus diſpiciendum eſt: Qui in eo propriè conſiſtit, ut ſecurus ſit ab incarceratione, nec vim injuſtam timere debeat is, cui ſecuritas data eſt: quæ ſemel conceſſa inviolabiliter ſervari debet. *Cyn. in l. præſenti. 6. num. 5. C. de his qui ad Eccleſ. confug. Iaſon. in l. conventionum. 5. nu. 3 ff. de pact. Cagnol. in l. ea natura Cavillationis. 65. num. 23. ff. de Reg. jur. Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 4. cap. 1. n. 228. & part. 1. deciſ. 165. num. 1. Iohan. Zanger. de Except. part. 2. cap. 5. numer. 9. Modeſt. Piſtor. volum. 2. conſ. 49. Fulv. Pacian. lib. 2. de probat. cap. 46. nu. 23. & ſeqq. Iacob. Menoch. lib. 1. conſ. 100. n. 209.* Sicut enim appellatione interpoſita, ut quæ judicatum ſuſpendit, *l. 1. §. ult. ff. ad SCtum Turp. l. ſi cauſa cognita. 32. C. de tranſact.* nihil debet innovari. *l. 1. ff. nih. nov. appell. interp.* Ita ſecuritate pendente, nihil adverſus eam innovandum eſt. Quod vel maximè procedit de jure Saxonico, Landrecht. *lib. 2. art. 14. §.* Kommen ſie denn nicht. Ibi: Man ſoll jhme Friede wircken. *& art. 4. ubi gloſſ. in verb.* Wer ſich auß / *&c. dict. lib. 2.* Landrecht.

Hinc & majoris fidei cauſa, ſalvus Conductus in foro Saxonico ad acta redigitur, & inſtrumentum deſuper confectum exhibetur. 72 *Coler. dict. c. 1. num.* 212. Etſi verò non videtur carere periculo, quòd quis ſe committat fragili cautioni, vel ſecuritati, quæ in parva membrana vel papyro continetur, juxta tradita *Mar. Socini in tract. citat. art.* 18. *num.* 10. quem allegat *Coler. dict. loco num.* 212. metum tamen & diffidentiam tollit 1. Autoritas legis, quæ facit aſſecuratum vacare ab omni timore. *Angel.* 73 *in l. utimur. 5. num. 7. ff. de ſepulch. violat.* Ipſa enim Lex ſalvum conductum ſervare jubet, *Nov.* 17. *c.* 6. Et fides ſemel data etiam hoſti debet ſervari; *Iaſon. in l. conventionum. ff. de pact. Bald. in l. pen. C. de donat. int. vir. & uxor. Matth. Coler. part. 1. deciſ. 165. num. 3. Helfr. Vlr. Hunn. lib. 1. var. reſolut. tract. 1. quæſt.* 6.

2. Vis & efficacia obligationis, quæ contracta neutiquam violari debet. 74 *l. ſicut. C. de oblig. & act.* Habet enim ſecuritatis promiſſio ſe inſtar pacti, quia eſt duorum, ſcilicet concedentis & accipientis in idem placitum. *l. 1. ff. de pact.* Ut ergò pactum contrahẽtes obligat, nec alterâ parte invitâ ab eo recedere fas eſt; ita nec concedenti ſoli à promiſsâ ſecuritate reſilire licebit. *Dom. Arum. in diſc. 1. ad Aur. Bull. cap. 1. th.* 20.

3. Splendor & auctoritas Magiſtratus, cui 75 admodum dedecori eſſet fidem fallere, inprimis ſi à ſummo Magiſtratu, Principe nempe ſalvus Conductus fuiſſet conceſſus. Vox enim Principis inſtar Oraculi eſſe debet, unam habens linguam. *Arnold. Clapm. de arcan. Rerumpubl. lib. 5. cap. 8. Arniſ. de jure Majeſt. Major. cap. ult. in fin.* Quare regiè, ut pleraque alia Alphonſus Rex Neapolitanus dixit: Solam fidem tantum apud Principem, quantum juramentum apud privatos, valere debere. *Arum. ad Aur. Bull. p.* 14. Et Archiepiſcopus Colonienſis apud *Crantzium. lib. 6. c. 46. in Saxon. Verba*, inquit, *Cæſareæ Majeſtatis mihi pro juramento ſunt, & ſicut turpe eſt aliis omnibus, quibus vel minima virtus cordi eſt, fidem fallere, ita turpiſſimum eſt Principi viro pacta violare.* Nil itaque obſtat, quin Reus citatus ſalvo conductui fidem tribuat, eique ſeſe committat.

Q. 10. Quomodo puniatur offendens Reum ſalvum conductum habentem?

Cæterùm hoc loco de duobus contro- 76 verti ſolet 1. *Qua pœnâ teneatur offendens eum, qui ſalvum habet conductum?* Nam quòd hic incurrat crimen læſæ Majeſtatis, videtur probari ex *l. 1. in pr.* Ibi: *Vel adverſus ſecuritatem ejus committitur. ff. ad Leg. Iul. Majeſt.* prout ſentiunt *Bart. in dict. l. 1. num. 6. Matth. de Afflict. in cap. un. §. Et bona committentium.*

*tentium.num.*58.*tit.quæ ſint Regalia.in uſib.Feudor. Hier.Gigas in tract.de crim.læſæ Majeſt.lib.*1.*tit.qualiter & à quibus crimen læſ.Maj.committ.qu.*18.*nu.* 1.*& ſeqq. Proſp.Farin.in prax.crim lib.*1.*tit.*4 *q.*29.

77 *nu.*12.*Ægid.Boſſ.in tit.de crim.læſ.Maj.nu.*10. Unde ſequitur offendentem eum qui ſecuritatem habet ultimo afficiendum eſſe ſupplicio; quia gladij pœnâ crimen læſ. Majeſt. coerceri ſolet. *l.Quisquis.*5.*in pr.C.ad Leg.Iul.Maj.* idemque videtur confirmare textus juris Saxonici in *art.*13. §. Die einen Mann ſchlagen. *verb.* Die den Friede brechen / denen ſoll man das Haupt abſchlagen/ *lib.*2.Landr. Quod & in practica ſic obſervari ait *Additionator ad art.*4.*lib.*2.Landr.*lit.B.*

78 Verùm ſi quis accuratè inſpexerit prædictos *Dd.* deprehendet, eos ſolummodò loqui de offenſione citati, factâ contra ſecuritatem datam immediatè à Principe vel Republ., quæ inſtar criminis læſæ Majeſt. pœnâ gladij coercenda eſt. Quamvis nec hoc conceſſerim; Ut maximè enim per violationem ſecuritatis, à Principe conceſſæ, crimen læſæ Majeſt. committatur, propterea tamen non ſtatim ultimum ſupplicium ſibi locum vendicare exiſtimaverim; quum & deportatione, quandoque etiam Relegatione crimen læſæ Majeſtatis puniatur. *l.*40. *junct. l.eorum.*24.*ff.de pœn. Henric.Bocer.de crimin. læſ.Majeſt.cap.*3.*n.*109.

79 Neque ex textu juris Saxonici in *art.*13. *lib.* 2. Landr. hæc pœna probari & evinci poterit; Utpote qui de violatoribus pacis publicæ loquitur, quando ſcilicet doloſè & armatâ manu, collectis & coadunatis hominibus, quis pacem publicam frangit: quo ſanè caſu pœnam gladij obtinere, nemo negaverit, propter *Receſſ. Auguſt. ſub Imp. Ferdinando I.An.*1555.§. Wir ſetzen/ordnen/ *&c. Ordin.Crim.Carol.art.*128.*&* 129. *Conſt.Elect.* 13.*part.*4.*in pr. ubi Dan.Moller.n.*5. *Andr. Gail.lib.*1. *de pac.publ.cap.*1.*nu.*6. eam verò ad offenſionem ſecuritatis crimino ſo conceſſæ extendere, nimis durum eſſe. *Matth.Coler.de proceſſ.execut.part.* 4.*cap.*1.*n.*130.

80 Quare rectiùs alij arbitrantur, pœnam extraordinariam pro judicis arbitrio hoc caſu irrogandam eſſe, juxta facti & perſonarum qualitatem. *Guid.Papæ.deciſ.*418.*nu.*1.*& ſeqq.Nic.Boër. deciſ.*179.*n.*4. *Iacob.Menoch. de arbitr.jud.quæſt.lib.* 2.*caſu.*336.*n.*1. ubi hanc ſententiam magis receptam eſſe, teſtatur.

81 *Secundum quam pronunciare non dubitaverunt Scabini in caſu, quo ipſemet Iudex ſalvum Conductum violaverat, in hunc modum reſpondentes.* Derowegen jhr die Gerichte wegen Brechung deß ſichern Gleits / *actione injuriarum* zu belangen / vnd daß ſie vmb eine ſumma Geldes zu ſtraff genommen werden möchten / an gehörigem Orte gebürlichen zu ſuchen wol befugt ſeyd/ V.R.W. Nach Jauer an

82 Martin Rennewulffen/ *Menſ.Auguſt.An.*1621.

Qu. An Reus crimen confeſſus non obſtante ſalvo conductu, confeſtim prehendi & puniri poſſit?

2. Quæritur: *Si Reus, cui data eſt ſecuritas, in judicio delictum ſpontè fuerit confeſſus, num ſtatim, ſecuritate non obſtante in carcerem conjici & puniri*

83 *queat?* Quod affirmo cum *Dan. Moller. lib.* 2. *ſemeſt.c.*1.*nu.*2. *Tùm*, quòd in confeſſum nullæ aliæ ſint partes judicis quàm in condemnando. *l.proindè ſi. in fin. ff. ad Leg Aquil. Angel. Aretin. de malefic.in verb.fam. publica. nu.*28.*in fin. Hippol.de Marſil.in pract.crim.§.quoniam n.*18. *Iul.Clar.lib.*5. *ſent.§.ult.quæſt.*65.*n.*1.

84 *Tùm*, quòd ſalvus conductus ei tantummodò concedi ſolet, qui ſe innocentem aſſerit, aut exceptione aliquâ utitur, quâ probatâ, à pœnâ ſeſe liberare poteſt. *Ioh.Zanger. in tract.de Except.part.*2 *cap.*5.*n.*15.*Matth.Coler.de proceſſ.execut.part.*4.*cap.*1.*n.*255. Quare ſi Reus crimen ſimpliciter confeſſus ſit, nil quicquam ſecuritas ipſum juvare poterit, ideoque ea non obſtante, accuſatum incarcerandum & puniendum eſſe, rectiſſimè quis affirmaverit.

85 Sextò denique circa Salvum Conductum Satisdatio ſive cautio judicio ſiſti attendenda eſt. Quam Reus ſecuritatem petens præſtare debet. *Ioh.Zanger.de Except.part.*2.*cap.* 5. *Matth.Coler.part.*1.*deciſ.*107 *&* 113. *Dan.Moller. lib.*2.*ſemeſtr.cap.*1.*&* 2. *Matth.Steph.in not. ad art.* 11.*n.*4. *Ordin Crim.Carol. Iul.Clar.lib.*5.*ſent.§.ult. quæſt.*46.

86 Nam & de jure civili, Reus pro cauſa pecuniaria conventus, ſi non poſſideat immobilia, tenetur præſtare cautionem de perſeverando ſaltem in lite uſque ad ſententiam definitivam, vel uſque ad determinationem controverſiæ. *l.Senatus.*16.*ff.de offic.Præſid.§.ſed hodiè.Inſt. de ſatiſd junct.l.ſciendum.*15.*& l.ultim.ff.qui ſatiſd. cog.* A quo jus Saxonicum non diſcrepat, *lib.*2. Landrecht. *art.*9. §. der Richter / ubi tam Reus, quam Actor ad ſatisdationem obſtringuntur. Licet verò in civilibus, mos ſatisdandi ex parte Rei, ut plurimum hodiè ab uſu noſtrarum Provinciarum receſſerit, teſte *Chilian.*König *in ſuo proceſſ.cap.*46. Von Caution vnd Vorſtänden/ *nu.*3.*verſ.* Aber in Vbung / *Matth.Coler.de proceſſ. execut.part.*2.*cap.*3 *nu.*48.

87 Aliter tamen res ſe habet in cauſis criminalibus, ubi etiamnum hodiè Rei ſalvum conductum petentes, fidejuſſoribus cavere ſolent de ſiſtendo ſe judicio, quotiescunque opus fuerit, neque ſalvus conductus conceditur, niſi cautione hac præſtita, teſtante practica quotidiana.

88 *Hæcque omnia, de quibus hactenus dictum, in conceſſione ſalvi Conductus probè attendenda eſſe, patet ex more pronunciandi in Elect.Sax. Scabinatu recepto:* Daß Angeklagter noch zur Zeit für vngehorſam nicht zu achten/ Es iſt aber auch angegebener *Defenſor* ferner nicht zuläßlichen. Sondern es iſt Angeklagter vff anderweit fürgehende gebührende Ladung/ in eigener Perſon / bey ſtraff Vngehorſams zu erſcheinen/ vnd vff erhobene peinliche Anklage ſich einzulaſſen/ vnd zu antworten ſchuldig/ darzu jhme denn das gebettene frey ſichere Gleit zu recht vnd vor vnrechter Gewalt / biß ſo lang etwas peinlichs wider jhn erkandt / gegen Beſtellung eines Vorſtandes vff fünff hundert Thaler (*aliave pecuniæ ſumma pro ratione & circumſtantiarum & arbitrio judicis expreſſâ*) hoch billich gegeben vnd ertheilet wird/ vnd vffn Fall er ſolchen Vorſtand zu beſtellen nicht vermag / läſſet er ſich an dem gemeinen Gleite von den Gerichten ſicher ab vnd zuzuziehen/ billich begnügen/ V.R.W. *Quæ clauſula poſterior tum demum addi ſolet, quando de facultatibus Rei dubitatur, ejusve inopia ex actis colligi poteſt.*

89 Effectus autem hujus cautionis eſt, ut fidejuſſores Reum ſiſtant, quò judicio criminali finito ſententiaque lata, pœna executioni mandari, ac delinquenti ſupplicium promeritum irrogari poſſit. Nam ſi fidejuſſores Reum

criminis non exhibeant, à pœnâ corporali vel
ultimo ſupplicio, quo Reus ipſemet puniri
90 debet, immunes quidem ſunt; Fidejuſſor enim
non poteſt ſe obligare ad pœnam corporalem
pro Reo. *Bart. in l. ſi quis. 4. circa pr. ff. de Cuſtod.
Reor. Bald. in l. 1. C. de fidejuſſ. dot. Matth. VVeſembec.
in parat. ff. de Fidejuſſ. & mandat. num.* 4. Quin & ſi
hoc fecerit, corporaliter tamen puniri nequit;
Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3 *num.* 53.
Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. *Et quia, &* §. *attingam. num.* 3. *Iul. Clar. in pract.* §. *ult. quæſtion.* 47.
num. 17. quum pœnæ ſuos perſequi debeant autores, *l. ſancimus.* 22. *C. de pœn.* & nemo ſuorum
membrorum ſit Dominus. *l. liber homo* 13. *ff. ad
leg. Aquil. junct. l.* 1. *ff. de his qui ſibi mort. conſciv.* Attamen pro arbitrio judicis mulcta pecuniaria
ipſis imponenda, aut ſumma pecuniæ in cautione determinata & expreſſa ab iis exigenda
91 eſt. Ex uſu namque fori Saxonici, in cauſis
criminalibus ad pœnam corporis afflictivam
intentatis fidejuſſor de judicio ſiſti non admittitur, niſi in caſu non factæ exhibitionis accuſati, ſimul ſe obliget ad certam pœnam pecuniariam. *Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 2. cap.
3. num.* 54. *&* 67. quâ pœnâ poſtmodum contumacia fidejuſſorum non exhibentium Reum
coercetur.

Q. 12. Quãtam cautionem Reus ſalvum conductum petens, debeat præſtare?

92 Quæritur hinc *Primò: Qualis pœna fidejuſſoribus determinari, & ad quantam pecuniæ ſummam Cautio aſcendere debeat?* Quæ ſanè quæſtio dubio haud caret, propter textum juris Saxonici in *lib.* 2. Landrecht. *art.* 10. §. Kein Mann
iſt pflichtig / ſo er vmb vngerichts beſtetigt wird/
höhere Bürgen vor Gericht zu ſetzen / denn ſein
Wehrgeld ſtehet. *Et lib.* 3. Landrecht. *art.* 9. In
verb. Wer da Bürge wird vor Gerichte / den
Mann vorzuſtellen/vnd mag jhn denn nicht haben / wenn er jhn wieder ſtellen ſoll/ er muß es beſſern / nach dem jener beklaget ward / gehet jhm aber die Klage an Leib / ſo muß der Bürge ſein
Wehrgeld geben. Item: Weichbild. *artic.* 27.
§. Jhr ſolt wiſſen. verb. Wenn die Sache dem
Beklagten an ſeinen Leib oder Geſundheit gehet/
er muß Bürgen ſetzen für ſein Wehrgeld / will er
anders nicht durch den richterlichen Gewalt behalten werden. Concordat *art.* 65. *lib.* 1. Landrecht. *ubi gloſſ. num.* 4. *& art.* 13. §. geſchiehet. *ubi
Gloſſ. & additionator. nu.* 6. *lib* 2. Landrecht. unde
ſequitur, de jure Saxonico majorem cautionem à fidejuſſore exigi non poſſe, quàm quæ aſcendat ad valorem unius Werigeldi, hoc eſt
24. Sexagenarum antiquarum vel 20. thalerorum. *Matth. Coler. part. 1. deciſ. 29. n. 2.*

93 Sed ab hoc jure receſſum eſt hodie per
contrariam conſuetudinem horum locorum,
teſte *Coler. dict. deciſ. 29. nu. 16. & de proceſſ. execut.
part. 2. cap. 3. num.* 86. cùm talis fidejuſſio patefaciat evidenter feneſtras ad nequitiam, ita ut
crimina remaneant impunita, contra *l. ita vulneratus.* 51. *ff. ad Leg. Aquil.* Quis enim quæſo, non
mallet incurrere tàm exiguam pœnam pecuniariam, quàm expectare vel torturam, vel aliam
pœnam corporalem, *arg. l.* 10. §. 2. *ff. de pœn.* Ac
licet ad Bannum vel proſcriptionẽ hoc caſu procedi poſſit adverſus fugitivum; attamen nec hoc
medio accuſatori ſatis conſultum eſt, quippe
quod contra perſonam & corpus malefactoris
paratam executionem non affert. Quin & pecunioſi durante proceſſu Banni, apud ſuperiores ſeſe inſinuantes, mille modis periculum
avertere poſſunt. *Matth. Coler. dict. cap. 3. numer.* 89.

Quare poſthabitis hoc caſu legibus Saxonicis, 94
major pœna determinari ſolet; Uſu
namque receptum eſt, ut ſalvus conductus
ſpecialis non concedatur, niſi fidejuſſores promittant Reum toties, quoties opus fuerit, in
judicio præſentare, ſub pœna 200. 300. 500.
600. interdum etiam mille ac plurium thalerorum aut florenorum, conſideratâ qualitate
criminis conditione perſonæ interfectæ, &
ipſius familiæ, nec non ponderatis circumſtantiis, & Patrimonio interfectoris conventi
pro arbitrio ſcilicet jus dicentis, *argum. l.* 13. *ubi
gloſſ. de fidejuſſ. Chriſtophor. Zobel. part. 4. differ.*
26. *num.* 4. *Coler. dict. cap.* 3. *nu.* 90. *Ludovic. Fachſ.
diff.* 45. Solet enim ſuper quantitate cautionis 95
ejusque moderatione litigari inter partes in
ordinario proceſſu, donec ſententia judicis interveniat, certumque modum definiat, &
fidejuſſores judicio ſiſti pro Reo intervenientes ad certam pœnam obſtringat, quam ad
ſummam duorum, trium & plurium millenorum aſcendere poſſe, tradit *Coler. dict. loco.*
Quamvis rariſſimè cautio mille thalerorum
ſummam excedat, niſi forſan inter perſonas illuſtres proceſſus criminalis vertatur, ut ſæpiùs
obſervavi. Hæcque in terris Saxonicis tam certa
ſunt, ut qui de eis dubitet, in mediâ luce cæcutire videatur.

Adeoque hodiè ſolutione unius Werigeldi, 96
fidejuſſor Reum non exhibens haudquaquam liberare ſe poterit, niſi forſan cautio indefinitè abſque determinatione certæ
ſummæ præſtita fuerit, nec fidejuſſor ad certam quantitatem ſe obſtrinxerit, quod non
niſi rariſſimè accidit; Quo caſu majorem pœnam ultra Werigeldum ab ipſo exigi non poſſe, ſed diſpoſitioni juris Saxonici præcisè ſtandum eſſe arbitror, *art.* 65. *lib.* 1. Landrecht. *art.* 10.
§. Kein Mann iſt pflichtig. *lib.* 2. Landrecht. *art.* 9.
lib. 3. Landrecht. *Matth. VVeſembec.. in parat. ff. de fidejuſſ. nu.* 4. *Matth. Coler. dict. cap. 3. n. 70. & part. 1.
deciſ. 29. n. 2.*

Quemadmodum etiam hoc caſu Dn. Scabini reſponderunt ad conſultationem Hiob Chriſtoph. à 97
Sehbach: So ſeyn gedachte Bürgen vorerwehnten *H VV.* vor deme ſie ſich eingelaſſen / in der Perſon / damit an jhme das jenige / ſo durch Vrthel vnd
Recht jhm zuerkandt worden / vollends *exequiret*
vnd vollſtrecket werden möge / vor euch wider zugeſtellen ſchuldig/vffn Fall er aber über allen angewendeten fleiß nicht zuerlangen / Seyd jhr vorbemeldte
drey Bürgen/geſtalten Sachen nach/ weil ſie ſich zu
einer gewiſſen Straffe nicht verbunden / höher nicht
denn vmb ein gantz Wehrgeld / das ſeyn vier vnd
zwantzig alte Schock/ zu ſtraffen befugt/ V. R. W.
Menſ. Auguſto, Anno 1610.

Secundò quæritur: *An Cautio hæc neceſſa-* 98
riò fidejuſſoribus datis præſtari debeat, quid enim
ſi Reus ſecuritatem petens, bona immobilia & poſſi-

Q. 13. Num Cautio

pignorantia admittatur?

poſſideat, aut pignoribus vel depoſitione pecuniæ in judicio cavere velit, num audiendus, & ſalvus conductus ei concedendus erit?

99 Quod omninò affirmo: *Tùm*, quòd hodiè, ubi nec fidejuſſores niſi principali excuſſo conveniuntur, *Auth. præſente. C. de fidejuſſ.* regulariter etiam pugnoribus, putà depoſitione pecuniæ in judicio caveri poteſt. *Gloſſ. & Dd. in l. 1. ff. qui ſatisd. cogunt. Matth. VVeſembec. in parat. ff. qui ſatisd. cog. nu. 7.* Hocque eſt quod dicitur, plus cautionis eſſe in re, quàm in perſonâ, *l. 25. ff. de reg. jur. l. ſancimus. 3. C. de verb. ſignific.* & meliùs pignori incumbere, quàm in perſonam agere. *§. furti. Inſt. de oblig. quæ ex del. naſc. l. 17. §. ult. ff. de furt. l. 8. §. ſi uni. ff. de tranſact. l. 49. §. ult. ff. de legat. 1.*

Tùm, ob text. in *l. 1. §. caveri. ff. de collat. bonor. l. ſi mandato. in fin. ff. mandat. l. 4. §. addici. ff. de fideicom. libert. Bartol. in l. 5. § qui pro rei qualitate. ff. qui ſatisd. cog. Nicol. Reuſner. lib. 3. conſil. 1. num. 22. Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. attingam. n. 11.*

100 *Tùm*, ob manifeſtam diſpoſitionem juris Saxonici in *art. 5. lib. 2.* Landrecht. Ibi: Wer eigenes alſo viel hat / das beſſer als ſein Wehrgeld im Gerichte / der darff keine Bürgen ſetzen / ob man jhn vmb Vngerichte beklaget. *art. 61. lib. 1.* Landrecht. *& Gloſſ. lib. 1.* Landrecht. *art. 34. num. 4.* Ibi: Wer ſo viel eignes hat / als ein Wehrgeld iſt / der darff kein Bürgen ſetzen / ob man peinlich auff jhn klaget. *Matth. Coler. part. 1. deciſion. 107. n. 27. & ſeqq.*

101 Sufficit ergò ad impetrandum ſalvum conductum, Reum accuſatum pignoribus cavere, aut bona immobilia ſufficientia ad cautionem poſſidere, quo ſanè caſu nec fidejuſſoribus, nec pignoribus ſatisdare tenetur, quia facultatibus ſuis judici pro contumaciâ ſatis proſpectum eſt, modò in bonis illis immobilibus hypotheca judicialis conſtituatur, & literæ hypothecæ ſive conſenſus judici, coram quo lis vertitur criminalis, inſinuentur, prout totâ die practica hoc 102 ſervat. Unde & fit, quòd Scabini in ſententiis ſuis cautionem, den Vorſtand / ſimpliciter requirant, hoc ipſo innuentes, ſufficere cautionẽ, ſive pignoribus ac bonis immobilibus, ſive fidejuſſoribus præſtitam.

Prout etiam verbis expreſſis reſponderunt in causâ Nobilium à Milckaw / *contra Ioach. Fridericum à* Kitzſchern: Daß Angeklagtem gegen Beſtellung der *Caution* vff fünffhundert Gülden hoch mit Bürgen oder Pfanden / das gebetene frey ſichere Gleit ertheilet wird / *&c. Menſ. Majo, Anno 1605.*

103 Quin & datis fidejuſſoribus, non ſufficit eos eſſe locupletes, ſed & ad ſummam pecuniæ determinatam hi bonis ſuis judicialiter cavere debent: Ut in praxi notiſſimum eſt.

Q. 14. Cautio juratoria quando ſit admittenda?

104 *Tertiò*: Sed quid agendum, ſi Reus nec bona habeat nec fidejuſſores idoneos inveniat, *num cautio juratoria admitti debeat?* Neutiquam certe: Quis enim quæſo, præſertim homo levis, qualis delinquens præſumitur, non juraret, ut pœnam effugere poſſet. *Nicol. Boër. deciſ. 349. Iul. Clarus. lib. 5. ſentent. §. ultim. quæſt. 46. nu. 14.* Et ſi debitor incarceratus cautioni juratoriæ non eſt committendus, prout tradit *Matth. Coler. part. 1. deciſ. 135. num. 14. Bartol. in l. litib. num. 8. C. de Agric. & Cenſit. Iaſon. in l. ſi fidejuſſor. §. ult. num. 18. ff. qui ſatisd. cog.* quanto minus delinquens cautione juratoriâ admittendus erit.

Prout etiam Scabini pronunciarunt Sculteto in Medewitz: Vffn Fall er aber ſolchen Vorſtand zubeſtellen nicht vermag / läſſet er jhm an dem gemeinen ſichern Gleit von den Gerichten / ſicher ab vnd zu zuziehen / billich begnügen / vnd hat die anerbottene *cautio juratoria* nach gelegenheit dißfalls nicht ſtatt / V. R. W. *Menſ. Septemb. Anno 1629.* 105

Quod ſi tamen de crimine levi agatur, & 106 delinquens non multum gravatus ſit, aut de ipſius innocentiâ ex inquiſitione generali aliquo modo judici conſtet, quin præſtitâ cautione juratoriâ, ſalvus conductus Reo ſit concedendus, non dubitaverim: ne ſcilicet innocens ob paupertatem in carceribus marceſcat. Hocque in Practicâ ſervari, teſtatur *Iul. Clarus lib. 5. ſent. §. ult. quæſt. 46. nu. 14.* Vide quoque *Nicol. Reuſn. lib. 3. conſ. 1. nu. 28. Hippol. de Marſil. in rubric. de fidejuſſ. n. 166. Ægid. Boſſ. in tit. de carcer. fidejuſſ. n. 71.*

Hancque ſententiam in pronunciando aliquoties 107 *ſecuti fuere Scabini, in hunc modum reſpondentes:* Daß angeklagter *P. A* für vngehorſam nicht zu achten / ſondern es wird jhme das geſuchte frey ſichere Gleit / vff Beſtellung deß angebottenen eydlichen Vorſtandes nach gelegenheit dißfalls / jedoch der Peinligkeit vnſchädlich / billich mitgetheilet / *&c. Sculteto in* Kreudnitz. *M. Octob. Anno 1598.*

It. Daß der gefangene *H. G* der gefänglichen Hafft 108 vff die anerbottene *juratoriſche Caution* nunmehr billich entlediget wird / *&c. Sculteto & ita Scabinis in* Waltersdorff. *Menſ. Febr. Anno 1630.*

It. Quæſtori in Eckartsberga. *Menſ. Novembr. Anno 1629.*

Q. 15 Cuinam debeatur pecunia Cautionis in caſu Rei non exhibiti?

Quartò quæritur: *Cui debeatur ſumma illa* 109 *pecuniæ, in cautione expreſſa, ad quam ſe obligavit fidejuſſor in caſu non exhibiti Rei, an videlicet applicetur fiſco, vel parti?*

De jure quidem civili indubitatum eſt, eam committi judici, non parti, prout teſtatur *Bartol. in l. ſi quis Reum. 4. num. 4. ff. de cuſtod. Reor.* 110 *Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fin. quæſt. 46. nu. 24.* Cum quo convenit textus jur. Saxon. Landrecht *lib. 2. art. 4. §.* Zeuhet ſich ein Mann auß der Acht / vnd ſetzet Bürgen vorzukommen vor Gericht / kömmet er denn nicht vor / das geſetzte Bürgen Geld hat der Richter gewonnen / vnd nicht der Kläger. *Et Gloſſ. german. verb.* Sie ſollen ſich darzu ziehen. *num. 7. in fin. art. 41. lib. 2.* Landrecht. Quibus tamen con- 111 tradicit *art. 4. & art. 10. ubi gloſſ. lib. 1.* Landrecht. *& Gloſſ. in art. 9. num. 8. lib. 3.* Landrecht. Ex quibus haud obſcurè colligitur, pœnam à fidejuſſoribus exactam parti, non judici exſolvendam eſſe.

Pro conciliatione horum textuum, exi- 112 ſtimo diſtinguendum eſſe: utrum ipſemet Judex inquiſitoriè agat, vel in proceſſu ordinario ad Bannum forſan agendo accuſatoris vices ſuſtineat; an verò accuſator quidam exiſtat. *Priori caſu* absque dubio pecunia cautionis judici ſeu Fiſco applicanda eſt; Quod 113 & verum arbitratur *Matth. Coler. de proceſſ. execut.*

part.2.cap.3.nu.92. in caſu Bannimenti, ubi quis priùs Bannitus erat, volens poſtea probare innocentiam ſuam, offert fidejuſſorem in certam ſummam pecuniæ de ſtando liti, usque ad determinationem cauſæ, qui ſi deinceps copiam ſui in judicio non faciat, condemnatur ejus fidejuſſor ad pœnam conventam ſolvendam Judici non parti. At *caſu poſteriori*, ſi accuſator exiſtat, verius videtur pecuniam cautionis ipſi deberi; non judici: vel ex hâc ſola ratione, quòd in proceſſu ordinario accuſatoris potiſſimùm intersit, Reum in judicio ſiſti. 114

115 Haneque diſtinctionem probat *Chriſtoph. Zobel. in addit. ad art. 4. lit. F. lib. 2.* **Landrecht.** Cui adſtipulatur *Gloſſ. libr. 1.* **Landrecht.** *art. 62. in §.* **Wer ſein Schwerdt zucket.** *in verb. final.* **Daß in keinem andern Fall der Richter das Bürgen-Geld gewinnet / denn wenn ſich der Beſchüldigte auß der Acht zeuhet / vnd vnangeſehen ſeiner gethanen Bürgſchafft vnd Vorſtandes zu recht nicht antwortet.** *Et Gloſſ. art. 9. num. 8. lib. 3.* **Landrecht.** Ibi: **Wenn der Bürge den jenigen / welchem die Klage zu Leibe gehet / vor Gerichte nicht vorſtellig machen kan / ſo muß er ein Wehrgeld geben / daſſelbe wird alsdenn dem Kläger / vnd nicht dem Richter /** *&c.* Ex quibus patet, in caſu, quo non Bannitus præſtat fidejuſſores judicio ſiſti, & contumaciam incurrit, pœnam à fidejuſſoribus exactam deberi parti accuſanti, non judici. *Matth. Coler. dict. cap. 3. n. 39.*

116 *Atque juxta hanc diſtinctionem pronunciavimus* **nach Ilmenaw / an Caſpar Rotwein: Daß vffn fall Angeklagter / dem das ſichere Gleit ertheilet / ſich nit geſtellen würde / der verwürckte Vorſtand Anklägern anheim gefallen / vnd haben ſich deſſen die Gerichte anzumaſſen nicht fug: Es wäre denn / daß bemeldte Gerichte** *per modum inquiſitionis* **verfahren / oder Anklägers ſtelle gehalten / vff ſolchen fall verbleibet jhnen der verwirckte Vorſtand billig / V. R. W.** *Menſ. Majo, Anno 1624.*

It. **Nach Kempnitz / an die Gerichte /** *Menſ. Septemb. Anno* 1594.

117 *Quintò* quæri & hoc poteſt: *Num Reus ſalvum habens Conductum in ſingulis terminis perſonaliter comparere, ac ſe præſentare, aut ſi hoc non fecerit, pecuniam cautionis ſolvere debeat?*

Q. 16. Num ſingulis vicibus, quibꝰ Reus emanſerit pecunia Cautionis exigi poſſit?

Quod affirmare videtur poſt *Gomez. & Angel. Matth. Coler. part. 1. deciſ. 107. nu. 33.* ubi dicit, in Ducatu & Electoratu Saxoniæ hoc ſemper practicari, ut ſcilicet fidejuſſores promittere cogantur, quòd ſiſtere velint principalem in omnibus terminis juridicis in perſona, idque ideò uſu receptum eſſe, quia de jure Saxonico proceditur oretenus usque ad concluſionem in cauſa, quo caſu Reus debet adeſſe in perſona: quod forſan non eſt de jure communi, ubi offertur libellus in ſcriptis, & dantur induciæ deliberatoriæ. *§. illud quoque. verſ. ſancimus. Auth. de exhib. & introd. Reis. coll. 3.* Et addit ibidem *Matth. Coler. num. 36.* Communem practicam hodiè obſervare, quòd in cauſis concernentibus ſanguinem, Reus ſemper ſoleat citari ad comparendum perſonaliter in judicio, ut ibi audiat accuſationem, & proponat ſuas defenſiones, quas prætendit ſuæ innocentiæ. 118

119 Sed ut hoc conceſſerim *Matth. Coler.* Reum nempe teneri ſingulis in terminis, comparere in perſona, quod certè veriſſimum eſt, omnibusque notum, dubium tamen adhuc reſidet, ſi id non fecerit, ſed emanſerit, utrum fidejuſſores pecuniam cautionis ſolvere teneantur, id quod hîc quæritur: Exiſtimo autem, fidejuſſores ad ſolutionem pecuniæ promiſſæ condemnandos non eſſe, niſi Reus emanſerit in termino ultimo, citatus ad audiendam ſententiam definitivam, quâ vel tortura, vel pœna ipſi adjudicatur. Hocque ut ſtatuam, movet me finis principalior cautionis præſtitæ, ne ſcilicet Reo abſente & fugitivo, ſi in corpus ipſius quid ſtatuendum ſit, judicium reddatur eluſorium. Quæ ſanè cauſa non obtinet, niſi per ſententiam tortura aut pœna corporalis ei imponatur. Hocque eſt quod tradit *Chriſtophorus Zobel. in addit. ad text.* **Landrecht.** *lib. 2. art. 12. ſuper verb. ſententiam increpandi*, incarceratum non debere pro quolibet actu judiciali de carcere trahi, & ad actum duci, ſed tantùm ut reſpondeat, torqueatur, & ut audiat ſententiam: Nimirum quòd tùm ipſius præſentia perſonalis potiſſimum requiratur. 120

Proin, licet Reus in termino, quo tractantur præparatoria proceſſus, aliavè quæ ad probationem delicti, aut ipſius defenſionem faciunt, emanſerint, à fidejuſſoribus tamen pecunia promiſſa non erit exigenda, modò hi Reum ſiſtant in termino ultimo, quo ſententia vel ad torturam, vel ad pœnam publicanda eſt, quod maximè obtinet, ſi Reus literis excuſationem & cauſam abſentiæ alleget. 121

Idq; ſic practicari ſolet, reſpondentibus in hunc modum Scabinis: **So wird der Vorſtand vnnd das ſichere Gleit dergeſtalt erkläret / daß er nur der fünff vnd siebentzig Gülden Vorſtands verluſtig [illegible] achten / wann er den letzten Termin / wenn etwas peinlichs in dem Endvrtheil wider jhn erkandt / vngehorſamlichen auſſen bleibet / vnd ſich in der Perſon nicht geſtellet / do aber ſonſten mehr Vrthel hierinnen ergiengen / darinnen nichts peinliches geſprochen / vnd er auſſen bleibet / vff ſolchen Fall wäre er deß Vorſtandes nicht verluſtig / V. R. W.** *Iudici in* **Mühldorff.** *Menſ. Majo, Anno 1628.* 122

Eodem pariter modo pronunciavimus ad conſultationem M. Gregorij **Luppens.** *Menſ. Majo, Anno* 1629.

Hinc & deſumenda Reſponſio ad quæſtionem illam: *Vtrum cautione præſtitâ, & Reo non ſemel ac in uno termino, ſed ſæpius emanente, pœna ſit duplicanda vel triplicanda*, pro ratione contumaciæ, ita ut habens ſecuritatem ſub cautione 200. thalerorum, ſi duobus vel tribus terminis diſtinctis emanſerit, 400. vel 600. thaleros, & ſic pro qualibet contumacia pœnam 200. fidejuſſores ſolvere teneantur, de quo aliquando dubitatum memini? Quia enim pecunia cautionis exigi non poteſt à fidejuſſoribus, niſi in ultimo termino, quo ſententia definitiva vel ad torturam, vel ad pœnam publicatur, Reus emanſerit, prout antè dixi, utique nec pœna promiſſa duplicanda, vel triplicanda erit, quippe quæ non niſi ſemel debetur. Idemque verum eſſe puto, etiamſi fidejuſſores Reum toties, quoties opus fuerit, in judicio præſentare promiſerint, hocque non fece- 123 fecerint, aut ſi Reus ſæpiùs ad publicationem ſententiæ definitivæ citatus non comparuerit.

125 *Hinc cùm Reus quidam habens ſalvum conductum, præſtitâ cautione* 400. *florenorum, ſæpiùs emanſerat, licet judex pro ſingulis vicibus prædictam pecuniæ ſummam, & ſic* 2000. *florenos exigebat, attamen non niſi* 400. *florenos ſemel pro ſemper ſolvendos eſſe pronunciarunt Scabini: Ad requiſitionem Prætoris Chemnicenſis: Menſ. Septembr. Anno* 1594.

Pariter & in caſu ſimili reſpondimus Præfectq VVeiſſenfelſenſi. Menſ. Auguſt. Anno 1626.

126 *Sextò* dubitari quoque ſolet, *Num Reo cui ſecuritas plenaria conceſſa fuit, emanente, ipſo jure pœna in cautione expreſſa intelligatur commiſſa, ac propterea executivè ſtatim contra fidejuſſores procedi poſſit, ex quo lapſus fuit dies ad ſiſtendum Reum* 127 *à judice definitus?* Quod affirmat *Gloſſ. verb. abſolvi in l.* 3. §. *ibidem ſubjungit.* per illum textum *ff ad exhibend. l. ſi is à quo.* 3. *in prin. ff. ut in poſſ. leg. ſerv. cauſ. l.* 3. §. *cauſæ. ff. de Carban. Edict.* Neque enim fidejuſſor habet quod conqueratur, cùm fruſtrà expectetur caſus, cujus eventus nihil operatur. *Alex. in l. inter ſtipulantem.* 83. §. *ſacram.* 5. *n.* 9 *ff. de verbor. obligat.*

Q. 17. Num Reo emanẽte pecunia cautionis ipſo jure ſit commiſſa, ac proinde ſtatim executivè contra fidejuſſores procedi poſſit?

128 Sed contrarium verius eſt, quòd ſcilicet non ſtatim contra fidejuſſores judicio ſiſti executivè poſſit procedi ad pœnam, ſed admitti debeant fidejuſſores ad purgandam moram ſui principalis, nec ſibi noceat. *c. Mora ſua ext. de reg. jur. in 6to.* Et ita benignius cum fidejuſſore, quàm cum ipſo moroſo agitur. *Matth. Coler. de proceſſ. execut. part.* 2. *c.* 3. *num.* 56. ubi allegat *Bald. in l. magnam. n.* 6. *verſ. item quarto fallit. C. de contr. & comm. ſtipulat.*

129 Hæcque ſententia ſatis firmatur per *l. ſancimus.* 26. *in pr. C. de fidejuſſor.* ubi habetur, ſi quis Reum accuſatum ſiſtere & quatenus non ſiſteret centum pœnæ nomine promiſit, ſiquidem in termino ei præfixo Reum non præſentaverit judici, committitur quidem pœnalis ſtipulatio, ita ut fidejuſſor incurrat pœnam, verùm ita mox in continenti exigi non poterit, ſed indulgetur fidejuſſori alius terminus priori æqualis, intra quem fidejuſſor admittitur ad moræ purgationem, ſiſtendo videlicet Reum perſonaliter, & ita liberabitur à pœnâ conventâ.

130 *Hancque ſententiam in pronunciando ſequuntur Scabini, veluti reſponderunt Hiob. Chriſtophoro à* Sehbach: So ſeyn vor allen dingen vorerwehnte Bürgen *H. VV.* vor deme ſie ſich eingelaſſen / in der Perſon / damit an jhme das jenige / was jhme durch Vrthel vnnd Recht zuerkandt worden / vollends *exequiret* vnnd vollſtrecket werden möge / vor euch nochmals zugeſtellen ſchuldig / *&c. Menſ. Auguſto, Anno* 1610.

131 *Septimò* denique & hoc controverſum eſt: *Num pœnâ cautionis à fidejuſſoribus exactâ atque ſolutâ adverſus Reum, qui copiam ſui ſubtrahere pergit, nihilominus poſſit procedi criminaliter ab accuſatore, ſaltem usque ad ſententiam Banni vel proſcriptionis?*

Q. 18. Num pœnâ cautionis à fidejuſſoribus ſoluta, adverſus Reũ fugitivum nihilominus criminaliter ſit procedendum?

132 Rationem dubitandi præbet pœna pecuniaria à fidejuſſoribus ſoluta, quâ omnis actio criminalis ſublata videtur: iniquum etenim eſſet, Reum ob unum idemque delictum duplici modo, criminaliter ſcilicet atque civiliter inſimul puniri.

133 Verum enimverò, pœna in cautione conventa & promiſſa à fidejuſſoribus, magis intelligitur concernere contumaciam fidejuſſorum, non ſiſtentium vel exhibentium Reum, quàm quòd plectat ipſum crimen facinoroſi, quod hoc caſu puniendum adhuc reſtat. Et ſanè iniquiſſimum eſſet, grave & atrox crimen pœnâ tantummodo pecuniariâ coërceri; cùm pœna corporalis etiam minima major ſit quâcunque aliâ pecuniariâ, quantumvis magnâ. *l. in ſervorum.* 10. §. 2. *in fin. ff. de pœn.* 134 Rectius itaque ſentit *Matth. Coler. de proceſſ. execut. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 100. *& ſeqq.* non obſtante pœnâ cautionis pecuniariâ ratione contumaciæ jam ſolutâ, ulterius ratione criminis poſſe procedi adverſus Reum ſaltem ad ſententiam Banni, ſi ipſe ſemet deprehendi nequeat. Quæ ſententia etiam veriſſima eſt.

135 *Tùm*, ne delicta maneant impunita, *l. ita vulneratus.* 51. §. *quod ſi quis abſurdè. ff. ad Leg. Aquil. l. ſi longiùs.* 18. §. 1. *de judic. l.* 4. §. *cum Dominus. ff. de nox. act.*

136 *Tùm*, ob text. juris Saxon. *art.* 4. Zeuhet ſich. *lib.* 2. Landrecht. Ibi: Zeuhet ſich ein Mann auß der Acht / vnd ſetzet Bürgen vorzukommen / vnd kömmet nicht / das Bürgengeld / ſo darauff geſetzt iſt / hat der Richter gewonnen / Ob er jhn wieder in die Acht thut / wie er zu Recht thun ſoll. Quæ ſanè verba manifeſtiſſimè probant, per ſolutionem pecuniæ in cautione promiſſæ, Reum nequaquam à pœnâ criminis liberari: Cujus rei ratio alia non eſt, quàm quòd pœna conventa præſtetur pro ſolâ contumaciâ, pœna autem delicti continuetur nihilominus in perſonam, ita ut procedatur ſaltem ad ſententiam banni, prout tradit *Zobel. in addit. ad gloſſ. dict. art.* 4. *lit. G. lib.* 2. Landrecht. *Coler. dict. cap.* 3. *n.* 102.

137 *Tùm*, quòd quantitas pecuniaria hoc caſu exigatur non à Reo principali, ſed à fidejuſſoribus, adeoque ſtipulatio pecuniæ ob non factam exhibitionem Rei non intelligitur novare pœnam ſanguinis, ad quam contra Reum principaliter fuit actum, juxta tradita *Iaſon. in l. ita ſtipulatus.* 15. *nu.* 19 *ff. de verb. obligat.*

138 *Atque juxta hanc ſententiam reſpondimus judici Præfecturæ in* Freyburg. Daß *N.N* jhren Schwager *M. N.* vermöge der von jhrem Vatter beſtalten *Caution*, zu anhörung deß Vrthels perſönlichen zugeſtellen ſchuldig / im widrigen fall werden die zwey hundert Gülden / ſo jhr Vatter dißfals zur *Caution* verſprochẽ / von jhnen gebürlichen billich eingebracht / inmaſſen auch alſo denn euch dem Landrichter vnbenommen / den flüchtigen *M N* durch Steckbrieffe vnd ſonſten mit allem fleiß nachtrachten zu laſſen / daß er möge zur gefänglichen Hafft gebracht werden / vnd do er erlanget / wird vnſer voriges Vrthel geſprochener maſſen an jhm billich vollſtrecket. V. R. W. *Menſ. Ianuar. Anno* 1629.

139 *Pari modo fuit pronunciatum ad requiſitionem Prætoris Chemnicenſis:* Dieweil ſich Angeklagter auff jüngſt gehaltenen peinlichen Gerichtstag perſöhnlichen nicht geſtellt / ſo hat deſſelbigen Vatter die vier hundert Gül-

den/damit er *cautionem judicio ſiſti* beſtellet/nunmehr verwirckt/vnd iſt derowegen dieſelbigen zu entrichten ſchuldig / in Verbleibung deſſen / wird Anklägern zu den verpfändten zweyen Gärten vnd Häuſern billich verholffen / vnd wird nichts deſto weniger wider Angeklagten/weil er zu hafften gebracht/mit der Straffe vermöge voriges Vrthels verfahren / V.R.W. *Menſ.Sept. Anno 1594.*

It. An Richter vnd Schöppen zu Falckenſtein: Daß Beklagter an deme jhm zuerkanten *juramento purgationis* ſich nunmehr verſäumet / derowegen wird er *pro confeſſo & convicto* billich geachtet / der beſtellte Vorſtand als verfallen einbracht / vnnd wider den flüchtigen Thäter/wofern er durch Steckbrieffe/vnd in andere wege zu gefänglicher Hafft nicht zu bringen/ mit dem in dieſen Landen gewöhnlichen Achts-Proceß gebührlichen verfahren/ V.R.W. *Menſ. Febr. Anno 1632.*

140 Illud tamen hîc obſervandum eſt, quòd Reo, cui ſecuritas ſub cautione fuit conceſſa, in termino publicationis definitivæ ſententiæ non comparente, non ſtatim ad Bannum ſive proſcriptionem procedatur, ſed peculiaris citatio proceſſum hunc procedere, ac Reus per edicta publica denuò citari debet, ad audiendum, quomodo ad Bannum contra eum agatur.

Reſpondentibus ita Scabinis: Dieweil auß den überſandten *Acten* nicht zu befinden / daß Angeklagter nach Eröffnung deß jüngſt geſprochenen Endvrthels / anderweit durch öffentliche *Edicta* citiret worden / zu erſcheinen vnd anzuhören / welcher Geſtalt wider jhn von wegen ſeines vngehorſamen auſſenbleibens auff die Acht verfahren werden ſolle/ So geſchicht ſolches nochmals billich; Er erſcheine nun alsdenn oder nicht / ſo ergehet daruff der Achtserklärung halben oder ſonſten ferner / was recht iſt/ V.R.W. *Pratori Chemnicenſi. Menſ. Iul. Anno 1595.* 141

It. Quæſtori in Zwenckaw. *Menſ. Majo, Anno* 1628.

142 Ultimo notandum & hoc, quòd fidejuſſores, qui Reum ſemel ſiſtunt in judicio, ſi is poſtea effracto carcere aufugiat, ad pœnam non teneantur; quia præſtatione promiſſi ab ulteriori obligatione liberati ſunt.

143 *Ita reſpondimus Iohanni* Krügern *in* Oderan. *Menſ. Ian. Anno* 1631.

QUÆSTIO CXIII.

De Examine inquiſiti: ubi agitur de formatione articulorum inquiſitionalium, ac reſponſione inquiſiti.

SUMMARIA.

1. *Nemo judicandus eſt, niſi vel confeſſus vel convictus fuerit.n.2.*

3. *Contra inauditum Reum non eſt procedendum. n. 4.5.7.*

6. *Interpellatio Rei de veritate Criminis commiſſi ſubſtantiale Requiſitum eſt legitima Inquiſitionis.n.11.12.13.14.*

8. *Cuiq; Reo ſua patet defenſio.*

9. *In proceſſu ordinario requiritur Litis conteſtatio.*

10. *Surrogatum ſapit naturam ejus in cujus locum ſurrogatur.*

15. *Iudicis interrogatio Reiq; Reſponſio legitima eſſe debet.*

16. *Interrogatio debet eſſe articulata.n.17.*

18. *In foro Saxonico articulatus libellus rejicitur. num.19.*

20. *Quare articulatim inquiſitus ſit examinandus? n.21.22.*

23. *Examen Inquiſiti pertinens eſſe debet.*

24. *Iudices non incipiunt à ſpeciali inquiſitione, ſed generalis inquiſitio hanc præcedit.*

25. *Super alio facto quando inquiſitus interrogari poſſit.n.26.*

27. *Examen num debeat continere omnes delicti qualitates? n.31.*

28. *Factum certum in articulis eſt exprimendum.*

29. *In articulis debet etiam exprimi locus ac tempus delicti commiſſi.*

30. *Non debet occiſor interrogari, an vulneratus ex vulnere deceſſerit.*

32. *Articuli inquiſitionales debent eſſe clari, aperti & rotundi.*

33. *Singulo articulo non niſi unicum interrogatorium eſt inferendum.*

34. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.n.35.*

36. *Quatenus Iudici liceat interrogatoria repetere?*

37. *Iudex quatenus ſimulationibus uti queat? numer.38.*

39. *Examen debet fieri coram judice & Scabinis, & quare? n.40.41.*

42. *Reſponſio inquiſiti non jurata eſſe debet.*

43. *Num Iudex finito Examine novas poſitiones formare queat.n.44.*

45. *Reus delictum etiam confeſſus ſuper articulis interrogari debet.n.46.*

47. *Num judex ſub comminatione torturæ inquiſitum examinare queat? n.48.49.*

50. *Iudex non poteſt veritatem elicere promiſſione impunitatis.n.51.*

52. *Actuarius quid obſervare debeat in conſignatione Reſponſionis inquiſiti? n.53.*

54. *Reſponſio Inquiſiti qualis eſſe debeat?*

55. *Categoricè debet inquiſitus reſpondere.*

56. *Niſi torturæ ſubjici velit.n.57.*

58. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.*

59. *Quando Reus nolens reſpondere, pro confeſſo haberi debeat?*

60. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*

61. *Inquiſitus ipſemet reſpondere tenetur, nec ejusdem procurator admittitur.n.62.*

63. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*

64. *Inquiſiti Reſponſio in ſcriptis non admittitur.*

65. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*

QUartum Requiſitum legitimæ In-
quiſitionis, conſiſtit in interpel-
latione Rei de veritate criminis
1 commiſſi, ejusque reſponſione. Neque
enim confeſtim is, qui accuſatur, Reus eſt, ſed
qui convincitur, aut delictum cõfitetur, ac pro-
pterea nemo judicandus, niſi vel convictus ju-
dicio, vel ſpontè confeſſus fuerit. *c.1.c. nos in
quenquam.c.primates.2.quæſt.1.l.qui ſententiam.C.
de pœn. Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. ſecunda
quæſtio n.1.Foller.in pract.crim.§.ſecunda quæſtio n.1.
Foller. in pract.crim. verb. dentur capitula.n.20. An-
ton.Gomez.tom.3.variar.reſolut.cap.12.n.3. Proſper.
Farin.part.3.oper.crim.quæſtio 81.n.1. Gandin.in tit.
de præſumpt.& indic.indubit.n.2.verſ.Et primo vide-
tur.Roland.à Vall.lib.1.Conſil.51.n.24.Brun.à Sol.in
ſuo conſil.crimin.n.202.*

2 Cùm verò Reum probationibus convince-
re neceſſe non ſit, priusquam delictum neget
ac diffiteatur, utique ante omnia ejusdem re-
ſponſio ac confeſſio exigenda eſt, in quâ cauſæ
criminalis cognitio potiſſimùm conſiſtit, quæ
condemnationem vel abſolutionem neceſſa-
riò præcedit. Nam ut nemini ſua poſſeſſio,
quamvis injuſta, abſque legitima cauſæ cogni-
tione auferenda eſt, ne ab ipſo quidem judice,
*l.un. ubi Bald.num.2.& 3. aliiq; Dd. comm.C. de pro-
hib.ſequeſtr. & in l.fidejuſſor.7.§.ult.ff. qui ſatiſd.
cog. Iaſon.in l.juſtè poſſidet.11.nu.4.ff.de acquir.poſ-
ſeſſ.Schurff.centur.3.conſil.6.nu.3.* ita multò magis
3 cauſæ cognitione opus eſt in criminibus & de-
lictis, ne ad pœnam ejusque executionem teme-
rè ac præcipitanter à Magiſtratu vel judice pro-
cedatur, aut contra inauditam partem aliquid
definiatur. *l. de quâ re.47.ff. de judic. Capit. Deciſ.
4 69.nu.35.Nicol. Reuſner.lib.3 conſil.1.nu.7.* Alio-
quin enim, ſi abſque cauſæ cognitione proceda-
tur ad executionem ſtatim, ordine juris violato,
proceſſus & actus totus nullius momenti eſt. *Ia-
ſon. in l. Iudices.ff. de judic. & in l. & ſi non cognitio.
4. num. 1. C. Si cont. jus vel util. public. Schurff. cen-
tur.3. Conſil. 6. num. 4. Dec. Conſil. 544. num. 17.
verſ. Secundò principaliter. Paris. lib. 4. Conſil. 114.
5 colum. 1. in pr.* Neque ulla alia committitur
major nullitas, quàm quæ ex omiſſa cauſæ
cognitione naſcitur. *l. ex ſtipulatione. 7. C. de
ſentent. & interlocut. Bartol. in l. prolatam. num. 6.
C. eod. tit.*

Q1. An & quare examen inquiſiti ſit requiſitum ſubſtantiale inquiſitionis legitimæ?

6 Neceſſarium itaque & ſubſtantiale Requi-
ſitum legitimæ Inquiſitionis, eſt interroga-
tio & interpellatio Rei de veritate cri-
minis commiſſi, quod vel confiteri vel dif-
fiteri ipſum neceſſe eſt. Cujus rei ſi rationes
& cauſas quis ſcire cupiat, is animadvertat.
1. Quòd juris ordo haudquaquam patiatur,
Reum inauditum condemnari. *l. de quâ re. 74.
7 ff. de judic. l. prolatam. 4. ubi Bartol. C. de ſentent.
& interlocut. omn. judic. l. quamvis. ubi gloſſ. in
verb. præſentiam. C. de re judic. l. abſentem. 6. junct.
gloſſ. in verb. Non poſſe. C. de accuſat. l. meminne-
rint. 6. C. Vnde Vi. l. 1. & tot. tit. ff. & Codic. de Re-
quir. Reis. cap. 1. in fin.* ibi: *Nec nos contra inaudi-
tam partem aliquid definire poſſumus. de cauſ. poſſ.
& propr. c. nos in quenquam. 2. quæſt. 1. Iaſon. in l.
2. col. 4. verſ. Item adde. C. de edend.* *Planè enim*, ut
Ammianus Marcellinus ait, *nec viſum hominem,
nec auditum damnare nefas ultimum eſt.* Et, ut Se-
neca loquitur, *parte alterâ inauditâ, æquus judex,
licet æquum ſtatuere poſſit, nihil ſtatuit.* Quare &
Apoſtolus Paulus ad Timotheum ſcribens 1. Epiſt. cap. 5.
nihil quicquam facere, neque manus cuiquam
inferre monet abſque præjudicio, hoc eſt, co-
gnitione cauſæ, atque examinatione in alteram
partem declinando. Quò & reſpicit illud Nico-
demi: *Nunquid & lex noſtra judicat hominem, niſi
prius audierit ab ipſo & cognoverit, quid faciat? Io-
han. 7. verſ. 52.*

2. Abſque dubio neceſſe eſt, ut ſua cuique 8
accuſato vel denunciato Reo liberè legitimèq;
pateat defenſio, neq; ulterius progrediatur me-
tus, quàm reperiatur commiſſum delictum. *l. 3.
C. qui accuſ. non poſſ. l. ſancimus. 22. C. de pœn. Hippol.
de Marſil. in pract. crim. §. ult. per tot. Nicol. Reuſner.
lib. 3. conſil. 1. n. 17.* At quomodo Reus ſeſe defen-
dere ac innocentiam ſuam probare poterit, niſi
de crimine commiſſo interrogetur. Quare lau-
de prædicandus eſt mos Romanorum, de quo
teſtatur *Porcius Feſtus in Act. Apoſtol. cap. 5. verſ. 16.
Non eſt Romanis conſuetudo damnare aliquem homi-
nem, ut pereat, priusquam is, qui accuſatur, præſentes
habeat accuſatores, locumque defendendi accipiat ad
abluenda crimina, quæ ei objiciuntur.*

3. Expediti quoque Juris eſt, quòd in pro- 9
ceſſu criminali ordinario neceſſariò requiratur
reſponſio accuſati, & litis conteſtatio, utpote
per quam judicium conſtituitur. *l. un. C. de lit.
conteſt.* Neque enim pœna irrogari unquam
poterit, niſi prius de crimine, vel ex reſponſio-
ne delinquentis, vel ex probationibus certis
conſtet. *l. ejus qui in provincia. 41. ff. de jurejur. l. qui
ſententiam. 16. C. de pœn. cap. Eccleſia. in fin. ubi gloſſ.
in verb. non conventi. & in verb. nec. confeſſio de Con-
ſtit.* Sequitur ergò, quòd nec inquiſitio legiti-
ma ſubſiſtat, antequam delinquens interroge-
tur, ejusque reſponſio adnotetur; Quia inqui-
ſitio in locum accuſationis eſt ſurrogata. *cap.
qualiter & quando de accuſat. Bartol. in l. 2. §. ſi pu-
blico. ff. de publ. judic.* Surrogatum verò ſapit & 10
retinet naturam ejus, in cujus locum ſurroga-
tur, *arg. §. fuerat. Inſtit. de act. l. ſi eum. 10. §. qui in-
juriarum. ubi gloſſ. in verb. danda. ff. ſi quis caut. in jud.
Iaſon. in l. certi condictio. 9. in pr. nu. 27. ff. ſi cert. pet.
Nic. Everh. in top. loc. à Vi ſurrogati. Matth. VVeſemb.
Conſ. 13. n. 34.*

4. Hûc quoque facit expreſſa ſanctio D. 11
Auguſti Electoris Saxoniæ feliciſſimæ memo-
riæ, per modum reſcripti Scabinis Lipſenſibus
inſinuata 18. *Ianuar. Anno* 1579. cujus tenor ver-
botenus relatus eſt *ſupra q. 107. num. 69.* In verb.
Daß man erſtlich die Verbrechung Articulswei-
ſe verfaſſe / dieſelbe dem Gefangenen / in beyſeyn
der Gerichtsperſonen / fürhalte / jhn darüber höre /
ſeine Auſſage darauff mit fleiß verzeichne / *&c.*
Cum quâ convenit *Ordin. Polit. Elect. Saxon. de An-
no* 1621. *tit.* Von Juſtitienſachen. *num.* 4. Ibi: So
wollen wir auch zum Vierdten / vnſere getrewe
Landſchafft deſſen gnädigſt vergewiſſert haben /
daß auff bloſſe delation vnd inculpation keiner
alſobald condemniret, ſondern nothdürfftigli-

chen jederzeit / vnd wie ſich es nach Gelegenheit der Fälle vnd Verbrechung gebühret/gehöret werden ſolle. Et *num.* 5. in verbis: Vnd wenn darauff redliche Anzeigungen vnnd Vermuthungen wider den Beſchuldigten vorhanden / ſolches alles in Articul verfaſſet/dem inquiſito in beyſeyn der Gerichts-Perſonen fürgehalten / ſeine Auſſage mit fleiß auffgezeichnet/ *&c.* Quæ omnia luculenter probant, ad condemnationem Rei haudquaquam perveniri poſſe, niſi is prius ſuper delicto commiſſo interrogatus, ejusque reſponſio diligenter annotata fuerit; ut dubium prorſus non relinquatur, quin hoc requiſitum de ſubſtantia ſit legitimæ inquiſitionis, nec tutò omitti queat.

13 5. Idemque ferè exprimitur *in Ordin. Crimin. Carol. art.* 46. ubi hæc verba habentur: Wenn man den Gefangenen peinlich fragen will von Amptswegen/oder auff Anſuchung deß Klägers/ ſol derſelbige zuvor/in Gegenwärtigkeit deß Richters/zweyer deß Gerichts vnd Gerichtſchreibers fleiſſiglich zu rede gehalten werden / mit Worten/ die nach Gelegenheit der Perſonen vnd Sachen/ zu weiter Erfahrung der Vbelthat / oder Argwöhnigkeit/allerbeſt dienen mögen/ auch mit Bedrawung der Marter beſprachet werden/ ob er der beſchuldigten Miſſethat bekentlich ſeye/oder nicht/ vnd was jhm ſolcher Miſſethat halber bewuſt ſeye/ vnd was er alsdann bekennet/oder verneinet/ ſoll
14 auffgeſchrieben werden. Qui textus licet de Reo torturæ ſubjiciendo loquatur; dubium tamen non eſt, quin idem obtineat atque Judex de criminis commiſſi veritate Reum interrogare, deque ſpontaneâ confeſſione ſeriò interpellare debeat, etiamſi tortura ipſi nondum per ſententiam fuerit indicta; quippe quæ locum non habet, niſi Reus delictum neget ac fateri nolit. Ut ſic interrogatio de crimine perpetrato, ac Rei reſponſio neceſſariò præcedere debeat: prout etiam patet ex textu manifeſto *art.* 185. *Ordin. Crim. Carol.* in verb. den Gefangenen erſtlich ohne Marter beſprechen/ *&c.*

Q. 2. Qualis interrogatio Judicis de crimine commiſſo eſſe debeat?

15 Notandum tamen eſt, non minus Judicis interrogationem, ac Rei reſponſionem legitimam atque ſtylo conformem requiri, & utrumq; tàm Judicem, quàm Reum ad certum & legitimum modũ obligari. Qui ex parte Judicis in hoc conſiſtit, ut crimen ſive factum delinquentis annexis ejusdem qualitatibus, articulis, claris & rotundis, breviſſimè tamen, quantum fieri poteſt, includatur, & deſuper Reus ſeriò interrogetur. Luculenter hinc patet, judicem prudentem potiſſimùm hæc quatuor attendere oportere: Nempe, ut interrogatio ſit 1. articulata. 2. pertinens. 3. clara. 4 & inquiſito proponatur. Quæ ſi probè & exactè obſervaverit, quin muneri ſuo & juſti Inquiſitoris officio ſatisfecerit, dubium prorſus non eſt.

16 PRIMUM eſt, ut interrogatio ſit articulata. Hactenus enim in foro Saxonico uſu obſervatum fuit, ut Judex ſuper delicto & facto delinquentis certas formet poſitiones ſive articulos, quibus Reus ſive inquiſitus confitendo vel negando reſpondere tenetur. Hicque mos ab Illuſtriſſimo Electore Saxoniæ D. Auguſto expreſsè fuit confirmatus, reſcripto hâc de re Dn. Scabinis Lipſenſibus *Menſ. Ian. Anno* 1579. inſinuato, cujus mentio antea facta eſt, *in verb.* daß man erſtlich die Verbrechung Articulsweiſe verfaſſe/ dieſelbe dem Gefangenen vorhalte. *Et in Ordin. Polit. de Anno* 1612. *tit.* von Juſtitienſachen. *n.*5. In verb. Solches alles in Articul verfaſſet/dem inquiſito in beyſeyn der Gerichts Perſonen vorgehalten/ *&c.*

17 Quod ipſum à jure civili alienum non eſt, quo actori in proceſſu etiam ordinario permiſſum, ſuper contentis in ſuo libello certas facere poſitiones, easque in ſcriptis judici tradere, in hunc finem, ut Reus poſitionibus illis reſpondeat confitendo vel negando, juxta formam traditam per *Specul. in tit. de poſition. §. ſupereſt. num.* 11. *& ſeqq.* Sicuti nec jus Pontificium huic adverſatur, ut patet ex *Clement. ſapè. §. Et quia poſitiones. de verb. ſignific. Bartol. in l. ubicunque. nu.* 12. *ff. de interrog. act. Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 118. *n.* 2.

18 De jure verò Saxonico, inquiſitio haud parũ quoad hoc differt à proceſſu ordinario, quippe in quo tantùm ſimplex ſeu ſummarius libellus recipitur, articulatus verò omninò rejicitur, etiam in cauſis criminalibus, uti notiſſimum eſt ex *Conſt. Elect.* 2. *part.* 1. So wollen wir/daß Libellus articulatus nicht zuläßlich ſeyn / vnd wenn derſelbe gleich nicht von Part gefochten/jedoch officio Judicis verworffen werden ſoll. *ubi Dan. Moller. in princ. & Reinh. Roſa in addit. Matth. Berlich. part.* 1. *Concl.* 9. *n.* 3 *Aut. Conſult. Conſtit. Sax. tom.* 1. *part.* 3. *quæſt.* 19. *& tom.* 2. *part.* 3. *quæſt.* 24. Ac licet Hen- 19
ning. Göden *in pract ſub tit. de lit. conteſt. num.* 11. *&* 12. dicat, hodiè etiam poſitiones & articulatum libellum admitti, per text. Landr. *lib.* 1. *art.* 6. Ibi: was einem wiſſentlichen/ Landrecht *lib.* 2. *art.* 22. §. zeucht ein Mann ſein Zeugnuß/ *&c.* Attamen contrarium uſu introductum eſt, & in practicâ ſervatur, ſecundum *addit. Latin. ad text. Latin.* Landrecht. *dict. lib. art.* 6. §. *ſi quis actor nullũ, &c. Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 118. *nu.* 5. *Zobel. part.* 1. *differ.* 18. *nu* 4. *&* 6. *Ludov. Fachſ. differ.* 48. *Reinh. Roſa dict. loco.* De quo minus dubium eſt in ditionibus Electorat. Saxon. ob prædictam *Conſtitutionem Elect.* 2. *part.* 1.

20 Nequaquam tamen hoc ipſum ad inquiſitionis proceſſum eſt extendendum, in quo interrogationem per poſitiones & articulos neceſſariò fieri debere, ſatis patet ex *Reſcripto Electorali & Ordin. polit. in loc. modo allegat.* Cujus rei ratio duplex dari poteſt: 1. Ut citiùs inquiſitio finiatur; Nemini enim obſcurum eſſe poteſt, ſi ſummaria & ſimplex admitteretur interrogatio, denuò poſtea haud ſine labore articulos formandos, atque ſuper iis teſtes (ſi inquiſitus crimen neget) examinandos eſſe, undè non ſolùm multum temporis conſumeretur, ſed etiam variis inquiſiti negationibus ac diſputationibus proceſſus inquiſitorius facilimè impediri poſſet, qui tamen absque longo litis ſufflamine, & ſummariè expediendus eſt, ne delicta impunita remaneant. *l. ita vulneratus.* 51. §. *æſtima-*

tio autem.ff.ad L.Aquil.l.locatio.9.§.quod illicitè.ubi gloſſ.in verb.alterum.ff.de public.& vectig.

21 2. Quo clariùs & exactiùs crimen dignoſcatur, veritasq; eruatur, ac in puniendo delicto cautiùs procedatur. Etenim, quia in cauſis criminalibus & proceſſu inquiſitorio non de tritico aut oleo legato, ſed de hominum fortunâ, exiſtimatione, & capite agitur, quibus rebus nihil eſt orbe terrarum præſtantius, *Novell.8. Hippol.de Marſil.in pract.crim.§.Decurionem.n.*3. utique cautè & providè procedendum eſt, ne veritas ſupprimatur, aut innocens pœnâ gravetur: quod facilimè ex ſummaria & ſimplici interrogatione accidere poſſet; quippe quæ rem intricatam reddit, crimen ſæpiùs involvit, & facti qualitates ac circumſtantias, quæ aliàs in criminalibus cauſis, & decernendis pœnis accuratiſſimè obſervandæ & examinandæ ſunt, obfuſcat. Quibus tamen judex facilimè ſubvenire poteſt per interrogationem articulatam, ſingula facta, ſingulasque facti qualitates & circumſtantias, certis, claris, & rotundis articulis includendo, & de- 22 ſuper Reum examinando. Hinc etiam fit, quòd licet in proceſſu ordinario criminali libellum articulatum non admittat *Conſt. Elect. 2.part.*1. articuli tamen, qui libellis accuſatoriis in cauſis criminalibus adjici ſolent, continentes indicia, quibus probatis Reus in eventum, ſi crimen de quo accuſatur, à ſe commiſſum eſſe neget, quæſtioni ſubjici petitur, etiamnum hodiè paſſim recipiantur, prout tradit *Dan.Moller. ad dict.Conſt.Elect.2.part.1.num.*7. Ne ſcilicet ex confuſione judiciorum obſcura, accuſatus innocens nimium gravetur, ac forſan ad torturam rapiatur.

23 SECUNDÒ, Interrogatio & examen inquiſiti PERTINENS eſſe debet: Quod duplici reſpectu ſic dici poteſt. 1. ut ipſum factum de quo inquiſitus fuit inculpatus, ejusque qualitates crimini adhærentes, & ad eruendam veritatem pertinentes, articulis inquiſitionalibus inſerantur, aliena verò facta & impertinentes qualitates prorſus omittantur. Certum namque eſt, quòd ex inquiſitione generali, ſpecialis inquiſitio formanda, & articuli inquiſitionales conficiendi 24 ſint: Secundum practicam enim hodiernam Judices non incipiunt à ſpeciali inquiſitione contra aliquem, ſed à generali informationum aſſumtione; At ſi teſtes in genere interrogati aliquem nominaverint in ſpecie, vel aliàs ſuſpicio & indicia Reum quendam denotent, tùm ex generali inquiſitione deveniri poteſt ad ſpecialem, & formationem articulorum inquiſitionalium contra perſonam certam, prout docet *Iul.Clar.lib.5.ſentent.§.ult.quæſt.6.Proſp.Farin. in prax.crim.lib.1.tit.1.quæſt.9.num.*21. Proinde facta & crimina aliena, de quibus Judex in inquiſitione generali & ſummariâ haud informatus eſt, nequaquam articulis inquiſitionalibus ſunt inſerenda, ſed ex inquiſitione generali articuli formari, & inquiſitus ſuper iis tantummodo factis quorum nomine indicia veriſimilia ſunt probata, interrogari debet. Id quod haud obſcurè innuit Carolus V. Imper. *in Ordinat. Crimin.art.20.in pr.* Wo nicht zuvor redliche Anzeigungen der Miſſethat/darnach man fragen wolte/ vorhanden/vnd beweiſet wurden/ſol niemands gefraget werden.

Caveant itaque Judices immoderati, ne in- 25 quiſitum, ſi is unum delictum confeſſus fuerit, ſtatim ſuper aliis interrogent, juxta illud: hat er das gethan / ſo hat er wol mehr gethan / *Ventur. de Valent. in parthen. litigioſ. lib.*1.*cap.*14.*num.*34. Quam judicum imperitiam & exceſſum in actis inquiſitionalibus ad collegium noſtrum transmiſſis ſæpiùs deprehendi, ac miſeros Reos ſuper facta ac crimina aliena nunquam perpetrata, absque omni prorſus conjecturâ & indiciis, haud ſine periculo & injuria, interrogatos fuiſſe obſervavi. Quamvis non negem, judici 26 fas eſſe, apparentibus alterius quoque criminis commiſſi indiciis, etiam leviuſculis, Reum deſuper incidenter interrogare, prout praxis quotidiana docet.

2. Examen inquiſiti eatenus quoque per- 27 tinens eſſe debet, ut articuli inquiſitionales contineant omnes delicti qualitates & circumſtantias, taliter, ut Reo defenſio non tollatur. Nam inquiſitio obſcura, generalis, & incerta minimè valet. *l. libellorum. ubi Dd. ff. de accuſat. Modeſt.Piſtor. part.3.q.125.& ibi Iacob.Schult. in addit.Proſp.Farin.in prax.crim.lib.1.tit.1.quæſt.1.n.11. & ſeqq.Foller.in pract.crim.canon.in verb.Aut inquiſitione formata.n.37.Iul.Clar.lib.5.ſent.§.ult.quæſt.* 45.*n.*11.

Hinc 1. legitimum non dicitur examen con- 28 tra Titium formatum, quòd ſit ſolitus committere furta, homicidia, blaſphemias, & ſimilia delicta; Nam hoc modo propter delictorum incertitudinem, Reus ſuas defenſiones præparare non poteſt, ſed in ſpecie dici debet, quòd commiſerit hoc vel illud furtum, in tanta quantitate, contra talem, tali loco, ac tempore, &c. Idemq; obtinet in aliis criminibus; Aliàs dicitur inquiſitio obſcura, vaga, & incerta, & non procedit parte opponente, imò etiam non opponente. *Ægid.Boſſ.in tit.de inquiſit.n:*75.*&* 76.

2. Legitima quoque non eſt inquiſitio, 29 quando in articulis inquiſitionalibus non exprimitur locus & tempus criminis commiſſi, puta annus & menſis. *l. libellorum. ff. de accuſat.c. fin.§.libellorum.2.quæſt* 8. Quæ jura licet loquantur in libello accuſationis, idem tamen erit in inquiſitione; cùm hodie inquiſitio ſucceſſerit loco accuſationis.*l.pen.ff.de publ.judic.l.congruit. ff.de offic.Præſid.* Quod maximè verum eſt, ſi Reus ad ſui defenſionem locum & tempus exprimi petat, puta ſi probari velit, ſe eo tempore alibi fuiſſe. Vid.*Proſp.Farin.dict.quæſt.1.num.12.Foller.in pract.crim.verb. Aut Inquiſitione formatâ.c.6.n.39. Boſſ.dict.tit.de inquiſit.n.90. Burſat.vol.1.conſil 24. n.27. Cephal.lib.3.conſ.304.n.9.Menoch.lib.1.conſil.* 100.*n.*85.*& ſeq.*

3. Rejicitur examen inquiſitoris, ſi is Reum, 30 qui ſe vulneraſſe aliquem confitetur, interroget, an vulneratus ex vulnere deceſſerit: quam practicam diabolicam dicit *Iul. Clar. in pract.§. ult.quæſt.45.num.*11. Præterquam enim, quòd inquiſitus hoc absque dubio neſciat, non parùm per id ſuæ defenſioni præjudicatur, quippe qui ſe tue-

ſe tueri poſſet hâc exceptione, vulneratum nem-
pe ex vulnere non deceſſiſſe, quæ magna ipſius
eſſet defenſio. *Clar. dict. loco.*

31 Notandum tamen hîc eſt, quòd inquiſitor nō
omnes indifferenter criminis qualitates & cir-
cumſtantias articulis inquiſitionalibus inſerere
debeat, ſed eas tantummodò, quæ ad veritatis
indagationem & probationem delicti facere vi-
dentur; Alioquin ſi omnes leviuſculas & imper-
tinentes circumſtantias notare, & inquiſitum
deſuper interrogare velit, numerum articulorū
inquiſitionaliū contra modum legitimæ inqui-
ſitionis nimium cumulabit, & ipſam inquiſitio-
nem haud abſq; moleſtia ac tædio Scabinorum,
quorum judicio atque conſilio Acta Inquiſitio-
nalia ſubmittuntur, valdè protrahet, à quo pru-
dens & peritus inquiſitor abſtineat. Nam pro-
ceſſus inquiſitionis abſq; multis ambagibus &
circuitionibus, quibus ſæpènumero pœnæ deli-
ctorum negliguntur, ſummariè debet expediri.
Nicol. Reuſner. lib. 1. Deciſ. 24. n. 32.

Q.3. Quomodo articuli inquiſitionales ſint formandi?

32 Tertiò, ad Examen & Interrogationem
legitimam requiritur, ut articuli inquiſi-
tionales ſint clari, aperti, & rotundi.
Finis etenim inquiſitionis eſt indagatio verita-
tis, & coercitio criminis; Quare Judex in hujus-
modi examinibus faciendis, recto tramite pro-
cedere debet ad finem veritatis indagandæ, non
autem ut Reum involvat, & captioſè inducat in-
nocentem ad delictum confitendum. *Iul. Clar.*
33 *lib. 5. ſent. §. ult. quæſt. 45. nu. 11.* Eamq; ob cauſam,
ſingulo cuiquam articulo nō niſi unicum inter-
rogatorium inſerendum eſt, ne ſi plura interro-
gatoria in uno eodemq; articulo ponantur, in-
quiſitus ſimplex & innocens unicum interroga-
torium confitendo, totum articulum, non abſq;
ſuo periculo, affirmare videatur. Quod in pra-
ctica criminali ſic obſervari ſolet.

34 *Prout reſpondimus Quæſtori Bornenſi*: So will
vor allen dingen von nöthen ſeyn/ daß *inquiſitin* noch
einſten Articulsweiſe hierüber befraget / vnnd jhre
Antwort vff jeden Articul/ darinnen nicht mehr denn
ein *interrogatorium* zu ſetzen/ abſonderlich zu thun an-
gehalten werde/ *&c. M. Decemb. Anno 1629.*

35 *It. Quæſtori Sangerhuſano*: Dieweil nicht zu befin-
den / daß er wegen deß an Leutenant begangenen
Mords / ſo bey dieſer *inquiſition* die vornehmbſte
Verbrechung iſt/ abſonderlich vnd gebührender maſ-
ſen befragt worden / So hat auch noch zur Zeit der
verwirckten Straff wegen / nichts beſtändiges er-
kandt werden mögen / Sondern es will von nöthen
ſeyn / daß er noch einſten hierüber Articulsweiſe be-
fragt / vnnd ſeine Antwort vff jeden Articul / darin-
nen nicht mehr denn ein *interrogatorium* zu ſetzen/ ab-
ſonderlich zu thun angehalten werde/ *&c. Menſ. Febr.*
Anno 1630.

36 Quod ipſum tamen eò nullatenus extenden-
dum eſt, ut prohibitum ſit judici, unum idemq;
interrogatorium aliis tamen verbis repetere. Id
namque judici non modò licet, ſed & pro qua-
litate criminis & conditione perſonæ inquiſitæ
hoc ipſum facere eū oportet, quò veritas erua-
tur, & ex variatione, quæ aliis præſumptionibus
concurrentibus indicium ad torturam facit,
confeſſio extorqueri poſſit, modò Judex contra
ſimplicem inquiſitum non captioſè, involvendo
ipſum, ejusque verba contra ſenſum genuinum
interpretādo procedat, ſed prout decet bonum
& prudentem virum, ſe gerat: Satius namque eſt
inveſtigare ea, quæ ad defenſionem aut innocē-
tiam Rei pertinent, quàm calumniari aut arti-
culare id, quod innocenti obeſſe poteſt. Omnis
enim inquiſitio ita formanda eſt, quò non tan-
tùm non auferantur Reo inquiſito defenſiones
ſuæ, verùm etiam faciliores reddantur, Reusq;
ſeſe eò meliùs in judicio tueri queat. *Iac. Schult.*
in addit. ad Modeſt. Piſt. part. 3. quæſt. 125.

Sic etiam Judex pro eruenda veritate delicti 37
ſimulationibus uti, & fingere, ſe velle facere id,
quod revera nō intendit agere, nō prohibetur;
exemplo Salomonis, de quo *in cap. afferte. ubi Fe-*
lin. n. 1. extr. de præſumpt. Ægid. Boſſ. in tit. de confeſſ.
per tort. n. 10. Petr. à Plach. in epit. delict. cap. 37. n. 2.
& 3. Pract. Conrad. tit. de ſent. nu. 20. Anton. Gomez.
tom. 3. var. reſolut. cap. 13. n. 4. Modò ſimulationes 38
nō ſint deceptoriæ, aut violentæ, ut tortura, ſed
ad finem bonū ordinatæ, ac jure non prohibitæ.
Proſp. Farin. part. 3. oper. crim. quæſt. 81. n. 313. Nihil
enim admittendū eſt pro habendâ veritate con-
tra æquitatem & juſtitiam, nec aliquod illicitū
committendum; judicesq; contrarium facien-
tes vituperandi, & deteſtandi ſunt. *Far. d. l. n. 313.*

Q.4. An judex ad eruēdam veritatem ſimulationibus uti queat?

Quartò, denique non ſufficit delictum 39
unà cum ſingulis qualitatibus & circumſtan-
tiis articulari, certasque poſitiones formari, ſed
& inquiſito articuli proponendi ſunt,
ejusque reſponſio deſuper requirenda.
ubi notandum eſt: I. Hæc omnia coram Judi-
ce & Scabinis eſſe tractanda, & ſic tàm interro-
gationem quàm reſponſionem in judicio fa-
ciendam, prout patet ex verbis manifeſtis *Re-*
ſcripti Elector. de Anno 1579. cujus ſuprà mentio
fuit facta: dieſelbe dem Gefangenen in beyſeyn
der Gerichtsperſonen fürhalte / jhn darüber höre/
&c. Et in *Ordinat. Polit. de Anno* 1612. *tit.* von Ju-
ſtitienſachen. *num.* 5. Ibi: dem Inquiſito in beyſeyn
der Gerichtsperſonen fürgehalten/ *&c.* Idque non
ſolùm propterea, quòd extrajudicialis Con-
feſſio nil faciat contra confitentem, nec ad
condemnandum ſufficiat. *Spec. tit. de Confeſſ. §.*
nunc videndum. verſ. ſiquidem quis confitetur crimen.
Bartol. in l. ſi confeſſus. num. 3. ff. de cuſtod. Reor. Par.
de Put. de Syndic. verb. tortur. cap. 3. num. 1. Iod. Dam-
houder. in prax. rer. crim. cap. 54. n. 37. Gigas de crim.
læſ. Majeſt. lib. 2. tit. quomod. & per quos crim. læſ. Ma-
jeſt. prob. quæſt. 1. num. 16. Iac. Menoch. de arbitr. jud.
quæſt. lib. 2. caſ. 331. Iul. Clar. in pract. §. ult. qu. 55. in
pr. Ioſeph Maſc. de probat. lib. 1. concl. 497. num. 1. &
ſeqq. Sed & ad omnem fraudem & ſuſpicionem 40
vitandam, quâ aliàs innocentia Rei facilimè
gravari poſſet. Ac certè æquiſſimum eſt, rem
tanti præjudicij, ubi nempè de vita hominis agi-
tur, coram judice & Scabinis tractari. Quin &
hoc ipſum vel propterea verbis diſertis in *Re-*
ſcripto Illuſtriſſ. Elect. expreſſum eſt, quo corriga-
tur negligentia ac præcipitantia quorundam
Nobilium ac Magiſtratuum, qui haud rarò ſu- 41
perficialiter criminalia tractare, ac nonnun-
quam in terrorem aliorum, contra inquiſitos
nimis ſeverè animadvertere non verentur,
quandoque etiam ex imperitia, ipſimet proce-
dentes haud parum inquiſiti juribus ac benefi-
ciis præjudicant. Quare & in judiciis Nobilium

paganis, tractationi cauſarum, tàm civilium,
quàm criminalium Notarius juratus præeſſe
debet, juxta *Ordin. Proceſſ. Iudic. Elect. Saxon.
de Anno 1622. tit. 2. §.* Alſo verſehen wir vns. In
verb. Sondern auch denſelbigen einen tüchti-
gen vnd geſchickten Notarium, der den Proceß
vnd andere fürfallende Gerichtsſachen legaliter
dirigiren könne/zuordnen/denſelben ſonderlich
darzu vereyden/*&c.* Quod vel maximè in cri-
minalibus cauſis, utpote magni præjudicij ac
periculi, ſtrictiſſimè obſervandum: prout pra-
ctica docet.

42 2. Ad articulos ſive propoſitiones inquiſi-
tionales nuda & ſimplex Reſponſio inquiſiti re-
quirenda eſt, non jurata. *Iul. Clar. in pract. §. ult.
quæſt. 45. num. 9.* Idque ad evitandum perjurium.
Quod licet certiſſimum ſit, accidit tamen quan-
doque, teſte experientia, ut judices imperiti
Reos ſub juramento reſpondere faciant; Qui
propterea reprehenſione ſeverâ digni ſunt,
quòd imponentes hoc modò Reis juramentum
purgationis, eo ipſo viam effugiendi pœnam
promeritam iis commonſtrant; Nam præſtito
hoc juramento, Inquiſiti crimen diffitentes à
pœnâ & inquiſitione prorſus liberantur; Ab hoc
itaque exceſſu enormi judices abſtineant, ſi non
reprehenſionem, & imprudentiæ maculam in-
currere velint.

43 3. Obſervandum & hoc, quòd factâ inter-
rogatione, ac ſubſecutâ inquiſiti reſponſione,
novis factis ac circumſtantiis ſeſe offerenti-
bus, denuò articulos & poſitiones formare, ac
ſuper iiſdem inquiſitum interrogare, judici li-
ceat. Nec refert, quòd in proceſſu ordinario
poſt litis conteſtationem & reſponſionem, li-
bellum mutare haud ſit permiſſum; ſiquidem
in criminalibus cauſis à proceſſu ordinario ad
inquiſitionem nil inferendum, quippe in quâ
ſummariè, non ſervato juris ordine procedi-
tur, in eâque commodum vertitur publicum:
ne ſcilicet delicta remaneant impunita. *Nicol.*
44 *Reuſner. lib. 1. deciſ. 24. num. 32.* Unde & fit, quòd
Judex ex officio & per modum inquiſitionis
procedens, etiam poſt publicatas atteſtatio
nes, ad offenſam Rei novos teſtes, novaſque
probationes producere queat. *l. unius. 18. §. 1. ff.
de quæſt.* Quod tamen in proceſſu ordinario mi-
nimè gentium concedendum eſt. *Anton. Teſſaur.
part. 1. deciſ. 262. n. 1. 2. Angel. Aretin. de malefic. verb.
comparuerunt dicti inquiſiti. Bartol. in Auth. Atqui ſe-
mel. C. de probat. n. 320. & ſeqq.*

45 4. Licet ſecundum Juris communis diſpo-
ſitionem Reus, ſi compareat & delictum neget,
non ſit ulterius examinandus, ſed recipiantur
teſtes, & ad ulteriora procedatur, prout teſtatur
Maria, in c. qualiter & quando. de accuſat. num. 217.
Contrarium tamen in practica ſervatur: Nam
ſi factâ inquiſitione Reus compareat, & deli-
ctum neget, nihilominus articuli formandi, &
ſuper iis Reus examinandus eſt, priuſquam ad
probationem procedatur. *Iul. Clar. lib. 5. ſent. §.*
46 *ult. quæſt.* 45. *nu.* 5. Quin & ſi Reus delictum con-
fiteatur, pœna tamen decernenda non eſt, niſi
prius articuli ac poſitiones formatæ fuerint, ac
Reus illis reſponderit. *Quod in Elect. Saxon. Scabin.
quotidiè ita practicatur*; ut nempe clarior ac ma-
nifeſtior fiat Rei confeſſio, ac ne innocens for-
ſan ex reſponſione ſimplici & cōfusâ ad pœnam
trahatur. Quamvis in leviuſculis criminibus a-
liud hactenus obtinuerit.

5. Arbitrantur *Dd.* Inquiſitorem Reum in- 47
terrogantem minas addere poſſe de torquen-
do eo, ſi verum fateri nolit. *Bartol. in l. 1. §. Divus
Severus, num. 2. ff. de quæſt. Gandin. in tit. de quæſt. &
torment. num. 39. Ægid. Boſſ. in tit. de tortur. num. 4.
& ſeqq. Pract. Conrad. tit. de confeſſ. num. 5. Anton. Go-
mez. tom. 3. variar. reſolut. cap. 3. num. 4. Iul Clar. in
pract. §. ult. quæſt. 64. verſ. nunc de gradibus.* Sed aſ-
ſentiri hiſce non poſſum; Quia abſque indiciis 48
veriſimilibus, ne quidem ſolo metu torturæ con-
feſſio extorquenda eſt. *l. §. ſi quis ultrò ubi gloſſ. in
verb. nonnunquam. ff. de quæſtion. l. 2. C. quor. appell.
non recip. Paris de Put. de Syndic. verb. Totus cap. 1.
num. 27. Hippol. de Marſil. in pract. crimin. §. ſecunda
quæſtio. numer. 31. & ſeqq. Proſper. Farin. part. 3. o-
per. crimin. quæſt. 81. num. 32. Brun. à Sol. in ſuo conſil.
crim. num.* 163. Quare priuſquam de indiciis ſuf-
ficientibus, præviâ ſententiâ conſtiterit, haud-
quaquam confeſſio minis extorqueri poteſt.
Quod maximè verum eſt, quando minæ de tor- 49
quendo Reo non ſunt ſimplices, ſed atroces, ve-
hementes & geminatæ, aut ſi Reus eſt timidus
trepidæque complexionis; ut puta Mulier, quo
ſanè caſu confeſſionem factam ſpontaneam non
eſſe, minus dubium eſt. *Proſp. Farin. dict. quæſt. 81.
n. 47. & 48.*

Q. 5. Num Judex Reum examinans minas addere poſſit de torquendo eo, ſi verum fateri nolit?

6. Notandum, quòd judici haud liceat 50
promiſſione impunitatis à Reo veritatem eli-
cere. *Dec. in l. ea eſt natura. num. 7. de Reg. jur. Ven-
tur. de Valent. in parthen. litig. lib. 1. c. 14. num. 25. A-
dam. Keller. lib. 2. de offic. juriſd. polit. cap. 21. Iul. Clar.
in pract. §. ult. quæſt. 55. num. 9.* Præterquam enim,
quòd Confeſſio emanata ſub ſpe promiſſionis
impunitatis, tanquam judicis dolo exorta, ad
condemnandum minimè ſufficiat, ſecundum
tradita *à Farin. dict. quæſt. 81. num. 26. 76. Hippol. de
Marſil. in l. 1. §. quæſtioni. num. 29. ff. de quæſtion. Ia-
cob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 367. num.
6. Anton. Gomez. tom. 3. var. reſolut. cap. 12. num. 6.*
metuendum certè eſt, ne Reus delictum con-
feſſus pœnam effugiat; Quia Judex impunita- 51
tem & gratiam promiſſam ſervare tenetur, ab-
ſtinendo ſe à condemnatione: quum admodum
turpe ſit fidem datam fallere. *Dec. in l. ea eſt na-
tura. num. 7. ff. de Reg. jur. ubi & Cagnol. num. 18. Di-
dac. Covar. lib. 1. variar. reſolut. cap. 2. n. 16. Proſp. Fa-
rin. dict. quæſt. 81. nu. 277. Petr. à Plach in Epit. delict.
cap. 37. n. 4. in fin.*

Q. 6. An liceat judici promiſſione impunitatis à Reo veritatem elicere?

7. Denique nec hoc omittendum, quòd 52
Actuarius ſeu Scriba Judicij, reſponſionem &
confeſſionem inquiſiti diligenter conſignare,
& Actis inquiſitionalibus apponere jubeatur,
Ordin. Crim. art. 184. & 185. Idemque diſpoſitum
in prædicto Illuſtriſſimi Dn. Elector. Saxon.
reſcripto de Anno 1579. verb. Seine Auſſage dar-
auff mit fleiß verzeichne. *Et Ordin. Polit. de An-
no 1612. tit.* von Juſtitienſachen. *num.* 5. verb.
Seine Auſſage mit fleiß vffgezeichnet. Quæ
conſignatio taliter fieri debet: 1. Ut quantum
fieri poteſt, verba ipſa Rei aſſignentur, ne for-

Q. 7. Quomodo actuarius judicij Inquiſiti Reſponſionem conſignare debeat?

ſan ex verborum transmutatione ſenſus invertatur. 2. Ne qualitas reſponſioni annexa, aliudvè à Reo ad ſui defenſionem prolatum omittatur, ſed ſingula quæque diligenter & exactè conſignentur, *dict.art.*148. in verb.final. Was denn daſelbſt gefraget/ ermahnet/ vnd endlichen geantwortet/ auch was darauff/ alles nach laut dieſer vnſerer/ vnd deß Reichs Ordnung/ erfahren vnd erkundiget wird/ ſoll alles/ wie obſtehet/ auch beſchrieben werden.

Q. 8. Qualis Reſponſio inquiſiti eſſe debeat?

54 Eaque ſunt, quæ circa officium judicis in
examine Rei notanda veniunt. Ex parte au-
tem inquiſiti requiritur Reſponſio di-
ſtincta, clara, & manifeſta, ad ſingulos
articulos & poſitiones: Ubi notandum:
1. confeſſionem & reſponſionem dici claram &
manifeſtam, quæ categorica eſt, vel affirmativa,
vel negativa, ad ſingulos articulos, ſingulaque
interrogatoria facta, verbis rotundis, claris &
apertis, abſque ambagibus & circuitionibus,
quibus aliàs factum involvitur, & ſenſus verbo-
55 rum genuinus invertitur. Quod ſi verò inquiſi-
tus effugia quærat, ac categoricè & manifeſtè
reſpondere nolit, denuò adhuc ſemel atque ite-
rum eſt interrogandus, donec usque ad articu-
lum congruè & apertè reſpondeat; quò Judex
certus fiat, num Reus crimen confeſſus ſit, nec
ne, & quidnam probãdum reſtet: cùm paria ſint,
non reſpondere, vel obſcurè reſpondere. *l. de æ-
tate. §. nihil intereſt. ff. de interr. act. ubi Bartol. n.* 1. *l.
certum. ff. de confeſſ.*

Q. 9. Quid, ſi Reus categoricè, vel prorſus reſpondere nolit?

56 2. Sed quid, ſi Reus coram judice conſti-
tutus nolit reſpondere interrogationibus ſibi
factis, eas præciſè affirmando vel negando, *ſed
vel omninò nihil reſpondeat, vel per verba dubia aut
obſcura?* Hoc caſu inquiſitum quæſtionibus
ſubjiciendum, ab eoque categoricam & expreſ-
ſam reſponſionem extorquendam eſſe, docet
Iul. Clar. lib. 5. *ſent.* §. *ult. quæſt.* 45. *num.* 6. Quæ tor-
tura imponitur, non tam ad veritatem eruen-
dam, quàm ad extorquendam reſponſionem,
ſecundum *Bald. in l. in accuſationem, num.* 11. *C. qui
accuſ. non poſſ.* Ideoque & qualia qualia indi-
cia ad hanc imponendam ſufficere videntur.
57 Quin & hoc ipſo, quòd Reus non vult categori-
cè reſpondere, ſeſe ſatis ſuſpectum facit, & indi-
cium ad torturam ſufficiens præbet, ut ſic nullo
alio indicio opus ſit. *Dan. Moller. lib.* 2. *ſemeſtr.* 25.
Alioquin enim ſi hoc medio uti non liceret,
quilibet Reus facili negocio ſupplicium effuge-
re poſſet.

58 *Pronunciantibus in hunc modum quotidiè Scabinis*: Ob nun wol *inquiſit* der Bezüchtigung nicht gantz in Abrede ſeyn kan; Dieweil aber dennoch ſein Bekentnuß nicht deutlichen vnd klar genugſam/ *&c.* So hat auch der Straff wegen noch zur Zeit nichts beſtändiges erkandt werden mögen/ Sondern es wil vor allen dingen von nöthen ſeyn/ daß ein richtiger vnnd deutlicher Bekentnuß auß *inquiſito* gebracht/ vnd er noch einſten Articulsweiſe hierüber vernommen werde/ Ob er nicht/ *&c.* Vnd vffn Fall er ſein Bekentnuß in gutem richtig nicht thun will/ ſeyd jhr wol befugt/ jhn mit der ſchärffe ziemlicher Weiſe angreiffen/ vnd vff vorgeſetzte *interrogatoria* befragen zu laſſen/ Darauff alſodenn/ wenn ſeine Vhrgicht mit fleiß auffgezeichnet/ vnd wieder überſchicket wird/ ſeiner Perſon vnd verwirckten Straffe wegen ferner ergehet was recht iſt/ V. R. W.

Veluti ſic etiam reſpondimus Senatui in Denſtadt: Vnnd im Fall er vff ſeiner Halßſtarrigkeit nochmals verharren/ vnd ſich der Antwort verweigern wird/ So wird er dem Scharffrichter vntergeben/ vnnd durch denſelben vff vorgeſchriebene Fragſtück die Antwort auß jhm gebracht/ *&c. Menſ. Auguſto, Anno* 1632.

Quod in delictis gravioribus ita obtinet; in
59 criminibus verò levioribus, quorum pœna cor-
poris afflictiva non eſt, Reo imponitur reſpon-
ſio ſub pœnâ confeſſi, cujus effectus eſt, ut Reus
reſpondere nolens, pro confeſſo & convicto ha-
beatur, & in pœnam arbitrariam condemnetur.
Eſt enim contumacia ficta & imaginaria proba-
tio, quæ ex præſumptionibus reſultat. *Hippol. de
Marſil. in pract. crim. §. poſtquam n.* 51. *& ſeq. Mynſing.
cent.* 3. *obſerv.* 88. *n.* 4. *Andr. Gail. lib.* 2. *de pac. publ. c.* 6.
n. 2. *in fin.*

Et ita ſæpiùs pronunciavimus in Elect. Saxon. Scabinatu, ac nuperrimè gegen Franckenhauſen/ *Ad requiſitionem Senatus Menſ. Novembr. Anno* 1630. 60

3. Notandum quoque, quòd inquiſitus ipſemet reſpondere teneatur, nec ejusdem procurator admittatur. *l. pen. §. ad crimen. ubi gloſſ. & Dd. ff. de publ. judic. l.* 5. *C. de his quis accuſ. l.* 15. *C. de accuſ. Iac. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 80. *Iul. Clar. lib.* 5. *ſentent. §. ult. quæſt.* 32. *nu.* 16. *Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. ſequitur. n.* 27. Hinc pro more in judiciis Saxonicis recepto, reus vinculis ligatus è carcere ad Bancum duci, ab eoque reſponſio ad articulos inquiſitionales exigi ſolet. 61

Cujus rei ratio haudquaquam obſcura eſt, Requirit enim Judicis officium in delicta accuratè inquirere, *l. congruit.* 13. *ff. de offic. Præſid.* conjecturas ac ſuſpiciones perpetrati delicti colligere, & veritatem argumentis, teſtibus, ſcripturarum collatione, aliisque modis indagare, antequam capitalem depromat ſententiam. *l. ubi falſi.* 22. *C. ad Leg. Corn. de falſ. l.* 16. *C. de pœn.* At hæc omnia faciliùs expedire potuerit Judex, ſi ab ipſomet Reo reſponſiones ad articulos inquiſitionales excipiat; cùm delinquentis perſona facilè arguatur ex ipſo vultu & variatione ejus, aut mutatione coloris, aliisque ſignis, & indiciis. *Nicol. Reuſn. lib.* 3. *conſil.* 4. *num.* 35. *vid. ſuprà quæſt.* 105. *n.* 53. 62

Reſpondimus ita Nicolao à Dobitzſch: Ob nun wol an ſtatt deß *inquiſiti* ein *Procurator* ſich angegeben/ ſo die Antwort von wegen vnd an ſtatt deß Gefangenen thun wollen/ *&c.* So iſt doch derſelbige in dieſer peinlichen ſache nicht zuläßlichen/ ſondern es wird *inquiſit* auß dem Gefängnuß geführet/ Gerichtlichen vorgeſtellet/ vnd die Antwort vff die verfaſſete *inquiſitional* Articul perſönlichen zu thun billich angehalten/ V. R. W. *Menſ. Auguſto, Anno* 1627. 63

Ex eâdem pariter ratione concludendum eſt, inquiſitum, ſi in ſcriptis reſpondere velit, non audiri, nec ſcripturam recipi; Etenim Reo ipſomet non comparente, nec ad poſitiones & interrogatoria reſpondente, judex neque ex vultu ipſius, neque ex variatione veritatem colligere poterit. 64

Pronunciatum ita gegen Meiſſen/ *ad Conſultationem Matthiæ* Kleins/ *Menſ. Octobr. Anno* 1599. 65

QUÆ-

QVÆSTIO CXIV.

De probatione delictorum, quales & quotnam teſtes in cauſis criminalibus requirantur, quæq; & qualis eorum depoſitio eſſe debeat?

SUMMARIA.

1. *Teſtibus convictus Reus, non minus atque confeſſus condemnatur.*
2. *Modò probatione legitimâ ſit convictus. n. 4.*
3. *Semiplena probatio imperfectè concludit.*
5. *In criminalibus probatio luce meridiana clarior eſſe debet.*
6. *Plena probatio in criminalibus quænam dicatur? num. 7.*
8. *Probatio debet eſſe articulata.*
9. *Quando ſufficiant articuli inquiſitionales, ut opus non ſit formatione articulorum probatorialium? num. 10. 11. 12.*
13. *An & quando probatione factâ, novos articulos formare, novosq; teſtes producere liceat? num. 14. 15. 16. 17.*
18. *Inquiſiti interrogatoria in proceſſu inquiſitorio non admittuntur. num. 21. 22. Quando hoc fallit. n. 24. 25.*
19. *Interrogatoria vel ſunt generalia, vel ſpecialia. num. 20.*
23. *Atteſtata teſtium in proceſſu inquiſitorio diſputari non debent.*
26. *Non niſi idonei teſtes admittuntur regulariter ad probationem criminis, & quinam dicantur idonei? n. 27.*
28. *Quinam teſtes in criminalibus ſint inidonei & inhabiles? n. 29. 30. 31. 32. 33. 34.*
35. *Inhabiles teſtes quando admittantur? n. 36.*
37. *Quando dicatur Veritas aliter haberi non poſſe?*
38. *Inhabiles teſtes num ſufficiant ad torturam?*
39. *Mulieres admittuntur ad teſtificandum in criminalibus. num. 40.*
41. *Teſtis in criminalibus non admittitur, niſi exceſſerit annum vigeſimum.*
42. *Quando hoc fallat? num. 43.*
44. *Reſponſum Scabinorum Lipſienſium.*
45. *Teſtes de Vniverſitate quando admittantur ad probationem criminis.*
46. *Quotnam teſtes requirantur ad probationem delicti? n. 47. 48. 49.*
50. *In foro quoq; Saxonico duo teſtes ſufficiunt in criminalibus. num. 51.*
52. *Sufficit quandoq; teſtis unicus, ut in delictis levioribus. n. 53.*
54. *Vnicus teſtis facit ſemiplenam probationem.*
55. *Factum proprium unicus teſtis plenè probat.*
56. *Vnicus teſtis probat defenſionem Rei.*
57. *Atteſtatio teſtium qualis eſſe debeat?*
58. *Quænam atteſtatio dicatur dubia & obſcura?*
59. *Teſtes de credulitate deponentes non probant, & quando hoc fallit. n. 60.*
61. *Sicuti nec teſtes de auditu.*
62. *Teſtis depoſitionis ſuæ rationem indicare debet.*
63. *Depoſitio teſtium debet eſſe jurata, & quando hoc fallit. num. 64. 66.*
65. *Num in præſentiâ Inquiſiti jurare oporteat teſtes?*
67. *Teſtis ſummariè & absq; juramento examinatus num denuò jurare & examinari debeat? n. 68. 69. 70. 71. 72. 73.*
74. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.*
75. *Confrontatio quoq; neceſſaria eſt in probatione delicti. n. 76.*
77. *Quandoq; inquiſitus cum ſocio criminis confrontari poteſt. n. 78.*
79. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
80. *Atteſtationes teſtium debent conſignari. num. 81. 82.*
83. *Quidnam obſervandum in hac conſignatione?*
84. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.*

QUintum Requiſitum Legitimæ Inquiſitionis eſt probatio delicti. Non ſtatim enim Reus crimen fateri nolens abſolvendus eſt, ſed judici incumbit, probationibus, ſi quas habere poteſt, ipſum cõvincere, ita ut inquiſitus ſi non confeſſus, attamen de crimine convictus puniatur. *Ordin. Crim. Carol. art. 62.*

1 Etenim teſtibus convictus non minus condemnari poteſt, ac ſi crimen confeſſus eſſet. *l. qui ſententiam. ubi Dd. C. de pœn. l. fin. C. de cuſtod. Reorum. cap. 1. & c. primates. 2. quæſtion. 1. cap. At ſi Clerici, ubi Dd. de Iudic. Gandin. in tit. de præſumpt. & indic. indubit. num. 2. verſ. Et primò videtur. Gramm. Deciſ. 36. num. 61. Ioſeph. Ludovic. Deciſ. Luc. 13. num. 60. part. 1. Proſper. Farin. de teſtib. lib. 2. tit. 6. quæſt. 63. num. 134.* Et paria ſunt convictum quem eſſe, aut confeſſum; quorum alterutrum ad condemnationem inquiſiti ſufficit. *Hippol. de Marſil. in pract. crimin. §. ſecunda quæſtio. num. 1. Foller. in pract. crimin. verb. Dentur. capitula. num. 50. Socin. Iun. lib. 2. Conſil. 37. num. 19. Proſper. Farin. part. 3. oper. crimin. quæſt. 81. num. 2. Anton. Gomez. tom. 3. var. reſolut. tit. de probat. delict. numero 3. Brun. à Sol. in ſuo Conſil. crimin. numero 202.*

2 Quod tamen non aliter accipi volo, quàm ſi debito ac legitimo modo inquiſitus convictus, & crimen probatum fuerit. Nam probatione legitimè factâ, ſequitur Rei condemnatio, non autem legitimè factâ, abſolutio. *l. 2. ff. de probat. l. actor. C. eod. tit. Iohan. Sichard. in rubr. numer. ult. C. de probat. Iohan. Emer. à* Rosbach. *in proceſſ. crimin. tit. 4. cap. 3. num. 9.* Neque probatio quævis judici de re aliquâ fidem facere poteſt, ſed tantummodò ea, quæ fit duobus teſtibus & plena dicitur probatio. *Iaſon. in l. admonendi. ff. de jurejur. Iohan. Sichard. in dict.*

3 *rubr.num.*4.C. *de probat.* Semiplena autem pro-
batio imperfectè concludit, nec Judici tantam
fidem facit, cui ſoli ſtare debeat. *Ioſeph.Maſcard.
volum.*1. *concl.*4. *Andr.Gail.lib.*2. *obſervat.*94 *nu-
mero* 3. *&* 8. *Ioach.Mynſing.centur.*1. *obſervat.* 68.
Ac licet in civilibus ſemiplena probatio non
ſemper ac omni ex parte rejiciatur; *Iohan.Emer.
à* Rosbach *in proceſſ.crimin. dict.tit.*4. *cap.*2. *nu.*6.
4 Attamen in cauſis criminalibus idoneæ & ple-
næ probationes requiruntur, aut evidentia
ipſius facti, vel perpetrati facinoris, propria,
ſpontanea, ac libera ejus confeſſio. *c.evidentia.
ext.de accuſat. l.ea quidem.* C. *eod. tit. cap.ſuper eo.
de teſtib.cog. c.de manifeſta.*2. *quæſt.*1. *Anton.Go-
mez.lib.*3.*var.reſolut.cap.*1.*nu.*41.*& ſeq.Andr.Tira-
quell.de pœn.cauſ* 30. It: Duo teſtes omni exce-
ptione majores. *cap.teſtes.ubi Gloſſ.in verb. Et præ-
ſentes, & in verb. quæ noverunt.* 3. *quæſt.* 9. *c. cum à*
5 *nobis.cap.in omni.extr.de teſtib.* Hocque eſt, quod
vulgo dicitur, in cauſis criminalibus probatio-
nem luce meridianâ clariorem eſſe debere. *l.ab
ſentem.ff.de pœn. l.ult.* C. *de probat. Iul. Clar. lib.*5.
*ſent.§.ult.quæſt.*63.*nu.*9.*& ſeqq Mynſing.cent.*5.*ob-
ſerv.*33. *Andr.Gail.lib.*1.*obſerv.*108.*nu.*13. ac ibidem
graviora argumenta & indicia, quàm in civili-
bus requiri. *l ſinguli.C.de accuſat.*

6 Dicitur autem in criminalibus plena pro-
batio, quæ neceſſariò concludit, & id quod in-
tendit, ex teſtium omni exceptione majorum
depoſitione juratâ infert. *l.ad improbationem.C.
de probat. cap. ſignificarunt. cap. de teſtib. extr. de
teſtib. cap.cum contingat.de offic.delegat.* Quâ de
re Illuſtriſſimus Dn. Elector. Saxon. Auguſtus
in Reſcripto de Anno 1579 *ſuprà quæſt.* 107. verbo-
tenus relato, ita loquitur: **Vnd was er daran
verneinet / darüber die Zeugen / vff vorgehende
würckliche Leiſtung deß gewöhnlichen Zeugen-
Eydes / verhören laſſe / derſelben Auſſage in eine
ordentliche regiſtratur bringe** / *&c.* Quod & iis-
dem ferè verbis exprimitur *in Ordin. Polit. de An.*
1612. *tit.* **Von Juſtitienſachen.** *num.*5. In verb. **Da
er etwas daran verneinen würde / Zeugen vermit-**
7 **tels Eydes abgehöret** / *&c.* Unde patet, circa
probationem delicti in proceſſu inquiſitorio,
quatuor potiſſimum attendenda eſſe: 1. Forma-
tionem articulorum probatoriorum. 2. Qua-
litatem teſtium. 3. Eorundem depoſitionem ſi-
ve atteſtationem. 4. Et depoſitionis annota-
tionem.

Q. 1. Num examen teſtium ſemper debeat eſſe articulatum?

8 Primò: Extra dubium eſt, in proceſſu in-
quiſitorio non minus ac in ordinario proceſſu,
Crimen ſeu factum, quod inquiſitus diffitetur,
cum omnibus qualitatibus ac circumſtantiis,
certis atque diſtinctis articulis includendum,
ac deſuper teſtes interrogandos eſſe, perinde ac
in cauſis civilibus hoc uſu introductum eſt, nec
ſine urgenti ac gravi causâ, quo ſcilicet veritas
alicujus rei eò faciliꝰ aperiatur ac manifeſtetur,
quæ ex depoſitione teſtium confusâ ac ſimplici
vix elicienda erit. *Conſt.Elect.*16 *part.*1. Quod
tantò magis obtinere debet in cauſis crimina-
libus & inquiſitorio proceſſu, ubi majori cum
diligentia & obſervantiâ teſtes examinandi &
interrogandi ſunt. *l.apud eloquentiſſimum.C.de fid.
Inſtrum.* Quia enim hæc cauſa eſt magni præjudi-
cij, cautiùs quoque agendum erit, *cap.ubi pericu-
lum.de elect.in* 6to. Sufficiunt tamen in proceſſu
inquiſitorio Articuli inquiſitionales, delictum 9 «
commiſſum ejusque qualitates continentes, in- «
quiſito jam antea propoſiti, ſuper quibus etiam «
teſtes ſunt examinandi, ſi Reus crimen fateri «
nolit, ut ſic denuò peculiares articulos proba- «
torios in proceſſu inquiſitorio formare haud-
quaquam neceſſe ſit: Quod haud obſcurè colli-
gendũ ex verbis *Reſcripti Electoralis de Anno* 1579.
Ibi: **Daß man die Verbrechung Articulsweiſe
faſſe / dieſelbe dem Gefangenen / in beyſeyn der Ge-
richts-Perſonen fürhalte / jhn darüber höre / ſeine
Außſage darauff mit fleiß verzeichne / vnd was er
daran verneinet / darüber die Zeugen verhören
laſſe** / *&c.* Quæ verba ſatis probant, teſtes quo- 10
que ſuper articulos inquiſitionales inquiſito
propoſitos examinandos eſſe. Idque ipſum vel
maximè natura proceſſus inquiſitorij requirit,
qui abſque multis circuitionibus & ambagi-
bus, quibus ſæpènumero pœnæ delictorum ne-
gliguntur, expediri debet. *Nicol.Reuſn.lib.*1.*Deciſ.*
24.*num.*32.

Quod tamen notabiliter limitandum eſt, 11
ſi teſtes ſuper facta peculiaria, quorum inqui-
ſitus neque notitiam habet, neque de iis inter-
rogari poteſt aut debet, ſunt examinandi; quo
caſu peculiares articuli ſuper ejusmodi factis ac
circumſtantiis, quæ in articulis inquiſitionali-
bus non continentur, formari debent. Quin 12
& ſi facta & indicia diverſa ac diſtincta, nec o-
mnibus indifferenter teſtibus nota ſint, diverſos
ac ſeparatos articulos probatorios formari poſ-
ſe, facilimè conceſſerim: Quamvis rectius meo «
judicio faciat judex, articulos facta etiam diver- «
ſa continentes connectendo, & teſtium ſingulo- «
rum atteſtationibus diligenter adnotatis, unam «
quaſi regiſtraturam judicialem probatoriam «
(vulgò **Gerichtliche Zeugnuß-Regiſtratur**) con-
ficiendo. Quod & in practica frequentiùs ob-
ſervari ſolet.

Hîc duplex oritur dubium: 1. *An ſemel* 13
*factâ probatione in proceſſu inquiſitorio, & teſtibus
jam examinatis, alios ac novos articulos formare,
novosq; teſtes producere liceat?* Sanè non deſunt,
qui ad offenſam Rei in criminalibus poſt pu-
blicatas atteſtationes novos teſtes & probatio-
nes poſſe recipi, negant. *Andr. Gail. lib.*1. *de pac.
publ. cap.*18.*num.*10 *& ſeqq. Hippol.de Marſil. in l.*1.
*§.ſi quis ultrò.ff.de quæſt.num.*5.*Salyc.in l.ult.nume-
ro* 10.C.*de quæſtion.Felin.in c.cum clamor.*53.*nume-
ro* 5. *extr. de teſtib.* Quod quidem veriſſimum
eſt in caſu, quo accuſator intervenerit, qui te-
ſtes producit. At ſi judex per viam inquiſitio-
nis ex officio procedat, facto jam examine te-
ſtium ad offenſam Rei, alios adhuc teſtes reci-
pi & examinari, aliosque articulos, novis indi-
ciis exiſtentibus, formari poſſe, concludunt *Dd.*
communiter. *Anton.Teſſaur part.*1.*Deciſ.*262.*nu-
mero* 1. *poſt princ. verſ. iſtud. tamen declara.& num.*
3. *poſt princ. verſ.unde concordando, & ſeqq Bartol.in
lib.& ex lege Iulia.* 2. *§.ſi publico.* 5. *ff. ad Leg. Iul. de
adult. num.*15. *& in l.*1. *§.ſi quis ultrò num.*4.*ff. de
quæſt. Angel. Aretin. in tract. malef. verb. com. pa-
ruerunt dicti inquiſiti & negaverunt totum in verb.*

Q. 2. An facta probatione in proceſſu inquiſitorio, novos articulos formare, novosq; teſtes producere liceat?

Quæro an poſt publicationem. num. 20. *Matth.Berlich.part.*1.*concl.*30.*num.*11. *Bald.in Auth. atqui ſemel.C.de probat.num.*3. *verſ.tertiò fallit.& in l.ea quidem.*7.*C.de accuſat.num.*48. Quorum ſententia uti in foro receptiſſima, ita quoque veriſſima eſt.

15 *Tùm*, ob textum *in l.unius.*18.*§.Reus evidentioribus.ff.de quæſt.* ubi hæc verba habentur: *Reus evidentioribus argumentis oppreſſus, repeti in quæſtionem poteſt.&c.* Ex quo textu luculenter probatur, inquiſito licet jam tormentis ſubjecto, denuo tamen adverſus ipſum inquiri & indicia teſtibus probari poſſe. Quin & dum repetitio torturæ locum habet, id quod extra controverſiam eſt *dict.l.*18.*§.*1.*de quæſt.* negari nequit, novis indiciis exiſtentibus, denuò teſtes examinandos, eaque indicia probanda eſſe: quippe quòd abſq; novis indiciis urgentibus atq; probatis torturam repetere non liceat, ut dicetur infrà.

16 *Tùm*, quòd in proceſſu criminali tam ſtrictè Regulis juris non ſit inhærendum, ſed omnibus modis laborandum, quò vel per probationem plenam, vel per quæſtionem veritas eruatur, ſontesque ſupplicium luant: quum ſalus publica requirat crimina manifeſtari, nocentesq; Reos puniri. *l.*51.*§.*2.*ff.ad Leg.Aquil.l.locatio.*9.*§.quod illicite.*5.*ff.de publ.& vectigal.*

17 *Tùm*, quia in proceſſu criminali ordinario publicatis atteſtationibus teſtium, & accuſatore delictum non probante, ipſi datur regreſſus ad indicia & præſumptiones, quas denuò per teſtes probare debet, prout dictum & probatum *ſuprà quæſt.*106.*Nicol.Reuſn.lib.*1.*Deciſ.*23.*n.*12. ubi ſententiam JCtorum Tubingenſium adducit: Quanto magis ergò judici hoc licebit in proceſſu inquiſitorio, qui ſummariè non ſervato juris ordine ventilatur, ad eum potiſſimum finem, ne delicta remaneant impunita. *Nicol.Reuſner.l.*1. *Deciſ.*24.*n.*32.

Q.3. An inquiſiti interrogatoria ad articulos probatoriales ſint admittenda?

18 2. Quæritur: *An & hoc caſu inquiſitus interrogatoria ſuper articulorum inquiſitionalium circumſtantiis & qualitatibus, nec non teſtium perſonis formata exhibens, audiendus, & teſtes ſuper ejusmodi interrogatoriis ſint examinandi?* Uſu namque introductum eſt, ut pars adverſa faciat interrogatoria teſtibus productis contra ſe, ſuper articulos probatorios, ſecundum circumſtantias cauſæ, & perſonarum productarum. *Gloſſ. in cap. præſentium. §. teſtes. verb. interrogatoria. de teſtib. in* 6to. *Bald. in l. teſtium. num.*11. *C. eod. tit. Specul. in tit. de teſt. §. jam interrogatoriis* 19 *num.*3. Quæ interrogatoria vel generalia ſunt, quibus teſtium fides & integritas exploratur, & perſonas potiſſimum reſpiciunt, vulgò **gemeine Fragſtück**. Quamvis & hod è non rarò generalia quædam interrogatoria ad cauſam ipſam dirigantur ac præmittantur, **gemeine** 20 **Fragſtücken zur Hauptſachen**. Vel Specialia, ad articulos certos directa & formata, quibus notitia & certitudo depoſitionis à teſtibus factæ inveſtigatur, quæque ad dicta teſtium diriguntur, vulgo **beſondere Fragſtücken vff die Hauptſache**. *Ioh. Emer. à* **Rosbach** *in proceſſ. crim. tit.*3. *cap.*2.*num.*4.*&* 5. Eaque ad avertendas probationes maximè faciunt, & multum commodant exhibenti. Quantò majus ergò periculum in cauſis criminalibus vertitur, & inquiſito imminet; tantò magis interrogatoria inquiſiti admittenda eſſe, quis poſſet exiſtimare, *arg.l.addictos. C.de appellat.*

21 Sed contrarium in terris Saxonicis obſervatur: Etenim cùm per viam inquiſitionis non juris ordine ſervato, ſed abſque longis ambagibus & circuitionibus ſummariè procedatur, haud immeritò interrogatoria inquiſiti, quibus haud parum proceſſus inquiſitorius protrahitur, ne dicam in ordinarium proceſſum commutatur, rejiciuntur. Veluti expreſsè diſpoſitum ab Illuſtriſſimo Electore Saxon. D. Auguſt. in *Reſcript. de Anno* 1579. ſæpius allegato, *in verb.* 22 **Sonderliche** interrogatoria **aber durch die** Advocaten **zu übergeben / die Gezeugnuß zu** diſputiren **vnd andere Weitläufftigkeit / dadurch nur die Sachen vergeblichen vffgehalten / die Richter müde gemacht / vnnd der Verbrecher offtmals der wolverdienten Straffe entzogen wird / haben wir in vnſern Landen in** inquiſition proceſſen, **auſſerhalb der Fälle / wenn es etwa wegen angezogener Nothwehr / oder andere dergleichen / durch geſprochene Vrtheil / zu einem ordentlichen Beweiß kömpt / nicht verſtatten wollen**, *&c.* 23 Ex quibus verbis etiam hoc probatur, quod inquiſitus haudquaquam ſit audiendus, ſi atteſtata teſtium in ſcriptis diſputare velit, *in verb.* **Die Gezeugnuß zu** diſputiren, *&c.* Ejusmodi enim diſputationibus tempus conſumitur & ſæpiùs factum magis involvitur, quàm explicatur. Ideoque à proceſſu inquiſitionis non immeritò hæ removentur. Nec habet inquiſitus, quod per rejectionem interrogatoriorũ, medium innocentiam ſuam deducendi ſibi ademptum fuiſſe, conqueratur; Etenim ſi contra perſonas dictaq; teſtium pro ſuâ defenſione & innocentia quid afferre ac probare velit, in deductione ſuæ defenſionis, articulis defenſionalibus exhibitis hoc facere poterit, quo omninò eſt audiendus. *vid.quæſt.ſeq.*

24 Quod ipſum tamen reſtringendum eſt: 1. Ut locum habeat ſolummodò in proceſſu inquiſitionis, non etiam in proceſſu criminali ordinario; Quia enim hic à forma judicij civilis parùm differt, ac eodem ferè modo agitur per accuſationem, litis conteſtationem, exceptiones, probationes, &c. quo in civilibus agitari ſolet, *l. 2. C. de Cuſtod. Reor. l. qui accuſare. C. de edend. l. adulterium. C. ad Leg. Iul. de adult. l. ſi maritus. §. præſcriptiones. ff. eod. tit. Matth. VVeſembec. in parat. ff. de accuſat. num.* 12. utique & in ejusmodi proceſſu ordinario interrogatoria accuſati & diſputationes atteſtatorum teſtium admitti debent. Quod & haud obſcurè innuunt verba Reſcripti Electoralis modò allata (**Auſſerhalb der fälle / wenn es etwa wegen angezogener Nothwehr oder andere dergleichen / durch geſprochene Vrthel zu einem ordentlichen Beweiß kommet** *&c.*) Idque in foro Saxonico quotidiè obſervatur.

25 2. Reſtringendum hoc eſt ad interrogatoria peculiariter formata, & ab inquiſito exhibita, quæ in proceſſu inquiſitorio nullatenus admittuntur,

tuntur. Quod ſi verò inquiſitus abſque ambagibus qualitates & circumſtantias facti proponat, & pro defenſione ſua ſuper iis teſtes ſimul interrogari petat, utique audiendus, & teſtes ſuper qualitatibus exhibitis examinandi erunt, ne defenſio ipſius periclitetur, juxta diſpoſitionem Reſcripti Electoralis, *in verb.* Allein wenn ein Gefangener für ſich ſelbſt ohne Advocaten vnd andere Weitläufftigkeit bete / man wolte zu Außführung ſeiner Vnſchuld / die Zeugen / ſo verhöret werden ſollen / dieſes oder anders halben auch befragen / damit wird er billich zugelaſſen / vnd die Zeugen darauff ſo wol als auff die Articul verhöret / *&c.*

Q. 4. Quinam teſtes dicantur idonei in cauſis criminalibus, & quibus caſibus inidonei admittantur

26 Secundò. In probatione criminis
attendi quoque debet qualitas teſtium.
Ut nempè 1. ad teſtificandum jure admittantur.
Et 2. ſufficientes adhibeantur. *Primò* enim cer-
tiſſimum eſt, quemlibet etiam in criminalibus
ad teſtificandum admitti, niſi à lege expreſsè
prohibitus reperiatur. *l.1.in fin.pr.ff.de teſtib.*
*Blanc.de indic.ad l.fin.ff.de quæſt.nu.*319. *Ioſeph.Ma-*
*ſcard.de probat.lib.*1.*concl.*310.*nu.*4. *Iacob.Menoch.*
*lib.*3.*conſ.*231.*nu.*6. Nam cuncta licita dicuntur,
niſi lege aut decreto prohibeantur. *l.nunquam*
eis.ff.ex quibus cauſ.major.c.ad diſſolv.extr.de deſpon-
ſat.impub. Quò & verba faciunt *art.*66.*Ordin.*
Crim.Carol. Genugſame Zeugen ſeyn die / die vn-
beleumt / vnd ſonſt mit keiner rechtmäſſigen Vr-
27 ſach zu verwerſſen ſeynd. Et teſtis omni exceptio-
ne major dicitur, qui nullo jure teſtimonium
perhibere prohibetur, neq; legitima exceptio-
ne repelli poteſt. *Gloſſ.in §.item verborum.verb.*
*idoneos.Inſtit.de inul.ſtipul. Proſper.Farin.lib.*2.*oper.*
*crim.tit.*6.*quæſt.*62.*nu.*1. Qui & idoneus & legi-
timus eſt, quæ verba paria ſunt, & idoneitatem
teſtium inferunt. *Ægid.Boſſ.in tit.de convict.nu.*11.
*Proſper.Farin.dict.quæſt.*62.*num.*2.*&* 4. Qualis in
dubio quilibet prȩſumitur, nec qualitas idonei-
tatis per producentem articulanda, aut proban-
da eſt. *Ludov.Carer.in pract.crim.de Indic.§.in text.*
*ibi: teſtibus ſuperatus nu.*27. *Monticell.in repert.teſt.*
*fol.*86.*col.*1.*verſ.*2.*Cephal.conſ.*227.*nu.*55.*Socin.Iun.*
*l.*2.*conſil.*29.*n.*26.

28 Quare in cauſis criminalibus ii demum teſtes
rejiciuntur, qui certis ex cauſis à teſtimonio re-
pelluntur; quales ſunt Conſanguinei & affines,
Pupillus, Impubes, §.1.*Inſt.de teſtam.l.inviti.*19.
§.*fin.ff.de teſtib.* ob lubricum conſilium *l.*3.§.*lege.*
*ff.de teſtib.l.*1.*ff.de minor.* & quia ætas illa ad men-
tiendum eſt facilis. *l.ex libero.*15.*ff.de quæſt.* Furio-
ſus, niſi intervalla habeat, *l.*3.§.*lege.ff.de te-*
29 *ſtib.l.qui teſtamento.§.quicunque.ff.de teſtam.* Ini-
micus, Mutus, Surdus, Cæcus, *Speculat.in tit.*
30 *de teſtib.*§.1.*num.*88. Infamis infamia facti, *c.te-*
*ſtimonium.de teſtib.dict.l.*3.§.*lege.ff.eod.tit.* Pu-
blico judicio damnati, *d.l.*3.§.*Lege Iulia.l.ſcio.*
31 14.*ff.de teſtib.* Ob adulterium *l.ex eo.*18.*ff.de*
teſtib. Ob carmen famoſum *l.ob carmen.*21.*de*
teſtibus. Aut calumniam, *l.quæſitum.*13.*ff.eod.*
tit. Ob vitæ turpitudinem ſenatu moti. *l.*2.*ff.*
de ſenat. Damnati repetundarum. *l.*15.*ff.de teſtib.*
Qui in vinculis cuſtodiaque publica detinen-
32 tur, *dict.l.*3.§.*pen.ff.de teſtib.* Qui ob teſtimo-
nium dicendum vel non dicendum pecuniam
accepiſſe judicatus, vel convictus eſt. *d.l.*3.§.*Leg.*
*Iul.ff.de teſtib.l.ſi quis.C.eod.tit.Iul.Clar.lib.*5.*ſent.*
§.*ult.quæſt.*24. Servi in dominos. *l.ſervos.*7.*C.de*
teſtib.l.hoc quod ff.de quæſtion. Liberi in paren- 33
tes, aut econtra. *l.parentes.*5.*C.de teſtib.l.teſtis.*9.
ff.eod.tit. Socius & particeps criminis, *l.quo-*
*niam.*11.*C.de teſt.l.*3.*ff.de fid.inſtrum.l.fin.C.de* 34
accuſat. niſi delictum nefandum ſit ſeu exce-
ptum, *Iacob.Menoch.de arbitr.jud.quæſt.lib.*2.
*cent.*5.*caſ.*474.*num.*27.*& ſeqq.* aut niſi Crimen
ſit occultum, & veritas aliunde haberi non
poſſit. *Dec.conſ.*189.*num.*9.*Cravett.conſil.*178.
*num.*3.*Felin.in c.ult.num.*4.*de teſtib.Ioſeph.Ma-*
*ſcard.de probat.vol.*1.*concluſ.*466.*numer.*6.*Iohan.*
*Zanger.de quæſt.& tortur.c.*3.*num.*31. Domeſti-
cus, *l.*2.*C.de teſtib.l.teſtes.*24.*eod.tit.* quos ne in-
terrogari quidem in criminalibus placuit. *l.pen.*
ff.dict.tit. Aliique, quos omnes hoc loco refer-
re inſtituti noſtri non eſt, ſed videri poſſunt *Dd.*
qui totam hanc materiam teſtium recipiendo-
rum vel rejiciendorum ex profeſſo tractârunt,
& imprimis latiſſimè per ampliationes & limita-
tiones *Proſper.Farin.lib.*2.*oper.crim.de teſtib.Spe-*
culat.in tit.de teſte.

Illud ſolummodò hic notari velim: 1. Inha- 35
biles quoque teſtes quandoque admitti, ſi aliter
veritas haberi non poſſit, & præſertim in deli-
ctis & factis, quæ ſunt difficilis probationis;
*Grammat.Deciſ.Neapol.*11.*Ioſeph.Maſcard.de pro-*
*bat.volum.*3.*concluſ.*1360.*num.*4. *Iohan.Althuſ.lib.*
3.*Dicæolog.cap.*35. *Georg.Rem in Nemeſ.Karul.ad*
*art.*66.*Ordin.Crim.ubi & Matth.Stephan.Proſper.*
*Farin.lib.*2.*oper.crim.tit.*6.*quæſtio.*63.*num.*28.*Ga-*
*briel.tit.de teſtib.lib.*1.*concluſ.*7.*num.*3.*Burſat.lib.*4.
*conſil.*346.*num.*17. Qualia ſunt furtum, adulte-
rium, partus ſuppoſitus, ſimulatio, Simonia,
Fraus, Dolus &c. *Iacob.Menoch.de arbitr.judic.*
*quæſt.lib.*2.*caſu.*116.*& lib.*1.*quæſt.*58. Nec non
crimina nocturno tempore commiſſa, quæ iti-
dem difficilis dicuntur probationis. *gloſſ.in l.ſi*
cum exceptione.§.in hac.ff.quod met.cauſ.Iaſon.in l.
*non minorem.C.de tranſact.Nicol.Boër.deciſion.*68.
*n.*6.*Iacob.Menoch.dict.caſu.*116.*n.*14. Ideoque & in 36
iiſdem non ſolùm præſumptiva & conjecturata
probatio ſufficit, verùm etiam ad probandum
teſtes inhabiles admittuntur. *Proſper.Farin.dict.*
*lib.*2.*tit.*6.*quæſt.*55.*numer.*40.*Ioſeph.Maſcard.de*
*probat.lib.*2.*concl.*1124.*num.*13. Quod ſimiliter
verum eſt, ſi agatur de delictis commiſſis in ere-
mo, nemore, monte, aliove in loco ſecreto, in
quibus teſtes inhabiles ad teſtificandum quo-
que admittuntur; quia nempe per alios veritas
ratione loci haberi nequit. *Anton.Gomez.tom.*3.
*var.reſolut.cap.*12.*num.*21.*Farin.dict.tit.*6.*quæſt.*62.
*num.*55.

Sciendum tamen eſt, quòd veritas aliter 37
haberi non poſſe, non dicatur ex eo, quod in
facto, de cujus probatione agitur, alij teſtes actu
non intervenerint, ſed quod de natura delicti,
vel ratione loci & temporis, alij teſtes inter-
venire non potuerint: ut patet ex jam dictis
exemplis, in quibus ſolummodò caſibus admit-
tuntur teſtes inhabiles, ſecùs verò in aliis, in
quibus, etſi alij teſtes actu non intervenerint,

habitu tamen intervenire potuerunt, prout eſt homicidium, violentia, injuria, & his ſimilia. *Blanch.de indic.n.*354. *Ant.Gomez.tom.*3.*var.reſol.cap.*12.*nu.*21.*Ægid.Boſſ.in tit.de indic.nu.*163.*Farin.dict.q.*62.*Ioſeph Maſc.de probat.lib.*3 *concl.*1359.*n.*9. *Gabriel.dict.tit.de teſtib.concl.*7.*n.*5.

38 2. Licet teſtes inhabiles plenam fidem non faciant, qualisqualis probatio tamen ex eorundem depoſitione inducitur. *Ægid.Boſſ.in tit.de indic.num.*177. *Roland.lib.*3.*conſil.*3.*nu.*50. *Proſp.Farin.dict.quæſt.*62.*n.*383. *Burſat.lib.*4 *conſ.*430.*n.*1. Quæ probatio reſultans ex teſtibus inhabilibus, ut maximè non ad condemnandum, attamen ad torquendum ſufficit: modò tamen ſint plures, aut plura indicia concurrant. *Ioſeph.Maſc.de prob.lib.*2.*concl.*857.*num.*38. *& ſeqq. Farin.dict.q.*62.*num.*384.

Q.5. Num mulier ad teſtificandum admittatur in criminalibus?

39 3. Tenendum, quòd in criminalibus mulieres à teſtificando non repellantur; Quamvis enim de jure Canonico res aliter ſe habeat. *c.mulierem, ubi Gloſſ.in verb.Nec.teſtis.*33.*quæſt.*5.*cap.forus.in fin. ubi Gloſſ. in verb.fœmina.de verb.ſignific.* *Blanc.de indic.nu.*351.*Bonif.de Vital.tit.de teſt.num.*35.*&* 37. ubi dicit, hoc eſſe expeditum in jure. *Iodoc.Damb.in prax.rer.crim.cap.*50.*num.*23.*Gigas de crim.læſ.Majeſt.lib.*2.*rub.quom.& per quos crim.læſ.Majeſt.q.*6.*n.*1. *Ant.Gomez.tom.*3.*variar reſol.c.*12.
40 *n.*13. Attamē quin de jure civili nec in cauſis criminalibus mulier à teſtificando repellatur, dubium non eſt, ob text. *in l.ex eo.ff.de teſtib.* Cujus verba ſunt hæc: *Ex eo quod prohibet lex Iulia de adulteriis teſtimonium dicere condemnatam mulierem, colligitur etiam, mulieres teſtimonium in judicio dicendi jus habere. Gigas & Gomez. dict. loc. Iul.Clar.lib.*5.*ſent* §.*ult.q.*24.*v.quæro igitur &c.Iodoc.Damb.in prax.rer.crim.dict.cap.*50.*num.*25. *Proſper.Farin.lib.*2.*oper.crim.tit.*6.*q.*59.*num.*17. non habitâ ratione, num de pœna mortis, an verò de aliâ pœnâ mitiori agatur, & ſive proceſſus ſit inquiſitorius ſive ordinarius, in quo cauſa criminalis vertitur: ſemper enim mulieres ad teſtificandum admitti, communis & vera eſt opinio juxta tradita *Tiraquell. de legib.connub.lib.*9.*num.*62. *Farin.dict quæſt.*59.*num.*23. *Ioſeph.Maſcard.de probat.lib.*2.*concluſ.*762.*n.*14. Quæ & in practica fori Saxonici obſervatur. *Iob Zanger.de quæſt.& tortur.cap.*3.*num.*24.*&* 25. ubi ad contraria reſpondet, & quare mulier à teſtimonio in teſtamentis repellatur, rationem reddit.

Q.6. Quænam ætas idoneum faciat teſtē in cauſis criminalibus?

41 4. Notandum porrò & hoc, quòd in cauſis criminalibus teſtes non admittantur, niſi annum vigeſimum exceſſerint. In civilibus equidem cauſis ſufficit teſtes eſſe puberes, & maſculos 14. annis, fœminas vero 12. annis majores. *Proſper.Farin.lib.*2.*oper.crim.tit.*6.*q.*58.*num.*1.*& ſeqq.* Attamen in teſtificationibus criminalibus requiritur ætas annorum 20. per text. *in l.teſtimonium.*2.*ff.de teſtib.Spec.in tit.de teſte.*§.1.*num.*34.*verſ.Nam in criminali. Gig.de crim.læſ.Majeſt.lib.*2.*tit.quomod.& per quos crim.læſ.Majeſt.probet.quæſt.*12.*num.*1. *Conrad.in pract.*§.2.*de offic.Prætor.in cauſ.civil.tit.de teſtib.Rubr.perſonas teſtium aggrediendo.verb.Minor.nu.*70. *Farin.dict.q.*58.*n.*19. Eaque opinio ceu verior & communior in foro eſt recepta.

42 Quæ tamen duplici modo limitatur: 1. Si judex teſtem 20. annis minorem admittat: Licet namque in cauſa criminali ad partis inſtantiam non debeat recipi teſtis minor annis 20. *dict.l.teſtimonium.*20.*ff.de teſtib.* attamen Judex ex officio, ſi velit, eum recipere poteſt, maximè aliis probationibus deficientibus, juxta tradita *Iohan.And.in addit.ad Speculat.de teſte.*§. *opponitur autem contra teſtem.*1.*ſub.n.*34. *ad verb.Viginti annis, in addit.quæ incip.Gloſſa ibi loquitur*, quem refert & ſequitur *Iacob.Schult.in addit.ad Modeſt.Piſtor.part.*4.*quæſt.*132.*num.*28. Quod maximè verum eſt, ſi minor teſtimonium ferre non recuſet; Nam minorem 20. annis invitum tantùm excuſationem habere, ne dicat teſtimonium in cauſa capitali, tradit *Iob.Zanger.de quæſt.& tortur.cap.*3.*n.*29. de cujus tamen aſſertione juxta modò dicta non immeritò dubitatur. Vid. *Henric.Bocer.de q.& tort.c.*3.*n.*152.

43 2. Quando Inquiſitus defenſionem & innocentiam ſuam vult deducere, ad quam probandam teſtes etiam 20. annis minores producere poteſt. Si quidem pro defenſione Rei multa admittuntur, quæ aliàs Regulis Juris contrariari videntur. *Vid.quæſt.*115.*n.*74.

44 *Ita pronunciavimus ad Requiſitionem Iohann.* Schneideweins zu Newenſchönfelß. *Menſ.Iunio, Anno* 1627.

45 5. Nec omittendum illud, quòd in defectu aliorum teſtium, ubi veritas aliter haberi non poteſt, teſtes de Univerſitate admittantur ad probandum delictum, ſecundum tradita *Proſper.Farin.de teſtib tit.*6.*quæſt.*60.*n.*515. *Maſcard.de probat.lib.*1.*concluſ.*295.*n.*15. Unde & fit, quod tumultu & rebellione exortâ contra Magiſtratum, officiales ac miniſtri Magiſtratus teſtimonium perhibere, ac tumultum probare queant: Ut ſæpè in Scabinatu obſervatum memini.

46 *Deinde*, circa qualitates teſtium attendi quoque oportet, *an ſint ſufficientes:* Neque enim unicus teſtis plenè probat, ſed ad perfectam probationem inducendam adminimum duo teſtes requiruntur. *l. ubi numerus.ff. de teſtib.c.ſi quis teſtes.*§.*ubi numerus.*4.*q.*3.*c.*1.*&* 2.2.*q.*3.*c.fin.*35 *q.*7.*c.in omni negotio,& c.licet univerſis.ext.de teſtib Specul.in tit.de teſte.*§ *reſtat in princ. Cephal.l.*5 *conſil.*651.*n.*28.*Ioſeph.Maſcard.de probat.l.*1.*q.*5.*n.*117.
47 Quod & in criminalibus cauſis ita obtinet. *Proſper.Farin.l.*2.*oper.crim.tit.*6.*q.*63.*n.*233 *Iul.Clar.in pract.*§.*ult.q.*66.*v.debeas etiam ſcire.&c. Ioſeph.Maſcard.de probat.l.*1.*concl.*461.*n.*1.

48 Idque adeò verum eſt, ut ne quidem Principe, de delicto alicujus aſſerente, deque eo ſibi ex viſu conſtare dicente, absque alio teſte Reus condemnari debeat, prout contra *Iul.Clar.in pract.*§.*ult.q.*53.*nu.*21.*& Farin.de teſt.q.*63.*nu.*177. rectiſſimè ſtatuit *Matth.Steph.in not.ad art.*22.*Ord.Crim.* per rationes ibidem allatas. *Iob.Bodin.lib.*6.*de Repub.c.*6.

49 Quæ ſententia etiam juri divino conſentanea eſt, *in Deut.cap.*19.*verſ.*15. *Non ſtabit teſtis unus contra aliquem, quicquid illud peccati & facinoris fuit, ſed in ore duorum, aut trium teſtium ſtabit omne verbum.* Idque ipſe Salvator repetit *Matt.*18.*& D.Paul.*1.*Cor.*13. Sic & Canones tradunt,

dictum unius eſſe dictum nullius.*c.licet univerſis. ubi gloſſ.c.veniens ext.de teſtib.* Et quòd nec Evangelium, nec ulla divina humanaque lex unius teſtimonio etiam idoneo quempiam condemnet vel juſtificet, dicitur in *c.admonere.*33.*q.*5.*c.fin.*35.*q.*6. Quin & clara eſt hâc de re Sanctio Carolina Crim. *in art.*67. So eine Miſſethat zum wenigſten mit zweyen oder dreyen glaubhafftigen guten Zeugen / die von einem wahren wiſſen ſaden / bewieſen wird / darauff ſoll nach geſtalt der Verhandlung mit peinlichen Rechten verfahren vnd geurtheilet werden.

Q. 7. Quotnam teſtes in foro Saxonico ſufficienter probent delictum?

50 *At num in foro etiam Saxonico duo teſtes ad inquiſitum convincendum & condemnandum ſufficiant?* dubitari poteſt ob text. in Landrecht. *lib.* 1. *art.*8. *in pr.* ibi: Wo ein Mann ſein eygen vergibt oder verſetzt / oder über ein Mann zeugen will an ſein Recht / oder an ſeinen Leib / ꝛc. deß muß der Richter ſelb ſiebende ſeiner Dingmanne / oder andere erbarer Leute / die ein Vrthel finden mögen / gezeug ſeyn/*&c.* Unde patet, in criminalibus cauſis de jure Saxonico, ſeptem teſtes ad plenam probationem requiri. Quin & ſeptuaginta duos teſtes eſſe producendos, habetur *in art.* 6. *lib.* 1. Landrecht.

51 Verùm, Saxonicæ hæ leges uſu non obſervantur, ſed in foro Saxonico perinde âc alibi, duo teſtes ad condemnandum Reum ſufficiunt, propter ſacrum Canonem dicentem: In ore duorum vel trium conſiſtit omne verbum. *c. in omni extr. de teſtib. c. cum eſſes ext. de teſtam.* Qui textus juris Canonici tanquam præſtantiores juri Saxonico hoc caſu, ſicuti & in omnibus ſpiritualibus cauſis, derogant, prout teſtatur *Chilian.* König *in pract. c.* 80. *rubr.* Von der Zahl der Zeugen. *Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 120. *num.* 3. *Chriſtoph. Zobel. part.* 1. *differ.*38. *Fachſ. l.*1. *diff.*50. Idque tota die in foro Saxon. ſic practicatur.

52 Regulariter itaq; in criminalibus cauſis duo teſtes plenam faciunt probationem, nec unicus teſtis ſufficit. Quod tamen fallit: 1. Quando de crimine levi & modico agitur præjudicio, atque cum unico teſte præſumptiones aliquæ concurrunt. Quo caſu per unicum teſtem crimen probari, ac Reum cõvinci, affirmant poſt alios, quos allegant, *Hippol.de Marſil.ſingul.*433.*ad fin. Iaſon in l.admonendi.n.*87.*ff.de jurej. Ioſeph.Maſcard.de probat.l.*1.*q.*11.*nu.*19. *Gabriel.de teſtib.concluſ.*1.*nu.*45. 53 *Proſper.Farin.de teſtib.tit.*6.*q.*63 *nu.*35. Cujus aſſertionis ratio hæc eſſe poteſt, quòd in ejusmodi criminibus levioribus nonniſi arbitraria pœna Reo imponitur, quam hoc caſu Judex pro ratione factæ probationis bene mitigare poteſt: Accedit & hoc, quòd in criminibus levioribus Judex ex præſumptionibus Reum punire queat, *vid.infrà q.*116.*n.*51. ut ſic plena probatio per teſtes duos in delictis leviuſculis tam neceſſariò non requiratur.

54 2. Etſi unicus teſtis plenam probationem non faciat, ſufficit tamen ad ſemiplenam probationem, ita ut Reo vel juramentum purgationis, vel tortura adjudicari queat, pro ratione criminis, & qualitate præſumptionum concurrentium, *l.jurejurandi.C.de teſtib.l.*1.*in fin.ff.quemadmodum.teſt.aper.c.veniens.c.licet.de teſtib.Speculat. in tit.de teſte.§.reſtat n.*11.*in fin. Bonifac.de Vitalin. tit.de probat.n.*18 *Ioſeph.Maſcard.de probat.dict.q.*11. *n.*2.*&* 3.*Hippol.de Marſil ſingul.*273.*in princ.*

55 3. De facto proprio teſtis deponens probat plenè, etiam quòd unicus ſit. *Hippol. de Marſil. in pract.crim.§.diligenter.nu.*131. *Vivius in com.opin.v. Teſtis unicus.* ubi aliis relatis, hanc dicit opinionẽ in conſulendo & judicando intrepidè ſequendam. *Proſper.Farin.dict.q*36.*n.*207. ubi plures allegat, & hanc aſſertionem per Ampliat. & Limit. probat, quem vid. *Cephal.l.*2.*conſil.*179.*num.*7.*& conſil.*225.*n.*35.*Burſat.lib.*1.*conſil.*94.*n.*16.

56 4. Sufficit etiam unicus teſtis ad faciendam probationem in defenſione rei, & ad probandam illius innocentiam: tum enim quælibet ſemiplena probatio pro plenâ & ſufficienti habetur. *Ægid.Boſſ.in tit.de oppoſ.cont.teſt.nu.*72.*Ioſeph. Maſcard.de probat.vol.*1.*con.*491.*n.*17.*&* 18.*Anton. Gabr.l.*1.*de teſtib.concl.*1.*nu.*35. *Ioh.Zanger.de quæſt. & tort.cap.*3.*n.*43.

Q. 8. Qualisnam atteſtatio ſeu depoſitio teſtium eſſe debeat?

57 Tertio probè quoque attendenda eſt ipſa atteſtatio ſeu depoſitio teſtiũ. Quæ 1. debet eſſe clara, categorica & concludens: Nam obſcura, dubia, & incerta depoſitio nihil prorſus probat. *Iaſon.in l.*1.*n.*13.*in fin.& n.*20.*ff.de juſt.& jur. Marſil.in rubr.C.de probat.n.*355.*Specul. in tit.de teſt.§.*1.*verſ.item quod teſtis obſcurè.Maſcard. de probat.vol.*3.*concl.*1363.*n.*6. 58 Dicitur autem dubia & obſcura depoſitio, quando plures & diverſos continet intellectus, pluribusque modis intelligi poteſt. *Farin.de teſtib.tit.*7.*q.*68.*n.*2. Veluti ſi teſtis deponat teſtimonium per verbum (Fortè vel Forſitan) *Farin.in dict.loc.n.*9. Aut (ſi benè memini, vel puto) *Bertaz.l.*1.*conſil.*95.*n.*17.*Montic.in reperto.rubr. quid ſi deponit.* per *verb.videtur.* (Ni fallor) *Iaſon.in l.*1.*nu.*13.*& ſeq.ff.de juſt.& jur. Felin.in c.quoties.nu.*8.*extr.de teſtib. Viv.opin.*965.*nu.*5 *Conr. in pract.tit.de teſtib.rubr.de crudelitate. n.*40. Vel per dictionem (Vel aut Circa) per *l.ubi autem non apparet. §. qui illud. ff. de verb. obligat. Vivi.opin.*693.*n.*1. *Iacob.Menoch.de arbitr.jud.q.l.*2. *caſ.*46.*n.*1.*& ſeqq.* vel, per verbum (Videtur) *Fel. in c.de cætero.n.*51.*Proſp.Farin.dict.q.*68.*n.*25.*& ſeq.* ubi adhuc alia verba ponit, quæ dubiam faciunt depoſitionem, & nihil probant.

59 Quò & referenda eſt, depoſitio teſtium de credulitate, quæ nihil probat. *Gloſſ.in l.*2.*§.pen.in verb. meminerint.ff.de aqu.pluv.arcend.& in l.teſtiũ verb.præſto.C.de teſtib.Felin.in c.quoties.n.*7.*extr.de teſtib. Hippol.de Marſil.ſingul.*19.*in princ. Nell.de teſtib.n.*164. *Ægid.Boſſ.in tit.de oppoſ.contr.teſt.n.*43. *Anton.Gomez.de probat.delicti.c.*2.*in fin.pr.* Ad hoc enim ut teſtes probent, neceſſe eſt, ut de veritate facti per ſenſum corporeum deponant; aliter nullam faciunt fidem. *l. qui teſtam.in fin.ff.de teſtam. l.ſolam.l.teſtium.C.de teſtib.* 60 Niſi agatur de defenſione Rei, aut de peritia alicujus artis, vel actu aliquo, qui aliter probari nequit, quàm per credulitatem, quæ cum ratione ſufficienti conjuncta eſt, prout tradit latiſſimè *Proſper.Farin.dict. q.*68.*n.*74.*& mult.ſeq.quem vid.*

61 Ejusdem quoq; farinæ eſt depoſitio teſtium de auditu alieno. *c.licet.ex quadam in pr.ext.de teſtib.Fulv.Pacian.de probat.l.*1 *cap.*9.*num.*11.*& ſeqq.*

Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. de caſ. 475. num. 4. Proſper. Farin. de teſt. quæſt. 69. num. 2. & ſeq. ubi tamen multis modis hoc limitat. Idemque apertiſſimè probat Sanctio Carolina in *artic. 65.* cujus verba ſunt hæc: Die Zeugen ſollen ſagen von jhren ſelbs eigen wahren wiſſen / mit Anzeigung jhres wiſſens gründlicher Vrſach / So ſie aber von frembden hören ſagen würden / das ſoll nicht gnugſam geachtet werden.

62 Ubi & hoc notandum, quòd depoſitio teſtis fidem non mereatur, niſi is dicti ſui rationem ſufficientem indicaverit. *Hippol. de Marſil. in prax. crimin. §. diligenter. num. 31.* Idque adeò verum eſt, ut teſtis deponens absque ratione, dicatur non ut homo, ſed ut pecus deponere. *Specul. tit. de teſte. §. 1. verſ. idem quod interrogatus. Maſcard. de probat. concluſ. 1369. num. 47. & 50. Matth. Steph. in not. ad artic. 65. Ordin. Criminal.*

63 2. Depoſitio teſtium debet eſſe jurata, teſtes namque absque juramento examinati non probant, ideoque ex ejusmodi atteſtatione ſine juramento factâ, Reus nec convinci nec condemnari poteſt. *l. teſtium. C. de teſtib. Ægid. Boſſ. in tit. de appoſit. cont. teſt. num. 81. Campeg de teſtib. regul. 167. verſ. teſtis ſi non fuerit juratus. Novell. reg. 216. num. 37. Pract. Conrad. rubr. de teſt. num. 10. Andr. Gail. lib. 1. obſervat. 101. num. 1. Vivi. opin. 391. nu. 1. & 4.*

64 Quod in criminalibus adeò verum eſt, ut
conſenſu partium juramentum remitti neque-
at, per tradita *Proſper. Farin. de teſtib. tit. 8. quæſt.*
74. num. 85. Hucque faciunt verba manifeſta *Re-*
ſcripti Electoralis de Anno 1579. Darüber die Zeu-
gen vff vorhergehende wirckliche Leiſtung deß ge-
wöhnlichen Zeugen Eydes verhören laſſe / &c. Et
Ordinat. Polit. de Anno 1612. *tit.* von Juſtitien Sa-
chen *num. 5.* Do er etwas daran verneinen würde /
65 Zeugen vermittels Eydes abgehöret / &c. Quod
autem *Iohan. Zanger. de quæſt. & tort. cap. 3. nu. 47.*
requirit, ut teſtes in præſentia Rei jurent, di-
cens, teſtes examinatos parte non citatâ non
probare, nec facere aliquod indicium ad tortu-
ram, ſecundum *l. 19. C. de teſtib. & Dd. quos ibidem*
allegat. illud in proceſſu inquiſitorio nec uſu re-
ceptum eſt, nec obſervatum memini.

66 Hoc tamen verum eſt ſolùm in ſpeciali inquiſitione, ubi crimen eſt probandum, ac Reus convincendus: Secus, quando teſtes examinantur pro informatione judicis, quibus creditur etiam non juratis, ad informandum inquiſitionem ſpecialem. *Bartol. in l. jurisjurandi. verſ. quod autem. C. de teſtib. Farin. dict. quæſt. 75. n. 106. & ſeqq.*

Q. 9. Num injuratus teſtis examinatus denuò jurare & examinari debeat?

67 Cùmque in Proceſſu inquiſitionis generali, teſtes ſæpiſſimè injurati deponant, haud inconvenienter quæritur: *An ſpeciali inquiſitione poſtea formatâ, iidem teſtes ut jurati deponant, denuè reproduci poſſint?* Notum etenim eſt, jusjurandum à teſtibus, priusquam deponant, præſtari debere, *cap. fraternitatis, in fin. ext. de teſtib.* usque adeò, ut etiamſi teſtis, poſtquam injuratus depoſuit, antequam publicentur atteſtationes, juret, non tamen propterea prius dicta inde confirmentur, ut tradunt *Dd. in l.*
jurisjurandi, ubi Bald. & Salyc. C. de teſtib. & in cap.
de teſtib. ubi Felin. extr. eod. tit. Mynſing. centur. 3.
obſervat. 8. & centur. 4. obſerv. 77. Proſper. Farin. de
teſtib. quæſt. 66 per tot. Andr. Gail. lib. 1 obſervat. 101.
num. 9. Cujus doctrinæ hanc rationem addu-
cunt, quoniam ſi juramentum anteceſſerit, ve-
riſimile ſit teſtem memorem hujus jurisjuran-
di, timore perjurij vera ſaltem aſſerturum; Cùm
contrà, ſi prius deponat, nullo jurisjurandi vin-
culo obſtrictus, neque perjurij timens pericu-
lum, facilè falsò quid deponere poſſet: quod
deinceps licet juramentum ſibi præſtandum ſit,
non corrigeret, ſed juramento confirmaret po-
tius, quàm ut revocaret; Cùm alioquin de men- 68
dacio convinceretur & in falſo deprehendere-
tur, atque adeò hoc ipſo pœnam falſi incurre-
ret. Teſtis namque non juratus falſum depo-
nens, non minus punitur, quàm ſi id præſtito
prius juramento fecerit. *Bartol. in l. ſi quis legatum.*
ff. de falſ. Unde certè ſequi videtur, teſtem, qui
habitâ generali inquiſitione absque juramen-
to depoſuit, poſtea in ſpeciali inquiſitionis pro-
ceſſu ut juratus deponat, denuò reproducen-
dum non eſſe, nec ea quæ teſtis injuratus antea
depoſuit, per juramentum ſubſecutum confir-
mari.

Sed contrarium uſu receptum eſt, ac to- 69
tâ die teſtes, qui injurati antea depoſuerunt,
denuò reproducuntur, quò deponant jurati
in ſpeciali inquiſitionis proceſſu: Et ſi aliter
diceretur, nunquam non eſſet in poteſtate Ju-
dicis teſtes injuratos examinando, judicium
probandi facultate defraudare, & inquiſitum
à condemnatione liberare; Quod utpote ra-
tioni diſſentaneum, neutiquam admittendum
videtur. *Hartman. Piſtor. lib. 1. quæſt. 43. nu. 12.* Nec 70
obſtat ſuſpicio perjurij; præterquam enim quòd
hæc nullatenus præſumenda, ea tanti ponderis
non eſt, ut propterea facultas probandi inquiſi-
tori ſit adimenda, & nocens dimittendus, *arg. l.*
51. ff. ad Leg. Aquil. l. locatio. 9 §. illicitè. ff. de public. &
vectigal.

Hinc & vulgò *Dd.* tradunt, teſtes qui ſemel 71
ritè examinati non fuerunt, etiam poſt publica-
tas atteſtationes, & cognita teſtificata denuò
examinari debere. *Bartol. in Auth. At qui ſemel. nu.*
34. C. de probat. & in l. qui per ſalutem. ff. de jurejur.
ubi etiam Iaſon. Andr. Gail. lib. 1. obſerv. 105. num. 12.
Gabriel. tit. de teſtib. lib. 1. concl. 21. num. 21. 25. 80.
Quòd *Hartman. Piſtor.* eò extendit, ut teſtes, qui 72
prius ſine juramento depoſuerunt, etiam poſt
publicatas atteſtationes, præſtito jurejurando
denuò examinandos, atque ad hoc compellen-
dos eſſe exiſtimet, uti multis probat *lib. 1. quæſt.*
43. num. 10. & ſeqq.

Quin & in Electoratu Saxoniæ hac de re 73
minus dubium eſſe videtur, ob claram diſpo-
ſitionem Illuſtriſſimi Elect. in *Novo proceſſu ju-*
diciario de Anno 1622. *tit.* 20. Von der Bewei-
ſung / §. Wann es nun. In verb. Auch auffn
Gegenfall / do der Zeuge nichts minder ohne Eyd
abgehöret würde / auff deß Parts anſuchen / auch
nach eröffnetem Gezeugnuß / vff vorhergehenden
gewöhnlichen Zeugen Eyd von newen examiniret
werden.

74 *Et ſecundum ea quotidiè pronunciare ſolemus in Elect. Saxon. Scabinatu, hiſce formalibus:* Wofern die/ Summariſcher Weiſe allbereit abgehörte Zeugen / jhre gethane Auſſage vermittelſt gewöhnlichen ZeugenEydes widerholen würden/ inmaſſen Sie zu thun ſchuldig/ *&c.*

Q. 10. Confrontatio teſtium cum Inquiſito an ſemper neceſſaria?

75 3. Depoſitio teſtium in præſentiâ inquiſiti repetenda eſt. In practicâ namque obſervatur, ut teſtes cum inquiſito confrontentur ac in præſentiâ ejus repetant & confirment ea, quæ prius dixerunt. *Iul. Clar. lib.* 5. *ſentent. §. ult. quæſt.* 45. *num.* 14. *Proſper. Farin. de teſtib. tit.* 8. *quæſt.* 72.

76 Hæcque confrontatio teſtium cum inquiſito potiſſimùm tum fieri ſolet, quando eorundem depoſitio contraria eſt dicto ac confeſſioni Rei in examine factæ. Ac licet de ſubſtantiâ proceſſus inquiſitorij confrontatio non ſit, nec omiſſa ipſum vitiet: *Ioh. Zang. de quæſt. & tort. cap.* 2. *num.* 50 *Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt.* 45. *nu.* 14. Attamen in practica confrontatio uſu recepta eſt, & rariſſimè omittitur, quando depoſitione teſtium inquiſitus ſe convinci patitur, in hunc finem, ut veritas melius eluceſcat, & quo inquiſitus ex viſu, trepidatione & geſtibus convincatur, & ad confitendum crimen inducatur, aut faciliùs torturæ ſubjici queat. *Iul. Clar. dict. loco.*

77 Eaque cauſa eſt, quòd inquiſitus crimen
fateri nolens cum ſocio criminis confeſſo con-
frontetur, quò veritas ex confrontatione, mu-
tua collocutione, variatione, aliiſque ſignis fa-
ciliùs eruatur. Ad quam tamen confrontatio-
nem, utpote quæ non minimus actus præjudi-
cialis eſt, odioſus, & ſpecies ſuggeſtionis, nec
parum famam viri honeſti lædit, *Burſat. conſ.*
201. *Ioh. Zanger. de quæſt. & tortur. cap.* 2. *num.* 50.
abſque indiciis ſufficientibus neutiquam eſt
78 deveniendum. Videant ergò Judices immode-
rati, quomodo actionem injuriarum effu-
giant, qui ad ſolam inculpationem, virum ho-
neſtum cum inquiſito confrontari faciunt,
quod haud rarò, ſed tamen peſſimè à Judicibus
imperitis practicatur.

79 *Prout reſpondimus* gegen Born / *ad requiſitionem Peter* Roſts: Dieweil aber dennoch vff eines Vbelthäters bloſſe Bezüchtigung / wider einen ehrlichen Mann mit der *Captur* vnd *Confrontation* nicht zu verfahren/ *&c. Menſe Auguſto, Anno* 1628.

Q. 11. Atteſtationes teſtium quomodo conſignari debeant?

80 Quartò denique atteſtationes teſtium ab Actuario probè annotandæ, & conſignandæ ſunt, ſicut & confrontationes, aliaque omnia, quæ in proceſſu inquiſitorio toto peraguntur: Quo Scabini, quorum judicio Acta inquiſitionalia poſtmodum ſubmittuntur, ritè & probè ex iisdem informari abſque periculo & metu procedere, & tutò ſententiam ferre, ac inquiſitum condemnare queant. Idque verba manifeſta innuunt, *Reſcripti Electoralis de Anno* 1579. ſæpiùs allegati: Darüber die Zeugen vff vorgehende wirckliche Leiſtung deß gewöhnlichen ZeugenEydes verhören laſſe/ derſelben Auſſage in eine ordentliche Regiſtratur bringe/ ꝛc.

Concordat quoque Sanctio Carolina in 81
artic. 186. Würde aber der Beklagte vff ſeinem
verneinen der Klage beſtehen/ vñ der Ankläger die
Hauptſache der Miſſethat nach laut dieſer Ord-
nung beweiſen wolt / ſo viel ſich denn derhalb in
demſelben Gericht zu handeln gebühret / das ſoll
der Gerichtſchreiber auch wie obſtehet / fleiſſig be-
ſchreiben: So aber deßhalben vorgemeldte O-
berkeit Commiſſarien geben / die ſollen das / ſo
vor jhnen gehandelt wird / auch alles / vnd wie ge-
bühret/ beſchreiben laſſen. Etſi verò hic articulus 82
de probatione in ordinario proceſſu ſuſceptâ
loquatur; attamen quin in proceſſu inquiſitio-
nis idem obtineat, ac teſtium atteſtata æquè
ſint conſignanda, dubitandum non eſt: quum
inquiſitio in locum accuſationis ſurrogata
fuerit, juxta tradita *Nicol. Reuſner. lib.* 1. *deciſ.* 24.
num. 37.

83 Caveant autem Actuarij & Notarij, aliique quorum officium eſt, depoſitiones teſtium conſignare, quique examini teſtium præſunt, ne verba ipſorum immutent, æquipollentia verba fingendo, aut locutiones teſtium contrahendo, quo ipſo haud rarò, nec abſque ſummo inquiſiti periculo, ſenſus atteſtatorum invertitur, ſed locutiones teſtium ſingulaque verba à teſtibus prolata, prout ſonant diligentiſſimè ſunt conſignanda, quod probè notandum eſt.

84 *Quæque hactenus de requiſitis proceſſus inquiſitorij dicta ac tradita fuêre, ea quotidiè in practica obſervantur: Prout in Elector. Saxon. Scabinatu pronunciari ſolet hiſce formalibus.* So wird N. N. durch Steckbrieffe vnd ſonſten mit allem Fleiß nachgetrachtet/ damit er zur gefänglichen Hafft bracht werden möge / vnd wenn er erlanget/ wird ſeine Verbrechung in gewiſſe Articul verfaſſet/ er darüber vernommen / vnd do er etwas daran verneinet/ werden Zeugen vermittels Eydes abgehöret/ auch/ do es nötig/ mit dem Gefangenen *confrontiret*, vnd inhalts dieſer Landen üblichen *Inquiſition Proceſs* gebührlichen verfahren. Wann nun deß *Inquiſiti* Antwort/ ſo wol der Zeugen Auſſage mit beſondern Fleiß auffgezeichnet / in eine ordentliche *Regiſtratur* bracht/ vnd wieder überſchicket wird/ ergehet darauff ſeiner Perſon/ vnd verwirckten Straffe wegen/ oder ſonſten in der Sache ferner was recht iſt/ V. R. W.

QUÆSTIO CXV.

De Remedio Defenſionis, ac quomodo in Probatione & Deductione innocentiæ ritè ſit procedendum?

SUMMARIA.

1. *Remedium deducendæ defenſionis cuivis Reo patet.*
2. *Nemini hoc denegandum. n.3.4.5.*
6. *Pater Filij ſui defenſor admittendus eſt.*
7. *Dominus poteſt dari defenſor ſervo ſuo.*
8. *Fratribus & Conſanguineis Rei defenſionem conſanguinei ſui deducere licet. n.9.10.*
11. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n.12.*
13. *Iudex ſupplere debet defenſiones Rei ex officio. nu. 14.16.17.18.19.*
15. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
20. *Reo pauperi ſumptus ex publico ſunt perſolvendi ad deductionem innocentiæ.*
21. *Durante Proceſſu inquiſitorio, Reo ad defenſionis remedium quovis tempore confugere licet.*
22. *Secus verò in proceſſu ordinario.*
23. *An & quomodo Inquiſitus ad deductionem innocentiæ ſit admittendus, antequam ad articulos inquiſitionales reſponderit? n.24. 25.26.27.*
28. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n.29.*
30. *Reus delictum licet jam confeſſus fuerit, admitti tamen debet ad deductionem innocentiæ. n.31.32.33.*
34. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
35. *Inquiſitus ad deductionem Innocentiæ ſemel admiſſus ſi nil probaverit, ſecundâ ac tertiâ vice denuò audiri debet. n.36.37.*
38. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
39. *Quidnam Reus pro obtinenda innocentiâ debeat probare? n.40.*
41. *In genere quænam argumenta ad probandam innocentiam ſint ſufficientia.*
42. *In ſpecie, ex quibus cauſis cujusque criminis pœna ſit remittenda, demonſtratur remiſſivè. num. 43.44.45.46.47.48.49.50.51. 52.53.54.55.56.57.58.59.60.61.62. 63.64.65.66.*
67. *Quomodo ritè ſit procedendum in deductione innocentiæ? n.68.*
69. *Modus procedendi in foro Saxonico. n.70.71.*
72. *Summariè procedendum eſt in probatione Innocentiæ. n.73.*
74. *Ob favorem defenſionis ſæpè receditur à Regulis juris.*
75. *Veluti, unicus teſtis defenſionem probat.*
76. *Teſtes de credulitate admittuntur.*
77. *Cognati & affines admittuntur teſtes in defenſione Rei.*
78. *Conjecturis & præſumptionibus innocentia quandoq; probatur.*
79. *Teſtibus ſolummodò juratis creditur in probatione innocentiæ. 80.81.82.*
83. *Teſtes ſuper inquiſitionales articulos examinati, & ad probationem innocentiæ producti, denuò jurare debent.*
84. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
85. *Quodnam temporis ſpatium concedendum ſit inquiſito ad probandam innocentiam? n.86.87.*
88. *Pro Inquiſito an Advocatus intervenire queat in deductione innocentiæ? n.89.90.91.*
92. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
93. *Non omnes indifferenter ſunt admittendi Advocati.*
94. *Malitia & ſtultitia quorundam Advocatorum. n.96.*
95. *Advocati Diaboli mancipia quandoq; ſunt.*
97. *Advocati inquiſitum allicientes ad negandum puniendi ſunt.*
98. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
99. *Inquiſito volenti deducere Innocentiam, copia Actorum inquiſitionalium haudquaquam eſt danda. n.100.102.103.*
101. *Facultas tamen ipſi concedenda eſt inſpiciendi acta inquiſitionalia.*
104. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*

1 SExtò: Legitima quoque Inquiſitio requirit, ut Reus cum defenſione ſua audiatur, ejusque deductio & probatio legitima admittatur. In criminibus ſiquidem cognoſcendis ac judicandis non ſolùm accuſatorum vel inquiſitorum probationes, verùm etiam Reorum & inquiſitorum firmamenta & argumenta defenſionis, quæ per ſe favorabilis eſt, accuratè ac diligenter intueri ac conſiderare neceſſe eſt. *Ægid. Boſſ. in tit. de favor. def. in pr. Nicol. Reuſner. lib.3. conſil. 17. in pr.*

Cùmque in proceſſu inquiſitorio nec interrogatoria Inquiſiti, nec reprobatio admittatur, utique ne omnis facultas innocentiam probandi Reo adempta ſit, remedium defenſionis legitimè deducendæ ac probandæ ipſi concedendum erit. Idque tanto minus inquiſito eſt denegandum, quantò certius eſt, defenſionem eſſe juris naturalis; adeò ut ne beſtiis quidem, nedum homini, imò nec diabolo 2 auferri debeat. *l. ut vim.3. ubi Iaſ. nu.17. & l.1. §. cum arietes. ff. ſi quadr. paup. feciſſe dicat. l.4. & 5. ſcientiam. 45. §. qui cum aliter. ff. ad Leg. Aquil. l.1. ubi Bald. nu.18. C. unde vi. Hippol. de Marſil. in l.18. §. cognitionem. nu.47. ff. de quæſt. Cœpoll. conſ. crim. 44. n.4. & conſ. 66. n.3.*

3 Adeoq; neceſſe omninò eſt, ut ſua cuique accuſato vel denuntiato Reo libere, legitimèque pateat defenſio, neque ulterius progrediatur metus, quàm reperiatur commiſſum delictum. *l.3. C. qui accuſar. non poſſ. l. ſancimus. 22. C. de pœn. Nicol. Reuſner. lib.3. conſ.1. num.17. Hippol.*

de Marſil.in pract.crim.§.ultim.per tot. Ubi quatuor potiſſimùm ſunt attendenda : 1. A quonam defenſio ſeu Innocentia Inquiſiti deducenda & probanda. 2. Quando huic remedio ſit locus. 3. Quidnam probari debeat pro obtinendâ innocentiâ. 4. Et quomodo ritè atque legitimè in deductione innocentiæ procedendum ſit.

4 Quantum ad PRIMUM : Juris indubitati eſt, ipſummet Reum Innocentiam ſuam probare volentem admittendum, & audiendum eſſe, etiamſi appareat, juſtam defenſionis cauſam non ſubeſſe. *Hippol.de Marſil. in pract.§.quoniam. num.31.32. Matth.VVeſembec.in parat.ff.de accuſat. num.12.verſ.Item quod Reo defenſio &c.* Hoc enim jus naturale poſtulat, ut quivis Reus audiatur, nec cuiquam defendendi facultas adimatur; ne 5 quidem à Principe aut Imperatore. *l.3.§.ſi ad diem.ff. de re militar. l. defenſionis facultas.7.* C. *de jur.fiſci.lib.*10.*Clem.paſtoralis de re judic.Alex.lib.7.conſ.*11.*nu.*1. *Cravett.conſ.*592.*nu.*28. *& conſ.*657. *n.*57. *Nicol.Reuſner.lib.*2.*deciſ.*10.*n.*10.*Iul.Clar.lib.*5.*ſent.§.ult.quæſt.*49.*n.*13.

Q.1. An Pater filij, frater fratris, aliaq; conjuncta perſona Rei conſanguinei ſui innocentiam deducere valeât?

6 Sed, *num aliis quoque, veluti conjunctis perſonis, inquiſiti defenſionem ac innocentiam allegare ac probare liceat?* expeditum non eſſe videtur. Multum enim ab *Interpp.* diſputatur, an Pater pro filij abſentis innocentiâ velut excuſator & defenſor admittendus ſit, ut videre eſt apud *Erneſt. Cothman.volum.3.Reſponſ.13.nu.17.&* 18. Qui rectiſſimè concludit, Patrem filij abſentis innocentiam docere volentem audiendum eſſe, non ſolùm ratione commiſerationis, *arg.l.cum ratio. ff.de bon.damnat.* ſed etiam, quia Patrem & Filium communis illa cognatio, quam natura inter nos homines conſtituit, *l.ut vim.ff.de juſt.& jur.* non ſolùm aliquo modo colligavit, ſed & propior ſanguis ſic univit, ut filius cenſeatur pars corporis patris ſui, *l.cum ſcimus.§ ult.C de agricol.& cenſit.* una perſona. *l.fin.C de impub.& aliis ſubſt.* una caro. *c.contradicimus.§.1.cauſ.35.quæſt.3.* Et quis ignorat, affectionis ratione multa concedi, quæ jure ordinario denegari ſolent. *l.2.§.ſi pro eo.3.ff. quando appell ſit.*

7 Ignoti quoque juris non eſt, quòd Dominus poſſit ac debeat dari ſervo ſuo defenſor. *l.ſi cuidam.* C. *de accuſat. l.ſervus.* 11. *ff. de publ. judic.* Cur non igitur multò magis filius defendi poterit per patrem? Quæ enim ratio intereſſe pecuniarij admittit defenſionem ſervi, juxta *l.ult. ff.de condict.cauſ.dat.* ea certè major eſt in filio, ſi vel intereſſe operarum reſpexerimus, juxta *l. fin.ff.de his qui dejec.vel effud.* Quamvis illud facilè obfuſcet affectionis ratio, ad quam potius eſt reſpiciendum, quæ cùm major ſit in Patre, quàm Domino, (nec enim ullus affectus paternum vincit, *l.fin.in pr.* C. *de curat.furioſ.*) relinquitur, ut vel ad exemplum Domini Patrem admittamus, vel fateamur, Legibus Romanis vilis mancipij cauſam liberale judicium vincere, quod abſurdiſſimum eſſet, *Domin.Arum.lib.*1. *deciſ.7.nu.27.& ſeqq.* quem ſequitur *Matth.Steph. in not.ad art.* 88. *Ordin. Crim. Carol.* Vid. *Erneſt. Cothman.dict.loc.*

8 Quinimò non tantùm parentibus, ſed & fratribus aliiſque conjunctis perſonis, inquiſiti conſanguinei ſui defenſionem allegare, ac deducere licere, eaſque propterea audiendas, nec à judicio repellendas, aſſerere haud vereor cum *Iohan. Zanger. in tract. de quæſt. & tort. cap.* 3. *num.* 2. *Tiber. Decian. in tract. crim. libr.* 5. *cap.*36.*nu.*4.

9 *Tùm*, quia publicè intereſt innocentium cauſas defendi. *l.ſervum.* 33. *§.publicè.ff. de procurat.* Quantò magis ergò cognatis atque conjunctis perſonis facultas hæc concedenda erit, ut quas liti alterius nomine ſe offerre poſſe conſtat. *l.*1. *§. ult.ff. de poſtul. l.ſed & hæ perſonæ.* 35 *ff. de procur. l.ſi quis.*3. *ſed & ſi ff. Iudic.ſolv. l.ſi verò.* 5. *§. hæc autem actio. verſ. vel qui affinitate. ff. de his qui dejec. cap. ſi duo. §. ult. de procurat. in 6to.*

10 *Tùm*, ob textum manifeſtum in *art.*47. *Ordin. Crimin. Carol.* In verb. Oder aber vff Zulaſſung deß Richters/ die Zeugen ſo der Gefangene oder ſeine Freunde deßhalb ſtellen wolten/ wie ſich gebühret/ ꝛc. Et paulò poſt: Solche obgemeldte Kundſchafftſtellung auch dem Gefangenen oder ſeinen Freunden vff jhr begehren/ oder ohne gut rechtmeſſige Vrſach nicht abgeſchlagen oder aberkant werden ſoll/ ꝛc. Ex quibus verbis patet, non modò inquiſitum, ſed & ejusdem cognatos & conſanguineos audiendos eſſe, ſi innocentiam inquiſiti demonſtrare velint.

11 *Quemadmodum etiam pronunciavimus* gegen Sommern/ *ad requiſitionem Henrici* Schulbachs: Iſt einer/ von welchem ewer Frage meldet/ wegen beſchuldigten Diebſtals/ deſſen er aber nicht geſtändig/ zu Haffte bracht worden/ Ob er nun wol ſeine *Defenſion* zu führen/ ſich ſelbſten nicht erkläret; Do aber dennoch ſeine Brüder vnd Anverwandten darumb anſuchen/ vnnd deß Gefangenen Vnſchuld außzuführen/ ſich anerbieten würden/ *&c.* So würden ſie billich gehöret vnd zugelaſſen/ vnnd ehe vnd zuvor vff ſolche *Defenſion* zu recht erkant/ möchte wider *Inquiſiten* ferner nichts fürgenommen werden/ V.R.W. *Menſe Ian. Anno 1629.*

12 *It: verſus Gleinum:* Dieweil *H. F.* in Schrifften geſuchet vnd gebeten/ daß jhme ein *termin* zu Außführung ſeines Weibes Vnſchuld benimbt vnd angeſetzt werden möchte/ *&c.* So geſchicht ſolches billich/ *&c.*

An Oſterhauſiſchen Richter vnd Schöppen/ *Menſ. Majo, Anno 1631.*

Q.2. Num Judex defenſiones inquiſiti ex officio quærere, & ſupplere debeat?

13 Idque favor defenſionis poſtulat, quò etiam fit, ut ipſemet Judex ex officio defenſiones Rei quærere eaſque ſupplere, & quoquo modo adjuvare debeat, quamvis Reus hoc non petat. *l.ſi non defendantur.* 19. *ubi Bartol.ff. de pœn. l.*1. *ff. de quæſt. Auth. qui ſemel.* C. *quomod. & quando Iudex. Panorm. in cap. veniens. num.* 19. *&* 22. *de accuſat. Matth.VVeſembec.in parat.ff.de accuſat.num.* 12. *Nicol.Reuſner.lib.3.conſ.4.nu.9.& lib.2.deciſ.*10. *num.*13.

Perinde ut & aliàs ea quæ publicam cauſam attingunt, ex officio ſupplere Judex ſolet. *Panorm. in cap. ſi conſtiterit. num.*15. *de accuſat. per not. in cap. cum dilectus. de appellat. Bartol.& Dd. in l.4.ff.de damn.infect.*

Quod

15 Quod non rarò à Scabinis factum fuiſſe, eoſque innocentiam Rei ex Actis aliquo modo colligentes ad exactiorem ejusdem deductionem ac probationem, certis interrogatoriis præſcriptis, teſtes denuò examinari juſſiſſe, memini.

16 Quin & Judex inquiſitum, crimen conſtanter negantem, antequam ad ulteriora procedat, interrogare poterit, quâ ratione de innocentiâ ſuâ ipſum docere queat, vel per ſe, vel per alios. *l. abſentem. 5. in pr. l. ſi non defendantur. 19. de pœn.* Inprimis, numquid ſe eo tempore, die, horâ, quibus crimen admiſſum fertur, cum aliis honeſtis perſonis in loco non ſuſpecto fuiſſe oſtendere poſſit, undè liquidò quàm longè abfuerit, quamque nihil horum in eum conveniat, apparere poſſit.

17 Quæ commonefactio ſæpiſſimè admodum neceſſaria eſt, quippe uſu venire ſolet ut ruſticiores, atque etiam plus æquo meticuloſi, veluti ſunt adoleſcentes, mulierculæ &c. innocentiæ ſuæ ſatis peritè & promptè patrocinari, eamque pro magnitudine periculi vivis rationibus velut ad oculum demonſtrare ignorent; Pietatis itaque ratio ſuadet, ut ejusmodi perſonis à Judicibus ſuccurratur, *arg. l. nec quicquam §. circa Advocatos. ff. de offic. Proconſul.*

18 Idque Imp. Carolus V. diſertis verbis obſervari juſſit in *Ordin. Crimin. art. 47. in pr.* So in dem jetztgemeldtem Fall der Beklagte die angezogene Vbelthat verneinet / ſo ſoll jhme alsdenn fürgehalten werden / ob er anzeigen könte / daß er der auffgelegten Miſſethat vnſchuldig ſey / vnnd man ſoll den Gefangenen ſonderlich erinnern / ob er könte weiſen vnd anzeigen / daß er vff die Zeit / als die angezogene Miſſethat geſchehen / bey Leuten / auch an Enden oder Orten geweſen ſey / dadurch verſtandē / daß er die vorgedachte Miſſethat nicht gethan haben könte / vnnd ſolcher Erinnerung iſt darumb Noth / daß mancher auß Einfalt oder Schrecken nicht fürzuſchlagen weiß / ob er gleich vnſchuldig iſt / wie er ſich deß entſchuldigen vnd außführen ſoll / ꝛc.

19 Et hoc ipſum eſt, quod *Pontif. Innocent. III.* reſcript. in *c. qualiter. 24. §. debet igitur de accuſat.* eum nempè, contra quem eſt facienda inquiſitio, præſentem eſſe debere, & exponenda eſſe ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, ut facultatem habeat defendendi ſeipſum; & non ſolùm dicta, ſed etiam nomina ipſa teſtium eſſe ei publicanda, nec non exceptiones & replicationes legitimas admittendas; ne per ſuppreſſionem nominum infamandi, per exceptionum verò excluſionem, deponendi falſum audacia præbeatur. Quare etiam Reo non petenti, abſque diſtinctione an ſcientiam juris habeat, vel non, copiam indiciorum à judice dandam eſſe, ſtatuit & propugnat latè *Iohan. Zanger. in tract. de quæſt. & tort. cap. 3. n. 4. & ſeq.*

20 Ac licet de veritate purgationis, ipſius Rei delati vel Agnatorum ſumptibus ſit inquirendum; attamen ſi captivus aut ejusdem Agnati per pauperiem ſumptus ad teſtium productionem neceſſarios facere nequeant, ne indefenſi inſontes damnentur, ex publico impenſæ ſunt perſolvendæ. *Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. Nunc videndum. num. 7.* Neque enim Reus indefenſus eſſe debet. *l. ult. in fin. C. de his qui latron. l. factum. l. accuſationis. C. de accuſat. l. 29. ff. de pœn.* Veluti hoc ita diſpoſitum reperitur in *Ordin. Crim. Carolin. dict. art. 47. in fin.* Wo aber der Verklagte oder ſeine Freundſchafft / ſolchen obgedachten Koſten Armuth halben nicht ertragen oder erleiden möchte / damit dann nichts deſto minder das Vbel geſtrafft / oder der Vnſchuldige wider Recht nicht übereilet werde / ſo ſoll die Obrigkeit oder das Gerichte den Koſten darlegen / vnd der Richter im Rechten verfahren.

SECUNDÒ obſervandum quoque eſt: 21 Quando inquiſitus beneficio hoc ſibi competente uti poſſit? Ubi pro certo & indubitato tenendum, hoc ſemper inquiſitorio proceſſu durante ipſi licere. Etenim quia per inquiſitionem ſpecialem, eaque quæ in proceſſu inquiſitorio peraguntur, Reus ſemper offenditur, utique proceſſu offenſivo durante inquiſitus defenſionem ſuam allegare, & offenſionem repellere poterit. *l. ut vim. 3. ubi Iaſon. num. 17. ff. de juſt. & jur. Cæpol. in conſ. crim. 44. nu. 4. & conſ. 66. num. 3. Hippolyt. in l. unius. 18. §. cognitionem. nu. 47. ff. de quæſtion.* Quare ſive ante probationem delicti & teſtium depoſitionem, ſive poſtea, aut etiam poſt torturam peractam inquiſitus ſe offerat, & innocentiam ſuam deducere velit, audiendus erit.

Idque in proceſſu inquiſitorio absque dubio ita obtinet: Accuſatione autem adverſus delinquentem inſtitutâ & formato proceſſu ordinario, accuſatus regulis proceſſus aſtrictus juris ordinem obſervare, ac non niſi in reprobatione ſibi permiſſâ, in Gegenbeweiß / innocentiam ſuam deducere, & probare tenetur. Idque practica fori Saxonici quotidiè obſervat. 22

Hinc quæritur *Primò: Vtrum inquiſitus Innocentiam demonſtrare ac deducere volens, audiendus ſit, antequam ad articulos inquiſitionales reſponderit?* Accidit enim ſæpiùs, ut delinquentes ſuper articulis inquiſitionalibus interrogati, reſpondere nolint, innocentiam ſuam allegantes, ad ejusque probationem ſe offerentes, eo fine & intentione, ut proceſſum inquiſitorium avertant, & effugiant: quo caſu an audiendi ſint, dubitari poteſt? Dnn. Scabini deſuper conſulti arbitrati fuêre, 23
benè advertendum eſſe, quidnam inquiſitus probare in- 24
tendat; Etenim ſi dicat ſe minus gravatum, aut crimen delatum tale non eſſe, propter quod inquiſitio adverſus honeſtam perſonam formari poſſit ac debeat, idque probare, & legitimè deducere, ac per id capturam & Inquiſitionem avertere velit, dubium non eſt, quin admittendus ſit; ne ſcilicet facultas, exceptiones declinatorias opponendi ipſi adimatur, ac inquiſito denegetur beneficium hoc, quo in proceſſu ordinario quilibet accuſatus gaudet. *l. exceptionem. 19. C. de probat. l. penult. & ult. C. de exception.*

Q. 3. An Inquiſitus innocentiam ſuam probare volens, admittendus ſit, antequam ad articulos inquiſitionales reſponderit?

25 At ſi inquiſitus hoc unicum agat, ut innocentiam ſuam aliamve exceptionem probet, quò à pœnâ delicti ordinariâ liberetur, putaverunt Domini, eum non audiendum eſſe, priusquam ad articulos inquiſitionales reſponderit.

26 Cujus aſſertionis ratio manifeſta eſt : Siqui-
dem reſponſio inquiſiti eſt inſtar litis conte-
ſtationis, à quâ Judicium incipit. *l. un. D. de lit.*
conteſt. c. ſuper quæſtionem. ubi gloſſ. in verb. Litis ex-
ordium, de offic. & poteſt. Iudic. delegat. Felin. ibid. nu.
6. Sicuti ergò exceptiones peremptoriæ in
proceſſu ordinario non niſi poſt litis conteſta-
tionem ſunt proponendæ , *l. ſi quis l. cum non-*
dum. l. præſcriptionem. 8. C. de except. ita etiam in
proceſſu inquiſitorio non niſi factâ inquiſiti
reſponſione , defenſio ejusdem admittenda &
27 recipienda erit: Nam & eædem ferè ſolennitates
in inquiſitione , quæ in accuſatione deſideran-
tur; quippe in cujus locum ea ſuccedit. *c. quali-*
ter & quando. de accuſat. Bart. in l. 2. §. ſi publico. ff.
de publ. judic. Et in hanc ſententiam videtur et-
iam inclinare *Iul. Clar. in pract. §. ultim. quæſt. 49.*
nu. 11. in fin. quando ſcribit: *Plerunque ſolent fieri*
quædam comparationes præventoriæ petendo copiam
indiciorum &c. cùm tamen adhuc non ſit formatus
proceſſus informativus, ſive Inquiſitio ſpecialis, ut e-
dant Iudices imperitos. Debet igitur judex prius
formare ipſam inquiſitionem ſpecialem, ſive proceſſum
offenſivum, & deinde ſervatis ſervandis poterit dari
copia inquiſito.

28 - *Et ita pronunciavimus Marco* Sommern in Ziegenrück: Daß *Inquiſitus* vor allen Dingen vff die verfaſte *Inquiſitional articul* ſich einzulaſſen vnd zu antworten ſchuldig / ehe vnd zuvor ſolches geſchicht / mag er mit Außführung ſeiner Vnſchuld / dazu er ſich anerbotten / nicht zugelaſſen werden / Er wölte denn ſo viel darthun vnd beybringen / daß der *Inquiſition proceſs* auß erheblichen vnd rechtmeſſigen Vrſachen wider jhn nicht anzuſtellen wäre. Vff ſolchen Fall würde er vor gethaner Antwort mit der anerbotenen *Defenſion* billich gehöret / V. R. W. *Menſ. Majo, Anno 1626.*

29 *It: Quæſtori in* Freyburg: Daß vor allen Dingen *Inquiſit* Brieff vnd Siegel / darauß dieſer *Inquiſition proceſs* ſich angeſpoñen / zu *recognoſciren*, vnd auff die verfaſten *Inquiſitional articul* zu antworten / vnd ſich einzulaſſen ſchuldig / vnd wann ſolches alles geſchehen / ergehet ſo dann vff deß *Inquiſiti Defenſion*ſchrifft in der Sachen ferner was recht iſt / V. R. W. *Menſ. Decemb. Anno 1630.*

Q. 4. Num Reus delictū jam confeſſus ad Probationem Innocentiæ ſit admittendus?

30 *Secundo* quæritur: *An Reus confeſſus delictum,*
non obſtante hâc confeſſione poterit ad evitandam
condemnationem aliquid ad defenſionem ſuam ad-
ducere, & ſi hoc facere, ac Innocentiam ſuam proba-
re velit, num admitti debeat? Quod affirmare
non dubito , cum *Iul. Clar. lib. 5 ſentent. §. ultim.*
quæſtion. 55. & Grammat. conſ. 16. Matth. VVeſembec.
in parat. ff. de accuſat. num. 12. verſ. ſed etiam poſt
31 *concluſionem in cauſa, &c.* Etſi enim inquiſitus
ſemel crimen confeſſus fuerit ; attamen mul-
ta intervenire poſſunt , quæ ipſum à pœnâ or-
dinariâ liberare queant: Veluti ſi Judex ſit in-
competens, coram quo facta confeſſio in vim
judicialis confeſſionis non valet ; *Alex. in l. ſer-*
vus. num. 3. ff. de jurejur. & l. magiſtratibus. ff. de ju-
risdict. omn. judic. Aut ſi extorta fuerit confeſſio
promiſſione impunitatis, vel facta in tormentis,
absque legitimis indiciis præcedentibus: qualis
confeſſio abſq; dubio ad condemnandum non
ſufficit. *Gloſſ. in l. quæſtionis habendæ. ff. de quæſtion.*
Foller. in pract. crim. fol. 307. num. 1. Hippol. de Marſil.
in l. in pr. num. 24. ff. de quæſt. Brun. de indic. & tort.
fol. 234. num. 3. Aut ſi non conſtet de delicto;
Nam ubi aliter non apparet de crimine , quàm
per confeſſionem delinquentis, non debet Reus
ex ſolâ confeſſione condemnari. *Hippol. de Mar-*
ſil. in pract. crimin. §. poſtquam. num. 48. Poſſet
itidem Reus allegare minorennitatem , vel
quòd confeſſio ſua non fuerit pura & abſoluta,
ſed cum aliquâ qualitate adjecta : quo caſu
non poſſet , nec deberet pro parte acceptari,
& pro parte ſperni , juxta doctrinam *Bartol.*
in l. Aurelius. §. idem quæſivit. num. 2. ff. de
lib. legat.

32 Hæc aliaque ſi inquiſitus confeſſus ad ſui defenſionem alleget , & probare velit , dubium non eſt , quin admitti , & audiri debeat; ne innocens ad pœnam trahatur. *Iul. Clar. dict. q. 55.*

33 Quin & ſi Reus confeſſionem à ſe ſpontè factam revocare , & contrarium probare velit, audiendum eum eſſe , tradit *Iul. Clar. dict. quæſt. 55. nu. 18.* Poterit namque docere confeſſionem fuiſſe erroneam, & errorem probare; quo caſu inquiſiti defenſionem repellere admodum durum eſſet: Idemq; ſentit *Ægid. Boſſ. in tit. de confeſſ. num. 6.*

34 *Quare non modò confeſſum , ſed & jam condemnatum Reum, innocentiam & defenſionem probare volentem , ante executionem pœnæ adhuc audiendum eſſe , reſpondimus* gegen Pirn an die Gerichte: Dieweil der Gefangene *B. G.* als jhme vnſer jüngſtertheilter Rechtſpruch / vnnd die jhme darinnen zuerkante Todesſtraffe angekündiget / auch zu deſſen *Execution* ein gewiſſer Tag / jhm vor GOtt vnd der Welt zu viel vnd vnrecht geſchehe / vorwendende / daß alles / was er bekant / auß groſſer Furcht vnd Schrecken vnſchuldiger weiſe geſchehen / *&c.* So will zu vnſerer vnd ewerer beſſerer Verwahrung vonnöthen ſeyn / daß ehe vnd zuvor die zuerkante Todesſtraffe an jhme *exequiret* wird / damit er ſich übereilens nicht zu beſchweren haben möge / noch einſten vernommen werde / ob er jhm dann ſeine vorgeſchützte Vnſchuld außzuführen getrawe / vnd aufm Fall er ſich darzu erbeut / wird jhme eine Monatsfriſt darzu verſtattet / vñ nachgelaſſen / *&c.* V. R. W. *Menſe Novemb. Anno 1630.*

Pariter fuit pronunciatum Senatui in Mügeln / *Menſ. Decemb. Anno 1630.*

35 *Tertio* quæritur: *Num inquiſitus qui ad deductionem innocentiæ ſuæ admiſſus, nil probavit, denuò ſe offerens audiri debet?* Sanè ſi de malitiâ inquiſiti conſtet, eumq; non niſi effugia frivola & inania quærere appareat, quin repellendus ſit, dubium vix eſſe poterit.

Q. 5. Num inquiſitus ad probationem defenſionis ſemel admiſſus, nō probatâ eâ, denuò admitti debeat?

At ſi defenſionis cauſam ſeu qualitatem
& fundamentum aliquod novum, quod verita-
tis ſpeciem habeat, alleget, aliosque teſtes pro-
36 ducat, non tantummodò ſecundâ, ſed & tertiâ,
aut quartâ vice ipſum audiendum eſſe puto.
Quod & ſenſiſſe videtur *Nicol. Reuſner. lib. 3. con-*
ſil. 4. n. 7. ubi tradit, Reum pluribus defenſioni-
bus,

bus, non ſolùm diverſis, ſed etiam contrariis uti poſſe, per *l. cum de indebito. 25. in pr. ff. de probl. 5. & 8. ff. de except. l. ſiquidem. 9. C. eod. tit.*

37 Etenim non de tritico legato, vel glande legenda, ſed de vita & ſalute hominis hîc agitur: quare cautè ac providè agendum, nec quicquam intermittendum eſt, quod ad liberationem inquiſiti, ac innocentiæ probationem facere poteſt. *l. addictos. C. de appell. art. 47. Ordin. Crim. Matth. Stephan. in not. ad art. 66. Ordin. Crimin. Carolin.*

38 *Reſpondimus in hunc modum Iohanni à* **Lütkow**: **Wenn gleich** *inquiſit* **in ſeiner geführten** *defenſion*, **derer er ſich allbereit zu zweyen vnterſchiedenen malen gebrauchet / ſeine gerühmte Vnſchuld wie recht / nicht dargethan noch erwieſen / do er aber demnach ander geſtalt vnd noch einſten auß andern Grund vnd Vrſachen ſeine Vnſchuld außzuführen ſich anerbieten / vñ zu ſolchem ende gewiſſe Zeugen angeben würde /** *&c.* **So wird er / damit er ſich übereilens nicht zu beſchweren habe / zu allem überfluß binnen gewiſſer zeit / ſo jhme hierzu anzuſetzen / damit nochmals zugelaſſen / vñ die Zeugen von euch abgehöret / V. R. W.** *Menſe Ianuar. Anno 1626.*

Q. 6. Quidnam pro obtinendâ innocentiâ Reus probare debeat?

39 TERTIÒ, notandum etiam: quid pro ob-
tinenda innocentia probari debeat, &
in quonam inquiſiti defenſio conſiſtat?
Id quod regulâ aliqua certâ definiri non poteſt;
Neque enim omnia delicta indifferenter æqua-
lia ſunt, minus verò pari modo ac ratione com-
40 mittuntur, minimè autem omnium, in quovis
crimine ſimiles atque eædem qualitates & facta
occurrunt, quibus delinquens ſeſe tueri po-
teſt. Quare omnibus ac ſingulis cujusque deli-
cti circumſtantiis probè perpenſis, inquiſitus
diligenter advertat, num cauſa ſufficiens ſe of-
ferat, quæ ipſum vel ab omni ſupplicio libera-
re, vel ad minimum à pœnâ ordinariâ eximere
queat: Quam ſi invenerit, habet de quo ſibi
gratuletur, omnibusque modis laborabit, ut
cauſam innocentiæ prætenſam ſufficienter ac
plenè probet.

41 In genere autem ad probandam innocentiam ſufficientia ſunt argumenta, quibus probatio delicti vel ex perſona, vel depoſitione teſtium impugnatur, & refellitur, aut contrarium contrariis probationibus demonſtratur: vel ſi ejusmodi exceptiones afferantur, & probatæ reddantur, quæ delinquentem regulariter à pœnâ liberant; ut furor, nimia & immoderata ebrietas, ignorantia, caſus fortuitus, aliæque, quæ mitigationem, vel remiſſionem pœnæ inducunt: quarum plurimas refert *Andr. Tiraquell. in tract. de Cauſ. pœn. temper.* Et vid. *infrà q. 143. 144. 145. 146. & ſeqq.*

42 In ſpecie verò inquiſitis plurimum commo-
di & adjumenti afferunt omnes illæ cauſæ, ex
quibus pœnam cujusque delicti remittendam,
ac quandoque mitiorem aliquam extraordi-
nariam irrogandam eſſe, probavi *ſuprà part. 1.*
43 *& 2.* veluti ſunt, in crimine Homicidij mode-
ramen inculpatæ tutelæ, quando non dolo ſed
coactè ob vitæ, corporis, honoris, facultatum-
que defenſionem cædes perpetratur. *l. 45. §.
pen. ff. ad Leg. Aquil. l. 2. l. 3. l. 4. C. ad Leg. Cornel.
de ſicar. Georg. Obrecht. in tract. de defenſ. c. 12. per
tot. & c. ult. num. 25. & ſeqq. Matth. Coler. part. 1. de-
ciſ. 156. num. 2. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. homicidium.
num. 24. Andr. Gail. lib 2. obſervat. 110. nu. 9. & ſeqq.
Iodoc. Damhouder in prax. crim. c. 76. num. 2. & ſeqq.
Græv. 2. Concl. 110. Conſ. 1. num 1. & 2.* vide *part. 1.
quæſt. 28. q. 29. 30. 31. 32.*

Cædes in rixâ ſive tumultu perpetrata, ubi occiſor certò ſciri nequit: ideoque nec cuiquam ordinaria gladij pœna imponenda eſt. *Conſtit. Elect. 7. part. 4. Matth. VVeſembec. in paratit. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. num. 29. Ægid. Boſſ. in tit. de homicid. num. 26. & 27. Iul. Clar. dict. §. Homicidium. num. 37. Iohan. Harpprecht ad §. item L. Cornel. de ſicar. 5. n. 46. Modeſt. Piſtor. vol. 2. conſ. 4. Andr. Gail. lib. 2. obſerv. 109. Iacob. Menoch. de arbitr. Iudic. quæſt. cent. 4. caſ. 362. Iodoc. Damhouder in prax. rer. Crim. c. 76. n. 24. Anton. Teſſaur. deciſ. 31. num. 5. Roland. à Valle. volum. 2. Conſ. 63. num. 10. & ſeqq.* vide *ſuprà p. 1. q. 25.* 44

Carentia doli, qui ſi non adeſt, Homicidij pœna locum ſibi non vendicat. *l. 1. C. ad Leg. Cornel. de ſicar. l. qui injuriæ ff. de furt. l. quod Reipubl. ff. de injur. l. cum autem. §. excipiuntur. ff. de ædil. edict. Hippol. de Marſil. ad l. Cornel. §. cum quidam. n. 3. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar.* 45

Unde culpoſum homicidium non niſi pœnâ arbitrariâ, *l. 4. §. 1. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. l. 4. C. ad Leg. Iul. de adult. l. 31. l. 41. § pen. ff. ad Leg. Aquil. Ordin. Crimin. Carol. artic. 146. Clar. dict. §. homicid. num. 3. Iacob. Menoch. de arbitr. Iudic. quæſt. lib. 2. caſ. 324. num. 1. & 12. Hippolyt. ad l. 1. §. divus. nu. 52. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar.* 46

Caſuale verò planè nullâ pœnâ punitur. *l. 1. §. 3. in fin. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. l. 1. l. 5. C. eod. tit. l. 9. in fin. l. 11. in pr. l. 31. l. 51. in fin. ff. ad Leg. Aquil. Ordin. Crimin. Carolin. artic. 146. Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crimin. c. 85. in fin. Andr. Gail. lib. 2. obſerv. 110. num. 38. & ſeqq. Iacob. Boulen in repet. l. capitalium. §. famoſos. num. 150 ff. de pœnis.* Vide *ſuprà part. 1. quæſt. 27.* 47

Aut ſi percuſſio ſeu vulnus inflictum non fuerit lethale, nec occiſus ex vulnere; ſed culpâ Medicorum malo regimine, vel aliâ ex cauſâ & ſymptomate ſuperveniente deceſſerit. *Anton. Gomez. tom 3. variar. reſolut. c. 3. nu. 28. 29. Proſper. Farin. part. 5. Oper. Crim. quæſt. 127. n. 1. Iodoc. Damhouder. in prax. Crim. c. 75. nu. 1.* Quin etſi vulnus mortale fuerit, attamen ſi inſpectio cadaveris occiſi judicialis, Medicis ſeu Chirurgis juratis adhibitis, & factâ vulneris ſectione, non præceſſerit, ordinaria pœna haudquaquam obtinebit, juxta *artic. 149. Ordin. Crimin. Carolin.* prout pluribus demonſtravi *ſuprà part. 1. quæſt. 26.* 48

Pariter in crimine Parricidij & Infanticidij à pœnâ ordinariâ culei, vel rotæ in caſu fluminis & aquæ deficientis, excuſatur, qui Parricidium vel Infanticidium commiſit abſque animo & propoſito occidendi. *l. 1. ff. ad Leg. Pom. de parricid. Ordin. Crimin. Carol. artic. 131. Conſtitut. Electoral. 3. part. 4. Tiber. Decian. in tract. Crim. lib. 9. c. 15. num. 1. Petr. à Plach. in Epit. delict. lib. 1. c. 22. num. 34. Bonif. de Vitalin. in rubr. de parricid. num. 5. in fin. Proſper. Farinac. part. 5.* 49

*Oper.Crimin.quæſt.*120.*num.*182. Vide *ſuprà part.* 1.*quæſt.*15. Vel ſi de corpore delicti per aſpectum Cadaveris non conſtet: quo caſu vel pœna gladij, concurrentibus indiciis probabilibus & urgentibus, vel fuſtigationis pœna ad nudam inquiſiti confeſſionem irroganda eſt: prout dixi *ſuprà part.*1.*quæſt.*16.

50 Vel ſi Parricidium non conſummatum, aut ex iracundiæ calore perpetratum fuerit: De quibus aliisque caſibus, pœnam parricidij ordinariam mitigantibus, vide *ſuprà part.*1.*quæſtion.* 17.*&* 18.

51 Simili quoque modo in crimine Adulterij pœna gladij ordinaria mitiganda eſt, quando reconciliatio vel remiſſio conjugis intervenit, *Conſtit.Elect.*19.*p.*4.*ubi Dan.Moller.num.*4. *Nicol. Boër. deciſ.*297.*num.*1.*&* 2.*Ludov.Gilhauſ.in arbor. Iudic.crim.cap.*2.*tit.*18.*num.*21.*Matth.Coler.part.* 2.*deciſ.*176.*num.*15.*Iodoc.Damhouder.in prax.rer. crimin.cap.*89.*num.*45. ſive expreſſa, ſive tacita fuerit, *Dan.Moller.ad dict.Conſtit.*19.*num.*12.*Virgil. Pingitz. quæſt.*97.*num.*4.*Matth.Berlich.part.*
52 *concl.*27.*num.*104. Vel etiam præſumta; quando nimirum poſt mortem alterutrius conjugum, ſuperſtes convincitur adulterij commiſſi eo tempore, cum conjunx adhuc viveret. *Dan. Moller.lib.*3.*Semeſt.cap.*13.*num.*2.*Ludov.Gilhauſen in arbor.judic.crimin.cap.*2.*tit.*18.*n.*21. vid.*ſupr.p.* 2.*q.*55.

53 Item quando adulterij crimen à ſponſo, vel in ſponſam committitur: quod delictum etiam mitiori ſupplicio coërceri debet. *Petr.Heig.part.* 2.*quæſt.*28.*n.*30.*Matth.Coler.part.*2.*deciſ.*176.*n.*37. vid.*ſuprà p.*1.*q.*56.

54 Aut cum Conjuge alterius, quæ meretricio more vixit. *Bartol. in l. ſi Vxor.* 13.*ff. ad Leg. Iul. de adult.n.*1.*&* 3. *Ægid.Boſſ. de Coit. damn. & punibil. num.*23. *Petr.Heig.part.*2.*quæſt.*29.*num.*23 *& ſeqq.* vid.*ſupr.p.*2.*q.*57.

55 Vel cum viro aut uxore conjugatâ, à conjuge ſuo deſertâ, *arg l.*11.§.12.*ff.ad Leg.Iul.de adult. cap. in præſentiâ. ext. de ſponſal. ubi gloſſ. in verb. Viris. Angel.Aretin.in tract.malef.verb.che hai adulterato,nu.*45.*Ludov.Gilhauſ.in arbor.Iud.Crimin.cap.* 2.*tit.*8.*n.*8. vid.*ſuprà p.*2.*q.*58.

56 Aut ſi à die commiſſi adulterij quinquennium fuerit elapſum, *l.miles.* 11. §.*adulterij.*4. *l.maritus.*29.§.5.6.*&* 7.*ff. ad Leg. Iul. de adult.l. adulter.*5.*l.*28. C. *eod. tit. Iohan. Zanger. de except. part.*3.*cap.*10.*n.*213.*Ioh.Schneidevvin. in tit. Inſtit. de Vſucap. ſub rubr. de ſpecieb. præſcript. num.* 49. *Iul.Clar.lib.*5.*ſentent.*§.*adulterum.num.*20.*Ludov. Gilhauſ.in arb.judic.crimin.cap.*2.*tit.*18.*nu.*25. vid. *ſuprà p.*2.*q.*59.

57 Vel ſi adulter crimen confeſſus fuerit, altera verò pars, cum quâ adulterium commiſſum perhibetur, abſens ſit, ejusque confeſſio haberi nequeat. *Dan.Moller.lib.*2.*ſemeſt.*37.*Aut.Conſult.Conſtit.Saxon.tom.*2.*part.*4.*quæſt.*21.*Modeſt.Piſtor.part.* 2.*quæſt.*52.*Hartman.Piſtor.obſerv.*33.*Matth.Coler. part.*1.*deciſ.*235. Vid.*ſuprà p* 2.*q.*60.

58 Aut ſi adulterij Reus prætendat conjugis impotentiam, morbum, errorem, vel ignorantiam, divortium quoad thorum & menſam: quibus aliisque caſibus adulterij pœnam mitigandam eſſe, dixi & probavi *ſuprà p.*2.*quæſt.*61.

59 Idemq; fit in reliquis carnis delictis, ut Bigamia, Stupro, Fornicatione, Inceſtu, Lenocinio, Sodomia, &c. In quibus etiam juſtis ex cauſis pœnam jure conſtitutam mitigandam eſſe, dixi *ſuprà p.*2.*q.*66.69.70.71.72.73.74.76.*&c.* ubi de criminibus iſtis fuit tractatum.

60 Neq; res aliter ſe habet in crimine furti, pro quo ſuſpendij pœna jure quidem conſtituta eſt, attamen multis caſibus mitigari ac remitti debet; veluti ſi res furto ablata Domino ſuo reſtituatur, juxta tradita *ſuprà p.*2.*q.*80.

61 Aut ſi de crimine furti commiſſi, an revera iſtud ſit perpetratum, certò non conſtet, *Conſtit.Elect.*33.*part* 4. Vid.*ſuprà p.*2.*q.*81. vel ſi Reus minorem ætatem prætendat. Vid.*p.*2.*q.*82.

62 Aut ſi furtum ratione rerum ablatarum alteriusvè qualitatis morte puniri nequeat; quale eſt furtum herbarum, ferarum, beſtiarum, piſcium, cancrorum, &c. vel in rebus fidei alicujus commiſſis perpetratum fuerit, de quibus latè ſuo loco dictum *p.*2.*q.*83.84.85.

63 Similiter in crimine Incendij, à pœnâ Ignis ordinariâ exemptus eſt, qui nullo prorſus dolo, ſed culpâ deliquit; *Bartol.in l.*1.*ff.de offic.Præfect. vigil. num.*5. *Proſper.Farin. part.*3.*oper.crimin. qu.*110.*num.*17. 64 Aut qui minorennitatem vel ſimplicitatem prætendit. 65 Aut qui pœnitet crimine incendij nondum perfecto & conſummato. *Matth.Coler.part.*1.*deciſ.*186.*n.*2. vid.*ſuprà p.*1.*q.*39.

66 Idem prorſus accidit in reliquis delictis & criminibus, in quibus ſupplicium cujusque delicti jure conſtitutum, juſtis ex cauſis ceſſat, & quandoque mitior pœna irrogari ſolet: prout pluribus ſpeciatim demonſtravi in tractatione & explicatione cujusque criminis, quæ hîc repetere ſuperſedeo.

67 Hæc aliaque ſi inquiſitus ad ſui defenſionem & innocentiam prætendat, ac propterea à pœnâ liberari velit, debito & legitimo modo procedere & cauſam innocentiæ prætenſam probare debet. Unde QVARTÒ noſſe oportet: quomodo ritè ac legitimè in deductione innocentiæ ſit procedendum? Ad quod Illuſtriſſimus Dn. Elector Saxoniæ reſpondet in *Ordinat.Polit.de Anno* 1612.*tit.* Von Juſtitien Sachen. *num.*5. In verb. Vnd do er zu ſeiner defenſion etwas dienlich erachtete / ſolches in Schrifften die Zeugen gleichsfalls darüber zu befragen/übergeben möge/ verſtattet würde/ jedoch daß dieſes alles ſummariſcher weiſe geſchehe/vnd kein ordentlicher Proceß darauß gemacht/ noch auch langwirige dilation vnd Friſt gegeben werde. 68 Ex quo patet, cauſam innocentiæ teſtibus probandam eſſe, quod ipſum tamen ſummariter fieri debet, extra ordinarium proceſſum & absq; multis circuitionibus; Nam & aliàs in proceſſu inquiſitionis celeriter procedendum eſt, *tot.tit.C.ut intra cert.temp.quæſt.crimin. l.properandum.*2.*de judic.* ne Reus diuturnâ cuſtodiâ affligatur. *l.*1.*& tot.tit.C.de cuſtod.Reor.Matth. VVeſemb.in parat.ff.de accuſat.nu.*12.*verſ. item quod celeriter, &c.*

Hinc

69 Hinc moribus fori Saxonici hactenus triplex modus procedendi obtinuit: Aut enim 1. Inquiſitus cauſas & argumenta innocentiæ judici ſignificat, eaque ſimul articulis inquiſitionalibus includit, & teſtes ſuper iis examinari rogat. 2. Aut peculiares articulos defenſionales, quibus argumenta innocentiæ continentur judici exhibet, teſteſque producit, ac eos deſuper examinari facit. 3. Vel etiam abſque productione teſtium, argumenta defenſionis ſuæ, quæ vel in jure forſan conſiſtunt, vel jam in inquiſitione probata fuerunt, pro informatione judicis in ſcriptis diſputat, deductionem innocentiæ conficit, vulgò eine Defenſion-ſchrifft / eamque Judici exhibet.

Q. 7. Quibus modis in deductione innocentiæ in foro Saxonico ſit procedendū?

70 Quamvis & haud rarò defenſionalibus articulis exhibitis, teſtibusq; productis & examinatis, eorundem atteſtata ab Advocatis diſputari, & ſic unà cum teſtium depoſitione deductio innocentiæ in ſcriptis exhiberi ſoleat.

71 Quare inquiſito liberum eſt, num uno, vel alio modo, quo pro ratione cujusque delicti & circumſtantiarum concurrentium ſibi magis proſpectum arbitratur, uti, ac qualiter innocentiam ſuam docere & demonſtrare velit, modò caveat, ne limites inquiſitorij proceſſus excedat, multas ambages ac circuitiones uſurpando, & inquiſitorium proceſſum in ordinarium commutando: quod nullatenus permittendum eſt, juxta *dict. Ordin. Polit.* in verb. Jedoch daß es Summariſcher weiſe geſchehe / vnnd kein ordentlicher Proceß darauß gemacht werde.

72 Quò & verba faciunt D. Auguſti Elect. in *Reſcripto Scabinis inſinuato Menſ. Ianuar. An.* 1579. Ibi: Sonderliche Interrogationen aber zu übergeben / die Gezeugnuß zu diſputiren, vnd andere Weitleufftigkeit / dadurch nur die Sachen vergeblichen auffgehalten / die Richter müde gemacht / vnd der Verbrecher offtermals der wolverdienten Straffe entzogen wird / haben wir in vnſern Landen in inquiſition proceſſen nicht verſtatten wollen / ꝛc. In proceſſu namq; inquiſitorio ſummariè, & ſublato (quod dicitur) velo procedendum eſt abſque longo litis ſufflamine: ſiquidem Reipub. intereſt, omnibus modis providere, ne delicta maneant impunita. *l. 51. §. æſtimatio autem. ff. ad Leg. Aquil. Nicol. Reuſner. lib* 1. *deciſ.* 24. *num.* 32.

73 Eaque cauſa eſt, quòd nec interrogatoria Judicis admittantur ad articulos inquiſiti defenſionales, perinde ac vice verſâ ad articulos inquiſitionales ſeu probatoriales inquiſitus interrogatoria conficere prohibetur, prout dixi, *quæſt. præced. n.* 18.

74 Notandum autem eſt, quòd in favorem defenſionis multa admittantur, quæ regulis Juris aliàs contrariari videntur. *Dan. Moller. ad Conſtit. Elect.* 23. *nu.* 13. *p.* 4. *Hippol. de Marſil. in l.* 1. *§. ſi quis ultrò. nu.* 98. *& ſeqq. ff. de quæſt. & in pract. crim. §. opportunè. n.* 7. *& ſeqq.*

75 Quale eſt, quòd ad defenſionem Rei ejusq; innocentiam probandam unicus etiam teſtis ſufficiat, & quælibet ſemiplena probatio pro plenâ & ſufficienti habeatur. *Ægid. Boſſ. in tit. de opp. cont. teſt. nu.* 72. *Ioſeph. Maſcard. de probat. lib.* 1. *Concluſ.* 491. *nu.* 17. *&* 18. *& lib.* 2. *concl.* 904. *nu.* 10. *Proſper. Farin. de teſtib. tit.* 6. *quæſt.* 63. *num.* 42. *Gabr. tit. de teſtib. lib.* 1. *concluſ.* 1. *num.* 37. Undè fit, quòd teſti etiam unico non jurato pro inquiſiti defenſione deponenti credatur, ſi nempe propter ejus abſentiam depoſitio jurata haberi nequeat.

> *Prout Domini reſponderunt Præfecto Rochlicenſi:* Ob wol der Gefangene ſich zu der *articulirten* Entleibung bekant / dieweil er aber dennoch darneben fürwendet / daß jhme der Entleibete zuvor zwey Maulſchellen gegeben / welches der eine Zeuge Friedrich von Rochsberg gleichsfalls ſummariſcher weiſe außgeſaget / vnd alſo ſeine Außſage mit deß Gefangenen Bericht etlicher maſſen vberein kompt / Mit ſelbigem Zeugen es aber nunmehr dieſe Gelegenheit hat / daß derſelbe über allen angewandten fleiß nicht wiederumb erlanget / vnd alſo nicht vereydet werden kan / daran der Gefangene keine ſchuld hat / &c. So mag auch der Gefangene wegen der begangenen vnd bekanten Entleibung am Leben nicht geſtrafft werden / Er wird aber gleichwol wegen deß bey der *defenſion* begangenen *exceſſus* mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billich verwieſen / V. R. W. *Menſ. Octob. Anno* 1612.

76 Item, quòd teſtes de credulitate admittantur, modò cauſam credulitatis dicant. *Felin. in cap. quoties. num.* 18. *extr. de teſtib. Iaſon. in l. ut vim. num.* 4. *ff. de juſt. & jur. Proſper. Farin. de teſtib. tit.* 7. *quæſt.* 68. *num.* 77. *&* 78. *ubi plurimos pro hâc ſententia allegat. Dd.*

77 Ex eodem quoque fundamento aſſerendum eſt, quòd ad defenſionem inquiſiti pater, mater, filius, frater, aliique conſanguinei, & teſtes aliàs inhabiles admitti, eorumque depoſitioni credi debeat: prout latè demonſtrant *Proſper. Farin. de teſtib. quæſt.* 54. *num.* 117. *& quæſt.* 62. *num.* 90. *Bartol. in l. parentes. num.* 1. *C. de teſtib. Crot. de teſtib. p.* 3. *num.* 30. *Anton. Gabriel. de teſtib. concl.* 14. *num.* 10. *Iacob. Menoch. de arbitr. Iud. quæſt. lib.* 2. *Caſ.* 104. *num.* 6. *Anton. Gomez. tom.* 3. *var. reſol. cap.* 12. *nu.* 23. *Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt.* 24. *Ioſeph. Maſcard. de probat. lib.* 2. *concl.* 904. *num.* 1. *Henric. Bocer. in tract. de quæſt. & tort. cap.* 3. *num.* 167.

78 Quod maximè verum eſt, quando ejusmodi teſtes ſoli, crimini interfuerint, nec alij haberi queant. It: Quòd præſumptionibus & conjecturis innocentia quandoque probetur; ut ſi accuſatus effugere potuerit, & non fugerit; vel ſi ſuâ ſponte ſe præſentet judici, aut carcerem ingrediatur; aut ſi accuſator in cauſa procedere nolet, de quibus vid. *Iacob. Menoch. lib.* 5 *de præſumpt. præſ.* 48. *num.* 19. *& ſeqq.* Undè ſæpiùs pro obtinendâ innocentiâ juramentum purgationis Reo injungitur. *Iohan. Zang. in tract. de quæſt. & tort. cap.* 3. *num.* 45. *&* 46. *Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt.* 63. *nu.* 4. Quæ tàm in practica, quàm Elect. Saxon. Scabinatu in pronunciando ſic obſervantur.

79 Cæterùm, quia dictum fuit, in deductione innocentiæ ac defenſionis, ſummariè eſſe procedendum, juris ordine non ſervato, (Summariſcher weiſe / vnd damit kein ordentlicher Proceß darauß gemacht werde.) uti verba habent *Ordin. Polit. dict. tit.*

Von

Q.8. An in probatione defenſionis credendum ſit teſtibus non juratis?

Von Juſtitienſachen. *num.*5. Quæritur: 1. *An teſtium depoſitio ad articulos defenſionales neceſſariò jurata eſſe debeat, an verò in deductione defenſionis etiam non juratis teſtibus credendum ſit?* Quod poſterius forſan quis exiſtimare poſſet,
80 propterea, quòd ſummaria dicatur teſtium depoſitio quæ jurata non eſt, ideoque & Reſcriptum Electorale de Anno 1579. eo loco, ubi de inquiſiti defenſione agitur, ſimplicis tantummodò depoſitionis mentionem facit, nec juratas atteſtationes requirit, *in verb.* vnnd die Zeugen darauff/ ſo wol als auff die Articul verhöret/ꝛc.

81 Verùm inſpectis accuratiùs verbis dicti Reſcripti, ex iisdem contrarium haud obſcurè probatur: Conjungitur etenim depoſitio teſtium ad articulos defenſionales, cum eorundem atteſtationibus ad inquiſitionales articulos, *in verb.* So wol als vff die Articul/ꝛc. Unde inferre licet, talem eſſe debere depoſitionem ad articulos defenſionales, qualis eſt atteſtatio ad inquiſitionales articulos. Atqui in inquiſitione non niſi juratis teſtibus creditur, & atteſtationes teſtium ad inquiſitionales articulos juratæ ſint, neceſſe eſt, uti liquet ex verbis præcedentibus dicti Reſcripti (Darüber die Zeugen / vff vorgehende wirckliche Leiſtung deß gewöhnlichen Zeugeneydes/verhören laſſe/ꝛc.) Ergò & talis depoſitio teſtium ad defenſionales articulos eſſe debet.

82 Idque etiam juri communi convenit, quo teſtes abſque juramento examinati nil probant. *l. teſtium. Cod. de teſtib. Andr. Gail. lib.*1. *obſervat.*101. *num.*1. *Franc. Vivius opin.*931. *num.*1. *&* 4. *Ægid. Boſſ. in tit.. de oppoſit. cont. teſt. num.*81.

83 Quod adeò verum eſſe puto, ut licet iidem teſtes, qui ad inquiſitionales articulos jam antea examinati fuêre, & juratò depoſuerunt, ab inquiſito reproducantur, denuò tamen jurare teneantur: prius namque juramentum præſtitum eos ulterius non obligat, quàm ad veritatem dicendam ad articulos inquiſitionales, perindè ut teſtis productus in probatione, in reprobatione reproductus denuò jurare obſtringitur, quò ad reprobatoriales quoque articulos veritatem deponat.

84 *Reſpondemus ita ad conſultationem Abrahami* Heriſchens: Iſt wegen begangener Entleibung wider *M. H.* zu Cotbus *inquiſition* angeſtellet worden/ welcher ſeine *defenſion* zu führen ſich anerbotten/ vnd neben andern auch Jacob Webern/ George München/ vnd Matthes Raſchnicken zu Zeugen angegeben. Ob nun wol dieſelbe hiebevor allbereit bey gehaltener *inquiſition* den Zeugeneyd abgeleget/ dannenhero ſie von newem zu ſchweren ſich verweigern wollen/ *&c.* So haben ſie ſich doch anjetzo damit nicht zu behelffen/ ſondern ſie ſeyn den Zeugeneyd/ ehe vnd zuvor ſie vff die übergebene *defenſionales* abgehöret werden/ noch einſten zu leiſten ſchuldig/ V. R. W. *Menſ. Septemb. Anno 1626.*

Iisdem formalibus pronunciatum fuit in caſu ſimili, An Rath zu Mittweyda/ *Menſ. Novemb. Anno* 1626.

Q.9. Quodnam temporis ſpatium competat inquiſito ad deductionẽ & probationem innocentiæ ſeu defenſionis?

85 2. Quæritur: *Quodnam temporis ſpatium competat inquiſito ad deductionem & probationem innocentiæ ſeu defenſionis?* Sanè *Ordinat. Polit. de Anno* 1612. *in tit.* Von Juſtitienſachen. *num.*5. celeriter & abſque longâ dilatione defenſionem deduci; ac probari jubet, *in verb.* Noch auch langwürige dilation vnd Friſt gegeben werde/ꝛc. Certum autem tempus non exprimit, nec inquiſitum ad certum quoddam & definitum ſpatium aſtringit: Quare Judicis arbitrio hoc relinquendum
86 eſſe puto, *arg. l.*1. §.2. *ff. de jure deliber.* Et ſanè pro qualitate criminis & ratione circumſtantiarum, Judex certum tempus definire poterit. Etenim ut maximè ſpatium unius menſis (eine Monatsfriſt) ad deductionem innocentiæ regulariter
87 ſufficere videatur; Attamen ſi teſtes ex locis remotioribus producantur, vel argumenta difficilis probationis afferantur, ſpatium iſtud duplicari, vel triplicari, quandoq; etiam ſpatiũ legitimæ probationis, ſcilicet ſex ſeptimanarum & trium dierum, concedi ſolet inquiſitis; prout Practica fori Saxonici docet.

Q.10. Num ad deducendam innocentiam inquiſiti, Advocatus intervenire queat?

88 3. Quæritur: *Num ex parte inquiſiti ad deducendam & probandam ejuſdem innocentiam, Advocatus intervenire queat, cujus ope & auxilio inquiſitus utatur?* Quod affirmare non dubito; Etſi enim inquiſiti Procurator regulariter non admittatur, ut qui nec Dominus litis eſt, nec in eum ſententia capitalis ferri poteſt; *l. procuratoribus.*22. *cum l ſeq. C. de procurat. l.*1. *C. de ſentent. &*
89 *interloc. omn. judic. Felin. in cap. meminimus: num.*5. *de accuſat. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. q.*80. *n.*50. Vid. *ſupr. q.*105. *n.*16.

90 Aliter tamen res ſe habet in Advocato, qui litis Dominus non ſit, ſed Reum in judicio præſentem defendit, & conſilio ſuo juvat. *Iul. Clar. lib.*5. *ſent.* §. *ult. quæſt.*32. *nu.*16. *Andr. Rauchb. part.*1. *quæſt.*7. *num.*23. *Hartm. Piſtor. lib.*1. *quæſt.*47. *nu.*14. *Nicol. Reuſner. lib.*2. *deciſ.*10. *n.*7. *& lib.*3. *conſil.*4. *nu.*79. Quare & faciliùs quàm Procurator in criminalibus, præſertim pro defenſione Rei admittitur.

91 Hacque de re manifeſta extat Sanctio in *Ordin. Crim. Carolin. art.*88. *in pr.* Ibi: Klägern vnd Antwortern ſoll jedem Theile/ vff ſein begehren/ ein Fürſprecher auß dem Gerichte erleubet werden/ꝛc. Idemque exprimitur in *Ordin. Polit. Saxon. de Anno* 1612. *dict. tit.* Von Juſtitienſachen. *pag.*22. In verb. mit zuziehung eines Advocaten, *&c.* ut ſic dubium prorſus non ſit, quin ad probationem innocentiæ ex parte inquiſiti, Advocatus intervenire queat.

92 *Quod nec aliter in practicâ obſervatur; Veluti reſpondimus:* An die Gerichte zu Pirna: So wird jhme zu Außführung ſeiner gerühmten Vnſchuld eine Monatsfriſt ertheilet/ jhme auch *ex officio* ein *Advocat* billich zugeordnet/ V. R. W. *Menſ. Novemb. Anno 1630.*

93 Non tamen indifferenter admittendi ſunt Advocati, ſed tantummodò honeſti, probi & docti viri, non litium criminalium confuſores, nec Rabulæ loquentes non eloquentes, nec pravi non graves, nec tabifici non pacifici, ut dicit *Ventur. de Valent. in parth. litigioſ. lib.*2. *cap.*7. *nu.*26. quorum operâ juſtitia cauſæ non

promovetur, ſed lites criminales procraſtinantur.

94 Deteſtanda namque eſt malitia Advocatorum, qui non tam Reos defendunt, quàm immoderata honoraria ab iis extorquent, nec alio fine laborant, quàm ut marſupium impleant, absque conſpicillis ſcripturas non videntes, ut inquit *Magon. de rect. pat. ration. cap.* 8. *n.* 23. quærunt & inquirunt, unde tantum lucri capiant niſi decipiant, lites procraſtinent, literas oblinerent, ſigilla ſugillent: Hoc niſi liceat, So möchte der Teuffel ein Juriſt ſeyn inquit *Auct. diſcurſ.* Von Juſtitienwerck. *pag.* 94.

95 Quales Advocati ipſius diaboli ſunt mancipia, quæ lites alunt, ut ſua farciant marſupia, & litigaturientes denudent. *Vent. de Valent. dict. cap.* 7. *num.* 30. Idque ut aſſequantur, majusque precium lucrentur, in deductione innocentiæ farraginem allegatorum hinc inde colligunt, & ſcripta ſua in infinitum ferè extendunt, quod ſæpiſſimè haud absque tædio & inſigni moleſtia, acta inquiſitionalia legens expertus ſum.

96 Audent ſcilicet informare judicem allegationibus ſuis & demonſtrare ex Corpore juris, Gloſs. aut Interpp. quid de lite criminali judicandum, id quod venditant pro Magiſterio, Es ſey ein Meiſterſtück. Quod tamen ægrè ridiculum & inconveniens eſt, ac ſi ægrotus medico curam præſcribere vellet ex Galeno, Hippocrate & aliis, *Auct. diſcurſ.* Von Juſtitienwerck. *pag.* 26. Ita nempè mundus vult decipi ab Advocatis, luxuriantibus allegatorum multitudine, *dict. Auct. diſcurſ.* Von Juſtitienwerck. *pag.* 93.

97 Abſtineant ergò probi Advocati (quorum officium honeſtiſſimum, & humano generi non minus proficuum eſt, quàm militia, *l. Advocati.* 14. *C. de Advocat. diverſ. jud. Caſſiod. Epiſt.* 12.) à tali ſtultitia & malitia, quæ tantò magis deteſtanda, ſi Reos ad negandum alliciant, defenſionem promittentes, & veritatem ſubvertentes, quòd veriſſimè diabolicum eſt, & ſeveriori pœna dignum.

98 *Quo in caſu, Doctori cuidam Advocato pœnam pecuniariam dictare haud dubitavimus:* So viel aber den *Advocaten*, N. N. anlanget / wird derſelbe / weil er dem Gefangenen Anlaß gegeben / ſein einmal gethanes Bekentnuß zu *revociren*, vmb eine ziemliche Geldbuſſe / ſeinem Vermögen nach / jedoch daß ſich dieſelbe über 8. newe Schock nicht erſtrecke / billich in Straff genommen / V. R. W. *Menſe Septemb. Anno* 1630.

Qu. An Inquiſito defenſionem ſuam deducenti, danda ſit copia Actorum Inquiſitionalium?

99 4. Denique quæritur: *An Inquiſito, innocen-*
tiam ac defenſionem ſuam probanti ac deducenti,
danda ſit Copia indiciorum, aliorumque Actorum in-
quiſitionalium? Quod de jure communi diffi-
cultatem & dubium non habet, ſecundum *Iul.*
Clar. lib. 5. *ſent.* §. *ult. quæſt.* 49. *num.* 2. ubi dicit.
Regulariter, ſi contra aliquem procedatur per
viam inquiſitionis, danda eſſe inquiſito nomi
100 na teſtium contra eum productorum, nec non
dicta ipſorum teſtium, ad effectum, ut poſſit
ſeipſum defendere, & ſuas exceptiones proponere adverſus eorum dicta & perſonas, juxta *cap. qualiter & quando.* §. *debet igitur.* 2. *de accuſat.* Et quòd danda ſit Reo copia indiciorum, dicit eſſe communem opinionem *Ripa in l.* 2. *nu.* 8. *C. de edendo.* quem refert *Villalobos. in collect. commun. opin. in lit. I. nu.* 22. & *Iul. Clar. dict. quæſt.* 49. *n.* 1.

Sed in foro Electoratûs Saxon. paulò aliter res ſe habet, facultas enim indicia, teſtium atteſtata, aliaque acta inquiſitionalia in judicio, Judice & Scabinis præſentibus inſpiciendi, inquiſito ejusque Advocato conceditur, ita ut liberum ſit ipſis, indicia aliaque quæ ſibi proficua fore putant, ex actis inquiſitionalibus decerpere & conſignare. 101

Prout nuperrimè reſpondimus Michaëli Helen zu Pegaw: Ob euch nun wol die *Inquiſition Acta* vnd der Zeugen Außſage zu durchſehen verweigert werden will / in Betrachtung / daß nach eröffnetem Zeugnuß der Gegenbeweiß / deme die *Defenſion* zuvergleichen / nicht zuläßlichen / dieweil aber dennoch ſolches allein in ordentlichen Bürgerlichen *Proceſſen* ſtatt hat / vnd auff die peinliche vnd *Inquiſition proceſs* nicht zu ziehen / noch *inquiſiten* zu Ablehnung deß wider jhn vorhandenen Verdachts vnd *indicien*, ſo fürnemblich auß der Zeugen Außſage herrühren / vnd zu Außführung ſeiner *defenſion* ichtwas zu verweigern / *&c.* So werden auch euch vnd ewrem *Advocato*, ſo wol der Zeugen Nahmen vnd *atteſtata*, als die gantzen *inquiſition Acta* durchzuſehen vorgeleget, vnd jhr nachmals mit ewrer *defenſion* vnd Vnſchuld nothdürfftig gehöret / V. R. W. *Menſ. Iunio, Anno* 1632.

Copia verò Actorum Inquiſitionalium dari 102
non ſolet, prout colligitur ex *Ordin. Polit. dict.*
tit. Von Juſtitienſachen. *num.* 5. In verb. Wir
können aber hiernebens gnädigſt geſchehen laſ-
ſen / daß dem Beſchuldigten die inquiſition-
Acta, auch wol nach beſchaffenheit der Perſon /
vnd befundener Vmbſtände der Sachen / mit
zuziehung eines Advocaten, in gegenwart der
Gerichte / zu durchſehen nachgelaſſen werde / ꝛc.
Quô ipſo à contrario ſenſu colligitur, copiam
ipſam Actorum inquiſitionalium inquiſito
dandam non eſſe. Cujus rei ratio hæc dari po- 103
teſt, quòd in deſcriptione Actorum multum
temporis conſumeretur, ac per id non parum
deductio defenſionis ac proceſſus inquiſitorius
procraſtinaretur, contra naturam iſtius pro-
ceſſus, qui celeriter absque ſtrepitu & figurâ
Judicij expediendus eſt. *l. congruit.* 13. *ff. de of-*
fic. Præſid. Novell. 128. *c.* 21. *c. qualiter & quando.*
24. *c. olim.* 26. *c. accuſat. Iohan. Zanger. de quæſt. &*
tort. in proœm. num. 4. *Nicol. Reuſner. lib.* 1. *Deciſ.*
24. *n.* 32.

Et ſecundum hactenus dicta in Elect. Saxon. Scabinatu quotidiè pronunciari ſolet, hiſce ferè formalibus: So wird *Inquiſiten* zu Außführung ſeiner gerühmten Vnſchuld / damit er ſich übereilens nicht zu beſchweren habe / eine Monatsfriſt / (*vel* gedoppelte Monatsfriſt / *vel etiam quandoq;* Sächſiſche Friſt) billich mitgetheilet / jhm vnd ſeinem *Advocato* auch / in beyſeyn der Gerichtsperſonen / die *inquiſition Acta* zu durchſehen verſtattet vnd nachgelaſſen / vnd weñ er etwas zu ſeiner Nothdurfft in Schrifften entweder übergeben / oder Zeugen vermittels Eydes abhören laſſen würde, wird ſolches von jhme vff vñ angenom̃en / vñ zu den *Acten* regiſtriret / jedoch dz es nur Sum̃ariſcher weiſe geſchehe / vñ darauß kein ordentlicher 104 licher Proceß gemacht werden möge/darauff alſodeñ in dieſer Sachen weiter ergehet was recht iſt / Aber Abſchrifft von den *inquiſition Acten* ſeyd jhr jhm folgen zu laſſen/nicht ſchuldig/ V.R.W.

105 Cæterùm quòd dixi, inquiſito copiam Actorum non exhibendam eſſe, illud ſolummodò de actis inquiſitionalibus accipi volo; Etenim ſi Reus atteſtationes teſtium ſuper articulos defenſionales examinatorum petat, harum copiam ipſi haud denegandam eſſe, vel exinde patet, quòd examen ſuper defenſione inquiſiti pars ſit Actorum defenſionalium, ejuſque Rei potiſſimùm concernat.

Prout reſpondimus Præfecto Rochlicenſi: Es wird aber 106 G.V. immittelſt gegen beſtellung eines Vorſtandes vff 100. fl. hoch der Hafft entlediget / vnnd jhm Abſchrifft deß *defenſion* Gezeugnuß mitgetheilet/ V.R.W. *Menſ. Auguſt. Anno 1629.*

QVÆSTIO CXVI.

De transmiſſione Actorum ad Collegium Juriſperitorum, & quomodo procedendum ſit crimine plenè non probato.

SUMMARIA.

1. *Acta Criminalia ad Collegium Iuriſperitorum ſunt transmittenda.*
2. *Ante executionem cauſæ, ſententia debet expectari.*
3. *Magiſtratus merum licet habens imperium, irrequiſito ICtorum conſilio pœnam decernere nequit. n.4.8.24.25.*
5. *Iudices quales eſſe debeant? n.6.7.9.*
10. *Index non practicus ad gubernandum inhabilis eſt.*
11. *Cauſæ afferuntur, propter quas facultas decernendi pœnam, Magiſtratibus fuit adempta. n.12.17.23.*
13. *Pleriq; Iudices ſunt nimis gratioſi. n.14.*
15. *Quandoq; etiam avaritioſi. n.16.*
18. *Quales hodiè reperiantur Iudices in pagis & oppidis. n.19.*
20. *Cauſæ criminales ſunt maximi momenti.*
21. *Vnus aliquis ICtus ſolus pœnam definire non debet. n.22.*
26. *Soli Scabini Lipſenſes in Electoratu Saxon. judicant in cauſis criminalibus.*
27. *In levioribus delictis conſilium ICtorum præciſè non requiritur. n.28.*
29. *Iudices non debent moram trahere in proceſſu criminali. n.30.31.*
32. *ICti quomodo judicare debeant in criminalibus. n.33.34.*
35. *Teſtibus convictus æquè condemnari poteſt ac confeſſus.*
36. *Etiam in Germania & foro Saxonico. n. 37.40.41.42.43.44.*
38. *Rejicitur traditio Iohan. Bodini de hâc re.*
39. *Intellectus art.16. Ordin. Crim. Carol.*
45. *Sententiæ Scabinorum Lipſienſium. num. 46.47.48.*
49. *Crimine non plenè probato, ad mortis pœnam deveniri nequit.*
50. *Plures imperfectæ probationes plenam probationem non faciunt.*
51. *Ex præſumtionibus an & quando quis condemnari poſſit? num. 52.53.54.55.56.57.*
58. *Ex præſumtionibus juramentum Purgationis Reo eſt deferendum. n.60.*
59. *Hoc juramentum inductum eſt in odium maleficorum.*
61. *Quando locus ſit juramento Purgationis. n.62.*
63. *Reſponſa Scabinorum Lipſienſium.*
64. *Reus cui juramentum Purgationis fuit injunctum, num ad innocentiæ probationem debeat admitti? num.65.66.67.68.69.70.*
71. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
72. *Impoſito Iuramento Purgationis alicui Reo, exigi nequit juramentum Calumniæ.*
73. *Explicatio Conſtit. Elect.12.p.1 n.74.*
75. *Iuramentum purgationis quomodo differt à juramento judiciali? n.76.*
77. *Effectus juramenti quisnam? n.80.*
78. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium. n.79.*
81. *Reus juramentum detrectans in gravioribus delictis torqueri debet. n.82.*
83. *Reſponſum Scabinorum Lipſienſium.*
84. *Quando ad torturam ſit deveniendum? num. 85.86.*

1 SEptimò deniq; requirit forma Proceſſus Criminalis transmiſſionem Actorum Inquiſitionalium ad Collegium Juriſperitorum: Peractis enim peragendis ab inquiſitore in proceſſu inquiſitionali, Acta judicio JCtorum ſubmittenda ſunt, eorumque conſilium implorandum, ab iisque ſententia legalis expetenda. Quia ſecundum leges pronunciatur, quando ex prudentum conſilio ſententia fertur. *l. leges. C. de legib. arg. l. fin. §. mixtæ. 26. ff. de muner. & honor.*

Semper enim ante executionem, cauſæ 2 ipſius finis & ſententia expectari debet. *l. ſi cauſam. 2. C. de execut. rei jud.* Siquidem ut accuſatio ipſa, ſic & probatio, cujuſcunque ea generis fuerit, paratam executionem non habet, niſi prius ſubſequatur ſententia; propterea, quòd licet fortaſſis probatum ſit, lis tamen adhuc ſit ſub judice, ſecundum *Salycet. Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 2. cap. 5. num.* 146. Hocque ipſum eſt, quòd Sanctio Carolina Judices ac Magiſtratus hoc caſu ad Collegia JCtorum & Dicaſteria confugere, indeq; conſilium

ſilium petere jubet, in *art.ult.Ordin.Crim.* verb.
Wo aber die Obrigkeit ex officio vnd von Ampts
wegen wider einen Mißhändler mit peinlicher
Anklag oder Handlung vollnführe / ſo ſollen die
Richter / wo jhnen Zweifel zufiel / bey den nechſten
hohen Schulen / Stätten / Communen, oder an-
dern Rechtsverſtändigen / da ſie die Vnderricht
mit den wenigſten Koſten zu erlangen vermey-
nen / Rath zu ſuchen ſchuldig ſeyn. Et poſteà:
Vnd iſt dabey wol zu mercken / daß in allen zwei-
felichen Fällen nicht allein Richter vnd Schöp-
pen / ſondern auch / was einer jeden ſolchen Obrig-
keit in peinlichen Straffen zu rathen vnd zu han-
deln gebühret / derohalben Rechtsverſtändiger /
vnd auſſerhalb der Partheyen Koſten / Raths ge-
brauchen ſollen. Et in verbis finalibus *dicti arti-
culi:* Vnd in dem allen keinen möglichen fleiß vn-
terlaſſen / damit niemand vnrecht geſchehe / als
auch zu dieſen groſſen Sachen Fleiß gehöret:
Darumb denn in ſolchen Vberfahrungen Vn-
wiſſenheit / die jhnen billich kundig ſeyn ſoll /
nicht entſchuldiget / deß alle Richter / Schöp-
pen / vnnd derſelben Oberkeit hiemit gewarnet
ſeyn ſollen.

Q.1. Quare Acta criminalia judicio ICtorum ſubmittenda, ab iiſque ſententia expetenda ſit?

4 Attamen miretur quis forſan, cur Imp.
Carolus V. JCtorum ac Dicaſteriorum conſi-
lium implorare, eorumque ſententiam tam ſan-
ctè petere juſſerit, ademtâ in criminalibus fa-
cultate judicandi Magiſtratibus atq; Judicibus,
quorum tamen muneri probos, pios, pruden-
tes, ac doctos tantummodò viros præeſſe vo-
luerit, in *art.1.Ord.Crim.* verb. Daß alle peinli-
che Gerichte mit Richtern / Vrtheilern vnd Ge-
richtsſchreibern verſehen vnd beſetzt werden ſol-
len von frommen / erbaren / verſtändigen vnd er-
fahrnen Perſonen / ſo tugendlichſt vnd beſt dieſel-
ben nach Gelegenheit jedes Orths zu bekommen
5 ſeyn. Ac tales tantummodò homines judicia,
tanquam Juſtitiæ officinæ requirunt, qui ſcili-
cet ſunt pii, prudentes, conſtantes, veraces, ac
juris publici privatique, nec non morum, ho-
minum ac Reipublicæ iſtius loci periti: cùm
conſilium de Republicâ dare, *teſte Cicerone lib.
2.de Orat.* caput ſit noſſe Rempublicam: Non
etiam homines athei, impii, callidi, verſuti, in-
conſtantes, avari, mentiendi, fallendi, decipi-
endi, ſimulandi, diſſimulandique inſignem pe-
ritiam habentes, quales hoc malitioſo ſeculo
6 induſtrij atque politici nuncupantur. *Ventur.de
Valent.in part.litigioſ. lib.2.cap.*10.*nu.*15. Neque
attendendum, quis ſit Judex, Nobilis an ple-
bejus, pauper an dives, qui promotorem re-
munerare poſſit, aut ſit è familia, vel familiam
jure conſanguinitatis aut affinitatis propaget,
ſed qualis ſit? hoc eſt, Dei timens, veritatis a-
mans, & avaritiæ inimicus. *Exod.cap.18.l.ſanci-
mus.6.in pr.C.ad Leg.Iul.repet.l.1.C.de offic.ma-
giſtr.Rutg.Ruland.de commiſſ.lib.1.cap.6.num.*3.
7 Quin & ab ipsâ bonitate Judex regulariter vir
bonus & honeſtus appellatur, *l.continuus.*137.
*§.cum ita.2.ff.de verb.oblig.l.vir bonus.ff.judic.ſolv.
l.pen.ff.de procurat.* Quia vir bonus & Judex
convertuntur, ut ait *Bald.in l.cæt.ff.fam.erciſc.*
juxta illud *Horatii.*

—— —— Vir bonus eſt quis?
Qui conſulta Patrum, qui Leges juraq; ſervat,
Quo multæ magnæq; ſecantur judice lites.

Quare non ergò ipſemet Judex pro di- 8
ſcretione ſuâ, conſilio aliorum Jurisperitorum
irrequiſito, in criminalibus ſententiam ferre,
ac Reum condemnare poterit, præſertim cùm
ejusmodi cauſas criminales benè cognoverit,
& in illis expertus atque peritus ſit? *Petr.Greg.* 9
Toloſan.lib.24.de Republ.cap.6.nu.9. Etenim juris
tàm civilis Romani, quàm Provincialis impe-
ritus, & experientiâ rerum deſtitutus à Judi-
candi munere removendus, & tantummodò
literatus Judex eligendus eſt. *c.ſtatus diſt.61.l.
14.§.Legum obſervan.C.de judic.Novell.60.in fin.
Novell.82.ubi Cujac.Ludolph.Schrad.de feud.p.*10.
*ſect.14.n.2.Herm.Vult.1.diſcept.8.Robert.lib.3.ſen-
tent.cap.3.Rutg.Ruland.de commiſ.lib.1.cap.13.n.4.*
qui, ut Imp. Juſtinianus monet in *Auth.de jud.in
pr.* per ſe ſciat, quod juſtum eſt, nec aliunde hoc
emendicare neceſſe habeat. Quomodo enim
(addit Imperator ibidem) non maximum vi-
tium erit Reipubl. non iis, qui ex ſe, quid agen-
dum ſit, ſciunt, lites tradere, ſed ſinere eos, quæ-
rere alios, à quibus liceat diſcere, quæ ipſos in
judicando eloqui decet. *Auct.diſc.* Von Juſti-
tienwerck.*p.*51. Tamque neceſſaria eſt judici a- 10
ctionum forenſium & rerum agendarum Pra-
xis, ut qui non eſt practicus, ad gubernandum
ſit planè inhabilis. *Greg.Toloſan.lib.16.de Repub.
c.6.Adam.Keller.lib.1.de offic.jur.polit.c.27.Rutg.
Ruland.dict.lib.1.c.6.n.11.*

Sed re penitius inſpectâ, ac probè ponde- 11
rata, negari certè nequit, prægnantes ac urgen-
tes cauſas adfuiſſe, quæ Imp. Carolum V. ad
ſanctionem hanc commoverint. *Primùm* enim
notiſſimum eſt, quòd ſæpiſſimè judices tales
non ſint, quales jure eſſe deberent; Plerique
namq; Judicum criminalium ſunt duriores, ne
dicam crudeliores, qui rigoroſiſſimè ſuper
dorſum pauperum inculpatorum procedunt, &
contra omnes juris terminos, approbatos mo-
res, & uſus conſuetudinarios alios perdunt, a-
lios mactant, alios mancos reddunt, ut graviter
invehitur *Cavalcan.p.1.de Brach.reg.n.5.& 6.* Le-
gum ſanctitatem violant, & humanam ſocieta-
tem evertunt, Carnifices non judices. *l.nemo.C.
de exac.trib.Brun.de tortur.quæſt.2.Par.de Put.in
tract.ſynd.verb.crud.n.5.* Qui ſuſpectum in car-
cerem detruſum ſtatim torturæ ſubjiciunt, nec
prius inquirunt, an crimen perpetratum ſit nec
ne? an veritas criminis aliter haberi poſſit nec
ne? Quibus inconſideratis ſtatim ad cruciatum,
ignem, tormentum, ſupplicium recurrunt, fort
zu Loche vnd Fewer. *Roland.à Vall.vol.3.conſ.12.nu.*
34. *Ventur.de Valent.in parth.Litigioſ.lib.1.c.14.nu.*
33. Ut non immeritò quod olim conqueſti ſunt 12
Ordines Imperij, adhuc ſit deplorandum: Pe-
riculoſiſſimum Reipublicæ vulnus infligi, dum
inſontes in vincula conjiciuntur, quæſtionibus
temerè ſubjiciuntur, & majori etiam audaciâ
pœnis immeritis afficiuntur, ut inquit Imper.
Carolus V. *in præfat.Ord.Crim.*

Contrà plerique etiam judices ſunt ni- 13
mis gratioſi, & licentioſiores, qui non ſingula
ad filum redigunt, aut ſeveritate potius & vi,

quàm manſuetudine & humanitate conficere
ſolent. *Plin. libr.*4.*Epiſt. Iohan. Gerhard. decad.* 6.
*quæſt. Polit.*1. Qui ut Medici ad urendum & ſe-
candum raró accedunt. *Dion. lib.*55. Sicut enim
Medico indecora multa vulnera , ita Principi
ac Magiſtratui multa ſupplicia ignominioſa eſ-
ſe putant. *Sen.*1.*de Clem.*24. Imò clementiores
ſunt ipſa Lege , & neſcio quam æquitatem ce-
rebrinam ſibi fingunt , ut vocat *Petr. Heig. part.*
14 1.*quæſt.*37.*num.*11.*&* 12. Exclamant , æquita-
tem juris rigori in foro poli præferendam eſ-
ſe , *Mart. Benekend. ad l.*1.*mem.*4.*p.*4.*lim.*1.*&* 2.
de Reg. Iur. & quid ſit æquitas neſciunt ; Non e-
nim Capitis , ſed Legis æquitas ſequenda eſt,
aliàs captioſa & ſine jure temeraria dicitur,
*Garz. de expenſ. cap.*1.*nu.*28. *Tiber. Decian. volum.*1.
*Reſponſ.*36.*num.*41. ex qua impunitas delicto-
rum provenit , quæ flagitiorum & litium cri-
minalium eſt illecebra , *Tholoſan. libr.* 10. *de Re-
pub. cap.* 1. *num.*7. propter quam Reges & Res-
publ. interierunt , uti Romanorum & Lace-
dæmoniorum ; *Cicer.*2.*offic. Iohan. Gerhard. deciſ.*
6.*quæſt.*1.*Middendorp. quæſt. polit.* 4. ſic & Ahas
Rex flagitiis atque litibus ſubditorum indul-
gens ab iisdem oppreſſus eſt. 3.*Reg.*20.*verſ.* 42.
Et Philippus XXIII. Rex Macedon. à Pauſania
obtruncatus eſt , quòd ſtuprum ab Attalo
15 commiſſum non vindicaſſet. *Qu. Curt. libr.* 1.
ſupp. Quin & ſæpiſſimè Judices avaritioſi ſunt,
qui ſpe alicujus lucri ac præmij propter miſe-
ricordiam rationem reddere malunt , quàm
propter crudelitatem. *c. allegantem.*20.*quæſt. ult.*
Auct. diſcurſ. Von Juſtitienwerck. *p.*71. De qui-
bus conqueritur *Iohan. Bodin. libr. 6. de Republ.*
*cap.*1.*num.*630. nullos , inquiens , Magiſtratus
tam accuratè ſcelera ulciſci , quin maxima pars
publicam declinet animadverſionem , pœnas-
que corporales in mulctam pecuniariam con-
vertat , ac leges ita perrumpat , ut Beſtiæ majo-
res araneorum telas ſubtiles , quibus exiles mu-
ſcas irretiri videmus , liberè pervadunt ſecun-
dum illud:

16 *Dat veniam Corvis , vexat cenſura columbas,*
Den Reichen am Gelde/ den Armen im Felde.
*Vent. de Valent. in parth. litigioſ. lib.*1.*cap.*14.*num.*1.
Hodieque eò deventum eſt , ut ejusmodi mul-
ctarum compendia cenſeantur optimi fructus
Jurisdictionis, Gerichtsgefäll. *Adam. Keller. libr.*
2.*de offic. jur. Polit. cap.*13. Litiumque crimina-
lium impenſæ pallìantur , quaſi ſint præfecto-
rum accidentalia , quia Magiſtratus cenſum
recipit Schoß vnd Stewer / & protectionem
promittit. Unde fit, quòd hoc ſeculo malitio-
ſo Criminaliſtæ in mulctis indicendis læten-
tur , ac impiè dicant : **Es habe dieſes Jahr
über die Brüche oder Geldbuſſen / Gott ſey Lob/
ein ehrliches getragen** : quaſi Deus gaudeat
& applaudat ejusmodi delictis , quorum caput
diabolus eſt. *Auct. diſc.* von Juſtitienwerck. *pag.*
68. *Ventur. de Valent. in parth. litig. dict. lib.*1.*cap.*14.
*num.*2.

17 Horum itaque Judicum ac Magiſtratuum
crudelium , gratioſorum atque avaritioſorum
conatus malitioſi quò avertantur , prudentiſ-
ſimè ſancitum ab Imp. Carolo V. ut Acta in-
quiſitionalia ad Collegia JCtorum & Dicaſte-
ria transmittantur , eorumque judicia deſuper
requirantur , facultate liberâ judicandi Ma-
giſtratibus inferioribus in cauſis criminalibus
prorſus ademptâ.

Secundò: Neminem quoque latet , quòd 18
hodiè in oppidulis communiter Merum Impe-
rium exerceant Plebeij & Mechanici : In pagis
Scribæ, Præfecti & ejusmodi ſimiles, qui volunt
apparere Fiſcales & Criminaliſtæ , *Proſper. Farin.*
*de indic. & tortur. lib.*1.*tit.*5.*quæſt.*36.*num.*30. ſed
interim tàm Legum quàm rerum criminalium
ignari , ſæpè denunciationi cujusdam Nebulo-
nis aut Veneficæ fidentes , imò extorquentes
tàm fœminas, quàm maſculos, etiam innocen-
tes in ſqualidiſſimos carceres detrudunt, ubi tam
diu cruciantur , torquentur ac detinentur , ut
malint ea fateri , quæ nunquam fecerint , imò
mortem ſibi conſciſcere, quàm fœtorem carce-
rum ſubterraneorum proferre. *Auct. diſcurſ.* von
Juſtitienwerck *pag.*57.*Rutg. Ruland. part.*2.*de com-
miſſ. lib.*4.*cap.*1.*num.*1. Quin & non raró idem 19
accidit in judiciis majorum oppidorum , ubi
noſtro ſeculo ſæpiùs juri regundo & litibus
terminandis tyrones, terræ filij. Germ. Pfeffer-
ſäcke / & novi homines , quàm periti & rerum
prudentes præficiuntur, nòn ſine gravi Rei-
public. damno , uti conqueritur *Antimach.*3.
comm. theor. 35. Quibus ſi libera in crimina-
libus cauſis judicandi facultas conceſſa eſſet,
quin ſæpiùs innocentes damnarentur , ac vi-
ce versâ nocentes impuniti dimitterentur,
ipſaque rei veritas inverteretur , vix dubitare
licet.

Tertiò: Accedit & hoc , quòd licet haud 20
raró Judicis munere viri probi , pii , prudentes
& docti fungantur , periculoſiſſimum tamen
eſſet , unius judicio cauſas criminales ceu maxi-
mi momenti decidendas committere; Non e-
nim de tritico aut oleo legato , ſed de hominum
fortunâ, exiſtimatione & capite hîc agitur, qui-
bus rebus nihil eſt orbe terrarum præſtantius.
Nov. 8. *Hippol. de Marſil. in pract. criminal.* §. *decu-
rionem. num.*3. Adeoque proceſſus litium cri-
minalium magnopere attendendus eſt, nec levi,
ut ajunt , brachio tractandus , ſed ad Dicaſteria
& Collegia JCtorum transmittendus , qui re-
rum circumſtantias, perſonarum qualitates, at-
que locorum conſuetudines & factorum quo-
rumlibet ſingulas qualitates probè & exactè
conſiderant , *arg. l.*1.*ff. de Cuſtod. Reor. l. ſi gravius.*
16.*C. de dignit. Iul. Clar. lib.*5.*ſentent.* § *ultim. quæ-
ſtion.* 28. *num.* 3. *Ventur. de Valent. in parth. litigioſ.*
*lib.*1.*cap.*14.*num.*19. Nam ubi majus cauſarum 21
periculum eſt, ibi & cautiùs agendum. *c. ubi peri-
culum. de elect. in 6to. Molin. in l.*1.§. *ſi quis. num.*30.
de V.O. Et rectiſſimè dicit *Henric. Bocer. in tract.*
de furt. cap. 1. *num.*41. quòd unus aliquis JCtus,
licet excellentiſſimus & ſagaciſſimus fuerit,
non facilè in cauſa criminali ſolus conſulere,
& pœnam criminis præcisè definire debeat.
Sicuti & *Ang. conſil.* 199. *num.* 1. *Paulus Ca-* 22
ſtrenſ. conſil. 203. *num.* 3. *in fin. & Ludovicus*

Bolog.

Bologninus conſ. 8. *in pr.* conſulti de pœna criminis, non auſi fuerunt præcisè eam definire; quorum exemplum etiam imitatus eſt *Erneſtus Cothman. volum.* 1. *Reſponſ.* 15. *nu.* 231. *& ſeqq.* Hæc enim res non unius, ſed plurium animorum motus ac ſuffragia requirit, *arg. l. non diſtinguemus.* 32. §. *cum in plures.* 13. *ff. de recept. qui arbitr. recept. Cothman. dict. Reſponſ.* 15. *nu.* 233. *vol.* 1.

23 Ex quibus luculenter, opinor, pateſcit, haud absque rationibus prægnantibus Imper. Carolum V. cauſas criminales ad Dicaſteria & Collegia JCtorum transmitti, ab iisque decidi juſſiſſe: quare & haud immeritò ſanctio hæc ſtrictiſſimè obſervanda, nec quicquam arbitrij proprij in definiendis pœnis & judicandis cauſis criminalibus, Magiſtratibus ac judicibus 24 inferioribus relinquendum eſt. Quod certè in foro Saxonico & ditionibus Electoratus tantò minus dubium habet, quantò clarior & apertior hâc de re extat Conſtitutio Illuſtriſſ. Electoris D. Auguſti, feliciſſimæ memoriæ, in Reſcripto ad Præfectos, Quæſtores, reliquosque Judices emiſſo, & Dn. Scabinis Lipſienſibus *Menſ. Ian. Anno* 1579. inſinuato, ubi inter alia hæc verba habentur. Daß man erſtlichen die Verbrechung Articulsweiſe faſſe / dieſelbe dem Gefangenen / in beyſeyn der GerichtsPerſohnen fürhalte / jhn darüber höre / ſeine Auſſage darauff mit Fleiß verzeichne / vnd was er daran verneinet / darüber die Zeugen / vff vorgehende wirckliche Leiſtung deß gewöhnlichen ZeugenEydes / verhören laſſe / deroſelben Auſſage in eine ordentliche regiſtratur bringe / vnnd die in den Schöppenſtuhl darüber zu erkennen ſchicke / vnd was alſo der Straff halben / oder ſonſten hierüber erkant / daſſelbe gebührlich vollſtrecke: Et paulò pôſt: Darumb / wenn ſichs befindet / daß eine Ampts oder GerichtsPerſon dieſen proceſs alſo gehalten / vnd darüber weiter nichts fürgenommen / denn was die hierinn erholete Vrtheil mit ſich gebracht / So haben wir ferner die Verordnung gethan / daß alſo dann die Gerichts vnd AmptsPerſohnen ſolches proceſſus halben nicht vortheilet werden ſollen / *&c.* Idemque repetitum fuit in *Ordin. Polit. de Anno* 1612. *ſub tit.* Von JuſtitienSachen. *num.* 5. In verb. Vnd ſo denn ferner rechtlich Erkäntnuß erwartet werde / *&c.* Et *in fin. dict.* §. So wol auch folgends ſich in den Schöppenſtühlen deß Rechten zu belernen ſchuldig ſeyn / *&c.*

25 Quæ verba Judicibus ac Magiſtratibus, Imperium etiam merum habentibus, arbitrium cauſas criminales decidendi adimunt, eosque acta inquiſitionalia Scabinis Lipſienſibus transmittere, ac eorum conſilium & ſententiam deſuper implorare, illamque ſtrictiſſimè 26 exequi jubent; Etenim ſoli Scabinatui Electorali Lipſienſi poteſtas cauſas criminales in terris Elect. Saxon. decidendi conceſſa eſt: Quod & verba innuunt Illuſtriſſimi Elect. D. Auguſti in dicto Reſcripto: In den Schöppenſtuhl / *&c.* Et clara hâc de re extat Ordinatio D. Auguſti Elect. in fundatione Scabinatus Lipſenſis, *hiſce verbis:* Vnd damit ſonderlich in peinlichen Sachen keine widerwertige Vrtheil in vnſern Landen geſprochen werden / man auch deſſen eine rechte Gewißheit habe / als wollen wir hiermit dieſen vnſern Schöppenſtuhl Macht vnd Gewalt geben in peinlichen Sachen allein Vrtheil zu fellen vnd zu erkennen / inmaſſen denn wir ſolches an allen andern Orthen abgeſchaffet / *&c.* Quæ ordinatio poſtmodum à ſubſequentibus Dnn. Electoribus ſæpius ac nuperrimè Anno 1622. peculiari quodam reſcripto Electorali renovata & confirmata fuit.

27 Obſervandum tamen eſt, prædictam ſanctionem Carolinam atque Reſcriptum Elect. Saxon. de cauſis tantummodò criminalibus loqui, quales ſunt in foro Saxonico, quæ ad pœnam mortis aut corporis afflictivam tendunt, ſecundum *artic.* 53. *&* 68. *lib.* 1. *& artic.* 32 *in fin. lib.* 3. Landrecht. *Gloſſ.* Weichbild *art.* 17. *poſt prin. Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 22. *num.* 2. *& ſeqq. Ludov. Fachſ. diff.* 13. *Dan. Moller. lib.* 2. *Semeſtr. cap.* 1. *num.* 1. 28 Unde ſequitur, ſi proceſſus ventiletur ſuper crimine leviori, cujus pœna corporis afflictiva eſſe nequit, judicibus ac Magiſtratibus, ſi rerum notitiam & experientiam habeant, quàm omninò habere præſumuntur, pœnam arbitrariam, carceris aut mulctam pecuniariam, irrequiſito etiã Collegio JCtorum inquiſitis indicere licere; Quamvis tutius agant, leviora etiam crimina judicio Sapientum ſubmittentes, prout communiter uſu obſervari ſolet.

29 Cæterùm circa transmiſſionem Actorum inquiſitionalium, judices pariter transmittentes, & JCti, quibus transmittuntur Acta, officij ſui ſunt admonendi; Illi ne moram trahant cum diſpendio & jacturâ incarcerati, ſed celeriter inquirant, proceſſum abſolvant, & Acta transmittant, ne captivi longiore carcere divexentur, aut etiam juſtæ condemnationi eximantur, quod nihil aliud eſt, quàm peccandi impunitatem in medium proponere, de quo conqueſtus eſt Imper. Carolus V. *in præfat. Ordin. Crim.* In verb. Vnd entweder die Vnſchuldigen gepeiniget vnnd getödtet / oder aber die Schuldigen durch vnordentliche gefährliche vnd verlängerliche Handelung / den peinlichen Klägern vnnd gemeinen Nutz zu groſſen Nachtheil gefriſtet / weggeſchoben / vnd erledigt werden / *&c.* Sicuti enim ſuadet bonum publicum, delicta non manere impunita; ita quoque intereſt Reip. non longiore proceſſu & carcere divexari eum, qui crimen, ſive verè, ſive falsò dicitur admiſiſſe. *Anton. Fab. lib.* 9. *C. tit.* 22. *Bonif. de Vitalin. tit. de carcer. nu.* 2. 30 Et rectiſſimè dicit *Senec. lib.* 2. *de Benef. cap.* 5. *Acerbiſſima crudelitas eſt, quæ trahit pœnam, & miſericordiæ genus eſt citò occidere: Quia tormentum ultimum finem ſui affert ſecum; Quod antecedit tempus, maxima venturi ſupplicij pars eſt, &c.* 31 Cujus dicti meritò recordentur, qui miſeros captivos mortem etiam promeritos, per aliquot menſes, imò annos in cuſtodia diuturna & carceribus tenebricoſis detinent, macerant, excruciant. Morsque minus pœnæ, quàm mora mortis habet, inquit *Ovid.* A qua Judex quilibet pius ac prudens juſtitiæque amans abſtinere debet. *Hering. de fidejuſſ. cap.* 1. *num.* 51. *Proſper. Farin. in prax.*

crim.lib.1.tit.4.quæſt.27.nu.98.Ventur.de Valent.in partib.litig.lib.2.c.12.n.19.

32 Jureconſultos verò Imper. Carolus V. in
*præfat.Ordin.Crimin.& artic.92.num.*150. ac paſ-
ſim ſui officij admonet , quò ſcilicet ſummo
ſtudio & accuratâ diſcretione veritatem deli-
ctorum indagent, crimina cognoſcant, ſingu-
las qualitates & circumſtantias quàm diligen-
tiſſimè penſent ac perpendant, Ordinationem
Imp. Criminalem ſibi ob oculos religioſè ver-
ſandam proponant , ſepoſito ſuperſtitioſo ri-
gore, cerebrinâ æquitate, & intempeſtivâ erga
projectæ ac deploratæ malitiæ homines cle-
mentiâ, quæ effæminatæ potius levitatis, quàm
moderatæ lenitatis nomen meretur (niſi ſe tur-
piſſimo polluere perjurio , cujus certiſſimus
vindex JEHOVA eſt, animæ ſalutem in pericu-
lum vocare , & caput ſuum diris omnibus ob-
jicere velint) ex legibus, æquo & juſto remo-
tis affectibus , quantum ex certâ allatorum
probatorum ſcientiâ ſibi conſtabit, ſtatuant &
decernant.

33 Inprimis verò inquiſitorum confeſſio
probè penſanda & examinanda eſt, de qua ſi li-
quidò conſtet , condemnari eos poſſe dubium
non eſt; Sicuti & vice verſâ Reos innocentiam
ſuam docentes abſolvendos eſſe,non ambigen-
dum. At, illud quærere, hîc lubet: *quomodo
nempè ſit procedendum , & quidnam à ICtis pro-
nunciandum , ſi teſtes producti ac probatio facta
fuerit?* Quod certè non expeditum eſſe vi-
detur.

34 Pro dubij hujus reſolutione puto diſtin-
guendum eſſe: Num crimen , quod inquiſi-
tus diffitetur, plenè probatum fuerit , nec ne.
PRIORI CASU vulgò tradunt *Dd.* teſtibus con-
35 victum non minùs condemnari poſſe , ac ſi
confeſſus eſſet , *per l. qui ſententiam. ubi Dd. C. de
pœnis l. ult. C. de cuſtod. Reor. cap.1. & c. Primates.2.
quæſt. 1. cap. At ſi Clerici. ubi Dd. de judic. Gandin.
in tit. de præſumpt. & indic. indub. num.2. verſ. Et pri-
mò videtur. Proſper. Farin. de teſtib. lib.2. tit.6. quæ-
ſtion. 63. num. 134. Ioſeph. Ludov. part. 1. deciſ. Lu-
cenſ. 13. num. 60. Foller. in pract. crim. §. ſecunda
quæſtio. num.1. Anton. Gomez. tom.3. variar. reſolut.
tit. de probat. delict. n.3. Brun. à Sol. in ſuo Conſil. Cri-
min. nu.* 202.

Q.2. Num Reus de crimine convictus morte puniri queat, licet hoc confeſſus non fuerit?

36 Aliud tamen uſu obſervari tradit, *Iohan. Bo-
din. lib.4. Mag. Dæmonol. c.2. fol.* 571. peſſimum,
inquiens, eſſe morem illum Germaniæ, Reum
niſi confeſſum non mulctari morte , ut mille
teſtibus etiam convictus fuerit , ſed torturæ
ſubjici , ut membris captus langueat toto vitæ
ſpatio. Quod & probare videtur Sanctio Ca-
rolina , quæ Reum in manifeſto delicto depre-
37 henſum & compreſſum , ſi perfrictâ fronte fa-
cinus inficiari audeat, vi tormentorum ad con-
feſſionem adigere jubet, in *art.16. Ord. Crim.* In
verb. **Jn ſolchen vnnd dergleichen öffentlichen
vnzweifentlichen Vbelthaten / vnd ſo der Thäter
die offen / vnzweifentlichen Vbelthaten frevent-
lichen widerſprechen wolt / ſo ſoll jhn der Richter
mit peinlicher ernſtlicher Frage zu Bekäntnuß
der Warheit halten/***&c.*

38 Sed tanta *Bodini* autoritas non eſt, ut con-
tra veritatem ipſi adſtipulari neceſſe habea-
mus , ut maximè ipſius dictum haud obſcurè
probet *Dan. Moller. libr.4. Semeſt. cap.33. num.33.*
vir aliàs experientiſſimus magnæque eruditio-
nis , reprehenſus propterea à *Rauchbar. part.2.
quæſtion.8. num.12. & 13.* Neque idipſum ex al- 39
legato articulo 16. *Ordin. Crim.* probari poteſt,
utpote quæ non agit de confeſſis vel convi-
ctis, ſed ſolummodò de deprehenſis in crimi-
ne, qui pro plenè convictis non habentur, *l. ea
quidem.7. l. ſinguli,14. C. de accuſat. c. evidentia.9.
extr. eod. tit. Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt.8. num.2.*
Quamvis enim Reus in manifeſto crimine de-
prehendatur, quod notorium crimen dici poſ-
ſet , ſi tamen id à Reo præfractè negetur, eo
caſu non ad condemnationem , ſed ad tortu-
ram procedendum eſt; Multa enim notoria di-
cuntur, quæ non ſunt. *c. conſuluit.14. de Appellat.
Matth. Stephan. in not. ad artic.9. & artic.16. Or-
din. Crim. Carolin. Andr. Rauchbar. dict. quæſtion.8.
num.13.14.*

At quando agitur de crimine ſufficienter 40
ſatisque probato , ſine tormentis Reus conde-
mnari poteſt ; ſufficit namque alterutrum in-
quiſitum ſcilicet vel confeſſum , vel convictum
eſſe. *l. qui ſententiam.16. C. de pœn. l. ult. C. de pro-
bat. l. ſi quis.34. C. ad Leg. Iul. de adult. l.2. C. de cu-
ſtod. & exhib. Reor. l. ſervos. 8. C. ad Leg. Iul. de vi
publ. Ioh. Zang. in tract. de quæſt. & tort. Reor. cap.5.
& ult. per tot. Ioſeph. Maſcard. de probat. volum.1.
concl.* 344. 348. 349. 351. 353. 354. 355. **Rotſchitz**
*in proceſſ. part.2. artic.11. ſect.7. & 8. Anton. Gomez.
tom.3. variar. reſolut.11. num.4. & 9. & cap.13. nu.8.*
Quod cùm nullibi correctum reperiatur , uti- 41
que & meritò in practicâ etiamnum obſervan-
dum eſt: quicquid etiam in contrarium falsò
aſſerat *Ioh. Bodin.*

Quin & diſertis verbis conſtitutum in 42
Sanctione Carolinâ , ut Reus de crimine con-
victus condemnari, nec torturæ ſubjici debeat,
in *artic.69.* **So der Beklagte nach gnugſamer
Beweiſung noch nicht bekennen wolte/ ſoll jhme
angezeiget werden / daß die Miſſethat bewieſen
ſey / ob man dadurch ſein Bekentnuß deſto ehe
auch erlangen köňte; Ob er dennoch darüber
nachmals nicht bekennen wolte / daß er doch als
obſtehet / gnugſam bewieſen wäre / ſo ſoll er nicht
deſto weniger der beweiſeten Miſſethat nach oh-
ne einige peinliche Frage verurtheilet werden.**
Idemque etiam exprimitur in *art.67. dict. Ordin.
Crim.* Ibi: **So eine Miſſethat zum wenigſten mit** 43
**zweyen oder dreyen glaubhafftigen guten Zeu-
gen / die von einem wahren Wiſſen ſagen / bewie-
ſen würde / darauff ſoll nach Geſtalt der Verhan-
delung mit peinlichen Rechten vollnfahren vnd
geurtheilet werden.** It. *in art.22. verb. final.* **Soll** 44
**jemand zu peinlicher Straffe verurtheilet wer-
den / das muß auß eigen bekennen oder beweiſun-
ge geſchehen/** *&c.* Cum quo convenit etiam *art.
9. Ordin. Crimin. ubi Matth. Steph. in not.* Ex qui-
bus luculenter patet , convictum de crimi-
ne, etiamſi confeſſus non ſit, condemnan-
dum , pœnamque ei promeritam irrogan-
dam eſſe.

Quemadmodum etiam practica fori Saxonici 45 *hoc docet, Dnn. Scabinis ita pronunciantibus:* Ob gleich *N. VV.* der Entleibung nicht geſtändig ſeyn will/*&c.* Dieweil er aber dennoch ſolcher durch die abgehörte Zeugen gnugſam überwieſen / ſo wird er von wegen der an *N. N.* begangenen vnd überwieſenen Entleibung hinwiderumb mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode billich geſtrafft / V. R. W. *Ad requiſitionem Prætoris Grimmenſis, Menſ. Decemb. Anno 1596.*

46 *It:* Ob wol der gefangene *M. R.* nicht geſtändig/ daß er *H. S.* den Stich/davon er geſtorben/zugefüget/dieweil er aber dennoch deſſen / wie zu recht gnugſam überwieſen/ſo wird er von wegen ſolcher an gedachtem *H. S.* begangenen Entleibung hinwiderumb mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode billich geſtrafft/ V. R. W. *Quæſtori Dippoldisvvaldenſi, Menſ. Sept. Anno 1602.*

47 *It:* Ob wol der gefangene *M. VV.* der jhme zugemeſſenen Entleibung nicht geſtändig ſeyn will / dieweil aber dennoch fünff Perſonen/ſo damals dabey geweſen/vermittels Eydes außgeſaget / daß ſie geſehen/ daß *Inquiſit* dem entleibten Schaffknecht benimbten Stich mit ſeinem Brodtmeſſer zugefüget/ *&c.* So mag *Inquiſit* von wegen ſolcher an dem Schaffknecht begangenen Entleibung/dero er gnugſamb überwieſen/hinwiderumb mit dem Schwert vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W. *Quæſtori in* Hartenſtein. *Menſ. Mart. Anno 1604.*

48 *Pariter fuit pronunciatum in caſu ſimili ad Conſultationem judicis oppidani VVeiſſenfelſenſis. Menſ. April. Anno 1587.*

Capitanei in Bareuth. *Menſe Octobr. Anno* 1594.

Quæſtoris Ilenburgenſis. Menſe April. Anno 1601.

Quæſtoris Sceudicenſis. Menſe Ianuar. Anno 1603.

49 Posteriori verò casu, quando crimen plenè probatum non eſt, ad condemnationem Rei, & impoſitionem pœnæ mortis haudquaquam deveniri poteſt, ut maximè plures imperfectæ probationes conjungantur. *Ægid. Boſſ. in tit. de convict. nu. 22. & 23. Ioan. Vincent. Honded. vol. 2. conſ. 98. nu. 13. Bertaz. lib. 2. conſ. crim. 251. nu.* 50 *56. & ſeqq. Ceph. lib. 2. conſ. 204. nu. 24.* Neq; enim plures imperfectæ probationes plenam probationem faciunt. *Gloſſ. in c. veniens. in verb. Illorſum, de teſtib. Dd. in l. admonendi. ff. de jurejur. Anton. Gabriel. in tit. de probat. concluſ. 1. num. 23. Tiber. Decian. lib. 3. conſ. 88. nu. 5. Honded. dict. conſ. 98. n. 12.* Quod tamen non ita accipi debet, ut Reus crimen negans, aliquali tamen probatione indiciis & præſumptionibus gravatus prorſus ſit abſolvendus, ſed vel extraordinariè coërceri, vel torturæ ſubjici, vel juramento ſe purgare debet. Quare pro ulteriori intellectu tres Regulæ notandæ veniunt.

Q. 3. An & quando Reus ex præſumptionib. condemnari queat?

51 Prima eſt: Reus de crimine leviori inculpatus, & præſumptionibus violentis ac ſemiplena probatione gravatus, licet delictum neget, pro arbitrio tamen judicis puniri poteſt.

52 Etenim abſurdum haudquaquam eſt, ut Reus ex præſumptionibus puniatur, licet confeſſus aut convictus non ſit, ut probat *Ioh. Vinc. Hond. vol. 2. conſ. 98. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 92. & quæſt. 97. Hippol. de Marſil. in l. 1. §. 3. nu. 24. & ſeqq. ff. ad Leg. Cornel. de Sicar. & in l. 1. C. eod. tit. num 49. & ſeqq. Petr. Theodor. in colleg. crim. diſput. 7. theſ. 1. lit. G. in fin. Burſat. lib. 1. conſ. 53. num. 27. Ioſeph. Maſcard. de probat. volum. 3. concl. 1223. nu. 30. & ſeqq.*

Quam tamen Regulam non abſolutè, ſed cum grano ſalis accipi velim: Nempè 1. ut locum habeat tantummodò in criminibus ſeu delictis levioribus, quorum pœna eſt arbitraria, Carceris, Relegationis, aut mulcta pecuniaria. 53 Etenim ſi quis in gravioribus & atrocioribus delictis inquiſitum ex præſumptionibus condemnare vellet, is abſque dubio à via juris multum aberraret, ſed alia extant media, quibus veritas erui poteſt, qualia ſunt tortura, & juramentum purgationis, *juxta art. 22. Ordin. Crim.* Es iſt auch zu mercken / daß niemand auff einigerley Anzeigung / Argwohns / Warzeichen / oder Verdacht zu peinlicher Straff ſoll verurtheilt werden/ſondern allein peinlich mag man darauff fragen/ *&c. Et in fin.* Soll jemand zu peinlicher Straff verurtheilet werden / das muß auß eigen Bekennen oder Beweiſung geſchehen / vnd nicht auff Vermuthung oder Anzeigen. *ubi Matth. Stephan. & Hippol. de Marſil. in rubr. C. de probat. nu. 236. & ſeqq. Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 20. nu. 6. ubi multos allegat Dd.* 54

Veluti pronunciarunt Domini ad conſultationem Prætoris Dresdenſis: Dieweil aber dennoch in dergleichen peinlichen Fällen / ehe vnd zuvor man zu der Todesſtraff gelanget/ein deutliches vnd klares Bekäntnuß vorhanden ſeyn muß / vnd inhalts der Rechte/ auch Keyſer Carls deß *V.* vnd deß H. Röm. Reichs peinlichen Halßgerichts-Ordnung / einige *præſumption* vnd Vermuthung/ wie die auch beſchaffen ſeyn mag/zu Erkeñung der ordentlichen Todesſtraff nicht gnugſam/*&c. Menſ. Iul. Anno 1630.*

Quamvis non negem, Reum in atrocioribus Criminibus, ſi poſt ſecundam vel tertiam torturam peractam nova occurrant indicia, relegatione puniri poſſe, juxta *Conſtit. Elect. 9. inter conſt. publice non editas.* Quo tamen caſu haudquaquam pœna corporis afflictiva, multò minus verò mortis pœna eſt infligenda, juxta tradita *Honded. volu. 2. conſ. 98. num. 5. Foller. in pract. crim. in verb. Dentur capitula. num. 24. Ægid. Boſſ. in tit. de convict. num. 46. Ioſeph. Maſcard. de probat. vol. 3. concluſ. 1221. num. 47. & ſeqq. Iul. Clar. dict. quæſt. 20. nu. 6.* 55

2. Ad condemnationem ex præſumptionibus & indiciis requiritur, ut ea ſint violenta, urgentia ac certa, in tantum ut vix negari poſſit crimen. *Bald. in l. quicunq; num. 28. C. de ſerv. fugit. Paris de Puteo de Syndic. in tract. torturæ verb. Tortura. num. 9.* qui dicunt, ex ſolis indiciis, etiam in delictis occultis, procedi ad condemnationem quando ſunt ita certa, ut vix negari poſſint. Et quòd ſolum ex ejuſmodi indiciis & præſumptionibus certis poſſit procedi ad condemnationem, probant etiam *Boſſ. d. tit. de convict. nu. 23. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 94. Maſcard. de probat. volum. 3. concluſ. 1221. num. 53. & ſeq. Honded. dict. conſ. 98. nu. 7.* 56

3. Etſi Reus ex indiciis & præſumptionibus certis & violentis condemnari queat, ſemper tamen hoc caſu mitius puniri debet, quàm ſi legitimè & plenè convictus aut confeſſus eſſet, 57

prout tradunt *Honded.conſ.98. Hippol.de Marſil.*
in l.1.C.ad Leg.Corn.de ſicar.num.49.& ſeq. & latè
Iacob.Menoch.dict.quæſt.94. Quod & in praxi ſic
obſervari, ſæpiùs notavi.

58 *Secunda Regula eſt:* Quotieſcunque
contra Reum alicujus criminis, præ-
ſumptiones & indicia veriſimilia mili-
tant, ad eruendam veritatem & confeſ-
ſionem Juramentum purgationis ipſi
poteſt imponi.

59 Hoc juramentum in odium hominum
maleficorum adinventum fuit, ne illi, contra
quos diffamationes quædam, ſuſpiciones, & in-
dicia, ad condemnationem tamen inſufficien-
tia militant, prorſus abſolvantur, ſed ſeſe, con-
ſcientiamque ſuam per juramentum purgare
teneantur. *l. conſuluiſti. 2. quæſtion. 4. cap. ex tua-*
rum. 8. cap. ult. ext. de purgat. canon. cap. ſignifican
tibus. 2. extra. de purgat. vulgar. Ioachim. à Beuſt. ad
rubr. ff. de jurejur. num. 195. & num. 201. & ad l. ad-
monendi. 31. ff. eod. tit. num. 148. Petr. Heig. part. 1.
quæſt. 40. num. 31. & ſeqq. Iacob. Menoch. de arbitr.
60 *judic. quæſt. lib. 2. cent. 5. caſ. 464. num. 10.* Quod-
que in cauſis criminalibus Reo juramentum
Purgationis imponi queat, minus dubium eſt,
ob clara verba *Conſtit. Elector. 22. part. 1. in pr.* Ibi:
Ob wol das Juramentum Purgationis fürnem-
lich in peinlichen vnd Ehe Sachen auß richterli-
chem Ampt / da es gleich nicht gebeten / dem Be-
klagten / wo ein redliche Verdacht wider jhn auß-
geführet / kan aufferlegt werden / *&c. ubi Dan.*
Moller. in pr.

61 Non tamen ſemper ac indifferenter huic
juramento locus eſt, aliàs certè in criminalibus
nunquam ad torturam deveniri poſſet; ſed ar-
bitrio JCtorum relinquendum eſt, quando
hoc remedium extorquendæ confeſſionis tutò
adhiberi exiſtiment; Utpote in criminibus
iis, quorum pœna corporis afflictiva non eſt, i-
ta ut nec torturæ locus ſit; Aut ſi in atrociori-
bus etiam criminibus indicia ad torturam ſuf-
ficientia non adſint, tum certè Reus conſcien-
tiam ſuam per juramentum purgare debet, ut
rectiſſimè tradit *Petr. Heig. part. 1. quæſtion. 40.*
62 *num. 32.* modò tamen contra eum non ſit ſu-
ſpicio perjurij, indiciaque & præſumptiones
veriſimiles præcedant; Cæteroquin ſi nullæ
conjecturæ & indicia, aut non veriſimilia con-
tra Reum pugnent, potius is abſolvendus,
quàm juramento gravandus eſt, uti patet ex
verbis *dict. Conſtit. Elect. 22. p. 1.* **Wo eine redli-**
che Verdacht wider jhn außgeführet. *c. ult. §.*
ult. c. ex tuarum. 8. in med. extr. de purgat. canon. l.
præſenti ult. §. ſed ſi hoc facere. 4. verſ. ſicubi depoſi-
tæ. C. de his qui ad Eccleſ. confug. Auth. novo jure. C.
de pœn. judic. qui mal. judic. l. 26. §. ult. in fin. C. de
Vſur. l. ult. § licentia 10. C. de jur. deliber. l. ult. §.
ult. ſub fin. C. de bon. auth. jud. poßid. Ioach. Beuſt. ad
rubr. ff. de jurejur. num. 203. Iohan. Schneidvvin.
ad §. item ſi quis poſtulante. 11. num. 31. & 32. Inſtit.
de action. Petr. Heig. part. 1. quæſtion. 40. num. 34.
& ſeqq. Andr. Gail. libr. 2. de pac. publ. cap. 7. num. 1.
& 11. Modeſt. Piſtor. volum. 1. conſil. 34. quæſtion. 6.
num. 34.

Et ſecundum hanc regulam in Elect. Sax. Scabi- 63
natu quotidiè pronunciari ſolet. Veluti ita reſpon-
ſum ad conſultationem Quæſtoris in Radeberg.
Menſe Decembr. Anno 1599.

Iohan. Amandi Kühnens / *in* Hall. *Menſe Auguſt.*
Anno 1601.

Prætoris & Scabinorum Lipſenſium, Menſe Febr.
Anno 1601.

Quæritur hic: I. *Num Reus, cui Purgatio-* 64
nis juramentum eſt injunctum, illius evitandi cau-
ſa ad innocentiæ probationem debeat admitti?
Quod negare videtur *Daniel. Moller. ad Conſtit.*
Elect. 23. & 24. part. 1. ubi tradit, in Supremo
Electorali appellationum judicio ita fuiſſe de-
ciſum: Idemque ſcripſit *VVeſembec. in annota-*
tionibus manuſcriptis ad Conſtit. Elector. 14. dict.
part. 1. contra juramentum nempè purga-
tionis & credulitatis probationem non ad-
mitti.

Q. 4. An Reus, cui Purgationis juramentũ fuit injunctum, illius evitandi causâ ad innocentiæ probationem admitti debeat?

Sed contrarium latè propugnat *Andr.* 65
Rauchbar. part. 2. quæſtion. 3. num. 11. & ſeqq. ubi
dicit, contra prædictam ſententiam à *Moller.*
allegatam, in eodem Appellationis judicio 15.
Iunij, Anno 1582. Civem quendam Weiſſenfel-
dicum, cui per ſententiam impoſitum fuerat,
ut de objecto adulterij crimine juramento ſe
purgaret, ad innocentiæ probationem admiſ-
ſum fuiſſe. Quæ ſententia quoque veriſſima 66
eſt, non modo in ordinario, ſed & inquiſitorio
proceſſu. Etſi verò *Rauchbar. dict. loco.* eam re-
ſtringat ad certum aliquem caſum, quando ſci-
licet Reus antea reprobatoriâ vel defenſoriâ
probatione uſus non eſt. *dict. quæſtion. 3. num.*
12. & 13. Haud immerito tamen de hâc reſtri-
ctione dubito, idemque aſſerendum puto, et-
iamſi inquiſitus probatione defenſionis jam
antea uſus fuerit. Neque enim *Rauchbar.* con- 67
cedendum eſt, in proceſſu inquiſitorio Reum,
qui ſemel ad probationem admiſſus fuit, ab ul-
teriori probatione excludi, *arg. Nov. 90. cap. 4.*
Auth. At qui ſemel. C. de probat. cap. exteriore. 35. ca-
put. fraternitatis. 37. cap. veniens. 38. cap. conſtitu-
tus. 46. extr. de teſtib. Hippol. de Marſil. ſingul. 66.
Andr. Gail. lib. 1. obſervat. 105. Mynſinger. cent. 1.
obſervat. 41. & cent. 6. obſerv. 59. Contrarium ſi-
quidem, & quòd inquiſitus ex novâ aliquâ cau-
ſa defenſionem ſuam denuò probare volens,
ſecundâ, & quandoque etiam tertiâ vice ad-
mitti debeat, probavi *quæſtione præced. num. 35. &*
ſeqq. Mirum itaque non eſt, ſi & eo caſu, quo
juramentum purgationis ipſi fuit impoſitum,
inquiſitus ad probationem innocentiæ admit-
tatur, etiamſi jam antea probatione uſus fue-
rit, modò tamen probabile aliquod funda-
mentum, ac novam cauſam alleget, quâ de-
fenſionem ſuam probare intendat; Idque tan-
tò magis, quòd in probanda innocentia Rei
multa admittantur, quæ aliàs jure non permit-
terentur. *Daniel. Moller. ad Conſtit. Elect. 23.*
num. 13. part. 4. Hippol. de Marſil. in libr. 1. § ſi
quis ultro, in pr. & num. 98. & ſeqq. ff. de quæſt.
& in pract. criminal. §. opportunè num. 7. &
ſeqq.

Ac quo minus hac de re dubium ſit in fo- 68
ro Saxon. benè perpendenda eſt *Conſt. Elect. 14.*

*part.*1. ubi dicitur, Reum, cui juramentum eſt delatum, tum demum jurare debere, ſi juramentum evitare, & probationibus pro ſuâ defenſione uti non poſſit: Quæ Conſtitutio, quia generalis eſt, generaliter quoque intelligi debet. *l. de precio.* 8. *ff. de public. in rem. act. l. Præſes.*3. *in fin. ff. de offic. Præſid. l. ut nullo.*20. *C. de Vſur. l. omne verbum.*2. *in fin. C. comm. de legat.* Unde ſequitur, inquiſitum, cui juramentum purgationis impoſitum eſt, ſi probationibus pro ſuâ defenſione uti velit, admittendum eſſe, ipſumque jurare non teneri. 69 Quod & haud obſcurè probare videtur *Ordin. Camer. Imper. part.*2. *cap.*10. §. Würde ſich aber *verſ.* Es wäre denn/ daß der Verklagte/ ſeine Vnſchuld darzuthun gefaſt wäre/ *&c.* ubi in fractæ pacis crimine is, cui per ſententiam juratoria purgatio imponitur, ſi juramentum recuſet, & propterea proſcribatur, deinceps de innocentia ſua probare volens, admittitur. *Mynſing. cent.*2. *obſerv.*88. *Andr. Gail. lib.*2. *de pac. publ. cap.*8.

70 Quæ aliaque pro aſſertione ſua ſtabilienda adducit *Andr. Rauchbar. p.*2. *quæſtion.*3. ubi etiam pluribus ad contraria reſpondet, ex quibus veritas hujus ſententiæ luculenter patet, quam defendunt *Matth. Berlich. part.*1. *concl.*37. *num.*31. *Iacob. Schult. in addit. ad proceſſ. Pet. Terminæ. cap.*46. *Chriſtoph. Zobel. in addit. ad text. german.* Landrecht. *lib.*1. *art.*39. *lit.* C. *Andr. Gail. lib.*2. *de pac. publ. cap.*7. *n.*21.

71 *In quam ſententiam etiam reſpondimus ad conſultationem VVolffgangi* Metzens/ zu Arnßhangk: Iſt euch durch Vrthel vnd Recht das *Iuramentum Purgationis* zuerkandt worden: Wenn jhr nun gleich zuvor allbereit ewre *Defenſion* geführet hättet/ do jhr aber dennoch anjetzo ewer Gewiſſen mit Beweiß zu vertretten/ vnd alſo ewre *Defenſion* auß erheblichen Vrſachen noch einſten zu führen/ gemeynet wäret/ ꝛc. So würdet jhr domit nochmals billich zugelaſſen/ vnd inmittels/ ehe vnd zuvor vff ewren Beweiß zu recht erkandt/ mit der Eydesleiſtung verſchonet/ V.R.W. *Menſ. Mart. Anno* 1626.

Q.5. Impoſito Iuramento purgationis Reo, num Iuramẽtum calumniæ ab adverſa parte exigi poſſit?

72 2. Quæritur: *An impoſito Iuramento purgatorio, ab adverſâ parte juramentum calumniæ exigi poſſit?* Rectiſſimè hoc negat *Andr. Rauchbar. part.*1. *quæſt.*11. *nu.*30. ubi generaliter dicit, in juramentis, quæ vel à Lege vel à Judice deferuntur, exactionem calumniæ juramenti locum non habere, quum in Lege vel Judice, qui exequitur diſpoſitionem Legis, præſumptio calumniæ, doli vel malitiæ ceſſet, *arg. l.*2. *de leg. l. vir bonus.*18. *ff. jud. ſolv. l. continuus.*137. *§. cum ita. ff. de verb. obligat. l. ſed ſi unius.*17. *§. ait Prætor.*5. *ff. de appellat.*

73 Nec obſtat *Conſtit. Elect.*12. *p.*1. *in pr.* verb. So einem Part ein deferirter, oder ander Eyd/ Juramentum purgationis vel ſuppletorium zu leiſten vfferlegt vnd zuerkandt/ ſo ſoll er in acht Tagen/ von der Zeit an/ als ſolch Vrtheil ſeine Krafft erreichet/ den Gegentheil/ welcher den Eyd vor gefehrde zuvor ſchweren ſoll/ citiren laſſen/ *&c.*

74 *Etenim* verba hæc poſteriora ne juri communi adverſentur, reſtringi debent ad judiciale, vel à parte parti delatum juramentum, prout ea explicat *Andr. Rauchbar. dict. quæſt.* 11. *num.*35. Quam explicationem juvat expreſſa Sanctio Illuſtriſſimi Elect. Saxon. in *novo proceſſ. judic. de Anno* 1622. *tit.* 18. §. Es hat. Ibi: Es hat aber dieſer Eyd für gefehrde alle in dem fall ſtatt/ wann einem der Part den Eyd deferiret, wann aber einem auß ſonderbahrer Verordnung der Rechte/ oder ſonſten auß Richterlichem Ampt ein Eyd aufferleget wird/ hat er den Eyd für gefehrde zu fodern nicht fug. Cùm ergò juramentum purgationis ex officio imponatur inquiſito, utique eo injuncto, calumniæ juramento locum non eſſe, certiſſimum eſt, ex *dict. t.*18. *proc. jud.*

75 In quo ipſo juramentum purgationis haud parum differt à juramento judiciali, quo delato calumniæ juramentum ab adverſâ parte ſemper eſt præſtandum. 76 Cui & alia quoque differentia accedit, quòd nempe Reus, cui juramentum purgationis delatum eſt, illud referre non poſſit; quia propriam Rei conſcientiam attingit. *Petr. Heig. part.*1. *quæſt.*40. *num.*37. per *l. Marcellus. §.*1. *cum l. ſeq. ff. Rer. amotar. ubi Gloſſ. & Bartol. Matth. Berlich. part.* 1. *concl.* 22. *num.*45.

Q.6. Quisnam ſit effectus juramenti purgationis?

77 3. Quæritur: *Quisnam effectus ſit juramenti purgationis?* Ubi *Dd.* unanimiter reſpondent, quòd Reus qui juravit, non obſtantibus præſumptionibus contrariis, definitivè abſolvi debeat, non tantum quoad ipſam cauſam & actionem principalem, ſed etiam quoad expenſas & alia accidentia. *Petr. Heig. part.* 1. *quæſtion.* 40. *n.*38. *& ſeqq. Gloſſ. latin. ad text. latin. in* Landrecht. *lib.*1. *art.* 39. §. *ſed ex his tribus actib. poſt med. verſ. & poſt præſtitam purgat. Matth. Berlich. part.*1. *concl.*37. *num.*44. *Andr. Gail. lib.*2. *de pac. publ. c.*7. *num.*12.

78 *Hinc quotidiè pronunciari ſolet:* Dieweil Inquiſit vormittels ſeines leiblichen Eydes ſich ereiniget/ vnd daß er die jhm zugemeſſene Verbrechung/ *&c.* nicht begangen/ geſchworen/ So mag auch nunmehr wider jhn ferner nichts vorgenommen werden/ ſondern er wird der gefänglichen Hafft auff einen gewöhnlichen Vrpheden billich entlediget/ V.R.W.

79 *Quod ſi etiam de expenſis quæratur, addi ſolet:* Vnd iſt die auffgewendete Vnkoſten zu erſtatten nicht ſchuldig. *Veluti pronunciatum ad conſultationem Quæſtoris* in Voigtsberg. *Menſ. Ianuar. Anno* 1605.

80 Quod ſi verò Reus jurare detrectet, pro confeſſo haberi debet, ut & in aliis juramentis receptum eſt. *l.*2. §. *quod ſi actor. C. de jurament. propt. calum. dand. Pet. Heig. part.*1. *quæſt.*40. *nu.*36. *Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt.*63. *n.*4. *Matth. Berlich. part.*1. *concluſ.*36. *nu.*39. *Mynſinger. cent.*2. *obſervat.* 58. *n.*1. *& cent.*3. *obſervat.*52. *verſ. cæterùm in cauſis purgationis.*

81 Quod ipſum tamen verum eſſe puto tantummodò in levioribus delictis, pro quibus pœna arbitraria, carceris aut relegationis indicitur, ad quam condemnari poteſt Reus, qui conſcientiam ſuam per juramentum purgare detrectat. At ſi de crimine graviori agatur, pro quo pœna corporis afflictiva, vel ultimum ſupplicium irrogandum venit, ficta hæc confeſſio (qualis eſſe videtur Rei juramentum purgationis detrectantis, juxta tradita *Hippol. de Marſil. in pract. crimin.* ¶. *poſtquam. num.* 51.

*Mynſing.centur.*2.*obſervat*.88.*num*.4.) ad condemnationem haudquaquam ſufficiens eſt ; ſed ſolùm indicium ad torturam facit. Proin Reus criminis atrocioris, propterea quod jurare recuſat, quæſtioni ſubjici debet, ut confeſſio ipſius extorqueatur, ac delictum commiſſum debitâ pœnâ coërceatur.

83 *Prout tali caſu reſpondimus verſus* Wünſchendorff/ *ad requiſitionem Georgÿ* Berends. *Menſ. April. Anno* 1630.

84 Tertia denique Regula eſt: Quotiescunque in criminibus atrocioribus ſufficientia adſunt indicia, Reus delictum negans torturæ ſubjici debet.

85 Etenim non ſemper juramentum Purgationis Inquiſito injungendum eſt, aliàs certè quilibet Reus pœnam facilimè effugere poſſet, ſed juramenti uſus tum potiſſimùm neceſſarius eſt, quando delictum, cujus Reus aliquis arguitur, non meretur pœnam corporis afflictivam, & proinde etiam ob indicia graviſſima ad torturam perveniri non poteſt, aut ſi in gravioribus delictis indicia ad torturam ſufficientia non adſint, ubi pro eruendâ veritate conſultiſſimum eſt, Reo neceſſitatem jurandi imponere. *Petr. Heig.part.*1.*q*.40.*n*.32.

86 Quod ſi verò de crimine agatur atrociori, cujus pœna ad minimum eſt corporis afflictiva, indiciaque ſufficientia extent, ad juramentum Purgationis deveniendum non eſt, ſed Reus torturæ ſubjici debet ad confeſſionem extorquendam, de quâ materiâ latiùs agetur *qq.ſubſequentibus.*

QVÆSTIO CXVII.

De Tortura, ut & generibus ac gradibus Tormentorum.

SUMMARIA.

1. *Reus non niſi confeſſus aut convictus condemnari debet.*
2. *In delictis occultis per tormenta veritas eſt extorquenda.*
3. *Quæſtio res dira & corporibus hominum noxia eſt.*
4. *Et Damnum irreparabile infert.*
5. *Tortura res eſt periculoſa.n.*6.7.
8. *Tormenta ad eruendam veritatem ſunt adhibenda.*
9. *Materia quæſtionis arbitraria eſt.*
10. *Cautè circa torturam eſt procedendum.n.*11.
12. *Vocabulum quæſtionis variè accipitur.n.*13.14.
15. *Quæſtio propriè ipſa tortura non eſt.*
16. *Definitio Quæſtionis ſive torturæ.n.*17.
18. *Quæſtio communiter cum actu torturæ confunditur.*
19. *Poteſtatem torquendi Reos quinam Magiſtratus habeat.n.*20.21.
22. *Quæſtio cauſæ criminalis acceſſio eſt.n.*23.24.
25. *Tortura qualis eſſe debeat? n.*26.27.
28. *Carnifices tormentorum genera probè habent perſpecta.*
29. *Varÿ variarum gentium referuntur modi tormentorum. num.* 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36.37.
38. *Creſcente malitiâ, nova creverunt tormentorum genera.*
39. *Abſtinere debent judices à novis & inauditis tormentorum generibus.*
40. *In foro Saxonico quænam tormenta ſint uſitata? n.*41.
42. *Gradus torturæ diverſimodi referuntur.nu.*43. 44.45.
46. *Gradus tormentorum in foro Saxonico.*
47. *Territio duplex eſt: Verbalis & Realis.*
48. *Nuda territio, quæ propriè tortura non eſt.nu.* 49.50.
51. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.nu.*56.
52. *Territio cum præludiis tormentorum conjuncta. n.*53.54.57.
55. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.*
58. *Tortura ipſa in cruciatu corporis conſiſtit.*
59. *Gradus torturæ tres ſunt in foro Saxonico, & quomodo differant.n.*60.62.63.
61. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.n.*64.
65. *Tertius torturæ gradus horribiliſſimus in quibus delictis locum habeat? n.*66.
67. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
68. *Moderamen judicis in dictandâ tortura, quale eſſe debeat, & in quonam conſiſtat? n.*69. 70.71.72.73.

1 ETSI Reus criminis alicujus condemnari non debeat, niſi confeſſus aut convictus fuerit, *l. qui ſententiam. ubi Dd. C. de pœn. l. ult. C. de cuſtod. Reor. c.* 1. *& c. Primates.* 2. *quæſt.* 1. *Hippolyt. de Marſil. in pract. crimin.* §. *ſecunda quæſtion.* 1. *Foller. in pract. crim. verb. Dentur capitula. num.*20. Attamen non ſtatim abſolvendus eſt, qui delictum diffitetur, ac legitimis & plenis probationibus convinci nequit; ſed quia multum Reipubl. intereſt, crimina puniri, hominesque facinoroſos è medio tolli. *l.* 51. §. 2 *ff. ad Legem Aquil. l. in delictis.* 4. §. 2. *ff. de nox. action.* omnibus modis laborandum erit, quo veritas detegatur: 2 Id quod per tormenta commodiſſimè fieri poteſt, ac ſolet. Etenim quia pleraque crimina clam & occultè committuntur, ut ſemper copia teſtium haberi non poſſit, ideò more Majorum introductum eſſe, inquit *Cicero in part. Orat.* ut per tormenta veritas exquiratur. Quem morem innuit *ibid.nu.*51. ab Athenienſibus & Rhodiis deſumptum fuiſſe. *Matth. VVeſembec. in parat. ff. de quæſt.n.*2.

3 Sanè quæſtionem rem diram, corporibusque hominum admodum noxiam, & quandoque lethalem eſſe, nihilque tam crudele & inhuma-

humanum, quàm hominem ad imaginem Dei conditum tormentis lacerare, & quaſi excarnificare, negari nequit. *Iohan. Zanger. in tract. de quæſt. & tortur. cap. 1. num. 1. Matth. Stephan. in not. ad art. 20. in pr. Ordin. Crim. Carol.* Unde & Quæſtionem Tarquinij Superbi, aut Mezentij, vel Phalaridis, alteriusvè immanioris Tyranni inventum eſſe, ſcribit *Georg. Rem. in Nemeſ. Karul. art. 58.*

4 Ac per torturam damnum irreparabile inferri, rectiſſimè dicitur. Licet namq; ei, qui tormentis laceratus eſt mederi poſſit, nunquam tamen hæc macula tollitur, quemadmodum nec virginitas ſemel corrupta, aut caſtitas amiſſa revera
5 reſtitui poteſt. *l. 1. in pr. C. de rapt. virgin.* Quin & hoc indagandi criminis genus res fragilis eſt & periculoſa, quæ veritatem ſæpiùs fallit. Nam, ut inquit *Vlpian.* plerique patientia ſivè duritiâ, ita tormenta contemnunt, ut exprimi ab eis veritas nullo modo poſſit: Alij tantâ ſunt impatientiâ, ut quodvis mentiri, quàm pati tormenta velint, *l. 1. §. quæſtioni. 23. ff. de quæſt.* ita fit, ut etiam torti vario modo fateantur, ut non tantùm ſe, verùm etiam alios comminentur, ſeu criminentur. *d. l. 1. §. 23.* Et multi, qui haſce anguſtias ſuſtinere coguntur, potius mori, quàm vivere malunt. *Novell. 134. cap. 13. Iohan. Zanger. de quæſt. & tortur. in præfat. nu. 43. Georg. Rem. in Nemeſ. Karul. dict. art. 58. Matth. Stephan. dict. loco. num. 1.* Ideoque Quæſtioni fidem non ſemper, nec tamen nunquam habendam eſſe monet *Zanger. dict. præfat. n. 39.* Unde remedium hoc indagandæ veritatis, non modò periculoſum, ſed & maximè dubium eſſe patet.

6 Hocque ipſum eſt, quod ſcribit *Ventur. de Valent.* Abuſum nempè, omnium periculoſiſſimum totam ferè Europam infeſtare, ut ſi toties torti, tortævè, vel metu tormentorum, vel ex impatientiâ & deliquio animi, vel alio quovis errore, aut litem criminalem, quam nunquam fecerint, aut impoſſibilia, aut erronea confiteantur, protinus condemnentur, comburantur, ſecentur, factâ executione, quæritur an lis rectè intentata ſit, nec ne. *in Parthen.*
7 *litigioſ. lib. 1. c. 14. nu. 36.* Exempla occurrunt non pauca illorum, qui innocentes propter tormentorum ſævitiam confeſſi & condemnati fuerunt, ut videre eſt apud *Valer. Max. lib. 8. c. 4. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ult. quæſtion. 64. num. 46. in fin. Gödelm. lib. 3. de Mag. Lam. & Venefic. cap. 10. num. 4. & ſeqq.* ubi tres refert hiſtorias. 1. de Sacrifico. 2. de Domino propter pileum ſervi condemnato. 3. de duobus opificibus peregrè abeuntibus, quorum unus brevi rediit, cum alterius veſtitu invicem permutato, eoque propterea homicidij accuſato, Rotæque condemnato.

8 Nihilominus tamen ſuadente neceſſitate, quo veritas exquiratur, tormenta adhibenda ſunt. Etſi enim quilibet præſumatur innocens, & ſine vitio, *l. abſentem. 5. ff. de pœn. l. qui accuſare. 4. C. de edendo. l. 1. & 3. ff. de ædilit. edict. l. cum probatio. 7. ff. de probat. Iacob. Menoch. lib. 5. de præſumpt. præſ. 4. num. 1. & ſeqq.* Attamen cum de delicto Reus judici factus ſit ſuſpectus, adeoque ad criminis probationem accedatur, & tàm propè ſit, ut probatione Reus convincatur, utque ſola ejus confeſſio ſupereſſe videatur, *l. 1. §. 1. de quæſt.* utiq; ne Reus pœnam promeritam effugiat ad tormenta procedendum, eorumq; medio confeſſio extorquenda eſt. Ideoque licet *D. Auguſtinus lib. 19. de Civitate Dei. cap. 6.* videatur abhorrere ab omnibus tormentis, addit tamen, neceſſitate ſocietatis humanæ judicem excuſari, modò illa temperatè, atque legitimè adhibeantur, quo ipſo abuſui, ex injuſto & immoderato quæſtionis exercitio provenienti, facilimè ſubveniri poterit.

Quâ de causâ modum quæſtionis judices 9
arbitrari oportet, ſecundum reſcriptum *ICti Vlpiani in l. quæſtionis modum. 7. ff. de quæſtion.* Ut veriſſimè materia torturæ ſit remiſſa arbitrio judicum, prout tradit *Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 64. nu. 31.* Quorum tamen arbitrium legibus conforme eſſe debet. Cautè namque hoc in 10
paſſu eſt procedendum, ne contra Edictum *D. Auguſti* judices in omni causâ, aut perſonâ omni, aut ex quibuslibet indiciis ad tormenta temerè proſiliant. *l. Edictum. 8. in pr. ff. de quæſt.* Neque ſi cauſæ neceſſitas Quæſtionem hanc rigidiorem deſideret, modum torquendi vel excedant, vel minus laxent, ſed ex juris præſcripto, & juxta judiciorum ac criminis, perſonæque conditionem & qualitatem cruciatum admoveant. *dict. l. quæſtionis. 7. l. de minore. 10. §. tormenta. 3. ff. de quæſtion. Matth. Stephan. in not. ad art. 58. Ordin. Crimin. Henric. Bocer. in tract. de quæſt. & tortur. in præfat. n. 8.*

Quæ ut exactiùs obſerventur, judex diſcretus 11
ſubſequentia hæc capita benè attendere, ac ,,
probè perſpecta habere debet: 1. Qualia tormenta ,,
eſſe debeant, quotque eorum ſint gradus. ,,
2. Quænam perſonæ torqueri queant. 3. Quibus ,,
in cauſis de Reis Quæſtio haberi poſſit. 4. Quæ ,,
res & indicia judicem movere debeant, ut ad ,,
Quæſtionem deveniat. 5. Quinam ordo ac modus ,,
Reos torquendi obſervandus. 6. Et quinam ,,
torturæ ſint effectus. In quibus totum juris argumentum ,,
de torquendis Reis ſubſiſtit. Quare ,,
& de hiſce diſtinctè agere, ac quidnam in foro ,,
præſertim Saxonico uſu & obſervantiâ receptũ, ,,
indicare operæ pretium duxi. ,,

Antequam verò de *Primo capite* dicam, 12
nempè, qualis tortura eſſe debeat, quotq; ejuſdem ſint gradus; *Quidnam propriè quæſtio ſit*, noſſe oportet. Variè autem hoc vocabulum *Quæſtionis* accipi notiſſimum eſt. Quandoque enim illud dubitationem denotat, quæ aut ex jure, aut facto oritur *l. 2. §. ult. ff. donat. l. 1. ff. quæ res pignor. l. 1. §. 4. ad SCtum Turpill. l. 16. in fin. ff. de ſtat. hom. Franc. Duar. 1. anniv. diſput. 41. Herman. Vultej. in comm. Inſt. ad tit. de act. in pr. num. 18. & ſeqq.* Sæpè etiam Quæſtionis vocabulum 13
pro judicio publico accipitur, ut quando Cornelius Sylla quæſtiones publicas, hoc eſt, publica judicia, velut de Falſis, de Sicariis, de Veneficiis inſtituiſſe dicitur. *l. 2. §. 32. verſ. deinde Cornelius Sylla, ubi Zaſ. Cujac. Oldendorp. de Origin. jur.* Talis fuit quæſtio de Vi Cn. Domitij Prætoris, de quâ *Cicer. & Aſcon. in Milon.*

Q. 2. Quidnam propriè quæſtio ſit, & quomodo definiatur?

Et de Prætoribus, qui de Veneficiis & Peculatu
quærerent, ſcribit *Liv. lib.* 38. *&* 39.

14 At hoc loco propriè ſignificat Interroga-
tionem de crimine, quæ fit per tormenta Cor-
poris. *l.* 15. *§.* 41. *ff. de injur. tot. tit. ff. &* C. *de Quæ-*
ſtion. Franciſc. Brun. de indic. & tortur. part. 2.
quæſtion. 1. *num.* 2. *Petr. Theodor. in Colleg. crimin.*
diſput. 9. *theſ.* 9. *lit. A. Girland. in tract. de quæſt. &*
tortur. quæſtion. 1. *num.* 1. *&* 2. *Azo in ſumm. tit. de*
quæſt.

15 Ex quo patet, propriè Quæſtionem ipſam
torturam non eſſe, ſed per torturam tanquam
medium eruendæ veritatis agi & expediri, *l.*
cum teſtamentum. 10. Ibi: *Per tormenta interro-*
gari. C. *de quæſt. l. quoties.* 12. Ibi: *Cum tormentis*
interroganda. C. *eod. tit.* Adeoque hæc duo ma-
lè confundi: cùm tortura ſit quæſtionis pars
quædam, ipſeque actus torquendi & crucian-
di Reum; Quæſtio autem interrogatio Rei.
Henric. Bocer. in tract. de quæſt. & tortur. cap. 1.
num. 12.

16 Quod ipſum quoque definitio quæſtionis
„ probat: Quæ eſt inquiſitio ſive interrogatio ad
„ eruendam veritatem per tormenta & corporis
„ dolorem; prout definitur ab *Azon. in ſumma.*
tit. de quæſt. Franciſc. Brun. in tract. de indic. & tor-
tur. part. 2. *quæſt.* 1. *num.* 12. *Paul. Girland. de quæſt. &*
tortur. quæſt. 1. *num.* 1. *&* 2. *Hippol. de Marſil. ad Rubr.*
ff. de quæſtion. Quamvis paulò aliter eam defi-
17 niat *Henric. Bocer. dict. cap.* 1. *num.* 3. Quòd nempe
„ ſit interrogatio, de Crimine commiſſo per cor-
„ poris tormenta, ad eruendam ipſius criminis ſi-
ve cauſæ veritatem, legitimè à judice inſtituta.
Quam definitionem etiam probat *Petr. Theodor.*
in Colleg. crimin. diſput. 9. *theſ.* 9. Eo ipſo namque
dum quæſtio definitur per interrogationem,
quæ fit per tormenta, ſatis innuitur, quæſtio-
nem ipſum cruciatum non eſſe, ſed interroga-
tionem, quæ per ſe quatenus interrogatio eſt,
dolorem corpori non incutit, quod & probant
textus in *l. item. apud.* 15. *quæſtionem.* 41. *ff. de injur.*
l. 1. *§. qui quæſtionem.* 21. *& ſeq. l. Divus.* 9. *§.* 1. *l.* 17. *in*
princ. & l. ſeq. §. ſervus. 6. *&* §. *ſeq. ff. de quæſtion. l. pri-*
dem. 6. *& l. ſeq. l. ſuper.* 9. *& l. ſeq. l. quoties.* 12. *l. ult.*
C. *eod. tit.*

18 Hoc licet veriſſimum ſit, communi tamen
loquendi uſu quæſtio cum actu torturæ confun-
ditur, qui fit per corporis tormenta. *dict. l.* 15. *§.*
14. *ff. de injur. l.* 1. *in pr. §.* 1. *§.* 7. *& ſeq. l.* 2. *l.* 3. *l.* 4. *l. de*
minore. 10. §. 1. *in fin. & §. ſeq. l.* 16. *l.* 18. *§.* 1. *&* 2. *ff. de*
quæſt. Et ſic per quæſtionem haud raró ipſa tor-
menta, ipſeque actus torturæ ſignificatur. Quo
reſpectu etiam quæſtio dicitur Germanicè **die**
peinliche Frage/oder ſcharffe Frage/quia per eam
corpus affligitur.

Q. 2. Cuinam Magiſtratui competat poteſtas torquẽdi Reos?

19 Ex quo porrò ſequitur, poteſtatem tor-
quendi meri eſſe Imperij, eique tantummodò
competere, qui jurisdictionem ſuperiorem ha-
bet, **die Obergerichte / oder Peinliche Gerichte.**
Quod de jure Saxonico minus dubium habere
videtur, quo pœnæ corporis afflictivæ aliique
20 actus jurisdictionis, quibus corpus affligitur,
(qualis abſque dubio eſt etiam quæſtio ſive
tortura) ad ſupremam ſive altam jurisdictio-
nem referuntur; uti patet ex *Conſtit. Provinc.*
Elect. Saxon. de Anno 1543. *& repetita Anno* 1555.
ſub tit. **Was zu Ober / Nider oder Erbgerichte**
gehöret.

Quin & de jure civili torturam non ſimpli- 21
cis jurisdictionis, ſed meri eſſe Imperij, rectiſ-
ſimè docet *Bartol. ad l. cum Servus.* 6. *ff. de con-*
dict. cauſ. dat. & ad l. interdum. 55. *§. qui fundum.*
num. 2. *ff. de furt. Franciſc. Brun. in tract. de indic.*
& tortur. part. 2. *quæſt.* 7. *num.* 3. *Andr. Gail. lib.* 2.
de pac. publ. cap. 2. *num.* 16. *Iacob. de Belviſo. in tract.*
criminal. lib. 3. *cap.* 14. *num.* 5. Quod haud obſcu- 22
rè probatur ex *l. Edictum.* 8. *ff. de quæſt.* ubi quæ-
ſtio dicitur cauſæ criminalis acceſſio. Sicuti er-
gò cauſa criminalis eſt Meri Imperij, *l.* 3. *ff. de*
jurisdict. ita & quæſtio ſive tortura: quum acceſ-
ſio ſequatur naturam ſui principalis, *l. cum prin-*
cipalis. 138. *ff. de reg. jur.* Ideoque Magiſtratus, qui
duntaxat jurisdictionem habet ſimplicem, ad
dijudicandas civiles & pecuniarias cauſas, ſeve-
riores haſce quæſtiones exercere, regulariter
jure prohibetur. *l. defenſores.* 5. *verſ. ſeveriores.* C. *de*
defenſ. Civit.

Nec obſtat, quòd in civilibus quandoque 23
cauſis torturæ locus eſſe poſſit; Veluti ſervos,
cum alienæ cauſæ etiam pecuniariæ adhiben-
tur teſtes, tormentis ſubjici poſſe ad probatio-
num inopiam, arguit textus in *l. Divus.* 9. *in pr.*
ff. de quæſt. & l. cum teſtamentum. 10. *l. hoc quod*
placet. 13. C. *eod. tit.* Sicuti & alij viliſſimæ condi-
tionis teſtes, puta harenarij & ſimiles in alienâ
etiam pecuniariâ cauſâ, ex probationum inopia
per tormenta interrogari poſſunt, quorum te-
ſtimonio etiam abſque tormentis non credi-
tur, *l. ob carmen.* 21. §. 2. *ff. de teſtib.* Quod & de
Mercatoribus fallitis aſſerendum, qui tormen-
tis quandoque ſubjiciuntur, ut pecunias ſibi
creditas, itemque chirographa, atque ratio-
nes, quas ſalvas adhuc penes ſe habere negant,
creditoribus ſuis indicent. *Paris de Puteo in tr.*
Syndicat. in verb. tortur. c. An in cauſ. pecuniar. num.
2. *Hippol. de Marſil. ad l.* 9. *nu.* 6. *ff. de quæſt. & in pract.*
crim. §. expedita. n. 26. Hæc, inquam, non obſtant; 24
Siquidem in cauſis civilibus pecuniariis tùm de-
mum ad torturam deveniendum eſt, quando
illæ turpitudinem in ſe continent & crimen an-
nexum habent, prout dicit *Franc. Caſon. in tract.*
de torment. cap. 8. *in pr. Hippol. de Marſil. dict. loco.*
Paul. Girland. in tract. de quæſt. & tortur. quæſtion. 3.
nu. 2. 6. *&* 8. quo certè caſu non tàm pro civili-
bus, quàm criminalibus cauſis ſunt habendæ.
Quamvis & aliter reſpondeat *Bocer. in tract. de*
quæſt. tort. cap. 1. *in fin.*

Hiſce ita cognitis quæritur: Qualis 25
tortura eſſe debeat, quique ac quotnam
ejusdem ſint gradus? Ad quam quæſtio-
nem reſpondet Carolus V. Imper. in *Ordin.*
Crimin. art. 58. **Die peinliche Frage ſoll nach**
Gelegenheit deß Argwohns der Perſon viel/offt
oder wenig/hart/oder linder/nach ermeſſung ei-
nes guten vernünfftigen Richters fürgenom-
men werden/ *&c.* Quibus verbis judicis arbi-
trio ac diſcretioni committitur, qualia quan-
taque tormenta ad eruendam cujusque crimi-
nis veritatem ſint adhibenda. Quod & ſenſiſſe 26

videtur *ICtus Vlpianus* quando in *l. quæſtionis mo-*
dum. 7. ff. de quæſt. ait, judicem modum tormen-
torum arbitrari oportere. Qui ſedulam ope-
ram navabit, ut quantum perſonarum ætas, ſe-
xus, vires, conditio & ratio ipſa permiſerit, tor-
menta attemperet, ſæpiùs, rariùs, remiſſiùs, in-
tentiùs habeat, quod vel innocentiæ vel ſuppli-
cio torti ſalvi permanere debeant. *l. 4. §. ult. ff.*
de re militar. l. ſi quis in gravi. §. ignoſcitur. ff. ad
SCtum Syllan. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt.
lib. 2. caſ. 271. Georg. Rem. in Nemeſ. Karul. art. 58.
ubi & Matth. Stephan. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ult.
27 *quæſtion. 64. num. 33.* Hoc tamen arbitrium ju-
dicis non abſolutum & irregulatum, ſed juri at-
„ que æquitati conforme eſſe debet. 1. Quoad ipſa
„ tormentorum genera conſueta, uſuque recepta.
„ 2. Certos eorundem gradus. 3. Et moderatæ
rationis temperamentum. Quæ tria circa qua-
litatem torturæ ac corporis cruciatum benè
notanda ſunt.

28 *Primum quod attinet*; Etſi Carnifices optimè
omnium tormentorum genera noverint; atta-
men cùm hi nullo alio uti queant, quàm quod ut
adhibeant, judex præcipit, ideoque & hic ge-
nera tormentorum & cruciatuum probè perſpecta
habere debet, quæ pro ratione cujusq; provin-
ciæ atque gentis varia atque diſparia fuerunt.
29 De Romanis enim ſcribit *Iohan. Roſin. lib. 9. an-*
tiq. Roman. cap. 31. quòd apud eos habita fuit
quæſtio in eculeo, cujus meminit etiam Imper.
Conſtantin. in *l. & ſi excepta. 7. in fin. C. de Malefic.*
& Mathem. Quamvis de pœnæ genere ibidem
agi, exiſtimet *Henric. Bocer. in tract. de quæſt. &*
30 *tortur. cap. 5. num. 20.* Fuit autem Eculeus tor-
quendi inſtrumentum, & quidem Cataſta li-
gnea cochleata ad intendendum & remitten-
dum apta, atque ad torquendos homines, ut fa-
cti veritas eliceretur, inſtituta. Et qui in Ecu-
leo torquebantur, pendebant brachiis, pedi-
busque retortis extenti, nervis ſcilicet, quibus
devincta membra erant, propter ſummam in-
tentionem crepantibus, utque incitandi dolo-
ris cauſa eculeus tendebatur, ſic ejusdem remit-
tendi laxabatur, ut refert *Iohan. Roſin. dict. cap. 31.*
Et de hoc etiam loquitur *Cic. 7. Philippic. Ponite*
ante oculos Vincula, Verbera, Eculeum, Carnificem,
Tortoremque.

31 Aliud quoque fuit apud Romanos tormen-
tum, quod per fidiculas inferebatur, cujus me-
minit *l. 4. C. ad Leg. Iul. Majeſt. & l. Decuriones.*
16. C. de quæſt. quando nempè chordis ſive fu-
nibus Rei ligabantur. *Henric. Bocer. in tract. de*
32 *quæſt. & tortur. cap. 5. num. 19.* Memorat etiam
tormenti genus quoddam *Iodoc. Damhouderus*
in prax. rer. crimin. cap. 37. num. 19. quod nullum
corpori detrimentum afferre, maximos tamen
omnium cruciatus Reo admovere dicit; Ut
ſi ex judicis præcepto à tortore primùm con-
cludatur Reus arctè inter duas laminas ad for-
mam ciſtulæ anguſtæ confectas, ac deinde ma-
ximi pedum digiti fune conſtricti per axem,
cui alligatus ſit funiculus ille, vi quâdam extra-
hantur lentula; Quo modo arctè compreſſum
ipſius Rei corpus altius intumeſcere, & intole-
rabili cruciatu illico affici, ait, qui tamen laxato
fune confeſtim deſinat & remittatur.

Idemque *Damhouder. dict. cap. 37. num. 20.* mo- 33
dum torquendi Reos adhuc alium in Civitate
Brugenſi uſitatum eſſe refert, nempe tortor
Reum primò veſtibus exuit, & verenda ipſius,
quibus natura ipſa pudorem induit, quodam
amictu lineo tegit, deinde manus ipſius in ter-
gum reducit, & fune quodam arctè conſtrin-
git. Quo facto ipſum ſupinum imponit in ſca-
mnum, quod Rei corpore ſtrictius & anguſtius
eſt, eique ſcamno fune ſub axillis, & per thora-
cem Rei ducto arcte aſtringit, ne vi torturæ
mox ſubſecuturâ à ſcamno trahatur, & pericu-
loſè in pavimentum labatur: Poſt, cujusque
pedis maximo digito ſingulatim annectuntur
funes, qui obvolvuntur cuidam præſenti axi;
Hoc facto, illam axem, adhibita vi, tortor cir-
cumagitat, atque ita longiſſimè corpus Rei ex-
tendit. Deinde funem, ſi opus fuerit, arcte im-
pingit ipſius femoribus aut tibiis, aut ſimili
formâ, oſſulis, vel bacillis, funiculum contor-
tum nexibus aut globulis, fronti patientis im-
primit ſtrictius aut levius, ad arbitrium judicis.
Quandoque etiam Carnifex nares Rei compri-
mit, & aquam frigidam in pectus ipſius, tibias,
pedes, aliaq; maxime affecta membra guttatim
infundit. Præterea ori ipſius immittit frenum,
ſive capiſtrum, ad hoc commode aptatum, ac
mox ori infundit aquam frigidam, donec ven-
ter intumuerit in eam craſſitudinem, quæ judi-
ci videbitur corporis viribus citra grave peri-
culum ſufficere.

Hæc aliaque varia atque diverſa tormento- 34
rum genera enumerant *Dd. pragmatici. Gandin.*
in tract. de Malefic. Rubr. de quæſt. & torment. nu. 31.
Paul. Girland. in tract. de quæſt. & tort. quæſtion. 2.
& 4. Hippol. de Marſil. ad l. 1. in pr. nu. 55. ff. de quæſt.
ubi ponit quatuordecim ſpecies tormentorum
diverſas. *Franciſc. Brun. in tract. de indic. & tortur.*
part. 2. quæſtion. 2. num. 6. & 7. ac inprimis *Iodoc.*
Damhouder. in prax. rerum crimin. cap. 37. num. 18.
ubi ſic ſcribit: *Ex inolitâ conſuetudine, variis in-* 35
ſtrumentis, diverſâque materiâ hanc torturam exer-
ceri cognovimus per Latrunculatores & maleficio-
rum judices, nunc chordis & reſtibus, nunc aquâ,
nunc aceto, aliàs oleo ipſius gutturi infuſo, pice de-
nique ardenti, aut alio ſimili cruciatu corpori ipſius
adhibito. Quin & inediâ, duriſſimaq; ſiti, aut into-
lerabili frigore, aut cibo ſalſiſſimo citra ullum potus
remedium exhibito. Alij immiſſis inter digitos
bacillis ligneis, atque item arctiſſimè funiculis digi-
tos conſtringentes, aut taxillo, aut alea inter cutem
& carnem torquendi perducta, item crabronibus,
muribus, ſimilibusq; infeſtis animalculis, quæ male-
fici ventri & umbilico viva adhiberi ſueverunt, ipſis
ſuperimpoſito vitreo poculo, ne evadendi pateat exi-
tus, ſed ut cruciatum acrius urgeant in patientis
corpus. Rurſum torturam exercere ſolent caprâ
quapiam, hoc modo: Torquendum primò ſcamno
illigant, mox illius pedes diligenter aqua ſalsâ pro-
luunt, deinde capram ipſam ſalis avidiſſimam, ipſius
plantis admovent lambituram, qui ſanè cruciatus
fertur atrociſſimus, maximèque intolerabilis citra
ullum corporis periculum. Sunt qui patienti-
bus

bus ſcamno innixis per nares aquam cum calce vivâ immittunt, & os ipſius concludunt, verùm hoc periculoſum eſt. Quidam patientem nudum tabulæ duræ implanæque injiciunt, cujus pedibus ac manibus gravia ſaxa appendunt, quæ corporis partes extremas magno cum cruciatu deprimunt. Sunt quidam impuriores, qui Reorum teſticulos fune conſtringunt, eosdemq́; teſticulos virgis acriter cædunt. Verùm hoc Turcicum eſt, aut Scythicum. Novi, qui maleficos excarnificaturi veriùs quam torturi, eos in aëre ſuſpenderint brachiis in diverſum protenſis, ipſorumq́; axillis ardentes ſuppoſuerint candelas, donec cutem utcunque inurerent, aut pedum plantis vivas prunas, aut carbones ſubjecerint. Quidam patientem calceant novis calceis benè pinguibus, atque ita adhibent objectis plantis ad ignem, aut ardentiſſimo foco inſtituunt, donec arctiſſimè pedes conſtringantur, & duram pœnam percipiant. Alij verò, malefici ſcamno illigati pedes multo lardo perungunt, eosque ferventi igni admovent, donec hac pœnâ victus ad confeſſionem
36 *(ſi fieri poteſt) pertrahatur.* Hactenus Damhoud. Illud quoque tormentorum genus Italis haud infrequens perhibetur, quo Maleficum conſtituunt in ſcamno aut ſede ligatum, duobus famulis adhibitis, qui maleficum cohibeant à ſcamno. Hiſce duobus ſuccedunt alij atque alij famuli, qui nullâ ratione permittunt maleficum in ullum ſoporem ac quietem incidere: & quoties contingit ipſum Reum ad ſomnum mutare, quietemque optare, aſtantes famuli alapis, acribusque vellicationibus ſomnum diſpellunt, donec Reus inquietudine victus optet ſomnum & confeſſionem promittat. Quod tormentum minimè omnium corpuſculum lædit, eſtque maximæ efficaciæ in eos, qui ad quævis tormentorum genera videntur invincibiles, eaque omnia reſpuunt & rident. *Iodoc. Damhouder. dict. cap. 37. num. 22. in fin. Hippol. de Marſil. ad l. 1. in princ. num. 55. verſ. aliud eſt tormentum. ff. de quæſt. Paul. Girland. in tract. de quæſt. & tortur. quæſt. 2.* ac dicit *Hippol. de Marſil. dict. loco,* quòd hoc torquendi genere feliciter uſus ſit in duabus mulieribus maleficis.

37 Etſi verò hæc tormentorum genera pleraque ceu tyrannica ſuâ ſpontè deſierunt, & paſſim exoleverunt, *Bald. in l. 1. C. de emendat. ſervor. Iodoc. Damhouder. dict. quæſt. 37. nu. 18.* nihilominus tamen etiamnum hodiè permagna occurrit tormentorum varietas, quorum multa etiam
38 ſunt atrociſſima. Seculo enim hoc noſtro, creſcente lite & malitiâ, nova creverunt tormentorum generâ, in quibus excogitandis ingenioſi volunt audiri, uti ſunt Laminæ, Compedes, Nervi, Catenæ, Carceres, Minellæ, Pedicæ, Aqua frigida, Taxilli, Cuneus, Sibillæ, Vigiliæ, Däniſcher Mantel / Spaniſche Kappen / Engliſche Jungfraw / Braunſchweigiſche Stiefeln / & centum alia, inter quæ Poletrum, quo carnes ſcinduntur, contra *l. 1. C. de emendat. ſervorum. Vent. de Valent. in part h. litigioſ. lib. 1. cap. 14. num. 32. Keller. lib. 2. de offic. juridic. polit. cap. 12. §. abſtinendum. Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. cap. 13. num. 5.* ubi invehitur contra judices, qui nova tormentorum genera miſeris Reis imponunt.

39 Sed abſtineant judices ab ejusmodi novis & inauditis tormentorum generibus, nec iiſdem miſeros Reos torquere Carnificibus permittant. Non enim quælibet horribilia & inuſitata tormentorum genera judex decernere debet, ſed quæ uſitata ſunt, & minus periculi habent, veritas tamen per ea extorqueri poteſt, *arg. l. un. C. de emendat. ſervor. & l. 2. C. de exact. tribut. lib. 10. Anton. Gomez. tom. 3. var. reſolut. cap. 13. nu. 5. ubi Emanuel Soarez. in annotation. nu. 5. in lit. C.*

Q. 1. Quanā tormentorū genera in foro Saxonico uſu probata atq; recepta ſint?

40 Qualia ſunt hodie in terris Saxonicis funes ſubtiliores, quibus duriter contortis Carnifices juncturas manus Reis arctiſſimè conſtringunt, vel inſtrumentis excavatis ad formam forcipis pollices Reorum comprimunt, aut etiam ejusmodi inſtrumentis tibiis compreſſis, ſeu ſtrigillatis intolerabilem dolorē Reis efficiunt. Deinde ſolent Reos ſcalæ ſubjicere, violentâ 41
quâdam expanſione ſeu extenſione articulos omnium membrorum diſtinguere atque dilacerare: Quod genus tormentorum eculeo quàm proximè accedere videtur. Eſt quoq; uſitatum, ut ſi crimen nefandum ſit & exceptum, & indicia multum urgentia ſubſint, candentibus luminibus cutem in certis corporis partibus lentè adurant, aut extremas digitorum partes, immiſſis infra ungues non ſine dolore pineis cuneolis, iisque poſtmodum accenſis, aduſtione lædant. *Iohan. Zanger. in tract. de quæſt. & tortur. cap. 4. n. 10.* Hi ferè ſunt modi torquendi Reos in Provinciis Electoratus Saxonici uſu recepti, à quibus neutiquam recedendum eſt. Aliter enim ſi judices procedant, atque modis novis & non conſuetis Reos torqueri faciant, Carnificibus potius, quàm judicibus ſunt comparandi. *Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. ult. quæſt. 64. n. 36.*

42 *Secundò*, **gradus quoque tormentorum Judex in imponenda tortura probè obſervare debet.** Uti enim notiſſimum eſt, non omnes indifferenter Rei eodem modo torquentur; Sed aliqui graviùs, aliqui leviùs, ſecundum qualitatem delicti & indiciorum, quæ ex proceſſu reſultant. *Iul. Clar. dict. quæſt. 64. num. 31. Matth. Stephan. in not. ad art. 58. Ordin. Crim. Carol.* Ex quo ſequitur, certos tormentorum gradus eſſe conſtituendos, quos non minus ac genera & modos tormentorum, judicem ad informationem ſui arbitrij circa torturam indicendam noſſe oportet. Horum quinque facit 43
Iul. Clar. dict. quæſt. 64. num. 31. Primus nempè conſiſtit in ſolis minis de torquendo. *Secundus* in conductione ad locum tormentorum. *Tertius* in ſpoliatione & ligaturâ. *Quartus* in elevatione in eculeo. *Quintus* in quaſſatione, quando Reus dum elevatus pendet, per carnificem movetur atque concutitur: Quos itidem refert *Matth. Stephan. in not. ad art. 58. Ordin. Crimin. Carol. nu. 3. & Henric. Bocer. in tract. de quæſt. & tortur. cap. 5. n. 23.*

44 Ad licet minæ de torquendo, conductio ad locum tormentorum, ſpoliatio, & hujusmodi non ſint propriè ſpecies torturæ; nihilominus tamen talis metus & ſuſpicio torquendi

æquiparatùr torturæ. Unde infertur, quòd paria ſint confiteri per tormenta, vel metu tormentorum. *l.2.* Ibi: *Formidine tormentorum. C. quor. appellat. non recip. Matth. Stephan. dict. n.3. Bocer. dict. cap.5. n.27. Iul. Clar. dict. quæſt.64. n.31.* Et ita concludere omnes, dicit *Hippol. de Marſil. in l.1. n.15. ff. de quæſt.*

45 Alij verò tres tantummodò gradus torturæ faciunt: quorum *primus* eſt terrere: Et hic comprehendit non ſolùm minas de torquendo, ſed etiam conductionem ad locum tormentorū, & ſpoliationem & ligaturam, niſi ligatura eſſet multùm atrox & ſtricta ac cum taxillis. *Secundus gradus* eſt ponere in tormentis, vel interrogare in tormentis. Hocque eſt elevare, & in ſuſpenſo tenere per aliquod notabile ſpatium. *Tertius* eſt torquere. Et hoc eſt quaſſare, vel Reo quaſſum dare, ut cùm tortor ſemel atque iterum ex arbitrio judicis ictum acriter impingit funi, ex quo pendet Reus, quæ torturæ pars videtur aſperrima. *Iacob. Novell. in pract. & theor. cauſ. crimin. pag. 110. & ſeq. Iul. Clar. dict. lib.5. ſentent. §. ult. quæſt.64. num.31. in fin. Ægid. Boſſ. in tit. de tortur. nu.16. Henr. Bocer. de quæſt. & tortur. cap.5. n.23.*

46 Sed hæc de moribus Italiæ aliarumque provinciarum, de quibus *Dd. prædicti* loquuntur vera ſunt. Quibus miſſis videamus, quotnam ſpecies ſeu gradus tormentorum in foro Saxonico uſu & conſuetudine ſint recepti? Ubi tenendum, duas eſſe ſpecies principaliores quæſtionis ſive torturæ: Nempè TERRITIO, & TORTURA IPSA.

Q.4. Quotnam gradus extent tortura in foro Saxonico & quomodo ab invicem diſtinguātur?

47 TERRITIO continet tantummodò minas de torquendo, & iterum duplex eſt: *Nuda*, & cum *præparatoriis atque præludiis tormentorum leviuſculis* conjuncta. *Nuda territio*, quæ & verbalis dicitur vulgari idiomate das bloſſe Vorſtellen / 48 nil aliud eſt, quàm ſimulatio quædam carnificis nuda de torquendo Reo, absq; omni tactu & apprehenſione ejusdem, quando ſcilicet carnifex verbis & geſtibus ſeverioribus & ad torquendum conſuetis, irruit in inquiſitum, non aliter ac ſi ipſum prehendere ac torquere vellet, absque apprehenſione tamen confeſſionem ejus nudâ comminatione torturæ extorquet.

49 Qualis territio verbalis, propriè loquendo ſpecies torturæ non eſt. Hæc ſiquidem in corporis cruciatu & dolore conſiſtit, *l. item apud.15. §. quæſtionē.14. ff. de injur.* ubi dicitur, quæſtionem intelligere debemus tormenta & corporis dolorem ad veritatem eruendam. Quare cùm inquiſitus in territione dolores & cruciatus corporis non ſentiat, utique territio tortura verè dici nequit. *Bocer. dict. cap.5. num.24.* Hocq; ipſum eſt, quod vulgò tradunt, territionem verbalem ad Edictum de tortura non pertinere. *Bartol. in l.1. §. Divus Severus. n.2. ff. de quæſt. Ioh. Zanger. de quæſt. & tortur. cap.1. n.89. Ant. Gomez. tom.3. var. reſolut. cap.13. n.4.*

50 Nihilominus tamen hâc territione veritas ſæpiùs extorquetur. Et ſolet inquiſitus terreri, quando leviuſcula adſunt indicia, aut ſi qualitas perſonæ ipſam torturam non admittit.

51 *Territionem ejusmodi verbalem, biſce verbis formalibus indicere ſolent Scabini:* Daß jhr wol befugt/ den Gefangenen dem Scharffrichter vorzuſtellen/ vnd durch denſelben/ als ſolte vñ wolte er jhn angreiffen/ jedoch aber vnangegriffen/ in gutem befragē zu laſſen/ *&c.*

52 Cum *præparatoriis autem, atque præludiis tormentorum leviuſculis conjuncta dicitur Territio, vulgò Realis:* quando præter minas carnifex quoque manus apponit, & quale quale initium torturæ facit, Reique corpus leviuſculis tormentis affligit, ipſum denudando veſtibus, ad ſcalam ducendo, inſtrumenta, quibus tortura peragitur, in conſpectum ipſius ponendo, forcipes digitorum (vulgò die Daumſtöcke) affigendo, iisq; pollices inquiſiti comprimendo. Quæ certè territio nuda non eſt, ſed ſpeciem torturæ aliquo modo habet, quia corpus afficit; ab ipſa tamen tortura differt: utpote quæ in corporis cruciatu & dolore ingenti conſiſtit. *l.15. §. quæſtionem. ff. de injur.* Ideoq; Territio dicitur cum præparatoriis ac præludiis tormentorum conjuncta, vel etiam Realis, vulgò das Vorſtellen mit den Daumſtöcken.

53 Hæc territio tum adhiberi ſolet, quum Reus jure tormentis interrogari prohibetur, ut ſi impubes ſit, *l.1. §. impuberi.33. ff. ad SCtum Sylan.* aut inſimulatus ejusmodi criminis, quod pœnâ corporis afflictivâ non coercetur. Vel, ſi indiciis non levibus urgeatur, illis tamen quæ non planè veriſimilia & probabilia putantur. *Paul. Girland. in tract. de quæſt. & tortur. quæſt.4. n.1. Henric. Bocer. in tract. de quæſtion. & tortur. n.25. Franciſc. Caſon. in tract. de torment. cap.14. n.1.*

54 Quin & hoc caſu judicem pro ratione circumſtantiarum & indiciorum, nec non qualitate criminis & conditione perſonarum, territionem ad funes usque extendere poſſe, ita tamen, ut carnifex manus Rei non tam arctè conſtringat, ſed vincire, ac paululum ligare tantummodò incipiat, (atrox enim & ſtricta ligatura ipſam torturam facit, *Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſtion.64. n.31. verſ. Et vidi in facto*) non ambigitur. Qui modus territionis ad torturam propius accedit, & dicitur moribus noſtris, Mit den Schnüren oder Banden den Anfang machen/ ipſam tamen torturam verè non facit, quia junctura manus non arctè conſtringuntur.

55 *Modum hunc territionis Domini biſce formalibus decernere conſueverunt:* So erſcheinet darauß ſo viel / daß jhr wol befugt / den Gefangenen dem Scharffrichter vff dieſe maſſe zu vntergeben / daß er jhn mag außziehen/ entblöſſen/ zur Leiter führen/ die zur Peinlichkeit gehörige *Inſtrumenta* vorzeigen/ auch da es nöthig / die Daumſtöcke anzulegen / vnd damit zuzuſchrauben/ *&c.*

56 *Quod ſi verò cum funibus territio perficienda, hæc verba addunt:* Vnnd wo dieſes bey jhme nichts fruchtet / wird dem Nachrichter ferner Gewalt verſtattet / mit den Schnüren den Anfang zu machen/ jedoch daß es bey dem verbleibe / vnnd mit *Inquiſito* zu dieſem mahl weiter nichts vorgenommen werde/ darbey er denn mit allem Ernſt befraget wird: Ob er nicht *&c.*

57 Etenim quotiescunque territio ad funes ad judicem extenditur, antequam ligare incipit carnifex, apponendo forcipem digitorum tentat prius, num hoc medio levioris territionis

veritatem extorquere queat, eoque confeſſionem non operante, ad funes demum & initium ligaturæ pervenit, quod benè notandum.

58 TORTURA IPSA, quæ altera ſpecies quæſtionis eſt in foro Saxonico, in corporis cruciatu & dolore conſiſtit, uti probatur ex *l. item apud.* 15. §. *quæſtionem. ff. de injur.* ubi JCtus Ulpian. *Quæſtionem*, ait, *intelligere debemus tormenta & corporis dolorem ad veritatem eruendam.* Idemque habetur in *l. in pr.* ibi: *à tormentis.* §. 1. ibi: *Ad tormenta.* §. *Servum.* 7. ibi: *Torqueri debet.* §. *ſeq.* ibi: *poſſe torqueri.* §. 23. ibi: *pati tormenta. l. unius.* 18. §. 2. *ff. de quæſtion. l. cum teſtamentum.* 10. ibi: *Etiam per tormenta interrogari, l. quoties.* 12. ibi: *Cum tormentis interroganda. l. Decuriones.* 16. *& l. ult. in pr. C. eod. tit.* Quando nimirum carnifices ſubtilioribus ac duriter contortis funiculis juncturas manus Reis arctiſſimè conſtringunt, eosque ſcalæ ſubjiciunt, & articulos membrorum dilacerant, quandoque etiam adhibito igne & ſulphure corpora Reorum affligunt, & quaſi excarnificant. *Ioh. Zanger. de quæſt. & tortur. cap. 4. num. 10.*

59 Hujus torturæ in foro Saxonico *tres gradus* enumerantur, qui ab invicem ſunt diſtincti,
nec in quovis caſu & crimine indifferenter lo-
60 cum obtinent. *Primus & infimus eſt:* Quando adhibitis funiculis cruciantur Rei: ut quando manus ipſorum retrò funibus arctiſſimè conſtringuntur. Qui gradus torturæ à territione, quæ cum ligaturâ funiculis quandoque fit, in eo differt, quòd in hâc, territione nempe, carnifex manus Rei funibus tantummodò paululum ligare incipit, in primo autem gradu torturę, juncturæ manuum funibus arctiſſimè usque ad oſſa conſtringuntur: unde corpus intolerabiles ſentit dolores, ita ut hic gradus torturæ, quoad cruciatus & dolores, ſecundo gradui ferè ſimilis ſit. Ajunt namq; carnifices, Reum ligaturam hancce perpeſſum, facilè etiam dolores gravioris torturæ vincere poſſe.

61 *Hancq; differentiam territionis cum funibus, & ligaturæ in primo torturæ gradu, innuunt etiam verba Scabinorum, quibus in decernendo primo torturæ gradu uti ſolent in ſententiis:* Vnd da dieſes bey jhme nicht fruchtet / wird dem Scharffrichter auch verſtattet / jhn mit den Banden zu ſchnüren. *Contrà verò territione cum funibus indictâ, hæc verba ponuntur* (Mit den Schnüren den Anfang zu machen.) *Quam verborum differentiam & efficaciam Carnifices periti exactiſſimè noſcunt.*

62 *Alter & Medius torturæ gradus eſt:* Quando Rei ſcalæ ſubjiciuntur, & violentâ quadam expanſione ſeu extenſione omnium membrorum articuli diſtinguuntur, atque dilacerantur, wenn inquiſit vff die Leiter gezogen vnd geſpannet / oder gefoltert wird. *Iohann. Zanger. in tract. de quæſt. & tortur. cap. 4. num.* 10. Hic gradus torturæ omnium frequentiſſimus eſt, & nomine torturæ ſimpliciter poſito propriè venit, ac ſubintelligitur.

63 *Tertius & ſummus torturæ gradus eſt:* Quando carnifices ultra expanſionem Rei in ſcalâ jam peractam, ſeverioribus adhuc tormentis utuntur, & vel candentibus luminibus, vel ſulphure & igne corpori injecto cutem adurunt, aut extremas digitorum partes, immiſſis infra ungues pineis cuneolis, iisque poſtmodum accenſis, aduſtione lædunt: aut etiam tauro vel aſino ex metallo fabricato, & igne immiſſo paulatim excandeſcenti Reum imponunt. *Zanger. dict. cap. 4. num.* 10. Quæ, aliaq; tormenta carnificibus notiſſima ſunt.

Ad diſcernendos verò hoſce duos gradus, medium nempè & ſummum, Domini Scabini peculiaria quædam verba formalia ſententiis ſuis inſerere ſolent. Nam medio vel ſecundo torturæ gradu, qui expanſione membrorum in ſcala perficitur indicto, hæc verba adjiciuntur (ziemlicher Weiſe) *in hunc modum:* So erſcheinet darauß ſo viel / daß jhr wol befugt / den Gefangenen / wofern er ſein Bekäntnuß in gutem nochmals nicht richtig thun will / mit der Schärffe ziemlicher Weiſe angreiffen / vnd befragen zu laſſen / &c. *Quæ verba in adjudicatione tertij & ſummi gradus torturæ omittuntur, ſententia in hunc modum concepta)* den Gefangenen mit der ſchärffe angreiffen / vnd befragen zu laſſen / &c. 64

Quia verò tertius hic torturæ gradus a- 65
trociſſimus & horribiliſſimus eſt, in omnibus
indifferenter delictis locum non habet, ſed tan-
tùm in Criminibus nefandis & exceptis, indi-
ciis multum urgentibus & certiſſimis occurren-
tibus, ita ut ſola confeſſio deficere videatur,
quod probè notandum eſt. *Ioh. Zanger. de quæſt.*
& tortur. cap. 4. num. 10. Et ut verum fatear, extra 66
caſum, quo Reus ſortilegij vel alterius criminis
atrociſſimi, indubitatis indiciis gravatus ac ferè
convictus, in prima tortura obſtinatus in negan-
do perſtitit, torturam hujus tertij gradus à Sca-
binis unquam fuiſſe adjudicatam, non memini.

Facit huc Scabinorum Reſponſum, ex quo differentia ſecundi & tertij gradus torturæ ſatis colligi poteſt: Seyd jhr zweiffelhafftig / wenn von vns einem *delinquenten*, ſo genugſam *graviret*, die ſcharffe Frage ziemlicher maſſen / wie ingleichen / daß er mit der Schärffe ziemlicher Weiſe angegriffen werden ſol (welche beyde einerley *effect* haben) zuerkandt wird / vff was Maſſe vnnd Weiſe ſelbige *tortur* zu *exequiren* ſey / &c So wird ein *inquiſit* vnd Gefangener / wenn die Wort ziemlicher maſſen / oder ziemlicher Weiſe der ſcharffen Frage mit zugeſetzt werden / durch den Scharffrichter anfänglichen mit den Schnüren angegriffen / vnnd damit zugeſchnüret / vnd dafern ſolche bey jhme nichts fruchten / wird er alsdenn vff die Leiter geſpannet / jhme die Spaniſchen Stieffeln / oder Beinſchrauben angelegt / eine Zeitlang in *ſuſpenſo* gehalten / vnnd hernach wieder zwey oder drey Sproſſen nieder gelaſſen / dadurch dann die jhme ziemlicher Weiſe / oder zimlicher maſſen zuerkante ſcharffe Frage zur Genüge vollſtrecket wird / wie dann auch ſonſten dem Nachrichter nicht vnbewuſt ſeyn wird / wie vñ vff was maſſe / auch mit was vor *inſtrumenten* er die ziemliche ſcharffe Frage vor deſſen an andern dergleichen Perſonen vñ *inquiſiten* hat pflegen zu *exequiren* Würden aber die Wort (ziemlicher maſſen oder ziemlicher Weiſe) außgelaſſen / vnd nur die ſcharffe Frage ohne fernern Anhang zuerkandt; So hat der Nachrichter dieſe Macht vnnd Gewalt / daß er den *inquiſiten* nebens vorgeſetzten Peinlichkeiten / auch mit dem Fewer / als angezündeten Schweffel vnd Kiehn / auch ſonſten mit andern üblichen vñ gewöhnlichen ſcharffen Mitteln 67 teln angreiffen mag / jedoch daß dem *inquiſiten* dadurch an ſeinem Leben kein Schade zugefügt werde/ welches denn ſonſten in ziemlicher ſcharffer Frage nit geſchehen ſoll. V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris Dreſdenſis. Menſe Novembr. Anno 1628.*

Q. Quale moderamen judex in diſtandis tormentorum gradibus adhibere debeat?

68 Tertium, quod attinet, Moderatæ nempè rationis temperamentum, quod circa qualitatem torturæ itidem probè obſervandum eſſe dixi, non ſufficit, noſſe gradus torturæ; ſiquidem non omnes hi indifferenter gradus in quovis crimine ſibi locum vendicant, ſed rectæ ac moderatæ rationis temperamento adhibito, exactiſſimè quoque ponderandum ac decidendum eſt, ad quem usque gradum torturæ devenire liceat, in quo potiſſimùm judicis arbitrium circa torturæ qualitatem verſatur. Ne ſcilicet ſpreto hoc temperamento rectæ rationis, ſine diſcrimine judices Reos tormentis vexent, ac ſub veritatis eruendæ prætextu horrendis modis dilanient, & ad ea, quæ nunquam patrârunt, nunquam dixerunt, nunquam cogitârunt, confitenda adigant, quo ſanè nihil crudelius & atrocius eſt, & ab omni jure & ratione magis alienum. *Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 64. nu. 33. Iohan. Zanger. in tract. de quæſt. & tortur. cap. 4. num. 14. Hippol. de Marſil. in pract. crim §. expedita. num. 86. Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. cap. 13. lit. C.*

69 Neque enim quoad gradus torturæ cer-
ta regula dari poteſt, ſed judex ſecundum ar-
bitrium & moderamen rectæ rationis ita fa-
ciet, ut qualitas delicti, perſonæ, & indicio-
rum poſtulare videbitur. Pro perſonæ enim,
quæ torquetur, robore, corporis infirmitate,
dignitate, criminis ratione, & indiciorum qua-
litate moderamen adhibendum eſt, per text. *in
l. quæſtionis. 7. l. de minore. 10. §. tormenta. 3. ff. de
quæſtion. Iul. Clar. dict. quæſt. 64. num. 33. Zanger.
dict. cap. 4. num. 14. Hippol. de Marſil. in dict. l. 7. num.*
70 *1. ff. de quæſt.* Eoque reſpiciunt verba *Ordin. Cri-
min. artic. 58.* Die Peinliche Frage ſoll nach Ge-
legenheit deß Argwohns/ der Perſon/ viel/ offt/ o-
der wenig/ hart oder linder/ nach Ermeſſung ei-
nes guten vernünfftigen Richters / fürgenom-
men werden. Et *artic. 59.* So der Beklagte ge-
fährliche Wunden/ oder andere Schäden an ſei-
nem Leibe hätte/ ſo ſoll die Peinliche Frage dermaſſen gegen jhm fürgenommen werden / damit er
an ſolchen Wunden oder Schäden am wenigſten
verletzet werde.

Hæcque ſententia placuit jamdudum *An-* 71
ton. Gomez. dict. cap. 13. num. 5. ita ſcribenti: *Ge-
neraliter datur talis Regula, quam Iudices habeant
præ oculis: quòd tortura debet adhiberi cum modera-
mine ſecundum qualitatem perſonæ, delicti, indicio-
rum & temporis, ita ut veriſimiliter Reus tortus re-
maneat ſalvus & illæſus, & non perdat vitam, nec
aliquod membrum.* Cum quo convenit *Iacob.* 72
Menoch. poſt alios, quos refert & ſequitur *lib. 2.
de arbitr. jud. quæſt. cent. 3. caſ. 271.* ubi dicit, *Cum
criminis Reus accuſatus quæſtioni ſubjicitur, haben-
da eſt ratio qualitatis perſonæ. Sunt equidem va-
riæ hominum conditiones, ſunt aliqui robuſti, aliqui
debiles, aliqui Nobiles, aliqui Ruſtici, atque ita non
æquè omnes ſunt ut pares cruciatus ferre poſſint.* I-
demque ſentit *Par. de Puteo in tract. de Syndicat.
§. Viſo de indiciis. num. 2.* ubi torturæ modera-
men tribus potiſſimùm in rebus conſiderari
ſcribit; puta: in qualitate criminis, in perſonæ
conditione, & gradibus tormentorum. Quæ 73
tria etiam exprimit *Chilian.* König *in proceſſ.
Rubr.* Von der ſcharffen Frage / *num. 17. & ſeqq.*
hiſce verb. Erſtlichen ſoll ein jeglicher Richter
bedencken / ob die Sache / darumb gefragt werden
ſoll / groß oder klein iſt / dann die Frage wird här-
ter in einer peinlichen / groſſen / ſchweren Sache/
dann in einer kleinen vnd leichten gebraucht / vnd
ſchwerer wird gefragt vmb Todtſchlag/ dann vmb
Dieberey / vnd ſchwerer in der Läſterung Käy-
ſerl. Mayeſtät/ dann in einem Falſche / vnd ſchwe-
rer wider einen Räuber / dann wider einen Dieb.
Zum andern ſoll in der ſcharffen Frage der Rich-
ter anſehen/ die Eygenſchafft der Perſonen/ dann
härter zu fragen ſeyn die eygen Knechte vnd har-
te Leute / dann die freyen / vnd die ſubtiles Leibes
ſind / vnd härter iſt zu fragen eine ſchnöde vnd
leichtfertige Perſon / dann ein ehrlicher Mann.
Zum dritten ſoll ein Richter in der ſcharffen Fra-
ge / auff die Schärffe an jhr ſelbſt Achtung haben/
alſo / daß wenn er mercke / daß eine geringe kleine
Frage genug iſt / ſo ſoll er der ſchwinden vnd här-
tern nicht gebrauchen. Hactenus *Chilian.* König.

Quæ omnia ex quæſtionibus ſubſequentibus manifeſtiora reddantur.

QVÆSTIO CXIIX.

Quænam Perſonæ à tormentis & quæſtionibus ſint exemptæ?

SUMMARIA.

1. *Non omnes indifferenter tormentis ſunt ſubjiciendi.*
2. *Quinam torqueri poſſunt? n. 3. 4.*
5. *Quæ perſonæ nequeant torqueri? n. 6.*
7. *Ob defectum judicij & intellectus à tormentis quidam ſunt exempti. n. 8. 9.*
10. *Vt impuberes, etiam pubertati proximi. n. 11.*
12. *Quod & verum eſt in foro Saxonico. n. 13.*
14. *Impubes poteſt terreri.*
15. *Reſponſa Scabinorum Lipſienſium.*
16. *Furioſi hoc privilegio quoque gaudent.*
17. *Etiam in delictis ante furorem commiſſis.*
18. *Sicut & Melancholici, modo verè tales ſint. numer. 19.*
20. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.*
21. *Mutus & Surdus torqueri nequit.*
22. *Secus ſi literas ſciat & intellectum habeat. num. 23. 24.*

25. *Cæcus quando torqueri prohibetur? n.26.*
27. *Prodigus à tormentis non excuſatur.n.28.*
29. *Minores 25.annis torqueri poſſunt.n.30.31.*
32. *In tortura an Minori Curator adjungendus? numer.33.*
34. *Debilitas corporis Reum à tormentis quoque liberat.*
35. *Vnde Senes torqueri prohibentur.n.36.37.*
38. *Modò non ſint robuſti ac perſpicaces? n.39.40.*
41. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
42. *Senes quandoq; poſſunt terreri.n.45.*
43. *Reſponſa Scabinorum Lipſienſium.*
46. *Valetudinarij quatenus torqueri prohibeantur. n.47.49.*
48. *Reſponſa Scabinorum Lipſienſium.n.50.*
51. *Fœmina prægnans nequit torqueri & quare? numer.52.53.*
54. *Quod & verum in gravida muliere ex coitu illicito.*
55. *Vt & in fœmina quæ modò concepit.n.56.*
57. *Etiam in puerperâ.n.58.*
59. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
60. *Mulier partum lactans quatenus torqueri poteſt. num.61.*
62. *Mulier prægnans terreri nequit.*
63. *Non credendum hâc in re aſſertioni mulieris.*
64. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.*
65. *Dignitas Reum eximit à tormentis.*
66. *Varij fuerunt Ordines Senatorum Romanorum. n.67.68.69.70.*
71. *Principes, Duces, Comites & Barones nequeunt torqueri.*
72. *Sicuti nec milites etiam noſtri temporis. numer.73.*
74. *Quinam milites torqueri poſſint? n.75.*
76. *Nobiles à tormentis ſunt exempti. n.77.78.79.*
80. *Sicuti & Doctores.*
81. *Doctores juris comparantur militibus.*
82. *Et vocantur Clariſſimi.*
83. *Privilegium de non torquendo an conſuetudine immutatum ſit.n.84.85.*
86. *Quando & quibus caſibus Perſonæ in dignitate conſtitutæ hodiè poſſint torqueri. nu.87.88.89.90.91.92.*
93. *Permiſſu ſuperioris Magiſtratus, Illuſtres, Nobiles ac Doctores ſolent torqueri.n.94.95.*
96. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.n.97.*
98. *Clerici, Magiſtri & Studioſi non prohibentur torqueri.n.99.100.101.104.105.*
102. *Reſponſa Scabinorum Lipſienſium.n.103.*

CErtiſſimi juris eſt, Reum alicujus crimi-
nis, tormentis aliter interrogari non poſ-
ſe, quàm ſi conditio perſonæ hoc patiatur,
1 *l.milites.8.§.oportet.C.de quæſtion.* Etenim quia
tortura res eſt periculoſiſſima, Legislatores
eam non in quoslibet decernendam eſſe vo-
luerunt, *l.1.§.3.& ſeqq. l.2. l. de minore.10. l.ex*
libero.15.ff.de quæſtion. Quare ante omnia judex
advertere debet, an Reus talis ſit perſona, quæ
de jure ſubjici tormentis queat, nec ne: Id-
que SECUNDUM EST, quod circa torturam de-
cernendam attendendum dixi, *quæſtione præced.*
num.11.

Q.1. Quænam perſonæ tormentis ſubjici queant?

2 Univerſalem autem hîc pono Regulam:
Quòd generaliter omnes tormentis
ſubjici poſſint, niſi qui ſpecialiter vel
ob defectum judicii, vel corporis de-
bilitatem, aut etiam dignitatem repe-
3 riuntur exempti. Equidem non ignoro,
apud Romanos fuiſſe teſtimonia ſervorum vi
tormentorum expreſſa. *Iohan.Roſin.lib.9.Roman.*
antiquit.cap.21. Unde quidam ſtatuere haud ve-
riti fuêre, torturam non niſi ſervis fuiſſe impo-
ſitam. Attamen cùm certiſſimum ſit, liberos
quoque homines tormentis interrogari poſ-
ſe; Id quod non modò generalis conſuetudo
probat tàm quoad mares, quàm fœminas; ſed
& ex plurimis juris capitibus manifeſtum eſt,
4 *l.3.ff.de pœn.l.1.§.nec frater.10.§.Divus.17.l.ex li-*
bero.15.in princ.l.unius.18.in pr.§.1.§.teſtes.3.ff.de
quæſtion.l.proditores.7.ff.de re milit.l.3.§.ipſa quo-
que.1.l.milites.8.l.Decuriones.16.cum l.ſeq.C.eod.
tit.Novell.90.cap.5.in fin. Guid.de Suzaria in tract.
de indic.num.8.Iohan.Zanger.in tract.de quæſtion.&
tortur.cap.1.num.8.Iacob.de Belviſ.in pract.Crimin.
rubr.de quæſt.num.7. utique Regula hæc gene-
ralis inde haudquaquam infringi poterit, o-
mnes nempè torqueri poſſe, qui in jure ſpecia-
liter non reperiuntur exempti, prout etiam con-
cludunt *Dd.* communiter. *Anton.Gomez.tom.3.va-*
riar.Reſolut.cap.13.num.5. Iul.Clar.lib.5.ſentent.§.
ult.quæſt.64.num.15.Iodoc.Dambouder.in prax.rer.
crim.cap.41.nu.1. Iohan.Zanger.in tract.de quæſt.&
tortur.cap.1.num.32. Petr.Theodor.in Colleg.Crim.
diſp.9.th.10.

Ideoque non tàm de regulâ, quàm de ex- 5
ceptione regulæ laborandum ac videndum erit:
Quænam perſonæ ab hâc Regulâ ſint exceptæ;
& quænam conditio ac qualitas à quæſtionibus
& tormentis aliquem eximat? Ubi triplicem in- 6
venio qualitatem, quæ excuſationem meretur:
nempe 1. *Defectum judicij & intellectus.* 2. *Corporis*
debilitatem.3.Perſonæ dignitatem. Hæ ſunt cauſæ,
ob quas Rei torqueri prohibentur. *Petr.Theodor.*
dict.diſput.9.theſ.10. de quibus diſtinctè diſpi-
ciendum erit.

Prima Cauſa & qualitas à tormen- 7
tis Reum eximens, eſt Defectus judicii
& intellectus. Sicut enim in pœnis irro-
gandis voluntas & animus hominis probè at-
tendendus eſt, ita & in tormentis decernen-
dis, judex judicium & intellectum Rei benè
ponderare ac perpendere, eumque, in quo
defectum judicij & imbecillitatem intelle-
ctus deprehendit, quæſtionibus ſubjicere non
debet. *Iul.Clar.dict.quæſtion.64.num.21. Petr.*
Theodor.dict.diſput.9.theſ.10. Henric.Bocer.in tra-
ctat.de quæſtion.& torm.cap.4.num.3. Cujus
exceptionis ratio duplex dari poteſt: 1. Quod 8
perſonæ illæ, quibus judicium & intellectus
deficit, veluti ſunt infantes, furioſi, &c. ne-
que verè delinquant, nec delicti pœnâ punian-
tur, quippe in quos animus nocendi non ca-
dit *l.ſed etſi quemcunque.§.ultim.ff.ad Leg.Aquil.*
l.infans.ff.ad Leg.Cornel.de Sicar. ubi Hippo-
lyt.de Marſil. Ideoque nec delicti Rei fieri poſ-
ſunt;

ſunt; quùm animus & propoſitum maleficia di-
ſtinguat, *l.1.ff.ſi quadr.paup.feciſſ.dicat.l.1.§.Divus.*
l.Divus Hadrian.ff.ad Leg.Cornel.de ſicar.cap.ſignifi-
caſti.de homicid.l.53.ff.de furt. nec torturæ ſuppo-
nendæ ſunt; hanc ſiquidem non decernendam
eſſe, niſi crimen tale perhibeatur commiſſum,
pro quo pœna corporalis veniat irroganda, no-
tiſſimum eſt, & probabitur *quæſt.ſubſeq.num.7.*
Iul. Clar. lib.5.ſentent. §. ult. quæſtion. 64. num. 4.
9 2. Quia tortura res eſt fragilis, quæ ſæpiùs veri-
tatem fallit, *l.1.§.quæſt.23.ff.de quæſt.* quare me-
tuendum, ne ex infirmitate judicij & timore
tormentorum, qualis in ejusmodi perſonis in-
firmioris intellectus præſumitur, extorqueatur
confeſſio delictorum, quæ forſan perpetrata
nunquam fuerunt. Unde fit, quòd licet imbe-
cillitas judicij delinquentes ab omni pœnâ non
excuſet, quæſtioni tamen homines tàm imbe-
cillis judicij ſeu intellectus neutiquam ſint ſub-
jiciendi.

Q.2. Num impuberes à tormẽtis ſint exempti?

10 Videndum igitur *quibusnam perſonis defe-*
ctus & imbecillitas judicij ſubvenire poteſt? Inter
quas procul dubio primum obtinent locum
IMPUBERES. Ita namque JCtus ait in *l.de mi-*
nore.10.in pr.ff.de quæſtion. De minore quatuorde-
cim annis quæſtio habenda non eſt. Et in *l.1.§.im-*
puberi.33.ff.ad SCtum Sylan. Impuberi, inquit, *u-*
trum in ſupplicio tantùm parcimus, an verò etiam in
quæſtione? Et magis eſt, ut de impubere nec quæſtio ha-
11 *beatur.* Quæ ſanè reſponſa de impuberibus
pubertati proximis, non de infantibus, vel aliis,
qui infantiæ annos nuperrimè exceſſerunt; ac-
cipienda ſunt; quippe cùm hi nec doli capaces
ſint, nec crimen committant. Quia verò du-
bium non eſt, Legislatores de iis tantummodò
impuberibus locutos fuiſſe, qui crimen com-
mittere poſſunt; utique & de hiſce impuberi-
bus, nempè pubertati proximis Reſponſa eo-
rundem intelligenda erunt: ſiquidem hi ſoli do-
li capaces dicuntur. *l.4.§.de dolo autem.26.* Ibi:
doli pupillos qui prope pubertatem ſunt, capaces eſſe.
ff.de dol.mal.& met. except. l. pupillum.111.ff.de reg.
jur. l.3. §.1 ff. de ſepulchr. violat. §. ſed quod diximus.
verſ. Nam infans, & verſ.ſeq. Inſtit. de inutil.ſtipul.
Gloſſ. Bart. & Dd. in l.10.ff. de quæſt. Franc. Brun. in
tract.de indic.quæſt.4.par.2.num.17. Anton.Gomez.
tom.3.variar.reſolut.cap.13.num.3. Iohan.Zanger.in
tract.de quæſt.& tortur.cap.1.num.36.Henr.Bocer.in
tract.de quæſt.& tortur.cap.4.n.6. Proſper.Farin. in
prax.crimin. quæſtion.14. num.16. Petr. Theodor. in
Colleg.Crimin.diſp.9.th.10.lit.B. Iul.Clar.lib.5.ſen-
tent.§.ult.quæſt.64.num.21.Petr.à Plach.in Epit.de-
lictor.lib.1.cap.32.n.12. ubi dicit, hanc ſententiam
uſu receptam eſſe.

12 Hæcque ſententia in terris quoque Sa-
xonicis practicatur, teſte *Zanger.dict.cap.1.num.*
33. Cui non obſtat *artic.26.* **Lehenrecht.** ubi di-
citur, in ditionibus Saxonicis quem puberta-
tem conſequi completis 13.annis & ſex ſeptima-
nis. Unde ſequi videtur, poſt completum an-
num 13. torturæ quem ſubjici poſſe, ceu pube-
13 rem in terris Saxonicis. Hoc, inquam, non
obſtat, quia in *dict.artic.26.* conſtituitur ſolum-
modò differentia inter jus feudale Saxonicum,
& commune, ac quidem limitato modo, nem-
pe ut cùm utroque jure tutela finiatur puber-
tate, hæc pubertas jure Saxon. feudali com-
pletis tredecim annis & ſex ſeptimanis inci-
piat. *Gloſſ.in articul.26.* **Weichbild** *artic.42.& ibi*
Gloſſ. **Landrecht.** *lib.1. Aut. differ. 9. & 16. Zanger.*
dict.cap.1 num.34. Quod igitur jure feudali Sa-
xonico ſpecialiter conſtitutum eſt in feudis, il-
lud ad caſum torturæ atque pœnalia extendi
non debet.

Hæc tamen de ipſa tortura ſolummodò 14
accipi velim, non etiam de territione. Etſi enim
impubes pubertati proximus torqueri nequeat;
attamen non dubitandum eſt, quin terreri poſ-
ſit, appoſitis etiam forcipibus ſeu inſtrumentis
ad conſtringendos pollices, **mit Anlegung der**
Daumſtöcke. Quod & menti JCti Ulpiani con-
venit in *l.1.§.impuberi autem.33.ff.ad SCtum Sylan.*
ubi dicit, impuberem terreri poſſe, & habenâ &
ferulâ cædi. *Henric.Bocer.in tract.de quæſt.& tortur.*
cap.4.num.8.Iohan.Zanger.dict.cap.1 num.35.Petr.
Theodor.dict.th.10.lit.B.Proſper.Farin.dict.quæſt.41.
num.17.

Veluti etiam adverſus puerum tredecim annorum 15
ejusmodi territionem cum inſtrumentis ad con-
ſtringendos pollices aptis, **mit den Daumſtöcken/**
decernere non dubitavimus. Verſus **Böhlen/** *Ad re-*
quiſitionem **Wolffgang Seifrieds.** *Menſe De-*
cembr.Anno 1625.

It: Ad Conſultationem Prætoris & Scabinorum
Torgenſium. Menſ.Octobr.Anno 1630.

Impuberibus & infantibus ſimiles ſunt 16
FURIOSI qui non minus ac illi à torturâ eximun-
tur, ob defectum intellectus. *l.3.§.furioſos.11.ff.*
de quæſt.Paul Girland.in tract.de quæſtion.& tortur.
quæſt.6.num.7. Iohan.Zanger.in tractat.de quæſt.&
tortur.cap.1.num.43. Henric.Bocer. dict.cap.4.num.
9.Petr.Theodor.in Colleg.crim.diſput.9.th.10.lit.B.
Quod adeò verum eſt, ut ne quidem de crimine 17
ante furorem commiſſo, furioſum tormentis in-
terrogari poſſe exiſtimem, cum *Bocer.dict cap.4.*
num.10. Siquidem furioſus omni intellectu ca-
ret, *l.Divus.14.in pr.ff.de offic.Præſid.* ut percipere
non poſſit finem quæſtionis, & quare tormen-
tis afficiatur; ideoque & mortuo comparatur,
l.qui ad certum.14.ff.locat.l.bonorum.24.§.1.ff.rem.
rat.haberi. Et per omnia ac in omnibus abſentis
& quieſcentis loco habetur. *l.2.§.furioſus. ff.de*
jur.Codicill. Bocer.dict.cap.4.num.10. ubi ad con-
traria reſpondet.

Q.3. Quatenus Furioſi & Melancholici tortura ſint exempti?

Idemque de iis verum quoque eſſe puto, 18
qui affectu melancholico laborant, nec
plenum intellectum habent: ob rationis identi-
tatem, quæ non minus hoſce ac furioſos à tor-
mentis & quæſtionibus liberat. Modò tamen 19
de furore aut ſummo Melancholicæ gradu certò
conſtet. Quare & Scabini, priusquam adverſus
ejusmodi homines quicquam decernant, inda-
gationem & judicium periti alicujus Medici re-
quirunt, ne ſcilicet malefici homines furorem &
melancholicam fingentes torturam ac pœnam
effugiant.

Veluti ſæpiùs ita pronunciatum memini: **So** 20
wird billich bey dem Gefangenen / mit Zuziehung

gelehrter vnnd erfahrner Aerzte / auß ſeinen Reden vnd Geberden fleiſſige Erkundigung genommen/wie es ſeines Verſtandes halber vmb jhn eygentlich bewandt/Ob er bey guter Vernunfft/vnd rechten vollkömlichen Verſtande/oder mit Schwermut vnd Melancoliſchen Gedancken beladen ſey/vnd wenn ſolche Erkundigung mit fleiß *regiſtriret*, vñ zu den *acten* gebracht wird / ſo ergehet darauff der ſcharffen Fragen wegen/oder ſonſten was recht iſt/V.R.W.

Q.4. Surdus & mutus an torqueri poſſit?

21 Similiter quoque torqueri prohibetur Surdus & Mutus natura: Non ſolùm quia plerunque fatuus eſt, ſed etiam quia nulla ab eo confeſſio exprimi poteſt. *Franc.Brun.in tract.de indic.& tort.part.2.quæſt.4.num.25.Franc.Caſon.in tract.de torment.cap.10.num.5.Iohan.Zanger.de quæſt.& tort.cap.1 num.44.Bocer.de tort.cap.4.num.16.*

22 Quod ſi tamen delinquens per accidens
ſurdus & mutus factus ſit, ac literas ſciat, & intellectum
habeat, dubium prorſus non eſt, quin
ſcripto interrogari ſub tormentis, & eodem modo
reſpondere debeat. Cùm enim hic propter ſanum
& plenum intellectum condere teſtamentum
poteſt, *l.diſcretis.*10.*C.qui teſtam.fac.poſſ.* Cur
non etiam torqueri poſſet, maximè quia intereſt
Reipubl. ut nocentium peccata nota ſint, *l.*
*eum qui.*18 *in pr.ff.de injur.* Et pœnas ob maleficia
ſolvi magna ratio ſuadet. *l.ſi à Reo.70.§.ult.verſ.*
*Nam pœnas.ff.de fidejuſſ.Bocer.dict.cap.4.num.*13. Idemque
23 obtinet in ſurdo tantùm, interrogatio
enim ſub tormentis poteſt fieri ſcripto, reſponſio
voce. Et caſu converſo, qui tantum mutus
eſt, ſive id vitium caſu, ſive naturâ obvenerit, poteſt
interrogari voce, ut ſcripto reſpondeat, *arg.*
*dict.l.*10.*C.qui teſtam.fac.poſſ.Ioh.Zanger.dict.cap.*1.
24 *num.*46. Ubi reſpondet ad *l.ſi quis.3.§.8.&§.10.ff.*
de SCto Syllan. quæ huic ſententiæ adverſari videtur:
Nimirum textum illum accipiendum eſſe
ſolùm de iis, qui literas neſciunt, quos ex dictis
teſtium condemnari oportet. *Franc.Brun.dict.*
*quæſt.4.nu.*25.

Q.5. Quando Cœcus torqueri prohibeatur?

25 Hæ igitur ſunt perſonæ, quæ ob defectum
judicij & intellectus torqueri prohibentur, inter
quas Coecus neutiquam referendus eſt; Etenim
quia neque auditus, neque loquela ei impedimento
eſt, quò minus de crimine à ſe commiſſo
confiteri poſſit, nulla ſanè cauſa eſt, cur à tortura
ſit excuſandus. *Iohan.Zanger.de quæſt.& tort.*
26 *cap.1.nu.*48. Quod tamen fallit in cœco teſte, qui
de crimine ab alio quopiam commiſſo, quod ipſemet
videre nequivit, nec interrogari, nec
tormentis ſubjici poteſt, prout de hoc accipi debet
l.3.§.cœcus.9.ad SCtum Syllan. Niſi forſan de
eo crimine interrogaretur, quod factum dicitur
antequam cœcus factus eſſet, aut niſi vocem eorum,
qui delictum perpetraſſe dicuntur, notam
habuerit. *Zanger.d.loco.Hippol.de Marſil.in rubr.*C.
de probat.num.6.

27 Sicuti nec Prodigus à quæſtionibus liber
eſt: Etſi enim is furioſo & impuberi æquiparetur,
*l.his qui.*12.*§.ult.ff.de tutor.& curat.*
dat.ab his, &c. Unde & voluntas prodigi nulla
dicitur, *l.furioſi.*40.*ff.de reg.jur.* Idemque contumax
eſſe negatur, *l.7.§.idemque.12.ff.quibus*
ex cauſ.in poſſeſſ.eat. Attamen hæc comparatio
tantummodò contractus & bonorum alienationes
concernit, in quibus furioſus plus juris ac
diſponendi poteſtatem non habet, quàm impubes
aut furioſus, ut probat text. in *l.his qui.*12.§.
Divus in fin. Ibi: *Quod ad bona ipſorum pertinet.ff.de*
tutor.&curat.dat.ab his. In delictis verò hęc ęquiparatio 28
ceſſat; Prodigalitas ſiquidem per ſe eſt
nequitia & maleficium. *Paul.lib.3.ſentent.tit.*4.
§.moribus.l.1.ff.de curat.furioſ. ac pœnam meretur,
adeoq; aliud crimen perpetratum nequaquam
excuſare, aut à quæſtionibus delinquentem eximere
poteſt. *Henric.Bocer.in tract.de quæſt.& tort.*
*cap.4.n.*11.

Q.6. Quid de minoribus habendum?

29 De pubere autem minore **25.** annis aut de jure Saxonico annis **21.** quin is jure torqueri queat, vix ambigendum: quamvis quæſtionem hanc arduam dicat *Bocer. dict. cap.4.num.*19. Severiſſima namque ſanctio eſt Impp. quòd in criminibus ætatis ſuffragio minores non juventur, *l.1.l.2.C. Si adverſ.delict. l.9.§.nunc videndum.2.ff.de minor.* Quin & dum impubes nominatim excuſatur à tortura, *l.de minore.*10.*in pr. & l.ex libero.*15.§.1.*ff. de quæſtion.* aliud in pubere minore obtinere ſatis inde evincitur.

Nec quicquam contrariatur, *l.auxilium.* 30
37.*§.1.verſ.in delictis.ff.de minor.* quæ minores delinquentes
mediocri quâdam pœnâ affici jubet;
Quo caſu tormenta locum ſibi non vendicare,
dicetur *quæſt.ſeq.num.7.* *Hoc* etenim verum eſſe
concedo, quando non niſi pœna pecuniaria vel
Relegatio ingeritur; quia namque tortura gravis
eſt afflictio, ad eum neutiquam procedendum
eſt, niſi in caſu, quo pœna corporis afflictiva
irroganda venit, prout ſentit *Iul.Clar.dict.*
*lib.5.ſentent.§.ult.quæſt.64.nu.4. Petr.Heig.part.*1.
*quæſt.*40.*num.*39. At minores delinquentes puberes 31
à pœnâ corporis afflictivâ prorſus immunes
eſſe, nullibi probatur. Quamvis enim mitiùs
quandoque puniri debeant; attamen à pœnâ
fuſtigationis ac mortis ſupplicio exempti
non ſunt, ut vel ex ipſa *l.37.§.1.ff.de minorib.* conſtat,
& manifeſtè probatur *ex art.*164.*Ordin.*
Crim.Carol.

Quod autem *Henric.Bocer.in tract.de quæſt.* 32
*& tortur.dict.c.4.num.*20. autumat, Minori tormentis
interrogando curatorem adhunc actum
eſſe dandum, ne ſcilicet ex ſua imperitia vel juvenili
calore aliquid vel dicat, vel taceat, quod ſi
proferatur, vel non exprimatur, prodeſſe ipſi
poſſit, & à deteriore calculo eum eripere, *l.*4.
C. *de autor.præſt.* ſecutus ſententiam *Hippolyt.de*
*Marſil.in pract.crimin.§.nunc videndum.num.*31.
*& Franciſc.Caſon.in tract.de torm.cap.*10.*num.*2.
Illud in practicâ receptum non eſt, nec in foro 33
Saxonico uſu obſervatur. Quin etſi minor
torquendus curatorem petat, eum non audiendum
eſſe dixerim; Eadem ſiquidem ratio
ob quam Procurator ex parte Rei in criminalibus
non admittitur, juxta tradita *ſuprà quæſt.*
105.*nu.*16.*& ſeqq.* Curatorem quoque adhiberi
prohibet.

34 Secunda cauſa, quæ Reum à tormentis liberare poteſt, eſt corporis debilitas.

Non ſolùm enim tortura res fragilis eſt, ſed & periculoſa admodum, quæ plurimum damni ſæpiùs affert, præſertim iis, qui ob corporis debilitatem & infirmitatem torturam pati nequeunt, quos propterea à tormentis & quæſtionibus exemptos eſſe, *Dd. communiter* ſtatuunt, *Petr.Theodor. in Colleg. criminal. diſput.9.th.*10.*lit.* C. *Henric.Bocer. in tract. de quæſt. & tortur. cap.* 4. *num.*2.*Iohan.Zanger.in tract.de quæſt.& tort.cap.*1. *num.*39.

Q.7. An & quando ſenes poſſint torqueri?

35 Hinc *Primò* SENES, qui ætate defecti ſunt, torqueri non debent; *l.* 3. §. *ignoſcitur.* 7. *ff. ad SCtum Sylan. Iul.Clar. in pract.* §. *ult. quæſt.*64, *numer.*25. *Paul.Girland.de quæſtion.& tortur.quæſt.*6. *nu.*5.*&* 6. *Franc.Caſon. in tract. de torment. cap.*10. *num.*12. *Ægid.Boſſ.de tortur.num.*19.*Iohan.Zanger. dict.cap.*1. *num.*38. *Bonif.de Vitalin. in tract. de maleſic. lib.*3. *cap.*11. *num.*2. *Iodoc.Dambouder. in prax. rer. crimin. cap.* 41. *num.* 6. *Henric. Bocer. in tract. de quæſt. & tortur. cap.* 4. *num.* 21. *Hippol. de Marſil. ad l. edictum.*8.*num.*15.*ff.de quæſt.* Non ſolùm ob corporis debilitatem & infirmitatem, quæ tormenta haud patitur, abſque ſingulari ſanitatis & vitæ damno, ſed & ob imbecillitatem intellectus & judicij; Quia Senes ut plurimum ſunt delirantes, ac memoriæ vitiis multùm laborant. 36 *Iodoc. Dambouder. in prax. rerum criminal. cap.* 41. *num.*6. Quo reſpectu etiam ſenectus altera adoleſcentia & pueritia eſt, ac ſenes omnibus modis in pueritiam revolvi, rurſumque ad initium reverti dicuntur. *Ariſt. lib. orb. quæſt.* 17. *cap.*3. ut probè dixerit *Accurſius:* ſenes habere ſenſum puerilem, *in l ſeoectus. C. de donat.* Eaque 37 cauſa eſt, quòd propter ætatem ſenilem delinquentibus ſuccurratur. *Dec. in l. ferè in omnibus. num.* 5. *ubi & Cagnol. num.*2.*ff. de Reg. jur. Anton.Gomez. de delict. cap.*1. *num.*68. *Proſper. Farin. part.*3.*oper.criminal.quæſt.*92.*n.*23.*Iacob.Menoch.de arbitr.jud quæſt.lib.*2.*caſ.*329.*nu.*20. *Bertaz.conſil. crim.*70.*nu.*37.*Andr.Gail.lib.*2.*obſervat.*110.*nu.*34. *Ludov.Carrer. in pract.in* 2. *tract.de homicid.*§.*circa quartum.n.*13.

38 Duo tamen hîc probè notari velim: 1. Ut ij tantummodò ſenes à tormentis & quæſtionibus eximantur, qui ætate ſunt defecti, ac bonam partem virium, conſilij, & mentis propter ſenectutem amiſerunt; Non etiam robuſti, graves ac perſpicaces, quales haud rarò adhuc eſſe homines ſexaginta vel ſeptuaginta annorum, ipſa docet experientia: Quos à tormentis ac pœnâ ordinariâ exemptos eſſe, nemo dixerit, niſi qui anſam & cauſam delinquendi præbere velit. Idque ipſum notat *ICtus Vlpianus*, quando ob virium imbecillitatem à torturæ liberat ſenes ætate defectos, *in dict. l.*3. *ignoſcitur.* 7. *ff. ad SC. Sylan.* quales ſunt ij ſolùm, qui corporis imbecillitate laborant, ut ſine vitæ periculo præſenti tormentis inter- 39 rogari nequeant. Proinde ſanctio hæc *Vlpiani*, ad ſenes robuſtos, graves ac perſpicaces haudquaquam erit extendenda. *Paul. Girland. dict. quæſt.* 6. *num.* 5. *&* 6. *Franc. Caſon. in tract. de torment. cap.* 10. *num.* 12. *Hippolyt. de Marſil. ad l. Edictum.*8 *num* 15.*ff.de quæſt.Iohan Zanger.in tract.de quæſt.& tortur.cap.*1.*num.*39. Neque tutum eſſet generaliter affirmare, à tormentis excuſari ſenes cùm hac ratione ſæpenumero verſuti ſenes, præſertim mulieres veneficæ impunitatem aſſequerentur, contra *l.* 51. *verſ. quod ſi quis.ff. ad Leg. Aquil.*

Quin etſi generaliter diceretur, ſenes 40 quoſcunque à quæſtionibus liberos & immunes eſſe, res tamen eò rediret, neque exceptione ſenectutis ſeſe adverſus tormenta tueri poſſent, niſi qui ætate defecti ſunt, & maximam virium ac conſilij mentiſque partem amiſerunt. Etenim, quum ſenes non uno modo definiantur in jure noſtro, ſed aliter atque aliter pro ſubjectâ materiâ, ita ut definitio ſenectutis arbitrio judicis ſit relinquenda, *Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib.* 2. *cent.* 1. *caſ.* 59. *num.* 3. utique judex diſcretus non tàm de numero annorum, quàm de infirmitate virium diligenter inquireret, eoſque in caſu torturæ ſenes definiret, qui propter decrepitam ætatem & corporis debilitatem pati tormenta non poſſent. *Iohan. Zanger. dict. cap.*1.*num.*39. Unde fieret, quòd homo ſexaginta annorum, modò robuſtus ac validus ſit, nec ſenex appellitandus nec à tormentis excuſandus eſſet.

Veluti etiam Dominos Scabinos furi cuidam ſexagenario, & annum ſexageſimum quartum ingreſſo torturam in gradu ſecundo, funibus ac membrorum extenſione in ſcalâ peragendam dictaſſe reperio: qui etiam in tormentis furtum confeſſus poſtmodum laqueo ſuſpenſus fuit. Verſus Endorff. *Ad requiſitionem Præfecti Iohannis* Trillers.*Menſ.Iun. Anno* 1605. 41

2. Etſi ſenes decrepiti tormentis ſubji- 42 ci non debeant; attamen quin ad criminis veritatem inveſtigandam terreri poſſint, adhibitis inſtrumentis ad conſtringendos Reorum pollices comparatis, vulgò Daumſtöcke / non ambigitur: ad exemplum impuberum, quos hoc modo terreri poſſe, dixi *antea num.* 14. *l.*1. §. *impuberi.*33 *ff. de SCto Syllan. Anton.Gomez.tom.*3.*variar. reſolut. cap.*13.*num.*3.*&* 4. *Iohan.Zanger. dict. cap.* 1. *num.* 40. *Iul. Clar. in pract.* §. *ult. quæſt.* 64. *num.*22.*Proſper.Farin.in prax.crim.quæſt.*41.*nu.*24. *& ſeqq.*

Et ita pronunciatum memini in caſu, quo Reus quidam adulterij annum ſexageſimum nonum attigerat. Ad conſultationem judicis & Scabinorum VVeiſſenfelſenſium. Menſ.Iun.Anno 1623. 43

Eodem pariter modo Reum quendam ſeptuagenarium terreri juſſimus Præfect. Rochlicenſ. Menſ. Mart. Anno 1630. 44

Quo tamen caſu arbitrium judicis neutiquam excluditur: Hic enim nimiam debilitatem ac ſenectutem deprehendens Reum etiam à territione liberare poterit. Proin Reo cuidam 77. *annorum, remiſſa quoque territione juramentum purgatorium imponere haud dubitavimus ad requiſitionem Quæſtoris in* Voigsbergk.*Menſe Auguſt. Anno* 1630. 45

Q.8. Valetudinarij

Deinde: Tormentis interrogari non de- 46 bent ob virium defectum & corporis debilitatem VALETUDINARII, tali morbo laborantes, *quatenus torqueri prohibeantur?*

qui omnis ulterioris cruciatûs eſt impatiens, ita ut ſi tormenta adhibeãtur, mors certò videatur imminere. *arg.l.7.ff.de quæſt.junct.1.l.3.in pr.ff.de SCto Sylan. Matth.Stephan.in not.ad artic.*59. *Ord. Crim.Carol. Henr.Bocer.in tract.de quæſt.& tortur. c.4.nu.23. Franc.Caſon.in tract.de torment.cap.*10. 47 *num.*8. Ad inveſtigandam tamen veritatem criminis, adversâ valetudine adfecti terreri poſſũt, nõ ſolùm verbis, ſed & inſtrumentis ad comprimendos pollices comparatis, funibusque adhibitis, *arg.l.1.§.impuberi.33.ff.de SCto Sylan.*

48 *Prout reſpondimus Heinrico à* Bünaw/in Weſenſtein. *Menſ.Iun.Anno* 1630.

49 Quin & ſi morbus ſit talis, ut vitæ periculum præſens non ſit, ipſam torturam, quæ in ſcalâ expanſione membrorum perficitur, moderatè tamen adhiberi poſſe dixerim, ſecundum expreſſam ſanctionem Caroli V. Imper. in *Ordin.Criminali artic.*59. So der Beklagte gefährliche Wunden / oder andere Schäden an ſeinem Leibe hätte / ſo ſoll die peinliche Frage dermaſſen gegen jhm vorgenommen werden / damit er an ſolchen Wunden / oder Schäden am wenigſten verletzet werde. ubi *Matth. Stephan. in not.* exemplum ponit in homine, qui rupturam circa genitalia habet, quem moderatè, ne ruptura incrementum accipiat, torqueri poſſe, putat, ſecutus *Proſper. Farin. in prax. crimin. quæſtion.* 41. *num.* 93.

50 *Secundum hæc, Reum morbo Epileptico laborantem moderatè torquendum eſſe, pronunciarunt Dn. Scabini Lipſenſes hiſce formalibus:* So ſeyd jhr wol befugt / jhn mit der Schärffe ziemlicher Weiſe (dabey aber doch eine Maſſe wird gehalten werden müſſen / weil er mit der ſchweren Noth behafftet) angreiffen / vnnd befragen zu laſſen / *&c. Prætori Dreſdenſi. Menſ. Iulio, Anno* 1615. *Et in caſu ſimili ad requiſitionem Prætoris Lipſienſis Menſ. Iul. Anno* 1617.

Nec non Quæſtoris Freiburgenſis. Menſe Iunio, Anno 1628.

Q.9. An & quatenus fœminæ prægnantes atque puerperæ à tormentis ſint exemptæ?

Tertiò prohibetur hinc torqueri FOEMINA 51 PRÆGNANS. Quâ de re expreſſum extat reſcriptum *ICti Vlpiani, in l.3.ff. de pœnis*, ubi ait: *Prægnantis mulieris conſumendæ damnatæ pœna differtur, quoad pariat. Ego quidem, & ne quæſtio de ea habeatur, ſcio obſervari quamdiu prægnans eſt.* Cujus reſcripti ratio duplex afferri poterit: 1. Ut fœtus ſervetur ſalvus & illæſus, quam ipſemet 52 *Vlpianus ICtus* videtur innuere in *l. Imperator.* 18. 53 *ff.de ſtat.hom.* 2. Ne ipſamet fœmina prægnans, quæ plerunque debili eſt corpore, ex doloribus tormentorum damnum vitæ ſentiat; Facilè namque aliquid extrinſecus accidere poſſet, quod corpus ejus in valetudinem immittat, *arg. l.quæritur.14.§.2.ff. de ædil.edict.l.2.§.ſi non.4.ff.ſi quis caution. jud. ſiſt. cauſ.fact. Matth.VVeſembec.in parat.ff. de quæſtion. num.*10. *Iohan.Zanger. in tractat. de quæſtion. & tortur. cap.* 1. *num.* 41. *Henric. Bocer. in tractat. de quæſtion. & tortur. cap.* 4. *num.* 25. *& ſeqq. Iul.Clar. lib.5. ſentent.§.ultim. quæſtion.* 64. *num.* 23. *Matth Stephan. in not. ad articul.*58. *num.*4. *Ordin.Crimin.Carol. Iodoc. Dambouder. in prax. rerum crimin. cap.* 41. *num.* 7. *Franciſc. Brun. in tractat. de indic. & tortur. quæſt.* 7. *ſecundæ part. num.*3. *Hippol de Marſil. in prax.crim.§. nunc videndum.n.*47.*&* 48.

Hæcque concluſio generalis, quæ abſque 54 dubio ita practicatur. *Ampl.*1.*In muliere gravidâ, non ex legitimo matrimonio, ſed ex adulterio, vel alio coitu illicito.* Nam & hæc torqueri nequit; ob identitatem rationis, quæ indifferenter in quovis partu obtinet. Neque enim calamitas matris nocere debet ei, qui adhuc in ventre eſt, ut loquitur *ICtus Marcianus in l. Et ſervorum.5.§.2.ff.de ſtat.homin. Iodoc.Damboud.dict.cap.41.nu.7. Proſp. Farin.in prax.crim.lib.1.tit.5.quæſt.11.nu.82.Franc. Brun.de indic.& tortur. dict.quæſt.4.nu.3. Hippol.de Marſil.in l.edictum.n.27.ff.de quæſt.*

Quod in Electorali Saxon.Scabinatu ſæpiùs practicatum memini.

2. *Ampl.* Ut nihil referat, an mulier præ- 55 gnans proxima ſit partui, *an verò ante paucos dies decem vel viginti tantummodò conceperit.* Quo caſu licet fætus nondum animatus ſit; attamen propter ſpem futuræ animæ mulier tormentis ſubjicienda non eſt. *Ludov.Carrer.in pract.in 2.tract. de indic. & tortur. §. circa tertium. quæ perſonæ torquer.poſſ.num.* 34. *Hippolyt. de Marſil. in dict. l.edictum. num.* 27. *verſ. Et procedunt etiam prædicta. Brun.dict.quæſt.4.num.4. Farinac. dict.quæſtion.*41. *num.*83. Æquè enim peccat, qui naſcentem 56 diſturbat animam, ac is qui natam eripit. Et mulier prægnans ex metu quoque & vi tormentorum ejicere poteſt embrionem; Quare non minus primis illis diebus mulier prægnans torqueri prohibetur. *Henr.Bocer.in tract.de quæſt.& tortur.cap.4.num.27. Petr.Theod.in Colleg.Crimin. diſp.9.th.10.lit.C.*

3. *Ampl.* Hæc Concluſio in *Muliere puer-* 57 *pera*, quæ poſt partum intra dies 40. tormentis interrogari non debet. *Gloſſ.in l.3.verb prægnant; ubi & Bartol.ff.de pœn. Proſper.Farin. dict. quæſt.*41. *num.79. Iul.Clar.lib.5.ſentent.§.ult.quæſtion.*64. *n.*23. Roßbach *in proceſſ.crim.tit.5.cap.21.n.6.Petr. Theodor. dict. diſput. 9.th. 10.lit. C. Anton. Gomez. tom.3.variar.reſolut.cap.13.Franc.Gaſon.in tract.de torm.cap.10.nu.6. Henr.Bocer.dict.cap.4.n.28. Hippol.de Marſil.in pract.crim.§. nunc videndum.n.*47. Etſi enim puerpera dicatur ſana, & valetudinis integræ, *l.quæritur.14.§.2.ff.de ædil.edict.* At- 58 tamen quia debili adhuc eſt corpore, & facilimè fieri poſſet, ut partus recens editus ob nutrimenti & lactis materni corruptionem periret, non immeritò per id tempus judex à tortura abſtinere debet.

Pronunciantibus ita quotidiè Scabinis: Es wird 59 aber die ſcharffe Frage / weil die Gefangene ſchwangeres Leibes iſt / biß ſo lange Sie jhrer Weiblichen Bürden entlediget / vnnd deß Kindes geneſen / auch die ſechs Wochen vmb ſeyn / billich eingeſtellet / vnnd hernach dermaſſen verrichtet / daß vffn Fall Sie jhr Kind ſelbſten nehret / demſelben an der Nahrung kein Abbruch geſchehe / V.R.W. *Quæſtori Sceudicenſi, Menſ. Majo, Anno* 1603.

Senatui Freibergenſi, Menſ. Iunio, Anno 1598.

4. *Ampliat.* prædicta concluſio in *mulie-* 60 *re non quidem prægnante, attamen partum lactante. Proſper.Farinac.dict.quæſt.41.num.80. Iul.Clar. in pract. §. ultim. quæſtion.64. num. 23. Hippolyt. de Marſil. in l.Edictum.num.24.ff.de quæſtion.* Quod

in

61 in Electorali Saxon. Scabinatu hactenus ita obſervatum fuit, quando nulla alia nutrix reperiri potuit, juxta doctrinam *Hippolyt. de Marſil. in dict. loc. Edictum. num. 24. Ludovic. Carer. in pract. criminal. in 2. tract. de indic. & tortur. §. Circa tertium quæ perſonæ torqueri poſſunt. numer. 34. ad fin.* Quamvis & ſciam, ſæpiùs matri infantem lactanti torturam fuiſſe indictam, cum hâc declaratione, ut moderatè adhibeatur, ne per eam noceatur infanti quoad nutrimentum, **damit dem Kinde an ſeiner Nahrung kein Abbruch geſchehe**/ut patet ex ſententiis modò adductis Veluti & cum tali moderamine, mulieri infantem lactanti fuſtigationis pœna adjudicari ſolet.

62 5. *Denique Ampliat.* hæc Concluſio: *Vt ne quidem terreri debeat mulier prægnans, Proſp. Farin. dict. quæſt. 41. n. 84. Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. cap. 13. num. 4. verſ. Et ita debet procedere.* Quia ex terrore & comminatione facilè poſſet ſequi abortus. Et ſic ſtante rationis identitate, debet etiam obtinere eadem juris diſpoſitio. *l. à Titio. 108. in pr. ff. de verb. obligat. l. illud. 32. ff. ad Leg. Aquil. cap. 2. §. unde cum non ſit. extr. de translat. Epiſcop. Gloſſ. in l. ſi quis ſervo. 20. ubi Bartol. n. 3. C. de furt. & ſerv. corrupt.*

63 Notandum autem, quòd hoc caſu, ubi de
torquendâ fœminâ prægnante agitur, non cre-
datur mulieri dicenti ſe gravidam, ad effugien-
dum torturam; ſed judex, ſi dubitet, an mulier
ſit prægnans, nec ne, conſulere debet obſtetri-
ces & Medicos juratos, & ſecundum eorundem
diſpoſitionem ſuper mulieris prægnantiâ ſen-
tentiam ſuam formare. *Franc. Caſon. in tract. de
torment. cap. 10. numer. 6. & 7. Proſper. Farin. dict.
quæſt. 41. num. 85. Ludov. Carer. in pract. crimin. in 2.
tract. de indic. & tortur. §. circa certum, quæ perſon.
torq. poſſ. num. 34.* ubi dicit, non teneri judicem,
ſi poſuit in torturâ mulierem prægnantem, quæ
ob id fecit abortum, quando Medicus illam
64 non prægnantem aſſeruit. Eaque omnia
„ quæ hactenus de muliere prægnante dixi, in
„ *practica fori Saxonici* uſu ita recepta eſſe, non
„ ſolùm ipſemet multoties obſervavi, ſed &
„ manu D. Andreæ Schefferi JCti quondam
„ eminentiſſimi, & Elect. Saxon. Scabinatus nec
„ non Facultatis juridicæ Aſſeſſoris, in libro quo-
„ dam peculiari, quod in Scabinatu habetur, no-
„ tata reperi.

Q. 10. An perſonæ Illuſtres, Milites, Nobiles ac Doctores torqueri poſſint?

65 Tertia denique cauſa exemptionis eſt dignitas Rei. Etenim quia tortura non ſolùm fragilis & periculoſa, ſed & famoſiſſima res eſt, ideò perſonæ clariſſimæ ac in dignitate eminentiori conſtitutæ haudquaquam torturæ ſubjici debent, juxta communiorem ac veriſſimam *Dd.* concluſionem. *l. jus Senatorum. 8. l. ſeveram. 10. C. de dignit. lib. 12. Iohan. Zanger. in tract. de quæſt. & tortur. cap. 1. num. 49. & mult. ſeqq. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ultim. quæſtion. 64. num. 17. Ægid. Boſſ. in tit. de tortur. teſt. numer. 7. Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. num. 176. in fin. Matth. VVeſemb. in parat. ff. de quæſt. num. 10. Iodoc. Damhouder. in prax. rer. Crim. cap. 41. n. 1. 2. & 3.*

Quales ſunt *Primò:* Perſonæ illuſtres, 66
Principes, Duces, Comites, Barones.
Scio equidem, in ordine Senatorum Romano-
rum alios fuiſſe Illuſtres; alios Spectabiles, alios
verò Clariſſimos. Illuſtres iterum, aut ſuper
illuſtres, aut illuſtres tantùm. *§. in ſumma. verſ.
ſin autem. Inſtit. de injur. l. eos. 26. §. ſuper. C. de Vſur.*
Illos, qui & Illuſtriſſimi dicebantur, *Novell. 104.* 67
l. 3. §. viros. C. ubi Senat. vel Clariſſ. Præfectum
Prætorio, Præfectum Urbi, Magiſtrum mili-
tum, Quæſtorem, Patricios, Conſules, &c. Ho- 68
ſce verò Comites ſacrarum largitionum & Co-
mites ſacri patrimonij, *l. neminem. 64. in pr. ubi
Cujac. C. de Decur. l. 1. in pr. C. de Advocat. diverſ. ju-
dic.* Spectabiles, qui medij erant inter Illuſtres 69
& Clariſſimos, *Novell. 7. in fin.* Proconſulem,
Præfectum Auguſtalem, Comitem Orien-
tis, &c. *dict. Novell. 7. l. un. in pr. C. Vt omnes ju-
dic. tàm civil. quàm crim.* Clariſſimos autem Præ-
ſides, Conſulares, *l. un. §. ipſe autem. C. Vt omnes
judic. Novell. 23. cap. 4. §. ſed à Præſidib.* Qui ta-
men omnes generali nomine dicebantur Cla-
riſſimi, *Novell. 71. & tit. C. de tutor. & Curator. Il-
luſtr. vel Clariſſ. perſonar. ubi Iacob. Cujac. & tit. C.
Vbi Senat. vel Clariſſ. ubiq; Cujac. in parat.* Hique
torqueri non poterant. *l. Divo Marco 11. C. de quæ-
ſtion & l. ſeveram. 10. C. de dignit. lib. 12.* Quo pri- 70
vilegio & exemptione gaudebant itidem Decu-
riones, ob dignitatem ſuam. *l. Decuriones. 16. C.
de quæſt. l. ult. ff. de Decur.*

At mutatâ hodiè antiquæ Reipublicæ Romanæ facie ac ſtatu, qui olim Proconſules, Prætores, Præſides, Spectabiles & Clariſſimi erant, hodiè ſunt Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones. *Chriſtoph. Beſold. in præfat. tract. de juriſdict. Imper. Roman.* Ideoque ſicuti illi quondam per tormenta interrogari non poterant, *dict. l. ſeveram. 10. C. de dignit. lib. 12. & l. 11. C. de quæſtion.* Ita & hi à ſeverâ indagatione, quæ per tormenta fit, planè liberi ſunt: Sapit enim ſurrogatum naturam ejus cui ſurrogatum eſt. *c. Eccleſia. 3. ubi gloſſ. ext. ut lit. pendent. Iaſon. in l. 10. §. qui injuriarum. 2. n. 2. & 18 ff. ſi quis caution. Alexand. conſ. 55. n. 12. verſ. & ſurrogatum:* Idq; hodiè non multum dubij habere videtur, cùm rarius ejusmodi perſonæ ob crimina incarcerentur. 71

Secundò: Huc quoque referendi ſunt Milites, qui & ipſi excuſationem à tortura merentur. *l. milites. 8. in pr. C. de quæſtion. lib. 4. C. ad Leg. Iul. Majeſt. l. 3. §. 1. ff. de re militar. Iohann. Zanger. in tract. de quæſtion. & tortur. cap. 4. numer. 56. Matth. VVeſembec. in paratit. ff. de quæſtion. num. 10. Henric. Bocer. in tract. de quæſt. & tortur. cap. 4. n. 65. Iul. Clar. dict. quæſtion. 64 num. 18.* Etſi enim aliàs militia dignitati opponatur, ut patet ex *l. 3. C. de Offic. Rect. provinc. l. pen. C. de pact. l. ult. C. de pagan. l. ult. C. de juriſdict. omn. judic. l. 13. C. de excuſat. muner.* Attamen militiam per ſe quoque dignitatem eſſe peculiarem aliquam, vel exinde apparet; quòd milites nobilibus connumerentur, *Paul. Caſtrenſ. lib. 2. conſil. 125.* & plebeiis opponantur. *dict. l. milites. 8. & l. Divo. 11. C. de quæſtion.* Ideoque & dignitatem militiæ adſcribunt. 72

Dd. quamplurimi, quos refert *Andr. Tiraquell. in*
tract. de Nobilit. cap. 8. *n.* 1.

73 Illud magis controverſum eſt: *Num mili-*
tes noſtri temporis hoc jure exemptionis fruantur?
Sanè nullibi hoc jus ſublatum reperitur, quare
nec ſtare prohibebitur. Maximè cùm ab anti-
quis Romanorum militibus nihil differant no-
ſtræ ætatis milites. Suſtinent quippe eadem pe-
ricula, finis ipſorum idem eſt; propulſatio nem-
pè hoſtis, & conſervatio vel recuperatio rerum.
Quidni ergò idem quoque privilegium ipſis tri-
buendum erit? Nam qui in procinctu verſan-
tur, cùm eadem pericula experiantur, jura quo-
que eadem meritò ſibi vendicant: ut argumen-
tatur *ICtus Vlpian. in l. un. ff. de bonor. poſſeſſ. ex teſt.*
milit. Et ita ſentit *Matth. VVeſembec part.* 1. *conſ.* 27.
nu. 32. quem ſequitur *Henr. Bocer. in tract. de bell. &*
duell. lib. 1. *cap.* 28.

74 Sed de militibus iis tantummodò hoc ac-
cipi velim, qui ſunt Equites & Capitanei, aut
alij, de quorum virtute militari, quæ revera No-
biles facit, conſtat; Non etiam de militibus vul-
garis conditionis, aliisque qui ſeſe milites pro-
fitentur, attamen nil aliud faciunt, quàm quòd
anſeres & gallinas furantur, ruſticos miſerè con-
cutiunt, nec ullum tractant armorum exerci-
tium, ſed militare dicuntur, ſicut Catulus in Syl-
vis, ut ait *Bald. in l.* 1. *in fin. C. qui bon. ced. poſſ.* quos
à tormentis & quæſtionibus exemptos eſſe, tan-
tum abeſt, ut & pœnâ propterea digni exiſti-
mentur. *l. milites.* 31. *l. ult. C. de locat. & conduct. Re-*
75 *ceſſ. Imper. de Anno* 1555. §. Vnd damit angeregte.
Ordin. Provinc. Elector. Saxon de Anno 1555. *ſub rubr.*
Plackerey *& rubr.* Einſpenniger vnd Herrnloſe
Knechte. Et eatenus vera eſt aſſertio *Ioh. Zangeri,*
quòd nempè hoc jus de non torquendis militi-
bus in Germania nō obſervetur, *in tract. de quæſt.*
& tortur. cap. 1. *n.* 58.

76 *Tertiò*: Pariter & Nobiles ob dignitatem
torqueri prohibentur; *Iohan. Zanger. dict. cap.* 1.
num. 67. *Proſper. Farinac. in prax crimin. lib.* 1. *tit.* 5.
quæſtion. 41. *num.* 74. *Anton. Gomez. tom* 3. *variar.*
reſolut. cap. 13. *num.* 3. *Franc. Brun. in tract. de indic.*
& tortur. 2. *part. quæſt.* 4. *nu.* 22. *Henr. Bocer. in tract.*
de quæſt. & tortur. cap. 4. *num.* 42. *& ſeqq. Petr. Theo-*
dor. in Colleg. crim. diſput. 9. *th.* 10. *lit. A. Matth. VVe-*
ſembec. in parat. ff. de quæſt. nu. 10. *Iul. Clar. lib.* 5. *ſent.*
§. ult. quæſt. 64. *num.* 19. *Matth. Coler. de proceſſ. exe-*
77 *cut. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 176. Non ſolùm ob textum
in *l.* 4. *C. ad Leg. Iul. Majeſt.* in quâ *Impp.* nullum o-
mninò, cui fidicularum tormenta inferuntur,
militiæ, vel generis, vel dignitatis defenſione uti
prohiberi, reſcripſerunt: quem textum omni-
bus Nobilibus ſuffragari, exiſtimat *Petr. à Plach.*
78 *in Epit. delict. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 23. Sed & quòd
hodiè ex omnium ſententia, Nobiles ſi non
majorem, parem tamen dignitatem habere
cenſeantur, in quâ olim milites & Decuriones
conſtituti erant. *Andr. Tiraquell. in tract. de Nobi-*
79 *lit. cap.* 19. 20. *&* 21. Quare ſicuti milites & De-
curiones veniam mereri dicuntur à tormentis,
l. milites. 8. *in pr. l. Decuriones.* 16. *C. de quæſtion.* Ita
nec Nobiles tormentis ſubjiciendi erunt: pro-
ut ritè argumentatur *Iohann. Zanger. dict. cap.* 1.
num. 72. *&* 73. Quibus haud parum adſtipula-
tur, quòd tantùm plebejorum dicantur eſſe tor-
menta. *l. Divo.* 11. *C. de quæſt.* Atqui Nobiles à plebe
ſeparari, nemini ignotum eſſe poteſt; Unde &
propterea torturam in Nobilibus ceſſare, rectiſ-
ſimè quis affirmaverit.

Quartò: Nobilibus haud immeritò ad- 80
junguntur Doctores, & Licentiati, qui & ipſi
Nobiles dicuntur, in *l.* 2. *§. ult. ff. de excuſat. tutor.*
item Nobiliſſimi *l. diximus.* 4. *in fin. ff. dict. tit. Andr.*
Tiraquell. de Nobilit. cap. 5. *nu.* 3. *& ſeq.* Et dignitate
florent *c. quanto. extr. de magiſtr.* ac inter egregias
perſonas numerantur. *Iacob. Menoch. de arbitr.*
jud. quæſtion. lib. 2 *caſ.* 70. *num.* 9. Quare non mi-
nus ac Nobiles hoc privilegio gaudent, ut per
tormenta interrogari nequeant. *Paris de Puteo in*
tract. Syndicat. in verb. Doctor. c. 2. *num.* 1. *&* 3. *Matth.*
Coler. de proceſſ. execut. part. 2. *cap.* 3. *nu.* 176. *Iohan.*
Zanger. dicto loco. Proſper. Farin. dict. quæſt. 41. *nu.* 37.
Hippol. de Marſil. in l. Edictum. n. 8. *& ſeqq. ff. de quæſt.*
& in pract. crimin. §. expedita. nu. 39. *Paul Girland.*
in tract. de quæſt. & tortur. quæſt. 6. *n.* 3. *in. fin. Franc.*
Brun. dict. quæſt. 4. *n.* 22. *&* 23. *Henric. Bocer. in tract.*
de quæſt. & tort. cap. 4. *n.* 51. *& ſeqq. Matth. VVeſemb.*
in parat. ff. quæſt. n. 10. *Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt.*
64. *num.* 16. *Anton. Gomez. tom.* 3. *var. reſolut. cap.* 13.
n. 3. *Ægid. Boſſ. in tit. de indic. n.* 111.

Quin & Doctores juris militibus com- 81
parantur in *l. Advocati.* 14. *C. de Advoc. diverſ. judic.*
ubi *Impp.* ajunt, non ſolùm eos militare, qui gla-
diis, clypeis, & thoracibus nituntur, ſed etiam
Advocatos, cùm laborantium ſpem, vitam &
poſteros defendant. Quare haud ineptè privile-
gium militibus conceſſum de non torquendo,
ad Doctores quoque extenditur. *Zanger. dict.*
cap. 1. *num.* 74. *Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crim.*
cap. 41. *num.* 1. Accedit, quòd Doctores appelli- 82
tentur Clariſſimi, uti notum eſt, & arguit text.
in *l.* 4. *C. de advoc. diverſ. jud.* Clariſſimos autem
non ſubjugari tormentis, patet ex *l. ſeveram.* 10.
C. de dignit. lib. 12.

Et hæ ſunt perſonæ, quibus privilegium 83
de non torquendo dignitas largitur. Quod adeò
firmum eſſe *Dd.* autumant, ut nulla prorſus con-
ſuetudine aboleri queat. *Bartol. in l. omnes judi-*
ces. 33. *num.* 2. *C. de Decurion. lib.* 10. *Henr. Bocer. dict.*
cap. 4. *nu.* 78. *Franc. Brun. dict. quæſt.* 4. *nu.* 23. *&* 24.
Iul. Clar. dict. quæſt. 64. *nu.* 16. *verſ. Nihilominus talis*
conſuetudo, &c. Ægid. Boſſ. in tit. de indic. nu. 111. *Lu-*
dov. Carer. in pract. crim. in 2. *tract. de indic. & tort.*
§. circa tertium quæ perſonæ. nu. 20. *Brun. à Sol. in ſuo*
conſil. crim. n. 181.

Quamvis alij diſſentiant, & variis in Re- 84
gionibus hoc privilegium de non torquendis
Militibus, Nobilibus, Doctoribus & Licentia-
tis, conſuetudine ſublatum eſſe dicant; Ita nam-
que ſcribit *Andr. Tiraquel. de pœn. temp. cauſ.* 31. *n.* 16.
Quòd non obſtante privilegio juris commu-
nis, in regno Franciæ moribus receptum ſit,
ut nemini ſive Baroni, ſive Comiti, ſive Docto-
ri parcatur, ſed omnes æquè torqueantur, quaſi
ſublato per Criminis præſumptionem privile-
gio dignitatis, ut inquit *Anton. Fab. in Cod. tit. de*
quæſt. defin. 13. Idemque teſtatur *Nicol. Boër. deciſ.*
163. *num.* 7. *& Rebuff. in Auth. Habita. in verb. Profeſ-*
ſoribus. C. ne fil. pro patr. ubi dicit, in Franciâ Ad-
voca-

vocatis fuiſſe ſingulariter mandatum,ne allegarent
jura de non torquendis Nobilibus & Doctoribus.
85 Et *Franc.Caſon.in tract.de torment.cap.*
10.*num.*13. ait,hodiè per Illuſtriſſimos Venetos,
& per totam Italiam privilegium hoc non obſervari.
Hinc & *Matth.Coler.de proceſſ.execut.part.*
*2.cap.3.num.*165. aſſerit,ſe nemini autorem fore,
quòd iſtis juribus de non torquendis Nobilibus
& Doctoribus nimiùm fidat.

Q 11. Quando& in quibus caſibus Nobiles perſonæ hodiè tormentis ſubjiciantur?

86 Sed, licet conceſſerim, Regulam de non
torquendis Nobilibus, Doctoribus, aliiſque in
ſumma dignitate conſtitutis perſonis,adhuc hodiè
ſtare, nec contraria conſuetudine abolitam
eſſe; admittendum tamen & hoc,quòd Regula
illa certas quaſdam patiatur reſtrictiones ſeu limitationes.

Ac 1. quidem limitatur hæc Regula in delictis
87 nefandis,in quibꝰ Generoſi,Nobiles,Doctores,
milites,aliique homines Illuſtres veniam
non merentur;quale eſt crimen Hæreſis,*l.*4.§ *in*
mortem.4.*C.de hæret.* Crimen læſæ Majeſtatis,*l.*3.
*l.*4.*C.ad Leg.Iul.Majeſt.* cui etiam comparatur crimen
Simoniæ,*l.ſi quenquam.*31.*in fin.C.de Epiſc.&*
*Cleric.Gloſſ.in dict.l.*4.*verb.Majeſtatis.C.ad Leg.Iul.*
Majeſt. Proditio patriæ,*l.*3.§.*is qui ad hoſtem.*10.*l.*
*proditores.*7.*ff.de re milit.* Crimen falſi,*l.ſi quis Decurio.*21.*C.ad Leg.Cornel.de falſ.* & quæ ſunt crimina
alia nefanda, de quibus vid. *Iohan. Zanger. in*
*tract.de quæſt.& tortur.cap.*1.*nu.*66.*Hippol.de Marſil.in*
pract.crimin.§. *expedita. nu.*45.*Henr.Bocer. in*
*tract.de quæſt.& tortur.cap.*4.*nu.*75.*Iul.Clar.lib.*5.
ſentent.§.1.*nu.*9. Etſi enim perſonæ prædictæ excuſationem
à torturâ mereãtur ob privilegium
& dignitatem perſonæ, nec plebejorum tormẽtis
88 ſubjiciendæ ſint ; Quin tamen de caſibus &
criminibus non exceptis hoc accipi debeat,manifeſtum
eſt ex *l.Decuriones.*16.*C.de quæſt.* Nam in
delictis nefandis atque exceptis perſonæ hæ,dignitatis
aut generis vel militię defenſione minimè
uti poterunt. *d.l.*16.*l.*4.*C.ad Leg.Iul.Majeſt.*
*Zanger.dict.cap.*1.*n.*81.

89 2. Excuſari non debent à tortura Nobiles,
& Doctores, ſi homicidio commiſſo, de quo
conſtat vel ex confeſſione eorum, vel aliunde,
prætendant, ſe id feciſſe ad ſui defenſionem,
quam teſtibus probare nequeunt. Quando enim
exploratum eſt,Reum necâſſe,quod doloſè
feciſſe præſumitur *l.ſi non convicij.C.de injur.* utique
ſi non probet, ſe ſine dolo,ad ſui ſcilicet defenſionem
occidiſſe,pœnâ tenebitur ordinariâ,
quæ eſt gladij, *l.*1. *verſ. qui ſi probaverit. C. ad Leg.*
*Cornel. de Sicar. Felin. in cap afferte. num.*7. *de præſumpt.Nicol.Boër.deciſ.*164.*n.*12 *& ſeqq.* niſi in torturâ
90 ſuam intentionem obtineat. Quare ne Nobilis
aut Doctor innocens pœnam luat, vel ſupplicium
nocens effugiat, utique ad eruendam
veritatem an ex propoſito vel defenſione occiderit,
torturæ ſubjici debet.*Ioh.Zanger.dict.cap.*1.
*num.*83. Et ſanè faciliùs hoc caſu ad torturam
deveniri poterit, quia de crimine homicidij à
Nobili vel Doctore commiſſo jam conſtat, dubio
tantummodò relicto, qua intentione hoc
perpetraverit,*Nicol.Boër.dict.deciſ.*164.*nu.*15. *Ioh.*
*Zanger.dict.cap.*1.*n.*84.

91 Quod ſi tamen Nobilis vel Doctor probare
queat, ſaltem præſumptivè ex conjecturis &
indiciis, ſe ad defenſionem necâſſe, non ambigendum
eſt,quin ęquè ut alij veniam mereri debeat,
*Nicol.Boër.dict.deciſ.*164.*n.*15. Quâ in re multum
judicis arbitrio tribuendum eſt, num pro
indiciorum qualitate, ac conditione perſonæ
Reus tormentis interrogandus ſit,nec ne.*Conſt.*
*Elect.*8.*part.*4.*& art.*143. *Ordin.Crimin.Carol.Iac.*
*Menoch.lib.*1.*præſumpt.quæſt.*92.*n.*3.

3. Tradit *Iohan. Zanger. in tract. de quæſt. &* 92
*tort.cap.*1.*num.*86. hoc privilegium de non torquendo
Reo ceſſare, ſi Nobilis vel Doctor abutens
dignitatibus, vitiis ſeſe dedat, vel ſibi plus
licentiæ ad ſcelera ex nobilitate tribuat, cui, uti
non horrori & laudi ſit nobilitas, ſed dedecori
& vituperio; *Andr.Tiraquell.de Nobilitat.cap.*22.
ita nec parcẽdum eſſe, ſi adſint urgentia indicia.
Ceſſante enim causâ privilegij,nempe virtute &
nobilitate, ipſum quoque ceſſare debet privilegium,
*arg.l.ſi duas.*6.§.*gentium.*14.*l.*22.§.1.*ff.de excuſ.tutor.*
Vid.*Matth.Coler.de proceſſ.execut.part.*2.
*cap.*3.*num.*139.*& ſeqq.* Et ſanè,ſi hoc caſu perſonæ
privilegiatæ veniam mererentur, feneſtra iis
aperiretur delinquendi, quod admodum impiũ
eſſet,& contra *l.*51,§.51.§.2.*ff.ad Leg.Aquil.*

4. Denique & probè notandum, quòd perſonæ 93
Illuſtres, Nobiles atque Doctores Principe
conſulto torqueri poſſint, nec contra mandatum
Superioris quęſtionem ac tormenta permittentis,
privilegio ſuo tueri ſe queant. *Iacob.*
*Thoming.deciſion.*7.*num.*26.*Henric.Bocer.in tract.de*
*quæſt.& tort.cap.*4 *n.*76. Quod & in practicâ fori
Saxonici quotidiè ita obſervatur. Cujus aſſertionis 94
fundamentum extat *in l.nullus.C.ad Leg.Iul.*
Majeſt. ubi Imperatores reſcribunt: *Nullus omninò
cui inconſultis ac neſciẽtibus nobis fidicularum tormenta
inferuntur, militiæ,vel generis, aut dignitatis
defenſione uti prohibeatur, &c.* Unde luculenter
patet,Principe conſulto ac permittente, Nobiles
aliiſq; perſonas privilegiatas torqueri poſſe.
Ac licet quis communi *Dd.* Scholæ conceſſerit, 95
privilegia de non torquendis perſonis Illuſtribus,
militibus & Doctoribus,contraria conſuetudine
hodiè abrogata eſſe, ad Principis tamen
voluntatem & permiſſionem hanc conſuetudinem
reſtringere, neceſſe is habebit; ut nempè
perſonæ prædictæ privilegiatæ non niſi conſulto
Principe tormentis ſubjici debeant.

Quam reſtrictionem pronunciando hactenus comprobarunt 96
*Elect. Saxon. Scabini in dictanda tortura
perſonis nobilibus,Illuſtriſſimi Electoris voluntatem
& permiſſionem potiſſimùm attendentes,ac
hiſce ferè formalibus quotidiè reſpondentes:* So
ſeyd jhr wol befugt/ den Gefangenen/ jedoch mit
vorbewuſt der hohen Obrigkeit/weil er einer von Adel
iſt/ mit der Schärffe ziemlicher weiſe angreiffen/ vnd
befragen zu laſſen/ *&c.*

Eamque ſententiam ſequuntur quoque in pronunciando 97
*extra Electoratum. Quæ pariter ac
multò magis obſervanda in perſonis Illuſtribus,
quales ſunt Comites atque Barones, quos non
niſi conſulto Imperatore torquere licet. Veluti
etiam anteceſſores meos in Elector. Saxon. Scabinatu,
dictantes torturam Baroni cuidam ac Duci
militiæ hæc verba adjeciſſe percepi:* So iſt man
wol

wol befugt/ jedoch mit Vorbewuſt Römiſcher Käyſerlicher Mayeſtät/ vnſers allergnädigſten Herren/ jhn mit der Schärffe ziemlicher Weiſe angreiffen/ vnd befragen zu laſſen/*&c.*

Q.12. An Clerici Magiſtri & Studioſi tormẽtis interrogari queãt?

98 Quæ tamen hactenus dicta fuerunt de perſonis ob dignitatem à tortura exemptis, ea ſolùm accipi velim de dignitate eximia & præclara. Neque enim omnis dignitas, qualiſcunque etiam illa fuerit, veniam meretur, ſed ſolùm ea, quæ Nobilitati aut militiæ comparatur. *l.*4.C.*ad* 99 *Leg.Iul.Majeſt.* Proin, licet Magiſtri, Studioſi, aliique clerici dignitate etiam præditi ſint, quin tamen torqueri poſſint, ambigendum non eſt.

100 Quamvis enim hoc neget, poſt alios, quos ibidem allegat, *Hippolyt.de Marſil.in pract.crim.*§.*nunc videndũ.n.*51.*&* § *expedita.n.*40.*& ſingul.*55.*in cap.Advertas ad unum*, ubi addit, quòd ita practicaverit in Civitate Cumarum, ex quâ conſecutus ſit apud peritos maximum honorem, ſed parùm lucri, eò, quòd Clericus ille, quem liberavit, pauper fuerat, & promiſerat ſatisfacere de Orationibus & miſſis.

Attamen contrarium ſtatuunt *Dd.* communiter. *Iul.Clar.lib.*5.*ſentent.*§.*ult.quæſt.*64.*nu.*24. *Parus de Put.in tract.ſyndic.*§.*mandavit Rex poteſtati nu.*7.*Ludov.Carer.in pract.crimin.*2.*tract.de indic.& tortur.*§.*Circa tertium quæ perſonæ.nu.*26. *Henric.Bocer.in tract.de quæſt.& tortur.cap.*4.*n.*72. *Ægid.Boſſ.in tit.de tortur.teſt.nu.*6. *Foller.in pract.crim.canon.fol.*259.*n.*6.*Dec.in cap.At ſi Clerici, in pr. nu.*19.*de judic.* Quâ de re textus eſt in *l.*8.C.*de Epiſcop.& Cleric.* ubi non niſi Presbyteri torqueri prohibentur: Juris quoque expediti eſt, quòd Clerici verberibus cædantur ob crimen aliquod 101 *Novell.*123 *c.*20.*& Auth.Presbyteri.*C.*de Epiſcop.& Cler.* Quare non ergò tormentis etiam ſubjugarentur? quippe cum is, qui torqueri non poteſt, ut Decurio, *l.*16.C.*de quæſtion.* nec fuſtibus caſtigari queat. *l.Decuriones* 5.C.*ex quibus cauſ.infam.irrog.l.capitalium.*28.§.*& ut generaliter.*5.*ff.de pœn. Henric.Bocer.dict.cap.*4.*n.*72.

Ideoque & Scabini Magiſtro Philoſophiæ torturam adjudicaverunt, Ad requiſitionem Quæſtoris Ilenbergenſis.Menſ.Febr.Anno 1596. 102

Nec non Studioſo cuidam in Academia VVittebergenſi ſtudiis operam navanti ad conſultationem Quæſtoris VVittebergenſis. Menſe Mart. Anno 1611. 103

Nec obſtat, quòd milites à tortura ſint exempti *l.milites.*8.*in pr.*C.*de quæſtion.* Clerici autẽ milites dicantur Chriſti & Eccleſiæ, *c.*1.*ext.de Cler.ægrot.tit.*31.*Feud.*2. Diverſa enim ſubeſt ratio illorum atque horum militum: illis enim, nempe militib9 ſeculi privilegium exemptionis à torturâ fuit conceſſum ob vitæ periculum in quo verſantur; Clerici autem abſq; vitæ diſcrimine ſuum exequuntur officium. Quare hoc caſu ab illis ad hoſce argumentari non licet. *Bocer.dict.loco.n.*74. 104 105

QVÆSTIO CXIX.

Quando & in quibus cauſis tortura locum habeat?

SUMMARIA.

1. *Non indifferenter in quovis crimine judex ad torturam prorumpere debet.n.*2.
3. *Tortura non niſi in delictis atrocibus locum habet. num.*4.
5. *Quænam delicta dicantur atrocia, vel atrociora? num.*6.
7. *Tortura obtinet non niſi in criminibus, pro quibus mortis ſuppliciũ vel pœna corporis afflictiva infligẽda venit.n.*8.9.10.11.12.13.19.
14. *Iudex in decernenda tortura ſingulas delicti qualitates examinare debet.n.*15.
16. *Pœna arbitraria quando ad mortem extendi poteſt? n.*17.
18. *In delictis, quorum pœna eſt arbitraria quando locum habeat tortura?*
20. *Quandoq; tortura ad certas conditiones reſtringi poteſt.*
21. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
22. *In delictis, quorum pœna eſt Relegatio, tortura decerni nequit.*
23. *An locum habeat tortura in adulterio ſimplici, ſi uxor Marito remittere velit? n.*24.
25. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium. n.* 26.27.28.29.30.
31. *Quid ſi Maritus nolit adulterium confiteri ut maximè uxor ipſi condonaverit? n.*32.
33. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.n.*34.
35. *In delictis quorum pœna eſt mulcta pecuniaria vel carcer, ceſſat tortura.*
36. *In cauſa pecuniaria ſive civili Reus non poteſt torqueri.*
37. *Niſi crimen habeat annexum.*
38. *Mercatores falliti quando poſſint torqueri.n.*39.41.42.
40. *Mercatores falliti æquiparantur furibus & raptoribus.*
43. *Quandoque Mercatoribus fallitis imponitur territio, vel juramentum purgationis.*
44. *Qui doloſè occultat pecuniam, torqueri poteſt, ut eam exſolvat.*
45. *Sententiæ Scabinorum Lipſienſium.*
46. *Teſtes quando torqueri poſſunt? n.*47.48.49.50.
51. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
52 *In delictis, quorum pœna non eſt corporis afflictiva, locum habet territio.n.*53.
54. *Ad torturam deveniendum non eſt, priusquam de corpore delicti conſtet.n.*55.56.57.59.
58. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
60. *Sufficit tamen conſtare de corpore delicti ex certis indiciis.*
61. *In delictis occultis quando locum habeat tortura? n.*62.63.
64. *Tortura locum non habet, niſi probationibus deficientibus.n* 65.66.67.
68. *Reus de crimine aliquo confeſſus vel convictus, an ſuper alio delicto ſimili poſſit torqueri? n.*69.70.71.72.
73. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.n.*74.

TERTIUM

TERTIVM CAPVT, de quo judex circa
torturam admonendus eſt, verſatur in
conſideratione cauſæ ad deferendam
torturam aptæ & qualificatæ. Etſi
enim in Criminibus eruendis quæſtio adhiberi
1 ſoleat, teſte *Vlpiano in l.1.in pr ff.de quæſt.* Attamen
non in omni indifferenter cauſa & delicto
judex ad torturam prorumpere debet,
ſed tum demum quæſtioni locus eſt, ſi judex
cauſam jure qualificatam arbitratus fuerit.
Quâ de re extat Edictum D. Auguſti *à Paulo*
ICto hiſce verbis relatum : *Quæſtiones nec ſemper*
in omni cauſâ & perſonâ deſiderari debere arbitror:
Et cùm capitalia & atrociora maleficia non aliter
explorari & inveſtigari poſſunt, quàm per ſervorum
quæſtiones, efficaciſſimas eas eſſe ad requirendam
veritatem exiſtimo, & habendas cenſeo, in l. edictum
8.ff.de quæſt.

2 Vnde hancce Regulam conſtruere licet:
Quòd tortura tantummodò locum habeat
in delictis atrocioribus verè perpetratis,
quorum veritas aliter explorari
nequit. Quæ regula, ex verbis Edicti
Divi Auguſti deſumpta, tria potiſſimum denotat:
« 1.Vt cauſa ſit criminalis & delictum atrox.
« 2. Verè perpetratum, de cuius corpore certò
« quoque conſtet. 3. Quod deſint aliæ probationes,
« nec veritas aliter haberi queat. *Hæc*
tria quæſita cauſam criminalem qualificatam
reddunt, ad quæſtionem deferendam, eaque
conjunctim ſemper concurrant, neceſſe eſt,
aliàs ad torturam haudquaquam deveniendum
erit.

3 Primum Requiſitum eſt Atrocitas
criminis perpetrati. Non enim ſufficit,
cauſam eſſe criminalem, ſed & atrox ſeu capitalis
eſſe debet, prout verba Edicti demonſtrant
in *dict.8 ff. de quæſt.* Et Carol. V. Imper.
in *Ordin. crim. art.8. in pr.* So die Miſſethat einer
4 Todtesſtraff halben fündlich. Adeoque in criminibus
duntaxat capitalibus & atrocioribus
judex quæſtione uti poteſt. *Matth. VVeſemb. in*
parat. ff. de quæſt. n.5. Bartol. ad dict. l.8 ff. de quæſt.
Gandin. de malefic tit. de quæſt. n.12. Franciſ Brun.
in tract. de indic. & tortur. part.2. q.13 n.2. Henric.
Bocer. in tract. de quæſt. & tort. cap.2 n.1. Proſp. Farin
in prax. crim. lib.1. tit.5. quæſt.38. n.6. Hippol de
Marſil. in pract. crim. §. expedita n.58. & ſeqq. Anton.
Gomez tom.3. var. reſolut. cap.13.

5 Quænam autem crimina & delicta dicantur
atrociora, quæque levia, mirè variant
Dd. ut videre eſt apud *Bartol. in l. non ſolum.11.§.*
3.num.7. ff. de injur. Iacob. de Novello in pract cauſ.
crim. in pr. numer.6. Bald. part.4. conſ.412. Bocer.
dict. cap.2. num.2. & ſeqq. adeò ut rem hanc judicis
arbitrio relinquendam eſſe exiſtimet
Franciſc. Brun. in tract. de judic. & tort. part.2.
quæſt.3. num.3. Villalob comm. opin. lit. D. n.56. Atmiſſis
iis, quæ à Doctoribus tradita reperiuntur
retinendam eſſe puto definitionem, *ſuprà*
quæſt.102. num.61. prolatam, quâ delicta atrocia
ea eſſe dixi, pro quibus pœna mortis vel corporis
afflictiva imponitur, ſecundum *Jul. Clar.*
lib.5. ſentent. § 1 num 9. ubi omnia delicta, pro
quibus à lege vel ſtatuto imponitur pœna
mortis naturalis vel civilis, appellitat gravia ſive
atrocia, vel atrociora. Non enim diſtingui
ſolet inter delicta atrocia & atrociora, ſeu graviora 6
& graviora, ſed atrox delictum etiam atrocius
dicitur. *l. Prætor.7. §. ult. ff. de injur. l auxilium.*
37. §.1. verſ. in delictis. ff. de minor. l. perſpiciendum.
11 in pr. verſ. planè ff. de pœn. Bocer. dict. cap.
2. num.2. Quæ ſententia in foro Saxonico abſque
dubio veriſſima eſt, ut probavi *ſuprà quæſt.*
102. num.16. & ſeqq. ex *Conſt. Elector. Saxon ſub*
rubr. Wie offt die ſcharpffe Frage zu repetiren:
publicè non editâ.

Q. 1 *In quibusnam delictis tortura Reo ſit indicēda ?*

Ex quo ſequitur, Reum torturæ ſubjiciendum 7
non eſſe, niſi crimen ab ipſo tale perhibeatur
commiſſum, pro quo mortis ſupplicium
vel pœna corporis afflictiva eſt infligenda:
prout etiam communis eſt Doctorum concluſio.
Iul Clar. lib.5. ſentent. §. ult. quæſt.64. num.
4. Petr. Heig. part.1. quæſt.40. numer.32. Farin. dict.
quæſt.38. num.6 quæſt.42. n.3. & 4 Matth VVeſemb.
c in parat. ff. de quæſt. n.5. Matth. Steph. in not. ad
art.8. Ordin. Crim. Carol. Iohan. Zanger. in tract. de
quæſt. & tortur. in præf. num.31. Franciſc. Brun. in
tract. de indic. & tort. in 2. part. quæſt.3. Anton Gomez
tom.3. var. reſolut. cap.13. numer.2. Petr. Theodor.
in Colleg. Crimin. diſput 9. theſ.9. lit.F. Iodoc.
Damhouder. in prax. rer. crim. ca.35 num.4. Hippol.
de Marſil. in prax rer. crim. §. expedita. n.58. Iohan.
Emer. à Roßbach *in proceſſ. crim. tit.5. cap.21. num.*
1. Paul. Chirland. in tract. de quæſt. & tort. quæſt.7.
num,2. Quod in foro Saxonico eò magis verum 8
eſt, quia cauſæ criminales, in quibus
Reus ſub tormentis interrogari debet, *l 1. ff. de*
quæſt. ſecundum mores Saxonicos dicuntur
tantummodò eæ, quæ tendunt ad pœnam corporis
afflictivam, Wann die Klage gehet zu
Haut vnnd Haar / *Gloſſ.* Weichbild / *art.17. poſt*
pr. verſ. peinliche Klage / *&c. Conſtit. Provinc. Elect.*
Saxon. de Anno 1555. ſub rubr. Daß peinliche Sachen
/ dadurch das Leben verwürcket / *&c. Matth.*
Coler. part.1. deciſ.22 num.2. Ludovic. Fachſ. differ.
13. Benedict Reinhard. part.4 differ.24. Daniel. Moller.
lib.2. ſemeſtr. cap.1. n.1.

Hæcq; *concluſio Dd.* prægnanti nititur ratione: 9
Quia ſcilicet quæſtio lacerat corpus, &
ipsâ ferè morte durior eſt, *Bald. in l. interpoſitas,*
num.6. C. de tranſact. l.2. circa fin. C. unde Vi. Paris
de Puteo. in verb. tortura. num.3. cap.1. Matth. VVeſemb.
in parat. ff. de quæſt. num.5. ac gravior utriuſque 10
manus abſciſſione, prout Criminaliſtæ
communiter ſentiunt. *Hippolit. de Marſil. ad l.*
Divus. num.2. ff. de quæſt. Iohan. Emer. à Roßbach
proceſſ. Crimin. tit.5. cap.18. n.2. Iul. Clar. in pract.
§. ult. quæſtio.64. verſ. præterea debet. Proſper. Farin.
in prax. crim. lib.1. titul 5. quæſt.42. numer.14.
Petr. Theodor. in Colleg. Crimin. diſput.9. theſ.9. lit.
F. Ægid. Boſſ. in tit. de tort. num.12. Novell. in tractat.
ad defenſ. tit. de excuſ. à Reo faciend. num.24.
Roland. à Vall. volum.3. conſil.12. num.41. Quare 11
ſi torturæ locus eſſet ad inveſtiganda delicta,
pro quibus levior aliqua pœna, quàm corporis
afflictiva, imponitur, qualis eſt Relegatio,
mulcta pecuniaria, aut carceris pœna, haud
minima inde ſequerentur inconvenientia &
abſurda: Siquidem primò id, quod prohibitum
eſt una via directè; Ne videlicet ob

crimen levius, corpus Rei pœnâ laceretur, permitteretur, alia via & indirectè, nempe per torturam contra *l. avia. §. Titio. ff. de condit. & demonſtr. §. Eſt autem caſus ubi gloſſ. Inſt. de hered. inſtit.*

12 Deinde puniretur quis gravius ex modo probandi, quàm ex modo condemnandi. Abſque dubio enim omnis pœna corporalis, quamvis minima, major eſt pœnâ pecuniaria, quamvis ſit magna. *l. in ſervorum ff. de pœn.* Et ſic pœna non eſſet delicto commenſurata, contra *l. ſervos. 8. C. ad Leg Iul. de vi publ l. capitalium. 28. §. ſolent. & § graſſatores ff de pœn. l. 1 ff. de jur. patron. l. 3. C. de Epiſc. audient. Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. cap. 3. num. 60. in fin. Nicol. Reuſner. lib. 2.*
13 *deciſ. 20. num. 6.* Denique & hoc ſequeretur abſurdi, quod ordinatum ad unum finem, non regularetur ſecundum naturam illius finis; & ſic Medium, per quod ad finem pervenitur, excederet ipſum finem, contra text. in *l. etſi non ſint. § perveniamus ff de aur. & argent. legat.* quas rationes congeſſit *Hippolyt. de Marſil. in pract. §. expedita. num. 57. & ſeqq. Proſper. Farin. dict. quæſt. 42. num. 16. 17. & 18.* Quæ ſanè tanti momenti ſunt, ut ex inde communem hancce *Dd. concluſionem* luculenter probari facilimè quiſpiam conceſſerit.

14 Qua ceu veriſſima ſtante ac permanente, ſequitur *Primò*: Judicem in decernenda tortura qualitatem, omnesque ac ſingulas circumſtantias criminis probè & exactè perpendere debere, num tale ſit, ut pro eo ultimum ſupplicium aut pœna aliqua corporis afflictiva irrogari poſſit ac debeat: in quo eruendo & ſcrutando juxta prædictam concluſionem tutò quæſtio adhiberi poterit; ſecus verò ſi judex mitiorem aliquam pœnam quàm corporis afflictivam, Reo confeſſo imponendam fore arbitratus fuerit, practicâ fori Saxonici hoc docente. *Johan. Zang. in tract. de quæſt. &*
15 *tort. cap. 1. num. 31.* Quod certè in delictis quorum coërcitio arbitraria perhibetur, tantò magis neceſſarium eſt, quantò accuratior diſcretio, prudentiusque arbitrium atque judicium in definiendis pœnis requiritur: ne licentia nimium extendatur. Quare vel maximè hoc caſu judex duos illos ſales adhibebit, nempè ſalem ſcientiæ, ne ſit inſipidus, & ſalem conſcientiæ, ne ſit diabolicus, ut monet *Bald in l. 2. num. 7. C. de ſentent. ex brevic. recitand.*

Q. 2. Quādo in delictis, quorū pœna arbitraria eſt, judex ad torturam devenire queat?

16 Etſi enim apud quoſdam indubitatum ſit, quòd judex ad mortem uſque pœnam arbitrariam extendere queat, *Bartol. in l. ult. in fin. ff. Vbi pupill. educ. debet. Felin. in cap. cum te. ext. de re jud c. & in cap. inquiſitionis. in fin. extr. de accuſat. Angel. Aretin. in tract. malef. in verb. Caput à ſpatulis amputa. verſ. quæro aliquâ lege. Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. cap. 6. n. 8. Proſper. Farin. in prax. crim. lib. 1. tit. 3. quæſt. 17. n. 34. Daniel. Moller. lib. 3. ſemeſtr. cap. 27. Modeſt. Piſtor. part. 2. quæſtion. 92. n. 17. ubi Iacob. Scult. in addit. Bolen. in repet. l. capitalium. § famoſos. num. 29 ff. de pœn.* Attamen hoc
17 aliter non obtinet, niſi & aliàs in ejuſmodi delicto mortis ſupplicium imponi conſuetum, illudque ex circumſtantiis atrocitatem aggravantibus taliter qualificatum fuerit, ut mortis pœnâ dignum ab ipsâ Lege judicetur, ut tradit *Bartol. in l. ſi qua pœna. ff. de verb ſignific Matt. VVeſembec. in parat ff. de privat. delict. n. 4. Pariſ. de Puteo. in tractat. ſyndicat. verb. Arbitrarium. 17. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 1 quæſtion. 86. n. 20. & ſequentib Ægid. Boſſ. in tit. de injur. num. 30. Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſtion. 83. verſ. ſed quæro. Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. tit de injur. n. 8. Ioſeph. Ludovic. deciſ. Lucenſ. 15. n. 17.* Proin licet co- 18
ërcitio alicuius criminis arbitraria ſit, judici tamen ad eruendam veritatem, torturam decernere tum demum fas eſt, ſi Reus confeſſus aut convictus, pœnam corporalem haudquaquam effugere potuerit.

Facilior autem deciſio eſſe videtur in cri- 19
minibus, pro quibus ſupplicium mortem, vel pœna corporis afflictiva jure vel ſtatuto irroganda venit; in quibus judex viam lege præſcriptam ambulando, aut torturam dictando haudquaquam à tramite veri aberrat. Sicuti 20
nec quicquam judici imputari poterit, ſi quæſtionem ad certa præſuppoſita, certasque conditiones reſtringat; Veluti in crimine furti, ſi id partem dimidiam quinque Ducatorum, puta duos & dimidiatum Ungaricum excedat: quo caſu pœnam fuſtigationis, ac proindè Reo nondum confeſſo, indiciis tamen urgentibus gravato, torturam obtinere, extra dubium eſt, diſponente ita *Conſtit. Elect. 32. §.* Ferner. *part. 4.* Quod præſuppoſitum judex in ſententia exprimens, absque dubio torturam indicere poterit.

Quod & Dominos Scabinos feciſſe, deprehendo in 21
hunc modum reſpondentes, ad requiſitionem Ioachimi à **Blawen** *in* **Marckersdorff. Da nun ſolche Deuben ůber drittehalb Soliden / das ſein drittehalb Gůlden Vngariſch deß beſten Goldes / außtragen/welches auß ewer Frage nicht zu vernehmen/ So hettet jhr wol fug / den Gefangenen mit der ſchärpffe ziemlicher weiſe angreiffen vnd befragen zu laſſen/***&c. M. Septemb. Anno* 1591.

Secundò: Efficitur quoque exinde, quòd in 22
criminibus, quorum pœna regulariter eſt exilium ſeu Relegatio, tortura haudquaquam ſit decernenda: uti tenent communiter *Dd. in l. edictum ff. de quæſt.* teſte *Ant. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. cap. 13. n. 2 Proſper. Farin. in prax. crim. lib. 1. tit. 5. quæſt. 42. n. 9. Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 64. verſ. præterea debet.* Notiſſimum namq; eſt, quòd Relegatio corpus non afficiat, neque pœna ſit corporis afflictivi, quare nec confeſſio hoc caſu per tormenta erit extorquenda, juxta concluſionem modò traditam.

Q. 3 An quando judex ad torturā poſſit procedere adverſus maritū adulterii ſimplicis inſimulatum, cui uxor vult remittere?

23 Hinc quæritur: *An judex ad torturam procedere poſſit adverſus maritū adulterij, cum fœminâ ſolutâ cōmiſſi inſimulatum, cui uxor remittere prompta ac parata eſt?* Etenim ſi uxor pro marito adultero, vel maritus pro uxore adultera intercedat, delictum condonet, & ſe deinceps illi cohabitaturum promittat, pœna adulterii ordinaria, quæ gladii eſt, remitti ac nocenti non-niſi relegatio perpetua dictari ſolet, ita tamen ut innocens conjux nocentem ſequi teneatur, juxta *Conſt. Elect. 19. part. 4. ubi Dan. Moller.*

Nicol. Boër. deciſ. 297. num. 1. & 2. Ludov. Gilhauſ.
in arbor. jud. crim. cap. 2. tit. 18. num. 21. Matth. Berlich.
part. 4 concl. 27. n. 92. & ſeqq. Petr. Heig. libr. 2.
quæſt. 29. in fin. Matth. Coler. part. 2. deciſ. 176.
num. 15. Iodoc. Damhouder. in prax rer. crimin. cap. 89.
num. 45. Cui conſequens eſt, ne quidem tormentis
24 hoc caſu adulterium, crimen confiteri
nolentem interogari poſſe; quippe quòd quæſtio
in eos demum ſtatuenda ſit, qui confeſſi
pœnâ corporis afflictivâ coerceri debent, ſecundum
antea dicta.

25 Cauſam hæc res dedit, quod 29. *Novembr.*
Anno 1595. ab Elect. Saxon. Scabinis fuerit concluſum,
ut in poſterum indictâ hoc caſu adultero
torturâ, apponeretur clauſula remiſſionis
tormentorum, ſi conjunx ipſi condonare velit,
ſubjectâ inſimul pœnâ relegationis perpetuæ,
quando adulter ad remiſſionem Conjugis
26 crimen confeſſus fuerit. Qui modus pronunciandi
duplicem effectum habet: 1. Ne
adulterii Reus, conjuge remittente tormentis
ſubjiciatur, etiamſi delictum confiteri nolit,
27 ſecundum ea, quæ ſupra tradita fuere. 2. Quod
adulter, pœnam mortis ad interceſſionem conjugis
ſibi remiſſam animadvertens, lubentius
crimen confiteatur.

28 *Quem modum pronunciandi hactenus Domini ſecuti fuêre, & etiamnum hodiè ita pronunciare ſolent, hiſce ferè formalibus:* So erſcheinet darauß ſo viel/ daß/ wofern er ſein Bekäntniß in gutem nochmals nicht richtig thun wird / jhr wol befugt ſeyd/ jhn mit der ſchärpffe ziemlicher weiſe angreiffen vnd befragen zu laſſen/ ob er nicht mit N. N. fleiſchliche Vnzucht vnd Ehebruch begangen/ wann/ wo/ vnd wie offt ſolches geſchehen. Es wolte dann ſein Eheweib vff den Fall/ da er ſich darzu in gutem bekennen würde / ſolche ſeine Verbrechung jhme verzeihen/ vnd ferner ehlichen beywohnen/ deſſen jhr euch vor der *Execution* bey jhr erkundigen werdet/ Vff den Fall würde er dem heiligen Eheſtand zu ehren/ mit der *Tortur* wie denn auch mit der ordentlichen Todesſtraff verſchohnet/ aber gleichwol deß Landes ewig billich verwieſen/ darauß jhme ſein Eheweib mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig/ V. R. W.

29 Hocque uſu ita receptum eſt, non ſolùm in ſecundo & medio gradu torturæ, expanſione ſcilicet membrorum in ſcala ſed & in primo torturæ gradu, quando nempè adhibitis funiculis Rei cruciantur, eorumq; manus retrò funibus arctiſſimè conſtringuntur.

30 Daß jhr wol befugt/ *Inquiſiten* dem Scharpffrichter vff dieſe maſſe zu vntergeben/ daß er jhn mag außziehen/ entblöſſen/ zur Leiter führen/ die *Inſtrumenta* zur Peinligkeit gehörig/ vorzeigen/ die Daumſtöcke anzulegen/ vnnd damit zuzuſchrauben / auch mit den Banden zuſchnüren/ jedoch daß es bey deme/ wie jetzt gedacht/ verbleibe/ vnd mit jhm ferner nichts vorgenommen werde / dabey *Inquiſit* mit ernſt befraget wird/ ob er nicht mit N. N. geehbrucht/ wann/ wo/ vnd wie offt ſolches geſchehen. Es wolte denn ſein Eheweib vff den Fall/ da er ſich in guten darzu bekennen wird/ ſolche ſeine Verbrechung jhme verzeihen/ vñ ferner ehelichen beywohnen/ Alsdenn möchte er dem heiligen Eheſtand zu ehren/ mit dem vorſtellen deß Scharpffrichters/ wie auch mit der ordentlichen Todesſtraff verſchonet/ vnd allein deß Landes ewig verwieſen werdẽ/ darauß jhme ſein Eheweib mit weſendlicher Wohnung zu folgen pflichtig/ V. R. W.

Ad conſultationem Iohannis VVilhelmi à Kerſtlingeroda, *Menſ. April. Anno* 1626.

At, quid ſi Reus de adulterio inculpatus, conjuge 31
condonante, ne tum quidem crimen confiteri
ſed negando relegationis quoque pœnam effugere
velit? Quod ſanè haud rarò accidit, ut adulteri
nulla prorſus gratiæ ac condonationis promiſſione
ad confitendum delictum induci queant;
ſed in negando obſtinati perſiſtant. Anne hi 32
impuniti remanere debebunt? contra *l. 51. §. 2.*
ff ad Leg. Aquil. l. ſi à Reo. 70. §. ult. ff. de fideiuſſ. l. 95.
§. 1. ff. de ſolut. Quod ne dicamus, placuit Scabinis,
hoc caſu Reum ſub tertitione interrogari
cum præludiis tormentorum leviuſculis, pro
ratione ſcilicet indiciorum urgentium, nempè
appoſitis inſtrumentis, ad pollices conſtringendos,
nec non ligatura quandoque modica
manuum adhibita. Quæ territio obtinet
etiam in iis criminibus, pro quibus non niſi
Relegationis pœna imponitur, ut paulò poſt
dicetur. *Proſp. Farin. in prax. crim. lib. 1. tit. 5. quæſt.*
42. n. 20.

33 *Quare mortuâ hoc caſu uxore, quæ tacitè adulterum marito remiſiſſe præſumebatur, ſic reſpondere non dubitavimus:* Daß jhr wol befugt/ den Gefangenen/ wofern er ſich nochmals in guten darzu richtig nicht bekennen will/ weil daſieder ſein Eheweib verſtorben / dahero die *tacita remiſſio* ſtatt hat/ dem Scharpffrichter vff dieſe maſſe zu vntergeben/ daß er jhn mag außziehen/ entblöſſen / zur Leiter führen / die *Inſtrumenta* zur ſcharpffen Frage gehörig/ vorzeigen/ auch die Daumſtöcke anzulegen / vnd damit zuzuſchrauben / dabey jhn mit ernſt bedräwen vnd befragen zu laſſen/ ꝛc.

Quæſtori in Eckartsberga/ *Menſ. Februar. Anno* 1630.

34 *Quin & pro ratione indiciorum & circumſtantiarum, juramentum purgationis adultero injungi poſſe, dubitandũ non eſt; prout à Scabinis ſæpius reſponſum memini.*

Tertiò: Minus quoque inde dubium remanet, 35
quin in delictis, pro quibus non niſi
carceris pœna, aut mulcta pecuniaria ſolet irrogari,
tortura ceſſet; ſiquidem mulcta pecuniaria,
vel carceris pœna procul dubio mitior
eſt relegatione. Hæcque non modò communis
eſt Dd. opinio, ſed & indifferenter recepta,
ut ſcilicet in nulla prorſus cauſa pecuniaria
torturæ locus ſit; prout eſt textus manifeſtus
in *l. Divus. in fin. ff. de quæſtion.* ubi hæc verba extãt:
Sed nec de ſtatu libero in pecuniariis cauſis quæſtio
habenda eſt. Etſi ſi Rei torquendi non 36
ſunt, quando pœna eſt pecuniaria, etiam quod
criminaliter agatur, multò minùs certè torqueri
debent, quando pro pecuniâ agitur civiliter.
Paris. de Puteo in tract. Syndic. in verb. tortus
cap. 5. n. 1. Hippol. de Marſil. in l. Divus. n. 1. & l. maritus.
num. 4. ff. de quæſt. Brun. de indic. & tortur. 2.
part. quæſt. 3. numer. 5. & 6. Franciſc. Caſon. de torment.
cap. 8. num. 1. Paul. Girland. in tract. de quæſt.
& tortur. quæſt. 7. n. 1. & 2.

37 Quod ipſum tamen notabiliter limitandum eſt, in cauſa civili ſeu pecuniaria, quæ crimen annexum habet tale, in quo de ſui naturâ Reus poteſt torqueri. *Paris. de Put. dict. cap. 5. Ægid. Boſſ. in titul. de indic. & conſid. ante tortur. num. 97. Foller. in pract. crimin. canon. cap. 12. num. 3. Franciſc. Caſon. in tract. de torm. cap. 8. n. 1.*

Paul.Chirland.dict.quæſtion.7.num.2.Proſp.Farin.in pract.crim.lib.1.tit.5.quæſt.42.num.33.& 34.Ludov.Carer in pract. crim. in 2.tract.de indic.& tort.§.circa ſecundam.

Q.4. An & quando Mercatores falliti tormentis ſubiici queant?

38 Hinc ſequitur: *Mercatores quoque fallitos, quos Bancarotas appellitant*, Banckerotſpieler/ *tormentis ſubjici poſſe*, ut pecunias ſibi creditas, itemque chirographa & rationes, quas ſalvas adhuc penes ſe habere negant, creditoribus ſuis indicent. *Nicol.Boer.deciſion.215.num.1.Iohan.Emer.à* Roßbach. *in proceſſ.crim.tit.5.cap.19.num.2.Petr Theodor.in colleg.crim.diſput.9.theſ.9.lit.F.Paul Chirland.de quæſt.& torment.quæſtion.7 n.4. Ioſeph.Maſcard.de probat.lib.2.concluſion.819.n.38. Franciſc.Caſon.de torm.cap.8.n.2. Proſper.Farin.in prax.crim. lib.1 tit 5.quæſt.42. n.35. Paris de Puteo in tract ſyndic.verb. tortur.c.an in cauſ.pecuniar.num.2. Henricus Bocer. in tract.de quæſt.& tortur.cap.2 num.20.* Hippol.de *Marſil.in l.Divus 9.num.6.ff.de quæſt.& in pract.crim.§.expedita.n.62. Beneventt.Strach.in tract de decoctor.part.7.& ult.n.2.& 10.*

39 Etſi enim hæc cauſa propriè ſit civilis; attamen crimen quoddam annexum habet, quod alienum non eſt à publico crimine falſi, ut arguit. *l.1.§.4.inſtrumenta,16.in pr junct §.1.& l.quid ſit falſum.23 ff ad L.Cornel. de falſ.* cujus pœna eſt deportatio in libero. *§.item Lex Cornelia de falſis verſ.eiusq; legis Inſtit.de public.jud.l.1.§.ult.ff.ad L.Cornel.de falſ.*

40 Quin & furto, hoc crimen ſimilimum videtur, quare haud ineptè ſcribit *Jodoc. Damhouder.in prax.rer.crim.cap.106.num.17.Iura quoque & Edicta Imperatoria ab Eccleſiaſticâ libertate rejiciendos volunt nefandiſſimos illos fures ac raptores (clancularios ne an violētos dicere malim, neſcio) qui quibusvis optimis mercatoribus, patriæ quaſi parentibus alumnis, callidâ, nocturnâq; fugâ aliquo profugientes, omne debitum ipſis Creditoribus eripiunt, auferunt, & nequiter furantur, vulgus Bancrotas vocat, optarim ego illos omnes illico citra ullum Principis indultum in oſtio ſuo, laqueo ſtrangulatos. Meaq; ſententiæ adſtipulantur varia Principis noſtri Caroli V.Imper. Roman.diplomata, quibus huiusmodi raptoribus omnem libertatem adimit, ſeveriſſimè ubivis locorum comprehendendos & puni-*

41 *endos mandat.* Hactenus Damhouder. Atqui furti inſimulatos indiciis extantibus, torquendos eſſe, nemo ambigit. Quidni ergo falliti quoque mercatores ſub tormentis interrogari poterunt? Quod nec *ICto.Ulpiano* diſplicet, in *l.inde Neratius.23.§.ſed etſi ſervus.4.ff. ad L.Aquil.* quando ait: *Si Servus, qui magnas fraudes in meis rationibus commiſerat, fuerit occiſus, de quo quæſtionem habere deſtinaveram, ut fraudum participes eruerentur.*

42 Quod ipſum tamen de iis tantummodò mercatoribus exaudiendum eſt, qui doloſè, callidè & fraudulenter in necem & damnum Creditorum pecunias, Chirographa, & rationes ſupprimunt. Nam qui fortunæ vitio, puta naufragio, prædonum impetu, incendio; aut debitorum ſuorum fugâ, rei familiaris jacturam faciunt, commiſeratione potiùs digni ſunt, quam ut tormentis ſubjiciantur, *l.ult. in pr.* Ibi: *Et omninò corporali cruciatu ſemoto C,qui bon.ced.poſſ.* ſiquidem nec in carcerem detrudi debeāt. *l.1.C.qui bon.ced.poſ.Strach.dict.part.ult.n.3.*

43 Quin & ſi de dolo fallitorum aliquo modo appareat, nec tamen de hoc certo conſtet, tortura quidem locum non habet, attamen territio, vel etiam juramentum purgationis hoc caſu fallitis injungi poterit.

Veluti adverſus Mercatorem quendam Lipſenſem ante aliquot annos pronunciatum memini.

44 Non ſolùm autem in mercatoribus fallitis, ſed indifferenter hæc vera ſunt, quoties nempè doloſè ac fraudulenter quis nomina ſua & pecunias occultat, ne ſolvere cogatur; ob identitatem rationis, quæ in aliis quoque caſibus obtinet.

45 *Hinc quando nobilis quidam* C.*M.à* H.*de rapina maximâ confeſſus: & remiſſâ ſibi pœnâ mortis, ad damnum reſarciendum nomina ac bona ſua univerſa exhibere ac cedere promiſerat, quæ tamen poſtea candidè & apertè indicare nolebat, ſed plurima doloſè occultabat, torturam ipſi injungere, quo bona indicet, haud dubitaverunt Scabini: Ad requiſitionem Illuſtriſſimi Principis Saxon.Vinarienſis, ita reſpondentes:* So wird dem Gefangenen C.M.von H noch einſten mit allem ernſt zugeredet/vnnd er bey Vermeydung ſchärpfferer Mittel/ ſein gantzes Vermögen trewlichen anzuzeigen/vnnd wie hoch ſich ſeine Schulden ingeſampt vnd inſonderheit eygentlich belauffē/zuſagen/vnd die Schuldverſchreibungen richtig außzuantworten/oder wo dieſelbe anzutreffen/zu berichten vermahnet. Wann nun dieſes bey jhme nichts fruchtet/iſt man geſtalten Sachen nach wol befugt/den Gefangenen C.M.von H jedoch wann er ſeine Geſundheit widerumb erlanget/mit der ſchärffe ziemlicher weiſe angreiffen/vnnd obgedachter maſſen befragen/vnnd ſein Bekändtniß richtig thun zu laſſen/ꝛc. *Menſe April. Anno 1625.*

Q.5. An & quando teſtes poſſint torqueri?

46 Pariter & in cauſis civilibus arduis, *teſtes deponere nolentes torqueri poterunt*: quia falſum committunt, dicentes, ſe non vidiſſe, quod tamen probè perſpectum habent. *Iul.Clar.libr.5.ſentent.§ ult.quæſtion.25.num.9. Iohan.Zanger in tract.de quæſt.& tortur.cap.1.n.9.Ægid.Boſſ.in tit.de tort.teſtium.n.10.*

47 Quo tamen caſu ad torturam deveniri non ſolet, niſi duo hæc concurrant: 1. Ut veritas aliter haberi nequeat. *Bertaz.lib.1.conſil 153.num.8.Proſper.Farin.de teſt.quæſt 79 num.76.Johan.Zanger.dict.cap.1.num.9.* 2. Ut teſtis indiciis urgentibus ſit gravatus; veluti ſi depoſuerit, ſe facto interfuiſſe, & nihil vidiſſe, aut negaverit, ſe facto interfuiſſe, & de mendacio convictus ſit, *l.unius.18.§.teſtes.3.ff.de quæſt.Iul.Clar.dict.quæſtion.25 num 9 Zanger.dict.cap.1.num.11. Franciſc.Brun.de indic.part.2.quæſt.4.n.5.& 11.* aut in teſtimonio dicendo vacillaverit. *l. ex libero.15.in princ.junct.d l.18.§.3.ff.de quæſt Zanger.dict.c.1.num.9.*

48 Dicitur autem teſtis vacillare, qui ſibi non ſatis conſtat, ſed timidè dubitanterq; dicit, hæſitat, & modò negat, quod paulò antè affirmavit. *l.2.ubi gloſſ.l qui falſo.16.ff.de teſtib.Bald.in l.3.C.ad L.Iul.Maieſt.Hippol.de Marſil.in l.divus.9.& l.ex lib.15.ff de quæſt.Ægid.Boſſ.in tit.de tort.teſt.*

*teſt.num.*12. Quod ex vultu teſtis etiam conjecturari poteſt, ut innuit Carolus. V. Imper. in *Ordin.Crim.art.*71.verb. **Vnd ſonderlich eygentlich auffmercken / ob der Zeuge in ſeiner Sage würde wanckelmüthig vnd vnbeſtändig erfunden/ ſolche Vmbſtände/vnd wie er den Zeugen in äuſſerlichen Gebärden vermercket/ꝛc.**

49 Quod ipſum tamen non aliter accipiendum, quàm ſi teſtis vacillet in facto principali, cui eum interfuiſſe, vel ex confeſſione, vel aliundè apparet, hoc eſt, ſi veritatem occultet, adeoque mendacium committat, ex quo ſufficiens indicium ad torturam oritur. *l.*10.§.5 *ubi Bartol.ff.de quæſt.Hippol.de Marſil in pract.crim.*§. *diligenter n.*74.*Iacob.Menoch.lib.*1.*de præſumpt. quæſt.*89.*num.*67. Secus autem, ſi teſtis variaverit circa acceſſoria. *Ægid.Boſſ.dict. loc.num.*27. Vt enim contrarietas & vacillatio in acceſſoriis, ſi quæ occurrat, non vitiat teſtimonium; ita nec hoc operari debet, ut cùm in facto ſeu negotio principali ſibi conſtet, torturæ ſubjiciatur. *Zanger.dict.cap.*1 *n.*21.

50 Quin nec ſemper teſtes vacillantes torqueri poſſunt, ſed tum demum, ſi teſtimonium dicere inviti cogantur, *Schurff.cent.*1,*conſil.*60. Sicuti nec ii, qui ex labili memoriâ errant, & errorem mox corrigunt. *Boſſ.& Zanger. dict loc.* Quia in re multum certè tribuendum eſt arbitrio Judicis, *Iul.Clar.dict.quæſtion* 25.*n.*9. ubi addit, torturam moderatam eſſe debere, nec tam gravem in teſtibus, prout in Reis, quod & monet *Zanger.d.c.*1.*n.*9.

51 *Secundum ea pronunciavimus nuperrimè VV.H. P.* **Hat ſich M P. in** *injurien***ſachen N.N. betreffende (unangeſehen er dabey geweſen) Zeugniß zu geben/ verweigert/ dahero jhr jhn in gefängliche Hafft legen laſſen/ Da nun bemeldter M.P. ſich ferner deſſen verweigern würde/ꝛc So würde er zur** *Depoſition* **durch härter Gefängniß/darinnen er ein acht Tage lang mit Waſſer vnd Brot geſpeiſet wird/ Zeugniß zu geben/ angehalten mit dieſer außdrücklichen Verwarnung/ daß in fernerer Verweigerung/ ſeine richtige Auſſage vff die Beweiß-Articul/ wol durch den Scharffrichter auß jhm gebracht werden ſoll/V.R.W.** *Menſ. Auguſt. Anno* 1630.

Q.6. Num in delictis, quorũ pœna corporis afflictiva non eſt, locum habeat territio?

52 *Quartò*: Notandum ex jam dictis, quòd licet in criminibus iis, quorum pœna corporis afflictiva non eſt, tortura decerni nequeat, territio tamen, additis etiam quandoque præludiis torturæ & moderatæ ligaturæ, locum in illis ſibi vendicet: In quo ipſo *Dd.* ferè omnes conſentiunt, prout patet extraditis *Proſper.Farin.in prax.crim.lib.*1.*tit.*5.*quæſtion.*42.*num.*19.*& ſeqq.Iul.Clar.in pract.*§.*ult.quæſt.*64.*num.*4.*in.fin. Paul.Girland.de quæſt.& torm. quæſtion.*5.*num.*2.*& ſeqq.*

53 Proinde, ſi crimen occurrat, quod arbitrariè: carcere, mulcta pecuniaria, vel relegatione coërceri ſolet, quin territio, vel nuda, vel adhibitis etiam inſtrumentis ad comprimendos pollices aptis, quandoque etiam funibus, pro ratione circumſtantiarum, indiciorum, & qualitate ipſius delicti, decernenda, aut etiam juramentum purgationis Reo imponendum ſit, dubium prorſus non eſt.

Veluti in Elector.Saxon, Scabinatu quotidiè ita pronunciari ſolet.

Q.7. An neceſſariò conſtare debeat de corpore delicti, antequam ad torturam deveniatur?

54 Alterum requiſitum, quod cauſam criminalem ad torturam deferendam reddit qualificatam, conſiſtit in certitudine facti, ut nempe de corpore delicti certò conſtet, illudque verè perpetratum fuiſſe appareat. Non enim ſufficit, delictum atrox deferri, ſed & judici ante omnia de delicto conſtare debet, cuius is, qui in vinculis eſt, inſimulatur, antequam ad quæſtiones perveniat: Quæ vulgata juris concluſio luculenter probatur ex *l.*1.§.*item illud ff.ad SCt.l.*1. *C.ubi cauſ. fiſcal. l. inde Neratius* 23. §.*ult.junct. duab.ll.ſeqq.ff.ad L.Aquil.*

55 Nam ſi incertum eſt, an crimen commiſſum ſit, ad torturam procedendum non erit. *Franciſc.Brun.in tractat. de indic.& tortur. part.*2.*quæſt.*4.*& quæſt.*5.*numer.*8.*Iul.Clarus dict. quæſt.*64.*n.*3.*& quæſt.*4.*n.*1. *& quæſt.*55.*num.*10. *Proſp.Farin.in prax.crim.lib.*1.*tit.*1.*quæſt.*2.*num.*7. *&* 8.*Iohan.Zang in tract.de quæſt & tort.in præfat. n.*34.*&* 35. *Henric.Bocer.in tract.de quæſt. & tort. cap.*3.*n.*2.

56 Neque tortura ad liquidandum factum, ſed ad liquidationem perſonæ adhibetur, hoc eſt, ut diſquiratur, an accuſatus Reus crimen illud, de quo jam conſtat, commiſerit, nec ne, ut loquitur *Franciſc.Brun.dict.qu.*5.*num.*10.*Ioh. Zang.dict.præfat.tract.de quæſt. & tort.num.*32. Ideoque de ipſo facto ante torturam conſtare debet; ſiquidem illud non præſumitur, niſi probetur. *l.*12.§.*captæ ff de capt.& poſtl.reverſ.l.* 13.§.1.*ff. de publ.in rem.act.l.*7.§.*ult.ff.de curat. furioſ.* Hocque ipſum etiam clarè ita diſpoſitum reperitur ab Imper. Carolo V. in *Ordin. Crim.art.*6.verb. **Darzu ſoll auch ein jeder Richter in dieſen groſſen Sachen vor der peinlichen Frage/ ſo viel müglichen / vnd nach Geſtalt vnnd gelegenheit einer jeden Sachen beſchehen kan/ſich erkundigen/ vnnd fleiſſig nachfragens haben/ ob die Miſſethat/darumb er angenommen / berüchtiget vnd verdacht / auch beſchehen ſey/**&c. *ubi Matth Steph.in not.n.*5.*& ibid. Georg.Rem.in Nemeſ.Karul.* 57

58 *Atque hoc maximè in decernenda torturâ Scabinos attendere patet ex ipſorum reſponſo dato Quæſtori Pirnenſi*: **Ob gleich W.N. über ſein voriges gethanes gütliches Bekänntniß/ daß er in die ſechs vnnd zwanzig Jahr über / ſieder er ein Wäſcher geweſen / jedes Quartal drey Loth Silber an kleinen Probierkörnern veruntrawet / in ſcharffer Frage bekandt hat/daß er etliche Marck veruntrawet/ſo 874. Gülden 6. Groſchen außtragen möchten/ Dieweil aber dennoch auß Verordnung der Rechte/ ohne vorgehende genugſame Erkundigung der angegebenen Vbelthaten/ die** *Tortur* **nicht ſoll vorgenommen werden/dahero auch** *Inquiſiten* **in vnſern vorigen Vrtheil die ſcharffe Frage anderer geſtalt nicht/denn mit dieſer** *Condition*, **da ſich der Verluſt der Silber in Erkundigung befinden würde/zu erkandt/vnd jhr in ewer nechſten Frage ſelbſten berichtet/daß die Erkundigung dißfals vnmüglich/ vnnd gleichwol mit der** *Tortur* **gegen dem Gefangenen verfahren / derowegen jhme das darinne gethane Bekänntniß/ da er auch gleich hernacher in gutem darauff verharren möchte/ nicht nachtheilig ſeyn könte/ vnnd die** *Tortur* **von den Rechtslehrern vor eine gröſſere Straffe/als die Abhawung beyder Hände geachtet wird/ darüber auch zu Recht ferner verſehen / daß keinem Vbelthäter auff ſein bloſſes Bekänntniß/ ohne Erkundigung der That/ die ordentliche/ vnnd ſonder-**

lich die Todteſtraff ſoll vfferleget werden/ꝛc. So mag auch nach Gelegenheit dieſes Falls/vnnd auß angezogenen Vrſachen dem Gefangenen N. keine andere noch höhere Straffe/als im vorigem vnſerm Vrtheil begriffen/ zuerkandt werden / V. R. W. *Menſ.Iul.Anno* 1588.

59 Quare prudenter faciunt judices cauſârum criminalium, ſi ante quæſtiones, pro ratione cujuſque delicti & perſonæ diſcrimine, diligentiſſimè inquirant, & quid certi de crimine apparere, haberique poſſit, inveſtigent, ne ipſimet poſtea in Syndicatu teneantur, prout monet *Angel.Aretin.in tract.malefic.verb.Quod famâ publicâ præcedente num.*108. ubi inquit; *Tu judex ſis benè cautus, ne aliquem ad torturam pro maleficio pœnas, priusquam conſtet Curiæ tuæ, id maleficium fuiſſe commiſſum, licet ignoretur, qui illud commiſerit. Vnde ſi furtum dicitur factum facias per diligentem inquiſitionem, querelam & teſtes, & miſſionem tui officialis, ubi furtum eſt commiſſum, & deſcribi & ponere per tuum Notarium; Et ſic de homicidio, quod mittas officialem ad videndum mortuum, & vulneratum, & vulnera deſcribi, & hæc redigas priùs in Actis. Aliàs non facta tali diligentiâ, ſi aliquem torqueres de dicto maleficio, poſſes in Syndicatu teneri.* Hactenus *Angel.*

60 Notandum tamen hîc & illud, quod ad quæſtionem decernendam ſufficiat quandoque, de corpore delicti conſtare ex indiciis certis, urgentibus atque indubitatis. Etſi enim judici incumbat, veritatem criminis per facti evidentiam & inſpectionem indigare, *Iul.Clar. in pract.§.ult.quæſt.4.num.*1. Attamen cùm ſæpiùs evidentia facti & criminis certitudo haberi nequeat, indiciis nihilominus probabiliſſimis & indubitatis apparentibus, utique ſalus publica, quæ delicta puniri vult, *l.*51.*§.*2. *ff.ad L.Aquil.* ad torturam quandoque procedere jubet, licet non conſtet, priùs certò de ipſo facinore, nempe per evidentiam facti, ut puta, in homicidiis, parricidiis & latrociniis, quando cadavera hominum peremptorum abſcondita, & in flumina aut mare fuerint projecta. *Franciſc.Caſon.in tract.de torm cap.*2 *num.*4. *Henric. Bocer. in tract. de quæſt. & tortur. cap.*3. *num.*4. Quare & diverſimodè de corpore delicti ad condemnandum, & ad effectum torquendi, conſtare fertur, ut dixi *ſuprà quæſt.*108.*num.*18.*&*25.*Matth.Stephan.in not.ad articul.*6.*Ordin.Crim.Carol.n.*6.

61 Quin & in criminibus occultis & facti tranſeuntis, utputa: Adulterio, Stupro, Sodomia, Hæreſi, Veneficio, Sortilegio aliiſque, quæ ulla veſtigia poſt ſe non relinquunt, de corpore delicti aliter conſtare non poteſt, niſi per conjecturas & indicia. *Ægid.Boſſ.in pract.crim.tit.de delict.num.*19. *Iohan.Zanger.in præfat.tract.de quæſt.& tortur.num.*35.*Proſper.Farin.lib.*1.*tit.*1.*quæſtion.*2.*num.*12 *&* 13. in quibus tamen tàm ad torturam, quàm ad condemnationem Rei deveniri poſſe ex præſumptionibus certis & indubitatis, nemo ſanæ mentis negaverit. *Foller.in pract.crimin.verb.capiat informationem.num.*78. *Iul.Clar.in pract.§.ult.quæſt.*66.*in prin.* *Ægid.Boſſ.in tit.de delict.num.*20. Nam in ejuſmodi delictis occultis, quæ difficilis ſunt probationis, præſumptivam & conjecturatam probationem habere pro plenâ & concludenti, generaliter & communiter receptum eſt. *Nicol.Boër.deciſion.*164.*n.*4.*Tiber.Decian.lib.*1.*reſp.*18.*n.*221.*Farin.dict.quæſt.*2.*n* 12.

Eoque reſpiciunt verba Imper. Carol.V. in *Ordin.Crimin.art.*6. **Darzu ſoll auch ein jeder Richter in dieſen groſſen Sachen vor der peinlichen Frag/ſo viel müglich vnnd nach Geſtalt vnd Gelegenheit einer jeden Sachen beſchehen kan/ ſich erkundigen/ vnnd fleiſſig nachfragens haben/ ob die Miſſethat beſchehen ſey/***&c.* Quibus verbis Judex ante torturam ad indagandum delictum aliter non obligatur, niſi quantum pro ratione cuiuſque criminis, & perſonæ diſcrimine hoc fieri poteſt. Clariora verò & urgentiora ad hanc rem ſunt verba *artic.*8. **So die Miſſethat einer Todteſtraff halber kündlich / oder aber derhalb redliche Anzeigung / wie darvon vorberühret iſt/erfunden wird / ſo ſoll es der peinlichen Frage halben gehalten werden/ wie hernach geordnet iſt.** Vnde luculenter apparet, torturæ quandoque locum dari, etiamſi de corpore delicti non niſi ex certis atque indubitatis indiciis & præſumptionibus conſtet; quod pluribus probavi *ſuprà quæſtion.*108.*n.*18.*& ſeqq.* 62

Tertiò; Quando jam conſtat de ipſo delicto perpetrato, inſuper & hoc requiritur, ut deſint alia criminis argumenta ordinaria & ſufficientia. Si enim veritas aliundè explorari & inveſtigari poteſt, puta: per teſtes; per inſtrumenta, aut liberam Rei confeſſionem; quæſtio haudquaquam adhiberi debet, ſed judicem omnia experiri oportet, antequam ad torturam perveniat. Quantò enim corpus fortunæ bonis, & dignius & nobilius eſt, tantò judex in criminalib⁹ cauſis prudentius & difficilius incedere debet, quàm in civilibus. *Claud. de Battand.in pr.cauſ.crimin.Reg.*20.*num.*3.*Iohan.Emer.à* **Roßbach**.*in proceſſ.crim.tit.*5 *cap.*15.*n.*6.& ubi de majori præjudicio agitur, cautius eſt agendum.*l.*3 *§.duæ cauſæ.ff.de Carbon. Edict. c. ubi periculum de Elect. in 6to.* 64

Hacque de re conſultus *Vlpianus* ita demum ad tormenta ſervorum veniri oportere reſpondit, cùm ſuſpectus eſt Reus, & ita aliis argumentis probationi admoveatur, ut ſola confeſſio Servorum ſupereſſe videatur. *l.*1.*§.*1 *ff.de qu.* Et *Impp.Diocl.& Maxim.* Aſpero quærenti reſcripſerunt: Mancipia de quorum dominio ibidem agitur, cum tormentis eſſe interroganda, ſi aliis probationibus veritas illuminari nequeat, *l.quoties.*12.*C.de quæſt.* 65

Ex quo Impp.reſcripto, & reſponſo Icti Vlpiani *Interpp.* notant, quæſtionem non expoſci nec Iudicem ad eam devenire poſſe, niſi deficientibus aliis probationibus, ita ut tormenta verè ſint probationum reliquarum ſubſidiaria.*l.edictum.*8.*in.pr.junct.l.ſeq.ff.de quæſt.l.quoties.*11.*& l.ult.C.de quæſt.Angel.Aretin.in tract.malef.in verb.quòd famâ publicâ.n.*94. *Hippol.de Marſil.in l.*1.*in pr.n.*10.*ff.de quæſt.& in pract.crim.§.nunc videndum.n.*22.*&* 23. *Iodoc.Damboud.in prax.rer.crim.c.*35.*n.*1.*& ſeqq.* *Franciſc.Caſon.de torm.* 66

torm. cap. 7. & 9. Petr. Theodor. in colleg. crim. diſp. 9. theſ. 9. lit. G. Iohann. Emer. à Roßbach *in proceſſ. crimin. tit. 5. caput. 18. n. 1. Ioſeph. Maſcard. de probat. vol 2. concluſ. 353. num. 4. Iohan. Zang. in tract. de quæſt. & tortur. cap. 2. n. 2. Gandin. in tract. maleficiorum ſub rubr. in pr. Henric. Bocer. in tractat de quæſt. & tort. cap. 3. n. 5.*

67 Quinimò *Bald. in l. 1. num. 5. C. de juram. propt. calum. dand.* neceſſarium eſſe ait, ut is, qui petit quem quæſtioni ſubiici, iuret, quòd aliter veritatem exquirere vel oſtendere non poſſit; *l. 1. §. ne autem. 1. C. de juram. propt. calum. dand. l. fin. C. de quæſtion.* quem ſequuntur *Iacob. Cujacius ad Novell. 49. cap. ult. Hippolyt. de Marſil ad l. edictum. 8. num. 2. ff de quæſtion.* Henric. *Bocer. dict. cap. 3. num. 7.* Sed uſu hoc non obſervatur, teſte *Ioh. Zanger. dict. c. 2. n. 6.*

Q. 8. Num Reus de aliquo crimine cõvictus, ſeu cõfeſſus, ſuper aliis delictis torqueri poſſet?

68 Quæritur hic non impertinenter: *An Reus de aliquo crimine convictus ſeu confeſſus, pro ulteriori veritate habendâ ſuper aliis delictis torqueri queat?* Quod *Dd.* communiter affirmant, ut videre eſt apud *Proſper. Farin. in prax. crim. libr. 1. tit. 5. quæſt. 40. num. 61. & ſeqq. Ægid. Boſſ in tit. de indic. nu. 130. Iulius Clarus in pract. §. ultim. quæſtion. 64. n. 8.* Quibus calculum meum addere nil dubito.

69 Neque enim ſuper principali delicto, de quo iam convictus aut confeſſus eſt Reus, torturæ ſubiicitur, ſed tantùm ad habendam ulteriorem veritatem ſuper aliis delictis. Quod maximè verum eſt, ſi crimen illud, ſuper quo tormenta adhibenda ſunt, gravius & atrocius ſit eo, de quo iam convictus aut confeſſus eſt, & atrociori quoque pœnâ coerceatur.

70 Ac licet gravius non ſit, ſed æquale delictum, puta, ſi fur iam confeſſus furtum, de alio adhuc furto perpetrato fuerit inculpatus, ac indiciis urgentibus gravatus; nihilominus tamen ſub tormentis eum interrogandum eſſe, putaverim, quò & illud delictum manifeſtetur, aliique homines à ſuſpicione iniquâ liberentur. Etenim ſi Reus iam convictus aut confeſſus ad habendum qualitates delicti aggravantes, nec non ſocios complices, mandatores, conſultores, fautores, aliosque participes torqueri poteſt, iuxta communem *Dd.* opinionem, de quâ teſtatur *Farin. dict. quæſtion. 40. nu.*
71 *17. & 18.* Certè non video, quare & de ſimili alio delicto, mediante torturâ interrogari nequeat. *Veluti & ſapius hoc obſervatum ſcio.* Vbi tamen notari velim, quòd tormenta ad habendum alia delicta eiusdem generis aut qualitates vel ſocios delicti, debeant eſſe moderata: prout monet poſt *Iul. Clar. dict. quæſtion. 64. nu. 8 in fin. Proſper. Farin. dict. quæſtion 40 n. 27.* Ac niſi graviſſima & indubitata adſint indicia aliæque cauſæ prægnantes, Reum aliàs ob crimen confeſſum ad mortem condemnãdum, potiùs à tortura liberandum, quàm afflicto novam afflictionem addendam eſſe dixerim.

Quin etſi hoc caſu Reus ſuper alio delicto 72
tortus in negando perſtiterit, pœna tamen ordinariâ eum eſſe condemnandũ pro delicto, de quo antea erat convictus vel confeſſus, ambigendum eſt. *Foller. in pract. crimin. part. 3. princ. verb. Etſi confitebuntur. numer.* 110. *Ægid. Boſſ in tit. de indic. num.* 130. *Anton. Gomez. tom. 3. var. reſolut. cap. 13. num.* 20. *Proſper. Farin. dict. quæſt. 40. n. 19.*

Prout etiam Scabini reſponderunt: Hat der ge-
fangene A. H. ſich zu dem Diebſtahl / etc. bekandt 73
vnnd er wird ferner beſchuldiget / daß er auch eine Lade mit 500. fl. dieblichen entragen / Ob er nun wol ſolches nicht geſtändig ſeyn will / Dieweil aber dennoch ſo viel *Indicia* vnd Vmbſtände von euch angeführet / darauß abzunehmen / daß er auch an dieſer Deuben nicht vnſchuldig / etc. Vnd man gleichwohl eine Gewißheit deßwegen erlangen muß / damit nicht etwa andere vnſchuldige Leute derowegen in verdacht gezogen werden mögen / So erſcheinet darauß ſo viel / daß jhr wol befugt / den Gefangenen mit der Schärffe ziemlicher weiſe angreiffen vnd befragen zulaſſen: Ob er nicht auch die Lade mit 500. fl. geſtohlen / wo er damit hinkommen / was er dabey gethan / vnd jhme ſonſtenhierumb bewuſt ſey. Vnnd wenn gleich der Gefangene A. H. ſich darzu in ſcharffer Frage nicht bekennen würde / da er aber dennoch auff ſeinem allbereit gethanen gütlichen Bekäntnüß / vor gehegtem peinlichen Halßgerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde / So möchte er von wegen ſolches begangenen vnnd bekandten Diebſtahls / mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft werden / V. R. W. *Quæſtoris in* Annaburg. *Menſe Novembr. Anno* 1582.

Et in caſu ſimili Henrico à Schönberg *Menſe Febr. Anno* 1585.

Quæſtori Zvvickavienſi. Menſ. Ianuar. Anno 1615.

Prætori & Scabinis Dresdenſibus, Menſe Iulio, Anno 1615.

* * *

QUÆSTIO CXX.

De Incertis ſeu veriſimilibus Indiciis omnibus delictis communibus, quorum neutrum per ſe ſolum ſufficiens eſt ad torturam?

SUMMARIA.

1. *Tortura absq; indiciis inferri nequit.*
2. *Indiciorum materia arbitraria.n.3.*
4. *Arbitrium tamen judicis juri & æquitati conforme eſſe debet. n. 5.*
6. *Quomodo definiatur indicium.*
7. *Indicium nomine generali dicitur argumentum.*
8. *Variæ traduntur indiciorum diviſiones.*
9. *Indicia vel ſunt generalia & communia, vel ſpecialia.*
10. *Communia rurſus ſunt vel veriſimilia, vel certa, & quomodo hæc ab invicem differant. nu.* 11. 12.13.14.16.
15. *Unum veriſimile indicium per ſe ſolum non eſt ſufficiens ad torturam.*
17. *Vita anteacta & fama facit indicium veriſimile.n.*18.
19. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
20. *Qualisnam fama eſſe & unde oriri debeat. nu.* 21.22.23.24.25.26.
27. *Sola fama absq; indiciis aliis non eſt ſufficiens ad torturam.n* 28.29.
30. *Quatenus quis reddatur ſuſpectus, ſi fuerit deprehenſus in loco delicti perpetrati? numer.* 31. 32.
33. *Solum hoc indicium ſufficiens non eſt ad quæſtionem. n.*34.
35. *Converſatio cum hominibus facinoroſis indicium facit.n.*36.
37. *Quando hoc indicium fallit? n.* 38.39.40.
41. *Converſatio unà cum præſtito auxilio ſufficiens eſt indicium ad quæſtionem habendam. n.* 42.
43. *Inimicitia quale faciat indicium.*
44. *Quænam dicatur capitalis inimicitia. numer.* 45.46.47.
48. *Sola inimicitia capitalis absq; aliis adminiculis ſufficiens indicium ad torturam non facit.*
49. *Spes lucri quale faciat indicium?*
50. *Aſſertio vulnerati num faciat indicium?*
51. *Qualis aſſertio & inculpatio eſſe debeat? num.* 52.53.
54. *Absq; aliis adminiculis inculpatio vulnerati aut moribundi indicium ſufficiens non eſt. nu.* 55.56. 57.
58. *Vulnerati excuſatio enervat alia indicia.n.*59.
60. *Fuga num faciat indicium & quale? num.* 61. 62.63.
64. *Quando ſola fuga absq; aliis adminiculis ſit ſufficiens ad indicendam torturam.num.* 65.66.
67. *Fuga quandoq; nullum facit indicium,* 68.69.
70. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
71. *Variatio rei quale & quando faciat indicium. n.*72.73.
74. *Variatio circà negotium principale per ſe indicium eſt ſufficiens ad torturam, n.* 75.76.
77. *Titubatio & trepidatio num reum faciat ſuſpectum. n.* 78.
79. *Phyſiognomia per ſe non facit indicium ne quidem ad territionem.n* 80.
81. *Quatenus ſuſpectus reddatur qui tacet ad crimen ſibi objectum.n.*82.
83. *Occultatio delicti quale faciat indicium. num.* 84.85.
86. *Quid habendum de collocutione in aurem.*
87. *Vel ſi quis inſtrumenta ad delictum perpetrandum emerit.*
88. *Hæc aliaq; indicia ſimilia ſunt remota, quorum neutrum ſolum ſufficiens eſt ad torturam. num.* 86.

QUartò, circa materiam torturæ probè
quoque attendenda ſunt indicia, quæ ju-
dicem ad deferenda tormenta movere debe-
1 ant. Juris enim certiſſimi eſt, torturam abs-
que præcedentibus legitimis & ſufficientibus
indiciis minimè poſſe inferri. *l. maritus.l.quæſtionis habendæ. l. unius. §. in ea cauſæ. l. fin. ff. de quæſt. l.ſicut.*17.*in fin. C. ad Leg. Corn. de falſ. l.* 3.*in prin l. milites.* 9. *C. de quæſt. Ordin. Imper. crimin. articul.* 6.7.8.18.22.23.*& artic.* 21. ubi
verba habentur: **Wo nicht zuvor redliche Anzeigung der Miſſethat / darnach man fragen wolle / vorhanden / vnd beweiſt würden / ſol niemands gefraget werden / vnnd ob auch gleichwol auß der Marter die Miſſethat bekandt würde / ſo ſol doch der nicht gläubt / noch jemand darauff verurtheilet werden / *&c.*** In quo certè *Dd.* unanimiter
ferè conveniunt, quos longo agmine allegat. *Proſper. Farin. in prax. crimin. libr.* 1. *tit.* 5. *quæſt.* 37. *num.* 1. Vid. *Iohan. Zang in tract. de quæſt. & tort. num.* 7. *Matth. Steph. ad dict. art.* 20. *& paſſim in Ordin. Crim. Henr. Bocer. in tract. de quæſt. & tort. cap.* 2. *nu.* 8. *Petr. Theodor. in Colleg. Crim. diſp.* 9. *th.* 9. *lit.* H. *Matth. VVeſemb. in parat. ff. de quæſt. numer.* 7. *Brun. de indic.* 2. *part. quæſt.* 5. *num.* 1. *Franc. Caſon. in tract. de torment. cap.* 5. *num.* 1. *Iodoc. Damhouder. in prax. rerum crim. cap.* 38. *n.* 17. *Ægid. Boſſ in tit. de indic. n.* 2.

At quænam indicia in quovis delicto legiti- 2
ma & ſufficientia ſint ad infligendam torturam,
nullibi expreſſum, neque ob multifarias cu-
jusque facti circumſtantias & qualitates, certâ
aliqua Regula id definiri poteſt; ideoq; judi-
cantis arbitrio hoc relinquendum eſt, iuxta
ſanctionem Caroli V. Imperat. in *art.* 18. verb.
Dieſelben Sach oder Wahrzeichen / ſo ein redlich

lich genugſam anzeigen / Argwohn oder Verdacht geben / ſeynd nicht möglich alle zubeſchreiben / *&c.* Item *art.* 24. verb. **Wann nicht möglich iſt / alle argwöhnige vnnd verdächtige Fälle vnd Vmbſtände zu beſchreiben /** *&c. & art.* 27. **So ſollen die jenigen / denen peinlicher Frage halber zu erkennen gebühret / ermeſſen / ob dieſelben ob beſtimpten / oder dergleichen erfunden argwöhnigen Theil / oder Stück / ſo viel redlicher Anzeigungen der verdachten Miſſethat thun mögen / etc.**

3 Vnde materiam indiciorum ad torquendum arbitrariam eſſe, quotidie in criminalibus ſubſelliis auditur. *Bartol. in l. fin. num. 5. ff. de quæſt.* ubi teſtatur ita *Dd.* communiter tenere, per *text. in l. 3. §. ejusdem quoq; ff. de teſtibus Hippolyt. de Marſil. in pract. crim. §. diligenter. n. 23. Proſper. Farinac. in prax. crim. lib. 1. tit. 5. quæſt. 37. nu. 192. Matth. Steph. in not. ad art. 6. num. 5. & art. 18. Ordin. Crimin. Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 20. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 270. num. 3. & 4. & de præſumpt. lib. 1. quæſt. 89. num. 1. Iohan. Zanger. in tractat. de quæſt. & tort. c. 2. n. 14.*

4 Non tamen abſolutum & liberum arbitrium hoc judicis eſſe debet, ſed juri & æquitati adſtrictum, atque ſecundum leges regulatum, ut probat *Marſil. dict. §. diligenter. num. 24. Foller. in pract. crim. verb. Quod ſuffocavit uxorem. num. 25. Brun. à Sol. in conſil. crim. num. 130. & ſeq. Iacob. Menoch. dict. caſu 270. num. 4. Bertaz. volum. 2. conſil. 34. nu. 20.* Sicut enim in omni alio negotio & cauſa, in qua judex vel à Lege, vel ab homine habet arbitrium, illud regulare & gubernare debet ſecundum terminos & tramites juris atque æquitatis. *l. 1. ff. de uſur. c. judicet. 3. q. 7. Felin. in c. quoniam frequenter. §. porrò. num. 14. Vt lit. non conteſtat. Hippolyt. de Marſil. ſingul. 397. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 1. q. 9. n. 3.* Ita vel maximè in materia torturę periculoſa ac præjudiciali, utpote in qua de vitâ hominis agitur, 5 cum juris diſpoſitione ſe conformare neq; ex ſua (ut dicunt Dd.) cervice nova indicia formare, ſed à ſimilibus in jure approbatis ad ſimilia procedere, & ita ex indiciis nominatim expreſſis, argumenta ad non expreſſa indicia deducere debet, quorum tamen par ſit ratio. Id quod non modò juri communi conſentaneum eſt, quo argumentum à ſimili ad ſimile valet: nam ſimilium ſive adæquatorum eadem eſt ratio, *l. Regula. ubi Dd. ff. de jur. & fact. ignor.* ſed & diſertis verbis diſpoſitum ab Imper. Carolo V. in *Ordinat. Crim. artic. 24.* verb. **Auß dieſen nachgeſetzten Articuln von Argwohn vnd Anzeigung der Miſſethat ſagend / ſol in Fällen / ſo darin nicht bekandt ſeynd / Gleichnüß genommen werden / ꝛc.** Quare principaliora, ac jure legibusq; probata indicia, ad quæſtionem inferendam ſufficientia referre lubet. Quibus perſpectis, ex rationis identitate & paritate circumſtantiarum, de reliquis facilimè judicari poterit.

Q. 1. Quidnam & quotuplex ſit indiciũ?

6 Definiri autem poteſt indicium, quod ſit ***argumentum delicti perpetrati demonſtrativum ſeu indicativum.*** Vnde & nomen ſortitur à verbo (*indico, indicas*) *Matth. Steph. in not. ad art. 19. Ordin. Crim. Iohan. Zanger. in tractat. de quæſt. & tortur. c. 2. num. 11. & 12.* Quamvis alii circa definitionem hujus rei multum diſcrepent, ut videre eſt apud *Franc. Brun. in tract. de indic. & tortur. part. 1. quæſt. 1. Gandin. in tractat. de Malefic. rubr. de præſumpt. & indic. num. 14. Bald. ad rubr. C. de probat. Henric. Bocer. in tract. de quæſt. & tortur. cap. 3. num. 14.* Quod enim indicium eſt in *l. ult. C. de probat. l. ſicut. 17. in fin. C. ad Leg. Cornel. de falſ. l. indicia. 19. C. de rei vindicat.* 7 Id generali nomine dicitur argumentum, in *l. ſicut. 5. C. de fid. inſtrum. l. 1. C. de teſtib. l. 1. §. 1. l. unius. 18. §. 1. & 2. ff. de quæſtion. l. milites. 8. § 1. C. eodem tit.* Etſi verò indicium, præſumptio, coniectura, ſignum, & ſuſpicio propriè ab invicem differant; prout latè tradit *Proſper. Farinac. in prax. rer. crimin. libr. 1. tit. 5. quæſt. 36. & Iacob. Menoch. de præſumpt. libr. 1. quæſt. 7. numer. 18. & ſeqq.* Attamen in materia quæſtionis ſeu torturæ, nomine indiciorum hæc omnia comprehenduntur, ſive ſint ſuſpiciones, coniecturæ, adminicula, ſive præſumptiones, & id genus alia, uti hoc Interpp. commentationes probant. Neque aliter Imper. Carol. V. in Sanctione Criminali locutum fuiſſe, patet, ex *articul. 19. dict. Ordin. Crimin.* In verb. **Wo wir nachmahls redliche Anzeigung melden / da wollen wir allewege redliche Wahrzeichen / Argwohn / Verdacht / vnd Vermuthung auch gemeinet haben / vnd damit die vorigen Wörter abſchneiden** *ubi Matth. Steph. & Georg. Rem. in Nemeſ. Karulin. Iohan. Zang. dict. c. 2. n. 13.*

8 Licet autem varias & diverſimodas indiciorum diviſiones tradant Dd. *Marc. Blanc. de indic. num. 43. & 45. Franc. Brun. in tractat. de indic. & tort. part. 1. quæſt. 1. num. 2. & 3. Paul. Chirland. in tract. de quæſt. q. 3. num. 1. & 2. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 7. numer. 14. 15. 16. Henric. Bocer. in tract. de quæſt. & tort. cap. 3. numer. 15. & 16. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 20. numer. 1.* 9 Attamen cùm hæ materiam potius involvant, quàm explicent, miſſis iis omnibus, indicia potiſſimum dupliciter conſiderari poſſe, autumo cum *Matth. Stephan. in not. ad artic. 25. Ordin. Crimin. & Iohan. Zanger. in tractat. de quæſt. & tortur. c. 2. num. 25.* Quatenus ſcilicet omnibus delictis ſunt communia; vel certorum maleficiorum propria. Quam diſtinctionem probant Rubricæ *art. 25. & 33.* Quarum illa eſt: **Von gemeinen Argwohnen vnd Anzeigungen / ſo ſich auff alle Miſſethaten ziehen.** Hæc autem: **Von Anzeigungen / ſo ſich auff ſonderliche Miſſethaten ziehen / vnd iſt ein jeglicher Articul zu rechtlicher Anzeigung derſelben Miſſethat genugſam / vnd darauff peinlich zubefragen.**

10 Communia omnibus indifferenter delictis indicia rurſus duplicia ſunt: Veriſimilia ſeu probabilia, *l. milites. 8. §. 1.* Ibi: ***argumentis primùm veriſimilibus, probabilibusq; uti. C. de quæſt.*** & Certa ſive indubitata; quæ etiam graviſſima dicuntur. *l. indicia certa. 19. C. de Rei vindic.* 11 Quæ duplici ferè modo ab invicem diſtant: 1. Illa namque rem veram eſſe arguunt, non ſemper, ſed plerumque tantum, unde etiam non dicuntur ſimpliciter certa indicia, ſed veriſimilia & probabilia, ſeu veluti certa indicia; *dict. l. milites. 8. § oportet. C. de quæſt.* 12 Quæ etiam dubitata, remota, & ſemiplena vocãtur. Hæc autem, certa nimirum & indubitata

indicia, communiter ac verè in ſuo genere concludunt ad delictum inferendum, quæ etiam plena ac propinqua dicuntur, vnzweiffelhafftige Anzeigungen / *artic.* 29. *Ordin. Crimin.* Ab aliis quoque urgentia, clara, & luce meridianâ clariora appellitantur, quæ judicem quaſi certum reddunt de delinquente, ita ut nihil aliud deeſſe videatur, quàm Rei confeſſio. *l.* 1. *in princ.* Ibi: *Vt ſola confeſſio ſervorum deeſſe videatur. ff. de quæſt.*

13 Nec obſtat, quòd ejusmodi indicia certa & indubitata ad condemnandum ſufficiant, ac proinde torturam excludant; ubi enim probatione luce meridiana clariores extant, juxta *fin. C. de probat.* Reus eſt condemnandus tanquam convictus, & non torquendus tanquam indiciatus. *l. qui ſententiam. ubi Dd. C. de pœn l. ult. C. de Cuſtod. reor. Hoc*, inquam, non obſtat, quia probatio ab indicio eſt ſecernenda. Etenim ad torturam inferendam non requiruntur probationes certæ, claræ, & luce meridianâ clariores, quæ omninò ad condemnationem ſufficiunt; ſed ſolum indicia clara, & certa, talia nempe, ut in genere ſuo ſint apta ad plenè perſuadendum, licet non ad plenè probandum. *Proſp. Farin in prax. crimin. libr.* 1. *tit.* 5. *quæſt.*
14 37. *num.* 5. ubi porrò ait, quòd idem juris debeat eſſe de parte, quoad partem, quod de toto, quoad totum, *l. quæ de tota. ff. de Rei vindic.* ſed ad condemnandum probatio debet eſſe certa, & luce meridiana clarior. *dict. l fin. C. de probat.* ita pariter & in genere ſuo ad torquendum indicia debent eſſe certa & luce meridiana clariora. *Brun. à Sole in conſ. crim. numer.* 136. Ideò autem dicunt *Dd.* (*in genere ſuo*) quia benè ſciunt, quòd non debeant eſſe ſic certa & concludentia indicia, ſicut debet eſſe probatio ad condemnandum ſufficiens, ex qua certus redditur Judex, quòd Reus deliquit: at ex indiciis judex non reddendus eſt certꝰ in totum, ſed quaſi certus; item, data delicti probatione, non eſt opus alia Rei confeſſione: At ſtantibus indiciis, ſola Rei confeſſio deficit. *Hactenus Farin.*

15 2. Ex veriſimilibus ſeu dubitatis, remotiſvè indiciis, unumquodque per ſe ſolum ſufficiens ad torturam non eſt, niſi & aliis concurrentibus, prout Iudex arbitratus fuerit. Certorum verò ſive propinquorum indiciorum unumquodque per ſe ſolum ſufficit ad torturam, diſertis verbis ſic diſponente Carolo V. Imper. *artic.* 27. *Ordin. Crim.* Ibi: Im nechſten obgeſetzten articul werden acht argwöhnige Theil oder Stück von Anzeigung peinlicher Frage funden / derſelbigen argwöhnigen Theil oder Stück / iſt keines allein zu redlicher Anzeigung darauff peinliche Frage mag gebraucht werden / gnugſam / Wo aber ſolche argwöhnigen Theil oder Stück etliche bey einander auff jemand erfunden werden / ſo ſollen die jenigen / denen peinlicher Frage halber zu erkennen gebühret / ermeſſen / ob dieſelbe zur peinlichen Frage genugſamb / *&c. junct. Rubric. artic* 29 *Ordin. Crim.* Gemeine vnzweifelhaffte Anzeigungen / derer jegliche allein zu peinlicher Frage genugſam iſt. *Matth. Stephan. in not. ad art. 25. Ordin. Crim. in pr.*

De utrisque igitur acturus, methodum & ordinem Sanctionis Carolinæ ſequar, ac prius remota & veriſimilia indicia principaliora, quæ communiter recepta, legibus & Ordin. Crim. Carolina in *art.* 25. & 26. probata ſunt referam: 16

Inter quæ Primum obtinet locum Qualitas perſonæ delinquentis, vita ante acta & fama: Quam indicium facere ad torturam, non quidem propinquum & certum, ſed remotum tantummodò & veriſimile, quod non niſi aliis adminiculis & præſumptionibus ad quæſtionem imponendam ſufficit, non modò patet ex *l.* 3. *§. ejusdem. ff. de teſtibus c. cum in tua.* 27. *ext. de ſponſal. cap.* 4. *extr. de eo qui cognovit. conſanguin. uxor. ſuæ. & art.* 25. *verſ.* Erſtlich ob der Verdacht / *&c. Ordin. Crimin.* Sed & communiter 18 ab Interpp. receptum eſt. *Bartol. & Dd. in l. de minore* 10. *§. tormenta.* 3. *ff. de quæſt. Iohann Emer. à* Roßbach. *in proceſſ. crimin. tit.* 5. *cap.* 3 *nu.* 8. *Iohan. Zanger in tract. de quæſt. & tortur. cap.* 2. *num.* 80. *Proſper. Farinac. in prax. crim. libr.* 1. *tit.* 5. *quæſt.* 47. *numer.* 4. *& ſeqq.* ubi pro more ſuo hoc indicium latiſſimè tractat, & rationes aſſignat. *Hippolyt. de Marſil. in pract. Crim. §. diligenter. num.* 25. *Franc. Brun. in tract. de indic. part.* 1. *quæſt.* 3. *nu.* 23 *Iacob. Menoch libr.* 1. *de præſumption. quæſt.* 89. *num.* 18. *& lib.* 2. *de arbitr. judic. quæſtion. cent* 3. *caſu* 261. *Iul Clar. libr.* 5. *ſentent. §. ult. quæſt.* 21. *num.* 1. *Henr. Bocer in tractat. de quæſtion. & tort. cap.* 3. *num.* 27. *Anton. Fab. in Cod. tit. de quæſtion. defin.* 20.

17 Q. 2 Fama quale faciat indicium

19 *Quare & Dominos Scabinos, antequam ob defectum urgentium indiciorum torturam decernerent, ſæpè interlocutos fuiſſe ſcio:* Daß man ſich zuvor mit Fleiß erkundige / wes Lebens vnnd Wandels *inquiſit* ſey / wie er ſich jederzeit verhalten / vnd ob er der *articulirten* Verbrechung wegen berüchtiget ſey oder nicht / etc.

20 Quum verò fama ut plurimum ſit fallax, falſa, & mendax, *l. cum mater. ff. de inoff. teſtam. l. ult ff. de heredibus inſtitut. Erneſt. Cothman. volum.* 1. *reſponſ.* 12. *num.* 157. *Burſat. volum.* 2. *conſil.* 20. *num* 31. *Iohan. Zanger. in tractat. de quæſtion. & tortur. cap.* 2. *num.* 82. juxta illud: *Malum eſt fama, quæ eundo vires acquirit, & mendaciis ac conjecturis eorum, ad quos pervenit, increſcere ſolet.* & ſecundum *Quintin. libr.* 5. *orat. Inſtitut. cap.* 3. Sermo ſine ullo certo auctore diſperſus, cui malignitas initium dederit, incrementum credulitas: Vnde fraude inimicorum falſa, vulgantium de innocentiſſimo quoque ſuboriri & emanare poteſt, teſte experientia; Vtique ſapienter 21 *Interpp.* ſcriptum reliquerunt, famam non niſi requiſitis neceſſariis probari, quorum ex variis autoribus probatis, decem diſtincta refert *Cothman. dict. Reſponſ.* 12. *num.* 167 *& ſeqq.* quem ſequitur *Matth. Stephan. in not. ad artic.* 25. *Ordin. Crim. Carol.*

Nempe ut: 1. Ex fama probationem deſumere volens tempus famæ deſcribat, & famam ante cauſam inchoatam & inquiſitionem ceptam extitiſſe, in articulis proponat.

Hippol. de Marſil in pract. crim. § ut plurimum. nu. 39. Roland. volum. 2. conſil. 82. num. 61. Cravet. volum. 2. conſil. 260. num. 7. 2. Quòd eiusmodi ſit fama, quæ ſcandalum generet, & ad quam amplius conniveri nequeat. 3. Vt teſtis dicat, ſe audiviſſe à pluribus & maiori parte populi eius loci, in quo fama ſpargitur. *Bartol. in l. de minore. § plurimum. numer. 14. ff. de quæſt. Bald. in rubr. num. 5. C. de probat. Burſat. volum. 2. conſil. 192. num. 31.* 4. Vt teſtis de famâ deponens aliquot nominatim indicet perſonas, à quibus famam acceperit, etiamſi de eo non ſit interrogatus. *Bartol. in dict. § plurimum. num. 32. Cravet. dict. conſil. 260. num. 5. Socin jun. volum. 4. conſ. 6. num. 5.* 5. Quòd perſonæ iſtæ à teſte enumeratæ, à quibus rumor dicitur ortus, ſint fide dignæ, ac perſonæ graves, & omni exceptione maiores. *Gandin. de malefic. verb. à quo. num. 8. Schurff. cent. 2. conſil. 99. num. 1.* 6. Vt teſtis famam probans exprimat & indicet cauſam ortæ famæ, etiamſi de eo non fuerit interrogatus. *Bartol. in dict. §. plurimum. num. 21. Salycet. in l. ea quidem. num. 107. C. de accuſat. Iacob. Menoch. libr. 2. conſ. 149. num. 41.* 7. Quòd teſtes de famâ deponentes ſint optimæ famæ & opinionis, *Menoch. dict. conſil. 149. num. 41.* 8. Vt fama ortum habeat non ab iis quorum intereſt. 9. Vt probetur fama in eodem genere delicti, *Bartol. in l. Caſſius. num. 2. ff. de Senator. Hippol. de Marſil. vol. 1. conſ. 44. num. 10.* 10. Fama debet eſſe ſolida, inconcuſſa, creſcens, non vaga, non levis, neque contraria. *Socin. jun. vol. 4. conſil. 6. num. 11.*

23 Et hæc decem requiſita famæ ponit *Cothman. dict. volum. 1. Reſponſ. 12.* At Imper. Carolus V. probationem famæ ad torturam inferendam legitimæ contrahens, non niſi duo requirit *in dict. art. 25. verſ.* Erſtlich ob der Verdacht. *Ordin. Crim.* quæ in practica Imperii Roman. circa indicium hoc probè ſunt attendenda.

24 1. Vt Reus ſit homo infimæ ſortis ac levis perſona cuius fama laboret, quiq; à delicto, cuius inſimulatur, non abhorrere videatur, & qui propter abiectam & inhoneſtam vitam, vel propter crimen antehac admiſſum infamiæ notâ, aut facti, aut iuris afficiatur, *in verb.* Ob der Verdachte eine ſolche verwegene / oder leichtfertige Perſon von böſem Leumuth vnnd Gerüchte ſey / daß man ſich der Miſſethat zu jhr verſehen möge / oder ob dieſelbige Perſon dergleichen Miſſethat vormahls geübet / vnterſtanden habe / oder beziehen worden ſey. *Iohan Zang in tract de quæſt. & tort. cap. 2. num. 83. Henr. Bocer. in tract de quæſt. & tort. cap. 3. num. 27.* Benè enim concludimus à præteritis ad præſentia, *l. ſi cui § iisdem. ff. de accuſat. l. non omnes à Barbaris. ff. de re militar.* & nemo mutatur ſubitò. *Matth. Steph. in not. ad Ord. Crim. art. 25. n. 1. & ibid. Georg. Remus. in Nemeſ. Karulin.*

25 2. Vt fama initium ceperit non ab inimicis malevolis aut levibus hominibus; ſed ab honeſtis perſonis, & fide dignis. *dict. artic. 25.* In verb. Doch ſol ſolcher böſer Leumuth nicht von Feinden oder leichtfertigen Leuten / ſondern von vnpartheylichen redlichen Leuthen kommen / *c. qualiter & quando. de accuſat. Zanger. & Bocer. dict. loc. Iacob. Menoch. libr. 1. præſumpt. quæſt. 68. numer. 31.*

26 Proin, licet agatur de adulterio alioque maleficio in lupanari commiſſo, famæ tamen à meretricibus & Leonibus ortæ haudquaquam credendum eſt: quicquid etiam aſſerat *Iohann. Zanger. dict. cap. 2. num. 83. in fin. poſt. Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 6. num. 17.* quibus aſſentiri haud poſſum ob generalitatem *dict. art. 25. Ordin. Crim. verſ.* Doch ſol ſolcher / *&c.* Neq; etiam turpium & infamium perſonarum teſtimonium admittitur, ſed omninò reiici debet. *l. 1. in prin. & §. 5. l. ob carmen. 21. §. ſi ea rei ff. de teſtib.* Quapropter ſublato famæ initio, nec ipſa fama attendenda erit; ſiquidem initium cuiusque rei ſpectare debet *l. clam. 6. verſ. Non enim. ratio. ff. de acquir. vel. amitt. poſſ. Henric. Bocer. dict. 3. numer. 28.*

27 Licet autem hæc duo intervenerint, ac probata fuerint, quòd ſcilicet delinquens ſit ſuſpectus, & initium famæ à perſonis honeſtis & fide dignis ceperit; ob ſolam tamen hanc famam non poteſt aliquis torqueri, ſed concurrant, neceſſe eſt, alia indicia, prout *ſupra* dixi, quæ & communis omnium Interpp. eſt ſententia, teſte *Erneſt. Cothman. volum. 1. Reſponſ. 12. numer. 184. & 185.* ubi benè multos autores allegat. 28 Quod & verum arbitror, etiamſi vehemens ſit fama: nam quò vehementior ea eſt, eò fallacior & peior eſſe poteſt. *Franc. Caſon. in tract. de indic. cap. 2. num. 12* Quamvis aliter ſentiat *Hippol. de Marſil. in pract. crim. § diligenter. n. 19. & Iacob. Menoch. libr. 1. de præſumpt. q. 89. n. 32.* refutati propterea ab *Henr. Bocer. dict. c. 3. n. 30.*

29 Iudicis itaque partes erunt hoc caſu, ut famæ non ſtatim fidem tribuat, ſed imprimis hoc ſpectet, an aliud ex accidente ſuperveniat indicium ex iis, quæ in *artic. 25. Ordinat. Crimin.* habentur, aliisve ſimilibus, quò ad fidem famæ habendam moveri queat. *Iohan. Zanger. dict. c. 2. n. 81. & 84. Matth. Stephan. in not. ad dict. art. 25. Ordin. Crim. Carol.*

Q. 3 Num indicium oriatur ex eo, quod quis in loco delicti fuerit deprehenſus?

30 Secundum indicium veriſimile eſt: Quando quis in eâdem domo aut vicinia, in qua delictum, veluti homicidium, ſtuprum violentum, incendium, aliudvè ſcelus fuit perpetratum, deprehenſus eſt. *Paris de Puteo in tract. de ſyndicat. verb. Tortura verſ. ſi quis eſt inventus numer. 1. Iohan. Zanger. in tract. de quæſt. & tortur. cap. 2. num. 126.* Qua de re clarè extat Sanctio Imp. Caroli V in *artic. 25. Ordin. Crimin. verſ.* Zum Andern In verb. Ob die verdachte Perſon an gefährlichen Orthen zu der That verdächtig gefunden oder betreten würde. 31 Quod & Imper. ad eum extendit, qui in loco perpetrati criminis ante vel poſt illud tempus, quo perpetratum fuit, à quopiam viſus eſt; & ſi de facie cognitus non fuerit, ex ſtatura corporis, vel habitu ipſo, veſtibus, armis, equo, equique colore, aut aliis ſignis ipſum dignoſci iubet, *dict. artic. 25. §. ſeqq.* Zum Dritten. Ibi: Ob ein Thäter in der That / oder dieweil er auff dem Wege darzu / oder davon geweſt / geſehen worden / vnd im Fall / ſo er nicht erkant wäre / ſo ſoll man Auffmerckung haben / ob die verdachte Perſon eine ſolche Geſtalt / Kleider / Waffen / Pferde / oder

anders habe / als der Thäter obbemeldter maſſen geſehen worden.

32 Hinc ſi forma pedis, quæ invenitur in nive, terrâ humidâ, vel pulvere ejus loci, in quo delictum dicitur perpetratum, correſpondeat formæ pedis accuſati, indicium inde veriſimile adverſus Reum oriri, vulgò Interpp. ſtatuunt. Vid. *Matth. Steph. in not. ad art. 25. numer. 5. Ordinat. Crim. Carol.* Hocque indicium tertium facit Imperator Carolus Quintus *dicto loco.* quamvis in rei veritate peculiare quoddam indicium, & diverſum à priore non ſit, ſed ab eo dependeat, ſubque ipſo continetur.

33 Quum verò loci frequentatio, alio quoque fi-
ne & propoſito fieri poſſit, quàm ut maleficium
admittatur, puta amœnitatis quærendæ causâ,
vel amoris causâ, aut animo aliquem viſendi &
conveniendi; ideò indicium hoc non certum,
ſed veriſimile tantummodò eſt, quod ad tortu-
ram inferendam per ſe ſolum haudquaquam ſuf-
ficit, niſi alia adhuc indicia & adminicula con-
34 currant: veluti quòd Reus ſit perſona turpis,
inhoneſta, vel ſuſpecta, aut conſuetudine juncta
illis, qui ejusdem generis flagitiis verſantur, vel
ſi inimicitiæ cum ipſo interceſſerint, aut com-
modum aliquod in eum ex flagitio redundare
potuerit. Quæ, nec non id genus adminicula
alia judex diſcretus probè advertere, & ſi con-
junctim ſufficientia deprehendat, torturam de-
cernere debet, prout luculenter innuit Imper.
Carol. V. *dict. articul. 25. verb.* **Ob die verdachte
Perſon.** *& articul. 27. per tot. Iohann Zanger. dict.
cap. 2. num. 126. Anton. Gomez. tom. 3. var. reſolut.
cap. 13. numer. 13. Hippolyt. de Marſil in pract. crim.
§. diligenter. num. 99. Iacob. Menoch. libr. 1. præ-
ſumpt. quæſt. 89. num. 89. & ſeqq.*

Q. 4. Converſatio cum hominibus facinoroſis, quatenus faciat indicium ad torturam.

35 Tertium indicium eſt converſatio cum ho-
minibus facinoroſis: Si ſcilicet accuſatus ſive
delatus conſuetudinem aut familiaritatem cum
hominibus facinoroſis habere ſolitus fuit. Nam
pares cum paribus facilè congregantur, & vix fi-
eri poteſt, ut non ſimilis efficiatur quis ei, cum
quo converſari ſolet: ſicut Salomon teſtatur *Pro-
verb. cap. 13. & cap. 22.* & David *Pſalm 17. l. ædiles
etiam. 25. § hæc autem. ff de ædil. Iohann. Zanger. in
tract. de quæſt. & tortur. cap. 2. numer. 127. Erneſt.
Cothman. volum. 1. Reſponſ. 12. numer. 214. Matth.
Stephan. in not. ad artic. 25. numer. 6. Ordinat. Cri-
min. Henric. Bocer. in tract de quæſt. & tortur. cap.
3. numer. 67. Proſper. Farinac. in prax. crim. lib. 1. ti-
tul. 5. quæſt. 52. num. 58. Hippol. de Marſil. in pract.
crim. § expedita numer. 91. Iacob. Menoch de præ-
36 ſumpt. libr. 1. quæſt. 89. num. 125.* De hoc indicio ita
loquitur Carol. V. Imper. in *ſanct. crim. dict. ar-
tic. 25. §.* **Zum Vierdten. Ob die verdachte Per-
ſon bey ſolchen Leuten Wohnung oder Geſellſchaft
habe / die dergleichen Miſſethat üben.**

37 *Limitatur tamen hoc ipſum:* 1. Si accuſatus conditionem facinoroſorum hominum neſciverit, & ſic ignoranter cum iisdem converſatus fuerit. Converſatio enim ita demum ad torturam indicium facit, ſi converſans ſciverit, eum, cum quo familiariter vixit, facinoroſum eſſe, ut probè monet *Grammat. Conſil. Crimin. 37. num. 22. Iacob. Menoch lib. 2. conſil. 149. n. 32.* quos refert & ſequitur *Erneſt. Cothman. dict. reſponſ. 12. n. 218.*

38 2. *Limitatur* in eo, qui converſationis ſuæ cum hominibus facinoroſis probabilem aliquã cauſam habet, & ejusmodi converſationem commodè vitare nequit. Etenim converſationem tum demum indicium facere ad torturam, ſi delatus converſationis ipſius juſtas, graves, ac probabiles cauſas non habuerit, docet *Cothman. dict. Reſponſ. 12. num. 219. Matth. Steph. in not. ad dict. art. 25. Ordin. Crim. num. 6.*

3. *Limit.* Si nullum aliud concurrat admi- 39
niculum, *dict. art. 25. Ordin. Crim. junct. articul.
27. Iohann. Zanger. dict. c. 2. num. 127. Matth.
Steph. dict. loco. num. 6.* Nam ſola converſatio
cum hominibus maleficis indicium ad tortu-
ram non facit. Licet enim ſuſpicionem ali-
quam generet; attamen ea tanta ac talis non
eſt, ut inde ad torturam procedere liceat: quip-
pe cùm etiam integræ vitæ homo ſcelerisq; pu-
rus verſari poſſit cum improbis hominibus, nec
tamen eorundem flagitia probare. Veluti Noa 40
in mediâ mundi impietate vivens animum ſu-
um ea imbui neutiquam paſſus fuit. Et Loth
cum ſceleratiſſimis vixit Sodomitis, animam ta-
men ſuam ab illorum peccatis illibatam retinuit.
Quare alia concurrant adminicula, neceſſe eſt,
ſi Judex torturam Reo infligere velit. *Cothman.
dict. Reſponſ 12. num. 215. Bald. in l. 1. num. 16. &
20. C. de ſerv. fugitiv. Henr. Bocer. in tract. de quæſt.
& tort. cap. 3. num. 67. Iacob Menoch. dict. quæſt.
89. n. 125.*

Quod ipſum tamen accipi velim de ſola 41
ac nuda converſatione cum hominibus faci-
noroſis, absque præſtita ope & auxilio ad deli-
ctum forſan occultandum, & delinquentes
juvandos: Quod ſi acceſſerit, quin Judex ex
indicio hoc ſolo ad torturam devenire queat,
ambigendum non eſt, propter textum in *artic.
40. Ordin. Crim.* In verb. **So jemands den Thä-
tern / ſonſten in andere dergleichen Wege gefähr-
lich Förderung / Rath / oder Beyſtand thut / oder
in jhren Thaten vnziemliche Gemeinſchafft mit
jhnen hätte /** *junct. verb. final.* **Dieſe Dinge alle
ſämptlich vnd ſonderlich / ſind Wahrzeichen / die
eine redliche Anzeigung der mißthätigen Hülff
halber machen / vnnd peinlich zu fragen.** Qui 42
textus aliàs prædictæ aſſertioni haud parum
videretur adverſari: Vnde ſequitur, eos, qui res
ablatas acceptant, vendunt, occultant, delin-
quentes ſuis impenſis ſuoque periculo alunt,
receptant, hoſpitantur, &c. indicium ſuffici-
ens ad torturam contra ſe præbere. *Matth. Ste-
phan. ad dict. artic.* 40. De quo indicio vid. *quæſt.
ſubſeq. num. 61.*

Q. 5 Inimicitia capitalis num faciat indicium?

43 Quartum indicium veriſimile ad torturam præbet inimicitia capitalis: quæ Reo cum læſo interceſſit. *Ordin. Crimin. art. 25. verſ.* **Zum Fünfften ſoll man in Beſchädigungen / oder in Verletzungen wahrnehmen / ob die verdachte Perſon auß Neid / Feindſchafft / vorge-**

vorgehender Drawe / zu der gedachten Miſſethat Vrſach nehmen möchte. Concordar. *l.3 §. eiusdem. ff. de teſtib. l.1 §. præterea. ff. de quæſt. Hippol de Marſil in pract. crim. §. diligenter. n.69. Anton Gomez. tom.3. var. reſolut. cap.13. n.11. Ant. Gabr. lib. 7. comm. concluſ. tit. de malefic. concl.18. Ioh. Zang. d. cap.2. num.*111. *& ſeqq. Iacob. Menoch l br.1. præſumpt. quæſt.89. num.51. Ioſeph Maſcard. de probat. volu.2. concl.901. num.1. & 6. Ant. Fab. in Cod. tit. de quæſt. defin.11.*

Q.6. Quænam dicatur inimicitia capitalu, & quid de inimicitia reconciliata habendum?

44 *Quænam verò inimicitia ſit propriè capitalis ap-*
pellitanda? adeo certum non eſt: quamvis vulgò
dicant eam inimicitiam capitalem, quæ ob ca-
pitalem accuſationem eſt orta, *Novell.90.c.7.*
item ex quæſtione ſtatus ſive honoris mota. *§.*
item propter. litem. Inſti. de excuſat. tut. Matth. Steph.
in not. ad art.26. Ord. crim. Henr. Bocer. d. c.3. n.34.
Sicuti nec hoc expeditum eſt: *Num inimicitia*
reconciliata indicium præbeat ad torturam? Solent
enim diſtinguere *interpp.* inter inimicitiam re-
45 conciliatam longo tempore confirmatam: Il-
lamque indicium facere ajunt; hanc non item,
quum jam videantur inimicitiarum veſtigia
obliterata. *Jacob Menoch. lib.1. de arbitr. judic.*
quæſt.28. n.8. & lib.1. præſumpt. quæſt.89. num.57.
Zang. d. c.2. n.115. Hipp. de Marſil. in l.1. § præterea
46 *ff. de quæſt.* At ego hæc omnia judicis pruden-
tis arbitrio ac diſcretioni committo, qui pro
conditione perſonarum & qualitate facti, de
hoc facillimè judicare poterit: neq; enim mul-
tifariæ factorum circumſtantiæ, certâ aliquâ re-
gulâ hæc definire permittunt.

47 Illud autem pro certo & indubitato tenendum eſt: 1. Quòd capitalis dicatur inimicitia, ſi Reus litem habeat cum læſo de omnibus bonis, vel majore parte bonorum ſuorum, & in qua maximam rei familiaris jacturam faciat, ſi cauſa cadat? Quo caſu ſi moribus talis ſit, ut à cæde & ſanguine alienus non cenſeatur, clam occiſo eo, adverſus quem litigat, præſumi poteſt homicidii Reus, per text. in *artic.26. Ordin. Crim.* Ibi: **So einer mit dem andern vmb groß Gut rechtet / daß dazu der mehrertheil ſeiner Narung / Haab vnd Vermögens antrifft / der wird für einen Mißgönner / vnd groſſen Feind ſeines Widertheils geachtet / darumb / ſo der Widertheil heimblich ermordet wird / iſt eine Vermuthung wider dieſen Theil / daß er ſolchen Mord gethan habe / vnd wo ſonſt die Perſon jhres Weſens verdächtig were / daß er den Mord gethan / die mag man / wo er derhalben nicht redliche Entſchuldigung hette / gefänglich annehmen / vnnd peinlich fragen.** Dicitur enim cauſa bonorum, cauſa vitæ, *l. advocati. C. de Advocat.* & paria ſunt cauſa omnium bonorum & cauſa maioris partis, *c. frequens. de reſtit. ſpoliat. Iac. Menoch. de arbit. jud. quæſt. lib.2. centur.3. caſu.239. n.10. & cent.1. caſ.110. n.6. Henr. Bocer. d. c.3. n.34. Matth. Steph. in notis ad d. art.26.*

48 2. Notandum & hoc, quòd ſola inimicitia capitalis abſque aliis adminiculis ſufficiens ad torturam indicium non afferat, uti manifeſtum ex ſæpè allegato *art.27. Ordin. Crim.* quæ & *Dd.* communis concluſio eſt, teſte *Carerio in prax. crim. §. obſervare curabis. num.*118. *Jul. Clar. in pract. §. ult. quæſt.21. num.30. Anton. Gomez tom.3. variar. reſolut. cap.13. num.11. Proſper. Farin. in prax. crim. lib 1. tit.5. quæſt.47. num* 102. *Marſil. d. §. diligenter. num.70. Blanch. de indic ad l. fin ff. de quæſt. num.177. Henr. Bocer. in tract. de quæſt. & tort. cap.3. num.34. Ioſeph. Maſcard. de probat. volu 2. concl.901. num.6. Iohan. Zanger. in tract. de quæſt. & tort. cap.2. num.*113. ubi refert ex *Egnat. lib 8. cap.4. & Fulgoſ. lib 8. cap.4.* judices, qui ob ſolam inimicitiam accuſatos quœſtioni ſubjecerunt, & vi tormentorum confeſſionem delicti extorſerunt, graviſſimè erraſſe, & inſontes damnaſſe.

Q.7. Spes lucri aut commodi alicuius, num faciat indicium?

49 Quintum indicium deſumi poteſt ex ſpe alicujus lucri & commodi: ſi nempe delatus ex morte alicujus hereditatem aliudvè commodum ſperaverit, aut dignitatis prærogativam, officii, munerisvè ſucceſſionem expectaverit. Quod indicium cum antecedenti conjungit *Ordin. crim. in dict. artic.25. verſ.* **Zum Fünfften.** verb. **oder Gewartung einiger Nutz.** Et *artic.*37. verb. **In Vneinigkeit / geweſt / oder aber von ſeinem Todte / Vortheils oder Nutz wartend were /** *&c. ubi Matth Steph.* eo forſan fine, ut indicet, leve admodum hoc eſſe indicium, & propè nullum, niſi etiam inimicitia capitalis aliudvè prægnans indicium concurrat.

Q.8. Inculpatio vulnerati qualenam faciat indicium ad torturam?

50 Sextum indicium facit aſſertio & inculpatio vulnerati: qui propter vulnus illatum infirmitate oppreſſus, & in mortis articulo conſtitutur, indicat vulnerantem; & ab eo ſe offenſum ſeu vulneratum fuiſſe dicit, quæ inculpatio indicium ad torturam veriſimile facit. *Iul. Clar. libr.5. ſentent. §. ult. quæſt.21. num.14. & ſeqq. Proſper Farin. in prax. crim lib.1. tit.5. quæſt.46. Iohan. Zanger. in tractat. de quæſt. & tort. cap.2 num.*158. Qua de re clara extat ſanctio Imp. Caroli V. in *art.25. verſ.* **Zum Sechſten.** Ibi: **So ein Verletzter / oder Beſchädigter / auß etlichen Vrſachen / jemanden der Miſſethat ſelbſt zeihet / darauff ſtirbet / oder bey ſeinem Eyde bethewret.**

Quæ verba Imp. tria potiſſimum innuunt, 51
quæ circa indicium hoc probè notanda veni-
unt: 1. Aſſertionem vulnerati ſeu moribundi
indicium tum demum præbere, ſi duo concur-
rant: *Primò*, quòd moribundus ex vulnere
certis de cauſis aliquem incuſet, in *verb.* **Auß**
etlichen Vrſachen / *&c.* allegando nimirum cau-
ſas ſuæ inculpationis, aut quia ipſum vidit, vel
aliunde hæc præſumat. *Matth. Steph. in not. ad*
dict. artic.25. num.8. Ac ſanè cauſæ inculpatio- 52
nis vel etiam propterea ſunt allegandæ, ut con-
ſtare queat de moribundi pleno intellectu; ne-
que enim vulnerati aſſertio quicquam efficere
poterit, niſi is ſit in plenitudine intellectus.
Proſper. Farin. dict. quæſtion.46. num.1. Franciſc.
Caſon. de indic. & tortur. tract.8. cap.1. num.4.
Secundò, ut vulneratus aut moribundus in in- 53
culpatione perſeveret, eamque morte ſua aut
jurejurando confirmet. *in verb.* **Darauff ſtirbt**
oder bey ſeinem Eyde bethewret. Quorum alter-

utrum ſi deficiat, inculpationem vulnerati planè non indicium facere, puto, eò, quòd ex nuda ejuſmodi inculpatione ne quidem ad capturam indicium oriatur; *Foller. in tract. crim. verb. ſtudeat ſe ornare num* 58. *Matth. Steph. in tot. ad artic.* 11. *num.* 3. *Ordin. Crimin.* Vide *ſuprà quæſt.* 111. *num.* 27. quanto minus ergo ſufficiet nuda vulnerati aſſertio ad torturam, quæ longè maius præjudicium affert Reo, quàm captura.

54 2. Licet inculpatio vulnerati aut moribundi ex certa cauſa proveniat, ac inſimul juramento, vel morte vulnerati confirmetur; attamen per ſe ſola ſufficiens indicium ad torturam haudquaquam facit, niſi & alia adhud concurrant adminicula & indicia, de quibus jam antea
55 dictum: *Tum* ob textum clarum in *art.* 27. *Ordin. Crim. Carol junct. artic* 25. *verſ.* **Zum Sechſten.** *Tum* quia vulneratus ſeu moribundus eſt teſtis unicus, non omni exceptione major: quisquis enim in re propria teſtimonium dicere prohibetur. *l. nullus.* 10 *ff de teſtib. l. omnibus.* 9. *C. eod. tit.* Atqui teſtis unicus, ſi omni exceptione maior non ſit, minimè facit indicium ad torturam *art.* 23. *&* 30. *Ord. Crim. Franc. Viv. lib.* 1 *comm. opin.*
56 *verb. teſtis unicus de viſu, n.* 7. *Anton. Gabriel. lib.* 1. *de teſtib. concl.* 1. *n.* 71. *Tum* ob Textum *in l. ſi quis in gravi.* 3. §. *ſi quis moriens.* 1. *ff. ad SCtum Silan.* Ibi: *Si quis moriens dixiſſet, à ſervo vim mortis allatam eſſe ſibi, dicendum eſt, non eſſe credendum Domino, ſi moriens hoc dixit, niſi potuerit & probari.*
57 *Tùm*, quòd communis hæc ſit *Dd.* opinio, de qua teſtatur, *Farin. d. quæſt.* 46. *num.* 35. *Pariſ. de Put in tract. ſyndic. verb. tortura c.* 6. *num.* 9. *Ioh. Zang. in tract. de quæſt. & tort. c.* 2. *n.* 159. *Blanc. in l. ult. num.* 393. *ff. de quæſt. Iacob. Menoch. lib.* 1. *de præſumpt. quæſt.* 89. *n.* 81. *Matth. Steph. in not. ad artic.* 30. *Ordin. Crim. n.* 7. *Dan. Moller. lib.* 3. *ſemeſtr. c.* 8. *in fin.* ubi dicit, arbitrio judicis hoc omne eſſe committendum, ut is diligenter conſideratis circumſtantiis facti æſtimet, quantum vel excuſationi, vel incuſationi morientis ſit tribuendum; quemadmodum & aliàs probationes arbitrio judicis relictæ ſunt: quæ & in practica ſic obſervantur.

58 3. Ut maximè inculpatio vulnerati ſeu moribundi indicium ad torturam ſufficiens non præbeat; attamen ſi moriens eum, qui ſuſpectus eſt de homicidio excuſet, & dicat, ſe non ab illo ſed ab alio vulneratum fuiſſe, quin talis aſſertio magnum innocentiæ indicium pro Reo faciat, aliaque indicia, quantumvis legitima enervet, ut ex iis torqueri non poſſit, dubitandum non eſt. *Jacob. Menoch. lib.* 5. *præſumpt.*
59 48. *num.* 7. *Bald. in l.* 1. *C. comm. de legat.* Nam & aliàs dictum unius teſtis innocentiam Rei probat. *Iohan. Zanger. in tract. de quæſt. & tort. cap.* 3. *num* 43. *Ioſeph. Maſcard. de probat. volu.* 2. *concluſ.* 904. *num.* 10. Quantò magis ergò partis offenſæ aſſertioni credendum, ac ipſius teſtimonium ad innocentiam probandam ceu ſufficiens admittendum erit.

60 **Septimum indicium oritur ex fuga:**
Q. 9. An & quatenus quæ fugientem accuſat, & in ſuſpicionem ſceleris adducit, adeoque & indicium ad torturam facit. *Novell.* 53. *c.* 4. § *igitur.* §. 3. § *ſi ad diem.* 7. *ff. de rer. militar. impuberibus.* 7. §. *præterea.* 2. *ff. de ſuſpect. tutor. l. Raptores. verſ. ſin autem.* C. *de Epiſc. & Cler. Felin. in cap. nullus num.* 3 *de præſumpt. Iaſ. in l. admonendi.* 31. *num.* 109. *ff. de jureiurand. Iohan. Zanger. in tractat. de quæſt. & tort. cap.* 2. *n.* 86. *Proſper. Farin. in prax. Crim. lib.* 1. *tit.* 5. *quæſt.* 48. *num.* 1. *Franc. Caſon. de indic. & tort. tract.* 9. *cap.* 4. *num.* 5. *Henr. Bocer. in tract. de quæſt. & tort. cap.* 3. *num.* 32. *Iul. Clar. in pract.* §. *ult. m. quæſt.* 21. *num.* 18. Fuga indicium præbeat ad quæſtionem

Ac hujus indicii mentionem quoq; facit, illudq; approbat Sanctio Carolina in *art.* 25. §. *ult.* Ibi: **Zum Siebenden/ ſo jemand einer Miſſethat halber flüchtig wird.** 61

Quatenus verò, ac quale indicium fuga præbeat, admodum variant. *Dd.* diverſisque limitationibus & diſtinctionibus idipſum definiunt; ut poſt alios videre eſt apud *Maſcard. de probat. volu.* 2. *concl.* 819. *& ſubſeqq Proſper. Farin. dict. quæſt.* 48 *Iul. Clar. dict. quæſt.* 41 *n.* 20. *Menoch. lib.* 1. *de præſumpt. quæſt.* 89. *n.* 38 *& ſeqq. Ern. Cothm. vol.* 1. *reſpon.* 12. *num.* 190. *ſeqq.* diſtinguentes, utrum quis fugit ex carcere, vel antequam conjectus eſt in carcerem; an ex cauſa, vel absque cauſa abeſſe ceperit; num ante inchoatum proceſſum, vel poſtea propoſita accuſatione & querela fugam arripuit; an ultrò reverſus fuerit, necne: & quæ id genus aliæ diſtinctiones ſunt, quæ rem hanc potius intricatam reddunt, quàm explicant. 62

Quare miſſis iis omnibus, arbitrio Iudicis committendum puto, quando & quale indicium pro ratione circumſtantiarum & perſonæ delinquentis, ex fuga oriatur; ſiquidem & aliàs materia indiciorum arbitraria eſt. *Bart. in l. ult. n* 5. *ff. de quæſt. Hipp. de Marſil. in pract. crim.* § *diligenter. n.* 23. *Matth. Steph. in not. ad art.* 6. *n.* 5. *Ord. crim.* Vide *ſupra n.* 3. 63

Duo tamen hîc probè notari volo: 1. Quòd ſola fuga per ſe absq; alis adminiculis regulariter indicium ad torturam non faciat: prout communiter tradunt *Dd.* allegati à *Farin. dict. quæſt.* 48. *n.* 5. *Ludovic. Carrer. in pract. de indic. & tort.* §. *tertium indicium. num.* 1. *Henric. Bocer. dict. cap.* 1. *n.* 32. *v. ſed rejectis hiſce.* & ſatis probatur hoc ex *artic.* 27. *Ordin. Crimin. Carolin.* Dico au- 64
65 tem regulariter ſolam fugam indicium ſufficiens ad torturam non facere; nam caſus exiſtere poteſt, quo ex fuga idoneum & ſufficiens indicium oriatur, ſi nempe Reus carceri mancipatus, ruptis vinculis & effracto carcere effugiat: quin enim talis ſub tormentis de crimine interrogari poſſit, dubitari non debet, juxta tradita *Iacob. Menoch. lib.* 1. *de præſumpt. præſ.* 89. *num.* 42. *& ſeqq. Ioſeph. Maſcard. de prbat. volu.* 2. *concl.* 820. *num.* 16. *Henric. Bocer. in tract. de quæſt. & tort. cap.* 3. *num.* 32. *verſ. & certè quæſt. noſtra &c. Iohan Zanger. dict. cap.* 2. *num.* 94. *&* 95. ubi & hoc procedere ait, ſi absque effractione Reus è carcere aufugiſſet. Quin & hunc caſum exceptum 66
ſub ipsâ Regulâ contineri dixerim. Neque enim alia deficiunt adminicula, ſi Reus è vinculis aufugiat, quippe cùm absque indiciis non fuerit in vincula conjectus, quæ ſi cum

fuga concurrant, regulariter torturam decernendam eſſ, dixi *d. art. 27. Ord. crim.*

67 2. Tenendum & hoc, quòd fuga non ſemper indicium viriſimile ad torturam faciat: quum & abire de loco & aufugere quis poſſit, licet innocens ſit, & minimè criminis Reus, ex alia nempe cauſa, puta, juſto timore, vel ſuſpicione vehementi accuſationis, vel inquiſitionis inſtitutæ, aut etiam futuræ inductus, aut ſi quis per alios compertum habeat, quòd mox in vincula conjiciendus ſit, aut etiam judicis ſævitiam, aut potentiam inimicorum, aut falſos teſtes veritus fugæ ſe dedat: qui ſanè veniam mereri debet, *Ioh. Zang. d. c. 2. num. 87. Ern. Cothm.* 68 *volu. 1. reſp. 12. num. 190 & ſeqq.* Neque enim tàm fugam, quam animum fugientis inſpici oportet, *l. quod ſi fugitivus. §. item apud Mediolanenſes. ff de ædil. edict.* & condonandum eſt ei, qui ſanguinem ſuum redimere vult, quomodocunque poterit, *l. 1. ff. de bon. eor. qui ant. ſent.* ac fatuus videretur, qui ſe periculo exponeret, & potius ex carcere cauſam dicere; ſuamque innocentiam probare mallet. *Hippolit. de Marſil. ad Rubr. C. de probat. num. 279. Nicol. Boer. deciſ. 215. num. 29. Andr. Gail lib. 2. obſervat. 109. num. 6. 7. & 8.*

69 Quare cautè in hoc indicio judex procedere ac ſingulas quasq; circumſtantias & qualitates probè perpendere debet. Quin &, ſi de mente ac intentione fugientis Rei, carceris metum prætendentis, certò non conſtet, quò veritas aperiatur, juramentum purgationis propterea ipſi injungi poſſe exiſtimo.

70 *Prout reſponderunt Scabini ad requiſitionem Quæſtoris* in Stolpagk: So erſcheinet darauß allenthalben ſoviel / wofern der Gefangene endlichen erhalten würde / daß er auß Forcht deß Gefängnüß / vnd nicht daß er ſich der angezogenen Bezüchtigung ſchuldig gewuſt / in die Flucht begeben / daß vff den Fall in Mangelung kräfftiger *indicien* / er mit der Schärffe nicht anzugreiffen / ſondern würde deß Gefängnüß uff einen Vrpheden billich entlediget / V. R. W. *Menſ. Septemb. Anno* 1591.

71 Et hæc ſunt indicia veriſimilia in Sanctione Carolina *art. 25* verbis expreſſis relata: quibus adhuc alia addi poſſunt; veluti Variatio & inconſtantia ſermonis, ſive mendacium: Quando ſcilicet Reus de veritate facti interrogatus variaſſe, & mendacium dixiſſe deprehenſus fuit. *Bartol. in l. de minor. 10. §. plurimum. num. 3. & in l. fin. num. 3 ff de quæſtion. Iohan. Zanger. in tract. de quæſt. & tort. cap. 2. num. 96. Franc. Brun. in tract. de indic. part. 1. quæſt. 3. num. 18. Hippol. de Marſil. in pract. crimin. § diligenter. num. 74.*

Q. 10. Qualenam indicium ad tortu[illegible] faciat [illegible]atio

72 Etſi verò haud pauci Interpp. à *Proſper. Farin. in prax. crimin. lib. 1. tit. 5. quæſt. 52. num. 4.* allegati exiſtiment, mendacium & variationem indicium certum & iudubitatum facere, quod per ſe ſolum ad torturam imponendam ſufficiat; contraria tamen opinio, quòd ex variatione non niſi remotum & veriſimile indicium oriatur, 73 & communior & verior eſt, prout teſtatur *Farin. dict. quæſt. 52. n. 8. Paris. de Puteo in tract. ſyndicat verb. tortura, cap. 5. num. 6. Foller. in pract. crim. verb. item quod ſororem venenavit. num. 29.* aliique à *Farin. d. loco, num. 6.* allegati (quamvis ipſemet *Farin.* inter mendacium & variationem diſtinguat, ſed minus ritè, ut patet ex *Zanger. dict. cap. 2. num. 96. & Iul. Clar. quæſt. 21. num. 39. in pr.*) Quare ſi variatio non coadjuvetur aliquâ alia conjecturâ vel adminiculo; haudquaquam indicium ad torturam ſufficiens faciet.

Idq; in Elect. Saxon. Scabinatu quotidie ſic practicatur.

Quod tamen cùm mica ſalis accipi velim, ſi 74 variatio fiat circa qualitates facti; non circa negotium principale, aut circumſtantias ſubſtantiales. Poſſet enim tam magna eſſe variatio circa negotium principale, ſeu circumſtantias loci & temporis, ut Reus à tortura veniam vix mereretur; puta ſi Reus modò dicat, ſe 75 tempore commiſſi criminis Francofurti fuiſſe, modò quòd conſederit eodem tempore Auguſtæ, & tamen tum temporis non procul à loco delicti Lipſæ perpetrati, à teſtibus viſus fuiſſet. Qua in re multum judicis arbitrio relinquendum eſſe puto, qui conſideratis perſonis, loco, tempore, aliisque circumſtantiis, ex bono & æquo facilimè judicare poterit; an Reus ob ſolam variationem torturæ ſubjici debeat, necne: prout etiam ſentit. *Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 21. n. 39. Zang. dict. cap. 2 num. 100. Iacob. Menoch. lib. 1. de præſumpt. quæſt. 89 n. 70. Hippol. de Marſil ſingul. 103. circa finem.* ubi dicit, ſe ita aliquando practicaſſe in fœmina, quæ multa bona furto ſubtraxerat. Et ſanè ſi ſolius 76 teſtimonii cauſa, liber homo varians ac vacillans ad illuminandam veritatem tormentis ſubjici poteſt; ut probatur ex *l. 15. in pr. & l. unius. 18. §. teſtes ff de quæſt.* cur non & Reus ipſemet, inconſtanti & vario ſi fuerit ſermone circa qualitates ſubſtantiales, torqueri poſſet? maximè quia magna ſermonis variatio evidens eſt doli indicium. *l. ſervus. 20. §. 1. ff. de loco. cap. literas. 14. §. nos verò. extr. de præſumpt.*

Sic & titubatio atque animi tre- 77 pidatio indicium ad torturam facit: *Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. diligenter. n. 74. Iacob Menoch. lib. 1. de præſumpt. quæſt. 89. num. 71.* Nam titubatio & animi trepidatio Reum conſcium arguere videntur criminis commiſſi. Quamvis hoc ſemper ac neceſſariò verum non ſit; 78 cùm multi ob periculi magnitudinem & perturbationem animi inconſtanter loquantur, palleſcant trepidentque: Et quandoque tremor in Reo, cui jam tortura impendet, non tam malæ conſcientiæ argumentum & ſignum aliquod eſt, quàm effectus quidam præſentis metus tormentorum. Quare ne innocentes tormentis ſubjiciantur, communis & vera eſt *Dd.* ſententia, ob ſolam titubationem, animique trepidationem ad torturam deveniendum non eſſe, niſi & alia concurrant adminicula. *Iohan. Zang. in tract. de quæſt. & tort. c. 2. n. 102. Iul. Clar. tit. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 21. num. 39. Henr. Bocer. in*

Q. 11 Quatenus titubatio & trepidatio Reû faciant ſuſpectum.

*tract.de quæſt.& tort.c.3.n.37. Iac.Menoch.d.l.Ludov.Carrer.in pract.crim.§.ſextum indicium.pag.*54.ubi ex *Par.de Puteo* refert, de facto contigiſſe, quòd Nobilis quidam homo innocens ductus ad tormenta, aſpectu illorum animo conſternatus ceciderit, & alvum veſicamque ſolverit.

Q.3. Quid habendum de indicio deſumpto ex Phyſiognomia.

79 Huic affine quoq; eſt indicium ex mala Phyſiognomia Rei deſumptum: *Iac. Menoch. lib.*1. *de præſumpt. quæſt.*15 *n.*6.*& quæſt.*89.*n.*130.*Blanc. in tract.de indic.n.*406. *Ioh.Zang.in tract.de quæſt. & tort.c.*2.*n.*146.

80 Quod tamen indicium leve admodum eſt, & absq; aliis adminiculis fortioribus, ne quidem ad territionem ſufficiens videtur; ſiquidem mala Phyſiognomia in genere quidem malam arguit naturam, non autem in ſpecie aliquod delictum. *Iohan.Bodin.lib.*4.*de Magor.dæmonum.c.*4.*p.*589. *Ioh.Zang d.c.*2.*n.*85.

Q.23. Taciturnitas inculpati num faciat eum ſuſpectum?

81 Pariter & ſuſpectus quis redditur, ſi cum ei objiceretur crimen, conticuerit, nec quicquam de ſua innocentia reſponderit: *Hipp.de Marſ.in pract.crim.§.diligenter num.*136. *Iohan.Zanger.in tract.de quæſt.& tort.c.*2.*n.*103. *Iac.Menoch.lib.*2. *arbitr.jud.quæſt.cent.*1.*caſu* 21.*num.*2.*& lib.*1.*præſumpt.quæſt.*89.*n.*129. modò adhuc alia concurrant indicia: non enim violenta ac certa, ſed remota ac probabilis præſumptio inde oritur. *Zang.d.c.*2.*n.*109.

82 Nec obſtat, quòd tacens conſentire præſumatur, ſi potuiſſet contradicere; & non contra dixit, *l.de ætate.*11.§. *qui tacuit.ff.de interr.action. c.cum præſtitum.de confeſſ.in 6to. Dd.in l.quæ dotis ff.ſolut. matrim. Gloſſ.& Dd.in l. certum* §.1.*ff.de confeſſ.* unde ſequi videtur, ex taciturnitate ſufficiens ad torturam oriri indicium. *Nam* Maxima illa non niſi in cauſis civilibus obtinet, in criminalib⁹ verò præſens & tacens pro conſentiente non habetur.*l.*48.§.1 2.*& 3.ff.de furt.Bartol.ad l.*1.§.*ſed in eo ff.ad SCtum.Sylan.Ioſeph.Maſcard.de probat.vol.*3.*concl.*1153 *n.*54.*Ioh.Zang.d.c.*2.*num.*106.

Q.14. Occultatio delicti an & quale faciat indicium.

83 Ejuſdem farinæ quoque eſt indicium: Si quis ignarus non ſit delicti jam perpetrati, nec tamen illud detegat, aut delictum patrari non impediat, cùm impedire debuerit. *Blanc.de indic.n.*33. *Jac.Menoch lib.*1.*præſumpt.quæſt.*89.*num.*113. Non enim caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui futuro facinori obviam non ivit. *cap. delicto de ſentent. excomm.in 6to.* Sed per ſe hoc indicium ad torturam ſufficiens & idoneum non eſt, quare alia adminicula & indicia concurrant, neceſſe eſt, ſi judex Reum tormentis ſubjicere velit. *Proſper.Farinac.in prax. crimin.l.*1.*tit.*5.*quæſt.*51.*num.*2.

84 Nec obſtat aſſertio *Henric.Bocer.in tract.de quæſt.& tort.c.*3.*num.*47. fruſtraneam hoc caſu eſſe torturam, quum ob ſolam taciturnitatem quis pœnam incurrat. *cap. quanta. extr. de ſent. excomm. c.delicto filio.* §.*& quidem.eod.tit.in 6to.l.*1.§.*quod ſi quis* 18.*ff. de SCto.Silan.c.qui cum fure.extr.de furt. Hoc* enim licet conceſſerim, 85 de pœna tamen arbitraria ſolummodò id accipiendum erit: ob ſolam namque ſcientiam delicti jam commiſſi, ordinariâ pœnâ neminem teneri, rectè tradit *Jac.Menoch. de arbitr.jud.quæſt. lib.*2.*cent.*4.*caſ.*355.*num.*25.*&* 26. quem ſequitur *Iohan.Zang.dict.cap.*2.*num.*138. quare ut locus ſit ordinariæ pœnæ, confeſſio Rei de ipſo crimine perpetrato tormentis extorqueri debet.

Q.15. Quid habendum de collocutione in aurem?

86 Similiter quoque indicium ad torturam præbet Collocutio in aurem; ſi quis ſecretò in aurem quem allocutus ſit, & in continenti ab eo, quem allocutus eſt, delictum fuerit patratum. *Hipp. de Marſil.in l.*1.§ *præterea.n.*27.*ff.de quæſt.Iac.Menoch.lib.*1.*de præſumpt.quæſt.*89.*n.*115. It: Si quis Reum criminis abducat, ne deprehendatur, *Blan.in tract.de indic.n.*201. *Iac.Menoch.d.quæſt.*89.*n.*109.*Ioh.Zang.d.c.*2.*n.*134. Vel 87 ſi quis propriâ pecuniâ, aut ab alio mutuò acceptâ, arma aliave inſtrumenta ad hoc vel illud delicti genus patrandum emerit, aut præparaverit, ac ſtatim delictum ſubſecutum fuerit. *Franc.Caſon.in tract.de indic.& tort.*4.*cap.*4.*n.*1. *Blanch.de l.ult.n.*67,*& ſeqq.ff.de quæſt.Proſp.Farin. in prax.crim.lib.*1.*tit.*5.*quæſt.*52.*num.*163. Nam ex talibus præparamentis conſtituto de occiſore, præſumitur, quòd is ex propoſito & deliberatè occiderit, per text.quem allegat, *in l.*1.§.*vi poſſidere.ff.de vi & vi armat.Blanch.d.l.Menoc.d.quæſt.*89.120.*&* 122.

88 Sed hæc aliaque indicia ſimilia, tum quæ ab *Interpp.*referuntur, *Proſp.Farin.d.quæſt.*52.*Iacob. Menoch.d.quæſt.*89.*Ioh.Zang.in tract.de quæſt.& tort.c.*2.*num.*128.*& multis ſeqq.& n.*146.*& ſeqq.* Tùm, quæ ex multifariis cuiusque criminis qualitatibus & circumſtantiis noviter oriri poſſunt, remota tautummodò ſunt, & incerta ſeu dubia, ex quibus ſolis, deficientibus adminiculis aliis, nemo quæſtioni ſubjiciendus eſt. Quare tutius facere Judicem, ſi non alia concurrant indicia, ut Reum abſolvat, rectiſſimè monet *Io-* 89 *han.Zang.d.c.*2.*n.*151. Quod & haud obſcurè jubet Sanctio Carolina *art.*27. Qui licet de certis quibusdam indiciis in *præcedentib.duob.art.* 25.*&* 26. enumeratis loquatur; quin tamen idem in aliis quoq; ejuſdem farinæ indiciis veriſimilibus obtineat, ambigere prorſus nequit, qui *verb art.*24. (**Auß dieſen nachgeſetzten Articuln von Argwohn / vnd Anzeigung der Miſſethat ſagend / ſoll in Fällen/ſo darinnen nicht benant ſind / Gleichnüß genommen werden**) ſanioribus oculis inſpexerit.

QUÆSTIO CXXI.

De Indiciis certis & propinquis, omnibus indifferenter delictis communibus, quorum unumquodq; per ſe ad quæſtionem habendum ſufficiens eſt.

SUMMARIA.

1. *Indicia propinqua & certa qualia ſunt?*
2 *Horum indiciorum unumquodque ſufficiens eſt ad torturam.*
3. *Quænam hæc ſint indicia, arbitrio judicis relinquendum eſt. n.68.*
4. *Res alicu us in loco delicti reperta facit indicium adverſus eum.*
5. *Veluti ſi veſtis aut enſis alicuius reperiatur. numer.6.*
7. *Contrarium ſitum Reus probare velit, admittitur. num.8.*
9 *Facere hoc poteſt etiam per unicum teſtem.*
10. *Semiplena probatio ipſius delicti per unicum teſtem facit indicium ad torturam. num.*11. 12.
13. *Refutatur Bocer. de quæſtion. & tortur. cap.3. num.22.*
14. *Qualiter debeat eſſe qualificata ſemiplena probatio ut faciat indicium, ubi tria ponuntur requiſita. n.*15.16.17.18.19.
29. *Nominatio conſocii criminis facit indicium ſufficiens.*
21. *Modò ritè ſit qualificata, & qualis eſſe debeat, quæq; ſunt requiſita huius indicii. n.*22.32.33.34.35.36.37.38.
23. *Index quando & quomodo poſſit interrogare Reum de complicibus delicti? num.* 24.26.27.31.
25. *Explicatio l.29. in fin. ff. de pœn.*
28. *Interrogatio debet fieri in tortura.*
29. *Generaliter debet Reus interrogari, non expreſſa certa perſona; niſi certa ex cauſa num.*30.
39. *Aſſertio plurium Correorum quando probet?*
40. *Aſſertio Rei de mandatore quatenus aliquem facit ſuſpectum.*
41. *Confeſſio Rei extra judicialis indicium ad torturam facit. n.42.43.*
44. *Qualis hæc confeſſio eſſe debeat, ut ſufficiens inde oriatur indicium? num.* 45.46.47.48.
49. *Reus docens errorem confeſſionis audiendus eſt.*
50. *Minæ quoque indicium faciunt.*
51. *Indicium hoc periculoſum eſt.*
52 *Quales minæ eſſe debeant, ut Reum faciant ſuſpectum? n.54.55.*
53. *Intellectus artic. 27. Ordin. Crimin. Carolin.*
56. *Transactio cum offenſo quando indicium faciat ad torturam? n.*57.58.59.60.
61. *Auxilium facinoroſis præſtitum indicium facit ad torturam. n.*62.
63. *Modò ſcienter & doloſè auxilium præſtitum fuerit.*
64. *Neque alia juſta quadam ex cauſa. n.65.*
66. *Receptans criminis Reum cognatum, num ſuſpectum ſe faciat?*
67. *Qui Reorum cauſis favent & pro liberatione Rei paciſcuntur, num ſe faciant ſuſpectos?*

DIctum fuit *quæſt. præced.* de generibus in-
diciorum veriſimilium ac remotorum,
quorum unumquodque per ſe ſolum ad
torturam non ſufficit, eò quòd remotiora ſint,
neque ipſi maleficio inhæreant. *Ord. crim. Carol.*
art.27. Jam etiam diſpiciendum eſt de alterius
generis indiciis, omnibus delictis communibus,
propinquis nempe ac certis, quorum
unumquodque per ſe ſolum ſufficit ad
1 torturam. Hujus generis indicia non veriſi-
milia ac probabilia, ſed certa; non levia aut per-
functoria & urgentia; non dubia & æquivo-
ca, quæ multipliciter interpretari queunt, ſed
concludentia, & ad delictum inferentia ſunt,
& crimini quaſi inhærent, ita ut iis apparenti-
bus, nil niſi Rei confeſſio deeſſe videatur, *l.1. in*
pr. Ibi: *ut ſola confeſſio ſervorum deeſſe videatur. ff.*
de quæſt l. cum cognitionaliter. Ibi; *ſi præſtita fue-*
rint ex tanto ſcelere argumenta, ut videantur acce-
dere ad veriſimilia cauſæ crimina. C. eod. tit. Ægid.
Boſſ. in tit. de indic. num.17. Iacob. Menoch. de arbitr.
jud. quæſt. lib.2. caſ.270. n.5. & 6. Ioſeph. Maſcard.
de probat. lib.3. concl.385. num.20. Proſper. Farin. in
prax. crim. lib.1. tit.5. quæſt.37. num.3. & 6. Brun. de
indic. & tort. 2. part. quæſt.5. num 8. Quare & u- 2
numquodque de ſe ſufficiens eſt ad torturam,
abſque aliis adminiculis. *Iul. Clar. in pract. §. ul-*
tim quæſt.64. num.14. verſ. cæterum. Bartol in l. ult.
n.6. ff. de quæſt. Hipp. de Marſil. in pract. crim. §. dili-
genter. n.177. Ægid. Boſſ. dict. n.71. Iodoc. Damhou-
der. in prax. rer. crim. cap.36. n.30. ubi dicit, quòd
ita ad unum aſſerant Doctores omnes. Idque
certò certius eſt in Imperio Romano Germa-
nico, propter verba clara Sanctionis Carolinæ
Crim. *art. 27. in fine.* Ibi: **Als die nachfolgende**
Articul / der ein jeder allein eine redliche Anzei-
gung macht / vnnd zu peinlicher Frage gnugſam.
& art.29. in rubr. **Gemeine vnzweiffelhaffte Anzei-**
gungen / der ein jegliche allein zu peinlicher Frage
genugſam iſt. *Matth. Steph. ad artic.23. Ordin.*
Crimin. in pr.

Etſi verò nec hæc indicia ob multifarias fa- 3 ctorum qualitates & circumſtantias certo numero comprehendi, aut regulâ aliquâ certâ definiri queant, ſed potiſſimùm arbitrio ac diſcretioni judicis prudentis æſtimanda & judicanda relinqui debeant, *art*.18.*&* 24 *Ord.Crim. Bart.in dict.l.ult.n.6.ff.de quæſt. Hipp.de Marſil.in dict.§.diligenter.n.*177. *Farin.dict.quæſt.*37.*num.* 49. *Ludoph.Carer in pract.crim.*2. *tract.de indic. & tort.§.ſed an unum indicium.n.*1.*&* 2. Communiora tamen ac principaliora, jure ac legibus probata enumerare lubet, quò judex ex his informatus, de reliquis poſtea faciliori negotio judicium ferre queat juxta admonitionem Caroli V.Imper.in *art*.24.*Ord.Crim*.verb. **Auß dieſen nachgeſetzten Articuln / von Argwohn vnnd Anzeigung der Miſſethat ſagend / ſoll in Fällen / ſo darin nicht benandt ſind / Gleichnüß genommen werden.**

Q.1. Re alicuius in loco delicti commiſſi reperta, quale inde indicium adverſus eum oriatur?

4 Intereaautem primum tribuit locum Sanctio Carolina huic; Si nempe res aliqua in loco perpetrati criminis ſit reperta, quæ demonſtraretur eſſe Rei, ſive delati, in *art*. 21. cujus verba hæc ſunt: **So einer in Vbung der That etwas verleuret / oder hinter jhm liegen oder fallen läſſet / daß man hernachmals finden / vnd ermeſſen mag / daß es deß Thäters geweſen iſt / mit Erkundigung / wer ſolches am nechſten vor der Verluſt gehabt hat / iſt peinlich zu fragen /** *&c. Matth Steph.ad dict.art.*29.*Joh. Zang.in tract.de quæſt.& tort.cap.*2 *n.*33. *Hipp.de Marſil.conſ.*8.*n.*2.*&* 5. *Joſeph. Maſcard de probat.* 5 *vol.*2.*concl.*830.*n.*10. *Jac.Menoch.lib.*5.*præſumpt.* 31.*num.*13 *Blanc de indic.n.pen.& ult.* Veluti ſi veſtis alicuius in loco perpetrati furti, ſacrilegii, homicidii, aliusvè delicti reperta fuiſſet. Unde præſumtio adverſus eum oritur, quòd ipſemet ibidem fuerit, ac crimen perpetraverit: quæ præſumptio etiam ad torturam irrogandam ſufficiens eſt. *Blanc.dicto loco.* Quo indicio etiam convincitur Judas de commiſſo inceſtu cum nuru, nempe ex baculo, annulo & armilla, 6 *Geneſ.*38 *verſ.*18. Cui indicio quoque ſimile eſt illud, ſi alicuius enſis in loco homicidii perpetrati inveniatur ſanguine madefactus; tum enim non leve indicium adverſus eum, ad quem enſis ille pertinet, extare, putat poſt *Nicol.Boër. deciſ.*156.*n.*2.*& Jacob.Menoch.lib.*1. *de præſumpt. quæſt.*89.*num.*135.*Matth.Steph.in not.ad artic.*29. *Ordin.Crimin.*

Ac ob id ſæpius torturam in Elect.Sax.Scabinatu decretam fuiſſe memini.

7 Nequaquam tamen ex tota hac præſumtione, quæ ex inventione rerum oritur, ad torturam properandum eſt, ſi Reus evidentioribus rerum argumentis, aut teſtibus docere velit, ſe paulò ante, rem iſtam alii donaſſe, vendidiſſe, permutaſſe, aut alio quovis modo poſſidere deſiiſſe, vel oſtendere atque probare, ſe tempore eo, quo maleficium perpetratum eſſe dicitur, 8 alibi fuiſſe, ſed omninò probatio hæc admittenda eſt, priusquam ad tormenta deveniatur, diſponente ſic Carolo V.Imp. verbis diſertis in *d.art.*29.*Ord.Crim.* Ibi: **Er würde denn etwas dargegen fürwenden / wo es ſich erfünde / oder beweiſen würde / daß es bemeldten Argwohn ablenet / alsdann ſoll dieſelbe Entſchuldigung / vor aller peinlichen Frage / zu erfahren fürgenommen werden.** Etenim ſi Reus accuſatus vel inquiſitus innocentiam ſuam hoc modo oſtendat, ac probet, adeoque præſumptionem adverſus ſe militantem alia præſumptione fortiori elidat; dubitandum non eſt, quin veniam mereri debeat. *Ioh.Zang.d.cap.*2 *n.*36. Quod & verum eſt, 9 ſi Reus per unicum tantummodò teſtem hoc docuerit. *Felin.in cap. veniens.de teſtib.Mynſing.* 5.*obſervat.*13.*Anton.Gabriel.lib.* 1.*concl.*1.*de teſtib. n.*34. Ad probandam ſiquidem innocentiam, unius etiam teſtis depoſitio ſufficiens eſt: ac ſemiplena probatio hoc caſu pro plena & ſufficienti habetur. *Ægid.Boſſ. in tit.de oppoſit.cont. teſt.n.*72. *Anton.Gabriel.tit.de teſtib.lib.*1.*concl.*1. *n.*37. *Joſeph.Maſcard.de probat.lib.*1.*concluſ.*49. *num.*17.*&* 18. Atque in defenſionis favorem multa admittuntur, quæ regulis juris aliàs contrariari videntur. *Hipp.de Marſil.in l.*1.*§.ſi quis ultrò.num.*98.*& ſeqq.ff.de quæſt.Dan.Moll.ad Conſt. Elect.*23.*n.*13.*part.*4.

Q.2. Num ſemiplena probatio per unicũ teſtem ſufficiens faciat indicium ad torturam?

10 Secundum indicium ad torturam ſufficiens præbet ſemiplena probatio: quæ fit per atteſtationem unius teſtis, de actu immediatè deponentis. *Iohan.Zanger.in tract.de quæſt.& tort.cap.*2.*num.*16. *Jul.Clar. in pract.§. ult.quæſt.*22.*num.*2.*&* 3.*Ant.Gomez.tom.*3.*variar. reſolut.cap.*13.*num.*7. *Jacob.Menoch.libr.*1.*præſumpt.quæſt.*89.*num.*5. *Hippol.de Marſil.in pract. crim.§.diligenter.num.*25. Etenim ſi per duos 11 teſtes crimen probatum fuerit, plene erit probatio, ac Reus ceu convictus condemnandus, ut maximè delictum confiteri nolit, juxta *art.* 67.in verb. **Zum wenigſten mit zweyen Zeugen.** *Et art.*69.*Ord.crim.Andr.Rauchb.part.*2.*quæſt.*8. *num.*12.*&* 13. Sequitur ergò, ſi unicus tantummodò teſtis de crimine deponat, quòd probatio iſta non plena ſit, ſed ſemiplena: quæ ad condemnationem quidem ſufficiens non eſt, attamen ad torturam idoneum indicium facit; prout expreſsè ſancitum ab Imp.Carol.V.*Ord. Crim.art.*30. **Eine halbe Beweiſung / als ſo einer** 12 **in der Haupt-Sache / die Miſſethat gründlich mit einem eintzigen / guten / tugendlichen Zeugen / als hernach von guten Zeugen vnnd Weiſſagungen geſagt iſt / beweiſet / das heiſſet vnnd iſt eine halbe Beweiſung / vnd ſolche halbe Beweiſung machet auch eine redliche Anzeigung / Argwohn / oder Verdacht der Miſſethat.** *Et art.*23.verb: **Aber ſo die Hauptſache der Miſſethat mit einem guten Zeugen bewieſen würde / dieſelbe als eine halbe Beweiſung / machet eine gnugſame Anzeigung /** *&c.* Quæ ſententia etiam juri communi conſentanea eſt, ſecundum *Dd.* quos refert & ſequitur *Jac.Menoch.lib.*1. *de præſumpt.quæſt.*91.*num.*1. *Matth.VVeſembec. in parat.ff. de quæſt.n.*7. Etſi enim *Henric.Bocer.in tract.de quæſt.& tort.cap.*3. *num.*22. contrarium defendere conetur, per textus ibidem allegatos; vix tamen aſſertionem 13 ſuam inde probare poterit; ſiquidem confundere is videtur probationem indiciorum, & probationem ipſius delicti Indicia ſanè ad torturam ſufficientia, non niſi per duos teſtes probari facillimè ipſi conceſſerim, quod & diſertis verbis ſancitum in *art.*23.*& art.*30.*in fin.* Sed

exinde nil inferendum ad probationem ipſius delicti, quo ſemiplenè probatio per unicum teſtem, de ipſomet facto deponentem, quòd ſcilicet ſuis oculis viderit committi facinus ab eodem illo, qui Reus poſtulatur, tutò locum dari torturæ, aſſerunt *Dd.* quæ diſtinctio apertiſſimè probatur per *art. 23. Ordin. Crimin. Carolin. ubi Matth. Steph. in not.*

14 Priuſquam tamen ob ſemiplenam hanc criminis probationem, Iudex Reum torturæ ſubjici faciat, probè & accuratè perpendere debet, an taliter probatio ſit qualificata, qualem eam eſſe vult Sanctio Carolina in *dict. artic.* 30. Qui potiſſimùm tria requirit ad hoc, ut indicium ſemiplenæ probationis per ſe ſolum idoneum & ſufficiens ſit ad quæſtionem habendam: quorum neutrum omitti ac negligi poteſt.

15 *Primum* eſt: Vt teſtis ille unicus ſit omni exceptione major, ut patet ex *verb. dict. artic.* 30. **Mit einem einzigen/guten/tugendlichen Zeugen/ als hernach von guten Zeugen vnnd Weiſungen geſaget iſt** / *&c.* Idemque exprimitur *in artic.* 23. *Ordin. Crimin.* verb: **Mit einem guten Zeugen erwieſen würde** / *&c.* Dicitur autem teſtis omni exceptione major, cui nulla exceptio objici poteſt, talis nempe, quæ legibus eſt fundata, *art. 66. Ord. Crim.* Ibi: **Gnugſame Zeugen ſeynd die/die vnbeleumbt / vnd ſonſten mit keiner rechtmeſſigen Vrſachen zuverwerffen ſeynd.** 16 Quare ſi teſtis ille unicus omni exceptione major non ſit, alia adhuc requiruntur adminicula, ad ſupplendam ipſius teſtis inhabilitatem *Iac. Menoch. libr. 1. de præſumpt. quæſtion. 89. n. 11. Franc. Caſon. de indic. tract. 10. cap. 1. Iohan. Zanger. dict. cap. 2. n. 32. Matth. Steph. in not ad artic. 23. Ordin. Crim. in fin. Hippol. de Marſil in pract. crim. §. diligenter. n. 5. Brun. de indic. n. 317.*

17 *Alterum eſt:* Vt teſtis hic unicus deponat de actu immediato *dict. art. 30. Ordin. Crim.* verb: **So einer in der Hauptſache die Miſſethat beweiſet** / *&c.* Et *art. 23.* verb. **Aber ſo die Hauptſache der Miſſethat mit einem guten Zeugen bewieſen würde** / *&c.* Quod fieri intelligitur, ſi teſtis ſuæ aſſertionis rationem per ſenſum corporeum, Rei convenientem reddat, quòd nempe ipſemet delictum ab accuſato vel inquiſito perpetrari viderit, & præſens interfuerit *l. teſtium. 14. C. de teſtib. Matth. Steph. in not. ad art. 23. Ordin. Crim. Iohan Zanger. dict cap. 2. num. 20.* 18 Quare ſi teſtis non de ipſo crimine deponat, ſed de aliquo actu, quamvis ad delictum proximè accedente, indicium ad torturam ſufficiens non facit, *dict. art. 30. Ordin. Crim. verſ.* **Aber ſo einer etliche Vmbſtände** / *&c. Iul. Clar. libr. 5 ſentent. §. ult. quæſtion. 22. num. 2. verſ. Aut verò teſtis non deponit, &c. Hippol. de Marſil conſil. 59. num. 6.* Sicuti nec illius teſtimonium idoneum ac ſufficiens eſt, qui deponit de delicto, quod in oculos cadit, & rationem reddidit de alio ſenſu; Veluti ſi quis dixerit, Reum occidiſſe, furtum feciſſe, aut adulterium commiſiſſe, qua audiverit. Quale teſtimonium certè nec ullius ponderis eſt, nec ſemiplenam probationem facit, aut indicium ad torturam præbet iuxta tradita *Dd. in cap. præterea, de c. literis. de præſumpt. cap. ſignificaſti. de adult. Ioſeph. Maſcard. de probat. vol. 1. concl. 59 num. 1. & ſeqq. Iohan Zanger dict. cap. 2. num. 14.*

19 *Tertium* huius indicii requiſitum eſt: Vt teſtis verbis dilucidis & indubitatis de crimine teſtificetur: Nam qui hæſitanter vel dubitanter deponit, vacillat, aut ſibi ipſi contradicit, nihil certi probat, nec indicium ad torturam facit, quod vocabulum (**gründlichen**) innuit. *dict. art. 30. Ordin. Crim.* Nam dubitatio & incertitudo abſentiam & ignorantiam teſtis coarguit: nec ambigendum eſt, quin contra eum, qui variat & vacillat, maxima ſit ſuſpicio mendacii. *Iuſt. Reuber. intr. de teſtib. part. 3. n. 143. Ioh. Zanger. dict. c. 2. n. 47. Iac. Menoch. libr. 1. præſumpt. q. 89. n. 10.*

Q. 3. Nominatio conſocij criminis quale faciat indicium adverſus nominatum.

20 Tertium indicium ad torturam ſufficiens oritur ex nominatione ſocii criminis, ſecundum jura ac leges qualificata. Quando nempe Reus convictus, qui ſocios criminis habuit, eoſdem ritè nominaverit & detexerit: prout clara eſt Sanctio hâc de re Imp. Caroli V. in *Ordinat. Crimin. art. 31. in pr.* **So ein überwundener Miſſethäter / der in ſeiner Miſſethat Helffer gehabt / jemand im Gefängnüß beſagt / der jhn zu ſeiner geübten/erfunden Miſſethaten geholffen habe/ iſt auch ein Argwöhnigkeit wieder den Beſagten** / *&c. Iohan. Zanger. in tract. de quæſt. & tort. cap. 2. n. 47. & ſeqq. Jul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 21. num. 4. & ſeqq. Matth. Stephan. in notis ad dict. art. 31. Ordin. Crim. Henric. Bocer in tract. de quæſt. & tort. cap. 3. num. 40. & ſeqq.* 21 Dico autem indicium oriri adverſus aliquem ex ritâ & juſtâ nomonatione conſocii criminis: Non enim quælibet nominatio ſufficit ad quæſtionem imponendam, *arg. l. quoniam. 11. C. de teſtib. c. veniens de teſtib. c. 1. de confeſſ. l. ſicuti. 4. C. de quæſt. Iac. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. l. 2. cent. 5. caſ. 474. n. 43. & ſeqq. Ioſeph. Maſcard. de probat. vol. 3. concl. 1311. n. 1. & 18.* Sed juri ac legibus conformis, atque ritè qualificata eſſe debet: quam voco eam, quæ adminicula & requiſita certa, & in Sanctione Carolinâ expreſſa habet conjuncta, quare in *dict. art. 31. Ordin. Crim.* hæc verba apprimè apponuntur: **So fern bey ſolcher Beſagung nachfolgende Vmbſtände vnnd Dinge gehalten vnd erfunden werden.** Vbi copulativè ſex adminicula ſeu requiſita exiguntur, quæ concurrere debent, ut locus ſit torturæ.

22 *Primùm* eſt: Ne Reus ſive ſocius criminis particulariter in ſpecie, vel de individuo, puta de Titio vel Sejo, ſed generaliter de ſociis interrogetur, quinam ſocii criminis fuerint: De quo ita verba habent Caroli V. Imp. in *§. erſtlich. dict. art. 31.* **Daß dem Sager die beklagte Perſon in der Marter mit Nahmen nicht fürgehalten / vnd er alſo auff dieſelbige Perſon ſonderlich nicht gefraget/ oder gemartert wordē ſey/ſondern daß er in gemein gefraget / wer jhm zu ſeiner Miſſethat geholffen/den Beſagten von jhm ſelbſt bedacht vnd benandt habe.** Cujus requiſiti rationem reddunt *Dd.* Quòd ſpecialis iſta, ſive in individuo facta interrogatio non tam ſit requiſitio & interrogatio, quàm ſuggeſtio, *l. 1. §. qui quæſtionem ff. de quæſt. Gloſſ. in l. prim. & in l. ſi cer-*

tus ff.ad ICtum.Silan.Matth.Stephan.in not.dict. art.31.num.2.Blanc.in tract.de indic.n.282.Ioſeph. art.31.num.2.Blanc.in tract.de indic.n.382.Ioſeph. de probat.vol.3.concl.1311.n.39.Iacob.Menoch.dict. caſ.474.n.53.

Q.4. Quatenus fas ſit judici interrogare Reum de ſociis commiſſi criminis?

23 Pro exactiori autem hujus Requiſiti declaratione notandum, *Primò*: Judici fas eſſe interrogare Reum de ſociis criminis commiſſi: uti manifeſtum redditur ex *verbis*: **Daß er in gemein gefraget werde/wer jhm zu ſeiner Miſſethat geholffen.** Quod tamen non ita ſimpliciter accipiendum, ut judici indifferenter ac ſemper hoc permiſſum ſit; ſed tum demum, ſi juſtam & rationabilem præſumptionem, quòd nempe Reus complices delicti habuerit ſubeſſe arbitretur. Etſi enim ex textibus juris manifeſtis probari queat, facultatem interrogandi accuſatum ſeu inquiſitum de ſociis criminis judici competere, ut *l. Divus.6.verſ.ſed & caput.* Ibi: *Cum apprehenderint latrones, interrogent eos de ſociis.ff.de cuſtod.Reorum.l.1.in pr.* Ibi: *Facti conſcios per tormenta illicò prodituri. C.de falſ. monet.l.prius.17. ff.ad S(tum Silan.l.ult. C. de malefic. & Mathem.* 24 *l.pœn.C.de feriis l. ult.ff.ad exhib.* Attamen cùm alibi contrarium reperiatur diſpoſitum, ut in *l. 16.§.1.ff.de quæſt l.ult.C.de accuſat.& l quoniam. 11. C. de teſtibus.* Interpp. communiter concludunt, Reos criminum regulariter quidem de ſociis interrogandos non eſſe; quandoque tamen interrogare de illis poſſe. *Iohan.Zanger.in tract. de quæſt. & tortur.cap.2.n.73.& ſeqq.Par. de Puteo.in tract.ſyndic.verb.tort.cap.1.n.23.Proſper.Farin.in prax.crim.libr.1.tit.5.quæſt.43.num. 56. Nicol. Boër. deciſ.319. verſ.ſed in caſibus. Iul. Clar.in pract.§.ult.quæſt.21.num.3. verſ.dictum ſocii.Anton.Gomez tom.3.var.reſolut.cap.12.n.17.* 25 *Natta libr.1.conſil 298.n.2.* Quæ concluſio nititur textu in *l.qui ultimo.29.ff.de pœn.* ubi ICtus Cajus: *Sæpè*, ait, *Ideò ſervari ſolent Rei poſt damnationem, ut ex his in alios quæſtio habeatur*: Vbi particula (*ſæpè*) oſtendit, Regulariter eos ſocios non interrogari, certis tamen caſibus exceptis. Nam dictio illa ſpeciales ſignificat caſus contrarios. *l ſervos.47.ff.de condic & demonſtrat.l.ſæpè.53.in pr.ff.de verb.ſign.junct.l.1.§ ſed etſi.2.verſ.Et plerumq;.ff.de tutel.& rat.diſtrah. Henric.Bocer.in tract.de quæſt.& tort.cap.3.n.43.*

26 Eiusmodi verò caſus exceptos ponunt in criminibus nefandis, quę vulgò excepta vocantur, qualia ſunt; Crimen læſæ maieſtatis, Rebellionis, Sacrilegii, Aſaſſinii, Maleficii, Latrocinii, Adulterii, Sodomiæ, nefandæ libidinis. *Jacob. Menoch.libr.2.de arbitr.judic.quæſt.cent.5.caſu.474.num.27.& ſeqq Proſper.Farin.dict.quæſt. 43.n.59.& ſeqq. Ioſeph. Maſcard.de probat. dict. concluſ.1311.n.21.& ſeqq.* Quibus & alii addunt furtum cum effractione commiſſum *Ioh.Zang. dict.cap.2.n.75.*

27 At meo iudicio rectius iudicis arbitrio committitur, quando & in quibus delictis Reus de ſociis criminis interrogari debeat: quod licitum putatur, quando delinquentem complices criminis habuiſſe, ex iuſtâ & probabili causâ coniecturari poteſt. Vnde & in homicidio aliisque ſimilibus delictis, ſi indicia adſint, quòd in iis committendis plures intervenerint, de ſociis & complicibus Reos interrogandos eſſe, nemo abſurdum dixerit. *Proſper. Farin. dict.q.43.num. 110.Ludov.Peguer.deciſ.crim.5.n.7.*

28 *Secundò*: Tenendum quoque ex præmiſſis articuli verbis, quòd interrogatio & nominatio ſociorum criminis in torturâ fieri debeat, *dict. artic.* 31. In verb. **In der Marter/**&c. Nam extra torturam nominanti non creditur; cùm ſocius ſit & particeps delicti. *l. quoniam liberi.11.C.de teſtib.l.ult.C.de accuſat.Iul.Clar.lib.5.ſentent.§. ult.quæſt.21.num.3.& 4. Iohan. Zanger. dict. cap. 2.num.61.Blanc.in tract.de indic.num.380.Maſcard.dict.concluſ.1311.num.38.* Quamvis ejusmodi nominatio extraiudicialis faciat indicium ad inquiſitionem, *Matth. Stephan.in not. ad art.31.num.4.* Cui ſi alia adminicula accedant, quin torturæ locus eſſe queat, dubium non eſt. *Clar.dict.quæſt.21.num.8.Matth.Steph.dict.loco.*

29 *Tertiò*: Interrogari debet Reus de ſociis & complicibus criminis generaliter, nulla certa perſonâ aut individuo expreſſo. *in verb. dict. artic.*31. **Sondern daß er in gemein gefraget werde/wer jhm zu der Miſſethat geholffen /** &c. Proin, ſi Judex interroget Reum de Titio vel Sempronio, licet eum ceu criminis ſocium Reus nominet; exinde tamen indicium non oritur adverſus eum ad torturam ſufficiens: quia interrogatio non facta eſt generalis: Quod ipſum tamen non aliter accipiendum, quàm ſi absque causâ & præſumptione iuſtâ præcedente, iudex nominatim de certa perſona Reum interrogaret; 30 Quando verò talis interrogatio ſit præcedente cauſa, argumento, vel præſumptione legitima, tùm omni iure eam licitam eſſe, tradit. *Matth.Steph.in dict.art.31.n.2.in fin.*

31 *Quartò*: Obſervandum porrò, quòd nominatio ſocii criminis indicium ad torturam non præbeat, niſi interrogatio iudicis præceſſerit. Quò reſpiciunt verba *dict. artic.* 31. **Daß dem Sager die beklagte Perſohn mit Nahmen nicht fürgehalten.** It: **Daß er in gemein gefraget /** &c. Nam ſi Reus ſua ſponte nominaret ſocium, nullum hæc nominatio faceret indicium, *Iohan. Zanger. dict. cap. 2. n.59.Grammat.deciſ.28. n.11.* Siquidem nec teſti ſua ſponte deponenti fides eſt adhibenda. *Gloſſ. & Bartol.in l.legatum. §.his verbis.ff.de his quib.ut indign.Iacob.Menoch. lib.2.de arbitr jud.quæſt.caſ.474.n.56.Farin dict. quæſt.43.n.189.*

32 *Alterum* requiſitum ſive adminiculum eſt: ut Reus qui ſocium criminis nominavit, interrogetur ulterius de loco & tempore, quo ſocius auxilium præſtitit, aliisque circumſtantiis, ex quibus poſtea deprehendere poteſt iudex, an veriſimilis ſit proditio ſociorum, nec ne: prout diſpoſitum in *Ordin. Crim. dict. artic.*31. *verſ.* **Zum andern** Ibi: **Zum andern gebühret ſich/daß derſelbige Sager gar eigentlich gefraget werde / wie/ wo / vnnd wann jhm der Beſagte geholffen / vnd was Geſellſchafft er mit jhm gehabt habe / vnnd in ſolchen ſol man den Sager fragen aller müglicher vnd nothdürfftiger Vmbſtände /**

die

dienach Gelegenheit vnnd Geſtalt jeder Sache allerbeſt zu nachfolgender Erfindung der Warheit dienſtlich ſeyn mögen / die allhier nicht alle beſchrieben werden / aber ein jeder fleiſſiger Verſtändiger ſelbſt wol bedencken kan / ꝛc.

33 Huc quoque pertinet, ut Reus interrogetur de tractatibus cum ſociis ac complicibus ſuis, quoſnam tractatus de patrando maleficio inter ſeſe habuerint, quibusque verbis illi fuerint uſi in conventione: *prout ſæpius à Scabinis reſponſum memini*: Daß ſie für allen dingen zubefragen wie/wo/vnd welcher geſtalt / ſie ſich vntereinander zu ſolcher Vnthat verglichen / vnnd verbunden / was für Wort vnd Reden ſie bey ſolcher Vergleichung gebraucht/vnd wie dieſelbe eigentlich gelautet. De iis namq; circumſtantiis Reus potiſſimùm interrogari debet, ex quibus veriſimiliter judici conſtare poteſt, an ei fides habenda ſit, nec ne. *Zanger.dict.cap.2.n.64.Iac. Menoch dict.caſ.474.n.58.& 59.* Niſi enim veriſimilia de ſociis dicat Reus convictus, aſſertio ejus contra ſocios illos indicium ad torturam ſufficiens non facit. *Henr.Bocer.in tract.de quæſt. & tort.cap 3.n.46.*

34 *Tertiò* requiritur: Vt Judex diligenter inquirat, utrum Reus cum eo, quem ſocium dicit & defert, graves ſimultates atque inimicitias exerceat; quibus deprehenſis, Reo nominanti tanquam adverſario & inimico fides habenda non eſt, *dict art.31.§.* Zum dritten/gebühret ſichs zu erkunden / ob der Sager in ſonderer Feindſchafft/Unwillen oder Wiederwertigkeit mit dem Verſagten ſtehe / denn wo ſolche Feindſchafft / Vnwillen oder Wiederwertigkeit öffentlich wäre/oder erkündiget würde / ſo wäre dem Sager / ſolcher Sag wieder den Beſagten nicht zu glauben / er zeige denn deßhalben ſonſt ſo glaubliche / redliche Vrſachen vnd Warzeichen an / die man auch in Erkündigung erfünde / die eine redliche Anzeigung machen. Nam inimicus inimico nocere velle & factis & verbis, præſumitur. *Blanc. de indic n.106.Iul.Clar.in pract.§.ult.quæſtion.24. n.5.* Quare fides quæſtioni inimicorum haberi non debet. *l. 1. §.præterea. 24.ff.de quæſt.Iohann. Zanger. in tract. de quæſt. & tort.cap.2.num.66. Matth.Stephan.in not.ad art.31.num.6.Ordin. Crim.Henric.Bocer.in tract.de quæſt.& tort.cap.3. num.46.*

35 *Quartum* requiſitũ eſt: ut nominatus à Reo ſocius tali ſuſpicione gravetur, ut veriſimile ſit, quòd unà crimen illud cum Reo convicto, cõfeſſoque commiſerit: prout verba habent Imper. Caroli V. in *Ordin.Crimin.d.artic.31.verſ.* Zum vierdten / daß die beſagte Perſon alſo argwöhnlich ſey / daß man ſich der beſagten Miſſethat zu jhr verſehen möge. *Ludovic.Carer.in pract crim.§.octavum indicium.n.13.Ioſeph.Maſcard. de probat.volum.3.concl 1311.n.16.& 17. Henr.Bocer.d.cap.3 n.46.Matth.Stephan.in not.ad d.art. 31.Ordin.Crim.n.7.Iohan.Zanger.d.cap.2.n.68. Iacob. Menoch.d.caſ.474.n.42.* Quando enim de bonâ nominati famâ conſtat, indicium ex nominatione Rei ortum facilimè diluitur. *Zanger.d.loc.Menoch & Maſcard.d.loc.*

36 *Quintum* denique adminiculum eſt: Vt Reus in nominatione ſocii criminis perſeveret, eamque non revocet, aut vacillet, *dict.artic.13.* In verb. Zum fünfften/ſo ſol der Sager auff der beſagung beſtändig bleiben / *&c.* Nam vacillans nunc affirmans, mox verò negans, periuro haud abſimilis eſt; ac proinde neque ad torturam neq; ad inquiſitionem ſufficiens indicium præbet. *Proſp.Farin,d.q 43.n.185.Ioh.Zang.d.c. 2.n.70 Matth.VVeſemb.in parat ff.de quæſt.n.12. Henric.Bocer.d.cap.3.n.46.in fin.* Perſeverare autem dicitur, quando non tertius tormentis & extra tormentorum loca, illa non videns nominationem ratificat, usque ad mortem. *Matth. Steph dict.art.31.n.8.*

37 Hiſce ergo requiſitis ſive adminiculis concurrentibus, confeſſio Rei convicti, de ſociis & complicibus criminis indicium ad torturam ſufficiens facit: Quibus contra deficientibus, aut alterutro tantummodò ceſſante, ad nominationem Rei ad tormenta aliquem rapiendũ eſſe, haudquaquam ſtatuendum eſt. *Ioha.Zanger in tract.de quæſt.& tort.cap.2.n.56 in fin.* Veriſſima namq; manet *Dd.* concluſio, quod ad torturam ſufficiens indicium non ſit ſola ac nuda Rei nominatio, absque adminiculis illis, de quibus hactenus dictum fuit, *arg.l.quoniam.11. C.de teſtib.cap.veniens.de teſtib.l.ſicuti.4.C.de quæſt.Petr.Binsfeld in tract de confeſſ.malefic in.2. membr.conc.5.p.263.Ioſeph.Maſcard.de probat volum.3.concl.1311.n.1.Henr.Bocer.in tract.de quæſt. & tort.c.3.n.45.Iac.Menoch.de arbitr.jud.quæſt. lib.2.cent.5.caſu 474.n.43.& ſeqq.Blanc.de indic. n.385.Proſp.Farin.in prax.crim.lib.1.tit.5.quæſt. 43 n.34.& 56.*
Etenim quia aliàs unius hominis 38
ſive teſtis, omni exceptione non maioris, teſtimonium ad quæſtionem habendam ſufficiens non eſt. *l.maritus 20.ff.de quæſt.* utiq; multò minus teſtimonio hominis de crimine convicti iudex moveri debet, ut ex eo ſolo torturæ ſubmittat eum, quem Reus criminis ſocium dixit. Accedit, quòd Reus iam convictus & confeſſus infamis ſit; cuius teſtimonium pro idoneo neutiquam haberi poteſt. *l.3.§.Lege Iuliâ.5.l.20.ff. de teſtib,Bocer.d.cap.3.n.45.*

39 Hæcque Dd. concluſio *Ampliat.* 1. ſi plures correi aliquem nominent: Nam neque duorum, pluriumve Reorum aſſertio de criminis complicibus, ad habendam quæſtionem indicium facit; uti probat ex *cap.ſicut.ext.de teſtib. & cap.1 de teſtib.in 6to.Henr.Bocer.d.cap.2.n.51. Iohan.Zanger.dict.cap.2.n.53.* ubi rationem huius Ampliationis reddit: quòd licet plures correi extent, una tamen ſit qualitas indicii, ad hoc autem, ut indicia dicantur plura, requiri diverſitatem inter unum & aliud, non verò, quòd ſint eiusdem generis, prout ſunt plures ſocii, qui propterea unum & idem faciunt indicium.

40 *Ampliat*: 2. In aſſertione Rei convicti, confeſſique de mandatore delicti: Veluti ſi homicida dicat, Titii mandato ſe Mævium occidiſſe: Ex ſolâ enim & nuda hac nominatione & aſſertione indicium ſufficiens ad torturam haudquaquam oritur: Sunt namque mandatarius & mandans ſocii criminis,

quare non aliter fides quæſtioni habenda eſt, quàm concurrentibus adminiculis iis, quæ in nominatione ſociorum criminis Sanctio Carolina poſtulat, in *ſæpè allegato articulo*. 31. *Ordin. Crim. Hippol. de Marſil. in prax. crim. §. diligent. de n. 37. & ſeq. Ægid. Boſſ. in tit. de indic n. 145. & 155.* ubi dicit, quòd licet mandatum ſui naturâ connumerari poſſit inter delicta occulta, & difficilis probationis; non tamen per hoc ſequeretur, quòd mandatarius ſit integer teſtis ac omni exceptione major. *Petr. à Pl ch. in Epit. delict. cap.* 15. *n.* 18. *Proſp. Farin. in prax crim lib. 1. tit. quint. quæſt. 44. num. 2. Henric. Bocer. in tract. de quæſt. & tortur. cap. 3. num* 52. ubi reſpondet ad contraria. *Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 21. num. 21.*

Q. 5. Quale indiciū ad torturā faciat confeſſio Rei extra judicialis?

41 Quartum indicium oritur ex confeſſione
Rei extrajudiciali: quando nempe duobus te-
ſtibus quis convincitur, de crimine delato, cu-
jus inſimulatur, ultrò, nemine cogente, extra
judicium per colloquia ſe jactaſſe, illudq; fuiſſe
confeſſum. Etſi enim *Henric. Bocer. in tract. de*
quæſt. & tort. cap. 3. numer. 24. hoc impugnare,
confeſſionemque Rei propriam extra iudici-
um factam non niſi veriſimile atque remotum
indicium eſſe, ac proinde abſque aliis admini-
culis concurrentibus ad torturam minus ſuffi-
42 ciens, probare conetur? Contrarium tamen ab
Interpp. communiter receptum eſt, qui ad u-
num ferè hoc indicium propinquum, & ad quę
ſtionem habendam idoneum, ac ſufficiens arbi-
trantur, ut ipſemet *Bo er.* fatetur *dict. loc. Blanc.*
de indic. n. 204. Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſo-
lut. cap. 13. n. 8. Iohan. Zanger. in tract de quæſt. &
tort. cap. 4. n 38. Iul. Clar. libr 5. ſentent. §. ult. quæſt.
21. *num.* 3. *Franc Viv. lib. 2. comm opin. in verb.*
Confeſſio facta. Iacob. Menoch libr. 1. de præſumpt.
quæſt. 89. num. 14. & ſeqq. & lib. 2. de arbitr. judic.
43 *quæſt. caſ.* 331. Quod ſanè in Imperio Roma-
no Germanico hodie minus dubium habet: ob
textum clarum in *Sanctione Carolina Crim. art.*
32. verb. **So einer/wie vor von ganzer Weiſung**
geſagt iſt/gnugſam überwieſen wird/daß er von
jhm ſelbſt Ruhms/oder andere weiſe vngenöther
Ding geſagt hat/daß er die Beklagte / oder ver-
dachte Miſſethat gethan/vnnd es wäre ein ſolche
Perſon/daß man ſich derſelben That zu jhr verſe-
hen mag / wird auch für redliche Anzeigung der
Miſſethat gehalten/ vnnd iſt peinlich darauff zu
fragen.

44 Eatenus tamen *Henric. Bocer.* facilimè largior, nudam confeſſionem extraiudicialem, ad torturam ſufficiens indicium non eſſe, quatenus ea debito modo qualificata non eſt; Etenim quò ſufficienter ſuſpectum reddat Reum confeſſio extraiudicialis, certa quædam ponunt iura requiſita. *Primò*: ut ſit ſpecialis de certo aliquo delicto, prout verba innuunt, (**daß er die beklagte oder verdachte Miſſethat gethan.**) Neque enim ſufficit, ſi quis faſſus eſſet, ſe occidiſſe, vel furtum commiſiſſe, niſi etiam dixerit, quem occiderit, & quidnam ſubtraxerit, quo in loco, & quo tempore: & exploratum ſit, eum hominem occiſum, vel hoc, non aliud, eo in loco & tempore ſubtractum fuiſſe. *Iohan. Zanger. dict. cap. 2. n. 39. Matth. Stephan. in notis ad art. 32. Ordin. Crim. Iacob. Menoch dict. quæſt. 89. n. 20. Brun. de indic. part. 1 quæſt. 3. nu. 16. Anton. Gomez dict. cap. 13. n. 8. verſ. limita.*

45 *Secundò*: Vt Reus talis ſit perſona, in quam ſuſpicio criminis facilè cadere poteſt: ſicut verba habent *art.* 31. **Vnd es wäre ein ſolche Perſon/daß man ſich derſelben That zu jhr verſehen mag**/ *&c. & ibidem Matth. Stephan.* ubi dicit, Sanctionem Carolinam non recipere ſolam confeſſionem alicujus, ſed præter eam deſiderare aliud etiam indicium, in conditione ſcilicet perſonæ, de crimine ejusmodi ſuſpectæ poſitum.

46 *Tertiò*: Requirit quoque *Ordin. Crim dict. art.* 32. ut quis ſeriò & quo fortis viri ſive audacis opinionem venetur, delictum ſe perpetraſſe confeſſus ſit; non etiam riſus, joci, dicisve cauſâ, *in verb.* **Daß er von jhm ſelbſt Ruhms/oder andere weiſe vngenöther ding geſagt hat / daß er die beklagte Miſſethat gethan.** Nam qui iocosè loquitur, haud immeritò veniam meretur. *Matth Steph dict. loc.*

47 Addunt inſuper alii, confeſſionem extraju-
dicialem tum demum facere indicium ſuffici-
ens ad torturam, ſi Reus ante torturam confeſ-
ſionem illam non revocaverit. *Johan. Zanger in*
tract. de quæſt. & tort. cap. 2. n. 40. *Hippolyt. de Mar-*
ſil. ſing. 310. *Anton. Gabr. lib. 1. concl. comm tit. de*
confeſſ. concl. 1. n. 55. *Iacob. Menoch dict. præſumpt.*
80. *n.* 25. Sed ſcrupulo nō caret hæc *Dd.* aſſertio,
prout demonſtrat *Henric. Bocer. in tract. de quæſt.*
& tort. cap. 3. n. 25. verſ. de eo quoque. ac contrari-
um in practicâ ſervari, teſtatur *Iul. Clar. in pract.*
§ ult. quæſt. 21. *num.* 31. Nam ſi ſola revocatio 48
indicium tolleret; nunquam eſſet locus com-
muni concluſioni, propter hoc enim devenitur
ad torturam, quia revocatur confeſſio, nam ſi
reus non revocaret, non eſſet opus torturâ.
Quod ſi tamen Reus revocando hujusmodi cō- 49
feſſionem doceret de errore, talem revocatio-
nem ei prodeſſe debere, ſtatuerem cum *Iul.*
Clar. dict. quæſt. 21. n. 33. in fin.

Q. 6. Minæ an & quando faciant indicium?

50 Quintum indicium præbent minæ: quas Reus jactaſſe dicitur ei, qui cæſus eſt, aut trucidatus: Tum enim ſi effectus ſequatur, ſufficiens inde ad torturam oritur indicium adverſus minantem: de quo ita loquitur Imper. Carol. V. in *Ordin. Crimin. art.* 32. **Oder ſolche Miſſethat vor der Geſchichte zu thun getrohen hätte/ vnd die That auch darauff in kurzer Zeit erfolget wäre/vnnd es wäre ein ſolche Perſohn/daß man ſich derſelben That zu jhr verſehen mag/wird auch für redliche Anzeigung der Miſſethat gehalten/ vnd iſt peinlich darauff zu fragen.** Cum quo concordat *art.* 44. **Von Zauberey/ gnugſam anzeigung.** *Matth. Steph. in not. ad dict. art. 32. Iohan. Zang. in tract. de quæſt. & tort. c. 2. n. 44. Gandin. in tract. de malefic. Rubr. de præſumptionib. & indic. num. 23. Specul. Rubr. de præſumpt. § ſpecies. nu. 7. in fin.*

51 Quia verò indicium hoc admodum periculoſum eſt, quippe cùm homines ſæpè nil minus faciant, quàm quòd minas ſuas exequantur, *arg. cap. quod dicitur. extr. de verb. ſignif.*

*Iaſon.ad l.1.n.46.ff.de offic.ejus cui mand. eſt juriſdict. Aymon. Cravett. conſ.35.n.*1. Et iracundia
agitatus minas de crimine perpetrando ſæpè iactet,
ipſo tamẽ animi fervore paulo poſt diſcuſſo,
cohibeat manus, & abſtineat à facinore illo,
quod forſan ab alio poſtea committitur: ut arguit
exemplum relatum *à Par. de Puteo in tract.
ſyndic.verb.tortura.verſ.an ſi quis dixerit, & Nicol.
Boër.deciſ.166.num.*3. ubi ſcribunt, quòd mulier
quædam per feneſtram proſpiciens alicui
prætereunti, quem odio proſequebatur dixerit:
Crura tibi ſuccidi curabo brevi: Quas minas
cùm alius quiſpiam oſor illius, cui ea mulier minata
fuerat, audiſſet, arrepta occaſione vulneribus
eundem confecerit: ipſam verò mulierem
probatis illis minis captam fuiſſe, & tormentis
ſuppoſitam, quorum cruciatu confeſſa ſit, ſuo
mandatu illi homini vulnera illata eſſe, proindeque
ipſam ſupplicio fuiſſe affectam: at paulo
52 poſt innocentiam eius detectam eſſe. Ideo
Impp. Carol. V. ex minis tantummodò certo
modo qualificatis, indicium oriri ad torturam
voluit, *dict. artic.* 32. Si nempè *Primò*: quis certum
aliquod delictum minatus eſt, dicendo, ſe
velle aliquem necare, pedes aut brachia confringere,
aut in alicuius domum vel horreum ignem
iniicere, *uti verb. Imper. innuunt.* (**Solche
Miſſethat vor der Geſchicht zuthun getrohen
hätte/**) quæ verba certum ac denominatum aliquod
delictum denotant. Nam ſi quis in genere
vindictam aut damnum minetur (uti communiter
fieri ſolet hiſce verbis: **Ich wil es gedencken.**
Vel: **Ich wil es wiederumb rächnen** *&c.*)
vix certum oriri inde poterit indicium ad cri-
53 men, quod ſpecialiter nominatum fuit. Quare
hoc caſu, alia concurrant adminicula neceſſe
eſt, uti colligitur ex *artic.* 25. §. **Zum Fünfften.**
verb. **vorgehender Drawe.** *junct.art.27.Ordinat.
Crim.* Quem textum (qui aliàs *dict.art.* 32. è diametro
contrariari videtur) de generalibus
minis accipiendum eſſe patet ex verbis præcedentibus,
Neid/Feindſchafft/ *&c.* Dico ergò minas
ſolummodò ſpeciales certi alicuius criminis
indicium facere ad torturam, *dict. art.* 32.
Non autem minas generales, *art.* 25. *Ordinat.
Crim.*

54 *Secundò*: Quando factæ ſunt minæ ab eo, qui
illas conſuevit exequi, aut in quem ſiniſtra ſuſpicio
de minis exequendis cadere poteſt, iuxta
verba *art.*32. **Vnnd es wäre ein ſolche Perſon
/ daß man ſich derſelben That zu ihr verſehen
mag/** *&c. ubi Matth.Stephan. in fin. Franc. Brun.
in tract.de indic.part.1.q.3.n.33. Hippol. de Marſil.
in pract. crim.§.diligenter.n.85. Blanc. in tract. de
indic.n.183. Ioh. Zanger. in tract. de quæſt. & tort.
cap.2.n.44. Iacob. Menoch. de arbitr.jud.quæſt.lib.
2.cent.4.caſu 361.n.39. Anton. Gomez. tom. 3. variar.
reſolut.cap.13.num.11.verſ.Et idem eſt quando
ſola mina. Iul.Clar.libr.5.ſentent.§.ult.quæſt.21.
num.*37.

55 *Tertiò*: Si maleficium, de quo minatus eſt
mox ſubſecutum fuerit, *dict. artic.* 32. In verb.
**Vnd die That auch darauff in kurtzer Zeit erfolget
wäre/** *&c.* Quæ verba etiam exprimuntur
in *art.* 44. *Ordin. Crim.* **Wenn jemand zu bezaubern
gedräwet / vnd den bedraweten dergleichen
geſchicht/** *&c. Iohan. Zanger.dict.cap.2.num.*44.
*Proſp.Farin.in prax crim.lib.1.tit 5 quæſt.50.n.23.
& ſeqq.* Quodnam verò modicum tempus hîc
dicatur, quia iure determinatum non eſt, arbitrio
iudicis relinquendum eſſe, tradit *Zanger.
dict.loc.n.*45. allegans ad hoc *Cagnol.in l.quicquid.
n 12.ff.de Reg.Iur.* Idque veriſſimum puto, per *l.
1.§.2.ff.de jur. de liber.*

Sextum indicium ad torturam ſufficiens atq; 56
idoneum facit, quando Reus per pactionem aut
transactionem precio numerato, offenſum in
gratiam reducit: prout Interpp. ſentiunt communiter,
Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. *diligenter.n.*187.
*Franciſc.Brun.in tract.de indic.part.
1.q.3.num.*27.*Ioh.Zanger.in tract.de quæſt.& tort.
cap.2.n.116.Anton.Gabriel. lib. 7. comm. concluſ.
tit.de malef. concl.23.Iac.Menoch.libr.1.præſumpt.
quæſt.89.n* 8. Nam tranſigens precio, etiam modico,
cenſetur non fuiſſe transacturus, niſi cogente
& impellente criminis patrati conſcientiâ,
& ita ſaltem fictione iuris pro confeſſo habetur.
*l.in fiſc.4 ff.de jure fiſci.l.furti.6.§.pactumq.
3 ff.de his qui not.infam.l.ult.ff.de prævaricat.*

Q.7. Trãſactio cum offenſo quando indicium faciat ad torturam?

Diſtinguunt tamen variè circa hoc indicium 57
Interpp. Veluti an ipſemet Reus; an verò eius
nomine alius de crimine paciſcatur, vel tranſigat.
Menoch. poſt alios dict. q. 89. *n.* 87. It. An crimen
ſit capitale, vel non capitale: Num de eo
tranſigere vel paciſci iure liceat, nec ne. *Anton.
Gabriel.dict.concl.23.n.5. Ioh.Baptiſta à Villalob.in
comm.opin ſub.lit.T.n.121. Henr Bocer. in tract de
quæſt.& tort cap.3.n.56. & ſeqq.* ubi etiam rationes
huius diſtinctionis adducit, *Iul.Clar. libr. 5.
ſentent.* §. *ult. quæſt.* 21.*n.*38. At reiectis hiſce di- 58
ſtinctionibus, ſententiæ *Octav. Vulpel in tract.
de pace.q.27 n.7.& ſeqq & Ioh Zanger.dict.c.2.n.*
121. lubens ſubſcribo, qui generaliter, ac indifferenter
ſtatuunt, quòd indicium commiſſi criminis
ſit ad torturam ſufficiens: ſi Reus, qui de
crimine inculpatur, tranſigat, vel paciſcatur cũ
eo, à quo ſui accuſationem metuit: etiamſi crimen
ſit eiusmodi, de quo tranſigere vel paciſci
licet. Etſi enim de crimine capitali excepto adulterio,
tranſigere vel paciſci prohibitum non
ſit, *l.tranſigere.*18.*C.de trãsact.* eâque transactione
Reus adverſus accuſatorem ſe tueri queat,
nec pœnâ puniatur, quæ aliàs accuſatorem corrumpenti
infligitur. *Anton. Delrio ad dict.l.tranſigere.n.62.C.de transact* Attamen hoc manet, 59
quòd transactio hæc inducat præſumptam delicti
probationem, *Zanger. dict.cap.* 2.*num* 122.
Quâ ſtante, iudex ex officio inquireret, ad torturam
devenire, Reumque confeſſum condemnare
poteſt; cùm pacta privatorum iuri publico
derogare non poſſint. *l.45.§.ult.ff. de Regul.Iur.l.jus publicum.39.ff. de pact.l. quod de bonis.§.1.l.Sejus.ff.ad Leg.Falcia.*

Per id tamen haudquaquam iudicis arbi- 60
trium excluſum eſſe volo: qui ſi ex iuſtâ ac rationabili
cauſa (veluti quòd transactio facta
ſit gratis, aut cum expreſſa proteſtatione, quòd
per hanc crimen Reus fateri nolit, vel ad redimendam
vexam, & evitandum onus ſumtuum
ac litis) aliiſque circumſtantiis levitatem

tem indicii, Reiq; innocentiam deprehendat; quin veniam Reus mereri debeat, ambigendũ prorſus non eſt: *prout ſæpius obſervatum ſcio.*

Q. 8. Auxilium facinoroſis præſtitum an & quãdo ſufficiens ſit ad torturam indicium?

61 SEPTIMO: Indicium prætereà ad torturam præbet auxilium & præſidium hominibus facinoroſis præſtitum: Vt ſi quis eos ſcienter & doloſè receperit, delictum occultaverit, res ablatas vendiderit, de iisdem participaverit, aliove modo iis adiumenta ſubminiſtraverit. Qua de re clara extat Sanctio Carolin. in *art. 40. Ordin. Crim.* **So einer wiſſentlich oder gefährlicher weiſe/von geraubtem oder geſtohlenem Gut/Beute oder Theil nimpt/oder ſo einer die Thäter wiſſentlich oder gefährlicher weiß ätzt vnd tränckt/auch die Thäter oder obgemeldt vnrecht Gut gar/oder zum theil wiſſentlich annimpt/heimlich verbirget/beherberget/verkaufft/oder vertreibet/oder ſo jemand den Thäter ſonſten in andere dergleichen Wege gefährliche Förderung/Rath oder Beyſtand thut/oder in jhren Thaten vnziemliche Gemeinſchafft mit jhnen hätte/iſt auch eine Anzeigung peinlich zu fragen/***&c.* Qui textus licet de furto & rapinâ propriè loquatur, attamen quin idem in aliis criminib. obtineat, dubium
62 non eſt. Nam ut *Iacob. Cujac.* ait, *in parat. C. de iis qui latron. vel al. crim. Reos occult.* hoc naturâ ſimile fit, facere ſcelus & probare. Vnde & receptatores furum, pari cum furibus puniendos pœnâ, dicitur in *l. eos. C. de furt. l. 1. ff. de recept. Iul. Clar. in pract. § ult. quæſt. 90. num. ult. Ioh. Zang. in tract. de quæſt. & tort. cap. 3. n. 131. & 186. Marc. Anton. Blanc. de indic. n. 202. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 89. n. 108.*

63 Quod ipſum tamen duplici modo limitandum eſſe puto: 1. Vt adverſus eos ſolùm indicium oriatur, qui ſcienter & doloſè facinoroſos receptant, iisve auxilium & opem præbent, ut patet ex verb. *dict. art. 40.* **wiſſentlich vnd gefährlicher weiſe/***&c.* Nam qui ignoranter aut coactè hoc faciunt, pœnam non merentur, ac proinde ex hoc quod auxilium præſtiterint maleficis, contra eos nullum indicium eſt ad torturam. *Matth. Stephan. in not. ad dict. art. 40. Johan. Zanger. dict. cap. 2. n. 191. Henric. Bocer. in tract. de quæſt. & tort. cap. 3. n. 68.*

64 2. Ceſſat hoc indicium, quando iudex pro diſcretione ſuâ animadvertit, non tam doloſe & animo delictum approbandi, quàm aliâ quâdã rationabili ex causâ auxilium fuiſſe præſtium: Nam ex mente & intentione receptatoris vel auxiliatoris de hoc judicandum eſt. Vnde fit, 65 quòd indicium ſufficiens ad torturam non oriatur adverſus eos, qui fugã Reorum juvant; quia hoc ex commiſeratione facere præſumuntur. *l. 7. §. idem Labeo quærit. 7. ff de dol. mal. § ult. Inſt. de Leg. Aquil.* Niſi circumſtantiæ contrariam inducant præſumptionẽ; ut ſæpiſſimè fit in furto & rapinâ, ubi lucrum ſperatur. *Bocer dict. cap. 3. n. 71.* Sic & veniam merentur, & ſuſpectos ſeſe 66 non reddunt, qui Criminis Reum Cognatum vel affinem ſuum recipiunt. *Ioh. Zanger. dict. c. 2. n. 131. Gandin. de malefic. Rubr. de præſumpt. & indic indubit. n. 18. Blanc. de indic. n. 202.* Quamvis nec hoc ſemper indubitatè procedat, *l. 2. ff. de recept. Bocer. dict c. 3. n. 69.* Vt ſic judicis arbitrio relinquendum exiſtimem, an indicium hoc caſu ſufficiens oriatur adverſus receptatorem, necne.

Huic indicio addi quoque poteſt illud: Si 67 quis Reorum cauſis apertè faveat & inſcio Magiſtratu captivi, pretio interveniente pro liberatione ejus paciſcatur, & pretium ſibi vel numerari ſinat, aut pro eo fidejubeat: Quæ duo ſive conjunctim, ſive disiunctim appareant indubitatum indicium faciunt auxilii præſtiti, ex quo iudex tutò ad tormenta devenire poteſt, *dict. art. 40. Ordin. Crim. §.* **Wenn einer Gefangene.** verb. **So ein verdächtlicher/dem man in der Sache nicht viel guts vertrawet/aber partheylich/vnd auff der Thäter ſeiten auß guten Vrſachen hält/ohne vorwiſſen der Gefangenen Obrigkeit/Vorträge vnd Schatzung gemacht/vñ die Schatzung annimpt/oder Bürge darüber wird/dieſe ding ſind Warzeichen/die ein redliche Anzeigung der mißthätigen Hülff halber/machen vnd peinlich zufragen.** *ubi Matth. Steph. Georg. Rem. in Nemeſ. Karul.*

68 Hæc ſunt principaliora indicia propinqua, certa & ad torturam ſufficientia, omnibus criminibus communia, ex quibus de aliis quoq; pro ratione circumſtantiarum cuiusq; facti & criminis ſeſe offerentibus, prudens iudex facilimè iudicare poterit, *arg. art. 24. Ordin. Crim.*

QVÆSTIO CXXII.

De indiciis, quæ ſingulis criminibus peculiaria, & ad torturam inferendam ſufficientia habentur?

SVMMARIA.

1. Indicia hæc varia ac difformia ſunt.
2. In crimine Homicidij ſuſpectus eſt, qui in loco delicti deprehenditur cum armis aut veſtibus ſanguine conſperſis. n. 3. 4.
5. Aut qui ex rebus occiſi quid apportaverit, vel vendiderit.
6. Modò delatus contrarium docere nequeat.
7. Confeſſio occiſoris allegantis moderamen inculpatæ tutelæ, facit indicium ad torturam. n. 8. 9.
10. Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.
11. Homicidij in rixa perpetrati indicium eſt, ſi quis cum interfecto altercaverit, eumq; percuſſerit. 12.
13. Nemo torquendus propterea, quod Rixa interfuerit.
14. Sufficiens hoc caſu indicium eſt, ſi alicujus enſis vulneri accommodetur.
15. Emtio veneni quando & quatenus faciat indicium Veneficij adverſus ementem. numer. 16. 17. 18.
19. Infanticidij indicium eſt, ſi Virginis uterus intumeſcat & mox macra exiſtat.

20. Modò certa accedant requiſita.n.21.
22. Fœmina lac in mammis habens, quatenus ſit gravata ad torturam.n.23.24.
25. Occultatio impragnationis & puerperii indicium facit ad torturam.n.26.
27. Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.
28. Sufficiens indicium non eſt ad torturam, ſi in præſentia Rei ſuſpecti, cadaver ſanguinem effundat.n.29.30.31.32.33.34.
35. Sententia Scabinorum Lipſenſium.
36. Niſi alia concurrant adminicula.
37. Reſponſa Scabinorum Lipſienſium.
38. Sepultura non facit indicium contra ſepelientem.
39. Furti & rapinæ indicium num oriatur adverſus eum qui rem ſubtractam poſſidet, & titulum docere nequit? n.40.
41. Titulum poſſeſſionis an hoc caſu poſſeſſor docere teneatur.n.42.
43. Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.
44. Quando & quibus caſibus hoc indicium ſufficiens non ſit.n.45.46.47.
48. Reſponſum Scabinorum Lipſienſium.
49. Qui magnos ſumtus facit, aut ſub tò locuples exiſtit, quando fiat ſuſpectus de furto aut Rapinæ? n.50 51.52.
53. Claves adulterinæ quando faciunt aliquem ſuſpectum de furto.n.54.
55. Confeſſus aut convictus de uno furto, deprehenſus in loco furti alterius commiſſi, de eo quoque ſuſpectus eſt.
56. Admodum gravatur qui viſus eſt ſub pallio quid portare.n.57.
58. Suſpectus eſt is de furto, cuius ſcalæ reperiuntur poſita ad feneſtram domus, ubi furtum fuit commiſſum.
59. Ex auxilio furibus præſtito, quale oriatur indicium.
60. Sortilegii indicia quænam ſint.n.61.62.63.64.65.66.67.68.
69. Quid habendum de indicio, quo Sagæ per lictorem in aquam adjiciuntur.
70. Indicia adulterii & ſtupri quænam ſint.n.71.72.73.74.75.76.
77. Confeſſio unius adulterii num faciat indicium adverſus coadulterantem.n.78.
78. Sententia Scabinorum Lipſenſium.
80. Indicium incendii quodnam.n.81.82.
83. Proditionis indicium.
84. Indicium falſificationis monetæ quodnam.
85. Ex principalioribus indiciis de aliis quoque judicandum eſt.

DUpliciter potiſſimùm indicia ad torturam habendam conſiderari poſſe, dixi *quæſt.*120.*num.9*. Nempe quatenus omnibus delictis ſunt communia: Vel certorum criminum propria. *Rubr.art.25. & 33.Ord.Crim. Matth.Steph.ad dict.art.25. Joh.Zanger.in tract. de quæſt.& tort.cap.2 n.15.* Perſpectis itaque indiciis communibus, de hiſce quoque paucis agendum reſtat.

1 Licet autem certo certius ſit, indicia hæc perinde ac illa pro circumſtantiarum mutatione varia ac difformia eſſe, nec omnia enumerari poſſe; Attamen quum frequentiorum quorundam delictorum indicia communiora referat Sanctio Carolina, quibus & alia vulgò *Interpp.* addunt; eadem, ac quidem principaliora hîc repetere lubet, de aliis remitto lectorem benevolum ad *Dd.* qui ex profeſſo de indiciis ſcripſerunt.

§ 1. Quænam ſint indicia principaliora ad torturam ſufficientia in crimine homicidii?

2 Ac primò in Crimine Homicidii, indicio ad torturam ſufficienti gravatum eſſe putat Carolus V. Imper. eum, qui eo loco & tempore, temporisque momento, quo homo necatus dicitur, aut propinquo, viſus vel deprehenſus fuit cum armis aut veſtimentis ſanguine conſperſis, in *art.33. Ord.Crim.* Ibi: *Item*, **So der Verdachte vnd Beklagte deß Mords halber/ vmb dieſelbige Zeit/als der Mord geſchehen / verdächtiger Weiſe/mit blutigen Kleidern / oder Waffen geſehen worden/das iſt für ein redlich Anzeigung anzunehmen / vnnd peinliche Frage zu gebrauchen/***&c.* Etenim ſi quis deprehendatur in loco, ubi homicidium fuit perpetratum, exinde oriri indicium, dixi *ſupra quæſt.*120.*num.* 30. quod tamen remotum eſt, & per ſe absque aliis adminiculis ad torturam haudquaquam ſufficit, *art. 25. verſ.* **Zum andern** *junct. art.27.* 3 *Ord.Crim.* Si verò hoc accedat, ut deprehenſus fuerit viſus cum veſtimentis, aut armis ſanguine madefactis, nemo negabit, tùm Reum ſatis ſuſpectum eſſe, & prægnanti ſuſpicione gravatum, ac propterea torturæ ſubjiciendum. *Hippol.de Marſil.in rubr.C.de probat num.237.Ioh. Zang. in tract.de quæſt.& tort.cap.2.n.153. Ioſeph. Maſcard.de probat.volu.2 concl.867.n.25. Iacob. Menoch.de arbitr.jud.quæſt lib.2.cent.3. caſ.270. n.18. Proſper Farin.in prax.crim.libr.1 tit.5.quæſt. 52.num.50 & ſeqq.Jul.Clar.in pract.§.ult quæſt.21. num.*40. ubi dicit: ſi aliquis viſus ſit exire ex aliqua domo gladio ſanguinolento, & cum facie pallida; quæ domus non habeat niſi unicum oſtium, & intus reperiatur homo mortuus, tale indicium eſſe ad condemnationem ſufficiens: Quod ipſum tamen poſtea reſtringit ad pœnam extraordinariam: nec immeritò, quia 4 ex præſumptionibus etiam indubitatis mortis ſupplicio nemo puniendus eſt, *art.22.Ordin. Crimin.* Sed non video, quare extraordinaria pœna hoc caſu ſit Reo imponenda, cùm per tormenta veritas ac confeſſio tutò erui queat.

Quin & ſi quis ipſemet cum gladio ſanguinolento in loco homicidii perpetrati non deprehendatur, ſi tamen culter aut enſis ejus ſanguine madefactus ibidem reperiatur, non minus eum criminis ſontem præſumi, niſi demonſtrare queat, ſe enſem alteri commodaſſe, vel ſibi ſubtractum fuiſſe, dixi *quæſt. præced. num* 6.7.8. Conſentit *Iohan.Zanger.dict.cap.2. num.*154.

Huic indicio Imperator Carolus V. addit & illud: *Si quis ex interempti rebus quid acceperit, aſportaverit, vendiderit aliove modo alienaverit, aut penes ſe retinuerit, dict.art.33.Ord.Crim.* 5 In verb. **Oder ob er deß Ermordeten Haab genommen/ verkaufft/ vergeben/ oder noch bey jhm hätte/das iſt für ein redlich Anzeigen anzunehmen/**

nehmen / vnd peinliche Frage zu gebrauchen / *&c. ubi Matth. Stephan. & Iohan. Zanger. dict. cap. 2. num.* 155.

6 Sed hæc duo indicia diluuntur, ſi delatus contraria argumenta & præſumptiones adducendo probet, ſe juſto titulo res eas poſſidere vel alios quoque in loco delicti adfuiſſe, ac homicidium in rixa perpetratum fuiſſe, unde veſtes ipſius ſanguine fuerint conſperſæ, &c Quæ probationes admittuntur, diſponente ita Imperatore *dict. artic. 33. in fin.* **Er könnte denn ſolchen Verdacht mit glaubiger Anzeigung oder Beweiſung ableinen / das ſoll vor aller peinlichen Frage gehört werden.** Vide *Nicol Boër. deciſ.* 156. *n. 2. Jacob. Menoch. lib* 1. *præſumpt. quæſt.* 89. *n* 100.

7 Præterea in homicidii crimine ſufficiens indicium facit *Confeſſio Rei, aſſerentis ſe ad defenſionem necaſſe:* Hæc confeſſio, quia pura non eſt, ſed qualificata, ad condemnationem perveniri haud poterit; quia tum demum gladii pœna irroganda venit, ſi Reus purè confeſſus, aut probationibus luce meridiana clarioribus convictus fuerit. *l. ſciant C. de probat. Andr. Gail. lib.* 1. *de pac. publ. cap.* 17. *n* 3. *Joh. Harppr. & §. item Lex Cornelia de Sicariis. n.* 108. *Inſt. de publ jud.* Quare rectiſſimè hoc caſu faciet judex, Reum torturæ ſubjiciendo, ad eruendam veritatem, an dolosè, vel ex defenſione occiderit. *Bartol. in l. Aurelius §. item quæſt ff. de liberat. leg. Nic. Boër. deciſ.* 164. *n.* 15. *Joh Zang. in tract de quæſt. & tortur.*

8 *c. 1. num.* 83. *in fin.* Quod in foro Saxonico minus dubium eſt, ob claram diſpoſitionem D. Auguſti Elect. Sax. in *Conſt.* 8. *part.* 4. In verb: **Dennoch aber / ſo ſeynd vnſere Verordnete deſſen einig / daß zu Erkundigung der Warheit dißfals / dem / der ſich zur That bekennet / vnd doch der** Defenſion **halber nichts beweiſen kan / die ſcharpffe Frage zu erkennen ſeyn ſoll.**

9 Probè tamen notandum, ad torturam tum demum eſſe deveniendum hoc caſu, ſi aliæ probationes defenſionis deficiant, *in verb.* **Vnd doch der** Defenſion **halber nichts beweiſen kan.** Quod exaudiendum quoque puto de præſumptionibus & conjecturis, quibus defenſio probari poteſt, *d. Conſt.* 8 *p.* 4. Quoniam contra dolum præſumptum contraria probatio præſumptiva recipitur. *Jaſon. in l. ut vim.* 3. *ff de juſt. & jur. num.* 7. Et ad probandam innocentiam ſufficiunt probationes imperfectæ & fictæ. *Henric. Bocer. libr. 2. de duello. cap.* 10. *num.* 86. *Nicol. Boer. dict. deciſ.* 164. *num.* 17. *Petr. Theodor in Coll. crim. diſput. ult. theſ. lit.* C. *Matth. VVeſemb. part.* 1. *conſ.* 19. *n.* 61. *& ſeq. Andr. Gail. lib.* 1. *de pac. public. cap.* 15. *n.* 21. *& cap.* 16. *num.* 22. Quin & conſultius facit Iudex homicidii Reum præſumptionibus & conjecturis defenſionem docentem, à pœna mortis abſolvendo, & extra ordinem puniendo, quàm tormentis ſubjiciendo: ne forſam ſi in tortura defenſionem cum omnibus qualitatibus obtinuerit, omnem planè pœnam evadat, ut monet *Hartman. Piſtor. obſervat.* 125. *num.* 23.

10 *Quare nec Domini Scabini hoc caſu torturã decernere ſolent, niſi probationes ac præſumptiones reliquæ deficiant: prout patet ex eorundem reſponſis adductis, ſupra part.* 1. *quæſt.* 33. *num.* 74. *& ſeqq.*

11 Similiter Homicidii in rixa commiſſi indicium oritur ex eo, quòd accuſatus vel inquiſitus viſus fuit cum interfecto altercari, eique cultello, gladio, vel alio armorum genere vim inferre. Militat enim præſumptio contra eum, qui rixæ author eſt, & inimicus occiſi: cui præſumptioni ſi hoc indicium ſuffragetur, quòd nempe percuſſerit, dubium non erit quin Reus ſatis gravetur ad ſuſtinendam torturam *Iohan. Zanger. in tract. de quæſt. & tortur. cap. 2. num.* 161. 162.

Q. 2. Indicia homicidii in rixa commiſſi quænam ſint?

12 Quod maximè verum eſt ſi arma, quibus uſus eſt percuſſor, ſanguinolenta fuerint, *art.* 34. *Ord. Crim.* In verb: **Iſt denn der Verdachte bey dem Schlagen / auch mit dem Entleibeten wiederwertig geweſt / ſein Meſſer genommen / vnnd auff den Entleibeten geſtochen / gehawen / oder ſonſten mit gefährlichen Streichen geſchlagen / Solches iſt eine redliche Anzeigung der geübten That halber vnd peinlich zu fragen / vnd wird ſolcher Verdacht noch mehr geſtärcket / wo ſeine Wehre blutig geſehen worden wäre / rc.**

13 Propterea autem quòd quis tantummodò rixæ interfuerit, nemo torquendus eſt, niſi adminicula alia prædictis ſimilia concurrant, ut patet ex *verb. fin d. art.* 34. **Wo aber ſolches oder dergleichen Verdacht nit vorhanden / ob er denn gleich vngefährlicher Weiſe bey dem Handel geweſen / ſoll er peinlich nicht gefragt werden.** Quænam indicia æquipollentia ſint non exprimitur, proin judicis arbitrio hoc relinquendum eſt. *Matt. Steph. in not. ad d. art.* 34 *Ord. crim. Ioh. Zang. d. c. 2. num.* 164 ubi dicit, præcipuum ac ſingulare quoq; eſſe indicium, ſi quis præter morem aptatus, & armis præparatus venerit ad eum locum, in quo rixa poſtmodum facta ſit; Cui & ego hoc 14 addo, ſi alicujus enſis præ aliis vulneri magis aptari queat; Tùm licet alii rixæ quoq; interfuerint; attamen contra hunc ſolum præſumptio & indicium perpetrati homicidii exoritur, ut torturæ ſubjici queat, præſertim adminiculis aliis concurrentibus.

Id quod in Electorali Saxon. Scabinatu ſæpius practicatum memini.

15 Homicidii quoque veneno commiſſi, ſive Veneficii criminis indicium quoddam peculiare ponit Carolus V. Imp. ſi ſcil. accuſatus vel inquiſitus venenum emerit, aut præparaverit in *Ord. Crim. art.* 37. *item:* **So der Verdachte überwieſen wird / daß er Gifft gekaufft / oder ſonſt damit vmbgangen / rc.** Etenim quia Pharmacopæis, Aromatariis, aliisque qui Mercurium, Opium, Antimonium, aliaque venena tractant, & venenum exponunt, prohibitum eſt, absque ſpeciali permiſſione cuidam vendere, *d. art.* 37. *in fin. l.* 3. *in pr. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. l* 35. §. *venen. ff. de contr. empt.* utique necato quopiam per venenũ, non niſi contra eum, qui venenum emit, ſuſpicio poteſt oriri. *Matth. Steph. in not. ad d. art.* 37. *Joh Zang. d. c. 2. n.* 172.

Q. 3. Indicium Veneficii quodnam?

16 Circa hoc tamen indicium duo probè notanda veniunt; *Primò:* Quòd illud tum

demum ad quæſtionem habendam ſit idoneum atque ſufficiens, quando aliud quoddam adminiculum concurrat; Veluti ſi inculpatus cum eo, qui veneno dicitur extinctus, inimicitias capitales geſſiſſe, aut ex morte hereditatem, aliudvè commodum ſperaſſe, dignitatisve prærogativam, officii, munerisve ſucceſſionem expectaſſe, probari poſſit, aut eâ morum ſit levitate, ut veneficium perpetraſſe probabiliter credatur, *dict.artic.37.* verb. vnd der Verdachte mit dem Vergifften in Vneinigkeit geweſen / oder aber von ſeinem Todte / Vortheils oder Nutz wartend wäre / oder ſonſt eine leichtfertige Perſon / zu der man ſich der That verſehen möchte / das macht eine redliche Anzeigung der Miſſethat / ꝛc. *ubi Matth.*
17 *Steph.* Quale adminiculum quoque eſt, ſi Reus venenum emerit, aut præparaverit, emtum autem vel præparatum à ſe, coram Magiſtratu aut judicio negarit, ac nihilominus de hoc convictus fuerit; Cum indicio namque ex emtione veneni exorto, quod per ſe emptorem ſuſpectum reddit, *arg.l.quod ſæpè 35. § veneni.2.ff.de contr.emt.Bart.in l.1 ult.notab.ff.de parric.* concurrit mendacium, quod magiſtratui dictum, magnum ſcelus eſſe putatur; adeoque prius indicium in tantum aggravat, ut dubitandum non ſit, quin inculpatus ſub tormentis interrogari debeat: qua de re textus eſt clarus in *dict.artic.37. verſ.* So einer Gifft kaufft / vnd deß vor der Obrigkeit in längnen ſtünde / vnd doch deß Kauffs überwieſen würde / macht auch gnugſame Vrſachen zu fragen / wozu er ſolch Gifft gebraucht / oder brauchen wollen.

18 *Secundò*: Notabiliter hoc indicium eſt reſtringendum ad eum ſolummodò caſum, quo quis juſtam ac probabilem cauſam, quare venenum emerit, indicare nequit. Nam ſi docere poſſet, ſe veneno aliam ob cauſam probabilem & non prohibitam uſum fuiſſe, veniam mereri debebit, ut maximè inimicitiam habuerit cum venenato, aut aliàs perſona fuerit ſuſpecta, *dict. artic.37.* In verb. Er könte denn mit gläublichem Schein anzeigen / daß er ſolch Gifft zu andern vnſträfflichen Sachen gebrauchet hätte / oder brauchen wollen. *Zang.dict.cap.2.num.172. Iodoc.Menoch.lib.1.præſumpt.quæſt.89.n.123.& ſeq.*

Q.4. Quanam ſuſpiciones de infanticidio Reum ſuſpectum reddant?

19 Porrò Infanticidii (quod etiam homicidii eſt ſpecies quædam) indicium facit ad torturam ſufficiens, ſi virginis uterus ſucceſſivè intumeſcat, & mox macra & livida exiſtat, *Ordin.Crimin.Carol.artic.35.* So man eine Dirne / ſo für eine Jungfraw gehet / in Argwohn hat / daß ſie heimlich ein Kind gehabt / vnd ertödtet habe / ſoll man ſonderlich erkunden / ob ſie mit einem groſſen vngewöhnlichen Leib geſehen worden ſey / Mehr / ob jhr der Leib kleiner worden / vnd darnach bleich vnd ſchwach geweſen ſey / ſo ſolches erfunden wird / ꝛc. Vnd ſie will die That dennoch nicht bekeñen / mag man ſie peinlich fragen.

20 Quod tamen cum grano ſalis accipiendum eſt: 1. Si nempe puella illa de ſtupro furtim paſſo ſuſpicioni locum relinquat, quòd moribus virgine indignis, fronte procaci, & ore liberiore judicetur, *dict. artic.35.* In verb. Wo dann dieſelbe Dirne eine Perſohn iſt / darzu man ſich der verdachten That verſehen mag /
&c. ubi Matth Stephan. 2. Si ab honeſtis obſte- 21
tricibus vel matronis peritis tacta inſpectaque peperiſſe deprehendatur, *in verb.dict.artic 35.* Soll die durch verſtändige Frawen an heimblichen Stetten / als zu weiter Erfahrung dienſtlich iſt / beſichtiget werden / würde ſie denn daſelbſt auch argwöhnig erfunden / vnd will die That dennoch nicht bekennen / mag man ſie peinlich fragen. Etenim quia tumor uteri aliunde contingere poteſt, haud immeritò, priusquam ad quæſtionem deveniatur, exigitur, ut virginitas non tantùm corrupta per inſpectionem deprehendatur, ſed etiam ut mulieres deponant, accuſatam enixam eſſe. Creditur enim hoc caſu in arte peritis obſtetricibus ſeu matronis. *Joſeph. Maſcard.de probat.vol.2.concl.1410 n 15.&16. Johan.Zanger.in tract. de quæſt. & tortur.cap.2. num.168.* maximè ſi mediante juramento depoſuerint: quod omninò neceſſarium eſt. *Jacob. Schult.in addit.ad Modeſt.Piſtor.part.3.quæſt.130. num.78.& part.4.quæſt.142.num.11.*

Aliud quoque Infanticidii, à matre commiſſi indicium ad torturam adducit Imp. in *art.* 36. Videlicet, *ſi mulier, quæ de crimine infanticidii ſuſpecta eſt, lac in mammis habeat*, quod ex uberibus adhuc profluat, *in verb.* Wo aber das Kindlein ſo kürtzlich ertödtet worden iſt / daß der Mutter die Milch in Brüſten noch nicht vergangen / die mag an jhren Brüſten gemolcken werden / welcher denn in den Brüſten rechte vollkommene Milch erfunden wird / die hat deßhalben ſtarcke Vermuthung peinlicher Frage halber wieder ſich / ꝛc. Quare ſi hoc indicium appareat in muliere, tùm, quando infans ab hac luce ſubtractus in platea, fluminibus, cloacis, vel aliis in locis reperitur, ambigendum non eſt, quin ea tormentis ſupponi poſſit. *Iohan.Zanger.in tract.de quæſt. & tort. cap.2.num.169. Matth.Steph.in not.ad dict.art.36.* 22

Quod tamen non aliter accipiendum, quàm ſi quædam alia adminicula concurrant; Quippe, quod naturalium rerum indagatores prodiderunt, fieri quandoque, licet raro, ut fœmina, quæ gravida non ſit, neque etiam pepererit, lac habeat ſuppreſſis ſcilicet menſibus, quod & non modò in virginibus, ſed etiam viris accidere poteſt, prout refert *Matth.Steph. in dict.artic.36.* ex *Gregorio Horſtio in tract. de corpore human.lib.1. Exercit.7.quæſt.8.* fuiſſe quendam Baronem, qui quoties voluit, mammis lac expreſſit. Ideoque adverſus ejuſmodi mulierem lac habentem ad torturam tum demum procedendum, ſi alia indicia concurrant; veluti quod inſpectis per obſtetrices genitalibus corporis partibus, recens peperiſſe inveniatur, Sanciente ita Imp. verbis diſertis in *dict.*
artic.36. Nachdem aber etliche Leibärtzte ſagen / 24
daß auß etlichen natürlichen Vrſachen etwan eine / die kein Kind getragen / Milch in den Brüſten haben möge / darumb / ſo ſich eine Dirne in dieſen Fällen alſo entſchuldiget / ſoll derhalben 23

durch die Hebammen/oder ſonſten weitere Erfahrung geſchehen/*ubi Matth.Steph.*

25 Pariter etiam in hoc infanticidii crimine indicium ad torturam ſufficiens facit; *ſi infantem mortuum ſe peperiſſe fateatur mulier*, quæ antea partum in utero clam geſtavit, eundemque ſtudio ſola enixa eſt, ne aliarum mulierum interventu res patefiat, ſuſpicio enim tum urget, partum fuiſſe enecatum, ac propterea ſi mater hanc ſuam exceptionem, quòd mortuum infantem peperit, probare nequit, ſub tormentis interrogare debet: prout textus eſt manifeſtus in Sanctione Carolina *artic.*131. verb. **Doch ſo ein Weibsbild ein lebendig / gliedmäſſig Kindlein alſo heimblich trägt / auch mit Willen allein vnd ohne Hülffe anderer Weiber gebiert / welche ohne hülffliche Geburt mit tödtlicher Verdächligkeit geſchehen muß / ſo iſt deßhalben keine gläublicher Vrſach / denn daß dieſelbe Mutter durch boßhafftigen Vorſatz vermeynet / mit Ertödtung deß vnſchuldigen Kindleins / daran ſie vor/in/oder nach der Geburt ſchuldig wird / jhre geübte Leichtfertigkeit verborgen zu halten / darumb wann eine ſolche Mörderin vff gedachter jhrer angemaſten vnbeweiſten Entſchuldigung beſtehen bleiben wolte / ſo ſoll man ſie mit peinlicher ernſter Frage zu Bekänntnuß der Warheit zwingen ꝛc.** *ubi Georg. Rem. in Nemeſ. Karul. & Matth.Stephan.dict.artic.131.& in not.ad art.36.*

26 Eo ipſo enim dum mulier graviditatem occultavit, & remotis mulieribus, ac obſtetrice gignere voluit, fraudulenter ac doloſè verſata eſt, unde facilimè indicium ad torturam ſufficiens oriri poteſt. *Jaſon.in l.cum ea.num.4.& 5. C.de tranſact. Matth Stephan.in dict.artic.36. Ordin.Crimin.*

27 *Hocq; indicio ſæpiſſime ad decernendam torturã in crimine infanticidii moventur Dn.Scabini in hunc modum reſpondentes*: **Dieweil ſie aber dennoch die Schwängerung vnnd Geburtszeit heimblich gehalten/ꝛc.**

Q.5. An ſufficiens ad torturã ſit indiciũ, ſi cadaver hominis occiſi in præſentia eius qui de homicidio ſuſpectus eſt, ſanguinem effundat?

28 Cæterùm, accidit ſæpiùs, ut homicidio, veneficio aut infanticidio commiſſo, cadaver hominis interfecti in præſentia ejus, qui de homicidio vel infanticidio ſuſpectus ſit, ſanguinem effundat, unde diſceptari ſolet: *num hoc ipſum indicium præbeat ad torturam propinquum & ſufficiens?* Quod haud pauci affirmant, non deſtituti, ut ſibi videntur, rationibus Phyſicis, & Metaphyſicis, quas referunt *Petr.de Apono.in comment ſuper probl. Ariſt.in 7.part probl. 6.col.2.verſ deinde Levin Lemnius lib.2.de occult. natur.miracul.cap.7.Claud.in addit.ad Bertazzol. lib.2.conſ.320.n.6.lit.A.* Neque variis exemplis, quòd ſanguis in præſentia Reorum ex cadaveribus occiſorum emanaverit, ut videre eſt apud *Nicol Bocer.deciſ.166.num.1. Anton.Gomez.tom.3. variar.reſol.cap.13.n.15.Hipp.de Marſ.in pract.crim. § diligenter.n* 181. *Par.de Puteo in tract.ſyndicat. verb.tort cap.3.*

29 Quin & ſacris literis hanc ſententiam non adverſari, videtur probare textus Biblicus in *cap.4 Geneſ.verſ.*10.ubi Jehova *Vox*, ait, *ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* A qua opinione etiam alieni non ſunt *Jac.Menoch.lib.2.de arbitr. jud.quæſt.caſ.270.n.16.&ſeq.& lib.1.de præſ.quæſt. 89.n.128.Chilian.* **König** *in proceſſ.judic.tit.* **Von dem erforſchlichen Gericht** *cap.* **von der ſcharpffen Frage.** *num.12.*

Sed periculoſum admodum indicium hoc 30
eſt, ne dicam ſuperſtitioſum, quòd judex ſuo
intellectu aſſequi nequit: cui tamen maximoperè
incumbit arbitrari, num veriſimile ſit indicium
aliquod ad torturam, nec ne. *l.1.§.1 ff.de
quæſt.l.milites.8.§.oportet.C.de quæſt.* Vt maximè
enim rationes & exempla quædam proferantur;
dubia tamen ſunt, & ad torturam inferendam
infirmiora. Hoc etenim ſcimus, & ipſe- 31
met ex actis inquiſitionalibus ad Collegium noſtrum
tranſmiſſis compertum habeo, quoſdam
hoc indicio ſæpè falsò eſſe notatos, ut & illud,
quòd vero homicidii Reo præſente, interfectus
homo ne guttulam quidem ſanguinis egeſſerit:
Cùm tamen Deus, qui juſtus eſt, nolit nocentem
manere impunitum, aut inſontem damnari.
Nec quicquam movet textus biblicus in *Geneſ.* 32
*cap.4.v.*10. quo nihil aliud probatur, quàm Deum
etiam occultiſſima videre ſcelera, eademq;
tandem graviter vindicare. Prohibet autem
ſcriptura indicium omne, quo Deus tentatur,
Deut.6 Matth.4. Quale hoc eſſe vix negari poterit,
ut latiùs deducit *Henr.Boc.in tract.de quæſt.
& tort.c.3.num.22.& Petr.Heig.part.2.quæſt.39.
num.96.& ſeqq.*

Quare cùm nec indicium hoc ullibi in jure 33
notatum reperiatur, prout aliàs notabilia ſpecialiter
notari ſoleant, *l.item apud 5.§.hoc edictum
26.ff.de injur.l.1.§.dixerit aliquis.2.ff de public.&
vectigal.l.3.§.1.verſ.niſi fortè ff Naut.Caup ſtabul.*
Nec Imp. Carol.V. ut maximè homicidiorum
commiſſorum varia indicia in Ordinatione judicii
criminalis recenſuerit, profluvii ſanguinis
mentionem ibidem faciat; Vtique nec indicium
hoc ad quæſtionem habendam per ſe
ſufficiens erit, nec inde ad torturam deveniri
poterit, ut rectiſſimè ſentiunt communiter
Dd. *Anton Gomez.dict.cap.13.n.15.Matth.Steph.* 34
*in not.ad art.33.in fin.Ord.Crim.Carol. Ioh.Zang.
in tract.de quæſt.& tortur.cap.2.n.160.Henr.Bocer.
dict.cap.3.n.22. Franc.Caſon.tract.1.de indiciis &
tort.cap.3 Petr.Heig.dict.part.2.quæſt.39 num 96.
& ſeqq.Petr.Theodor.in Colleg.Crim.diſput.9.theſ.
9 lit.H. Proſper Farin.in prax.crim.lib.1.tit.5.quæſt.
52.num* 136. *Ioſeph.Maſcard.de probat.vol.2.concl.*
867.*num.*24.

35 *Reſpondentibus ſic etiam Scabinis, ſuper ejusmodi caſu conſultis, licet fugæ indicium acceſſerat, hiſce ferè formalibus*: **Ob nun wol darauff deß Entleibten todter Cörper/ſo allbereit gar kalt/vnd erſtarret geweſen/ wie derſelbe für Gerichte getragen/vnd die 3.Gefangene für jhm geſtanden/aber jhn nicht angreiffen wollen/an dem empfangenen Schaden von newem/auch gar friſch Blut zu bluten angefangen/ vnd ſo lange/als die Gefangene dabey geſtanden/ geblutet(vngeachtet/daß das Blut/ſo auß der Wunden gelauffen/abgewiſchet worden/welches aber hernach/ſo bald die Gefangene vor Gericht abgetretten/ſich verſtopffet/ꝛc. So mag doch derowegen in mangel anderer kräfftigen** *indicien* **wider die drey Gefangene noch zur Zeit nichts peinliches vorgenommen werden/V.R.W.** *Ad requiſitionem Senatus Zvvickavienſis, Menſ.Ian.An.*1606.

Hoc

36 Hoc tamen non nego, quòd ſanguis interfecti profluens ante oculos occiſorum faciat indicium ad torturam, ſi alia adminicula concurrant non levia, ſed probabilia & veriſimilia *Iac.de Novell.in pract.& theoric.cauſar.crim.cap.1. n.73.Ioſeph.Maſcard.de probat.vol.2.concl.867. n.24.Claud.Bertazzol..concl.320.* ubi dicit, non temerè huic indicio fidem eſſe dandam propter naturæ viciſſitudinem & mutabilitatem, cauſarumque & caſuum incertitudinem ac varietatem.

37 *Veluti etiam concurrētibus aliis adminiculis cum emiſſione ſanguinis ex vulnere, vel etiam ex naribus aliisve partibus corporis, præſente inculpato, torturam decernere non dubitaverunt Scabini, ita pronunciantes Senatui in* Hain. *M.April. Anno* 1601.

Quæſtori in Lauchſtatt / *Menſe Ianuar. Anno* 1601.

Quæſtor.Bornenſi. Menſ.Novembr. Anno 1629.

It. Friederich Reſchken / zu Zadell. *Menſ.Iun. Anno* 1631.

Q.6. Num ſepultura faciat indicium contra ſepelientem de homicidio?

38 Quæri etiam hîc poſſet: *Num ſepultura faciat indicium ſufficiens ad torturam contra ſepelientem?* Quod ſimpliciter negat *Georg. Remus in Nemeſ. Karulin.in artic.33. Ordin. Crimin.* exemplo Tobiæ, qui mortuis atque occiſis ſepulturam ſolicitus exhibuit: Sed rectiùs hoc judicis arbitrio committit *Matth. Stephan. in not. ad dict. artic.* Cui ſubſcribere nil vereor: Quin & adminiculis aliis concurrentibus, ſepelientem torturæ omninò ſubjiciendum eſſe, exiſtimo.

Q.7. Furti & Rapinæ indicia communia quænam ſint?

39 Hactenus de homicidiis: Tranſeamus
ad Furta & Latrocinia, ubi haud leve indicium
facit ad quæſtionem habendam, *ſi res rapta aut*
furto ablata penes accuſatum vel inquiſitum repe-
riatur, qui tamen titulum poſſeſſionis legiti-
mum, vel dominii acquiſiti modum probare
nequeat; vel ſi is rem furtivam aut raptam abs-
que titulo legitimo habuerit, ac alii vendide-
rit, aliove modo alienaverit: Quem propterea
ſub tormentis interrogandum eſſe de rapina
40 aut furto commiſſo, ſtatuit Imp.Carol.V.in *ar-*
tic.43.Ord.Crim.in pr. So der Diebſtall bey dem
Verdachten gefunden/ oder erfahren wird/ daß er
den gar oder zum Theil gehabt / verkaufft / verge-
ben oder antworten hab / vnd ſeinen Verkauffer
vnd Wehrmann nicht anzeigen wolte/ ſo hat der-
ſelbe ein redliche Anzeigung der Miſſethat wider
ſich/ dieweil er nicht außführet / daß er ſolche Gü-
ter vngefährlicher / vnſträfflicher weiſe mit einem
guten Glauben an ſich gebracht habe. Idemque
in crimine Rapinæ diſponit in *art.38.Ord.Crim.*
So erfunden würde / daß jemand die Güter/ ſo
geraubet ſind /bey jhme / oder dieſelben verkaufft/
übergeben / oder in ander Geſtalt damit verdäch-
tiger Weiß gehandelt / vnnd ſeinen Verkäuffer
vnd Wehrmann nicht anzeigen wolte / der hat
eine redliche Anzeigung ſolches Raubes halber
wider ſich / dieweil er nicht außfündig macht / daß
er nicht gewuſt / daß ſolche Güter geraubet ſeyn/
ſondern die mit einem guten Glauben an ſich
41 bracht habe. Diſputant aliàs Dd. An is, penes
quem res furtiva aut rapta invenitur, cogatur
exhibere venditorem? Id quod negat *Roland à*
Vall. vol.1. conſ.45.n.44. Etſi verò regulariter
hoc conceſſerim; limitandum tamen id erit in
caſu rei, per furtum aut Rapinam ablatæ, & pe-
nes alium repertæ, qui titulum dominii & poſ-
ſeſſionis indicare tenetur, ob verba manifeſta
d.art.38.& art.43. (vnd ſeinen Verkäuffer vnnd
Wehrmann nicht anzeigen wolte.) Quin & *Ro-*
land.à Vall.d l. aſſertionem hanc, quòd ſcil. ne-
mo cogatur exhibere venditorem ſuum, ad e-
um reſtringit, contra quem nulla fraudis ſu-
ſpicio eſt. At quis inficias ire poteſt, ſuſpicio- 42
ne aliqua laborare illum, qui rem furtivam aut
raptam detinet? Ad quam ſuſpicionem pur-
gandam, ut autorem indicet, omninò compel-
li debet, niſi torturæ ſubjici velit, *arg.l 3.in fin.l.*
congruit.13.in pr.ff.de off.Præſid. Ioh.Zang.in tract.
de quæſt.& tort.cap.2.n.176. Ioſeph. Maſcard.de
*probat.vol.2.concl.833.num.*10. Atque hoc ipſum
indicium ſatis aliquem ſuſpectum reddere, pa-
tet quoque ex *l.2.& l.5.C.de furt.* ubi dicitur,
quòd in criminis ſuſpicionem incidat, apud
quem res furtiva reperitur. Cui haud parùm
etiam ſuffragatur Imper. Juſtin. in *§.conceptum*
furtum, verſ.cum enim. Inſtitut de oblig.quæ ex de-
lict.naſc. quando ſcribit, furti nec manifeſti ob-
noxium eſſe illum, qui rem furtivam ſuſcepit.
Jul.Clar.in pract.§ ult.quæſt.21.n.4. Anton.Fab.in
C.tit.de quæſt.defin.4.

43 *Ac ſecundum ea Dn.Scabini quotidiè torturam dictare ſolent illi, penes quem res furtiva aut rapta reperitur, ſi is titulum poſſeſſionis docere nequeat.*

44 *Limitandum tamen hoc eſt*: 1.Si is, penes quem
res furtiva aut rapta invenitur, ſit homo inte-
græ ac bonæ famæ, qui ex ſola inventione rei
furivæ aut raptæ haudquaquam præſumi de-
bet fur aut latro, ad hoc, ut quæſtioni ſubjici-
endus ſit, *arg.l.non omnes.5.§.6.ff.de re militari.*
Hipp.de Marſ.in pract.crim.§.diligenter.n.96.Iac.
Menoch.de præſ.lib.1.quæſt.89.n.141.& lib.5.præſ.
29.n.6. Iul.Clar.dict.quæſt.21.n.41.verſ. Hæc ta-
men concluſio Maſcard.d.concl.833.n.5.& 9. Sæpe 45
enim contingere poteſt, ut quis ignorans rem
apud ſe habeat furtivam, aut quæ cenſeatur
furtiva; cum tamen furti Reus non ſit, niſi qui
rei furtivæ ſcientiam habet, *l.12.l.eos qui 14.c.de*
furt. ſic & fieri poteſt, ut qui bona fide à fure,
vel quo alio rem furtivam emerit, aut quo alio
titulo acceperit *§.furtivæ quoq; res.Inſt.de Vſucap.*
Quare adverſus hominem bonæ famæ ex hoc
ſolo indicio ad torturam haud properandum
erit.

46 *Limitandum*: 2.Quando res furtiva aut rapta in alicujus quidem ædibus, ſed non in detentione ac poſſeſſione ipſius reperitur. Nam licet res furtiva aut rapta in domo aliqua inveniatur, exinde tamen non ſtatim ſequitur, à Domino ipſo domus iſtius furto aut rapina ſublatam fuiſſe; quum fieri potuit, ut à famulis aut ancillis fuerit ſubtracta. *Bald. in l. ſi poſt. num.4.C.quibus ad libert. proclam. non lic.* Quò & verba reſpiciunt juris Saxon.

in lib.2. **Landrecht.** *artic.*35. **Die handhaffte That iſt / daß er Dieberey oder Raub in ſeinen Gewehten hätte/ da er ſelbſt den Schlüſſel zutrüge an ſeiner Seiten.**

47 *Limitandum* 3. Ut ſufficiat in genere probari rem furtivam aut raptam fuiſſe emtam in foro, aut taberna publica, ubi communiter res ejuſmodi vendi ſolent, *arg. l* 3. *in pr.* § 1 *&* 2. *ad ff. SCtum Macedon. Iohan. Zang. in tract de quæſt. & tort. cap.*2.*n.*176 *in fin. Matt. Steph. in not. ad art.*38. *in fin. Ord. Crim.*

48 *Prout nuperrimè reſpondimus, ad requiſitionem Iohannis* **Weiſſen**/ *in* **Meinewee.** *Menſ. Ianuar. Anno* 1631.

Non minus quoque in furto & rapina, in-
49 dicium præbet ad torturam, ſi is de quo ſuſpicio
mota eſt, in loco criminis commiſſi, aut locis
propinquis majores, quàm per rem familiarem
poſſit ſumptus faciat, ac liberius, licentioſiusq;
pecunias profundat, vel ſubito locuples exiſtat,
qui antea in ſumma mendicitate vixerat, quem
propterea, ſi prodigalitatis, bonorumque incre-
menti idoneas edere cauſas nequeat, ſub tor-
mentis de furto aut latrocinio, in propinquis lo-
cis perpetrato interrogandum eſſe, tradunt *In-*
terpp. Salycet. in l. ult ff de quæſt. Blanc. in tract. de
indic. num. 421. *Iacob. Menoch. lib.* 5. *præſumpt.* 31.
50 *Ioh Zanger. dict. cap.* 2. *n.* 179. *&* 180. ubi dicit, hoc
inprimis procedere, quando gravatus hoc indi-
cio expenderit monetam ejusdem formæ, cujus
fuit moneta furto aut rapina ſubtracta. *Joſeph.*
Maſcard. de probat. vol. 2. *concl.* 831. *n.* 5.

51 Idque minus dubii habet in Imperio Romano Germanico, propter textum clarum in *Ordin. Crim. art.* 39. **So Reiſſige vnd Fußknecht gewöhnlich bey den Wirthen ligen vnd zehren/ vnd nicht ſolche redliche Dienſt/ Handthierung oder Gült/ die ſie haben/ anzeigen können/ davon ſie ſolche Zehrung ziemblich thun mögen/ die ſind argwöhnig vnnd verdächtlich zu viel böſen Sachen/ vnd allermeiſt zu Rauberey/** & *art.*43. *verſ.* **So ein mercklicher groſſer Diebſtal geſchicht/ vnnd jemand deß verdacht wird / der nach der That mit ſeinem Auffgeben reichlicher erfunden/ wird / denn ſonſt auſſerhalb deß Diebſtals ſein Vermögen ſeyn kan / vnnd der Verdachte nicht andere gute Vrſachen anzeigen kan/ wo jhm das angezeigte argwöhnige Gut herkommen / Iſt es dann eine ſolche Perſon / zu der man ſich der Miſſethat verſiehet/ ſo iſt ein redliche Anzeigung der Miſſethat wider ſie vorhanden** Ubi probè notanda ſunt verba finalia, ex quibus patet, tum demum ad quæſtionem habendam indicium hoc idoneum & ſufficiens eſſe, ſi homo ille ſit ejus conditionis, ut furtum id perpetraſſe credatur: quum varii ſint caſus honeſti, quibus quis repentè locuples effici poteſt, ut oſtendit textus in *l ſi defunctus.* 10. *in fin. C. arbitr. tutel & l.* 4 *§. deficientium ff. de muner. & honor.* quos tamen vir honeſtus quandoque tacere, quàm omnibus aperiri malit; ac ſemper præſumendum potius aliquod honeſtum, quàm inhoneſtum. *l merito §.* 1. *in fin. pr ff. pro ſocio. l.* 56. *ff. de reg. jur. Bald. ad l.* 6. *n.* 1. *ff. de his qui ſui vel alien. jur. ſunt. Jac Menoch. lib.* 2. *de arbitr. jud. quæſt. caſ.* 89. *n.* 23. Ideo nec aliter huic indicio fides habenda erit, quam ſi malæ famæ ac vitæ ſuſpicio concurrat, *Matth. Steph. in not. ad dict. art.* 43. *ubi & Georg. Rem. in Nemeſ. Karulin.*

Similiter quoque facit indicium, quando 52
furtum cum effractione commiſſum, & dela-
tus ibi locorum, opportuno ad furtum tempo-
re cum clavibus adulterinis, aliisque inſtrumen-
tis effractoriis viſus fuerit *Henr. Bocer. in tract. de*
quæſt. & tort. cap. 3. *n.* 84. *Joh. Zang. d. cap.* 2. *n.* 181.
Jac. Menoch. lib. 5. *de præſumpt. præſumpt.* 31. *n.* 17.
Blanc. de indic. n. 420. Quòd tamen eatenus ve- 53
rum eſſe puto, quatenus inculpatus ejus ſit con-
ditionis homo, ut malè de ipſo aliàs etiam, ma-
ximè quo ad furtum præſumatur, aliavè admi-
nicula concurrant: juxta Sanctionem Caroli
V. Imper. in *d. art.* 43 *O. d. Crim. verſ.* Item: **So**
der Diebſtal mit ſondern Sperr- oder Brechzeu-
gen geſchehen were / So dann der Verdachte am
ſelbeu Ende geweſen / vnnd mit ſolchen gefährli-
chen Sperr- oder Brechzeugen vmbgangen / da-
mit der Diebſtal beſchehen / vnnd der Verdachte
eine ſolche Perſon iſt / dazu man ſich der Miſſe-
that verſehen mag/ iſt peinliche Frage zu gebrau-
chen/ ꝛc. Contingere namque potuiſſet, ut ille, 54
qui reverâ commiſit furtum, in alterius honeſti
viri domum, per feneſtram inſtrumenta talia
ſuſpecta conjecerit; ut proinde hoc indicium
per ſe ſolum ad quæſtionem habendam mini-
mè ſufficiat, ſed præter illud alia etiam de eo-
dem homine ſuſpicio mala accedat, neceſſe ſit:
Ioh. Zang. d. loco. Hipp. de Marſil. in pract. crim. §.
diligenter, n. 102.

Ex iisdem quoque verbis *dict. art.* 43. (**So dann der Verdachte am ſelben End geweſen**) concludendum eſt, quòd indicio ad torturam ſit gravatus, qui aliàs ſuſpectus, aut de furto quopiam jam antea convictus vel confeſſus, in loco furti perpetrati tum temporis deprehenditur? Quia enim crimina unius ſpeciei commiſſa ſunt, fieri non poteſt, ut contra confeſſum aut convictum de uno, præſumptio, de alio quoque non oriatur, ſi ibidem fuerit viſus ac deprehenſus. *Proſper. Farin. in prax. crim. lib* 1 *tit.* 5. *quæſt.* 37. *num.* 163. nbi plures allegat. *Joh. Zang. d. cap.* 2. *n.* 185. 55

Quod & tota die in Elect. Sax. Scabinatu, contra fures ita practicari ſolet.

56 Fures autem ac certius indicium eſt ad torturam, quando is, qui de furto aliàs ſuſpectus eſt, viſus fuit ſub veſte vel pallio portare quidpiam ex aliena domo, in qua eodem die furtum perhibetur factum. *Angel. ad l* 2. *num.* 1. *ver vel dixit, vidi talem portare. C. de quæſt Henric. Bocer. in tract. de quæſt. & tortur. cap.* 3. *n.* 88. *Joh. Zanger. cap.* 2. *n.* 183.

57 Secus verò res ſe habet in eo, qui bonæ famæ vir eſt, ac honeſtæ opinionis; talis enim ex hoc indicio ſolo, adminiculis aliis deficientibus, nequaquam ſub tormentis interrogari debet. *Henr. Bocer. dict. cap.* 3. *num.* 88. *Blanc. in tract. de indic. num* 418. *Jacob Menoch. lib.* 5. *de præſumpt. præſumpt.* 31. *n.* 9. *Joſeph. Maſcard. de probat. vol.* 2. *concl.* 831. *num.* 5.

58 Pariter & ſi ſcalæ poſitæ inveniantur ad feneſtram illius domus, ex qua res aliqua furto ſubtracta fuit, contra dominum ſcalarum indicium inſurgit furti commiſſi: proinde aliis conjecturis concurrentibus, ſub tormentis hic interrogari poteſt, an furtum fecerit, nec ne. *Blãc. de indic, num.* 428. *Iacob. Novell. in pract. & theor. cauſar. crimin. rubr. alia inquiſitio contra fures. num.* 20. *pag.* 147. *Ioſeph. Maſcard de probat. vol.* 2. *concl.* 830. *n.* 9. *Iohan. Zang. in tract. de quæſt. & tortur cap. n.* 182.

59 Ex ope etiam & auxilio furibus & prædonibus præſtito, haud leve indicium oritur ad torturam, veluti ſi quis delinquentes hoſce receptet, ſuisq; impenſis alat, aut res ſubtractas poſſideat, occultet, alienet, &c. *art.* 40. *Ordin. Crim. Rubr.* **von gnugſamen Verdacht der jenigen / ſo Räubern vnd Dieben helffen / ꝛc.** Sed hoc indicium reliquis delictis commune eſt, prout dictum *quæſt. præced.*

Q.8. Quænam præſumptiones de crimine ſortilegij quem ſuſpectum reddant?

60 Hæque aliævè præſumptiones, an ad inferendam torturam ſufficientes ſint, ex circumſtantiis cujusque facti facilimè judicari poteſt. At in *Crimine Sortilegij major difficultas, majusq́ periculum verſatur in dijudicandis indiciis, ad quæſtionem habendam ſufficientibus*, quippe quòd crimen hoc occultè committatur, nec veſtigia ſemper relinquat. Vt haud imprudenter ſcripſiſſe videatur *Iohan Bodin. lib. 4. de Dæmon. c.* 3. in hoc ſuper alia omnia tàm turpi, tàm horrendo, & deteſtando crimine, in quo tàm difficiles ſunt probationes, tamque abdita ſcelera, ut è millenis vix unus merito ſupplicio affici poſſit, nil neceſſe eſſe, religiosè hærere quenquam Regulis procedendi, ſed extra ordinem oportere fieri illius judicium, diverſa à cæteris crimini-
61 bus ratione. Quod & aſſerit *Franc. de Ponzinib. in tract. de Lamiis n.* 70. *& ſeqq.* Nihilominus tamen quatuor refert indicia, huic delicto peculiaria, Imper. Carol. V. in *Ordin. Crim. art.* 44. quæ judex antequam torturam decernat, probè attendere debet.

62 *Primum* eſt: Si quis ad docendum alios incantationes ſe offerat, *in verb.* **Wann jemand ſich erbeut / andere Menſchen Zauberey zu lehrnen / ꝛc.** Communiter enim Magi liberos ſuos, aliosque in arte Diabolica inſtituunt: ſiquidem nullum eſt ſacrificium, quod ab iſtis hominibus tantoperè Diabolus expetat, quam ut liberos ſuos ad cultum ipſius voveant. *Godelm. in tract. de Magis libr.* 3. *cap.* 10. *num.* 13. Docentes autem hoc modo Magiam & Incantationes haud obſcurè fatentur, ſe ſcientiam ejus artis habere, ut propterea haud immeritò torqueri debeant.

63 *Secundum* eſt indicium: Quando Sortilegus minatus alteri incantationem & faſcinationem, minæq; coniunctæ fuerint cum eventu, *in verb. artic.* 44. **Oder jemand zu bezaubern bedräwet / vnnd dem Bedräweten dergleichen geſchicht ꝛc.** ut plerumque faciunt Veneficæ fœminæ, quæ natura vindictæ ſunt cupidæ; nec linguam à minis cohibere poſſunt, ſi nocendi, facultatem aliquam habuerint. *Nicol. Boër. deciſ.* 166. *Iul. Clar. lib.* 5. *ſentent. §. ult. quæſt.* 21. *num.* 27. *Matth. Stephan. in not. ad dict. art.* 44. *Ordin. Crim. Carol.*

64 *Tertium* eſt frequens cum certis & convictis magis conſuetudo & familiaritas, *in verb.* **Auch ſonderliche Gemeinſchafft mit Zauberern oder Zauberin hat / ꝛc.** *dict. artic.* 44. *Ordin. Crim.* Nam ſimilis ſimili plerumq; adhæreſcit, *arg. l.* 3. *§ nullus. ff. de excuſat. tut. l. item apud Labeonem.* 15. *§ abduxiſſe.* 18 *ff. de injur. l. nullus. §* 1 *ff. de act. empt. l. ædiles* 25. *§ Pedius. ff de ædil. edict. Ioh. Zang. in tract. de quæſt. & tort. cap.* 2. *n.* 204. *Ioh. Bodin. de Dæmonom. libr.* 4. *cap.* 4.

65 *Quartum indicium*: Si quis res de veneficio ſuſpectas ſecum habeat, aut moribus, geſtibus vel verbis utatur, quæ incantationem deſignare ſolent, *dict. art* 44. *Ordin. Crim.* in verb **Oder mit ſolchen verdächtigen Dingen / Geberden / Worten vnd Weſen ůmbgehet / die Zauberey auf ſich tragen / ꝛc.** 66 Vtpote, ſi penes ſagam, vel in illius conclavi reperiantur venena mala, olla impleta bufonibus, hoſtiis, membris humanis; aut ſi inveniatur penes veneficum liber Magiæ, vel inſtrumentum obligationis, mutuique inter eum & Diabolum pacti, ab eo ſcriptum, ſubſcriptum aut ſubſignatum; vel, ſi ſaga Dæmonem invocet, & cum eo loquatur, & ille, quamvis nòn cernatur, reſpondeat: Item ſi viſa ſit pulverem ſuper gregem procorum injicere, & ſtatim pecora perierunt: & quæ ſunt facta, quæ aliquem ſuſpectum reddere poſſunt. *Ioh. Bodin dict. lib.* 4. *c.* 2. *Ioh. Zang. dict. c.* 2. *n.* 200.

67 Quæ tamen indicia tum demum ſuſpectum aggravant, ſi alia adminicula concurrant, ut liquet ex verbis *dict. art.* 44. *Ordin. Crim.* (**vnd dieſelbige Perſon deſſelben ſonſt auch berůchtiget / daß gibt eine redliche Anzeigung der Zauberey / vnd gnugſame Vrſach zu peinlicher Frage.**) Ex quibus manifeſtum eſt, præcedentia indicia, quamvis videantur evidentia & permanentia eſſe, minimè tamen facere per ſe indicia ad quæſtionem niſi accedat fama, hunc vel illam eſſe maleficum aut ſagam, vel aliud adminiculum concurrat. *Matth. Steph. in not ad d art.* 44. *Ord. Crim. verſ. Quintum indicium eſt. Ioh Zang. dict. cap.* 2. *n.* 205. 68 Quale etiam eſt denunciatio, ſeu denominatio à ſociis Maleficis facta, quæ per ſe ſola ad quæſtionem deferendam ſufficit, modò ſecundum ſuas qualitates ac requiſita talis ſit, qualem Sanctio Carolina requirit *art.* 31. *Ordin. Crim.* quam & in reliquis aliis delictis indicium ſufficiens facere ad torturam, dixi *quæſtione præced. n.* 20. *& ſeqq.*

69 Eò quoq; referunt indicium illud, quod fit per impoſitionem in aquam: ſolent enim quibusdam in locis per Lictores fœminæ de Magia ſuſpectæ, manibꝰ, pedibusq; conſtrictæ in aquã abiici; Quæ ſi nõ ſubmergantur, ſed anſeris aut anatis more ſupernatent pro ſagis habentur, & ex hoc indicio tormẽtis de ſuo maleficio interrogantur: ſi verò ſub aquam in fundum ferantur, inſontes judicari & dimitti ſolent. Sed rectiſsimè ab aliis hoc indicium prorſus reiicitur, quippe quod ratione naturali non nititur. *Ioh. Wier. lib. 6. de præſtig. Dæmon. cap.* 7. *Ioh. Bodin. lib.* 4. *de Dæmon. cap.* 3. *in fin. Iacob Cujac. ad tit.* 1. *§.*

ſi autem controverſia. libr. 1. Feud. Henric. Bocer. in tract. de quæſt. & tortur. cap. 3. n. 101. At qui indicium ad torturam tale eſſe debet, quod judex ſuo humano & naturali judicio apprehendere poteſt, atque ex eo mentis ſuæ ſagacitate veriſimiliter colligere, illum ipſum criminis autorem eſſe, de quo agitur, *l. 1. §. Divus Severus* 17. Ibi: *ſi nulla probatio religionem cognoſcentis inſtruat. ff. de quæſt. l. milites.* 8. *§. oportet. C. eod. tit.*

Q. 9. Indicia adulterÿ & ſtupri quænam ſint?

70 Porrò in crimine adulterii & ſtupri, illud reputatur indicium ad torturam ſufficiens, ſi vir ſolus cum ſolâ uxore aliquâ reperiatur in cubiculo clauſo ad coitum diſpoſitus, & caligas habens ſolutas, ipſaq; fœmina aperire oſtium recuſaverit. *Laur. Kirchov. cent.* 1. *comm. concluſ. 5. circa fin. Jacob. Menoch. lib. 5 præſumpt.* 11. *n.* 11. *verſ. nec repugnat,* I*oſeph. Maſcard. de probat. vol.* 1. *concluſ.* 59. *n.* 10.

71 Item: Si penes uxorem, vel eum, qui cum illâ uxore adulterium commiſiſſe dicitur, invenirentur literæ amatoriæ ita conceptæ, ut de confeſſione criminis ex iis conſtare poſſit judici. *Menoch. dict. præſumpt.* 41. *n. 39. Ioh. Zang. in tract. de quæſt. & tort. cap.* 2. *n.* 212. ubi dicit, ſicut per Epiſtolam obligatio probatur, *l. emptor.* 47. *§. Lucius.* 1. *l. Epiſtola* 52. *ff. de pactis.* ita quoq; Adulterium ex epiſtola ſcribentis poſſe evinci, ſaltem ad effectum quæſtionis. *Ioſeph. Maſcard. de probat. volum.* 1. *concl.* 64. *n.* 10.

72 Aut, quando mas cum alterius uxore ſolâ viſus fuit per nemora & vias occultas ſpaciari, & ſimul ipſam exoſculari, luxurioſoq; tactu, & amplexu laſcivo circumplicare, *c. ex literis,* 12. *& c.* 13. *extr. de præſumpt. Proſper. Farinac. part. 5. oper. crim. quæſt.* 136. *num.* 153. *& ſeqq.* Item, ſi quis in domo pulchræ uxoris alienæ occultatus fuerit inventus, *Bartol. in l. 3. num.* 1. *ff. de furt. Felin. in cap. præterea num.* 12. *extr. de teſtib.* Aut domum formoſæ mulieris die noctuq; frequentare ſolitus. *Bald. in l. neq; natales. n.* 4. *C quib. accuſar. non lic.*

Quæ aliave indicia, certiora redduntur ad
73 torturam imponendam, ſi maritus adulteræ
tantâ corporis valetudine adverſâ aliquandiu
laboravit, ut uxori ſuæ conjugale debitum cer-
tò præſtare non potuerit, ipſa tamen interim
gravida facta fuerit. *l. filium. 6. ff. de his qui ſui vel*
alien. jur. ſunt. Henric. Bocer. in tract. de adult. cap.
74 4. *n.* 7. Aut ſi maritus elapſo jam anno abfuerit,
& domum reverſus uxorem repererit prægnan-
tem. *Gloſſ. & Canoniſtæ in c. dixit. 32. quæſt. 1. Felin.*
in cap. præterea. num. 3. extr. de teſtib. Omnium
verò certiſſimum eſt indicium, quando mas ali-
quis & uxor aliena in ipſo naturali & reali coitu
adulterino deprehenduntur, ita ut pudenda in
pudendis ſint poſita, idque teſtibus probetur.
Blanc. de indic. homicid. ex propoſ. commiſſ. num.
69. *Laurent. Kirchov. cent. 1. comm. concl. 5. Ioſeph.*
Maſcard. de probat. vol. 1. concl. 57. num. 5. Etſi
enim hoc adulterium dicatur manifeſtum, *Dec.*
in cap. cum non ab homine. num. 49. extr. de judic.
75 revera tamen ac cum effectu id perpetratum
fuiſſe, exinde conſtare non poteſt, niſi confeſ-
ſio Reorum acceſſerit: ſiquidem contingere
potuiſſet, quòd delinquentes in opere deprehenſi adulterium, quod immiſſione ſeminis conſummatur, non perfeciſſent; ideoque ad eruendam veritatem hoc caſu tortura adhiberi debet. *Nicol. Boër. deciſ. 316. n. 1. & ſeqq. Panorm. in cap. præterea. n. 1. de teſtib. Campeg. in tract. de teſtib. Reg. 385. verſ. dic. primò.*

76 Pariter & ſi quis attentatum & nixum copulæ fateatur, ex hoc ſolo indicio ſub tormentis interrogandus eſt, num adulterium perfecerit nec ne; quia enim in illicitis verſatus eſt, præſumptio adulterii adverſum ipſum militat, à qua mediante tortura ſe purgare debet, idque quod aſſeverat confirmare, aut de delicto conſummato fateri. *Ioh. Zanger. in tract. de quæſt. & tort. cap. 2. n. 22.*

Id quod in Elect. Saxon. Scabinatu quotidiè ſic practicari ſolet.

Q. 10. An in crimine adulterij confeſſio unius faciat indicium adverſus adulterantem?

77 Quæritur hic: *An adulterium vel ſtuprum*
probetur, ſi vel adulter vel adultera aut ſtuprata id
fateatur, illaq; confeſſio contra negantem indicium
faciat, ut de veritate delicti ſub tormentis interro-
gari debeat? Id quod ſæpius accidit, ut fœmina
prægnans impregnatorem denominet, ab eoq;
ſe ſtupratam aut adulteratam fuiſſe dicat, qui
tamen hoc conſtanter negat. Certè ſi admini-
cula quædam concurrant, quin ad torturam
tum deveniri poſſit, non multum ambigerem,
teſte practicâ quotidianâ: at ſi nullum prorſus
adſit aliud indicium præter inculpationem &
denominationem fœminæ imprægnatæ, haud-
quaquam torturam decernendam eſſe, intre-
pidè affirmo; juxta tradita *ſuprà quæſtione præce-*
denti n. 37. Nominans enim perſona eſt ſocia 78
& particeps criminis; quapropter ei credi non
debet. *l. denunciaſſe. 17. §. quæritur. 7. ff. ad Leg. Iul.*
de adult. l. quoniam liberi. C. de teſtib. arg. l. ſi filium.
37. *C. de liberal. cauſ. l. ult. verſ. nemo tamen. C. de*
accuſat. Iohan. Zanger. in tract. de quæſt. & tort. c.
2. *num.* 214. *Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſt.*
lib. 2. cent. 5. caſ. 474. num. 43. & ſeqq. Blanc. de
indic. num. 385.

79 *Prout reſponderunt Domini ad conſultationem Quæſtoris Freibergenſis, hiſce formalibus:* Ob wol die gefangene DienſtMagd jhren Herrn N.N. bey deme ſie gedienet/ bezüchtiget / als wann er mit jhr die Ehe gebrochen/ vnd Sie geſchwängert habe/ Dieweil er aber dennoch deſſen nicht geſtändig/ etc. So mag auch wieder jhn auff vorerwehnter ledigen Dirnen bloſſe Bezüchtigung / in mangel anderer kräfftiger *indicien*, nichts fürgenommen / noch er mit der ſchärffe angriffen werden/ V. R. W. *Menſ. Iul. Anno* 1608.

Nuperrimè quoque ita pronunciavimus Nicolao Canitzen/ in Happelſtadt/ *Menſ. Iul. An.* 1630.

Q. 11. Incendij indicia quænam ſint?

80 Incendii immiſſi indicium ab Imp. Carolo V. ponitur hoc: ſi quis clandeſtinè & occultè præparaverit igneas faces vel tela ignea, vel alia fomenta ſuccendentia, quæ commodè immitti poſſunt in ædes vel alia ædificia, & paulò poſt incendium exortum ſit, *artic. 41. Ordinat. Crimin.* Ibi: Wann einer eines heimlichen Brands verdacht / oder beklaget würde / wo dann derſelbe ſonſt ein argwöhnlicher Geſell iſt / vnnd man ſich erkundigen mag / daß er kürtzlich vor dem Brandt heimlicher

vnd verdächtiger weiß/mit vngewöhnlichen/verdächtlichen/ geſährlichen Fewerwercken/ damit man heimlich zu brennen pfleget/ vmbgangen iſt/ daß gibt redliche Anzeigung der Miſſethat/ꝛc. Ejusmodi namq; præparatio & ordinatio valdè ſuſpecta eſt, indicans incendium præcogitatum; unde ſub tormentis delat9 interrogari de-
81 bet *Iohan. Zang. dict. cap. 2. n. 190. Matth. Steph. in not. ad dict. art. 41. Ordin. Crimin.* Quod tamen dupliciter eſt limitandum: *Primò*, ut tortura tum demum ex prædicto indicio ſit irroganda, ſi alia adminicula concurrant, & delatus ad minimum perſona ſuſpecta ſit, ut patet *ex verbis*
82 **(wo denn derſelbe ſonſt ein argwöhnlicher Geſell iſt.)** *Deinde:* Niſi delatus vivis & luce meridianâ clarioribus rationibus demonſtrare queat, ſe eâ materiâ vel re ad finem licitum, neq; pœnâ dignum deſtinaſſe, *dict. artic. 41. in fin.* verb. **Er köndte denn mit guten gläublichen Vrſachen anzeigen/daß er ſolches zu vnſträfflichen Sachen gebraucht hätte/oder gebrauchen wollen.** *ubi Matth. Stephan.*

83 Q. 12. *Proditionis indicium?*

Proditioniſs verò indicium eſt; Si quis furtim præter morem, & quidem doloſè intraverit domum eius, qui poſtea proditus eſt, & nihilominus hactenus prætenderit, ſibi ab eo inſidias ſtructas fuiſſe; Hic enim, ſi talis ſit perſona, quæ veriſimiliter factura fuerit hoc delictum, quæſtioni ſubiici debet, ſanciente ita Imper. Carolo V. *in artic. 42. Ordin. Crim.* **So der Verdachte heimlicher/ vngewöhnlicher vnnd gefährlicher weiſe/ bey dem jenigen/ den er verrahten zu haben in Verdacht ſtehet/ geſehen worden/ vnd ſich doch ſtellet/ als ſey er vor denſelben vnſicher/ vnnd iſt eine Perſon/ darzu man ſich ſolches verſehen mag / iſt eine Anzeigung zu peinlicher Frage.** Inſolita namque arguunt ſuſpicionem, *l. ſi quis ſub cõditione. 7. ff. de condit. inſtit.* Et dolus malus putatur adeſſe, cùm alterius circumveniendi cauſa aliud agitur, aliud agi ſimulatur. *l. Iuris gentium. 7. §. dolo malo 9. ff. de pact. Iohan. Zang in tract. de quæſt. & tort cap. 2. n. 191. Matth. Steph. in not. ad artic. 42. Ordin. Crim.*

84 Q. 13. *Indicium falſificationis Monetæ?*

Similiter & falſæ Monetæ indicium eſt, ſi talis moneta vel inſtrumentum ad monetas cudendas aptum fuerit penes aliquem repertum. *Iohan. Zanger. dict. c. 2. n. 226 Hippolyt. de Marſil. in l qui falſam monetam. 19 num. 106 ff. ad Leg. Cornel. de falſ. Ægid. Boſſ in pract. crim. tit. de falſ. monet. num. 6.* Niſi inculpatus eſſet vir probus & honeſtæ opinionis, in quo hæc præſumptio ceſſat. *Hippolyt. de Marſil. & Ioh. Zanger. dict. locis. Ioſeph. Maſcard. de probat. volum. 2. concluſ. 1069. num. 9. & 10.*

Hæcque principaliora ſunt indicia delictorum frequentiorum, ex quibus tàm de aliis criminibus, quàm reliquis indiciis, ex facto ſe offerentibus, facilimè judex prudens pro diſcretione ſuâ judicare quæque indicia ad quæſtionem habendam ſufficientia ſint, arbitrari poterit. Impoſſibile namque eſt, ſingulorum delictorum indicia quæque enumerare; quippe quæ ex facto oriuntur, quo mutato, ipſum quoque jus mutetur neceſſe eſt. *l ſi is 31. ff. de excuſat. tutor. l hoc legatum. 45. ff. de legat. 3. l. 3. ff. de in diem addict. l. qui fundum. 75. ff. de contr. empt.* 85

QUÆSTIO CXXIII.

In qua traduntur Regulæ quædam generales, circa materiam indiciorum eorumq; probationem benè notandæ.

SVMMARIA.

1. *Abſq; indiciis legitimis inferri nequit tortura. n. 3. 4. 5. 6. 7.*
2. *Abuſus quorundam Magiſtratuum.*
8. *Confeſſio tormentis expreſſa abſq; indiciis ſufficientibus, condemnationis effectum non habet. n. 9.*
10 *Licet tortus in confeſſione perſeveret, ac poſt torturam indicia ſupervtniant. num. 11. 12. 13. 14. 15. 16.*
17. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
21. *Quod & verum, ſi territione confeſſio fuerit extorta.*
22. *Abſq; indiciis legitimis terreri nequit Reus.*
23. *Ne quidem ad reſcriptum Principis tortus & confeſſus abſq; indiciis, condemnari poteſt. num. 24. 25.*
26. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
27. *Quænam indicia ſint legitima, judex debet arbitrari. n. 30.*
28. *Impoſſibile eſt ſingula indicia referre.*
29. *Materia indiciorum eſt arbitraria.*
31. *Arbitrium judicis hac in re debet eſſe juſtum, & quale. n. 32. 33.*
34. *Conſulendi ſunt ſuper indiciis ICti. n. 35.*
36. *Quotnam indicia concurrere debeant? num. 40. 41. 42.*
37. *Num unicum ſufficiat quandoq; indicium? n. 38. 39.*
43. *Indicia regulariter duobus teſtibus probari debent. n. 44. 45. 46. 48.*
47. *Vnius hominis teſtimonium non admittitur.*
49. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
50. *Sunt quidam caſus, ubi indicia probantur per unicum etiam teſtem. num. 51. 52. 53. 54.*
55. *Plurima indicia concurrentia probari poſſunt per teſtes ſingulares. n. 56. 57.*
58. *Modò certa obſerventur requiſita.*

59 *Quoad effectũ territionis indicia poſſunt probari per unicum teſtem. n. 60.*

61. *Indicia ſufficientia per contrariam probationem à Reo poſſunt elidi. n. 62. 63 64.*

65. *Varia argumenta & præſumptiones Reum juvare poſſunt. n. 66.*

67. *In dubio judex conſulere debet Peritos numer. 68.*

69. *Præſumptio non delicti excludit præſumptionem delicti.*

70. *In dubio ſemper præſumendum in partem mitiorem.*

CIrca materiã torturæ ſeu quæſtionis, indicia quæ iudicem ad deferenda tormenta commovere debeant, probè attendenda eſſe, dixi *quæſt.* 120. *num.* 1. explicatis ſimul indiciis communioribus, quæ ut plurimùm in delictis occurrere, cauſamq; tormentis præbere ſoleant; ex quibus de ſimilibus, reliquisq; indiciis & præſumptionibus, in quovis crimine ſe offerentibus, facilimè judicari poterit. Reſtant adhuc quædam generalia, omnibus pariter delictis & indiciis communia, quæ non minus noſſe oportet judicem, ſuper torturâ pronunciantem: eaque certis quibusdam Regulis includere fert animus.

1 *Prima* Regula generalis eſt: Torturam absque legitimis & ſufficientibus indiciis præcedentibus haudquaquam inferri poſſe.

Qu. 1. An ſemper neceſſariò præcedere debeant indicia legitima, ante quam deveniatur ad torturam?

2 Non minimus enim judicum quorundam modernorum abuſus eſt, ut ſuſpectum in carcerem detruſum ſtatim torturæ ſubiiciant, nec prius inquirant, an crimen perpetratum ſit, nec ne? an veritas criminis aliter haberi queat, nec ne? an indicia ad torturam adſint, nec ne? Sed hiſce inconſideratis ad cruciatum, ignem & tormenta properant. Suum velle loco indiciorum ſubrogantes, hominesq; ut plurimum velo levato torquentes, ut ex *Zanatar. de pr. fol. Med. n.* 126. *& Rol. à Vall. volum.* 3. *conſil.* 12. *num.* 34. conqueritur *Ventur. de Valent. in parthen. litig. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 33.

3 Sed ab hoc proceſſu illegitimo, crudeli ac verè diabolico, ſaniores ac prudentiores judices meritò abſtinent, eumq; abhorrent, certò hanc Regulam ſibi perſuaſam habentes, quòd nemini absque indiciis ſufficientibus atque legitimis tortura ſit inferenda: quam voto ſuo ſatis ſuperque comprobavit communis *Dd.* Schola. *Ægid. Boſſ. in tit. de indic. & conſiderat. ante tortur. n.* 2. *Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crimin. cap.* 38. *num.* 17. *Proſper Farin. in prax. crim. lib.* 1. *tit.* 5. *quæſt.* 37. *n.* 1. ubi plures alios adducit. *Franc. Caſon. in tract. de torment. cap.* 5. *rubr. De non torquend. ſin. indic nu.* 1. *Brun de indic.* 2. *part. quæſt* 5. *n.* 1. *Ludov. Carer. in pract. crim. in* 2. *tract. de indic. & tortur. §. circa quartum, qualiter & quando ad torturam deveniatur, n.* 1. *&* 4. *Iohan. Zanger. in tract. de quæſt. & tortur. n.* 7. *Iul. Clar. lib.* 5. *ſentent. §. ult. quæſt.* 64. *n.* 13. ubi admonet ju-4 dices Deum timentes, ut ſemper præ oculis habeant, ne aliquem tormentis ſubiiciant non ſolùm ſine indiciis, ſed nec etiam cum indiciis, niſi legitima & ſufficientia fuerint. *Henric. Bocer. in tract. de quæſt. & tortur. cap.* 2. *n.* 8. *Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſp.* 9. *th.* 9. *lit. H Matth. VVeſembec. in paratit. ff. de quæſt. num.* 7. *Tiber. Decian. lib.* 2. *conſ.* 56. *n.* 58. *Ioſeph. Maſcard. de probat. vol.* 3. *concl.* 1385. *n.* 1. *& ſeqq.*

Neque fundamentis hæc Regula deſtituitur: *Primò* namque, extat hâc de re Reſcriptum Divi Hadriani ad Sennium Sabinum, cuius verba hæc ſunt: *Ad tormenta ſervorum ita demum veniri oportet, cùm ſuſpectus eſt Reus, & aliis argumentis ita probationi admovetur, ut ſola confeſſio ſervorum deeſſe videatur.* prout refert ea JCtus Ulpianus in *l.* 1. *§.* 1. *ff. de quæſt.* Cum quo convenit Paulus JCtus in *l. unius.* 18. *§.* 2. ibi: *In eâ cauſa, in qua nullus Reus argumentis urgebatur, tormenta non facilè adhibenda ſunt, ſed inſtandum accuſatori, ut id quod intendat, comprobet & convincat. ff. eod. tit.* Et idem Paulus in *l. ult. ff. eod. tit. Qui ſine accuſatorib. in cuſtodiam recepti ſunt, quæſtio de his habenda non eſt, niſi ſi aliquibus ſuſpicionibus urgeantur.* Idemq; docent Impp. Diocletiet. & Maximin. in *l ſicut falſo* 17. *C. ad Leg. Corn. de falſ.* & clarioribus verbis in *l. milites. §. oportet.* 1. ibi: *Oportet autem judices nec in his criminibus, quæ publicorum judiciorum ſunt, ad inveſtigationem veritatis à tormentis initium ſumere, ſed argumentis primum veriſimilibus probabilibusq; uti, &c. C. de quæſt.* & Imp. Antoninus in *l.* 3 ibi: *Servi alieni interrogabuntur, ſi præſtita fuerint ex tanto ſcelere argumenta, ut videantur accedere ad veriſimilia cauſæ crimina C. eod. tit.* 5

Deinde: Ab hac ſententia alienus non eſt 6 Imp. Carolus V. in *Ordin. Crim.* ſæpiùs judicibus iniungens, ne absque legitimis indiciis ad torturam properent, ut in *artic.* 6. verb. **Der ſol doch mit peinlicher Frage nicht angegriffen werden / es ſeyn dann zuvor redliche vnnd derhalben gnugſame Anzeigung vnnd Vermuthung / von wegen derſelben Miſſethat / auff jhn glaubwürdig gemacht.** *artic.* 7. verb. **Ob diß fürbrachten Argwohns vnd Verdachts zu peinlicher Frage gnugſam were / oder nicht.** It. *artic.* 20. verb. **Wo nicht zuvor redliche Anzeigung der Miſſethat / darnach man fragen wolt / vorhanden / vnd beweiſt würde / ſoll niemands gefragt werden /** *etc.* *artic.* 18. verb. **Auch peinlicher Frage halben / der jenigen ſo für Miſſethäter verdacht / oder verklagt werden / vnd daß nicht geſtändig ſeyn / auf redliche Anzeigung / Wahrzeichen / Argwohn vnd Verdacht der Mißhandlung geſetzt / ꝛc.** It. *art.* 22. verb. **Es iſt auch zu mercken / daß niemand auf einigerley Anzeigung / Argwohns / Wahrzeichen oder Verdacht / endlich zu peinlicher Straff ſol verurtheilet werden / ſondern allein peinlich mag man darauff fragen / ſo die Anzeigung / als hernach funden wird / gnugſam iſt.** Et *art.* 23. verb. **Ein jede gnugſame Anzeigung / darauff man peinlich fragen mag /** *&c.* Qui textus omnes ſententiam hanc apertiſſimè probant, ut nullum de hâc reſtet ampliu s dubium.

Tertiò: accedit: Quòd ſi iudicibus con- 7 cederetur, ut poſſint ſine legitimis & ſufficientibus indiciis Reos torquere, facilè eſſet in eorum poteſtate, criminale iudiciũ à tortura inchoare,

choare; quod tanquam abſurdum, jura Civilia & Canonica prohibuerunt. *l.1.in pr.*ibi: *Non eſſe à tormentis incipiendum. ff. de quæſt. l. maritus. ff. eod.tit.l milites.* §*.oportet.C.eod.tit.cap cum in contemplatione.extr.de Reg.jur.Farin. dict. quæſt.* 37. *num.*2.

Q.1.Num Reus abſq; indiciis præcedentibus tortus & crimen confeſſus condemnari queat, indiciis ſupervenientibus & confeſſione ratificata?

8 Quâ Regulâ ſtante, ſequitur porrò, ſi quis nullis indiciis legitimis præcedentibus quæſtioni ſubjectus, & crimen confeſſus fuerit, hanc confeſſionem ei nequaquam præjudicare, neque confeſſum condemnari poſſe: prout clarè diſpoſitum ab Imp. Caroli V. in *Ordinat. Crim. artic.* 20. In verb. Wo nicht zuvor redliche Anzeigung der Miſſethat / darnach man fragen wolte/vorhanden/vnd beweiſet würde / ſol niemands gefraget werden / vnd ob auch gleichwohl auß der Marter vnd Miſſethat bekandt würde / ſo ſol doch der nicht geglaubet/noch jemands darauff verurtheilt werden/ꝛc. Nulla ſiquidem eſt hæc confeſſio; 9 adeoque nec condemnationis effectum habere poteſt. *Iohan. Zanger. in tract. de quæſt & tort. cap. 2.num.9.Salycet.in l.2.C.de cuſtod Reor. Proſper. Farinac in prax. crim. libr.1. tit 5.quæſt. 37.n.110. Matth. Steph.in not ad artic.20.Ordin. Crim.num.2 Hippolyt. de Marſil. in l.1.in pr. n. 32.ff.de quæſt.*

10 Hocque minus controvertit ab *Interppr.* Reo confeſſionem ſuam revocante, At, *quid ſi Reus illegitimè & abſque indiciis ſufficientibus tortus ac de crimine confeſſus, perſeveret in confeſſione eamque ratificet, ſimulq; poſt torturam indicia legitima ſuperveniant, an tunc ex confeſſione ſua & poſt-* 11 *ea adinventis indiciis condemnari poterit?* Quod probabiliter forſan exiſtimare quis poſſet; quũ indicia legitima, eaque ſufficientia & propria Rei confeſſio hic concurrant. Hocque ipſum eſt, quod *Paris de Puteo in tract. de Syndic. verb. tortur. cap. 9. n.2.* urget, confeſſionem ſequentem ortam ex perſeverantiâ ſpontaneam eſſe, eamq; ex defectu indiciorum non præcedentium invalidam reddi minimè poſſe; cùm præſumatur Reus conſcientiâ criminis perſeverare.

12 Verùm, ut maximè Reus conſcientia criminis perſeverare præſumatur, tàm fortis tamen hæc præſumptio non eſt, ut propterea in Reum ſententia capitalis ferenda ſit *Iohan. Zanger. in tract.de quæſt.& tort.cap 5.nu.*33. Quin & metus tormentorum ſemper durare præſumitur, ob quem perſeverantia illa fieri cenſetur. *Hippol. de Marſil. in l pen.num.* 13. 14. 15. *ff. de quæſt. Felin.in cap.ad noſtrum.num 1.verſ. item in quantum extr de probat.& ad cap.Qualiter.§.li.et.nu.* 13 *13.extr. de accuſat.* Verior itaque eſt contraria deciſio, & ab *Interppr.* communiter recepta, perſeverantiam ſcilicet expreſſam vel tacitam Confeſſionis vi tormentorum expreſſæ, non tollere defectum indiciorum præcedentium, ad proinde non rectè ob perſeverantiam in Reum ſententiam ſeveram ferri poſſe, repertis etiam poſtea indiciis. *Bartolus in l. maritus. n. 2. ff. de quæſt. Iul. Clar. lib.5.ſentent.§.ult quæſt.55.n.14. in fin & quæſt. 64. n. 9. Henric. Bocer. in tract. de quæſt.& tortur.cap.3.n.10.& 11.Hippol.de Marſil. in l.pen. n. 16.ff.de quæſt.* ubi dicit, ſe per textum illius Legis à mortis pœna liberaſſe diverſis temporibus tres homines Bononiæ, qui nullis præcedentibus indiciis adhibitis tormentis interrogati fuerant, perſeverantes in ſua confeſſione, etiam repertis poſtea indiciis. *Iohan. Zanger. dict. cap 5.n.34. Franciſc. Brun. de indic.part.2. quæſt.6.n 27 & 28. Matth Stephan. in dict art.20. n.2. Farinat. dict. quæſt. 37.n.110 Brun. à Sole in ſuo concl.crim n.160. Ioſeph. Maſcard. de probat. volum.1.concl.353.n.1, Gomez. tom.3. variar. reſolut cap.13.n.25.*

14 *Tùm*, quòd ſententia capitalis ex confeſſione tormentis expreſſâ, nullis præcedentibus indiciis in Reum lata ipſo jure ſit nulla; quoniam conditio indiciorum præcedentium impleri debet in forma ſpecifica. *l. qui hæred.* 44. *l.* 55. *ff. de condit.demonſtrat.l.ſi rem.9.§ omnes.ff. de pign. act.l Iulianus.13.§ offerri.8 l.qui pendentem. 25.ff. de act.empt.* At quod ab initio nullum eſt, poſtea confirmari nequit, *l. quod initio.* 29. *& l. quæ ab initio 210.ff.de Reg.jur.Bartol. ad l.1. de his qui ſui vel alien jur.ſunt. Dec. ad l.5.n 21.ff de juriſdict* Et actus qui ab initio propter defectum cauſę confirmantis eſt nullus, non validatur, licet poſtea ratificetur ſubſequente confirmatione; ut exẽplis oſtendit *Hippol. de Marſil. in dict. l.pen.n.31. & ſeqq ff. de quæſt & pract.crim §.diligenter num.* 184. *& ſeqq.*

15 *Tùm* ob textum antea allegatum *in artic.* 20. *Ordin. Crim.* verb. Ob auch gleichwol auß der Marter die Miſſethat bekant würde / ſo ſol doch der nicht geglaubet / noch jemand darauff verurtheilet werden/ꝛc. Licet enim de hoc caſu, quando nempè confeſſus perſeveraverit in delicto, claris atq; diſertis verbis nil diſpoſitum ibidem reperiatur; haud obſcurè tamen hic ipſe caſus in diſpoſitione *dict.art.*20. continetur, quando dicitur, confeſſioni non eſſe fidem habendam, & ſtatim ſubjicitur, neminem ex hâc confeſſione condemnandum eſſe: Quod non niſi de confeſſione reiteratâ exaudiendum eſt; ſiquidem ex nullâ confeſſione quis condemnatur, niſi illa fuerit ratificata, teſte ipſomet Imper. Carolo V. *in art.56.Ordin.Crim.l 2.C.de cuſtod.Reor.*

16 *Tùm*, quòd, uti modò dictum, perſeverantia illa ob metum tormentorum reiterandorum fieri cenſeatur. *Bartol. ad l pen ff. de quæſt. ubi & Hippol. de Marſil. num.* 13. 14. & 15. *Henr. Bocer. dict. cap. 3.n.11.*

17 *Atque ita ſæpius reſponderunt Scabini*: Ob wol Michael Felix/als jhr jhn mit der Schärffe angreiffen laſſen/bekandt/daß er die *articulirten* vnd *in actis* benandte Stück geſtohlen. Dieweil aber dennoch auß ewrer Frage nicht zu befinden / daß jhr ſolchen peinlichen angriff auff vorgehende gnugſame *indicia* fürgenommen/ ꝛc. So mag auch auff ſolches ſeyn gethanes nichtiges bekäntnüß wieder jhn ſeiner Straffe halber nichts erkant werden/V. R. W. *Ad requiſitionem Henrici* Otten à Gersdorff. *Menſe Iun. Anno* 1587.

18 *Item*: Ob wol der Gefangene M. C. ſich zu vnterſchieden Deuben bekant/dieweil aber dennoch auß den Acten nicht zu befinden / daß die peinliche Frage an dem Gefangenen/auff vorgehende gnugſame *indicia* vnd eingeholetes rechtliches Erkäntnüß/vnnd alſo *legitimè* vollſtreckt worden/etc. So hat auch ſolcher Deuben halber wieder den Gefangenen nichts beſtändiges erkandt werden mögen/ V. R. W. *Ad conſultationem Conſulum & Senatus in* Buntzlaw/ *Menſe Iul. Anno* 1626.

Item:

19 *Item*: Da er aber ſein Bekäntnüß nicht in gutem gethan/ ſondern daſſelbe durch die *tortur* von jhme erzwungen worden wäre: So möchte er/ weil auß ewer Frage nicht zu befinden/ was jhr vor *indicia* zur ſcharffen Frage wieder jhn gehabt/ vnnd daß ſolche auff vorgehendes rechtliches Erkäntnüß ergangen were/ noch zur Zeit in Straffe nicht genommen werden/ V. R. W. *Ad requiſitionem Georgij à* Bombsdorff/ *Menſe April. Anno* 1593.

20 *Item*: Dieweil jhr auch anjetzo nicht berichtet/ was eigentlichen ewer angegebene *indicia* geweſen/ worauff die Gefangene A W anitzo C. K Haußfraw/ vor jhrem gethanen gütlichen Bekäntnüß/ mit der *tortur* angriffen worden/ ſo hat auch auff jhr anjetzo vns überſendte gütliche Außſage/ jhrer Straff halber nichts beſtändiges mögen erkant werden/ V. R. W. An Levin von Kunſtedt/ in Eichsbergk/ *Menſ. Ian. Anno* 1591.

Pariter fuit in caſu ſimili pronunciatum Senatui in Freyſtadt. *Menſ. Decemb. Anno* 1614.

Qu. 3. An judex Reum terrere poſſit tormentis, absque indiciis præcedētibus?

21 Hæcque vera ſunt, licet metu tormentorum
ſolummodò, vel ſaltem per minas & in loco
tormentorum, confeſſio facta fuiſſet, *Matth
Steph. in dict. art.* 20 Nam abſque legitimis præ-
cedentibus indiciis, Iudex Reum ne quidem
terrere poteſt; quia metus torquendi æquipa-
ratur torturæ: & paria ſunt quem confiteri per
torturam, vel metu torturę. *l. noviſſimè. verſ. quid
enim. ff. quod cum falſ. tortur. Proſper. Farin. dict.
quæſt. 37. num.* 69. *Hippol. de Marſil. in l.* 1. *in pr. n.*
55. *& ſeqq ff. de quæſt. Paris de Puteo in tract ſyndic.
verb. tort. c.* 1. *num.* 26. *Anton. Gomez. tom.* 3. *variar.
reſolut. cap.* 13. *num.* 4. *Foller. in pract. crim. in* 3.
part. 3. *partis verbo: Et ſi confitebuntur num.* 111.
Brun. à Sole in ſuo conſil. crimin. num. 163. *& ſeqq.
Ioſeph. Maſcard. de probat. volum* 1. *concl.* 352. *n.* 14.
qui omnes poſt alios plures, quos allegant, o-
22 ptimè probant: Quòd ſicut iudex non poteſt
ſine præcedentibus indiciis Reum torquere, i-
ta pariter nec poterit terrere; & ſi torqueat vel
terreat, confeſſio ſubſequens tanquam metu
torturæ extorta nihil operetur, Atque pro hu-
ius aſſertionis confirmatione videtur facere *l.* 1.
§. ſi quis ultro. 27. In verb. *Si quis ultrò de maleficio
fateatur, non ſemper ei fides habenda eſt: Non-
nunquam enim aut metu, aut quâ alia de cauſa
confitentur &c. ff. de quæſt.* Quare ut confeſſioni
metu tormentorum extortæ fides habeatur, in-
dicia legitima; ad territionem ſufficientia præ-
cedant, neceſſe eſt.

Q. 4. Quid juris ſi tortura per Reſcriptū Principis decernatur?

Quin etſi delatus ad Reſcriptum Principis
23 ad quæſtionem abreptus & confeſſus eſſet, at-
tamen ne tum quidem ex confeſſione ſuâ con-
demnari poſſet; quum eiusmodi Reſcriptum
irritum ſit atque nullum. *l.* 3. *C. de precib. Imper.
offer. l. auctoritatem. C. Vnde vi Hippol. in pract.
crim. §. aggredior num.* 71. *Iohan. Zanger. in tract.
24 de quæſt. & tort. cap.* 2. *num.* 11. Nec princeps
mandare poteſt, ut Reus torqueatur ſine indi-
ciis ad torturam ſufficientibus, & ſi mandave-
rit, iudex non tenetur, nec debet illi obedire;
& ſi obediet, tenetur in ſyndicatu, & punien-
dus eſt, nec excuſatur propter Principis iuſſum.
Proſper. Farinac. dict. quæſt. 37. *num.* 74. *Iul. Clar.
in pract. §. ult. quæſt.* 64. *num.* 13. *verſ. Et dicit af-
25 flict. Grammat. vot.* 32. *num.* 9. Extantibus autem indiciis ſufficientibus, ad ſolum Principis mandatum Reus torqueri poteſt à iudice inferiore, ac confeſſus in torturâ delictum condemnari debet, etiamſi Iuriſperiti ſuper torturâ non pronunciaverint, nec eorundem conſilium à Principe fuerit imploratum.

Prout tali caſu reſponderunt Scabini ad requiſitionem Quæſtoris zur Auguſtusburgk. *Menſe Novembr. Anno* 1612. 26

Et ad ejusdem petitionem. Menſe Febr. Anno 1612.

Alteri Regula ſit hæc: Quænam indicia in quovis crimine ad torturam ſint legitima & ſufficientia, iuſto iudicis arbitrio committendum eſt. 27

Q. 1. Quænā indicia ad torturā inferendā ſufficiētia ac legitima habeantur?

Etenim impoſſibile eſt, omnia ac ſingula 28
cuiusvis delicti indicia referre; quippe quæ ex
facto oriuntur, quo mutato neceſſe eſt, ipſum
ius mutetur. *l. ſi is.* 31. *ff de excuſat. tutor. l.* 3. *ff. de
in diem addict. l. qui fundum.* 75. *ff. de contr. empt.
l. ſi in emptione.* 34. *§. [illegible] en l. cum ab eo.* 41. *ff eod. tit.*
Quare tam factum ipſum quàm cuiusvis facti
& criminis circumſtatiæ, & qualitates ſingulæ
probè & exactè ponderari, ex iisque poſtmo-
dum indicia ad quæſtionem habendam deſumi
debent: id quod rectiùs fieri nequit, quàm in-
ventis ex variis circumſtantiis argumentis ad
arguendum, hoc eſt, ad oſtendendum deli-
ctum, iudicium adhibere, id eſt, rationem à na-
turâ menti datam, quæ cauſas rerum & conſe-
quentias videt & dijudicat. *Cicer. libr.* 2. *de fin.
bonor. & malor.* Quod nil aliud eſt, quam diſcre- 29
tione mentis atque arbitrio ſuo uti, ut ſic ma-
teria indiciorum reverâ ſit arbitraria, prout te-
nent *Dd* communiter per text. *in l.* 3. *§ ejusdem
quoq; ff. de teſtib l. de minore §. plurimum. ff. de q.
Bartol. in l. ult. num.* 5. *de quæſt. Iul. Clar. in pract.
§. ult. quæſt.* 20 *num.* 4. *Iacob. Menoch. libr.* 1. *præ-
ſumpt. quæſt.* 89. *num.* 1. *Iohan Zanger in tract. de
quæſt. & tort. cap.* 2. *num.* 14. *Proſper. Farinac. in
prax. crim. lib.* 1. *tit.* 5. *quæſt.* 37. *n.* 192. *Franc. Brun.
in tract. de indic. & tortur. part.* 1. *quæſt.* 3. *n.* 1. *Lu-
dov. Peguer. deciſ. crim.* 17. *n.* 9 *&* 10.

Eoque reſpexit Carolus V. Imp. *in Ordinat. Crimin. artic.* 18. *verb.* Dieſelben Sachen oder Warzeichen/ ſo ein redlich gnugſam anzeigen/ Argwohn/ oder Verdacht geben/ ſeynd nicht möglich alle zu beſchreiben/ *&c. artic.* 24. verb. Wann nicht müglich alle argwöhnige vnnd verdächtige Fälle vnd Vmbſtände zu beſchreiben. Et *artic.* 27. *in fin.* So ſollen die jenigen/ denen peinlicher Frage halber zu erkennen gebühret/ ermeſſen/ ob dieſelbe obbeſtimpten/ oder dergleichen erfunden argwöhnigen Theil oder Stücke/ ſo viel redlicher Anzeigung der verdachten Miſſethat thun mögen/ *&c.* Vnd zu peinlicher Frage gnugſamb/ *ubi Matth. Steph. & Georg. Rem. in Nemeſ. Karulin.* 30

Dixi autem in Regulâ anteà poſita, qualitatem indiciorum an ſufficientia ſcilicet ſint, nec ne, iuſto iudicis arbitrio committendam eſſe; Neque enim hâc in re, iudex pro lubitu ac propriâ ſponte arbitrari, ſed iudicium diſpoſi-

tioni

ſitioni juris, rectæque rationi conformare debet. *Blanc. ad l. fin. ff. de quæſt. num.* 41. *Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. caſ.* 270. *n.* 4. *in fin. Brun. à Sol. in conſil. crim. n.* 130. *& ſeqq.* ubi dicit quòd hoc in caſu judicis arbitrium debeat eſſe conforme vel diſpoſitioni juris, vel approbatis *Dd.* doctrinis, *Ioſeph. Maſcard. de probat. vol.* 3. *concl.* 1385. *n.* 18. Vnde neceſſariò ſequitur, judicem nova indicia ex cerebro ſuo inducere, ac in ſpecie tradit *Hippol. de Marſil. in pract. crim.* §. *diligenter. n* 30. *Brun à Sol. dict. conſil. crimin. n.* 127. *&* 135. *& ſeqq.*

32 Hujus generis indicia legibus ac ratione juris introducta & approbata, ſat multa & quidem communiora ac principaliora *quæſtionibus præcedentibus* fuerunt enumerata; At, dixerit aliquis; ſi ex facti cujusque & criminis multifariis circumſtantiis, nec non perſonarum rerumque varietate, indicia deſumenda ſunt, ut modò probavi, *Matth. Stephan. in not. ad art.* 18. *Ord. Crim.* quomodo judex arbitrium ſuum ad juris diſpoſitionem in dijudicandis hiſce indiciis regulare poterit, cùm plurima facta legibus expreſſis comprehenſa non ſint, 33 ſed noviter oriri ſoleant? Huic reſpondet Carolus V. Imp. *in artic.* 24. *Ordin. Crimin.* Licere à ſimilibus ad ſimilia procedere, adeoque ex indiciis nominatim expreſſis ad non expreſſa indicia argumentari, modò horum par ſit ratio. Verba *artic.* ſunt: Auß dieſen nachgeſetzten Articuln vom Argwohn vnd Anzeigung der Miſſethat ſagend / ſoll in Fällen / ſo darinnen nicht benandt ſind / Gleichnüß genommen werden / dann nicht müglich iſt / alle argwöhnige vnd verdächtige Fälle vnd Vmbſtände zuſchreiben. Idemque exprimitur *in artic.* 34. verb. Wer aber ſolcher oder dergleichen nicht vorhanden / *&c.* Et *art.* 35. verb. So ſolches vnd dergleichen erfunden wird / *&c.* Cùm enim fieri nequeat, ut omnium factorum, quæ innumera quotidiè accidunt, circumſtantiæ indiciorum vicem præbentes ſingulatim enumerentur, *arg. l. non poſſunt ff. de legib.* ubique à ſimilibus ad ſimilia procedere, & ex identitate rationis argumentari licet, quo ipſo omnia facta ac indicia, quæ unquam accidere queant, ſi non expreſsè, tacitè tamen legibus ac jure comprehenſa eſſe, haud abſurdè quis affirmaverit, *arg. l. regul. ubi Dd. ff. de jur. & fact. ign.*

34 Cumque magna prudentia ad exactam indiciorum dijudicationem requiratur, nec cujusvis ſit, ſingulas factorum qualitates & circumſtantias probè diſcernere, & ex rationis identitate ritè argumentari, atque à ſimilibus ad ſimilia inferre, unde ſæpius accidit, ut Judex & aſſeſſores, haud certi eſſe queant, ſatisnè cauſa ſit, captivum torturæ ſubjici vel ſecus; eo caſu ad Magiſtratum ſuperiorem, aut Collegium Jurisperitorum judicem confugere, ab iisque conſilium petere jubet Imp. Caroli V. in *art.* 7. *Ordin. Crimin.* Ibi: So die obgemelten Vrtheiler in beſtimbter Erkäntnüß zweiffelich würden / ob diß fürbrachten Argwohns / vnnd Verdachts zu peinlicher Frage genugſam wäre oder nicht: So ſollen ſie deßhalben Rechts bey der Obrigkeit / ſo der Ende ohne Mittel die peinliche Obrigkeit der Straff hat / oder ſonſt an Enden vnd Orten / wie zu End diſer vnſer Ordnung (nempè *art.* 219.) angezeiget / ſuchen / vnd doch dieſelbigen Obrigkeit in ſolchẽ Rath ſuchen / alle Vmbſtände vnd Gelegenheit jhres Erfahrens deß Verdachts eygentlich in Schrifften berichten. Et *art.* 28. In verb. fin. Vnd ſo in dieſen Dingen gezweiffelt würde / ſollen die jenigen / ſo peinlicher Frage halber zu erkennen / vnd zu handeln gebühret / bey den Rechtsverſtändigen / vnd an Enden vnd Orten / wie zu End vnſerer Ordnung angezeiget / Raths pflegen. Receptius autem eſt hodiè, ut judices 35 in ejuſmodi caſu dubio, ea quæ in inquiſitione acta fuêre, quæq; indicia ac ſuſpiciones adſunt, inſcripta redacta non Magiſtratui ſuperiori, ſed Scabinis tranſmittant, eosque conſulant; Secundum leges enim pronunciatur, cùm ex Prudentum conſilio ſententia fertur. *l. leges. C. de legib. arg. ult.* §. *mixta.* 26. *ff. de mun. & hon. Matth. Steph. in not. ad art. c.* 7. *& artic.* 28. *Ordin. Crim. circa fin.*

Q. 6. Quotnam indicia requirantur ad decernendã torturam?

36 *Tertia* Regula numerum indiciorum concernit, eaque eſt: Quòd ex remotis indiciis ad torturam devenire non liceat, niſi eorundem plura pro arbitrio judicis concurrant: At, unicum etiam propinquum indicium ad decernendam torturam ſufficiens eſt.

37 Diſputari ſolet ab *Interpp.* Num unum ſufficiat indicium ad torturam, an verò plura ſemper requirantur? Etenim leges quæ de indiciis agunt, in numero plurali loquuntur. *l. milites.* 8. *§ oportet. C. de quæſt. l.* 1. §. 1. *&* §. 4. *l. unius.* 18. §. 1. *ff. dict. tit.* Vnde dicendum videtur, plura ſemper deſiderari indicia, & ad minimũ duo; quippe cùm pluralis locutio duorum numero contenta ſit, *l. ubi numerus* 12 *ff. de teſtib.* At leve admodum hoc eſt argumentum, ſiquidem quòd jura noſtra de indiciis in numero plurali loquantur, id eò potiſſimum fit, quòd propter varietatem & pluralitatem Criminum ipſa quoque indicia varia ac plurima ſint, nec unumquodque indicium cuique crimini conveniat. 38 Nec raro in jure accidit, ut leges plurali in numero loquẽtes in ſingularem numerum reſolvantur. *l.* 2 §. *negotia.* 2 *ff. de Negot. geſt. l. falſa.* 33 §. *ult. ff. de condit. & demonſt.*

39 Ac ſane tam probabile eſſe poterit unicum etiam indicium, ut absque omnibus aliis adminiculis illud ad torturam infligendam ſufficere videatur; puta ſi quis ex quadam domo prodierit cum gladio ſanguine madefacto, in quâ domo confeſtim repertus ſit aliquis enſe interfectus. *Hippol. de Marſil. ad rubr. C. de probat. n.* 237. *Henric. Bocer. in tract. de quæſt. & tort. cap.* 3. *n.* 125. *Iacob Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 3. caſ.* 270. *n.* 18. *Ioſeph. Maſcard. de probat. vol. 2. concluſ.* 867. *n.* 25.

40 Quare Imp. Carolus V. diſtinguere jubet inter indicia propinqua ſeu certa, & indicia remota ſeu veriſimilia: Illaque tam urgentia judicat, ut unumquodque per ſe ſolum ad quæſtionem habendam ſufficere exiſtimet; Ex hiſce verò tum demum torturam decerni vult,

ſi eorundem plura concurrant, *in Ordin. Crimin. artic.* 27. verb. Derſelbigen argwöhnigen Theil oder Stück iſt keines allein zu redlicher Anzeigũg/ darauff peinliche Frage mag gebraucht werden/ genugſam / wo aber ſolcher argwöhnigen Theil oder Stück etliche beyeinander vff jemand erfunden werden / ſo ſollen die jenigen denen peinlicher Frage halben zu erkennen gebühret / ermeſſen/ob dieſelben obbeſtimpten/oder dergleichen erfunden argwöhnigen Theil oder Stück ſo viel redlicher Anzeigung der verdachten Miſſethat thun mögen/ als die nachfolgenden Articul /der ein jeder allein ein redliche Anzeigung macht/ vnnd zu peinlicher Frage genugſam. *junct. Rubr. art.* 29. Gemeine vnzweiffelhaffte Anzeigungen der jegliche allein zu peinlicher Frage genugſam iſt. 41 Ratio huius diſpoſitionis haudquaquam obſcura eſt; Propinqua enim indicia ipſi maleficio inſunt atque inhærent, & judicem quaſi certum reddunt de delinquente, ita ut nil aliud deeſſe videatur, quàm rei confeſſio. *l. 1. in pr. ff de quæſt.* At verò remota indicia non ſemper rem veram eſſe arguunt, ſed plerumque tantùm: prout etiam non ſimpliciter certa indicia, ſed veriſimilia, ſeu quaſi certa dicuntur. *l. milites* 8 § *oportet. C. de quæſtion.* Vnde ſit, quòd unico etiam propinquo indicio fides habeatur; Remota autem indicia nil certi probent, niſi plura concurrant.

42 Quænam verò indicia dicantur propinqua, quæque remota, patet ex traditis *quæſt.* 120. *&* 121. ubi eorundem plurima, ac quidem communiora & frequentiora relata fuerunt, ex quibus de reliquis facilimè judicare licet *artic.* 24. *Ordin. Crimin.* Eſt namque hic paſſus haud minimus, in quo judex arbitrium ſuum exercere poteſt, prout dixi Regula præcedente: Sicuti & in hoc, quotnam indicia remota ſeu veriſimilia concurrere oporteat, ſi torturam decernere velit *dict. artic.* 27. *Ordin. Crimin.* Hoc enim arbitrio judicis præcipuè committi, ſenſerunt *Bartol. ad l. ult. num.* 6. *ff de quæſt. Proſper. Farin. in prax. crimin. lib.* 1. *tit.* 5. *quæſtion* 37. *num.* 49. *Hippol. de Marſil. in pract. crimin. §. diligenter. num.* 177.

Q. 7. Quot teſtibus indicia debeant probari?

43 *Quartò*: Diſpiciendum quoque de probatione indiciorum, ubi tenenda eſt regula: Indicium quodlibet regulariter duobus teſtibus probari debere.

Non enim ſatis eſt, indicia ad torturam 44 ſufficientia in judicio allegari, ſed etiam probari eadem oportet, ut verba innuunt, Imper. Caroli V. in *artic. 6. Ordin. Crimin.* Vnd derhalbẽ genugſame Anzeigung vnd Vermuthung von wegen derſelben Miſſethat auff jhn glaubwürdig gemacht/*&c.* 45 Non autem probantur indicia ad torturam habendam niſi per duos teſtes, prout non modò unanimiter *Dd.* ſentiunt per *Gloſſ. in l. ult. verb. vel indiciis. C. famil. heriſc. Jul. Clar. in pract. §. ult. quæſt.* 22. *n.* 1. *Iohan Zanger. in tract. de quæſt. & tortur. cap.* 3. *num.* 21. *& Jacob. Menoch. lib.* 1. *de præſumpt. quæſtion.* 89. *n.* 21. *Matth. VVeſembec. in parat. ff. de quæſt. n.* 7. *Henr. Bocer. in tract. de quæſt. & tort cap* 3. *n.* 137. *Proſper. Farin. in prax. crimin. lib.* 1. *tit.* 5. *quæſt.* 37. *Anton. Gomez. tom.* 3. *variar. reſolut. cap.* 13. *n.* 18. *Ægid Boſſ. in tit. de indic & conſ. d. ant. tortur. n.* 5. 18. *&* 19. *Iodoc. Damhouder in prax. rer. crim. cap.* 36. *n.* 14. *Hippol. de Marſil. in l. unius. §. teſtes. n.* 1. *ff. de quæſt. & in pract. crimin. §. diligenter. num.* 7. 46 Sed & diſertis verbis hoc requirit Imper. Carolus V. in *art.* 23. *Ordin. Crimin.* In verb. Eine jede genugſame Anzeigung / darauff man peinlich fragen mag/ ſoll mit zweyen guten Zeugen bewieſen werden. Et *artic.* 30. in verb. final Aber ſo einer etliche Vmbſtände/Wahrzeichen/Anzeigung/Argwohn / oder Verdacht beweiſen will / das ſoll er zum allerwenigſten mit zweyen guten/tüglichen/ vnverwerfflichen Zeugen thun.

47 Unius enim hominis teſtimonium non admitti oportere, & lege divinâ, & humanâ cautum eſt. *Deut. cap.* 19. *verſ.* 15. *Matth.* 18. *verſ.* 16. Imo teſtis unicus regulariter non probat, licet præclaræ Curiæ honore præfulgeat. *l. jurujurandi* 9. § 1. *C de teſtib. l. maritus. ff. de quæſt* Hipp. *de Marſil. d. ct. §. diligenter. num.* 1. *& ſeqq.* Quod in caſu præſenti indiciorum tantò certius eſt, quantò majus periculum in tortura decernenda verſatur; quippe quæ damnum irreparabile continet, & veritatem ſæpiùs fallit. *l.* 1. *§ quæſt ff. de quæſt.* 48 Ob quam cauſam etiam idoneitatem teſtium tot verbis exprimit Imp. *dict. art.* 30. (guten/ tüglichen/vnverwerfflichen Zeugen.) Tales nimirum requirit teſtes, qui omni exceptione ſunt maiores, contra quos nil objici, nil excipi poteſt. Eaque ſi judex non probè obſervaverit, quin confeſſio extorta nullius momenti ſit, ac Reus condemnari nequeat, ambigendum prorſus non eſt.

49 *Sicuti in caſu tali reſponderunt Scabini, ad conſultationem Georgij a* Carlewitz: Ob gleich der gefangene M. M. in ſcharffer Frage bekandt/ daß er drey Hirſche/neun Stücke Wild/vnnd ein Rehe in Churfürſtlicher Sächſiſcher Wildbahn geſchoſſen: Dieweil aber dennoch ſeiner Perſon halber nur ein einiger Zeuge vor der jhme zuerkandten *Tortur* abgehöret worden/ derſelbe auch ſeine Auſſage/ wie jhr ſelbſt berichtet/ nicht vermittels eines gewöhnlichen Zeugeneydes gethan/ꝛc. So mag auff diß ſein Bekäntnüß/ſo er in der *Tortur* gethan/jhme die Todesſtraffe/ ſo in Churf. *Auguſti* hochlöblichſter Gedächtnüß *Anno* 1584. *publicirten Conſtitution* auf die Wildprets-Diebe verordnet/nicht zuerkandt werden V. R. W. *Verſus* Schwartzenberg. *Menſe Januar. Anno* 1599.

50 Dixi autem, indicia *Regulariter* duobus teſtibus probari debere, ut verba regulæ ſonant: Sunt enim caſus, in quibus præſumptiones & conjecturas unico teſte quandoque probari ſufficit; Utputa *Primò*: ſi criminis ejusque autor directè probetur per unum teſtem, qui de ipſomet facto deponit, quòd nempe ſuis oculis viderit committi facinus ab eo, qui Reus poſtulatur. Hunc namque teſtem unicum ſi omni exceptione major fuerit, ſufficere ad habendam de Reo quæſtionem non modo *Dd.* tradunt, quos refert & ſequitur *Jacob. Menoch. lib.* 1. *de præſumpt. quæſt* 91. *num.* 1. *Matth. VVeſembec. in parat. ff. de quæſt. n.* 7. *verſ. Neq; unum. Iohann. Zanger. in tract. de quæſtion. & tortur. cap.* 3. *numer.* 20. *Henric. Bocer. in eod. tract. cap.* 3. *num.* 138. *Jul. Clar. dict. quæſt* 22. *n.* 2. *&* 3. *Proſp. Farin. dict. quæſt.* 37. *n.* 54. *&* 56. Sed & diſer-

Q. 8. Quibus in caſibus probatio indiciorum per unicum teſtem facta ſufficiat?

diſertè cautum eſt *in Ordin. Crimin. dict. art.* 23.
52 verb. Aber ſo die Hauptſache der Miſſethat mit einem
guten Zeugen bewieſen würde / dieſelbe als
eine halbe Beweiſung macht eine genugſame Anzeigung/
ꝛc. Et *dict. art.* 30. *verb.* Eine halbe Beweiſung/
als ſo einer in der Hauptſache die Miſſethat
gründlich mit einem einzigen / guten / tügendlichen
Zeugen/beweiſet/das heiſt/vnd iſt eine
halbe Beweiſung/ vnnd ſolche halbe Beweiſung
macht auch eine redliche Anzeigung / Argwohn/
oder Verdacht der Miſſethat/ꝛc.

53 Ex quibus verbis notandum imprimis, quòd hoc caſu Conſtitutio Criminalis tria potiſſimùm requirat: *Primum*, ut teſtis ille unicus deponat de actu immediato: quod fit, ſi rationem per ſenſum corporeum rei convenientem & propriũ reddat. *Deinde*, ut ſit teſtis omni exceptione maior. *Matth. Steph. in not. ad dict art.* 30. *Tandem*, ut teſtificetur de crimine verbis dilucidis & indubitatis, *Zanger. in tract. de quæſt. & tortur cap.* 2. *n.* 26. Vid. quæ dixi ſuprà *quæſt.* 121. *n.* 10 *& ſeqq.*

54 *Secundò*: Quando agitur de probando delicto in genere; quod ſub ſe comprehendit ſpecies differentes, & actus particulares ſeu ſucceſſivos; qualia ſunt Hæreſis, Sortilegium ſeu Maleficium, Adulterium & ſimilia. Quo caſu teſtimonium teſtium ſingularium, quorum unus de hoc, alius de alio, tertius de illo indicio deponit, conjungenda ſunt, ad effectum torquendi Reum ſuper delicto, de quo ſuſpectus eſt. *Iohan. Zanger. in tract. de quæſt. & tortur. cap.* 3. *n.* 35. *Anton. Gomez. tom.* 3 *variar. reſolut cap.* 12. *n.* 12. *Anton. Gabriel. concluſ.* 1. *num.* 27. *lib.* 1. *comm concluſ. tit. de probat & tit. de teſtib. concl.* 2. *n.* 19. *Joſeph. Maſcard. vol.* 2. *de probat. concl.* 894. *n.* 11.

55 *Tertiò*: Probantur etiam indicia ad torturam
per unicum teſtem in caſu, quo plura indicia
ſimul concurrunt, ſuper quibus teſtes examinati
diverſimodè deponunt, ac unus de uno,
alter de alio, tertius etiam de alio teſtificatur;
Tum enim omnium teſtificatio ſimul juncta
fidem veriſimiliter facit de Reo, qui propterea
56 ſub tormentis interrogare poteſt. Etſi enim
hàc de re non omni ex parte *Interpp.* conveniant,
nec deſint, qui aſſertionem hanc ſimpliciter
rejiciant, teſteſque hoſce, ut ſingulares
coniungendos non eſſe autument, eò quod
ſinguli teſtes haudquaquam fidem faciant; *c.*
cum dilectus. 32. *extr. de elect l. jurisjurandi.* 9. *C. de*
teſtib. Ordin. *Crimin. artic.* 23. *&* 30. inter quos etiam
eſt *Johan. Zanger. dict. cap.* 3. *n.* 35. *Anton. Gomez.
tom.* 3. *variar. reſolut. cap.* 13. *n.* 18. *Iacob. Menoch.
lib.* 1. *de præſumpt quæſtion.* 91. *n. ult. Henric.*
57 *Bocer. dict. cap.* 3. *num.* 141. Veriſſimum tamen
eſt, plures imperfectas probationes in cauſis
capitalibus conjungendas eſſe ad plenam probationem
faciendam, quoad effectum torquẽdi:
quod communiter *Dd.* placuiſſe, teſtis eſt
Gabr. Roman. dict. conſ. l. 1. *num.* 23. *&* 27. *tit. de probat.
l.* 1. *comm. concluſ.* Licet namque unicum
indicium ab uno teſte probatum, ſemiplenam
probationem & fidem ad quæſtionem de Reo
habendam non faciat, de quo caſu *dict. artic.* 23.
& 30. *Ordin. Crimin.* aliiq; textus allegati exaudiri
debent; Secus tamen res ſe habet, ſi plura
indicia concurrant, & conjunctim Reum
aggravent, quorum unumquodque per teſtem
ſingularem probetur. Nam una præſumptio
aliam juvat, plurimaque indicia conjuncta
fidem faciunt. *Hippolyt. de Marſil. in pract. crim.
§. nunc videndum. num.* 10. 11. *& ſeqq. Gramm. deciſ.* 5. *num.* 14. *verſ. quo vero &c. Franc. Brun. in
tract. de indic. & tortur. part.* 1. *quæſt.* 2. *n.* 5. *Ludov.
Carer. in pract.* 2. *tract. de indic. & tort § qua autem
& qualia debeant eſſe indicia, n.* 6. *Gigas de crim.
læſ. majeſt. lib.* 2. *tit. quomod. & per quos crim. læſ.
majeſt. quæſt.* 25 *n.* 3.

Quod ipſum tamen non aliter accipi velim, quàm hiſce tribus concurrentibus: *Primò*, ut teſtes ſint omni exceptione majores & idonei, ac vitæ probatæ. *Secundò*, quòd deponant ſuper indiciis proximis delicto, non etiam ſuper valdè remotis indiciis. *Tertiò*, indicia, ſuper quibus teſtes iſti ſingulares deponunt, ſint plura & talia, quæ reddant animum judicis quaſi certum, quod Reus deliquerit. *Proſper. Farin. dict. quæſt.* 37. *num.* 38. Quorum alterutrum ſi deficiat; *Zangeri & Boceri* opinionem à veritate non alienam eſſe, facilimè conceſſerim. 58

Quartò: Denique indicia probari poſ- 59
ſunt per teſtem unicum quoad effectum territionis.
Sicuti enim alias judex Reum ſolummodò
terreri faciens, tam ſtrictè Regulis torturæ
inhærere non tenetur, *arg l. item apud Labeonem.* 15. *§. quæſtionem.* 41. *ff. de injur. Ioh Zanger.
in tract. de quæſt. & tortur. cap.* 1. *num.* 89. ita &
hoc caſu ad territionem, quandoque etiam
realem devenire poterit, licet indicia non niſi
unico teſte probata ſint, modò judici pro ratione
circumſtantiarum hoc æquum ac juſtum
viſum fuerit. Multum namque hîc tri- 60
buendum puto judicis arbitrio & diſcretioni,
ſicuti & in tota probationis indiciorum materiâ;
Ne ſcilicet credat teſtibus cupidis, iratis, &
coniuratis, atque â Religione remotis *Cicer. in
Orat. pro M. Fontei*, ſed ut teſtium dicta diligenter
ponderet, perſonas comparet, quantâ autoritate,
quantâ fide, quantaque religione, quiſque
dixerit, accuratè perpendat. *Zang. dict. cap.*
3 *num.* 40.

Quinta ſit Regula: Licet indicia ad quæſtionem habendam ſufficientia probata fuerint, ad torturam tamen tum demum deveniendum eſt, quando Reus ea tollere & elidere nequit. 61

Q. 9. Num indicia ad torturam probata à Reo elidi ac tolli queant?

Neque enim ſufficit, indicia & præſumptiones
adverſus delatum vel accuſatum adeſſe;
62 ſed rationes & cauſæ indiciorum accuratè
& diligenter indagandæ ac ponderandæ ſunt,
ac ſimul diſquirendum, num Reus probabiliter
eas eludere, contrariiſque adductis argumentis
& præſumptionibus refutare ac tollere
queat; Hocque eſt quod Imp. Carolus V. circa
indicia quævis, duo probè notari velit: Nempe
cauſam indiciorum, & præſumptionem, ex 63
parte Rei cauſam elidentem, in *artic.* 28. *Ordin.
Crim.* verb. Mehr iſt zu bedencken/wenn jemand
einer Miſſethat mit etlichen argwöhnigen Theilen
oder Stücken/als vorſtehet/ verdacht wird / daß

allwege zweyerley gar eben wahr genommen werden ſollen: Erſtlich die Vrſach der erfundenẽ Argwöhnigkeit: Zum andern/ was die verdachte Perſon guter Vermuthung/ die ſie von der Miſſethat entſchuldigen mögen/ für ſich habe/ *&c.* In quo certè non minima pars defenſionis verſatur, 64 quæ nullatenus Reo eſt auferenda: Quid enim ſi oſtendere vellet, id in quod argumentum & indicium adducitur, aliâ mente à ſe factum eſſe: Aut ſi contraria indicia & præſumptiones fortiores recenſere ac probare, & ſic indiciis indicia refutare, ac præſumptiones contrariis præſumptionibus elidere mallet? Tantum ſanè abeſt, Reum ad horum probationem ſe offerentem, repellendum eſſe, ut eum etiam admitti & audiri expreſsè jubeat Imp. in *Ord. Crim. art.* 29. verb. **Er würde dann etwas dargegen fürwendẽ/ wo es ſich erfünde/ oder bewiſen würde/ daß es den Argwohn ableinet/ alsdañ ſoll dieſelbe Entſchuldigung/ vor aller peinlicher Frage zuerfahren fürgenommen werden.** It. *art.* 37. verb. **Er könte dañ mit glaublichen Schein ein anders anzeigen/ ꝛc.** It. *art.* 33. **Er köndte dann ſolchen Verdacht mit glaublicher Anzeig oder Beweiſung ableinen/ das ſoll vor aller peinlicher Frage gehöret werden.** *Ioh. Zanger. in tract. de quæſt. & tort. cap. 2. n. 36. Matt. Steph. in not. ad art. 23. Ordin. Crimin. Henr. Boer. in tract. de quæſt & tort. cap. 3. n.* 164.

65 Sunt autem varia argumenta & præſumptiones, quæ Reum juvare poſſunt: puta, quòd ſua ſponte ſe judici exhibuit; Vel quòd eâ nocte quâ cõmiſſum dicitur crimen arctè & graviter dormitaſſe dicitur; Aut cùm fugam facere potuiſſet, minimè pedem loco movit; Aut ſua ſpõtè carcerem ingreſſus; Vel ſi adverſus eum in loco manentem longè poſt commiſſum facinus, tarda ſit inſtituta accuſatio; Vel quòd teſtes ſuam depoſitionem, extra judiciũ revocaverint. *Iac. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt.* 48. *n.* 10. *& ſeqq. Ioh. Zang. dict. cap. 2. n. 36. Ioſeph. Maſcard. de prob. vol. 2. concl.* 904. *n.* 17. Quæ & alia argumenta & præſumptiones tum demũ indicia ad torturam tollunt, ſi iis fortiora ac probabiliora 66 ſunt; Quod ſi verò judex habito velut æquilibrio, indiciorum cauſam & occaſionẽ rationibus defenſionis præponderare compererit, tutò torturâ uti poterit; diſponente ita Imper. Carolo V. *in Ord. Crim. art.* 28. verb. **Vnd ſo dann darauß ermeſſen mag werden/ daß die Vrſachen deß Argwohns gröſſer ſind/ dann die Vrſach der Entſchuldigung/ ſo mag alsdañ peinliche Frage gebraucht werden; Wo aber die Vrſachen der Entſchuldigung ein mehrer Außſehen vnd Achtung haben/ dann etliche geringe Argwöhnigkeit/ ſo erfunden ſeyn/ ſo ſoll die peinliche Frage nicht gebraucht werden/ ꝛc.**

Quare hîc judicis (qui vir bonus & Legum peritus ac litium minuendarum Studioſus eſſe debet, *l. quidam, in fin. ff. de reb. credit. l.* 1. §. *poteſt. ff. de nov. oper. nunciat. Iac. Menoch. in proœm. lib.* 1. *de arbitr. jud. quæſt. n.* 6.) partes ſunt, tàm indicia ad torturam, quàm argumenta Rei ac probationes contrarias ad iuſtam trutinam revocare, & fortioribus argumentis & præſumptionibus pondus deferre: in quo ſi ſeſe extricare nequeat, prudẽtes conſulere iubetur, *dict. art.* 28. verb. final. **Vnd ſo in diſen Dingen gezweiffelt würde/ ſollen die jenigen/ ſo peinlicher Frage halber zuerkennen/ vnd zuhandeln gebühret/ bey den Rechtsverſtändigen/ vnd an Endẽ vnd Orten wie zu Ende vnſerer Ordnung angezeiget/ Raths pflegen.** 67

Quod in foro Saxonico tantò magis verum, quantò minus inferioribus iudicibus abſque conſilio prudentũ torturam decernere licet. Vid. Reſcriptum Illuſtriſſimi Electoris Saxon. D. Auguſti Scabinis *Menſ. Ian. Anno* 1579. inſinuatum, verbotenus relatum ſuprà *quæſt.* 107 *n.* 69. Et *Ord. Polit. de Anno* 1612. *ſub tit.* **Von Juſtitienſachen.** *n. 5. verſ.* **Vnd ſo dann ferner.** Et *verſ.* **So wol auch folgends ſich in den Schöppenſtühlen/** *&c.* 68

Hoc tamen certiſſimum eſt, quòd præſumptio non delicti excludat præſumptionem delicti. *Ioſeph. Maſcard. de probat. concluſ.* 1224. *n.* 11. *Jacob. Menoch. lib. 2. de arbitr. jud. quæſtion. caſ.* 412. *& lib.* 1. *præſumpt. quæſt.* 36. *&* 92. *Nicol. Boer. deciſ.* 165. *Ioh. Fichard. conſil.* 108. *n.* 2. *& conſil.* 120. *n. 9. tom. 2. Matth. Steph. in not. ad dict. artic.* 28. *Ordin. Crim.* Et quod in dubio ſemper in mitiorem partem ſit præſumendum. *Ioh. Zang. dict. cap. 2. n.* 177. *Bald. in l. 2. verſ. ſecundò quæritur C. de furt.* 69

QUÆSTIO CXXIV.

De Actu torturæ & Modo ipſo Executionis, nec non de Examine Rei ſub tormentis.

SVMMARIA.

1. *Executio torturæ ritè eſt peragenda.*
2. *Iuſto tempore & die præfinitâ.*
3. *Die feriato an Reus torqueri poſſit? n.* 4.
5. *Reus adhuc jejunus & tempore matutino debet torqueri. n.* 6. 8.
7. *Quibusdam in locis tempore nocturno Rei Torquentur.*
9. *Ante torturam Reus de ſpontanea confeſſione interpellandus eſt. n.* 10, 11.
12. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
13. *Si plures ſint delicti complices, ſuſpectiſſimus primò torqueri debet.*
14. *Si omnes æquè ſint ſuſpecti, qui timidior creditur.*
15. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
16. *Fœmina prius torquenda quàm mas. n.* 17.
18. *Filius prius quàm Pater torqueri debet.*
19. *Si Rei ſint æquales, parum refert, quis primo vel ſecundo loco torqueatur.*

20.*Moderamen quale adhiberi debeat in torturæ. n.24.25.*
21. *Abuſus & exceſſus tormentorum. num.*22. 23.
26 *Reus non in ipſo torturæ actu, ſed remiſſa ea, debet interrogari.n.*27.28.
29.*Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
30.*Examen in tortura quale eſſe debeat.*
31.*Articulatum ſit examen neceſſe eſt.*
32.*Plura interrogatoria uni articulo non ſunt inſerenda.*
33. *Reſponſum Scabinorum Lipſienſium.*
34.*Interrogatio ſit brevis & compendioſa. numero* 35.36.
37.*Super qualitatibus delicti Reus quoque debet interrogari,n.*38.
39. *Quænam ſint illæ qualitates , ſuper quibus examen habendum eſt ? num.*40.41.42. 43.44.
45. *Quænam obſervanda ſint circa examen ſuper circumſtantiis ? n.*46.
47. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium, num.* 48.49.50.
51.*Interrogatio in actu torturæ pertinens eſſe debet.*
52.*Reus ob certum aliquod delictum tortus, num incidenter de alio crimine queat interrogari ? num.*53.54.55.57.58.
56. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.n.*59.
60. *Iudex circumſtantias delicti de quibus tortus eſt confeſſus, indagare debet,n.*61.
62. *Quid ſi circumſtantiæ deprehendantur falſæ? num.*63.
64. *Actus torturæ conſignari debet ab Actuario judicij,n.*65.
66. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
67.*Carnifici deponenti de actu torturæ fides habenda non eſt.*
68. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*

1 HActenus de Indiciis; Quibus ad torturam idoneis exiſtentibus & probatis, ſententiaque judicis deſuper latâ, nil reſtat, quàm ut ipſa torturæ fiat executio, atque Reus debito modo, juſtoque ordine obſervato, quæſtioni ſubjiciatur. *Franc.Brun in tract.de indic.2 part.2.quæſt.5.num.*14. *Iohan.Zanger.in tract.de quæſt. & tortur.cap.4.num.*1. *Hippolyt.de Marſil. in pract.crimin.§.Nunc videndum.n.2 &* 20.*Proſp.Farin.in prax.crimin.lib.*1.*tit.*5.*quæſt.*38. *num.*7. Idque eſt Quintum Requiſitum in materia torturæ probè conſiderandum. Nam ſi eò deventum fuerit, ut ex indiciis ſufficientibus Reus ſub tormentis interrogari debeat, judicis officium in hoc potiſſimùm verſatur, quo executionem torturæ dirigat, in eaq; debitum modum, juſtumque ordinem ſervari faciat: Qui principaliter in ſubſequentibus conſiſtit capitibus.

Q.1. Quonam tempore executio torturæ fieri debeat?

2 Primò: Certus aliquis terminus executioni eſt præfigendus, certaque dies ad quæſtionem habendam decernenda; prout diſertè cautum in *Sanctione Carolina, art c.*45. So der Argwohn vñ Verdacht einer beklagten vnd verneineten Mißhandelung/als vorſtehet/erſunden/ und für bewieſen angenommen/oder bewieſen erkant würde/ So ſoll dem Ankläger auff ſein Begehren alsdann ein Tag zu peinlicher Frage benant werden. Qui textus licet de Reo accuſato loquatur, attamẽ ſi quis delatus, contraq; eum proceſſus inquiſitorius formatus fuerit, quin tum idem obtineat, certaque dies præfigenda ſit, quâ de Reo pertinaciter negante quæſtio habeatur, dubium non eſt. *Matth.Stephan.& Georg.Remus ad dict art.*45 *Ordin.Crim.*

3 Arbitrio autem judicis relinquitur, quem terminum præfigere, quâque die quæſtionem de Reo habere velit: modò id non fiat die feriato, cultuique divino deſtinato, in quo non niſi atrocioris criminis Reus ſub tormentis interrogari poteſt, qualis eſt Latro, quem ideo torqueri etiam feriis permiſſum, ne differatur, ſceleratorum proditio conſiliorum, quæ per Latronum tormenta quærenda eſt. *l.pen.C.de feriis.* Cuius ordinis quoque eſt Reus Majeſtatis, Veneficus, Maleficus, Adulter, Monetę violator, Homicida, Parricida. *l.3.C.de Epiſc.audent.*

Rectius tamen faciet judex, ſi etiam hiſce in delictis executionem in alium diem non feriatum differat. Licet enim peccatum non eſſet, die feriato aliquem torqueri, eſt tamen horrendum & miſerabile ſpectaculum, à quo propter Dei reverentiam eſt omninò abſtinendum. *Iul.Clar.in pract.§.ult.quæſt.*64.*num.*34.*& quæſt.*97.*num.*6. 4

Veluti etiam reſpondimus Quæſtori in Syra: Vnd wird die zuerkante *Tortur* an jhr ſo bald nach gehaltenen ſechs Wochen/auch in wärender Adventszeit/wofern die Feyertage nicht mit einfallen/ billig vollſtreckt. *Menſ. Decemb. Anno* 1634.

In feriis tamen, quibus aliàs à forenſibus cauſis vocatio datur, quilibet Reus torqueri poteſt. *l.cuſtodias.*12.*ff.de publ judic.l.pen.ff.de feriis. Henric.Bocer.in tract.de quæſt.& tort.cap.*3. *num.*176.

5 Solet etiam de conſuetudine hoc obſervari, ut Reus non torqueatur poſt prandium vel cœnam, quando quid comedit, vel bibit ſed executio per novem vel decem horas poſt differatur. *Hippol.de Marſil.in l.*1.*in pr.ff.de quæſt. num.*29. ubi rationem huius conſuetudinis reddit: Ne ſcilicet vertatur torquendo Stomachus, & vomendo patiatur, ut examinari non poſſit. *Proſper.Farinac.in prax.crimin. lib.*1.*tit.*5. *quæſt.*38.*num.*32. *Iul.Clar.lib.*5.*ſentent.§.ult.quæſt.* 64.*num.*30. *Paris de Puteo in tract.ſyndic.verb. Tortura,cap.*4.*n.*11. 6 Sufficit tamen aliis expectare tantummodò per octo, quinque aut ſex horas, quòd eo tempore perfecta ſit digeſtio, ac Stomachus alium requirat paſtum. *Novell.in pract.ad defenſam.cap.*3.*num.*20. Quod & probet, & ſic obſervari ſe vidiſſe, ait *Farin. dict. q.* 38.*num.*32. 7 Hæcque proculdubio cauſa eſt, quòd quibuſdam in locis tempore nocturno quæſtio de Reis haberi ſoleat: quamvis & dici queat, hoc propterea fieri, ne per torturam & ejulationem Rei, aliis hominibus moleſtia creetur. Maximè tamen opportunum huic actui eſt tempus matutinum, quo alii quoque judiciales actus momenti alicujus perfici ſolent: prout hîc Lipſiæ, ac plerisque aliis in

locis tempore matutino Rei adhuc jejuni torqueri ſolent.

Q.2. Num ſemper ante executionem torturæ Reus de ſpontanea confeſſione ſit interpellandus?

9 Alterum caput conſiſtit in interrogatione abſque tormentis & ſpontanea confeſſione, in gütlicher Verhör. Antequàm enim Reus tormentis ſubjiciatur, ante omnia de ſpontaneâ confeſſione & cruciatu tormentorum vitando, ſeriò interpellandus eſt, iis potiſſimùm verbis quibus ad aperiendum delictum facilimè induci queat. Quâ de re extat Sanctio Imper. Caroli V. in *Ordin. Crimin. artic.* 46. hiſce verbis concepta: Wann man den Gefangenen peinlich fragen will / von Ampts wegen / oder vff Anſuchung deß Klägers / ſoll demſelbigen zuvor in Gegenwärtigkeit deß Richters / zweyer deß Gerichts / vnd Gerichtſchreibers / fleiſſiglich Zurede geſchehen / mit Worten / die nach Gelegenheit der Perſonen vnd Sachen zu weiter Erfahrung der Vbelthat oder Argwöhnigkeit allerbeſt dienen mögen / er auch mit Bedrawung der Marter beſpracht werden / ob er der beſchuldigten Miſſethat bekändtlich ſey oder nicht / vnnd was jhme ſolcher Miſſethat halber bewuſt ſey / vnnd was er alſo dann bekennet / oder verneinet / ſoll auffgeſchrieben werden.

10 Etſi enim antea Reus ſponte crimen fateri noluerit, ac propterea ex indiciis & præſumptionibus ſufficientibus, tormenta ſententiâ prudentum ipſi adjudicata fuerint; nihilominus tamen ante executionem tormentorum adhuc ſemel interrogari, & de ſpontaneâ confeſſione cum ſeriâ torturæ comminatione interpellari debet. Quia omnia priùs verbis quàm armis experiri ſapientem decet. *Matth. Steph. in not. ad dict. artic.* 46. *Ordin. Crimin. Henric. Bocer. in tract. de quæſt. & tortur. cap.* 3. *num.* 3. *Iul. Clar. in § ult. quæſt.* 64. *n.* 35. *verſ. Benè dicit Imola. Georg. Rem. in Nemeſ. Karulin. dict. art.* 46.

11 Quò & illud pertinet, quod dixi ſuprà *quæſt.* 14. *num.* 64 *& ſeqq.* torturam ſcilicet adhibendum non eſſe, ſi veritas per ſpontaneam confeſſionem haberi queat. *l.* 1. § 1. *ff. de quæſt l. quoties.* 12. *C. eod. tit. Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crimin. cap.* 35. *num.* 1. *& ſeqq. Franc. Caſon. de tom. c.* 7. *&* 9. *Ioh. Emer. à* Rosbach. *in proceſſ. crim. tit.* 5. *cap.* 18. *n.* 1. *Ioſeph. Maſcard. de probat. vol.* 3. *concluſ.* 353. *n.* 4. *Ioh. Zanger. in tract. de quæſt. & tort. cap.* 2. *n.* 2. Quare, ſi & in ipſo puncto torturæ inſtantis delinquens crimen fateatur, mertò tortura ceſſabit.

12 *Hacq; ratio eſt, quod Domini Scabini ſuper torturâ pronunciantes ſententiis ſuis hæc verba inſerere ſoleant:* Daß / wofern *Inquiſit* ſich nochmals darzu richtig nicht bekennen will / jhr wol befugt / jhn mit der Schärffe ziemlicher Weiſe angreiffen vnd befragen zu laſſen / *&c. Quæ verba apertiſſimè innuunt, inquiſitũ ante ipſam torturæ executionem, de ſpontanea confeſſione adhuc ſemel interpellandum & interrogandum eſſe; ſiquidem confeſſio & reſponſio interrogationem præſupponit.*

Q.3. Quinam ex pluribus delictis complicibus primò torqueri debeat.

13 Tertiò; ſi plures ſint Rei complices unius delicti, judex ordinem in quæſtione habenda juſtum ſervare debet, in quo arbitrium ipſius non minus verſatur, ac in ipſo quæſtionis modo. Quod arbitriũ in eo conſiſtit, ut judex ante omnia conſideret, quis ſit ſuſpectiſſimus inter Reos, à quo incipiendum eſt. *l.* 1. § *idem Divus Hadrianus.* 2. *ff de quæſt Ioh. Zang. in tract. de quæſt. & tortur. C.* 4. *n.* 25. *Iul. Clar. lib.* 5. *ſentent.* § *ult. quæſt.* 64. *n.* 29.

Quod ſi verò omnes æqualiter ſuſpecti ſunt, certa ſtat Regula: Quòd incipiendum ſit ab eo, qui timidior creditur, vel teneræ ætatis videtur, ex quo facilimè veritas exquiri poteſt. 14 Quæ Regula non modo à JCto Vlpiano in *dict. l.* 1. § *idem Divus Hadrianus.* 2. & Paulo in *l. unius.* 18. *in pr. ff de quæſt.* tradita, ſed & Interpp. communiter recepta eſt. *Franciſc. Brun. in tract de indic. ſecund. part. quæſt* 5. *n.* 54. *Bartol. & Hippol de Marſil. ad dict. l.* 1. § 2. *ff. de quæſt. Et idem Hippol. in pract. crim.* § *expedita, num.* 49. *Henric Bocer in tract. de quæſt. & tortur. c.* 5. *n.* 6. *&* 7. *Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crim. c.* 37. *n.* 14 *Ioh Zanger. & Iul. Clar dict. locis.*

15 *Atq; ſecundum hanc regulam quotidiè pronunciant Scabini hiſce ferè formalibus:* So ſeyd jhr wol befugt / beyde *Inquiſiten*, jedoch dz mit dem Schwächſten der Anfang gemacht werde / mit Schärffe ziemlicher Weiſe angreiffen vnd befragen zu laſſen / *&c.*

16 Hinc ſequitur *Primò*: Quod ſi maſculus & fœmina de eodem crimine ſint torquendi, prius fœminæ tormenta infligi debeant, ceu perſonæ debiliſſimæ, & cruciatui ferendo maximè impari, *arg. l. unius.* 18. *in pr. ff de quæſt. Ioh. Zanger. in tract. de quæſt. & tortur. cap.* 4. *n.* 27. *Bocer. dict. c.* 5. *n.* 11. *Franc. Brun. de indic. dict. quæſt.* 5. *n.* 55. *Iacob. de Belloviſ. lib* 3. *pract. crimin. cap* 6. *num.* 5. *&* 6. Quia enim fœminarum ſumma eſt inconſtantia & mollities, ad veritatis cõfeſſionem tùm perſuaſionibus, tùm cruciatibus facilius induci poſſe, præſumuntur. *l. filia in orbitate.* 20. *C. de inoff. teſtam. cap forus. in fin. ext. de verb. ſignif.*

17 Quod & verum eſt, ſi maritus & uxor delictum perpetraſſe dicantur; Nam ex eadem ratione uxor, utputa à qua veritas faciliùs exquiri poteſt, primùm ad quæſtionem trahenda eſt. *Iacob. de Belloviſ. dict. cap.* 6 *n* 10. *Franciſc. Brun. dict. quæſt.* 5. *n* 54. *Ioh Zang. dict cap.* 4. *n.* 30. ubi dicit, quia amor uxorius cœteros omnes præter amorem parentum in liberos ſuperare videatur veriſimile eſt, maritum videntem uxorem ſuam dependentem in cruciatu, eam excuſaturum fore, & de ſe confeſſurum. *Henr. Bocer dict. cap.* 5. *n.* 11. *Iodoc. Damhoud dict cap.* 37. *n.* 16. *Hippol. de Marſil in dict. l.* 1. § 1. *n.* 70. *ff. de quæſt.*

18 *Secundò*: Quando pater & filius ſunt torquendi, primo loco filius quæſtioni ſubjiciendus eſt, & quidem in cõſpectu patris: Non tàm, quòd filius reſpectu patris teneræ ſit ætatis, *arg. l unius.* 18. *in pr. ff. de quæſt.* quàm quod pater pro ſuo in filium affectu magis terretur in illo, *l.* 8. *in fin. ff. quod met. cauſ.* quodque per filii corpus pater magis, quam filius periclitatur. § *ultim. Inſt. de nox. act.* Vt proinde veriſimile ſit, patrem, qui videt cruciari filium, ultrò veritatem dicturum. *Hippol de Marſil. dict. l.* 1. *in pr ff de quæſt Iacob. de Belloviſ. dict. cap.* 6. *n.* 3. *Iohan. Zanger. dict. cap.* 4. *num.* 28.

Ter-

19 *Tertiò*: Sequitur & hoc, quòd ſi unus æquè timidus ſit atque alter, ne judex arbitrari poſſit, à quo verum faciliùs ſcire poſſit, nil interſit, quis in ordine primus torqueatur, *arg. l. 31. in fin. ff. locat. l. 1. §. apud Iulianum. 37. ff. de poſit. Iohan. Zanger. dict. cap. 4. num. 33. Franc. Brun. de indic. quæſt. 5. num. 54. & 55.*

Q.4 Quanã moderamen judices in executione torturæ adhibere debeant?

20 *Quartò*: In ipſa torturæ executione benè advertant judices, ne ſine diſcrimine Reos tormentis vexent, & ſub veritatis eruendæ prætextu horrendis modis dilanient, atque ea, quæ nunquam patrarunt, nunquam dixerunt, nunquam cogitarunt, confitenda adigant. Taliter enim tormenta ſunt adhibenda, qualiter ea moderatæ rationis temperamenta deſiderant. *Iohan. Zanger. dict. cap. 4. numero. 14.* Qua in re proh dolor! hodie à pleriſque judicibus peccatur. 21 Hodiernis namque temporibus, inquit *Hering. de fidejuſſ. cap. 10. n. 433.* multi larvati, ſtupidi, & bibuli judices in tolerandis humanæ patientiæ cruciatibus miſeros captivos lacerant, imo paſtis cruore luminibus, ut fera, quæ guſtatũ ſemel ſanguinẽ ſẽper ſitit, ſæpè numero tormenta duplicari iubent, **Es bleibet etwan bey 20. 30. 40. oder 50. mahlen kaum an etlichen Orten/ daß die Sonne dadurch ſcheinen möchte**/ ut inquit 22 *Adam. Keller. lib. 2. de offic. jur. pol. cap. 13.* Plures è judicibus non adſiſtunt torturæ, ſed interim edendo & bibendo tortum vel ſolùm vel manibus cuſtodum crudelium & indiſcretorum relinquunt, ita ut ſæpiùs moriatur, exiſtimantes, Reos fore torquendos tanquam cadaver, ne ſi forſan in hoc mundo pœnas non luant, in alio ſeculo expectẽt atrociora Dæmonis tormenta. *Iacob. Menoch. caſ. 340. num. 13.* Quidam ipſimet manus adhibent, ut inquit *Par. de Put. in tract. de Syndic. verb. tort. cap. 4. num. 9.* ſe vidiſſe poteſtatem, qui capiebat Reum per capillos, dando caput ad columnam & dicendo confitearis & dicas veritatem Ribalde.

23 Sed relegetur prorſus à foro noſtro hic exceſſus & abuſus tormentorum, ac memores ſẽper ſint judices Sanctionis Carolinæ, quæ tormenta attemperari iubet, in *art. 58.* **Die peinliche Frage ſol nach Gelegenheit deß Argwohns / der Perſon/ viel/ offt/ oder wenig/ hart oder linder/ nach Ermeſſung eines guten vernünfftigen Richters fürgenommen werden** / *&c.*

24 Idque ipſum iam dudum animadvertit JCtus Ulpianus reſpondens in *l. quæſtionis. modum. 7. ff. de quæſt.* iudicem modum quæſtionis arbitrari oportere, qui ſedulam operam navabit, ut quantum perſonarum ætas, ſexus, vires, conditio & ratio ipſa permiſerit, tormenta attemperet, ſæpius, rarius, remiſſiùs, intentiùs habeat, quò vel innocentiæ, vel ſupplicio torti ſalvi permaneant. *Hippolyt. de Marſil. in dict. l. 7. ff. de quæſt. num. 1. Iohan. Zanger. dict. cap. 4. num. 13. Matth. Steph. in not. ad dict. art. 58. Ordin. Crimin. Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſtion. lib. 2. cent. 3. caſ. 271. num. 1. & 2.*

25 Hodieque in foro Saxonico id minorem difficultatem habet, dum iudices ad præſcriptam Scabinorum ſententiam, ac definitum tormentorum gradum, torturam præciſè exequi tenentur, uti notiſſimum eſt.

Q.5 Num in ipſo torturæ actu, Reus ſit examinãdꝰ?

26 QVINTVM CAPVT ipſam interrogationem & confeſſionem Rei concernit: in qua effectus principalis torturæ ſeu quæſtionis conſiſtit, quæ propriè nil aliud eſt quã interrogatio, & per hanc ceu genus ſuum definitur, ut arguit textus in *l. item apud 15. §. quæſtionem. 41. ff. de injur. l. 1. §. qui quæſtionem. 2. & § ſeq l. Divus. 9. §. 1. l. 17. in pr. & l ſeq §. ſervus. 6. & §. ſeqq. ff. de quæſt. l. pridem. 6. & l ſeq. l. ſuper. 9. & l. ſeq. l. quoties. 12. & tribus. l. ſeq. l. ult. C. eod. tit.* 27 Hæc autem non in ipſo actu torturæ, ſed remiſsâ eâ fieri debet, prout diſertè cautum in *Ordin. Crimin. artic. 58.* In verb. **Vnd ſol die Sage deß Gefragten nichts angenommen/ oder auffgeſchrieben werden/ ſo er in der Marter thut / ſondern er ſol ſeine Sage thun/ ſo er von der Marter gelaſſen iſt.** Non enim veriſimile eſt, in ipſis torturæ cruciatibus conſtitutum veritatem poſſe eloqui, aut perpetrata cum circumſtantiis rectè in memoriam revocare. Sed iis demum, quæ remiſsâ torturâ, ſive quæſtionibus exemptus indicabit & confitebitur, fides habenda eſt: 28 Quare nec id, quod in tortura confeſſus eſt Reus, ſed quod remiſsâ torturâ fatetur à Notario conſignari debet. *Matth. Stephan. in not. ad artic. 47. in fin. & dict. artic. 58. num. 2. Henric. Bocer in tract. de quæſt. & tort. cap. 5. num. [illegible]5. Iohan Zanger. in tract. de quæſt. & tortur. c. 4. [illegible].*

> 29 *Veluti etiam reſpondimus ad conſultationem Henrici à* Lütkow. Ob wol zu recht erkandt worden/ daß N. N weil er der jhme Schuld gegebenen Verbrechung in gutem nicht geſtändig ſeyn wil/ darüber mit der Schärffe ziemlicher Weiſe befraget werden ſol/ etc. So mag auch *inquiſi* bey Vollſtreckung der *Tortur* vnnd noch währender Marter eygentlichen vnd *in ſpecie* auf die Articul nicht befraget werden/ ſondern wañ er ſein Bekäntnüß zu thun ſich erkläret/ vñ er darauf von der Marter gelaſſen wird/ wird ſolches vmbſtändlichen angenommen/ vnd mit Fleiß verzeichnet/ vnd dieſes wird alsdann für eine richtige Vrgicht billich gehalten / V. R. W. *Menſe Februar. Anno 1613.*

Q.6, Examen Rei in tortura qualenam debet eſſe?

30 SEXTO: Non minus quoque qualitas interrogationis ac reſponſionis circa torturæ executionem attendi debet; quippe in quâ negotium hoc potiſſimùm vertitur; unde vel Reus confeſſus condemnandus, vel diffeſſus abſolvendus ſit. Ideoq; judicem diſcretum in examine hoc diligentiſſimè advertere & curare decet.

31 *Primò*: Vt ſit articulatum, hoc eſt, ut crimen ſeu factum, ſuper quo Reus tormentis interrogandus eſt, certis articulis includatur, & poſtea ad ſingulos quoſque Reſponſio torti exigatur. Hoc enim obſervantia fori Saxonici introduxit, ut in quâvis inquiſitione articulatè procedatur, formatis nempe articulis inquiſitionalibus, factoque certis poſitionibus incluſo, quo exactiùs veritas delicti indagari & exquiri poſſit: prout notiſſimum eſt ex Reſcripto Elect. Saxon. D. Auguſti *Anno 1579. Menſ. Januar.* Scabinis inſinuato. & *Ordin. Polit. de Anno 1612. tit* **Von Juſtitienſachen.** *num. 5.* Quæ obſervantia in examine ſub tormentis tantò minus eſt intermittenda, quantò majus periculum inde metuendum, ſi ipſa delicti veritas non exquiratur.

32 Caveant autem iudices examinatores, ne in uno eodemque articulo plura interrogatoria coniungant, & facta diverſa cumulent, quo ipſo non modò quæſtiones confunduntur, ſed & confeſſio Rei haud absque ingenti ipſius periculo ſæpius obſcuratur, qui affirmando factum unum, alterum in eodem articulo comprehenſum nunquam forſan perpetratum nec cogitatum confiteri quoque videtur; Adeoque ſingulo cuique articulo non niſi unicum interrogatorium inſerendum eſt.

33 *Veluti ſic pronunciavimus ad conſultationem Quæſtoris Bornenſis: Menſ. Decembr. Anno* 1629.

34 *Secundò:* Brevis quoque & compendioſa interrogatio ſub tormentis eſſe debet, reiectis quæſtionibus ſuperfluis, factumque ipſum non concernentibus, aut parum ad veritatem criminis indagandam facientibus. Etſi enim ab initio, antequam ad torturam procedatur, iudici fas ſit, plures articulos inquiſitionales formare, & ſingulas quasque facti circumſtantias iisdem includere, præſertim ſi qualitas criminis hoc exigat; Attamen ſi ad torturam deventum fuerit, ab articulorum pluralitate iudex prudens abſtineat, & interrogatoria non niſi ad ipſum factum dirigat: An, quomodo, & quando Reus hoc vel illud crimen perpetraverit, nec ne. Nam quæſtionum ſuperfluitas & pluralitas non modò intricatos iudicum animos reddit, ſed & tortum confundit, & veritatis cognitionem impedit: *Id quod ipſemet ſæpius obſervavi.*

35 Quo & reſpicere videtur Sanctio Carolina Criminal. in *artic.* 100 *Rubr.* **Von vnnothdürfftigen/vnnützen/gefährlichen Fragen/ſo vor Gerichte beſchehen.** In verb. **Nach dem auch vns angelanget iſt/ daß bißher an etlichen peinlichen Gerichten viel überflüſſiger Frage vnnd Andingung gebraucht / die zu keiner Erfahrung der Warheit/oder Gerechtigkeit noch ſeyn / ſondern allein das Recht verlängern vnd verhindern/ ſolche vnnd andere vnziemliche Mißbräuche/ſo das Recht verhindern/oder die Leute gefähren/wollen wir hiermit auffgehoben vnd abgethan haben / ꝛc.** *ubi Matth. Steph. & Georg. Rem. in Nemeſ. Karul. dict. art.* 100.

36 Eaque cauſa eſt, quòd Dn. Scabini Lipſenſes ſuper torturâ pronunciantes, interrogatoria ex actis ipſimet formare, eaque quantum fieri poteſt, breviſſima atque pauciſſima ſententiis ſuis inſerere, & judicibus inquiſitoribus præſcribere ſoleant: quibus in fine generalia hæc duo ut plurimum addunt: **Was er dabey gethan/vnd jhme ſonſten hierumb allenthalben bewuſt ſey/**&c. Quæ duo, ſi forſan in interrogatoriis quid omiſſum fuerit, generaliter omnem defectum ſupplere videntur.

Q. 7. Quatenus, ac quomodo tortus de circũſtantiis criminis interrogari debeat?

37 *Tertiò:* Exinde tamen neutiquam inferendum, quòd qualitates ac circumſtantiæ delicti perpetrati omitti debeant; Etenim ſi tortus ad interrogatoria præſcripta reſpondendo delictum confeſſus fuerit, judicis officium inſuper & hoc requirit, ut tortum, de circumſtantiis & qualitatibus ejusdem delicti interroget. *Iul. Clar. in pract. §. ultim. quæſtion. 45. numer. 11. Henric. Bocer. in tract. de quæſtion. & tortur. cap. 5. num. 47. Franciſc. Brun. de indic. part. 2. quæſt. 6. num. 10. 11. 12. & 13. Franciſc. Caſon. in tract. de torment. cap. 10. numer. 2. 3. & 4. & cap. 21. numer. 17.* Quod & diſertè cautum ab Imperatore Carol. V. in *Ordin. Crimin. artic.* 48. verb. **So der Gefragte/der angezogenen Miſſethat/durch die Marter/als vorſtehet/bekäntlich iſt/vnd ſein Bekäntnüß auffgeſchrieben wird / ſo ſollen jhn die Verhörer ſeiner Bekäntnüß halber gar vnterſchiedlich/wie zum Theil hernach berühret wird/ vnd dergleichen/ſo zu Erfahrung der Warheit dienſtlich/ fleiſſig fragen/**&c. Et *artic.* 36. In verb. **Wie man einen / der eine Miſſethat / die zweiffelich iſt / auß Marter/oder Bedräwung der Marter bekennet/ nach allen Vmbſtänden derſelbigen Miſſethat fragen/vnd darauff Erkündigung thun / vnnd alſo auf den Grund der Warheit kommen ſoll/ꝛc.**

38 Etenim quum haud rarò quodlibet mortis genus alacriter ſubiturus ſit Reus, quàm diutius tormentorum magnitudinem perpeſſurus, *l. 1. §. 23 ff. de quæſt.* non ſtatim ejusdem confeſſioni fides habenda erit, ſed ante omnia judicem diligenter oportet diſpicere, num confeſſio Rei conſona ſit veritati nec ne: Nam ſi à veritate aliena deprehendatur, haud quaquam ei præjudicabit. *l. 1. §. Divus. Severus. 17. ff. de quæſt. Paris de Puteo in tract. Syndicat. §. quidam fuit tortus. Franciſc. Brun. dict. quæſt. 6. num.* 1. Idipſum verò, an ſcilicet confeſſio extorta vera ſit, nec ne, non niſi ex circumſtantiis criminis commiſſi deprehendere licet; quare in eas ſtudioſè judicem inquirere oportet.

39 Quænam verò circumſtantiæ illæ ſint, ex quibus veritas confeſſionis exquirenda eſt, nullibi in ſpecie definitum reperitur; quare judicis diſcretioni & arbitrio hoc cõmittendum erit, qui conſideratis ſeptem illis modis, ſcilicet cauſa, perſona, loco, tempore, qualitate, quantitate & eventu: de quibus agit JCtus Saturninus in *l. aut. facta: ff. de pœnis*, pro ratione circumſtantiarum & qualitate delicti, interrogatoria ad veritatem indagandam apta & convenientia facili negotio formare poterit, penſatis quoque interrogatoriis atque circumſtantiis frequentiorum delictorum exempli loco ab Imper. Carolo V. in Sanctione Crimin. præſcriptis.

40 Veluti ſi de homicidio, aut latrocinio agatur, Reus interrogari poteſt, qua ex cauſa interemerit hominem, qua die & hora id fecerit, quo item loco, quem cœdis ſocium habuerit, ubi cadaver hominis reliquerit, quibus armis eum interfecerit, quos ictus, quæ vulnera ei impoſuerit, quid nummorum vel rei alterius invenerit apud hominem trucidatum, quid de his abſtulerit, ubi ſibi ea adſervarit, vel cui vendiderit, donarit, aliove modo alienaverit, *articul.* 48. verb. **Bekennt er eines Mords / man ſol jhn fragen / auß was Vrſachen er die That gethan / auff welchen Tag vnd Stunde / auch an welchem Ende / ob jhn jemandes / vnd wer jhm darzu geholffen / wo er den Todten hingethan / mit was Waffen er den Mord verübet /** &c. Veneficium

41 neficium autem confeſſus interrogari debet:
cur hoc crimen commiſerit: Item, quâ materiâ,
& quomodo veneficium illud conflarit, ubi petierit
venenum, & quem conatus ſui autorem
habuerit. *artic.* 50. Bekennt der Gefragte/ daß
er jemand vergifftet habe/oder vergifften wollen/
Man ſoll jhn auch fragen aller Vrſachen vnnd
Vmbſtände/als obſtehet/vnd deß mehr/ was jhn
darzu beweget/auch wormit/vnd wie er die Vergifftung
gebrauchet / oder zugebrauchen vorgehabt/
wo er ſolche Gifft bekommen / vnd wer jhm
42 darzu geholffen oder gerathen habe. Sic & de incendio
confeſſus de cauſa ſceleris, ſociis, tempore
& materiâ, quâ incendium fecerit, interrogandus
eſt, *artic* 51. Bekennt der Gefragte ein
Brand/man ſol jhn ſonderlich der Vrſach / Zeit
vnd Geſellſchafft halb/als obſtehet/fragen/ vnnd
deß mehr; mit was Fewerwerck er den Brand gethan/
von wem/wie/oder wo er ſolch Fewerwerck
oder den Zeug darzu zu wegen gebracht habe. Pariter
43 & proditionem aut Maleficium confeſſus
de omnibus circumſtantiis, modo & tempore,
atque de ipſis etiam Sortilegiis, quomodo &
quando, quibus verbis aut factis exercuerit
Magiam, interrogari debet. Quod ſi dixerit Reus,
ſe quid ſub terram repoſuiſſe, quod faciendo
Maleficio magico commodum putatur, curabit
judex in id inquiri diligenter, interrogabit
itidem, ex quo didicerit Magiam, & quâ occaſione
huic ſe dederit diſciplinæ, tùm anne in
plures perſonas uſus ſit maleficio magico, quænam
perſonæ illæ ſunt, quidque detrimenti importarit
maleficio ſuo; prout pluribus docet
Imper *art.* 49. & 52.

44 Hæc interrogatoria, ab Imperatore in genere
tradita & præſcripta, quemvis rerum forenſium
non imperitum judicem, (qualem cauſæ
criminales requirunt,) quid in negotio quæſtionum
agi & ſuſcipi oporteat, docere poſſunt,
& quid cauſa quælibet, confeſſione facta exigat,
ut factorum veritas eliciatur. Neque enim
omnes articuli & interrogatoria ſingillatim Legibus
& Conſtitutionibus comprehendi poſſunt,
l. non poſſunt. ff. de legib, ſed prudentis judicis
arbitrio committenda ſunt: qui in examine
circumſtantiarum duo potiſſimũ probè notabit:
45 *Primò*, ut Interrogatoria proponantur mutatis
mutandis, prout iudex ex varietate circumſtantiarum
deprehendere poterit, iubente
Imper. in *artic.* 53. Auß den obgemeldten kurtzen
Vnterrichtungen/kan ein jeder Verſtändiger
wol mercken/was nach Gelegenheit jeder Sachen
auff die bekandte Miſſethat deß Gefragten/weiter
vnnd mehr zu fragen ſey/ daß zu Erfahrung
der Warheit dienſtlich iſt/ welches alles zu lange
zubeſchreiben wäre/ Aber ein jeder Verſtändiger
auß dem obgemeldten Anzeigen wol verſtehet/ wie
er ſolch Beyfrag in andern Fällen thun ſoll/ *&c.*
46 *Deinde*, ut caveat diligenter, ne ipſemet Reo circumſtantias
criminis ſuggerat, ſed illas ab ipſo
Reo proferri faciat. Accidit enim nonnunquam,
ut iudices hac in re incautius agentes
ſuis quaſi officiant luminibus; quando nempe
Reo imprudenter in interrogationibus, aliquas
ſuggerunt ex opinione ſua & ingenio circumſtantias,
& ille ſi ita ſibi prodeſſe putet, mox iis
adnuat, *l. 1. §. qui quæſtionem. ff. de quæſt.* Talia igitur
fieri ſeriô vetat ſemper Carolus V. in *art.* 56.
verb. Solches wird aber etwa damit verderbet/
wann dem Gefangenen ein Annehmen oder Fragen/
dieſelben Vmbſtände der Miſſethat vorgeſagt/
vnd darauff gefragt werden/darumb wollen
wir/daß die Richter ſolches fürkommen/ daß es
nicht geſchehe/ſondern dem Verdachten nicht anders
vor / oder in der Frage fürgehalten werde/
denn nach der Weiß/ als klärlichen in den vorgehenden
Articuln geſchrieben ſtehet. Sufficit ergò
in genere de circumſtantiis delicti perpetrati
Reum interrogari, eiusque reſponſiones diligenter
conſignari. *Matth. Stephan. in not. ad dict.*
art. 46. ubi & Georg. Rem in Nemeſ. Karulin. Henric.
Bocer. in tract. de quæſt. & tort. cap. 5. n. 52.

Quæ ut exactius in examine ſub tormentis obſer- 47
ventur, Scabini Lipſenſes de quæſtione habenda
reſpondentes, ipſimet ſuper circumſtantiis delicti
interrogatoria formare, eaq; mutatis mutandis
pro ratione circumſtantiarum inquiſitoribꝰ præ-
ſcribere ſolent, hac in re accuratæ atq; concinnæ
brevitati, quantum fieri poteſt ſemper ſtudentes.
Vnde fit, quòd in crimine homicidij communiter 48
hæc interrogatoria ponantur? Ob er nicht/ *N.*
N denn tödtlichen Stich/daran er verſtorben/zugefügt/
warumb vnd auß was Vrſachen er ſolches gethan/
&c. In furto verò: Ob er nicht ſolche Deuben begangen
oder begehen helffen / was vnd wie viel er zu
ſeinem Theil davon bekommen/ wo er darmit hinkommen.
Et ſi cum effractione furtum commiſſum fuit,
adduntur, & hæc: Ob er nicht den Kaſten gewaltſamer 49
Weiſe eröffnet / womit er ſolch Einbrechen verübt/
was/vnd wie viel er darauß genommen/ wo er
damit hinkommen/was er darauß gelöſet/ *&c. In Sacrilegio:*
Ob er nicht die Kirche erbrochen/vnd beraubet/ 50
oder erbrechen vnd berauben helffen / was er dabey
gethan/darvon bekom̃en / oder jhme ſonſten darumb
allenthalben bewuſt ſey/ *&c. In adulterio autem*
interrogatoria in hunc modum formari ſolent: Ob er
nicht mit N N. fleiſchliche Vnzucht/vnd Ehebruch
begangen/wann/wo/vnd wie offt ſolches geſchehen.
Quæ interrogatoria generalia ex varietate cir-
cumſtantiarum immutari, aliaq; ſpecialia hiſce
addi poterunt, modò ambiguitates & circuitio-
nes in quantum fieri poteſt, evitentur.

Quartò: Interrogatio quoque in actu torturæ 51
pertinens eſſe debet, hoc eſt, de iis factis atque
criminibus, quorum nomine inquiſitio
formata fuit, & de quibus delatus indiciis &
præſumptionibus eſt gravatus. Neque enim judex
Reum interrogare poteſt de aliis delictis,
quàm quorum accuſatus & gravatus eſt; quum
citra ulla indicia nullus ſit torturâ examinandus,
l. unius. ff. de quæſt. l. cum cognitionaliter. C. eod.
tit. Neque de aliorum criminibus, ipſorumque
vitâ, moribus, & converſatione. *l. repeti. ff. de*
quæſtio. l. ult. C. de accuſat. Jodoc. Damhoud. r. in
prax. rer. crimin. quæſt. 37. num. 10. Iul. Clar. in
pract. §. ult. quæſt. 64. n. 46.

Sed dubiæ quæſtionis eſt: *An Reus ob delictum* 52
aliquod certum torturæ ſubjiciendus, incidenter
ſaltem de alio etiam crimine perpetrato interrogari
queat? Quod videtur affirmare *Angel. Aretin.*
in tract. malefic. verb. Quod fama publica. numer. 120.

Q. 8. An Reus ob certum aliquod delictum tortꝰ incidenter *ſaltem de alio crimine queat interrogari?*

53 *num.*120.*Gandin.in tract.de malefic.Rubr.de quæſtion.& torm.num.*19. Ac ſanè non ignoro iudicum
ſtultum ſtultorum quorundam iudicium
de Reo confeſſo ſic ratiocinantium: Hat er
das gethan/ſo hat er wol mehr gethan: Vel, An einem
ſolchen Fuchſe bricht man keine Wildbahn:
quod non modò inhumanum, ſed & diabolicum
eſt; Quùm ſemper memores eſſe debeant
iudices, absque indiciis Reum neutiquam ſub
tormentis interrogandum eſſe, *artic.*20.*Ordin.*
Crimin. Wo nicht zuvor redliche Anzeigen der
Miſſethat/darnach man fragen wolte/vorhandẽ/
vnd beweiſt würde/ſol niemands gefraget werdẽ/
54 *&c.* Quare, ne incidenter quidem de alio crimine
tortum interrogari poſſe, exiſtimo cum
Bonifac.de Vitalin.tract.de Malefic.Rubr.de quib.
*cauſ quis poſſ.torqueri.numer.*11.*in fin.& Hippolyt.*
de Marſil.in pract crimin.§.*conſtante.numer.*4.*in*
fin. Henric.Bocer.in tract.de quæſtion.& tortur.c.
55 5 *numer.*5. In tantum, ut licet Reus crimen iſtud
confeſſus fuerit in torturâ, propterea tamẽ puniri
nequeat, *dict art.*20.*Ordin.Crim.verſ.* Vnd
ob auch gleichwol/ *&c.* Quod maximè verum eſt
in criminibus diverſis & ſeparatis, quorum unum
cum alio nil commune habet. *l.Papinianus.*20.*in pr.verſ.quid enim.ff.de minor.l.naturaliter.*12.§.1
ff.de acquir.vel.amitt.poſſeſſ.Nicol.Everhard.in top.loco.A ſeparatis.

56 *Prout etiam reſpondimus Pratori & Scabinis Miſnenſibus*: So wird *Inquiſit* ſolcher ſeiner Verbrechung halber mit Staupen ſchlägen deß Landes ewig billich verwieſen. So viel aber das Einbrechen der Bienenſtöcke/ vnnd dann bey Nicol Mäwrers Wittib begangenen Diebſtal anlanget/ weil jhr jhn ohne vnſer rechtliches Erkäntnüß/ vnd ohne genugſame vorhandene *Indicien* darauff *incidenter* befragen laſſen/ mag der Straffe halber deßwegen wieder jhn nichts erkandt werden / V. R. W. *Menſ. Octobr. Anno* 1627.

Item: Gegen Löbnitz/ an Johan Winterſtein. *Menſ. Novembr. Anno* 1595.

57 Quod tamen ad eum tantummodò caſum
eſt reſtringendum, ſi nulla prorſus indicia iſtius
criminis extent; Nam ſi delictum unum ab
alio dependeat, vel connexitatem habeat cum
eo, de quo jam confeſſus eſt, aut adhuc torqueri
debet Reus; quin tùm de alio quoque delicto
incidenter in torturâ interrogari queat, vix ambigendum
erit; modò leviuſcula adſint indicia,
quæ de illo quoque delicto Reum faciant ſuſpectum.
58 Quin & hoc ipſum, quod ſemel malus,
in eodem genere delicti ſemper præſumatur
malus, *cap.ſemel.malus.de Reg.jur.in* 6.*Menoch.*
*libr.*5.*præſumpt.*32.*numer.*23.24.*&* 25. ad
interrogationem incidenter de aliquo, eiuſdem
tamen generis, crimine faciendam, ſufficiens
præbere indicium, haud ineptè quis affirmaverit.

59 *In quam ſententiam quoque pronunciarunt Scabini, Ad requiſitionem Capitanei* zu Liebroſa: Hat der Gefangene P. S. zu dem articulirten Diebſtal in ſcharffer Frage ſich bekandt/ vnnd weil man auch ewerm Bericht nach/ vielfältige Vermuthung wegẽ deß im Stättlein Friedland beſchehenẽ Brandſchadens auff jhn gehabt / habt jhr jhn auch ſolches Brands halber zugleich in der *Tortur* mit befragen laſſen/ darauf er nachmahls bekandt/ daß er daſelbſt Fewer angelegt/ etc. Da er nun auff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gericht freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ So möchte er von wegen ſolches begangenen vnd bekanten Brandſchadens/ hinwiederumb mit dem Fewer vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W. *Menſ. Iun. Anno* 1589.

SEPTIMO: Factâ executione torturæ, 60
ante omnia, circumſtantiarum à Reo manifeſtatarum
indagationem diligentem & exactam
iudex ſibi commendatam habere debet: Cùm
enim Reus ad interrogationes propoſitas reſponderit,
non prius acquieſcendum eſt iudici,
neque fides habenda confeſſionibus, quàm de
ſingulis, aut ſaltem maioris momenti circumſtantiis,
quas Reus enumeravit, per inquiſitionem
certior fiat, quousque de facto dubitandi
locus non ſuperſit; Cuncta quippe iudex rimari
debet, ne innocentem opprimat, vel nocentem
dimittat: Cùm vel unica circumſtantia in
commiſſo crimine aut privet vitâ, aut mortis
pœnâ liberet. *Ann.Robert.*1.*rer.judicat.*6. Quare 61
& ſpontaneâ factâ confeſſione extra torturam,
iudicem in circumſtantias à Reo prolatas
diligenter inquirere iubet *Ordin.Crimin.in art.*
54. So obgemeldte Fragſtücke auß Bekäntnüß/
die auß / oder ohne Marter geſchicht / gebraucht
werden/ So ſol alsdann der Richter an die Ende
ſchicken/ vnd nach den Vmbſtänden/ ſo der Gefragte
der bekandten Miſſethat halber erzehlet
hat/ ſo viel zu Gewißheit der Warheit dienſtlich/
mit allem Fleiß fragen laſſen/ ob die Bekändtnüß
der obberührten Vmbſtände / wahr seyn oder
nicht / dann ſo einer angezeiget die Maß vnnd
Form der Miſſethat / als vor zum Theil gemeldet
iſt/ vnd ſich dieſelben Vmbſtände alſo erfinden/
ſo iſt darauß wol zu mercken/ daß der Gefragte die
bekandte Miſſethat gethan hat / ſonderlich ſo er
ſolche Vmbſtände ſaget/ die ſich in der Geſchicht
haben begeben/ die kein Vnſchuldiger wiſſen kan/
ubi Matth.Steph.& Georg.Rem.in Nemeſ Karul.
*dict.art.*54.

Q 9 Quid ſi circumſtantia criminis à reo prolata, falſa deprehendatur & ficta?

At, *quid ſi habitâ circumſtantiarum inquiſitione*, 62
falſæ & confictæ eæ deprehendantur, *num propterea*
tortus abſolvendus erit? Neutiquam ſanè,
niſi quis dicere vellet, ex mendacio commodum
quem percipere poſſe. Quod cùm abſurdum
ſit, & Reus ex dicto mendacio & falſo denuò
ſuſpectus reddatur, *l.unius.*§.*teſtes.ff.de quæſtion.*
ulterioribus potius & acerbioribus quæſtionibus
percelli poterit, ut veritatem dicat, 63
per textum expreſſum in *artic.*55 *Ordin.Crimin.*
Ibi: Erfindet ſich aber in obgemeldter Erkündigung
daß die bekanten Vmbſtände nicht war wären/
ſolche Vnwarheit ſol man dem Gefangenen
fürhalten / jhn mit ernſtlichen Worten darumb
ſtraffen/ vnd mag jhn alsdann mit peinlicher Frage
auch zum andernmahl angreiffen / damit er die
obangezeigten Vmbſtände recht vnnd mit der
Warheit anzeige / dann je zu Zeiten die Schuldigen
die Vmbſtände der Miſſethat vnwarlich anzeigen/
vnnd vermeinen/ ſie wollen ſich darmit vnſchuldig
machen / ſo die Erkundigungen nicht
mehr erfunden werden / *&c.* Expeditum
namque eſt, quòd mendacium & variatio faciat
indicium ad torturam. *Hippolyt. de Marſil.*
in pract.

in pract. crim. §. diligenter. num. 74 *&* 98. *Iacob. Menoch. libr.* 1. *de præſumpt. quæſtion* 98. *num.* 67. *& libr.* 2. *arbitr. jud. quæſt. caſ.* 272. Quare & minus ambigendum, quin ſecundâ vice hoc caſu tortura ſibi locum vendicet, juxta tradita *quæſt. ſeqq. num.* 39.

Quæſt. 10. *Qualiter & à quonam executio torturæ conſignari debeat?*

64 Octavum denique caput in conſignatione executionis torturæ conſiſtit. Notarius namque adhibitus vel Actuarius judicii non modò confeſſionem Rei, omneſque ejuſdem circumſtantias, ſed & executionis torturæ qualitatem, & quantitatem tormentorum diligentiſſimè conſignare, & actis apponere debet; uti haud obſcurè innuit *art.* 46. *Ordin. Crimin.* In verb. final. **Vnd was er alſo dann bekennet / oder verneinet / ſoll auffgeſchrieben werden.** Item *art.* 47. *in fin.* Ibi: **Vnd was ſich in der Vrgicht/oder ſeiner Bekäntnüß / vnd aller Erkündigung findet / ſol eygentlich auffgeſchrieben / dem Kläger / ſo viel jhn betrifft/eröffnet / vnd auff ſein Begehr Abſchrifft gegeben/ vnd gefährlich nicht verzogen oder verhalten werden.** Et *art.* 52. In verb. final. **Vnd wie der Gefraagte die fürgehaltene Vnterſcheid erzehlet/ſoll auch eygentlich auffgeſchrieben werden.**

65 Idque propterea fieri debet; *Tùm*, ut confeſſus tutò condemnari, & diffeſſus abſolvi queat; ſi nempe indicia fuerint purgata: *Tùm*, ut apparere poſſit, num tortura ritè fuerit peracta, an verò intervenerit aliquis exceſſus ex parte judicis, qui ipſum torturæ actum annihilat. *Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt.* 64. *nu.* 37. *&* 38. *Henric. Bocer. in tract. de quæſt. & tort. cap.* 5. *num* 2. Quare Notarius vel judicii Actuarius in conſignandis & deſcribendis hiſce omnibus tantò majorem adhibebit diligentiam, quantò magis intereſt, non modo judicis, ſed & ipſius torti nil quicquam doloſè celari. *Matth. Stephan. in not. ad art.* 47. *Ordin. Crimin. circa fin.*

66 *Hinc & Scabini ſuper torturâ pronunciantes, ſententiis ſuis hæc verba addere conſueverunt:* **Wann nun deß Gefangenen Vrgicht/vnd was ſonſten darbey vorgangen/ mit beſondern Fleiß auffgezeichnet/vnd wieder überſandt wird/ ergehet ſodann ſeiner verwirckten Straff wegen / ferner was recht iſt/V. R. W.**

67 Quin etſi carnifex de confeſſione torti deponat & teſtificetur, attamen ſi judex per Notarium confeſſionem torti non conſignari curaverit, aſſertioni carnificis haudquaquam fides habenda eſt.

68 *Prout reſpondimus Iohan à* **Schickradt: Ob nun wol der Scharffrichter/der ſolche ſcharffe Frage verrichtet/mit allen Vmbſtänden Bericht gethan/ wie lange die** *Tortur* **gewähret/was er dabey vor** *Inſtrumenta* **gebraucht / auch was der Gefangene bekandt vnd außgeſagt / zu Papier gebracht: Da aber dennoch die Gericht/ſo dabey geweſen / durch einen erfahrnen** *Notarium* **vnd Schreiber / deß** *Inquiſiti Confeſſion* **vnd Bekäntnüß / Gerichtlichen nicht ſelbſten** *regiſtriren* **vnd aufzeichnen laſſen; So wäre auch deß Scharffrichters gethaner Bericht nicht gnugſamb/noch demſelben vollſtändiger Glaube zuzuſtellen/V. R. W.** *Menſe Iulio, Anno* 1626.

QVÆSTIO CXXV.

De Effectu Torturæ; Et quando, ac quoties Reus ob unum idemq; delictum in quæſtionem repeti poſſit?

SVMMARIA.

1. *Effectus torturæ in quonam conſiſtat?*
2. *Triplex datur torturæ effectus.*
3. *Per torturam indicia purgantur, quando Reus in negando perſtitit.*
4. *Effectus torturæ eſt, ut Reus in negando perſiſtens abſolvatur.*
5. *Non ſolùm ab obſervatione judicij, ſed totaliter ac definitivè. numer.* 6. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.
7. *Reus ſemel abſolutus denuò accuſari nequit; Quatenus hoc verum ſit. num.* 8.
16. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
17. *Reus probationibus convictus, ac poſtea tortus crimen negans, num abſolvi debeat? nu.* 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25.
18. *Reus de crimine convictus torturæ haud ſubjici debet.*
26. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
27. *Adverſus negantem & in negando perſiſtentem, quandoque tortura denuò eſt decernenda.*
28. *Num ſimpliciter & pro judicis arbitrio hoc fieri queat? n.* 29. 30.
31. *Tortura abſq; novis indiciis ſupervenientibus repeti nequit. n.* 39. 40. 41.
32. *Aliter ſi faciant judices, tenentur in Syndicatu.*
33. *Arbitrium judicis circa torturæ repetitionem in infinitum non eſt extendendum.*
34. *Conſtitutio Elector Saxon. D. Auguſti repetitione torturæ n.* 35. 36. 37 38.
42. *Nova indicia quænam dicantur? n.* 43. 44.
45. *In dubio pro non repetitione tormentorum pronunciandum eſt.*
46. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
47. *Quoties tortura ob idem delictum repeti queat, num.* 48. 49.
50. *Arbitrio judicis hoc eſt committendum.*
51. *In foro Saxonico Tortura in criminibus atrocibus ultra duas, in atrociſſimis verò ultra tres vices nequit inferri, n.* 52.
53. *Quænam crimina ſint atrocia, quæq; atrociſſima? n.* 54. 55. 59.
56. *Sententia Scabinorum Lipſenſium n.* 57. 58.
60. *Semel tortus ex novis indiciis quandoq; terreri poteſt.*

61. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*

62. *Territio præcedens non connumeratur inter torturam, quando agitur repetitione tormentorum.*

63. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*

64. *Vnde fiat, quod quidam Rei nullis tormentis ad confitendum adigi queant.*

65. *Arte magica Rei efficiunt ſæpiùs, ne tormentis moveantur.n.66.67.*

68. *Iudex huic malo debet prævenire, & quomodo num.66.70.*

71. *Reus ſi tormentis non vincatur, abſolvi debet non ſupervenientibus indiciis novis.*

72. *Supervenientibus autem novis indiciis poſt ſecundam vel tertiam torturam, pœna extraordinaria pro arbitrio judicis eſt Reo irroganda.nu.* 73.74.76.78.

75. *Vltra Relegationem pœna hæc extraordinaria non eſt extendenda.*

77. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.n.97.*

1 SExtò & ultimò de effectu Torturæ dicendum reſtat; Nam habitâ de Reo quæſtione, haud inconcinnè quæri poteſt: *Quinam ſit effectus tormentorum*? Id quod poſtremum & ultimum eſt in materia torturæ. Conſiſtit autem effectus potiſſimùm in eo, quòd iudex fidem quæſtioni habere debeat, *l.* 1. §.23. *&* §.25. *ff. de quæſtion.* Si quidem in hunc ſolùm finem tormenta adhibentur, ut veritas delicti exquiratur, & confeſſio Rei extorqueatur, quæ vulgò dicitur **Vrgicht**. Quod vocabulum redolet antiquitatem, & extra hanc confeſſionem iudicialem tormentis extortam in uſu non eſt, denotat verò idem quod confeſſio, **Bekäntnüß**: Vnde & vocari ſolet quandoque **peinliches Bekäntnüß**.

2 Cùmque hæc Confeſſio Rei quæſtionibus extorta ſemper eadem ac uniformis non ſit, vel negantis, vel confitentis delictum, quandoque etiam planè non præiudicet confeſſio, ſi ſcilicet illegitimè, vel abſque indiciis, aut legibus quæſtionum non ſervatis, tortura fuerit adhibita; utique nec unus idemque effectus habitæ de Reo quæſtionis ſemper eſſe poterit, ſed triplex verè ille perhibetur: *Primus* nempe conſiſtit in Rei non confeſſi ſed negantis abſolutione. *Alter* in Rei confeſſi & confeſſionem ratificantis condemnatione. *Tertius* in pœnâ, quâ iudex Reum tormentis illegitimè afficiens tenetur.

3 Quod ad primum attinet torturæ effectum: Si nempe in negando perſtiterit Reus; unanimis eſt *Interp.* ſententia, quòd indicia criminis, quibus gravatus erat Reus purgata cenſeantur, ac proinde is abſolvi ac liberatus carceribus dimitti debeat. *l. ult.* Ibi: *De Servo quæſtio habetur, quo abſoluto ff. de calumn ubi Bald. Bartol. in l. ult. num.* 1. *quæſt. Iohan. Zanger. in tract. de quæſt. & tort. cap.* 5. *num.* 2. *Henric. Bocer. in tract. de quæſt. & tort. cap. ult. num.* 1. *Angel. Aretin. in tract. malef. verb. Quod fama publica præcedente. numer.* 119. *Paris de Puteo in tract. Syndic.* §. *Confeſſio ſociorum. Marant. de ordin. judicior. part.* 6. *Rubr. de quæſtion. num. ult. Nicol. Boer. deciſ.* 163. *num.* 9.

Qu. 2. An Reus qui criminis indicia per torturam purgavit, definitivè ſit abſolvendus?

4 At hoc adeò certum non eſt: *Num Reus qui criminis indicia per torturam purgavit, ſaltem à judicij obſervatione, an verò ſimpliciter definitivè ſit abſolvendus*? Prius affirmant *Iacob. Menoch. lib.* 1. *de præſumpt. quæſtion.* 93. *in fin. Iohan. Zanger. in tract. de quæſtion. & tortur. cap.* 5. *num.* 2. *&* 5. *Paul. Girland. in tract. de relax. carcerat. Rubr. de abſolut. innoc. quæſtion.* 2. *num.* 1. *&* 2. exiſtimantes Reum tortum etiamſi in negando perſtiterit, 5 attamen ſatius eſſe, ab inſtantia ſaltem & obſervatione iudicii, quàm definitivè abſolvi, quo ſcilicet inventis poſtea novis indiciis vel probationibus certis & indubitatis, in vindictam publicam denuò capi, torqueri, & condemnari poſſit, nec delictum impunitum remaneat. *l.* 51. §. 2. *ff. ad Leg. Aquil.* Quod ſanè fieri vix poterit, ſi Reus definitivè abſolvatur, quum Reus ſemel accuſatus, denuò de crimine eodem accuſari nequeat. *c. de his criminibus. extr. de accuſat. l. ſi cui.* 7. §. *iisdem ff. eod. tit.*

6 Sed nullatenus me movet hæc ratio, ut ſententiæ huic ſubſcribam: Etſi enim conceſſerim, Reum ſemel abſolutum regulariter ob eandem cauſam denuo accuſari non poſſe; attamen hoc ipſum multoties fallit, & limitationes recipit varias, ut demonſtrat *Felin. in cap. de his. num.* 2. *& ſeqq. extr. de accuſat. & Didac. Covarr. libr.* 2. *variar. reſolut. cap.* 10. 7 Inter alia autem Regula iſta ſuum perdit officium, ſi poſtea Reus non ab eodem, ſed ab alio quopiam accuſatur: modò is doceat, ignoraſſe ſe, accuſationem ab alio fuiſſe inſtitutã. *l. ſi cui.* 7. §. 2 *ff. de accuſat.* Sicuti & abſolutione ſemel ſecutâ, denuò formari poteſt inquiſitio vel fieri accuſatio propter novam qualitatem antea non deductam, nunc deducendam & probandam. *l. in delictis.* 4. §. *ſi detracta. ff. de nox. action. Bartol. ad l. qui uxori* §. *quid tamen ff. ad Leg. Iul. de adult. Felin. in dict. cap. de his. num.* 12. *ext de accuſat Henric. Bocer. in tract. de q. & tort. cap.* 6. *num.* 3. Vbi rationem huius limitationis ponit eam, quòd ſcilicet nova qualitas alteret crimen, ut videatur eſſe aliud. *l. cum quæritur ff. de except. rei judicat.* 8 Cui & hanc addo, quòd favor commodi publici, quod delicta non vult remanere impunita, *l.* 51. §. 2. *ff. ad Leg. Aquil.* irregularitatem quandoque admittat. Quare ſi Reo abſoluta nova appareant indicia commiſſi criminis, quin denuò adverſus ipſum, vel per viam accuſationis, vel etiam inquiſitoriè procedi queat, dubium non eſt: quin & novis indiciis urgentioribus gravatus, ſecundâ quoq; vice ad torturam rapi poterit, ut paulò poſt dicetur.

9 Nec eſt quod pro ſtabiliendâ hâc ſententiâ dici queat, grave ſatis eſſe & indecens, ut in re dubiâ detur certa ſententia. *c. grave.* 11. *quæſt.* 1. Reo enim in tormentis crimen conſtanter negante, haudquaquam res amplius eſt dubia; ſi quidem Reus per torturam indicia, ex quibus ſuſpectus erat, purgaſſe cenſetur: quum tormenta dicantur efficaciſſima ad veritatem eruendam. *l. edictum.* 8. *ff. de quæſtion. Henric. Bocer. dict. cap.* 6 *num.* 4.

10 Rectius itaque ſentiunt alii, Reum tormenta

menta perpeſſum negantem crimen, de quo fuerat interrogatus, non modò à judicii obſervatione, ſed definitivè prorſus abſolvendum eſſe. *Henric. Bocer, dict. cap. 6. num. 4. Andr. Fachin. lib. 1. controverſ. cap. 33. & lib. 9. cap. 16. Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. cap. 13. n. 28. Petr. Theodor. in Colleg. Crim. diſput. 9. th. 11. lit. D.* Quibus calculum meum addere nil quicquam vereor.

11 *Tùm*, ob textum, in *l. ult. ff. de calumniat.* ubi dicitur, quòd habita quæſtione, Reus, quod crimen negaverit, abſolutus ſit: Verbum autem hoc (*Abſolvere*) ad definitivam pertinet ſententiam. *l. 3. C. de ſentent. & interlocut. omn. judic.*

12 *Tùm*, quòd tortura ſit inſtar probationis, ejusq; naturam induat; quippe in cuius locum eſt ſurrogata, *Arg. artic. 69 Ordin. Crimin. ubi Matth. Stephan.* At vero actore non probante, Reus abſolvi debet, *l. 4. C. de Edend.* Sequitur hinc ergò, quod idem juris obtineat, Reo in torturâ delictum negante, atque in negando perſiſtente.

13 *Tùm*, ob verb. *artic. 61. Ordin. Crim.* Vnd ſoll in dieſem Fall der Ankläger allen ſeinen Koſten/ vnd der Beklagte deßgleichen ſeine Ätzung/ nach dem er ſeinen Verdacht vrſach geben/ auch entrichten/ꝛc. Quo ipſo, dum Reus hoc caſu ad refundendos ſumptus ſolùm obſtringitur, ab omni reliqua pœna liberatur.

14 Hancque ſententiam praxis quotidiana comprobat, dum Reos in tortura crimen negantes definitivè abſolvi, & carceribus tota die liberari videmus; præſtita tamen ab ipſis Vrpheda, den Vrpheden / quæ genus quoddam cautionis habetur, qua Reus, qui carceribus relaxatur, jurat, ſe non ulturum, quicquid ibi paſſus eſt, Daß er die Gefängnüß vnd Marter/ weder mit Worten oder Wercken/ heimlich noch öffentlich/ in keinerley weiſe oder wege rächen/ oder ändern wolle/ *artic. 20. Ordin. Crimin. ubi Matth. Steph. in not. num. 5. Matth. VVeſemb. in parat. C. de ſatisdand. num. 9. in fin. Henric. Bocer. in tract. de quæſt. & tortur. cap. 6. num. 8. Andr. Gail. lib. 1. obſervat. practicar. obſervat. 22. numer. 1. Joh. Zanger. in tract. de quæſt. & tortur. cap. 5. n. 2. Johan. Suhard. conſ. crimin. 9. num. 1.* ubi tradit: 15 Magiſtratum in illo juramento non poſſe carceratum ultra & extra illud negotium, quod captivationi cauſam præbuit; & quod exindè immediatè ortum eſt, in ullo gravare, idcircò carceratum non teneri jurare aliter, quàm quòd carcerem, & quod ratione ejus ſibi obtigit, nec per ſe, nec per alios in Magiſtratu, miniſtris, & illos attinentibus vindicare nolit.

16 *Hæcque in foro Saxonico tàm certa ſunt, ut nullâ probatione ulteriori indigeant, Dominis Scabinis quotidiè in hunc modum pronunciantibus:* Dieweil der Gefangene in ſcharpffer Frage/ damit er vermöge vnſers vorigen Vrtheils angriffen worden/ erhalten/ daß er die Verbrechung/ꝛc. nicht begangen/ noch davon einige Wiſſenſchafft habe. So mag nunmehr/ wieder jhn derwegen ferner nichts fürgenommen werden/ ſondern er wird der gefänglichen Hafft vff einen gewöhnlichen Vrpheden billig entlediget/ V. R. W.

Q. 2. Num Reus de crimine aliquo probationibus convictus, & poſtea tortus, crimen negans abſolvi debeat?

17 Quæritur hîc: *Si Reus plenis probationibus de crimine aliquo convictus, ac inſuper tormentis ſubjectus, in negatione ſuâ perſeveraverit, num plenas probationes torturâ purgaſſe exiſtimetur ac proptereà abſolvi debeat?* Etſi enim juris certiſſimi 18 ſit, quòd Reus de crimine convictus non torqueri, ſed ultimâ ſententiâ condemnari debeat, ſecundum Sanctionem Carolinam in *art. 69.* verb. final. Deß er doch als obſtehet/ genugſam bewieſen wäre/ ſo ſoll er nicht deſto weniger der beweiſeten Miſſethat nach/ ohne einige peinliche Frage verurtheilet werden/ *Anton. Fab. in Codic. tit. de quæſt. defin. 15.* Accidit tamen ſæpiùs, ut judices imperiti probationibus non contenti, ſed inſuper Rei confeſſionem exquirentes, contra diſpoſitionem Imper. Caroli V. eum tormentis ſubjiciant: quo caſu, ſi convictus in negatione perſiſtat, dubium exoritur, num probationes purgaſſe cenſeatur, nec ne, ut vel abſolvi, vel condemnari debeat? In cuius dubii reſolutione *Interpp.* non conveniunt. 19 Nam *Didac. Covar. in pract. quæſt. cap. 23. num. 5. cæterum admiſſa Baldi ſententia: & Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. c. 13. num. 20.* intrepidè affirmant Reum pœna ordinaria plecti debere, non minus ac ſi nunquam tortus fuiſſet, eò, quòd de crimine convictus illegitimè torturæ ſubjectus, adeoque quæſtio de illo habita invalida ſit, ac nullius momenti, *arg. l. 5. C. de legib.* 20 Sed nimium dura ac rigoroſa eſt hæc ſententia, quæ ex nullitate proceſſus atque torturæ vix ſuſtineri poterit, quippe per quam cruciatus atque dolores æquè fuerunt Reo inflicti, ac ſi legitimo modo ea fuiſſet adhibita, quare haud immeritò tortꝰ veniam mereri debet, delictum negans, ac in ſua aſſertione ſtrenuè perſeverans.

21 Econtra alii, inter quos etiam eſt *Hippolyt. de Marſil. ſing. 262. & in pract. crimin. §. nunc videndum. num. 26. & §. quoniam. num. 41. Aym. Cravett. conſil. 287. num 3. & Alber. de Roſa in l. edictum. 8. ff. de quæſt.* concludunt, plenas probationes per torturam adhibitam purgatas, ac propterea Reum negantem & in negando fortiter perſeverantem prorſus abſolvendum eſſe. 22 Quorum opinio, etſi à veritate non multum ſit aliena, eò quod quæſtio dicatur efficaciſſimum remedium ad veritatem indagandam, *l. 8 ff. de quæſt.* adeoque efficere videatur, ut probationes, ex quibus Reus ſine tormentis damnari potuiſſet, *articul 69. Ordin. Crimin.* plenæ amplius dici non poſſint, ut maximè ante torturam pro plenis habitæ fuiſſent: 23 Attamen quia tormenta hoc caſu modo planè illegitimo adhibita fuere effectum abſolutionis totalis ipſis adſcribere nollem: maximè, quum quæſtio aliàs ſit res periculoſa & fragilis, quæ interdum veritatem fallit, ac plerique tantâ ſint patientiâ & duritiâ, ut tormentis exprimi veritas ab ipſis nullo modo queat, *l. 1. §. quæſtioni fidem. 23. & l. unius. 12. § 1. ff. de quæſt.* Unde efficeretur, facinus etiam probatum planè impunitum remanere, ſecus ac Reipublic. utilitas requirit. *l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de public. & vectigal. l. Stychum, §. tametſi. ff. de ſolut. l. capitalium.*

§.famoſos.ff.de pœn.l.congruit.ff.de offic.Præſid.l.ſi operis.C.de pœn.

24 Mediam itaque viam eligentes *Iul.Clar.libr.*
5.ſentent.§.ult.quæſt.64.num.38.in fin. Proſp.Farin.
in prax.crim.quæſt.40.n.11. Ægid.Boſſ.in tit.
de inquiſit.n.30. Ludov.Carer.in prax.2 tract.de
indic & tortur.§.Viſo igitur de indiciis &c. Iohan.
Zanger.in tract.de quæſt.& tortur.cap.15.num.18.
Reum convictum, & in tortura negantem, à
pœna quidem ordinaria eximunt, nihilominus
tamen extraordinariâ quâdam pœnâ eum plectendum
eſſe ſtatuunt: Quæ opinio propterea
25 veritati conſentanea videtur, quòd æquum ſit,
de aſperitate pœnæ ordinariæ quid remitti, ac
juris rigorem temperari, ob tormenta, quæ
Reus de crimine convictus injuria perpeſſus
eſt: Ab omni tamen pœna immunis hoc caſu
eſſe nequit Reus ſemel convictus, plenis probationibus,
quæ vix per tormenta totaliter
purgari poſſunt. In quantum verò pœna hoc
caſu ſit mitiganda, quodque ſupplicium Reo
irrogandum, diſcretioni judicis committendum
eſt, qui ex probationibus factis, cæterisq;
argumentis & circumſtantiis pœnam definire
debet: quippe cuius arbitrio & diſcretioni
probationis momenta aliàs relinquuntur. *l.3.§.*
1.& 2.ff.de teſtib.

26 *Veluti etiam ſecundum hanc Julii Clari ſententiam reſpondimus in caſu commiſſi homicidii, quando Reus de hoc crimine convictus, illud negaverat, & tortus in negando perſeveraverat, Ad requiſitionem Præfecti in* Newenwalda: Ob nun wol *Inquiſit* der an Peter Apeln begangenen Entleibung durch der Zeugen gethane eydliche Auſſage/ zur gnüge überwieſen worden/ vnnd dannenhero mit der ordentlichen Straffe der Todtſchläger/ gar wol belegt werden mögen/ Dieweil er aber dennoch in ziemlicher ſcharpffer Frage/ darzu mans jhme doch nicht hätte kommen laſſen ſollen/ erhalten/ daß er an der begangenen Entleibung vnſchuldig ſey/ vnd darumb keine Wiſſenſchafft habe/ ꝛc. So mag er auch derowegen am Leib oder Leben nicht geſtrafft werden/ Er wird aber gleichwol ein drey oder vier Jahr lang deß Landes billich verwieſen/ V.R.W. *M.Iul.Anno* 1626.

In caſu ſimili Relegationis perpetuæ pœna fuit indicta M.T.Martisburgum, an Küchenmeiſter/ *Menſ.April.Anno* 1601.

Fuſtigationis quoq; pœnam hoc caſu dictavimus cuidam Reo facinoroſo gegen Eißleben/ *Menſ.Decemb.Anno* 1613.

27 Quæ tamen hactenus de abſolutione
Rei dicta fuêre, perpetuò vera non ſunt, nec
ſemper Reo neganti, & in tormentis conſtanter
perſeveranti fides habenda, ſed quandoque
tortura repetenda, ac denuo adverſus ipſum
decernenda eſt, ut innuunt verba *art.58.Ordin.*
Imper. Die peinliche Frage ſoll nach Gelegenheit
deß Argwohns der Perſon/ viel/ offt/ oder wenig/
ꝛc. fürgenommen werden/ ꝛc. Quod &
ſenſiſſe JCtum Modeſtinum, luculenter patet
ex *l.16.ff.de quæſt.* ubi tradit, quæſtionem repeti
poſſe, atque ita ſpecialiter Impp. Divos
28 fratres reſcripſiſſe, nominatim addit. Cujus
verba quum generalia ſint, quæſtionem indiſtinctè
pro judicis lubitu repeti poſſe, aſſerunt
Dd. eò, quòd verba generalia reſtrictionem
non admittant *l.3.in fin.ff.de offic.Præſid.l.3.*
§.1.verſ.Et eſt relatum.ff.de aleator. Idque de
conſuetudine ita practicari ajunt. *Franc.Brun.*
in tract.de indic.& tortur.part.2.quæſt.5.numer.
58. Hippol.de Marſil.in dict.l.16.num.4.in fin.&
num.5.verſ.dicit poſtea.ff.de quæſt.Henric.Bocer.in
tract.de quæſt.& tortur.cap.5.num.31. Quamvis
alii hanc conſuetudinem ad eum tantummodò 29
reſtringant Reum, qui multum & manifeſtè
urgentibus opprimitur indiciis. *Franc.*
Caſ.in tract.de torment.cap.14.num.3. Iul.Clar.
lib.5.ſentent.§.ultim.quæſt.46.num.64 verſ.Hæc
autem omnia.Proſper.Farin.in prax.crim.lib.1.tit.
5.quæſt.38.n.94.& 99. Anton.Gomez.tom.3.variar.
reſolut.c.13.n.26.

Etſi verò diſcretioni judicis multum hic
tribuam, ac pro ipſius arbitrio tormenta aliquoties
repeti poſſe, lubenter concedam, edoctus
ab Imper. Carolo V.in *Ordin.Crimin.dict.*
*artic.*58.verb. nach Ermeſſung eines guten vernünfftigen
Richters/ ꝛc. Attamen quo minus 30
hoc ipſum de irregulato libero judicis arbitrio
intelligam, movet me Regula vulgaris,
quæ abſque indiciis torturam decernere prohibet.
l.quæſtionis habendæ.l.unius.§.in eâ cauſa.l.
ult.ff.de quæſt.l.milites 8.C.eod.Ordin.Crimin.art.
8.18.20.22.& 23.ubi Matth.Steph.Matth.VVeſembec.
in parat.ff.de quæſt.n.7. Jodoc.Damhouder.
in prax.rer.crim.cap.38.num.17. Quare cùm 31
per torturam indicia priora purgata fuerint,
ſequitur inde, denuò torturam inferri non r
ſe, niſi nova indicia ſupervenerint, adeoq; judici
integrum non eſſe abſq; novis indiciis repetere
in quæſtionem Reum, ex primis indiciis
ſemel tortum, prout communis eſt Doctorum
concluſio, uti poſt alios quos allegant, teſtantur
Paris de Puteo in pract.ſyndicat.verb.tortur.
cap.5.num.1.& ſeqq.Hippolyt.de Marſil.ad l.repet.
16.num.4.& 5.ff.d.quæſt. Ludov.Carer.in pract.
crimin.de indic.& tortur.§.circa ſextum de repetitione.
n.1. Nicol.Boër.deciſ.163.n.9 & ſeqq.Ioh.
Zanger.in tract.de quæſt.& tortur.cap.5.num.12.
Matth.Stephan.in not.ad artic.58.n.5.Ordin.Crimin.
Fran.Brun.in tract.de indic.& tortur.part.2.
qu.5.n.58 & ſeqq.Salycet.in l.ea quidem 7.C.de accuſat.
& in l.ſi qui adulterii.34.C.ad Leg.Iul.de
adult. Chilian. König. *in proceſſ.Rubr.* Von der
ſcharffen Frage. *n.20. Guido de Suzaria.in tract.*
de indic.& tortur.n.57. & ibi Ludov.Bolognin.in
addit.num.58. ubi teſtatur de communi Dd.
theorica, ac ſuadet, ut à ſententia contraria caveant
judices ſicut ab igne. Ac ſi aliter faci- 32
ant judices, & quæſtionem repetant abſque
novis indiciis, teneri eos in Syndicatu, docet
Angel.Aretin.in tract.maleficij.verb.Fama publica.
num.95.verſ.tertiò quæro. Bartol.in l.unius.18.
§.1.ff.de quæſtion.Gandin.in tract.de Malefic.Rubr.
de quæſt.& tortur.verſ.an quæſtio poſſit,&c. Zanger.
dict.cap.5.num.13. Et confeſſionem ex tortura
ſine novis indiciis expreſſam, planè nullam
eſſe, nec Reum ex ea damnari poſſe, tradit
Hippol.de Marſil.in pract.crimin.§.quoniam.
num.42.

33 Hocque ipſum eſt, quod eleganter ſcribit *Ventur.de Valent.in Parthen.litig.lib.1.cap.14.num.35.* Notum quidem eſt, pro arbitrio prudentis judicis, tormenta aliquoties repeti poſ-

ſe; ſed illud arbitrium non eſt in infinitum extendendum, ſed legibus reſtringendum, ne quis enecetur, ſed ut lividas carnes ungulâ cruenta pulſante, ſulcatis lateribus dolor quærat & inveſtiget veritatem, ut loquitur *D. Hieronym. in Ep. ad Innoc.* de muliere ſepties icta. *l. milites §.1. l.10. & l.13. C. de quæſt. Hippolyt. de Marſil. in prax. Criminal. §. Nunc videndum. num.*21. Non enim paria ſunt, hominem torquere, & pilâ ludere, prout nonnulli perſuaſum ſibi habent, teſte *Hering. de fidejuſſ. cap.*10. *num.*454.

Ac quo minus dubium relinqueretur, ju-
34 dici abſque novis indiciis ad reiterationem tor-
turæ properare in foro Saxonico haud fas eſ-
ſe, peculiarem hac de re conſtitutionem pro-
mulgavit Elector Saxon. D. Auguſtus, feli-
ciſſimæ memoriæ; Quæ cùm publicè edita
non ſit, multum tamen conducat ad explican-
dam materiam repetendorum tormentorum
in foro Saxonico, verbotenus eam huic appo-
nere lubet: Damit dißfals in Rechtlichen Er-
35 kennen auch eine Gewißheit ſey / haben ſich vnſe-
re Schöppenſtühle folgender Meynung vergli-
chen / daß in etwas geringen Miſſethaten / ſo zu
Recht nicht *atrocißima delicta* genennet werden /
als Diebſtahl vnd dergleichen / jedoch wenn alle-
zeit newe *indicia*, die von den erſten / darauff der
Gefangene angegriffen / abgeſcheiden / vorhan-
den ſeyn / die peinliche *Tortur* über zweymal nicht
zu erkennen vnd zu widerholen ſey / vnd wo gleich
zum dritten mal newe *indicien* vorfielen / daß den-
noch dißfalls die *Tortur* ferner nicht fürzunehmē /
ſondern daß ein ſolcher vff geſchwornen Vrphe-
den mit zeitlicher Verweiſung oder Gefängnüß
36 geſtrafft werden ſoll. Wann aber die Anklage
atrocißima delicta, Mord / Brand / Raub / vnnd
dergleichen betrifft / vnd allezeit nach der *tortur*
newe *indicia, quæ ſuo genere à prioribus diſtãt* vor-
37 fielen / daß dißfalls alleine zum dritten mal / vnnd
weiter nicht die *tortur* zu *repetiren*, vnd ob gleich
darnach zum andern newe *ſeparirte indicien* kön-
ten dargethan werden / daß doch der Gefangene
mit der *Tortur* zu verſchohnen / vnnd jhme ſonſten
die Vorweiſung / oder andere Straffen ſolten
aufferlegt werden / Bey welchen allen wir es auch
bewenden laſſen / vnnd ſollen demnach vnſere
Schöppenſtühle dergeſtalt ſprechen vnnd erken-
nen. Eſt hæc Conſtitutio *in ordine 9. & ultima
inter eas, quæ Anno* 1572. *promulgatæ, ſed publicè e-
ditæ non ſunt, rubr.* wie offt die ſcharpffe Frage zu
38 repetiren. Quæ tria potiſſimum docet: *Primò*:
quando tortura reiteranda. *Secundò*: quoties
reiteranda ſit. Et *Tertiò*: quid faciendum, ſi
Reus ſecundâ aut tertiâ vice tortus in negatio-
ne perſeverat. In hiſce tribus membris tota
ferè materia repetendorum tormentorum
conſiſtit.

39 Primò enim quæri ſolet: Quando ad tor-
Q.3. Quādo denuò tortura ſit decernenda ac repetenda? turæ reiterationem ſit deveniendum, ubi no-
tari velim hanc Regulam: Quòd ſcilicet
quæſtio nunquam ſit repetenda abſque
novis indiciis, quæ à prioribus ſuo genere
diſtant.

Veriſſimum namque eſt, quòd judicis arbi- 40
trium, cui repetitio tormentorum potiſſimùm
relinquitur, *Paris de Put. in tract. de Syndic. verb.
tortura. cap.*4. *n.*1. *Proſper. Farin. in prax. crim. lib.*
1. *tit.*5. *quæſt.*38. *num.*87. *Iul. Clar. in pract.* § *ult. q.*
64. *n.*46. *Hippol. de Marſil. in l. quæſtionis modum.
num.*61. *ff. de quæſt.* adeò ſit limitatum atque re-
ſtrictum, ut abſque indiciis novis reiteratio- 41
nem torturæ decernere nunquam liceat.
*Matth. Stephan. in not. ad artic.*58. *n.*5. *Ioh. Zan-
ger. in tract. de quæſt. & tort. cap.*5. *num.*12. *Ventur.
de Valent. in Parth. litigioſ. dict. lib.*1. *cap.*14. *num.*35.
Quod non modò probatur ex *l. unius.*18. §.1. *ff.
de quæſt.* Sed & apertiſſimè liquet ex Conſtitu-
tione Electorali antea adducta, *in verb.* Jedoch
wann allezeit newe Indicia vorhanden ſeyn / ꝛc.
Quod ipſum pro forma ſubſtantiali repetitio-
nis torturæ requiritur, qua deficiente, ad ſecun-
dam vel tertiam torturam haudquaquam de-
venire licet.

Nova autem indicia JCtus Paulus vocat ar- 42
gumenta evidentiora, in *dict. l.*18. §.1. inquiens, Q.4. Quænam dicantur nova indicia?
*Repeti in quæſtionem Reum poſſe evidentioribus ar-
gumentis oppreſſum ff. de quæſt.* Cuius voculæ hæc
vis & efficacia eſſe videtur, ut ſuperare debeant
indicia, quæ in primâ quæſtione ſufficientia e-
rant. Unde concludit *Johan. Zanger. dict. cap.*5. *n.*
14. ſi Reus in prima quæſtione delictum nega-
verit, quæſtionem ob æqualia nova indicia re-
peti non debere, niſi ſint evidentiora priorib.
Sed rectius nova ſeu evidentiora indicia Dd. 43
appellitant ea, quæ à prioribus ſpecie vel ſub-
ſtantia differunt. *Franciſc. Brun. in tract. de indic.
& tortur. part.*2. *quæſt.*5. *num.*63. *Franciſc. Caſon.
in tract. de torment. cap.*14. *num.* 8. Vel, ut *Hippol.
de Marſil.* loquitur in *pract. crimin.* § *quoniam. n.*
9. quæ diverſi generis ſunt à primis indiciis,
*arg. l. per hanc.*4. *C. de temp. appellat.* Quam ex-
plicationem approbat *dict. Conſt. Elect.* 9. verb.
Newe *Indicia* die von den erſten / darauff der Ge-
fangene angegriffen / abgeſcheiden ſeyn: It. Newe
Indicia, *quæ ſuo genere à prioribus diſtant.*

Quare judex ad ſecundam vel tertiam tor- 44
turam non properabit, priuſquam indicia no-
va probè perſpecta habuerit, eaque à priori-
bus ſuo genere diſtare animadverterit; Veluti,
ſi Reus ex hoc indicio tortus ſit, quòd tempo-
re homicidii ſolus in domo fuerit, ubi cædes
facta dicitur, & fama ſit, quòd homicidium il-
lud commiſerit, poſtea verò aliud proferatur
indicium, puta, quòd capitalis fuerit inimicus
hominis interfecti ac ſtricto cum gladio viſus
ſit tempore cœdis: tum abſque dubio ad ſe-
cundam quæſtionem hoc caſu tutò deveniri
poterit. *Angel. Aretin. in tract. malefic. verb. Quod
fama publica præcedente. num.*98. *Chil.* König. *in
proceſſ. Rubr.* Von der ſcharpffen Frage / *num.* 21.
Quod ſi vero accidat, ut judex nova indicia 45
probè & exactè à prioribus diſcernere neque-
at, in dubio pro non repetitione, & ſic in mitio-
rem partem pronunciare debet. *Matth. Ste-
phan. in not. ad art.*58. *n.*5. *Ord. Crimin. Iul. Clarus
dict. quæſt.*64. *circa fin.* ubi fideliter monet judi-
ces, ut potius rebus ſic ſtantibus peccent in de-
fectu, quàm in exceſſu.

46 *Secundum hanc Regulam pronunciavimus nuperrimè, ad requiſitionem Quæſtoris Delitiani:* Dieweil aber dennoch dieſe *Indicia* vnnd Verdacht zu Widerholung der ſcharffen Frage nicht erheblich vnd ſtarck gnugſam/ noch auch von den erſten *Indicien*, ſo *Inquiſit* in voriger *Tortur* allbereit *purgiret*, abgeſchieden/ vnd vor abſonderliche newe *indicia* zu achten/ *&c.* So mag auch die Widerholung der ſcharffen Frage in Mangelung anderer abſonderlichen/ vnnd newer kräfftiger *Indicien*, *Inquiſito* nicht zuerkandt werden/ *&c. Menſe Septembr. Anno* 1630.

Q. 5. Quoties ob unū idemq; delictum in quæſtionem repeti poſſit Reus?

47 Secundò, notandum quoque, quoties ob unum idemque delictum in quæſtionem repeti poſſit Reus, ubi Regulam pono: Quòd in delictis atrociſſimis ultra tres, in aliis verò delictis quæ atrociſſima non ſunt, ſed atrocia vel atrociora dicuntur, ultra duas vices tortura infligi non debeat.

48 Etenim huius quæſtionis deciſio expreſſa in jure communi non reperitur; Communiter tamen *Dd* conveniunt in eo, quòd ultra vices tres judex Reum ſub tormenta revocare non poſſit, *Franc ſc. Caſon. in tract. de torm. cap.* 14. *num* 4. *&* 5. *Ludov. Carer. in pract. crim. tract. de indic. & tort. §. circa ſextum de repetitione. n.* 15. eò, quòd infinitum ſit vitandum. *l. qui bona.* 13. §. *ult. ff. de damn. infect. l.* 11. §. 18. *ff. de legat.* 3.

49 Quamvis antiqui octies etiam quæſtionem repeterent. *Ioann. Emer. à* Roßbach. *in proceſſ. crimin. tit.* 5. *cap.* 25. *num.* 4. Alii verò ultra duas vices torturam non extendunt. *Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap.* 38. *numer.* 12. *verſ in quo tamen. Proſper. Farin. dict. quæſt.* 38 *num.* 93. 50 Rectius autem alii judicis arbitrio hoc relinquunt, quoties nempe is quæſtionem pro qualitate criminis & ratione circumſtantiarum repetendam exiſtimaverit. *Par. de Put. in tract. de Syndicat. dict. cap.* 4. *n.* 5. *verſ. Et ſic erit arbitrarium. Petr. Theodor. in Colleg. Crim. diſp.* 9. *th.* 11. *lit. A. Hipp. de Marſil & l.* 7. *n.* 60. *&* 61. *ff. de quæſt.*

51 Sed huic arbitrio Illuſtriſſimus Elector Saxon. certos limites poſuit, diſertè ſanciens, ut in criminibus atrocibus vel atrocioribus ultra duas, in atrociſſimis verò ultra tres vices quæſtionem inferre non liceat, *dict. Conſtitut.* 9. *Rubr.* Wie offt die ſcharffe Frage zu repetiren, In verb. Daß in etwas geringen Miſſethaten/ ſo zu Recht nicht *atrociſſima delicta* genant werden/ die peinliche *Tortur* über zweymal nicht zu erkennen vnd zu widerholen ſey. Et paulò poſt: Wenn aber die Anklage *atrociſſima delicta*, Mord/Brand/Raub/vnnd dergleichen betrifft/ daß diſſfals allein zum dritten mal/ vnnd weiter nicht die Tortur zu repetiren, &c. 52 Cuius Sanctionis ratio abſque dubio hæc eſt, quòd in atrociſſimis delictis, propter eorundem enormitatem, atrocia remedia ad eruendam veritatem ſint adhibenda; quippe cùm & ob atrocitatem criminis quandoque jura tranſgredi liceat. *Jul. Clarus lib.* 5. *ſentent. §.* 1. *numer.* 9. *Hippol. de Marſil. in tract. crimin. §. diligenter. n.* 159. *Daniel. Moller. lib.* 3. *ſemeſtr.* 17. Et quantò majus damnum per ejuſmodi delicta atrociſſima Reipublicæ infertur, tantò magis ejuſdem intereſt, delicta illa coerceri: quod fieri non poteſt, niſi in defectu probationum plenarum, confeſſio Rei tormentis fuerit extorta.

53 Scire autem hîc judicem oportet, quænam Crimina ſint atrociſſima, quæque itidem atrocia vel atrociora dicantur. (Non enim diſtingui ſolet inter atrocia & atrociora delicta, ſed atrox delictum etiam atrocius appellatur, *l. Prætor.* 7. §. *ult. ff. de injur l, auxilium.* 37. §. 1. *verſ. in delictis. ff. de minor.*) Ubi multum tribuo diſtinctioni traditæ à *Iul. Clar. dict.* §. 1. *n.* 9. qui dicit, omnia delicta, pro quibus à Lege vel Statuto imponitur ſimpliciter pœna mortis naturalis, vel civilis, dici gravia & atrocia vel atrociora: 54 Atrociſſima autem, pro quibus Lex vel Statutum imponit pœnam graviorem, quàm ſimplicis mortis in ipſo genere mortis, puta, quia vult pro talibus delictis Reos inſui culeo; vel igne comburi; vel in fruſtra ſcindi; vel Rotâ contundi; vel quando addit alias qualitates ultra pœnam mortis, ut quòd Reus trahæ illigatus ad locum ſupplicii ſit raptandus, aut factâ executione pœnæ, cadaver Rotæ affigendum; &c. Quæ ſententia *Iul. Clar.* in foro Saxon. hactenus uſu recepta eſt, & haud obſcurè probatur ex *d. ct. Conſt. Elect.* prout demonſtravi ſupra. *q.* 102. *n.* 61. *& ſeqq.*

55 Proinde firmiter concludendum, quod in crimine Veneficii, Aſſaſſinii, Latrocinii, Sacrilegii, Parricidii, Infanticidii, Rapinæ, Sodomiæ cum beſtiis perpetratæ, Incendii, Sortilegii, Homicidii ex propoſito & animo deliberato commiſſi, &c. tertiâ quoque vice, ex novis tamen indiciis tortura in foro Saxon. decerni, adeoque bis repeti queat, ultra tres autem vices eam inponere judici non liceat. Sunt enim hæcce crimina talia, quæ ſeveriori aliquo ſupplicio coercentur, aut peculiari quodam reatu notantur: quare & pro atrociſſimis habenda erunt, in quibus ſecundum Regulam antea poſitam quæſtio tertiâ vice ſibi locum vendicat.

56 *Veluti in crimine Latrocinii pronunciavimus:* Daß das in Fürſtl. Sächſiſchen Schöppenſtuhl zu Jehna geſprochene Vrtheil/ an dem gefangenen N. S. billich vollſtrecket/ vnd wider jhn nach gelegenheit dieſes fals mit der dritten *Tortur* gebührlichen vnd erkanter maſſen verfahren wird/ V. R. W. *Ad requiſitionem Eberhardi* Groſſens *in* Bürgeln. *Menſe Majo, Anno* 1629.

57 *Et in caſu ſimili:* Vnd vffn fall er ſein Bekänntnüß richtig nicht thun will/ ſeyd jhr wol befugt/ nach Gelegenheit dieſes falls/ weil man *in atrociſſimis verſiret*, *inquiſitum* noch einſten vnnd alſo zum dritten mal mit der ſchärpffe ziemlicher weiſe angreiffen/ vnd befragen zu laſſen/ *&c. Conſulibus & Senatui in* Geraw/ *Menſe Ian. Anno* 1631.

58 *Pariter reſpondimus in crimine Rapinæ, ad conſultationem Quæſtoris in* Freyburgk/ *M. Febr. Anno* 1631.

59 In reliquis verò criminibus, qualia ſunt Homicidium, Furtum, Perjurium, Blaſphemia, Sodomia cum hominibus commiſſa, Adulterium, Bigamia, Inceſtus, Stuprum violentum. Plagium, &c. tortura ſemel repeti; ac ſecunda

quoq;

quoque vice Reo imponi poteſt, ultra haſce verò duas vices eam inferre non licet. Quia enim pro hiſce criminibus, non niſi ſimplex pœna mortis Reo infligitur; utique hæc delicta atrociſſima non ſunt, adeoque nec quæſtio tertiâ vice in iisdem locum obtinet, juxta Regulam traditam, quod & verba *dict. Conſt.* luculenter innuunt: Daß in etwas geringen Miſſethaten / ſo zu Recht nicht *atrociſſima delicta* genandt werden / als Diebſtal vnnd dergleichen/ꝛc. die peinliche *Tortur* über zweymal nicht zuerkennen.

Q. 6. Num ſemel tortus ex novis indiciis terreri poſſit?

60 Hæcque in Practica tàm certa ſunt, ac Reſponſis Scabinorum Lipſenſium comprobata ut ulteriori probatione haudquaquam indigeant. Illud tamen hîc probè notari velim: *Primò*, quòd ſemel torto, ex novis etiam indiciis levioribus, & ad ipſam quæſtionem habendam haud ſufficientibus, territio adjudicari queat. Neq; enim abſurdum eſt, ſecundâ vice terreri ſolummodò eum, qui primâ vice tortus fuit: quin & facilius hoc fieri poteſt; quum territio tam grave ac periculoſum remedium veritatis eruendæ non ſit, ac ipſamet tortura.

61 *Veluti etiam Dominos Scabinos aliquoties in pronunciando hoc obſervaſſe memini*: Ob gleich *Inquiſitin* in ziemlicher ſcharffer Frage erhalten/ daß Sie jhr Kind nicht vmbbringen vnd ermorden helffen; Dieweil aber dennoch newer Verdacht ſich wider ſie deßwegen ereygnet/ꝛc. So erſcheinet darauß/ vnd ſonſten allenthalben ſo viel/ daß jhr wol befugt/ *Inquiſitin*, wofern ſie jhr Bekäntnüß nochmals in guten richtig nicht thun will / dem Sarpffrichter vff dieſe maſſe zu vntergeben/ daß er ſie mag außziehen/ entblöſſen/ zur Leiter führen/ die *Inſtrumenta* zur ſcharffen Frage gehörig/ vorzeigen/ die Daumſtöcke anzulegen/ vnnd darmit zuzuſchrauben / darbey ſich dergeſtalt zu gebehreo / als ſolt vnnd wolt er ſie mit der rechten Schärffe anderweit angreiffen/ jedoch aber peinlichen vnangegriffen befragen zu laſſen/ *&c. Ad conſultationem Actuarii judicii Bolenſis. Menſe Auguſt. Anno* 1628.

Et in caſu ſimili ad requiſitionem Hieronymi Bennonis à Diſkaw/ *Menſ. Mart. Anno* 1629.

Q. 7. An territio præcedens connumeretur inter species torturæ, quando agitur de repetitione tormentorum?

62 *Secundò*, tenendum: quòd ſub hac Regula territio non comprehendatur, nec id, quod de repetitione tormentorum ultra duas vel tres vices non admittendâ dictum, ad territionem extendi debeat: Proinde etiamſi Reus ſub territione ac metu torturæ ſemel interrogatus fuerit, nihilominus in criminibus atrocibus vel atrocioribus adhuc bis ex novis indiciis torqueri poterit, quod idem in atrociſſimis obtinet, ut nempe territione jam antea interrogatus, novis ſemper indiciis exiſtentibus adhuc tribus vicibus tormentis ſubjici queat: ſiquidem territio vera tortura non eſt; maximè ſi ſit nuda atque verbalis, quæ ad Edictum de tortura non pertinet. *l. item Labeonem. 15. §. quæſtionem. 41. ff de injur. Bartolus in l. 1. §. Divus Severus nu. 2. ff. de quæſt. Anton. Gomez. tom. 3. var. reſolut. cap. 13. num. 4. verſ. quod tamen intelligo. Iohann. Zanger. in tract. de quæſt. & tortur. cap. 1. num. 89.* Quare nec propter territionem adhibitam, à repetitione veræ torturæ abſtinendum erit.

63 *Reſpondimus ita Quæſtori Delitiano. Menſ. Sept. Anno* 1630.

It. Conſulibus & Senatui in Geraw/ *Menſ. Ianuar. Anno* 1631.

64 At quid faciendum, *ſi reus ſecundâ aut tertiâ vice tortus, in negatione perſeveret?* id quod *TERTIVM EST MEMBRVM* circa repetitionem tormentorum probè notandum. Etenim compertum habemus experientiâ, quoſdam Reos eo eſſe corporis robore & duritiâ, ut ſine cruciatibus magnis tormenta quævis pati, nec ullâ ratione ad veritatis confeſſionem adegi queant, juxta *l. 1. §. 23. & l. 18. §. 1. ff. de quæſtionib.* De quibus ſcribit *Par. de Put. in tract. Syndic.* quòd in Sylvis cum criminum ſociis convenire, ac mutuis ſeſe exercere tormentis ſoleant, quo cruciatibus aſſueti, poſtea à magiſtratu deprehenſi, ſub manibus & chordis Carnificis vim torturæ contemnere poſſint; Vbi & hoc addit: *Solent*, inquit, *Advocati indurare corda Reorũ, & dicere clientulis carceratis: Melius eſt ſemel in tortura pendere, quàm ſemper in furca ſtare: Quid ſi haberes brachia fracta nonne ſuſtineres Medicum, aptantem oſſa cum dolore? Quid ſi podagram haberes, nonne ſuſtineres dolorem? ideoq; melius eſt, brevi tempore dolorem chordæ perferre, quàm mortem ſubire.* Hactenus Par. de Puteo.

65 Quandoq; etiam magicâ arte Rei efficiunt ne tormentis ad confeſſionem criminis moveantur, vel dum à tortoribus ligantur ad torturam, verba quædam occultè recitando, puta: *Chriſtus autem tranſiens per medium illorum ibat, os autem non comminuetis ex eo.* It. Quemadmodum lac beatæ glorioſæ Mariæ Virginis fuit dulce & ſuave Salvatori noſtro, ita hæc tortura ſit dulcis & ſuavis brachiis, manibus & pedibus meis; Aut ea verba, quæ Salvator noſter tempore paſſionis primùm in horto dum caperetur, poſteà in cruce protulit, ut ſunt: Quem quæritis, ſi me quæritis, ſinite hos abire: Et inclinato capite emiſit Spiritum. Vel Schedulam, in quâ verba aut notæ ſuperſtitioſæ ſcriptæ extant, in parte quadam corporis occultando: prout ejuſmodi ſuperſtitiones atque exempla commemorant *Hippolyt. de Marſil. in pract. crimin. §. Nunc videndum. num ult. Paris de Puteo, in tract. Syndicat. §. tortura gravior. Paul. Girland. in tract. de quæſt. & tortur. §. Quartò nunc videndum. num. 12. 13. & 14. Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crim. cap. 37. num. 21 & 22.* ubi memorabilem 66 recitat hiſtoriam de fœmina Magiæ artis peritiſſima, quæ licet in quæſtionem ſæpiùs fuerit revocata, nullas tamen lamentationes, nullos clamores ediderit, ſed horum loco aut riſum fecerit, aut ſomno oppreſſa fuerit alto, quæq; in ipſos etiam judices his inſultârit verbis: Vos Prætor, Conſul, & cæterique Domini, & tu quoque nefarie tortor, agite, facite poſthac, quod vobis libitum fuerit, nihil in mei torturâ profeceritis, nihil in me valebit veſtra crudelitas; Tandem in mentem veniſſe quibuſdam aſtantibus, quòd ſecretiſſima corporis pars ipſius mulieris nondum tonſa fuerit, quæ cùm etiam per tonſorem raderetur, inventam eſſe crinibus involutam Schedulam Pergamenam, cui peregrina aliquot vocabu-

la crucibus diſtincta fuerint inſerta, hac adempta, fœminam denuo tormentis agitatam non amplius celaſſe crimen, ſed illicò ſua confeſſione prodidiſſe illud: quæ rogata, cur prius fateri noluerit, hoc reſponſum dederit: Niſi à me omnes crines atque hanc etiam ſchedulam abſtuliſſetis, nunquam à me perquirere quicquã potuiſſetis, ut quæ per illa maligni Spiritus opera impaſſibilis facta eram. Referunt etiam ex *Alberto Magno* *Paul. Girland. dict. § quartò nũc videndum. n. 13. & Chilian.* **Kônig**. *in proceſſ. Rub.* **Von den ſcharffen Fragen**. *num.* 41. quòd lapis quidam, Memphitis dictus contritus & aquâ mixtus, ſi potetur, inſenſibilitatem cruciatus inducat.

67 Et ſanè ut plurimum Sagæ atque Veneficæ
à Diabolo edoctæ, mille ejuſmodi mediis cru-
ciatus & dolores torturæ avertere poſſunt, ita
ut in ſcala elevatæ dormiant, non aliter ac in le-
cto molliter cumbentes, ut ex actis inquiſitio-
nalibus ad collegium noſtrum tranſmiſſis ſæ-
68 piùs didici; Quare judices priuſquam ad repe-
titionem torturæ deveniant, huic malo mede-
ri debent, non quidem alia verba recitando, ut
ſentit *Hippol. de Marſil. in pract. crim. dict. §. Nunc*
videndum. n. ult. in fin. & Paul. Girland. dict. §.
quarto nunc videndum eſt num. ult. quod æquè
Diabolicum eſſe autumo, nec verborum reci-
tationi ineſſe vim pellendi Magiam, abſque ſu-
perſtitione impiâ quis credere poteſt. Sed in
Sortilegia iſthæc, ſive ſchedulas Magicas per
Lictores inquirendo, easque inventas abjici-
69 endo. Cavere itidem ſtudioſè & vigilanter
debent judices, ne quisquam ex propinquis aut
amicis in carcerem ipſi Reo cibum afferat ſu-
ſpectum, cum quo incantationes conjunctæ
putantur; ſic & interrumpere poſſunt Magi-
cam quorundam verborum recitationem. Mu-
tatione quoque carceris, & veſtium omnium
depoſitione, atque tormentorum mutatione
fraudibus illis occurrere deberent judices, tra-
dit *Hippolyt. de Marſil. dict. §. nunc videndum.*
num. ult.

70 Quin & hoc caſu ſeveriorem torturam judex tutò decernere poteſt: ſicuti in crimine ſortilegii adverſus Sagas atque Veneficas, ſuper tormentorum repetitionem pronunciantes Scabinos, torturam ſecundâ vel tertiâ vice ſæpiùs dictaſſe memini, omiſſis verbis (**ziemlicher weiſe**) quibus aliàs quæſtio communiter ſolet temperari.

71 At, ſi Reus nullatenus ſe vinci patiatur, ſed ſecunda vel tertia etiam vice tortus, in negatione conſtanter perſeveret, quid deinceps fieri debebit, num abſolvendus erit? Quod ſanè dubium non eſt, ſi nova indicia non superveniant. *Hippolyt. de Marſil. in pract. criminal. dict. §. Nunc videndum. num. 26. Alberic. de Roſat. in l. edictum. ff. de quæſtion. Anton. Hering. de fideiuſſor. cap. 10. num. 432. & ſeqq.* Nam per torturam omnia indicia, quæ adverſus illum erant, purgata ſunt: Et ſatiùs eſt nocentem abſolvere, quàm innocentem condemnare. *l. abſentem ff. de pœn.*

Q. 8. Quomodo adverſus Reum ſit procedendum ſi poſt ſecundam vel tertiam torturam nova appareant indicia?

72 Novis autem & evidentioribus indiciis apparentibus, denuò torturam repetendã eſſe, forſan haud improbabiliter quis dixerit, niſi hoc diſertis verbis prohibuiſſet Illuſtriſſimus Elector in *Conſtit. ſuprà addictâ. Rubr.* **Wie offt die ſcharffe Frage zu** repetiren. In verb. **Vnd wo gleich zum dritten mal newe** *Indicien* **vorfielen/daß dennoch dißfalls die** *Tortur* **ferner nicht fürzunehmen/ꝛc.** Et paulò poſt: **Vnd ob gleich darnach auch andere newe** *ſeparirte Indicien* **kônten dargethan werden / daß doch der Gefangene mit der** *Tortur* **zu verſchonen/**&c. Hocque eſt, quod antea dixi, in criminibus atrocibus ultra duas, in atrociſſimis verò ultra tres vices, tormenta neutiquam decernenda eſſe, prout clarè diſpoſitum *dict. Conſt. Elect.*

73 Quid ergò dicendum, num etiam hoc caſu tortus abſolvendus erit, non obſtantibus indiciis noviter apparentibus? Nequaquam, ſed pœna extraordinaria ipſi imponenda eſt, ob magnam præſumptionem, quæ ex indiciis novis ſupervenientibus orta adverſus ipſum militat, ut ſentiunt Dd. communiter. *Iul. Clar lib. 5. ſentent. § ult. quæſt. 64. num. 38. Iohann. Zanger. in tract. de quæſt. & tort. cap. 5. num. 79. & 81. Grammat. deciſ. 22. n. 24. Matth. VVeſembec. in parat. ff. de quæſt. num. ult. Henric. Bocer. in tract. de quæſt. & tort. cap. 6. n. 7.*

Sit ergò Regula: Quod ex indiciis 74
novis poſt ſecundam vel tertiam tor- “
turam ſupervenientibus, Reus extra- “
ordinariâ quâdam pœnâ affici debeat. “
Quæ Regula in foro Saxonico minorem difficultatem habet, ob verba clara *Conſtit. Elector. antea adducta*: **Daß demnach dißfals die** *Tortur* **ferner nicht fürzunehmen / ſondern daß ein ſolcher auff geſchwornen Vrpheden mit zeitlicher Vorweiſung / oder Gefängnüß geſtrafft werden ſoll.** Et paulò poſt: **Daß doch der Gefangene mit der** *Tortur* **zu verſchohnen/vnd jhme ſonſten die Vorweiſung / oder andere Straffen ſolten vfferlegt werden/ꝛc.** Et ſanè, ſi aliàs quoque ex præſumptionibus ad pœnam extraordinariam quis condemnari poteſt, uti notiſſimum eſt; Vid. *ſuprà quæſtion. 116. num. 51.* Quare id hoc in caſu, quo ulterior tortura locum non habet, aliudque remedium eruendæ veritatis deficit, fieri nequeat, haud certè video.

Duo tamen hîc probè notanda veniunt: 75
Primò, quòd ſeverior aliqua, quàm Relegatio-
nis pœna hoc caſu Reo non infligenda ſit; uti
patet ex verbis *Conſtit.* (**mit Vorweiſung oder**
andere Straffen) nempe quæ Relegationi æ-
quipollent; Vt ſunt carceris pœna, ac quan-
doque mulcta pecuniaria: Quin & in crimi-
nibus non atrociſſimis, poſt ſecundam tortu-
ram novis ſupervenientibus indiciis, non niſi
temporalem Relegationem Reo imponendam
eſſe, ſatis manifeſtum eſt ex verbis Conſtit.
(**Mit zeitlicher Verweiſung oder Gefängnüß.**) 76
Secundò; Vt arbitrio judicis electio pœnæ ali-
cujus extraordinariæ committatur, qui ex qua-
litate novorum indiciorum illam facilimè defi-
nire poterit.

Et ſecundum hãc Regulam pronunciârunt Sca- 77
bini, dictantes pœnam temporalis relegationis

ad ſexennium Reo cuidam, de furto ſuſpecto, & poſt ſecundam torturam novis indiciis gravato. Verſus Planitz. *Ad requiſitionem Andreæ* Mäurers/ *Menſ. Iulio Anno* 1630.

In crimine autem Sortilegÿ, fœminæ cuidam tertiâ vice torturam perpeſſæ, ex novis indiciis adjudicavimus pœnam relegationis perpetuæ. Gegen Croſſen/ *ad conſultationem M. Auguſti Lyſtheniÿ, Menſ. Octob. Anno* 1629.

In caſu ſimili reſponderunt Scabini gegē Schneeberg an Richter vnd Schöppen/ *Menſ. Majo, Anno* 1614.

78 Quandoque etiam in atrociſsimis delictis, ultra duas vices tortura non infertur: quod accidit, ſi poſt ſecundum torturam indicia nova ſuperveniant, quæ tamen ad decernendam denuò torturam ſufficientia non ſunt; Nihilominus autem ex præſumptionibus inde adverſus tortum exortis, Relegatio indici poteſt.

79 *Veluti etiam Scabinos ita pronunciaſſe animadverto, hiſce formalibus:* So hat wegen der dritten *Tortur*, weil die vorige *Indicia* in der anderweit außgeſtandenē ſcharffen Frage *purgiret* worden ſeyn/ nichts beſtändiges erkandt werden mögen / ſie wird aber gleichwol geſtalten Sachen nach / über die zum andern mahl erlittene *Tortur*, weil gleichwohl vermuthlichen / daß es jhr der Vettel vom Teuffel muß angethan ſeyn worden / daß durch die Pein vnnd Marter von jhr nunmehr zum andernmahl nichts hat bracht werden können / vnnd damit man jhr auß dieſen Landen loß werde / vnd die Leute zu Grillenberg für ſie ſich weiter nichts zubefahren/ deß Landes ewig billig verwieſen/ V.R.W. *Ad requiſitionem Quæſtoris Sangerhuſani. Menſ. Novemb. Anno* 1614.

QVÆSTIO CXXVI.

De Ratificatione Confeßionis in torturâ factæ: Et quomodo procedendum, ſi Reus confeſſionem ſuam revocet?

SVMMARIA.

1. *Confeſſionem neceſſariò ſequitur condemnatio. n.* 2. 3.
4. *Qualis confeſſio eſſe debeat, ut ſufficiens ſit & idonea ad condemnationem. n.* 5. 6.
7. *Confeſſio legitimè tormentis expreſſa ſit, neceſſe eſt.*
8. *Reus de nullitate torturæ excipiens audiri debet.*
9. *Vnde nullitas torturæ probari poſſit. n.* 10. 11.
12. *Confeſſio veritati debet eſſe conſentanea, & quanam hæc ſit. n.* 13. 14. 15. 16.
17. *Ratificari quoq; debet confeſſio. n.* 18. 19.
20. *Extra locum torturæ. n.* 21.
22. *Reus confeſſus non eſt conducendus ad carceres, ubi alÿ ſunt carcerati.*
23. *Ratificatio non debet fieri in continenti, ſed ex intervallo poſt torturam.*
24. *Qualenam debeat eſſe intervallum. n.* 25. 26. 27.
28. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
29. *Coram judice & Scabinis ratificatio quoque fieri debet. n.* 30. 31.
32. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
33. *Diligenter ac verbotenus conſignanda eſt ratificatio.*
34. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
35. *Confeſſio territione extorta ratificari etiam debet. n.* 36.
37. *Quid ſi Reus ratificare nolit confeſſionem.*
38. *Revocans confeſſionem denuò torqueri debet. numer.* 39.
40. *Etiam absque aliis novis indiciis. n.* 41. 42. 43. 44. 45. 46.
47. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
48. *Niſi revocationis probabilis afferatur cauſa.*
49. *Quoties hoc caſu tortura ſit repetenda. num.* 50. 51.
53. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
54. *Quid ſi Reus ſecundâ vel tertiâ vice tortus revocet confeſſionem. n.* 55.
56. *Tum condemnari non debet ad pœnam mortis. num.* 57.
58. *Sed extraordinariè ſolummodo puniendus eſt. num.* 59.
60. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
61. *In tortura ipſa revocans confeſſionem, non debet denuò torqueri. n.* 62.
63. *In executione revocans cōfeſſionem puniri debet pœna ordinaria. n.* 64.
65. *Modò confeſſio probetur juramento Scabinorum.*
66. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
67. *Qua de causâ inſtrumentum à Notario & teſtibus ſuper ratificatione confeſſionis confici ſolet,*
68. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
69. *Effectus hujus inſtrumenti. n.* 70.
71. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium, n.* 72.
73. *Quid ſi Reus ad ratificandam confeſſionem ductus reſpondere nolit, quomodo tum procedendum num.* 74. 75. 77. 78. 79. 80. 81. 82.
76. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n.* 83.

ALter torturæ effectus conſiſtit in condemnatione Rei confeſſi: Quemadmodum enim Reus crimen negans, purgatis per habitam quæſtionem indiciis, abſolvendus eſt, ita vice verſa condemnari debet, ſi in torturâ delictum confeſſus
fuerit. Nam confeſſionem neceſſariò ſequitur 1
condemnatio, & confeſſus æquè ac convictus
de crimine probationibus, pœnâ coercendus
eſt, juxta ſanctionem *Imper. Conſtantini* ad Pro-

conſulem Africæ Catulinum reſcribentis, iudicem hoc temperamentum tenere debere, ut non prius capitalem in quempiam promat ſeveramque ſententiam, quàm in adulterii, vel homicidii, vel maleficii crimine, aut ſua confeſsione, aut certè omnium, qui tormentis vel interrogationibus fuerunt dediti, in unum conſpirante, concordanteq; rei finem, convictus ſit, in *l. qui ſententiam.* 16. *C. de pœn. ubi Dd. ubi Hippol. de Marſil. in pract. crimin.* §. *Secunda quæſtion. numer.* 1. *Foller. in practic. crimin. verb. Dentur capitula. numer.* 20. *Brun. à Sol. in conſil. crim. num* 202 *Proſp. Farin. part.* 3. *oper. criminal. quæſt.* 81. *num.* 2. *& de teſtib. quæſtion.* 63. *num.* 134. *Gram. deciſ.* 36. *num.* 61. *Ioh. Zang. in tract. de quæſt. & tortur. cap.* 5. *num.* 19. *Ioſeph. Ludov. part.* 1. *deciſ.*
2 *Luce* 13. *num.* 60. Quique effectus tribuitur probatione teſtium, documentorum apertiſsimorum, & indiciorum indubitatorum, de quibus *Panorm. in tertio loco.* 5. *num.* 8. *de probat. Felin. in cap.* 2. *num.* 12. *de præſumpt. Gandin. in tract. malefic. Rubr. de indic. indubit. num.* 3. *& ſeqq. Iacob. Menoch. libr.* 1. *præſumpt. quæſt.* 97. *num.* 1. Idem etiam tribuitur confeſsioni, ut ſcilicet ex ea ſententiam capitalem iudex promere poſsit, h. e. Reum ad ſupplicium condemnare. *Iohan. Zanger. dict. cap.* 5. *n.* 20.

3 Quare hanc Regulam ponere lubet: Quòd ex Confeſsione tormentis legitimè expreſſa, veriſimili, & ratificata Sententia capitalis ferenda, Reusque condemnandus ſit.

4 Satis innuunt verba Regulæ huius, non quamvis confeſsionem ad condemnandum ſufficientem eſſe; Neq; enim fruſtrà reſcripſit Divus Severus, confeſsionis Reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportere, ſi nulla probatio religionem cognoſcentis inſtruat. *l.* 1. §. *Divus.* 17. *ff. de quæſt.* Sed ut omnibus innoteſceret, ex ſola ac nuda confeſsione quem con-
5 demnandum non eſſe. Nec immeritò; quum fieri poſsit, ut vel tædio vitæ, vel metu, vel impatientiâ tormentorum, vel alia de cauſa delictum quis fateatur, nec perpetratum, nec cogitatum. *l. non tantum.* 6. *ff. de appellat. l.* 1. §. 23. *verſ. Nam plerіq;. &* §. *Si quis ultrò.* 27. *ff. de quæſtion. l. qui Rei.* §. *Si quis autem.* 4. *& ſeqq. ff. de bon. eor. qui ant. ſentent. mort. ſibi conſciv.* Quem ſtatim ad mortem condemnari, rigoroſum admodum eſſet, ne dicam periculoſum. *Iohann. Zang. in tract. de quæſt. & tortur. cap.* 5. *num.* 26. *Nicol. Boër deciſ.* 164. *num.* 9. *&* 10. *Hippol. de Marſil. in l.* 1. §. *præterea.* 1. *n.* 34. *ff. ad Leg. Cornel. de Sicar.* ubi ait: Ei, qui fatetur, ſe hominem mortuum veneno necaſſe, credendum non eſſe; cùm Confeſsio & vera, & falſa eſſe queat. Vnde porrò inferri liceat, ſi quis fateatur furtum, homicidium, adulterium vel aliud quodvis delictum, ex hac ſola & nuda confeſſione tormentis expreſſa, ſententiam capitalem haudqua-
6 quam in eum ferendum eſſe. Sed juſtè qualificata ſit confeſſio, neceſſe eſt, antequam ad condemnationem judex deveniat, nimirum talis, quæ per torturam modo legitimo expreſſa ac veritati conſentanea eſt, & in loco iudicii publico ab ipſomet Reo ratificata. Tria namq; concurrere debent, ad hoc, ut fides eiusmodi confeſsioni haberi, & Sententia capitalis ferri poſsit: *Primò*, nempe confeſsio debet eſſe legitimè tormentis expreſſa. *Secundò*, veritati conſentanea. *Tertiò*, à Reo in loco iudicii ratificata.

Primò exigitur: Vt confeſsio ſit legitimè ex- 7
preſſa tormentis; Qualis intelligitur ſi præcedentibus ſufficientibus indiciis, accedente iudicis ſententia cùm de modo, tum de ordine, quæſtio de Reo habita ſit. *Ioſeph. Maſcard. de probat. vol.* 1. *concl.* 353. *Iohan. Zang. in tract. de quæſt. & tort. cap.* 5. *n.* 30. *Iacob. de Bellovіſ. in pract. crim. lib.* 3. *c.* 9. *n.* 7. *& ſeqq.* Licet enim non negat Reus, 8
ſe de delicto confeſſum eſſe, ſi tamen excipiat, iudicem iniuſtè eum quæſtioni ſubieciſſe, aut nulliter proceſſiſſe; utiq; admittendus eſt, ſi de iniuſtitia cauſæ, & nullitate proceſſus docere velit, & condemnatio interim ſuſpendenda eſt. *cap. cum ſuper.* 17. *ext. de ſentent. & re judic. cap. in præſentia.* 6. *de renunciat. Hippol. de Marſil. volum.* 1. *conſ.* 46. *n.* 13. *Ioh. Zang. dict. c.* 5. *n.* 31.

Q. 1. Num Reo in tormentis confeſſus de nullitate torturæ excipiens audiendus ſit?

Probabitur autem cauſæ iniuſtitia & nullitas 9
proceſſus, ſi iura de quæſtione habenda ſancita, ac legitimæ torturæ requiſita, de quibus fuſius dixi *quæſtion. præcedentibus*, non fuerint ſtrictè & ad amuſsim obſervata; inter quæ haud minimum eſt quoad confeſsionem annihilandam, defectus indiciorum ad torturam ſufficientium, *artic.* 20. *Ordin. Crimin. Carol.* In verb. **Vnd ob auch gleichwol auß der Marter** (ſcilicet non præcedentibus legitimis indiciis, ut liquet ex verbis prioribus) **die Miſſethat bekandt würde/ſo ſol doch der nicht gegläubet / noch jemand darauff verurtheilet werden** / *ubi Matth. Stephan. in not. numer.* 2. *Proſper. Farinac. in prax. crim. lib.* 1. *tit.* 5. *quæſt.* 37. *num.* 10. *Hippol. de Marſil. in l.* 1. *in pr. num.* 32. *ff. de quæſt. Iohan Zanger. in tract. de quæſt. & tort. c.* 2. *n.* 9.

Vel ſi quæſtio habita ſit de crimine, de quo 10
an verè commiſſum fuerit, certò non conſtat: qualis tortura, utpote contra iura manifeſta, nulla & invalida eſt atque hoc caſu vel propterea confeſſus condemnari non debet, quod pœna mortis haudquaquam infligenda ſit, priusquam de veritate criminis perpetrati conſtiterit. *l.* 1. §. *item illud.* 24. *ubi gloſſ. in verb. Locus ſit. ff. de SCto Sylan. l. inde Neratius.* 23. §. *ult. junct. duab. ll. ſeqq. ff. ad Leg. Aquil. l.* 1. *C. ubi cauſ. fiſcal. Proſp. Farin. in prax. crimin lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 2. *num* 7. *&* 8. *Franciſc. Brun in tract. de indic. & tort. part.* 2. *q.* 5. *n.* 8. *Iul. Clar. libr.* 5. *ſentent.* §. *ult. q.* 64. *nu.* 3. *& q.* 55. *nu.* 10. *Zanger. in præfat. tract. de quæſt. & tort. n.* 34. *&* 35. Quò & illud pertinet, ſi iudex in 11
executione torturæ modum à Scabinis præſcriptum exceſſerit, eumq; graviter torqueri fecerit, qui leviter torquendus aut territione tantummodò interrogandus fuerat. *l. quæſtionis modum.* 7. *ff. de q. Joh. Zanger. in tract. de quæſt. & tort. c.* 4. *n.* 13. *Jacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſtion. libr.* 2. *centur.* 3. *caſ.* 271. *n.* 1. *&* 2. *Hippolyt. de Marſil. in l.* 7. *n.* 1. *ff. de quæſt.* Hæc aliaq; tortura legitima neceſſaria, ſi obſervata non fuerint, dubium non eſt, quìn confeſsio extorta nulla non ſit, quæ proinde nec effectum condemnationis gignere poteſt. *Zanger. dict. c.* 5. *n.* 30.

Secun-

Q.2. Quanam confeſſio dicatur veritati conſentanea?

12 Secundò, veritati quoque conſentanea confeſſio eſſe debet; Nam Reus tortus & confeſſus, tum demum condemnari debet, ſi confeſſioni factæ inquiſitio ſive exploratio diligens inſtituta reſponderit, aut ſi eiuſmodi circumſtantiæ & qualitates ſimul indicatæ fuerint, præter quas tale facinus non committi, quasve nemo alius niſi criminis ſocius aperire potuiſſet. De quo hæc extat conſtitutio in Sanctione Carolina. *artic.* 60. So auff erfundene redliche Anzeigung einer Miſſethat halben / peinliche Frage fürgenommen / auch auff Bekäntnüß deß gefragten / wie daſſelbig alles in den vorgehenden Articuln klärlich geſetzt iſt / fleiſſige / müglíche Erkündigung vnd Nachfrage geſchicht / vnd in derſelben bekandten That halb / ſolche Warheit befunden wird / die kein Vnſchuldiger alſo ſagen vnd wiſſen köndte / Alsdann iſt derſelben Bekäntnüß vnzweifflicher / beſtändiger weiſe zu gläuben / vnnd nach geſtalt der Sachen peinliche Straffe darauff zu vrtheilen / ꝛc *ubi Matth. Stephan. & Georg. Rem. in Nemeſ. Karul. dict. art.* 60.

13 Etenim res fragilis & periculoſa eſt tortura, quæ veritatem tàm propter patientiam, aut potius duritiem, quàm impatientiam quorundam fallere poteſt. *l. 1. §. quæſtioni ff. de quæſt. Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſtion. caſ.* 272. Ideoque confeſſioni quæſtione extortæ, fides aliter habenda non eſt, quàm ſi ea veritati conveniat, atque probabilis ſit: In quo diiudicando magna iudicis dexteritas & matura prudentia requiritur. Sicuti namque in cauſis civilibus non aliter confeſſus pro iudicato habetur, quàm ſi certum confeſſus ſit, *l. penult. & ult.* C. *de ſentent. quæ ſin. cert. quant. prof. l. 3. l. certum, 6.* 14 *in pr. ff. de confeſſ.* Sic & in capitalibus cauſis non ſufficit, ſi Reus fateatur ſe deliquiſſe; *Paris de Puteo in tract. Syndicat. verb Tort. cap.* 10. *num.* 2. Niſi etiam dicat, quale delictum perpetraverit, indicando ſimul omnes qualitates & circumſtantias criminis, & revera quoque tale delictum factum ſit, ac quidem eo in loco, in quo factum aſſeritur, omnes ac ſingulæ circumſtantiæ manifeſtatę conveniant cum factâ confeſſione. Quod maximè verùm eſt eo caſu, quo de 15 criminibus facti non permanentis, ſed tranſeuntis agatur, de quorum corpore aliter conſtare nequit. *Franciſc. Brun. de indic. part.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 10 *Proſper. Farin. in prax. crim. quæſt.* 81. *num.* 21. & 24. *Anton. Gabriel. libr.* 7. *comm. concluſ. tit. de malefic. concluſ.* 17. Hocque unicum ferè remedium eſt explorandæ veritatis, ut ſcilicet circumſtantiæ à confeſſo indicatæ exactè perpendantur ac diligenter indagentur, utrum conveniant cum dictis Rei confeſſi.

16 Eoque modo delicto explorato licet teſtibus probatum non ſit, violentiſſimâ tamen hominis præſumptione probatum videtur, ac proinde non dubitandum, quin Reus in confeſſione ſuâ perſeverans pœnâ mortis affici debeat. *Felin. in cap. afferte. numer.* 10. *de præſumpt. Grammat deciſ.* 42. *num.* 5. *Iohan Zanger. dict. c.* 5. *num.* 42. Quod ſi verò circumſtantiæ cum facta confeſſione non conveniant, nec veritas confeſſionis aliter deprehendi queat, ſatius eſſet nocentem extraordinariè punire, quàm innocentem condemnare. *l. abſentem. ff. de pœn.*

Q.3. Qualisnam debeat eſſe ratificatio confeſſionis quæq; ejusdem ſint requiſita?

17 Tertiò exigitur, ut Reus in ſuâ confeſſione perſeveret, ac in loco judicii publico eam ratificet. Quamprimùm enim Reus à quæſtionum doloribus quieverit, viresque refecerit, è carcere & latebris in locum liberiorem educi, & in judicio ſiſti debet, ut confeſſionem in torturâ factam ratificet. *l. 2. ubi Salycet. C. de cuſtod. Reor. Hippolyt. de Marſil. in pract. crim. §. quoniam num.* 1. *Par. de Puteo in tract. Syndicat. in verb. Tortus. cap.* 9. *Anton. Gomez. tom.* 3. *variar. reſolut. cap.* 13 *num.* 8. *Iohan. Zanger. in tract. de quæſt. & tort. c.* 5. *num.* 73 *Henr. Bocer. in tract. de quæſt. & tort. cap.* 5 *numer.* 36. *Franciſc. Brun. in tract. de indic. & tortur. part.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 3. *& ſeqq. Petr. Theod. in Colleg. Crim. diſp.* 9 *th.* 11. *lit. E. Iul Clarus. libr.* 5 *ſent. §. ult. quæſt.* 64. *num.* 40. ubi dicit, ſi Reus in tormentis delictum confiteatur, confeſſioni factæ in torturâ ſtandum non eſſe, niſi in illâ Reus perſeveret, & eam ratificet extra tormenta ad Bancum iuris: ubi addit; hanc eſſe communem opinionem.

18 Quam etiam diſertis verbis approbat Imper. Carol. V. in *Ordin. Crim. artic.* 56. §. Der Gefangene ſol auch zum wenigſten über den andern / oder mehr Tage nach der Marter vnd ſeiner Bekäntnüß / nach gutbedüncken deß Richters / in die Büttelſtuben / oder ander Gemach für den BañRichter / vnd zween deß Gerichts geführet / vnnd jhm ſein Bekäntnüß durch den Gerichtſchreiber fürgeleſen / vnd alsdenn anderwerts darauff gefraget / ob ſein Bekäntnüß wahr ſey / vnd was er darzu ſage / auch auffgeſchrieben werden. 19 Quia enim tortura res periculoſiſſima eſt, & ſæpiùs fallit: *l. 1. §. quæſtion ff. de quæſt.* utique ne innocenti pœna mortis infligatur; confeſſioni eiuſmodi aliter fides non habetur, niſi ea in loco iudicii poſtquam dolores tormentorum ceſſarunt, à Reo propriâ ſponte ratificata fuerit: qualis confeſſio ex intervallo ratificata, ſpontanea dicitur, & ad condemnationem ſufficiens eſt. *Proſper. Farin. in prax. crim. quæſt.* 83. *num.* 69. *Ægid. Boſſ. in tit. de confeſſ. per tort. n.* 1. *Foller. in pract. crim. verb. Et ſi confitebuntur. pag.* 1. *n.* 39. *Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap.* 54. *n.* 16.

20 Tanta itaque vis eſt ratificationis, ut ex confeſſione tormentis extortâ faciat ſpontaneam confeſſionem; Quæ tamen efficacia ipſi haud aliter tribuendum eſt, quàm ſi concurrant requiſita ratificationis, de iure neceſſaria: Quorum *primum* eſt: Vt fiat extra locum torturæ; prout verba innuunt. *l. 2. C. de Cuſtod Reor.* Ibi: *Atq; ita poſtmodum apud acta audiatur.* Et *art.* 56. *Ordin. Crim.* In die Büttelſtuben / oder ander Gemach für den Bannrichter / vnnd zween deß Gerichts geführet / ꝛc. *Paris de Puteo in tract. Syndicat. verb. tortus cap.* 1. *num.* 3. *ad fin. Proſper. Farin. in prax. crim. dict. quæſt.* 83. *num.* 71. *Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt.* 64. *nu.* 42. *Henr. Bocer. in tract. de quæſt. & tort. cap.* 5. *n.* 36. *Bart. in l. 1. §. Divus Severus. n.* 3. *ff. de quæſt.*

21 Extra locum autem torturæ & illius aſpectum, ratificatio confeſſionis propterea

fieri debet, ut libera ſit, non coacta: Nam ſi Reus in loco torturæ inſtrumenta ad torquendum videret, exiſtimare quis poſſet, metum tormentorum adhuc durare, adeoque ratificationem non minus ac ipſam confeſsionem extorqueri; quum tamen ratificationem ſolummodò ſpontaneam condemnatio ſequatur. *Iulius Clarus dict quæſt.64.num.42.Matth.Steph.*
22 *in not.ad artic.60.in fin Ordin.Crim.* Caveat tamen iudex, poſtquam habuit confeſsionem inquiſiti in tormentis, ne permittat tortum conduci ad illos carceres, in quibus ſunt etiam alii carcerati; quia in carcere ubi ſunt multi criminoſi, de facili unus docere poteſt alium, quid dicere debeat, ut evadat, & ſic quòd revocet ſuam confeſsionem: quare ante ratificationem torturæ debet eum poni facere in carcere ſeparato. *Iulius Clarus dict.quæſt.64.num.40.Anton.Fabr.in Cod.tit.de quæſt.de fin.18 Proſper.Farinac.dict.quæſt.83.n.72.*

23 *Alterum requiſitum eſt*: Vt ratificatio confeſsionis non fiat in continenti, vel paulo poſt torturam, ſed ex intervallo quodam & dolore tormentorum ceſſante. Nam ſi adhuc duraret metus tormentorum, vix præſumeretur ſpontanea ac libera confeſsionis ratificatio; qualem ſententia condemnatoria requirit. *Bartol.in l.1.§.Divus Servus num.4.ff de quæſt.Salycet in l.2.num.9 C.de cuſtod.Reor.Iul.Clar.in pract.§.ult.quæſt.64.num.41.Proſper Farin.dict quæſt.83.nu.73.Henric.Bocer.in tract de quæſt.& tortur.cap.5.num.36.Anton.Fab in Codic.tit.de quæſt.de fin.18.Hippolyt.de Marſil.in l.1.§.Divus Servus.num.6.ff.de quæſt.Ioſeph Maſcard.de probat.1.concl.353.num.11.& ſeqq.Franc.Caſon.in tract.de torment.cap.21.num.2.*

24 Quale verò hoc intervallum eſſe debeat, unanimis *Interpp.* ſententia non eſt. Quamvis enim pleriq; ſtatuant, quòd ſpacium unius diei & noctis Reo torto relinquendum ſit, antequam ratificatio ab ipſo exigatur; *Angel.Aretin.in tract.malef.verb.quod fama publica.numer.112.Brun.de indic.part.2.quæſt.6.num.5.Matth.Stephan.in not.ad art.58.num.5.Ordin.Crimin.Iacob.Menoch.de arbitr.judic.quæſt.libr.1.caſ.38.num.2.Matth.VVeſembec.in part ff.de quæſt in fin.Anton.Gomez.tom.3.variar.reſol.cap.13.num.24.*

25 Attamen exiſtimant alii, elapſis demum aliquot diebus reducendum eſſe ex carcere Reum ad ratificandam confeſsionem. *Hippolyt.de Marſil.in pract.crimin.§ quoniam.num.1.Franciſc.Caſon.in tract.de torment.cap.21.num.3.* ubi dicit, expectari debere tres dies atq; tres noctes, eò quòd per ſolum diem ac noctem adhuc Reus dicatur eſſe in dolore & cruciatu.

26 Sed rectiùs ſentiunt, qui arbitrio iudicis ſecundum qualitatem perſonæ tormentatæ & quantitatem illatorum tormentorum, remiſſum eſſe dicunt intervallum, in quo Reus confeſſus confeſsionem ratificare debeat. *Bartol.in dict.l.1.§.Divus Servus.num.4.ff.de quæſt.Paris de Puteo.in tract.Syndicat.verb.tortus.cap.1.num.3.Iul.Clar.in pract.§.ult.quæſtion.64.num.41.Proſper.Farinac.dict.quæſt.83.num.77.* ubi multos allegat. Poteſt enim fuiſſe adeo levis tortura, ut etiam eodem die non admodum inconveniens eſſet, ut fieret ratificatio interiecto aliquôt horarum ſpacio, ſicuti vice verſa tantus quandoque in tormentis adhibetur rigor, ut poſt unum vel alterum diem dolor torturæ vix ceſſare præſumatur: Quare pro ratione tormentorum & qualitate perſonæ tortæ iudex arbitrari debet, quanto temporis ſpacio metus ac cruciatus habitæ quæſtionis ceſſare præſumantur, ac poſtea diem ratificationi certam præfigere.

27 Hæcque communis eſt Dd. ſententia, ac in praxi recepta, teſte *Farin.dict quæſt.83.num.77.* Quam eatenus reſtringendam puto, ut iudex ad minimum per unum diem ac noctem requieſcere ſinat Reum poſt torturam, ad plurimum verò ultra tertium diem, quo recenti adhuc memoriâ confeſſiones recoli poſſunt, ratificationem non differat; nec occaſionem præbeat revocationi confeſſionis. *Anton.Fab.in Codic.tit.de quæſt.de fin.*18. Quod & ſentire videtur Imp. V. in *artic.56.Ordin.Crim.* verb. fin. Der Gefangene ſol auch zum wenigſten über den andern oder mehr Tag nach der Marter vnnd ſeiner Bekäntnüß/nach Gutdüncken deß Richters vernommen werden/ꝛc.

28 *Hancq; ſententiam in pronunciando ſecuti fuimus ad requiſitionem Quæſtoris in* Saltza/ Ob wol V.N. in ſcharffer Frage/ als er damit inhalts vnſers nechſten euch ertheileten Vrthels angegriffen worden/ ſein Bekäntnüß gethan; Dieweil aber dennoch nicht zu befinden/ daß jhme ſolches ſein peinliches Bekändtnüß / über den andern oder dritten Tag auſſerhalb dem Orth der *Tortur*, vor denen Gerichtsperſonen wiederumb vorgehalten worden/ ſo gleichwohl ehe man zur Straffe gelanget/ vor allen dingen/ vermöge der Rechte / nothwendig geſchehen muß/etc. So geſchicht ſolches nochmahl billich/ vnd wann er auff ſeine Vrgicht in gutem vorgeſchriebener maſſe nochmahls vernommen/ vnd ſeine Auſſage mit beſondern fleiß zugleich zu den Acten bracht/ vnd wieder überſandt wird / ergehet ſo dann ſeiner Perſon vnd Straffe wegen/ ferner was recht iſt/ V.R.W. *M.Decemb.Anno* 1630. *Iudem ferè formalibus reſpondimus verſus* Tzſopaw/ *Ad requiſitionem Conſulum & Senatus.Menſ.Auguſt.Anno* 1630.

It. An die Fürſtl. Anhaltiſche Witthumbsbeampte zu Coßwig: Dieweil aber dennoch nicht zu befinden/ daß jhme ſolches ſein peinliches Bekäntnüß nach zweyen oder dreyen Tagen auſſerhalb dem Orth der *Tortur* / vor denen Gerichtsperſonen wiederumb vorgehalten worden/ ſo gleichwohl ehe man zur Straffe gelanget/ vermöge der Rechte/ vnnd inhalts der peinlichen Halßgerichts-Ordnung/ vor allen dingen nothwendig erfordert wird. So geſchicht ſolches nochmahls billich/ etc.

Menſe Febr.Anno 1632.

29 Tertiò requiritur, ut ratificatio fiat in loco iudicii coram iudice & Scabinis, adhibito quoque Notario iudicii. Quamprimum enim à quæſtionum doloribus quieverit, viresque refecerit Reus, è carcere & latebris in lucem & locum liberiorem, unde tamen elabi non poſſit, educi, & coram iudice capitali, duobusque Aſſeſſoribus ſiſti debet, in quorum præſentia ea quæ ante confeſſus fuerat, ratificanda ſunt. *Iul Clarus lib.5.ſentent.§ ultim.quæſt.64 num 42.Matth.Stephan.in not.ad artic.56.Ordin.Crimin.Henr.Bocer.in tract.de quæſt.& tort.c.5.n.36.*

Hocq;

Hocque ipſum innuunt verba *l. 2.* Ibi: *Apud acta audiatur. C de cuſtod. Reor.* Idemque clarius exprimitur in *art. 56. Ordin. Crim.* verb. **Jn die Büttelſtuben/oder ander Gemach für den Bannrichter/vnd zween deß Gerichts geführet/vnnd jhm ſeyn Bekändenüß durch den Gerichtsſchreiber fürgeleſen werden/rc.**

30 Quamvis non negem, in carcere quoq; confeſſionem alterâ vel tertia die poſt torturam ratificari poſſe, modò hoc fiat in præſentia judicis & Scabinorum extra locum torturæ. Etſi enim ratificatio confeſsionis per torturam expreſſæ, de jure facienda ſit extra carceres, & ad banchum juris, teſtibus quoq; adhibitis; Conſuetudo tamen obtinuit, ut poſsit etiam fieri in carcere & ſine teſtibus, modò judices & Scabini unà cum Notario adſint: Nam hi non ſolummodo judicium conſtituunt, ſed etiam defectum teſtium ſupplent. *Par. de Put. in tractat. Syndic. verb. Tortus c. 1. num. 3. Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 61. num. 42. Proſper. Farin. in prax. crimin. de Reo confeſſ. & convicto, quæſt. 83 n. 71. Foller. in pract. crim. verb. Et ſi confitebuntur. part. 1. num. 63. Franciſc. Brun. de indic. part. 2. quæſt. 6. num. 4.*

31 Quin etſi teſtes adhibiti fuerint, aliique de confeſsione ejusque ratificatione deponant, ſi tamen coram judice & Scabinis confeſsio atq; ratificatio facta non ſit; nulla fides ei tribuenda erit, nec condemnatoria ſententia tutò ferri poterit.

32 *Pronunciavimus ita Henrico à* Sedorff: Hat der Gefangene M. C. in ſcharffer Frage/darmit er auff rechtliches Erkäntnüß angriffen worden/ſich zu den articulirten Deuben bekandt: Ob er nun wohl deß andern Tages hernach in beyſeyn etlicher Perſonen als Gezeugen ſeine Vrgicht *ratificiret*, vnd darauff allerdings verharret: Dieweil aber dennoch nicht zu befinden/daß ſolche *Ratificatio* in beyſeyn der Gerichtsperſonen geſchehen. So hat auch ſeiner verwirckten Straffe wegen / noch zur Zeit nichts beſtändiges erkant werden mögen / Sondern es wird *Inquiſit* in beyſeyn der Gerichts-Perſonen inhalts Käyſer Carls deß *V.* vnnd deß Heil. Röm. Reichs peinlicher Halßgerichts-Ordnung / auff ſeine Vrgicht noch einſten vernommen/ vnd dieſelbe Gerichtlichen zu *ratificiren* angehalten/darauff alſo dann ſeiner Straffe wegen ergehet was recht/V. R. W.
Menſe Iulio, Anno 1622.

33 QUARTO denique requiritur diligens & exacta conſignatio ratificationis. Etenim ſecundâ vel tertia die poſt torturam Reus citra minas, vim, metum & vincula civilibus & mitioribus verbis, de admiſsis non ſolum denuò interrogandus eſt: Sed & tum ſi quæ revocabit, aut fatebitur, vel rectius explicabit, vel ante minus rectè dicta emendabit, ea omnia conſignari debent, *dict. artic. 56. Ordin. Crim.* In verb. fin. **Vnd jhm ſein Bekäntnüß durch den Gerichtsſchreiber fürgeleſen/vnnd alsdenn anderweit darauff gefraget/ob ſein Bekäntnüß wahr ſey/vnd was er darzu ſage/auch auffgeſchrieben werden.** Confeſsio ergò in tortura facta, poſt diem unum aut alterum Reo prælegenda, eiusque reſponſio ad eam requirenda, & conſignanda eſt. Vbi nequaquam Notario judicii permittendum, verba à Reo prolata immutare, ſed verbotenus reſponſio Rei & ratificatio conſcribi, ſingulaque verba conſignari debent, ne forſan ſenſus ratificationis haud absque Rei periculo unà cum verbis invertatur: quod probè notandum.

Prout reſpondimus Conſulibus & Senatui in Geraw: Dieweil nicht zubefinden / daß *Inquiſit* ſeyn Bekäntnüß auff die verfaſſete Articul von Wort zu Wort wiederholet/ vnd daſſelbe nachmahls Wörtlichen *regiſtriret* worden / welches denn nothwendig geſchehen ſollen / etc. So hat auch anjetzo *Inquiſiti* verwirckter Straffe halber noch nichts beſtändiges erkandt werden mögen / Sondern es wird *inquiſit* zu allem Vberfluß / vnd damit man zu einer Gewißheit gelangen möge / noch einſten vernommen / an jhme auch/ da er ſeiner Gewohnheit nach widerumb *variiren* würde/die zuerkandte ſcharffe Frage ziemblicher maſſen nochmahls vollſtrecket/vnd deß andern oder dritten Tages hernach ſeine Vrgicht vnnd Bekänntnüß jhme von Wort zu Wort vorgehalten/ vnd ſeine Antwort wörtlichen *regiſtriret, &c.* Darauff alſo denn ſeiner vorwirckten Straff wegen ergehet/was recht iſt / V. R. W. 34
Menſ. Febr. Anno 1631.

Hæcque ſunt requiſita illa, ad ratificatio- 35
nem Confeſſionis neceſſaria, quæ maximè no-
tanda veniunt, ſi judex mortis pœnam Reo in-
fligere velit, non ſolum quando confeſſio tor-
mentis extorta, ſed & ſi territione aut metu
torturæ, adhibiti præſertim inſtrumentis ad
torturam idoneis, expreſſa fuerit. Etſi enim 36
ſi Reus levi territione motus crimen confitea-
tur, confeſſio iſta pro confeſſione tormentis
facta propriè habenda non ſit, ut arguit text. in
*l. 15. §. quæſtionem. ff. de injur. Iulius Clarus. libr. 5.
ſentent. §. ultim. quæſtion. 64. num.* 31. Compa-
ratur tamen confeſſioni tormentis expreſſæ. *l.*
2. Ibi: *formidine tormentorum. C. quor. Appellat.
non recip.* Neque libera & ſpontanea eſt, quare
& ratificatio hoc caſu requiritur, antequàm
ſententia condemnatoria feratur, *Proſper. Fa-
rinac. in prax. crimin. part. 3. quæſtion. 83. num.*
70. *Paris de Puteo de Syndic. verb. tortus. cap. 1.
num. 3. Franciſc. Brun. de indic. part. 2. quæſt. 6.
num. 22. Angel. Aretin. in tract. malef. verb. quod
fama publica. n. 1.*

37 Quibus ſic obſervatis, dubium non eſt, quin ratificatio confeſſionis ſit legitima, Reusque in confeſſione perſeverans condemnari debeat. At quid agendum, ſi Reus in torturâ confeſſus poſt diem unum aut alterum ductus ad ratificandam confeſſionem, extra tormenta eam ratificare nolit; quod certè haud rarò accidit: Vnde dubium oritur: *an nihilominus condemnari, num verò abſolvi debeat?* Pro cujus dubii reſolutione exactiori, exiſtimo tres caſus ab invicem diſtinguendos eſſe.

Primus caſus eſt: Si Reus in tortura con- 38
feſſus, poſt unum aut alterum diem interro-
gatus confeſſionem ratificare nolit, ſed e-
andem expreſsè revocet, metum atque dolo-
res tormentorum prætendens, iisque magis
quàm veritatis amore ad confitendum ſe ada-
ctum fuiſſe dicens: Tùm ſanè ſententia con-
demnatoria vel abſolutoria ferenda non eſt,
ſed Reus in carcerem ductus iterum ſub tor-
mentis de veritate delicti interrogari & quæ- 39

ſtio repeti debet: prout clarè diſpoſitum ab Imper. Carolo V. in *Ordin. Crimin. artic.* 57. So der Gefangene der vorbekandten Miſſethat leugnet/vnd doch der Argwohn als vorſtehet/vor Augen wäre/ſo ſol man jhn wieder in das Gefängnüß führen/vnd weiter mit peinlicher Frage gegen jhm handeln/ꝛc. *ubi Matth. Stephan. in not. & Georg. Rem. in Nemeſ. Karul. Iohan. Zanger. in tract. de quæſt. & tortur. cap. 5. num. 75. Jul. Clar. in pract § ult. quæſt. 64. num. 43. & quæſt. 21. num. 36. Henric. Bocer. in tract. de quæſt. & tort. cap. 5. numer.* 38. Circa hanc tamen repetitionem, de tribus potiſsimùm controverti ſolet: *Primò*, quando & ex quibus indiciis confeſsionem revocans torturæ denuò ſubiiciendus ſit. *Deinde*, quoties tortura repeti debeat, ſi iterum confeſſio revocetur. *Tertiò* quid demum agendum, ſi in confeſsione extortâ Reus perſeverare nolit. Nam hæc tria circa repetitionem torturæ adverſus negantem moveri communiter ſolent, quæ itidem in repetitione tormentorum adverſus confitentem, ſed confeſsionem poſtmodum revocantem controverti poſſunt.

Q. 4. Num Reus confeſſionem revocans absq; aliis novis indiciis torqueri queat?

40 *Primum quod attinet*: Arbitrari quis poſſet, tortum atque confeſſum ad ratificandam confeſsionem ſi ductus eam revocet, absque novis indiciis ad quæſtionem ſufficientibus, denuò torturæ ſubiici non debere, eò, quòd nunquam quæſtio ſit repetenda absq; novis indiciis, quæ à prioribus ſuo genere diſtant, iuxta regulam traditam *quæſt. præced. num.* 31 39. *l. unius.* 18. §. 1. *ff. de quæſt. & Conſt Elector. Rubr.* Wie offt die ſcharffe Frage zu repetiren, *quæ eſt in ordine 9. & ultima inter eas, quæ publicè editæ non ſunt.*

41 Sed Regula illa, ut & iura allegata de eo tantummodò caſu loquuntur, quando tortus crimen confeſſus non eſt, ſed fortiter in negatione perſtitit, quem absque novis indiciis, (poſtquam priora per torturam purgata fuerint) in quæſtionem repeti non poſſe, certiſsimi iuris eſt; Exinde autem ad Reum delictum ſemel confeſſum, ac confeſsionem revocantem nil inferre licet; 42 *Tùm*, quòd confeſsio criminis ſemel facta per ſe quoddam indicium faciat novum ad quæſtionem de Reo denuo habendam, quod *Dd.* ſemiplenam probationem vocant.

43 *Tùm*, quòd revocatio ſeu variatio præbeat indicium ad torturam, *l. de minore*, 10. §. *plurimum* 5. *l.* 15 *ff. de quæſt.*

44 *Tùm*, quòd hoc caſu priora indicia per torturam non fuerunt purgata; quare etiamnum ad torturam denuò decernendam ſufficientia ſunt: prout innuere videtur Carolus V. Imper. *in dict. artic. 57. Ordin. Crimin.* In verb. Vnd doch der Argwohn / als vorſtehet/vor Augen wäre/ſo ſol man jhn wieder ins Gefängnüß führen / vnnd weiter mit peinlicher Frage gegen jhm handeln/*&c.* 45 *Tùm*, ſi propter revocationem confeſsionis dimittendus eſſet Reus, nullus planè confeſsionis iſtius extaret effectus, & nullus unquam puniretur Reus; cùm quivis facilè negare atque prætendere poſſet, ſe vi tormentorum in confeſsionem fuiſſe adductũ, atque ita crimina manerent impunita. Vnde patet, longè diverſam eſſe rationem iſtius, qui tortus in negando ſemper perſeveravit, atque huius, qui delictum in tortura ſemel confeſſus eſt & poſtea confeſſionem revocat; 46 qui ex iam dictis rationibus procul dubio absq; aliis indiciis, in quæſtionem repeti poteſt, ex eo ſolo, quòd confeſsionem ſemel factam revocaverit. Quæ ſententia communiter à Dd. probata, & in praxi recepta eſt, etiam quando confeſsio iudicialis libera & ſpontanea revocata fuerit. *Henric. Bocer. in tract de quæſt. & tort. cap. 5. num.* 38. *Iohan. Zanger. dict. cap 5. nu. 77. Iul. Clar. dict. quæſt. 21. num. 36. Hippol. de Marſil in pract. crim. §. quoniam. num. 4. Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſol cap. 13. n. 26.*

47 *Veluti etiam quotidiè pronunciare ſolent Scabini*: Hat der Gefangene N. N ſeine Vrgicht/darinnen er bekandt/etc. wiederruffen / So ſeyd jhr dannenhero wol befugt/wofern er auff ſeinem verneinen nochmahls verharret/ jhn anderweit mit der ſchärffe ziemlicher weiſe angreiffen / vnnd befragen zu laſſen / ob er nicht ſeinem vorigen Bekäntnüß nach die *articulirte* Verbrechung verübt/etc.

Quæſtori in Beltzig / *Menſ. Iun. Anno* 1582.

Quæſtori Torgenſi Menſ. Iul. Anno 1582.

Matthiæ Newnobeln in Reichlingen / *Menſe Iulio, Anno* 1606.

Quæſtori in Mittelſeida / *Menſ. Iunio, Anno* 1625.

Quæſtori in Burgeln / *Menſe Majo, Anno* 1629.

Quæſtori in Auguſtusburg / *Menſ. Decembr. Anno* 1630.

48 Quod tamen limitandum eſt, ſi Reus ſuæ revocationis tales prætendat & probet cauſas, ex quibus iudex errorem confeſsionis deprehendere poteſt; tum enim tortura repeti non debet, iuxta Sanctionem Carolinam *dict artic.* 57. *Ordin. Crim.* verb. Es wäre dann / daß der Gefangene ſolche Vrſachen ſeines läugnens fürwendet / dadurch der Richter bewegt würde/zu glauben / daß der Gefangene ſolche Bekäntnüß auß Jrrſal gethan / alsdann mag der Richter denſelben Gefangenen zu Außführung vnd Beweiſung ſolches Jrrſals zu laſſen. Adeoque boni iudicis erit, revocationis cauſas à torto allegatas, veluti quòd ad eiusmodi confeſsionem errore magno, quem nunc demum cognoverit, aut doloribus tormentorum ſe inductum dixerit, examinare. 49 *Georg. Rem. in Nemeſ. Karul. dict. artic. 57. Henr. Bocer dict. c. 5. n. 37. Ioh. Zang. dict. c. 5. n.* 82.

Q. 5. Quoties Reus confeſſionẽ revocans in quæſtionem repeti poſſit?

Secundò quæritur: *Num Reus, qui revocatione confeſſionis factâ denuò tortus & crimen confeſſus eſt, ſed vice alterâ revocavit confeſſionem, tertiò interrogari tormentis poſſit?* Vbi communis eſt *Dd.* ſententia, quòd Reus hic tertiò quidem torqueri poſsit, at non ultra illas tres vices. 50 *Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt.* 21. *num.* 36. *Henric. Bocer. in tract. de quæſt. & tort. cap. 5. num* 39. *Anton. Fabr. in Cod. de quæſt. de fin. 2. Franc. Caſon. in tract de torment. cap* 21. *num.* 8 *Nicol. Boër. deciſ.* 136. *nu.* 19. Eò quòd infinitum reprobetur à iure, in odioſis maximè; *l. fideicommiſſa.* 11. §. *ſi quis decem.* 18. *ff. de leg.* 3. *l. qui bona fide.* 13. §. *ult verſ. neq; etjam in infinitum. ff. de damn. infect.* Quodque ultra tertiam productionem teſtes produci non debeant. *cap. in cauſis. &c. pen. extr. de teſtib.*

Cui

51 Cui ſententiæ lubens ſubſcribo in delictis atrociſſimis; Nam in aliis criminibus, quæ atrociſſima non ſunt, ultra ſecundam torturam in foro Saxonico non procedendum, nec ad tertiam quæſtionem deveniendum eſſe, puto, propter *Conſt.Elect.ſub Rubr.* Wie offt die ſcharpſe Frage zu repetiren, *quæ nona eſt in Conſtit. Elect. Anno* 1572, *promulgatis, ſed publicè non editis*; quæ in criminibus atrocibus vel atrocioribus ultra duas vices torturam infligi prohibet, ut pluribus demonſtravi *quæſt. præcedent. num.*51.

52 Etſi enim verba Conſtitutionis loquantur in eo caſu, quo in ipſa tortura negavit Reus crimen à ſe commiſſum, adverſus quem non niſi ex novis indiciis ad repetitionem quæſtionis procedendum eſt: Attamen ex paritate rationis Sanctio illa Electoralis ad eum quoque caſum eſt extendenda, quo Reus in ipſa quidem tortura crimen confeſſus eſt, ſed poſtea hanc ſuam confeſſionem revocavit, quo ipſo novum præbet indicium ad torturam, ex variatione ſcilic. & vacillatione. *Hipp.de Marſil.in l. repet.16.ff.de quæſt Joh.Zang.d c.5.n.77.* Ut ſic utroque caſu ex novo indicio tortura decernatur, & ita caſus uterque in *d.Conſtit.Elect.* comprehendatur.

53 *Proinde ſi Reus homicidii, furti, adulterij, perjurij, &c. aliusq; criminis atrocioris, quod tamẽ inter atrociſſima non connumeratur, revocatione confeſſionis facta, denuò tortus & crimen confeſſus fuerit, licèt is altera vice confeſſionem revocaverit, ad tertiam tamen torturam tùm deveniri non poterit: Sicuti nec in atrociſſimis delictis, Reus qui tertiâ vice tortus confeſſionem revocat, ulteriori torturæ ſubjici debet. Quod in Elect.Sax. Scabinatu quotidiè obſervari ſolet.*

Q.6. Quomodo procedendum adverſus Reum, qui ſecundâ vel tertia vice tortus confeſſionẽ ſuam revocat

54 *Tertiò:* At *quid faciendum cum Reo, qui in atrocibus delictis alterâ in atrociſſimis verò tertiâ vice tortus confeſſionem revocat?* Sanè ſi Reus in ipſa torturâ ſecundâ vel tertiâ, crimen quod antea confeſſus fuit, revocet, dubium non eſt, quin abſolvi debeat, purgatis nempe per quæſtionem indiciis prioribus; ſed ſi Reus ſæpiùs tortus ſub tormentis quidem ſingulis vicibus de commiſſo crimine confeſſus fuerit, poſtmodum verò ex loco torturæ ad ratificandam confeſſionem reductus ſemper revocârit confeſſionem, quid tum judici agendum ſit, expeditum non eſt?

55 Certè primâ frõte videri alicui poſſet, Reum hunc condemnandum eſſe, eò quòd non modò veriſimilibus indiciis, ex quibus etiam quæſtio habita fuerit, premitur, ſed & ſub ipsâ quæſtione crimen bis aut ter confeſſus fuit, quæ quæſtio efficaciſſima dicitur ad eruendam veritatem. *l.edict.8.ff.de quæſt.* Et ita veteres Scabinos pronunciaſſe reperio.

56 Sed periculoſa hæc eſt ſententia. *Tùm,* quòd
res fragilis ſit tortura, quæ ſæpè veritatem fal-
lit; cùm quidam tanta ſint impatientiâ, ut
quodvis mentiri, quàm tormenta pati malint;
57 *l.1.§.quæſt.23.ff.de quæſt.* *Tùm,* quòd ad confeſ-
ſionem ſub tormentis factam ratificatio neceſ-
ſariò deſideretur, *art.*56.§. Der Gefangene/&c.
Ord.Crim. Quare deficiente eâ, neutiquam ju- 58
dex ad condemnationem procedere debet. Sa-
tius itaq; erit, hoc caſu nocenti pœnam extra-
ordinariam infligere, quàm innocentẽ ad ſup-
plicium mortis condemnare, *arg.l.abſentem.5 ff*
de pœn. Ideoque Reum ſecundâ vel tertiâ vice
confeſſionem revocantem, non niſi relegatio-
nis aut Carceris pœnâ plectendum eſſe, dixe-
rim: quod & ſenſiſſe videtur *Iohan. Zanger. in*
tract.de quæſt. & tort.cap.5.n.81. Jacob.Menoch.
lib.1.præſumpt.79.n.23.

59 Quæ opinio in foro Saxonico tantò magis recipienda eſt, quantò clarioribus verbis hoc cautũ in *Conſt.Elect.ſub Rubr.* Wie offt die ſcharpſe Frage zu repetiren antea allegata. Ibi: Vnd wann gleich newe *Indicia* vorfielen / daß dennoch diß fals die *Tortur* ferner nicht fürzunehmen / ſondern daß ein ſolcher vff geſchwornen Vrpheden mit zeitlicher Verweiſung oder Gefängnüß geſtrafft werden ſoll. Et poſtea: Vnd ob gleich darnach auch andere newe *ſeparirte Indicien* könten dargethan werden / daß doch der Gefangene mit der *Tortur* zu verſchehnen / vnd jhme ſonſten die Verweiſung oder andere Straffen ſollen aufferlegt werden/&c. Quæ ſanctio cum de repetitione torturæ ex novis indiciis loquatur, apprimè ad hunc caſum trahi poteſt, quò Reus confeſſionem revocans ob variationem ſemper novum indicium præbet ad torturam, ut rectè ſentiunt, *Jul.Clar.in pract.§.ult.q.21.n 36. Bocer.in tract.de quæſt.& tort.c.5 n.38. Ioh.Zang. d.cap.3.n.77. Matth.Steph.in not.ad art.58.n.5. Ordin.Crimin.*

60 *Hancq; ſententiam in pronunciando ſequuntur Scabini quotidiè.*

Notandum autem: Quòd hactenus dicta de 61
repetitione torturæ, in eo qui confeſſionem in
tormentis factam poſt unum vel alterum diem
ad ratificandam eam reductus, revocat, non
pertineant ad illum, qui in quæſtione ipſa mi-
nus aperte & ingenuè confeſſus ſit; puta ſi ſta-
tim poſt confeſſionem & ipſis tormentis quaſi
adhuc durantibus dixerit, extortam eam eſſe vi
tormentorum, quoniam quæ in continenti fi-
unt, videntur in eſſe. *l Iurisgentium.7.§ quinimo*
ff.de pact.l.Lecta.41.ff.de Reb.credit. Quare nec re- 62
petitio torturæ hoc caſu locum habebit, ſed
tortus potius abſolvi debet. Deficit namque
variatio, quæ tamen ſola repetendæ quæſtioni
locum facit, Nec enim variatio poteſt eſſe ſine
contradictione manifeſta & evidenti menda-
cio. Quæ autem in continenti fit, dicenda eſt
emendatio potius, quàm variatio, inquit *Jul.*
Clar.dict.quæſt.21.num.39. Matth.Steph.in not.
ad artic.58.num.5. Anton.Fab.in Codic.de quæſt.
defin.5.

Q.7. Num abſolvendus ſit Reus, in executione ipſa confeſſionem revocans?

Alter caſus eſt: Quando Reus delictum 63
quod antea non modò in ipſa tortura, ſed &
extra locum torturæ ad ratificandam ductus
confeſſus erat, indictio capitalis ſententiæ exe-
cutioni die, revocat atque inficiatur. Qui certè
nil aliud quærit, quàm ut doloſè differat di-
em, impediatq; executionis proceſſum. Quod
ſi judex animadvertat, dolumque Rei de-
prehendat, quin non obſtante ejus revocatio- 64
ne, ſententiam capitalem executioni mandare

queat, ambigendum non eſt; modò tamen prius de confeſſione & ratificatione certò conſtet
65 ex depoſitione Scabinorum iurata. Qua de re Sanctio Carolina extat in *Ord. Crimin. in art. 91.* verb. Würde der Beklagte vff den ordentlichen Rechtstag der Miſſethat leugnen/ die er doch vormahls ordentlicher/ beſtändiger Weiß bekennt/ der Richter auch auß ſolchem Bekäntnüß in Erfahrung allerhand Vmbſtände ſo viel befunden hätte/ daß ſolch läugnen von dem Beklagten genommen/ ꝛc. So ſoll der Richter die zween geordneten Schöppen/ ſo mit jhm ſolche verleſene Vrgicht vnd Bekäntniß gehöret haben/ vff jhre Eyde fragen/ ob ſie die verleſene Vrgicht gehöret haben/ vnd ſo ſie ja darzu ſagen/ ſo ſol der Richter in allwege bey den Rechtverſtändigen/ oder ſonſten an Orthen vnd Enden/ als hernachmahls angezeiget/ Raths pflegen/ ꝛc. Etſi enim Imperator nil certi decidat, attamen ipſius mentem haud aliam fuiſſe, quàm ut depoſitioni Scabinorum iuratæ fides habenda, Reusque condemnandus ſit, haud obſcurè ex verbis *d. art. 91.* colligi poteſt. Etenim ſi aliter diceretur, Depoſitio Scabinorum, non modò fruſtranea & abtque effectu eſſet, ſed etiam haud pauca delicta impunita remanerent; cum nemo non ultimo puniendus ſupplicio hocce effugium eſſet quæſiturus.

66 *Et ita quoq; Elect. Sax. Scabinos reſpondiſſe reperio verſus Martisburgum, ad requiſitionem Prætoris:* Hat N. N. vor gehegtem peinlichen Halsgerichte/ vff die Anklage nichts antworten wollen/ ſondern fürgewandt/ er könte darauff nichts ſagen/ &c. Wann er nun gleich vor gehegtem peinlichen Gerichte vff ſolcher ſeiner Halsſtarrigkeit nochmals verharren/ oder auch ſein voriges Bekändtnüß vff vorgehende öffentliche Verleſung zu widerruffen ſich vnterſtehen würde/ da aber dennoch die beyde geſchworne Gerichtsſchöppen/ vermög deß H. Röm. Reichs peinlicher Halsgerichts-Ordnung/ vff jhre geſchworne Eyd vnd Pflicht/ damit ſie dem Gerichte zugethan/ vff Befragung auſſagen würden/ daß ſie von jhme den Gefangenen die vorgeleſene vorige gütliche vnd peinliche Auſſage vnd Bekändtnüß/ ſo wol auch derſelben Widerholung ſelbſten angehöret/ ſo würde die in vnſerm vorigen Vrtheil jhm zuerkandte Straffe ohne fernern Vorzug an jhm billich vollſtreckt. V. R. W. *Menſe Iulio, Anno* 1597.

67 Ac quo minus de confeſſione torti ejusque ratificatione in executione Sententiæ capitalis dubitandum ſit, adhibito Notario & teſtibus inſtrumentum ſolenne deſuper confici poteſt, cui poſtmodum fides publica eſt habenda. Hæcque cautela illa eſt, quam tradit *Matth. Coler. part. 1. deciſ.* 183. *n.* 4. Vt ſcilic. exacto biduo vel triduo poſt torturam, doloribus ceſſantibus, convocatis judice & Scabinis, & adhibito Notario, prælegatur Reo ducto extra carcerem altera ipſius confeſſio, & ſi eam ratificaverit, acceptetur à publico Notario, & deſuper inſtrumentum conficiatur.

68 *Quam cautelam ſequuntur Domini in pronunciãdo, ſi in ſecunda vel tertia tortura Reus denuò confitetur, & timor eſt revocationis iterum fienda coram tribunali publico, in hunc modum reſpondentes:* Hat der Gefangene N. N. ſeine vorige Vrgicht/ darinnen er ſeine Verbrechung ꝛc. bekandt/ widerruffen/ So ſeyd jhr wol befugt/ jhn anderweit mit der Schärpffe/ wofern er vff ſeinem verneinen verharret/ zimlicher weiſe angreiffen/ vnd befragen zu laſſen: Ob er nicht ſeinem vorigen Bekändtnüß nach/ vorberührte Verbrechung/ ꝛc. begangen. Vnd wenn er ſich abermahls darzu bekennen/ vnnd ſolche ſeine Vrgicht mit beſonderm Fleiß vffgezeichnet/ vnd folgends nach zweyen oder dreyen Tagen auſſerhalb dem Ort der *Tortur*, auch ohne beyſeyn deß Scharffrichters/ in Gegenwart der Gerichtsperſohnen vor Zeugen vnnd *Notarien* jhme wiederumb vorgehalten/ vnd ſeine gütliche Auſſage in eine gewiſſe Form eines *Inſtruments* von dem *Notario* gebracht/ vnnd wieder überſchicket wird/ Ergehet alſo dann in der Sachen/ vnd ob die in vorigen Vrtheil dem Gefangenen zuerkandte Todtes-Straff an jhme zu vollnſtrecken oder nicht/ ferner was recht iſt/ V. R. W. *Verſus* Beichlingen/ *ad judicem præfecturæ. Menſe Iulio, Anno* 1606.

Ad requiſitionem Prætoris VVeiſſenfelſenſis, M. Aug. Anno 1604:

Iudicis & Scabinorum Naumburgenſium. M. Iulio, Anno 1623.

Iudicis Præfecturæ in Arnshaugk/ *Menſ. April. Anno* 1630.

Præfecti Pegavienſis. Menſe Auguſt. Anno 1630.

69 Hocque inſtrumento à Notario & teſtibus confecto, de confeſſione Rei, confeſſionisque ratificatione ulterius dubitandum non eſt: Proinde licet in executionis actu Reus confeſſionem in tortura factam, ac poſtea ſponte ratificatam, revocare velit; attamen non audiri, ſed condemnatoriam ſententiam judex exequi debet. Hæc namque vis eſt inſtrumenti 70 publici, ut Reus ad publicum tribunal ductus confeſſionem ſuam revocare volens non audiatur, ſed ſimpliciter cum eo ad ſupplicium procedatur, ut rectè tradit *Matth. Coler d. deciſ.* 138. *num.* 4. Etenim ſi judici & Scabinis de Rei confeſſione deponentibus fides habenda, & mortis ſupplicium Reo irrogandũ eſt, ut probavi antea ex *art. 91. Ord. Crim.* Quantò magis hoc aſſerendum, ſi autoritas inſtrumenti à Notario & teſtibus confecti accedat, & unà cum judiciali aſſertione concurrat; quum facta à Notario ritè & ſolenniter acta præſumantur. *Iaſon. in l. ſi duo patroni §. idem Iulianus, ff. de jurejur. n. 25. verſ. Ergo quando atteſtatur. Alexand lib. 2. conſ. 103. n. 2.*

Q. 9 Quinam ſit effectus inſtrumenti ſuper confeſſione Rei, eiusq; ratificatione confecti

71 *Et in hanc ſententiam reſpondimus Quæſtori Sceudicenſi:* Hat der Gefangene vor dieſem/ vnnd anjetzo/ als er anderweit mit der ſcharpffen Frage vermöge auch vnſers jüngſt erteileten Vrtheils angegriffen werden ſollen/ auch etliche Tage hernach/ auſſerhalb dem Orth der *Tortur*, in beyſeyn der Gerichtsperſohnen/ ſo wohl *Notarien* als Zeugen/ bekannt vnd geſtanden/ daß er ſolche Verbrechung/ ꝛc. verübt/ darüber auch ein *Inſtrumentum* auffgerichtet worden/ ꝛc. So mag nunmehr an *Inquiſiten*, die jhme vor dieſem in vnſern Vrtheil zu recht zuerkandte Todtes-Straff geſprochener maſſen/ wann er

gleich ſein Bekänndtnüß für öffentlichem gehegten peinlichen Halsgerichte widerruffen ſolte/ weil er deſſelben überwieſen/ billich *exequiret* vnd vollſtreckt werden/ V. R. W. *Menſ. Novemb. Anno* 1623.
It: Prætori & Scabinis Torgenſibus Menſ. Mart. Anno 1627.

72 *Eoque reſpiciunt verba, quæ Scabini ſententiis condemnatoriis inſerere ſolent:* Da nun Gefangener vff ſolchem ſeinem Bekäntnüß/ vor öffentlichem gehegten peinlichen Halsgerichte/ freywillig verharren/ oder deſſen (*ſcil.* Bekänntnüß/) ſonſten wie recht überwieſen würde/ &c. *Quæ certè verba fruſtranea eſſent, ſi de confeſſione ſpontanea, & extra locum torturâ ratificata, convictus revocans confeſſionem morte puniri non poſſet.*

Q. 9. Quomodo procedendum ſit, adverſus Reum, qui ad ratificãdam confeſſionẽ ductus prorſus non vult loqui ac reſpondere?

73 Tertius caſus eſt: Si confeſſus in tortura, & poſt unum vel alterum diem ad ratificandam confeſſionem ductus, vel dubitativè & obſcurè reſpondeat, vel planè loqui ac reſpondere nolit. Vbi vix dubium eſt, quin per torturam reſponſio ſit extorquenda; Modò Reus antea nondum tortus fuerit. Nam & aliàs ſi quis ex vinculis cauſam dicere, & ad accuſationem reſpondere per ſententiam ſemel atque iterum juſſus, contumaciter hoc facere recuſet, abſque ullis indiciis quæſtione adhibita cogi poteſt, ut reſpondeat. *Paris de Puteo in tract. Syndic. verb. Tortura. c. 7. n. 16. Dan. Moller. lib. 2. ſemeſt. cap. 25. n. 2. Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 45. verſ. Sed pone, &c.*

74 At ſi Reus jam antea bis, vel etiam in delicto atrociſſimo tertia vice tortus fuerit, ita ut repetitio ulterioris torturæ locum non habeat, quid tùm agendum erit? Caſus ejuſmodi fuit *Anno* 1628. *Menſ. Auguſto* ad Collegium noſtrum tranſmiſſus, ubi de Vxoricidio, hoc eſt, parricidio in propria uxore commiſſo inculpatus, ac tertia vice tortus, crimen confeſſus fuerat, ſed biduo vel triduo exacto, ad ratificandam confeſſionem ductus, reſpondere ac loqui noluerat ſatis aſtutè, ut ratificatione confeſſionis
75 deficiente, pœnam mortis effugeret. Cui malitiæ ne indulgeretur, putaverunt Domini, eum adhuc ſemel interrogandum eſſe, ſub hoc comminatione, ut in poſterum ipſius taciturnitas pro expreſſa confeſſione & ſpontanea ratificatione acceptaretur, juxta illud tritum, quòd tacens habeatur pro conſentiente.

76 *Ita reſpondentes:* Vnnd vffn Fall er nochmahls keine richtige Antwort von ſich geben/ oder gar nit reden wird/ vff ſolchen Fall wird jhme mit allem Fleiß ſein Bekäntnüß in der *Tortur* gethan/ vnd was für *Indicia* wider jhn vorhanden/ zu Gemüth geführet/ vnd darneben mit angezeiget/ daß/ wo er nit in gutem darauff richtig ſeine Auſſage widerumb thun würde/ daß alſo dann ſein Stillſchweigen vor ein Bekändtnüß auffgenommen/ vnd darauff die *Acta* hinwiederumb nach rechtlichem Erkändtnüß/ was wider jhn *in contumaciam* vorzunehmen/ verſchicket werden ſollen/ ꝛc.

77 Sed quum Reus in contumacia perſeveraverat, nec ulla comminatione ad reſpondendum adigi potuerat, actis iterum tranſmiſſis majus dubium oriebatur, quidnam tum pronunciandum, & quomodo adverſus Reum contumacem procedendum eſſet, ne crimen tam atrox, & quidem atrociſſimum impunitam remaneret. *l. 51. & 2. ff. ad Leg. Aquil.* Habita itaq; 78
deliberatione unanimiter à Dominis, me tamen, diſſentiente, concluſum fuit, Reo pœnam culei ordinariam dictandam eſſe, cùm ſatis de ipſo crimine & veritate delicti ab ipſo perpetrati, non modò ex reiterata confeſſione, ſed etiam aliis adminiculis conſtaret.

Quo minus autem ego conſentirem, movebat me, quòd Ratificatio de forma ſubſtantiali confeſſionis per quæſtionem extortæ requiratur, quam condemnatio haudquaquam ſequi debet, niſi extra locum torturæ ea ratificata fuerit. *l. 2. C. de Cuſtod. Reor. art. 56* §. Der Gefangene. *Ord. Crim.* Per ratificationem namq; metus torturæ purgatur, & confeſſio renovatur *Matt. Steph. in not. art. 60. circa fin. Ord. Crim. Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 44. in fin. & quæſt 65. in fin.* 79
80 Tantùm verò abeſt confeſſionem hoc caſu à Reo fuiſſe ratificatam, ut etiam propterea tacuerit, ne confeſſionē liberè renovare videretur. Ac licet Domini opponerent, tacentem pro conſentiente haberi, ac per taciturnitatem Rei, confeſſionem ratificari, & delictum ſatis probari; Reſpondebam tamen, hoc fieri juris fictione ac ſola præſumptione, quæ ad pœnam mortis inferendam ſufficiens non eſſet, quum juris notiſſimi ſit, ex præſumptionibus neminem pœna mortis ordinariâ affici debere, *art.* 22. in verb. Soll jemand zu peinlicher Straff verurtheilt werden/ das muß auß eygen Bekennen oder Beweiſung geſchehen/ vnd nicht auß Vermuthung oder Anzeigen *Ord. Crim. Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 20. n. 6. Hipp. de Marſ. in rubr. C. de prob. n. 36. & ſeqq.* 81

Quâ ratione Domini perſuaſi, correctâ priori opinione, in meam tranſierunt ſententiam, exiſtimantes, in dubio extraordinariam fuſtigationis pœnam ipſi potius infligendam, quàm mortis ſupplicium atrociſſimum, quale eſt Culei, vel Rotæ deficiente aquâ, irrogandum eſſe. 82

Sententia hiſce verbis fuit concepta: Ob er nun wol ſolches hiebevor alſo bekannt/ ꝛc. Dieweil er aber dennoch zu zweyen mahlen wider außgefallen/ ſein Bekänntnüß widerruffen/ vnd nach der dritten *Tortur*/ darinnen er zur That ſich widerumb bekant/ kein Wort reden/ noch ſein Bekäntnüß gerichtlichen widerholen vnd außdrücklichen *ratificiren* wollen/ welche außdrückliche *Ratificatio* gleichwol/ ehe man zur Todtes-Straff gelangen kan/ vor allen Dingen nothwendig erfordert wird/ ꝛc. So wird der Gefangene nunmehr über die außgeſtandene ſcharpffe Fragen/ vnnd erlittenes langwüriges Gefängnüß/ nach Gelegenheit dieſes Falls mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billich verwieſen/ V. R. W. 83
Ad requiſitionem Senatus in Liebenwerda.
Menſ. Auguſto, Anno 1628.

QUÆSTIO CXXVII.

De pœna judicis, Reum injuſtè torqueri facientis.

SUMMARIA.

1. *Effectus torturæ conſiſtit quoq; in pœna judicis, Reum illegitimè torqueri facientis.n.2.*
3. *Si doloſè id fecerit judex, ac Reus inde moriatur, mortis ſupplicium ſibi locum vendicat. n.4.5.6.7.*
8. *Quod ſi judex ex negligentia & imperitia aliquem iniuſtè torqueri faciat? num.9.11.12.13.*
10. *In dubio non præſumitur dolus.*
14. *Iniuſtè torto adverſus judicem competit actio injuriarum, & actio utilis Legis Aquiliæ.num.15.16.17.*
18. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
19. *De genere ac nomine actionis hodie non eſt multum laborandum.n.20.*
21. *Actio injuriarum propter injuſtam torturam, non annalis ſed perpetua eſt.n.22.23.*
24. *Quod ſi tamen Reus etiam innocens legitimè & ad ſententiam Scabinorum tortus fuerit, ceſſat actio adverſus judicem. num.25. 26. 28.*
27. *Pro Reo ſtat juris præſumptio contra judicem, injuſtè ſcil. torturam fuiſſe decretam.*
29. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.n.30.*
31. *Propter injuſtam incarcerationem vel inquiſitionem judex conveniri nequit, quando ex conſilio peritorum proceſſit.*
32. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
33. *Pœna judicis reum injuſtè torqueri facientis. num.34.*
35. *Emendam hoc caſu judex torto præſtare tenetur, & qualemnam.n 36.37.38.*
39. *Damnum quoque & operas quibus in poſterum Reus eſt cariturus, judex reſarcire tenetur. num.40.*
41. *Præter emendam & impenſas judex debet extraordinariè puniri.n.42.43.*
44. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.n.45.*
46. *Vrpheda à torto præſtita num impediat actionem adverſus judicem movendam, num.47.48.*
49. *Poſt præſtitam Vrphedam, Reus experiri nequit adverſus judicem, priusquam à juramento fuerit abſolutus.n 50.*
51. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.n.52.53.*
54. *Relatio juramenti concedenda non eſt, quando nullum producit effectum.*
55. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*

TErtius denique torturæ Effectus conſiſtit in pœna judicis, qui Reum illegitimè tormentis affici fe-
1 cit. Nam quod alibi dicit *Bald.in l.2.num.7.C.de*
ſentent.ex brevic, recitand. Eos nempe, qui juri
dicendo præſunt, duos ſales habere debere, ſci-
entiæ unum, ne inſipidi ſint, conſcidntiæ alte-
rum, ne ſint diabolici; hoc maximè judicibus,
Reos torqueri facientibus, dictum volo, ne pro
lubitu in miſeros Reos ſæviant ſed ſcientiam &
conſcientiam in conſilium vocent; Quod ob-
ſervato veriſimile eſt, eos tanta adhibituros
tormenta, quanta ratio moderata dictaverit, *l.*
minore, tormenta 3.ff.de quæſt ac propterea ab o-
2 mni periculo immunes fore. Quod ſi verò in
tantam evaſerint dementiam, ut his poſtpoſi-
tis, calore inducti pro affectu ſuo contra Reum
proceſſerinc, non modo in eos redundabit il-
lud Salvatoris noſtri: *Quâ menſurâ menſi fueri-*
tis, eadem remetientur vobis; Matth.7.v.2.Luc.6.
v.38. Sed & pœnam temporalem illi haudqua-
3 quam effugient.

Q.1. An & quando judex ob iniuſtam torturam pœnam ultimi ſupplicij incurrat?

Hoc namque juris expediti eſt, quòd judex injuſtè aliquem torqueri faciens, in Syndicatu teneatur, & pœnam incurrat: quæ etiam capitalis ac ultimum ſupplicium eſſe poteſt, ſi dolo malo judex aliquem injuſtæ torturæ ſubjecerit, & mortuus fuerit Reus ex immoderata tortura. *Franc.Brun.in tract.de indic.& tort.part.2. quæſt.5.n.18.& ſeqq. Henr.Bocer.in tract.de quæſt. & tort c.6.n.17.Ioh.Zang.in tract.de quæſt.& tort. c.4.n.21.Iac.Menoch.de arbitr.jud.quæſtion.lib.2. cent.4.caſ.340.n.30 Matt.Steph.in not.ad art.20. §.3.in fin.Ord.Crim. Hipp.de Marſ.in pract.crim. n.expedita.n.87. Chil.*König*.in proceſſ.c.2.n.37. Petr.Theod.in Colleg.crim.diſp.9. theſ.11. lit.G. Proſp.Farin.in prax.crim.lib.1.tit.5.quæſt.37.n.112. Ægid.Boſſ.in tit.de tort. n.28.in pr. Iul.Clar.in pract.§.ult.quæſt.64.n.2.* ubi communem hanc dicens opinionem, ita inquit: *Sed in omnem caſum debent judices cautè & conſideratè ad torturam Reo infligendam procedere; Nam ſi Reus in tortura ei indebitè illata moreretur, fortè poſſet eo caſu ſervari communis opinio, quamvis ego etiam hoc caſu illam non ſervarem, niſi appareret, quod judex aut propter immicitias, aut propter pecuniam, vel aliter corruptus id feciſſet, tunc enim non excuſarem illum à pœnâ ordinariâ homicidii.*

Quæ opinio probari videtur in *l.1.§ præ-* 4
terea.ff.ad Leg.Corn.de Sicar. Ibi: *Quive Magi-*
ſtratus judexve quæſtionis ſub capitalem cauſam pecuniam acceperit, ut publica Lege Reus fieret, & qui hominem occidit, punitur, (Ea ſcilicet Lege de Sicariis,) non habita differentia, cuius conditionis hominem interemerit. Et *l.4. in pr. ff. eodem tit.* inquit JCtus Vlpian: *Lege Cornelia de Sicariis tenetur, quicum in Magiſtratu eſſet, eorum quid fecerit contra hominis necem,*

necem, quod legibus permiſſum non ſit. Clarior au-
tem eſt textus hac de re in *l.7.§.fin.ff.ad Leg.Iul.*
5 *repetund.* ubi JCtus Marcellus dicit: *Quid enim*
ſi ob hominem necandum pecuniam acceperint? Vel
licet non acceperint, calore tamen inducti interfe-
cerint vel innocentem, vel quem punire non debue-
rant? capite plecti debent. Ac licet poſtea ICtus
ſubdat: *(vel certe in inſulam deportari, ut pleriq;*
6 *puniti ſunt)* unde ſequi videtur, deportationis
pœnam quandoq; ſufficere; attamen hæc ver-
ba ad judicem eum reſtringenda eſſe, qui non
dolo, ſed per imperitiam, ſive culpam Reum in
tormentis occiderit, rectiſſimè tradit *Proſp.Fa-*
*rin.dict.quæſt.37.num:*112. Vel etiam pœna illa
deportationis tum ſibi locum vendicare pote-
rit, quando Reus tortus non obiit in tormen-
tis, ſed aliam læſionem paſſus eſt citra mortem,
ut animadvertit *Anton.Gomez.tom.3.variar.re-*
ſolut.cap.13.n.6.

7 Vnde patet; quod de pœna mortis ob injuſtam adhibitam torturam judici infligendâ dictum fuit, haud aliter accipiendum, quàm ſi duo hæc concurrant: *Primò*, ut judex doloſè tormenta injuſta intulerit: *Deinde*, ut Reus exinde mortuus fuerit. *Jul.Clar.dict.quæſt.64.num.2. Proſper.Farin.dict.quæſt.37.num.*111.*& ſeqq.*

8 Hocque forſan rariùs accidit: Sed illud non infrequens eſt, quòd judex ex culpa & imperitiâ Reum injuſtè torqueri faciat, idque vel abſque indiciis ad torturam ſufficientibus procedendo, vel etiam juſtum torturæ temperamentum, Legibus & ſententia præſcriptum excedendo, atque tormenta immoderata adhibendo, ubi ſæpius controverti ſolet: *Primò*, An & quâ actione injuſtè tortus judicem convenire queat? *Deinde*, qua pœna judex de injuſta tortura convictus teneatur, & quidnam præſtare debeat: *Tertiò*, Num Vrpheda à torto præſtita actionem excludat, Reumque agere volentem impediat? Quæ tria hîc veniunt examinanda.

9 Primam Quæſtionem quod attinet, quivis, opinor, facilimè conceſſerit, in judicem ex
imperitia & culpa injuſtè aliquem torquen-
tem, non capitaliter animadvertendum eſſe.
Guid. de Suz in tract. de indic. & tort.n.87.in pr.
Franciſc.Brun.de indic. & tortur.2.part.quæſt 5.
num.19.Gandin.in tit. de quæſt. & torment.n.35.
verſ.Et ſi judex aliquam culpam habuit.&c. Pro-
ſper.Farin.dict.quæſt.37.num 120.*Hippol.de Mar-*
ſil.in l.1.in pr.num.41. verſ. intelligas tamen.ff. de
*quæſt.Ægid.Boſſ in tit.de tortur.num.*28.Nam ex
ignorantia juris in Doctore & judice non do-
lus, ut ſentit *Bald. cap.1. §.judices circa princip.*
de pac.juram.firman.Iaſon.in l.ſi quis id.ff.de juriſ-
dict.omn.judic. Dec.in l.pen.in fin.C.de pact. Sed
culpa tantummodò lata præſumitur, *Andr. Al-*
ciat.de præſumpt.regul.3.præſumpt.31. Proſper.Fa-
*rin.dict.quæſt.37.num.*121. quæ in delictis dolo
non æquiparatur. *l.aut facta.§.cauſa.ff.de pœn.*
10 Vnde & in dubio, niſi appareat de corruptio-
ne vel inimicitia aut odio particulari, præſu-
mitur in judice Reum torquente potius culpa
& imperitia, quam dolus, ut docet *Brun. dict.*
quæſt.5.num.22. Hippolyt. de Marſil.in l.quæſtionis
modum num.77.ff. de qq. & in pract.criminal.§.
expedita.num 60.*Iul.Clar.in pract..§.ultim.quæ-*
ſtion.64.num.2. Ægid. Boſſ. in titul.de tortur.
num.29.

Nihilominus tamen culpa hæc judicis coër- 11
ceri debet, qua non minus Reus injuſtè tortus
fuit gravatus: cui propterea facultas judicem
conveniendi haud deneganda eſt. *Iohan.Zang.*
in tract.de quæſt.& tortur, cap.2.num.22.Bald.in
rubr.num.5.C.de pœn jud.qui mal.judicav.Salyc.
in l.ult.colu.2 verſ.ſeptimò quid ſi fecerit.C.eod.tit.
Jacob.Menoch.de arbitr.jud.quæſt.lib.2.cent.4.ca-
ſu 540.*num. 4.& ſeqq. Petr.Theodor.in Colleg.*
crimin.diſp 9.theſ.11.lit.G. Matth.Steph n not.ad
art.20.n.3.Ordin.Crim.Iul.Clar.pract.§.ult q.64.
n.37. Ægid.Boſſ.in tract.crim tit.de tort.num 28.
Matth.VVeſemb.in parat ff de pœn.n.9.Henr B c. 12
*in tract. de quæſt.& tort.c.6.n.16.*Qua de re clara
extat Sanctio Imp. Caroli V. in *art.61.Ord.crim.*
verb final. **Wo aber ſolche peinliche Frage dieſer**
vnſer vnd deß H. Reichs rechtmeſſiger Ordnung
widerwärtig gebraucht wůrde/ ſo weren dieſelben
Richter/ als Vrſachen ſolcher vnbillicher peinli-
cher Straff/ ſträfflich/ vnd ſollen darumb nach ge-
ſtalt vnd gelegenheit der Vberfahrung/ wie recht
iſt/ Straff vnd Abtrag leyden / vnd mögen dar-
umb vor jhrem nächſten ordentlichem Oberge-
richt/ gerechtfertiget werden. *ubi Matth. Stephan.*
*& Georg.Rem.in Nem.Karul.*Nam judex, aut Ma- 13
giſtratus, qui per culpam, errorem, vel ignoran-
tiam contra legum ſanctiones quid committit, litem ſuam facit, & in Syndicatu, ut pragmatici loquuntur, tenetur. Vnde generalis extat Regula: Quòd judex partes enormiter lædens teneatur in Syndicatu. *Iac. Menoch.de arbitr jud. quæſt.lib.1.quæſt.76. Thom.Gram.deciſ.Neap.*99. Neque hoc ad certum aliquod tempus reſtringendum eſt, quando nempe judex vel Magiſtratus officium ſuum reſignat, ſed ſtatim tenebitur; quia hodie Principum, Comitum, aliorumque judicum officium communiter eſt perpetuum. *Matth.Steph.in not.ad art.20.n.3. Ordin.Crimin.*

Quæritur autem: *quanam actio hoc nomine* 14
competat torto, ſi is adverſus judicem experiri ve-
lit? Communiter *Dd.* duplicem actionem Reo
competere ajunt: Nempe actionem injuria-
rum, & Actionem utilem Legis Aquiliæ. *Matt.*
Steph.dict.art.20. Ord.Crimin. Matth.VVeſemb.
in parat.ff.de injur.num.15. Henric.Bocer.in tract.
de quæſt.& tortur.cap.6.num.16. Petr.Thedor.in
Colleg.Crim.diſp.9 theſ.11.lit.G. Franciſc.Brun.in
tract.de indic. & tortur.part.2. quæſt.7. num.1.&
2.& quæſt.ultim.num.15. Andr.Rauch.part.1.
quæſt. 49. num.1. Quibus lubens ſubſcribo,
propter textum manifeſtum in *l.32.ff.de injur.* 15
ubi hæc verba Vlpiani habentur: *Nec Magiſtra-*
tibus licet aliquid injurioſè facere, ſi quid igitur per
injuriam fecerit Magiſtratus, vel quaſi privatus,
vel fiducia Magiſtratus, injuriarum poteſt conve-
niri, &c. Et in *l.item apud Labeonem* 15.§.*Prætor.*
*art.*34. Ibi: *Qui ſervum alienum adverſus bonos*
mores verberaviſſe, deve eo injuſſu Domini quæſtio-
nem habuiſſe dicetur, in eum judicium dabo &c.

Q.2. Quanam actio competat Reo adverſus judicem ob injuſtam ſibi illatam torturam?

junct.§.41. Ibi: *Quæſtionem intelligere debemus
tormenta, & corporis dolorem ad eruendam verita-*
16 *tem ff.eod.tit.* Vnde ſatis liquet per iniuſtam
torturam iniuriam Reo inferri, unde iniuria-
rum actio naſcitur. Ac ſanè quum iniuria non
ſolùm verbis, ſed & facto alicui inferatur, *l.*1.§.
1.*ff.de injur. Ioh.Schneidvv.in* §.1.*n.*1.*Inſt. de in-
jur.ubi & Ioh.*Harppr.*n.*1. *Andr.Gail.*2.*obſ.*104.
*num.*4.*Vultei.lib.*1.*juriſpr.Roman.c.*49.*n.*5. tali
nempe quod contumelioſum & iniurioſum eſt,
ut percuſſione manu, baculo, aliove inſtru-
mento factâ. *l.*9.*ff.de injur.Matt.VVeſemb.in pa-
rat.ff de iniur.n.*7. *Iul.Clar.lib.*5.*ſentent.*§.*iniu-
ria.num.*1. *Jod.Damh.in prax.rer.crim.c.*137.*n.*2.
Quale factum contumelioſum ac iniurioſum
quoque eſſe torturam, alicui iniuſtè illatam,
nemo negare poteſt; Vtique & per hanc, iniu-
riam torto inferri, ac proinde iniuriarum actio-
nem ipſi competere, expeditum eſt. *Andr.
Rauchb.dict.quæſt.*49.

17 Quod antem utilis quoque Legis Aquiliæ actio iniuſtè torto competat, manifeſtè probari poteſt ex *l.*13.*ff ad Leg.Aquil* quando Vlpian. ſcribit. *Liber homo ſuo nomine utilem Aquil æ habet actionem, directam enim non habet, quoniam Dominus membrorum ſuorum nemo videtur, &c.* Hæc ſiquidem actio non liberi corporis violati nomine competit, utpote quod nullam æſtimationẽ recipit; *l.huic ſcripturæ.§.ult.ff.ad Leg. Aquil.l.*1.§.*ſed cum liber homo.ff. de his qui deiec. vel effuder.* Sed ob ſumptus in curatione factos, nec non etiam operarum nomine, quibus tortus caruit, cariturusque eſt. *l.ex hac ff.ſi quadr. paup.feciſſ.dicat.ult ff.de his qui effud.vel deiec.Iacob.Thoming deciſ.*24.*n.*22.*Hartman.Piſtor.lib.*4.*quæſt.*20.*n.*7.

18 *Et ita pronunciavimus nuperrimè hæredibus M. vidua A.* W. in Coſwig. Es getrawete jhr denn ewre Mutter zu beweiſen / daß wolgedachte Fürſtl. Beampten dem Vrtheil zu wider / die zuerkandte Maß der peinlichen Frage überſchritten hätten / dadurch jhr der Arm zubrochen worden: Vff ſolchen Fall wärẽ ſie die Fürſtl. Beampten vmb gebürlichen Abtrag *ex Lege Aquilia*, oder auch / *actione iniuriarum* zu belangen / wol befugt / V.R.W. *Menſ.Mart. Anno* 1631.

19 Sed non multùm de genere ac nomine actionis laborandum eſt, quum hodiè nec formulæ actionum in iudiciis tam ſtrictè obſerventur; nec eorum nomina exprimere neceſſe ſit; uti notiſſimum eſt. *Ioh Schneidvv. in* §.*actio. n.*6.*Inſt.6 de action.*

20 Quin & ſufficit nuda imploratio officii iudicis, absque exhibitione actionis ſolennis: Quam ſemper inferre videtur clauſula generalis libello addita (Petens ſibi ius & iuſtitiam adminiſtrari) quæ omnium ſaluberrima eſt. *VVeſembec. in notat. ad Johan.Schneidvvin.dict.loco. num.*12. *Hieronym.Schurff.cent.*2.*conſ.*13.*num* 5.

*Q.*3. *Actio iniuriarũ*

21 At hæc ſcitu digna ſunt: *Primò*, Quòd actio iniuriarum propter iniuſtam torturam non ſit annalis, ſed perpetua; Quia tortura

ob iniuſtam torturam an ſit perpetua?

injuſta injuria eſt longè atrociſſimâ, quippe in
qua ſit membrorum diſſolutio, quæque utrius-
que manus abſciſſione gravior eſſe perhibetur.
*Nov.*134.*c.*14. & damnũ irreparabile affert. *Rol.
à Vall.lib.*1.*conſ.*65.*n.*16. *Zaſ lib.*1 *conſ.*19.*num.*32. 22
Unde ex hac injuriâ reali ceu valde atroci actio
datur ex Lege Cornelia. *l.Prætor.edixit.*7.*§.poſſe*
6.*verſ.Sed & atroci.l conſtitutionibus* 37.*ff.de in-
jur.Cujac.in parat.C.de injur.* quæ actio eſt civi-
lis & perpetua. §.*ſed Lex.Cornelia.Inſtit.de injur.
l.lex Cornelia.*5.*ff. de eod.tit.*§.1. *Inſtit. de perpet.
& temp.action.Matth.Steph.in not ad artic.*20.*n.*
3.*Ord.Crim.Hartm.Piſtor.part.*4.*quæſt.*20.*Myn-
ſing.*1.*obſerv.*84.*Andr.Rauch.part.*1.*quæſt.*49.*n.*
8.*& ſeqq.* ubi dicit, in tormentis ut plurimum
adhiberi ictus, percuſſiones, ligaturas, aliaque
id genus exquiſita cruciatuum genera *Hippol.de
Marſil.in.l.*1.*n.*27 *ff.de quæſt. Iul.Clar.in pract.*§.
*ult.quæſt.*64.*num.*31.*&* 36. Cuiusmodi injuriæ
propriè pertinent ad Leg. Corneliam. *Rauchb.
d.quæſt.*49.*n.*18.

23 Quô & facit *Conſt.Elect.*46.§. So viel aber die Klagen der höhern real injurien, als Kampffer / oder beinſchrötige Wunden / Lähmnüß / vnnd dergleichen betrifft / dieweil dieſelbige jhrer Art vñ Natur nach / Krafft der gemeinen Rechte perpetuæ ſeynd / ſo wollen wir / daß ſie auch auff Sächſiſchen Boden vnſern Landen / für vnnd innerhalb dreyſſig Jahr / Jahr vnnd Tag nicht præſcribiret, vnd verjahret werden mögen. *part.* 4. Quis namque inficias ibit injuſtam torturam inter atroces injurias reales referri; Quare & hanc ex mente *dict.conſt.* perpetuam eſſe, facilime colligendum eſt. *Rauchb.dict.quæſt.*49. *num.*21.

*Q.*4. *Num & Reo innocenti legitimè tamen torto detur actio adverſus judicem?*

24 *Secundò*: Notandum & hoc, quòd torto adverſus judicem tum demum competat actio, ſi injuſtè fuerit tortus; Nam ſi appareat Reum legitimè eſſe tortum, quamvis innocens fuerit, nihil tamen judici propterea imputari, nec is conveniri poterit, ſed imputet ſibi potius ipſemet Reus, quòd ſuſpicionem de ſe ſiniſtram, & indicia ad torturam præbuerit. Nam hoc leges exigunt, ut non ſolùm crimine ipſo, ſed & ſuſpicione criminis, unde indicia deſumuntur carere & vacare quem oporteat. Neque ſolùm à malo, ſed etiam à ſpecie mali abſtinere decet Chriſtianos, per doctrinam Pauli 2.*ad Theſſ.c. ult.verſ.*22. Qui ergo moribus talis eſt, ut non alienus à maleficio eſſe videatur, & famam propriam lædat, adeoque committat illud, cuius causâ non iniuriâ quæſtionibus ſubditus eſt, hoc ſibi debet imputare, nec propterea judicem conveniri fas erit. *Iul.Clar.in pract.*§.*ult. quæſt.*64.*n.*39.*in pr. Matt.Steph.in not.ad art.*20. *n.*4.*& art.*61. *Ord.Crimin.ubi & Georg.Rem in Nemeſ.Karul.*

25 Ac ne de hoc ipſo dubitatur, diſertis verbis iudicem excuſat, & ab omni pœna immunem pronunciat Imper. Carol.V. *in art.*61. *Ord.Crim.* verb. So der Beklagte auff einem ſolchen Argwohn vnnd Verdacht / der zu peinlicher Frage / als vorſtehet / gnugſam erfunden / peinlich einbracht / mit Marter gefragt / vnd doch durch eigen Bekänntnüß oder Beweiſung der

beklagten Miſſethat nicht überwunden wird / haben doch Richter vnd Ankläger / mit wolgemeldten ordentlichen / vnnd in Recht zuläſſigen peinlichen Fragen / keine Straff verwirckt / dann die böſen erfundenen Anzeigungen haben der geſchehenen Frag entſchuldigte Vrſach geben / dann man ſol ſich nach der Sage der Rechten / nicht allein vor vollbringung der Vbelthat / ſondern auch vor aller geſtaltnüß deß Vbels / ſo böſen Leumuth / oder Anzeigen der Miſſethat machen / hüten / vnnd wer das nicht thäte / der wird deßhalben gemeldter ſeiner Beſchwerd / ſelbſt Vrſach ſeyn / *&c.*

26 Videant ergò Iudices, qui in Syndicatu teneri, & à torto conveniri nolunt, ne Leges
torturæ, transgrediantur, & temperamentum
tormentorum debitum ac præſcriptum excedant,
nec quicquam in re tam gravi & periculoſa
absque conſilio peritorum agant, ſed ſtrictè
verbis ſententiæ ſuper tortura adhibenda
latæ inhæreant: Quod ſi probè obſervaverint,
non modo ſuo officio præfuiſſe videbuntur, ſed
& ab omni probatione iuſtæ torturæ ſeſe liberabunt.
27 Nam aliàs pro Reo ſtat iuris præſumptio
contra iudicem, iniuſtè ſcilicet torturam
fuiſſe decretam, niſi ſufficientia indicia præſtò
fuiſſe, iudex liquidò demonſtraverit. *Matth.
VVeſemb. in parat ff. de quæſt nu. 9. Matth. Steph.
in not. ad dict. artic. 61. circa fin.* At faciliori negotio
vix hoc probare poterit, quàm exhibendo
ſententiam ſuper tortura à Scabinis latam,
quę iudicem ab ulteriori probationis onere eximit,
illudque in tortum, qui exceſſum torturæ
28 prætendit, transfert. Vnde fit, quòd ſi in foro
Saxonico, ex actis de proceſſu ex conſilio
Scabinorum formato, eorumque ſententia ſuper
tortura adhibenda, conſtet, iudex ab actione
torti prorſus abſolvatur, ex peculiari iuſſu Illuſtriſſimi
Elect. Saxon. D. Auguſt. *Menſ. Ianuar. Anno* 1597.
ad Scabinos Lipſenſes hiſce
verbis reſcribentis: **Darumb wann ſich befindet /
daß eine Ampts oder Gerichtsperſon dieſen Proceß
alſo gehalten / vnd darüber weiter nichts fürgenommen /
dann was die hierinnen erholete Vrthel
mit ſich gebracht / So haben wir ferner die
Verordnung gethan / daß alsdann die Gerichts
vnd Amptsperſonen / ſolches** Proceſſus **halber
nicht vertheilet / ſondern wann nicht ſonſten etwa
dargebracht wird / daß den Sachen durch ſie zu
viel geſchehen ſey / mit erſtattung aller Vnkoſten**
abſolviret **werden ſollen Begehren derowegen /
gnädigſt befehlende / ihr wollet euch auch ewers
theils in Vrtheilen hiernach richten / vnnd es anders
nicht halten / darmit in vnſern Landen gleichmäſſig
geſprochen vnd erkandt werde / ꝛc.** Quare
ſi iudex actionem evitare velit, nil quicquam
propria ſponte agat, ſed Scabinorum ſententiam
ſtrictè exequatur: tum enim ſecundum leges
proceſſiſſe videbitur, ſi ex prudentum conſilio
Reum torqueri fecerit. *l. leges. C. de legib.
arg. l. fin. §. mixta 26 ff. de muner. & honor.*

29 *In hunc modum Domini Scabini pronunciarunt, Ad requiſitionem* **Dieterich Lefferigs zu Ziegenrück: Dieweil ihr ſelbſt berichtet / daß ewre Freundin / auff anſehung ihres Ehemannes / gegen Beſtellung eines Vorſtandes / beſchuldigten Ehebruchs halben / gefänglich eingezogen / vnd nach gehaltener** *Inquiſition,* **auff vorgehendes rechtliches Erkantnüß mit ſcharffer Frage angegriffen worden / So iſt ſie dem Hauptmann / vngeachtet / daß ſie in ſcharffer Frage ihre Vnſchuld erhalten / vmb Abtrag zu belangen / nicht befugt: Sie könte dann wie recht beweiſen / daß in der peinlichen Frage die gebührende maſſe überſchritten / vnd ihr dardurch eine Lähmung an Händen zugefüget worden / darauff ergienge alſo dann nach gelegenheit aller Vmbſtände / wie ſich dieſelben auß der Beweiſung befinden möchten / ſolches Abtrags halben / ferner was recht iſt / V. R. W.** *Menſ. Martio, Anno* 1597.

Ad conſultationem hæredum M. viduæ A. VV. **zu Coßwig. Dieweil ihr ſelbſten berichtet / daß ewre Mutter nicht allein auff einer Nachbarin / von welcher ewre Frage meldet / bloſſes angeben / ſondern auf fernere newe** *Indicia,* **von den Fürſtlichen Beampten zu Coßwig eingezogen / auch nach gehaltener** *Inquiſition,* **auff vorgehendes rechtliches Erkäntnüß mit ſcharffer Frage angriffen worden / ſo iſt ſie weder vorgedachte Nachbarin / noch die Fürſtliche Beampten / vngeachtet daß ſie in ſcharffer Frage ihre Vnſchuld erhalten / zu belangen / nicht befugt / V. R. W.** *Menſ. Mart. Anno* 1631. 30

Quod & verum eſt, ſi exceſſus incarceratio- 31
nis, aut inquiſitionis prætendatur. Licet enim Reus poſtmodum abſolvatur; Attamen ſi iudex ad ſententiam & conſilium peritorum proceſſerit, neque ipſemet, neque delator vel accuſator conveniri poterit. Non ſolum enim de iniuſta tortura, ſed & de aliis proceſſus partibus Reſcriptum Electorale verbis generalibus loquitur; quare & generaliter intelligi debet, *arg. l. 8 ff. de public. in rem. action.*

Reſpondimus ita Iohann. Schumanno in **Dewitz** *quando Reus indicia ad incarcerationem & inquiſitionem ſufficientia iuramento ſuo purgaverat, Menſe Iulio, Anno* 1628. 32

SECUNDO quæritur: *Quânam pœnâ iudex ab injuſtè torto conventus teneatur, & quid præſtare debeat?* Huius quæſtionis deciſio difficilis 33
non eſt perpendenti pœnam atque præſtationem, pro iniuriis realibus in foro Saxonico cõſtitutam. Etenim, quia per iniuſtam torturam
iniuria realis atrociſſima infertur, *Andr. Rauchbar. part. 1. quæſtion. 49. num.* 18. utique & iudex 34
de illegitima tortura convictus, ad præſtationem illam tenebitur: Quæ in tribus potiſſimum conſiſtit, *Emendâ ſcilicet, Reſtitutione damnorum, & Pœnâ.* Hæc namque propter iniurias reales, puta verba aut vulnera illata conventus præſtare tenetur, ſi civiliter agatur, ut dixi ſuprà *pag. 2. de quæſtion. 99. num. 27. & ſeq.* De culpa enim & imperitia iudicis hic tantummodò agitur, quam non capitaliter puniri, antea probavi *num. 9.*

Q. 5. Quâ pœna teneatur judex de injuſta tortura cõvictus?

Primum eſt Emenda, **die Buſſe** / ſive æſtima-
tio corporis per torturam mutilati & membrorum 35
diſſolutorum, quæ de iure Saxonico debetur ratione iniuriæ, dolorumque illatorum & corporis lacerati. *artic. 16.* **Landrecht** / *libr. 2. ubi Gloſſ. & Zobel. Matth. Coler. de proceſſ. executiv. part. 1. cap. 9. num. 53. & part. 1. deciſ. 161. num. 53.*

Benedict.Reinhard.part.5.differ.jur.civil.& Saxon differ.5 Iohan.Schneidvvin.in §. *Sed lex Cornelia.num.5.& 6. Inſt.de injur.* 36 Quam emendam etiam alibi extra territoria Saxonica præſtari, æquiſſimum viſum fuit Imper. Carolo V. in *Sanctione Crim. n.*20. verb. **Wo auch einige Obrigkeit/oder Richter/in ſolchen überführen/ſollen die dem/ſo alſo wieder Recht/ohne die bewieſene anzeigung gemartert wäre/ſeiner Schmach/Schmertzen/der gebühr Ergetzung zu thun ſchuldig ſeyn.** Et *artic.* 21. verb. **Sol er dem gemarterten/Schmertzen/**Iniurien, *&c.* **abzulegen ſchuldig ſeyn.**

37 Hoc autem emendam de jure Saxonico majorem non eſſe dimidio VVerigeldo, tradit *Matth.Coler.part.*1 *deciſ.*164.*num.*11. *&* **Chilian. König.** *in proceſſ. cap.*138. eò, quòd tortura adæquetur abſciſſioni manus, *Novell.*134.*cap.*14. *Hippolyt.de Marſil in l. Divus Pius ff. de quæſt.& l.*1.§.*præterea ff.ad Leg. Cornel. de Sicar.* Pro manu autem detruncata de jure Saxonico non ſolvi Emendam majorem, quàm dimidii VVerigeldii, patet ex *artic.*16.§. **Dieweil der Mann**/*lib.*2. **Landrecht.** 38 Sed levior hæc eſt Emenda, quàm ut pro manu abſciſsâ aut tortura injuſtè illata ſufficere videatur. Ideo in foro Saxonico ab uſu receſſit, facultate liberâ judici datâ, quam Emendam pro manu detruncata, aut tortura illegitimè illata, pro ratione & qualitate torturæ adhibitæ, ac conditione perſonæ tortæ indicere velit; perinde ac in cæteris injuriis realibus Emenda hodiè eſt arbitraria, *juxta Conſtit. Elect.* 42.*part.*4. verb. **Daß auch in denſelbigen die Sachſen Rechte nicht mehr ſtatt haben/ſondern die willkürliche Straffe in vnſerm Schöppen-Stuhl erkandt werden ſoll**/*&c.* Vid. ſuprà *pag.*2. *quæſt.*99.*n.*31.*& ſeqq.*

39 Alterum eſt Reſtitutio damni, per injuſtam torturam illati. Æquiſſimum namque eſt, ut judex una cum emenda ſolvat quoque impenſas à torto factas, nec non operas quibus propter injuſtam incarcerationem & torturam caruit, & per tempus vitæ ſuæ inde cariturus eſt. Eò reſpiciunt verba Sanctionis Carolinæ in *artic.* 20. (**Koſten vnd Schaden der Gebühr Ergetzung zu thun ſchuldig ſeyn.** Et in *art.* 21. verb. (**Koſten vnd Schaden abzulegen/ſchuldig ſeyn**)

40 Quod nec à iure civili improbatur, quo quis ob iniurias reales ad expenſas & damna actione Legis utili conveniri poteſt. *l.liber homo.*13.*in pr. ff.ad Leg.Aquil.Iacob.Thoming.deciſ.*24.*num.*12. *Hartman. Piſtor.l.*1. *quæſt.*27. *numer.*4. *Iacob. Schult.in addit.ad Modeſt.Piſtor.part.*3.*quæſt.*107.*n.*30.*Iohan.Schneidvvin.in* § *in ſumma.n.*4. *Inſt.de injur.*

41 TERTIO tenetur quoque iudex iniuſtè Reum torqueri faciens ad Pœnam. Emenda enim & reſtitutio impenſarum atque damnorum, ius partis offenſæ, Rei nempe iniuſtè torti concernit, pœna autem Magiſtratui debetur. De qua Imper. ita loquitur in *artic.*61. *Ordin. Crimin.* verb. **Wo aber ſolche peinliche Frage dieſer vnſer vnnd deß heiligen Reichs rechtmeſſigen Ordnung/wiederwertig gebraucht würde/ſo wären dieſelben Richter/als Vrſacher ſolcher vnbilliche̅r peinlicher Frage/ſträfflich**/*&c.* Qualis verò & quanta pœna judici ſit infligenda, nec in *dict.artic.*61. nec alibi exprimitur; ideoque arbitraria erit, qualem ſcilicet ſuperior Magiſtratus vel Jurisperiti, judici pro qualitate injuſtæ torturæ & perſonæ tortæ irrogari, arbitrati fuerint, *arg.l.*1.§.2.*ff.de jur.deliber.* 42 Hæcq; communis *Dd.* eſt ſententia, ut nempe propter injuſtam torturam ex imperitiâ & culpâ illatam, judex non niſi extraordinariè & arbitrariè puniri debeat. *Anton.Gomez tom.*3.*variar.reſolut. cap.*31.*num.*6.*Franc.Brun.in tract.de indic.part.*2. *quæſt.*5.*n.*19.*Proſper.Farin.in prax.crim.lib.*1.*tit.*5. *quæſt.*37.*nu.*122.*Ægid.Boſſ.in pract.crim.tit de tortura.n.*28.*Matth.VVeſ.mb.in paratit ff.de pœn. n.*9.*Iul.Clar.in pract.*§ *ult.quæſt.*64.*n.*32.*Iohann. Zanger.in tract.de quæſt.& tortur.cap.*4.*num.*22. *Matth.Stephan. in not. ad art.* 61. *Ordin.Crimin. Gödelm.in tract.de Magis. libr.*3.*cap.*10.*n.*53. ubi tradit, crebriorem eſſe *Dd* ſententiam, iudicem qui Reum torturæ ſine causâ, ſine indiciis doloſè & malitioſè ſubiecit, & ita torſit, ut deceſſerit, capitali pœnâ; Si verò per imperitiam aut culpam id fecerit, extraordinariè tantùm puniri poſſe.

43 Eoque reſpicit *l.lex.Iulia.pen.*§.*ult ff.ad Leg. repetundar.* quæ pœnam deportationis irrogari iubet iudici. Quam *Dd.* communiter reſtringunt ad eum caſum, quo per imperitiam quid commiſſum fuerit. *Farin.dict.quæſt.*37.*num.*112. Hæcq; pœna deportationis, quia hodiè in uſu non eſt, in eius locum ſucceſſit pœna arbitraria. *Farin.dict.quæſt.*37.*n.*120 *Anton.Gomez dict. cap.*13.*num.*6. Quin & in foro Saxonico minùs de hâc re dubitandum eſt, propter textum clarum in *Conſtit. Elect.* 42.*pag.*4. §.*ult.* In verb. **Sondern die willkührliche Straffe**/*&c.* ubi pœnâ arbitrariâ, Carceris, Relegationis, vel mulcta pecuniaria iniuriæ reales coërcentur, inter quas haud minimam eſſe torturam iniuſtè illatam, dixi ſuprà. *Andr.Rauchbar. part.*1.*quæſt.*49.*n.*78.

44 *Et ſecundum hactenus dicta pronunciavimus verſus* **Hohenſtein**/*Ad requiſitionem Quæſtoris, hiſce formalibus:* **So wird nunmehr.** *G: à S. in contumaciam pro confeſſo & convicto* **gehalten/derowegen er denn an C. S. verübten Angriff mit 100. fl. vnnd das außgeſtandene Gefängnüß/ſo lange daſſelbige gewähret/ inhalts Landüblicher Sächſiſcher Rechte/jeden Tag vnnd Nacht mit 2. alte Schock zu verbüſſen/ſo wol jhme C. S. wegen dererdurch die zur Vngebühr/vnd ohne Vrtheil vnnd Recht zu zweyen mahlen vollſtreckte** *Tortur*, **an ſeinem Leibe vnd Geſundheit jhme zugefügten Schäden vnnd Verwahrloſung/ wie auch wegen der auffgewendeten Vnkoſten vnnd Verſäumnüß 1000. Gülden abzuſtatten/ſchuldig/vnd wird hierüber ſolches ſeines vnziemlichen Vornehmens vnnd Beginnens halber/ weil er gleichwol ohne alles Bitten vnd Zureden/zu zweyen vnterſchiedenen mahlen gedachten C. S. ohne Vrthel vnd Recht martern laſſen/ vmb eine ziemliche Geldbuſſe/ſeinem vermögen nach/ in Straff genommen/** *Menſe Auguſto Anno 1624. In quâ ſententiâ Emendam & damna mille florenis æſtimavim⁹, quia Reus miſerrimè ac crudeliter bis tortus fuerat, & judex bonis abundabat; Aliàs ſanè pro qualitate tormentorum aliarumque circumſtantiarum, Emendam leviorem indicendam eſſe, lubens conceſſerim. Quod & alibi Scabi-*

nos

45 *nos feciſſe reperio, ita reſpondentes S. F.* In Auleben. Iſt die Perſon/ von welcher ewre Frage meldet/ Ehebruchs bezüchtiget/ vnd derowegen vnſchuldiger weiſe eingezogen/ zwölff Wochen lang gefänglichen enthalten/ auch vnbefügter Weiſe *torquiret* vnd hierüber mit einer Geldſtraffe auff 300. Thaler belegt/ vnd als dieſelbige nicht bald entrichtet / noch 200. Thaler Schaden-Geld zuerlegen/ gedrungen worden/ derowegen bemeldte Perſon eine rechtliche Klage erhoben/ etc. Da ſie nun ſolches alſo erweiſen vnd außführen könte/ ſo wäre jhr der Beklagte wegen der erlidtenen *Tortur* vnd Schmertzen / den peinlichen Angriff mit 4. Schock/ das ſeyn 10. Thaler/ vnd jeglichen Tag vnd Nacht/ ſo lange ſie geſeſſen / mit 30. Schilling Pfenningen zu verbüſſen / auch die 500. Thaler ſo ſie zur Vngebühr an Straff- vnnd Schaden Gelde erlegen müſſen/ zuerſtatten ſchuldig / V. R. W. *Menſe Iun. Anno* 1585.

Q. 6. Quatenus Vrpheda à torto præſtita actionem adverſus judicem impediat?

46 TERTIA QVÆSTIO, quæ circa tor-
turam illegitimè illatam moveri ſolet, hæc eſt:
Num ſcilicet Vrpheda à torto præſtita actionem ex-
cludat, Reumq; agere nolentem impediat? Solent
namque Magiſtratus & judices Reos captivos
non aliter dimittere, quàm ſi juramentum de
non vindicando incarcerationem & injuriam
præſtiterint, quòd vulgò appellari ſolet Vrphe-
da: quæ definiri poteſt genus cautionis, quâ Re-
us, qui carceribus relaxatur, jurat; ſe non ultu-
rum quicquid ibi paſſus eſt, ac ſi condemnatus
ſit, pariturum ſe etiam ſententiæ. *Matth. VVe-*
ſemb. in parat. C. de ſatisd. num. 6. in fin. Matth. Ste-
47 *phan. in not. ad art.* 20. *n.* 5. *Ordin. Crim.* Præſtito
itaque hoc juramento, dubitari poteſt, an Reus
volens experiri adverſus judicem propter inju-
ſtam ſibi illatam torturam, id facere eo impedi-
atur? Hanc quæſtionem negativè decidit Imp.
Carolus V. in *Ordin. Crim. art.* 20. verbal final.
Es ſol auch kein Obrigkeit oder Richter/ in dieſem
Fall kein Vrphede helffen/ ſchützen oder ſchirmen/
daß der Gepeinigte ſeine Schmach/ Schmertzen/
Koſten vnd Schäden/ mit Recht/ doch alle thätli-
che Handlung außgeſchloſſen / nicht ſuchen mag.
Neque enim alia vis & efficacia eſt Vrphedæ
præſtitæ, qnàm ut Reus ob incarcerationem &
torturam injuſtam, de facto & vi nil attentare
debeat, *dict. artic.* 20. verb. **Doch alle thätliche**
Handlung außgeſchloſſen / *&c.* jure autem ex-
periri Vrpheda ipſum non prohibet. Nam be-
ne Calliſtratus, ex decreto D. Marci, *optimum*
eſt, inquit, *ſi quas putas te habere petitiones, actio-*
nibus experiaris. l. pen. ff. ad Leg. Iul. de vi privat.
Matth. Stephan. in not. ad art. 20. *n.* 5. *Ordin. Crim.*

48 Quod & verum eſt, etiamſi expreſſis & diſertis verbis Reus, ſe nec jure, nec injuriâ torturam vel incarcerationem vindicaturum, juraverit: Hoc enim verba generalia Imp. ſatis innuunt in *dict. art.* 20. **Kein Vrphede helffen ſchützen/ oder ſchirmen.** Quin & *Iohan. Sichard. conſil. crimin.* 9. *nu.* 1. docet, Carceratum teneri jurare, quòd carcerem, & quod ratione ejus ſibi obtigit nec per ſe, nec per alios in Magiſtratu, miniſtris, & illos attinentibus jure vel injuriâ velit vindicare.

49 Quocunque autem modo Reus juraverit,
ac quibuscunque etiam verbis Vrphedam præ-
ſtiterit, non poteſt aliter adverſus iudicem ex-
periri, quàm ſi prius à iuramento à Magiſtratu
ſuperiore, cui iura Maieſtatis Eccleſiaſtica com-
petunt, causâ cognitâ fuerit abſolutus. Nam 50
hoc aliisq; caſibus iuramenta per ſe non annul-
lari, ſed abſolutione & relaxatione iuramento-
rum opus eſſe, ad effectum agendi, extra con-
troverſiam eſt, & communiter omnes conce-
dunt. *Andr. Gail. lib. 2. obſerv. 22. num. 1. & ſeqq.*
Dom. Cardin. Tuſch. tom. 1. pract. concluſ. lit. A. con-
cluſ. 54. n. 11. & ſeqq. concluſ. 56. n. 1. Matth. Berlich.
part. 2. concl. 44 n. 1. Rutger. Rul. de commiſ. part. 1.
lib. 5. cap. 11. n. 12. & ſeqq.

51 *Quotidiè ita pronunciantibus Dominis Scabinis:* So iſt ſolcher Vrphede/ ſo weit jhr das Recht darinnen verſchworen/ zu Recht vnkräfftig/ vnd jhr ſeyd deſſen vngeachtet/ jedoch auff deſſelben vorgehende *Relaxation*, welche euch von der höhen Obrigkeit deß Orths auff ewer gebührliches Anſuchen billig mitgetheilet wird/ vorbemeldte Graffen deß angelegten vnſchüldigen Gefängnüß/ *Tortur*, vnd zugezogenen *Injurien* halber/ rechtlichen zubelangen wol befugt/ möget auch derhalben vor meineydig nit geſcholten werden/ V. R. W. *Verſus* Staden/ *Ad requiſitionem Marci* Seidenrands/ *Menſe Febr. Anno* 1595.

52 *It.* Da jhr nun in jetzogedachten Urpheden das Recht/ euch deſſelbigen wieder N. N. zugebrauchen verſchweren müſſen/ ſo würde euch ſolcher Eyd ſo weit/ daß jhr N. N. wegen der zugefügten *Injurien* zu Recht belangen möget/ von der Obrigkeit/ darunter bemeldte N. N. geſeſſen/ auff ewer gebührliches Anſuchen billich *relaxiret*, V. R. W. *Nicolao Vlrico Northuſano. Menſ. Iulio, Anno* 1593.

53 *It.* So wird ſolcher Eyd jedoch weiter nicht/ als *ad effectum agendi* billich *relaxiret*, *Quæſtori in* Plauen. *Menſ. Decembr. Anno* 1629.

Et in caſu ſimili Simoni Greulichen/ *in* Königsroda. *Menſ. April. Anno* 1595.

Nequaquam tamen relaxatio iuramenti
concedenda eſt, quando nullum producit effe- 54
ctum; puta ſi conſtet, petenti relaxationem nul-
lam competere actionem. Quare ſi Magiſtra-
tus animadvertat, iudicem adverſus Reum le-
gitimè ac ritè proceſſiſſe, deque eo ex Actis ap-
pareat, Vrpheda haudquaquam relaxari debet;
ne occaſio præbeatur Reo, inanem movere a-
ctionem, & ſumptus fruſtrà facere: Hinc & ſu-
per relaxatione num fieri debeat, nec ne, pro-
nunciare iubet Illuſtriſſimus Elector Saxon. in
Conſtit. 36. *part.* 2. verb. **Daß in den** Faculteten
vnd Schöppenſtülen erſtlich erkandt werden ſoll/
in was Fällen / vnd wie weit die Relaxation **des**
Eydes ſtatt habe/ *&c.* Vid. *Andr. Gail. dict. ob-*
ſervat. 22. n. 4. Berlich. dict. concluſ. 44. num. 14.

Veluti etiam nuperrimè pronunciavimꝰ ad con-
ſultationem Quæſtoris Zvvickavienſis: Iſt *P. S.* 55
ſeiner Verbrechũg wegẽ/ die Landsverweiſung
auff vier Jahr lang zuerkandt/ darauf auch der
Vrphede von jhme geleiſtet worden/ ob er nun
wol den Amptmañ wegen vnrechtmäſſigen ge-
führten *Proceſſus* zu belangen Vorhabens iſt/
derowegen auch bey Chur-Fürſtlicher Durch-
läuchtigkeit vnſerm gnädigſten Herren/ er vm̃
Relaxation deß geleiſteten Vrphedens/ *ad effe-*

ctum agendi angeſucht / Dieweil aber dennoch auß den *Acten* nicht zubefinden / daß ſeinem Fürgeben nach mit der *Inquiſition* wieder jhn *nulliter* verfahren worden ſey/dahero zu ſpüren / daß ſein ſuchen nur zur Weitläufftigkeit vnd nichtigen Auffenthalt gemeynet/etc. So hat auch nach Gelegenheit dieſes fals die geſuchte *relation juramenti ad effectum agendi* nicht ſtat V. R. W. *Menſ. Febr. Anno* 1631.

QUÆSTIO CXXIIX.

De variis pœnarum ac ſuppliciorum mortis generibus.

SUMMARIA.

1. *Delicta non debent remanere impunita.*
2. *Reus non niſi confeſſus aut convictus condemnari debet.*
3. *Pœna quomodo definiatur?*
4. *Pœna vel criminalis eſt, vel civilis.*
5. *Quomodo differant hæ pœnæ?*
6. *In foro Saxonico non niſi pœnæ corporis afflictivæ dicuntur criminales.*
7. *Diviſiones pœnarum in foro Saxonico.n..*8.9.
10. *Pœna capitalis quænam dicatur?*
11. *Tardiores debent eſſe judices ad mortis ſupplicia inferenda. n.*13.
12. *Eccleſia mortis pœnam non infligit.*
14. *Mortis ſupplicium in jure divino fundatum.*
15. *Varia mortis pœnarum genera; Vt Lapidatio, jaculorum confoſſio, Sectio per ſerram, Præcipitium, Venenatio, Excoriatio, Mactatio, Defoſſio in terram, quæ omnia hodiè in deſuetudinem abierunt. n.* 16.17.18.19.20.21.22.23.24.25.28.29.30.
26. *Beſtiarum objectio, & damnatio ad beſtias, quomodo ab invicem differant? n.*27.
31. *Moribus noſtris diſtinguenda ab invicem ſunt genera ſuppliciorum, eorumque augmenta.*
32. *Quænam ſupplicia mortis hodiè obtineant?*
33. *Decollatio ſeu capitis amputatio, frequentiſſima hodiè eſt, & quibus delictis uſitata. num.* 34.35.36.
37. *Suſpendium quondam in crucis patibulo exercebatur.*
38. *Pœna Crucifixionis fuit quondam atrociſſima.*
39. *Hodie in ejus locum ſucceſſit Furca. n.*40.
41. *Suſpendium non niſi in furti crimine receptum eſt.*
42. *Pœna Rotæ, in quibusnam criminibus obtineat. num.* 43.44.
45. *Submerſio & ſuffocatio in aquis. n.* 46.47.
48. *In crimine Parricidij hoc ſupplicium etiamnum hodiè practicatur.*
49. *Combuſtio, inter pœnas capitales maxima.*
50. *Etiam antiquitus non ignota.*
51. *Quomodo hodiè exerceatur?*
52. *Diſſectio in quatuor partes.*
53. *Rariſſimum hoc ſupplicium & quando uſitatum.*
54. *Pœna Criminis læſæ Majeſtatis quandoque arbitraria eſt.*
55. *Pœnis ultimi ſupplicii additur quandoq; exaſperatio quædam & augmentum. n.*56.57.
58. *Veluti impoſitio trahæ,* die Schleiffung / *numer.*59.
60. *Impoſitio Cadaveris Rotæ, & quando obtineat. num* 61.62.
63. *Aduſtio forcipum candentium quando locum habeat. n.*64.65.
66. *Rota pœna aggravatur, quando crura & brachia prius franguntur. n.* 67.
68. *Sententia Scabinorum Lipſienſium. n.* 69.70.

CRiminum Reos debito ſupplicio coerceri atque delicta minimè impunita remanere debere, uno ore, *Interpp.* exclamant, per *l. ita vulneratus. in fin. ff. de Leg. Aquil. l. licitatio. §.* 1 *quod illicitè. ff. de public. & vectigal. l. Stichum. §. tametſi ff de ſolut. l ſi longius. §.* 1. *ff. de judic. l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœn. l. congruit. ff. de offic. Præſid.* Ad eumque ceu unicum & potiſsimum finem tota materia proceſſuum criminalium tàm ordinariorum, quàm inquiſitoriorum, necnon quæſtionum ac tormentorum tendit, quò ſcilicet veritas delicti perpetrati exquira- 2 tur, Reus criminis manifeſtetur, & pænam promeritam luat, quam non niſi confeſſo aut irrogare licet. *l. qui ſententiam. ubi Dd. C. de pœn. l. ult. C. de cuſtod. Reor. Gram. deciſ.* 36. *numer.* 61. *Ioſeph. Ludov. deciſ.* 13. *numer.* 60. *part.* 1. Poſtquam igitur materiam proceſſuum criminalium & torturæ perſpeximus, hoc unicum ſupereſſe videtur, ut de condemnatione Reorum delinquentium, nec non de irrogatione & executione pœnarum agamus, ſimul demonſtrantes, qualiter & quomodo delictorum ſupplicia, de quibus in partibus duabus prioribus huius practicæ Criminalis latiſſimè tractatum, Reis confeſſis vel convictis infligi debeant. Vbi potiſſimum conſideranda veniunt: *Primò*, varia ſuppliciorum genera. *Deinde*, Eorundum ſubiecta. *Tertiò*, Indictio pœnæ ſeu condemnatio Rei. *Quartò*, Effectus condemnationis. *Quintò*, Executio pœnæ indictæ. Et *Sextò*, denique cauſæ impedientes executionē. In quibus capitibꝰ tota ferè pænarum materia, & tractatio executionis conſiſtit, quare de hiſce fuſius Deo concedente agendum erit.

Quod ad primum attinet, Genera 3 ſcilicet ſuppliciorum ſeu pœnarum: quarum definitionem tradit ICtus in Vlpian. in *l.* 131. *ff. de verb. ſignif.* quòd nempe pæna ſit noxæ

vindicta, *Gœdd. dict. l. 131. Petr. Greg. Tholoſ. lib. 31.*
ſyntagm. jur. c. 1. Non fert hic animus diſtinctio-
nes ad diviſiones pœnarum multifarias repete-
re, quippe quæ iam ſuprà *quæſt.* 102. fuerunt
maiori ex parte enumeratæ, ſed modos atque
genera ſuppliciorum, in iudicis præſertim Sa-
xonicis hodiè uſitatæ, tantummodò exponere
lubet, quæ ad unicam hanc pœnarum diſtincti-
onem in foro Saxonico receptiſſimam poſſunt
revocari, qua pœnæ aliæ dicuntur criminales,
4 peinliche/aliæ verò civiles Bürgerliche Straſ-
ſen/ Illis namque corpus affligitur; omnes ſi-
quidem pœnæ criminales ſunt corporis afflicti-
væ. Hæ verò leviores dicuntur, quibus corpus
non affligitur, ut ſunt Relegatio, mulcta pecu-
niaria &c.

Quomodo diſtinguantur pœnæ in foro Saxonico?

5 Etſi verò hanc differentiam pœnarum non
omnes æquè concedant, ſed plurimi ex *Ordin.*
Carolinâ Crim. quasvis indifferenter pœnas et-
iam leviores criminales dici autument, allegan-
tes *art.* 104 *verſ.* Aber ſonderlich. *&c. Art.* 110. *verſ.*
Daß der Geſchwächte *&c. junct. l ſi quis fortè* 6.
§. *ult. l.* 8 *ff. de pœn. Art.* 11. *verſ.* An Leib oder Gut.
Art. 164. *verſ.* An Gut/Leib oder Leben/ *&c. junct.*
dict. artic. 104. *Ordin. Crimin.* ut videre eſt apud
Theod. Rheinkingk. in tract. de regim. ſecular. & Ec-
6 *cleſiaſt. lib. 2 claſſ. 2. c. 14. n. 38. & ſeqq.* Vid. ſuprà:
q. 102. *n.* 32. Attamen in foro Saxonico pœnas
tantummodò corporis afflictivas propriè eſſe
criminales, expeditum eſt. *Dan. Moll. lib. 2. Se-*
meſtr. c. 1. num. 1. Pet. Frid. lib. 1. de proceſſ. c. 9 artic.
12. *Matth. Coler. part. 1. deciſ. 22. num. 2. & ſeqq.*
Ludov. Fachſ. differ. Matth. Stephan. in præfat.
Ordin. Crim. Carol num. 13. Bened. Reinh. part. 4.
diff. 24. Petr. Theod. in Colleg. Crim. diſp. 10. th. 2 lit.
D. Gloſſ. Weichbild. *art. 17. poſt pr.* verb. Bürger-
liche Klagen ſind / daß beyde der Kläger vnnd der
Antworter/vor der Klage Bürgere bleiben/ alſo/
daß keiner den andern nicht verflüchtig darff wer-
den, Peinliche Klage iſt anders nichts / dann da
man fordert von den Brüchhafftigen ſeine ver-
dienete Pein / vnd keinen Abtrag noch Buſſe/etc.
Quod & placuit Illuſtr. Elect. Saxon. D. Augu-
ſto in *Ordin. Provinc. de Anno* 1555. *ſub. rubr.*
Daß peinliche Sachen / dadurch das Leben vor-
wircket/ohne vnſere Bewilligung/nicht bürglich
gemacht werden ſollen: prout probavi ſuprà *q.*
102. *n.* 48.

7 Hinc ergò diſtinctio facienda eſt ſupplicio-
rum corporis afflictivorum; aliorumque le-
viorum, per quæ corpus non affligitur. Illa
rurſus diverſi ſunt generis: Vel enim vitam ſeu
caput hominis naturale tollunt, & mortem
afferunt: Vel etiam quidem non adimunt,
corporis tamen afflictionem inferunt: unde &
à quibusdam dicuntur pœnæ ſanguinis, quòd
ſanguinis quoque effuſionem habeant, licet
non mortem ingerant; Sed minùs propriè,
quum ſanguinis pœna ſit tantummodò eà,
quæ mortem parit ſive ultimum ſupplicium, ut
8 demonſtravi ſuprà *dict. q.* 102. *n.* 9. Rectius au-
tem in foro Saxonico dicuntur illa ſupplicia
capitalia, ſiquidem de iure Saxonico nulla
prorſus pœna pro capitali propriè habetur, niſi
quæ amputato capite, aut aliter vitâ delin-
quentem privat. *Matth. VVeſembec. in parat. ff. de*
quæſt. n. 5. verſ præſertim jure Saxonico, Dan. Mol-
ler. ad Conſt. Elect. 1. n. 15. part. 4. Petr. Theodor. in
Colleg. Crim. diſp. 10. th. 2. lit. B.

Moribus itaque noſtris tria conſtitui poſ- 9
ſunt genera ſuppliciorum, ita ut Primò quæ- »
dam ſint Capitalia, quæ vitam hominis adi- »
munt, & dicuntur ſupplicia mortis, ſeu ultima »
ſupplicia. *l. rei capitalis 2. l. relegati. 4. l. ſi quis. 6.* §. »
ult. l. 8. §. 1. *l. ultimum. 21. l. 28. l. 29. ff. de pœn. l pu-* »
blicorum. 2. ff. de publ judic. § *publicorum. 2 Inſt.* »
eod. tit. l. 4. ff. ſi quis caut. in judic. ſiſt. cauſ fact. »
Deinde: Non capitalia, ſed tantummodò cor- »
poris afflictiva, quæ corporis afflictionem qui- »
dem important, & corpori inferuntur; atta- »
men vitam hominis non adimunt. Tertiò; »
Civilia, quibus corpus directò non affligitur, »
ideoq; nec pœnæ criminales appellari poſſunt »
ſecundum modò dicta.

Primum genus eſt pœnarum capitalium, 10
quibus vita naturalis adimitur. Non enim de
jure civili loquor, quo pœnam capitalem dici
quoque illam, quæ caput civile, jus nempe ci-
vitatis, familiæ, ac libertatem tollit, nemini i-
gnotum eſſe poteſt. *l. licet 103 ff. de verb. ſignif. l.*
28. in pr. ff. de pœn. l 14. §. *3. ff. de bon libertor.* § *pœ-*
næ. 3. Inſt quib mod. jus. part. poteſt. l. amiſſione. 5.
ff. de capit deminut. Sed quid moribus noſtris &
in foro Saxonico obtinet, ind care conſtitui, u-
bi pœna capitalis non eſt, niſi quæ ultimum in-
fert ſupplicium, ut teſtis eſt iuris Saxonici peri-
tiſſimus *Matth. VVeſemb. dict. tit. ff. de quæſt.*
num. 5.

Hæcque mortis ſupplicia pro atrocibus cri- 11
minibus impoſita ſunt, ad quæ inferenda quo-
ad fieri poteſt, tardiores debent eſſe iudices, &
niſi neceſſitas vel atrocitas coactos impellat
cum lege, vix accedere debent; Non ſecus ac
Nero, ab initio, qui Buro Præfecto exigenti ab
eo, in quos & ex quâ causâ animadverti vellet,
differebat: Et dum illi chartam protuliſſet, tra-
deretque invitus invito, exclamavit, vellem ne-
ſcire literas. *Seneca in pr. lib. 2. de Clement.* Unde
etiam Eccleſia mortis pœnam numquam infli- 12
git. *c. clericis, &c. ſententiam ſanguinis: extr. Ne*
cler. vel Monach. ſecul. negot. ſe immiſc. c. in Archie-
piſcopatu. de Raptor. Quamvis enim quis morte
dignus ſit aut videatur ob immanitatem patrati
ſceleris; attamen ſemper Eccleſia ſperat de e-
mendatione & pœnitentiâ Reorum delinquen-
tium, ac ſtatim curiæ ſeculari etiam diſpoſitos
ſupplicio afficiendos tradit. *c. at ſi clerici, &c.*
cum non ab homine. de judic. Et quando facino-
roſos homines noxios aliis videt, Laicis pu-
niendos eos remittit, atque pro illis intercedit,
ne morte afficiantur, *c. novimus de verb. ſignif.*
omnes enim morimur, & delabimur in terram,
quæ non revertitur, nec vult Deus perire ani-
mam, ſed retractat, cogitans ne penitus pereat,
qui abiectus eſt, ut in hanc ſententiam pro vi-
ta conſervanda Abſaloni, qui fratricidium com-
miſerat, dicitur Regi Davidi, *libr. 2. Reg. cap.* 14.
Hincque communis omnium ferè Gentium ab 13
initio Rerumpublicarum, conſenſus capitales
& corporales pœnas vix & rarò recipiebat,
quantumvis grave ſcelus, ut homicidium,

commiſſum eſſet, ſed pecuniarias ſolummodò pœnas imponebat, ut liquet ex Legibus Salicis, Alemanicis, Saxonicis, Anglicis, Thuringorum, Burgundiorum, Francorum &c. de quibus *Petr.Gregor.Tholoſan.in ſyntagm.jur.univerſ libr.3.cap.3.num.*14.

14 Sed hæc obtinebant, quando homines levioribus pœnis caſtigari poterant, cùm probitas Leges reverebatur. At quando crevit improbitas & contumelia, opus fuit ſaltem pœnarum gravitate & mortis metu deterreri ſceleſtos. Veluti etiam ipſemet Deus, pacto renovato Nocho poſt diluvium, cùm pronos ad malum & ſanguinem fundendum vidiſſet homines, & ad delinquendum faciles, cœpit ſeveriùs Leges ponere, dixitque: Qui effuderit ſanguinem humanum fundetur ſanguis illius. *Gen. cap.* 9. Quam pœnam mortis poſtea Lege Moſaicâ ſæpiùs ſtatuit delictis, *Exod.* 19. 21. *Levit.* 20. *Numer.* 35. *Deut.* 22. ut ſic tàm de iure divino, quàm humano mortis pœna ſit approbata.

15 Etſi verò mors corporis una ſit, tamen ad
mortem diverſis viis pervenitur, quare & mor-
tis ſupplicia varia fuerunt antiquis; ut puta: *La-
pidatio*, dum lapidibus delinquentes obrue-
16 bantur. Quale ſupplicium ſuſtulit Lucius Cor-
nelius Cinna, qui ob nimiam crudelitatem à
militibus lapidibus fuit occiſus, ut refert ex *Plin.
Petr.Gregor.in ſyntagm.jur.libr.*31.*cap.*18.*num.*1.
Quod genus ſupplicii de iure divino fuit impo-
ſitum filiabus, in domo patris virginitatem ma-
17 culantibus. Et adulteris *Deut.* 22. *Iohan.* 8.
Blaſphemis, *Levit.* 24. 3. *Reg.* 21. *Actor.* 7. Cui
haud abſimilis eſt iaculorum confeſſio, quæ
coniungitur cum Lapidatione, in *Exod. cap.* 19.
ubi qui montem, in quem Dominus Moſi col-
locuturus deſcenderat, contigiſſet, lapidibus
opprimi aut iaculis confodi iubetur: Eaque et-
iamnum hodiè eſt pœna militaris, nam Rei
mortis in militia globulis peti & necari ſolent.

18 Alia fuit mortis pœna *Sectio per Serram*:
quam pœnam in Reos ſtatuiſſe Caligulam, au-
ctor eſt *Suetonius in Calig. cap.* 27. Vnde & *D.
Paulus* ſcribit *ad Hebra.c.*11. Ex fidelibus legem
19 Dei ſervantibus alios fuiſſe ſectos. Meminit
quoque ſacra ſcriptura pœnæ præcipitii: quan-
do quis ex loco ſuperiori ut moriatur, deturba-
tur. Quâ pœnâ fuit affecta impia Iezabel iuſ-
ſu Regis Iehu, 4. *Reg.* 9. Et Amaſias Rex, cùm
viciſſet filios Syri, decem millia capivorum ad-
duxit in præruptum Petræ, & iuſſit eos præci-
pitari de ſumo in præceps, qui univerſi crepue-
runt. 2. *Paralypom.* 25. *v.* 12. De quâ etiam loqui-
tur *Lucretius. lib.* 3.

Sed metus invita pœnarum pro malefactis
Eſt inſignibus, inſignis ſceleriq; luela,
Carcer & horribilis de ſaxo jactus eorum.

20 Fuit & quondam ſupplicium, quum quis veneno necabatur: ſed interdictum hodiè de iure civili Romano. *l. aut damnum*, 8. §. *proinde. ff. de pœn. Petr.Gregor.in ſyntagm.jur.libr.*31.*cap.*27.*n.*1.

21 Gravior autem & acerbior reliquis eſt *Excoriatio*: cujus mentionem faciunt ſacra Biblia, dum Antiochus iratus in Judæos, ſeptem unius matris filiis, & legis divinæ & patriæ fidelibus martyribus juſſit amputari linguam, manuum & pedum ſummitates, & cutem capiti detrahi, 2. *Maccab.* 7. Et ſcribit *Herodot. libr.* 5. Cambyſem Regem Perſarum interemiſſe Sicamnem, unum ex iudicibus, quod pecuniâ corruptus malè iudicaſſet, & interemto detractum corium in lora condidiſſe, quibus tribunal, in quo ille iudicaret, intendit, ibidemq; filium eius Otanem, ſedere iudicem præcepiſſe, atque in memoria habere, in quo iudicaret tribunali. Hancque ipſam pœnam innuunt verba *Prophetæ Micheæ* dicentis *cap.* 3. *Audite Principes Iacob. & Duces domus Iſrael: Numquid non veſtrum eſt ſcire judicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum, qui violenter tollitis pelles eorum deſuper eis, & carnes eorum deſuper oſſibus eorum? Qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum deſuper excoriaverunt, & oſſa eorum confregerunt.*

Non minus crudelis pœna erat *Mactatio*: ita enim Octavius Cæſar, captâ civitate Peruſia, quæ erat partium Antonii, trecentos ex dedititiis electos utriusq; ordinis, ad aram Julio ſtructam, idibus Martiis hoſtiarum more mactavit in pœnam defectionis. *Sueton. in Octav. cap.* 15. 22

Aliud quoque novum & crudele ſupplicii 23
genus fuit, quo uſi ſunt Pœni in Attilium Re-
gulum, qui eum in profundas tenebras claude-
bant, & diu poſt, ubi erat viſus Sol ardentiſſi-
mus, repente educebant, & adverſus ictus ſolis
oppoſitum tenebant, deductis atq; inſutis ſur-
ſum deorſumq; palpebris. *Gell. lib.* 6. *noct. attic c.*
4 Addit *D. Auguſtin. lib.* 1. *de Civit. Dei. c.* 15. & *Va-
ler. Max. lib.* 9. *c.* 2. incluſum anguſto ligno, ſeu
dolio vel armario, ubi ſtare cogeretur, clavis a-
cutiſſimis undiq; confixo, ut ſe in nullam eius
partem ſine pœnis atrociſſimis inclinaret, & ita
eum vigilando peremiſſe. Præterea & crudele 24
quoddam ſupplicium refert *Virgil. lib.* 7. *Æneid.*

Mortua quin etiam jungebat corpora vivis.
Componens manibusq; manus atque oribus ora
(Tormenti genus) & ſanie taboq; fluentes
Complexu in miſero, longâ ſic morte necabat.

Calliſtratus autem ICtus in *l. capitalium.* 28. 25
ff. de pœnis gradus capitalium pœnarum conſti-
tuens, refert vivi hominis concremationem,
capitis amputationem, & ad furcam damnatio-
nem. Quibus Marcellus ICtus addit *Beſtia-
rum objectionem* in *l. reſpiciendum.* 11. §. *fin. ff. de
pœn.* quæ nil aliud erat, quàm expoſitio homi-
nis, ut laniaretur à beſtiis, quod ut aliquando
facilius fieret, obiiciebatur Reus ligatus vel
furcâ ſuſpenſus. *Petr. Gregor. in ſyntagm. jur lib.*
31. *cap.* 20. Qualem pœnam Darius Rex Per-
ſarum & Medorum fertur ſtatuiſſe, in Deos a-
lienigenos adorantes, ut ſcilicet beſtiis &
leonibus lacu nutritis devorandi obiiceren-
tur, *Dan.* 6. Quod genus ſupplicii diverſum 26
fuit à damnatione ad beſtias: Etſi enim hoc
quoque ſupplicium vitam adimit, *l. ſi quis fi-
lio exhæredato.* 6. §. *irritum. verſ. Sed etſi quis ff.*

de injuſt. rupt. l. qui ultimo ſupplicio. 29. ff. de pœn.
longè tamen minus eſt beſtiarum obiectione.
l. quicunq; 8. ff. ad Leg. Corn. de falſ. Nam ſi quis
venationi aut pugnæ ferarum addictus fuiſſet,&
certationis diſcrimine pœnam luiſſet, culpæ &
alterius pœnæ vacuus erat, non ita ſi quis obje-
ctus feris fuiſſet. Siquidem qui vel aliqua arte,
27 vel fortuna intactus à feris remanſiſſet, alia pœ-
na vita privabatur. Norunt etenim Phyſici
quædam contra ferarum impetum amuleta,
quibus forſan ſe præmunire poterant objecti;
veluti ſi citrium malũ comediſſent, vel ſi chal-
cantho Vrſorum & Leonum ora aſperſiſſent,
cui tanta vis eſt adſtringendi, ut non queant
mordere, docente *Plin. lib. 34. c. 12.* Hinc legi-
mus apud *Cornel. Tacit. lib. 18. Annal.* Maricum
quendam è plebe Bojorum, qui Rebellionem
Galliarum juxta Æduos manu prava collecta
hominum conciraverat, captum & mox feris
objectum juſſu Vitellii, qua non violabatur, &
ideo à vulgo ſtolido inviolabilis credebatur,
ſpectante Vitellio interfectum. *Petr. Gregor. dict.
cap. 20.*

28 Horribilis quoque apud Saxones quondam
erat pœna uſu recepta adverſus matres, partus
ſuos interficientes, ut ſcilicet vivæ in terram
defoderentur, ſtipite peracuto per corpus
transfixo: cuius meminit *Matth. VVeſemb. in
paratit. ff. ad Leg. Pompei. De Parricid. nu. 5. verſ.
hodiè tamen.* Quod genus ſupplicii approbat Im-
per. Carol. V. Attamen quia in eo ob cruciatus
moram, deſperationis ſubeſt periculum, ma-
vult, huiusmodi infanticidas aquis ſuffocari, ſi
per eum locum profluens præterlabatur, in *Ord.*
29 *Crimin. artic.* 31. In verb. init. **Welche Weiber
ihre Kinder / ſo das Leben / oder Gliedmaß em-
pfangen haben / heimlicher / boßhafftiger / williger
Weiſe ertödten / die werden gewöhnlich lebendig
begraben / und gepfälet / Aber darinnen Ver-
zweiffelung zuverhüten / mögen dieſelbigen U-
belthäterin / in welchem Gerichte die Bequem-
ligkeit deß Waſſers darzu vorhanden iſt / erträn-
cket werden. Wo aber ſolches Ubel offt geſchehe /
wollen wir die gemeldte Gewonheit deß Gra-
bens und Pfälens um mehr Furcht willen ſolcher
boßhafftigen Weiber auch zulaſſen /** *&c. ubi Matth.
Steph. & Georg. Rem. in Nemeſ. Karul. dict. artic.*
131. Quò & verba *Sanction. Carol.* reſpiciunt in
artic. 192. **Lebendig vergraben und gepfälet wer-
den ſol.**

30 Sed miſſis hiſce, & id genus aliis ſuppliciis,
quæ ob atrocitatem & horribilitatem partim
in deſuetudinem abierunt, partim etiam à
Chriſtianis Magiſtratibus nunquam recepta
fuere; videbimus tantummodò ea, quæ mo-
ribus noſtris in Imperio Romano, ac impri-
mis in foro Saxonico adhuc vigent & practi-
31 cari ſolent: Vbi diſtinguenda ab invicem ſunt
omninò ipſa ſuppliciorum genera, & eorun-
“ dem accidentia ſive augmenta, quibus ſuppli-
“ cia illa ob delictorum atrocitatem accumulari
“ debent.

32 Quod ipſa ſuppliciorum genera mortem
“ afferentia attinet, horum moribus noſtris & im-
“ primis in Saxonia ſex diſtincta uſu ſunt rece-
pta, nempe: **Decollatio** ſeu capitis ampu-
tatio: Suſpendium: Rota: Suffocatio in aquis:
Combuſtio: & Diſſectio in quatuor partes; ul-
tra hæc nullum aliud reperiri poterit, quo cri-
mina in teris Saxonicis coerceri hactenus con-
ſueverint. 33

Primum genus ſupplicii eſt **Decollatio**, ſeu
capitis amputatio: quæ pleriſque in locis per-
ficitur gladio; unde & in ſpecie pœna gladii ap-
pellitatur, *l. pen. C. qui accuſ. non poſſ.* ubi dicitur:
*Quod ſi quis de familia ſervus vel filius Dominum
ſuum accuſaverit, ultore gladio feriatur. l. quisquis.
in pr. C. ad Leg. Iul. Majeſtat.* ubi habetur, quòd
committens crimen læſæ Majeſtatis gladio feri-
atur. Et in *l. 1. §. pen. ff. de deſertor.* quòd deſertor
ſeveritati judicis offeratur, mortem gladii ſub-
iturus. *§. lex Cornelia. Iuſt. de publ. judic.* ubi dici-
tur, Lege Cornelia de ſicariis homicidam ultore
ferro puniri, *§. alia Inſt. de publ. jud.* quòd parri-
cida neque igne, neque gladio puniatur, hoc eſt,
quòd puniatur pœna mortis naturalis, non cum
igne & gladio, ſed alio modo: In quibus texti-
bus gladii pœnam pro capitis amputatione ſeu
decollatione accipi, dubium eſſe nequit: pro-
ut alibi etiam ſic intelligi debet, ut *l. ejus qui,
ubi gloſſ. in verb. aut ferrum. ff. de teſtam. l. aut da-
mnum. §. 1. ff. de pœn. l. plagiarii in fin. C. de plagiar.
l. nemo. C. de malef. & math. l. 1. ff. de abigeis, l.
quamvis adulterij, C. ad Leg. Iul. de adult.* Hancq; 34
pœnam in Iſraelitica etiam politia uſitatam fu-
iſſe, ex Bibliorum ſacrorum lectione conſtat. 4.
Reg. 16. Matth. 14. Marc. 6. Et ſi crimen tàm im-
pium eſſet, quòd pœna exemplaris eſſe deberet,
cum capitis truncatione alia quoque membra
concidebantur, vel mortuis, vel vivis Reis, ut
probat hiſtoria Iudæ Machabæi, Principis Iudæ-
orũ, qui victoria potitus ope Dei, adverſus blaſ-
phemum Nicanorem, præcepit caput Nicano-
ris eiusq; manum cum humero abſcindi, & Hi-
eroſolymam deferri, ubi ſuſpendit caput in ſum-
ma arce, & linguam blaſphemam ejus præciſam
juſſit particulatim avibus dari, manum autem
contra templum ſuſpendi, 2. *Machab. c.* 15.

Q. 2. Quænam ſint genera pœnarũ mortis ſeu ultimi ſupplicii in foro Saxonico?

1. Decollatio

Quemadmodum autem præ reliquis præci-
pua hæc pœna eſſe videtur, quippe quæ partis 35
præcipuæ & nobilioris hominis, capitis nem-
pe amputationem, & ſedem animi præcipuam,
quæ in capite eſt, concernit. *Petr. Gregor. in ſyn-
tagm. iur. univerſ. lib. 31. cap. 16. nu.* 4. Ita omni-
um quoque pœnarum communiſſima ac fre-
quentiſſima ea eſt, quæ in crimine Homicidii,
Diffidationis, Blaſphemiæ, Violationis pacis
publicæ, læſæ Maieſtatis, Abortionis, Damni 36
per ſortilegium dati, Adulterii, Bigamiæ, Ince- „
ſtus inter parentes & liberos commiſſi, Leno- „
cinii, Stupri violenti, Periurii tertia vice reitera- „
ti, Veneris illicitæ cum hominibus contra natu-
ram exercitæ, Rapinæ, Plagii, &c. recepta eſt:
Eaque prædictorum criminum Rei non ſolùm
in Saxonia; ſed & pleriſque Germaniæ locis
puniuntur; Quæ ſi indicenda veniat, San-
ctio Carolina in hunc modum pronuncia-
ri jubet, *art.* 192. **Daß der Verbrecher mit
dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft wer-
den ſol.**

37 *2.Suſpendium.* Alterum ſupplicii genus eſt Suſpendium: Quod in Crucis patibulo olim exercebatur, & mors turpiſſima habebatur. Ac proinde de Domino Ieſu Chriſto, qui pro redemtione ſalutis mundi pependit in cruce *Matt.23.26.27. Luc.23 Actor.1.& 4.Ioh.19. Heb.6.* prædictum erat, futurum improborũ iudicium hunc ſermonem: Morte turpiſſima condemnemus eum. *Sap.2.* Qua pœna affecit Ioſua Principes idololatrarum *Ioſ.c.8 & 19.* Et David ſeptem natos ex genere Saulis, qui occiderat Gabaonitas, contra fœdus, ad placandum Dominum *2.Reg.c.21.* Quæ 38 pœna Crucifixionis atrociſſima fuit; Vita ſiquidem cum cruciatu affixionis membrorum cruci diutius trahebatur, & ſuffixi ita fame peribant, nullo in cruciatu ſubveniente. Vnde & mos erat aliquando, ſuſpenſorum in cruce frangi crura, ut mors acceleraretur eorum, *Ioh.19.nu.32.*

Eoque crucifixionis ſupplicio Romani ante adventum Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ante eius fidem agnitam uſi ſunt, ut meminit *Iuvenalis Satyr.13.* inquiens:

> – – – – – – – – – – *Multi*
> *Committunt eadem diverſo crimina fato,*
> *Ille crucem pretium ſceleris tulit, hic diadema.*

39 At poſtea ſuppliciis adempta fuit Crux, quia coli & venerari digna, in memoriam ſalutis, eius inſtrumento humano generi elargitæ, à ſummo Deo per unigeniti filii ſui redemptionẽ, & adorandam paſſionem, *l. decernimus 26. C. de Epiſcop. & Cler. §.1.de Monach.in Auth.* Neque enim crucis ſignum depingi vel ſculpi humi patiuntur, ne pedibus conculcare inſtrumentum ſanctæ crucis videantur. *L.un.C.Nemin.* 40 *lic.ſign.Chriſti ſalvat.* Surrogata eſt autem in eiusdem locum furca: Nam furcis bicornibus, vel triangularis ſtipitibus, vel arboribus ſuſpenduntur ſcelerati, neq; cruci, ut olim affliguntur membra, ſed laqueo ſuffocantur. Vnde & ſuſpendium hodie ſupplicium furcarum **der Galgen**/vulgò appellari ſolet, abrogato vocabulo crucifixionis, *l.capitalium ff.de pœn.* Vultq; Sanctio Carolina, ut qui furcæ adjudicatur, è furca publica laqueo, aut catena ſuſpendatur, & morte plectatur, *artic.192. Ord.Crim.verb.* **An dem Galgen mit dem Strang oder Ketten vom Leben** 41 **zum Tode gerichtet werden ſol.** Quod genus ſupplicii in nullo alio crimine quàm furto, moribus noſtris uſurpari conſuevit.

Tertium genus pœnarum eſt ſupplicium Ro- 42 *3.Rota.* tæ: in crimine Aſſaſſinii, Latrocinii, Parricidii, Veneficii, Sacrilegii, &c. communiter receptum; ubi crura & brachia Rei delinquèntis Rota contunduntur, eoque mortuo, cadaver poſtmodum Rotæ affigitur: Quod ſupplicium ob criminis atrocitatem ad excitandos & augendos dolores fuit excogitatum. Iuſtum namque viſum fuit Imp. Carolo V. in Ordinatione Criminali, multis caſibus hanc pœnam decernenti, in omnibus ferè membris Reos affli- 43 gi, & cruciatus ſentire. Quo genere ſupplicii antiquitus etiam Romani uſi fuere. Meminit enim *Ammian.Marcell.lib.14.hiſtor.* Appollinares duos patrem & filium ſub Gallo Cæſare in exilium actos, ad locum qui Crateras nomine, villam videlicet ſuam, quæ ab Antiochia viceſimo quarto disjungitur lapide, ut mandatum erat, fractis cruribus occiſos. Et ſcribit *Cicero in parneſi ad M.Matrem.* M.Mario Gratidiano juſſu Syllæ primum brachia & crura fracta, aures deinde præſectas & linguam, & naſum, oculos defoſſos, & poſtea caput detruncatum fuiſſe. *Petr Greg.in ſyntagm.jur.lib.31.cap.61.n.11.* Supplicium hoc Rotæ hiſce verbis dictare iubet *Sanctio Carolin.Crimin.dict.artic.192.* **Mit dem Rade** 44 **durch Zerſtoſſung ſeiner Glieder / vom Leben zum Tode gerichtet / und förter öffentlich darauff geleget werden ſoll.**

Quartus ſupplicii modus eſt Submerſio & 45 *4.Suffocatio in aquis.* ſuffocatio in aquis. Quam apud antiquos etiam uſitatam fuiſſe, probat exemplum Octavii Cæſaris, qui Pædagogum, miniſtroſque Caji filii, per occaſionem valetudinis, mortiſque eius ſuperbè avareque in provincia graſſantes, oneratos gravi pondere cervicibus præcipitavit in flumen, teſte *Sueton.in Octavian.cap.67.* Et Traianum omnes delatores navibus ſine velis & remis impoſitos, fluctuum miſericordiæ exponi juſſiſſe, refert *Plin.in 2.panegyr.ad Traianum.*

Etſi vero in pluribus criminibus, veluti In- 46 fanticidio, Veneficio, Furto &c. delinquentes ſexus muliebris hac pœna affici jubeat Sanctio Carolina, *art.130.131.& 159.* ac hiſce formalibus eas condemnari velit, **daß ſie mit dem Waſſer vom Leben zum Tode geſtrafft werden ſollen** / *art.192.Ord.Crim.* Attamen in Saxonia hodiernis 47 moribus in deſuetudinem abiit hæc pæna, quã unicum ſolummodo delictum, nempe parricidium, adverſus parentes, liberos & coniuges commiſſum, ob ſui atrocitatem & enormitatem retinuit, peculiari tamen ac ſeveriori quodam modo, ut ſcilicet Reus una cum Cane, vipera, ſimia vel loco iſtius fele, & gallo gallinaceo culeo inſutus, in mare vel flumen propinquum projiciatur, & aquis ſuffocetur, juxta ſanctionem *l.un.C.de his qui par.vel lib.occider.§.alia deinde.Inſtit.de publ.iudic.l.pen.ff.ad Leg.Pompei de parricid. Gloſſ.* **Landrecht**. *lib.2.art.14.verſ.* **Nun möchſtu ſagen**/quæ rationem huius pœnæ explicat, quam & tradunt, *Tib.*Dec.*in tract.crim.lib.9.cap.16.n.*11.12.13.14. *Ioh.Harppr.in* §.1.*Inſt.de publ.iudic.n.*18.*& alii.* Vid.ſupr.*p.*1.*quæſt.*8.*n.*8.*& ſeqq.*

Hocque ſupplicium in crimine Parricidii 48 etiamnum hodie practicari, rectiſſimè docet *Virgil.Pingitz.quæſt.44.nu.6.& ſeqq.Petr.Heig.part.2.quæſt.33.num.5. Matth.Coler.part.1.deciſ.157.num.1. Anton.Gomez.tom.3.variar.reſolut.cap.3.num.3.Matth Berlich.part.4.concluſ.6.num 6. Daniel.Moller.ad Conſtitut.Elect.3.part.4.nu.11.* Idque ipſum comprobat non modò practica quotidiana, ſed & manifeſta *Conſtitut.Electoral.Saxon.9.part.4.* jubens, ſi vel parentes liberos ſuos, vel liberi parentes, vel denique conjunx coniugem occidat, parricidas unà cum cane, ſimia, gallo gallinaceo & angue Culeo inſutos in fluvium conjectos ſuffocari. Pronunciantibus in hunc modum quoti-

die

diè Scabinis: So wird *N. N.* von wegen ſolcher ſeiner Verbrechung ſamt einem Hunde / Hahnen / Schlangen und einer Katzen / an ſtatt eines Affen / in einen Sack geſtecket / ins Waſſer geworffen / 49 und erträncket / V. R. W.

5. Combuſtio.

Quintum ſupplicii genus eſt combuſtio; Inter capitales pœnas maxima, *l. capitalium in pr. ff. de pœn.* Hodieque non niſi in delictis atrociſſimis recepta & uſitata; puta Incendio facto, crimine falſæ monetæ, pactionis cum Diabolo contractæ, Sodomiæ cum brutis commiſſæ. 50 Quod ſupplicium etiam aliis Nationib. antiquitus non fuit ignotum. Necabantur verò igne variis modis homines, ut dum in ollis æreis ſartagine ſuccenſis nudi vel excoriati torrebantur, ut Martyribus legitnr in Machabæis contigiſſe *2. Machab. 6.* Perillus vaccam ex ære conſtruxit, quam ad concremandos in ea hoſpites Phalaridi tyranno donavit, qui in eam primùm meritò tantæ crudelitatis conjecit artificem, *Plutarch. in paralell. c. 34.* Hinc canit *Ovidius 1. de art. amand.*

Et Phalaris tauro violentius membra Perilli
Torruit, infelix imbuit auctor opus.

Genus quoque crudele combuſtionis inventum ab Avidio Caſſio; ut à Vulcatio ſcriptum eſt, teſte *Petr. Greg. lib. 31. ſyntagm. c. 15. n. 4.* ad Auguſtum Diocletianum, is enim trabem ſeu ſtipitem octuaginta aut centum pedum è materia curabat deligi, tùm à ſummo uſque ad infimas partes noxios alligabat, eosque in altum erectos, incendit atque concremari volebat; ſic ut multos incendio, alios fumi cruciatu necaret. In fornacem etiam comburendos apud aliquas Nationes miſſos fuiſſe Reos, patet ex hiſtoria *Dan. c. 3.*

51 Hodiernis moribus, Rei exurendi catervæ ligni imponuntur, & vivi concremantur, atque in cineres rediguntur: prout verba monſtrant juris Saxonici *art. 13. lib. 2.* Landr. Ibi: Sol man auff einer Hurden brennen / *&c.* Ideoq; Imp. Carol. V. ſententiam condemnatoriam ſimpliciter formari vult, non expreſſo modo comburendi, *art. 192. Ord. Crim.* verb. Mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden ſol: Quæ formalia ſententiis ſuis etiamnum hodiè inſerere ſolent Domini Scabini ſupplicium ignis dictantes, in hunc modum: So möchte *N. N.* ſeiner begangenen und bekandten Verbrechung wegen / mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtraffet und hingerichtet werden.

52 6. Diſſectio Rei in quatuor partes.

Sextum denique ultimi ſupplicii genus eſt Diſſectio Rei in quatuor partes, vulgò die Viertheilung: Quod omnium ſeveriſſimum eſt, & non niſi in crimine læſæ Majeſtatis exerceri ſolet: Rei namque huius criminis in quatuor partes diſſecantur, atque ad mortem mulctantur, ac poſtea partes cadaveris ſingulæ ſingulis in viis publicis ſuſpenduntur, & defiguntur: De quo ſupplicio ita loquitur Ordinatio Criminalis Imper. Caroli V. in *artic. 192.* Durch ſeinen gantzen Leib in vier Stücken zerſchnitten / und zerhauen / und alſo zum Tode geſtrafft werden ſol / und ſollen ſolche Viertheil auff gemeine vier Wegſtraſſen öffentlich gehangen / und geſtecket werden.

53 Sed rariſſimum hoc ſupplicium eſt, quo nefandiſſimi ac ſceleratiſſimi homines, adverſus perſonam Imperatoriæ Majeſtatis vel Principes Electores, manu ſuâ delinquentes ſolùm coercentur. Etſi enim plurimis adhuc aliis modis committatur crimen læſæ Majeſtatis; iſtud tamen hoc ſupplicio neutiquam coercetur: ſed pœna tantummodo gladii, aliavè mitiori arbitraria punitur. *l. 5. C. ad Leg. Iul. Majeſt. l. 40.* 54 *junct. l. eorum 24. ff. de pœn. Henr. Boc. in tract. de crim. læſæ majeſt. c. 3. n. 109. Ant. Capyc. dec. 130. n. 20.* ubi dicit, quod eſſe quis poſſit in crimine læſæ Majeſt. qui Relegatione ſolùm puniatur.

55 Hæcque ipſa ultimorum ſuppliciorum genera ſunt Imperio Romano Germanico & foro Saxonico recepta & uſitata, quæ, præterquam quòd mortem afferant, & delinquentes è medio tollant, ſeveriore aliquo reatu quandoque acumulari ſolent, quod fit, ſi vel inſignis criminis atrocitas punienda veniat, aut plura maleficia concurrant, vel ſi unum idemque delictum ſæpiùs reiteratum fuerit. 56 Sicuti enim crimina indifferenter æqualia non ſunt; ita nec ſupplicia paria adhiberi, ſed quandoque ex graviori quodam reatu augeri debent; quemadmodum etiam ob pluralitatem & reiterationem delictorum pœna exaſperanda eſt *l. 3. C. de Epiſc. audient. l. capitalium. §. ſolent. & §. graſſatores ff. de pœn. l. 3. verſ. ſi plures. ff. de re militar. l. ſervos. C. ad Leg. Iul. de vi publ. l. 1. ff. de jur. patron. l. quicunque C. de ſerv. fugit Proſper. Farin. in prax. crim. libr. 1. tit. 3. quæſt. 23. num. 1. Hippolyt. de Marſil. ſingul. 378. num. 3. & in l. 1. §. quæſt. num. 2. & ſeqq ff. de quæſt. Iul. Clar. in pract. § ult. quæſt. 21. verſ. fama ſola.* Quâ in re multum judicis arbitrio tribuendum eſt, qui ponderatis & perpenſis cuiusq; delicti circumſtantiis, num pœna mortis exaſperari debeat, nec ne, pronunciare ſolet. Quod obſervatis iis, quæ in partibus duabus præcedentibus de pœnis delictorum pleniſſimè dicta fuere, facilimè facere poterit.

57 *Q. 3. Quibus modis pœna mortis aggraventur.*

Augmenta antem ſive accidentia, quibus in Imperio Romano-Germanico, & inprimis in foro Saxonico pœnæ ultimi ſupplicii acumulari & aggravari ſolent, quatuor invenio. Primum augmentum eſt Impoſitio trahæ, die Schleiffung: Quando nempe Reus ad pœnam aliquam mortis condemnatus, trahæ impoſitus & illigatus ad locum ſupplicii pertrahitur.

58 *1. Impoſitio trahæ.*

Reus namque corio impoſitus ab equo per vias & plateas ad locum ſupplicii vi quaſi rapitur; quod absque ingenti cruciatu omnium membrorum fieri nequit. Quod pœnæ augmentum ſi practicandum veniat, Imp. Carol. V. certam pronunciandi formulam præſcribit in *art. 193. Ord. Crim.* Wodurch dieſe vorgemeldte endliche Urtheil / einer zum Tode erkandt / beſchloſſen würde / daß der Ubelthäter an die Richtſtatt geſchleiffet werden ſol / ſo ſollen die nachfolgenden Wörtlein an der andern Urtheil / wie obſtehet / auch hangen / alſo lautend: Und ſoll darzu auff die Richtſtatt durch die unvernünfftige Thiere geſchleiffet werden.

59 Imprimis verò in foro Saxonico huic ſupplicio locus datur, ſi Parricidium in fratres, ſorores, alioſve ſanguine aut affinitate coniunctos commiſſum fuerit; quo caſu Reum trahæ illigatum, & ad locum ſupplicii raptatum gladio puniri iubet *Conſt. Elect.* 3 *part*.4. §. *ult*. Ibi: **Wann aber an Brüdern/ Schweſtern/ oder auch andern nahen Blutsfreunden/ oder nahen verwandten Schwägern/ unter welchem Vermöge Göttlicher Schrifft/ wegen der Blutsfreundſchafft/ oder Schwägerſchafft/ keine Ehe kan vollnzogen werden/ ſolcher Mord fürſetzlichen geſchicht/ ſo ſol der Thäter zu der Feymſtatt geſchleiffet/ und folgends mit dem Schwerd vom Leben zum Tode/ wegen ſolcher ſeiner Mißhandlung/ gerichtet werden.** Idemq; aſſerendum in crimine Veneficii & Latrocinii; prout patet ex *art*. 130. *&* 137. *Ord. Crim*.

60
2. Impoſitio cadaveru Rota.

Secundum augmentum ſeu modus exaſperationis ultimi ſupplicii eſt Impoſitio Cadaveris Rotæ: Vſu enim in terris Saxonicis introductum fuit, ut crimine perpetrato, quod aliàs gladio puniri debet, ob eiusdem enormitatem poſt factam executionem, cadaver Rei affigitur Rotæ: pronunciantibus ita Scabinis Lipſenſibus: **So mag N. N. ſeiner Verbrechung wegen/ mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft/ und nach vollbrachter** Execution, **der Cörper uff ein Rad geleget und geflochten werden/ V. R. W.** 61 Quo modo regulariter pœna gladii exaſperari ſolet in Crimine Rapinæ, & homicidii ex propoſito & animo deliberato commiſſi, aliiſve caſibus, quibus pœnam gladii ita aggravandam eſſe, circumſtantiæ occurrentes ſuadent.

62 Etſi enim per augmentum hocce ſupplicii, dolores & cruciatus corporis non accumulentur; ipſa tamen pœna inde haud parum aggravatur: quippe quòd Reus hoc modo ſepulturâ privetur, quod ipſum vel ſolùm pœnæ loco eſſe poteſt. De quo minus dubitandum, ſi quis Leges Romanorum inſpexerit, quib. cautum reperitur: Parentes in calamitatibus relinquentes inſepulti abiiciantur. Homicidæ inſepulti abiiciantur. Vnde pœnæ locum habitum fuiſſe, ſepulturâ poſt mortem aliquem privari, ambigendum prorſus non eſt. *Petr. Greg. in ſyntagm. jur. lib*.31.*cap*.27.*n*.10. Quò & reſpicit illud, quod Deus in Prophetam, contra præceptum ei datum revertentem & manducantem ſtatuit, quòd non inferretur eius cadaver in ſepulchrum patrum eius, 3.*Reg*. 13.

63
2. Aduſtio forcipum candentiũ

Tertium augmentum ultimi ſupplicii eſt Aduſtio forcipum candẽtium: **Das Reiſſen mit glüenden Zangen**: Etenim ſi crimen tam atrox fuerit commiſſum, ut pœna ſimplex Rotæ iſtius coercitioni ſufficere videatur, addi ſolet hoc pœnæ augmentum; ut Reus Rotæ jam contundendus, dum vehiculo impoſitus ad deſtinatum executioni peragendæ locum ducitur, forcipib. candentib. aduratur, *Ord. Crim. art*. 194. *verb*: **Und ſol darzu vor der endlichen Tödung öffentlich auff einem Wagen/ biß zu der Richtſtatt umgeführet/ und der Leib mit glüenden Zangen geriſſen werden.**

Hocque modo pœna Veneficii ac Latrocinii, ut plurimùm exaſperatur, non ſolum ſi qualitas perſonæ interemtæ aliæque circumſtantiæ 64 hunc rigorem poſtulaverint; ſed ſi & crimina hæc ſæpius reiterata fuerint, prout patet ex *Ord. Crim. art*. 130. verb: **Doch zu mehrer Furcht andern/ ſollen ſolche boßhafftige Mißthätige Perſonen vor der endlichen Todesſtraff geſchleifft/ oder etliche Griff in ihre Leiber mit glüenden Zangen gegeben werden/** *&c.* Et *art*. 137. verb. **Und man mag in fürgeſetztem Mord/ ſo der an hohen trefflichen Perſonen deß Thäters eigen Herrn/ zwiſchen Eheleuten/ oder nahen geſipten Freunden geſchicht/ durch etliche Leibſtraff/ als mit Zangenreiſſen oder Außſchleiffung vor der endlichen Tötung/ um groſſer Furcht willen/ die Straff mehren.** Vid ſuprà *p*. 1. *q*. 23. ubi & dixi, quoties aduſtio forcipum candentium fieri ac repeti debeat.

Similiter & in crimine infanticidii hoc pœnæ augmentum non infrequens eſt; 65 quando ſcilicet ſæpiùs iſtud delictum reiteratum fuit juxta *Ord. Crim. art*. 131. *in fin. pr.* Quâ de re etiam manifeſta extat *Conſtitutio Elect*. 3 *part*. 4. In verb: **Und wofern das Kinder umbringen mehr denn einmal von der verbrechenden Perſon geſchehen/ ſo ſollen derſelben ſo viel Zangenriß als viel ſie Kinder umgebracht/ neben obgedachter Straffe zuerkandt werden.**

66
4. Contuſio Rotæ, qua prius crura & brachia frangũtur. rädern von unten auf.

Quartum denique augmentum ſolius Rotæ ſupplicii proprium eſt, iſtudque haud parum aggravat, & dolores atque cruciatus accumulat, ſi nempe Rei crura & brachia Rotâ frangantur, antequam caput vel cor ipſum contundatur, quòd vulgò appellari ſolet, **Von unten auff rädern**, Etenim pœnâ Rotæ ſimpliciter indictâ, regulariter primo ictu Rotæ caput vel cervix delinquentis concutitur, quo cruciatus abbrevientur, & mors Rei acceleretur. 67 Quare ſi delicti perpetrati enormitas graviores cruciatus ſeverioremque pœnam requirat, in tantum ſupplicium Rotæ exaſperari poteſt, ut initium iſtius fiat à contuſione membrorum, antequã ipſum caput vel cor, in quo vitæ & animæ ſedes eſt, petatur, quo medio dolores & cruciatus multum aggravari, nemo negare poteſt.

68 *Veluti etiam Scabini ob enormitatem criminis hoc augmentum ſupplicio Rotæ quandoque addere ſolent in hunc modum reſpondẽtes*: **So möchte er wegen ſolcher Verbrechung/ mit dem Rade/ jedoch/ wenn zuvor jhme damit die Glieder/ nemlich die Schenckel und Arm/ von unten auff zerſtoſſen/ vom Leben zum Tode gerichtet und geſtraffet werden/ V. R. W.** *Prout reſponderunt Domini ad requiſitionem Prætoris & Scabinorum Freibergenſium, Menſ. April. Anno* 1616.

69 *Vel etiam hiſce formalibus*: **So möchte** *Inquiſit* **mit dem Rade von unten auff zerſtoſſen/ und alſo vom Leben zum Tode geſtrafft und hingerichtet/ und nach vollbrachter** *Execution*, **der Cörper/ andern zum Abſcheu/ aufs Rad geleget ũd geflochten werden/ V. R. W.** *DD. Commiſſariis Electoralib.* Dreſdenſib. *Menſ. Iannar. Anno* 1620.

Senatui Magdeburgenſi, Menſ. April An. 1628. 70

QVÆ-

QVÆSTIO CXXIX.

De variis pœnarum Corporis afflictivarum generibus.

SVMMARIA.

1. *Pœna capitalis quænam dicatur.*
2. *Propriè & in foro Saxonico pœna capitalis eſt mortis ſupplicium. n. 3.*
4. *Variæ quondam fuerunt pœnæ corporis afflictivæ Romanis uſitatæ. n. 5. 6. 12.*
7. *Pœna metalli & operis metalli, quomodo differant?*
8. *Triremium pœna ſurrogata eſt in locum pœnæ damnationis in metallum.*
9. *Pœna ſtigmatum qualis fuerit, n. 16.*
11. *Supplicium pro furto nautis in Gallia impoſitum.*
13. *Pœnæ corporis afflictivæ in foro Saxonico uſu receptæ.*
14. *Fuſtigatio pœna eſt corporis afflictiva, n. 15. 16.*
17. *Et adiuncta eſt ſemper perpetua relegatio, n. 18. 20.*
19. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
21. *Quare fuſtigationem ſemper ſequatur Relegatio?*
22. *Fuſtigatio quandoq; ſeverior, quandoque mitior eſt, n. 23. 24.*
25. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
26. *Quandoque ex iuſta cauſa fuſtigatio mutatur in privatam caſtigationem, quæ virgis in carcere fieri ſolet.*
27. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
28. *Abſciſſio duorum digitorum pœna eſt corporis afflictiva.*
29. *Quib. in caſib. hæc pœna habeat locum, n. 30. 31.*
32. *Manus amputatio pœna quoq; eſt corporis afflictiva.*
33. *Etiamnum hodie uſitata.*
34. *Semper hæc pœna coniunctam habet perpetuam relegationem.*
35. *Manus debilior amputari debet, qua Reus facilius carere poteſt.*
36. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
37. *Quid, ſi Reus non niſi manum unicam habeat?*
38. *Manus amputatio videtur levior pœna fuſtigatione.*
39. *Tratto di corda pœna corporis afflictiva, n. 40.*
41. *Damnatio ad Metallum, Triremes, aliudve opus publicum, n. 42.*
43. *Pœna amputationis membri in ſententia poſita de quonam membro accipi debeat, n. 44. 45. 46. 47. 48.*
49. *Præter pœnas prædictas corporales, in foro Saxonico nullum aliud reperitur ſupplicium corporis afflictivum.*
50. *Numellæ an referantur inter pœnas corporis afflictivas? n. 51. 52. 53.*

DE variis ultimi ſupplicii mortisque pœnarum generibus dixi *quæſtion. præcedenti*, ultra quæ adhuc alia extant ſupplicia, corporis quidem afflictiva, ſed mortem non afferentia, quæ in ſpecie dicuntur ſupplicia corporis afflictiva 1 non capitalia: Etſi enim me non lateat vocabuli huius vis & efficacia, in jure civili expreſſa, quæ non minus amiſſionem libertatis aut civitatis, ac vitæ ipſius ademtionem denotat; *l. rei capitalis. 2. ſi quis 6. §. ult. l. capitalium 28. in pr. ff. de pœn. §. publicorum. 2. Inſt. de publ. iudic. l. ſed etſi 4. ff. ſi quis caut. in iud. ſiſt. cauſ. l. edicto 13. ff. de* 2 *bonor. poſſeſſ. l. 14. §. is demum 3. ff. de bon. libert.* Attamen propriè & ſtrictè loquendo pœna capitalis non eſt, niſi quæ mortem naturalem & vitæ ademptionem importat ſecundum, *Gloſſ. in l. tranſigere verb. Capitali. C. de tranſact. Caſp. Valaſc. in repet. l. imperium. numer. 99. ff. de iuriſdict. omn. iud. Proſp. Farin. in prax.* 3 *crimin. lib. 1. tit. 3. quæſt. 19. num. 2.* Quam notationem nominis maximè probat obſervantia fori Saxonici, ubi ea ſolùm dicitur pœna capitalis, quæ vitam hominis adimit, *Matth. VVeſembec. in paratit. ff. de quæſt. n. 5. verſ. præſertim jure Saxon. Daniel. Moller. ad Conſtit. Elect. 1. num. 15. part. 4.* Hocque ipſum ſecundum genus pœnarum eſt in foro Saxonico, earum ſcilicet, quæ capitales non ſunt, ſed tantummodò corporis afflictivæ, de quibus hoc loco diſpiciendum.

Nolo autem referre quaſcunque ac ſingulas 4 pœnarum corporis afflictivarum ſpecies, Romanis aliisq; gentibus uſitatas, puta damnum, vincula, verbera, talionem, &c. inter quas haud minimum fuit ſupplicium Damnatio in metallum; vel in opus aliud publicum. *l. aut damnum.* 5 *8. § 4. & 6. l. ſunt quidã 17. in pr. l. 28. in pr. l. in metallum 36 ff. de pœn. l. ſi in metallum 3. ff. de his quæ pro non ſcript. l. in metall. 12. ff. de iur. fiſc. l. 1. §. ult. ff. de honor. poſſ. cont. tabul.* Quæ tamen pœnæ, nem- 6 pe metalli & damnatio in publicum opus invicem diſtinguebantur: Nam metallorum opus publicum quidem erat, ſed gravius & durius, quàm alia opera publica. *Proſp. Far. in prax. crim. lib. 1, tit. 3. q. 19. n. 14.* Ad opus ſiquidem metalli pertinebant etiam calcaria, ubi calx coquenda vel excavanda. & ſulphuraria, *l. aut damn. 8. §. in Calcar. ff. de pœn.* fodina Sulphuris &c. *Petr. Greg. in Syntagm. iur. univerſ. lib. 31. c. 36. n. 2.* Aliter ve- 7 rò diſtinguit ICtus Vlpian. inter pœnam metalli operis metalli, & miniſterii metallicorum, differentiam tantum ponens in vinculis: quòd qui in metallum damnantur, gravioribus premãtur vinculis; qui in opus metalli levioribus; in miniſterium verò illi illæve damnantur, qui iſtis ſerviunt: quales ſunt perſonæ, quæ ut ſerviant metallicis, in tempus vel in perpetuum adjudicantur

8 cantur, in quod & fœminæ damnari ſolebant, ut in ſalinas, id eſt, ad præſtandas operas ſalinis, *d. l. aut damn.* 8. *§. inter eos. & §. in miniſterium ff. de pœn.* Cumq; poſtea pœna damnationis in metallum ab uſu receſſerit, nulla ei viſa fuit ſimilior, quàm pæna Triremium, in quibus damnati ad remigandum tenentur vinculis graviſſimis atque catenis, ideoque eius loco pænam triremium ſucceſſiſſe, communiter teſtantur *Dd.* ut videre eſt apud *Proſp. Far. d. q. nu.* 14. *Foller. in pract. crim. verb. Pœnis debitis feriantur. no* 46. *Iul. Clar. in pract. §. ult. q.* 67. *verſ. item damnatio ad metallum. & quæſt.* 70. *verſ. frequens eſt etiam. Gram. deciſ.* 32. *nu.* 4. *&* 5.

9 Quò & referri poteſt pæna Stigmatum, quâ veteres utebantur. *Iul. Clar. d. quæſt.* 70. *in princip.* Erant autem ſtigmata notæ, quæ inurebantur delinquentibus, ut conſtaret per ſigna, eos fuiſſe Criminum Reos. *Petr. Greg. in Syntagm. jur. lib.* 31. *cap.* 34. Nam ſtigmata per ſe ſignum referunt: quæ nec perpetuò ob crimina, ſed & ob alia iudicanda inurebantur; Veluti Hydrophylacas, aquarum videlicet publici cuſtodes, aquæ ductuum Vrbis Regiæ, in manibus ſigno Imperatoris notabantur, ut manifeſti eſſent omnibus, & ita ab uſu, cui deputabantur, non avellerentur, nec angariarum, vel operarum nomine tenerentur. *l. pen. C. de aquæduct. lib.* 11. Pariter in fabricenſibus ſtatutum erat ab Arcadio Cæſare, illorum brachiis ſtigma, hoc eſt, notam publicam infigi, *l.* 3. *C. de fabricenſ. lib.* 11. ut
10 latitantes hoc modo ſaltem dignoſci poſſent. Adeoque inuſtio ſtigmatum pro pæna non fuit habita, niſi quãdo delinquens propterea fuit notatus ſigno, ut de crimine ab ipſo perpetrato conſtare poſſet: Quæ tamen pæna poſtea fuit ſublata per *l. ſi quis in metallum. C. de pœn. Iul. Clar. dict. quæſt.* 70. *nu.* 1.

11 Tale quoq; videtur eſſe ſupplicium pro furto nautis in Gallia impoſitum, cum quis multoties ſublevatus poſteriori parte corporis ad malum navis vel aliud lignum adigitur, *Tholoſ. d. lib.* 31. *ſyntagm. c.* 37. *nu.* 6. Vbi & illud Tholoſæ in blaſphemis puniendis, frequens eſſe dicit, ut caveâ incluſi ſæpiùs aquæ immergantur, veluti apud nautas funi alligatus in mare proiicitur, & ſubtus navim raptatus atque ſublatus denuo
12 ſubmergitur. *Thol. dict. loc. nu.* 8. Novam etiam inuſitatam pænam introduxit Conſtantinus Cæſar, quando iuſſit, Lenoni, qui perſuaſit raptori conſentire, liquido plumbo meatus oris claudi. *l.* 1. *C. de raptor. virgin. Gloſſ. in cap. Theodoſ. Petr. Gregor. dict. cap.* 37. *nu.* 4. Ac ſanè, quod apud diverſas gentes, aliiſque in terris & Regionibus, varia eiuſmodi ſupplicia corporis afflictiva adinventa ac uſu introducta fuerint, negare nequeunt ii, quibus mores Regionum
13 atque Statuta populorum variorum nota ſunt.

Q. 3. Quanam pœna corporis afflictiva in terris Saxonicis uſu recepta ſint?

Sed miſſis iis, indicare tantummodo lubet pænas corporis afflictivas, hiſce in terris ac morib. Saxonicis uſitatas, quarum numero quinque habentur: *Fuſtigatio: Digitorum abſciſſio: Manus amputatio: Extenſio membrorum: Et condemnatio ad opus aliquod publicum.*

Fuſtigatio

Prima pæna corporis afflictiva eſt
14 Fuſtigatio, der Staupenſchlag: quando delinquens per vias & plateas oppidi aut pagi alicuius virgis cæditur: Quod genus ſupplicii hodiè frequentiſſimum & communiſſimum eſt, ac ſimul grande & atrox, non ſolùm propter gravem, quam infert, infamiam: cum non niſi pro turpibus & infamatoriis delictis irrogari ſoleat, *arg. l. ictus fuſtium ff. de his qui notant. infam.* ſed & quòd maximos & ingentes dolores ac cruciatus corpori inferat. *Proſp. Far. in prax. crim. lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 19. *num.* 29.

15 Etſi verò hæc pœna capitalis non ſit, ne quidem de jure civili, ut patet ex *l.* 2. *ff. de publ. judic. l.* 2. *l. capitalium.* 28 *ff. de pœn. l.* 4. *in pr. ff. ſi quis caution. l.* 6. *§.* 6. *ff. de iniuſt. rupt. Ioh. Gœd. de contr. ſtipulat. c.* 6. *concluſ.* 12. *nu.* 134. *Iacob. Menoch de arbitr. judic. quæſt lib.* 1. *quæſt.* 86. *nu.* 15. *Iul. Clar. in pract. §. ult. q.* 70. *nu.* 2. *Petr. Theod. in Colleg. crim. diſp.* 19. *th* 2. *lit. B.* Attamen quin corporalis ſit ſeu corporis afflictiva, ambigendum prorſus non eſt, & ſatis hoc experiuntur delinquentes quorum corpora per hanc pœnã haud abſque ingenti dolore lacerantur. *Proſp. Farin. d. quæſt.* 19. *n.* 26. Quod & diſertè probat Sanctio
16 Carolina Criminal. *art.* 169. *in pr.* So eine Perſon durch unzweiffeliche endliche überwindung/ die auch nach laut dieſer unſer Ordnung/ geſchehen/ an jhrem Leibe/ oder Gliedern peinlich geſtrafft werden ſol/ daß ſie dennoch beym Leben bleiben möge *&c. Iunct. verb. art.* 198. öffentlich an Pranger geſtellet/ und förder mit Ruthen außgehauen/ auch deß Landes biß auff kundliche Erlaubung der Obrigkeit verwieſen werden ſol. *ubi Matth. Steph.* Fuſtigationem inde dictam refert, quia olim liberi homines fuſtibus corrigebantur ex eod. crimine, quo ſervi flagris, loris, flagellis, quæ verbera dicebantur ſervilia. *l.* 12. *ff. de jur. fiſci l.* 7. *§.* 2 *ff. de iniur. l.* 28. *§.* 2. *ff. de pœn.*

Circa hanc Fuſtigationis pœnam notandum
17 *Primò*: Ei ſemper adiunctam eſſe perpetuum exilium. Neque enim virgis publicè cœditur ac fuſtigatur, qui non ſimul relegatione perpetua puniatur; quæ neceſſarium verè adiunctum, & conſequens eſt fuſtigationis, ac pars quædam pœnæ ipſius: Vnde fit, quòd in pœnalibus Conſtitutionibus ut plurimum fuſtigationi addatur verbis expreſſis perpetua relegatio, ut in *Ordin. Crimin. art.* 158. Mit Ruthen außgehauen/ und das Land verbotten/ *&c. artic.* 198. Mit Ruthen außgehauen/ auch deß Landes verwieſen werden ſol/ *&c. Conſtit. Elector.* 13. *pag.* 4. verb. Mit Abhauung der Hand oder Staupenſchlagen deß Landes ewig verwieſen werden ſollen. *Conſtit.* 16. verb. Mit oder ohne Staupenſchlagen zuverweiſen ſeyn ſol. *Conſt.* 18. verb. Ewige 18
Verweiſung mit Staupenſchlagung *Conſt.* 19. *verb.* Mit Staupenſchlagen ewig verwieſen. *Conſt.* 22. Ibi: Mit Staupenſchlagen unſers Landes ewig verwieſen werden. Quæ verba itid. habentur, in *Conſt. El.* 24. 25. 26. 28. 29. 21. 32. 33. 35. 40. 41. 42. 45. *d p.* 4. Quin etſi in quibusdã Conſtitutionibus fuſtigationis tantummodo fiat mentio, perpetuum tamen exilium ſemper ſubintelligi debere, non minus ac ſi verbis diſertis, hoc expreſſum fuiſſet, certo certius eſt: & in practica fori Saxon. hactenus hoc ita fuit obſer-

vatum Quod & perpetua pronunciandi formula in Elect. Saxon. Scabin. uſu recepta ſatis comprobat.

19 So wird *Inquiſit* wegen ſolcher ſeiner Verbrechung/ mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billig verwieſen. *Vel*: So wird *Inquiſit* derowegen öffentlichen zur Staupen geſchlagen / und nach außgeſtandener Leibesſtraff deß Landes ewig billich verwieſen/ V. R. W.

20 Nec obſtat , quòd hâc ratione delinquens
duplici ac diverſâ pœnâ, criminali atque civili
ſimul coerceatur: quod abſurdum alicui videri
poſſit. *l. ſancimus. C. de pœn. c. ſicut dignum ext.*
de homicid. c. ut clericorum. de vit. & honeſt. cleri-
cor. Siquidem Relegatio hoc loco pro diverſâ
ac diſtincta aliqua pœna neutiquam habetur,
ſed pars eſt pœnæ fuſtigationis, quæ perpetuam
Relegationem ſemper ſibi conjunctam habet:
Tùm: quòd crimina pro quibus fuſtigatio infli-
21 gitur, ſola corporis coercitione abſque miſſio-
ne in exilium, ceu reatu in perpetuum duratu-
ro, non ſatis ac ſufficienter puniri viſum fuit.
Tùm, ut provincia malis ac facinoroſis homini-
bus purgaretur , quorum vel ſola converſatio
ſcandalum eſſet præbitura, *arg. l.* 13. *ff. de offic.*
Præſid.

22 *Deinde*, licet concedendum ſit, fuſtigationis
gradus non dari, Vnde & indifferenter ac ſim-
pliciter pœnam hanc indicere ſolent Scabini,
attamen quin judici fas ſit, pro ratione circum-
ſtantiarum, criminiſque qualitate, vel ſeveri-
orem vel mitiorem fuſtigationem per carnifi-
cem infligi facere Reo, ambigendum non eſt;
23 Caveat tamen judex, ne modum rigoris exce-
dat, tantamque adhibeat ſeveritatem, quæ vitâ
prorſus Reum privare queat, contrà intentio-
nem Imper. Caroli V. qui circa mortem delin-
quentem fuſtigatione puniri vult: ut patet ex
verbis *art.* 196. *Ord. Crim.* Welche Perſon an
jhrem Leibe oder Gliedern peinlich geſtrafft werden
ſol/ daß ſie dennoch bey dem Leben bleiben möge/
&c.

24 Quin & ſi Reus infirmus ac debilis ſit, ut abſque detrimento vitæ aut ſanitatis ſeveritatem pœnæ ſuſtinere nequeat, ſatius eſſet modicam Reo infligere fuſtigationem, quàm per indirectum vita eum privare. Vndè & fit, quòd Domini Scabini adverſus fœminam infantem lactantem pœnam fuſtigationis decernentes, eam ſic mitigari jubeant, ne inde infanti alimentatio detrahatur, in hunc ferè modum reſpondentes.

25 So wird die gefangene von wegen ſolcher Verbrechung / mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billich verwieſen/ Aber gleichwol dieſe Leibesſtraff an jhr dermaſſen vollſtrecket/ damit jhrem Kinde / wofern ſie es ſelbſten ſtillet/ an ſeiner Nahrung kein Abbruch geſchehen möge/ V. R. W.

26 *Tertiò*: Obſervandum & hoc eſt, quòd ex juſtâ & rationabili cauſa pœna fuſtigationis mitigari, & in caſtigationem, quæ privatim in carcere virgis fieri ſolet, mitigari poſſit. Accidit enim ſæpiùs, ut judices Reos delinquentes per lictorem ſive Magiſtrum carceris, vulgò Stockmeiſter/ in carcere virgis coerceri, ac poſtmodum relegari faciant, præſertim ſi Rei ſint minorennes & impuberes, de quibus ſpes emendationis exiſtit, qui etiam abſque relegatione quandoque taliter coercentur: Ac ſane ſi ex cauſa ſufficienti, fuſtigationis pœna planè remitti poteſt, relictâ ſolummodò pœnâ Relegationis perpetuæ: uti quotidiè hoc practicari videmus, certè qnin mitigari, & in pœnam leviorem mutari poſſit, minus dubium eſſe videtur.

27 *Veluti in Electorali Saxon. Scabinatu ſæpius ita pronunciatum memini*: So wird er nach geſtalt ſeiner Verbrechung im Gefängnüß / mit Ruthen billig gezüchtiget/ und hernacher deß Landes ewig verwieſen. *Iudici Præfecturæ in* Auerbach *Menſ. Febr. Anno* 1595.
Quæſtori Henburgenſi. Menſe Septembr. Anno 1625.
Conſiliariis Dom. Comitis in Sonnewalda *Menſ. Mart. Anno.* 1626.
Quæſtori VVurtzenſi. Menſe Febr. Anno 1604.
Chriſtiano à Gräffendorff. *Menſ. Ianuar. Anno* 1629.

28 Altera pœna Corporis afflictiva in perjuros eſt ſtatuta, Abſciſſio nempe duorum digitorum, quibus erectis juramentum fuit præſtitum. De qua pœna agit. *Ordin. Crim. art.* 107. *&* 108. *Conſt. Elect.* 48. *in pr. part.* 4. Quæ tamen pœna non niſi in caſibus duobus obtinet.

2. Abſciſſio duorũ digitorum.

29 *Primò*, quando quis in judicio juramento à judice delato, conceptis verbis pecuniæ nomine, vel lucri alterius gratiâ, quò id ſuum in commodum cedat, peierat. Quem ad reſtitutionem pecuniæ obligat, infamiâ notat, ipſique digitos, quibus juramentum præſtitum fuit, amputari jubet *Ordin. Crimin. dict. artic.* 107. Welcher vor Richter oder Gerichte / einen gelerten Meineyd ſchweret / ſo derſelbige Eyd zeitlich Gut antrifft/ daß in deß / der alſo fälſchlichen geſchworen hat/ Nutz kommen / der iſt zu förderſt ſchuldig / wo er das vermag / ſolch fälſchlich abgeſchworen Gut/ dem Verletzten wieder zuzukehren/ ſol auch darzu verleumd / und aller Ehren entſetzt ſeyn. Und nach deme im heiligen Reich ein gemeiner Gebrauch iſt/ ſolchen falſchen Schwerern die zween Fingere/ damit ſie geſchworen haben/ abzuhauen/ dieſelbe gemeine gewönliche Leibesſtraffe wollen wir auch nicht ändern.

30 *Deinde*, ſi quis Vrphedam, vel cautionem juratam de non redeundo (ſi nempe fuerit relegatus) aut de non ulciſcendo carceris iniuriam, ruperit, fregerit, antequam ſe à juramento abſolvi fecerit, *Ord. Crim. art.* 108. Ibi: So aber einer ein Urphede mit Sachen / darumb er das Leben nicht verwircket hat/ fürſetzlichen und freventlichen verbreche / der ſol als ein Meineydiger mit Abhauung der Hand/ oder Finger/ und andern / wie in nechſtobgemeldtem Articul berühret / geſtrafft werden. Idemque ferè habetur *in Conſt. Elect.* 48. *part.* 4. quæ ſpecialiter agit de pœnâ eorum, qui relegati contra juramentum præſtitum revertuntur.

31 Extra hoſce verò duos caſus, ne quidem ob perjurium commiſſum, pœna hæc abſciſſionis digitorum Reo eſt irroganda: quamvis pœnam extraordinariam Relegationis, carceris aut mulctam pecuniariam perjurus haudquaquam effugere poterit. *Virgil. Pingitzer. quæſt.* 39. *n.* 19. *Hartm. Piſtor. obſervat.* 150. *n.* 5. *Ioh. Schneidvv. in §. item ſi quis poſtulante. n.* 123. *Inſt. de action. Nicol. Reuſner. lib.* 3. *deciſ.* 2. *nu.* 82. *Matth. Stephan. in addit ad art.* 107. *Ordin. Crim. Fichard. volum.* 2. *conſil.* 148. *num.* 5. Vid. ſuprà *p.* 1. *quæſt.* 46. *n.* 43. *& ſeqq.*

3. Manus amputatio

32 Tertia pœna corporis afflictiva in foro Saxonico eſt Manus amputatio, die Abhauung der Fauſt. De quâ, an etiamnum uſitata ſit, à quibusdam fuit dubitatum, atteſtante *Chiliano* König *in proceſſ. cap.* 138. §. Begebe es ſich aber *&c.* ubi dicit, daß von wegen böſlicher verwundung / die abhauung der Hand / bevorab nach Sächſiſchen Rechten jtzo nicht mehr in Übung ſtehet.

33 At contrarium patet ex *Ordin. Crim. Carol. V. Imper. art.* 159. verb. Oder abhauung einer Hand / oder einer andern dergleichen ſchweren Leibesſtraff / geſtrafft werden ſol. Tantumque abeſt, in foro Saxonico hanc pœnam uſu abrogatam eſſe; ut eam infligi, expreſsè jubeat jus Saxon. Landrecht. *lib.* 2. *artic.* 16 verb. wer den andern lähmet oder verwundet / wird er deß überwunden / man ſchlägt ihme die Hand ab. Et *lib.* 3. *art.* 50. Wo ein Mann ſeinen Leib oder ſeine Hand verwircket / *&c.* Quò & faciunt verba *Conſt. Elect.* 8. Als mit Fauſt abhauen / Staupenſchlagen / *&c. part.* 4. Qualia etiam habentur verba in *Conſt.* 11. *Conſt.* 12. *Conſt* 13 *dict. part.* 4. Vnde luculenter patet, pœnam hanc etiamnum hodiè optimo jure infligi: *Quod & practica Elect. Saxon. Scabinatus ſufficienter probat.*

34 Circa hanc pœnam, notandum *Primò*: Ei ſemper coniunctam eſſe perpetuam relegationem, nec unquam manus amputationem alicui indictam memini, qui non ſimul in perpetuum ire exilium juſſus fuiſſet: perinde ac fuſtigationi Relegatio perpetua ſemper adhæret. Quare quòd de fuſtigatione, eique annexa relegatione perpetua dixi, iſtud quoque ad manus amputationem extendi velim: quippe hæ pœnæ æquiparantur, ac ſæpius conjunguntur, earumque electio judicis arbitrio & diſcretioni committitur, ut *Conſt. Elect.* 8. *Conſt* 11. *Conſt.* 12. *Conſt.* 13. Ibi: Mit abhauūg der Hand / oder Staupenſchlagen / deß Landes ewig verwieſen werden ſollen / *part.* 4. Vid. ſuprà *p.* 1. *quæſtion* 40. *num.* 45.

35 *Deinde*: Indicta hac pœna, non niſi una manus amputari debet nempe ea, quæ debilior eſt, quaque Reus facilius carere poteſt, juxta ſententiam *Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt.* 69. *num.* 4. ubi dicit, ſi condemnatus habeat unam manum bonam, & alteram aridam; debebit ei amputari manus arida. Vid. ſuprà *p.* 1. *quæſt.* 40. *num.* 43.

36 *Quam ſententiam Iulii Clari in pronunciando ſequimur quotidiè in Elect. Saxon. Scabinatu, in hunc modum reſpondentes*: So möchte er von wegen ſolcher ſeiner Verbrechung / mit abhauung einer Fauſt / der er am beſten entrathen kan / deß Landes ewig verwieſen werden / V. R. W.

37 At, quid ſi is, cui manus amputanda eſt, non niſi unicam manum habeat, num hæc ipſi imputari debeat? Nimis rigoroſum forſan hoc eſſet, quare hoc caſu pœnam hanc Reo prorſus remittendam vel in aliam commutandam eſſe, rectiſſimè docent *Hartm. Piſtor. obſervat.* 188. *n.* 3. *& Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſtion.* 69 *num.* 5. Vid. ſuprà *p.* 1. *quæſt.* 40. *num.* 7. At certè æquum videtur, fuſtigationis pœnam huic irrogari, cui manus amputari nequit propter æqualitatem, quam hancce pœnam cum illa habere, modò dixi.

38 *Tertiò*: Scitu & hoc dignum eſt, quòd licet manus amputatio fuſtigationi æquiparetur; hæc tamen famam & exiſtimationem alicuius magis lædere videatur, quàm illa. Quod quamvis rationem probabilem forſan non habeat, opinione tamen communi firmatum eſt, ac vix aliquem conditionis non adeo vulgaris reperiri credo, qui non manus abſciſſionem pati mallet, quàm fuſtigationem ignominioſam ſuſtinere. Vnde & factum, quod ſi pœna fuſtigationis imponenda veniat Nobili, aut Militi, Scabini ſæpiùs in pænam amputationis manus eam transmutare, vel haſce duas pænas conjungere, earumque alterutram, quam Reus eligere maluerit, ipſi infligere jubeant.

In hunc modum: So wird der gefangene *I.* von *VV.* willkührlichen mit Staupenſchlägen oder abhauung einer Fauſt / der er am beſten entrathen kan / deß Landes ewig verwieſen / V. R. W. *Ad requiſitionem D. Andr.* Talling *in* Eisleben / *Menſ Decemb. Anno* 1631.

4. Tratto di corda.

39 Quarta pœna corporis afflictiva eſt Membrorum extenſio: quam vulgò Italico idiomate Tratto di corda appellitare ſolent. Inventa namque eſt hæc pæna ab Italis, quibus etiamnum uſitatiſſima eſt & inde quoque ad Germanos pervenit. Dubio tamen, an hoc genus ſupplicii in Germania alibi etiam quàm in Electoratu Saxoniæ uſu recepta ſit; Nec in terris Saxonicis delinquentibus indifferenter hæc pæna irrogatur, ſed fures piſcium tantummodò hoc ſupplicio coercentur, quo unico caſu Reos, qui in flumine alieno piſcari deprehenſi fuerint, arbitrariè vel relegatione; 40 aut Tratto di Corda ad unum, duos, pluresve gradus, quandoque etiam fuſtigatione puniri, voluit Illuſtriſſimus Elector Saxon. D. Auguſtus, edita hac de re peculiari Conſtitutione, quæ *octava eſt earum, quæ publicè editæ non ſunt, in verb*: Do jemands wer der auch wäre / *&c.* Vnde haud obſcurè quoque colligere licet, pænam hancce mitiorem haberi fuſtigatione, illi tamen æquiparari, ſi ad duos, tres vel quatuor gradus inſtituatur: quod quando fieri debeat, demonſtratum fuit ſuprà, ubi de pœna in fures piſcium ſtatuta dixi. vid. ſuprà *p.* 2. *quæſt.* 84. *num.* 84.

Quinta

5. Damnatio ad triremes, metallum, vel aliud opus publicum.

41 Quinta denique pœna corporis afflictiva eſt Damnatio ad Triremes, Metallum, vel opus aliud publicum. Quod ſupplicium, perinde ac Tratto di Corda, in Electoratu Saxoniæ ſolum adverſus piſcium fures receptum eſt, ſi hi nempe ob hoc crimen relegati, reverſi & contra præſtitam Vrphedam denuò piſcati fuerint: clara eſt ſanctio Electoralis in *dict. Conſtit. 8. publicè non edita*: Wenn aber der oder dieſelbigen ſo neben obgeſetzter Straffe unſers Landes verwieſen/ daſſelbige nicht allein jhrem geſchwornen Eyd zuwider widerum berůhren/ ſondern auch in unſerm und unſerer Landen gehegten Waſſern und Båchen fiſchen wůrde/ dieſelbige ſollen mit der Straffe deß ewigen Gefångniß/ oder mit ewiger Verdammung auff Galleen/ in Metalle/ oder ſtetswårẽde Arbeit belegt/ und ſolcher Straffen eine wider ſie unverzůglich fůrgenommen/ und 42 exequiret werden. Etſi verò Conſtitutio hæc quadruplicis pœnæ mentionem faciat, puta carceris perpetui, Triremium, Metalli, vel operis publici, harumque alterutram eligere jubeat judicem; Attamen quia pœna Metalli & Triremium hiſce in terris, quod ego ſciam, nunquam practicata fuit, ſatius eſſet, ſi caſus eiusmodi contingeret, delinquentem vel ad carceres perpetuos, vel opus aliquod publicum condemnari, quàm pœnam hiſce in terris incognitam introduci.

Q. 1. Pœna amputationis membri in ſententia poſita de quonam membro accipi debeat?

43 Cæterùm quæritur hic: *An præter pœnas corporales hactenus enumeratas, nullum aliud reſtet ſupplicium corporis afflictivum, quod in foro Saxonico uſu ſit receptum?* Rationem namq; dubitandi præbet, quòd non modò digitorum & manus abſciſſio, ſed & reliquorum membrorum amputatio, de jure communi in pœnam delinquentibus ſtatuta ſit. Vnde quæſtio inter Interpretes orta eſt: Quando pœna amputationis membri à judice in ſententia appoſita fuit, non expreſſo membro, quod amputari debeat; de quo membro hoc ſit accipiendum.

Nam *Baldus in l. data opera, C. qui accuſar. non* 44 *poſſ.* eiusque ſequaces quàmplurimi dicunt, membro non expreſſo, pœnam amputationis membri intelligi debere de amputatione manus. Alii verò; inter quos etiam *Proſp. Farin.* 45 *in prax. crimin. lib. 1. tit* 3. *quæſtion.* 19. *num.* 25. deciſionem huius quæſtionis deſumunt ex ratione delicti, pro quo pœna talis reperitur impoſita, ita ut ſi delictum commiſſum ſit ambulando, amputatio membri in ſententia appoſita debeat intelligi de abſciſſione pedis, ſi loquendo, de lingua, ſi ſcribendo, de manu dextera: quòd ſi verò cum omni membro perpetratum fuerit delictum, arbitrio judicis committendum ſit, de quo membro ſententiam intelligere, quodque Reo amputari facere velit, ita tamen ut per iſtud arbitrium minus diminuatur, *arg. l. ſi Præſes ff. de pœn.* Ex quo infert *Ioann. Bolognet. in l. Imperium num.* 70. *ff. de iuriſdict. omn. indic.* ſi Reus condemnatus in amputatione membri eſſet pictor, vel Muſicus, poſſe eum impetrare, ut pes ſibi amputaretur, tanquam minoris præjudicii. Hinc & *Sanctio Carolina* præter digitos atque manus, aliorumque quoque membrorum facit mentionem, quæ Imper. Carolus V. non modo amputari permittit; ſed 46 & formulas certas præſcribit, ad easque iudices in decernenda earum amputatione obſtringit, *Ordin. Crim art.* 198. Ibi: Offentlich an Pranger oder Halßeiſen geſtellet/ die Zunge abgeſchnitten/ und darzu biß uff Erlaubung der Obrigkeit/ auß dem Lande verwieſen werden ſoll. Et paulò poſt: Offentlich an Pranger geſtellet/ beyde Ohren abgeſchnitten/ und deß Landes biß auff kůndliche Erlaubung der Obrigkeit/ verweiſt werden ſoll/ &c. Quò & faciunt verba *art.* 196. An jhrem Leib oder Gliedern/ peinlich geſtrafft werden ſoll. Quæ cum generalia ſint; utique & generaliter accipi & de omnibus indifferenter ac quibuscunque corporis humani membris intelligi debent. Vt ſic ambigendum non ſit, quin & juxta Sanctionem Carolinam reliquorum membrorum amputatione delinquens puniri queat.

Ac ſi in ſpecie pœnam Blaſphemiæ allegare 47 liceat, negari certè nequit, Blaſphematores non ſolùm mortis ſupplicio, ſed & ex noviſſimis Imperii Conſtitutionibus, alia pœna corporis afflictiva puniri, quæ absque dubio nulla alia eſt, quàm membrorum mutilatio: prout liquet ex verbis *Receſſ. Imper. Auguſt. de Anno* 1548. *ſub tit.* Von der Gotteslåſterung/ *verſ.* Nemlich ſo jemands. *Ibi*: der ſoll am Leben/ oder mit Benehmung etlicher Glieder/ wie ſich nach Gelegenheit der Perſonen/ und geůbter Gotteslåſterung/ auch Ordnung der Rechte/ eigenet und gebůhret/ peinlich geſtrafft werden/ ꝛc. Quin & in terris 48 Saxonicis prædictam Sanctionem Imperii receptam, eandemque pœnam mutilationis membrorum Blaſphemis irrogandam eſſe, probat *Ordinatio Provinc. Illuſtriſſ. Elector. Saxon. D. Mauritii de Anno* 1550. *Poſt. pr. tit.* Von Gotteslåſtern/ Fluchen und Schweren. *Ibi*: Daß der am Leben/ oder mit Benehmung etlicher Glieder/ peinlich ſoll geſtrafft werden/ darnach ſich ein jeder wiſſe zu richten. Nec eſt, quòd quis poſſet regerere, quæ in genere de mutilatione membrorum ibidem dicta fuere, ea ad manus amputationem in ſpecie reſtringenda eſſe; Tantum enim abeſt, hanc explicationem ſubſiſtere, ut & menti Illuſtriſſimi Electoris D. Auguſti expreſſè repugnet, qui verba Receſſ. Imper. de lingua, quâ delictum Blaſphemiæ committitur, intelligi vult, in *Conſtit. Elector. 1. part. 4. Ibi*: Jedoch mit dieſer Erklårung/ daß die Wörter (oder Benehmung etlicher Glieder) auff die Zunge/ damit ſolche Låſterung verwircket/ zu verſtehen ſeyn.

Verum enimverò, licet hæc legibus 49 conſtituta fuerint, ac quondam ita obtinuerint; attamen in terris Saxonicis hodiè prorſus in deſuetudinem abierunt, ſurrogata in locum abſciſſionis linguæ fuſtigatione cum perpetua relegatione, quâ ut plurimum Blaſphematores coercentur. Vid. ſupra *p. 1. quæſt.* 45. *n.* 21. ut aſſerere nil quicquã verear, præter pœnas antea relatas, in foro Saxonico illa corporis afflictiva ſupplicia haud reperiri.

Sed

Qu. 3. An Numellæ referantur inter pœnas corporis afflictivas.

50 Sed quid de Numellis habendum, **von Pranger und Halßeiſen**/ *anne & hæ inter pœnas corporis afflictivas erunt connumerandæ*? Quod forſan exiſtimare quis poſſet; ſiquidem negari vix poterit, quin corpus Rei qui ad Numellas ſiſtitur, aliquo modo affligatur. *Gloſſ. art.* 59. **Weichbild.** *Matth. Coler. part. 2. deciſion.* 240. *num.* 3. ubi dicit, Numellas connumerati inter genera pœnarum corporalium, & ad inſtar furcarum eſſe inventa, ad eum finem, quo facinoroſi homines iſtis pœnis mediantibus, condemnentur pro delictorum qualitatibus. Idemque ex identitate rationis aſſerendum videtur de pœna illa, qua delinquentes coguntur in conſpectu populi lapidem vel in collo, vel in manu circumferre. *Frideric. Penſold. in addit. ad Matth. Coler. dict. deciſ.* 240. *n.* 6.

51 At infirma eſt hæc ratio, ex qua ſi concludendum, Numellas eſſe pænam corporis afflictivam propterea, quòd per eas corpus Rei aliquatenus affligatur; vix pœna dari poterit, quæ corporis afflictiva non ſit. Etenim Carceris quoque ac Relegationis pœna corpus aliquo modo affici, neminem fugit: quas tamen pœnas corporales eſſe, vix unquam quiſpiam affirmaverit. Veriſſimum itaque eſt, illas ſolummodò
pœnas eſſe corporis afflictivas, quibus principaliter 52
& directè corpus affligitur, non etiam per
indirectum: Quare cum nec per Numellas, nec
per lapidem qui Collo Rei ignominiæ cauſa apponitur,
directè corpus Rei affligatur; utique
nec inter pœnas corporales hæ erunt referendæ:
Quod tantò magis verum eſt, quantò certius;
Numellas non tàm pœnam, quàm ſignum juriſdictionale
eſſe, ac præparatorium quoddam 53
pœnæ irrogandæ, prout patet ex *Ordin. Carolin.* quæ ad Numellas ſiſtere jubet Reos, quibus pœna corporis afflictiva irroganda eſt, in *art.* 198. Ibi: **Offentlich an Pranger geſtellet/und förter mit Ruthen angehauen/ꝛc.**

QVÆSTIO CXXX.

De Pœnis Civilibus, ac in ſpecie de pœna Relegationis.

SVMMARIA.

1. Pœnæ civiles quænam ſint?.
2. Multa pecuniaria præ omnibus aliis hodiè eſt uſitatiſſima, n. 3.
4. Maximè in delictis arbitrariis.
5. In multa pecuniaria, certa ſumma pecuniæ eſt exprimenda.
6. Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.
7. Confiſcatio bonorum quando locum habeat.
8. Carcer hodiè pœna eſt, n. 9.
10. Qualis eſſe debeat? n. 11.
12. Detruſio in Monaſterium qualis ſit pœna?
13. Relegatio pœna civilis, & quotuplex ſit? n. 15.
14. Deportatio in locum aquæ & ignis interdictionis ſucceſſit.
16. Indicta Relegatione indefinitè, Reus in perpetuũ debet relegari. n. 17. 18.
19. Sententia Scabinorum Lipſienſium.
20. Quando Scabini in Sententiis tempus Relegationi definire ſoleant.
21. Relegationis effectus quisnam ſit?
22. Provinciæ Dominus ex tota Provincia Reum relegat.
23. Relegatus ex territorio unius Principis, ex alterius Principis Provincia bannitus non cenſetur.
24. De Civitate aliqua Relegatus, an de tota Provincia bannitus cenſeatur? n. 25. 26.
27. Quid iuris in foro Saxonico?
28. In Electoratu Saxon. Relegatus à Nobili quopiã ex toto Electoratu bannitus eſt.
29. Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.
30. Quod & procedit in Comitatu Hennebergico, ex quo Relegatus ex univerſis ditionibus Ducum Saxon. bannitus habetur.
31. Sententia Scabinorum Lipſienſium.
32. Aliter res ſeſe habet extra Electoratum Saxon.
33. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.
34. Bannitus ex Electoratu Saxon. an ſit relegatus ex Epiſcopatibus Martisburgenſi, Miſnenſi & Nũburgenſi. n. 35
36. Sententia Scabinorum Lipſenſium.
37. Bannitus ex Epiſcopatu an ſit Relegatus ex toto Electoratu Saxoniæ.
38. Quomodo procedendum adverſus Reum, qui relegatus non vult emigrare, nec Vrphedam præſtare? n. 41.
39. Sententia Scabinorum Lipſenſium; n. 40. 42. 43.
44. Mulier num teneatur ſequi virum bannitum ex ſuo delicto? n. 45. 46. 47.
48. Sententia Scabinorum Lipſenſium.
49. Relegati non debent notari ſigno in fronte inuſto, n. 50. 51.
52. Relegati non perdunt iura civitatis. n. 53.
54. Sententia Scabinorum Lipſenſium.
55. Quandoq; Reus relegatur ex certo tantummodo pago.
56. Relegationi ſimilis eſt impoſitio venditionis ac migrationis ex pago.
57. Sententia Scabinorum Lipſenſium.

1 HActenus de duplici pœnarum genere dixi, nempe de pœnis Capitalibus & Corporalibus, quibus vel vita tollitur, vel ſalva ea, corpus Rei tantummodò affligitur: Supereſt Tertium genus genus pœnarum, Earum ſcilicet, quæ nec vitam adimunt, nec corpori directò afflictionem inferunt, ac propterea pœnæ civiles dicuntur, in foro Saxonico, **bürgliche Straffen**/ Quarum tres potiſſimum uſu hodiè ſunt receptæ.

1. Mulcta pecuniaria.

Prima pœna Civilis eſt Mulcta pecuniaria, 2 **Geldbuſſe oder Geldſtraffe.** Quæ præ omnibus aliis hodie eſt uſitatiſſima, tam in foro ſeculari, quàm Eccleſiaſtico. *Proſper. Farin. in prax. crim. lib. 1. tit. 3. quæſt. 19. num.* 51. Nam in foro Seculari judices in extraordinariis & arbitrariis potiſſimum criminibus, vel quando ex cauſa recedunt ab ordinaria criminis pœna, communiter ſolent pœnas pecuniarias, aliquando magnas, aliquando verò leviores pro delictorum & delinquentium qualitate imponere. In foro autem Eccleſiaſtico Epiſcopi quoque fiſcum habent, ac propterea etiam judices Eccleſiaſtici imponere poſſunt pœnas pecuniarias, præſertim in uſus pios convertendas. *Felin. in cap.* 3 *cæterum de offic. Farin. dict. quæſt.* 19. *n.* 51. Hinc & in plurimis Ordin. Criminalis Carolinæ articulis mulcta pecuniaria exprimitur 4 hiſce verbis: (**Sollen an Leib oder Gut geſtrafft/**) ut cuivis Sanctionem Carolinam legenti obviam eſt. Imprimis autem in delictis arbitrariis hæc pœna irrogari ſolet, quando nempe certa aliqua pœna pro delicto quopiam Lege definita non eſt, ſed judicis arbitrio relinquitur, quam pœnam Reo delinquenti indicere velit: tum enim judex pro qualitate facti, & conditione perſonæ, vel Carceris, vel Relegationis pœnam, aut etiam mulctam pecuniariam tutò eligere poteſt. Vnde in Conſtitutionibus Electoralibus hæ pœnæ communiter conjunguntur, electione Magiſtratui relictâ ut *Conſt.* 1. *p.* 4. **Am Gelde oder mit Gefängniß.** *Conſt.* 7. **Sondern in willkührliche Gebuß / Gefängnüß / oder Verweiſung verurtheilet werden.** *Conſt.* 8. Ibi: **Vorweiſung / Gefängnüß / oder einer Geldbuſſe möchte geſtrafft und verutheilet werden /** *&c.* *Conſt.* 9. verb. **Sol mit einer ziemlichen Geldbuſſe / Gefängniß / oder aber nach Gelegenheit der Sachen und Perſonen / mit Landesverweiſung geſtrafft werden.** Et in aliis *quamplurimis Conſtit. Elect. dict. part.* 4. Quod nec abſque ratione ſingulari factum; Etenim, quum ſæpiùs accidat, ut Reus ob inopiam mulctam pecuniariam ſolvere nequeat, loco eiusdem carceris vel relegationis pœna plecti debet: ne crimen maneat impunitum.

5 Obſervandum tamen hic eſt, quòd judex mulctam pecuniariam imponens, eam ſtatim æſtimare, certamq; pecuniæ ſummam diſertè exprimere debeat. In quâ æſtimatione non ſolùm qualitas criminis, ſed potiſſimùm facultates Rei delinquentis attendendæ ſunt, & ſecundum eas mulcta definienda: quum pauper mulctâ unîus thaleri gravius puniatur, quàm ſi is, qui bonis abundat, in mulctam 20. thalerorum condemnetur.

Hinc Scabini mulctam pecuniariam decernentes, ſi de facultatibus Rei ipſis non conſtet, in hunc modum pronunciare ſolent: **So wird** *N.N.* **wegen ſolcher Verbrechung / umb eine ziemliche Geldbuſſe ſeinem Vermögen nach / jedoch / daß ſich dieſelbe über** *N.*N. **nicht erſtrecke / in Straff genommen.** *Quandoq; etiam æſtimationẽ mulctæ Superioris Magiſtratus arbitrio committunt, ita reſpondentes:* **So wird er um eine tapffere (oder ziemliche) Geldbuſſe ſeinem Vermögen nach in Straff genommen /** *&c. Hæc enim duo verba ita ab invicem diſtinguunt, ut vocula* (**tapffere**) magnam ac ingentem pecuniæ mulctam; *altera autem vocula* (**ziemlich**) *modicam pœnã denotet. Pro ratione quoq; circumſtantiarum, mulctam ad pios uſus conferendam eſſe, pronunciant:* **Um eine Geldbuſſe / zu milden Sachen anzuwenden.** *Quod maximè faciunt, quando iudex pecunia Rei fiſcum locupletari ſtudet, propriumq; commodum inde quærit.*

Poſſet etiam haud inconvenienter forſan 7 huc referri Confiſcatio bonorum, quæ crimine læſæ Majeſtatis commiſſo, Reo auferuntur, & fiſco applicantur, excluſis eius liberis. *l. ult. ff. ad Leg. Iul. Majeſt. l.* 5. *l.* 6. *l.* 7. *& l. ult. C. eod. tit. l. donationes* 31. *§. ult. ff. donat. l.* 76. *§. ult. ff. de legat.* 2 *l.* 1. *C. de bon. libert. Aur. Bul. Carol. V. Imp. tit.* 24. verb. **So ſol derſelbige / als der an der Majeſtät ſchuldig / mit dem Schwerd geſtrafft / und alle ſeine Güter unſerm** Fiſco **zugeeignet werden.** *Ordin. Crim. Carol. V. Imp. art.* 218. verb. **Item: an etlichen Orten / ſo ein Ubelthäter auſſerhalb deß Laſters unſer beleidigten Majeſtät / oder ſonſt in andern fällen / ſo der Ubelthäter Leib und Gut nit verwircket / vom Leben zum Tode geſtraffet werden / Weib und Kinder an Bettelſtab / und das Gut den Herrn zugewieſen** *&c.* At confiſcatio hæc pœna quædam peculiaris non eſt, ſed pars ſupplicii iſtius, quo Rei Majeſtatis coërcentur. Extra hoc namque crimen, in Imperio Romano Germanico confiſcatio bonorum planè abrogata eſt, *dict. art.* 218. *Ord. Crim.*

2. Pœna Carceris.

8 Altera pœna civilis carcer eſt: quo delinquentes hodie non minus ac mulctâ pecuniariâ, vel Relegatione coërcentur: Scio equidem carceres regulariter ad detinendos homines, non etiam ad puniendos aut excruciandos eos haberi, ut dicit Imper. Conſtant. in *l.* 1. *C. de Cuſtod. Reor.* Et ICtus Ulpian. in *l. aut damnum. §. ſolent. ff. de pœn. Iul. Clar. lib.* 5. *ſentent. §. ult. quæſt.* 70. *verſ. autem. Iacob. Menoch. de arbitr. Iudic. quæſt. lib.* 2. *caſ.* 305. *num.* 2. Quô & verba Imp. Caroli V. reſpiciunt in *Ord. Crim. art.* 11. **Daß die Gefäugnüß zu Behaltung / und nit zu ſchwerer gefährlicher Peinigung ſol gemacht werden /** *&c.* 9 Attamen præter hunc finem carceris principalem atque primævum, uſus adhuc alium introduxit, nempe coercitionem. Hodiè namque carcere etiam delinquentes puniri, non modò omnibus notiſſimum eſt, & praxi quotidiana confirmatum; ſed & diſertis verbis Imp. Caroli V. probatur in *Ordin. Crimin. art.* 157. **Sol mit dem Kercker geſtrafft werden.** Et *art.* 216. *in pr.* **Der ſol im Kercker alſo lang geſtraffet werden /** *&c. & alibi.* 10 Quin & carcerem in terris Saxonicis pœnam eſſe, ex infinitis Elector. Saxon. Conſtitutionibus, ordinationibus, atque Reſcriptis confirmari poſſet, quæ in re tam clara atque apertâ allegare, ſupervacaneum eſt: Vid. ſup. *q.* 111. *n.* 64. Caveant tamen judices, ne miſeros Reos detrudant in carceres horribiles atque immundos, haud abſque vitæ detrimento atque periculo ac per id anſam delictum maius etiam in ſeipſum perpetrandi, delinquen-

linquenti præbeant, *Aut. diſcurſ.* Vom Juſtitienwerck *pag.* 58. *Ventur. de Valent. in parthen. litigioſ. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 26. Sed talis carcer eſſe debet, ut captivus in eo vivere aëreque frui queat. *Proſp. Farin. in prax. crim. lib.* 1 *tit.* 4. *quæſt.* 27. *n.* 96. *Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap.* 7. *nu.* 9. *Iacob. Menoch. de arbit. lib.* 2. *caſ.* 305. *num.* 2. *Matth. Steph. in not. ad art.* 11. *n.* 6. *Ordin. Crim. Carol. Bonif. de Vitalin. in tit. de carc. privat. num.* 2. *verſ. Nec debet includi, &c.* Vid. ſuprà *quæſtion.* 111. *num.* 44. ubi etiam de pœna carceris perpetui dixi, *num.* 56.

12 Huc etiam referri poteſt pœna detruſionis in Monaſterium, qua puniuntur fœminæ adulteræ, quæ, ſi eas intra biennium viri recipere noluerint, vel priusquam eas reducerent, mortui fuerint, monaſtico habitu aſſumpto, perpetuò in monaſterio permanere coguntur; Iuxta Sanctionem Imper. Iuſtiniani in *Novell.* 134. *cap.* 10. *Auth. ſed hodie. C. ad. Leg. Iul. de Adult. Matt. VVeſembec. in parat. ff. ad Leg. Iul de adult. num* 19. *Pet. Heig. lib.* 2. *quæſtion.* 29. *num.* 70. *Iul. Clar. lib.* 5. *ſentent. §. adulterium. num.* 7. Quæ tamen pœna hodiè in terris Reformararum Eccleſiarum, Monaſteriis abrogatis, in uſu eſſe deſiit, ſubſtituta in eiusdem locum fuſtigatione cum perpetua relegatione. *Heig. dict. quæſt.* 26. *num.* 72. *VVeſemb. dict. loc. n.* 19. *Ioachim. Beuſt. de jur. connub. p.* 2. *cap.* 18. *verſ. veteres Scabini &c. Virgil. Pignitz. quæſt* 45 *num.* 2.

3. Relegatio.

13 Tertia denique pœna Civilis eſt Relegatio, die Landesverweiſung / *l. relegati* 4. *l. relegatus.* 14. *in pr. & §. magna* 1. *ff. de interdict. & relegat. l. ſi quis* 6. *§. ult. l.* 28 *§.* 1. *& §.* 13. *ff. de pœn. l. publicorum.* 2. *ff. de publ. judic.* Cui quondam ſimilis erat deportatio, quæ & jus civitatis tollebat. *§. minor.* 2. *Inſtit. de capit. deminut. l. inter pœnas.* 6. *in pr. l. deportatus* 15. *ff. de interdict. & relegat. Anton. Govean.* 2. *var. lect.* 11. *Hermann.* 14 *Vultei cap.* 12. *diſcept. ſcholaſt. Iohann. Harp. pr. ad §.* 7 *num.* 5. *Inſt. de capit. deminut.* Quæ pœna in locum aquæ & ignis interdictionis ſucceſſit, *l.* 2. *§.* 1. *ff. de pœn. l. peculatus.* 3. *ff. ad Leg. Iul. peculat. Andr. Gail. lib.* 2. *de pac. publ. cap.* 1. *nu.* 17. *Matth. VVeſemb. in paratit. ff. de capit. diminut. num.* 5. *& de publ. judic. n.* 1. *Mynſ. ad §.* 1. *n.* 4. *Inſt. de publ. judic.* Sed abrogata hodiè deportatione, Relegatio adhuc in Imperio Romano Germanico in uſu eſt, & tota die practicatur.

15 Duplex autem eſt relegatio: *Temporalis*, atque *Perpetua. dict. l. relegati.* 4. *l.* 14. *in pr. & §.* 1. *ff. de interdict. & relegat. l.* 6. *§. ult. l.* 28. *§.* 1. *&* 15. *ff. de pœn. Conſtit. Elect.* 47. *part.* 4. in verb. Die ewige oder zeitliche Landesverweiſung *&c.* Illa ad decennium quoque extenditur, at non ultra; Sed hæc, perpetua ſcilicet, per totam Relegati vitam durat, nec unquam ius revertendi relegatus habet.

Q. 1 Indicta Relegatione indefinite, an in perpetuũ an 17. verò ad certum tempus, Reus debeat relegari?

16 Circa hanc Relegationis pœnam quæritur *Primò: Si alicui Relegationis pœna in ſententia dictata fuerit, nulla temporis facta mentione expreſſa, de quanam relegatione, temporali vel perpetua, verba ſententiæ accipi debeant?* Hanc quæſtionem movet *Hartman. Piſtor. obſervat.* 198. Eamque ita decidit, quòd Relegatio abſque temporis præfinitione alicui injuncta, in perpetuum duret, adeoque ſententia de Relegatione perpetua intelligi debeat, per *l. Servus. C. de pœn.* ubi Imp. Alexandr. ita ſcribit: *Servus ſub pœna vinculorum ſine temporis præfinitione Domino reddi juſſus ſententia Præſidis Provinciæ, perpetuò vinctus eſſe debet.* Nam quod ICtus Modeſtinus in *l. ſine præfinito.* 23. *ff. de pœn.* reſpondet, ſi ſine præfinito tempore quis in metallum datus fuerit, quod tum decennii tempora definita videantur; Id, inquit *Hartman. Piſtor. dict. obſervat.* 198. ita accipiendum eſt, ſi ad tempus quis relegatus, vel in metallum damnatus fuerit, ſine tamen certi temporis præfinitione; quo caſu tempus illud 18 de decennio rectè intelligatur; At quando quis ſimpliciter relegatur, abſque ulla temporis in ſententia expreſſione, tùm de exilio perpetuo ſententia interpretanda eſt: prout etiam in caſu, quo ob exceſſum in homicidio commiſſum, in ſententia ſimpliciter injuncta fuiſſet Relegationis pœna, Scabinos reſpondiſſe, meminit *Hartm. Piſtor. dict. loc.*

19 *Quam ſententiam ſecuti fuimus in pronunciando,* gegen Sommern / *ita reſpondentes,* Jſt einem / von welchem eure Frage meldet / ſeiner Verbrechung wegen / durch Urthel und Recht / die Landesverweiſung ohne Benennung gewiſſer Zeit und Jahre / zuerkant worden / dannenhero zweiffel vorfallen wil / ob ſolches Urthel von der zeitlichen oder ewigen Landesverweiſung zuverſtehen ſey / *&c.* So iſt die ewige Landesverweiſung darunter zu verſtehen / und wird demnach der Verbrecher uff bemeltes ergangenes Urthel deß Landes billig vorwieſen / V. R. W. *Matthæo* Weinicken. *Menſ. Iul. An.* 1626.

It. An die Gräfliche Solmiſche Regierung zu Sonnewalda. *Menſ. Februar. An.* 1634. *Verba Sent.* Ob wol ſonſten / wenn in einem Rechtſpruch die *Relegatio indefinitè* und ohne Benennung gewiſſer Zeit / zuerkandt / nach gemeinem Wahn der Rechtsgelärten / die ewige Landesverweiſung ver- 20 ſtanden wird / *&c.*

Ne autem anſam de hac re dubitandi præbeant Elect. Saxon. Scabini, indicentes pœnam relegationis, quantum ego ſcio, tempus in ſententiis ſuis definire, ac ſemper ferè exprimere ſolent: Niſi à Quæſtoribus & Præfectis Illuſtriſſimi Dn. Electoris ſuper pœna delicti commiſſi fuerint conſulti; Etenim quia hiſce officialibus, Quæſtoribus nempe ac Præfectis nec ſententiam condemnatoriam aperire, nec abſque ſpeciali juſſu Illuſtriſſimi, pœnam in ſententia expreſſam exequi licet, utique arbitrio Dominorum Conſiliariorum, quorum juſſui & mandato in executione ſtrictè obtemperandum, Scabini moderationem Relegationis ac temporis prefinitionem relinquunt, ſimpliciter ac indeterminatè Relegationem indicentes hiſce formalibus; So wird N. N. Wegen ſeiner Verbrechung / mit Landesverweiſung in Straff genommen. Quamvis & ab hoc pronunciandi more ſæpiùs receſſum, ac ſententiis ad requiſitonem Quæſtorum & Præfectorum latis, tempus relegationis definitum memini. 21

Deinde quæritur; *Quousq; Relegationis effectus exten-*

extendatur, & num ab una civitate vel loco Regni alicuius relegatus, à tota Provincia cenſeatur Relegatus, ita ut nullibi in provincia iſta commorari ipſi liceat? Quam quæſtionem non de Relegatione ab Imperatore aut Provinciæ Domino facta intellectam velim, quo caſu vix dubium eſſe poteſt, quin Relegatio ad totam illam Provinciam, quàm Imperator vel Dominus ad- 22 miniſtrat, extendatur. *Gloſſ. in un. tit. Hic. finit. lex. & incip. conſuetud. feudal. Andr. de Iſern. ibid. num.* 4.

Q. 2. Num Relegatus ab una civitate cenſeatur Relegatus à tota Provincia?

23 Sicuti nec hoc in quæſtione eſt: An Princeps ex ſuo territorio aliquem proſcribens, ex alterius quoque Principis ac Domini territorio ipſum relegare videatur; Quia enim Principis relegantis poteſtas extra ſuum territorium alicubi non extenditur, certè non relegatio alibi effectum habebit. *Iohann. Schneidvvin. in §. 2. & ſeq Inſtit. quibus mod. patr. poteſtat ſolvit. num.* 13. *verſ. quæ ſententia junct. verſ. ac proinde bannitus à civitate.* Quin & licet Principes ſint confœderati; attamen relegatus ex uno territorio, ab alio relegatus & bannitus dici non debet. *Bartol. in l. non dubito. 7. ff. de captiv. & poſt. reverſ. num. 2. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt.* 71. *n.* 11. *& ſeq.*

24 Sed hoc potiſſimùm controvertitur: Num is qui de Civitate, Præfecturâ, & loco certo alicuius Provinciæ bannitur, & relegatur, de toto Ducatu vel Provincia iſtius Principis cenſeatur Relegatus.

25 Quod de jure negandum eſt, per textum in *l. relegatorum.* 7 *§. conſtitutum.* 15. *ff. de interdict. & relegat.* ubi verbis diſertis traditur, ſi alicui urbe fuit interdictum, & ita de certa quadam Civitate vel Præfectura is relegatus, quod ei patria ſua non interdictum, nec de tota Provincia is relegatus videatur. Ac certè quia in unaquâque Civitate & Præfectura peculiaris magiſtratus & judex habetur, Relegatio ab ipſo facta extra illam Civitatem & Præfecturam extendi, & in alia Præfectura vel Civitate effectum habere nequit; Quia quævis Civitas & Præfectura ſuam peculiarem ac ſeparatam jurisdictionem habet, quæ vires ſuas alicubi non extendit. *l. ultim ff. de jurisdict.* Hocque ipſum eſt, quod dicitur in *dict. l. relegatorum.* 7. *§. interdicere* 10. *ff. de interdict. & relegat.* judicem ea ſolum provinciâ poſſe interdicere, quam regit, aliâ non item.

26 Sed quicquid ſit de jure, ubivis tamen ferè locorum conſuetudine generali fuit inductum, ut relegatus ab una civitate aut Prefecturæ alicuius principis, à tota Provincia & Ducatu iſtius Principis relegatus & bannitus cenſeatur: prout teſtatur *Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ultim. quæſtion.* 71. *num.* 4. *Vincent. de Franch. deciſ.* 129. *numer.* 2. *part.* 1. *Daniel. Moller ad Conſtit. Elect.* 13. *n.* 17. *part.* 4. *Matth. Berlich. part. 5. coucluſ.* 71. *n.* 10. 11. *&* 12. ubi hanc conſuetudinem propterea dicit rationabilem, quòd publicè expediat, ut Provincia malis purgetur hominibus, *l. congruit* 13. *verſ. ut malis hominib ff. de offic. Præſid.* nec juſtum videatur, ut condemnati reſideāt in territorio loci, ex quo ſunt relegati. *Vincen. de Franch. dict. deciſ.* 129. *n.* 2.

Quam conſuetudinem Illuſtriſſimus Elector Saxon. D. Auguſtus diſertis verbis approbavit, & in ditionibus ſuis obſervari juſſit, in *Conſtitut.* 47. *part.* 4. Ibi: **Wenn jemands derer Urſachen/ daß er in unſern Aemptern oder Gerichten/ ſo uns ohne Mittel zuſtehen/ ſo viel verbrochen/ daß jhme mit oder ohne Staupenſchlägen / die ewige / oder zeitliche Landes-Verweiſung/ durch unſere Schöppenſtühle zugeſprochen wird/ derſelbe ſol aller unſerer Lande verwieſen/ unnd auch ſein Vrphede darauff begriffen / unnd geſchworen werden.** Quæ Conſtitutio generalibus verbis concepta eſt, atque procedit, ſive quis cum fuſtigatione vel absque fuſtigatione in perpetuum, aut ad tempus certum fuerit relegatus: uti verba manifeſtiſſima innuunt: **Mit/ oder ohne Staupenſchlägen / die ewige oder zeitliche Landes-Verweiſung.** 27 Quin & idem obſervari vult Conſtituens illuſtriſſimus, quando quis propter delictum commiſſum è finibus jurisdictionis Nobilium, aliorumque ſubditorum in Electoratu Saxoniæ relegatur, ut ſcilicet talis ex toto Electoratu Saxoniæ, omnibusque iſtius Provinciis relegatus cenſeatur. *In verb.* **Solches ſol auch dergeſtalt gehalten werden/ wann einer wegen ſeiner Miſſethat/ auß unſerer unterthanen Gerichten verwieſen werden ſol/ und ſoll allewege ein Gerichte dem andern die Verweiſung zu erkennen geben.** 28

Hinc Domini *ſuper pœna Relegationis pronunciantes, non habito reſpectu, an in Præfecturis Electoralibus, aliisve ſubditorum territoriis veniat imponenda, ad univerſum Electoratum eam extendunt, Reumque ex omnibus indifferenter ditionibus Electoratus Saxonici relegari iubent, quotidie ad conſultationem Nobilium, & Civitatum municipalium in Electoratu Saxoniæ ita reſpondentes:* **So wird N. N. ſeiner Verbrechung wegen deß Landes billich verwieſen.** 29

Notandum porrò eſt, quod *dict. Conſtit. Elect.* 30 47. *part.* 4. in Comitatu etiam Hennebergico obtineat; quem Illuſtriſſimus Elector Saxoniæ unà cum reliquis Ducibus Saxoniæ poſſidet, ita ſcilicet, ut relegatus eo Comitatu Hennebergico, ex univerſis ditionibus Principum ac Ducum Saxon. cenſeatur bannitus.

Prout Domini hactenus reſponderunt: **So wird er ſolcher Verbrechung wegen der Graffſchafft Henneberg/ ſo wol auch der Chur- und Fürſtlichen Sächſiſchen Landen billig verwieſen/** *&c.* 31
Ad requiſitionem Præfecti in **Kaltenortheim**,
Menſ. Novembr. Anno 1608.
It: Ad conſultationem D. D. Conſiliariorum **zu Meinungen.** *Menſe Decembr. Anno* 1607.

32 Aliter verò res ſe habet extra Electoratum Saxoniæ. Niſi enim manifeſtè de conſuetudine contraria uſu recepta appareat, effectus Relegationis extra territorium & iurisdictionem Magiſtratus relegantis neutiquam extenditur.

Sicuti quotidiè Domini extra Electoratum Sa-
33 *xoniæ reſpondere ſolent:* So wird *N. N.* ſeiner Verbrechung wegen eurer Gerichte billich verwieſen / V. R. W. *Quod nec in Luſatia aliter obtinere, hactenus arbitrati fuere Scabini, ita pronunciantes Rudolpho à* Ponickau. *Menſ. Maio, Anno* 1629.

24 *Georgio à* Dobſchitz. *Menſ. Octob. Anno* 1630.

Q. 3. *Num Relegatus ex Provinciis Electoratus Saxonici: cenſeatur quoq; bannitus ex Epiſcopatibus Martisburgenſi, Miſnenſi & Numburgenſi, & vice verſa?*

Tertiò: quæritur; *Num relegatus ex Provinciis Elect. Saxon. bannitus quoque cenſeatur ex Epiſcopatibus Martisburgẽſi, Miſnenſi & Numburgenſi, quos Illuſtriſſimus Elector Saxon. tanquam Epiſcopus poſſidet?* Certum ſiquidem eſt Epiſcopatus hoſce cum Electoratu & Provinciis Saxonicis propriè nil commune habere. Etſi enim Elector Saxon. eos adminiſtret, & iuriſdictionem ibidem exerceat; attamen hoc ipſum non Electoris, ſed Epiſcopi nomine facit, quem in Epiſcopatu & Capitulo ræpreſentat, uti notiſſimum eſt. *Tob. Paurmeiſt. de juriſdict. Imper. Roman. lib. 2. cap.* 7. Vnde ſequi videtur, Relegatos ex ditionibus Electoratus Saxonici, in territoriis Epiſcopatuum prædictorum, ceu ſub aliena iuriſdictione commorari, vix poſſe prohiberi.

35 Quæ ratio quondam Dominos Scabinos commovit, ut multùm hâc de re diſceptarent; Attamen poſt longam habitam deliberationem *Anno* 1593. *Menſe Ianuar.* concluſum ab iis fuit, ut Relegatio in Electoratu Saxoniæ facta non minus ad Epiſcopatus Illuſtriſſimi Dn. Electoris extenderetur, ac ad alias Provincias Electoratui incorporatas, ob verba forſan generalia *Conſtit.* 47. *part.* 4. (derſelbige ſol aller unſerer Lande verwieſen / und auch ſein Urphede darauff begriffen / und geſchworen werden.) Quod ipſum Illuſtriſſimo Dn. Electori ſententias Scabinorum in hunc modum conceptas quotidiè approbanti haudquaquam diſplicuit.

36 *Hinc Domini reſponderunt ad requiſitionem Volffgangi Georgii à* Zſcheplitz *hiſce formalibus:* Iſt *N. N.* die Landesverweiſung uff drey Jahr lang zuerkand worden / *&c.* So wird er nicht allein aller deß Churfr. zu Sachſen und Burggraffens zu Magdeburg / *&c.* Unſers gnädigſtẽ Herrn zugehörigen Landen / ſondern auch der-
37 ſelben *incorporirten* dreyen Stifften billich verwieſen / V. R. W. *Menſe* April. *Anno* 1609.

Ex quo porrò ſequitur, bannitum ex Epiſcopatu, ex omnibus Electoratus Saxonici Provinciis relegatum cenſeri, quod forſan non abſurdum haberi poteſt, ex modò dictis; maximè cùm tali caſu in dicta relegatione, non Epiſcopatus ſolùm, ſed indifferenter Provinciarum Electoralium mentio fiat (daß Inquiſit deß Landes verwieſen werde) ut infinita Scabinorum præiudicia probant, quæ ſalvo verborum ſenſu vix ad terras Epiſcopatuum reſtringi poſſunt. Quamvis *Menſ. Iun. Anno* 1600. aliter pronunciatum reperio: Daß in ſolchem Fall die Lan-
38 des-Verweiſung weiter nicht / als auß dem Amte und Stiffte Merſeburg / und drey Meil Weges davon zu erſtrecken.

4. *Quomodo procedendũ adverſus Reum, qui relegatus non vult emigrare, nec Vrphedam præſtare?*

Quartò: At quomodo procedendum erit, *ſi Reus relegandus nec Vrphedam præſtare, nec in exilium ire velit?* Sanè, ſi in arbitrio Rei eſſet emigrare nec ne, vix unquam Relegatio effectum ſortiretur: quum nemo non contumax hanc pœnam facilimo negotio effugere poſſet. Quare ne iudicis ſententia eludatur, contumacia hæc coercenda, ac carcere Reus compellendus eſt, ut pareat, & in exilium eat: Cui medio coercendi & hoc porrò addi poteſt, ut incarceratus in contumaciâ perſeverans per aliquot tempus pane & aqua cibetur.

39 *Prout quotidiè reſponderunt Scabini:* So wird *Inquiſit* mit längerm Gefängnüß / darinnen er drey Wochen lang mit Waſſer und Brod zu ſpeiſen / darzu billig angehalten / mit der angehefften *Commination* und Verwarnung / daß / wo er binnen geſetzter Friſt / die zeitliche Landesverweiſung an ihme vollſtrecken zulaſſen / ſich nochmals verweigern wird / daß er alſo denn mit höhern Straffen / als da ſeyn ewige Landesverweiſung / und dergleichen belegt werden ſolle / *&c.*

Conſulibus & Senatui in Hettſtatt / *Menſe* De-
40 *cemb. Anno* 1614.

Iſt jetzo gedachtem Gefangenen in unſerm vorigen Urthel / wegen ſeiner Verbrechung / die ewige Landesverweiſung zuerkant worden / und als ihr ſolches Urthel an ihme *exequiren* laſſen wollen / hat er ſich außdrücklichen erkläret / er könte das Land nicht meiden / *&c.* ſo wird er billich in ein härter Gefängnüß geſetzt / und einen Monat lang darinnen mit Waſſer und Brod geſpeiſet / *&c. I. H. ab E. Menſ. Iul. Anno* 1609.

*Prætori VVeiſſenfelſenſi, Menſ. Majo, An.*1601. 41

Quod ſi vero Relegandus, nec tum parere, & in exilium ire velit, nullum aliud ſupereſſe videtur coercendi remedium, quàm ut è Provincia & finibus eiiciatur, præſtita prius Vrphedâ per lictorem in animam Rei, ac Relegatione per publicum proclama affixum omnibus manifeſtata. Cuius effectus hic eſt, ut Relegatus ſi revertatur, pœnam periurii incurrat, non minus ac ſi ipſemet Vrphedam præſtitiſſet, de quo omninò admonendus, ut abſciſſionem digitorum, aliamque ſeveriorem pœnam, in reiterationem periurii conſtitutam evitet. 42

Reſponderunt ita ſæpius Scabini: So wird nunmehr *Inquiſiti* gethaner Verweigerung ungeachtet / die zuerkante ewige Landesverweiſung an ihme vollſtrecket / und auff dieſe maſſe *procediret*, daß nemlichen der Urpheden / den ſonſten der Gefangene in der Perſon zu thun verpflichtet / durch den Büttel von wegen deß Gefangenen in ſeine Seele verrichtet / und geſchworen / und er nachmals auff einen Karn geſetzet / uff die Grentze geſchafft und geführet / und alſo auß dem Ertz-Stifft Magdeburg geſtoſſen / und verwieſen / und zugleich außgeruffen / und durch öffentlichen Anſchlag jederman *notificiret* und zu wiſſen gethan wird / daß er nunmehr für einen ſolchen / ſo deß Landes verwieſen zu achten und zu halten / und wenn er in dem Stifft Magdeburg wiederum ſich betretten läſſet / er mit der Straffe / damit die jenigẽ / ſo uff einẽ Urpheden / verwieſen / und doch wieder kommen / zu belegen / welches dañ dem Gefangenen vor würcklicher *Execution* ernſtlichen unterſagt/ unnd er vor Schaden gewarnet/ jhme auch darneben dieſes angemeldet wird/ daß/ wenn er ins Stifft Magdeburg wieder kommen/ unnd ſich darinnen antreffen laſſen würde/ er mit Abhauung der förder Glieder der beyden Finger nit anders/ als wenn er den Vrpheden in der Perſon geſchworen/ geſtrafft und anderweit deß Landes verwieſen werden ſol/ V. R. W. *Conſulibus & Senatui in* Hettſtadt/ *Menſe Mart. Anno* 1625.

43 *It*: Da nun der Gefangene uff ſolcher ſeiner Widerſetzlichkeit nochmals verharren thäte/ und darvon abzuſtehen ſich nicht bewegen laſſen wolte/ wird die zuerkante Landesverweiſung an jhme dergeſtalt vollſtreckt/ daß der Urpheden/ den der Verhaffte ſonſten in der Perſon zu leiſten/ pflichtig/ durch den Land- oder Gerichtsknecht/ jedoch in deß Verhafften Seele geſchworen/ und er darnach uff einen Karn geſetzt/ uff die Grentze geſchaffet/ unnd alſo uff dieſe maſſe auß deß Churfürſten zu Sachſen/ und Burggraffens zu Magdeburg/ ꝛc. Unſers gnädigſten Herren Landen/ verwieſen und geſtoſſen/ dabey auch außgeruffen/ und durch öffentliche *Patenta* männiglichen *notificiret* wird/ daß der Gefangene nunmehr für den jenigen/ ſo deß Landes verwieſen/ zu achten/ und wenn er in Jhr Churfürſtl. Durchl Landen ſich wiederum betretten läſſet/ die Straffe/ damit die jenigen/ welche uff einen Urpheden verwieſen/ und doch wieder kommen/ belegt werden/ an jhme vollſtreckt werden ſol/ welches jhme gleichergeſtalt/ alſo mit Ernſt/ ſich vor fernerm Schaden und Unglück zu hüten/ unterſagt wird/ V. R. W. *Quæſtori Ilenburgenſ. Menſ. Mart.* Anno 1628.

In cauſa ſimili iisdem ferè formalibus verbis fuit pronunciatum Prætori & Scabinis Ilenburgenſib. Menſ. Ianuar. Anno 1628.
Iudici in Pechtelsgrün/ *Menſe Majo, Anno* 1627.
I.H. ab E. Menſ. Iulio, Anno 1609.
Præfecto in Wechſelburg/ *Menſe Februar.* Anno 1626.

Q.5. Num mulier teneatur ſequi virum Bannitum ex ſuo delicto?

44 *Quartò*: Quæri etiam hîc ſolet: *Vtrum Mulier teneatur ſequi virum bannitum ex ſuo delicto?* Quod ſimpliciter affirmat *Ægid. Boſſ. in pract. crimin. ſub. tit. de bonor. publ. numer.* 75. *Iohann.* Petr. *Surd. de aliment. tit.* 7. *quæſtion.* 26. *num.* 7. *Hartm. Piſtor obſerv.* 148. *num.* 3. ubi dicit, Scabinos hanc ſententiam in reſpondendo fuiſſe ſecutos. 45 Nihil enim tàm humanum eſſe videtur, quàm fortuitis caſibus mulieres maritum, & contra uxorem viri participem eſſe. *l. ſi dotem.* 22. §. *ſi maritus.* 7. *ff. ſolut. matrim.* Quæ ſententia etiam Theologis quibusdam probatur, exiſtimantibus, omni caſu uxorem virum ſequi debere *Beza lib. de repud. pag.* 218. 219. *Dana Eth. Chriſt. lib.* 2. *cap* 14. *Hieronym. Zanch. de matrim. tit. de divort. pag.* 745.

46 At dum *Conſtit. Elect.* 19. *part.* 4. uno tantummodò caſu uxorem adulterum ſequi cogit, quando nempe ob preces eiusdem gratia criminis marito eſt facta, concludit inde *Petr. Heig. part.* 2. *quæſt.* 14. *circa fin.* ſententiam prædictam aliquando temperandam, nec adeò ſeverè à muliere ſemper exigendum eſſe, ut maritum relegatum ſequatur, ſed judicem perpendere debere, quid res rationesque domeſticæ, liberorum communium, & rei familiaris ferant, utrum ſalvâ honeſtate uxor inter peregrinos verſari poſſit, nec iſtud properandū ut uxor peregrinationem nec marito, nec ſibi utilem ſuſcipere cogatur, habendamq; magis rationem innocentis perſonæ, & utilitatis publicæ prout arbitrium boni viri poſtulabit.

47 Etſi verò *Hartm. Piſtor.* opinio hiſce in terris communior ferè ſit & practicari ſoleat; attamen quin mulieri, quæ virum bannitum ſequitur, reverti & de bonis ſuis diſponere, ac per tempus ibidem commorari liceat, dubium prorſus non eſt; Nec enim ipſa relegata cenſetur, ſed relegatum maritum tantummodo ſequitur, eique cohabitat.

48 *Prout reſponderunt Scabini ad conſultationem VVolffgangi Georgii à* Zſceplitz: So viel aber ſein Eheweib anlanget/ ob wol dieſelbe/ dieſe Lande zu meiden nicht ſchuldig/ ſo wird jhr dennoch/ jhrem Ehemanne mit weſentlicher Wohnung zu folgen/ billich aufferlegt: Es iſt jhr aber/ mittler Zeit jhre Güter Pachtweiſe außzuthun/ oder ſonſten durch andere beſtellen zu laſſen/ unbenommen/ V. R. W. *Menſ. Sept. An.* 1609.

Q.6. An Relegati ſigno in fronte inuſto notari debeant?

49 *Sextò*: Dubitari ſolet: *An Relegati ob delictum, præter hanc pœnam, ſigno aliquo inuſto in fronte notari debeant*? Negat hoc Imper. Conſtantinus in *l.* 17. *C. de pœn.* Ibi: *Si quis in metallum fuerit pro criminum deprehenſorum qualitate damnatus, minimè in eius facie ſcribatur &c.* At de jure Saxonico aliud conſuetudine introductum eſt, 50 ut patet ex *Gloſſ.* Weichbild. *art.* 38. *num.* 5. *v.* Und diß iſt ſo viel. *& ſeq. Gloſſ.* Landrecht. *lib.* 2 *art.* 15. *n.* 6. *verſ.* Und windet jhme die Haar: *Chriſt. Zobel. part.* 4 *differ* 2. *n.* 13. *ſub fin. Bened. Reinh. part.* 5. *differ.* 7. *verſ. Secus de iure Saxon.*

51 Verùm hiſce in terris conſuetudo hæc uſu amplius non obſervatur, nec inuſtio ſignorum locum habet, ſed ſecundum jus commune pronunciatur, ut rectè notat *Ludovic. Fachſ. differ.* 66. *in med. verſ.* Dieſe Straffe, *&c. & poſt eum Matth. Berlich part.* 5. *concl.* 71. *n.* 26. *in fin.*

Q.7. An Relegati jura civitatis amittant?

52 *Septimò*, Denique & hoc quæſtionis eſt: *An Relegati jura Civitatis, qualia ſunt poteſtas patria in liberos, beneficia civibus & incolis competentia, ſtatus, aliaq; ſimilia quibus antea uſi fuere, perdant & amittant*? Negat hoc rectiſſimè *Ioh. Schneid. in §. cum autem Inſt. quib. mod. iur. patr. poteſt, ſolv.* 53 propter textum manifeſtum in *l. Relegati ff. de interdict. & releg.* ubi hæc verba habentur: *Relegati in Inſulam, in poteſtate ſua liberos retinent, quia & alia omnia iura ſua retinent: tantùm enim inſula eis egredi non licet, & bona quoque ſua omnia retinent, &c.* Idemque habetur *in l. relegatus.* 14 §. *magna.* 1. *ff. de interd. & relegat. l. eius qui* 8. §. *pen. ff. qui teſt. fac. poſſ.* §. *relegati.* 2. *Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt.*

54 *Secundum hanc ſententiam pronunciarunt Scabini verſus* Bitterfeld, *ad requiſitionem Senatus.* Ob wol P. S. ein lediger Geſell/ und Bürgers Sohn bey euch/ von wegen etlicher *Iniurien*, damit er den Rath angegriffen/ deß Landes uff 3. Jahr lang verwieſen worden/ *&c.* So mag jhme doch ſolche Verweiſung an ſeinem Bürggerrecht/ ſo von ſeinem Vatter uff jhn kommen/ nicht nachtheilig ſeyn/ unnd weil er ſich noch zur Zeit an keinem frembden Ort niedergelaſſen/ unnd ſeine eigene Hauß-

haltung daſelbſt angeſtellet/ſo ſeyd ihr jme auch den vierdten Pfenning an der Erbſchafft/ſo ihme von ſeinem verſtorbenen Bruder bey euch angefallen/ vermöge euer Statuten/ davon der überſendete Extract meldet/abzuziehen nicht befugt/V.R.W. *M. Mart.* Anno 1602.

55 Hactenus de pœna Relegationis perpetuæ ac temporalis, qua Reus non ſemper ex tota Provincia eiicitur, ſed quandoq; etiam ex certo tantummodò pago relegatur, quæ relegatio vocari vulgò ſolet, die Verbietung der Gerichte/ *Matth. Coler de proceſſ. execut. part. 2. cap. 1. n. 137.*

Q.8. Quid habendum de impoſitione venditionis ac migrationis ex pago aliquo certo?

Huic pœnæ ſimilis eſt *impoſitio venditionis ac migrationis ex certo aliquo pago*, wenn den Unterthanen aufferlegt wird/ jhre Gütere unter den Gerichten zuverkauffen / und ſich anderswohin zu wenden. 56 Quæ & ipſa ſpecies quædam Relegationis eſt, & adverſus ſubditos inobedientes à Nobilibus ut plurimum practicari ſolet.

57 *Prout nuperrimè adhuc reſpondimus VVolffgango Theodorico à* Grünrad: So werden von einẽ jeden ſelbiger Unterthanen/ drey neue Schock Straff eingebracht/ und wenn ſie ſich der ſchuldigen Schlam führen nochmals verweigern werden/ werden ſie durch Gefängniß darzu angehalten/ mit Verwarnung/ dafern ſie von jrem Ungehorſam nicht abſtehen werden/ ſie mit härter Straff dazu angehalten jhnen auch wol unter euern Gerichten zu verkauffen/ und ſich anderswohin zu wenden / aufferlegt werden ſoll/ V.R.W. *Menſ. April. A.* 1631.

QVÆSTIO CXXXI.

De ſubiectis pœnarum: ubi agitur de damno à brutis animalibus dato & num in cadavera Reorum in reatu mortuorum ſit animadvertendum.

SVMMARIA.

1. *Homines noxii ſunt materia & ſubiectum pœnarum n.* 11.
2. *Liberi & heredes noxiorum non tenentur, numer.* 3.
4. *Nec Dominus pro ſervo.*
5. *Neq; parentes pro delictis liberorum.*
6. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
7. *Quibus caſibus hæredes obligantur ex delicto defuncti, n.* 8. 9. 10.
12. *Pœnæ dant aliis exemplum.*
13. *Quare in cadavera delinquentium animadvertitur. n.* 15.
14. *Sicuti & in res inanimatas.*
16. *In Sodomia puniuntur bruta animalia.*
17. D*ominus quando animal pro noxa dare queat? num.* 18.
19. *Quid juris in foro Saxonico? n.* 20.
21. *Qui ſciens animal ad nocendum proclive retinet, pœna dignus eſt.*
22. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
23. *Quomodo punitur, qui canem aut animalia efferocia habet, damno ab iis dato? n.* 24. 26.
25. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
27. *In cadavera Reorum num animadvertere liceat num* 28. 30. 31 32. 33.
29. *Sepultura non deneganda eſt mortuis.*
34 *Liberum eſt judici, an Reos vita functos pœnis affici facere velit.*
35. *Quando in cadavera Reorum mortuorum ſit animadvertendum, nec ne, traditur per diſtinctionem certorum quorundam caſuum. n.* 37. 39. 41. 42. 44. 45. 48 49.
36. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n.* 38. 40. 43. 46. 47. 50. 51.

SEcundò, circa executionem noſſe quoq; oportet ſubiectum, cui ſupplicium eſt irrogandum: Quod absque dubio eſt corpus hominis facinoroſi, de cuius delicto perpetrato ex 1 proceſſu ordinario vel inquiſitorio ventilato conſtat. Hinc homines noxii qui deliquerunt dicuntur materia, in qua pœnæ ſunt exercendæ. *Petr. Theodor. in Colleg. crimin. diſput.* 10. *th.* 3 *lit. A.*

Q.1. An & quando liberi & heredes noxiorum teneantur?

Neque enim liberi & heredes noxiorum te- 2 nentur, *l.* 20. *l.* 26. *ff. de pœnis.* Neque alios quàm ſuos tenent pœnæ auctores, *l. ſancimus C. de pœn. l. ſi quis in ſuo §. legis. C. de inoff. teſtam. l. ob maritorum. C. Ne uxor pro marito l. ſi pœna. l. crimen. ff. de pœn. l. 3. §. quod pater. ff. de muner. & honor. l. actione §. diximus ff. pro ſocio l. generali §. ult. ff de rit. nupt. l. maritus ff. ſolut. matrim. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt.* 86. *in pr. Didac. Covar. lib. 2. variar. reſol. c.* 8. *n.* 1. *Proſper. Farin. in prax. crim. lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 24. *n.* 1. *Hieron. Magon. dec. Lucenſ.* 27. *n.* 1. *part.* 1. *Rolan. vol.* 4. *conſil.* 78. *n.* 3.

3 Eſt enim pœna delicti æſtimatio, *l.* 41. *in fin. ff. de pœn.* Quæ cùm, præterquam à debitore, exigi non debeat, *l.* 6. *ff. de negot. geſt.* utiq; nec pœna alii, quàm ipſi ſonti poteſt infligi. *Petr. Theod. dict. diſp.* 10 *th.* 3. *lit. A.* Quod & Sacræ ſcripturæ autoritate ſatis comprobatum eſt: ut *Ezec.* 18. ne ſontium ſcelera oneroſa inſontibus fiant. *Pſalm.* 83. *Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia. Et Pſ.* 25. *iudica me* Domine, *quoniam ego in innocentia mea ingreſſus ſum. Farin. dict. q.* 24. *n.* 1.

4 Hinc nec Dominus pro delicto famuli ſui, *l.* 1. *§. deieciſſe §. quoties l.* 3. *ff. de vi & vi armat. c. cum ad ſedem. de reſtitution. ſpoliat. c. cum quis. de ſentent. excommun. in ſexto Bartol. in l. ne quid num.* 1. *ff de incend. ruin & naufr. Iul. Clar. dict. quæſt.* 86. *verſ. Hinc infertur.* Nec filius pro delicto patris tenetur. *l.* 2. *§. nullum patris delictũ innocenti filio. ff.*

de pœn. l. filiam l. emancipatio § *ult. ff. de Senator. l. quoties. ff. de nox. act. tot. tit. C. Ne fil. pro patre. Farin. dict. quæſt. 24. num. 25. Didac. Covarr. dict. cap. 8. n. 1. Gig. de crim. læſ. Majeſt. lib. 3. tit. de pœn. quas filii incurrunt. quæſt. 1. n. 1. & ſeqq.* Sicuti nec vice verſa, parentes ex delictis liberorum pœnam aliquam incurrunt *Gigas. dict. quæſt. 1. num. 1. & ſeqq. Farin. dict. quæſt. 24. num. 2.* Quod ipſum quoque Divino eſt conſentaneum *Ezech. dict. cap. 18. Ibi: Anima quæ peccaverit, ipſa morietur, filius non portabit iniquitatem filii, juſtitia juſti ſuper eum erit, & impietas impii ſuper eum.* Quo & facit illud *Levit. cap. 14.* Ibi: *Non occidentur patres pro filiis, nec filii pro patribus, ſed unusquisque in peccato ſuo morietur.*

6 *Veluti ita reſponderunt Scabini* **gegen Piſsnick/** *ad requiſitionem Simonis* **Schmids: Wenn gleich euer Sohn/ ſo ſeines Alters achtzehen Jahr bekant/ daſs er mit Peter Weiſſens Wittiben uff ihr unabläſslich Anmuthen/ fleiſchliche Unzucht begangen/ davon ſie ſchwanger worden/ und das Kind/ ſo ſie zur Welt lebendig gebohren/ heimlich in euer Gut geleget/** *&c.* **So wäre doch euer Juncker und Gerichtsherr von euch einige Geldbuſs/ ſolches eures Sohnes Verbrechung halben zu fordern nit befugt/ V. R. W.** *Menſe Iun. Anno* 1598.

Quod tamen fallit, ſi delinquens mor-
7 tuus ſit poſt ſententiam, quæ vires rei judica-
tæ conſecuta eſt: Tunc namque ad heredes quo-
que pœna tranſit, eò quod hi ſecutâ condemna-
tione incipiant teneri ex quaſi contractu, ut-
pote ſententia celebrato; *l. 3. §. 11. ff. de pecul. l.*
2. de præter. ſtipul. Vaſq. Illuſtr. controverſ. 96. num.
8 *17. & ſeq. Proſper. in Farin. in prax. crimin. quæſt.*
10. *numer.* 45. Aut ſi ex delicto ad heredes de-
functi quid pervenerit, *l. ſicut pœna. ff. de reg. jur.*
l. 26. ff. de dolo Aut ſi ex delicto imponatur pœ-
9 na amiſſionis bonorum vel mulcta pecuniaria:
cuius nomine heredes quoque conveniri poſ-
ſunt, *l. 22. ff. ad SCtum Silan. l. 20. ff. de accuſat.*
Vel denique, ſi delicti atrocitas confiſcationem
10 bonorum requirat: ut accidit in crimine læſæ
majeſtatis, quo caſu liberos quoque ſucceſſio-
ne privari, ac per ſe conſequentiam & indire-
ctum puniri, nemini obſcurum eſt. *l. 5. C. ad Leg.*
jul. Majeſt.

Regulariter autem ſoli homines facino-
11 roſi pœnam luunt, adeoque & ſoli ipſi ſubje-
ctum ſunt pœnæ exercendæ, præter quos inter-
dum quoque bruta animalia, nec non cadave-
ra Reorum in reatu morientium, ſubjectum
ſupplicii dici queunt. *c. mulier 15. quæſt. 1. c. pla-*
cuit ubi gloſſ. 23. quæſtion 5 c. cum ad monaſterium.
ext. de ſtat. Mon. Petr. Theodor. dict. diſput. 10. th.
3. lit. B. Vaſq. dict. contr. 96. num. 10 & ſeqq. Li-
cet namque in brutis non adſit delinquenti vel
non delinquendi diſcreta deliberatio; per mor-
tem quoque Rei delinquentis, ipſum crimen
quoad pœnam maximè corporalem extingua-
tur *l. 6. ff. de publ. judic. Anton. Gomez. tom. 3. re-*
12 *ſolut. 1. nu. 78 & ſeq.* Attamen quia in pœnis non
ſolùm corpora delinquentium, & ut iisdem vi-
vis cruciatus maiores infligantur; ſed & exem-
plum ſpectandum, certè una cauſa quantumvis
ceſſante, nihilominus altera obtinet, ſi tanta ſit
flagitiorum atrocitas, ut ad deteſtanda ea ſin-
gulari & publico exemplo opus videatur, quo
recordatione periculi caveant alii, & horror il-
lis incutiatur, ne quis in eo delinquere audeat,
in quo & bruta animalia haud impunita dimit-
tantur.

13 Quæ & unica verè cauſa eſt, quod cadaveribus delinquentium mortuorum ſupplicium quandoque irrogetur. *Hering. de fideiuſſor. cap. 10. num. 344. Petr. Gilken. ad tit. C. de ſumm. trinit. numer. 116. Petr. Heig. part. 2. quæſtion. 37. num. 27.* Perinde ut mortuo interdum corona adjudicatur, quo alii ad virtutem & honorem alliciuntur. *Petr. Theodor. dict. diſp. 10. th. 3. lit. B. Matth. VVeſemb. in parvat. ff. de pœn. num. 6. Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crimin. cap. 69 num. 15. Hippol. de Marſil. in pract. crimin. § diligenter nu. 197. Iacob. Menoch. de arbor. jud. quæſt. lib. 1. caſ. 99. num. 150 & ſeq. num. 10. & 11.*

14 Neque etiam alio fine in rebus planè inanimatis, ſtatuis, & domibus interdum animadverti conſuevit; quàm ut monumentum pœnæ publicæ conſtitutæ, ob immane ſcelus perpetratum ad poſteros extaret, in terrorem aliorum: vel ut teſtimonium hoc eſſet, quàm deteſtandum & abominabile fuerit iſtud ſcelus, ut ne quidem fas putatum, eiusmodi res per quas & in quibus perpetratum eſſet, amplius & diutiùs in ſtatu priori relinqui, *Petr. Theodor. dict. diſp. 10. th. 3. lit. B.*

15 Certum igitur eſt, quòd non niſi in terrorem & exemplum aliorum, tàm in bruta animalia, quàm cadavera delinquentium in reatu mortuorum quandoque animadvertatur; de quo etiam non multum dubitatur Sed illud expeditum non eſt: *Quando, & quo caſu adverſus bruta animalia, nec non cadavera Reorum quid ſtatuendum ſit?*

16 Quicquid alibi forſan uſu ac moribus receptum ſit, in foro Saxonico non niſi in crimine Sodomię cum brutis animalibus commiſſæ, unà cum reis delinquentibus ipſa quoque bruta animalia igne comburuntur, & in cineres rediguntur *Matth. Coler. part. 1. deciſ. 187. in fin. Petr. Theodor. in Colleg. Crimin. diſp. 6. th. 5. lit. L. verſ. in terris Saxonicis, &c.* Quod ipſum etiam legibus Moſaicis convenit. *Levit. 20. verſ. 15 c. mulier. 15. quæſt. 1. Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 96. n. 15 Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. fornicatio. n. 22. & §. ult. quæſt. 99. num. 8. verſ. cæterum hæc conſuetudo.* Vid. ſuprà *p. 2. quæſt. 76 n. 32.*

Q. 2. Quãdo adverſus bruta animalia quid ſtatuendum ſit?

17 Huc etiam referri poteſt Datio bruti animalis noxæ, quod pauperiem fecit: Quamvis hoc caſu non ipſum animal puniatur: ſed dominus animalis amiſſione ipſius coerceatur. Eſt enim prodita Lege 12. tabb. de quadrupede actio, quâ aut animal, quod noxiam commiſit, dedi, aut æſtimatio noxæ, hoc eſt, ipſius delicti ſive damni, præſtari poſtulatur. *l. 1. in pr. ff. ſi quadr. pauper. feciſſ. dicatur.* Etenim verba Legis 12. tabb. hæc fuerunt: *Si quadrupes pauperiem feciſſe dicetur, et, cuius intererit, in eum qui dominus erit, quo tempore de noxia*

quæretur, actio eſto, ut vel noxæ quadrupedem dedat, vel noxiæ æſtimationem præſtet. Matth. VVeſembec. in parat. ff. ſi quadrup. pauper. feciſſe dicatur. num. 3. 18 Adeoque de jure civili convento liberum eſt, ut animal pro noxa dare, aut damni æſtimationem ſolvere: quam electionem Dominus conventus non perdit ob poſſeſſionem animalis, ſed ſolùm ob ſcientiam. *dict. l.* 1. *ff. ſi quadrup. pauper. feciſſ. dicat. §. omnes autem. Inſtit. de noxal. action. Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 168. *num.* 3. *Ludov. Faſch. diff.* 68. *Benedict. Reinhard. p.* 5. *differ.* 17.

19

Q. 3. Datio bruti animalis noxæ quando locũ habeat in foro Saxonico?

Sed paulò aliter res ſe habet de jure Saxonico, ubi Dominus animalis dictam electionem ſtatim eo ipſo amittit, ſi poſt damnum ab animali datum reperiatur animal poſſidere. Ideoque oportet dominum cautum eſſe, ne recipiat 20 animal, damno dato, in ſuam poſſeſſionem, quia aliàs tenebitur de æſtimatione damni, & non poterit animal noxæ dedere. Si autem poſt damnum ab animali datum dominus illud à ſe prorſus expellat, & habere nolit, tunc in nullo tenebitur, attamen damnum paſſus poteſt illud animal hoc caſu noxæ accipere. Idque propter textum manifeſtum in *artic.* 40 Landrecht. *lib.* 2. *in pr.* Ibi: Weß Hund/ Eberſchwein/ Beer/ Pferd/ Ochs/ oder welcherley Thier es ſey/ einen Menſchen tödtet oder lähmet/ oder ein ſolch Vieh das ander/ ſein Herr ſol den Schaden gelten nach ſeinem rechten Wehrgelde/ oder das todte Thier nach ſeinem Werth beſſern/ ob er es wieder an ſeine Gewehr nimmet / nach dem er es erſt erfähret: Schlägt er es aber auß/ unnd Hauſet noch Hoſet es nicht / noch etzet und träncket es nicht/ ſo iſt er unſchuldig an dem Schaden/ So unterwinde ſichs jener vor ſeinen Schaden ob er wil/ ꝛc. *Matth. Coler. dict. deciſ.* 168. *n.* 4. *Fachſ. dict. loco. Iohan. Schneidvvin. in § ult. num.* 5 *ff. ad* 21 *Leg. Aquil.*

Præterea & Sanctio Carolina puniri jubet eum, qui ſciens animal ad nocendum proclive retinet, & ſic damnum, quod occidendo animal iſtud præcavere potuiſſet, non avertit, in *Ordin. Crimin. artic.* 136. Ibi: Hat einer ein Thier/ daß ſich dermaſſen erzeiget/ oder ſonſt der Art und Eygenſchafft iſt/ dadurch zu beſorgen/ daß es den Leuten an Leib oder Leben Schaden thun möchte/ ſol der Herr deſſelben Thiers ſolch Thier von jhm thun / denn wo ſolch Thier jemand Schaden thät/ oder entleibete/ ſol der Herr deß Thiers darum nach Gelegenheit unnd Geſtalt der Sachen/ unnd Rath der Rechtsverſtändigen/ oder an Enden/ als hernach vermeldet/ geſtrafft werden / und ſo viel deſto mehr ſo er zuvor von dem Richter oder ander Obrigkeit deß zuvor gewarnet würde. Quod ipſum in foro quoque Saxonico quotidiè practicatur, ut ſcilicet is, qui animal poſt damnum datum retinet, præter æſtimationem damni ob culpam, ſi qua inter- 22 venerit, arbitrariè, carcere aut mulcta pecuniaria puniatur.

Reſpondimus ita Prætori & Scabinis Freibergenſibus: Hat Hanſen Börners Rammelochs am 25. Junii frühe gegen ſechs Uhr/ daß Viehe-Mägdlein von 12. Jahren Lorentz Franckens eines Fleiſchhauers Tochter auff der Wäide erſtoſſen unnd umbgebracht. Da nun Hans Borner nach beſchehener That ſolchen Ochſen mit ſeinem andern Viehe hinwiederumb in ſeinen Stall treiben/ unnd jhn allda anbinden laſſen / alſo daß er ſich deß Ochſens wieder angemaſſet / *&c.* So iſt er deß entleibeten Mägdleins Vatter zu erlegen ſchuldig / zu verbüſſen verpflichtet / unnd mag hierüber / daß er den Ochſen bey Zeiten nicht abgeſchaffet / ungeachtet er doch wol gewuſt / daß er ſtöſſig geweſen / willkührlichen entweder um vier neue Schock oder ein vierzehen Tage lang mit Gefangnüß in Straff genommen werden / unnd iſt hierüber / die in dieſer Sachen auffgewendete Unkoſten / uff vorhergehende *liquidation* unnd Richterliche Ermeſſigung zu erſtatten / ſo wol auch den Ochſen abthun zu laſſen ſchuldig / damit fernerer Schade verhütet werden möge / V. R. W. *Menſe Iulio, Anno* 1626.

23

Q. 4. Pena habentis animalia ferocia aut canem efferocem damno ab iis dato.

Sed hæc ita ſe habent in animalibus manſuetis, quæ nocere aliàs non conſueverunt. Quod ſi verò quis animalia ſui naturâ ferocia habuerit, is dato ab ipſis damno ad æſtimationem tenetur, etiamſi à ſe iſta animalia poſtmodum excludat: Dummodò probari poſſit, quod uſque in diem damni dati ea tenuerit. *Matth. Coler. part.* 1. *deciſion.* 168. *numer.* 5. Quod & verum eſt, de cane, bove, aliiſque animalibus nimis efferocibus, quæ ſolent homines invadere ad inſtar aliarum beſtiarum, per text. in *artic.* 92 24 Landrecht. *lib* 2. Ibi: Wer hält einen ſchädlichen Hund/ der da beiſſet/ oder einen zahmen Wolff/ oder ein Hirſchen / Beeren / oder Affen / was die Schadens thun/ oder der ſol gelten/ der ſie hält/ wil er ſich jhr darnach euſſern nach dem Schaden/ als ob er ſie außſchlägt/ oder nicht hauſet noch ſpeiſet/ damit iſt er nicht unſchuldig der That ob man das gezeugen mag ſelb dritt/ daß er ſie gehalten hab zu der Zeit/ da ſie den Schaden thäten. *Coler. dict. loco.* 25

Et ita reſpondimus in caſu, quo damno à cane efferoce dato, dominus canis illum excludebat. Ad requiſitionem iudicis Præfecturæ Cicenſis: Hat Hanſen Schmids zu Röda törichter Hund / den er uff beſchehene Verwarnung nicht abgeſchaffet / noch weg gethan / einen Knaben von acht Jahren jämmerlich erbiſſen / und umgebracht / in gleichen Inhalts der Gerichtlichen Beſichtigung Hanſen Hariſchers Sohn unnd Tochter gantz übel gebiſſen und beſchädiget / unnd nach deme bemeldter Hans Schmidt hierüber vernommen worden / hat er geſtändig ſeyn müſſen / daß ſein Hund angeregte Schäden obbeniembten Perſonen zugefüget / darzu er dann / weil er den Hund nicht beſſer verwahret / oder uff Verwarnung zu tode ſchlagen laſſen / ſelbſten Urſach gegeben *&c.* So iſt er / unangeſehen er ſich deß Hundes nicht wiederum angemaſt / deß erbiſſenen Knabens nechſten Freunden ein gantz Wehrgeld zu erlegen / ſo wol den andern beyden beſchädigten Perſonen / daß auffgewendete Artzt-Lohn wieder zu erſtatten / wie dann auch die Unkoſten auff vorhergehende *liquidation* / unnd Richterliche Ermeſſigung zu entrichten ſchuldig / unnd mag hierüber wilkürlichen / entweder ein vier Wochen lang mit Gefängnüß / oder umb eine ziemliche Geldbuſſe ſeinem Vermögen nach / jedoch daß ſich dieſelbe über zehen neue Schock nicht erſtrecke / in

Straff genommen werden/ V.R.W. *Septemb. Anno 1629.*

Et ad requiſitionem Quæſtoris Plavienſis: Ob nun wol Adam Schmidt/ als deß Ochſens Eigenthums Herr ſich deſſelben ferner nicht anmaſſen wil; Dieweil er aber dennoch in keiner Abrede ſeyn kan/ daß der Ochſe/ ſo ſeine Schweſter umbracht/ zuvor auch den Koller gehabt/ und er jhn gleichwol nicht abgeſchaffet/ &c. So mag er ſich auch durch die Euſſerung deß Ochſens der verwirckten Straffe nit entbrechen/ ſondern er iſt der umgebrachten Magd nechſten Freunden ein halb Wehrgeld zu erlegen/ wie auch die in dieſer Sachen uffgewendete Unkoſten uff Ermeſſigung zu erſtatten ſchuldig/ und mag hierüber entweder zwölff Tage lang mit Gefängniß/ oder um vier neue Schock geſtrafft werden/ der Ochſe aber wird zu Verhütung ferner Unglücks unnd Schadens billich abgethan/ V.R.W. *Menſ. Iul. Anno* 1635.

26 Econtra verò limitandum eſt, quod de æſtimatione damni antea dixi, ut ſcilicet Dominus animalis neque ad æſtimationem, neque ad dationem animalis teneatur; etiamſi poſt damnum datum iſtud retinuerit, ſi damnum paſſus cauſam dediſſet nocumento; puta ſi quis percuſſiſſet, vel inſtigaſſet equum, ut damnum daret: prout Wittebergenſes *Anno* 1551. reſpondiſſe; refert *Matth. Coler. dict. deciſ.* 168. *num.* 8.

27 Porrò in cadavera quoque Reorum quandoque animadverti ſolet. De quo tamen haud inconvenienter dubitari po-
28 teſt: Num ſcilicet hæc Pœna aliqua attingere debeat? Etenim, quia per mortem delinquentis ipſum ſtatim delictum extrahatur, *l.* 6. *ff. de publ. judic. l.* 1. *& ultim. C. ſi accuſat. mort. fuer.* ſequitur, delinquentem poſt mortem puniendum non eſſe. *Petr. Theodor. in Colleg. crimin. diſput.* 10. *theſ.* 3. *lit. B.* Quare judices, qui cadavera mortuorum ſuſpendi faciunt, reprehendendos ac in Syndicatu teneri, tradunt *Dd. communiter. Par. de Puteo in tract. Syndicat. verb. mortuus cap.* 1. *numer* 1. *Anton Gomez. tom.* 3. *variar. reſolut. cap num.* 78. *& ſeqq. Peregrin. de jur. fiſci. lib.* 4. *tit.* 5. *num.* 2 *&* 3. *Ægid Boſſ. in tit. de accuſat. num.* 33. *Proſper. Farinac. in prax. crimin. lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 77. *Hier. Gigas. in tract. de crimin. læſ. Majeſt. lib.* 2. *tit. de pœn. committ. crim. læſ. majeſt. quæſt.* 34. *num.* 1 *Petr. Plach. in Epit. delict. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 13. *Dec. in l. pupillum qui §. in heredes. numer.* 2. *ubi etiam Cagnol. numer.* 2. *ff. de reg. jur. Ludov Carer. in pract. crimin. tract. de homicid. l.* 3. *c.* 96 *num.* 7. *&* 8.

29 Neque enim ſepultura videtur deneganda mortuis, quum etiam innocentibus ſepulturam concedi humanum & ſanctum eſſe dicatur. *Iacob. Cujac. l.* 12. *obſervat.* 30. *Petr. Heig. part.* 2. *quæſtion.* 37. *numer.* 9 *& ſeqq.* ubi dicit, quâ ratione nocentibus adhuc viventibus Sacramentorum uſus permiſſus fuit, eadem & ſepulturæ communionem concedendam eſſe, *arg. Clem.* 1. *de pœnit. & remiſs. cap.* 2. *de furt. c. ſuper eo, de hæret. in 6to. Iacob. Menoch. de arbitr. Iudic. quæſt. lib.* 2. *caſ.* 285. *n.* 1. *& ſeq.*

Nihilominus tamen, ratio quædam animadverſionem in cadavera Reorum delinquentium defendit; quò nempe recordatione iſtius pœnæ, à delinquendo cæteri facilius abſtineant: Inter alias namque pœnarum cauſas, haud minima eſt exemplum & memoria punitionis, ut alii ſimilibus à peccatis, quæ prohiberi publicè intereſt, metu cognitæ pœnæ deterreantur, nec in mores abeant maleficia. *Gell. lib.* 6. *Noct. atticar. cap.* 14. *Petr. Heig. part* 2. *quæſt.* 37. *num.* 27. *Petr. Gilken. ad tit. C. de ſumm. Trinit. n.* 116. *Andr. Tiraquell. de pœn. cap.* 48. Quò & illud *Cicer.* 1. *offic.* reſpicit: *Pœnis*, inquit ille, *utimur contra delinquentes, ne quid poſthac committant ipſi cæteri verò ſint ad delinquendum tardiores.* Et *Plato lib.* 34. *in Georg. convenit, omnem, qui ab aliquo rectè punitur, vel ipſum fieri meliorem, utilitatemq́ percipere, vel cæteris exempla dare, ut illi pœnas aſpicientes meliores efficiantur, &c.* 30

Hancce rationem probè perpendens vix inficias ire poterit, quin cadavera mortuorum rectè quandoque ſuſpendantur, vel comburantur. *Petr. Heig. part.* 2. *quæſt.* 37. *num.* 32. *Bald. in l.* 2. *C. qui teſtam. fac. poſſ. Par. de Puteo. in tract. Syndic. verb. Mortuus. num.* 1. *Proſper. Farinac. dict. quæſt.* 10. *numer.* 78 *Matth. Berlich. part* 4. *concl.* 5. *numer.* 99. *Iohan. Georg. Gœdelm. in tract. de mag. & Venefic. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 23. ubi etiam præjudicium adducit. *Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſt caſ.* 244. *n.* 4. 5 *& ſeqq.* 31

Fateor equidem, ipſa cadavera non puniri, neque adverſus eadem executioni ſententiam mandari poſſe, non magis quàm ſi quis in brutum animal ob damnum datum merum Imperium exerceat, *l.* 1. *ff. ſi quadr. pauper feciſſ. dicat.* Nihilominus tamen in terrorem & exemplum permitti poteſt, ut in cadavera aliquatenus animadvertatur; Quæ ſeveritas politicam habet conſiderationem: Longè aliud ſiquidem agitur, quàm ſimulatur, nempè ut recordatione periculi alieni caveant alii, & horror injiciatur iſtiuſmodi exemplis, ne quis velit in eo deliquiſſe, in quo & cadaver delinquentis ab omni reatu non liberum eſſe videtur. *Petr. Heig. dict. quæſt.* 37. *n.* 43. 32

Quin & denegationem ſepulturæ loco pœnæ eſſe, haud abſurdè quis affirmaverit ex 1. *Reg.* 17. *verſ.* 44. 4. *Reg.* 9. *verſ.* 34 *& ſeq. Pſalm.* 79. *verſ.* 4. 6. Quanto magis animadverſio in cadavera defunctorum delinquentium, coercitionem quandam innuit. Notiſſimi præterea juris eſt, in quibusdam criminibus poſt mortem memoriam damnari defunctorum, & bona publicari, ubi crimen morte Rei nequaquam extinguitur. *Peregr. de jur. fiſc. lib.* 4. *tit.* 5. *num.* 19. *& ſeq. Muſcorn. in tract. de juriſdict. num.* 47. *& ſeq. Iul. Clar. in pract. crim. § ult. quæſt.* 51. *n.* 13. *& ſeq.* 33

34 Neutra itaque ſententia fundamentis & rationibus deſtituitur, ut ſic liberum quaſi eſſe videatur judici, ex ſuo arbitrio jubere Reos vita functos vel laqueo ſuſpendi, vel aliis ignominiis affici, ad coercendam videli-

Q. 5. Quando & quibus caſibus in cadavera Reorum mortuorũ ſit animadvertendũ?

cet audaciam eorum, qui pluris faciunt ignomiam, & dedecus publicum quàm vitæ præſentis uſuram diuturniorem, ut ſentit *Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſtion caſ.* 258. *n.* 7. quem ſequitur *Petr. Heig. dict. quæſt.* 37. *num.* 33. *Proſp. Farinac. dict. quæſt.* 10. *nu.* 78. ubi dicit, practicatam, & magis communem eſſe opinionem, quòd judici arbitrarium ſit, cadaver delinquentis mortui poſt condemnationem ſuſpendi facere. Quod tamen arbitrium juri ac rationi conforme, ac regulatum eſſe debet: Pro cuius informatione ſubſequens ab invicem caſus poſſunt diſtingui.

35 Primus caſus eſt: Quando Reus de crimine quodam, licet atrociſſimo inculpatus, attamen nondum confeſſus vel convictus, minus verò condemnatus, mortuus fuerit; huic neutiquam ſepultura eſt deneganda, nec ullatenus in cadaver inculpati animadvertendum. *Proſper. Farin. in pract. crimin. lib.* 1. *tit.* 1. *q.* 10. *num.* 79. ubi dicit: ſi non ſunt condemnati, vel ſaltem legitimè confeſſi aut convicti, ſive etiam in notorio & flagranti crimine reperti, ac taliter, ut ſi viverent, nulla prorſus eis defenſio competeret, nullatenus eorum cadaver, etiam quod delictum ſit graviſſimum, ſuſpendi poteſt, nec de conſuetudine ſuſpenditur. Nam ſi iſto caſu vivus non potuiſſet puniri, multo minus eo mortuo, ignominia alicuius pœnæ affici poterit cadaver. *Ægid. Boſſ. tit. de execut. ſent. n.* 33.

36 *Reſpondimus ita Ludovico ab* Aſſeburg: hat ſich ſelbiger Oerter vor 2. Jahren eine Räuberiſche Geſellſchafft zuſammen rottiret / ſo nicht allein die Käyſerliche Soldaten / ſondern auch andere Landſaſſen ſo wol heimlich als öffentlich angegriffen / beraubet / ermordet / und offtmals gantz jämmerlichen zugerichtet / über das bey Tage unn Nächtlicher Weil in vornehmer und Adelicher Perſonen Wohnunge eingefallen / dieſelbe geplündert / die Einwohner mit ſich genommen / und jhres Gefallens rantzioniret / unter welcher Rotte einer Namens Balthaſar Hagke ein Schaffknecht / der fürnemſte geweſen ſeyn ſoll / ſo unlängſten neben zweyen Geſellen ſich unterſtanden 4. Crabaten anzugreiffen / ſo ſich aber zur Wehre geſtellet / die Räubere in die Flucht geſchlagen / und gedachten Balthaſar Hagken zu tode gehauen. Ob nu wol deſſen todter Cörper vorhanden: Dieweil er aber dennoch bey ſeinem Leben noch zur Zeit über die jhme zugemeſſene Unthaten nicht vernommen worden / weniger derſelben geſtändig / oder überführet geweſē / *&c.* So mag auch mit ſeinem Cörper anjetzo nichts fürgenommen werden / ſondern es wird derſelbe / an dem Ort da er gefunden worden / ohne Ceremonien billich begraben / V. R. W. *Menſ. Iunio Anno* 1629.

37 Idque tantò magis verum eſt, ſi Reo delinquente jam mortuo atque ſepulto, crimen ab ipſo perpetratum manifeſtetur: præterquam confeſſus aut convictus fuerit, pro innocente etiam habitus ac nondum diffamatus fuit ſepultus, ut nulla prorſus ratio animadverſionem in cadaver jam terræ traditum admittat.

38 *Vti pronunciavimus* gegen Ruckersdorff: Iſt das Weib / welcher obgedachte Verbrechung zugemeſſen wird / ohne gefehr vor einem Jahre Todes verfahren / und ehrlichen zur Erden beſtattet worden / So mag nunmehr mit dem toden Cörper nichts fürgenommen / noch derſelbe wieder auffgegraben / und anderswohin geworffen werden / V. R. W. *Menſ. Iun. Anno* 1630.

39 Secundus caſus eſt: Quando Reus adhuc vivus crimen quidem confeſſus, aut de eo convictus fuerit; attamen de corpore delicti, an hoc verè ſit perpetratum, non conſtet. Quo caſu vivo delinquenti mortis pœna irrogari nequit, juxta *l.* 1. *§. item illud. ff. ad Silan. l. ſi quando. Vnde Vi. Mynſing cent.* 3. *obſerv.* 81. *Foller. in pract. crimin. verb capiat informationem num.* 18. *Proſper. Farin. in prax. crimin. lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 6. *Ioſeph. Maſcard. de probat. lib.* 2. *concl.* 830. *numer.* 5. Quare nec mortuo Reo, cadaver ipſius maculâ affici debet, ut maximè etiam ex conjecturis & præſumptionibus veritas criminis ſit colligenda.

40 *Prout reſpondimus Quæſtori in* Voigtsbergk: Obwol *H. H.* in ſcharffer Frage ſich zu dem *articulirten* Straſſenraub bekandt / dieweil aber dennoch deßwegen keine Erkündigung bey den Acten vorhanden; Als mag auch / wenn er gleich jetzo verſterben ſolte / mit ſeinem toden Cörper nichts fürgenommen werden / ſondern es würde derſelbe / jedoch ohne gewöhnliche Ceremonien / Geſang unnd Klang / durch den Todtengräber auff den Kirch-Hoff gelegt unnd begraben / V. R. W. *Menſ. Octob. Anno* 1629.

41 Tertius caſus eſt: Si Reus de crimine confeſſus vel convictus, & ad ſupplicium mortis condemnatus, antequam ſententia executioni mandetur, mortuus fuerit. Huius cadaver pro ratione criminis commiſſi non minus ſuſpendendum, comburendum vel Rotæ affigendum eſſe, ac ſi Reus adhuc viveret, non malè forſan quis affirmaverit, nec judex ex arbitrio ſic judicando à vero multum aberraverit. 42 Attamen ſi crimen perpetratum non fuerit ex numero eorum, quæ pro atrociſſimis habentur, ut in cadaver Rei defuncti animadvertatur, ſuaſor eſſe nollem, eò quòd per mortem delinquentis ipſum delictum quoad pœnam corporalem extinguatur. *l.* 6. *ff. de publ. judic. & l. fin. C. ſi accuſ. mort. fue. Anton. Gomez. tom.* 3. *variar. reſolut. cap.* 1. *num.* 78. *& ſeqq. Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſput.* 20. *theſ.* 3. *lit. B. Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 107. *n.* 37.

43 *Sicuti & Domini Scabini pronunciarunt ad conſultationem Senatus in* Muchelen: Ob wohl Zentgar ſeines Alters von achtzig Jahren in gutem bekandt / daß er einen Jungen von funffzehen Jahren mit einem Stock zu tode geſchlagen / *&c.* Dieweil aber dennoch derſelbe eurn fernern Bericht nach an der ſchweren Noth / damit er beladen geweſen / nunmehr auch Todes abgangen; So mag wider ſeinen todten Cörper ferner nichts fürgenommen werden; Sondern es wird derſelbe vom Todtengräber uff den gemeinen Kirchhoff / jedoch ohne die gewöhnlichen Ceremonien billich begraben / V. R. W. *M. Ian. Anno* 1608.

At crimine quopiam atrociſſimo, veluti In-
44 cendii, Veneficii, læſæ Maieſtatis, &c. commiſſo,
cadavera in Reatu mortuorum publicè ſuſpendi
vel Rotæ affigi, aut comburi debere, conveniunt
fermè omnes. *Petr. Heig. part. 2. quæſt. 37. num. 32.*
Par. de Puteo in tract. Syndic. verb. Mortuus num. 1.
Proſp. Farin in prax. crim. lib. 1. tit. 1. quæſt. 10 num.
78. Ægid. Boſſ. in tit de execut. ſentent. nu. 18. & in
tit. de accuſ. n. 33. Iul. Clar. in pract. crim. §. ult. quæſt.
51. qui dicunt, in delictis atrociſſimis ad aliorum
exemplorum & terrorem, judici arbitrarium eſ-
ſe, cadaver delinquentis mortui poſt condem-
nationem ſuſpendi facere, ut in inſignibus & fa-
moſis latronibus, Reis læſæ maieſtatis, &c. Qui-
45 bus ob delicti atrocitatem non multum repug-
no: Quamvis ſatis eſſe exiſtimem, cadaver Rei
in reatu mortui hoc caſu à carnifice è civitate
trahi, ac penes furcas aut patibulum humari;
qualis ſepultura vulgò dicitur canina, & loco
pænæ eſſe poteſt in criminibus atrociſſimis.
Quippe quando in literis ſacris execrabilis dam-
nationis mentio fit, hoc cumprimis adiicitur, ca-
davera ſepultura indigna volucrum & beſtiarum
prædæ fore: ut & poſt mortem & ſupplicium da-
tum pœna duret. *1. Reg. 17. verſ. 44. 3. Reg. 21. verſ.*
23. & 4. Reg. 9. verſ. 34. & ſeq. Pſal. 79. verſ. 2. Eſa.
14. verſ. 19. 20. Ezech. 39. verſ. 17. & ſeq. Ierem. 16.
verſ. 46.

46 *Veluti etiam pronunciavimus* gegen Sittichenbach/ *Ad requiſitionem præfecti*: Dieweil auß der gehaltenen gerichtlichen *regiſtratur* ſo viel zubefinden/ daß der Teuffel bey der Tortur Margrethen Sparwizin ſo hart zugeſetzet/ daß ſie nicht eine halbe Stunde an der Leiter geſpannet/ mit groſſem Geſchrey Todtes verfahren/ und jhr Haupt gehencket/ daß man geſehen/ daß ſie der Teuffel inwendig in Leibe umgebracht/ inmaſſen denn auch darauß abzunehmen iſt/ daß es mit jhr nicht richtig geweſen ſeyn muß/ weil ſie bey werender Tortur/ gar nichts weder ja noch nein geantwortet/ ꝛc. So wird der Sparwizin toder Cörper ohne Geſang und Geleute/ unter den Galgen/ oder das Gerichte/ durch den Scharffrichter oder Abedecker billich begraben/ und verſcharret/ V. R. W. *M. Iun. A. 1623.*

47 *Pariter & Scabinos adverſus delinquētem, de incendio & confeſſum ante executionem mortuū, pronunciaſſe reperio verſus* Löbnitz: So mag nunmehr wider den Toden Cörper ferner nichts fürgenommen werden/ ſondern derſelbe wird durch den Scharffrichter unter das Gerichte billich begraben V. R. W. *Menſ. Februar. A. 1596.*

48 Quartus caſus eſt: Si Reus de crimine quopiam capitali confeſſus vel convictus, ex conſcientia delicti patrati ſeipſum interfecerit, & executionem ſupplicii prævenerit, mortemque acceleraverit. De quo vix dubium eſt, quin eiusdem cadaver ſuſpendi, Rotæ affigi, vel comburi queat, *Petr. Heig. part. 2. quæſt. 37. nu. 32. Matth. Coler. dict. part. 1. quæſt. 107. num. 38. Petr. Theodor. dict. diſp. 10. theſ. 10 in fin. Proſper. Farin. dict. quæſt. 10. num. 80 Iacob. Menoch. de arbit. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 285.* Et ita obſervatum, per plura exempla teſtatur, *Anton. Gomez. tom. 3. variar reſolut. c. 1. n. 79. Iul. Clar. dict. quæſt. 51. Gigas in tract. de crim. læſ. maieſt. in tit. de pæn comm. crim. læſ. maieſt. quæſt. 33. n. 8.*

49 Abſurdum namq; eſſet, à pœna eximi Reum; qui propterea quòd mortem ſibimet ipſi intulerit, graviori ſupplicio plectendus eſſet. Et ſi unquam in exemplum & terrorem aliorum, adverſus cadavera defunctorum animadvertendum eſt, hoc caſu, quo delictum delicto cumulatur, id fieri debere, nemo negaverit.

50 *Prout Scabini pronunciarunt adverſus Quæſtorem infidelem, qui metuens pænam laquei publicā in carcere privatim laqueo arrepto ſemetipſum ſuſpenderat*: gegen Dreßden: So hat er durch ſolche Veruntreuung die Straffe deß Strāgs verwircket/ und weil es dieſe Gelegenheit genommen/ daß er ſich ſelbſten erhencket/ ſo wird nunmehr nichts weniger wegen ſolcher ſeiner Veruntreuung und Betrugs/ weil er auch ſeines böſen Gewiſſens halben ſein eigener Hencker worden/ jhme ſelbſten das Leben eygenthätlichen genommen/ und ſich umgebracht/ auch andern dergleichen/ welche auß leichtfertiger Künheit die zeitliche Schmach und Straff/ ſo ſie wegen jhrer verübten Verbrechung verdienen/ höher als jhren Leib und Seel achten/ zum Abſcheu und Exempel/ damit jhnen gewehret/ und ſie hierdurch gleichſam abgehalten werden/ jhnen jhr Leben wegen der ſchmählichen Straffe/ ſo nach jhrem Tode an jhnen vollſtrecket wird/ eygenthätiger Weiſe ſelbſten zu nehmen/ ſein toder Cörper an Galgen offentlichen gehencket/ V. R. W. *Ad requiſitionem Illuſtriſſimi Dn. Electoris Saxon. Menſ.* April. *A. 1613.*

51 *Pariter reſponderunt ad conſultationem Quæſtoris Torgenſis, adverſus Latronē, qui Rota contūdendus, vulnera aliquot lethalia ſibimet ipſi inflixerat, quo mortem accelerando pænam Rotæ effugeret.* Und wenn er gleich von ſolcher Beſchädigung/ ehe und zuvor dieſer Rechtſpruch ankommet/ verſterben möchte/ würde nichts weniger ſein toder Cörper/ weil er ſonſten das Leben/ ſo jhme durch Urthel und Recht aberkant/ verwircket/ an die Feymſtatt oder ans Gerichte geführet/ und daſelbſten auff ein Rad andern zum Exempel und Abſcheu billich geleget und geflochten/ V. R. W. *Menſe April. A. 1613.*

QVÆSTIO CXXXII.

De cumulatione Pænarum: Et an pluribus atque diverſis delictis exiſtentibus, pluribus quoque & diverſis pœnis ſit locus?

SVMMARIA.

1. *Abſque ſententia condemnatoria nemo puniendus eſt.*
2. *Sententia ſecundum L,L. & Conſtitutiones publicorum iudiciorum eſt concipienda. n.3.*
4. *In ſententiæ dictamine ſumma requiritur judicis diſcretio. n.6.*
5. *Quare & peritiores hac in re ſunt conſulendi.*
7. *Plura delicta pluribus pœnis plectuntur. n. 10.*
8. *Vna pæna alteram non conſumit, ſed ſingulis delictis ſingulæ competunt pœnæ, & quatenus hoc verum. n.24.25.68.*
9. *Quod maximè verum, quando ex ſingulis delictis ſeparatus reſultat effectus.*
11. *Reprehendendus iudex, qui prius aliquem fuſtigari mandat, poſtea morti tradit.*
12. *Maior pœna abſorbet minorem. n.22.*
13. *Maximè ſi plura delicta ad eundem tendunt effectum.*
14. *Quatenus plures pænæ coniunctim Reo poſſint irrogari, variant Dd. & diverſimodè diſtinguunt. n.15.16.17.*
18. *Res tota iudicis arbitrio relinquenda eſt, quale hoc arbitrium eſſe debeat.*
19. *Atrocius mortis ſupplicium reliquas mortis pænas tollit, n.20.*
21. *Pænarum cumulatio non admittitur, niſi in id, quod plus eſt in una, quam in alia.*
23. *Plura mortis genera inter ſe compatibilia non ſunt, n.49.*
26. *Adducuntur præiudicia Scabinorum Lipſenſiũ in cumulatione delictorum, quæ ſingula mortis ſupplicio puniuntur, veluti incendio cum aliis criminibus commiſſo. n.27.28.29,30.31.*
32. *Vel Sodomia cum Latrocinio concurrente.*
33. *Aut Latrocinio cum aliis criminibus, n.34.35.36.37.38.*
39. *Sacrilegio itidem concurrente cum aliis delictis.*
40. *Veneficio, Aſſaſſinio, aliisve criminibus concurrentibus. n.41.*
42. *Quid itidem juris, ſi Furtum cum adulterio, inceſtu, bigamia, perjurio vel homicidio concurrat, n.43.44.45.46.47.*
48. *Vel ſi Rapina concurrat cum aliis delictis.*
50. *Mitioris pœnæ augmentum cum ſeveriori pœna ſimul Reo poteſt irrogari. n 51*
52. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n.53. 54.*
55. *Crimine furti cum Rapina concurrente, quænam pœna Reo ſit infligenda?*
56. *Concurrentibus delictis, quorum unumquodque ob ſui reiterationem augmentum habet peculiare addi poſſunt augmenta ob pluralitatem criminum.*
57. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
58. *Ob enormitatem delictorum concurrentium, addi poteſt quandoq; augmentum aliquod pœnæ.*
59. *Pœnæ hodiè ſunt arbitrariæ.*
60. *Sententiæ Scabinorum. n.61.*
62. *Mortis pœna reliquas pænas corporales abſorbet. n.63. 64. 65.*
60. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
67. *Diverſæ pœnæ corporales coniunctim ac ſimul Reo non infliguntur. n. 68.*
69. *Pœnæ corporales non ſunt compatibiles.*
70. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
71. *Numellæ non abſorbent pœnas corporales.*
72. *Abſciſſio digitorum cumulari poteſt cum fuſtigatione.*
73. *Omnis pœna corporalis relegationem perpetuam coniunctam habet. n.74.*
75. *Abſciſſio tamen digitorum quandoq; coniunctam habet temporalem relegationem.*
76. *Pæna corporalis cum pœna civili nunquam cumulatur.*
77. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
78. *Pluribus delictis levioribus concurrentibus, una ſolummodo pœna ſolet irrogari. nu.79.80.81. & quando hoc fallit. n. 83.*
82. *Hoc caſu ad fuſtigationem quandoq; perveniri poteſt.*

TERTIVM, quod circa irrogationem pænarum
conſiderandum, eſt earundem
indictio ſeu Condemnatio Rei. Neque enim
Reo confeſſo aut convicto ſupplicium aliquod
irrogari debet, priuſquam à iuriſperitis,
rerum criminalium Cenſoribus hoc indictum,
1 Reuſque condemnatus fuerit: Ac
illicitum prorſus eſt, pœnam alicui infligere
ob delictum, de quo accuſatur, antequam
ſententia condemnetur, *Dd. in cap. forus de Verb.
ſignif. & in cap. 1. ſentent. & re judic. in 6to. Nicol. Reuſner. lib.3. conſil.1. n.12.* Semper namq; ante
executionem cauſæ, ipſius finis & ſententia eſt
expectanda. *l. ſi cauſam 2. C. de execut. rei iudic.*

Agitato itaque proceſſu criminali, ac 2
benè perpenſa rei confeſſione, & probè examinatis
probationibus factaque cauſæ concluſione,
iudex acta (ſecundum quæ judicandum
eſt, *l. illicitas §. veritas. ff. de offic. Præſid. l.
rem non novam. C. de judic.*) diligentiſſimè viſa examinet
& ponderet, ſententiamque legibus ac
Conſtitutionibus publicorum iudiciorum accom-

commodatam, & maleficio condignam concipiat, *l. perſpiciendum. in pr. ff. de pœn. l. 4. §. pen. ff. de incend. ruin naufrag. l cum Rei. §. igitur. C. de pœn.* Quæ mox in ſcripta redigenda, ut legatur, *l. 2. l. ult. C. de ſent. ex previc. recit. Marant. part. 6. de ſentent. num. 12.* Quod & Imper. Carolus V. judici ac Scabinis rerum criminalium injungit in *artic. 92 Ordin. Crim.* Ibi: **Nach beyder Theil und allem Fürtrag/ auch endlichen Beſchluß der Sachen/ ſollen der Richter/ Schöppen und Urtheiler/ alle Gerichtliche Fürträg unnd Handlung für ſich nehmen/ mit Fleiß beſichtigen und erwegen/ und darauff nach ihrem beſten Verſtändnüß dieſer unſer peinlichen Gerichts-Ordnung/ nach Gelegenheit eines jeglichen Falls/ am allergleichſten ūd gemäſſigſten Urtheil in Schriffte faſſen laſſen/ ꝛc.** 4 In quo ſententiæ dictamine ſumma & accurata judicis diſcretio, eruditio, experientia atque dexteritas requiritur. Quamvis enim delictis certum aliquod ſupplicii genus, legibus & conſtitutionibus ut plurimùm reperiatur impoſitum; attamen quia ex multifariis & innumeris factorum & criminum qualitatibus atque circumſtantiis, ipſum quaſi jus mutatur, quæ propterea in cognitione & examine cuiusque delicti accurratiſſimè ponderandæ ſunt, *l. perſpiciendum 11. l. aut facta. 16. ff. de pœn.* fieri nequit, quin difficile admodum ſit, pœnam legibus determinatam certo facto & delicto accommodare. Idque tantò difficilius in criminibus & maleficiis iis, pro quibus certum aliquod ſupplicium jure definitum non eſt; quantò magis judicis arbitrio determinatio pœnæ relinquitur, quæ ſingularem prudentiam & experientiam haudquaquam vulgarem requirit.

5 Quare, ne judices hâc in re periculoſiſſima, contra juſtitiæ æquilibrium, rectamque æquitatis rationem quicquam agant, aut in Conſtitutiones rerum criminalium impingant; Imper. Carolus V. eos ad peritiores & JCtos exercitatos ſæpiſſimè ablegat, eorumque conſilium atque ſententiam in dictamine pœnarum implorare, ſtrictèque exequi iubet, imprimis verò in *artic. 219 Ordin. Crim.* Et clarior hac de re in terris Electoratus *S*axon. extat Sanctio Illuſtriſſimi Electoris Dn. Auguſti, feliciſſimæ memoriæ, in *Reſcripto Scabinis Lipſenſibus Menſe Ianuar. Anno* 1579. *inſinuato*, hiſce verbis diſponentis: **Die** acta **in den Schöppenſtuhl darüber zu erkennen ſchicke/ und was alſo der Straff halben oder ſonſten hierüber erkant/ daſſelbe gebührlichen vollſtrecke/ ꝛc.** Quæ diſpoſitio tantò magis neceſſaria viſa fuit Illuſtriſſimo Conſtituenti, quantò maior difficultas verſatur in exponendis pœnis, tàm ordinariis, quàm extraordinariis.

6 Etenim quod ad pœnas ordinarias attinet, licet hæ ſemper certæ ac definitæ ſint, unde & ordinariæ dicuntur, quas ſcilicet Leges ſanxerunt, Principes conſtituerunt, moresque ac conſuetudines introduxerunt *l. 1. §. 2. ff. ad SCtum Turpilian. Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crimin. cap. 55. num. 2.* negari tamen nequit, judici maximè incumbere, ex evidente ac urgente ratione, pro ſuo arbitratu, factique qualitate, & perſonarum conditione eas augere, minuere, inflectere, atque variare: quod ipſum peculiarem hominis diſcretionem & dexteritatem requirit.

7 Quin & ſæpiùs accidit, ut pluribus ac diverſis delictis perpetratis, Reo ſit pœna aliqua infligenda: quo caſu difficiliorem reddi judicis expeditionem, eiusque arbitrium magis involvi, vix ambigendum erit. Etenim in iure certiſſima extat Regula, ab omnibus ferè probata, quòd plura delicta non unicâ, ſed pluribus pœnis plecti debeant, per textum manifeſtum in *l. nunquam plura. ff. de privat. delict. Proſper Farinac. in prax. crimin lib. 1. tit. 3. quæſtion. 22. num. 1. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ult. quæſtion.* 84. *Didac. Covarr. lib. 2. Variar. reſolut cap.* 10. *num.* 8. *Petr. a Plach in Epitom. delict. cap. 1 n. 18 Nicol. Reuſner. lib. 2. deciſ. 20. num. 2.*

8 Et ſingulis delictis ſingulæ pœnæ competunt, ſic ut altera alteram non conſumat. *l. 27. & 48. ff. ad Leg. Aquil. l.* Neratius. 11. §. 2. *ff. de ſerv. corrupt. l. 1. § hunc tamen. l. 2. § 1. ff. de tutel. & rat. diſtr. l. nunquam* 60. *ff. de oblig. & action. l. vulgaris 21. in fin. pr. ff. de furt. l facienda.* 8. §. 2 *ff. arbor. furt. cæſar. l. ſi ſtuprum.* 25 *l pater.* 41. *ff. de injur. l. 6 ff ad Leg. Iul. de adult.* Obque reiterationem delictorum pœna ſemper augenda & multiplicanda eſt, *l. capitalium.* 28. §. *ſolent & §. graſſatores ff de pœn l. 1 ff de iur. patron l. 3 C de Epiſc. audient l ſervos* 8. *C. ad Leg. Iul. de vi publ Anton. Gomez. tom. 3. Variar. reſolut. tit. de delict. num.* 60. *in fin. & tit. de furt. num.* 5.

9 Quod maximè verum eſſe putatur, quando ex ſingulis delictis reſultat effectus diſtinctus ac ſeparatus: quo caſu pro numero delictorum pœna omninò multiplicari debet, *Bartol. in l. nunquam plura. numero* 4. *&* 11. *ff. de privat. delict. & in l. ſi gemina.* 10. *ff. arbor. furt. cæſar. Iul. Clar. dict. quæſtion.* 84. *verſ. ſcias etiam. & verſ. Hæc autem omnia Nicol. Reuſner dict. lib. 1 deciſ.* 20. *num.* 5. *Petr. à Plach. in Epitom. delict. l. 1. c. 1. num.* 18.

10 Secundum hæc ſi pœna determinanda eſſet, facilimi negotii res foret, ac pro indubitato tenendum, quòd pro ſingulis delictis, ſingulæ pœnæ venirent irrogandæ, ita ut ſi major pœna mortis cum minori pœna fuſtigationis concurreret, incipiendum ſit à pœna minori, & poſtea deveniendum ad maiorem pœnam mortis: quod ſenſiſſe videtur *Angel. dict. l. nunquam plura. ff. de privat. delict. Ludov. Carer. in pract. crim. tract. de homicidio. §. circa ſecundum. numer.* 44. *Capoll. in* Auth. *ſed novo jure numer.* 42. *C. de ſerv. fugit. Ludov Montal. in tract de repiobat. ſentent. Pilati. art. 1. verſ. nunc quæro &c.*

11 Neſcio tamen, an non meritò reprehendendus ac penè deridendus eſſet hodiè iudex, qui prius aliquem pecuniariter mulctari aut fuſtigari, vel ad triremes ad tempus transmitti mandaret, & deinde illum morti traderet: quod nec abſque inſigni quapiam abſurditate con-

te concederetur. *Proſper. Farin. dict. quæſt. 22. n.* 31.

12 Quum juris quoque notiſſimi ſit, majorem pœnam abſorbere minorem, nec locum habere hoc caſu pœnarum multiplicationem, ita ut is, qui aliquem vulneraverit & occiderit, de homicidio tantùm puniatur, & pœna vulneris cum pœnâ homicidii confundatur. *gloſſ. in l. qui de crimine. 9. verb. plurima C. de accuſat. Bartol. in dict. l. nunquam plura, num. 4. ff. de privat. delict. Nicol. Reuſn. dict. lib. 2. deciſ. 20. num. 8. Hippol. de Marſil. in l. ſi in rixa. 17. num. 15. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. Hieron. Magon. part. 1. deciſ. Lucen. 61. n. 3. Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crim. c. 77. n. 4. Angel.* Aretin. *de malefic. verb. in platea n. 26.*

13 Quod tùm maximoperè verum eſt, ſi plura delicta ad eundem tendant finem neceſſarium majoris ſeu principalis delicti, quòd absque illis non tam commodè patrari poterat. *Nicol. Reuſner. dict. deciſ.* 20. *numero 9.* Vnde & fit, quòd pro iniuriis pluribus, uno & eodem impetu illatis, una tantùm pœna quaſi una tantùm ſit injuria, debeat ac ſoleat imponi. *l. 1. §. verbis. ff. de iniur. l. un. 24. ff. de teſtam. Bartol. in l. item apud Labeonem. 25. §. ait Prator. ff. de injur. Angel. Aretin. in tractat. maleſ. verb. verba injurioſa num. 6.* Didac *Covarr. lib. 2. variar. reſolut. cap. 10. num. 8 verſ Secundò ſi quis in alterum.* Perinde ut & pluribus ad eundem finem & effectum miſſis falſitatibus, non multiplicatur, ſed augetur falſi pœna. *Bartol. in l. quicunq;* 4. C. *de ſerv. fugit. Didac Covarr c. 10. n. 8. Nicol. Reuſn. lib. 2. deciſ. 20. n. 1.*

14 Hæc ſanè prioribus è diametro contrariari videntur; ac deciſionem huius quæſtionis haud parùm reddunt difficilem ac intricatam. Pro cuius reſolutione *Interpp.* multifariè diſtinguunt, inter pœnas iterabiles & compatibiles, quales ſunt mulcta pecuniaria, pœna carceris, relegationis vel exilii, quæ pro quantitate delictorum compatibiliter multiplicari poterunt; atque pœnas non iterabiles, nec inter ſe compatibiles, puta, ſi pro uno delicto imponi debeat pœna mortis, & pro alio pœna fuſtigationis, aut exilii: quo caſu, licet alias regulariter pluribus concurrentibus pœnis, à minori ad majorem procedi debeat, minus crimen à majore abſorberi ajunt. *Nicol. Reuſner. dict. deciſ. 20. n. 16. Proſper. Farin. in prax. crim. lib. 1. tit. 3. quæſt. num. 30.*

15 Aliter quoque diſtinguunt inter delicta ſucceſſiva, ex intervallo commiſſa; & delicta eiusdem generis: Ita ut licet plura delicta eiusdem generis ex intervallo commiſſa, pluribus pœnis punienda ſint; hoc tamen ſic accipi debeat, ut procedat ſolummodò in delictis momentaneis, non etiam ſucceſſivis, in quibus non niſi unica imponenda ſit pœna etiam quod plura ſint delicta, & ex intervallo perpetrata, veluti ex continuatione adulterii cum unâ eademque perſonâ, unicum reputari debeat adulterium, & non plura. *l. mariti. 39. §. ſex. menſium. ff. ad Leg. Iul. de adulter. Gloſſ. in l. vulgaris. verb fur. fuerit ff. de furt.* ubi ait. Licet, cum quis alienam uxorem pluries cognoverit, continuatione quâdam plura eſſe videantur adulteria, unica tamen pœna continuatio iſta punienda ſit. *Bald. in l. 4. C. de ſerv. fugit. Iaſon. in l. eum qui, 30. §. in popularibus, num. 5. ff. de jurejur. Nicol. Reuſner. dict. deciſ. 20. num. 13. Proſper. Farin. dict. quæſt. 22. num. 18. Didac. Covarr. dict. cap. 10. n. 8.*

16 Quandoque etiam, inquiunt, accidit, ut plura delicta generis diverſi eodem tempore commiſſa, ad unum eundemque finem & effectum tendunt: quo caſu maius delictum abſorbere minus, unamque tantummodò pœnam, ſcilicet maioris delicti, imponendam eſſe arbitrantur; veluti in vulnerante & occidente, qui ſolùm puniri debeat de homicidio, & non de homicidio & vulnere ſimul. *Bart. in dict. l. nunquam plura 4. ff. de privat. delict. Petr. à Plach. in Epitom. delict. lib. 1. cap. 1. num.* 8. Didac. *Covarr. dict. cap.* 10. *num.* 8. 17 Vnde inferunt, quòd ſi in aliqua Civitate tria extent Statuta, unum puniens delationem armorum in centum, aliud puniens inſultum in aliis centum, & aliud puniens vulnus pariter in centum, is qui cum armis aliquem inſultat & vulnerat, non omnibus iſtis pœnis puniri debeat, ſed ſolummodò pœna centum pro vulnere, ac pœna inſultus & armorum confundatur cum pœna vulneris, ſecundum *Gloſſ. in l. de crimine. verb plurima C. de accuſat. Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crim. cap* 77. *n 4. Hippolyt. de Marſil. in l. ſi in rixa. n. 15. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. & in l. un. n. 54. C. de rapt. Virgin. Proſper. Farin. dict. quæſt. 22. n. 20.*

18 Quæ certè ut & aliæ *Interpp.* diſtinctiones, rem magis confundere, quàm explicare videntur, ut non malè forſan reſolutionem huius dubii, quando nempe pluribus ac quibus pœnis delicta concurrentia coerceri debeant, judicis arbitrio relinquendam, quis exiſtimet: ut ſentire videtur *Proſper. Farinac. dict. quæſtion. 22. num. 31. circa fin.* Quod ut maximè conceſſerim, ex obſervantia tamen cuiuſque loci arbitrium ſuum iudex informare debet. Quare & hoc loco, qui hactenus in foro Saxonico circa concurrentiam delictorum variorum diverſarumque pœnarum, uſu & practicâ receptum fuit, notare conſtitui, ponendo hâc de re pro explicatione accuratiori certas aliquot Regulas.

19 Quarum Prima eſt: Quòd pluribus & diverſis delictis exiſtentibus, quæ ſingula morte puniuntur, Reo majoris & atrocioris criminis ſupplicium ſolummodò imponi debeat, neglectis reliquorum delictorum pœnis.

Q. 1. Si plura concurrant delicta, quæ ſingula morte puniuntur quodnam genus ſupplicii Reo debeat irrogari?

Quæ Regula parum difficultatis habet, cùm per rerum naturam impoſſibile ſit, unum eundemque delinquentem ſæpiùs morte puniri. 20 Ac licet quis exiſtimare poſſet, hoc caſu non niſi ob unicum delictum Reum puniri, reliqua verò prorſus impunita remanere, contra *l. 51. ff. ad leg. Aquil.* Attamen rectiùs & prudentiùs judicant, qui pro omnibus ſimul criminibus mortis ſupplicium Reo irrogari agunt, jure ac ratione ſic informati.

Tùm,

21 *Tùm*, quòd pœnarum cumulatio non admittatur, niſi in id, quod plus eſt in unâ quam in alia. *l.1 ff. vi bon. rapt. l. cum ex uno, 32. ubi gloſſ. in verb. obtinuit. ff. de obligat. & action. l. quoties lex. 41. §. 1. ff. eod. tit. l. 3. §. ult. ff. Naut. Caup. ſtabul. Gloſſ. in l. prædia. 28. verb. conſecutus. ff. de act. empt. & in §. ult. verb. conſumit. Inſt. ſi quadr. pauper. fec. dicat. Bartol. in l. 1. §. unde quæritur. num. 3 ff. de publ. & vectig. & in l. nunquam plura. num. 3. ff. de privat. delict.* Atqui electâ pœnâ mortis ſeveriori, nemo ambigit, quin per iſtius pœnæ executionem perveniatur ad finem reliquarum pœnarum, quibus mors delinquentis petitur, nec quicquam ulterius ineſſe poteſt ſupplicio minori, quod non majori mortis pœna ſit comprehenſum.

22 *Tùm*, quòd ſicuti regulariter majus delictum tollit minus; ita & major pœna minorem abſorbebat, juxta tradita *Gloſſ. in l. qui de crimine 9. verb. plurima. C. de accuſat. Bartol. in l. nunquam plura. n. 4. ff. de privat. delict. Nicol. Reuſner. lib. 2. deciſ. 20. n. 8. Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crimin. cap. 77. n. 4. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 84. verſ. alius eſt caſus.*

23 *Tùm*, quòd varia & plura ſuppliciorum mortis genera inter ſe compatibilia non ſint: Impoſſibile namque eſt, ut pluribus ſimul ſuppliciis vita delinquenti adimi queat, quare haud immeritò non niſi unica pœna mortis, eaque
24 cæteris atrocior ipſi infligenda erit. Quo ipſo etiam occurritur vulgatæ *Interpp.* aſſertioni, quòd nempè ſingulis delictis ſingulæ pœnæ competant, nec altera alteram conſumat. *l. 27. l. 48. ff. ad Leg. Aquil. l. nunquam. 60 ff. de obligat. & action. l. Neratius. 11. §. 2. ff. de ſerv. corrupt. l. 1. §. hunc. tamen. l. 2. §. 1. ff. de tutel. & rat. diſtr. l. facienda. 8. §. 2. ff. arbor. furt. cæſar.*

25 Siquidem hæc aſſertio non niſi in ſuppliciis compatibilibus locum habet; ut in carceris pœna, mulcta pecuniaria, &c. In pœnis verò inter ſe non compatibilibus, qualus ſunt variæ mortis pœnæ, hæc *Interpp.* doctrina neutiquam obtinet, ſed minus ſupplicium à majore abſorbetur. *Nicol. Reuſner. dict. deciſ. 20. n. 16. Salycet. in l. 5. n. 3. & 4.* C. *ad* Leg. *Iul. de adult.*

26 *Hacq; Regula uſu ac practicâ fori Saxonici ſatis comprobata eſt, uti exemplis ac præjudiciis Scabinorum Lipſenſium demonſtrari poteſt. Nam ignis ſupplicium abſq; dubio omnium mortis ſuppliciorum ſeveriſſimum eſt; Quare concurrentibus diverſis delictis, ſi inter hæc etiam incendium reperiatur, huius pœna quæ eſt ignis, pro reliquis omnibus imponi ſolet. Prout reſponderunt Domini in caſu cõmiſſi homicidii, incendii, nec non furti multiplicis. Ad requiſitionem Quæſtoris in* Freyberg. So möchte B. S. wegen ſolcher begangenen vnd bekandten Verbrechungen/ als deß dreyfachen Brandſchadens/ Entleibung vnd vnterſchiedener Deuben/ mit dem Fewer vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W.
Menſ. Auguſto, Anno 1627.

27 *Quin & in ſententiis non niſi delictum atrocius exprimere ſæpius conſueverunt Domini, reliquis criminibus tacitè incluſis, nec eorundem expreſſâ factâ mentione. Vt in caſu homicidii, furti & incendii ab uno eodemq; delinquente perpetrati:* gegen Voigtsberg: So möchte D. S. von wegen ſolches begangenen vnd bekandten Brandſchadens mit dem Fewer vom Leben zum Todte geſtraffet werden/ V. R. W. *Menſe Decembr Anno* 1599.

28 *Pariter pronunciarũt adverſus maleficium aliquem Nobilem* C. *à VV. qui inſimul furtum, latrocinium, incendium, Sacrilegium & Rapinam, diverſis tamen temporibus, & vicibus diſtinctis commiſerat:* So möchte er wegen ſolches begangenen vnd bekandten Brandſchadens mit dem Fewer vom Leben zum Todte geſtraffet/ vnnd hingerichtet werden/ V. R. W.
Ad requiſitionem Georgii Henrici ab Einſidels *in* Saltz. *Menſe Decembr. Anno* 1600.
It: Ad conſultationem Quæſtoris Saltzenſis, in caſu, perpetratorum delictorum incendii, Latrocinii, adulterii & furti Menſe Iul. Anno 1614.
29 *Et in caſu non multùm diſſimili, verſus* Heringẽ; *Ad requiſitionem Quæſtoris:* Hat F. L. in gutem bekandt/ daß er nicht allein in der Kirchen den Gotteskaſten erbrochen/ vnd 3 fl. darauß geſtohlen/ *It:* Anderswo ein Pferd dieblichen entwendet/ ingleichen mit einem Eheweibe geehbruchet/ ſondern auch Andreas Rohren Scheun mit Fewer angeſtecket/ daß dieſelbe nebenſt einem Stalle gantz abgebrandt/ welche Vbelthaten gewiß vnnd in Warheit geſchehen/ &c. So möchte er von wegen deß begangenen vnd bekandten Brandſchadens hinwider mit dem Fewer vom Leben zum Todte geſtraffet werden/ V. R. W.
Menſ. Iun. Anno 1608.

30 *Nec non concurrente latrocinio, furto & incendio, Ad conſultationem Magdalenæ, Viduæ Georgii* Blanckens. *Menſe Majo. Anno* 1587.
It. incendio & homicidio; Ad requiſitionem Quæſtoris Torgenſis. Menſ. April. Anno. 1599.
O. P. in F. Menſ. Mart. Anno 1627.
Incendio & Sacrilegio; Ad petitionem Iohann. VVolffgangi à Schönbergs. *Menſ. Octobr. Anno* 1600.
31 *Incendio & furto; ad Præfectum Pegavienſem Menſe Maj. Anno* 1600.
Quæſtorem in Freyburg. *Menſe Auguſt. Anno* 1611.

32 *Similiter, quando Reus quidam latrocinii, Sodomiam cum equa commiſſam confeſſus fuerat, huius ceu atrocioris criminis pœnam, quæ ignis eſt, ipſi indicere haud dubitaverunt Scabini. Ad requiſitionem Quæſtoris in* Freyburg. *Menſ. Iun. Anno* 1598.

33 *Poſt ignis ſuppliciũ, Rotæ pœna reliquis atrocior eſt. Quare perpetrato crimine quod Rotâ punitur, concurrentibus licet aliis delictis levioribus, non niſi hoc ſuppliciũ indicitur Reo: Pronũciantibus ita Scabinis in caſu concurrentiũ delictorum: latrocinii duplicis homicidii, furti atq; adulterii.* So möchte S. H. von wegẽ ſolcher begangenen vnnd bekandten Mordthat/ Entleibungen/ Pferdedeuben/ vnd Ehebruchs mit dem Rade vom Leben zum Todte geſtrafft werden/ V. R. W.
Senatui Sangerhauſano. Menſ. Febr. An. 1610.
Et in caſu non multùm diſſimili: So möcht P. B. von wegen ſolcher an dreyen Perſonen fürſetzlichen/ bößlichen/ vnnd muthwilliger weiſe begangenen vnd bekandten Mordthaten vnnd Entleibungen/ auch deß einen Beraubung/ vnnd daß

er vnterſchiedene Pferde / vnnd Eſeldeuben begangen / andern zum Abſchew vnd Exempel / mit dem Rade vom Leben zum Todte geſtrafft werden / V. R. W. *Præfecto VVeiſſenfelſenſi, Menſ. Auguſt. Anno* 1612.

34 *Eandem pœnam indixerunt latroni, qui de ſacrilegio, furto & Rapina confeſſus fuerat:* So möchte H. S. von wegen ſolcher begangenen vnnd bekandten Mordthat / Beraubung / vnnd Kirchenraubes / auch verübten Diebſtals / mit dem Rade võ Leben zum Todte geſtrafft / vnd hingerichtet werdẽ / V. R. W. *Pronunciantes ita Carolo Chriſtophoro* Burggraffen von Donaw. *Menſe Mart. Anno* 1617.

35 *Et in caſu ferè ſimili:* So möchten ſie alle beyde S. B. vnd H. L. wegen ſolcher begangenen vnd bekandten Kirchenberaubung / Mordthat vnd Diebſtals mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft werden / V. R. W. *Quæſtori Freibergenſi, Menſe Febr. Anno* 1605.

36 *It: Chriſtophoro & Ludovico à* Wiche. *Menſe April. Anno* 1584.

Nec non concurrentibus delictis latrocinii, furti & adulterii: So möchte M. L. wegen ſolcher begangeneu vnd bekandten Mordthat / deßgleichen obangeregter Pferdedeuben / vnnd verübten Ehebruchs halben / mit dem Rade vom Leben zum Todte geſtrafft vnd hingerichtet werden / V. R. W.

Quæſtori in Schlieben *Menſe Auguſto, Anno* 1629.

Quæſtori in Hohenſtein. *Menſ. Majo, Anno* 1587.

Quæſtori Zvvickavienſi, Menſe Februar. Anno 1596.

Idemq; ſupplicium Rotæ indicere ſolent Scabini, ſi latrocinium cum furti crimine concurrat.

Illud enim ceu maius, crimen furti utpote minus abſorbet, quare pro utroq; non niſi Rotæ pœna irroganda eſt: Reſpondentibus ita Dominis Quæſtori Nobilium a Bottfeld / *Menſe Septembr. Anno* 1582.

Quæſtori in Walhauſen. *Menſe Mart. Anno* 1584.

Quæſtori in Rammelburg. *Menſ. Jul. Anno* 1597.

Quæſtori Seidenſi. Menſ. Octob. Anno 1597.

Quæſtori in Zörbigk. *Menſe Majo. Anno* 1602.

37 *Quæſtori Torgenſi. Menſe Aprili, Anno* 1613.

Notandum tamen hîc eſt, quod ſi crimen latrocinii ſæpius reiteratum fuerit, concurrentibus etiam aliis delictis, ob reiterationem iſtam, uſtulationem quæ forcipibus fit candentibus, ſupplicio Rotæ addendam eſſe. Etenim ſi Reus multiplicis latrocinii ferro candenti uri debet, antequam Rotâ contundatur, ut dictum ſupra p. 1. quæſt. 23. n. 12. utiq; multò magis hoc obtinebit, aliis quoq; delictis concurrentibus. Veluti ſæpius reſponderunt Scabini: So möchte P. N. wegen der an Valtin Müllern vnd dem Schubekärnern begangenen vnd bekandten Mordthaten vnd Beraubungen / ſo wol der verübten Pferde / Kühe / Eſel vnnd anderer Deuben halben / anfänglichen mit einem glüenden Zangengriff einmal geriſſen / vnd folgends darauff mit dem Rade vom Leben zum Todte geſtrafft vnd hingerichtet werden / V. R. W.

Iudici Præfecturæ Cizenſis. Menſe Auguſt. Anno 1628.

38 *It:* So möchte T. L. wegen der begangenen vnd bekandten Mordthaten vnd Beraubungen / ſo wol der verübten Pferde / Kühe / Eſel vnnd ander Deuben halber / anfänglichen mit einem glüenden Zangengriff einmal geriſſen / vnd folgends darauff mit dem Rade vom Leben zum Todte geſtrafft / vnnd hingerichtet werden / V. R. W.

Iudici Præfecturæ Cizenſis. M. Ian. Anno 1619.

Et in caſu ſimili, Prætori & Scabinis Pegavienſibus, Menſ. Auguſto, Anno 1607.

Quæſtori Coldicenſi. Menſe Septemb. An. 1601.

Præfecto in Marckersdorff. *Menſ. Ian. Anno* 1589.

39 *Cumq; Rotæ ſupplicium pro crimine quoq; ſacrilegii Conſtitutum reperiatur, ſequitur inde, pœnam hancce Reo ſacrilegii infligẽdam eſſe, etiamſi is alia quoq; delicta commiſerit. Prout Scabini pronunciarunt adverſus M. B. Reum, Sacrilegii, qui de uxoricidio & inceſtu quoque confeſſus fuerat* gegen Troſſen. *Ad Conſules & Senatum. Menſ. Ianuar. Anno* 1613.

Hæcq; pœna Rotæ regulariter indici ſolet ſacrilegis de furto quoq; confeſſis: Reſpondentibus ita Scabinis, Ad requiſitionem Quæſtoris Grillenbergenſis, Menſ. Decemb. Anno 1582.

Iohan. VVolffgangi à Schönbergs in Pulſnitz. *Menſ. Majo, Anno* 1583.

Prætoris & Scabinorum Lipſenſium. M. Octob. Anno 1585.

Iudicis Præfecturæ Bornenſis. Menſ. Octob. Anno 1592.

Quæſtoris Radebergenſis. Menſe Mart. Anno 1601.

Conſulum & Senatus in Croſſen. *Menſ. Mart. Anno* 1611.

Quæſtoris Bornenſis, Menſe April. Anno 1614.

Quæſtoris Dipoldisvvaldenſis: So möchten ſie alle beyde als verleumbte Diebe vnnd Kirchenräubere / mit dem Rade vom Leben zum Todte gerichtet vnd geſtrafft werden / V. R. W.

Menſe Septembr. Anno 1612.

40 *Idemq; planè judicium habẽdum eſt de Veneficio, ſi cum aliis criminibus concurrat: quia & iſtud Rotâ puniri ſolet. Sicuti & Aſſaſſinus, qui pecuniâ conductus aliquem occidit, hancce Rotæ pœnam incurrit, etiamſi de alio adhuc crimine confeſſus fuerit. Reſpondentibus ita Scabinis Quæſtori in* Hayn. *Menſe Auguſt. Anno* 1618. 41

Porrò quia & Parricidii atq; Infanticidii pœna reliquis atrocior habetur, dubitandum non eſt, quin ea ſit irroganda, ſi alia adhuc concurrant crimina leviora: prout ſæpius reſponſum memini.

42 *Simili quoq; ratione quia pœnâ ſuſpendii communiter habetur atrocior gladii pœnâ concurrentibus duobus delictis, quorum unum gladio, alterum verò laqueo punitur, hæc, nempe laquei pœna, ceu atrocior præferenda, ac pro utroque crimine imponenda eſt; Vt in caſu furti & adulterii commiſſi. Prout reſponderunt Scabini* gegen Endorff: So möchte S. S. von wegen ſolcher begangenen vnd bekandten Deuben / mit dem Strange / in mangel der Erkundigung aber wegen deß begangenen Ehebruchs / mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtrafft werden / V. R. W. *Ad requiſitionem Præfecti Menſ. Novembr. Anno* 1595.

It. Ad conſultationem Senatus in Hertzberg / *Menſe Jul. Anno* 1582.

Ioh. Haubold. ab Einſiedels / in Syra/ *Menſ. Decembr. Anno* 1600.

Rudolphi à Bünaw/ in Sckölen / *Menſe Ian. Anno* 1601.

Quæſtoris in Grünhain / *Menſ. Ianuar. Anno* 1627.

43 *Nec non concurrentibus delictis furti atque homicidii:* So möchte M S. von wegen ſolcher begangenen vnd bekandten Pferde-Deuben vnd Entleibungen / mit dem Strange vom Leben zum Todte geſtrafft vnd hingerichtet werden/ V. R. W.

Ad conſultationem Quæſtoris in Sachſenburg/ *Menſ. Auguſto, Anno* 1617.

44 *It.* So wird P E von wegen ſeiner begangenen vnd bekandten Deuben / mit dem Strange vom Leben zum Todte geſtrafft vnd hingerichtet/ man wolte jhne dann ſeiner Freunde Vorbitte genieſſen laſſen/ welches euch zu thun vnbenommen / Vff den Fall möchte er von wegen der an Joachim Jobſten begãgenen vnd bekandten Entleibung/ wofern er gleichfals vff ſeinem Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharret oder deſſen ſonſten überwieſen / mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtrafft werden/ V. R. W. *Præfecto in* Endorff. *Menſ. Iun. Anno* 1604

It. Iudici in Pretzſch / *Menſ. Majo, Anno* 1583.

Iohan. Fabiano à Ponickau. *Menſ. Auguſt. Anno* 1584.

Præfecto Martisburgenſi, Menſe Iun. Anno 1596.

Iohann. Fabiano à Feilitzſch / *Menſ. Anno* 1598.

45 *Quæſtori Coldicenſi, Menſe Octob.* 1607.

Quod & obtinet in furto, concurrente crimine inceſtus, quod gladio aliàs pũiri ſolet: So möchte P S. wegen der mit ſeiner eygenen Tochter Marien begangenen Blutſchande / vnd vielfaltigen bekandten Deuben / als ein verleumbter Dieb/ geſtalten Sachen nach/ mit dem Strang vom Leben zum Todte gerichtet vnd geſtrafft werden/ V. R W.

Quæſtori Dippoldisvvaldenſi. Menſ. Septembr. Anno 1622.

46 *Eodemqꝫ modo pronunciandum adverſus Reum furti, qui & Bigamus eſt. Sicuti reſponderunt Scabini Chriſtophoro ab* Haugwitz: So möchte M. S. wegen ſolcher vielfältigen begangenen Deuben mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ in mangelung aber der Erkundigung wird er wegen deß Laſters der zwiefachen Ehe/ da jhr euch derſelben erkundigen würdet / mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte billich geſtrafft/ V. R. W. *Menſ. Febr. Anno* 1583.

Et in caſu ſimili, Quæſtori Deliciano: So möchte er wegen deß begangenen Diebſtals mit dem Strange / im Fall aber der Erkundigung / wegen deß Laſters der dreyfachen Ehe/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtrafft werden/ V. R. W. *Menſ. Julio, Anno* 1587.

47 *It. Si Reus furti de perjurio tertia vice reiterato, ſimul confeſſus eſt. Quæſtori Lipſenſi Menſe Auguſt.* 1593.

48 *Rapinâ quoqꝫ cum homicidio vel adulterio concurrente, ambigendum non eſt, quin pœnâ gladii Reus plecti, factâqꝫ executione cadaver Rotæ affigi debeat: cum pro utroqꝫ delicto gladii ſupplicium ſit conſtitutum, crimine Rapinæ peculiariter exigente, ut cadaver in terrorem imponatur Rotæ: quod & propterea ſic practicandum eſt. Veluti Scabini reſponderunt Præfecto Pegavienſi:* So möchte V. H. wegen ſolches begangenen vnd bekandten Ehebruchs/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtrafft / vnd alſo dann der begangenen Beraubung halber/ da jhr euch derſelben erkundigen werdet/ vff ein Rad geleget/ vnd geflochten werden/ V. R. W. *Menſ. Iul. Anno* 1584.

Et in caſu ſimili Quæſtori in Saltza. *Menſ. Aprili, Anno* 1603.

Ex hiſce Dominorum Scabinorum ſententiis ſatis, opinor, probatur, diverſis ac plurimis delictis exiſtentibus, non niſi unicam, eamq; reliquis ſeveriorem pœnam, Reo infligendam eſſe: ut ſic de veritate hujus Regulæ, quin uſu & in praxi recepta ſit, dubitare ulterius non liceat. Quamvis non negem, quibuſdam modis eam *limitari* poſſe. 49

Ac *Primò* quidem: ſi variis & diverſis concurrentibus delictis, unius pœna peculiare quoddam habeat argumentum, quod ſimul cum ſupplicio reliquorum ſeveriſſimo exerceri queat. Exempli gratia, quando Reus incendii ſimul quoque confeſſus eſt multiplex & reiteratum Latrocinium, quod uſtulationem ferri candentis requirit: Quo caſu incendii pœna abſque dubio Rotæ ſupplicio gravior, ac proinde Reo irroganda eſt; attamen quia augmentum pœnæ Latrocinii nempè aduſtio, quæ forcipibus fit candentibus, una cum ignis ſupplicio exerceri poteſt, nil ſanè obſtare videtur, quin Reus igne concremandus prius aduri debeat ferro candenti, quod & ita practicatur. 50

Etenim plurium ac diverſorum criminum pœnæ ſimul Reo propterea infligi nequeunt, quia inter ſe compatibiles non ſunt, nec ſubſiſtere invicem poſſũt: abſurdum ſiquidem eſt, ut quis pluribus ac diverſis modis ſimul vitâ privetur. *Nicol. Reuſner. lib. 2. deciſ.* 20. *num.* 16. *Proſper. Farin. in prax. crim. lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 22. *num* 30. *&* 31. Quæ ratio ceſſat in augmento pœnæ, quod cum alia ſeveriori pœna conjungi, nil prohibet, quippe quod una cum illo ſupplicio benè exerceri poteſt: ut ſic nulla ratione Reus ab iſto augmento pœnæ ſit exemptus. 51

Reſponderũt ita Domini ad requiſitionem Quæſtoris Dreſdenſis: So möchte J. B. wegen der den krancken Perſonen begangenen vnd bekandten Mordthaten / mit drey oder vier glüenden Zangengriffen geriſſen/ vnd alſo dann deß begangenen vnd bekandten Brandſchadens halber / mit dem Fewer vom Leben zum Todte geſtrafft werden/ V. R. W. *Menſ. Octob. Anno* 1599. 52

It. So möchte C. C. E. von wegen der begangenen vnd bekandten Mordthaten / mit zweyen glüenden Zangengriffen geriſſen/ vñ hernacher deß begangenẽ vnd bekandten Brandſchadens halber/ mit dẽ Fewer vom Leben zum Todte geſtrafft werden/ V. R. W.

Ad conſultationem Quæſtoris in Saltza. *Menſe April. Anno* 1603.

Et in caſu ſimili, Senatui in Commethaw. *M. Majo, Anno* 1586.

Idemqꝫ obtinet in aliis delictis, veluti ſi Reus multiplicis ac reiterati latrocinii, Sodomiam quoque cum bruto animali commiſerit: quo caſu ferro candenti aduſtus propter reiterationem latrocinii, igne poſtmodum concremari debet ob perpetratum crimen Sodomiæ. Reſpondentibus 53 *ita Scabinis, ad requiſitionem Quaſtoris* zur Auguſtusburg: So möchte er von wegen ſolcher begangenen vnd bekandten Vnthaten / mit drey glůenden Zangengriffen geriſſen/vnnd alſo dann mit dem Fewer vom Leben zum Todte geſtrafft/ vnd die Kuhe zugleich mit jhme verbrandt werden / V. R. W. *Menſe Octobr. Anno* 1584.

54 *Pariter ſi fratricidium cum incendio concurrat, Reo quidem pœna ignis imponenda eſt, addito tamen augmento illo, quo adverſus fratricidam ſolet animadverti, nempè ut maleficus traha illigatus ad locum ſupplicii pertrahatur. Conſtit. Elector. 3. in fin. part. 4. Quod augmentum unà cum pœnâ incendii commodè exerceri poterit: Prout reſponderunt Scabini Johanni ab* Einſiedeln in Lobſchütz: So möchte J. N. wegen ſolcher an ſeinem Bruder begangenen Entleibung/ zu der Feymſtatt geſchleyffet / vnnd folgens deß verůbten Brandſchadens halber / mit dem Fewer vom Leben zum Todte geſtrafft vnd hingerichtet/auch durch das zuerkandte Fewer/gar zu Pulver gebrandt werden/V. R. W. *Menſe Iun. Anno* 1616.

55 Limit. *Secundò* Regula prædicta in crimine Furti cum Rapina concurrente. Quo caſu pro ratione reiterationis, damni dati, ac qualitate criminis, modò ſuſpendium, modò etiam gladii pœnam judicem tutò indicere poſſe, probavi pluribus ſuprà *part. 2. quæſtion. 91. numer. 49.*

56 *Tertiò* Limitanda eſt hæc Regula: ſi concurrant talia crimina, quorum unumquodque ob ſui reiterationem peculiare quoddam pœnæ augmentum habet; quale eſt crimen Latrocinii, patricidii, &c. Propter horum ſiquidem criminum reiterationem Reus ultra ſupplicium mortis forcipibus candentibus aduritur, uti expeditum eſt. Hæc itaque crimina ſi concurrant, etiamſi horum repetitio facta non ſit, ſed ſingulum unica vice commiſſum fuerit, nihilominus uſtulatio ferri candentis addi poteſt, perinde ac ſi horum alterutrum tantummodò perpetratum ac reiteratum fuiſſet. Parum namque refert, an tale crimen duplici vice an verò duplex crimen ejuſdem qualitatis fuerit commiſſum.

57 *Quare cùm Reus quidam V. S. ultra commiſſum Latrocinium uxorem quoq; ſuam necaverat, pœnam ordinariam ipſi dictare non dubitaverunt Scabini, ita tamen, ut prius ferro candenti adureretur: ſic reſpondentes Quaſtori in* Arnshaugk. *Menſ. Octob. Anno* 1610.

58 *Quartò* Limitatur denique Regula prædicta, ſi enormitas & atrocitas delictorum concurrentium peculiarem pœnæ ſeveritatem requirat, nec ſimplici unius criminis pœna ſatis videatur puniri. Tùm certè nil prohibet ob enormitatem criminis augmentum quoddam ſupplicio addi, & pœnam atrocioris ctiminis aggravari, veluti tradunt *Gloſſ. in l. nunquam plura. verb. ob alıud, in fin & ibi Angel ff de privat. delict. Bald. in l. quicunque. 4. num. 5. C. de ſerv. fugit. Nicol. Reuſner. lib. 2. deciſ. 20. numer. 7. Ludovic. Gomez. in §. ex maleficiis. num. 12. Inſtit. de action. Didac. Covarr. lib. 1. var. reſolut. cap. 10. numer. 8. verſ. quartum ſi ejuſdem, &c.*

Neque mirum hoc alinui videri poterit; 59 cùm notiſſimum ſit, hodie pœnas eſſe arbitrarias, ac judicem in atrocioribus pœnam ordinariam aggravare, & in defectum Legum de ſimilibus ad ſimilia in pænalicus procedere poſſe. *Modeſt. Piſtor. part. 2. quæſtion. 92. n. 21. Proſper Farin. in prax. crim. lib. 1. quæſtion. 17. Daniel. Moller lib. 3. ſemeſtr. 27.* Ac licet quovis caſu pœnam exaſperare neutiquam conſultum ſit, ſicuti nec ſuaſor judici eſſe velim, ut ſepoſita benignitate & clementia nimium adhibeat rigorem in Reis puniendis; attamen quin ſingulari criminis atrocitate rigorem poſtulante, judex gravis in Reum animadvertere, & ſupplicii augmentum addere queat, dubitandum non eſt.

Veluti Domini cuidam C. S. *Reo* 40 *latrociniorum cum ingenti atrocitate perpetratorum, concurrente etiam duplici incendio, ac furto multiplici, pœnam ignis dictantes, eum prius traha illigatum ad locum ſupplicii trahendum, ac ſexies ferro candenti uſtulandum eſſe reſponderunt. Ad requiſitionem Senatus in* Commethaw / *hiſce formalibus*: Da jhr euch nun allbereit erkundiget hättet/oder nochmals eigentlichen erkundigen würdet/daß ſolche von jhme bekandte Mordthaten alle/ oder einstheils gewiß vnd in warheit geſchehē/auch die zwo Städte/ davon in ſeiner Auſſage Meldung geſchicht/gewiß vnd in warheit abgebrandt wordē/ vnd der Gefangene würde vff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/oder deß ſonſten wie recht überwieſen; So möchte er von wegen ſolcher ſeiner Verbrechungen / zur Feymſtatt geſchleiffet / vnnd mit ſechs glůenden Zangengriffen/ geriſſen / auch darauff mit dem Fewer vom Leben zum Todte geſtrafft vnd hingerichtet werden/V. R. W. *Menſe Majo, Anno* 1586. 60

Pariter & cuidam Malefico Veſpilloni M. S. ignis ſupplicium indicentes, ob inſignem criminis enormitatem & latrocinii atq; multiplicis homicidii acceſſionem, Reum traha impoſitum ad locum ſupplicii raptandum eſſe pronunciarunt Senatui VVeidenſi hiſce formalibus: So möchte er derowegen / daß er in Vergeſſung ſeines Chriſtlichen Glaubens / mit dem Teuffel ein Verbůndnüß vffgerichtet/ mit demſelben vmbgangen / jhn angeruffen/vnnd durch vorbemeldtes Pulfferſtrewen/vnnd Zäuberey zu wegen gebracht / daß viel Leute geſtorben / Deßgleichen/ daß er Bettel-Adam ermordet vnnd beraubet / vnnd auß den Sterbhäuſern Geld/Kleydere vnd ander Geräthe geſtohlen / zur Feymſtatt geſchleyffet/vnd folgends mit dem Fewer vom Leben zum Todte geſtrafft werden/V. R. W. *Menſe Septembr. Anno* 1615. 61

Simili planè modo in caſu pari, adverſus quēdam Veſpillonem maleficum pronunciarunt; Ad conſultationem Senatus in Wolckenſtein / *Menſe Majo, Anno* 1614.

Secunda eſt Regula: Reus de crimine pro quo mortis ſupplicium jure conſtitutum eſt, convictus, licet alia quoque confiteatur delicta, quæ pœnam 62 corporalem merentur, attamen non niſi mortis pœna affici debet, ceſſante Pœnâ corporali.

63 Veluti ſi quis aliquem lethaliter vulneraverit, & alium planè occiderit: Aut ſi fœmina ſoluta marito ſe proſtituens ab eoque imprægnata infantem interfecerit: Quibus caſibus duplex delictum committitur, quòd diverſimodè coerceri ſolet. Nam vulneratio lethalis fuſtigationem, homicidium verò pœnam gladii meretur, pariter & fœmina ob commiſſum adulterium ex *Conſtit. Elect.19.p.4.* fuſtiganda propter ſubſecutum verò infanticidium Culei pœnâ plectenda eſt. *Conſt.Elect.3.part.4.* Quæritur ergo? An non utraque pœna delinquentibus ſit imponenda? Etenim haſce pœnas, fuſtigationem ſcilicet & mortis ſupplicium ſimul exerceri, ac Reo conjunctim irrogari poſſe, vix negari poterit, maximè cùm ſæpiſſimè ad mortem condemnatos, antequam ſupplicium mortis luant, ferro candente lacerari, & ſic pœna alia corporali ſimul affici videamus: quæ certè atrocior & gravior videtur fuſtigatione. Tantò igitur facilius concedenda eſt cumulatio hujus pœnæ cum mortis ſupplicio; quia regulariter pœna pœnam non conſumit. *l.ſi ſervus.48.ff ad Leg.Aquil.l.Neratius.11.§.2 ff. de ſerv.corrupt.l.nunquam 60.ff.de obligat. & action.l.vulgaris 21. in fin.pr.ff.de furt.l.ſi ſtuprum,25.l.pater.41 ff.de injur.*

64 Verùm uſu & obſervantia haſce pœnas compatibiles non eſſe, ſatis experientia comprobatum habemus, nec unquam Reum prius fuſtigari, aut ad aliam pœnam comporis afflictivam condemnari, & poſtea mortis ſupplicio puniri hiſce terris vidimus, ſed major pœna mortis, minorem pœnam corporalem abſorbet: ut rectiſſimè docet *Proſper.Farin.in prax.crim.lib.1. tit.3.quæſtion 21.num.30. & 31. Salycet.in l.3. & 4. C.ad Leg. Iul. de adult. Nicol. Reuſner.lib.2.deciſ.20.num.16.* Ac licet quibusdam in locis, pœnarum incompatibilium multiplicatio uſu recepta ſit, eam tamen rariſſimè non ex pluralitate delictorum, ſed propter criminis atrocitatem practicari, quo facinoroſi perterriti atrocitate pœnarum, abſtineant ab atrocibus delictis, notat *Farin.dict.qu.22.num 31.* ubi porrò dicit: *Nunquam vidi hanc concluſionem in praxi receptam.* Vide quæ ſuprà dixi *n.11.& 12.*

65 Nec obſtat, quod de aduſtione ferri candentis profertur, eam ſcilicet corpori majores cruciatus cauſari, ac nihilominus cum mortis ſupplicio cumulari ſolere. *Præterquam* enim, quòd uſtulatio hæc, quæ forcipibus fit candentibus, peculiaris pœna corporis afflictiva non eſt, ſed augmentum pœnæ mortis, ſeu ultimi ſupplicii, ea non modò uſu & obſervantia, ſed & jure manifeſto probatur atque confirmatur, *Ordinat.Crimin. Caroli V. Imper. art.*130.131.137. & 144. *Conſtit. Elect.3. part.4.* Exinde autem ad cumulationem aliarum pœnarum corporalium cum mortis ſupplicio, quæ nullibi in jure probata nec uſu recepta eſt, nil certi poteſt inferri, ſunt enim ejuſmodi extenſiones in pœnalibus odioſæ atque prohibitæ. *c.odia de Reg. jur.in 6to.*

66 *Hancque Regulam in Elect. Saxon. Scabinatu quotidiè practicari, certius eſt, quàm ut ullâ probatione indigeat.*

67 Tertia Regula eſt: Quotieſcunque plura concurrunt delicta, quæ ſingula diverſis pœnis corporalibus puniuntur, non niſi una ex hiſce pro omnibus pariter delictis Reo imponenda eſt.

Q.3. Num Reus ob plura & diverſa crimina perpetrata pluribus quoque & diverſis pœnis corporalibus ſit afficiendus?

68 Vulgaris quidem Regula eſt, quòd varietas criminum, varietatem inducat pœnarum, *l.pœna in pr.junct.Gloſſ.ff ad Leg. Aquil.l.ſi quis forte 6. §.ult.l.capitalium 28 ff.de pœn.* harumque altera alteram non conſumat. *l.1 §.hunc tamen l.2.§.1. ff.de tutel.& rat.diſtr.l.nunquam.60 ff.de obligat.* Attamen hæc regula non niſi in pœnis compatibilibus, obtinet, ut dixi anteâ *num.25 Nicol. Reuſner.lib.2.deciſ.20.n 16.*

69 Quum verò pœnæ corporales hodiè pro compatibilibus non habeantur: Iniquum ſiquidem eſt, corpus Rei duplici modo affici ac lacerari; utique nec plures pœnæ corporales ſimul delinquenti irrogari poterunt; Proin licet Reus duplex commiſerit delictum, quorum unum fuſtigatione, alterum verò manus abſciſſione puniri ſoleat, unica tamen pœna, vel fuſtigationis, vel amputationis manus, pro utroque delicto Reo eſt imponenda, & ſic altera alteram conſumit.

70 *Quod hiſce in terris uſu introductũ fuit, nec unquam Reum aliquem fuſtigari, eiq; ſimul manũ amputari, vidi. Ac licet delinquentes ſæpius plurima facinora confeſſi fuerint, ſi ad mortis ſupplicium devenire nequivimus, non niſi fuſtigationis pœnam ipſis indictam fuiſſe, memini.*

71 Limitatur tamen *Primò* hæc Regula: Vt vera ſit tantummodò in pœnis, quæ verè ac propriè ſunt corporis afflictivæ, ſecus verò in Numellis, ad quas communiter Rei ſiſtuntur, quibus pœna aliqua corporalis infligenda eſt: uti liquet ex *Ordin. Crimin. artic* 198. Ibi: **Offentlichen an Pranger geſtellet / vnd darnach die zween rechte Finger abgehawen.** Et poſtea: **Offentlich an Pranger geſtellet / vnd fürter mit Ruten außhawen / &c.** Exinde tamen neutiquam inferendum, duplici pœnâ corporis afflictivâ aliquem puniri: quum Numellæ pœnæ corporis afflictivæ propriæ non ſint, ſed tantummodò ſigna jurisdictionalia, & pœnarum irrogandarum præparatoria, ut dixi *quæſtion.129.n.50. & ſeqq.* Quamvis aliter ſentiat *Matth.Coler.part.2.deciſ.240 n.3.*

72 Limit. *Secundò* Regula hæc in abſciſſione digitorum: Quæ licet abſque dubio ſit pœna corporalis, benè tamen cumulari poteſt cum fuſtigatione, quando ſcilicet perjurii Reus de alio quoque crimine, quod fuſtigationis pœnam meretur, confeſſus fuerit. Idque uſu ſic introductum & in Elector. Saxon. Scabinatu hactenus obſervatum eſt: Forſan in odium relegatorum contra Vrphedam præſtitam revertentium, qui ſolùm hac pœna abſciſſionis digitorum puniuntur; uti notum eſt & probatum

ſuprà *part.1. quæſtion. 46. numer. 56. & quæſtion.47.*

Reſpondimus ita Quæſtori in Lichtenwalda: So wird G H. anfänglichen wegen ſeines begangenen Meineydes/ mit Abhawung der förder Glieder der beyden Finger damit er geſchworen geſtrafft/ vnnd nachmals neben den andern beyden Gefangenen/ wegen jhrer verübten Spitzbuberey/ weil man der Erkundigung/ nach Gelegenheit dieſes Falls/ nicht gewiß ſeyn kan/ öffentlich billich zur Staupen geſchlagen/ vnd deß Landes ewig verwieſen/ V. R. W. *Menſ. Ian. Anno* 1631.

Iu caſu ſimili iisdem fere formalibus reſpōdimus Prætori Lipſenſi, Menſe Januar. Anno 1629.

Quæſtori Dreſdenſi, Menſ Octobr. Anno 1629.

73 Quarta ſit Regula: Omnis quidem pœna Corporalis Relegationem perpetuam ſibi adjunctam habet, cum reliquis autem pœnis civilibus cumulari nequit.

74 *Q.4. An omnis pœna corporalis ſibi adjunctā habeat relegationem perpetuam?*

Hujus Regulæ duo ſunt membra diſtincta: Primum eſt, quòd pœnam corporalem ſequatur Relegatio perpetua, eique neceſſariò cohæreat atque conjuncta ſit Hoc enim uſu ac praxi compertum habemus, quòd virgis cæſus ſeu fuſtigatus, nec non is cui manus amputata fuit, ſimul ac ſemper in perpetuum mittatur exilium; ita ut Relegatio perpetua quaſi pœnæ corporalis pars ſit, ac ſequela neceſſaria; Quod non modò hiſce in terris quotidie ſic practicatur, ſed & in Imperio Romano Germanico diſertis verbis ab Imper. Carolo V. probatur *Ordin. Crimin. art.* 198. Ibi: Darnach die 75 zween rechte Fingere/ damit er mißhandelt vnd geſündiget hat/ abgehawen/ auch fürder deß Landes biß vff kündliche Erlaubung der Obrigkeit/ verweiſt werden ſoll. Item: Vnd fürter mit Ruthen außgehawen/ auch deß Landes/ biß auff kündliche Erlaubung der Obrigkeit/ verweiſet werden ſoll/&c. Speciale tamen hoc habet pœna abſciſſionis digitorum, ut eam quandoque ſequatur temporalis tantummodò Relegatio; ſi ſcilicet is, qui contra Vrphedam præſtitam revertitur, antea quoque ad certum tempus in exilium ire juſſus fuerit. Etenim hoc caſu priorem relegationem repetendam, ac tempus exilii antea definitum denuò exprimendum eſſe, dixi & probavi ſuprà *p.1. quæſt.47. num.*17. ubi etiam præjudicia Scabinorum Lipſenſium adduxi, quibus communiter hæc formalia reperiuntur inſerta;

> So wird er wegen ſolches begangenen Meineydes/ mit Abhawung der förder Glieder der beyden Finger/ damit er geſchworen/ billich geſtrafft/ vnnd deß Landes widerumb vff 3. oder 4. Jahr lang verwieſen/ V. R. W.

76 *Q.5. An pœna corporis afflictiva civili queat cumulari?*

Alterum hujus Regulæ membrum eſt, quòd pœna corporis afflictiva cum mulctâ pecuniariâ, aut carceris pœnâ cumulari nequeat, licet diverſa delicta fuerint commiſſa, quæ aliàs etiam civili pœna carceris aut mulctâ pecuniariâ coerceri ſolent. Videtur enim pœna corporis afflictiva pro levioribus etiam delictis ſufficere, ac pœnas civiles abſorbere: juxta tradita *Nicolai Reuſner. lib.2. deciſ.20. numer.*16. Et neſcio an nō hodiè judex abſurditatis arguendus eſſet, qui unà cum fuſtigatione, aliave pœna corporis afflictiva, mulctam pecuniariam indicere vellet: quum de jure Saxonico pœnæ civiles & criminales haud cumulari poſſint; uti colligitur ex *Gloſſ. art.45. num.4. verſ. Videsigitur.* Landrecht. *lib.3. Et gloſſ. art.31. numer. & art.35. num.4. libr.2.* Landrecht. *Conſtit. Elect.12. part.4.*

Prout etiam reſpondimus ad requiſitionem Balthaſari Volleners/ zu Sommern: Wird G. K. einer Schwängerung beſchuldiget/ derowegen jhme eine Geldbuſſe oder Gefängnüß Straffe angemuthet werden will: Wann er nun gleich der Schwängerung geſtändig ſeyn/ oder derſelben wie recht überführet würde: Dieweil jhm aber dennoch ſeiner andern Verbrechung wegen/ allbereit der Staupenſchlag vnd ewige Landesverweiſung zu Recht zuerkandt worden/&c. So wird dadurch zugleich auch die Schwängerung zur gnüge verbüſſet/ vnd er mag derowegen über dem zuerkandten Staupenſchlag/ der Schwängerung halber abſonderlich vmb eine Geltbuſſe/ oder mit Gefängnüß/ nicht zu Straff genommen werden/ V. R. W. *Menſe Octobr. Anno* 1622. 77

Quinta Regula ſit: Quòd pluribus ac diverſis delictis levioribus concurrentibus, una ac certa aliqua pœna civilis Reo ſit irroganda. 78

Q.6. Num ob diverſa delicta concurrentia, 79 plures ac diverſæ pœnæ civiles Reo conjunctim ſint infligendæ?

Fateor equidem, Regulam in jure fundatam eſſe, quod pœna una alteram non tollat, nec conſumat. *l. ſi ſervus. 48. ff. ad Leg. Aquil. l. Neratius. 11. §. 2. ff. de ſerv. corrupt. l. vulgaris. 21. in fin. pr. ff. de furt.* Vnde ſequi videtur; diverſis delictis exiſtentibus, quorum pœna arbitraria eſt, Carceris, Relegationis, aut mulcta pecuniaria, Reum pro ratione variorum criminum perpetratorum, conjunctim ac ſimul hiſce pœnis affici poſſe. Quod ſenſiſſe videtur. *Angel. in l. nūquam plura ff de privat. delict Cæpoll. in Auth. ſed novo jure. n.42 C de ſerv. fugit & Dd. commun. in l. omnes. 5. C. de dilat.*

Sed uſu aliud hodie obtinet teſte Practicâ quotidianâ: Licet enim Reus alicuius delicti levioris, alia adhuc crimina perpetraſſe perhibeatur ac confeſſus fuerit; attamen diverſæ pœnæ ipſi haudquaquam conjunctim ſolent imponi, ſed certa aliqua pœna, carceris, relegationis, aut etiam mulcta pecunicaria, pro omnibus ſimul criminibus determinari conſuevit. Idque æquiſſimum eſſe videtur, quum pœna illa, ſive ſit carceris, relegationis, aut pecuniaria, in tantum augeri & exaſperari queat, ut omnibus delictis facilimè ſatis faciat, ac in proportione æquali correſpondeat, nec ullâ pœnarum diverſarum multiplicatione opus ſit. Quin & pro ratione diverſorum ac multifariorum criminum, ad fuſtigationis pœnam, quæ longè ſufficiens eſt, perveniri poſſe, quivis conceſſerit. 80 81 82

Quæ tamen non aliter accipi velim, quàm ſi delictis diverſis exiſtentibus, pœna adhuc veniat imponenda. Nam pro uno vel altero delicto jam antea pœna civili indictâ, quin alio crimine superveniente, Reo nova ac diverſa aliqua pœna irrogari, & utraque ſimul executioni mandari poſſit ac debeat, vix ambigendum eſt. 83

QVÆ-

QUÆSTIO CXXXIII.

De Arbitrariis, ſeu Extraordinariis pœnis.

SVMMARIA.

1. *Deficiente pœnâ ordinariâ, locum habet extraordinaria. n.* 13.
2. *Singula maleficia nec recitari, nec nominari poſſunt.*
3. *Stellionatus perſecutio quando obtineat?*
4. *In pœnis arbitrariis imponendis, quale arbitrium eſſe debeat judicis n.* 5.6.7.8.9.11.
10. *Iudex ad quidnam ſit obligatus.*
12. *Quanam pœnæ dicantur arbitrariæ? numer.* 14. 15.
16. *Arbitrariarum pœnarum nomine venit carcer, mulcta pecuniaria, relegatio, & quandoque fuſtigatio. n.*17.32.
18. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
19. *Pœna arbitraria non poteſt extendi ad mortem, n.* 21.22.23.24.25.26.27.
29. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
29. *Niſi Statutum vel lex arbitrium ad mortem extendi expreſſè permittat.*
30. *In falſo arbitraria pœna ad mortem extenditur*
31. *Sicuti in Realibus injuriis Magiſtratui illatis.*
33. *Referuntur exempla pœnarum arbitrariarum ex Reſponſis Scabinorum Lipſenſium num.* 34. 35.36.37.38.39.40.41.42.43.44.
45. *Qualis debeat eſſe proportio inter pœnas arbitrarias n.* 46 47.
48. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.*
49. *In pœnis arbitrariis alternativis, non Reo, ſed judici competit electio. n.* 51.
50. *In alternativis electio eſt penes debitorem quatenus hoc ſi verum. n.* 53.
52. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
54. *Pœnâ duplicatâ vel triplicatâ, non niſi alterutra Reo poteſt irrogari. num.* 55.56.
57. *Et quanam. n.* 58.

JUdicem in ferendâ ſententiâ perpetuò ſequi
debere pœnas ordinarias & in legibus conſti-
tutas, neque illas temerè ſuo arbitratu immuta-
re poſſe, certiſſimi iuris eſt. *Iodoc. Damhouder.*
1 *in prax. rer. crim. cap* 55. *num* 4. Quibus deficien-
tibus demum ad pœnas extraordinarias ſeu ar-
bitrarias deveniendum. Id quod accidit non
ſolum, quando lex ipſa abſque ſupplicii deno-
minatione, pœnæ determinationem arbitrio
iudicis committit: ut ſæpiſſimè in iure fieri vi-
demus; ſed & ſi crimen perpetratum nec pecu-
liare nomen ſortiatur, nec legibus vel ſtatutis
expreſſè comprehenſum reperiatur.

2 Quum fieri non poſſit, ut ſingulorum male-
ficiorum ſpecies ſingulæ recitentur, & adno-
tatis pœnis declarentur, *arg l. natura. ff. de præ-
ſcript. verb.* Quæ tamen propterea haudqua-
quam impunitæ remanere debent. *l. locatio.* 9 §.
*quod illicitè. ubi Gloſſ. verb alterum ff. de publican.
& vectigal l. ſi longius.* 18 §. 1. *verſ. nedum judiciis,
ubi gloſſ. verb impunita. ff. de judic. l. ita vulneratus
§ æſtimatio autem ff ad L g. Aquil. l. ſtichum.* 96. §.
3 1. *verſ. ſanè. quoniam. ff. de ſolut.* Quare generali
quodam vocabulo ſtellionatus notantur. Nam
ubicunque titulus criminis deficit, ſtellionatus
perſecutio locum obtinet, quæ ad legitimam a-
nimadverſionem non tendit, ſed coercitionem
extraordinariam habet, pœnaſque arbitrarias
Reo infligi iubet, *l.* 2. *&* 3. *ff. de crim. ſtellion. ubi
Matth. VVeſemb. in paratit. n.* 2. *Jul. Clar. libr.* 5.
ſentent. 8. § *ult quæſt.* 83. *n.* 1.

4 In hiſce pœnis extraordinariis ſeu arbitrariis
indicendis, non minor difficultas occurrit, nec
minus periculū verſatur, ac in pœnis ordinariis
certo facto atq; delicto perpetrato accomodā-
dis: quippe quod pœnæ extraordinariæ non ita
ſimpliciter ac præcisè determinari, nec certâ ali
quâ regulâ comprehendi queant, ſed potiſſimū
judicis arbitrio ac diſcretioni comittantur, qui
cauſâ diligēter cognitâ criminis qualitate pro-
bè examinata, omnib9 circūſtantiis facti exactè
perpenſis, ſupplicium decernere debet, non
quod ipſi placuerit, ſed quod æquitati ac juſti-
tiæ æquilibrio convenire deprehenderit. Qué- 5
admodum enim in omni alio negotio & cauſa,
judex arbitrium à lege aut homine ſibi conceſ-
ſum, gubernare ac regulare ſemper debet ſe-
cundum terminos & tramites iuris & æquita-
tis, *l.* 1. Ibi: *Vt legem non offendat. ff. de uſur. cap.
cum autem & ibi Præpoſitus.* 22. *diſtinct. c. judicet.*
3. *quæſt.* 7. *Gloſſ. in l. eas cauſas ff de condit. & de-
monſtrat. Felin. in cap. quoniam frequenter* §. *por-
rò. num.* 14 *Vt lit. non conteſt. Cœpol in l numer.*
36. *C. de ſerv. fugit. Proſper. Farin. in prax. crim.
lib.* 1. *tit.* 5. *quæſt.* 37 *num.* 94. Ita & in diiudi- 6
candis criminibus extraordinariis ac decer-
nendis pœnis arbitrariis, numere ſuo ſecundum
iuris ac æquitatis normam fungi tenetur: Idque
tantò magis, quantò maius periculum in puni-
endis delictis verſatur. Adeoque quod de iu-
dice præclarè ſcriptum reliquit *M. Tull. Cicer.
pro Clement.* meminiſſe ſcilicet eum debere,
non ſolùm ſibi poteſtatem datam, verùm etiam
fidem habitam eſſe, non quid ipſe velit, ſed
quid Lex & Religio cogat, cogitare, neque ſibi,
quodcunque concupiverit licere ſed habere in
conſilio Legem, Religionem, æquitatem, fi-
dem; Id præcipuè in pœnis arbitrariis Reo in-
fligendis neceſſarium eſt, ubi graviter manda-
tum eſt iudici, ut non aliter iudicet, quam Legi-
bus, Conſtitutionibus, aut moribus receptum
eſt. *pr Inſt. de offic. judic. l.* 1. §. *ſed & ſi. ff. ad Leg.
Corn. de falſ.*

Etenim non durior iure aut æquitate iudex 7
eſſe debet; ne ex ſummo iure ſumma fiat iniu-
ria. *Oldendorp. in libell. de jur. & æquit. titul.* 4.

Neque clementiorem ſeſe præbere, *l. ſervos. 8.*
C. ad Leg. Iul. de vi publ. l. ſi qua pœna 244 ff. de ver
bor ſignif. l. ſi hominem. 7 in pr ff depoſit. Facientis
ſiquidem culpam iudex habet, qui cum poſſet,
corrigere negligit. *c. error. diſtinct. 83. c. præterea.*
23. quæſtion 8. ubi gloſſ. Neque ſolùm is qui iniu-
ſtitiam populo ſuo facit, flagitium expectat, *c.*
Regum. & c. Rex 23 quæſtion. 5. Sed & alios inno-
centes tradit exitio, qui liberat multorum exi-
tia cogitantem. *c. eſt injuſta. 23. quæſt. 4.* Deniq;
non corripiens, ſed fovens improbos, dum eo-
rum vitiis nutriendis parcit & favet, ipſoſmet
crudeliter occidit *c. qui vitiis. 23. quæſt. 2. cap. ne*
8 *quis arbitretur. 22. quæſtion. 2.* Ac nó minus in ex-
ceſſu, quàm defectu peccatur, teſte *Senec. libr. 2.*
de benefic. cap. 16. Quare modus ubique tenen-
dus eſt *l. ex damn. 40. in pr* Ibi: *quia honeſtus mo-*
dus ſervandus eſt ff. de damn. infect. Et pœnas o-
mninò iuxta menſuram & qualitatem delicti in-
fligi oportet. *l. in hoc. 10. ubi gloſſ ff. de ſerv. cor-*
rupt. l. ſi quis aliquid ex metallo §. auctores ſeditio-
nis. ff. de pœn. l. ſancimus. 22 ubi gloſſ in verb. tene-
ant. C. eod. tit l. quoniam multa 6. C ad Leg. Iul. de
vi publ. & privat. Quod & divinâ lege ita præci-
pitur: *Pro menſura peccati* (ait Jehova) *plagarum*
modus eſto: Ne ſcilicet propter impunitatem pec-
candi aut delinquendi occaſio aliqua, ut illecebra
9 *præſtetur. Deut. cap. 25.* Hocque ipſum verbis ſat
ponderoſis exprimit Imper. Carolus V. in *Ordi-*
nat. Crimin. art. 150. Die Richter vnd Vrtheiller
ſollen jhnen nicht eigen vnvernünfftige Regel o-
der Gewonheit/darin zu ſprechen/machen/die dem
Rechten wiederwertig ſeyn/als je zu zeiten an den
peinlichen Gerichten bißher beſchehen/daß die Vr-
theiller die Unterſcheid jeder Sachen/nicht hören/
vnd bewegen/das iſt eine groſſe Thorheit/vnd fol-
get darauß/daß ſie ſich zu vielen mahlen jrren/
thun den Leuten vnrecht/vnd werden an jhrem
Blut ſchuldig: So geſchicht auch viel/daß Rich-
ter vnd Vrtheiler/die Mißthäter begünſtigen/
vnd jhre Handlung darauff richten/wie ſie jhnen
das Recht zu gut verlängern/vnd wiſſendliche v-
belthäter darnach ledig machen wellen/vermeinen
vielleicht etliche einfältige Leute/ſie thun wol dar-
an/daß ſie denſelben Leuten jhr Leben retten. Sie
ſollen wiſſen/daß ſie ſich ſchwerlich damit ver-
ſchulden/vnd ſind den Anklägern derohalben vor
GOtt vnd der Welt/Wiederkehrung ſchuldig.
Dann ein jeder Richter vnd Vrtheiler iſt bey ſei-
nem Eyd vnd ſeiner Seelen Seligkeit ſchuldig/
nach ſeinem beſten Verſtande/gleich vnd recht zu
richten/&c. Nequaquam igitur iudex ex cle-
mentiâ intempeſtivâ aut rigore cerebrino pœ-
nas decernere, ſed ex perſonarum conditione,
& rerum qualitate diligenter debet æſtimare,
ne quid aut duriꝰ, aut remiſſius, quàm cauſa po-
ſtulat, conſtituatur, *l. Pedius. 4. in fin. ff de pœn.*
memoriæ ſemper ac quotidiè infigens, quòd ſi-
cut iudicat homines, ita & ipſe iudicabitur à
Deo. *l. rem non novam. 14. ubi Gloſſ. in verb. judi-*
cantur. & Azo in ſumm. num. 20. C. de judic.

10 Vnde & fit, ut iureiurando iudex promitte-
re debeat, ſe facturum & iudicaturum ſecun-
dum id, quod ei viſum fuerit iuſtius & melius,
Auth. hodiè, ubi gloſſ. C. de judic. Ita nimirum, ut
ab eo omnis timor, cupiditas, odium, ſeveri-
tas, imprudentia, amor, amicitia, gratia, mu-
nera, remiſſio, vel miſericordia nimia, adeo-
que alia omnia, quibus humanum perverti-
tur iudicium, procul abeſſe debeant, *judicare,*
& c. quatuor. ubi gloſſ. 11. quæſtion. 3. Prout Im-
per. Carolus V. eiusmodi formulam iuramenti
præſcribit in *Ordin. Crimin. artic. 3. Rubr.* Deß
Richters Eyd über das Blut zu richten.

Semper itaque iudex, imprimis verò in di- 11
ctandis pœnis arbitrariis æquilibrium iuſtitiæ
ſequi debet. *l. in fundo alieno. 38 ff. de Rei*
Vendicat. l. ſi vindicavi. 10. C. de pœn. c. conſuluit.
de offic. Delegat. Quippe cùm gradus ſint eviden-
tes pœnarum, quarum quædam capitales ſunt,
ut fuſtigatio, quædam non capitales, ſed æque
infamiam irrogant, veluti Relegatio, præſer-
tim perpetua, *l. 5. §. 1. l. capitalium. 27. ff. de pœn. u-*
bi Matth. VVeſembec. Quas iudex perpenſo iu-
dicio, prout quæque Rei defenſio probata ex-
poſtulat, imponet: Cùm nulla cauſa melius æ-
ſtimetur, quàm ex facto ipſo & circumſtantiis
emergentibus, quæ varietatem inducunt, ad-
eoque ſecundum Paulum JCtum pro qualita-
te pœnarum & actio informetur, & condem-
natio moderetur, ſive ad modum redigatur. *l.*
Pomponius 15. in fin. ff. de negot. geſt. l. 72. in fin ff de
judic l. jusjurandum. 34 §. non ſemper. ff. de jurejur.
l. item apud Labeonem. 15. §. quod ait Prætor. in
fin ff de injur. l. moris eſt. 9. §. iſta. l. perſpiciendum.
11. l. aut facta. 16. ff. de pœn. Nicol. Reuſner. libr. 2.
deciſ. 18. n. 8.

Hinc quæritur PRIMO: *Quanam genera* 12
ſuppliciorum nomine pœnarum arbitrariarum ve-
niant, quasq; pœnas judex ex arbitrio imponere
queat?

Q. 1. Arbitraria ſeu extraordinaria animadverſio in quibusnam pœnis conſiſtat?

Sanè in ore omnium ferè eſt, quòd quando
pœnæ neque ex legibus, neque ex Statuto aut
conſuetudine aliquâ certò definitæ ſunt, arbi-
traria debeat eſſe animadverſio. *Iaſon. in l. jubere,* 13
4. num. 17. Ibi: *Licet aliàs, ubi pœna non eſt ex-*
preſſè determinata, &c ff. de juriſdict. omn. judic.
Ludolph. Schrader in tract. de feud part. 10. ſect. 19.
num. 122. verſ. eam ob cauſam, quia in omnibus Ia-
cobus Schalt in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. q.
104. num. 9. Andr. Tiraquell. de pœn. leg. temper.
cauſ. 21. num. 34. Iacob. Menoch. de arbitr. judic.
quæſt. libr. 1. quæſt 86 num. 8. verſ. aut à jure com-
muni ſtatuto, &c. In quibus autem pœnis arbi- 14
traria illa animadverſio conſiſtat, non exprimi-
tur: ſicuti nec ipſemet Imperat. Carolus V. ar-
bitrariam coercitionem diſertè definit, eamq;
ad certa ſuppliciorum genera reſtringit, ſed iu-
dices hac de re conſilium Juriſperitorum im-
plorare iubet in *Ordinat. Crimin. artic. 105.* Ibi:
Ferner iſt zu mercken/in was peinlichen Fällen/
oder Verklagungen/die peinlichen Straffen in
dieſen nachfolgenden Articuln nicht geſetzet/oder
gnugſam erkläret oder verſtändiget wären/ſol-
len Richter vnnd Vrtheiler (ſo es zu ſchulden
kömpt) Raths pflegen/wie in ſolchen zufälligen/
oder vnverſtändlichen Fällen/vnſern Käyſerli-
chen Rechten/vnnd dieſer vnſer Ordnung/am
gemäſſigſten gehandelt/vnnd geurtheilet wer-
den ſoll/vnnd alsdann jhre Erkäntnüß darnach
thun/

thun/damit nicht alle zufällige Erkäntnüß vnd Straffe/in vnſerer Ordnung gnugſamb mögen bedacht/vnd beſchrieben werden.

15 Ex quo evincitur, peculiaria arbitrariorum ſuppliciorum genera haud eſſe prodita, ſed iudicem pœnas iure probatas, moribusque receptas pro criminibus extraordinariis irrogare debere. Quarum Paulus *lib. 5. ſentent. cap.* 17. §. tria facit genera: Nimirum *ſummas*; veluti Mortem, Crucem, (hoc eſt Furcam) Crematione͂, Decollationem. *Mediocres*; ut Metallum, Ludum, (ſive venatorium, ſive gladiatorium) Deportationem. *Minimas*; puta, Relegationem, Exilium, opus publicum, vincula. De quo etiam eſt apud Calliſtratum in *l. capitalium*. 28. *ff. de pœn.* Moribus autem noſtris ac in foro Saxonico, tria pœnarum genera uſu recepta eſſe dixi ſupra *quæſt.* 128. *num.* 7. *& ſeqq.* Nempè *capitalium*, quæ vitam hominis adimunt, & mortis ſupplicia dicuntur; *l. relegati.* 4. *l. ultimum.* 21. *l.* 28. *l.* 29. *ff. de pœn.* §. *publicorum.* 2. *ff. eod. tit. Non capitalium, ſeu corporis afflictivarum*, quæ corporis afflictionem afferunt. Et *Civilium*, quibus corpus directò non affligitur. Vid. ſuprà *dict. q.* 128.

16 Iudex igitur arbitrariè aliquem puniens, unam vel alteram harum pœnarum eligere, Reoque infligere poterit: Id quod de poſterioribus duobus pœnarum generibus, nempè de pœnis corporum afflictivis, quales ſunt fuſtigatio & manus amputatio; Et civilibus puta, Relegatione, Carcere aut mulctâ pecuniariâ, minus dubium habet; Plerumque enim hodie arbitraria animadverſio in Relegatione, ſive temporali, ſive perpetua, quæ interdum pœnam corporalem, nempe fuſtigationem, vel manus abſciſſionem adiunctam habet; Vel incarceratione; aut denique mulcta pecuniaria conſiſtit. *Bartol. in l. quid ergò.* 13. §. *pœna gravior. verſ. quarò. ff. de his qui not. infam. & in l. hodiè.* 13. *ff. de pœn. ubi Matth. VVeſembec. num.* 3. *Nicol. Reuſner. libr.* 2. *deciſ.* 16. *num.* 3. *Ludov. Carer. in pract. crim.* §. *homicidium. num.* 320. In quarum pœnarum irrogatione iudex diſcretus propoſitæ quæſtionis circumſtantias omnes ponderare neceſſum habet.

17 Ac certè in foro Saxonico arbitrariam coercitionem in hiſce pœnis, Relegatione ſcil. Carcere, mulctâ pecuniaria & quandoque fuſtigatione, aut manus abſciſſione conſiſtere, probant quamplurimæ Conſtit. Elect. quæ dum arbitrariè delinquentes puniri iubent, harum pœnarum verbis diſertis mentionem faciunt: Vt *Conſt.* 8. *part.* 4. verb. Daß er alßdan̄ willkührlich/als mit Fauſt abhawen / Staupenſchlägen / Verweiſung / Gefängnüß oder einer Geldbuß/möchte geſtrafft / vnd verurtheilet werden. *Conſt.* 32. *p.* 4. *in fin.* Jedoch daß dieſelbige Verbrechere gleichwol mit Gefängnüß/zeitlicher Verweiſung / oder nach gelegenheit der Vmbſtände/mit Staupenſchlägen belegt / vnnd geſtrafft werden. *Conſtit.* 35. *part.* 4. Daß derſelbige willkührlich/als am Gelde / oder mit Gefängnüß / oder aber nach gelegenheit / mit zeitlicher Verweiſung geſtrafft werden ſol. *Conſt.* 42. *part.* 4. In verb. Darüber ſoll der Iniuriant, willkührlich mit einer hohen Geldbuß/mit Gefängnüß/oder mit zeitlicher Vorweiſung geſtrafft/oder auch nach gelegenheit der Perſon/der Zeit / oder Oerter/vnd anderer Vmbſtände/mit Staupenſchlägen deß Landes ewig vorwieſen werden. Et *Conſt. ſeqq.* 43. verb. Darüber auß Richterlichem Am̃t willkührlich mit Verweiſung / Abhawung der Handt / Staupenſchlagen / *&c. Conſtit.* 45. *dict. part.* 4. mit willkührlichen Straffen/als Gefängnüß / zeitlicher oder ewiger Landesvorweiſung / ſampt Staupenſchlagen / nach gelegenheit der Vmbſtände/belegt vnd geſtrafft werden ſol. Vnde luculenter patet, iudicem arbitrariè & extraordinariè Reum punire volentem, ex prædictis pœnis unam vel alteram, pro ratione circumſtantiarum, conditioneq; perſonæ eligere, & delinquenti indicere poſſe ac debere.

Veluti etiam quotidiè Domini Scabini de conditione ac qualitate perſonæ delinquentis ejusq; facultate non ſatis informati, electionem pœnæ iudicii inferiori committunt, ita reſpondentes: So wird *Inquiſit* ſeiner Verbrechung wegen / willkührlichen entweder mit Gefängnüß/oder vmb eine ziembliche Geldbuſſe / ſeinem Vermögen nach in Straff genommen. *Quandoque etiam Relegationem addentes, ac triplicem pœnam conjungentes:* So möchte *Inquiſit* willkührlichen / entweder ſechs Wochen lang mit Gefängnüß / oder aber vmb achtzehen newe Schock/oder auch ein zwey Jahr lang mit Landesvorweiſung in Straff genommen werden/V. R. W. *Pœnas autem corporales cum civilibus in ſententiis haudquaquam conjungere, nec inferioribus judicibus harum electionem committere ſolent: quippe quòd inter haſce ingens ſit differe͂tia, quæ & circumſtantiarum probam & exactam conſiderationem requirit, quam ſibi meritò reſervant Scabini:* 18

19 At, de pœna capitali ſive ultimo ſupplicio res expedita non eſt, num hoc pro delictis extraordinariis ſeu arbitrariis Reo poſſit irrogari: Quæritur hinc ergo Secundò: *An pœna extraordinaria ſive arbitraria à iudice vel Magiſtratu, pro cuiusq; delicti modo & qualitate, usq; ad mortem & capitis ſupplicium extendi poſſit?*

Qu. 2. An pœna arbitraria ad mortem usque extendi queat?

20 Quod com̃uniter ferè *Dd.* affirmare ſolent, *Gloſſ. in* §. *ſumma, verb. Extraordinaria, ubi Dd. Inſt. de iniur. Iaſon. in l. qui iurisdictioni.* 10. *num.* 3. *ff. de iurisdict. Bartol. in l. ult. nu.* 3. *C de privat. delict. & in l. ult. ff. ubi pupill. educ. deb. Bald. in l. quicunq;* 4. *col.* 5. *verſ. ſcias. C. de ſerv. fugit. Felin. in cap. ex literis. de conſtit. Matth. VVeſemb. lib.* 1. *conſil.* 33. *n.* 16. *& conſil.* 43. *n.* 80. *Nic. Reuſn. libr.* 2. *deciſ.* 17. & alii quam plurimi allegati *à Proſp. Far. in prax. crim. lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 17. *n.* 34. Qui tamen non omni ex parte conveniunt, multas limitationes ac ſublimitationes huius aſſertionis affingentes: ut videre eſt apud *Far. dict. loc.*

21 Ac ſi delictorum atrocitas attendatur, concedendum forſan, pœnæ capitalis mitigationi non facilè locum dari, ne facilitas veniæ, aut ſaltem pœnæ remiſſio aliqua incentivum tribuat delinquendi, & ſic alios quoque ad criminis iſtius provocet contagium; *c. eſt iniuſta.* 23. *quæſt.* 4. *cap.* 1. §. 1. *de re iudic. in 6to. l. provinciarum.* 10. *C. de fertis.* Plurimum enim expedit,

pœnâ reformidari: ne ſcilicet homines ad maleficia temerè proſiliant, ſed potiùs ut inde emendentur, & peccare oderint, ſaltem formidine pœnæ, ſi non virtutis amore. *l. ſi unus ex argentariis*. 27. §. *pacta quæ. ff de pact. l ſi quis fortè*. 6. § *penul. l. ſi pœna*. 20. *ff. de pœn. l.* 1. *in pr. ubi gloſſ. in verb. metu pœnarum ff. de juſtit. & jur. c. juſtum*. 23. *quæſt.* 3. *cap prodeſt ſeveritas. verſ. quia & plectendo. ubi gloſſ. fin.* 23. *quæſt.* 5. *cap. ſed illud. verſ. peccantem, ubi gloſſ in verb. ut cæteri. diſt.* 45. Nam pœna unius, eſt ſalus multorum §. *ſi quis autem. verſ. Homicidia autem. ubi gloſſ. in verb. ſupplicium. Auth. de mandat.* Princ. *c. quid ergò*. 23. *q.* 5. *c. nec is qui invitus verſ. illud quoque ſpecta*. 15. *q.* 1. Et licet in levioribus cauſis pronus ad lenitatem iudex eſſe debeat; attamen in gravioribus delictis à rigore ſupplicii non abſtinendum, quò alii faciliùs à delinquendo deterreantur. 22 Quin & ob immanitatem criminum fas eſt iudici, leges & pœnas ordinarias transgredi: quoniam favor publicæ diſciplinæ ſuadet, ut maleficia puniantur. *Thom. Gram in vot.* 14. *n.* 18. *Auguſtinus Dulcet. in tract. de ſyndic. num.* 44. *allegans Par. de Put. de ſyndic. in verſ. lateo.* ubi ait: pœnam eſſe accelerandam contra malefactores propter publicam utilitatem & pacem, quietemque in populo conſervandam. *Nicol. Reuſn. lib.* 2. *deciſ.* 17. *n.* 27.

23 Hancque ſententiam in Elect. Sax. Scabinatu iam dudum receptam, & ſecundum illam ſæpè iudicatum fuiſſe, tradit *Dan. Moll. lib.* 3. *ſemeſtr.* 27. *n.* 2. allegans *Modeſt. Piſtor. part.* 2. *qu.* 92. *num.* 17. qui tamen de obſervantiâ & modo pronunciandi in Scabinatu Elect. recepto non loquitur. 24 Quin & aſſertio *Molleri* haud abſurdè de eo caſu poteſt accipi, quando mortis ſupplicium legibus expreſſum, ac iudicis arbitrio, num mortis pœnam aliamvè mitiorem Reo indicere velit, diſertis verbis commiſſum fuerit: ubi vix dubitare licet, quin pœna arbitraria ad mortē usq; extendi queat, ut paulò poſt dicetur.

25 Mortis autem ſupplicio diſertè non expreſſo, rectius videntur ſentire *Gloſſ. in cap. inquiſitionis. ext. de accuſat. Nicol. Boër. qu.* 37. *nu* 3. *Ludov. Carer. in pract. crimin. tract. de homicid.* §. *circa igitur tertium. numer.* 33. *Iac. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib.* 1. *qu.* 86. *num.* 1. *& ſeqq. Hippol. de Marſii. conſil* 34. *nu.* 35. *& in pract. crimin.* §. *opportunè. n.* 40. *Iul. Clar. in pract.* §. *ult. quæſt.* 38. *nu.* 11. *Ferdinand. Vaſquius contr. illuſtr. cap.* 39. *n.* 26. *Ludovic. Peguer. deciſ. crim.* 7. *num.* 12. *& deciſ.* 24. *num.* 17. iudicem ex arbitrio pœnam mortis decernere non poſſe.

26 Quorum opinioni ut ſubſcribam, movet me, quòd in cauſis pœnalibus ſemper benignior & humanior facienda ſit interpretatio. *cap. in pœnis. de regul. jur. in 6to. l. factum.* 155. §. *final. ff. eod. tit. l.* 2. *ff. de liber. & poſthum. l. ſi fuerit legatum.* 10. §. 1. *ff. de reb. dub.* Quare ſi Lex aut Statutum pœnam imponat capitalem, magis ea de exilio aut deportatione, quàm capitis ſupplicio intelligi debet, *l. ſi Præſes.* 32. *in fin. ff. de pœn. l. inter pares.* 38. *ff. de re judic.* præſertim cùm & aliàs pro mitiore pœnâ delicti militet præſumptio, ut docet *And. Alciat. reg.* 3. *præſumpt.* 6. *Andr. Tiraq. de pœn. temper. Ioach. Mynſinger. cent.* 2. *obſerv.* 45. Et manifeſti juris eſt, quoties de delicto, vel delicti ſpecie ejusve pœna, ambigua quæſtio eſt, de eo potius, quod minus infame habetur, & quod pœnam minorem continet, interpretationem fieri debere. Quod genus interpretationis in re dubia, & iuſtius & tutius vocat Marcellus in *l. ea quæ.* 192. §. 1. *in fin. ff. de reg. jur. & in l. proximè.* 3. *ff. de his quæ in teſtam.*

Cui haud parum ſuffragatur, quòd in pleriſq; *Conſt. Elect.* quæ de pœnis arbitrariis ſive extraordinariis agunt, ne verbulo fiat mentio ſupplicii mortis; licet reliquæ pœnæ arbitrariæ civiles, nec non corporis afflictivæ ſæpius enumerentur ac verbis claris exprimantur, **daß er alſo dann willkührlich / als mit Fauſt abhawen / Staupenſchlägen / Verweiſung / Gefängnüß / oder einer Geldbuſſe / möcht geſtrafft werden /** *Conſt. Elect.* 48. 32. 35. *& c. part.* 4. Eadem autem facilitate mortis quoque pœnam exprimere potuiſſet Conſtituens Illuſtriſſimus, ſi hanc pro circumſtantiarum ratione, quandoque Reo infligi voluiſſet: quod eò minus omittendum fuiſſet, quò maius dubium extat, num mortis ſupplicium inter pœnas arbitrarias ſit referendum, 27

> 28 *Quemadmodum etiam pronunciare haud dubitavimus ad conſultationem Henrici à* Gotheimb: Iſt derer örter ein *Statutum* vorhanden / daß etliche *Delicta*, vnd inſonderheit die jenigen / darauff in Rechten kein gewiſſes *Supplicium* verordnet / mit willkührlicher Straff / ſo doch nicht nahmhafft gemacht wird / belegt vnd geſtrafft werden ſollen / etc. So wird dadurch eine Geldbuſſe / Gefängnüßſtraffe / zeitliche oder ewige Landesverweiſung / oder auch nach gelegenheit der Vmbſtände vnnd der Vorbrechung / eine Leibesſtraff / als da iſt Staupenſchlag / oder Fauſt Abhawung verſtanden / die Todesſtraffe aber mag vnter die willkührliche Straffen / wofern ein anders in obgedachten *Statuto* außdrücklichen nicht verſehen / nicht zogen werden / V. R. W.
> *Menſ. Majo, Anno* 1631.

29 Quam clauſulam (**wofern in *Statuto* ein anderß außdrücklichen nicht verſehen**) non fruſtrà Domini ſententiæ addiderunt: Accidit enim ſæpiùs, ut pœna arbitraria in Statutis & ſanctionibus exprimatur, adiecto vocabulo, quod non modò civilem & criminalem pœnam, ſed & mortis ſupplicium importat: Veluti ſi dicatur, **mit willkührlicher Straffe / an Gute / Ehr / Leib oder Leben / belegt werden**) quæ verba haud rarò in Sanctione Carolina Criminali reperiuntur. Quo certè caſu dubium eſſe nequit, quin pœna arbitraria pro ratione circumſtantiarum, qualitate criminis, ac conditione perſonæ delinquentis ad mortem usque extendi queat: prout notabiliter aſſertio prædicta limitanda eſt.

30 Hinc & fit, quòd licet pœna falſi arbitraria ſit, *Matth. VVeſembec. in parat. ff. ad Leg. Cornel. de falſ. numer.* 12 *verſ. Hodie apud Saxon. Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 179. *Iohann. Schneidvvin. in* §. *item Lex Cornelia de falſ. num.* 10. *Inſt. de publ. judic.* pro falſo tamen atroci & inſigni gladii pœna falſario irrogari poſſit. *Matth. Stephan. in not. ad art.* 113. *Ordin. Crimin. Carol. Schneidvvin. dict. loco. Petr. Theodor. in Colleg.*

crim. diſput. 8. theſ. 6. lit. A. eò, quòd Sanctio Carolina criminalis pœnam falſi arbitrariam ad mortem usque extendi, permittat, in *artic.* 112. verb. **Die ſollen willkührlich / am Leib oder Leben peinlich geſtrafft werden.** Quod nec à jure civili alienum eſt; quod ſupplicio capitali falſum vindicari jubet: ſi nempè criminis commiſſi magnitudo hoc exigat. *l. ubi falſi. 22. C. ad Leg. Cornel. de falſ. l. 1. & 5. C. eod. tit. Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 123. n. 23.*

31 Similis quoque Sanctio extat in *Conſtitut. Elect. 43. part. 4.* In verb. **Vnd auch darüber auß Richterlichem Ampt willkührlich / mit Vorweiſung / Abhawung der Handt / Staupenſchlägen / vnnd auch wol nach gelegenheit der Perſohnen vnd anderer Vmbſtände / mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft / vnd gerichtet werden / &c.** Quare dubium non eſt, quin is, qui Magiſtratum vel judicium vulneraverit aut percuſſerit, de quo caſu *dict. Conſtit. Elect. 43. part* 4. loquitur, arbitrariè; non modò pœnâ relegationis vel fuſtigationis, ſed & mortis ſupplicio puniri poſſit. Id quod juris certiſſimi eſt, ut probavi ſuprà *p. 2. quæſt. 100. n. 19.*

32 Ex hiſce ſatis, opinor, liquet, quænam pœnæ ſint arbitrariæ, quibus locus eſſe poterit, ſi legibus certum aliquod ſupplicii genus expreſſum non ſit, aut, ſi ipſum etiam delictum fuerit extraordinarium, quod arbitrariâ pœna vindicari debet. In qua irroganda iudici diſcreto incumbit, omnes ac quasvis circumſtantias accuratè ponderare, ac probè perpendere, ita ut nec ſeveritatis, nec clementiæ laus affectetur, *l. perſpiciendum. 11. in prin. ff. de pœn.* nec ſeveriori aut leniori pœna, quàm par eſt, crimen extraordinarium coerceatur: In quo ipſo tantò maior iudicis induſtria ac diſcretio requiritur, quantò minus regula certa punitio extraordinariorum delictorum definiri poteſt, ob inſignem atque multiplicem delictorum & circumſtantiarum varietatem. *l. abſentem. 5. §. delinquitur autem ubi gloſſ. in verb. Aut. caſu. l. capitalium. 28. §. incendiarii. ff. de pœn. l. qui injuriæ cauſa. 53. in pr. ff. de furt. l. 1. in pr. junct. §. Divus Hadrianus. ff. ad Leg. Corn. de ſicar. § placuit. Inſt. de obligat. quæ ex dict. naſc.*

33 *Pro declaratione hujus rei exactiori, caſus & exempla quædam arbitrarium pœnararũ à Scabinis Lipſenſibus indictarum, adducere lubet. Veluti pronunciarunt Vlrico à* Grunroda: Hat ein Bauer zu Zweythen / in Hanſen von Truchſes Gerichten wohnhafftig mit Nahmen Frantz Penring / ſeine Dienſtmagd / nach dem dieſelbe bey jhme vnd in ſeinem Dienſte mit der ſchädlichen Seuche der Peſtilentz behafftet worden / auff einen Wagen geladen / auß ſeinem Hauſe in ewer / vnnd ewrer Brüder Gerichte / vnnd Dorff Terpitz vor der Magd Vatter / Hanſen Keuterbergs Hoff / ehe dann deß Orths noch jemand an ſolcher Seuche kranck worden / viel weniger geſtorben / geführet / eylends außgeſpannen / vnnd den Wagen mit der Krancken Magd allda vorm Hoffe im Dorffe ſtehen laſſen / vnd dadurch ewer / vnnd ewer Brüder Vnterthanen vnnd armen Leute mit der gifftigen Kranckheit der Peſtilentz angeſtecket / etc. So wird er derwegen entweder vmb eine ziemliche Geldbuſſe / ſeinem Vermögen nach / den Armen deß Orths zu Nutz anzuwenden / oder mit zeitlichen Gefängnüß / oder aber auch mit Verweiſung auff ein Jahrlang billich in Straff genommen / V. R. W. *Menſ. Novembr. Anno 1566.*

Alia ſententia: Iſt hiebevorn H. H. zu recht die Straffe deß Gefängnüß auff einen Monat lang derowegen zuerkandt worden / daß er ſein Weib täglichen dermaſſen an jhren Brüſten außgeſogen / daß jhr die Leibes-Kräffte / vnnd jhrem Kinde die Nahrung dadurch gäntzlichen entzogen worden / vnd wiewohl vorberührtem Vrtheil auch dieſes mit angehenget worden / da er ſich deß Auſſaugens ſeines Weibes ferner nicht enthalten würde / daß er alſo dann einer Leibesſtraff gewärtig ſeyn ſolte / So hat er doch / als ſein Weib kurtzverſchiener Zeit abermahls eines Kindes geneſen / dieſelbe anderweit außzuſaugen ſich vnterſtanden / dahero ſeyn Schweher ſeine Tochter mit dem Kinde zu ſich zu nehmen verurſachet worden / etc. So wird vorgedachter H. H von wegen berührtes ſeines vnziemblichen vornehmens / anderweit auff zween Monatlang mit Gefängnüß geſtrafft / vnd darinnen mit Waſſer vnd Brodt geſpeiſet / mit dieſer fernern Verwarnung / da er in künfftigen davon nochmahls nicht abſtehen werde / daß mit einer Leibesſtraff wieder jhn verfahren werden ſoll / V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris in* Lobnütz / *Menſ. Mart. Anno 1605.* 34

Aliud exemplum indictæ pœnæ arbitrariæ: 35 Hat ein Junger Geſell / davon ewre Frage meldet / jhme ein paar langſtielichte Hoſen / vnd daran einen vngewöhnlichen vnd vnzüchtigen Latz machen laſſen / dieſelbe auff eine Hochzeit / darauff er Brautdiener geweſen / auffn Abend angezogen / mit dem Frawenzimmer darinnen getantzet / vnd iſt hernach auch auf den Tiſch getretten / vnd hat üppiche vnd leichtfertige Geberden damit getrieben / daß das Frawenzimmer darüber vnwillig worden / vom Tiſche auffgeſtanden / vnd weg gegangen / bey welcher Vppigkeit gedachter Junger Geſell es nicht bleiben laſſen / ſondern hat vorberührten Latz auß den Hoſen geriſſen / auff einen Teller gelegt / vnnd zum Schauſpiel über den Tiſch herumb tragen laſſen / biß endlichen einer denſelben genommen / vnnd zum Fenſter hinauß geworffen / etc. Da nun gemeldter Junger Geſelle deſſen geſtändig / oder wie recht überwieſen / ſo würde er derowegen mit zeitlicher Landesverweiſung billich in Straff genommen / V R W
Ad conſultationem judicis oppidani VVeiſſenfelſenſis Menſ. Decembr. Anno 160

Item: Iſt allda auff einer Wirtſchafft / wie deß Ortes bräuchlich / ein Eſſen Kohl vnd Fleiſch / darein der Koch vnter dem Kohl ein blaw Niederkleidt geleget / den Jungen Geſellen / ſo nechſt den Jungfrauwen über einem Tiſche allein geſeſſen / vorgetragen worden / vnnd als die Jungen Geſellen deſſen inne worden / hat einer daſſelbe auß der Schüſſel gezogen / vnd auff einen Teller den Jungfrawen auff jhren Tiſch vorgeſetzt / etc. So wird der Koch ſo ſolches Niederkleid vnter das Kraut gethan / vnd derſelbe / welcher es den Jungfrawen vorgeſetzt / vmb eine ziemliche Geldbuſſe / jhren Vermögen nach / in willkührliche Straffe billich genommen / V. R. W. *Conſulibus & Senatui* Hedſtadt / *Menſ. Mart. An.* 1565. 36

Hat ewer Vnterthaner einer / mit Nahmen Vrban Richter zu Proßmarck ſich vngehorſam / vnd in ſeinem Richter Ampt vnfleiſſig verhalten / vnd Inſonderheit vor einem Jahre / als der Chur-Fürſt / vnſer gnädigſter Herr / deß Orths gejaget / vnd vnter den Einſpännigern / ſo in bemeldten Dorffe gelegen / einer den andern entleibet / ſolchen Mord auch den Erbgerichtsherren / biß auff den andern Tag vmb 10. Vhr verſchwiegen; So ſeyd jhr wol befugt / jhn deßhalben willkührlichen mit zeitlichem Gefängnüß / oder vmb eine ziemliche Geldbuſſe / ſeinem Vermögen nach / gebührlichen zu ſtraffen / V. R. W. 37

Adrequiſitionem Theodorici & Matthæi Fratrum à Roſchkaw. *Menſ. Novembr. An.* 1567.

38 Haben Gallen Müllers Haußfraw/ vnd ſein Sohn bekandt daß ſie jhren Willen darzu geben/ daß der Schäfferknecht Jacob genandt/ vnnd Peter Neumann jhre beyde Söhne vnd Brüdere/ ſo an Galgen gehangen/ abgeſchnitten/ etc. So werden beyde Perſonen derowegen willkührlichen/ mit zeitlichen Gefängnüß/ oder Vorweiſung auff ein Jahr/ zwey/ oder drey/ billich in Straff genommen/ V. R. W. *Senatui Hallenſi. Menſ. Iunio, Anno* 1569.

39 *Aliud exemplum arbitrariæ pœnæ*: Habt jhr in den vergangenen Sterbensläufften ewerem Vnterthanen einem bey 10. Schock Straffe gebieten laſſen/ daß er/ weil ſein Hauß durch peſtilentziſche Seuche vergifftet geweſen/ ſich der Gemeinſchafft anderer Leute/ damit dieſelbe nicht auch möchten vergifftet werden/ enthalten ſolle/ vnnd er iſt zu verachtung ſolches ewers Verbots ewerem Bericht nach/ als er mit der Seuche der Peſtilentze vergifftet geweſen/ einem ſeinen Nachbarn fürſetzlichen vnd auß Muthwillen vnter das Fenſter getretten/ hinein geſehen/ vnd Muthwillen getrieben/ jhn auch durchs Fenſter angeſpeyet/ dadurch derſelbe die böſe Seuche auß Schrecken empfangen: So mag er derowegen der Gerichte daſelbſt auff etliche Jahr wohl verweiſet werden/ V. R. W. *Ottoni à* Pflugen/ *in* Strehlen/ *Menſ. Mart. Anno* 1568.

40 *Alia ſententia*: Jſt ein Ehemann in ewerem Abweſen zu ewrem Weibe kommen/ vnd von jhr mehr als einmahl berichtet zu ſeyn begehret/ dieweil er wuſte durch läuffte deß Himmels/ vnd Anzeigung deß Geſtirns/ daß jhr vnd ſein Weib beyde kürtzlich mit Tode abgehen würdet/ ob ſie jhn/ da ſolcher Fall geſchehe vor jhren Ehegemahl annehmen wolte/ hat jhr auch darüber nach Jnhalt der überſandten Copey einen Bulenbrieff geſchrieben. Da er nun deſſen wie recht von euch überweiſet würde; So würde er derowegen mit Verweiſung billich in Straf genommen/ V. R. W. *Andreæ* Plasken. *Menſ. April. Anno* 1561.

41 *Item*: Hat Cuntz Milich eine Wittibe mit vielen vngeſtümmen Worten vnd Gotteslaſterung auff der Gaſſen beläſtiget/ auch Steine auffgehoben/ vnnd nach jhr geworffen/ daß ſie/ in ein Hauß hat entweichen müſſen/ vnnd er hat etliche Steine nach jhr ins Hauß geworffen; Ob er ſich nun wol mit ſeiner Trunckenheit entſchuldigen wil/ ſo möget jhr jhn doch derowegen/ ſolcher entſchuldigung vngeachtet/ mit zeitlichen Gefängnüß/ oder vmb eine ziembliche Geldbuſſe willkührlichen wol ſtraffen/ V. R. W. *Menſ. Febr. Anno* 1549.

42 *Item*: Wo die Jungfraw/ davon ewre Frage meldet/ überweiſet würde/ daß ſie ſich zu einem Poltergeiſt gemacht/ damit das Geſinde im Hauſe vnnd jhren Herren zubeſchädigen/ gerumpelt/ Vngehewer angerichtet/ vnd die Fäſſe vntereinander geworffen; So würde ſie ſolcher Leichtfertigkeit halber wilkührlichen/ entweder mit zeitlichem Gefängnuß/ oder mit Verweiſung auff eine Zeit billich geſtrafft. Sie möchte denn glaubwürdig machen/ daß ſie ſolches ſchertzweiſe mit jhren Geſpielen vnd Mitdienern geübet/ darauß jhrem Herren keine ſonderliche Beſchädigung erfolget/ auff den Fall were ſie mit dem allbereit erlittenen Gefängnüß genungſam geſtraffet/ V. R. W. *Menſ. Martio Anno* 1562.

43 *Item*: Ob wol etliche ewre Vnterthanen zu Dölennichen/ vnnd Staupicht/ ſo jhre Güttere von euch zu Lehen haben/ auff begebene Fälle/ nach jhrer Eltern vnd Vorfahren Abſterben binnen Jahr vnnd Tag die Lehen nicht gemuhtet/ So haben ſie ſich doch dardurch der geſtalten Sachen nach nicht verluſtig gemacht. Sie werden aber gleichwol deßwegen/ weil ſie die Lehen verſchwiegen/ wiltührlichen/ entweder eine zeitlang mit Gefängnüß/ oder vmb eine Geldbuſſe in Straff genommen/ V. R. W.

Ad conſultationem VVolffgangi Ehrenfrieds *à* Radſtock. *Menſ. Iunio Anno* 1624.

Item: Haben etliche ewres vnmündigen Bruders Vnderthanẽ/ ſo Lehenſtücke habẽ/ vngeachtet ſie von dem Richter vnd Hoffmeiſter derohalben erinnert/ vnd angemahnet worden/ in vier Jahren die ſchüldige Erbzinſen nicht entrichtet/ vnd abgeſtattet/ etc. So ſeyn ſie ſolchen Zinß nochmahls abezutragen pflichtig/ vnnd mögen hierüber ein jeder/ ſeinem Vermögen nach/ vmb eine ziembliche Geldbuſſe/ jedoch daß ſich dieſelbige keinem über 3. Schock erſtrecke/ in Straff genommen werden/ V. R. W. *I. à D. M. Nov. Anno* 1630. 44

Hæc idque genus alii criminum extraordinariorum caſus atque exempla in Elect. Saxon. Scabinatu quotidiè occurrunt, ex quibus de pœnis arbitrariis facilimè iudicium ferri poterit. Cùm autem ſæpiſſimè accidat, ut ſententiis Scabinorum duplex pœna, ſcilicet carceris & mulcta pecuniaria, quandoque etiam triplex, addita nempè Relegatione exprimatur, data iudici electione, quam ex hiſce pœnam Reo pro qualitate ac conditione ipſius infligere velit: haud inconvenienter Tertiò Quæritur: *Quænam juſta dicatur proportio inter haſce pœnas, ne ſcilicet ſumma pecuniæ excedat juſtum tempus carcerationis, neque hoc ſuperet mulctam & quanta pecuniæ mulcta pœnam carceris ad octiduum juſte adæquet?* 45

Q. 3. Quænam juſta & æqualis ſit proportio inter pœnas arbitrarias?

46 Hoc certè nec in iure civili, neque Saxonico ullibi expreſſum eſt: quare haud immeritò iudicis diſcretioni atque arbitrio relinquendum erit, *arg. l. 1. §. 2. ff. de jur. delib.* Nec immeritò, cùm hoc ipſum certa aliqua regula haudquaquam definiri queat, ſed ex facultatibus delinquentis æſtimari debeat. Abſurdum etenim eſſet, Indicere ei, qui opibus abundat, mulctam pecuniariam talem, qualis pauperi ad carceris pœnam avertendam regulariter ſolet imponi, quam dives abſque omni certè difficultate ad evitandam carceris pœnam ſoluturus eſſet. Quare iuſtiſſimè ex conditione perſonarum, earundem facultatibus, nec non aliis circumſtantiis occurrentibus, proportio harum pœnarum iuſta deſumenda eſt. Idemque habendum & aſſerendum de proportione relegationis ac carcerationis, ſeu mulctæ pecuniariæ, quæ non minus ex qualitatibus perſonarum eſt definienda.

47 Hoc autem ſæpius obſervavi, quòd regulariter pro carceris pœna ad triduum, indicatur mulcta unius ſexagenæ novæ, **eines newen oder Silbern Schocks**/ quæ eſt 60. groſſorum, ac pro carcere ad octiduum mulcta trium vel ad ſummum quatuor Sexagenarum novarum. Veluti etiam hæ pœnæ in ſententiis communiter coniunguntur, & invicem adæquantur, quando ſcilicet pœna arbitraria carceris, vel pecuniaria imponẽda venit: Niſi de inopia Rei delinquentis conſtet; quo caſu minoris ſummæ mulctam, carceris pœnæ ad octiduum facilimè correſpondere, res ipſa loquitur.

48 *Hinc & moribus receptum, ut major pecuniæ ſumma in ſententiis exprimatur, conceſſa tamẽ poteſtate judici, pro ratione facultatũ Rei,*

eam diminuendi, in hunc modum: So wird *Inquiſit* ſolcher Verbrechung wegen willkührlichen/ entweder 3. Wochen lang mit Gefängnüß/ oder vmb eine zimliche Geltbuſſe/ ſeinem Vermögen nach/ jedoch daß ſich dieſelbe über C. newe Schock nicht erſtrecke/ in Straff genommen/ V. R. W.

49 Quæritur Quartò: *Cuinam in pœnis arbitrariis alternativis cõpetat electio pœnæ, judici, an verò ipſimet Reo?* Veluti ſi Statuto aut per ſententiam Iuriſperitotum, pœna alternativa Carceris, relegationis, aut etiam mulcta pecuniaria delinquenti indicta fuerit, isque mulctam pecuniariam eligat, cui tamen iudex carceris pœnam indicere malit: de quo ſæpiùs dubitatum memini.

Q.4. Cuinam competat electio in pœnis arbitrariis alternativis?

50 Ac primâ quidem fronte omninò videtur dicendum, Reo delinquenti fas eſſe, ex pœnis alternativis alterutrum eligere, eiq; ſeſe ſubiicere; quum iis debitor ſit, ex delicto ad pœnam obligatus, *§. ſequẽs 2. Inſt. de oblig. pr. Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc.* Atqui in alternativis debitori competere electionen, notiſſimi iuris eſt. *l. illud 25. ff. de conſt. pecun. l. cum illud aut illud. 25 ff. quãdo dies legat. l. plerumq; 10. in fin ff. de jur. dot. l. 2. §. 3. ff. de eo quod cert. loco l. ſi plures 17. l. ſi hæredi. 5 ff. de condit. inſt. l. ſi quis à filio. 32. §. ſi quis plures. 1 ff. de legat. 1. Matt. Coler. de proceſſ. execut. part. 2. c. 1. n. 50. Jacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 124. n. 26.*

51 Sed contrarium uſu obtinuit. Etenim, quia pœna alternativa Reo irroganda venit pro qualitate perſonæ & ratione circumſtantiarum, quas iudex diſcretus ponderare neceſſum habet; haud certè alia imponenda erit Reo, ac ea, quam criminis qualitati ac perſonæ delinquentis convenire, iudex arbitratus fuerit: maximè, quum mulctæ pecuniariæ carceris pœna propterea potiſſimùm adiungatur, ne Reus, qui mulctam pecuniariam ob inopiam ſolvere nequit, ab omni prorſus pœna ſit immunis, ſed ut pecuniæ defectum ſuppleat pœna carceris, iuxta regulam vulgatam, quò qui non habet in ære, luat in corpore. *l. ſi quis id. 7. §. in Servos 3. ff. de jurisdict. l. ultim. ff. de in jus vocand. l. quicunq; 4. C. de Serv. fugit.* Et aliàs quoque notiſſimi iuris eſt, quòd in alternativis iuris, optio iudici detur, niſi verba ad partem dirigantur, per text. *in cap. à crapula de vit. & honeſt. clericor. uti Gloſſ. in verb. vel beneficio. & Panorm. n. 4. Andr. Gail. lib. 2. obſerv.* 84. *n.* 12.

52 *Prout reſpondimus Henrico à* Sothelmb. Iſt einem von welchem ewre Frage meldet/ ſeiner Verbrechung wegen durch Vrtheil vnnd recht willkührliche Gefängnüß oder Geltſtraff zuerkandt worden/ *&c.* So ſtehet euch als der Obrigkeit frey/ welche vnter gedachten beyden Straffen/ nach Beſchaffenheit der Sachen vnd deß *Delinquenten*, jhr jhm anzuthun gemeynet ſeyd/ der Verbrecher aber hat ſich der Wahl ſelbiger Straffen nit anzumaſſen/ V. R. W. *Menſ. Majo, Anno* 1631.

It. Daß die *election* der zuerkandten willkührlichen Geld-Straffe oder Landes-Verweiſung Ihr Gräffl. Gn. oder der Regierung zuſtehet/ vnnd es iſt *Inquiſitus* zu einer oder die ander Straffe ſeiner Beliebung vnd Gefallen nach/ zu kieſen nicht berechtiget/ V. R. W. An die Gräffliche Solmiſche Räthe zu Sonnewalda. *Menſ. Februar. Anno* 1634.

53 Nec obſtat ratio in contrarium adducta, quòd ſcil. in alternativis electio ſit penes debitorem. Vt maximè enim regulariter hoc verum ſit, fallit tamen, quando alternativa ponitur inter duo, quorum unum tantùm eſt in obligatione, alterum verò adiicitur ad cautelam peculiarem in favorem creditoris. *Nic. Everhard. in loc. à Natura alternativor. n. 7. Dan. Moller. lib. 1. ſemeſtr. 27. n. 1.* prout hoc caſu fieri videmus. Etſi enim Reus in genere ſit obligatus ad pœnam; alternativa tamen adeò potiſſimum ſententiâ vel Statuto exprimitur, ut qualitati criminis, ac conditioni perſonæ delinquentis pœna correſpondens irrogetur, quam ſolus judex, circumſtantias rerum probè perpendens arbitrari poteſt.

54 Quintò, deniq; hoc loco & illud quæri poteſt: *Si judex Reum ſentẽtia parere jubeat, ſub certâ aliquâ mulctâ, quam poſtea adverſus contumacẽ duplicat ac triplicat, an Reo in contumacia perſeverante, omnes mulctas conjunctim ab eo exigere poſſit?* Exempli gratia, judex ſub comminatione mulctæ decem aureorum mandato ſuo parere juſſit, & non facienti ſecundò pœnam ſtatuit 20. aureorum, eoq; nondum parente ſub pœnâ 30. aureorum obtemperare dennò mandavit: Num ſi Reus in contumaciâ perſaveret, omnes mulctas conjunctim & in ſumma 60. aureos ſolvere tenebitur, an verò unâ contentum eſſe judicem oportebit?

Q.5. An pœna à judice duplicata vel triplicata; omnes conjunctim pœnæ à Reo exigi queant?

55 Certè, quia in omnibus Reus inobediens fuit, omnes quoq; pœnas judicem exigere poſſe, non malè forſan quis exiſtimaverit, *l. 1. ff. ſi quis jus dicent. non obtemp.* maximè, quum reiterata contumacia ſeveriorem pœnam requirat, *c. quoniam. 5 in fin. ext. ut lit. non conteſt. c. quanto. 2. quæſt. 5.* nec unum delictum alterius minuat pœnam *l. nunquam. 2. in pr. ff. de privat. delict.*

56 Verùm licet conceſſerim, Reum hoc caſu in plures pœnas incidiſſe, attamen alterutrâ harum judex debet eſſe contentus. *l. qui Servum. 34. in pr. l. plura. 53. l. cum ex uno. 32. ff. de obligat. & action.* Quin nec plures pœnas Reum promeruiſſe, nec plura delicta ſed unicum tantummodò, ſcilicet inobedientiam commiſiſſe, rectiſſimè quis dixerit, licet inde plura præcepta continuè & in continenti ſubſecuta fuerint, *arg. l. 1. cum l. ſeq. ff. ſi famil. furt. feciſ. dicat. & l. heredes. 25. §. de pluribus. 3 ff. famil. erciſc.* Quare nec duplex, aut triplex pœna Reo hoc caſu irroganda erit. *l. ei qui. 9. l. inficiendo. 67. § infans. 2. ff. de furt.* Quam ſententiam tenet *Spec. in tit. de contumacia. §. Nunc dicamus qualiter n. 5. & ſeq.* quem ſequitur *Daniel Moller. ad Conſt. Elect. 42. n. 42. part. 4.*

57 Sed, *quam mulctam judex erigere poterit, num primam, mediam, vel ultimam?* Maiorem ac ultimam pœnam ſolvendam eſſe tradit *Moller. dict. loc.* ex hâc potiſſimum ratione quòd judex maiorem mulctam comminando, cenſeatur à prioribus minoribus receſſiſſe, *arg. l. Stichus. 21. ff. de manumiſſ. teſtam. l. 74. ff. de hæred. inſtit. l. penult. ff. de ſtip. prætor. l. qui bis. 18.*

Q.6. Quã pœnam Reus hoc caſu ſolvere teneatur?

ff.de Verb.oblig. Cui adſentior, ſi ultima illa pœ-
58 na non ſit enormis, ac nimium rigoroſa; Solent
enim quandoq; judices immoderati primâ ſta-
tim vice tantam indicere mulctam, quę crimen
inobedientiæ multùm ſuperat, & duplicata ac
triplicata Reum omnibus facultatibus penè ex-
uit: Quo caſu non præciſè pœnam ultimam e-
ligendam, ſed pro arbitrio, vel primam, vel le-
viorem quandam mulctam, inobedientiæ & fa-
cultatibus Rei correſpondentem, imponen-
dam eſſe, in Scabinatu non ſemel pronuncia-
tum memini.

Prout etiam nuperrimè reſpondimus Quæſtori Dreſdenſi, Menſ. April. Anno 1632.

QUÆSTIO CXXXIV.

De pœna Luſorum ac Receptatorum hominum facinoroſorum

SVMMARIA.

1. *Multa crimina peculiare nomen non habent.*
2. *Ludi ſunt jure prohibiti & quare. n.*3.4.6.7.
5. *Plurima alia crimina ex ludis proveniunt.*
8. *Pœna aleatorum quænam?*
9. *De jure Saxonico heres ludo perdita ſolvere non tenetur. n.*26.
10 *Ludi num conſuetudine introduci poſſint? num.* 11.12.
13. *Ludi non omnes nec ſemper prohibiti ſunt. num.* 14.15.16.
17. *Ludos exercens punitur arbitrariè. num.*18. 19.20.
21. *Sententiæ Scabinorum Lipſienſium. n.*22.
23. *Perdens pecuniam in ludo, à lucrante poteſt eam condicere. n.*24.
25. *Quod tamen non obtinet in foro Saxonico.*
27. *Pecunia luſori mutuo data repeti poteſt.*
28. *Quinam ludi ſint honeſti & liciti? n.*29.30.
31. *Ludus latrunculorum num licitus ſit?*
32. *Sponſiones an permiſſæ.*
33. *Ludi aliàs prohibiti quando permittuntur. n* 34.35.36.
37. *Receptatio facinoroſorum eſt crimen extraordinarium.*
38. *Quomodo hoc delictum puniatur? n.*41.42.43.
39 *Intellectus l.1.C de his qui latro vel ali.crim.Reos.& l.1 ff.de recept.n.*40.
44. *Explicatio art.*25 *&* 13 *lib.*2. Landr. *n.*4.
46. *Sententiæ Scabinorum Lipſienſium. n.*47.
48. *Recipientes delinquentes conſanguineos mitius puniuntur, n.*49.
50. *Sententiæ Scabinorum Lipſienſium. n.*51.
52. *Parentes & affines an delinquentes latitantem indicare & ignorantiam juramento purgare teneantur? n.*53 54.
55. *Sententiæ Scabinorum Lipſienſium.*
56. *Quomodo puniri debeat crimen ſciens & non revelans. n* 57.
58. *Sententiæ Scabinorum Lipſienſium. n.*59.
60. *Quod ſi conſcii ſimul ſunt participes delicti num.*61.
62. *Sententiæ Scabinorum Lipſienſium.*
63. *Pœna eorum, qui delicta non impediunt, cùm hoc benè facere poſſent.*
64. *Sententiæ Scabinorum Lipſienſium. n.*65.
66. *Scientes ac non revelantes delicta atrociſſima, pœnam incurrunt.*
75. *Sententiæ Scabinorum Lipſienſ. n.*68.60.70.

CRimina extraordinaria, pro quibus pœ-
næ arbitrariæ jure imponuntur; multifa-
ria eſſe atq; diverſa, dixi *quæſt præced.* quo-
1 rum multa innominata ſunt, veluti actus & fa-
cta indifferentia, quæ ſua natura non quidem
delicta ſunt, ſed ex accidenti formam delicti
aſſumunt; ut verberare, percutere, ingredi æ-
des, glandem detinere, accuſare & ſimilia; Vn-
de fit, quòd proprio nomine careant. Alia verò
peculiari ac communi quidem nomine vulgò
appellitantur, à jure tamen formam determi-
natam, & certam præſcriptam pœnam non ha-
bent; ut crimen albi corrupti, vexationis anno-
næ, teſtamenti aperti ante quæſtionem de fa-
miliæ habitam, circulationis eorum, qui ſer-
pentes circumferunt, ſollicitationis alienarum
nuptiarum, &c. Quæ omnia extraordinaria di-
cuntur delicta, & arbitrio judicis extra ordinem
plectuntur, ut dictum fuſius *quæſt. præcedenti.*
Hæc quæſtione de duobus ſolummodo delictis
extraordinariis ſpeciatim agere fert animus,
nempe de Ludis vetitis, & Receptatione faci-
noroſorum.

Quod primum attinet, expeditum verè eſt 2
inter claſſicos autores, ludos jure prohibitos eſſe ut probat *l. alear. uſus. C. de Relig. & ſumt. funer. tot. tit. ff. & C. de aleator. Iul. Clar. lib.5. ſent. §. ludus n.1. Rol. à Vall. vol. 2. conſ. 63. n.* 19 *Petr. Ravē. in Alph. aur. verb. ludus Andr. Rauchb. part. 2 quæſt. 25. n. 24. & ſeqq Petr. Heig. part. 2. quæſt. 10. Matt. Coler part. 1. deciſ. 173. Iac Cujac. in parat. C. tit de aleator.* Et aleatorum nomen pro infami haberi *l. ult. §. 2. ff de aleat. l. fugitivus. 255 ff. de Verb. ſign. l. ſi quis ſervum. 26 ff. de injur.*

3 Non ſolùm, quòd ludi pugnent cum regula juris naturalis, quod cum alterius detrimento, jacturâ, vel injuriâ aliquem fieri locupletiorem vetat *l. nam hoc natum* 14. *l. hæc condictio 66. ff. de condict. indebit. l. ſi pupilli. 6. §. ſed & ſi quis 3. ff. de negot. geſt. l. jure Naturæ 206 ff de reg. jur. l. 17. §. Proculus. 4 ff. de inſt. act. l. rerum 25. ff. de act. rer. amotar.* Sed & quia ſeptimo ac ultimo Decalogi præcepto adverſantur. Nam ludus ſemper eſt contra charitatem & ſecundum cupiditatem, quia quærit quæ ſua ſunt, cum damno alterius, & non ita quæ ſunt alterius,

ſicut quæ ſua ſunt, ut loquitur *D. Lutherus in enarratione 7. præcept* allegatus *à Rauchb. dict. quæſt. n. 25. 26.* Quin & dum jure divino labore, non luſionibus, aliisq; artibus illicitis vel modis victum nobis parare jubemur, *Gen. 3. v. 17. & 19. Pſal. 128. v. 2. 1. ad Theſſ. 4. v. 11. 2. ad Theſſ. 3. v. 10. Epheſ. 4. v. 28. Prov. 10. v. 4. 13. v. 4. 31. v. 27.* haud obſcurè ludi abrogantur, & prohibentur; quippe quibus abſque labore, cum iniuria & damno proximi alimenta quæruntur, & facultates augentur.

5 Taceo, quòd plurima alia crimina ex ludis
proveniant, utputa periuria, blaſphemiæ, dila-
pidationes bonorum, inimicitiæ, jurgia, cædes,
aliaque mala & incommoda quamplurima *Ho-
ſtienſ. in ſum. de exceſſ. Prælat. verb. Cleric. Paris de
Puteo. de ludo. n. 4. Roland. à Vall. dict. conſ. 63. n. 22.
Petr. Gregor. in Syntagm. jur. lib. 39. cap. 3. n. 10.* u-
bi refert *Anton. Florent.* dicentem, Ex ludo tot
crimina naſci, quot ſint puncta in taxillis. *Iacob.
Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 4. caſ. 399.*
6 *num. 1.* Quare haud immeritò in Quinti ſextâ
Synodo Conſtantinopolitana Aleæ luſus &
Clericis, & Laicis, ſub excommunicationis pœ-
na fuit interdictus, *cap. 50.* ut refert *Petr. Gregor.
dict. loc.* Qualis prohibitio quoque extat in
*Authent. interdicimus. C. de Epiſcop. & Cleric. No-
vell. 123. cap. 10.* Non modò ſi pecunia, ſed &
ſi lupinis poſitis, id eſt, argento comico, vel a-
lia quavis materia invicem pecuniæ veræ poſt-
ea perſolvendæ victori, ludatur. *l. 1. & ultim.*
7 *ubi Jacob. Cujac. in parat. C. de aleator.* Ac ſanè
fortunæ committere bona & facultates, tur-
pe ſemper habitum fuit, cumprimis viris litera-
tis, utpote quibus ex honeſtis colloquiis ami-
corum & eruditorum, recreatio certior & ho-
neſtior manare poſſit. *Petr. Heig. Part. 2. quæſt.
10. n. 29.*

8 Quare meritò Aleatores pœna arbitraria
vel extraordinaria coercentur. *Bonifac. de Vita-
lin. de malefic. tit. de ludo. Andr. Rauch. dict. quæſt.
25. n. 54. Jul. Clar. dict. §. Ludus num. 6.* Ipſique A-
leatores frequentes & aſſidui à teſtimonii di-
ctione repelluntur. *Gramm. deciſ. 11. n. 5. & de-
ciſ. 40. num. 2. Roland. à Vall. dict. conſ. 63. n. 18 &
24. volu. 2.* Iisque veluti prodigis, dilapidatori-
bus, ac malè ſua ſubſtantia utentibus bonis in-
terdici poteſt. *Dec. conſ. 163. n. 19.* Nulla quo-
que actione ipſis competente ad lucrum con-
ſequendum. Sicuti & emptio, venditio, mutu-
um, aliive contractus ludi occaſione celebra-
ti, ipſo jure nulli ſunt, nec ulla ex hiſce actio
colluſoribus datur. *gloſſ. in l. 1. & ultim. verb. ac-
cepit pecuniam, &c. de al. luſ. & aleat. Jul. Clar.*
9 *dict. §. ludus. in fin.* Quod & jure Saxonico
probatur, quo heres ludo perdita ſolvere non
tenetur, *art. 6.* **Landrecht.** *lib. 1.* Ac Dominus
condictionem habet rei ſuæ, quam famulus
ipſius ludo perdidit, *art. 60. lib. 2. & art. 6. lib. 3.*
Landrecht. Neque de luſu Reus conventus
reſpondet, neque judex aditus judicare cogi-
tur. **was vmb Spiel iſt/ da darff der Verklag-
te Klägern nicht vmb antworten/ noch der Rich-
ter darüber richten: Weichbild.** *artic. 101. Chili-
an.* **König** *in proceſſ. cap. 57. num. 2. Andr. Rauchb.
dict. quæſt. 25. num. 59. Matth. Coler. part. 1. deciſ.
173. num. 13.*

10 Non tamen deſunt, qui ſcribere haudquaquam verentur, à prohibitione iſta ludorum, per conſuetudinem nunc adeò receſſum eſſe, ut & impunè ludere, & ludo quæſita retinere liceat, & ita traxiſſe reperiantur pravi mores leges bonas in ſuam poteſtatem, ut loquitur *Heig. dict. quæſt. 10. n. 32. Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. lud. n. 2. 7. 8. Cagnol. in l. ſingularia. n. 141. ff. ſi cert. pet. Caccialup. in tract. de ludo. n. 29. Angel. Aretin. in tract. malef. verb. Meditare. n. 27. Marc. Anton. de Amat. deciſ. 137. n. 5. & 6.* Quod nec mirum alicui videri debeat; ſiquidem conſuetudo contractus probare, & reprobare poteſt. *Bald. in l. per diverſas. C. mandat.* Et actus per ſe illicitos licitos facit. *Paris de Puteo. de ludo. n. 43. Soc. jun. vol. 3. conſ. 68. n. 103.*

Saniores autem negant, Conſuetudine fieri 11
poſſe, ut ludus aleæ licitus efficiatur, & deſinat
eſſe probrum, quod tam multa in publicum
manantia diſpendium mala comitantur; quia
contra bonos mores futura ſit hæc conſuetu-
do, & nutritiva peccatorum, probantes nihilo-
minus conſuetudinem, quæ inhibet reſtitutio-
nem per cauſam aleæ luſus acquiſitorum. *Bald.
in l. advocationis. n. 2. C. de condict. ob turp. cauſam.
Iul. Clar. dict. §. Ludus. n. 7. in fin. Didac. Covarr. in
c. peccatum. art. 2. §. n. 3.* ubi ait, in ludi tractatu 12
conſtitutiſſimam eſſe concluſionem, etiamſi
ludus illicitus ſit, legeque humanâ pœnâ exte-
riori, ac lucri reſtitutione plerunque puniatur,
ex eo tamen acquiſita in animæ & conſcientiæ
iudicio non eſſe neceſſariò reſtituenda, modò
fraus abſit, habeantq; ludentes adminiſtratio-
nem liberam rerum ſuarum, quas in ludi con-
ventionem deduxêre: quam ſententiam quo-
que à D. Luthero probatam inquiunt in *enar-
ratione 7. præcept.* dicente, Luſores non teneri
ad reſtitutionem, legem enim iuſtiſſimam eſſe,
ut qui amat periculum, pereat in illo, niſi fortè
per fraudem luſerint. *Vid. Rauchbar. dict. qu. 25.
num. 90.* De qua tamen aſſertione haud abs-
que iuſta ac prægnanti ratione dubitat *Lancel-
lot. in tit. de luſor. num. 9.* allegatus à *Petr. Heig.
part. 2. quæſt. 10. n. 35.* Nam ſi per ſe conſuetudo
ludum illicitum & inhoneſtum, licitum aut
honeſtum efficere nequit; certè nec hoc effi-
cere poterit, ut repeti amiſſum nequeat; & ſic
minus liceat in cauſa, quàm in cauſato: quum
tamen potius ſit ius cauſæ, quàm cauſati. *Heig.
dict. loco num. 38.* Ac quidnam, quæſo, intereſt
ludum probare, vel repetitionem impedire?
Imò hoc illo gravius exiſtit, aut conſuetudo
ius continebit imperfectum, ubi ludere qui-
dem prohibitum, verùm ſi contra factum
ſit, nihil in delinquentes ſtatutum reperire li-
cebit.

13 Planè tradunt alii, luſus alioquin prohibitos non ſemper & ubique vituperio, & reprehenſione dignos eſſe, ſed quandoque tolerari & excuſari poſſe, ſi non ſint aſſidui aut frequentes, ſed moderati, tempeſtivi, ac doli fraudiſque expertes, fiatque ab his, qui ſui iuris ſunt, poſt expleta ordinariæ vocationis

munia recreationis non quæſtus gratiâ, citra rei familiaris diſpendium atque jacturam. *Vid. Petr.Greg.lib.39 Syntagm.cap.3.n* 1.*Iac.Menoch. de arbitr.jud.quæſt.caſ.*399 *n.*19. *Par.de Puteo de lud. num.*46.

14 Quin nec omnes omninò luſus, ſed eos ſolummodò, qui fortunæ ſunt, & toti ab ancipiti & incerto fortunæ eventu dependent, nec non partim fortunâ, partim ingenio, artificio, & exercitatione conſtant, quales ſunt luſus teſſerarum aut talorum, vel taxillorum, chartarum, &c. quos vulgò miſtos appellitant, prohibitos eſſe ajunt. *Petr.de Puteo d.loc n.* 6. & 40. *Cujac.in parat.ff.&C.de aleator. Andr.Rauchb.part.2.quæſt.*25.*n.*23. *Petr.Gregor.d.lib.*39.*cap.*3 *num.*11. Neutiquam verò prohibitionem hanc ad luſus artis, vel merè artificioſos extendunt, in quibus nullus fortunæ locus relinquitur, ſed qui ſolâ arte, virtutis & ingenii excitandi, vel acuendi causâ fiunt, *l.quâ actione* 7.§ *ſi quis in c luctatiõe* 4 *l ſi ex plagis* 53.§ *ult ff.ad Leg Aquil.l.Athletæ.*4. *ff de his qui not.infam l.*1.§.*removet.* 6 *ff.de poſtul. l.commodis.*40.*ff.de re judic.* Vt ſi qui haſtâ certent, vel pilo jaciendo, luctando, pugnando. *l.* 2.§.1.*ff de aleat r.* Quò & referendi ſunt quinque illi luſus, quos Juſtinianus enumerat in *l. fin.C.de aleator.* Quos propterea permiſſos autumant, quia potiſſimum virtutis vel gloriæ cauſa ſuſcipiuntur, *d.l.*2. *&* 3.*de aleat. Rauchb.d quæſt.*25.*n.*9.

15 Hinc & jure defendi poſſe inquiunt luſus, qui hoc tempore in aulis Principum & urbibus, Nobilium & civium exercendorum gratiâ inſtituuntur, ut exercitia jaculatoria, torneamenta, & alia id genus certamina equeſtria ac militaria, ad quæ Nobilibus ſolum patet aditus, quæ vulgò appellitantur Turniren/Rinckrennen/ *Rauchb.d.l.n.*5. quò & vetuſtum illum ingenioſum luſum Latrunculorum vel faruncolorum referunt, vulgò Schachtſpiel/ *Iul.Clar. d.§.ludus.n.*3.

16 Hancque ludorum diſtinctionem (nempe fortunæ, artis, ac utriusque ſive miſtorum) maximè probat Illuſtriſſimus Elector Saxon. in *Ordin.Polit.de Anno* 1612.*tit.* von Spiel/verb. Nun ſtellen wir zwar *ludos honeſtos* oder *artis*, welche *virtutis & ingenii excitandi cauſa* in Rechten vergönnet/ wenn nur dieſelben nicht *quæſtus & lucri gratia inſtituiret*, oder ſonſten kein Betrug darunter/an ſeinen Ort. Hoſce luſus permittens, reliquos verò, nempè fortunæ ac miſtos luſus ſeverè prohibens. Ad quos luſus etiam reſtringenda eſt Ordinat. Provincialis *D.Auguſt.Elect.Saxon.de Anno* 1555.*Rubr.* Topler vnd Spieler / ut ſatis probant verba *dict. Ordin.* Daß ſie ſich Kartens vnd Würffelſpielens enthalten/*&c.* Vnde ſequitur, reliquos ludos honeſtos, qui virtutis vel gloriæ cauſa ſuſcipiuntur, hac Sanctione neutiquam prohiberi.

17 De Ludis itaque fortunæ ac miſtis, qui partim fortunâ, partim ingenio, artificio & exercitatione conſtant; veluti taxillorum, chartarum, aliisque relatis *ab Andr. Rauchbar. part.2.quæſt.*25.*num.*23. hic agitur, de quibus in foro Saxonico, hac Regula univerſalis notanda eſt: Quòd Ludos fortunæ aut miſtos exercentes arbitrariè puniri debeant.

Q. 1. *Quæ ſit pœna exercentiũ ludo prohibitos?*

Quæ Regula, præterquam quòd jure communi Cæſareo, nec non Divino, ac ratione naturali munita ſit, ut probavi antea ex *Caccialup. de Ludo.n.*60. *Bonifac.de Vital.de malefic.tit de ludo Andr.Rauchb.d.quæſt.*25.*n.*54. *Petr Heig.p.* 2 *quæſt.*10.*Iul.Clar.lib.*5 *ſent.§.ludos.n.*6 *Lancel. cap.de Luſur.n.*20.*&* 21. firmatur 1. ex textu manifeſto *Ordinat. Provinc. de Anno* 1555. *dict tit.* Topler vnd Spieler. verb. Derhalben iſt vnſere 18 ernſtliche Meynung / ein jeder wolle den ſeinen vnnd ſonderlich den Haußleuten ernſtlich gebieten / daß ſie ſich Kartens vnd Würffelſpielens enthalten/vnd daß Achtung darauff geben werde / demſelben vnverbrüchlichen nachzugehen/ vnd wer es übergangen/daß alsdann der Wirth/ wo er ſolches geſtattet/vnd ob ers nicht erwehren köndte / daſſelbe der Obrigkeit nicht anſaget/ ſampt den Gäſten geſtrafft werde. Quo ipſo, dum pœna certa non exprimitur, haud obſcurè innuitur, luſores hoſce arbitrariâ pœnâ coercendos eſſe, juxta vulgatum Dd. axioma, quòd certa pœna legibus aut Statuto non expreſſa, arbitrariè delinquentes puniri vult. *Iac. Menoch.de arbitr.jud.quæſt.lib.*1.*quæſt.*86.*n.*8. *Iaſon.in l jubere.*4.*n.*17 *ff de juriſdict.omn.jud. Andr Tiraquell.de pœn.leg.temp.cauſ.*31.*num.*34.

19 2. Clarior hac de re extat Sanctio in *dict. Ordin.Polit.de Anno* 1612.*tit.* vom Spiel verb. Allein die andern Spiele / ſo *ludi fortunæ*, ſo wol die welche *miſti* genennet werden / als da ſeyn Bretſpiel/Karten vnd dergleichen ſollen keinem verſtattet werden/*&c.junct.§ fin.d.tit.* Welcher nun hierwider handeln / oder ſolches in ſeiner Behauſung nachgeben wird /der ſoll jedes mahl 20. Thaler zur Straffe(darvon ein Thaler/deme/ſo es in Erfahrung bracht / gebühret) entrichten / oder da er es nicht in Vermögen / acht Tage lang in gefänglicher Hafft enthalten werden. Quæ verba arbitrariam animadverſionem ſatis probant: Etſi verò 20. thalerorum mulctam, nec non carceris pœnam ad Octiduum determinent; dubium tamen non eſt, quin exempli loco hac ſolùm proferantur, & judex pro arbitrio & ratione circumſtantiarum haſce pœnas deminuere, vel etiam augere, ac quandoque relegationem colluſoribus indicere queat: uti praxis quotidiana docet.

20 3. Accedit ratio prohibitionis, quòd ſcilicet ex ejuſmodi ludis non ſolùm alia crimina plurima proveniant, ſed & ludentes cum jactura & damno colluſorum locupletiores fiant, contra jus naturæ *l.jure naturæ* 206 *ff de reg.jur.cap.locupletari de Reg jur.in 6to.* Quam rationem quoque D. Auguſtus Elect. Saxon. *Ordin.Provinciali de anno* 1555.*tit.* Topler vnd Spieler inſeruit: Es befinden wir auch / daß durch das Spielen/ſo auff Karten vnd Würffel von gemeinen böſen Leuthen / vielfältiglich vnordentlicher Weyſe geſchicht / viel Raub / Mord vnd Vbels erwächſet / daß auch dadurch der gemeine

meine arme Haußmann an ſeiner Nahrung mächtiglich verarmet/ vnd verſäumet wird/ vnd zuletzt an den Bettelſtab/ oder an andere böſe Weiſe vnd Wege gedeyen/ vnd inſonderheit die jungen gemeinen Leuthe gemeiniglich dermaſſen in die Lotterey gerathen/ dadurch ſie zuletzt vielmahls mit dem Galgen/ oder andere Peinlichkeit geſtraffet werden/ꝛc.

21 *Et ſecundum hanc Regulam Elect. Sax Scabinos quotidiè pronunciare certo certius eſt. Velut etjam nuperrimè reſpondimus* gegen Mücheln: haben zwey Bürger daſelbſt vnlengſten ſich in einem Brandewein-Hauſe frühe Morgends zuſammen gefunden/ zu ſpielen angefangen/ vnd ſolches den Tag über biß in die ſinckende Nacht/ vnnd deß folgenden Tags über getrieben/ auch offtmahls mehr als einen Engelthal. oder 8. Groſchen vff das Spiel geſetzt/ alſo daß der eine in die 11. Reichsthaler verſpielet/ꝛc. So werden ſie derowegen willkührlichen/ entweder ein 12. Tage lang mit Gefängnüß/ oder ein jedweder vmb 5. oder 6 newe Schock in Straff genommen/ V. R. W. *Menſe Auguſto, Anno* 1630.

22 *Quin & ſi Nobilis, aliusvè Magiſtratus in ſuo territorio certam aliquam pœnam in colluſores ſtatuerit, eâ delinquentes teneri, reſponderunt veteres Scabini ad requiſitionem Johannis à* Wangenheims: Habt jhr der Churfürſtl. Sächſ. Lands-Ordnung zu Folge das Spielen in den Schenckhäuſern bey einer gewiſſen Geldbuſſe/ als nemlichen bey 4 fl. gänzlichen verbotten/ vnd denen Wirthen befohlen/ ſolches nicht zu geſtatten: Haben nun ewre Vnterthanen zu Heyra/ vngeachtet ſolches ewres Verbots/ nichts deſto weniger in der Schencke zu ſpielen ſich vnterſtanden/ ſich darüber auch/ vnangeſehen/ daß jhnen der Wirth etliche mahl Friede geboten/ geſchlagen vnd gerauffet/ꝛc. So habt jhr die verwirckte Straffe der 4. Gülden von einem jeden/ ſo ewerm Gebott zuwieder geſpielet/ einzufordern wohl fug/ V. R. W. *Menſ. Novemb. Anno* 1548.

23 Porrò & hoc pœnæ loco eſſe poteſt adverſus ludentes, quòd habita fide de pecunia deperdita omnis denegetur actio pro tali debito, in tantum, ut perdens pecuniam, à lucrante eandem poſſit condicere, tanquam indebitam *l. 1. v. Competent actionib. repetitur. C. de aleat. Caccialup de ludo n. 40. Iul. Clar. lib 5 ſent. §. lud. n. 7. Lancell. de luſor. n. 6. & 9. Andr. Rauchb. p. 2. q. 25. n. 7. Bonif. de Vital. de maleſ. tit. de ludo n. 2. Petr. Greg in ſyntagm. jur. lib. 39. c. 3. n. 13.* Niſi is qui cõdicere vult, colluſorem ad ludendum traxerit,
vel coegerit. *Cacc. d. l. n. 80. Andr. Rauch. d. q. 25.*
24 *n. 39.* Quin etſi luſores poſtea ſuper his, quæ invicem ex cauſa ludi debent, tranſegerint, judicarunt tamen *Interpp.* talem tranſactionem nequaquam valere: cùm fundamentum ejus bonis moribus ſit inimicum, ac ejuſmodi, de quo lis nulla eſſe poteſt in judicio, & actor per exceptionem: Tibi non competit actio, ſemper repelli poteſt. *Steph. Coſta in tract. de ludo art. 5. n. 1. Clar. d. §. ludus. n. 9.*

Quemadmodum etiam Menſ. Majo, An. 1595. *ita pronunciatum fuiſſe*, meminit *Petr. Heig. part. 2. quæſt.* 10. *n.* 46.

25 Etſi verò in foro Saxonico hoc moribus fuerit immutatum, prout teſtatur *Andr. Rauchb. d. quæſt. 25. n 94. Matth. Coler. part. 1 deciſ. 173. n 8.*
Chil. König. *in proceſſ ſub tit.* Klage von Doppel- 26
ſpiele. *c. 57. n. 3.* Attamen illud etiamnum hodiè eſt juris indubitati, quòd nulla competat actio ex debito pro ludo, nec luſor, ejusvè heredes ad exſolutionem æris per ludum contracti teneantur, *art 6. lib. 1.* Landr. *ubi Gloſſ.* Weichbild *art.* 10. Was vmb Spiel iſt/ da darff der verklagte Kläger nicht vmb antworten/ noch der Richter darüber richten. *Chil.* König *d. cap. 57. n 1 Matth. Coler d. deciſ. 173. n. 5. Rauchbar. d. quæſt. 25. n. 59. & 94.*

Prout reſponderunt Scabini G. à N. Daß jhr die 3100 Gülden ſo jhr mit Spielen vff Borg gewonnen/ zu recht nicht zu fordern habt/ V. R. W. *Menſ. Decembr. Anno* 1548.
Et C. S. in Altenroda: Habt jhr mit deß Schäffers Sohn in der Schencken zu ſpielen angefangen/ vnd jhme 6 Lämmer abgewonnen: Ob nun gleich ſein Schwager ſich dafür verbürget/ vnd es zugeſaget/ wofern euch deß Schäffers Sohn die 6. Lämmer nit zahlen würde/ euch 2. Thaler dafür zu geben/ *&c.* So ſeyd jhr doch erwehnten Bürgen derohalben beſtändiger Weil zu belangen nicht befugt/ V. R. W. *Menſ Novembr. An.* 15[illegible]6.

Hoc tamen non niſi in ipſis colluſoribus obtinet: Nam tertio qui non colluſit, pecuniæ mutuo luſori datæ repetitio haud deneganda eſt. *Azo in Summa. C. de aleator. Auguſt. ab Angel. Aret. de maleſ. verb. Mettid. n.* 14 ubi id in practica ſic obſervari dicit. *Lancel. d. t. de luſor. n. 4. Andr. Rauchb. d. quæſt. 25. n. 43.* 27

Q. 1. Quando & quinam ludi prohibiti non ſint?

Quamvis autem Regula prædicta procul- 28
dubio ſit veriſſima, fallit tamen quandoque. Ac
Primò reſtringenda eſt ad luſus fortunæ, qui
toti ab ancipiti & incerto fortunæ eventu dependent, nec non ad ludos miſtos, qui partim fortuna, partim ingenio, ac artificio & exercitatione conſtant; ut eſt alea, quæ omnes fortunæ luſus tam ſimplices, quàm miſtos complectitur, puta teſſerarum, aut talorum, vel taxillorum, chartarum vel foliorum, &c. de quibus *Ordinat. Provinc. de Anno* 1555 *Rubr.* Dopler vnd Spieler/ ſolummodò loquitur *in verb.* daß ſie ſich Kartens/ vnd Würffelſpielens enthalten/ Et *Ord. Polit. de Anno* 1612. *tit.* von Spiel/ verb. Als da ſeyn Bretſpiel/ Karten vnd dergleichen/ *&c.*
Ac de hiſce Regula prædicta agit, quæ tamen 29
ad ludos honeſtos & artificioſos, qui virtutis & ingenii excitandi, vel acuendi cauſa ſuſcipiuntur, neutiquam eſt extendenda; modò dolus, fraus, vel circumventio non interveniat, nec quæſtus & lucri cauſa hi inſtituantur: prout verbis diſertis ſancitum in *d. Ord Polit.* verb. Nu ſtellen wir zwar *ludos honeſtos* oder *artis*, welche *virtutis & ingenii excitandi vel acuendi cauſa* in Rechten vergönnet/ wann nur dieſelben nicht *quæſtus & lucri gratiâ inſtituiret*, oder ſonſten kein Betrug darunder/ an ſeinen Ort/ *&c.* Dubium
ergo non eſt, quin luſor haſta certando, luctan- 30
do, pila jaciendo, pugnando nil illiciti agat,
nec pœnam aliquam incurrat. Sicuti nec certamina equeſtria & militaria, nec Latrunculorum ludus pro illicitis & vetitis habentur,
Rauchbar. dict. quæſt. 25. num. 35.7. Quamvis ali- 31
ter ſentiat quoad luſum latrunculorum *Petr.*

Heig part. 2 *quæſt.* 10. *n.* 51. eò, quòd in hoc ludo plus temporis majori animi anxietate ponatur, isque adeò difficilis ſit, ut ſi quis eum exactè velit addiſcere, multum temporis inſumat, oportet, & tanta diligentia utatur, quanta opus eſt in perdiſcenda nobili aliqua arte aut re magni momenti.

32 *Secundò*: Limitatur hæc Regula in Sponſionibus honeſtis. Etſi enim ſponſiones luſus gratia factæ invalidæ habeantur, ac neminem obligent; Secus tamen eſt in Sponſionibus, quæ extra ludi cauſam conditione honeſta & bonis moribus non contraria, ſuſcipiuntur. *l. à Titio. ff. de Verb. Obligat. l. ſi gratuitam* 17. §. *ult. ff. de præſcript. verb. Petr. Heig dict. quæſt.* 10. *n.* 54. *&* 55. Quod certè minus dubii habet in foro Saxonico, propter verba clara. *dict. Ordin. Polit. de Anno* 1612. **Wie dann auch** *honeſtas ſponſiones*, **ſo** *extra cauſam ludi* **geſchehen an ſeinem Ort** ꝛc.

33 *Tertiò*: Limitatur Regula antea poſita in ludis etiam fortunæ, & miſtis, recreationis ſolummodò cauſa ſuceptis. Quemadmodum enim artis ludi per ſe liciti, ex accidente fiunt illiciti, ſi fraus vel circumventio interveniat, *l.* 1. *verſ. abſque dolo & circumventione. l. ult. verſ. quibus ſine dolo & callidis machinationibus ludere permittimus, &c. C. de aleator.* Aut ſi quæſtus & lucri cauſa inſtituantur *l.* 2. §. *ait Prator.* 5. *cum l. ſeq. ff. de his qui not. infam. l.* 1. §. *movet autem* 6. *ff. de popu. l. minæ.* 4. *C. de Epiſc. audient l. conſenſu* 8. §. *vir. quoq; C. de repud. Andr. Rauchb. dict. qu.* 25. *n.* 3. *&* 14. 34 Ita & vice verſa, fortunæ atque miſti luſus alioquin prohibiti, non ſemper & ubique vituperio & reprehenſione digni ſunt, ſed quãdoque tolerari & excuſari queunt, ſi non ſint aſſidui vel frequentes, ſed moderati, tempeſtivi ac doli & fraudis expertes, ſi fiant ab his, qui ſui juris ſunt, poſt expleta ordinariæ vocationis munia, oblectationis, vel recreationis, non quæſtus gratia, ſine blaſphemiis & convitiis, & citra rei familiaris diſpendium vel jacturam. *Jacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. caſ.* 399. *num.* 19. *Petrus Gregor. in Syntagm. jur. lib.* 39. *cap.* 3. *n.* 1. *Andr. Rauchbar. dict. quæſt.* 25. *n.* 95. *Par. de Puteo de ludo. n.* 46.

35 Etenim, ſi ludi fortunæ aut miſti taliter qualificati ſint, ratio, ob quam aliàs ludi prohibentur ceſſat. Quare tum licitos hos, & colluſores à pœna immunes eſſe, rectiſſimè aſſeritur. Sicuti & deſertis verbis *Ordin. Polit. de Anno* 1612. *dict. tit.* **vom Spiel** ludos tales admittit *ibi*: **Den andern aber** (*ſcilicet* **ſo über 18. Jahr ſeyn) ſo weit nachgelaſſen werden / wenn dieſelben ohne Verſäumung der Nahrung / vnd zu einer** *recreation* **geſchehen / oder** *cauſâ convivii* **vmb ein leidliches Geld zu einer Mahlzeit / oder ehrlichen Zuſammenkunfft geſpielet werde / jedoch / daß einer von Adel vff einmahl über einen Thaler / ein vornehmer Mann ſo bürgerliches Standes iſt / über 12. Groſchen / vnd ein Handwercks-Mann über 4. Groſchen / ein Bawer aber über 1. Groſchen nicht verſpiele: Solches auch in einem Monat über einmahl nicht geſchehe / ſintemal ein jeder ſeine Nahrung mit fleiſſiger Arbeit / nicht mit Spielen / vnd andern** *illicitis modis* **ſuchen ſoll.** 36 Adeoque in terris Electoratus Saxonici, ludi fortunę & miſti eatenus permiſſi ſunt, ſi hæc quatuor conjunctim concurrant: 1. Quando luſores annum ætatis decimum octavum attigerunt, juxtâ tradita *Lancell. de Luſor. n.* 13. *Iaſon. in l. ſervus. in fin. ff. de condict. indeb. Andr. Alciat. reg.* 3. *præſumpt.* 29. *n.* 6. *Steph. Coſta de Ludo. art.* 3. *n.* 4. 2. Si abſque impedimento ſtudiorum atque laborum vocationis, ac citra diſpendium & jacturam rei familiaris, non quæſtus, ſed recreationis & oblectationis gratiâ fiant. 3. Nec colluſores multum argenti, aut quicquam ultra ſummam *dict. Ordin. Polit.* præſcriptam ac ſtatutam, ludo perdant. 4. Ac denique, ſi rarò, ac quidem ſingulis menſibus non niſi unica vice hoc faciant. Quorum requiſitorum alterutrum ſi deficiat, luſus fortunæ atque miſtos nequaquam licitos eſſe, ex *dict. Ordin.* ſatis colligitur, quâ Illuſtriſſimus Conſtituens abuſibus ludorum, ac infinitis ferè malis ex ludo provenientibus obviare voluit. Quare, ut ſtrictiſſimè obſervetur, neceſſitas boni publici hoc ſeculo peſſimo maximoperè requirit. Nec Dominos Scabinos in puniendis luſoribus ab ea quicquam recedere ſatis compertum habeo.

Q. 3. Quæ ſit pœna receptantium homines facinoroſos?

37 *Alterum crimen extraordinarium*, de quo hac agitur quæſtione, eſt Receptio facinoroſorum ſeu delinquentium, quâ quis facinoroſis, eos abſcondēdi cauſa in ſuo, vel alieno, dolo malo, refugium præſtat, *l.* 1. § 2. *ff. de Serv. corrupt. Herm. Vultei.* 1. *Iuriſpr. Rom.* 47. *Petr. Theod. in Colleg. crim. diſput.* 3. *theſ.* 15. *lit. C.* Quod crimen quia extraordinarium eſt arbitrariâ pœnâ receptatores teneri, rectiſſimè concluditur, *Petr. Theod. d. loc. tit. C.*

38 Scio equidem, quòd quidam autument, receptantem malefactores, & delinquentes eadem puniri pœna, quâ ipſimet malefactores ſeu delinquentes puniuntur. *Foll. in pract. crim. verb. Banniantur. n.* 10. *Iod. Damhoud. in prax. rer. crim. c.* 134. *n.* 2. *Proſp. Farin. part.* 5. *oper. crim. quæſt.* 133. *Ludov. Peguer. Deciſ. crim.* 25. *n.* 1. *Petr. Greg. in Syntagm. lib.* 37. *c.* 15. *n.* 1. 39 Quorum ſententia videtur firmari *l.* 1. *in pr. C. de his. qui latron. vel ali. crim. reos occultaverint*, ubi dicitur: *Eos, qui ſecum alieni criminis Reos occultãdo eam eamve ſociarũt, par ipſos & Reos pœna expectet.* Idemq; habetur *in l.* 1. *ff. de recept.* In verb. *Et præcipitur, ut perinde puniantur, atq; Latrones*, ubi & ratio hujus juris redditur, quòd nempe peſſimum genus ſit receptatorum, ſine quibus latere nemo diu poteſt. *Jod. Damhoud. d. c.* 134. *n.* 3.

40 At, ſi ſanioribus oculis textus inſpiciantur ac perpendantur, vix dubium eſſe poterit, quin de occultantibus & aſſociantibus ſimul, ſive ſociis criminis, & non de nudis ac ſimplicibus receptatoribus ibidem agatur, ut manifeſtè liquet ex *dict. l.* 1. *C. de his, qui latron.* In verb. *Occultando eum, eamvè ſociarunt, &c.* 41 Quos certè ſocios criminis ordinariâ delicti pœnâ plectendos eſſe facilimè quivis conceſſerit: Quod ipſum tamen ad ſimplices malefactorum receptatores ob diverſitatis rationem inſignem,

nemini ignotam, haudquaquam extendi debet, *Matth. VVeſemb in parat. ff. de receptator. num. 1.* quos extra ordinem arbitrio iudicantis puniendos eſſe rectiùs ſtatuit, per *l. 2. C. de his qui latron.* Weſembec. *dict. loco. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. libr. 2. caſ. 348. num. 2. & ſeqq. Ludovicus Carer. in pract. in 3. tract. de homicid. & aſſaſſin. §. poſt vero maleficium. num 26. verſ. Nec de jure commun. Petr. à Plach. in Epit. Delict. cap. 10. n. 5.* ubi hanc ſententiam frequentiori Doctorum calculo receptam eſſe, teſtatur. Quod & facit *Anton. Gomez. tom. 3. var. reſolut. cap. 3. num. 50.*

42 Cuius ſententiæ veritas vel exinde patet, quòd nec pœnâ alicuius delicti ordinariâ ſint plectendi, qui poſt delictum iam perpetratum malefactoribus auxilium præſtant: ut in ſpecie de auxiliatore furis poſt crimen furti commiſſum, tradunt. *Bartol. in l. in furti. §. ope. num. 4. ff. de furt. Felin. in c. ſicut dignum. extr. de homicid. num. 4. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. § ult. quæſt 90. num. 2. Hippol. de Marſil. in pract. crim. § conſtante. nu. 54. Henric. Bocer. in tract. de furt. cap. 3. num. 11. Matth. Stephan in notis ad art. 177. Ordin. Crim. Carolin. Anton. Gomez. de delict. cap. 3. num. 50. Ioſ. Maſcard de probat. vol. 1. concl. 159. num. 23. Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæſt. cent. 4. caſ. 349.*
43 *num. 2. Nicol. Bocer. deciſ. 167. num. 4.* Vnde nec eum, qui poſt delictum perpetratum opem Reo præbet ad evadendum & fugam arripiendam, pœnâ delicti ordinaria plectendum eſſe; docet *Bartol. d. loc. n. 4. verſ. ſed in quæſtion. noſtrâ. Angel. Aretin. in tract. malefic. verb.* Et *Andream Marci Lanificem. nu. 5. Proſper. Farinac. in pract. crim. part. 3. tit. 15. quæſt. 132. num. 4.* Quæ omnia ceu veriſſima uſu & praxi in foro Saxonico recepta eſſe, demonſtravi ac probavi ſententia *Scabinor. Lipſenſ. ſupra p. 2. q. 87. num. 36.* Quanto minus ergo tenebitur pœna criminis ordinaria Receptator malefactoris, qui præter occultationem, auxilium & opem ulteriorẽ nullatenus præſtat.

44 Neque ex textu iuris Saxonici *artic. 25 libr. 2.* Landrecht. contrarium evinci poteſt, *cujus verba ſunt.* Vnd ſol richten den Kläger vmb den Raub über den Räuber / vnnd über ſeine vnrechte Mithelffer. Quæ verba de receptatoribus quoque deprædatorum intelligit *Gloſſa German. in verb.* vnrechte Mithelffer. Inquiens: Nun möchſtu ſagen / wie haben ſie doch jhn nichts mehr darbey gethan denn allein / daß ſie mit bewuſt getragen vnd jhn gehauſet oder gehelet haben. Et clarior eſt textus *in artic. 13. lib. 2.* Landrecht. verb. Wer Diebe behauſet / oder Raub helet / oder einen mit Hülffe darzu ſtercket / wird er des überwunden / man ſol über jhn richten als über je-
45 nen / der es ſelbſt gethan hat / *&c.* Hi textus iuris Saxonici, *inquam,* non adverſantur: Etſi enim dicatur ibidem, auxiliatores & receptatores malefactorum æquè ac ipſos malefactores puniendos eſſe, quod facilè concedo; paritas tamen pœnæ exinde neutiquam evinci poteſt. Neque ſequitur, receptatores ob receptionem pœnam incurrunt. Ergò hac pœna, qua ipſi malefactores afficiuntur, plectendi erunt. Prius namque concedo: poſterius verò nego ac pernego. Quin etſi textus Saxonici de paritate pœnæ verbis diſertis loquerentur, obſervantia tamen quæ in foro Saxonico hactenus contrarium induxit, exinde non mutaretur. *Matth. Coler. part. 1. Deciſ. 144. n. 30.* quum autoritas Iuris Saxonici eatenus vigeat, quatenus hoc uſu & conſuetudine receptum eſt. *Hartman. Piſtor. part. 1. quæſt. 16. n. 11. & part. 2. quæſt. 26. num. 18. Matth. Coler. de proceſſ. execut. in præfat. Andreas* Scheffer *part. 2. quæſt. 13.*

Et hanc ſententiam ſequuntur in pronunciando 46
Domini quotidie: Hat *Inquiſit* bekennet vnnd geſtanden / daß er beyde Diebe zuſampt einem Schuſter / ſo auch ein Dieb geweſen gehauſet / vnd beherberget habe / ꝛc. So wird er wegen ſolcher begangenen vnd erkandten Verbrechung willkührlichen / mit Gefängnüß oder vmb eine ziemliche Geldbuſſe / ſeinem Vermögen nach / billich in Straff genommen / V. R. W. *Ad requiſitionem Senatus Ilenburgenſis. Menſ. Iul. Anno* 1584.

Et in caſu ſimili dictarunt receptatoribus, qui ſi- 47
mul res furtivas ſcienter emerant. pœnam relegationis perpetuæ. Ad conſultationem Henrici à Miltitz. *Menſ. Januar. Anno* 1602.

Quæſtoris Dresdenſis. Menſ. Ianuar. An. 1594.

Arbitrariâ itaque pœnâ receptatores male- 48
factorum, plectendi ſunt, pro qualitate ſcilicet criminis, à malefactoribus perpetrati, conditione perſonarum, ac ratione circumſtantiarum. Vbi imprimis notandum, leniorem pœnam irrogandam eſſe cognatis vel affinibus, qui malefactorem ſuum cognatum vel affinem receptant atque occultant, per text. in *l. 2. ff. de Receptat. ubi Matth VVeſemb. in parat. n. 2.* Non enim par eſt horum delictum & eorum, qui nihil ad ſe pertinentes latrones recipiunt *d. l. 2.* Si enim ſuum ſanguinem quomodocunque redimere licet, *l. 1. ff. de his qui mort. ſibi conſc.* utique & vitam ſuorum cognatorum & affinium redimere licebit per tradita. *Iaſon. & Dd in l. 3. ff. de juſt. & jur.* Quarè ignoſcendum aliquo modo 49
eſt iis, qui conſilium pro tuendis ſuis capiunt, *l. 22. ff. ad Leg. Iul. de adult. l. milites. ff. de re militari.* Ideoq; nec in totum excuſantur, nec ſe verè puniuntur, ſed mulcta iis pecuniaria, pro modo delicti & facultatum eſt imponenda: ut rectè monet poſt *Boniſac. de Vital. in pract. crim. tit. de Recept.* quem allegat. *Matth VVeſemb. in parat. ff. de Receptat. n. 2.*

Veluti etiam Domini reſponderunt carnifici Al- 50
denburgenſi: Wird dir ſchuld gegeben / ob hätteſt du deinen gefangenen Sohn zu Grimma / welchen du im Gefängnüß beſuchet / zu Erbrechung deſſen vnnd ſich zu entledigen / Vrſach vnd Anlaß gegeben. Ob man nun wol deßwegen dich in gefängliche Hafft zu bringen gemeynet iſt. Dieweil du aber dennoch ſolche Verbrechung nicht geſtändig biſt / ſondern vielmehr beyzubringen / daß du eben ſelbiger Zeit / da dein Sohn ſich der Hafft entbrochen / an andern Orten geweſen / auch ſonſten in Rechten verſehen / daß die Eltern / ſo ihre Kinder nach begangener Verbrechung / auffnehmen vnd hauſen / nur mit einer leidlichen vnd willkührlichen Straffe zu belegen ſeyn / ꝛc. So wirſtu auch geſtalten Sachen nach mit der *captur* billich verſchonet / V. R. W. *Menſe Martio. Anno* 1624.

Et in caſu ſimili: Hat der alte P. B. geſtanden vnd bekandt / daß er in 8. Tage lang Wiſſenſchafft gehabt / wie daß ſich ſein Sohn M. welcher gedachten Studenten von Adel entleibet / in ſeiner Behauſung auffgehalten / vnd ſolches wieder beſchehenes Verbot nicht angezeiget / etc. So wird der alte P. B. derowegen vmb 2. newe Schock in Straffe genommen / V. R. W. *Ad requiſitionem Senatus VVitteb. Menſ. April. Anno* 1625.

Qu. 4. An parentes, cognati, vel affines Reum latitantem indicare, & ignorantiam juramento purgare teneantur?

52 Cæterum huius occaſione: Quæritur *Primò: An parentes, cognati, vel affines requiſiti & rogati à Magiſtratu, ubinam filius, cognatus, vel affinis delinquens latitet indicare, & ſi ignorantiam prætendant, juramento ſeſe purgare teneantur?* Super quo caſu conſulti fuimus Anno 1625. Menſe April. Hocque commodum Reipublicæ, cuius intereſt, delicta puniri, *l. 51. ff. ad Leg. Aquil.* omninò exigere videbatur: quum absq; hoc medio delinquens vix deprehendi, & pœnæ promeritæ tradi poſſit.

53 Attamen metus periurii ab altera parte hoc ipſum impediebat. Vnde & fit, quòd parentes ac conſanguinei ad teſtificandum contra liberos & conſanguineos regulariter non admittantur, *l. parentes ubi Salycet. in pr. verſ. nota, quod cogi non debeat, &c. C. de teſtib. Anton. Gometz. Tom. 3. variar. reſolut. cap. 12. num. 12. Proſp. Far. de teſtib. quæſt. 54. num. 170.* Quod *Iul. Clar.* obtinere arbitratur, etiamſi veritas haberi aliter non poſſet, *in pract. § ult. quæſt. 24. verſ. ſcias tamen.*

54 Quare Domini in ſententiam negativam inclinaverunt, reſpondentes: Patrem, aliosque cognatos ad indicandum filium delinquentem nequaquam poſſe compelli. Quod tantò verius eſt, quantò certius, cuilibet non modò ſuum, ſed & ſuorum ſanguinem redimere licere, *Iaſon. in l. 3. ff. de juſtit. & jur.* nec quenquam delinquentem conſanguineum occultantem graviter puniendum eſſe. *l. 2. ff. de Recept. ubi VVeſembec. in parat. n. 2.*

55 *Reſponſum Scabinorum hiſce formalibus fuit conceptum:* Ob nun wol von euch vermuthet wird / daß der alte P. B. ſein Weib / Töchtere / vnnd dero Männere Wiſſenſchafft haben / wo jhr Sohn / Bruder vnd Schwager P. B. der Speißmeiſter / welchem die an N. von N. begangene Entleibung / nebenſt andern ſchuld gegeben wird / ſich auffenthalte / vnd anzutreffen ſey / ꝛc. So mögen ſie doch daſſelbe anzuzeigen / geſtalten Sachen nach / wieder jhren Willen nicht gedrungen / noch deswegen mit dem Eyde beleget werden / V. R. W. *Ad requiſitionem Senatus VVittebergenſis. Menſ. April. Anno* 1625.

Q. 5. Quæ ſit pœna ſcientis & non revelantis delicta?

56 Quæritur Secundò: *An quis ob ſolam ſcientiam delicti jam commiſſi, ſi id non revelarit, pœna aliquâ teneatur?* Quod regulariter nego: ſiquidem nemo tenetur delictum alterius revelare. *c. placuit 6. q. 2. l. pen. ff. de furt. l. 6. ubi Iaſon. C. de ſerv. fugit. l. culpa. cum ibi notat. à Bartol. Decio, Cagnolo & aliis ff. de Reg. Iur. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. § ult. quæſt. 82. Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſp. 3. theſ. 15. lit. C.*

57 Idque maximè verum eſt in parentibus, aliisque cognatis perſonis, quarum plurimùm intereſt, familiam ſuam per irrogationem ſupplicii ignominioſi non dedecorari, aut iniuriâ aliquâ affici *arg. l. 2. de Recept.* Et aliàs quoque ignoſcendum eſt aliis, qui conſilium pro tuendis ſuis capiunt *l. 22. ff. ad Leg. Iul. de Adult. l. milites. ff. de re militari.*

58 *Hinc licet Parens filiæ ſuæ imprægnationem occultaverat, eamq; ſponſam, habitu virginali, ad copulationem ſacerdotalem in templum ſolenni comitatu adcinctam, deduci permiſerat, nihilominus ab omni prorſus pœna ipſum immunem eſſe reſponderunt Scabini, ad requiſitionem Nicolai à* Liechtenhain / *hiſcè formalibus:* So viel aber der Dirnen Vater anlanget / ob wol derſelbe / wie es vmb ſeine Tochter bewandt / wol gewuſt / vnnd gleichwol dieſelbe in jhrem Krantz / vnnd gar wol geſchmücket / wie eine Jungfraw zur Kirchen vnd Straſſen gehen laſſen. So mag er doch derentwegen / geſtalten Sachen nach / weil niemand ſeine eigene vnd der Seinigen Schande vnd Vnehre / zu entdecken ſchuldig / in Straffe nicht genommen werden / V. R. W. *Menſ. Ianuario, Anno* 1610.

Pariter etiam pronunciarunt in caſu ferè ſimili, Ad conſultationem Henrici à Bünaw / *Menſ. April. Anno* 1597.

59 *It. Senatus Zvvickavienſis, Menſ. Auguſto, Anno* 1650.

It: Quæſtoris VVittebergenſis: So viel aber des Gefangenen Eheweib anlanget / mag dieſelbe über das erlittene Gefängnüß von deßwegen / das ſie jhres Mañes Vnthat / als jhr dieſelbe hernach geoffenbaret / nicht angezeiget / in fernere Straffe / geſtalten Sachen nach / nicht genommen werden / V. R. W. *Menſ. Octobr. Anno* 1606.

60 *Limitatur* tamen hæc ſententia. 1. In *conſciis delicti participibus.* Etenim conſcius delicti duplici modo in jure accipitur: *Primò* namque dicitur conſcius qui absque ullâ partitione ſcivit delictum ejusque nudam notitiam habet: de quo certum eſt, quòd regulariter pœnâ aliquâ non teneatur, iuxta ante dicta. *Deinde* etiam dicitur conſcius, qui ſimul particeps eſt delicti: quo ſenſu reperitur hoc vocabulum in *l. 7. C. de pag. l. 16. in pr. ff. de pœn. Natta conſil. 595. num. 12. in fin. & conſil. 597. num. 4.* 61 Hic ſanè, quia non ſolùm delicti notitiam habet, ſed & illud approbat, vix dubium eſſe poteſt, quin pœnâ arbitrariâ pro qualitate criminis, & ratione circumſtantiarum teneatur, non minus, atque ii, qui auxilium præbent, & facinoroſos receptant, *l. 1. & 2. ff. de Receptat.*

62 *Prout quotidie reſpondent Scabini:* Ob wol H. Z. in ſcharffer Frage erhalten / daß er Matthes Korn nicht ermorden helffen / dieweil er aber dennoch bekant / daß er nach vollbrachter That den todten Cörper begraben / vnnd biß anhero die That verduſchen helffen / ſo wird er derowegen mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billig verwieſen / V. R. W. *Præfecto VVeiſſenfelſi Menſ. Decemb. An.* 1598.

Pariter fuit pronunciatum in caſu ſimili ad requiſitionem Senatus Quedlinburgenſis, Menſe Ianuar. Anno 1628.

Quandoque etiam hoc caſu mitior fuit pœna dictata, puta Relegatio, Ad requiſitionem Bennonis à Diſkaw *Menſ. Mart. Anno* 1628.

63 *Limit.* 2. In iis perſonis, *quæ delicti adhuc perpetrandi ſcientiam aliquam habent, illudque impedire cùm poſſent non faciunt.* Quod maximè verùm eſt in iis, qui vel ratione proximita-

ximitatis, patriæ & dominicæ poteſtatis, *l. 2 l. 3. l. 4. ff. de noxal. act. l. 45. ad Leg. Aquil. l. 13. in pr ff. de his qui not. infam.* vel ratione officii & Magiſtratus, delictis ſuorum aliorumq; quovis modo obviare poſſent: hoc tamen facere negligunt, delictum occultant, & ſic quaſi approbant, quos propterea pœnâ arbitrariâ teneri, certiſſimum eſt.

64 *Veluti Domini pronunciârunt Senatui in* Freyburg: Dieweil *Inquiſitin* bekandt/ daß ſie nicht allein bey gedachter ihrer Schweſter/ als ſie deß Kindes geneſen/ geweſen/ ſondern daß ſie auch mit angeſehen/ wie ihre mitgefangene Schweſter dem Kinde zweene Finger in den Halß geſtecket/ vnd es auf dieſe maſſe erſticket/ vnd doch ihre Schweſter nicht zugeredet/ noch ſie darvon abgehalten/ vnnd alſo dieſe Mordthat wehren vnd verhüten helffen/ auch nach verbrachter Mordthat das Kind begraben/ ꝛc. So wird ſie derowegen mit zeitlicher Landsverweiſung in Straff genommen/ *&c. Menſe Mart. Anno 1613.*

65 *Quandoque tamen Domini hoc caſu mitiorem quoq; pœnam carceris, ad unam, duas, vel tres ſeptimanas, vel mulctam aliquam pecuniariam aliquot ſexagenarum novarum, decernere non dubitavêre. Ad requiſitionem Actuarij judicij in* Wildenborn. *Menſe Majo, Anno 1628. Theodorici à* Schleiniß/ *Menſ. Auguſt. Anno 1628. Quæſtoris* in Zörbig/ *Menſe Septembr. Anno 1629.* *Bernhardi à* Starſchedels/ *Menſe Majo, Anno 1614.*

66 *Limit. 3.* In *delictis atrociſſimis:* puta crimine læſæ maieſtatis, parricidii, aſſaſſinii, latrocinii, quæ publicè ob ſui enormitatem coerceri, maximoperè Reipublicæ intereſt. Quare crimina hæc perpetrata non revelantes, à pœna arbitraria immunes non ſunt. *l. 5. §. 6. ubi Salycet. C. ad Leg. Iul. Majeſt. Proſp. Farin. conſ. crim. 104. Petr. Theodor. in colleg. crim. diſp. 3. th. 5. circa finem.*

67 *Pronunciantibus ita Scabinis Præfecto in* Lauchſtadt. So viel aber ihres Mannes Mutter anlanget/ weil dieſelbe vmb ſolche Morthat gewuſt/ vnd ſie verſchwiegen/ wird ſie derohalben deß Landes ewig billich verwieſen/ V. R. W. *Menſe Febr. Anno 1601.*

68 *It. Quæſtori VVitebergenſi:* Weil ſeine Mutter nicht in Abrede/ daß er ihr ſolche Mordthat/ als ſie vollbracht/ bekandt habe/ vnnd ſie dieſelbe/ biß ſie zur Hafft genommen worden/ verſchwiegen: So wird ſie deßwegen willkührlich mit Gefängnüß/ oder zeitlicher Landesverweiſung/ in Straff genommen/ V. R. W. *Menſe Martio, Anno 1583.*

69 *Pariter fuit dictata temporalis Relegatio cuidam, qui crimen ſortilegij non manifeſtaverat Senatui in* Schmiedberg/ *M. Nov. An. 1614.*

70 *Et pœna carceris propter occultationem criminis ſacrilegij. Senatui* in Croſſen/ *Menſ. Ianuar. Anno 1613.*

QUÆSTIO CXXXV.

De Effectibus Condemnationis, Confiſcatione bonorum, & Infamia Rei condemnati.

SVMMARIA.

1. *Principalior effectus condemnationis eſt executio pœnæ.*
2. *Quondam condemnati efficiebantur Servi pœnæ, quod hodie correctum eſt. n. 3. 4. 5. 6.*
7. *Confiſcatio bonorum damnatorum hodiè eſt abrogata. n. 8. 9. 10.*
11. *Condemnatus ad mortem de bonis ſuis poteſt diſponere atque contrahere.*
12. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
13. *Reus ad mortem condemnatus hereditatis ſibi delatæ capax eſt.*
14. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
15. *Reo condemnato ſucceditur ab inteſtato.*
16. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
17. *Reus ad mortem condemnatus de bonis ſuis poteſt teſtari. n. 18. 19. 20. 21. 22.*
23. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
24. *Quibus in caſibus etiamnum hodie locum habeat confiſcatio bonorum? n. 25. 26. 27. 28. 29.*
30. *Explicatio art. 128. Ordin. Crimin.*
31. *In ſolo crimine læſæ majeſtatis Confiſcatio bonorum hodie obtinet.*
32. *Sicuti & in banno ſuperiori in foro Saxonico. num. 33.*
34. *Filio interficienti patrem ſuum hereditas num auferatur, & Fiſco applicetur? n. 35. 36. 37. 38. 39. 40.*
41. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
42. *Fiſcus non præfertur creditoribus condemnati. n. 43. 44.*
45. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
46. *Condemnatus num fiat infamis? n. 47. 48. 49.*
50. *Relegatio num infamet? n. 51. 52.*
53. *Pœnæ leves arbitrariæ non infamant.*
54. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
55. *Ex culpa condemnatus non fit infamis.*
56. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
57. *Relegatus ad certum tempus, num eo præterlapſo, ceſſet infamia? n. 58. 59. 60. 62.*
61. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n. 63.*

1 QUartò diſpiciendum quoque eſt de Effectibus condemnationis, quorum principalior conſiſtit in ipsâ pœnæ executione, quæ Epilogus eſt & actus extremus proceſſus criminalis. *Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 152. in pr.* Sed de hoc peculiariter *quæſtionibus ſubſequentibus* agemus. Hâc quæſtione de his tantum condemnationis effectibus videbimus, qui ipſam ſtatim condemnationem ſubſequuntur, Reumque ante executionem, quæ ad longum tempus quandoque differtur *l. 29. ff. de pœn.* afficiunt. Quorum in iure

potiſſimum tres reperiuntur: *Servitus ſcilicet pœnarum; Confiſcatio bonorum; & Infamia Rei delinquentis.* Qui tamen effectus iure novo, moribusque hodiernis multum ſunt immutati.

2 Primus condemnationis effectus eſt Servitus pœnæ. De iure enim Digeſtorum certiſſimum & extra converſiam eſt, quòd damnatus ad mortem, ferrum, beſtias & metallum, ſtatim civitatem & libertatem amittat, & Servus pœnæ efficiatur: prout textus clarus eſt in *l. 12. ff. de pœnis*, ubi JCtus Macer dicit: *Quod ad ſtatum damnatorum pertinet, nihil intereſt, judicium publicum fuerit, nec ne: Nam ſola ſententia, non genus criminis ſpectatur:* Itaq; *hi, in quos animadverti jubetur, quive ad beſtias damnantur, confeſtim pœnæ ſervi fiunt:* Et Marcianus in *l. 17. pr ff. eod tit. Sunt quidam ſervi pœnæ, ut ſunt in metallum damnati, & in opus metalli, & ſi quid eis teſtamento datum fuerit, pro non ſcriptis eſt, quaſi non Cæſaris ſervo datum ſed pœnæ.* Nec non ICtus Gaius in *l. 29 ff. de pœn. Qui ultimo ſupplicio damnatur ſtatim & civitatem & libertatem perdunt: Itaq; præoccupat hic caſus mortem, & nonnunquã longum tempus occupat, quod accidit in perſonis eorum, qui ad beſtias damnantur, &c.* Quibus etiam conſentit ICtus Vlpian. in *l 6. §. 6. ff. de iniuſto rupt. irrit. facto teſtam.*

3 Vnde porrò ſequitur, quòd condemnatus ad mortis pœnam, ceu Servus, nec iura commerciorum & facultatem contrahendi, nec teſtamenti faciendi poteſtatem, nec iura nuptiarum, aliaque civibus Romanis competentia habeat. *Matth. VVeſemb. in parat ff. de pœn. num. 9. circa fin. Pet. Theodor. in Colleg. Crim. diſp. 10. th. 6. lit. E. Iohan. Schneidvv. in §. Servi autem num. 5. Inſt. de jur. perſon. Bart. in l. ejus qui apud hoſtes. §. 1. num. 1. & l. qui à latronibus. §. 1. num. 2. ff. qui teſtam. fac poſſ.*

4 Sed hæc iure Novellarum planè immutata ſunt, hicque condemnationis effectus prorſus fuit abolitus ab Imp. Iuſtiniano in *Novell 22. cap. 8.* verb. *Nos autem hoc remittimus, & nullum ab initio bene natorum ex ſupplicio permittimus fieri ſervum.* Et *Auth ſed hodie. C. de donat. int. vir. & uxor* Ibi: *Sed hodie nemo bene natus à principio ex ſupplicio fit ſervus, & ideò matrimonium non diſſolvitur.* 5 Quæ verba, quia generalia ſunt, generaliter etiam de omnibus Reis condemnatis accipi debent. *Matth. VVeſembec. in parat. ff. de pœn. numer. 9. Petr. Theodor. dict. diſp. 10. th. 6. lit. e.* ita ut delinquentes ad mortem aliamve pœnam condemnati nequaquam ſervi pœnæ fiant, nec facultatem contrahendi, teſtandi, aliaque iura civibus Romanis competentia amittant.

6 Quod moribus noſtris & in foro Saxonico minus dubii habet, abolito prorſus iugo ſervitutis, liberâque commerciorum facultate & iure condemnatis etiam ad mortem relicto, uti notiſſimum eſt ex *Conſtit. Elect. Saxon. 6. part. 3.*

7 Secundus effectus condemnationis eſt Confiſcatio bonorum. Iure namque veteri bona damnatorum ſtatim poſt condemnationem publicantur, & confiſcantur: uti conſtat ex *tot. tit.* & imprimis *l. 1 ff. de bon. damnator.* Ubi JCtus Calliſtratus ſcribit: *Damnatione bona publicantur, cùm aut vita adimitur, aut civitas, aut ſervilis conditio irrogatur.* Et Caius in *l. 8. §. ult ff de teſt. fac. poſſ.* Ibi: *verò, qui ad ferrum aut beſtias, aut in metallum damnatur, libertatem perdunt, bonaque eorum publicantur &c. Matth. VVeſemb. in parat. ff de bon. damnat.*

8 Sed hæc confiſcatio iure veteri ita obtinebat, quæ iure Novellarum ab Imper. Juſtiniano in *Novell. 134. cap. 13. §. ut autem & ſeqq.* planè ſublata eſt, ita ut excepto crimine læſæ maieſtatis, bona damnatorum hodie non publicentur, ſed heredibus proximis ab inteſtato venientibus reſerventur, *Auth Bona damnatorum. C. de bon. proſcript. ſeu damnat.* ubi hæc verba habentur: *Bona damnatorum ſeu proſcriptorum non fiunt lucro judicibus, aut eorum officiis, neque ſecundum veteres leges fiſco applicantur, ſed aſcendentibus & deſcendentibus, & ex latere uſq; ad tertium gradum ſi ſuperſint &c. Matth. VVeſemb. in parat. ff. de bon. damnat. & tit. ff de pœn. num. 9 Petr. Theodor. in Colleg. crimin. diſp. 10. theſ. 6. lit. e. Modeſt. Piſtor. part. 1. quæſt 13.*

9 Ac quò minus dubitetur, confiſcationem bonorum damnatorum hodie in Imperio Romano Germanico abrogatam eſſe, & bona damnatorum non publicari, ſed heredibus reſervari, clara extat Sanctio Caroli V. Imperat. in *Ordin Crimin. art. 218.* In verb. *Item,* **An etlichen Orten / ſo ein Vbelthäter auſſerhalb deß Laſters vnſer beleidigten Majeſtet / ſonſt in andern Fällen Leib vnd Gut nicht verwircket / vom Leben zum Tode geſtrafft werden / Weib vnnd Kinder an Bettelſtab / vnnd das Gut dem Herren zugenieſſen / dieſes wollen wir / daß eine jede Obrigkeit abſchaffen / vnd daran ſeyn ſol / daß hinfüro nicht geübet / gehalten oder gebrauchet werden / Als wir denn auß Käyſerlicher Macht dieſelben hiermit auffheben / vernichten vnd abthun / vnd hinfürder nicht eingeführet werden ſol.** Idemque haud obſcurè probatur ex *art. 135 Ordin. Crimin. ubi Matth. Stephan. in not. Petr. Heig part. 2 quæſt. 33. num. 48.*

10 Sublato ergò iure confiſcationis, reſervatisque bonis damnati, eiusdem heredibus, quod absque dubio etiam in foro Saxonico ita obtinet *Conſtit. Elect 6. part. 3. Matth. VVeſemb. in parat. ff de pœn n. 9. in fin.*

Prout nuperrimè adhuc reſpondimus verſus **Eittichenbach / an Verwalter /** *Donat* **Zimmermannen: daß die** *Confiſcation* **des Verbrechers Güter nicht ſtatt hat.** *Menſe Iun. Anno* 1631.

11 Infertur hinc *Primò:* Reos ad mortis pœnam ſeu ultimum ſupplicium condemnatos, ante executionem pœnæ, de bonis ſuis inter vivos modo quocunque diſponere, contrahere, paciſci, ac tranſigere poſſe, ſublatâ nimirum ratione prohibitionis, quæ erat confiſcatio bonorum, & ſervitus pœnarum. Quum enim nec hodie bona damnatorum fiſco applicentur, nec damnati ſervi pœnæ fiant, quin de bonis ſuis diſponere, eaque vendere, donare, deque iisdem alio modo quocunq; tranſigere & paciſci queant, ambigendum non eſt. *Modeſt. Piſtor.*

Qu. 1. An condemnati ad mortẽ contrahere, & de bonis ſuis diſponere poſſint?

Piſtor. dict. quæſt. 13. *Daniel. Moller. ad Conſtit. Elect.* 6 *part.* 3. *Petr. Theodor. dict loc.* Nam ratione prohibitionis correctâ, ipſa quoque prohibitio correcta cenſeri debet. *Salycet. in Auth. ingreſſ n.* 2. *C. de Sacroſ. Eccleſ. Felin in cap.* 1. *ſub fin. verſ. conſidera quod verum. extra de reſcript. Nic. Everhard. in loc. à ceſſat. rat n* 3.

12 *Hinc pronunciavimus Senatui Coldicenſi:* Hat der gefangene Vbelthäter H. F (welchen wegen begangener Mordthat die Todes-Straffe zuerkandt worden/in ſeiner ſonderbahren *Obligation* euch verſprochen vnd zugeſagt/daß alle die / von Zeit ſeiner begünſtigten Mordthat/ vnnd darauff an die Hand genommene Flucht/ auffgelauffene Gerichts / vnnd alle andere Vnkoſten/auß denen darinnen angeführten *Motiven*, vnd Vrſachen / von ſeiner Verlaſſenſchafft bezahlet / vnnd abgetragen werden ſolle etc. So iſt ſolche in gefänglicher Hafft geſchloſſen / vnd vollzogene Verpflichtung/weil er ſolche wol bedächtig vnd vngezwungen gethan/ zu Rechte beſtändig / vnd deſſen Erben ſeyn nach ſeinem Tode allenthalben derſelben gebührlichen nachzukommen/vnd ſie zu halten ſchuldig / V. R. W. *Menſe Majo, Anno* 1625.

13 *Secundò*: Infertur hinc, quòd Reus ad mortem condemnatus hereditatis à proximo ſuo defuncto ſibi delatæ incapax non ſit, ſed omninè eam acquirat. Etenim quia poſſidere bona, de iiſque diſponere poteſt; utiq; quin iam condemnatus ad mortem bona & hereditatem ſibi delatam acquirere quoq; poſſit nulla ratio prohibet. Neque hereditas vacans dicitur, ubi ſucceſſor legitimus & capax, qualem etiam Reum ad mortis ſupplicium condemnatum eſſe, antea dixi exiſtit. *Matth de Afflict. in verb. bona vacantia. nu.* 17. *tit quæ ſint. Regalia in Vſib feud. Ioh. Schneidvv. in tit. Inſtit. de heredit. quæ ab inteſt. defer. Rubr. de ſucceſſ. fiſci n.* 13. *in fine.*

Qu.2. Num Reus ad mortem cō demnatus hereditatis ſibi delatæ ſit capax?

14 *Reſpondimus ita ad requiſitionem Caſpar* Fuhrmans/*Conſulis* in Frawenſtein: Iſt vnlängſten ewerer verſtorbenen vollbürtigen Schweſter Söhnlein C. F. Todes verfahren / vnd hat ſeinen / wegen begangenen Blutſchande/flüchtigen Vatter / G F. an einem / vnnd auch ſeiner Mutter vollbürtigen Bruder/am andern Theil/zuſampt etlichen Erbegeldern vnd anderer Erbſchafft/nach ſich verlaſſen/etc. So hat er ſolche ſeine Verlaſſenſchafft auff ſeinen flüchtigen Vater bracht vnd verfället / vnd es hat ſich derſelbe ſolcher Erbſchafft durch die begangene Blutſchande/wenn er gleich derſelben geſtändig / oder wie recht verführet / vnnd *condemniret* würde / nicht verluſtig gemacht/V. R. W. *Menſ. Octobr. Anno* 1629.

In caſu ſimili fuit ita pronunciatum, verſus Rochlitz. *Ad conſultationem G. C. à. M. Menſ. Septembr. Anno* 1630.

15 *Tertiò*: Econtra quoq;, ſicut Reus ad mortis ſupplicium condemnatus hereditatem ſibi delatam acquiret, ita & ſuam hereditatem poſt factam executionem ad heredes ſuos transmittit, qui Reo morte punito ab inteſtato ſuccedunt. Ceſſante enim confiſcatione bonorum, iuxta *Auth. bona damnatorum. C. de bon. proſcript. Ord Crim. Carol art.* 218. *&* 135. nullum ius ſuccedendi fiſco competit, quippe qui defuncto non extantibus legitimis heredibus deſcendentibus, aſcendentibus vel collateralibus, vel etiam conjuge, demum ſuccedit. *l.* 1 *& l. vacantia C de bon. vacant. lib.* 10.

Qu.3. Num Reus ultimo punitus ſupplicio bona ſua ad heredes ab inteſtato tranſmittat?

16 *Veluti pronunciavimus G. C. à M.* Hat S. VV. mit ſeiner leiblichen Tochter fleiſchliche Vnzucht getrieben/darvon ſie auch ſchwanger worden / vnd eines Kindes geneſen / auch Vater vnnd Tochter ſich darauff in die Flucht gegeben / darauff der Vatter wieder erlanget/zur gefänglichen Hafft bracht / vnd ſolcher ſeiner Verbrechung halber / enthauptet worden. Vnd es hat derſelbe ſeine Kinder erſter Ehe / ſo er vor begangener Blutſchande mit ſeinem erſten Eheweibe erzeuget / zuſampt einem Gute nach ſich verlaſſen / etc. So hat er ſolches ſein nachgelaſſenes Gutt auff ſeine Kinder erſter Ehe bracht / vnnd verfället / vnnd ſie werden zu deſſen völliger *Succeſſion* billich zugelaſſen/V. R. W *Menſ. Septembr. Anno* 1630.

17 *Quartò*: Sequitur & hoc, quòd Reus ad mortem condemnatus teſtamenti factionem habeat, atque de bonis ſuis teſtari queat. Quia enim nec hodie ſervus pœnæ efficitur *Auth. ſed hodiè. C. de donat. int. vir. & uxor.* nec bonis ſuis privatur, publicatione & confiſcatione bonorum ſublatâ, *Auth. bona damnatorum. C. de bon. damn.* ut ſic quovis modo de bonis ſuis diſponere poſſit, nil certè obſtare videtur, quin & de iiſdem teſtari queat. 18 Idque in Electoratu Saxoniæ extra dubium eſt, ob manifeſtam *Conſtit. Elector.* 6. *part.* 3. Ibi: So *conſtituiren*, ordnen vnd ſetzen wir/daß die jenigen / ſo auch gleich zur Todesſtraffe verdammet/vnd verurtheilet jhrer Güter halber/vnd von alle dem / daß ſie nach jhrem Tode verlaſſen werden/*Teſtament* machen/vnnd in andere Wege durch beſtändige letzte Willen/kräfftige Verordnung auffrichten mögen / *&c.* Quæ verba apertè probant, condemnatos ad mortem de bonis ſuis omnibus, quæ ſententiam paſſi relicturi ſunt, per teſtamenta vel alias ultimas voluntates ritè & firmiter diſponere poſſe.

Qu.4. An Reus condemnatus ad mortē, teſtamentum facere queat?

Quod nec aliter in praxi obſervatur, ut in terris Electoratus Saxonici ſæpè pronunciatum memini.

19 Extra Eelctoratum verò Saxon. res hæc adeo expedita non eſt apud omnes. Haud pauci enim juri Digeſtorum veteri incumbunt, quo damnatum ad mortem teſtamentum facere nequiviſſe, factumque ab ipſo ante condemnationem poſtea corruiſſe, certiſſimum eſt, per text. in *l. ejus qui apud hoſtes.* 8. §. 1. *&* § *ult. ff. qui teſtam. fac. poſſ. l quis.* 6. §. 5. *ff. de injuſt. rupt. irr. fact. teſtam. l. ſi quis mihi.* 25. §. *ſi quis planè.* 3 *ff de acquir. heredit.* quod nullibi expreſsè correctum eſſe autumant. Quare haud immerito diſpoſitioni veteris juris etiamnum ſtandum erit. *Bart. in l. ejus qui apud hoſtes.* 8. §. *ſi cui.* 1. *num.* 1. *ff. qui teſtam. facer poſſ. & in l. ſi quis filio.* 6. §. *irritum. numer.* 1. *ff. de injuſt. rupt. irrit. Iohann. Dauth. in tract. de teſtam. numer* 209. *Ferdinandus Vaſquius de ſucceſſione reſolut. libr.* 1. §. 3. *numer.* 34. *Didac. Covarr. in rubr. ext. de teſtam. part.* 3. *num.* 43. *Nicol. Reuſner. in tract. de teſtam. part.* 2. *cap.* 38 *numer.* 1. *Matth. Berlich part.* 3. *concluſion.*

cluſion. 8. *num.* 3. *Andr. Gail. libr.* 1. *de pac. publ. cap* 19. *num.* 8. *Petr. Theodor. in Colleg. Crimin. diſputat.* 16. *theſ.* 6. *lit. E.* ubi Ienenſes ad requiſitionem Caſpari & Matthæi Trubellis in **Sula** Menſe Decembr. Anno 1614. ita pronunciaſſe refert.

20 Quæ opinio ſanè iuſta ratione non deſtituitur: quum iuris notiſſimi ſit, quòd damnatus ad mortem capite minuatur, ac civitatem & libertatem amittat. *l. ejus qui apud hoſtes.* 8. § *ult. ff. qui teſtam. facer. poſſ. l.* 2. *l.* 11. *ff. de capit. minut.* Qui verò capite diminuitur, teſtamentum facere non poteſt. §. *alio autem modo.* 4. *Inſtit. quibus. mod teſtam. infirm. l. ſi quis.* 6. §. *irritum.* 5. *ff. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſtam.* Quare licet una & altera ratio, teſtamenti factionem impediens ceſſet, dum hodie damnatus ad mortis ſupplicium nec ſervus pœnæ fit, nec bona eiusdem publicantur *Auth. ſed hodie. C. de donat. int. vir. & uxor. Auth. bona. damnat. C. de bon. proſcript. & damnator.* Alia tamen ratio, quam iam adduxi, adhuc in viridi obſervantia eſt, quæ vel ſola teſtamenti factionem impedire poteſt. Tradunt namque *Dd.* commnniter, ſi lex duabus vel pluribus rationib. copulativè utatur, quòd una earum ceſſante, non ceſſet propterea diſpoſitio legis. *Vigil. Pingit. quæſtion* 46. *num* 54. *ſub fin. And. Tiraquell. in regul. ceſſante cauſâ. limit.* 21. *num.* 1. *& ſeqq.*

21 Accedit porrò, quòd hodie bona damnatorum ad mortem, nullo alio fine confiſcari ac publicari prohibeantur, quàm ne heredibus ab inteſtato venientibus auferantur; uti apertè liquet ex *Novell.* 134. *cap. ult.* §. 1. *Paul. de Caſtr. in l. ejus qui.* 8. §. *ſi cui.* 1. *ff. qui teſtam. facere poſſ. n.* 7. Quòd certè fieret, ſi damnati ad mortẽ in præiudicium heredum ab inteſtato ſuccedentium teſtari poſſent; tùm teſtamentum ſemper præſupponat, aliquid in odium & præiudicium proximorum heredum ab inteſtato ſuccedentium fieri: Quare ne iure ſuo heredes ab inteſtato venientes priventur, teſtamenti factio damnatis ad mortem haudquaquam concedenda eſt; Ne ſcilicet, quod in favorem illorum inductum eſt, contra diſpoſitionem iuris in eorundem odium retorqueatur. *l. quod favore,* 6. *C. de legib.*

22 Etſi verò lubens fateatur, veriſſimam hanc eſſe ſententiam, & teſtamenta talia de iure parum, vel nihil valere; Attamen hodiè ferè ubique contrarium obſervari de conſuetudine generali, ita ut & hi qui ſunt decapitandi, plerumque in carcere faciant teſtamenta & inſtituant heredes, qui ad ſucceſſionem poſtea quoque admittantur, teſtes ſunt *Iul. Clar. libr.* 3. *ſentent.* §. *teſtament. quæſtion.* 21. *num.* 1. *Albert. de Roſat. in l. ejus qui.* §. 1. *num.* 1 *ff. qui teſtam. facer. poſſ. Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 34. *num.* 6. ubi in cauſa cuiusdam damnati ad furcas, qui priusquam ſententia publicaretur, facto teſtamento Xenodochium Cyzenſe ſuorum bonorum heredem inſtituerat, Ienæ Menſ. Maio Anno 1575. ita pronunciatum, ac teſtamentum pro valido fuiſſe habitum refert.

23 *Vt ſic ex generali conſuetudine extra Electoratum quoque Saxoniæ, ſecundum Conſtitut. Elect.* 6. *part.* 3. *pronunciandum ſit. Quod & Dominos Scabinos feciſſe reperio, ad conſultationem Dn. Burchardi Hieromymi* Rußwurms in Engelroda/ *hiſce formalibus:* Ob wol die Römiſche Käyſerliche Majeſtet/ vnſer allergnädigſter Herr/ꝛc. Graffen Herman Chriſtoff Rußwurm/ ewren Vettern von wegen dero an *Franciſco Barbian*, Graffen von *Belgitioſa*, angeſchafften/ vorſetzlichen vnd freventlichen begangenen Mords vnd Todtſchlags/ die Straffe deß Schwerdts/ nach beſage der überſandten Copey obangeregtes Vrtels/ zuerkandt/ vnnd an jhme auch vollſtrecken laſſen: So hat doch gedachter ewer Vetter/ berührtes Todtſchlags halber/ ſich ſeiner Güter über die erlidtene Todesſtraff/ nicht verluſtig gemacht/ Vnd weil derſelbe vor ſeinem Abſterben vnd *Execution* deß geſprochenen Vrthels/ vor dem Käyſerlichen Richter vnd zweyen RathsPerſonen zu Prage/ ſo er zu ſich/ ewerem Bericht nach/ erfordern laſſen/ deßgleichen in Gegenwart etlicher Jeſuiten/ ſeyn *Teſtament* vnd letzten Willen/ darvon jhr vns doch keine Abſchrift überſchicket/ mündlichen auffgerichtet/ vnd euch darinnen zum Erben ſeiner gantzen Verlaſſenſchafft/ außgenommen etlicher *Legaten inſtituiret* vnd eingeſetzet/ So ſeyd jhr auch krafft ſolches *Teſtaments*, welches ſeiner *Solennitetten* halber zu Recht beſtändig/ euch berührter Verlaſſenſchafft anzumaſſen/ vnd die *Legata* zuverreichen wol befugt/ V. R. W. *Menſe Ianuar. Anno* 1606.

24 Cæterum, quod dictum, confiſcationem abrogatam eſſe, nec bona damnatorum hodie publicari; illud regulariter quidem veriſſimum eſt, fallit tamen in caſibus exceptis, ut luculenter patet ex *Ordin. Crimin. Carol art.* 218. *artic.* 135. *& Conſtit. Provinc. Saxon. de Anno* 1555. *tit.* **Von Unkoſten der peinlichen Rechtfertigung/ꝛc.** verb. **Wo auch die Verhandlunge der maſſen gelegen/ daß dem Thäter ſeine Gütere** *confiſciret* **werden/** *&c.* Et *Conſtit. Elect.* 6. *part.* 3. *in fin.* Ibi: 25 **Jedoch wollen wir darmit nicht gemeinet/ ſondern außgeſchloſſen haben/ wenn die Vbelthäter nicht allein zum Todte/ ſondern auch zur** *confiſcation* **aller jhrer Gütere verdammet werden.** Quæ verba luculenter innuunt, caſus adhuc exiſtere, quibus bona damnatorum etiamnum hodie confiſcantur.

26 *At, quinam ſunt illi caſus, in quibus confiſcatio bonorum etiamnum hodie locum obtinet?* Sanè in crimine læſæ Maieſtatis Reorum damnatorum bona ſimul confiſcari, extra dubium eſt: veluti hic caſus diſertis verbis reperitur exceptus in *dict. Auth. bona damnatorum. C. de bon. proſcript. & damnat. & artic.* 218. *Ordin. Crimin. Carolin.* Præter delictum hoc læſæ maieſtatis, plures adhuc hodie ſupereſſe caſus, in quibus confiſcatio obtinet, teſtes ſunt *Petr. Heig. dict. quæſtion.* 33. *numer.* 52. ubi allegat *Bernhard. Diaz. Reg.* 165. *lim.* 5. *Borch. in cap. numer. quæ ſunt regal. numer.* 8. *in fin. Battand. in pract. crimin. reg.* 70. *numer.* 5. *Franc. Viv. deciſ.* 244. *numer.* 1. *libr.* 2. *Valent. Forſter. libr.* 9. *ſucceſſ cap. fin. numer.* 2. *Tiber. Decian. in tract. crimin. libr.* 9. *caput* 26. *numer.* 33. Et *Chaſſan.* Caſus 73. recenſet, in qui-

Q. 5. In quibusnam caſibus & delictis, confiſcatio bonorum etiamnum hodie locũ habeat?

confiſcationem bonorum locum habere putat,
in conſuetud. Burgund. tit. de confiſcatione Rubr.
26 2. §. 1. *in pr. à n.* 20. *uſq; ad fin. cum* 2. §§. *ſeqq.* Sed
Dan. Moller. Reum mortis præterquam in crimine
læſæ majeſtatis; nunquam ſimul ad confiſcationem
bonorum fuiſſe condemnatum
meminit in *Conſtit. Elect.* 6. *n.* 4. *part.* 3. Cui tamen
adverſari videntur verb. *art.* 218. *Ord. Crim.*
Auſſerhalb deß Laſters vnſer beleydigten Majeſtät/oder
ſonſt in andern Fällen/ *&c.* Quibus diſertè
probatur, extra læſæ majeſt. crimen alios
adhuc eſſe caſus, in quibus confiſcatio bonorum
locum ſibi vendicat.

27 Fateor equidem hanc rem adeo expeditam
non eſſe; attamen exactiùs mihi eam inſpicienti,
aſſertio *Dan. Moller.* veriſſima videtur præter
delictum ſcilicet læſæ majeſtatis, quo etiam
perduellionem, ceu criminis læſæ majeſtatis
ſpeciem comprehendo, nullum hodiè dari caſum,
ubi in Imperio Romano-Germanico confiſcatio,
quę propriè talis eſt (ab hac enim caſus
bonorum vacantium excluditur) locum habeat.
28 Quod ut ſtatuam, movent me verba generalia
Auth. bona damnator. C. de bon. proſcript. & damnat. quæ bona damnatorum generaliter &
univerſaliter publicari prohibet, excepto unico
crimine læſæ majeſtatis, quod ipſum Regulam
prohibitivam in caſibus non exceptis, maximopere
confirmat. Ac licet *Iul. Clar. in pract.*
§. ult. quæſt. 78. *in pr. Petr. Heig. part.* 2 *quæſt.* 33. *n.*
51 *Petr. Theod. in Colleg. Crim. diſp.* 10. *th.* 6. ad hoc
reſpondeant, *d. Auth. bona damnator.* non indiſtinctè
corrigere Leges veteres confiſcationem
bonorum decernentes, ſed tantùm illas, quibus
intuitu delicti tacitè unâ cum pœna mortis
vel deportationis, in conſequentiam etiam damnato
adimebantur; Non verò eas leges, quæ
in caſibus ſingularibus expreſſè & principaliter
29 in ſpecie confiſcationem imponunt. *Attamen*
hæc reſponſio refellitur: *tùm*, ex generalitate
verborum: *tum*, ex *verb. finalibus d. Auth. bona*
damnatorum. Ibi: *In majeſtatis verò crimine condemnatis*
veteres Leges ſervari jubemus. Quæ verba
etiam in *Novell.* 134. *c. ult.* §. 1.. unde *d. Aut bona*
damnatorum. deſumta eſt, habentur. Ex quo ſequitur,
in aliis criminibus veteres leges omninò
correctas fuiſſe.

30 Nec obſtant verba *artic.* 218. *Ordinat. Crimin.* **Auſſerhalb deß Laſters/ vnſer beleydigten Majeſtät/oder ſonſten in andern Fällen/** *&c. Etenim* ſi quis probè illa perſpexerit, facilimè animadvertet, perfectum eorundem ſenſum & conſtructionem vix dari poſſe, niſi particula (*vel*) deleatur, quâ ſublatâ, hic ſenſus remanet, quòd extra læſæ majeſtatis crimen in aliis caſibus atque delictis confiſcatio bonorum ceſſet; prout hæc verba explicat *Georg. Rem. in Nemeſ. Karul. de art.* 218.

31 Veriſſimum igitur manet, quòd hodiè ſecundum
Auth. bona damnatorum. C. de bon. proſcript. & damnat. confiſcatio bonorum adverſus
damnatos ad ultimum ſupplicium nequaquam
ſit decernenda, excepto ſolo crimine læſæ
32 majeſtatis; Cui de jure Saxonico bannum imperiale ſive ſuperius addi poteſt. **Wenn einer in die Oberacht erkläret wird.** Moribus namque Saxonicis hoc bannum confiſcationis effectum habet, *art.* 38. *lib.* 1. **Landrecht.** *Ibi*: **Die Jahr vnd Tag in der Rechts-Acht ſeyn/ die vrtheilet man aller Rechte loß/vnd verurtheilet jhnen jhr Eigen vnd Lehen.** Concordat *gloſſ. penult. lib.* 1. **Landrecht.** *art.* 71. *in fin. Matth. Coler part.* 1. *deciſ.* 108. *n.* 31. *Petr. Theod. d. diſp.* 10. *th.* 6. *lit.* 8. Quamvis hæc ſpecies confiſcationis propriè huc non pertineat, ubi tantummodò agitur de bonis damnatorum, quæ extra crimen læſæ majeſtatis, ne quidem de jure Saxonico publicantur, ſecundum *art.* 31. *lib.* 2. **Landrecht.** Ibi. **Wer durch Vrthel vnd Recht ſein Leben verleuret/ſein nechſter Erbe nimbt ſein Gut.** ob rationem allegatam à *gloſſ. in dict. art.* 31. quod nempe affectus ultimo ſupplicio morte ſua ſatis fecerit. **Vnd folget weiter/weder dem Richter Wette/noch Buſſe dem Kläger/** ſecundum *gloſſ.* **Landrecht.** *lib.* 2. *art.* 35. *num.* 4.

33 Secus autem eſt in bonis proſcriptorum, qui fugâ ſibi conſulunt: Quoniam enim hi pro delicto corporibus propriis non ſatisfecerunt, bonis luere pœnam coguntur, *gloſſ. d. art.* 31. *n.* 2. *lib.* 2. **Landrecht.** ne delictum impunitum maneat. *l. ita vulneratus. ff. ad Leg. Aquil. Matt. Coler. d. deciſ.* 108. *n.* 37.

34 Quæritur hinc Primò: *An parricida interficiens ſuum parentē, nihilominus ei ſuccedere poſſit, aut ſi non poſſet, cui portio illa paterna, coheredibusne, an vero Fiſco ſit deferenda*? Hanc quæſtionem latè diſputat *Petr. Heig. part.* 2 *quæſt.* 33. *n.* 3. *uſque ad fin.* atque concludit, hereditatem paternam filio tanquam indigno auferendam, & fiſco tradendam eſſe: Hancque in ſententiam Witebergenſes Anno 1594. pronunciando deſcendiſſe refert.

Q. 6 Num filio interficienti Patrem ſuum hereditas paterna auferenda & Fiſco applicanda ſit?

35 Cujus ſententiæ non modò adducit defenſores *Ludov. Carer. in pract. crim. de homicid. verſ. Nono quær. de occidente. num.* 37. *Petr. de Plach. de delict. cap.* 22. *n.* 9. *in fin. Ferdin. Vaſquez. lib.* 2. *de ſucceſſ.* §. 20. *num.* 12. ſed & Theoricam communem, quòd ſcilicet ab indigno ablata Fiſco ſint applicanda, *l.* 1. *l. Lucius.* 9. *ff. de jure fiſci. l. Papinianus.* 8. *meminiſſe. de inoff. teſtam.* Et quod indignitatis quæſtionem tàm per modum actionis, quàm exceptionis, nemo præterquam fiſcus movere & opponere queat. *gloſſ. in l. his conſequenter.* 18 §. 1. *ff. famil. erciſc. Iaſon. in l. ſororem.*. 10. *C. de his quib. ut indign. & in l. ex facto.* 43. § *Iulian ff. de vulg. ſubſt. Boër. deciſ.* 25. *in fin. Cagnol in l. fin. n.* 123. *C. de pact. Peregr. de jure fiſci. lib.* 2. *tit.* 2. *num.* 8. Addens præterea hanc rationem, quòd pudendum ſit, & exemplo pernicioſum, ut quis ex ſuo flagitio commodum & lucrum reportet & ſic hereditatem habeat, quam ſcelere acquiſivit, *contra l. ſi ab hoſtibus.* 10. §. 1. *ff. ſolut. matr. in l. hæredem.* 5. *ff. de calumn. l. cum falſi* 12. *ff. ad Leg. Corn. de falſ. l. relegantur. in fin. de interd.*

36 Ac ne quis abſurdum aliquod colligat ex hac ſententia, dum impoſſibile eſt, heredi-

tatem non aditam ad fiſcum devolvere: quum
privatio ſemper præſupponat habitum, &
tranſmiſſioni, niſi hæreditate aditâ, locus non
ſit, *l. ſi ex plurib ff. de ſuis & legit. l. quomodo. Cod. de*
37 *jur. deliber. l un. §. in noviſſimis. C. de cad. tollend.*
tradit porrò **Heig. d. quæſt. 33. n. 11.** filium occidé-
tem parentem non quidem omninò inhabi-
lem & incapacem eſſe ſucceſſionis, ſed de facto
ſe indignum facere ſucceſſione, ita, ut capere
quidem hereditatem dicatur, ſed ſine effectu,
dum eam retinere nequeat, ſed ſtatim fiſco re-
linquere teneatur. *l. Lucius. 9. ff. de jur. fiſci. l. cum
ratio. 7. §. præterea. 4. ff. de bon. damn. l. ſi non mili-
tabat. 78. §. ul: ff. de hered. inſt. l. ſi is. 11 ff. de vulg.
& pupill ſubſt. l. his conſequenter. 18. §. 1. ff fam. er-
ciſc. Cagnol. in l. ult. n. 124. C. de pact. Dec. in l. 1. n.
13. C. de ſecund. nupt. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. homi-
cidium. n. 22.*

38 Et quo minus hac de re dubitetur in foro Sax. allegat. *Heig d. q. 33. n. 24.* text Jur. Sax. in *art. 84. lib. 3* **Landrecht.** ubi dicitur: **Tödtet ein Mann ſeinen Vatter / oder ſeinen Bruder / oder ſeinen Freund oder iemandes / deß eygen oder Lehen er war vnd iſt / alle ſeine Anwartung vnd Belehnūg hat er daran verlohren / ꝛc.**

39 Sed fruſtra diſputat *Heig dict. loc.* ex jure Ve-
teri. ff. & C. Quod per *Novell. 134. c. ult. & Auth.
bona damnator. C. de bon. proſcript & damn.* pror-
ſus fuit correctum. Etſi enim largiar, ipſum fi-
lium parricidam hereditatem amittere, eò,
quòd perniciosum exemplo eſſet, ex ſuo flagi-
tio commodum & lucrum quem reportare at-
que hereditatem ſcelere acquirere: quo ſenſu
etiam verba Iur. Saxon. *dict. art. 84. lib. 3.* **Land-
recht.** accepta veriſſima ſunt; Attamen pro-
pterea Fiſco hereditatem acquiri, exinde haud-
quaquam ſequitur, quum bonorum confiſca-
tio extra crimen læſæ majeſtatis, hodie prorſus
40 ſublata ſit, ut antea dixi. Quare non multum
laborare debemus de juribus ex ff & C. ab *Heig.*
allegatis, quippe quæ per *Auth. bona damnato-
rum. C. de bon. proſcript. & damnat.* correcta fuê-
re. Exiſtimo igitur reſponſum ab *Heig. dict.
quæſt. 33. n. 4.* allegatum, & improbatum, Parri-
cidam nempe interfecti parentis heredem fieri
non potuiſſe, & idcirco Quotam illius potiori
jure ad coheredes, & reliquos patris liberos,
quàm ad fiſcum devolutam eſſe, juſtiſſimum
atque æquiſſimum fuiſſe.

41 *Quare & in caſu ſimili ita pronunciare haud dubitavimus:* **Hat M. H. ſeinen leiblichen Vatter ermordet / vnnd vmbgebracht / derowegen jhme auch die Todesſtraff zuerkandt / vnd an jhme gebührender maſſen** *exequiret* **worden. Ob nun wol gedachter M. H. ſich durch ſolche ſeine Verbrechung / innhalts der Sächſiſchen Rechte / ſeines Antheils der Vätterlichen Erbſchafft verluſtig gemacht / ſo hat ſich doch dannenhero / (weil die** *confiſcatio bonorum* **auſſer dem Laſter der beleidigten Majeſtät / heutiges Tages ferner nicht ſtatt hat) der** *Fiſcus* **ſelbiges Orts / ſolches Antheils nicht anzumaſſen / ſondern es iſt daſſelbe euch / als deß Thäters Brudern vnd Miterben zugewachſen / V. R. W.** *Ad requiſitionem Lucæ* **Sandlers zu Luca.** *Menſ. Majo, Anno* 1631.

Q. 8. An in crimine læſæ Majeſtatis, Fiſcus 43. præferatur creditoribus & uxori condemnati?

Quæritur Secundò: *An crimine læſæ maje-* 42
*ſtatis commiſſo, quo caſu confiſcatio bonorum locum
habet, fiſcus præferatur creditoribus condemnati,
nec non ipſius uxori, quæ bona marito illata repetit?*
Quod ſimpliciter nego, Certi namque juris
eſt, æs alienum eſſe deducendum, antequàm le-
gatarii & heredes lucrum ex hereditate capi-
ant. Neque enim bona cujuſquam eſſe intelli-
guntur, niſi quæ deducto alieno ære ſuperſunt.
l. ſubſignatum. ff. de verb. ſignif. Quare nec Fiſcus
admittitur ad ſucceſſionem, priusquàm Credi-
toribus & viduæ debita ſoluta fuerint: quia fi-
ſcus loco extranei ſucceſſoris habetur. *l. 2. C. ad
Leg. Iul. de Vi. l. 1. C. de bonis libert. l. eorum. 9 ff. de
Leg. Iul. majeſt.* Idq; maxime verum eſt, ſi credi- 44
toribus anterior hypotheca fuerit conſtituta.
Quo caſu, ſicut & viduæ, quæ ratione bonorū
illatorum jus prælationis habet, Fiſco, cui non
niſi jus tacitæ hypothecæ competit à tempore
condemnationis, maximè præferuntur, ſecun-
dum *Ord. Proceſſ. Elect. Sax. de Anno* 1622. *tit.* 43.
Deßgleichen ob wol der Fiſcus *verſ.* **So hat doch
ſolch** *jus prælationis, &c.*

Hinc ita pronunciavimus: **Vnd wenn Anklä-** 45
ger ſeine Klagen gebührender Maſſen beybringen vnd außführen wird / hat die Einziehung der jenigen Güter / (ſo nach Befriedigung der Wittiben jhres einbringens / und Weiblicher Gerechtigkeit / wie auch der andern Gläubigere / ſo jhrer Förderung halber / uff Angeklagtens Vermögen / ein dingliches Recht erlangen / denē allen deß Fiſcals ſuchen nicht nachtheilig iſt / vorhanden ſeyn mögen) wol ſtatt / V. R. W. Nach Budiſſen / an Herrn Adolffen von Görsdorff / *Menſ. Ian. Anno* 1630.

It: **An Hanſen von Clausburg: Wegen deß Königlichen** *fiſci prætenſion* **es ferner die Beſchaffenheit hat / daß die Einziehung der verluſtigten Güter / ehe vnd zuvor die vorhandene Schulden davon befriediget / nach inhalt der Rechte / nicht verſtattet wird /** *&c. Menſ. Iun. Anno* 1633.

Tertius caſus condemnationis eſt Infa- 46
mia. Expediti namque juris eſt, quòd ad mor-
tem condemnatus vel ex publico judicio, no-
tetur infamia. *l. 1. ff de his qui not. infam. ubi Matt.
VVeſembec. in parat. & volu. 1. conſ. 19. Hartman.
Piſtor. obſerv.* 177. Quæ infamia omnem fidem 47
enervat, omnemque dignitatem & honorem
adimit, ita ut infames alicuius muneris publici
non poſſint eſſe participes, *l. 2. ubi gloſſ. C. de di-
gnit. lib. 12. l. ne quis. C. de Decur. lib. 10. l. cum Præt.
12. cum aut. ff. de jud.* Veluti in poſtulando, *Gloſ.
in d. l. 2.* Aſſidendo, *l. 2. ff. de off. Aſſeſſ.* Judicando,
d. l. cum Prætor. Militando, *l. 3. C. de milit. lib. 12.
l. 2. §. ignominia. ff. de his, qui not. infam.* Quamob-
rem & pro capitali periculo infamiæ cauſa re-
putatur. *l. juſta. 9. ff. de manum. vindict. l. cognitio-
num. 5. ff. de var. & extr. cognit. l. Iulianus. 26. ff. ſi
quis omiſſ. cauſ. teſtam. Matt. VVeſemb. in parat. ff.
de his, qui not. infam. n. 8.*

Ideoque reſpondimus D. I. R. S. **in Leipzig: Ob** 48
es nun wol an deme / daß ein armer Sünder durch die ihm zuerkante Todesſtraffe anrüchtig / vnd ehrloß wird / derowegen männiglichen / auſſerhalb ſeines Ampts vñ deß Nothfalls / ſonderliche Gemeinſchafft mit jhme zu pflegen / nicht vnbillich bedencken trägt / *&c. Menſ. Febr. Anno* 1631.

Idque

49 Idq; verum eſt etiam in pœnis corporis afflictivis; veluti fuſtigatione, manus amputatione &c. Etſi enim fuſtium ictus per ſe infamiam nō importet, niſi cauſa & delictum famoſum præceſſerit, ut dicit Marcellus ICtus in *l.22.ff.de his qui not.infam.* Attamen, quia pœna corporalis non imponi ſolet, niſi ex publico judicio&cauſâ famoſâ condemnato; utique fuſtigatum pro infami regulariter haberi, certiſſimum eſt, *arg. l.1.ff.de his,qui not.infam.* Ac certè fuſtigationem hodie infamiæ notam inurere, nemo facilè negaverit.

Q.3.Quādo & quænam pœna famam Rei commaculent?

50 Sed *quid de relegatione habendum,num & hæc infamabit*? Quod affirmat *Bart. in l. is qui. §.ſi quis ob carmen.n.1 ff.de teſtam.* Quod alii ad perpetuam ſolummodò relegationem reſtringunt,per *l.capitalium.§.cætera ff.de pœn.* Quæ tamen lex generaliter loquitur & non diſtinguit inter relegationem perpetuam, & temporalem.

51 Sed verior & communior eſt opinio,quod relegatio tum demum infamet, ſi cauſa ob quam irrogatur,fuerit famoſa,*arg l.ictus fuſtium. ff.de his qui not.infam.* Niſi enim delictum,ob quod quis relegatur, infamet, ipſi relegationis pœna famam alicuius non diminuit. *Hippolyt. in pract.crim.§.aggredior,num.95. Angel.in §.ult. Inſtit.de pœn.tem.litigant. Hartman.Piſtor.obſervat.*177*.num.*45*. Matth.VVeſembec.volu.*1*.conſ.*19*.num.*74.

52 Et hoc quidem de jure veriſſimum eſt; Attamen, quia hodiernis moribus ex hominum opinione infamia magis æſtimatur; quin & ad certum aliquod tempus relegati fama laboret maculâ aliquâ, isq; vulgò pro infami habeatur, nemo inficias ibit.

53 Ceſſat autem infamia: 1.In levioribus arbitrariis pœnis; puta carceris & mulcta pecuniaria: non ſolùm, quòd rariſſimè huius pœnæ cauſa famoſa ſit, ſed & quòd Iudex arbitrariè Reum puniens cenſeatur diſpenſaſſe, cum infamia,ſecndum tradita, *Matth.VVeſembec.in parat.ff.de his qui not,infam.num.*8*.Hartman.Piſtor.dict.obſerv.*177*.num.*13.Quod & verum eſt, ſi mulcta pecuniaria cum relegatione conjungatur,non autem hæc,ſed illa delinquenti irrogetur.

54 *Prout reſponderunt Scabini* nach Werde: an Hans Ritſchen: Ob nun wol zu recht erkennet worden/ daß jhr ſolcher Beſchädigung halber/ willkührlich mit zeitlicher Landsverweiſung/ oder vmb eine tapffere Geldbuſſe/ in Straff genommen werden ſollet. Dieweil aber dennoch dir hohe Obrigkeit euch die Landsverweiſung gnädigſt erlaſſen/ vnd dargegen eine zimliche Geltbuſſe/ von euch zu nehmen befohlen/ꝛc. So mag auch ſolches euch an ewren Ehren nit nachtheilig noch auffrücklich ſeyn. Da auch jemand euch daſſelbe ſchmählichen vorwerffen/ oder vffrücken würde/ ſo wäret jhr denſelben derowegen *injuriarum* zu belangen wol befugt/ V. R. W. *Menſ.Decemb.Anno* 1599.

55 3. Infamia quoque non laborat Reus alicujus delicti,ex culpa condemnatus. Nam ad infamiam irrogandam dolus omninò requiritur,ut eſt textus in *§.ſuſpectus.Inſt de ſuſp.tutor.& l.fin.C.eod,tit.ubi gloſſ.Bart.in l.quod Nerva.n.*21*. ff.depoſit.* Quare ex culpa, etiamſi lata, condemnatus haud notabitur infamia. *Hartm.Piſt. obſerv.*177*.n.*24.

56 *Hinc Reum ex delicto fornicationis & inceſtus conventum ac propter contumaciam in non comparendo condemnatum infamiâ haud notari, reſponderunt Scabini A.H.Delitiano,hiſce formalibus:* Ob nun wol der Rath bey euch vorangeregte Schwängerung vor einen *inceſtum* anziehen thut/ vnd derowegen euch deß Rathſtuls zu entſetzen/ vnterſtehen wollen/ꝛc. Dieweil jhr aber dennoch dieſe Verbrechung niemals geſtanden/ noch derſelben wie recht überwieſen/ ſondern vff ewern beſchuldigten Vngehorſam in die Hülffe vnd Abtrag der Klägerin zu thun/ verurtheilet wordē/ꝛc. So iſt auch obgedachter Rath euch derowegen deß Rathſtuls/ geſtalten Sachen nach/ zu entſetzen nicht befugt. Jhr werdet aber gleichwol vmb eine ziemliche Geldbuſſe/ jedoch daß ſich dieſelbe über 100. Gülden nicht erſtrecke/ billich in Straff genommen/ V. R. W. *Menſ. Octobr. Anno* 1608.

57 Cæterùm quæri hîc ſolet: *Quamdiu infamia duret*? Ad effectum infamiæ pertinere, quòd ea ſemel jure impoſita perpetuò duret, tradit *Gloſſ.& Dd.in l.*3*.&* 4*.C.ex quibus cauſ.infam.irrog.* Nam (ut ait *Plautus*) *hominum immortalis eſt infamia: Etiam tũ vivit,cum eam eſſe credis mortuã.* Et *ICtus Vlpian.Non aboletur,* inquit,*turpitudo,quæ poſtea intermiſſa eſt l.palam.*42*.in pr.ff.de rit.nupt.* Quod abſque dubio verum eſt,quando pœna eſt perpetua, aut macula ſine præfinitione temporis aſperſa; ut puta, ſi relegatio perpetua vel ſola, vel cum fuſtigatione, aliave pœna corporis afflictiva irrogetur: ubi certè dubium non eſt,quin infamia ad omnem vitam duret, niſi ſit à Principe remiſſa, factâ reſtitutione plenaria, pœnaque delinquenti condonatâ. *l.ſolet.*10*.ff.de his,qui not.infam.l. fin.C.de general.abolit.l.*1*.*3*.&* 4*.& l.fin.C.de ſentent.paſſ.& reſtit.*

58 At,ſi quis ad certum ſolummodò tempus puniatur, puta relegatione ad quinquennium, *Num poſt id temporis infamia adhuc duret?* meritò dubitatur, ob textus juris, qui ſibi invicem contrariari videntur. Etenim labem hoc caſu non durare ultra tempus ſententiâ expreſſum, dicitur *l.*3*.&* 4*.C ex quib.cauſ.infam.irrog.l.Imperator.*8*.ff.de poſtul.l. ad tempus.*5*.l.generaliter.*3*.de Decur.l.falſi.*13*.§.*1*.§.ad Leg.Cornel.de falſ.* Quamvis contrarium aſſeratur in *l.ad tempus.*6*.C.ex quib.cauſ.infam.irrog.l.ordine.*15*.ff.ad municip.*

Q.9.Quādiu infamia ex Relegatione duret?

59 Pro horum itaque textuum conciliatione, cum *Jacob.Cujac.lib.*7*.obſerv.*19*.& Matth.VVeſembec.in parat.ff.de his,qui not.infam.num.* 8, diſtinguendum arbitror: utrum infamia imponatur ex cauſa ſeu crimine jure famoſo; an verò ex cauſa arbitraria. 60 *Priori caſu,* quando ſcilicet crimen ipſo jure turpitudinem habet annexam, omninò dicendum eſt, dedecus perpetuò adhærere, etiamſi relegatio temporalis fuerit impoſita; Quia Legis effectus perpetuus eſt,quæ delictum ſolummodò conſiderat, & infamiam irrogat, quæ non revocatur amplius, ſicuti nec ipſum delictum cui accedit, quum factum non poſſit reddi infectum, *l.in bello.§.facta.ff.de capt.& poſtl.reverſ.* Quare ſi lex alicui delicto maculam irroget, pœna à judi-

à judice etiam cum temporis determinatione expreſſa nihil immutat, quo minus infamia ſit perpetua. Et ita accipienda. *l.6.C.ex quib.cauſ. infam.irrog.l.palam.4.ff.de rit.nupt.* quæ perpetuam infamiam decernunt. Hocq; eſt quod dicitur, non poſſe judicem efficere, quin furti damnatum ſequatur infamia, *l.non poterit.63.ff. de furt.* Quod tamen efficere poſſet, ſi pœnâ temporali adjectâ, poſt lapſum tempus, illa non remaneret.

61 *Quam ſententiam in pronunciando fuimus ſecuti, hiſce formalibus reſpondentes:* Hat M. M. im abgewichenē 1622. Jahr/neben dreyen ſeinen Geſellen/in dem Coldiger Walde an zweyen Weibesperſonen einen Straſſenraub begangen/vnd darauff ſich flüchtig gemacht. Ob nun wol die Churfürſtl. Sächſ. Fraw Wittibe/hochlöblichſter Gedächtnüß/ auff beſchehene *interceſſion* jhme die ordentliche Todesſtraffe/ ſo er Vermöge der Rechten verwürcket/ gnädigſt erlaſſen/vñ verwilliget/wofern er ſich ſelbſt geſtellen/die ſeinetwegen vffgewandte Vnkoſten erſtatten/vnd endlichen angeloben würde/daß er zwey Jahr lang das Churfürſtenthumb Sachſen meiden/ vnd auſſer demſelben ſich auffhalten wolte/ daß wider jhn die Straffe eingeſtellet/ vnd nach zweyen verfloſſenen Jahren/jhme widerumb ſicher zu Jhr. Churfürſtl. Durchl. Landen zu wohnen nachgelaſſen ſeyn ſolte. Dieweil aber dennoch Jhr Churfürſtl. Gnaden gnädigſt *diſpenſatum* dahin nicht gerichtet/ daß jhme M. M. berührte ſeine Verbrechung nach 2. Jahren auch an ſeinen Ehren ohnnachtheilig ſeyn ſolte/ꝛc. So mügen auch die Meiſter deß Schmidt-Handwercks/jhn in jhre Zunfft wider einzunehmen/ vnd das Handwerck treiben zu laſſen/ wider jhren Willen nit gedrungen werden/V. R. W. *Senatui Coldicenſi.Menſ.Iul.An.1625.*

In caſu ſimili pronunciatum ita fuit, An die Meiſtere der Huffſchmiede zum Hayn/ *M. Septemb. Anno 1628.*

Poſteriori verò caſu, quando delictum eſt punitionis arbitrariæ, cui lex non pœnam turpitudinis conſtituit, ſed judex, infamiæ notam unà cum animadverſione durare & extingui, arbitror cum *Cujac. & Matt. VVeſemb. dict. locu*, ita, ut ſi punitio ſit remporalis, puta quinquennale exilium, infamia quoq; per illud tempus duret, ac poſtea cum pœna extinguatur: ne acceſſorium diutius duret, quàm principale. *l.3. & l.4. C.ex quib.cauſ. infam. irrog.* Idemq; ſtatuendum dicit *VVeſembec.* quando certam legis vindictam judex probabili ex cauſa & in caſu quo poteſt, facit arbitrariam, *in parat. ff. de his qui not. infam. n.8. circa fin.* 62

Reſpondimus ita H. S. zu Leipzig: Iſt euch vor deſſen/wegen eines vnziemlichen Handels / darbey jhr geweſen/ eine willkührliche Straffe/als zeitliche Landsverweiſung / vff fünff oder ſechs Jahr lang zuerkennet/welche aber von den Stattgerichten allhie vff beſchehene Vorbitte/uff zwey Jahr gelindert vnd gemeſſiget worden. Ob nun wol das Töpffer-Handwerck/als jhr euch vnlengſt bey demſelben angeben/vnnd vmb Arbeit angehalten/vorgewendet/ daß jhr einmal deß Landes verwieſen/ vnd dahero vnehrlich worden/alſo daß ſie euch auff dem Handwerck nit mehr dulden oder leiden köndten. Dieweil jhr aber dennoch die zuerkandte Landsverweiſung außgeſtanden/ vnd die Zeit nunmehr verfloſſen/ꝛc. So iſt das Töpffer Handwerck/ jhres vorwendens vngeachtet/ euch vffm Handwerck zu leiden/ vnnd arbeiten zu laſſen/verpflichtet/V. R. W. *Menſ. Mart. Anno 1629.* 63

QUÆSTIO CXXXVI.

De forma & proceſſu judicii Criminalis & Bannitorii, Von Hegung vnd Haltung deß hochnothpeinlichen Hals- vnd Achtgerichtes.

SVMMARIA.

1. *Executio pœnæ eſt actus extremus proceſſus criminalis.*
2. *Quando executio fiat absq; ſolenni proceſſu?*
3. *Antequam ſupplicio mortis afficiatur Reus, judicium criminale debet formari. n.4.*
5. *Formatio & proceſſus judicii criminalis moribus fuit introductus.*
6. *Poſtea ab Imp. Carolo V. confirmatus.*
7. *In hoc proceſſu obſervantia cuiusq; judicij maximoperè debet attendi. n.42.*
8. *Quæ ſit forma huius proceſſus, quæq; eiuſdem requiſita in foro Saxonico?*
9. *Signum campana dandum eſt.*
18. *Iudex cum Aſſeſſoribus debet conſidere in prætorio, & quod requirantur aſſeſſores. num.* 11. 12. 13.
14. *Iudex in manu pedum, gladiumve evaginatum habeat neceſſe eſt.*
15. *Iudicium hoc criminale formatur ac conſtituitur triplici interrogatione ac reſponſione judicis & aſſeſſorum: & quænam illa ſit, num* 16.17.18.19.20.23.
21. *Quibus formalibus judex conſtituit judicium criminale. n.22.*
24. *Provocatio Lictoris ad accuſandum.*
25. *Absque veniæ impetratione non poteſt proponi excuſatio, & quomodo venia ſit impetranda. n.26.27.*
58. *Proclamatio Rei accuſati*, das geruffte oder Zettergeſchrey/*n.29.30.*
31. *A quonam fiat proclamatio Rei.*
32. *Huic ſuccedit accuſatio & facta Rei reſponſione condemnatio. n.33.34.35.*
36. *Poſtea judex frangit baculum. n.37.*
38. *Quibus ſolennitatibus judicium criminale finiri & terminari debeat? num.* 39. 40. 41.
43. *Cauſæ harum ſolennitatum huiusque proceſſus judicii criminalis. num.* 44.45.46.47.49.50.51.

48. *In foro Saxonico ante formationem ſolennem judicii criminalis, Iudex nec competens eſt, nec facultatem condemnandi habet.*
51. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
53. *Quomodo differant in foro Saxonico* peinlich Halsgerichte / vnnd hoch noth peinlich Halsgerichte / *num.* 54. 55. 56. 57. 58. 59.
60. *Haud rarò hæc vocabula confunduntur.*
61. *Quandoque nomen genericum retinetur* peinlich Gerichte.
62. *Quibus caſibus formari ſoleat judicium criminale? n.* 63.
64. *Crimine jam pernoctato, qualiter formari & haberi debeat judicium criminale? num.* 66.
65. *Absq; formatione ſolenni judicii criminalis proceſſus criminalis non ſubſiſtit.*
67. *Crimine jam pernoctato, accuſatio non inſtituitur cum clamore,* mit dem Geruffte.
68. *Hoc caſu quando finiatur judicium criminale.*
69. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n.* 70.
71. *Crimine nondum pernoctato, qualiter formatur judicium criminale.*
72. *Quo caſu judicium hoc dicitur bannitorium.*
73. *Quomodo differat à judicio formato in caſu criminis jam pernoctati ubi triplex datur differentia, n.* 74. 75 76. 77. 78. 79. *&* 80.
80. *Crimine nondum pernoctato, in judicio bannitorio ſtatim agitur ad Bannum, non ſervato juris ordine, nec termino legali comparendi conceſſo, n.* 81.
83. *Quando deprehenſus in facto manuali è carcere ſit relaxandus ſub cautione?*
84. *Reus in manuali facto deprehenſus non ſtatim condemnatur.*
85. *Explicatio artic.* 55. *&* 66. *libr.* 1. Landrecht / *num.* 86.
87. *Hodie non niſi unicus remanet effectus judicii bannitorii & quinam, n.* 88. 90.
89. *Citatio ad judicium hoc bannitorium quomodo & ubi ſit affigenda?*
91. *Requiſita quanam ſint, ut locum habeat judicium bannitorium? n.* 94. 95. 105. 108.
92. *Quis dicatur deprehenſus in facto manuali,* vff handhaffter That? *n.* 93. 103.
96. *Sufficit hodie crimen non fuiſſe pernoctatum, licet Reus non ſit deprehenſus in facto manuali.*
97 *Crimen pernoctatum quodnam dicatur?*
98. *De corpore quoq; delicti conſtare debet, n.* 99.
100. *Iudicium bannitorium formatur ſolùm in crimine, quod ultimo ſupplicio punitur.*
101. *Reſponſum Ienenſium ICtorum.*
102. *Certus debet eſſe Iudex de delinquente. n.* 104.
106. *Iudicium bannitorium locum non habet, niſi Reus ſit fugitivus & latitet. n.* 107.
109. *Clamor violentiæ,* Das Zettergeſchrey / *in judicio bannitorio quandoq; omittitur. n.* 110. 111. 112.
113. *Iudicium Bannitorum intermitti non poteſt. num.* 114.
115. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium, n.* 116.

POſtquàm de effectibus condemnationis dixi *quæſt. præcedenti*, agendum jam reſtat de executione pœnæ indictæ, ad quam Reus fuit condemnatus: in quâ principalior verè effectus condemnationis conſiſtit. Hocq; eſt Quintum, quod circa pœnarum irrogationem noſſe oportet.

1 Eſtque executio Epilogus & actus extremus proceſſuum criminalium, ad quem ceu ultimum finem omnia, quæ in judicio criminali agitantur & ventilantur, potiſſimùm reſpiciunt. *Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crim cap.* 152. *num.* 1. Quare ea nec omittenda, nec differenda eſt, ſed potius acceleranda, præſertim in pœnis ultimi ſupplicii, de quarum executione potiſſimum hoc loco agitur. 2 Quæ enim rerum civilium cognitionem, & modicorum exceſſuum animadverſionem, vitam „non auferentem concernunt, harum, ut & „conventionalium pœnarum, nec non corporis afflictivarum executio absque ſtrepitu & ſolenni judiciorum proceſſu fieri ſolet. At in executione pœnarum capitalium, ultimiq; ſupplicii ſecundum juris ordinem, formamq; & morem uſu receptum procedendum eſt, ubi tria principaliter conſideranda veniunt. Nempe *conſtitutio & forma ſolennis judicii criminalis. Executio ipſa: Et reſtitutio ſumptuum & expenſarum, in proceſſu criminali atque executione factarum.*

Primum eſt conſtitutio & forma judicii criminalis, Haltung deß peinlichē Halsgerichts. 3 Antequam enim Reus pœnâ mortis puniendus, ad locum ſupplicii ducatur; in judicio criminali modo ſolenni conſtituto, in conſpectu populi publicè ſiſtitur wird für das gehegte hoch Noth peinliche Halsgerichte geführet / & de crimine perpetrato denuò interrogatus & confeſſus, ad pœnam mortis à judice condemnatur, qui proceſſus vulgò dici conſuevit Haltung deß peinlichen Halsgerichtes. De quo proceſſu nemo ferè interpp. Juris Saxonici quicquam ſcripſit præter *Chilianum* König. qui in *proceſſu ſuo ſub. tit.* Wie der Richter ſein peinlich Noth Halsgerichte recht hegen ſoll / *&c.* paucula hac de re tradidit. 4 Nihilominus in Imperio Romano-Germanico, imprimis autem in foro Saxonico hic proceſſus judicii criminalis adeò neceſſarius eſt, ut eo non ſtrictè obſervato; executio planè irrita ac nulla videatur: perinde ac ipſemet proceſſus criminalis à judice minus competente formatus nullus momenti eſſe dicitur. *l.* 1. *& tot. tit. C. ſi non à compet. jud. l.* 1. *C. ubi de crim. agi oport. cap. ſi diligent. de for. compet. Angel. Aretin. de maleſic. verbis: Hæc eſt quædam inquiſitio. verſ. quartò principaliter requiritur. num.* 50. *Ægid. Boſſ. in pract. tit. de inquiſit. num.* 62. *&* 67. *Iul. Clar. lib.* 5 *ſent. §. ult. quæſt.* 3. *num.* 2. *&* 3. *& quæſt.* 12. *n.* 4. *Proſper. Farin. in prax. crim. lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 1. *n.* 53. *Nicol. Reuſn. lib.* 1. *deciſ.* 24. *n.* 8.

Etſi verò huiuſmodi proceſſum ac formationem judicii criminalis mores Germanorum primùm introduxerunt; attamen exceſſit poſtea authoritas Imperatoris Caroli V. hoc judicium ac proceſſum diſertè confirmantis, in *Ordin. Crim. art* 82. 84. 86 *&* 87. Iubet enim Imperator, de capitali ſigno prius tubâ vel campanâ dato, Iudicem & Aſſeſſores in Prætorio ſeu Curiâ præſentes adeſſe, ac ordine conſidere judicemque pedum judiciale, gladiumve vaginâ exertum, erectum dextrâ tenere, debitamque præ ſe ferre authoritatem, ac judicio tantiſper præſidere, donec proclamatio & accuſatio Rei, atque condemnatio, aliaque omnia, quæ ad hunc actum requiruntur, ritè peracta & 6 tranſacta fuerint; in *d. art.* 82. *Ord. Crim. ſub. Rub.* Von Beſitzung vnnd Beleutung deß endlichen Gerichts. ubi hæc verba habentur: An dem Gerichtstag / ſo die gewöhnliche Tagezeit erſcheinet / mag man das peinliche Gerichte / mit der gewöhnlichen Glocken beleuten / vnnd ſollen ſich Richter vnd Vrtheiler an die Gerichtsſtatt fügen / da man das Gerichte nach guter Gewonheit pflegt zu beſitzen / vnd ſoll der Richter die Vrtheiler heiſſen niderſitzen / vnd er ſol auch ſitzen / ſeinen Stab oder bloß Schwerdt nach ländlichen Herkommen eines jeden Orts in den Händen haben / und ehrſamlich ſitzen bleiben / biß zum Ende der Sachen. *& ibi Matth. Stephan. in not. & Georg. Rem in Nemeſ Karul.*

7 Vbi notandum imprimis Imperat. Carolum V. ad morem & obſervantiam cuiusque judicii provocare, ac ſecundum eam iudicium hoc criminale conſtitui præcipere, *in verb.* Nach ländlichem Herkommen eines jeden Orthes / *&c.* Qualia etiam verba reperiuntur in *artic.* 87. *Ord. Crim.* Nach jedes Gerichtes guter Gewonheit gehalten werden / ꝛc. Ex quo ſatis apparet, in proceſſu hoc criminali, obſervantiam iudicii cuiusque maximopere attendendam, ac ſecundum eam iudicium criminale formandum eſſe,

Q. 1. Quomodo formari debeat judicium criminale in foro Saxonico, quæq; eiusdem ſint requiſita?

8 Miſſis autem aliorum judiciorum ac Regionum moribus, de conſtitutione & forma iudicii criminalis in foro Saxonico recepta, hîc agere lubet, quæ in ſequentibus ferè capitibus & requiſitis conſiſtit.

Primò ut ſigno tubâ, ære, vel campanâ dato, iudicium criminale publicè ſignificetur, omnibusque hominibus innoteſcat, quo in Curiâ ſeu loco iudicii, quod quibusdam in locis ſub dio habetur, conveniant, accuſationem Rei, 9 eiusque condemnationem audiant, & percipiant: prout in oppidis practicari conſuevit. Nec ſine ratione hoc fieri ſolet: Etenim ſi in civilibus iudiciis atq; cauſis ad audiendas ſententias homines quandoq; campana convocentur, id quod hîc Lipſiæ certis tempotibus ac terminis; quibus ſententiæ cauſſarum civilium in Prætorio publicantur (wenn man Voigtgedinge helt) uſu ſervatur; quanto magis obſervandum erit hoc in cauſis tam arduis, vitam hominis concernentibus, quas omnibus innoteſcere in exemplum & terrorem, publicè intereſt, *l.* 6. *§.* 1. Ibi: *exemplo l.* 20. *ff. de pœn. Iohan. Gœdd. ad l.* 131. *in pr. n.* 29. *ff. de verb. ſign.* quo alii peccare oderint ſaltem formidine pœnæ, ſi non virtutis amore, *l.* 27. *§.* 6 *ff. de pact. l.* 6. *§. pen. ff. de pœnis.* & ſupplicium unius metus & ſalus ſit multorum, *l.* 1. *in pr. C. repet. cap. quid ergo* 23. *quæſt.* 5. *Petr. Heig. part* 2. *quæſt.* 37. *num.* 27. Quare & Imperat. Carolus V. huius rei mentionem facit expreſſam in *Ordin. Crimin. artic.* 82. verb. Man mag das heimliche Gerichte mit der gewönlichen Glocken beleuten / ꝛc.

10 *Secundò*: Conſidere debet Iudex in Prætorio ſeu Curiâ, aliove judicii loco, unà cum Aſſeſſoribus ſuis ordine. Quod & *artic.* 82. *Ordin. Crim.* requirit in *verb.* vnd ſollen ſich Richter und Urtheiler an die Gerichtsſtatt fügen / da man das Gerichte nach guten Gewonheit pflegt zu beſitzen / vnd ſoll der Richter die Urtheiler heiſſen niderſitzen / vnd er ſoll auch ſitzen / ꝛc. 11 Etſi verò *dict. Ord. Crim.* eum ſolummodò numerũ judicantium dicat ſufficientem, ſi non minus ſeptem vel octo aſſint Aſſeſſores ſive Scabini, *artic.* 84. verb. Wo denn daſſelbe Gerichte nicht vnter ſiben oder acht Schöppen beſetzt iſt / ſoll ein jeder Schöpp alſo antworten: Herr Richter / das peinliche endliche Gerichte iſt nach laut Kayſer Carls deß V. vnd Heil. Römiſchen Reichs Ordnung wol beſetzet.

12 Attamen hunc numerum in pleriſq; judiciis criminalibus hodiè coarctari, videmus, cùm pauciores in judiciis aſſideant, & cauſas criminales expediant. *Matt. Steph. in not. ad dict art.* 84. Unicus tamen Scabinus non ſufficit, ſed aliqui, & ad minimum tres vel plures adeſſe, & cum Iudice adſidere debent; Non ſolùm ob autoritatem judicii, cauſarumq; criminalium gravitatem, quæ pluralitatem judicantium requirere videtur; ſed & quod conſtitutio iudicii criminalis per interrogationes & reſponſiones ab uno vel duobus ſolùm vix commodè fieri poterit ut mox dicetur. 13 Uſu quoq; inolevit, ut ſicuti in aliis, ita in criminalib. quoq; judiciis impar Scabinorum ſit numerus, quo imparibus votis res citius dijudicetur, *c. ſi quis Epiſ.* 6. *q.* 4. *c.* 1 *diſtinct.* 79. *& c. licet. de vitandá ext. de Elect Georg. Rem in Nem Karul. d. art.* 84. *Phil. Camer. cent.* 1. *hiſtoriar. ſubciſivar. c. ult.*

14 *Tertiò*: Requiritur, ut Iudex pedum Iudiciale, gladiumve vagina exertum, pro regionis cuiusque more erectum, dextrà teneat, debitamque præ ſe ferens autoritatem judicio præſideat, *dict artic.* 82. *Ordin. Crimin.* In verb. Seinen Stab oder bloß Schwerdt / nach ländlichen Herkommen eines jeden Orths in den Händen haben / vnd ehrſamlich ſitzen bleiben / ꝛc. Rectè addit Imper *Pro more cujusque regionis:* ſiquidem hîc in judiciis multum variatur, judice vel gladium, vel baculum, vel etiam quibusdam in locis utrumque, gladium & baculum album tenente, De quo requiſito ita loquitur *Chil. König*: Erſtlich / ſo darff man das Schwerdt nicht außgezogen haben / ſondern wenn ſich der Richter vnd die Schöppen in die Banck nidergeſetzet / ſo ziehet der Richter das bloſſe Schwerdt / vnd helt es in der rechten Hand mit einem Blechhandſchuch angethan / ꝛc.

15 *Quartum requiſitum* eſt Conſtitutio Iudicii criminalis, die Hegung deß peinlichen Halßgerichts. De qua quidem in ſanctione Carolina nihil habetur; Attamen in foro Saxonico hæc non minus, ac ipſummet iudicium criminale, certis perficitur ſolemnitatibus, quę conſiſtunt *primò*: In interrogatione iudicis, ac reſponſione Scabinorum de iudicio conſtituendo. *Deinde*, in ipſa conſtitutione iudicii. Ac *Tertiò*, in iudicii conſtituti proclamatione.

16 Interrogatio & Reſponſio verò triplex eſt:
Primò namque Iudex quærit de tempore iudicii
conſtituendi, & num congruum ac conveniens
iudicandi tempus ſit, ſententiam à primo Sca-
bino à ſiniſtra ſedente poſtulat: Qui Iudici af-
firmativè reſpondet, *art. 59. in fin. libr.* 1. Land-
recht. Weichbild. *art.* 16. *ubi Gloſſ. Chilian.* König
in proceſſ. ſuo tit. Wie der Richter ſein peinlich
17 Nothhalßgericht recht hegen ſoll/ꝛc. ubi formalia
interrogationis & reſponſionis hæc ponit. Ich
frage euch/ob es an der Zeit iſt/daß ich N. N. (ex-
preſſo titulo ac nomine eius, cui iuriſdictio alta
ſeu Merum imperium competit) hohe peinliche
Nothhalßgericht hegen möge/einem jeden zu ſei-
nen Rechten. Darauff antwortet der erſte
Schöppe: Herr Richter/dieweil euch die Gerich-
te befohlen/vnd Leute ſind die peinlich Nothhalß-
gerichte vnd Rechts begehren/ſo iſt es an der Zeit/
daß jhr N. N. (expreſſo iterum nomine Domi-
ni iuriſdictionalis.) hohe peinliche Nothhalßge-
richte hegen möget/ꝛc.

18 *Secunda* interrogatio modum iudicii crimi-
nalis conſtituendi concernit. Iudex namque
interrogando de modo iudicii conſtituendi
ſententiam ab altero in ordine Scabino petit,
quam is depromit exprimendo modum iudicii
conſtituendi. Vt nempe Iudex iuſtum præci-
piat, & iniuſtum atq; tumultum ac indiſcipli-
natam, hoc eſt, inſolentem inobœdientiam,
necnon in iudicio abſque impetrata venia lo-
qui prohibeat. *art. 9. in text. & Gloſſ. lib.* 1. Land-
recht. hiſce ferè formalibus: Ich frage euch/etc.
19 Wie ich N. N. hohe peinliche Nothhalßgerichte
hegen ſol. Cui reſpondet Scabinus: Herr Rich-
ter/gebietet Recht/vnnd verbietet Vnrecht/vnnd
Dings Vnluſt / vnnd daß niemand ſein ſelbſt/
oder eines andern Wort für euch in gehegter
Banck rede/er thue es denn mit Vrlaube. *Chi-
lian.* König *dict. loc. verſ.* zum andern in Halßge-
richte.

20 Hiſce ita peractis, Iudex ſecundum ſententiam ab altero Scabino datam, & modum præſcriptum, iudicium conſtituit. Huic ſuccedit *Tertia* interrogatio iudicis, de ratione & qualitate iudicii conſtituti, num ſcilicet rectè proceſſerit, ac iudicium ritè conſtituerit? Cui tertius in ordine Scabinus affirmativè reſpondet: *Chilian.* König *dict. loc. verſ.* Zum dritten fragte der Richter den dritten Schöppen/N. N. Ich frage euch/ob ich N. N. hohe peinliche Nothhalßgerichte einem jedern zu ſeinen Rechtẽ gnugſam geheget habe. Darauff antwortet der dritte Schöppe: Herr Richter/Ihr habts gnugſamb geheget einem jeden zu ſeinen Rechten.

21 *Altera ſolennitas verſatur in ipſa conſtitutione*
judicij criminalis: atque in eo conſiſtit, ut Iudex
ſtatim poſt ſecundam interrogationem ac re-
ſponſionem de modo conſtituẽdi gladium vel
baculum dextrâ tenens, verba ſecundi Scabini
repetendo, judicium conſtituat; hoc fermè
modo: Conſtituo judicium criminale N. N.
(expreſſo ſcilicet nomine Iudicis ejus loci, cui
merum competit Imperium) primâ vice. Con-
ſtituo illud ſecundâ vice: Conſtituo illud tertia
vice: ſecundum ius & juſtitiam, præcipio ju-
ſtum, prohibeo injuſtum ac tumultum & ino-
bedientiam inſolentem in judicio, atque volo,
ne quis ſuo aut alterius nomine abſque venia
impetratâ, in judicio hoc criminali loquatur,
dict. artic. 59. in fin. libr 1. Landrecht. Quod hi- 22
ſce formalibus exprimit. *Chilian* König. *dict.
loc. verſ.* Nun ſpricht der Richter/ꝛc. Ich hege N.
N. hohe peinliche Noth Halßgerichte zum erſten
mahle: Ich hege es zum andern mahle: Ich hege
es zum dritten mahle mit Vrtheil vnd mit Recht:
Ich gebiete Recht vnd verbiete Vnrecht vnd Din-
ges Vnluſt/vnnd das niemand ſein ſelbſt oder ei-
nes andern Wort vor Gericht rede / Er thue es
denn mit Gerichts Vrlaube.

23 Hiſce ita peractis, & ſubſecuta tertiâ interrogatione ac reſponſione, de qua dixi antea, judicium criminale ſolenniter eſt conſtitutum ſub banno Regali, vnter deß Königs Bann/ ac tum judex pro legitimo Iudice rerum criminalium eſt habendus, cui facultas in criminalibus cognoſcendi Reumque condemnandi, competit, *artic. 59. verſ.* das mag der Richter nicht richten. *lib.* 1. Landrecht *ubi gloſſ. German.* In verb: So klage ein jeglicher. Ibi: Denn alsdenn iſt das Gedinge geheget vnd nicht ehe. Vnd alsdenn iſt der Richter ein Richter / vnnd nicht ehe. Denn vorhin iſt er einem andern ſchlechten Mann gleich geachtet. Quæ verba neceſſitatem conſtitutionis judicii criminalis ſatis innuunt, ac luculenter probant, facta demum hac judicii conſtitutione, judici poteſtatem in criminalibus judicandi competere.

Quare, ut hoc omnibus innoteſcat, *Tertiò*,
factam conſtitutionem judicii ſolennem Li- 24
ctor aliusve officialis publicè proclamare, & ad
accuſandum homines citare, & provocare de-
bet, quod communiter hiſce formalibus fieri
ſolet: N. N. hohe peinliche Nothhalßgerichte iſt
geheget/mit Vrtheil vnd mit Recht / zum erſten
mahle: Zum andern mahle: Vnd zum dritten
mahle. Hat jemands vor dieſem peinlichen
Nothhalßgerichte zu klagen/der komme für / wie
recht iſt/die Gerichte wollen einem jeden Rechtes
verhelffen/*Chilian.* König. *dict. loc. verſ.* So hebet
alsdenn der Fronebott an/ꝛc.

Quintum eſt impetratio veniæ tàm loquen-
di quàm accuſandi Reum. Poſtquam enim 25
judicium criminale ſolenniter ac ritè conſtitu-
tum fuit, accuſatori incumbit, accuſationem
ſuam oretenus proponere: Quum verò abs-
que conceſſione iudicis ſpeciali, hoc facere i-
pſi neutiquam liceat, utique veniam à iudice
impetrare inſtructionemque accuſationis ſuæ
proponendæ petere debet, *dict. art. 59. in fin. lib.*
1. Landrecht. Primò autem veniam comparendi

ac loquendi in iudicio accuſator petere ſolet, hiſce verbis: **Herr Richter / Ich bitte vmb Vrlaub vor das hohe nothpeinliche Halßgerichte zu treten/vnd mein eigen Wort zu reden.** Vel: **eines andern N. N. Wort zu reden.** Quâ imperratâ, poſtea inſtructionem ac modum proponendæ accuſationis petit, hiſce formalibus: **Herr Richter / dieſe oder dieſe Miſſe hat iſt von N. N. in ewern Gerichten begangen worden / derowegen gedencke ich jhn mit Recht zu beklagen vnd bitte mir ſolches zugeſtatten/vnd mich zuberichten / wie ich mit ſolcher meiner peinlichen Klage / für diß**
27 **peinliche Halßgerichte ſol vorkommen.** Cui non ipſemet Iudex reſpondet, ſed Scabinus in ordine quartus à Iudice deſuper interrogatus, accuſatorem gladium vagina exertum dextra tenentem, cum clamore more conſueto prodire iubet. *Chilian.* **König** *dict. loc. verſ.* **Nun frage der Richter/** ꝛc. Ibi: **Nun frage der Richter den vierdten Schöppen wie der Kläger mit ſeiner Klage vorkommen ſol / antwort der Schöppe: Er ſoll vorkommen mit gewapneter rechter Hand vnd außgezogener geſchlieſſener Wehre/ vnd mit geruffte/das iſt/mit Zettergeſchrey / zweyer vnd eins / wie recht vnd gewöhnlich iſt.**

28 *Sextò:* Huic ſuccedit proclamatio Rei accuſati, **das beſchreyen des Beklagten / oder geruffte.** Ad iuſſum namque Iudicis Accuſator gladium tenens evaginatum, in iudicium prodire, & proclamationem Rei, accuſationi præmittere ſolet, qua peracta quærit, num ritè proclamaverit Reum: cui Scabinus, quem ordo tangit, ad iudicis interrogationem reſpondet: Ritè ac iuſtè fuiſſe proclamatum. Hancque diffamationem ſeu proclamationem Rei pro more ac conſuetudine cuiusque iudicii fieri iubet Im-
29 perat. Carol. V. in *Ordin Crimin. artic.* 87. Ibi: **mit dem beſchreyen der Vbelthäter / ſol es im ſelben Stück auf Gegenwärtigkeit vnd Begehr deß Anklägers / nach jedes Gerichts guter Gewohn-**
30 **heit gehalten werden.** In terris Saxonicis hæc diffamatio ſeu proclamatio vulgò appellari ſolet **das Zettergeſchrey /** hocque modo perficitur Teſte *Chilian.* **König** *dict. loc. verſ* **So tritt alsdenn der Kläger für vnd bittet / jhme den Frohnboten zu leyhen/daß er der Frohne ſeine deß Frohnen geſchlieffene Wehre außziehe / vnd jhme dem Kläger dieſelbe mit gewapneter Hand fürtrage / das vergönnet der Richter; vnnd darnach gehet das Geruffte / das iſt das Zettergeſchrey drey mahl/als nemblich: Zetter über N. als Thäter / daß er N. wieder GOTT vnd Recht vom Leben zum Todt gebracht / oder dieſe oder jene Vnthat begangen hat. Vnd wenn das Zettergeſchrey geſchehen iſt/ſo fragt der Kläger/ob er ſein Zettergeſchrey vnd Geruffte vollführet habe / vnnd darmit vorkommen ſey / wie recht vnnd gewöhnlich iſt. Darauff nach Befragung des Richters antwortet der fünffte Schöppe: Er habs vollnführt/vnd ſey vorkommen wie recht vnnd Gewohnheit iſt.** Hactenus **König.**

31 Sciendum tamen, quòd hæc proclamatio Rei, **das Zettergeſchrey /** vel ab ipſomet accuſatore, vel ab alio fieri queat. Ac uſu quibusdam in locis inolevit, ut proclamatio per Præconem (quem, quod horrendam ipſius vocem ſupplicium nocentis confeſtim ut plurimùm ſubſequatur, **den Blutſchreyer** vulgus appellat. *Paul. Matth. VVehner. in pract. obſ. vocab.* **Achtgerichte**) peragatur. Quin nec rarò ipſemet Carnifex vices haſce tenet, ſi ſcilicet Reus præſens ac iam antea crimen confeſſus fuerit. *Chilian.* **König** *dict. loc. verſ.* **mit dem Zettergeſchrey.** Eo verò nondum confeſſo, aut convicto, tantum abeſt, Carnificem ad proclamationem admitti, ut & prorſus omitti ea queat, iuxta *artic.* 87. *Ordin. Crimin.* ut ſæpiùs factum ſcio. Vid. infrà *num.* 111.

32 *Septimò:* Hiſce omnibus peractis, accuſator oretenus factum proponit, Reum accuſat, eumq; ad pœnam iure conſtitutam condemnari petit, *artic.* 59. *verſ.* **wenn jhm.** *libr.* 1. **Landrecht.** Ibi: **So klage ein jeglich Mann was jhm Noth iſt vnd gebreche/mit Verſprechen/durch das/daß er ſich nicht verſäumet / oder bethöre an ſeinen ſelbſt Worten.** *Chilian.* **König** / *in proceſſ. crim. tit.* **Wie der Richter ſein peinlich Noth Halßgerichte recht begehen ſol/** ꝛc. *circa fin. verſ.* **So bitte der Kläger für der Vrlaube zu reden vnnd trage ſeine Klage für/wie er weiß/** *&c.*

33 *Octavò:* Accuſatione finitâ, Reus accuſatus ad requiſitionem iudicis reſpondere tenetur. Et ſi affirmativè reſponderit, & crimen confeſſus fuerit, (Nam inquiſitus antea vel in tortura vel ſponte crimen confeſſus, in iudicium criminale deductus, **vor das gehegte peinliche Halßgerichte/** vix confeſſionem revocare audet,) nil certè ſupereſt, quàm ut condemnetur, pœnâ ipſi indictâ. Adeoque Judex per actuarium iuratum præſentibus tam accuſatore, quàm Reo, curabit ſententiam à breviculo publicè recitari. *l. ult & tot. tit. C. de ſentent. ex peric. recit.*

34 De iure quidem communi ſententia per ipſummet Judicem pronunciari debet, ſed conſuetudine hoc mutatum eſſe, teſtatur *Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt.* 93 *in pr.* Quod & evincitur ex verbis *art.* 94. *Ordin. Crim.* **Soll der Richter die endliche Vrthel/ſo alſo in Schrifften verfaſſet iſt/durch den geſchwornen Gerichts Schreiber in beyſeyn der Partheyen öffentlich verleſen laſſen/** etc.

35 Præterea & iudicis officium hîc exigit, ut reſponſum à Juriſperitis datum breviter ac concinnè contrahat, & ſententiam condemnatoriam pauciſſimis verbis concipiat, eamque publicè recitari faciat, quod hiſce in terris eiusmodi fermè formalibus fieri ſolet: **Dieweil du N. N. bekenneſt/daß du N N auf freyer Straſſen ermordet vnd beraubet haſt / So erkenne ich N. N Richter zu N. N. auff Belernunge der Churfürſtl. Sächſiſchen Schöppen zu Leipzig / daß du von wegen deß begangenen Mordts vnd Raubs mit dem Rade vom Leben zum Tode ſolleſt geſtraffet werden/V. R. W.**

36 *Nonò:* Sententiâ hâc condemnatoriâ latâ ac publicatâ, Iudex baculum, quem ex more geſtat, frangere, & executionem Carnificis manibus demandare debet, ut ille omni ſtudio pœnæ deſtinatum commerito afficiat ſupplicio, ſanciente ita Imperat. Carolo V. *in Ordin.*

din.Crimin.artic. 96.*ſub.rubr.* **Wenn der Richter**
ſeinen Stab zerbrechen mag. In verb. **Wenn**
der Beklagte endlichen zu peinlicher Straffe geurtheillet
wird/ſol der Richter an den Orthen/ da
es Gewonheit/ſeinen Stab zerbrechen vnnd den
armen Sünder dem Nachrichter befehlen vnnd
bey ſeinem Eyde gebieten/die gegebene Vrtheil
37 **getrewlich zu vollnziehen**/*&c.* Huncque morem
frangendi baculum Germania ab antiquis habet
moribus, quo iudex fidem videtur facere
de Reo iam actum eſſe, uti de baculo, Reumq;
vitam amiſiſſe. *Matth.Stephan.in not.ad dict. artic.*
96.Ordin.Crimin, ubi & Georg. Rem.

38 *Decimò:* Denique Reo condemnato & abducto,
iudicium criminale modo legitimo terminandum,
atque finiendum eſt: ubi tria potiſſimùm
39 attendi debent. *Primò*: Quo lictor
ſeu officialis, **der Fronbote** denuò homines ad
accuſandum provocet, ut ſi qui adſint ad accuſandum
aliquem parati, in iudicium prodeant,
& actionem proponant, hiſce formalibus: **Hat**
jemand mehr vor dieſem peinlichen Hohennoth-
Halßgerichte zu klagen/der mag es thun / ſonſt
wollen die Herren das Gerichte auffgeben. Hancque
provocationem poſt modicum intervallum
duabus viribus repetere debet, ita ut provocatio
tribus diſtinctis vicibus in publico audiatur.

40 *Deinde*, Iudex Scabinum, quem ordo tangit,
interrogabit, num iudicium criminale ſit finiendum,
dieweil niemand fürder vor dem peinlichen
Hohennoth-Halßgericht kläget / ob ers möge
auffheben. *Tertiò*, ſi Scabinus affirmativè reſpondet:
Dieweil niemand mehr vorhanden/der
auff dißmahl zu klagen bedacht / ſo möge er das
peinliche Hohenoth-Halßgerichte auffgerichte
41 **auffgeben.** Iudex more conſueto ac in nomine
SS. Trinitatis iudicium criminale finire debet,
hiſce formalibus: **So gebe ich dieſes hochnothpeinliche**
Halßgerichte auff/im Nahmen deß
Vatters/vnd deß Sohns/vnd deß heiligen Geiſtes/Amen.
Chilian. **König** *in proceſſu.tit* **wie man**
das peinliche Noth-Halßgerichte wieder auffheben
ſoll.

42 Hæcque requiſita illa ſunt ſolennia, quæ
circa conſtitutionem ac proceſſum iudicii criminalis,
bey Hegung vnd Haltung deß hochnothpeinlichen
Halßgerichtes communiter in foro
Saxonico obſervari ſolent: quamvis hæc quibusdam
in locis ſæpius varientur, nec regulâ
certâ comprehendi ac definiri queant ita, ut
conſuetuo & obſervantia cuiusq; iudicii probè
ſit attendenda, prout monet Imperat. Carolus
V. in Sanctione Crim. *artic* 82. verb. **Nach**
ländlichen Herkommen eines jedern Orths. Et
artic. 87. verb. **Nach jedes Gerichts guter Gewohnheit**/*&c.*
Nec ſecundum prædicta requiſita,
omnium locorum iudicia ſunt regulanda,
quamvis ubivis ferè locorum in Imperio Romano-Germanico,
ac imprimis in foro Saxonico
receptiſſimum ſit, ut iudicium criminale
ante executionem conſtituatur, **daß das hochnothpeinliche**
Halßgerichte geheget vnnd gehalten
werde/ uti evincitur ex ſæpè allegato *art.* 82.
Ordin.Crimin. in eoque Reus condemnetur,
ac executioni tradatur.

At, dixerit quis: *Nonne ſuperflua hæc omnia,*
quæ propterea omitti poſſent, quòd Reus jam antea 43
ſuper crimine interrogatus, deque eo convictus aut
in tortum vel ſponte confeſſus ac per ſententiam Iuriſperitorum
condemnatus fuerit? Quare haud
immerito absq; longioribus ambagibus & circuitionibus,
ad ipſam pœnæ indictæ executionem
procedendum eſſet, omiſſis illis ſolennitatibus
ſuperfluis, quæ magis executionem differre
ac retardare, quin non rarò impedire,
quàm promovere & accelerare ſolent.

Q. 2. Quas ob cauſas executio pœnæ requirat ejꝰ modi ſolennem iudicij criminalis formam & conſtitutionem?

Verùm probè hiſce ſolennitatibus perſpectis
ac penſitatis, nequaquam putandum eſt,
conſtitutionem ac proceſſum hunc judicii criminalis
rationibus deſtitui: quarum principaliores
hæc eſſe videntur.

Primò: Quòd executio nulla facienda ſit Iuris
ordine prætermiſſo, *l. ſi cum nulla.* 4. *ff. de re* 44
judic. l. 1. *ff. de execut. rei judic. Vant. de nullitat.*
tit. de nullitat. ex defect. proceſſ. num. 49. Absque
conſtitutione verò & proceſſu ſolenni huius
judicii criminalis, **deß hochnothpeinlichen**
Halßgerichtes/ſecundum originem iuris haudquaquam
procedi, vix negare poterit probè &
exactè perpendens naturam & qualitatem
proceſſus inquiſitorii, qui hodie communiter
adverſus delinquentes agitari ſolet, quippe in
quo nec Actor intervenit, ſine quo tamen ſecundum
iuris ordinem nemo condemnari, *l.* 45
Reſcripto divorum fratrum 6. §. *ſiquis. ff. de muner. & honor.*
nec iudicium criminale haberi poteſt,
l. quamvis 19. *C. ad Leg. Iul. de Adult. l. ultim. ff. de priat. delict. c. de manifeſta.* 2 *quæſtion.*
1. *cap. ſicut ad extirpandum de cohabit. Cler. cap.* 1.
de accuſa. Marant. de ordin. Iudic tit. de inquiſit. Imper. num. 6. *&* 105. *Foller. in pract. Crimin.*
p. 1. *part.* 2. *Rubr. detur copia capitulorum inquiſitis.*
num. 6. *Novell. in prax. Crimin. num* 4. *fol.* 9.
Nec litis conteſtatio ſolennis probatio, diſputationes
atteſtatorum, ac legitima ſententiæ
publicatio, aliaque ſolennia, quæ ad ſubſtantiam
proceſſus ſpectant, attenduntur, ſed ſummariè
pro lubitu ferè ac arbitrio Iudicis proceditur,
Matth. VVeſenbec. in paratit. ff de accuſat. num. 3. *Felin. in cap. inquiſitionis. num.* 5. *ext.*
de accuſat. Ægid. Boſſ. in tit. de inquiſit. num. 8.
Bonifac. de Vitalin. de malef. rubr. de inquiſit. n.
6. de Hippolyt. Marſil. in pract. Crimin. §. conſtantè. num. 12. *& ſeqq.* Vndè & inquiſitorius
proceſſus dicitur extraordinarius, quod in eo
non ſecundun iuris ordinem, ſed ſummariè &
extraordinariè procedatur, absque ſtrepitu &
figura iudicii, *Iohan. Zanger. de except. part.* 1. *cap.*
1. *num.* 60. *verſ. triceſimo primo. & de quæſtion. ſeu*
tortur. Reor. in proœm. num. 4.

Quo igitur defectus harum ſolennitatum &
ſubſtantialium ordinarii iudicii, in proceſſu in- 46
quiſitorio ante factam adhuc executionem ſuppleatur,
prudenter ſanè & iuſtâ ex cauſa Conſtitutionem
ac formam iudicii criminalis ſolennem,
in quo maximè ſecundum ordinem iuris
& ad amuſſim proceditur, introductam eſſe,
quivis facillimè conceſſerit.

Secun-

47 *Secundò*: Indubitati iuris eſt, cognitionem & condemnationem ab incompetente iudice factam parum ſubſiſtere, nec executionem operari *arg. l. 1. & tot. tit. C. ſi non à compet. Iudic. l. 1. C. ubi de crimin. agi oport. cap. ſi diligenti. de for. compet. Angel. Aretin. de malefic. in verb. Hæc eſt quædam inquiſitio: verſ. quartò principaliter requiritur. num.* 50. *Nicol. Reuſner. libr.* 1. *Deciſ.* 24. *num.* 18. *Ægid. Boſſ. in pract. tit. de inquiſit. n.* 62. *&* 67. *Iul. Clar. lib.* 5. *ſentent. §. ult. quæſt.* 3. *num.* 1. 3. *quæſt.* 12. *num.* 4.

48 Atqui de iure Saxonico ante conſtitutionem iudicii criminalis ſolennem, **ehe vnd zuvor das hochnothpeinliche Halßgerichte geheget** / nec iudex pro competente habetur, nec poteſtatem iudicandi aut condemnandi habet *art.* 49. verb. **Ohne ob man auff jhn vmb eigen oder auff einen andern Schöppenbaren freyen Mann vngericht klagete/ daß mag der Richter nicht richten / denn allein zu rechter Dingſtadt / vnnd vnter Königes Bann** *libr.* 1. **Landrecht.** Vnde rectiſſimè infert *Gloſſa Germanica*, per eiusmodi conſtitutionem iudicii criminalis ſolennem, iudicem debitum effici competentem, ac inde poteſtatem iudicandi conſequi, *in verb.* **So klage ein jeglicher** / Ibi: **Denn alſo dann iſt das Geding geheget/ vnd nicht ehe / vnd alsdenn iſt der Richter ein Richter / vnnd nicht ehe/ denn vorhin iſt er einem andern ſchlechten Mann gleich geachtet.** Quare ne Iudici incompetenti condemnatio ultima aut executio committatur, ſecundum diſpoſitionem iuris Saxonici, conſtitutio & formatio iudicii criminalis ſolennis neceſſariò præmittenda eſt.

49 *Tertiò*: Deſumitur quoque huius rei ratio ex cauſa irrogandarum pœnarum, quibus non ſolummodò ipſi delinquentes caſtigantur, & cautius mercari diſcunt. *l. ſi pœnam. ff. de pœn. c. pro deſt. ſeveritas* 32. *quæſtion.* 5. ſed & aliis terror incutitur, quò ſimilibus à delictis, quæ prohiberi publicitus intereſt, metu cognitæ pœnæ abſtineant ac deterreantur, *Gell. libr.* 6. *Noct. Attic. cap.* 12.

50 Vix autem irrogatio pœnarum hunc finem aſſequi poterit abſque conſtitutione & proceſſu iudicii criminalis; quippe per quod non modò ipſa ſupplicii executio omnibus innoteſcit, ſed & cauſa, ob quam pœna irroganda eſt, publicè intimatur, ut dubitandum prorſus non ſit, quin hoc medio ſimilibus à delictis, aliisque criminum generibus homines deterreantur: quod tanto certius eſt, quanto maior horror ac metus pœnæ per proceſſum hunc iudicii criminalis incuitur.

51 Haſce itaque cauſas ſat prægnantes eſſe ad conſtituendum & formandum iudicium criminale, nemo facilè negaverit. Quod in foro Saxonico adeò neceſſarium eſt, ut nullâ prorſus ratione intermitti debeat, prout evincitur ex *artic.* 59. *verſ.* **das mag der Richter** *&c. libr.* 1. **Landrecht.**

52 *Hocq; ipſum eſt, quod Scabini Lipſienſes pœnam mortis Reo delinquenti indicentes, ſententiis ſuis ſemper verba hæc inſerere ſoleant:* **Da nun der Gefangene auf ſeinem gethanen Bekantnüß vor öffentlichen gehegten peinlichen Halßgerichte freywillig verharret/ oder des ſonſten/ wie recht überwieſen würde/** *&c.* Quæ certè verba fruſtra apponerentur, niſi iudicium criminale ſolenni modo ante executionem adhuc formandum eſſe præſupponeretur.

Q. 3 Quomodo differat in foro Saxonico, peinlich Halßgerichte vnd hochnothpeinlich Halßgerichte?

53 *Quando verò, & quibus caſibus proceſſus hic ſolennis judicij criminalis proprie ac convenienter ſibi locum vendicet, non adeo videtur eſſe expeditum?* Quod priusquam decidatur, differentia horum vocabulorum (**das peinliche Gerichte / vnnd das peinliche Halßgerichte / oder hochnothpeinliche Halßgerichte**) notanda & explicanda erit. Diverſum enim horum vocabulorum ſenſum, diverſamque vim & efficaciam eſſe, ipſa verborum proprietas innuit. Quando enim in pœnalibus vocula (**Halß**) reperitur, in foro Saxonico eas ſolummodò pœnas ſubintelligi, quibus vita delinquentis adimitur, nemo neſcit.

54 Certiſſimum autem eſt, in genere vocari iudicium criminale, **das peinliche Gerichte**/ in quo non ſolùm ad ultimum ſupplicium, ſed & ad pœnam aliquam corporis afflictivam Reo infligendam agitur, **wenn die Klage gehet zu Haut vnd Haar.** *Matth. Coler. part.* 1. *Deciſ.* 22. *num.* 2. Sicuti & pœna illa in foro Saxonico dicitur criminalis, **peinlich**/ quæ eſt corporis afflictiva; ut fuſtigatio, manus amputatio, digitorum abſciſſio, &c. *Coler. dict. loc. Ludov. Fachſ differ.* 13. *Benedict. Reinhard. part.* 4. *differ.* 24. *Matth. Stephan. in præfat. Ordin. Crimin. Carol. num.* 13. *Dan. Moller. libr.* 2. *ſemeſt. cap.* 1. *num.* 1. *Pet. Frider. libr.* 1. *de proceſſ. cap.* 9. *artic.* 12.

55 Sed iudicium criminale, ita genericè acceptum, hoc loco neutiquam in conſiderationem venit. Vt maximè enim iudicium per ſe criminale habeatur, quando fuſtigatio, aliave pœna corporis afflictiva Reo infligitur; peculiaris tamen ac ſolennis iudicii criminalis conſtitutio, de qua agitur, haudquaquam requiritur, **Denn wenn man einen zur Staupe ſtreicht / wird kein peinlich Gerichte ſonderlich geheget.**

56 Remanent ergo reliqua duo tantummodò vocabula iudicii criminalis, **peinlich Halß Gerichte/ vnd hochnothpeinlich Halß-Gerichte**; quæ ita ab invicem diſtingui poſſunt, ut iudicium criminale, **das hochnothpeinlich Halßgerichte** dicatur conſtitui, quando proceſſu habito inquiſitorio, Reo de crimine confeſſo aut convicto iam antea per ſententiam iuriſperitorum mortis ſupplicium fuit indictum, ita ut certum ſit, in iudicio criminali, more conſueto ac ſolenni ante executionem formato, Reum ad pœnam mortis condemnatum iri; quia tum non ſolùm accuſator mortis ſupplicium Reo irrogari petit, **eine Straffe ſo jhme an den Halß gehet** / 57 ſed nec Reus hoc ſupplicium ſententiâ iam antea ſibi impoſitum effugere, nec iudicium hoc criminale intermitti poteſt, ut rectiſſimè vocetur **hochnothpeinlich** / propter certò inſtantem executionem pœnæ mortis.

58 Simplex verò iudicium criminale, **das peinliche Halßgerichte** appellari poteſt, quando adverſus Reum præſentem, vel etiam abſentem, qui nondum confeſſus aut convictus eſt, proceſſus criminalis ordinarius agitatur, Reum-

que accuſator ad mortis pœnam condemnari petit, ut communiter fieri ſolet: quo caſu judicium quidem criminale habeatur, **peinlich Halß Gerichte**/ ex intentione nimirum accuſatoris, 59 cujus actio ad mortis ſupplicium tendit: Attamen quia Reus nondum confeſſus vel convictus, adeoque incertum eſt, num mortis, aliave pœna mitior ob circumſtantias & qualitates criminis Reo accuſato infligenda ſit, iudicium conſtitutum haud propriè dici poterit, **hochnothpeinlich Halß-Gerichte**; quia de pœna mortis multùm adhuc dubitandum eſt, etiamſi actor eam petierit.

60 Quamvis haud raro hæc vocabula: **peinlich Halß-Gerichte**/ & **hochnothpeinlich Halßgerichte**/ confundantur, & promiſcue ac indifferenter uſurpentur, ſive Reus iam antea confeſſus, & ad mortis pœnam per ſententiam condemnatus fuerit ſive non. Quin & omiſſis planè hiſce vocabulis, iudicium quandoque ſimpliciter dicitur conſtitui criminale **Ein peinlich Gerichte**/ etiamſi hoc adverſus Reum, ſententiâ iam condemnatum, ante executionem inſtantem habeatur, ut de mortis ſupplicio ipſi irrogando ulterius dubitandum non ſit, retento nimirum vocabulo generis, quo ſpecies comprehenduntur.

61 *Veluti etiam Scabinos neglectâ hac differentia quandoque pronunciaſſe memini*: **Da nun der Gefangene auff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor peinlichem Gerichte**/ *vel etiam ſimpliciter*, **vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſtẽ/ wie recht überwieſen würde: So möchte er ſeiner begangenen vnnd bekandten Verbrechung wegen / mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtraffet werden**/ *&c.*

62 Exiſtimo autem, tres verè caſus ab invicem diverſos ac diſtinctos exiſtere, in quibus proceſſus iudicii huius criminalis, ſibi locum vendicare queat.

63 PRIMVS CASVS EST: Quando Reus in proceſſu inquiſitorio, de crimine confeſſus aut convictus ſententiâ Scabinorum ad mortis pœnam fuit condemnatus. Antequam enim ſententia hæc condemnatoria executioni tradatur, iudicium criminale pro more conſueto conſtituendum atque habendum eſt, iis ſcilicet adhibitis formalibus & requiſitis, de quibus ante dictum. Quod iudicium in proceſſu inquiſitorio executioni præmiſſum; propriè appellitatur **das hochnothpeinliche Halß-Gerichte**/ uti notiſſimum eſt.

Q.4. Qualiter formari debeat judiciũ criminale, das peinliche Halßgerichte/ crimine jam pernoctato?

64 SECVNDVS CASVS EST: Si crimine iam pernoctato, adverſus Reum in crimine flagranti non deprehenſum, proceſſus ventiletur ordinarius, accuſatione inſtitutâ ad pœnam mortis irrogandam, aut ſi non comparuerit, & in fugâ perſeveraverit, ad proſcriptionẽ ſive Bannum. Etſi enim hoc caſu non minus ac in aliis cauſis ordinariis, ſecundum formam & ordinem iuris procedatur; Attamen in proceſſib9 cauſarum criminalium ordinariis hoc ſpe- 65 ciale habetur, ut iis haudquaquam ſit locus, niſi more ſolenni iudicium criminale fuerit conſtitutum atque formatum, **ehe vnd zuvor das peinliche Halßgerichte geheget worden**/ juxta *artic.* 59. *lib.* 1. **Landrecht**: Ibi: **Vber vngericht mag der Richter nicht richten/ denn allein zu rechter Dingſtatt / vnd vnter Königes Bann.**

Adeoque in cauſis criminalibus proceſſus ordinarius ad pœnam mortis haud agitari poteſt, niſi in iudicio criminali ſolenniter formato, **im gehegten peinlichen Halßgerichte**; ubi tamen ſpecialiter notandum: 66 1. Quòd extra formam conſtitutionis huius iudicii ſolennem, de quâ paulò antea dixi, reliqua, tam quoad terminum comparitionis Saxonicum, ſcilicet 6. ſeptimarum & trium dierum, quàm circa litis conteſtationem, probationes & atteſtata teſtium, eorumque diſputationes, ordine iuris ſervato peragantur, iuſto atque legitimo ſpacio ſemper Reis conceſſo. Unde & fit, quòd licet iudicium criminale in loco publico conſtituatur ac formetur; litigatoribus tamen in loco & camerâ conſuetâ iura ſua inſcriptis proponere & deducere permittatur, ſalvo criminali iudicio, **Es wird jhnen nachgelaſſen in der Verſetzſtuben gegen einander zu verfahren / jedoch vnbeſchadet dem gehegten peinlichen Halßgerichte.**

2. Hoc caſu accuſatio cum clamore non 67 inſtituitur quia regulariter pro non notoriis criminibus, **vnd in übernächtigen Thaten kein Achtgerichte oder Zettergeſchrey ſol gehalten werden**/ *Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 108. *numer.* 12. Cùm ante omnia conſtare debeat de delicto, & quod illud à Reo commiſſum fuerit, *l.* 1. §. *illud. ubi Bartol. ff. ad SCtum Silan.* Atqui crimine pernoctato, Reoq; in crimine flagranti non deprehenſo, de autore delicti certò vix conſtare poterit.

Prout reſpondimus Iohan. Georgio à **Stentſch**: **Vnd wird das Zettergeſchrey nach Gelegenheit dieſes Fals/ weil die That übernächtig worden/ noch zur Zeit billich eingeſtellet/ V. R. W.** *Menſe Iulio, Anno* 1633.

3. Tenendum & hoc, quòd in proceſſu hoc 68 ordinario, iudicium criminale ſemel ſolenniter formatum non finiatur, antequàm Reus condemnetur, & executioni tradatur, aut abſens proſcribatur. Proin, ſi Reus ob inobedientiam in non comparendo per ſententiam ad deducenda impedimenta legitima condemnetur, aliove modo proceſſus retardetur, iudicium criminale ſuſpenditur usque ad alium & ſequentem terminum iuris.

Quæ omnia in practicâ ſic obſervari, probat Scabinorum reſponſum datum Petro **Sommern in Neulingẽ: Iſt ewer Verwandter/ von welchem ewre Frage meldet von ſeinem Nachbarn N. L. durch einen tödtlichen Stich entleibet worden/ vnd weil der Thäter in Flüchten/ iſt des entleibeten Freundſchaffe durch einen hierzu verordneten Anwalden / wieder gedachten flüchtigen Thäter peinlichen auff die Todes-Straffe / oder im Fall ſeines nicht Erſcheinens auff die Acht zu klagen vorhabens/ ꝛc. So wird hierzu gewöhnlichen Gebrauch nach/ das peinliche Halßgerichte geheget/ vnd nachmals Anklägern ſeine Anklage daſelbſt vorzubringen / auch nach beſchehener des Thäters Antwort/ jedoch in gewöhnlichen Verſetzſtuben** 69 ſetzſtuben/ ferner wie ſichs in dergleichē ordentlichen *proceſſen* geziemet/ zuverfahren verſtattet/ das Zettergeſchrey aber / vnnd Vortragung der außgezogenen geſchlieffenen Wehr wird noch zur Zeit billich eingeſtellet/ vnd daß peinliche Halßgerichte ehe vnd zuvor *definitivè* erkandt/ vnd die Sache ſich geendiget / nicht auffgegeben V. R. W *Menſe Majo, Anno* 1631.

70 *Item: Caſparo Rudolpho à* Schönberg: Auffn Fall man aber deß *Inquiſiti* nicht mächtig ſeyn kan / wird er in dieſen Landen/ übliche Achts-Proceß angeſtellet / *Inquiſit* durch öffentliche *edicta* in dreyer Herren Landen *citiret* vnd vorgeladen / *in termino* das Gerichte peinlicher Art nach/ durch die Gerichts Perſonen mit den gewöhnlichen *Ceremonien* jedoch ohne das Zettergeſchrey/ vnnd ohne außgezogene geſchliffene Wehr geheget. Vnd wenn *inquiſit* auſſen bleibet/ ſein vngehorſamb in einer Stuben gebührender maſſen beſchuldiget / vnd die Sache zum rechtlichen Verſprechen überſchicket wird / ergehet ſo denn hierauff ferner was recht iſt / V. R. W. *Menſ. Iul. Anno* 1631.

71 Tertius denique caſus eſt: Quando adverſus Reum in flagranti crimine conſpectum ac deprehēſum, quantumvis fugitivum, in die commiſſi delicti, antequam crimen pernoctetur vnnd alſo ehe die Klage vnnd That übernächtig wird/ actio inſtituitur, ad hoc, ut delinquens in continenti condemnetur, morteque puniatur, aut ſi copiam ſui non faciat, contumax in continenti proſcribatur. Quæ ſanè accuſatio extra iudicium criminale more ſolenni Saxonico formatum atque conſtitutum, auſſer dem hochnothpeinlichen Halßgerichte / inſtitui & agitari
72 nequit. Quod iudicium vulgò dicitur Bannitorium, das Achtgerichte/ quia ſcilicet adverſus delinquentem, in fuga perſeverantem, in continenti agitur ad Bannum, & hodie communiſſimum eſt in crimine homicidii, quo perpetrato, ac nondum pernoctato, ſemper fere hiſce in terris formari ſolet, denn ſo bald einer entleibt worden/ ehe die That übernächtig / wird peinlich Halßgericht über den Thäter gehalten/ *Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 107. & 108.

Q. 5. Quomodo differat judicium criminale in crimine jam pernoctato formatum à judicio bannitorio formato antequam crimen pernoctaretur

73 Quantumvis enim crimine quoque pernoctato, adverſus Reum etiam in facto aut delicto manuali non deprehenſum, ad pœnam mortis aut bannum agere liceat; ut dictum antea in Caſu ſecundo: Attamen non parum hoc iudicium adverſus delinquentem in facto manuali deprehenſum, crimine nondum pernoctato ceptum, à priori differt, hocq; iudicio agere longè conſultius eſſe videtur. Quod ut manifeſtum reddatur, differentiam horum iudicorum exponere lubet; quam triplicem ius Saxonicum depromit.

74 1. Namque ſi quis in manuali facto, auff handhaffter That/ deprehenſus, aut fugiens ab initio iudicium & cognitionem cauſæ, fuerit accuſatus, & per clamorem iudiciarium requiſitus, priusquam delictum pernoctaretur, ac deinde poſt aliquod temporis intervallum fuerit mancipatus carceri, ſub fideiuſſorib. haudquaquam relaxari debet, per textum in *artic.* 66. *in pr. libr.* 1. Landrecht / ubi dicitur: Wenn man in handhaffter That ſehet / als er gefangen wird/ ſol man jhn nicht zu Bürgen geben/ ſondern man ſol jhn für Gerichte bringen/ vnd ſoll jhn der Kläger der That überzeugen. Et *Gloſſa in artic.* 70. *lib.* 1. Landrecht. *verb.* Allzuhand. *in fin* Auch wo die Klage nicht übernächtig/ oder vnhandhafftig iſt / darff der Richter den Beklagten nimmer zu Bürgen geben. Et *artic.* 9. *lib.* 2. Landrecht *in fin.* So ſol man jhn zu Bürgen geben / Er ſey deñ in der handhafften That gefangen. Qui textus 75
omnes loquuntur de Reo, qui deprehenditur in ipſo delicto vel fuga delicti auff friſcher That oder in der Flucht der That/ qualis dicitur deprehenſus in delicto manuali, in handhaffter That/ *Matth. Coler. de proceſſ. execut. part.* 2. *cap.* 3. *numer.* 74. Et appellatur fuga facti, quæ intenditur toto illo tempore, donec durat perſecutio facinoroſi latitantis aut fugientis, priusquā ſe recipiat ad locum ſecuritatis, quem petit, per *l. fur eſt.* 3. *cum l. quo deſtinârit.* 4. & *l ſive igitur.* 5. *ff. de furt.* Fugiens ſiquidem iudicium, videtur de iuſtitiâ vel innocentiâ ſuâ diffidere. *c. oneratos. diſt.* 84. & *l.* 13. *ff. de cuſtod. reor.*

At, ſi delinquens in manuali facto non depre- 76
hēdatur, ſed fugiendo forſan evadat cuſtodiam Iudicis, neq; contra eum inſtituatur proceſſus coram iudice delicti, priusquam iſtud pernoctetur, captus poſtea ſub cautione fideiuſſoriâ è carceribus relaxatur. *dict. artic.* 9. *libr.* 2. Landrecht. Ibi: Wenn die Klage auff Handelung gebracht/ oder mit Vrteln gefriſt wird/ biß auff den andern Tag/ vmb einen gefangenen Mann/ ſo ſol man jhn zu Bürgen geben/ *&c. Chilian.* König *in proceſſ. tit.* von peinlichen Vorſtand. *cap.* 47. *in fin. Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 107. *num.* 19. & *de proceſſ. execut. dict. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 82. ubi dicit, cautionem fideiuſſoriam hoc caſu non requiri maiorem, quam quæ aſcendat ad valorem unius VVerigeldi.

2. Judicio criminali, antequàm crimen 77
pernoctatum fuit conſtituto atque formato, flagrans delictum illicò debet puniri & homicida in flagranti crimine ſeu delicto manuali deprehenſus, ſtatim decapitari, quando præſens eſt, ſecundum *Gloſſ German. artic.* 35. *lib.* 2. Landrecht. in verb. die handhaffte That/ &c. Ibi: Daß man keinen ſo in handhaffter That eingezogen wird / zu borgen thut / oder betaget / ſondern verurtheilet jhn allzuhand *artic.* 55. Landrecht *lib.* 1. Ibi: Begibt ſich aber ein handhafftige That von Dieberey oder Raube / da ein Mann mit begriffen wird / da mag man wol vmbkieſen einen Gograffen zum minſten einen von dreyen Dörffern / die da zu Gerichte gehen / vnnd die ſollen die That eylend richten / ob man des belehnten Richters zu hand nicht haben mag. *Et artic.* 66. *dict. libr.* 1. Landrecht. *Chriſtoph. Zobel. part.* 4. *differ.* 19. *n.* 7. & *in addit. lat. ad dict. art.* 66. *lit. B. circa fin.* & *dict. artic.* 55 *lit. D.* ubi dicit, ſe vidiſſe, hoc de facto ita obſervari, ac utrumque tam occiſum quàm homicidam uno tumulo ſepeliri.

Si

78 Si verò Reus in flagranti crimine deprehenſus
copiam ſui non faciat,& convincatur in termi-
no de crimine, contumax in continenti debet
banniri *artic.*70.*lib.*1.Landrecht.*verſ.* Wer vmb
Vngerichte der Gerichte beklaget wird mit ge-
ruffte / da er nicht gegenwärtig iſt / vnnd ehe es
übernächtig wird / mag der Kläger das Vnge-
richt gezeugen ſelb ſiebend / man ächtet jenen der
es gethan hat allzuhand. *Et artic.*9 *lib.*3 Landrecht
ubi dicitur: Kömpt einer hinweg / man ächtet
jhn zuhand / alſo daß man jhn in der handhaff-
79 tigen That geſehen vnd beſchrieben hab. *Matth.*
*Coler.dict deciſ.*107.*num.*14. Quæ tamen aliter
ſeſe habent in crimine pernoctato, wenn die
That übernächtig worden. Etſi enim tum quo-
que in judicio criminali, in gehegtem peinlichen
Halsgerichte adverſus ipſū procedatur, depre-
henſus tamen continuò ad ſupplicium rapi non
poteſt,ſed prius legitime convinci de delicto,ac
poſtea demum condemnari debet.*Matth.Coler.*
dict.locis.

80 3. Si crimine nondum pernoctato pro-
ponatur accuſatio in judicio bannitorio, ad
verſus Reum contumaciter abſentem, ſtatim
proceditur ad Bannum ſive proſcriptionem,
wird in die Acht vertheilet biß vff Ehehafft / non
ſervato juris ordine, nec termino legali com-
parendi conceſſo, *Gloſſ.artic.*70 *lib.*1.Landrecht
in verbis: Allzuhand ubi dicitur. Wenn die Kla-
ge vnvernachtet vnd die That handhafftig iſt /
ſoll man das Recht zu Hand / das iſt deſſelbigen
Tages noch für ſich geben laſſen / vnnd darff die
Klage nicht tagen / noch dem Beklagten über
dreymal vierzehen Tagen vorgebieten / *Gloſſ.*
Weichbild *art.*§ *c* 27. Iſt aber die Sache alſo *ar-*
*tic.*13. *&* 14.*ubi verb.* handhafftige That / *in fin.*
Wenn aber das Vngerichte nicht übernächtig /
ob gleich der Beklagte nicht gegenwärtig iſt / ſo
ächtet man den / der es gethan hat allzuhand / ſo
ferne er deſſen alſo überzeuget wird durch den An-
kläger *Matth.Coler.part.*1.*deciſ.*107 *num.*26 *&*
81 *deciſ.*108 *num.*7. Si verò crimine jam per-
noctato accuſatio proponatur, non amplius
contra ipſum ſummariè&in continenti ad ban-
num aut legitima impedimenta procedi poteſt,
ſed debet ſervari legitimus ordo juris, quod ci-
tetur de 14.diebus ad 14.dies, tribus vicibus,
vel hodie moribus Saxonicis unicâ vice per ci-
tationem, continentem terminum juris Saxo-
nici, ſex nempe ſeptimanarum ac trium die-
rum, vollkommene Sächſiſche Friſt / prout uſus
obſervat ſecundum additionem in *Gloſſ.art.*66.
*lib.*1.Landrecht.*lit.B.in fin.& artic.*67.*lit.D.* ubi
dicit *Gloſſ.* Wenn die Klage übernächtig / vnd der
Thäter entworden iſt / muß man jhn von vierzehē
Tagen zu vierzehen Tagen / allemal citiren laſſen
und zu dreyen Gerichten beklagen. Et addit, hoc
ita practicari. Weichbild *artic.* 72. Ibi: wird
ein Mann verwundet / vnnd kömpt nicht vor zu
klagen vor Nacht / vnd übernacht die Klage / man
ſoll im Tage dingen biß zum nächſten Ding.
*Matth.Coler part.*1.*deciſ.*107.*n.*26.*& deciſ.*108.
*num.*9.

Ex hiſce tribus differentiis (omiſſis iis, 82
quas tradit *Gloſſ.Germ.in artic.*35 *verb.* die hand-
haffte That.*lib.*2.Landrecht.) ſatis opinor, diver-
ſitas judicii bannitorii delicto nondum perno-
ctato, pro more conſueto conſtituti, eluceſcit.
Quas priores tamen duas uſus ac obſervantia 83
haud parum immutavit, ſiquidem nec capti-
vus crimine jam pernoctato accuſatus & de-
prehenſus, ſemper ſub cautione è carcere eſt
dimittendus, quod certe non fit ſi præſumptio-
nes contra ipſum militēt, quo caſu neutiquam
relaxari debet ſub fidejuſſoribus, ut eſt *Gloſſa*
notabilis Landrecht.*lib.*3 *art.*9.*in verb.* gehet jhn a-
ber die Klage an den Leib.*num.*8. Ibi: Niemand
wird zu Bürgen gegeben man habe denn Ver-
muthung / daß er ſich deß Klagens mit Recht er-
wehren möge. *Matth.Coler.dict.deciſ.*107.*n.*24.
Nec in manuali facto deprehenſus, & incarce-
ratus antequam crimen pernoctaretur, perpe-
tuò in carcere detinendus, ac nunquam ſub
cautione relaxandus eſt, cùm id ipſum hodie
ferè ſit arbitrarium, & judici pro qualitate deli-
cti & circumſtantiarum aliud diſponere liceat.
*Jul.Clar.lib.*5.*ſentent.*§.*ult.quæſt.*46.*n.*10.*Matth.*
*Coler de proceſſ.execut part.*2.*c.*3 *num.*88. *Nicol.*
*Reuſner.lib.*3.*conſil.*1.*n.*29.

Ac durum admodum foret, Reum in fla- 84
granti crimine nondum pernoctato deprehen-
ſum, illicò condemnare atque punire, ac per
id præcidere homicidæ vel alii delinquenti ſuas
defenſiones, quæ juris naturæ ſunt, contra *l.ut*
*vim.*3.*ff de juſt.& jur.* Quod nec Leges Saxoni-
cas *à Gloſſ. & Zobelio* ad hunc finem allegatas
probare, arbitratur *Matth.Coler.de proceſſ exe-*
*cut part*2.*cap* 3.*num.*79 *& ſeqq.* Dicit namque 85
*artic.*55.*lib.*1. Landrecht ubi videtur deciſum,
daß man wider den ſo vff handhaffter That be-
griffen wird / die That eylend richten ſoll. loqui
in caſu ſpeciali, furti videlicet & rapinæ, quan-
do cum rebus furtivis, & in præda captis, de-
prehenditur fur, item latro, adeo, ut factum e-
videnter conſtet, nec aliquâ tergiverſatione ce-
lari poſſit, indeque fieri, quòd hiſce in terris,
ubi viget jus Saxonicum, etiamnum hodie con-
tra fures & latrones ſummariè procedatur,
non obſervato legitimo juris ordine, propter
frequentiam eiuſmodi delictorum, quæ pœ-
næ celeritatem merentur, *l.aut facta.*16.§.*ult.*
ff.de pœn. Articulus verò 66.*lib.*1. Landrecht *in-*
*quit Coler dict cap.*3.*num.*79.*in fin.* loquitur ge- 86
neraliter de criminoſis quibuſcunque in ma-
nuali facto deprehenſis, nihil verò aliud deci-
dit, quàm quòd talis ſit includendus compedi-
bus, neq; dimittendus ſub fidejuſſoribus, ſicu-
ti manifeſtè hoc probatur ibidem: Man ſol jhn
nicht zu Bürgen geben / ſondern vor Gerichte ſtel-
len / vnd ſoll jhn der Kläger ſelb ſiebende überzeu-
gen / *&c.* Quantumvis itaque homicida in
facto manuali fuerit deprehēſus, attamen quia
ipſi poſſunt competere exceptiones neceſſariæ
defenſionis, iniquiſſimū eſſet, talem continuò
ad ſupplicium rapi, ſed prius legitimè convinci
de delicto, ac poſtea condemnari eum oportet:

Idq; in practicâ hodiè obſervari, teſtatur *Matth. Coler. de proceſſ. execut. dict. part. 2. cap. 3. numer.* 81.

87 Remanet itaque hodie unicus ille finis & effectus judicii bannitorii, **deß Achtgerichts/ſo in vnübernächtigen Thaten peinlichen geheget wird.** quòd nempe Reus fugitivus ordine juris, (quod aliàs terminum legalem citationi inſeri jubet) non obſervato, eo ipſe die, quo in facto manuali vel fuga deprehenditur, ac nondum effluxis 24. horis à crimine perpetrato, ſtatim banniri queat in legitimum impedimentum,
88 **Weichbild.** *artic.* 38. *in gloſſ.* Proceſſus namque judicii bannitorii in flagranti crimine, ſi interdiu, vel de nocte proponatur accuſatio vel ab occiſi heredibus, vel à judicis officiali, etiamnum hodie talis eſt, ut Reus citetur ad domum oretenus, ſi invenitur, vel publico edicto ad comparendum craſtino, vel etiam eo ipſe die, certa hora determinata, & videndum, quomodo occiſum cadaver producatur in iudicio eiusque nomine adverſus ſe procedatur. Qui ſi ſe contumaciter abſentaverit, ſtatim proceditur ad bannum ſive proſcriptionem, hoc eſt, **wird in die Acht vertheilet / biß vff ehehafft.** *Matth. Coler. part. 1. deciſ.* 108. *numer.* 7. Quod tamen extra iudicium hoc bannitorium neutiquam fieri poteſt, niſi citatio legitima terminum continens legalem iuris Saxonici præceſ-
89 ſerit. Quin & hoc ſpeciale eſt, quòd citatio hoc caſu in loco homicidii commiſſi ſolummodò affigatur; Quum aliâs ordine iuris ſervato Reus abſens per edicta, in tribus diſtinctis locis diverſæ iurisdictionis, diverſorumque dominorum publicè affixa, in cauſis criminalibus citari debeat.

90 Nihilominus tamen tanti videtur momenti ad proſcriptionem accelerandam effectus hic unicus, ut vel ob eum ſolum iudicium hoc bannitorium neutiquam intermitti debeat, modò concurrant omnia requiſita, ad illud neceſſaria. Nam de iure Saxonico ut locum habeat iudicium eiuſmodi Bannitorium, **ein ſolch Acht-Gerichte/** requiritur.

Q.5. Quãdo locum habeat judiciũ Bannitorium **das Acht-Gerichte/** *quæq; eiusdem ſint requiſita?*

91 *Primò* Reum deprehenſum eſſe in flagranti crimine **daß der Ubelthäter vff handhaffter friſcher That betroffen.** Vel ad minus, **daß die Klage** in continenti **geſchehen/vnnd nicht übernächtig worden ſey.** De Priori, nempe ut Reus in crimine flagranti ſeu facto manuali ſit deprehenſus, loquitur *Gloſſ.* **Landrecht.** *lib. 2. art.* 35. In pr. **Wer in handhaffter That eingezogen wird / den vrtheilet man allzuhand.** *Et artic.* 55. *&* 66. *lib.* 1. **Landrecht.** *art.* 9. §. 1. **bricht aber** *lib.* 3. **Landrecht** ubi dicitur: **Wenn ein Mann in handhaffter That gefangen wird/ſo richtet man wol über jhn binnen Frieden/** *Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. n.* 77. *& part. 1. deciſ.* 107. *num.* 5 *& deciſ.* 108. *numer.* 10. *Chriſtoph. Zobel. part. 4. differ. 19. num. 7. Paul. Matth. VVehner. in pract. obſervat. vocab.* **Achtgericht.** *verſ. Primò Reum.*

92 In facto autem manuali, **in handhaffter That** (quod vocabulum inde videtur promanaſſe, **das einem Manne alſo zugehafftet iſt / als ob jhm dz an der Hand hänget.** *Paul. Matt. VVehner. in pract. obſerv. verb.* (**Handhaffte That**) dicitur deprehendi, qui vel in ipſo facto, aut etiam fuga facti reperitur & capitur, dum eum perſequitur familia judicis, & priusquam delinquẽs ſe recipiat ad locum ſecuritatis, quem petit, *arg. l. fur. eſt. 3. in fin. l. quo deſtinavit. & l. ſive igitur ff. de furt. Bart. in l. 1. ff. de receptat. Angel. in l. ſed etſi l. 25. §. perindè ff. de petit. hered.* Nam fugiens videtur de ſua juſtitia vel innocentia diffidere. *c. oneratos, diſtinct.* 84. *l. in eos. ff. de cuſtod. Reor.* Hancq;
93 explicationẽ deprehenſionis in facto manuali, diſertis verbis probat *art.* 35. *lib.* 2. **Landrecht** *in pr.* ubi dicitur: **Die handhaffte That iſt das/ſo man einen Mann ergreifft in der That / oder in der Flucht der That / oder daß er Dieberey oder Raub/in ſeinen Gewehren hette / da er ſelbſt den Schlüſſel zu trüge an ſeiner Seiten.** *Matt. Coler. dict. loco.* Quin & ſi gladius & arma in manibus delinquentis reperiantur, & ita captus in judicium adducatur, in flagranti crimine ſeu facto manuali deprehenſus etiam dicitur, **Weichbild.** *artic.* 114 *Matth. Coler. dict. part. 1 deciſion.* 107. *Paul. Matth. VVehner. in pract. obſerv. verb.* **handhaffte That.**

94 De poſteriori verò, ſi accuſatio in continenti, antequam crimen pernoctaretur facta fuerit, extat clarus textus, in *art.* 70 §. *fin. lib.* 1. **Landrecht.** ubi dicitur: **Wer vmb Vngerichte vor Gerichte beklagt wird / mit geruffte / da er nicht gegenwärtig iſt / vnnd ehe es übernächtig wird/mag der Kläger das Vngerichte gezeugen ſelb ſiebend/ man achtet jenen der es gethan hat allzuhand.** *Matth. Coler. de proceſſ. exec. d. part. 2. c. 3 num.* 77. *& part. 1. deciſ.* 108. *num.* 10. *Paul. Matth. VVehner. vocab.* **Achtgerichte.** *& vocab.* **handhaffter That.**

95 Ex hiſce juris Saxonici textibus manifeſtum redditur, alterutrum horum requiſitorũ ad judicium bannitorium ſufficere, ut vel Reus in facto manuali deprehenſus, vel abſente eo, accuſatio antequam crimen pernoctaretur, inſtituta fuerit: Quæ ſententia etiam placet *Matt. Coler. & Paul. Matth. VVehner. dict. loc.*

96 Sed practica hodierna præcisè poſterius requirit, ac bannitorium judicium tum demũ admittit, ſi illud formatum, & accuſatio propoſita fuerit, antequam crimen pernoctatum eſt. Vt ſic hodie in judicio bannitorio planè conſiderari non debeat, an Reus in facto Manuali fuerit deprehenſus. Quinimò hodierna fori Sa- “
xonici conſuetudo id ipſum adeo immutavit, ut “
judicio bannitorio locus ſolummodò detur, ſi “
Reus abſens fuerit. Nam eo deprehenſo & in “
judicium deducto, judicium bannitorium ceſ- “
ſat, etiamſi crimen nondum ſit pernoctatum: “
quod probè notandum.

97 Dicitur autem crimen pernoctatum, **eine übernächtige That /** horis viginti quatuor à crimine perpetrato præterlapſis, *articul.* 57. *lib.* 1 **Landrecht.** verb. **Binnen Tag vnd Nacht.** Proindè ſi hodiè horâ decima antemeridiana, vel horis ſubſequentibus pomeridianis homicidium perpetretur, craſtino die ſequenti,

hora

horâ nonâ iudicium hoc bannitorium iure poterit haberi, quia horæ 24. à delicto commiſſo nondum effluxerunt, licet nox intervenerit.

Id quod haud ſemel hic Lipſiæ practicatum memini.

98 *Secundò*: Conſtare debet de corpore delicti perpetrati, quòd illud reverà commiſſum ſit, *l. 1. §. illud. & ibi Bartol. ff. ad SCtum Silan.* Nam pro non notoriis criminibus iudicium bannitorium haud haberi debet. *Matth. Coler. part. 1. deciſ. 108. num. 12. Paul. Matth. VVehner. in pract. obſervat. vo. ab.* Achtgerichte. *verſ. deinde ut tale crimen &c.* Cuius rei ratio hæc eſſe poteſt, quòd formato ſeu conſtituto iudicio hoc adverſus Reum, ſtatim executio intendatur de iure Saxonico, ut ſentit *Chriſtoph. Zobel. in addit. latin. ad artic. 66. lit B circa fin. lib. 1.* Landrecht. *& art 9 lit. F lib. 2.* Landrecht. Quod iure haudquaquam fieri poteſt, niſi de crimine commiſſo certò conſtiterit.

99 Ideoque *Angel. Aretin. in tract. malefic. verb. fam. publica. num.* 108 exiſtimat, iudicem maleficio quopiam commiſſo, debere ad locum mittere, pro reportandâ fide, an maleficium commiſſum ſit, & ſi aliter proceſſerit, teneri in Syndicatu. Vid. *Hippol. de Marſil. vol. 2. conſ. 134. n. 1. & 2. & vol. 1 conſ. 8. num. 1. & conſ. 2. n. 34.* Hinc & moribus receptum, ut ad iudicis informationem de homicidio cõmiſſo ipſum cadaver occiſum, vel ſignum aliquod, veluti particula ex veſte occiſi hominis ſanguine conſperſa, vulgò ein Leibzeichen in judicio producantur. *Matth. Coler. part. 1. deciſ. 108. n. 7.* Quorum tamen neutrum eſt neceſſarium, ſi ex inſpectione vulneris iuſtâ atque legitimâ (de qua dictum ſuprà *p. 1. quæſt. 26*) de eiuſdem lethalitate & corpore delicti iudici certò conſtiterit.

100 *Tertiò*: Non ſufficit crimen certò fuiſſe perpetratum ad hoc, ut iure Saxonico locum habeat iudicium bannitorium, ſed & crimen illud taliter qualificatum eſſe debet, ut mereatur pœnam ultimi ſupplicii. Weichbild. *artic. 38. Paul. Matth. VVehner in obſerv. pract. vocab.* Achtgerichte *verſ. Deinde ut tale crimen Matth. Coler. part. 1. deciſ. 108. num. 10.* Etenim in cauſis criminalibus, in quibus non agitur ad pœnam mortis, bannitorium iudicium locum non habere, notiſſimum eſt: quippe in quibus nec ad bannum ſeu proſcriptionem proceditur. Vid. infrà *quæſtion. 140 numer. 52.* Proinde ſi ex circumſtantiis & qualitatibus delicti, Judex animadvertat, Reum, quantumvis de crimine confeſſum, aut convictum, mortis ſupplicio affici non poſſe: veluti, ſi exceptione defenſionis vel moderaminis inculpatę tutelę ſeſe tueri queat; haudquaquam iudicio bannitorio locus erit.

101 *Prout non modo in Elect. Saxoniæ Scabinatu ſæpius reſponſum ſcio. Sed & in caſu eiuſmodi Ienẽſes pariter pronunciarunt Franciſco à* Kärſtenbrock. Wenn nun gleich dieſe Sache ſeiner Natur/ Art vnnd Eygenſchafft nach/ peinlich iſt/ So werden doch dißfalls die Hohenothpeinliche Halsgerichte zu hegen/ billich eingeſtellet/ V.R.W. *Menſ. Mart. anno* 1598.

Quartò: Requiritur etiam, ut judex certus ſit de criminis autore ſeu delinquente. Nec enim bannitorium judicium formari poterit, ſi Reus criminis perpetrati ignoretur, qui propterea nec citari, nec banniri poteſt. Ceſſante verò proſcriptione ſeu banno, ceu fine & effectu bannitorii judicii, utique nec judicio huic locus erit. 102

Quò & reſpicit illud juris Saxonici: Bannitorium nempe judicium non habere locum, niſi adverſus Reum, in flagranti crimine deprehenſum *artic. 55. & 66. lib. 1.* Landrecht. *Gloſſ. in art. 35. lib. 2.* Landrecht. Quod etiamnum hodie verum eſſe arbitror, quatenus in crimine flagranti ſeu facto manuali deprehenſus dicitur is, de quo certè conſtat, quod delictum perpetravit etiamſi captus non fuerit, ſed in fugâ perſeveraverit. 103

Sufficit tamen, ſi de Reo conſtet, quo ad ipſius perſonam, licet nomen ignoretur. Quia enim in citatione affixâ delinquens ex qualitatibus corporis & veſtitu deſcribi poteſt, non certè video, quare adverſus eundem bannum inſtitui, & judicium bannitorium formari nequeat. 104

Id quod hic Lipſiæ ante aliquot annos factum ſcio.

Ne autem contra hæc requiſita peccetur, judex ante conſtitutionem judicii bannitorii præmiſſâ inquiſitione generali atque ſummaria, ſingulas quaſque circumſtantias, tam ipſum delictum, quàm perſonam delinquentem concernentes, exactè ponderare debet: num ſcilicet eiuſmodi crimen, quod abſq; dubio mortis ſupplicium meretur, perpetratum, Reuſque criminis hujus certus ſit, nec ullâ exceptione à pœna mortis ordinaria ſeſe liberare queat. Quibus exquiſitione generali cognitis, ad proceſſum judicii bannitorii tutò devenire licet. 105

Quintò: Denique ad hoc, ut judicio bannitorio locus ſit, requiritur etiam abſentia Rei fugitivi. Etenim ſi ſtatim, antequam crimẽ pernoctaretur, is captus & incarceratus fuerit, haudquaquam judicium hoc bannitoriũ conſtitui ac haberi debet. Quia namque ſolùm adverſus contumaciter abſentem ad Bannum ſive proſcriptionem proceditur; utique nec Bannitorium judicium, cuius effectus unicus eſt acceleratio proſcriptionis, ut antea dixi *n. 87. 88.* alio caſu, quàm ſi Reus latitet, locum habebit. Quare Reo incarcerato, inquiſitoriè potius adverſus ipſum procedi, & bannitorium judicium uſque ad condemnationem & executionem mortis pœnæ differri debet. 106

Prout in foro Saxonico quotidie hoc practicari videmus.

Quô & hunc caſum refero: Si Reus per defenſorem, exhibito tamen mandato in judicio compareat, delictum confiteatur, & ad defenſionem deducendam ſe offerat, ac ſalvum petat conductum. Quia enim pro contumace is neutiquam habendus eſt, non immeritò iudicium bannitorium, quod non niſi adverſus abſentem & contumacem locum ſibi vendicat, 107 dicat, hoc caſu ceſſabit: præſertim cum ex defenſione allegata dubius reddatur judex, num ad pœnam mortis devenire poterit, nec ne. Quod & Sanctioni Carolinæ conſentaneum eſt in *art. 87. Ordin. Crim.*

108 Hæc ſunt requiſita ad judicium bannitorium maximoperè neceſſaria, quorum alterutro deficiente, ad proceſſum huius judicii haud deveniendum eſt. Concurrentibus autem iis omnibus, ambigendum non erit, quin bannitorium hocce judicium, **das Achtgerichte** conſtitui ac haberi debeat.

Id quod in crimine homicidii nondum pernoctato quotidiè practicari ſolet.

Q. 7. An in judicio bannitorio proclamatio Rei, **das Zettergeſchrey/** *omitti queat?*

109 Cæterùm hîc duo quæri ſolent, quorum deciſio adhuc reſtat. 1. *An in judicio Bannitorio clamor violentiæ uſitatus ſeu proclamatio Rei*, **das gewöhnliche Zettergeſchrey/ oder das Beſchreyen deß Ubelthäters/** *ad interceſſionem cognatorum & propinquorum Rei fugitivi omitti queat*, de quo ſæpius dubitatum memini? Etſi enim de jure communi evidentia patrati criminis clamore accuſatoris non indigeat, *c. evidentia de accuſat.* Jure tamen Saxonico & moribus noſtris haud 110 minima ſolennitas eſt judicii Bannitorii ut accuſatio cum clamore accuſatoris vel Præconis, **deß Blutſchreyers/** inſtituatur. Vnde ſequi videtur hanc proclamationem ceu ſolenne quoddam requiſitum judicii huius omitti non poſſe.

111 Attamen contrarium placuit Scabinis Lipſienſibus, ſæpè in hunc modum pronunciātibus, **daß das Zettergeſchrey billich eingeſtellet werde.** Etenim, quia per hunc violentiæ clamorem non ſolùm ipſius Rei, ſed & eiuſdem propinquorum totiuſque familiæ fama & opinio multùm gravatur, & dedecore maculaque afficitur, ut in ſimili loquuntur ICti *in l. 2. §. 2. l. miles §. 2. ff. ad Leg. Iul. de adult. Matth. Coler. part. 1. dec.* 108 *n.* 7. ſiquidem ignominia, quæ contingit alicui, non pertinent ſolùm ad ipſius inculpati & accuſati infamiam, ſed & ad dolorem iniuriamque liberorum ipſius, *l. 1. & 2. ff. de liber. cauſ. Bart. in l. Lex. Cornelia ff. de injur.* æquiſſimum videtur, in gratiam & favorem propinquorum, hanc proclamationem differri, A quo alienus haud eſt Imper. Carolus V. morem judiciorum obſervari jubens, *in Ordin. Crim. art.* 87. *Paul. Matth. VVehner. in pract. obſerv. vocab.* **Achtgerichte.**

Nec obſtat, quòd Requiſita ſolennia de ſubſtantia alicuius rei ſint, nec omitti queant; *Siquidem* hoc caſu proclamatio ſeu diffamatio Rei, **das Zettergeſchrey** non planè omittitur, ſed ſolùm differtur uſq; ad executionem pœnæ vel declarationem banni, ſi Reus in fuga perſeveraverit; quod & verba Scabinorum (**noch zur Zeit eingeſtellet**) luculenter innuunt. 112

2. Quæritur: *An judicium hoc Bannitorium ſalvo proceſſu criminali planè intermitti poſſit?* 113 Certum equidem eſt, quòd judicio bannitorio neglecto ac crimine pernoctato, nihilominus delinquenti poſtea deprehenſo & capto, ultimum ſupplicium irrogari, vel adverſus ipſum abſentem ad Bannum ſeu proſcriptionem, juris tamen ordine ſervato, procedi queat.

Q. 8. An judicium bannitorium ſalvo proceſſu criminali planè intermitti poſſit?

Attamen, quia per judicium bannitorium proceſſus Banni adverſus abſentem multum acceleratur, ut dixi ſupra *num.* 87 *&* 88. publicè intereſt, hoc judiciū conſtitui, ac haberi: Tantumque abeſt, arbitrio judicis hoc relinqui, ut vel ob ſolum terrorem, qui per id aliis incutitur, eoſque à ſimilibus delictis detinet, judiciū hoc neutiquam intermitti debeat. 114

Veluti etiam reſpondimus Prætori Lipſenſi, in caſu homicidii in Nundinis perpetrati, ubi petitioni propinquorum homicidæ tanto minus indulgendum putavimus, quantò magis hominum frequentia in Nundinis tum conſiderabatur, ob quā neutiquam à ſolennibus in foro Saxonico publicitus receptis recedendum eſſet. Menſe Octobr. Anno 1629. 115

Quin nec ad Principis cuiuſdam tum temporis in Academia Lipſenſi ſtudiis incumbentis interceſſionem, Senatum Lipſenſem ante aliquot annos ab obſervantia judicii bannitorii recedere voluiſſe, percepi. 116

QUÆSTIO CXXXVII.

De Executione pœnarum, ejuſque forma & proceſſu.

SUMMARIA.

1. *Executio facienda non eſt juris ordine prætermiſſo.*
2. *Executio ultimi ſupplicii regulariter differenda non eſt, & quare. numer.* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.
11. *Quod tamen quandoq; fallit, veluti ob inquiſitionem de graviori crimine. n.* 12.
13. *Vel ob metum tumultus, qui aliàs etiam cauſam accelerandi pœnam præbet. numer.* 14.
15. *Sicuti & ob falſi crimen teſtibus objectum. numer.* 16.
17. *Item ob rationes Domino prius reddendas.*
18. *Aut ſi Princeps quem ſeveriori pœna affici juſſerit.*
19. *Vel quo conſocii criminis manifeſtentur.*
20. *Nec non in crimine adulterii.*
21. *In muliere prægnante differenda quoque executio eſt.*
22. *Poſt partum editum mulier non niſi exactis ſex ſeptimanis ad ſupplicium trahitur. num.* 29.
23. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.*
24. *Quod & verum eſt, ſi de imprægnatione dubitetur.*

25. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n.26.30.*
27. *Idemq; obtinet in omnibus indifferenter pœnis corporalibus.*
28. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
31. *Differenda quoq; eſt pœna corporalis ægroto irroganda, usque dum reconvaleſcat.*
32. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n.33.*
34. *Secus in pœnis ultimi ſupplicii.*
35. *Pœnæ executio Reo denuncianda eſt & quando. num.36.37.38.*
39. *Per triduum ante executionem Reus in tolerabili cuſtodia detinendus, nec cognatis ſuis aditus ad ipſum eſt denegandus.*
40. *Officium miniſtrorum Eccleſiæ Reo aſſiſtentium. num.41.*
42. *Per triduum iſtud Reus cibo potuq; ſuaviori eſt paſcendus.*
43. *Non tamen inebriandus. num.44.*
45. *Fuſtigatio non debet ante executionem neceſſariò intimari Reo.*
46. *Quid faciendum, ſi Reus ad mortem condemnatus nolit pœnitere, peccata confiteri, & ad gratiam Dei confugere? n.47.*
48. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
49. *Carnifex officium ſuum peragens non peccat. num.50.51.*
52. *Carnifex, qualis eſſe debeat?*
53. *Carnifice deficiente, judex aliquem cogere poteſt ut ſit executor.*
54. *Quandoq; unus ex facinoroſis Rei ad exequendum cogi poteſt.*
55. *Officium Carnificis famoſum eſt. num.56.57.*
58. *Hodiè ex opinione hominum Carnifices aliqua macula laborant.*
59. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
60. *Actus executionis quomodo debeat expediri à Carnifice? n 61.62.63.*
64. *Judex cum aſſeſſoribus interſit actui Executionis.*
65. *Non etiam Princeps & Magiſtratus ſuperior.*
66. *Tutus ſit carnifex ab omni auſu populi temerario.*
67. *Pœna Carnificis executionem non rectè peragentis.*
68. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
69. *Cadavera punitorum debent ſepeliri.*
70. *Quod tamen quandoq; fallit, ut in pœna ſuſpendii & Rotæ &c. n.71.*
72. *Cadavera punitorum rectè conceduntur Medicis ad anotomiam n.73.75.*
74. *Modò Princeps conſentiat.*
76. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*

1 CONſtitutionem judicii criminalis ſubſequitur Secundò ipſa Executio pœnarum: quæ ſicut facienda non eſt juris ordine prætermiſſo, *l. ſi cum nulla. ff. de re judic. Vant de nullitatib. tit. de nullit. ex defect. proceſſ. num.49.* Ita nec ſicco pede prætereunda & negligenda ſunt, quæ circa eam potiſſimùm ex jure & conſuetudine notanda veniunt.

2 Quorum Primum eſt; Ne Executio ultimi ſupplicii regulariter differatur, ſed ut ad effectum ſtatim perducatur. Inter alios namq; litium criminalium abuſus, de quibus agit *Auct. Diſcurſ.* Von Juſtitienwerck *p.56.§* Es werden aber noch gröſſere Mängel bey dem Proceß in 3 criminal- vnd peinlichen Sachē befunden. Haud minimus certè eſt, quòd Magiſtratus ac Judices executionem ſæpius differentes, miſeros Reos ad mortis ſupplicium jam condemnatos, carcere longiori macerant atq; excruciant, qui ſcire deberent, majorem eſſe pœnam ſtare in vinculis quàm laborare in agro aut opere publico. *Bart. Roder. Calder. in man. jud. c.1. num.14.* licet quis aureis compedibus adſtrictus eſſet, juxta illud *Surd*:

> *Scilicet eſt aliquid generoſo carcere claudi:*
> *Et juvat auratâ compede poſſe frui.*

ut refert *Ventur. de Valent. in parth. litig. lib.1. cap.14 num.30.* Ac ſi mors minus pœnæ, quàm mora mortis habet, ut inquit *Ovid.* certè vix negari poterit, duplici pœnâ affici Reos, qui ad mortis ſupplicium jam condemnati, in carceris longioris ſqualore illud timent atque expectant, quod nec ſe effugere poſſe vident, non magis, quam fugere, qui carcerum cuſto- 4 dia coercentur. *Anton. Fab lib.9. C. tit.22.* Vnde rectiſſimè dixit *Seneca l.2. de benefic. cap 5. Acerbiſſima crudelitas eſt, quæ trahit pœnam, & miſericordiæ genus eſt, citò occidere. Quia tormentum ultimum finem ſui ſecum affert. Quod antecedit tempus, maxima ſupplicii futuri pars eſt, &c.*

Hocque ipſum jamdudum prohibuit Imper. Conſtantinus *in l. cum reis. 18. Cod. de pœn.* cuius verba ſunt: *Cum reis manifeſta probatione convictis ſpatium temporis ante ſententiam datur, facultas ſupplicandi, vel quibuſdam malignis artibus tàm Præſidum, quam officialiū pœnas evitandi criminoſiſſimis patet. Cum & in homicidii crimine & in aliis detectis gravioribus cauſis ultio differenda non ſit &c.* Et verbis clarioribus Imper. Grat. Valent. & Theodoſ. *in l.5. C. de Cuſtod. Reor.* inquientes: *De his quos tenet carcer incluſos, id aperta definitione ſancimus, ut aut convictos velox pœna ſubducat, aut liberandos cuſtodia diuturna non maceret.* 5

Nec moram executionis, longioreque proceſſu & carcere divexari eum, qui crimen admiſit, & cōdemnatus eſt, Reipublicæ admittit intereſſe. *Anton Fab. lib.9. Cod. tit.22. Bonifac. de Vitalin. tit. de carcer. num.2.* Siquidem per eiuſmodi dilationem executionis occaſio & anſa datus condemnatis, quærendi viam ac rationem, quâ vel fuga arrepta; vel carcere effracto, vel morte violentâ adſcitâ, aliove modo pœnā effugere & eludere poſſit, juxta *dict. l.18. Cod. de pœn.* 6 Quin & per mortem perſonæ condemnatæ, citra ipſius culpam intervenientē, executio ſententiæ poſtea plane irrita fieri poteſt: cùm tamen Reipublicæ nihil magis interſit, quàm ſontes pœnas promeritas publicè luere, *l. ita vulneratus. §. quod ſi quis. ff. ad Leg. Aquil.* ut ſcilicet pœna unius ſit metus multorum. *l.1. C. Repetund.* & ne quis temerè ad maleficia proſiliat, *l. operis. C. de pœn.* 7

8 Verſatur quoque Reipublicæ intereſſe in hoc, quod fiſcus immodicis ſumptibus in ſuſtentan-

ſtentandum & cuſtodiendum Reum captivum erogandis, diutiùs gravetur, à quo tamen onere per accelerationem executionis facilimè liberari poterit. Ac ſi aliæ rationes dilationem executionis prohibentes prorſus deſint, vel hæc unica ſufficere poſſet; ne carcer, qui ad cuſtodiam repertus, ob illam diuturniorem detentionem, in cruciatum & pœnam abeat contra *l.8.§.9.ff.de pœn.*

9 Adeoque non modò favor Rei condemnati, ſed & publica utilitas dilationem executionis prohibet, à quâ meritò quilibet judex pius ac prudens juſtitiæque amans abſtinere debet. *Hering.de fideiuſſ.cap.1.n.51. Proſper.Farinac.in prax.crimin.lib.1.tit.4.quæſt.27.numer.98. Ventur.de Valent.in Parth.litig.lib.2.cap.12.numer.19.* Maximè in cauſa Rebellionis, & quando exemplum in aliorum terrorem in manifeſtos latrones & ſeductores populi ſtatuendum. 10 *l.6.§.8.ff.de injuſt.rupt.* Quo caſu etiam judex non per intervalla, ſed ſimul & ſemel, ut quaſi uno ictu omnes aſſeclæ, & imprimis Rebellionis autores & capita tollantur, executionem inſtituere debet; ne cunctando malum latius ſerpat, neve repetitâ conjuratione, Reſpublica in maius diſcrimen abducatur. *Receſſ.Imper.de Anno 1526.§* Es ſoll ſich. *verſ.* Die jenigẽ. *Petr.Theodor.in Colleg.Crimin.diſputat.10.theſ.5.lit.G.verſ. & hac.*

Q.3. Quãdo & quibus ex cauſis executio pœna ſit differenda?

11 Dixi tamen, Regulariter executionem ultimi ſupplicii differendam non eſſe. Plures ſi quidem caſus accidere, variorumque factorum qualitates, perſonarum conditiones, aliæque circumſtantiæ & cauſæ occurrere poſſunt, quę accelerationem pœnę multùm impediunt, etiamſi Reus ad mortem jam condemnatus fuerit. 12 Veluti ſi ob accuſationem, vel inquiſitionem de graviori crimine adverſus Reum inſtituendam, executio ſit ſuſpendenda, donec de illo quoq; cognitum fuerit. *l.11.§.Celſus ad Leg.* 13 *Aquil. Ludovic.Roman ſing.256.* Prout quotidie hoc practicatur. Aut ſi Reorum potentia, metus alicuius tumultus, vel clamor interveniens executionem pœnæ in commodius rejici tempus ſuadeat. *Ludovic.Carer.in pract.crimin.tit.de homicid. §.Circa itaque ſecundum.num.16.* Nam pœnæ, teſte Platone, ſunt inſtar pharmacorum, quæ non adhibentur, quando res ita videntur deſperatæ, ut curari non poſſint, vel eiuſmodi tempora incidant, quæ judicia ordinaria reſpuunt. *Autor.Anon.in diſp.de jur.princip.theſ.48.* 14 *lit.B.* Sicuti & vice verſa pœna nonnunquam evitandi tumultus cauſa acceleratur, quæ alioquin eſſet differenda. *l.6.§.7.de iniuſt.rupt. Aug. ad Angel.Aretin.de malef.verb. Et ibi caput à ſpatulis.verſ.quæro num.36.* Quam ob cauſam etiam aliquando Rei nocentes puniuntur abſq; ſtrepitu & ordinario proceſſu. *Auth.diſp.de jur.princip.dict.th.48.lit.C.*

15 Similiter quoque differenda eſt executio ob falſi crimen, teſtibus, qui in illa ipſa cauſa capitali depoſuerunt, objectum, donec ſuper hâc exceptione fuerit cognitum; quia ſi teſtes de falſo fuerunt convicti, ſimul quoque de condemnati innocentia appareret, *l.ſi docuerit.C.de falſ.l.1.C.de his qui accuſ.* 16 Niſi ſupereſſent tot alii teſtes, qui ſufficerent ad probandum delictum contra Reum, aut Reo ipſi imputari poſſit, quod nimis ſerò oppoſuerit hanc exceptionem. *l.petẽda.Cod.de temp.in integ reſtit.l.nemo.C.de temp.appellat.* Quamvis æquius ſit, Reum, licet ſerò talem exceptionem opponentem audiri, *Angel.Aretin.in tract.malefic.verb.inchoata & facta verſ.Eſt etiam talis.num.17.& ſeqq.& verb comparent.dicti inquiſiti.verſ.quid ſi dicat.n.20.Ludovic.Carer.in pract. crimin.tit.de homicid.§.circa itaque ſecundum.n.19.* Quippe cùm & audiendus ſit executione ſuſpenſa, ſi innocentiam ſuam adhuc deducere velit, poſtquam crimen confeſſus, & jam condemnatus fuerit *Matth.VVeſembec.in parat.ff.de accuſat.n.12.verſ.ſed etiam poſt concluſionem,&c. Iul.Clar.in pract.§.ult.quæſt.55.n.18.*

17 Brevis quoque dilatio bidui aut tridui concedenda eſt Reo damnato, ob rationes Domino ſuo prius reddendas, quibus niſi redditis, Dominus irreparabile incurreret damnum, *l.1.ubi Bart.& Bal.l.C.de bon.proſcript.* Quod tamen nemo ex culpa aliena pati debet. Niſi ipſemet Dominus fuerit in mora exigẽdi rationes, cum benè potuerit, & appareat de fraude rationes exigentis animo differendæ executionis, ac niſi ſubſit timor evaſionis è carcere, aut alterius ſcandali. *Jul.Clar.in pract.§.ult.quæſtion.97.numer.1.Petr.Theodor.dict.diſp.10.th.5 lit.F.* 18 Aut etiam, ſi Princeps quem ſeveriori pœna, quàm quæ jure & more Regionis impoſita delicto, afficere juſſerit: Quo caſu Iudex executionem differre debet ad triginta dies, expectaturus mitigationem. *l.20.C.de pœn.Iul.Clar.dict.quæſtion.97.n.3.Ludov.Carer.dict.§ circa itaq; ſecundum.num.19.*

19 Pariter & differenda eſt executio pœnæ ob neceſſitatem indagandi conſocios delicti. *l.qui ultimi de pœn.Ludov.Carer.dic.n.23.* Quod accidit in criminibus à pluribus ſimul commiſſis, ob evidentiorem & faciliorem illius probationem. Quo caſu executio pœnæ adverſus unam perſonam tamdiu ſuſpendi ſolet, donec alterius fugitivæ copia haberi poſſit, ut ambæ ſimul confrontari queant.

Sæpius in hunc modum pronunciantibus Scabinis: Es wird aber gleichwol die *execution* ſolcher Straffe ſo lange/ biß N N. auch zu hafften gebracht/ vnd mit dem Gefangenen *confrontiret* worden/ billich eingeſtellet/ V.R.W.

20 Imprimis verò hoc obtinet in crimine adulterii. Licet enim Reus hoc confeſſus, & ad mortis ſupplicium condemnatus fuerit; neutiquam tamen is ſupplicio affici poteſt, niſi & alterius correi adſit confeſſio. *Hartm.Piſtor.obſervat.33. Matth.Coler.part.1.deciſ.235. Modeſtin.Piſtor.part.2.quæſt.52. Daniel.Moller.lib.2.Semeſtr.37.*

Quare ſi coadulter abſens & fugitivus ſit, executio differenda eſt, donec copia eius haberi, & confrontatio fieri queat, aut etiam in fuga perſeverans in Bannum legitimo modo declaratus ſeu proſcriptus fuerit: prout dixi ſuprà *p.2.q.60.*

21 Hiſce ergo aliisque caſibus, quorum diiudicatio arbitrio & diſcretioni iudicis prudentis committitur, executio pœnæ differri debet. Quod & meritò obtinet in muliere Reâ prægnante, quæ nullo modo ſupplicio ſupponendâ, ſed ob fœtum expectandum executio pœnę ſuſpendenda eſt, donec pariat: ſive pœna mortis, ſive alia corporis afflictiva ei fuerit dictata, *l.3.ff.de pœn.l.*18.*ff.de ſtat.hom.* Nę ſcilicet innocens partus cum nocente matre extinguatur & pereat. *Iul.Clar.in pract. §.ult.quaeſt.*97.*n.*5. *Ludov.Carer.in prax.crim. tit.de homicid.§. circa itaq; ſecundum.n.*22.

22 Quin & poſt partum editum mulier ad pœnam corporalem damnata non niſi exactis ſex ſeptimas, **nach gehaltenen Sechswochen**/ad ſupplicium trahitur, quo temporis ſpacio elapſo, vires illam recuperaſſe veriſimile eſt, ita ut hanc pœnam ſine periculo mortis ſuſtinere queat. *Petr.Theodor. in Colleg. Crimin. diſput.* 10. *th.* 5. *lit.F.* Licet namque puerpera dicatur ſana & integræ valetudinis, *l. quaeritur.* 14. §. 2.*ff. de adil. edict.* Attamen, quia debili adhuc eſt corpore, & facilimè fieri poſſet, ut partus recens editus ob nutrimenti & lactis materni corruptionem periret, non immeritò per id tempus fuſtigatio differri, ac poſtea ita attemperari debet, ne per eam alimenta infanti detrahantur.

23 *Quotidiè ita reſpondentibus Scabinis:* So wird N.N. ſolcher jhrer Verbrechung wegen mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billich verwieſen. Dieweil aber die Vettel ſchwangers Leibes iſt/ſo wird die *execution* ſolcher Leibesſtraff/biß ſie deß Kindes geneſen/vnd jhre Sechswochen vmb ſeyn/billich eingeſtellet/vnd folgends dermaſſen verrichtet/daß dem Kinde/da ſie es ſelbſten nehren wird/an ſeiner Nahrung kein Abbruch geſchehe/V. R. W.

24 Hicque ſtylus pronunciandi in Elector. Saxon. Scabinatu iam dudum receptus eſt, non ſolum quandò certò conſtat, mulierem Ream eſſe pręgnantem, ſed & ſi probabiliter hoc coniecturari queat: Differenda enim potius eſt executio usque dum ex temporis tractu aut obſtetricum inſpectione iudex de hoc certioratus fuerit, quàm pœna corporalis haud abſque periculo partus ipſi infligenda.

25 *Pronunciarunt ita Scabini ad conſultationem Henrici à* Schönberg: **Jedoch aber wird mit der *execution* deß Staupenſchlagens noch eine Zeitlang/biß man beſſere Nachrichtung erlanget/ob ſie/die Vettel gewißlich ſchwanger oder nicht/in Ruhe geſtanden/vnd da es ſich alſo dann befindet/daß ſie ſchwangers Leibes ſey/der zuerkante Staupenſchlag an jhr nicht ehe vollſtreckt/biß ſie jhres Kindes geneſen/auch die Sechswochen vmb vnd verfloſſen ſind/vnd bey der *execution* die maſſe gebraucht/damit jhrem Kinde/wofern ſie es ſelber nehren würde/an ſeiner Nahrung kein Abbruch geſchehe/V. R. W.** *Menſ.Iunio Anno* 1615.

26 *Et ad requiſitionem Quaeſtoris Dippoldis VValdenſis:* So wird jetzo berührter Straffe deß Staupēſchlages ſo lange billich eingeſtellet/biß ihr euch durch die Wehemutter oder Hebammen/mit Zuziehung andern verſtändigen Weiber bey jhr erkundiget/wie es vmb ſie dißfalls eygentlich beſchaffen/etc. *Menſe. Octobr. Anno* 1609.

27 Et hoc juris eſt non ſolùm in fuſtigatione, ſed & aliis pœnis corporalibus; veluti abſciſſione digitorum, aut manus amputatione, quarum executio non minus differri debet, usque dum Rea prægnans pepererit: nō ſolùm ob rationis identitatem, (ne ſcilicet ex terrore & cruciatibus corporis abortus oriatur) quæ eandem juris diſpoſitionem facit, *l. à Titio.* 108. *in pr.ff. de Verb.obligat.l.illud.* 32. *ff. ad Leg. Aquil* Sed & quod mulier prægnans ne quidem terreri debeat torturâ. *Anton Gomez. tom.*3. *variar. reſolut. cap.* 13. *num.* 4. *verſ. Et ita debet procedere. Proſper. Farin. in prax. crimin. lib.* 1. *tit.* 5. *quaeſt.* 41. *numer.* 84. Quantò minus ergò ab ſciſſione digitorum vel manus amputatione puniri poterit? quippe quòd eiusmodi pœnæ ipſi torturæ ſint æquales.

28 *Ac ita nuperrimè reſpondimus Quaeſtori Ilenburgenſi April. Menſ. Anno* 1631.

29 Etſi verò quod hactenus de executione pœnæ adverſus puerperam usque ad exactionem ſex ſeptimarum differenda dictum propriè ſibi locum vendicet in pœna ſolummodò corporis afflictiva, quæ mortem afferre non debet; Attamen hiſce in terris indifferenter mulier poſt editum partum, ſive ad mortem, ſive ad aliam corporalem pœnam fuerit damnata, non niſi exactis ſex ſeptimanis ad ſupplicium trahitur.

30 *Pronunciavimus ita ad requiſitionem Quaeſtoris Ilenburgenſis:* So möchten ſi beyde von wegen ſolches mit einander begangenen vnd bekanten Ehebruchs vnd Oberhurerey/jedoch wenn zuvorn die Weibsperſon der Leibesfrucht geneſen/vnnd jhre Sechswochen vmb vnd verfloſſen/mit dem Schwerde vom Leben zum Tode gerichtet vnd geſtraffet werden/V. R. W. *Menſe Ianuar. Anno* 1624.

31 Ex paritate quoque rationis, executio pœnæ corporalis Reo ægroto indictæ differri debet, usque dum reconvaluerit, & priſtinæ ſanitati reſtitutus fuerit. Etenim ſi ægrotus tormentis ſubiici nequit; ne ſcilicet ex crutiatibus corporis mors ipſi immineat, *arg l. quaeſtio.* 7.*ff. de quaeſt. junct. l.* 3. *in pr. ff. de SCto Silan. Matth. Stephan. in not. ad artic.* 59. *Ordin. Crimin. Carol. Henric. Bocer. in tract. de quaeſt. & tortur. cap.* 4. *num.* 23. Vtique nec pœnæ corporis afflictivæ ob hanc cauſam ſubjugari poterit: cùm non minores ſint cruciatus fuſtigationis ac torturæ, quæ per omnia ferè comparantur.

32 *In hanc ſententiam pronunciavimus ad conſultationem Praefecti VVeiſſenfelenſis:* So wird *Inquiſit* ſolcher ſeiner Mißhandlung wegen/öffentlich zur Staupen geſchlagen/vnd nach außgeſtandener Leibesſtraffe/deß Landes ewig verwieſen. Jedoch mag ſolche Leibesſtraffe/ehe vnd zuvor der Gefangene zu ſeiner vollkömlichen Geſundheit wieder gelanget/an jhme nicht vollſtrecket werden/V. R. W. *Menſe Majo Anno* 1625.

33 *It. Ad requiſitionem Praefecti* in Laußnitz: So wird die Gefangene deßwegen/daß ſie mit einem Ehemanne zu thun gehabt/öffentlich zur Staupen

geſchlagen/vnd darauff deß Landes ewig verwieſen. Es wird aber mit der *Execution* dieſer Straffe / ſo lange in Ruhe geſtanden/ biß ſie wiederumb zu jhrer Geſundheit gelanget/ vnd ſelbe Straffe an jhr ohne Schaden jhres Leibes vollſtrecket werden mag / V. R. W. *Menſe Octobr. Anno* 1612.

34 Hoc tamen procedit in pœnis ſolummodò corporalibus, Reis ægrotis infligendis. At ſi mortis pœna affici debeant, tantum abeſt, executionem ultimi ſupplicii differendam eſſe, ob adverſam Rei valetudinem, ut propterea accelerandum potius illud ſit, ne per mortem condemnatæ perſonæ ſupervenientem, executio ſententiæ planè irrita fiat. *Prout ſæpius reſponſum memini.*

Q. 2 Quando & quare executio pœna tempeſtivè Reo ſit denuncianda?

35 SECVNDO: Sententia condemnationis capitalis ac pœnæ executio tempeſtivè denuncianda eſt Reo, quo ad mortem ſe præparare, de bonis ſuis diſponere, ac imprimis animæ ſuæ proſpicere poſſit. Etſi enim executio ultimi ſupplicii ad longum tempus differenda non eſt, ut modo dixi; Attamen tam feſtinans eſſe non
36 debet, ut miſero condemnato omnem dilationem & moram adimat; ſed ſpatium aliquot dierum ipſi dandum eſt, ut confeſſione delictorum ex vera cordis contritione facta, & conſtanti in Chriſti Salvatoris noſtri unici meritum fide, nec non in hujus confirmationem & obſignationem, corpore & ſanguine Chriſti ſumpto, ſuæ animæ & conſcientiæ rectius conſulere, & Deo conciliari queat. *Jul. Clar. in pract. §. ult. quæſtion. 99. numer. 1. Iodoc. Damhouder. in prax. crimin. cap. 150. num. 2. & 3. Petr. Theodor. in Colleg. Crimin. diſput. 10. theſ. 5. lit. G. Anton. Gomez. tom. 3 variar. reſolut. cap. 14. numer. 6.* Et dicit *Clar. dicto loco*, laudabilem eſſe conſuetudinem, quòd ſententia condemnationis capitalis intimetur condemnato per virum Religioſum, qui accommodatis verbis Reo mortem denunciat, illumque hortatur ad patientiam & pœnitentiam peccatorum ſuorum. Alibi tamen intimatio executionis fieri ſolet per ipſum judicem, extra locum tamen carceris in Camera ſeu Prætorio, ubi judicium habetur. Et quia hæc variè in diverſis locis ſervantur, attendenda eſt conſuetudo uniuscuiusque Provinciæ, ut rectiſſime monet *Clar. d. loc.*

37 Semper tamen probè ac ſtrictè obſervandum: 1. Vt die ad executionem certo determinato, triduo ante hoc intimetur Reo, eiq; executio denuncietur, quò tempeſtivè commiſſa ſua ſeriò lugeat, deprecetur, toto pectore reſipiſcat, & ad Dominum, qui multus eſt ad ignoſcendum, *Eſa. 55. v. 7. Pſ 103. v. 8. & Pſ. 145. v. 8.* ſeſe convertat, ſacræque Euchariſtiæ particeps
38 fiat: Prout Imper. Carol. V. monet *in Ordinat. Crimin. artic. 79. in pr.* Dem / ſo man auff Bitte deß Anklägers/mit endlicher peinlicher Rechtfertigung ſtraffen will/ ſoll das zuvor drey Tage angeſagt werden/ damit er zu rechter Zeit ſeine Sünde bedencken/beklagen vnd beichten möge/vnd ſo er das H. Sacrament zu empfangen begehret/ das ſoll man jhme ohne Weigerunge zu reichen/ ſchuldig ſeyn/*&c. & ibi Matth. Stephan. ac Georg. Rem. in Nemeſ. Karul. Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crim. c. 150. n. 3.* ubi mõrem & conſuetudinem hanc latè exornat.

39 2. Durante illo tridui ſpatio ante executionem, condemnatus à carceris ſqualore liberatus in Camera ſeu conclavi, aliave cuſtodia tolerabili detinendus, eiusq; proximis & cognatis, aliisque piis perſonis, Eccleſiæque miniſtris iniungendum eſt, ut condemnatum ad mortem ſæpè ac diligenter viſitent, eumque de immenſa & inexhauſta Dei clementia & miſericordia erudiant & confirment, ad veram item in Deum omnium Patrem, meritumque Chriſti Salvatoris, fidem & fiduciam plenamque ſpem unicè, non in alia ulla re collocandam admoneant, *Ordin. Crimin. artic. 79* verb. Man ſol auch nach ſolcher Beichte pfleglich ſolche Perſonē zu dem Verklagten in die Gefängnüß verordnen / die jhn zu guten ſeligen Dingen vermahnen/*&c.* Quinimo ad hunc ipſum finem iudex ex officio miſero peccatori Sacerdotem, ut illi, dum ad ſupplicium ducitur, & quousque vitam finiverit, conſolando, & ad patientiam adhortando aſſiſtat, adiungere debet, iuxta Sanctionem Caroli V. Imper. *in Ordin. Crimin. artic.* 102. Ibi: Nach der Verurtheilung deß armen Sünders zum Tode/ ſol man jhn anderwertes beichten laſſen/auch zum wenigſten einen Prieſter oder zween/am Außführen/oder Außſchleiffen/bey jhm ſeyn / die jhn zu der Liebe Gottes/rechten Glauben vnd Vertrawen zu GOtt/vnd dem Verdienſt Chriſti vnſers Seligmachers/auch zu Berewung ſeiner Sünden/vermahnen/ *&c. ubi Georg. Rem. in Nemeſ. Karul. Petr. Theod. dict. diſp. 10. th. 5 lit. G.*

40 Caveant tamen miniſtri Eccleſiæ, ne puniendos edoceant vel invitent ad revocanda ea, quæ vel de ſe, vel de aliis verè conſtanterque illi dixere: cùm hâc ratione cæteris ad liberius peccandum fiat occaſio, nec quisquam ex ſuo vel alieno dolo ſeu verſutia levari debeat, *l. rerum. §. tempus. ff. pro ſocio.* Et peccata nocentium nota eſſe, & commeritis plecti pœnis expediat ſocietati hominum, *l. eum qui. in pr. ff. de injur.* monēte Imperatore *in Ordinat. Crimin* 103. Ibi: Die 41
Beichtvätter der übelthäter ſollen ſie nicht weiſen/was ſie mit der Warheit auff ſich ſelbſt/oder andere Perſonen bekandt haben / wieder zu leugnen/dann niemand ziemet/den Vbelthätern jhre Boßheit wieder gemeinen Nutz / vnd frommen Leuten zum Nachtheil mit Vnwarheit bedecken/ vnd weiter Vbel ſtärcken zu helffen / *&c. Matth. Steph. in not. Iodoc. Damhoud. in prax. crim. dict. cap. 150. n. 6.*

42 3. Denunciata executione, condemnatus per triduum iſtud cibo potuq; ſuaviori paſcendus eſt, ne triſtitiâ prorſus ſupprimatur; Vinumque ipſi exhibendum, ut animus paululùm exhilaretur, iuxta illud *Proverb. capit. 31. v. 7. Date vinum his, qui amaro ſunt animo, ut bibant & obliviſcantur egeſtatis ſuæ & doloris ſui non recordentur amplius.*
43 Moderatè tamen agendum & cavendum eſt, ne Reus mortis cogitationibus occupatus, cibo potuve ſeſe oneret, quibus ratio obruta, piis meditationibus vacare nequit. Nam maximè improbanda eſt

illorum conſuetudo, qui Reum longo vini potu ad ebrietatem penè afficiunt, quo minus ſentiat mortis imminentis pavorem & memoriam 44 *Iodoc. Damhouder. dict. cap.* 150 *num.* 5. Quem abuſum ſuſtulit Imper. Carolus V. *in Ordin. Crimin. artic.* 79. *in fin.* Vnnd jhme in den Außführen/vnd ſonſten nicht zu viel zu trincken geben/dadurch ſeine Vernunfft gemindert werde. Dandum enim eſt ducendo ad ſupplicium aliquid potiunculæ, non ut mergat, ſed ut curas deprimat, ut dicit *Matth. Stephan. in not. dict. artic. 97. Ordin. Crim.*

45 Hæcque obſervanda ſunt in executione pœnarum mortis: Secus verò, ſi fuſtigatio, aliave pœna corporis afflictiva irroganda veniat, quæ nec intimationem, nec peculiarem aliquam præparationem requirit, ſed eo ipſo tempore & momēto, quo condemnato denunciatur, ſimul infligi poteſt.

Q. 3. Quomodo procedendum ſit, ſi Reus ad mortē condemnatus nolit pœnitere, peccata cōfiteri, & ad gratiam Dei cōfugere?

46 Quæritur hic: *Quomodo procedendum ſit, ſi Reus ad mortem condemnatus nolit pœnitere, nec peccata ſua agnoſcere, confiteri: & ad gratiam Dei ac Chriſti meritum confugere?* Certè per aliquod temporis ſpatium executionem hoc caſu differendam, omnibusque modis ac mediis laborandum eſſe, quò Reus convertatur, eiusque anima ex periculo præſenti eripiatur, vix quisquā inficias ibit: cùm Salus unius animæ, pro quâ Chriſtus mortuus eſt, videatur cæteris omnibus rebus anteponenda. *Iul. Clar. in pract. § ult. q. 97. n. 4.*

47 At ſi condemnatus pertinax exiſtat, ac ad veram viam & pœnitentiam nullo ſtudio & labore ſe reduci patiatur, tantum abeſt, longiorem dilationem concedi debere, ut etiam ob inſignem condemnati contumaciam, executionem accelerandam eſſe exiſtimem, ne ex pertinacia, qua alias quivis à pœna mortis ſe liberare poſſet, fructum aliquem ſentiat, ac delicta impunita remaneant: quæ coerceri publicitus intereſt, *l. 51 ff ad Leg. Aquil.*

48 *Veluti quoque in hunc modum pronunciare non dubitaverunt Scabini:* Hat der Gefangene G. M. nach deme jhme zu Vollſtreckung der zuerkanten Todesſtraffe ein peinlicher Gerichts-Tag angekündiget worden/ ſich vor vnnd an dem Gerichts-Tage nicht allein gantz vnchriſtlich erzeiget/ vnd von Gott vnd ſeinem Reiche nichts wiſſen/ deßgleichen vom ewigen Leben/ Aufferſtehung der Todten oder dem ewigen helliſchen Fewer vnd Verdamnüß nichts halten/auch nicht beten/ noch ſich auß GOttes Wort tröſten/vnd mit dem hochwürdigen Nachtmahl deß HErren ſpeiſen laſſen wollen/ etc. So wird der Gefangene durch die Prediger Göttliches Worts/zum Gebet billich vnterrichtet/zu wahrer Buß vnnd Bekehrung ſo wol auch zum Gebrauch deß hochwürdigen Sacraments/mit Fleiß vermahnet: Vnd wenn er gleich hierauf ſein voriges Bekäntnüß vor Gerichte abermahls wiederruffen würde / vnnd von dem Prædicanten ſich nicht tröſten laſſen / noch das Sacrament gebrauchen wolte / ſondern auff ſeinem verſtockten Sinn verharren thäte/ſo würde nichts deſto weniger mit der zuerkandten Straffe/ vermöge vnſers vorigen Vrthels/ wieder jhn billich verfahren/ V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris in* Saltza. *Menſe Ianuar. Anno* 1596.

Q. 4. Carnifex qualis eſſe debeat?

49 TERTIO: Conſideranda quoque eſt circa executionis formam perſona, per quam executio fieri debet. Quæ eſt Lictor ſeu Carnifex, qui exercendo officium ſuum in conſcientia nihil peccat, ſed iuſtitiæ miniſter eſt, non ſuorum affectuum, *c. non fruſtra. c. in officia. c. non eſt. 23. q. 5.* & ex iuſtitiæ mandato peragit, quicquid facit. Quemadmodum nec ille miniſter peccavit, qui iubente David interfecit illum, qui Saulem Regem fatebatur occidiſſe. 2. *Reg.* 1. Nec illi iuvenes, qui eodem iubente, peremerunt Baanam & Rechab fratres, qui occiderant Isboſeth Saulis filium, quamvis in gratiam Davidis id feciſſe iactarent, 2. *Reg.* 4. 50 Ac non magis carnifex in capitali ſupplicio inferendo ſanguineque fundendo tenetur, quàm iudex ipſe morti adiudicans Reum, aut Aſſeſſor, aut teſtis vel accuſator. Et ſicuti miles authoritate Principis hoſtem interficiens non peccat; ſic nec Carnifex, ceu miniſter iuſtitiæ, iudicis authoritate ac iuſſu fretus Latronem aliosve ſontes occidens, peccare cenſebitur. *Iodoc. Damhouder. in prax. rer.* 51 *crimin. cap. 153. numer.* 3. ubi dicit: *Tria ſunt quæ carnificem ab homicidij crimine, imò ab ullo peccato in hoc officio purgant & liberant: Nempe* cauſa iuſta, *ſcilicet ob quam occidit & mortem infert. Nam culpa peccantis eam mortem meruit, & ob eam Dominus præcipit: Maleficos non patieris vivere. Exod. 22.* Ordo iuris, *qui non ſua voluntati, ſed judicis imperio paret, qui legitimæ poteſtatis authoritatem habet, & ad quem malefici damnandi ſunt, Num. 35. & Deut. 21.* Animus iuſtus, *quo & judex & judicis miniſter Tortor ſolam juſtitiæ promotionem ſpectant, per quam malum puniendum eſt, ut Reſpub. quieta ſervetur, & gloria Dei magis eluceſcat.* Hactenus Damhouder. Huc faciant verba B. Lutheri in Poſtill. Eccleſ. ſuper Evangel. Domin. 4. poſt Trinit. Darumb iſt Meiſter Hanß ein ſehr nützer vnd darzu ein barmhertziger Mann/dann er ſtewret den Schalck/daß ers nicht mehr thue / vnd wehret den andern / daß ſie es nicht nachthun; Dann für jhm ſchläget er den Kopff ab/ den andern hinter jhm / dräwet er / daß ſie ſich fürchten für dem Schwerdt/vnd Friede halten/ das iſt eine groſſe Gnade / vnd eytel Barmhertzigkeit. Hactenus Lutherus.

52 Eligendi autem ſunt Carnifices, qui non ſunt aleatores aſſidui, publici ſcortatores, calumnitores improbi, blaſphematores impii, ſicarii, fures, homicidæ, latrones, aut qui ſimilibus vitiis nec ſunt, nec fuerunt obnoxii; ſed qui ſunt boni, in officio ſuo gnari, certi & imperterriti, probi, mites, humani, commiſericordes, affabiles qui torquendos Reos mitius alloquantur, clementer tractent, piè humaniterque conſolentur, & patientiam Chriſtianam, ac certam in Deum fiduciam cohortentur. *Iodoc. Damhoud. dict. cap. 153. n. 9.*

Q. 5. Carnifice deficiente, num judex aliquem cogere poſſit, ut ſit Executor?

53 Quæritur hic: 1. *Si in civitate aliqua aut confinio nullus ſit Carnifex vel miniſter juſtitiæ, qui ſententiam capitalem exequatur, num judex propter utilitatē publicam cogere aliquem queat, ut ſit Carnifex ſeu executor, etiāſi is nihil deliquerit?* Quod Dd. affirmant, modò ſit vilis perſona. *Bartol. in l. fin. § Titius. num. 3. ff. de pignor. act. Iul. Clar. lib.*

*5 ſentent.§.ult.quaſt.*99.*n.*4.*Paris de Put. in tract. ſyndic.fol.*324. ubi dicit, quòd quando officiales capiunt aliquem ſervum vel mendicantem pro facienda iuſtitia, debent ei ſolvere mercedem quinque aureorum, per text.in *l.divus.ff.de bon. damnat.*

54 Quandoque etiam Carnifice non conſtituto aliquo certo, iudicem unum è captivis facinoroſis, vel ad opus publicum, vel ad mortem damnandis, ad exequendum cogere, & ad officium carnificis, aut ad tempus, aut in perpetuum pro qualitate ipſiꝰ delicti condemnare poſſe, vel pro condigno ſalario pro more Regionis præſtito, vel capitalem pœnam promerito eiusdem remiſſione & impunitate (conſulto tamē Principe) promiſſa, tradunt *Dd.Petr.Theodor. in Colleg. crimin. diſput.* 10. *theſ.*5.*lit G.Bajard.in addit.ad Iul. Clar. dict. quæſt.* 99.*num.* 4 & 5. *Iohann.Harppr diſput.proceſſ.*5.*theſ.*164.

55 *Q.6 Carnificis officium inhoneſtum famoſum?* Quæritur: 2. *Num officium Carnificis ſit inhoneſtum atque famoſum, quod ipſam perſonam infamet?* Sanè carnifices eſſe infames, ex *Cicer.pro C.Rabirio.Plauto in Pſeudulo & Iuvenali* doctiſſimorum plerique colligunt. Cenſoriæ enim leges & foro & cœlo & ſpiritu urbis Carnifici interdicunt, & urbis domicilio carere voluerunt. Hinc *Cicero* dicit: *Sed moreretur prius acerbiſſima morte Gracchus, quàm in ejus concione Carnifex conſiſteret, quem non modo foro, ſed etiam cœlo hoc ac ſpiritu cenſoria leges ac urbis domicilio carere voluerunt.* Et *Flaccus Declam.* 4. *Cibus*, ait, 56 *recuſantibus ſpurca manu carnificis ingeritur.* Sed nimis etnicè deſpecteque de carnifice ſentit *Cicero:* Nobis Chriſtianis (*inquit Damhouder.*) longè aliam mentem de hoc magiſtratus officio atque miniſterio eſſe convenit, qui non ignoramus, iniuſtis hanc legem eſſe poſitam, atque hanc politicam iuris partem ad gloriam Dei, & ad Reipubl. tranquillitatem directè ſpectare, Carnificis (ſeu magis iuſtitiæ executoris) officium prorſus eſſe neceſſarium, *in prax.rer.crim. c.*153 *n.*11.

57 Neque Carnifices apud Romanos propterea in Vrbe habitare prohibebantur, & civium numero excludebantur, quia infames erant; ſed quia ex peregrinis, & iis, qui ſe civitate privaſſent, ſordidiſſimi quiq; in hoc ſodalitium legebantur, nec non ii, qui vitiis erant obnoxii. *Ioh. Gœdd.ad l.*103.*n.*3.*ff.de verb.ſignif.*

58 Quicquid tamen ſit de iure, opinione certè hominum carnifices hodie maculâ aliqua laborare exiſtimantur, adeo; ut cum iis multùm cōverſari viro honeſto probroſum habeatur. Hocque inde forſan provenit, quòd Carnifices plerumque non zelo iuſtitiæ, nec cum tanta commiſeratione & humanitate ſuum exerceant officium, quæ ipſos deceret, & amabiliores redderet, ſed omnibus ſceleribus inquinatiſſimi in ſibi commiſſos patientes Reos deſæviant, ipſos tractent, raptent, perdant ac mactent, non ſecus, quàm ſi beluam conficerent, & in tam crudeli ac tyrannica executione glorientur, Reis interim merita ſupplicia exprobrantes, & æquo ſævius ac citius eos abripientes, non ſecus, quàm ſi propriæ bili potius inſervirent, & affectibus, quàm rationi, iuſtitiæ mandatrici, ut loquitur *Iodoc. Damhouder. dict.cap.*153.*n.*6. Vnde fit, quòd Carnifices paſſim locorum omnibus ſint exoſi & execrabiles, odiumque vulgi in ſe provocent.

59 *Hinc nec ipſos Carnifices, nec alios, qui cum iisdem ſæpè familiariter converſantur, in numero ac ſocietate honeſtorum opificum tolerandos eſſe, vulgo putatur. Quod nec Scabinis diſplicuiſſe, patet ex eorundem reſponſo dato Henrico à* Schönbergk: Haben die Schuknechte/ ſo bey dem Schuſter zum Frawenſtein arbeiten/ G. D. dahero getadelt/ vnd neben jhme bey keinem Meiſter arbeiten wollen/ daß derſelbe mit dem Nachrichter oder Caviller Gemeinſchafft gehabt/ mit demſelben nicht allein geſſen vnd getruncken/ ſondern auch ſeine Tochter zu freyen Vorhabens wäre/ etc Da nun gedachter G. D. von jetztgedachten ſeinem Beginnen nicht abſtehen/ noch ſich deß Nachrichters Gemeinſchafft enthalten würde/ ſo wären die andern Schuknechte jhn neben ſich arbeiten zulaſſen/ nicht ſchuldig/ V. R. W. *Menſ. Majo, Anno* 1609.

Simili planè modo pronunciavimus Johann Kutnern zu Waldheim: *Menſ. Decemb. Anno* 1629. *Item* an die vier Meiſter vnd gantz Handwerck der Leinweber zu Waldheim/ *Menſe Ianuar. Anno* 1630.

60 *Q.7. Quomodo Carnifex expedire debeat actū executionis?* QVARTO: Ipſe executionis actus ſtudio & opera, quâ par eſt, à Carnifice debet expediri. Vbi tenendum: 1. quòd Carnifex ad executionem nunquam accedere debeat, niſi prius memor ſui ſecum expendat & cogitet, quanta ſit humana fragilitas, atque hinc de lapſu doleat, & de infligenda morte Rei ex animo commiſereſcat, Deo interim proteſtans & confitens, ſe nulla ratione interfecturum illum, niſi ſciret, eſſe præcepti divini, ut criminoſi tali vel tali afficerentur ſupplicio, rogare præterea debet Deum, ut quod iuſtum eſt, iuſtè exequi poſſit, ad commodum & utilitatem totius Reipub. Chriſtianæ. *Iodoc. Damhouder. cap.* 153. *num.* 9. Sed bone Deus, quisnam Carnifex executionem ſuſcipiens hocce penſat ac meditatur.

61 2. Carnifex Reum mitius alloquatur & ligando eum clementer tractet, piè humaniterq; conſoletur, ad Chriſtianam patientiam cohortetur, & ad certam in Deum fiduciam, cui & vivere & mori lucrum erit: ſiquidem poſt Eccleſiæ miniſtrum, remedium conſolationis nulli opportunius ac felicius, quàm ipſi Carnifici præſtandum relinquitur, qui vitæ finem clauſurus eſt ultimum. *Damhouder. dict. cap.* 153. *numer.* 9. Quin & ſi opportunitatis ratio permittat, Reum ſuis precibus commendet, & populum quoq; ad preces pro ipſo fundendas invitet. At, hoc neutiquam largior *Jodoc. Damhouder. dict. loco.* incumbere nempe Carnifici, ut oret Reum, quo ſibi mortem condonare dignetur, quam iubente iudice Dei miniſtro illaturus eſt ipſi. Etenim ſi iure officium ſuum facit, quid opus eſt condonatione: Quo & faciunt verba D. Lutheri in Poſtill. Eccleſiaſt. ſuper Evangel. Dom. 4. poſt Trinitat. Meiſter Hanß ſol nicht ſagen zum Vbelthäter/ dem er ſein Recht thun ſol/ wie ſie doch pflegen/ Lieber N. vergib mir/ was ich heut an dir thun werde!

werde/denn warumb wil er ſo ſagen / thut er doch recht daran/darumb darff er keines Vergebens / welches allein auff die Sünde vnd das Vnrecht gehet/denn ſein Ampt iſt/daß er Vnrecht ſol ſtraffen: Gleich wie es vnrecht wäre/ſo ein Vatter zu ſeinem Sohne/wenn er jhn ſtäupen wolte/ſagte/ Lieber Sohn vergib mirs / daß ich dich ſtäupen wil. Nein/es iſt recht gethan / darumb ſol es der Sohn leyden/denn GOtt will es ſo haben. Hactenus Lutherus.

62 3.Dein, Carnifex executionem intrepidè aggrediatur, omnique ſtudio Reum pœnæ deſtinatum commerito afficiat ſupplicio, executionemque perficiat, *Ordin. Crimin. artic.* 96. Weñ der Beklagte zu peinlicher Straff geurtheilet wird / ſol der Richter den armen Sünder dem Nachrichter befehlen / vnd bey ſeinem Eyd gebieten/die gegebene Vrtheil getrewlich zu vollziehen/ damit vom Gerichte auffſtehen/vnd darob halten/ damit der Nachrichter die geſprochene Vrthel mit guter Gewarſam vnd Sicherheit vollziehen möge.

63 Quæ executio variè fit per Carnificem, iuxta ſententiarum varietatem; nempe gladio, rota, patibulo, igne ſuffocatione in aquis, tractu ſeu raptatu, punctura ignitarum forcipum, &c. in quibus omnibus ſuppliciorum generibus irrogandis, Carnifex diligentiſſimè ſuum agat officium. Hinc peracta executione, iudicem Carnifex rogare ſolet, rectene executioni ſententiam mandarit? Cui iudex ſi nihil deſideret, reſpondere tenetur: Si tu quidem officio ſecundum ſententiæ latæ tenorem perfunctus es, acquieſco: Iubente Imperatore Carolo V. in *Ordin. Crimin. artic.* 98. Wenn denn der Nachrichter fraget/ob er recht gerichtet habe/ ſo ſoll derſelbe Richter vngefehrlich auff dieſe Meynung antworten: So du gerichtet haſt/ wie Vrthel vnd Recht geben hat/ſo laſſe ich es darbey bleiben.

64 Ac, quo magis executio ritè perficiatur, Iudex cum Scabinis actui executionis intereſſe debet, ut Carnifex eorundem præſentia allectus, tanto majori ſtudio ac diligentia fungatur officio ſuo. Principi verò ipſi minimè convenit, ut ſuppliciorum à ſe impoſitorum ſit ſpe-
65 ctator: *Tùm*, quòd ejus præſentia crudelitatis quodammodò ſpeciem præ ſe ferens, ſubditis anſam ſugillandi præbere, & apud populum facilè odium concitare poſſit. *Tùm*, quòd per abſentiam ſuam, Princeps populo animum ſuum ab ejusmodi carnificinâ & cæde facinoroſorum planè abhorrentem declaret, ac teſtetur, ſe ægerrimè & invitum ad puniendum ſontes procedere. *Iohann. Bodin. libr. 5. de Republ. cap. 7. & lib. 4. cap. 6. Petr. Heig. part. 2. quæſt. 22. num. 9. & ſeqq. Aut. anon. in diſput. de jur. Princip. th. 58. lit. A.*

66 4. Proſpicere debet iudex, ut carnifex absque metu & periculo officium ſuum peragere poſſit. Temeraria namque conſuetudo quibusdam in locis, præſertim in Saxoniâ inolevit, ut populus lictorem, ſi is primo ictu à nece aberret, alove modo minus ritè executionem perficiat, ſaxis telisque petere ſoleat. Cui temeritati obviam ivit Imper. Carol. V. iubens iudicem ſub pœna corporis afflictivâ ſeu capitali prohibere, ne quis iuſtitiæ miniſtrum ſive executorem, dum officium ſuum peragit, impediat, neve vim, quantumvis caſu aliquo minus feliciter defungatur, inferat, *Ordin. Crimin. artic.* 97. In verb. So der Nachrichter den Armen auff die Richtſtatt bringet/ſol der Richter öffentlich außruffen / oder verkündigen laſſen / vnd von Obrigkeit wegen bey Leib vnd Gute gebieten/ dem Nachrichter keine Verhinderung zu thun / auch ob jhme mißlünge/nicht Hand anzulegen. Idque etiamnum hodiè ad inſtantiam lictoris ſive Carnificis practicari ſolet. *Matth. Stephan. in not. ad dict. artic. 97. ubi & Georg. Rem. in Nemeſ. Karul. Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crim. cap. 153. num.* 12. *Petr. Gregor. Tholoſ. libr.* 1. *Syntag. cap. 38. n. 7.*

67 An ergo Carnifex minus ritè executionem peragens, ab omni pœnâ immunis erit? Neutiquam exinde hoc ſequitur. Etſi enim populo haud liceat vim carnifici propterea inferre; quin tamen ob culpam & negligentiam à iudice arbitrariè puniri is queat, ambigendum non eſt: ſiquidem & culpa ac imperitia pœnam meretur, § 3 6.7.8. *Inſtit. de Leg. Aquil.*

Q. 8. Quæ ſit pœna Carnificis executionem non rectè peragentis?

68 *Quare nec pœnam relegationis temporalis hoc caſu Carnifici cuidam indicere dubitaverunt Scabini, in hunc modum reſpondentes:* Hat der Scharffrichter bey euch/Hanſen Branden vnd Johan Habenern/mit dem Schwerdt dermaſſen übel gerichtet/daß er jhnen die Köpffe vollends abſchneiden müſſen/etc. So wird er deßwegen mit peinlicher Landesverweiſung/billich in Straff genommen/ V. R. W. *Senatui Torgenſi, Menſ. Ianuar. Anno* 1688.

Item: Adolpho à Vitzenhagen *in* Juren. *Menſ. Novembr.* 1631.

69 QVINTO: Factâ executione capitali, cadavera punitorum ſepeliri debent, *c. quæſitum.* 53. *quæſt.* 2. *Iul. Clar. lib.* 5. *ſentent.* § *ult. quæſt.* 100. *n.* 1. *Petr. Theodor. in Colleg. Crim. diſput.* 10 *theſ.* 6. *lit. C. Petr. Heig. part.* 2. *quæſt.* ;7 *nu.* 6. *& ſeqq. Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crim. cap.* 153. *n.* 12. Quod non modò honeſtatis ratio, ſed & Reipublicæ efflagitat, ob memoriam humanæ conditionis, *l.* 27. *ff. de condit. inſtit.* & ob reſurrectionis ſymbolum, nec non deforme ſpectaculum, ne eodem vivi ſe contaminent. *Petr. Theodor. dict. diſput.* 10. *theſ.* 6. *lit. C.*

Q. 9. Cadavera punitorum an ſepeliri debeant?

70 Quo ipſo tamen nihil derogatur conſuetudini, qua ſuſpenſorum ac rota punitorum cadavera inſepulta relinquuntur. Hoc enim ſpeciale eſt in ſupplicio ſuſpendii ac rotæ; Idemque adverſus eos, qui gladio plectuntur, quandoque practicari ſolet, ut in crimine rapinæ, homicidii ex propoſito & animo deliberato commiſſi: Horum namque cadavera intuitu & exemplo terroris aliis incutiendi, ſuſpenſa vel rotæ affixa & inſepulta relinqui poſſunt. *Didac. Covarr.* 2. *variar. reſolut. cap.* 1. *numer.* 11. *Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crimin. cap.* 153. *numer.* 13. *Petr. Gregor. libr.* 31. *ſyntagm.* 14. *num.* 8.
71 Quemadmodum etiam pœnæ loco inſepultos fuiſſe abiectos à Ioſua Reges captos, *Ioſu.* 10. Goliathi corpus, 1. *Reg.* 17. Ieſabelis Reginæ uxoris Acha-

Achabi, 4. *Reg.* 4. Ioachimi Iudæorum Regis, 4. *Reg.* 24. ſacræ teſtantur literæ. Quare nec ſuſpenſus de furcâ tolli poteſt ſine licentia Magiſtratus, qui tulit ſententiam. *l.*1.§ *fin.ff.de cadav. punit.Petr.Heig part.*2.*quæſt.*37.*num.*31. *& ſeqq.*

Q.10. An cadavera punitorũ Medicis rectè concedantur ad Anatomiam?

72 Quæritur hîc: *An Cadavera punitorum Medicis rectè concedantur ad Anatomiam?* Quod licet dubium eſſe poſſit, quum fieri vix queat, ut anatomia in contumeliam propinquorum puniti non tendat: Neutiquam tamen negandum hoc eſt, ſi cauſam utilitatis publicæ perpendamus ob quam iniuria fieri non cenſetur, *l. quod Reipubl.ff. de injur.* Maximè cùm & aliàs quod in commune omnibus prodeſt, privatorum utilitati præferri debeat. *l.un.*§.*fin.C.de caduc. tollend.* Certum namque eſt quòd diſſectio huius-
73 modi à Medicis publici boni intuitu, & ut exinde perfectior Medicinæ cognitio comparari, & ad alios curandos, peritiores evadere & circumſpectiores accedere poſſint, ſuſcipiatur. *Petr. Theodor. in Colleg. Crimin diſput.* 10. *th.* 6. *lit.* C. Accedit, quòd cadaveribus alioquin in furca relinquendis, Medicorum beneficio ſepultura honeſta contingere poſſit. *Matt.VVeſembec.& Duar.ad tit.de cadav.punit. Anton.Gomez tom.* 3.*variar.reſolut.*14.*num.*9. *Matth. Stephan. lib.* 1. *de jurisd cap.*6.*num.*141. *& ſeqq.*

74 Non tamen indifferenter hoc accipi velim, ſed iudicis arbitrio relinquendum eſt, quando punitorum cadavera ad diſſectionem concedi debeant, hoc caſu circumſtantias familiæ, conditionis & dignitatis puniti probè perpendere incumbit: Exiſtimo autem, iudicem agere tutius, ſi deſuper Principem conſulat, & licentiam impetret, cum *Iul.Clar.libr.*5.*ſentent.* §.*ult. quæſtion.*100 *num.*2.*& ibi.Bajard num.*4.

75 Atque de hoc ipſo minus ambigendum eſt hiſce in terris Electoratus Saxoniæ, ob manifeſtam Conſtitutionem D. Auguſto Electoris, in der Verordnung über die Univerſitäten. *Rubr.* Von der *Facultet* in der Artzney. §. Sonderlich aber. In verb. Zu dem ſol er auch in einer *publica Anatomia*, alle Jahr zum wenigſten einmahl in einem *humano corpore*, wenn es vorhanden/ was er geleſen/ *demonſtriren* vnd weiſen/ *&c.*

76 *Ideoque nec Coriarios à concinnatione Corij humani ſe ullo modo excuſare poſſe, ſed ad hanc adigendos eſſe, reſpondimus D. I.R.S. Medico Lipſienſi*: Habt jhr eine Zeithero etlicher gerechtfertigter armer Sünder *cadavera ſeciret*, vnnd nachmahls bey Gerbern/ Riemern vnd andern/ ſo mit Häuten vnd Fellen vmbzugehen pflegen/ gerben vnd zurichten laſſen wollen/ deſſen ſich aber gedachte Handwercke verweigert/ mit fürwenden/ als wenn ſie dadurch an jhren Ehren vnd guten Nahmen/ benachtheiliget würden/ vnd auß den Zünften geſtoſſen werdē möchten. Ob nun wol an dem daß ein armer Sünder/ durch die jhm zuerkandte Todes-Straffe/ anrüchtig vnd Ehrloß wird/ derowegen männiglichen auſſerhalb ſeines Ampts vnd deß Nothfalls/ ſonderliche Gemeinſchaft mit jhme zu pflegen/ nicht vnbillich bedencken träget: Dieweil aber dennoch durch die außgeſtandene Todesſtraffe der Verbrechere/ ſolche *infamia* ſo wol/ als das *delictum* ſelbſten gäntzlich *purgiret* vnd auffgehoben wird/ alſo daß hernacher an dem *Cadavere* keine *macula* mehr vorhanden/ noch auch zwiſchen denſelben vnd andern Verſtorbenen Menſchen Cörpern einiger Unterſcheid iſt/ derowegen auch ſolcher *cadaverum ſectio* vnnd *anatomia* zu recht zuläßlichen/ darüber auch das *bonum publicum* die Zurichtung der Menſchenhäute/ als welche zu vielen nützlichen Sachen gebrauchet werden mögen/ erfordert/ *&c.* So haben ſich obgedachte Handwercker mit jhren Einwenden nicht zubehelffen/ ſondern ſie ſeyn nach verbrachter *anatomia*, die Menſchenhäute zu gerben ſchuldig/ vnd mögen dannenhero an jhren Ehren von niemand angegriffen/ noch auß den Zünften geſtoſſen werden/ In ferner Verwegerung auch/ werden ſie hierzu von der Obrigkeit durch gebührliche Zwangs-Mittel billich angehalten/ V.R.W. *Menſ. Febr. Anno* 1631.

QVÆSTIO CXXXVIII.

De Sumptibus cauſarum criminalium, quisnam hoſce ſolvere teneatur?

SVMMARIA.

1. *Executio pœnarum absque ſumptibus fieri nequit.*
2. *Reus ad ſupplicium mortis vel pœnam corporis afflictivam condemnatus à refuſione expenſarum eſt immunis. num.* 6.7.8.9.10.11.12.13.
3. *Quod multò magis verum eſt, quando abſolvitur.*
4. *Victus victori in expenſas condemnari debet, & quando hoc fallit.*
5. *Accuſator in probatione deficiens reſtituit expenſas.*
14. *Explicatio Conſt. Elect.* 12. *part.*
15. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
16. *Condemnatus ad pœnam civilem refundit expenſas. n.*17.18.
19. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.*
20. *Incarcerati cujusnam ſumptibus ſint alendi? numer.*22.
21. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
23. *Quid ſi Reus ex inopia ſumptus litis ſolvere nequeat?*
24. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
25. *Ad probationem defenſionis ipſemet Reus ſumtus ſuppeditat.*
26. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
27. *Ex fiſco tamen ſunt ſuppeditandi, quando Reus nil in bonis habet.*
28. *Reus in tortura confeſſus tenetur refundere impenſas, modo non pœna corporali afficiatur.*
29. *Tortura pœna non eſt, ſed ſpecies probationis.*
29. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*

31. *Mortuo Reo ante executionem, an & quando eiusdem heredes teneantur ad refuſionem expenſarum? num. 32. 33. 34. 35. 36. 37.*
38. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
39. *Magiſtratus tenetur ſuppeditare ſumptus, quando ipſemet Reus ab hoc onere immunis judicatur. num. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 50.*
41. *In Saxonia, Magiſtratus habens merum imperium bona vacantia occupat.*
48. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n. 51.*
49. *Magiſtratus gravatur refuſione expenſarum etiamſi delictum alio in loco fuerit commiſſum.*
52. *Magiſtratus ſigna jurisdictionalia propriis ſumptibus tenetur erigere.*
53. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
54. *In proceſſu criminali ordinario accuſator refundit expenſas n. 55. 56.*
57. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
58. *Niſi ſit inops.*
59. *Vel Reus ipſe in expenſas condemnetur.*
60. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
61. *Aut ſi ad Bannum agatur, per Fiſcalem Magiſtratus.*
62. *In proceſſu inquiſitorio ſumptus ferre debet is, ad cuius inſtantiam inquiſitio, fuit ſuſcepta. n. 63.*
64. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
65. *Nuda tamen delicti denunciatio nemini hoc onus injungit.*
66. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
67. *Ex bonis confiſcatis expenſæ Magiſtratui ſunt reſtituendæ.*
68. *Ex hereditate hominis occiſi refunduntur expenſæ criminales.*
69. *Quandoque ex inveteratâ conſuetudine alicujus loci, ſubditi expenſas criminales ferre tenentur?*
70. *Quam conſuetudinem Magiſtratus probare debet.*
71. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
72. *In quantum obliget ſubditos hæc conſuetudo? n. 73. 82.*
74. *Conſuetudo generalis non obſtringit ſubditos ad refuſionem expenſarum, quando delinquens pœnâ aliqua civili coercetur.*
75. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
76. *Aut quando abſolvitur.*
77. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
78. *Vel ſi agatur ad bannum.*
79. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
80. *Aut ſi Reus ante executionem mortuus fuerit.*
81. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
83. *Sumptibus criminales à ſubditis perſolvendi, an in concurſu Creditorum ſint privilegiati? num. 84.*
85. *Obſervantia fori Saxonici.*

1 QVum executio pœnarum abſque ſumptibus fieri nequeat, ſicuti nec proceſſus criminalis abſque erogatione expenſarum agitari & expediri poteſt; haud immeritò circa pœnæ executionem. Tertiò quæritur: Quisnam expenſas in proceſſu criminali & executione factas ſolvere teneatur? Vbi potiſſimum de duobus controverti ſolet: Num ſcilicet expenſæ hæ à condemnato Reo exigi debeant? Vel, ſi ab hoc onere immunis ille ſit, quisnam ad earundem erogationem & reſtitutionem ſit obſtrictus? Pro quorum deciſione exactiori duas regulas notari volo, quarum una negativa, altera affirmativa eſt.

2 *Prima Regula* eſt Negativa: Quòd ſcilicet Reus ad mortis ſupplicium, aliamve pœnam corporis afflictivam condemnatus, expenſas in proceſſu criminali & executione pœnæ factas nequaquam refundere teneatur.

3 Minus forſan dubium hoc habet, ſi Reus ab accuſatione vel inquiſitione, abſolutus fuerit: cùm nec in civilibus cauſis Reus ab actione inſtitutâ abſolutus ad reſtitutionem ſumtuum ſit obſtrictus. At Reo ad pœnam condemnato, num expenſæ in proceſſu criminali factæ ab ipſo exigi debeant, expeditum non eſt, propter regulam juris notiſſimam; quòd victus victori in expenſas condemnari debeat.
4 *c. finem litibus. 5. ext. de dolo & contum. l. properandum, 13. §. ſive autem alterutrâ parte. 6. C. de judic. ubi Dd. eum quem temerè 79. in pr. de jud. Dan. Moller. ad Conſtit. Elect. 31. num. 1. part. 4.* Quam & in cauſis criminalibus locum habere, 5 ac propterea accuſatorem, ſi in probationibus criminis objecti deficiat, ad reſtitutionem expenſarum, damnorum & intereſſe teneri *Dd.* communiter tradunt. *Angel. Aretin. in tract. maleſ. verb. & ad querelam Titii num. 73. Didac. Covarr. pract. quæſtion. c. 27 num. 2. Bartol. in l. ſi poſtulaverit. 44 §. Si Reus n't. ff. ad Leg. Jul. de adult. num. 1. & in l. 1. ff. ad SCt. Turpil. num. 13. Jaſon. in l. properandum 13. §. ſive autem alterutra. 6. C. de judic. numer. 21 Jul. Clarus. lib. 5. ſentent. §. ult. quæſtion 62. numer. 4 & ibid. in addit. Johann. Bajard. num. 16 & ſeqq. Domin. Cardin. Tuſch. tom. 3. pract. concl. lit. E. concluſ. 634. num. 1. Felin. in cap. accedens ext. de accuſat. num. 3. Andr. Gail lib. 1. obſervat 152. n. 1. Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. ſupereſt. n. 1. Modeſt. Piſtor. part. 1 quæſt. 11. n. 1. & ſeqq.*

6 Sed licet conceſſerim, in perſonâ accuſatoris in probatione delicti deficientis, hanc Regulam obtinere: ad Perſonam tamen Rei ſuccumbentis & condemnati ea haudquaquam extendi debet: Nec Reus victus victori condemnatur in expenſas; quando de pœnâ Sanguinis agitur, ut rectiſſimè docet *Matth. Coler. part. 1. decſ. 214. num. 4. Matth. VVeſemb. in pr. Inſtit. de publ. jud. n. 11. verſ. quamvis iſtis locis Joh. Bajard. in addit. ad Jul. Clarū. lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 62. num. 10. Matth. Berlich. part. 4. concl. 19. num. 38. Aut. Conſult. Conſt. Saxon. tom. 1. part. ult. quæſtion. 10. num. 5. & ſeqq. Modeſtin. Piſtor part. 1. quæſt. 11. n. 5. & ſeqq.* Adeoque in perſonâ Rei ſuccumbentis, & ad pœnam ſanguinis condemnati, Regula jam poſita veriſſima manet;

Q. 1. An & quando Reus expenſas in proceſſu criminali factas refundere teneatur?

quæ nec rationibus ac fundamentis deſtituitur.

7 1. Namque ſi Reus in expenſas litis condemnandus eſſet, neceſſe eſt, id propterea fieri, quia temerè & malitioſè litigaſſet, & liti cauſam dediſſet: quum Reum ſolum temerè litigantem ad refuſionem expenſarum obſtringant jura. *l. eum qui temere 79. in pr. ff. de judic. Specul. in tit. de expenſ. verſ. poſtremò dicendum reſtat. n. 7. Dan Moller. ad dict. Conſt. Elect. 31. n 2.*
8 *& 3 part. 1.* Idque pœnæ loco, quo litigantium temeritas & malitia coerceatur. Atqui Reus in criminalibus, etiamſi cauſam injuſtiſſimam foveat, nunquam temerè & malitioſè litigare præſumitur, cùm ei quoquo modo ſanguinem ſuum tueri & defendere liceat, *l. 1. ff. de bon. eor. qui ante ſentent. mort. ſibi conſciv. Bald. in Auth. generaliter C de Epiſc. & Cler. num 13. verſ. quia defendit ſanguinem ſuum.* Quare à reſtitutione expenſarum meritò erit immunis: Ceſſante enim ratione alicuius juris ipſum jus ceſſat. *l. adigere 6. §. quamvis. 2. ff. de jur. patr. Jaſon. in l. quod dictum. 32. n. 2. ff. de pact. Nicol. Everh. in loc. a ceſſat. rat. n. 2.*

9 2. Iniquiſſimum atque duriſſimum eſſet, Reum ad mortis ſupplicium, vel pœnam corporis afflictivam condemnatum, ad refuſionē expenſarum teneri, quo ipſo ad emendum quaſi pœnam ſanguinis propria ſua pecunia, obſtringeretur; Id quod nullibi in jure univerſo cautum reperitur. Ac fieri vix poteſt, ut Reus ad pœnam corporalem condemnatus reſarciendo expenſas in proceſſu criminali factas, ultra pœnam, partem bonorum ſuorum non admitteret, contra *l. ſed hodiè. C de bon. damnat. art. 218. Ordin. Crimin.* ſiquidem ex bonis Reorum ſumptus repetendi eſſent.

10 3. Notiſſimùm eſt, quòd mors omnia ſolvat *Novell. 22. cap. deinceps 20.* Quare Reo mortis ſupplicium ſuſtinente, ulterior ſolutio ſumptuum ab ipſo ejuſque heredibus exigi nequit. Nam heredes Rei condemnati ſatis videntur puniti, ex eo, quòd ad mortem is fuerit condemnatus, *Franc. Marc Delphin part. 2. deciſ. 191. n. 2.*

11 4. Si Reus mortis ſupplicio ſubjugandus ad reſtitutionem expenſarum, in proceſſu criminali & executione pœnæ factorum obſtrictus eſſet; utique facta executione, ab ejuſdem heredibus hæ exigi deberent. At fieri hoc nequit in foro Saxonico, ob textum in *articul. 6.* Landrecht *lib. 1.* ubi dicitur: Der Erbe ſoll zu Recht die Schuld geben / ſo ferne das Erbe weret / Dieberey / Spielgeld / Raub iſt er zu gelten / nicht ſchuldig / noch keine dergleichen Schuld / denn ſolche / deren er Nutzen oder wieder Erſtattung empfangen hat. Idemque habetur in *artic. 31.* Landrecht *lib. 3. & jur. feud. Saxon. c. 44. & 55.* Vnde ſequitur, heredes haud teneri ſolvere debita, niſi quæ in hæreditate condemnati fuerint reperta, adeoque nec ſumtus in executione factos ab iiſdem exigi poſſe; quippe quibus hereditati lucrum non accedit, ſed maxima bonorum pars decedit.

12 5. Accedit quoque *Gloſſ. Germ. in artic. 35. lib. 2.* Landrecht *num. 4.* Ibi: Denn mit dem Todte wettet man zugleich dem Richter / vnd büſſet dem Kläger. Idemque dicitur in *gloſſ. art. 45. num. 4. lib. 3.* Landrecht. *& addit. latin.* Vnde clariſſimè patet in foro Saxonico Reum pœnam mortis ſuſtinentem judici & actori ſatisfacere, & utrumque intereſſe, publicum & privatum ſolvere. Quod ſi verum eſt, exactio quoque expenſarum judicialium ceſſabit, quæ ipſa etiam pars pœnæ perhibetur. Et hoc ipſum quoque vult *Gloſſ. German. art. 31. lib. 2.* Landrecht. *n. 2. in fin.* Ibi: Hie ſagt er von einem ſolchen / der durch den Tod verbüſſet hat / darauff folget ferner weder Buſſe noch wette / *&c.*

13 6. Ac quò minus in terris Electoratus Saxonici hac de Regula dubitetur, diſertis verbis ea confirmata eſt ab Electore D. Auguſto in *Conſt. 12. part. 4 in pr.* Wenn jemands wegen eines begangenen Todſchlages auff peinliche Beſchuldigung am Leben / oder auch nach Gelegenheit mit Abhawung der Hand / oder Staupenſchlagen geſtrafft vnd verwieſen / derſelbe ſoll deß vmbgebrachtē Söhnen oder nächſten Freunden die Gerichtskoſten oder andern Abtrag zu thun nicht ſchuldig ſeyn. Quibus verbis manifeſtè probatur, ſi Reus propter commiſſum homicidium ad ultimum ſupplicium, aliamvè pœnam corporis afflictivam condemnetur, quòd tum is, vel eius heredes expenſas litis vel alia damna reſtituere non teneantur. *Dan. Moller. dict. Conſt. 12. num. 1. Matth. VVeſembec. in pr. Inſt. de publ. judic. num. 11. verſ. nec ullæ expenſæ. Ioach. à Beuſt. ad l. 3. n. 43. verſ. quando autem homicida ff. de injur.*

14 Quamvis autem *dict. Conſt. Elect. 12.* ſpecialiter de homicidio loquatur, uti patet ex verbis: Wegen eines begangenen Todſchlages. Vnde ſanctionem illam Electoralem ad alia delicta; puta furta, incendia, veneficia, ſeditiones, & ſimilia neutiquam trahendam eſſe, tradit *Andr. Rauchbar. part. 2. quæſt. 10 num. 17. verſ. quod [illegible] alia delict. Hieronym. Panſchm. in conſilio ſcripto Senatui Lipſenſi in cauſ. Adolphi* Weinhauſen *quæſt. 1 n. 190.* Attamen ob identitatem rationis, quæ non minus in aliis criminibus, ac delicto homicidii obtinet, prædictam *Conſtit. Elector.* indifferenter ad delicta quævis extendi, praxis quotidiana ſatis comprobavit: prout etiam rectiſſimè ſentiunt. *Petr. Heig part. 2 quæſt. 23 numer. 17. & ſeqq junct. num. 20. Dan. Moller. dict. Conſt. 12. n. 7. part. 4 Modeſt. Piſtor. part. 1. quæſt. 11. n. 6. & ſeqq.*

> 15 *Et ſecundum hanc Regulam in Elect. Saxoniæ Scabinatu quotidie pronunciari, certius eſt, quàm ut ulla probatione indigeat. Quin & jamdudum Scabini ita reſponderunt Quæſtori Butterfeldenſi.* Da N. N. berührter Deuben halber peinlich geſtraffet würde / So wehren ſeine Erben den Werth der geſtohlenen Pferde vnnd die vffgewendeten Vnkoſten zu erſtatten nicht ſchuldig. *Menſ. Iulio Anno 1588.*

16 *Limitatur autem hæc Regula Primò:* Vt locum habeat ſolummodò in mortis ſupplicio, aliiſq; pœnis corporalibus ſive ſanguinis, non etiam in pœnis civilibus. Quantumvis enim ob crimen perpetratum quis pœna civili, puta relegatione temporali vel perpetua, aut etiam carcere, vel mulctâ pecuniaria puniatur;

attamen, quin is ſimul expenſas litis, in proceſſu criminali ordinario vel inquiſitorio factas, refundere teneatur, ambigendum non eſt; ſiquidem hoc caſu ceſſant omnes illæ rationes, quæ expenſarum præſtationem aliàs impediunt: prout cuivis perpendenti eas obviam eſt. Ceſſantibus verò prohibitionis rationibus, ipſam quoque prohibitionem ceſſari neceſſe eſt. *Jaſon. in l. quod dictum. 32. num. 2. ff de pact. Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratr. part. 2. quæſt. 9. num. 10. verſ. quinto quia reſponſio Iureconſulti, &c. Johan. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 122. n. 28.*

17 Quâ de re etiam in terris Elect. Saxon. manifeſta extat Conſtitutio *dict. part. 4. Conſtit. Elect. 12. verſ.* **Würde aber.** Ibi: **Würde aber der Thäter mit obgedachten Lebens oder Leibesſtraffen verſchonet / vnnd doch ſonſten vnſerer Lande / wegen ſeiner Verbrechung vorweiſen / vff ſolchen Fall ſoll er deß Verſtorbenen Söhnen / oder den Schwerdmagen welche jhn beklaget / die auffgewandte Gerichtskoſten / jedoch vff vorgehende rechtliche Ermeſſigung / zu erſetzen pflichtig ſeyn / vnnd ſoll alſo in vnſern Landen hinfüro erkandt**

18 **vnd geſprochen werden.** Quæ verba ſatis probant, eum, qui pœna corporis non afficitur, ſed tantummodò relegatur, ſimul in expenſas litis à judice æſtimatas condemnari poſſe, quod multò magis obtinet, ſi pœnâ leviori, puta carceris, vel mulctâ pecuniariâ Reus plectatur, *Matth. Berlich. part. 4 concl. 19. n. 16. Joach. à Beuſt. ad. l. 3. n. 43. verſ. ſed quando ſine aliqua. ff. de injur. Matth. VVeſemb. ad pr. n. 11. Inſt. de publ. judic.*

19 *Quotidie ita pronunciantibus Scabinis:* So iſt er in dieſer Sachen die vffgewendete Gerichskoſten vff Richterliche Ermeſſigung zu erſtatten ſchuldig / vnd mag hierůber willkůhrlichen / entweder eine Zeitlang mit Gefängnüß / oder vmb eine ziemliche Geldbuſſe / ſeinem vermögen nach in Straff genommen werden / **V. R. W.** *Prout etiam reſpōdimus D. Andr.* Talling in Eißleben: Man wolte jhme denn in Anſehung der außgeſtandenen Gefängnüß die Leibesſtraffe erlaſſen / So wird er allein mit ewiger Landesverweiſung in Straff genommen / vnnd iſt auch vff ſolchen Fall zugleich die vff dieſe gantze Sache gewendete Vnkoſten / vff Richterliche Ermeſſigung zu erſtatten ſchuldig / V. R. W. *Menſ. Decemb. Anno* 1631.

20 Notandum hic *Primò.* Incarceratos Reos non modò expenſas judiciales præſtare, ſed & ſibi ipſis de victu aliiſque neceſſariis proſpicere ac providere teneri, per ea quæ tradit *Paris de Puteo in tract. Synd. verb. an carceratus. Matth. Coler de proceſſ. execut. part. 1. cap. 6. n. 106. & part. 2. deciſ. 281. Dan. Moller. lib. 1. Semeſt. 36.*

Q. 2. Cujusnam ſumtibus incarceratus ſit alendus?

21 *Veluti reſpondimus Senatui in* **Oderan: Wie denn auch angeklagter die jenigen Vnkoſten / ſo in der Captura auff jhn gewendet werden můſſen / vor ſeine Perſon ohne der Anklåger zuthun / jedoch / wenn ſolche zuvor** *liquidiret* **vnnd gerichtlichen** *moderiret* **worden / zu tragen vnnd zu erſtatten pflichtig iſt / V. R. W.** *Menſe Iun. Anno* 1631.

22 Quod ſi verò talis ſit inopia captivi, quod non habet, unde ſe exhibeat, ſi quidem judex Reum per ſe & proprio motu carceravit, ei victus eſt adminiſtrandus ex publico, *l. judices.* Ibi: *Victualem ſubſtantiam non habentibus faciant miniſtrari. C. de piſc. audient. Nicol. Boër. deciſ. 303. num. 2.* Ad inſtantiam verò alterius privati incarceratus, qui ipſe non habet, ex quo alimentetur, exhibendus eſt per carcerari facientem. *Felin. in cap. 1. num. 9. ext. de lib. oblat. & in cap. ex reſcript. in fin. de jurejur. Matth. Coler. dict. part. 2. deciſ. 281. n. 1. & de proceſſ. execut. dict. c. 6. n. 106.*

Hacq; in practica fori Saxonici ita obſervantur.

Secundò: Notandum & hoc, quod ſi niſi Reus expenſas litis ex inopia ſolvere nequeat, pœna exaſperari debeat: quin & Reum hoc caſu præter pænam carcerationis vel Relegationis, quam judex ei imponit, fuſtigari poſſe tradit *Moller ad Conſtit. Elect. 12. n. 7. & 8. part. 4. Ant. Conſult. Conſt. Saxon. tom. 2. part. 4. quæſtion. 25. num. 5. & 6.* ob regulam generalem, quòd qui non habet in ære, luat in corpore. *l. ſi quis id 7. §. in ſervos. 3. ff. de juriſd. & l. ult. ff. de in jus vocand. l. quicunque 4. C. de ſerv. fugit. l. 1. in fin. ff. de pœn.* 23

Veluti reſpondimus ad conſultationem Quæſtoris in Plauen: Vnnd es hat ſich befunden / daß M. K. wegen groſſer Armuth / weder das Wehrgeld zu entrichten / noch die Vnkoſten abzuſtatten vermag / &c. So wird geſtalten Sachen nach die Landes-Verweiſung noch vff 2. Jahr lang erhöhet / vnnd er alſo auff 5. Jahr deß Landes verwieſen / V. R. W. *Menſ. Mart. Anno* 1627. 24

It. ad requiſitionem Quæſtoris Zvvickavienſis: Derowegen iſt er deß Entleibeten nächſten Freunden ein gantz Wehrgeld zu entrichten / vnnd die in dieſer Sachen vffgewendete Vnkoſten / vff vorgehende *Liquidation* vnd richterliche Ermeſſigung zu erſtatten ſchuldig / vnd mag hierůber ein / oder da er das Wehrgelt vnnd die Vnkoſten auß Armuth zu erlegen nicht vermöchte / 2. Jahr lang mit Landesverweiſung in Straff genom̃en worden / V. R. W. *Menſe Septemb. Anno* 1629.

25 *Limit. Secundò:* In expenſis factis à Reo in probatione ſuæ defenſionis. Intelligenda ſiquidem eſt Regula prædicta de iis ſolummodò expenſis, quæ ad proceſſum & fundandam judicis intentionem, nec non ad pœnæ executionem requiruntur. Aliter verò res ſe habet, quando judex contra Reum in manifeſto crimine deprehenſum ex officio procedit, Reus autem defenſiones allegat, quas probare neceſſe habet. Quo certè caſu, Reus ipſemet probationes illas ſuis ſumptibus implere debet. *Simon. Vlr. Piſtor. in addit. ad Hartman Piſtor. obſervat. 153. num. 5.* Hacque de re clara extat Imper. Carolus V. in *Ordin. Crimin. artic.* 47. verb. **Vnd ſo der Gefangene berürter maſſen / der mit andern dienſtlichen Vrſachen ſeine Vnſchuld anzeiget / ſolcher angezeigten Entſchuldigung ſoll ſich alsdenn der Richter / auff deß Verklagten oder ſeiner Freundſchafft Koſten / auff das förderlichſte erkundigen / rc.**

Q. 3. Ad probationem defenſionis quonã ſumtus ſuppeditare debeat?

26 *Quod reſponſis ſuis ſæpius comprobarunt Scabini, exiſtimantes, etiamſi Reus mortis ſupplicio punitus fuerit, ejusdem tamen heredes ad reſtitutionem expenſarum, in probatione defenſionis irrevelantis factarum, teneri, reſpondentes ita Sigismundo à* **Witzleben: Ob wol ewer Vnterthaner wegen ſeiner Verbrechung mit dem Schwerd vom Leben zum Todte gerichtet worden / Dahero ſeine Erben zu Abtragung derer vff den peinlichen Proceß gewendeten Gerichtskoſten nicht verbunden. Da aber dennoch der Gerechtfertigte ſeine Vnſchuld vor der** *Execution* **der Todtesſtraffe außführen wollen / vnnd Zeugen abhören laſſen /**

dahero nicht mehr/wiewol vergebliche Unkoſten verurſachet worden/ꝛc. So weren deß Gerechtfertigten Erben angeregte Unkoſten/ſo viel dero uff das *defenſion* gezeugnüß uffgewendet werdē müſſen/abzuſtatten ſchuldig/V.R.W. *Menſ Febr Anno* 1631.

Quæſt. 11 Præfecturæ Delitianæ M. Aug. An. 1627. *It. Ad requiſitionem D. Andr.* Talling. *in* Eißleben: Er wird aber gleichwol willkührlich mit Staupenſchlagen/oder Abhawung einer Fauſt/der er am beſten entrathen kan/deß Landes ewig verwieſen/darneben er auch die vff ſeine *defenſion* gewendete Unkoſten abzuſtatten pflichtig iſt/V.R.W. *Menſ. Decemb. Anno* 1631.

27 Quod ſi verò Reus nihil in bonis habeat, & tamen ad probationem defenſionis, & deductionem ſuæ innocentiæ ſe offerat, ne indefenſus remaneat, ſumptus ex fiſco ſuppeditandi erunt, jubente Imperat. Carol. V. *dict. art.* 47. *Ordin. Crimin.* In verb fin. Wo aber der Verklagte oder ſeine Freundſchafft ſolchen Koſten Armuth halber nicht ertragen noch erleidē möchte/damit denn nichts deſto minder das Vbel geſtraffet/oder der Vnſchuldige wider Recht nicht übereylet würde/ſo ſoll die Obrigkeit/oder das Gerichte den Vnkoſten darlegen/vnd der Richter in Rechten verfahren/*&c.* Et *art.* 154. verb. Auff deß Gerichts oder derſelben Obrigkeit darlegen vnd koſten/ꝛc.

28 *Limitat. Tertiò Regula hæc:* In tortura ad
confeſſionem Rei extorquendam adhibita:
Puta, ſi Reus tormentis ſubjectus confiteatur
crimen, ob quod tamen certis ex cauſis & qua-
litatibus, pœnam corporalem mitigantibus,
non niſi Relegatio ei irrogetur. Quo caſu, ex-
penſæ quoque abſque dubio ab ipſo exigi po-
terunt. Eiſi enim tormenta non minus ac ipſa
fuſtigatio corpus Rei affligant & lacerent,
Johan. Zanger. in tract. de quæſt. ſeu tortur. Reor.
29 *cap. 1 num.* 1. Attamen quia tortura pœna non
eſt, ſed ſpecies quædam probationis in cauſis
criminalibus, probationumq; reliquarum ſub-
ſidiaria, *l. edictum.* 8. *in pr. junct. l. ſeq ff. de quæſt. l.
quoties.* 11. *& l. fin. C. de quæſt. Hippol. de Marſil in
pract. crimin. § nunc videndum num.* 35. *Cyn. in l.* 2.
*C. quor. appel. non recip. Proſper. Farin. in prax cri-
min. lib.* 1. *tit.* 5. *quæſt.* 40. *num.* 3 *Johan. Zanger. dict.
tract. de quæſt. ſeu tortur. cap.* 2 *num.* 3. *Bartol. in di-
cta l. edictum* 8. *& ibi Dd. comm ff. de quæſt. Gan-
din. in tract. maleficiorum ſub rubr. de quæſt. & tor-
ment. in pr.* Vtiq; nec impedire ea poterit reſti-
tutionem expenſarum, eo caſu, quo Relegatio
ſolummodò irroganda venit juxta *Conſt. Elect.*
12. *verſ.* würde aber der Thäter *&c. part.* 4. quæ
Relegatum ſimul in expenſas litis à judice æſti-
matas condemnari præcipit.

30 *Prout etiam eiusmodi in caſu reſpondimus ad requiſitionem Otton ab* Hayn/*in* klein Zſchocher. *Menſ. Decemb. Anno* 1630.

Q. 4. Mortuo Reo ante executionem pœna, num eiusdem heredes expenſas litis refundere teneātur?

31 Quæritur hic: *Si Reus ante executionem pœnæ moriatur, vel ſibimet impias manus inferat, ac mortē acceleret, num eiusdem heredes expenſas litis refundere teneātur?* Quod ſimpliciter negandū, ſi Reus ultimo ſupplicio, vel pœnâ corporis afflictivâ fuiſſet afficiendus, de quo vix dubium eſſe poſſet; ſiquidem nec ipſemet Reus hoc caſu ad reſtitutionem ſumtuum fuit obſtrictus, *Conſt. Elect.* 12. *part.* 4. Quantò minus ab eiusdē heredibus hi exigi poterunt, quippe qui ipſi nō deliquerunt, ſed ex obligatione ac debito defuncti ſolummodò tenentur, uti expeditum eſt.

At, ſi Reo mitior aliqua pœna, Relegationis, 32
Carceris, aut etiam mulcta pecuniaria irrogan-
da fuiſſet, dubitari poteſt: *anne eo ante executio-
nē defuncto, ab eiusdem heredibus ſumptus litis ex-
igi debeant?* Quod videtur affirmare ſimpliciter
de jure civili *Specul. part* 1 *tit. de accuſat. § quali* 33
ter autem num 25. Sed aliter diſtinguit *Odofr. in
l un. C. Ex delict. defunct. in quant. hæred. teneant.*
Quem ſequitur *Johan. Andr in addit ad Spec. dict.
tit. de accuſatione § qualiter. num.* 16. *lit. D. Joan.
de Imola in l. defuncto.* 6. *ff. de publ judic. n.* 2. *verſ.
Quid autem ſi Latro.*

Exiſtimo ego diſtinguendum eſſe: An Reus 34
antequam moriatur condemnatus fuerit, nec
ne. *Priori caſu*, quando Reus jam condemnatus
fuit ad Relegationem, vel carceris pœnam, aut
mulctam pecuniariam ac ſimul reſtitutionem
expenſarum, etiamſi moriatur ante pœnæ exe-
cutionem; Attamen quin ab heredibus ſum-
ptus litis exigi queat, dubium non eſt. Siqui-
dem ipſemet Reus ex ſententia condemnato-
ria ad refuſionem expenſarum fuit obligatus,
arg. l. licet 3 *§ idem ſcribit.* 11. *ff. de pecul.* Quæ obli- 35
gatio ad heredes quoq; tranſit. *l. ex contractibus*
49. *ff. de oblig. & action. l. heredem.* 59 *l. hereditas* 62.
l. 143. *ff. de Reg. jur. l.* 22. *ff. de uſucap.*

Prout etiam hoc caſu heredibus Rei defuncti reſtitutionem expenſarum ſæpiùs in Elect. Saxon. Scabinatu injunctam fuiſſe ſcio.

At *caſu poſteriori*, defuncto ſcilicet Reo nondum condemnato, etiamſi is ſibimetipſi impias manus metu pœnæ intulerit, ad reſtitutionem tamen, expenſarum hæredes nequaquam tenentur. 36 *Tùm*, quòd nec ipſemet Reus ante condemnationem latamq; ſententiam fuit obſtrictus ad refuſionem expenſarum. *Conſt. Elect.* 12. *part.* 4. Quare nec eiuſdem heredes obligati erunt, quippe qui deterioris conditionis non ſunt, nec alio jure tenentur. *l.* 49 *ff de obligat. & action. l.* 59 *ff. de Reg. jur.*

37 *Tùm*, quia eius cauſa, qui ante condemnationem in reatu moritur, melior & tolerabilior eſt, quàm ejus, qui ad mortem condemnatur: quoniam huius bona olim confiſcabantur, *l.* 2. *§.* 1. *& ſeq ff. de bon. eor. qui ante ſent. l.* 1. *C. eod.* illius non item. *l. eorum* 2. *C. eod. tit. l. cor.* 10 *C de jur fiſc.*

Veluti quoq; Domini Scabini reſponderunt ad requiſitionem: Veit Joachim von Wiedebachens: Ob wol V.S. einer Rauberey beſchuldiget wordē/dieweil er aber dennoch ſolche nicht geſtehen wollen/vnd ſeine Vnſchuld zuerweiſen ſich anerbotē/welcher Beweiß jhme auch zugelaſſen worden/Er aber vor ſolcher angemaſten Beweiſung ſich ſelber entleibet vñ vmbgebracht/*&c.* So iſt nunmehr durch ſeinen Todt die Straffe erloſchen/vnnd mögen ſeine hinderlaſſene Kinder von wegen jhres Vatters Verbrechung vmb einige Geltſtraffe oder Vnkoſten von euch nicht belanget werden/V.R.W. *Menſ Mart. Anno* 1609.

It. An Carl Albrechten von Goldſtein: Ob gleich vff den *proceſſ*, ſo jhr wider den verſtorbenen A.F. der an H.R. verübten Entleibung wegen anſtellen müſſen/viel Vnkoſten von euch uffgewendet wordē: Dieweil aber dennoch der Verbrecher ehe etwas *definitivè* wider jhn erkandt/verſtorben/*&c.* So mögen auch die Erben Straffe zu entrichten/vnd die in ſolcher Sachen vffgewendete Vnkoſten abzuſtatten nicht angehalten werden. V.R.W. *Menſ. Jul. Anno* 1633.

Altera

Q.5 Quãdo & quibus caſibus Magiſtratus ex officio ſumtus ſufferre debeat criminales?

39 *Altera Regula* affirmativa hæc eſt: Quòd Magiſtratus Ordinarius ſumptus criminalium judiciorum regulariter ſufferre debeat. Omnibus namque caſibus, quibus ipſemet Reus à refuſione expenſarum litis immunis eſt, de quibus Regula priori dictum, onus hoc regulariter Magiſtratui accreſcit: In quo non modò *Interpp.* communiter conveniunt, ut videre eſt apud *Jul.Clar.lib.5.ſentent.§.ult.quæſtion.99.n.5.* 40 *Johan.Garſ.de expenſ.cap.21.n.20.Hartm.Piſtor.obſervat.153. Petr.Heig.part.2.quæſt.23. Nicol.Boër.deciſ.303.n* 10 *Matth.Coler.de proceſſ.execut.part.1.c.3.n.*259 *Matth.Steph.in not.ad art.* 104.*Ord.Crimin Par.de Puteo in tract.Syndic.verb.expenſa.cap.*1 *n.* 5. *& in princ.tit.de Regum princ.exceſſ.cap.*1 *n.*67.ubi dicit. Si Magiſtratus hos ſumtus à ſubditis extorquere conetur, de injuriâ illos rectè queri. Sed & rationibus hæc Regula firmata eſt.

41 1. Etenim generale fermè *Interpp.* eſt axioma: Quandocunque quis munere ſuo fungitur, vel aliquid facere tenetur ob compenſationem factæ ſibi conceſſionis, tunc idipſum propriis ſumptibus atque expenſis illum facere teneri, nec habere impenſarum repetitionem, *arg.l.ſuo victu.ff. de oper.libert.l.*1.*C.de aquaduct.lib.*11. *Johan.Sichard.in l.*1.*n.*3.*& ſeqq. C de negot.geſt & in l.quoniam n.*7.*& ſeqq C.de teſtib.Jacob.de S.Georg.de feud.in verb De caſtro n.*51. Cum igitur officium ſit magiſtratus, malis hominibus purgare provinciam, *l.congruit.ff.de offic.Præſid.* ſequitur, id gratis fieri debere, prout ratiocinatur *Petr.Heig.dict.quæſtion.*23.*n.*7. Vnde & munera accipere prohibentur Magiſtratus.*l.ſolent* 6.*de offic.Proconſ.*

42 2. Non alia de cauſa Magiſtratus à ſubditis tributa & vectigalia accipiunt, quàm ut æquo jure imperent, & jurisdictionem ac merum imperium exerceant, & adverſus facinoroſos debito modo animadvertant. *Novell.*149.*c.ac ſanè.verſ.Impoſſibile. Ariſtot.lib.polit.*7.*in.fin. Joh.Bodin.lib.*6.*de Republ.cap.*2 *Tob.Paurmeiſter.de juriſd.Imper.Roman.lib.*1:*cap.*4.*num.*34.*Chriſtoph.Beſold.claſſ.*1.*diſput.polit.*3.*c.*7. Sequitur ergo, ut cùm ad particularem juſtitiæ adminiſtrationem devenitur, teneatur magiſtratus ſuis ſumptibus judicium exercere, & gratis ea, quæ juſtitiæ conveniunt, ſubditis exhibere, quia congruos reditus accepit, *Johan Garſ.de expenſ.cap.*21.*num.*20.ubi ait: Quod cùm fiſcales pœnas Domini capiant, neceſſe habeant & ſumtum facere pro exercenda jurisdictione.

43 3. Accedit augmentum fiſci ex bonis vacantibus, *l.*1.*l.*3.*l.vacantia.& l.ult C.de bon.vacant.* Quæ licet inter Regalia referantur, *Anton.Peregr.de jur.fiſc.lib.*4 *tit.*3. *Henric.Bocer.de Regalib.cap* 3.*n.*26. *Bruning.de var.univerſ.ſpecieb.concluſ.*25. 44 Attamen in Saxonia, qui jurisdictionem & merum, mixtumque imperium habent, idem jus ſibi arrogant, & bona vacantia in ſuo territorio ſita occupant. Landrecht *lib.*1.*art.*28. *Johan.*Schneidwin *ad tit. Inſtit.de hered.quæ ab inteſt.defer tit.de ſucceſſ. Fiſc.num.*9. *Henr.Brun.dict.concl.*25. Et ex multis etiam conſuetudinibus Regni Galliæ bona vacantia non ſolùm ad Fiſcum Principis, ſed alios etiam pertinere magiſtratus, teſtatur *Regner. Sixtin.lib.*2.*de Regal.cap.*9.*n.*60.*in fin.*

Quò etiam referri poſſunt bona, quæ indignis auferuntur, *c.un.quæ ſint Regal.Roſenth.de feud.concl.*55.*& ſeqq. Anton.Peregr.de jur.fiſc.lib.*2.*tit.*2.*Henric.Bruning.dict.concluſ.*25. Mulctarum pœnarumque compendia, *Matth.Stephan.de juriſd.Imper.Rom.lib.*2.*part.*1.*cap.*7.*memb.*1.*n.*229.*& ſeqq. Henric.Bocer.de Regal.cap* 3.*n.*8.*& ſeqq.* aliique reditus, qui fiſco propterea applicantur, ut ſumtus habeat Magiſtratus ad exercendam jurisdictionem, & animadvertendum in homines facinoroſos. 45

46 4. In terris Elector. Saxon. hæc Regula minus dubii habet, ob manifeſtam ſanctionem in *Ordin. Provincial. Saxon. de anno* 1555. *tit* von Vnkoſten der peinlichen Rechtfertigung.§ wurden ſie aber verb. vnnd man befinde auß redlichen genugſamen Anzeigungen/ daß die eingezogenen an der That ſchuldig/ So ſollen vnſere Ampte oder die jenigen/ſo Obrigkeit haben/ſolche Vnkoſt ſelbſt tragen vnd die Vbertrettung/nach Ordnung der Rechte/peinlichen ſtraffen laſſen/ *junct.* § welches auch. Ibi: Welches auch jedes Ampt/oder der jenige/dem die Obrigkeit zuſtehet/ auff den Fall thun ſoll/da keine Klägere vorhanden/vnd die That offenbar.

47 5. Quin & in Imperio Romano-Germanico ex ſanctione generali Imperat. Carol. V. Magiſtratus propriis ſumptibus jurisdictionem exercere, atque in facinoroſos animadvertere obſtringuntur, *in Ordin. Crimin. articul.* 204. In verb. Was aber ſonſt Gerichts vnd andere Koſten auff Beſitzung deß Gerichts/ der Schöppen/ oder Vrtheiler Koſtgeld/ auch Gerichtsſchreibern/ Büttelн/ Thürhütern/ Nachrichter vnnd ſeinen Knechte aufflauffen würde/ ſoll durch das Gerichte/ oder deſſelben Gerichts-Obrigkeit ohn deß Klägers Nachtheil bezahlet werden. De quo etiam eſt textus in *artic.*219. verb. vnd auſſerhalb der Partheyen Koſten/&c. *Ordin.Crimin.*

48 *Hancq; regulam in foro Saxonico tota die practicari, omnibus notiſſimum eſt: Prout etiam reſpondimus Friderico à* Schönberg in Gebersbach: Daß wenn ſich ein peinlicher Fall vff ewerm Forberge zu Gebersbach/ da euch die Obergerichte zuſtändig/begeben vnd zutragen möchte/ die Vnterthanen deß Orts die Vnkoſten/ ſo bey Vollführung deß peinlichen *proceſſus* auffgewendet werden muſten/ abzuſtatten vnd zu erlegen nicht verpflichtet: Sondern ihr/ als deme die Obergerichte deß Orts zuſtändig/ ſolche/ wenn ſonſten kein andere Ankläger vorhanden/ zutragen ſchuldig/&c. *Menſ.Iun. Anno* 1624.

Pariter pronunciavimus ad requiſitionem Ioh. Webers/*in* Leipzig. *Menſ.Auguſt.An.*1627.

49 Hæcque Regula generaliter vera eſt & Magiſtratus ac Judices indifferenter ad ſumptus criminalium judiciorum obſtringit. Vnde infertur. 1. non attendendam eſſe differentiam, ubinam locorum inquiſitus deliquerit. Etſi enim delictum, de quo puniendo agitur, extra ditionem & juriſdictionem Magiſtratus inquirentis à Reo perpetratum fuerit, nihilominus

nus tamen ſumptibus iſtius Magiſtratus proceſſus criminalis inquiſitorius agitari debet, per textum manifeſtum in *d.ct. Ordin. Provinc. de An.* 1555. *tit* von Vnkoſt der peinlichen Rechtfertigung. § würden ſie aber verb vnnd ſolches nicht allein vff den Fall / wenn die Verbrechere an denen Orten da ſie verbrochen / ſondern auch auſſerhalb derſelben / in frembden Gerichten zu Gefängnuß bracht ꝛc.

50 2. Parum quoque refert, an ſumptus ſint expenſi in executione pœnæ, aut alio modo facti: modò ratione criminis perpetrati & in cauſis criminalibus erogati fuerint.

51 *Hinc quando tonſor ſibimet ipſi manus impias intulerat, expenſis Magiſtratus cadaver à carnifice more conſueto extrahendam & inhumandum eſſe, pronunciarunt Scabini Verſus* Meiſſen / an Balthaſar Richtern: So ſeyd weder jhr noch der Barbierer / ſo bey euch eingemietet / dem Scharffrichter von Dreßden / welcher den Todten-Cörper auß ewrem Hauſe geſchaffet / vnnd an gebührende Ort bracht / das Henckergeldt zu entrichten pflichtig / ſondern der Rath zu Meiſſen / als deme die Gerichte zuſtändig / iſt ſolches alles zu geben ſchuldig / V. R. W. *Menſ. Iun. Anno* 1600.

52 3. Hinc quoq; Magiſtratus furcam ſeu patibulum, murum decollationi deputatum, vulgò den Rabenſtein / aliaq; ſigna jurisdictionalia, propriis ſumptibus erigere, atque collapſa reficere tenetur. In cuius oneris recompenſationem jus Saxonicum Fiſco Geradam & res expeditorias in caſu, quo vir aut mulier non relicto harum rerum capaci herede moritur, defert, *art.* 28. Landrecht. *lib.* 1. Weichbild *art.* 59. *ubi Gloſſ.* In verb. Gerade / ſo er bloß ſtirbet / wird dem Richter darumb gefolget / daß er Richterliche Gewalt vnd darvon Stöcke / Pranger / Galgen / Staupen vnnd allerley Sachen / darmit man Mißthäter peiniget / vmb jhren verdienten Lohn halten ſoll. *Andr.* Goldbeck. *de gerad. ſub tit. de tertio ord. ſuccedend. n.* 1. Vid. ſuprà *q.* 109 *n.* 66.

53 *Reſpondimus Henrico à* Brederlohen: Iſt kurtz verruckter Zeit das Gerichte zu Tammenhain / ſo alt / vnd vor vndencklichen Jahren gebawet geweſen / von dem groſſen Winde vmbgeworffen wordē / *&c.* So ſeyd jhr daſſelbe / vermöge derer euch deß Orts zuſtändigen Obergericht / uff ewre Unkoſten uffzubawen / vnd in vorigen Stand zuſetzē ſchuldig / vnnd ewre Vnterthanen mögen ſolche Unkoſten zu tragen wieder jhren Willen nicht getrungen werden / V. R. W. *Menſ. Sept. Anno* 1621.

Q. 6. In proceſſu criminali ordinario quiſnam ſumptus ſuppeditet?

54 *Limitatur tamen hæc Regula* certis quibuſdam caſibus: Ac *Primò* quidem in proceſſu Criminali ordinario, quando Magiſtratus ad accuſationem partis offenſæ, alteriusve certæ perſonæ vicem accuſatoris ſuſtinentis, ac Rei condemnationem pœnæque executionem petentis, viâ juris ordinaria procedit. Nam tùm litis expenſæ non ex fiſco Magiſtratus ſunt ſuppeditādæ, ſed accuſator eas refundere tenetur, perinde ac in proceſſu ordinario civili fieri ſolet.

55 *Tùm*, ob ſanctionem Carolinam, in *Ord. Crim. art.* 12. In verb. Soll der Ankläger *caution* vnd Sicherung beſtellen / daß er den Koſten / ſo darauff gangen iſt / auch den Beklagtē vmb ſeine zugefügte Schmach vnd Schaden Abtrag thun wolle / alles nach Bürgerlicher rechtlicher Erkäntnüß. Et *art.* 104. verb. vnnd ſonderlich ein Ankläger für eines beklagten Atzung vnd Wardgelt / dem Büttel Tag vnd Nacht über ſieben Creutzer zu geben nicht ſchuldig ſeyn / *&c.* Et *art.* 219. verb. das ſoll auff deſſelben begehren Theils Koſten geſchehen / *&c.*

Tùm, propter textum manifeſtum in *Ordin. Provinc. Sax. de An.* 1555. *Rubr.* Von Vnkoſt der peinlichen Rechtfertigung: In verb. initialibus: Wenn peinliche Sachen in vnſern Landen vorfallen darinnen Klägere ſeyn / ſo ſollen dieſelben die nothwendigen Vnkoſten der Rechtfertigung / wo ſie das in Vermögen / tragen / vnnd doch mit Vberfluß der Vnkoſten in allwege verſchonet bleiben / ꝛc. 56

Et ita pronunciatum fuit verſus Rottwitz an die Gemeinde daſelbſten: Hat der Gerichtsherr deß Orts in deme wider N. N. erhobenen peinlichē Proceß viel Unkoſten auffwendē müſſen. Ob er nun wol dieſelben von euch als ſeinen Vnterthanen erſtattet haben will / dieweil aber dennoch ein Ankläger vorhanden / uff deſſen Anklage ordentlicher Weiſe wieder angeklagten verfahren worden / ꝛc. So iſt ſelbiger Ankläger die Unkoſten abzutragen pflichtig / vnd jhr ſo wol auch der Gerichtsherr bleibt darmit billich verſchonet / V. R. W. *Menſe Ian. Anno* 1622. *It. Friderico à* Schönberg. *Menſ. Iun An.* 1624. 57

Quam tamen limitationem cum mica ſalis accipi velim, ut non procedat 1. Si accuſator ob inopiam expenſas ſolvere nequeat, tum enim ipſemet Magiſtratus ſumptus ferre tenetur, *dict. Ordin. Provinc tit.* von Vnkoſt der peinlichen Rechtfertigung §. würden ſie aber Armuts halber ſolches nicht vermögen / ſo ſollen vnſere Ampt / oder die jenigen / ſo Obrigkeit haben / ſolche Vnkoſt ſelbſt tragen ꝛc. 58

2. Durante proceſſu ordinario ob contumaciam in non comparendo, aut litem non conteſtando, ipſemet Reus accuſatus in expenſas litis condemnari ſolet, perinde ac in cauſis civilibus, quas etiam ipſe, vel heredes eius ſolvere obſtricti ſunt, ut maximè lite finita accuſato mortis ſupplicium, vel etiam tortura per ſententiam indicatur. 59

Prout Aliquoties practicatum memini. Sicuti etiam reſpondimus Senatui in Oderan. *Menſ. Iun. Anno* 1631. 60

3. In proceſſu quoque banni, adverſus Reum fugitivum ab ipſomet Magiſtratu per mandatarium ſeu fiſcalem inſtituto, hoc obtinet, ut nempe ſumptus ex fiſco ſuppeditentur. Nec immeritò, ſiquidem hoc caſu Magiſtratus partes accuſatoris ſuſtinet. 61

Limit. Secundò hæc Regula in proceſſu inquiſitorio, ad petitionem & inſtantiam alicuius adverſus Reum formato. Sæpiſſimè namq; fieri ſolet, ut pars offenſa moleſtiam accuſationis, ac multifarias ordinarii proceſſus ambages vitare volens, Magiſtratui delictum denunciet, petens ſimul inquiſitionem adverſus Reum ſuo periculo ſuiſque impenſis formari, eumq; debito ſupplicio puniri. Quo caſu delator à refuſione expenſarum litis haudquaquam exemptus eſt. Etenim quia vices accuſatoris tenet, non immeritò etiam ſumptus in inquiſi- 62
tione factos ferre debet. Quin & prudens Ma- 63

giſtratus ad inſtantiam partis offenſæ inquiſitoriè procedere non ſolet, niſi prius facta cautione de ſumptibus refundendis, ac damno præſtando, iuxta *Ordin. Crimin. artic.* 12 prout quotidie fieri videmus, Qua præſtita cautione, ambigendum non eſt, quin delator ad reſtitutionem ſumptuum criminalium teneatur, etiamſi inquiſitus poſtea ab inquiſitione fuerit abſolutus.

64 *Reſpondimus ita ad conſultationem Martin* Güldners/ zu Leipzig: Sein newlicher Zeit zu Großzſchocher drey Pferde geſtohlen worden/ vnd weil jhr mit *intereſſiret*. vnd ſich deß Diebſtals wegen wieder P. N. *indicia* ereignet/ habt jhr ſolches den Gerichts Junckern angemeldet/ welcher P. N. zur Hafft bringen vnnd wieder jhn gebührlichen *inquiriren* laſſen. Da nun ſolche *inquiſition* auf ewer Begehren/ ſo wol auff ewre Gefahr/ vnd ſchadloß Haltung geſchehen were/ dafür ſichs aus ewer Frage anſehen läſſet. So weret jhr auch die auff ſolchen *inquiſition* Proceß/ gewendete Vnkoſten auff vorgehende *liquidation* vnd Ermeſſigung zu erſtatten ſchuldig/ V. R. W. *Menſ. Febr. Anno* 1629.

65 Sed hoc tum demum obtinet, ſi delator inquiſitionem adverſus Reum petat, eamque ſuo periculo ſuisq; ſumptibus formari roget. Quod ſi verò delictum ſolummodò denunciet, ac vindictam iudicis officio committat, quod vulgò appellitatur (die Verbrechung in Gerichten geruget) per eiusmodi nudam denunciationem ad refuſionem expenſarum ſe nequaquam obſtringit, ſed magiſtratus ex officio propriis ſumptibus inquirere tenetur.

66 *Prout reſpondimꝰ Præfecto Pegavienſi* Vnd weil bemeldter Puſter dem Ampte den Diebſtahl angeruget/ vnd *Indicia* angegeben/ jedoch mit angehenckter *Proteſtation*, daß es keine Anklage ſeyn ſollen/ ſondern nur/ daß das Ampt hiervon Wiſſenſchafft vnnd Nachrichtung haben möge. So mag er auch vor einen Ankläger nicht geachtet/ noch zu Abtragung der Vnkoſten angehalten werden/ V. R. W. *Menſe Novembr. Anno* 1631.

Et in caſu ſimili Martin Gebharten/ Verwaltern zu Dahlen/ *Menſ. Ianuario, Anno* 1630.

It. Senatui Grimmenſi: Da nun F. P. vnd D. S. ſich zu Abtragung der Vnkoſten nicht verpflichtet/ noch auff jhre Gefahr vnd Schadloßhaltung/ die *Inquiſition* zuverführen/ gebeten/ etc. So möchten ſie die Vnkoſten abzuſtatten/ wieder jhren Willen nicht angehalten werden/ ſondern jhr wäret Ampts vnnd Gerichtswegen/ weil man in *proceſſu inquiſitorio verſirt*, vnd keine rechte Anklägere vorhangen/ dieſelbe zu tragen ſchuldig/ V. R. W. *Menſe Iul. Anno* 1632.

Item An Rath zu Eißleben/ *Menſ. Iul. Anno* 1635.

67 *Limitat. Tertiò*: In caſu, quo confiſcatio bonorum obtinet. Etſi enim tùm bona delinquẽtis fiſco Principis ſint applicanda; Attamen ſumptus criminales Magiſtratui reſtitui debent iuxta manifeſtam ſanctionem D. Auguſti Elect. in *Ord. Prov. de Anno* 1555. *tit.* Von Vnkoſten der peinlichen Rechtfertigung. *in fin.* Ibi: Wo auch die Verhandelung dermaſſen gelegen/ daß dem Thäter ſeine Güter *confiſciret* worden/ ſo ſol die Vnkoſt der Rechtfertigung von denſelben Gütern genommen/ vnd die Ampte vnnd andere/ ſo Gerichte haben/ deßgleichen die Vnterthanen damit verſchonet werden.

68 *Limitat. Quartò hac Regula*: In crimine homicidii, quando occiſi heredes ipſimet necem defuncti non vindicant, ſed vindictam Judici committunt. Etſi enim tum is ex officio inquirere, ac occiſorem punire teneatur; attamen heredes interfecti lucroſam hereditatem acquirentes, expenſas criminales iudici ex bonis occiſi acquiſitis refundere obſtricti ſunt, *prout dixi & ſententiis Scabinorum probavi ſuprà part. 1. quæſt. 34. n. 90. & 91.*

69 *Limit. denique Quintò hac Regula*: quando conſuetudine obtentum eſt, ut ſubditi hás iuſtitiæ publicæ expẽſas ferant, *Iul. Clar. lib. 5 ſent. §. ult. quæſt. 99. num. 5. Petr. Heig. part. 2. quæſt. 13. num. 9.* Quæ conſuetudo etiam in *Ordin. Prov Sax. de An.* 1555. *dict. tit.* Von Vnkoſt der peinlichen Rechtfertigung §. Wär aber/ diſertis verbis comprobatur, *ubi dicitur*: Wäre aber auch an etlichen Orthen ein alter vnnd beſtändiger Brauch herkommen/ daß etliche Dörffer/ die Vnkoſt der Rechtfertigung/ alle oder zum theil einander mit tragen helffen müſten/ ſo ſol es demſelben nach gehalten werden.

Q. 7. Quãdo & quibus caſibꝰ ſubditi expenſas cauſarum criminalium ferre teneantur?

70 Magiſtratui tamen hanc conſuetudinem alleganti haud fides habenda eſt, ſed legitimo modo ea probari debet; quia præſumptio libertatis pro ſubditis militat.

71 *Quotidie ſic pronunciantibus Scabinis:* Ob gleich ewere Vnterthanen nicht geſtändig/ daß ſie die Vnkoſten zu den peinlichen Rechtfertigungen in ewern Gerichten abzutragen ſchuldig. Da jhr aber dennoch wie recht/ darthun vnd beweiſen köntet/ daß es in eweren Gerichten durch einen beſtändigen Gebrauch anders hergebracht/ vnnd über Rechtsverwehrte Zeit/ auch vnvorbrüchlichen alſo gehalten worden; So wären gedachte ewre Vnterthanen ſich ſolchen Gebrauch mit Erlegung obberührter Vnkoſten gemeß zuverhaltẽ pflichtig/ V. R. W. an Wolff Dieterichen von Creutz *Menſe April. Anno* 1605.

Item an Hanß *Magnum* von Schönfeld/ zu Wachaw *Menſ. Febr. Anno* 1603.

It. An Friederichen von Schönberg/ auff Gebersbach/ *Menſe Iun.* 1624.

72 Etſi verò hæc conſuetudo valida ſit, attamen in caſibus ex facto occurrentibus diligenter inveſtigandum eſt, quid quoque loco per uſum longævum invaluerit, ne ulterius extendatur, quod in certis tantummodò cauſis eſt exceptum. Quia enim conſuetudo talis à iure communi exorbitat, & ſubditos prægravat, rationi haud conſentaneum eſt, ut tanquam favorabilis interpretatione extenſiva adiuvetur: ſicuti nec in ſimilibus odioſis conſuetudinibus extenſioni locus eſt. *Petr Heig. part. 2. quæſtion. 23. numer. 10. Iohan. Garſ. de expenſ. cap. 9. numer. 7. & ſeqq.*

73 Quare ſi in genere demonſtretur, ſubditos per longævam conſuetudinem ſumptus executionis criminalis, vulgo das Henckergeldt ſuſtinuiſſe, ea non niſi de hoc caſu intelligi debet, quando ſcilicet Reus ultimo ſupplicio, vel pœna corporis afflictiva afficitur. Nam conſuetudo iuri communi contraria neque de caſu ad caſum, neque de perſona ad perſonam, neque de loco ad locum extendenda; ſed quantum fieri poteſt, ſtrictiſſimè interpretanda eſt. *Bald. in Authen. qui rem.*

circa fin. & ibi Iaſon. C. de SS. Eccl. Rol. à Vall. lib. 1. conſil. 55. num. 13. Ludolph. Schrader. de feud. part.
74 10, *ſect.* 20. *num.* 165 *& ſeqq* Ex quo infertur: 1.
conſuetudine licet probata generali, ſubditos
tamen ad refuſionem expenſarum non teneri,
ſi Reus nec ultimo ſupplicio, nec pœna corporis afflictiva, ſed mitiori aliqua pœnâ; puta Relegatione, Carcere, aut mulctâ pecuniaria coerceatur.

75 *Sicuti reſponderunt Scabini* an die Gerichte zu Schönfelß: Daß Beklagte Klägern nicht allein die Folge/ſondern auch die Wache der verhafften Vbelthäter zu leiſten / die Anklagen der Vnkoſten aber/ in dem Fall alleine/wenn Vbelthätern Leib oder Lebens Straffe zuerkandt / zu tragen ſchuldig / V. R. W. *Menſ. Novembr. Anno* 1595.

It: Verſus Leipzig / an die Einwohner zu Neuſtedel. *Menſ. April. Anno* 1631.

76 2. Multo magis quoque non obſtante hac conſuetudine, à refuſione ſumptuum criminalium exempti ſunt ſubditi, quando Reus, vel quòd in tortura innocentiam obtinuerit, vel quòd nihil adverſus eum probatum fuerit, abſolvitur: ex identitate rationis, quæ tum multò magis obtinet. Idemque procedit ſi condemnatus indulgentia Principis, aut alio quocunque modo à pœna liberetur. *Petr. Heig part. 2. quæſt* 23. *n.* 11.

77 *Pronunciantibus ita Scabinis* gegen Mutzſchen/ *ad requiſitionem Quæſtoris, Menſ. Iun. Anno* 1630.

Item, an die Einwohner zu Neuſtedel. *Menſe April. Anno* 1631.

Ad conſultationem Nobilium in Liechtenhain: So mögen ſie doch nach gelegenheit dieſes fals/ weil *Inquiſitus* ihre Vnſchuld in der Tortur erhalten vnd loß gezehlet worden / einige auff die *Inquiſition* gewendete Vnkoſten (vnangeſehen ſie ſonſten vermöge deß Orts Gewohnheit/ in peinlichen Proceſſen die Koſten zu tragen ſchuldig) abzuſtatten nicht angehalten werden/ V. R. W *Menſ. Febr. Anno* 1632.

78 3. Ex conſuetudine quoque generali, ſubditi nõ obligantur ad reſtitutionem expenſarum, quando Reus eſt fugitivus, & ad bannum adverſus ipſum proceditur. Etenim quia proſcriptio multùm diſtat à pœna corporali, & ultimo ſupplicio, à ſubditis ſumptus ad Banni proceſſum neutiquam exigendos eſſe, ex præcedentibus ſatis liquet. *Petr. Heig. dict. loco.*

79 *In quam ſententiam reſpondim9 ad conſultationem Quæſtoris Delitiani:* Ob wol die Amptsvnterthanen alle peinliche Vnkoſten in Malefitzſachen/ dem Ampte erſtatten müſſen/etc. So mögen ſie doch in dem Fall / wenn ihr wieder die flüchtigen Verbrechere den Achts Proceß anſtellen werdet / die Vnkoſten zu tragen nicht gedrungen werden / V. R. W. *Menſ. Auguſt. Anno* 1627.

Similiter quoque reſpondimus C. R. A. S. Ob wol ewere Vnterthanen in peinlichen Fällen die Vnkoſten zu tragen ſchuldig Dieweil man aber dennoch allhier zu einem dergleichen Falle / da dem *Inquiſito* eine peinliche Straffe zuerkandt / nicht *verſiret*, ſondern die Achts Proceß angeſtellet vnnd erörtert werden muß: Als ſeyn auch erwehnte ewre Vnterthanen ſolche Vnkoſten über ſich gehen zu laſſen/ nicht verpflichtet/ V. R W. *Menſe Iul. Anno* 1631.

Pariter pronunciarunt Anteceſſores noſtri, ad requiſitionem Siegfrieds *à* Schönfeld / in Theben/ *Menſ. Ian. An.* 1596.

Item: Caroli à Miltitz *Menſe Martio Anno* 1604.

80 4. Ex paritate quoque rationis hoc inferendum, quòd ſumptus criminales haudquaquam à ſubditis extorquendi ſint, ſi vel Reus ante executionem vitam finiverit, vel ſibimet ipſi manus impias in carcere intulerit, & per Carnificem depoſitus & humatus fuerit, iuxta tradita *Petr. Heig. dict q.* 23. *n.* 11.

81 *Reſponderunt ita Scabini* an die Gemeine zu Dahlen / *contra* die von Schleinitz daſelbſten / *Menſe* Novemb. *Anno* 1598.

It. Ad requiſitionem Senatus Meiſnenſis, Menſe Jun. Anno 1600.

82 Sed hæc omnia vera ſunt, niſi contrarium in uno vel alio caſu, adverſus ſubditos in ſpecie probatum ſit. Etenim ſi conſuetudo de certo aliquo caſu & puncto ſpeciali libellata atque probata fuerit, ambigendum non eſt, quin ea ſubditi obſtringantur, ſecundum tradita *Natta conſ.* 435. *num.* 22. *Roland. à Vall. libr.* 2. *conſ.* 53. *num.* 39.

Prout etiam probationẽ ejuſmodi conſuetudinis ſpecialis adverſus ſubditos, ſæpius Magiſtratui à Scabinis injunctam fuiſſe memini.

83 Denique hîc quæri ſolet: *An ſumptus hi cri-*
minales à ſubditis perſolvendi, in concurſu credito-
rum præ aliis debitis prærogativam quandam habe-
ant? Quod rectiſſimè affirmat *Pet. Heig. part.* 2.
quæſt. 23. *num.* 15. quem ſequitur *Matth. Berlich.*
part. 1. *concl.* 44. *numer.* 65. Exiſtimantes *Conſtit.*
Elect. 28. *part.* 1. quæ debita tributorum, colle-
ctarum, aliarumque publicarum exactionum a
liis debitis & hypothecis, tam expreſſis, quàm
tacitis præfert, ob rationis identitatem æque
ad expenſas criminales (Henckergeld) extendẽ-
dam eſſe; ſiquidem hi ſumptus non minus ac
84 reliquæ publicæ exactiones Magiſtratui deben-
tur. *Quod nec in practica aliter obſervatur.*

Qu. 9. An ſumptus criminales à ſubditis perſolvendi in concurſu creditorum præ aliis debitis prærogativã quandam habeant?

QUÆSTIO CXXXIX.

An & quando in Cauſis Criminalibus appellare & Leuterare liceat?

SVMMARIA.

1. *Per appellationem executio pœnæ impeditur. numer.* 2.
3. *Tam in criminali quàm in civili cauſa appellare licet. num.* 4. 5. 6.
7. *Appellatio eſt præſidium innocentiæ. n.* 13.
8. *Et ſpecies defenſionis, quæ nemini deneganda.*

9. *Maximè, quando nulliter proceſſum eſt contra inauditum & indefenſum.*
10. *A capturâ ſemper & poſt decendium quoq; appellare licet.n.* 11.
12. *Appellatio evidenter frivola rejicienda eſt.*
14. *Ex conſuetudine hodiernâ in proceſſu inquiſitorio appellare non licet. num.* 15.16.17.18.19.20.
21. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.*
22 *Neq; à definitivâ, neq; ab interlocutoriâ ſentent.*
23. *Sive de pœnâ corporis afflictivâ, ſive mitiori aliquâ pœnâ agatur. n.* 24.
25. *Sententia Andr. Rauchb. de hac conſuetudine, & quomodo accipi debeat? n.*26.27.
28. *Leuteratio quoq; in proceſſu inquiſitorio hodiè non admittitur. n.*29.
30. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
31. *In proceſſu tamen criminali ordinario etiamnum hodie tam Appellatio, quam Leuteratio admittitur. n.*32.33.
34. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
35. *Non modò in definitivâ, ſed & in interlocutoriâ ſententiâ. n.*36.
37. *Loco Appellationis in proceſſu inquiſitorio, admittitur inquiſiti defenſio. n.*38.39.
40. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.*
42. *Pendente* Appellatione, *Reus incarceratus non eſt relaxandus. n.* 43.44.45.46.47.48.
49. *Reus jam ante relaxatus pendente Appellatione non debet incarcerari.*
50. *Durante decendio, Reus habens ſecuritatem incarcerari nequit, etiamſi non appellaverit.*
51. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*

SExtò denique & ultimò, conſiderandæ quoque veniunt circa pœnarum irrogationem, Cauſæ impedientes executionem. Quarum potiſſimùm quinque reperiuntur: *Appellatio*, *Rei abſentia*, *Mors delinquentis*, *Præſcriptio*, & *pœnæ Remiſſio.*

1 Per Appellationem, fit à judice inferiore gradatim ad ſuperiorem provocatio, ut is cauſam antea quidem cognitam, ſed ut appellans intendit, injuſtè definitam, denuò cognoſcat, & ſententiam prius latam in melius reformet. *Matth. VVeſemb. in parat. ff. de Appellat. num.* 3. Quare ſi Reus in causâ criminali per ſententiam gravatus, & ad pœnam condemnatus ad Magiſtratum ſuperiorem appellet, dubium non eſt, quin executio pœnæ impediatur ac ſuſpendatur. 2 Hæc enim natura eſt judicii appellatorii, ut eo pendente, non procedendum ſit ulterius, nec quicquam commutandum aut innovandũ, ut eſt *tot. tit. ff. Nihil. appellat. pendent. innov. l. pen. ff. de appell. recip. l.* 1. *§. ult. ff. ad SCtum Turpil. l.* 3. *l. minimè.* 12. *cum l. ſeqq. C. de Appellat. l.* 1. *& l.* 3. *C. quando prov. non eſt neceſſ. c.* 7. *de Appellat. in 6to. Novell.* 134 *cap.* 3. *in fin. & tot. tit. ext. Vt lit. pendent. nihil innovetur. Dec. conſ.* 97. *num.* 1. *Mandoſ. de inhibit. quæſt.* 102. *num.* 4. *Bartol. in l. ab execut.* 5. *n.* 3. *C. quor. appellat. non recip. Nicol. Reuſn. libr.* 2. *deciſ.* 24. *n.* 2.

3 Neque enim ſolùm in civili, verùm etiam in criminali causâ appellare licitum, eſt, *l.* 2. Ibi: *juſtè ab eo provocatum eſt*, *l. addictos.* 29. *C. de appellat. l.* 2. *C. ſi pend. appellat. mors interv. l.* 2. *C. quor. appellat. non recip. l. Pannonius.* 86. *§. Rei perduellionis. ubi Gloſſ. in verb. ſuſpenſa cognitione ff. de acquir. heredit. l. ſi quis filio* 6. *§. hi autem omnes* Ibi: *ſi provocaverint. ff de injuſt. rupt. & irrit. teſtam. l. qui à Latronibus* 3. *§. ult.* Ibi: *Si quis in capitali crimine damnatus appellaverit ff. qui teſtam. fac. poſſ. Iul. Clar. libr.* 5. *ſentent. §. ult. quæſt.* 94 *per tot. Nicol. Reuſner. lib.* 2. *deciſ.* 23 *num.* 14. *Anton. Gomez. lib.* 3. *varar. reſolut. cap.* 13. *nu.* 31. ſive Reus ad pœnam ultimi ſupplicii condemnatus, ſive tortura ſolummodo ei per ſententiam indicta fuerit. 4 Vtroque enim caſu à viribus rei iudicatæ ſuſpendere licet ſententiam, & ad ſuperiorem Magiſtratum provocare: ut manifeſtiſſimum eſt ex *l.* 2. *C. de appellat. recip.* cuius verba hæc ſunt: *Ante ſententiam*, (ſcilicet definitivam) *appellari poteſt, ſi quæſtionem in civili negotio habendam judex interlocutus ſit, vel in criminali, ſi contra Leges judex hoc faciat. Accurſ. in l pœn. in verb. diſcuſſore. verſ. ſed fallit in caſu, C, quor. appellat. non recip. Hippol. de Marſil. in pract. crimin. § nunc videndum num.* 1. *& §. expedita. numer.* 70. *& in l.* 1. *in pr. num.* 14. *& num.* 42. *ff. de quæſtion. Foller. in pract. crim. verb. Etſi confitebuntur. in tert. part.* 3. *part. num.* 50. *Brunor. de indic. & tortur.* 2. *part. quæſtion.* 5. *num.* 13. *Proſp. Farin. in prax, crimin. lib.* 1. *tit.* 5. *quæſtion.* 38. *num.* 10. 5 Quod Doctores in tantum extendunt, ut licet aliàs per appellationem ab interloquutoria non ſint ligatæ manus iudicis, quin poſſit ante inhibitionem ſuam exequi ſententiam & in cauſa procedere, *c. non ſolum. de appellat. in 6to. Guid. Papæ deciſ.* 436. *numer.* 9. *verſ. Secundò quæro. Conrad in pract. de offic. Prætor. in cauſ civit. Rubr. de appellat. num.* 21. interpoſita tamen appellatione à decreto torturæ, iudex debeat ſuperſedere, etiam antequam ſit inhibitus. *Bald in l. generaliter. §. ſed juramento col.* 2. *verſ. ſed quid ſi eſt talis. C. de Reb. Credit. Brunor. de indic. & tort. dict. quæſtion.* 5. *numer.* 14. Adeo, ut ſi iudex non obſtante appellatione ad torturam proceſſerit, & confeſſionem à Reo extorſerit, talis confeſſio prorſus nulla, & inefficax ſit ad condemnandum. *Angel. Aret. in tract. malefic. verb. Quod fama publica. n.* 110. *Proſp. Farin. dict. quæſt* 38. *n.* 17.

6 Quin & appellationem à ſententia, in qua ſaltem mulcta fuit irrogata, viva voce factam valere, etiam abſque ulla cauſæ expreſſione, ſine qua alioquin non procedit appellatio, tradit *Nicol. Reuſner. dict. deciſ.* 23. *numer.* 15. *per Gloſſ. in Clemen. ult de appellat. Bartol. in l. Titia.* 18. *ff. de accuſat. & l. ſi cum exceptione.* 14. *§. hac autem actio. ff. Quod met. cauſ. Bal. in. l.* 1. *C. quand. provoc. non eſt neceſſ. Natt. libr.* 1. *conſil.* 92. *numer.* 2. *Mynſing. centur.* 3. *obſervat.* 43. *& centur.* 4. *obſerv.* 41. *num.* 4.

7 Namque appellatio præſidium innocentiæ eſt, & gravaminis iuſti relevatio. *Natta libr.* 1. *conſil.* 17. *numer.* 1. per *c. ſuggeſtum. cap. ad no-*

ad noſtrum.de appellat.ubi Gloſſ.in verb. in ſuâ nequitia cap. cum ſpeciali. §. porrò eod.tit. l. Præfecti Prætorio.ff.de minor. Gloſſ. in cap. cum appellatio. 8 *verb.deferendum. de appellat.in 6to.* Adeoque ſpeciales quædam defenſionis: quæ nemini deneganda eſt, *l.1.ff. de appellat.* Cuius beneficium ideo introductum fuit, ut non deducta & probata melius deducere & probare liceat. *l. eos. qui. §. ſi quid autem. C. de appellat. l.per hanc.4.C. de tempor.appellat.c.cum.Ioan.de fide inſtrum.ubi latè Felin num.17. & 18.* Maximè verò, ut per hanc, ſi opus ſit, iniquitas iudicantium vel imperitia corrigatur aut revocetur, vel ſuppleatur ſaltem id, quod in prima inſtantia omiſſum eſt. *dict.l.1.ff.de appellat.l per hanc.C.de temp.appellat.* Quod ſi verò unquam deductio innocentiæ & defenſionis Reo permittenda, abſque dubio in cauſis criminalibus, ubi non de glande legenda, ſed de vita hominis atque damno irreparabili agitur, ſaluberrimum hoc appellationis remedium Reo gravato concedendum erit.

9 Idque tum maxime, ſi nulliter in cauſa proceſſum ſit, contra captivum inauditum, & indefenſum, *c.qualiter & quando.§. debet igitur.de accuſat.l. 6.C.eod tit.c.f.§.debet igitur.de hæret.in 6to.* Hinc & humanitatis ratione obtentum, inquit *Nicol. Reuſner.libr.2.deciſ.23.n.18* nomine eius, qui ad ſupplicium ducitur, provocantem audiri, ac probationem nullitatis admitti, *arg.l. 6.§.quid tamen.ff.de iniuſt.rupt.& irrit. teſtam l. 7.C.de Epiſc.audient.l.6 ff.de appellat.l.addictos. 29.C.eod.c.5.§.ult.eod.tit can.liceat.2.quæſtio.6. Iodoc.Damhouder.in prax.rer.crimin.cap.149. Tiber.Decian.in tract crimin.lib.2.cap.6.num.17. Mynſing.cent.4.obſervat.41.Andr.Gail.libr.1. obſervat.1.n.149.*

10 Hocque ipſum communiter eò extendunt, ut & à captura ſeu incarceratione ſemper, ac poſt decendium etiam liceat appellare. *Nicol. Reuſner.libr.2 deciſ.23.num.28.* Quamvis enim notiſſimi iuris ſit, omnem appellationem, ſive iudicialem, ſive extraiudicialem, intra decem dies interponendam eſſe, alioquin ſententiam tranſire in rem iudicatam, & appellationem poſtea interpoſitam pro deſerta haberi, *l eos qui 6. §.ſi autem.junct. Auth.hodie ubi Dd.comm.C de appellat.l.ult.§.illud etiam. C.de tempor.appellat. l.bonorum.24.ff Rem.rat.haber.cap.quod ad conſultationem de ſentent.& re judic cap concertationi.de appellat.in 6to.Specul.in tit.de inſtrum. edit.§.1.verſ.ſed pone. Arius Pinell.in l 2.C.de reſcind.vendit.part.1.cap.1.num.27.Maran.in part. 6.tit.de Appellat.num 202.& 207.* Attamen ob continuum gravamen, ab incarceratione 11 quovis tempore appellari poſſe aiunt. Quoties enim gravamen, ob quod fit appellatio, non momentaneam, ſed continuam & ſucceſſivam cauſam habet; toties appellari poſſe creditur, quocunque loco ac tempore, *cap.ex part de appellat.l.1.§.pen.ff.de Vſufr.accreſ.Speculat.in tit. de Appellat.§.reſtat.col.ult.in pr.verb.Et nota. Bald.in l.2.C.de Epiſcop.audient.verſ.Secundò quæritur,* ubi ait: Quod, tametſi quis non appellaverit à præcepto de capiendo, vel de captura ſecuta intra decem dies, & in carcere per menſem ſteterit, nihilominus, licitè appellare poſſit; quoniam ſucceſſivè gravaturis ſtando in carcere, & in ſucceſſivo gravamine non currit tempus appellandi ſive provocandi ad ſuperiorem judicem; Cùm ſemper à præſenti gravamine appellari poſſit.

Sed hæc dicta volo de appellationibus, juſtâ de cauſâ contra ſententiam iniquam ſuſceptis. 12 Nam appellatio evidenter frivola & calumnioſa in cauſâ criminali æquè, ac in negotio civili reiicienda, eâque non obſtante, procedendum eſt in lite abſque attentatorum vitio. *c.cum appellat.frivol.de Appellat.in 6to.Felin.in cap.de cætero.n.11.de re judic.Iacob.Menoch.lib.2.arbitr. judic.quæſt.caſ.197.n.1. Lancellot.de attent.appellat.cap.12.lim.7.n.1.*

Non enim ad defenſionem iniquitatis, ſed 13 ad præſidium innocentiæ inſtitutum eſt appellationis remedium. *cap cum ſpeciale.§.porrò de Appellat. l. Præfecti Prætorio.17.ff.de minor.* Vnde dicitur Theriaca contra injuſtæ ſententiæ venenum, *Curt.conſ.16.num.8.Ventur de Valent. in Parthen.litig.libr.2.cap.14.numer.21.* Quò & faciunt diviniſſima *D. Bernh.* verba *libr.3.Col.5. Qui non gravatus appellat certum eſt, quòd aut gravare intendit, aut tempus redimere. Non debet autem eſſe appellatio ſubterfugium cavillantium, ſed refugium gravatorum: Multi enim pendente appellatione fruuntur aliquâ re, quæ ſemper fuit injuſtè poſſeſſa, & ita antidotum vertitur in venenum. Qem das mihi in tàm crebris appellationibus, quæ hodie fiunt, qui reſtituerit nummum adverſario pro expenſis? Mirum autem eſſet, ſi omnes appellantes eſſent juſti, appellati verò haberent litem injuſtam.* Hactenus Bernhardus. Caveant ergò Judices ſuperiores, ne facile recipiant quasvis appellationes leviores, ut monet *Cuſan.libr.7. de Con.Catho.cap.40.*

Hæcque de jure communi civili ita obtinent. 14 Quæ tamen moribus hodiernis Germaniæ non parum fuere immutata; ſiquidem in cauſis criminalibus regulariter hodie appellare non licet. Vnde Regulam formare haud vereor: Quòd ſcilicet hodie in proceſſu criminali inquiſitorio appellatio nequaquam ſit admittenda.

Qu.1.An etiamnũ hodie liceat appellare in proceſſu inquiſitorio criminali?

Quæ Regula nititur *Primò*, inveteratâ Ger- 15 maniæ conſuetudine: de quâ aſſerunt *Dd.* communiter, quòd hodie appellatio in criminalibus non admittatur, ſed eâ ſubmotâ, poſt ſententiam condemnatoriam latam, ſtatim pro arbitrio iudicis executionem fieri debere maximè vero in criminibus capitalibus; quippe quorum cauſæ nec per viam ſimplicis quærelæ aliàs in Supremo Cameræ iudicio recipi ſolent: ne ſcilicet crimina maneant impunita, *Gail.libr.1 obſerv.1.num.28.& libr.1.de pac.publ.cap.ult.in fin. num.36.Ioach Mynſing.cent.4.obſerv.41.Matth. VVeſembec.conſil.43.numer 80. Nicol. Reuſner. libr.2.deciſ.23.numer.2.Ioachim à Beuſt de jurejur.numer.97.Eman.Soarez.in theſaur.recept.ſentent.verb.Appellatio.numer.191. Ventur de Valent.in parthen.litig lib.1.cap.14.num.23.Erneſt. Cothm Reſpon.7.num.118.Dan.Moller.libr.4. Semeſt.cap.33.*

Confir-

16 Confirmatur quoque *Secundò* hæc Regula ſanctione manifeſtâ Imper. Carol. V. & Statuum Imperii, in *Receſſ. Imper. Auguſtan. de Anno* 1530. §. *Item*, als jetzt etliche Zeither von peinlichen Sachen vielfältig an vnſer Keyſerlich Kammergerichte *appellirt*, auch dieſelbe *appellation* angenommen/darauff *proceſſ.* erkandt/vnd rechtlich gehandelt worden/vnd ſolches dem alten hergebrachten Gebrauch im Heiligen Reich zu wieder: So ſetzen vnd ordnen wir/daß hinfürder in peinlichen Sachen keine *appellation* angenommen; ſondern darmit nach altem hergebrachten Gebrauch gehalten werden ſol. Et in *Ordin Ca-* 17 *mer. Imper. part. 2 tit.* 28. §. *Item*: Nach dem auch dem alten hergebrachten Gebrauch im heiligen Reich zu wieder/daß in peinlichen Sachen *Appellationes* zugelaſſen werden ſollen/ordnen vnd wollen wir/daß hinfürder in peinlichen Sachen die Leibesſtraffe auff jhnen tragen/an Käyſerlichen Kammer-Gerichte keine *Appellation* mehr angenommen/ſondern angeregten Gebrauch nach gehalten werde/&c. Qui textus inveteratam Germaniæ conſuetudinem de non recipienda appellatione in cauſis criminalibus non modò approbant; ſed & huiusmodi appellationem in lite criminali ſuſceptam diſertis verbis reiiciunt.

18 *Tertiò*: Accedit quoque ratio prohibitionis ſat gravis & ponderoſa. Siquidem Judices, quando de crimine conſtat, debent eſſe proni ad puniendum, non adeò attentis iuris ſolennitatibus: *Tùm*, quòd favor publicæ diſciplinæ ſuadeat, ut maleficia puniantur, *l. ita vulneratus* 51. *æſtimatio autem ff. ad Leg. Aquil. l. locatio.* 9. §. *quod illicite ff. de publ. & vectigal. l. ſi longius.* 18. §. 1 *ff. de judic. Bertazz.* 2. *conſil. crim.* 314. *numer.* 3. *Tùm*, ne evadendi & ſupplicandi detur occaſio, neve carceribus pœna compenſatur, *l.* 18. *l.* 23. 19 *C. de pœn.* Qua de cauſa etiam proceſſus inquiſitorius in foro hodiè maximoperè probatur, ut qui ſummariè & ſublato (quod dicitur,) velo, absque multis ambagibus & circuitionibus, quibus ſæpenumerò pœnæ delictorum negliguntur, expediri ſolet. *Nicol. Reuſner. libr.* 1. *deciſ.* 24. *num.* 32. Atqui per appellationem ſæpiſſimè lites temerariè protrahi, ita, ut ea pendente, mors interveniens pœnam ſimul & accuſationem aboleat, notiſſimum eſt. *Ventur. de Valent. in Barth. litigioſ. libr.* 1. *cap.* 14. *num.* 4. 24. *Rutg. Ruland. de Commiſſ. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. *in fin.* Quare haud immeritò in criminalibus cauſis appellatio reiicitur.

20 *Quartò*: Neque aliud iuris in Electoratu Saxon. obtinere, vel exinde patet, quod Curiæ Appellationis Supremæ cognitio cauſarum criminalium planè ſit ademta, *in Ordin. Appellat. D. Elect. Chriſtiani. Item tit.* wer vor vnſer *Appellation* Gerichte geladen/auch was Sachen daſelbſt angenommen vnd gerechtfertiget werden mögen § jedoch allein. In verb. denn ſo viel die peinlichen Sachen anlanget / weil es bißhero nicht bräuchlich geweſen daß in vnſerm *Appellation* Gerichte in denſelben erkandt/ ſo laſſen wir es auch darbey bewenden/&c.

21 *Hancque Regulam in foro Saxonico ita practicari notius eſt, quam ut ulla indigeat probatione, Scabinis quotidie ita pronunciantibus*: Daß die eingewendete *Appellation* nach Gelegenheit dißfals/ weil man in *proceſſu inquiſitionis verſiret* nicht zuläßlichen/V. R. W.

22 Neque hîc ratio ulla habenda eſt ſententiæ, an definitiva, an interlocutoria fuerit, à qua Reus appellare velit ad iudicem ſuperiorem: ſicuti nec qualitas cauſæ criminalis attendenda eſt, num ſcilicet de vita hominis, aliave pœna corporis afflictiva, aut etiam pœna mitiore, carceris, relegationis, vel mulcta pecũiaria agatur; Indifferenter ſiquidem in proceſſu inquiſitionis appellatio reiicitur. Ac li et *Receſſ. Jmper.* 23 *de Anno* 1530. & *Ordinat. Camer. part.* 2 *tit.* 28. de cauſis capitalibus ſpecialiter loquantur, & ad easdem Germaniæ conſuetudinem de non admittenda appellatione in cauſis criminalibus reſtringere videantur, *In verb.* In peinlichen Sachen. Attamen ex noviſſimis publicorum iudiciorum Legibus non ſolùm illas cauſas, ex quibus pœna aliqua corpori infligitur, ſed etiam leviores appellari criminales, peinlich/generali ſcilicet, & minus propria vocabuli huius notatione certiſſimum eſt, & ex plurimis articulis *Ordin. Crimin. Caroli V. Imp.* demonſtrari poteſt. Veluti *artic.* 104. 110. *artic.* 111. *art.* 113. *artic.* 196. *artic.* 164. & ex *allegato tit.* 28. *part.* 2. *Ordin.* 24 *Camer.* In verb. daß in peinlichen Sachen / auch Leibesſtraffen belangend. Particula enim (Auch) implicativa eſt, & ſatis luculenter innuit, Criminales quoque dici quandoque cauſas, quæ nullam corporis pœnam efflagitant. Vid. *Theod. Rein. King. in tract. de Regim. ſecular. & Eccleſiaſt. lib.* 2 *claſſ.* 2. *cap.* 14. *numer.* 38. & *ſeqq. Matth. Stephan. in not. ad præfat. Ordin. Crimin. Carol.* Nec obſtant verba *dict. tit.* 28 *part.* 2. *Ordin. Camer.* daß hinfürder in peinlichen Sachen die Leibesſtraffen auff jhnen tragen/keine *appellation* angenommen werden ſol/&c. Vnde ſequi videtur, appellationem non niſi in cauſis criminalibus, pœnam corporalem concernentibus, prohibitam eſſe; Siquidem hæc verba propter aptitudinem & incertum eventum, quòd nempe ad pœnam graviorem corporalem in cauſis criminalibus deveniri poſſit, adiecta videntur, prout de cauſa iniuriam dicit *Andr. Rauchbar.* quòd ſit capitalis; quia ſcilicet pœna iniuriarum arbitraria ad fuſtigationis pœnam excreſcere poſſit, *part.* 1. *quæſtion.* 7. *num.* 37. *Bald. in l. eos § ſuper his num.* 2. *C. de appellat. Hartm. Piſtor. libr.* 1. *quæſt.* 27. *n.* 6.

25 Equidem non ignoro etiam, *Andr. Rauchb.* virum tàm eruditione ſolida, quàm experientia haud vulgari excellentem atque præclarum, prohibitionem appellationis *in dict. Receſſ. Imp. Auguſt. de Anno* 1530. & *Ordin. Camer. part.* 2. *tit.* 28. ad Cameram, tanquam ſupremum Imperii tribunal reſtringere, ita ut ſolùm ad hanc in cauſis criminalibus appellare non liceat, in reliquis verò iudiciis inferioribus facultas appellandis haudquaquam ſublata ſit, *part.* 2. *quæſt.* 8. *numer.* 45. ubi dicit: *Et hæ quidem Conſtitutiones quamvis appellationes in Criminalibus in Imperio*

Romano planè & in univerſum tollere videantur,
eaſque hactenus non pauci ita intellexerint, rectius
tamen accipiuntur de prohibitione appellationum,
quæ in Romano Imperio ad Cameram, tanquam ſupremum
Imperij tribunal, non quæ ad alia inferiora
judicia referuntur. In reliquis ergò judicis juris
cõmunis diſpoſitio non immeritò obſervabitur. Hactenus
26 Rauchbar. Sed miror, quid in mentem
ipſi venerit, cum hæc ſcriberet, qui neſcire non
potuit obſervantiam iudiciorum inferiorum,
in quibus non magis appellationes recipiuntur,
ac in iudicio Camerali. Niſi forſan ad proceſſum
criminalem ordinarium reſpexerit, in
quo appellationes etiamnum hodie frequentari,
27 mox dicam. Hancque ipſius mentem fuiſſe,
ut ſentiam, movet me, quòd *Danielem Mollerum.*
libr. 4. ſemeſtr. cap. 33. conſentientem ſuæ
ſententiæ allegat, qui tamen de proceſſu ordinario
potiſſimùm ibidem loquitur. Et eatenus
tam *Molleri*, quàm *Rauchb.* opinio benè ſubſiſtere
poteſt: Stante interim Regulâ immotâ,
quòd in proceſſu cauſarum criminalium inquiſitori
haudquaquam appellare liceat, *Teſte practicâ quotidianâ.*

Q. 2. *Num hodie liceat leuterare in proceſſu inquiſitorio?*

28 Quam Regulam ad Leuterationem quoque
extendendam eſſe, puto, ita, ut nec hæc in proceſſu
criminali inquiſitorio admittatur: prout
tota die in Electoral. Saxon. Scabinatu pronunciari
ſolet: **Daß die Leuterung** *in inquiſition* **Proceß
nicht ſtatt hat.** Nam Leuteratio parum ab
29 appellatione differt, quin & in effectu nihil aliud
eſt, quàm appellatio, **Weichbild** *art. 74. ubi
Gloſſ. numer. 3. Conſt. Elect. 19. part. 1. ubi Dan.*
30 *Moller. num. 1.* Vnde & omnia ferè iura, quæ de
appellationibus loquuntur, in foro Saxonico
in Leuterationibus quoque locum habent.
Moller. dict. loc. Chriſtoph Zobel part. 1. differ. 40.
*numer. 5. Andr Rauchb. part. 1. quæſt. 12. numer. 17.
Schult in addit. ad Modeſtin. Piſtor. part. 1. quæſt.
22. num. 11. Iohann. Schneidvvin in §. curare. 2.
num. 37. verſ. conſuetudine vero juris Saxonici &c.
Inſtit. de action.*

Et nuperrime quoq; ita reſpondimus.

Q. 3. *An in proceſſu criminali ordinario Appellatio & Leuteratio admittatur?*

31 *Limitatur tamen Primò Regula hæc in proceſſu
criminali ordinario:* In quo non modò appellatio,
ſed & leuteratio admittitur: Non obſtante
conſuetudine Germaniæ generali de non appellando
in cauſis criminalibus, quam rectiſſimè
Dan. Moller. lib. 4. Semeſtr cap. 33. numer. 4.
& 5. ad eum caſum reſtringit, quo ex officio cõtra
Reum proceditur: Verùm ſi ordinario proceſſu
inſtituto, & libello accuſatorio oblato, item
negativè conteſtatur Reus, & probationibus
utrinq; deductis ſententia fertur, interpoſitâ
appellatione, Reum condemnatum ad Magiſtratum
ſuperiorem provocare poſſe, tradit.
Moller dict. loco.

Quæ ſententia hiſce quoque in terris recepta eſt.

32 Eaque haud obſcurè probatur ex *Ord. Appellat.
Elect. Saxon D. Chriſtiani II. de Anno* 1605. *tit.*
Wer vor vnſer *Appellation* **Gerichte geladen/
auch was Sachen daſelbſt angenommen/vnd gerechtfertiget
werden mögen. § Jedoch allen/**In
verb. **Wenn peinliche oder Fiſcaliſche Sachen
vorfallen/daß man die in vnſerm Schöppenſtuhl
zu Leipzig/oder da in erſter Inſtantz hiebevor daſelbſt
erkandt/an einem andern vnverdächtigen
Orth zu verſprechen überſchicken möge/**&c. Quæ
verba luculenter innuunt, cauſas quoque criminales
in duplici inſtantiâ, primâ ſcilicet, &
ſecundâ, quæ eſt appellationis, ventilari poſſe.
Hoc autem de proceſſu inquiſitorio nequaquam 33
exaudiendum eſt; quippe in quo, teſte
obſervantiâ quotidianâ, nunquam admittitur
appellatio. Sequitur hinc ergò, de proceſſu criminali
ordinario ibidem agi, & per conſequens
appellationem permitti, ſi juxta ordinem juris,
per libellum, litis conteſtationem. probationes
ac reprobationes, more ordinarii judicii conſueto
procedatur.

Et juxta ea pronunciavimus ad conſultationem 34
Martini **Rennewolffens/in Jauer: Ob nun
wol durch Vrthel vnnd Recht (darinnen die
ſcharffe Frage zuerkandt) das ertheilete ſichere
Geleit** *caſſiret* **vnd wieder aufgehoben worden:
Dieweil aber dennoch bemeldtes Vrthel vor
Verflieſſung deß** *decendij* **ſeine Krafft Rechtens
nicht erreichet/ſondern** *per Appellationem
vel Leuterationem* **nach Gelegenheit dieſes
fals / weil man im** *Ordinario proceſſu verſiret*
gar wol *ſuſpendiret* **werden können/**&c. *Menſ.
Auguſt. Anno* 1621.

Ex quâ ſententiâ porrò liquet, in proceſſu 35
criminali ordinario ab interlocutoriâ quoque
ſententia appellationem vel leuterationem admitti.
Nec immeritò; Etenim, ſi apud Saxones
à quovis gravamine appellare liceat, ut teſtatur
*Matth. VVeſembec. in parat. ff. de appellat.
numer. 8. verſ. quod & apud Saxones.* non certè
dubito, quin multò magis in cauſis criminalibus
hoc permittendum ſit; quippe in quibus
maximum vertitur præiudicium; Nam & de iure 36
communi, ſi damnum ex ſententia interlocutoria
proveniens tale ſit, ut per definitivam
reparari nequeat, ab ea omninò provocare licet.
*l. 2. ff. de appellatio. recip. l. 2. C. de Epiſc. audient.
l. 7. C. quor. appellationes non recip. Fulv.
Pacian. libr. 1. de probat. cap. 58. numer. 44. &
ſeqq. Mynſing centur. 4. obſerv. 42. Nicol. Reuſner.
libr. 2. deciſ. 23. numer. 30. Andr. Gail. lib. 1.
obſervat. 129.*

37

Q. 4. *An non loco Appellationis & Leuterationis in proceſſu inquiſitorio admittatur defenſio inquiſiti?*

Limit. Secundò hæc Regula: ut loco appellationis
in proceſſu inquiſitorio defenſio inquiſiti
admittatur. Quamvis enim à ſententia definitiva,
ſeu interlocutoria inquiſitus appellare nequeat,
attamen ſi gravamen ex ſententia ſibi
proveniens per modum defenſionis deducendæ
avertere, ac innocentiam ſuam probare velit,
omnino audiendus, & executio ſententiæ
ſuſpendenda eſt.

38 Nam publicè expedit, hominum potius conſervatione
vel adiectione, quàm pecuniarum
copiâ Rempublicam augeri & ampliari, *l. 1. ff.
ſolut. matrim. l. cum ratio. 7. § ſi plures. 3. ff. de
bon. damnat.* Satiusque eſt, impunitum relinqui
facinus nocẽtis, quam innocentem condemnari.
*l. Adrianus. 47. ff. de obligat. & act. l.
abſentem. 5. ff. de pœn.* Quare ne appellatione

in proceſſu inquiſitorio prohibita & rejectâ, defenſio quoq;, quæ juris naturæ eſt per quandam conſequentiam denegetur, ac inquiſitus innocens condemnetur, ipſa ratio ſuadet, deductionem innocentiæ & probationem gravaminis admitti; ne inquiſitus deterioris ſit conditionis in proceſſu inquiſitorio quàm Reus accuſatus in proceſſu ordinario; cui facultas
39 libera appellandi competit. Eoque reſpicit *Ordin Camer.* quâ in cauſis criminalibus, de manifeſta iniquitate & nullitate ſententiæ per viam ſupplicationis conqueri Reo permittitur. *part. 2. tit. 28. §. Item* nach dem *verſ.* Doch da ſich jemand an dem Cammergerichte beklagen würde/ daß in peinlichen Sachen auch Leibesſtraffen belangend/ ſeyn vnerfordert vnd vnerhört/ vnnd alſo nichtiglich/ oder ſonſt wider natürliche Vernunfft vnd Billigkeit wider jhn *procediret*, gehandelt/ vnd geurtheilet/ vnd derhalben *principaliter* auff die *nullitet* vnnd Proceß anſuchen würde/ ꝛc. Alsdenn ſoll der anſuchenden Parthey ſolcher Nichtigkeit halben Ladung erkandt/ vnd darauff rechtliche Hülffe mitgetheilet/ vnd ſo ſich in Außführung der Sachen befinde/ daß obberührter Maſſen nichtiglich gehandelt vnnd geurtheilet/ alsdenn die Hauptſache wider an die ordentliche Obrigkeit/ förmlich vnd rechtmäſſiglich darinne zu handeln/ zu *procediren*, vnd zu vrtheilen *remittiret* werden.

40 *Hinc per ſententiam condemnatos, etiamſi appellatio ipſis denegetur, tota tamen die ad deductionem innocentiæ ac defenſionis ſuæ admitti videmus, pronunciantibus quotidie Scabinis:* Daß die eingewendete *appellation* zwar nach Gelegenheit dieſes *proceſſus* nicht ſtatt hat; Es wird aber gleichwol *inquiſito* ſeine gerühmte Vnſchuld vnnd *defenſion* außzuführen/ billich verſtattet/ dabey jhme denn das jenige/ darüber er ſich in dem geſprochenen Vrtheil zu beſchweren/ mit anzuführen vnd gebührlichen abzulehnen vnbenommen.
41 *Hocq; defenſionis deducendæ beneficium inquiſitis haudquaquam denegandũ eſt, etiamſi ad mortem jam condemnati fuerint, & ipſo executionis die illud petierint: Sicuti reſpondimus judici & Scabinis Pirnenſibus. Menſe Nov. Anno* 1630.
Senatui in Mugeln. *Menſe Decembr. Anno* 1630.

Q. 5. Num pendente appellatione Reus incarcerari debeat?

42 Cæterùm appellatione in proceſſu ordinario receptâ & pendente, *an interim Reus incarcerari debeat?* quæri poteſt. Hanc quæſtionem tractat *Nic. Reuſn. lib. 2. deciſ.* 24. eamque negativè decidit; ex ea potiſſimùm ratione, quòd per appellationem tota jurisdictio atque proceſſus ad ſuperiorem transferatur, & ſic ipſa quoque cuſtodia; quoniam carceratio pars proceſſus eſt. *Clem. 1. de hæret. l. is apud quem. 2. C. de edend. Felin. in c. quoniam. n. 8. de probat. Ang. Aret. in tract. malef. verb præſente Cajo n. 16. Ægid. Boſſ. in pract. tit. de carcer. n.* 38.

43 Quemadmodum igitur factâ appellatione, reliqua acta proceſſus ad judicem appellationis transmitti debent; *l. 2. C. de edendo.* Ita & perſona ipſius incarcerati ad ipſum remittenda erit. Sed nimis generalem deciſionem facit *Reuſner. dict. loco.* ſub quâ etiam jam antea incarceratum complectitur, eumq; appellatione recepta & pendente è carcere relaxari vult: Quòd certè ex ratione prædicta non inferendum.
44 Quamvis enim conceſſerim, Cuſtodiam per appellationem ad judicem ſuperiorem devolutam, incarceratumq; ipſius jurisdictioni & cognitioni committendum eſſe; exinde tamen haud ſequitur, Reum è carcere relaxari debere: cùm & Reo incarcerato, judex ſuperior tàm ſuper ipſa incarceratione, quàm totâ cauſâ criminali cognoſcere queat; & incarceratus vel propterea non relaxandus eſt, quòd appellatione pendente, nihil planè innovandum ſit. *tot. tit. ff. nihil. appell. pend. innov. l. pen. ff. de appel. recip. l. 3 minimè. 12. cum l. ſeq. C. de Appellat. Novell.* 134. *cap. 3. in fin.*

45 Quare, ſi Reus incarceratus appellaverit, (quod hodie forſan rariſſimè accidit, cùm adverſus Reum captivum per viam inquiſitionis communiter ſoleat procedi) pendente appellatione, eum nequaquam è carcere relaxari, ſed interim, donec juſtificetur appellatio, à judice inferiore, à quo provocatio facta eſt, captivum detineri poſſe & debere, puto.
46 Non ſolùm, quod pendente appellatione nihil innovandum ſit, uti jam dictum, ſed & propter dubium cauſæ eventum, ne ſi remittatur ea, Reus fugitivus judicium eludat. *Bart. in l. ab executione. C. quor. appellat. non recip. Bald. in l. 2. §. ſed incidente C. de Epiſcop. audiẽt. Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. ff. de cuſtod. Reor. Robert. Lancel. in trac. de attẽt. tit. de appell. pendent. 2. part. cap. 12. n. 21. Ang. Aret. in tract. malef. verb. præſente dicto Cajo. n. 26. Guid. Pap. deciſ.* 235. & 436. *n.* 38. *Anchar. in Clem. frequens. n. 6. de exceſſ. Prælat.* ubi pro hac ſententia præjudicium refert:
47 *Quidam*, inquit, *judex aliquem incarceravit, qui deliquiſſe dicitur, is ab interlocutoria, & quidẽ ab hoc ipſo gravamine incarcerationis appellavit, quæritur, utrum pendente appellatione per judicem à quo, an verò per judicem ad quem cuſtodiri, vel ad hunc potius remitti debeat? Ego* ait, *parum dubito, cum à gravamine ejuſmodi, vel ſententia interlocutoria appellatur, quin interim Reus, dum juſtitia vel injuſtitia appellationis diſcutitur, per judicem à quo cuſtodiri debeat: Quoniam geſta per eum judicem ante appellationem interpoſitam, non poteſt judex, ad quem provocatio facta eſt, ad ſuam jurisdictionem revocare, ac proinde nec ſimiliter cuſtodiam Rei carcerati relaxare.* Hactenus Ancharan.

48 *Et ſecundum hanc ſententiam in Elect. Saxon. Scabinatu reſponſum fuiſſe,* ſcribit *Dan. Moller. lib. 4. ſemeſtr. 33. n.* 3.

49 At, ſi Reus jam antea ſub cautione præſtita è carcere relaxatus, à ſententia condemnatoria, ſive etiam interlocutoria appellaverit, quin tum appellatione pendente haudquaquam incarcerari debeat, non ambigo: ac eatenus ſententia *Nicol. Reuſ. dict. libr. 2. deciſ.* 24. veriſſima eſt; pendente ſiquidem appellatione, ſententia pro judicato non habetur, *Matth. VVeſembec. in parat ff. de re judic. num.* 3. Neque Salvus conductus annullatur. Quare & contra ſecuritatem ſemel datam & adhuc durantem judex nil agere poteſt, *Dan. Moller. lib. 2.*

*ſemeſtr.cap.*1.præſertim cùm & pendente appellatione, nil innovari debeat in præjudicium appellantis: quod certè per incarcerationem fieri, nemo inficias ibit. Multò namque commodius per ſeipſum Reus in judicio appellationis agere poteſt, quàm per Procuratorem, magisque adeò ei expedit, coram eſſe apud Judicem ſuperiorem, atque in ipſius cuſtodia detineri, quàm ex carcere judicis, à quo appellatum eſt, reſpondere, ut notat *VVeſembec.in conſ.* 43.*num.*9.

50 Quin, etſi Reus non appellaverit, conceſſâ tamen ſecuritate, poſt latam ſententiam, decendio adhuc durante, incarcerari nequit. Sufficit enim, quòd intra decendium appellare potuiſſet, quo adhuc currente, ſententia vim judicati non habet. *tot. tit. C.de Re judic. Matth. VVeſembec.dict.tit.ff.de re judic.num.*3. Quare ſi judex contra hoc agat, Reumque intra decendium capi & incarcerari faciat, pœna tenebitur arbitrariâ. *Jacob.Menoch.de arbitr. judic. quæſt.libr.*2.*caſ.*336.*num.*1. *Guid.Pap.deciſ.*418. *num.*1.*& ſeqq.*

Pronunciavimus ita ad conſultationem Martini 51 Rennewolffens / in Jauer: Ob wol durch Vrtheil vnd Recht das ertheilte ſichere Geleid *caſſiret* vnnd wider vffgehoben worden; Dieweil ader dennoch bemeldtes Vrtheil Verfließung deß *decendii* ſeine Krafft Rechtens nicht erreichet / ſondern *per appellationem vel leuterationem*, nach Gelegenheit diſſfals / weil man *in ordinario proceſſu verſiret*, gar wol *ſuſpendiret* werden können / vnnd alſo das ſichere Geleid vor Verfließung ſelbiger Zeit nicht *caſſiret* geweſen / *&c.* So haben auch die Gerichte daran / daß ſie euch vor Verfließung deß *decendii* wiederumb in Hafft genommen zu viel gethan / vnd dem gegebenen ſichern Geleit zuwider gehandelt / derowegen ihr die Gerichte wegen Brechung deß ſichern Geleits *actione injuriarum* zu beklagen / vnd daß ſie vmb eine Summa Geldes in Straff genommen werden möchten / an gehörigen Orth gebürlichen zu ſuchen wol befugt ſeyd / V. R. W. *Menſ. Auguſt.An.*1621.

QUÆSTIO CXL.

De Banno, ejusque Proceſſu uſitato in foro Saxonico, vom Achts-Proceß.

SUMMARIA.

1. *Contra abſentem per inquiſitionem non proceditur.n.*2.3.
4. *Adverſus fugitivum tamen procedendum eſt, & quomodo.n.* 6.
7. *in foro Saxonico fugitivi & abſentes proſcribuntur.*
8. *Bannum unde dicatur? n.*9.10.
11. *Bannum alio nomine vocatur Proſcriptio, quandoq; etiam Annotatio.*
12. *Vocabulum Germanicum* Acht / Echter / *unde dicatur.*
13. *Bannum quomodo definiatur? n.*15.16.
14. *Banniti æquiparantur deportatis.*
17. *Diviſio Banni quænam?*
18. *Bannum Imperiale & generale quodnam & quale ſit, quisq; eius effectus? num.*26.27.28. 29.
19. *Quisnam ſit judex competens Banni Imperialis? n.*20.21.
22. *Bannum hoc locum habet tam contra contumaces, quàm turbatores pacis publicæ.n.*23.
24. *Contumacia delictum graviſſimum eſt.n.*25.
30. *Bannum ſpeciale à Statibus Imperii irrogatur.*
31. *Quale ſit & quisnam huius effectus? n.*32.33.
34. *Bannum juris Saxonici contra fugitivos quale ſit?*
35. *Quomodo differat à vero Banno? n.*36.91.
39. *Bannum Saxonicum duplex eſt, ſuperius & inferius,* Vnter- vnd Oberacht.
36. *Bannum inferius ſeu primum quale ſit?*
39. *Secundum ſeu ſuperius Bannum quodnam dicatur?*
49. *Bannum ſuperius quo ſenſu in foro Saxonico appellitetur* Reichsacht.
41. *In quibusnam cauſis locum habeat Bannum Saxonicum? n.*42.43.44.45.
49. *Non ſolùm in homicidio, ſed & in crimine adulterii & furti.*
47. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. num.* 48.
49. *Neceſſariò debet conſtare de corpore delicti & delinquente.n.*50.51.
52. *Banni proceſſus locum non habet, niſi in criminibus pro quibus pœna ultimi ſupplicii irroganda venit, n.*53.54.
55. *Obſervantia Scabinorum Lipſenſium.n.*56.
57. *Forma proceſſus bãnitorii in foro Saxonico quænam ſit?* 58.59.60.72.73.
61. *Quænam dicatur Citatio legitima in proceſſu (banni?*
62. *Trina citatio hodie abrogata eſt in foro Saxonico.n.*63.
66. *Citatio debet continere terminum legitimum, & quando hoc fallat.n.*65.
66. *Citatio in tribus diverſis territoriis eſt affigenda.*
67. *Niſi fugitivus certum habeat domicilium.*
68. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
69. *Quid ſi Citatio affigatur in Epiſcopatu Martisburgenſi, Miſnenſi vel Numburgenſi?* 70.
74. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
74. *Quando fugitivus condemnandus eſt ad probationem legitimi impedimenti.*
75. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.*
76. *Quomodo & quando declaretur Reus in bannũ inferius? n.*78.
77. *Obſervantia Scabin. Lipſenſium, n.*97
80. *Quando Bannitus ſit declarandus in Bannum ſuperius? n.*81.82.83.
84. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
85 *Quomodo procedatur in proceſſu Bãni ſuperioris?*

86. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
87. *Qualiter & quomodo Reus declaretur in Bannum ſuperius?*
88. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
89. *In quibusdam judiciis forma peculiaris procedendi ad Bannum recepta eſt?*
90. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
92. *Bannum Præfecti aut Quæſtoris alicuius in Electoratu Saxoniæ non extenditur ad totum Electoratum.n.93.*
94. *Banni primi ſeu inferioris quisnam ſit effectus? n.95.96.97.*
98. *Declaratur formula Banni inferioris.*
99. *Bannitus deprehenſus condemnari nequit, antequam de crimine confeſſus aut convictus fuerit n.*100.101.103.
102. *Ex præſumptionibus nemo poteſt affici mortis pœna.*
104. *Bannitus ſtatim poteſt torqueri abſq; ulteriori alio indicio.*
105. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.*
106. *Bannitus liberare ſe poteſt à primo banno, & quomodo? n.*108.109.
107. *Exemtio Banniti juramento fieri debet.*
100. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
111. *Effectus Banni ſuperioris.*
112. *Quomodo differat ab effectu Banni inferioris? n.*113.114.115.
116. *Bannum ſuperius infamiam irrogat.*
117. *Banno ſecundo notatus amittit bona ſua.n.*118.119.120.121.122.123.124.
125. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
126. *Liberis tamen legitima & uxori portio ſtatutaria debetur.*
127. *In Banno primo ſeu inferiori locum non habet confiſatio bonorum.*
128. *De conſuetudine bona fugitivorum annotantur.*
129. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.*
130. *Bona Banno amiſſa recuperari nequeunt.*
131. *Bannitus impunè ab aliquo occidi nequit. num.*132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140.
141. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
142. *Occidens bannitum non tenetur pœna homicidii ordinaria.*
143. *Cauſa beſtialis delinquentem à dolo & pœna ordinaria excuſat.n.*144.

SEcunda cauſa impediens pœnæ executionem eſt Rei abſentia: quando ſcilicet Reus crimine perpetrato latitat, vel poſtquam fuit captus & condemnatus effracto carcere effugit, nec citatus vult comparere. Qui non modò judicium eludit, pœnæque executionem impetit; ſed &inquiſitioni
1 ſe ſubtrahit: Siquidem per inquiſitionem contra abſentem non proceditur. *Proſper. Farin. in prax. crim. lib.*1.*tit.*1. *quæſt.*1.*num.*60. *Jul. Clar. lib.*5.*ſentent.* §. *ult. quæſt.*11. *num.*1. Juris namque expediti eſt, quòd contra abſentem deveniri nequeat ad ſententiam definitivam ſive condemnationem. *l. abſentem.* § *adverſus contumacem. ubi Gloſſ. & Dd. ff. de pœn. l. abſentem. C. de accuſat. l.* 1. *ff. de Reis. Jul. Clar. lib* 5. *ſentent.* §. *ult. quæſt.*44.*n.*1. *Bald. in l. quamvis. C. ad Leg.*
2 *Jul. de adult. Ægid. Boſſ. in tit. de requi. Reis. n.*1. Et quòd de jure etiam Canonico non poſſit contra abſentem lite non conteſtata deveniri ad condemnationem, neque etiam ad teſtium receptionem, communis eſt opinio, ſecundum *Abb. in cap. veritatis. num.* 20. & 27. *de dolo & contum.* Quam adeò veram eſſe, dicit *Jul. Clar. dict. quæſt.*44.*n.*1. ut quamvis in cauſis civilibus, ſi teſtes ſint ſenes vel valetudinarii, vel in longinquas partes receſſuri, poſſint examinari, etiam parte abſente ad perpetuam rei memoriam; nihilominus in cauſis criminalibus abſente parte non queant hujusmodi teſtes recipi ad perpetuam rei memoriam, *Anton. Gomez.*
3 *in l. tauri. num.*4. Modò de tali agatur crimine, pro quo imponenda veniat pœna capitalis, vel corporis afflictiva. Nam ſi tantummodò irroganda ſit pœna Relegationis, vel mulcta pecuniaria, abſens quoque de jure communi poteſt condemnari. *Bald. in dict. l. abſentem. in fin. C. de accuſat. ubi & Salycet. num.* 14. *Pract. Conrad fol.* 441 *num.* 7 *Ægid. Boſſ. dict. tit. de req. Reis. num.* 1.

Non tamen exiſtimandum eſt, Reo abſente 4
& fugitivo, ſimpliciter judici eſſe ſubſiſtendum: tantum ſiquidem abeſt, hoc caſu Reum haberi innocentem, ut inde præſumptio & ſuſpicio criminis perpetrati haud levis contra fugientem nondum confeſſum oriatur. *l. raptores. verſ. ſin. autẽ C. de Epiſc. & cler. l. in eos. ff. de cuſtod. Reor. l. impuberibus.* § *impuberibus. ff. de ſuſpect. tutor. Bart. & Dd. in l. quis ſit fugitivus.* § *ſicuti. ff. de ædil. edict. & in l. lege Cornelia ad Silan. Felin. in cap. nullus n.* 3. *de præſumpt. Brun. de Indic. & tortur. part.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 7. *Blanc. ad l. fin. ff. de quæſt. n.* 138. *Ludov. Carer. in pract. in* 2. *tract. de indic. & tortur.* § *tertium indicium n.* 1. *Joſeph. Maſcard. de probat. lib.* 2. *concl.* 8 9. *num.* 1. Vt vel propterea contra Reum procedendum, ac crimen commiſſum vindicandum ſit, quod nullo alio modo fieri poteſt, quàm annotatione & confiſcatione bonorum. De jure enim communi, Rei 5
abſentes in criminalibus judiciis citandi ſunt ad hoc, ne innocentes & non auditi damnentur. *l. abſentem. ff. de pœn.* Quod ſi in termino non compareant annotantur & referuntur eorum nomina in publica acta: Quo facto, annotati requiruntur, ſuique copiam in judicio facere jubentur *l.* 1. *ff. de requir. Reis.* Idque eo fine, ut poteſtatem habeant ſe purgandi, *l.* 1. *C.*
6 *eod. tit.* Quod ſi à die annotationis infra annum contumaciter ſe abſentent, nec ſe purgent, bona eorum fiſco irrevocabiliter vendicantur. *l.* 2. *C. eod. tit. Jul. Clar. d. quæſt.* 44. *Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 108. *n.* 1.

Sed ex conſuetudine variorum locorum, hodiè paulùm aliter ac diverſimodè, adverſus delinquentes fugitivos proceſſus ille annotationis peragi ſolet, ut apparet ex traditis *Jul. Clar. dict. quæſt.* 44. Quibus miſſis, ſolùm de proceſſu juris Saxonici adverſus Reos abſentes hîc agere fert animus: qui in eo potiſſimùm conſiſtit, ut abſentes proſcribantur, ſive in Bannum

7 declarentur, **werden in die Acht erkläret**/ut no-
,, tiſſimum eſt. *Chil.* **König.** *in tract. Bannit. ſub tit.*
,, **Vrtheil vnd Erklärung der Acht**/ *Matth. Coler. d.*
,, *deciſ.* 108. *n.* 2. Moribus namq; Saxonicis, & con-
,, ſuetudine totius Germaniæ, pœna contuma-
,, ciæ adverſus Reos abſentes & fugitivos perhi-
,, betur *Bannum*, **die Acht.** Circa huius explica-
,, tionem quatuor potiſſimùm attendenda veni-
,, unt. Nempe 1 *Definitio ac diviſio Banni. 2. quando*
,, *& in quibus delictis ad Bannum procedendum. For-*
,, *ma proceſſus Bannitorii. 4. Et pœnæ huius effectus:* In
,, quibus capitibus tota ferè tractatio huius ma-
,, teriæ conſiſtit.

Q. 1. Quid nam ſit Bannum, & unde dicatur?

8 Primò: Antequam Bannum definiatur, no-
tanda eſt derivatio nominis, quod nullibi legi-
tur in juribus antiquis; ſed tantùm in noviſſi-
mis, quæ ſunt edita per Fridericum, ut *Auth.*
Gazaros. C de hæret. Auth item nulla. C. de Epiſc. &
Cler. Et multorum judicio eſt dictio Italica;
Vnde & Baldus derivat eam à bono publico,
quaſi Bannum ſit dejectio vel excluſio à bono
9 publico, hoc eſt, à jure, privilegiis, Statutis &
immunitatibus ejus Civitatis, à qua bannitur.
Alber. de Roſate in diction. & Nellus in tract. de Ban-
nitis in prim. part. 2. temp. quæſt 5. à Bannerio de-
ducunt, hoc eſt, vexillo, nam cùm Banniti ha-
beantur pro hoſtibus, quos vexillis ſolemus
perſequi, etiam ipſos bannitos perſequi ſole-
mus vexillo. Vel quod Vandali ſeriis actionibus
& rebus vexilli ceremoniam adhibere conſue-
verunt. *Andr. Gail lib. 2. de pac. publ. cap.* 1. *n.* 2. Sed
Cujac. in præfat. de feud. ſcribit antiquitus fuiſſe
Bannum nomen generale quo ſignificabatur
10 edictum ſeu citatio, rectius forſan derivatur
Bannum à vocabulo Germanico **Bann**: Nam
vulgò ſolemus vocare fines & terminos alicu-
jus civitatis **Bann.** Vnde dicuntur Banniti
quaſi extra Bannum, hoc eſt, diſtrictum, vel
territorium ejus civitatis ejecti; quia banniti a-
mittunt territorium & viam publicam; id eſt,
libertatem, & rerum communium æqualem o-
11 mnibus conceſſum uſum. *Andr. Gail. dict. lib. 2. de*
pac. publ. c. 1. n. 12. Ioh. Sichard. in l. 1. num. 14. C. de
12 *hered. inſt.* Hoc Bannum (quandoq; dicitur et-
iam Annotatio ex jure communi, & Proſcri-
ptio) vocamus hodie **die Acht**/& Banniti dicun-
tur, **Echter** / quam dictionem Germanicam à
Græco verbo (ἐχθρὸς) hoc eſt hoſtis, inimicus,
nonnulli derivatam exiſtimant; quia, in Bannum
denunciati & declarati cives eſſe deſinunt, &
hoſtes efficiuntur. *Andr. Gail. d. c. 1. n.* 21. Facit te-
xtus *in l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de cap. demin.*
& in l. fin. ff. de re militar. Zaſ. in l. omnes populi. n.
16. *ff de juſt. & jur.*

13 Definio autem Bannum: quòd *ſit pœna qua-*
,, *dam ſeu coercitio delicti vel contumaciæ, quæ ex au-*
,, *toritate juriſdictionis aut judicis principaliter pro-*
cedit, cum *Joh Sichard. in dict. l. 1. n. 14. C. de hered.*
inſt. Etenim, quia pœna ultimi ſupplicii Reo
abſenti & fugitivo decerni nequit *l. abſentem. §.*
adverſus contumacem, ubi Gloſſ. de pœn. l. abſentem.
C. de accuſat. Vtique ne impunitus planè e-
vadat, pœna hæc banni fuit adinventa, qua
Reus vel ob crimen perpetratum, vel ſi de eo
nondum confeſſus aut convictus ſit, ob con-
tumaciam in non comparendo coercetur, & in
Bannum declaratur, atque ex Provincia proſcri-
bitur & excommunicatur.

Quæ pœna ſimilis ferè eſt deportationi, quæ 14
hodie ab uſu receſſit. *Johan. Sichard. dict. l. 1. num.*
10. *C. de hæred. inſtit.* Vnde *Dd.* communiter de-
portatis æquiparant Bannitos, quia Bannitis
ſive proſcriptis aquâ & igni interdicitur: & a-
licui aquâ & igni interdicere nihil aliud eſt;
quàm eum bannire. **Einen in die Acht oder**
Bann thun/einem Waſſer vnd Weid verbieten/
oder von Gemeinſchafft vnnd Brauch Waſſers
vnd Fewers bannen/ *Andr. Gail. lib. 2. de pac. publ.*
cap. 1. *num.* 16. Atqui jure civili aquâ & igni in-
terdicti ſunt deportati, per textum *in l. 1. §. hi,*
quibus ff. de legat. 3. l. liber homo. §. ſi heres ff. de he-
red. inſt & l. qui dolo. § ult. ff. ad Leg. Jul. de vi public.
l. res Vxoris. § fin. autem. C. de donat. int. Vir. &
Vxor.

Hæcque pœna banni ex autoritate jurisdi- 15
ctionis ſeu judicis principaliter procedit, neq;
jurisdictionem judicis proſcribentis excedere
poteſt. Vnde & pro diverſitate jurisdictionis,
diverſa huius pœnæ eſt efficacia. Nam bannitus
ab Imperatore, qui fons eſt omnis jurisdictio-
nis & dominus mundi, pro eo habetur, ut o-
mnibus juribus civilibus careat. Sed Bañitus ab 16
inferiore ex certa aliqua Provincia; non niſi be-
neficiis ac Statutis peculiaribus illius Provinciæ
privari debetur: ut exemplis eleganter de-
monſtat *Joan. Sichard in dict l. n.* 14. *C. de hered.*
inſt. Quemadmodum enim excommunicatio
aliquem excludit à gremio Eccleſiæ, vel politiâ
Eccleſiaſticâ, *c. cum inter priorem. ext. de except.*
& tot tit. de ſent. excomm. Sic etiam Bannitio e-
jicit aliquem à communione juris civilis in eo
loco, ex quo bannitur: Ad jura verò aliarum
Provinciarum, aut totius Imperii, vim ſuam,
haudquaquam extendit. *Sichar. dict. loc. n.* 12 u-
bi bannum in multis excommunicationi com-
parari docet.

Definitionem ſubſequitur diviſio Banni, 17
quod communiter duplex perhibetur: *Bannum*
Generale ſive Imperij & Bannum ſpeciale alicuius
Status Imperii, Principis, Civitatis, &c. *Paul.*
Matth. VVehner. in pract. obſ. verb. **Acht.** *Sichard.*
dict. l. 1. Andr. Gail dict. cap 1. *Petr. Theodor. Collg.*
trim. diſput. ult. theſ. 4. lit. A. Matth. Coler. part. 1. de-
ciſ. 108. n. 56.

Bannum Imperiale & generale, 18
deß heiligen Römiſchen Reichs Acht vnd Bann/
eſt imperii Judicialis cenſura, quâ delinquen-
tibus aquâ & igni interdicitur, ita ut à nemine 19
in clientelam, fidem, aut amicitiam recipi, ab
omnibus verò impunè, tam in perſona, quam
rebus offendi poſſint. *Ordin. Camer. part 2. tit 9.*
§. **So jemands.** Hocq; Bannum nemo niſi ſolus
Imperator, eoque abſente, Rex Romanorum
irrogare poteſt. *Paul. Matth. VVehn. dict. vocab.*
Acht. Hodie tamen præter declarationem Ban-
ni ab ipſo Imperatore factam adhuc modi tres
banniendi ordinarii extant. *Primus* fit in Ca-
mera Imperiali: Vbi ſi quis bannitur, perinde
eſt, ac ſi bañiretur ab Imperatore; cùm Came-
ra hactenus fuerit vice Præfecti Prætorio, à quo
tanquam ab ipſo Imperatore non licuit appel-
lare,

Q. 2. Quodnam dicatur & quale ſit Bannum Imperiale, **deß H. Reichs Acht.**

lare, *l. un ff. de off. Præf. Prætor.* Et ideò ſic bannitus perdit omnia jura civilia, ubicunque locorum.

20 *Secundò*, banniuntur quidam Rotvvilæ, ubi itidem eſt judicium Imperiale, habet tamen limitatam jurisdictionem, quæ extenditur in Alſatiam, Brisgoiam usque ad Rhenum. Vnde Bannitus à Rottvvilenſibus amittit omnia jura civilia, eò, quod Bannum procedit nomine Imperatoris: Sed effectus non extenditur extra limites iurisdictionis Rottvvilenſium. Et ideo ſi bannitus à Rottvvilenſibus Moguntiæ vel in Haſſia inſtitueretur heres, vel ex forma ſtatuti, vel ex forma iuris communis, ille poſſet capere hereditatem; quia incapacitas eius regulatur ad iurisdictionem Rottvvilenſium, quæ non extendit ſe ad illum locum, ubi Bannitus eſt inſtitutus.

21 *Tertiò*, procedunt Banna Weſtphaliæ, ubi eſt quoq; iudicium Imperiale, quod & ipſum habet certos fines. Et ideo pro finium ratione & qualitate, Bannum ab illis inflictum operatur, quemadmodum dictum de Rottvvilenſibus. *Io. Sich. in l. 1. n. 17. C. de hered. inſt. Paul. Matt. VVehn. de vocab.* Acht.

22 Nec ſolùm adverſus violatores, aut turbato-
res pacis publicæ, (qui regulariter ipſo facto
hanc pœnam incidunt, & unà cum vita omnia
quoque bona amittunt, ut ex *Receſſ. Imp. VVorm.
de An.* 1521. *Aug. de An.* 1548 *&* 1555. *Ord. Camer.
Imp. part. 2. tit.* 9. conſtat. *Modeſt. Piſtor. lib. 1. conſ.*
23 34. *n.* 25. *& conſ.* 39. *n.* 4.) Sed & contra contuma-
ces Bannū hoc imperiale decernitur. *Paul. Matt.
VVehn. in pract. obſer. vocab.* Acht. *Oth. Meland. in
comm. Camer. part. 2. tit.* vom Proceß der Acht.
concl. 91. *p.* 440. *Becht. de Securit. & Salv. conduct. p.*
4. *th.* 118. Quod nemini durum nimis videri de-
bet, ut ſcil. Bannitus ob contumaciam, ex cau-
ſâ præſertim civili, perinde ac propter delictum
aliquod atrox, ceu hoſtis imperii communis, &
in perſona & in rebus impunè offendi poſſit:
ſiquidem hîc non tàm contumacia ſola in ſe,
quàm inobedientia & contemtus Principis in-
ſpicitur. *Nell. de bann. p. 1. temp. 2. quæſt. 1. Becht.
dict. loco. th.* 118. *Caball. reſol. cr. caſ.* 61. *n.* 11. ut ſic
contumacia huiusmodi ſumma, quæ ſummi in
terris Magiſtratus contemptum continet, cùm
ex dolo oriatur, non poſſit non eſſe verum ma-
leficium. §. 1. *Inſt. de oblig. quæ ex del. ct. naſc. Tho-
ming.* 1. *conſ.* 24. *num.* 18. 19. *&* 25. *Joh. Gœdd.* 2. *conſ.
Marpurg* 28. *n.* 139.

24 Quinimò contumacia & inobedientia per
ſe reſpectu alterius, non ſummi Magiſtratus,
exiſtimatur delictum graviſſimum ac mortale,
c. qui reſiſtit. 11. *quæſt.* 3. *c.* 1. *de maior. & obedient.* eò,
quòd ipſum iudicem & partem aliosque elu-
dat, *c. ſciendum.* 8. *quæſt.* 1. *Gloſſ. in c.* 1 *de dolo & con-
tumac. Franciſc. Viv. deciſ.* 138. *n.* 25. *&* 26. *Ruig. Ru-
land. de commiſſ. part. 2. lib. 2. cap.* 13. *n.* 6. quod &
propterea criminaliter puniri poteſt. *l.* 6. §. 2. *ff.
de re milit. Iul. Clar. lib.* 5. *ſent.* 1. § *n. circa fin. Jacob.*
25 *Menoch. de arbitr. jud. quæſt. caſ.* 153. *n.* 1. Quanto
itaque gravius, imò graviſſimum crimen cen-
ſeri debet eiusmodi contumacia, reſpectu ſu-
premi Magiſtratus, ipſius Cæſaris; quippe quæ
rebellioni non diſſimilis: maximè cùm & in ſo-
la obedientiæ detrectatione ineſſe dicatur re-
bellio, quæque ſpeciem Criminis læſæ majeſta-
tis habet. *Gœd. dict. conſ.* 28. *n.* 128. Vnde & con-
temtum mandati ſuperioris, nullam etiam
comminationem annexam habentis, arbitra-
riè usq; ad mortem plecti poſſe, tradunt *Gram.
deciſ.* 40. *n.* 20. *& ſeq. Thoming.* 1. *conſ.* 24. *n.* 9. *&*
10. *Caball. reſol. crim. caſ.* 30. *n.* 3. Haud injuria i-
gitur ex Ordinatione Imperii idem rigor, quo-
ad Bannum contumaci infligendum, receptus
videtur. *Ordin. part. 3. tit. 43. & part. 2. tit. 8. cum
ſeqq.* Vt ita nihil intereſſe putetur, ad Bannum
Imperiale ob delictum, an verò ob contuma-
ciam fuerit irrogatum. *Andr. Gail. lib. 2. de pac.
publ. cap. 5. n. 12. Becht. dict. tr. de ſecur. & ſalv. con-
duct. p. 4. th.* 118. *Gœdd. conſ. Marp.* 28 *n.* 142. *Oth.
Meland. in com. Cam. p. 2. tit.* vom Proceß der Acht/
concl. 91. *p.* 440.

Et quocunq; modo Bannum hoc Imperiale irrogatum fuerit, illum effectum habet, ut taliter banniri Imperium Romanum, perdendo ſimul omnia, quæ juris civilis Romanorum ſunt, amittant, & iisdem donec Bannum durat, carere dignoſcantur. *Fach.* 1. *conſ.* 73 *n.* 35. *Andr. Kohl. de ſervit. feud. p. 2. n.* 60. *And. Gail lib. 2. de pac. publ. cap.* 12. *n.* 3. *&* 5. 26

Hinc Banniti teſtamentum condere non 27
poſſunt, *Dauth. de teſtam. tit. qui teſtam. fac. poſſ.
n.* 211. Succeſſionum item & hereditatum in-
capaces ſunt, exemplo deportatorum, *l. 1. C. de
hered. inſt. ubi Ioh. Sichard. n.* 7 *&* 17. Similiter ex
conſuetudine Imperii omnia bona amittunt,
etiam feudalia. *And. Kohl. d. part. 2. n.* 60. *&* 66.
Quod tamen de bonis futuris, non exaudien-
dum *Thoming.* 1. *conſ.* 13. *n.* 78. *& ſeqq. Hieron Gi-
gas. in tract. de crim. læſæ majeſt. lib. 1. q. 7. & q.* 18.
Sed omnia ex hereditate, Bannito alioquin
obventura, in eo ſcil. territorio, in quo conde-
mnatus fuit, non fiſco, ſed aliis heredibus ab
inteſtato venientib. applicantur & accreſcunt.
Vinc. de Franch. deciſ. 102 *n.* 10. *Joſeph. Ludovic.
deciſ.* 11. Sic & in Bannum Imperiale declarati 28
incapaces fiunt judiciorum, quæ etiam civilia
ſunt. *Gloſſ. ad pr. Inſtit. de obligat. Petr. Theodor. in
Colleg. Crim. diſp. ult. th. 4. lit. A.* Nec non actio-
num, quæ informatione ſunt juris civilis, à quo
nimirum in ordinem redactæ, formatę, & com-
poſitæ fuerunt: quæ antea ex jure gentium in-
formes, populares & fortuitæ erant. *l. 2. §. dein-
de ex his. 6. ff. de orig. jur. l.* 17. §. 3. *ff. commod. §. non
autem omnes. Inſt. de perp. & temp. action.* Vnde 29
nec Bannitum agere, nec in judicio eſſe poſſe,
ſed ei agenti & litem moventi omnem audien-
tiam denegandam eſſe, communiter ab omni-
bus traditum eſt. *Petr. Theodor. d. th. 4. lit. A. And.
Gail. libr. 2. obſerv. 86. n. 9 Jacob. de Arena. de ban-
nit. n.* 20.

Et hæc ita obtinent in Banno univerſali ſeu Imperiali, de quo pleniſſimè ſcripſit *Andr. Gail. lib. 2. de pac. publ. per tot.*

30 Speciale autem Bannum eſt, quod ab Inferioribus Principibus, Comitibus, aliisque Statibus Imperii delinquenti ob crimen commiſſum, vel etiam ob contumaciam irrogatur. Hoc ultra eorundem territoria non extenditur; quia horum jurisdictio territorio

limitatur. *l.1.§.cum urbem.ff.de offic.Præf.urb.l. quicunque. C.de fund. limitan. lib.12.præſ.14.n.8.* Cùm econtra Bannum Imperiale, quòd à Cæſare, vel ſuæ Majeſtatis nomine à Camera Imp. irrogatur, generale eſt, propter univerſalem Cæſaris jurisdictionem, quàm in omnes omnium Ordinum perſonas cujuſcunque dignitatis & excellentiæ ex æquo habet: ita ut ab Imperatore bannitus **deß H. Reichs Echter**/ubique terrarum in Imperio pro Bannito reputetur, & ab omnibus tanquam communis omnium hoſtis impunè offendi poſſit, prout antea dictum. *Paul. Matth. VVehner in obſerv pract. dict. verb.* **Acht.**

31 In territorio autem Principis proſcribentis, Bannum hoc particulare ſpeciale tantum roboris habet, quantum Bannum univerſale in Imperio Romano. *Petr. Theodor. in Colleg. crim. dict. diſput. ult. theſ.4.lit A.* Nam Principes & Status Imperii in ſuis ditionibus tantam habent poteſtatem, quantam Imperator in toto Imperio Romano obtinet. *Andr. Gail lib 1. de pac. pub. cap 6.n.11. & 1. obſervat.2.n.21 lib.2 obſervat.57.n.7. Daniel. de teſtam. tit. de cauſ. offic. n. 36. Thoming. 1. conſ.5.n.110. Andr. Khol de ſervit. feudal. p.2.n.62. & part.3.n.31. Tiber. Decian Reſponſ.2.n.120. Modeſt. Piſtor. vol.1. conſ. 24 num.1.* Quare ut Imperator, & Camera Imper. Banni pœnam, quâ defenſio alicui adimitur, pro omnes Imperii ditiones, juxta univerſalem jurisdictionem per totum Imperium, *l. deprecatio. ff. ad Leg. Rhod. de jact l. bene à Zenone C. de quadr. præſcript.* Ita Principes inferiores, qui cum Regali dignitate perpetuò ſunt inveſtiti; Bannum particulare ejusdem efficaciæ quoad certas ditiones & ſua territoria irrogare poterunt.

32 Sicuti & quotidiè huiusmodi Banna ab Inferioribus Principibus & Statibus Imperii in ſuis ditionibus decerni, & conſuetudine rerumque judicatarum autoritate comprobari, teſtatur *Oth. Meland in comm. ad proceſſ. Camer. Noæ Meurers p.2.tit.* **von dem Proceß der Acht.** *lit.B.p* 412.

33 Quamvis hoc Bannum recognoſcentis ſuperiorem, niſi per id proſcripti expreſsè declarentur hoſtes Patriæ, ut à quovis impunè offendi queant, ac poſiti ſint extra omnem juris communis protectionem, non inducat privationem juris communis Romanorum, ne quidem in ditione, ubi Bannum irrogatur, nec item amiſſionem eorum, quæ ex privilegiis jureq; ſtatutario competunt, uti nec ſua natura ademptionem bonorum, uti notat poſt *Anton. Peregr. libr.3. de jur. fiſc c.7.n.1.3.5.6 & 9. Andr. Kohl. de ſervit. feudal. p.2.n.*64. quos allegat. *Pet. Theod. d. diſp. ult. th.*4 *lit. A.*

Q. 3. Bannum juris Saxonici adverſus delinquentes fugitivos quale & quotuplex ſit?

34 Vltra hæc autem Banna, quæ verè ita dicuntur, aliud adhuc Bannum extat (de quo hoc loco propriè agitur) quod de jure Saxonico & moribus noſtris ab inferioribus judicibus certo quodam modo decernitur, contra Reum criminis fugitivum, ad citationem emiſſam non comparentem. *Matth. Col de proceſſ. execut. part.2.cap.3.n.*80. A quo ſe liberare poteſt Reus bannitus, judici ſuæ innocentiæ probationem offerendo. 35 Quod Bannum haud parum è vero Banno univerſali & ſpeciali, de quo modò dictum, differt; ſiquidem vires ſuas ultra diſtrictum & jurisdictionem Magiſtratus inferioris, ut Quæſtoris, Præfecti, aut Prætoris oppidani non extendit, **Landrecht.** *lib 2. art. 24. in pr. ubi Gloſſ. latin. ad textum germ. lit. A. Matt. Coler part.1.deciſ.108 n,57.* multaque ſpecialia ex diſpoſitione & obſervantia juris Saxonici habet, de quibus ex ſubſequentibus conſtabit, ut cum Banno illo (quod antea in univerſale & ſpeciale fuit diviſum) absque conſequentia & notà abſurdi, nequaquàm confundi poſſit. 36 Illud tamen certum eſt, quòd hocce Bannum ſpecies illius ſit, indeque originem traxerit, at cuivis judici inferiori conceſſum, quo is jurisdictionem ſuam adverſus eluſores judicii tueri, & Reos criminum fugitivos punire, ac coercere queat: prout moribus Germaniæ, ac præſertim hiſce in terris Saxonicis quotidiè practicari videmus. De quo *Chil* **König** *in proceſſ. ſub tit.* **von der Acht oder Veſtunge** *in pr.* ſcribit. **die Acht oder Veſtunge nach Sachſen, Recht iſt eine zeitliche Pœn vnnd Straffe/ darauß man ſich doch mit Recht ziehen vnd wircken kan/ vnd wird vergleichet** *annotationi, de qua in tit ff. & C. de req. Reis.*

37 Hocque Bannum juris Saxonici duplex eſt: *Primum & ſecundum Matth. Coler. part.1. deciſ.* 108.*num.*25.26.27. *Chil* **König.** *dict. tit.* **von der Acht oder Veſtunge §. Vnd heiſt darumb eine Acht.** *Paul. Matth. VVehner in pract obſerv. verb.* **Acht.** 38 *Primum*, quod & *ſimplex* appellitatur, **die Acht**/ ita dictum eſt, quòd Regnum curari debeat. **Nach Sachſen, Recht iſt zweyerley Acht/ die erſte darumb alſo Acht genañt/ daß man das Reich achten ſol. Landrecht.** *lib.3. art* 17. *Coler dict. dec.*108,*n.*25. Taliter bannitus ſi intra annum venerit, ſeque purgaverit, auditur **vnd mag er ſich auß der Acht wircken**/*Paul. Matt. VVehn. dict. vocal.* **Acht.**

39 *Secundum Bannum*, quod & *Superius* vocatur, incurrit Reus fugitivus ſi bannitus primo Banno, intra annum à die primæ annotationis **der Acht** computandum, non comparuerit, nec innocentiam ſuam purgaverit, **Welches man die Oberacht**/ vel **Aberacht nennet**/ quaſi dicas, ſecundo reiteratum bannimentum, *art.34. in fin. libr.3.* **Landrecht.** *ubi Chriſtophorus Zobel in addit. Gloſſ. verb.* **Wer ſich auß der Acht ziehet.** Ibi: **Vnd dieſe Verfeſtung iſt zweyerley. Im erſten Jahr heiſt es ſchlecht deß Reichs Acht/ vnd die wehret ein Jahr. Zum andern heiſſet es/ deß Reichs Oberacht/ ob er Jahr vnnd Tag in deß Königes oder Reichs Acht verharret/ vnd dieſem vertheilet man alſo ſein Leib/ Ehr/ Recht/ Echt/ Gut/ Eigen vnd Lehen**/ *&c. Matt Coler. dict. deciſ.* 108.*n.*27. *& de proceſſ. execut. part.2. cap. num.*89. *Paul. Matth VVehn. dict loco Chil* **König** *dict. loc.*

40 Notandum autem hîc, licet jus Saxonicum hocce Bannum, primum & ſecundum, quandoque appellitet **deß Reichs Acht.** It. **deß Reichs Oberacht**/ ut *in gloſſ. dict. artic.34. libr.3.* **Landrecht:** impropriè tamen hoc fieri, nec verbis illis Bannum Imperiale, quippe à quo multùm differt, ut anteà dictum fuit, intelligi. Et per

verbum; **Reich**/ſignificari ſolummodò territorium iſtius Provinciæ; in qua bannitus declaratus eſt **in die Acht oder Oberacht** / rectiſſimè notat *Paul. Matth. VVehner. dict. verb.* **Acht.**

Q. 4. Quãdo & in quibus cauſis Bannũ Saxonicũ locum habeat?

41 Secunò: Noſſe quoque oportet, quando & in quibus cauſis Proceſſus Banni locum habeat. Neque enim ſemper adverſus Reum fugitivum ad Bannum agi poteſt, ſed tria coniunctim requiruntur, quæ concurrere, neceſſe eſt, ſi iudex ritè aliquem vult proſcribere.

42 *Primò*: Cauſa, de qua agitur, debet eſſe criminalis. Exiſtimat quidem *Dan. Moller. libr. 2. Semeſtr. cap.* 24. in cauſis quoque civilibus Reum, qui ſe contumaciter abſentat, banniri poſſe, donec iudicio obediat, allegans ad hoc *Angel. in Auth. de teſtib. §. Et hic verò. n.* 37. *Chriſtoph. Zobel. in addit. ad artic.* 45. **Landrecht.** *lib.* 1. Verùm præterquam quòd *Zobel.* quantum ego obſervavi, in loco allegato nil hac de re ſcripſerit; videtur mihi *Moller.* confundere Bannimentum imperiale vel univerſale, cum Banno iuris Saxonici, 43 in delictis adverſus abſentes Reos uſitato. Equidem non ego, ab Imperatore Reos abſentes in cauſis quoque civilibus quandoq; ob inſigne contumaciæ delictum in bannum poſſe declarari, prout rectè dicit *Moller. dict. cap.* 24. nullibi id frequentius fieri, quàm in Camera Imperiali, ubi ex Ordinatione eiusdem ob contumaciam in cauſis civilibus litigantes Banno ſubiiciuntur, tam diu donec ſententiæ aut 44 mandato Cameræ pareant. Sed hoc neutiquam extendi debet ad Bannum illud iuris Saxonici, quod ex diſpoſitione ſpeciali non niſi in criminalibus cauſis, ubi de vita hominis agitur, irrogari debet: prout diſertè probatur ex *artic.* 68. *lib.* 1. **Landrecht.** *In verb.* **Da er ſein Häupt oder Leib an verbühret hat / vnnd die Acht darmit verſchuldet**: Et poſtea: **Vmb welche Schuld der Mann in die Oberacht gethan wird / wird er darinne gefangen / vnd vor Gerichte bracht / es gehet jhm an den Leib / ob er der That vnnd der OberAcht überzeuget wird.** Et in *artic.* 67. *lib.* 1. **Landrecht.** In verb. final. **Vmb anders keine Klage ſoll man den Mann ächtigen ohne vmb die / die an den Leib/oder an die Hand gehet.** Ex quibus apertè liquet, ad Bannum haud procedendum eſſe, niſi in cauſis in quibus ad pœnam agitur corporalem, quo ipſo civiles cauſæ haud obſcurè excluduntur: quod & animadvertit *Gloſſ. German. in dict. artic.* 67. *verb.* **vmb anders keine** 45 **Klage**: ubi ait: **Iſt es nun vmb Schulden / ſo pfändet man jhm ſo viel darauß / als der Werth der Schulden iſt. Man verfeſſet aber darumb den Beklagten nicht / wie vmb vngerichte Geſchicht / welches einem an den Leib oder an die Hand gehet.**

46 Cumque textus illi de cauſis criminalibus generaliter loquantur, dubitandum non eſt, quin adverſus Reos fugitivos indifferenter proceſſus Banni inſtitui queat, ita ut non modò in crimine homicidii, frequentiſſimè ac communiter accidit, ſed & in adulterio, furto, aliisque delictis, pro quibus pœna capitalis irroganda venit, ad Bannum procedatur.

Veluti in crimine adulterij Scabini Lipſenſes 47 *quotidie pronunciare ſolent*: **Jedoch wird ſolche zuerkandte Todesſtraffe biß ſo lange der gewöhnliche Achts Proceß wieder den flüchtigen Theil angeſtellet / vnnd derſelbe ſeine gäntzliche Erörterung erlanget/billich eingeſtellet.**

Quæſtori in **Heringen**/ *Menſ. Ian. Anno* 1612.

Senatui in **Geiten.** *Menſ. Ian. Anno* 1605.

Balthaſaro **Sacken.** *Menſ. April. Anno* 1620.

Quæſtori in **Arnshaug** *M. Auguſt. Anno* 1605.

Similiter & contra furem fugitivum ad Bannũ 48 *procedendum eſſe, reſpondimus Quæſtori* **zur Auguſtusburg.** *Menſ. Iul. Anno* 1630.

It. Prætori & Scabinis Pegavienſibus. M. Feb. 1633.

Secundò: Antequam Banni proceſſus forme- 49 tur, non ſolùm certò conſtare debet de corpore delicti commiſſi, iuxta tradita *Matth. Coler. part. 1. deciſ.* 108. *n.* 12. ubi allegat *Angel. Aretin. in tract. malef. verb. fama publica. n.* 108 & 114. & *Hippolyt. de Marſil. vol.* 2. *conſil.* 134. *n.* 1. & 2. Sed & probabiliter de perſona delinquentis, Reum nempe fugitivum non falsò inculpari. Etſi enim fuga per ſe ſuſpicionem criminis perpetrati contra fugientem faciat, *l. in eos. ff. de cuſtod. Reor. l. raptores. verſ. ſin autem. C. de Epiſcop. & Cler.* Ea tamen ſufficiens non eſt ad proceſſum 50 Banni inſtituendum, niſi & aliæ coniecturæ ac indicia probabilia hanc ſuſpicionem augeant & aggravent. Quare ſummaria ſive generalis inquiſitio proceſſum hunc Bãni præcedere debet, ex qua iudex de Reo fugitivo, & indiciis adverſus eum militantibus informatus, poſtea ad Bannum agere poteſt. Quod ita practicari ſolet, ſi iudex adverſus Reum fugitivum ex officio procedere velit. Accuſatore verò exiſten- 51 te, generalis hæc inquiſitio ceſſat, & Reus ob contumaciam in non comparendo bannitur, etiamſi nulla alia ſuſpicio criminis commiſſi adſit; ſiquidem Bannum contumaciæ pœna habetur, quam Reus in proceſſu ordinario ex eo ſolo incurrit, quod ſe contumaciter abſentat. *Moll. 2. ſemeſtr.* 24.

Tertiò: Ad hoc, ut Banni proceſſus locum ha- 52 beat, requiritur etiam crimen tale fuiſſe commiſſum, pro quo pœna ultimi ſupplicii Reo confeſſo vel convicto irroganda veniat. *Matth. Coler. dict. deciſ.* 108. *n.* 10 Adeoq; Reus ex cauſa aliqua pœna mortis affici nequeat, proceſſus Banni adverſus abſentem & fugitivum ceſſat, licet ſi præſens eſſet, pœna corporis afflictiva puniri poſſit. Etſi enim verba iuris Saxonici generaliter de pœna corporali loquantur, Reum- 53 que abſentem banniri velint, ſi accuſatio ad pœnam aliquam corporis afflictivam dirigatur, ut liquet ex *verb. art.* 67. 1. **Landrecht: vmb keine Klage ſol man den Mann ächtigen / ohne vmb die/die an den Leib oder Hand gehet.** Attamen uſus & obſervantia fori Saxonici hactenus aliud docuit, banni ſcilicet proceſſum nequaquam inſtituendum eſſe, niſi in iis cauſis atque criminibus, quæ pœnam ultimi ſupplicii merentur. *Matth. Coler. dict. deciſ.* 108. *num.* 10. Cuius 54 rei ratio hæc eſſe videtur, quòd ſecundum quoſdam *Dd.* Rei banniti corpus & vita quaſi, omnibus exponatur, *Chil.* **König.** *in proceſſ. tit.* **Von der Acht oder Verfeſſung §. vnd die Verfeſſung oder Acht.** Qualis banni effectus, ultimo ſupplicio haud abſimilis, iure vix alium afficere debet, quàm qui delicto ſuo pœnam mortis promeruit.

55 *Neq; in Electorali Saxoniæ Scabinatu Banni pœna adverſus alium decernitur, niſi qui ultimo ſupplicio ob delictum commiſſum puniri poteſt. Hinc Vxore adulterâ, cui maritus condonare volebat, abſente, ad Bãnum haudquaquam procedendum eſſe exiſtimârunt Scabini, eò, quod fugitiva, etiamſi deprehenderetur, propter factam mariti remiſſionem gladio puniri non poſſet, juxta Conſtit. Elector. 19. part. 4. In hunc modum reſpondentes:* Dieweil aber dennoch gedachte Ehebrecherin in flüchten verharret/ vnnd über angewendeten Fleiß nicht zuerlangen geweſen/ wieder ſie auch geſtalten Sachen nach/ weil jhr Ehemann jhr verziehen/ vnd Sie alſo mit der Todesſtraffe zu verſchonen/ der Achtsproceß nicht ſtatt hat/ etc. *Ad requiſitionem I. C. à K. Menſ. Iulio, Anno 1630.*

56 *Eoq; caſu priusquàm ad Banni proceſſum deveniretur, Scabinos ſæpiùs ſic interloquutos fuiſſe memini:* Daß deß flüchtigen N. N. Eheweib vor allen Dingen billich vernommen/ vnd befragt wird/ ob ſie gedachtem jhrem Ehemanne ſeine Mißhandlung verzeihen/ vnd vngeacht gebrochener Trew vnd Glaubens/ ferner Ehelichen beywohnen wolle; vnd auff jhre Erklärung/ wenn ſolche mit gebührendem Fleiß zu den *Acten regiſtriret*, vnd wieder überſand wird/ ergehet alſo denn/ ob der in dieſen Landen gewöhnlichen Achtsproceß/ mit welchem vnter deſſen billich in Ruhe geſtanden wird/ wieder den flüchtigen Ehebrecher ſtatt habe oder nicht/ ferner was recht iſt/ V. R. W.

Q. 5. Quæ ſit forma proceſſus Bannitorij in foro Saxonico, adverſus delinquentes fugitivos?

57 TERTIO diſpiciendum eſt de forma proceſſus Bannitorii, quæ in foro Saxonico & moribus noſtris in ſubſequentibus ferè conſiſtit. *Primò* extra dubium eſt, Proceſſum Bannitorium eſſe ordinarium, in quo ſecundum ordinem iuris, per oblationem libelli, & requiſitionem litis conteſtationis proceditur. Quare ante omnia neceſſe eſt, ut accuſator libellum accuſatorium in ſcriptis iudici offerat, in quem finem etiam iudex, quando accuſatore certo non exiſtente, ex officio adverſus Reum fugitivum ad Bannum procedit, mandatarium in cauſâ hâc criminali, vel Fiſcalem conſtituere debet, Einen peinlichen Anwalden oder Fiſcaln/ qui vices accuſatoris ſuſtinens libellum offerat, & in iudicio adverſus Reum fugitivum agat.

58 Cùmque in cauſâ criminali proceſſus ordinarius agitari nequeat, niſi in iudicio criminali ſolenniter formato vor gehegten peinlichen Gerichte/ *Matth. Coler. part. 1. deciſ. 107. & 108.* ſequitur inde, iudicium bannitorium modo ac formâ ſoleñi (de quâ dictum *ſuprà q. 136.* quam hic repetere ſuperfluum duxi) formandum eſſe, antequam ad bannum in iudicio procedatur. *Id quod uſu ita ſervari omnibus notum eſt.*

59 *Secundò*, requiritur ad proceſſum Banni *Citatio legitima Rei abſentis & fugitivi.* Quemadmodum enim in civilibus cauſis abſque citatione emiſſa, contra Reum abſentem & inauditum haudquaquam procedendum eſt, *Matth. Coler. part. 1. deciſ. 103.* Ita multò magis in cauſis criminalibus concernentibus ſanguinem & vitam hominis, Reus ad audiendam excuſationem, & proponendas ſuas defenſiones innocentiæ citari debet, antequam condemnetur, vel in Bannum declaretur. *Col. part. 1. deciſ. 108. n. 36.* Idque expreſsè ita diſpoſitum in *artic. 66. libr. 1.* Landrecht. In verb. fin. Doch ſol man niemand verurtheilen ſeinen Leib mit der Acht/ noch mit der Oberacht/ da er nicht darzu geladen/ oder mit Nahmen eingekündiget iſt. 60 Neq; proceſſus abſque citatione ſubſiſtere poteſt, ſed ipſo jure nullus eſt ob defectum citationis. *Felin. in cap. cum olim. verſ. proceſſus Papæ extra. de ſentent. & re judic. Chil.* König *in proceſſ. tit.* von der Citation. §. vnd ob wol der Bapſt.

Q. 6. Qualis debeat eſſe citatio in proceſſu Banni?

61 Non autem quælibet citatio ſufficit, ſed legitima ea eſſe debet. Vbi requiritur *Primò*, ut ſit peremptoria, ita, ut vel expreſsè in ea dicatur, Reum citari peremtoriè, vel comminatio hæc adiiciatur, ſi Reus non comparuerit, nihilominus iudicem id facturum, quod ius & iuſtitia poſtulaverit, Sol nichts deſtoweniger geſchehen vnd ergehen was recht iſt. Huiusmodi namque comminatio vim habet peremtoriæ citationis, etiamſi verbum illud in eâ expreſſum non ſit, ut probat textus in *l. 2. C. quomodo & quando Iudex. Mauſer. in proceſſ. pag. 1. Vid. Chil.* König *in proceſſ. cap. 27. Rubro* von der endlichen/ oder *peremptoria citatione Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 3. n. 18. & 9. part. 1.*

62 Trina tamen hodie hiſce in terris haudquaquam debet fieri Citatio. Sane pro conſuetudine fori Saxonici non modò in civilibus, ſed & criminalibus cauſis Reus tribus ſolet citari Edictis, ſingulis per intervalla 14. dierum diſtantibus, *Addit. Gloſſ. in art. 67. lit. D. lib. 1.* Landrecht. Ibi: Wenn die Klage übernächtig vnd der Thäter entworden iſt/ muß man jhn von vierzehen Tagẽ zu vierzehen Tagen allemahl *citiren* laſſen/ vnd zu dreyen Gerichten beklagen. *Matth. Coler. p. 1. deciſ. 107. n. 26. & deciſ. 108. n. 2. Chilian.* König *in proceſſ. dict. c. 27.* §. Aber in den Gerichten der Städte vnd Dörffer dieſer Landart zu Obernſachſen/ wird es alſo gehalten/ das 3. *citationes* außgehen/ zu dreyen Gerichten/ vnnd eine jede hat jhren bequemen *termin*, als vierzehen Tage/ &c. Quò & verba D. Elect. Saxon. reſpiciunt *Conſt. 3. part. 1.* Es ſol der Beklagte/ welcher auff drey vierzehen Tage *peremptoriè*, wie auff Sächſiſchen Boden bräuchlich/ *citiret* werden/ &c. 63 Sed hodie trina illa citatio hiſce in terris tam in cauſis civilibus, quàm criminalib. planè in deſuetudinem abiit, & pro tribus illis citationibus, una Citatio uſurpari ſolet, quæ tamen tantundem temporis ſpacii, quantum tres illæ, contineat, & tenorem libelli inſertum habeat. *Chil.* König *dict. cap. 27.* §. die andere *Citation*, darvon hieroben/ wird gemeiniglich in Fürſtenhöffen/ vnd derſelbigen Gerichten gehalten/ daß allein eine *citation* mit genugſamer Zeit vnnd *intervallo*, als nemblich 6. Wochen außgehet/ mit dem Wort *peremptoriè*. Et poſtea: Aber in dieſem Falle müſte man den Beklagten *copiam libelli* alsbald *cum citatione* mitſchicken. *Hartm. Piſtor. part. 1. q. 3. n. 9. Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. n. 18. & part. 1. deciſ. 108. n. 2. Ioh. Zanger. in tract. de except. part. 2. cap. 6. num. 9.*

Secun-

64 *Secundò*, Continere debet citatio illa unica legitimum terminum & ſpacium Saxonicum: quod hodiè eſt ſex ſeptimanarum & trium dierum à tempore factæ inſinuationis vel affixionis, **vollkommene Sächſiſche Friſt von Zeit der** inſinuation, **oder des Anſchlags anzurechnen.** *Matth. Coler. dict. deciſ.* 107. *part.* 1. *n.* 26. *& deciſ.* 104. *n.* 11. In tantum, ut ſi vel unica dies ſolùm deficiat, Reus pro contumaci non haberi, nec in legitima impedimenta in primo termino condemnari poſſit: *Prout hoc quotidie practicatur.*

65 Quod tamen accipi velim de citatione emiſſa, crimine iam pernoctato. Nam ſi Reus in facto manuali deprehendatur, & ad Bannum agatur, antequam crimen pernoctatum fuerit, in continenti ac eo ipſo, vel altero die, quo citatio ipſi inſinuatur, vel publicè affigitur, comparere debet. Quod ſi non fiat, in legitima impedimenta condemnatur, **Landrecht.** *libr.* 1. *art.* 70. §. **wer vmb vngerichte** *ubi gloſſ. in artic.* 9. *libr.* 3. **Landrecht. Weichbild** *artic.* 113. *&* 114. *ubi Gloſſ. verb.* **handhaffte That.** In fine. **Wenn aber das Vngerichte nicht übernächtig / ob gleich der Beklagte nicht gegenwertig iſt ſo achtet man den / der es gethan hat / allzuhand** *&c. Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 107. *num.* 26. Vid. *ſuprà quæſt.* 136. *num.* 81.

66 *Tertiò*: Si Reus fugitivus domicilium certum non habeat, ſed vagabunda ſit perſona, debet Citatio publicè affigi in trium diverſorum Dominorum ſuperiorum diſtrictibus & territoriis, **in dreyer vnterſchiedener Herren Landen.**

Prout concluſum à Scabinis, Menſe Ianuario, Anno 1593. *ac uſu fori Saxonici poſtea probatum.*

In hunc ſcilicet finem, ut facilius citatio ad notitiam fugitivi pervenire, nec is poſtea iuſta ignorantia ſeſe tueri queat.

67 Quare ſi Reus vagabundus non ſit, ſed domicilium habeat, ſufficit citationem familiæ ſuæ inſinuari, per quam ipſi tranſmitti poterit, affixo etiam edictio citationis in loco publico domicilii.

68 *Prout reſpondimꝰ verſus* **Döbeln / an die Stattgerichte: Daß Angeklagter zu Außführung ſeiner Ehehafft gebührlichen** *citiret*, **ihme auch / weil man weiß wo er anzutreffen / die** *citation*, **ſo zugleich daſelbſt öffentlich anzuſchlagen /** *inſinuiret* **wird / V. R. W.** *Menſ. Jul. Anno* 1629.

69 Quæſitum hîc aliquando memini: *An in proceſſu Banni in Electoratu Saxoniæ inſtituendo, tres Epiſcopatus nempe Martisburgenſis, Miſnenſis & Numburgenſis, pro diverſis & ab Electoratu Saxoniæ ſeparatis territoriis haberi debeant, ita ut ſufficiat citationem in Epiſcopatibus affigi?* 70 Quod negandum putavimus: Etſi enim certiſſimum ſit, in Epiſcopatibus à Sereniſſimo Dn. Electore Saxon. iuriſdictionem non tanquam ab Electore, ſed ut ab Epiſcopo, & ſic nomine & reſpectu diverſo exerceri, iuxta tradita *Tob. Paurmeiſt. de juriſdict. Imp. Rom. libr.* 2. *cap.* 7. Attamen quia prædicti Epiſcopatus hodie Electoratui Saxon. quaſi incorporati ſunt, citationem in iis affigi, haudquaquam ſufficere arbitrati fuimus, ſed in diverſorum trium Dominorum territoriis edicta citationis publicanda, & affigenda eſſe, reſpondimus.

71 *Ad requiſitionem Chriſtophori à* **Kayns** */ in* **Auligk.** *Menſ. Ianuar. Anno* 1622.

72 Hæcque tria requiſita citationis in proceſſu Banni maximoperè obſervanda veniunt, quorum alterutrum ſi deficiat, habet Reus, quo à pœnâ contumaciæ ſe eximere queat. Quare & Domini Scabini defectum alterutrius requiſiti in citatione animadvertentes, Reum in primo termino non comparentem nequaquam in legitima impedimenta condemnare, ſed hiſcè ferè formalibus interloqui ſolent.

73 **Dieweil nicht zubefinden / daß Angeklagter** *(expreſſo in ſententia defectu legitimæ citationis)* **gebührlichen** *citiret* **worden: So geſchicht ſolches vor allen dingen nochmahls billich / vnd wird Angeklagter durch öffētliche** *edicta***liſche** *citation*, **ſo in dreyer vnterſchiedener Herren Landen anzuſchlagen / derer jegliche vollkommene Sächſiſche Friſt / von zeit des Anſchlags in ſich hält / bey Straff vngehorſams in der Perſon zu erſcheinen / vnd auff die wieder ihn erhobene peinliche Anklage ſich einzulaſſen / zu antworten / vnd den Krieg rechtens zu befeſtigen / billich vorgeladen / vnd ergehet alſo denn / wenn welcher Geſtalt die** *citationes*, **auch wo vnd zu welcher Zeit eine jede angeſchlagen worden / mit fleiß zu den** *acten regiſtriret*, **vnd bracht wird / in dieſer Sachen ferner was recht iſt / V. R. W.**

74 *Tertiò*: Citatione legitimâ affixâ, ſi Reus in primo termino non compareat, accuſatore contumaciam eius accuſante, ſtatim condemnatur, & bannitur usq; ad probationem legitimi impedimenti, & idoneam excuſationem, **Biß auff ehehafft in die Acht.** Etſi enim quondam hoc caſu novus concedebatur terminus, & Reum denuò ſub pœnâ contumaciæ citandum eſſe exiſtimabant Scabini, prout etiam alibi hunc pronunciandi modum etiamnum ſervari apparet ex traditis *Petr. Theod. in Colleg. Crim. diſp. ult. th.* 4. *lit. A. Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 108. *num.* 2. Attamen poſtea Menſe Jan. Anno 1593. collegialiter fuit concluſum, ſi ex actis de citatione legitimâ affixâ appareat, ulterius Reo haud indulgendum, ſed in primo ſtatim termino ad probationem legitimi impedimenti eum condemnandum eſſe.

75 *Prout, quotidie in practicâ obſervatur, Scabinis in hunc modum pronunciantibus*: **Daß Ankläger Angeklagten wegen ſeines vngehorſamē auſſenbleibens biß auff ehehafft in die Acht zuerklären / erſtanden vnd erlanget hat / V. R. W.**

76 *Quartò*: Sententiâ latâ, ac Reo ad probationem legitimi impedimenti condemnato, denuò citatio legitima ſecundum requiſita & formam antea præſcriptam affigenda eſt, in quâ contumaci aſſignatur terminus ad probandum legitima impedimenta, quare ſcilicet in primo iudicio ac termino non comparuerit. Quod ſi in iſto termino ſecundo cōtumaciam non purget, probando **die Ehehafft** / vel planè non compareat, & in contumaciâ perſeveret, fertur ſententia Banni, & declaratur Reus incidiſſe in Bannum, affixa declaratione Banni iis in locis, in quibus antea citatus fuit. *Matth. Coler.* 1. *deciſ.* 108. *num.* 2.

77 *Quo caſu de tali pronunciandi formula convenerunt Scabini Menſe Ianuario Anno* 1593. **Daß Anklä-**

Anklåger Angeklagten wegen ſeines beharrlichen Vngehorſams/nunmehr biß auff die Acht (der an N.N begangener Verbrechung halber) erſtanden vnd erlanget hat/derowegen er darein billich erklåhret/auß den Frieden in den Vnfrieden geſetzt/vnnd månniglichen ſo ewer *jurisdiction* vnnd Bottmåſſigkeit vnterwörffen/mit jhme Gemeinſchafft zu haben verbotten/auch ſein Leib in ewern anbefohlenen Gerichten jederman erlaubet wird/V.R.W.

78 Hæc tamen declaratio Banni aliter non obtinet, quàm ſe legitima citatione ad probandum impedimenta legitima & contumacia Rei certò conſtet. Aliàs ſi contrarium appareat, vel de eo dubitetur, alius adhuc terminus ad deducenda impedimenta legitima concedi ſolet.

79 *Hiſce formalibus*: Daß Angeklagter ſich billich noch einſten/damit er ſich keines übereilens zubeſchweren/zu *dedici*rung ſeiner Ehehafft durch öffentliche *edicta citiret* vnd vorgeladen wird/mit dieſer verwarnung wofern er alsdenn ſeine Ehehafft vnnd *legitima impedimenta* gebührlichen nicht außführen wird/daß er damit ferner nicht gehöret/ſondern wenn ſein Vngehorſam anderweit beſchuldiget/er darauff wircklichen in die Acht erklåret werden ſoll/V.R.W. *Ad conſultationem judicis Præfecturæ VVeidenſis: Menſ. April. Anno* 1618.

80 *Quintò*: Secundum prædicta Reus fugitivus in primum ſive ſimplex Bannum declaratur **in die Acht**. Hoc ſi ultra annum & diem ſuper ſe prorogare paſſus fuerit, neque intra annum bannitus ſe purgaverit, & ab eo ſe expedierit (quomodo hoc fieri poſſit dicetur *poſtea num.* 107.) in bannum ſuperius indicit, **in die Oberacht**. *Gloſſ. in artic. ultim. libr.* 1. Landrecht. *Matth. Coler part.* 1. *deciſ.* 108 *n* 58. *Petr. Theodor in Colleg. Crim. diſp. ult. theſ.* 4 *lit A. Chilian.* König *dict. loc.*

81 Quod tamen non ita accipiendum, ut Bannitus poſt ſpatium annale effluxum, ipſo jure in bannum ſuperius incidat, ſed præcedente accuſatoris imploratione, citatione, alioque proceſſu, qui in Banno primo obſervari ſolet, declaratio banniti in bannum ſuperius, **in die Oberacht**/omninò requiritur, quã judex ab actore non imploratus, Reoque ſpecialiter ad hoc non citato, meritò intermittit.

Q.7. Quomodo adverſus bãnitum ſit procedendum ad bãnum ſuperius, in die Oberacht.

82 Vnde rariſſimè hodie ad Bannum ſuperius proceditur, ex negligentiâ nimirum accuſatorum, qui judicis officium ſuper Bannum ſuperius non implorant, ac maximâ ex parte hoc bannum in deſuetudinem abiiſſe, malè ſibi perſuaſum habent.

Effluxo itaque anni ſpacio ſi accuſator ad Bannum ſuperius procedere velit, judicis officium 83 deſuper implorare, atque petere debet, ut certus terminus præfigatur, ac Reus edictalem citationem, in tribus diſtinctis territoriis loco publico affigendam, (ſecundum formam in proceſſu primi banni antea præſcriptam (ad cõparendum, & primum bannum debito modo avertendum & annihilandum citetur,

84 *Veluti Scabini reſponderunt* gegen Syraw/an Watzdorffiſchen Richter: Iſt S.G. auff vnſer geſprochenes Vrtheil gebührlicher maſſen in die Acht wircklichen erklåret worden/Nach welcher ergangenen Achtserklårung gedachter S.G. innerhalb Jahr vnd Tag ſich auß ſolcher Acht/wie recht/nicht gewircket; Da nun peinlicher Watzdorffiſcher Anwalt bey euch vmb fernern Proceß auff die Oberacht anſuchen würde/So würde jhm derſelbe von euch billich verſtattet/vnd ergieng darauff/wenn der geåchtigte S.G. darzu gebührlichen *citiret* vnd geladen/vnd er nicht erſcheinen vnd ſich entſchuldigen/vnnd verantworten/noch die wieder jhn ergangene Achteerklåhrung beſtåndlichen ablegen vnnd genugſame Vrſachen anzeigen köndte/warumb wieder jhn auff dieſe Maſſe nicht *procediret* vnd verfahren werden ſollen/der gebetenen Ober-Achterklårung wegen ferner was recht iſt/V.R.W. *Menſe Majo, Anno* 1610.

In quâ ipſa cauſa citationem edictalem in tribus diſtinctis territoriis affigendam eſſe, pronunciatum fuit eidem Menſ. Octob. Anno 1610.

Pariter reſponderunt Veteres Scabini nach Leipzig/an Chriſtoff Störmen. *Anno* 1560.

85 *Sextò*. Emiſsâ legitimâ citatione in proceſſu Banni ſuperioris, Reoque in termino præfixo non comparente, non ſtatim fertur ſententia Banni Superioris, ſed accuſatore contumaciam Banniti accuſante, condemnatur is ad probationem legitimorum impedimentorum **biß auff Ehehafft in die Oberacht**: ne ad Bannum ſuperius properando, facultas defenſionis Bannito mox auferatur.

86 *Pronunciantibus in hunc modum Scabinis*: Daß Anklåger Angeklagten wegen ſeines vngehorſamen auſſenbleibens/biß auff Ehehafft in die Oberacht zu erklåhren erſtanden vnd erlanget hat/V.R.W. *Andreæ* Becken/*Sculteto in* Syraw *Menſ. Ianuar. Anno* 1611.

87 *Septimò*: Aſſignato poſtea termino ad probationem legitimorum impedimentorum, Reoque bannito ſecundum formam præſcriptam citato, ſi ulterius in contumacia is perſeveret, ſtatim executivè in Bannum ſuperius ſeu poſterius declaratur. *Petr. Theodor. & Matth. Coler. dict. l. c. Chilian* König *in proceſſ. tit.* **von der Acht oder Veſtung/was die ſey.** *Paul Matth VVehner. in pract. obſervat. verb.* **Acht.**

88 *Hiſce formalibus* Daß Anklåger Angeklagten wegen ſeines vngehorſamen auſſenbleibens/biß auff die Oberacht erſtanden vnd erlanget hat/derowegen nunmehr über die vorige zu recht erkante vnd ergangene Achtserklårunge/darinne Angeklagter auß dem Frieden in den Vnfrieden geſetzt/auch månniglichen mit jhme Gemeinſchafft zu haben verbotten/vnd ſein Leib binnen Anklågers Principals Gerichten jederman erleubet worden/Angeklagtens Ehr/Leib vnd Gut/als anrüchtig/recht vnd friedleß verurtheilet/vnd jederman an allen Orten wieder jhn peinlich zu klagen verſtattet vnd nachgelaſſen/vnnd Angeklagter alſo vnd auff die Maſſe in die Oberacht wircklichen erklåhret/ſolche Oberachts erklåhrung auch darauff durch öffentlichen Anſchlag zu Syrau/deßgleichen zum Hoff/Eger vnd Schleitz/an welchen Orthen Er Angeklagter zuvor durch öffentliche *edicta citiret* vnd geladen worden/jederman *notificiret*, kund vnd zuwiſſen gethan wird/V.R.W. *verſus* Syrau/an Richter vnd Schöppen. *Menſe Iul. Anno* 1611.

89 Hæcque forma proceſſus, tàm Banni ſuperioris, quàm primi ac ſimplicis, **der Ober- vnd Vnteracht**/in Electorali Saxoniæ Scabinatu obſervari ſolet: quam & uſus, atq; practica fori Saxonici communiter approbavit. Quod ſi verò circa hanc formam in quorundam locorum judiciis aliud uſu receptum fuerit, ab eo in judiciis illis neutiquam recedendum erit: ſiquidem judicii uniuscujusque conſuetudo ſemper attendenda eſt. *Nicol. Everhard. à Middel.*

à Middeburg in top legal. loc. à Stylo Curia ſeu mor. judic. Andr. Rauchb. part. 1. quæſt. 1. n. 24.

90 *Prout etiam reſponſum à Scabinis ad requiſitionem Senatus Francofordenſis ad Viadrum Menſe Novembr. Anno* 1617.

91 QVARTO: Denique conſiderandus quoque eſt effectus Banni. De quo priusquam certi quid ſtatuatur, præmonitum velim, hîc non agi de Banno Imperiali univerſali Imperatoris & Cameræ Imper. vel particulari Principum & Statuum Imperii, quod propriè ac verè Bannum eſt, & Bannitos à communione iuris communis vel Statutarii, omniumque beneficiorum ac privilegiorum excludit, vitamque Banniti omnibus publicè exponit & adimit, de quo latè *Andr. Gail. libr. 2 de pac. publ. per tot.* Sed de Banno iuris Saxonici, eiusque effectu ſolummodò hîc diſpiciendum eſt, quod ab inferioribus etiam iudicibus contra Reum criminis fugitivum decernitur. Quod licet à vero illo Banno originem forſan traxerit, cum illo tamen haudquaquam confundi, vel ſecundum id regulari debet, ut dixi *antea num.* 35. Quod tamen plurimos, etiam magni nominis JCtos, ſed malè, feciſſe reperio.

92 Præterea & hoc tanquam certum præſuppono: Quod bannum à iudice quopiam inferiore, ut in Electoratu Saxoniæ Præfecto, Quæſtore, Magiſtratu oppidano, &c. irrogatum, ad alias Civitates, Præfecturas & Provincias Electoratus Saxonici non extendatur, nec effectum ibidem ſortiatur: per textum manifeſtum in *artic* 24. *libr.* 3. Landrecht. Ibi: Man mag niemand mit einer Acht überwinden/in einem andern Gerichte. *ubi gloſſ. in verb* Man mag niemand/*&c. & ibid. Gloſſ. latin in textu germ. lit. A. Gloſſ. in artic.* 71. *libr.* 1. Landrecht. *num.* 4. Ibi: Alſo mag auch eine Verveſtung niemands in einem andern Gerichte binden/denn ſo man einen Mann allwege mit der Verfeſtung / darein ihn der belehnte Richter thäte/verfolgen möchte/ So wäre Vorveſtung gleich groß vnd ſchwer / als des Reichs Acht: *&c. Matth. Coler. part. 1. deciſ.* 108. *nu.* 57.
93 *Matth. Berlich. part. 5. Conſt* 71 *n.* 22. ubi rectiſſimè ſtatuit, hoc per *Conſtit. Elect.* 47. *part.* 4. neutiquam correctum, nec aliud in terris Electoratus Saxonici introductum eſſe; ſiquidem *illa Conſt.* diſertis verbis de Relegatione loquitur, ex quâ ad proſcriptionem & bannum iuris Saxonici nil inferendum, maximè, quia Conſtitutiones ſtatutariæ ad alium caſum non expreſſum haud trahi, ſed ſtrictè intelligi debent, ita ut quantum fieri poteſt, ius commune minus corrigatur. *Andr. Tiraquell. de legib. Connub. gloſſ. n.* 23. *poſt pr.*

Q. 8. Quænam ſit effectus Bãni primi ſeu inferioris in foro Saxonico?

94 Quibus præmiſſis, utriusque Banni Saxonici effectum ex ipsâ Banni formulâ in Electorali Saxon. Scabinatu uſitatâ colligere, haud difficile erit. Nam quod ad Bannum primum ſive ſimplex (die Acht) attinet: Etſi in eiusdem effectibus Interpretes iuris Saxonici mirè varient, ac non pauci hocce Bannum ſeu proſcriptionem cum vero Banno Imperiali ac Statuum imperii confundant, ut vel exinde liquet; quòd hoc modo bannitum non ſecus ac violatorem pacis publicæ in Bannum Imperiale declaratum à quovis impunè occidi poſſe exiſtiment, *Chilan.* König. *in tr. banni. tit.* Vrtheil der Achtserklärung. *Matth. Coler. part. 1. deciſ.* 108. *n.* 2. *Paul. Matth. VVehner in pract. obſerv. verb.* Acht. In verb. vnd ſein Leib vnd Leben. *&c. Petr. Theodor. in Colleg. Crim. diſp. ult. theſ.* 4. *lit. A. Chriſtoph. Zobel. in addit. Gloſſ. Germ. ad artic.* 38. verb. die auch Jahr vnd Tag. *&c. lib.* 2. Landrecht. (Sed quàm rectè hoc, demonſtrabitur poſtea *num.* 31.) Attamen ſi verum fateri licet, Banni 95
hujus primi non niſi unicus ille effectus exiſtit:
Quòd ſcilicet ita bannitus in contumaciam ha- »
beatur pro confeſſo & convicto, ita ut in terri »
torio bannientis à quolibet tanquam de crimi- »
ne convictus capi, & executioni iudicis banni- »
entis tradi queat, per *Gloſſ. latin. in artic.* 45. *libr.* »
2. Landrecht. *lit. B.* Et *Gloſſ. Germ. in artic.* 24. *libr.* 3. Landrecht. *verb.* man mag niemand. In verb. in welchem Gerichte die Acht einen binde oder nicht. Et paulo pòſt: Daß man einen Mann in einem andern Gerichte mit der Acht / ſo in dieſem Gerichte über jhn ergangen / nicht überwinden mag/*&c.* Vnde & Bannum in iure Saxonico vo- 96
catur quandoque Verveſtung. *Gloſſ. German. in artic.* 28. *libr.* 1. Landrecht. *n.* 2. Ibi: Eine Acht iſt eine Beveſtung / *&c.* Quia ex Banni declaratione bannitus de crimine convincitur. Quamvis enim aliàs nemo iudice irrequiſito delinquentem capere, nec eundem absque præſtita cautione incarcerari facere, vel accuſare queat, uti probatur *artic.* 12. 13. 14. *Ordinat. Crimin. ubi Matth. Stephan. in not. Matth. VVeſemb. conſ.* 98. *Modeſtin. Piſtor. vol. 2. conſil.* 37. *n.* 7. *Iohan. Fichard. vol. 2. conſ.* 129. *n.* 3. *&* 4. Attamen Bannitum deprehenſum, ceu de crimine publicè convictum capere, & in iudicium pertrahere omnibus licet.

Quæ & propria ac genuina contumaciæ pœna eſt, ut ſcilicet pro confeſſo & convicto contumax habeatur, *c. decernimus,* 3. *quæſt.* 9 *c. 1. de dolo & contumac. lib. 6. Hyppolit. de Marſil. in pract. crim. §. poſtquam. n.* 37. Quin autem convictus absque periculo capi & incarcerari queat, dubium vix eſſe poteſt. 97

98 Huncque effectum ſatis innuit formula Banni ſimplicis in *Scabinatu Electorali Saxon.* uſitata, quâ de pace in guerram bannitus ponitur, wird auß dem Frieden in Vnfrieden geſetzet. Quorum verborum ſenſus hic eſſe videtur, ut in poſterum bannitus non amplius ſit ſecutus, ſed inquietationem ad capturam ſemper eum metuere oporteat. Quam explicationem quoq; verba ſubſequentia probant: wird auch männiglichen/ ſo ewer *jurisdiction* vnd Botmäſſigkeit vnterworffen/ mit jhme Gemeinſchafft zu haben verboten / auch ſein Leib in ewern Gerichten jederman erleubet. Quibus verbis haudquaquam facultas conceditur bannitum occidendi, uti quidam arbitrantur, ſed venia ſolummodò datur capiendi & incarcerandi Reum, additâ prohibitione, ne quis eum occultet, aut alio quovis modo opem & auxilium vel alimenta illi præſtet, *artic.* 23. *libr.* 3. Landrecht.

Quæri-

Q. 9. Num Bannitus deprehenſus in Provincia iudicis bannientis ſtatim condemnari queat, etiamſi confeſſus & convictus non ſit?

99 Quæritur hinc *Primò:* Si taliter bannitus in Provincia iudicis bañientis capiatur, *utrum ſtatim ad pœnam mortis condemnari, & ſententia executioni mandari queat, etiamſi de crimine confeſſus aut convictus non ſit?* Rationem dubitandi 100 præbet, quòd ſecundum prædicta bannimenti effectus ſit, ut Reus habeatur pro confeſſo & convicto, cui pœna procul dubio irrogari poſſit, *Gloſſ. in art. 45. lib. 2.* Landrecht.

Sed ut maximè verum ſit, uti certè veriſſimum eſt, bannitum haberi pro convicto, Attamen hoc non fit, niſi præſumptivè & fictione iuris, quæ hanc pœnam contumaciæ introduxit. 101 Ex tali autem præſumptione nemo unquam ad pœnam mortis condemnari poteſt, *c. nullus. de præſumpt. c. 2. de confeſſ. c. cum concumacia. de hæret. lib. 6.* Etſi enim in levioribus delictis Reus ex præſumptionibus arbitrariè puniri queat, licet confeſſus aut convictus non ſit. *Iacob. Menoch. de præſumpt. libr. 1. quæſt. 92. & quæſtio. 97. Hippolyt. de Marſil in l. 1. §. 3. num. 24. & ſeqq. ff. ad Leg. Corn. de Sicar. Joſeph. Maſcard. de probat.* 102 *vol. 3. concl. 1223. num. 30. & ſeqq.* Longè tamen aliter res ſe habet in gravioribus delictis, pro quibus mortis ſupplicium non niſi plenis probationibus convicto aut confeſſo imponẽdum eſt, uti probat *artic. 22. Ordin. Crimin.* In verb. Es iſt auch zu mercken / daß niemand auff einigerley Anzeigung / Argwohn / Wahrzeichen oder Verdacht zu peinlicher Straffe ſol verurtheilet werden. Et in fin. Sol jemand zu peinlicher Straffe gevrtheilet werden / das muß auß eigenen Bekennen oder Beweiſung geſchehen / vnd nicht auff Vermuhtung oder Anzeigen. *ubi Matth. Stephan. Jul. Clar. in pract. §. ult. quæſtio. 20. num. 6.*

103 Quare Bannitum pœna mortis haudquaquam afficiendum eſſe, dixerim, priusquam veris ac plenis probationibus de crimine convictus aut confeſſus fuerit. *Chilian.* König. *dict. tit.* von der Acht oder Verveſtunge. §. vnnd die Verveſtung verb. Wird er auch in der Acht mit Gerichte begriffen/ſo muß die Vrſache / darumb er beklagt iſt/beweiſet werden/*&c. Ioh. Schneidvv. in tit. Inſt. de Vſucap. Rubr. quot ſunt ſpecies præſcript. num. 46*

104 Ac ne quis putet, effectum bannimenti propterea fruſtraneum eſſe, Reum ex eo ſolo indicio, quòd bannitus fuerit; tormentis ſubiiciendum, ac confeſſionem quæſtionibus extorquendam eſſe, exiſtimo, licet aliàs ſola fuga ad torturam ſufficiens indicium non præbeat, *art. 25. junct. artic. 27. Ord. Crim. Carol.*

105 *Hocq; ipſum probat reſponſum Scabinorum datum Quæſtori Coldicenſi:* Dieweil der Gefangene P. F. in ſcharffer Frage / darmit er auff vnſer voriges Vrthel angegriffen worden/bekandt/vnd außgeſagt/daß er Simon Müllern von Lauterbach entleibet / derowegen er denn hiebevor auch allbereit in die Acht erkläret worden So wird er von wegen ſolcher/ anjetzo gedachtem Simon Müllers begangenen vnd bekandten Entleibung/woferne der Gefangene auff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharret/oder deß ſonſten wie recht/überwieſen wird/ hinwiederumb mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtraffet/ V. R. W. *Menſ. April. Anno* 1601.

Pariter fuit pronunciatum in caſu ſimili, ad requiſitionem Quæſtoris in Rhoda/*Menſ.* Novem*bris Anno* 1611.

Q. 10. An & quomodo Bannitus à Banno primo ſe liberari poſſit?

106 Quæritur *Secundò: An Bannitus à Banno hoc ſe liberare poſſit, ſi innocentiam ſuam probare velit?* Quod affirmandum, per text. in *artic. 4. libr. 2.* Landrecht. Ibi: Wer ſich auß der Acht ziehen wil/ den ſol der Richter Friede wircken vorzukommen/ da man es ſeinet halben begehret. *art. 38. § fin. libr. 1.* Landrecht. Nam per bannimentum nemo de- 107 fenſionem perdit, *Chil.* König. *dict. tit.* von der Acht oder Verfeſtung s. wer ſich nun alſo *Matth. Coler. part. 1. deciſ. 108. n. 62. & ſeqq.* Hęcq; exemptio iuramento banniti fieri debet, *Moller. lib. 2. ſemeſtr. 24* *Chil.* König. *dict. loc.* ubi formulam hanc ponit: Herr Richter / weiſer Herr/ich bin auff anregen deß N. vermeinten peinlichen Klägers vor euch vnd ewren Gerichte zu vnrecht verklaget vnd verfeſtet/darinnen wil ich nicht länger ſeyn/als mir GOTT helffe vnnd ſein heiliges Evangelium: ubi porrò addit: *Hoc ultimum* ſcilicet darinne wil ich/ &c. *reſpicit juramentum,* deñ er ſol nicht ſchweren / daß er mit Vnſchuld in die Acht oder Veſtung kommen ſey / ſondern daß er auß der Acht/vnd ſeine Vnſchuld darthun wolle. *art. 17. ubi gloſſ. libr. 3.* Landrecht. 108 Quicunque ergo ſe exemtum bannimento, & innocentiam ſuam purgatam cupit, mittere debet nuncium ad iudicem, & per eum deprecari literas ſalvi conductus, & ad iuramentum ſe offerre. Quo præſtito, Banno ſtatim exemptus cenſetur, & proceſſus ordinarius inſtituendus eſt. *Chil.* König *dict. loc. Matth. Coler. dict. deciſ. 108. n. 66. & multis ſeqq.* ubi latiſſimè hoc declarat.

109 Salvo autem conductu à Judice impetrato, cavere debet bannitus, datis fideiuſſoribus in certam ſummam pecuniæ, de ſtando liti usque ad ſententiam definitivam. Quod ſi poſtea nihilominus contumax fuerit, non tantùm iudici pœna pecuniaria per fideiuſſores luitur, ſed etiam ulterius contra ipſum proceditur, ad ſententiam ſecundi & Superioris banni, *artic. 4. §.* zeuhet ſich aber ein Mann. *ubi gloſſ. lib. 2.* Landr. *Matth. Coler. dict. deciſ. 108. n. 84. Petr. Theodor. in Colleg. Crim. diſp. ult. th. 4 lit. A.*

110 *Ac modo jam dicto Bannitum à Banno ſe eximere poſſe, reſponderunt Scabini* Paul Satlern Bünauiſchen Stadt vnd Landrichter zu Elſterberg/ *hiſce formalibus:* Als jhr vns was von angeklagten C. G. ſieder dem / daß der angeſtalte Achts Proceß zwiſchen jhm vnd Anklägern ſich geendet/vnd *definitivè* darinnen erkandt/in Schrifften geſucht/vnnd ſonſten angeführet worden / daß er ſich nemlichen auß der Acht vnd Vorveſtung zuziehen/vnd ſeine Unſchuld zu verantworten bedacht/vnd entſchloſſen/zuſampt vorigen *Acten* zugeſchicket / etc. D. S. W. Da angeklagter ſich eidlichen erkären würde/daß er nicht länger in der Acht ſeyn / ſondern ſich in der Perſon geſtellen/deß Rechten außwarten/auch was künfftig erkandt/dulden vnd leiden/vnd alſo auß der Acht/darinnen er vervrtheilet / ſich wieder wircken wolte; So hätte er ſich dadurch / wenn er ſolchen Eyd leiblichen geleiſtet/auß der Acht gewircket/vnd gezogen/vnd würde demnach / auff Anklägers peinliche erhobene Klage mit ſeiner rechtlichẽ Nothdurft/ vnd was er ſonſten zu ſeiner Vnſchuld ferner einzuwenden hat / billich gehöret vnd zugelaſſen / darzu jhme denn das gebetene ſichere Geleit mitgetheilet wird/

wird / vnnd ergehet alsdenn darauff in der Sachen ferner was recht iſt/ V. R. W. *Menſ.Novembr.Anno* 1614.

111 Hactenus de effectu Banni primi ſeu inferioris ac ſimplicis: Superioris verò ac ſecundi Banni der Oberacht / triplex exiſtit effectus. Prout ex formula hujus Banni in Electorali Saxoniæ Scabinatu uſitata patet: **Darinnen über die vorige Achtserklärung angeklagtens Ehr/ Leib vnd Gut als anrüchtig / recht vnd friedloß vertheilet/vnd jederman an allen Orten/wider jhn peinlich zu klagen verſtattet / vnnd nachgelaſſen wird.** Ex eo enim, quòd per hoc Bannum Corpus, exiſtimatio & bona Banniti afficiuntur, triplex quoq; provenit eiusdem effectus.

Q.11. Effectus Banni ſuperioris, der Oberacht/ *quisnam ſit?*

112 PRIMVS banniti corpus concernit, & cum effectus Banni primi ferè communis eſt, ac in eo conſiſtit, quòd Bannitus pro confeſſo & convicto habeatur, & à quolibet tanquam convictus capi, & ad iudicium & executionem trahi poſſit. Etſi namque primo Banno notatus huic quoque periculo exponatur, ut ex antea dictis manifeſtum eſt; attamen Bannum hoc ſuperius ſuſpicionem ex reiterata contumacia magis auget, atque Bannitum fortius aggravat, & de crimine convincit, **dadurch er über vorige Veſtung noch härter verfeſtet wird.** Et ut loquitur *Gloſſ.Germ.in art.*38.*verb.* **die auch Jahr vnd Tag/** *&c. libr.* 1. **Landr. macht eine Oberacht eine Beſchwerung über die Veſtung**/ *Et gloſſ. in artic.* 71. *verb.* **ziehet er ſeine Acht** *l.*1. **Landrecht.** Ibi: **Dieſe Bringung in die höhere Veſtung hilfft darzu/daß einem die Veſtung je mehr zu förchten vnd ſchwerer iſt**/*&c.*

113 In eo tamen hic effectus à primi Banni effectu differt. *Primò*, quod hoc Bannum ſuperius extenditur ad totam Provinciam Domini ſuperioris, ita, ut Bannitus ex Præfectura aliqua Electorali ex toto Electoratu bannitus habeatur. Hocque eſt quod dicit Saxon: **Es wird jhm ſein Leib/Ehr vnd Gut eigen vnd Lehen durchs gantze Reich vertheilet**/*Gloſſ.art.*34.*lib.*3.**Landr.** *n.*4.*art.* 38.*l.* 1. *& artic.* 37. *ubi gloſſ.l.*3. ubi verba (**gantze Reich**) denotant Provinciam Domini ſuperio-

114 ris. *Paul.Matth.VVehn.in pract. obſerv.verb.* **Acht** Quod tùm demum verum eſt, ſi tale bãnimentum Domino ſuperiori denuncietur, ut comuniter fieri ſolet. Quod ſi hoc non fiat, Bannum ſuperius extra territoriũ iudicis bãnientis, nullatenꝰ ad Provinciam totam Domini Superioris extenditur. *Matth Col.part.*1.*dec.*108.58 *&* 60.

115 *Secundò* Contra declaratum in ſuperius Bannum, ubiq; locorum criminaliter agi poteſt ad pœnam ultimi ſupplicii, ut verba habent formulæ huius Banni: **Vnd jederman an allen Orthen wieder jhn peinlich zu klagen verſtattet vnd nachgelaſſen wird.** Dummodo proſcripto negante proſcriptionem, carcerari faciens oſtendat literas Bannimenti, priusquam capiatur. *Matth. Coler. d.deciſ.*108.*num.*61.

116 Alter Banni huius effectus exiſtimationem Banniti concernit: Siquidem hoc Bannum ſuperius, **die Oberacht**/infamiã irrogat. Etſi enim primò quoq; vel ſimplici Banno, notati fama apud bonos viros gravetur; attamen non ſtatim is infamis efficitur, *Bart.in l.verb.C.ex quib.cauſ. infam.irrog. Gloſſ. l. fin.* C. *de requir. Reis & Gloſſ.* **Weichbild** *art.*5. Sed ſecundò annotatus & proſcriptus incurrit infamiam. *Gloſſ.l.fin.C.d.in.* Idque ipſum eſt, quod Saxo. dicit: **Man vertheilet jhn Echt vnd recht** / hoc eſt, ſeyn **Leib / Ehr vnd Gut**/per text. **Landrecht.** *lib.*1.*art.* 38.*in pr. & fin. Matth.Coler.part.*1.*deciſ.*108.*n.*53.*&* 54.

117 Tertius effectus in Confiſcatione bonorum conſiſtit. De jure enim Saxonico ſecundò annotatus bona etiam perdit, eaque fiſco cedunt. Quò verba hæc banni ſuperioris reſpiciunt: **Wird angeklagtens Gut recht vnd friedloß vertheilet.** *Matth.Gol.part.*1.*deciſ.*108.*n.*34.

Q.12. An Reus in Bannum ſuperius declaratus amittit et jam nũ hodie ſua bona?

118 De quo tamen non immeritò dubitari quis poſſet, ob text. in *art.*128.*Ord.Crim.Carol.* verb. *Item* **an etlichen Orten / ſo ein Vbelthäter auſſerhalb deß Laſters vnſer beleidigten Mayeſtät oder ſonſt in andern Fällen Leib vnnd Gut nicht verwircket / vom Leben zum Tode geſtraffet / werden Weib vnd Kinder an Bettelſtab / vnnd das Gut dem Herren zugewieſen**/*&c.* ubi caſſantur cõſuetudinis confiſcandi bona damnatorum, niſi in crimine læſæ maieſtatis, & aliis, pro quibus iura communia hanc pœnam ſpecialiter imponunt.

119 Et licet textus ille videatur abrogare tantùm conſuetudines, quaſi ſcilic. ſecus ſit in Statutis, *arg.l.ſi idem.C. de Codic.* attamen Rubrica & Nigrum generaliter concepta ſunt, & loquuntur **von Mißbrauch vnd böſen vnvernünfftigen Gewohnheiten**: quocunq; iure, ſive conſuetudinario, ſive ſtatutario ſint introducta, quod probat verba ſequentia: **So an etlichen Enden gehalten werden**: In quo ipſa Sanctio Carolina convenit cum iure Authenticorum, *in Auth.bona damnator.C.de bon.damnat.* ubi dicitur: *Bona damnatorum non fiunt lucro judicibus, aut eorum officiis: neque ſecundum Leges veteres fiſco applicantur.* Vnde ſequitur, ne quidem Banno ſecundo notatos hodie bona ſua amittere.

120 At, quo minus in hanc ſententiam deſcendã, movent me verba clara ac manifeſta iuris Saxonici, *in art.*38.*lib.*1.**Landr.** *in pr.* Ibi: **Die Jahr vnd Tag in deß Reichs Acht ſeyn / die vrtheilet man aller Recht loß vnd vertheilet jhnen jhr Eigen vnd Lehen.** Vnde probatum datur, ex diſpoſitione Iuris Saxonici aperta, Bannum ſuperius bona auferre bañito. Quâ deciſione eousq; ſtandum eſt, donec de abrogatione, vel contrariâ conſuetudine probetur, uti rectiſſimè ſentit *Matt.Col. part.*1 *dec.*108.*n.*50.*&* 51. ſecutus *Chil.* **König** *tit.* **von der Acht der Veſtunge/was die ſey §. vnd die Acht**/*&c. Gloſſ.in art.*71.*verb.* **ziehet er ſeine Acht.** *libr.* 1. **Landr.** In verb. **Aber nach Sachſen Recht verliehren ſie jhre Güter nicht bald durch die Vnter-Acht / ſondern alsdenn erſt / wenn ſie in deß Reichs vnd Oberacht gebracht werden.** *Pet. Theodor.in Colleg.Crim.diſp.*10.*th. lit.E.*

121 Neq; huic quicquam adverſatur *Ord.Crim.in art.*218. *Præterquam* enim, quòd ibidem diſertis verbis excipiantur caſus, quibus bona condemnatis ſimul auferuntur, *in verb.* **Auſſerhalb deß Laſters vnſer beleidigten Mayeſtät / oder ſonſt in andern Fällen**/*&c.* ad quos caſus exceptos de iure Saxonico quoq; Bannũ ſuperius haud ineptè referri poſſet; Eorundem ſolumodò bona confiſcari prohibet Sanctio Carolina, qui ad mor-

tem jam condemnati ſunt, uti manifeſto liquet
ex verb. **Leib vnd Gut nicht verwürcket.** It. **vom Leben**
zum Tode geſtraffet werden. Quod ipſum
quoque juri Saxonico convenit, in *art.* 31. *libr.* 1.
Landrecht Ibi: **Wer durch Vrtheil vnnd Recht**
ſein Leben verleuret / ſein nechſter Erbe nimbt
122 **ſein Gut.** Ex quo ſanè nil inferendũ ad eos, qui
in Bannum ſuperius ſunt declarati; quippe qui
nondum ad mortis pœnam fuerunt condemnati,
neque ex eo ſolo, quòd banniti fuerint,
mortis ſupplicium incurrunt.

123 Pariter & reſpondendum exiſtimo ad *Auth.*
bona damnator. C. *de bon. damnat.* quæ haudquaquàm
indiſtinctè corrigit Leges, confiſcationem
bonorum decernentes, ſed tantùm illas,
quibis intuitu delicti, tacitè unà cum pœna
mortis vel deportationis, in conſequentiã bona
etiam damnato adimebantur, **Wenn einem**
benebens der Leibs vñ Lebens ſtraffe zugleich auch
124 **ſeine Güter eingezogen worden.** Non verò eas
Leges, quæ in caſibus ſingularibus expreſsè & in
ſpecie vel confiſcationem ſolam, vel cum alia
pœna eam imponunt. *Iul. Clar. in prac.* § *ult. q.* 78
in pr. Petr. Heig. p. 2. q. 33. n. 51. Quare cùm in foro
Saxonico ex ſpeciali Iuris Saxonici diſpoſitione
Bannum ſuperius confiſcationis effectum habeat,
ac quidem eo caſu, quo mortis pœna nondum
per ſententiam Reo impoſita fuit; utiq; ex
d. Auth. bona damnator. hanc ſententiam non infringi,
quivis facilimè animadvertit.

125 *Quam & in pronunciando ſecuti fuerunt Elect. Sax. Scabini, in hunc modum reſpondentes:* Iſt angeklagter S. G vff vnſer ergãgenes Vrtheil in die Oberacht wircklichẽ erklårt/auch ſolche Oberachts-Erklärung durch offentlichen Anſchlag zu Syraw/ deßgleichen zum Hoff/Eger vnd Schletz/an welchen Orten angeklagter zuvor durch offentliche *edicta citiret* vnd geladen/ jederman *notificiret*, kund vnnd zu wiſſen gethan worden; Vnd es iſt vor ermeldeter S. G. 14 fl 13 gr. 3. pf. ſo von ſeinem Vattertheil jhme noch gebühren/ſo wol 15. fl. 3 vnd ein halben pf. Muttertheil/ſo von ſeinen Geſchwiſtern außgeſetzt worden/vnd in ewren Gerichten ſtehend verblieben/zu fordern berechtiget geweſen. Solches deß geechtigen S. G. Anfall ſeyd jr zu euch zu nemen vnd denſelben zu milden Sachen anzuwenden bedacht/ꝛc. So iſt euch daſſelbe/weil ſonderlich der geechtigte durch die Oberacht/darinnen er vertheilet vñ erklåret/auch Landůblichen Sächſiſchen Rechten/vnd gemeinen Wahn vñ Schluß derſelben Rechtslehrer/zugleich auch ſeiner Güter ſich verluſtig gemacht/zu thun vnd zu Wercke zu richten vnbenommen/vnnd mag euch hierinnen von deß geechtigten Brůdern beſtåndiger weiſe nicht einhalt gethan werden/V. R. W. *Georgio Frider. à* Watzdorff. *Menſ. April. An* 1614.

126 Cum grano tamen ſalis hanc diſpoſitionem juris Saxonici accipi volo. *Primò*, ut à confiſcatione bonorum excipiatur Legitima, quæ debetur Banniti liberis nec non portio ſtatutaria, quam Vxor ex bonis mariti lucratur. *a. g.* **Landr.** *lib. 1. art.* 52. *Chil.* **König** *in proceſſ. tit.* **von der Acht oder Veſtunge** §. **vnd die Acht leget man.** *Matth. Col. part.* 1. *dec.* 108. *n.* 50. *Pet. Theod in Colleg. Crim. diſp.* 10. *th.* 6. *lit. E.* ubi ſententiam Wittebergenſium datam Quæſtori Rochlicenſi & Senatui Geittenſi in cauſa fugitivi Gregorii **Jenichen** An. 1607. allegat. **Daß angeklagter nunmehr in die Oberacht zu erkennen / vnnd ſeyn demnach deſſen Güter (jedoch daß darvon deſſen Kinder/ da er derer hette/ jhre gebürliche** *legitima*, **vnd dem Weibe das jenige / ſo derſelben nach deß Orths Willkühr oder beſtändige Gewonheit / oder auch in Mangelung derer / Vermöge Churf. Sächſ.** *conſtitution* **gebühret / gefolget werden) als dem** *Fiſco* **heimgefallen zu** *confiſciren.*

Secundò: Hæc confiſcatio bonorum in Banno 127
ſuperiori **in der Oberacht** locum habet, non
etiam in Banno primo ſeu inferiori **in der Vnderacht.**
Nam de jure Saxonico in bona fugitivorum,
priusquam proſcriptioni ſubjiciantur,
aut banniti declarentur, & in tali Banno perſeverent
per annum & diem, non ſævitur, ſed ipſi
Domini remanent rerũ ſuarum, per text. in *art.*
38. *in pr. lib.* 1. **Landr.** & *Gl. in art.* 71. *lib.* 1 **Landr.** *n.*
3. In verb. **Aber nach Sachſen-Recht verlieren ſie**
jhre Güter nit bald durch die Vnteracht/ſondern
alsdenn erſt / wenn ſie in die Oberacht gebracht
werden. *Matt. Col. d. dec.* 108. *n.* 4.

De conſuetudine tamen bona fugitivorum 128
annotantur judicialiter, & cuſtodiuntur, etiam
ante declarationem primi Banni; ne ſcilicet fiſcus,
Bannum ſuperius expectans, defraudari, &
confiſcatio bonorum per diſtractionem eludi
queat.

Prout ſæpius pronunciatum memini gegen *Dela* 129
an Richter Hanſen Fritzſchen: So wird nunmehr wider den Flůchtigen der gewöhnliche Achts-Proceß billich angeſtellet / er dazu in dreyer Herren Landen/durch offentlichen Anſchlag vnd *edicta citiret* vñ geladen/ vnd wird zugleich auch mit *annotation* vnd auffzeichnen deß Flůchtigen Güter / vff ewer anhalten/vermöge Kayſer Carls deß V vnd deß H. Röm. Reichs peinlicher Gerichtsordnung verfahren/ſolche vnverruckt in gebůhrliche Verwahrung genommen/vnd jhme in mittels weil er in flůchten / darvon nichts gefolget/*&c. Menſ. Auguſt. An.* 1621.

Adrequiſitionem C. R. à S. M. Iul. An. 1631.

Eſtque confiſcationis huius in Banno ſuperioris 130
effectus talis, ut bannitus bona recuperare
nequeat, etiamſi ex Banno illo ſe eximere
poſſit, per text. in *art.* 38. §. *fin. lib.* 1. **Landr.** ubi dicitur:
Wer Jahr vnd Tag in der Rechtsacht iſt/
vnd jhme nach der Jahrzeit vertheilet wird Ehr
vnd Recht / auß der Acht mag er ſich dennoch wol
ziehen/ daß alſo jhm mit der Acht kein ander ſeinen
Leib nehmen mag / vmb ſein Recht aber/ kan
er nicht kommen. *Matth. Col. part.* 1. *dec.* 108 *n* 63.
Chil. **König** *dict. tit.* **von der Acht oder Verveſtung.** §. **vnd die Verveſtung.**

Denique hoc loco quæritur: *An quis Bannitum* 131
impunè occidere poſſit? Quod affirmare videntur *Q. 13. Nũ quis bannitum impunè occidere poſſit?*
Dd. communiter, ponentes formulam
Banni etiam primi ſeu inferioris, **der Vnteracht**/hancce: **Derowegen er in die Acht vnd Verveſtung**
erklåret / auß den Frieden in Vnfrieden 132
geſetzet/ ſein Leib vnd Leben/wie eines Vogels in
der Lufft jederman gemein / vnnd in denſelben
Gerichten erlåubet wird/daß er ohne alle Straffe
entleibet vnd vom Leben möge zum Todte gebracht
werden / vnnd daß ſich niemand an jhme
vergreiffen könne. *Chilian.* **König** *in tract. bann. ſub tit.* **Vrtheil vnd Erklårung der Acht.** *Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 108. *num.* 2. *Petr. Theodor. in Colleg. Crim. diſput. ult. theſ.* 4. *lit. A. Paul. Matth. VVehner. in pract. obſerv. verb.* **Acht** *Zobel. in addit. Gloſſ.*

*dit.Gl.Germ.art.*38.*verb.* Die auch Jahr vnd Tag *&c.lib.*1.Landr. Quibus adſtipulatur *gl.Germ.in art.*71.*n.*5.*lib.*1.Landr. Ibi: In welcher Acht ſo er Jahr vnd Tag beharret/vertheilet jhm man ſein Leib vnd Gut. Ex quibus verbis *Zobel. in addit. ibid.* infert, quòd taliter Bannitus vitæ & fortunarum ſuarum periculo ſubjaceat, ita, ut quilibet liberam poteſtatem habeat, ipſius vitæ pro lubitu incommodandi, eamque vel penitus ipſi eripiendi, ubicunque locorum, & quandocunque libitum fuerit.

133 Sed absq; dubio *Doctores* hi omnes, ut pace ipſorũ dixerim, aliquid humani paſſi fuêre, confundentes ſcil. Bannum Imperiale & Statutum Imperij, cum Banno hoc Saxonico, ad coercendam fugitivorum Reorum contumaciam adinvento, cui nec effectus Banni Imperialis, de quo *Andr.Gail.* latiſſimè in *l.*2. *de pac.publ.* tractat, nec ejus natura & qualitas adaptari poteſt, ut nil unquam minus ac formula prædicta banno Saxonico convenire poſſit. 134 Niſi quis hanc mentem ipſis affingere velit, ut ſc. cuivis poteſtatem occidendi Bannitum, ope & auxilio magiſtratus ordinarij conceſſerint: quam tamen explicationem nec verba eorundem patiuntur, nec ipſimet hoc ſenſiſſe videntur. Quamvis haud negem, verba *Gl.art.*61.*n.*5.*lib.*1. Landr. (vertheilet man jhm ſein Leib vnd Gut) aliosque textus Juris Saxonici, in quibus hæc ſanctio reperitur, de condemnatione & executione judiciali accipienda eſſe, quæ Doctores ad vindictam & executionem privatam ſiniſtrè traxerunt.

135 Quo minus autem communi huic Dd. opinioni adſentiar, rationes, opinor, ſat prægnantes habeo. *Primò* namq; haud juris incogniti eſt, ſingulis nequaquam permittendum eſſe, quod per Magiſtratum publicè fieri debet. *l. non eſt ſingulis.*176.*ff.de Reg.jur.* Licet ergò concedatur, Bannitum ultimũ incurrere ſupplicium & pœnam Magiſtratus; attamen ab homine privato nullatenus hæc illi infligenda erit: unde nec is, qui hominem noxiũ interficit, pœnâ caret. *l.Divus.*5.*ff. ad Leg. Pomp. de parricid. l.*1.*§.ult.ff. ad Leg. Corn. de Sic. ſi adulter.*38.*§. Imperator.*8.*ff. ad Leg. Iul. de adult. l. Gracchus. C.eod.*

136 *Secundò:* Si bannitus ex eo ſolo, quòd ſe banniri paſſus fuerit, ab ipſo Magiſtratu mortis pœnâ affici nequit; multò minus privato cuipiam ipſum occidere concedendum erit. Atqui certiſſimum eſt; etiamſi Bannitus capiatur pœnâ tamen mortis plecti eum haud poſſe, antequam de crimine, ob quod in Bannum declaratus eſt, convictus aut confeſſus fuerit: prout quotidiè practicatur, & ſuprà probatum *nu.*103. *Chil.*König *in tract.bannim.tit.* von der Acht oder Verveſtung.§.vnd die Verveſtung. 137 Quare nec privato cuipiam hæc poteſtas tribuenda eſt; maximè cùm per id adimeretur defenſio & deductio innocentiæ, quæ nec bannito denegari debet, juxta tradita *Matth.Coler.part.*1.*deciſ.*108.*nu.*62.*& ſeq. Chil.* König *dict.tit.* von der Acht oder Verveſtung.§.wer ſich nun alſo/*&c.*

138 *Tertiò:* Accedit quoque textus Juris Saxonici, in *art.*38.*libr.*1. Landr. *verb.* So daß jhm mit der Acht niemand ſeinen Leib nehmen mag. Idemque dicit *Gl.Germ. in art.*24. *verb.* Man mag niemand *libr.*3.Landr. Ibi: Solches kommet daher/ daß die Acht niemand ſeinen Leib nehmen mag/ es werde denn mit dem Richter vnd ſieben Mannen über jhn erweiſet/daß er die That/vmb welcher willen er iſt verveſtet worden/gethan habe/ *&c.* Si ergò per Bannum ipſum vita aut corpus non adimitur Bannito, utique nec hic ab aliquo impunè occidi poterit.

139 *Quartò:* Si bannitus jure à quopiam privato occideretur, fieret hoc vel ob delictum commiſſum, vel ob contumaciam, propter quam bannitus fuit. At neutrũ ſufficit ad excuſationẽ hujus facti: Non illud, quia mortis pœna delinquenti nõ infligenda, antequã confeſſus aut convictus eſt, in tantum, ut nec tacita confeſſio, qualis ex contumacia fugitivi forſan oriri poteſt, ſufficiat ad condemnationem, *art.*22.*Ord.Crim.Carol.ubi Matt.Steph.Iul.Clar.in prac.§.ult.q.*20.*n.*6. Neque ob contumaciam Bannitus morte puniri debet; quia tantum ſupplicium delictum contumaciæ non meretur, quippe quòd aliàs etiam contumax in cauſa civili impunè poſſet occidi: quod nemo unquam dixerit aut cogitaverit.

140 *Quintò:* Deniq; juris expediti eſt, quòd in Bannũ Superius declaratus perdat ſimul bona ſua, uti antea pluribus demonſtratum fuit ex *art.*38. *lib.*1.Landr. *Chil.*König *in trac.Bannim.tit.* von der Acht oder Veſtung.§.vnd die Acht. *Matt.Col.part.*1.*dec.*108.*n.*50.*&* 51. Ex quo ſatis evincitur, bannitum, qua talem, mortis ſupplicio haud affici poſſe, quia de jure Saxonico, omnis pœna mortis actionem civilem & confiſcationem excludit, uti notiſſimum eſt, *Gl.art.*31.*l.*1.Landr.*art.*35.*nu.*4.*l.*2.Landr. *Conſt.Elect.*12.*p.*4.*ubi Dan.Moll.& Reinh.Roſa.n.*7.*Matth.Col.d.dec.*108.*n.*35. Quod ſi ergò ſecundo ac ſuperiori Banno notatus impunè occidi nequit; multò minus primo ac ſimplici Banno affectus jure necari poterit.

141 *Quemadmodum etiam reſponderunt Scabini* gegen Sonnewitz/an Gerichtshalter: Habt jhr in den Gerichten ſelbigen Orths einen von welchem ewre Frage gemeldet/wegen ſeiner Verbrechung vff geſprochenes Vrtheil vnd Recht in die Acht würcklich erklären laſſen. Ob nu wol deß geächtigten Leib hierdurch männiglichen in ewern Gerichten erlaubet worden/*&c.* So iſt doch ſolches anders nicht zu deuten/als daß die Gerichts Vnterthanen den geächtigten *tanquam confeſſum & convictum*, wenn ſie in den Gerichten denſelben antreffen/zur Hafft zu bringen/ vnd den Gerichten einzuantworten befugt ſeyn/ſelbthätiger Weiſe aber/vnd ohne Zuthun der Obrigkeit (vffn Fall er auch gleich in die Oberacht erkläret worden/) jhn vmbzubringen/oder an ſeinem Leben ſich zuvergreiffen/iſt niemand berechtiget/ V.R.W. *Menſ. Auguſt. Anno* 1629.

142 Quod ſi tamen ejusmodi caſus accidat, ut quis Bannitum occiderit, jure hoc ſibi licuiſſe exiſtimans, quin talis à pœna homicidij ordinariâ exemtus ſit, ac mitiori quodam ſupplicio plecti debeat, non multum ambigo: 143 cùm & cauſa injuſta & beſtialis delinquentem à dolo excuſet, *l.igitur.*12.*§.& generaliter.*3.*ff.de lib.cauſ.l.inter omnes.*47.§.*recte dictum eſt.*7.*ff. de furt. Nicol. Reuſn.l.*3.*dec.*2.*Guid.Pap.conſ.*31.*n.*24.*Nic.Boer.dec.*168.*nu.*11. *Iul.Clar.lib.*5.*ſent.*§.*ult.q.*60.*n.*22.*Aym. Crav.conſ.*6.*nu.*89. 144 maximè quoad pœnam mitigandam. *Ludolph.Schrad.in miſcell.c.*16.*Iac.Schult. in addit. ad Modeſt.Piſt.p.*3.*q.*104.*n.*8.

QVÆSTIO CXLI.

An & quanto tempore delicta præſcribantur.

SUMMARIA.

1. *Mors delinquentis extinguit delictum.*
2. *Noxiorum heredes non tenentur.*
3. *Mors delinquentis non præjudicat confiſcationi bonorum.*
4. *Mulcta pecuniaria ab heredibus delinquentis quando poteſt exigi.* *(vertitur.*
5. *In cadavera delinquentium quandoque animad-*
6. *Præſcriptio tollit delictum.n.7.*
8. *Modo ſit præſcriptio vicennalis.n.9.10.* *(16.*
11. *Quod & verum eſt in foro Saxonico. nu.13.14.15.*
12. *In foro Saxonico habentur duæ ſpecies præſcriptionum in civilibus cauſis.*
17. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
18. *Non minus inquiſitioni atque accuſationi ſpatio 20.annorum præſcribitur.n.19.20.21.22.*
23. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
24. *Tempus præſcriptionis ignoranti currit in delictis.n.25.*
26. *Quod & verum eſt in foro Saxonico.*
27. *Explicatio Conſt.Elect.9.p.2.nu.28.*
29. *Iudex exceptionem præſcriptionis ex officio debet ſupplere, etiamſi crimen Reus confeſſus fuerit, hancque exceptionem ipſemet non allegaverit.n.31.32.33.34.35.*
30. *Præſcriptio vicennalis ipſo jure tollit obligationem ex delictis.*
36. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.*
37. *Iudex exceptiones à Reo omiſſas non debet ſupplere, quando hoc fallit.n.38.39.*
40. *Adulterium tollitur præſcriptione quinquennali.*
41. *Etiam in foro Saxonico.*
42. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
43. *In Electoratu tamen Saxonico præſcriptio quinquennalis reſtringitur ad ſimplex adulterium.n.44.45.*
46. *Stuprum & fornicatio præſcribuntur êtiam quinquennij ſpacio.*
47. *Non etiam ſatisfactio pro ſtupro illato.*
48. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium.*
49. *Neque Inceſtus.n.50.*
51. *Reſponſa Scabinorum Lipſenſium.*
52. *Neque crimina enormia & excepta.*
53. *Ceſſat præſcriptio, quando accuſator ante vicennium effluxum querelam movet, vel Magiſtratus inquirit.*
54. *Maximè ſi condemnatio ſubſequatur.*
55. *Aut ſi contra abſentem procedatur ad Bannum.*
56. *Vel ſi Reus aufugiat.*
57. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
58. *Injuriæ verbales annali præſcriptione tolluntur.*
59. *Etiam in foro Saxonico.*
60. *Actio civilis ex delictis deſcendens durat ad annos 30.*
61. *Præſcriptio vicennalis in delictis currit de momento in momentum, etiam in foro Saxonico.n.67.68.*
62. *Ius Saxon. præſcriptionibus ſemper diem addit, hoc eſt, ſex hebdomadas.n.63.*
64. *Annus de jure Saxonico perficitur ſpatio unius anni & ſex hebdomadarum.n.65.*
66. *Quibus hodie adjiciuntur tres dies, ut annus in foro Saxonico ſit ſpatium unius anni, ſex ſeptimanarum, & trium dierum.*
69. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
70. *Pœna ordinaria an mitiganda ſit ex diuturnitate temporis.n.71.72.*
73. *Variæ diſtinctiones Dd.de hac quæſtione.n.74.75.76.77.78.*
79. *Explicatio l.25.ff.de pœn.n.80.81.*
82. *Sola temporis diuturnitas pœnam non mitigat.*
83. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
84. *Niſi aliæ concurrant circumſtantiæ & quænam. nu.85.*
86. *Sententiæ Scabinorum Lipſienſium.n.87.*

TErtia cauſa pœnæ executionẽ impediens
eſt Mors delinquentis. Quæ non ſolùm
accuſationem & inquiſitionem impedit,
ſed & delictum ipſum extinguit, *l.6.ff.de publ.jud.*
l.10.ff.ad SC.Turp. l.26.ff.de pœn. l.3.§.ult. l.19 ff.de
1 *accuſ.Cab.reſol.crim.caſ.189.n.2.* Et per mortem
Reus eximitur foro judicis, & efficitur de foro
Dei. *Sebaſt.Medic.in tr.mors omnia ſolvit.p.2.concl.*
2.& concl.32. Neq; n.liberi & heredes noxiorum
2 tenentur, *l.20.& l.26.ff.de pœn.* Neq; alios quàm
ſuos tenent pœnæ autores. *l.ſancimus. C. de pœn.*
Iul.Clar.l.ſent.§ ult.q.85.in pr.Proſp.Farin.in prax.
crim.lib.1.tit.1.q.10.n.36.& ſeqq.

3 Per id tamen nil præjudicatur confiſcationi
bonorum, quę ſi in delicto commiſſo locum ha-
beat, etiam poſt mortem delinquentis durat, ad
hunc ſc. effectum, ut contra heredes ad cõfiſca-
tionem bonorum, & fructuum inde percepto-
rum agi poſſit. *Iul.Clar.in pract.§.ult.q.51.n.14.ubi*
Baj.n.32.33. Andr.Tiraq. ad l.ſi unquam.verb. Rever-
tatur.n.241. Anton.Gomez.to.3.var.reſol.c.1.n.79.
Claud.Batt.pr.cr.Reg.126. Sicuti nec hoc efficit, 4
quo minus mulcta pecuniaria Reo impoſita,
defuncto poſtea illo, ab ejusdem heredibus ex-
igi queat. *Gomez.d.c.1.n.82.* Quod & procedit, ſi
lis cum defuncto ſit conteſtata, ſuper delicto
civiliter intentato, *l.26.ff.de oblig.& actio.l.1.ff.de*
privat.delict. Quin & in cadavera delinquentium 5
mortuorum quandoque animadverti poſſe, in
hunc ſc. finem, ut ab ejusmodi delictis alij faci-
lius abſtineant & deterreantur, tradunt *Petr.*
Heig.p.2.q.37.nu.32. Bald. in l.2.C.qui teſta.fac.poſ.
Par.de Put.in tract.Syndic.verb.Mortuus.n.1.Matth.
Berlich.p.4.concl.5.n.99. Io.Georg.Gödel. in tract.de
Mag.& Venef.lib.3.c.11.n.23.Iacob.Menoch.de arbitr.
jud.quæſt.caſ.244.n.4.& ſeqq.

Quæ omnia latius fuerunt pertractata *ſupr.q.* 6
131. quò Lectorem benevolum remitto, & ad
Quartam Cauſam executionem pœnæ impedi-
entem appropero, quæ eſt Præſcriptio delicti.
Quæ non modò criminis pœnam, ſed & ipſum
delictũ, ac per conſequens accuſationem quo-

que & proceſſum criminalem tollit, juxta communem omnium *Doctorum* opinionem, de qua teſtantur *Nic. Boer. dec. 26. n. 5. & ſeqq. Viv in cõmun. opin. lib. 1. v. accuſatio falſi. Hippol. de Marſ. cõſ. 117. n. 40. Proſp. Far. in prax. crim. l. 1, tit. 1. q. 1. n. 61. & q. 10. n. 1. Iul. Clar. in pract. § ult. q. 51. in pr. Gigas de crim. laeſ. maj. lib. 1. tit. qualiter in crim. laeſ. maj. proced. q. 15. & q. 29. Burſat. vol. 2. conſ. 225. n. 145.*

7 Quam adeò veram exiſtimat. *Anchæ. & Roch. de Curt.* ut judex Reum legitima præſcriptione tutum condemnans decapitari debeat, ſi ipſe eũdem decapitari fecerit, *in c. fin. ext. de conſu.* quos refert & ſequitur *Pariſ. vol. 4. conſ. 196. n. 6.* & poſt eum *Proſp. Farin. d. quæſt. 10. n. 2.*

8 Hinc conſtruo Regulam: Quòd per præſcriptionem vicennalem delictum extinguatur, Reusque pœnâ liberetur.

Sicuti namq; actionibus civilibus certa 9 præfinita ſunt tempora, intra quæ poſſunt inſtitui, *tit. Inſtit. de perpet. & tempor. action. l. ſi pupulli. 6. §. ult. ff. de neg. geſt.* Ita & in cauſis criminalibus certum conſtitutum eſt tempus, quo elapſo, delictum extinguitur, ita, ut pœna ceſſet, & Reus ulterius conveniri nequeat. Quod tempus eſt 20. annorum, de quo ita reſcribunt *Impp. Diocl. & Maxim. in l. querel. 12.* Ibi: *Querela falſi temporalibus præſcriptionibus nõ excluditur, niſi viginti annorum exceptione ſicut cetera quoque ferè crimina. C. ad Leg. Corn. de falſ.* Qui textus Regulam hanc luculenter probat, ut dubium prorſus non ſit, quin per vicennalem præſcriptionem 10 delicta tam publica, quàm privata tollantur. *Gloſſ. in l. liberorum. §. fin. & ibi Bart. ff. de accuſ. Salyc. in l. qui de crimine. C. de accuſ. Hippol. de Marſ. in pract. §. conſtant. n. 80. Pract. Conr. tit. de inquiſ. n. 36. Æg. Boſſ. in tit. de accuſ. n. 32. Proſp. Farin. in prax. crim. lib. 1. tit. 1. quæſt. 1, n. 68. & quæſt. 10. num. 1. Ludov. Carer. in pract. Crim. tract. de homicid. §. excuſatur 28. n. 1. Balb. in tract. de præſcript. 4. part. 4. part. princ. quæſt. 2. in pr. Gandin. de malef. tit. qui accuſ. poſſ. vel non. n. 28. Ant. gomez. tom. 3. var. reſol. c. 1. n. 5. & 6. Pet. Theod. in Colleg. crim. diſp. 10. th. 7. lit. D. Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 51.*

Q. 1. Quãto temporis ſpatio in foro Saxonico delicta præſcribantur?

11 Idque de jure civili communi expeditum eſt. At in foro Saxonico hæc Regula omni dubio non caret; Siquidem jus Saxonicum duas ſolummodò præſcriptionum ſpecies agnoſcit. *Unam* ſcilicet añi & diei, hoc eſt, ſex hebdomadarum, in rebus mobilibus Landrecht. *lib. 1. art. 28.* Weichbild. *art. 4. ubi gloſſ. n. 4.* *Alteram* verò 31. annorum & diei, hoc eſt; ſex hebdomadarum, 12 in rebus immobilibus, juribus incorporalibus, & ſervitutibus *art. 29. lib. 1.* Landrecht. *Gloſſ. art. 20.* Weichbild *n. 4. Petr. Heig. lib. 1. quæſt. 16. n. 11. & 12. Chriſtoph. Zobel. part. 2. differ. 2. n. 2. Petr. Theod. in Colleg. Crim. diſp. 10. theſ. 7. lit. D. Ant. Conſult. Conſt. Sax. to. 1. part. 5. quæſt. 22. & to. 2. quæſt. 5. Ludov. Fachſ. diff. 11. poſt pr. Modeſt. Piſt. part. 1. quæſt. 38. Matth. VVeſemb. in paratit. ff. de Uſucap. n. 7. in med. verſ. Saxones duas tantũ ſpecies Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 3. n. 30. & part. 1. deciſ. 20. n. 3. Dan. Moller. libr. 2. Semeſtr. c. 6. n. 5. Henning. Goden conſ. 39. n. 56. Schurff. l. 1. conſ. 69. n. 7. & ſeqq. & lib. 2. conſ. 84.* quibus conſequens eſt, harũ præſcriptionum alterutrâ criminibus quoque præſcribi, & cùm præſcriptio 31. annorum & diei ad jura incorporalia referatur, utique & huic præſcriptioni delicta in foro Saxonico ſuppoſita erunt.

Verùm hæ præſcriptiones Saxonicæ in cauſis tantummodò civilibus receptæ fuêre ac proinde ad cauſas criminales handquaquam extendi debent, in quibus diſpoſitione potius juris communis in foro etiam Saxonico ſtandum erit *Aut. Conſult. Conſt. Saxon. p. 4 quæſt. 1. per tot. Petr. Heig. dict. quæſt. 16. n. 51. Petr. Theodor. dict. diſput. 10. theſ. 7. lit. D.* 13

Tùm, quòd vicennalis præſcriptio delictorum nullibi in jure Saxonico diſertè abrogata vel correcta reperiatur: Quare haud immeritò quoque eidem in foro Saxonico vis & effectus eſt tribuendus; præſertim, cum & in caſibus à jure Saxonico non expreſſis recurrendum ſit ad diſpoſitionem juris communis, ut tradit *Gloſſ. fin. art. 36. n. 13. lib. 2.* Landrecht. *Et Gloſſ. art. 44. lib. 3.* Landrecht. *Iacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 4. quæſt. 133. n. 19.* 14

Tùm, quòd non præſumendum, hiſce duabus ſpeciebus totam præſcriptionum obſervationem, tantis vigiliis excogitatam, Saxoniæ Legislatorem evertere voluiſſe, ut in ſimili dicit Imper. in *l. 34. in pr. C. de inoff. teſtam. Petr. Heig. part. 1, quæſt. 26. n. 47.* 15

Tùm, quòd potius hæ præſcriptiones, quæ longiores erant, diſpoſitione juris ſtatutarii coarctatæ & contractæ, quàm illæ, quæ breviores ſunt, ampliatæ & prorogatæ cenſeri debeant, *arg. l. ſicut. verſ. hæ autem. l. omnes in pr. de præſcript. 30. vel 40. annor. Petr. Heig. dict. loc. Pet. Theod. dict. diſp. 10, theſ. 7. lit. D.* 16

Veluti etiam quotidiè ita pronunciare ſolent Scabini, ut patet ex eorũdem reſponſo dato ad requiſitionem Quæſtoris in Wieſenburg: So mag mehr geſtalten Sachen nach/ wegen der von dem Gefangenen ſelbſt angefůhrten *præſcription* vñ Verjahung der zwantzig Jahr/ weil dieſelbe nach gemeinem Wahn der Rechtslehrer/ ſo ůber die Sächſ. Rechte *commentiret* vnd geſchrieben/ nit vfgehoben/ ſondern in Gebrauch vnd Vbung nochmahls gehalten wird/ wider jhn den Gefangenen ůber das allbereit erlittene Gefängnus ferner nichts fůrgenom̃en werden/ vnd wird demnach derſelbe/ jedoch/ wenn er zuvor die / ſieder ſeiner gefänglichen Einziehung/ vffgewendete Vnkoſten erſtattet/ der Hafft uff einen gewo̊nlichen Vrpheden billich entlediget/ V. R. W. *Menſ. Octob. Anno 1619.* 17

Hæcque Regula *Ampliatur primò*: Ut locum habeat non ſolùm, quando judex procedit ad querelam ſeu partis accuſationem & inſtantiam, ſed etiam, quando ex officio inquirit. Tanto enim tempore, videlicet viginti annorum ſpatio, nedum accuſandi jus, ſed etiam inquirendi ac judicis officium præſcribi; communiter tenent *Dd. Ægid. Boſſ. in tit. de accuſat. n. 32. Gigas de crim. læſ. majeſt. lib. 1. tit. qualiter in crim. læſ. majeſt. procedat. quæſt. 14. in pr. Pract. Conrad. tit. de inquiſit. n. 36. Proſp. Farin. in prax. crim. lib. 1. tit. 1. quæſt. 10. n. 3. Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 51. verſ. Et hæc Petr. Theod. in Colleg. Crim. diſp. 10. th. 7. lit. D. Nic. Boer. deciſ. 26. n. 1. Vivius lib. 1. com. opin. verſ. accuſatio falſi. in fin. Ioh Schneidvv. in tit. Inſt. de Uſucap. ſub Rubr. de ſpecieb. præſcript. n. 45.* 18 19

Q. 2. Num & inquiſitio tollatur præſcriptione vicennali?

*Andr.Gail.libr.*1.*de pace publ.cap.*20.*n.*33.ubi allegat etiam *Bartol.& Salyc.in l.querela.C.ad Leg. Cornel.de falſ.*

20 *Tùm*, quòd omnes exceptiones, quæ accuſatoribus opponi poſſunt, etiam contra judicem ipſum inquirentem locum habeant. *Hippol. de Marſ.ſing.*524. *Ang. Aret de maleſ.verb.Ejus bona publicamus.n.*23. *Nicol.Boer.deciſ.*26.*n.*2.*& ſeqq. Anton.Teſſaur.deciſ.*208.*n.*1. *Ioh.Gœdd.ad l.*131.§.1.*n.*10.*& ſeqq.ff.de Verb.ſing.*

21 *Tùm* quòd inquiſitio ſucceſſerit loco accuſationis, *cap.qualiter & quando, de accuſat.l.divus ff.de cuſtod.Reor l.Reſcriptum.§.ſi quis accuſatorem non habens ff.de muner.& honor.l.*2.*C.de abolit.l.filiusfam.ff.veterani.ff.de procurat.* Quare, ſicut jus acccuſandi tollitur præſcriptione viginti annorum; ita quoqne pari tempore præſcribitur inquiſitioni, quæ eius loco ſucceſſit. Aliàs enim per indirectum concederetur, quod directò eſt prohibitum, contra *l.fin.C.de uſ.rei jud.& l.ſi ex duob.ff.de negot.geſt.*

22 *Tùm*, quòd iudex inquirens fungatur partibus accuſatoris: Vt enim cuilibet de popůlo ob publicum crimen commiſſum adverſus Reum delinquentem publica accuſatio iure eſt permiſſa, ſaltem publicæ utilitatis causâ, quaſi propriè ſit iniuria Reipublicæ illata. *§.publ.Inſt. de publ.jud.l.*3.*ff eod.tit.l.*8.*ubi Bart ff.de accuſ.l.locatio.*9 *§.quod illicitè* 5.*ff.de publ.& vectig.l.quamvis adulterii.*30.*C ad Leg.Iul.de adult.l.Leg.Corn.*9.*§ ult.ff.ad Leg.Corn.de falſ.l.qui cœtu.*5.*§ ult.l.qui dolo.*10.*ff.ad Leg.Iul.de vi publ.Tiber.Decian. in tract crim.lib.*5.*cap.*3. Ita & inquiſitio Magiſtratui eſt conceſſa, quam is exercendo vice accuſatoris fungitur. Proinde, ſicut poſt annos viginti accuſator non audiendus; ita nec iudex ex officio inquirens tanto temporis ſpacio elapſo, admitti debet.

23 *Quam ſententiam etiam in pronunciando ſequuntur Scabini, ita reſpondẽtes Quæſtori Grimmenſi*: Ob wol *Inquiſit* etlicher begangener Deuben halber in Verdacht gezogen / die bey euch gerůget worden; Dieweil aber dennoch auß ſeiner vff die *inquiſitional-articul* gethanen Antwort / zu befinden / daß ſolche gerugte Deuben mehrertheils vor etlichen zwantzig Jahren geſchehen / etliche aber er nicht geſtanden / auch derhalben wider Jhn keine gewiſſe *indicia* angegeben worden / ꝛc. So mag er auch von wegen derer vor zwantzig Jahren begangenen vnnd bekandten Deuben / weil derſelben Straff nunmehr verjahret / nicht geſtraffet werden / ꝛc. *Menſ. April. Anno* 1609.

Pariter reſpondimus Iohan.Georgio à Zehmen. *Menſ. Iulio. Anno* 1629.

It: Nach Zwickaw / an Richter vnd Schöppen zu Chriſtgrůn: Belangende die wider N.N. außgegoſſene *injurien*, weil ſolche Verbrechung inhalt der *inquiſitional-articul* allbereit faſt vor drey Jahren verůbet worden / So iſt dieſelbe durch Verjährung erloſchen vnd uffgehoben / vnnd *inquiſit* mag derogegen mit Straffe nicht beleget werden / V.R.W. *Menſ.Ianuar.An.*1634.

24 *Ampliat.Secundò* hæc Regula in delictis non manifeſtò, ſed occultè perpetratis. Quare, licet Iudex, vel alius, cui accuſandi poteſtas competit, delictum ob ignorantiam vindicare non potuerit, nihilominus tamen præſcriptionis tempus, quod hoc in caſu eſt continuũ, *Teſſaur. dec.*108.*in fin.* etiam ignoranti currit, ita ut poſt effluxum tempus legitimum, amplius de crimine quæri non poſſit. Neq; enim tempus vicennii à die ſcientiæ accuſatoris vel judicis ſed cõmiſſi delicti currere incipit. *Salycet.in l.fin.C de dolo.Ægid.Boſſ.in tit.quomodo procedat per act.in delict.n.*22.*&* 24. *Hippol.de Marſ in pract. crim. §.fin.n.*85. *Petr.Theod.d.diſp* 10.*th.*7 *lit.D. Proſp. Far.d.q.*10.*n.*12.*Gig.de crim.læſ.majeſt.tit.qualiter in crim.læſ. Majeſt.proced.quæſt.*14.*in pr. Nell. de bannit.in* 2 *part.prim.temp.q.*3.

*Q.*3. *An tempus præſcriptionis in delictis*

currat ignoranti?

25

26 Idemque etiam in terris Electoratus Saxonici procedit, ubi diverſum nullibi reperitur diſpoſitum. Licet namque *Conſt. Elect.* 9.*part.*2. *poſt.*31. demum annos reſtitutionem contra præſcriptionem ex juſta ignorantia dari prohibeat: Vnde ſequi videtur, contra præſcriptionem temporis brevioris (qualis etiam eſt præſcriptio vicennalis) reſtitutionem competere prætendenti ignorantiam, prout infert *Dan. Moll.ad d.Conſt Elect.*9.*p.*2.*n* 1 *v.Secus tamen, & Matt.Berlich.p.*2.*concl.*10.*n.*11.

27 Attamen Conſtitutio ea ad cauſas civiles reſtringenda eſt, in quibus duplex tantummodò datur in foro Sax. præſcriptio, nempe annalis, & 30. annor. anni & diei, *Matt.VVeſemb.in par.ff.de Vſuc.n.*7.*in med. v.Saxones duas tantũ ſpecies, &c Dan.Moll.l.*2.*Semeſt.*6.*n.*5. *Matt.Col.de proceſſ.execut.p.*1.*c.*3.*n.*30 *& p.*1.*dec.*20.*n.*3. Quarum poſtrema ſolùm ignoranti currit, & reſtitutionem non admittit, uti ex contextu *d.Conſt.*9.*p.*2. apparet, & imprimis ex *verbis*: Daß der Güter eygenthumbliche Gerechtigkeit nit ewig vngewiß / vnd deß Zancks vnd Haders ein Ende ſey.

28 Vnde ad præſcriptionem vicennalem in cauſis criminalibus nil inferendum, quippe in quibus ratio Conſtitutionis ceſſat, maximè cùm Conſtitutiones Statutariæ ſtrictè ſint accipiendæ, uta, ut quantũ fieri poteſt, jus commune minus corrigatur. *And.Tiraq.de legib.connub.gl* 2.*n.*23.*poſt pr.Iac Schult.in pract.q.*65.*n.*32.*& ſeqq.l* 2.

29 *Ampl. Tertiò.* In delictis notoriis, & per delinquentem confeſſatis, nõ oppoſita exceptione præſcriptionis, ita ut licet Reus fuerit confeſſus delictum, attamen ſi ex actis appareat, punitionem eſſe præſcriptam, iſta confeſſio nõ noceat confitenti. *Prosp.Far.in prax.crim.lib.*1.*tit.*1.*q.*10.*n.*14.*Hipp.de Marſ.in pract crim.§.poſtquam n.*10. *& in l.fin.n.*2 *ff. de jurisd omn. jud. & in l.*1.*n.*69.*ff.de quæſt. Pariſ.vol.*4.*conſ.*169.*n.*4. *Gig.de crim.læſ.maj.lib.*2.*tit.quomod & per quos crim.læſ.majeſt probet.q.*1.*n.*15.*Ioſeph Maſcard.de probat.lib.*1.*concl.*357.*n.*15.*& concl.*351.*n.*5. *Petr. Theod.in colleg.crim diſp.*10.*th.*7.*l.D.Bald.in c.fin. col.pen.verſ.pone, quod malef de off.deleg.* ubi dicit quod ſi maleficium eſt notorium, tamen lapſu ſit tempus datum ad inquirendum ex forma Statuti & poſtea Reus confiteatur maleficium, non poterit ex hac ſua confeſſione condemnari; quia confitetur id, de quo contra eum non eſt actio, *l.confeſſionib.ff.de interrog.act.*

*Q.*4. *Num judex ſupplere debeat exceptionem præſcriptionis etiamſi Reus eam non allegaverit?*

30 *Tùm*, quòd præſcriptio vicennalis ipſo jure tollat obligationem ex delictis, ac parum referat, an Reus jam fuerit punitus, an verò præſcriptio viceñalis intervenerit: quia ſatisfactio

Criminis & præſcriptio pari paſſu ambulant, *l. 17. §. 6. de injur. Nicol. Boer. deciſ. 26. n. 18. Marſil. conſil. 40. n. 21. 22. & 23.*

31 *Tùm*, quòd judex ex officio pro Rei defenſione laborare, & defectum partis ſupplere debeat. *l. ſi non defendatur ff. de pœn l. 1. ff. de quæſt. Auth. qui ſemel. C. quom & quand. judex. Panorm. in cap. veniens. nu. 19. de accuſat.* Quippe cùm publicè interſit, innocentes defendi. *l. ſervum. 22. §. publicè. de procur.* Et tutius ſit nocentem abſolvere, quàm innocentem condemnare. *l. abſentem. ff. de pœn.*

32 *Tùm*, quòd in criminalibus faciliùs defenſiones & exceptiones admittantur, tàm à judice, quàm ab aliis extraneis, *arg. l. 18. §. 9. ff. de quæſtion. l. 6 ff. de appellat. l. 5. C. de injur. l. 12. C. ad Leg. Cornel. de falſ. Matth. VVeſemb. in comm. C. de except. n. 8. & part. 1. conſ. 22. num. 7. Iohan. Gœdd. ad aliud fraus eſt. 131. § inter mulctam. 1. ff. de verb. ſignif. n. 10. verſ. Nam adhuc paſſim. Matth. Berlich. part. concluſ. 41. n. 10.*

33 *Tùm*, ob manifeſtam *Conſt. Elect. 25. part. 1.* Ibi: Hierinnen iſt man nicht einig/vngeachtet/daß
dieſe *quæſtion* weitleufftig *diſputiret* wird / daß die
præſcriptio, da ſie *manifeſtè* bewieſen/oder der Richter
deſſen auß den *Acten* gewiß ſeyn könte/erkant/
vnd *ex officio ſuppliret* werde/wenn gleich die Partheyen
ſich in den Acten darauff nicht gezogen/
darbey wir es bleiben laſſen. Vnde manifeſtum
redditur, quòd licet alibi de hac ſententia controverti
poſſet, in terris tamen Electoratus Saxonici
dubium non ſit, quin judex exceptionẽ
præſcriptionis ex officio ſupplere debeat, etjamſi
à Reo non fuerit oppoſita. Non ſolùm enim
hoc ipſum judicis arbitrio relinquitur, uti
quis forſan ex *Rubr. de Conſt.* (Ob der Richter über
die *præſcription*, ſo *ex actis* dargethan könne *ex officio*
erkennen) colligere poſſet; quippe quæ de
eo tantùm loquitur, quid facere judex queat,
34 non quid facere teneatur; Sed & hoc facere ratione
officii ipſi incumbit, uti ſatis apparet ex
verbis Conſtitutionis, dum non dicit, daß ſie erkandt
werden mögen Sed ita dicit, Man iſt deß
einig/daß ſie erkandt vnd *ex officio ſuppliret* werde/
Quâ formulâ loquendi ſolemus uti nos Germani,
ſignificare volentes, quid habita deliberatione
concluſum ſit, ut fiat. *Dan. Moller. ad dict.*
Conſt. Elect. 25. num. 4. part. 1.

35 Neque ad cauſas civiles prædictam *Conſtit. Electoralem* reſtringere licet; ſiquidem generaliter loquitur, & nulla inter criminales & civiles cauſas facta differentia generaliter exceptionem præſcriptionis, ubi de illa ex actis liquidò conſtat, ex officio per judicem ſuppleri jubet. *Daniel. Moller. in dict. loc. n. 5. ubi & Reinhard. Roſ.*

36 *Ac juxta hanc ſententiam non modò quotidiè in Elector. Saxon. Scabinatu reſpondemus; Sed & ſecundum eam tanquam humaniorem, & pro defenſione Rei laborantem in Dicaſterio Ienenſi pronunciari ſolere,* teſtatur *Virgil. Pingitz. quæſtion. Saxon. 57. n. 14. & ſeqq.*

37 Cui nil quicquam refragatur, quòd Judex
exceptiones à Reo omiſſas non debeat ſupplere,
l. un. ubi Dd. C. Vt quæ deſunt Advocat. Etſi
enim hoc regulariter concedatur, ſecus tamen
res ſe habet in exceptionibus, quæ favorem &
defenſionem Rei concernunt; quippe ubi de
innocentiâ ac defenſione alicujus probandâ agitur,
multa permittuntur, quæ aliàs non permitterentur,
Hippolyt. de Marſil. in l. 1. § ſi quis ultro, 38
in pr. & n. 98. & ſeqq. ff. de quæſtion. & in pract.
crimin. § oportunè, n. 7. & ſeqq. & ſingul. 59. Andr.
Gail. lib. 1. de pace publ. cap. 16 num. 22. Dan. Moller.
ad Conſtit. Elect. 16. numer. 33. part. 1. Andr.
Rauchb. 2. quæſt. 3. num. 18. Præterea & innocentes
abſolvi, publicè intereſt. At quæ publicam 39
cauſam attingunt, judex ex officio ſupplere
debet. *Bartol. & Dd. in l. 4. § petit. ff. de damn.*
infect. Panormit. in cap. ſi conſtiterit. num. 15. ff. de
accuſat. Quin, etſi de jure communi de hoc
controverti adhuc poſſet; attamen quin in foro
Saxonico res expedita ſit, ambigẽdum non eſt,
propter dictam *Conſtit. Elect. 25. part. 1.*

40 Econtra *Limitatur etiam quandoque hæc Regula:* Ac *Primò* quidem in delicto adulterii, cujus accuſatio vel inquiſitio per 20. annos non durat, ſed præſcriptione quinquennii, & ita breviori tempore tollitur. *l. miles 11. § adulterij. 4. l. maritus. 29. §. 5. 6. & 7. ff. ad Leg. Iul. de adult. l. adulter. 5. l. 28. C. eod. tit. l. 1. §. accuſationem 10. ff. ad SCtum Turpil. Angel. Aretin. in tract. malef. verb. che hai adulterato. num. 49 Nicol. Boer. deciſ. 26. num. 12. & ſeqq. Franc. Balb. in tract. de præſcript. part. 4. pr. q. 2. n. 9. Ludov Gilhauſ. in arbor. judic. crimin. cap. 2. tit. de adult. 18. numer. 25. Iul. Clar. libr. 5. ſentent. §. adulterium. n. 20. Iohan Zanger. in tract. de except. part. 3. cap. 10. num. 213. Iohann. Schneidvvin. in tit. de Vſucap. ſub Rubr. de ſpecieb. præſcript. num. 49.*

Q. 5. Quãto temporis ſpatio præſcribatur adulterio?

41 Quam præſcriptionem quinquennii in crimine adulterii ad forum etiam Saxonicum trahunt Interpp. unanimiter ferè omnes, *Virgil. Pingitz. quæſt. Saxon. 57. nu. 21. Aut. Conſult. Conſtit. Saxon. tom. 1. part. 4. quæſt. 1. & tom. 2. part. 4. quæſt. 26. num. 1. & ſeqq. Ioach. à Beuſt. in l. admonendi. 31. ff. de jurejur. num. 870. Matth. Berlich. part. 4. concl. 27. num. 21. Matth. Coler.* (ubi ita communiter pronunciari teſtatur) *part. 1. deciſ. 176. num. 39.* Vid. ſuprà *part. 2. quæſt. 59.* Ita ut non modò ſimplici, ſed & duplicato adulterio, qinquennio extra Electoratum Saxon. præſcribatur, *dict. quæſt. 59.*

42 *Prout etiam reſpondimus ad requiſitionem Georgij à Döbſchitz:* Ob wol N. N. Eheweib geſtanden vnd bekandt/daß ſie mit N. N. einem Ehemanne geehebruchet vnd Oberhurerey begangen: Dieweil ſie aber dennoch darneben berichtet/daß ſolches allbereit vor 14. Jahren geſchehen/ ſo iſt ſelbige Verbrechung nunmehr durch Verjährung auffgehoben/vnd mag demnach gedachte *Inquiſitin* mit einiger Straffe nicht beleget werden / V. R. W. *Menſe Octobr. Anno* 1630.

43 Quamvis autem in terris Electoratus Saxonici præſcriptionem hanc quinquẽnii in crimine adulterii abroget (*Conſtitut. Electoral. 19. §. ult. part. 4.* In verb. Sondern berührte Lebens-Straffe ohne einige Gnade oder Nachlaſſung vollenſtrecket werden/auch die Verjahrung der 5. Jahr/darauff vnſere Schöppenſtühle in dem Laſter deß Ehebruchs geſprochen / forthin nicht

ſtatt haben ſoll/*&c.* Attamen ad duplicatum ſolummodò adulterium Conſtitutio hæc derogatoria ac correctoria reſtringenda eſt, uti probavi *ſuprà p. 2. quæſt. 59. num.* 21. Sicuti etiam Sanctionem illam Electoralem de duplicato tantummodò adulterio, vulgò **von Oberhurerey**/ rectiſſimè accipiunt *Johann. Zanger. in Tract. de except. part.* 3. *cap.* 10. *num.* 215. *Math. Berlich part.* 4. *concl.* 27 *num.* 123. *Petr. Heig. part.* 1. *quæſt.* 16. *n.* 54.

44 Neque mentem aliam Illuſtriſsimi Conſtituentis fuiſſe, ſatis evincitur ex verb. §. *præcedentis. dict. Conſt.* 19. **Wenn aber ein Ehemann mit eines andern Eheweib die Ehe gebrochen.** Junct. verb. §. *ult.* **Wollen auch / daß in dieſem Fall.** Et poſtea: **Auch die Verjährung.** Quæ haud obſcurè de adulterio duplicato loquuntur.

45 Stante interim, quoad ſimplex adulterium à marito vel Vxore cum perſona ſoluta commiſſum, diſpoſitione juris communis, ita ut etiam num hodie in terris Electoratus Saxonici illud quinquennii præſcriptione tollatur, & ſic ius commune per dictam ſanctionem Electoralem minus corrigatur: prout pluribus demonſtratum ac probatum fuit, ſubjectis ſententiis Scabinorum Lipſenſ. *ſuprà p.* 2 *q.* 59. *n.* 21. *& ſeqq.*

Q. 6. Stuprum, & fornicatio quanto tẽpore præſcribantur

46 *Secundò Limitatur hæc Regula* in Stupro, fornicatione, aliisque delictis carnis, quæ à Lege Julia de adulteriis puniuntur. Quæ crimina æquè ac ipſum adulterium præſcriptione quinquennii tolluntur. *l.* 5. *l.* 28. *C. ad Leg. Iul. de adult. l. miles.* 11 *§. adulterij.* 4. *l. mariti.* 29. §. 6. *ff. ad Leg. Iul. de adult. Iohan. Zanger. in tract. de except. part.* 3. *cap.* 10. *num.* 213. *Iohan. Schneidvvin. in tit. Inſtit. de uſucap. ſub Rubr. de Specieb. Præſcript nu.* 49. *Matth. VVeſembec in parat. ff. de Leg. Iul de adult. n.* 18. *Petr. Theodor in Colleg. Crim. diſp* 6. *th.* 3. *lit G. Proſper. Farin. in prax. Crim. libr.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 10. *n.* 15.

47 Quod tamen cum mica ſalis accipi debet. *Primò*, ut locum habeat ſolùm quoad pœnam Legis Iuliæ, fornicatori vel ſtupratori infligendam. Non etiam quoad intereſſe partis, & actionem civilem, qua ſatisfactio pro ſtupro illato petitur: Hæc enim, perindè ut reliquæ actiones civiles, 30. annos, annum & diem durat; Nam quatenus ſatisfactionem injuriæ illatæ reſpicit, favorabilis eſt, adeoque & longiùs durare poteſt, *Modeſt. Piſtor. part.* 3 *quæſt.* 127. *n.* 18. *in fin.* ubi in Scabinatu ſuo tempore ita reſponſum fuiſſe meminit.

48 *Veluti etiam nos ita pronunciavimus Voigtsbergam. Menſ. Febr. Anno* 1623.

49 *Secundò*: Fallit hæc Limitatio in crimine Inceſtus: Quod indifferenter, ſive inter aſcendentes & deſcendentes, ſive etiam inter Collaterales, Conſanguineos vel affines commiſſum fuerit, non niſi vicennali præſcriptione tollitur. Neque Quinquennii præſcriptio in eo locum habet, *l. vim paſſam.* 39. §. *præſcriptione.* 5. *ff. ad Leg. Iul. de adult.*

50 Quin nec refert, an inceſtus adulterii crimen ſibi conjunctam habeat, nec ne, *dict. l.* 39. §. 5. *ff. ad Leg. Iul. de adult. Thoming. deciſ.* 9. *n.* 9. *Dan. Moller. ad Conſtit. Elect.* 23. *num.* 7. *part.* 4. *Matth. Berlich part.* 4. *concl.* 35. *n.* 48. *Nicol. Boer. deciſ.* 26. *num.* 12.

51 *Prout reſponderunt Scabini ad conſultationem Præfecti Rochlicenſis. Menſ. Auguſto, An.* 1598. *Item, Quæſtoris in* **Grunhain** / *Menſe. Octobr. Anno* 1601.
Quæſtoris in **Auguſtusburgk** / *Menſe. Octobr. Anno* 1630.

Q. 7. Quænam præſcriptione tollantur Crimina excepta & enormia?

52 *Tertiò Limit.* in criminibus exceptis & enormibus; Veluti Hæreſeos, Apoſtaſias *l.* 2. *l. apoſtatarum. C. de Apoſtat. Jul. Clar. libr.* 5. *ſentent.* §. *ult. quæſt.* 78. *n.* 4. *Jodoc. Damhouder. in prax. rer. crim. cap.* 61. *num.* 49. *Petr. Thedor. in Colleg. Crim. diſp.* 5. *th.* 9. *lit. H.* Parricidii, *l. fin. ff ad Leg. Pompej. de parricid.* Aſſaſſinii, falſæ monetæ, & partus ſuppoſiti. *l. qui falſam.* §. 1. *ff. ad Leg. Cornel. d. falſ.* Quæ, aliaque crimina enormia vicennali præſcriptione neutiquam tolluntur, ſed in perpetuum durant. *Proſper. Farin. in prax. crim. libr.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 10. *n.* 29. *&* 30. *& Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſputat.* 20. *th.* 7. *lit. D Hippol. de Marſil. in l. qui falſam.* §. 1. *ad Leg. Corn. de falſ. n.* 1. *& ſeq. Ludovic. Carer. in pract. tract. de homicid.* §. 28. *num.* 7.

53 *Quartò Limitat. hæc Regula*, ut non procedat, quando ante præſcriptionem completam vel accuſator querelam ſeu libellum accuſationis porrexiſſet, vel Magiſtratus ex officio inquiſitionem formaſſet. Tunc enim dicitur interrupta præſcriptio in criminalibus. Proinde licet Reus per integros 20. annos in fuga perſeveret; attamen ſi poſtea capiatur puniri poteſt, *Proſper. Farin. dict. quæſt.* 10. *n.* 28. 54 Quod multò magis procedit, quando præſcriptio eſt interrupta per condemnationem: Nam tunc nullo unquam tempore delictum, in quo ſecuta eſt condemnatio, præſcribitur, ſed quandocunque condemnatus ad manus Magiſtratus devenerit, ſententia condemnatoria excuſationi eſt mandanda. *Farin. dict. loc. Tùm*, quia ſententia condemnationis fuit conditionalis, ut ſcilicet puniatur Reus, ſi capiatur. Quare tempus non videtur currere, niſi à die impletæ conditionis, & à tempore, quo venit in poteſtatem Magiſtratus. *Tùm*, quia cum condemnatus ſemper aufugerit & ſteterit abſens, non potuit talis Sẽtentia contra ipſum dari executioni, & ideò non valenti agere non currit præſcriptio. *Bald. in l. data opera. n.* 57. *verſ. Sed pone. C. qui accuſ. non poſſ. Foller. in pract. verb. Captis. num* 7.

Qu. 8. Num Reo abſente, & in fuga perſeverante, currat præſcriptio?

55 Idemque juris obtinet, quando quis homicidium commiſit & aufugit, contraq; eum inſtituta fuit accuſatio, & quia citatus non comparuit, propter contumaciam fuit proſcriptus, **Iſt in die Acht erklåret.** Reverſus namque poſt 20. annos, non poterit ſe tueri hâc præſcriptione, quum accuſatio ſtatim poſt delictum commiſſum fuerit inſtituta. *Iohann. Schneidvvin. in tit. Inſt. de Vſucap. ſub rubr. quot ſunt ſpecies præſcript. num.* 46.

56 Quin etſi Magiſtratus durante adhuc vicennio, inquiſitionem non formaſſet, nec Reum fugitivum in bannum declaraſſet, eo præterlapſo Reum nihilominus condemnari poſſe, dixerim. Siquidem per Magiſtratum

non ſtetit, quod inquiſitio non fuerit formata, nec Reus condemnatus, ſed ipſius culpa & fuga moram invexit, quæ à pœnâ ipſum neutiquam liberare poteſt. Aliter enim ſi dicerentur, abſentibus occaſio præberetur liberrima pœnam effugiendi.

57 *In hunc modum reſpondimus Henrico à* Schleinitz/ *in* Sathan: Ob nun wol nach Gelegenheit dieſes Fals / weil die Verbrechung alſo bald offenbar worden / vnd man ſeiner in der Flucht nicht mächtig ſeyn können/er ſich mit der Verjährung nicht zu behelffen/ *&c. Menſe Februar. Anno 1630.*

58 *Quintò Limit. hæc Regula* in injuriis verbalibus: Quæ annali præſcriptione tolluntur, earumque nomine anno præterlapſo, nulla amplius actio competit injuriato. *l.ſi non convitij. C.de injur. Iohan.Schneidvv.in tit Inſt.de uſucap.ſub Rubr.quot ſunt ſpecies præſcript.n.47.& 48.Matth. VVeſembec.in parat ff.de injur.nu.13.Ioh.Harpp.in §. hæc actio.12.Inſt.de injur.n.3.Hieron.Schurff.centur. 1.conſil.12.nu.1.& ſeq.& conſil.61.nu.1.& ſeq. Andr. Gail.lib.1.obſerv.64.n.5.Iul.Clar.lib.5.ſentent.§.injuria.nu.9. Anton.Gomez.tom.3.variar.reſolut.cap. 6.n.15.*

59 Quod nec aliter obtinet in foro Saxonico, *Chriſtoph.Zobel.in Gloſſ Latin.ad Text.Germ.art.31. lib.3.* Landrecht. *lit.D.verſ. Num actiones injuriarum.& part.4.diff.7.n.30. Reinhard.part.4.diff.16. Matth.Coler.part.1.deciſ.128.nu.2. Andr.Rauchbar. part.1.quæſt.48.nu.11.Chilian.* König *in proceſſ.cap. 58.n.3.* Quâ de re clara extat Sanctio in *Conſtit. Elect.46.part.4.in pr.* Dieweil die Rechte ordnen vnd ſetzen / daß die wörtlichen *injurien* in Jahres friſt *præſcribiret* werden / So laſſen wir es auch darbey bleiben. Adeoque etiam in foro Saxonico actioni injuriarum præſcribitur anno civili, neq; hîc ratio habenda eſt anni Saxonici, quod continet integrum annum, ſex ſeptimanas & tres dies: prout probavi ſuprà *p.2.q.97.num.59.* Quamvis aliter ſentiat König *in proceſſ. cap.59.n. 3.& 4. Ioach.Beuſt.in l.9.§.ſi is qui.num.11.& 12.de jurejur. Auth.Conſult.Conſt.Saxon.tom.2.p.4.q.62. num.2.*

60 *Sextò deniq; Limit. hæc Regula* in actionibus civilibus ex delictis deſcendentibus. Licet namque criminalis actio vel inquiſitio & pœna præſcribantur 20. annorum ſpatio; Attamen omnes actiones civiles, quæ ex crimine deſcendunt, durant usque ad 30. annos, ſecundum communem *Dd.* opinionem, quam refert & ſequitur *Iul.Clar.in pract.§.ult.quæſt.51.verſ.Et hæc quidem Concluſio. Proſper.Farin.in prax.crimin. lib.1.tit.1.quæſt.10.num.34. Ægid.Boſſ.in pract.tit. quomodo procedat per action.in delict.nu.20.* Ubi hanc limitationem ampliat procedere nedum, quando tractatur de agendo contra eandem perſonam & delinquentem. Sed etiam, quando quis vellet civiliter experiri contra unum ad privationem bonorum, in caſu, in quo prius criminaliter erat agendum contra delinquentem, juxta *l.1.C.Vbi Cauſ.fiſc. Alexand.vol.5.conſil.172.*

Q.6. An Præſcriptio vicennalis in foro Saxonico de momento in momentum currat?

61 Cæterùm quæritur hîc PRIMÒ: *An præſcriptio Vicennalis* (quâ crimina etiam in foro Saxonico tolli, antea dictum fuit) *de momento in momentum currat, ita, ut à die atque momento criminis perpetrati vicennio præciſè præterlapſo, tam accuſatio, quàm inquiſitio ſit ſublata, adeo, quòd nec ſeptimana, aut die primâ ſubſequentis anni viceſimi primi, adverſus delinquentem experiri liceat?*

Rationem dubitandi præbet diſpoſitio 62
juris Saxonici, quæ præſcriptionibus certo-
rum annorum ſemper diem, hoc eſt, ſex heb-
domadas addit. Ita namque in rebus mobilibus
præſcriptio annalis eſt unius anni atque diei,
hoc eſt, ſex hebdomadarum, Ein Jahr vnd 6.
Wochen. Landrecht *lib.1.artic.28.* Weichbild.
art.4.ubi gloſſ.n.4. In rebus verò immobilibus
& juribus incorporalibus præſcriptio eſt 31.
annorum & diei dreiſſig Jahr / Jahr vnd Tag:
vel 31. Jahr vnd 6. Wochen. *art.29.lib.1.* Land-
recht. *Gloſſ.art.20.* Weichbild. *n.4.Petr.Heig.lib.1.
quæſt.16.nu.11.& 12. Chriſtoph. Zobel.part.2.diff.2.
nu.3.Matth.Coler.de proceſſ.execut.part.1.c.3.n.30.
& part.1.deciſ.20.nu.3.* Quare cùm crimina 20. 63
annis etiam in foro Saxonico præſcribantur,
huic tempori diem quoque Saxonicum, hoc
eſt, ſex hebdomadas haud ineptè forſan quis
addiderit. Ex quo ſequitur, licet vicennium
à die commiſſi delicti fuerit effluxum, duranti-
bus tamen ſex ſeptimanis anni viceſimi primi
ſubſequentis, delinquentem coercitioni Ma-
giſtratus adhuc ſubjacere, nec præſcriptione
vicennali, ceu nondum completâ, ſeſe tueri
poſſe.

Quin nec aliter de jure Saxonico annus 64
computari ſolet, quàm ut perficiatur ſpatio u-
nius anni, & ſex hebdomadarum. Etſi enim
de jure civili annus conſtet ex trecentis ſexa-
ginta quinque diebus, uti omnibus notum eſt,
ex manifeſto text. in *l. ita vulneratus.51.§. æſtima-
tio autem.2.verſ.repetitis ex die vulneris.ff. ad Leg.
Aquil.l.cum heres.4.§. Stichus.5.verſ. An qui ex con-
tinuis trecentis.ff.de ſtat.lib.* Quibus quotannis
ſex horæ adduntur, quæ collectæ quarto anno
diem efficiunt, unde ſingulis quadrienniis in-
ſeritur dies biſſextus. *l.98.ff.de verb.ſignif.l.deni-
que.3.§.minorem.verſ.proinde.ff. de minor.ubi gloſſ.
in verb.biſſexto.Iohan.Gœdd.ad dict.l.cum biſſextum.
98.n.6.ff.de verbor.ſignif.* Attamen jure Saxonico 65
annus eſt ſpatium unius anni & diei, Jahr vnd
Tag. Landrecht. *lib.1.art.38.in pr.* Lehenrecht *cap.
25.ante med.verſ.* in Jahr vnd Tag. Weichbild
art.4.poſt p.verſ. Jahr vnd Tag. *Matth.VVeſembec.
in parat.tit.ff.de Vſucap.n.verſ. Saxones duas tan-
tum.* Quod nihil aliud eſt, quàm annus & ſepti-
manæ, ein Jahr vnd ſechs Wochen. *Gloſſ.German.*
Landrecht. *lib.1.art.38.n.1.verſ.* Jahr vnd Tag.
Weichbild. *art.21.poſt pr.verſ.* Jahr vnd Tag.
junct.verſ. das ſeyn 6. Wochen. Lehenrecht. *cap.
16.in fin.verſ.* ein Jahr vnd 6. Wochen. *Gloſſ.La-
tin.* Landrecht. *lib.2.art.31.lit.B.Gloſſ.Latin.ad text.
germ.* Landrecht. *lib.1.art.28.lit.D.verſ.* vnd Jahr
vnd Tag ſeynd. *Gloſſ. in* Lehenrecht. *cap.22.n.5.
verſ.* zu Jahr vnd Tag. *& c.25.n.5.verſ.* alſo iſt auch
die Jahrzahl. *Zobel.part.2.differ.3.n.10.* Quibus 66
etiam hodie de conſuetudine tres dies adji-
ciuntur, ita ut in foro Saxonico hodie annus
ſit ſpatium unius anni civilis, ſex ſeptima-
narum,

narum, & trium dierum. *Andr.Rauchbar.part.2. quæſt.24.num.*34. Ex quo porrò ſequitur, in toto vicennio hiſce diebus computatis, integros adhuc annos duos conſtitui, ut ſic in foro Saxonico delictis non niſi 22. annis præſcribatur.

67 Sed hæc omnia in præſcriptionibus jure Saxonico adinventis locum ſibi vendicant, ubi meritò habetur ratio anni Saxonici, quæ tamen ad præſcriptiones juris civilis, qualis etiam eſt vicennalis delictorum præſcriptio, neutiquam ſunt extendenda. Quippe in præſcriptione criminum etiam in foro Saxonico ſtandum eſt diſpoſitioni juris communis, quæ in jure Saxonico nullibi diſertè abrogata vel correcta reperitur, ut dixi *ſuprà.num.*14.*Petr.Theodor.in Colleg.Crim.diſp.*10.*th.*7.*lit.D.Aut.Conſult.* 68 *Conſtit Saxon.part.*4.*quæſt.*1.*per tot.* Quare præſcriptionem hanc vicennalem etiam in foro Saxonico de momento in momentum currere, ac vicennio præciſè præterlapſo, ne quidem die aut ſeptimanâ primâ anni viceſimi primi ſubſequentis, adverſus Reum Magiſtratum procedere & animadvertere poſſe, intrepidè aſſero.

69 *Veluti etiam Scabinos ita quondam reſpondiſſe ſcio*: Seyd jhr eines begangenen Diebſtals / ſo jhr hiebevor verübet haben ſollet / beſchuldiget worden. Wenn jhr nun gleich deſſen geſtändig / oder wie recht überführet werden möchtet / inmaſſen deñ zu ſolchem Ende wider euch allbereit eine *inquiſition* angeſtellet / vnnd Zeugen vermittels Eydes abgehöret worden. Do aber dennoch von Zeit an ſolches begangenen Diebſtals / allbereit zwantzig Jahr vollſtändig verfloſſen wären: So wäre ſelbige Verbrechung auch vff Sächſiſchem Boden nunmehr verjahret / vnnd jhr möchtet dannenhero / wenn auch gleich die *inquiſitio* binnen ſechs Wochen nach verfloſſenen zwantzig Jahren wider euch erhoben worden wäre / mit einiger Straffe nicht beleget werden / V.R.W. *Menſe Iunio, Anno 1592.*

70 Quæritur SECUNDÒ: *Annon pœna alicujus delicti ordinaria mitiganda & minuenda ſit ex diuturnitate temporis, etiamſi vicennalis præſcriptio nondum fuerit adimpleta?*

Q.10. An pœna ordinaria ſit mitiganda, ob diuturnitatem temporis?

Quod affirmare videtur JCtus Modeſtinus *in l.ſi diutino.25.ff.de pœn.* Cujus verba ſunt hæc: *Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit,* 71 *aliquatenus pœna ejus ſublevanda erit. Sic enim conſtitutum eſt non eo modo puniendos eſſe eos, qui longo tempore in reatu agunt, quàm eos, qui in recenti ſententiam excipiunt.* Quo textu moti *Dd.* 72 vulgò aſſerunt: Licet delictum vel ejus accuſatio & officium judicis non niſi tempus 20. annis præſcribatur; ex diuturnitate tamen temporis delicti pœnam minuendam, Reumque non ordinariâ, ſed extraordinariâ tantummodò pœnâ plectendum eſſe. *Gloſſ.Bartol.& Dd.commun.in dict.l.ſi diutino.25.ff.de pœn. Salycet.in l.ſervos.col.2.C.ad Leg.Iul.de Vi. Balb.in tract.præſcript.in 4.part.4.part.princip.quæſt.2.nu.4.in fin. Anton.Gomez.tom.3.variar.reſolut.cap.1.n.7. Proſper.Farin.in prax.crim.lib.1.tit.1.quæſt.10.nu.84.& ſeqq.Foller.in pract.crim.verb.vel carcerentur.nu.19. Andr.Tiraquell.de pœn.temper.cauſ.29.Iul.Clar.in pract.§.ult.quæſt.60.verſ.præterea poteſt. Didac.Covarr.lib.2.variar.reſolut.cap.9.nu.2.Ægid.Boſſ.in tit.quo mod.proced.per act.in delict.nu.18. Hartman.Piſtor.obſervat.61.Anton.Teſſaur.deciſ.76.Bachin.lib.9.controv.cap.38.*

73 Quamvis hi omnes in generalitate hujus aſſertionis pariter non conveniant. Dicit namq; *Iul.Clar.* ſe non vidiſſe hoc practicari, præterquam in levibus delictis, licet benè etiam in criminibus atrocibus diuturnitas temporis poſſit prodeſſe, ad obtinendam gratiam ſeu commutationem pœnæ à Principe, *dict.q.*60. Cui tamen contradicit *Proſper.Farin.dict.quæſt.*10.*num.*84. judicem nimirum non ſolùm poſſe, 74 ſed etiam debere ex temporis diuturnitate pœnam minuere, etiam in delictis gravibus & atrocioribus. Quare & in crimine homicidij hoc juris obtinere, tradunt *Gram.conſil.39.nu.1. Ludov.Carer.in pract.tract.de homicid.& aſſeſſ.§.trigeſimo excuſat diuturnitas temporis, &c.num.1.& ſeqq.*

75 Alij verò hoc ipſum reſtringunt ad delicta momentanea, & non iterabilia; veluti homicidium, perjurium, latrocinium, &c. exiſtimantes, in delictis ſucceſſivis & iterabilibus; puta in adulterio, matrimonio prohibito, & aliis id genus, diuturnitatem temporis non ſolùm pœnam non minuere, ſed etiam augere. *Tiraquell.dict.cap.29.n.3. Anton.Gomez.dict.cap.1.nu.8.Bartol.in dict.l.ſi diutino.ff.de pœn. Anton.Theſſaur.deciſ.76.nu.6.* per *cap.non debet.in fin.de conſang.& affinit.c.ult.in pr.de conſuet.c.cum in Eccleſia de Simon.c.ſchiſma.24.quæſt.1.* Quibus juribus probatur, quòd eò gravius quis coercendus eſt, quò diutius in delicto & peccato permanſerit, tantoque ſunt graviora crimina, quantò diutius infelicem animam alligatam detinent. 76 Quam diſtinctionem æquè improbat *Farin.dict.loc.nu.86.* generalitati inhærens, ac non minus in ſucceſſivis, quàm momentaneis delictis diuturnitatem temporis pœnam mitigare ſtatuens, modò non à primo delicto commiſſo, quod per reiterationem gravius puniendum eſt, ſed ab ultimo delicto temporis diuturnitas conſideretur. Si enim diuturnitas temporis, (inquit *Farin.dict.quæſt.*10.*num.*86.) in delictis ſucceſſivis incipiendo, ab ultimâ vice præſcriptionem inducendo & in totum delicti pœnam tollit, ſecundum opinionem *Dd.* crebriorem; multò magis diuturnitas ejuſmodi pœnæ deminutionem operabitur nondum completo tempore præſcriptionis. 77 Diuturnitatem verò temporis iſto caſu appellitant eam, quæ eſt decem, *Iul.Clar.& Ludov.Carer.dict.loc.* vel ſaltem octo annorum. *Gram.dict.conſil.39. Proſper.Farin.dict.quæſt.10.num.86.*

78 Nonnulli prædictam aſſertionem tum demum procedere putant, quando delinquens poſt commiſſum delictum non fuerit accuſatus, nec proceſſatus, *Anton.Gomez.dict.cap.*1.*n.*8. poſt *Bartol. Abb. & Anch.* quos ibi allegat. A quibus iterum diſſentit *Farin.dict.loc.n.*87. Alij aliter diſtinguunt, ac quæſtionis hujus deciſionem adeò intricatam reddunt, ut certi quid vix ponere liceat.

79 Quæ diſcrepantia *Interpp.* exinde proveniſſe videtur, quòd mentem JCti Modeſtini

in *dict. l. ſi diut.* non rectè perceperint, quippe qui ob ſolam temporis diuturnitatem mitigationem pœnæ haudquaquam permittit, ſed eos ſolùm à pœnâ ordinaria eximit, qui in reatu tempore diuturno fuerunt; adeoq; non tam temporis, quam reatus diuturnitas mitigationem ſupplicii inducit, ut rectè notat *Alc. lib. 2. parerg. c.* 10. *Coraſ. lib. miſcell c.* 20. quod & verba *d. l. ſi diutino.* ſatis innuunt. Adeoq; de eo ſolummodò hic laborandum eſt, quidnam JCtus Modeſtinus per vocabulum (*Reatus*) intellexerit?
80 Vulgò autem appellitant reatum ſtatum & Conditionem illam, in quâ durante accuſatione Rei ſunt, donec abſolvantur, vel cōdemnentur. *Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſt.* 14. *verſ. ſed hîc incidenter quæro, &c. Proſper. Farin. dict. quæſt.* 10. *n.*
81 89. At nimis generaliter hi loquuntur. Rectius, verbo (*Reatus*) quis intellexerit ſtatum Rei non ſimpliciter poſtulati, ſed etiam condemnati & in vinculis agentis, aut certè ſtatum ſordidum Reorum cuius meminit *l. ult. ff. ad Leg. Iul. majeſt. lib.* 7. §. 2. *ff. de bon. damnat. l.* 3. §. 9 *ff. de muner. cum Gothofr. in dict. l. ſi diutino. lit. R. ff. de pœn. Alciat.* 2. *parerg.* 10. *Coraſ.* 2. *miſcell.* 20. ut ſic Modeſtinus JCtus in *dict. l. ſi diutino.* ob diuturnam ſolummodò carceris calamitatem, pœnam forè minuendam conſtituerit.

82 Ex quo ſequitur, ſolam temporis diuturnitatem haudquaquam pœnam mitigare, nec Reum propterea, quod ultra decem aut plures annos abſens fuerit, & in fugâ perſeveraverit, à pœnâ delicti alicuius ordinariâ exemtum eſſe: cùm hoc nullibi diſpoſitum reperiatur, adeoque nec temere aſſeverandum ſit absq; legis autoritate, quicquid etiam aſſerant Dd. *c. is qui in Eccleſiâ.* 18. *ext. de ſent. excom. in ſexto.*

Atque ſecundum hanc ſententiam pronunciare non dubitavêre Scabini, dictantes pœnam gladii cuidam homicidæ Nobili A. à D. qui ante decennium puerum quendam ligno occiderat. Ad requiſitionem Quæſtoris in Schlieben. *Menſ. Febr. Anno* 1597.

83 *Eandemq; pœnam indixerunt cuidam Reo A. A. ob homicidium ante tredecim annos perpetratum. Ad conſultationem Quæſtoris Torgenſis. Menſ. Iun. Anno* 1602.

84 Quod ipſum tamen ſic intellectum velim, niſi aliæ concurrant circumſtantiæ, quæ ad mitigationem pœnæ ſufficientes haberi queant; veluti, quod per longum temporis ſpatium, delinquens in carceris ſqualore fuerit detentus; aut ultra modum in ſententia præſcriptum tortus; vel ſi à tempore delicti perpetrati in poſterum fuerit bonæ & laudatæ vitæ, nec aliud crimen commiſerit: Tùm enim magis ex ignorantia & infirmitate, quàm dolo & conſuetudine eum deliquiſſe præſumendum erit. Ex ſequentibus namq; actibus præcedens animus dignoſcitur, *l. ſi his qui. ubi Bald & Dd ff. ad Leg. Iul. de adult.*
Et cum poſt delictum commiſſum 85 benè honeſteq; vixerit, ſatis atque ſatis videtur emendatus: Quæ emendatio pœnæ diminutionem operatur. *Tiraquell. dict. cauſ.* 29. Quibus aliisque caſibus, accedente temporis diuturnitate, pœnam mitigandam eſſe, tantum abeſt, ut negem, ut potius judici ſuaſor eſſe velim, quo ſepoſito juris rigore, mitius in Reum animadvertat.

Quod & Scabinos feciſſe reperio, pronunciantes adverſus Reum adulterii duplicati ante decennium commiſſi, in hunc ferè modum: 86 So möcht *Inquiſit* wegen ſolches mit ſeiner Stieffmutter begangenen Ehebruchs vnd Ober-Hurerey/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte gerichtet vnd geſtrafft werden. Man wolte denn in Anſehung/ daß von Zeit ſolches begangenen Ehebruchs eine geraume Zeit/ vnnd mehr als 10. Jahr verfloſſen/ deß Gefangenen Auſſage auch mit deß hiebevor gerechtfertigten Weibes Bekäntnüß nicht aller Dings übereinſtimmet/ vnd nicht allein der Gefangene/ daß er nicht der erſte geweſen/ ſo mit ſeiner Stieffmutter zugehalten/ ſondern auch die Stieffmutter ſelbſt außgeſagt/ daß ſie auſſerhalb jhres Stieffſohnes noch mit 6. andern/ ſo zum theil Ehemänner/ theils auch lediges Standes Perſonen/ fleiſchliche Vnzucht getrieben/ vnd man alſo deßwegen/ ob nemlich der Gefangene/ oder die andern Mannsperſonen zu erſt mit der Ehebrecherin zugehalten/ weil ſonderlich dieſelbe *Anno* 1598. allbereit/ nicht allein der geübten Vnzucht/ ſondern auch/ vnd vornemlich deß begangenen Kinder-Mords halber gerechtfertiget worden/ keine Gewißheit haben kan/ dem Gefangenen Gnade erzeigen. Vff den Fall würde er deß Landes billich ewig verwieſen/ V. R. W. *Quæſtori in* Hartenſtein. *Menſ. Iun. Anno* 1609.

87 *Eoq; pertinet ſententia Scabinorum, qua Reo cuidam, qui ante decenniū villas incenderat, multosq; equos furtim abegerat, non pœnam ignis ſeveriorem, ſed mitius ſuſpendii ſuppliciū adjudicatum fuiſſe,* refert *Hartm. Piſtor. obſervat.* 61. *n.* 7 & 8.

QUÆSTIO CXLII.

An & quando judex pœnam alicuius delicti ordinariam mitigare, ac in mitiorem quandam pœnam commutare poſſit?

SVMMARIA.

1. *Formatur Status huius quæſtionis.*
2. *Delicta cum ſeveritate ſunt caſtiganda. n.* 4.
3. *Argumenta negativæ opinionis. num.* 5. 6. 7. 8. 9. 10. 18. 19.
11. *Iudex lege clementior eſſe non debet.*
12. *Pœna perſecutio voluntati judicis non cōmittitur.*
13. *A pœna conſuetudine introductâ recedere non licet.*
14. *In pœnis arbitrariis illud dicitur certum, quod conſuetum eſt.*
15. *Iudex delinquenti mitigans pœnam plures incurrit pœnas, & quænam. n.* 16. 17.

20. *Verior eſt ſententia affirmativa.n.*21.23.
22. *Modò juſta & rationalis ſubſit cauſa.num.* 37.
24. *Argumenta ſententiæ affirmativæ.n.*25.26.27. 34.35 36.37.
28. *Delicta diverſis qualitatibus committuntur.*
29. *Pœna debet correſpondere delicto.*
30. *Abſque dolo non committitur crimen.*
31. *Culpa etiam punitur & quomodo.n.*32.33.
38. *Cuinam Magiſtratui competat jus mitigandi pœnam ordinariam?*
39. *Reſpondetur ad argumenta contraria. numer.* 40.42.43.44.45.46.48.49.50.51.52.
41. *Secundum clementiam potius, quàm ſeveritatem judicandum eſt.*
47. *In dubio benignior via eligenda eſt.*
53. *Iudex pœnam mitigans ordinariam, cauſam mitigationis in ſententia debet exprimere.num.* 54.55.
56. *Sufficit tamen in genere cauſam exprimi.*
57. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.*
58. *Sententia ſubſiſtit, etiamſi cauſa mitigationis non exprimatur.*

QVinta denique Cauſa pœnarum irrogationé impediens, eſt Remiſſio ſeu mitigatio ſupplicii: quando ſcilicet judex ex certa aliqua cauſa & facti qualitate, ſupplicium jure determinatum vel prorſus remittit. vel in mitiorem quandam pœnam commutat. *Proſper. Farin. in prax. crim. lib.*1.*tit.*3.*quæſt.*17.*n.*9.*Nicol. Reuſner. lib.*2.*deciſ.*19.*n.* 9.

1 Quod num facere poſſit judex, non adeo expeditum eſſe videtur. Sanè ratione publicæ utilitatis delicta minimè impunita remanere debere, omnes ferè exclamant per text. in *l. locatio. §. quod illicitè ff. de publ. & vectigal. l. Stichum. § tametſi. ff. de ſolut l. ita vulneratus. ff. ad Leg. Aquil* Ex quo pœnam jure determinatam Reis delinquentibus infligendam eſſe, ſatis evincitur. *Sed an Iudex poteſtatem & arbitrium habeat, pœnam legitimam mitigandi vel minuendi, dubio prorſus non caret?* 2 Quod priusquam decidatur, argumenta pro negativa ſententia adducere lubet. *Primò* verò quæſtio hæc dubia redditur ex eo quòd delicta non cum pietate, ſed cum veritate caſtiganda eſſe, aſſerant *Dd. Iodoc Damhouder. in prax. rer. crim. in proœm. n.* 5 *&* 6. *Par. de Puteo in tract. Syndicat. in verb. Compoſitio. c.*1.*n.*3.*& c.*2.*n.*2.*Neviz. in Silv. nupt. in §. non eſt nubendum. n.* 71. *Andr. Tiraquell. de pœn. temp. cauſ.* 29 *n.*6. *Hippol. Rimin. lib.*3.*conſil.* 245.*n.* 13. 3 Nec uti videtur, abſque ratione probabili, cùm per indulgentiam ac veniam uni datam, ad prolapſionis contagium provocentur univerſi. *c. eſt inhibendum. de cohabitat. Clericor. & Mulier.* Caſtigare enim noxam oportet, non ob præteritum delictum cùm id corrigi nequeat, nec fieri, ut factum non ſit; ſed ne iterum delinquens peccet, & ne ipſius exemplo cæteri quoque peccent. *Damhouder. dict. loc.* Quare & delictorum punitio iniquitatis & malorum medicina dicitur, *Ariſtot. in* 2. *Ethic.* Nec crudelis habetur, qui maleficos occidit. *c. non eſt crudelis.* 23.*quæſt.*5. Vnde *Bald.* dicit: quòd contra malos non ſit utendum emplaſtro, ſed gladio, in *c. olim. deſcript.* referente *Farin. in prax. crim. lib.*1.*tit.*3.*quæſt.*17.*num.*3.

4 Quin & in delictis præſertim enormibus iudicium debere uti ſeveritate & non benignitate, probat text. in *l. ſi præſes. ff. de pœn. l. divus. verb. ſeverè vendica. ff. de re judicat. l.* 1.*C. ad Leg. Iul. repetund. & l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœn.* ubi habetur, quòd delicta ſint acriter punienda, & unius pœna metus poſſit eſſe multorum: quô & pertinet *c. ut Clericorum. ext. ne Vit. & honeſt. Cleric.* ubi dicitur, facilitatem veniæ incentivum tribuere delinquenti. Et inde viam exceſſus aliis aperiri, in *c. loci. §. proindè.* 35. *quæſt.*9. *& c. pervenit.* 90. *diſtinct.*

5 *Secundò*: Tale quoque formari poteſt dilemma pro negativâ hâc aſſertione: Aut Reus accuſatus deliquit, aut non deliquit. Si non deliquit, abſolvendus eſt; Sin verò deliquit, pœnâ puniendus ordinariâ, ita, ut judex eam pœnam nequeat immutare: cùm in ſuâ poteſtate illud non ſit. *l.* 1. §. 1. *verſ. Nam ut Papinianus. ff. ad SC. Turpill.* Non enim tertium quoddam conſtitui poteſt, quòd ſcilicet Reus deliquerit & non deliquerit: cùm natura & lex non admittat duo pugnantia in eodem ſubjecto, *l. ubi pugnantia.* 188 *& ibi Dec. & Cagnol. ff. de Reg. jur.* 6 Quare ſi judex certus ſit, Reum deliquiſſe, non debet extra ordinem imponere pœnam mitiorem, ſed potius ordinariam, tanquam à Lege ipſa ſancitam. Sin autem judex incertus eſt, tum ad quæſtiones & tormenta procedit: Ex quibus ſi conſtet, delictum fuiſſe ab ipſo perpetratum, idem quod in ſuperiore caſu ſtatuendum eſt, ſcilicet, ut pœna indicatur ordinaria. Quando autem nihil fatetur in quæſtione habita, ſed negat ſimpliciter delictum, certè eo caſu, quia purgata per tormenta indicia cenſentur, omninò debet abſolvi, nec ulla prorſus pœna coërceri. *Bartol. in l. non ſolum.* 8. *§. morte. num.*32 *ff. de oper. nov nunciat. Fr. Sarmient. libr.*1. *ff. de oper. nov. nunciat. Fr. Sarmient. libr.* 1. *ſelect. interpr. c.*1.

7 Neque etiam in caſu, quo Reus crimen confeſſus eſt, judex ex æquitate ſaltem pœnam mitiorem decernere, & à pœnâ jure definitâ tutò recedere poteſt; ſiquidem hoc non conſultum, nec conceſſum videtur, *dict l. §.* 1. *ff. ad SC. Turpill.* Et quemadmodum in quæſtione de bono & æquo, ubi jus expreſsè ſcriptum non reperitur, ſub juris ſcientiæ autoritate ut plurimùm perniciosè erratur, ſi rigorosè jura extra terminos loquentia ad propoſitum detorquere velimus, teſte *Paul. in l. ſi Servum.* 91. *§. ſequitur. ff. de verb. obligat.* Ita è contrario malitiosè erratur, ſi in his, quæ certam habent juris determinationem, relictâ lege ſcriptâ, velimus deflectere ad æquitatem: hoc quippe eſſet totum jus evertere. *arg. l. ſi quando* 35. *C. de inoff. teſtam.*

8 *Tertiò*: Ex priori fundamento & hoc profluit, quòd ne quidem ex inſufficienti probatione ad pœnam aliquam extraordinariam

de

devenire liceat, non magis ac ſi Reus in tortura & quæſtione habita nil faſſus fuiſſet. Si enim probatio ſufficiens non eſt, ut Titius occidatur; nec ſufficiens erit, ut ad triremes aut carceres perpetuos, vel alio modo condemnetur: quoniam in pœnis requiritur probatio liquidiſſima, *l ult. C. de probat.* ubi non diſtinguitur, an mortis, vel exilii aliavè ſimilis pœna veniat imponenda.

9 Aut ergò, inquit *Reuſner. lib. 2. deciſ. 19. num. 5.* plena eſt probatio, & clarè liquidoque conſtat, Reum deliquiſſe, & tunc meritò punitur: Aut ſaltem dubia eſt probatio, & itidem abſolvitur Reus: cùm dubia & obſcura probatio non ſolùm nihil probet, *c. cum clamor. de teſtib.* Sed etiam contra eum, qui probare intendit, interpretationem recipiat. *Gloſſ in cap, in præſentia. verb. dubium, & ibi Dd. & in cap. cum tu. de teſtib & in l. inter ſtipulantem. 83 §. Stichum. ubi Bartol. ff. de verb obligat.* Et quidem in partem benigniorem, *l ſi fuerit. 10. §. ultim. de reb. dub. l. maiorem. 82. in fin ff. de pact. l. ſemper in dubiis.*
10 *56. ff de Reg. jur.* Ita nimirum, ut potius ad liberandum, quàm ad condemnandum ea dirigatur. *l. Arrianus 47. ff de obligat & action l. ult. C. de rei vindicat l. qui accuſare. 4. C. de edend.* Cùm ſatius ſit impunitum facinus nocentis relinqui, quàm innocentem damnari, ut ait *Vlpian. in l. abſentem 5. ff de pœn. l. item. Mela. 11 §. Sed ſi plures. ff. ad Leg. Aquil. Nicol. Reuſner. dict. deciſ. 19. n. 5.*

11 *Quartò*: Præterea judex vel propterea ſolùm à pœna ordinaria alicuius delicti recedere prohibetur, quia lege clementior eſſe non debet, ut inquit Imper. Juſtinian. *in Novell 82 cap. oportet. 10.* In verbis: *Neque videri clementiorem lege, quæ hæc diſponit &c.* Quē textum ad id ponderat, & mirabilem dicit ibidem *Accurſ.* Idemque habetur *in l 1. § 1 in fin ff. ad SC. Turpil cap. de cauſis, ubi Dd. de offic. Delegat. cap. licet, ubi gloſſ. in verb. pœnam pecuniariam. extr. de pœn.* Quibus juribus expreſſè probatur, quòd ubi certa eſt pœna à lege vel conſuetudine ſtatuta, eam non poſſit judex remittere, minuere, vel immutare.
12 Non enim ſicut facti quæſtio in arbitrio iudicantis eſt; ita ſimiliter etiam pœnæ perſecutio eius voluntati committitur, ſed authoritati Legis reſervatur *l. ordine. 15. in pr. ff. ad municip. l. ſi oper. 14. C. de pœn. cap. judic. 3 quæſt. 7.* Et quæ pœna à iure ſtatuta eſt, retractari non poteſt. *l. ſi qua pœna ff. de verbor. ſignif.*

13 *Quintò*: Idque non ſolùm in ſupplicio lege expreſſâ definito, ſed & in pœnis conſuetudinariis ita obtinet. Nam & hoc certum videtur, quòd à pœna conſuetudine introducta non liceat recedere, neque locus tum ſit arbitrio iudicis, per text. *in l. ſi quis Reum. ff. de cuſtod. Reor.* In verb. *Sed ſi neque in cautione, neque in decreto Præſidis certa quantitas comprehenſa eſt: ac ne conſuetudo oſtēditur, quæ certā formam habet. Præſes de modo pecūiæ, quæ inferri oporteat, ſtatuet. Gloſſ in l. hodie. ff. de pœn. & in l ſi ſever. Vbi & Bald. colum. 2. verſ. Tertiò oppono quod iudex, &c. C. ex quib. cauſ. infam. irroget. & in l. quid ergo. §. pœna gravior. ff. de his qui not. infam. Andr. Tiraquell. in tract. de pœn. temp. in præfat. n. 4. Panorm. in cap. inter cæteras. col. ult. extr. de reſcript.* ubi dicit: quòd in impoſitione pœnæ judex non debeat venire contra conſuetudinem.

14 Quò & facit, quòd in pœnis arbitrariis illud dicatur certum, quod conſuetum eſt, *Bartol. in l. Servum quoq; §. publicè, col. 2. verſ. & ſi tu dicis ff. de procur, & in l. ult. poſt pr. verſ. in crimine. ff. de privat. delict.* ubi dicit, quòd in actione injuriarum, aliiſque delictis, in quibus pœna certa non eſt, illa cenſeatur ordinaria, quam conſuetudo taxavit. *Tiraquell. dict. præfat. num. 5.* ubi *ex Baldo* addit: Si judex in puniendo non ſervet conſuetudinem, poſſe ab eo propterea appellari, per *l. quid ergo § pœna gravior ff. de his, qui not. infam.* Non ſolùm enim Judex aſtrictus eſt ad judicandum ſecundum jus commune, ſed & ſecundum conſuetudinem. *Auth. Jubemus. C. de judic.* ubi *Baldus* notat, judicem contra conſuetudinem judicando, æquè facere litem ſuam, ac ſi contra jus commune judicaret, *Tiraquell. dict. præfat num. 7.* Quæ omnia luculenter probant judicem non minus à pœna conſuetudine introducta, quàm lege expreſſa determinata recedere, eamvè minuere poſſe, niſi criminis ſeſe conſcium oſtendere velit. *Tiraquell dict loc. n. 8.*

15 *Sextò:* Hinc porrò infertur, quòd judex delinquenti pœnam mitigans vel remittens. (Nam par eſſe hoc caſu remittere, vel minuere pœnam, probat text. *in l. Servos, in fin. C. de vi public.*) plures incurrat pœnas: *Primò:* namque ut jam dictum, ſe conſcium criminis oſtendit. *l. fin. ubi Bald. C. de commerc. & mercat. c. ſicut. c. neglig. 2. q. 7. c. error 83. diſtinct. Tiraquell. dict. præfat. n. 8.*
16 *Secundò*, eadem punitur pœna, quâ delinquens puniri debeat. *l. nulli. in fin. C. ne Sacr. bapt. reit. l. 1. in fin l. Chriſtianis. in fin. C de pagan. l. 2. C. de ſepulc. viol. l fin. C. ad Leg. Iul. de vi publ. c. ut Clericorū de vit & honeſt. Cler. Proſp. Farin. in prax. crim. lib. 1. tit. 3. quæſt. 17. n. 6. Jul. Clar. in pract. § ult. quæſt. 85. verſ. ulterius quæro. Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 1. quæſt. 96. n. 11.* *Tertiò*, Efficitur quoq; 17
eiuſmodi judex infamis, *l Servos. in fin. C. de vi publ. Dec. in cap. de cauſis de offic. Delegat. Nevizz. in Sylv. nupt. § non eſt nubendum. n. 71. Andr. Gail. de pac. publ. lib. 2. c. 9. n. 25.* *Quartò*, punitur quoq; in amiſſione bonorū, *l. 1. C. de deſert. lib. 12.* item exilio & decem libris auri, nec non pœna criminis læſæ maieſtatis. *Andr. Tiraquell. dict. præf. num. 14.*

18 Hæc ſunt, quibus perſuaderi quis poſſet primo intuitu, iudici hand fas eſſe pœnam iure determinatam, ullatenus minuere, vel immutare: quod haud pauci videntur ſenſiſſe, ut eſt videre apud *Tiraquell. de pœn. temper. in præfat. num. 1. & ſeqq. Chirland in tract. de relaxat. carcerat. tit. de ſentent. & pœn. exeq. quæſtion. 6. in pr. Viv. in comm. opin. lib. 1. verbis: judex ubicunque, &c. n. 1. Pract. Conrad. ad tit. de homicid. n. 15. Jacob. Novell. in Tract. ad defenſ. § his hactenus, &c. num. 44. Jacob. Menoch de arbitr jud. quæſtion. lib. 1. quæſtion. 96. num. 10. & ſeqq. Sarment. lib. 1. Select. Interpp. cap. 1. num. 3.* ubi nihil adeò Rei-

19 publ.pernicioſum eſſe dicit,quàm ut judices arbitraria
efficiant ea,quæ à lege certa & conſtituta
ſunt. Cui ſententiæ calculum quoque ſuum
tribuit *D.Thomas.quæſt.2.art.67.* allegatus *à Tiraquell.dicto loco*
inquiens, duplici ratione judicem
impediri, Reum à pœna jure ſtatuta liberare:
primo,ex parte accuſatoris,cuius plerunque
intereſt,ut Reus puniatur.Secundò,ex parte
Reipubl cuius etiam intereſt,maleficia pœnâ
jure definita coerceri.

20 Quæ tamen tanti ponderis profectò non
ſunt, ut negativa ſententia indè propugnari
queat. Etenim ſi quis exactius, oculiſque ſanioribus
argumenta hæc inſpexerit, nil aliud
ex iiſdem probari animadvertet, quàm quòd
iudex abſque ratione & cauſa ſufficienti pœnas
à lege,Statuto, ſeu conſuetudine inductas minuere
ac mitigare haud poſſit: quod certè veriſſimum
21 eſt, & jure ſatis probatum, ut ex antea
dictis luculenter patet. Et imprimis ex
l.1.§.3.in fin.ff. ad SCtum Turpil.l.ordine 15.in pr.
ff ad municip.l.ſi oper.14.C.de pœn.cap.de cauſ.4.§.
ultim. de offic. Delegat. c ſi quem pœnituerit.§.notandum.2.quæſtion.3.c.judicet 4.§.1.3.quæſtion.7.
Robert.4.ſentent.15.Jerem.Setſer.in diſput.de pœn.
leg.temper.theſ.2 apud Nicol Reuſn.lib.2 deciſ.16.
*num.*8. *Andr.Tiraquell in præfat.tractat.de pœn.*
22 *temper.* At cauſa mitigationis rationabili &
,, ſufficienti exiſtente, tùm iudicem pœnam ordinariam
,, minuere, ac in pœnam quandam mitiorem
,, extraordinariam convertere, ac immutare
,, poſſe. tantum abeſt, ut negem, ut propterea
etiam omnes hodie pœnas iuxta facti
& perſonarum qualitates in arbitrio iudicantis
eſſe, exiſtimem, cum communi Dd.Schola
23 *Bartol.in l.quid ergo 13.§.pœna gravior.ff. de his,*
qui notant.infam.& in l.hodie.ubi & Dd.ff.de pœn.
& in l.fin.in fin ff.de receptat. Felin.in cap inquiſitionis.col.5.de accuſat. Jaſon in l.omnes populi.ff.de
juſt & jur. Andr.Tiraquell.in tractat.de pœn.temper.in præfat.num.16.& ſeqq. Proſper.Farinac.in
prax.crimin.dict.quæſtion.17.num.7. ubi multos
alios allegat. *Hippolyt.de Marſil.in l 1.§.ſed et ſi*
quis.ff.ad Leg.Cornel de falſ.Petr.à Plach.in Epit.
delict.cap 33.num.5.Joach.Mynſing.centur.2.obſervat,30.didac.Covarr.libr.2.variar.reſolut.cap.
9.n.8. Andr.Gail.de pac.publ.lib.2.cap 9.num.22.
Joſeph.Ludov deciſ.Lucenſ.15.n.58 & ſeqq.part.1.
Nicol.Reuſner.lib.2.deciſ.19.n.9.& ſeqq. Blanch in
Pract.Crim.§.poſtquam videmus,quæ judicia ſunt
civilia.n.77.Jul.Clar.in pract.§.ult.quæſt.85.verſ.
ulterius quæro,&c.

24 Hæcque ſententia neque textibus, neque
rationibus iuris deſtituitur. *Primò* namque
diſertis verbis eam probat JCtus Vlpian.
in l.hodie 13.ff de pœn. quando inquit: *Hodie licet*
ei,qui extra ordinē de crimine cognoſcit, quam vult
ſententiam ferre vel graviorem,vel leviorem,ita tamen,ut in utroque modo rationem non excedat. At
ne quis putet, de criminibus ſolummodò extraordinariis
hoc Vlpiani reſponſum accipiendum
eſſe; Martianus ICtus generaliter pœnas
ex cauſis & qualitatibus facti exaſperare vel mitigare
iubet, *in l perſpiciendum.11.ff.de pœn.* ubi
ait: *Perſpiciendum eſt judicanti,ne quid aut durius* 25
aut remiſſius conſtituatur,quàm cauſa depoſcit Nec
enim aut ſeveritatis aut clementiæ gloria affectanda,ſed perpenſo judicio, prout quæque res expoſtulat, ſtatuendum eſt. Planè in levioribus
cauſis proniores ad lenitatem judices eſſe debent, in
gravioribus pœnis ſeveritatem legum cum aliquo
temperamento benignitatis ſubſequi. Quod nec 26
diſplicuit Imperatori Severo & Antonino ita
reſcribētibus *in l.3.C.ex quib. cauſ.infam.irrogat.*
Et ſi ſeverior ſententia dici debuit, tamen cum Proconſul, vir clariſſimus, certis rationibus motus mitiorem ſententiam dixerit, & ordine Decurionum
te biennio abſtinere juſſerit, tranſacto tempore non
eſſe te in numero infamium palam eſt. Similes 27
quoque textus reperiuntur in *l.quid ergò.§.pœna gravior,ubi gloſſ.& Dd.ff de his,qui not.infam.*
l.in metallum.ff.de pœn.l.non omnes ff.de re militar. cap. quoniam frequenter.§.fin ut lit. non
conteſt cap.de cauſ.extr.de offic.Delegat.cap.ultimo
de tranſact.c.At ſi Clerici.§.de adulteriis.de Judic.
Ex quibus judici juſta de cauſa rigorem legis in
decernenda pœna temperare licere, haud obſcurè
colligi poteſt.

Secundò: Ratio huius ſententiæ manifeſta 28
eſt: Committuntur ſiquidem delicta diverſis
qualitatibus & circumſtantiis, ex quibus
crimen ipſum quandoque fit excuſabile, quandoque
autem magis atrox & odioſum, *c.ſicut dignum.in pr.extr.de homicid.l.Gracchus.C.ad.Leg.*
Jul.de adult.l.ſi adulterium.§.Imperatores.ff eodem tit. Quas circumſtantias & qualitates
cùm lex ipſa exprimere non potuerit,ſed quaſdam
tantummodò definierit, ut in *l aut facta*
§.1.& ſeqq.ff pœn. rectiſſimè judici hanc facultatem
& arbitrium dedit, ut ſecundum facti
contingentiam, pœnas ex arbitrio minuere,
vel mutare, quandoque etiam augere queat:
ne ſcilicet gravior vel mitior pœna, quàm par 29
eſt,irrogetur, ſed juſta ratione delicto commenſuretur,
illiusque qualitati debita proportione
correſpondeat.*l.ſancimus.C.de pœn.l reſpiciendum.ff.eod.tit. Auth.omnes peregrini.C.comm.*
de ſucceſſ.l.1.§ ſed & qui ff.de abig.cap.non afferamus.24.quæſt.1.cap felicis.§.Cæterum.de pœnis in 6.
cap.ſicut dignum.extr.de homicid cap.Vt Clericorum.de Vit.& honeſtat.Cler.Hippol.de Marſil. in
l.1.n.256.C.de Rapt.Virgin. Proſper.Farin.in prax
crim.lib.1.tit.3.quæſt.19.n.5. Hocq; eſt quod dicit
Mod.Tholoſ.in reg.crim.1.volum.comm.opin. allegatus
à Farin.q.17.n.9. Cùm in criminalibus
certa doctrina dari non poſſit,pœnarumq; conſtitutio
ex qualitate Rei delinquentis, & delictorum
circumſtantiis pendeat; Ideo eam optimo
jure judicis prudentiæ & diſcretioni relinqui,
dict.l.reſpiciendum ff.de pœn.l.1.l.militis.ff.de
cuſtod.Reor.l.3.verſ Tu magis.ff.de teſtib.

Tertiò: abſque dubio pœna alicuius delicti 30
ordinaria legibus ſtatuta ii ſolùm puniendi
ſunt, qui dolo & mala intentione deliquerunt:
ſine dolo enim & malo animo non videtur
propriè poſſe dici crimen.*cap.unum.§ criminis appellat.25.diſtinct.Gloſſ.in l.1.C.ſi adver.delict.*
Nicol.Reuſner.lib.2,deciſ.19.n.8. Atqui ſæpiſſimè

accidit, ut delinquentes dolum purgent & ex ſo-
31 la culpa peccaſſe perhibeantur; Siquidem à do-
lo cauſa quælibet, etiam fatua & iniuſta excuſa-
re poteſt, *l.igitur* 12. *& generaliter*.3. Ibi: *Iuſtis*
rationibus ductus vel non juſtis, &c.ff de liber.cauſ.
l.inter omnes 47.*§ rectè dictũ eſt* 7.*ff.de furt. Bar-*
tol.in l ſi adulteriũ cum inceſtu.in fin.ff.ad Leg.Iul.
de adult.Andr.Tiraquell.in Tract.de pœn.leg.temp.
*cauſ.*43.*num.*1.*Marc.Anton.Blanch in Pract.Cri-*
32 *min.§.viſis indiciis per Reum.num.*154. Quia ta-
men propterea ab omni pœna immunes non
ſunt. *Nicol.Reuſner.dicta deciſ.*19.*num.*9. At pœ-
nam ordinariam, quâ dolus aliàs vindicatur, i-
pſis iniungi, nec recta ratio, nec proportio juſta
quæ in pœnis decernendis magnoperè atten-
denda eſt; *dict.l.ſancimus.C.de pœn.* patitur & ad-
mittit. Quare hoc caſu delinquentes pro modo
culpæ, & qualitate ipſius facti, ac conditione
perſonarum mitius aliquanto & extraordinariè
puniri, ratio juris dictitat. *l.in lege Cornelia ff.ad*
*Leg.Cornel.de Sicar.l.*1 *C eod.tit.Hippol de Marſil.*
*in l.de minore.*10.*ff.de quæſt.& in l.*1.*§.divus ff ad*
*Leg.Corn.de Sicar.Craſ.lib.*4.*miſcell cap.*2.*Nicol.*
*Reuſn.dict.deciſ.*19 *n.*9.

33 Hinc & fit, quòd homicidium per cul-
pam commiſſum, crimen dicatur extraordina-
riam ac pœnâ ſaltem arbitraria puniatur; *Hip-*
*pol.de Marſil.dict.l.de minore.n.*10.*poſt Bald.in l.*
data opera 11.*num.*20.*C qui accuſ.non poſſ.Petr à*
Plach.in Epitom.delict.lib. [illegible]*.c.*10 *n.*6. *Socin Sen.*
*lib.*1.*conſ.*26.*Col fin.* Veluti ſi maritus occidat
Vxorem in adulterio deprehenſam, qui pro-
pterea non mortis ſupplicio; ſed alia mitiore
pœna plectitur. *l.ſi adulterium cum inceſtu.§.Im-*
peratores.ff ad Leg Iul de adulter. Ratio eſt, quia
tale homicidium non eſt doloſum, ſed culpo-
ſum, quippe quod homicida in culpâ fuiſſe di-
citur ſaltem ratione exceſſus in vindicando;
& ſic ratione culpæ mitius punitur. *l.ſi quis in*
*grav.*3.*§.ſi tamen maritus.ff.ad SCtũ Silan.l.divus.*
5.*ff.ad Leg.Pomp.de Parricid.l.*1.*§.divus.ff.ad Leg.*
*Corn.de Sicariis Bartol.in l quid.ergo.*13.*§ pœna gra-*
vior.ff.de his,qui not.infam Jac.Menoch de arbitr.
*judic.quæſt.lib.*2.*cent.*4.*caſ.*324.

34 *Quartò*: Denique, ſi ullum adhuc du-
bium reſtaret, illud penitus tolleretur per San-
ctionem Carolinam, quæ ſæpius pœnam alicu-
ius delicti, aliàs certam ac legibus definitam
pro ratione circumſtantiarum, qualitate facti
& conditione perſonarum, immutari ac miti-
gari iubet: veluti *in artic.*160.verb. Mehr ſoll er-
meſſen werden der Stand vnnd das Weſen der
Perſon/ſo geſtohlen hat/vnnd wie ſchädlich dem
Beſchädigten der Diebſtal ſeyn mag/vnnd die
Straffe darnach an Leib oder Leben vrtheilen. Et
paulò poſt: So wollen wir/daß in ſolchem jetztge-
meldeten Falle/ſo offt ſich der alſo begibt/die Rich-
ter vnnd Vrtheiler bey den Rechtsverſtändigen/
vnd an allen Orten vnd Enden/wie hernachmahl
gemeldet wird/Raths pflegen/mit Entdeckung
der berühten Vmbſtände/vnd nach ſolchem er-
fundenen Rath jhr Vrtheil geben/*&c. Artic.*159.
verb. Oder ſonſt nach Gelegenheit der Perſon
vnd Ermeſſigung deß Richters in andere Wege
geſtrafft werden. *Artic.*167.verb. Der iſt nach Ge- 35
legenheit der Perſon/vnd Sachen nach Rath der
Rechtsverſtändigen zu ſtraffen. *Artic.*172.verb.
Dieſe Diebe ſind zum Tode nach Gelegenheit der
Sache/vnnd Recht der Rechtsverſtändigen zu
ſtraffen/*Artic.*109.verb. Wo aber jemand Zau-
berey gebraucht/vnd darmit niemand Schadē ge-
than hätte/ſoll ſonſten geſtraffet werden/nach Ge-
legenheit der Sachen/darinnen die Vrtheiler
Raths gebrauchen ſollen. Hæc aliaque ſimilia
verba in Sanctione Carolina criminali hinc
inde reperiuntur, ut & in Conſtitutionibus Ele-
ctoral.Saxon.veluti *in Conſtit.*23.*pag.*4.verb. So
ſollen ſie beyde mit dem Schwerd vom Leben zum
Todte gerichtet werden. Wo ſonſten die Jugend
oder andere Vmbſtände der ledigen Perſon hal-
ben keine Linderung mit ſich brächten. Item *Con-* 36
*ſtit.*32.*p.*4.§. Vnd ſoll in dieſem Fall.verb. Jedoch
ſoll gleichwol den Schöppenſtühlen vnd Gerichtē
vnſerer Lande hiemit vnbenommen ſeyn/auß
Vmbſtänden/die in Rechten gegründet/vnd derer
eins theils in der Peinlichen deß Reichs Halsge-
richts-Ordnung erzehlet/ſolche Straffe dißfalls
zu lindern vnd zu mildern. Ex quibus ſatis colli-
gere eſt, judici facultatem competere,
pœnas jure definitas juſta ex cauſa mi-
nuere & mitigare. Id quod hodiernis
moribus certò certius eſt, practicâ
quotidiana fori Saxonici hoc compro-
bante.

Vbi duo potiſſimùm notari volo: *Primò*, 37
Iudicem facultatem minuendi ac immutandi
pœnas tùm demum jure ſibi arrogare, ſi juſta,
rationabilis ac ſufficiens cauſa ſubſit, quæ mi-
tiorem pœnam exigat, & delinquentem à rigore
ſupplicii ordinarii liberet. Neque enim ex per-
verſa animi libidine judici leges temere con-
temnere licet. *Mynſing.centur.*2.*obſerv.*54.*Andr.*
*Gail.lib.*2.*de pac publ.c.*9.*n* 22 *Vaſq.Controv.*14.
*n.*4.*& ſeqq. Secundò:* Tenendum & hoc, quod jus 38
immutandi ac mitigandi pœnas, illis demum
competat judicibus, qui de jure reſpondent, &
ſupplicia adverſus Reos decernunt. Vnde ſe-
quitur, quum hodie Magiſtratus, qui merum
Imperium ſeu altam jurisdictionem tenent, ir-
requiſito Scabinorum Lipſienſium conſilio, in
terris Electoratus Saxonici, Reis delinquenti-
bus pœnam capitalem irrogare nequeant: ne-
que etiam facultatem pœnam hancce immu-
tandi ac minuendi eos ſibi vendicare poſſe.
Quod & ſanctioni Carolinæ convenit, quæ mi-
tigationem pœnæ à Scabinis & jurisperitis
petere, eorumq; conſilium atque judicium de-
ſuper implorare præcipit, *art.*160.169.172.219.
Ordin.Crimin.

Quibus probè intellectis ſententiæ huic 39
ut communiori, ita quoque veriori nil quic-
quam adverſantur argumenta pro negativa
antea adducta, ex quibus nil aliud evincitur,
quàm quòd abſque cauſa probabili & ſuffici-
enti pœnam jure determinatam minuere, ac
immutari non liceat: hâc verò exiſtente, ac
criminis qualitate minorem pœnam exigente,

quin libera facultas immutandi ac mitigandi
pœnam, iudici competat, ambigendum non
eſt, nec contrarium ex argumentis illis inferen-
dum. Quod ut clarius reddatur, ad ſingula
quæque in ſpecie reſpondendum eſt. Et quod
40 ***Primò*** dicitur, delicta non cum pietate, ſed cum
ſeveritate caſtiganda eſſe, item quòd iudex uti
debeat ſeveritate, non benignitate; ***Hoc*** equi-
dem regulariter verum eſt, ſi cauſa mitigatio-
nis ac clementiæ nulla probabilis ſubſit; Hac
verò exiſtente, à communi illa regula omninò
recedendum, ac ſecundum clementiam & be-
nignitatem potius, quàm ſeveritatem iudican-
dum eſt, ut probat textus *in l. reſpiciendum. §. 1. &*
l hodie ff. de pœn. c. diſciplina cap. namq; 45. diſtinct.
41 *c quid faciat. 32. quæſt n 3.* ubi etiam generaliter
probatur, quòd ſeveritas ſemper cum benigni-
tate temperanda ſit, *Proſper. Farin. in prax. crim.*
lib. 1. tit. 3. quæſt. 17. Licet ergò delicta punienda
ſint, vel ſaltem in exemplum aliorum, quo à ſi-
milibus delictis abſtineant; id tamen ita intelli-
gendum eſt, ut cauſa ac qualitate criminis hoc
poſtulante, non cum ſeveritate, ſed cum beni-
gnitate coerceantur: quia, quantum poteſt,
judex tum debet temperare & mitigare pœ-
nam, ſecundum *Belviſ. in pract. judic. ſub. rubr. de*
pœna capitali. n. 2. pract. Conrad. tit. de homicid. n.
15. in fin. Andr. Tiraquell. de pœn temper. cauſ. 24.
n. 2. Hippol. de Marſil. in pract. crim. § occurrunt. n. 5.

42 Ac in ſumma, crimina cum ſeveritate coercenda ſunt, niſi juſta cauſa ſeveritatem impediat, ac clementiam & mitigationem pœnæ exigat, *Farin. dict. quæſt. 17. n. 4.* Et, ut inquit *Ariſtot. lib. 5. Ethicor. cap. 5.* judex debet eſſe clementior lege ſcriptâ, quando eiuſdem legis & juſtitiæ ratio ita fert & patitur.

43 ***Secundò:*** Quod attinet dilemma objectum: *Etſi* tertium per ſe dari non poſſit, nimirum Reum vel deliquiſſe, vel non deliquiſſe, dari tamen poteſt tertium reſpectu qualitatis certè, veluti, quòd dolo non deliquerit. Exiſtere namque cauſa poteſt, quæ dubium reddat judicem, an Reus dolo deliquerit, vel nō deliquerit: Hocque dubium in dilemmate tùm tertium conſtituit, perinde ac tertium datur, an teſtator de uno vel altero ſenſerit, juxta *l. Et hoc Tiberius. 41. ff. de hered. inſt. l. Titius. 54. ff. ad Trebell. l anti-qui. 3. ff ſi pars. hered. petat. l ſed etſi lege 25. § adeo ff. de petit. heredit.*

44 Quare ſi caſus eiuſmodi accidat, quo ex
cauſa & qualitate quâdam ſuperveniente ter-
tium quoddam conſtituatur, dubium non eſt,
quin à pœna ordinaria hôc caſu recedendum,
aliaque mitior pœna, pro qualitate facti, & con-
ditione perſonarum Reo irroganda ſit. Quo
ipſo judex nequaquam pœnam jure ſtatutam
45 tollere, aut legi derogare videtur, quod ipſi
concedendum non eſſet. Sed factum potius
ipſum, quod in pœnam incidit, judex ita con-
cludit atque definit, ut non ea lege puniendum
cenſeatur, maximè, cùm hodie omnia ferè cri-
mina ſine arbitraria, & extra ordinem puniun-
tur. *l. 1. § 1. ff. ad SCtum Turpil. l. hodie 13 ff. de pœn.*
§. in ſumma. Inſtit. de injur. pr. Inſt. de publ judic.

Pariter reſpondendum ad ***Tertium***: Etſi 46
enim plenè ac ſufficienter probetur delictum à
Reo perpetratum; attamen non ſtatim pœna
ordinariâ coërceri debet: quum variæ exiſtere
queant cauſæ rigorem iuris ac ſeveritatem pœ-
næ mitigantes, *l. perſpiciendum ff. de pœn.* Quin
etſi factum probetur, iudex tamen adhuc incer-
tus eſſe poteſt, quo animo crimen fuerit com-
miſſum: quo certè caſu in dubio media ac beni-
gnior via eligenda erit, *arg. §. ult. Inſtit. quib. ex* 47
cauſ. manum. l. filio vel ſervo. 7. ff. Ut legat. nom cav.
Socin. jun. lib. 2. conſ. 33. Nicol. Reuſn. lib. 2. deciſ. 19.
n. 19. Andr. Tiraquell. in tract de jur. primog. quæſt.
17. opin. 4. n. 9.

Quartò: Similiter non obſtat, quòd iudex 48
à lege expreſſa recedere prohibeatur, nec pœnæ perſecutio eius voluntati committatur. ***Hoc*** namque tum demum procedit, quando pœna certa eſt, & quando propoſitæ quæſtionis circumſtantiis omnibus convenit ſcripti iuris definitio, ita ut perſpicuum ſit legis præceptum & patefacta voluntas in ea ipſa, de quâ agitur, quæſtione. Tunc enim iudex à præſcripto legis recedere non debet: cùm ob id leges ſcriptæ ſint, ne quis aliter, quàm legibus ſancitum ſit, iudicet, *§. 1. Inſt. de offi. judic.* neve ab eis recedens arbitrio ſuo leges figat & refigat, aut æquitatem ex ſuo fingat capite.

Aliter verò res ſe habet, quando lex ſcripta negotium palam non definit, nec caſus, de quo agitur, cum omnibus ſuis qualitatibus & circumſtantiis lege ſcripta nominatim comprehenſus eſt; puta, ſi ex facti circumſtantiis diſſimilitudo quædā appareat, quæ non admittit, ut referatur ad ius ſcriptum, veluti ſi dolus deficiat. Quo ſanè caſu iudici permittitur: ex probabili humanitatis ratione legem ſcriptam mitigare, & ab ea nonnihil deflectere *l placuit. 8. C. de judic.* 49

Cùmque hoc caſu pœna à lege præcisè determinata non ſit, arbitrio iudicis relinquitur. *Dd. in l. 1. §. 1. ff ad SCtum Turpil.* Nam quæ in iure non certam habent determinationem arbitraria vocantur *Bartol. in l. 1. num 5. C. de judic. Felin. in cap jurgantium. n. 2 de ſentent. & re judic. Nicol. Reuſner lib. 2. deciſ. 19 num. 22. in fin.* 50

Quintò: Eiuſdem quoque farinæ eſt quintum argumentum, iudicem ſcilicet non minus à pœna conſuetudinaria, atque à pœnis expreſſa lege determinatis recedere poſſe. Quod licet regulariter verum eſſe conceſſerim, fallit tamen, ſi iuſta mitigationis cauſa ſubſit: quo caſu non minus pœnam conſuetudine introductam, ac pœnam ordinariam legalem minuere ac mitigare licet; ut in ſpecie ſcriptum reperitur apud *Gloſſ. in l. hodie ff. de pœn. Felin in cap. inquiſitionis de accuſat. Proſper. Farin. in prax. crim. dict. quæſt. 17. n. 18. Vaſq lib. 1. contr. illuſtr. cap. 14. n. 4.* 51

Sextò: Denique quod de pœnis iudicum pœnam jure determinatam mitigantium vel remittentium affertur; ***Illud*** ad eum tantùmodò caſum reſtringi debet, ſi nempe iudex pro lubitu abſque cauſa & ratione, à pœna iure defini- 52 definita recedat, ac delinquentem impunitum dimittat: quem propterea pœnam incurrere, nemo facilè negaverit, quippe qui hoc modo non tantum ex parte accuſatoris, ſed & ex parte Reipublicæ, cuius intereſt, delinquentem puniri graviter peccat. Cauſa verò mitigationis pœnarum exiſtente, judicem pœnam minuentem peccare, tantum abeſt, ut ſi hoc non fecerit, nimiæ ſævitiæ potiùs argui queat, quæ judicem ab officio repellit, juxta tradita *Bald. in l. 2. ff. de cuſtod. Reor. Proſp. Farin. dict. quæſt. 17. n. 4.*

Q. 1. An & quomodo judex pœnam mitigans ordinariam, in ſententia cauſam mitigationis exprimere debeat?

53 Cæterum quæritur hic: *An judex pœnam ordinariam mitigans, in ſententia cauſam mitigationis exprimere debeat?* Cõmuniter hoc *Dd.* affirmãt, *Jacob. de Belviſ. in pract. crimin. tit. de fuga Reorum n. 62. Ludov. Carer. in pract. tract. de homicid. §. circa quartum n. 26. & 27. Jul. Clar. in pract. § ult. quæſt. 85. verſ. Ulterius quæro. Vaſq. contr. illuſtr. c. 14. n. 5.* aliique plurimi, quos refert & ſequitur *Proſper. Farin. in prax. Crim. lib. 1. tit. 3. quæſt. 17. n. 62.* ubi dicit: Licet regulariter judex in ſententia non habeat neceſſe cauſam exprimere, *c. ſicut c. cum* 54 *Bertoldus, de re judicat.* quinimò fatuus ſit, qui cauſam in ſententia expreſſerit, utpote quia exprimendo eam, viam aperiat ſuæ impugnandæ ſententiæ; hoc tamen ipſum facere debere, quando ex cauſa recedit à pœna legali, ſtatutaria, ſeu conſuetudinaria illam augendo ſeu minuendo. 55 Generale ſiquidem eſt, quòd ubicunque judex ex cauſa recedit à jure communi, debeat eam cauſam in ſua ſententia adſcribere, *l. ſciendum ff. de appell. recip. l. ſi adulterium cum inceſtu. § id. Pollio. ff. ad Leg. Jul. de adult. l. 1. C. de prædi Curial. lib. 10. Farin. dict. quæſt. 17. n. 63. Andr. Tiraquell. de pœn. tempor. in præfat. n. 54. & ſeqq.*

Quod ipſum tamen cum mica ſalis accipi volo: *Primò*, Ut ſufficiat, cauſam in ſententia exprimi in genere, utputa, (juſtis de cauſis animum noſtrum moventibus, vel ſecundum qualitatem huius facti) licet non ratio cauſæ verbis exprimatur. *Tiraquell. dict. loco Vaſq. dict. cap. 14. num. 5. Clar. dict. quæſtion. 85. Jacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſtion. lib. 1. quæſtion. 96. num. 17. Andr. Gail. lib. 2. de pac. publ. cap. 9. n. 2. & 26.* ubi ait: quod in dubio pro judice ſit præſumendum, quòd non ſine cauſa pœnam commutaverit. Idque in praxi diligenter fore obſervandum admonet. 56

Hinc & Elect. Sax. Scabini pœnam ordinariam juſta ex cauſa mitigantes aliamq; mitiorem dictantes, ut plurimum in ſententiis generalibus ſolummodo hiſce verbis (Nach Gelegenheit deß Falls) vel eum in (Geſtalten Sachen nach) cauſam mitigationis innuunt. Quamvis [illegible] rarò etiam rationem mitigationis ſpecialiter ab iiſdem exprimi, ſciam. 57

Secundò: Cauſa mitigationis in ſententia exprimi debet ſolùm ad executionem judicis, ne teneatur in Syndicatu, non ad ipſius eſſentiæ validitatem & ſubſtantiam. Supplet namque lex ſemper id, quod deeſt in ſententia. *l. ſi quis 4. ff. de re judicat. Salyc. in l. properandũ. §. illo procul dubio. C. de judic. Bartol. in l. relegatorum §. ad tempus. in fin. ff. de interd. & releg. Tiraquell. dict. præfat. n. 70. Farin. dict. quæſt. 17. n. 64.* 58

QUÆSTIO CXLIII.

An & quando propter ætatem tenellam Infantum, Impuberum, atque Minorum, pœna ſit remittenda, vel mitiganda?

SUMMARIA.

1. *Abſque ratione pœna ordinaria mitiganda nõ eſt.*
2. *Quibus ex cauſis pœna ſit mitiganda.*
3 *Ætas tenella præbet cauſam mitigationi. n. 4. 5.*
6. *Triplex eſt ætas tenella, Infantia, Impubertas & Minorennitas n. 7. 8.*
9 *Infans ex delicto non obligatur, nec pœnam incurrit n. 10.*
11 *Abſque dolo non committitur delictum.*
12 *Infans doli capax non eſt. n. 13. 14.*
16. *Explicatio art. 65. lib. 2.* Landrecht.
17. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
18. *Infans ob delictum poteſt à parentibus caſtigari.*
19. *Sicut & non coercere à Magiſtratu.*
20. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
21. *Impuberes ex delictis obligantur.*
22. *At non, niſi pœna extraordinaria puniuntur. n. 23. 24. 25. 31.*
26. *In materia delictorum puellarum pubertas anno 14. incipit n. 27. 28. 29.*
30. *Impuberes infantiæ proximi ab omni ferè pœna ſunt immunes.*
32. *Quinam dicantur pubertati proximi? n. 33. 34.*
35. *Quænam pœna impuberi poſſit irrogari? n. 36.*
37. *VVergeldi ſolutio pœnam carceris vel relegationis non excludit n. 38.*
39 *Sententia Scabinorum Lipſienſ. n. 40. 41. 42.*
43 *Quandoque pœna corporis afflictiva impuberibus infligitur?*
44 *Pœna arbitraria ad fuſtigationem poteſt extendi.*
45 *Sententia Scabinorum Lipſienſium. n. 46. 47.*
48. *Quin & ob inſignem malitiam mortis pœna impuberes afficiuntur n. 49. 50. 51.*
52. *Tria requiruntur ad hoc, ut mortis ſupplicium poſſit impuberibus irrogari, & quænam ſint requiſita? n. 53. 54. 55.*
56 *Sententia Scabinorum Lipſienſium. n. 57. 58.*
59. *Minor regulariter à pœna ordinaria alicuius delicti exemptus non eſt. n. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 70.*
60. *De iure Saxon. co minorennitas durat ſolùm uſque ad annum 21.*

68. *In criminalibus minores ætatis ſuffragio non juvantur.n.69.*

71. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.num.*72.73.74.75.

76. *Quod non ſolùm in atrociſſimis, ſed & in aliis delictis obtinet.*

77. *Intellectus l. auxilium.*37. *§.in delictis.ff. de minor.*

78. *Sententia Scabinorum Lipſenſium n.*79.

80. *Ex juſta tamen cauſa judex minoribus pœnam ordinariam poteſt mitigare.n.* 81.

82. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.num.*83.84.85.86.

87. *Non ſolùm in atrociſſimis, ſed in aliis etiam delictis.*

88. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.n.*89.

90. *In criminibus atrociſſimis quandoq; pœna ordinaria commutatur in fuſtigationem.*

1 ABſque ratione & cauſa ſufficienti pœnas à jure vel conſuetudine introductas & determinatas mitigari haud poſſe, dictum & probatum fuit *quæſtione præcedenti l.* 1.*§.*3.*ff. ad SCtum Turpill.l. ordine* 15. *in pr. ff. ad municip. l.* 14. *C. de pœn.* Ne ſcilicet ex perverſa animi libidine judici leges temerè contemnere liceat, ſed ut adſtringatur iſtius arbitrium ad qualitates & circumſtantias cujusque facti & delicti. In quibus dijudicandis duos ſales adhibebit, ſalem nempe ſcientiæ, ne ſit inſipidus, & ſalem conſcientiæ ne ſit Diabolicus. *Bald.in l.*2 *num.*7.*C de ſentent. ex brev. recitand.*

2 Etſi verò multifariæ, diverſæ ac infinitæ ſint qualitates & circumſtantiæ, quibus judex ad mitigationem pœnarum moveri queat, prout etiam facta & crimina varia atque indefinita ſunt; Nihilominus tamen certæ quædam cauſæ mitigandarum pœnarum ab *Interpp.* ponuntur, ut videre eſt, inprimis apud *Andr. Tiraquell. in peculiari tractatu de pœnis temperandis*, ubi cauſas 64. refert, *Proſper. Farin. in prax. crimin. lib.*3. *de pœnis temperandis. Felin. in cap. qualiter & quãdo num.*37. *de accuſat. Jerem. Setſer. in diſput. de pœnis Legum temperandis aut remittendis, quæ extat. apud. Nicol. Reuſner. lib.*2. *deciſ.*16. *Jul. Clar. in pract. ult. quæſt.*60. *Ludov. Carer. in pract. tract. de homicid. & Aſſaſſin. § circa itaque ſecundum ex quibus cauſis. Marc. Anton. Blanc. in pract. crimin. §. poſtquam vidimus. num.*83 *& ſeqq. Andr. Gail. de pac. publ. lib.*2.*cap.*9.*num* 4. Quarum principaliores & in foro Saxonico frequentiores perſtringere lubet.

3 Prima cauſa eſt Minor ſeu tenella ætas, *l. ferè in omnibus ff. de Reg. jur.* Etenim, quia delictum ex judicio & animo doloſo delinquentis æſtimatur *arg. l.*1.*C. de Sicar. l. qui injuria. ff. de furt. l. quod Reipublicæ. ff de injur. l. cum autem. §. excipiuntur. ff de ædil edict.* Juniores autem perfectum conſilium & judicium non habeant: utiq; mitius puniendi ſunt, ita tamen, ut pro ratione ætatis, minimæ vel perfectioris diverſimodè coerceantur. *Proſper. Farin. in prax. crim. part.*3. *de pœn. temp* 92 *n.*3. *& ſeqq. Petr. Theod. in Colleg. Crim. diſp.*10.*th.*4.*lit. E.*

4 Quare Judex in ſupplicio delinquenti minori irrogando, annos & gradus ætatis probè attendere, ac ſecundum numerum annorum maximè verò ſecundum doli capacitatem judicare & ſententiam ferre debet. Vbi ſanè multum refert, hominum ætates ab invicem diſtingui, & quo tempore quæque ætas incipiat definiri: quà de re latiſſimè agunt ac diverſimodè docent *Dd. in l. hæreditatẽ ff ad Leg. Falcid. l. ſi infanti. C. de jur. deliber. Alciat in l pueri. in fin. ff. de Verb. ſignif. Petr. à Plach. in Epit. delict. cap.*32.*n.*2. *Proſp. Farin. dict. quæſt* 92.*n.*2. *& ſeqq. Iac. Menoch. de arbit. judic. quæſt. lib.*2.*caſ.*2.57.*n.*1. *& ſeqq.* aliiq; plurimi. 5 Quamvis certam Regulam de hoc ponere difficile admodũ ſit, quum pro diverſitate humorum, temperamentorum, educationis, nutrimentorum, diſpoſitionis membrorum organicorum, & cœli plagæ alius alio præcocioris ſit intellectus, adeoque citius doli capax: ut ſic tutius videatur, gradus ætatis judicis arbitrio, ex variis circumſtantiis, æſtimandos relinqui. *Petr. Heig. ad §.*9. *Inſt. de inut ſtipul. Gilken. ad l. propemodum §. etſi. n.*2. *C de judic. Jac. Menoch. dict. caſ.*57.*n.*44. *Ioh. Coraſ. lib.*6. *miſcell c.*23. *Mynſing. in §. pœn. Inſt. de obligat. quæ ex dol. naſcunt. §. Philip. Matth. ad l. ferè. n.*31.*ff. de Reg. jur. Ioh. Gœdd. de contrah. ſtipul. cap.*7.*concl.*12.*n.*187.

6 Nihilominus tamen in eo conveniunt *Interpp.* quòd triplex potiſſimùm detur ætas: *Infantia, Impubertas, & Minorennitas. Infantiam* vulgò dicunt durare uſq; ad ſeptimum annum incluſivè *l. ſi infanti C. de jur. de liber. gloſſ. in § pupillus verb. infans. Inſt. de inutil. ſtipul. Jac. Menoch. de arbitr. judic. quæſtion. dict. lib.*2.*caſ.*57 *num.*2. *n.*7. *Farin. dict. quæſt* 92.*n.*3. *Petr. à Plach. in Epit. delict. dict. cap.*32.*n.*2. *Bartol. in l.*1.*num* 6 *ff. de novat.* 7 *Impubes* dicitur maſculus infra 14. fœmina verò infra 12. ætatis annum completum. *pr. Inſt. quib. mod. tutel finiat. c.* 14. *extr. de delict. puer. Menoch. dict. caſ.*57 *n* 2. *Farin. dict. quæſt.*62.*num.*18. 8 *Minor* autem eſt, qui nondum eſt annis 25. *tot. tit. ff. de minor.* 25. *annor.* & ab inde dicitur maior in negotiis peragendis ac etiam in delictis. *l ult. C. de iis, qui ven. ætat. impetr. l. cum filio § fin. ff. de legat.*3. *l. auxilium. §. in delictis ff de minor. l.*1. *&* 2. *C. ſi advérſ. delict. Farin dict. loc. n.*21. Ex hiſce tribus diverſæ ætatis gradibus, coercitionis quoque diverſitas exoritur, quam triplici Regula definire fert animus.

Prima ſit Regula: Infans ex delicto non obligatur, nec pœnam aliquam incurrit.

9 Quæ Regula à Dd. communiter approbata eſt. Quemadmodum enim in eo conveniunt, quòd infantes dicantur, qui ſeptimum ætatis annum nondum exceſſere, *l.*18.*C. de jur. de lib. l.*14. *de Sponſal. l.*1.*§.*2.*ff. de adminiſtr. tutor.* Ita & hoſce ex delictis ſuis non teneri, ſed à pœna immunes eſſe, unanimiter ferè 10 aſſerunt *Dd* quos longo agmine allegat & ſequitur *Proſper. Farinac in prax crimin. de temper. quæſtion.*92.*n.*46. *&* 50. *Angel. Aretin. de maleſic. in verb. Scienter & doloſè n* 6. *Dec in l ferè in omnibus numer.*1. *ubi & Cagnol num.*1 *ff de Reg. Iur. Marc. Anton Blanch. in pract crimin. §. imbecillitate. num.*1. *Jac. Menoch. de arbitr jud. quæſt lib.*2. *caſ.*

*Q.*1. *Infans num ex delicto obligetur, & pœnam aliquam incurrat?*

caſ. 329. numer. 1. Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 60. in pr. Iodoc. Damhouder. in prax. rer. crimin. cap. 48. *numer.* 1. *& ſeqq. Ioſeph. Ludov. deciſ. Lucen.* 17. *numer.* 63. *part.* 1. *Caldas in repetit. l. ſi Curatorem. verb. Vel adverſarii dolo num.* 53. *C. de integr. reſtit. minor. Petr. à Plach. in Epit. delict. cap.* 31. *numer.* 1. *&* 2. *Anton. Gomez. tom.* 3. *var. reſolut. cap.* 1. *num.* 57. *Ludov. Carer. in pract. tr. de homicid. & Aſſaſſin. §. circa quartum, n.* 2.

11 Nec ſine ratione & fundamento: Notiſſimi namque iuris eſt, quòd delicta abſque dolo nec committantur nec puniantur. Vbi enim dolus non adeſt, neque delicti pœnam locum habere, probat text. *in l.* 1. *C. de Sicar. l. qui iniuria. ff. de furt. l. quod Reipublicæ ff. de iniur.* Per quæ iura hanc Regulam firmarunt *Marant. in ſpec. part.* 4. *in princ. numer.* 58. *&* 59. *Hippol. de Marſil. in l. Lege Cornelia §. cum quidam. num.* 3. *ff. ad Leg. Cornel. de Sicar. Tiber. Decian. in tract. crimin. lib.* 1. *cap.* 4. *numer.* 9. *Andr. Tiraquell. de pœn. temper.*
12 *cauſ.* 14. *num.* 1. Atqui infantes doli capaces non eſſe, ſed quicquid agunt ignorare; ſatis evincitur *ex l. ſed etſi quemcunque. §. ult ff. ad Leg. Aquil. infans ff. ad Leg. Cornel. de Sicar. l. mane. §. fin. l. pupillus. ff. de acquir. heredit. §. pupillus. verſ. Nam infans. Inſtit. de inutil. ſtipul. l. ſi infanti. C. de iur. deliber. l. quod infans. ff. de Rei vindic. l. impuberem. verſ. Nam infantes ff. de furt.* Sequitur hinc ergo, quòd infantes abſque dolo nec verè delinquant, nec ex delicto teneantur.

13 At licet dicant quidam, infantes non ſemper doli expertes eſſe, maximè hodiernis temporibus, ubi ſciunt melius, ludere ad taxillos, & alios decipere, quàm maiores 30. annorum, ut ait *Hippol. de Marſil. in l. infans. num.* 2. *ff. ad Leg. Corn. de Sicar. & Iodoc Damhouder. cap.* 84. *num.* 4. *& ſeqq.* ubi teſtatur, ſuis temporibus pueros fuiſſe nequitiores, quàm antiquis temporibus. Quò & illud pertinet *Gregor. cap.* 29. *libr.* 4. *Dialog.* infantem quinque annorum à manibus parentum propter aſſiduas infantis blaſphemias à Diabolo ereptum fuiſſe, referente *Farinac dict.*
14 *quæſtion.* 92. *numer.* 48. Attamen caſus hoſce rariſſimos (ſi aliàs eiusmodi infantes doli capaces, & delinquentes nuncupari queant) neutiquam in conſequentiam trahendos, neque infantes ex eorum delictis teneri, ob id dicendum eſſe, tradit *Farin. dict. loc. num.* 50. ubi ex aliis, quos ibidem allegat, refert, quòd infans ille quinque annorum ereptus fuerit per Diabolum propter blaſphemias è manibus parentum in odium & pœnam Patris non corrigentis filium, potius, quàm ipſius infantis, in quo propter ætatem nulla adeſſet doli capacitas.

15 Quin nec de iure Saxonico aliud diſpoſitum reperitur, ut dubium prorſus non ſit, in foro Saxonico hâc Regulâ ſtandum eſſe. Licet enim infantem ex delicto ſuo ad ſolutionem VVerigeldi condemnet ius Saxon. *in artic.* 65. *libr.* 2. **Landrecht.** Ibi: **Erſchlägt ein Kind einen Mann/oder lähmet es einen / ſein Vormund ſoll deß beſſern mit jenes Wehrgeld / ob es auff das Kind gebracht wird.**
16 Attamen hæc ſanctio reſtringenda eſt ad pupillos pubertati proximos, & doli capaces. Veluti etiam Scabinos Lipſienſes *dict. artic.* 65. intellexiſſe, infantes autem vel infantiæ proximos planè impunes declaraſſe, refert *Matth. Coler. part.* 1 *deciſ.* 162 *num.* 7. Neque hæc interpretatio aliena eſt à genuino verborum ſenſu iuris Saxonici, quod pupillo etiam, qui nondum 14. ætatis annum exceſſere, infantes appellitat, prout liquet *ex Gloſſ. latin. dict. art.* 65. *libr.* 2. **Landrecht.** *lit. a.*

17 *Prout etiam hoc caſu in crimine Sodomiæ atrociſſimo, reſponderunt Scabini ad requiſitionem Quæſtoris Bitterfeldenſis:* **Ob nun wol M. W. ſich darzu bekandt / dieweil er aber dennoch zur ſelben Zeit nur 7 Jahr alt geweſen/auch ſolche vnmenſchliche Vnzucht mit dem Mutterpferde wegen ſeiner Jugend nicht vollbringen können/etc. So mag wieder jhn derowegen vnnd ſo viel dieſes** *delictum* **betrifft / nichts vorgenommen werden/V. R. W.** *Menſ. Aug. Anno* 1611.

18 Hanc tamen Regulam ſolummodò intellectam volo de coercitione iudiciali atque legali, ita ut infans ob delictum à Magiſtratu vel iudice pœna iure determinata puniri non debeat; parentibus interim eundem virgis & verberibus caſtigandi poteſtate non adempta, ſed potius conceſſa.
19 Dixerim etiam haud ineptè, ſi iudex animadvertat in infante qualem qualem malitiam, & doli alicuius capacitatem, eum in totum à pœna Magiſtratus haud excuſandum, ſed arbitrariè & ſi non ſeveriori aliqua pœna, attamen in carcere, pro ratione delicti virgis caſtigandum eſſe. *Vid. Proſper. Farin. dict. quæſt.* 92. *num.* 49.

20 *Veluti etiam nuperrimè pronunciavimus*, **An die Bůnaviſche Gerichte zu Elſterberg: Hat ein Knabe von 7. Jahren/C. S. genandt/ſeinen Eltern Gänſe auff einem Acker gehütet/vnd gegen Abend mit einem Steine an einen Birnbaum geworffen/vnd als M. G. Sohn/Hanß genandt/ſolches in ſeines Vattern Garten geſehen/vnnd demſelben mit dieſen Worten abgemahnet/Er wolte es dem jenigen/ſo der Baum zuſtändig/ſagen/hat C. S. einen Stein genommen/vnd nach gedachtem H. G. geworffen/jhn auch am rechten Schlaff getroffen/daß er alsbald zu ſeines Vaters Hauß gelauffen vnd geſchryen/N. S. Sohn hätte jhn mit einem Steine geworffen/welches aber die Eltern anfänglich nicht groß geachtet/Nach deme es aber Eſſens-Zeit worden/vnnd der Junge nicht eſſen können/ſondern ſich zu Bette geleget/iſt gegen Mitternacht die ſchwere Noth darzu geſchlagen/vnd Er vmb 12. Vhr Todes verfahren/etc. So wird C. S. ſolcher ſeiner Verbrechung wegen mit Ruthen ziemlicher maſſen gezůchtiget/vnnd wenn ſolches geſchehen/mag wieder jhn ferner nichts fürgenommen werden/V. R. W.** *Menſe Ianuar. Anno* 1629.

Q. 2. Quatenus obligentur ex delictis impuberes doli capaces?

21 Alter Regula impuberes concernit, eaque eſt: Quòd Impuberes doli capaces ex delictis quidem obligentur, attamen non pœnâ mortis ordinaria affici, ſed extraordinariè, pro arbitrio iudicis puniri debeant.

Etſi enim infantes ob defectum intellectus puniri nequeant; attamen impuberes, qui infantiæ annos exceſſerunt, dolique capaces

ſunt, ab omni pœna haudquaquam immunes
22 eſſe poterunt; Licet non ordinaria, ſed pro arbitrio iudicis, extraordinariâ quædam pœna affici debeant, prout communiter ſentiunt *Dd. Petr. Theodor. in Colleg. Crimin. diſput.* 10. *th.* 4. *lit. E. Farin. part.* 3. *oper. crimin. de pœn. temper. quæſt.* 92. *numer* 60. *Vincent. Carot. de minor. delicti excuſ. quæſt.* 1. *& quæſtion.* 8. *Andr. Tiraquell. de pœn. temp. cauſ.* 7. *numer.* 6. *Iul. Clar. in pract.* §. *ult. quæſt* 60 *numer.* 3. *Anton. Gomez. tom.* 3. *variar. reſolut. cap.* 1. *num.* 62. *Bertaz. conſil. crimin.* 143. *numer.* 14. *conſ.* 319. *num.* 4. *conſil.* 492. *num.* 2.

23 *Tùm*, ob textum *in l. impunitas. C. de pœn.* ubi dicitur: *Impunitas delicti propter ætatem non datur, ſi modo in ea quis ſit, in quâ crimen quod intendit, cadere poteſt. ubi Bald. & Salycet.* Idemq; habetur *in l. impuberem.* 23. *ff. de furt. l. pupillum. ff. de Reg. iur.* Vnde ſatis liquet, impuberes puniri debere, licet à pœna ordinaria ſint exempti, ob infirmitatem iudicii. Licet enim doloſum eſſe poſſit impuberum iudicium; attamen infirmius eſt, propter naturæ infirmitatem, ut ita minor perverſitas in hoc, quàm in maiore appareat. Quare & haud immeritò mitius puniendi ſunt. præſertim quia in iis ſpes emendationis vitæ. Nam ſi ad maturiorem ætatem pervenerint, ſæpiùs ad meliorem quoque frugem rediri ſolent, iuxta illud. *Sen.*

Iuvenilis ardor impetu primo furit.
Langueſcit idem facile nec durat diu.
In Venere turpi, ceu levis flamma vapor.

24 *Tùm*, ob Sanctionem Carolinam *in artic.* 164. *Ordinat. Crimin.* In verb. So der Dieb oder Diebin jhres Alters vnter 14. Jahren wären / die ſollen vmb Diebſtal ohne ſondere Vrſach auch nicht vom Leben zum Tode gerichtet / ſondern der obgemeldeten Leibesſtraffe gemäß / mit ſampt ewiger Vrphede geſtraffet werden. Et in fin. So ſollen Richter vnd Vrtheiler deßhalben auch Rathes pflegen / wie ein ſolcher junger Dieb an Gut / Leib oder Leben zu ſtraffen ſey / *&c.* Quæ ſanctio licet de crimine furti ſolummodo loquatur attamen, quin & in aliis quoque delictis locum habeat, ac obſervari debeat, ex ratione idenditatis ambigendum prorſus non eſt.

25 *Tùm*, ob Textum iuris Saxonici *art.* 65. *lib.* 2. Landrecht. ubi hæc verba habentur: Kein Kind mag vnter ſeinen Jahren was thun / da es ſein Leib mit verwircken mag. Erſchlägt ein Kind einen Mann / oder lähmet es einen / ſein Vormund ſoll das beſſern mit jenes Wehrgeldt / ob es auff das Kind bracht wird. Quæ verba manifeſtè innuunt, ne quidem in foro Saxonico impuberes delinquentes ordinario mortis ſupplicio puniri poſſe. Etſi enim de infantibus loquantur; attamen de impuberibus, qui nondum 14. ætatis annum attigerunt, accipienda ſunt, quippe, quos ius Saxonicum infantes appellitat, ut probat *Gloſſ. Latin. ad tex. german. dict. art.* 65. *lit. a.* Ibi: Ein Kind vnter ſeinen Jahren *is eſt, qui nondum complevit.* 14. *ætatis annum &c.* Et poſtea: Zu ſeinen Jahren kommen / *dicitur de eo, qui complevit* 14. *annum ætatis &c.*

Q. 3. Puella quan dicantur puberes in materia delictorũ?

26 Pro exactiori tamen huius Regulæ intellectu Notandum eſt *Primò:* In materia delictorum non modo maſculos, ſed & fœminas tùm demum dici puberes, ſi compleverint annum decimum quartum, ita ut fœmina, etiamſi duodecimum ætatis annum iam exceſſerit, ob delictum tamen pœnæ ordinariæ ſubiici non debeat, ſed iure ac beneficio impuberum adhuc gaudeat.

27 Licet enim iure communi Iuſtinianeo fœminæ ſint puberes, quæ duodecimum expleverunt ætatis annum, §. 1. *Inſtit. quib. mod. tutel. finiet. l. ult. C. quand. tut. vel curat. eſſe deſin.* Attamen hodiernis moribus in pœnalibus, ceu odioſis, hæc differentia non obſervatur, ſed fœminæ æquè ac maſculi ante annum decimum quartum completum, pro impuberibus habentur, atque à pœna ordinaria liberantur.

28 *Tùm*, ob text. *in artic.* 164. *Ordin. Crimin.* In verb. So der Dieb oder Diebin jhres Alters vnter 14. Jahren wäre / die ſollen nicht vom Leben zum Tode gerichtet werden *&c.* Quæ ſanè verba. quoad ſupplicii irrogationem impubertatem etiam puellarum ad annum 14. extendunt.

29 *Tùm*, quòd iniquiſſimum eſſet, gravius puniri puellas atque pueros; quibus tamen ratione ſexus & imbecillitatis iudicii facilius indulgendum eſſet. *c. ſicut dignum. ext. de homicid. l. quisquis.* §. *ad filias. C. ad Leg. Iul. Maieſt.*

30 *Secundò:* Etſi Regula prædicta generaliter impuberes ex delicto obligari ac proinde pœna arbitraria teneri dicat; attamen hoc non aliter accipiendum eſt, quàm ſi doli ſint capaces, prout ipſa verba Regulæ innuunt. Vnde fit, quòd impuberes infantiæ proximi, quia communiter etiam dolo carent, infantibus æquiparentur, atque ab omni ferè pœna perinde ac infantes liberentur. *arg.* §. *pupillus. Inſt. de inut. ſtipul. l.* 1. *ff. de iniur. Andr. Tiraquell. de pœn. temper. cap.* 7. *n.* 6. *Andr. Gail. libr.* 2. *obſerv. n.* 10 *num.* 31. *Petr. Theodor. in Colleg. crimin. diſp.* 10. *th.* 4. *lit. E. Gandin. in tit. de pœn. Reor. num.* 30. *Proſper. Farin. part.* 3. *Oper. Crim. de pœn. temper. quæſtion.* 92. *num.* 51. *Anton. Gomez. tom.* 3. *variar. reſolut. cap.* 1. *numer.* 57. *verſ. Et idem eſt. Marc. Anton. Blanch. in pract. crimin.* §. *imbecillitate. num.* 1.

31 Sed longè diverſa ratio eſt impuberum, pubertati proximorum, qui cùm regulariter doli capaces ſint, iudiciumque habeant, delinquere intelliguntur, ac propterea etiam arbitrariam pœnam incurrunt. *l. impuberem. ff. de furt.*
l. excipiuntur. ff. ad Silan. Etſi verò alii aliter 32
hoſce definiant, ut ſcilicet pubertati dicantur proximi, vel, qui decimum annum & dimidium compleverunt, ut vult *Gloſſ. in* §. *Sed quod diximus.* 10. *verb. Infantiæ. Inſtit. de inutil. ſtipulat. Bartol. in l. numer.* 6. *ff. de Novat. Gandin. in tit. de pœn. Reor. num.* 30. Aut, qui prope ad pubertatem acceſſerunt, & intra annum & ſemeſtre eam aſſequuntur, ut ſentiunt *Iacob. Cuiac. libr.* 17. *obſervat.* 4. *in fin. Ioh. Borch in comm. de verb. obligat. cap.* 3. *numer.* 11. *de pact. cap.* 3. *numer.* 19. Aut, cui ad puberem ætatem menſes

tantum

tantummodò ſex deſunt, ſecundum *Bald. in l.*
33 *excipiuntur.* 14 *ff. ad Silan. Iaſon. in Auth. Sacra-*
menta puberum. num. 15. *C. ſi adverſ. vendit.* Ve-
rior tamen eſt ſententia exiſtimantium, iudicis
arbitrio committendum eſſe, quâ ætate quis
propriè dicatur proximus pubertati, *arg. l.* 1. *ff.*
de iur. deliber. Salicet. in l. impunitas. 7. *num.* 2. *&*
3. *C. de pœn.* Nam iudex inſpecta impuberis dis-
cretione, aliisq; circumſtantiis probè perpen-
ſis, hâc de re facilimè iudicare poterit. *Iohann.*
Harpprecht. in §. in ſumma ſciendum. 18. *num.* 4.
Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſcunt. Iacob. Me-
noch de arbitr. iudic. quæſt. libr. 2. *cent.* 1. *caſ.* 57.
34 *num.* 44. *& ſeqq.* Qui non tam pluralitatem an-
norum, quàm dolum atque malitiam accuratè
conſiderare, & pro ratione iſtius pœnam irro-
gare debet: quamvis Interpp. communiter u-
trumque coniunctim, pluralitatem ſcilicet an-
norum, & malitiam requirant. *Blanch. in pract.*
crim. §. imbecillitate. n. 6. *& ſeqq. Anton. Gomez.*
dict. cap. 1. *n.* 57.

Q. 4. Qua lunam pœna Reo impuberi poſſit irrogari?

35 *Tertiò:* Quæri poteſt, *quænam propriè pœna*
impuberi Reo delinquenti, pubertati proximo, ac
doli capaci infligi queat? Huius quæſtionis deci-
ſio deſumenda eſt ex eo, quòd pœnâ arbitraria
impuberes affici velit Regula antea poſita. Quū
verò pœna arbitraria ſit carcer vel relega-
36 tio, utique & eiusmodi pœna impuberes pu-
bertati proximos plecti debere, concludendum
eſt: quod & haud obſcurè colligi poteſt *ex ar-*
tic. 157. 158. 161. *iunct. artic.* 164. *Ordin. Crim.*

37 Quibus non obſtat *artic.* 65. *lib.* 2. **Landrecht.**
In verb. **Erſchlägt ein Kind einen Mann / oder**
lähmet es einen / ſein Vormund ſoll das beſſern
mit jenes Wehrgelde/*&c.* Vnde dicendum vi-
detur, impuberes (quos nomine infantis ibi-
dem intelligi, probavi ſupra ex *gloſſ. dict. arti-*
cul. 65. *lit. a.*) ſolutione Werigeldi ab omni a-
lia pœna liberari; Siquidem præſtatio Weri-
geldi de iure Saxonico pœnam arbitrariam car-
ceris, vel Relegationis neutiquam excludit, ſed
38 præter VVerigeldum pœna quoque arbitraria,
quæ corporis afflictiva non eſt, homicidii Reo
tutò irrogari poteſt, uti notiſſimum eſt ex *Con-*
ſtitut. Elect. 11. *part.* 4. Ac certè in foro Saxoni-
co uſitatiſſimum eſt, carceris vel relegationis
pœnam Reis impuberibus adiudicari. Quin
& eiusmodi pœnæ quandoque hoc additur
augmentum; ut impubes in carcere virgis cæ-
datur.

Prout ſæpius reſponſum memini: **So wird N. N. wegen ſolcher ſeiner Verbrechung / in Anſehung ſeiner Jugend / im Gefängnüß mit Ruthen gezüchtiget/vnd darauff/ jedoch ohne leiſtung deß Vrphedens / deß Landes billich verwieſen/V. R. W.**

39 *Hæc enim verba* (**ohne Leiſtung deß Vrphedens**) *ſententiæ ut plurimùm inſeruntur, quando impuberi relegatio adiudicatur. Ne forſan iudex imperitus in executione pœnæ indictæ, Reum impuberem iurare, & Vrphedam præſtare faciat, contra l. iusiurandum.* 34. *§. pupillo.* 2. *ff de iureiur.*

40 *Sæpius tamen Carceris pœna Reo impuberi iniungitur, ita tamen, ut pro ratione malitiæ ac doli virgis ſimul cædatur, ac poſtea dimittatur. Veluti reſpondimus Prætori Friebergenſi:* So wird M. R. in Anſehung ſeiner Jugend/vnnd daß er nur 12. Jahr alt iſt / in dem Gefängnüß mit Ruthen durch den Stockmeiſter ziemlicher maſſen gezüchtiget/vnd nach außgeſtandener Straffe/vnd beſchehener ernſter Vorhaltung vnd Verwarnung / ſich vor dergleichen böſen Händeln wol vorzuſehen / vnnd zu hüten/damit jhme nicht etwas ärgers begegnen/vnd wiederfahren möge/ deß Gefängnüß wiederumb erlediget/V. R. W. *Menſe Ian. Anno* 1624.

Item: **So wird gemeldter Knabe C. B. wegen ſolcher ſeiner begangenen Verbrechung/ in Gefängnüß durch den Büttel oder Stockmeiſter ziemlicher maſſen mit Ruthen gezüchtiget/ vnd hernach der gefänglichen Hafft billich wiederumb entlediget / darbey jhme mit Ernſt vnterſaget wird/ ſich hinfüro vor dergleichen Händeln wol vorzuſehen/damit jhme nit etwas ärgers wiederfahren möge/V. R. W.** 41
An Breitenbauchiſchen Richter vnd Schöppen zu Petſchkendorff/ *Menſe Iul. Anno* 1626.

Item: **So wird bemeldtes Mägdlein in Anſehung jhrer Jugend im Gefängnüß ziemlicher maſſen mit Ruthen durch den Stattknecht gezüchtiget/vnd folgends bey der Entledigung der Gefängnüß von dergleichen Sachen mit allem Ernſt abgemahnet/mit der Vermahnung/wo ſie nicht davon abſtehen wird/ ſie künfftig mit härterer Straffe beleget werden ſoll/ V. R. W.** *Prætori & Scabinis Dresdenſibus: Menſ. Febr. Anno* 1628. 42

In caſu ſimili fuit pariter pronunciatum, Ad requiſitionem Quæſtoris in Freyburgk / *Menſe Auguſt. Anno* 1595.

Quæſtoris Leiſnicenſis. Menſe Novembr Anno 1607.

Quartò: Sciendum & hoc, quod in puniendis Reis impuberibus, pro ratione atrocitatis delicti, & malitiæ delinquentis, quæ aliàs ætatem ſupplet, ad pœnam corporis afflictivam deveniri, Reusque publicè fuſtigari queat. *Tùm*, ob textum manifeſtum in *artic.* 164 *Ordin. Crimin.* In verb. **Sondern der obgemeldten Leibes-Straffe gemäß mit ſampt ewiger Vrphede geſtraffet werden/***&c.* Et in fin. **Wie ein ſolcher junger Dieb an Gut / Leib oder Leben zu ſtraffen ſey /** *&c.* 43

Tùm, quòd pœna arbitraria ad fuſtigationem quoque, aliamve pœnam corporis afflictivam extendi poſſit: uti notiſſimum eſt, & probatum ſuprà *quæſt.* 133. *num.* 17. *ex Conſt. Elect.* 8. *part.* 4: *Conſtit.* 32. *Conſtit.* 45. *dict. part.* 4. 44

Quo tamen caſu de malitia inexcuſabili impuberis Rei conſtare debet. Quam in puero undecim annorum deprehendentes ob ſtuprum violentum commiſſum, fuſtigationis pœnam ipſi dictare haudquaquam dubitavimus, in hunc modum reſpondentes: **So wird er wegen ſolcher an dem Mägdlein begangenen vnnd vollbrachten gewaltſamen Nothzucht/geſtalten Sachen nach/ weil die Boßheit bey jhme das Alter erfüllet / öffentlich zur Staupen geſchlagen / vnd nach erlittener vnnd außgeſtandener Leibesſtraffe deß Landes ewig verwieſen / V. R. W.** *Quæſtori VVeidenſi. Menſe Septembr. Anno* 1620. 45

Pariter quoque adverſus Reum Sacrilegii impuberem, pronunciatum fuit ad requiſitionem Senatus 46 *natus Dreſdenſis, hiſce formalibus*: Ob ſich nun wol der Gefangene C. K. zu ſolchem Kirchen-Raub bekandt/ vnnd wir vns darneben erinnern/ was vermöge der Sächſiſchen Rechte auff die jenige/ ſo Kirchen oder Kirch-Höffe berauben/ für eine Straffe/ nemblichen/ daß dieſelben geradebrecht werden ſollen/ verordnet; Dieweil aber gleichwohl bey dieſem peinlichen Fall etliche Vmbſtände angeführet werden/ ſo bey dictirung der Straffe in gebührende Acht genommen werden müſſen/ vnter welchen dieſe nicht die wenigſten ſeyn/ nemblich/ deß Gefangenen Jugend vnd Minderjährigkeit/ in deme derſelbe noch biß dato das 14 Jahr ſeines Alters vollkömmlichen nicht erreichet/ vnd daß er die Sachen vmb ein leidliches/ ſich deß Hungers zu erwehren verkaufft/ welche Vmbſtände dann Käyſer Carls deß V. vnnd deß Heiligen Römiſchen Reichs peinliche Gerichts-Ordnung den Richtern vnd Vrtheilsfaſſern gebührlichen in Acht zu nehmen befihlet/ etc. So mag der Gefangene dahero am Leben nicht geſtraffet werden Er wird aber gleichwohl mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billich verwieſen/ V. R. W. *Menſ. Feb. Anno* 1615.

47 *Nec non in crimine furti, ad conſultationem Præfecti* in Sondersleben: Auffn Fall aber der Gefangene ſeines Alters über das 14 Jahr vollſtändig nicht ſeyn wird/ verbliebe er mit der Todtes-Straffe verſchonet/ vnd würde allein mit Staupenſchlägen deß Landes ewig verwieſen/ V. R. W. *Menſe Novembr. Anno* 1625.

Et in caſu ſimili, ad requiſitionem VVolffgangi Henrici à Schleinitz/ *Menſe Febr. Anno* 614. Wolffgang Siegfriedens/ zu Behlen. *Menſe Decembr. Anno* 1625.

Q. 5 Quando impubes ultimi ſupplicij pœna affici queat?

48 *Quintò*: Denique notandum, licet impubes pœnâ mortis regulariter exemptus ſit, fieri tamen quandoque poſſe, ut ob inſignem & ſupinam malitiam, ſupplicium mortis ipſi iure infligatur. Et ſic exceptio à Regula antea poſita hoc caſu facienda eſt, de quâ teſtatur *Bald. in l. excipiuntur. in pr. ff. ad SCtum Silan.* & poſt eum aliosque, quos allegat, *Sforz. Odd. de Reſtit. in integr. part. 2. quæſtion.* 80. *numer.* 51. *iunct. num.* 54.

49 Quæ nec fundamento deſtituitur: Prætérquam enim quòd verba *l. excipiuntur. ff. ad SCtum. ſilan.* (Ibi: *Trebius autem Germanus Legatus etiam de impubere ſumi iuſſit ſupplicium, & tamen non ſine ratione, &c.*) generaliter loquantur, ac proinde non inepte ad ſupplicium quoque mortis extendi queant *l. 1. § generaliter. ff. de legat. præſtand.* prout infert *Bald. dict. loco.*

50 Sanctio Carolina diſertis verbis pœnam mortis Reis quoque Impuberibus, pro arbitrio iudicis quandoque irrogari permittit, *in Ordinat. Crimin. artic.* 164. Ibi: **Wo aber der Dieb nahe bey vierzehen Jahren alt wäre/ vnnd der Diebſtal groß/ oder obbeſtimbte beſchwerliche Vmbſtände ſo gefährlich darbey gefunden würden/ alſo/ daß die Boßheit das Alter erfüllen möchte: So ſollen Richter vnd Vrtheiler deßhalben auch (wie hernach gemeldt) Raths pflegen/ wie ein ſolcher junger Dieb an Gut/ Leib oder Leben zu ſtraffen ſey.** Ac licet ibidem de crimine furti ſolummodò agatur; quin tamen in criminibus & delictis furto atrocioribus idem obtineat,
51 vix quiſquam dubitare poteſt. Exinde verò, quòd Sanctio Carolina iudices hoc caſu peritiores conſulere iubet ſatis colligere eſt, non facilè mortis ſupplicium adverſus impuberes decernendum, ſed facti ac criminis circumſtantias quasque, nec non conditionem & qualitatem delinquentis probè & exactè prius examinandam eſſe. Vbi imprimis advertendum. *Pri* 52
mò: An impubes propè & mox impleverit annum decimum quartum, *in verb. dict. artic.* 164. **Wo der Dieb nahe bey vierzehen Jahren alt wäre/** *&c. Secundo*: Num malitia delinquentis ſit 53
ſupina, ita ut ætatis defectum ſuppleat, nec correctio aliqua ſperanda, *in verb.* **Alſo daß die Boßheit das Alter erfüllen möchte/** *&c. Tertiò*:
An crimen perpetratum ſit ex atrociſſimis, aut 54
circumſtantiæ tales incurrant, quibus delictum aggravatur, *in verb. dict. artic.* 164. **oder beſchwerliche Vmbſtände/ ſo gefährlich darbey gefunden würden/** *&c.* Ex quibus conjecturis ſupina malitia colligi poteſt. Quare, priusquam pœna mortis Reo impuberi irrogetur, hæc tria concurrant; neceſſe eſt. Nempe, ut impubes prope egreſſus annum ætatis 14. ex ſupina malitia delictum commiſerit atrociſſimum, vel cum eiusmodi qualitatibus, quæ crimen atrox multum aggravant. Quorum uno deficiente, handqua- 55
quam ad mortis ſupplicium deveniri poterit. Ac certè iudex hâc in re anceps melius conſcientiæ videtur conſulere, pœnam mitiorem impuberi irrogando, quàm gravius in ipſum animadvertendo.

Secundum ea pœnam mortis dictavere Scabini 56
cuidam Reo incendii N. S. qui tempore commiſſi delicti nondum compleverat annum 14 *adjecta clauſula, ut ſi judex ei gratiam facere velit, ſeveriori ignis ſupplicio remiſſo, pœna gladii plecteretur, factaque executione cadaver combureretur. Ad requiſitionem Quæſtoris Leiſnicenſis*: So möchte er wegen ſolcher begangenen vnd bekandten Mißhandlung/ in deme er vorſetzlich Fewer angeleget/ vnd das Hauß angeſtecket/ hinwiederū mit dem Fewer vom Leben zum Tode geſtrafft/ vnnd hingerichtet werden. Man wolte denn in Anſehung/ daß der Gefangene Inhalts deß auffgeſchlagenen Tauff-Regiſters am verfloſſenē vierzehenden Martij jüngſthin (vnd alſo nach vollbrachter That/) allererſt das vierzehende Jahr ſeines Alters erfüllet/ jhme die Straffe deß Fewers/ ſo er ſonſten nach ſchärffe der Rechte verwircket/ jedoch wenn er darumb demütig vnd in Vnterthänigkeit bitten wird/ auß Gnaden erlaſſen; Auff den Fall würde er/ weil ſonderlich auß allen Vmbſtänden abzunehmen/ daß die Boßheit bey dem Gefangenen das Alter erfüllen thut/ vnd dahero jhme die Lebensſtraffe wegen ſeiner angezogenen Jugend/ nicht mag erlaſſen werdē/ mit dem Schwerde vom Leben zum Tode billich hingerichtet/ vnd der Cörper nichts deſtoweniger nach beſchehener *execution* ins Fewer geworffen vnd zu Pulver verbrandt/ V. R. W. *Menſe Mart. Anno* 1617.

In caſu ſimili pariter fuit pronunciatum adver- 57
ſus puellam M. D. quæ nondum annum 14. *egreſſa, incendium commiſerat. Ad Conſultationem Quæſtoris Delitiani*: So möchte ſie wegen ſolcher begangenen vnnd bekandten Mißhandlung/ vnd daß ſie vorſetzlichen Fewer angeleget/ hinwiederumb mit dem Fewer vom Leben zum Tode geſtraffet vnd hingerichtet werden. Man wolte jhr denn/ in Anſehung jhrer Jugend/ weil ſie allererſt ins vierzehende Jahr gehet/ die Straffe deß Fewers/ ſo ſie ſonſten

ſten vermöge der Rechte verwircket/jedoch/wenn ſie darumb demütig vnd in Vnterthänigkeit bitten vnd anſuchen würde/auß Gnaden erlaſſen. Auff den Fall würde ſie/ weil ſonderlich auß allen Vmbſtänden zuvernehmen / daß die Boßheit bey der Gefangenen das Alter erfüllen thut/ vnnd daherò jhr die Lebensſtraffe wegen jhrer angezogenen Jugend nicht mag erlaſſen werden / geſtalten Sachen nach / mit dem Scherdt vom Leben zum Tode billich bracht vnd geſtrafft/V. R. W. *Menſe Martio, Anno* 1615.

58 *Simili modo ob furtum commiſſum dictaverunt Scabini pœnam laquei cuidam furi impuberi, qui nondum compleverat annum ætatis decimum quartum. Ad Conſultationem iudicis in* Hayn. *Menſ. Februar. Anno* 1609.

59 Tertia denique Regula, quæ minores concernit, hæc eſt: Quòd delinquens ob minorennitatem à pœna ordinaria regulariter non excuſetur.

60 Poſtquam Impuberes annum decimum quartum compleverunt & decimum quintum annum ingreſſi fuere, puberes ſive minores dicuntur, usque ad annum vigeſimum quintum: quo completo, de iure communi maiores habentur in negotiis peragendis, ac etiam in delictis, *l. fin. C. de iis qui ven. ætat. impetr. l. cum filio. §. ult. ff. de legat.* 3. *l. auxilium §. in delictis. ff. de min. l.* 1. *&* 2. *C. ſi advers. delict.* Sed de iure Saxonico minorennitas durat ſaltem usque ad annum viceſimum primum incluſivè. Quia enim in terris Saxonicis maturius aliquantò ſapiunt homines, ideo maiores ſtatim dicuntur completo vigeſimo primo anno, per textum Landr. *lib.* 2. *art.* 42. *&* Lehenrecht. *cap.* 26. *Matth. Coler. part. deciſ.* 19. *num.* 4.

Qu. 6. An & quatenus minorennitas delinquentem à pœna ordinaria excuſet?

Hoſce minores ex delicto quidem obligari, 61 attamen remiſſâ pœnâ ordinariâ, mitius puniendos eſſe, communiter tradunt *Dd.* quos refert & ſequitur *Proſper. Farin. part.* 3. *oper. crimin. de pœn. temper. quæſtion.* 92. *num.* 41. *Hippolyt. de Marſil. in l. de minore. in pr. num.* 57. *ff. de quæſtion. Andr. Tiraquell. in tract. de pœn. temper. cauſ.* 7. *numer.* 1. *& ſeqq. Petr. à Plach. in epit. delict. cap.* 32. *numer.* 11. *Iul. Clar. in Pract. §. ult. quæſtion.* 60. *in pr. Ioſeph. Ludov. part.* 1. *deciſ. Lucenſ.* 17. *numer.* 41. *Tiber. Decian. in tract. crimin. libr.* 5. *cap.* 37. *numer.* 56. *Franc. Cald. in repet. l. Si Curatorem.* 62 *verb. Vel adverſarii dolo. numer.* 5. *C. de in integr. reſtit. minor. Sforz. Odd. in tract. de reſtit. in integr. part.* 2. *quæſtion.* 80. *numer.* 72. *& ſeqq.* generalem ponentes concluſionem, quòd ætas ſit iuſta cauſa mitigandi pœnas, ſecundum *l.* 1. *§. impubes.* Ibi: *Ætas enim excuſationem meretur. ubi gloſſ. in verb. ætas ff. ad Silan. l. ferè in omnibus.* Ibi: *ferè in omnibus pœnalibus iudiciis & ætati, & imprudentiæ ſuccurritur. ff. de reg. iur. l. aut. facta. §. perſonam.* Ibi: *In huiusmodi Rei conſideratione ætatis ratio quoque habetur. ff. de pœn.*

63 Quam concluſionem vulgò extendunt, ut iudicem non ſolùm poſſe, ſi velit, minoribus delinquentibus pœnam temperare; ſed etiam ad id teneri, & ſi id non fecerit, gravare Reos, ac propterea ab ipſo appellari poſſe exiſtiment; *Angel. Aretin. in tract. malefi. verb. Scienter. & doloſè numer.* 12. *in fin.* ubi dicit, hoc eſſe beneficium minoribus à jure datum, quod eis auferri non queat. *Grammat. deciſ.* 2. *n.* 12. *Anton. Gomez. tom.* 3. *variar. reſolut. cap.* 1. *n.* 63. *Proſper. Farin. dict. quæſt.* 92. *n.* 163. ubi multos alios allegat.

64 Sed ut pace horum *Interpp.* dixerim, Concluſio hæc nullibi in jure fundata eſt. Quod enim dicitur & ex textibus allegatis probatur, ætatem veniam mereri; id certo certius eſt, ſed in ætate impubere tantummodo obtinet, ad minorennitatem verò haudquaquam extendi debet, eo, quod minores regulariter, ex dolo ac malitia delinquant. Aliàs ſanè, ſi verba iſta generaliter accipienda eſſent, neſcio ad quam non ætatem adaptari poſſent. 65 Rectius verò ſentit. *Bald. in l.* 1. *num.* 1. *C. ſi adverſ. delict.* exiſtimans judicem quidem pro ratione circumſtantiarum minoribus delinquentibus pœnam minuere ex arbitrio poſſe; attamen hoc facere non teneri, quem ſequitur *Vulpell. Conſil.* 101. *Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. libr.* 2. *caſ.* 239. *numer.* 9. *Matth. Coler. part.* 1. *deciſ.* 162. *num.* 8. Cum quibus divortium facio à communi illa *Dd.* opinione, Regulam ponendo generalem: quòd regulariter Minores mitius puniri haud debeant. 66 Siquidem communi *Interppr.* opinioni tùm demum inhærendum eſt, quando juſta ratione ac fundamento nititur, *c. ergo diſt.* 9. *Henric. Bocer. in tract. de adult. cap.* 5. *num.* 52. Nil verò autoritatis ea habet, quando ſimpliciter ſine lege vel ratione per tranſennam vel diſcurſum absque diligenti conſideratione, nec penſatis hinc inde argumentis, perfunctoriè ſaltem collecta eſt. *Andr. Alciat. libr.* 4. *parerg. cap.* 17. *Neviz. in Sylv. nupt. libr.* 5. *numer.* 29. *Socin. Iun. conſ.* 1. *num.* 143. *& conſ.* 119. *n.* 30. *volum.* 1. *Tiber. Decian. vol.* 1. *conſ.* 31. *num.* 129.

67 Quod autem Regula hæc juri ac rationi conſona ſit, patet *Primò ex l. auxilium.* 37. *§. in delictis. ff. de minor.* Ibi: *In delictis autem minor annis* 25. *non meretur in integrum reſtitutionem, utique atrocioribus, Niſi quatenus interdum miſeratio ætatis ad mediocrem pœnam judicem produxerit.* Vbi probè obſervanda eſt particula (*interdum*) quæ ſatis probat, regulariter in delictis minorũ pœnam non eſſe temperandam, ſed interdum, hoc eſt, quando ſic judici viſum fuerit, prout ita infert *Bald. in dict. l.* 1. *C. ſi adverſ. delict. Jacob. Menoch. dict. caſ.* 329.

68 *Secundò*: Axioma fere generale eſt, ac iure ſatis fundatum, quòd in criminibus publicis iudiciis ætatis ſuffragio minores non iuventur, *l.* 1. *C. ſi adverſ. delict. l. ſi ex cauſa* 9. *§. nunc. videndum* Ibi: *Placet in delictis non ſubveniri minoribus. ff. de minor.* Ratio in promptu eſt, quia deceptis, non decipientibus & doloſè delinquentibus ſubveniri debet. *l.* 1. *in pr. ff. de minor.* Nec obſtat, quod in minore tantus non ſit dolus, quantus in maiore, *Auguſt. in addit. ad Angel. Aretin. in tract. malefic. verb. ſcienter. & doloſè. num.* 12. *Anton. Teſſaur. deciſ.* 161. *num.* 4. 69 Etſi enim hoc verum ſit, haudquaquam tamen exinde ſequitur, minores à pœna mortis imũnes eſſe, quippe qui omni prorſus dolo non carent. Sufficit namq; talem adeſſe dolum, qualis ad infligendũ

mortis ſupplicium requiritur, cuius minores delinquentes expertes non eſſe, ſat manifeſtum eſt ex *dict. l. auxilium* 37. §. *in delictis. ff. de minor.*

70 *Tertiò*: Accedit Sanctio Carolina, quæ eos ſolummodò fures à mortis pœna eximit, qui adhuc impuberes ſunt, & decimum quartum ætatis annum nondum exceſſerunt in *artic.* 164. In verb. init. So der Dieb oder Diebin jhres Alters vnter vierzehen Jahren wären / die ſollen vmb Diebſtal ohne ſondere Vrſach auch nicht vom Leben zum Tode gerichtet werden/*&c.* Vnde ſequitur, iis minoribus, qui iam egreſſi annum decimum quartum furati fuerunt, mortis ſupplicium haud remittendum eſſe, argumento à contrario ſenſu deſumpto ex *dict. artic.* 164. Qui licet ſpecialiter de crimine furti loquatur; attamen, quin & ad ſimilia, ac multò magis atrociora delicta, ex ratione huius ſanctionis extendi debeat, nemini obſcurum eſſe poteſt.

71 *Hancq; Regulam in terris Saxonicis uſu receptã eſſe, & ſecundum eam Elect. Saxon. Scabinos quotidie pronunciare, certò certius eſt, & ex plurimis eorundem ſententiis patet. Veluti ſic* 72 *reſponderunt Senatui Torgenſi:* Da ſichs nun in der Erkündigung befinden würde / daß der Gefangene gewiß über vierzehen Jahr wäre / vnnd er auff ſeinem gethanen Bekändtnüß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde. So möchte er nach ſchärffe der Rechte/mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtraffet werden *&c Menſe Decembr. Anno* 1596.

73 *Item Senatui Hamburgenſi:* Vnd mag die zuerkandte Straffe deß Strangs / wegen ſeiner angeführten Jugend/geſtalten Sachen nach/weil es mit jhme dem Gefangenen dieſe Gelegenheit vnnd Zuſtand hat/ (wenn er gleich noch jünger von Jahren / vngeachtet er doch allbereit das ſiebenzehende Jahr ſeines Alters erreichet/ vnd in das achtzehende Jahr getretten/) daß bey jhme die Boßheit das Altar erfüllen thut/ jhme nicht erlaſſen noch füglichen geändert vnd gelindert werden/ V. R. W. *Menſe April. Anno* 1615.

Plura Scabinorum præiudicia vide ſuprà p. 2. *q.* 82. *num.* 3. *& ſeqq.*

74 *Non tantum verò in crimine furti, ſed & aliis quoque delictis, pœnam ordinariam Reis minoribus indicere non dubitavere Scabini. Veluti ob perpetrati incendii crimen, pœnam ignis dictaverunt cuidam Reo* 16. *annorum. Ad requiſitionem Præfecti in* Croſſen. *Menſ. Septembr. Anno* 1616.

Et in caſu ſimili, ad Conſultationem Quæſtoris Dippoldisvvaldenſis. Menſe Iun. Anno 1624.

Item. D*n. Ferdinandi Baronis à* Bieberſtein. *Menſ. Septemb. Anno* 1627.

75 *Similiter & cuidam Venefico* 17. *annorum ignis ſupplicium à Scabinis dictatum fuiſſe reperio:* An Richter vnnd Schöppen deß Weichbild Gerichts zu Zeitz. *Menſ. April. Anno* 1587.

76 Nec ſolùm in delictis atrociſſimis hæc Regula ſibi locum vendicat, ſed & in aliis criminibus idem iuris obtinere, generalitas Regulæ, eiusque ratio ſatis ſuperque evincit. Licet namque verba *l. auxilium.* 37. *in delictis*, Ibi; *Vtiq; atrocioribus, ff. de minor.* quis urget, ex iisq; inferre velit, minores non niſi in atrocioribus criminibus pœnæ ordinariæ ſubiugandos eſſe; Inde tamen hoc vix evinci poterit; cùm vocabulum (*Vtique*) ſignificet idem ac (*maximè*) ut 77 ſenſus ſit, minores in delictis, maximè atrocioribus veniam non mereri; quo ipſo leviora delicta potius includuntur, quàm excluduntur, ut rectè advertit *Helfr. Vlric. Hunn. in tract. de iuriſdict. libr.* 1. *cap.* 5. *quæſt.* 5.

78 *Hinc puero* 15. *annorum ob commiſſum homicidium ordinariam gladii pœnam irrogandam eſſe, Scabini pronunciarunt Henrico à* Beuſt in Planitz. *Menſ. April. Anno* 1582.

Quam pœnam quoque dictarunt homicidæ 16. *annorum. Ad requiſitionem Quæſtoris in* Senfftenberg *Menſ. Iunio Anno* 1605.

Item Quæſtoris Dresdenſis. Menſ. Ianuar. Anno 1613.

79 *Quin nec in crimine adulterii minores à pœna ordinaria exemptos eſſe, patet ex l. auxilium.* 37. §. *in delictis.* Ibi: *Sed ut ad Legis Iuliæ de adulteriis coercendis præcepta veniamus, utique nulla deprecatio adulterii pœnæ eſt, ſi, e minor annis adulterum fateatur, &c. ff. de minor.*

Prout reſponſum à Scabinis gegen Sommern / *ad requiſitionem Iulii* Eperbers: So möchte N. N. wegen ſolches begangenen vnd bekandten Ehebruchs derer in ewer Frage angezogenen Vrſachen/ als ſeines jungen Alters vnd Vnverſtandes/in deme er nur ſiebenzehen Jahr alt iſt/ vngeacht/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtraffet werden/ V. R. W. *Menſ.* Decembr. *Anno* 1584.

Vide ſuprà part. 2. *quæſt.* 62. *n.* 50. *& ſeqq.*

80 Cæterùm, etſi hæc Regula veriſſima ſit, uti hactenus rationibus & præiudiciis Scabinorum Lipſenſium luculenter probatum fuit, per eam tamen iudici arbitrium mitigandi pœnas haudquaquam adimitur. Tantum enim abeſt, hanc facultatem iudici denegari; ut & diſertis verbis ea conceſſa fuerit, *in dict. l. auxilium.* 37. §. *in delictis* verb. *Niſi quatenus interdum miſeratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem produxerit, &c. ff. de minor.* Quin ergò iudici fas ſit, in 81 criminibus, præſertim atrocioribus, ob minorennitatem pœnam ordinariam mitigare, ac remiſſio pœnæ augmento, gladii ſupplicium ſubſtituere, ambigendum prorſus non eſt, modò probabilem mitigationis cauſam habeat, utpote, quod delinquens nuper factus fuerit pubes, aliove modo ſupinam malitiam purgaverit. *Ordin. Crimin. Carol. artic.* 179. *ubi Matth. Steph. in not. num.* 3. *Iul. Clar. in pract.* §. *ult. quæſt.* 60. *num.* 3.

82 *Hancque doctrinam in delictis atrociſſimis communiter practicari in Elector. Saxon. Scabinatu obſervavi, dum vel remiſſo ſupplicio atrociori, mitior pœna in ſententia exprimitur, vel iudici libera facultas pœnam ordinariam in gladii pœnam, ob minorennitatem Rei convertendi, conceditur. Veluti in puncto Latrocinii Domini reſponderunt ad requiſitionem Friderici* Rölings / in Kunnersdorff: So möchte er von wegen ſolcher begangenen vnd bekandten Ermordung vnd Beraubung / geſtalten Sachen nach/ weil er noch

ziemlich jung/und nur fünffzehen Jahr alt iſt / mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte gerichtet/ unnd nach außgeſtandener Todtesſtraffe / der Cörper uff ein Rad geleget und geflochten werden/ V. R. W. *Menſe Novemb. Anno 1619.*

83 *Item: Senatus Torgenſis:* Vnd iſt dem Rath zu Torgau/ die *Inquiſito* zuerkante Straffe deß Rades/von wegen ſeiner Jugend zu lindern/ unnd ihn mit dem Schwerdt richten zu laſſen/ nnbenommen / V. R. W. Menſ. *Martio* Anno *1583.*

84 *Pari modo reſponderunt Domini in crimine Sacrilegii, cum Reus annũ 18. nondum compleverat.* So möchte er ſolcher ſeiner begangenen und bekantẽ Deuben und Kirchen Beraubung halber / mit dem Rade vom Leben zum Todte gerichtet und geſtraffet werden. Man wolte ihm denn in Anſehung ſeiner Jugend Gnade erzeigen / uff ſolchen Fall würde er mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte gerichtet und geſtraffet/ V. R. W. *Ad requiſitionem M. à S. in O. & N.* Menſe *Majo Anno 1631.*

Sic & pœna gladii fuit dictata puellæ 15. annorum ob commiſſum infanticidium. Gegen Arnshauck / an Landrichter Menſe *Februar.* Anno *1583.*

85 *Similiter meretricem quandam 17. annorum, eo, quòd infantem ſuum ſuffocaverat, gladio plectendam eſſe, reſponderunt* Scabini Senatui Chemnicenſi. Menſ. Mart. *Anno 1585.*

86 *Idemque in crimine incendii quotidiè practicari, & ob minorennitatem Reis hujus delicti ſeveriorem ignis pœnam remitti, ſubſtituta gladii pœnâ, ſatis teſtantur Sententiæ Scabinorum* Lipſen*ſium ſuprà pag. 1. quæſtion: 39. numer. 18. & ſeqq. adductæ.*

87 Quinimò non ſolùm in criminibus atrociſſimis, ſed & aliis delictis; veluti homicidio, adulterio, furto, &c. pœnam mortis ordinariam Reis ob minorennitatem quandoque remitti ſubſtituta fuſtigatione, aut Relegatione, ſæpiùs obſervavi. Neque enim *dict. l. auxilium* §. *in delictis ff. de minor.* inter crimina atrocia & atrociſſima diſtinguit, ſed ob miſerationem ætatis indifferenter pœnas mitigare judici permittit; adeoque diſpoſitionem hujus Legis ad crimina atrociſſima reſtringere haud licet.

Hinc adverſus homicidam quendam 15. annorum, Scabini in hunc modum pronunciarunt: So möchte *Inquiſit* wegen ſolcher begangenen und bekanten Entleibung / woferne man ihme in Anſehung ſeines minderjährigen Alters nicht Gnade erzeigen wolte mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtraffet werden. *Henrico à* Beuſt. M. *April. An. 1582.* 88

Remiſſa poſtmodum pœna mortis; dictarunt ei Scabini relegationem una cum ſolutione Weri*geldi & expenſarum,* M. *Iulio ejusdem Anni.*

Pariter & in crimine furti, remiſſa pœnâ ſuſpendii ob minorennitatem, dictata fuit Reo delinquenti fuſtigatio cum perpetua Relegatione. Ad requiſitionem Quæſtoris Dresdenſis, M. *Iunio* A*n. 1587.* 89

It. Menſ. Octob. An. 1614.

Vide *ſupra p. 2. q. 82. n. 36.*

Denique & hoc ſæpiùs obſervavi; quòd in criminibus atrociſſimis non ſolùm ordinarium ſupplicium Reo minori mitigatum, ſed & mortis pœna in fuſtigationem commutata fuerit; ne forſan ad mortis ſupplicium condemnaretur, quem ſimplicitas ac imbecillitas conſilii juvare poſſet. 90

QVÆSTIO CXLIV.

Quatenus ob Senectutem, Corporisque debilitatem, pœna mitigari debeat?

SUMMARIA.

1. *Senes mitius ſunt puniendi, & quare? numero 2. 6.*
3. *Senes habent ſenſum puerilem & pueris ſimiles ſunt. num. 4.*
5. *Senectus altera adoleſcentia & pueritia eſt.*
7. *Plurimi ſenes ſunt robuſti, ſapientes, & perſpicaces.*
8. *Variæ traduntur Dd. diſtinctiones circa mitigationem pœnæ in ſenibus. num. 9. 10. 11.*
12. *Senectus regulariter à pœna neminem excuſat, & quare? n. 15. 19. 20.*
13. *Senectus quo anno incipiat? n. 14.*
16. *Explicatio l. 2. ff. de term. mot. l. 6. ff. ad Leg. Iul. peculat. l. 3. §. 7. ff. ad SCtum Silan. numer. 17. 18.*
21. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. num. 22. 23. 24. 25.*
26. *Pœnæ corporis afflictivæ ſenibus non facilè infliguntur.*
27. *Sicuti nec torqueri poſſunt.*
28. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
29. *Niſi adhuc ſint graves & robuſti. n. 30. 31.*
32. *Sententia Scabinorum Lipſenſium; numer. 33.*
34. *Senes ob ætatem decrepitam deliri mitiùs ſunt puniendi. n. 35. 36.*
37. *Intellectus l. 3. §. 7. ff. ad SCtum Silan.*
38. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium; num. 39.*
40. *Propter morbum & corporis debilitatem pœna mitigari debet. numer. 41. 42. 43. 45. 46. 47.*
44. *Eadem ratio eandem facit juris diſpoſitionem.*
48. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium numer. 49. 50. 51.*
52. *Ægrotis pœna ultimi ſupplicii non remittenda eſt.*
53. *In morbis mox curabilibus executio pœnæ differenda eſt.*
54. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
55. *Quomodo procedendum, ſi fœmina ſit prægnans, aut infantem lactet.*

Hi Secun-

1 SEcunda Cauſa minuendi pœnam eſt Senectus. Non minus etenim ſenes ac minores, vel etiam impuberes, ob delictum commiſſum mitius puniendos eſſe, unanimiter ferè tradunt *Dd.* quos longo Catalogo refert & ſequitur *Proſper. Farin. part. 3. oper. crimin. de pœn. temper. quæſtion. 92. num. 23. Andr. Tiraquell. in tract. de pœn. temper. cauſ. 8. nu. 1. & ſeqq. Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. cap. 1. num. 68. Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſtion. lib. 2. caſ. 329. num. 20. Petr. Theodor. in Colleg. Crimin. diſp. 10. th. 4. lit. E. Andr. Gail. lib. 2. obſervat. 110. num. 34.* Bertaz. *tom. 2. conſil. crim. 70. numer. 37. Franc.* Caldas *in repet. l. ſi Curatorem. verb. vel adverſarii dolo. num.* 54. C. *de in integr. reſtit. Sforz. Odd. in tract. de reſtit. in integr. part. 2. quæſtion. 80. num. 109. Virgil. Pingiz. quæſt. 57. num. 31. & ſeqq.*

2 Cujus rei ratio haudquaquam obſcura
eſſe poteſt. Nam ſi minores ob id potiſſimùm
mitius puniendi ſint, quòd nondum perfectum
conſilium habeant; conſequenter etiam in ſeniores
mitius erit animadvertendum: ſiquidem
hi cum adoleſcentibus in pari gradu habentur, ut
qui partem bonam conſilii mentis amiſerunt; ut
probè dixerit Accurſius: ſenes habere ſenſum
3 puerilem, in *l. ſenectus C. de donat.* Quare & pueris
mirè delectantur, quaſi ſimiles jam ad ſummum
amorem propenſi. *Andr. Tiraquell. dict.
cauſ. 8. numer.* 3. Ac ſenes omnibus modis in pueritiam
revolvi, rurſumque ad initium reverti, dicit
Ariſtot. lib. Orb. quæſtion. 17. cap. 3. Quod
ipſum experientia quotidiana ſatis ſuperque teſtatur:
Primùm enim redit albor, ſimul & raritas
capillitii, quorum utrumque pueris familiare,
deinde balbuties, veluti altera infantia: Quin &
4 ſenibus omne corpus ad puerilem modum decreſci
conſimilis virium imbecillitas, & Cibi
quoque conſimiles utrique ætati congruunt; Poſtremo
morum ineptia, levitas animi, & hoc
5 ipſum nihil ſapere in Senibus infantiam quandam
referre videtur. *Tiraquell. dict. loco.* Ac in
ſumma, Senectus altera adoleſcentia & pueritia
eſt: Ut mirum haud ſit, quòd mitigationem
6 pœnæ afferat. Quod & luculenter comprobat
Calliſtratus JCtus in *l. divus Hadrianus. 2. ff. de termino moto.* In verb. *Et poſſunt in tempus, ut cujuſque patiatur ætas relegari, id eſt, ſi juvenior, in longius, ſi Senior, reciſius hoc eſt brevius.* Et Ulpian. in *l. ſacrilegii pœnam 6. in pr.* verb. *ſacrilegii pœnam debebit Proconſul pro qualitate perſonæ, proque Rei conditione & temporis, & ætatis, & ſexus, vel ſeverius, vel clementius ſtatuere, &c. ff. ad Leg. Iul. peculat.* Idemque Ulpian. in *l. ſi quis in gravi. 3. §. 7.* Ibi: *ignoſcitur etiam his, qui ætate defecti ſunt. ff. ad SCtum* Silan.

7 Nihilominus tamen plurimi quoque ſenes, teſte experientiâ, etiam Septuaginta, Octuaginta annorum, & ſupra, ſunt robuſti, perſpicaces, & ſapientes, à quibus crimina perpetrata gravius videntur punienda eſſe; quippe qui plus cognoſcentes, minus delinquere debebant, *Sfort. Odd. de reſtit. in integr. part. 2. q. 80. num. 116.* & in quibus ratio mitigationis pœnæ ceſſat, quæ eſt mentis alienatio ob ætatem decrepitam. *Tiraquell. dict. cauſ. 8. nu. 6. & 7. Proſp. Farin. dict. quæſtion. 92. n. 25.* Quod & voluit *Iaſon. in l. 3. §. ignoſcitur. nu. 16. in fin. ff. ad* SCtum *Silan.* ubi dixit: Quod niſi deliri ſint ſenes, quia mente carent propter ſenium excuſari minimè debeant.

Unde ſequitur, doctrinam hanc *Interppr.* 8
generaliter acceptam vix ſubſiſtere poſſe abſque
peculiari nota abſurditatis, quam ut *Dd.* effugiant,
variè diſtinguunt, reſtringentes nempe
prædictam doctrinam, Vel ad pœnas corporales; 9
puta abſciſſionem membri ſeu manus amputationem,
Bald. *in l. quid ergò §. pœna gravior.
numer. 10. ff. de his, qui not. infam. & in l. quicunque
num. 17. verſ. quarto caſu.* C. *de Serv. fugitiv.
Petr. à Plach. in epit. delict. cap. 32. numer. 14. in fin.
Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. cap. 1. nu. 68.*
Vel ad pœnas arbitrarias, *Plach. & Gomez. dict.* 10
loco. Ita ut veniam nullatenus mereantur Senes
in pœnis pecuniariis. *l. ſemper. ff. de jur. immun.*
Ibi: *maximè ſi non tam corporis habeat vexationem,
quàm pecuniæ irrogationem.* Sicuti nec
in pœnis capitalibus, quæ mortem inferunt.
Alber. in l. 1. §. impubes in fin. ff. ad Silan. ubi ponit
illud: *Caſtiga juvenem ferulâ, furcâ Senem:* Peccantem
*juvenem corrige, pende ſenem. Anton. Gomez.
dict. cap. 1. numer. 68. Plach. dict. cap. 32. num.
15.* Alii verò tum demum ſenes mitius puniri volunt, 11
quando nempe propter ſenectutem & ſanguinis deminutionem, deminuti etiam ſenſu ſunt & intellectu, ita, ut repueraſcere incipiant. A*ndr. Tiraquell. de pœn. temper. cauſ. 8. num.* 4. *Anton. Gomez. dict. cap. 1. num. 68.* Secus verò quando ſunt robuſti, graves, perſpicaces & ſapientes. Nam tunc eò gravius in illis puniendum eſſe delictum, autumant, tanquam patratum ab eo, qui plus cognoſcens, minus delinquere debebat. *Sfort. Odd. de reſtit. in integr. part. 2. quæſt. 80. num. 116.*

In hac Interpp. varietate, pro exactiori hujus 12
rei declaratione, Regulam negativam formare nil vereor: **Quòd ſcilicet Senectus regulariter à pœna neminem excuſet.**

Q. 1. *An Senectus delinquentem à pœna ordinaria excuſet?*

Senectutem dici ab anno 50. perfecto, uſque
ad annos 70. tradit *Gloſſ. in proœm. Sexti in
verbo* Perfectus, *&c.* Sed alii docent, Senem communiter 13
reputari Sexagenarium. *Novell. in
tract. ad defenſ. part. 1. num.* 45. Rectius forſan
hoc judicis arbitrio committitur, ſecundum *Iacob.
Menoch. de arbitr. jud. quæſtion. lib. 2. caſ. 59.
num. 3.* Quod licet veriſſimum ſit; attamen quin 14
Septuagenarius pro ſene haberi debeat, prorſus non ambigendum eſt, per §. *item major. Inſtit. de excuſat. tutor. Viv. comm. opin. verb. Senex. in fin. Paris. vol. 2. conſil. 29. numer. 38. Bertaz. vol.* 1. *conſil. crim 102. num. 1. Abbas in c. quoniam frequenter num. 18. ext. Ut lite non conteſtata. verſ. Ego put.* Ibi addit: Licet alioquin judicis arbitrio relinquatur ubi definitum non eſt, qua ætate quis Senex dicatur, tamen in ſeptuagenario nihil judicis arbitrio relinquitur, cùm ſatis certum ſit, hunc eſſe ſenem. Vid. *Andr. Gail. l. 1. obſerv. 92. num. 7. Rutger. Ruland. l. 1. de commiſſ. ad perp. rei memor. c. 6. numer. 4. Petr. Theodor. in Colleg. Crim. diſp. 10. th. 4. lit. F. Petrus Gilken. ad Auth. Sed et ſi quis. n. 13. C. de teſta. Menoch. dict. loco.*

15 Senes verò hoſce, quà tales, à pœna ordinaria haud eſſe exemptos: PRIMÒ vel exinde conſtat, quòd nullibi diſertè excepti reperiantur. Quare nec abſque legis autoritate, venia ipſis erit tribuenda. *l. diſſentientis 15.* C. *de repud. c. is qui in Eccleſia. 18. in fin. prov. ext. de ſentent. excomm. in 6to. Iaſon. in l. illam. 19. num. 8. C. de collat. Iacob. Schult. in addit. ad* Modeſt. *Piſtor. part. 3. quæſt.* 126. *num. 169. & 170. Hartm. Piſtor. lib. 2. quæſt. 13. num. 36.*

16 Nec obſtant textus antea allegati; in *l. 2. ff. de term. mot. l. ſacrilegii pœnam. 6. in pr. ff. ad Leg.* I*ul. peculat. l. 3. §. 7. ff. ad SCtum. Silan. R. Primo.* Vel enim dicendum, textus illos in practica non ſervari, cum *Iulio* Claro *in pract. §. ult. quæſtion. 60. verſ. ſucceſſivè quæro, &c.* ubi ait, ſe nunquam vidiſſe, quòd pœna Senibus fuerit mitigata, præterquam in levibus delictis, & Senatum Mediolanenſem juſſiſſe fuſtigari quendam furem Senem Antonium de Cumis appellatum.

17 *Secundò*: Vel reſtringendi ſunt textus illi ad pœnas arbitrarias, in quibus ſolùm ſenes mitius puniri debeant, juxta tradita *Petr. à Plach. in epit. delict. cap. 32. numer. 14.* Anton. *Gomez. tom. 3. variar. reſolut. cap.* 1. *numer. 68.* Secus verò in pœnis uniformibus, & determinatis à lege & Statuto, qualis eſt pœna homicidii, & adulterii: in quibus neutiquam eſt habendus reſpectus perſonarum. *Bald. in l. nemo. Clericus. numer. 1. in 4. notab. C. de* Sum. *Trinit. & Fid.* Ca*thol. Foller. in pract. crimin. cap. 16. numer.* 18. *Ter-*

18 *tiò*: Rectius forſan accipi debent illi textus de ſenectute decrepita; quæ mentis alienationem habet conjunctam. Nam ſi Senes ob ætatem decrepitam deliri delinquant, pœnam ipſis mitigandam eſſe, nemo negaverit, niſi qui infantes ac impuberes pœnæ quoque ordinariæ ſubjugandos eſſe, exiſtimaverit: ſiquidem hiſce ſenes in decrepita ætate conſtitutos rectiſſimè æquiparari, antea probavi ex *Andr. Tiraquell. in tract. de pœn. temp. cauſ. 8. numer. 3.* Atque de hiſce agi *in l. 7. §. 3. ff. ad SCtum Silan.* ipſiſſima textus verba innuunt (*qui ætate defecti ſunt*) quæ non niſi de ætate decrepita propriè intelligi queunt.

19 *SECUNDò*: Negari nequit, plurimos ſenes, etiam ſeptuaginta & plurium annorum eſſe robuſtos, ſapientes, & perſpicaces; quibus ſi venia daretur, dubito, annon feneſtra delinquendi Senibus aperiretur, qui tantò magis puniendi eſſent, quantò gravius delinquere videntur; ſecundum S*fort. Odd. de reſtit. in integr. part. 2. quæſt. 80. n. 116.*

Ac ſi cauſa mitigationis pœna in Senibus eſt mentis alienatio, utique ceſſante hac cauſa, ſenes adhuc ſapientes & perſpicaces veniam mereri haud poterunt. *Proſper. Farin. part. 3. oper. crimin. quæſt. 92. n. 35.*

20 *TERTIò*: Facit quoque huc, quòd ſenes ob ſolam Senectutem nec donare, nec teſtamentum facere prohibeantur, *l. ſenectus. 16.* Ibi; S*enectus ad donationem faciendam ſola non eſt impedimento.* C. *de donat. & l. ſenium. 3.* Ibi: *Senium quidem ætatis, vel ægritudinem corporis, ſinceritatem mentis tenentibus teſtamenti factionem certum eſt, non auferre.* C. *qui teſtam. fac. poſſ.* Quod ſi ergò ex contractu teneantur, eaque quæ juris publici ſunt, qualis eſt factio teſtamenti *l. 3. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* perficere queant, cur non etiam ex delicto ſuo tenerentur, non certè video: quum non minus diſcretio ac prudentia in contractibus & teſtamenti factione requiratur, quàm malitia & dolus in delictis reprehendatur & puniatur.

Hancq; Regulam in pronunciando ſequi Elect. Saxon. Scabinos certius eſt, quàm ut probatione ulla indigeat; non ſolùm in crimine homicidii, de quo forſan facilè nemo dubitat; ſed & aliis in delictis, puta Furto & adulterio. Prout ſuſpendii ſupplicium furi cuidam 64. annorum dictare haud dubitavere Domini. Nach Endolff / an Johann Trillern Verwaltern: *Menſe Iun.* A*n. 1605.* 21

Item: An Schöſſer in Ziegenrück: Hat N. E. ein Ehmann von ſechtzig Jahren in guten bekandt / daß er mit einer Wittiben / welche auch ein Weib von 60. Jahren iſt / zu dreyen unterſchiedenen mahlen fleiſchliche Unzucht getrieben / und geehbruchet / welches denn / daß es geſchehen / ſie die Vettel auch bekant / *&c.* Da nun gedachter Ehemann N. E. uff ſolchem ſeinem gethanen Bekäntnüs vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten / wie recht / überwieſen würde; So möchte er von wegen ſolches begangenen und bekanten Ehebruches mit dem Schwerd vom Leben zum Todte geſtraffet werden / *&c.* Menſ. *Junio Anno 1601.* 22

Item: an Rath zu Eißleben: So möchte die Gefangene C. M. ſolches ihres begangenen und bekanten Diebſtals wegen / unangeſehen ſie ein Weib von drey und ſiebentzig Jahren iſt / nach ſchärffe der Rechten mit dem Strange vom Leben zum Todte gerichtet / und geſtraffet werden: V. R. W. *Menſ. Iul. Anno 1635.*

Pœnam quoq; gladii indixerunt adultero cuidam Septuagenario. A*d requiſitionem Quæſtoris in* Lautterſtein. Men*ſ. Iulio An.* 1504.

Præfecti Pegavienſis Menſ. Ian. *An.* 1569.

P*ari pœna plectendum eſſe adulterum, maritum 87. annorum, qui cum ancilla ſua ſepties concubuerat, eamque impregnaverat; reſponderunt Domini Quæſtori* Chemnicenſi Men*ſe Auguſt. An. 1617.* 23

Vide plura præjudicia *ſuprà p. 2. quæſt. 62. num. 43. & ſeqq.*

Simili planè modo in crimine parricidii, pœna ordinaria C*ulei, vel ex defectu aquæ, pœna rotæ fuit dictata* W. M. *marito cuidam* Sexagenario, *qui Uxorem ſuam interfecerat,* Gegen Wallbach / an Hanß Fickern / Richtern daſelbſt. Men*ſ. Iun. An. 1621.* 24

In Crimine *quoque* Sortilegii Senectutem *à pœna incendii neminem excuſare, tantum abeſt, ut negari poſſit, ut etiam Veneficæ plerumq; ſint vetulæ, quibus hæc pœna irrogari ſoleat.* 25

26 *Limitatur tamen Primò hæc Regula* in pœnis corporalibus, quibus non vita adimitur, ſed corpus ſolummodo affligitur; qualis eſt fuſtigatio, aut manus amputatio, quæ abſque periculo & diſcrimine vitæ Senibus ob corporis debilitatem & infirmitatem vix infligi poſſunt. Quare haud raro iis pœna corporalis remittitur. *Bald. in l. quid ergò §. pœna gra-*

Q. 2. *An & quando Senes à pœna corporis afflictiva ſint immunes?*

vior.num.10.verſ. Et etiam quoniam in pœnis corporalibus ff.de his qui notant.infam. & *l.quicunque n.17. verſ. quarto caſu C. de ſerv.fugitiv. Proſper. Farin.part.3.oper.crimin. quæſtion. 92. numer. 26. Petr.à Plach.in Epitom.delict.cap.32.nu.*14.*in fin. Anton.Gomez tom.3.variar.reſolut. cap.1.n.68. in fin.*

27 Hinc & fit, quòd ſenes, qui ætate ſunt defecti, torqueri nequeant. *l. 3. §. ignoſcitur.7.ff. ad SC.Silan.* Ob corporis ſcilicet debilitatem & infirmitatem: quæ tormenta haud patitur abſque ſingulari ſanitatis & vitæ damno. *Iul.* C*larus in pract.§.ult.quæſtion.64.num.25. Franc.* C*aſon.in tract.de torment.cap.10. num.12.* Iodoc. *Damhouder.in prax.rer.crimin.cap.41.num. 6. Paul. Girland.de quæſtion.* & *tortur.quæſt.6.num.5.* & *6. Iohan.Zanger.in tract.de quæſt.* & *tortur. cap.*1. *nu. 38.Hippol.de* Mar*ſil.ad l.edictum.8.n.15.ff. de quæſtion.Henr.*Bocer.*in tract.de quæſt.* & *tortur.cap.4. num.21.*

28 *Secundum quæ, remiſſa fuſtigationis pœnâ, Senibus non niſi perpetuam Relegationem impoſitam fuiſſe, ſcio. Veluti pronunciatum fuit Quæſtori in* Beltzigk: Hat *D.K.* ein ſehr alter Mann/ ein Pferd / ſo zwölff Thaler würdig / bey nächtlicher Zeit geſtolen/und darvon geritten / welches ihme aber uffm Wege entlauffen / und ſeinem Herren in der Nachfolge wider zukommen / *&c.* So wird bemeldter D. K. von wegen ſolches Diebſtals nach Gelegenheit diſsfalls und in Anſehung ſeines Alters mit Landesvorweiſung billich in Straff genommen/ V.R.W. *Menſe Novembr. Anno* 1596.

29 Quod ipſum tamen non ſimpliciter procedit, nec omnes indifferenter Senes à pœna corporis afflictiva immunes eſſe debent, ſed eos tantummodo veniam ſortiri puto, qui ob decrepitam ætatem debiles admodum ſunt, ac in quibus tanta deprehenditur infirmitas virium, ut abſque diſcrimine vitæ, ejuſmodi pœna tutò iis haud irrogari queat. Hanc etenim ſolam cauſam eſſe dixi, quæ eos à pœna corporali excuſet, quâ deficiente, ſtandum omninò erit Regula generali.

30 Quare nec omnes indifferenter ſenes à tormentis & quæſtionibus ſunt exempti, ſed ſolum ii, qui ætate ſunt defecti, ac bonam partem virium, conſilii ac mentis propter ſenectutem amiſerunt, *dict.l.3.§.7.ff.ad Silan.* Senes autem robuſti, graves ac perſpicaces non minus atque juniores tormentis ſubjiciuntur. *Franc. Caſon. in tract. de torment. cap.10.numer.12. Hippol. de Marſil.ad l.8.num.15.ff.de quæſtion. Johan. Zan-*
31 *ger.dict.c.1.num.39.* Quod ſi ergo judex in Reo delinquente talem ætatem decrepitam & infirmitatem virium non deprehendat, ut periculum vitæ ex corporis afflictione metui poſſit, utique quin tùm ipſum fuſtigari facere queat, dubium non eſt.

32 *Quare nec Scabini fœminæ cuidam Sexagenariæ fuſtigationis pœnam indicere veriti fuere, in hunc modum reſpondentes:* Hat eine Wittib võ ſechtzig Jahren bekand/daſs ſie mit *N.E.* einem Ehemanne ſo gleichfalls ſechtzig Jahr alt iſt / fleiſchliche Unzucht getrieben/und geehebruchet/ *&c.* So wird ſie mit Staupenſchlägen deſs Landes ewig billich vorwieſen/ V.R.W. *Ad requiſitionem Quæſtoris in* Ziegenrück.*Menſ.Junio An.1601.*

33 *Pariter & fuſtigationis pœna fuit adjudicata furi cuidam Sexagenario. Ad conſultationem Rudolphi à* Ponikaw / in Hojerswerda. *Menſ. Novemb.An.1628.*

Item. Prætori & Scabinis Lipſienſibus Menſ. Iul. An.1635.

34 *Secundò Limitat.hæc Regula* in Senibus iis, qui propter Senectutem ſive ætatem decrepitam deminuti ſunt etiam ſenſu & intellectu, ita ut repueraſcere incipiant: Qui ſi delinquant, ex mentis potius alienatione, quàm dolo peccare videntur, adeoque à pœna ordinaria liberantur. *Gloſſ.in l.Senectus. C.de donat. Bald.in l. quid ergo pœna gravior.numer.* 10 *ff.de pœn. Sforz .Odd.de reſtit. in integr. part.2. quæſtion. 80. numer.* 116. *Andr.Tiraquell.in tract.de pœn.temper.*C*auſ.8.n. 4.* & *ſeqq. Anton.Gomez.tom.3.variar.reſolut.cap. 1.n.68.*

Q.3. An non Senes ob ætatem decrepitã deliri mitius puniri debeant?

35 Quoad mentis enim alienationem ſimiles ſunt hi ſenes, in ætate decrepita conſtituti, pueris ſive infantibus, qui ob doli carentiam ex delicto non obligantur, *arg. l. ſed etſi quemcunque §.fin.ff. ad* L*eg.* A*quil. l. infans ff. ad Leg.* C*ornel. de ſicar.Proſper.Farin.dict.quæſtion.92.numer.46.* I*ul.*C*lar.in pract.§.ult.quæſtion.60.in pr.Ludov.* C*arer.in pract.tract.de homicid.§.circa quartum. num.2.* Quò & facit *c. tanta. 86.diſtinct.* ubi ſummus Pontifex in ignoſcendo ſeni conſiderat illius ſimplicitatem, ut patet ex verbis illis: *Sed quia ſimplicitatem tuam cum ſenectute novimus, &c.* Unde conſtat, Pontificem non ſola ſenectute, ſed & ſimplicitate motum fuiſſe ad illi indulgendum. Quod ergò dicitur, ſenectutem veniam mereri, juxta communem *Interppr.* ſententiam, hoc non niſi de decrepita ætate accipi debet, quæ mentis alienationem inducit.

36 Hoc tamen non ita intelligendum, ut ab omni prorſus pœna ſenes hi ſint exemti. Etſi enim mitius puniantur, non tamen in totum excuſari & liberari debent. A*nton.Gomez.dict. cap.1.num.68.Iul.*C*larus in pract.ult.quæſt.60.n.*
37 *23.* Quod ergo dicitur in *l.3.§.ignoſcitur.7.ff.ad* SC*tum.Silan.* ignoſcendum eſſe his, qui ætate defecti ſunt; illud non aliter accipiendum, quàm de pœna alicujus delicti ordinaria, à qua Senes deliri ſunt immunes, licet mitiori pœnâ arbitraria coerceri debeant. P*roſp.Farin.dict.q. 92.n.35.*

Prout reſpondimus C*hriſtophoro* Heidenreichen in Mittelſeida: Hat *G.H.* ein Mann von Achtzig Jahren ein Pferd auſs ſeinem eigenen Gute / ſo wol ſeinem Sohne Stephan auch ein Pferd / unnd ſeinem andern Sohn gleichfalls ein Pferd entritten; Ob nun wol *Inquiſit* vorwendet / er hette es darumb gethan / daſs ihme ſein Weib und Kinder kein Eſſen geben wolten / mit vorgeben / die Pferde weren ſeine geweſen: Dieweil er aber dennoch ſelbſt geſtehet/ daſs alle ſein Vermögen euch wegen Schulden verpfändet / auch nicht von ihme beybracht iſt / daſs er ſolches Pferd ſeinem Sohne aberkaufft / ihme auch nicht gebühret / daſelbſt heimblich einzuſteigen / *&c.*

So wird benandter *G. H.* wegen ſolcher ſeiner Begünſtigung in Anſehung ſeines Alters umb eine ziemliche Geldbuſſe ſeinem Vermögen nach/ jedoch daß ſich dieſelbe über 3. oder 4. Neweſchock nicht erſtrecke/ in Straff genommen/ V. R. W. *Menſe Septembr. An. 1630.*

39 *Item Henrico ab* Alnpeck/ in Dörrenthal: Iſt *D. W.* einem Witber ſeine Stiefftochter von ſich zu thun/ und abzuſchaffen aufferleget worden/ dieweil er ſich aber deſſen verweigert/ hat er uffn Fall der mit derſelben etwas ungebührliches zu thun haben würde/ aller ſeiner Güter verfallen zu ſeyn verwilliget/ auch hernach ferner noch hundert Gülden hierüber Straffe zu geben verſprochen/ deſſen ungeacht aber/ hat er ſich zu ihr gefunden/ mit ihr zu thun gehabt/ und ſie geſchwängert/ in Meynung ſie gäntzlichen zu ehelichen/ inmaſſen er ſich denn hin unnd wider deßwegen Raths erholet und bemühet/ darauff er auch zugefahren/ unnd ſich mit einem Stich/ ſo er ihme ſelbſten mit einem Meſſer zugefüget/ umbbringen wollen/ und als er *D. W.* und ſeine Stiefftochter darauf vernommen worden/ haben ſie ſolches nicht in Abrede ſeyn können/ ſondern daſſelbe bekandt und geſtanden/ *&c.* So werden ſie ſolcher ihrer Verbrechung wegen/ alle beyde mit Staupenſchlägen des Landes ewig billich vorwieſen. Seiner Güter aber hat ſich *D. W.* nicht verluſtig gemacht: Ihr woltet ihnen denn in Anſehung/ daß ſie beredet worden/ als könten ſie ſich miteinander zu verehlichen *diſpenſation* erlangen/ *D. W.* auch in die ſechtzig Jahr alt/ etwas kindiſch und gebrechlich iſt/ Gnade erzeigen/ uff ſolchen Fall möchte ihnen der Staupenſchlag erlaſſen/ ſie aber nichts weniger des Landes ewig vorwieſen/ auch die Ehe zu vollnziehen ihnen keines weges nachgelaſſen werden/ V. R. W. Menſ. *Febr. An. 1630.*

Q. 4. Adverſa valetudo quatenus delinquẽtem excuſet à pœna?

40 Tertia cauſa mitigationis ſupplicii eſt Morbus ſeu adverſa valetudo:
quæ cum priori affinitatem habet; & ex eodem ferè principio & fundamento profluit, ut
meritò illi ſtatim ſubjiciatur: Etſi verò (quantum ego quidem ſciam) adverſa valetudo inter
cauſas deminuendi pœnam à nemine referatur; Attamen effectum mitigationis huic
41 aſſcribere, talemque Regulam ponere, nil
quicquam vereor: Quòd ſcilicet propter morbum & debilitatem Rei delinquentis, pœna corporalis remitti ac mitigari queat.

42 De cujus Regulæ veritate ſi quis dubitet,
is *Primò* perpendat, ſenibus in ætate decrepita conſtitutis, pœnas corporales, puta amputationem manus, ſeu membri abſciſſionem, propterea mitigandas eſſe, ut vivi remaneant, prout teſtatur. *Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. cap. 1. num. 68. verſ. Tertia concluſio*, ubi dicit, majorem & graviorem cenſeri pœnam corporalem in ſene, quàm in juvene & robuſto; quia propter ejus Senectutem & debilitatem ex ea poſſit mori. Idem ſentit *Bald. in l. quicunq; col. 5. verſ. quarto caſu C. de ſerv. fugitiv.* Proſ*per. Farinac. part. 3. oper. crimin. quæſtion. 92. numer. 26. Petr. à Plach. in Epit. delictor. cap. 32. numer. 14. in fin.* Quam rationem ipſemet quoque JCtus Ulpianus in *l. 3. §. ignoſcitur. verb. qui ante defecti ſunt. ff. ad Silan.* ſatis innuit. At
43 quis non videt, hanc rationem non minus in
ægroto ſeu infirmo, ac Sene obtinere: metuendum namque omnino eſt, quòd ægrotus ob
virium infirmitatem & corporis debilitatem,
pœnam corporalem ſuſtinens moriatur, nec
vivus remaneat, contra juris diſpoſitionem, quæ
neminem per pœnam corporis afflictivam vitâ privari vult. Quare cùm in ægroto eadem obtineat ratio, propter quam ſenex à pœnâ corporali liberatur; utique & eundem pari immunitate
gaudere, omninò dicendum erit; facit namque
identitas rationis eandem juris diſpoſitionem,
l. illud. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. his ſolis. 7. §. actionem. 44
2. C. de revoc. donat. cap. inter corporalia. 2. extr. de translat. Epiſc. Gloſſ. in l. cum certum. 19. verb. æquitatis ratio. C. ad Leg. Falcid. Bald. in l. quoniam intelligitur. 5. numer. 4. ff. de his qui not. infam. Panorm. in cap. quoniam frequenter. 5. numer. 6. ext. Ut lit. non conteſtat. Andr. Tiraquell. in reg. ceſſante causâ. num. 142. Modeſt. Piſtor. lib. 1. conſil. 3. num. 15.

Secundò: Pro confirmandâ hac Regulâ ſic argumentari licet: Quicunque torqueri non poteſt, ei pœna corporis afflictiva haudquaquam eſt irroganda: Atqui valetudinarii tormentis ſubjici nequeunt: Ergò nec pœna corporis afflictiva ipſis infligenda erit. Veritas majoris propoſitionis obſcura non eſt ex traditis *ſupra quæſt. 119. num. 10.* ubi probatum dedi, torturam ſi non graviorem, æqualem tamen eſſe manus abſciſſioni, & pœnæ corporis afflictivæ; quippe quæ pariter ac pœna corporalis corpus lacerat atque affligit. *Matth.* W*eſembec. in parat. ff. de quæſtion. num. 5. Iul.* C*larus in pract. §. ult. quæſtion. 64. verſ. præterea debet. Hippol. de* M*arſil. ad l. divus. numer. 2. ff. de quæſtion. Ægid.* B*oſſ. in tit. de tortur. num. 12.* Unde vulgò *Dd.* infe- 46
runt, Reum torturæ ſubjiciendum non eſſe, niſi crimen de quo inculpatur, tale ſit, pro quo mortis ſupplicium, vel pœna corporis afflictiva veniat infligenda. *Petr. Heig. part. 1. quæſtion. 40. numer. 32. Matth. Stephan. in not. ad artic. 8. Ordin. Crimin.* C*arolin. Iohan. Zanger. in tract. de quæſtion. & tortur. in præfat. numero 31. Franc. Brun. in tractat. de indict. & tortur. in 2. part. quæſtion. 3.* I*odoc. Damhouder. in prax. rer. crim. cap. 35 num. 4. Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. cap. 13. num. 2.*

Minor quoque propoſitio ſive aſſumtio tam certa eſt, ut à nemine ferè in dubium vocetur, prout demonſtravi *ſuprà quæſtion. 118. numero 46. ex artic. 59. Ordin.* C*rimin.* Ibi: So der Beklagte gefährliche Wunden/ oder andere Schäden an ſeinem Leibe hette/ ſo ſoll die peinliche Frage dermaſſen gegen ihm vorgenommen werden/ darmit er an ſolchen Wunden oder Schäden am wenigſten verletzt werde. *ubi Matt. Stephan. in not.* Unde concludunt *Dd.* tormentis interrogari non debere ob virium defectum & corporis debilitatem, valetudinarium, tali morbo laborantem, qui omnis ulterioris cruciatus eſt impatiens. *Henr. Bocer. in tractat. de quæſtion. & tortur. cap. 4. num. 23. Franc.* C*aſon. in tract. de torment. cap. 10. numero 8.* Sequitur hinc ergò, nec valetudinarium, gravi morbo laborantem, pœnâ corporis afflictiva affici poſſe.

48 *Quam Regulam etiam in pronunciando ſequuntur Elect. Saxon. Scabin. prout reſpondimus Iudici & Scabinis Ilenburgenſibus*: Ob nun wol der Gefangene den Staupenſchlag wol verdienet / derſelbe ihme auch den Rechten nach / weil das *furtum* vollbracht geweſen / zuerkant worden / und nunmehr billich ſolche Straffe an ihme zu vollſtrecken were / *&c.* So verbleibet er doch nach Gelegenheit dieſes falls / und wegen ſeiner Schäden und Kranckheit / mit der Staupe / weil ewerm Bericht nach zu beſorgen / daß wenn er dieſelbe leiden und außſtehen ſolte / er ſchwerlich mit dem Leben darvon kommen würde / verſchonet / und wird allein deß Landes ewig billich vorwieſen / V. R. W. *Menſ. Mart. Anno 1629.*

49 *Simili planè modo pronunciavimus* an Rath zu Dieben: So verbleibet *Inquiſitin* in Anſehung ihrer Kranckheit und Beſchwerung / mit der Staupe verſchonet: Sie wird aber nichts deſto weniger deß Landes ewig billich verwieſen / V. R. W. *Menſe Iunio Anno 1629.*

50 *Hicq; Stylus pronunciandi in Elect. Saxon. Scabinatu uſu receptus eſt, quando certò conſtat ex actis de gravi morbo ac debilitate virum, ita ut absq; diſcrimine vitæ tutò pœna corporis afflictiva Reo imponi nequeat. Quodſi verò in genere morbus Rei allegetur, fuſtigatio ſolet indici, relicta mitigatione judicis arbitrio, in hunc modū:* So wird er ſolcher ſeiner Verbrechung wegen / mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billich vorwieſen. Man wolte ihme denn (wenn er es für eine Gnade erkennen / auch darumb demütig bitten würde / unnd weil es ſonderlich mit ſeiner angezogenen Ranckheit der ſchweren Noth alſo beſchaffen / daß dieſelbe ihme bey *execution* deß Vrtheils leichtlich wider anſtoſſen unnd dardurch ſchwerer gemachet werden könte /) den zuerkanten Staupenſchlag auß Gnaden erlaſſen / uff den Fall würde er mit ewiger Landes Verweiſung billich geſtraffet / V. R. W. *Prætori & Scabinis Dresdenſibus Menſ. Julio, An. 1615.*

51 *Item*: So wird ſie mit Staupenſchlägen des Landes ewig billig verwieſen / Es wolte denn der Rath ihr in Anſehung / daß des Scharffrichters bericht nach / ſie nach der *execution* des Vrtheils die ſchwere Noth angeſtoſſen / damit ſolche Kranckheit / wenn / die Leibesſtraffe an ihr wircklichen vollſtrecket werden ſolte / ihr nit ſchwerer gemachet werden möchte / Gnade erzeigen. Vff ſolchen Fall bliebe ſie mit dem öffentlichen Staupenſchlag verſchonet / Sie wird aber gleichwol nichts deſtoweniger des Landes ewig vorwieſen / V. R. W. *Senatui Lipſenſi. Menſ. Auguſt. Anno 1627.*

Limitatur autem Primò hæc Regula: ut vera tantummodò ſit in pœnis corporalibus, ſeu corporis afflictivis, non etiam in pœnis capitalibus ſive ultimi ſupplicii. Etenim, quando pœna mortis Reo venit infligenda, tantum abeſt, ægroto hanc irrogari non poſſe, ut potius acceleranda ſit, ne mors ſuperveniens executionem impediat, adeoque hoc caſu omnis cauſa, pœnam corporis afflictivam avertens ceſſat, ut mirum haud ſit, Regulam ipſam quoque ceſſare. *l. adigere. 6. §. quamvis. 2. ff. de jur. patron. Iaſon. in l. quod dictum. 32. numer. 2. ff. de pact. Nicol. Everhard. in loc. à ceſſat. ration. num. 2. Andr. Tiraquell. in reg. Ceſſante cauſa num. 130.* 52

Limitat. *Secundò in morbis mox curabilibus.* 53 Etſi enim propter morbos graves atque durabiles, quales ſunt epilepſia, podagra, defectus articulorum, &c. pœna corporalis remitti debeat, juxta Regulam antea poſitam; Attamen ſi Reus ejusmodi morbo laboret, qui facilè curari poteſt, differenda potius eſt pœnæ executio, uſque dum reconvaluerit & priſtinæ ſanitati reſtitutus fuerit, quàm prorſus remittenda, propter commodum publicum, quod Reis pœnas jure determinatas irrogari vult, *l. 51. ff. ad* Leg. *Aquil.* Vid. ſuprà *quæſtion. 137. numer. 31.*

Prout reſpondimus Præfecto in Laußnitz. So wird der Gefangene deßwegen daß ſie mit einem Ehemanne zu thun gehabt / öffentlich zur Staupen geſchlagen und darauf des Landes ewig verwieſen. Es wird aber mit der *execution* dieſer Straffe ſo lange in Ruhe geſtanden / biß ſie widerumb zu ihrer Geſundheit gelanget / und ſelbe Straffe an ihr ohne Schaden ihres Lebens vollſtreckt werden mag / V. R. W. Menſ. *Octobr. Anno 1629.* 54

Et in caſu ſimili Præfecto Weiſſenfelſenſi, *Menſ.* Majo. *An. 1625.* 55

Pariter *& differenda eſt executio pœnæ, ſi Rea mulier ſit prægnans, uſque dum partum enixa, & ſex ſeptimanæ fuerint exactæ. Cui & poſtea infantem lactanti pœna corporis afflictiva mitiganda & attemperanda eſt*, prout dixi *ſuprà quæſtion. 137. num. 22.*

QVÆSTIO CXLV.

Num Furor & Melancholia cauſam præbeant mitigationi pœnæ?

SUMMARIA.

1. Furioſus delinquens à pœna excuſatur. n. 3.
2. Sicut & inſanus ac mente captus.
4. Non omnes furioſi atque dementes ſunt æqualiter ratione deſtituti. n. 5. 6. 7.
8. Ideoque circa punitionem horum delinquentium, multum eſt tribuendum judicis arbitrio.
9. Furioſus ab omni pœna immunis eſt. num. 10. 11. 12. 17. 18.
13. In delictis voluntas & animus delinquentis conſideratur. n. 14.
15. Furioſus voluntatem non habet, ſed pro mortuo habetur. n. 16.
19. Sententia Scabinorum Lipſenſium. numero 20. 21.
22. Furioſus ne quidem ob delictum ante furorem commiſſum puniri poteſt. numer. 23. 24. 25.
26. Hoc caſu mulcta pecuniaria ipſi poteſt indici.

27. Furor probandus eſt antequam mitigetur pœna, num. 28.
29. Conjecturis tamen & judicio Medicorum probatur. n.30.
31. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. *n.32.*
33. Furioſus habens intervalla ſi deliquerit, furore remiſſo, pœnam incurrit. numer. 34. 35. 37. 38.
36. Sententia Scabinorum Lipſenſium.
39. Ob furorem præteritum delinquens à pœnâ non excuſatur.
40. Sententia Scabinorum Lipſenſium.
41. Furioſus in vinculis & carceribus debet cuſtodiri, n. 42.
43. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. *numer. 44. 45.*
46. Culpa *in furioſo pœnâ extraordinariâ coercetur. n.47.48.49.*
50. Quo caſu pœna corporalis quandoque obtinet.
51. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n. 52.
53. Propter *melancholiam pœna poteſt mitigari.*
54. Differentia inter furioſos & melancholicos.
55. Gradus dantur melancholiæ. n.56 57.58.
59. Melancholici *ab omni prorſus pœna non ſunt immunes. n.60.*
61. Mitius tamen puniri debent. n.62.
63. Sententia Scabinornm Lipſenſium. *n.64.65.*

QVarta Cauſa minuendi pœnam eſt Furor.

1 Nam qui furore percitus crimen
committit, à pœna excuſatur, ſatis enim ſuo
furore punitur, *l.14.ff. de offic.Præſid.l.infans.ff.ad*
Leg.Cornel.de Sicar.Proſp.Farin.part.3.oper.crim.
quæſt.93.num.1.& ſeqq.Nicol.Reuſn.lib.1. deciſ.17.
Hippol.de Marſil. *in l.1.num.49.ff.ad Leg.Cornel.de*
Sicar.Angel.Aretin.in tract.malef. verb. Scienter
& doloſè.nu 7.Iodoc.Damhoud.in prax.rer.crim.c.
*48.n.6.*Marc.*Anton.Blanc.in pract.crim.§.imbe-*
cillitate numer.1.& ſeqq.Andr.Tiraquell.de pœn.
temper.caſ.2.num.1.& ſeqq. ubi pluribus Theo-
logorum aliorumque autoritatibus hoc compro-
bat. *Ludov.* Carer.*in pract.crimin.3.tract.de ho-*
micid.& aſſaſſin.§. Secundo excuſat.numer.1.&
*ſeqq.Anton.Gomez.tom.3.variar.reſol.cap.*1.*num.*
*70.Petr.à Plach.in Epit.delict.lib.*1. *c.29.num.1.*
Andr.Gail.lib.2.obſervat.110.numer.20.& ſeqq.
Viv.in commun.opin. ver. furioſus occidens. opin.
344.n.1 Iul.Clar.in pract.crim.§.ult.quæſt.60.verſ
*Item quæro.*Claud.*in addit.ad Bertazz. conſil.* 228.
lit.B.verſ.

Quod ipſum *Dd.* non ſolùm de furioſo,
2 ſed etiam de phrenetico, inſano, demente, ſeu
mente capto intelligunt. *Ludov. Carer. dict.* §.
Secundo excuſat. num. 12. *&* 13. *Iodoc. Dambou-*
der. in prax.rer.crimin.cap.84.num.6. Novell. in
tractat.ad defenſ.in princ.numer.40. ad fin. Petr. à
Plach.*dict.cap.29.num.*1.*Clar.dict. quæſt. 60. verſ.*
item quæro. Farin.dict.quæſt.93.num.2. Hos enim
indifferenter à contractibus & teſtamentis remo-
vent, pœnis delictorum eximunt, Gentilibus
3 & Curatoribus regendos tradunt. Sic tamen ut
in his momenta furoris, ubi per intervalla inſa-
niæ fervor quieſcit, diligenter æſtimentur, &
actionum qualitas, an ſanæ ſcilicet menti con-
veniant, vel minus, cogitetur, item an diu quieve-
rit furor, an recurrere mox ſoleat, accuratè con-
ſideretur: de quibus omnibus pleniſſimè ſcripſe-
runt *Interppr.* multas ac varias ponentes amplia-
tiones & Limitationes, inprimis verò *Iacob. Me-*
*noch.de præſumpt.lib.6.præſumpt.45. numer.*1. *&*
ſeq. Andr.Tiraquell.de pœn.temper.cauſ.3. Fulv.
Pacian.*de probat.libr.1.cap.43.n.*1.Proſper.*Farin.*
dict.quæſt.93.Bertazz.conſil.228.n.17.

Illud ſolummodo dubium alicui move-
4 re poſſet, quod cùm gradus furoris atque de-
mentiæ dentur, aliique vehementioribus affli-
ctionibus quàm alii, veluti captivi teneantur,
iniquum foret nullos puniri, ſed omnes indiffe-
renter à pœnâ eximi. Neque enim omnes fa- 5
tui intellectu carent, licet quandoque obtuſior
& ſtupidior aliquanto mens exiſtat, quos groſſos
& groſſolanos *Interppr.* appellitant, ſuntque pla-
nè medii inter prudentes & dementes, hoc eſt, qui
nec totâ mente præditi, nec totâ rurſus ſunt pri-
vati, ſed aliquem modum prudentiæ capiunt: de
quorum differentiis videatur *Iaſon. in l. furioſum.*
numer.2. C.qui teſtam.fac.poſſ. ubi & Decius, nu-
mer.1.& 2. Fulv. Pacian. *de probat. libr.1. cap.43.*
numer. 11. & ſeqq. Menoch. dict. præſumpt. 45. 6
numer.2.& ſeqq. Quin & eo referunt vulgo me-
lancholicos, quos tamen mente privatos eſſe, tan-
tum abeſt, ut etiam melancholiam quidam cotem
ingeniorum excellentium credant. Præterea
ICti Ulpian. & Paul. *in l. 1. & 2. ff. de ædil. edict.*
melancholicos & hos, qui præter modum timi-
di, cupidi, avari & iracundi ſunt, inter ſe compa-
rant, quos tamen nemo facilè dixerit ad contra-
hendum & teſtandum inhabiles, aut à pœnâ im-
munes eſſe. *Petr.* Heig. *part. 2. quæſtion.38. nu-*
mer. 32. & 33. Rurſus tamen quandoque acci- 7
dit, ut melancholicus humor, ſalubriter humano
corpori datus, in atram bilem & venenum peſti-
ferum degeneret, indeque morbus, quem me-
lancholiam primariam vocant Medici, procrea-
tur, ubi cerebrum primario afficitur, ſive peculia-
ri, ſive totius corporis vitio: quâ mentis aliena-
tione laborantes vel cogitant, vel loquuntur, vel
efficiunt abſurda, longeque à ratione & conſilio
abhorrentia, eaque omnia cum metu & mœſtitiâ.
Quo certè caſu bonus judex arbitrium ſuum tem-
perare debet, ut intelligat, quomodo quæ de fu-
rioſis & inſanis dicta ſunt, ad hos etiam accom-
modet. Ut proinde hac in re multum arbitrio 8
judicis ſit tribuendum, qui ex ratione & augmen-
to furoris judicium ſuum informare, ſententi-
am ferre, Reosque punire vel abſolvere pot-
eſt, juxta Sanctionem Caroli V. Imperat. in
Ordinat. *Crimin. artic. 179.* Ibi: **Würde von**
jemand / der Jugend oder ander Gebrechlig-
keit halben / wiſſentlich ſeine Sinne nicht hätte /
eine Ubelthat begangen / das ſoll mit allen Umb-
ſtänden an den Orten und Enden / wie zu Ende
dieſer unſer Ordnung angezeiget / gelangen / unnd

nach Rath derſelben/ und anderer Verſtändigen darinnen gehandelt oder geſtraffet werden. Pro generali autem judicis informatione duas potiſſimum Regulas notari volo: Quarum una furioſos, altera verò melancholicos propriè concernit.

Q. 1. An furioſus ex delicto obligetur, & pœnam incurrat.

9 Prima Regula hæc ſit: Furioſus ex delicto ſuo nec obligatur, nec pœnâ aliqua tenetur.

Quæ Regula ſicut autoritatibus Interpp. munita, ut ex antea allegatis Dd. patet, ita & textibus ac rationibus juris ſatis firmata eſt.

10 *Primò* etenim, quòd furioſus delinquens à pœna excuſetur, diſertè probatur per text. in *l. infans. ff. ad Leg. Cornel. de Sicar.* ubi Juris-Ctus Modeſtinus ſcribit: *Infans vel furioſus ſi hominem occiderint, lege Cornelia non tenentur, cùm alterum innocentia conſilij tuetur, alterum fati infelicitas*
11 *excuſat.* Et in *l. 9. §. 2.* Ibi: *Sanè, ſi per furorem aliquis parentem occiderit, impunitus erit, ſicut divi fratres reſcripſerunt ſuper eo, qui per furorem matrem necaverat. Nam ſufficere, furore ipſo eum puniri. ff. ad Leg. Pompej. de parricid.* Eademque ferè formalia verba ponuntur in *l. 14. ff. de offic. Præſid.* ubi Macer. JCtus inquit: *Divus Marcus & Commodus Scapulæ Tertyllo reſcripſerunt*
12 *in hæc verba: Si tibi liquidò compertum eſt, Ælium Priſcum in eo furore eſſe, ut continua mentis alienatione omni intellectu careat, nec ſubeſt ulla ſuſpicio, matrem ab eo ſimulatione dementiæ occiſam, potes de modo pœnæ ejus diſſimulare, cùm ſatis furore ipſo puniatur, &c.* Et in *l. apud Ariſtotelem. 61. ff. de adminiſtr. & per tutor.* In verb. final. *Impunè puto admittendum, quod per furorem alicujus accidit, quomodo ſi caſu aliquo ſine facto perſonæ id accidiſſet.* Hiſce textibus juris civilis accedunt quoque decreta juris Canonici in *c. aliquis. 15. quæſtion. 1. & Clement. unic. de homicid. ubi Gloſſ. in verb. furioſus.*

13 *Secundò*: Ratio quoque huius Regulæ evidens eſt, quod nempe in maleficiis voluntas ſpectetur, non exitus, *l. 1. §. 3. l. 7. l. 14. ff. ad* Leg. *Cornel. de Sicar.* neque in his factum magis, quàm cauſa faciendi quæratur. *l. verum eſt. 39. ff. de furt.* Unde voluntas atque propoſitum delinquentis maleficia diſtinguit, *l. qui injuriæ. 53. ff. eod. tit.* uſque adeò, ut ſi aliâ cauſâ magis, quàm voluntate peccetur, extra crimen eſſe dicatur. *l. 1. §. divus. 3. in fin. ubi Hippol. de Marſil. numer. 49. ff. ad Leg.*
14 *Cornel. de Sicar.* Nam, ut *Auguſtinus* ait, uſque adeo peccatum malum eſt voluntarium, ut nullo modo peccatum ſit, ſi non ſit voluntarium, *c. 1. cauſ. 15. quæſtion. 1. Angel. Aretin in tract. malef. verb. Et appenſato. Iaſon. in l. ſororem. not. 2.* C. *de his qui ut indign.* Socin. *lib. 1. conſ. 123. numer. 25.*
15 *Nicol. Reuſner. lib. 2. deciſ. 16. num. 7.* Atqui verò furioſi nulla eſt voluntas. *l. furioſi. 40. ff. de Reg. jur.* Quare ſicut nullum negotium gerere, *l. 5. ff. eod. tit.* Ita nec maleficium committere poteſt; ſaltem ut ex pœnâ ejus obligetur: Quum nullum in eo ſit delinquendi propoſitum aut conſilium,
16 qui mente & ſenſu communicaret. Qui & pro abſente & ignorante, imò etiam planè mortuo habetur. *§. furioſus. Inſt. de inut. ſtipul. l. 2. §. furioſus. ff. de procurat. l. ubi non voce. 124. §. 1. ff. de reg. jur. Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. cap.* 1. *num. 70. Nicol. Reuſner. dict. deciſ. 10. num. 8. Petr. Theodor. in Colleg.* Crimin. *diſput. 10. th. 4. lit. H. in princ. Andr. Tiraquell. de pœn. temper. cauſ. 2. Iul.* Clar. *in pract. §. ult. quæſt. 69. n. 7. Andr. Gail. lib. 2. obſervat. 110. n. 20.*

17 *Tertiò*: Indubitati præterea juris eſt, quòd infans ex delicto non obligetur, nec pœnam aliquam incurrat, juxta regulam traditam *ſuprà quæſtion. 143. numer. 9.* Proſper. *Farin. part. 3. oper. crimin. quæſt. 92. num. 46. & 50. Angel. Aretin. de malef. in verb. Scienter & doloſè. num 6. Dec. in l. ferè in omnibus: num. 1. ubi & Cagnol. num. 1. ff. de reg. jur.* Jam verò furioſus & infans in delictis planè æquiparantur, ac conjunguntur, uti patet ex *l. infans ff. ad Leg. Cornel.* verb. *infans vel furioſus, &c.* & *artic. 197.* Ordin. Crimin. verb. **Der Jugend oder ander Gebrechligkeit halben wiſſentlich ſeine Sinne nicht**: *&c.* Adeoque idem juris quoque in furioſo obtinebit, neque hic magis ac infans ex delicto ſuo obligari aut pœnam incurrere poterit.

18 *Quartò*: Accedit & hæc ratio, quòd furioſus furore ſatis punitus ſit. Ergò à pœna ulteriori meritò liberari debet: ne afflicto ulterior addatur afflictio, prout JCti Modeſtinus & Macer. ita argumentantur in *l. 9. §. 2. ff. ad* Leg. *Pompej de* Parricid. *& l. 14 ff. de offic.* Præſid. Ac certè furorem per ſe pœnam eſſe ac magnam afflictionem, nemo negabit. *Nicol. Reuſner. dict. deciſ. 16. num. 10.*

Ex hiſce Regulam antea poſitam ſatis firmari puto, quæ in tantum vera eſt, ut nec pœna extraordinariâ Reus verè furioſus puniri debeat, Proſper. Farin. dict. quæſt. 93. num. 19. Pronunciantibus quotidiè ita Scabinis.
19 *Veluti ad requiſitionem Prætoris Lipſenſis*: **Ob nun wol die That alſo geſchehen. Dieweil aber dennoch auß den Acten/ ſo wohl des Herren *Medici* ertheileten Kundtſchafft ſo viel zu befinden/ daß ermeldter Thäter Z. S. eine zeitlang ſeiner Sinnen unnd Vernunfft beraubet geweſen/ alſo daß Er mit einem *delirio melancholico* beladen/ daran er im Haupte gantz verirret und verwirrret ſey/ und die Zeugen berichten/ daß Z. S. die That auß Vnſinnigkeit begangen. So erſcheinet darauß allenthalben ſo viel/ daß mehrbenandter Z. S. wegen ſolcher an dem Fuhrmann N. N. verübten Entleibung geſtalten Sachen nach/ mit einiger Straffe/ nicht zu belegen. Er wird aber gleichwol von ſeiner Freundſchafft an einem ſonderbahren Orte in gute Verwahrung genommen/ und darinnen mit Ketten und Banden dermaſſen fleiſſig enthalten/ darmit Er weder Ihme/ noch andern Leuten einigen Schaden ferner zufügen möge/ V. R. W.** *Menſe Martio, Anno* 1623.

20 *Pariter pronunciatum fuit Caſparo à* **Schönbergk in Burſchenſtein. Es wäre denn daß Er nicht bey guter Vernunfft/ darfür ſichs auß euer Frage anſehen leſſet/ deſſen ihr euch auch wohl ferner werdet zu erkundigen wiſſen. Auff den Fall möchte er in Straffe nicht genommen/ ſondern dermaſſen verwahret werden/ darmit Er ihm ſelbſt/ oder andern nicht ferner Schaden zufügen könne/ V. R. W.** *M. Sept. An. 1587.*

21 *Item*: **An Johann Schneidwin/ Verwaltern zu Schönfelß: Iſt den 20. April jüngſt hin/ Adam Franckens Scheune durch eine Feuersbrunſt verderbet/ und in die Aſche geleget worden/ und es wird dem Gefangenen** *T. F.* **daß er ſolch Feuer angeleget/**

get/ſchuldt gegeben. Ob nun wol durch die vermittels Eydes abgehörte Zeugen erwieſen unnd beygebracht worden/daß er ſich darzu bekennet/ unnd an ſolcher Bezüchtigung nicht unſchuldig ſey. Dieweil aber dennoch auß ſeinen Reden / ſonderlich aber auß des Herrn *Medici* Bericht ſo viel zu vernehmen / daß er nicht bey rechter Vernunfft unnd Verſtande. Jumaſſen er denn vor dieſem mahl an Ketten geleget werden müſſen / *&c.* So mag er auch mit einiger Straffe nicht beleget werden. Er wird aber gleichwol von ſeinen nechſten Freunden und Anverwandten / an einem abſonderlichen Ort in guter Verwahrung enthalten / damit Er weder ihme ſelbſt / noch andern Leuten ferner keinen Schaden zufügen könne/ V. R. W. *Menſe Iulio, An. 1631.*

22 Non ſolùm autem hæc Regula obtinet, quando furioſus in ipſo furore delinquit, ſed & ſi furor ſupervenerit & delinquens poſt delictum commiſſum furere cœperit. Qui durante furore pœnâ capitali vel corporis afflictiva puniri non poteſt, ſed differtur executio, uſque ad ſupervenientiam ſanæ mentis.

23 Etſi enim furor ita demum impunitatem afferre videatur, ſi & delicto cauſam dederit, hoc eſt, ſi quis per furorem & inſaniam delictum aliquod commiſiſſe probetur, fati infelicitate quadam, & conſilii innocentia; *l. 9. §. ſanè ff. ad Leg. Pompej. de Parricid. l. infans. 12. ff. ad Leg. Cornel.*
24 *de Sicar.* Attamen moribus noſtris non receptum eſſe, ut furioſus de maleficio ante furorem commiſſo ſaltem furoris tempore puniatur, teſtes ſunt *Andr. Gail. lib. 2. obſervat. 110. num. 22. Nicol. Reuſner. lib 1. deciſ. 17. num. 45. Farin. part. 3. oper. crim. quæſt. 94. num. 13. Matth. Stephan. in not. ad artic. 179. num. 4. Pet. Theodor. in Colleg. Crim. diſp. 10. th. 4. lit. H.*

25 Cujus rei ratio hæc eſſe videtur, non ſolùm quia furioſus ſatis ipſo furore punitur, ut antea dixi; verùm etiam, quia abſentis loco eſt per omnia & in omnibus, *l. 2. §. furioſus. ff. de jur. Codic.* & pro mortuo habetur. *l. bonorum. 24. ff.*
26 *rem. rat. haber.* Ac proinde pecuniaria potius quàm capitalis pœna in eum ſtatuitur. *l. abſentem. 5. ff. de pœn. l. defuncto. ff. de publ. jud. l. qui ſententiam. 16. C. de pœn. Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 60. num. 7.* ubi docet, pœnam pecuniariam non ſolùm, ſi furor adveniat poſt completum proceſſum informativum, ſed etiam poſt defenſivum, & multò magis ſi ſuperveniat poſt ſententiam, imponi poſſe, cùm jam evidenter conſtet de delicto: quam ſententiam quoque tenet *Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. caſ. 325. n. 12. & Proſp. Farin. dict. qu. 94. n. 18.*

27 Cæterùm *Limitatur quibuſdam modis hæc Regula.* Ac quidem *Primò* notandum, eam tum demum ſibi locum vendicare, ſi furor probatus fuerit. Neque enim delinquenti furorem alleganti ſtatim fides habenda, ac pœna mitiganda eſt; ſiquidem quilibet homo ſanæ mentis eſſe præſumitur, & valet hic naturæ ipſius præſumptio, quę homines ſanæ mentis in lucem edere ſolet, ſecundum *Gloſſ. in capit. ultim. verb. compotem. de ſucceſſ. ab inteſtat.* per text. in *l. nec Codicillos. 5. ubi Bald. C. de codicill. Nicol. Reuſner. dict. deciſ. 17. num. 16.*

Q. 2. Quomodo furor probetur?

28 Quare Reus in furore ſe fundans, eundem probare tenetur. *l. 2. C. qui teſtam. fac. poſſ. Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. cap. 1. num. 7. Ioſeph. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 824. num. 5. Petr. Theodor. dict. quæſt. 94. numer. 48. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 18. num. 7.*
29 Sed quia difficilis eſt probatio, ſignis & conjecturis exterioribus, nec non per teſtes de diverſis actibus, furorem arguentibus, deponentes, probari poteſt. *Iacob. Menoch. de præſumpt. libr. 6. præſumpt. 45. num. 23. Petr. Theodor. dict. loco. Farin. dict. quæſt. 94. num. 50. & 51. Ioſeph. Maſcard. dict. concl. 824. numer. 1. & ſeqq. Nicol. Boer. deciſ. 23. numer. 41.* Multum quoque tribuendum hîc puto aſſertioni periti alicuius Medici; de furore ejusque cauſa & ratione deponentis.
30 Quare, ſi de hoc judex dubius ſit, ac ſuſpicionem ſimulati furoris foveat, antequam pœnam decernat, non ſolùm ſuper actus & facta furioſi teſtes examinare, ſed & Medicum requirere debet, ut cum delinquente converſetur, ejusque temperamentum & cauſas furoris exquirat, cui poſtea de furore rationabiliter deponenti tutò fidem habere, ac pœnam remittere poteſt, ſecundum *Petr. à Plach. in Epit. delict. lib. 1. cap. 29. num. 2. Proſper. Farin. dict. quæſtion. 94. num. 24.*

31 *Quam doctrinam in pronunciando ſequuntur quotidie Elect. Saxon. Scabini, in hunc ferè modũ reſpondentes:* So wird billich mit Zuziehung gelehrter und erfahrner Aertzte/ bey *Inquiſito* auß ſeinen Reden unnd Geberden fleiſſige Erkundigung genommen / wie es ſeines Verſtandes halben umb Jhn eigentlichen bewandt/ ob er bey guter Vernunfft/ oder mit Schwermuth oder mit Melancholiſchen Gedancken beladen / und wenn ſolche Erkündigung mit fleiß *regiſtriret,* und zu den Acten gebracht wird/ ſo ergehet darauff alsdenn/ von wegen ſeiner Straffe oder ſonſten ferner was recht iſt/ V. R. W. *Quæſtori in* Pauſa. *M. Majo, An. 1607.*

32 *Item:* So wil euch obliegen / Zeugen darüber Eidtlichen abzuhören/ unnd *Inquiſitum* einem erfahrnen *Medico* zu untergeben / der ſich ſeines *Temperaments* und Zuſtandes mit Fleiß erkundige / ob auß ſeinen Reden/ Thun unnd Geberden ſo viel abzunehmen/ daß er ſeinen rechten vollkömmlichen Verſtand nicht habe/ unnd woher ſolches komme/ oder wie es ſonſten mit Jhme beſchaffen/ darauff alsdenn ſeiner Straffe wegen/ oder was ſonſten mit Jhme vorzunehmen/ ferner ergehet was recht iſt/ V. R. W. *Quæſtori Schvvartzburgenſi in Keula. M. Majo, An. 1625.*

Item: gegen Coburg/ *ad requiſitionem* Caſpari Langens. *M. Febr. An. 1628.*

Q. 3 Furioſus habens intervalla ſi remiſſo furore deliquerit, nũ puniri queat?

33 *Limitat. Secundò hæc Regula,* ut procedat tum demum, ſi liquidò compertum eſt, aliquem in eo furore eſſe, ut continua iſta mentis alienatione; planè omni intellectu careat. Quod ſi verò continuo furore is non laboret, ſed quaſi in confinio furoris & ſanitatis, & in conſpectu inumbratæ quietis conſtitutus; dilucida intervalla habeat, propter delictum commiſſum omninò puniendus eſt. *Nicol. Reuſner. libr. 1. deciſ. 17. num. 13.*

34 Quo tamen caſu antequam ad pœnam deveniatur, probari debet, eo ipſo momento, quo crimen commiſſum eſt, delinquentem non

non furioſum fuiſſe. *l. eum qui. 22. ff. de probat.*
l. 2. C. eod. tit. Etenim qui ſemel furioſus perhi-
betur, in poſterum quoque talis judicatur. *cap.*
ult. de ſucceſſ. ab inteſt. Quia de præterito in præ-
ſens præſumitur, *arg. l. 2. & 3. l. ſive poſſidetis. 16.*
C. de probat. l. non ignorabit. 4. C. ad exhib. Ac cùm
furor ut hedera ſerpere dicatur; ſemper & conti-
nuò durare cenſetur, niſi fortè in totum deſiiſſe
probetur, *arg. l. omnimodo 30. C. de inoff. teſtam.*
35 *& cap. 3. §. dormientes. in fin. de Baptiſ.* Quæ
communis eſt *Interppr.* opinio, per *Iaſon. in l. fu-*
rioſum. 9. C. qui teſtam. fac. poſ. declarando ibidem
Bartol. ubi inter alia dicit: Quod ſi furioſus fu-
rorem habeat ſucceſſivum, licet aliqua intervalla
exiſtant, tamen quicquid tunc egit, in ipſo actu &
tempore furoris feciſſe præſumitur, allegans
gloſſ. in c. ult. verbo conſortem. de ſucceſſ. ab inteſt.
Quare probatione hac deficiente, minimè locum
habebit pœna ordinaria; ſiquidem Reus ex fu-
rore deliquiſſe præſumitur. *Nicol.* Reuſ*ner. dict.*
lib. 1. deciſ. 17. num. 30. ubi ſententiam Scabinorum
Lipſenſium pro confirmanda hac aſſertione ad-
ducit.

36 *Hiſce verbis conceptam*: **Hat ein Weib/ ſo nicht
ſinnreich/ in Abweſen ihres Ehemannes ihre eygene
Kinder mit einer Axt erſchlagen/ unnd dem dritten
eine Hand abgehauen. Da es nun eurem Bericht
nach alſo bewandt/ daß gemeldtes Weib nicht ſtets
ihrer Sinnen beraubet/ ſondern bißweilen zu Ihr
ſelbſt kommen/ ſo gebühret Euch mit Fleiß zuerkun-
digen/ ob ſie auch zu der Zeit/ da ſie ihre Kinder er-
würget unnd beſchädiget/ Ihrer Sinnen beraubet
geweſen/ und da ihr deſſen gewiß wäret/ oder noch-
mals gewiſſe Erfahrung bekämet/ ſo würde Sie von
wegen der Wahnſinnigkeit/ darmit ſie ohne das ge-
nugſam geplaget/ mit der Todesſtraffe billig ver-
ſchonet/ unnd deſto fleiſſiger verwahret/ darmit ſie
ſich oder andere nicht mehr beſchädigen möge: Da
Ihr aber befindet/ unnd deſſen gewiſſe Erfahrung
hättet/ daß ſie zu der Zeit/ da ſie die Kinder erwür-
get/ bey ihrer Vernunfft geweſen/ und ſolches allein
auß einem Wiederwillen/ ſo ſie zu den Kindern ge-
tragen/ oder ſonſten auß einem böſen Vorſatze ge-
than/ ſo möchte ſie in det Zeit/ wenn ſie bey ihr ſelbſten
iſt/ und eine Zeitlang Ihrer Vernunfft gebrauchen
kan/ nach Gelegenheit dißfals mit dem Schwerdt
vom Leben zum Todte geſtrafft werden/ V. R. W.**

37 Nec obſtat, quòd quilibet ſanæ mentis præ-
ſumatur. *Verum* namque hoc eſt ſaltem de eo,
qui antea furore correptus non fuit; Secus autem
ſi de furore ipſius aut inſania liquidò appareat, qui
ſemper furioſus vel demens præſumitur: præſer-
tim ſi dilucida intervalla aut confinia furoris & ſa-
nitatis non habere ſolitus ſit, etiamſi ſanæ mentis
verba, aut ſigna aliqua prudentiæ quandoque ex-
hibuerit. *Dec. in l. furioſum. 9. numer. 22. C. qui*
teſtam. fac. poſſ. Jaſon. in l. patre furioſo. 8. numer.
5. ff. de his qui ſui vel alien. jur. ſunt. Panorm. in c.
cum inter Canonicos. *num. 7. de elect. Nicol. Reuſn.*
38 *dict. deciſ. 17. numer. 31.* Quinimò etiamſi con-
ſtet, aliquem furioſum dilucida intervalla habuiſ-
ſe, tamen in dubio potius furoris quàm ſanæ men-
tis tempore geſtum aliquid ab eo eſſe, præſumi-
tur; adeo, ut qui tempore dilucidi intervalli ali-
quid geſtum fuiſſe affirmat, omninò illud pro-
bare debeat. *Decius. dict. loco.* Iacob. *Menoch.*
libr. 6. præſumpt. 45. numer. 63. & ſeqq. Planè
enim morbus ille furoris, ſua natura inſanabilis,
omni tempore durare præſumitur, ut quamvis in-
terdum dilucida intervalla habere videatur, non
tamen niſi per accidens ea fieri cenſeatur. *l. ſi ve-*
rò §. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatisd. cog. l. cum
aliquis. 21. C. de jur. delib. Reuſner. dict. deciſ. 17.
num. 33.

Limit. Tertiò in furioſo, qui antea quidem 39
furioſus fuit, ſed ad ſanam mentem rediit. Hic
enim in ſana mente delinquens, ob furorem præ-
teritum neutiquam à pœna excuſatur. Si enim
furioſus, dilucida habens intervalla, in ſana men-
te delinquens tenetur ex delicto, *l. divus Mar-*
cus. verſ. ſi verò. ff. de offic. Præſid. Anton. Gomez.
tom. 3. variar. reſolut. cap. 1. num. 70. Petr. à Plach.
in Epit. delict. lib. 1. cap. 29. num. 1. Andr. Gail. libr.
2. obſervat. 110. num. 21. in fin. utique multò ma-
gis obligabitur, qui cùm ad ſanam mentem redie-
rit, delictum perpetravit: quem certe furor præ-
teritus nullatenus poteſt excuſare.

Q. 4. Num furor præteritus delinquentem à pœna excuſet?

Veluti Scabini ita pronunciarunt adverſus P. S. 40
qui virginem vi ſtupraverat: **So wird er wegen
ſolcher begangenen unnd bekandten Nothzucht/ mit
dem Schwerdt vom Leben zum Todte billich ge-
ſtraffet/ und mag dem Gefangenen ſolche zuerkandte
Todesſtraffe/ dahero/ daß Er vor 15. Jahren im
Kopffe verruckt geweſen/ weil ſonderlich daſieder
an Ihme dergleichen Beſchwerung nicht geſpühret
worden/ nicht erlaſſen werden/ V. R. W.** *Ad re-*
quiſitionem Alexand. à **Miltitz/** *in* **Scharffen-
berg.** *M. Auguſto An. 1615.*

Limitat. Quartò: Licet furioſus ob deli- 41
ctum in furore commiſſum à pœna excuſetur,
propterea tamen prorſus dimitti ac liberari non
debet, ſed cuſtodiendus eſt à ſuis in carceribus,
etiam ſi opus fuerit, in vinculis & compedibus;
non quidem in pœnam delicti commiſſi, ſed ne
quid pernicioſus in ſeipſum aut in alios moliatur,
per text. expreſſum in *l. 14.* verb. *Et tamen dili-*
gentius cuſtodiendus erit, ac ſi putabis, etiam vin-
culo coercendus. ff. de offic. Præſid. *& l. pen.* §. 2.
verb. final. *diligentiusq; cuſtodiendum eſſe, aut et-*
iam vinculis coercendum. ff. ad Leg. Pompej. de
parricid. Ubi & hoc notandum, quod ſi cuſto- 42
des fuerint negligentes in cuſtodiendo, & ex hac
negligentia furioſus deliquerit pro modo culpæ
& negligentiæ puniri debeant, *dict. l. 14. in verb.*
fin. ff. de offic. Præſid. Proſper. Farin. part. 3. oper.
crimin. quæſt. 19. num. 45. Andr. Tiraquell. de pœn.
temper. cauſ. 2. num. 10. Angel. Aretin. *in tract. ma-*
lefic. verb. ſcienter & doloſe n. 9. in fin.

Q. 5. An furioſus in carcere & vinculis ſit cuſtodiendus?

Prout quotidie reſponderunt Scabini: **So erſchei- 43
net darauß allenthalben ſo viel/ daß Er in ſeinem
Haupte und Verſtande aller Dings nicht richtig/ ſon-
dern mit Melancholey unnd Schwermuth beladen/
Derowegen mag Er an Hanſen Ofenhan begange-
nen und bekandten Entleibung halber/ am Leib oder
Leben nicht geſtraffet werden. Er wird aber gleich-
wol entweder in ein Bollwerck gethan/ oder ſeinen
nechſten Freunden anvertrauet/ unnd befohlen/ daß
ſie denſelben im Hauſe mit Ketten und Banden der-
maſſen verwahren und verſorgen/ damit Er künfftig
ihme/ oder auch andern keinen Schaden ferner zufüge
möge/ V. R. W.** *Quæſtori in Keula. M. Iul. An.*
1625.

Item: **So iſt Er mit einiger Straffe nicht zubelegen/ 44
Er wird aber gleichwol von ſeiner Freundſchafft
an einem ſonderbahren Ort in gute Verwahrung
genom-**

genommen / unnd darinne mit Ketten und Banden dermaſſen fleiſſig enthalten / darnit Er weder Jhme noch andern Leuten einigen Schaden ferner zufügē möge / V. R. W. *Quæſtori M. Mart. Anno 1623.*

45 *Item:* Darneben wird ſeinen nechſten Freunden aufferlegt / daß ſie denſelben im Hauſe mit Ketten unnd Banden dermaſſen verwahren / damit Er künfftig ihme ſelbſten oder einem andern keinen Schaden ferner zufügen möge / V. R. W.
Præfecto in Radeburg / *M. Majo, An. 1625.*

Q. 6. Quid ſi furioſus ſua culpa in furorem incidit, nec aliàs omnis culpæ expers fuit?

46 Limitat. *Quintò hæc Regula*, ſi furioſus
ſua culpa in furorem incidiſſet, vel aliàs nō omnis
culpæ atque doli expers eſſet. Dixi namque ſu-
prà, non omnes fatuos indifferenter intellectu ca-
rere, ſed quoſdam obtuſioris ac ſtupidioris ſo-
lummodò mentis exiſtere, ut ſunt mente capti ſi-
ve dementes, id eſt, qui nec tota mente capti
ſive dementes, id eſt, qui nec tota mente præditi,
nec tota rurſus ſunt privati, ſed aliquatenus pru-
dentiam capiunt, & in quos culpa vel dolus cade-
re poteſt, juxta tradita *Iaſon. in l. furioſum. num.
2. C. qui teſt. fac. poſſ. Iacob. Menoch. de præſumpt.
lib. 6. præſumpt. 45. num. 2. & ſeqq. Pacian. de pro-
bat. lib. 1. cap. 43. num. 11. & ſeqq. Petr. Heig. part.*
47 *2. quæſt. 38. numer. 29.* Hoſce ſi ab omni pœnâ
liberare quis vellet, vereor, ne is anſam delin-
quendi præberet, haud perpendendo, quod pœ-
nas Reis irrogari magna ſuadet ratio, *l. ſi à Reo. §.
ult. ff. de fidejuſſ. l. bona fide. 31. in pr. ff. depoſit. l. ita
vulneratus. 51. in fin. ff. ad Leg. Aquil. l. in delictis
4. §. cum dolus. ff. de nox. action. l. capitalium. 28. §.
famoſos. ff. de pœn.* ac publicè interſit, delicta o-
mnia publica autoritate & diſciplina expiari, ſal-
tem vindicandæ Reipub. cauſa. *l. 1. §. 2. ff. depoſit.
l. ſi quis homic. l. 11. C. de accuſat. l. ſi operis 14.* C *de
pœn. §. 2. Inſt. de publ. judic.*

Quare licet furioſi, qui prorſus extra men-
48 tem ſunt, ex delicto nec obligentur, nec ullâ
pœnâ teneantur; attamen quin dementes, qui o-
mni planè intellectu non carent, ſi non ex dolo,
tamen ex culpa obſtringantur, ac pœna ſolum ex-
traordinaria leviori plectendi veniant, dubium
non eſt, propterea, quod & culpa in delictis arbi-
trio judicis pœnâ extraordinaria coerceri debeat.
Bartol. in l. reſpiciendum num. 4. verſ. delat. 1. ff. de
49 *pœn. Angel. Aretin. de malefic. in verb. ſcienter &
doloſè numer. 13. Iul. Clar. in pract. §. homicidium.
verſ. culpa dicitur. Hippol. de* Marſil. *in l. in* Leg.
C*orn. n. 7. ff. ad Leg. Corn. de Sic. And. Tiraq. de pœn.
temp. cauſ. 14. n. 1. Iacob. Menoch. de arbit. jud. quæſt*
50 *lib. 2. caſ. 324. num. 12.* Quin & ſi delictum ſit capi-
tale, & mortis pœnam regulariter mereatur, pro
lata culpa corporaliter etiam puniri quem poſſe,
licet mitius, quàm pro dolo, tradit ac de communi
teſtatur *Marant. in ſpecul. part. 4. in pr. numer. 59.
verſ. reſtat tamen dubium, &c.* ubi dicit, quòd
licet lata culpa non æquiparetur dolo in corpo-
ralibus; per hoc tamen non ſequatur, quòd non
poſſit corporaliter puniri, dummodò mitius pu-
niatur, quàm dolus. *Proſper. Farin. part. 3. oper.
crim. quæſt. 87. num. 73. Ægid. Boſſ. in tit. de defenſ.
Reor. n. 88.*

51 *Qua de cauſa* Scabini, *in furioſis delinquentibus intellectum aliquem vel culpam deprehendentes, in carcere virgis eos caſtigandos eſſe, quandoque pronunciarunt, in hunc modum reſpondentes:* So erſcheinet darauß ſo viel / jedoch wenn zuvor zum wenigſten zwey oder drey Zeugen vermittelſt Eydes außſagen werden / daß eben am 17. Maij den Gefangenen / als Er die Magdt geſchlagen / ſeine Kranckheit unnd Wahnwitzigkeit ankommen / daß Verhaffter wegen ſolcher an der Magd begangenē Entleibung an Leib oder Leben nit zu ſtraffen. Er wird aber gleichwol im Gefängnüß mit Ruthen durch den Landknecht billich gezüchtiget / und darauff der Gefänglichen Hafft ohne geſchwornen Vrpheden / geſtalten Sachen nach / entlediget / auch darneben ſeinen Eltern und Befreunden mit Ernſt aufferleget / daß ſie denſelben im Hauſe behalten / unnd auſſerhalb der Predigt Göttliches Worts / zu andern gemeinen Zuſammenkunfften / auff Hochzeiten und Gaſtereyen nicht kommen laſſen / ſondern alſo auff ihn Achtung geben ſollen / darmit er künfftig andern keinen Schaden ferner zufügen möge / V. R. W.
Rudolpho à Ponickau / *in* Hojerswerda / *M. Auguſt. An. 1621.*

52 *Item:* So erſcheinet darauß allenthalben ſo viel / daß er in ſeinem Haupt unnd Verſtande allerdings nicht richtig / ſondern mit Melancholey und Schwermuth beladen / Derowegen mag er wegen der an ſeinem Weibe begangenen und bekandten Entleibung am Leib oder Leben nicht geſtraffet werden. Er wird aber gleichwol im Gefängnüß durch den Landknecht mit Ruthen billich gezüchtiget / unnd darauff der Gefänglichen Hafft / jedoch ohne geſchwornen Vrpheden entlediget / auch darneben ſeinen nechſten Freunden aufferleget / daß ſie denſelben im Hauſe mit Ketten und Banden dermaſſen verwahren / darmit er künfftig Jhme oder einem andern keinen Schaden ferner zufügen möge / V. R. W.
Ad requiſitionem Andreæ Prüllers / Verwalters zu Radeburg / *M. Majo,* A*n.* 1625.
Simili planè modo reſpondimus Quæſtori in Arnßhaugk / *M. Aug. An. 1631.*
Item: Quæſtori in Heldrungen / *M. Auguſt. An. 1631.*

53 Altera Regula de melancholicis hæc notanda eſt: Quod licet Reus ob delictum ex melancholia commiſſum, impunitus nequaquam remanere debeat, pœna tamen ordinaria ipſi propterea remitti, aliaque mitior tutò irrogari queat.

Q. 7. An & quando melancholicis delinquentibus pœna ordinaria ſit remittenda?

54 Differentiam haud levem exiſtere inter furioſos & melancholicos dubium nullum eſt; ſiquidem furioſi dicuntur, qui mente & ſenſu communi carent; Melancholici verò ſunt homines deſperatæ & emotæ mentis, abſurda & triſtia ſibi fingentes atque dicentes. Quare quod Regula præcedenti de furioſis dictum, iſtud ad melancholicos haud extendendum eſt: Neque hi æque ac illi ab omni pœna immunes eſſe debent. Sicuti nec eos per melancholicos hîc intellectos volo, qui præter modum timidi, cupidi, avari & iracundi ſunt, quos ob melancholiam temperatam à pœna ordinaria exemptos eſſe, nemo facilè dixerit. *Petr. Heig. part. 2. quæſt. 38. n. 33.*

55 Ab utriſque igitur melancholici, de quibus hanc Regulam acceptam volo, differunt. Etenim, accidit interdum, ut melancholicus humor ſalubriter humano corpori datus, in atram bilem & venenum peſtiferum degeneret,

heret, indeque morbus, quem melancholiam pri-
mariam vocant Medici, procreetur, ubi cerebrum
primariò afficitur, ſive peculiari, ſive totius cor-
poris vitio: quo morbo laborantes vel cogitant,
vel loquuntur, vel efficiunt abſurda, longeque à
ratione & conſilio abhorrentia, eaque omnia cum
56 metu & mœſtitia. *Johan. Bodin. de Dæmono. cap.*
6. Philipp. Camerar. medit. hiſtor. capit. 72. Unde
factum, quòd quidam ſe vaſa fictilia, cerea, vitrea,
canes, gallos gallinaceos, leones & alia quædam ſi-
bi eſſe viſi fuere; Quidam in lupos ſe mutatos exi-
ſtimarunt. Fuerunt itidem, qui morbos, fe-
brem, hydropem ex forti imaginatione ſibi per-
ſuaſerunt. *Petr. Heig. dict. quæſt. 38. numer. 41. &*
ſeqq. ubi porrò dicit, ſuo tempore fuiſſe ali-
quem melancholicum, qui mortuum ſe profitens,
cibo & potu diu abſtinuit, & inediâ mortuus o-
mninò fuiſſet; niſi Medici ſeipſum quoque mor-
tuum fingentis, & ſuo exemplo ægrotum iſtum
ad capiendum cibum invitantis, ſingulari conſilio
57 & induſtria fuiſſet reſtitutus. Fuit etiam quidam
melancholicus, qui cùm in milii granum ſe trans-
formatum crederet, noluit cameram egredi, ne à
gallinis deglutiretur. Alii cœlum terramque di-
gito articulari, ut Atlas humero ſe ſuſtinere, ac ut
oneris ruinam defugiant, pavent, vitam ſibi acer-
bam, mortem ſalutarem credunt; referente *Heigio*
dict. quæſt. 38. n. 43.

58 Tales nimirum homines miſeros humor
melancholicus efficit, qui non modò alios offen-
dunt, ſed & quandoque ad deſperationem ex tri-
ſtitia adacti, manus ſibi ipſis inferunt. Quamvis
in aliis etiam remiſſior ſit ejuſmodi humor & me-
lancholia. Qualeſcunque autem hi fuerint ab
omni prorſus pœna neutiquam eximi poſſunt,
quum in dolo atque malitia verſentur, & reverà
59 delinquant. Etſi enim triſtitia multùm ipſos af-
ficiat, eorumque animos perturbet; attamen
totam mentis alienationem non inducit, nec in-
tellectu eos planè privat, ut dubium non ſit, quin
voluntariè & ex malitia quadam delinquant. *Petr.*
Heig. dict. loco. Quare nec ab omni pœna hos exi-
mere licebit.

60 Et ſi dementes ſeu mente capti ex delicto tenentur, ac pœnis obſtringuntur, ut dictum anteà utique hoc multò magis de melancholicis aſſerendum erit, quippe quos ſola mœſtitia, quæ ut plurimum ex culpa hominis oritur, tueri haud poterit: præſertim quum delicta puniri publicitus intereſt *l. 51. in fin. ff. ad Leg. Aquil. l. in delictis 4. §. cum dolus ff. de nox. action.*

61 Nihilominus tamen pœna ordinaria hoc caſu tutò remitti poteſt. Melancholicas ſiquidem affectiones in criminibus à pœna ordinaria excuſationem aliquam præbere, teſtis locuples eſt *Claud. Bertazz. in addit. ad Bartol. Bertaz. conſil. 228. verſ. Et poſt eum. Sfort. Odd. conſil. 93. numer. 25. Petr. Heig. part. 2. quæſt. 38. numer. 60.* Quod tantò faciliùs concedendum, quantò certius eſt, cauſam etiam beſtialem à pœna ordinaria aliquem liberare poſſe, juxta tradita *Ludolph. Schrader. in miſcell. cap. 16. tit. in juſta cauſa an à pœn. excuſ. verſ. aut probatur illam cauſam extitiſſe. Iacob. Schult. in addit. ad Modeſtin. Piſtor. part. 3. quæſt. 104. num. 8. in fin. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. § ult. quæſt. 60. num. 22. Aym. Cravett. lib. 1. conſ. 6. num. 89. Nicol. Boer. deciſ. 168. num. 11. Andr. Tiraquell. in tract. de pœn. temper. cauſ. 43. num. 1. Marc. Anton. Blanch. in pract. crim. §. viſis indiciis per Reum. n. 154.*

62 Quare licet melancholici delinquentes prorſus impuniti haud dimittantur; in hoc tamen ipſis ſuccurrendum eſt, ut ordinarium delicti ſupplicium mitigetur, ſubſtituta mitiori quadam pœnâ extraordinaria, quam judex prudens pro qualitate facti, & ratione melancholiæ, affectionis, mentiſque perturbatæ crimini æqualem exiſtimaverit.

63 *Veluti in caſu commiſſi uxoricidii Scabini pronunciarunt Laurentio à* Schönbergk: Ob nun wol keine Vernunfft an ihme zu vermercken geweſen/ man auch die Zeit ſeiner gefänglichen Hafft/ keine Unſinnigkeit oder unvernünfftige Rede von ihme gehöret. Dieweil Ihr aber dennoch in eurer vorigen Frage vermeldet/ daß Er den Sommer über ſiech und kranck geweſen/ und ſein Weib 14. Tage vor der Mordthat den Pfarrherrn/ welcher Ihme den Tag zuvor das Hochwürdige Sacrament gereichet/ wieder geholet/ und gebeten/ Ihme zuzuſprechen und zu tröſten/ denn er gar irre worden. So bleibet er mit der ordentlichen Straffe der Weiber-Mörder verſchonet. Er wird aber gleichwol/ wofern er auff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor öffentlichem gehegten peinlichen Halßgerichte freywillig verharren/ oder des ſonſten wie recht vberwieſen würde/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode billich geſtraffet/ V. R. W. *Menſe Octob. An. 1585.*

Et in caſu ſimili Quæſtori Deliciano. M. Iun. An. 1615.

64 *Quin & ſæpius hoc caſu Domini mitigationem pœnæ arbitrio Magiſtratus commiſerunt, in hunc modum reſpondentes:* So möchte *Inquiſitin* von wegen ſolcher an ihrem eygenen Kinde begangenen und bekandten Mordthat/ wo ferne die hohe Obrigkeit derowegen/ daß ſie laut ihrer Außſage beym 4. unnd 14. Articul ſolche durch Eingeben eines ſchwartzen Mannes begangen/ welcher Ihr im Traum vorkommen/ Dahero ſichs anſehen leſſet/ daß es von ihr auß Traurigkeit/ Melancholey/ und Schwermütigkeit geſchehen ſey/ auß ſonderlichen Gnaden die ordentliche Straffe der Kinder-Mörder nicht lindern und mindern wolte/ ſambt einem Hunde/ Hahn/ Schlangen und Katzen/ an ſtatt eines Affen in einen Sack geſteckt/ ins Waſſer geworffen/ und erträncket/ oder da die Gelegenheit deß Waſſers des Orts nicht vorhanden/ mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris* zur Auguſtusburgk/ *M. Iun. An. 1608.*

65 *Similiter & fuſtigationem ex cauſa melancholiæ remitti, ac in Relegationem commutari poſſe, exiſtimaverunt Scabini, ita reſpondentes Senatui Oſſitienſi:* So wird ſie wegen ſolches begangenen und bekanten Ehebruchs/ mit Staupenſchlägen des Landes ewig billich verwieſen. Man wolte ihr denn in Anſehung/ daß ſie eurem Bericht nach etwas blöde und melancholiſch iſt/ Gnade erweiſen/ unnd die öffentliche Staupe erlaſſen/ auff den Fall würde ſie allein mit ewiger Landesverweiſung in Straff genommen/ V. R. W. *Menſe April. An. 1629.*

It. An C. A. zu Oſchatz/ *M. Iun. Anno 1629.*

QVÆSTIO CXLVI.

An & Quatenus Ebrietas delinquentem à pœna ordinaria excuſet?

SUMMARIA.

1. *Ebrietas num cauſam mitigationis pœnæ præbeat. num.30.31.*
2. *Ebrietas vitium eſt deteſtabile.num.3.*
4. *Conſuetudo Germaniæ probat ebrietatem.n.5.6.7*
8. *Vitium ebrietatis Nobiles quoque & perſonas illuſtres invaſit.*
9. *Potatores hodie habentur Politici.n.10 11.*
12. *Multi ex bibacitate gloriam quærunt.n.13.*
14. *Nec non præmia.*
15. *Ulricus de Nova domo & Henricus Goriciæ Comes filios ſuos inebriari fecerunt. num.16.*
17. *Propterea tamen Ebrietas veniam non meretur.*
18. *Ebrietatis peſſimi effectus.n.21.*
19. *Ferdinandus I. Imp. in Legatis Statuum Imperii ebrietatem maxime improbavit.*
20. *Jure Divino prohibita eſt ebrietas.*
22. *Sanctio Maximiliani I. Imp. de vitãda ebrietate.*
23. *Prohibetur quoque Ebrietas in Receſſibus Imperii.num.25.*
24. *Severiſſimi ſemper fuerunt Impp. Auſtriaci in punienda ebrietate.*
26. *Conſtitutiones Imperii de vitanda ebrietate, conſuetudine immutari nequeunt. n.27.*
27. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
29. *Saluti potationes prohibitæ ſunt ab Electore Sax.*
32. *Ebrietas immodica delinquentem à pœna ordinaria excuſat, & quare. num.33.34.35.36.37.38.*
39. *Attamen delinquentes ebrii extraordinariâ pœna affici debent. nu.40.41.*
42. *Sententiæ Scabinorum Lipſienſium.n.43.44.45.*
46. *Non ſemper ac indifferenter ebrii à pœna ordinaria ſunt immunes.n.47.*
48. *Modica & levis ebrietas delinquentem à pœnâ ordinaria neutiquam excuſat.n.49.50.*
51. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſ. n.52.53.54.*
55. *Quid ſi Reum non pœniteat delicti ceſſante ebrietate?*
56. *Aut ſi quis habens propoſitum occidendi, ebrius poſtea factus illud in effectum deducat.*
57. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
58. *Quid juris in eo, qui ſolitus in ebrietate delinquere, non abſtinet à vini immoderata potatione.*
59. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
60. *Allegans ebrietatem, illam debet probare.*
61. *Ebrietas non niſi teſtibus probatur.*
62. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n.63.*
64. *Non etiam juramento delinquentis.*
65. *Deficientibus teſtibus, Reus hoc caſu torturæ ſubjici poteſt, ad eruendam veritatem.*
66. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*

1 QUINTÒ: Ad cauſas mitigandarum pœ-
narum refertur quoque Ebrietas: ob
quam à pœna delicti ordinaria Reus
æquè liberari debet. *Proſper. Farin. part. 3. oper.
crim quæſt. 93. nu. 1. Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt.
60. verſ præterea quæro. Andr. Gail. lib. 2. obſervat.
110. num. 24.* Quam cauſam antequam ex jure
probem, & ulterius progrediar, ſanctè prote-
ſtor, me non defenſorem fore ebrietatis, quam
potius ceu omni jure prohibitam deteſtor;
quippe quæ inter cauſas morborum civilium
2 & criminalium familiam ducit, ex qua tan-
quam fertiliſſima ſegete, meſſis oritur undique
vitiorum copioſiſſima, ut loquitur *Herman. La-
ther. de cenſ. lib. 2. cap. 3. num. 1.* Et quæ Diabolus
humani generis hoſtis infenſiſſimus aliâ ratio-
ne ab homine impetrare nequit, id per Ebrium
efficit, quod Lothi teſtatur Hiſtoria *Geneſ. 19.
3 verſ. 32.* Nec non viri illius pietati deditiſſimi,
qui (referente *Richtero*) aſſiduis Diaboli tenta-
tionibus infeſtatus, ut ex tribus peccatis u-
num, quod perpetraret, ſibi eligeret: Vel ut
ſemel ſe inebriaret: Vel cum vicini uxore con-
cumberet: Vel vicinum interficeret, victus
tandem conſenſit in primum peccatum, quod
judicaret illud minus atrox eſſe, quàm vel ad-
ulterium, vel homicidium, inebriatus ergò
nullo negotio ad reliqua etiam peccata impel-
litur, Excitata enim ex luxuria libidinis flam-
ma, vicini Uxorem ſtuprare haud veretur:
Nec quidem à tertio immunis tum eſſe potuit,
intervenientem namque Uxoris maritum, fla-
gitiumque illud ulciſci volentem, dum impe-
tum ejus reprimere laborat, occidit. Sic ebrie-
tati locum qui dabat, reliquis etiam ſceleribus
atrociſſimis ſe involvit. *Richt. Regul. 34. in fin. in
Axiomat. Oeconomic.*

Scio equidem, ex conſuetudine Germaniæ 4
inveterata rem eò rediiſſe, ut ſi cui benè facere
velis, potu eum liberaliore excipere, & vino in-
ebriare ſummæ amicitiæ loco eſſe cenſeatur;
adeoque ebrietatem Germanis propriam videri,
de quibus ſcribit *Boem. lib. 3. de morib. gent. cap.
13.* quòd mutuò ad bibendum ſe cogant & hor-
tentur, neque ſus vel taurus tantum ingurgitet,
neque ad ebrietatem & vomitum putaſſe ſuffi-
ciat, ſed rurſus ad ſobrietatem dies noctibus,
noctes diebus continuantes. Quodque illa per- 5
potandi forma, qua Germani, præſertim Saxo-
nes, & mores Balthici accolæ utuntur, nullis
unquam temporibus, aut legibus potuerit e-
mendari, aſſerit *Bodin. in method. hiſtor. c. 5. p. 87.*
Hancque ebrietatis peſtem hereditariam totam 6
Germaniam conſtanter ſervare, amare, & co-
lere, non minus ac Suevi & Helvetii plerique
ſuam indecoram veſtium formam pertinaciſ-
ſimè retinent, quâ illas corporis partes, quas
honeſtas jubet occultas eſſe, obſcœnis Priapo-

rum ſimulacris, ſeu, ut vocant Laziis, veluti caligarum præſidibus glorioſulè exprimunt, & iis oculorum pudicitiam tentant, notat *Ioh. Wilhelm. à Retvvitz. in orat. cont. german. apud Frid. Achil. Ducem Würtemberg. in conſult. de princip.*
7 *inter provinc. Europ.* Cui remedium vix dari poſſe, jamdudum exiſtimavit Imp. Carol. V. Cum enim in conventu Ratisponenſi generoſa eſſent vina, multique Germani ex crebris & aſſiduis cōpotationibus extinguerentur. Hiſpani Imperatorem acceſſerunt, & vehementer urſerunt, ut ſæviſſimâ pœnâ Germanorum ingurgitationem caſtigaret. Quid faciam, reſpondit Imperator, doleo ſtultitiam meorum Germanorum, ſed tam facilè illud obtinuero, ac ſi vobis Hiſpanis manus conſtringere velim, ne furentur? *Chytræ. part. 3. Chronic. Saxon. lib. 19. p. 203. in orat. funebr. Carol. V. Heresbach. de Republ. Chriſt. adminiſtr. cap. 16. pag. 289. Herman. Kirchn. lib. 2. de leg. cap. 3. num. 4.*

8 Neque ſolùm inferioris ſortis homines, ſed & Nobiles atque Illuſtres perſonas hoc ebrietatis vitium, haud abſque inſigni dedecore & damno invaſit, quod vel ſolius Wenceslai Imperatoris exemplum probat, quo nemo (verba ſunt *Joh. Wilhelm. à Retvviz.*) amavit & coluit ebrietatem dementius. Is inter purpuratos ſuos crebro ſermone uſurpabat: Ego, ſi me diripiendis urbibus Italiæ Sors præſentem dederit, cæterarum rerum prædam militibus impertiar, vini tantum apud me ſpolia reſervabo: Si quis autem in cellam vinariam injuſſu meo fuerit ingreſſus, gladio ferietur. Ille etiam væcors & iners de faſtigio Imperiali dejectus, deficientibus paſſim Ordinibus, cum Norinbergenſes religionem fidei datæ veriti, ab eo ſolutionem juramenti peterent, & viginti millia nummûm offerrent, homo ebrius auditis Legatis, liberos Norinbergenſes dicit, ſi currus quatuor Baccharacenſi vino onuſtos tradant. *Iohan. Wilhelm. à Retvvitz dict. orat. cont.*
9 *germ. ex Æn. Silv. Alfonſ. Paral. 2. cap. 15.* Quin & hodie ſecundum quosdam intra numerum eximiorum & perfectiſſimorum politicorum referendus eſt is, ſi Diis placet, qui plurimum meri, magnoſque cyathos evacuare poteſt, neque interim inebriatur, quantumcunque biberit, ſed ſemper ſecurus & ſobrius & in vino prudentior eſt. Quorum ſanè judicio bibaces columnæ Imperii Romani habentur, ſine quibus florere Rempublicam non poſſe ſomniant. *Herman. Lather. de cenſ. lib. 1. cap. 10. num. 43.*
10 ubi refert, Biberium quendam aulicum fortiter bibendo, ingenteſque Scyphos evacuando, exiſtimationem dignitatemque aulicam conſervare ſe poſſe, perſuaſum, ſuamq; operam longè utiliorem doctiſſimi Conſiliarii aulici opinatum fuiſſe.

11 Quod ſi verum, Socrates, Plato & antiqua prudentum corona in reprehenſionem incurret, quòd ejusmodi conſuetudinem poſteris non commendarit, inquit *Lath. d. cap. 10. n. 38.* Ac ſi ita res ſe haberet, præſtaret veterum Bohemorum morem priſtino vigori reſtituere, de quo *Æn. Silv.* ſcribit: Fuerunt ex proceribus, qui ſuos liberos ab infantia atque ab ipſis incunabilis Malvatici aut Revalii magnis & crebris hauſtibus aſſuefacerent, ut viri facti multumque biberint, nullius vini potentia mentem amitterent, *in tract. de educat. puer. ad* Bohem. *Reg. Uladiſlaum. cap. 6.*

12 Ac, quod lachrymis deplorandum, ex bibacitate haud pauci gloriam quærunt, etiam in Scholis Academicis, quæ ſalutis publicæ & virtutis ſeminaria eſſe debebant, in quibus tanquam in Mithridaticis compotationibus majori laudi ac gloriæ vertitur, egregium potatorem, quàm inſignem oratorem haberi, ut conqueritur *Herman. Kirchner. in Orat. de fatal. Academiar. diſſipat. & ruin. pag. 33.*
13 Quod vitium antiquis etiam Germaniæ Gymnaſiis & Academiis inhæſiſſe ab *Æn. Sylvio lib. 1. com. dict. & fact. Alphonſ. nu. 41.* memoriæ proditum eſt, ubi dicit: *Cum Leonhardus Felſerbius nobilis Eques in Lipſenſem Civitatem perveniſſet, deque ſobrini ſui ſtudiis & moribus diligenter, ut fieri ſolet, perquiſiviſſet, homo, qui noſſet eum & coadjutor ejus eſſet, optimè, inquit, ſe habet amicus tuus, Nam inter mille & quingentos, qui adſumus Scholares, hic unus bibendi palmam obtinet. Neque ingrata ſeſe homo nunciaſſe putavit; Eſt enim mos apud Saxones, dum conveniunt, hos primo loco ponere, qui plus adbiberint, eumque ludum ad æquales hauſtus compotationem vocant.* Hæc Sylvius.

14 Egregia profectò laus; quam & præmium quandoque ſequitur: Veluti Legatum quendam ex quodam extero Regno non ſolùm inſigne monile; ſed etiam annuas pecunias compotationis victoria partas domum retuliſſe, meminit *Herman. Kirchner. lib. 2. de legat. cap. 3. nu. 57.* Et
15 referente *Philipp Camer. cent. 1. cap. 94.* in Nariſcis nuptiæ fuerunt viri Nobilis, ibi ad convivas hilarandos certamen potionis propoſitum, editumque inter eorum miniſtros, bibones plerosque exercitatiſſimos: Sed unus forticulus paulo minus ſex congiis (octodecim pocula **achtzehen Maß**) paucis horis ebibit, & ſimul præmium meruit. Cauſa hæc fuit, q. Ul. de Nova domo Bohemus liberis ſuis vix dum à lacte depulſis Creticum, Tergeſtinum, & Traminium, generoſiſſima vina dari juſſit, ut poſtea ſecurius leviora bibere, & potando minus vinci poſſent. *Johan. Wilhelm.*
16 *à Retvvitz. dict. orat. contr. German.* Henricus autem Goritiæ Comes cùm filios ſuos, dum intra pueritiæ annos erant, apud ſe haberet in thalamo ſuo, eos inter dormiendum media nocte ſæpius vocare, & an ſitirent? interrogare ſolebat. Quibus ſomno ſepultis & tacentibus, ipſe ſurgens vinum ingerebat, illiſque recuſantibus ac vinum evomentibus, interpellans uxorem, ex alio, ajebat concepiſti meretrix, neque enim filii mei ſunt, qui noctem integram nil ſitientes dormiunt. *Æn. Silvio Alfonſ. Paral. libr. 1. cap. 41.*

17 Sed num veniam propterea merebitur ebrietas apud Germanos? Neutiquam certè. Vereor enim, ne quod de Athenienſibus olim dictum fuit, de Germanis rectius dici poſſit: Sciunt quæ recta ſunt, ſed ea facere nolunt. Quandoquidem maxima pars hominum eſt impatiens frænorum & legum, libertatem neſcio
quam

quam ſibi ſomnians, legis potaticæ, quàm De-
calogi ſtudioſior, teſte *Ægid. Albert. de conviv.*
18 *& compotat.* Quis namque crediderit, neſcire
Germanos, quòd ebrietas judicium hominis per-
vertat, ex Rege ſervum faciat, ex ſene puerum,
ex ſano inſanum, ex infante diſertum, è ſapien-
te ſtultum, è ſtulto fatuum? ut inquit *Grim. lib. 2.*
19 *de opt. Senator. p. 257.* Et quod ſit Dæmon blan-
dus, venenum dulce, rabies voluntaria, illece-
bra voluptatis & pudoris injuria; quam nullus
noverit Chriſtianus &c. ſecundum *D. Bernhar-
dum.* Ac ut ſummatim dicam, quòd animam ſi-
mul & corpus perdat. Quod & Ferdin. I. Imp.
Legatis Principum & Civitatum Imperialium
inculcavit: Fertur ſiquidem eosdem, cùm popu-
lorum certamina diligentius urgerent, monuiſſe
hiſce verbis: *Mementote vos huc ablegatos eſſe,
non compotandi & comeſſandi, ſed publica Impe-
rii negotia tractandi gratiâ. Ideoque manibus pedi-
busq; maledictam ebrietatem fugitate, quæ animam
ſimul & corpus perdit, & quæ vobis commiſſa ſunt
agitate. Paul. Negel. part. 2.* von bürgerlichen
Stand/ *cap. 19. pag. 219.*

20 Quis etiam putaverit, Germanos & Saxones
juris divini tam imperitos eſſe, ut ad eorum aures
non pervenerit illud *Eſa. 5. v. 11. 12.* Ebrietas iram
Dei provocat, *Eccleſ. 19. v. 2.* Mentem alienat,
Oſe. 4. v. 11. Libidinem inflammat. *Salom. Prov.
23. v. 29. Cui væ? cui gemitus? cui rixæ? cui fo-
veæ? cui ſine cauſa vulnera? cui rubedo oculorum?
Nonne his, qui commorantur in vino, & ſtudent ca-*
21 *licibus epotandis?* Quod aliis verbis exprimit *Ioh.
Spinæus libr. 5. de tranquil. animi fol. 213. Præcipua
cauſa,* inquit ille, *ob quam ita fragiles & morbis ob-
noxii ſumus, & quadrageſimo aut quinquageſimo
anno adeo debilitati, eſt intemperantia & cibi po-
tuſque immoderatio.* Et hiſtorias Profanas ſi con-
ſuluerimus, ex ebrietate imaginationem depra-
vatam, judicia ſtulta, oblivionem ſui, ſtuprum,
libidinem, conceſſionem injuſtam, crudelita-
tem, imprudentiam, immodeſtiam, arcano-
rum evulgationem, ſomnolentiam, morbum,
vitæ periculum, mortem, honoris jacturam,
cladem, captivitatem ſubſecutam fuiſſe; de-
prehendimus, quorum omnium exempla plu-
rima refert. *Theatr. vitæ humanæ Zvvingeri vol.
9. libr. 2. p. 2244. & ſeqq.* quæ nemini ignota eſſe
poſſunt.

Q. 1. An ebrietas Pœnâ mereatur?

22 Et quo minus quiſpiam ignorantiam præ-
tendere queat, ſeveriſſima extat ſanctio Imper.
Maximil. I. ut Salutipotatores cum ignorantia
ab imperiis & officiis excludantur in *Receſſibus
Imper. Colonienſ. de anno 1512.* cujus verba ita
ſonant: Deßgleichen/ wiewohl das Zutrincken
in vorgehaltenen Reichstagen mehr denn ein-
mahl höchlich verbotten/ ſo iſt es doch bißhero we-
nig gehalten/ vollnzogen/ oder gehandhabet wor-
den/ darumb und ſonderlich/ weil auß dem Zu-
trincken Trunckenheit/ auß Trunckenheit viel
Gotteslästerung/ Todtſchläge/ und ſonſten viel
Laſter entſtehen/ alſo daß ſich die Zutrincker in
Fährligkeit ihrer Ehren/ Vernunfft/ Seel/ Lei-
bes und Guts begeben: So ſoll in allen Landen
eine jede Obrigkeit/ hoch oder niedrig/ Geiſtlich
oder weltlich bey ihr ſelbſt und ihren Vntertha-
nen ſolches abſtellen/ unnd das bey mercklichen
hohen Pœnen verbieten/ und ſo die vom Adel
das nicht meiden wolten/ daß denn Wir/ auch
Churfürſten/ Fürſten/ Geiſtlich und Weltlich/
und alle andere Obrigkeit dieſelben ſcheuchen/
und an ihren Höfen und Dienſten nicht halten/
und ſo einer deßhalben geurlaubet würde/ ſo ſoll
ihn kein ander Fürſt oder Obrigkeit in ihre Dien-
ſte annehmen/ oder halten/ die aber/ ſo geringes
Standes weren/ ſollen ſie an ihren Leibern härti-
glich darumb ſtraffen/ und ob einige Obrigkeit in
Handhabung und Vollnziehung ſolches Gebots/
gegen ihren Vnterthanen ſäumig oder läſſig
würde/ ſo ſol unſer Keyſerlicher *Fiſcal* ſolche Vn-
terthanen/ ſo überfahren hetten/ an unſerm Key-
ſerlichen Kammergerichte zu gebührlicher ſtraf-
fe fürnehmen.

Cui etiam conſentit Carol. V. Imp. *Reformat.* 23
*Polit. An. 1530. in Receſſ. Aug. Et de An. 1548. in Re-
ceſſ. Imp.* von Zutrincken. Nec non Imp. Maxi-
mil. II. in der Reuter Beſtallung zu Speyer auff-
gerichtet/ *An. 1570. art. 48. 49. 50. 51. 52.* Et Ru-
dolph. II. Imp. *Ord. Polit. de An. 1577. tit. 8. in fin.*
Severiſſimi enim ſemper fuerunt Impp. Auſtriaci
in punienda ebrietate, ut peculiare ipſis propter-
ea tribuatur encomium: Quòd nempe ab ebrie- 24
tatis vitio inter Principum Germanorum fa-
milias, ſola libera ſit familia Auſtriaca; ſiquidem
ab Avis & Atavis, prædicta Archiducum Au-
ſtriæ domus exhorruit ebrietatem, licet eorum
regio ſemper fuerit vini fertiliſſima & locupletiſ-
ſima. *Cuſp. in Orat. de bello cont. Turc. ſuſc. junct.
hiſt. Auſtr. p. 79.*

Quæ ſatis probant, ebrietatem in Conſti- 25
tutionibus Imperii ſeverè prohiberi, *Nic. Reuſn.
libr. 2. deciſ. 14. nu. 55. Henric. Lather. de cenſu. libr.
cap. 10. num. 31. & libr. 2. cap. 3. num. 40.* Adeoque
neminem prætextu ignorantiæ aut permiſſio-
nis ſeſe tueri poſſe; Niſi quis dicere vellet, Le-
ges Imperiales, immoderatam adhibendi con-
ſuetudinem prohibentes; uſu contrario quaſi
abrogatas & ſublatas eſſe, *Andr. Gail. lib. 1. obſerv.
110. num. 25.* perinde ut & conſuetudo regionis
toleratur in accipiendis uſuris, uſque adeo,
ut omnem uſuræ aut fœnoris excludat præſum-
ptionem. *Nic. Reuſn. d. deciſ. 14. num. 20. & 21.*
Unde & factum, quòd ejuſmodi Sanctiones Im- 26
periales in contemptum & riſum abierunt, at-
que Germaniæ nobiles ſibi invicem propinan-
do dixerint: Propino tibi hauſtum in Conſtitu-
tionem Imperii de Ebrietate vitanda, Es gilt
dir uff den Reichs Abſchied. ut ex prælectioni-
bus Kirchneri refert *Herm. Lath. d. lib. 1. de cenſ.
cap. 10. num. 32.*

Sed peſſimè hoc aſſeritur, & abſque nota 27
impietatis leges hæ conſuetudine immutari ne-
queunt, non magis ac juris divini ſanctio in de-
ſuetudinem abire poteſt. Severiſſimè enim de
jure divino ebrietatem prohiberi, ac ſententiam
rigoroſam in ebrios ferri, ex antea dictis no-
tiſſimum eſt; Ac cuivis Chriſtiano ad vitandam
ebrietatem, ſufficere debet; vel ſola Salvatoris
noſtri Chriſti adhortatio *Luc. 21. v. 34. Atten-
dite, ne corda veſtra graventur crapula & ebrie-
tate.* Quam admonitionem Chriſtianus quivis
perpendens, ſalvâ fide ac conſcientia ſe ingurgi-
tare non poterit.

28 *Quin nec ebrietatem in foro Saxonico hodie impunitam relinqui, patet ex Scabinorum reſponſo hiſce verbis concepto:* Hat ſich ewer Vnterthaner/ von welchem ewre Frage meldet/etliche Tage nacheinander berauſchet und ſehr voll geſoffen / und weil er dardurch ſeinen Mitnachbaren ewren Vnterthanen groß Ergernüs gegeben / habt ihr ihn zu einem nüchtern und mäſſigen Leben vermahnet / und hinfüro ſich der Trunckenheit zu euſſern anbefohlen/ deme er zu wider unlängſten ſich dermaſſen bezecht/daß er nicht gehen können/ ſondern von ſeinem Weib und Kindern heimgetragen werden müſſen / inmaſſen er ſolches nicht in Abrede ſeyn kan/*&c.* So wird er deßwegen 6. Tage lang mit Gefängnüs / darinnen er mit Waſſer und Brodt zu ſpeiſen / in Straff genommen/mit der Verwarnung / daß wo er hinführo von ſolcher Trunckenheit nicht abſtehen wird/ er mit einer höhern Straffe / auch wol mit Landesverweiſung belegt werden ſoll/ V.R.W. *Ad requiſitionem Rudolphi ab* Altmansdorff. *Menſ. Jun. Anno 1631.*

29 Et minus hac de re dubium eſt in terris Elect.Sax. ob manifeſtam ſanctionem in *Ord. Polit. de An. 1612. tit.* vom Zutrincken/ quæ non modò ſalutipotationes prohibet, ſed & ſalutipotatores coerceri jubet.

30 Quibus præmiſſis, explicandum jam eſt,
quando & quatenus ebrietas veniam mereatur
in criminalibus. Et ſanè primâ facie videtur di-
cendum, delinquenti ob ebrietatem pœnam or-
dinariam neutiquam remitti debere, præſertim,
ſi deditâ operâ ſe ingurgitaverit, & ebrius ultrò
ad arma venerit, atque delictum commiſerit;
Quippe, quòd hoc caſu dolus & malitia præce-
dat, & ſic delictum delicto cumuletur; quod
propterea graviori ſupplicio coercendum vide-
tur, ſecundum *Andr. Gail. lib. 2. obſerv. 110. num.*
27. & ſeqq. Iac. Ayrer. *ad l. ut vim. ff. de juſt. & jur.*
p. 2. nu 129. & ſeqq. Jul. Clar. lib. 5. ſent. §. *ult. q. 60.*
31 *num.* 12 *Iac.* M*enoch. de arbit. jud. q. lib. 2. caſ. 236.*
Quare & Car. V. Jmp. in ditionibus & provinciis
ſuis hereditariis, edictis diplomatibuſq; Ann. 31.
editis cavit, ne ebrietas in cædibus, quæ ſæpè à vi-
nolentis committuntur, excuſationem meretur,
juſſitque ut non leviter homicidæ ebrii puniren-
tur: *Primò*, ob turpem ebrietatem: *Secundò*, pro
crimine ex ebrietate commiſſo. Idque ita obſer-
vari, teſtantur M*att.* W*eſemb. in parat. ff. ad Leg.*
C*orn. de Sicar. num. 24. Iod. Damh. in prax. rer.*
crim. cap. 86. num. 20. & ſeqq.

32 Sed hoc non obſtante, pono Regulam:

Q. 2. Num ebrietas immodica delinquẽtem excuſet à pœna?

Quòd ebrietas immodica delinquentem à pœna excuſet ordinaria.

Quæ regula unanimi fermè I*nterppr.* calculo
approbata eſt, ut videre licet apud P*roſper. Farin.*
part. 3. oper. crim. quæſt. 93. nu. 1. Andr. T*iraq. de*
pœn. temper. cauſ. 6. nu. 1. & ſeqq. ubi & juribus Ju-
33 riſperitorum ac Canoniſtarum Theologorum,
aliorumque plurium autoritatibus, rationibus &
exemplis hanc Regulam latiſſimè more ſuo ex-
ornat. *Hippol. de Marſil. in l. 1. num. 63. ff. ad Leg.*
C*orn de ſicar. Hier. Gig. de crim. læſ. majeſt. quæſt.*
52. nu. 7. Ma*rc. Anton. Blanch in pract. crim.* §. *E-*
brius n. 9. & ſeqq. Anton. Gomez. tom. 3. variar. re-
ſolut. cap. 1. Petr. *à Plach. in Epit. delict. cap. 30. nu. 1.*
Ludov. Peguer. *deciſ. crim. 7. n. 22. Bertazz. conſ.*
26. nu. 2. & ſeqq. & ibi Cla*ud. in addit. lit. A. verſ.*
ſanè Petr. Theodor. in Coll*eg. Crim. diſput. 10 theſ. 4.*
liter. I. Joſeph. Maſcard. de probat. libr. 2. concluſ.
579. num. 3.

Eamque luculenter firmat, *l. omne delictum.* 34 §. *per Vinum.* ubi dicitur: *Per vinum aut laſciviam lapſis pœna capitalis remittenda eſt. ff. de re milit.* Et. *c ſanè, ubi Gloſſ. in Verb. Venia. 15. quæſt. 1.* ubi habetur: *Ideoq; ſi qui per vinum deliquerint, apud ſapientes judices venia quidem facta donantur, ſed ſævitatis damnantur autores.* It. *c. inebriaverunt. d. cauſ. 15. q.* 1. Ibi: *Inebriaverunt* Loth *filiæ ejus, & ſe neſciente miſcuerunt: Quapropter culpandus eſt quidem non tantum, quantum ille inceſtus, ſed quantum illa meretur ebrietas.*

Rationem hujus Regulæ ſi quæras, depromit eam forma vel cauſa conficiens delictum, quæ eſt dolus malus & voluntas, ac propoſitum delinquendi. Nam ex reſcripto D. Hadriani Imper. in maleficiis ſpectatur voluntas, non exitus aut eventus. *l. divus 14. ff. ad Leg. Cornel. de ſi ar. & l aut facta 16. ff. de pœn.* Neque tam factum, quàm conſilium, hoc eſt, animi propoſitum & voluntas ejus, qui delinquit, aut effectus in delicto puniendo conſideratur, *arg.* §. 7. *Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc. l. verum eſt. 25.* §. *ult.* Ibi: *fraudandi animo. l. in furti action. 50.* §. *2. ff. de furt. l. ſi quis teſtament. 41.* §. *ult. ff. ad Leg. Aquil. l. qui ſervum. 34. in princ. ff. de obligat. & action.* 35

At verò quis inficias ibit, ebrietate immo- 36
dica obrutum dolosè non delinquere; quip-
pe qui ob mentis alienationem vel exilium, nec
velle nec conſentire dicitur, *cap. qui concupiſcen-*
tia 15. quæſt. 1. Sed imò potius dementi ac furio-
ſo comparatur, cujus nulla eſt voluntas. *l. furioſi*
40. ubi Cagnol. *& Dec. ff. de Reg. jur. l. qui ſer-*
vum. 47. ff. de acquir. heredit. Planè enim ebrii &
temulenti æquè ac furioſi atque dementes, quid
agatur, non intelligunt, tanquam à mente &
ſemetipſis exulantes: ſiquidem ebrietas non mi- 37
nus quàm furor, mentis quandam inducit aliena-
tionem. *cap. à crapula. de vit. & honeſt. Cleric.* Eſt-
que privatio intellectus, per quam oblivio quæ-
dam ſui ipſius generatur. Quam ob cauſam et-
iam ebrii paſſim in jure ignorantibus comparan-
tur, imò & infantibus ac impuberibus, hoc eſt,
iis, qui per ætatem, quicquid vident, legum præ-
ſumptione creduntur ignorare. *l. 1.* §. *impuber. ff.*
de falſ. monet. Nicol. Reuſner. libr. 2. deciſ. 14. num.
13. Quemadmodum & ebrietas à *Seneca* volun- 38
taria dicitur inſania, cum qua nec ratio, nec
intelligentia, nec memoria, nec ullum ferè
vitæ rectè gerendæ conſilium reperitur: ut
communis rerum teſtatur uſus & experientia.
Quinimò & jure Canonico ebrius mortuo
comparatur, *c. venter. diſt. 35.* in quo omnis ceſſat
voluntas, & dolus ſine quo delictum non com-
mittitur.

Neutiquam tamen ebrietas etiam immo- 39
dica delinquentem ab omni prorſus pœnâ li-
berat, ſed eatenus ſolùm ipſum excuſat, ut mi-
tius aut lenius aliquantò extra ordinem pu-
niatur; quippe cùm ebrietas, ſi enormis ſit, do-
lum quidem in delicto, ſed non culpam tollat.
Bart. & Jaſon. in l. 1. §. *ff. de acquir. vel amit. poſſ.* 40

Hippol.

Hipp.de Marſ.in l.1.n.49 & 63.ubi & Salyc. C. *ad*
*Leg.*Cornel.*de Sic.Nic.Reuſn.d.deciſ.14.n.28. Iod.*
Damhoud.in pract.rer.crim.cap.84.n.19. Ut ma-
ximè enim ebrius dolo carere videatur, culpâ
tamen non caret, quæ caſum præceſſit: & quia
rei illicitæ operam dedit, non evitando, ut opor-
tuit, nimiam illam ebrietatem; cùm ignorare
non deberet, aliquid mali per ebrietatem à ſe ad-
miſſum iri, ſanè ob hanc ipſam culpam ſaltem
extraordinariè, arbitrio judicis pro ratione ſci-
licet culpæ, puniri debet, *arg. cap. viri de commo-*
41 *dat.& c.2.de depoſito.l.ſi ſervus ſervum.27.§.ſi for-*
*nicarius.9.& §.33.ff.ad Leg.*Aquil. Et ita ebrius
non tam ob delictum, quàm propter ebrietatem
coercetur, prout innuit, *cap.inebriaverunt. 15.*
quæſt.1.Proſper.Farin.part.3.oper.crim.quæſt.93.
num.4.

42 *Secundum hanc Regulam quotidiè pronunciant Scabini:* Hat *H.Z.* in ſcharpffer Frage erhalten / daß ihme von wegen übermäſſiger Trunckenheit gar nicht bewuſt / daß er den alten Matthes Förſter mit einem Prügel zu Tode geſchlagen; Vnd es haben die Gericht und andere Perſonen / mit welchen der Gefangene gezechet / berichtet / daß er allbereit ziemlich truncken geweſen / wie er zu ihnen kommen / und denn von einem Tiſch zum andern gelauffen / unnd jmmer fort lauter Wein getruncken / daß er übermäſſig bezechet / und truncken worden / und hielten gäntzlich darvor / daß er nicht wüſte / was er gethan / er der Gefangene / als ihme vorgehalten worden / daß er den alten Förſter todt geſchlagen haben ſolte / ſich auch gar nicht flüchtig gemacht / ſondern gutwillig mit den Gerichtsperſonen gangen / und ſich an eine Kette ſchlieſſen laſſen / und darneben allzeit geſagt / er wüſte gar nicht / daß er den alten Förſter geſehen / oder mit ihme in Vnguten / etwas zu thun gehabt / *&c.* So mag er derowegen / an Leib oder Leben nicht geſtrafft werden; Er wird aber gleichwol geſtalten Sachen nach / mit zeitlicher Landsverweiſung billig in Straff genommen / V. R. W. Ad *requiſitionem Quæſtoris Torgenſis. Menſ. Febr. An.1606.*

43 *It.* Dieweil nunmehr zu befinden / daß der Gefangene *D.D.* damals wie er Simon Heßlern geſtochen / und doch mit demſelben ſonſten in ungutem nichts zu thun gehabt / noch ſich mit ihme gezanckt / dermaſſen bezechet / und truncken geweſen / daß er ſich nicht beſinnen können / auch nach gethaner That / ſich nicht flüchtig gemacht / ſondern wie er zu gefänglicher Hafft gebracht / alſobald darnider gefallen und eingeſchlaffen / daß man ihn nicht erwecken können / und hernach / wie ihme die begangene Entleibung vorgehalten worden / darvon gar nichts wiſſen wollen; ſo mag er auch von wegen ſolcher an gedachten Heßlern begangenen Entleibung / geſtalten Sachen nach / am Leben nit geſtraffet werden. Er wird aber gleichwol mit Staupenſchlägen des Landes ewig billich verwieſen / V. R. W. *Ad* Conſultatio*nem Senatus* Leiſnicenſis. *Menſ.* Septembr. *An. 1608.*

44 *It.* Ob wol jetztgedachter *Inquiſit N. S.* in gutem bekant und geſtanden / daß er einen Jungen uff freyer Straſſen angefallen / und den Rober / ſo er bey ſich getragen / von ihm begehret / darauff als ihme der Junge ſolchen gereichet / er denſelben eröffnet / und was darinne geweſen / und ihme bedienet / herauß genommen / und hernach den Rober dem Jungen wider gegeben / aber 3 und ein halb Elen Leinwad und Tuchſtrümpffe mit ſich hinweg gebracht / ſo man auch wider erlanget. Dieweil er aber dennoch ſeine übermäſſige Trunckenheit darneben vorſchützen thut / inmaſſen denn der 2. und 4. Zeuge bey 5. *Articul* vermittels Eydes außgeſaget / daß *Inquiſit* ſelbe Zeit ſehr getruncken / und übermäſſig voll geweſen / die Zeugen auch in geſampt berichten / daß er hierüber noch mehr Brandwein und Bier holen laſſen und geſoffen / *&c.* So verbleibet *Inquiſit* in Erwegung angezogener übermäſſigen Trunckenheit / mit der ordentlichen Todtesſtraffe verſchonet. Er wird aber gleichwol ſolcher ſeiner Verbrechung wegen / mit Staupenſchlägen des Landes ewig billig verwieſen / V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris Deliciani.* Menſ. *Mart.* An. 1631.

45 *It.* Haben die beyde Gefangene *W. F.* und *F. S.* vor dem Scharffrichter / als ſie derſelbe mit der Schärffe ziemlicher weiſe / inhalts unſers vorigen Vrtheils angreiffen ſollen / bekandt / daß ſie die in denen *Actis* benandte 6. Perſonen uff offener Straſſe angegriffen / beſuchet / und Geld von ihnen haben wollen / inſonderheit aber / daß ſie die zween Böhmiſche Männer gezwungen / daß ſie ihnen 2. Gr. geben müſſen / ſie auch hierüber gefährlichen beſchädiget. Vnd es hat der Wirth berichtet / daß ſie 12. Seidel Wein / dz weren ohngefehr 6. Dreßniſche Kannen / außgetruncken / und ſehr truncken geweſen / *&c.* Würde nu der Wirth ſolches ſein Vorgeben endlichen erhalten / verbleibet *Inquiſit* mit der ordentlichen Todtesſtraffe / ſo ſie ſonſten verwircket / verſchonet. Sie werden aber gleichwol öffentlich billig zur Staupen geſchlagen / und darauff des Landes ewig verwieſen / V. R. W. An Amptsverwalter zum Altenberge / M. A*pril.* A*n.1631.*

Temporalis quoque Relegatio ad ſexennium fuit hoc caſu indicta cuidam deprædatori gegen Schraplar / an die Landgerichte. *Menſ. Jun.* A*n.1628.*

46 Ne tamen ebriis nimium indulgeatur, nec
malitia ac culpa eorum, qui deditâ opera ſe in-
gurgitant, excuſetur, quos propterea ſeveriori
aliquo ſupplicio plectendos eſſe, dixi; utique
non ſimpliciter hanc Regulam intellectam vo-
lo. Etenim ſi quis *Interppr.* inſpexerit, diverſi-
modè & variè eos diſtinguere, deprehendet:
Num ſcilic. quis ſciens, ſe ſolitum in ebrietate de-
linquere, & alios percutere ac offendere nō abſti-
nuerit à vini immodica potatione, & ſe inebria-
verit, quem pœnam ordinariam vix effugere poſ-
ſe, tradunt *Ang.Aret.de malef.verb.ſcienter & do-*
*losè.nu.*17.Marc. *Anton.*Blanch. *in pract.crim. §.*
*ebrius num.21.*Andr.*Gail.lib.2.obſerv.110.nu.29.*
Aut, an modica ſolummodò fuerit ebrietas, vel 47
affectata, quæ etiam nullam meretur veniam,
Petr.à Plach.in Epit.delict.lib.1.c.30.nu.2.Andr.
Tiraq.de pœn.temp.cauſ.6.num.10. v. ex quo dict.
Damb.in prax.rer.cr.c.84.n.10. Vel, num delin-
quentem in ebrietate poſtmodum pœnituerit,
nec ne. *Iac.*Menoch. *de arbit.jud.q.lib.2.caſ.326.*
num.10.

48 Quæ ut rectius percipiantur, juſtoque ordine tractentur, Regulam prædictam generalem modis ſubſequentibus Limitandam eſſe puto. Ac *Primò* ut locum tantummodò habeat in magna atque immodica ebrietate, quæ mentis alienationem inducit. *Nicol.Reuſner.libr.2.deciſ.14.nu.26.*Petr.*Theod.in* Colleg.*Crim.diſp.10.th.4.lit.I & diſp.7.th.7.lit.B.Proſp.Far.d.quæſt.93.nu.16.Andr.Gail.d.obſerv.110.nu.29.Damhoud.dict.cap.84.num.29.*

Q. 3. Modica & levis ebrietas, quæ mentis alienationẽ non inducit, an juvare queat delinquentem?

Quod ſi verò modica & levis ſit ebrietas, in qua nec mentis alienatio, nec oblivio, ſed

integritas ſenſuum ac rationis deprehenditur: minimè ea videtur à pœna delicti ordinaria excuſare: quoniam dolo malo tunc crimen admiſſum
49 præſumitur, ſecundum *Bald. in l. data opera. 11. n. 6. C. de his, qui accuſ. non poſſ. Tiraq. d. cauſ. 6. in fin.* Qui enim leviter ſaltem inebriatus eſt, & uſum rationis aliquem adhuc habet, is certè furioſo æquiparari nequit. Quare ceſſante ratione æquiparationis, ebrio quoque excuſationis locus relinqui nec poteſt, nec debet. *Nic. Reuſn. d. dec. 14. n. 30. Petr. Theod. d. diſp. 7. th. 7. lit. Gutierez 2. lib. qq. Canon. c. 4. per tot. Everh. Jun. 2. conſ. 45. num.*
50 *11. & ſeqq. Farin. d. q. 93. nu. 18.* Et qui leviter ebrii ſunt, parum diſtant à ſobriis, ac imò potiùs ſobriorum numero habentur, ut vult *Tiraq. in l. ſi unquam. 8. Gl. ſuper verb. donatione largies, n. 124. de revoc. donat. Hipp. de Marſ. ſing. 276.*

51 *Veluti etiam Domini Scabini pronunciare conſueverunt:* **So möchte** N. N. **von ſolcher begangenen und bekandten Entleibung / ſeines darwider gethanen fürwendens ungeachtet / in deme er fürgeben / daß ers nicht gerne gethan / ſondern obbenandten Rembden ſtechen wollen / weil er auch hierdurch einen Todtſchlag begangen / und es ferner mit der angezogenen Trunckenheit dieſe Gelegenheit hat / daß er ſeiner Vernunfft dardurch gäntzlichen nicht entſetzet geweſen / hinwiderumb mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtraffet werden / V. R. W.** *Ad requiſitionem Quæſtoris Jenenſis. Menſ. April. Anno 1612.*

52 *It.* **Vnd es mit der angezogenen Trunckenheit alſo beſchaffen / daß dieſelbe / weil** *Inquiſit* **ſelbſten meiſtentheils weiß und berichtet / was er gethan / nicht ſo übermäſſig geweſen / daß er dardurch ſeiner Vernunfft und Sinne beraubet worden /** *&c.* **Da er nun uff ſeinem gethanen Bekäntnüs vor Gerichte freywillig verharren / oder des ſonſten / wie recht überwieſen würde; So möchte er wegen ſolcher begangenen und bekandten Entleibung hinwiderumb mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtrafft warden / V. R. W.** *Prætori & Scabinis Dresdenſibus. Menſ. Ian. An. 1615.*

53 *It.* **So möchte er wegen ſolcher begangenen und bekandten Entleibung / ſeiner darwider angezogenen Trunckenheit / weil dieſelbe ſo groß nicht geweſen / dz er von ſeinen Sinnen nichts gewuſt haben ſolte / ungeacht / mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte gerichtet und geſtraffet werden / V. R. W.** *Prætori & Scabinis Pegavienſib. M. Febr. An. 1525.*

54 *Simili planè modo fuit pronunciatum* **gegen Maſchaw / an Hanß Maucken /** *Menſ. Octobr. An. 1619.*

Ad requiſitionem Balthaſaris à **Schlieben /** *Capitanei in* **Schweinitz /** *M. Iun. An. 1587.*

Quæſtori Bornenſi. M. *April. An. 1601.*

55 *Limit. Secundò hæc Regula:* ut procedat ſolùm in eo, quem in ſe reverſum & ebrioſitate ceſſante, pœnitet delicti in ebrietate commiſſi; Secus ſi de eo glorietur. Quia tunc ex ratificatione ſubſecuta apparet, quod eodem modo deliquiſſet, ſi non fuiſſet ebrius. Ideoque tum meritò pœnâ ordinariâ puniendus eſt. Iacob. *Menoch. de arbitr. judic. quæſt. libr. 2. caſ. 236. nu. 10. Proſper. Farin. dict. quæſt. 93. num. 22.*

Q. 4. *Quid ſi delinquentem ceſſante ebrietate, non pœniteat delicti in ebrietate commiſſi.*

56 Quò & referri debet hic caſus, quando ſcil. propoſitum occidendi quis fovens, ebrius factus in effectum illud deduxerit. Præſumitur enim hic quoque occidiſſe, licet ſe haud inebriaſſet: Quare nec tùm pœna ordinaria ceſſabit.

57 *Prout hoc caſu reſpondimus Prætori & Scabinis Numburgenſib.* **So möchte er wegen ſolcher begangenen und bekandten Entleibung / ſeiner darwider angezogenen Trunckenheit ungeacht / hinwiderumb mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtraffet werden / V. R. W.** *M. Ian. An. 1622.*

58 *Limit. Tertiò:* ut locum non habeat in eo, qui ſciens ſe ſolitum in ebrietate delinquere & alios percutere ac offendere, non abſtinuit à vini immodicâ potatione, ſed ſe inebriavit. Tum enim delinquens à pœna ordinaria exemptus non eſt. *Angel. Aret. in trac. malef. verb. ſcienter & doloſè n. 17. Proſp. Farin. part. 3 oper. crim. q. 93. n. 20. Marc.* A*nton. Planc. in prax. crim. §. ebrius. nu. 21. Petr. à Plach. in Epit. delict. lib. 1. cap. 30. num. 3.*

Q. 5. *Quid juris in ebrio, qui ſciens, ſe ſolitum in ebrietate delinquere, non abſtinet à vini immodica potione?*

59 *Pronunciarunt ita Scabini Quæſtori in* **Arnßhaugk: So möchte er von wegen ſolches begangenen und bekandten Ehebruchs / vermöge Churfürſtl. Sächſ.** *Conſtitution* **und Landsordnung / ſeiner angezogenen Trunckenheit ungeachtet / mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtrafft werden / V. R. W.** *Menſ. Febr. An. 1608.*

60 *Limit. Quartò:* Si non conſtet manifeſtè de ebrietate delinquentis. Neque enim fides hoc caſu habenda eſt Reo, ebrietatem prætendenti, ſed alleganti illam incumbit onus probandi, quòd ſcilicet delicti tempore ebrius fuerit. *Farin. d. quæſt. 93. n. 23.* Ioſeph. *Maſcar. de probat. lib. 2. concl. 579. num 4.* Iacob. *Menoch. de arbit. judic. quæſt. lib. 2. caſ. 326. num. 11.*

61 Probatio autem fieri debet teſtibus. Quamvis enim hi de ebrietate Rei deponentes ſimpliciter non probent, juxta tradita *Farin. d. q. 93. nu. 26.* Attamen fides ipſis habenda eſt, ſi rationem crudelitatis afferant, deponentes ſcilic. de transformatione faciei, loquelâ, actibus indicentibus, aliiſque ſignis & conjecturis probabilibus, unde delinquentem ebrium fuiſſe, liquidò colligi poteſt. *Bertaz. conſ. 26. n.* I. *v. quoad primum caput. Far. de Teſtib. q. 70. nu. 50. Petr. Theod. in Colleg. diſput.* 10. *th.* 4. *lit.* I.

Q. 6. *Quomodo probari debeat ebrietas delinquentis?*

62 *Quare nec Scabini pœnam ordinariam minuendam arbitrantur, antequam de ebrietate delinquentis ex teſtium juratâ depoſitione certò conſtiterit. Veluti quotidiè pronunciare ſolent:* **So will vor allen Dingen / ehe und zuvor ſeiner Straffe wegen etwas beſtändiges erkandt wird / von nöthen ſeyn / dz ſo wol bey dem jenigen / da er Brandtewein getruncken / ſo wol bey denen Perſonen / ſo umb ihn geweſen / gewiſſe Nachrichtung und Erkundigung eingezogen / und die Zeugen eidlichen abgehöret werden / wie es mit der angezogenen Trunckenheit bewand und beſchaffen ſey / ob dieſelbe übermäſſig / und er dardurch ſeiner Sinnen und Vernunfft nit mächtig geweſen. Wann nun / was ihr euch erkundiget mit Fleiß uffgezeichnet / und wider überſchicket wird / ergehet darauff ſeiner Perſon unnd verwirckten Straffe halber was recht iſt / V. R. W.** *Quæſtori Deliciano.* M. *Ian.* A*n. 1606.*

63 *It.* **So wird bey denen Perſonen / ſo mit ihme gezechet / billich fleiſſige Erkundigung genommen / ob es umb ſolche Trunckenheit dermaſſen / wie von ihme vorgegeben wird / und wann derſelben Auſſage mit Fleiß verzeichnet / und zu den** *Acten* **gebracht wird / ſo ergehet darauff alsdenn des Gefangenen Straffe halber / oder ſonſten ferner was recht iſt / V. R. W.** *Quæſtori Torgenſi. M. Febr. An. 1606.*

64 *It.* **Darneben euch ferner oblieget / der angezogenen Trunckenheit halber / gewiſſe Nachrichtung**

und Erkündigung einzuziehen/ob nemlichen *Inquiſit* ſelbiger Zeit/als die Entleibungen von ihme geſchehen/gewiß und in Warheit ſehr und übermäſſig truncken/und er alſo ſeiner Vernunfft und Sinnen nicht allerdings mächtig geweſen / inmaſſen denn deßwegen Zeugen/ſo hierumb Wiſſenſchafft haben/etliche abgehöret werden. Wenn nun des *Inquiſiti* Bekäntnüß/und der Zeugen Außſage mit Fleiß auffgezeichnet/und wieder überſchicket wird/ergehet ſo denn ſeiner verwirckten Straffe wegen ferner was recht iſt/V.R.W. *Conſulib. & Senatui Quedlinburg.* M. *Majo, An.* 1632.

65 Ac licet aliàs in his, quæ ab animo dependent, inter quæ haud inepte etiam ebrietas ceu mentis alienatio referri poteſt, ſtetur dicto aſſerentis cum juramento, ſecundum *Gloſſ. in §. aliæ Inſtitut. de action.* Attamen fallit hoc ipſum in caſu præſenti; quia contra Reum militat juris præſumptio: quo caſu cauſæ criminales juramento regulariter non deciduntur, ſed veræ & plenæ requiruntur probationes. *l. ultim. C. de probat. l. 6.* C. *de dol. mal. l. 9. C. de his, quæ vi metuve cauſ. geſt. Bartol. in l 20. ff. de quæſt. Hippol. de Marſil. in l. 1. n. 78. C. ad Leg.* Corn. *de ſicar.* 66 Quod ſi tamen teſtes non adfuerint, qui de ebrietate Rei deponere queant, torturæ delinquens ſubjici poteſt, ad eruendam veritatem, ne forſan ob defectum probationis defenſio ipſi prorſus auferatur.

67 *Prout reſpondimus Dom. Cancellario & Conſiliariis Vinarienſibus*: So erſcheinet darauß allenthalben ſo viel/daß gefangener *I.C.* wegen ſolcher an *H.S.* begangenen Entleibung hinwiederumb mit dem Schwerd vom Leben zum Todte zu ſtraffen. Er durffe denn in ziemlicher ſcharffer Frage erhalten/und mit ſeinem Leibe erhärten/daß Er dazumahl/ als er dem Entleibten den Stich zugefüget / alſo truncken geweſen/ daß er von ſeinen Sinnen nichts gewuſt/ noch was er gethan. Auff ſolchen Fall/ergehet alsdenn ſeiner Perſon wegen ferner was recht iſt / V. R. W. *M. Majo, An.* 1627.

QVÆSTIO CXLVII.

An delinquens mutus & ſurdus mitius puniri debeat: Et num Calor iracundiæ Reum à pœnâ Ordinaria excuſet?

SVMMARIA.

1. *Mutus & ſurdus delinquens mitius puniri debet. num. 3.*
2. *Mutus & ſurdus infanti & furioſo æquiparatur.*
4. *Quandoq; mutus & ſurdus intellectum habet.*
5. *Mutus & ſurdus quomodo crimen confiteri poſſit? n. 6. 7. 8.*
9. *In deciſione huius Quæſtionis quomodo Dd. diſtinguant? n. 10.*
11. *Quatenus hæc diſtinctio jure poſſit ſubſiſtere? numer.* 12.
13. *Mutus & ſurdus intellectum habens & de crimine convictus, pœnâ delicti ordinariâ tenetur.*
14. *Quid ſi delinquens ſolùm mutus vel ſurdus fuerit? n. 15.*
16. *Quid ſi ex caſu ſuperveniente quis mutus ac ſurdus factus fuerit?*
17. Status *quæſtionis de eo, qui naturâ huiuſmodi vitium contraxit & ſimul ſurdus ac mutus natus eſt.*
18. *Quod ſi intellectum habeat, neutiquam à pœna ordinaria exemptus eſt, & quare. num. 19. 20. 21. 22. 25.*
23. *Modò teſtibus de crimine ſit convictus.*
24. *Sententia* Sc*abinorum* Lip*ſenſium.*
26. *Deficiente intellectu, mutus & ſurdus à pœna eſt immunis. n. 27. 28. 29.*
30. Sicuti *& hoc caſu, quando teſtibus convinci nequit. num. 31.*
32. *Confeſſio ſignis & nutu facta ad condemnationem ſufficiens non eſt. n. 33. 34. 35.*
36. *Quamvis & hoc caſu pœna extraordinaria queat irrogari. n. 37.*
38. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n. 39.*
40. *Mutus & ſurdus literarum peritus per ſcripturam fateri delictum & pœna ordinaria plecti poteſt.*
41. *Calor iracundiæ an ſit cauſa mitigationis pœnæ? n. 42. 43.*
44. *Ira delinquentem à pœna ordinaria regulariter non excuſat. numer. 45. 46. 47. 48. 49. 54. 55.*
50. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n. 51. 52. 53.*
56. *Niſi delinquens juſta ex cauſa fuerit ad iram concitatus n. 57. 58. 59.*
60. *Vel niſi tam magna ſit ira, ut delinquens in totum à mente fuerit alienatus.*
61. *Quam iram probare difficile eſt.*

1 SExtò: mitigari quoque debet Pœna, ſi Reus fuerit mutus & ſurdus: Proſper. *Farin. part. 3. oper. crim. quæſtion. 98. num. 159. Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. c. 1. num. 69.* Petr. *à Plach. in Epit. delictor. lib. 1. cap. 32. num. 17.* Petr. *Theodor. in Colleg. Crim. diſp. 10. th. 4. lit. H.*

2 Quia enim mutus & ſurdus ſenſum non habet, nec intellectum, ac propterea infanti æquiparatur & furioſo, ut vult textus in *l. ſervo invito §. ſi pupillo. in fin. ff. ad SC. Trebell.* Ibi: *quo exemplo & mutus, qui nihil intelligere poteſt, per Curatorem adjuvatur.* Et in *l. 2. ff. de Curat. furioſ. l. 3. ff. de poſtuland. l. 4 §. ult. ff. de poſtul. l.* 4. *§. ult. ff. de privil.* Credit. *§. ult. Inſtit. de hered. qualit. & differ. Bartol. in l. mutum. ff. de acquir. hered. ubi & Iaſon. ac comm. Dd.* 3 utique nec ex delicto tenebitur. Idemque haud obſcurè colligendum eſt

ex *c. 1. an mut. vel ali. imperf. feud. retin.* ubi mutus non dicitur homo perfectus, habens intellectum. *Anton. Gomez. dict. c. 1. n. 69.*

4 Accidit tamen ſæpius, ut mutus ac ſurdus intellectum habeat, unde fit, quòd teſtamentum facere poſſit, *l. diſcretis.* C. *qui teſtam fac. poſſ.* nec non contractus inire, qui conſenſu vel re contrahuntur. *l. item quia. ff. de pact. l. in quibuscunque ff. de obligat. & action. l. obligamur. §. ultim. ff. eod. tit. l. ſi ſtipuler. §. ult. ff. de verb. oblig. l. qui id quod. §. mutus ff. de donat.* Sicuti & quaſi contrahere poteſt, ac hereditatem adire, *l. multum ff. de acquir. hered.* matrimoniumque contrahere. *l. mutus. ff. de jur. dot.* Quare ergo non etiam delinquere ac puniri poterit? 5 Niſi forſan quispiam hanc diverſitatis rationem dari poſſe exiſtimet, quod delictum mutus ac ſurdus confiteri nequeat, quippe, qui nec interrogationem percipere, nec ad interrogatorium reſpondere poteſt, quod vel ſolùm cauſam exemptioni videtur præbere.

6 Sed cauſa hæc ad excuſationem à pœnâ ſufficiens non eſt. Neminem ſiquidem fugit, quòd mutus & ſurdus, licet non verbis, attamen ſignis & nutu poſſit mentem ſuam exprimere, atque etiam ad eruendam veritatem interrogari. *Anton. Gomez. dict. cap. 1. numer. 69. in fin. Proſper. Farin. dict. quæſt. 98. numer. 161.* Cùm & ſcripto mentem ſuam aperire queat, ac ne quis dubitet, mutum ac ſurdum literas ſcire poſſe, 7 teſtatur *Rudolph. Agricol. libr. 3. de invent. cap. fin.* ſe vidiſſe ſurdum à primis annis, & quod conſequens eſt, mutum, qui didicerat, ut quęcunque ſcriberet aliquis, intelligere, & ipſe quoque tanquam loqui ſciret, omnia mentis ſuæ cogitata perſcribere poſſet, cujus mentionem quoque facit *Balduin. in §. præterea num. 14. Inſtit. quibus non eſt permiſſ. face. teſtam.* Commemorat quoque *Ferdin. Vasq. lib. 3. illuſtr. Controverſ. cap. 103.* ſe Pinciæ mutum quendam vidiſſe, qui & ſcribere poſſet, & peccata ſua confiteri, & chartis pictis ludere, omniaque quæ à populo publicè fiebant, non ſecus quàm reliqui intelligere. 8 Pariter refert *Petr. Gilken. in l. diſcretis 10. numer. 5. C. qui teſtam. fac. poſſ.* ſe in adoleſcente quopiam muto ac ſurdo animadvertiſſe, quòd ex nutu & ſignis parentis facilè, quid ipſi injungeretur, perceperit, & dicto etiam audiens fuerit, econtra parens & omnes domeſtici illius voluntatem ex motu capitis, manus & corporis compoſitione facilè deprehenderint. Cujus rei rationem ibidem conſuetudini aſſcribendam putat, quòd ſcilicet cum aliis pueris in ſcholâ triviali educatus & literas benè pingere doctus, quorſum illæ pertinerent, certâ ratione obſervaſſet.

9 Liquet ex hiſce, prædictam *Dd.* aſſertionem, mutum & ſurdum nempe ex delicto non teneri, ſimpliciter & univerſaliter ſubſiſtere non poſſe: quare eam diſtinctione explicat, certoque modo reſtringit *Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. c. 1. num. 69.* dicens, quod ſi appareat, quod talis mutus nullum habeat intellectum, quia ſignis non poteſt illum exprimere vel demonſtrare, tunc æquiparetur infanti, vel dementi & furioſo, & non debeat ex delicto puniri; quo caſu etiam dandus ipſi eſt curator, in quâcunque ætate ſit conſtitutus; ſi verò appareat, quod talis mutus habeat intellectum, quem poteſt ſaltem exprimere & demonſtrare ſignis, tunc reputetur habilis ad delinquendum & contrahendum, aliosque actus exercendum, & tali caſu tenebitur ex delicto, ſi eſt legitimæ ætatis, nec dandus ipſi erit curator. 10 Ac teſtatur ibidem porro *Anton. Gomez.* ita apud eum fuiſſe judicatum in quodam muto, qui fuit ſuſpenſus, tanquam ſocius in homicidio. Quæ diſtinctio placet quoque *Proſper. Farinac. dict. quæſtion. 98. num. 160. Petro a Plach. in Epit. delictor. lib. 1. cap. 32. n. 17. in fin. verſ. a quo ſententia. & n. 18. in pr. junct. verſ. rurſus ad apertiorem huius capitis reſolutionem.*

Sed accuratius mihi hanc diſtinctionem in- 11 ſpicienti, haud absque ratione ea videtur ſuſpecta. Etſi enim conceſſerim, mutum ac ſurdum, ſi intellectum habeat, pœnam effugere non poſſe; attamen hoc aliter accipi non debet, quam ſi de crimine convictus fuerit, teſtibus ſcilicet, qui ipſum crimen perpetrare viderint: neque enim confeſſio iſtius haberi poteſt, 12 nec ſignis & nutu ſignificata ad condemnandum Reum ſufficit. Quare ut diſtinctio *Gomez.* ſubſiſtat, hoc addendum puto, mutum ac ſurdum intellectum habentem, tum demùm condemnari poſſe, ſi ex teſtium depoſitionibus de crimine convictus fuerit, rejectâ confeſſione ſignis & nutu declaratâ. Ut ſic duo neceſſariò requiri videantur ad hoc, ut pœna muto & ſurdo irrogari queat, nempe. 1. ut intellectum habeat, 2. ut de crimine commiſſo teſtibus convictus ſit.

13 Secundum quæ ejusmodi Regulam generalem formare licet: **Quòd nempe mutus & ſurdus, intellectum habens, de crimine commiſſo teſtibus convictus, ſupplicium incurrat, nec à pœna delicti ordinaria exemptus ſit.**

Q. 1 Mutus & ſurdus delinquens quando pœnâ delicti ordinariâ ſit plectendus?

14 Quæſtio hic propriè non vertitur de eo, qui alterutro tantum vitio laborat, hoc eſt, qui vel mutus, vel ſurdus eſt, cui regulariter non deficit intellectus, ſive mens ſana, cuius carentia excuſationem tantummodo meretur, ut dubium non ſit, quin talis ex delicto obligetur, & pœnâ ordinariâ teneatur: cùm & huius confeſſio ac reſponſio haberi queat, de quo minus ambigendum, ſi ſurdus tantummodo ſit & loqui poſſit. 15 Quod ſi vero infortunium taliter ſeparatam cauſam habeat, ut loqui non queat, voces tamen hominum rectè percipiat, tum ipſius confeſſioni in ſcriptis factæ credendum eſt; poteſt enim talis literarum peritus eſſe, idque multo magis ſi teſtibus etiam de crimine perpetrato convincatur: adeoque mutum vel ſurdum ſolum teſtamenti quoque factionem habere, quippe qui vel loquendo, vel ſcribendo animi ſui ſenſum aperire poteſt, tradit *Petr. Gilken. in l. diſcretis. 10. num. 1. C. qui teſtam. fac. poſſ.*

Sicuti nec hoc loco de eo propriè diſceptatur

tur, cui caſus ſuperveniens utramque facultatem ademerit, qui communiter ſanæ mentis eſt, & ſcribendo voluntatem animique ſui ſenſum exprimere poteſt: qualem etiam codicillos facere, nec non legata & fidei commiſſa relinquere poſſe, docent *Bald. in l. diſcretis. num. 2. C. qui teſt. fac. poſſ. ubi & Iaſon. numer. 7. Iacob. Cujac. in l. ſi mutus. ff. de teſtam.* 17 Sed hoc propriè quæritur: An is qui naturâ huiusmodi vitium contraxit, ut ſimul mutus ac ſurdus natus fuerit, ex delicto obligetur, & proinde pœnâ delicti ordinariâ teneatur? Etſi verò talis rarò ſenſum ac intellectum habeat perfectum: Attamen ſi ſanæ mentis fuerit, deque hoc judici liquido conſtiterit, de crimine perpetrato eum teſtibus convictum puniri debere ſupplicio delicti ordinario, docet hæc Regula.

18 Cujus veritas vel exinde patet, quòd mutus ac ſurdus ſanæ mentis non habeat quicquam, quod ad ſui excuſationem prætendere, quoque à pœna ordinaria ſe liberare queat. Etenim quia intellectus & ſenſus communis ipſi non deficit, quis cum haud delinquere, nec pœnam mereri dixerit? Et quomodo non obligabitur ex delicto ad pœnam, qui vinculo contractus tenetur? mutus ſcilicet ac ſurdus intellectum habens, quem contractus inire poſſe, ſatis liquet ex *l. item quia.* 19 *ff. de pact. l. in quibuscunque. ff. de obligat. & action. l. qui id quod §. mutus ff. de donat. l. ſi ſtipuler. §. ult. ff. de verb. obligat.* Rectiſſimè igitur concluſio *Interpp.* quâ muto ac ſurdo pœnam mitigari volunt, ad illum reſtringi debet, qui nullum intellectum habet, aut de crimine convictus non 20 eſt, prout tradit *Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. cap. 1. numer. 69. in pr. junct. verſ. unde pro concordia, &c. Proſper. Farin. dict. quæſtion. 98. num. 159.* Petr. *à Plach. in Epit. delict. lib. 1. cap. 32. n. 17. & 19. Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſp. 10. th. 4. lit. H.*

21 Quò & facit *l. ſi quis in gravi. 3. §. 8.* Ibi: *Surdus quoque inter imbecillos numerandus eſt, aut inter eos, qui ſub eodem tecto non ſunt, quia ut illi per ſpatium ita hic per morbum nihil audit.* Et *§. 10.* Ibi: M*utum ſimili modo excipimus, ſed ibi, ubi vocis tantùm auxilium ſuperfuit. ff.* de SC. Sylan. Ex quibus textibus probatur, mutum ac ſurdum tum demum veniam mereri, ſi auxilium voce implorantī non ſubvenerit, aut clamando crimen non impedierit: neque enim tum culpa aut dolus 22 ipſis imputari poterit. Unde ſequitur à contrario ſenſu, mutum & ſurdum ipſummet crimen committentem pœnâ ordinariâ teneri: nec immerito, quia ſcilicet dolosè agit, ac per id pœnam meretur, prout ita inferunt *Anton. Gomez. dict. cap. 1. num. 69. verſ. imò quod magis eſt. Et* Pro*ſper. Farinac. dict. quæſtion. 98. numer. 160. poſt. Iaſon. in l. 1. ff. de verb. oblig.* Dicitur namque argumentum, à contrario ſenſu deſumptum, in jure fortiſſimum. *l. quæcunque. 1. in pr. ubi Iaſon. numer. 36. ff. de offic. ejus cui mandat. eſt juriſdict. Bald. in l. conventicula. 15. num. 1.* C. *de Epiſc. & Cler. Felin. in cap. ſignificaſti. 18. num. 9. extr. de for. compet. Nicol. Everhard. in loc. legal. loc. à contr. ſenſu in pr.*

23 Notandum tamen probè, hanc Regulam tum ſibi locum vendicare, ſi hæc duo conjunctim concurrant: Quòd nempe mutus ac ſurdus perfectum habuerit intellectum; & quod de crimine fuerit convictus, prout verba Regulæ innuunt. Nec enim ſufficit, delictum perpetratum fuiſſe, ſed & Reus cui hoc imputatur, de crimine confeſſus aut convictus ſit, neceſſe eſt, antequam ad pœnæ irrogationem deveniatur. *l. qui ſententiam.* C. *de pœn. c. primates. 2 quæſtion. 1. Hippol. de Marſil. in Pract. crimin. §. ſecunda quæſt. num. 1. Brunor. à ſol. in ſuo conſil. crimin. numer. 202. Proſper. Farin. part. 3. oper. crimin. quæſt. 81. numer. 1. Anton. Gomez. tom. 3. var. reſolut. c. 12. num. 3. Foller. in* Pr*act. crimin. verb. dentur capitula. num. 20.* At, quum mutus & ſurdus ob defectum loquelæ delictum nequeat confiteri, unicum hoc reſtat, ut de crimine perpetrato convinci debeat teſtibus, prout paulò poſt dicetur.

Hiſce duobus ita concurrentibus, quin juxta regulam prædictam Reo muto ac ſurdo pœna mortis irrogari queat, dubium non eſt: prout patet ex R*eſponſo Scabinorum dato ad requiſitionem Iohannis à* Schleinitz / in Schiritz: **Dieweil auß der abgehörten Zeugen endlichen Außſage zu befinden / daß der gefangene** *B. K.* **welcher ſtumm und taub gebohren / ſonſten aber bey gutem Verſtande und ſeines Alters bey 26. Jahr iſt / den 24.** *Ianuar.* **jüngſthin in die Schencke zu Schiritz kommen / und daſelbſt Aßmus Röbern / wie derſelbe vom Tiſche auffgeſtanden / und hinauß gehen wollen / plötzlichen angefallen / auff ihn geſtochen / und darvon gelauffen / darauff jetzgedachter Röber alsbald zur Erden auffs Angeſicht gefallen / kein Wort geredet / und in einer halben Stunden geſtorben / unnd daß auch an Ihm in gehaltener gerichtlichen Beſichtigung 5. Stiche / darunter der eine für tödlich erkandt / befunden worden / hierüber auch durch Deutung unnd Weiſung der Stumme ſo viel Anzeigung geben / daß Er vorgedachtem Röber vorberührte Stiche zugefüget / und ihn dadurch entleibet /** *&c.* **So wird Er billich von wegen ſolcher begangenen / unnd durch die Zeugen überwieſenen Entleibung / hinwieder mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft / V. R. W.** *M. Mart. An.* 1602. 24

25 Ex quo porrò ſequitur, horum alterutro, quod ſcilicet mutus ac ſurdus ſanæ mentis & de crimine teſtibus convictus fuerit, deficiente, pœnam ordinariam Reo haudquaquam infligendam eſſe: adeoque Regula prædicta duplici modo limitari poteſt.

26 Ac *primò quidem limitanda eſt* quando Reus ſurdus ac mutus perfectum intellectum non habet; Etenim quin talis à pœna ordinaria ſit exemptus, nemo ferè dubitat. *Farin. dict. quæſt. 98. num. 159. Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. c. 1. num. 69. in pr. Petr. Theodor. dict. diſput. 10. theſ. 4. lit. H.* Comparatur ſiquidem infanti & furioſo; 27 *l. ſervo invito. 65. §. ſi pupillo. 3. ff. ad* SCtum. *Trebell. ubi Bartol. & Dd. commun. in l. mutum. ff. de acquir. hered. l. 2. ff. de curat. furioſ. l. 4. §. ult. ff. de privil. creditor. Farin. & Gomez. dict. loc.* Quare ſicuti infans. *Iodoc. Damhouder. in* Prax. *rer. crimin. capit. 48. num. 1. & ſeqq. Marc. Anton. Blanch. in Pract. crimin. §. imbecillitate num.* 1. *Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. caſ. 329. numer. 1. Iul. Clar. in* Pr*act. §. ult. q. 60. in pr. Ioſeph. Ludov. deciſ.* L*ucen. 17. num. 63. part. 1.* Et furioſus ex de- 28 licto ſuo non obligatur. *l. 14. ff. de off. Præſid. Proſp. Farin.*

Q. 2. Quid habendum de muto ac ſurdo qui perfectum non habet intellectū?

Farin.part.3.oper.crim.quæſt.93.nu.1. & ſeqq. Nicol.Reuſner.lib.1.deciſ.17.Hippol.de Marſil.in l.1.n.49.ff.ad Leg.*Cornel.de* Sicar. *Ang.Aretin.in tract. malef.verb. ſcienter & dolosè.numer.7.* Ita nec mutus ac ſurdus intellectum non habens ex delicto tenebitur, ſed pœna ipſi æquè ac infanti vel furioſo prorſus remittenda erit; præſertim quum dolus in eum non cadat, ſine quo delicti pœna locum habere nequit. *l.1.C.ad* Leg.*Cornel. de Sicar. l.qui injuriæ.ff. de furt. l.quod Reipublicæ. ff.de injur. l. cum autem.§. excipiuntur.ff. de ædil. edict. Marant. in ſpec. part.4.in pr.num.58. & 59.Hipp.de Marſil.in l.lege Corneliâ.§.cum quidam.n.3 ff.ad* Leg.Cornel.*de Sicar. Tiber. Decian. in tract.crim.lib.1.c.4.n.9.*

29 Ideoque prius quam judex adverſus delinquentem mutum ac ſurdum pœnam decernat, diligenter & accuratè ipſius facta examinabit & advertet, num intellectum ac ſenſum perfectum habeat, necne. Hic namque veram cauſam præbet, quòd non modò ex contractibus, ſed etiam ex delictis mutus ac ſurdus obligetur, quâ cauſâ deficiente, obligatio quoque ceſſabit. *c.etſi Chriſtus 26.extr.de jurejur. c.cum ceſſante.60. in pr. extra de appellat.c. cum infirmitas.13.extr. de pœn. Andr.Tiraq.in reg.ceſſante causâ. Octavian. Cacheran.conſil.4.n.12.*

Q.3. Quid ſi mutus ac ſurdus de crimine teſtibus convinci nequeat?

30 *Secundò Limitanda Regula hæc:* Si Reus de crimine convinci nequeat. Etſi enim ſurdus ac mutus delinquens intellectum plenum habeat; attamen, ſi de crimine commiſſo teſtibus convictus non fuerit, tantum abeſt ipſum condemnari debere, ut vel ob hanc ſolam cauſam, delinquenti ſurdo ac mutuo maximè pœnam ordinariam remittendam eſſe, exiſtimem, cum *Ant. Gom. tom.3.variar.reſolut.c.1.n.69.in fin.*

31 Cujus limitationis ratio ſatis manifeſta eſt: neminem ſiquidem fugit, Reum alicuius criminis condemnandum non eſſe, priusquam de crimine confeſſus vel convictus ſit. Neque enim confeſtim is, qui accuſatur Reus eſt, ſed is qui convincitur, aut delictum confitetur: ac propterea nemo judicandus, niſi vel convictus judicio, vel ſpontè confeſſus fuerit. *c.1.c.nos in quenquam c.primates.2.q.1.l.qui ſententiam C.de pœn. Hippol. de Marſil. in* Pract. *crimin.* §. *ſecunda quæſtion. numer.1.Foller.in Pract. crimin. verb. Dentur capitula.num.20.Anton.Gomez.tom.3.variar. reſolut.cap.12.numer.3.* Jam verò mutus ac ſurdus ob defectum loquelę crimen confiteri nequit, nec enim reſponſio ab eo exigenda, qui fari non poteſt: Sequitur ergò, de crimine commiſſo neceſſariò eum convincendum eſſe teſtibus, priusquam pœna mortis adverſus ipſum decernatur. *Anton. Gomez. dict. loc. Proſper. Farin part.3. oper. crimin. quæſtion. 89. numer.162. Petr. à Plach.in Epit.delict.lib.1.c.32.numer.18.verſ.quibus obiter.*

32 Objici quidem poſſet, probationem hoc caſu tam neceſſariam forſan non eſſe, quum mutus ac ſurdus ſignis & nutu poſſit ſuam mentem exprimere, ac etiam ad eruendam veritatem eodem modo interrogari, *Gomez. dict.loc. Flamin.*
Cartar. in tract.de execut. ſentent. c.2.numer.46.
& num.50. ubi ponit practicam, quomodo poſſit
mutus & ſurdus per ſigna interrogari, quomodo
etiam Notarius debeat illius nutus, actus, & ſigna
deſcribere, & quomodo ſigna interpretari debeat
per ſe, vel per alios interpretes, qui cum muto
converſationem habeant, de qua re etiam vid.
Farin. de teſtib. quæſtion.61.num.64.ſeqq. Sed 33
declaratio ſignis ac nutu facta, non modò valdè
periculoſa eſt, ſed nec veram confeſſionem aut
probationem criminis inducit. Certi namque
juris eſt, quòd in criminalibus requiratur confeſſio
Rei clara, manifeſta atque categorica, verbis
rotundis, claris & apertis facta, prout dixi *ſuprà*
quæſt.113.num.54. Pro tali autem confeſſione
declarationem ſignis factam haberi poſſe, nemo
unquàm dixerit, cùm multis modis ſigna & nutus
rei judicem fallere queant. Minus verò declaratio
hæc mentis nutu & ſignis expreſſa probationem
facit talem, quæ ad condemnandum Reum
ſufficere poteſt. Etſi enim conceſſerim, ſignis 34
ac nutu præſumtivè quaſi crimen probari; exinde
tamen ad pœnam mortis devenire non licet:
ſiquidem ex præſumptionibus ad mortis pœnam
nemo condemnandus eſt, prout apertè liquet
ex *artic. 22. Ordin. Crimin.* ſed probationes
hoc caſu requiruntur plenæ, ac luce meridianâ
clariores, uti notiſſimi juris eſt. *l.abſentem.ff.de*
*pœn.l.ult.C.de probat.Iul.*Clar.*in Pract.*§. *ultim.*
quæſt.20.n.6.Hippol.de Mar*ſil.in rubr.C.de probat.*
n.236.& ſeqq.

35 Ac ne dubium alicui relinquatur, ſat manifeſta extat hâc de re ſanctio Carolina in *artic. 22. Ordin. Crimin.* verb.final. **Soll jemand endlich zu peinlicher Straffe verurtheilet werden/ das muß auß eygen Bekennen/ oder Beweiſung beſchehen/ und nicht auff Vermutung oder Anzeigen.** Unde manifeſtè probatur, ex præſumptionibus & ſignis neminem ad mortis ſupplicium eſſe condemnandum, ſed confeſſum vel convictum eſſe debere eum, cui mortis pœna irroganda veniat. Quod cùm de ſurdo & muto, ſignis mentem exprimente aſſeri nequeat, utique nec eum condemnari poſſe, dicendum eſt, quod & voluit *Bald. in l.1.numer.12.C. de confeſſ.* ubi magiſtraliter more ſuo diſputatâ materiâ, tandem concludit, mutum & ſurdum non poſſe ex ſuâ confeſſione condemnari, ſed tantùm ex teſtium depoſitionibus qui ipſum plenè de delicto convincant, eumque crimen perpetrare vidiſſe ſe, juratò dicant. Hæc namque in criminalibus dicitur plena probatio, *Iaſon. in l. admonendi.ff.de jurejur. Iohan. Sichard. in rubr. numer.4. C. de probat.* Etiam in foro Saxonico, *Matth. Coler.part. 1.deciſ.120. numer.3. Chriſtoph. Zobel. part.1.differ.38.*Vid. *ſuprà q.114.num.57.& multis ſeqq.*

36 Proinde ut maximè mutus & ſurdus ſignis & nutu confeſſionem exprimat, vel delictum unico teſte aut præſumptionibus probetur, exinde tamen ad pœnam mortis haudquaquam condemnandus erit. Quamvis conceſſerim, hoc caſu pœnam aliquam extraordinariam mitiorem ipſi poſſe irrogari, ſiquidem Reum

ex præſumptionibus violentis arbitrariâ aliquâ
pœnâ puniri poſſe, licet de crimine confeſſus aut
convictus non fuerit apud *Interppr.* expeditum
37 eſt. *Johan. Vincent. Honded. vol. 2. conſ. 98. Iacob.*
Menoch. de præſumpt. lib. quæſtion. 9. & quæſtion.
97. Hippol. de Marſil. in l. 1. §. 3. numer. 24. &
ſeqq. ff. ad Leg. Corn. de ſicar. Petr. Theodor. in Colleg.
crim. diſp. 7. th. 1. lit. G. in fin. Burſat. libr. 1. conſ.
53. n. 27. Ioſeph. Maſcard. de probat. vol. 3. concl. 1223
n. 30. & ſeqq.

38 *Eaq; in pronunciando ab Elect. Saxon. Scabinis haud aliter obſervari, patet ex eorundem reſponſo dato Quæſtori Aldenburgenſi:* Ob wol *B.H.* ſo zugleich ſtumb und taub iſt/ bedes hiebevor/ unnd anjetzo durch Andeutung zuverſtehen geben/ daß Er Matthes Fleiſchern/ die an Jhm befundene tödliche Stiche/ darvon er verſtorben/ zugefüget/ die Zeugen auch berichten/ daß ſie Jhn mit bloſſem Meſſer zum Anger zulauffen ſehen/ darauff alſobaldt das Geſchrey von der begangenen Entleibung entſtanden. Dieweil aber dennoch keiner unter den abgehörten Zeugen geſehen/ daß *Inquiſit* den Entleibten geſtochen/ welches doch/ wenn die ordentliche Todesſtraff erkandt werden ſoll/ in Mangelung des mündlichen Bekäntnüß/ die Rechte erfordern/ &c. Als mag auch *Inquiſit* geſtaltẽ Sachen nach/ mit der ordentlichen Straffe der Todſchläger nicht belegt werden/ Er wird aber gleichwol mit Staupenſchlägen des Landes ewig billig verwieſen/ V.R.W. *M. Majo, An. 1626.*

39 *Pariter quoq; reſponderunt in caſu ſimili ad requiſitionem Quæſtoris in* Belzigk: Ob wol der Gefangene hievevor in gutem durch Andeutung zu verſtehen gegeben/ daß er Brandzeichen angehangen/ Feuer angeleget/ unnd ein Hauß angeſtecket/ deßgleichen auch unterſchiedene Deuben begangen/ dieweil aber dennoch keiner von den abgehörten Zeugen außgeſagt/ daß der Gefangene auff angezogene Verbrechungen einer oder mehr betretten worden/ unnd denn auch auß dem eingekommenen Bericht klärlichen zu befinden/ daß das Feuer nicht durch den Gefangenen/ ſondern einen andern angeleget worden/ &c. So mag auch der Gefangene/ in Mangelung beſſers und kräfftigers Beweiſes/ auff ſeine bloſſe Andeutung/ an Leib und Leben nicht geſtrafft werden. Es wird ihme aber gleichwol bey ernſter Leibsſtraff euer befohlenes Ampt und deſſelben Gerichte zu meiden/ unnd ſich forthin darinnen ferner nicht auffzuhalten/ billich auferlegt/ V.R.W. *M. Mart. An. 1600.*

40 Hæcque regulariter vera ſunt, ſi mutus & ſurdus literarum prorſus ſit ignarus. Quod ſi verò (ut ſæpiùs accedit) ſcribere ſciret, poſſet per judicem cogi ad reſpondendum per ſcripturam, & ſi legitima præcederent indicia, poſſet etiam torqueri, ut delictum per ſcripturam fateatur, & ſi fatebitur, ac in ſcriptis ſuam redegerit confeſſionem, videtur ex ea ipſum condemnari poſſe, ut maximè de crimine commiſſo convictus non ſit: ſufficit enim hoc caſu confeſſio per ſcripturam facta, juxta tradita *Flamin. Cartar. in tract. de execut. ſentent. cap. 2. numer. 47. & ſeqq.* quem ſequitur *Proſp. Far. part. 3. oper. crim. quæſt. 98. n. 163.*

41 *SEPTIMò*: Cauſam quoque minuendi
pœnam conſtituere vulgò ſolent Interpp. iracundiæ
calorem, quò commotum delinquentem
mitius puniendum eſſe, aſſerunt, juxta
l. 2. Ibi: *ſeu calorem, &c. C. de abolit. l. aut facta.*
§. cauſa. Ibi: *cum quis per iram ab extraneo pulſatus*
eſt. ff. de pœn. cap. ſi quis iratus. ubi Gloſſ. 2. quæſtion.
3. c. ira 11. quæſtion. 3. Felin. in c. ſicut. num 2. &
4. in fin. de jurejur. Dec. in l. quicquid. num. 7. & 8.
ff. de Reg. jur. Iaſon. in l. filiam tuam. num. 6. verſ.
tertio fallit. C. de inoff. teſtam. 8. Iacob. Boulen. in repetit.
l. capitalium. §. famoſos. num. 193. ff. de pœn.
Andr. Tiraquell. de poen. temper. cauſ. 1. numer. 1. &
ſeqq. ubi multis juribus & exemplis, necnon
Philoſophorum, Hiſtoricorum & Theologorum
autoritatibus hanc doctrinam comprobat & exornat.
Imprimis verò ob homicidium calore 42
iracundiæ commiſſum, non ordinariam homicidii
pœnam, ſed aliam mitiorem judicantis arbitrio
imponendam eſſe, dicunt *Novell. in tract. ad*
defenſ. num. 82. verſ. calor iracundiæ. Ludov. Carer.
in Pract. tract. de homicid. §. 7. numer. 1. & ſeqq.
Petr. à Plach. in Epit. delict. lib. 1. c. 2. nu. 19. Ægid.
Boſſ. in tit. de homicid. n. 60. Iul. Clar. in Pract. §. ult.
quæſt. 60. verſ. eſt etiam Iacob. Menoch. de arbit. jud.
quæſt. libr. 2. caſ. 319. n. 33. & de præſumpt. lib. 5. præſumpt.
3. n. 117.

43 Hujusque rei rationem hanc ponunt, quòd difficilimum ſit, juſtum dolorem temperare, quum homo intenſo dolore permotus, non ſit in plenitudine intellectus: Ex quo ſequitur, hominem iratum perinde ac infantem & furioſum non doloſè delinquere, nec propterea ex delicto teneri, aut ad minimum mitius puniri debere. *l. ſi adulterium cum inceſtu. §. Imperatores. ff. ad Leg. Iul. de adult. l. Gracchus ff. eod. tit. Felin. in c. dilecti filij. numer. 12. & 13. de except. Andr. Tiraquell. dict. cauſ. 1.* Petr *à* Plach. *dict. capit. 2. numer. 19. Andr. Gail. libr. 2. obſervat. 110. numer. 37.*

44 Sed aſſertio hæc *Dd.* licet communis ferè ſit, attamen valdè ſuſpecta mihi videtur: Etenim ſi generaliter vera concedatur, rariſſimè ſanè in homicidio (in quo delicto potiſſimum hæc cauſa pœnam mitigandi agitatur) Reus ſupplicio erit ſupponendus; quippe cùm pleraque homicidia ex animo irato committantur, & raro ex propoſito, animoque deliberato quis aliquem occidat, quod & in crimine incendii, blaſphemiæ, injuriæ ſive calumniæ fieri videmus, qualia delicta frequentiſſimè iracundiâ excuſari ſolent, haudquaquam tamen veniam merentur. Ut nil prorſus dubitem Regulam ponere generalem:

Quòd ira regulariter delinquentem à pœna ordinaria non excuſet. 45

Hujus regulæ fundamentum principalius
ponitur in *l. ſi non convitij. C. de injur.* In verb.
ſi autem in rixam inconſulto calore prolapſus, homicidij
convitium objeciſti, & ex eo die annus exceſſit,
cum injuriarum actio annuo tempore præſcripta ſit,
ob injuriæ admiſſum conveniri non potes. Unde
46 infertur, injuriantem ſolâ iracundiæ exceptione
ſe tueri non poſſe adverſus injuriarum actionem,
niſi temporis præſcriptio acceſſerit.

Q. 4 An & quando calor iracundia cauſam det mitigationi pœnæ?

47 Quo & plurimùm facit *Ordin. Crimin. Carol. art. 137. verſ.* Aber nach/ &c. In verb. und einander/ der ein Todtſchlag auß Zorn gethan/ unnd ſonſten auch gemelte Entſchuldigung

gung nicht hat/ mit dem Schwerdt vom Leben
zum Tode geſtrafft werden ſoll. Quæ ſanctio a-
pertiſſimè probat, pari pœna afficiendos eſſe ho-
micidas, ſive ex iracundiæ calore, ſive non ali-
quem necaverint: veluti & *gloſſa* uni eidemque
ſupplicio ſubjicit Reos, qui vel ex propoſito &
hoſtili animo, vel irâ commoti homicidium com-
48 mittunt, in *artic.* 13. *lib.* 2. **Landrecht.** verb. **daß**
allen/ die einen Mann ſchlagen unnd fahen/ die
Häupter abgeſchlagen werden ſollen. *ubi gloſſ.*
lit. K. addit, **vernimb zu todeſchlagen durch Feide**
oder umb Zorns willen/ und vorſetzlich. Ex quo
ſatis patet, iracundiæ calorem neminem à pœna
homicidii excuſare. Ac licet prædicti textus
ſolùm de crimine homicidii loquantur; attamen
quin in aliis quoque delictis idem obtineat, ex
49 ratione identitatis obſcurum non eſt. Hocque
eſt, quod ſcribit *Bald. in l. ſi non convitij. num. 2.*
C de injur. Quòd quædam ſint quæ ſortiantur
juris effectum & repudium eaque nihil operan-
tur, ſi fiant calore iracundiæ, quia non procedunt
ex animo, ſed potius ſecundum quandam altera-
tionem; Quædam verò ſunt, quæ non ſortiuntur
effectum, ut ſunt maleficia, in quibus non di-
ſtinguitur, an emanaverint calore iracundiæ,
vel non: quoniam maleficia nunquam debent
remanere impunita. *Felin. in c. dilecti filij. num. 15.*
in fin.

50 *Hancq́ꝫ regulam Elect. Saxon. Scabinos in pronunciando ſequi, indubitatum eſt, prout ex plurimis eorundem reſponſis patet:* **So möchte Er von wegen ſolcher begangenen und bekanten Entleibung/ſeines gethanen Fürwendens ungeachtet/ daß er nemlichen auß Zorn ſolches gethan/ hinwieder mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtraffet werden/V.R.W.** *Ad requiſitionem Quæſtoris Zuvickavienſis. Menſe Novemb. An.* 1593,

51 *Item:* **Dieweil** G. B. **bekandt/daß er dem Entleibten mit ſeinem Hirtenſtöcken den Schlag/ davon er verſtorben zugefüget/***&c.* **So wird er/ſeines Fürwendens ungeachtet/daß er nemlichen vom Zorn übereylet worden/ jedoch woferrn er auff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/oder des ſonſten/ wie recht/ überwieſen wird/ wegen der begangenẽ Entleibung hinwieder mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode billig geſtraffet/ V.R.W.** *Ad conſultationem Actuarii judicii Clebergenſis* M. *Iun. An.* 1593.

52 *Plura vide reſponſa ſuprâ p. 1. quæſtion. 6. n. 17. & ſeqq.*

Idemq́ꝫ in delicto incendii obtinere, nec incendiarios prætenſione iracundiæ à pœna ignis ordinaria exemptos eſſe, plurimis Scabinorum præjudiciis probavi p. I. *quæſt. 38. num. 52. quæ hic repetere nolo.*

53 *Quin & in crimine injuriarum, iram injuriantem excuſare, tantum abeſt, ut nunquam ferè abſq́ꝫ iracundiæ calore injuriis evomi exiſtimem, quæ ſi impunitæ relinqui deberent, nunquam pœna injuriarum alicui infligenda eſſet, quâ tamen injuriantes quotidiè coerceri in aperto eſt.*

54 Nec quenquam in contrariam ſententiam commoveres debent autoritates *Interppr.* qui delinquentes irâ commotos mitiùs puniri volunt. *Præterquam* enim, quòd textus ab ipſis allegati vix ac ne vix hoc probent, certè prædicti *Dd.* neutiquam univerſaliter hoc ipſum affirmant, ſed aſſertionem ſuam ad eum ſolummodò caſum reſtringere videntur, quo vel ita ex juſta cauſa atque dolore provenerit, vel delinquens iratus à mente prorſus alienatus fuerit, extra hoſce caſus eorundem aſſertionem obtinere tantum abeſt, ut nec ipſi veniam iracundiæ tribuere auſi fuerint.

Ac ſanè, ſi eiuſmodi caſus accidat, ut quis 55
juſtâ irâ commotus delictum commiſerit, vel in
tantum irâ concitatus fuerit, ut à mente quaſi ſit
alienatus, quin tum veniam delictum mereatur,
ipſemet non dubito. Adeoque regulam hanc
duplici modo limitandam eſſe, puto. *Primò*:
Ut ceſſet pœna delicti ordinaria, quotiescunque 56
ex juſta aliqua cauſa vel dolore delinquens ad
iram fuit concitatus, veluti ſi quis ab alio provo-
cetur, aliove modo offendatur, qui concitatus,
ſi delinquat limites defenſionis excedendo, abs-
que dubio mitiori pœnâ arbitraria puniri debet.
Difficilimum enim eſt juſtum dolorem tempe-
rare, cùm homo intenſo dolore permotus non ſit
in plenitudine intellectus, adeoque mitius puniri
debeat. *l. ſi adulterium cum inceſtu. §. Imperato-*
res. ff. ad Leg. Iul. de adult. Felin. in cap. dilecti filij.
num. 12. & 13. in fine de except. Andr. Tiraquell. de
pœn. temper. cauſ. 1. Petr. à Plach. in Epit. delict. lib.
1 cap. 2. num. 19. Ægid Boſſ. *in tit. de homicid. num.*
60. in fin. Andr. Gail. lib. 2. obſervat. 110. num. 37.
unde pœna homicidii ordinariâ non tenetur, qui 57
ſervato moderamine inculpatæ tutelæ, offenſo-
rem necat: ac licet inculpatæ tutelæ limites exceſ-
ſerit; attamen non niſi extra ordinem pro arbi-
trio judicis punitur, ut pluribus demonſtravi *ſu-*
pra p. 1. q. 28. 29. 30. & 31.

58 Hinc & porrò fit, quòd pater ſeu maritus occidendo filiam, ſeu uxorem in adulterio deprehenſam & ipſum adulterum, multùm excuſetur ob juſtam iram juſtumque dolorem quo ad occidendum commovetur, quandoque à pœna ordinaria, & quandoque in totum. *dict. l. ſi adulterium cum inceſtu §. Imperatores. ff. ad* Leg. *Iul. de adult. l. Gracchus.* C. *eod. tit. l. 3. § ſi maritus verſ. ſi tamen maritus. ubi gloſſ. ff. ad SCtum Silan.* Angel. *Aretin. de malefic. in verb. chem hai adulterato lamia donna. numer. 4. & ſeqq.* Socin. *Iun. lib. 2. conſ.* 34 L*udov. Carer. in* Pract. *crimin. in tract. de homicid. §. octavo excuſatur pater & §. nono excuſatur maritus. Foller. in Pract. crimin. verb. item quod ſuffocavit uxorem num. 63. Andr. Tiraquell. de pœn. temper. cauſ. 1. nu. 3. & 4. Iul.* Clar. *in Pract. §. homicidium. verſ. dixi etiam.*

59 Eaque ratio commovit Imper. Maximil. I. ut ex calore iracundiæ blaſphemanti aliquo modo indulgeret, in *Receſſ.* W*ormat. de Anno* 1495. *ſub tit.* **Die Pön derer/ ſo auß Hitze oder Zorn ſchwören/** quæ ſanctio absque dubio ad eum ſolummodò caſum reſtringenda eſt; quo juſto dolore quis commotus blaſphemaverit,

qualem mitiori aliquâ pœna pro arbitrio judicis coercendum eſſe, arbitrantur *J. d Damhoud. in prax. rer. crim. c. 61. n. 22. Matth. Berlich. part. 4. concl. 1. n. 93. Proſper. Farin. in prax. crim. lib. 1. tit. 3. quæſt. 20. n. 47.*

60 *Secundò limitanda eſt hæc Regula:* In ira magna; quando ſcil. delinquens taliter concitatus eſt; ut in totum à mente alienatus & ſuus non fuerit. Quo caſu quia dolus ceſſat, mitius puniri debet, juxta tradita *D. Dec. in l. quicquid. n. 8. v. Et quantum ad juſtam mitigationem pœnæ ff. de reg. jur. Ludov. Carer. in Pract. Tract. de homicid. §. 7. n. 6. Bertaz. conſ. 44. n. 8. Andr. Gail. lib. 2. obſervat. 106. n. 12. Proſper. Farin. part. 3. oper. Crim. quæſt. 91. n. 40.*

Sed difficilè admodum eſt, talem iram probare, per quam quis in totum à mente alienetur, unde rariſſimè accidit, quod hanc ob cauſam pœna ordinaria mirigetur. *Bertaz. d. conſ. 44. n. 8. Dec. d. loc. Proſp. Far. d. q. 91. n. 42.* 61

QUÆSTIO CXLIIX.

Quatenus Tranſactio cum parte offenſa inita, Nobilitas Rei delinquentis, & delicti incertitudo mitigent pœnam?

SUMMARIA.

1. *De omnibus regulariter criminibus tranſigere licet.*
2. *Tranſactio hæc non præjudicat tertiò, nec Magiſtratui. n. 3. 4.*
5. *Accuſatore non exiſtente, inquiſitoriè adverſus Reum procedi poteſt.*
6. *Non obſtante tranſactione judex Reum poteſt punire. n. 7. 8. 9. 10.*
11. *Sententia Scabinorum Lipſienſium. n. 12. 13.*
14. *Tranſactio cum Magiſtratu facta liberat Reum à pœna. n. 18.*
15. *Magiſtratus quando tranſigere poſſit cum Reo? n 16. 17.*
19. *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
20. *Tranſactio Magiſtratus non præjudicat parti offenſæ. n. 21.*
22. *Inferior Magiſtratus ſuper delicto cum Reo trãſigere nequit.*
23. *Propter tranſactionem Rei, cum parte offenſa initam, mitiganda eſt pœna ordinaria. n. 27. 28. 29.*
24. *An etiam in crimine homicidij? n. 25.*
26. *Sententia Scabinorum Lipſienſium. n. 30. 31.*
32. *Nobilitas generiſque dignitas an delinquentem à pœna excuſet? num. 33. 34. 35. 36. 37.*
38. *Nobilitas delinquentem à pœna ordinaria non liberat. n. 39.*
40. *Reſpondetur ad textus contrarios. n. 41.*
42. *Incertitudo corporis delicti, mitigat pœnam. n. 43. 44.*
45. *Liquidè & per plenas probationes conſtare debet de corpore delicti, antequam mortis ſupplicium infligatur. n. 66. 47. 48.*
49. *In delictis occultis ſufficit delictum probari per indicia & conjecturas. n. 50. 51. 52. 53.*
54. *In delictis carnis quando dicatur conſtare de corpore delicti? n. 55.*

1 OCtava cauſa minuendi pœnam eſt Tranſactio cum parte offenſa facta. Juris enim expediti eſt, quòd regulariter non tantùm de cauſis civilibus, verum etiam de omnib. criminibus publicis, ſanguinis pœnam ingerentibus, tranſigere liceat. *l. tranſigere. 18. C. de tranſact.* Quæ tranſactio delinquẽtem à pœna mortis liberare videtur; ſiquidem finis huius tranſactionis principalis eſt, ut Reus tranſigens ſanguinem ſuum redimat, ut inquit *Ult. in l. ff. de bon. eor qui ante ſent.* Et ſanè per trãſactionem remittitur accuſatio à parte offenſâ:

2 Abſq; accuſatore verò ſeu accuſatione, regulariter nemo condemnatur. *l. reſcript. §. ſi quis. ff. de muner. & hon. c. un ut. Eccleſ. benef. ſin. dimi. conf. c. relatum. 5. quæſt. 3.* Sed hæc ratio ſolùm jus patris concernit, per quam nec judici, nec tertio præjudicatur, quare non obſtante tranſactione cũ parte factâ, Reum ab alio quodam tertio accuſari poſſe, tradunt vulgò *Dd. in l. ſi maritus. §. ſi negaverit. ff. ad Leg. Iul. de adult. & l. 2. C. de abolit. Salyc. in l. tranſigere verb. prohibitum. C. de tranſact. Marant. in Spe. tit. de inquiſit. n. 55. Felin. in c. hic. n. 3. ext. de accuſ. Didac. Covar lib. 2 var. reſol. c. 10. n. 5. Ant Gomez to. 3. var. reſol. c. 3. n. 55.*

3 Minus verò ejuſmodi tranſactio nocet judici, ut Reum condemnare nequeat, cui potius incumbit, ob Reipublicæ intereſſe delicta vindicare. *l. ita vulneratus ff. ad Leg. Aq.* Quamvis alii per remiſſionem habitam à parte, judicis poteſtatem in tantum reſtringi exiſtiment, ut ad pœnam ordinariam haud devenire liceat, *Proſp. Farin. in prax. crim. l. 1. tit. 1. q. 4. n. 34.* Quod rurſus ab aliis non ſimpliciter conceditur.

4 Licet autem *Interpp.* hanc cauſam mitigandi pœnam admodum intricatè tractent, res tamen plana & expedita efficietur, ſi generali regulâ prius poſitâ, exceptiones ſeu limitationes poſtea ſubjiciamus. Regula ſit hæc negativa:
Tranſactio cum parte offenſa „
inita judici non præjudicat, quo minus „
is, pœnam delicti ordinariam Reo ir- „
„ rogare queat.

Q. 1. An tranſactio cum parte offenſa facta, præjudicet Magiſtratui, quo minus pœnã delinquenti irrogare queat?

Non enim de jure ac intereſſe partis offenſæ hîc controvertitur, ſed de officio judicis potiſſimùm quæritur; qui ex generali conſuetudine, accuſatore etiam non exiſtente, adverſus delinquentem inquiſitoriè procedere poteſt. *Felin. in cap. inquiſitionis. n. 5 ext. de accuſ. Ægid. Boſſ in tit. de inquiſ. n. 2. Petr. Heig. part. 1. quæſt. 39. n. 7. Iac. Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 88. n. 7. & 8. Nicol. Reuſn. lib. 1. dec. 24. n. 27. & 34.* Quem, obſtante licet transactione factâ cum accuſatore, & remiſſione ab eodem habitâ de injuria illata, poſſe nihilominus Reum condemnare, perinde ac ſi nulla remiſſio aut 6 transactio ſequuta eſſet, tradunt *Dd comm. Bart. in l. libellor. §. fin. n. 5. ff. de accuſ. & in l. 1. §. usq; adeo ff. de injur. Felin. in cap. nulli ext. de accuſ. Petr à Plach. in Epit. delict. lib. 1 cap. 45. n. 8. Ang. Aret. de malef. verb. comparuerũt dicti inquiſiti. n. 23. Ægid Boſſ. in tit. de pac. n. 9. Paul. Chirland, in tract. de relax. carcerat. tit. de pœn. compoſ. quæſt 5. n. 2. Proſp Far. in Prax. rer crim. lib. 1. tit. 1. quæſt. 4. n. 32 Pet. Theodor. in Colleg. Crim. diſp. 10. th. 4. lit. P Joh. Gœdd. ad l. 131. n. 13. ff. de verb. ſign.*

7 *Tùm*, quòd Reipublicæ maximè interſit, crimina puniri ac delinquentes coërceri, *l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de public. & vectig. l. Stychũ. §. tametſi. ff de ſolut. l ſi longius. §. 1. ff. de jud. l capitalium. §. famoſos. ff. de pœn. l. congruit. ff de offic. Præſid. l ſi operis. C. de pœn. c. ut famæ ext. de ſent. excom-* quo ſcil. reliqui à delictis abſtineant. *l. 1. C. de emendat. propinquor. c. ut clericor. de vit. & honeſt. Cler. c. plurim. diſt. 82. cap. felicis §. in pœn. de pœn. in 6to. Pet. Heig. part. 2. quæſt. 37. n. 27. Pet. Gilken. ad tit. C. de Summ. Trin n. 116.* Pœnarum namque fructus omnium maximus ad exemplum pertinet. *Ioh. Bodin lib. 4. de Republ. c. 4. n. 21.* Quod certè Reipublicæ commodum ſæpiſſimè impediretur, ſi tranſactio partis offenſæ judici poteſtatem puniendi auferret.

8 *Tùm*, quòd nuſpiam in jure diſpoſitum repêriatur, ut Reus cum parte offensâ tranſigens, pœnam judicis effugiat: Erubeſcimus autem ſine Lege loqui, nec temerè quicquam abſq; juris autoritate eſt aſſeverandum. *l diſſentientis. 5. C. de repud. c. is. qui in Eccleſia. 18 in fin. pr. extr. de ſent. excomm. in 6to. Iac. Schult. in addi. ad Modeſt. Piſt. part. 3. quæſt. 126. n. 170.*

9 *Tùm*, quòd transactio partis offenſæ, quoad vindictam publicam quicquam derogare, aut ei prȩjudicare non poſſit, *l. 2. C. de re inter alios acta.* Ex omni ſiquidem crimine dupliciter agitur, ad pœnam nempe applicandam parti, & ad publicam vindictam. *l qui nomine ff. ad Leg. Corn. de falſ. l. ult. ff. de privat. delict.* 10 Licet ergò pars læſa poſſit in ſui præjudicium injuriam remittere, *l. pen. C. de pact.* Id tamen non poterit facere in præjudicium Reipublicæ. *Gloſſ. & Bartol. in l. 2. ff. ad SCtum Silan.*

11 *Secundum hāc Regulam pronunciavimus Quæſtori Grimmenſi*: Hat der Gefangene C von D. in gutem bekandt / daß er Blaſium Mülbergern / nach dem ſie mit Worten ineinander gerathen / mit einem Dolch erſtochen vnd entleibet / vnd ſich darauff flüchtig gemacht hat / ꝛc. Ob er nun wohl darneben vorgewendet / daß er ſich alſobald ſolcher Entleibung halber / mit deß Entleibten Brüdern vnd Freundſchafft gütlichen vertragen / vnnd jhnen 180. Gülden zum Abtrag gegeben / ꝛc. Da er aber dennoch vff ſeinem gethanen Bekändtnüß vor Gerichte freywillig verharren oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde / ꝛc. So möchte er von wegen der an oberwehntem Blaſio Mühlbergern begangenen vnd bekandten Entleibung / hinwiederumb mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft werden / V. R. W. *Menſ. Auguſto. Anno* 1595.

12 *Item: Conſulibus & Senatui in* Hertzberg: Hat *H. G. à M.* in gutem bekandt vnd geſtanden / daß er ſeinen Wagenknecht Hanſen mit ſeinem Dolchen erſtochen / vnnd entleibet habe / ꝛc. Da er nun vff ſeinem gethanen Bekändtnüß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten / wie recht überwieſen würde / So möchte er von wegen ſolcher an ſeinem Wagenknecht begangenen vnnd bekandten Entleibung / ſeines in ewrer Frage darwider gethanen fürwendens / vnd wenn er ſich auch gleich mit deß Entleibten Freunden verglichen hette / vngeachtet / mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtrafft werden / V. R. W. *Menſ. Septembr. Anno* 1605.

13 *Item: VVenceslao Kilbingen à Geuſing in Vnterſchlema*: Ob er nun wohl mit dem Beſchädigten ſich vertragen / vnd demſelben zu Abtrag zwey vnd zwantzig Thaler entrichtet / ꝛc. So mag doch ſolche Vergleichung vnnd *Transaction* euch / als den Gerichtsherrn zu Nachtheil nicht gereichen / ſondern jhr ſeyd derſelben vngeachtet / jhn hierüber vmb zwey newe Schock in Straffe zu nehmen wohl befugt / V. R. W. *Menſ. Mart. Anno* 1631.

Item: An Engeln deß Scharff-Richters Eheweib zu Langen Saltza: Ob ſich nun wohl dein Mann mit dem Entleibeten / ehe er verſtorben / durchauß vnd zu Grund verglichen / vnd jhme 40. Reichsthaler zu geben verſprochen / damit der Beſchädigte allerdings zu frieden geweſen / auch nunmehr ſeine Erben deinen Mann ferner in Anſpruch zu nehmen nicht gemeynet ſeyn / ꝛc. So hat ſich doch dadurch bemelter dein Mann von der Obrigkeit Straffe vnd *Inquiſition* wegen begangener Entleibung / nicht entbrochen / ꝛc. *Menſ. Sept* 1632

14 *Limit. primò hæc Regula*: Si Reus delinquens transegerit non ſolùm cum parte offenſa, ſed etiam cum Fiſco ſeu Magiſtratu; quæ transactio dici vulgò ſolet compoſitio, per quam abſolutus nedum ab alio accuſatore moleſtari, ſed nec etiam à judice inquirente puniri poteſt. *Proſper. Farin. in prax. crim. libr. 1. tit. 1. quæſt. 4. n. 36.*

15 Dubitari equidem prima facie poſſet, num fas ſit Magiſtratui compoſitionem facere cum Reis, de pœnis à jure ſtatutis? cùm mandatum juriſdictionis ad id non extendatur, *l. prohibere, §. planè. ff. quod vi aut clam.* Ideoque nec judex pœnas juris differre poteſt *l. Servos in fin. ff. de vi public.* Nec clementior lege eſſe debet *§. oportet in Authent. de judic.* Et ſi delinquentem debitâ pœnâ punire negligit, peior eſt ipſo delinquente. Nulla ſiquidem maior victima Deo mandari poteſt, quàm ut iniqui puniantur, ſecundum *Paul. de Caſtro. in l. 3. Cod. de Epiſcop. audient.*

Q. 2. An Transacti cum Magi ſtratu fact liberet Re à pœna?

Verùm

16 Verùm, ex hoc fundamento ſolum ea improbatur compoſitio, quæ fit à Magiſtratu inferiore ſeu judice, qui Regalia non habet, nec pœnam pro lubitu mitigare, aut remittere valet; ſi quidem ſolus Princeps ſeu Magiſtratus ſuperior pœnam ordinariam crimino ſo tollere ſeu mitigare poteſt. *l.1.in fin.ff.de conſt.Princip.l.divus.ff.de pœn.Proſp.Farin.in prax.crim.lib.1.tit.1.quæſt.5.n.5.*

17 Quin autem compoſitio, præſertim in criminibus levioribus, quorum coercitio arbitraria eſt, à Magiſtratu ſuperiore facta, valida ſit, non certè dubito. Si enim iſto caſu licitum eſt Reo cum parte offenſa & accuſatore tranſigere, *l.tranſigere.C.de tranſact.* utique & licita erit tranſactio facta cum Magiſtratu ſuperiore, qui loco accuſatoris ſuccedit. *Proſp.Farin.dict.quæſt.3.num.3.*

18 Quapropter tranſigere volentes ſuper aliquo delicto, cauti & circumſpecti eſſe debent, ut talis tranſactio autoritate judicis vel Magiſtratus ordinarii ſuperioris fiat, & corroboretur; quia tranſactio tum liberat delinquentem à pœna corporali. *l.quid ergo §.pœna gravior.ff.de his qui not.infam.* Iuſſus namque judicis regulariter excuſat, & licitum facit, quod aliàs eſſet illicitum. *l.non videntur.§.qui juſſu.ff.de Reg.jur.l.qui furti.§.qui juſſu.ff.de his qui not.infam. Virg.Pingitz.quæſt.4.n.7.*

19 *Prout reſpondimus Sigiſmundo à Morèhold:* Hat bey jüngſt gehaltener Wollenſchur ewerm Schäffer/ als er ewer Schaffviehe/ ſo jhme Vermöge eines ſonderbahren auffgerichteten Vereinigungs-Briefes/ vertrawee worden/ abzehlen vnnd durchlauffen laſſen/ über 100. Stücke alt Viehe gemangelt/ ſo er nicht berechnen können/ vnnd nachdem er hierüber zu Rede geſetzet/ vnd mit dem Gefängnüß bedräwet worden/ hat er mit harter Bethewrung vnnd hohem freywilligen Vermeſſen bekräfftiget/ daß er vntrewlichen vnnd betrüglichen darmit nicht vmbgangen/ auch nicht wiſſe/ wo ſolches hinkommen were/ ſich aber zum Abtrag deß Schadens gegen euch erbotten Ob ſich nun wol wider gedachten ewern Schäffer viel newe Vermuthungen erzeigen/ als wenn er mit dem vertraweten Schaffviehe Parthiten gemacht/ das alte vnd beſte Vieh anderswohin heimlichen verhandelt/ vnnd dargegen jung Viehe auß den benachbarten Schäffereyen erborget/ vnd in Abzehlung mit eingeſchoben hette. Dieweil jhr euch aber dennoch ſolcher Verbrechung halber mit jhme einmahl verglichen/ &c. So verbleibt es auch bey ſolcher Vergleichung billich/ vnnd jhr ſeyd nunmehr wider berührten ewren Schäffer einen *Inquiſition-Proceſs* anzuſtellen nicht befugt/ V. R. W. *Menſ.Sept.Anno* 1621.

20 Quemadmodum verò privatus tranſigens cum delinquente non præjudicat fiſco quoad ſuum intereſſe, & vindictam publicam; ita Magiſtratus remittendo pœnas delictorum, non niſi gravi ex cauſa poteſt jus competens heredibus interempti auferre, abſque eorum conſenſu, *Jodoc.Damhoud.in Prax.rer.crim.cap.14.n.13. Jul.Clar.lib.5 ſent.§.ult.quæſt.59 n.3.4.*
21 *Virg.Ping.dict.quæſt.4.n.8.* Veluti etiam, quando Princeps ex gratia pœnam delinquenti remittit, hæc indulgentia nunquam ad præjudicium offenſi, tanquam tertii trahitur, per *l.2.§.meritò.§.ſi quis.ff.Ne quid in loc.publ.* cuius jura manere debent illæſa, alioquin ſi ei auferret jura ſua, peccaret contra naturalem æquitatem. *Pingitz.d.loc.* Hinc *Dan.Moll.* laudat Sax.Duces, quòd ante annos aliquot in remiſſionibus criminum noluerint ullum læſo adferre præjudicium, ſed jus ſuum expreſsè ei ſalvum retinuerint, *lib.3.ſemeſt.cap.31.*

22 Cæterùm hanc limitationem ſolùm intellectam velim de Magiſtratu ſuperiori, cui jus aggratiandi, ac veniam Reo tribuendi competit. Nam licet judex inferior, qui pœnam ordinariam delinquenti remittere nequit, cum eo tranſiget; attamen quin, non obſtante hac tranſactione, ſuperior Magiſtratus Reo pœnam ordinariam irrogare queat, ambigendum non eſt.

Prout reſponderunt Scabini in terminis ad requiſitionem Bernhardi à Tettavv. Menſ. Auguſt. Anno 1605.
Item: Sculteti in Blindendorff. Menſ. Mart. Anno 1632.

23 *Limit. Secundò hæc Regula notabiliter:* Vt quamvis judex non obſtante tranſactione partis offenſæ, procedere ex officio, & delinquentem condemnare ac punire poſſit; condemnatio tamen hoc caſu non debeat fieri ad pœnam ſanguinis aut vitæ ademtionem, Sed irroganda eſt pœna duntaxat pecuniaria, vel alia corporis afflictiva *l.qui cadis l.qui fortuito.ff.de incend.ruin.naufr.l.ſi adulterium.§.Impp ff.ad Leg.Iul.de adult. Gram.deciſ.Neap.98.num.9. Bartol in l.tranſigere.num.7. & ibid. Curt.Iun.num.9.C.de tranſact.Virgil.Pingitz.quæſt.4.num.6. Proſper. Farin.in Prax.crim.lib.1.tit.quæſt.4.num.34. Anton.Gomez.tom.3.Variar.reſolut cap 3.num.55.& ſeq.*

Q.3. An tranſactione cum patre offenſa inita locus ſit pœna ordinaria?

24 Eamque limitationem *Virgil.Pingitz. dicto loco* ad quævis indifferenter delicta extendit, & in ſpecie quoque ad homicidii crimen, dicens: *Dn.Jenenſes* aliquoties ita pronunciaſſe ac condemnaſſe homicidas, qui pacem cum offenſo fecerant, vel in pecuniam relegationis, vel in pecuniariam mulctam fiſco applicandam. Quinimo, etiamſi homicidis pœna ordinaria
decollationis ob tranſactionem & concordiam 25
partis in ſententia remiſſa fuerit, fuſtigationem tamen ac relegationem perpetuam eis impoſitam fuiſſe, meminit *ibid.Pingitz.* Cui tamen non aliter aſſentiri poſſum, quam ſi cauſa adhuc alia prægnans concurrat; quæ delinquentem aliquatenus à malitia excuſet: quo caſu judex propter tranſactionem initam ad mitigationem pœnæ ordinariæ proclivis eſſe poteſt.

Prout reſpondimus DD. Baronibus in Muskavv: 26 Daß der Gefangene wegen der begangenen vnd bekandten Entleibung an Leib oder Leben nicht zu ſtraffen Er wird aber gleichwol/ weil er ſich allbereit mit deß Entleibeten näheſten Freunden vff ein gewiſſes verglichen/ nach Gelegenheit dißfals vff 6. Jahr lang der Herrſchafft Muskaw billich verwieſen/ V.R.W. *Menſ. April. Anno* 1631.

27 Extra quem caſum, limitationem hanc ad delicta ea reſtringendam eſſe puto, quæ tam atrocia non habentur, cùm *Proſp. Farin. d. quæſt.* 4. *n.* 34. *verſ. Ego verò in urbe.* In quibus tantùmodò delictis ob transactionem factam cum parte offenſa, judex pœnam ordinariam mitigare debet, veluti in crimine *adulterii*, *injuriarum*, 28 *&c.* Quò & maximè referendum eſt *furtum*, in quo ſi Dominus rei ablatæ cum fure tranſigat, eique injuriam ſibi illatam condonet, nullum damnum ſentit, ut cuius reſtitutionem ab ipſo expectat: Quare dubitandum non eſt, quin transactio de furto commiſſo cum parte offenſa impediat judicem, quo minus ex officio adverſus furem inquiſitoriè procedere, eumque ad pœnam ſuſpendii condemnare poſſit; Siquidem mortis ſupplicio tum demum fur puniendus eſt, ſi per furtum damnum datum fuerit, ut patet ex *art.* 160. *Ord. Crim. Carol.* verb. **Vnd wie ſchädlich dem beſchädigten der Diebſtal ſeyn mag/ꝛc.**

29 Vnde & Illuſtriſſimus Saxon. Elector mitius puniri iubet fures eos, qui rerum ablatarum nomine Domino ſatisfaciunt, in *Conſtit. Elect.* 32. §. *u't. part.* 4. verb. **Oder derowegen ſonſten Erſtattung thun / die ordentliche Straffe etwas gelindert werde.** Quæ verba licet de furibus pœnitentibus loquantur, ex ratione tamen ſubiecta, quæ ſatisfactionem denotat, ad transactionem quoque, per quam damnum domino reſtituitur, haud inconcinnè extendi poſſunt,

30 *Prout reſpondimus verſus* **Newen Schönfels: So mag der Gefangene M. M. ſolcher ſeiner Verbrechung wegen / geſtalten Sachen nach / weil der von Wolfframsdorff ſich an ſein** *Patrimonium* **gehalten/darauff getlaget/vnd deß Gefangenen Verwilligung nach/darvon befriediget werden ſoll/öffentlich zur Staupen geſchlagen/vnd nach außgeſtandener Leibesſtraff deß Landes ewig verwieſen werden/V. R. W.**

Ad requiſitionem Iohan. Schneidevvini. Menſ. Novemb. Anno 1626.

31 *It:* **Dieweil aber dennoch der erſte Diebſtal bey ſeinem Bruder begangen/ vnd Gefangener wegen deß andern Diebſtals ſich längſten mit H. L. verglichen vnd vertragen/alſo daß er demſelbigen nit ſchädlich geweſen / welche Vmbſtände gleichwol Kayſ. Carls deß V. vnd deß H. Röm. Reichs peinliche Halsgerichts Ordnung den Vrtheilsfaſſern in acht zu nehmen befihlet/** *&c.* **So erſcheinet darauß allenthalben ſo viel/dz Gefangener derowegen geſtalten Sachen nach / mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billich verwieſen wird/V. R. W.**

Ad requitionem Quæſtoris in Noſſen. Menſe Septembr. Anno 1621.

Plura videantur præjudicia ſuprà p. 2. *quæſt.* 80. *n.* 88. *& ſeqq.*

32 **Q. 4. An propter dignitatem delinquentis, generisq; Nobilitatem pœna ſit mitiganda?**

Nonò, inter cauſas minuendi pœnam vulgò quoque referre ſolent Dignitatem, generisque Nobilitatem. *Andr. Tiraq. de pœn. mitig. cauſ.* 31. *& in tract de Nobil. c.* 20. *n.* 108. *& ſeqq. Chaſſan. in Catal. glor. mund. part.* 7. *conſid.* 3. *& part.* 8. *conſider.* 33. *Foll. in pract crim.* 16. *n.* 13. *in fin. & n.* 14. *Hipp. Rim. lib.* 3. *conſ.* 245. *n.* 65. *Salic. in l. ſervos. n.* 4. *in pr. junct. ut ſi autem dignitas non auget. delictum. C. ad Leg. Iul. de vi publ. Gram. vot.* 23 *n.* 22. *Proſp. Farin. in prax. crim. part.* 3. *q.* 98. *n.* 93. *Felin. in cap. paſtoralis. n.* 1. *verſ. Sed regula ſit extr. de offic. Delegat.*

33 Quæ cauſa videtur firmari *l. Sacrilegii pœna,* §. 1. Ibi: *Aut ſi honeſtiori loco natus. ff. ad Leg. Iul. peculat. l. ult.* Ibi: *Si humiliore loco. ff de incend. ruin. naufrag. l. Pedius.* §. 1. *ff. eod. tit. verb. Liberos quidẽ fuſtib. caſos in triennium relegabis, aut ſi ſordidiores erunt, in opus publicum ejusdem temporis dabis.* Et paulò poſt: *Et omninò ut in cæteris, ita in hujusmodi cauſis ex perſonarũ conditione, & rerum qualitate diligenter pœnæ ſunt æſtimandæ, ubi Gloſſ. in verb. conditione. l. annonam.* §. *pœna autẽ.* verb. *Humiliores ad opus publicum dati ff. de ſepulch. violat. l.* 3. §. *Legis Corneliæ,* ubi dicitur: *Humiliores enim ſolent vel beſtiis ſubjici, altiores vero deportantur in inſulam. ff. ad Leg. Corn. de Sicar.* Ex quibus luculenter probatur Nobiles & digniores mitius puniri, quàm ignobiles, pauperes ac minus dignos.

34 Haud parum tamen refellitur hæc aſſertio per *l. Presbyt. C. de Epiſc. & Cler.* ubi dicitur: *Multo magis enim pœna digni ſunt, quibus cum plurimum honoris per noſtram juſſionem delatum eſt, ſi in occulto inveniantur crimine.* Et *l. properandum* §. *ſin autem. C. de judic.* ubi judex ſi ſit de majoribus, magis punitur, quàm ſi ſit de minoribus, propter negligentiam in terminando cauſam. 35 Cum quo maximè convenit jus Canonicum in *c. homo Chriſtianus diſt.* 40. ubi habetur, quòd propter altitudinem dignitatis, homo Chriſtianus fortiter cadit in peccatum. Item: *c. cum quidam. de jurejur.* ubi dicitur, Tantò gravius judicandum, quantò majori præeminuerit dignitate, & eorum exemplo facilius alii poterunt ad ſimilia provocari. 36 Hocque eſt, quod dicitur, in judiciis non eſſe habendam acceptionem perſonarum, *cap. in judiciis, de Reg. jur. in 6to.* Ac pœnas imponi debere ſine delectu perſonarum *cap. ea. quæ.* §. 1 *de ſtat. Monach. ubi Hoſtiens. n.* 8. *&* 9. ubi plura adducit jura probantia, magis puniri eos, qui in dignitate conſtituti ſunt, quàm alios qui in nulla ſunt dignitate. Ideoque & omnem perſonarum reſpectum in delictis reſpuit *Ariſtot.* 5. *Eth.* 4. ubi ait: *Nihil refert, probusne vir malum an malus probũ ſuo privarit, neq; probusne an improbus adulterium cõmiſerit, ſed ad ſolam nocumenti differentiam lex ſpectat, perindeq; perſonis utitur, ac ſi æquales ſint, ſi ille injuria afficiat, hic afficiatur, hic lædat, ille lædatur.*

37 Diverſitas hæc jurium cauſam dedit *Interpp.* ut variè & diverſimodè diſtinguerent inter delicta, eorundemque ſupplicia, nec non aſſertionem hanc ad certa delictorum genera, certasque pœnas reſtringerent, prout videre eſt apud *Proſper. Farin. quæſt.* 98. *n.* 10. *& ſeqq.* ubi plurima delicta excipit, in quibus Nobiles haudquaquam veniam mereri putat: imprimis autem in pœnis pecuniariis pauperes & ignobiles mitius puniri vult, quàm divites & nobiles, *num.* 110. Econtra Nobiles mitius coerceri quàm perſonas ignobiles, quando

agitur de pœna corporali, tradit *num.* 120. ac pro utraque aſſertione textus juris, & autoritates *Dd.* adducit.

38 Quibus tamen omnibus ſepoſitis, negativæ ſententiæ, quòd ſcil. Nobilitas & dignitas delinquentem à pœna ordinaria jure ſtatuta neutiquam eximat, inhærere non vereor, quæ uſu & practica quoque fori Saxonici ſatis ſuperque confirmata eſt, ut multis in locis tàm autoritatibus, quàm præjudiciis Scabinorum Lipſenſium probatum dedi, ubi ſpecialiter de uno atque altero crimine, ejusque pœna fuit dictum, ut *part.1. quæſt.2. num* 8. *& ſeqq. quæſt.9.n.* 39. *quæſt.38.nu.23. quæſt.45.num.91. part.2. quæſt.* 62. *num.1. quæſt.*82.*n.*61.*quæſt.*90.*num.*39 *quæſt.* 39 96.*n.*12. quæ omnia hîc repetere ſuperſedeo. Sufficiat autem iſtud, quòd ubi de ſimplici juſtitia quæritur, non ſint curanda merita perſonarum, ut ait *Bald. in cap.1 ult. notab. ut lit. pendēt. nihil, innov. & in cap ſedes circa fin. de reſcript.* per text. *in can. mulier. ubi gloſſ. in verb. ſancta. diſtinct.23. Iaſon. in l. qui jurisdict.*10 *ff. de jurisdict. Panor. in cap. ſolita. de conſtit. lib.*6. *Nic. Reuſn. lib.*2 *deciſ.*15.*n.*20.

40 Nec quempiam movere debent textus juris civilis antea allegati in *l. ſacrilegii pœna.* §.1. *ff. ad Leg. Iul. peculat. l. Pedius.* §.1. *l. ult. ff. de incend. ruin. naufr. l.*3. §. *Legis Corneliæ ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. Præterquam* enim, quòd uſu & Practica non ob- 41 ſerventur, in pleriſque de pœnis agitur arbitrariis & non uniformibus, quæ ſcil. ex qualitate perſonarum diſtinguendæ ſunt per judicem: in quibus rationem dignitatis haberi, ac Nobilibus mitiorem pœnam imponi poſſe, facilimè conceſſerim; quippe quòd arbitrio judicis tum relinquatur, quam pœnam delinquenti irrogari debere exiſtimet. Secus autem in pœnis uniformibus & taxatis à lege vel Statuto, de quibus hîc propriè agitur: in iis diſtinctionem perſonarum haud eſſe habendam, rectiſſimè tradit *Bald in l. nemo Clericus. num.1. C. de ſumm. Trinit. & fid. Cath. l. Proſp. Farin dict. quæſt.* 98.*n.*131.

Q.5. Quatenus incertitudo corporis delicti mitiget pœnam?

42 Decimò, mitigari quoq; debet pœna ordinaria, quando de corpore delicti commiſſi certò non conſtat. Quamvis enim Reus crimen confeſſus fuerit; attamen ſi de eo, an ſcil. reverâ perpetratum ſit, certò non conſtiterit, ad pœnam mortis Reus ex 43 ſola confeſſione condemnari non poteſt, prout docet *Bart. in l. divus. ff. de milit. teſtam. Bald. in l. un. C. de confeſſ. Felin. in cap auditis. de præſcript. Nicol. Boer. deciſ.*164.*n.*8. *Gramm. deciſ.2. num.*28. *Proſp. Farin. in Prax. crim. lib.1. tit.1. quæſt.2.n.*7. *Ang. Aret. de malef. in verb. Et veſtem cœleſtem. n.* 25. *Marc. Anton. Blanch in pract. crim. in princ. n.* 2. *Ægid. Boſſ. in tit. de delict. n.*15. *Iul. Clar. lib.*5. *ſent.* §. *ult. quæſt.*55. *verſ. poteſt etiam. Brun. à Sole. in conſ. crim. n.*51.

44 Hocque minus dubii habet, quum nec ad torturam aut inquiſitionem deveniri queat, antequam de delicto perpetrato reverâ conſtet, *l.1.* §. *item illud. ff. ad SCtum. Silan.* ut pluribus demonſtravi *quæſt.*119.*n.*54. Ac in eo conveniunt *Dd.* communiter, concludentes, quòd ſufficiat in caſu, quo de corpore delicti non conſtat, Reo de crimine etiam atrociori confeſſo aut convicto pœnam mitiorem Relegationis aut fuſtigationis irrogari: quæ aſſertio in foro Saxonico expreſſo nititur fundamento, in *Conſtit. Elect.*33. *part.*4. prout demonſtravi *part. 2. quæſt.*81.*n.*7.

Q.6 Quomodo de corpore delicti conſtare debeat, antequã Reus ad mortis ſupplicium condemnetur?

Duo tantummodò hic notari volo: *Primò*, 45 de delicti corpore conſtare debere ad hoc, ut mortis ſupplicium infligi queat, non per conjecturas & præſumptiones, ſed liquidè, & per plenas probationes, *l.1.* §. *illud.* Ibi: *Liquere igitur debet. ff. ad SCtum Silan. Foller. in pract. crim. verb. capiat informationem. n.*8. *Proſp. Farin. dict. quæſt.* 2.*n.*6 *Joſeph. Maſcard. de probat. lib.2. concluſ.*830 *num.*5. *Nicol. Boer. deciſ.*288 *n.2. in fin.* Liquidè autem & plenè dicitur conſtare de delicto, ſi de eo vel per teſtes, vel per evidentiam facti 46 conſtat. *Gandin. in tit. de præſumpt. & indic. indubit. num.* 6. Veluti ut teſtes dicant, ſe vidiſſe delictum perpetrari, aut ut judex ipſemet inſpiciat corpus occiſum ſeu vulneratum, *Farin. dict. loc. num.*16.

Nec ſufficit, judici conſtare de crimine com- 47 miſſo, ſed & de omnibus ejusdem qualitatibus & circumſtantiis, quæ pœnam minuere vel exaſperare poſſunt, judex certus eſſe debet; Vtpote in crimine homicidii, occiſum ex percuſſione aut vulnere inflicto obiiſſe, illudque fuiſſe lethale & mortiferum, *Bajard. ad Clar. lib.*5. *ſent.* §. *homicidium. n.*135. *Petr. à Plach. in Epit. delictor. lib.*1. *cap.*12.*n.*13. *in fin. Nicol Boer. deciſ.*323. *num.*3. *Capoll. conſ.*28.*n.*20. *& conſ.*61.*n.*15. prout 48 dixi ac probavi *part.1. quæſt.*26.*n.*3. Sicuti & in furti crimine de corpore delicti tum conſtare dicitur, quando fure indicante locum & perſonam, ubi & cui furatus ſit, habitâ cognitione, res ita comperta, ac perſona à fure denominata, rem in loco ſignificato furto ſibi ablatam eſſe, faſſa fuerit. *Conſtit. Elect.*33. *part.*4. Vid. ſuprà *part.2. quæſt.*81.

Secundò. Notandum & hoc eſt, quòd in deli- 49 ctis occultis, in quibus ex poſt facto nulla remanent veſtigia, & ſic quando ceſſat evidentia facti, ſufficiat de eorundem corpore conſtare per indicia & conjecturas. *Ægid. Boſſ. in tit. de delict. n.*20. *Foll. in Pract. crim. verb. capiat informationē n.*78. *verſ. fallit tamen Proſp. Far. in prax. crim. lib.1. tit.1. quæſt.2. num.*12. *Gabriel. lib.*7. *concl.* 17 *n.*14. *Iul. Clar. in Pract.* §. *ult. quæſt.*66. *in princ.* Quæ probatio conjecturata & præſumptiva pro plena & concludenti habenti. *Bald. in l. quicunq; C. de ſerv. fugit. Nic. Boer. dec.*184.*n.*4. *lib. Dec. lib.1. conſ.*18.*n.*221.

Hinc fit, quòd in crimine hæreſeos, pœna 50 imponatur Reo confeſſo, ex ſola ipſius voluntare, etiamſi de delicto aliter non conſtet, cùm nec de crimine hæreſeos per certas probationes conſtare queat, *Iul. Clar. in pract.* §. *fin. quæſt.* 4. *verſ. Scias tamen & quæſt.*55. *verſ. quomodo autem. Bald. in l. ſi quis circa. pr. verſ. venio ad oppoſitiones. C. de Epiſc. & Cler. Ludov. Carer. in Pract. tract. de hæret. num.*85. *verſ. item prædictas perſonas &c.* Nec enim criminis confeſſi certitudo alia re- 51 quiritur, quàm quæ haberi poteſt. *Iohan. Georg. Godelman. in tract. de Mag. Veneſ. & Lam lib.*3.*c.*10 *num.*47.

n.47. Dan. Moller. ad Conſtit. Elect. 2. part. 4. n. 15.

52 Quare & in crimine Sortilegii ex indiciis de veritate delicti commiſſi conjecturandum, iisque probabilibus apparentibus; Reo confeſſo ſupplicium ignis irrogandum eſt, ut dixi ſuprà, *p.1. quæſt. 49. n. 59.*

53 Quin & hoc ipſum luculenter probat *Ord. Crim. Carol. art. 60.* **So auff erfundene redliche Anzeigung einer Miſſethat halben peinliche Frage vorgenommen / auch vff Bekändtnüß der befragten fleiſſige nutzliche Erkundigung vnnd Nachfrage geſchicht / vnd in derſelben bekandter That halben ſolche Warheit befunden wird / die kein Vnſchuldiger alſo ſagen / vnd wiſſen köndte / alsdenn iſt derſelben Bekändtnüß vnzweifflicher beſtändiger Weiſe zu glauben / vnd nach geſtalter Sache peinliche Straffe darauff zu urtheilen.** Probè namq; perſpectum habuit Imp. Carolus V. quædam delicta adeò occulta eſſe, ut per plenas probationes de iis nullatenus conſtare queat. Satiùs ergò putavit per conjecturas probabiles ea probari, quàm prorſus impunita relinqui.

Inde porrò & hoc promanavit, quòd in adulterio aliisque delictis carnis, pro quibus pœna mortis irrogari ſolet, utriusque partis confeſſio probet corpus delicti, ita ut de ea judex certioratus, ad pœnam ordinariam tutò pervenire poſſit: Idque ſpeciali ex cauſa, ne adulteria infinita impunita remanerent. *Hartm. Piſtor. obſerv. 33. num. 22.* 54

Quod ſi verò alterius partis, cum qua adulterium commiſſum perhibetur, confeſſio deficiat, vel quod ſimpliciter delictum neget, vel quod haberi nequeat; Reus adulterii, etiamſi crimen confeſſus ſit, ad pœnam tamen mortis condemnari haud debet. *Dan. Moller. lib. 2. Semeſtr. 37. Ant. Conſult. Conſtit. Sax. to. 2. part. 4. quæſt. 21. Hartm. Piſt. ord. obſerv. 33. Matt. Col. part. 1. deciſ. 235. Modeſt. Piſt. p. 2. quæſt. 52.* Vid. ſupr. *p. 2. quæſt. 60.* 55

QUÆSTIO CXLIX.

In qua referuntur quinque aliæ cauſæ minuendi pœnam: Nempe, promiſſio mitigationis ſupplicii ad extorquendam confeſſionem: Spontanea confeſſio: Diutina in carceribus detentio: Interceſſio puellæ, Reum condemnatum in matrimonium petentis: Et Peritia vel inſigne artificium delinquentis.

SUMMARIA.

1. *Promiſſio impunitatis à judice facta ad extorquendam confeſſionem mitigat pœnam num. 2.*
3. *Promiſſio impunitatis potiùs omittenda eſt, quàm Reus confeſſus impunitus dimittendus. n. 4. 5.*
6. *Magiſtratui inferiori promiſſione impunitatis confeſſionem extorquere haud fas eſt. n. 7. 8.*
9. *Venia autem promiſsâ, pœnâ ordinaria haudquaquam Reo eſt irroganda. n. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 19. 20. 21. 22.*
14. *Confeſſio extorta promiſſione impunitatis haud eſt libera & ſpontanea.*
16. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n. 17. 18.*
23. *Spontanea confeſſio mitigat pœnam ordinariam, n. 24. 25. 26.*
27. *Etiam in foro Saxonico.*
28. *Nec refert, an timore probationum quis ſpontè confiteatur delictum.*
29. *Metu probationum quisnam dicatur confiteri crimen? n. 30.*
31. *Hinc fit, quod ſupplicium atrocius in mitiorem gladii pœnam ſæpius convertitur.*
32. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. num. 33. 34. 35.*
36. *In arbitrio judicis eſt, num mitigare velit pœnam ordinariam ob ſpontaneam confeſſionem, necne 37.*
38. *Sententia Scabinorum Lipſienſium. n. 39. 40.*
41. *Spontanea confeſſio incarcerati non mitigat pœnam. n. 42.*
43. *Diutina Rei in carceribus detentio mitigat pœnam. n. 44.*
45. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n. 46. 47.*
48. *Modò Reus præter ſuam culpam in carcere diuturniori fuerit detentus.*
49. *Interceſſio fœminæ ſolutæ condemnatum in matrimonium petentis, an ſit cauſa mitigationis pœnæ? n. 51. 52. 53. 54.*
50. *Majus eſt ſupplicium Vxorem ducere meretricem, quam feriri gladio.*
55. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n. 56.*
57. *In crimine adulterij interceſſio puellæ facilius liberat Reum à pœna ordinaria, quàm in aliis delictis. n. 58.*
59. *Quod & obtinet in fœminis, quas viri in matrimonium petunt.*
60. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n. 61.*
62. *Peritia delinquentis minuit quoque pœnam. n. 63. 64.*
65. *Modò Princeps conſentiat, quem propterea judex conſulere debet.*
66. *Sententia Scabinorum Lipſenſium. n. 67.*

1 UNdecima cauſa minuendi pœnam eſt Promiſsio mitigationis vel impunitatis, à judice facta, ad extorquendam confeſsionem. Solent enim non rarò iudices promiſsione impunitatis vel mitigationis pœnæ Reos ad confitendum commovere, quâ Rei illecti, licet crimen confiteantur, ordinariâ tamen pœna puniri nequeunt: nec enim ſufficit confeſsio emanata ſub ſpe promiſsionis impunitatis, factæ à iudice, tanquam eiusdem iudicis dolo extorta 2 ad condemnandum ſecundum *Dec. in l. ea eſt natura. num. 7. & ſeqq. ff. de Reg. jur. ubi Cagnol. num. 17. & ſeqq. Hippol. de Marſil. in l. 1. §. quæſtioni. num. 29. ff. de quæſt. & in Rubr. C de probat. n. 127. & in pract. crim. §. poſtquam. num. 15. Alciat. in tract. de præſumpt. Reg. 3. præſumpt. 27. Gigas de crimin. læſ. majeſt. prob. quæſt. 1. nu. 23. Foller. in pract. crim. verb. Et ſi confitebuntur. part. 1. num. 15. Didac. Covarr. libr. 1. variar. reſolut. cap. 2. numer. 16. verſ. rurſus è contrario. Tiber Decian. in tract. crimin. libr. 7. cap. 45. n. 22. Petr. à Plach. in Epit. delict. libr. 1. cap. 37. num. 4. in fin. Andr. Fach. libr. 9. controv. cap. 61. Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. cap. 12. num. 6. & ibi in addit. Suarez. lit. C.*

3 Quo ipſo tamen anſa & occaſio effugiendi pœnam Reo dari videtur, ut longè conſultius ſit, promiſsionem eiusmodi impunitatis omittere, quàm Reum confeſſum impunitum dimittere: quin & Reum ex confeſsione emanata ſub ſpe impunitatis promiſſæ condemnari poſſe alii tradiderunt, quos refert *Dec. in dict. l. ea eſt natura. num. 7. ff. de Regul. jur. & Petr. à* 4 *Plach. dict. cap. 37. n. 1. & ſeqq.* In quam ſententiam inclinare quoque videtur *Iul. Clar. libr. 5. ſent. §. ult. quæſt. 55. verſ. circa ſecundum*, dicens, quòd imputet ibi Reus, qui tali promiſsioni credidit.

5 Sed diverſæ & ab invicem ſeparandæ omninò ſunt hæ quæſtiones: An ſcilicet iudici liceat confeſsionem, ſub promiſsione veniæ aut impunitatis, à Reo extorquere? Et, An promiſsione eiusmodi facta Reus confeſſus condemnari queat & debeat ad pœnam mortis ordinariam? *Priorem quæſtionem quod attinet*, iudici hoc 6 medio confeſsionem Rei extorquere licere, tantum abeſt, ut aſſeram, ut propterea ipſum reprehendendum eſſe exiſtimem. Non enim hîc loquor de ſupremo Magiſtratu aut Principe, quem non modò Reum promiſsione impunitatis ad confitendum commovere, ſed etiam Reo iam confeſſo veniam largiri poſſe, facilimè conceſſerim. *Iohan. Bodin. libr. de Republ. cap. 10. num. 164. Petr. Heig. part. 2. quæſt. 22. Chriſtoph.* 7 *Beſold. in Colleg. Polit. Claſſ. 1. diſput. 3. theſ.* 14. Sed de iudice ſeu magiſtratu inferiore, cui Regalia haud competunt, hic agitur, quem ſemel iudicata minimè commutare, nec Reo confeſſo gratiam facere poſſe, indubitati iuris eſt. *l. judex poſteaquam. de re judic. Anton. Fabr. in Cod. libr. 9. tit. 24. defin. Henric. Bocer. de jurisdict. cap. 5. numer. 70. Iul. Clar. in pract. §. ultim. quæſt. 60. verſ. pariter. & quæſt. 85. verſ. ulterius.*

8 Quare nec ipſi promiſsionem veniæ aut impunitatis dare, eovè medio confeſsionem extorquere licebit: idque tantò minus, quanto major feneſtra malitiæ per id aperitur, occaſioque præbetur Reis effugiendi pœnas, quas tamen ipſis infligi publicitus intereſt. *l. ita vulneratus. in fin. ff. ad Leg. Aquil. l. congruit. ff. de offic. præſid.* Aque in hoc mecum ſentiunt *Dd.* communiter. Vid. ſuprà *quæſt.* 113. *n.* 50. *Proſper. Farin. in prax. crim. part. 3. quæſt.* 81. *n.* 277. *Clar. dict. quæſt. 55. n. 9.*

9 At venia jam promiſsâ, *Num Reo ſub ſpe iſtius promiſſionis confeſſo, pœna delicti ordinaria irroganda ſit, dubitatur*? Eaque *altera quæſtio* eſt, quam negativè decidere nullus dubito, eum *Petr. Heig. part. 2. quæſtion. 32. n. 37. Proſp. Farin. in prax. crim. part. 3. quæſt. 81. n. 276. & 277.* ubi dicit, Licet judex non poſſit gratiam & impunitatem delicti promittere, & à tali promiſsione multùm præcavere debeat, promiſſam tamen ſervare tenetur, abſtinendo ſe à condemnatione. *Sigismund Scaccia de judic. cauſar. civil. & crimin. lib. 1. cap. 86. n. 35. Franc. Perſon. de indic. & tortur. n. 70.* aliisque plurimis, quos refert & ſequitur *Farin. dict. loc.*

Qu. 1. An impunitate promiſſa ad veritatem eruendam, Reo confeſſo pœna ordinaria ſit irroganda?

10 *Tùm*, quòd turpe ſit judici fidem fallere, uti ſcribit *Decius in dict. l. ea eſt natura. n. 7. & ſeqq. ff. de Regul. jur. & ibi Cagnol. n. 17.* Etſi enim ipſi pro habendâ veritate delicti à Reo, ſimulationibus uti ac fingere liceat, ſe velle facere id, quod reverâ non intendit agere, exemplo Salomonis, de quo in *cap. afferte. ubi Dd. comm. & Felin. n. 1. extr. de præſumpt. Didac. Covarr. libr. 1. variar. reſolut. cap. 2. num. 16. Anton. Gomez. tom. 3. var. reſolut. cap. 13. pract. Conrad. tit. de ſentent. num. 20.* 11 Attamen hoc verum eſt, dummodò nil doloſè agat, cur mendacia dicat; differt enim maximè fictio & ſimulatio à mendacio, quod ſemper illicitum eſt: nec enim facienda ſunt mala, ut bonum quid eveniat, *c. undecunque. 56. diſtinct. c. neq; enim. 14. quæſt. 15. Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 55. verſ. circa primum Proſper. Farin. in prax. crim. part. 3. q. 18. n. 311. Ioh. Mar. Monticell. in prax. crim. Regul. 10. num. 16. Keller. libr. 2. de offic. jur. polit. cap. 12. Ventur. de Valent. in parthen. litig. lib. 1. cap. 14. num. 25.* 12 Quum verò judex impunitatem promiſſam non ſervando, mendaciū abſq; dubio doloſè ac fraudulenter dixerit; utiq; mitigare potius debet pœnam ordinariam, quam maculam hanc ſibi inurere.

13 *Tùm*, quòd ex confeſsione ſuâ Reus ad mortis ſupplicium condemnari non debeat, niſi ea fuerit veriſimilis ac ſpontanea, *artic. 60. Ordin. Crimin. Carol. ubi Matth. Stephan. & Georg. Rem. in Nemeſ. Karul.* Vnde & fit, quòd confeſsioni tormentis extortæ fides haud aliter habeatur, quàm ſi Reus intervallo quodam, & dolore tormentorum ceſſante, propriâ ſponte eam ratificet, *art. 56. §.* **Der Gefangene.** *Ord. Crimin. Carol. l. 2. ubi Salycet. C. de cuſtod. Reor. Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. quoniam. num. 1. Par. de Puteo in in tract. Syndic. in verb. Tortus. cap. 9. Henric. Bocer. in tract. de quæſt. & tortur. cap. 5. n. 36. Iul. Clar. libr. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 64. numer. 40. Johan. Zanger. in tract. de quæſt. & tort. cap. 5. num. 73.* At

14 quis non videt, confeſsionem ſpe impunitatis, promiſſæ extortam haud ſpontaneam, ſed coactam eſſe, cui dolus iudicis cauſam dederit, ut ſine dubio ea ad condemnandum non ſufficiat. *Ægid. Boſſ. in tit. de confeſſ. per tortur. n. 16. & tit. de exam reor. num. 17. & 18. Farin. dict. quæſt. 23. n. 283. Iul. Clar. dict. §. ult. quæſt. 55. verſ. circa ſecundum, &c.*

15 *Tùm*, quòd multa in iure facta teneant, quæ ab initio non valebant. Licet ergò non rectè venia promittatur, promiſſa tamen tribuenda ac concedenda erit. Nam ſera nimis eſt quæſtio, utrum ſervare fidem neceſſe ſit, ubi dare eam nemo dubitavit; Ita & David Rex impunitatem Simei promiſſam ad tempus ſervavit. 3. *Reg.* 2. *v.* 8. 9. Et malè Alexander. III. Pontifex promiſsionem Epiſcopo Simoniaco factam violavit, *Petr. Heig. part. 2. quæſt. 32. num.* 40.

16 *At ſecundum hanc ſententiam jam dudum reſponderunt Scabini Lipſenſes, ad requiſitionem Senatus Ienenſis*: Dieweil ewer Richter geſtanden/ daß er dem Gefangenen mit Handgebender Trew zugeſaget/ auch folgends in beyſeyn der Schöppen ſolche Zuſage vernewert / wenn er in gutem vnnd ohne Peinigung die That bekennen würde/ daß jhme das Leben gefriſtet werden ſolle; So wird auch dem Gefangenen ſolche Zuſage billich gehalten/ V. R. W. *Menſe April. Anno* 1551.

17 *Item. Ad conſultationem Quæſtoris in* Schwartzenbergk: Da nun der Gefangene G. S. auff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor öffentlichem gehegtem peinlichen Halßgerichte freywillig verharren / oder des ſonſten wie recht/ überwieſen würde: So würde er wegen ſolcher ſeiner Verbrechung/ vnd daß er Fewer angeleget/ hinwiederumb mit dem Fewer vom Leben zum Tode gericht vnd geſtrafft. Es were denn/ daß jhr jhme/ dafür ſichs aus ewer Frage/ vnd denen Beylagen anſehen läſſet/ zugeſaget hättet/ daß es deß obgedachten Brandſchadens halber/ wofern er denſelben/ vnd wie es darumb bewandt/ gütlichen bekennen würde / beym Schwerdt bleiben ſolte/ auff den Fall würde jhme die Straffe der geſtalt auch billich gelindert/ V. R. W. *Menſe Iun. Anno* 1590.

18 *Item*: Hat der verhaffte J. S. ſich zu vnterſchiedenen Beraubungen bekandt/ etc. Darneben vnter andern deß Herrn Land-Jäger Meiſters vnnd Ober-Auffſehers Verſprechen vnd Zuſage angeführet / in deme ſie jhme verſprochen / daß bey Churfürſtlichen Durchl: ſie vor jhn bitten / vnd ſo viel möglichen bey dem Leben erhalten wollen/ welcher Zuſage er mercklichen getrawet hätte/ etc. So erſcheinet darauß allenthalben ſo viel/ daß *Inquiſit* wegen ſolcher Beraubungen/ weil er in gutem darauff allerdinges beſtändig nicht beruhet/ ſondern auff die jhme beſchehene Zuſage ſich berufft/ etc. auch ſonſten ſein Bekäntnüß allerdings nicht richtig iſt / nach Gelegenheit dieſes Falls am Leben nicht zu ſtraffen Er wird aber gleichwol öffentlich billich zur Staupen geſchlagen / vnnd deß Landes ewig verwieſen / V. R. W. Gegen Auguſtusburgk / an H. G. *à C. Menſe Novembr. Anno* 1630.

19 Cui ſententiæ nil quicquam obſtat, quòd, ut modo dictum, iudici ſub promiſsione impunitatis confeſsionem extorquere non liceat; unde ſequitur: promiſsionem talem ſervandam non eſſe, tanquam contra leges ac prohibitionem factam: neque enim obligatorium eſſe poteſt, quod iure prohibitum eſt, *arg. cap. non eſt obligatorium. & cap. in malis promiſſis, de Regal. iur. in 6to. Etenim*, ut maximè concedatur, promiſſionem eiuſmodi nullius ponderis 20
& efficaciæ eſſe, nec propterea ſervari debere;
aliud tamen adhuc obſtat, quo minus hoc caſu
Reus ad pœnam ordinariam condemnari poſ-
ſit; quia nempe confeſſio, falsâ eiuſmodi ac
fraudulentâ promiſſione exorta, libera ac ſpõ-
tanea non eſt, qualem ſententia condemnato-
ria omninò requirit. *Bartol. in l. 1. §. divus Seve-*
rus. n. 4. ff. de quæſt. Salicet. in l. 2. n. 9. C. de cuſtod.
Reor. Anton. Fabr. in Codic. tit. de quæſt. defin. 18.
Hippolyt. de Marſil. in l. 1. § divus Servus. n. 6. ff. de
quæſt. Ioſeph. Maſcard. de probat. vol. 1. concl. 353. n.
11. *& ſeqq.* Licet ergò ex parte iudicis, impunita- 21
tem promittentis, cauſa mitigationis nulla exi-
ſtat; attamen ex parte Rei, defectus ſpontaneæ
ac liberæ confeſſionis, irrogationem pœnæ or-
dinariæ impedit: Quin nec ſimpliciter conce- 22
dendum eſt, promiſſionem veniæ à iudice fa-
ctam irritam eſſe, propterea quòd ab initio iu-
dici impunitatem Reo promittere non licuerit;
ſiquidem multa in iure noſtro facta tenent, quę
ab initio non valebant. *Petr. Heig. part. 2 quæſt.*
32. n. 38.

Duodecimam cauſam mitigandæ pœnæ facit, ſi Reus ſponte propria ſe obtulerit, crimenque confeſſus fuerit. *Andr. Tiraquell. de pæn. temper. cauſ. 30. num. 1. & ſeqq. Foller. in pract. crimin. verb. Et ſi confitebuntur, part. 1. numer.* 82. *Petr. Heig. part. 2. quæſt. 32. n. 33. Proſper. Farin. in prax. crim. part. 3. quæſt. 81. n. 172. Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſp. 10. th. 4. lit. Q. Ægid. Boſſ in tit. de convict. n. 6. Ierem. Setſer. in diſp. de pæn. leg. temper. concluſ. 42. apud Nicol. Reuſner. libr. 2. deciſ.* 16. 23

Q. 2. Quatenus ſpontanea confeſſio mitiget pœnā?

24 Quæ ſententia non modò autoritatibus *Dd.*
firmata; ſed & rationibus ac fundamentis ſatis
munita eſt. *Tùm*, quia ſemper mitius agendum
eſt cum ſpontè confeſſo, quàm convicto, text.
in *c. non dicatis. 12. quæſt. 1.* Ibi: *Si hoc ultrò confi-*
tetur, parcitur illi, & oretur pro illo: Si autem de-
prehenditur, atque convincitur, ſecundum arbitri-
um Presbyteri, vel Præpoſiti gravius emendetur.
Quo & facit text. in *l. quisquis. § ſanè. C. ad Leg.* 25
Iul. Maieſtat. & in c. qui admiſit. 15. quæſt. 8. &
in c. imprimis. 2. quæſtio. 1. & in c. innotuit. de elect.
Petr. Theodor. dict. th. 4. lit. Q. Matth. VVeſembec.
ad lit. C *Ne quis in ſua cauſ. n.* 41.

26 *Tum*, quòd is qui confeſſus eſt ſua ſcelera, miſeticordiam conſequatur. *l. 1. C. ne tut. vel curat. vectigal. conduc. Auth. Novo jure. C. de pœn. judic. qui mal judic. c. ult. & ibi gloſſ. de furt. c. inter corporalia verſ. ſanè quoniam. de translat. Epiſcop.* Quare & ei, qui ſpontè ſe iudici, antequam cauſa ad Fiſcum delata eſt, offert, ignoſcitur. *l.* 13. *in pr. ff. de jur. Fiſci. l. un. C. de his qui ſe defer.*

27 *Tùm*, propter textum iuris Saxon. in *libr.* 4. Landrecht. *artic.* 14. verb. Kompt er denn ohne den Todten vor Gerichte/ vnd bekennet er es / ehe man über jhn klaget / vnd beut ſich darumb zu Recht/ man ſoll jhm ſein Halß nicht vertheilen. Et paulò poſt: Vmb den todten Mann aber mag jhn niemand an den Halß ſprechen / alldieweil er ſich zu Recht darumb bott / ehe man auff jhn klagete/ *&c.* Quæ ſanè verba manifeſtè probant, in fo-

In foro quoque Saxonico mitius cum eo agendum eſſe, qui propriâ ſponte crimen confitetur: prout textum illum ita inducit *Petr. Heig. dict.quæſt.32.n.33.*

28 Nec refert,an quis timore probationum,de-
lictum ſpontè confiteatur,quia& tum mitius a-
gendum, ac parcendum eſt confitenti arbitrio
judicis, licet non tantum, quantum parcitur
confeſſo ſpontè, & non timore probationum.
Hoſtienſ.in c.de hoc.n.1.ubi & Felin.nu. 6. extr.de
Simon. Andr. Tiraquell.dict.cauſ.30.n.13.Bertaz.
29 *libr.2.conſil.505.num.29.*Dicitur verò metu pro-
bationum quis confiteri, quando non ſpontè,
ſed citatus aut vocatus à judice ad Fiſci vel accu-
ſatoris inſtantiam examinatus delictum fatetur:
tunc enim dicitur confeſſus metu probationũ,
quia ſcivit, vel ſaltem veriſimiliter ſcire debe-
bat, adverſarium veniſſe probationibus para-
tum ad judicium. Si verò non citatus vel voca-
tus ſpontè judicem adit, & delictum fatetur, tũ
non metu probationum, ſed ſponte fateri dici-
tur. *Farin. dict. quæſt.51.n.* 176. ubi ex *Anan. in*
cap. qualiter & quando. §. dicet autem. numer. 3.
30 *verſ. poſſet autem ext. de accuſat.* rem hanc paulò
aliter explicat, quòd ſcilicet confeſſio dicatur
ſpontè facta, quando emanavit ante inchoatam
accuſationem, vel inquiſitionem; Si verò ema-
navit poſt accuſationem vel inquiſitionem, di-
catur facta metu probationum. Quocunque
verò modo, metu nempe probationum, vel
propria ſponte confeſſio facta fuerit, veniam
merebitur, quamvis caſu poſteriori magis
Reo indulgendum ſit, ut qui nondum accuſa-
tus vel delatus, ipſemet judici ſe offerendo cri-
men quaſi defert & confitetur.

31 Vbi notandum *Primò.* Non omnem prorſus pœnam remittendam, ſed pro qualitate criminis,& ratione ſpontaneæ confeſſionis,mitigandam ſolummodò eſſe. Vnde fit, quòd licet in majoribus quoque delictis, ut læſæ maieſtatis, *l. 5. fin. C. ad Leg. Iul. Majeſt.* Receptione Latronum. *l. 2. C. de his qui latr. occult.* Receptatione deſertorũ *l.1.de deſert.& occult.* eò hæc doctrina ſibi locum vendicet: pœna tamen non prorſus remittatur, ſed gravitas ſupplicii ſolummodò mitigetur, ita ut remiſſio rotæ ſupplicio, aut furcæ, Reus gladio feriatur, vel loco gladii pœnæ, puniatur fuſtigatione, aliave mitiori pœna. *Matth. VVeſembec. in parat. ff. de pœn. in fin. Petr.Heig.part.2.quæſt.33.num.* 45.

32 *Veluti Scabini in caſu, quo latro ſpontè in judicio comparuerat, & latrocinium confeſſus fuerat, ſeveriorem rotæ pœnam remittendam, Reumq́ gladio puniendum eſſe, arbitrati fuêre, in hunc modum reſpondentes:* Da nun der Gefangene M. H. auff ſeinem gethanen Bekäntnůß vor öffentlichen gehegtem peinlichen Halßgerichte freywillig verharren/oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde. So möcht er nach gelegenheit dißfalls/vnd in Anſehung/ daß er ſich gutwillig geſtellt/vnnd die That bekandt/mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft/vnd auff ein Rad geleget werden/V. R. W. *Ad requiſitionem Quæſtoris in* Henichen/*Menſ. Martio, Anno* 1585.

33 *Pariter & fœminam ſolutam ob adulterium cũ marito commiſſum, remiſſa fuſtigationis pœna in perpetuum relegandam eſſe, pronunciarunt Quæſtori Rochlicenſi.* So viel aber die Vettel anlanget/wird dieſelbe/in Anſehung daß ihr Vater vnerfordert ins Ampt kommen/ſolches bekandt/vnd ſelbſten gerüget/mit ewiger Landesverweiſung billich in Straff genommen/ V. R. W. *Menſe Auguſto, Anno* 1586.

34 *Eandemq́ ob cauſam Relegationem perpetuam in mulctam pecuniariam commutari poſſe, reſpondimus Senatui Grimmenſi:* Daß euch dem gefangenen A. H. in Anſehung/daß er ſich auff der Vettel Beſchuldigung/ als er darüber vernommen worden/zu dem begangenen Ehebruch alsbald gutwillig bekandt/auch ſeines Chriſtlichen Lebens vnnd Wandels halber ſonſt gut Zeugnůß hat/ etc gegen erlegung 100. Thaler/ſo zu milden Sachen anzuwẽden/die verwirckte ewige Landesverweiſung zuerlaſſen vnbenommen/ V. R. W. *Menſe Auguſto, Anno* 1630.

35 *Item: Conſulibus & Senatui in* Lauben: Es iſt euch aber auß denen in ewer Frage angeführten Vrſachen/vnd inſonderheit/daß ſich *Inquiſit* ſelbſtẽ freywillig angegeben/ vnnd ſeine Verbrechung bekandt/ jhme die Landesverweiſung in eine Geldtſtraffe zu verwandeln/vnbenommen/ welchen Fall er dañ vmb eine ziemliche Geldbuſſe/ſeinem Vermögen nach/ jedoch daß ſich dieſelbe über 100. Thaler nicht erſtrecke/zu milden Sachen anzuwenden/in Straff genommen wird/V. R. W. *Menſe April. Anno* 1631.

Item. Senatui Chemnicenſi: So werden beyde *Inquiſiten* D. K. vnd T. D. ſolches begangenen vnd bekandten Straſſenraubes halber/nach gelegenheit dieſes Falls/weil ſie auff erfordern/alſobald erſchienen/ſich zur That gutwillig bekandt/vnd das Pferdt wieder von ſich gegeben/ mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billich verwieſen/V. R. W. *Menſe Iulio, Anno* 1630.

Pariter pronunciavimus ad requiſitionem O. ab H. Menſ. Decembr. Anno 1630

Secundò: Etſi pœna mitigari queat delinquen- 36
ti, qui crimen ſpontè confeſſus eſt; hoc tamen
non aliter accipiendum, quàm ut in arbitrio iu-
dicis ſit, an veniam Reo dare velit, nec ne. Hic 37
enim ſi atrocitatem criminis aliamve cauſam,
pœnæ mitigationem impedientem animad-
vertat; quin tum pœnam ordinariam Reo irro-
gare poſsit, dubium prorſus non eſt: ſiquidem
circa pœnæ temperamentum non facilè iudicis
artbitrium ad certam legem aſtringi debet.
Petr. Heig. dict. quæſt. 32. num. 45.

38 *Quare & Dominos judicis arbitrio hoc ſæpius commiſiſſe reperio:* Da ſie nun auff jhrem gethanen Bekäntnůß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ So möchte ſie wegen ſolches begangenen vnd bekandten Kindermords/wofern man jhr/ in Anſehung/ daß ſie ſich ſelbſten gutwillig bey den Gerichten angeben/nicht Gnade erzeigen wolte/zuſampt einem Hunde/Hahn/ Schlangen vnd Katzen/an ſtatt eines Affen/in einen Sack geſtecket/ins Waſſer geworffen/vnd ertrâncket werden/V. R. W. *Prætori & Scabinis Numburgenſ. Menſe Iulio, Anno* 1584.

39 *Item:* So möchte er von wegen ſolcher ſeiner begangenen vnnd bekandten Beraubung/nach ſchärffe der Rechten/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet vnd geſtraffet/ vnd nach beſchehener *Execution* ſein Cörper auff ein Rad geleget vnnd geflöchten werden. Es wolte denn Jhre Churfürſtl: Durchläuchtigkeit zu Sachſen/ vnſer

gnädigſter Herr / dem Gefangenen auff ſein vnterthänigſtes bitten / in Anſehung / daß er ſich alſobalden / wie er hierůber vernommen / ehe er noch zu gefänglicher Hafft gebracht worden / hierzu bekandt / vnd angezeiget / wo er den Mantel hingethan / welchen man auch wieder bekommen / Gnade erweiſen / vnd die jhme zuerkandte Todesſtraff gnädigſt erlaſſen: Auff den Fall bliebe er damit verſchonet. Er wůrde aber dennoch öffentlich zur Staupen geſchlagen / vnd deß Landes ewig verwieſen / V. R. W. *Quæſtori* in Freyburgk. *M. Febr. Anno* 1630.

40 *Quin & pœnam ordinariam quandoque etiam ſponte confeſſo dictare non dubitaverunt Scabini, deprehendentes ſcilicet inſignem criminis atrocitatem: Prout in homicidio animo deliberato commiſſo reſponderunt Iudici & Scabinis in* Hain: Vnnd wiewol nach begangener That H. S. ſich alſobald flůchtig gemacht / hat er ſich doch noch deſſelben Abends zwiſchen 7 vnd 8. Vhr beym Richter wieder eingeſtellet / das Meſſer / damit er dem Entleibeten den Stich zugefůget / mit gebracht / vmb gefängliche Hafft gebeten / vnd der verdienten Straffe ſich vntergeben / etc. Da er nun auff ſeinem gethanen Bekändtnůß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht ůberwieſen wůrde / etc. So möchte er von wegen ſolcher begangenen vnd bekanten Entleibung hinwiederumb mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtraffet werden / V. R. W. *Menſ. Mart. Anno* 1617.

41 *Tertiò:* Notandum & hoc, quòd ſpontanea confeſſio tum demum veniam mereatur: ſi facta fuerit; antequam Reus in carcerem compingatur. Nam ſi ob ſpontaneam confeſſionem eius, qui in carceribus eſt, pœna minuenda foret, multa certe delicta impunita manerent, & ſibi blandiuntur, qui ex ſpontaneâ confeſſione in vinculis, clementiorem ſe habituros iudicem opinantur: quum nec pœnitentia extinguat crimen perpetratum, poſtquam delinquẽs in carcerem fuit coniectus, *Conſt. Elect. Saxon.* 32. §. *ult.* In verb. So jhres begangenen Laſters zeitliche Rewe tragen / vnd das jenige ſo ſie geſtohlen / ehe ſie zum Gefängnůß gezogen / wiedergeben / *&c. l. qui ea mente, ubi Bartol. ff. de furt.* 42 Adeoque iudices parum curant huiuſmodi ſpontaneas confeſſiones, ut propterea nihil de pœna remittant, *Iul. Clar. in pract. crimin.* §. *ult. quæſtion.* 66.

Veluti etiam in Elect. Saxon. Scabinatu ſæpè pronunciatum nemini.

Q. 3. Num diutina Rei in carceribus detentio mitiget pœnam?

43 Decimatertia cauſa minuendi pœnam eſt diutinam rei in carceribus detentio.

Etenim, quia hâc detentione Reus non leviter iam tum punitus eſt, ſanè mitigandæ pœnæ iuſtam inde cauſam deſumere licebit: prout de hoc eſt textus optimus in *l. omnes C. de pœn.* quo motus *Andr. Tiraquell.* inter alias mitigandæ 44 pœnæ cauſas etiam carcerem diuturniorem retulit, *in tract. de pœn. temper. cauſ.* 41. Quem ſequitur. Hartm. *Piſtor. obſervat.* 177. *n.* 27. & 28.

45 *Quæ ſententia etiam placet Scabinis ob diutinam Rei detentionem in carcere, pœnam ordinariam haud rarò mitigantibus:* So wird *inquiſitin* ſolcher jhrer begangenen vnnd bekandten Verbrechung wegen / nach Gelegenheit dieſes Falles / weil ſie drey gantzer vierthel Jahr in gefänglicher Hafft enthalten worden / gegen Leiſtung eines gewöhnlichen Vrphedens / jedoch mit vorbewuſt der hohen Obrigkeit / deß Landes ewig billig verwieſen / V. R. W. An Bůrgermeiſter vnd Rathmanne zu Franckfurt an der Oder. *Menſe Decembr. Anno* 1603.

46 *It:* Gegen Lauchſtadt *ad requiſitionẽ Quæſtoris:* Er wird aber / wofern man jhme / in Anſehung deß erlittenen langwůrigen Gefängnůß nicht Gnade erzeigen wolte / mit Staupenſchlägen deß Landes ewig billich verwieſen / V. R. W. *Menſe Ianuar. Anno* 1604.

It. Nach Eißleben *Ad requiſitionem D. Andr.* Thalling. Es wolte dann der Churfůrſt zu Sachſen vnd Burggraff zu Magdeburgk / vnſer gnädigſter Herr / dem Gefangenen / in Anſehung deß außgeſtandenen zweyjährigen Gefängnůß / Gnade erzeigen / vnd die Leibes-Straffe erlaſſen. Auff ſolchen Fall wird er allein mit ewiger Landesverweiſung in Straff genommen / V. R. W. *Menſe Decembr. Anno* 1631.

Pariter fuit pronunciatum Judici & Scabinis in Waltersdorff. *Menſe Majo, Anno* 1630.

Quæſtori Dresdenſi, Menſ. Febr. Anno 1632.

Item: Quæſtori Deliciano: So möchte *inquiſitin* 47 von wegen ſolcher jhrer begangenen vnd bekanten Deuben / mit dem Strange vom Leben zum Tode gerichtet vnd geſtrafft werden. Es wolte denn Churfůrſtl: Durchl: zu Sachſen / vnſer gnädigſter Herr / der gefangenen Vettei / in Anſehung / daß ſie nunmehr ůber ein Jahr geſeſſen / Gnade erzeigen / vnd die Todesſtraff gnädigſt erlaſſen / auff ſolchen Fall wůrde ſie öffentlichen billich zur Staupe geſchlagen / vnd deß Landes ewig billig verwieſen / V. R. W. *Menſe April. Anno* 1632.

Quæſtori Vinarienſi: Obwohl *Inquiſitin* wegen jhres vielfältigen begangenen vnd bekandten Ehebruchs / hiebevor durch Vrthel vnd Recht die Straffe deß Schwerdts zuerkandt worden / dieweil man ſie aber dennoch ohne einige jhre Verurſachung drey gantzer Jahr in gefänglicher Hafft enthalten / etc. So wird nunmehr wegen des außgeſtandenẽ langwirigen Gefängnůß / die Todesſtraffe billich erlaſſen / inmaſſen ſie dann auch mit einiger Leibesſtraffe nicht zu belegen / Sie wird aber gleichwol jhrer Verbrechung halber / deß Landes ewig billig verwieſen / V. R. W. *Menſe Iulio, Anno* 1632.

48 Quod ipſum tamen non aliter accipi velim, quàm ſi Reus præter culpam ſuam, & ex ſolâ iudicis morâ in carcere diuturniori detentus fuerit. Nam ſi ipſemet negando delictum moram traxerit, habet, quod ſibi imputet, ac pertinaciâ & malitiâ ſuâ haudquaquam tueri ſe poterit.

49 Decimaquarta cauſa eſt interceſſio fœminæ ſolutæ, condemnatum in matrimonium petentis. *Paris de Puteo in tract. Syndic. fol.* 226. *numer.* 3. *Nicol. Boer. deciſ.* 218 *numer.* 20. *Ludovic. Carer. in pract. crimin. tit. de homicid verſ. circa itaque ſecundum. numer.* 24. *Iul. Clar. libr.* 5. *ſentent.* §. *ult. quæſtion.* 98. *numer.* 6. *Chaſſan. in conſuetud. Burgund.* ubi de generali conſuetudine Franciæ teſtatur: 50 Ac ſi meretrix pro condemnato intercedat, rationem mitigationis hanc reddit, quòd maius ſit ſupplicium illi condemnato uxorem ducere meretricem, quàm feriri gladio. Cui & hæc addi poteſt, quòd hâc ratione anima meretricis ſalvari queat, ſi à meretricia vita reducitur in viam honeſti matrimonii. Vid. *Eman. Suaretz. in annot. ad Gometz. tom.* 3. *variar. reſolut. cap.* 13. *lit. M.*

51 Alii tamen ab hac ſententia prorſus diſ-

ſentiunt, exiſtimantes, puellam furem aut Reum mortis in matrimonium ſibi petentem, à pœna ipſum haudquaquam poſſe liberare. *Mattheus Coler. part. deciſ. 238. num. 3. Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. cap. 13. num. 37. Ierem. Setſer. in diſp. de pœn. ll. temper. concl. 89. apud Nicol. Reuſner. libr. 2. deciſ. 16. Petr. Theodor. in Colleg. crimin. diſp. 10. th. 7. lit. A. Tùm arg. l. 8. §. ult. C. ad Leg.*
52 *Iul. de vi publ. l. 14. C. de pœn.* Tùm, quòd hic modus pœnæ tollendæ nullibi ſit in legibus expreſſus: quare nec præter iuris autoritatem introducendus; præſertim haud abſque gravi Reipublicæ præiudicio. Hâc ſiquidem mitigationis causâ admiſsâ, quivis facilimè condemnati non habentes Vxores, pœnæ promeritæ ſeſe eximere poſſent. *Anton. Gomez. dict. loc.* Et neſcio, an quisquam inveniendus eſſet, qui non meretricem, nedum puellam honeſtam in matrimonium ducere, quàm vitam perdere mallet: quo ipſo commodo publico, quod delicta puniri iubet, haud parum contraveniretur. *l. 51. §. 2. ad Leg. Aquil. l. 3. C. de Epiſcop. audient.*

Qu. 4. An & quando ad interceſſionem puellæ, condemnatum in matrimonium petentis, venia ei ſit tribuenda?

53 Sed rectius meo iudicio *Virgil. Pingitz.* arbitrio iudicis ſuperioris relinquit, quando ad interceſſionem puellæ venia condemnato ſit tribuenda, *quæſtion. Saxon* 8. *num.* 4. Etenim, ſi honeſta puella miſericordiâ permota, & amore languida petat delinquentem, ut ipſi nubere liceat, & cum captivo matrimonium contrahere; durum admodum eſſet hoc ei denegare. Quin & aliæ circumſtantiæ cõcurrere poſſunt, quæ hoc caſu iudicem ad ſententiam benigniorem commovere debeant; ut perſonæ qualitas.
54 quæ proæreſin & propoſitum delinquendi non habuit, vel ſimplicitas, quæ aliàs etiam ad mitigationem pœnæ ſufficere videtur. Quibus certè caſibus iudex ad interceſſionem puellæ connivendo, non multùm peccabit. *Virgil. Pingitz. dict. loco.*

55 *Neque ſententia hæc diſplicet Elect. Saxon. Scabinis mitigationem pœnæ hoc caſu Magiſtratus ſuperioris arbitrio committentibus. Veluti reſponderunt ad conſultationem Quæſtoris in* Freyburgk: Ob nun wohl bey etlichen Rechtslehrern in zweiffel gezogen wird / ob wegen einer ſolchen Vorbitte einem die *ordinaria pœna*, ſo er ſonſten verwirckt/ füglichen erlaſſen werden könte; So wird doch nach gemeinem Wahn der Rechtsgelehrten dafür gehalten/ daß *de conſuetudine*, jedoch weñ es mit vorbewuſt/ vnd gnädigſter Einwilligung der hohen Obrigkeit geſchicht/ eine ſolche Fürbitte nachgelaſſen/ vnd den Verbrecher / vnnd alſo auch gegenwärtigen Gefangenen *ab ordinaria pœna liberire* vnd entfreye. Er würde aber gleichwohl auff den Fall des Landes ewig billich verwieſen / darauß jhme alsdenn vorgedachte Magd / jedoch weñ ſie zuvor miteinander getrawet / vnd zuſammen geben werden / mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig/ V. R. W. *Menſe April. Anno* 1616.

56 *Item*: Gegen Kempnitz: Es iſt euch aber / auffn Fall eine ledige Dirne/ ſo vor jhn zu bitten vnd jhn zu ehelichen erbötig/ vorhanden / ſolches dem Churfürſten zu Sachſen vnd Burggraffen zu Magdeburg / vnſerm gnädigſten Herrn vnterthänigſt zu erkennen zu geben/ vnnd vmb erlaſſung der zuerkandten Todesſtraff anzuſuchen/ vnbenommen/ vnd wird vnterdeſſen mit der angeordneten *Execution* auf ein Tag oder zehen biß auff ewre vnterthänigſte *ſupplication* gnädigſte *reſolution* erfolget/ billich in Ruhe geſtanden/ V. R. W. An Michael Trüblers Freunde. *Menſ. Iul. Anno* 1628.

Item: In *puncto commiſſæ Robbariæ, ad requiſitionem Quæſtoris Chemnicenſis.* Es wolte dann der Churfürſt zu Sachſen vnd Burggraff zu Magdeburg/ vnſer gnädigſter Herr/ H. B. in Anſehung/ daß M. F. welcher er hiebevor die Ehe verſprochen/ vor jhn bitten thut/ er auch auff den Kärner nicht zuſchlagen helffen/ vnd von den Mitgefangenen darzu verleitet worden/ Gnade erzeigen: Auff ſolchen Fall würde jhme die Todesſtraffe erlaſſen / vnnd er allein deß Landes ewig verwieſen/ darauß jhme alſo denn M. F. jedoch wenn ſie zuvor mit einander getrawet vnd zuſammen gegeben werden / mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig/ V. R. W. *Menſe Auguſto, Anno* 1631.

Et in alio caſu: **Sie wird aber gleichwohl öffentlich billich zur Staupen geſchlagen / vnnd folgends des Landes ewig verwieſen/ vnnd es mag jhr ſolche Straffe auff A. P. Vorbitte / der ſie zu ehelichen erböttig iſt/ ohne vorbewuſt vnd Einwilligung der Churfürſtlichen hohen Landes Obrigkeit nicht erlaſſen werden/ V. R. W.** *Ad eundem, Menſe Martio, Anno* 1632.

Et in puncto Robbariæ ad petitionem Quæſtoris zu Freyburg. *Menſ. April. Anno* 1634.

Hoc tamen certum eſt, quòd adulterii Reo 57 ad interceſſionem puellæ ipſi nubere volentis, facilius pœna ordinaria remittenda ſit, quàm Reis alterius cujusdam criminis: ob textum in *Conſtit. Elect.* 19. *part.* 4. quæ licet de conjugum interceſſione & remiſſione adulterii, durante conjugio perpetrati, loquatur, ut ex verbis textus evidenter apparet; attamen hanc ipſam diſpoſitionem ad præſentem quoque caſum futuri matrimonii, ne ſcilicet, propter pœnæ irrogationem hoc impediatur, haud ineptè extendere licet: ob identitatem rationis, quæ eſt honor 58
& favor matrimonii *dict. Conſtit. Elect.* 19. In verb. **Daß alſo dann dem Eheſtande zu ehren die Straffe etwas gemildert werde** / *&c.* Res namque favorabilis habetur, matrimonium, *cap. fin. de ſentent. & re judic. cap. mulier. de jurejur. c. ſi quis acceperit.* 23. *quæſtion.* 1. Quod non facilè dirimendum nec impediendum eſt.

Idque non ſolùm in viris obtinet, ſed & in 59 fœminis, quas adulterii Reas viros quoque in matrimonium eas petentes à pœna ordinaria liberare poſſe, nullus dubito, maximè ſi non ultimum ſupplicium, ſed pœna ſolummodò fuſtigationis ipſis ſit infligenda, quæ facilius, quàm ultimum ſupplicium remitti, ac in relegationem converti poteſt.

Prout etiã à Scabinis ſæpius reſponſum memini: 60 **Iſt M. M. wegen deß mit jhrem Stieffvatter begangenen Ehebruchs der Staupenſchlag/ vñ ewige Landesverweiſung zuerkant worden/ vñ es hat ſich hernach einer mit Nahmen C. L. dieſelbe zu ehelichen angegeben / jhr auch die Ehe / in beyſeyn jhrer Eltern vnd Freunde im Ampte öffentlichen verſprochen / etc. So wird der Gefangenen M. M. vorberührte Leibesſtraff/**

dem heiligen Eheſtande zu Ehren billich erlaſſen/ vnd allein die zuerkandte ewige Landesverweiſung an jhr vollſtrecket. Es iſt aber gedachter C. L. jhr auch mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig/ V. R. W. *Quæſtori Dippoldisvvaldenſi, Menſe Decembr. Anno* 1609.

61 *Item.* Vnd wofern ſich einer angeben/ vnnd ſie ehelichen würde/ auff ſolchen Fall wird jhr/ dem heiligen Eheſtand zu Ehren/ die Straffe deß Staupenſchlages erlaſſen/ vnd ſie allein deß Landes ewig verwieſen/ darauß jhr nachmahls der Ehemann mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig/ V. R. W. *I. G. à K. Menſ. Majo, Anno* 1629.

Et in caſu ſimili Prætori & Scabinis Pegavienſibus. Menſ. Ian. Anno 1630.

62 *Q. 5. Peritia delinquētis, vel inſigne aliquod ejuſdem artificium quatenus mitiget pœnā?*

Decimaquinta cauſa minuendi pœnam eſt peritia delinquentis, vel inſigne aliquod eiuſdem artificium. Propter quod etiam pœnam delicti ordinariam mitigandam eſſe, vulgò ſtatuunt *Dd. Proſp. Farin. in prax. crimin. part.* 3. *quæſt.* 98. *n.* 134. *Ierem. Setſer. in diſp. de pœn. leg. temper. concl.* 82. *apud Nicol. Reuſner. lib.* 2. *deciſ.* 16. *Henric. Bocer. in tract. de furt. cap.* 1. *n.* 119. *Andr.* 63 *Tiraquell. de pœn. temp. cauſ.* 50. ubi valdè invehit in Tiberium Cæſarem, qui teſte *Plin. lib.* 36. *c.* 26. interim iuſſit illum artificem, qui etiamſi deliquiſſet, ob tàm mirandum & inſigne artificium vitâ potius donari debuiſſet *Hippol. de Marſil. in l. unic. § cogniturum. n.* 79. *ff. de quæſt. & in pract. crim. § oportune n.* 6. *Jacob Boulen. in repet. l. capitalium. § famoſos in* 35 *limit. ff. de pœn. Didac. Covarr. libr.* 2. *variar. reſolut. cap.* 9. *n.* 6. *Iul. Clar. in pract. § ult. quæſt.* 60. *n.* 22. *Anton. Gomez. tom.* 3. *var. reſolut. cap.* 13. *numer.* 36. *Paris de Puteo in tract. Syndicat. in verb. pœna cap.* 1. ubi refert Dynum dicentem, quòd cùm quidam inſignis faber percuſſiſſet Socium, propter quod debebat ei manus amputari, fuit ipſi mitigata pœna ratione ſui artificii.

Hujus cauſæ fundamentum ponitur in *l. ad beſtias ff. de pœn.* dum ibi dicitur: *Ad beſtias damnatos favore populi Præſes dimittere non debet, ſed ſi ejus roboris vel artificij ſint, ut dignè populo Romano exhiberi poſſint, Principem conſulere debet.* 64 Ex 65 quo tamen haud obſcurè infertur, non niſi cōſulto Principe ob artificium ac peritiam delinquentis, pœnam ipſi mitigandam eſſe. Veluti etiam *Dd.* hanc ſuam aſſertionem ad voluntatē Principis reſtringunt, ita ut judex inferior ex ſua ordinaria facultate, propter hominis peritiam, pœnam delinquentibus condonare, at minuere non poſſit, niſi ſit loco Principis aut Princeps conſentiat. *Par. de Puteo, dict. cap.* 1. *num.* 1. *Andr. Tiraquell. dict. cauſ.* 50. *n.* 1. *Proſp. Farin. dict. quæſt.* 98. *num.* 136. *Bajard. ad Clar. dict. q.* 60.

Quam ſententiam ceu veriorem amplexi fuêre Scabini, in hunc modum reſpondentes; So viel die in ewer Frage/ vnnd des Gefangenen Freunden Schreiben/ angezogene Vrſachen anlanget/ als nemlich/ daß der Gefangene ein Kunſtreicher Meiſter ſeyn ſol/ ſtehet es bey der hohen Obrigkeit/ ob ſie in Anſehung deſſen jhme Gnade erzeigē vnd die Straffe deß Stranges lindern wolle/ &c. *Præfecto in* Sittichenbach *M. Novembr. Anno* 1586. 66

Item Da aber die geſtohlne Stücke die fünff *ſoliden* nicht außtragen thäten/ würde er mit Staupenſchlägen (wofern man jhme in Anſehung ſeiner Jugend/ vnd ſeiner Verwandten gethanen Vorbitte/ vnd daß er einen guten Schreiber gibt/ vnd der Spaniſchen vnd Portugeſiſchen Sprache/ ſo er zu *Liſabona* gelernet/ mächtig/ den Staupenſchlag nicht erlaſſen wolte/) ewerer Gerichte ewig verwieſen/ V. R. W. *Senatui Hamburgenſi. Menſ. Iun. Anno* 1614. 67

QUÆSTIO CL.

An & quatenus Magiſtratus ex poteſtate abſolutâ, Reis facinoroſis veniam dare poſſit?

SVMMARIA.

1. *Plures adhuc cauſæ aliæ mitigationis pœnæ exiſtunt. n.* 5.
2. *Vt Revelatio proditionis contra Principem.*
3. *Sociorum criminis manifeſtatio.*
4. *Spes emendationis.*
6. *Venia facinoroſis à Magiſtratu conceſſa.*
7. *Hodie omnes pœnæ ſunt arbitrariæ.*
8. *Principes & Status Imperij Reis veniam pœnæ indulgere poſſunt. n.* 9. 18. 21.
10. *Clementia Principum laudatur, n.* 11. 12. 13.
14. *Ius aggratiandi inter Regalia refertur, n.* 15.
16. *Poteſtas condendi leges præcipuum eſt caput Majeſtatis, n.* 17.
19. *Status Imperii tenent hodiè Regalia.*
20. *Iura territorialia & Regalia hodiè permiſcentur.*
22. *Status Imperii in ſuis territoriis idem poſſunt, quod Imperator in Imperio. n.* 23.
24. *Baronum autoritas in Imperio plus habet ponderis, quàm alibi Principum & Ducem.*
25. *In Germaniâ Principes ſunt omni laude digni.*
26. *Obſervantia Scabinorum Lipſienſium.*
27. *Principes non ſolùm remittere, ſed & mitigare poſſunt pœnas.*
29. *Pœna mortis hodiè de conſuetudine in fuſtigationem ſæpè mutatur.*
20. *In delictis Lege divinâ prohibitis, ne quidem ſummus Princeps pœnam mortis remittere poteſt num.* 30.
31. *Veluti in crimine homicidij Reo venia dari nequit, n.* 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38.
39. *Niſi ex causâ juſta & ſufficiente. n.* 40.
41. *Aſyla Iudæorum quibus patrocinabantur.*
42. *Obſervantia Scabin. Lipſenſium, n.* 43.
44. *Princeps non facilè nec ſemper veniam largiri debet. n.* 45. 46. 47.
48 *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*
49. *Magiſtratus inferiores merum licet habentes Imperium, pœnas tamen mortis Reis remit-*

remittere nequeunt. num. 50.51.52.53.54.55.
56. *Sicuti nec commutare in pœnam civilem. num.* 57.
58. *Quin nec Magiſtratus inferiores merum habentes Imperium, ſupplicium atrocius in mitiorem pœnam mortis convertere poſſunt. num.* 59.60.
61. *Quod nec aliter ſe habet in foro Saxonico. num.* 62.63.
64. *Sententiæ Scabinorum Lipſienſium. nu.* 65.66.67.68.
69. *Niſi juſta ſubſit cauſa.n.* 70.
71. *Cujus dijudicatio Scabinis Electoralibus reſervatur.*
72. *Sententiæ Scabinorum Lipſienſium.n.* 73.74.
75. *Magiſtratus tamen inferiores merum habentes imperium fuſtigationem convertere poſſunt in pœnam civilem.*
76. *Etiam irrequiſita Scabinorum ſententiâ.*
77. *Sententiæ Scabinorum Lipſienſium.n.* 78.
79. *Caveat Magiſtratus, ne facilè veniam concedat.*
80. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.*
81. *Hoc caſu fuſtigatio in Relegationem convertenda nu.* 82.
83. *Sententiæ Scabinorum Lipſienſ.n.* 84.
85. *Magiſtratus inferior pœnas quoque civiles remittere ac mitigare poteſt. num.* 86.100.
87. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. num.* 88.89.90.
91. *In crimine tamen adulterij, à conjuge remiſſi, Relegatio in mulctam pecuniariam converti nequit.n.* 92.93.94.
95. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.n.* 96.
97. *Niſi juſta ſubſit cauſa.*
98. *Sententiæ Scabinorum Lipſenſium.n.* 99.
101. *Concluſio hujus operis, annexa admonitione Autoris.n.* 102.

1 Vidimus in quæſtionibus præcedentibus
cauſas aliquot minuendarum pœnarum,
præter quas plures adhuc alias exiſtere,
quæ ad mitigationem pœnæ ſufficere queant,
dubitandum prorſus non eſt. Neque omnes
factorum & criminum qualitates certis legibus
definire licet, ſed accurato judicio ſingulæ
quæq; circumſtantiæ rerum, perſonarum, temporum
perpendendæ, & ex iiſdem pro arbitrio
judicis pœna remittenda ac mitiganda eſt. *l. etſi
ſeverior. C. ex quib. cauſ. infam. irroget. ubi gloſſ. Bart.
& Dd. in l. hodiè. ff. de pœn. Andr. Tiraquel. in præfat.
tract. de pœn. temp. num.* 16. *Virgil. Pingiz. quæſt. Sax.*
7.*nu.*10. Inter quas cauſas etiam referri poteſt
2 Revelatio tractatus & proditionis contra
Principem, ob quam quis meritò veniam
meretur. *Bald. in l. 2. §. poſt. de orig. jur. Petr.
Theod. in Colleg. crim. diſput.* 10. *theſ.* 4. *lit.* P. Item,
3 ſociorum criminis manifeſtatio cujus
nomine promiſſio impunitatis, Reo facta, ſervanda
eſt. *Petr. Heig. part.* 2. *quæſt.* 32. *n.* 34. *& ſeqq.*
4 Spes emendationis. *c. convenientibus.* 1. *quæſt.* 7. *c.*
5 *fin. de divort.* Haſce, eisque ſimiles cauſas plurimas
mitigandi pœnam referunt *Andr. Tiraq. in
ſæpe alleg. tract. de pœn. temp. Proſper. Farin. part.* 3.
oper. crim. quæſt. 90. *& aliquot ſeqq. Ierem. Setſer.
in diſput. de pœn. legat. temp. apud Nicol. Reuſner.
libr.* 2. *deciſ.* 16. ad quos benevolum Lectorem
remitto.

6 Unicam adhuc ſolummodò cauſam tractare,
eaq; finem huic operi imponere lubet: *Num
ſcil. Magiſtratus ex poteſtate abſolutâ ſeu plenariâ,
Reis facinoroſis veniam dare, eosque à pœna abſolvere
queat?* Hanc etenim poteſtatem, criminis nempe
admiſſi gratiam faciendi, & noxæ eximendi,
quandoque etiam inferiores Magiſtratus ſibi
ſumſiſſe & uſurpaſſe videmus, *Guid. Pap. deciſ.* 23.
& 468. Qui hoc colore ſe tueri conantur, quòd
quibus conceſſum eſt judicandi arbitrium; iidem
& pœnas à lege indictas, moderari & tol-
7 lere interdum poſſint: maximè cum hodiè omnes
pœnæ arbitrariæ factæ ſint & extraordinariæ.
l. hodie. ff. de pœn. l. 1. *§.* 1. *ff. ad SCtum Turpilian.
§. in ſumma Inſt. de injur.* Quamvis rectius alij
hoc jus ſolùm Principibus ac Magiſtratibus
ſuperioribus competere aſſerant. Quare pro enodatione
hujus dubij exactiori, Magiſtratus
ab invicem diſtinguere, ac duplicem Regulam
ponere placet.

Quarum prima Magiſtratus ſuperiores con- 8
cernit, eaque eſt: Quòd Magiſtratus illi
quibus Regalia ac jura territorialia
competunt, ut ſunt Principes, Comites,
Civitates, aliique Status Imperii,
ex abſoluta poteſtate, criminis admiſſi
gratiam facere, Reisque pœnæ veniam
indulgere queant.

Q. 1. An Principes, aliique Status Imperii & Magiſtratus ſuperiores, quibus Regalia cõpetunt, ex poteſtate abſolutâ, Reis, pœnæ veniam indulgere queant?

Nihil enim verius eſt, neque juſtius (inquit
Petr. Heig. part. 2. *quæſt.* 22. *nu.* 6.) quàm pœnæ remiſſionem
ſoli Principi ſupremo competere,
qui hoc jus aggratiandi propterea ſibi reſerva- 9
vit, ut benignitatis & clementiæ laudem conſequeretur,
ſubditorumque amorem ſibi conciliaret,
ac populi invidiam, quæ aliàs nimia aſperitate
contrahitur, à ſe derivaret. Neque enim
Princeps illuſtriorem gloriam unquam
referre poteſt, quàm ex clementiâ. *Antimach. lib.*
3. *pag.* 600. *&* 657. Quæ parentes populi fecit 10
Auguſtum & Ludovicum XII. Regem Galliæ,
Liberatorem populi appellari fecit Herculem
& Titum Flaminium, Antonium Pij, Trajanum
Boni, Ariſtidem Juſti, & Salomonem pacifici
cognomine ornavit. Et ſola Deos æquat clementia
nobis, juxta illud Claudiani Theodoſij,
*Reinh. Lorich. lib. de inſt. Reg. tit. de clem. Richter.
axiom. polit.* 132. quum econtra crudelitas invidiam,
& odium ſubditorum irreconciliabile
pariat, exitiumq; non raro afferat, ut rectiſſimè
dixerit *Ovidius*:

Dextera præcipuè capit indulgentia mentes,
Aſperitas odium ſævaq; bella movet.
Odimus accipitrem, qui ſemper vivit in armis,

Et pavidum ſolitos in pecus ire lupos.
Sit piger ad pœnas Princeps, ad præmia velox:
Et doleat, quoties cogitur eſſe ferox.

11 Cum quo & *Seneca* convenit. 1. *clement.* 18. *&*
19. *Quemadmodum*, inquit, *Domini crudeles totâ*
civitate commonſtrantur, *inviſique & deteſtabiles*
ſunt: Ita Regum & injuria latius patet, *& infamia*
atque odium ſeculis traditur. Quanto autem non
naſci melius fuit, *quàm numerari inter publico ma-*
lo natos. Excogitare nemo quicquam poterit, *quod*
magis decorum regenti ſit, *quàm clementia*, *quocun-*
que modo is & quocunque jure præpoſitus cæteris ſit.
12 Hactenus Seneca. Hinc & jam olim uſurpatum
fuit, ut etiam ſolo interventu Principis, dum
ſupplicium ſumitur, damnatio eximatur & re-
ſtituatur. Et amplius judicatum, non conveni-
re Regibus & ſummis Principibus, ut damna-
torum ſuppliciis interſint, vitioque iis datum,
qui ſpectatores tam triſtis rei eſſe non horrue-
runt, ut refert ex *Ærod. & Hieron. Cagnol. Petr.*
Heig. part. 2. *quæſtion.* 22. *num.* 9. Et Plato Princi-
pes propterea ſacros, & quaſi Sacerdotes æſti-
mat ne iis judiciis interſint, in quibus de cæde,
exilio, aut carcere aliquid definitur. Unde &
obſervatum ſub Auguſto, ne ſupplicium de
quoquam ſumeretur, quoties is Urbem intro-
13 iret, teſte *Sueton. in Auguſto. c.* 57. Quamvis ad-
huc alij quoque fines hujus gratiæ dari poſſint;
veluti quando Princeps multitudini & Rebel-
libus, rebus Reipublic. deſperatis exiſtentibus,
parcit, aut privatas offenſiones remittit, ad con-
tinendum vulgus in officio. *Richter. Axiom.*
Polit. 46. & ad obtinendam ac conſervandam
tranquillitatem publicam, adeoque Reipu-
blic. ſtatum ſalvum retinendum. *Proſper. Farin.*
in Prax. crimin. lib. 1. *tit.* 1. *quæſtion.* 6. *num.* 42. vel
etiam ad conſervandum & confirmandum Sta-
tutum, aut morem populi vel Reipubl. *Tiber.*
Decian. in tract. Crimin. lib. 3. *cap.* 35. *num.* 3.
Petr. Theodor. in Colleg. Crimin. diſput. 10. *theſ.* 7.
lit. B.

14 Soli ergo dum Principi jus aggratiandi,
Reisque pœnæ veniam indulgendi competit,
rectiſſimè inter Regalia ſeu jura Majeſtatis
hoc refertur, juxta veriorem ac communio-
rem tàm Politicorum quàm JCtorum ſenten-
tiam. *Proſper. Farin. in prax. crimin. lib.* 1. *tit. quæ-*
ſtion. 6. *num.* 2. per *l. relegati. l. ad beſtias.* §. *ex provin-*
cia. ff. de pœn. l. 2. *C. de bon. damnat. Anton. Pere-*
grin. de privil. fiſci lib. 5. *tit.* 2. *num.* 1. *& ſeqq. Anton.*
Teſſaur. deciſ. 21. *in pr. Petr. Heig. dict. part.* 2. *quæ-*
ſtion. 22. *num.* 6. *Chriſtoph. Beſold. Claſſ.* 1. *diſp. polit.*
3. *theſ.* 14. *Iohan. Bodin. lib.* 1. *de Republ. cap.* 10.
15 *num.* 164. *Petr. Theodor. dict. diſp.* 10. *th.* 7. *lit. B.* Ne-
que aliter antiquitatem judicaſſe, dicit *Heig.*
dict. quæſtion. 22. *num.* 7. In hoc etenim jure vis
ſummæ poteſtatis maximè eniteſcit, quæ non
parum legibus delicta certo ſupplicio punien-
tibus derogat, ut mirum haud ſit, eum ſolùm
legibus contravenire poſſe, qui eaſdem pro-
mulgavit, hancque poteſtatem, contravenien-
di ſcilicet legibus, non minus inter jura Maje-
16 ſtatis referri, ac facultatem condendi leges, de
quâ dubium non eſt, quin egregium quoddam
ſit Regale ac præcipuum caput Majeſtatis.
Iohan. Bodin. lib. 1. *de Repub. cap.* 10. *Chriſtoph. Beſold.*
Claſſ. 1. *diſput. polit.* 3. *th.* 5. *Henning. Arnis. de jur.*
Majeſtat. lib. 2. *cap.* 3. *num.* 1. *Bornit. de Majeſtat. cap.*
16. *Iohan. Camman. diſp.* 4. *th.* 1. *&* 15. *Mart. lib.* 1. *de*
juriſdict. cap. 37. Quamvis hodie poteſtas illa
centro & ſpatio quodam ſit circumſcripta,
Ioach. Clut. in Syllog. rer. quotid. concl. 21. *lit. B.*
Matth. Stephan. juriſdict. lib. 2. *p.* 1. *cap.* 1. *memb.*
2. *Anton. Coler. de jur. Imper. Germ. ſect.* 18. Quin 17
& princeps veniam Reo indulgendo, privile-
gium quaſi dat ipſi contra leges communes,
quod etiam Majeſtatis ſignum quoddam ac
Regale perhibetur. *Iohan. Bodin. lib.* 1. *de Republ.*
cap. 10.

Hæcque remiſſio venialis in tantum ad ſu- 18
periorem ſpectat, ut Carolus V. Imperat. licet
Mediolanenſi Senatui poteſtatem conceſſerit
ferè Regiam, delictorum tamen veniam largi-
ri, aut literas ſalvi conductus criminum rei da-
re, exceperit ſingulatim. *Iohan. Bodin. lib.* 1. *de Re-*
public. 8. *&* 10. Idque nec Regis matri concedi
poſſe ſine Majeſtatis detrimento, Curia judica-
vit Lutetiana. *Bodin. dict. loc.* Quò etiam Tiberius
Imper. reſpexit, qui aſyla ſuſtulit, ut gratia ſer-
vatorum ſolis Principibus accepta referretur,
Tacit. 3. *Annal.*

Cùmque hodie non ſolus Imperator, ſed & 19
Principes inferiores, Duces, Comites, Barones
& Civitates Imperiales, ceu Status Imperij Re-
galia teneant, uti expeditum eſt, *Regner. Sixtin.*
de Regal. lib. 2. *cap.* 4. *Ioach. Cluten. in Syllog. rer. quo-*
tid. concl. 27. *Chriſtoph. Beſold. de juriſdict. Imper. Ro-*
man. quæſtion. 17. *Iohan. Dauth. in miſcell. quæſtion.*
jur. publ. quæſtion. 1. *Rutger. Rulan. de commiſſ. lib.* 5.
c. 4. *num.* 41. *Henr. Bruning. de var. univerſ. ſpecieb.*
concl. 19. *Caſp. Glock. de contribut. concl.* 10. *Matth.*
Stephan. de juriſdict. Imperat. Roman. lib. 2. *part.* 1.
cap. 7. *& part.* 2. *cap.* 1. *Iohan. Georg. Becht. de ſalv.*
conduct. th. 161. *Domin. Arum. ad aur. Bull. præf. p.* 18.
Tob. Paurmeiſt. de juriſdict. Imper. Roman. lib. 2. *cap.*
fin. eò namque res devenit, ut illi, qui habent 20
jura ſuperioritatis, plerunque etiam Regalio-
rum ſint Domini, & ex uſu hodierno Germa-
niæ eadem permiſceantur; *Matth. Stephan. de*
juriſdict. lib. 2. *p.* 1. *cap.* 2. *num.* 202. Sequitur inde, 21
iiſdem quoque jus remittendi pœnas jure ter-
ritoriali competere, ac proinde eos non minus,
ac ipſum Imperatorem Reis veniam pœnæ
largiri poſſe. *Petr. Theodor. in Colleg. crimin.*
diſput. 10. *th.* 7. *lit. B. Iacob. Menoch. de arbitr. judic.*
quæſtion. q. 1. *Bodin. lib.* 1. *de Republ. c.* 10. *num.* 164.
& ſeqq.

Nec immeritò, quum Status Imperij in 22
ſuis territoriis repræſentare, idemque poſſe
dicantur, quod Imperator in Imperio. *Andr.*
Gail. de pac. publ. l. 1. *c.* 16. *num.* 10. *Matth. VVeſembec.*
vol. 1. *conſ.* 27. *num.* 29. *Iohan. Borch. ad cap.* 11. *quæ ſint*
Regalia. num. 60. *Thom. Michaël. de juriſdict. con-*
cluſ. 45. *Ludolph. Schrader. de feud.* 2. *part.* 9. *part.*
princip. ſect. 10. *num.* 36. *& part.* 10. *ſect.* 1. *num.* 33.
Bornit. de Majeſtat. cap. 14. *Rutg. Ruland. de com-*
miſſ. lib. 5. *cap.* 4. *Keckerm.* 1. *Polit. cap.* 32. *in fin.*
VVaremund. ab Ehrenberg. *de ſubſid. regn. cap.* 15.
num. 15.

*num.15. Pruckm. in §. ſoluta poteſtas. cap.4. membr.
3. effect.10. num.22. Ritterhuſ.1. part. Feudal.5. quæſt.
15. Vent. de Valent. in parth. litigioſ. lib.1. cap.2. nu.6.*
Quamvis non ignorem, hanc *Dd.* aſſertionem
certo modo reſtringi à *Roſenth. in Synopſ. Feudal.
cap.5. concl.13. nu.4. & ſeqq. Nicol. Betſio. de pact. fa-
mil. illuſtr. part.433. Chriſtoph. Beſold. diſp. Polit. 9. de*
24 *ſtatu Reipubl. ſubalterno. claſſ.1. th.3.6. & 7.* Hoc-
que eſt, quòd Baronum quorundam potentia
& autoritas in Imperio plus habeat ponderis,
quàm alibi Principum & Ducum, ut inquit
*Franciſc. Carol. Dux. Saxon. in Orat. pro German. a-
pud Frider. Achil. in conſult. de princip. inter prov. Eu-
rop.* Siquidem iisdem juribus ac Regalibus in
ſuis territoriis utuntur, quæ Imperator in Im-
perio tenet, quæque alibi Ducibus & Principi-
25 bus vix competunt. Quò & reſpicit illud *Guili-
elmi Bruſſij in conſ. de bello adverſus Turcam feliciter
gerendo:* Se, ut in Italia palatia, & antiquitatum
monumenta, in Gallia milites, in Hiſpania præ-
ſules, in Anglia agricolas, in Polonia Nobiles, ita
in Germania Principes omni laude & admira-
tione dignos inveniſſe. *Bernh. Zieriz. de princ. inter
ipſos dignit. prærog.*

26 *Et ſi Regula hæc præjudiciis Elect. Saxon. Scabino-
rum confirmanda eſſet, quin ferè infinita, quibus
ſuperiori Magiſtratui facultas remiſſionis commiſſa
fuerit, afferri poſſent, nullus dubitabit, qui ſenten-
tias Scabinorum in hoc opere paſſim adductas in-
ſpexerit, in quibus haud rarò hæc verba habentur:*
Wofern der Churfürſt zu Sachſen vnd Burggraff
zu Magdeburg/ vnſer gnädigſter Herr. *Vel:* Die ho-
he Obrigkeit oder Landesfürſtl. Obrigkeit deß Orts
dem Gefangenen nicht Gnade erzeigen wolte/ *&c.
Nec enim dubitavere unquam Scabini, magiſtra-
tum ſuperiorem, cui jura territorialia competunt,
Reis gratiam facere, & pro lubitu pœnam vel miti-
gare, vel etiam in totum remittere poſſe, prout hoc
tota die practicatur.*

27 Quod multò magis procedit, ſi Magiſtra-
tus ſuperior non prorſus pœnam delinquenti
remittere, ſed etiam in mitiorem pœnam mor-
tis, aliamve corporis afflictivam, aut etiam pe-
cuniariam mulctam commutare velit: pro ro-
tæ aut ignis ſupplicio indicendo gladij pœ-
nam, fuſtigationem, aut relegationem. Id quod
absque dubio faciliori negotio facere poterit,
quum pœnam faciliùs mitigare, quàm in to-
28 tum remittere liceat. Hoc enim extra dubi-
um hodiè eſt, pœnam mortis de conſuetudine
ſæpè mutari in aliam pœnam corporalem, et-
ſi omnes *Dd.* contraſentiant. *Daniel. Moller. lib.
3. ſemeſtr. cap.20.* ubi dicit: In Scabinatu ultra
hominum memoriam id obſervatum fuiſſe,
adeoque ſuo tempore plurimos præſertim fu-
res fuſtigatos, & in exilium miſſos fuiſſe, qui-
bus pœna ordinaria laquei ex certis cauſis in
ſententia fuerat remiſſa. *Quod etiamnum hodiè
in Scabinatu tota die practicatur.* De qua conſue-
tudine teſtatur etiam *Iul. Clar. lib.5. ſentent. §. ult.
quæſt.85. in fin.*

29 Notabiliter tamen limitanda eſt *primò Re-
gula hæc:* In delictis, lege divinâ ſeverè prohi-
bitis; veluti eſt homicidium, adulterium, blaſ-
phemia, ſortilegium, ſodomia. Quia enim ho-
rum criminum Reos jus divinum morte puni-
re jubet, ne quidem Summus Princeps aut Ma-
giſtratus quivis ſuperior hoc caſu mortis ſup-
plicium absque cauſa ſufficiente remittere po-
teſt. *Petr. Heig. part.2. quæſt.24. num.30. & ſeqq.
Petr. Theodor. in Colleg. Crimin. diſput.10. th.7. lit.B.
Hænon. diſput. Polit.9. th.13. Chriſtoph. Beſold. diſput.
Polit.3. claſſ.1. th.14.* ubi dicit: quemadmodum 30
Majeſtatica poteſtas criminalem ob Politicas
duntaxat rationes introductam pœnam faci-
lius condonare poteſt; ita à nemine remitti
poſſunt eæ pœnæ ad auctoritatem Decalogi
tuendam, à Deo ipſo quæ ſunt ſancitæ. *Henric.
Eckard. in tract. de ord. Eccleſiaſt. & Polit. part.3.
cap.2. quæſt.3.*

Q.2. Num Princeps pœnam homicidij Lege divina ſancitam Reo delinquenti remittere poſſit?

Ac ut in ſpecie de crimine homicidii (qui 31
caſus frequentius forſan accidit) dicamus, o-
mni certò tempore tàm divini, quàm humani
juris *Interpp.* Principum quorundam conſue-
tudo, qua in doloſo, etiam deliberato & con-
ſulto homicidio, Reis veniam & pœnæ remiſ-
ſionem indulſerunt, ſummoperè diſplicuit, aſ-
ſerentibus ſimpliciter, ne quidem Imperatori
permiſſum, manifeſtum & doloſum homici-
dam à ſupplicio mortis liberare. *Thom. de Aquin.* 32
*22. quæſt.67. artic.4. & 12. quæſt.10. Petr. Mar-
tyr. locor. comm. claſſ.4. loc.14. num.2. & multis
ſeqq. Danæus in Ethic. Chriſtian. libr.2. cap.13.
Didac. Covarr. libr.1. reſolut. cap. ult. num.8. Pro-
ſper. Farin. in prax. crimin. libr.1. quæſt.6. num.15.
& ſeqq. Fer. Vaſquius. libr.1. illuſtr. controverſ. cap.
26. num.2. Petr. Heig. part.2. quæſt.24. num.42. Io-
han. Bodin. de Republ. libr.1. cap. ult. pag.217. Ægid.
Boſſ. in pract. tit. de remed. ex ſola clement. princip.
num.42.*

Primò namque indubitati juris eſt, inferio- 33
rem haud poſſe abrogare legem ſuperioris:
Quantò inferior ergo Princeps, etiam ſum-
mus, in orbe terrarum eſt ipſo DEO OPT.
MAX. homicidas ultimo ſupplicio afficere ju-
bente; tantò minus hic mandato divino con-
travenire poteſt. Quin & nominatim hæc mi-
ſericordiæ ſpecies improbatur *Deut.13. verſ.8.
Hebr.10. verſ.28.* Et in cæde hominis cumpri- 34
mis prohibetur, ne precium ullum ab homi-
cida ob vitam accipiatur. *Exod.21. verſ.12. Num.
35. verſ.31.* ubi unica expiationis forma poni-
tur, videlicet ſanguinis ejus, qui ſanguinem
fudit; quæ & prima ac antiquiſſima de vindi-
canda interfecti nece lex à DEO OPT. MAX.
promulgata fuit, *Geneſ.9. verſ.5.6.* Cujus ratio-
nem ibi poſitam declarat *Philo Iudæus lib. de ſpe-
cial. legib. Moyſ.* dicens: homicidam inſignem
ſacrilegum eſſe, ſublata videlicet è mundo re
precioſiſſima & ſacratiſſima: quòd nil ſit Deo
tam ſimile, quàm hoc ſignum pulcherrimum,
expreſſum è matrice pulcherrima, ad exemplar
Ideæ rationalis effectum, referente *Petr. Heig.
dict. quæſt.24. num.35.* ubi porrò addit: Draconis
legem inde profectam, qui ſpecialiter ſanxit,
ab homicidis pecuniam extorquere non lice-
re, alioqui duplum damni dati luendum eſſe.

35 *Secundò*: Regula quoque juſtitiæ eſt, ſuum cuique tribuere, laudem nimirum, præmium & defenſionem innocentibus, pœnas verò nocentibus. *Rom.13.v.3.4.* Hocque vult Propheta, quando judicij & juſtitiæ adminiſtrationem Magiſtratibus commendat *Ier.21.verſ.12. & 22.v.3. Henric.Eckard.d.dict.cap.2.quæſt.3.* Quare Princeps ab hac regula recedere, & homicidæ gratiam facere nequit, niſi cum Achabo regem Benhadad morte dignum & in ipſius poteſtatem redactum non occidente, terribilem Prophetæ vocem audire malit: *Quoniam virum morte dignum dimiſiſti, erit anima tua pro anima ejus, & populus tuus pro populo ejus. 3. Reg. 26. in fin.* vel niſi cum Rege Saulo contra Dei mandatum erga Amalekitarum regem Agar intempeſtivam clementiam exercente, à divina majeſtate rejici. *1.Sam.13.verſ.4.* Aut cum Davide, filio fratricidæ parcente, multa probra & contumelias pervorare, ac regno periclitari malit. *2.Sam.15.& ſeqq.*

36 *Tertiò*: Vel etiam propterea in crimine homicidij Princeps veniam Reo largiri non poteſt, ne hac gratiæ facilitate & impunitate reis conceſſa & his ipſis, & aliis ob ſpem conſimilis veniæ materia præbeatur delinquendi, neve illud Morionis, quod cuidam ex Regibus Galliæ reſpondit, Princeps audire cogatur: Quum enim Rex de quodam cōquereretur, qui homicidij veniam petebat, & diceret: Atqui jam tertium homicidium eſt. Quid ais inquit, Domine? imò primum duntaxat homicidium perpetravit, tu ſecundum & tertium. Nam ſi primi veniam illi non dediſſes, unicum illud commiſiſſet. *Philip.Camerar.1.Hor.ſucceſſ.cap.ult.p.518.* Sic nempe uni veniam concedens cùm hunc ipſum, tùm alios perdit infinitos, rigiditat malos, non emollit benignitas, nec pravos homines lenitas inflectit. *Chriſtoph.Beſold.dict.Diſput.Polit.3.theſ.14.*

37 *Quartò*: Accedit, quòd metuendum ſit, ne hac impunitate ſontibus conceſſa, graves populi de neglectu juſtitiæ Princeps querelas, in ſe exuſcitet, & tandem impotentes hominum animos adverſus ſe, propriamque ſalutem ad vindictam commoveat, ceu multos Principes eam ob cauſam de medio ſublatos eſſe; teſtantur complura exempla, paſſim in Hiſtoriis obvia. *Caſtell.4.de off.Reg.15.*

38 Sufficere hæc poſſunt, opinor, ad probandam hancce limitationem, quibus non obſtat favor ſanctorum locorum, quibus ſi ad ea delinquentes ſe recepiſſent, etiam homines ſancti hanc reverentiam quandam exhibuerunt, ut iis jus aſyli ſalvum Reosq; inviolatos eſſe voluerint. Veluti *Concilio Toletano 5.Can.8.* poteſtas illa remittendi pœnas facinoroſis à patribus concilij Principibus permittitur; Aſylorum quoque jus ex lege Moſaica manans ab ipſis Ethnicis religioſè habitum, & in Eccleſia Novi Teſtamenti à conciliis & Patribus ſimiliter retentum fuit, *Exod.21.v.13.Deut.19.v.2.& ſeqq. 2.Macchab.3.verſ.3.& 4.v.33.& ſeqq. Ioſ.20.v.1. Auguſtin. lib.1. de civit.Dei. cap.4. c.definitiv. c. id con*
*ſtituimus.c.miror.c.reum.17.quæſt.4.tot.tit.*C.*de*
his qui ad Eccleſ.confug. Ad hæc enim reſponde- 39
ri poteſt, ſolitos fuiſſe Principes criminoſis ve-
niam tribuere non indiſtinctè, ſed his tantùm,
qui imprudens ſeu inconſultum homicidium
perpetrârunt, aut quibus ex juſta aliqua cauſa
pœna Legis ordinaria minuenda videbatur. Si-
ne conſideratione verò juſtæ cauſæ veniam paſ-
ſim ex abſoluta poteſtate, tribui omninò neque
poſſe, neq; debere, & ſi diverſum quoddam fa-
ctitârint, non quid factum ſit, ſed quid fieri de-
buerit, videndum, *arg.l.ſed licet.12.ff.de off.Præſid.*
*Petr.Heig.d.quæſt.24.nu.*48. Et convenit etiam 40
inter Canoniſtas, poſſe nimirum Principem
absque animæ periculo remittere criminis pœ-
nam, quæ in ſatisfactionem Reipublicæ à legi-
bus prodita fuit, modò juſta cauſa ſubſit, nec
Reipublic. nec privato injuria inferatur per e-
jusmodi remiſſionem: imò fieri poſſe, ut hoc
modo homicidium pœnâ pecuniariâ puniatur
Didac.Covarr.lib.1.reſolut.cap.ult.num.8.& libr.
2.cap.9.num.2. ubi addit: Hoc non in homici- 41
dio doloſo ſed caſuali obtinere. Quo & refe-
renda ſunt aſyla Judæorum, quæ non homici-
dis voluntariis, ſed imprudentibus patrocina-
bantur: Nam doloſi homicidæ & facinoroſi
poterant etiam abſtrahi ab ara & occidi, ex ip-
ſius divinæ legis præſcripto, & Regis Salomo-
nis, & Jojadæ Pontificis exemplo. *Exod.21.v.14.*
Deut.19.v.11.& ſeqq.3.Reg.2.v.28.& 31.4.Reg.11.
v.15.& ſeqq.

42 *Veluti etiam Domini Scabini reſponderunt Iudici Præfecturæ in* Lobenſtein: So wird bemeldter von Adel wegen ſolcher / an gedachtem armen Manne begangener Entleibung / hinwider mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode billich geſtrafft / vnd möchte jhm auch ſolche Straffe auff die beſchehene Vorbitt allein / ohne andere erhebliche vnnd gnugſame Vrſache von der hohen Obrigkeit zu Recht nicht erlaſſen werden / V.R.W. *Menſ.Febr. Anno 1598.*

43 *Ac licet Magiſtratum ſuperiorem ſalva conſcientia huic ſententiæ contravenire non poſſe, haud dubitaverint Scabini, ſuper hoc ipſo tamen interrogati deciſionem hujus quæſtionis Theologis reliquerunt, ita reſpondentes:* Dieweil die Frage ob der Herr Reuß / vnter deſſen Gerichten ſich die That begeben / ohne andere erhebliche Vrſache / auff deß Thäters vnd ſeines Weibes Freunde / auch vornehmer Graffen vnd Herren Vorbitt allein / dem Thäter mit gutem Gewiſſen auß Gnaden das Leben ſchencken / vnd ſolches gegen Gott verantworten könne / als Gewiſſensſachen für die Geiſtlichen vnd *Theologen* gehöret / ſo haben wir darauff zu erkennen bedencken / *Adjecta Schedula priori ſententiæ. Eod. Menſ.& Anno.*

44 *Secundò Limitanda eſt hæc Regula*: Ut non ſemper ac indifferenter cuique Reo Princeps Magiſtratusvè ſuperior veniam dare debeat. Quamvis enim, ut dictum, in criminibus, pro quibus certa aliqua pœna lege Divina ſtatuta non eſt, Magiſtratui Reo veniam largiri liceat, caveat tamen is ſibi, ne hac poteſtate abutatur, ac ſemper & indifferenter cuivis delinquenti gratiam facere, ſibi perſuaderi patia-

Q.8. Quando Princeps veniam Reis dare debeat?

patiatur; præſertim in crimine ſcandaloſo, ſed cogitet ſemper Magiſtratus, quod non ſui juris ſit, ſed Dei miniſter, *Rom.13.verſ.4.* nec ſuum, ſed
45 Dei judicium exerceat. *2. Paralip.19.verſ.6.* De jure ergò alieno, non de ſuo & proprio largiri videtur, ſi maleficis & nocentibus debitas pœnas condonat. *Henric. Eckard. de ordin. Eccleſ. & Polit. part.3.quæſt.3.cap.2.* Et ſic culpa remiſſionis in ipſum Principem redundat, ut verè dixerit Philippus Macedo Harpalo intercedenti pro ſuo Amico: melius eſt, ut ipſe qui deliquit ignominiam ferat, quàm ego. *Plutarch. in Apophtegm.* Et memoria dignum eſt Biantis dictum, qui damnaturus quempiam ad mortem, lachrymatus eſt, hominis meritò deplorandam fortunam; Verùm, cùm quidam dixiſſet: quid eſt, quod defleas, cùm in tuo arbitrio ſit hominem condemnare, aut liberare, reſpondit Bias: neceſſarium quidem eſſe naturæ condolere, à lege autem & juſtitiæ diſcedere Regulâ, magis periculoſum videri, ut refert ex *Stobæ. Serm. 44. Chriſtoph. Beſold. diſput. Polit. 3. claſſ.1.theſ.14.*

46 Ac nullis ferè precibus remiſſio pœnæ extorqueri poterit à Principe, qui ſibi perſuaſum habet, obſervatorem atque cuſtodem juſtitiæ ac legum ſe conſtitutum eſſe, nec alia ratione factum à Deo magiſtratum, quàm ut bonos præmiis invitet, malos verò pœnis coerceat. *Gloſſ.in cap.omnes de major.& obedient.Ant.Roſell.in tract. de poteſt. Imp.§. quodſi Chriſtus.num.1. Iacob.Menoch.de arbitr.jud.quæſt.lib.2.caſ.377.nu.16. Chaſſan.in conſuetud. Burgund.Rubr.pour lebien & utilitè.num.1.* Unde *l'auteur d'utile & ſalutaire advis au Roy pour bien regner.pag.19.* Regem ita alloquitur: *Particulierement, inquit, tu reſpondras im jour devant Dieu des malheurs cauſez par l'impunitè des crimes enormes. ſi tu te laiſſe perſuader de donner des abolitions injuſtes, ſoubs le voile & le pretexte d'une clemence, qui ſe trouvera tous jours par*
47 *l'evenement cruelle & ſanglante, &c.* Adeoque laude dignus Henricus IV. Rex Galliarum, qui rogatus, ut pœnam alicui condonaret, reſpondit: *ie ne veux pas pour l'amour de vous, charger ſur moy ce malheureux crime, dont il me faudroit un jour rendre compte devant Dieu.* Et poſtea ad deputatos Parlamenti ſe converſus dixit: *Faites juſtice. Auteur d'utile & ſalutaire ad vis au Ray.pag.20.*

48 *Hinc quum in Ducatu Aldenburgenſi cum fratris ſui vidua quis inceſtum commiſerat, pœnam totaliter ne quidem à Principe abſque ſcandalo ipſi remitti poſſe, reſpondimus; ad requiſitionem D. D. Cancellarij & Conſiliariorum Aldenburgenſium, in hunc modum:* Ob nun wol bey hochgedachten vnſerm gnädigen Fürſten vnd Herrn / das Weib bißhero vnterſchiedlich angeſucht / daß ſie bey ihren Gütern gelaſſen / vnnd nebenſt ihren Kindern im Ampt Altenburg verbleiben möchte / *&c.* So mag doch dieſe anderweit geſuchte Landsſicherung durch *diſpenſation* der Landesfürſtlichen Obrigkeit vermittels der Rechte / nach Gelegenheit dieſes Falls / weil ſie ein überauß groſſes Ergernuß / auch den Vnterthanen dergleichen vnnd andere Miſſethaten zu verüben Vrſach geben würde / nicht vergönnet werden / V.R.W. *Menſ. Octobr. Anno 1620.*

Altera Regula hæc eſt: Inferiores Magiſtratus atque judices non niſi merum Imperium habentes, criminis admiſſi gratiam Reis haud facere nec pœnam iis remittere poſſunt. 49

Q.4. An Magiſtrat9 inferiores merum habentes imperiũ, criminis admiſſi gratiam Reis facere, iuque pœnam mortis remittere queant?

Hæc Regula eos concernit Magiſtratus, quibus merum ſolummodò Imperium & in foro Saxonico ſuperior ac alta juriſdictio competit, die Ober- vnd Blutgerichte / abſque Regalibus, quibus inveſtiti illi non ſunt à Principe; quales habentur Nobiles in pagis & Magiſtratus oppidani in civitatibus municipalibus. 50
Hoſce ex ſuo arbitrio pœnas remittere vel immutare non poſſe, apud *Interpp.* expeditum eſt. *Proſper.Farin. in prax.crimin.lib.1.tit.1. quæſt. 6. num. 2. 22. & ſeqq. Petr. Heig. part. 2. quæſt.22.num.22. Iacob. de S. Georg. de feud. verb. Princeps num.8. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib.1. quæſt.92. Ægid.Boſſ. in pract. tit. de citat. num. 39. Chriſtoph. Beſold. Claſſ.1. diſput. Polit.3. theſ.14. Anton.Fabr.in Codic.lib.9.tit.24.def.8. Henr.Bocer. in tract.de juriſdict. cap.5.num.65.& ſeqq. Iul.Clar. lib.5.ſentent. §.ult. quæſt.60. verſ.pariter. & quæſt. 85.verſ.ulterius.*

Tum, quòd jus aggratiandi, veniamque pœnæ Reis indulgendi, inter Regalia referatur, ut dixi antea *num.14. Iohan. Bodin. libr. 1. de Republic. cap. 10. num. 164. Chriſtoph. Beſold.dict. diſput.3.theſ.14. Heig.dict.quæſt.21 num.6.* At judices ac Magiſtratus inferiores, quibus merum tantummodò Imperium competit, Regalia non habent, ſiquidem merum Imperium à Regalibus multum differt, uti omnibus notum eſt, nec hæc alij competunt, niſi qui Majeſtatem habet, *Henning. Arniſ. de jurib. Majeſtat. major. cap. 2. num. 1. & 2. Regn. Sixtin. de Regal. lib.1. cap.2.num.3. Thom. Michael. de juriſdict. Imper.Roman.concluſ.8. Herman.Kirchner. de Republ. diſput.2.theſ.4.* aut peculiari quodam titulo ea acquiſivit. *Sixtin.libr.1.de Regal.cap.5.num.2.Bocer.de Regal.cap.4.* Sequitur hinc ergò, quòd nec Magiſtratus inferiores Regalia haud habentes, veniam Reis largiri, ac pœnam remittere queant. 51

Tum, quòd Magiſtratus & judices inferiores ſemel judicata minimè mutare poſſint, *l.judex poſteaquam.ff.de re judic.* Eorumque ſententiæ corruptæ dicantur, quando legibus ſunt mitiores. *Andr.Tiraquell.in præfat.tractat.de pœn.temp.num.21.Beſold.dict.diſput.3.theſ.14.* Nam facti quæſtio in arbitrio quidem judicantis eſt, pœnæ autem perſecutio legis auctoritati reſervatur. *l.1.Cod.ad SConſult.Turpil.l.8.§.2.C.ad Leg.Iul.de vi public.* Neque leviter intereſt Reipublicæ Magiſtratuum judicia legibus eſſe adſtricta, neque iis, niſi ex ipſis legibus interpretandi poteſtatem permitti: alioquin enim nunquam non judex æquitatem ſibi fingeret, ut leges impune violaret. *Petr. Heig. part. 2. quæſtion. 22. num. 16.* Hinc & 52

Baldus in l.2.circa fin.C.de ſentent. ex per. recit. Sic-
ut, inquit, *Medicus debet mederi ſecundum Canones*
artis; ita judex ſecundum Leges, nec eum excuſat in-
anis conſcientia, quia injuriam facit legibus, quibus
53 *ſe meliorem vult videri. §.oportet.Novell.*82. Qua-
re cùm Franciſcus I. Galliæ Rex Andium Du-
catu matri donato, eidem permiſiſſet jus vena-
lium codicillorum, Senatus Regius tamdiu ſu-
ſtinuit illius juris comprobationem, donec
Princeps conſuleretur, *Heig.dict.loc.num.*18. Et
54 refert *Ægid.Boſſ.tit.de remed.num.*6. cùm quidam
vaſallus criminoſo veniam delicti contuliſſet,
eundem nihilominus ob delictum ſuum in
Mediolanenſi Ducatu ſuſpenſum fuiſſe cum
gratia collo annexâ. Quin nec Duci Sabau-
diæ licet quempiam ſupplicio eximere, ni-
ſi vicaria Romani Imperij poteſtate funga-
tur, quæ & nominatim venialium codicil-
lorum facultatem complectitur. *Cacheran.*
deciſ. 101. *Chopp. de doman. Franc. libr.* 2. *tit.* 7.
*num.*11.

55 *Tùm*, quòd pœnam remittere, ſit contra legem quid agere. Atqui ſolus Princeps ſupremus, vel qui ſupremi jura obtinet, legibus ſolutus eſt, *l. princeps. ff. de Legibus. l. digna vox.C.eod.* Ergò ſolus Princeps, vel qui jura ſupremi Principis obtinet, non autem Magiſtratus inferior, pœnas remittere, & gratias facere poteſt. *Proſper.Farin.dict.quæſt.*6. *num.*2.

56 *Hocque minus dubij habet in remiſſione totali,*
quotidianâ practicâ id comprobante. Sed *num*
Magiſtratus inferior, cui merum tantummodò com-
petit Imperium, pœnam mortis indictam pro lubitu
in aliam quandam pœnam commutare poſſit, magis
anceps eſſe videtur? Sanè & hoc expeditum eſt,
quod Magiſtratui ſupplicium mortis in pœ-
nam mitiorem civilem relegationis, aut mul-
57 ctam pecuniariam convertere non liceat: Quâ
de re in terris Electoratus Saxonici, clara extat
ſanctio D. Auguſti Electoris Saxon. in *Ordin.*
provincial. de Anno 1555. *ſub Rubr.* daß peinliche
Sachen / dadurch das Leben verwircket / ohne vn-
ſere Bewilligung nicht bürglich gemacht werden
58 ſollen / *&c.* Sed, *an pœnam mortis ſeveriorem puta*
ignis, Rotæ, ſuffocationis in aquis, ſuſpendij, in aliam
ac mitiorem pœnam mortis commutare, ac Reum ad
Rotæ, ignis, aliudve ſupplicium condemnatum, gla-
dio feriri facere queat? de hoc ſæpius Scabinis dubi-
tatum ſcio.

Q. 5. Num Magiſtratus inferior, merum habens Imperium, ſupplicium quoddam mortis in aliam & mitiorem mortis pœnam commutare poſſit?

59 Placuit tamen ipſis ſententia negativa, ni-
mirum Nobiles aut Magiſtratus oppidanos,
abſque ſpeciali veniâ & conceſſione ſuperio-
ris Magiſtratus, Reis gratiam facere, & pœ-
nam mortis ſeveriorem mitigare, atque in
gladij ſupplicium immutare non poſſe. Id-
que vel ſolùm propterea, quòd mitigatio &
alteratio pœnæ capitalis non minus ſit de Re-
galibus, ac ipſa pœnæ remiſſio totalis; ſi-
quidem per hanc alterationem & immuta-
tionem pœnarum, æquè ac per remiſſionem,
ab autoritate legis & juris ſanctione recedi-
60 tur, ac contra legem præſcriptam agitur; quod
certè inferiori Magiſtratui facere non licet,
leg. 1. *§. calumniatoribus. in fin. ff. ad SCtum Turpil.*
l. ordine. 15. *in princip. ff. ad municip. l. ſi operis.*
14. *C. de pœn. cap. de cauſis.* 4. *§. fin. de offic.*
delegat. cap. ſi quem pœnituerit. §. notandum. 2.
*quæſt.*3.

Quare cùm Nobiles & Magiſtratus oppidani Regalia non habeant, uti expeditum eſt; utique ex ſola vi & efficacia meri Imperij ſeu jurisdictionis altæ, vermöge der Obergerichte / ſupplicium Rotæ, ignis, ſuſpendij, &c. lege expreſſa determinatum, pro lubitu in mitiorem gladij pœnam haudquaquam convertere poſſunt. *Petr. Heig. part.* 2. *quæſt.* 22. *Chriſtoph. Beſold. Claſſ.*1.*diſp.polit.*3.*theſ.*14. *Proſp.Farin.in prax.crim. lib.*1. *tit.*1. *quæſt.* 6. *num.*2. *Iul.Clar. in pract. §. ult. quæſt.*60.*num.*26.*Iacob.Menoch.de arbitr.jud.quæſt. lib.*1.*quæſt.*96.*n.*21.

Quin & in foro Saxonico, judici pœnam le- 61
gibus indictam in aliam commutare non lice-
re, luculenter probat *Gloſſ.German. in art.*69.*lib.*
1. Landrecht. *num.* 3. In verb. Ich ſage dir auch
du Richter / legſtu einem überwundenen Mann
einen andern Todt an / als den / welchen jhm das
Recht gibt / vnd zutheilet / ob er auch wol darumb
bittet / ſo biſtu an ſeinem Blut / vnnd an ſeiner
Seelen ſchuldig. An ſeinem Blut biſtu ſchuldig /
darumb / daß du jhn auß deinem ſelbſt eigenen
Willen oder Rath tödteſt / vnd nicht durch das
Vrtheil vnnd Recht das Rad wäre zugetheilet
worden / vnd du lieſſeſt jhm das Haupt abſchla-
gen / ob er wol ſelbſt darumb gebeten hätte / dann
du haſt deſſen keine Gewalt / daß du Gottes Crea-
tur tödten mögeſt / nach deinem Sinn / ſondern
das Recht / das Gott geben hat / mag allein ſeine
Creaturen tödten / vnd du nicht / *&c.* Idemque 62
vult *Gloſſa*, ſuſpendij pœnam in crimine furti,
in aliam pœnam commutari prohibens *in artic.*
13.*lib.*2. Landrecht. In verb. Nun vernembt. *in fin.*
Ibi: Darumb ſagt er / den Dieb ſoll man hencken /
gleich ob er ſagen ſolte / bittet er gleich vmb einen
andern Todt / man ſoll jhn jhm nicht widerfahren
laſſen.

Ac ne quis dubitet de obſervantia hujus 63 gloſſæ, illuſtriſſimus Elector Saxoniæ D. Auguſtus facultatem pœnam mortis mitigandi, ac in aliud mortis ſupplicium convertendi, Magiſtratibus merum Imperium habentibus expreſsè adimit, in *Ordin. Provinc. de Anno* 1555. *ſub tit.* Daß peinliche Sachen / dadurch das Leben verwircket / *&c.* In fine. Derohalben verordnen vnd wollen wir / daß nunmehro in vnſern Landen / weder die / ſo Obergerichte haben / noch die Part ſolche Vbelthat / ohne vnſere außtrückliche Bewilligung oder Nachlaſſung / zu einiger Geld oder anderer Straffe kommen laſſen ſollen / *&c.* Quæ certè verba (oder anderer Straffe) generalia ſunt, adeoque iiſdem ultimi ſupplicij commutatio, non habitâ ratione, an iſtud in aliam mortis, vel civilem aliquam pœnam convertatur, generaliter ac indifferenter prohibetur.

Pronunciarunt juxta hanc ſententiam Scabini 64 *Abrahamo* Metzſchen / *in* Reichenbach *&* Frieſen / *hiſce formalibus:* Da nun der Gefangene vff ſeinem gethanen Bekäntnuß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde ; So möchte er ſolcher begangenen vnnd bekanten Deuben halber / mit dem Strange vom Leben zum Todte geſtrafft werden / vnnd jhr ſeyd jhme ohne *Conſens* vnnd Bewilligung deß Churfürſten zu Sachſen vnd Burggraffen zu Magdeburg vnſers gnädigſten Herrns / vff ſeiner Freunde Vorbitte allein/dieſe Straffe in die Straffe deß Schwerdts zuverwandeln/nicht befugt/ V.R.W. *Menſe Decemb. Anno 1586.*

65 *Item : Magdalenæ , viduæ Georgÿ* Blanckens: Daß jhr dem gefangenen Balthaſar Leiſen die zuerkante Straffe deß Fewers/ ohne der hohen Obrigkeit vorwiſſen vnd Bewilligung zu lindern / vnd jhn mit dem Schwerd richten zu laſſen nicht befugt ſeyd/ V.R.W. *Menſe Majo, Anno 1587.*

66 *Item : Henrico à* Bunaw in Treben: Do nun der Gefangene vff ſeinem gethanen Bekäntnuß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde. So möchte er wegen ſolcher an ſeinen leiblichen Eltern begangenen vnd bekanten bößlichen vorſetzlichen Mordthat/ſampt einem Hunde / Han / einer Schlangen vnd Katzen / an ſtatt eines Affen / in einen Sack geſtecket / ins Waſſer geworffen vnd erträncket / oder do die Gelegenheit deß Waſſers deß Orts nicht vorhanden/ mit dem Rade vom Leben zum Tode gerichtet vnnd geſtraffet werden. Vnnd mag auß denen von euch angeführten Vrſachen/die zuerkante Straffe / nemlich der Sack oder das Rad / weil die That an jhr ſelbſt grewlich/ vnnd abſchewlich / auch andern zum Abſchew vnnd Exempel/ damit ſie dergleichen Vbelthaten an jhren Eltern zu begehen / dadurch geſchrecket vnnd abgehalten werden / in eine andere Todesſtraff / als da iſt das Schwerdt von euch nicht verwandelt/vnnd er damit gerichtet werden/ V.R.W. *Menſe Auguſto, Anno 1614.*

67 *In ſimili caſu pariter fuit pronunciatum* gegen Queßnitz / an Nottfeldiſchen Gerichtsverwalter: Vnd mag ſolche zuerkante Straffe deß Sacks oder deß Rades / bevorauß / weil dieſe Verbrechung eine *ex atrociſſimis delictis* iſt / nicht gelindert / noch in eine andere Straffe *mutiret* vnnd verwandelt werden/ V.R.W. *Menſ. Ianuar. Anno 1616.*

68 *Et ad requiſitionem Ioachimi* Boſens: Vnd mag obberührte zuerkante Todesſtraff deß Sacks/ oder deß Rads / weil es einen Kindermord betrifft/ in eine andere Todesſtraff/als da iſt das Schwerdt/ von euch nicht verwandelt / noch verändert werden/ V.R.W. *Menſ. Iun. Anno 1618.*

69 Hocque ita obtinet, ſi nulla, aut non probabilis aliqua cauſa mitigationis exiſtat. Quod ſi verò hæc appareat , quin ſeverior pœna ultimi ſupplicij , qualis eſt Rotæ , Culei , ignis , &c. in mitiorem gladij pœnam à Magiſtratu merum habente Imperium converti queat , dubitandum non eſt. Nam ex causâ ſufficienti & probabili pro ratione & modo ipſius delicti, ut & pro qualitate & conditione perſonæ delinquentis , quævis etiam pœna temperari ac
70 mitigari poteſt. *l. ſi quis aliquid. 38. §. inſtrumenta. l. aut facta. §. ult. l. abſentem. §. fin. l. reſpiciendum.* 11. §. *delinquitur. ff. de pœn. l. auxilium. 37. ff. de minor. l. 1. §. ult. ff. ad Leg. Corn. de falſ.* Cur ergo ultimi ſupplicij pœna ex cauſa quâdam urgente, in aliam ac mitiorem mortis pœnam commutari haud queat , non certè video. Attamen cùm ad veram cauſæ dijudicationem , exacti
71 judicij acumen requiratur , libero Magiſtratus inferioris arbitrio neutiquam relinquendum eſt , an cauſam aliquam ad commutationem ejusmodi ſufficientem exiſtimaverit, ne forſan ex perversâ animi libidine temere leges contemnere judici anſa & occaſio detur. Sed *Electoralium Scabinorum* ſententia deſuper imploranda, eaque poſtea executioni mandanda eſt.

Secundum quæ Domini reſponderunt Prætori & Scabinis Chemnicenſibus : Dieweil jhr darneben begehret berichtet zu ſeyn / ob jhr nicht befüget / die Straffe deß Fewers/ wann ſolche der Gefangenē zu recht zuerkant werden ſolte/ zu lindern/ vnnd dieſelbe mit dem Schwerdt richten zu laſſen. So iſt euch wofern jhr zu ſolcher linderung/ eine erhebliche Vrſache vnd *motiven* ſo euch dahin bewegen thäte/ hättet/davon jhr vns aber in ewer Frage nichts meldet vnd berichtet/daſſelbige zu thun vnbenommen/ V.R.W. *Menſe Novemb. Anno 1610.* 72

Item : Sculteto in Eytherm : Es iſt aber gleichwol ewerm Lehen- vnd Gerichtsherren / weil jhme die Obergerichte deß Ortes zuſtändig/geſtalten Sachen nach die Gefangene vff jhr flehenliches bitten mit jetzo berührter Straffe deß Sacks zu verſchonen / vnd ſie mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode ſtraffen zu laſſen/vnbenommen/ V.R.W. *Menſe Novemb. Anno 1606.* 73

Et in caſu ſimili : Jedoch iſt euch nach Gelegenheit dieſes Fals / ohne Nachtheil ewerer Obergerichte/ die Gefangene mit dem Schwerdt zu ſtraffen / vnnd hernacher vffs Rad legen zu laſſen / vnbenommen/ V.R.W. *Ioſepho* Alnpecken/ *in* Großhartmansdorff. *Menſ. Octob. Anno 1595.* 74

Ne tamen quis putet , Regulam hancce 75 ſemper ac univerſaliter veram eſſe ; reſtringi eam volo ad pœnas tantummodò ultimi ſupplicij. Unde ſequitur , *limitandam Primò eſſe Regulam hanc* in pœnis corporalibus , quæ corpus quidem affligunt , ſed mortem non afferunt. Exiſtimo enim, quòd & Magiſtratus inferior fuſtigationis pœnam remittere , ac in mitiorem pœnam commutare valeat; ſiquidem fuſtigatio æquè ac relegatio , aut mulcta pecuniaria pœna arbitraria eſt. *Bartol. in l. quid ergo* 13. §. *pœna gravior. verſ. quæro. ff. de his qui notant. infam. & in l. hodie.* 13. *ff. de pœn. ubi Matth. VVeſemb. in parat. n. 3. Nicol. Reuſner. lib. 2. deciſ. 16. n. 3.* Quo & reſpicit *Conſtit. Elect. 8. p. 4.* In verb. Daß er alſo dann wilkührlich / als mit Fauſtabhawen/ Staupenſchlagen / Verweiſung / Gefängnuß oder einer Geldbuſſe möchte geſtrafft vnd verurtheilet werden. Quæ verba etiam habentur in *Conſt. 32. 42. 43. 45. part. 4.* Atqui in pœnis arbitrariis , judicem harum alterutram eligere ac pro arbitrio vel graviorem , vel mitiorem, quàm pro ratione circumſtantiarum & qualitate facti æqualem crimini exiſtimet , irrogare poſſe , indubitatum eſt. *l. Pomponius. 15. in fin. ff. de nepot. geſt. l. 72. in fin. ff. de judic. l. jurisjurandum. 34. §. non ſemper. ff. de jurejur. l. item apud Labeonem. 15. §. quod ait Prætor. in fin. ff. de injur. l. moris eſt. 9. §. iſtæ. l. perſpiciendum.* 11 *l. aut facta. 16. ff. de pœn. Nicol. Reuſner. lib. 2. deciſ. 16. n. 8.*

Q. 6. Num Magiſtratus merum habens Imperium, fuſtigationem remittere, ac in mitiorem pœnam commutare poſſit?

Ac licet in terris Elect. Saxonici irrequi- 76 ſito Scabinorum conſilio atque judicio, poteſtas eligendi ac decernendi pœnas Magiſtratui inferiori adempta ſit , ut dixi ſuprà *quæ-*

ſtion. 116. nu. 25. Attamen per id non omne prorſus arbitrium mitigationis ac commutationis pœnæ per ſententiam Scabinorum indictæ, ipſis ablatum videtur: Idque tantò minus, quantò manifeſtioribus verbis prohibitio ad pœnas ſolummodò ultimi ſupplicij reſtringitur in *Ordin. Provinc. de Anno* 1555. *ſub Rubr.* Daß peinliche Sachen / dadurch das Leben verwircket / ohne vnſere Bewilligung nicht bürglich gemacht werden ſollen. In verb. initial. Nach deme wir auch berichtet / daß mehrmals peinliche Sachen / dadurch das Leben verwircket / mit Geldſtraffen vnd in andere Wege bürglich gemacht werden. Junct. verb. final. Derohalben verordnen vnd wollen wir / daß nunmehr in vnſern Landen weder die ſo Obergerichte haben noch die Part ſolche Vbelthat ohne vnſere außtrückliche Bewilligung oder Nachlaſſung / zu einiger Geld oder ander Straff kommen / noch ſonſt bürglich werden laſſen ſollen. Ex quo ſequitur à contrario ſenſu, reliquas pœnas corporales, quibus vita non adimitur, ſed corpus ſolummodò affligitur, in pœnam mitiorem atque civilem, à Magiſtratu etiam inferiori benè converti poſſe. Eſt enim argumentum à contrario ſenſu deſumtum in jure fortiſſimum. *l. 1. in pr. ubi Dd. ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſdict. Felin. in cap. ſignificaſti. 18. n. 9. ext. de for. compet. Nicol. Everhard. in loc. legal. loc. à contr. ſenſu. in pr.*

77 *Quam ſententiam etiam ſequuntur Scabini in pronunciando. Veluti reſponderunt Actuario judicii in* Trebſen: So wird an der Vettel die Straffe deß Staupenſchlages vnnd ewiger Landesverweiſung gebührlichen billich vollſtreckt. Es wolten denn die von der Schulēburg zu Trebſen als die Gerichtsherren ſolche Straffe deß Staupenſchlags der Vettel erlaſſen / (welches jhnen ohne Nachtheil der Obergerichte zu thun vnbenommen /) vff ſolchen Fall würde die Vettel allein deß Landes ewig verwieſen / V. R. W. *Menſ. Octobr. Anno 1626.*

78 *Item: Sculteto & Scabinis in* Kötzſcha: Jſt ewer Erb vnd Gerichtsherr dem Gefangenen *A. M.* vff ſein vnd ſeines Vattern fleiſſiges bitten / den jhme zuerkanten öffentlichen Staupenſchlag zu erlaſſen / vnd nur die zuerkante ewige Landesverweiſung an jhme zu vollſtrecken bedacht. Do nun ewerem Junckern deme von Kůtſcha die Obergerichte zuſtändig wären / So wäre jhme ſolches zu thun vnd den öffentlichen Staupenſchlag dem Gefangenen zu erlaſſen / vnbenommen / V. R. W. *Menſ. Octobr. Anno 1627.*

79 Circa remiſſionem tamen hujus pœnæ 1. cavebit ſibi Magiſtratus, ne facilè ad eam prorumpat, nec ſemper ac indiſtinctè veniam largiatur. Etſi enim Reum à pœna fuſtigationis liberare & abſolvere valeat, ut modò dictum fuit; attamen quia publicitus intereſt, crimina coërceri, eaque haudquaquam impunita remanere debeant, *l. ita vulneratus. §. 2. ff. ad Leg. Aquil. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de public. & vectig.* non facilè ſe ad indulgendum Reis commoveri patiatur, priusquam cauſam probabilem mitigationis deprehenderit.

80 *Eaque ratio eſt, quod Magiſtratui ex juſtâ demum cauſâ veniam pœnæ delinquentibus concedere licere, Scabini reſponderunt:* So wird Hanß Richter ſolches ſeinen begangenen Diebſtals wegen / geſtalten Sachen nach / öffentlichen zur Staupen geſchlagen / vnd deß Landes darauff ewig billich vorwieſen. Jhr woltet jhm denn / auß erheblichen Vrſachen / vnd in Anſehung / daß er ſich hiebevor in ſeinen Dienſten wol verhalten / vnnd man dergleichen von jhme nicht gehöret / der Pfarrer auch / deme das Pferd geſtolen worden / ſelbſten für jhn gebeten / Gnade erzeigen / welches euch Krafft der inhabenden Obergerichte zu thun vnbenommen; Vff ſolchen Fall / würde Gefangenem der Staupenſchlag erlaſſen / vnd er allein mit ewiger Landesverweiſung in ſtraff genommen / V. R. W. *Ad conſultationem Henrici à* Schleinitz. *Menſ Septemb. Anno 1629.*

Ex quo porrò ſequitur. 2. Si contingat, 81
Magiſtratum veniam largiri, ac fuſtigationis
pœnam remittere, Reum non planè impuni-
tum eſſe dimittendum, ſed fuſtigationem in nu-
dam relegationem convertendam. Licet enim 82
non negem, in arbitrio Magiſtratus eſſe, pœnam corporalem vel in pecuniariam mulctam, vel etiam relegationis, aut carceris pœnam commutare; rectius tamen faciet judex ſurrogando relegationem in locum fuſtigationis. *Tum*, ut veſtigium remaneat coercitionis, aliiq; exemplo alterius deterriti à delictis abſtineant, qui pœnarum fructus omnium maximus perhibetur. *Ioh. Bodin. lib. 7. de Republic. cap. 4. n. 21. Petr. Heig. part. 2. quæſt. 37. nu. 27.* *Tum*, ne delinquens omnium oculis ſcandalum præbeat, quo provinciam potius purgari, Reipubl. commodum ſuadet. *l. congruit. ff. de offic. Præſid.*

83 *Veluti etiam reſpondimus* gegen Endorff. An Wilhelm Harbachen *hiſce formalibus:* Jſt in vnſerm / euch jüngſt ertheiltem Vrthel / dieſes zu recht erkant worden / daß do die Obrigkeit deß Orts / nach Gelegenheit dißfalls / den beeden *inquiſiten* Gnade erzeigen / vnd jhnen die ordentliche Straffe deß Straſſenraubes erlaſſen wolte / auff ſolchen fall würden ſie öffentlich zur Staupen geſchlagen / vnd darauff deß Landes ewig billich verwieſen. Vnd es hat der Gefangene *M. VV* ſo wol deſſen Mutter vnd Freunde in Schrifften inſtändig gebeten / daß jhme nicht alleine die dißfals zuerkante Leibesſtraff erlaſſen / ſondern auch die ewige Landesverweiſung / in eine Geldſtraffe verwandelt werdē möchte / *&c.* So wird jhm zwar die Leibesſtraff erlaſſen / aber die ewige Landesverweiſung mag jhme in eine Geldſtraffe füglichen nicht verwandelt werden / ſondern es wird dieſelbe an jhme gebührlichen billich vollſtrecket / V. R. W. *Menſ. Febr. Anno 1631.*

84 *Item: Senatui Grimmenſi.* Seyd jhr / der Rath zu Grimme / der geſchwängerten Vettel / den jhr zuerkanten Staupenſchlag vnnd ewige Landesverweiſung in eine leidentliche Geldſtraffe / jhrem Vermögen nach / weil jhr Vatter vnd Freundſchafft darumb anſuchen vnd bitten / zumal weil ſich dieſelbige jederzeit redlich vnnd vnverweißlich verhalten / zu verwandeln vorhabens / *&c.* Dofern euch nun die Obergerichte zuſtändig wären / ſo wäret jhr den Staupenſchlag der gefangenen Vettel zu erlaſſen wol befügt / die Landesverweiſung aber würde an jhr vff 4. Jahr lang billich vollſtrecket / V. R. W. *Menſ. Octobr. Anno 1630.*

85 *Limit. Secundò hæc Regula* in pœnis civilibus, qualis eſt relegatio, carceris pœna & mulcta pecuniaria. Etenim, quòd Magiſtratus inferior, cui merum competit Imperium haſce pœnas facinoroſis Reis remittere aut mitigare poſſit, ſatis liquet ex præcedentibus, ubi demon-

Q. 7. Num Magiſtratus inferior pœnas civiles remittere, aut mitigare poſſit?

demonſtratum fuit, judici fas eſſe, pœnam cor-
poris afflictivam in mitiorem relegationis pœ-
86 nam commutare: Quantò magis ergò facultas
mitigandi aut remittendi pœnam aliquam le-
viorem ipſi tribuenda erit: ut dubium prorſus
non ſit, licere Magiſtratui relegationem in car-
ceris pœnam, aut mulctam pecuniariam con-
vertere, vel utramque etiam remittere; modò
cautè Magiſtratus agat, nec cuivis indifferenter
veniam largiatur, haud absq; detrimento Rei-
publ. cujus intereſt, delicta non impunita rema-
nere. *l. 51. §. 2. ff. ad Leg. Aquil.*

87 *Quotidiè ita pronunciare ſolent Scabini*: Daß euch/ als deme die Obergerichte deß Orts zuſtändig/ die ewerem Vnterthanen Hanſen Hechten/ vermöge vnſers euch jüngſt ertheileten Vrthels / zuerkante zeitliche Landesverweiſung in eine Geldbuſſe zu verwandeln vnbenommen/ V.R.W. *Henrico* Brederloh. *Menſ. Septemb. Anno 1621.*

88 *It:* Seyd jhr C.S. Gnade zu erzeigen/ vnd weil euch deß Orts die Ober- vnd Niedergerichte zuſtehen/ die zeitliche Landesverweiſung gegen einer Geldſtraffe zuerlaſſen bedacht/ *&c.* So iſt euch ſolches zu thun vnd jhn ſeinem Vermögen nach/ am Gelde zu ſtraffen vnbenom̃en/ V.R.W. *I.T.M. in F. M. Sept. A. 1620.*

89 *It:* So wird der verhaffte N.P. mit ewiger Landesverweiſung in ſtraff genommen. Es wolte jhme dann die Oberkeit deß Orts / welcher die Obergerichte zuſtändig ſeyn/ vff *interceſſion* ſeiner Freundſchafft/ die ewige Landesverweiſung erlaſſen. Solches wäre jhr zu thun vnbenommen/ vnd würde vff ſolchen fall/ der Verhaffte vmb eine ziemliche Geldbuſſe/ ſeinem Vermögen nach/ jedoch daß ſich dieſelbe über 100. fl. nicht erſtrecke/ zu milden Sachen anzuwendẽ/ in ſtraff genom̃en/ V.R.W. Gegen Syraw/ an Watzdorffiſchen Richter vnd Schöppen. *Menſ. Iun. Anno 1631.*

90 *Quod itidem carceris pœna aut mulcta pecuniaria mitigari, ac etiam prorſus remitti queat, reſpondimus Georgio à* Döbiſch / *hiſce formalibus*: Vnd mag hierüber willkührlichen/ entweder drey Wochen lang mit Gefängnuß / oder vmb zehen newe Schock in ſtraff genommen werden. Es iſt euch aber jhme ſolche Straffe vff beſchehene *interceſſiones*, vnbeſchadet ewerer Gerichte/ zu lindern/ oder auch gar zuerlaſſen/ vnbenommen/ V.R.W. *Menſ. Iul. Anno 1629.*

Q. 8. An Magiſtratus inferior in crimine adulterii, à conjuge innocente remiſſi, relegationem in mulctam pecuniariã convertere queat?

91 Sed, *num limitatio hac ad adulteros, quibus ob
conjugis remiſſionem ſola relegatio imponenda venit
ſecundum* Conſt. *Elect. 19. p. 4. extendi, atq; hoc etiam
caſu relegatio remitti, & in mulctam pecuniariam
converti queat, in Electorali Saxon. Scabinatu ſæpiùs
quæſitum fuit?* Ac quo minus hoc caſu aliud ju-
ris obtinere, & Magiſtratui facultatem adulte-
ris concedendi veniam, ademptam eſſe dicamus,
videtur innuere *Conſt. Elect. 19. p. 4. v.* Wann der
Ehegatten einer. In verb. Daß alſo dann dem
Eheſtand zu ehren die Straffe etwas gemildert
werde/ der ſchuldige Theil deß Landes ewig ver-
92 wieſen werden ſoll/ *&c.* ubi relegationis pœna
ordinaria eſt, ac jure determinata adverſus ho-
ſce adulteros, pro quibus conjux innocens in-
tercedit. Quare cùm Magiſtratus inferior, juxta
modò dicta, Relegationem Reis condonare, &
in pœnam carceris aut mulctam pecuniariam
convertere poſſit; utique & in caſu præſenti hoc
ipſi licere, dicendum erit. *Veluti etiam quondam
Scabinos ita pronunciaſſe reperio.*

93 At placuit poſtea contrarium Illuſtriſſimo E-
lector. Saxon. jubenti ut hoc caſu in poſterum
Relegatio in terris Electoratus adverſus adul-
teros ſtrictè executioni mandetur, nec in mul-
ctam pecuniariam convertatur *in Ordin. Polit. de
An. 1612. tit.* Straff anderer Laſter. In verb. Wie
dann ingleichem hinfüro *in caſu ſimplicis adulterij*,
da vermöge der *Conſtitution* dem Eheſtande zu eh-
ren / vff deß Ehegatten geſchehene *interceſſion*, die
ordentliche Straffe deß Ehebruchs in die Landes-
verweiſung verwandelt wird/ dieſelbe *præciſè* voll-
ſtrecket / der ſchuldige Theil deß Landes ewig ver-
wieſen/ der Vnſchuldige aber/ auß vnſern Landen
ſeinem Ehegatten zu folgen angehalten/ vnd jhnen
durch Geld oder andere Straffe ſich hiervon zu
entbrechen nicht nachgelaſſen werden ſoll. Anim- 94
advertebat enim Illuſtriſſ. Dn. Elector peſſi-
mum morem quorundam Magiſtratuum, qui
ſpe alicujus lucri, adulteros indifferenter tole-
rarent, nec è Provinciis Electoratus relegarent,
quem hac ſanctione abrogare voluit. Nec ſine
ratione urgentiſſimâ, quippe quòd per remiſſio-
nem ultimi ſupplicij ad interceſſionem conju-
gis, gratia jam ſemel adultero facta eſſet, cui ve-
nia uberior non concedenda; ne forſan per ab-
undantiam hujus gratiæ, crimen adulterij cre-
ſceret, aliosque inficeret.

Quare & Scabini juxta Sanctionem hanc Electoralem quotidiè pronunciare ſolent: So verbleibet er dem heiligen Eheſtand zu ehren mit der ordentlichen Todesſtraff / ſo er ſonſten inhalts Churfürſtl. Sächſ. *Conſtitution* verwircket/ verſchonet. Er wird aber gleichwol deß Landes ewig billich verwieſen / darauß jhm ſein Eheweib mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig / vnd jhr ſeyd jhme die Landesverweiſung/ gegen Erlegung einer gewiſſen Geldbuſſe/ zu erlaſſen nicht befugt/ V.R.W. *Senatui Grimmenſi. Menſ. Iul. Anno 1630.* 95

Item: So wird die Landesverweiſung an M.B. weil jhme ſein Eheweib verziehen/ inhalts vnſers vorigen Vrthels nochmals billich vollſtreckt/ vnd mag dieſelbe ohne vorbewuſt/ vñ Einwilligung der hohen Landesfürſtlichen Oberkeit/ in eine Geldſtraffe nicht verwandelt werden / V.R.W. *Actuario judicii in* Trebſen. *M. Sept. An. 1620.* 96

Item: Præfecto in Hartenſtein: Er wird aber gleichwol deß Landes ewig billig verwieſen / vnd jhme darauß ſein Eheweib mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig / vnd jhr ſeyd jhme ſolche Straffe/ ohne ſonderbare gnugſame Vrſachen/ vnd vorgehendes rechtliches Erkäntnuß / in eine Geltbuſſe zu verwandeln nicht befugt/ V.R.W. *M. Mart. An. 1632. Et in caſu ſimili, Abrahamo à* Schönbergk. *M. April. Anno 1632.*

Quæ tamen prohibitio Electoralis ad eum ſolummodò caſum eſt reſtringenda, ſi nempe cauſa probabilis non adſit, quæ Magiſtratum ad remiſſionem pœnæ impellere poſſit. Quâ exiſtente, conceſſionem veniæ Magiſtratui competere, tantum abeſt, ut negem, ut vel ob eam ſolam, relegationem adultero remittendam eſſe exiſtimem. Abſque dubio enim relegatio pœna arbitraria eſt, quæ ratione circumſtantiarum, qualitate criminis & conditione perſonarum, vel exaſperari, vel mitigari poteſt. *l. item apud Labeonem. 15. §. quod ait Prætor. in fin. ff. de injur. l. moris eſt. 9. § iſtæ ferè. l. perſpiciendum. 11. l. aut facta. 16. ff. de pœnis.* Ac ſi aliàs etiam ſeveriores pœnas ex juſta cauſa mitigare licet, uti certiſſimum eſt, *Bart. in l. quid ergò. 13. §. pœna gravior. ff. de his qui not. infam. And. Tiraquell. de pœn. temp. in præfat. n. 20. & ſeq.* Cur hîc aliud ſtatuendum ſit, non certè video? 97

deo? Modò mulcta pecuniaria, quæ hoc caſu adultero imponitur, ad uſus pios conferatur, quò Magiſtratus omnem lucri & avaritiæ ſuſpicionem avertat.

98 *Veluti etiam Scabini cauſam juſtam mitigationis deprehendentes, ita reſpondere non dubitaverunt:* Nunmehr auß ewren angeführten Vrſachen ſo viel zu befinden / daß euch dem Gefangenen *A.H.* in Anſehung/daß er ſich vff der Vettel Beſchuldigung/als er darüber vernommen worden / zu dem begangenen Ehebruch alſobald gutwillig bekant / auch ſeines Chriſtlichen Lebens vnd Wandels ſonſten gut Zeugnuß hat / gegen Erlegung hundert Thaler / ſo zu milden Sachen anzuwenden/die verwirckte ewige Landesverweiſung zu erlaſſen vnbenommen/V.R.W. *Senatui Grimmenſi. Menſe Auguſto, Anno 1630.*

99 *Item:* So iſt euch / als der Oberkeit / dem Gefangenen G S die ewige Landesverweiſung / gegen einer Geldſtraffe vff fünfftzig Gülden hoch / zu milden Sachen anzuwenden / nach Gelegenheit ſeines Alters vnnd Gebrechligkeit zu erlaſſen vnbenommen/ V.R.W. *Senatui Miſnenſi. Menſe April. Anno 1630.*

Pariter fuit in caſu ſimili pronunciatum Actuario judicij in Trebſen. *Menſe Iulio, Anno 1626.*

Alberto à Schulenburgk. *Menſe Iunio, Anno 1629.*

Prætori & Scabinis Pegavienſibus, Menſe April. Anno 1629.

Den Bünawiſchen Gerichten in Elſterberg. *Menſ. Ian. 1629.*

Chriſtiano à Gräffendorff / *Menſ. Mart. Anno 1629.*

Gegen Grieffenſtadt an Statthalter der Balley Heſſen / *Menſ. Mart. Anno 1627.*

Vbi probè notandum, in arbitrio eſſe Magiſtratus, cui merum Imperium competit, ad quosnam pios uſus pecuniariam mulctam conferre velit, prout reſpondimus Senatui Grimmenſi. Menſe Febr. Anno 1632.

Hæcque in crimine adulterij ita obtinent. 100
Extra quem caſum, in aliis delictis levioribus,
Magiſtratum, cui merum competit Imperium, quandoque etiam abſque causâ pro lubitu relegationem mitigare ac remittere poſſe,
antea dixi. Caveat tamen Magiſtratus, ne
clementior, vel ſeverior ſit ipsâ lege & æquitate.
te. Sed in omni criminali judicio cogitet ac 101
probè obſervet, ſe hoc ipſo momento, quo alium judicat, à Deo judicari, prout monet
Gloſſa Germanica verbis admodum ponderoſis
in *art.* 30. *lib.* 3. Landrecht. verb. der Richter ſoll
gleich. Ibi: Hie höre zu der du ein Richter biſt/
vnd ſihe daß du ein gleicher vnd rechter Richter
ſeyeſt / vnd gedencke an das ſtrenge Gerichte vnſers HERREN JESV Chriſti / dann
GOTT iſt zu derſelbigen Zeit vnd Stunde auch
an dem Ort / wann vnd wo du richteſt / ein geſtrenger Richter / vnd richtet über dich / gleichermaſſen als du über andere richteſt. Quâ admo- 102
nitione practicam hanc criminalem concludo in nomine Jesu Chriſti Judicis juſtiſſimi,
Salvatoris noſtri unici, cui unà cum Patre &
Spiritu Sancto Deo ter opt. Max. ſit gloria,
laus & honor in ſecula ſeculorum. Amen.

FINIS.

deo? Modò mulcta pecuniaria, quæ hoc caſu adultero imponitur, ad uſus pios conferatur, quò Magiſtratus omnem lucri & avaritiæ ſuſpicionem avertat.

98 *Veluti etiam Scabini cauſam juſtam mitigationis deprehendentes, ita reſpondere non dubitaverunt:* Nunmehr auß ewren angeführten Vrſachen ſo viel zu befinden / daß euch dem Gefangenen *A. H.* in Anſehung/daß er ſich vff der Vettel Beſchuldigung/als er darüber vernommen worden / zu dem begangenen Ehebruch alſobald gutwillig bekant / auch ſeines Chriſtlichen Lebens vnd Wandels ſonſten gut Zeugnuß hat / gegen Erlegung hundert Thaler/ ſo zu milden Sachen anzuwenden/die verwirckte ewige Landesverweiſung zu erlaſſen vnbenommen/ V. R. W. *Senatui Grimmenſi. Menſe Auguſto, Anno* 1630.

99 *Item:* So iſt euch / als der Oberkeit / dem Gefangenen *G S* die ewige Landesverweiſung / gegen einer Geldſtraffe vff fünfftzig Gülden hoch / zu milden Sachen anzuwenden / nach Gelegenheit ſeines Alters vnnd Gebrechligkeit zu erlaſſen vnbenommen/ V. R. W. *Senatui Miſnenſi. Menſe April. Anno* 1630.

Pariter fuit in caſu ſimili pronunciatum Actuario judicij in Trebſen. *Menſe Iulio, Anno* 1626.

Alberto à Schulenburgk. *Menſe Iunio, Anno* 1629.

Prætori & Scabinis Pegavienſibus, Menſe April. Anno 1629.

Den Bünawiſchen Gerichten in Elſterberg. *Menſ. Ian.* 1629.

Chriſtiano à Gräffendorff/ *Menſ. Mart. Anno* 1629.

Gegen Grieffenſtadt an Statthalter der Balley Heſſen/ *Menſ. Mart. Anno* 1627.

Vbi probè notandum, in arbitrio eſſe Magiſtratus, cui merum Imperium competit, ad quosnam pios uſus pecuniariam mulctam conferre velit, prout reſpondimus Senatui Grimmenſi. Menſe Febr. Anno 1632.

Hæcque in crimine adulterij ita obtinent. 100
Extra quem caſum, in aliis delictis levioribus,
Magiſtratum, cui merum competit Imperium, quandoque etiam abſque cauſâ pro lubitu relegationem mitigare ac remittere poſſe,
antea dixi. Caveat tamen Magiſtratus, ne
clementior, vel ſeverior ſit ipsâ lege & æquitate.
Sed in omni criminali judicio cogitet ac 101
probè obſervet, ſe hoc ipſo momento, quo alium judicat, à Deo judicari, prout monet *Gloſſa Germanica* verbis admodum ponderoſis in *art.* 30. *lib.* 3. Landrecht. verb. der Richter ſoll gleich. Ibi: Hie höre zu der du ein Richter biſt/ vnd ſihe daß du ein gleicher vnd rechter Richter ſeyeſt / vnd gedencke an das ſtrenge Gerichte vnſers HERREN JESV Chriſti/ dann GOTT iſt zu derſelbigen Zeit vnd Stunde auch an dem Ort / wann vnd wo du richteſt / ein geſtrenger Richter / vnd richtet über dich / gleichermaſſen als du über andere richteſt.
Quâ admo- 102
nitione practicam hanc criminalem concludo in nomine Jesu Chriſti Judicis juſtiſſimi, Salvatoris noſtri unici, cui unà cum Patre &
Spiritu Sancto Deo ter opt. Max. ſit gloria,
laus & honor in ſecula ſeculorum. Amen.

FINIS.

INDEX RERVM ET VERBORVM IN TRIBVS PARTIBVS HVIVS PRACTICÆ CRIMINALIS CONTENTORVM, QVORVM

prior numerus partem, alter quæſtionem, tertius numerum marginalem denotat, priore longè locupletior.

A.

ABDVCTIO.

ABductio Rei ne deprehendatur, facit cõtra abſentem indicium ad torturam p.3.q.120.n.86.

ABIGEI.

Abigei graviſſimè puniũtur, non tamẽ ubiq;, ſed ubi frequentius eſt id genus maleficii p.3 q.101.n.1.

ABIGEATVS.

Abigeatus crimen quando committatur. p.2.q.86. n.26.29.30.31.

Abigeatus crimen committit, animalia ex ſtabulo abducens. p.3.q.86.n.33.

Abigeatus pœna quænam ſit de jure Civili. p.3.q.86. n.34.35.36. in foro Saxon. hodie ſuſpendio punitur. ibid. n.37. uſque ad n.46. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n.47.48.49.50.

ABIGERE.

Abigens partum, imprægnator quomodo puniendus. p.1.q.11 n.16. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n.17.

Abigentis partum potione hauſtâ, matris, pœna. p.1. q.11.n.8. Sententiæ Scabin. Lipſenſium n.9.

Abigens partum perfectum quomodo puniatur. p.1. q.11.n.2.3.4.

Abigens partum immaturum. ibid. n.37.

ABORTVS.

Abortus procuratio quomodo in matre, vim utero inferente, puniatur. p.1.q.11 n.12.13.15.16. Sententiæ Scabinorum Lipſenſ. n.21.22.23.24.

Abortus, non doloſè procuratus, mitius punitur p.1. q.11.n.25.

Abortus pœna antequam decernatur, conſtare debet de efficacia medicamenti adhibiti procurandum abortum. n.26. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium. n.27.

Abortum procurantium pœna. p.1.q.11.n.1.2.3.4. Sententiæ Scabin. Lipſenſium. n.7.

ABSENS.

ſi Abeſt maritus ex juſta cauſa, uxor alteri nubere nequit. p.2.q.58.n.14.

diu Abſens maritus præterlapſo quinquennio de jure civili præſumitur eſſe mortuus, adeò ut mulier ad alias poſſit migrare nuptias. p.2.q.58.n.39.

Abſentis mors quando per unicum teſtem probetur, p.2.q.58.n.44.45. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium. n.46.

Adverſus Reum fugitivum & abſentẽ an in loco delicti cõmiſſi queat procedi p.3.q.110.n.45.46.47.

contra Abſentem per inquiſitionẽ in criminalibus non proceditur. p.3.q.140.n.1.2. adverſus fugitivum tamen procedendum eſt; & quomodo. n.4.5.6.

pro Abſẽte Reo an procurator admittatur p.3.q.105. n.64.65.66.67. Sententia Scabin. Lipſenſ. n.68.

Abſentes in foro Sax. proſcribuntur. p.3 q.140.n.7.

ABSENTIA.

Abſentia vel diſceſſio mariti multiplex eſt. p.2.q. 58 n.13.

Abſentiam poſt diuturnam mariti, quando de vita abſentis nihil veriſimiliter ſperari poteſt, amplius, matrimonium probabili morte finitum judicatur. p.2.q.58.n.28.

ABSOLVERE.

Abſolvere nocentem tutius eſt, quàm innocentem condemnare. p.2.q.59 n.37.

ACCIDENS.

per Accidens quæ eveniunt ex opere aliquo, & tanquam effectus remoti proveniunt ab illo, illa non imputentur agenti, nec ad malitiam, nec ad bonitatem. p.1.q.1.n.64.

ACCVSARE.

Accuſare quis propriè dicatur. p.3.q 104.n.2.10.

Accuſare qui prohibeantur. p.3 q.104.n.21.22.42.

Accuſare excommunicatus nequit. p.3.q.104.n.39.

Accuſare fides ſuſpecta quosnam prohibeat. ib. n.29.

Accuſare infamis quãdo prohibeatur. ib. n.36.37.38.

Accuſare inimicitia quatenus impediat. ibid. n.30. 31.32.33.34.35.

Accuſare maior 20. annis non prohibetur. ibi. n.26.

Accuſare ob mentis defectum quinam nequeant. ibid. n.28.

Accuſare minor & pupillus quando prohibeantur. ibid. n.25.

Accuſare mulier quando poſſit. ibid. n.23.34.

Accuſare quinam & quãdo ex cauſa reverẽtiæ prohibeantur. ibid. n.40.41. quid ſi exceptio inhabilitatis ab accuſato non opponatur. n.43.44.45.

Accuſare ſervus neminẽ regulariter poteſt, ib. n.27.

Accuſans delinquentem num vili ac inhoneſto fungatur officio. n.11.12.13.14.15.16.17.18.19.20.

ad Accuſandum compelli nemo poteſt. p.3.q.104.n. 50.51.52.53. Sententiæ Scabin. Lipſenſium, n.54.

ad Accuſandum in vindicanda nece defuncti proximiores conſanguinei admittuntur. ibid. n.48.49.

ad Accuſandum non addmitti, niſi eos, qui ſuam vel ſuorum injuriam proſequuntur, quatenus verum. ibid. n.42.

ACCVSARI.

Accuſari non quævis indifferenter perſonæ poſſunt. p.3.q.104.n.55. propter dignitatem & officium quædam ſint exempta. n.56.

Accuſari ob mentis defectum quidam nequeunt. ibid. n.57.

INDEX RERUM

ACCVSATOR.

Accuſator quinam admitti debeat, ſi plures adſint, p.3.q.104.n.36.& ſeqq.

Accuſator quando absq; libello accuſatorio experiri poſſit, p.3.q.106.n.36.& ſeqq.

Accuſator indicia articulatè & diſtinctè referre, & alternativè pœnam vel torturam petere poteſt, p.3.q.106.n.24.& ſeq.

Accuſator delictum non probans habet regreſſum ad indicia in libello accuſatorio omiſſa, ibid.num.26.& ſeqq.

Accuſator pro reconventione & expenſis ſatisdare debet, ib.n.39 qualem cautionem præſtare teneatur, ibid.n.44.& ſeqq & quando ad cautionem juratoriam admittatur, n.49.

Accuſator poſt Guarandam præſtitam plura & nova indicia proponere poteſt, ib.n.63.& ſeqq termino autem probatorio elapſo novos adducere teſtes nequit, ib.n.89 & ſeqq. Sententia Scabin. Lipſenſ. n.66.

Accuſator libellum cum omnibus qualitatibus probare debet.p.1.q.33.n.5.

Accuſator ſi delictum non planè ſed ſolummodo indicia ad torturam probaverit quomodo procedendum? p.3.q.106.n.97.

Accuſator in probatione deficiens reſtituit expenſas, p.3.q.188.n.4.

Accuſator in proceſſu criminali ordinario refundit expenſas.p.3.q.138.n.54.& ſeq.niſi ſit inops, n.58. vel reus in expenſas condemnetur, n.59.& ſeqq. aut per Magiſtratus fiſcalem ad Bannum agatur, n.61.

Adverſus Accuſatorem datur actio ad ſatisfactionem injuriæ & refuſionem expenſarum accuſato abſoluto.p.3.q.106.n.53.54.55. niſi habuerit Accuſator cauſam juſtam litigandi.n.56.quamvis & hoc caſu deprecatio ipſi injungatur.n.57. Sententia Scabin. Lipſenſium, n.58.

Accuſatori quod licet, multo magis accuſato licebit, Quatenus verum.p.3.q.105.n.20.31.

ACCVSATVS

Accuſatus ſemel abſolutus ab inquiſitione an & quãdo denuò poſſit accuſari p.3.q.104.n.58.59.60. It:q.125.n.7.8.

Acht.

Acht vnd ächter vocabulum Germanicum unde dicatur.p.3.q.140.n.12.

Oberacht vel Aberacht unde derivetur, ibid.n.39.

ACTA.

Acta criminalia ad Collegium juriſperitorum ſunt tranſmittenda, p.3.q.116.n.1 quare ab iis ſententia expetenda ſit; n.4.8.24.25.

Actorum inquiſitionalium copia inquiſit volenti deducere innocentiam haudquaquam eſt danda, p.3.q.115.n.99.100.102.103. facultas tamen ipſi concedenda eſt inſpiciendi acta, n.101. Sententia Scabinorum Lipſenſium, n.104.

ACTIO.

Actio ex quolibet delicto tàm publico quàm privato & criminalis ad pœnam publicam, & civilis ad damni vel ejus quod intereſt præſtationem datur.p.1.q.39.n.41.

Actio civilis ex delicto deſcendens durat ad annos 30. p.3.q.141.n.60.

Actioni renuncians eam amplius intentare nequit, p.2.q.55.n.81.

De Actionis genere ac nomine hodiè non eſt multum laborandum, p.3.q.127.n.19 & ſeqq.

Actionibus civilibus & criminalibus cauſis certa præfinita ſunt tempora, intra quæ poſſunt inſtitui, p.9.q.59.n.2. Item.p.3.q.141.n.9.

ACTVARIVS.

Actuarius judicii quid in Inquiſiti reſponſionis conſignatione obſervare debeat, p.3.q.113.n.52.53.

ACTVS.

Actus hominum non eventu, ſed conſilio metiendi & æſtimandi ſunt.p.1.q.1.n.17.

Actus per errorem geſtus quando noceat gerenti p.1.qu.5.n.14.

Actus facilius ſuſtinetur quando tractatur de commodo, quàm ubi verſatur incommodum, p.2.q.61.n.28.

ADMINISTRATOR.

Adminiſtratores publici in rebus ſibi concreditis furtum committere poſſũt, p.2.q.84.n.3.5.6.7.8. adverſus quod etiam Lex Julia de reſiduis locum habet, n.4. Hi omnes extraordinariè puniuntur, non pœnâ ſuſpendii: Et quare.n.9.10.11.12.13.14. eademq; pœna obtinet quoq; in foro Saxon.n.15.16. Reſponſum Scabinorum Lipſenſium, n.17 in Electoratu Sax. ſeverius in fures hoſce animadvertitur, n.18.19.20.24.

In omnibus indifferenter Adminiſtratoribus & Officialibus perfidis eadem obtinet pœna, p.2.q.85.n.45. Sententia Scabin. Lipſenſium, n.46. ceſſat hæc pœna, ſi de corpore delicti certò non conſtet, n.50.51. Sententiæ Scabin. Lipſenſium.n.52.

Adminiſtratores pœnitentia quatenus excuſet, p.2.q.85.n.53.54.55. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n.56.

Adminiſtratorum aliorumq; Officialium culpa & negligentia adminiſtratione quomodo puniatur, p.2.q.85.n.57.58.59 Sententiæ Scabinorum Lipſenſium n.60.61.62.63.64.

ADVOCATVS.

Advocatus in cauſa criminali quatenus Reo in judicio præſenti adjungi poſſit, p.3.q.105.n.72.73.74.75. Obſervantia Scabin. Lipſenſ. n.76.

Advocatus Fiſci fungitur officio accuſatoris, p.3.q.104.n.6.

Advocati aliorum ſunt patroni.p.3.q.105.n.1.

Advocati Diaboli mancipia quandoq; ſunt, p.3.q.115.n.95.

Advocati non omnes pro inquiſito indifferenter ſunt admittendi, p.3.q.115.n.9.

Advocati inquiſitum allicientes ad negandum puniendi ſunt, p.3.q.115.n.57. Sententia Scabinorũ Lipſenſium n.98.

Advocati audent informare judicem allegationibus ſuis & demonſtrare ex corpore juris, Gloſſ. aut interpp. quid de lite criminali ſit judicandum, quod ridiculum & inconveniens eſt, ac ſi ægrotus Medico curam præſcribere vellet ex Galeno, Hippocrate, & aliis.p.3.q.115.n.96.

Advocatorũ quorundã malitia & ſtultitia, ib.n.94.

ab Advocatis luxuriantibus allegatorum multitudine mundus vult decipi.p.3.q.115.n.96.

ADVLTER.

Adulter eſt fur proprii corporis p.2.q.51.n.26.

Adulter maritus pariter dotem aliaq; quæ alias lucraretur amittit.p.2.q.64.n.40 quod & de jure Saxon. verum eſt, n.42.

Adulteri pecuniâ mulctantur, fures laqueo ſtrangulantur, p.2.q.54.n.2.

Adultero viro exiſtente quidnam uxor lucretur, ſi nulla bona intuliſſet, p.2 q 64.n.43.44.

Adulterum conjugem an conjunx ſalvo honore recipere queat, p.2 q.55. .3.4.5.6.7.8.9.10.11.12.13.15.16.

ADVLTERA.

Adultera uxor gravius delinquit, quàm maritus adulter, p.2.q.53.n.13.14.

Adultera quare mitius punitur quàm adulter? p.2.q.53.n.10.11.12.16.17.18.19.20.21.22.23.24.25.

Adultera mulier quare in monaſterium detrudebatur, ibid n.9.

Adultera uxor cum dotem amittat eaq; marito ſit applicanda? p.2.q.64.n.32. quid juris in foro Sax. de hac re, n.16.18.

Adultera omne lucrũ, quod ex pacto vel Statuto ſibi debetur, amittit, p.2.q.64.n.32. Gerada hoc caſu nõ applicatur marito ſed proximæ cognatæ, n.33. idemq; aſſerendum de legatis uxori relictis, n.34.

Adultera ſponſa an dotem amittat, eaq; ſponſo ſit applicanda? p 2 q.64.n.45.46.51.52. Sententia Scabinorum Lipſenſ.n.53.

Adultera Sponſa mitius punitur, quàm uxor adultera, p.2.q.64.n.49.

Adulteræ uxoris bona paraphernalia non maritus lucretur? p.2 q.64.n.19.20.21.22.23.24. an in foro Sax. maritus uxoris adulteræ bona lucretur? n.28.29 30.31.35.

Adulteræ triplex peccatum imputatur, p.2.q.51.n.26.

Adulteræ prodeſt abſolutio adulteri, ſed condemnatio non nocet, p.2 q 6 .n 2 .

Adulteram qui in matrimonio retinebat, ex ſententia Athenienſium damnabatur, p.2.q.55 n.4.

Adulteram uxorem occidendi jus L.L. Romanæ viro adimunt, tamen a cæde adulteri non prohibẽt, p. .q 51 n 27.

Adulteras uxores intra biennium viris poteſtas datur abſq; periculo recipere, p.2.q.53.n.24.

ADVLTERIVM.

Adulterium quomodo definiri debeat, p.2.q 52.n.42.43.

Adulterium facit conjugalis fidei violatio, p.2 q.52.n.44.45.61.69.

Adulterium triplici modo cõmittitur, p.2.q.53.n.4.

Adulterium ſemper uniforme non eſt, ſed quandoq; duplicatum, quandoq; ſimplex, p.2.q 53.n.3.4.

Duplicatum eſt Adulterium, quod maritus cum alterius uxore committit, ibid.n.5. quare hoc Adulterium dicatur Oberhurerey, *n.6.*

Adulterium ſimplex dicitur, quod vir ſolutus cum uxore conjugata committit, p.2.q.53.n.36 37.

Adulterium ſimplex committit maritus, cum fœminâ abſolutâ concumbens, p.2.q.53.n.48.49.50.51.52.

Adulterium quoq; cõmittitur in ſponſam, p.2.q.64.n.48.

Adulterium propriè committitur in mulierem nuptam licet vir ſit cælebs, p.2.q.53.n.43.

Adulterium quodnam dicatur manifeſtum, p.2 q.60.n 19.

Adulterium num committatur cum perſonâ conjugatâ meretricio more vidente, p.2.q.57.n.3.4.5.6.14.15.17.18.

Adulterium fit occultè & remotis arbitris, p.2 q.57.n.74.

Adulterium ſine dolo non committitur, p 2.q.56.n.66.

Adulterium pariter à Sponſo & in Sponſam cõmittitur, p.2 q.56.n.1 2.4 6.7.8.11.12.13 17.22.

Adulterium in utroq; ſexu pari ratione damnatur, p.2.q.53 n.12.

Adulterium num maritus cum fœmina ſoluta verũ committat, p.2 q.52.n.49.50 52. de jure divino verum eſt, n 53.54.55 56. ut & de jure Canonico, n 57.58.59. ſicuti etiam de jure Civili, n.60 63.64 quid juris ex Sanctione Carolina Criminali, n.65 cum qua convenit Conſtitutio Elect Sax: n.66. refutantur argumenta contraria, n.67.68.71.72,73.84.87 88.

Adulterium inſitio ſtirpis ſpuriæ in alienam familiam aggravat, p 2 q 52 n. 0.

Adulterium jure Gentium improbatur, p.2 q.51.n 24.

Adulterium criminalia comprehendit, ibid n 28.

Adulterium inter crimina levia collocans Pontifex Alexander III. reprehenditur, ib.n.31 32.

Adulterium ceu grave delictum gravem quoq; meretur pœnam, p 2.q 52.n.1.

Adulrerium inter delicta carnis primum ac præcipuum eſt, p.2.q 51.n.14.

Adulterium maritus ægrè fert, p.2.q.51.n.15.

Quivis mavult ferre mortem filii, quàm Adulterium uxoris, p.2 q.51.n.47.

Adulterium non refertur inter crimina atrociſſima, p.2 q.61.n.5.

Adulterium non momentaneum, ſed ſucceſſivum eſt delictum p.2 q.62 n.66.

Nihil magis impedit conjugum concordiam, quàm Adulterium, p.2 q.62 n 66

Adulterium quænam indicia probent & dicantur indubitata, p.2.q.60.n.19.20.21.22. quænam veriſimilia & probabilia, n.23.24.25 26.27. It. p.3.q.122.n.70.

Adulteria hodie quidam judices parvi pendunt p.2.q 54.n.1.2.

Adulterii nominis notatio, p.2.p.52.n 46.

Adulterii definitio vera p.2 q 52.n.48.

Adulterii accuſare maritos de jure Ordinationis Criminalis mulieribus permittitur, p.2 q 57 n.38.39.

Adulterii crimen grave eſt & atrox, p.2.q.51.n.55. quare pro delicto atroci habeatur, n.26.27.

in Adulterii crimine, ut & in omnib. aliis delictis carnis utriusq; delinquentis confeſſio requiritur, antequam pœna mortis decernatur, p 2.q.60 n.18.

Adulterii mẽtio quare rariſſimè in jure Civili fiat à marito cum fœminâ ſolutâ cõmiſſi, p.2.q.52.n.91.

Adulterio ineſt furtum, p.2.q.51.n.53.

Adulterio graviora crimina quænam ſint, p.2.q.51.n.35.36.

Adulterio gravius crimẽ eſt homicidiũ, ib.n.37.38.

Adulterio gravius crimen an habeatur furtum, ib.n.39.43 44.48.49 50.51.52.53.54.55.56.57.

Adulterio committendo qui domum præbuit, adverſus eum competit accuſatio, p.2.q.71.n.4.

de Adulterio dupliciter agi poteſt, criminaliter & civiliter, p.2 q.63.n.1. cognitio in cauſa civili pertinet ad judicem Eccleſiaſticum, n.2.

de Adulterio, inſcio ſe perpetrato, maritus impunè transſigere poteſt, p.2.q.55.n.14. ibid.p.2.q.71.n.31.32.33.34. Reſponſa Scabin. Lipſenſ.n.35.

in Adulterio non ſemper patientis, ſed & agentis perſona reſpicienda, contra Heig.p.2.q.52.n.76.77.

in Adulterio deprehenſam an propria autoritate incarcerare liceat: p.1.q.41.n.126.

in Adulterio uxorem deprehenſam necandi an maritis jus fuerit: p.2.q.52 n.14 15.

per Adulterium abſque ſententia declaratoria non diſſolvitur matrimonium, p.2.q.57.n.16.

ob Adulterium unicum divortium fieri poteſt, p.2.q.57.n.27. tam uxoris quàm mariti, n.38.

ob Adulterium conjugis ad ſeparationem thori agi poteſt, p.2.q.63.n.3.4.6.

ob Adulterium marito vivente commiſſum an eius heredes adverſùs viduam ad dotem conſequẽdam agere poſſint, p.2.q.65 n.1. ex jure cõmuni diverſimodè hac quæſtio deciditur ab interpretibus, n.2.3.4.5.6.7.8.9. quomodo hæc quæſtio in foro Sax. decidenda ſit, n.10.11.12. ſi maritus Adulterium uxoris ignoraverit heredibus jus agendi adverſus viduã non cõpetit.n.13.14.15.16.17 ſicuti nec heredes agere poſſunt, ſi maritus de Adulterio uxoris non fuerit conqueſtus, n.18.19.20.21. quiſnã probare debeat, maritum ſciviſſe Adulterium, & vindicare voluiſſe, n.22. Sentent. Scabin. Lipſ.n.23. nũ hoc jus agendi, competat etiam extraneis heredibus, n.24.25. quid juris de hac quæſtione in foro Sax.n.26.27.28.29.31. Sententia Scab. Lipſenſ. n.34. vide plura in vocabulo Vidua.

ADVLTERII POENA.

Adulterorum pœna apud Gentes varias uſitatæ referuntur, p.2.q.52.n.3.4.5.6.7.8.9.10.

Adulterii ſupplicium quale quondam fuerit de jure Romano, p.2.q.52.n.11.12.13.14.15. ab initio non fuit capitale, n.24.

Adulteri num mortis pœnâ ſint afficiendi, p.2.q.52. n.16.21.22.23. quid de jure divino hâc de quæſtione habendum, n.17.18.19.20.

de Adulteriis coercendis Lex quare dicatur Iulia, p.2.q.52.n.25.

Adulteri ex Lege Iuliâ gladio puniuntur, p.2.q 52. n.26.27.28.29.30.31.32 33.34 35.37 pœna capitalis connivẽtiâ in deſuetudinem abijt, ſed poſtea reſtituta fuit, n.38.90 pœna Adulterij de jure Romano eſt hodie mortis naturalis, n.39.41.

Adulteræ fœmina quomodo puniũtur, p.2.q.52.n.40

Adulterii ſupplicium apud pauciores populos fuit capitale, p.2.q.52.n.2.

Adulterii crimen diverſimodè quondam ab Ethnicis puniebatur, p.2.q.51 n.17.18.19.20.21.22.23.

Adulterii pœna hodie de jure Romano eſt capitalis, p.2.q.53.n.1. certo tamen modo ab Imperatore Iuſtiniano limitata, n.2.

Adulterii pœna hodie capitalis, p.2.q.71.n.12.

Adulterium punitur gravius de jure Divino, quàm furtum, p.2.q.51.n.57.58.59 quæ pœna etiam ad Sponſam in domo patris fornicantẽ, extenditur, n.60 quare hodie furtũ gravius puniatur, quàm crimen Adulterii, n.62 63.64.

Adulterii à Sponſo Sponſave cõmiſſi pœna quanã ſit, p.2 q.56.n.26.27 28.29.30.33.36. in foro Sax. quanã pœna adulterii à Sponſo Sponſave cõmiſſi, n.37.38.42 43 45.46 47.48.50. Sententia Scabin. Lipſenſ.n.44.51. mitiùs animadvertendum adverſus Adulterum ſponſum ad interceſſionem Sponſæ, & vice verſa, n.52.53.54. Sententia Scabinorum Lipſenſium.n.56.57.

Adulteri pœna, cuius conjunx ex probabili cauſa diutius abeſt, p.2.q.58.n.36.37.38.39.41. Sententia Scabin.Lipſenſ.n.40.42.43.

Adulterantis deſerti conjugis pœna, vid. inf. Deſertio.

Adulterii pœna de jure Canonico, p.2.q.62.n.16 17.

Adulterum laicum, ſive maſculus ſit, ſive fœmina, jus Canonicum duriori ſupplicio, quam excommunicatione, puniri non vult, ibid.n.18.

ob Adulterium an Clerici ſacris ordinibus ſint amovendi, p.2.q.54.n.7.

in Adulterio conatus ſeu attentati pœna, p.2.q 61. n.2.3.6.7.8.9. Sententia Scabinorum Lipſenſiũ, n.10.11.12.13.

Adulterii delicti reiteratio an gravius punienda: p.2.q.62 n.59 63.64.66. Sententia Scabin Lipſenſ. n.65.67.68.69.

Adulterii violenti pœna quanam ſit, p.2.q.75 n.15.16.17.18.19. Reſponſa Scabin. Lipſenſium, n.20.

Adulterium Rei, cujus conjunx ad mortem fuit condemnatus, quomodo puniatur, p.2.q 61.n.78. Sententia Scabin Lipſenſium.n.79.

Adulterii pœna quoque eſt amiſſio dotis & donationis propter nuptias, p.2.q.64.n.1.

in Adulterii crimine pœna uniformis in Reos eſt conſtituta, p.2.q.62.n.13.

Adulterii duplicati pœna in maritis, p.2.q.53.n.7. quanam pœna ſit hoc caſu uxoris conjugatæ, n 8.9.26.27. in foro Sax. quanam ſit huius delicti pœna, n.28.29.30.31.32. Sententia Scabin. Lipſenſ. n.33.34.35.

Adulterii duplicati in Electoratu Sax. pœna, p.2 q.54.n.17.18.19 20.21.22 23.24.25. Obſervantia Scabin. Lipſenſ n.26 quomodo in Electoratu Sax. puniendus ſit vir ſolutus cum fœmina conjugata concumbẽs, n.27.28 29.30. quomodo ibidem fœmina conjugata viro ſoluto ſeſe proſtituens, n.31.32.33.34.35. Obſervantia Scabin. Lipſenſiũ, n.36. Pœna mariti in terris Electoratus Sax. cum fœmina ſoluta concumbentis, n.37 38.39 quomodo hoc caſu fœmina ſoluta puniri debeat, n.40.41. Obſervantia Scabin. Lipſenſium, n.42.

in Adulterii crimine ſecundum Conſtitutionem Electoralem Sax. pronunciandũ etiam in terris Baronũ à Schönburgk, p.2.q.54.n.43. Reſponſa Scabin Lipſenſ.n.44. ut & in Comitatu Schwartzburgenſi, n.45. nec non in Comitatu Hennebergenſi, n.46.

Adulterium alibi commiſſum an ex Conſtit Elect. puniendum, ſi Adulter in Electoratu Sax. fuerit deprehenſus, p.2.q.54.n 47.49.50.51.52. Sententia Scabin. Lipſenſ.n.53. quid juris, ſi reus Adulterii in Elect. Sax. Commiſſi alibi fuerit deprehenſus, n.55. Reſponſum Scabin. Lipſenſ.n.56.

Adulterium ſimplex quomodo in Provinciis Electoratus Sax puniatur. p.2.q.54.n 27.

Adulteræ mulieris conjugatæ, marito ſeſe proſtituẽtis, pœna, p.1.q.53 n.38. Rèſponſa Scabin. Lipſenſ. n.39. quomodo maritus hoc caſu puniẽa⁹ ſit, n.40.41.42.43.44.45.47. Sent Scab. Lipſenſ.n.46.

Adulteri mariti cum fœmina ſoluta concumbentis pœna, p.2.q.53.n.53 54.55.56.57.58.61.62. Sententia Scabin. Lipſenſ.n.59.60. quomodo puniri debeat fœmina ſoluta, maritum alienum admit-

tens

tens,n.64.65.66. Sententiæ Scabin. Lipſenſium, n.67.

Num ex Adulteri confeſſione ad pœnã mortis deveniri queat, ſi perſona coadulterãs ſit in fuga, aliavè indicia probabilia concurrãt, p.2.q.60.n.28. 29.30.33. Sententiæ Scabin. Lipſenſ.n.37.

Adulter in torturâ confeſſus morte puniẽdus, etiamſi coadulterãs perſona in fuga perſeveret, p.2.q.60. n.39.41. Sanctio D. Auguſti Electoris de hoc caſu, n.40. Sententiæ Scabinorum Lipſenſ.n.42.43. 44 Quid ſi adulter in loco torturæ, ſponte tamen, delictum confiteatur, n.45.46.47.48. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n.49. Quid ſi Reus coadulterans fugitivus fuerit in bannum declaratus, n.50.51.53.56. Sententiæ Scabinorum Lipſ. n.54.55. Quânam pœnâ Reus Adulterium confeſſus ſit plectendus, ſi perſona coadulterans mortua fuerit, vel aliàs haberi, aut in bannum declarari nequeat, n.57.58.59. Sententiæ Scabin. Lipſenſ. n.61.

De Adulterio & furto ſimul Reus convictus ſuſpenditur, p.2.q.51.n.41.

Italorum Statuta de pœnis Adulterii, p.2.q.54.n.6.

Adulteros maritos quomodo Lubecenſes mulctarint, ibid.n.4.

Adulterii pœnam judex pro arbitro augere poteſt, p.2.q.58.n.47. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n.48.49.

ADVLTERII POENÆ
mitigatio.

in Adulterii crimine variæ circumſtantiæ pœnam minuunt, p.2.q.61.n.1.

Adulterii pœnam Legis Iuliæ plurimæ Gentes mitigarunt.p.2.q.54.n.[illegible].4.5.6.7.12.13.14.

Adulterii pœna in Gallia non eſt capitalis, ibid.n.8. 9.10.11.

Adulterij pœna ab Imperatore Iuſtiniano definita in Electoratu Sax: fuit exaſperata, p.2.q.54.n. 15.16.

in Adulterio duplicato quatenus Magiſtratus ſuperior pro arbitrio pœnam ordinariam mitigare queat, p.2.q.61.n.65.68.69.70.71. Sententiæ Scabin. Lipſenſium, n.72.73.

ob Adulterium ab altero conjuge prius æquè cõmiſſum, an non mitiganda ſit pœna Adulterii, p.2. q.61.n.74.75.76. Reſponſa Scabin. Lipſenſium, n.77.

Adulter pœna mortis plectẽdus non eſt, ſi perſonæ coadulterãtis confeſſio deficiat p.2.q.60.n.1.2.3.4. 7.10.16.17. Sententiæ Scabin. Lipſenſium, n.12.

ſi Adultero non mortis ſupplicium, ſed mitior aliqua pœna veniat infligenda, an & tum utriusq; Rei confeſſio requiritur? p.2.q.60.n.34.35.38.

An Clerici in Adulterii crimine à pœna ordinaria excuſentur, p.2.q.62.n.16.17.18.19.21.22.23. Sententiæ Scabin. Lipſenſ.n.24.25.

an Adulter, cui conjunx debitum conjugale non præſtat, immunis ſit à pœna ordinaria.p.2.q.61.n.21 22. Reſponſum Scabinorum Lipſenſium, n.23. an hoc caſu perſona coadulterans à pœna ordinaria liberetur, n.24.25.26.27. Sententiæ Scabin. Lipſenſium, n.29.

Adulteri conjuges inter quos factum eſt divortium quoad menſam & thorum quomodo ſin puniendi, ib.53.55.56. Reſponſa Scabin. Lipſenſ.n.57

Furor conjugis quatenus Adulterũ à pœna mortis excuſat, p.2.q.61.n.30.31.32.33.35.36.37.38.39. Sententiæ Scabin. Lipſenſ.n.40.41.

Num ignorantia in Adulterio Reum à pœna mortis liberet.p.2.q.61.n.42.44.48. Sententiæ Scabin. Lipſenſ.n.45.46.47.49. ignorantiam autem allegans juramento ſeſe purgare debet, n.51. Obſervantia Scabinor. Lipſenſ.n.52.

ab Adulterii pœna num impotentia conjugis excuſet, p.2.q.61.n.14.16.17.18. Sententiæ Scabin. Lipſenſ. n.19.20.

Adulterii reus, pro quo conjunx intercedit, quomodo ſit puniendus, p.2.q.55.n.17.18.19.20.21. Obſervantia Scabin. Lipſenſ n.22.

Adulterii pœna ordinaria eſt remittẽda, ſi conjunx pro conjuge adultero intercedat, p.2.q.55.n.1.2.

Maritus cum uxore ante quinquennium Adulterii crimine contaminata concumbẽs, num ad interceſſionem conjugis à pœna ordinariâ adulterii liberari debeat? p.2.q.57.n.48.49.50.51.

Quatenus Lepra conjugii Adulterum à pœna mortis excuſet, p.2.q.61.n.30.31.32.33.35.36.37.38.39. Sententiæ Scabin. Lipſenſium n.40.41.

an Adulterii pœnâ ordinariâ teneatur vir ſolutus cum uxore nuptâ, meretricio more vivente, concumbens, p.2.q.57.n.24.47. Sententiæ Scabinor. Lipſenſium, n.25.26.

Quid ſi Adulter ignoret uxorẽ nuptam antea quoq; fuiſſe adulteram, p.2.q.57.n.27.28.29. Sententiæ Scabin. Lipſenſ.n.31.

Quomodo puniendus ſit maritus, rem habens cum uxore alienâ, meretricio more vivente? p.2.q.57. n.32.33.36. Sententiæ Scabinorum Lipſenſium, n.34.35.

Quæ ſit pœna mulieris ſolutæ, marito antea quoque Adulterio ſe proſtituentis, p.2.q.57.n.37.38.39. 40 Sententiæ Scab. Lipſenſ.n.41.42. An remiſſio hoc caſu locũ habeat in uxore adultera? n.43. 44. Sententiæ Scabin. Lipſenſ.n.45. & quid juris remiſſione præſumptâ, n.46.

Vxor, quæ primò cum viro ſoluto, poſtea cum marito alieno rem habuit an ad interceſſionem Conjugis à pœna ordinaria adulterii liberetur.p.2.q.57.n. 54.55.56.57.59. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium, n.58.60. Quid juris hoc caſu in marito, n.61. 62. 63. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium, n.64. 65.66.69.

Multum intereſt judicis, noſſe, quis primò cum uxore, meretricio more vivente Adulterium commiſerit, ib.n.70. Obſervantia Scabin. Lipſenſium, n.71. num ex indiciis de primo Adultero conſtare queat, n.72.73.76. Sententiæ Scabin. Lipſenſium, n.75 quomodo hoc caſu à judice ſit procedendum, n.76. Confeſſioni Adulteræ hoc caſu credendum eſt, n.77. Obſervantia Scabin. Lipſenſium, n.78. quid ſi mulier Adultera primum Adulterum neſciat, n.79.80 Sententiæ Scabin. Lipſenſ.n.81.

Adulterii pœnâ non tenetur, qui cum alienâ uxore, meretricio more vivẽte, rem habet, p.2.q.57 2.1. 2.20.21.22. Perſonâ conjugatâ, quæ meretricio more vivit, nullatenus à pœna ordinariâ Adulterii excuſatur.p.2.q.57.n.52.67.68.

in Adulterio minorennitas num excuſet? p.2.q.62. n.50.52.53.54.55.57 Sententiæ Scabin. Lipſenſ. n.56.58.

Muliebris ſexus imbecillitas in Adulterii crimine fœminas non excuſat, p.2.q.54.n.22.

in Adulterii crimine an Nobilitas pœnam mitiget. p.2. q.62.n.1.5.6.7.8.9.10.11. Obſerv. Scab. Lipſenſ. n.12. pœna hæc mortis abſq; ſpeciali gratia Magiſtratus ſuperioris remittenda non eſt, d n.12.

An & quatenus laſciva Perſuaſio ad committendum adulterium à pœna ordinaria reum liberet? p.2. q.61.n.58.61.62. Sententia Scabinorum Lipſenſ. n.63.64.

An Senes à pœna ordinaria Adulterii excuſentur? p.2. q.62.n.27. referuntur argumenta pro ſententia affirmativa, quam tenet Vergil. Pingitz. n.28.29. 30.31. verior eſt negativa Sententia, n.32.34.35. 36.48. refutantur argumenta Pingitz. n.37.38. 41.42. Sententia Scabin. Lipſenſ. n.43.44.45.46. 47.49.

An in Adulterio violento ſimplici locus ſit remiſſioni Conjugis, p.2.q.75.n.24.

ADULTERII PRÆSCRIPTIO.

Adulterij pœna ceſſat poſt elapſum quinquennium, p.2.q.59 n.1.

Adulterii accuſationi conſtitutum ſpatium temporis multiplex eſt, p.2.q.69.n.3.4.5.6.

Adulterii reus præſcriptione quinquennii an ab omni liberetur pœnâ, p.2.q.59.n.7.

Adulterii reus tutus eſt præſcriptione quinquennii, etiamſi hanc non alleget, ib.n.36. Obſerv. Scabin. Lipſenſium, n.39.

Adulterii Reus quando intra quinquēnium prehēdi nequit præſcriptio ipſi non prodeſt, p.2.q.59.n.48.

Adulterii in Præſcriptione tempus quinquennii eſt continuum, p.2.q.59.n 52.

in Adulterii crimine Inquiſitioni etiam quinquennio præſcribitur, p.2.q.59.n.29.31.32.33.34. Sententia Scabin. Lipſenſ. n.35.

in Adulterii crimine tempus quinquēnii etiam ignoranti currit. p.2.q.59.n.41.42.

Adulterio quo temporis ſpatio præſcribatur in foro Saxon. p.2.q.59.n.9.19.

Adulterio duplicato extra Electoratum Sax in foro Saxon. quinquennio præſcribitur, p.2.q.59.n.20. Reſp. Scabin. Lipſenſ. d.n.20.

Adulterium duplicatum tollitur præſcriptione vicenii in Electoratu Sax: p.2.q.59.n.40.50. Sent. Scabin. Lipſenſ. n.51.

Adulteriū ſimplex in terris Electoratus Sax. etiamnum hodie Præſcriptione quinquēnii tollitur, p 2. q.59 n.21.25. Sententia Scabinorum Lipſenſium, n.28.

Adulterium cōmiſſum cum uxore, quæ meretricio more vivit aut à marito deſerta eſt, in terris Electoratus Sax. tollitur etiam Præſcriptione quinquennii, p.2.q 59.n.44.45.46. Sent. Scab. Lipſenſ. n.47.

Adulterio quanto temporis ſpatio Præſcribatur, p.3. q.141.n.40. & ſeqq. vid. plura infrà in verb. Præſcriptio delictorum.

in Adulterii caſu Sponſus vel Sponſa hodie non niſi carcere ad duas vel tres ſeptimanas puniūtur, excluſa pecūiaria mulcta, ex ſpeciali Reſcripto Electorali, p.2.q.56.n.61. Reſponſ. Scabin. Lipſenſ. n.62.

ÆDES.

Ædes conſcendendo furtum cōmittens, num indifferenter laqueo puniri debeat? p.2.q.79 n.48.49. 50.51.52.54. Sententia Scabinorum Lipſenſium, n.53.55.

Ædes proprias inflāmantes num igne puniēdi ſint p.1.q.38.n.46. Reſponſa Scabin. Lipſenſ. n.47.

Ædium effractores & expugnatores etiam ex Cōſtitutione fractæ pacis puniūtur, p.1.q.35.n 31.32. Sententia Scab. Lipſenſ. n.33.34. quanā ſit pœna expugnationis Ædiū, quando hæc non incidit in crimen fractæ pacis, n.35.36.37. Reſp S. Lipſ. n.38.

inter Ædium ſpoliatores & raptores den Straſſenräubern/ nulla differentia eſt conſtituenda, p.1. q.35.n.37.

ÆGROTUS.

Ægrotos, qui ope Diaboli curare conantur, quâ pœnâ teneantur? p.1.q.50.n.48.

ÆQUIPARATA.

Æquiparatorū de uno quicquid conſtituitur, illud etiam de altero cōſtitutum videtur, p.1.q.23.n.15. p.2.q.56 n.55.

ÆQUITAS.

Æquitas quandoq; in ſeveritate conſiſtit, p.1.q.24. n.9.

ÆS.

in Ære qui nō habet, luat in corpore, p.1.q.34.n.49. Item p.3.q.102.n.30.

ÆSTIMATIO.

Æſtimatio rei per ſe delictum non auget, p.2.q.78. n.15.

Æſtimatio ſive taxatio rei furtivæ à quonam facienda? p.2.q.78 n.55.56.57.59.60.

Æſtimatio furti an ex re furtiva, an verò lucro furti, fieri debeat? ibid.n.51.52. & ſeqq.

Æſtimatio damni non habet locū in delictis ubi pœna corporis afflictiva imponitur, p.2.q.68.n.64.

Æſtimatio ferarum. p.2.q.82.n.53.55.

Æſtimationem liberum corpus non recipere, quatenus verum, p.2.q.99.n.29 30.

ÆTAS.

Ætas tenella eſt triplex, infantia, impubertas, & minorennitas, p.3 q.143.n.6.7.8.

Ætas tenella præbet cauſam mitigationi pœnæ, p.3. q.143.n.3 4.5.

Ætatis gradus judicis arbitrio ex variis circumſtantiis æſtimandi relinqui debent, p.3.q.143.n.5.

AFFINIS.

Affines quinam propriè dicantur. p.1.q.13.n.27.28. p.2.q 74.n.5.

inter Affines num committatur inceſtus ſub colore matrimonii, p.2 q.74.n.87.88.89. Sententia Scabin. Lipſenſium. n.90.91.

Affines ignorantia quatenus excuſet in crimine inceſtus, ib.n.96.97. Reſp. Scab. Lipſ. n.98.

inter Affines quando & quomodo committatur inceſtus, & quomodo puniatur, vid. inf. in vocab. Inceſtus.

AFFINITAS.

Affinitas quænam propriè dicatur. p.2.q.74.n.5.

Affinitas de utroq; jure Pōtificio & Civili quoad nuptiarum prohibitionem ex illicito coitu oritur, ib. n.63.

Affinitatis gradus quomodo computentur, ibid.n.6.

Affinitatis ſecundum genus an habeat prohibitionem matrimonii? ibid.n.49.50.54.

Affinitatis tertium genus non habet prohibitionem matrimonii, ibid.n.55.56.

AGGRATIARE.

Aggratiandi jus refertur inter Regalia, p.3.q.150. n.14. & ſeq.

AGGRES-

AGGRESSOR.

Aggreſſor præſumitur fortior, p.1.q.33.n.51. & qui arma habuit graviora, n.53.

ALAPA.

Alapa aliquem occidentis quænam ſit pœna, p.1.q.30.n.42.

an Alapa percuſſus percuſſorem impunè occidere queat? p.1.q.30.n.34.36.37.38. Sententia Scabin. Lipſenſ. n.39.40.41.42.

pro Alapa, quam quidem miniſtro Eccleſiæ impegerat, relegatio ad biennium dictata fuit, p.2.q 99 n.27. in Sententia

Alapam Magiſtratui impingens quomodo puniatur, p.2.q.100.n.23. Reſponſum Scabinor. Lipſenſium, n.24.

Alapa, verbera & percuſſiones ad Iurisdictionem inferiorem pertinent, p.2.q.99.n.14.

ALEATOR.

Aleatorum pœna quænam, p.3.q.134.n.8.

Aleatorum, in ludo falſam monetam exponentium, pœna, p.1.q.42.n 15.

ALERE.

Alere incarceratum minitatorem quisnam debeat? p.1.q.37.n.96. Sent. Scabin. Lipſenſ. n.97.98.

Alere ſtuprator tenetur infantem, ex ſtupro procreatum, p.2 q.68.n.104.

Altere quamdiu ſtuprator ſpurium teneatur? ib.n.110. Obſervantia Scabin. Lipſenſ. n.111.112.

Alere non cogitur pater ſpurium, ex meretrice vulgari procreatum, ibid: n.118. 119.120. Reſponſa Scabin. Lipſenſ. n.121.

Alere in caſu inopiæ ſtupratoris, mater ſtuprata ſpurium debet, p.2.q.68.n.127. Reſponſa Scabin. Lipſenſ. n.128.

Alere infantem maritus, puellam ſtuprans, tenetur, ib.n.122.123.124.125. Sent. Scabin. Lipſ. n.126.

ALIMENTA.

Alimenta debentur, quàm primum infans fuerit natus, p.2.q.68.n.106.107.108. Obſervant. Scabin. Lipſenſ. n.109.

Alimenta ceſſant mortuo ſpurio in infantia, ibid. n 114.

onus Alimentandi infantem expoſitum judici incumbit ſuperiori, p.3.q.109.n.45.

ALIVS.

per Alium quod quis facit, ipſemet feciſſe cenſetur, p.1.q.50 n.33.

ALTERNATIVA.

in Alternativis electio eſt penes debitorem, p.3.q.133.n.50 51 53. Sententia Scabinor. Lipſenſ. n.52.

ALTERVM TANTVM.

ultra Alterum tantum uſuras exigere haud licet, p.2.q.92.n.42.43. Obſervantia Scabin. Lipſenſium, n.44. quod verum eſt etiam in uſuris particulariter ſolutis, n.45. Reſponſum Scabin. Lipſenſium, nu. 46. non ſolùm in mutuo, ſed & in aliis contractibus, nu.47. Sententia Scabinorum Lipſenſium, n. 48. ultra Alterum tantum uſuræ ſolutæ repeti poſſunt, ibid. n. 49. Sententia Scabin. Lipſenſium, n.50.

ultra Alterum tantum lite mota & conteſtata etiam uſuræ currunt, p.2.q.92 n.51.52. Obſervantia Scabinorum Lipſenſium, n.53 ſicuti & uſura rei judicatæ, n.54. Sententia Scabinorum Lipſenſ. n.55.56.

ultra Alterum tantum uſuræ tanquam intereſſe peti poſſunt, p.2.q.92.n.57.59. Sententia Scabin. Lipſenſ. n.58.60.61.

ultra Alterum tantum annui reditus currunt, p.2.q.92.n.62. Reſponſa Scabin. Lipſenſium, 63.

AMOR.

Amor furori æquiparatur, p.2 q.61 n.60.

Amoroſo parcendum eſt, qui furore libidinis aliquid prohibitum fecit, cum id videatur feciſſe quaſi furioſus & demens, p.2.q.61.n.59.

AMPVTATIO.

Amputatio manus an adhuc ſit in uſu? p.1.q. 40.n. 41.

Amputatio manus num dictari poſſit ei, qui unam tantùm manum habet, p.1.q.40.n.47.48.

Amputatio digitorum an de totis digitis, an verò prioribus articulis intelligatur, p.1.q.47.n.11.

Amputatio digitorum an ei dictari poſſit, cui priores ante præciſi, vel aliter abſumti, p.1.q.47.n.35. 36.39.

Amputatio membri ſi alicui dictetur, quodnam mẽbrum intelligatur, p.3 q.129.n. 43. & ſeqq.

Amputationi manus ſemper adhæret perpetua relegatio, p.1.q 40.n.45.

Amputari ſemper debet manus debilior, p.1.q.40. n.43.

ANATOCISMVS.

Anatociſmus quinam dicatur, & num prohibitus? p.2.q.92.n.87.88. Sententia Scabinor. Lipſenſ. n.89.90.

ANATOMIA.

ad Anatomiam cadavera punitorum rectè conceduntur Medicis, p.3.q.137 n.72.73.75. modo Princeps conſentiat, n.74. Sent. Scab. Lipſenſ. n.76.

ANIMA.

Animæ unius ſalus, pro qua Chriſtus mortuus eſt, videtur cæteris omnibus rebus anteponenda, p.3. q.137.n.46.

ANIMADVERTI.

Animadverti in res inanimatas ſtatuas & domus interdum quare conſuevit, p.3.q.131.n.14.

ANIMAL.

Animal quando Dominus pro noxa dare queat? p.3. q.131.n.17.18 quid juris in foro Sax: n.19.20.

Animal ad nocendum proclive qui ſciens retinet pœna dignus eſt, p.3.q.131.n.21. Sentent. Scabin. Lipſenſ. n.22.

Animalia ferocia habentis, damno ab ijs dato, pœna, ibid. n.23.24.26. Sententia Scab. Lipſ. n.25.

Animalia bruta, hominem interficientia, lex Moſaica damnat, p.1.q.1.n.6.

in Animalia bruta quare quandoq; animadvertatur, p.3.q.101.n.20.21.

ANIMVS.

Animus & propoſitum maleficia diſtinguunt p.1, q.27.n.2.

Animus & voluntas in delictis attenditur, non exitus, p.1.q.1.n.17. quando hoc fallit, n.54.

Animus & voluntas in delictis omnibus quatenus attendenda, p.1.q.15 n.13.

ANNVS.

Annus de jure Saxon: perficitur ſpacio unius Anni & ſex ſeptimanarũ, p.3.q.141.n 64. quibus hodie adijciuntur tres dies, ita ut annus in foro Sax: ſit ſpatium unius Anni, ſex ſeptimanarum, & trium dierum, ibid. n.66.69.

ANSER.

Anſeres Romæ olim ob conſervatum Capitolium, quod clangore, canibus dormientibus, advenientem hoſtem prodidiſſent, præmio affecti, & canes quod non latraſſent, ſuſpenſi fuêre. p.3.q.101. n.21.

ANTICHRESIS.

Antichreſis quomodo contrahatur, p.2.q.92.n.68.

Antichreſeos pactum quatenus licitum, p.2.q.92.n. 69.71.72 73. Sententiæ Scabin. Lipſenſium, n. 70.74.75.

ANTONIUS.

Antonius Perſicus, ut auxiliaretur fratri ſuo, interfecerat alium cum eo rixantem, fuit abſolutus, p.1.q.32.n.5.

APPELLARE.

Appellare tàm in criminali, quàm in civili cauſâ licet p.3.q.139.n.3.4.5.6.

Appellare à captura ſemper & poſt decendium quoque licet, p.3.q.139.n.10.11.

Appellare nō licet, ex conſuetudine hodierna in proceſſu inquiſitorio criminali, p.3.q.139.n.14.15. 16.17.18.19.& 20 Obſervant. Scabin Lipſenſ. n. 21. neq; à definitiva, neq; ab interlocutoriâ ſentētiâ, n.22 ſive de pœna corporis afflictiva, ſive mitiori aliqua pœna agatur, nu. 23.24. Sententia Andr. Rauchbar. de hac conſuetudine, & quomodo accipi debeat? n.25 26.27.

Appellari è gravamine continuo quocunq; loco & tempore poteſt, p.3.q.139 n.11.

APPELLATIO.

Appellatio in proceſſu criminali ordinario etiamnum hodie admittitur, p.3.q.139.n.31.32.33. Sententiæ Scabin. Lipſenſ. n.34. non modo in definitiva, ſed & in interlocutoria ſententiâ, n.35.36.

Appellatio omnis ſive judicialis, ſive extrajudicialis intra decem dies interponenda, p.3.q.139.n.10.

Appellatio eſt præſidium innocentiæ. p.3.q.139.n.7. 13. & ſpecies defenſionis, quæ nemini deneganda, n. 8. maximè quando nulliter proceſſum eſt contra inauditum & indefenſum, n. 9.

Appellatio dicitur thyriaca contra injuſtæ ſententiæ venenum, p.3.q.139.n.12. D. Bernhardi verba de hoc remedio, ibid.

Appellatio evidenter frivola reyicienda eſt, ib. n.12.

Appellatio nec Statuto aut conſuetudine tolli poteſt, p.3.q.104.n 65.

Appellationis beneficium in quem finem introductum, p.3.q.139.n.8.

Appellationis loco in proceſſu inquiſitorio admittitur inquiſiti defenſio, p.3.q.139.n.37.38 39. Obſervantia Scabin. Lipſenſium, n.40.41.

Appellationem à ſententia, in qua ſaltē mulcta fuit irrogata, viva voce factam valere, p.3.q.139.n.6.

per Appellationē executio pœnæ impeditur, ib. n.12.

per Appellationem ſæpiſſimè lites temerariè protrahuntur, p.3 q.139 n.19.

Appellatione pendente reus incarcerari num debeat, p.3.q.139.n.42.43.44.

Appellatione pendente reus incarceratus non eſt relaxandus, p.3.q.139.n.45.46.47.48.

Appellatione pendente reus jam antè relaxatus non debet incarcerari, p.3.q.130.n.49. durante decendio reus habens ſecuritatem incarcerari nequit, etiamſi non appellaverit, nu.50. Sententia Scabin. Lipſenſium, n.51.

Appellatione pendente nō eſt procedendū, nec quicquam commutandum, aut innovandum, p.3. q.139.n.2.

Appellatione pendente ſi Iudex ad torturam proceſſerit, & confeſſionem à Reo extorſerit, talis confeſſio prorſus nulla & inefficax eſt ad condemnandum, p.3.q.139 n.5.

AQUA.

Aqua & igni alicui interdicere nihil aliud eſt, quam eum bannire, p.3.q.140.n.14.

AQUILIA.

In lege Aquilia quod unus præſtitit, alium non relevat, p.1.q.34.n.35.

ARBOR.

pro Arboribus furtim cæſis variæ competunt actiones, p.2.q.83.n.2 plura vid. in voc. Furti pœna Arborum appellatione quænam veniant, p.2.q.83. n.12.13.

ARGUMENTUM.

Argumentum à contrario ſenſu deſumtum, in jure eſt fortiſſimum, p.1.q.26.n.9 p.1.q.47.n.19.p.2. q.54.n.30.p.2.q.65.n.15.

Argumentum à contrario ſenſu deſumptum in pœnalibus & Statutis infirmum eſt, p.2.q.73 n.87.

Argumentum à correlatis quando valeat, p.1.q.19. n.24.

Argumentum à genere delicti ad ejusdem pœnam non ſemper valeat, p.2.q.56.n.31.

Argumentum ex ratione Legis deſumtum firmum eſt, p.1.q.11.n.20.

Argumentari & inferre ex conſideratione alicujus delicti abſoluta ad pœnam non licet, p.2.q.77.n. 46.47.

ARIOLI.

Arioli quomodo puniendi? p.1.q.50.n.37.38.39.40. Sententiæ Scabin. Lipſenſ. n.41.

Arioli an per Diabolum futura prædicere poſſint? ib. n.34.44.47.

ARMA.

Arma ad occidendum apta, unde dolus occiſoris præſumendus, referuntur, p.1 q.3.n.9.11.13.14.15.16 17.18. Sententia Scabin. Lipſenſium, n.10.12.

Armorum appellatione quænam comprehendantur, p.1.q.22.n.16.p.1.q.35.n.15.

Armorum inæqualitas in moderamine inculpatæ tutelæ non attendenda, p.1.q.30.n.19.

Armorum movendorum copia nulli, inſcio atq; inconſulto Principe, tribuebatur, p.1.q.35.n.14.

Armorum paritas an in moderamine inculpatæ tutelæ præciſè requiratur, p.1.q.28 n.27.

Armorum qualitas in homicidio probè eſt attendenda, p.1.q.3.n.4.& 5.

Armorum terror ſufficit, ut videatur dejeciſſe, p.1.q. 37.n.7.

Ex quibus Armis dolus occidentis præſumatur, p.1. q.3.n.6.7.

Armati qui dicantur, p.1.q.22.n.16.

ARMENTA.

Armenta & greges quomodo differant, p.2.q.86.n. 27.28.

ARTICULI INQUISItionales.

Articuli inquiſitionales factum certum exprimere, p.3.q.113.n.28. & locum & tempus commiſſi delicti continere debent, ibid. n.29.

Articulos novos formare factâ probatione an in Inquiſitorio proceſſu liceat, p.3.q.114.n.13.14.15. 16.17.

Articuli Inquiſitionales debent eſſe clari, aperti & rotundi, p.3.q.113.n.32.& ſinguli non niſi unicum interrogatorium continere, ib:n.33.& ſeqq.

Articuli Inquiſitionales quando ſufficiant, ut opus non ſit formatione articulorum probatorialium, p.3.q 114.n. 9. & ſeqq.

ad Articulos probatorios ante judicium & litis conteſtationem neminem cogi de jure ſuo reſpondere, quatenus verum, p.3 q.103.n.39.

ASSASSINIVM.

Aſſaſſinium unde dicatur, p. 1. q.19.n.1,2.

Aſſaſſinium quid, p. 1. q. 19.n.3 4.

Aſſaſſinium crimen eſt crudele & horrendum, ib: (n. 6. 9.

Aſſaſſinium homicidii ſpecies eſt, ib:n.7.

Aſſaſſinium num ſola pecuniæ promiſſione committatur. p.1.q.19.n.44.45.46.Reſponſa Scabinor. Lipſenſium, n.47.49.51.quid ſi pretium certum non fuerit expreſſum, n. 48.50.

Aſſaſſinium æquiparatur latrocinio, p.1.q.19.n.37.

Aſſaſſinii criminis requiſita, p.1 q.19.n.29.

Aſſaſſinii facinus in Italia frequentiſſimum, ib:n.2.

Aſſaſſinii pœna, p. 1.q.19.n.10.11.12. hæc pœna diverſa eſt pro more cujusvis regionis, n.13.in ditionibus Sax: illud ſupplicium irrogari debet, quod moribus Sax: eſt receptum, n. 14.

pro Aſſaſſinii crimine neque in jure Civili, neq; Conſtitutione Criminali Carol: neq; etiã in jure Sax: certa pœna conſtituta reperitur, p.1 q.19.n.10.

in Aſſaſſinii crimine an pecunia numerata ſemper intervenire debeat? p.1.q.19.n.35 36.38.Reſponſa Scabinor. Lipſenſ.n.39.

in Aſſaſſinio quomodo conatus puniendus, ib.à n.52. uſq; ad 61. Sententiæ Scabin. Lipſ. n. 62.63.64.

ASSASSINVS.

Aſſaſſinus quis dicatur, q.1.19 n.5.

Aſſaſſinus ſeu diffidatus ab omnibus impunè occidi poteſt, p. 1.q.19 n. 11.

Aſſaſſinus ut pœnâ mortis pũiri poſſit, tria requiruntur, ib: n.58.

Aſſaſſinator parricida quâ pœnâ plectendus. p. 1. q. 19.n.28.29.30. Sententiæ Scabin. Lipſenſ. n. 31. 32.33. Reſponſa Scabin. Lipſenſ n.34.

Quid ſi Aſſaſſinus rem minimam acceperit, p.1.q.19 n.40.42. Reſponſum Scabin. Lipſenſium, n.43.

Aſſaſſini quidam populi fuerint, & quænam incoluerint oppida, p. 1.q 19.n.1.

Aſſaſſinatoris ſeu conductoris pœna, p.1.q. 19.n.15. Sententia Scabin. Lipſenſ.n.16 17 18.

Aſiaſſini ſeu locatoris pœna, ibid. n. 19.20.21.22. Sententiæ Scabin. Lipſenſium, n.25.26.

Aſſaſſin. pœna de jure Canonico, ibid n.11.

in Aſſaſſino quando ad actum proximum dicatur perventum, p.1 q.19.n.58.

ASSERTIO.

Aſſertio plurium correorum quando probet? p. 3. q. 121.n. 39.

Aſſertio rei de mandatore quatenus faciat aliquem ſuſpectum, ibid. n. 40.

per Aſſertionem cum juramento rectè probantur, quæ in conſcientia noſtra & intellectu conſiſtũt, p. 2.q.97.n.8.

ASYLA.

Aſyla Judæorum quibus patrocinabantur, p. 3. q. 150.n.41. & ſeqq.

ATTENTATVM.

Attentatum alicujus delicti de conſuetudine generali pœnâ ordinaria non punitur, p 2.q 76.n.60.

Attentatis pro delictis præſertim atrociſſimis eandem pœnam imponendam eſſe, quæ pro delictis conſummatis ſolet imponi, communis DD. opinio. p.2.q.17.n.4.

ATTESTATIO.

Atteſtationes teſtium quomodo debeant conſignari, p.3.q.114.n.80.81.82. In hac conſignatione quidnam ſit obſervandum, n. 83. Obſervantia Scabin. Lipſenſium, n.84.

ATTILIVS.

Attilium Regulũ Pœni in profundas tenebras claudeant, & diu poſt, ubi erat viſus Sol ardentiſſimus, repente educebant, & adverſus ictus ſolio oppoſitum tenebant, deductis atq; inſutis ſurſum deorſumq; palpebru, p. 3.q.128 n.23:

AVRIGA.

Aurigæ alijq; pecuniam alteri exſolvendam ſubtrahentes, quomodo puniendi p. 2. q. 85 n. 92.93. 94.95. Sententiæ Scabin. Lipſenſium, n.96.

AVTOR RIXÆ.

Autor rixæ & ipſemet faber ſuæ fortunæ, p.1.q.29. n.45.

Autor rixæ quomodo puniatur, ſi de occiſore non conſtet? p.1.q.25.n 50.51.

Autor rixæ, qui poſtea in diſcrimine vitæ conſtitutus ad ſui defenſionem aliquem occidit, quâ pœnâ plectendus. p.1.q.29.n.42. Sententia Scabin. Lipſenſ n. 46.47 48.49.

Autor rixæ beneficio neceſſariæ defenſionis uti nequit, ibid n.42.43.

AVTORITAS.

Textibus magis, quàm Autoritatibus eſt inhærendum p.1.q.1.n.59.

Αὐτοχειρία.

Αὐτοχειρία gravius delictum homicidio, p.1.q.2. n.25.

Αὐτοχειρίας reorum, bona ſibi arrogantium, carnificum quorundam conſuetudo improbatur p 1.q. 2.n.32.

Αὐτοχειρία omni jure eſt prohibita, ibid. n. 26.28.

Αὐτοχειρίας pœna, ibid.n. 30.33.

Αὐτοχειρίαν tentans, ſed non perficiens, quomodo puniatur? ibid.n. 37.44. & ſeqq.

AVXILIATOR.

Auxiliatores eâdem pœna cum principali afficiendos eſſe, p.1 q.37.n.59. quatenus procedat, n. 61.

Auxiliatores furti an puniantur ſuſpendio, p. 2. q. 87.n.19. plura vid: in vocab: Furtum.

Auxiliatorum pœna in ſacrilegij crimine, p.2.q.89. n.56.57.58. Reſponſa Scabin Lipſenſ.n.59. 60.

AVXILIVM.

Auxilium & opem in aliquo crimine ex propoſito, tractatu ac conventione præcedente præſtans tenetur pœnâ delicti iſtius ordinariâ, p.1.q.42.n. 67. item p 1 q.22.n.31.

B.

BACVLVS.

BAculo homicidium perpetratũ an morte ſit puniendum, p.1 q.3.n.19 20. Reſponſa Scabin. Lipſenſium, n.22. Ex percuſſione tum Baculo grãdiori in capite dolus conjecturatur, p.1 q 3.n.21.

BANNVM.

Bannũ quomodo definiatur, p. 3. q.140.n 13.15.16.

Bannum unde dicatur & derivetur, ibid.n 8.9.10.

Bannum alio nomine vocatur Proſcriptio, quandoq; etiam annotatio, ibid. n.11.

Bannum quomodo dividatur, ibid. n. 17.

Bannum die Acht *moribus Sax: & conſuetudine totius Germaniæ pœna contumaciæ adverſus reos abſentes & fugitivos perhibetur, ibid. n. 6.*

Deß Reichs Acht *quo ſenſu in foro Sax: appellitetur Bannum ſuperius, ibid. n. 40.*

Bannum Imperiale & generale deß heiligen Römiſchen Reichs Acht vnd Bann / *nemo niſi ſolus Imp: eoq; abſente Rex Romanorum irrogare poteſt, p. 1. q 9. 140. n. 18.*

in Bannum an ſolus Imperator & Camera Cæſarea, vel etiam Status Imperii violatores pacis pub: declarare queant, p. 1. q. 36. n 3 opinio negativa pro ſolo Imperatore & Camera Imperiali, n. 5. referuntur argumenta hujus opinionis, n. 6. 7. 8. 9. 10. verior eſt ſententia affirmativa, n. 11. 12. 24. referuntur fundamenta hujus ſententiæ, n. 13. 15. 16. Reſponſiones ad argumenta contraria, n. 18. 19. 20. 21. Sententiæ Scabin. Lipſenſ. n. 25.

Bannum Imperiale & generale quodnam, & quale ſit, quisq; ejus effectus: p. 3. q. 140. n. 18. 26. 27. 28. 29.

Bannum Imperiale locum habet tàm contra contumaces, quàm turbatores Pacis pub. p. 3. q. 140. n. 22. 23.

Bannum Imperiale an ob delictum, an verò ob contumaciam fuerit irrogatum, nihil intereſt, p. 3. q. 140. n. 25.

Bannum juris Sax: contra fugitivos quale ſit, p. 3 q. 140. n. 34. quomodo differat à vero banno, n. 35. 36. 91.

Bannum Saxonicum duplex eſt, ſuperius & inferius, Vnter. vnd Oberacht / *n. 37.*

Bannum inferius ſeu primum quale ſit, p. 3. q. 140. n. 38.

Bannum ſecundum ſeu ſuperius quodnam dicatur ibid: n. 39 quo ſenſu in foro Saxon: appellitetur Reichsacht / *n. 40.*

Bannum Saxonicum quando & in quibusnam cauſis locum habeat p. 3. q. 140. n. 41. 42. 43. 44. 45. non ſolum in homicidio, ſed & in crimine adulterii & furti, n. 46. Sententia Scabin. Lipſenſ. n. 47. 48. (116.

Bannum ſuperius infamiam irrogat, p. 3. q. 140. n.

Bannum ſpeciale à Statibus Imperii irrogatur, p. 3. q. 140. n. 30. quale ſit & quisnam hujus effectus, n. 31. 32. 33.

Bannum Præfecti aut Quæſtoris alicujus in Electoratu Saxon: non extenditur ad totum Electoratum p. 3 q. 140. n. 92. 93.

Inter declarationem ſeu condemnationem in Bannum Imperiale, & declarationis executionem eſt deſtinguendum, p. 1. q. 36. n. 18.

Banni Imperialis quisnam ſit judex competens, p. 3. q. 140. n. 19. 20. 21.

Banni ſuperioris effectus, p. 3. q. 140. n. n 111. quomodo differat ab effectu Banni inferioris, n. 112. 113. 114. 115.

Banni primi ſeu inferioris quisnam ſit effectus in foro Sax: p. 3. q. 140 n. 94 95. 96. 97. ejus formula declaratur, n. 98.

in Banno ſuperiori in foro Sax: confiſcatio bonorum hodie obtinet, p. 3. q 135 n. 22. 33.

Banno ſecundo notatus amittit bona ſua p. 3 q. 140. n. 117. usq; ad n. 124 Sententiæ Scabin. Lipſenſ. num. 125. libertis tamen legitima, & uxori portio Statutaria debetur, n. 126.

in Banno inferiori ſeu primo locum non habet confiſcatio bonorum, p. 3. q. 140. n. 127. de conſuetudine bona fugitivorum annotantur, n. 128. Obſervantia Scabin. Lipſenſ. n. 129.

Banno amiſſa bona recuperari nequeunt, p. 3. q. 140 n. 130.

à Banno Imperiali abſolutio ab Imperatore vel Camera fieri debet, p. 1 q. 36. n. 8.

Banniendi modi tres ordinarij adhuc extant, p. 3 q. 140. n. 19.

BANNI PROCESSVS.

Banni Proceſſus antequam formetur, non ſolùm certò conſtare debet de corpore delicti commiſſi, ſed & probabiliter de perſona delinquentis, p. 3. q. 140. n. 49. 50. 51.

Banni Proceſſus locum non habet, niſi in criminibus, pro quibus pœna ultimi ſupplicij irroganda venit, p. 3. q. 140. n. 53. 54. Obſervantia Scabin. Lipſenſ. n. 55. 56.

Bannitorij Proceſſus forma in foro Sax: adverſus delinquentes fugitivos quænam ſit? p. 3. q. 140. nu. 57. 58. 59. 60 72. 73.

in Banni Proceſſu quænam dicatur Citatio legitima, p. 3 q 140. n. 61. trina citatio hodie abrogata eſt in foro Saxon: n. 62. 63. Citatio debet continere terminum legitimum, & quando hoc fallat, nu. 64. 65. Citatio in tribus diverſis territoriis eſt affigenda, n. 66. niſi fugitiv9 certum habeat domicilium, n. 67. Sententiæ Scabin. Lipſenſ. nu. 68. Quid ſi Citatio affigatur in Epiſcopatu Martisburgenſi, Miſnenſi, & Numburgenſi. ibid: n. 69. 70. Reſponſum Scabinorum Lipſenſium, nu. 71. quando fugitivus condemnandus ad probationem legitimi impedimenti. nu. 74. Obſervantia Scabinorum Lipſenſ. n. 75.

in Bannum inferius quomodo & quando reus declaretur, p. 3. q. 140 n. 76. 78. Obſervantia Scabin. Lipſenſ. n. 77. 79.

in Bannum ſuperius quando Bannitus ſit declarandus p. 3. q 140. n. 80. 81. 82. 83. Sententia Scabin. Lipſenſium, n 84.

in Banni ſuperioris Proceſſu quomodo procedatur p. 3. q. 140. n. 85. Sententia Scabin. Lipſenſ. n. 86.

in Bannum ſuperius qualiter & quomodo reus declaretur, p. 3. q. 140. n. 87. Sententia Scabin. Lipſenſ. n. 88.

ad Bannum procedendi in quibusdam judiciis forma peculiaris recepta eſt, p. 3. q 140. n. 89. Reſponſa Scabin. Lipſenſ. n. 90.

Bannitorum judiciū quomodo differat à criminali judicio in crimine jam pernoctato, formato, p. 3. q. 136. n. 73. 74 75 76. 77. 78. 79. 82.

Bannitorum judicium intermitti non poteſt, p. 3. q. 136. n. 113 114 Obſervantia Scabinor. Lipſenſium, n. 115. 116.

Bannitorium judicium das Achtgericht / *quando locum habeat, quæ ejusdem ſint requiſita, p. 3. q. 136. n. 91. 94 95. 105. 108.*

Bannitorium judicium formatur ſolùm in crimine, quod ultimo ſupplicio punitur, p. 3. q. 136 n. 100. Reſponſum Jenenſium ICtorum, n. 101.

Bannitorium judicium locum non habet, niſi reus ſit fugitivus & latitet, p. 3. q. 136. n. 106 107.

Bannitorij judicii deß Achtgerichts *hodie non niſi unicus remanet effectus, & quinam? p. 3. q. 136. n. 87. 88. 90.*

in Ban-

in Bannitorio judicio ſtatim agitur ad Bannum non ſervato juris ordine, p. 3. q. 136 n. 80.81.

in Bannitorio iudicio clamor violentiæ das Zetergeſchrey/ Quandoq; omittitur, p. 3. q. 136. nu. 109.110 111.112.

BANNITVS.

Bannitus ab uno loco Regni, Ducatus ſeu Comitatus cenſetur Bannitus à toto Regno, Ducatu ſeu Comitatu, ſi is, qui ſententiam Banni tulit, habeat merum Imperium à ſuperiore, p. 1. q. 36 n. 16.

Bannitus deprehenſus condemnari nequit antequã de crimine confeſſus aut convictus fuerit, p. 3. q. 140. n. 99.100.101.103.

Bannitus ſtatim poteſt torqueri abſq; ulteriori alio indicio, p. 3. q. 140. n. 104. Obſervantia Scabin. Lipſenſium, n. 105.

Bannitus liberare ſe poteſt à primo Banno, & quomodo p. 3. q. 140. n. 106.108 109.

Bannitus à Banno juramento ſe eximere debet, p. 3. q. 140. n 170 Sententia Scabin. Lipſenſ. n 110.

Bannitus an impunè ab aliquo occidi queat, p. 3. q. 104. n. 131.132 133. 34. Rationes negativæ, num. 135. 136.137. 38 139.140. Sententia Scabin. Lipſenſ. n. 141.

Banniti Rei corpus & vita quaſi, ſecundum quoſdã DD. omnibus exponitur, p. 3. q. 140. n. 54.

Banniti æquiparantur deportatis, p. 3. q. 140. n. 14.

Bannitum occidens non tenetur pœnâ homicidii ordinariâ, p. 3. q. 140. n. 142.

Adverſus Bannitum quomodo ſit procedendum ad Bannum ſuperius, in die Oberacht/ p. 3. q. 140. n. 82.83.

BAPTIZARI.

Bis Baptizari infantem facientis mulieris pœna? p. 2. q. 93. n. 43 Reſponſ. Scabin. Lipſen. n 44.

Pœna carnaliter cognoſcentis puellam, quam ex ſacro Baptiſmate levavit, p. 2. q. 72 n. 57.58. Sententia Scabin. Lipſenſium, n. 59.

BARBITONSOR.

Barbitonſoribus de lethalitate vulneris deponentibus an credendum? p. 1. q. 26. n. 36. Obſervantia Scabinorum Lipſenſium, n. 37.

BARO.

Baronum autoritas in Imperio plus habet ponderis, quàm alibi Principum & Ducum, p. 3 q. 150. n. 24.

Barones an torqueri poſſint, vide infrà in verb. Torqueri.

BELLVM.

Belli indicendi jus ſoli Imperatori competit, p. 1. q. 37. n 28

BESTIA.

Beſtiarum objectio, & damnatio ad Beſtias, quomodo ab invicem differant, p. 3. q. 128. n. 26.27.

Beyliegen.

Beyliegen verbo quid denotetur? p. 2. q. 56. n. 71.

BIBACITAS.

Ex Bibacitate multi gloriam quærunt & præmia, p. 3. q. 146. n. 12.13.14.

BIGAMIA.

Bigamia eſt ſpecies fornicationis & delictum carnis, p. 2. q. 66. n. 1.

Bigamia eſt delictum gravius adulterio, ibid. n. 2.

Bigamia an omni jure ſit prohibita? ib: n. 2.3.4. & ſeqq.

Bigamia quomodo puniatur ex jure Civili ib: n. 15. 17. 19.24.26.

Bigamia quomodo hodie in Imperio Romano & foro Sax: ex Sanctione Carolinâ puniatur? p. 2. q. 66. n. 30. 31. 32. 33.34 35.37. Sententia Scabin. Lipſenſium, n. 36.38.

Bigamiæ pœna ceſſat ſi nec copula carnalis nec benedictio ſacerdotalis fuerit ſubſecuta, p. 2. q. 66 n. 80

Bigami concumbentes ante benedictionem ſacerdotalem quomodo puniantur? p. 2 q. 66. n. 44 45. 46.48.50. Sententia Scabinorum Lipſenſium, n. 49.51.

Bigami a conjuge deſerti, cum alia perſona matrimonium ineuntis pœna, p. 2. q. 66. n. 60.61.62. 63. Sententia Scabin. Lipſenſ. n. 64.

Quid ſi uxor perſuaſa, virum ſuum mortuum eſſe, alteri nubat, ib: n. 65.66.67. Sententia Scabinorum Lipſenſ. n. 68.

Qua pœnâ affici debeat fœmina ſoluta, quæ cum marito, qui uxorem habet, matrimonium contrahit, & concumbit, p. 2. q. 66 n. 99.70.72. Reſponſa Scabinor. Lipſenſ. n. 73.

Pœna viri ſoluti, cum uxore alterius matrimonium contrahentis, ib: n. 74. Reſponſum Scabin. Lipſenſium, n. 75.

Quid ſi fœmina ſoluta ignoranter marito alieno nupſerit, ib: n. 76.77 78. Sententia Scabin. Lipſenſium. n. 79.

Bigamum interceſſio Conjugis à pœna gladij non liberat, p. 2. q. 66. n. 39.40.41.42. Obſervantia Scabinor. Lipſenſ. n. 43.

Bigamorum, qui nondum concubuerunt, pœna quæ ſit? p. 2. q. 66. n. 52 53.54 55 56.59. Sententia Scabinorum Lipſenſ. n. 58.

BLASPHEMIA.

Blaſphemia quale ſit crimen? p. 1. q. 45. n. 1.

Blaſphemia quomodo factis committatur, ib. n. 96. 98 99. Sententia Scabin. Lipſenſ. n. 100.101.

Blaſphemia non ineptè cum crimine læſæ Majeſtatis comparatur, p. 1. q. 45 n. 98.

Blaſphemia mediatè vel immediatè in Deum committitur, q. 1 n. 45. n. 5. quomodo immediatè cõmittatur, n. 16.17.18.19. quomodo hæc blaſphemia puniatur, n. 20 21.22.23.24. Reſponſa Scabin. Lipſenſium, n 27.28.29 30.31.

Blaſphemia mediatè quomodo in Deum committatur, p. 1. q. 45. n. 79. Blaſphemiæ hujus quæ ſit pœna? n. 80.81.

Blaſphemia hæc quomodo puniatur in foro Saxon: n. 82.83.84.86. Obſervantia Scabin. Lipſenſ. n. 85.

pro Blaſphemia habetur quodlibet verbum injurioſum in Deum prolatum, p. 1. q. 45. n. 25. 26.

de Blaſphemiæ crimine cognitio an mixti ſit fori? p. 1. q. 45. n. 104.105.106.

BLASPHEMARE.

Quid de eo, qui ex pravo loquendi uſu Blaſphemat, habendum? p. 1. q. 45. n 76.77. Sententia Scabinorum Lipſenſ. n. 78.

Blaſphemiæ pæna ordinaria ut locum habeat, propoſitum Blaſphemandi maximopere requiritur, p. 1. q. 45. n. 63.

Blaſphemorum in foro Sax: quæ ſit pœna? p. 1. q. 44. n. 45.46 47. Sententia Scabin. Lipſenſium, nu. 48.49.

Blaſphemantium pœna de jure Divino eſt ultimum ſupplicium, p. 1. q. 45. n. 2. ut & de jure Civili. n. 3. num hæc pæna hodie in deſuetudinem abierit? n. 4.

Blaſphemantium variæ in Receſſibus Imperij definiuntur pœnæ, ibid, n. 5. 6.7.8. in noviſſimis Imperii Conſti-

Conſtitutionibus ſtatuta eſt pœna, mortis aut mutilationis membrorum, n. 9.10. quęnam pœna in terris Saxonicis hodie obtineat, n.13.14.

Blaſphemos occultantium pœna, p.1.q.45.n.11.

In Blaſphemis puniendis negligentia Magiſtratus quomodo coerceatur? p.1.q.45.n.12.

Cauſæ variæ ſunt, quæ Blaſphemos à pœna mortis liberare poſſunt, p.1.q.45.n.75.56.

Blaſphemiæ pœna Clerici etiam tenentur, ib: n. 48.49.50. Reſponſum Scabin. Lipſenſium, n. 51.

Blaſphemantes Ebrietas quatenus excuſet? ib.n.57.59 Sententia Scabin. Lipſenſium, n.60.61.

Blaſphemi irâ commoti delinquentes mitiùs puniuntur, ibi: n.62.63.64. Reſponſ. Scabin. Lipſenſ. n. 65.

Blaſphemantes Iudæi ſimili pœnâ plectendi ſunt, p.1. q.45.n.52.53. Reſponſ. Scabin. Lipſenſium, n.55.

In Blaſphemiæ crimine Nobilitas neminem excuſat, ib: n.91.92. Sententia Scabin. Lipſenſ. n.93.94.

Blaſphemantes quatenus pœnitentia excuſet? ibi: n. 66.67.68.69. Sententia Scabin. Lipſenſ. n.70.

In Blaſphemiæ crimine ruſticitas non excuſat, ibi. n. 43.44.45.46. Sententia Scabin. Lipſenſ. n. 47.

Qui Blaſphemaverit ſemel tantummodo Deum, num mitiùs puniatur? ibid. n. 36.38.39.40.41. Reſponſa Scabin. Lipſenſium n.41.

Blaſphemantium B. Virginem, aliosq; Sanctos, quæ ſit pœna ibi n.71.72.73. Reſponſum Scabin. Lipſenſium, n.74.

Blaſphemis non deneganda eſt defenſio, p.1.q.45.n. 102.103.

BOMBARDI.

Bombardis cædes regulariter perpetratur, p.1.q.3. n.23. Sententia Scabin. Lipſenſium, n.24.

Brandtbettler.

Brandtbettler quomodo puniendi, p.2.q.93.n.72.75. Sententia Scabin. Lipſenſ n.73.74.76.77.

Brandtzeichen.

Brandtzeichen quænam ſint? p.1.q.37.n.22.

BRVTVM.

Adverſus Bruta animalia in quibus delictis animadvertatur, p.3.q 131.n.16.

BVRSICOPI.

Burſicopi quomodo puniantur, ſi perſonas indicare nequeant, quibus Burſæ fuêre abſciſſæ? p.2.q.81. n.29.30 31.32.33. Obſervantia Scabinorum Lipſenſium, n. 34.

C.

CADAVER.

Cadavera punitorum debent ſepeleri, p.3.q.137. n.69. quod tamen quandoq; fallit, ut in pœna ſuſpendij & rotæ, n.70 71. it: p.3.q.101.n.19.

Cadavera punitorum rectè conceduntur Medicis ad Anatomiam, p.3.q.137.nu.72.73.75. modo Princeps conſentiat, n.74. Sententia Scabin. Lipſenſ. n.76. in Cadaver occiſi non animadvertendum, p.1.q.2.n.30.33.

in Cadavera delinquentium quandoq; animadvertitur, p.3.q.141.n.5.

in Cadavera reorum num animadvertere liceat? p. 3.q.131.n.27.28.30.31.32.33.

in Cadavera reorum mortuorum quando & quibus caſibus ſit animadvertendum? p.3.q.131.n.34. traditur per diſtinctionem certorum quorundam caſuum, nu.35.37.39.41.42.44.45.48.49. Sententia Scabin. Lipſenſ. n.36.38.40.43.46.47.50.51.

Iudices qui cadavera mortuorum ſuſpendi faciunt, reprehendendos, & in Syndicatu teneri, p.3.q.131. num. 28.

In Cadavera delinquentium quare animadvertitur, p.3.q.131.n.13.15.

In Cadavera Rei, de crimine confeſſi, & in carcere ſemetipſum interficientis, num ſit ſæviendum? p. 1.q.2.n.36. Sententia Scabin. Lipſenſ. n.39.40.

Vt circum Cadavera tubis canerent, unde mos ille ortus apud Romanos fuerit, p.1.q.21.n.3.

Cadavera defunctorum qui ſpoliant, quomodo puniantur, p.2.q.83.n.53.54.55.56. Reſponſa Scabinorum Lipſenſium n.57. quandoq; hoc caſu pœna mortis infligitur, n.58.59.

Cadavera ſuſpenſorum qui ſpoliant, quomodo puniantur, p.2.q.83.n.60.61.62. Sententia Scabinorum Lipſenſium, n. 63.

CÆSAR.

Cæſaris & Statuum ſive Ordinum Imperij conſenſus mutuus eſt forma ſubſtantialis Decretorum Comitialium, p.1 q.41.n.77.

CAMBYSES.

Cambyſen Regem Perſarum, interemiſſe Sicamnem unum ex judicibus, quod pecuniâ corruptus malè judicaſſet, & interemto detractum corium in loco condidiſſe, quibus tribunal, in quo ille judicaret, intendit, ibidemq; filium ejus Otanem ſedere judicem præcepiſſe, atq; in memoria habere, in quo judicaret, tribunali, ſcribunt, p.3.q.128. num.21.

CANCER.

Cancrorum furtum quomodo puniatur? p.2.q.84. n.90.

CANIS.

Canis cur unâ cum Parricida culeo inſuatur? p.1. q.7.n.9.

CAPER.

In Capro juvenes ſibi advehi facientium fœminarum pœna, p.1.q.50.n.61.

CAPTIVVS.

An prehendere & Captivum ducere judex Superior in criminalibus delinquentem in territorio, ubi alius habet Baſſam Idictionem, eo irrequiſita queat, p.3 q.109.n.84. R.S.L.n.85.

CAPTVRA.

In Capturâ decernenda Iudex cautè procedere debet, p.3.q.111.n.4.

Captura abſque indiciis præcedentibus locum non habet, p.3.q.111.n.14. & ſeqq.

Captura eſt requiſitum inquiſitionis legitimæ. ib: n 1.

Captura locum non habet, niſi in delictis quorum pœna eſt ultimum ſupplicium, aut corporis afflictiva, p.3.q.111.n.5.6.7.8.9. niſi delinquens ſit vagabunda perſona, n.10.11. aut ſi de pœna certa irroganda non conſtet, n.12.13.

Captura materia tota judici eſt arbitraria, p.3.q. 111.n.23.

CAPVT.

Caput hominis duplex eſt, naturale & civile, p.3.q. 102.n.4.6.

Caput præcipua & nobilior hominis pars eſt, p.3.q. 128.n.35. It: p.3.q.110.n.26.

Capitis pœna in diſpoſitione legis vel Statuti accipitur de morte Civili, p.3.q.111.n.92.

CARCER.

Carcer ad continendos, non excruciandos, homines haberi debet, p.3.q.111.n.63.

Carcer eſt mala manſio, & torturæ ſpecies, ib.n.20.
Carceratio injuſta pœnam meretur, ibid.n.3.
Carcer an ſit pœna? p.3.q.111.n.63.64. hodiè pœna eſt, p.3.q.130.n.8.9.
Carcer qualis eſſe debeat? p.3.q.130.n.10.11. it p.3.q.111.n.44 ubi tria potiſſimum notãda 1. ut Carcer ſit locus tolerabilis, n.45. 2. non perpetuò ibi reus detineatur, n.54. 3. Carcer ſit cuſtodia, non pœna, n.63.
Carcer non ſit locus horribilis & ſubterraneus, p.3.q.111.n.45.46 47.48. Sentent. Scab. Lipſenſium, n.49.
Carcer perpetuus eſt ſervitus & morti æquiparatur, p.3.q.111.n 57. p.2.q.53.n.25.
Carcer perpetuus regulariter nemini poteſt imponi, p.3.q.111 n.56.57. niſi per Legem & Statutum, & quatenus, n.58.59. ex aliave juſta & ſufficienti cauſa, n.60.61. Sententia Scabin. Lipſenſ.n.62.
Carcer privatus correctionis causâ permittitur, p.3.q.111.n.82.
Carceris pœnam an & quatenus judex inferior, der Erb.Richter/ indicere queat? p.3 q.109.n.61.62.63 Sententia Scabin. Lipſenſ.n.64.65.
Carceris pœnam, judex inferiorem habens Iuriſdictionem, ultra octiduum, & mulctam pecuniariam ultra 3. vel 4 Sexagenas novas, h.e. 80. groſſes indicere non poteſt, p.2.q.70.n.49.
pro Carceris pœna ad triduum regulariter indicitur mulcta unius Sexagena novæ, quæ eſt 60 groſſorum, ac pro Carcere ad octiduum mulcta trium vel ad ſummum quatuor Saxagenarum novarum, p 3.q.133 n.47.
Carceris privati pœna, p 3.q 111.n.78.79.80.81.
Carceris privati prohibitio quatenus limitetur in parentibus? p.2.q.100 n.30.
Carceris effractores num crimen fractæ pacis committant? p.1.q.35 n.39.
Carcerem effringens & aufugiens reus quomodo ſit puniendus? p 3 q.111.n 90.91.92.93.94.95.96. Sententia Scabin. Lipſenſ.n.97.n.98.
Carcerem privatum exercens crimen læſæ Majeſtatis committit, p.1 q.41 n.124. niſi ex juſta cauſa hoc fiat. n.125.126 pœna huius criminis, n 128 129.
Carcerem duriorem vel leviorem Iudex ex juſta cauſa decernere poteſt, p.3.q.111.n.50.51.52.
è Carcere aliquem eximentis pœna, p.3 q.111.n.84.85.86.87.88. Reſponſ. Scabinorum Lipſenſium, n.89.
è Carcere aliquem eximẽs an teneatur eâdem pœnâ, quâ puniẽdus erat carceratus, p.1.q.35.n.40.41.42. quid juris in foro Saxon.n.43.45. parum refert quoad punitionem effractoris, an carceratus fuerit condemnatus, necne? n.44. Sententia Scabin. Lipſenſium, n.46.
in Carcere Reus quamdiu detinendus, p.3.q.111.n.54.55.
è Carcere quando ſit relaxandus ſub cautione Reus, deprehenſus in facto manuali, p.3.q.136.n.83.
in Carcere pater filium, vel Dominus ſervum detinere poteſt, p.3.q.111.n.82.
in Carcere ſemetipſum interficiente Reo de crimine confeſſo, num in Cadaver ipſius ſæviendum ſit? p.1.q.2.n.36. Sententiæ Scabinorum Lipſenſ.n.39.40.
in Carcere mares à fœminis ſeparari jubentur, p.3.q.111.n.66.
Ad Carceres Reus confeſſus non eſt conducendus, ubi alii ſunt carcerati, p.3 q.126.n.22.
in Carceres ſqualidos perſõas delatas ex nuda ſuſpicione, ſine legitimis præcedentibus judiciis, conjicientes judices pœnâ digni ſunt, p.3 q.111.n.28.
Carcerum cuſtodes an & quâ pœnâ afficiendi ſint, ſi eorũ negligentiâ incarcerati aufugiant, p.3 q.111.n.99.100. uſque ad n.113. Sent. Scabin. Lipſenſ.n.112.114.115.
in carceribus diſtinctis pluribus delicti complices detinendi ſunt, p.3.q 111.n.65.66.
in Carceribus diutina Rei detentio mitigat pœnam, p.3 q.149.n.43.44. Sent. Scabin. Lipſenſ.n.45.46.47. modo Reus præter ſuam culpam in carcere diuturniori fuerit detentus, n.48.

CARNIFEX.

Carnifex officium ſuum peragens non peccat, p.3.q.137.n.49.50.51.
Carnifex qualis eſſe debeat? ibid.n.52.
Carnifex quomodo expedire debeat actum executionis, p.3.q.137.n.60.61.62.63.
Carnifex tutus ſit ab omni auſu populi temerario, ib: n.66.
Carnificis executionem non rectè peragentis, pœna, ibid n.67. Sententia Scabin. Lipſenſ.n.68.
Carnificis officiũ famoſum eſt, p.3.q.137.n.55.56.57.
Carnifici de actu torturæ deponenti fides habenda non eſt, p.3.q.124.n 67. Sententia Scabinorum Lipſenſ.n.68.
Carnifice deficiente judex aliquem cogere poteſt, ut ſit executor, p.3.q.137.n.53. cui merces quinque aureorum ſolvenda eſt, d.n.53. quandoq; unus ex facinoroſis reis ad exequendum cogi poteſt, n.54.
de Carnifice verba Lutheri, p.3.q.137.n.51.
Carnifices hodie ex opinione hominũ aliquâ maculâ laborant, p.3 q.137.n.58 Sent. Scab Lipſ.n 59.
Carnifices optimè omnium tormentorum genera norunt, p.3.q.117.n.28.
Carnificum quorundam bona reorum αὐτοχειρίας ſibi arrogantium conſuetudo improbatur, p.2.q.2.n 32.

CARO.

in Carnis delictis utriusq; Rei confeſſio repræſentat corpus delicti, p.2.q.72.n.52.
in Carnis delictis quando dicatur conſtare de corpore delicti, p.3.q.148.n.54.55.

CAROLVS.

Caroli V. de Germaniæ Regibus dicterium, p.1.q.41.n.71.
Caroli Magni in Imperio Francico de monetarum officinis mandatum. p.1.q.42.n.3.

CASTITAS.

Caſtitas major in uxore, quàm in maſculo requiritur p.2 q.53 n.15. ſed ſacra Scriptura differentiam ſexus in crimine adulterii reſpuit, n.16.

CASVS.

Caſus fortuitus differt à caſu improviſo p.1.q.5.n.31
Caſus in jure Statutario prætermiſſus ex jure communi decidendus eſt, p.2.q.65.n.30.
Caſus inſoliti in conſequentiam trahendi non ſunt, p.2.q.82.n.3.
De caſu uno quod dictum eſt, de alio negatum videtur, p.2.q 60.n.47.
in Caſibus æquiparatis, quod de uno à lege ſtatuitur, id quoq; de altero conſtitutum intelligitur, p.2.q.56.n.55.

in Caſibus à Jure Saxon.non expreſſis recurrendum eſt ad diſpoſitionem juris communis, p.3 q.141. n.14.

CATHARINA.

Catharina Medicea ut arcana crutaretur,è comitatu ſuo Nobilem puellam Antonio, Navarræ Regi aliàs nimiâ proclivitate in voluptates decurrenti ſubmiſiſſe prohibetur,p.2.q.54.n.11.

CATO.

Catonis,cum quæreretur,quid maximè in re familiari expediret,reſponſio,p.2.q.92.n.8.

CAVSA.

Cauſa falſa interceſſioni adjecta ipſam non vitiat,p.2.q 55.n.77.

Cauſa etiam leviuſcula ad purgationem doli,& pœnæ mitigationem ſufficit,p.2.q.58.n.38.

Causâ ceſſante ceſſat effectus,p.2.q.58.n.17.

Causâ poſitâ ponitur effectus,p.1.q.37.n.42.

Cauſa beſtialis delinquentem à dolo & pœna ordinariâ excuſat,p.3.q.140.n.143.& ſeqq.

Facta eadem non ab eodem, nec ab iisdem Cauſis profecta longè diſſimilia judicantur,p.1.q.24.n.5.

CAVTIO.

Cautio quanta à Reo pro conceſſo ſalvo conductu præſtari debeat,p.3.q.112.n 92.& ſeqq.

ſi Cautio ſine determinatiõe certa ſumma præſtita ſit, quid fidejuſſor ſolvere teneatur,ibid.n 96.& ſeq.

Cautio pro ſalvo cõductu non ſolũ fideiuſſoribus,ſed pignoribus præſtari poteſt, p.3.q.112.n.98.& ſeq.

Cautio juratoria quando pro ſalvo conductu admittenda,ibid.n.104 & ſeqq.

Cautio præſtita nunquam eſt duplicanda,ibid.n.123 & ſeqq.

Cautio juratoria an admittẽda ſit,ſi minitator fidejuſſores vel pignora habere nequeat, p.1.q 37.n.91.92 93.94.Obſervantia Scabin.Lipſenſ.n.95.

Cautio juratoria quãdoq; in cauſis criminalibus admittitur,p.3.q.106.n.49. Sent. Scabin.Lipſenſ. n.52.

Cautio an à reo in cauſa injuriarũ exigi queat ? p.2. q.95.n.60.61.62. Reſp Scabinor. Lipſenſ.n.63. qualis præſtanda,n.64 Reſp.Scabin.Lipſenſium. n.65.

Cautionis pecunia,Reo non comparẽte,cui debeatur, p.3.q.112.n.109.num ſingulis vicibus,quibus reus emanſerit,exigi poſſit,ibid n.117.& ſeqq.& an ipſo jure commiſſa ſit,n.126.& ſeqq.

Cautionis pecuniâ à fidejuſſore ſolutâ, nihilominus contra Reum fugitivum criminaliter procedi poteſt,ibid.n.131.& ſeq.

Cautionem qualem accuſator præſtare debeat ? p.3. q.106.n.44.45.46.47.48.

ad Cautionem præſtandam Reus in cauſis criminalibus de fuga ſuſpectus cogendus eſt,p.2.q.95.n.62.

CERTVS.

Vbi Lex diſponit aliquid reſpectu Certa rei,debet prius de illa re conſtare,p.1.q.16.n.3.

Chryſtallen.

Magorum in Cryſtallo aut vitro cum Dæmone colloquia miſcentium & converſantium quæ ſit pœna ? p.1.q.50 n.37.38.39.40. Sentent. Scabin. Lipſenſ.n.41.

CITARE.

Citare num judex ſuperior in cauſis crimĩalibus ſubditos,judice inferiore irrequiſito,poſſit,p.3.q.109. n.80.8 .82. Reſp. Scabin.Lipſenſium,n.83.

Iudex delicti abſentem per ſubſidium iſtius Iuriſdictionis,ubi deprehẽditur,vel ſi latitet,edicto pub. in tribus diverſis trium Dominorum territoriis affixo Citare & adverſus non comparentem ad Bannum procedere ſolet, p.3.q.110.n.47.plura vid.ſup.in vocab Banni proceſſus.

Citari ex levi aliqua præſumptione judex delinquentem verbaliter facere poteſt,p.3.q.111.n.38.

CITATIO.

Citatio unica continere debet legitimum terminum & ſpatium Saxonicum,p.3 q.140.n.64.in tantũ ut ſi unica dies ſolum deficiat,reus pro contumaci haberi non poſſit, d.n 94.

Citatio ad judicium bannitorium quomodo & ubi ſit affigenda p.3.q.136.n.89.

Citatio generalis quatenus ſalvum conductum contineat,p 3 q.112.n.16.17.18. Sentent.Scab.Lipſ. n.19.

CIVILIS.

Civiles & criminales cauſæ & pœnæ quæ ſint,vid. inf.in vocab.Criminalis.

CIVITAS.

Civitates Imperiales ſunt etiam Status Imperii & ſeſſuram,ac jus votandi in Comitiis habent, p.1. q.36.n.4.

Civitates refugii apud Iſraelitas ſex erant,conſtituta in gratiam homicidarum, & quorum,p.1.q.1. n.22.58.

CLARISSIMI.

Clariſſimi quænam perſonæ apud Romanos fuerint? p.3.q.118.n.69 70.

CLANDESTINVS.

ex Clandeſtino actu dolus agentis præſumitur,p.1. q.15.n.51.

CLAVSVLA.

Clauſula (omni meliori modo vel ſalvo jure: vel ſuper quibus omnibus & ſingulis annexis petit ſibi jus & juſtitiam adminiſtrari,)cuius ſit operationis,p.3.q.106.n.13.

CLERICVS.

Clericus à judice laico judicari nequit,p.1.q 2.n.18. item,p.2.q.62.n.19.

Clericus in quocunq; ordine conſtitutus ob quodvis ferè delictum ſolummodò ab Eccleſiaſtico judice deponitur,p.2.q.62.n.19.

Clericus ob commiſſum homicidiũ de jure Canonico deponendus, & in Monaſterium detrudendus,p. 1.q.2.n.16.17.

Clerici peculiare ſortiuntur forum,p.3.q.110.n.82. 83.84.

Clerici apud Reformatos ubi conveniantur,ib.n.85. 86.87.

Clerici de jure divino à poteſtate Magiſtratus Politici exempti non ſunt,p.1.q.2.n.21.

Clerici an in crimine adulterii à pœna ordinariâ excuſentur? p.2.q.62.n.16.17.18.19.21.22.23 Sentent.Scab.Lipſenſ.n.24.25.

Clerici etiam pœnâ blaſphemiæ tenentur, p.1.q.45. n.48.49.50.Reſp.Scab.Lipſ.n.51.

De quibus cauſis Clericorum Conſiſtoriales judicãt, p.1.q.2.n.20.

COEMETERIVM.

ad Cœmeterium confugiens reus à ſeculari judice puniri nequit,p.3.q.110.n.92.93.de conſuetudine hoc privilegium ceſſat,n.95.96,Reſponſ.Scab. Lipſenſ.n.97.

COGITATIO.

Cogitationis pœnam nemo patitur,p.1.q.22.n.70. p.1.q.17.n.18.

COGNITIO.

Cognitio criminis vel pœnæ executio ſine accuſatione non procedit,p.1.q.34.n.76.

Si abſq; Cognitione cauſæ procedatur ad executionẽ ſtatim,ordine juris violato,proceſſus & actus totus nullius momenti eſt,p 3 qu.113.n.4.

Nulla alia cõmittitur major nullitas, quàm quæ ex omiſsâ cauſæ Cognitione naſcitur, p.3.q.113.n.5.

COGNOSCERE.

Cognoſcentis carnaliter puellam,quã ex ſacro baptiſmate levavit,pœna,p.2.q.72.n.57.58. Sententia Scabinorum Lipſenſ.n.59.

COIRE.

Coeundi potentia variis mediis alicui poteſt adimi, p.2.q.61.n.15.

Coitus omnis illicitus damnatur ac pœnam meretur, p.2.q.69.n.60.

COLLECTA.

Collectas creditor ſolvit,non debitor.p.2.q.92.n.76. 77.Obſerv.Scabin. Lipſenſ.n.78.

COMBVSTIO.

Combuſtio inter pœnas capitales maxima,p 3 q.128 n.49.

Etiam antiquitus non ignota, ibid.n.50.

Quomodo hodie exerceatur,n.51.

COMITATVS.

Comitatus,Ducatus,vel Marchionatus generali conceſſione Regalia conceſſa non intelliguntur,p.1. q.43.n.11.

COMITIA.

in Comitiis Imperialibus quisnam judex competẽs, p 3 q.110.n 81.

in Comitiis Imperij quicquid ſtatuitur,in vim Contractus, inter Cæſarem & Ordinis initi,valet,p. 1.q.41.n.79.

COMMODATARIVS.

Cõmodatarius,a ijq; in rebus ſibi concreditis,furtum quoq; cõmittunt, p.2.q 85.n.65 quomodo puniantur. n.66.67.68.69.70.71. Sent.Scab.Lipſ. n.72.73.

CONATVS.

Conatus alicui delicti de conſuetudine generali non punitur pœnâ ordinaria,effectu nõ ſecuto,p2 q.71 n 48.p.1.q.21 n.41.p.2.q.61.n.4 p.1.q.17.n.6.14 Hac conſuetudo jure Sax.probata eſt,n.15.

Conatus in criminibus quomodo puniẽdus,p.1.q.17. n.11. Julij Clari diſtinctio approbatur, ibid.n.11. 12.

Conatus in omnibus & quibuſvis delictis ſive ſint atrociſſima,ſive non, quantumvis ad actum proximum fuerit deventum,ordinaria cujusvis delicti pœnâ non debet puniri,p.1.q.17.n.13. Huius Regulæ duæ ponuntur exceptiones, d.n.13.

Conatum licet lex Civilis puniat,tamen jus Sax ſolummodo punit eventum,p.1.q.17.n.15.

Conatus ſeu attẽtati in adulterio pœna,p.2.q61.n.2. 3.6.7 8.9. Sententia Scabin.Lipſ.n.10.11.12.13.

Conatus in Aſſaſſinio quomodo puniatur.p.1.q.19. n.52.uſq; ad n.61. Sent.Scab.Lipſ.n.62.63.64.

Conatus diffidationis qua pœnâ coerceatur?p.1.q.37. n.11.& ſeqq.

Conatus in furto quomodo puniatur,p.2.q.88.n.3. & ſeqq.

Conatus in homicidio quomodo pũiri debeat, effectu non ſubſecuto,p.1.q.2.n.43.51.52.53.54.55. quid juris in foro Sax: n.56.Sent.Scab.Lipſ.n.57.58.

Conatus in Latrocinio,p.1.q.22.n.70.uſq; ad fin.

Conatus in Lenocinio,p.2.q.71.n.47.49.

Conatus & affectus punitur in crimine læſæ Majeſtatis,licet non ſequatur effectus,p.1.q.41.n.4.

Conatus criminis fractæ Pacis pub.punitur pœnâ ordinariâ,p.1.q.35.n.28.Sent Scab.Lipſ.n.29.

Conatus in rapina quomodo puniatur? p.2.q.91.n. 31.& ſeqq.

Conatus in Sodomiâ,p.2.q.56.57.

Conatus in ſtupro violento pœna,p.2.q.75.n.56.57. & ſeqq.

Conatus in veneficio quomodo puniendus,p.1.q.21. n.33.34.35.36.37.38.39.Sent Scab.Lipſ.n.44.45.

CONCESSVM.

Conceſſo aliquo videri ſimul omnia media conceſſa, ſine quibus ad id perveniri nequeat, quatenus accipiendum.p.3 q.105.n.24.36.

CONCIO.

Conciones Dei vel adminiſtrationes ſacrorum impediẽtes quomodo puniantur?p.1.q.44.n.51.52. Sententia Scab.n.Lipſenſ n.53.54.

CONCORDIA.

Nil æquè ad Principes pertinet,quàm ſtudium Concordiæ,q.1.q.35.n.1.

CONCVBINATVS.

Concubinatus jure divino & Saxonico eſt prohibitus p.2.q.70.n.41. Sent.Scabin.Lipſenſ.n.42.

Concubinatus pœna quænam ſit? p.2.q.70.n.38.

Concubinatus de jure Civili eſt extra pœnã,ib.n.39

Concubinatus quatenus Iure Canonum permittatur,ibid.n.40.

CONCVBITVS.

Concubitus verus cum Dæmone fieri poteſt,p.1.q. 49.n.41.42.43.Reſp.Scab.Lipſ.n.48.

ex Concubitu Satãico proles naſci nequit,ib.n.35.37. 38 39.

Mulier,quæ pro Concubitu argentũ accipit,& corpore ſuo quæſtum quærit, meretriciam potius vitam agit,quàm amoris cauſa ſtupratori copiam ſui facit,p.2.q.68 n.89.

Concumbens cum deformi gravius peccat,quam qui cum formoſâ,p.2 qu.51.n.56.

CONCVSSIO.

Concuſſionis ſeu coactionis violentæ pœna.p.2.q.90. n.66.67.68.69.Sent.Scabin.Lipſenſ.n.70.

CONDEMNARE.

Condemnare eum ſolùm poſſe, qui abſolvere poteſt, Regula hæc quando locum habeat,p.1.q.36.n.20

Condemnari Reus non debet,niſi confeſſus aut convictus,p.3.q 128.n.2.p.3.117.n.1.

Condemnari nemo ſine accuſatore debet,p.3.q.103. n.25.quatenus verum.n.36.

Condemnari Reus ad mortem nequit,priusquam de corpore delicti per evidentiam facti conſtet,p.3. q 108.n.25.26.27.30.Sent. Scab.Lipſ.n.28.29.

Condemnari Reus an & quando ex præſumptionib⁹ queat,p.3.q.116.n 51.52.53.54.55.56.57.

CONDEMNATIO.

Condemnatio ab incompetente judice facta parum ſubſiſtit, nec executionem operatur, p.3 q.136. n.47.

Condemnationis effectus principalior eſt executio pœnæ,p.3.q.135.n.1.

Condemnationis effectus quoq; eſt confiſcatio bonorum,p.3.q.135.n.7.8.9.10.

ad Condemnationem Rei & impoſitionem pœnæ mortis,crimine non plenè probato,devenire nequit, p.3.q.116.n.49.

Condemnatoriâ abſq; ſententiâ nemo puniendus,p.3.q.132.n.1.

CONDEMNATVS.

Condemnatus ad mortē de bonis ſuis poteſt diſponere atq; contrahere,p.3.q.135.n.11.Sent.S.Lipſ.n.12.

Condemnatus ad mortē num hereditatis ſibi delatæ ſit capax,p.3.q.135.n 13.Sent.Scab.Lipſ.n.14.

Condemnatus ad mortē nū bona ſua ad heredes ab inteſtato tranſmittat,ib.n.15 Sent.Scab.Lipſ n.16

Condemnatus ad mortem Reus nū de bonis ſuis poſſit teſtari ? ib.n.17.18.19.20 21.22. Sent.Scabin. Lipſienſ.n.23.

Condemnatus num fiat infamis,p.3.q.135.n.46.47. Reſp.Scabinor. Lipſenſ.n 48.

Condemnatus ex culpâ non fit infamis,p.3.q.135.n.55 Sentent. Scabin Lipſenſ n.56.

Condemnatum pœnæ leves arbitrariæ non infamāt, ibid.n.53 Sentent.Scabin.Lipſienſium n.54.

Quando & quænam pœnæ Rei Condemnati non maculent ? ib.49 num Relegatio,n.50.51.52.

Condemnati Rei uxori & creditoribus an in crimine læſæ Majeſtatis Fiſcus præferatur? p.3.q.135 n.42 43.44.Sent.Scab.Lipſenſ.n.45.

Condemnati quondam efficiebantur Servi pœnæ, quod hodie correctum eſt,p.3.q 135.n.2.& ſeqq.

Condemnatus ad pœnam civilem refundit expenſas, p.3.q.138,n.5.& ſeqq.

CONDITIO.

Conditio ſuſpendit actum & nihil ponit in eſſe quatenus verum,p.1.q 37.n.57.

CONFESSIO.

Confeſſio non omnis ad condemnationem ſufficit,p 3. q. 15.n.31.

Confeſſio utriusq; Rei in delictis carnis repræſētat corpus delicti,p.2.q 72.n.52.

Confeſſio utriusq; delinquentis in omnibus delictis carnis requiritur, antequam pœna mortis decernatur,p.2.q.60.n 8.

Confeſſio Rei indiciis veſtita in delictis occultis ſufficit,p.2.q.60.n.5.

Confeſſio Rei ad inducendam mortis pœnam non ſufficit,niſi prius conſtet, delictum verè eſſe commiſſum.p 2,q.72.n.52 p.1.q.16.n.1.

Confeſſio Rei delinquentis nuda abſq; aliis indiciis ad condemnationem tertij non ſufficit,ne quidem ad torturam,p.2.q.57.n.77.

Confeſſio abſq; indiciis veriſimilibus ne quidem ſolo metu torturæ extorquenda eſt, p.3.q.113.n.48.

Confeſſio, impunitatis promiſſione extorta,haud eſt libera & ſpontanea p.3.q.149.n.14.

Confeſſio Rei incarcerati ſpontanea non mitigat pœnam, ibid.n 41.42.

Confeſſio ſpontanea mitigat pœnam ordinariam,p.3. q.149.n.23.24.25.26. Etiam in foro Sax ; n.27. nec refert in timore probationum quis ſponte confiteatur delictum.n. 8.

Confeſſio qualis eſſe debeat,ut ſufficiens ſit & idonea ad condemnationem,p.3.q.126 n.4.5.6.

Confeſſio legitimè tormentis expreſſa ſit neceſſe eſt, p.3.q.126.n.7.vid.infr.plura in vocab.Tortura.

Confeſſiōis ſpontaneæ ratione & pro qualitate criminis pœna mittigatur,p 3.q 149.n.31. Sent.Scab. Lipſ.n.32.33.34.35 quod tamen in arbitrio judicis eſt,n.36.Sent.Scab.Lipſ.n.38 39.40.

Confeſſionem neceſſario ſequitur condemnatio,p.3. q.126.n.1.2.3.

ad Confeſſionem Rei nudam pœna extraordinaria poteſt irrogari,p.2.q.60.n.34.35.38.

Confeſſione ſua delictum nemo facere poteſt,ubi delictum non eſt,p.1.q.16 n.2.

ex Confeſſione ſola nemo condemnatus,p. 2. q 60. n.8 9.

Confiteri crimen quiſnam dicatur metu probationum,p.3.q 169.n 29.30.

Confeſſio Rei veritati conſentanea eſſe debet,& quænam hæc ſit p.3 q.122.n.12 & ſeqq.

ex Confeſſione Rei arbitrariam pœnam irrogare licet,p.2 q.81.n 59.

CONFISCATIO.

Confiſcatio bonorum damnatorum hodie eſt abrogata,p.3.q.135.n.7.8.9.10.

Confiſcatio bonorum quando locum habeat ? p.3.q. 130.n 7.

Confiſcatio bonorum in quibus caſibus & delictis etiamnum hodiè locum habeat p 3.q.135.n 24.25. 26 27.28.29.

Confiſcatio bonorum hodie in ſolo crimine læſæ Majeſtatis obtinet,,p 3.q.135.n.31.

Sicut & banno ſuperiori in foro Sax p.3.q.135.n.32. 33.it:p.3.q.140.n.117.usq; ad n.124 Sent. Scab. Lipſ.n.125.Liberis tamen legitima & uxori portio Statutaria debetur,n.126.

Sed non in Banno inferiori, n.127.limitatur de conſuetudine,n.128.

Confiſcationi bonorum mors delinquentis non præjudicat.p.3.q.141.n.3.

CONFRONTATIO.

Confrontatio quandoq; neceſſaria eſt in probatione delicti p.3.q 114 n.75.& ſeqq.

Confrontatio inquiſiti cum ſocio criminis quo fine fiat,ibid n 77.

Confrontatio non eſt de ſubſtantia Proceſſus inquiſitorii,nec omiſſa ipſum vitiat, uſu tamen eſt recepta,ibid.n.76.

Confrontatio eſt actus præjudicialis,odioſus & ſpecies ſuggeſtionis,& quia famam viri honeſti non parum lædit,ad eam ſine indiciis ſufficientibus neutiquam eſt deveniendum,p.3.q.114 n.77.

Confrontatio teſtium cum inquiſito an ſemper ſit neceſſaria p.3.q.114.n.75.76.

Confrontari quandoq; inquiſitus cum ſocio criminis poteſt,ibid.n.77.78 Sent.Scab.Lipſ.n 79.

CONIECTVRA.

Conjecturæ atq; indicia valida & in jure approbata ſemiplenam faciunt probationem,p.1.q.16 n.20.

per Conjecturas validas & jure approbatas in delictis occultis & difficilis probationis ſufficit conſtare de corpore delicti,ibid.n.18.

Conjecturata probatio in occultis delictis pro plena habetur,p.1.q.49.n.61 p.2.q.60 n.6 p.3.q.108 n.33.34.Sent.Scab.Lipſenſ n.33 34.35.

CONIVGIVM.

Conjugium diſſolvit fornicatio,p.2.q.51.

CONIVNX.

Conjunx conjugem occidendo parricidium cōmittit, p.1.q.12.num.1. hujus delicti pœna, n.2.uſq; ad n.10.

Conjugum nomine in favorabilibus veniunt etiam perſonæ deſponſatæ p.1 q.12.n.41.
Conjugalis affectio major eſt, quàm parentum erga liberos, p.1.q.12.n. 11.

CONSCIENTIA.

quæ in Conſcientia noſtra & intellectu conſiſtunt per aſſertionem cum juramento rectè probantur, p.2 q.97.n.8.

CONSCIVS.

Conſcius criminis in jure duplici modo accipitur, p.1 q.11.n.55.p 3 q 134.n.60.61.
Conſcius ſimul & particeps delicti quomodo puniendus? p.3.q.134.n.60.61 Sent.Scab.Lipſ.n.62.
Conſcius parricidii an ordinariâ pœnâ puniendus? p.1.q.11.45.49.

CONSEQVENS.

Conſequenti conceſſo antecedens quoque intelligitur conceſſum, p.1.q.36.n.14.

CONSOBRINVS.

inter Conſobrinos & Conſobrinas Nuptiæ Lege Moſaica prohibitæ non fuerant, p.2.q 73.n.32.p.1. q.13.n.40.

CONSTITVTIO.

Conſtitutio nova non trahitur ad caſus ſpeciales, p.2 q.59.n.15.
Conſtitutiones Statutariæ ſtrictè ſunt accipiendæ, p.3 q.141.n.28.
Conſtitutiones Imperii de vitanda ebrietate conſuetudine immutari nequeunt, p 3 q 146.n.26.& ſeqq.
Conſtitutio Friderici c.un.2 F.27.de quibus furibus loquatur? p.2.q.78 n.27.28.& q.79..n.21.

CONSVETVDO.

Conſuetudo cuiusq; loci in dubio attendi debet, p.3. q.109.n.38.
Conſuetudo contractus probare & reprobare poteſt, & actus per ſe illicitos licitos facit, p.3 q.134.n.10
Conſuetudo in delictis neminem excuſat, p.1 q.45. n.87.
Conſuetudo delinquendi aggravat delictum, p.1. q.45.n 37.
Conſuetudo in iis, quæ de ſe & ſui naturâ malæ ſunt, etiamſi totus mundus eâ uteretur, ſimpliciter & in totum non excuſat.ib.n.76.
Conſuetudo alicuius loci quandoq; ſubditos obligat ad ferendum expenſas criminales, p 3.q.138.n. 69.& ſeqq.

IN CONTINENTI.

in Continenti fieri quid ſit? p.1.q.31.n.8.
in Continenti dictionis explicationes variæ referuntur, ibid.n.9.10.11.12.13.

CONTRACTVS.

Contractus dolo initus non ſubſiſtit.p.2.q.63.n.60.

CONTRAHERE.

Contrahenti cum alio incumbit, ut diligentius inquirat in conditionem eius, cum quo Contrahit, p.2.q.63.n.50.

CONTRARIA.

Contrariorum eadem eſt diſciplina, p.1.q.43.n.39.

CONTVMACIA.

Contumacia delictum eſt graviſſimum, p.3.q.140. n.23.24.25.
Contumacia & inobedientia criminaliter puniri poteſt, d.n.24.
Contumaciæ pœna de Iure Sax. p.2.q.60.n.52.p.2. q.95.n.78.Obſerv.Scabin.Lipſenſ.n.79.82.

CONVERSATIO.

Converſatio cum hominibus facinoroſis indiciũ facit ad torturam, p.3.q.120.n.35.& ſeqq. quandoq; tamen fallit, n.36.& ſeqq.

CONVICTVS.

Convictus teſtibus æquè condemnari poteſt atq; confeſſus, p.3.q.114.n.1.modo probatione legitimâ ſit, convictus, ibid.n.2.4.etiam in Germania & foro Saxon p.3.q.116.n.35 36.37.40.41.42.43.44. reijciatur traditio Iohan.Bodini de hac re, n.38. Sent.Scab.Lipſenſ.n.45.46 47.48.
Convictum quem eſſe, & confeſſum paria ſunt, p.3. q.114 n.1.

CORONA.

Corona ſignum eſt Virginitatis, non animi, ſed corporis.p.2.q.75.n.82
Coronam Virgo vitiprata in capite portare prohibetur, p.2.q 70.n.53 p.2.q.75.n.79 80.Sentent. Scabin.Lipſienſ.n.83.84.

CORPVS DELICTI.

Corpus delicti in quibus criminibus neceſſario requiratur, p.1.q.16.n.4.5
Corpus delicti per quæ probatur, ibid.n.7.9.14.24.
An pro eo reus torqueri poſſit, ibid.n.10.
Corpus delicti per Rei confeſſionem an probetur? ib. n.16.& ſeqq.
Corpus delicti an probetur per unum teſtem? ibid. n.27.28.
Corpus delicti quatenus in adulterio requiratur, p. 2.q.60 per tot.
Corpus delicti per utriusq; partis confeſſionem repræſentatur in delictis carnis, p.2.q.72.n.52.
Corpus delicti requiritur in Burſicopis, p.2.q.81. n.29.& ſeqq.
Corpus delicti in furto neceſſariò requiritur, ib.n.2.3
Corpus delicti an in crimine maleficii requiratur, p. 1.q..49.n.56.57.
Corpus delicti in Sodomia requiritur, p 2.q.76.n.50 51.52.53.
Corpus delicti requiritur in temeratoribus venationum, p.2.q.82.n 50.
de Corpore delicti niſi conſtet, nullo modo adverſus certam aliquam perſonam requiri poteſt, p.3.q. 108.n.5 idq; obſervatur non ſolùm Imp. Romano, ſed etiam Ditionibus Elect. Saxon. n.6. eſtq; certa & communis opinio, n.7.
de Corpore delicti diverſimodè conſtare dicitur.ibid. n.8 9.
de Corpore delicti quomodo conſtare debet ad effectum inquirendi? n.15 & ſeqq.
de Corpore delicti quando conſtet in delictis facti tranſeuntis, p.3.q.108.n.36.37.
de Corpore delicti neceſſario conſtare non debet, in irrogatione pœnarũ non capitaliũ p 3 q.108.n.39
Corporis delicti incertitudo mitigat pœnam, ib.n.42 & ſeqq.

CORRECTIO.

Correctio accelerata remedium eſt contra peccatum p.3.q.101.n.13.

CORRELATIVA.

Correlativorũ eadẽ eſt natura, & ratio, p.1.q 13.n.24 atq; diſciplina, p.1 q.19.n.23.24.p.1.q.30.n 3.
Correlativorum num ſemper eadem ſit diſpoſitio, idemq; ius, p.2.q.91.n.22.p 2.q.64.n.41.
Correlativorum poſito uno neceſſariò ponitur & alterum, p.1.q 37.n.47.

CREDITOR.

Creditor pignoratitius furtum quoq; committit, p.2. q.85 n.65. quomodo puniatur, n.66.67.68.69.70.71.

Creditoris rem ſibi debitam vi ſurripientis quænam ſit pœna, p.2 q 88.n.17.18. Reſp. Scab.Lipſ.n.22.

Creditoribus & uxori condemnati in crimine læſæ Majeſtatis an fiſcus præferatur? p.3 q 135.n.42.43.44. Sent Scab.Lipſ.n.45.

CREMONENSIS.

Cremonenſibus Fridericus I. fecit conceſſionem Regalium fidelitas autem & ſuperioritas Imperio fuit reſervata, p.1.q.41.n 34.

CRIMEN.

Crimen contrahitur ſi nocendi voluntas intervenerit, p.1 q.37.n.7.

Crimen abſq; dolo committitur, p.3.q.142.n.30.

Crimen pernoctatum quodnam dicatur, p.3.q.136. n.97.

Crimina multa peculiare nomen non habent, p.3. q.134.n.1.

Crimina non ſolum per accuſationem, verum etiam per viam denunciationis, Inquiſitionis & Implorationis officii judicis apud Magiſtratum deferri ac vindicari poſſunt, p.1.q.34.n.67.

CRIMINALIS CAVSA.

Criminalis actio jure Sax: dicitur, quæ ad pœnam Corporis afflictivam tendit, p.1.q.34 n 2.

Criminalis cauſa de jure Sax illa ſola reputatur, in qua corporalis pœna infligitur, p 2 q 99.n.65.

Criminales cauſæ quænam ſint, quæq; civiles, p.3. q.102.n.27.28 29.30.

Criminales cauſæ quænã hodie ſint moribus noſtris p.3.q.102.n.31. refertur opinio Gothofredi Antonii de hac re, ejuſdemq; argumenta, n.32. uſq; ad n.42. reÿcitur hac opinio, n.43.44.45.46.47.

Criminales cauſæ ac pœnæ quænam dicantur in foro Sax: quæq; Civiles? p.3.q.102.n.48.49.50.51.52.55. Sent.Scab.Lipſenſ.n 53.

Criminales cauſas decidendi in terris Electoratus Sax: ſoli Scabinatui Electorali Lipſenſi poteſtas conceſſa eſt, p.3.q.116.n.26.p.3.q.103 n.10.

Criminalium & civilium cauſarum differentia in quibus conſiſtat, p 3.q.102 n.19 20.21.22.23.24.25.26.

Criminaliũ litiũ abuſus unde oriatur, p.3.q.103 n.3.

in Criminalibus cauſis circumſpecte procedendum eſt, p.3.q.119.n.64 p 3.q.103 n.4.5.6 Ideoq; ſæpius peritiores ac ICti conſulendi ſunt, n.7.8.9.

Criminales cauſæ ſunt maximi momenti, p 3 q.116. n.20.

in Criminali cauſa cognoſcenda à Reo ipſo indicia & teſtimonia explicari judicis intereſt, p.3.q.105. n.44.

in Criminali cauſa unus aliquis ICtus ſolus pœnam definire non debet, p.3.q.116 n.21.22.

in Criminalibus ICti quomodo judicare debeant, p.3. q.116.n.32.33.34.

in Criminalibus cauſis an pro accuſatore intervenire queat procurator? p.3 q.105.n.7.8.9 Ius civile non admittit procuratorem accuſatoris, & quare, n 3.4.5.

CRIMINALIS PROCESSVS.

Criminalis Proceſſus à forma judicij civilis parum differt, p.3.q.106.n.2.

Criminis Proceſſus tria ſubſtantialia ſunt, 1. eſt libelli accuſatorij oblatio p.3.q.106.n.3. Alterum ſubſtantiale Proceſſus ordinarii in cauſis criminalibus eſt accuſatoris ſatisdatio de ſumtibus litis & injuria, n 39. Tertium eſt reſponſio rei ad libellum accuſatorium ſeu litis conteſtatio, n 67.

Criminalis Proceſſus ordinarij ſubſtantiale quartum eſt probatio & reprobatio p.3.q.106.n.80. quando accuſatori, quando itidem accuſato onus probandi incumbat: n 81.82.84.86.87. Obſerv. Scab. Lipſ.n 83.85.88.

Criminalis proceſſus ordinarii quintum ſubſtantiale eſt ſententia, p.3.q 106.n.95.

Criminalis Proceſſus ordinarius nõ niſi coram judice competente ventilari debet, p 3.q.104.n 61.

Criminalis Proceſſus, in foro non competente formatus, nullus eſt, nec de jure ſubſiſtit, p.3.q.110.n.1.2.3. niſi Reus conſentiat in judicem incompetentem, n 4.

in Criminali Proceſſu ordinario quinam ſit judex competens p.3.q.104 n.62.63.

in Criminali Proceſſu Ordinario reus debet litem conteſtari: Et qualis litis conteſtatio eſſe debeat? p.3.q.106.n 67.70 71.

in Criminali judicio ordinario quomodo procedendum ſi Reus reſpondere nolit, vel non Categorice reſpondeat, p.3.q.106.n.72.73.74 Sent.Scab. Lipſ n.75.

in Criminali cauſâ vivâ voce procedẽdum eſt vom Munde auff in die Feder/ *p.3.q.106 n.76.77 nec aliter convenire licet partibus n 78.S.S.L.n.79.*

in Criminali Proceſſu ordinario libellus accuſatorius debet offerri p.3.q 106 n 3.4.

in Criminali Proceſſu quomodo formari debeat libellus accuſatorius, p.3.q.106.n.5.6.7.8.9.10.11.12.14. clauſula quoq; vulgaris (omni meliori modo) libello accuſatorio inſerta quidnam operetur? n.13. ſufficit in genere peti pœnam, licet genus pœnæ non exprimatur. n.15.16.

in Criminali Proceſſu præſtanda quoq; eſt Guaranda p 3.q.106.n.59 60. Sent Scab Lipſ.n 61 62. poſt Guarandam præſtitam accuſator plura ac nova indicia proponere poteſt, n.63.64.65. Sent. Scabin.Lipſenſ.n.66.

in Criminali Proceſſu judices non debent moram trahere, p.3.q.116.n.29 30.31.

in Criminalibus ſecundum obſervantiam Scabinorum eſt procedendum p.3.q 103.n.11.

in Criminalibus cauſis quot modis procedatur, ibid. n.12 13.14.15.16.

in Criminalibus Ordinarius Proceſſus quiſnam ſit? ibid n.17.

Criminale judicium quomodo definiatur, p.3 q 106. n.1.

Criminale judiciũ qualiter formetur crimine nondum pernoctato, p.3.q.136.n 71. hoc caſu judicium hoc dicitur Bannitorium, n.72.

Criminale judicium in Crimine jam pernoctato formatũ quomodo differat à judicio Bannitorio formato antequam crimen pernoctaretur, ubi triplex datur differentia, p.3.q.136.n.73.74.75.76 77.78.79 82.

Crimine nondum pernoctato in judicio Bannitorio ſtatim agitur ad Bannum, non ſervato juris ordine nec termino legali cõparendi conceſſo, n 80.81

Criminale judicium debet formari, antequam ſupplicio mortis afficiatur Reus, p 3.q.136.n.3.4.

Criminalis judicij formatio & Proceſſus moribus fuit introductus, p. 3. q. 136. n. 5. poſtea ab Imperatore Carolo V. confirmatus, n. 6.
In hoc Proceſſu Criminali obſervantia cujusq; judicii maximopere debet attendi, p. 3 q. 136. n. 7. 42.
Criminale judiciũ quomodo formari debeat, in foro Sax: quæq; ejusdem ſint requiſita? p. 3. q. 136 n. 8.
1. Signum campanâ dandum eſt n. 9.
2. Iudex conſidere debet in Prætorio ſeu Curia, & quot requirantur aſſeſſores? n. 10. 11. 12. 13.
3. Iudex in manu pedum gladiumvè evaginatum habeat neceſſe eſt, n. 14.
4. Quartum requiſitum eſt Conſtitutio judicii Criminalis, die Hegung deß peinlichen Halßgerichts/ quod certis perficitur ſolennitatibus, quæ conſiſtunt, n. 15.
1. In Interrogatione judicis & reſponſione Scabinorum de judicio conſtituendo.
2. In ipſa conſtitutione judicii.
3. In judicii conſtituti proclamatione. p. 3. q. 136. n. 15
Interrogatio ac reſponſio triplex eſt, ib: n. 16. 17. 18. 19. 20.
Altera ſolennitas verſatur in ipſa Conſtitutione judicii criminalis, ibid. n. 21. 22. 23.
Tertia eſt provocatio lictoris ad accuſandum, n. 24.
5. Quintum requiſitum eſt impetratio veniæ tam loquendi quàm accuſandi reum, n. 25. 26. 27.
6. Sextum eſt proclamatio Rei accuſati, das Geruffte/ oder Zettergeſchrey/ n. 28. 29. 30. à quonam fiat proclamatio Rei, n. 31.
7. Hiſce omnibus peractis ſuccedit accuſatio, p. 3. q. 126. n. 32. 33. 34.
8. Iudex ſententiam condemnatoriam publicè recitari faciat, n. 35.
9. Sententiâ condemnatoriâ latâ ac publicatâ judex baculum frangit, p. 3. q. 136. n. 36. 37.
10. Deniq; Reo condemnato & abducto judicium Criminale finiendum eſt, ibid. n. 38. ubi tria attendi debent, n. 39. 40. 41.
Quas ob cauſas executio pœnæ requirat ejusmodi ſolemnem, judicii Criminalis formam & conſtitutionem, p. 3. q. 136. n. 43. 44. 45. 46. 47. 49. 50. 51.
In foro Saxon: ante formationem ſolemnem judicii Criminalis judex nec competens eſt, nec facultatem condemnandi habet, ibid. n. 48. Obſervant. Scab. Lipſ. n. 52.
Quomodo differat in foro Sax: Peinliche Halßgerichte vnd hochnothpeinliche Halßgerichte/ p. 3. q. 136. n. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. haud raro hæc vocabula confunduntur, n. 60. quandoq; nomen genericum retinetur, peinliche Gerichte/ n. 61.
Criminale judicium quibus caſibus formari ſoleat, p. 3 q. 136. n. 62. 63.
Criminale judicium, das peinliche Halßgerichte/ Crimine jam pernoctato qualiter formari & haberi debeat, ibid. n. 64. 66.
Crimine jam pernoctato accuſatio non conſtituitur cum clamore, n. 67. hoc caſu quando finiatur judicium criminale, ibid. n. 68. Sent. Scab. Lipſ. n. 69. 70.
Criminalis Proceſſus absq; criminalis judicii ſolenni formatione non ſubſiſtit, p. 3. q. 136. n. 65.

CRVCIFIXIO.
Crucifixionis pœna fuit quondam atrociſſima, p. 3. q. 128. n. 38. hodie in ejus locum ſucceſſit furca, n. 39. 40.

CRVX.
Crucis ſignum depingi vel ſculpi humi Romani non patiuntur, p. 3. q. 128 n. 39.
Crucis ſignum in marmore inſculpens in contemtum Chriſtianæ Religionis graviter puniri, p. 1. q. 45. n. 97.

CRVDELIS.
Crudelis non habetur, qui maleficos occidit, p. 3. q. 124. n. 3.

CVLPA.
Culpa lata quænam dicatur? p. 1. q. 27. n. 29.
Culpa levis quænam dicatur? ibid. n. 30.
Culpa levior vel leviſſima quænam dicatur? ib n. 31.
Culpa lata quoad pœnam mortis dolo non æquiparatur, p. 1. q. 1. n. 16 p. 1. q. 15. n. 23. p. 1 q. 18. n. 17.
Culpa lata in caſu homicidij an pœnâ corporali coerceri poſſit, p. 1. q. 27. n. 33. Sent. S. Lipſ n. 34. 35. 36.
Culpâ latâ levi aut leviſſimâ quodnam in eâ delictum dicatur perpetratum? p. 1. q. 9. n. 28. 29. 30.
Culpa quandoq; etiam punitur, & quomodo, p. 3. q. 142. n. 31. 32. 33.

CVLTER.
Cultro aliquem vulnerans, de Iure Sax: capite plecti debet, p. 1. q. 24. n. 5.

CVRATOR.
ſine Curatoris autoritate & conſenſu mulier matrimonium rectè contrahere poteſt, p. 2. q. 55. n. 89.
ſine Curatoris peculiari interventu mulier de jure Sax: cũ marito validè contrahere nequit? ib n. 86
absq; Curatoris autoritate an uxor pro marito adultero Intercedere queat? p. 2. q. 55. n. 85. 88. 89. Reſp. Scab. Lipſenſ. n. 91.

CVSTOS.
Cuſtodum & Carcerariorum, ſi Reus incarceratus aufugiat pœna, p. 3. q. 111. n. 99. usque ad n. 113. Sent. Scab. Lipſ. n. 112. 114. 115.

CVSTODIA.
Cuſtodiâ diuturnâ Reus haud affligatur, p. 3. q. 115. n. 68.
Cuſtodiuntur à ruſticis in domo Sculteti in pagis delinquentes p. 3. q. 111. n. 53
Cuſtodiam duriorem vel leviorem judex ex juſta cauſa, decernere poteſt, ibid. n. 50.

D.

DAMNARI.
DAmnari Iura neminem absq; accuſatore volunt, p. 1. q. 34. n. 76

DAMNVM.
qui Damnum alicui intulit, æſtimationem ejus ab adverſâ parte factam, de Iure Sax. præſtare vel eandem juramento proprio diminuere tenetur, p. 2. q. 95. n. 19
Damni occaſionem ſive cauſam dans ipſum videtur dediſſe Damnum, p. 2. q. 61. n. 22.
Reum ad pœnam ſanguinis, ac in ſimul reſtitutionẽ Damni & intereſſe partis pecuniarium condemnari jus Sax: haud patitur, p. 2. q. 95. n. 25. 31.

DEBITOR.
Debitor collectas non ſolvit, ſed creditor, p. 2. q. 92. n. 76. 77. Obſerv. Scab. Lipſ. n. 78.
Debitor incarceratus cautioni juratoriæ non eſt committendus, p. 3. q. 112. n. 104.
Debitor non ſolvendo exiſtens ad manus creditoris hodie tradi non ſolet, p. 1. q. 34. n. 47.
Debitorem fugientem an propria autoritate incarcerare licet? p. 1. q. 41. n. 126.

De Debitoribus Germanicum dicterium,p. 2.q 92. n.12.

DECOLLATIO.

Decollatio frequentiſſima hodie eſt,& in quibus delictis uſitata,p.3.q.128 n.33.34.35.36.

DECRETVM.

Decretorum Comitialium forma ſubſtantialis eſt conſenſus mutuus Cæſaris & Ordinum Imperii, p.1.q.41.n.77.teſtimonium autoris Autonomiæ, n 78.

DEFENSIO.

Defenſio licita eſt de Iure Civili,p.1.q.28.n.2. ut & de jure naturali & Canonico,n.4.nec non de jure Divino,n.5.

Defenſio ne Diabolo denegand,p.3.q 105.n.23.

Defenſio nec à Principe prohiberi, nec Statuto tolli poteſt,p.1.q 28.n.7.

Defenſio etiam in foro Conſcient. abſq; peccato eſt, ib:n.10.

Defenſio debet fieri in continenti,p.1.q.28.n.28.29. durante adhuc offenſione,p.1 q.31 n 1.2.4.5.Reſolutio hujus quæſtionis arbitrio judicis committi debet,ibid.n 14. deciſio quæſtionis n.17.18.19. quale arbitriũ judicis eſſe debeat,n. 20.21.ſi inſultatus durante conflictu aggreſſorem occidat, n.22.23.24.25.Reſp. Scab Lipſenſ.n.26.

Defenſio abſq; requiſito temporis non ſubſiſtit,p.1. q.31.n 6.

quæ Defenſio dicatur facta in cõtinenti,ib:n.7.15.16

Defenſio legitima ſemper offenſionem præſupponit, p.1.q.29 n.40.& offenſioni proportionata eſſe debet,p. 1.q.30.n.2.7.

Defenſio quævis præſupponit præſens ac imminens periculum,ibid.n 6.

Defenſio neceſſaria in prius facta aggreſſione injuſta maximè fundata eſt,p.1.q 33.n.21.27.

Defenſio nulla abſq; inſultu & offenſione ſubſiſtere poteſt,p.1 q.33.n.27.

Defenſio legitima ſemper debet eſſe proportionata, & quando hoc fallat,p 1.q.28.n.24.25.26.

Defenſio ſua cuiq; accuſato vel denunciato Reo legitimè pateat.p.3 q.113 n.8.p.3.q.105.n.23.24.

Defenſio Rei in criminalibus tam à judice quàm ab extraneis admittitur,p.2.q 59.n.38.

Defenſio etiam non inculpata excuſationem aliquã meretur,p 1.q.29.n.31.

Defenſio impunibilis eſt quando ſervatur moderamen inculpatæ tutelæ.p.1 q.28.n.13.14.15.

Defenſio neceſſaria ſecundum requiſita moderaminis inculpatæ tutelæ articulata quomodo probari debeat,p.1 q 33.n.34.referuntur diverſæ opiniones.n.35.36.37.vera deciſio,n.38.

Defenſio neceſſaria probari etiã poteſt conjecturis & præſumptionibus.p.1.q 33 n.46.47.quo tamen caſu Reus extra ordinem puniri debet,n.48.

Defenſio quibusnam præſumtionibus & indiciis probatur,p.1.q.33.n.49.50.60.referuntur aliquot conjecturæ,n.51.52.55 Exculpatio moribundi à præſumptione aggreſſionis aliquem liberat,n.56. 58.Reſp.Scabin.Lipſenſ n.57.

Defenſio neceſſaria probatur etiam occiſoris juramento,p.1.q.33.n.61.Sent Scab.Lipſ.n.62.

Defenſionis moderamen aliud eſt, & aliud moderamen inculpatæ tutelæ, & quomodo hæc duo ab invicem differant,p.1.q 28.n.16.17.

Defenſionis ac innocentiæ tantus eſt favor, ut ob eum quandoq; a Regulis juris rigoroſi quoad Proceſſum recedere liceat,p.1.q.33.n.10.p.3.q.115.n. 74.p.2.q.59.n.40.

Defenſionis probatio admittitur etiam poſt publicationem atteſtationum & concluſionem in cauſa, p.1 q.33.n.11.12.13.quin & poſt publicatam ſententiam Reus defenſionem prætendens audiendus eſt,n.14.15. Sent. Scab Lipſ.n.16.

Defenſionis probatio qualis eſſe debeat,p.1.q.33 n.17 19.adducitur ſententia Andr. Gail. de hac re,n. 18.refertur opinio exiſtimantium in neceſſariâ Defenſione ſufficere probari ſolam aggreſſionem, n.20.21.22 rejicitur hæc opinio,n.23.24.25.30. Obſ.Scab.Lipſ.n.26.aggreſſione ſolâ probata ceſſat pœna ordinaria,n.31.Sent.Scab.Lipſ.n.32 33

in Defenſionis probatione teſtibus ſolũmodo juratis creditur,p.3.q 115 n.79 80.81.82.Teſtes ſuper inquiſitionales articulos examinati & ad probationem Defenſionis & innocentiæ producti denuo jurare debent,n 83.Sent.Scab.Lipſ.n 84.

in Defenſione Rei teſtes admittuntur cognati & affines,p.3.q.115.n.77.

ad Defenſionis probationem teſtes de credulitate admittuntur,p.3.q.115.n.76.

ad Defenſionis remedium Reo quovis tempore confugere licet durante Proceſſu inquiſitorio,p.3 q. 115.n.21 ſecus verò in Proceſſu Ordinario,n.22.

An & quomodo Inquiſitus ad deductionem innocentiæ & defenſionis ſit admittendus, antequam ad articulos inquiſitionales reſponderit,p.3.q.115. n.23.24.25.26.27.Sent. Scab. Lipſ.n.28.

ad Defenſionis & Innocentiæ deductionem Reo pauperi ſumtus ex publico perſolvendi,p.3 q.115.n. 20. vide plura in f. in vocab: Innocentia.

Defenſionis deducendæ remedium cuivis Reo patet, p.3.q.115.n.1.& nemini hoc denegandũ,n.2.3.4.5.

Defenſionem unicus teſtis probat,p.3.q 115.n.75.

Defenſionẽ Rei judex ſupplere debet,p.2.q.59.n.40 p.3.q.115.n.13.14 16.17.18.19.Obſ.S.L.n.15.

Defenſionem conſanguinei ſui fratribus & conſanguineis Rei deducere licet,p.3.q.115.n.8.9.10. Sent. Scabin. Lipſenſ.n.11.12.

Defenſionem intermittens ſe ipſum necat p.1.q.28.n. 11.12.

Defenſionem allegari non ſufficit,ſed & probari ea debet,p 1.q.33.n.1.2.an & quando accuſatori vel accuſato onus probandi incumbat,n.3.4.6.

Defenſionem non ſolùm in ordinario ſed & inquiſitorio proceſſu Reus allegans eam probare debet, p 1.q.33.n.7.Sent.Scab.Lipſ.n.16.

Defenſionem neceſſariam juxta requiſita inculpatæ tutelæ articulatam Reus ſeu inquiſitus teſtibus probare tenetur,p.1.q.33 n 39.ſufficiunt hoc caſu probationes imperfectæ,n.40.47.factæ per teſtes aliàs minus idoneos,n.41.etiamſi de credulitate deponant,n 42.creditur etiam duobus teſtibus ſuper negativa deponentibus,n.43.quin & per unicum teſtem defenſione probata Reus à pœna ordinaria liberatur,n.44 Obſ.Scab.Lipſ n.45.

Defenſionẽ reus allegans, & deſtitutus probationibus,num torturæ ſubjiciendus,p 1.q.33.n.63 65. 66 Sent.Scab.Lipſ.n.67.68.69.70.71.Reus in tortura perſeverans ſimpliciter debet abſolvi. n. 72.non niſi deficientibus probationibus & præſumptionibus ad torturam hoc caſu deveniendum eſt,n.73.Sent Scab Lipſ.n.74.75.76.

pro Defenſione Rei judex ex officio laborare debet, p.1.q.33.n.8.9.p.2.q.59.n.37.

Vbi de Defenſione alicujus probandâ agitur, multa permittuntur, quæ alias non permittuntur, p. 3.q.141.n.38.

An pro Defenſione Rerum impunè aliquem occidere liceat? p.1.q.32.n.14.16.17. quidam Defenſionem rerum tum demum admittunt, ſi cum vitæ periculo conjuncta eſt, n.19.20.21. rejicitur hæc ſententia, n.22.23.24.25.31.32.36. Sententia Damhouderi, n.26.27.28. Reſp.Scab.Lipſ.n.29. Concordat Didac: Covarruv: n.30. quando proportio inter res & vitam hominis eſt attendenda, n.33.

Defenſiones in criminalibus & exceptiones faciliùs admittuntur tàm à judice, quàm ab aliis extraneis, p.3.q.141.n.32.

Defenſionibus pluribus non ſolùm diverſis ſed etiam contrariis Reus uti poteſt, p.3 q.105.n.21.

DEFENSOR.

Defenſor abſentiæ, an non pro Reo admittatur, p.3.q. 105.n.64.65.66.67. Sent.Scab.Lipſ.n.68.

Defenſor accuſati nomine exceptiones declinatorias aut dilatorias ante litis conteſtationem opponere poteſt, p.3.q.105.n.69.70. Obſerv.Scabin. Lipſ.n.71.

Defenſor Dominꝰ ſervo ſuo poteſt dari, p.3.q.115 n.7

Defenſor filii ſui pater in judicio criminali admittendus eſt, p.3.q.115.n.6.p.3.q.105.n.81.82.83.

Defenſorio nomine perſonæ conjunctæ quatenus pro Reo intervenire poſſunt. p.3 q.105.n.35.

DEFENDERE.

Defendere non ſolùm nos ipſos ſed & alios in periculo conſtitutos poſſumus, p.1 q.32.n.1. maximè autem conſanguineos, veluti parentes, liberos, fratres, conjuges, n.2.3.4.5.7. Reſp. Scab. Lipſ. n.6. nec non eos, qui ſibi nos obſtrictos tenent, n.8.

Quin & extraneas quoqꝫ perſonas Defendere licet, ib: n.9.10.11. quas & in diſcrimine vitæ conſtitutas Defendere quivis tenetur, n.12.

DEFVNCTVS.

Defuncti necem vindicare quinam conſanguinei poſſint, p.3.q.104.n.48.

DELATOR.

Delatores publ: quinam dicantur? p.3.q.104.n.4.

DELICTVM.

Delictum nihil aliud eſt, quàm actus humanus malus, p.1.q.1.n.17.

Delictum à non delicto, & peccatum à non peccato voluntas diſcernit, ibid.n.18.

Delictũ abſqꝫ dolo non committitur, p.3.q.143.n.11.

Delictũ ibi dicitur commiſſum, ubi eſt conſummatum, p.3.q.110.n.16.17.18.19.20.22. Sent.Scab. Lipſ.n.21. quid ſi delictum in diverſis territoriis ſit conſummatum, n.23. Sentent.Scabin.Lipſenſ. n.24.

Delictum irâ commiſſum num mitius puniendum? p.1 q.38.n.62.63.

Delictum confeſſione ſuâ nemo facere poteſt, ubi delictum non eſt, p.1.q.23.n.35.p.1.q.16.n.2.

Delictum facit atrocius pecuniæ interventus, p.1.q. 19.n.7.8.

Delictum, quod per ſe meretur ſolam pœnam pecuniariam, ſæpiùs commiſſum, ultimo ſupplicio puniri poteſt p.1.q.47.n.62.

Delictum revelare regulariter nemo tenetur, p.1.q. 11.n.49.

Delicti confeſſio certitudo alia nõ requiritur, quàm quæ haberi poteſt, p.1.q.49.n.60.

Delicti in via publ: commiſſi quinam ſit judex competens, p.3.q.110.n.39.40.41.42.43.44.

Delicti reiterationem graviorem requirere pœnam quatenus verum, p.1.q.47.n.57.59.60. p.1.q. 38.n.75.

Delicti corpus quænam indicia probant, p.1.q.49. n.62.usqꝫ ad n.70.

de Delicti corpore certò conſtare debet, p.3.q.136. n.98.99.

de Delicti corpore in irrogatione pœnarum non capitalium neceſſariò non debet conſtare, p.3.q.108 n.39.40. Obſerv.Scab Lipſ.n.41.

de Delicti corpore Reus quandoqꝫ tormentis interrogari poteſt, p.1.q.16.n.9.10. Reſp Scab.Lipſ.n.15.

de Delicti corpore quomodo certò conſtet in crimine parricidij, p.1.q.16.n.12.13.14.

de Delicti corpore quomodo conſtare poſſit in delictis facti tranſeuntis, p.3.q.108.n.36.37 S.S.L n.38.

de Delicto liquido & plenè dicitur conſtare vel per teſtes, vel per evidentiam facti ſeu inſpectionem cadaveris & vulneris: p.1.q.26.n.23.

Delicta quædam dicuntur atrocia, quædam atrociſſima, p.3 q.119.n.5.6 p.3.q.102.n.56. quomodo hæc delicta differant, n.57.58.59.

Delicta levia quænam ſint, ibid n.60.

Delicta in foro Sax: quænam ſint atrocia, quæqꝫ atrociſſima, ib: n.61.62.63.64.65.66. Effectus hujus diſtinctionis qualis ſit, n.67.

Delicta quænam dicantur majora & ſcandaloſa, p. 3.q.107.n.27.28.29.30.31.32.

Delicta facti tranſeuntis quæ, p.1 q.16.n.4.

Delicta facti permanentis quæ, p.1.q.16.n.5.6.

Delicta non omnia indifferẽter ſunt æqualia, p.1.q. 24.n.4.5.6.

Delicta facti tranſeuntis indiciis & conjecturis validis probantur, p.1.q.16.n.4.18.19. non etiam delicta facti permanentis, n.5.6.

Delicta cum ſeveritate ſunt caſtiganda, p.3.q.142. n.2.

Delicta committuntur diverſis qualitatibus & circumſtantiis, ex quibus crimen ipſum quandoqꝫ fit excuſabile, quandoqꝫ autem magis atrox & odioſum. p.3 q.142.n.28.

Delicta compenſatione mutuâ diſſolvuntur, p.2.q. 55.73.p.2.q.58.n.27.

Delicta ſeptem modis conſideranda, p.1 q.24.n.15.

Delicta non debent remanere impunita, p.1.q.34 n. 62.p.2.q.69.n.8 p.3.q.128.n.1.p.3 q.139 n.15.18.

Delicta ex propoſito Rei dijudicãtur, p.2 q.82.n.2.

in Delictis atrocioribus & gravioribus cauſa qualibet non excuſat, p.1 q.42.n.86.

in Delictis atrociſſimis jura transgredi licet, & quatenus hoc verum ſit. p.3.q.102.n.68.69.

in Delictis enormibus judex debet uti ſeveritate & non benignitate, p.1.q.142.n.4.

in Delictis animus & voluntas delinquentis conſideratur, p.1.q.37.n.49.p.3.q.145 n.13.14.

in Delictis attenditur animus, non exitus, p.1.q.1. n.17. quando hoc fallit, n.54.

in Delictis carnis quando dicatur conſtare de corpore delicti, p.3.q.148 n.54.55.

in Delictis regulariter tria conſiderãda, p.1.q.1.n.18.

in Delictis quando de pœna mortis agitur, dolus maximoperè requiritur, & lata culpa quoad pœnam mortis dolo non æquiparatur, p.1.q.1.n.16. 51.

in Delictis puniendis ſufficit dolus in genere, p.1.q.1. n.30.

in Delictis occultis ſufficit delictum probari per indicia & conjecturas, p.3.q.148.n.49.50.51.52.53.

in Delictis occultis conjecturata probatio pro plena habetur.p.1.q.49.n.61.

in Delictis occultis & difficilis probationis ſufficit conſtare de corpore delicti per conjecturas validas & jure approbatas, p.1.q.16.n.18.

in Delictis principium, non finis, attenditur, p.1.q. 30.n.66.

in Delictis à pluribus commiſſis quatenus ſinguli in ſolidum obligentur, p.2 q.80.n.30.31.

DELINQVERE.

Delinquitur gravius ex propoſito, quàm ex improviſo animi impetu, p.1.q.7.n.7. quomodo intelligendum, n.31.

Delinquens efficaciter tenetur & punitur ex delicto ſecuto, licet habuiſſet animum minus delinquendi, quando delictum eſt tale, quod non poteſt regulari & modificari animo & voluntate delinquentis, p.1.n.10.

Delinquens dolore commotus mitius puniri debet, p. 1.q.29.n.30.

Delinquens tertiâ vice ex conſuetudine deliquiſſe exiſtimatur, p.1.q.47.n.62.

in Delinquente Iudex certus eſſe debet, p.3.q.136. n.102.104.

Delinquentes in dignitate aliquâ poſiti graviorem pœnam merentur, p.1.q.2.n.13.

Delinquentes plures contra unum tenentur omnes in ſolidum, p.1.q.9.n.35.p.1.q 34.n.36.

Delinquentes plures quatenus obligentur ex uno delicto, p.2.q.78.n.35:40.41.

Delinquendi conſuetudo aggravat delictum, p 1.q. (45.n.37.

Delinquendo non minus quis contrahit ac obligatur, quàm cum alio contrahendo, p.2.q.54.n.51.

DENVNCIATIO.

Denunciatio facit indicium ad inquiſitionem, non tamen fundat proceſſum ordinarium, p.3.q 108. n.54.

DEPORTATIO.

Deportatio in locum aquæ & ignis interdictionis ſucceſſit, p 3.q.130.n.14.

Deportationis pœna hodie in deſuetudinem abijt, p. 1.q.2 n.6. in cujus locum ſucceſſit pœna arbitraria, n.7.

DEPOSITARIVS.

Depoſitarius in rebus ſibi concreditis furtum quoqꝫ committit, p.2.q 85.n.65. quomodo puniatur, n. 66.67.68.69.70.71. Sent. Scab. Lipſ.n.72.

DEPOSITIO.

Depoſitio teſtium in criminalibus qualisnam eſſe debeat: p.3.q.114.n.57.

Depoſitio dubia & obſcura quænam dicatur, ib. n. 58.

DERELICTVM.

Rem, quæ pro Derelicta habetur, auferens, furtum non committit, p 2.q 86 n 4.

DESERTIO.

Deſertio conjugis juſta eſt cauſa divortij, p.2.q.58. n.7.8.9.10.11.

Deſertio malitioſa quænam dicatur, p 2.q.58.n.15.

Deſertio malitioſa eſt delictum, quod pœnam meretur, ibid.n.64.

Deſertionis abſque crimine adulterii pœna quænam p.2 q.58.n.64 65. Sent. Scab Lipſ. n. 66.

ob Deſertionem quomodo procedendum in diſſolutione matrimonii, p 2.q.58.n.19.20.21.

propter Diſcretionem amittitur ſucceſſio in bonis defuncti conjugis, & quando hoc fallat, p.2.q.58. n.67.68.69.

cum Diſcretione diuturnâ plerumqꝫ conſpirat tacitum adulterium, p.2.q.58.n.26.

DESERTOR.

Deſertor neceſſariò debet citari ad alleganda impedimenta p.2.q.58.n.20.

Deſertor Conjugis nõ ineptè pro infideli habetur, ut maximè profeſſione non ſit infidelis, p.2.q.58 n.10.

Deſertoris vel Deſertricis adulterium committentis pœna, ib: n.61. an hoc caſu conjunx deſertus pro nocente intercedere queat, ib: n.61. R.S.L.n.63.

DESERTVS.

Vxor Deſerta aut ab alio quoqꝫ anteà ſtuprata & adulterata reſpectu mariti adulteri pro ſolutâ fœmina habetur, p.2.q.57.n 22.23. it: q.58.n.53. it: q.59.n.45.

Bigami, à conjuge Deſerti, cum alia perſona matrimonium ineuntis, pœna, p.2. q.66.n.60.61.62. 63. Sentent. Scabin. Lipſenſ.n.64.

Deſerti conjugis adulterantis quæ ſit pœna, p.2 q.58 n.23.24.25.26.28.30. Sent. Scab. Lipſ.n.29.31.

Deſerti conjugis cũ perſona conjugata rem habentis pœna, p.2.q.58.n.32.33.35 Reſp. Scab Lipſ.n.34.

à Deſerto viro vel uxore commiſſi adulterij pœnam judex cauſâ cognita exaſperare poteſt, ibi, n.47. Sent. Scab. Lipſenſ.n.48.49.

Pœna ſponſæ, à ſponſo Deſertæ, adulterantis, ibid: n. 50. Reſp. Scab Lipſenſ.n.51.

Vir ſolutus cum uxore à marito ſuo Deſertâ concũbens quænam pœnâ plectendus, p.2.q.58.n.52.53. 54.56. Obſerv. Scabin. Lipſenſ.n.55.

Pœna fœminæ ſolutæ, admittentis maritum, ab uxore ſua Deſertum, p.2 q 58.n.57. Reſp. Scab. Lipſenſ n.58. num hoc caſu locus ſit remiſſioni Cõjugum, n.59. Sent. Scab Lipſenſ.n..60.

à Deſerto Deſertave conjuge adulterium perpetratum mitius eſt puniendum, p 2 q 58.n.4.16.18.22

DESPONSATA.

Deſponſatæ perſonæ ante benedictionem ſacerdotalem carnaliter ſe commiſcentes, quomodo puniendi, p.2.q.69.n.46.47.48. Obſ. Scab. Lipſ.n. 49.50.

DEVS.

Deus miſericors eſt, homo autem quærit vindictam, p.1.q.45.n.68.

Deus ipſemet ad vindictam exurgit, ſi Magiſtratus in pœnis irrogandis negligens eſt, p 3.q 101.n.8.

Deus univerſorum peccata coercet, ſicut nos poteſtati noſtræ ſubjectos coercemus, p.3 q.101.n.8.

Deus ſæpe ob unius delictum in univerſum iraſcitur populum, ibid n.15.

cum Deo mitius agitur, quàm cum hominibus, p.1. q.45 n.67.

DIABOLVS.

Diabolus quibus modis homines fallat, p.1.q.48.n. 30.31.32. hiſtoriæ referuntur, ibid.

num Diabolus per Magos futura prædicere queat? p.1.q.50.n.43.44.45. Sent. Lutheri de hac re, n. 46.

DICASTERIVM.

Dicaſterio Electorali Lipſenſi ſoli poteſtas cauſas criminales in terris Elect. Sax. decidendi conceſſa eſt, p.3.q.116.n.26.

ad Dicaſteria & ICtorum Collegia judices ac Magiſtratꝰ in cauſis criminalibus confugere, indeqꝫ cõſilium petere, Sanctio Carolina jubet, p.3.q.116. n.3.

n.3. ſed in levioribus delictis conſilium ICtorum præciſè non requiritur, ibid. n. 27.28.

Quare Acta criminalia judicio ICtorum ac Dicaſteriorum ſubmittenda, ab iisq; ſententia expetenda ſit, p. 3 q 116. n 3. 4. 8. 24. 25.

DIFFAMATOR.

an Diffamator eadem animadverſione coerceatur, quâ unumquodq; delictũ & ſcelus in libello famoſo objectum, ſi verum eſſet, veniret puniendum, p. 2. q. 98. n 8.

in L. Diffamari actione quomodo ſit procedendum, p. 2. q. 97. n. 69. 70. Obſerv. Scab. Lipſenſ. n. 71.

in Diffamatorio judicio reo Diffamationem confitenti probatio ſtatim injungi poteſt, p. 2. q. 97. n. 72. Sent Scabin. Lipſenſ. n. 73.

Proceſſus L. Diffamans adverſus abſentem & contumacem reum, p. 2. q. 97. n. 74. 76. 78. Obſerv. Scab. Lipſenſ. n. 75. 77. 79.

DIFFIDATIO.

Diffidatio unde dicatur, p. 1. q 37. n 15.

Diffidatio & minitatio differunt, p. 1. q. 37. n. 14. 65.

Diffidatio ſcaturigo eſt omnium malorum, ib. n. 4.

Diffidatio num ſit ſpecies fractæ pacis publ. ibid. n. 5. 6. 7. 8.

Diffidatio conditionalis diffidatorem à pœna non liberat, p. 1. q. 37. n. 52. 53. 54 55. Reſp. Scabin. Lipſenſ. n. 56.

Diffidationis definitio p. 1. q. 37. n. 16. 17.

Diffidationis differentia ſpecifica, ibid. n. 18.

Diffidationis pœna quænam, ſi damnum non fuerit datum, p 1. q 37 n. 26. 27. Sent. Scab. Lipſ. n. 28.

Diffidationis pœnam quoq; incurrit, qui literas diffidatorias alterius nomine emittit, p. 1. q. 37. n. 40 41 42. 43. Reſp Scab. Lipſenſ. n. 44.

in Diffidationis crimine quatenus pœnitentia excuſet, ibid. n. 35. 36. 38.

Diffidationis requiſita quænam ſint? ib. n. 19. 20. 21.

Diffidationem non faciunt minæ hæ (einen rothen Hahn einen auffs Hauß ſetzen: *vel* das Dorff anſtecken vnd in die Aſche legen) *p. 1. q. 37. n. 66. 67.*

pro Diffidatione non habentur minæ adverſus certam aliquam perſonam prolatæ veluti (dieſelbe zuerſchieſſen/oder jhr eine Kugel zu ſchencken) *p. 1. q 37 n. 21. 68.*

Diffidationes hodie prohibitæ ſunt, p. 1. q. 37. n. 1. quibus ex cauſis, n. 2. 3.

Diffidationes bellicæ denunciationis ſpeciem habent p. 1. q. 37. n. 2.

DIFFIDATOR.

Diffidator eſt, qui incendium uni ex univerſitatè minatur affixo ſigno inflammationis, p. 1. q. 37. n. 24. Obſerv. & Reſp. Scab. Lipſ. n. 25.

Diffidator morte punitur, etiamſi non habuerit animum nocendi, aut minas exequendi, n. 1. q. 37. n. 29. 30. 32. Reſp. Scab. Lipſ. n. 24.

Diffidatores quoq; ſunt, qui ſigna hoſtilia & diffidatoria ſuſpendunt, ibid. n. 22. 23.

Diffidatores in Bannum Imperiale indicunt, p. 1. q. 37 n. 9.

Diffidatores ceu violatores pacis publ gladio puniuntur, ib: n. 10. quâ pœnâ etiam conatus Diffidationis coercetur, n. 11. eademq; pœna tenentur etjam complices & receptatores, n. 12. num Diffidationis crimen verè fuerit commiſſum, probè judicandum eſt, antequam ad pœnam deveniatur, ibid. n. 13.

Diffidatoriarum literarum ſcriptor quâ pœnâ teneatur? p. 1. q. 37. num 58. 59 60. 61. 62. Sententia Scabin. Lipſenſ. n. 63. 64.

Diffidatorias literas qui ad mandatum alterius offert eâdem pœnâ tenetur, p. 1. q. 37 n. 45.

Mandatarium excuſatur quando tenorem literarum Diffidatoriarum neſcivit, p. 1 q. 37. n. 48. ignorantiam autem jurato obtinere debet, n. 50. Reſp. Scab. Lipſ. n 51.

DIGITORVM ABSCISSIO.

Digitorum abſciſſio cumulari poteſt cum fuſtigatione, p. 3. q. 132. n. 72.

Digitorum abſciſſio quandoq; conjunctam habet temporalem relegationem, p. 3. q. 132. n. 75.

Digitorum duorum amputatio pœna eſt corporis afflictiva, p. 3 q. 129 n. 28. quibus in caſibus hæc pœna habeat locum, n. 29. 30. 31.

DIGNITAS.

Dignitas Reum eximit à tormentis, p 3. q. 118. n. 65.

ob Dignitatem quinam accuſari nequeant? p. 3. q. 104. n. 56.

Dignitatis propter altitudinem homo Chriſtianus fortiter cadit in peccatum, p. 1. q. 2. n. 13.

Dignum majus trahit ad ſe minus dignum, p. 2 q. 59 n. 11.

DILIGERE.

Diligère unusquisq; non minus proximum, quàm ſe ipſum jubetur, p. 1. q. 32. n. 23.

DIRECTO.

Directò quod eſt prohibitum, per indirectum non eſt concedendum, p. 3. q. 141. n. 21.

DISPOSITIO.

Diſpoſitionis cauſa ceſſante, ipſa diſpoſitio nullum ſibi amplius vindicat locum, p. 1. q. 34. n. 76. p 2. q. 56. n. 59. p. 2 q. 66. 71.

Diſponere de bonis ſuis an condemnati ad mortem poſſint, p. 3. q. 135. n. 11. Sent. Scab. Lipſ. n. 12.

DISSECTIO.

Diſſectio Rei in quatuor partes eſt etiã ultimi ſupplicij genus, p. 3. q 128 n. 52. rariſſimum hoc ſupplicium, & quando uſitatum, n. 53.

DIVORTIVM.

Divortium an ex cauſa adulterij permiſſum ſit, p. 2. q. 63. n. 4. & ſeqq.

Divortium Iure Civili in caſu deſertionis non prohibetur, p. 2. q. 58 n. 11.

Divortium an ob mariti ſævitiam ſit permittendũ, p. 1. q. 12. n. 53. Sent. Scab. Lipſ. n. 54. 55. 56.

Divortium quatenus Moyſes in Republ: Iudaicâ approbavit, p. 2 q. 63. n 8 9. 10. 11. 12. 13. 14.

Divortium in novo Teſtamento ex cauſa adulterii permittitur, p. 2. q. 63. n. 15. 16.

Divortium repugnat inſtitutioni conjugii p. 2. q. 63.

Divortium hodie eſt duplex, p. 2 q 63. n. 33. (*n. 7.*

ad Divortium duo requiruntur, p. 2. q. 58. n. 18.

Divortium an ſit permittendum, ſi quis gravidam vel corruptam pro virgine duxerit in uxorem p. 2. q. 63. n. 47 Sententia Canoniſtarum negativa, n. 48. 49 51. 52. verior eſt opinio noſtrorum Theologorum ac ICtorum affirmativa, nu. 53. fundamenta hujus opinionis, n. 54 55. 56. 57. in conceſſione tamen hujus Divortii cautè eſt procedendũ n. 61 formula pronunciandi in Conſiſtoriis, n. 62. Sent. Scabin. Lipſ. n. 63.

Divortio facto an liceat innocẽti matrimoniũ inire cũ aliqua perſona, p. 2. q. 63. n. 17. referũtur argumenta

menta pro opinione Canoniſtarũ negativa, n. 18. 19.20. rejicitur hæc ſententia, n.21.22. verior opinio Theologorum affirmativa, n.23.24.25.26. 27.28.29.30. formula pronunciandi in Conſiſtoriis, n.31. refutatur argumenta Canoniſtarum, n. 33.34.35.36.37.38.39.42. quatenus parti nocenti ſecundæ Nuptiæ ſint concedendæ, n.40.41. quando hæc quæſtio locum ſibi vendicet, n. 43.44.45. 46.

DOCTOR.

Doctores dicuntur Nobiles, p.3 q.118.n.80.

Doctores juris comparantur militibus, ib:n 81. & vocantur Clariſſimi, n.82.

Doctores à tormentis ſunt exempti, p.3.q.118.n.80.

DOLOR.

Dolore commotus qui delinquit, mitiùs puniri debet, p.1.q.29.n.30.

Dolorem juſtum temperare difficilimum eſt, p.1.q. 18, n.6.

DOLVS.

Dolus agentis ex clandeſtino actu præſumitur, p.1.q. 15.n.51.

Dolus pœnitentiâ aliquo modo purgatur, p.1.q.39. n.4.

à Dolo cauſa etiam injuſta & beſtialis delinquentẽ excuſat, p.1.q.39.n.10 p.3 q.40.n.143.144.

Dolum allegans eum probare debet, p.1.q 20.n.4.

DOMICILIVM.

Domiciliũ quib. modis conſtituatur, p.3.q.110.n.11.

in Domicilij foro conveniri poteſt reus ob delictum alibi commiſſum, ibid. n.12.

DOMINVS.

Dominus habet condictionem rei ſuæ, quam famulus ipſius ludo perdidit, p.3.q.131.n.9.

Dominus pro ſervo noxio non tenetur, p.3.q.131.n.4.

Dominus de ſervorum qui quid extra officium ſibi commiſſum patrarunt, facto aut delicto non obſtringitur, p.1.q.39.n.54.55.

Dominus quando animal pro noxa dare queat? p.3. q 131.n.17. & ſeqq. & quid juris in foro Saxon. n. 19. 20.

Dominus provinciæ alicujus Reum ex tota provincia relegat, p.3.q.130.n.22.

DOMINVS FEVDI.

Dominus Feudi vaſſallum in exercitio Iurisdictionis ſuæ inpedire, ejusq; ſubditos irrequiſito eo citare nequit, p.3.q.109.n.94.

DOMVS.

Domus cuiq; ſua tutiſſimum eſt receptaculum & refugium, p. 1. q.22.n.22 p.1.q.40.n.13.

Domus, in quibus crimina admiſſa ſunt, dirui Leges ſæpe jubent, p.3.q.101.n.21.

Domus, in qua moneta falſa cuditur, fiſco vindicatur, p.1.q.42.n.118.119. ac inſimul Dominus ædium arbitrariè punitur. n.120. Sent. Scab. Lipſ. n.121.122.

Domus ſecuritatem violantium pœna, p.1.q.40.n.11 12. Sent. Scab. Lipſ. n.14.15.16.17.18.19.

DONATIO.

Donatio niſi in certis caſibus revocari nequit, p.2.n. 55.n.82.

DOS.

Dos ſine matrimonio eſſe nequit. p.2.q.68.n.35.

Dos ex Feudo regulariter ſub conditione debetur, ſi filia nupſerit, p.2.q.68.n 38. ſecus in Dote, loco legitimæ ex diſpoſitione patris jure debita, ad n. 38.

Dos ob adulterium amiſſa an viri lucro cedat? p. 2. q. 64.n.2. & ſeqq.

Dos ſtupratæ ſecundum nativitatem & dignitatem ipſius conſtitui debet, p.2.q.68.n.13.

in Dotis ſtupratæ conſtitutione arbitrium judicis non excluditur, ibid. n.16.

ad Dotis amiſſionem quatenus hæredes ob adulterium vivo marito commiſſum contra mulierem agere poſſint? p. 2. q. 65.n.2.10.13.

An hoc jus extraneis heredibus competat? ib. n.24. 25. 28.

Dotis debitum ſemper hanc conditionem annexam habet, ſi matrimonium fuerit inſecutum, p. 2. q. 68.n 35 36.

Dotem ſtuprata, nubere nolens ſtupratori, ab ipſo petere nequit, p. 2. q. 68.n.84.85. Sent. Scabin. Lipſenſ. n.86.

de Dote lucranda in caſum mortis uxoris concepta ſtatuta, etiam habere locum, etſi Sponſa, antequam traducta & nupta ſit, moriatur, vulgò exiſtimant, p.2.q.56.n.15.

Dotium Conſtitutionis cauſa finalis, p.2.q.68.n.37.

DOTARE DOTATIO.

Dotare vel ducere puellam ſtupratam ſtuprator debet, p.2.q.68.n.11.12. quantam Dotem ſtuprator puellæ ſtupratæ ſolvere teneatur, nu. 13. 16 Sentent. Scabin. Lipſenſ. n.14.15.17.18.

Dotari vel duci puella ſtuprata extra Electoratum quoque Sax: debet, p. 2. q. 68.n.19. 20.21. Sentent. Scabin. Lipſenſ. n.22.

Idemq; obtinet in vidua honeſta ſtuprata, ibid n.23. 25. Reſponſ. Scabin. Lipſenſ. n. 26 quod verum eſt, ſi ſtuprator perſuaſionibus ac blanditijs puellam ad ſtuprum induxerit, n.27.28.29. Obſerv. Scabin. Lipſenſ. n. 31.

Dos ſtatim ſolvi debet, nec expectandum tempus nuptiarum, ibid. n.32.33.

Dos ad hæredes transmittitur, ſi ſtuprata moriatur antequam nubat, p. 2. q. 68. n.34.35.36.37.38. 39. Sent. Scabin. Lipſenſ. n. 40.

Dotari debet puella, etiamſi cauſam dederit ſtupro, p.2.q.68.n.41.42. Reſp. Scab. Lipſenſ. n.43.

Dotatio fieri debet quinquennio etiam elapſo. p.2.q. 68.n.44.45.46.47. Sent. Scab. Lipſ n.48.

Quid juris ſi ſtuprator cum aliâ matrimonium contraxerit, antequam ſtuprata Dotationem petat, p.2.q.69 n.49.50.51. Sent. Scab. Lipſ. n.52.

Dotare vel ducere ſtuprator Nobilis ignobilem ſtupratam tenetur, ib:n.53.54.55.56.57.58.59 Sentent. Scab. Lipſenſ. n.60.

Dotare maritus ſtuprans puellam aut viduam non tenetur, p.2 q.68. n. 66.67.68.69.70.71.72. 73. Sent. Scab. Lipſ. n. 74.

Dotatio quoq; ceſſat, ſi ſtuprator ob ſanguinis proximitatẽ ſtupratã in uxorem ducere nequit, ib. n.75.

Dotatio puellæ ſtupratæ ceſſat. ſi ſtupratori pœna corporalis infligatur, ib: n.62 63. R.S.L. n.65.

Dotatio ſtupratæ in locum matrimonij ſurrogata eſt, ibid. n. 85.

Dotationem meretrix vulgaris, ſeu puella aut vidua, antea ab alio vitiata, petere nõ poteſt, p.2.q. 68.n.76.77.79. Sent. Scab. Lipſenſ. n. 80.83.

à Dotatione exemptus eſt ſtuprator, qui remiſſionem dotis à puella impetravit, aut tempore ſtupri decreto pretio cum ea convenit, p.2.q.68.nu. 87.88.89 Reſp Scab. Lipſ. n.90.

DVCATVS.

Ducatus Vngaricus in materia Furti quanti valeat, p.2.q.78.n.31.

Duces torqueri nequeunt, p.3.q.118.n.71.

DVELLVM.

Duella omni jure, divino, Canonico, Gentium & Civili prohibita ſunt, p.1.q.29.n.71.

ad Duellum aliquem provocans, quomodo puniendus ſit, p.1.q.29.n.73.Reſp.Scab.Lipſ.n.74.

DVPLEX.

Duplici afflictione nemo eſt gravãdus, p.2.q.55.n.96

E.

EBrietas vitium eſt deteſtabile, p.3.q.146.n.2.3

Ebrietas veniam non meretur, ibid.n.17.Sent. Scab.Lipſ.n.28.

Ebrietas Iure Divino eſt prohibita, ibid.n.20.

Ebrietas prohibetur in Receſſibus Imperii, ib.n.23.25

Ebrietas num cauſam mitigationis pœnæ præbeat? p.3.q.146.n.1.30.31.

Ebrietas quatenus à pœna ordinariâ excuſet? p.1. q.18.n.42.p.1.q.45.n.58.

Ebrietas immodica delinquentem à pœna ordinariâ excuſat, & quare, p.3.q.146.n.32.33.34.35.36. 37.38.attamen delinquentes Ebrii extraordinariâ pœnâ affici debent, n.39.40.41. Sent.Scabin. Lipſenſ.n.42.43.44.45.

Ebrietas modica & levis delinquẽtem à pœna ordinariâ neutiquam excuſat, p.3.q.146.n.48.49. 50.Sent.Scabin.Lipſenſ.n.51.52.53.54.

Quid ſi reum non pœniteat delicti ceſſante Ebrietate, n.55 aut ſi quis habens propoſitũ occidendi, Ebrius poſteà factus illud in effectũ deducat, n 56.Sent. Scab.Lipſ.n.57.

Quid juris in eo, qui ſolitus in Ebrietate delinquere nõ abſtinet à vini immodicâ potatione, p.3.q.146 n.58.Sent,Scab Lipſenſ.n.59.

Ebrietas non niſi teſtibus probatur, p.3.q.146.n.61. Sent.Scab.Lipſ.n.62.63. non etiam juramento delinquentis, n,64.deficientibus teſtibus reus hoc caſu torturæ ſubiici poteſt ad eruendam veritatem, n.65.Sent.Scab.Lipſ.n.66.

Ebrietas quatenus in blaſphemiis excuſet, p.1.q.45. n 57.58.59.

Ebrietas quatenus in injuriis excuſet, p.2.q.96.n.21 22.23

Ebrietatis peſſimi effectus, p.3.q.146.n.18.21.

Ebrietatis vitium Nobiles quoq; & perſonas illuſtres invaſit, ibid.n.8.

Ebrietatem probat conſuetudo Germaniæ, p.3.q.146 n.4 5.6.7.

Ebrietatem Ferdinandus I. Imper. in Legatis Statuum Imperii maximè improbavit, ibid.n.19.

Ebrietatem allegans illam debet probare, ib.n.60.

de Ebrietate vitandâ Sanctio Maximiliani I.Imp. ibid.n.22.

in Ebrietate punienda Severiſſimi ſemper fuerunt Impp.Auſtriaci, p.3.q.146.n.24.

de Ebrietate vitanda Conſtitutiones Imperii conſuetudine immutari nequeunt, p.3.q.146,n.26.27.

Ebrij non ſemper ac indifferenter à pœna ordinaria ſunt immunes, p.3 q.146,n.46.47.

ECCLESIA.

ad Eccleſiã confugiens reus à ſeculari judice puniri nequit, p.3.q.110.n 91.94. de conſuetudine hoc privilegium ceſſat, n.95.96.Reſp.Scab.Lipſ.n.97

Eccleſia mortis pœnam non infligit, p.3.q.128.q.12.

ECCLESIASTICVS.

Eccleſiaſtica Pontificis Iurisdictio ex tranſactione Paſſavienſi apud Status Imperii Proteſtantes eſt ſuſpenſa, p.1.q.2.n.19.

Eccleſiaſtica Jurisdictio ex tranſactione Paſſavienſi ad Principes Imperij pervenit, p.2.q.62.n.20.

Eccleſiaſticam poteſtatem quoq; habet Magiſtratus Politicus, p.1.q.44.n.19.

ECVLEVS.

Eculeum quale torquendi inſtrumentum fuerit, p.3 q.117.n.30.

EDVCATIO.

Educatio expoſitorum infantum competit Magiſtratui, ſuperiorem Iurisdictionen habenti, p.1. q.10.n.25.26.27.28.

EFFECTVS.

ex Effectu futuro definiri quandoq; res ſolet, quod declaratur exemplis, p.2.q.57.n.23.

EFFRACTIO.

Effractio violenta & ſeditioſa quænam dicatur? p.2 q.79.n.6,32.33.

Effractio furtum aggravat, ibid.n.1.

Effractio arcæ vel ciſtæ, an pro violenta habeatur? p.2.q.79.n.36.38. Reſp.Scab.Lipſenſ.n.37.39.

Effractio cum clave adulterinâ an ſit violenta? ibid. n.40.41.Sent.Scab.Lipſ.n.42.

Effractio horrei, tugurii vel ſtabuli an ſit ſeditioſa? ibid.n.34.

Effractio violenta an committatur per conſciſſionẽ tecti ſtraminei, ib.n.43.44.Reſp.Scab.Lipſ.n.45.

Effractio an fiat per detectionem tegularũ, ib.n.46.

Effractio violenta abſq; contractione an ordinariâ furti pœnâ puniatur? ib.n.56.57.58.59.Sentent. Scabin.Lipſenſ.n.60.

Qui ſeras & clauſtra Effringit atque furatur, quomodo puniendus? p.2.q.79.n.61.63. Sent.Scab. Lipſenſ.n.62.64.

per Effractionem violentam & ſeditioſam pax.pub. aliquo modo turbatur, p.2.q.79.n.4.

Ehebruch.

Ehebruch/*Germanicè unde dicatur? p.2.q.52.n.47*

ELECTOR.

Electores multa privilegia habent præ aliis Imperij Principibus, p.1.q.41.n.61.62.63.

Electorum Collegium eſt baſis & fundamentum Imperii Romani, ibid.n.65.

Electorũ dignitas & excellentia ſingularis, ib.n.64.

EMENDA.

Emenda **die Buſſe**/*de Iure Saxon. quanta ſit? p.2. q.88 n.20.p.3.q.127.n.37.*

EMPTOR.

Emptor pignoris ſub pacto de retrovendendo quatenus valeat, p.2.q.92.n.96.97.98.100.101.102. Sent.Scab.Lipſenſ.n.99.103.

Emptores rerum furtivarum quomodo puniantur? p.2.q.87.n.54.55.56.57.58.59.60.Sent.Sc.Lipſ. n.61.62.63.64.vid.plur.in vocab.Furtum.

ENSIS.

Enſis in rixa evaginatus cuinam Magiſtratui debeatur? p.3.q.109.n.52.53.54.

EPILEPTICVS.

Epilepticus morbus quatenus delinquentem à pœna ordinariâ excuſet? p.1.q.18.n.54.

EPISCOPALIS.

Epiſcopalia jura Evangelicis Principibus ex Conſtitutione Paſſavienſi competunt, p.1.q.44.n.18.

EPISCOPATVS.

in Epiſcopatibus à Ser.Dn.Elect.Sax.Iurisdictio non tanquã ab Electore, ſed ut ab Epiſcopo, & ſic nomine & reſpectu diverſo exercetur, p.3.q.140.n.70

ERROR.

Error perſonæ quomodo in adulterio excuſet? p.2. q.61 n.42.
Error in adulterio quomodo probetur? ibid.n.50.
Error perſōæ in homicidio an excuſet? p.1.q.5.per tot.
Error perſonæ in parricidio ab ordinariâ pœna excuſat, p.1.q.18.n.14.
Errantem ab erroris ſui viâ revocare inter opera caritatis non minimum eſt, p.1.q.55.n.54.

EST.

Multum intereſt inter id, quod fuit, & id quod nunc Eſt, p.3.q.109.n.6.

EXAMEN.

Examẽ quale eſſe debeat in tortura? p.3.q.124.n.30
num Examen teſtium in inquiſitorio proceſſu ſemper debeat eſſe articulatum, p.3.q.114.n.8. plura vid.inf inquiſiti examen.

EXCEPTIO.

Exceptiones Rei quando ſunt opponendæ? p.3.q.106. n.68.69.
Exceptiones & defenſiones in criminalibus facilius admittuntur tam à judice, quàm ab aliis extraneis, p.3.q.141.n.32.
Exceptiones omnes, quæ accuſatoribus opponi poſſunt, etiam contra judicem inquirentem locum habent, ibid.n.20.
Exceptiones à Reo omiſſas quatenus judex ſupplere teneatur p.1.q.33.n.9.p.3 q.1 141.n.37.38.39.

EXCESSVS DEFENSIONIS.

Exceſſus in moderamine defenſionis pœna, p.1 q.29 n.6.11.12.15.
Exceſſus defenſionis an corporis afflictiva pœnâ puniri poſſit, ibid.n.20.21.
Exceſſus defenſionis an ordinariâ homicidii pœnâ puniri poſſit, ibid.n.26..29.34.
Exceſſus defenſionis fit triplici modo, p.1.q.29.n.38.
Exceſſus ratione cauſæ pœna, ibid n.42.
Exceſſus ratione modi, p.1 q.30.per tot.
Exceſſus ratione temporis, p.1.q.31.per tot.
de Exceſſu tenetur occiſor, qui alio modo periculum effugere potuiſſet, p.1.q.30 n.4.
ob Exceſſum moderaminis inculpatæ tutelæ, dolo etiam manifeſto commiſſum pœnâ homicidii ordinaria nequaquam infligenda, p.1.q.30 n.26.

EXCOMMVNICATVS.

Excommunicatus ab accuſando repellitur, p.3.q. 104.n.39.

EXCVBIÆ.

in Excubiis ſtantium, aliis furtũ facientibus, pœna, p.2.q.87.n.34.35.
in Excubiis ſtans in latrocinio, illudq; approbans, quâ pœnâ teneatur? p.1.q 22.n.30.34.S.S.L.n. 36.37.vid.plura in vocab.Latrocinium.
Pœna eorum, qui in Excubiis ſtant, dum alii Robbarium exercent, p.2.q 91.n.26.27.29. Sentent. Scab.Lipſ.n.28.30.
in Excubiis ſtantes intereà dum Sacrilegium committitur, quomodo puniantur, p.2.q.89 n.48.49. 50.51.52.53.Sent.Scab.Lipſ.n.54.55. vid.plura ſub quovis Delicto.

EXCVLPATIO.

Exculpatio moribundi quatenus reum à pœna liberet, p.1.q.38.n.56.58.

EXCVSATIO.

Excuſatio vulnerati enervat alia indicia, p.3.q. 120.n.58.& ſeq.

EXECVTIO.

Executio quando fiat abſque ſolenni proceſſu, p.3.q. 136.n.2.
Executio ultimi ſupplicii Iuris ordine prætermiſſo nõ eſt facienda, p.3.q.137.n.1.p.3.q.136.n.44.
Executio ultimi ſupplicii regulariter differenda non eſt, & quare, p.3.q.137.n.2.& ſeqq.
Executio pœnæ nonnunquã tumultus evitandi cauſa acceleratur, p.3.q.137.n.2.
Executio ultimi ſupplicii differenda eſt 1.ob accuſationem vel inquiſitionẽ de graviori crimine adverſus reum inſtituendum, p.3.q.137.n.21. 2.ob metum alicuius tumultus, n.13.3.ob crimen falſi teſtibus, qui in illa cauſa depoſuerunt, objectum, n.15.& ſeqq.4.ob rationes Domino prius reddendas, ib.n.17. 5.aut ſi Princeps aliquem ſeveriori pœnâ affici juſſerit, n.18. velut ſocii criminis manifeſtentur, n.19. 6.in crimine adulterii, donec correi confeſſio acquiri poſſit, n.20.7. In fœmina prægnante, donec fœtum edidit, n.21. & poſt partum ſex ſeptimanæ ſunt exactæ, n.22.& ſeqq.
Executio ultimi ſupplicii differenda quoq; eſt in fœmina, de cuius imprægnatione dubitatur, p 3.q. 137.n.24.& ſeqq. ſicuti & Executio pœnarum corporalium, ibid.n.27.& ſeqq.
Executio pœnæ corporis ægroto irroganda differenda eſt, uſq; dum reconvaleſcat, ib.n.31. & ſeqq non autem ultimi ſupplicii, n.34.
Executio pœnæ reo denuncianda eſt, & quando, p.3. q.137.n.35.& ſeq.
Executionis actus quomodo expediri debeat à carnifice, ibid.n.60.& ſeqq.
Executionis actus expediri debet judice & Aſſeſſoribus præſentibus, ibi.n.64.non tamen Principe & Magiſtratu ſuperiori, n.65.
Executio pœnarum abſq; ſumptibus fieri nequit, p.3 q.133.n.1. In caput ſolius Rei accuſati, ſi damnatur, ſententia à judice Executioni mandanda, p.3.q.150.n.42.
ante Executionem cauſæ ſententia debet expectari, p.3.q.116.n.n.2.
Exequi ſententiã latam ab uno judice alter judex requiſitus tenetur p.1 q.36.n.17.

EXHEREDARI.

Exheredari num à parentibus filia ſtuprata queat, p.2.q.69.n.65.66.67.68.71.Sent.S.L n.72.

EXIMERE.

Eximens aliquem ex carcere quomodo puniendus, p.3.q.111.n.84.

EXITVS.

Exitus in delictis non attenditur, ſed voluntas, p.1. q.1.n.17.quando hoc fallit, n.54.

EXPEDITORIÆ.

Res Expeditoriæ deferuntur judici ſuperiori, ſi harum rerum non extet heres legitimus, p.3 q.109. n.70.71.Reſp.Scab.Lipſ.n.72.

EXPENSÆ.

Expenſæ litis ex hereditate occiſi Magiſtratui inquirenti debẽt reſtitui, p.1.q.34.n.90.S.S.L.n.91.92
Expenſas litis omnes percuſſores conjunctim ſolvunt ibid.n.34.

EXPILATOR.

In crimine Expilatæ hereditatis ceſſat pœna ſuſpendii, & quare, p.2.q.83.n.75.76.77.78.79.
Expilatores hereditatis quanam pœnâ teneantur, p.2.q.83.n.81.82.83.S.S.L.n.84.

EXPLICATIO QVORVNDAM LOCORVM.

EX JVRE DIVINO.

*Gen.*1.*v*.26.& 28.*p*.2.*q*.84.*n*.8.
Gen.4.*v*.10 *p*.3.*q*.122.*n*.32.
Gen.6.*v*.2.*p*.1.*q*.49.*n* 40.
Exod.22.*v*.1.*p*.2.*q*.77.*n*.29.
Numer.35.*v*.17.*p*.1.*q*.3.*n*.58.
Numer.35.*v*.21.*p*.1.*q*.3,*n*.44.45.
Deut.25.*v*.5.*p*.2.*q*.74.*n*.29.30.
Proverb.6.*v*.30.& 32.*p*.2.*q*.77.*n*,44.45.*p*.2.*q*.51.*n*.45.46.54.55..
Syracid.5.*v*.17.20.& 27.*p*.2.*q*.77.*n*.44.45.
Iohan.8.*v*.11.*p*.3.*q*.103.*n*.37.*It*.*p*.3.*q*.107.*n*.17.
Roman.7.*p*.2 *q*.63.*n*.36.37.38.
1.*Cor*.7.*p*.2.*q*.58.*n*.6.*p*.2.*q* 63.*n*.32.& *ſeqq*.
1.*Cor*.7.*v*.39.*p*.2.*q* 63.*n*.36.37.38.

EX IVRE SAXONICO.

Landtrecht/*lib*.1.*art*.5.§.ein Weib/*p*.2.*q*.64.*n*.17.
LandtR. *lib*.1.*art*.5.*p*.2.*q*.65.*n*.50.
LandtR.*lib*.1.*art*.8.*in pr*.*p*.3.*q*.114.*n*.50.51.
  lib.1.*art*.55.& 66.*p*.3 *q*.136.*n*.85.86.
  Gl. *libr*.1.*art*.17. *ubi dicitur*, *Relegatũ in quodam loco*, *in alüs relegatum non videri*, *p*.1.*q*.36.*n*.22.
Landtrecht/*lib*.2.*art*.4.§. zeuhet ſich ein Mann/*p*.3.*q*.112.*n*.110.111.112.113.114.114. *Sent*.*Scab*.*Lipſ*.*n*.116.
  lib.2.*art*.10.*p*.3.*q*.112.*n*.92.93.94.96.
  lib.2.*art*.13.*v*.alle Mörder *p*.1 *q*.7.*n*.28.
  lib.2.*art*.13.*quod vivi debeant concremari*, *qui venena tractant*, *p*.2.*q*.21.*n*.26.
  lib.2.*art*.13.*v*. welcher Chriſten-Mann/*p*.1.*q*.20.*n*.36.37.38.
  lib.2.*art*.13.*Gloſſ*.*n*.6.*verſ*. vnd windet jhme die Haar/*p*.3.*q*.130.*n*.50.51.
  lib.2.*art*.13.*p*.2.*q*.53.*n* 63.& *p*.2.*q*.93.*n*.82.*p*.2.*q*.1.*n*.38.
  lib.2.*art*.14.*p*.1.*q*.28.*n* 37.38.39.
  lib.2.*art*.25.& 13.*p*.3.*q*.134.*n*.44.45.
  lib.2.*art*.26.*p*.2.*q*.42.*n*.100.105.
  lib 2.*art*.26.*Gl*.*lit*. A.*p*.1.*q* 42.*n*.43.
  lib.2 *art*.28.*p*.2 *q*.83.*n*.14.15.
  lib.2.*art*.65.*in verb* erſchlägt ein Kind einen Mann/ſein Vormundt ſoll deß beſſern mit jenes Wehrgelt. *p*.3.*q*.143.*n*.16.25.
  l.3.*art*.45.*in v*: der Mañ iſt auch Vormund ſeines Weibes zu Hand/als ſie jhme getrawet wird/*p*.2.*q* 56.*n*.35.*p*.1.*q*.12.*n*.43.
WeichB.*art*.27.§. Jhr ſolt wiſſen/*p*.3.*q*.112.*n*.92 93.94.
  Gl.*art*.38.*n*.11.& *Sent*.*S*.*ſub tit*. Nothwehr/*poſt* Landrecht/*p*.1.*q*.28.*n*.40.
  Gl.*art*.38.*n*.5.*v*. vnd diß iſt ſo viel/& *ſeq*.*p*.3.*q*.130.*n*.50.51.
  Gl.*art*.38.*n*.12.*n*.1.*q*.27.*n*.64.
  Gl.*art*.38.*n*.15..*p* 1.*q*.40.*n*.38.39.
Receſſ.*Imper*.*de Anno* 1530.& *Ordinat*.*Camer*.*p*.2 *tit*.28.*in verb*. in peinlichen Sachen/*p*.3.*q*.139.*n*.23.24.
Receſſ. *VVormat*.*de Anno* 1521. *ſub tit*. die Pöen aller Friedbrecher/ *I* : *Receſſ*. *Auguſt*. *de Anno* 1548.*tit*. die Pöen der Friedbrecher. & *tit*. von Pöen der Verführer. *Et Ordin*. *Iudic*.*Camer*.*part*.2.*tit*.9.*p*.1.*q*.36.*n* 18.
Ordin. *Politic*. *in Receſſ*.*Francofurt*.*de Anno* 1577.*tit*.35.§. vnd ſetzen/ordnen: *p*.2.*q*.98.*n*.39.
Conſtitut.*Pac*.*Pub*.*ſub tit*. Friedbrecher vnd Thäter nicht zu hauſen.*p*.1.*q*.36.*n*.31.
Aureæ Bullæ tit.24.*p*.1.*q*.41.*n*.88.
Ordinat.*Eccleſiaſt*.*Sax*.*tit*. Von Eheſachen. *Rub*. Von Ehegelöbnüſſen. *verſ*. Würde ſich aber/&c.*p*.2.*q*.67.*n*.33.34.*Sent*.*S*.*Lipſ*.*n*.24.44.
Ordinat.*Eccleſiaſt*.*Sax*. *tit*. von Eheſachen. *Rub*. von der Straff der Vnzucht. *p*.2.*q*.67.*n*.25.26.27.
Ord.*Crim*.*Carol*.*art*.16.*p*.3.*q*.119.*n*.39.
  art.27.*p*.3.*q*.121.*n*.53.
  art.107.*p*.1.*q*.46.*n*.52.
  art.108.*p*.1.*q*.47.*n*.33.
  art.109.*p*.1.*q*.49.*n*.27.
  art.110.*p*.2.*q*.98.*n*.30.35.
  art.111.*p*.1.*q*.42.*n*.80.& 106.
Art.121.*p*.2.*q*.66.*n*.31.32.
Art.130. *in verb*. an Leib oder Leben. *p*.1.*q*.21.*n*.42.*p*.1.*q*.24.*n*.72.*p*.1.*q*.50 *n*.29.30.
Art.137.*verſ*. aber nach/&c *p*.1.*q*.6.*n*.10.
Art.137.§.1.*p*.1.*q*.24.*n*.29.74.
Art.130 *in verb*. aber nach Gewonheit/*p*.1.*q*.7.*n*.27
Art.137. *verſ*. Wer jemand durch Gifft/*p*.1.*q*.7.*n*.28.
Art.140.& *art*.142. *in verb*. Ohne Fährligkeit/oder Verletzung ſeines Leibes/Lebens/Ehr vnd guten Leumuths/*p*.1.*q*.30.*n*.62.63.
Art.142.*p*.1.*q*.29.*n*.34.*p*.1.*q*.33.*n*.27.28.
Art.146.*in pr*.*p*.1.*q*.1.*n*.21.57.
Art.149.*p*.1.*q*.16.*n*.12.13.
Art.160.*p*.2.*q*.78.*n*.19.
Art.218.*p*.3.*q*.135.*n*.30.*p*.3.*q*.140.*num*.118.119.121.
Conſtit. *Elect*.12.*p*.1.*p*.3.*q*.116.*n*.72.74.
  25.*p*.1.*p*.3.*q*.141.*n*.33.35.
  24 *p*.2.*p*.2.*q*.66.*n*.54.
Conſtit.*Elect*.9.*p*.2. *verb*. Daß der Güter eigenthümliche Gerechtigkeit nicht ewig vngewiß/vnd deß Zancks vnd Haders ein ende ſey/*p*.3.*q*.141.*n*.27.28.
  2.*p*.4 *p*.1.*q*.49.*n*.17.
  3.*p*.4.*p*.1.*q*.24.*n*.72.
  3.*p*.4.§. vnd wo ferne/*p*.1.*q*.23.*n*.20.
  3.*p*.4.*verb*. So viel Zangenriß/ſo viel ſie Kinder vmbbracht/*p*.1.*q*.14.*n*.10.
  3.*p*.4.§.*ult*.*p*.1.*q*.13.*n*.37.34.35.36. *It*.*p*.1.*q*.20.*n*.17.35.
  4.*p*.4.*p*.1.*q*.11.*n*.17.19.
  5.*p*.4.§.2.*p*.2.*q*.90.*n*.13.
  5.*p*.4.*p*.1.*q*.22.*n*.21.
  7.*p*.4.*p*.1.*q*.34.*n*.38.
  12.*p*.4.*p*.3.*q*.138.*n*.14.
  13.*p*.4.*p*.1.*q*.22.*n*.75.
  17.*p*.4.*p*.1.*q*.38.*n*.41.42.51.
  17 *p*.4.*in fin*. daß die jenigẽ/welche ſich mit Gelt annehmen laſſen/*p*.1.*q*.10.*n*.57.
  18.*p* 4.*p*.1.*q*.20.*n*.39.40.
  19.*p*.4.*p*.3.*q*.130.*n*.46.
  19.*p*.4.§.*ult*.*p*.2.*q*.59.*n*.22.23.24.
  19.*p*.4.§.*ult*. *in verb*. ſondern berührte Lebensſtraffe/*p*.3.*q*.141.*n*.43.44.
  21.*p*.4.*p*.2.*q*.65.*n*.35.
  23.*p*.4.*p*.2.*q*.73.*n*.84.
  26.*p*.4.*p*.2.*q*.69.*n*.33.34.

23.p.4.§.2.p.2.q.78.n.19.
32.p.4.in fin.p.1.q.39 n.44.45.
42.p.4.p 2.q.94.n.34.
48.p.4 p.1.q.47.n.11.33.

EX IVRE CANONICO.

c ſignificaſti de Adulter.p.2.q.60.n.15.
c.4.extr.de donation.int vir.& uxor.p.2.q.64.n.27.
c.1.de homicid in 6.p.1 q.19.n.3.12.36 56.
c ſi perfodiens.3.de homicid.p.1.q.32.n.34.
c.quid in omnibus,32.q.7.p.2.q.51.n.33.34.

EX IVRE CIVILI.

§.ob hominem.Inſtit.de Oblig.qua ex quaſi delict.naſcunt.p.1.q.1.n.9.
§.alia deinde lex.Inſtit.de publ.judic.p.1.q.8.n.44.p.1.q.11.n.47.54 p.1.q.13.n.4.p.1.q.17.n.9.
l.4.ff.ad Leg.Aquil.p.1.q.32.n.34.
l.item Mela.11.§.ſed ff.plures.2.ff.ad Leg.Aquil.p.1.q.25.n.4.29.
l.8 ff.ad Leg.Cornel.de falſ p.1.q 43.n.45.46.
l.1.§ & l.3.in pr ff.ad leg.Cornel.de ſicar.p.1.q.21.n.40.
l.1.§.3.ff.ad Leg.Cornel.de ſicar,p 1.q.1.n.19.55.
l 1 & l.5.C.eod.d.n.19.55.
l.3 in pr.ff ad Leg.Cornel.de ſicar.p.1.q.20.num.1.2.3.
l.3.§.2 ff.eod.p.1.q.1.n.20.56.
l.3.§ Legis Corneliæ ff.eod.p.3.q.148.n.33.40.41.
l.3 §.Legis Corneliæ.& l.pen.ff.eod.p.1.q.2.n.14.
l.9 ff.eod.p.1.q.32.n.35.
l.15.ff.eod.p.1.q.25.n.55.
l.1.C.ad Leg.Iul.de Adult.p.2.q.52.n.62.80.81.82.83.
l.2.§.2.l.29.ff.eod.& l.crimen lenocinii.C.eod.correcta ſunt per Nov.117.c.8. Auth.ſed novo jure.C.ad L.Iul.de adult.p.2.q.55.n.12.62.
l.6.§.1.l.13.§.2.l.34.§.1.ff.eod p.2.q.52.num.74.75.
l.6.§.1.l.13.§.ſi quis.l.34.§.1.ff.eod.p.2.q.56.n.17.
l.13.§.2.ff & l.qua adulterium,29.C.ad Leg.Iul.de adulter.p.2.q 68.n 55.56.57.
l.ſi uxor.13.§.D.vi.3.ff.eod p.2.q.56 n.2.7.12.
l.ſi uxor.§ 2.ff eod.p.2.q.68.n.24.
l.13.§.ſed & in ea.ff.ad Leg.Iul.de adult.& l.22.C.eod.p.2.q.57.n.7 8.9.10.11.12.13.19.
l.ſi uxor.13.§ fin.ff.eod.p.2.q.63.n.59.
l.17.§ quæritur.6.ff.ad Leg.Iul.de adult.p.1.q.55.n.123.124.
l.8.C.eod.p 2 q.66.n.26.
l.ſi adulterium.38.ff.eod.p.2.q.72.n.10.15.
l.denunciaſſe.§.6.ff.eod.p.2.q.60.n.13.14.
l.6 ff.ad Leg.Iul.pecul.p.3.q.144.n.16.17.18.
l.ſacrilegii pœna.§.1 ff eod.p.3.q.148.n.33.40.41.
l.1.ff.ad Leg.Pompej.de Parricid p.1.q.8.n.43.
l.1.ff.eod.p.12.n.7.8.
l.1.in fin ff.eod.p.1.q.21.n.40.
l.1.§.1.& l.3.in pr.ff.eod ibid.n.40.
l.3.& 4.ff.ad L.Pompej.de Parricid.p.1.q.12.n.39.
l.1 in pr.& l.9 §.1.ff.eod p.1.q.13.n 3.
l.pen.§.1.ff.eod.p.1.q.12.n.9.
l.ſi quis 3.§.7.ff.ad SCtum Syllam.p.3.q.144.n.16.17.18.37 p.3.q.118.n.38.39.
l.ſi quis 3.§.8.& §.10.ff.eod.p.3.q.118.n.24.
l.1.§.quæri poſſit.ff.ad SCtum Turpill p.3.q.6.n.24.
l.3.C.de Accuſat.p.3.q.105.n.27.28.29.
l.Lucius Titius.18.ff.de Appellat.p.3.q.105.n.30.
l.utrum.ff.eod.p.1 q.11.n.46,54.
Auth.Bona damnatorum.C.de.bon.proſcrip.& damnat.p.3.q.135.n.28.29.31.
l.ult ff.de crimin Stellionat.p.1.q.46.n.36.
l.4.ff.de cuſtod.reor.p.1.q.1.n.9.
l.nam ſufficit.22.ff.de dol.mal.p.1.q.46.n.30.
l.unic.c.de emend.ſervor.p.1.q.46.n.57.
l.3.C.de Epiſcopal.audient p.2.q.55.n.63.
l.2.C.de falſ.monet.p.1.q.42.n.41.
l.un.C.de famoſ.libell.p.2.q.98.n.9 23.43.44.
l.14.C de furt.p.2.q.87.n.39.
l.1.§.1 ff de his qui effuder p.1.q.1.n.9.
l.1.§.10.& l.ſeqq ff.eod.p.1.q.25.n.4.
l.1.C.de his qui latron.vel al.crim.reos p.1.q.35.n.41 p.3.q.111.n.85 p.3.q 134.n.39.40.
l.Pedius.§.1.l.ult.ff.de incend.ruin.naufrag p.3.q.148.n 33.40 41.
l.5.§.ſi quis librum 9.ff.de injur.p.2.q.98.n.22.38.
l.1.§.1.ff.de interrogat.in jur.fac.p.3.q.103.n.38.
l.ſi duo patroni.13.ff.de jurejurand.p.1.q.46.n.31.
l fin.ff.de juriſdict.p.1.q.36.n.23.
l.4.§.1.C.de Malefic.& Mathemat.p.1.q.50.n.52.53.
l.auxilium.37.§.1.v.in delictis.ff.de minor.p.3.q.118.n.30.& p.3.q.143.n.77.
l.6.§.ſi quis.ff.de munerib.& honor p 3.q.103.n.34.35.
l.unic.C.ne quis in ſua cauſ.p.2.q.95.n.86.87.
l.3.§.1.ff.de offic.præfect.vigil.p.1.q.39.n 65.
l.9.§.7.ff.de pecul.p.1.q.2.n.27.
l.ſi vendita.11.ff.de pericul.& commod.rei vend.p.1.q.39.n.63.
l.quo ſententiam 16.v.aut certè omnium.C.d.pœn.p.2.q.81.n.27.
l.25.ff.de pœn.p.3.q.141.n.79.80.81.
l.capitalium.28.§.graſſatores 10.ff.eod.p.2.q.90.n.8.9.10.27.
l.29.in fin.ff eod.p.3.q.121.n.25.
l.38.§.12.ff.eod.p.1.q.2.n.50.
l.relegati.ff eod.p.1.q.47.n.23.p.3.q.112.n.25.
l.ſi quis aliud.§.qui abortionis,ff.eod.p.1.q.21.n.29.
l.ſervum 33.§.publicè ff.de procurat.p.3.q.105.n.27.28.29.
l.13.ff.quod met.cauſ.in foro Saxon.non practicatur,p.2.q 88.n.19.20.21.
l.2.C.de reb.credit.p.1.q.46.n.4.in hac explicanda anxiè laborárunt DD.n.5 21.varia referuntur explicationes Interpp.n.6.7.8.9.10.11.12.vera explicatio huius legis,n 23.24.25.26.27.28.ratio huius explicationis,n.29.Reſpondetur ad contraria,n 30 31.32.33.34.
l.1.ff.de receptator p.3 q.134.n.39.40.
l.30.ff.de Regul jur p.1.q.12.n 40.
l.omne delictum.§ ſi quis.§.7.ff.de re milit.p.1.q.2.n.50.p.1.q.3.n.51.

.uxor.7.C.de repud.p.2.q.66.n.27.28

Auth.hodie.C.eod.p.2.q.58.n.12.

l.1.& tit. C.de ſecund. nupt. in foro Saxon. uſu non obſervatur,p.2.q.65.n.78.

l.un.C.ſi quis Imper.maledi.p.1.q.41.n.113.uſqꝫ ad n.120.

l.2.ff.de termin.mot.p.3 q.144.n.16.17.18.

l ſi quis major.C.de tranſact.p.1.q.46.n.33.

l.101.& l.225.ff. de verb.ſignif.p.2.q.62.n.74.75. p.2.q.56.n.17.

l.ſi quis in tantam. C.und.vi in foro Sax.non practicatur,p.2.q.88.n.19.20.21.

l.un.C.ne quæ deſunt advocat p.3 q.141.n.37.

Nov.115.c.3.q.69.70.

Nov.117. c.8.& Nov.134.c.10.p.2.q. 64. n.3.4.5. 6.7.8.9.10.11.12. vera conciliatio illorum textuum,n.13.14.15.

Nov.117.c.11 p.2.q.58 n.12.

EX IVRE FEVDALI.

Tit. 27.§.ſi quis quinqꝫ ſolidos. F.2.q.78.n.27.28. 72.

EXPOSITIO INFANTVM.

Expoſitionis infantum pœna ex Iure Civili,p.1.q.10 n.2.3.4.

Expoſitio infante mortuo,quâ pœnâ exponens puniendus,p.1.q110.n.5.6.8.Sent.Scab.Lipſ.n.7.9

Expoſitus infans ſi præter intentionem Exponentis moriatur, quâ pœnâ Exponens plectendus.num. 10.11.Sent.Scab.Lipſ.n.12.

Exponentis quæ ſit pœna, ſi infans vivus & incolumis reperiatur, ibid.n.15.16.17.18. Sent.Scab. Lipſ.n.20.21.22.23.24.

Expoſiti infantis & matrem non habentis educatio cuinam judici incumbat,ibid.n.25.26.27.Sent. Scab.Lipſ.n.28.

Qui ſobolem Exponendo præter intentionem mortem cauſatur, fuſtigatione vel relegatione pro judicis arbitrio puniendus,p.1.q.15 n.24.

EXPRESSVM

pro Expreſſo habetur etiam id, quod in genere dicitur, p.1.q.12.n.14.p.1.q.37.n.31.p.1.q.38.n.16.

F.

FACINVS.

FAcinus nocentis impunitum relinquere facilius eſt, quàm innocentem damnare, p.3.q.142. n.10.

Facinora impedire præſtabilius eſt, quàm punire p.3.q.101.n.1.

Facinora quomodo à moderatoribus Rerumpubl. impediantur,p.3.q.101.n.1.

EACTVM.

Facto ſuo nemo quis contravenire poteſt, p.2.q.55. n.80.

ex Facto ſuo quilibet obligatur,p.2.q.78.n.36.

FALSI CRIMEN.

Falſum quodnam propriè dicatur, p.2.q.93.n.3.4.

Falſum quodnam ſit,& quando committatur? p.2. q.93.n.5.requiſita huius criminis, n.6.8.10.14. 15.

Falſum abſque dolo non committitur,p.2.q.93.n.6. 7.

Falſum abſqꝫ damno alterius non committitur,ibid. n.10.ſufficit tamen nocere potuiſſe,n.12.13.

Falſum variis modis committitur, p.2.q.93.n.26. 94.

Falſum committit, qui in contractu aut teſtamento aliam perſonam ſupponit,ibid.n.32. ubi refertur exemplum mulieris ſagacis, aliam perſonam pro marito mortuo ſupponentis,ibid.

Falſum committit & is,qui ſe pro Nobili aut Doctore gerit, cùm non ſit,p.2.q.93.n.36.37.38. Sent. Scab.Lipſ.n.39.40.41.42.

Falſum non committitur ſolis verbis,non ſecuto aliquo effectu,ibid.n.37.

Falſum in perſona committit is, qui baptizatum Chriſtianum Ethnicum adhuc eſſe dolosè profitetur commodi ſui cauſa,ibid.n.43.Exemplum refertur fœminæ cuiusdam, quæ ter infantem baptizari fecerat,d.n.43.Reſponſ.Scabinor.Lipſenſ. n.44.

Falſum quomodo verbis ſeu dictis committatur, ib. n.45.

Falſum in ſcriptis quando & quomodo committatur, p.2.q.93.n.62.

Falſum committitur abuſu p.2.q.93.n.78.

Falſum quando perſonæ larvatæ committant, ibid. n.92.Reſp Scab.Lipſ.n.93.

Falſi crimen ſpecies furti eſt, ibid.n.1. eſt crimen atrox & grave,n.2.

in Falſi crimen an mendacium incidat, p.2.q.93. n.9.

in Falſi crimen an incidat teſtis, qui pecuniam accipit,ut veritatem dicat,ibid.n.49.50.Sent.Scab. Lipſ.n.51.

FALSI POENA.

Falſitas non nociva impunitatem habet,p.1.q.42. n.61.

Falſi pœnâ non tenetur occultans inſtrumenta invalida,p.2.q.93.n.11.

Falſi pœna arbitraria eſt,p.2.q.93.n.16.17.18.19. 20. etiam in Imperio Romano & foro Sax.n.21. 22 23.24.25.

Falſorum teſtium ac procuratorum pœna, ib.n.46. 47.48.

Falſo judicantis judicis pœna,ibid.n.52.55.56.57.58 Sent.Scabin.Lipſ n.53.54.

Falſi in ſcriptis commiſſi ſpecies quomodo puniatur, ibid. n.63. Sent.Scab.Lipſenſ. n.64.65.66.67. 68.69.

Falſi pœnâ tenentur literas alienas reſignantes, p.2. q.93.n.70.Reſp.Scab.Lipſ.n.71.

Falſi in aromatibus commiſſi pœna,p.2.q.93.n.86. Sent.Scab.Lipſ.n 87.

Falſi in mercibus depravatis cōmiſſi pœna,p.2.q.93. n.88.89.Sent.Scabin.Lipſ.n.90.91.

Falſi in ponderibus & menſuris commiſſi pœna,ib. n.79 80.81.Sent.Scab.Lipſ.n.83.84.85.

Falſarij mendicantes quomodo puniantur, p. 2. q. 93.n.72.75.Sent.Scab.Lipſ.n.73.74.76.77.

in Falſi crimine num pœna arbitraria ad mortem uſqꝫ extendi poſſit,p.3.q.133 n.30.p.2.q.93.n.95 96.07.Sent.Scab.Lipſ.n.98.

FAMA.

Fama qualis eſſe & unde oriri debeat, p.3.q.120. n.20.& ſeqq.

Fama facit indicium veriſimile ad torturam, ibid. n.17.18.

Fama ſola abſqꝫ indiciis aliis non eſt ſufficiens indicium ad torturam,ibid.n.27.& ſeqq.

Fama ut plurimum eſt fallax, falſa, & mendax, p.3. q.120.n.20.

FAMOSVS LIBELLVS.

Famoſi libelli definitio, p.2.q.98.n.2.

Famoſi libelli autor ſi crimen objectum probet, quânam pœna ſit afficiendus? p.2.q.98. n.40.41. 44.

Num in crimine Famoſi libelli actione quoq; injuriarum experiri liceat? ibid.n.45.46.48. Reſp. Scab.Lipſ.n.47.49.

Famoſi libelli typographi ſculptores & pictores quomodo puniantur? p.2.q.98.n.11.

Famoſi libelli pœnâ non tenetur Conſulens, legens, inventor, & propalator paſquilli, ibid.n.17.18. 19 20.23. quâ pœnâ ſint plectendi, n.21.

Famoſi libelli pœna quænam ſit, p.2.q.98.n.5.6.7. 8.9. quænam in Imperio Romano & foro Saxon. n.10.12.13.14.15. Sent.Scab.Lipſ.n.16.

Famoſi libelli pœna ex juſta cauſa poteſt mitigari, p.2.q.98.n.58.59.60. Obſervant.Scab.Lipſenſ. n.61.

Famoſi libelli pœna an locum habeat in eo, qui nomen ſuum non ſubſcripſit? ibid.n.24.25.28.

Famoſi libelli cur Paſquilli vocentur? p.2.q.98. n.3.

Famoſus libellus quomodo ab injuria ſcripta differat? ibid.n.50.51.

Famoſi libelli pœna an teneatur pingens membrum virile ad januam alicuius, ibid.n.55.56.

Famoſo libello non niſi 30. annis præſcribitur, ibid. n.35.

FAMES.

Famis neceſſitas quæ dicatur? p.2.q.83.n.43.

Famis neceſſitas excuſat à pœna furti, p.2.q.83.n. 40.41 & ſeqq.

Fames etiam in furto pecuniario excuſat, ibid. n.47.

Famis neceſſitas an prædonem à pœna ordinariâ excuſet? p.2.q.91.n.48.

Fauſt.Recht.

Das Fauſt. vnd Kolbenrecht: jus militare uſu eſt ſublatum, p.1.q.29.n.93.

De more **deß Fauſts. vnd Kolbenrechts;** Nicolai Cuſani verba, p.1.q.35.n.4.

FAVSTVS.

De Johanno Fauſto Mago exquiſitiſſimo Hiſtoria refertur, p.1.q.84.n.32.

FERÆ.

Ferarum dominium jure Divino & Gentium omnibus hominibus commune eſt, p.2.q.84.n.1.2.3. 4.5.

Ferarum ſpecies ſervari publicè refert, p.2.q.84. n.16.

Ferarum contra impetum norunt Phyſici quædam amuleta, quibus forſan ſe præmunire poterant objecti, p.3.q.128.n.27. ibidemq; refertur exemplū Marici, d.n.27.

Feras vivario incluſas qui capiunt, non minus ac reliqui fures ſuſpendio puniuntur, p.2.q.84. n.28.

FERDINANDVS.

Ferdinandi Alvarez Ducis Albani facinora, p.1. q.44.n.26.

FIDES.

Fides ſuſpecta quoſnam accuſare prohibeat, p.3.q. 104.n.29.

Fidem in anima, quæ ſpiritus eſt, cogere velle, nihil abſurdius eſt, p.1.q.44.n.33.

FIDEIVSSOR.

Fidejuſſor pro Reo ſatisdans cavere quoq; debet, p.3. q.112.n.103. Et, ſi ſemel reū ſiſtit in judicio, liberatus eſt, ibid.n.142.& ſeqq.

FIDICVLÆ.

Fidiculæ quodnam tormentum apud Romanos fuerit? p.3 q.117.n.31.

FILIVS.

Filius non tenetur pro delicto patris, p.3 q.131.n.4.

Num Filio interficienti patrem ſuum hereditas paterna auferenda, & fiſco applicanda ſit? p.3.q. 135.n.34. uſq; ad n.40. Sent.Scab.Lipſ.n.41.

FISCALIS.

Fiſcalis fungitur officio accuſatoris, p.3.q.104.n.6.

FISCVS.

Fiſcus non præfertur condemnati creditoribus, p.3. q.135.n.42.43.44. Sent.Scab.Lipſ.n.45.

FOEMINA.

Fœmina prægnans torqueri nequit, & quare, p.3. q.118.n.51.& ſeqq. vid. plura infr. in vocab. Tortura.

Fœmina aſſertioni, quod prægnans ſit, non creditur, p.3.q.118.n.64.

Fœminæ quando dicantur puberes in materia delictorum, p.3.q.143.n.26.27.28.29.

Fœminas imbecillitas ſexus à pœnis ordinariis non excuſat, p.1.q.38.n.21.

Fœminarū juvenes in capro ſibi advehi facientium pœna, p.1.q.50.n.61.

FOENERATOR.

Fœneratores infamiâ notantur, & ſepulturâ privantur, p.2.q.92.n.32.33.34.35.36. Sent.Scab.Lipſ. n.37.

Fœneratorum in foro Saxon. pœna, p.2.q.92.n.22. & ſeqq. vid. plura in vocab. Vſurarius.

FOENVS.

Fœnus nil aliud eſt, quàm animæ funus, p.2.q.92. n.3.

FOETVS.

Fœtus quo tempore in utero vivat, p.1.q.1.n.5.6.

Fœtus in utero pro jam nato homine habetur, licet verè homo non dicatur, ibid n.14.18.

FORCEPS.

Forcipum candentium aduſtio in quibus delictis locum habeat, p.3.q.128.n.63.64.65.

Forcipibus ignitis infanticidæ pro numero occiſorum infantum lacerantur, p.1.q.23.n.20.

FORESTALIS.

Ius Foreſtale differt à banno ferino, p.2.q.84.n.22.

Forſtliche Obrigkeit; quodnam vulgò appellari ſoleat, p.2.q.84.n.22.

FORMA.

Forma dat eſſe rei, p.1.q.26.n.51.

FORNICATIO.

Fornicatio quænam propriè ſit, p.2.q.70.n.5.

Fornicatio non ab omnibus improbatur, ibid n.6.

Fornicatio de Jure Civili eſt impunibilis, ibid.n.11. ſecus de jure divino, n.22. ut & in foro Saxon. n.15.

Fornicationis variæ ſpecies. p.2.q.5.n.13.

Fornicationis vocabulum generale eſt, p.2.q.70. n.1.

Fornicationis cognitio ad quam Iuriſdictionem pertineat, ibid.n.47.48.50.

Fornicationis pœna quandoq; exaſperari poteſt, ib: n.31. Sent. Scab. Lipſ. n. 32.

Fornicantium cum meretricibus publicis virorum pœna, p.2.q.70.n.43.45. Sent. Scabin. Lipſenſ. n.44.46.

FORTITVDO.

Fortitudo abſente juſtitiâ eſt inutilis; At ſi per bella à barbaris patriam tuetur, vel defendit infirmos, vel à latronibus ſocios, plena juſtitia eſt, p. 3.q.101.n.4.

FORVM.

Forum quodnam in delictis dicatur competens, p. 3. q.110.n.5.6.7.

Forum in cauſis criminalibus triplex conſtitui poteſt, nempè domicilij, delicti commiſſi, & deprehenſionis Rei, ibid. n.8.

Forum domicilij competens eſt, & quodnam illud ſit, ibid. n.9.10.

Forum delicti commiſſi quoq; competens, ibid. n. 13. 14. 15. delictum autem dicitur commiſſum, ubi eſt conſummatum, ibid. n. 16.17.18.19.20.22. Sent.Scab. Lipſ. n. 41. quid ſi delictum in diverſis territoriis ſit conſummatum, n.23. Sent.Scab. Lipſ.n.24.

Forum Rei competens eſt etiam locus deprehenſionis, p.3.q.110.r.69.70.

Forum Clericorum, p.3 q 110.n.82.83.84.85.86. (87.

Forum militum, ibid.n. 79.

Forum Officialium Principum, ibid, n. 80.

Forum Studioſorum, ibid.n. 78.

Forum in loco delicti commiſſi reus quoq; abſens ſortitur, ibid. n. 45.46.47.

Forum nocentes ſortiuntur, ubi reperiuntur, quatenus hoc verum, p. 2.q.54.n.48.54.

de Fori incompetentia fugitivus & vagabundus excipere nequit, p.3.q.110.n.70.

FRATER.

Frater ex uno latere conjunctus in ſucceſſione hereditatis patruum excludit, p.1.q.13.n.17.

Fratres utrinq; conjuncti uterinis vel conſanguineis in ſucceſſionibus præferuntur, ibid.15.

inter Fratres & utrinq; & ex uno tantùm latere conjunctos diverſitas quando conſideretur, ibid. n.15.

Fratres quanto arctiori vinculo conjuncti ſunt, tantò gravius odium quandoq; inter eos exoritur, ib: n.12.

FRVMENTVM.

Frumentorum acervum, ligna & ejusmodi res ſimiles dolosè comburentium pœna, p.1.q.38.n.36.

FVGA.

Fuga non niſi fugitivum aggravat, p. 2. p. 60. n.31.

Fuga quomodo in delictis occultis probet? ibid.n.28.

Fuga num faciat indicium ad torturam, p. 3. p 111. n.35. p.3 q.120.n.60.& ſeqq. Obſervan Scabin. Lipſ. n. 37.

Fuga ſola abſq; aliis adminiculis quando ſufficiens ſit ad torturam, p. 3. q. 120.n.64.& ſeqq.

Fuga quandoq; nullum faciat indicium, p.3.q.120. n.67.& ſeqq.

FVGERE.

Fugere inſultatus ab aggreſſore an teneatur, p.1.q. 30.n.53.54.55.56.57.

Inſultatus non Fugiens, licet fugâ ſibi conſulere poſſit, pœnam ordinariam homicidij non incurrit, p. 1.q.30.n.64.Reſp.Scab.Lipſ.n.67.

Fugientem aggreſſorem inſultatus occidens quomodo ſit puniendus, p.1.q.30.n.43. & ſeqq. Reſponſ. Scab.Lipſ.n.51.52.

FVGITIVUS.

Fugitivus de fori incompetentia excipere nequit, p. 3.q.110.n.70.p.2.q.54.n.48.

Fugitivus punitur ſecundum ſtatuta loci, ubi delinquit, ibid. n.50.

Fugitivi in fori Saxon: proſcribuntur, p. 3. q.140. n.7.

Fugitivi ſi à die annotationis infra annum contumaciter ſe abſentent, nec ſe purgent, bona eorũ fiſco irrevocabiliter vendicantur, ibid.n. 5.

Fugitivus quando condemnandus eſt ad probationem legitimi impedimenti, p. 3. q. 140. n. 74 & ſeqq.

Contra Fugientem nondum confeſſum præſumptio & ſuſpicio criminis perpetrati haud levis oritur, ibid. n.4.

Adverſus Fugitivum reum in loco delicti commiſſi an queat procedi? p.3.q.110.n.45.46.47.

Adverſus Fugitivum delinquentem quomodo procedendum? p.3.q.140.n.4.5.6.

FVRCA.

Furca hodie in locum pœnæ crucifixionis ſucceſſit p. 3.q.128.n.39.& ſeqq.

FVRIOSVS.

Furioſus omni caret intellectu, mortuo comparatur, & per omnia ac in omnibus abſentis & quieſcentis loco habetur, p.3.q.118.n.17. It: p. 3. q.145.n. 15.16.

Furioſus delinquens à pœna excuſatur, p. 3. q. 145. n.13.

Furioſus an ex delicto obligetur & pœnam incurrat, p.3.q.145.n.9.10.11.12.17.18. Sent. Scab. Lipſ. n.19.20.21.

Furioſus ne quidem ob delictum ante furorem commiſſum puniri poteſt, p. 3. q. 145. n.22.23.24.25. hoc caſu mulcta pecuniaria ipſi poteſt indici, nu. 26.

Furioſus habens intervalla, ſi remiſſo furore deliquerit, num pœnam incurrat, p.3.q.145 n.33.34 35.37.38. Sent.Scab.Lipſ.n.36.

Num Furo præteritus delinquentem à pœnâ excuſet? ibid.n.39. Sent.Scab.Lipſ.n.40.

an Furioſus in carcere & vinculis ſit cuſtodiendus? p.3.q.145.n.41.42. Sentent. Scabin. Lipſ. nu.43. 44.45.

ſi Furioſus ſuâ culpâ in furorem incidit, pœnâ extraordinariâ coercetur, ibid. n. 46. 47. 48. 49. quo caſu pœna corporalis quandoq; obtinet, n.50 Sent.Scab.Lipſ.n.51.52.

Furioſi in delictis ab omni pœnâ ſunt immunes, p. 1. q.18.n 34. limitatur, d n.34.

Non omnes Furioſi atq; dementes ſunt æqualiter ratione deſtituti, p.3.q.145.n.4.5.6.7.

inter Furioſos & Melancholicos differentia, p. 3. q. 145.n.54.

FVROR.

Furor unius conjugis an alterum à pœnâ adulterij liberet? p.2.q.61.n.30.36.40.

Furor ſuperveniens matrimonium non diſſolvit, ibid.n.34.

Furor probandus eſt, antequam pœna mitigetur, p. 3. q. 145 n. 27. 28. conjecturis & judicio Medicorum probatur n. 29. 30.

ex Furoris ratione & augmento Iudex Iudicium *ſuum informare, ſententiam ferre, reosq; punire vel abſolvere poteſt, ibid. n.* 8.

FVR.

Fur occidens deprehendentem ſe, latrocinium committit, p 1 q. 12 n. 63. 67.

Furem an privatâ autoritate incarcerare liceat, p. 1. q 41. n. 126.

Furem nocturnum occidere an & quando liceat, p. 1. q. 32. n 37. 38. 39. Sent. Scab. Lipſ. n. 40. 41.

Furem nocturnum ut cui impune occidere liceat, quatuor requiruntur, p 1. q. 32 n. 38.

FVRTVM.

Furtum delictum frequentiſſimũ eſt, p. 2. q. 77. n. 1.

Furtum ex propoſito & intentione dijudicandum, p. 2. q. 80. n. 7.

Furtum ſola cogitatio abſq; actu reali non facit, p. 2. q. 88. n. 1.

Furtum effractio ſeu apertura aggravat, p. 2. q. 79. n. 1. 2. 8. modo effractio illa ſit violenta & ſeditioſa, n. 3. (16. 20.

Furtum quodnam dicatur magnum, p. 2. q. 77. n.

Furtum procelli vel Codicis an pro magno queat haberi, ibid. n. 17. 18.

Furtum quando committat inventor rei alienæ, p. 2. q. 86. n. 1. 2. 3. 6. vid: plura infr: in vocab: In*ventor.*

Furtum non committit auferens rem, quæ pro derelicta habetur, p. 2. q. 86. n. 4.

Furtum tutores, quæſtores, alijq; rerum adminiſtratores in rebus ſibi concreditis committere poſſunt, p. 2. q. 85. n. 3. 5. 6. 7. 8. plura vid: infr: in vocab: Quæſtores.

Furti variæ traduntur diviſiones, p. 2. q. 78. n. 3.

Furtum potiſſimum dividitur in manifeſtum & non manifeſtum, n. 4.

Furtum quodnam dicatur manifeſtum & non manifeſtum, ibid. n. 5. 6. 7. hodiernis moribus non habetur ratio hujus diviſionis, n. 8.

inter Furtum diurnum & nocturnum jus Saxonicum non facit adverſitatem p. 2. q 78. n. 9.

Furti ſimplicis & cum effractione conjuncti diviſio in foro Sax: attenditur, ibid. n. 10. 11. 12.

Furti ſpecies eſt gladium, p. 2. q. 83 n. 85. 86. 87 plura vid: inf. in vocab: Plagium.

in Furti crimine qualitas perſonæ delinquentis attendenda eſt, p. 2. q. 82. n. 1.

in Furto contrectatio vel vera, vel ficta eſt, p. 2, q 85 n. 1.

num Furti æſtimatio facienda ex re furtiva, an verò ex lucro, quod ad furem pervenit? p. 2. q. 78. n. 51. 52. 53. Sent. Scab. Lipſ. n. 54.

in Furto à pluribus commiſſo non attendendũ, quidnam ſinguli acceperunt, ſed quid proportionabiliter lucrari poterunt, p. 2. q. 78. n. 43. 44. Obſerv. Scab. Lipſ. n. 45.

Quid juris in Furto à marito & uxore, vel patre & filio ſimul commiſſo? ibid n. 46. Reſp. Scab. Lipſ. n. 47. 48.

Quid juris in Furto à pluribus cum effractione commiſſo, p. 2. q. 78. n. 49. Reſp Scab. Lipſ. n. 50.

in Furto ferino non tam lucri percepti, quàm ferarum ablatarum habetur ratio, p. 2. q. 84 n. 53. Obſerv. Scab. Lipſ. n. 54. quanti feræ beſtiæ æſtimantur? n. 55. Sent. Scab. Lipſ. n. 56. 57.

Fiat juſtitia & Furto pereat totus mundus, iniquum eſt dictum, p. 2. q. 77. n. 22.

Furta quædam ſunt licita, p. 2 q. 77. n. 2.

Furtorum de materia multi latè ſcripſerunt, p. 3. q. 78. n. 2.

FVRTI POENA.

Pœna ſuſpendij non in quovis indifferenter Furto locum habeat, p. 2. q. 78. n. 1.

pro Furto etiam primò magno Fur poteſt ſuſpendi, p. 2. q 78. n. 68. 69. 70. 71. 73. 74. Reſp. Scabin. Lipſ. n. 75.

Furti parvi ſeu modici pœna, p. 2. q. 78. n. 97. 98. 99 in foro Sax: quænam? nu. 100. 101. Sent. Scab. Lipſ. n. 102.

Furti modici à pluribus conſocijs commiſſi pœna, p. 2. q. 78. n. 103. 104. P. S. L. n. 105.

Quid ſi Furtum præcisè quinq; ſolidis æſtimetur, nec eoſdem ſuperet? p. 2. q. 78. n. 106. 107. 108. 111. Sent. Scab. Lipſ. n. 109. 110.

ob Furtum triplex, quod valorem quinq; ſolidorum non excedit, Fur non ſuſpenditur, p 2. q. 78 n. 76 77. 78. 79 80 81. Sent. Scab. Lipſ. n. 82.

in Furto magno quinq; ſolidorum, quinam ſolidi dicantur, p 2 q 78. n. 22. 26. 29. Obſ. Scab. Lipſ. n. 30. quanti valeat Ducatus Vngaricus in materia Furti, ubi agitur de pœna ſuſpendij infligenda? n. 31, 32. 33.

Furti ſimplicis magni pœna, p. 2. q. 77 n. 13. 14. 21.

Furti pœna de Iure Civili quænam ſit? p. 2. q. 77. n. 3. 4. 5.

Fures de Iure Civili non puniuntur ultimo ſupplicio, p 2. q. 77. n. 6.

Fures ex Conſtitutione Friderici I. Imp: ſuſpendio plectuntur, ibid. n. 7. 8.

Furta omnia hodie regulariter ſuſpendio plectuntur ibid. n. 9.

Quod & verum eſt de Iure Saxon: unde pœna ſuſpendij originem traxit, ibid. n. 10. 11. 12. in toto Imperio Romano hæc pœna obtinet, n. 12. Referuntur argumenta eorum, qui pœnam ſuſpendij improbant, & reijciunt, n. 14. 15. 16.

Pœna ſuſpendij gravis quidem eſt, attamen juſta, n. 17. 18 & optimo jure defendi poteſt, n. 19. ratio hujus ſupplicij quænam, n. 20. 21 22. Reſpondetur ad argumenta contraria. n. 29 44. 45.

Fures ſuſpendi quidam Ethnici voluerunt, p. 2. q. 77 n. 23.

Fures non habent, quod conquerantur de ſeveritate hujus ſupplicij, p. 2. q. 77. n. 24.

Sanctio Carol*ina de Furibus ſuſpendendis ubiq; ferè locorum uſu eſt recepta, p. 2. q. 77 n. 25.*

Quinam authores ſint ſuſpendij in I*mperio Romano, p. 2 q. 77. n. 26.*

Nulla alia pœna Furta compeſcendi, quàm ſuſpendium ſufficere videtur, p 2. q. 77. n. 27. 28.

Furum pœna ſuſpendij non pugnat cum jure divino, p. 2. q. 77. n. 32. 33. 34. 35 37. 38. 40 41. 42. 43.

Furti Auxiliatores non puniuntur ſuſpendio, p. 2 q. 87. n. 1. 9.

Præbentes conſilium abſq; Auxilio an & quandò eximantur pœnæ ſuſpendij, ibid. n. 4. 5. 6.

Quid juris in præſtantibus opem & Auxilium abſq; conſilio, ibid. n. 7. 8. 9.

Auxilium triplici modo præſtatur, ibid. n. 10

Quodnam auxilium dicatur præſtitum ante commiſſum delictum, ib: n. 11. Auxiliatores quomodo hoc caſu puniantur, ib: n. 12. 13. 14. Pœna ſuſpendii quando hoc in caſu locum habeat, ib: n. 15. 16. 17. 18. Sent. Scab. Lipſ. n. 19. 20. Quandoq; hoc caſu auxiliatores extraordinariè puniuntur, ib: n. 21. 22. 23 25. 26. 27. Obſerv. S. Lipſ. n. 24. 28.

In ipſo Furandi actu Auxilium præſtantes laqueo ſuſpenduntur, p. 2. q. 87. n. 29 30. 31. 32. 33.

Auxilium poſt Furtum commiſſum præſtantes non niſi pœna arbitrariâ puniuntur, p. 2. q. 87. n. 36. 37. 38. variis modis auxilium præſtatur poſt Furtum commiſſum, n. 40. Reſp. Scab. Lipſ. n. 41. 42.

Fures an ob Affinitatem à pœna ſuſpendij ſint immunes? p. 2. q. 82. n. 48 49. Sent. Scab Lipſ. n. 50. 51.

Furtum à Conjugibus, parentibus aut liberis commiſſum quomodo puniatur? p. 2. q. 82. n. 42. Reſp. Scab. Lipſ. n. 43.

Fures Conſanguinei pœnâ furti non tenentur, & quare, p. 2. q. 82. n. 39. 40. 41.

Furtum reliquorum Conſanguineorum quomodo coerceatur? p. 2. q. 82. n. 44. Quibusnam Conſanguineis venia tribuenda? n. 45. Sent. Scab. Lipſ. n. 46. 47.

Fures Clerici etiam ſuſpenduntur, p. 2. q. 82. n. 76. Sent. Scab. Lipſ. n. 68. 69.

Furtum quoq; committunt creditor pignoratitius, commodatarius, depoſitarius, aliiq; in rebus ſibi concreditis, p. 2. q. 85. n. 65. hi fures quomodo puniantur, n. 66. 68. 69. 70. 71. Sent. S. L. n. 72. 73.

Pœna eorum, qui aliis Furtum committentibus, in excubiis ſteterunt, p. 2 q. 87. n. 34. 35.

an Fœminæ æquè ac maſculi ob Furtum perpetratũ ſuſpendi debeant? p. 2. q. 82. n. 70. conſuetudo fori Sax: n. 71. Reſp. Scab. Lipſ. n. 72.

Furtum impuberum quæ ſit pœna? p. 2 q. 82. n. 3. 4.

Furum impuberum, pubertati proximorum, pœna quænam, p. 2. q. 82. n. 9. 10. 11.

Fures impuberes regulariter pœnâ extraordinariâ ſunt puniendi, ib: n 12. 13. Sent. Scab. Lipſ. n. 14. 15. 16. 17. quandoq; etiam ſuſpendio puniuntur, n. 19. 20. 21. Reſp Scab. Lipſ. n. 22.

Ab omni Furti pœnâ infantes, nec non infantiæ proximi impuberes, ſunt immunes, p. 2. q. 82. n. 4.

Furtum ab Inquilinis, ſervis, famulis & ancillis cõmiſſum mitiùs puniendum non eſt, p. 2. q. 82. n. 52. uſq; ad n. 60. Reſp. Scab. Lipſ. n. 59.

Fures Iudæi an à pedibus ſint ſuſpendendi? p. 2. q. 88. n. 45. Obſerv. Scab. Lipſ. n. 46.

Fures minorennitas an & quatenus à pœna ſuſpendii excuſet? p. 2. q. 82. n. 23. 24. 25. 26. 27.

Fures minorennes regulariter à pœna ſuſpendii non ſunt exempti, p. 2. q. 82. n. 28. 29. 30. 37. Sentent. Scab. Lipſ. n. 31. 32. 33. 34. mitior tamen pœna ipſis quandoq; indici poteſt, n. 34. 35. Sent. S. L. n. 36.

Nobilitas à pœna ſuſpendii Fures non liberat, p. 2. q. 82. n. 61. 63. 64. Reſp Scab. Lipſ n. 66.

de Furto jam commiſſo participantes ſuſpendio non puniuntur, p. 2. q 87. n 43. 44. Sent. Scab. Lipſ. n. 45. 46. etiamſi in furtum committendum conſenſerint, modo opem non dederint, n. 47. Reſp. Scab. Lipſ. n. 48.

Furum Receptatores quomodo puniantur, p. 2. q. 87 n. 49. 50. 51. Sent. Scab. Lipſ. n. 52. 53.

Fures Studioſi etiam ſuſpenduntur, p. 2. q. 82. n. 67. Sent. Scab. Lipſ. n 68 69.

Furtum Trituratorum quomodo coerceatur, p. 2. q. 81. n. 43. 44 45. multum hîc intereſt, an trituratores ſint jurati, nec ne, ibid. n. 46. Sent. Scab. Lipſenſ. n. 47. 48. 49.

Fures Aratrorum quomodo puniantur in foro Sax: p. 2. q. 88. n. 47. 48. 49.

pro Arboribus Furtim cæſis variæ competunt actiones, p. 2. q. n. 83. n. 2. In Imperio Romano & foro Saxon: quomodo hoc delictum coerceatur, ibid. n. 3. 4.

Notanda hîc eſt diſtinctio, an quis ex ſola petulantiâ arbores ceciderit, an verò lucri causâ Arbores cæſas abſtulerit, ibid. n. 5.

Ex ſolâ malitiâ ſi quis ceciderit Arbores abſq; animo Furandi, quomodo is puniendus, n. 6. 7. ſolidus hoc loco qualis intelligatur, n. 8. 9.

Si plures inciderunt Arbores, omnes tenentur in ſolidum, ib: n. 10. 11. hâc pœnâ tenentur omnes, qui Arbores corrumpunt quocunq; modo, n. 14. præter mulctam hoc caſu tenetur quoq; reus ad æſtimationem damni dati, n. 15. 16. num & ſummã mulctam judici ſolvere cogatur, n. 17 Sent. Scab. Lipſ. n. 18. Quandoq; gravior pœna pro hoc delicto imponitur, n. 19. Sent. Scab. Lipſ. n. 20.

Pœna eorum, qui Arbores lucri cauſa Furantur, p. 2. q. 83. n. 21. 22. 23. 24. Sent. Scab. Lipſ. n. 25. 26.

Qui Arborum vel Agrorum fructus Furantur, quomodo ſint puniendi, p. 2. q. 83. n. 33. 34. 35. 36. Sent. Scab. Lipſ. n. 37.

Fures Apium & favorum quomodo puniantur p. 2. q. 81. n. 50. 51. 52. 53. 54. Sent. Scab. Lipſ. n. 55.

Fures Cancrorum quomodo puniantur? p. 2. q. 84. n. 92. 93. Sent. Scab. Lipſ. n. 94. 95.

Furtum Cibariorum eſculentorum quomodo puniatur, p. 2. q. 83 n. 38. Reſp. Scab. Lipſ. n. 39.

Furti cum Effractione violentâ commiſſi quænam ſit pœna? p. 1. q. 79. n. 5. 6. 7. 8. 10.

Furtum etiam modicum cum Effractione violenta cõmiſſum ſuſpendio punitur, p. 2. q. 79. n. 11. Sent. Scab. Lipſ. n. 12. 13. quod & obtinet in furto perpetrato à pluribus conſociis n. 14 Reſp. Sc. Lipſ n. 15.

Furti cum Effractione leviori commiſſi pœna, p. 2. q. 79. n. 16. 17. 19. 20. 21. 22. 24. 25. 30. Literæ Scabinorum ad Illuſtr: Dn. Elect: Saxon: in hoc caſu, n. 26. 27. 28. Sent. Scab. Lipſ. n. 29. bene diſtinguendum eſt inter Effractionem violentam & non violentam, n. 31.

num Furtum Ædes conſcendendo committens indifferenter laqueo puniri debeat? p. 2. q. 79. nu. 48. 49. 50. 51. 52. 54. Sent. Scab. Lipſ. n. 53. 55.

Quando Effractio arcæ vel ciſtæ habeatur pro violentâ & ſeditioſâ, ib: n 36. 38. Reſp. S. L. n. 37. 39.

Apertura clave adulterinâ facta an ſit Effractio violenta & ſeditioſa? p. 2. q. 79. n. 40. 41. Sent. Scabin. Lipſ. n. 42.

à Fure Effractio violenta abſq; Contrectatione facta non punitur ſuſpendii pœna, p. 2. q. 79. n. 56. 57. 58. 59. Sent. Scab Lipſ. n. 60.

Qui ſeras & clauſtra Effringit atq; Furatur, quomodo puniendus? p. 3. q. 79. n. 61. 63. Sent. Scab. Lipſ. n. 62. 64.

Conſciſſio tecti ſtraminei à Furibus facta non eſt violenta Effractio, ibid. n. 43. 44. Reſp. S. Lipſ. n. 45.

Quid de Furibus habendum, qui tegulas in tectis defringunt & evellunt, p. 2. q. 79. n. 46. Reſponſ. Scab. Lipſ. n. 47.

in Fur-

in Furto cum Effractione violentiâ commiſſo reſtitutio rei furtivæ furem à pœna ſuſpendii non liberat, p.2.q.80.n.6 .62. Sent.Scab.Lipſ.n.63.64.
in Furto cum effractione commiſſo de ipſa Effractura judici conſtare debet, p.2.q.81.n.19.20.21.23 Sent.Scab. Lipſ.n.22.
in Furto itidem à pluribus commiſſo de corpore delicti judici quoqꝫ conſtare debet, p. 2.q.81.n.24.25. 26.27.28. Reſp.Scab.Lipſ.n. 28. In exploratione corporis delicti dubiâ ad ſuſpendii pœnam deveniri nequit, n.35.36.
Forum, qui in Electoratu Sax: Feras minores capiunt atqꝫ furantur, pœna. p. 2. q. 84 n.72.73.74. 75.76.
Pœna eorum, qui Flores & herbas odoriferas Furantur, p.2.q.83.n.27. Sent. Scab. Lipſ.n.29.
Furta Frumentaria quomodo puniantur? p.2.q.81. n.37.38.41. Sent. Scab. Lipſ.n.39.40.42.
Quid ſi ex ſolâ petulantia Plantæ auferantur? p.2. q.83.n 30.31. Sent.Scab. Lipſ n.32.
ob Furtum triplex, quod valorem quinqꝫ ſolidorum non excedit, Fur non ſuſpenditur, p.2.q.78.n.76 77.78.79 80.81. Sent. Scab. Lipſ. n.82.
Furtum ſæpius reiteratum graviorem pœnam non meretur, p.2.q.78 n 83.84.85.86. Reſp Sc.Lipſ. n.87. nec Furtũ maximi pretii ſeveriori ſupplicio coercendũ eſt, n.88.89 R.S.L.n.90.91.92.93
Furti reus ob delictum tertiâ vice reiteratum ad furcas condemnatur, p. 1.q.47.n.63.
Furtum in arce Principis, aliove loco privilegiato commiſſum quomodo debeat puniri, p. 2. q.78. n.94.95. Sent.Scab.Lipſ.n.96.
Furtis pluribus cõmiſſis ſi de unico conſtet, pœna ſuſpendii num obtineat, p.2 q.81.n.56. S.S.L.n.57.
Furto à pluribus commiſſo, an & quando omnes ac ſinguli Rei ſint ſuſpendendi, p.2 q.78.n.34.36.37 38.39 Sent.Scab.Lipſ.n.42.
Fur ſuſpendendus eſt, etiamſi rem furto ſubtractam perdiderit, p.2.q.80.n.58. quatenus lucrum ceſſans ipſum liberet, n.59. Sent.Scab. Lipſ.n.60.
Fur deprehenſus an ob furtum alibi commiſſum puniri queat? p.2.q.88.n. 50.51.52.53.54.
de Furto & adultero ſimul convictus Reus ſuſpendio punitur, p.2.q.51 n 41.
Magiſtrũ Piſtorum ob nullum delictũ aliud, quàm Furtum à Pharaone ſuſpenſum eſſe, p.2.q.77.n.37

FVRTI POENÆ MITIGATIO.

Furtum abſqꝫ verâ contrectatione perpetratum haud punitur ſuſpendio p. 2.q.85.n.2.
in Furti crimine ſuſpendii pœna ſæpe ceſſat, p.2.q.80 n.1.2. 3. quibus ex cauſis pœna hæc ſit mitiganda, n. 4.5.
per Furtum damno modico dato reus à pœnâ ſuſpendii immunis eſt, p. 2. q.80.n.6.8.
in Furto à conſanguineis commiſſo capitale ſupplicium ſibi non vendicat locum, p. 1.q.77.n.39.
Furti conatus & attentatum effectu haud ſecuto, non punitur ſuſpendio, p. 2 q. 88. n. 2. 3. 4. 6. 7. Furti attentati pœna quænam ſit, n 9. Sent.Scabin. Lipſ.n.10.11,12.
Furti pœnam ordinariam varias ob cauſas judex mitigare poteſt, p. 2.q.88 n.13.44.
Furtum non committit ſurripiens rem propriam, p. 2.q.88 n.14.15. ideoqꝫ nec pœnam Furti incurrit, n.16.
Ad puella, Furem in matrimonium petentis, interceſſionem, an pœna ſuſpendij reo ſit remittenda, p.2.q.88. n.23.24.25.26.27.28.29. Princeps hoc caſu pœnam benè mitigare poteſt, nu. 30. Sent. Scab. Lipſ. n.31.
Fur ſuſpenſus rupto laqueo vivus in terram cadens, an denuo ſuſpendi debeat, p. 2. q. 88.n.32.33.34. 35 .36.37.38.39.42. Sent.Scab.Lipſ.n.43.
Furem neceſſitas famis à pœna ordinaria excuſat, p. 2. q. 83. n. 40.42. qualis eſſe debeat neceſſitas famis, ut à pœna excuſet, n.43.44. S S. L. n. 45.
Quid dicendum de neceſſitate nuditatis corporis, n. 46. Parum refert, an cibaria vel pecunia ex neceſſitate famis ſurripiatur, n.47.48. Sent.Scab. Lipſ.n. 49. hoc caſu pœna extraordinaria Furi imponitur, n.50. Sent Scab.Lipſenſ.n.51.52.
Furti pœna non tenentur filius & uxor, ſi aliquid patri vel marito ſubtrahunt ſed tantùm actione rerum amotarum, p. 2. q.77.n.39.
Ad mortẽ Reus Furti condemnari nequit, priusquã de corpore delicti certo conſtiterit, p.2.q.81.n.1.4.
Etiãſi Reus delictum confiteatur, n. 2.3. arbitrariâ tamen pœnâ hoc caſu Fur afficitur, & quânam? n.5.6.7.8 Obſerv.Scab.Lipſ.n.9.10.11.12.
In crimine Furti quando dicatur conſtare de corpore delicti? n.13.14.15.17. Obſ.Sc.Lipſ.n.16.18.
Licet de corpore delicti non conſtet ex ſolâ tamen confeſſione Furti fuſtigatio, aliave mitior pœna eſt infligenda, p.2.q.81.n. 58.59.
in Furto pœnitentia quatenus liberet reum à pœna ordinaria, p.2.q.80 n.65 66.67.68.69.70. modo pœniteat fur antequam in carcerem conjiciatur, n.71.73. Sent.Scab.Lipſ.n.72.74.
Quid ſi Fur propter inopiam totaliter damnum reſtituere nequeat, num à pœna liberabitur, p.2.q. 80.n.75.76.77.78. Sent.Scab.Lipſ.n.79.
Fur tranſigens ſuper damno dato quatenus à pœna laquei excuſetur, p. 2. q. 80.n.80.81.82.83.84. 85. Sent.Scab.Lipſ.n.87.88.90.
Furem qualitas rei ſurreptæ quandoqꝫ liberat à pœna ſuſpendij, p.2.q.83.n.1.
Furtivæ rei recuperatio mitigat pœnam, p. 2.q. 80. n.9.14.15.16.17. Sent.Sc.Lipſ.n.18.19.20.21.22.
Furtum paſſus Dominus licet majorem tantummodo partem rerum ſuarum recipiat, nihilominus in Fure pœna ordinaria ceſſabit, p. 2. q.80.n.23. 24 Sent Scab.Lipſ.n.25.26.27.
Quid juris, ſi ex pluribus delicti conſortibus unicus deprehenſus, ejusqꝫ portio recuperata fuerit? p.2. q.80.n. 28.29. Sent Scab.Lipſ.n.32.
Re Furtivâ venditâ & recuperatâ refuſoqꝫ emptori pretio, pœna ſuſpendii ceſſat, p. 2. q. 80. n.33.34. 38. Sent. Scab.Lipſ.n.35.36.37.
Quid ſi res Furtiva fracta, & fruſtra Domino reſtituta fuerit? ibid: n.39.40. S. S. L.n.41.42. ſi res pecuniâ Furtivâ empta tradatur Domino ad ſatisfactionem damni, n.43.44. S.S.L.n.45.
Reſtitutio rei Furtivæ liberat Furem à pœna ſuſpendii, furto etiam levi cum effractione commiſſo, p. 2.q.80.n.46.47.48. Sent.Scab.Lipſ.n.49.50.

RES FVRTIVA.

Furtiva res Domino ſuo, non fiſco, applicari debet, p.2 q.80 n.10.11.13. Reſp.Scab.Lipſ.n.12.
Fur incarceratus ad reſtitutionem damni ſe offerens à pœna laquei ſe liberare nequit, p.2.q.80.n.91. 92.93.94. Niſi Dominus rei Furtivæ reſtitutionẽ acceptet, n.95. R.S.L.n.96, aut niſi Magiſtratus

tus ex cauſâ concurrente gratiam reo facere velit, n.97. Sent. Scab. Lipſ. n.98.99.100.

Rei Furtivæ æſtimatio à quonam facienda, p.2.q.78 n.55.56.57.59.60. Sent. Scab. Lipſ. n.61.62.63.

Quid ſi Dominus rei Furtivæ jurare nolit, ib: n.64. Sent. Scab. Lipſ. n.65.

Quid ſi juramentum ex cauſa deferri nequeat, nu. 66. Sent. Scab. Lipſ. n.17.

Fure licet ſuſpenſo aut fuſtigato attamen Furtum paſſus ad intereſſe agere poteſt civiliter adverſus furis heredes de Iure Civili, p.2.q 80.n.101.102. 103. quid Iuris in foro Sax: n.104.

Res furtiva ſi adhuc extet, à quocunq; poſſeſſore vindicari poteſt, p.2.q.80.n.106.107. etiam non refuſo pretio, n.108 Sent. Scab. Lipſ. n.109.

Re Furtivâ non extante & fure ſuſpenſo, aut fuſtigato, in foro Sax: non datur actio civilis ad intereſſe, p. 2.q.80.n. 110.111.112.113.114.115. Sent. Scab. Lipſ. n.116.117. ſecus ſi Fur relegatione aut carcere puniatur, n.118.

in Furis bonis hypotheca tacita competit Domino rei ablatæ, ratione damni ac intereſſe, p.2.q.80. n.119. Sent. Scab. Lipſ. n.120.

Furtivarũ rerũ emptores quomodo puniãtur, p.2.q. 87.n.54.55.56.57.58.59.60. S.S.L.n.61.62.63.64.

Quid ſi emptor ignoret, rem venditam eſſe Furtivam, n.65. Ignorantia quomodo ſit probanda, n. 60. Reſp. S.L.n.67.68.

Furtivam rem emptor debet reſtituere Domino abſque pretio ſibi refuſo, p. 2. q.87.n.69.

Quid ſi res Furtiva fuerit conſumpta? ibid. n.70.

Bonæ fidei emptor Re Furtivâ conſumtâ, non niſi in quantum factus eſt locupletior, conveniri poteſt, ibid. n.71. Sent. Scab. Lipſ. n.72.73.

Malæ fidei emptor tenetur ad æſtimationẽ rei Furtivæ conſumptæ, ibid. n.74.75. S.S.L.n.76.

Reſtitutio Rei Furtivæ non liberat Furem à pœna ſuſpendii, quando alii damnum datum fuit, p. 2.q. 80 n.51.52.53. S.S.L.n.54. niſi quis culpâ ſuâ damnum ſentiat, n.55. Reſp. Scab. Lipſ. n.56.57.

FVSTIGATIO.

Fuſtigatio & abſciſſio membri non ſunt pœnæ ſanguinis, p.3.q.102.n.10.11.

Fuſtigatio ante executionem neceſſariò Reo non debet intimari, p.3.q.137.n.45.

Fuſtigatio pœna eſt corporis afflictiva, p.3.q.129.n. 14.15.16. ei adjuncta eſt ſemper perpetua relegatio, n.17.18.20. Obſ. S.L.n.19. & quare, n.21.

Fuſtigatio quandoq; ſeverior, quandoq; mitior eſt, ibid. n.22.23.24. Obſerv. Scab. Lipſ. n.25.

Fuſtigatio quandoq; ex juſta cauſa mutatur in privatam caſtigationem, quæ virgis in carcere fieri ſolet, n.26. Sent. Scabin. Lipſ. n.27. quandoq; in relegationem, p.3.q.150.n.81.82.

Reprehendendus Iudex, qui prius aliquem Fuſtigari mandat, poſtea morti tradit, p.3.q.132.n.11.

FVTVRVM.

Futurum quod eſt, nondum eſt, p.2.q.56.n.5.

G.

GANERBINATVS.

GAnerbinatus unde originem habuerit, & qualisnam fuerit? p.1.q.35.n.5.6.7.

GALLVS.

Gallus Gallinaceus cur unà cum parricida culeo inſuatur, p.1.q.8.n.9.

GAZOPHYLACIVM.

Gazophylacium, den Gotteskaſten ſpoliantes quomodo puniantur, p.2.q.89.n.30.31. S.S.L.n.32.

GERADA.

Gerada & utenſilia uxoris adulteræ an viro applicentur, p.2.q.64.n.33.

Gerada defertur judici ſuperiori, ſi harum rerum non extet heres legitimus, p.3.q.109.n.70.71. Reſp. Scab. Lipſ. n.72.

Geradæ præſcribitur ſpatio unius anni & diei, p.2. q.59.n.10.

GLADIVS.

per Gladium omne genus ſupplicij ſignificatur, p.1. q.41.n.91.

GLOSSA.

Gloſſæ magna eſt autoritas, p.2.q.65.n.56.

Gloſſæ autoritas abſq; lege vel ratione nulla, p.2.q. 64.n.26.

GOTT.

Von Gottes Gnaden / hi tituli quid innuant? p.1. q.41.n.25.

GRADVS.

Graduum computatio de Iure Canonico quænam ſit, p.2.q.73.n.8.

Graduum ſupputatio Canonica in matrimoniis eſt tenenda, p.2.q.73.n.7.

GRASSATOR.

Graſſatores ſeu Robbatores quinam dicantur, p.1.q. 21.n.4.

Graſſatores violatoribus pacis publ. comparantur.

GREX.

Greges & armenta quomodo differant, p.2.q.86.n. 27.28.

GVARANDA.

Guaranda in criminali quoq; Proceſſu eſt præſtanda, p.3.q.106.n.59.60. Sent. Scab. Lipſ. n.61.62.

poſt Guarandam præſtitam accuſator plura ac nova indicia proponere poteſt, ibid. n.63.64.65. Sent. Scab. Lipſ. n.66.

Hahn.

Minæ hæ (einen rothen Hahn einem aufs Hauß ſetzen: vel, das Dorff anſtecken / vnd in die Aſche legen) non faciunt diffidationẽ, p.1.q.37.n.66.67.

Hahnrey.

Hahnrey / quis propriè vocetur, p.2.q.71.n.15.

Handhafft.

Quando Reus deprehenſus in facto manuali, auff handhaffter That / è carcere ſit relaxandus ſub cautione, p.3.q.136.n.83.

Reus in manuali facto, auff handhaffter That / deprehenſus non ſtatim condẽnatur, p.3.q.136.n.84.

In facto manuali, auff handhaffter That / quis dicatur deprehenſus, ibid. n.92.93.103. Sufficit hodie crimen non fuiſſe pernoctatum, licet reus non ſit deprehenſus in facto manuali, n.96.

Haußfried.

Die den Haußfriede brechen / ſecuritatem domus violantium, quæ ſit pœna, p.1.q.40.n.11. & ſeqq.

HÆRESIS.

Hæreſis eſt pertinax in artic: fidei error, p.1.q.44.n.4.

Hæreſeos crimen graviſſimum & atrociſſimum eſt, ibid. n.2.3.

Hæreſeos Simoniæ crimen an ad cognitionem judicis Eccleſiaſtici pertineat, p.3.q.110.n.88.

in Hæreſeos crimine neceſſariò de corpore delicti cõſtare debet, p.1.q.49.n.58.

HÆRETICVS.

Hæreticus quiſnam propriè dicatur, p.1.q.44.n.7.

Hæretici num ultimo ſupplicio ſint afficiendi, p.1.q.44.n.20. affirmant hoc Pontificii, n.21.22. teſtatur hoc laniena Pariſienſis, n.23.24.25. Facinora quoq; Ferdinandi Aluaretz, Ducis Albani, nu.26. Itemq; literæ Adriani Pontificis ad Status Imperii, n.27. Pontificiis aſſentiuntur Calviniani, n.28.29.30. Verior eſt negativa opinio, n.31.33.34. quid de hac quæſtione ſenſerit Lutherus, n.32. hac ſententia tutior eſt conſcientiis, n.35.

Hæretici blaſphemi aut ſeditioſi morte puniuntur, p.1.q.44.n.41.42.43.

Quo genere ultimi ſupplicii Hæretici ſeditioſi aut Blaſphemi in foro Sax: puniantur, p.1.q.44.nu.45.46.47. Sent.Scab.Lipſ.n.48.49.

Hæreticum error ſolus non facit, p.1.q.44.n.5.6.

Hæreticos Magiſtratꝰ Politicus debet punire, ib.n 19

in Hæreticos graviter eſt animadvertendũ, ib:n.8.

de Hæreticis Adriani Pontificis ad Status Imperii literæ, p.1.q.44.n.27.

Henckergeldt.

Henckergeldt / criminales expenſas quando ſubditi alicujus loci ferre teneantur, p.3.q.138.nu.69. Sent.Scab.Lipſ.n.71.

Henckergeldt / ſumptus criminales, à ſubditis perſolvendi, an in concurſu creditorum ſint privilegiati, ibid.n.83.84. Obſervantia fori Sax: n.85.

HENRICVS.

Henrici III. Galliæ Regis, qui per totã vitam Evangelicam religionem armis oppugnaverat, in extremo mortis articulo confeſſio, p.1.q.44.n.33.

Henricus Goriaciæ Comes filios inebriari fecit, p.3.q.146.n.15. & ſeqq.

HERES.

Heredis vocalulum quoſnam ſucceſſores comprehendat, p.2.q.65.n.35.

Heredes quibus caſibus ex delicto defuncti obligantur, p.3.q.131.n.7.8.9.10.

ad Heredes ab inteſtato num condemnatus ad mortem bona ſua transmittat, p.3.q.135.n.25. Sent.Scab.Lipſ.n.16.

Heredes noxiorum an & quando teneantur, p.3.q.131.n.2.3.p.3.q.141.n.2.

Heredes de jure Sax: ludo deperdita ſolvere non tenentur, p.3.q.134.n.9.

Heredes Reo ante executionem mortuo, an ad expenſarum refuſionem teneantur? p.3.q.138.n.31. & ſeqq.

HEREDITAS.

Hereditas num filio, interficienti patrem, auferenda & fiſco applicanda ſit, p.3.q.135.n.34. usq; ad n.40. Sent.Scab.Lipſ.n.41.

Hereditatis ſibi delatæ num condemnatus ſit capax, p.3.q.135.n.13. Sent.Scab.Lipſ.n.14.

Hereditati occiſi num hodie Heredes, ejus necem non vindicantes, ſeſe indignos reddant, p.1.q.34 n.72.73.74.75.76.82.83.84.89. Sent.Scabin.Lipſ.n.86.87.88.

ex Hereditate occiſi expenſæ litis Magiſtratui inquirenti debent reſtitui, ib:n.90. S.S.Lipſ.n.91.92.

Hereditariæ res mobiles, adjunctæ immobilibus, præſcribuntur tempore 30. annorum, anni & diei, de jure Sax: p.2.q.59.n.11.

HEREDITATIS EXPILATIO.

Hereditatis expilatio an ſit furtum? p.2.q.83.n.75.76.78.79.

Hereditatis expilationis pœna, ibid.n.80. & ſeqq.

HOMICIDA.

Homicida quivis pœna Homicidii tenetur, ſive maſculus ſit, ſive fœmina, ſive ſervus, aut liber, p.1.q.2.n.15.

Homicida licet ad aram confugiat, pœnam homicidii effugere nequit, p.1.q.49.n.75.

Homicida quando torqueri poſſit, an occidendi animo vulneraverit, vel non? p.1.q.1.n.27.

Homicidæ impropriè dicuntur latrones, p.1.q.7.n.29

Homicida, qui reiteratâ percuſſione ac vulneratione aliquem trucidat, gravius videtur delinquere, ac graviorem promeretur pœnam, p.1.q.24.n.60. Sent.Scab.Lipſ.n.61.62.63.

in Homicidarum gratiam apud Iſraelitas ſex erant Conſtitutæ Civitates refugii, p.1.q.1.num.22.58.

HOMICIDIVM.

Homicidiũ grave & atrox crimen eſt, p.1.q.24.n.7.

Homicidium eſt delictum frequens horribile, grave & atrox, p.1.q.1.n.1.2.3.4.

Homicidium Athenienſes in rebus quoq; inanimatis vindicârunt, p.1.q.1.n.5.

Homicidii crimen gravius eſt adulterio, p.1.q 1.n.7.

Homicidii qualitates variæ atq; diverſæ ſunt, ibid. n.13.

Homicidium duplex eſt: ſimplex & deliberatum ſive præmeditatum, p.1.q.7.n.1.

in Homicidio Armorum qualitas probè eſt attendenda, p.1.q.3.n.4.5. Ex quibus Armis dolus occidentis præſumatur, n.6.7. referuntur Arma ad occidendum apta, unde dolus occiſoris præſumendus, n.9.13.14.15.16.17.18.

Homicidium Bombardis regulariter perpetratur, p.1.q.3.n 23. Sent.Scab.Lipſ.n.24.

Homicidium caſuale quodnam dicatur, p.1.q.27.n.11. ejus exempla referuntur, n.12.13.

Homicidium culpoſum quodnam dicatur, p.1.q.27.n.8. ejus exempla referuntur, ibid.n.9.

Homicidium culpoſum a caſuali quomodo differat, ibid.n.11.14.15.16.17.18.19.20.21.22. ejus pœna arbitraria eſt, n.24.25.27.28.32.

Homicidium doloſum quodnam propriè dicatur, p.1.q.3.n.2.3.8.p.1.q.27.n.5.6.7.p.1.q.1.n.52.53.

Homicidium iſtud dicitur doloſum, quod committitur ex animo occidendi, p.1.q.1.n.16.

Homicidio in confinio commiſſo quiſnam ſit Iudex competens, p.3.q.110.n.25. variæ examinantur opiniones, n.26. usq; ad n.33. vera deciſio, n.34.35.36.37. Sent.Scab.Lipſ.n.38.

Homicidii mandatum quomodo differat ab Aſſaſſinio, p.1.q.4.n.2. quomodo à conſilio, n.3.

in Homicidii delicto mandans plus delinquit, quàm mandatarius, p.1.q.4.n.12.

de Homicidio mandatarii an teneatur mandãs vulnerare ſolùm, p.1.q.4.n.19.20.21.24.25.

de Homicidii veritate, quod pœnam mortis meretur, non per conjecturas, ſed per plenas probationes conſtare debet, p.1.q.26.n.22.

Homicidium nõ ſolùm, ſed & omnes qualitates annexas accuſator probare tenetur, p.1.q.33.n.3.

in Homicidii crimine conſtare quoq; debet de lethalitate vulneris, p.3.q.108.n.31. Sent.S.Lipſ.n.32.

Homicidii in rixa perpetrati indicium eſt, ſi quis cum interfecto altercaverit, eumq; percuſſerit, p.3.q.122.n.11.12.

In crimine Homicidii ſuſpectus eſt, qui in loco delicti depre-

deprehenditur cum annis aut veſtibus ſanguine conſperſis, p.3.q.122.n.2.3.4.

HOMICIDII POENA.

Homicidii pœna eſt ultimũ ſupplicium, p.1.q.1.n.8.

Homicidii criminis varia conſtituta ſunt ſupplicia, p.1.q.1.n.14.

Homicidii reos jus Divinum quoq; morte puniri jubet, p.1.q.1.n.10. nec non Ordinatio criminalis Caroli V.Imp.n.11.Et jus Saxon.n.12.

Homicidii pœna ut locum habeat, an ſemper requiratur animus occidendi, p.1.q.1.it.p.1.q.5.n.11.

Homicidium Armis ad occidendum veriſimiliter aptis perpetratũ, morte punitur, etiamſi animus occidendi decidit, p.2.q.3.25.

Homicida quocunq; etiam modo cædem perpetraverit pungendo pedibus calcando, ſuffocando in aquis, mortis ſupplicio ſupponendus, p.1.q.3.n.26.28.30.34.35. Sent.Scab.Lipſ.n.27.29.31.32.33.36.37.

Homicidium Alapâ commiſſum quam pœnam mereatur, p.1.q.3.n.42. Præjudicium Scabin.Lipſ. n.43.

an Homicidium baculo perpetratum morte vindicandum? p.1.q.3.n.19.20.21. Reſp. Scab. Lipſ. n.22.

in Homicidio Conatus, effectu non ſubſecuto, quomodo puniri debeat? p.1.q.2.n.46.51.52.53.54.55. quid juris in foro Saxon.n.56. Sent.Scab.Lipſ. n.57.58.

in Homicidio ante omnia de corpore delicti & vulneris lethalitate conſtare debet p.1.q.26.n.2. nec ſufficit, de ipſa occiſione conſtare, ſed & de omnibus qualitatibus & circumſtantiis Homicidii apparere debet.n.3.

in Homicidii caſu Culpa lata an pœnâ corporali coërceri poſſit, p.1.q.27.n.33. Sent.Scab.Lipſ.n.34.35.36.37.

Clericus ob Homicidium deponendus & in monaſterium detrudendus, p.1.q.2.n.16.17.

in Homicidio deliberato ſeu præmeditato an pœna gladii locum æque habeat, an verò rotæ ſupplicium infligi debeat? p.1.q.7.n.1. quæſtionis hujus deciſio, & quæ pœna ſit Homicidii Deliberati, n.9. Rationes & argumenta deciſionis, n.10.13.14.15. Reſp Scabin Lipſ.n.16.17.18.19.20.

Homicidii deliberati pœnam an non judex ex arbitrio exaſperare queat? p.1.q.7.n.33.34.35. Sent. Scabin.Lipſenſ n.38.39.40.41.

Homicidio pro ſimplici doloſo, quod in rixa committitur ex voluntate & animo occidendi conſtituta eſt pœna ordinaria gladii, p.1.q.1.n.15.

Homicidii pœnâ univerſaliter tenentur omnes qui doloſe aliquem percutiunt & occidunt, p.1.q.2. n.1.

an Homicidium in rixa ex calore Iracundiæ perpetratum, mortis ſupplicio puniri poſſit? p.1.q.6. referuntur authores negativæ ſententiæ, n.1. argumenta hujus opinionis, n.2.3. deciſio hujus quæſtionis affirmativa, n.7.8.9.10. Diſpoſitio juris Saxon. hac de re, n.11. jure divino Irâ delinquentem à pœna homicidii non eximit, num.12. Refutantur argumenta contrariæ opinionis, n.13.14 Sent.Scab.Lipſ.n.17.18.19.20.21.

Homicidium ex facto illicito exortum quomodo coërceri debeat, p.1.q.5.n.37. Sent.Scabin.Lipſ. n.39.

Homicidium ictu lapidis commiſſum num pœnam gladii mereatur, p.1.q.3.n.46. Referuntur opiniones diverſæ Interpp.n.47.48.49.56 Deciſio verba hujus quæſtionis, n.50 Sent.Sc Lipſ.n.52.53.55 Fallit deciſio in percuſſione quæ fit cum lapide, p.59. Reſp.Scab.Lipſ.n.60. Quid juris, ſi lapidem conjiciens animũ habeat occidẽdi, n.61. Unde animus occidendi hoc caſu præſumendus, n.62. Reſp.Scab.Lipſ.n.63.64.65.

Homicidii pœnam mandatarius incurrit, p.1.q.4. n.6.

Homicidium mandans pœnâ tenetur ordinariâ, ib. n.9.14.

ob Homicidium utrum mandans puniendus, quod mandatarius etiam abſq; mãdato perpetraturus fuiſſet, p.1.q.4.n.27.28.29. unde propoſitũ mandatarii conjecturandum, n.30.31.Sent S.L n.32

in Homicidii crimine Nobiles quomodo ſint puniendi? p.1.q.2.n.3.

ab Homicidij pœna Nobilitas neminem excuſat, ib. n.8, nec de jure Divino, Sanctione Carolinâ, aut Iure Saxon.n.9.10.11. Reſpõdetur ad contraria, n.12.

ob Homicidium pœnâ gladii ſolummodo plectendus eſt, qui verè aliquem Occidit, p.1.q.26.n.11.

Homicidii pœnam interventus Pecuniæ auget, p.1. q.7.n.31.

in Homicidii pœna irrogandâ nullus Perſonæ reſpectus haberi debet, p.1.q.2.n.2.

ob Homicidiũ unicum, cui plures voluntate & Propoſito occidendi interfuerunt, omnes pœnâ gladii puniendi, p.1.q.9.n.34 p.1.q.22.n.33.

Homicidii proditoriè commiſſi pœnâ, p.1.q.2.n.21.22 Sent.Scab.Lipſ.n.23.24.25.26

in Homicidio pugno perpetrato de lethalitate Ictus ſeu vulneris conſtare debet, p.1.q.3.n.40.

Homicidium pugno commiſſum quam pœnam mereatur, p.1.q.3.n.38 Sent.Scab.Lipſ.n.41.

pro Homicidio quovis pœna mortis irroganda eſt, ſive hoc Vulneratione, ſive percuſſione perpetratum fuerit, p.1.q.3.n.1.

cum Homicidii pœnâ pœna vulneris confunditur, p.2.q.90.n.32.

in Homicidii crimine heredes occiſi adverſus occiſorem tam ad pœnam arbitrariam, carceris vel relegationis, quàm intereſſe & damnum per occiſionem agnati ſibi datum agere poteſt, p.2.q.95. n.27.

Homicidii pœna ſæpius exaſperatur, p.1.q.8.n.1.

ad Homicidii pœnam exaſperandam quænam cauſæ ſint ſufficientes? p.1.q.24.n.14.15.

1.Homicidium ex propoſito & deliberato animo perpetratum gravius coërcendum eſt, d.q.24.n.16. Reſp.Scab.Lipſ.n.17.

2.Spes lucri in Homicidio delictum aggravat, n.18. 19.

3.Si quis interficiat fœminam imprægnatam, ne ſtuprum manifeſtetur, n.20.24.25.Sent.Scab.Lipſ. n.21.22.23.26.

4.Homicidium quandoq; in crimen læſæ Majeſtatis incidit, ib.n.27. gravius redditur homicidium, quod in perſona illuſtri vel Domino committitur, n.28.29.30. pœna ejus qui Magiſtrum occidit, ib.n.31.Reſp.Scab.Lipſ.n.32.

5.Pœna occidentis infantem, ibid.n.23. Reſp.Scab. Lipſ.n.34.35.

6. *Pæna occidentis ægrotum hominem quænam, ib. n.36.37. Decretum Scabin. Lipſ. n.38.*

7. *An pœna Homicidii exaſperanda ſit, ſi quis aliquem occidat in domo ſua, n.36 41. Sent. Scab. Lipſ n.40.42.*

8. *Quâ pœnâ plectendus ſit occiſor perſonæ Eccleſiaſticæ, ſacra tractantis in templo? ibid. n.43. Reſp. Scab. Lipſenſ n.45.*

9. *Pœna occidentis aliquem in via publ. ibid. n.46. 47.48.50. Reſp. Scab Lipſ n.46.51.*

10. *Ratione temporis delictum quando atrocius reddatur, ibid n.52.53. Homicidium die feſto commiſſum num gravius puniendum ſit? n.24.58. Reſp Scab. Lipſ. n.55.56 57.*

11. *Qualitas criminis auget pœnam, ibid. n.59.60. Sent. Scab. Lipſ n.61 62.63.*

12. *Ratione quantitatis quomodo crimen homicidii aggravetur, ibid. n.64.*

13. *An & quatenus homicidium reiteratum ſeverius ſit puniendum, ibid. n.71 Reſp. Scabin. Lipſ. n.76.*

14. *Ex evẽtu quoq; creſcit delicti atrocitas, ib n.77.*

HOMICIDII POENÆ
mitigatio.

Homicidii pœna pluribus ex cauſis debet mitigari, p.1.q.25.n.2.

ſi de Homicida in rixa certò non conſtet, an non Autor rixæ morte puniendus ſit? p.1.q.25.n 50.51. 52.53.55. Reſp Scab. Lipſ. n.54.

Homicidii pœna non eſt ultimum ſupplicium, quãdo civiliter agitur, p.1.q.34.n.1.

Homicidium quodnam caſuale, quod extraordinariâ pœnâ debeat coërceri, p.1.q.5 n.30.

Homicidium caſuale nullâ prorſus pœnâ coërcendum eſt, p.1.q.27.n.50.

Homicidii Caſualis Reus adſolutionem VVerigeldi teneatur? ibid. n.51.52.53.54.55.59 60.61. 62. Sent. Scab. Lipſ. n.56.57.58.63.

Homicidium ex Caſu in alia perſona commiſſum quomodo puniendum ſit? p.1 q.5.n.17.18.19.20. 21.22.28.29. Sent. Scabin. Lipſenſ. n.23. 24.25. 26.27.

in Homicidio lata Culpa non æquiparatur dolo, p.1. q.27.n.3.4.

Homicidii pœna ordinaria locum non habet, niſi dolus intervenerit, p.1.q.27.n.1.

in Homicidio neceſſariò defenſionis causâ commiſſo gladii pœna ceſſat, p.1.q.28.n.1.8.

Homicidium culpoſum non punitur pœnâ homicidii ordinariâ, p 1.q.27.n.10.

Homicidii culpoſi ex culpa levi perpetrati pœna, p.1 q.27.n.38.39. Sent. Scab. Lipſ. n.40.41 42.43. 44.45.46.47.48.49.

Homicidii Reum Error in perſona non excuſat à pæna, p.1.q.18.n.18.p.1.q 5.n.1. Diſcrepant Interpp. de pæna hoc caſu reo irroganda, varia adducentes fundamenta, ibid. n.2.3.4.5.8. Inf ro Sax. gladii pæna obtinet in homicidio ex errore perſonæ occiſa commiſſo, n.7. Homicidium errore perſonæ cõmiſſum quodnam dicatur, n.12. Sent. Scab. Lipſ. n.15.16.

in Homicidii crimine an Nobiles mitius puniendi? p.2.q.62.n.4.14.15.

in Homicidii caſu à pluribus in rixa commiſſi pæna homicidii ordinaria debet mitigari. p.1.q.25.n.3. qua pæna tunc occidentes puniendi? n.4.5.6. Quid juris in foro Saxon. n.7.8 9.10. Quid ſi omnes animo deliberato occidendi percuſſerint, quâ pœnâ afficiendi, n.11.12.13.14.17.18. Sent. Scab. Lipſ. n.15.16.

de Homicidio quisnam eorum teneatur, ſi unus à pluribus in rixâ vulneratus & occiſus fuerit, ac quisnam ex pluribus vulnus lethale intulerit & occiderit, liquidò conſtet, p.1.q.25.n19.20.21.22.23. Quid ſi plura vulnera fuerint inflicta, quisnam verò primùm vulneraverit, certò non conſtat, ib. n.24.25.26.28.29.32. Sent. Scab. Lipſ. n.30.31. Si non conſtet, quis vulnus lethale inflixerit, quãdo & cui tortura imponenda, n.33.34.35.36. Obſ. S. Lipſ. n.37. Quænam indicia hoc caſu ad torturam ſufficientia ſint, n.38. Sent. Scab. Lipſ. n 39. 40. quando vulnera inflicta lethalia non ſunt, omnia tamen ſimul juncta mortem afferunt, n. 41.42.43.44 Sent. Scab. Lipſ. n.45.

Homicidij pœna ordinaria occiſori infligẽda non eſt, quoties vulnus inflictum non judicatur lethale, p.1.q.26.n.1.

HOMO.

Hominis appellatione veniunt etiam fœminæ atq; infantes, p.1.q.2.n.25.

HOSPITALIA.

ad Hoſpitalia confugiens reus à ſeculari judice puniri nequit, p.3.q.110 n.92.93. de conſuetudine hoc privilegium ceſſat, n.95.96. Reſp. Scab. Lipſ. n.97.

HYPOTHECA.

Hypothecæ tacitæ privilegium & jus prælationis, quod mulier ratione dotis illatæ in bonis mariti habet, ad heredes deſcendentes tranſit, p.2.q.65. n.33.

I.

IACTARE.

IActare bona ſua nemo præſumitur, p.2.q.68. n.98.

ICTVS.

Ictum primum invaſus expectare non tenetur, p.1. q.29.n.57. quatenus verum p.1.q 33.n 29.

IGNORANTIA

Ignorantia in caſu Adulterii & ſcortationis non præſumitur, ideo juramẽto allegantis ea probari debet, p.2 q.56.n.67. p.2.q.61.n.50.51. Obſervant. Scab. Lipſ. n.52.

Ignorantia in crimine binorum ſponſaliorum excuſat, p 2.q.67.n 30. Reſp. Scab. Lipſ. n.31.

Ignorantia quatenus in crimine inceſtus excuſet, p. 2.q.72.n.47.48. Reſp. Scab. Lipſ. n.50 p.2.q 73. n.95 Sent. Scab. Lipſ. n.96.

Ignorantia unde præſumatur in exponendo falſam monetam p.1.q.42 n.111.

Ignorantia in dubio juramento eſt probanda, p. 1. q.42.n.112.

IGNOSCERE.

Ignoſcendum eſt ei, qui causâ alia quâ commotus & irritatus delinquit, p.2.q.58.n.25.

ILLICITVM.

Illicitæ rei operam dans tenetur de omni eo, quod ſequitur præter illius intentionem & voluntatem, ſi eventus facillimè cogitari potuerit, p.1.q.17. n.24. Regula hæc quatenus vera, p.2.q.1.n.29. 64. p.1.q.15.n.12 25 p.1 q 26 n.12. p. .q 10 n.13. 14.

ILLUSTRIS.

Illuſtres perſonæ quænam apud Romanos fuerint, p.3.q.118.n.66.67.68.

IMPEDIRE.

Qui delicta non Impediunt, cùm hoc benè facere poſſent, quomodo puniendi? p.3.q.134.n.63.Sent. Scab.Lipſ.n.64.65.

IMPERATOR.

Imperator ſolus univerſalem habet Jurisdictionem in toto territorio Imperij, ut & cauſis ac perſonis univerſis, p.1.q.36.n.10.

Imperator jura Majeſtatis abſq; conſenſu Statuum Imperij exercere nequit, p.1.q.41.n.80.81.

cum Imperatore Status Imperij Majeſtatem ſummam tenent, p.1.q.41.n.82. Aſſertio Bernhardi Zieritz de hac re, n.83.

Imperatori Romano Turcæ primas tribuunt, p.1.q.41.n.45.

Imperatorem non facit Coronatio Papalis, p.1.q.41.n.48.49.50.

in Imperatorem Romanum abſq; dubio crimen læſæ Majeſtatis committitur, p.1.q.41.n.41.

de Imperatore Romano judicium Alphonſi, Regis Arragoniæ, p.1.q.41.n.44.

IMPERIUM.

Imperium merum aut mixtum quid? p.3.q.109.n.4.

Imperium merum in oppidulis ſæpè plebeii & mechanici exercent, p.3.q.103.n.2.

IMPOTENTIA.

Impotentia unius conjugis adulterum conjugem ab ordinaria pœna excuſat, p.2.q.61.n.14.

ſi Impotentia incurabilis matrimonium præceſſit, & innocenti perſonæ fucus factus fuerit, matrimonium non tenet, ibid.n.18.

Impotentia unius conjugis an etiam coadulterantem excuſet? ibid.n.24 25.27

IMPRÆGNATOR.

Imprægnator quomodo puniri debeat, meretrice infantulum ſuum necante, p.1.q.9 n.28.Sent.Scab. Lipſ.n.29.30.31.

quid ſi Imprægnator mulierem infantem occidere juſſiſſet, ibid.n.32.Sent.Scab.Lipſ.n.33.

IMPRECATIO.

Imprecationum, verborum, formarumq; externarum per ſe nulla eſt operatio, p.1.q.48.n.34.

IMPROBUS.

Improbus pœnas dabit, ſi emendari poteſt, exiguas, ſin minus, extremas atq; ſeveras, p.3.q.101.n.14.

IMPUBES.

Impubes quis dicatur, p.3.q.143.n.7.

Impuberi reo delinquenti, pubertati proximo, ac doli capaci, infligi quænam propriè pœna debeat, p.3 q.143.n.35.46. Sent.Scab.Lipſenſ.n.39,40.41.42.

Impuberes pubertati proximi quales vulgò appellẽtur, p.2.q.82.n.5.6.

Impuberes pubertati proximi ex delicto obligantur ibid.n.5.

Impuberes infantiæ proximi ab omni ferè pœnâ ſunt immunes, p.3.q 143.n.30.

Impuberes doli capaces quatenus ex delicto obligentur, ibid.n.21. pœnâ extraordinariâ puniendi, n.22.23.24.25.31.

Impuberes ob inſignem malitiam mortis pœnâ afficiuntur, p.3.q.143.n.48.49.50.51. tria requiruntur ad hoc, ut mortis ſupplicium poſſit impuberibus irrogari, & quænam ſint requiſita? n.52.53.54.55.Sent.Scab Lipſ.n 56.57.58.

Impuberes Urphedam non præſtant, p.3.q.143.n.39.40.41.42.

Impuberibus quandoq; pœna corporis afflictiva infligitur, ibid n.43.

IMPUNITAS.

Impunitatis promiſſio à judice facta ad extorquendam confeſſionem mitigat pœnam, p.3.q.149.n.1.2.Sent.Scab.Lipſ.n.16.17.18.

Impunitatis promiſſio potiùs omittenda eſt, quàm reus confeſſus impunitus dimittendus, ibid.n.3.4.5.

Impunitatis promiſſione Magiſtratui inferiori confeſſionem extorquere haud fas eſt, ibid.n 6 7.8. Venia autẽ promiſſâ pœna ordinaria haudquaquam eſt irroganda, n.9.10.11.12.13.15.19.20.21.22.

Impunitatis promiſſione extortâ confeſſio haud eſt libera & ſpontanea, p.3.q 149 n.14.

IMPUNITAS.

Impunitus caſus non eſt, ſi dolus eum non præcedat, p.1.q.5.n.40.

INAUDITUS.

Contra inauditum reum non eſt procedendum, p.3.q.113 n.3.4.5.7.

INCARCERARE.

Incarcerare uxorem maritus correctionis cauſa poteſt, p.3.q.111.n.83.

Incarcerari omnes differenter perſonæ poſſunt, p.3.q.111.n.39.Doctores, Nobiles & Clerici, n.40.41.42.43.

Incarcerari num Reus appellatione pendente debeat? p.3.q.139.n.42.& ſeqq.

Incarceratus non eſt relaxandus, ibid.n.45.46.47 48.ſed jam antè relaxatus non debet incarcerari, ibid.n.49.nec etiam incarcerari debet durante decendio, n.50.Sent.Scab.Lipſ.n.51.

ſi Incarceratus Reus aufugiat, pœna cuſtodum & carcerariorum, p.3.q 111 n.99.usq; ad num.113. Sent.Scabin.Lipſenſ.n.112.114.115.

Incarcerati cuiusnam ſumptibus ſunt alendi, p.3.q.138 n.20.21.Sent.Scab.Lipſ.n.21.

INCARCERATIO.

Incarceratio injuſta ad injurias reales refertur, p.2.q.99.n.69.70.

Incarcerationis injuſtæ pœna de jure Saxon.eſt 30. ſolidorum per ſingulos dies, p.3. q. 111 n.70.

Incarcerationis injuſtæ pœnam etiam privatus, ad cuius inſtantiam decreta fuit, captura, ſolvere tenetur, ibid.n.76.

Incarceratione injuſtam decernentis judicis pœna, p.3.q.111.n.67.usq; ad n.76. Sent.Scabin.Lipſ. n.74.75.77.

Incarcerationem propter injuſtam judex conveniri nequit, quando ex conſilio peritorum proceſſit, p 3.q.127.n.31.Reſp.Scab.Lipſ.n.32.

ad Incarcerationem abſq; indiciis præcedentibus non eſt procedendum, p.3.q.111.n.14.15.16.17.18.19.20.21.

ad Incarcerationem quænam indicia ſint ſufficientia, p.3.q.111.n.22.23.24. Indicia probabilia ſufficiunt, n.25.26.

ad Incarcerationem ſola querela partis offenſæ judicium non facit, p.3.q.111.n.27.28.29. Etiamſi accuſator cautionem indemnitatis præſtet, ibid. n.29. Sent.Scab.Lipſ.n.30.

Ad Incarcerationem num inculpatio ſocii criminis ſufficiens ſit indicium, p.3.q.111.n.33.34.

Ad Incarcerationem fuga num faciat indicium ſufficiens, ibid.n.35.36. Obſerv.Scabin.Lipſenſ. n.37.

INCENDIVM.

Incendium eſſe caſum fortuitum, quatenus verum p.1 q.39.n.60.67.

Incendium unius domus nocere poteſt toti populo & communitati, p.1.q.37.n.66.

Incendium qui uni ex univerſitate minitatur, an pro diffidatore habendus, ibid, n.24. Obſ.Scabin. Lipſ.n.25.

Incendium quodnam dicatur culpâ latâ, levi aut leviſſimâ perpetratum, p.1.q.39.n.28.29.30.

Incendii crimen graviſſimum & atrociſſimum eſt, p.1.q.38.n.29.

Incendii indicia quanam ſint ſufficientia ad torturam, p.3.q.122.n.80.81.82.

Incendio violatur pax publica, p.1.q.38.n.1.

Incendij crimen lucri cauſâ committens gravius delinquit, p.1.q.38.n.50. Reſp.Scabin.Lipſ.n.52.

in Incendij crimine non damnum datum, ſed nequitia Incendiarij attenditur, p.1.q.38.n.38.39. Reſp. Scab.Lipſenſ. n.40.

in Incendio inſtrumento perdito an juramentum creditoris vel debitoris ſit admittendum, p.1.q. 39.n.71. Reſponſ.Scabinor.Lipſenſ.n.72.

INCENDII POENA.

Incendii pœna graviſſima eſt, p.1.q.39.n.1. cui dedit cauſam Reorum malitia deteſtanda, n.2.

Incendii pœnam in cauſa, dolum excludens, mitiget, p.1.q.39.n.9 11. Sent.Scab.Lipſ.n.12.13.

Incendii pœna de jure Civili, p.1.q.38.n.3.4.5.6.7.

Ordinatio Criminalis Carolina quomodo puniat reos huius criminis, ibid.n.8.

Incendii pœna quæ ſit in terris Saxon. ibid.n.10.13. 17.

De pœna huius delicti Regula generalis, ibid.n.15.

Fœminæ quoq; pœnæ ignis ſubjacent, ibid.n.19.20. Reſp.Scab.Lipſ.n.32.

Quomodo puniantur Nobiles hujus delicti Rei, n.23. Sent.Scab.Lipſ.n.26.27.

Indifferenter pœnâ ignis plecti debet Reus, ſive in civitate ſive extra civitatem Incendium poſuerit, p.1 q.38.n.28.29.30.

Incendium in domo ruſticâ vel horreo commiſſum quomodo puniri debeat, p.1.q.38.n.31.33. Reſp. Scab.Lipſ.n.32.34. quid juris in eo, qui ſtabulum Incendit, n.35. aut ſi quis ligna vel acervum frumenti comburat, n.36. Reſp.Scab.Lipſ.n.37.

in Incendio culpoſo ceſſat pæna ignis, p.1.q.39.n.27. 31.

Incendii culpoſi pæna eſt arbitraria, ibid.n.32.33. 36. Sent.Scab.Lipſenſ.n.37.38.

Incendii culpoſi reus tenetur quoq; ad reſtitutionem damnorum & intereſſe, p.1.q.39.n.39.46. Idemq; vulgò DD. aſſerunt in incendio doloſo, n.40. 41.

Incendii culpoſi reus an & quando in foro Saxon. ad damni reſtitutionem teneatur, p.1.q.39.n.42. 43.

in Incendii crimine mandans & mandatarius puniuntur, p.1.q.38.n.48.53.56.57.

in Incendii crimine quomodo mandatarius puniatur? p.1.q.38.n.53.

Incendium mandans triplici modo delinquere videtur, p.1 q.38.n.54. ideoq; ignis ſupplicio affici debet, d.n.54. Reſp.Scabin.Lipſ.n.55. Reſpondetur ad objectiones, n.56.57.

ab Incendii pœna ordinariâ num offenſio & ira aliquem excuſet? p.1.q.38.n.58.60.61.64. Reſp. Scab.Lipſ.n.59.66.

Incendii propter reiterationem num pœna ſit exaſperanda? p.1.q.38.n.67. usq; ad n.73. Reſp. Scab. Lipſ.n.77. Quid ſi Reus incendii alia quoq; crimina commiſiſſet, n.78.79. Sent.Scab.Lipſ.n.81. 82.83.

in Incendii caſu an & quando paterfamilias teneatur de culpa ſua familiæ? p.1.q.39.n.51.53.54.55. Sent.Scabin.Lipſ.n.52.56.57.

Incendio in ædibus exorto an paterfamilias teneatur probare culpam ſuam ſuorumq; abfuiſſe, p.1. q.39.n.58. Opinio Hallenſium & VVittebergenſium, n.59. referuntur argumenta Rauchbari, n.60.61. verior contraria Scab. Lipſenſ. opinio, n.62.63. Reſpondetur ad argumenta Rauchbari n.64.65.66.67. Sent.Scab.Lipſ.n.68.69.70.

INCENDIARIVS.

Incendiarius ſi damnum reſarcire velit, an pœna ſit mitiganda? p.1.q.38.n.44. Sent.Scabin.Lipſenſ. n.45.

Incendiarius ſi ex Inopiâ damnum emendare non valeat ſeveriori pœnâ debet coerceri, p.1.q.39. n.48. Sent.Scabin.Lipſ.n.49.50.

Incendiarius in Incendio nihil utilitatis, nil voluptatis conſequitur, p.1.q.38.n.2.

Incendiarii minorennes num mitiùs ſint puniendi, p.1.q.39.n.14.15.16.17. Sent.Scabin. Lipſ.n.18. usq; ad n.26.

Incendiarios an pœnitentia à pœna ignis liberet, p.1. q.39.n.3.5.6. Sent.Scab.Lipſ.n.7.8.

Paſqualis Curtarellus qui de Incendio cujusdam tugurii convictus fuerat, ad triremes tantùm 2. Auguſt. Anno 1559. per biennium fuit condemnatus, p.1.q.38.n.29.

Differentia inter Brenner vnd Mordbrenner/ibid. n.11.12.

INCESTVS.

Inceſtus quid ſit, & quomodo committatur? p.2. q.72.n.1.

Inceſtus crimen atrox & horrendum eſt, ibid.n.2.

in Inceſtus crimine ſecundum Conſtitutionem Electoralem etiam pronunciandum extra Electoratum, p.2.q.72.n.11. quod & verum in Adulterio cum inceſtu commiſſo, n.12.14.15.16.

Inceſtus diverſimodè committitur, p.2.q.72.n.19.

Inceſtus inter aſcendentes & deſcendentes commiſſus vocatur coitus nefarius, p.2.q.72.n.20.

Inceſtus inter aſcendentes & deſcendentes jure Gentium eſt prohibitus, ibid.n.28. Sent.Scab.Lipſ.n. 29.30.

in crimine Inceſtus cum adulterio commiſſi inter aſcendentes & deſcendentes non eſt locus remiſſioni conjugis, p.2.q.72.n.39.40.41.

Inceſtus inter quoſnam collaterales committatur, p.2.q.73.n.4.10.

Inceſtus quoq; committitur inter collaterales ex fornicatione procreatos, p.2.q.73.n.70.72.73. Sent. Scab.Lipſenſ.n.74.

Inceſtus committitur etiam inter conſanguineos per matrimonii conſummationem, p.2.q.73.n.89.90.91.Reſp.Scab.Lipſ.n.92.

Inceſtus etiam inter affines committitur, p.2.q.74.n.1.

Inceſtus inter affines quando & quomodo committatur, p.2.q.74.n.4.7.

Inceſtus in tertio genere affinitatis non committitur, p.2.q.74.n.55.Sent.Scab.Lipſ.n.56.

in Inceſtus crimine an excuſet affines conjunctio ex alterutro tantummodo latere, p.2.q.74.n.57.58. Sent.Scab. Lipſ.n.59.

Inceſtus num committatur inter affines, ex fornicatione procreatos, p.2.q.74.n.60.61.62.65. Reſp. Scab.Lipſ.64.66.

Inceſtus num & inter affines committatur ſub colore matrimonii, p.2.q.74.n.87.88.89. Sent.Scab. Lipſ.n.90.91.

Inceſtus quanto temporis ſpatio præſcribatur, p.2.q.74.n.99.100.Sent.Scab.Lipſ.n.101.102.

INCESTVS POENA.

Inceſtus ſolummodo de Iure civili aut Divino prohibitus, pœnâ virgarum coercetur, p.2.q.73.n.31.

De Inceſtus pœnâ DD.non conveniũt, p.2.q.72.n.3

Inceſtus pœna num eadem ſit, quæ adulterii? ib.n.4.5.6.8.9.10.Sent.Scabin.Lipſ.n.13.

Inceſtus cum adulterio commiſſus de Iure Communi non punitur ultimo ſupplicio, p.2.q.72.n.17.18.

Inceſtus inter aſcendentes & deſcendentes commiſſi ſupplicium eſt gladii pœna. ibid.n.21.22.23 24. etiam in fæminis inceſtuoſis, n.25.26.27. Eadem quoq; pæna obtinet in Avo & Avia, nec non nepote & nepte, n.31.32.

Inceſtus inter parentes & liberos naturales commiſſus mortis pænâ vindicatur, p.2.q.72.n.34.35.37. Reſp.Scab.Lipſenſ. n.38.

Inceſtus pæna non eſt mitiganda licet mater aut filia antea quoq; vixerit more meretricio, p.2.q.72.n.43.44.45.Reſp.Scabin.Lipſ.n.46.

Inceſtus pæna ob minorennitatem, ignorantiam, aliasve cauſas probabiles mitigari poteſt, p.2.q.72.n.47.48.Reſp.Scab.Lipſ.n 50.

In crimine Inceſtus ad mortis pænam deveniendum non eſt, priuſquam de confeſſione utriuſq; Rei conſtet, ibid.n.51.Sent.Scab.Lipſ.n.53.

Inceſtus pæna an locum habeat in eo, qui nutricem ſuam carnaliter cognovit? ibid.n.54.55.

Item in eo, qui carnaliter cognovit puellam, quam ex ſacro baptiſmate levavit? n.57.58.S.S.L.n.59

Inceſtus pæna inter collaterales non eſt ultimum ſupplicium, p.2.q.73.n.1. ſicuti nec in foro Saxon. hodie inceſtuoſi collaterales morte puniuntur, ibid.n.2. Pæna huius criminis uniformis non eſt, ibid.n.3.

Quæ ſit pæna Inceſtus commiſſi inter Collaterales in ſecundo gradu lineæ inæqualis conjunctos, p.2.q.73.n.17.18.19.24.25.26.27.28. Sent.S.L.n.23.

Inceſtuoſi Conſobrini quomodo puniendi ſint? p.2.q.73.n.29.30.31.33.34.Sent.Scab.Lipſ.n 35.

Inceſtuoſorum Collateralium in tertio gradu lineæ inæqualis pæna, ibid.n.37.38.39.40.41.42.

Inceſtus cum fratrum aut ſororum nepotibus commiſſus perpetuâ relegatione punitur, ibid.n.43.44.45.46.Sent.Scab. Lipſ.n.47.

Inceſtus commiſſi cum Avi, fratrum aut ſororum liberis pæna, p.2.q.73.n.48.49.51.53. Hic Inceſtus quare mitius puniatur, ibid.n.50. Obſerv.Scab. Lipſ.n.52. quandoq; hoc caſu pœna exaſperari ſolet.n.54.Reſp. Scab.Lipſ.n.55.

Inceſtus cum proavi, proaviaq; fratribus aut ſororibus commiſſi pœna, p.2.q.73.n.56.57.58.59.Sent. Scab.Lipſenſ.n.60.

in Inceſtus crimine puniẽdo parum intereſt, an Collaterales ex utroq;, an ex uno ſaltem latere ſint conjuncti, ib.n.61.uſq; ad n.68.S.S.L.67.69.

Inceſtus commiſſi unâ cum adulterio in linea Collaterali pœna, p.2.q.73.n.75.76.77.80.S.S.L.n.81. Fœminæ ſoluta conſanguineo marito ſe proſtituentis pœna, n.82.83.85.86.87.S.S.L.n.88.

Inceſtus pœnam judex ex cauſa juſta poteſt mitigare p.2.q.73 n.93.94. quænam cauſa ſit ſufficiens ad mitigationem, & quid de ignorantia habendum, ibid.n.95.Sent.Scabin.Lipſenſ.n.96.

Inceſtus inter Affines commiſſus morte non punitur, p.2.q.74.n.2.

Inceſtus Affiniũ diverſimodè punitur, p.2.q.74.n.8.

Quæ ſit pœna Inceſtus commiſſi inter Affines aſcendentes vel deſcendentes, ibid.n.9.10,11.12.13. Sent.Scabin.Lipſ.n.14.

Inceſtus inter Avum & neptem, &c. quomodo puniatur? ibid.n.15.17.Sent.Scab.Lipſ.n.18.

Inceſtuoſorum Affinium in gradu primo lineæ æqualis pœna, p.2.q.74.n.19.20.21.Sent.S.Lipſ.n.22.

Inceſtus cum fratris vidua num committatur, & quomodo puniatur? ib.n.23.24.25.26.27.Sent. Scabin. Lipſ.n 31.

Inceſtuoſorum Affinium in gradu ſecundo lineæ inæqualis pœna, ibid.n.32.33.34.35.Sent. Scabin. Lipſ.n.36.37.

Inceſtuoſorũ Affinium in gradu ſecundo lineæ æqualis pœna, p.2.q.74.n.38.39.Sent.Scab.Lipſ.n.40

Inceſtuoſorum Affinium in gradu tertio lineæ inæqualis pœna, ibid.n.41.42.43.45. Sent.Scabin. Lipſ.n.44.46.

Inceſtus cum vitrici aut privigni viduâ cõmiſſi pœna, p.2.q.74.n.47.48.49.50.51.52. S.S.L.n.53.

Inceſtu inter affines conjuncto cum adulterio delinquentes pœnâ adulterij afficiuntur, p.2.q.74.n.67.68.Sent.Scab.Lipſenſ.n.69.

An ſimplici adulterio cum Inceſtu ab Affinibus commiſſo ad conjugis interceſſionem pœna ordinaria remitti debeat? p.2.q.74.n.70.71.72.73 quandoq; pœna exaſperatur hoc caſu, n.74.80.S.S.L.n.75.76.77.78.79.81. Quomodo puniri debeat fœmina ſoluta, affini marito ſui copiam faciens, ibid.n.82.83.84.85.Sent.Scab.Lipſ.n.86.

Inceſtus pœna num locum habeat in ſponſalibus, ſi copula carnalis non fuerit ſubſecuta, p.2.q.74.n.92.93.95.Sent.Scab.Lipſ.n.94.

Ignorantia quatenus excuſet affines in crimine inceſtus, p.2.q.74.n.96.97.Reſp.Scab.Lipſ.n.94.

INCONTINENTIA.

Incontinentiæ duæ ſunt ſpecies, p.1.q.61.62.

INCVLPATIO.

Inculpatio ſocij criminis quando indicium faciat ad torturam, p.3.q.108.n.57.& ſeq.

Inculpatio partis offenſæ non facit indicium ad torturam, p.3.q.111.n.27.& ſeqq. etiamſi accuſator cautionem indemnitatis præſtare velit, ib.n.29. ſicuti nec ſocij criminis, n.32.

INDICVS.

Indicæ mulieres non detrectârunt cõmunem rogum cum viris, ſed viva cum mortuis conſcendere, p.2 q.58.n.1.

INDICIVM.

Indicium definitur, p.3.q.120.n.6.

Indicium nomine generali dicitur argumentum, ib. n.7.

Indiciorum variæ traduntur diviſiones, ibid.n.8.

Indicia vel ſunt generalia & communia, vel ſpecialia, n.9.

Indicia communia vel ſunt veriſimilia vel certa, & quomodo inter ſe differant? ibid.n.10.& ſeqq.

Indicia propinqua & certa qualia ſint? p.3.q.121. n.1.

Indicia etiam propinqua arbitrio judicis prudentis judicanda relinqui debent, ibid.n.3.

inter Indicia propinqua ſeu certa & indicia remota ſeu veriſimilia diſtinguendum, p.3.q.123.n.40.

Indicia ſingulis criminibus peculiaria & ad torturam inferendam ſufficientia varia ac differentia ſunt, p.3.q.122 n.1.

Plura Indicia ad Torturam ſufficientia vel inſufficientia vid.inf.in vocab.Tortura.

Ex indiciis principalioribus de aliis quoq; judicandum eſt, p.3.q.122.n.85.

Indicia quænam ad capturam ſint ſufficientia, arbitrio judicis relinquendum eſt, p.3.q.111.n.22.& ſeqq.

Indicia probabilia ſufficiunt ad capturam, ib.n.25. & ſeqq.

Indicia quænam ſint legitima ad torturam judex debet arbitrari, p.3.q.123.n.27.30.

Indiciorum materia eſt arbitraria, ibid.n.29.

Indicia ſingula referre eſt impoſſibile, ibid.n.28.

Super Indiciis conſulendi ſunt JCti, ib.n.34.& ſeqq.

Indicium unicum num quandoq; ſufficiat, ib.n.37. & ſeqq.

Indicia regulariter duobus teſtibus probari debent, ibid.n.34.& ſeqq.

Indicia quibuſdam in caſibus per unicum teſtem probantur, ibid.n.50 & ſeqq.

Indicia plura concurrentia probari poſſunt per teſtes ſingulares, p.3 q.123.n.55.& ſeqq. modo certa obſerventur requiſita, ibid.n.58.

Indicia ſufficientia per contrariam probationem eligendi poſſunt, p.3 q.123.n.61.& ſeqq.

Indicium ex minis reſultans periculoſum eſt, p.2. q.121.n.51.

Indiciũ furti & rapinæ num oriatur adverſus eum, qui rem ſubtractam poſſidet, & titulum docere nequit, p.3.q.122.n.39.& ſeq. quando & quibus caſibus hoc indicium ſufficiens non ſit, ibid.n.44. & ſeqq.

Indicia quænam dicantur indubitata & adulteriũ probent, p.2.q.60.n.19.20.21.22.

Indicia probabilia & veriſimilia, ex quibus plerunq; Adulterium arguitur, non ſemper & ubiq; ad condemnationem Rei ſufficiunt, ſed ad torturam, p.2.q.60.n.23. quænam hæc ſint? n.24.25,26.27.

Ex Indiciis ſolis ad pœnam extraordinariam poteſt deveniri, p.2.q.60.n.36.60.

INDVLGENTIA.

Per Indulgentiam ac veniam uni datam ad prolapſionis contagium provocantur univerſi, p.3.q. 142.n.3.

INEBRIARI.

Vlricus de Nova domo, & Henricus Goriciæ Comes filios ſuos inebriari fecerunt, p.3.q.146.n.15.16.

INFAMIS.

Infami quando accuſare prohibeatur, p.3.q.104. n.36.

Infamis num fiat condemnatus, p.3.q.135.n.46.47. Reſp.Scab.Lipſ.n.48. quænam pœna & quando infament, n.49.

Num relegatio Infamet p.3.q.135.n.50 51.52.

Infamis non fit condemnatus ex culpa, ibid.n.55. Sent.Scab.Lipſ.n.56.

INFAMIA.

Infamia quamdiu duret? p.3.q.135.n.57.

Infamia ceſſat in levioribus pœnis, ibid.n.53. Sent. Scab.Lipſ.n.54.

INFANS.

Infans ex delicto non obligatur, nec pœnam incurrit, p.3 q.143.n.9.10.15.Sent.Scab.Lipſ.n.17.p.2. q.82.n.3.4.

Infans doli capax non eſt, ibid.n.12.13.14.

Infans in utero exiſtens verè homo dici nequit, p.1. q.24.n.24. ſed tantùm pro jam nato & homine habetur, d.n.24.

Si Infans in lecto ex incuriâ & negligentiâ parentum ſuffocetur, vel ſi parentes modum caſtigationis aliquo modo excedant, pœna arbitraria relegationis, vel carceris, vel etiam mulcta pecuniaria obtinet p.1.q.15.33. Sent.S.Lipſ.n 34.36.37.

Infans culpâ matris mortuus præſumitur, ſi mulier ſola remotis aliis mulieribus in puerperio laboravit, p.1.q.15.n.49.

Infantem mortuum ſe peperiſſe dicens mulier, hoc ſufficienter probare debet, aut ſi id probare nequit torturæ ſubjicienda, p.1.q.15.n.40.

Infans caſtigari ob delictum à parentibus poteſt, p.3. q.143.n.18. ſicuti & in carcere à Magiſtratu, n.19.Sent.Scab.Lipſ.n.20.

INFANTIA.

Infantiam vulgò dicunt durare uſq; ad ſeptimum annum incluſivè, p.3.q.143.n.6.9.

INFANTICIDIVM.

Infanticidii varia genera, p.1.q.9.n.46.uſq; ad n.62

Infanticidium an committatur per internecionem partus præmaturi, p.1.q.11.n.37.38.39.40.Sent. Scab.Lipſ.n.41.42.43.

Infanticidij indicium eſt, ſi virginis uterus intumeſcat, ac mox macra exiſtat p.3.q.122 n.19. modo certa accedant requiſita, ibid.n.20.& ſeqq.

Infanticidij pœna, p.1.q.9.n.3.4.

Adverſus Infanticidas horribilis apud Saxones quondam erat pœna, uſu recepta, p.3 q.128.n.28.

Infanticidij pœna an in ſpuriis locum habeat, p.1. q.9.n.5.6.Reſp Scab.Lipſ.n.8.

An in Inceſtuoſis liberis, ibid.n.11.15. Sent. Scabin. Lipſ.n.21.22.23.24.

Ampliationes, ibid.n.25.34.38.42.46.

Infanticidii pœna non habet locum in internecione privigni, generi, ibid.n.62.n.67.

Infanticidii pœna non habet reſpectum dignitatis aut conditionis, ibid.n.38.

Infanticidii pœna an habeat locum in abigente partum, p.1.q.11.n.12.16.uſq; ad n.25.

Infanticidii pœna an dictetur matri, infantem in cloacam mittenti p.1.q.11.n.34. Sent.S.L.n.35.

Infanticidii pœna an habeat locum in matre infantem in ſqualore mori ſinente, ibid.n.28.29. Sent. Scabin. Lipſenſ. n.31.32.33.

De Infanticidio quænam ſuſpiciones ream ſuſpectam reddant, p 3.q.122.n. 19.22.23.24.25.26. modo certa accedant requiſita, n.20.21.

In Infanticidij crimine an ſecundinæ probent corpus delicti, p.1.q.16.n.29. Sent.Scab.Lipſ.n.30.

Infanticidæ pro numero occiſorum infantum Ignitis forcipibus lacerantur, p.1.q.23.n.20.

Infanticida quoties ob delicti reiterationem ferro candenti iſtulandus, p.1.q.14 n.11.12. Sent. Scabinor.Lipſ.n. 14.15.16.

Infantulum ſuum necante meretrice quomodo impregnator puniri debeat, p.1 q.9.n.28, Sent.Scabin. Lipſ.n.29.30.31.

Infantis morti cauſam dans mulier puerperium occultando quâ pœnâ ſit plectenda? p. 1. q. 15.n.39. 40.42.43.48 Sent.Scab.Lipſ.n.44.45.46.47.

Infanticidij pœna an locum habeat in occiſore patre necante prolem ex publico ſcorto procreatam, p.1. q.9.n.9. Sent. Scab. Lipſ.n.10.

Infanticidij pœna an locum habeat in matre Infantulum necante, ibid.n 25.Sent S L.n.29.30.31.

In patre & matre ſimul infantem occidentibus, ibid.n.34.Sent. Scab. Lipſ.n.36.37.

In Nobilibus, ibid n.38. Sent. Scab. Lipſ.n.41.

In avo vel avia cæteriſq; aſcendentibus, ob infanticidium in nepotibus perpetratum, ib: n.42. Sent Scabin.Lipſ.n.45.

In parentibus occidentibus generum nurum vel privignum, ibid.n.62.63.65.67. Sent. Scab.Lipſ.n.68.69.70.

In conſcijs criminis Infanticidij, p.1.q.11.n.44 45.48.49.50. refertur opinio Scabinorum Lipſenſ. additis præiudicijs, n.51.52.53.

Infanticidium non doloſè commiſſum mitius puniri debet, p.1.q.11.n.56.

INGENIVM.

Ingenia liberalia verbis, doctrinis, ac præceptis excitantur, p.3.q 101.n.6.

INHABILIS.

Inhabilis quatenus à iudice ex officio ab accuſatione repelli poſſit ac debeat? p.3.q.104. n. 44. & ſeqq.

INIMICITIA.

Inimicitia quatenus impediat accuſationem, p 3.q. 104.n.30. & ſeqq.

Inimicitia capitalis quænam dicatur? p.3.q.120.n. 44. & ſeqq. quid de inimicitiâ reconciliatâ habendum, ibid n. 46.47.

Inimicitia capitalis qualefaciat indicium, ib: n.43.

Inimicitia capitalis ſola abſq; alijs adminiculis ſufficiens indicium ad torturam non facit, ib:n.48.

INIMICVS.

Inimico familiari nulla efficacior peſtis ad nocendum eſt, p. 1. q. 22.n.27.

INIVRIA.

Iniuria re & verbis infertur, p.3.q.99.n.1.

Iniuria realis quænam dicatur, & quam varijs modis committitur, p.2.q.99.n.2.3.4.5.

Iniuria realis geſtibus etiam inferri poteſt, ibid.n.6.

Iniuriæ reales quænam ad Iuriſdictionem inferiorem pertineant? p.2 q.99.n.14.

Quænam Iniuriæ reales ad Iuriſdictionem ſuperiorem referantur, ibid.n.19.26.

Iniuria verbalis ſcriptis quoq; inferri poteſt, p. 2. q. 98.n.1.

Iniuria ſcriptis illata facilè probari poteſt, ib: n.57.

Iniuriarum crimen eſt atrox crimen, p. 2. q.94.n.1.

Iniuria quibus modis committatur p.2 q.94.n.2.

Iniuria verbalis quænam dicatur? ibid. n. 3.

Injuria habetur atrocior, quæ Magiſtratibus ac Parentibus infertur, p.2 q.100.n.1.2.3. & ſeq. vid. plura in vocab Magiſtratus.

Ad Injurias reales refertur quoq; injuſta tortura & incarceratio, p.2.q.99.n. 69. 70.

Injuriæ mutuæ non compenſantur, p. 2. q. 97. n.42. 43.44.45. quando hoc fallat, n. 46. 47. Reſponſ. Scab. Lipſ.n.48.

Injuriam injuriâ retorquere licet, p. 2.q.97. n.22. 23. Retorſio debet fieri in continenti, n.25. & cum moderamine inculpatæ tutelæ, n.26.27.28. Sententent. Scabin. Lipſenſ.n.29.

Injuria quævis amicâ converſatione extinguitur, p. 2.q. 55.n.43.

Injuriarum remiſſio non præjudicat Magiſtratui, p. 2.q.97.n.53.Sent. Scab. Lipſ.n.54.

Injuria remiſſione extinguitur, p. 2.q.97.num.49. quod & verum eſt in remiſſione tacitâ, n. 50.51. Sentent.Scab. Lipſ.n. 52.

Iniuria in dubio animo iniuriandi factâ præſumitur, & quando hoc fallat, p.2 q. 97.n.2.3.4.

Iniuriã verbalẽ armis repellere non licet, ib.n.39.40

Iniuriandi animũ & dolum abfuiſſe quomodo probetur, p.2 q.97 n.5.6. iuramento Rei hac in re credendum eſt, n.7.8.9.10. Reſp.Scab Lipſ.n. 11.

Iniuriantẽ an convitijs laceſſitus honoris tuendi cauſa impunè occidere queat, p.1 q.30.n.68.69.71. Reſp.Scab.Lipſ.n.75. Quid iuris in iniurijs levioribus, n.76. S. S. Lipſ.n.77.78.79.80.81.82.

Si quis Iniurijs provocatus aliud crimen iniurianti obiiciat, uterq; de ſua iniuria agere poteſt, p.2.q. 97.n.26.

INJVRIARVM ACTIO.

Iniuriarum actio nec activè nec paſſivè in heredes tranſit, etiamſi mortuus illatas iniurias ignoraverit, p. 2.q.65.n.8.

Iniuriarum actio adverſus maledicentes non competit, p.2.q.97.n.80. pœnâ autem arbitrariâ tenẽtur, n.81. ſicuti proferẽtes verba obſcœna, n.82.

Pro Iniuriis realibus gravioribus non modo civiliter, ſed & criminaliter agi poteſt p.2.q 99.n.65.

In Actione iniuriarum criminali Reus contumax in bannum declarandus, p.2.q.95.n.81.

Pro Iniurijs vulnere illatis an certa pars VVergeldi actione civili à reo de iure Sax: exigatur? p.1 q. 34.n.40.41.

Pro Iniuriis ſcriptis actione Iniuriarum experiri licet, p.2.q.98 n.55.Sent.Scab.Lipſ.n.56.

Iniuriam revocans Iniuriarum non tenetur, p.1.q. 45.n.67.

Iniuriarum actio non ſemper ac indifferenter locum habet, p.2.q.96.n.1.

Actio Iniuriarum datur etiam adverſus univerſitatem, p. 2. q. 96 n.16. ſicuti & univerſitati adverſus iniuriantem agere licet, ibid. n. 17. Sent. Scabin.Lipſ.n. 18.

Iniuriarum actio quando heredibus, & num adverſus heredes competat, p. 2. q. 96.n.24.25.26.28. Sent. Scab. Lipſ.n.27.30.32.

Iniuriæ verbales varijs modis evomuntur, pro quibus omnibus locus eſt actioni Iniuriarum, p. 2.q.96. n.33. uſq; ad n.41.

Num Iniuriarum actione teneatur, qui ſe coniugem alterius, vel virginem, aut viduam carnaliter cognoviſſe gloriatur, p.2.q.96.n.42.43.44.45.46. Sent.Scab.Lipſ.n.47.48.49.

An & quando fœmina, maritos aut iuvenes de adulterio vel ſtupro inculpantes, actione iniuriarũ conveniri queant, p.2.q.96.n.50. Sent.S.Lipſ.n.51.52. niſi hæc diffamatio vera ſit, & quomodo probanda, n.53.55.56. Reſp.Scab.Lipſ.n.54.57. aut niſi ex certis indiciis iuramentum purgationis inculpato fuerit impoſitum, n.58. Sent.Scab.Lipſ.nu.59.60. præſtito iuramento purgationis quando fœnina diffamatrix teneatur pœnâ adulterij, n.61.62.63.65. Sent.Scab.Lipſ.n.64.66.

Iniurias dictas ab alio propalans num Actione Iniuriarum conveniri queat, p.2.q.96.n.67.68.69.70. Sent.Scab.Lipſ.n.71.72.

Iniuriarum actio non competit, niſi adſit dolus & animus Iniuriandi, p.2.q.97.n.1.

Actione Iniuriarum reus conventus in Curia Elect: Sax: à Palinodia ſe liberare poteſt, ſi ſpontè profiteatur, ſe de actore non niſi bonum atq; honeſtum ſcire ac loqui poſſe p.2.q.97.n.12.13. idemq; obtinet in alijs iudicijs inferioribus, ibid:n.14.15. certæ ponuntur limitationes, n.16.17.18. Sent.Scab.Lipſ.n.19.20.21.

Iniuriarum actio ad Palinodiam an ſit criminalis, an verò civilis, p.2.q.94.n.50. uſq; ad 63. Reſp. Scab.Lipſ.n.64.

Adverſus Iniuriantem quomodo per modum inquiſitionis ſit procedendum, p.2.q.96.n.2.3.4.5.8.9. Sent. Scab.Lipſ.n.6.7.10.

Iniuriantes omnes Indifferenter ad Palinodiam conveniri poſſunt, p.2.q.96.n.11.

A Palinodia Nobilitas non excuſat, ibid.n.12.13.14. Obſervan. Scabin. Lipſ.n.15.

Iniuriantem quando ebrietas excuſat, ibid. nu.21. Sent.Scab.Lipſ.n.23.

Iniuriantem veritas convitij non excuſat, p.2.q.96 n.73.74. Reſp. Scab. Lipſ.n.75. Niſi reip: expediat convitium manifeſtari, nu.76.77.78.79. Reſp.Scab.Lipſ.n.80.

An locus & tempus Iniuriæ illatæ in libello exprimi debeat? p.2.q.95.n.35. Reſp.Scab.Lipſ.n.35. num & dies iniuriæ illatæ, n.36.38. Reſp.S.L.n.38.39.

Cauſa principali nondum finitâ Actio Iniuriarum ex ea dependens ventilari non debet. p.2.q.95.n.40.41.42.44. S.S.L.n.43. quando & quibus caſibus hoc fallat, n.45.46. Reſp.Scab.Lipſ.n.47.

Iniuriarum actionem quatenus inquiſitio impediat, p.2.q.95.n.48. Reſp.Scab.Lipſ.n.49.

In Iniuriarum cauſis quatenus procurator admittatur, p.2.q.95.n.50.51.52.53. Quid iuris in foro Saxon:n.54.55.56.57.58. Sent.Scab. Lipſ.n.59.

Reus de fuga ſuſpectus num ſatisdare debeat in cauſa Iniuriarum in foro Saxon: p.2.q.95.n.60.61.62. Sent.Scab.Lipſ.n.63. cautio iuratoria quando admittatur, n.64. Reſp.Scab.Lipſ.n.65.

In Iniuriarum actione iuramenti delatio locum non habet, p.2.q.95. num.66.67.68.69.70.71.73. Sent.Scab.Lipſ.n.72.

Reo Iniuriarum civiliter aut criminaliter convento iuramentũ purgationis à iudice deferri poteſt, p.2.q.95.n.74.75.

In Actione Iniuriarũ quomodo adverſus reum abſẽtem & contumacem ſit procedendum, p.2.q.95.n.76.77.78.80.81.83. Obſ.Scab.Lipſ.n.79.82.

An & quando Magiſtratus Iniuriã ratione officij ſibi illatam ordine iuris omiſſo vindicare poſſit, p.2.q.95.n.84.85.86.87.88. Sent.Scab.Lipſ.n.89.

Iniuriatus, nolens vindicare Iniuriam ſibi illatam, haud periclitatur famâ, p.2.q.95.n.90.91.92.95.96. Sent.Scab. Lipſ.n.94.95.96.

Actionem Injuriarum tollit retorſio legitima. p.2.q.97.n.31.32.33.34. Rejicitur Sententia Henrici Nebelkraens/ n.35.36. Sent.Scab.Lipſ.n.37.38.

Injuriarũ actio remiſſione extinguitur, p.2.q.97.n.49. Sent.Scab.Lipſ.n.52.

Actioni Injuriarum quanto temporis ſpatio præſcribatur, p.2.q.97.n.55. In foro Saxon:n.56.57.58. p.3.q.141.n.58.59.

In actione injuriarum annus non intelligitur Saxonicus. p.2.q.97.n.59.

Annus hic eſt utilis, & non niſi à tempore ſcientiæ currere incipit, ibid.n.60.61.

Quid juris, ſi actor, reo ab inſtantiâ abſoluto, denuo non agat intra ſpatium annale, p.2.q.97.n.62.63.64.65.

Actio Injuriarum per ſolam litis conteſtationem perpetuatur, p.2.q.97.n.65. Sent.Scab.Lipſ.n.66.

Actio injuriarum ceſſat, quando injuriatus agit ex Lege Diffamari, p.2.q.97.n.67.68.69. Coram quo judice actio Principalis hoc caſu inſtituenda eſt? ibid.n.70. Obſerv. Scab. Lipſ.n.71.

INJURIARUM ÆSTIMATIO.

Injuriato liberum eſt, an ad recantationem agere, an verò injuriam ſibi illatam Æſtimare, & Æſtimationem petere velit? p.2.q.95.n.1.

An Injuriatus in foro Sax: ad Æſtimationem Injuriarum agere queat? p.2.q.95.n.2.3.4. Sentent. Scab.Lipſ.n.5.

Injuriatus in libello certam quantitatem exprimere debet, ſalvâ tamen taxatione iudicis, ib:n.6.7.

Iniuriato in foro Saxon: liberum eſt vel abſq; iuramento iniurias ſibi illatas certâ pecuniæ ſummâ Æſtimare eamq; petere, vel ad iurandum ſeſe offerre p.2.q.95.n.8.9. Sent.Scab.Lipſ.n.10.11.

Num in Æſtimatione iniuriarum iuramento actoris commiſſâ, moderatio iudicis præcedere debeat? p.2.q.95.n.12.13.14.15.19. S.S.Lipſ.n.16.17.

Iniuriantem iudex non modo in ſummam taxatam & iuratam condemnare, ſed & reus eandem præcisè ſolvere debet in tantum, ut ſi ſolvendo non ſit, in corpore puniri poſſit, p.2.q.95.n.18.

in Iniuriarum Æſtimatione an iuramentum minorationis locum habeat? p.2.q.95.num.21.22. Sent.Scab.Lipſ.n.23.

Licet actor Iniuriam ſibi illatatam Æſtimet, nihilominus iudex iniurias vindicare poteſt, ibid.n.24. ad fuſtigationem autem hoc caſu neutiquam pervenire poteſt, ibid.n.25.

An actor ad Æſtimationem Iniuriarum ac inſimul ad pœnam civilem agere poſſit, p.2.q.95.n.26.27.30. Reſp.Scab.Lipſ.n.28.29.

Quod iuris in recantatione, idem in Æſtimatione Iniuriarum obtinet, p.2.q.95.n.26.

Vulgo actionem qua Iniuriam pecuniâ Æſtimant, eine Bürgerliche Injurien Klage/ illam verò, quæ ad Palinodiam & pœnam Cõſtitutionis Electoralis tendit, eine peinliche Injurien Klage/ appellitare ſolent, ibid.n.30.

An actor palinodiam cum Æſtimatione Iniuriarũ in libello cumulare queat, p.2.q.95.n.31. S.S.L. n.32. Obſervantia in Camera Imp:n.33. O.S.L.n.34.

INJURIARUM POENA.

Ob Injurias verbales duplex Pœna imponitur, p.1. q.34.n.23.

Injuriarum verbalium pæna, p.2.q.94.n.4.5.

Injuriæ verbales quo modo puniantur in foro Sax: p.2.q.94.n.6.7.8.9.10.11.12.

Injuriarum revocatio intereſſe partis offenſæ concernit, p.2. q.94.n.1314.15.17.

Injuriarum revocatio ſive Palinodia quomodo præſtetur, p.2.q.94.n.18.19.20.

Quomodo procedendum ſit adverſus reum contumacem, recantationem præſtare nolentem, ſi præſens ſit, p.2.q.94.n.21.24.25. Sent.Scab.Lipſ.n. 22.23.26. Quid ſi reus fugitivus & abſens, n.27. 28.30.Sent. Scab. Lipſ.n.29.31.

Injurianti quænam pœna ſit imponenda? p.2.q.94. n.32.33.35.36.38.42.44. Sent. Scab. Lipſ.n.37. 39.40.41.43.45.

Ob Injuriarũ atrocitatem an judici liceat mortis pænam irrogare reo, p.2.q.94.n.46.47.48.Obſervat.Scab.Lipſ.n.49.

Iniuriæ reales quâ pœnâ vindicentur, p.2.q.99.n.7.

Injuriæ reales in foro Saxon: quomodo puniantur, p.2.q.99.n.8.9.10.11. Diſpoſitio iuris Saxon: hoc caſu eſt abrogata, n.12.13.

Iniuriæ leviores quâ pœnâ coerceantur, p.2.q.99.n. 15.16.17.18.

Iniuriam quam ratione officij publ: patitur Magiſtratus, propriâ authoritate punire rectè poteſt, p.3.q.104.n.67.

Famoſi libelli pœna ceſſat in Iniuria ſcriptâ, p.1.q.98 n.50.54.

Iniuriarum condemnatus an & quando in terris Elect: Sax: fiat infamis? p.2 q.94.n.68.69.70.71. 73.74.75.77.78.79.80.82.83.84.85.87.88. 89.90.Sent.Scab. Lipſ.n.72.76.81.86.91.

INNOCENTIA.

An pater filij, frater fratris, aliæq; coniunctæ perſonæ Rei conſanguinei ſui Innocentiam deducere valeant? p.3.q.115.n.6.7.8.9.10. S. S. Lipſ. n.11.12.

An Inquiſitus Innocentiam ſuam probare volens admittendus ſit, antequam ad Articulos Inquiſitionales reſponderit, p.3.q.115.n.23.24.25.26.27. Sent. Scab. Lipſ.n.28.29.

Num Reus delictum iam confeſſus ad probationem Innocentiæ ſit admittendus? ibid.n.30.31.32.33. Sent. Scab. Lipſ.n.34.

Num inquiſitus ad deductionem Innocentiæ ſemel admiſſus, ſi nihil probaverit, ſecundâ ac tertiâ vice denuò audiri debeat? p.3.q.115.n.35.36.37. Sent.Scab. Lipſ.n.38.

pro Innocentiâ obtinendâ quidnam reus probare debeat, p.3.q.115.n.39.40. In genere quænam argumenta ad probandam Innocentiam ſint ſufficientia, n.41. In ſpecie, ex quibus cauſis cuiusq; criminis pœna ſit remittenda, demonſtratur remiſſivè, ibid.n.42. usq; ad n.66.

in Innocentiæ deductione quomodo ritè ſit procedendum, p.3.q.115.n.67.68. modus procedendi in foro Saxon: n.60.70.71.

in Innocentiæ probatione ſummariè procedendum eſt, ibid.n.72.73.

Innocentia coniecturis & præſumptionibus quandoq; probatur, p.3.q.115.n.78.

in Innocentiæ probatione teſtibus ſolummodò iuratis creditur, ibid.n.79.80.81.82.

pro Innocentia probanda ſufficiunt etiam probationes imperfectæ & fictæ, p.1.q.33.n.47.

Teſtes ſuper Inquiſitionales articulos examinati, & ad probationem Innocentiæ producti denuò jurare debent, p.3.q.115.n.83. Sent. Scab. Lipſ.n.84.

ad Innocentiam probandã quodnam temporis ſpatium concedendum ſit Inquiſito, ib. n.85.86.87.

ad Innocentiam inquiſiti deducendam num Advocatus intervenire queat? p.3.q.115.n.88.89.90. 91. Sent.Scabin.Lipſ.n.92. non omnes Advocati indifferenter ſunt admittendi, ibid.n.93.

INQUIRERE.

Inquirere judex deficiente accuſatore tenetur, p.3. q.107.n.2.3.4. & negligens inquirere ipſemet ſe crimine non levi obſtringit, n.3.

Inquirere Magiſtratus inferiores abſq; conſilio Scabinorum haud debent, p.3.q.107.n.21.S.S.L.n.33.

Inquirens judex de crimine adulterij fungitur partibus accuſatoris, p.2.q.59.n.34.p.3.q.141.n.22.

Inquirit Magiſtratus ex officio noſtris in terris, p.3. q.104.n.7.p.1.q.34.n.77.

Inquirere accuratè in delicta judici imcumbit, p.3. q.105.n.56.

Inquirenti Magiſtratui ex hereditate occiſi expenſæ litis debent reſtitui, p.1.q.34.n.90.S.S.L.n.91. 92.

INQUISITIO.

Inquiſitio de jure quoq; Civili licita eſt, p.3.q.103.n. 29.30.31.32.33.41.

Inquiſitio omni jure probata eſt, ibid. n.42.43.

Inquiſitio uſitatiſſima in Imperio Romano & foro Saxon: p.3.q.103.n.44.45.46.47.48.49.

Inquiſitio, deficiente accuſatore, à judice ratione officij eſt formanda, ib: n.52. Sent. Sc. Lipſ.n.54.55.

Inquiſitionis definitio, p.3.q.107.n.5.

Inquiſitionis diviſiones variæ traduntur, p.3 q.107. n.6.7.8.

Inquiſitio dividitur in generalem & ſpecialem, p.3. q.107.n.9.12.

Inquiſitio generalis quænam, ibid.n.10.

Inquiſitio generalis & ſpecialis quomodo differant? p.3.q.107.n.14.

Inquiſitio generalis ſuper quovis delicto formari poteſt, p.3.q.107.n.15.

Inquiſitio in quibus delictis locum habeat? p.3.q.107 n.16.18.19.22.23

Inquiſitio generalis in perveſtigatione perſonæ delinquentis quoq; conſiſtit, p.3.q.108.n.42.

Inquiſitio generalis, obſcura & incerta minimè valet, p.3.q.113.n.27.

Inquiſitio generalis abſq; reſpectu perſonarum ſuſcipi debet, p.3.q.108.n.63.

Inquiſitio loco accuſationis ſuccedit, p.2.q.59.n.30. p.3.q.141.n.21.

Inquiſitio ſemel capta excludit accuſationem, p.3.q. 107.n.53.56.

Inquiſitio ex conſuetudine generali pro remedio ordinario habetur, p.1.q.34.n.78.p.3.q.107.n.54.

Inquiſitio jam capta annon impediat ordinarium proceſſum? p.3.q.107.n.55.56. Sent.S.Lipſ.n.57.

Inquiſitio non niſi à judice competente formari debet, p.3.q.109.n.1.2.

Inquiſitio à quonam Magiſtratu poſſit formari? p.3. q.109.n.3.17.18.19.

Inquiſitio quomodo ritè formari debeat? p.3.q.107. n.66.67.68.

Inquiſitio ſpecialis quænam ſit? p.3.q.107.n.11.13.

Inquiſitio ſpecialis absq; indiciis legitimis cōtra certam aliquam perſonam neutiquam eſt ſuſcipienda p.3.q.108.n.43.44.45.46.
Inquiſitio ſpecialis in foro Saxon: tantùm in delictis majoribus locum ſibi vendicat, p.3.q.109.n.18. & ſcandaloſis, p.3.q.107.n.24 25.26.
Inquiſitio ab absq; diffamatione ſuſcipienda ſit? p.3.q.108.n.52.53.
Inquiſitionis abuſus, p.3.q.107.n.20.
Inquiſitionis effectus generalis eſt, ut de crimine & authore criminis conſtet, p.3.q.108.n.2.3.59.
ad Inquirendi effectum quomodo debeat conſtare de corpore delicti, ibid.n.10.11.12.13.14.
Inquiſitionis ſummaria acta num Iudex accuſatori petenti edere teneatur, p.3.q.108.n.66.67.
Inquiſitionis finis ultimus, p.3.q.107.n.24.
Inquiſitionis ſpecialis requiſita, p.3.q.107.n.23.
Inquiſitionis legitimè formandæ requiſitum eſt apparentia delicti, p.3 q.108.n.1.
Inquiſitionis legitimæ requiſitum eſt captura, p.3.q.111.n.1.
Inquiſitionis requiſita legitima referūtur, p.3.q.107 n.71.72.73.74.75.76.77 78.
per Inquiſitionis viam adverſus reum incarceratum regulariter proceditur, p.3 q.107.n 65.
Inquiſitione quando in delictis levioribus locus ſit, p.3.q 107.n.34 35.
Inquiſitioni atq; accuſationi ſpatio 20. annorum præſcribitur. p 3.q.141.n.18.19.20.21.22.Sent.Scab. Lipſ.n.23.
ad Inquiſitionem ſpecialem quænam indicia ſint legitima & ſufficientia p 3.q.108.n.47.48.49.50. 60 61.64.
ad Inquiſitionem diffamatio ſufficiens eſt indicium, p.3.q.108 n.51.
ad Inquiſitionem denunciatio facit indicium, non tamen fundat proceſſum ordinarium, p.3.q.108. n.54.Sent Scab.Lipſ n.55.
Inquiſitionem adverſus actorem fundat exceptio de crimine pub: p 3.q.108.n.56.
ad Inquiſitionem generalem absq; omni præſumptione non eſt procedendum, p 3 q.108.n.56.
Inquiſitionem propter injuſtam Iudex conveniri nequit, quando ex conſilio peritorum proceſſit, p.3. q.127 n.31.Reſp.Scab.Lipſ.n.32.
ad Inquiſitionem & coercitionem criminis an Iudex loci, in quo delinquens deprehenditur, ſit obſtrictus, p.3.q.110.n.72.73.74.75.Sent.S.Lipſ n.76.
per Inquiſitionem contra abſentem non proceditur, niſi in levioribus delictis, p.3 q.107.n.62.63.64.
per Inquiſitionem adverſus fugitivum procedendum, & quomodo, p.3 q.146.n.4.5.6.
absq; Inquiſitione generali quandoq; ad ſpecialem Inquiſitionem deveniri poteſt, p.3.q.108.n.68.
de Inquiſitione formanda reſcriptum Electorale verbotenus refertur, p 3.q.107.n.69.70.
ex Inquiſitione generali certioratur Iudex de corpore delicti, p 3.q.108 n.4.5.6.7. de corpore delicti diverſimodè conſtare dicitur, n.8.9.
ex Inquiſitione præmiſſa conſtare poteſt de vulneris lethalitate, p 1.q 26.n.14.
in Inquiſitione generali creditur etiam teſtibus non juratis. p.3 q.108.n 65.

INQVISITI EXAMEN.

Examen & interrogatio judicis de crimine cōmiſſo qualis eſſe debeat, p.3.q.113.n.15 ubi Iudex quatuor potiſſimum attendere debet, 1. ut interrogatio ſit articulata, n.16. De jure verò Sax: Inquiſitio haud parū quoad hoc differt à Proceſſu ordinario, n.18. 2. Pertinens, n.23. quæ duplici reſpectu ſic dici poteſt, d.n.23.27. 3. clara n.32.33. S.S.L. n.34.35. 4. Inquiſito proponatur, n.39 40.41.
Inquiſitus quare articulatim ſit examinandus, p.3. n.20.21.22.
Inquiſiti Examē pertinens eſſe debet, p.3.q.113.n.23.
Iudices non incipiant à ſpeciali Inquiſitione, ſed generalis Inquiſitio hanc præcedat, ibid.n.24.
Inquiſitus quando ſuper alio facto interrogari poſſit, p.3.q.113.n.25.26.
Examen hoc num debeat continere omnes delicti qualitates, ibid.n.27.31.
in Articulis Inquiſitionalibus factum certum eſt exprimendum, p.3.q.113.n.28.
in Articulis Inquiſitionalibus debet etiam exprimi locus ac tempus delicti commiſſi, p.3.q.113.n.29.
Inquiſitus interrogari non debet, an vulneratus ex vulnere deceſſerit, ibid.n.30.
Inquiſitionales Articuli debent eſſe clari, aperti & rotundi, p.3.q 113.n.32.33 Singulo articulo non niſi unicum interrogatorium eſt inſerendum, n. 33 Sent.Scab Lipſenſ.34.35. quatenus judici liceat interrogatoria repetere, n.36.
an Iudex ad eruendam veritatem ab Inquiſito ſimulationibus uti queat, p.3.q.113.n.37.38.
Examen inquiſiti debet fieri coram Iudicis & Scabinis, & quare, ibid.n.39 40.41.
Inquiſiti reſponſio jurata eſſe non debet, ibid.n.42.
num Iudex finito Examine novas poſitiones formare queat, p.3.q.113.n.43.44.
Reus delictū etiam confeſſus ſuper Articulis Inquiſitionalibus interrogari debet, p.3.q.113.n.45.46.
num Iudex reum examinans minas addere poſſit de torquendo eo, ſi verum fateri nolit, p.3.q.113. n.47.48.49.
An licet judici Examinatori promiſſione impunitatis ab inquiſito veritatē elicere, p 3.q.113.n.50.51.
Actuarius judicij quid in Inquiſiti reſponſionis conſignatione obſervare debeat, p.3.q.113.n.52.53.
Inquiſiti reſponſio qualis eſſe debeat, ibid.n.54.
Inquiſitus categoricè reſpondere debet, ibid.n.54.
an Inquiſitus ſi categoricè vel prorſus reſpondere nolit, torturæ ſubjiciendus, p.3.q.113.n.56.57. Obſerv.Scab.Lipſ.n.58.
Inquiſitus Reus, reſpondere nolens, quando pro confeſſo haberi debeat, ibid.n.59.Reſp.Scab.L.n.60.
Inquiſitus ipſemet reſpōdere tenetur, nec ejuſdē procurator admittitur, p.3.q.113.n.61.62.S S.L.n.63.
Inquiſiti reſponſio in ſcriptis non admittitur, p.3.q. 113.n.64.Reſp.Scab.Lipſ.n.65.
An & quare Examen Inquiſiti ſit requiſitum ſubſtantiale inquiſitionis legitimæ, p.3.q.113.n.6.11. 12.13.14.
Inquiſitus quandoq; cum ſocio criminis confrontatur, p.3.q.114.n.77. & ſeqq.
Inquiſito, innocentiam deducere volenti, copia actorum inquiſitionalium haudquaquam eſt danda, p.3.q.115.n.99.100.102.103. facultas tamen ipſi concedenda eſt inſpiciendi acta inquiſitionalia, ibid.n.101.Obſerv.Scab.Lipſ.n.104.

INQVISITORIVS PROCESSVS.

Inquiſitorius proceſſus quinam dicatur? p.3.q.107. n.1.p.3.q.103.n.18.19.20.22.

Inquiſitori⁹ Proceſſus nũ jure defendi queat, ib: n 22.
*Inquiſitorius Proceſſus abſq; multis circuitionibus ambagibus expediri debet, p.3.q.*114.*n.*10.
*Inquiſitorius Proceſſus cur dicatur Extraordinarius, p.3.q.*103.*n.*21.
Inquiſitorius proceſſus eſt remedium ordinarium, ib. (*n.*51.
*Inquiſitorius Proceſſus in foro hodiè maximoperè probatur, p.3.q.*139.*n.*19.
*Inquiſitorius Proceſſus quando dicitur ſummarius, p.3.q.*103.*n.*50.
*Inquiſitorius Proceſſus in jure Canonico eſt fundatus, p.3.q.*103.*n.*23.
*Inquiſitorius proceſſus quib. impugnatur argumenta referuntur, p.3.q.*103.*n.*24.26 27 28. *Reſpondetur ad contraria argumẽta. n.*36.37.38.39.40
*in Inquiſitorio Proceſſu loco appellationis admittitur, Inquiſiti defenſio, p.3.q.*139.*n.*, 7.38.39. *Obſerv. Scab. Lipſ. n.* 40.41.
in Inquiſitionis Proceſſu celeriter procedendum eſt, p.3.q 115.*n.*68.
*in Inquiſitorio Proceſſu crimen, quod inquiſitus diffitetur, cum omnibus qualitatibus ac circumſtantiis certis atq; diſtinctis articulis includendum, ac deſuper teſtes interrogandi ſunt, p.3.q.*114.*n.*8.
in Inquiſitorio Proceſſu circa probationem delicti quatuor potiſſimum attendendà. 1. *Formatio articulorum probatoriorum.* 2. *Qualitas teſtium,* 3. *eorundem depoſitio ſive atteſtatio, &* 4. *Depoſitionis annotatio, p.3.q.*114.*n.*7.
Quando ſufficiant articuli Inquiſitionales, ut opus non ſit formatione articulorum Probatorialium, ibid. n 9.10.11.12.
*An in Inquiſitorio Proceſſu factâ probatione novos articulos formare, novosq; teſtes producere liceat, p.3 q.*114.*n.*13.14.15.16.17.
An in inquiſitorio Proceſſu Inquiſiti interrogatoria ad articulos probatoriales ſint admittenda, ibid. n. 18.19.21.22.24.25. *Interrogatoria hæc vel generalia ſunt, vel ſpecialia, n.*19.20.
*in Proceſſu Inquiſitorio atteſtata teſtium diſputari non debent, p.3.q.*114.*n* 23.
in Inquiſitorium Proceſſum commutatur ordinarius Proceſſus, quando Reus torturæ ſubiici debet: p.3. q 107.*n.*58.59.60. *Sent. Scab. Lipſ. n.*61.
*Inquiſitorium Proceſſum Proceſſus Ordinarius in cauſis criminalibus excludit, p.3.q.*107.*n.*36, *uſque ad* 34. *Sent. Scab. Lipſ. n.*44.
*Inquiſitoriè procedendum eſt, quando accuſator deſiſtit ab accuſatione, p.3.q.*107.*n.*45.46.47.48. *Sent. Scab. Lipſ. n.* 49.50.51. *modo lis nondum fuerit conteſtata, n.*52. *Reſp. Scab. Lipſ. n.*52.
*Inquiſitoriè procedere judex, accuſatore non exiſtẽte adverſus Reum poteſt, p.3.q.*148 *n.*5.
*Inquiſitoriè hodie in loco deprehenſionis communiter proceditur, adverſus delinquentem, p.3.q.*110.*n.* 71.

INSANVS.

*Inſanus ac mente captus delinquens à pæna excuſatur, p.3.q.*145.*n.*2.

INSPECTIO CADAVERIS.

Inſpectio eſt actus judicialis, p. 1.*q.*26.*n.*31.
*Inſpectio cadaveris occiſi qualis eſſe debeat & quænam ſint ejus requiſita? ib: n.*30.31.32.33.43.46.
*Inſpectionis requiſita omitti nequeunt, ibid. n.*50.52 *Sent. Scab. Lipſ. n.*53.54.
Inſpectio Cadaveris occiſi neceſſariò præcedere debet & ſi non fuerit ritè peracta, & cadaver fuerit ſepultum, judex illud effodi facere debet, quò à Chirurgis inſpici queat, p. 1.*q.* 26.*n.*23.
*Inſpicere judex, ejusq; Aſſeſſores unà cum Actuario & Chirurgo uno ſeu pluribus, ſi habere queant, juratis, cadaver occiſi diligenter, & omnium vulnerum, ictuum & quæcunq; ſymptomata acceſſerint, quid viderint, animadverterint, conſignationem accuratam inſtituere debent, p.*1.*q.*26. *n.*29. *Sent. Scab. Lipſ. n.*32.

INSTRVMENTVM.

*Inſtrumento in incẽdio perdito an juramentum creditoris vel debitoris ſit admittendum, p.*1.*q.*39.*n.* 71. *Reſp. S. L. n.* 72.

INSVLTATVS.

*Inſultatus periculum, quo poteſt modo, ne mors ſtatim inferatur, advertere tenetur, p.*1.*q.*30.*n.*3.
*Ab aliquo Inſultatus aggreſſorem fugientem occidens quomodo puniendus, p.*1.*q.*30.*n.*43. *usq; ad n.*49 *Reſp. Scab. Lipſ. n.* 51.52.
*Num inſultatus ab aliquo aggreſſorem fugere teneatur? p.*1.*q.*30.*n.*53 *usq; ad n.*57. *adducitur exemplum Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti, num.* 58. *Quid de Nobilibus & militibus in hac quæſtione habendum: n.* 59.60.61.
*Inſultatus non fugiens licet fugâ ſibi conſulere poſſit, pænam tamen homicidii ordinariam non incurrit, n.*46. *Reſp. Scab. Lipſ. n.*67.
Inſultatus ſi durante conflictu aggreſſorem occidat, an pænâ aliquâ afficiendus, p. 1.*q.*31.*n.*22.23.24. 25. *Reſp. Scab. Lipſ. n.*26.
Quid ſi Inſultatus poſt breve temporis ſpatium effluxum aggreſſorem occidat, ibid. n. 27.28. *Sent. Scab, Lipſ. n.*33
*Quid ſi longo temporis ſpatio effluxo inſultatus aggreſſorem occidat, ibid. n.*34.35. *Sent. Scab, Lipſ. n.* 39. *& ſeqq.*
*Quæ ſit pæna occidentis aggreſſorem poſt rixam ſedatam, ibid. n.*45.46.47. *Sent. S. Lipſ. n.*48.49.
*Inſultato in vitæ periculo conſtituto, ſi id alio modo avertere nequeat, aggreſſorem necare permiſſum eſt, p.*1.*q.*30.*n.*1. *&* 55.

INTERCESSIO.

*Interceſſio fœminæ ſolutæ condemnatum in matrimonium petentis an ſit cauſa mitigationis pænæ, p.*3.*q.*149.*n.*49.51.52.53.54. *Sent. Scab. Lipſ. n.* 55.56.
*Interceſſio puellæ in crimine adulterii faciliùs liberat reum à pæna ordinaria, quàm in aliis delictis p.*3.*q.*149 *n.*57.58. *Quod & obtinet in fœminis, quas viri in matrimoniũ petunt, n.*59. *Sent Scabin. Lipſ. n.* 60.61.

INTERFICERE.

*Interfectus ab invaſo, ſe defendente, videtur occiſus à ſe ipſo, p.*1.*q.*28.*n.*9.
Reo de crimine confeſſo in carcere ſemetipſum Interficiente, num in cadaver ipſius ſæviendum? p. 1. *q.*2.*n.*36. *Sent. Scab. Lipſ. n.*39.40.

INTERROGATIO.

*Interrogatio judicis de crimine commiſſo qualis eſſe debeat? p.*3.*q.*113.*n.* 15. 1. *ſi articulata, n.* 16. 2. *pertinens, nu.* 23. *quæ duplici reſpectu ſic dici poteſt, n.*23.27. 3. *clara, n.*32.33. *Sent. Scab. Lipſ. n.*34.35. 4. *Inquiſito proponatur, n.*39.40.41.
*Interrogatio rei ſit brevis & compendioſa, p.*3.*q.*124 *n.*34. *& ſeqq.*
*Interrogatio debet fieri in tortura, p.*3.*q.*121.*n.*28.

Interrogatio in actu torturæ pertinens eſſe debet, p.3.q.124.n.51.

INTERROGATORIA.

Interrogatoria plura uni articulo non ſunt inferenda, p.3.q.124.n.32.& ſeqq.

Interrogatoria inquiſiti in Proceſſu inquiſitorio non admittuntur, p.3.q.114.n.18.21.22. Fallit, n.24.& ſeqq.

Interrogatoria vel ſunt generalia, vel ſpecialia, ibi. n.19.& ſeqq.

INVASUS.

Invaſus præſumitur vir bonus & probus, p.1.q.33.n.54.

Invaſus primum Ictum expectare non tenetur, p.1.q.29.n.57.

INVENTOR.

Inventor rei alienæ quando furtum committat, p.2.q.86.n.1.2.3.6.

Inventor rem inventam facere debet proclamari, p.2.q.86.n.5.

Inventor rei alienæ de jure Saxon: quidnam facere debeat? ibid n.7. Obſerv. Scab. Lipſ.n.8.

Inventor rei alienæ in foro Saxon non punitur ordinariâ furti pœnâ, & quare, ibid.n.9.10.

Inventoris occultantis rem alienam, pœna, ib: n.11.12.16.19.Sent.Scab.Lipſ.n.13.14.15.17.18.20.

Inventor theſauri in fundo alieno quantitatem ejus jurato indicare tenetur p.2.q.86.n.24. quin & torturæ ſubjicit poteſt, ut veram indicet quantitatem theſauri reperti, n.25.

Inventum in loco alieno theſaurum occultans quomodo puniatur, p.2.q.86.n.21.22. Reſp.Scab.L. n.23.

IRA.

Ira juſta ſicut neceſſaria eſt in homine ad pravitatis correctionem, ita quoq; in Deo, p.3.q.101.n.8.

Ira eſt duplex, p.1.q.6.n.16.

Ira an ſit cauſa mitigationis pœnæ, p.3.q.147.n.41.42.43.

Ira quatenus à pœna ordinaria excuſet, p.1.q.45.n.62.63.64.p.1.q.18.n.5.p.1.q.38.n.58.62.63.

Ira delinquentem à pœna ordinaria regulariter nō excuſat, p.3.q.147.n.44.45.46.47.48.49.54.55.Sent.Scab.Lipſenſ.n.50.51.52.53. Niſi delinquens juſta ex cauſa fuerit ad iram cōmotus, ibi. n.56.57.58.59.it: p.1.q.18.n.7 p.1.q.31.n.3.vel niſi tàm magna ſit ira, ut delinquens in totum à mente fuerit alienatus, p.3.q.147.nu.60. quam iram probare difficile eſt, n.61.

ex Iracundiæ calore delictum perpetratum regulariter debet mitius puniri, p.1.q.6.n.4.13. quomodo intelligendum, n.15.

Ira quænam veniam mereatur, p.1.q.6.n.15.16.

Ira commotus homo non eſt in plenitudine intellectus, p.1.q.6.n.6.

Ira delinquentem jus divinum à pœna homicidii non eximit, p.1.q.6.n.12.

Iram continere difficilius eſt quam miracula facere, p.1.q.6.n.5.

IRENARCHA.

Irenarchæ quænam ſint? p.3.q.104.n.5.

JOHANNES.

Iohannes XII. Pontifex tutus ex alterius Gynæceo domum ſe recipere non potuit, quin turpiter periret, qui turpiter vixerat, p.2.q.51.n.52.

ITER.

Itinerum obſeſſionis, der Verwegelagerung / quænam ſit pœna? p.1.q.40.n.36.Obſerv.Scab.Lipſ.n.37.

Qui juxta itinera publica in ſylvis aut agris ſe occultant eo animo, ut viatores occidant, licet nihil adhuc commiſſum, nec detrimentum fuerit illatum, in eos pœna gladij prodita eſt, p.1.q.35.n.28. Sent.Scab.Lipſ.n.28.

JUDÆUS.

Iudæus an in blaſphemiâ ordinariâ pœnâ puniatur? p.1.q.45.n.52.53.Reſp.Scab.Lipſ.n.55.

Iudæi in Republ: tolerandi? p.2.q.92.n.11.

Judæi fures an à pedibus ſuſpendantur? p.2.q.88.n.45.46.

Iudæo ſe baptiZari facienti, an pœna ſit remittenda? p.1.q.49.n.74.

Iudæos Ferdinandus Hiſpaniarum Rex An.1491. expulit, p.2.q.92.n.10.

JUDEX.

Iudex vir bonus & honeſtus appellatur, p.3.q.116.n.7.

Iudex ad quidnam ſit obligatus, p.3.q.133.n.10.

Iudex duos ſales adhibebit in decernenda tortura; nempe ſalem ſcientiæ, ne ſit inſipidus, & ſalem conſcientiæ, ne ſit Diabolicus, p.3.q.119.n.15.p.3.q.143.n.1.p.1.q.24.n.14.

Iudex ex officio pro Rei defenſione laborare & defectum partus ſupplere debet, p.3.q.141.n.[illegible]

Iudex regulariter exceptiones à Reo omiſſas ſupplere non debet, Regula hæc fallit in defenſione Rei, p.2.q.59.n.40.

Iudex nemini ſuum impertit officium, niſi imploratus, p.1.q.34.n.76.

Iudex irrequiſitus quando officium ſuum impertire teneatur, p.3.q.103.n.53.

Iudex ea, quæ publicam cauſam attingunt, ex officio ſupplere debet, p.2.q.59.n.40.p.3.q.141.n.39.

Iudex ſecundum Leges & Conſtitutiones debet judicare, p.1.q.24.n.1.

Judex competens quiſnam ſit in Comitiis Imperialibus, p.3.q.110.n.81.

Iudex in propria cauſa nemo eſſe poteſt, & quatenus hoc verum, p.3.q.104.n.69.70.71.

Iudex non practicus ad gubernandum inhabilis eſt, p.3.q.116.n.1.

Iudex reum legitimâ præſcriptione tutum condemnans decapitare debet, ſi ipſe eundem decapitari fecerit, p.3.q.141.n.7.

Iudex competens quando & quibus ex cauſis juriſdictionem ſuam exercere prohibeatur, p.3.q.110.n.77.1.ratione privilegii cujuſdam.2.cauſæ.3. Loci ſpecialiter exempti.4. Fori ab alio præventi d.n.77.80.

Iudex num ſuper delicto, adverſus ſe ipſum commiſſo cognoſcere queat, p.3.q.140.n.64.65.66.67.68.72.73.

Iudex alter requiſitus ſententiam, latam ab uno judice exequi tenetur, p.1.q.36.n.17.

Iudex neq; lege ſeverior, neq; clementior eſſe debet, p.1.q.24.n.12.

Iudex jurato promittit, ſe facturum & judicaturū ſecundum id quod ei viſum fuerit juſtius & melius, ibid.n.13.

Iudex ſuperior relegationem in mulctam pecuniariam poteſt convertere, p.3.q.109.n.44.

Iudex in delicto nondum perfectè conſummato arbitrium usq; ad mortem nonniſi ex cauſa urgētiſſimâ & lege expreſsè probatâ, extendere ſolet, p.1. q 17.n.30.

Judex in mitiorem partem inclinare, & ſemper mitior pœna eligi debet p.1.q.17.n.31.

Judicis arbitrium in pœnis arbitrariis imponendis quale eſſe debeat? p 3.q.133.n.4.5.6.7.9.10.11.

Judicis in arbitrio eſt facti quæſtio, at perſecutio pœnæ autoritati legis reſervatur, p.1.q.24.n.2.

Judicis falsò judicantis pœna, p.2.q.93.n.52.55.56.57.58.Sent.Scab.Lipſ.n.53.54.

Judicis decernentis incarceratio͞e injuſtam, pœna, p.3.q.111.n.67 68.69.70.71.72.73.76. Sent. Scab.Lipſ.n.74.75.77.

Judici incumbit arbitrium ſuum regulare & gubernare ſecundùm terminos & tramites juris ac æquitatis q.1.n.17.n.20.

Judici difficile eſt terminare aliquid, antequam termini quæſtionis intelligantur, p.3.q 106.n.10.

Judici ſuperiori incumbit onus alimentandi infantem expoſitum, p.3.q.109.n.45.

Cuinam Iudici, an ſuperiori an inferiori debeatur Enſis Evaginatus, p.3.q 109.n.52.53.54.

Judici ne quidem bonum finem ac juſta in cauſa munera acceptare licet, p.2.q.93.n.59.60, ſicuti nec eſculenta aut poculenta, n.61.

Judici pœnas ferè quasvis juſtâ ex causâ pro arbitrio exaſperare & aggravare permiſſum eſt, p.1. q.38.n.70.

Judice coram ordinario unus & alter mediati conveniendi & puniendi ſunt, p.1.q.35.n.19.

Judice coram incompetente inſtituta accuſatio ipſo jure nulla eſt, quando fallat, p.3 q.110.n.3.4.

Sub Iudice ſuſpecto litigare admodum grave eſt, p.3 q.104.n.65.quatenus verum, n.72.73.

Judices in pagis & oppidis quales hodie requirantur p.3.q.116.n.18.19.

Judices in criminalibus cauſis quales eſſe debeant, p.3.q.116.n.5 6.7 9.

Judices in criminali proceſſu non debent moram trahere, ibid.n.29.30.31.

Judices pleriq; ſunt nimis gratioſi & licentioſiores, p.3.q.116.n.13.14. quandoq; etiam avaritioſi, n.15.16.

Judices ſæpenumero uni quàm alteri parti ſunt æquiores, p.3.q.112.n.4.

Iudices quatenus ſimulationibus uti poſſint? p.3.q. 113.n.37.

Iudices in dubio conſulere debent peritos, p.3.q.123. n.67.

Iudex quando & quomodo poſſit interrogare reum de complicibus delicti, p.3 q.121.n.23.& ſeqq.

Iudex reum generaliter interrogare debet de complicibus delicti, non expreſſa certa perſona, ibid. n.29.

Iudicis arbitrium circa pœnas conſtituendas, p.1. q.7.n.33.36.p.1.q.14.n.2.3.4.p.1.q.24.n.2.4.11. 12.

Iudicis arbitrium quale eſſe debeat, in pœnis extraordinariis imponendis? p 3.q.33.n.4 & ſeqq.

Iudicis arbitrium ad mortem extendi poteſt, p.2. q.69.n.27.

Iudicis arbitrium juri & æquitati conforme eſſe debet, p.3.q.120.n.4 & ſeq.

IVDICARI.

Iudicandus nemo eſt, niſi vel confeſſus vel convictus fuerit, p.3.q.113.n.1.2.

Indicata ſemel judex quatenus mutare queat? p.2. q.61.n.66.67.

IVDICIVM.

Iudicia omnia hodie ſunt extraordinaria, p.1.q.25. n.1.

IVDICIVM BANNITORIVM.

De Iudicio Bannitorio vide ſupra Bannitorium judicium.

IVDICIVM CRIMINALE.

De Iudicio Criminali vide ſuprà Criminalis Cauſa ibid. Criminalis Proceſſus.

IVRAMENTVM.

Iuramentum creditoris vel debitoris an ſit admittendum, inſtrumento in incendio perdito, p.1.q. 39.n.71.Reſp.Scab.Lipſ.n.72.

Iuramento probari debent, quæ in animo latent, p.2 q.56.n.67.

Abſq; Iuramento teſtes examinati nihil probant, p.3.q.115.n.82.

Teſtis productus in probatione, in reprobatione reproductus denuo Iurare obſtringit, p.3.q.115. n.83.

Iuramenti relaxatio concedenda non eſt, quando nullum producit effectū p.3.q.127.n.54.& ſeqq.

IVRAMENTVM MINORAtionis.

Iuramentum minorennitatis num in æſtimatione injuriarum locum habeat? p.2.q.95.n.21.

Iuramentum minorationis non habet locum, niſi in vi expulſiva & ablativâ, p.2.q.99.n.48.

à Iuramento minutionis differt juramentum in litem, p.2.q.95.n.20.

IVRAMENTVM PVRGATIONIS.

Iuramentum purgationis ex præſumptionibus Reo eſt deferendum, p.3 q.116.n.58.60.

Iuramentum purgationis inductum eſt in odium maleficiorum, p.3.q.116 n.59.

Iuramento purgationis quando ſit locus, ibid.n.61. 62.Reſp.Scab.Lipſ.n.63.

Reus, cui Iuramentum purgationis fuit injunctum, num ad innocentiæ probationem debeat admitti, p.3.q.116.n.64. uſq; ad n.60. Sent.S.Lipſ.n.71.

Iuramentum purgatorium Reo non eſt imponendū, quando præſumptio adverſus ipſum militat, p.1. q.1.n.61.

Iuramentum purgationis Reo judex ex officio deferre ſolet, p.2.q.95.n.74.75.

Iuramentum purgationis quomodo differat à juramento judiciali, p.3.q.116.n.75.76.

Iuramentum purgationis detrectans Reus in gravioribus delictis torqueri debet, p.3.q.116.n.81. 82.Reſp Scabin.Lipſ.n.83.

Ad Iuramentum purgationis de non promiſſo matrimonio confeſſio ſolius ſtupri ſufficit, p.2.q.68. n.94.95.96. Sent.Scab.Lipſ.n 99.

Reus, adverſus quem præſumptiones militant, tam ſuper ſtupro, quàm ipſo matrimonio debet jurare, ibid.n.100.Sent Scabin.Lipſenſ.n.101.modo ſtuprata perſona ſit bona fama, n.102.

Per Iuramentū à matrimonio liberatus Reus à pœna ſtupri confeſſi exemtus non eſt, p.2.q.68.n.103.

Prius quam ad Iuramentum purgationis deſcendatur, præſumptione aliquâ aſſertio firmanda eſt, p.2.q.97.n.9.

Juramenti purgationis effectus quisnam? p.3.q.116.n.77.80.Obſerv.Scab.Lipſ.n.78.79.
Juramento purgationis alicui reo impoſito, exigi nequit juramentum calumniæ, p.3.q.116.n.72.
In deferendo juramento purgationis judex non facilis circumſpectus eſſe debet, p.2.q.97.n.10.
Jurisjurandi formula per Principem & eius Geniũ impia & execrabilis eſt, p.1.q.46.n.40.
Juramenti relaxatio concedenda non eſt, quando nullum producit effectum, p.3.q.127.n.54. Sent. Scabin. Lipſenſ.n.55

IVRISCONSVLTVS.

Jurisconſultus unus ſolum in criminalibus pœnam definire non debet, p.3.q.116.n.21.22.
Jurisconſulti officium in quo conſtat? p.3.q.101.n.3.
Jurisconſulti quomodo judicare debeant in cauſis criminalibus, p.3.q.116.n.37.& ſeqq.
Jurisconſultorũ conſilium in levioribus delictis præciſè non requiritur, ibid.n.27.& ſeq.

IVRISDICTIO.

Jurisdictio Eccleſiaſtica hodie ex tranſactoine Paſſavienſi ad Principes & Status Imperii redacta eſt, p.2.q.62.n.20.p.3.q.44.n.18.
Jurisdictio Pontificis Eccleſiaſtica ex tranſactione, Paſſavienſi apud Status Imperii proteſtantes eſt ſuſpenſa, p.2.n.19.
Jurisdictio Magiſtratuum hodierna non eſt judicãda ex jure Civili, p.3.q.109.n.4.5.6.7.8.9.
Jurisdictio omnis hodiernis Germaniæ moribus duplex eſt, criminalis & civilis, ſed variis nominibus indigitatur, p.3.q.109.n.10.11.
Jurisdictio hodie variè exercetur pro cujusq; loci conſuetudine p.3.q.109.n.12.13.14.
Jurisdictionis duæ ſolummodo habentur ſpecies in foro Sax. Alta & Baſſa Ober. vnd Niedergerichte/p.3.q.109 n.15.16.
Ad Juriſdictionem altam & baſſam quænam crimina pertineant? p.3 q.109.n.20.21.23.24. hac in re ad conſuetudinem cuiusq; fori recurrendum eſt, ibid n.22.
Quinam caſus ad Altam & Baſſam Iuriſdictionem pertineant in ditionibus Electoratus Saxon. p.3. q.109 n.25.usq; ad n.30.Sent.Scabin.Lipſ.n.31.32.33.34.35.36.37.
In caſu dubio, utrum ad Altam vel Baſſam juriſdictionem ſpectet, conſuetudo uniuſcujusq; loci probè eſt attendenda, ibid.n.38
Ad Jurisdictionem Altam omnia crimina capitalia pertinent, etiamſi mulcta pecuniaria ex cauſa quadam reo irrogetur, p.3 q.109.n.39.40. quo caſu mulcta pecuniaria debetur judici Superiori, n.41.
Ad Jurisdictionem Altam vel Baſſam quando coercitio ſtupri vel fornicationis ſpectet? p.3.q.109.n.46.47.49.Reſp Scab.Lipſ.n.49.50.51.
An Iudex Superior in criminalibus delinquentem in territorio, ubi alius habet Baſſam Iurisdictionem, eo irrequiſito prehendere & captivum ducere queat? p.3 q.109.n.84 Reſp.S.Lipſ.n.85.
Jurisdictionem ſuam Iudex exercere impeditur 1. ratione privilegii, p.3.q.110.n.78.79.80.81.82.83.84.85.86.87. 2. ratione cauſæ, n.88.89.90. 3. ratione loci ſpecialiter exempti, n.91.92.93.94.95.96. Reſp.Scab.Lipſ.n.97. 4. ratione fori ab alio præventi, n.98.99. niſi præventio fuerit fraudulenta, n.100.
Ad Iurisdictionem Altam pertinet crimen, quod relegatione punitur, p.3.q.109.n.55.56.57.58. ſicuti & impoſitio venditionis ac migrationis ex pago, n.59.Reſp. Scab. Lipſ.n.60.
Ad Iurisdictionem Baſſam an indifferenter omnes cauſæ civiles & pecuniæ ex negotio civili dependentes pertineant, p.3.q.109.n.86 an & actio de pauperie, n.87.Sent.Scab.Lipſ.n.88.
Factâ inveſtiturâ alicuius prædii cum jurisdictione non additâ voculâ Ober/vel Nieder/ an omnimoda Iurisdictio competat inveſtito? p.3.q.109.n.89.91.92.Sent.Scab.Lipſ.n.93.
An Dominis Feudi vaſallum in exercitio Iurisdictionis impedire, eoq; irrequiſito ſubditos ipſius citare queat, p.3.q.109.n.94.101.102.104.Sent.Scab.Lipſ.n.103.
Iuriſdictio in dubio privativè conceſſa intelligitur, p.3.q.109.n.95.96.97. Reſpondetur ad contraria, n.98.99.100.
Iuriſdictionis de fructibus hodie ſunt mulctæ, p.3 q.109.n.41 43.

IVRISDICTIONALIS.

Iuriſdictionalia ſigna à quonam Magiſtratu ſint erigenda? p.3.q.109.n.66.67.
Iuriſdictionalia ſigna Magiſtratus propriis ſumptibus erigere atq; collapſa reficere tenentur, ibid.n.68. Sent.Scab.Lipſ.n 69. it.p.3.q.138 n.52. Reſp.Scabin.Lipſ.n.53.

IVS CANONICVM.

Inter jus Canonicum & Divinum quoad permiſſionem matrimonii magna eſt diverſitas, p.1.q.13.n.33.
Ius Canonicum ſeu Pontificium Divinum non eſt, nec omnia, quæ in jure Canonico habentur, juri Divino conveniunt, neq; etiam jus iſtud immediatè autoritatem habet à Deo, ut Codex Biblicus, qui propriè & unicè jus Divinum appellatur, ibid.36.

IVS GENTIVM.

Quæ ex jure Gentium competunt, ſine injuriâ à Principe tolli poſſunt, p.2.q 84.n.4.
Ius Gentiũ licet Princeps in genere tollere nequeat, ex parte tamen eundem à jure Gentium recedere poſſe expeditum eſt, p.2 q.84.n.10.

IVS MVNICIPALE.

Iura Municipalia interpretationem declaratoriam & paſſivam & vocant, à jure communi accipiunt, p.1.q.20.n.27.
Iuris Municipalis verba in dubio etiam ad ſignificationem minus propriam redigere licet, ſaltem, quo in concordia cum jure communi jus municipale conſervetur, & non multùm ab eodem diſcrepet, p.1.q.1.q.20.n.37.
Iure Municipale quod correctum non eſt, id ſub diſpoſitione juris communis relinquitur, p.1.q.39.n.47.p.2.q.59.n.26.
Quod jure Municipali non eſt expreſſum, id ſub juris communis diſpoſitione relinquitur, p.2.q.56.n.84.

IVS SAXONICVM.

Ius Saxonicum tanquam Statutarium ſtrictè eſt accipiendum, quantum fieri poteſt; ne jus commune lædatur aut corrigatur, p.2.q.53.n.28.
Ius Saxonicum autoritatem non habet, in foro Sax. niſi quatenus hoc uſu, conſuetudine & obſervantiâ eſt receptum, p.1.q.20.n.38.p.1.q.27.n.65 p.1 q.34.num 6.p.1.q.38.n.14. Ius Saxon. præſcriptioni-

ptionibus ſemper diem addit, hoc eſt, ſex ſeptimanas, p.3.q.141.n.62. & ſeqq.

In caſibus jure Saxonico non expreſſis ad jus commune eſt recurrendum, p.1.q.42.n.25.

IVS STATVTARIVM.

Ius Statutarium ex jure communi debet explicari, p.2.q.65.n.36.

IVSTITIA.

Iuſtitia in præmiis & pœnis verſatur, p.3.q.101.n.4.5.6. rejicitur arcanum Bodinianum, ibid.n.7.

Iuſtitiæ diſtributivæ neglectio quid pariat, ibid.n.2.

Iuſtitiam facere pietatis eſt opus, non ſævitiæ, ib.n.7.

IVVENIS.

Iuvenes in capro ſibi advehi curantium fœminarum pœna, p.1.q.50.n.61.

K.

CVNRADVS KAVFFVNG.

CVnradi **Kauffungs** *plagiarii Ducum Saxon. Erneſti & Alberti, in quem Anno 1455 à Friderico Placido Electore gladii pœnâ animadverſum fuit, exemplum notiſſimum, p.2.q.83.n.90.*

KIPPERI.

Kipperi ceu fœneratores puniendi ſunt, p.2.q.92.n.39.40. Reſp.Scab.Lipſ.n.41.

Kirchenbuſſe.

Kirchenbuſſe/*Pœnitentia Eccleſiaſtica mitigat pœnam ſtupri, p.2.q.69.n.55. Obſ.Scab.Lipſ.n.56.*

Kugel.

Minæ adverſus certam aliquam perſonam prolatæ, veluti (**Ihr eine Kugel zu ſchencken/**) *pro diffidatione non habetur, p.1.q.37.n.21.68.69.*

L.

L A C.

LAc in mammis habens fœmina quatenus ſit gravata ad torturam, p.3.q.122.n.22.

LÆTICIA.

Læticia publica turbatur, dum facinoroſi publicè non puniuntur, p.3.q.101.n.7.

LAPIS.

Lapis ictu qui aliquem occidit, quomodo puniendus, p.1.q.3.n.46. & ſeqq.

LATRO.

Latro quinam propriè dicatur, p.1.q.7.n.28.29.

Latro potius eſt quàm homicida, qui ex propoſito aliquem occidit, p.1.q.7.n.5.

Latrones occidere impunè unicuiq; licet, p.1.q.23.n.2.

Latrones pœnâ rotæ affici jubet Conſtitutio Criminalis Carolina, p.1.q.19.n.19.

Latrones quomodo in Germania & terris Saxonicis puniantur? p.2.q.22.n.8.9. Reſp.S.Lipſ.n.10. Ratio exaſperationis ſupplicii in latrocinio, n.11.13. rejicitur ſententia Nicolai Reuſneri lib.1.deciſ.16.n.20. ibid.n.14.15.16.17.

Latrones trabæ illigati ad ſupplicii locum quandoq; raptantur, p.1.q.23.n.6.7. Sent.S.L.n.9.10.11.

Latrones quandoq; forcipibus candentibus aduruntur, p.1.q.23.n.12.13.14.16.

Latrones quoties ferro candenti ſint lacerandi, p.1.q.23.n.18.19.20.21.33. S.S.L.n.22.23.24.25.26.27. Quid ſi Latro unius ſpolii causâ plures homines occiderit, an propterea ferro candenti uſtulādus, ibid.n.28. Sent. Scab.Lipſ.n.29.30.31.32.

Latronum crura & brachia quandoq; franguntur, & poſtea collum aut cervix rotâ contunditur, p.1.q.23.n.63. Sent.S.Lipſ.n.64. quandoq; tabula, in quâ facinora Latronis notata ſunt rotæ affigitur, ibid.n.65.66.67. Sent.S.Lipſ.n.68.69.70.

Latronum pœna, ſi de reiteratione Latrocinij liquidò non conſtet, p.1.q.23.n.34.35. S.S.L.n.36.37.

Latrones quoties ferro candēti lacerandi, ſi cum latrocinio delicta æquè gravia concurrant, p.1.q.23.n.38.40. Sent.Scab. Lipſ.n.41.42.43. an pœnæ ignis addi queat uſtulatio ferri candentis, n.44. Sent.Scab.Lipſ.n.45.46. Quid ſi leviora crimina cum latrocinio concurrant, n.47. Reſp.Scab. Lipſ.n.49.50.51.

Latrones quoties ferro candenti uſtulandi, ſi latrocinium ſæpius fuerit reiteratum, p.1.q.23.n.52.53. Augmentum hoc pœnæ in terrorem eſt introductū, quò alij reddantur meliores, ibid n.54. Obſerv. Scabin. reſponſis eorundem probata, n.55.56.57. Quandoq; repetitio forcipum candentium arbitrio judicis committitur, ibid.n.58.59.60. Sent. Scab.Lipſ.n.61.62.

Latronum facta princeps remittere nequit, p.1.q.23.n.4.

Pro Latronibus famoſis Advocatus non admittitur, ibid.n.3.

Latronum pœna, p.1.q.7.n.6.

Latronum & graſſatorum pœnâ tenetur is, qui eos apprehendere potuit, attamen noluit, p.2.q.90.n.64. p.1.q.22.n.32.

LATROCINIVM.

Latrocinium quidnam proprie ſit? p.1.q.7.n.30.

Latrocinium quomodo definiatur, p.1.q.22.n.1.18.

Latrocinij vocabulum quandoq; generaliter ponitur, ibid.n.2. quomodo in ſpecie accipiatur, & à deprædatione differat, ibid.n.3.4.5.6.

Latrocinium multò gravius delictum eſt homicidio, p.1.q.22.n.7. quomodo ab eo differat, ibid.n.38.

Latrociniū in re minimâ perpetratur, p.1.q.19.n.41.

Latrocinium num quoq; in ædibus privatis committatur? p.1.q.22.n.19.20.21.22. S.S.L.n.23.25.

Latrocinium committunt veſpillones, ægrotos necantes & ſpoliantes, p.1.p.22.n.24. S.S.L.n.25.

Latrocinium committit, qui ſecum cohabitantem, dormientem vel coambulantem occidit & ſpoliat, p.1.q.22.n.26.28. Reſp.Scab.Lipſ.n.29.

Latrocinium eſt homicidium ob quodvis lucrum perpetratum, p.1.q.22.n.51.52.55.57.

in Latrocinij delicto multa ſpecialia reperiuntur, p.1.q.23.n.1. hactenus relata ſpecialia in crimine Latrocinii de conſuetudine non obſervantur, n.5.

Latrocinii pœnam incurrit, qui aliquem occidit eo fine, quo cum ipſius vidua matrimonium contrahat, p.1.q.22.n.53. Reſp.Scab.Lipſ.n.54.56.58.

Latrocinii pœnam incurrunt, qui mulieres prægnātes adoriuntur, & diſſecantes uteros fœtibus inde erutis manus abſcindunt, eaſq; cerâ cooperiunt & lychnos conficiunt, quibus in domo, ubi furari cōſtituerunt, accenſis dormientes ibidem è ſomno ſuſcitari non poſſe ajunt, quò tutiùs furari queant, p.1.q.22.n.59.60.61. Sent.Scab.Lipſ.n.62.

Latrocinii pœna an & quando teneatur, qui in furto ab aliqua deprehenſus eum occidit, p.1.q.22.n.63.67. Reſp.Scabin.Lipſ.n.64.65.66.68.

in Latrocinio auxilium præſtans vel ſtans in Excubiis, illudq; approbans quâ pœnâ teneatur? p.1.q.22.n.30.34. Sent.Scabin.Lipſenſ.n.36.37.

in Latrocinio conatus quomodo puniri debet? p.1.q.22.n.69.71.72.77.78.81. Examinatur opinio

Nicolai Reuſneri, divortium facientis à Scabinis Lipſenſibus, p 1.q.22.n.73.74.Sent.S.Lipſ.n.76.79.80.82. Quando in attẽtato Latrocinij pœna ordinaria rota locum habeat, ib.n.83.84.85.90.91.Sent.Scab.Lipſ.n.86.87.88.89.

Ex Latrocinio qui rem minimã lucratur, num pœnã latrocinii incurrat? p 1.q.22.n.39.Reſp.Sc.Lipſ. n.41.42.43.44.45.46.quid ſi Latro ex Latrocinio nihil lucretur, n.47. S.S.Lipſ.n.48.49.50.

LEGITIMATVS.

Legitimatus per ſubſequens matrimonium ſpurius pro legitimè nato habetur, p.2.q.69.n.54. Reſp. Scab.Lipſ.d.n.54.

Leibſtraffe.

Leibſtraffe/vocabulum dupliciter accipitur, p.3.q.102.n.54.

LENOCINIVM.

Lenocinium quidnam ſit? p.2.q.71.n.1.

Lenocinium non minus crimen eſt fornicatione, ibi. n.2.3.4.5.

Lenocinium ſimile, imò gravius reputatur adulterio, p.2 q.71.n.4.It.furto & latrocinio, n.10.

Leno non niſi ſemel Lenocinium exercens à pœna ordinaria non excuſatur, p 2 q.71.n.19.20.21.72.73. Scabin. Lipſenſ. n.22.74.

Lenocinii pœnæ in parentibus & conjugibus quænã? p.2 q.71.n.6.7.8.9.10.11.13.14.15. In foro Sax. proſtituentes liberos vel conjugem morte puniuntur, ibid.n 16.17. ampliationes & limitationes hujus pœnæ, n.18.

Lenocinii pœnam incurrit, qui uxorem aut filiam proſtitui ſciens ac quæſtus cauſa patitur, ac tacet, p.2.q.71.n.23.24.25.26.27.28. S.S.L.n.29.30.

Lenocinii à parentibus atq; conjugibus abſq; ſpe lucri alicujus commiſſi pœna, ibid.n.36.37.38. Reſp. Scab.Lipſ.n.39. Pœna parentum filios ſcortari permittentium, n.40.41.42.43.S.S.Lipſ.n.44.

Lenonem magis delinquere, quàm meretricem, p.2. q.71.n.3.

Quomodo puniantur nutrices, tutores, fratres, proſtituentes ſorores, pupillas, aliasve conſanguineas ibid.n.45.46.

Mitiganda eſt pœna in attentato Lenocinij, ibid.n. 47.quod & verum in foro Saxon n 49.

A pœnâ ordinariâ excuſatur, qui filiam aut uxorem quæſtus cauſa proſtituens nihil poſtea lucratur, p.3.q.71.n.50.51.52.Sent.Scab. Lipſ.n.53.

Pœna filiarum & uxorum, à parentibus & maritis ſeſe proſtitui patientium, p.2 q.71.n.54.55. quæ ſit pœna Lenocinii in extraneis perſonis, ib.n.56.57.58.59. In Imperio Romano Germanico quomodo puniantur Lenones proſtituentes perſonas extraneas, n.60. In foro Saxon. eſt pœna arbitraria, n.61.62.

Quomodo puniantur Lenones blanditiis ac promiſſionibus puellas allicientes, ibid.n.64.

Quid ſi Leno proſtituat meretricem vulgarem, an pœnâ teneatur ordinariâ, p.2.q.71.n.65.66.67.68.Sent.Scab.Lipſ.n.69.

Paupertas & inopia num Lenonem à pœna excuſet, ibid.n.70.Sent.Scab.Lipſ.n.71.

LEVTERATIO.

Leuteratio in proceſſu Inquiſitorio hodie non admittitur, p.3.q.139.n.28.29.Sent.Scabin.Lipſ.n.30.

Leuteratio in proceſſu criminali ordinario etiamnum hodie admittitur, p.3.q.139.n.31.32.33.Sent. Scab.Lipſ.n.34.non modo in definitivâ, ſed & in interlocutoriâ ſententiâ, n.35.36.

LEX.

Lex ſupplet ſemper id, quod deeſt in ſententia, p.3. q.142.n.58.

Sine Legis autoritate nil quicquam aſſeverandũ, p. 3.q.68.n.30.p.1.q.7.n.11.p.1.q.24.n.68.

Quod Lege non cavetur, in Practicâ non habetur, q.7.n.12.p.1.q.24.n.68.

Sine Lege loqui erubeſcimus, p.1.q.21.n.25.

Lege non diſtinguente noſtrum non eſt diſtinguere, p.1.q.38.n.65.

Legi ſcriptæ eſt parendum, licet ratio evidens dari nequeat, p.2.q.6.n.26.

Leges Moſaicæ forenſes nõ magis ad Chriſtianos pertinent, quã Solonis & Draconis p.2 q.77.n.30.31.

Leges Moſaicæ de pœnis capitalibus an ad LL judiciales & forenſes pertineant? p.5.q.101.n.25.30 31.32.

Lex Iulia de adulteriis quem habeat autorem? p.2. q.52.n.24.25.

Legis diffamari C.de ingen.manumiſſ.Proceſſus, p.2. q.97.n.69.70.& ſeqq.

Leges condendi poteſtas præcipuum caput eſt Majeſtatis, p.3.q.150.n.16.& ſeqq.

Leges tranſgrediendo irridere impune non licet, p.3 q.101 n.11.

LIBELLVS ACCVSATORIVS.

Libellus accuſatorius debet offerri in proceſſu criminali ordinario, p.3.q.106.n.3.4.

Libellus accuſatorius qualiter formari debeat, quæq; ejus ſint requiſita? p.3.q.106.n.5.6.7.8.10.11.12.14.

Libellus accuſatorius, ſi non omnia requiſita complectantur, rejicitur, ibid.n.9.

In Libello factum qualificatũ proponens ad utrumq; ſe aſtrinxiſſe cenſetur, puta ad factum & qualitatem facti p.2.q.33.n.5.

Libello accuſatorio clauſula vulgaris (omni meliori modo) adjecta quidnam efficiat? p.3.q.106.n.13.

In Libello accuſatorio indicia ſimul poni poſſunt ac debent, p.3 q.106.n.19.20.21.22.S.S.L.n.23.

in Libello accuſator indicia articulatè & diſtinctè debet referre, p.3.q.106.n.24. Sicuti & alternativè petere pœnam, vel torturam n.25.

in Libello accuſatorio indiciis omiſſis an accuſatori, delictum non probanti, detur regreſſus ad indicia & præſumptiones, p.3.q.106.n.26.27.28.29. Sent.Scab.Lipſ.n.30.

in Libello accuſatorio num dies & hora commiſſi delicti exprimi debeat? ibid.n 31.32.33. Expreſſio diei ac horæ quando eſt neceſſaria, n.34.35.

Abq; Libello accuſatorio quando accuſator poſſit experiri, p.3.q.106.n.36.37.38.

in Libello accuſatorio ſufficit in genere peti pœnam, licet genus pœnæ non exprimatur, ibid.n.15.16.

LIBELLVS ARTICVLATVS.

Libellus articulatus in foro Sax.rejicitur, p.3 q.113. n.18.19.

LIBELLVS FAMOSVS.

Libellus famoſus, vid.ſup.Famoſus libellus.

LIBERI.

Liberi naturales quoad naturale fœdus pro legitimis habentur, p.1.q.9.n.7.

Liberi & heredes noxiorum an & quando teneantur, p.3.q.131.n.2.

Libe-

Liberorum appellatione veniunt nepotes, & reliqui omnes deſcendentes, cujuscunqꝫ ſunt ſexus, p 1. q.9.n.43 p.2.q.74.n.16.

Liberorum appellatione veniunt etiam nepotes, ſicuti & patris ac matris nomine avus & avia comprehenduntur, p.2.q.72.n.33.

Liberorum adverſus parentes delinquentium pæna, p.2.q.100.n. 31.32.33.Sent.Scabin.Lipſ.n.34.

Liberi quomodo hodie puniendi ſint, parentibus impias manus inferentes, ibi:n. 35.36.37.38.39.44. Sent.Scab.Lipſ.n.40.uſqꝫ ad 46.

LIBIDO.

Libidinis ardorem intra debitos limites carcerare, eſt potiùs Philoſophicū, quàm muliebre aut juvenile opus, p.2.q.61.n 60.

LIBRA.

Libra continet 20.ſolidos, p.1.q.34.n.21.25.

LIS

Litis conteſtatio neceſſariò in proceſſu criminali ordinario requiritur, p.3.q.113.n.9.

Litem conteſtari reus debet, & qualis litis conteſtatio eſſe debeat, p.3.q.105 n.67.70.71.

Si Litem conteſtari reus recuſet, quomodo adverſus ipſum procedendum, ib n.72.73.74 S.S.L.n.75.

Litium criminaliū abuſus provenit ignorantiâ Proceſſus rerum criminalium, p.3.q.103.n.3.

Litium criminalium ingens eſt periculum, utpote in quibus non de tritico, aut oleo legato, ſed de hominū fortunâ, exiſtimatione & capite agitur, d n.3.

LITERÆ

Literas alienas reſignantes pænâ falſi tenentur, p.2. q.93.n.7. Sent.Scab.Lipſ.n.71.

LOCVS PVBLICVS.

In loco pub. an gefreyten Orth / percutientis aliquem quanam ſit pæna; p.1.q.40.n.30.31.32. Sent Scab.Lipſ.n.3. 34.35.

LOQVI.

Loquendi uſus quæ de ſe & ſui naturâ mala ac deteſtabilia ſunt, etiamſi totus mundus illâ conſuetudine uteretur, in iis ſimpliciter & in totum non excuſat, p.1.q.45.n.76.

LVCRVM.

Lucrum nomen generale eſt, & denotat omnem acceſſionem, p.1.q.19.n.37.p.1.q.22..n.52.

LVDOVICVS.

Ludovicus XII. Gallorum Rex adducitur, p.3.q.101. n.7.

LVDVS.

Ludi ſunt jure prohibiti, & quare, p.3.q.134.n.2.3. 4.6.7.

Ludi aliàs prohibiti quando permittantur, ib.n.33. 34.35.36.

Ludi num conſuetudine introduci poſſint, ibid.n.10. 11.12.

Ludi non omnes nec ſemper prohibiti ſunt, ibid.n.13. 14.15.16.

Ludi quinam ſint honeſti & liciti? p.3.q.134.n.28. 29.30.

Ludus Latrunculorum num ſit licitus? ibid.n.31.

Ludo perdita heres de Jure Saxon. ſolvere non tenetur, ibid.n.9.

De Luſo reus conventus neqꝫ reſpondere, neqꝫ judex aditus judicare cogitur, p.3.q.134.n.9.

In Ludo pecuniam perdens à lucrante poteſt eam condicere, ibid.n.23.24. quod tamen non obtinet in foro Saxon.n.25.

Ex ludis plurima alia crimina proveniunt, p.3.q. 134.n.5.

Ludos prohibitos exercentes puniuntur arbitrariè? p.3.q 134.n.17.18.19.20. Sent.S.Lipſ.n.21.22.

Luſori mutuo data pecunia repeti poteſt, p.3.q 134. n.27.

Lügen.

Auff eine Lügē gehöret ſich eine Maulſchelle/oder ein Dolch / theorica hæc vulgaris nec jure, nec ratione nititur, p.2.q 97.n.40.

LVPANARIA.

Lupanaria an in bene conſtituta Republ. ſint toleranda, p.2.q.70.n.13.14.

Lupanaria in tota Italia apertè proſtant, ibid.n.10.

Lupanaria pub. Pontifices Romani fovēt, ib.n.7.8.9.

LVTHERVS.

Adverſus Lutherum de ejus natalibus calumnia Pontificiorum, p.1.q.49 n.36.

M.

MAGI.

Magi & venefici ultimo ſupplicio puniendi ſunt, p.1.q.49.n.1. quonā gēere ſupplicii è medio ſint tollendi de Jure Civili, n.2.3.4.5 p.1.q.48.n.46.

Magi non omnes indifferenter pari pœnâ tenentur, p.1 q.50.n.1.2.

Magi & Sagæ pactum habent cum Diabolo, p.1. q.48.n.47.

Magorum facta referuntur, p.1.q.48 n 55.56.

Magorū pæna eſt hodie arbitraria, p.1.q.49.n.6. etiam juxta Sanctionē Carolinā & de Jure Sax. ib.n.7.8.9.10.11. circa pænarum irrogationem diſtinguendū eſt inter pactionē expreſſam & tacitam cum Diabolo initam, ib n.12. Pactionis expreſſæ pæna quanam, n.13.14.16.18.19.22. modus paciſcendi cum Dæmone, n.15. horribiliſſimū delictum ejus, qui Diabolo ſe mancipat, n.20.21.

Magi & Malefici, paciſcentes cum Dæmone, ſi nemini nocuerint, quomodo ſint puniendi, p.1.q.49 n.23.24.25. Reſp. Scab. Lipſ.n.26.

Magorum ſeu Maleficorum, abſqꝫ fœdere inito cum Dæmone, hominibus ac jumentis nocentiū pæna, p.1.q.50.n.3. 4. quid de jure Civili diſpoſitum de hiſce, ibid.n.5. Ex.Sanctione Carolina quomodo hi puniantur, n.6. nec non de jure Saxon. n.7.8. Obſerv. Scab. Lipſ.n.9.

Magorū in Cryſtallo cum Dæmone colloquia miſcentiū & converſantium pæna, p.1.q.50 n 37.38.47 quid de jure divino de hiſcē ſancitum, n.39. quid itidem de jure Civili, n 40. Sent.S.Lipſ.n.41. non refert, an Magi vera prædixerint, nec ne, n.42.

Per Magos an Diabolus futura prædicere queat, n. 43.44.45. Sententia Lutheri de hac re, n.46. Pari tenetur pænâ qui ope Diaboli ægrotos curare conantur, n.48.

Magos ac veneficos conſulere non licet, p.1.q.50.n. 62.63. pæna eorum, qui hoc faciunt, n.64. Sent. Scabin. Lipſenſ.n. 65.66.

An Magos pænitentia à pæna ordinariâ excuſet, p.1.q.49. n.71.72.73.76.77.78.Sent.S.L.n.79.

De Magis ſeu Veneficis ultimum ſupplicium ſumi, an juſtum, p.1.q.48..n.14. argumenta pro negativa ſententia, n.15.16.34.38. verior eſt ſententia affirmativa, 39.40. referuntur argumenta ſententiæ affirmativæ, n.40.43.46.47.48. refutatio contrariorum argumentorum, n.50.51.52.53.

Magis pænas capitales Ethnici decreverunt, p.1. q.48.n.43.44.45.

MAGIA.

Magia à Perſis primũ originẽ traxit, p.1.q.48.n.45.

MAGISTRATVS.

Magiſtratus nomine qui veniant, p.2.q.100.n.6.
Magiſtratus debet purgare territorium ſuum malis hominibus.p.2.q.91.n.63.64.
Magiſtratus politicus cuſtos eſt utriusq; tabulæ, p.1.q.44.n.13.
Magiſtratus num ſuper delicto adverſus ſe ipſum commiſſo cognoſcere queat? p.3.q.104.n.64.uſq; ad 73.
Magiſtratus nimia conniventia eſt flagitiorum illecebra, p.3.q.101.n.9.
Magiſtratus, qui maleficos pœnis non coercet, non tantùm non ferendus, ſed etiam lapidibus obruendus, d.n.9.
Magiſtratus ſuam dignitatem, quantũ fieri poteſt, illæſam conſervet, nec illo abutantur ſubditi, p.3.q.101.n.11.
Magiſtratus num ex poteſtate abſolutâ reis facinoroſis veniã dare, eoſq; à pœna abſolvere queat, in utramq; partẽ diſputatur, p.3..q.150.n.6.& ſeqq
Magiſtratus inferiores, merum Imperium habentes pœnam mortis Reis remittere nequeunt, p.3 q.150.n.59.& ſeqq. ſicuti nec commutare in pœnam civilem, ibid.n.56.& ſeq.
Magiſtratus inferiores merum Imperium habentes ſupplicium atrocius in mitiorem mortis pœnam convertere nequeunt, p.3.q.150.n.58.& ſeqq. etiã in foro Sax.ib.n.61.& ſeqq. niſi juſta ſubſit cauſa, n.60.& ſeqq. cujus dijudicatio Scabinis Electoralibus reſervatur.ibid.n.70.& ſeqq.
Magiſtratus inferiores, merum habentes Imperium fuſtigationem convertere poſſunt in pœnam civilem, p.3.q.150.n.75. etiam irrequiſitâ Scabin. Sententiâ, d.n.75.
Magiſtratus caveat, ne veniam pœnæ facilè concedat, p.3 q.150.n.79.& ſi pœnam fuſtigationis remittere velit, eam in relegationem convertere debet, ibid.n.81.82.
Magiſtratus inferior pœnas quoq; civiles remittere, & mitigare poteſt, p.2.q.150.n 85.& ſeqq.
Magiſtratus tenetur ſuppeditare ſumptus in cauſis criminalibus, quando reus ab hoc onere immunis indicatur, p.3.q.138.n.39.& ſeqq.
Magiſtratus habens, merum Imperium in Saxoniâ bona vacantia occupat, p 3.q.138 n.44.
Magiſtratus gravatur refuſione expenſarũ, etiamſi delictum alio in loco fuerit commiſſum, ib.n.49.
Magiſtratus quando tranſigere poſſit cum reo, p.3.q.148.n.15.
Magiſtratus inferior ſuper delicto cum reo tranſigere nequit, ibid.n.22.
Magiſtratui inferiori ꝑmiſſione impunitatis confeſſionẽ extorquere non licet, p.3.q.149.n.6.& ſeq.
Magiſtratus merum licet habeat Imperium, irrequiſito tamen ICtorum conſilio facinoroſis pœnam decernere nequit, p.3.q.116.n 3.4 8.24.25. & propter quas cauſas ei hujuſmodi facultas ſit adempta, ibid.n.11.12.17.23.
De hodiernâ Magiſtratuum poteſtate ex jure Civili haud judicandum eſt, p.3.q.109.n.5.6.7.8.9.
Quæ Magiſtratui ac parentibus infertur injuria habetur atrocior, p.2.q.100 n.1.2.3.
Magiſtratum ejuſve miniſtros vulnerantis quæ ſit pœna in foro Saxon.ibid.n.4.5.6.
Adverſus Magiſtratum tumultus excitati pœna, ib. n.7.8. quo caſu de autoribus tumultus conſtare debet, ibid.n.9. Obſ.Scab.Lipſ.n.10. Regulariter hoc caſu pœna relegationis ſolet irrogari, rariſſimè verò carceris pœna, ib.n.10.11.S.S.L.n.13.
Si Magiſtratũ vulnerans condemnetur ad pœnam corporalem ceſſat præſtatio impenſarum, p.2 q.100.n.14.15.16.17.Sent.Scab.Lipſ.n.18.
ob Injurias reales Magiſtratui illatas Reus mortis pœnâ affici poteſt, p.2.q.100.n.19.20.S.S.L.n.21.22.
Magiſtratui alapam impingens quomodo puniatur, p.2.q.100.n.23.Reſp.Scab.Lipſ.n.24.
Magiſtratibus & parentibus æqualis debetur honor, p.2.q.100.n.25.

MAIESTAS.

Majeſtas Principis quidnam ſit, & in quo conſiſtat, p.1.q.41.n.18.23.
Majeſtas impropriè pro externo ſplendore accipitur, ibid.n.19.
Majeſtas maximè conſiſtit in exercitio Regalium majorum, ibid.n.29.
Majeſtatis eſſentialia requiſita, p 1.q.41.n.24.25.26.28.
Majeſtatis jura Imperator abſq; conſenſu Statuum Imperij exercere nequit, p.1.q.41.n 81.
Majeſtatem ſummam Status Imperij unà cum Imperatore tenent, p.1.q.41.n.82. aſſertio Bernhardi Zieritz de hac re, n.83.
Majeſtatem Imperator Romanorũ habet, p.1.q.41.n.42. & tanquam ſtella matutina inter omnes Reges eminet, n.43.46.
Majeſtatẽ habẽt Reges Galliæ, Hiſpaniæ, Angliæ, Vngariæ, Daniæ, Sueciæ, Poloniæ, p.1.q.41.n.37. Hi Reges ſunt ſimiles Imperatori in Regnis ſuis.n.38.
Majeſtatem Regalia ſequuntur, ut umbra corpus, p.1 q.41.n.30.
Sive quis Dictator, aut Princeps, ſive Imperator, aut Tribunus, ſive Pontifex, aut etiam Dux nominetur, modo ſummum teneat Imperium, propriè tamen Rex eſt, & Majeſtatem habet, p.1.q.41.n.20
De Majeſtate ex titulorum ſplendore non judicandum, p.1 q.41.n.20.21.22.
à Majeſtate Regalia ſeparari non poſſunt, p.1.41.n.31
Majeſtate non ſunt præditi Vicarij Imperii Romani, quâ tales, p.1.q.41.n.17.

MAIESTATIS CRIMEN.

Majeſtatis læſæ crimen omnium delictorum graviſſimum eſt, p.1.q.41.n.1. multa alia crimina in ſe continet, n.2.
Majeſtatis læſæ crimen multa ſingularia habet præ aliis delictis, ibid.n.3.& ſeqq.
Majeſtatis læſæ crimen duplex eſt, p.1.q.44.n.1.
Majeſtatis læſæ crimen pluribus modis committitur p.1.q.41.n.108.
Majeſtatis læſæ crimen incurrit privatus, qui merum Imperium ſibi adſcribit, p.1.q.41.n.123.
Majeſtatis læſæ crimen cõmittit privatum carcerem exercens, p.1.q.41.n.124. niſi ex juſta cauſa hoc fiat, n.125.126. Idem habendũ de eo, qui aliquem torquet propriâ & privatâ autoritate, n.127. pœna hujꝰ criminis, n.128.129.130.131 S S.L.n.132.133
Majeſtatis læſæ crimen an committat Principi maledicens, p.2.q.41.n.109.110.111. uſq; ad n.117. Reſp.Scabin.Lipſ.n.121.122.
Majeſtatis læſæ crimen in quoſnam committatur? p.1.q.41.n.16.17.39.

Majeſtatis læſæ crimen quando in Regem Romanorum committatur? p. 1.q.41.n.47.52.53.54.

Majeſtatis læſæ crimen quando adverſus Conſiliarios Imperatoris committatur, p.1,q.41.n.55.56.57.Sent. Scab. Lipſ.n.58.

Majeſtatis læſæ crimen num & in Principes & Status Imperij committatur? p.1.q.41.n.59.66.67.72.73.87.

Majeſtatis læſæ crimen adverſus Electores committitur, p.1.q.41.n.60.

Maieſtatis læſæ crimen num committatur contra Pontificem Romanum, p.1.q.41.n.39.40.

Maieſtatis læſæ crimen abſq; dubio in Imperatorem Romanum committitur, ibid.n.41.

Maieſtatis læſæ criminis quæ ſit pœna? p.1.q.41.n.89.90.92.94.95.96.Obſervantia fori Sax: n.93:

Maieſtatis læſæ criminis pœna quandoq; arbitraria eſt, p.3.q.128.n.54:

Maieſtatis læſæ crimen quandoq; punitur deportatione ac relegatione, p.1.q.41.n.97.

Maieſtatis læſæ criminis Rei bona ſua perdunt, p.3.q.135.n.25.p.1.q.41.n.14.98.99.num ipſo iure, an verò poſt latam ſententiam d.q.41.n.100.usque ad n.106 Sentent.Scab.Lipſ.n.107.

In ſolo crimine læſæ Maieſtatis confiſcatio bonorum hodie obtinet, p.3.q.135.n.31.ſicuti & in Banno ſuperiori in foro Sax: n.32.33.

Maieſtatis læſæ criminis Rei inſignia ſua amittunt, p.1.q.41,n.12.Eorum domus devaſtatur, ib:n.13.

Maieſtatis læſæ criminis cognitio & punitio ad ſolum Imperatorem pertinet, p.3 q.110.n.89.90.

Maieſtas divina pluribꝰ modis læditur, p.1.q.44.n:50:

MALEDICERE.

Maledicens Principi an committat crimen læſæ Maieſtatis? p.1 q.41.n.109. usq; ad n.117. Reſp. Scab. Lipſ.n.121.122. (41.n.118.

Maledicens Imperatori quomodo puniatur? p.1.q:

Maledicentes alijs Principibus quomodo coerceantur? ibid.n.119.

Maledicentium Deo quanam ſit pœna, p.1.q.45.n.32.33. Reſp.Scab.Lipſ.n.34.35.

Maledicentium per Sacramenta, paſſionem & vulnera Chriſti in terris Saxon: quæ ſit pœna? p.1.q.45.n.81.& ſeqq.Obſerv.Scab.Lipſ.n.85.

Maledici confeſſi vel convicti eſſe debent, ib: n.89.

Maledicos Magiſtratus inferior abſq; conſilio iuriſperitorum puniri poteſt, p.1.q.45.n.88.

Maledicendi conſuetudo neminem excuſat, ib:n.87.

Inter Maledictionem in Principem & crimen læſæ Maieſtatis diverſitas, p.1.q.41.n.113.114.115.

MALEFICI.

Maleficorum variæ ſpecies & varia nomina, p.1.q.48.n.3.& ſeqq.

Malefici an reverâ exiſtent, p.1.q.48.n.14.

Malefici an reverâ conveniant in monte Bructerorum, ibid.n.22.23.24.25.27.

Malefici dupliciter paciſcuntur cum Diabolo, expreſsè & tacitè, p.1.q.48.n.10.11.12.

Maleficos & Magos qui tuentur, non deſunt, p.1.q.48.n.13.14.in quos invehitur Bodinus, d.n.13.

Malefici an verè & naturaliter cum Dæmone concumbant? p.1.q.48.n.30.31.33.34.41.

Maleficæ cur ex Dæmone concipere nequeāt? ib: n.35.

Maleficæ citra pactū expreſſum cum Dæmone concumbentes, an igne cremandæ ſint? ib: n.45.46.

Malefici quibus modis hominibus noceant? p.1.q.50 n.15.17.19.

Maleficorum bruta necantium pœna, ib: n.25. vid: plura ſup: in vocab: Magi.

MALEFICIVM.

Maleficij definitio, p.1.q.48.n.3. (n.10:

Maleficij pœna, p.1.q.49.n.2.3.4.5.7.in foro Sax:

Maleficij pœna Saxonica extra Saxoniam quoq; obtinet, ibid.n.11.

Maleficij crimen ex quibus indiciis colligatur, p.1.q.49.n.62.63.64.

In Maleficij pœnâ non attenditur quantitas damni, p.1.q.50.n.23.

Maleficij pœna ob multiplicitatem damni & hominum occiſorū non aggravatur, p.1.q.50.n.27.29:

Maleficorum bruta necantium pœna, ibid.n.25.

In Maleficij crimine extraordinariè proceditur, p.2.q.60.n.32.

Maleficia ſingula nec recitari nec nominari poſſunt, p.3.q.133.n.2.

MALVM MALVS.

Mali non emplaſtro, ſed gladio ſunt curandi, p.3.q.142.n.3.

Malis qui parcit, nocet bonis, p.3.q.101.n.9.

Malum eſt eum Imperare, ſub quo nemini quicquam licet, pejus autem ſub illo vivere, ſub quo omnia licet, d.n.9. (n.6.

Mala quosdam efficacius movent, quâm bona, ib:

Mala & deteſtabilia quæ de ſe & ſui naturâ ſunt, in ijs uſus loquendi ac conſuetudo, etiam totus mundus illâ uteretur, ſimpliciter & in totum non excuſat, p.1.q.45.n.76.

MANDANS MANDATARIVS.

Mandans & Mandatarius ſunt correlata, p.1.q.4.n.4.p.1.q.37.n.47.

Mandantis & Mandatarij delictum fere unum & idem eſt, p.1.q.4.n.5.p.1.q.37.n.47.

Mandans gravius delinquit quàm Mandatarius, p.1.q.4.n.12.p.1.q.50,n.35.p.1.q.38.n.54.

Mandans homicidium pœnâ tenetur ordinariâ, p.1.q.4.n.9.& 14.

Mandans non tenetur, ſi mandatarius fines mandati exceſſerit, p.1.q.4.n.17.18.

An Mandans vulnerare ſolùm, teneatur de homicidio mandatarij, p.1.q.4.n.19.20.21.24.25.

Mandans utrum puniendus ob homicidium, quod mandatarius etiā abſq; mandato perpetraturus fuiſſet, p.1.q.4.n.27.28.29.Mandatarij propoſitū unde conjecturandum, ibid.n.30.31.S.S.L.n.32.

Mandans in rapinâ ordinariè punitur, p.2.q.91.n.21.22.23.24.

Mandans abortū quomodo puniatur? p.1.q.11.n.10:

Mandatis & mandatarij diffidatorum pœna, p.1.q.37.n.45.47.

Mandantis & mandatarij pœna in incendio, p.1.q.38.n.48.49.53.

Mandantis in maleficio pœna, p.1.q.50.n.32.35.

Mandatarius in delictis ob mandatum non excuſatur, p.1.q.37.n.45.46.

Mandatarius excuſatur, quando tenorem literarum diffidatoriarum neſcivit, p.1.q.37.n.48.

Mandatarius diffidatorias literas offerens, ignorantiam jurato obtinere debet, p.1.q.37.n.50.R.S.L.n.51.

MANDATVM.

Mandatū Domini ſervū in delictis nō excuſat, p.1.q.4.n.7.neq; mandatū patris aut juſſus judicij, n.8.

Mandatum parentum quatenus excuſet liberos in delictis, p.1.q.18.n.45.46.

Ob Mandatum in delictis nemo excuſatur, p.1.q.38.n.49.

Mandatum rei turpis vel injuſta non eſt obligatorium, imò ne juramento confirmari poteſt.p.1.q.37.n.46.p.1.q.38.n.49.

Ex Mandato turpis quatenus obligatio oriatur? p.1.q.4.n.13.

MANES.

Manes productæ non ſunt mortui reſuſcitati, ſed ſpectra ſolùm Diaboli, p.1.q.48.n.28. quod probat approbatio Samuelis, ibid.n.29.

MANVS AMPVTATIO.

Manus amputatio videtur lenior pœna fuſtigatione, p.3.q.129.n.38.

Manus amputatio pœna quoq; eſt corporis afflictiva, ibid.n.32. etiamnum hodie uſitata, n.33 ſemper hæc pœna conjunctam habet perpetuam relegationem, ibid.n.34.p.1.q.40.n.45.

Manus debilior amputari debet, quâ reus faciliùs carere poteſt.p.1.q.40.n.43.p.3.q.129.n.35.Obſervat.Scab.Lipſ.n.36. quid ſi reus non niſi unicam manum habeat, ibid.n.37.p.1.q.40.n.47.48.49.Reſp.Scab.Lipſ.n.50.

MARITVS.

Maritus aliud eſt, aliud ſponſus, p.1.q.12.n.38.

Maritus in foro Saxon: non modo vivente uxore bonorum Paraphernalium uſum fructum habet, ſed & uxore defuncta omnia mobilia lucratur, p.2.q.64 n.29.

Maritus ſi adulterium confiteri nolit, ut maximè uxor ipſi condonaverit, vel terreri poteſt, vel juramento ſe purgare tenetur, p.3.q.119.nu.31.& ſeqq. (58.n.13.

Mariti abſentia vel diſceſſio multiplex eſt, p.2.q.

Marito ob ſævitiam an divortium ſit permittendum, p.1.q.12.n.53.Sent.Scab.Lipſ.n.54.55.56.

Marito an & quatenus licitum ſit uxorem caſtigare, p.1.q.12.n.48 50.

Mariti pœna in conjugem ſævientis, ibid.num.51. Reſp.Scab.Lipſ.n.52.

Maritus uxorem correctionis cauſâ incarcerare poteſt, p.3.q.111.n.83.

MARITICIDIVM.

Mariticidij pœna, p.1.q.12.n.2.uſq; ad n.10.

MASTVPRATIO.

Maſtupratio propriè non eſt Sodomia, p.2.q.76.n.11.

Maſtuprationis pœna, ib:n.10.12.13.S.S.L.n.14.

MATRIMONIVM.

Matrimonium definitur conſortium omnis vitæ, p.2.q.58.n.1.3.p.1.q.63.n.5.p.2.q.52.n.51.

Matrimonium conſenſu perficitur, copulâ verò ſacerdotali conſummatur, p.1.q.12.n.40.

Matrimoniũ morbus Germaniæ perficitur per copulam & benedictionẽ Sacerdotalẽ, p.2.q.56.n.34.

Matrimonium ante copulam & benedictionem Sacerdotalem perfectum & conſummatum non eſt, p.2.q.66.n.46.quatenus verum n.54.

Matrimoniũ jure Sax: per copulam Sacerdotalem conſummatur, ita ut ſolâ deſponſatione ante Sacerdotalem benedictionem conſummatũ conjugiũ non ſit, p.1.q.12.n.35. imò etiam conſcenſio thori ad conſummationem conjugij requiritur, n.36.

Matrimonium eſt res favorabilis, p.2.q.55.n.93.

Matrimonium neutri licet cum alio contrahere, alio vivente, p.2.q.61.n.55.

Mariti aut uxoris, qui quæve à conjuge deſertus vel deſeria Matrimonium cum aliâ perſonâ contrahit, pœna, p.2.q.66.n.60.61.62.63. Sent. Scab. Lipſ.n.64.

Matrimonium ſubſequens omnia vitia purgat, p.2.q.55.n 94.

Matrimoniũ ſubſequens retrotrahitur, fictione juris ad tẽpus concubitus, ejuſq; vitia purgat omnemq; maculam & turpitudinem tollit, p.2.q.69.n.53.

Matrimonium cum poſteriore Sponſa conſummatũ, dirimendum eſt, ſi prior Sponſa Sponſum recipere velit, p.2.q.67.n.58.59.Reſp.Scab.Lipſ.n.60.

Viri & uxoris, qui quæve conjuge ex juſta cauſa abſente quem deceſſiſſe probabiliter credidit, ſecundum matrimonium contraxit, pœna, p.2.q.66.n.65.66.67.Sent.Scab. Lipſ.n.68.

Fœmina ſoluta, quæ cum marito, qui uxorem habet, Matrimonium contrahit, & concumbit, pœna, p.2 q.66.n.69.70.72.Reſp.Scab.Lipſ.n.73.

Viri ſoluti alterius uxorem in matrimonium ducentis pœna, p.2.q.66 n.74.S.L.n.75.

Quid ſi fœmina ſoluta ignoranter cum marito alieno Matrimonium contrahat, ibid, num.76.77. Sent.Scab. Lipſ.n.79.

Matrimonium an facto divortio liceat innocenti inire cum aliqua perſona p.2.q.63.n.17 referuntur argumenta pro opinione Canoniſtarum negativa, n.18.19.20. rejicitur hæc ſententia, n.21.22. verior opinio Theologorum, affirmativa, n.23.24.25.26.27.28.29. Formula pronunciandi in Conſiſtoriis, n.31. Refutantur argumenta Canoniſtarum, n.33.34.35.36.37.38.39.42.

Matrimonium num nocenti, facto divortio, permittendum, p.2.q.63.n.40.41. quando hæc quæſtio locum ſibi vendicet, n.43.& ſeqq.

Matrimonium per adulterium abſq; ſententia declaratoriâ non diſſolvitur, p.2.q.57.n.16.

Quæ cauſa Matrimonium impedit, contractum aliquo modo alterat, p.2 q.61.n.18.

Matrimonium contrahere quænam perſonæ de jure Divino prohibeantur, p.2.q.73.n.5.

Matrimonium de jure Divino in primo gradu lineæ æqualis, & in ſecundo lineæ inæqualis, & inter omnes aſcendentes & deſcendentes nõ ſubſiſtit, idq; tam ratione conſanguinitatis, quàm affinitatis, p.1 q.13.n.34.p.2.q.72.n.36.

Matrimonium in Conſiſtoriis reformatæ Eccleſiæ in linea recta non permittitur, in genere ſecundo affinitatis, p.2.q 74.n.49.ſecus in linea collaterali, n.54.

Matrimonium inter Conſanguineos in Electoratu Saxon. permittitur in tertio gradu lineæ æqualis non autem in tertio gradu lineæ inæqualis, computatione factâ Canonicâ, p.2.q.73.n.7.

Matrimonij prohibitio Moſaica Levit.18.& 20 ad ſimiles perſonas, æquali gradu diſtantes, extendi debet, p.2.q.73.n.20.21.22.

Inter jus Divinum & Canonicum quod ad permiſſionem Matrimonij magna eſt diverſitas, p.1.q.13.n.33.

Matrimonij prohibitio in foro Saxon: ad quem uſq; gradum extendenda, p.2.q.73.n.6.7.9.

Matrimonij laudes, p.2.q.51.n.1.uſq; ad n.10.

Matrimonij duplex eſt perfectio, p.2.q.66.n 47.

De Matrimonij ſubſtantia non eſſe ſolennitatem publicæ copulationis, quo reſpectu verum ſit, d.n.47.

De Matrimonio varia LL. & Sanctiones, p.2.q 51. n.11.

De Matrimonio non promiſſo confeſſio ſolius ſtupri ſufficit ad juramentum purgationis, p. 2. q.68.n. 94.95.96. Sent. Scab. Lipſ.n.99.

In matrimonio Conſtitutio loquens non habet locum in Sponſalibus, p. 1.q.13.n.37.

In matrimonio inter Conſanguineos in gradibus prohibitis contracto etiam Inceſtus committitur, p. 2.q.73.n.89.

Pro Matrimonio ſemper præſumitur, p.2.q.68.nu. 97.

Maulſchelle.

De vulgato illo dicterio Germanico, auff ein Maulſchelle gehöret ein Dolch/ quid habendum? p. 1. q.30.n.35.

MAURITIUS.

Mauritij Electoris Carolo V. ſubtiles quasdam interpretationes adverſus Philippi Landgravij liberationem nectenti, datum reſponſum, p.3.q.129.n.9

MAXIMILIANUS.

Maximiliani II. Imp. de religione dijudicandâ judicium, p.1.q.44.n.34.

MEDIATOR.

Mediatorem in rixa intervenientem interficiens quâ pœnâ afficiendus, p.1.q 5.n.32.35. Sent. Scab. Lipſ.n.33.34.36.

MEDICINA.

Qui Medicinam minus convenientem & ſalutarem ex imperitia præbendo mortem cauſatur, fuſtigatione vel relegatione pro Iudicis arbitrio puniendus, p. 1.q.15.n.24.

MEDICUS.

Medici & Chirurgi melius cognoſcunt facta ſectione cadaveris, an vulnera ſint mortalia, necne, quam alij quivis, p.1.q.26.n. 23.

Medicorum judicio ſtandum ſuper vulneris mortalitate, p.1.q.26.n.24.25.26.28.43.44. Reſponſ. Scab. Lipſ.n 27.

Medicorum contra judicium admittitur contraria probatio, inquiſiti, p.1.q.26.n.47. Reſp. Scab. Lipſ. n.48.

Medicis duobus aut tribus de lethalitate vulneris deponentibus magis creditur, quàm 10. aut 20. teſtibus non medicis, p. 1.q.26.n.43.

Medicis ſeu Chirurgis creditur ad minimum duobus, p.1.q.26.n 34. niſi unicus ſolùm reperiatur eo loco, quo vulneratio facta eſt, n. 35.

Medicis non niſi juratis credendum, p.1.q.26.n.38. 39. ſufficit tamen, quod à principio functionis ſuæ ſemel juramentum præſtiterint, n.40. Reſp. Scab. Lipſ. n. 41.

Medicis juratis tanquam in arte ſuâ peritis omninò credendum eſt p.1.q.21.n.8.

Medici dicti ſui rationem reddere tenentur, p. 1.q. 26.n.28.

Medicorum ſententia in rem iudicatam non tranſit, ſed contrariâ inquiſiti probatione evelli poteſt, p.1.q 26.n.47.

Medico indecora ſunt multa funera, isq; melior cēſetur, qui morbum excludit, & prohibet, quàm qui pharmacis expellit acceptum, p.3.q.101.n.1.

MELANCHOLIA.

Melancholiæ effectus, p.1.q.48.n.18.19. 20.

Melancholiæ dantur gradus, p. 3.q.145.n.55.56.57. 58.

Propter melancholiam pœna poteſt mitigari, ibid. n.53.

MELANCHOLICI.

Melancholici quinam à pœna ordinaria ſint immunes, p. 1. q. 18.n.35.36.37.

Melancholici ab omni prorſus pœnâ non ſunt immunes, p. 3. q. 145. n. 59. 60. mitius tamen puniri debent, n.61.62. Sentent. Scabin. Lipſ. n. 63. 64. 65.

Melancholico morbo laborantes ſeſe urnas, equos, & aliud quippiam beſtiarum genus eſſe indubitatâ fide ſibi perſuaſum habent, p. 1. q. 48. n. 48. Hiſtoriæ hujus meminit Lutherus, ibid.

Inter Melancholicos & furioſos differentia, p. 3. q. 145.n.54.

Melancholicas affectiones in criminibus à pœna excuſationem aliquam præbere, p.1.q.18.n.33.

MEMBRUM.

Membri amputationis pœna in ſententia poſita de quonam membro accipi debeat, p. 3. q. 129.n.42. usq; ad n.48.

Membrorum ſuorum nemo eſt Dominus, p.1.q.16. n. 3.

MENDACIUM.

Mendacium an in crimen falſi incidat, p. 2.q.93. n.9.

MENDICANTES.

Mendicantes falſarij quomodo puniantur, p.2.q.93. nu. 72.75. Sentent. Scabin. Lipſenſ. n. 73.74. 76.77.

MENTIS DEFECTUS.

Ob mentis defectum quinam ab accuſatione repellantur, p.3.q.104.n.28.57.

MERCATOR.

Mercatores falliti æquiparantur furibus & raptoribus, p.3.q.119.n.40.

Mercatores falliti quando poſſint torqueri, ib. n.38. 39.41.42.

Mercatoribus fallitis quandoq; imponitur territio, vel juramentum purgationis, p.3 q.119.n.43.

MERETRIX.

Meretrix quænam ſit? p. 1. q.30.n. 2.3.4. p.2.q.70. n.34.

Meretrix adultera ab ordinaria pœnâ non excuſatur, p.2.q.52.n.52.

Meretrix ſi primum adulterum ignoret, an etiam tum coadulterans excuſetur: ibid n.79.

Meretricis palam ſe proſtituentis pœna, p. 2. q. 70. n.17.

Mulierum etiam Meretricio more viventium pœna, p 2.q.70.n.33.34.36. Obſerv. Scab. Lipſenſ. n.35.37.

Cum meretrice vulgari concumbens eam dotare vel ducere non eſt obligatus, p.2.q.68.n.89.

Qui meretricem ducit, & ad pudicitiam convertit, rem Deo gratam facit, p.2 q.55.n.54.

Meretricem uxorem ducere majus eſt ſupplicium, quàm feriri gladio, p.3.q.149 n.50.

Meretrices quæſtum quærentes paupertas & fames non excuſat, p.2.q.70.n.30.

Cum meretrice rem habens ordinariâ adulterij pœnâ non punitur, p.2.q.52.n.22. Etiamſi maritus ignoraverit, eam eſſe meretricem, ibid. n.24.

MERX.

Merces vehendas ſibi traditas ſubtrahens quomodo puniendus, p. 3. q. 85. n. 92. 93.94.95. Sentent. Scab. Lipſ.n. 96.

Ob Mandatum in delictis nemo excuſatur, p. 1. q. 38. n. 49.

Mandatum rei turpis vel injuſtæ non eſt obligatorium, imò ne juramento confirmari poteſt. p. 1. q. 37. n. 46. p. 1. q. 38. n. 49.

Ex Mandato turpis quatenus obligatio oriatur? p. 1. q. 4. n. 13.

MANES.

Manes productæ non ſunt mortui reſuſcitati, ſed ſpectra ſolùm Diaboli, p. 1. q. 48. n. 28. quod probat approbatio Samuelis, ibid. n. 29.

MANVS AMPVTATIO.

Manus amputatio videtur lenior pœna fuſtigatione, p. 3. q. 129. n. 38.

Manus amputatio pœna quoq; eſt corporis afflictiva, ibid. n. 32. etiamnum hodie uſitata, n. 33. ſemper hæc pœna conjunctam habet perpetuam relegationem, ibid. n. 34. p. 1. q. 40. n. 45.

Manus debilior amputari debet, quâ reus faciliùs carere poteſt. p. 1. q. 40. n. 43. p. 3. q. 129. n. 35. Obſervat. Scab. Lipſ. n. 36. quid ſi reus non niſi unicam manum habeat, ibid. n. 37. p. 1. q. 40. n. 47. 48. 49. Reſp. Scab. Lipſ. n. 50.

MARITVS.

Maritus aliud eſt, aliud ſponſus, p. 1. q. 12. n. 38.

Maritus in foro Saxon: non modo vivente uxore bonorum Paraphernalium uſum fructum habet, ſed & uxore defuncta omnia mobilia lucratur, p. 2. q. 64. n. 29.

Maritus ſi adulterium confiteri nolit, ut maximè uxor ipſi condonaverit, vel terreri poteſt, vel juramento ſe purgare tenetur, p. 3. q. 119. nu. 31. & ſeqq.

Mariti abſentia vel diſceſſio multiplex eſt, p. 2. q. 58. n. 13.

Marito ob ſævitiam an divortium ſit permittendum, p. 1. q. 12. n. 53. Sent. Scab. Lipſ. n. 54. 55. 56.

Marito an & quatenus licitum ſit uxorem caſtigare, p. 1. q. 12. n. 48. 50.

Mariti pœna in conjugem ſævientis, ibid. num. 51. Reſp. Scab. Lipſ. n. 52.

Maritus uxorem correctionis causâ incarcerare poteſt, p. 3. q. 111. n. 83.

MARITICIDIVM.

Mariticidij pœna, p. 1. q. 12. n. 2. uſq; ad n. 10.

MASTVPRATIO.

Maſtupratio proprie non eſt Sodomia, p. 2. q. 76. n. 11.

Maſtuprationis pœna, ib: n. 10. 12. 13. S. S. L. n. 14.

MATRIMONIVM.

Matrimonium definitur conſortium omnis vitæ, p. 2. q. 58. n. 1. 3. p. 1. q. 63. n. 5. p. 2. q. 52. n. 51.

Matrimonium conſenſu perficitur, copulâ verò ſacerdotali conſummatur, p. 1. q. 12. n. 40.

Matrimoniũ morbus Germaniæ perficitur per copulam & benedictionẽ Sacerdotalẽ, p. 2. q. 56. n. 34.

Matrimonium ante copulam & benedictionem Sacerdotalem perfectum & conſummatum non eſt, p. 2. q. 66. n. 46. quatenus verum n. 54.

Matrimoniũ jure Sax: per copulam Sacerdotalem conſummatur, ita ut ſolâ deſponſatione ante Sacerdotalem benedictionem conſummatũ conjugiũ non ſit, p. 1. q. 12. n. 35. imò etiam conſcenſio thori ad conſummationem conjugij requiritur, n. 36.

Matrimonium eſt res favorabilis, p. 2. q. 55. n. 93.

Matrimonium neutri licet cum alio contrahere, alio vivente, p. 2. q. 61. n. 55.

Mariti aut uxoris, qui quave à conjuge deſertus vel deſeria Matrimonium cum aliâ perſonâ contrahit, pœna, p. 2. q. 66. n. 60. 61. 62. 63. Sent. Scab. Lipſ. n. 64.

Matrimonium ſubſequens omnia vitia purgat, p. 2. q. 55. n. 94.

Matrimoniũ ſubſequens retrotrahitur, fictione juris ad tẽpus concubitus, ejusq; vitia purgat omnemq; maculam & turpitudinem tollit, p. 2. q. 69. n. 53.

Matrimonium cum poſteriore Sponſa conſummatũ, dirimendum eſt, ſi prior Sponſa Sponſum recipere velit, p. 2. q. 67. n. 58. 59. Reſp. Scab. Lipſ. n. 60.

Viri & uxoris, qui quave conjuge ex juſta cauſa abſente quem deceſſiſſe probabiliter credidit, ſecundum matrimonium contraxit, pœna, p. 2. q. 66. n. 65. 66. 67. Sent. Scab. Lipſ. n. 68.

Fœmina ſoluta, quæ cum marito, qui uxorem habet, Matrimonium contrahit, & concumbit, pœna, p. 2. q. 66. n. 69. 70. 72. Reſp. Scab. Lipſ. n. 73.

Viri ſoluti alterius uxorem in matrimonium ducentis pœna, p. 2. q. 66. n. 74. S. L. n. 75.

Quid ſi fœmina ſoluta ignoranter cum marito alieno Matrimonium contrahat, ibid. num. 76. 77. Sent. Scab. Lipſ. n. 79.

Matrimonium an facto divortio liceat innocenti inire cum aliqua perſona p. 2. q. 63. n. 17. referuntur argumenta pro opinione Canoniſtarum negativa, n. 18. 19. 20. rejicitur hæc ſententia, n. 21. 22. verior opinio Theologorum, affirmativa, n. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. Formula pronunciandi in Conſiſtoriis, n. 31. Refutantur argumenta Canoniſtarum, n. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 42.

Matrimonium num nocenti, facto divortio, permittendum, p. 2. q. 63. n. 40. 41. quando hæc quæſtio locum ſibi vendicet, n. 43. & ſeqq.

Matrimonium per adulterium absq; ſententia declaratoriâ non diſſolvitur, p. 2. q. 57. n. 16.

Quæ cauſa Matrimonium impedit, contractum aliquo modo alterat, p. 2. q. 61. n. 18.

Matrimonium contrahere quænam perſonæ de jure Divino prohibeantur, p. 2. q. 73. n. 5.

Matrimonium de jure Divino in primo gradu lineæ æqualis, & in ſecundo lineæ inæqualis, & inter omnes aſcendentes & deſcendentes nõ ſubſiſtit, idq; tam ratione conſanguinitatis, quàm affinitatis, p. 1. q. 13. n. 34. p. 2. q. 72. n. 36.

Matrimonium in Conſiſtoriis reformatæ Eccleſiæ in linea recta non permittitur, in genere ſecundo affinitatis, p. 2. q. 74. n. 49. ſecus in linea collaterali, n. 54.

Matrimonium inter Conſanguineos in Electoratu Saxon. permittitur in tertio gradu lineæ æqualis non autem in tertio gradu lineæ inæqualis, computatione factâ Canonicâ, p. 2. q. 73. n. 7.

Matrimonij prohibitio Moſaica Levit. 18. & 20 ad ſimiles perſonas, æquali gradu diſtantes, extendi debet, p. 2. q. 73. n. 20. 21. 22.

Inter jus Divinum & Canonicum quod ad permiſſionem Matrimonij magna eſt diverſitas, p. 1. q. 13. n. 33.

Matrimonij prohibitio in foro Saxon: ad quem uſq; gradum extendenda, p. 2. q. 73. n. 6. 7. 9.

Matrimonij laudes, p. 2. q. 51. n. 1. uſq; ad n. 10.

Matrimonij duplex eſt perfectio. p. 2. q. 66. n. 47.

De Matrimonij ſubſtantia non eſſe ſolennitatem publicæ copulationis, quo reſpectu verum ſit, d. n. 47.

De Matrimonio variæ LL. & Sanctiones, p. 2. q. 51. n. 11.

De

De Matrimonio non promiſſo confeſſio ſolius ſtupri ſufficit ad juramentum purgationis, p. 2. q.68.n. 94.95.96. Sent. Scab. Lipſ. n.99.
In matrimonio Conſtitutio loquens non habet locum in Sponſalibus, p. 1.q.13.n.37.
In matrimonio inter Conſanguineos in gradibus prohibitis contracto etiam Inceſtus committitur, p. 2.q.73.n.89.
Pro Matrimonio ſemper præſumitur, p.2.q.68.nu. 97.

Maulſchelle.

De vulgato illo dicterio Germanico, auff ein Maulſchelle gehöret ein Dolch/quid habendum? p. 1. q.30.n.35.

MAVRITIVS.

Mauritij Electoris Carolo V. ſubtiles quaſdam interpretationes adverſus Philippi Landgravij liberationem nectenti, datum reſponſum, p.3.q.129.n.9

MAXIMILIANVS.

Maximiliani II. Imp. de religione dijudicandâ judicium, p.1.q.44.n.34.

MEDIATOR.

Mediatorem in rixa intervenientem interficiens quâ pœnâ afficiendus, p.1.q 5.n.32.35. Sent. Scab. Lipſ. n.33.34.36.

MEDICINA.

Qui Medicinam minus convenientem & ſalutarem ex imperitia præbendo mortem cauſatur, fuſtigatione vel relegatione pro Iudicis arbitrio puniendus, p. 1. q.15.n.24.

MEDICVS.

Medici & Chirurgi melius cognoſcunt facta ſectione cadaveris, an vulnera ſint mortalia, nec ne, quam alij quivis, p.1.q.26.n. 23.
Medicorum judicio ſtandum ſuper vulneris mortalitate, p.1.q.26.n.24.25.26.28.43.44. Reſponſ. Scab. Lipſ. n 27.
Medicorum contra judicium admittitur contraria probatio, inquiſiti, p.1,q.26.n.47. Reſp. Scab. Lipſ. n.48.
Medicis duobus aut tribus de lethalitate vulneris deponentibus magis creditur, quàm 10, aut 20. teſtibus non medicis, p. 1. q.26.n.43.
Medicis ſeu Chirurgis creditur ad minimum duobus, p.1.q.26.n 34. niſi unicus ſolùm reperiatur eo loco, quo vulneratio facta eſt, n. 35.
Medicis non niſi juratis credendum, p.1.q.26.n.38, 39. ſufficit tamen, quod à principio functionis ſuæ ſemel juramentum præſtiterint, n. 40. Reſp. Scab. Lipſ. n. 41.
Medicis juratis tanquam in arte ſuâ peritis omninò credendum eſt p.1.q.21.n.8.
Medici dicti ſui rationem reddere tenentur, p. 1. q. 26.n.28.
Medicorum ſententia in rem iudicatam non tranſit, ſed contrariâ inquiſiti probatione evelli poteſt, p.1.q 26.n.47.
Medico indecora ſunt multa funera, isq́; melior cēſetur, qui morbum excludit, & prohibet, quàm qui pharmacis expellit acceptum, p.3.q.101.n.1.

MELANCHOLIA.

Melancholiæ effectus, p.1.q.48.n.18.19. 20.
Melancholiæ dantur gradus, p. 3.q.145.n.55.56.57. 58.
Propter melancholiam pœna poteſt mitigari, ibid. n.53.

MELANCHOLICI.

Melancholici quinam à pœna ordinaria ſint immunes, p. 1. q. 18.n.35.36.37.
Melancholici ab omni prorſus pœnâ non ſunt immunes, p. 3. q. 145. n. 59. 60. mitius tamen puniri debent, n.61.62. Sentent. Scabin. Lipſ. n.63. 64. 65.
Melancholico morbo laborantes ſeſe urnas, equos, & aliud quippiam beſtiarum genus eſſe indubitatâ fide ſibi perſuaſum habent, p. 1. q. 48. n. 48. Hiſtoriæ hujus meminit Lutherus, ibid.
Inter Melancholicos & furioſos differentia, p. 3. q. 145.n.54.
Melancholicas affectiones in criminibus à pœna excuſationem aliquam præbere, p.1.q.18.n.33.

MEMBRVM.

Membri amputationis pœna in ſententia poſita de quonam membro accipi debeat, p. 3. q. 129.n.42. usq́; ad n.48.
Membrorum ſuorum nemo eſt Dominus, p.1.q.16. n. 3.

MENDACIVM.

Mendacium an in crimen falſi incidat, p. 2. q. 93. n.9.

MENDICANTES.

Mendicantes falſarij quomodo puniantur, p.2.q.93. nu. 72. 75. Sentent. Scabin. Lipſenſ. n. 73. 74. 76.77.

MENTIS DEFECTVS.

Ob mentis defectum quinam ab accuſatione repellantur, p.3.q.104.n.28.57.

MERCATOR.

Mercatores falliti æquiparantur furibus & raptoribus, p. 3.q.119.n.40.
Mercatores falliti quando poſſint torqueri, ib. n.38. 39. 41. 42.
Mercatoribus fallitis quandoq́; imponitur territio, vel juramentum purgationis, p. 3 q.119.n.43.

MERETRIX.

Meretrix quænam ſit? p. 1. q.30.n. 2.3.4. p.2.q.70. n.34.
Meretrix adultera ab ordinaria pœnâ non excuſatur, p.2.q.52.n.52.
Meretrix ſi primum adulterum ignoret, an etiam tum coadulterans excuſetur: ibid n.79.
Meretricis palam ſe proſtituentis pœna, p. 2. q. 70. n.17.
Mulierum etiam Meretricio more viventium pœna, p 2.q.70.n.33.34.36. Obſerv. Scab. Lipſenſ. n.35.37.
Cum meretrice vulgari concumbens eam dotare vel ducere non eſt obligatus, p. 2. q.68. n.89.
Qui meretricem ducit, & ad pudicitiam convertit, rem Deo gratam facit, p.2 q.55.n.54.
Meretricem uxorem ducere majus eſt ſupplicium, quàm feriri gladio, p.3.q.149 n.50.
Meretrices quæſtum quærentes paupertas & fames non excuſat, p.2.q.70.n.30.
Cum meretrice rem habens ordinariâ adulterij pœnâ non punitur, p.2.q.52.n.22. Etiamſi maritus ignoraverit, eam eſſe meretricem, ibid. n.24.

MERX.

Merces vehendas ſibi traditas ſubtrahens quomodo puniendus, p. 3. q. 85. n. 92. 93.94.95. Sentent. Scab. Lipſ. n. 96.

METALLARIVS.

Metallarij infideles ac perfidi quâ pœnâ teneantur, p.2.q.85.n.47.48. Sent. Scab. Lipſ.n. 49.

METALLVM.

Ad Metallum, triremes, aliudve opus publ: damnatio pœna eſt corporis afflictiva, p. 3.q.129.n.41.42.

In Metallum damnationis pœnæ in locum triremium pœna ſurrogata eſt, p.3.q.129.n.8.

Metalli & operis metalli pœna quomodo differant, p.3.q. 129.n.6.7.

METVS.

Metus quatenus delinquentem à pœna ordinaria excuſet, p. 1.q.18.n.49.

Metu probationum quisnam dicatur confiteri crimen, p.3.q.149.n.29.& ſeq.

MILES.

Miles quidam ob minas contra perſonam quandam illuſtrem ejectas ante vicennium in arce Rochlicenſi in carcere donec usq; moreretur, detentus fuit, p.1 q.37.n.93.

Milites ratione delicti, quod militiam concernit, apud Magiſtratum militum conveniendi ſunt, p.3.q.110.n.79.

Milites etiam noſtri temporis torqueri nequeunt, p.3.q.118 n. 72.& ſeqq.

quod tamen in quibusdam fallit, ib:n.74.& ſeqq.

MINÆ.

Minæ ſunt verba, quæ non verberibus ſed verbis ſũt repellenda, p.1.q.29.n.56 quatenus verum, n.57.

Minæ ac terror armorũ maximè lethalium inſultatum in vitæ diſcrimen adducunt, p. 1. q.29.n.57.

Minæ quatenus delinquentem à pœna ordinaria excuſent, p.1.q.18.n.49.

Minæ quales eſſe debeant, ut faciant indicium ad torturam, p.3.q.121.n 52.& ſeqq.

Minæ hæ (einen rothen Hahn einem aufs Hauß ſetzen/*vel* das Dorff anſtecken vnd in die Aſche legen) *non faciunt diffidationẽ, p.1.q.37.n.66.67.*

Minæ adverſus certam aliquam perſonam prolatæ, veluti (dieſelbe zuerſchieſſen/oder jhr eine Kugel zu ſchencken) *pro diffidatione non habentur, p.1. q.37.n.68.69.*

Pro Minis in dubio verba æquivoca non habentur, p.1.q 37.n 86.87.89.P.S.L n.88.90.

MINARI.

Minantem ſibi cædem occidens, an exceptione defenſionis ſeſe tueri queat, p.1.q.29.n.56.57. quid ſi ad Minas verbales accedat aliquis actus, n.58.59 60.S.S.L.n.63. quid ſi nudis verbis quis cædem minetur, n.64.65.66. Sent.S.Lipſ.n. 67.68.69.

MINITATOR.

Minitatores morte puniuntur, quando poſt minas excedunt ædibus ſuis & ad loca ſuſpecta ſe conferunt, p.1.q.37.n.72.76.77. Sent. Sc. Lipſ.n.78.

Minitatores propter emiſſas minas verbales cautionem debent præſtare de non offendendo, p.1.q.37. n.79.80.

Quidnam contineat hæc cautio & qualis ea eſſe debeat, ibid.n.81. Obſerv.Scab.Lipſ.n.82.

Quænam cautio habeatur pro idonea, ibid.n.83.84.

Minitatori cautio non iniungenda eſt, priusquã de Minis confeſſus aut ad minimum per duos teſte convictus fuerit, p. 1.q.37.n.85.

Si Minitator fideiuſſores vel pignora habere nequeat, an cautio iuratoria admittenda ſit, p. 1.q.37. n.91.92.93.94. Obſerv.Scab.Lipſ.n.95.

Minitatorem incarceratum quisnam alere debeat, p.1.q.37.n.96. Sent.Scab.Lipſ.n.97.98.

MINITATIO.

Minitatio & diffidatio quomodo differant, p.1.q.37 n.65.

Minitationes non puniuntur morte, p. 1.q.37.n.70. 71.72.73. Obſerv.Scab.Lipſ.n.75.

MINIMA.

Minima non ſunt in conſideratione, p.1.q.32.n.18.

MINOR.

Minor quis dicatur, p.3.q.143.n.8.

Minor regulariter à pœna ordinariâ alicujus delicti exemptus non eſt, p.3.q.143.n.59.61.62.63.64. 65.66.67.70. Sent.Scab.Lipſ.n.71.72.73.74. 75. quod non ſolum in atrociſſimis ſed & in alijs delictis obtinet, n.76. Sent.Scab.Lipſ.n.78.

Minores in criminibus & publ: judicijs ætatis ſuffragio non juvantur, p.2 q.62.n.54.p.3.q. 143.n.68.69.

Minor ætas delinquentẽ quatenus excuſet, p.1.q.9. n.15.16. Nobis quidam juvenis, nondum habens 18. annos, quod patrem veneno necaverat, juris rigore mitigato, capite fuit obtruncatus, ib: n.17.

Minor an in adulterio mitiùs puniatur, p.2.q.62.n. 50.51.52.57.

Minor quomodo pro furto in impubere ætate commiſſo puniatur, p.2.q.82.n.37.

Minori furi an præcisè pœna ſit mitiganda, ib:n.24. 25.28. Sent. Scab. Lipſ.n.31.32.33.38.

Minori incendiario an pœna mitigetur? p. 1. q. 39. n.14.15.

Minor in inceſtu cum aſcendente non mitiùs punitur, p.2.q.72 n.47.48. Reſp.Scab.Lipſ.n.50.

Minor in falſificatione monetæ mitius punitur, p.1. q.42.n.89.

Minor ætas quatenus in parricidio excuſet? p.1.q. 18.n.27.30.

Minor an in ſtupro violento mitius puniatur? p. 2. q.75.n.46.& ſeqq.

Minoribus ex juſta cauſa judex pœnã ordinariam poteſt mitigare, p.3.q.143.n.80.81.S.S.L.n.82. usq; ad n.86. non ſolùm in atrociſſimis, ſed in alijs etiam delictis, n 87. Sent.Scab.Lipſ n.88.89.

Minorẽnes mitiùs debere puniri, Regula eſt vulgata, p.2.q.62.n 51. etiam in criminib⁹ atrociſſimis p.1.q.18.n 28.29.p.1 q.42.n.89.p.2 q.27.n.49.

MINORENNITAS.

Minorennitas de jure Saxonico durat ſolùm usq; ad annum vigeſimum primum, p.2.q.82.n.23.p.3. q.143.n.60.

MIRACVLOSE.

Miraculosè quæ fiunt, ac nutu aguntur divino, ſub lege non ſunt, p.2.q.82.n.3.

MISERICORS.

Misericos non tàm eſt, qui vitijs nutriendis parcit, ac favet, ne contriſtetur peccantium volũtatem, quàm qui non vult cultrum rapere puero, ne audiat plorantem, & non timet, ne vulneratum doleat & extinctum, p.3.q.101.n.7.

MODERAMEN DEFENSIONIS.

Moderamen defenſionis & moderamen inculpatæ tutelæ longè ab invicem differunt, p.1.q.29.n 31. 34.p.1 q.28.n.16.17.18.

An quis moderamen defenſionis, an verò moderamen inculpatæ tutelæ exceſſerit, unde ſit dijudicandum? p.1,q,29 n.36.37.38.

MODERAMEN INCVLPATÆ tutelæ.

Moderamen inculpatæ tutelæ quando ſervatur, defenſio inpunibilis eſt p.1.q.28.n.13.
Moderamen inculpatæ tutelæ in quonam conſiſtat? ibid. n. 18.19.
Moderaminis inculpatæ tutelæ quænam ſint requiſita, ibid.n.20.
Moderaminis inculpatæ tutelæ cauſa eſt iniuſta offenſio, ibid. n.21.22.
Modus inculpatæ tutelæ conſiſtit in propulſatione ad offenſionem proportionatâ.n.23.
Defenſio legitima ſemper debet eſſe proportionata, & quando hoc fallit, ibid. n.24.25 26. debet fieri in continenti, n.28.
Ad Moderamen inculpatæ tutelæ an paritas armorum requiratur? p.1.q.28.n.27.
Moderamine inculpatæ tutelæ obſervato occiſor ab omni pœna eſt exemptus p.1.q.28.n.30.31.32.33.
An occiſor hoc caſu ſit immunis præſtatione VVerigeldi ſummæ mulctæ, ibid.n.34.35.41.43.44.48.
Mos pronunciandi veterum Scabinorum, n.36. Sent. Scab. Lipſ.n.45.46.47.49.50.
Moderaminis inculpatæ tutelæ exceſſus ratione cauſæ quando committatur? p.1.q.29.n.70.
Moderaminis inculpatæ tutelæ Exceſſus quomodo ratione cauſæ committatur, p.1.q.29.n.39.41.42.
In Defenſione excedens limites inculpatæ tutelæ pœnam effugere nequit, p.1.q.29.n.1.
Qui exceſſus pœnâ arbitrariâ coercetur, ibid.n.2.4.5.
Quomodo iudex in definiendo & puniendo exceſſu arbitrium ſuum formare debeat, ibid: n.6.7.8.35.
Moderaminis inculpatæ tutelæ exceſſus quomodo puniatur? p.1.q.29.n.12.13.15. Sent. Scab. Lipſ. n.14.16.17.18.19.
Moderaminis inculpatæ tutelæ ob Exceſſum an pœna corporis afflictivæ queat irrogari? p.1.q.29.n.20 21.22.23. Sent. Scab. Lipſ. n.24.25.
Moderaminis inculpatæ tutelæ exceſſus graviſſimus num pœna homicidij ordinariâ puniri debeat? p.1.q.29.n.26.27.28.31.32.33.

MOLITOR.

Molitores infideles etiam ſuſpendio puniuntur, p.2.q.85.n.45. Sent. Scab. Lipſ. n.46.

MONASTERIVM.

In Monaſterium detruſio qualis ſit pœna? p.3.q.130.n.12.
In Monaſterium detruſio hodie in terris reformatarum Eccleſiarum, monaſterijs abrogatis, in uſu eſſe deſiit, d n.12.

MONETA.

Moneta principum ac Statuum Imperij pro moneta Imperat: Romani reputanda, p.1.q.42 n.38.42.
Monetandi ius Regalibus connumeratur, p.1.q.42.n.2.3.p.1.q.43.n.5. & ſoli competit Imperatori, ibid.n.6.
Monetandi ius etiam ad inferiores Principes ad Status Imperij fuit derivatum, p.1.q.43.n.7. qui tamen non proprio iure ſed ex ſpeciali Imperat: conceſſiõe monetandi poteſtatẽ habent, ib:n.8.9.10.
Monetæ cura pertinet ad Principis Maieſtatem, p.1.q.42.n.8.
Monetæ formandæ ius privato concedi nequit, p.1.q.43.n.15.
Monetæ cudendæ ius Principes & Status, Monetales Müntzſtände / alteri locari aut vendere non poſſunt, p.1.q.43.n.16.
Monetæ cudendæ jus Imperatori non licet concedere alteri absq; conſenſu Electorum, p.1.q.43.n.17.
Monetam juſtam absq; conceſſione Cæſaris fabricantium quæ ſit pœna? p.1.q.43.n.20.21.23.24.
Monetam cudi probam multum intereſt Principis ac Reipubl: p.1.q.42.n.4.5.6.7.
Inſolitam Monetæ mutationem & depravationem præſagia eſſe magnarum mutationum in Rebuspubl: prudentiſſimi quiq; viri judicarunt, p.1.q.42.n.5.
In Conventu Circuli Saxon: Superioris M. Majo Anno 1629. Lipſiæ habito adverſus Civitatem Erfurdenſem pronunciatum, eiq; ob jus Monetandi absq; conceſſione & privilegio Cæſareo uſurpatum mulcta mille thalerorum Imperialium indicta fuit, p.1.q.43.n.24.
De re Monetali Circuli Imperij bini habentur conventus, ſingulis annis, p.1.q.42.n.9. cujus tamen facultas relicta eſt Circulis, n.10.
De Monetarum officinis Caroli magni mandatum, p.1.q.42.n.3.

MONETÆ FALSIFICATIO.

Monetæ adulterandæ crimen multa habet peculiaria, p.1.q.42.n.13.14.
Monetæ adulteratæ criminis reo denegatur appellatio, d.n.14.
Moneta adulterina unde dicatur, p.1.q.43.n.22.
Monetæ falſæ crimen multifariè committitur, p.1.q.42.n.17.18.19.20.
Monetæ falſæ crimen ratione materiæ quando & quomodo committatur, p.1.q.42.n.21.
Monetæ falſæ crimen dupliciter committitur, ratione ſcilicet materiæ vel formæ, p.1.q 43.n.1.
Monetæ falſificatio quoad formam coercetur pœnâ arbitrariâ, p.1.q.43.n.2.
Monetæ falſificationis crimen quibus modis committatur ratione formæ, p.1.q.43.n.3.
Committitur hoc crimen falſificationis monetæ ab ijs, qui absq; privilegio Cæſareo monetam propriâ autoritate cudunt, p.1.q.43.n.4.18.19.
Monetæ falſificatores in materia, ignis ſupplicio afficiuntur, p.1.q.42.n.22.23. quomodo puniantur de jure Saxon: n.24.26.28.29.30.
Num qui monetam falſam fabricant & non exponunt, vel ab alio fabricatam expendunt, flammarum exuſtionibus ſint mancipandi, p.1.q.42. n.26. & ſeqq.
Monetam adulterantium quænam ſit pœna? p.1.p.42.n.15.16.
Monetam Principum inferiorum, aliorumq; Statuum Imperij falſificantes, num pœnâ ignis ſint afficiendi? p.1.q.42.n.35.36.37.38.39.40. Sent. Scabin. Lipſ.n.44.
Monetæ minoris ſpeciei falſificatores an pœnæ ignis ſubjiciendi, p.1.q.42.n.45.46.47.48. Reſp. Scab. Lipſ.n.49.50.51.52.
Monetæ falſificationis quodnam ſit indicium ad torturam, p.3.q.122.n.84.
Falſificantium obulos aut nummos quænam ſit pœna? p.1.q.42.n.53. usq; ad 62. Reſp. Scab. Lipſ. n.58.59.63.64.65.
Falſificatoribus Monetæ opem & auxilium præſtantes ignis ſupplicio ſubiugandi ſunt. p.1.q.42.n.66.67.68. Sentent. Scab. Lipſ.n.69.70.

Falſifi-

Falſificatores monetæ peregrinæ ſeu extranei cujuſdam Principis quomodo puniendi? ibid.n.71.uſq; ad n 80.Sent. Scab. Lipſ.n.81.

Monetam ſolummodò tingentium pœna, p.1.q.42. n.82.83 Sent. Scab. Lipſ.n.84.

Rei hujus criminis falſæ monetæ ex juſtâ causâ mitiùs puniuntur, p.1.q.42.n.85.86.Sent.Scab.Lipſ. n.87 88.

Jn crimine falſæ monetæ minorennitas veniam meretur, p.1.q.42.n.78.Sent.Sc.Lipſ n.90.

Pœna eorum, qui ſolummodò cudunt falſam monetam, non etiam expendunt, p.1.q.42.nu.91.92. 93.94.95.Sent Scab.Lipſ.n 96.

Monteam falſam ſolummodo expendentes, non etjam fabricantes eam quomodo puniantur? p.1. q.42.n 97.98.99.100.101.103.106.107.Sent. Scab.Lipſ.n.104.

Qui monetam falſam ignoranter expendunt, impunitatem aſſequuntur, p.1.q.42.n.108.109.110. in dubio ignorantia juramento eſt probanda, n. 112.Sent. Scab.Lipſ.n.113.114.

Pœna aleatorum, exponentium falſam monetam in ludo, p.1.q.42.n.115. Sent Scab.Lipſ.n.116.117.

Domus in qua moneta falſa cuditur fiſco vindicatur p.1.q.42.n.118. ac in ſimul Dominus ædium arbitrariè punitur, n.120. Sent. Scab. Lipſenſ. n.121.122.

Pœna eorum, qui falſam monetam fabricant & ſimul expendunt, p.1.q.42.n.31.32.33.Sent.Scab. Lipſ.n.34.

De pœna falſam monetam cudentium literæ Scabinorum àd Illuſt: Dn. pro Elect: Saxon: p.1.q.42. n.29.

Monetæ juſtæ ſignum alienum imponentes quomodo puniantur? p.1.q.43.n.25.26.27.29.

Monetæ ſuæ ſignum alienum imponens falſi crimen committit, p.1.q.43.n.30.

Moneta falſificatur etiam ab ijs, qui radẽdo vel mutilando juſtum ei adimunt pondus, p.1.q.43.n.31. quæ ſit horum delinquentium pœna, ibid.n.32.

Num & puniantur radentes monetam, juſtum pondus excedentem, p.1.q.43.n.33.34.35.36.37.38. 40.41.Sent. Scab. Lipſ.n.42.

Num pari pœnâ ſit plectendus, qui argenteum radit numiſma, ibid.n.43.44.47 Sent. S. Lipſ.n.48.

Moneta quoq; falſificatur ratione formæ per reſolutionem quando ex grãdiori moneta efficitur minor, p.1.q.43.n.49. reſolutio ſub pœna ignis prohibita eſt, ibid.n.50. quievit hæc pœna ante decennium durante ſeculo æroſo, n.51.

Monetam falſificantes crimen læſæ Majeſtatis committunt, p.1.q.42.n.1.11.

Monetarij crimen quoq; falſi committunt, p.1.q.42. n.12.

MONIALIS.

Monialis quædam, quæ filium ſuum occiderat, combuſta fuit, p.1.q.9.n.18.

MONTES PIETATIS.

Montes Pietatis Pontificum & Italorum improbantur, p.2,q.92.n.4.5.6.

MORBVS.

Morbus ſeu adverſa valetudo quatenus delinquentem excuſet à pœna, p.3.q.144.n.40.uſq; ad n. 47.Sent.Scab. Lipſ.n.48.49.50.51.

Morbis extremis extrema ſunt adhibenda remedia, p.3 q.101.n.14.

Mordbrenner.

Mordbrenner vnd Brenner/*quomodo differant? p.1.q.38.n.11.12.*

MORES.

Mores pravi Leges bonas in ſuam poteſtatem traxiſſe non reperiantur, p.3.q.134.n.10.

MORS.

Mors abſentis mariti quomodo probetur? p.2.q.58 n.44.

Mors delinquentis extinguit delictum, p.3.q.141.n. 1.ita ut noxiorum heredes non teneantur, ib:n.2.

Mors delinquentis non præjudicat confiſcationi bonorum, p.3.q.141.n.3.

Mors abſentis quando per unicum teſtem probetur, p.2.q.58.n.44.45. Reſp.Scab.Lipſ.n.46.

Mors inde haud proveniat, à quo ſperari debet auxilium, p.1.q.19.n.4.

Mortis cauſam præbens quâ pœnâ plectendus? p.1. q.25.n.55.

Mortis pœna unica tantummodo imponenda eſt Reo, p.2.q.91.n.50.51.

plura Mortis genera inter ſe compatibilia non ſunt, p.3.q.132.n.23.

MORIBVNDVS.

Moribundi exculpatio à præſumptione aggreſſionis aliquem liberat, p.1.q.33.n.56.58.R S.L.n.57.

MOX.

Mox, illico, ſtatim, confeſtim vocabulorum ſignificatio, p.1.q.31.n.9.

MVLCTA.

Mulcta pecuniaria præ omnibus aliis hodie uſitatiſſima, p.3.q.130 n.2.3.maximè in delictis arbitrarijs, n.4.

Mulctâ in pecuniariâ certa ſumma pecuniæ eſt exprimenda, p.3.q.130.n.5. Obſerv. S. Lipſ.n.6.

Mulcta ſumma quænam dicatur? p.1.q.34.n.21.

Mulcta ſumma quando indicatur Reo, p.1.q.34.n. 18.20.Sent S.ab. Lipſ.n.19.

Mulcta & pœna quomodo differant? p.1.q.34.n.16.

Mulcta pecuniaria pro crimine capitali ex causâ quâdam irrogata judici ſuperiori debetur, p.3. q.109.n.41.

Mulctam pecuniariam an & quatenus judex inferior indicere queat? p.3.q.109.n.61.62.63.Sent. Scab.Lipſ.n.64.65.

Mulcta pecuniaria ab hæredibus delinquentis quãdo poteſt exigi, p.3.q.141 n.4.

Mulctæ hodie ſunt de fructibus jurisdictionis, p.3.q. 109.n.42.& ſeqq.

MVLIER.

Mulier viro reverentiam debet, p.2.q.53.n.14.

Mulier in cauſa civili perſonam ſtandi in judicio non habet p.3.q.105.n.59.60.

Mulieris, dicentis ſe infantem mortuum peperiſſe, pœna, p.1.q.15.n.40.43.

Mulieris partum occultantis pœna, ibid. n.48.50.

Mulieris ſolutæ cum conjugato rem habentis pœna, p.2.q.53.n.64.

Mulier adulterij rea omnia bona ex ſtatuto ſibi debita amittit, p.2.q.64.n.32.

Mulier an ob furtum ſuſpendatur? p 2.q.82.n.70.

Mulier quando ad accuſandum admittatur? p.3. q.104.n.23.

Mulier accuſata de crimine, ipſa comparere debet, nec curator illius admittitur, p.3.qu.105.n.58. Sent, Scab.Lipſ.n.63.

Mulier in cauſa civili perſonam ſtandi in judicio non habet,p.3 q.105.n.59.60.

Mulieres in criminalibus ad teſtificandum admittuntur,p.3.q.114.n.39.& ſeq.

Mulier an in maleficio vel ſortilegio mitiùs puniatur,p.1.q.50.n.10.

Mulieres quando in criminibus mitiùs puniantur, p.1.q.12.n.15.16.p.2.q.53.n.17,18.

Mulieres in delictis jure divino & naturali prohibitis non mitiùs puniuntur,p.2.q.54.n.21.22.

Mulieres impudicæ pœnas verentur p.1.q.53.n.16.

Mulieres minus reſiſtere queunt flammis naturæ, quàm viri p.2.q.53.n.17.

Mulieres in eodem delicti genere mitiùs peccare, quàm viros,p.2.q.53.n.18.

Mulierum impudicitia deteſtabilior eſt, p.2.q.53. n.15.

Müntze.

Bey der Müntze ſoll man lehrẽ/wie ſich die Welt thut verkehren / *Germanorum eſt proverbium, p.1.q.42.n.4.*

MVRVS.

Muros & portas civitatis violentium pœna, p.1. q.40.n.20.

Muros absq; hoſtili animo tranſcendens extraordinariè punitur,p.1.q 40 n.24. Sent.S.Lipſ.n.25.

MVTVS.

Mutus & ſurdus infanti & furioſo æquiparatur, p.3.q.147.n.4.

Mutus & ſurdus quomodo crimen confiteri poſſit, ibid.n.5.6.7.8.

Mutus & ſurdus delinquens mitiùs puniri debet, p.3.q.147.n.1.3.in deciſione hujus quæſtionis quomodo DD diſtinguant,n.9.10.quatenus hæc diſtinctio jure poſſit ſubſiſtere,n.11.12.

Mutus & ſurdus delinquens quando pœnâ delicti ordinariâ ſit plectendus. p.3.q.147.n.13. quid ſi delinquens ſolùm Mutus vel ſurdus fuerit, ib.n. 14.15. quid ſi ex caſu ſuperveniente quis Mutus ac ſurdus factus fuerit n.16. Status quæſtionis de eo eſt,qui naturâ hujusmodi vitium contraxit,& ſimul Surdus ac Mutus natus eſt,n.17.Si intellectum habet,neutiquã à pœnâ ordinariâ exemtus eſt & quare,n.18.19.20.21.22.25.modo teſtibus de crimine ſit convictus,n.23. Sent.S.Lipſ.n.24.

Mutus & Surdus deficiente intellectu à pœna eſt immunis,p.3.q.147.n.26.27.28.29.ſicuti & hoc caſu,quando teſtibus convinci nequit,n.30.31. Confeſſio ſignis & nutu facta ad condemnationem ſufficiens non eſt.n.32.33.34.35.quamvis & hoc caſu pœna extraordinaria queat irrogari,n.36. 37.Sent.Scab.Lipſ.n.38.39.

Mutus & ſurdus literarum peritus per ſcripturam fateri delictum, & pœnâ ordinariâ plecti poteſt, p.3.q.147.n.40.

N.

NAVTÆ.

NAutis pro furto in Gallia impoſitum ſupplicium,p.3.q.129.n.11.

NECESSITAS.

Neceſſitas facit probabile, quod aliàs licitum non eſt,p.1.q.30.n.8.

Neceſſitatis tempore omnia ſunt communia, p.2.q. 83.n.41.

NERO.

Nero interrogatus, in quos & ex qua cauſa animadverti vellet, quid reſponderit? p.3.q.101. n.25.

NEX.

Necem defuncti vindicare quinam conſanguinei poſſint,p.3 q.104.n.48.

An ad vindicandum Necem defuncti conſanguinei cogi poſſint, p.3.q.104.n.50.51.52.53.Sent.Scab. Lipſ.n.54.

NOBILIS.

Nobiles ſuo exemplo humiliores ad delinquendum provocant,p.1.q.62.n.6.

Nobiles quando mitiùs puniãtur? p.1.q.38.n.24.25.

Nobiles divites & digniores mitius puniri, quàm ignobiles & pauperes, quatenus verum, p.1.q.9. n.40.p.2.q.62.n.2.3.

Nobiles an mitiùs puniendi in crimine adulterij, p.2 q.62.n.1.5.6.7.8.9.10.11. Obſerv.S.Lipſ.n.12. an in crimine homicidii, n.4.14.15.p.1.q.2.n.3. & ſeqq.

Nobiles mitius puniendi,quam ignobiles, in pœnis tantummodo arbitrariis,p.1.q.45.n.90.p.1.q.2. n.3.5.12.maximè quando de pœna agitur corporali d.q.2.n.4.

Nobiles an ob blaſphemiam mitiùs puniantur? p.1. q.45.n.90.91.92. Sentent.Scabin. Lipſ.n.93. 94.95.

Nobiles an in infanticidio mitius puniantur, p.1. q.38.n.23.

Nobiles an in injuriis à Palinodia excuſentur, p.2. q.96.n.12.13.& ſeqq.

Nobiles an propter furtum laqueo ſuſpendantur? p.2.q.82.n.61.63 & ſeqq.

Nobilis ſtuprans puellam aut ducere, aut dotare eã tenetur,p.2.q.68 n.53.54.56.59.

Nobiles an in rapina mitius puniantur? p.2.q.90. n.39.

Nobiles à tormentis ſunt exempti, p.3.q.118.n.76. & ſeqq.

Nobiles & ignobiles ratione injuriæ illatæ ejuſdem ſunt conditionis,p.2.q.62.n.11.

In Nobilium judiciis paganis tractationi cauſarum tàm civilium, quàm criminalium Notarius juratus præeſſe debet,p.3.q.113.n.41.

Nobilibus aliisq; Magiſtratibus in foro ſuo ac cauſa propriâ etiam civili, ſubditos ſuos convenire fas eſt,p.3.q.104.n.68.

NOBILITAS.

Nobilitas quatenus in delictis veniam mereatur,p.2 q.82.n.62.65.

Nobilitas generisq; dignitas an delinquentẽ à pœna excuſet, p.3.q.148.n.32.33.34.35.36.37.

Nobilitas delinquentem à pœna ordinariâ non liberat,p.3.q.145.n.38.39. Reſpondetur ad textus contrarios,n.40.41.

Nobilitas ab homicidii pœna neminem excuſat,p.1. q.2.n.8. nec de jure Divino,Sanctione Carolinâ, aut jure Saxon.n.9.10.11.

NOMEN.

Nomen particulariter ſolvendum quatenus emere licet p.2.q.92.n.91.92.Sent.Scab.Lipſ.n.93.

NOMINIS MVTATIO.

Nomen dupliciter mutatur, p.2.q.93.n.34.35. referuntur exempla,qui nomina ſua mutarunt,n.32. 34.

Nominis mutatio quatenus ſit prohibita, p.2.q.93. n.33.

*Nominis mutationis pœna,ibid.n.*38,39.

NOMINATIO.

Nominatio ſocij criminis qualis eſſe debeat, ut faciat indicium ad torturam, & quænam huius indicii ſint requiſita,p.3.q.121.n.21.& ſeqq.

NOTARIVS.

Notarii verba teſtium non immutent,æquipollentia verba fingendo,aut locutiones eorum contrahendo,p.3.q.114.n.83.

NOTORIVM.

Notoria multa dicuntur, quæ non ſunt,p.3.q.116.n.39.

In Notoriis non expedit cognoſcere, vel ſententiam proferre,ſed exequi & punire,p.2.q 95 n.85.

NOVERCA.

Noverca affinis eſt, non cognata,vel conſanguinea, p.1.q.8.n.38.

Noverca Privigni & Vitricus parentum & liberorum appellatione propriè non comprehenduntur, p.1.q.9.n.64.

NOXA.

Noxa ſemper gravior ſequitur caput, & pœna major autorem, quàm alios qui autoritate vel exemplo ipſius peccant.p.1.q 24.n.6.

NVLLITAS.

Nullitas major non cōmittitur, quàm quæ ex omiſſa cauſæ cognitione naſcitur, p.3.q.113.n.5.

Nullum quandoq; aliquid in jure dicitur reſpectu effectus,licet ab initio ſubſiſtat, p.2.q.56.n.18.

NVMELLÆ.

Numellæ an referantur inter pœnas corporis afflictivas,p.3 q.129.n.50.51.52.53.

Numellæ non abſorbent pœnas corporales,p.3.q.132.n.71.

Numellas, **Pranger vnd Halßeyſen**/*inferior Magiſtratus erigere nequit, p.3.q.109.n.73. Sent. Scab.Lipſ.n.74. quod & aſſerendum de lapide, loco pœnæ in collo circumferendo,ibid.n.75.*

Numellas an judex ſuperior irrequiſito Conſiſtorio Eccleſiaſtico muris templorum affigere queat?p.3 q.109.n.76.77.78 Sent Scabin. Lipſenſ.n.79.

NVMMVS.

Nummus menſura eſſe debet, ad quem omnia commenſurantur.p.1.q.42.n.6.

Nummorum acceptio eſt veritatis prævaricatio,p.2 q.93.n.60.

NVBERE.

Nubere alteri nequit uxor ſi maritus ex juſta cauſa abeſt,p.2.q.58.n.14.

NVPTA.

Nuptorum novorum apud Romanos & Turcas mos uſitatus,p.2.q.63 n.5.

NVPTIÆ.

Nuptiæ ſecundæ in cauſa divortii quatenus nocenti parti ſint concedendæ? p.2.q.63.n.40.41. & ſeqq plura vid. ſupra in vocabulo Matrimonium.

Nuptias non concubitus ſed conſenſus facit,p.1,q.12 n.26 p 2.q 67.n.4.

De Nuptiis quod diſponitur,habet & locum in ſponſalibus p.1.q 12 n.27.

In Nuptiis contrahendis jus ſanguinis inſpicitur,p.2 q.73.n.71.

NVTRITOR.

Nutritores & Nutrices propriè parentes non ſunt, p.2.q.72.n.55.

NVTRIX.

Nutricem carnaliter cognoſcentis pœna, p.2.q.72. n.54.Sent.Scabin.Lipſ.n.56.

O.

Oberhurerey.

Oberhurerey *ſeu* **über-Hurerey**/*quare adulterium duplicatum dicatur.p.2.q.53.n.5.*

OBSESSIO VIARVM.

Obſeſſiones viarum quomodo puniantur? p.1 q.40. n.36.39.

OCCIDERE.

Occidere inſultatus aggreſſorem tum demum impunè poteſt, ſi aliter periculum evadere nequeat, p.1 q.30.n.1.

Occidere an alapâ percuſſus impunè queat percuſſorem, p.1.q.30.n.34.36.37.38. Sent.Scab.Lipſ.n.39.40.41.42.

An Occidere convitiis laceſſitus honoris ſui tuendi causâ injuriantem impunè poſſit? p.1.q.30.n.68.69.71.Reſp Scab.Lipſ.n.75. Quid juris in injuriis levioribus,n.76. Sent.Scabin Lipſ.n 77.78.79.80.81.82.

Occidere an & quando furem nocturnum liceat,p.1 q.32.n.37.38.39 Sent.Scab.Lipſ.n.40.41.

Occidere an pro defenſione rerum impunè aliquem liceat,p.1.q.32.n.14.16.17. quidam defenſionem rerum tum demum admittunt, ſi cum vitæ periculo conjuncta eſt, n.19.20.21. rejicitur hæc ſententia,n.22.23.24.25.31.32 36.ſententiâ Damhauderi,n.26.27.28. Reſp.Scab.Lipſ n 29.concordat.Didac.Covarruv.n.30 quando proportio inter res & vitam hominis eſt attendenda, n.33.

Si occidat inſultatus aggreſſorem durante conflictu, an pœnâ aliquâ afficiendus, p.1.q.31.n.22 23.24.25.Reſp.Scab.Lipſenſ. n.26.

Quomodo puniendus inſultatus, qui poſt breve temporis ſpatium effluxum aggreſſorem occidit, p.1. q.31.n.27.28. ceſſat hoc caſu pœna ordinaria, n. 29.30.31.32.Sent.Scab.Lipſ.n.33.

Quid juris ſi longo temporis ſpatio effluxu inſultatus aggreſſorem occidat, n.34.35 hoc caſu Occiſor pœnâ ordinariâ plectendus eſt,n.36.37.Sentent. Scab. Lipſ.n.39.uſq; ad 44.

Quæ ſit pœna Occidentis aggreſſorem poſt rixam ſedatam.ibid.n.45.46.47 Sent.S.Lipſ.n.48.49.

Occiſoris confeſſio, allegantis moderamen inculpatæ tutelæ, facit indicium ad torturam, p.3.q.122. n.7.8.9.Obſervant.Scab.Lipſenſ.n.10.

An, ſi pugno vel baculo percuſſus aliquem occidit, defenſionē prætendere queat? p.1.q.30.n.19 uſq; ad n.26.Sent.Scab.Lipſ n.27.uſq; ad n.33.

Qui alium occidit, & aliquem vulneravit, tenetur ſolummodò de homicidio,p.2.q.51.n.42.

Qui leviter offenſus aliquem occidit, num exceptione defenſionis ſe tueri queat, p.1.q.30.n.5.6.8. Sent.Scabin.Lipſ.n.9.10.11.12.13.

Occidat an quis aliquem propriis manibus, an verò alterius ope, nil refert,p.1.q.4.n.1.11.

Occidat utrum quis ipſe, an cauſam mortis præbeat, parum intereſt, p.1.q.50.n.34.p.1.q.1.n.35.p.1. q.4.n 10. Regula hæc quando locum habeat, p.1. q.26.n.12.

Occidens aliquē ad ſui defenſionē, autor rixæ in periculo cōſtitut⁹, quâ pœnâ plectend⁹,p.1.q.29.n.42.

Occidens mediatorē intervenientē in rixa, quâ pœnâ afficiendus,p.1.q.5.n.32.35.Sent.S.L.n.33.34.36.

An Occidens minantem ſibi cædem exceptione defenſionis ſeſe tueri queat? p.1.q.29.n.56.57. Quid ſi ad minas verbales accedat aliquis actus, n.58. 59.60.

Occidens alium, offenſus ab aliquo pœnam homicidii incurrit, p.1.q. 29.n.50.51.52. Reſp.S.Lipſ.n.53. 55. niſi hoc fiat caſu, non datâ operâ, n.54.

Occidens maleficos crudelis non habetur, p.3.q.142. n.3.

Occidens aliquẽ ex propoſito, latro potiùs eſt, quàm homicida, p.1.q.7.n.5.

Occidendi animus ſi deſit, veluti ſiquis gladio vel ligno aliquem percuſſerit, pravo animo, volens ei injuriam irrogare, ejusq; faciem cicatrice ſignare non occidere, nec tamẽ potuit manum ita temperare, quin graviter percuſſerit, ex eaq; percuſſione præter intentionẽ vulnerantis mors fueris ſecuta, anne delinquens pœnâ mortis ſive gladij puniri debeat? p.1.q.1.n.15. Argumenta pro ſententiâ negativâ, ib.n.16.17.19.20.21.22.23. verior eſt ſententia affirmativa, rationibus ac fundamentis firmata, n.28.33.34.36.37.39.40.41.42. Sent. Scab. Lipſ. pro affirmativâ opinione, n.43. uſq; ad n.50. Reſponſio ad contraria argumẽta pro negativâ ſententiâ adductâ, n.51. & ſeqq duplex hujus ſententiæ limitatio n.62.63.

Occidendi animus ad irrogationem pœnæ homicidii non ſemper requiritur, p.1.q.4.n.22.23.

Occidendi voluntas duplex, directa & indirecta, p.1.q.1.n.31.32.

Occidendi animus & dolus per proprium juramentum Rei quando purgari debeat, p.1.q.1 n.26.

Occidendi animo ſiquis procedat contra aliquem, nec tamen occidit, qua pœna afficiendus? p.1.q.25 n.17.18.

De Occidendi animo quomodo conſtare poſſit, p.1. q.1.n.24.25.26.27.

Occidens aliquem ex errore perſonæ quomodo puniatur? p.1.q.5.

Occidens fratrem, collateralem vel affinem quomodo puniatur? p.2.q.13.n.2.6.10 & ſeqq.

Occidens conſobrinum quomodo puniatur? ib.n.39.

Occidens quem in domo propria, p.1.q.24.n.27.29.

Occidens Principem aut Dominum ſuum quomodo puniendus? ibid.n.27.29.

Occidens alium, quàm aggreſſorem, quomodo puniatur, p.1.q.29.n.50.54.

OCCISOR.

Occiſor tenetur de exceſſu, qui alio modo periculum effugere potuiſſet, p.1.q.30.n.4.

Occiſor non debet interrogari, an vulneratus ex vulnere deceſſerit, p.3.q.113.n.30.

Occiſori ob qualificatam confeſſionem nequaquam pœna homicidii infligenda, p.1.q.33.n.66.

Occiſorem an offenſio jocoſa à pœna homicidii liberet, p.1.q.30.n.14.15.16. Reſp.Scab.Lipſ.n.17.18.

OCCISVS.

Occiſus videtur à ſe ipſo, ab invaſo ſe defendente interfectus, p.1.q.28.n.9.

Occiſi quoad perſonam circa irrogationem pœnæ nullus habetur reſpectus, p.1.q.2.n.22.

Occiſi cadaveris inſpectio neceſſariò præcedere debet, p.1.q.26.n.29.

Qualis inſpectio eſſe debeat, & quænam ſint eius requiſita? ib.n.30.31.32.33.49. Creditur Medicis ſeu Chirurgis ad minimum duobus, n.34. niſi unicus ſolùm reperiatur eo loco, quo vulneratio facta eſt, n.35. quando fides habenda barbitonſoribus n.36. Obſerv.Scab.Lipſ.n.37. Medicis non niſi juratis credendum, n.38.39. ſufficit tamen quod à principio functionis ſuæ ſemel juramentũ præſtiterint. n.40. Reſp. S. Lipſ.n.41. contra judicium Medicorũ admittitur contraria probatio inquiſiti, p.1.q.26.n.47. Reſp Scabin. Lipſenſ.n.48.

Occiſi cadaveris inſpectionis requiſita omitti nequeunt, p.1.q.26.n.50.42. Sent.Scab.Lipſ.n.53.54.

In Occiſi cadaver non eſt animadvertendum, p.1. q.2.n.30.33.

OCCVLTATIO.

Occultatio delicti quale faciat indicium? p.3.q.120. n.83.

Occultatio impregnationis & puerperij indicium facit ad torturam, p.3.q.122.n.22. & ſeqq.

Occultantes delicta quomodo puniendi, p.3.q.134. n.63.

OCTAVIVS.

Octavius Cæſar captâ civitate Peruſiâ, quæ erat partium Antonij, trecentos ex dedititiis electos utriuſq; ordinis, ad aram Julio ſtructam, Idibus Martiis hoſtiarum more mactavit in pœnam defectionis, p.3.q.128.n.22.

Octavius Cæſar Pædagogũ miniſtroſq; Caji filii per occaſionẽ valetudinis mortis ejus ſuperbè avareq; in provincia graſſantes, oneratos gravi pondere cervicibus præcipitavit in flumen, p.3.q.128.n.45

ODIOSVM.

Odioſa extendi non debeat, p.1.q.38.n.74.

Odioſa reſtringenda potius ſunt, quàm extendenda, p.1.q.13.n.37.

OFFENSIO.

Offenſio & ira num à pœna excuſent, p.1.q.38.n.58. & ſeqq.

Offenſi præcedentes & juſtæ iracundiæ calor reum liberat à pœna ordinariâ, p.1.q.18.n.5.

Offenſionem corpus dicitur ſentire, quando ex percuſſione patitur dolorem, livorem, tumorem aut ſanguinis effuſionem, p.1.q.30.n.7.

OFFICIALIS.

Officiales Principis à quo puniendi, p.3.q.110.n.80.

Officiales infideles quomodo puniendi, vid. ſup. in vocab. Adminiſtrator.

OMNIS.

Omnis particula nihil excludit, p.1.q.22.n.28.p.1. q.38.n.18.p.1.q.45.n.54.

OPEM FERRE.

Opem ferens in delictis quatenus puniatur, p.1.q.37. n.61.

Opem ferre in furto quis tripliciter poteſt, p.2.q.87. n.10.

Opem ferens & cauſam immediatam furto dans ordinariè punitur, ibid.n.16.17. & ſeqq.

Opem ferens furto per actum remotum, & de lucro participans an ordinariè puniatur, ibid.n.25.26. 27.28.

Opem in ipſo actu furandi ferentis pœna, ib.n.30.33

Opem ferens poſt furtum cõmiſſum, ib.n.38. & ſeqq.

Opẽ ferens latroni quomodo puniatur? p.1.q.22.n.30

Opem falſificatori monetæ ferentis pœna, p.1.q.42. n.66.67.

Opem ferens plagiario ordinariè punitur, p.2.q.83. n.93.94.

Opẽ ferẽs raptori ordinariè punitur, p.2.q.90.n.62.

Opem ferens ſacrilego quomodo puniatur, p.2.q. 89.n.56.57.58.

Opem ferens temeratori venationem an ordinariè puniatur? p.2.q.84..n.62 63.

OPINIO.

Opinio communi inhærere non ſemper tutum eſt, p.2.q.72.n.7.

OPTIO.

Optionis jus, quod mulieri competit defuncto marito ad heredes deſcendentes tranſit, p.2.q.65.n.32

ORDO.

Ordine omnia reguntur, geruntur, & conſervantur adeo ut equum per caudam frenare dicatur, qui ſine ordine procedit, p.3.q.103.n.5.

OSCULUM.

Oſculum luxurioſum quale ſit indicium, p.2.q.60. n.27.

P.

PACIS VIOLATIO.

PAcis pub. fractæ cauſa primo loco inter cauſas & perſonas, quæ in prima inſtantia ad Cameram pertinent, ſive mediatè ſive immediatè Imperio ſint ſubjectæ, ponitur, p.1.q.36.n.7.

Pacis fractæ crimen variis modis committitur, p.1. q.35.n.30.

Pacis fractæ crimen num committant effractores carceris, p.1.q.35.n.39.

Pacis fractæ Conſtit. loquitur generaliter, p.1.q 35. (n.24.

De Pace fractæ Conſtit. Imp: pertinet etiam ad homines privatos, p.1.q.35.n.23.S.S.L.n.25.26.27.

In Pacis fractæ crimen non omnis vis pub. incidit, p.1.q 35.n.13.

Pacis pub fractæ crimen grave & atrox eſt, p.1.q.35. (n.12.

De Pace Pub. Conſtitutio ab Imperatoribus & Statibus Imperij in Comitiis promulgata, p.1.q 35.n.2. quare Conſtitutio hæc ſtrictè ſervanda ſit, n.3.4.

Pacis pub. fractæ quænam ſint requiſita, p.1.q.40. n.2.3.p.1.q.35.n.6.

Ad Pacis pub. fractionem quot perſonæ requirantur, p.1.q 35 n.18.19.

Pacis pub fractæ pœna eſt Bannum Imperiale, p.1. q.35 n.8. Inſuper & aliæ pœnæ adverſus violatores Pacis pub. ſunt proditæ, n.9.11. Inter haſce referenda quoqꝫ eſt pœna gladii, n.10.

Pacis fractæ criminis conatus punitur pœna ordinaria, p.1 q 35.n.28. Sent. Sca . Lipſ. n.29.

Ex Pacis fractæ Conſtitutione puniuntur etiam ædium effractores & expugnatores, p.1.q.35. n.31. Sent. Scabin. Lipſ n33.34.

Quænam ſit pœna expugnationis ædium quando hæc non incidit, in crimen fractæ pacis, ibid. n.35.36. 37. Reſp. Scab. Lipſenſ. n.38.

PACIS VIOLATOR.

Pacis pub. violator licet ipſo jure in pœnam Banni incidat, nihilominus tamen ſententia declaratoria requiritur, p.1.q.41.n.102.p.1 q.36.n.28.

Pacis pub. violatoribus num ſalvus conductus concedendus, p.1.q.36.n.26.27.28.30.31. reſtringitur deciſio ad ſalvum conductum communem ſive generalem, ibid. n.32. Sent. Scab. Lipſ. n.33.

Per Pacis pub. violatores publica tranquillitas, & tranquilla libertas læditur, p.1.q.35 n.3.

Contra Pacis pub. violatores Ordinibus Imperii executio mandata eſt, p.1.q.36 n.13.

Ut in Pacis pub. violatores pro jure & more cuiusqꝫ regionis animadvertant, à Cæſarea Majeſtate Magiſtratibus & Ordinibus inferioribus quibuſcunqꝫ permiſſum eſt, p.1.q.36.n.15.

Pacis pub. violatores variis ſubjiciuntur pœnis, p.1. q.36.n.1.

Inter quas pœnas præcipua eſt Bannũ, Imperii, ib. n.2

Pacis publ. violatores an ſolus Imp. & Camera Cæſ. vel etiã Status Imp in Bannũ declarare queant, p.1, q.36.n.3. Opinio negativa pro ſolo Imp. & Camera Imperiali, n.5. referuntur argumẽta huius opinionis, n.6.7.8.9.10 verior eſt ſententia affirmativa, n.11.12.24. referuntur fundamenta hujus ſententiæ, n.13.15.16. Reſponſiones ad argumenta contraria, n.18.19.20.21. Sent. S. L. n.25.

PACTUS RETROVENDITIONIS.

Pactum retrovenditionis quatenus admittatur in pignore, p.2 q 92 n.96 & ſeqq.

PALINODIA.

Palinodia jure Civili eſt incognita, p.2.q 94.n.13.

Palinodiæ actio num ſit Civilis vel Criminalis, p.2. q.94.n.50 & ſeqq. Reſp Scab. Lipſ. n.64.

Palinodiæ actio num ſit pœnalis, & quidnam contineat, ibid. n.15 16.17.

Palinodia an omnibus Injuriantibus imponenda? ibid. n.18.19.20. quomodo procedendum ſit adverſus reum contumacem, Palinodiam præſtare nolentem, ſi præſens ſit, ibid. n.21.24.25. Sent. Sc. Lipſ. n.22.23.26. quid ſi reus ſit fugitivus & abſens n.27.28.30. Sent. Scabin. Lipſ. n.29.31.

Palinodia num infamet? p.2.q.94.n 65.66.67.

Palinodia non habet locum, ubi judex ex officio inquirit, p.2.q 96.n.9.

Palinodiæ actio an adverſus Collegium vel Univerſitatem intentari poſſit? p.2.q 96.n.16.17.18.

Ad Palinodiam omnes indifferenter injuriantes conveniri poſſunt, p.2.q.93.n.11.

à Palinodia Clerici non ſunt exempti, p.2.q.96.n. 19.20. Reſp. Scab. Lipſ. n.21.

à Palinodia Nobilitas non excuſat, ibid. n.12.13.14. Obſerv. Scab. Lipſ. n.15.

Reus in Curia Elect. Sax. injuriarũ actione conventus à Palinodia ſe liberare poteſt, ſi ſponte profiteatur, ſe de actore non niſi bonum atqꝫ honeſtũ ſcire ac loqui poſſe p.2.q.97.n.12.13. idemqꝫ obtinet in aliis judiciis inferioribus, n.14.15. certæ ponuntur limitationes, n.16.17 18. Sent. S. Lipſ n.19.20.21.

An actor Palinodiam cum æſtimatione injuriarũ in libello cumulare queat? p.2 q.95.n.31. S.S.L. n 32 quid juris in Camera Imperiali, n 33. R.S.L. n.34.

PAPA.

à Papa plurimi Imperatores non fuerunt coronati, p.2.q.41.n 51.

Papalis coronatio non facit Imperatorem, p.1, q.41. n.48.49.50.

PARAPHERNALIA.

Paraphernalia uxoris adulteræ an vir lucretur jure Civili? p.2.q.64.n.19.20.22. An jure Saxon. ib. n.28.29.35.36.

PARENTES.

Parentes jus vitæ neciſqꝫ in filios quondam habebant, p.1.q.9.n.1.

Parentes non tenentur pro delictis liberorum, p.3. q.131.n.5. Sent. Scab. Lipſ. n.6.

Adverſus Parentes delinquentium liberorũ pœnæ, p.2.q.100.n.31.32.33. Sent. Scab. Lipſ. n.34.

Parentibus impias manus inferentes liberi quomodo hodie puniendi ſint, ibid. n.35.36.37.38.39.44. Sent. Scab. Lipſenſ. n.40.41.42.43.45.46.

Parentibus & Magiſtratibus æqualis debetur honor p.2.q.100.n 25.

Injuria, quæ Parentibus infertur, habetur atrocior, ibid.n.1.

à Parentibus ſummum beneficium nimirum, poſt Deum, vitam accepimus, p.1.q.32.n.3.

Parentum appellatione omnes in infinitum Superiores continentur, p.2.q.74 n.16.

Parentum juſſus quatenus liberos delinquentes à pœna ordinaria excuſet? p.1.q.18.n.46.

Parentes filios fornicari permittentes puniuntur, p.2. q.71.n.40.41.43.

Parentes & affines an delinquentem & latitantem indicare & ignorantiam juramento purgare teneantur, p.3 q.134.n.52.& ſeqq.

PARISIENSIS.

Pariſienſis laniena fuit crudeliſſima, p.1.q.44.n.23. 24.25.

PARRICIDA.

Parricidam impunè quondam occidere licuit, p.1. q.8.n.5.

Parricidarum pœna, p.1.q.7.n.15.

Cum parricida cur quatuor beſtiæ culeo inſuantur, q.8.n.9.

Parricidæ in defectu fluminis propinqui rotæ pœnâ afficiuntur, p.1.q.8.n.22.

PARRICIDIVM.

Parricidium unde dicatur, & quodnam propriè ſit delictum, p.1.q.8.n.2.

Parricidium venit etiam nomine homicidii, p.1.q. 1,.n.56.

Parricidium crimen eſt atrociſſimum & immaniſſimum, ibid.n.3.6.

De parricidio quare Solon legem non tulerit, p.1.q.8. n.4.

In Parricidio quænam indicia ad probationem corporis delicti ſint ſufficientia, p.1.q.16.n.24.25.

Parricidiū variis modis & in diverſis perſonis committitur, p.1,q.8.n.24.

Parricidii pœna quænam apud Romanos fuerit, p.3. q.8.n.7.

Ob quam cauſam pœna talis fuerit introducta, ibid. n.8.9.10.

Num hæc pœna etiamnum hodie ſit in uſu, ibid.n.11. uſq; ad 16.

Quæ pœna hodie obtineat in foro Saxon.n.17. Sent. Scab.Lipſ.n.23.

Quatenus pœna Parricidii à Romanis adinventa hodiernis moribus fuerit immutata, n.18.uſq; ad n.22.

Parricidium committit conjux conjugem occidendo, p.1.q.12.n.1.

Quænam huius delicti pœna, de jure Civili, ibid.n.2. uſq; ad n.10.

Quænam in foro Saxon.ibid.n.13.18. Sent.Scabin. Lipſ.n.17.19.20.21.22.

Parricidium in collateralibus conſanguineis & affinibus committitur, p.1.q.13.n.1.

Quæ ſit pœna huius delicti, ibid.n.2.3.4.5.6.7.

Pœna huius criminis in foro Saxon.n.8.

Quænam perſonæ hâc pœnâ teneantur, ibid.n.11,12. Sent.Scab.Lipſ.n.13.

Quid juris in occiſore fratris ex unico tantummodo latere ſibi conjuncti, p.1.q.13.n.14.16. Reſp.Scab. Lipſ.n.18.

Pœna occidentis conſanguineos in gradu remotiori p.1.q.13.n.19.Sent.Scab.Lipſ.n.20.

Occidens patruum avunculum, amitam vel materteram quo ſupplicio puniatur, p.1.q.13.n.21. Reſp.Scab.Lipſ.n.22.

Pœna eius, qui fratris ſororisve filium filiamve necat p.1.q.13.n.23. Reſp.Scabin.Lipſenſ.n.25.

Affinem interficientis pœna, p.1.q.13.n.26.29.Sent Scab.Lipſ.n.30.

Parricidij pœna ad quem uſq; gradum conſanguinei & affines ſeſe necantes teneantur, ibid. n.31.32. Obſerv.Scab.Lipſ.n.38.

Pœna occidentis conſobrinum conſobrinamve, ibid. n.39.Sent.Scab.Lipſ.n.41.

Parricidii in parētes cōmiſſi pœna, p.1.q.8.n.25.26.27

Parricidii pœnâ an teneantur ſpurii & liberi naturales, inceſtuoſi & adulterini, p.1..q.8.n.28.

Parricidii pœnâ an afficiendi ſocerum ſocrum, vitricum novercam, alioſve ſimiles, trucidantes, p.1. q.8.n.29.30.31.32. Deciſio huius quæſtionis, n.33. uſq; ad 37.Sent.Scab.Lipſ.n.39.40.41.42.

Quandoq; pœna necantium vitricum, novercam, exaſperari poteſt, ibid.n.46. Reſp.Scab.L.n.47.

Quâ pœnâ plectēdus ſit ſponſus ſponſam ſuam interficiens, p.1.q.12.n.n.23,34.& ſeqq.S.S.L.n,45.

Quid ſi Sponſus ſponſam imprægnatam occidat, p.1. q.12.n.46.Sent.Scabin.Lipſ.n.47.

Parricidii pœna ad ſolam rei confeſſionem irroganda haud eſt, priuſquam de corpore delicti conſtet, p.1.q.16.n.1.7.Obſerv.Scab.Lipſ.n.8.

In Parricidii crimine quando de corpore delicti certè conſtare dicatur, p.1.q.16.n.7.9.12.13.14. Reſp. Scab.Lipſ.n.15.

De Parricidii crimine quomodo conſtare poſſit, ſi cadaver canibus devorandum, vel in aquam profluentem fuerit projectum, p.1.q.16.n.16.17.22. 23.Sent.Scab.Lipſ.n.26.

Num per unicum teſtem corpus delicti queat probari, p.1.q.16.n.27.Sent.Scab.Lipſ.n.28.

An Secundinæ probent corpus delicti in crimine infanticidii, ibid.n.29.Sent.Scab.Lipſ.n.30.

De Parricidio ſi ne quidem ex certis indiciis conſtet; quomodo reus puniri debeat, ibid.n.31.33. Sent. Scabin. Lipſenſ.n.35.36.37.38.39.40.

Quodnam Indicium ſufficiens ad irrogandam pœnam gladii, ibid.n.34.

Ad nudā Rei confeſſionē delinquēti pœna mortis irroganda haud eſt, p.1.q.16.n.41.ſed ſolùm fuſtigatio ac perpetua relegatio, ib.n.42.S.S.L.n.43.44

Parricidii pœna non obtinet, niſi occiſor habuerit animum & propoſitum occidendi, ibid.n.42.44. Sent.Scabin.Lipſ.n.46.

Parricidium non quodvis culei ſupplicio punitur, p.1.q.12.n.39.

Parricidii pœna ceu odioſiſſima ad conatum extendenda haud eſt, p.1.q.17.

In Parricidii pœnâ conſideratur tantùm ſubſtantia parentum & liberorum ſeu filiationis, non qualitas, p.1.q.9.n.16.

pro Parricidii attentato qui ordinariā pœnā irrogādam eſſe arbitrātur, eorū opinio refertur, p.1.q.17 n.1.2.4.maximè ſi veneno parricidiū ſit attentatum, n.2. Contrariū ſentientiū opinio, n.5.7.8.9.

De conſuetudine generali conatus non punitur pœnâ ordinariâ, ib.n.6.14. vera deciſio, n.10.11,12.13. Diſpoſitio juris Sax.hac de re, n.15.17. Ordinationis Criminalis Caroli V. Imperatoris, n.16.

pro Parricidij attentato quænam pœna ſit inflīgēda, p.1.q.17.n.18.19.20.

Si delinquens ad actum proximum devenerit, & damnum irrecuperabile dederit, quanã ſit pœna, p.1.q.17.n.21.22.23.24.S.S.L.n.25.26.27.28.

Parricidij attentati abſq; damno dato irrecuperabili quænam ſit pœna? p.1.q.17.n.29.30 31. Sentent. Scab.Lipſ.n.32.33.34.35.

Si in Parricidij actu remoto delinquens ſubſiſtat, quænam conatus iſtius pœna? p.1.q.17.n.36.37. Sent.Scab.Lipſ.n.38.

Parricidii crimen quandoq; aggravatur, p.1.q.14.n.10. quare & tum pœna quoq; exaſperari debet, n.2.9 S.S.L.n.5.6.7. Reſp.Jenenſium, n.8.

Parricidii pœna ob criminis reiterationem exaſperari debet, p.1.q.14.n.10.

An Parricidii indifferenter cuiuſvis reiteratio uſtulatione ferri candentis puniatur, p.1.q.14.n.17.18.19.21.Sent.Scab. Lipſ.n.22.23.

Parricidii pœna quandoq; mitiganda eſt, p.1.q.15.n.1

Parricidii pœna ordinaria ceſſat, quoties in occidente deeſt propoſitum necandi, p.1.q.15.n.2.3.4.5.7

Parricidii doloſi, abſq; animo tamen occidendi perpetrati, pœna, ibid.n 9.10.11. Sent.Scabin. Lipſ. n.16.17.18.19.20.21.

Parricidii abſq; dolo perpetrati pœna, p.1.q.15.n22.24.Sent.Scab.Lipſenſ n.26.uſq; ad n.32.

In Parricidio quomodo culpa levis ſit coercenda, p.1.q.15.n.33.34. pro levi culpa pœna extraordinaria imponenda eſt, n.35. Sent.Scab Lipſ.n.36.37.38.

Ob Parricidium doloſum an in VVerigeldum occiſor condemnari debeat, p.1.q.15.n.53.54.55.57.58 Sententia veterum Scabin.n.59.

Parricidii pœna perinde ut alia ſupplicia arbitrio judicis eſt ſubjecta, p.1.q.18.n.1.

à Parricidii pœna ordinaria quanam cauſæ reum eximant? p.1.q.18.n.2.4. cauſa etiam injuſta & beſtialis delinquentẽ à dolo excuſat, n.3.& 15.

Parricidiũ ex errore commiſſum veniam meretur, p.1.q.18.n.14.15.16.18.Reſp.S.Lipſ.n.19.20.21.

Parricidii ante conſummationem pœnitentia quatenus delinquentem excuſet? p.1.q.18.n.22.25. Reſp.Scab.Lipſ.n.26.

In Parricidii crimine ætas minorennis veniam meretur, p.1.q.18.n.27.28.29.30.Reſp.S.L.n.32.

In Parricidii crimine Melancholici quâ pœnâ plectendi? p.1.q.18.n.33.uſq; ad 37.Sent.Scab.Lipſ. n.38.39.40.41.

In Parricidii delicto ebrietas quatenus delinquentem excuſet, p.1.q.18.n 42.43.Reſp.S.L.n.44.

In parricidii delicto mandatũ & juſſus parentũ num Reum excuſet? p.1 q 18.n.45 46 R.S.L.n.47.48

In parricidii delicto metus & timor an veniam mereatur, p.1.q.18.n 49.50.S.S.L.n.52.53.

à Pœna parricidii morbus Epilepticus in quantum reum liberat, p.1.q.18.n 54. Reſp.S.Lipſ.n.54.

PARTVS.

Partus ſuppoſiti pœna, p.1.q.93.n.27.28.29. Sent. Scab.Lipſ.n.30.31.

Per Partus alieni ſubſtitutionem falſum perpetratur, p.2 q.53.n.22.p 2.q.61.n.7.

PASCVA.

Paſcua venenantium quæ ſit pœna? p.1.q.21.n.29.30.Reſp Scab.Lipſ.n.31.32.

PASQVILLVS.

Paſquillus unde dicatur, p.2.q.98.n.3.

Paſquillus & injuria ſcriptis illata quomodo differant, p.2.q.98.n.4.51.52.53.

Paſquilli definitio, p.2.q.98.n.2.

Paſquilli propalator, inventor, legens ac conſulens non tenetur pœna famoſi libelli, p.2.q.98.n.17. uſq; ad n.23 quâ pœnâ hi ſint plectendi, n.21.

Paſquillo qui nomen ſuum ſubſcripſit, an pœna famoſi libelli ſit plectendus, p.2.q 98.n.24. argumenta affirmativæ ſententiæ, n.25.26.27. verior eſt ſententia negativa, n.28.29.32.33.Sent.Scab. Lipſ.n.34.35. refutantur argumenta affirmativæ opinionis, n.36.37.38.39.

PATER.

Pater filij defenſor in judicio criminali admittitur, p.3 q.105.n.81.82.83.

Pater quilibet infanti neceſſaria ſubminiſtret, p.2. q.68.n.105.

Patri quondam competebat jus vitæ & necis, p.2. q.100.n.26. quod hodie juſtâ cauſa ei fuit ademptum, n.27.28.29.30.

PATERFAMILIAS.

Paterfamilias an & quando de incendio, ex culpâ & negligentiâ familiæ ſuæ exorto, teneatur? p.1. q.39.n.51.53.54.55.

An Paterfamilias teneatur probare culpam ſuam ſuorumq; abfuiſſe incendio in ædibus exorto, ibi: n.58.

Paterfamilias miniſtrorum, qui ad illud officium deputati non fuerunt, nec hoſpitum, aut advenarum culpam non præſtat, p.1.q.39.n.61 quatenus verum, n.66..

PATRIVS.

Patria poteſtas in pietate, non atrocitate conſiſtere debet, p.1.q.9.n 2.

PATRIARCHA.

Patriarcharum Polygamorum exempla examinantur, & quid de his ſentiant Theologi, p.2.q.66. n.4.uſq; ad n.11.

PATIBVLVM.

Patibulum Magiſtratus propriis ſumptibus erigere atq; collapſa reficere tenentur, p.3.q.138.n.52. Reſp.Scab.Lipſenſ.n.53.

PAVPERTAS.

Paupertas in fornicatiõe an excuſet? p.2.q.70.n.30

Paupertas an in lenocinio excuſet? p.2.q.71.n.70.

PECCATVM.

Peccata omnia æqualia eſſe contendunt Stoici, p.1. q.24.n.4.

Peccata tantò graviora ſunt, quantò diutiùs detinent animam alligatam, p.3.q.101.n.13.

Peccata ſuppliciorum & pœnarum comminatione, præcaventur, p.3.q.101.n.5.

Peccata coërcentur pœnarum irrogatione, p.3.q.101 n.9.

PECVNIA.

Pecunia appellatione quæ veniant, p.1.q.19.n.38. p.1.q.22.n.52.

Pecunia interventus delictum facit atrocius, p.1.q. 19.n.7.8.p.1.q.22.n.12.40.p.1.q.38,n.50.

Pecunia & bona hominis vocãtur, p.1.q.32.n.15.

Pecuniâ corruptus qui delinquit, non eſt propriè inimicus, nec habet excuſationem aliquam ſui delicti, p.1.q.19.n.9.

Qui pecuniam alteri exſolvendã accipit, eam verò pro ſuâ neceſſitate expendit, quomodo puniendus p.2.q.85.n 92.93.94.95. Sent.Scab.Lipſ.n.96.

Pecunia ludo deperdita à lucrante condici poteſt, p.3.q.134.n.23.& ſeqq. Fallit de jure Sax. ib n.25

Pecu-

Pecunia luſori mutuò data repeti poteſt, ibid. n. 27.

Peinlich.

Peinlich/vocab: ſignificatio, p 3. q. 102. n. 44. 45. 55.

Peinliche Klage/quid ſit, ibid. n. 49.

Peinliche Straffen/quæ ſint, ibid n. 51.

Peinlich Halßgerichte/quomodo in foro Sax: differat, von hochnothpeinlichen Halßgerichte/& quæ ſit horum vocabulorum uſurpatio, p. 3. q. 136 n. 53. & ſeqq.

PERCUTERE.

Percutientis aliquem in loco publ: an gefreytem Orth/quænam ſit pœna? p. 1 q. 40. n. 30. 31.

Percuſſiones & alapæ ad Iurisdictionem inferiorem pertinent, p. 2. q. 99. n. 14. quâ pœnâ coërceantur, n. 15. 16. 17. 18.

PERICULUM.

Periculum ubi maius, ibi cautius agendum, omnibusq; modis providendum, ne quid alterius incõmodo aut periculo quod contra jus vel utilitatem publ: ſit iniurioſe committatur, p. 3. q. 103. n. 4.

Periculo ſe ſubijciens in diſcrimine vitæ non videtur conſtitutus, p. 1. q. 29. n. 44. 99.

PERITIA.

Peritia delinquentis minuit pœnam, p. 3. q. 149. n. 64. modò Princeps conſentiat, quem iudex conſulere debet, n. 65. & ſeqq.

PERITUS.

Peritis in arte ſuâ credendum eſt, p. 1. q. 26. n. 24.

Peritis arte non creditur, niſi iuratis, p. 2. q. 78. n. 58.

PERJURIUM.

Periurium eſt ſpecies criminis læſæ Maieſtatis divinæ, p. 1. q. 46. n. 1. 1.

Periurium atrox & grande crimen eſt p. 1. q. 46. n. 3

Periurium teſtis deponentis in crimen falſi incidit, ibid. n. 35.

Periurij definitio, p. 1. q. 46 n. 2.

De periurio Reſcriptum Imp. Alexandri in l. 2. C. de reb. cred. p. 1. q. 46. n. 4. in quo explicando anxiè laborârunt Dd. ib: n. 5. 21. variæ referuntur explicationes interpretum, ib: n. 6. usq; ad n. 12. vera explicatio l. 2. C. de reb. credit. ibid. n. 23. usque ad n. 28. ratio huius explicationis, n. 29. Reſpondetur ad contraria, n. 30. 31. 32. 33. 34.

Inter Periuria temeraria, deliberata & inconſiderata probè diſtinguendum, p. 1. q 46. n. 46.

In Periurio perpendendum eſt damnum & commodum, ibid. n. 47.

Periurium num iure Civili Romano fuerit punitum, ibid. n. 3. & ſeqq.

Peiurij pœnæ fit mentio in iure Civili, ibid. n. 15.

Periurium iure Romano non puniebatur, ibid. n. 22.

Periurium Deus non relinquit impunitum, p. 1. q 46 n. 37. quod demonſtratur exemplis, ibid. n. 38. 39.

Periurium moribus hodiernis punitur à Magiſtratu, p. 1. q. 46. n. 40. 41. nec non de iure Pontificio, ib: n. 42. arbitrariâ pœnâ hodie Periuri puniuntur pro arbitrio iudicis, n. 43. usq; ad n. 47. Reſponſ. Jenenſium, n. 48 Sent. Scab. Lipſ. n. 49.

Periurium quando puniatur amputatione digitorum, p. 1. q. 46. n. 50. 51. 53. 56. Sent. Scab. Lipſenſ. n. 54.

Periurij Pœna ordinaria quando ceſſet, p. 1. q 47. n: 46. 47. quænam cauſa ad excuſationem à pœna ordinaria ſit ſufficiens, nu. 48. 49. 51. Obſervat. Scab. Lipſ. n. 50. 52. 53. 54. 55.

Periurij pœnam quilibet ſubiret, ut vitam redimeret, p. 1. q. 1. n. 26.

Periurium punitur pœnâ extraordinariâ, p. 1. q. 47. n. 1.

Perjurium relegati revertentis quomodo puniatur ſecundum Sanctionem Carolinam, p. 1. q. 47. n. 5. quomodo de jure Sax: n. 6. 7. 8. vid. plura in vocab. Relegatus.

In Perjuros an non in Imp. Romano certa ac ordinaria pœna definita ſit, p. 1. q. 46 n. 50. & ſeqq.

Perjuros Ethnici graviſſimis afficiebant pœnis, ibid. n. 13.

Perjuros Ægyptij capitali ſupplicio puniebant, ibi: n. 14.

Adverſus Perjuros genera pœnarum Legibus prodita ſunt, ibid. n. 16. 17. 18. 19. 20.

Perjurio ſuo qui alium ad capitalem pœnam fecit damnari, ſimili pœnâ affici debet, p. 1. q. 46. n. 55.

PERMITTERE.

Permittitur ſi aliquid Lege, vel Statuto, vel conſuetudine, omne id, quod ex tali actu permiſſo ſequitur, punibile non eſt, p. 1. q. 28. n. 32.

PERMUTATIO.

Permutationis violentæ & coactæ pœna quænam ſit, p. 1. q. 19. n. 9. 10. 13. Sent. Scab. Lipſ. n. 11. 12.

PERSÆ.

Perſarum Reges aureos nummos ſuâ ſignabant imagine, qui inde Darici dicebantur, p. 1. q. 42. n. 2.

PERSUASIO.

Perſuaſio nimia videtur habere vim coactionis, p. p. 2. q. 68. n. 28.

PESTIS.

Peſtis nulla efficacior eſt ad nocendum quàm familiaris inimicus, p. 1. q. 22. n. 37.

PHARMACOPOLA.

Pharmacopolæ, alijq; venenorum venditores ac Inſtitores juramento de non temerè vendendo & dando veneno, ſine cognitione & permiſſu Magiſtratus ſunt adſtricti, p. 1. q. 20. n. 7.

PHILIPPUS.

Philippus XXIII. Rex Macedoniæ à Pauſania obtruncatus eſt, quod ſtuprum ab Attalo commiſſum non vindicaſſet, p. 3. q. 116. n. 14.

Philippi Haſſiæ Landgravij dicterium, Man ſoll einen Fürſten kennen bey reiner Straſſen/guter Müntze/vnd haltung beſchehener Zuſage/ p. 1. q. 42. n. 4.

PHILTRUM.

Philtrum ſeu poculũ amatorium propinantis pœna, p. 1. q. 21. n. 15. 16. 17. 18. 20. Reſp. Sc. L. n. 22. 23.

PHYSIOGNOMIA.

Phyſiognomia per ſe non facit indicium, ne quidem ad territionem, p. 3. q. 120. n. 79. & ſeqq.

PIETATIS MONTES.

Pietatis montes Pontificum & Italorum improbantur, p. 2. q. 92. n. 4. 5. 6.

Quodnam Pietatis ærarium ſit tolerabilius, p. 2. q. 2. n. 7. 8. 9.

PIGNUS.

Pignoris ſub pacto de retrovendendo emptio quatenus valeat, p. 2. q. 92. n. 96. 97. 98. 100. 101. 102. Sent. Scab. Lipſ. n 99. 103.

PISCATIO.

In Piſcium furto mitigatur pœna furti ordinaria, p. 2. q. 84. n. 77.

Piſcantium in piſcinis vel lacubus alienis pœna, ibid. n. 78. quid juris in foro Sax: n. 79.

Quid iuris in ijs, qui in alienis rivis, aquis & Flumini-

minibus non incluſis Piſcantur, piſces capiunt, & auferunt, p.2.q 84.n.80.81.

Piſcari cuivis de jure communi in quovis flumine pro lubitu licet, p.1.q.84.d.n.80.ſicuti & de jure Divino & Saxon: d.n.80.

Piſcari in flumine publ: de moribus hodiernis non licet, ibid.n.81.

Piſcantium in rivis alienis pœna, ibid.n.82.83.

Piſcationem prohibitam in rivis, aquis, & fluminibus alienis exercentes quomodo puniantur, in foro Sax: ibid.n.84.85.87.89.90.S.S.L.n.86. 88.91.

PISO.

Cn: Piſo quibus ſignis convictus fuerit, quod Germanicum juſſu Tiberij veneno necaſſet, cum tamen ipſe ſe excuſaret, quod morbo defunctus eſſet, p.1.q.21.n.3.

PLAGIVM.

Plagium ſpecies furti eſt, p.2.q.83.n.85.86.87.

In Plagij crimine auxilij præſtiti pœna, ibid.nu.93. Sent.Scabinor.Lipſ.n.94.

Plagiarij mortis pœnâ afficiuntur.p.2.q.83.n.88.89. etiam in foro Sax:n.90. Reſp. Scab Lipſ.n.91.92.

POCVLVM AMATORIVM.

Poculum amatorium propinans quomodo puniatur? p.1.q.21.n.15.18.21.

POENA.

Pœna quomodo definiatur, p.3.q.128.n.3.

Pœna vel criminalis eſt, vel civilis, ibid.n.4.hæ pœnæ quomodo differant, n.5.

Pœna capitalis quænam dicatur, ibid.nu.10.p.3.q.129.n.1.

Pœna capitalis propriè & in foro Saxon: eſt mortis ſupplicium, p.3.q.129.n.2.3.p.3.q.102.n.18.

Pœnæ capitales & corporales in jure Divino ſunt fundatæ, p.3.q.128 n.14.

Pœnæ corporis afflictivæ variæ quondam fuerunt Romanis uſitatæ, p.3.q.129.n 4.5.6.12.

Pœnæ quænam corporis afflictivæ in terris Sax: uſu receptæ ſint? p 3.q.129.n.13.usq; ad n.42.

Præter haſce pœnas corporales in foro Sax: nullum aliud reperitur ſupplicium corporis afflictivum ibid.n.49.

Pœnæ ſunt capitales vel non capitales, p.3.q.102.n.2.Capitales quænam ſint.ibid.n.3.5.7.8.

Pœna ſanguinis quænam dicatur, ibid.n.9.

Pœnæ ſanguinis num ſint fuſtigatio & abſciſſio membri, ibid.n.10.11.

Pœnæ non capitales quænam ſint? p.3.q.102.n.12.

Pœnæ ſunt vel ſummi, vel medij, vel infimi gradus, ibid.n.13.14.15.

Pœna vel eſt legitima, vel conventionalis, vel teſtamentaria, p.3.q.102 n.16.

Pœnæ quoq; dividuntur in ordinarias & extraordinarias, ibid.n.17.

Pœna mortis de jure Sax: actionem civilem & confiſcationem excludit, p.3.q.140.n.140.

Pœna capitalis de jure Civili quænam dicatur? p.2.q.98.n.7.

Pœna corporis afflictiva impuberibus quandoq; infligitur, p.3.q.143 n.35.36.43.

Pœna debet ſemper commenſurari delicto, p.1.q.13.n.5.p.1.q.39.n.35.p.1.q.46.n.45 p.3 q.142.n.29.

Pœna major minorem abſorbet, p.1.q.23.n.48.p.1.q.19.n.29.

Pœna mitior in dubio eligenda, p.1.q.11.n.30.p.1.q.17.n.31.

Pœna ſi matrimonium contrahentibus à jure impoſita eſt, eam non ſubeunt ſponſalia tantummodò contrahentes, p.2.q.56.n.39.

Pœna mortis locum non habet, niſi dolus intervenerit, p.1.q.14.n.14.15.23.

Pœna gravior & atrocior in delictis concurrentibus irroganda eſt, p.1.q.20.n.42.

Pœna legis non eſt extendenda, p.2.q.56.n.32.

Pœna odioſa ſtrictè interpretanda, p.1.q.15.n 6.

Pœna privationis locum non habet, niſi in jure expreſsè ſtatuta reperiatur, p.2.q 64.n.25.

Pœna publica non tollit VVerigeldum, p.1.q.34.n.17.22.23.

Pœna quæ Saxonum jure expreſſa non eſt, alicui imponi non poteſt, aut debet, p.1.q.12 n.32.

Pœna unica pluribus delictis nō ſufficit, p.1 q.38.80.

Pœna unius eſt ſalus multorum, p.1.q.23.n.65 p.3.q.113.n.21.

Omnia jura mundi pro aliquo crimine diſponentia, quod ipſo jure pœna imponatur, intelligēda ſunt, dummodo ſecuta fuerit ſententia declaratoria, p.1.q.36.n.29.

à Pœnâ ordinariâ quænam cauſæ reum eximant, p.1.q.18.per tot:

à Pœna ordinaria cauſa qualibet etiam injuſta & beſtialis delinquentem excuſat, p.1.q.13 n.45.p.3.q.140.n.143.& 144.

à Pœna ordinaria alicujus delicti minor regulariter exemptus non eſt, p.3.q.143 n.59.61.62.63.64.65.66 67.70.Sent.Scab.Lipſ.n.71.usq; ad n.75. quod non ſolùm in atrociſſimis, ſed etiam in alijs delictis obtinet, n.76.Sent.Scab. Lipſ.n.78.79.

Ab omni ferè Pœnâ impuberes, infantiæ proximi, ſunt immunes, p.3.q.143.n.30.

Pœnâ mortis impuberes ob inſignem malitiam afficiuntur, p.3.q.143.nu.48.49.50.51.tria requiruntur ad hoc, ut mortis ſupplicium poſſit impuberibus irrogari, & quænam ſint requiſita? ibid. n.51.53.54.55.Sentent.Scab.Lipſenſ.n.56.57.58.

à Pœna ob furorem præteritum delinquens non excuſatur, p.3.q.145.n.39.Sent.Scab. Lipſ.n.40.

Pœnâ extraordinariâ culpa in furioſo coercetur, p.3.q.145.n.46.47 48.49.quo caſu pœna corporalis quandoq; obtinet, n.50.Sentent.Scabin.Lipſ.n.51.52.

Pœnæ ſunt accelerandæ contra malefactores propter publ: utilitatem, p.1.q.24.n.10.

Pœnæ non alios, quam ſuos, teneant autores, p.3.q.141.n.2.

Pœnæ in foro Sax: quædam ſunt atroces, quædam atrociſſimæ, p.3.q.102.n.56.

Pœnæ civiles quænam ſint? p 3.q.130.n.1.quarum tres potiſſimum hodie uſu ſunt receptæ, 1.mulcta pecuniaria d.n.1.& ſeqq.2.Pœna carceris, n.8.& ſeqq.3.relegatio, n.13.14.15.

Pœnæ ac cauſæ criminales in foro Saxon: quænam dicantur, quænam civiles, p.3.q.102.nu.48 49.50.51.52.55.Sent.Scab.Lipſ.n.53.

In foro Sax: non niſi Pœnæ corporis afflictivæ dicuntur criminales, p.3.q.128.n.6.

Pœnæ commenſurari debent delictis, p.2.q.51.n.40.61.p.2.q.54.n.21.p.3 q.102.n.1.

Pœnæ non conſtitutæ ſunt niſi in hominum emendationem, p.2.q.53.n.9.

Pœnæ circa irrogationem nullus habetur reſpectus quoad perſonam occiſi, p.1.q.2.n.12.

Pœna

Pœnæ dant alijs exemplum, p.3.q.131.n.12. (32.

Pœnæ mortis quænam hodie obtineant, p.3.q.128.n.

Pœnæ ſingulæ ſingulis delictis competere debent, quando hoc limitandum, p.1.q.23.n.39.48 p.2.q.62.n.60.62.

Ex Pœnæ genere de qualitate & ſubſtantia delicti non ſemper judicare licet, p.2.q.52.n.89.

Homines peccare oderunt ſaltem formidine Pœnæ, ſi non virtutis amore, p.3.q.133.n.21.

Pænam capitalem ſi lex vel Statutum imponat, magis ea de exilio aut deportatione, quàm capitis ſupplicio intelligi debet, p.3.q.133.n.26.

Pænam carceris vel relegationis VVerigeldi ſolutio non excludit, p.3.q.143 n.37.38. Sentent. Scab. Lipſ.n.39.40.41.42.

In caſibus, in quibus iura Civilia Pænam mortis naturalis imponunt, iura Canonica pro graviſſimo etiam delicto Pænam carceris infligunt, p.2.q.62.n.18.

Pænam furioſus habens intervalla, ſi deliquerit, furore remiſſo incurrit, p.3.q.145.n.33. usq; ad 38. Sent. Scab. Lipſ. n.36.

Per Pænam corporalem & iudici & parti ſatis fit, ac criminalis Pæna omnem civilem actionem abſorbet, p.2.q.100.n.16.

Pænam eandem delictum idem meretur, p.2.q.56.n.49.

Pænam graviorem requirere delicti reiterationem quatenus verum, p.1.q.38.n.75.

Pænam mortis Eccleſia non infligit, p.3.q.128.n.12.

Ad Pænam mortis inferendam tardiores debent eſſe iudices, p.3 q.128.n.11.13.

Ad Pænam mortis crimine non plenè probato deveniri nequit, p.3.q.116.n.49.

Quomodo de corpore delicti conſtare debeat, antequam reus ad pænam mortis condemnetur, p.3.q.148.n.45.46.47.48.

Pænam Magiſtratus, merum licet habens Imperium, irrequiſito JCtorum conſilio decernere nequit, p.3.q.116.n.3.4.8.24.25. fallit in leviorib. delictis, n.27.

Cauſæ afferuntur, propter quas facultas decernendi Pænam Magiſtratibus fuit adempta, p.3.q.115.n.11.12.17.23.

Pænam unus aliquis JCtus ſolus definire non debet, p.3 q.116.n.21.22.

Pænam in membris delinquentibus rei ſentiant, p.1.q.47.n.10.

Delicto à pluribus commiſſo omnes & ſinguli in ſolidum ſunt obligati ad pænam, nec unius ſolutio alteri prodeſt, p.2.q.90.n.36.

Pænarum in foro Saxon: diviſiones, p.3.q.128.n.7.8.9.

Pænarum mortis ſeu ultimi ſupplicij quænam ſint genera in foro Sax: p.3 q.128.n.33. Decollatio ſeu capitis amputatio frequentiſſima hodie eſt, & in quibus delictis uſitata, d. n.33.34.35.36.

Pænarum mortis varia genera, ut lapidatio, iaculorum confoſſio, ſectio per ſerram, præcipitium, venenatio, excoriatio, mactatio, defoſſio in terram, quæ omnia hodie in deſuetudinem abierunt, p.3.q.128.n.12. usq; ad n.30.

Pænarum genera, earumq; augmenta maioribus noſtris ab invicem ſunt diſtinguenda, p.3.q.128.n.31.

Pænarum finis in quibus conſiſtat, p.1.q.7.n.35.p.1.q.23.n.65.p.3.q.101.n.10.11.13.14.15.16.

Pœnarum fructus omnium maximus pertinet ad exemplum, p.3.q.107.n.24.

Pœnarum mortis & ultimi ſupplicij irrogatio an ex Novo Teſtamento probari poſſit p.3.q.101.n.37.

Pœnarum ſubjectum & materia ſunt homines noxij, p.3.q.131.n.1.11.

Pœnarum vindicta & exemplum alios reddit meliores, p.2.q.101.n.16.17.18.19.

Pœnas proprium caſum excedere non convenit, p.1.q.24.n.5.

Pœnis duabus ob unum delictum nemo affligendus quatenus verum, p.1.q.34.n.22.p.2.q.69.n.4.5.6.7.9.

In Pœnis infligendis ſexus ratio habenda eſt ſolùm in caſibus à jure expreſſis, p.1.q.12.n.16.

In Pœnis uniformiter, certè, determinatè, indiſtinctè & indiſcriminatim à Lege vel Statuto impoſitis non eſt habenda diſtinctio perſonarum, p.1.q.38.n.25.p.2.q.62.n.8.

POENA ARBITRARIA.

Pœna certa quando neq; LL. neq; Statuto definita non eſt, arbitraria eſt animadverſio, p.1.q.39.n.34.p.1.q.43.n.28.p.1.q.46.n.44.p.2.q.66.n.20.p.1.q.15.n.8 p.1.q.27.n.26.

Pœnæ omnes hodie in arbitrio judicis ſunt, p.1.q.18.n.1.p.3.q.150.n.7.

Pœnâ ordinariâ deficiente locum habet extraordinaria, p.3 q.133.n.1.13.

Pœnæ quænam dicantur arbitrariæ, p.3.q.133.n.12.14.15.

Pœna arbitraria ad fuſtigationem poteſt extendi, p.3.q.143 n.44. Sent. Scab. Lipſ. n.45.46.47.

Pœna arbitraria quando ad mortem extendi poſſit p.3.q.119.n.16.17.p.3.q.133.n.9. usq; ad n.27.29. Sent. Scab. Lipſ. n.28. p.1.q.2.n.15.

In Pœnis arbitrarijs imponendis quale arbitrium judicis eſſe debeat, p.3.q.133.n.4.5.6.7.8.9.11.

Arbitraria ſeu extraordinaria animadverſio in quibusnam Pœnis conſiſtat, ibid. n.12.14.15.

Pœna arbitraria in falſo ad mortem extenditur, p.3.q.133.n.30.

Pœna arbitraria in realibus injurijs Magiſtratui illatis ad mortem extenditur, ibid. n.31.

Pœnarum arbitrariarum nomine venit carcer, mulcta pecuniaria, relegatio, & quandoq; fuſtigatio, p.3.q.133 n.16.17.32. Obſerv. Scabin. Lipſ. n.18.

Pœnarum arbitrariarum exempla referuntur ex Reſponſis Scabin. Lipſenſ. p.3.q.133.n.33. usq; ad n.44.

Inter Pœnas arbitrarias qualis debeat eſſe proportio, p.3.q.133.n.45.46.47. Obſerv. S. Lipſ. n.48.

In Pœnis arbitrarijs alternativis non Reo, ſed judici competit electio, p.3.q.133.n.49.55.

An Pœna à judice duplicatâ vel triplicatâ, omnes, conjunctim Pœnæ à Reo exigi queant? ibid. n.54.55.56. Quam Pœnam hoc caſu Reus ſolvere teneatur, ibid. n.57.58.

Pœna quoties permittitur arbitrio judicantis, non debet ordinaria ſed levior pœna imponi, p.1.q.17.n.16.

Pænæ omnes hodie in arbitrio judicantis ſunt, p.1.q.14. num.3. quod non ſolùm in pœnis extraordinarijs, verum etiam in ordinarijs verum eſt, ib. n.4.

Ad

Ad Pœnam uſq; mortis judex arbitrium ſuum etjam in Nobilibus perſonis extendere poterit, p.2. q.62.n.15.

In Pœnis arbitrarijs illud dicitur certum, quod conſuetum eſt, p.3.q.142.n.14.

In Pœnis arbitrarijs judex reſpicere debet ad id, quod eo loco fieri conſuevit, p.1.q.24.n.14.

In Pœnis exaſperandis judicis arbitrium quale eſſe debeat, p.1.q.24.n.78.

In Pœnis augendis & minuendis pro ratione delicti, delinquentium & cauſæ ſufficientis judicis arbitrium ſpectandum, p.1.q.7.n.36.37.

In Pœnis aggravandis & minuendis judicis arbitrium ratione delicti & qualitate delinquentium nunquam excluditur, p.1.q.23.n.60.

POENARUM AUGMENTUM.

Pœnam à Statuto vel Lege definitam judex augere, deminuere, vel in aliam commutare poteſt, p.1.q.24.n.9.

Pœnis ultimi ſupplicij additur quandoq; exaſperatio quædam & Augmentum, p.3.q.128.n.55.56.57 veluti eſt impoſitio trahæ, die Schleiffung/ibid. n.58.59 impoſitio cadaveris rotæ, & quando obtineat, n.60.61.62. Aduſtio forcipum candentium, quando locum habeat, n.63.64.65.

Pœna gravior contra jura manifeſta ſubſtituenda non eſt, p.1.q.7.n.32.

Pœna ex juſta cauſa à judice poteſt exaſperari, p.1. q.24.n.3.9.10.11.12.13.

Pœnæ aggravatio debet correſpōdere aggravationi delicti, p.1.q.14.n.13.

Pœnam jure determinatam non modo minuere, ſed & augere poteſt, p.1.q.22.n.61.p.2.q.77.n.36. iuſta ex cauſa, p.1.q.38.n.70.

Pœnam aggravat criminis reiteratio, p.1.q.42.n.57 p.2.q.57.n.57.n.53.

Pœnā graviorem merentur delinquentes in dignitate aliquâ poſiti, p.1.q.2.n.13.

In Pœnis atrociſſimis extra proprietatem verborum extenſio facienda non eſt, p.1.q.8.n.45.

POENARUM CUMULATIO.

Pœnis pluribus plura delicta plectuntur, p.3.q.132. n.7.10.

Pœna una alteram non conſumit, ſed ſingulis delictis ſingulæ competunt pœnæ, & quatenus hoc verum, p.3.q.32.n.8.24.25.68. quod maxime verum, quando ex ſingulis delictis ſeparatus reſultat effectus, n.9.

Pœna maior abſorbet minorem, p.3.q.132.n.12. maximè ſi plura delicta ad eundem tendunt effectum, ibid.n.13.

Pœnæ plures coniunctim quatenus reo poſſint irrogari veniant DD. & diverſimodè diſtinguunt, p.3.q.132.n.14.15.16.17. res tota iudicis arbitrio relinquenda eſt, quale hoc arbitrium eſſe debeat, n.18.

Si plura concurrant delicta, quæ ſingula morte puniuntur, quodnam genus ſupplicij Reo debeat irrogari, p.3.q.132.n.19.20.

Atrocius mortis ſupplicium reliquas mortis Pœnas tollit, p.3.q.132.n.19.20.

Pœnarum cumulatio non admittitur niſi in id, quod plus eſt in una, quàm in alia, ibid.n.21.

Plura mortis genera inter ſe compatibilia non ſunt, ibid.n.23. Adducuntur præiudicia Scabinorum Lipſenſ. in cumulatione delictorum, quæ ſingula mortis ſupplicio puniuntur, veluti incendio cum alijs criminibus cōmiſſo, p.3.q.132.n.26.27. uſq; ad n.31. vel Sodomia cum latrocinio concurrente, n.32. aut latrocinio cum alijs criminibus, n.33. uſque ad n.38. Sacrilegio itidem concurrente cum alijs delictis, n.39. veneficio, Aſſaſſinio, alijsve criminibus concurrentibus, n.40.41.

Quid itidem juris, ſi furtum cum adulterio, inceſtu, bigamia, perjurio, vel homicidio concurrat, p.3. q.132.n.42. uſq; ad n.47. vel ſi rapina concurrat cum alijs delictis, ibid.n.48.

Mitioris Pœnæ augmentum cum ſeveriori Pœnâ ſimul Reo poteſt irrogari, p.3.q.132.n.50 51. Sent. Scab. Lipſ.n.52.53.54.

Crimine furti cum rapinâ concurrente quænam Pœna Reo ſit infligenda, p.3.q.132.n.55.

Concurrentibus delictis, quorum unumquodq; ob ſui reiterationem augmentum peculiare Pœnæ habet, addi poſſunt augmenta ob pluritatem criminum, p.3.q.132.n.56. Reſp. Scabinor. Lipſenſ. n.57.

Ob enormitatem delictorum concurrentium addi poteſt, quandoq; augmentum aliquod Pœnæ, p. 3.q.132 n 58. Sent. Scab. Lipſ.n.60.61.

Pœna mortis reliquas pœnas corporales abſorbet, p.3. q.132.n.62.63.64.65. Obſerv. Scab. Lipſ.n.66

Pœnæ diverſe corporales conjunctim ac ſimul Reo non infliguntur, p.3.q 132.n.67.68.

Pœnæ corporales non ſunt compatibiles, p.3.q.132. n.69. Obſerv. Scab. Lipſenſ.n 70.

Pœnas corporales non abſorbent Numellæ, ib: n.71.

Pœna abſciſſionis digitorum cumulari poteſt cum fuſtigatione, p.3.q.132.n.72.

Omnis Pœna corporalis relegationem perpetuam junctam habet, p 3.q.132.n.74.

Abſciſſio digitorum quandoq; conjunctam habet Pœnam temporalis relegationis, p.3.q.132.n.75.

Pœna corporalis cum pœnâ civili nunquam cumulatur, p.3.q.132.n.76 Sentent. Scabin. Lipſenſ. n.77.

Pluribus delictis levioribus concurrentibus una ſolummodo pœna ſolet irrogari, ibid.78.79.80.81 quando hoc fallit, n.83. hoc caſu ad fuſtigationem quandoq; perveniri poteſt, n.82.

POENÆ EXECUTIO.

Pœnæ executio eſt actus extremus proceſſus criminalis, p 3.q.136.n.1.

Pœnæ executio quando fiat abſq; ſolenni proceſſu p. 2 q.136.n.2.

Pœnæ executio in morbis mox curabilibus differenda, p.3.q.144.n.53 Sent. Scab. Lipſ.n.54.

Pœnarum executio facienda non eſt juris ordine prætermiſſo, p.3.q.137.n.1. vid: plura in vocab: Supplicium.

Pœnæ executio quando & quare tempeſtivè Reo ſit denuncianda, p.3.q.137.n.35.36.37.38.

Fuſtigatio non debet ante Pœnæ executionem Reo intimari, p.3.q.137.n.47.

Pœnarum executio abſq; ſumtibus fieri nequit, p.3. q.138.n.1.

Pœnæ perſecutio autoritati Legis reſervatur: at facti quæſtio in arbitrio judicantis eſt, p.1.q.24 n.2.

Per Pœnarum executionem ipſimet Rei non ſolùm è medio tolluntur, ſed & alij meliores redduntur, & à criminibus deterrentur, p.2.q.90.n.17.

POENÆ

POENÆ MITIGATIO.

Pœnam minuere pro ratione & modo ipſius delicti, nec non pro qualitate & cõditione perſonæ delinquentis judex poteſt, p. 1. q. 25. n. 1. p. 2. q. 88. n. 41.

Pæna ordinaria abſq; ratione mitiganda non eſt, p. 3. q. 143. n. 2. quibus ex cauſis pæna ſit mitiganda, n. 2.

Pæna ordinaria in criminibus atrociſſimis quandoque commutatur in fuſtigationem, p. 3. q. 143. n. 90. p. 3. q. 150 n. 28.

Princeps non facilè nec ſemper veniam Pænæ largiri debet, p. 3. q. 150. n. 44. 45. 46. 47. Sent. Scab. Lipſ. n. 48.

Pænam mortis in delictis Lege divinâ prohibitis, ne quidem ſummus Princeps remittere poteſt, p. 3. q. 150. n. 29. 30. veluti in crimine homicidij reo venia dari nequit, n. 31. usq; ad n. 38. niſi ex juſta cauſa & ſufficiente, n. 39. 40. Obſervan Scabin. Lipſ. n. 42. 43.

Pænas non ſolùm remittere, ſed mitigare poſſunt Principes, p. 3. q. 150. n. 27.

Pænas in delictis in re minimâ commiſſis eſſe molliendas, p. 1. q. 42. n. 54.

Pænæ mitigationis plures cauſæ exiſtunt, p. 3. q. 150. n. 1. 5.

Pænæ mitigationi an cauſam præbeat ætas tenella, p. 3 q. 143. n. 3. 4. 5.

Pænam ordinariam mitigat ſpontanea Rei confeſſio, p. 3. q. 149. n. 23. 24. 25. 26. etiam in foro Saxon: n. 27. Nec refert an timore probationum quis ſpõte confiteatur delictum, ib: n. 28. quo caſu ſupplicium atrocius in mitiorẽ gladij pænam ſæpius convertitur, n. 31. Sent. Scab. Lipſ. n. 32 33. 34. 35.

Num Pænam ordinariam ob ſpontaneam Confeſſionem judex mitigare velit, in ipſius arbitrio eſt, p. 3 q. 149. n. 36. 37. Sent. Scab. Lipſ. n. 38. 39. 40.

Pænam non mitigat incarcerati ſpontanea confeſſio, p. 3. q. 149. n. 41. 42.

Pænam mitigat diutina Rei in carceribus detentio, p. 3. q. 149. n. 43. 44. Sent. Scab. Lipſ. n. 45. 46. 47. modo Reus præter ſuam culpam in carcere diuturniori fuerit detentus, n. 48.

Pænæ mitigationis num Ebrietas cauſam præbeat; p. 3. q. 146. n. 30. 31. Sent. Scab. Lipſ. n. 28.

à Pæna ordinaria Ebrietas immodica delinquentem excuſat, & quare, p. 3. q. 146. num. 32. usq; ad n. 38. attamen delinquentes Ebrij extraordinariâ pænâ affici debent, ibid. n. 39. 40. 41. Sentent. Scab. Lipſ. n. 42. 43. 44. 45.

à Pæna ordinaria non ſemper ac indifferenter Ebrij ſunt immunes, ibid. n. 46. 47.

à Pænâ ordinariâ modica Ebrietas delinquentem neutiquam excuſat, p. 3. q. 146. num. 48. 49. 50. Sent. Scab. Lipſ. n. 51. 52. 53. 54.

Quid ſi delinquentem ceſſante Ebrietate non pæniteat delicti in Ebrietate commiſſi, n. 55. aut ſi quis habens propoſitum Occidendi, Ebrius poſtea factus illud in effectum deducat, n. 56. S. S. L. n. 57.

Quid juris in Ebrio, qui ſciens ſe ſolitũ in Ebrietate delinquere, non abſtinet à vini immodicâ potatione, n. 58. Sent. Scab. Lipſ. n. 59.

Pænæ mitigationis an ſit cauſa Spes emendationis; p. 3. q. 150. n. 4.

à Pæna furioſus delinquens excuſatur, p. 3. q. 145. n. 1. 3.

An ſit cauſa mitigationis Pænæ calor iracundiæ, p. 3. q. 147. n. 41. & ſeqq.

Pœna propter Melancholiam poteſt, mitigari, p. 3. q. 145. n. 53. Sent. Scab. Lipſ. n. 63. 64. 65.

Pænam ordinariam ex juſta cauſa judex minoribus poteſt mitigare, p. 3. q. 143. n. 80. 81. S. S. L. n. 82. usq; ad n. 86. non ſolùm in atrociſſimis, ſed in alijs etiam delictis, n. 87. Sent. Scab. Lipſ. n. 88. 89.

Pœna mitigari debet ſi reus fuerit mutus & ſurdus, p. 3. q. 147. n. 1. & ſeqq.

Pœnã mitigat promiſſio impunitatis à judice facta ad extorquendam confeſſionem, p. 3. q. 149. n. 1. 2.

Interceſſio fœminæ ſolutæ condemnatũ in matrimonium petentis an ſit cauſa mitigationis Pœnæ, p. 3. q. 149. n. 49. usq; ad n. 54. Sent. Sc. Lipſ. n. 55. 56.

In crimine adulterij interceſſio puellæ facilius liberat reum à Pœna ordinaria, quàm in alijs delictis, p. 3. q. 149. n. 57. 58. quod & obtinet in fœminis, quas viri in matrimonium petunt, n. 59. Sentent. Scab. Lipſ. n. 61.

Pœnam an mitiget Nobilitas, p. 3. q. 148. n. 32. usq; ad n. 37.

Quatenus incertitudo corporis delicti mitiget Pœnam, p. 3. q. 148. n. 42. 43. 44.

Pœnam minuit quoq; peritia delinquentis, p. 3. q. 149. num. 62. 63. 64. modo Princeps conſentiat, quem propterea judex conſulere debet, num. 65. Sent. Scab. Lipſ. n. 66. 67.

Pœnæ mitigationis cauſa eſt revelatio proditionis contra Principem, p. 3. q. 150. n. 2.

Pœnæ mitigationis cauſa eſt quoq; ſociorum nominis manifeſtatio, p. 3. q. 150. n. 2.

Pœna ordinaria an mitiganda ſit ex diuturnitate temporis, p. 3. q. 141. n. 70. 71. 72. variæ diſtinctiones DD. de hac quæſtione, n. 73. 75. 76. 77. 78. Sent. Scab. Lipſ. n. 83.

Pœnam ſola temporis diuturnitas non mitigat, p. 3. q. 141. n. 82. niſi aliæ concurrant circumſtantiæ, & quænam, n. 84. 85. Sent. Scab. Lipſ. n. 86.

Pœnæ mitigationis cauſa eſt etiam venia à Magiſtratu facinoroſis conceſſa, p. 3. q. 150. n. 5.

Pœna ordinaria eſt mitiganda propter transactionem Rei cum parte offenſa initam, p. 3. q. 148. n. 23. 27. 28. 29.

Pœna propter morbum & corporis debilitatem mitigari debet, p. 3. q. 144. n. 40. usq; ad n. 47. Sent. Scab. Lipſ. n. 48. 49. 50. 51.

Puniendi mitius ſunt ſenes & quare, p. 3. q. 144. n. 1. 2. 6. variæ traduntur DD. diſtinctiones circa mitigationem pœnæ in ſenibus, n. 8. 9. 10. 11.

Senectus regulariter à Pœna neminem excuſat & quare? ib: n. 12. 15. 19. 20. S. S. L. n. 21. 22. 23. 24. 25.

Pænæ corporis afflictivæ ſenibus non facilè infliguntur, p. 3. q. 144. n. 26. ſicuti nec torqueri poſſunt; n. 27. Sent. Scab. Lipſ. n. 28.

POENÆ REMISSIO.

Pœnæ remiſſio incentivum non tribuat delinquenti; p. 3. q. 133. n. 21.

Pœnæ ultimi ſupplicij ægrotis non remittenda eſt p. 3. q. 144. n. 52.

Pœnam jure determinatam an judex ex certa aliqua cauſa & facti qualitate remittere, vel in mitiorem quandam pœnam commutare poſſit, p. 3. q. 142. n. 1. argumenta negativæ opinionis, n. 2. 3. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 18. 19. verior eſt ſententia affirmativa, n. 20. 21. 23. modò juſta & rationalis ſubſit cauſa, n. 22. 37. argumenta ſententiæ affirmativæ, n. 24. 25. 26. 27. 34. 35. 36. 37.

Pœnam ordinariam mitigandi jus cuinam Magiſtratui competat, p 3 q.142 n 38. reſpondetur ad argumenta contraria, n 39.40. uſq; ad n. 52.

An & quomodo judex Pœnam mitigans ordinariam in ſententia cauſam mitigationis exprimere debeat, p. 3. q 142. nu. 53.54.55. ſufficit in genere cauſam exprimi, n.56 Obſ. Scab. Lipſ. n.57. Sententia ſubſiſtit, etiamſi cauſa mitigationis non exprimatur, n. 58.

Pœnam non ſolum remittere, ſed & mitigare poſſunt Principes, p.3 q.150 n.27.

Pœnæ veniam Principes & Status Imperij reis indulgere poſſunt, p.3.q.150.n.8 9.18.21.

Pœnas mortis Magiſtratus inferiores, merum licet habentes Imperium, remittere nequeunt, p. 3 q. 150.n.49 ibid.n.55. ſicuti nec commutare in pœnam civilem, n. 56.57.

Nec Magiſtratus inferiores, merum habentes Imperium, ſupplicium atrocius in mitiorem pœnam mortis convertere poſſunt, p.3.q.150 n.58.59.60. quod nec aliter ſe habet in foro Sax: n.61.62.63. Sent Sc. Lipſ. n 64. uſq; ad n.68. niſi juſta ſubſit cauſa, n. 69 70. cujus dijudicatio Scabinis Electoralibus reſervatur, n.71. Sent. S.L. 72.73 74.

In Pœnam civilem Magiſtratus inferiores, merum habentes Imperium, fuſtigationem convertere poſſunt, p.3.q.150.n. 75. etiamſi irrequiſitâ Scabinorum ſententiâ n 76. Sent. Sc. Lipſ. n.77.78. hoc caſu fuſtigatio in relegationem convertenda eſt, n.81.82. Sent. Scab. Lipſ. n.83.84.

Pœnarum veniam ne facile concedat Magiſtratus caveat, p.3.q.150 n.79. Sent. Scab. Lipſ. n.80.

Pœnas civiles Magiſtratus inferior remittere ac mitigare poteſt p.3.q.150.n.85.86.100. Sent. Scab. Lipſ. n. 87.88.89 90.

In crimine adulterij à conjuge remiſſi relegatio in pœnam pecuniariam converti nequit, p.3.q.150. n.91.92.93.94 Sent. Scab. Lipſ. n 95 96. niſi juſta ſubſiſtit cauſa n.97 Sentent. Scab Lipſ. n.98. 99. ad judices admonitio ibid. n.101.

Pœna impoſita pro delicto in foro conſcientiæ, non liberat delinquentem à pœna imponenda in foro contentioſo, p 1.q.49 n. 77.

Remiſſionem pœnæ uni factam alteri quoq; parti prodeſſe, p.2.q.61.n 27.

POENALIS.

Pœnales Sanctiones non ſunt extendendæ, p. 1.q. 9. (n.13.

In Pœnalibus Statutis extra proprietatem verborum extenſio fieri non debet, p. 2. q.56 .n.40.

In Pœnalibus, quando cauſa eſt dubia, mitior ſententia eſt apprehendenda, p. 2.q. 56.n. 85.p.1.q. 37.n.74 p.1 q.38.n.76.p 1 q.26 n.52.p.1.q.10. n.19.p.2.q.55.n.74.p 2 q 59.n.27.

In Pœnalibus iudex de ſimilibus ad ſimilia procedere poteſt, p.1 q.32 n.8.

POENITENTIA.

Pœnitentia quatenus excuſet blaſphemantes, p. 2. q.45.n.66.67.68.69 Sent. Scab Lipſ n.70.

Pœnitentia in diffidatione quatenus mitiget pœnam, p. 1.q 37.n.35.

Pœnitentia quomodo furem liberet? p.2.q.80.n.65. 66.

Pœnitentia in incendio quatenus mitiget pœnam, p. 1.q.39.n.

Pœnitentiæ poſt deprehenſionem vel incarcerationem non eſt locus, p.2 q 80 n.71.73.

Pœnitentia in maleficio quatenus mitiget pœnam? p. 1.q.49.n.71.73.76.77.79. Sent. S. Lipſ n.79.

Pœnitentia quatenus perfidis quæſtoribus & alijs officialibus furti reis pœnam mitiget? p.2 q.85. nu. 53.55.

Pœnitentia in raptorem à pœna ordinaria liberet? p.2.q.90.n.58.59.60.

Pœnitentia quando liberet delinquentem à pœna ordinaria, p. 1. q.37.n.37.39.

Pœnitentia quatenus in delictis conſummatis pœnam mitiget, p. 1. q. 18. n.22.24 p.1.q 37.nu.35. 31.39.

Pœnitentia poſt delictum in multis delictis non atrocioribus mitigat pœnam, p. 1.q.37.n.37.

Pœnitentiæ locus delicto perfecto non eſt, neq; ea poſt crimen conſummatum ab omni pœna excuſat, p. 1.q.39.n.5. Regula hæc quando fallat, p. 1. q.37. n.38. 39.

Pœnitentia ſuffragatur re adhuc integrâ, p. 1.q.18. n.23 24.

Pœnitentiâ dolus aliquo modo purgatur, p. 1. q. 39. n.4.

Ob Pœnitentiam pœna ordinaria mitigari poteſt, p.1.q.39.n. 6.

POLYGAMIA.

Polygamia num prohibita ſit, p. 2.q.66.n.3 4.

Examinantur exempla Patriarcharum Polygamorum, & quid de his ſentiant Theologi, n. 5. 6. 7. 8 9.10.11.

Polygamia in novo Teſtamento eſt prohibita p.2.q. 66 n.12

Polygamiæ ſive Digamiæ crimen haud impunitum eſſe debet, p.2.q 66.n 14. quæ ſit Pœna de jure Civili, n.15. uſq; ad n.23. vera ſententia & deciſio hujus quæſtionis, n 24.25 refutantur argumenta contraria, n 26.27.28 29.

PONTIFEX.

Pontifex Romanus in terris ſuis ſuperiorem non recognoſcit, & ſic ſummam Legibuſq; ſolutam habet poteſtatem, p.1.q.41 n.39.

Pontificis juriſdictio Eccleſiaſtica ex tranſactione Paſſavienſi apud Status Imperij proteſtantes eſt ſuſpenſa p.1 q.2.n.19.

Pontificem ſuperiorem nulla Reſp: ſalvo Majeſtatis jure agnoſcere poteſt, p.1 q.41.n 40.

Contra Pontificem Romanum num crimen læſæ Majeſtatis committatur, p.1 q.41.n.39.

PORTA.

Portas civitatis tranſcendentes quomodo debeant puniri, p.1.q.40. n. 20.21.22.23.

POSSESSIO.

Poſſeſſio ſua nemini quamvis injuſta abſq; legitima cauſæ cognitione auferenda eſt, ne quidem ab ipſo judice, p. 3.q.113.n.2.

Miſſionem in Poſſeſſionem bonorum ex primo decreto ob contumaciam Rei fugientis praxis quotidiana non agnoſcit, p.2.q.95 n.78.

POSSESSOR.

Poſſeſſor rei furtivæ vel raptæ an poſſeſſionis titulum docere debeat? p 3 q.122.n 41 & ſeqq.

POTATOR.

Potatores hodie habentur Politici, p.3.q.146.[illegible]u.9. & ſeqq.

POTENTIA.

Potentia actui proxima cenſetur eſſe in ipſo actu, p. 1.q.29.n.62.p 1.q 37 n.7.

PRÆDO.

Prædonem an famis neceſſitas à Pœnâ ordinaria excuſet? p.2.q.91.n.48.

PRÆGNANS.

Si prægnans ſit mulier, aut infantem lactet, executio pœnæ eſt differenda p.3.q.144.n.55.

PRÆSCRIBERE.

Præſcribantur Regalia quanto tempore in foro Sax. p.2.q.29.n.16.

Præſcribitur adverſus Eccleſiam & pia loca in foro Sax. non niſi quadraginta annis, p.2.q.59.n.16.

Præſcribitur de jure communi accuſationi omni ex Lege Julia, puta ſtupri, lenocinii, quinquennio, p.2.q.59.n.8.

Præſcribantur an & quanto tempore delicta. p.3.q.141. per tot.

Præſcribitur 20. annorum ſpatio inquiſitioni atque accuſationi, p 3.q.141.n.18.19.20.21.22. S.S.L. n.23.

Præſcribantur quanto tempore ſtuprum & fornicatio, p.3 q.141.n.46.47 R.S.L.n.48.

Inceſtus quanto tempore Præſcribatur, p.3.q.141.n. 49.50.R.S L.n.51.

Injuriæ verbales quanto tempore Præſcribantur de jure Civili. p.3.q 141.n 58. in foro Sax.n.59.

Quanto tempore Præſcribatur actio Civilis ex delictis deſcendens, p.3.n.141.n.60.

PRÆSCRIPTIO.

Præſcriptio & ſatisfactio criminis pari paſſu ambulant, p.3.q.141.n.30.

Præſcriptio tollit delictum, p.3.q.141.n.6.7. modo ſit Præſcriptio vicennalis, ibid.n.8.9.10. quod & verum eſt in foro Saxon. n.11.13.14.15.16. S.S.L. n.17.

Præſcriptio vicennalis in delictis currit de momento in momentum etiam in foro Sax. p 3.q.141.n.61. 67.68.S.S L.n.69.

Præſcriptio delictorum ceſſat, quando accuſator ante vicennium effluxū querelam movet, vel Magiſtratus inquirit, ib n.53. maximè ſi condemnatio ſubſequatur, n 54. aut ſi contra abſentem procedatur ad Bannum, n.55. vel ſi reus aufugiat, n. 56.S.S.L 57.

Præſcriptionis ſpecies duas ſolummodo in jus Sax. in civilibus cauſis agnoſcit p.3.q.141.n.11.12.13. p.2. q.59.n.9. & ſeqq.

Præſcriptionis tempus ignoranti currit in delictis, p. 3.q.141.n.24.25. quod & verum eſt in foro Sax. n.26.

Præſcriptionis exceptio eſt peremptoria & litis finita, p.2.q.59.n.32.

De jure Sax. duabus Præſcriptionum ſpeciebus privilegiatæ præſcriptiones juris Civilis nequaquam abrogatæ ſunt, ib.n.14.

Præſcriptionis exceptionem judex ex officio debet ſupplere, etiamſi crimen reus confeſſus fuerit, hancq; exceptionem ipſemet non allegaverit, p.3. q.141.n.29. uſq; ad 35. O.S.L.n.36.

Præſcriptione quinquennali adulterium tollitur, p. 3.q.141.n 40. etiam in foro Saxon. ib.n.41.S S.L. n.42. in Elector tamen Saxon. Præſcriptio quinquennalis reſtringitur ad ſimplex adulterium, ib.n.43.44.45. & p 2 q.59.n.21.22.50.

Quænam Præſcriptione tollantur crimina excepta & enormia, p.3 q.141.n 52.

In præſcriptione immemorali titulus nō requiritur, p.2.q.84.n.19.

Præſcriptionibus jus Sax ſemper diem addit h.e ſex hebdomadas. p.3 q.141.n.62 6.

Annus de jure Sax perficitur ſpatio unius anni & ſex hebdomadarum, p.3.q 141.n.64.65 quibus hodie adjiciuntur tres dies, ut Annus in foro Saxon ſit ſpatium unius anni, ſex ſeptimanarum & trium dierum, ib.n.66.

PRÆSIDIVM.

Præſidium legis & Imperii pro innocentibus militat & pacem & ſecuritatem omnibus promittit, p.3. q.112.n.2.

PRÆSVMPTIO.

Præſumptio eſt pro puella, quod ſit virgo, p.2 q.68. n.81.82.

Præſumptio non delicti excludit præſumptionem delicti, p.3.q.123.n.69.

Præſumptiones in cauſa criminali ad imponendam pœnam pecuniariam etiam ſufficiunt. p.2.q.65. n.48.

Præſumptiones variæ juvare poſſunt reum, & quæ, p.3.q.123.n.65.

Ex præſumptionibus an & quando quis condemnari queat, p.3.q.116.n.51. uſq; ad n.57.

Ex Præſumptionibus pœna arbitraria, pecuniaria, vel relegationis dictari poteſt, p.1.q.15.n.50.51.

ex præſumptionibus & conjecturis pœna corporis afflictiva nemini eſt irroganda p.1.q.15 n.49 p.1. q.1.n.60.p.1.q.25.n.18.p.3.q.140.n.102.

Ex Præſumptionibus juramentum purgationis reo eſt deferendum, p.3.q.116.n.58.60.

Hoc juramentum inductum eſt in odium maleficiorum ib.n.59. quando locus ſit juramento purgationis, n.61.R.S.L.n.63.

Præſumēdum in dubio ſemper in mitiorem partem, p.3.q.123.n.70.

Præſumptiva probatio ex actibus Venereis, puta oſculo, joco, riſu, amplexu, aliisq; ſimilibus exorta ad condemnationem ſat valida non eſt, p.2 q.57. n.74.

PRÆVENIRE.

Prævenire melius eſt, non expectato ictu quam poſt vulnus acceptum remedium quærere, p 1.q.29. n.57.

PRINCEPS.

Principis contemtus & transgreſſio legis tale peccatum implicat, quod vel ſolum mortis ſupplicio coerceri debet, p 2.q.84.n 40.

Princeps quatenus in ſuo territorio id poſſit, quod Imperator in Imperio, p.1.q.43.n.10.12.13.14

Princeps quatenus ſpoliatis damna reſarcire teneatur, vid. Spoliatio.

Princeps qui crimen punire poteſt, nec punit, nō minus reus eſt, quàm ſi ipſe perpetraſſet, p.3 q.101. n.8.

Principi privatis rationabili ex cauſa jus ſuum auferre fas eſt, p.2.q.84.n.11.

Principibus incumbit Legum transgreſſoribus pœnas irrogare, p.3.q.101.n.8.

Principibus cura viæ publicæ incumbit, p 3 q.110. n.42.

De Principum Imperij dignitate ex ſerie Comitiorum judicandum eſt, p.1.q.41.n.70.71.

Principibus Evangelicis ex Conſtitutione Paſſavienſi competunt jura Epiſcopalia p.1.q.44.n.18.

Principum clementia laudatur, p.3.q.150.n 10 & ſeqq.

Principes in Germāia sūt omni laude digni, ib.n.24.

Principes torqueri nequeunt, p.3.q.118.n.71.

PRINCIPIVM.

Principium cujusq; cauſæ attendendum, p.1.q.29. n.43.
Princeps culpæ ille eſt, à quo malitia incipit, p.1.q.29 n.43.

PRIVATIO.

Privationis alicuius juris pœna non aliter locum habet, quam ſi id in jure ſit expreſſum, p.2.q.65.n.51.

PRIVILEGIVM.

Privilegium de non torquendo an conſuetudine immutatum ſit, p.3.q.118.n.83.& ſeqq.

PROBARE.

Probari in delictis occultis delictum per indicia & conjecturas ſufficit, p.3.q.148.n.49.50.51.52.53.
Probandi onus cuinam incumbat in Proceſſu criminali ordinario? p.3.q.106.n.81.82.84.86.87.O.S.L.n.83.85.88.
Ad Probandum in criminalibus Reus poſt elapſum terminum probatorium admtttitur, p.1.q.33.nu.12. etiam poſt cauſæ concluſionem, n.13. & publicatam ſententiam, n.14.
Non Probante actore reus abſolvitur, p.3.q.106.n.96.
Quid ſi accuſator delictum non planè, ſed ſolummodo indicia ad torturam Probaverit? p.3.q.106.n.97.S S.L.n.98.
Probatum an delictum fuerit, nec ne, arbitrio iudicis relinquendum, p.1 q.16.n.19.
Probatum ſemel reprobari amplius nequit, p.2.q.63 n.51.
Non plenè Probato crimine ad pœnam mortis deveniri nequit. p.3.q.116.n.49.

PROBATIO.

Probatio quævis indici de re aliqua fidem facere nequit, ſed tantummodo ea, quæ fit duobus teſtibus, & plena dicitur probatio, p.3.q.114.n.2.
Probatio in criminalibus luce meridiana clarior eſſe debet ib n.5.
Probatio plena in criminalibus quænam dicatur, ib. n.6.7.
Probatio in criminalibus debet eſſe articulata, ibid. n.8.
Probatio in criminalibus idonea & plena requiritur, ibid. n.4.
Probatio ſemiplena qualiter qualificata eſſe debeat, ut faciat indicium ad torturam, ubi tria ponuntur requiſita, p.3.q.121.n.14.15.16.17.18.19.
Probatio qualibet ſemiplena in defenſione Rei pro plena & ſufficienti habetur, p.3.q.114.n.56.
Probatio conjecturata & ſemiplena, accedente confeſſione Rei, in delictis, quæ difficilis ſunt probationis, pro plena & concludenti probatione habetur, p.1.q.16.n.21.
Probatio ſemiplena imperfectè concludit. p.3.q.114.n.3.
Probatio imminet neganti, ſi quis factum confitetur, & negat qualitatem, ſi qualitas inhæret ſecundum facti naturam, & ſecundum iuris præſumptionem, p.1.q.33.n.6..
Probationes ſunt de ſubſtantia iudicij, p.3.q.106.n.80.
Probationes plures imperfectæ plenam probationem non faciunt, p.3 q.116.n.50.
An ſicuti in civilibus, ita etiam in criminalibus cauſis termino Probatorio elapſo prohibitum ſit alias probationes & teſtes producere? p.3.q.106.n.89.90.91.92 S.S.L.n.93.94.
In delictis occultis & difficilis Probationis ſufficit cõſtare de corpore delicti per conjecturas validas & jure approbatas, p.1.q.16.n.18.
Probatione facta an & quando novos articulos formare, novosq; teſtes producere liceat? p.3.q.114.n.13.
Probatio dubia & obſcura non ſolum nihil probat, ſed etiam contra eum, qui probare intẽdit, interpretationem recipit, p.3.q.142.n.9.& ſeq.

PROCEDI.

Procedi juſto modo in cauſis criminalibus intereſt Reip. p.3.q.103.n.1.
Procedendum eſt circumſpectè in cauſis criminalibus, p.3.q.103.n.4.5.6 ideoq; ſæpius peritiores ac ICti conſulendi ſunt, n.7.8.9.
Procedendum eſt in criminalibus ſecundum obſervantiam Scabinorum, p.3.q.103 n.11.
Quot modis Procedatur in cauſis criminalibus, ibid. n.12. usq; ad n.16.

PROCESSVS.

Proceſſus ordinarius ſit per accuſationem, p.3.q.104.n.1.
Proceſſus ordinarius in criminalibus quiꝰnam ſit, p.3.q.193.n.17.
Proceſſus ordinarius in cauſa criminali agitari nequit niſi in judicio criminali ſolenniter formato, vor gehegten peinlichen Gerichte / p.3.q.140.n.58.
In Proceſſu ordinario proceditur ſecundum juris ordinem, p.3.q.104 n.3.4.8.9.
Vide plura ſupra in vocabulo Criminalis Proceſſus.
Proceſſus quinam dicatur inquiſitorius, p.3.q.103.n.18.19.20.22. Vide plura ſup. in vocab. Inquiſitorius Proceſſus.

PROCVRATOR.

Procurator accuſatoris in cauſa quavis criminali hodie admittitur, p.3.q.105.n 2.8.9. ſecus de jure Civili, n.3.4.5.
Procurator abſentiam Rei defendere volens ante litis conteſtationem admittitur, p.3.q.105.n.64.65.66.67.S.S.L n.68.
Procurator Rei, in pub. judiciis, in quibus nec capitalis, nec alia pœna corporis afflictiva irroganda venit admittitur. p.3.q.105.n.77.78 ſicuti & in actione injuriarum, quoties pœna corporalis Reo non infligatur, n.79.S.S.L.n.80.
Procurator ex parte accuſati in criminalibus num debeat admitti? p.3.q.105.n.16. affirmantium opinio quibus nitatur fundamentis. n.17.18.19.20.22.23.24. negativa opinio verior eſt, n.25.26.39.40.41. Reſpondetur ad argumenta contraria, n.27.30.31 uſq; ad n.38. referuntur rationes, ob quas Procurator Rei accuſati non ſit admittendus, ibid. n.42.43.44.45.46.47.
Procurator accuſati in foro quoq; Sax. repellitur, ib. n.48.O.S.L.n.49.50.
Procurator pro Reo incarcerato intervenire nequit, p.3.q.105.n.53.54.55.56 S.S.L.n.57.
Procurator in Proceſſu inquiſitorio non admittitur, p.3 q.105.n.51.52.
Procurator ſeu curator in litem pro muliere accuſatâ de crimine non admittitur, p.3 q.105.n.58.61.62.S.S.L.n.63.

Procurator in criminalibus ſatisdare aut idoneè cavere non poteſt,p.3.q.105.n.43.

Procuratores aliorum ſunt patroni,p.3.q.105.n.1.

Procuratorum falſorũ pœna,p.2.q.93.n.46.47.48.

Procuratorum quorundam peſſimus mos,p.3.q.105 n.47.

PRODIGVS.

Prodigus furioſo & impuberi æquiparatur, illiuſq; voluntas nulla eſt, & quatenus id procedat? p.3.q.118.n.29.

PRODIGALITAS.

Prodigalitas eſt nequitia & maleficium, ac pœnam meretur,p.3 q.118.n.28.

PRODITIO.

Proditionis indicia quænam ſint ad torturam?p.3.q.122.n.83.

PROHIBITIO.

Prohibitionis cauſa ceſſante ipſa prohibitio quoque ceſſat,p.3.q.105.n.7.

PROMISSIO.

Promiſſio impunitatis à judice facta ad extorquendam confeſſionem mitigat pœnam,p 3.q.149.n.1

Promiſſio impunitatis potius omittenda, quam Reus confeſſus impunitus dimittendus eſt,p.3.q.149.n.3.& ſeq.

PROSTITVERE.

An Noverca,privigna, aliave fœmina ſoluta affini marito ſe proſtituens ſeveriori aliquo quàm fuſtigationis ſupplicio affici debeat,p.2.q.47.n.82.83.84.85.S.S.L.n.86.

Fœmina ſoluta affini marito copiam ſui faciens quomodo puniri debeat,p.2.q.74.n.82,83.84.85.S.S.L.n.86.

Quando parentes liberos ſuos, aut mariti uxores proprias quæſtus cauſa aliis proſtituunt, hoc crimen longè ſceleratiſſimum ac multo gravius eſt lenocinio,p.2.q.71.n.6.

Parentum liberos,aut maritorum uxores proprias quæſtus causâ aliis Proſtituentium quæ ſit pœna? ib.n.6.7.8.9.10.11.13..14.15.

An pater nõ niſi ſemel filiam proſtituens pœnâ lenocinii ordinariâ teneatur?ibid.n.19.20.71.72.73 S.S.L.n.22.74.

Qui uxorem aut filiam Proſtitui ſciens ac quæſtus causâ patitur ac tacet,lenocinii pœnam incurrit, p.2.q.71.n.23.24 25.26.27.28.S.S.L.n.29.30.

Quid ſi parens filiam, aut maritus uxorẽ non quæſtus aut lucri causâ, ſed ex magnâ quâdam levitate proſtituant,p.2.q.17.n.36.37.38. S.S.L.n.39.

Quomodo puniantur nutrices, tutores,fratres proſtituentes ſorores,pupillas aliasve conſanguineas,p.2.q.71.n.45.46. Pœna conatus in lenocinio,num.47.in foro Sax.n.49 à pœna ordinaria excuſatur, qui filiam aut uxorem quæſtus cauſa proſtituens nil poſtea lucratur,n.50,51.52.S.S.L.n.53.

Pœna filiarum & uxorum à parentibus & maritis ſeſe proſtitui patientium,ib.54.55.

Quæ ſit pœna lenocinii, extraneas perſonas aliorum libidini proſtituentium,n.56.57.58.59.

In Imperio Romano Germaniæ quomodo puniantur lenones Proſtituentes extraneas perſonas, p.2.q.71.n.60.In foro Sax:eſt pœna arbitraria,n.61.62

Quomodo puniãtur lenones blanditiis ac promiſſionibus puellas allicientes,ib.n.63.R.S.L,n.64.

Quod ſi leno Proſtituat meretricem vulgarem, an pœna teneatur ordinaria, ibid.n.65,66.67.68.S.S.L.n.69. Paupertas & inopia num lenonem à pœna excuſet? n.70.S.S.L.n.71.

PROVOCANS.

Provocans aliquem ad duellum quomodo puniendus,p.1.q.27.n.63.R.S.L.n.74.

Provocantis occidentis provocatum in duello quænam ſit pœna,p.1.q 29.n.91,92.94.S.S.L.n.95.96.

Quid ſi Provocans à Provocato in duello oppreſſus ipſum occidat, ibid. n.97.98.99.S.S.L.n.100.101.

PROVOCATVS.

Provocatus ad duellum occidens Provocantem ab omni pœna non eſt immunis,p.1.q.29.n.71.

Provocati occidentis provocantem in duello quæ ſit pœna,p.1.q.29.n.75.76.78.79.S.S.L.n.80.81.82.83.

Provocatus occiſor ſimul tenetur ad præſtationem VVergeldi & expenſarum,p.1.q.29.n.84.R.S.L.n.85.86.

Provocatus abſq; verbis injurioſis occidens Provocantem quomodo plectendus, p.1.q.29.n.87.88.89.R.S.L.n.90.

Provocatio,qui ſe ulciſci voluit,quando ſit ignoſcendum,p.1.q.31.n.88.

In Provocato non præſumitur dolus, aut animus occidendi,p.1.q.29.n.3.

PVBERTAS.

Puberes puellæ quando dicantur in materia delictorum,p.3.q.143.n.26.27.28.29.

Pubertati proximi quinam dicantur,p.2.q.82.n.6.7.8 p.3 q.143.n.32 33.34.

Quoad Pubertatis definitionem inter maſculos & fœminas in delictis differentia eſt nulla,p.2.q.82.n.18.

PVERPERA.

Puerpera puerperium occultando & partum negligendo cauſam dans parricidio, non tam principaliter de morte infantis, quàm de ſuâ negligẽtia & culpâ enormi,mortem tamẽ cauſante, tenetur,p.1.q.15.n.25.S.S.L.n.26.uſq; ad n.32.

Si infans in lecto ex incuriâ & negligentiâ parẽtum ſuffocetur,vel ſi parentes modum caſtigationis aliquo modo excedant, pœna arbitraria relegationis vel carceris,vel etiam mulcta pecuniaria obtinet,p.1.q.15.n.33 S.S.L.n.34.36.37.

Infantem mortuum ſe peperiſſe dicens mulier, hoc ſufficiẽter probare debet, aut ſi id probare nequit torturæ ſubjicienda,ibid.n.40.

Infans culpâ matris mortuus præſumitur ſi mulier ſola remotis aliis mulieribus in puerperio laboravit,p.1.q.15.n.49.

PVGNVS.

Pugno homicidium commiſſum quam pœnam mereatur,p.1.q.2.n.38.

Pugno perpetrato in homicidio de lethalitate ictus ſeu vulneris conſtare debet,p.1.q.3.n.40.

Pugnus ſæpe plus nocet,quàm gladius,p.1.q.3.n.93.

PVNIRE.

Punire tranſgreſſores L.L. Principibus incumbit, p.3.q.101.n.8.9.

Puniri delicta intereſt Reipub.ib.n.12.

Puniri reus non debet antequam de corpore delicti conſtet,p.1.q.49.n.56.

Puniri fur ipſius ne quidem ob delictũ aute furorem commiſſum poteſt p.3.q.145.n.22.23.24.25.

Circa Punitionem furioſorum atq; dementium delinquentium multum eſt tribuendum judicis arbitrio,p.3.q.145.n.8.

Non punitur conatus de conſuetudine generali pæna ordinaria,p.1 q.17.n.6.14.

Puniantur Rei in eo,in quo deliquerunt membro,p.1.q.47.n.10.

Omnia ferè crimina ſunt hodie arbitraria,& extra ordinem puniuntur,p.1.q.24.n.9.

Puniuntur gravius inferioris conditionis homines, quam honeſtiores p.2.q.52.n.36.

In dignitate conſtituti peccando graviùs delinquunt, adeoq; gravius puniendi,p.1.q.9 n.39.

Puniendus eſt mitius, qui dolore cõmotus delinquit, p.1.q.29.n.30.

Puniendus quomodo ſit particeps & conſcius alicujus delicti,p.3 q.134.n.60.61 S.S.L.n.62.

In puniendo delicto qualitas & quantitas rei,in qua crimen commiſſum eſt,ſpectari debet,p.1.q.42. n.60.

PVPILLVS.

Pupillus & minor quando accuſare prohibeantur? p.3 q.103.n.25.

Pupilli quando & quatenus uſuras uſurarum exigere poſſunt p.2.q.92.n.81.82.83.S S.L.num.84. 85.

Q.

QVÆSTIO.

QVæſtionis vocabulum variè accipitur ,p.3.q. 117.n.12.13.14.

Quæſtionis definitio,ib.n.16.17.

Quæſtio propriè ipſa tortura non eſt,p 3.q.117.num. 15.

Quæſtionis materia eſt arbitraria,p.3.q.117.n.9.

Quæſtio communiter cum actu tortura confunditur ibid.n 18.

Quæſtio cauſa criminalis acceſſio eſt , ibid.n.22.23. 24.vide plura infr.in vocab.Tortura.

Si quis ex vinculis cauſam dicere & ad accuſationem reſpondere per ſententiam ſemel atq; iterum juſſus contumaciter hoc facere recuſet,abſq; ullis indiciis Quæſtione adhibitâ cogi poteſt,p.3.n.126. n.73.

Ratificatio de forma ſubſtantiali confeſſionis per Quæſtionem extortæ requiritur,ib,n.79.

QVÆSTOR.

Quæſtores aliiq; rerum adminiſtratores in rebus ſibi concreditis furtum committere poſſunt,p.2.q. 84 n.3.5.6.7.8 adverſus quos etiam Lex Julia de reſiduis locum habet,n.4. Hi omnes extraordinarè puniuntur,non pæna ſuſpendii: & quare? ibid.n 9.10.11.12.13.14. eademq; pæna obtinet quoq; in foro Sax.n.n.15.16.R.S.L.n.17. in Electoratu Saxon. ſeveriùs in fures hoſce animadvertitur,n.18.19.20.24.

Quæſtores priusquam ſuſpendio puniantur de dolo& fraude eorum conſtare debet , p.3.q.85. num.37. 38.

Quæſtorum malitia ac perfidia difficulter poteſt impediri,p.2.q.84.n 22.23.

Quæſtorũ dolus ac perfidia unde probetur? p.2.q.85. n.39.40.41.

Quæſtorum & officialium culpa & negligentia quomodo puniatur? p.2.q.85.n.57.58.59.S.S.L.n. 60.& ſeqq.

Quæſtoribus perfidis triplex pæna in caſibus tamen diverſis ac diſtinctis irrogari ſolet in Electoratu Saxon. p.2.q.84.n.25.26.27.29.30.32.33.34. 42.S.S.L.n.28.30.43.44. quæ tamen pœnæ non niſi juratis Quæſtoribus ac Officialibus infliguntur,n.35.36.

In omnibus indifferenter Adminiſtratoribus ac Quæſtoribus perfidis eadem obtinet pæna , p.2.q.85.S. S.L.n.46.

Ceſſat pæna ſuſpendii in Quæſtoribus perfidis,ſi de corpore delicti certò non conſtet,ibid.n.50.51.S.S. L.n.52.

Num pænitentiâ perfidos Quæſtores & Officiales à pæna ordinaria excuſet , ibid.n.53.54 55.S.S.L. n.56.

Quæſtor 50. florenos intervertens in foro Saxon.relegatione vel dupli reſtitutione punitur,p.2.q.85. n.26.27.

Quæſtor ultra 50. florenos intercipiens fuſtigatur, ib.n.29.

Quæſtor 100.florenos intervertens laqueo punitur, n.31.32.33.

QVALITAS.

Qualitatem probare qui vult,debet prius probare ſubſtantiam, in qua illa qualitas fundatur , p.1. q.16.n.3.

R.

Räuber.

Räuber vocabulo quinam deſignantur,p.1.q.21. n.8.

RADERE.

Radentes pecuniam juſtum pondus excedentem,nũ puniantur? p.1.q.43.n.33.uſq; ad n.41.

Radens argenteum numiſma , num pari pæna ſit plectendus,ib.n.43.44.47.S.S.L.n.48.

RAPINA.

Rapina quandoq; appellitatur latrocinium , p.2.q. 90.n.2.

Rapina & latrocinium ab invicem multum differunt,ib.n.3.4.5.6.

Rapina etiam vocari ſolet robbaria,graſſatio ſeu deprædatio,p.2.q 90 n.7.

Rapinæ crimen eſt grave & atrox , p.2.q 90.n.8.

Rapinæ pæna quænam ſit? ib.n.9.10.

Rapina quænam dicatur violenta & hoſtilis, p.2.q. 91.n.4.5.6.7.8.

Rapina rei minimæ pænam mortis etiam meretur, p.2.q.90.n.42.43.44.45.R.S.L.n.46.47.48. 49.50. nil intereſt quoad pænam Robbariæ, qualesnam res fuerint vi ablatæ,n.51.R.S.L.n. 52.

In Rapinæ crimine non tam noxa & damnum per ablationem rei datum quàm violatio ſecuritatis in via publ. & provincia quæ pacata eſſe debet, attenditur,p.2.q.90.n.44.

In Rapinæ crimine pæna auxiliatorum,ib.n.62.63. 64.S.S.L.n.65.

Rapinæ propter reiterationem pæna non eſt exaſperanda,p.2.q.90.n.28.R.S.L.n.29.

Rapina attentatum punitur pænâ extraordinariâ p.2.q.91.n.31.32.33.S.S.L.34.35.

Rapinæ crimine cum furto concurrente quânam pæna ſit Reus afficiendus?p.2.q.91.n.49.52.53.55

Vnica tantummodo pœna mortis imponenda eſt Reo.ibid.n.50.51.O.S.L.n.54.56.57.

In Rapina crimine quando juſſus ac mandatum à pœna ordinaria excuſet? p.2.q.91.n.14.16.17.18.S.S.L.n.19.20. mandans non excuſatur, n.21.23.S.S.L.n.25.

In Rapina pœnâ decernenda judex cautè procedere debet, p.2.q.91.n.1.

An à Rapina vel Robbaria pœna Nobilitas delinquentem liberet? p.2.q.90.n.39.40.R.S.L.n.41.

In Rapina, quæ non eſt hoſtilis, nec violenta, ceſſat pœna ordinaria, p.2.q.91.n.2.3.4.

An pro Rapina violenta permutatio coacta ſit habenda, p.2.q.91.n.9.

Statutum pœnam pro furto imponens locum etiam in Rapina habere vulgo exiſtimant, p.2.q.90.n.1.

Quando Princeps, in cujus territorio facta eſt Rapina, ſpoliato damnum reſarcire teneatur, p.2.q.91.n.58.59.60.61.62.68.69.S.S.L.n.70.

Rapinam, ſi deprædator ſemel commiſerit, an gladio puniendus, p.2.q.90.n.22.23.24.25.27. Obſervantia Scabinorum in pronunciando, n.26.

Quid juris in pluribus deprædatoribus Rapinam ſimul committentibus? p.2.q.90 n.34.35.S.S.L.n.37.38.

Pœna eorum, qui in excubiis ſtant, dum alij Rapinam committunt, p.2.q.91. n.26.27.29 S.S.L.n.28.30.

Rapina an gladio & impoſitione cadaveris in rotam puniatur? p.2.q.90.n.22.& ſeqq.

Rapinæ pænâ an puniantur pecuniam hominibus per vim vel minas extorquentes, p.2.q.90.n.66.67.68.69.

Rapinæ pæna ceſſat in ſpoliante eum, à quo ante erat ſpoliatus, p.2.q.91.n.36.& ſeqq.

RAPTOR.

Raptores dicuntur fures improbiores, p.2.q.90.n.1.

Raptores ſi ſpoliatum vulneraverit quomodo puniendi? p.2.q.90.n.30.31.32.S.S.L.n.33.

Raptores exercentes Robbariam in villis, oppidis ac ædibus privatis quomodo ſint puniendi? p.2.q.90 n.71. uſq; ad n. 78. S.S.L.n.77.79.80.

Raptores in foro Sax. quomodo puniantur? p.2.q.90.n.11.12.13. ratione pænæ in foro Saxon. uſitatæ, n.14. uſq; ad n.19.S.S.L.n.20. Obſervantia Scabinorum in pronunciando extra Electoratum, n.21.

Raptores ſeu Robbatores res ablatas reſtituentes nũ mitius ſint puniendi? p.2 q.90.num.55.56.58.59.60.S.S.L.n.57.61.

Raptorem ſeu deprædatorem, aut furem in via pub. ſpolians, pænam Robbariæ incurrit, p.2.q.90.n.53 S.S.L.n.45.

RAPTVS.

Raptus qui propriè dicatur? p.1.q.40.n.28.

Raptus ex ſubſequente matrimonio purgatur, p.2.q.75.n.68.

Raptus cum meretrice non committitur, p.1.q.40.n.26.

Raptus crimen quonam ſupplicio coerceatur? p.1.q.40.n.26.27.28.S.S.L.n.29.

RATIO.

Ratio diverſa diverſum jus facit? p.1. p.47. num. 24.

Rationis identitas eandem juris facit diſpoſitionem p.1.q.12.n.15. p.1.q.14.n.20.p.1.q.22.n.35 p.1.q.37.n.33.p.1 q.41.42.n.47.p.1.q 49 n.50.

Nihil æquè Principum facultates extenuat, quàm Rationum reddendarum neglectus, p.2.q.84.n.21.

Rationibus & textibus magis eſt inhærendum, quam autoritatibus, p.1.q.1.n.59.

Rechnen.

Jch will mich an dir rechnen: *vel* Jch will es eyſern/ *vel* Jch will diß gedencken/ *horum verborum ſignificatio, p.1.q.37.n.86.89.*

RECEPTATOR.

Receptatores delinquentium conſanguineorum mitius puniuntur, p.3.q.134.n.48.49.S.S.L.num.50.51.

Receptantium homines facinoroſos quæ ſit pœna, p.3.q.34.n.38.41.42.43.S.S.L.n.46.47.

Receptio facinoroſorum eſt crimen extraordinariũ, p.3.q.134.n.37.

REDITVS ANNVI.

Reditus annui an debeantur ultra alterum tantum, p.2.q 92 n.62.& ſeqq.

Reditus annuos venditori ſolùm, non etiam emtori redimere licet, p.2.q.92.n.64.O.S.L n.65.66.67

REGALIA.

Regalia inferiores Principes non proprio jure tenent, p.1.q.41.n.41.n.32.33 34 35.

Regalia conceſſa non intelliguntur generali conceſſione Comitatus, Ducatus vel Marchionatus, p.1.q.43.n.11.

Regalia quanto tempore in foro Sax. præſcribãtur, p.2.q.59.n.16.

REGNVM.

Regna, juſtitiâ remotâ, magna ſunt latrocinia, beatiſſima autem, in quibus juſticia floret, p.3.q.111.n.4.

REITERATIO.

Reiteratum delictum gravius punitur, p.1.q.14 nu.10.p.10.q.23.n.12.p.2.q.62.n.61.62.63 64 66.

Reiterata percuſſio in homicidio graviùs punitur, p.1.q.24.n.60.

Reiteratum delictum vide ſub delicto quovis.

RELAXARE.

Quando Reus deprehenſus in facto manuali è carcere ſit Relaxandus ſub cautione, p.3.q.136.num.83.

RELEGARE.

Relegat Provincia Dominus ex tota provincia Reũ, p.3.q.130.n.22.

Relegatur Reus quandoq; ex certo tantummodo pago, p.3.q.130.n.55.

RELEGATIO.

Relegatio pœna eſt civilis, p.3.q.130.n.13. quotuplex, d.n.13.

Relegatio num infamet, p.3.q.135.n.50.51.52.

Relegationis pœna ipſa famam alicujus non diminuit, niſi delictum, ob quod quis relegatur, infamet, p.3.q.135.n.51.

Relegationi ſimilis eſt impoſitio venditionis ac migrationis ex pago, p.3.q.130.n.56.S.S.L.n.57.

Relegationi quando Scabini in ſententiis tempus definire ſoleant, p.3.q.130.n.20.

Relegationem judex Superior in mulctam pecuniariam poteſt convertere, p 3.q.109.n.44.

Relegatione indefinitè indicta Reus in perpetuum debet relegari, p.3.q.130.n.16.17.18.S.S.L.num.19.

Crimen, quod Relegatione punitur, ad Iurisdictionem altam pertinet, p.3.q.109.n.55.56.57.58. ſicuti & impoſitio venditionis ac migrationis ex pago, n.59. R.S.L.60.

RELEGATVS.

Relegatus ab unâ Civitate an cenſeatur relegatus à tota provincia? p.3.q.130.n.21.24.25.26. quid juris in foro Sax.n.27.

Relegatus ex territorio unius Principis ex alterius Principis provincia bannitus non cenſetur, p.3.q.130.n.23.

Relegatus in Electoratu Saxon. â Nobili quopiam ex toto Electoratu bannitus eſt, p.3.q.130.n.28.O.S.L n.28.

Quod & procedit in Comitatu Hennebergico, ex quo Relegatus ex univerſis ditionibus Ducum Saxon. bannitus habetur, n 30.S.S.L.n.31. aliter res ſe habet extra Electoratum Saxon.n.32.R.S.L.n.33.

Bannitus ex Electoratu Sax: an ſit relegatus ex Epiſcopatibus Martisburgenſi, Miſnenſi, & Numburgenſi. p.3.q.130.n.34.35.S.S.L.n.36.

Relegatus ex Epiſcopatu an ſit Relegatus ex toto Electoratu Sax. ibid.n.37.

Relegatus ad certum tempus an eo nondum elapſo revertens in perpetuum debeat relegari, p.1.q.47 n.14.15.16.17.18.25.S.S.L.n.20.21.22.

Relegatus atq; virgis caſus ſi revertatur quomodo puniri debeat? p.1.q.47.n.25.26.27.28.29.30. R.S.L.n.31.

Relegatus cum fuſtigatione contra Vrphedam præſtitam revertens quomodo puniendus, p.1.q.47. n.25. uſq; ad n.30. R S.L.n.31.

Relegatus absq; ſententia Iurisperitorum ſi revertatur, à pœna ordinariâ eſt exemtus, p.1.q.47.n.32. 33. S.S.L.n.34.

Relegatus, qui provincia, ex qua Relegatus eſt, non exceſſit, qua pœna affici debeat, p.1.q.47.n.40. 41.42.S.S.L.n.43.44.45.

Relegati contra præſtitum juramentum revertentis pœna, p.1.q.47.n.2.3.4. quomodo hoc periuriũ puniatur ſecundum Sanctionem Carolinam, ib. n.5. quomodo de jure Sax.n.6.7.8.

Relegati prima vice revertentis pœna, p.1.q.47.n.9. 10. num toti digiti, num verò priores digitorum articuli ſint abſcindendi? n.11.R.S.L.n.12.13.

Relegati ſecunda vice revertentis pœna, p.1.q.47.n. 56.O.S.L n.58.

Relegati tertia vice revertentis pœna, ibid.n.61.62. 63.O.S.L.n.64.

Relegati non debent notari ſigno in fronte inuſto, p.3. q.130.n.49.50.51.

Relegati non perdunt iura Civitatis p.3.q.130.n.52. 53.S.S.L.54.

Quid iuris ſi Relegato periuro digiti iam antè abſciſſi fuêre, p.1.q.47 n.35.36.37.39.S.S.L.n.38.

In Relegato ad certum tempus num eo præter lapſo ceſſet infamia? p.3.q.135.n.57.58.59.60.62.S. S.L.n.61.63.

Relegatum virum ex ſuo delicto num mulier ſequi teneatur, p.3.q.130.n.44.45.46.47.S.S.L num. 48.

Adverſus Relegatum quomodo procedendum, qui non vult emigrare, nec Vrphedam præſtare, ibid. n.38.41.S.S.L.n.39.40.41.42.43.

RELIGIO.

Religionis & Sacrorum cura incumbit Politico Magiſtratui, p.1.q.44.n.9.11.12.14.15.16.17.

REMITTERE.

Remittens jus ſuum donare videtur, p.1.q.55.n.82.

REMISSIO CONIVGVM.

Remiſſio Conjugum eſt duplex, p.2.q 55.n.110.

Remittere & intercedere conjunx deſertus pro nocente an queat? p.2.q.58.n.62.R.S.L.n.63.

Remiſſioni conjugum an locus ſit, ſi fœmina ſoluta admittat maritum ab uxore ſua deſertum? p.2. q.58.n.57.59.S.S.L.n.60.

Remiſſio an locum habeat, ſi uxor conjugata admittat maritum, reum adulterii jam anteà commiſſi, p.2.q.57..n.43.44.S.S.L.n.45. Et quid juris in Remiſſione præſumpta? n.46.

Remiſſio & interceſſio conjugis Bigamum à pœna gladij non liberat, p.2.q.66.n 39.40.41.42.O. S.L n.43.

Num Remiſſio & interceſſio mariti liberet à pœna adulterii ordinar. â uxorem, quæ primò cum viro ſoluto, poſtea verò cum marito alieno rem habuit? p.2.q.57.num.54.55.56.57.59.R S L.n.58.60 quid juris itidem hoc caſu ſit in marito? n.61.62. 63.R S.L.n 64.65.66.69.

Remiſſio ſola conjugis absq; receptione in thorum nõ mitigat pœnam adulterii, p.2.q 55 n.116.117. 118 S.S.L.n.119.

Remiſſio conjugi facta adulteri delinquenti, in Electoratu Sax. haud prodeſt, p.2 q.55.n.120.121. ſecus verò extra Electoratum Sax.n.122.123.124. S.S.L.n.125.126.

Et quid ſi adulter conjugis Remiſſionem acceptare nolit, ib.127.128.

Num Remiſſio & interceſſio Conjugis reum adulterii à pœnâ ordinariâ liberet, p.2.q.55.num.4.& ſeqq.

An & quatenus Remiſſio conjugum locum habeat extra Electoratum, p.2.q.55.num.23.24.25.26. 27.28.29.33.38.S S.L.n 30.31.32.34.35.36.37. 39.

Si Remiſſio adulterii inter conjuges interveniat, pœna ordinaria remittenda eſt, p.2.q.55.n.1.2.

Remiſſio conjugum ex copula carnali eſt conjecturanda p.2.q.55.num.40.41.42.45.R.S.L num. 44.

Quid ſi hoc caſu conjunx ignorantiam adulterii commiſſi prætendat, ibid.n.46.

Quomodo ignorantia probanda, n.47.48.S.S.L. n.49.

Remiſſio conjugis defuncti præſumenda eſt, p.2.q 55. num.50. etiamſi conjunx defunctus adulterium conjugis ignoraviſſet, n.51.52.53.54.S.S.L.n.55. 56.

Remiſſio conjugis habet locum, etiamſi adulter, cui ſemel ad interceſſionem pœna fuit remiſſa, in idem crimen denuò reincidat, p.2.q.55.n.57. uſq; ad n.66.S.S.L.n.67.

Quo tamen caſu pœna extraordinaria poteſt aggravari, ib.n.69.

Vtroq; conjuge de adulterio inculpato alter pro altero intercedere poteſt, p.2.q.55.n.70.71.72.73. S.S.L.n.75.

Remiſſio conjugis conditionalis adulterum à pœna ordinariâ liberat, p.2.q.55.num.76.77.R.S.L.n. 78.

Vxor pro marito adultero intercedere volens num facere hoc debeat autore curatore, p.2.q.55.n.85. 88.

Remiſſio & interceſſio conjugum debet fieri in judicio, p.2.q.55.n.90.

Remiſſio & interceſſio coniugum locum quoq; habet in adulterio, ante matrimonium initum perpetrato, p.2.q.55.n 92.93.95.S.S.L.n 97.98.99.

Num intercedere poſſit uxor pro marito, inculpato de adulterio, aut matrimonium initum cum fœmina coniugata commiſſo, p. 2. q. 55. n.100.101. 102. Sent. Scab. Lipſ.103.104.

Remiſſio & reconciliatio obtinet quoq; in adulterio Sponſi & Sponſæ, p. 2.q.55.n.105.

Vt & in adulterio cum alterius uxore meretricio more vivente commiſſo, ib:n.106. ſicuti etiam in adulterio uxoris à marito ſuo deſertæ, n.107.

Remiſſio coniugis in adulterio quandoq; non admittitur, p. 2. q. 55. n. 108. veluti in adulterio duplicato, n.109.110.111. Obſerv. Scab. Lipſ.n.112.

Remiſſio Coniugis extra Electoratum Saxon: in duplicato quoq; adulterio admittitur, p. 2. q. 55. nu. 113.114.

Remiſſio coniugum ceſſat, ſi unà cum adulterio aliud inſimul crimen fuerit commiſſum, p. 2. q. 55. n.115.

Remiſſio num locum habeat in perſonis coniugatis, cum Sponſo Sponſâve adulterium committentibus p.2.q.56.n.86.87 88.R.S L.n.89.90.

Remiſſio Sponſo Sponſæve facta alteri delinquenti non prodeſt, p.2.q.56.n.58.59.R.S.L.n.60.

Remiſſio præſumpta violatores Sponſaliorum à pœna fuſtigationis liberat, p.2 q.56.n.63.O.S.L.n. 63.O S.L.n.64.

Ignorantia quoq; Sponſaliorum excuſat, n. 65.66.

Quomodo ignorantia ſit probãda, n.67.S.S.L.n.68

Remiſſio coniugis an ſit locus in violento adulterio ſimplici. p.2.q.75.n.24.Sent.Scab.Lipſ.n.25.26.

Remiſſioni coniugum locus datur ſimplici adulterio cum inceſtu commiſſo, p. 2.q.73.n. 78.79. Sent. Scab. Lipſ. n.81.

Remiſſioni coniugis non eſt locus in crimine inceſtus cum adulterio commiſſi inter aſcendentes & deſcendentes, p.2.q.72.n.39.40.41.S.S.L.n.42.

Num ad Remiſſionem & interceſſionem Sponſi Sponſæve pœna binorum ſponſaliorum ſit mitiganda? p.2.q.67.n.47.48.52.53.57.

Remiſſio hæc poſteriori quoq; ſponſo prodeſt, ibid. nu. 49.O.S.L.n.51.54.

Remittenda etiam eſt pœna ad interceſſionem ſponſæ poſterioris, ibid n.55 Sent Scab. Lipſ. n.56.

Adverſus Sponſum adulterium mitiùs animadvertendum ad interceſſionem Sponſæ, & vice verſa, p.2.q.56.n.52.53.54. Sent. Scabin. Lipſ.n.56.57.

An ad Remiſſionem & interceſſionem coniugis pœna ordinaria remitti debeat, ſimplici adulterio cum inceſtu ab affinibus commiſſo, p.2.q.74.n.70.71. 72.73. S.S.L.n. 75.76.77.78.79.81.

Ad Remiſſionem & interceſſionem ſuæ coniugis an à pœna gladij ſit exemptus maritus cum uxore aliena ante quinquennium adulterij crimine iam contaminata concumbens, p. 2.q.57.nu.48.49. 50.51.

Remiſſionem ſemel factam coniunx revocare nequit, p.2.q.55.n.79.80.81.S.S.L.n.83.84.

REMISSIO DELINQVENTIS AD LOCVM DELICTI.

Remittere de iure Civili iudex habitationis vel originis Reum ad delicti locum iudici eum avocanti tenetur, p.2.q.54.n.52.

Remittendus delinquens quandoq; eſt ad locum delicti commiſſi, p.3.q.110.n. 48.49.50.51.52.

Remiſſiones delinquentiũ ubivis locorum in deſuetudinem abierunt, p.3.q.110.n.53. etiam in foro Sax: quare n.54. 55.56. niſi judex ſponte ſuâ delinquentem remittere velit, n.57. Quod ſæpius accidit in Germaniâ, exhibitis à poſtulante literis reverſalibus, n.58.

Remiſſio in Præfecturis Electoratus Saxon: ex ſpeciali diſpoſitione locum habet, p.3.q.110.n.59.60 61. Non tamen inter Nobiles ſub Electoratu Saxon.n.62.

Remiſſio quoque locum habet, proceſſu inquiſitorio in loco aliquo jam finito, p.3.q.110.n.63. Reſp. Sc. Lipſ. n.64.

Remiſſio antequam fiat, conſtare debet de requirentis Jurisdictione & crimine perpetrato, p.3.q.110 n.65.

Remiſſio ceſſat in delictis levioribus, p.3 q.110.n.66

Remiſſio cujusnam ſumptibus fieri debeat, ibid. nu. 67. & 68.

RES.

Res inter alios acta aliis facilius prodeſt, quàm nocet, p.2.q.61.n.28.

Pro Rerum defenſione an impunè aliquem occidere liceat, p.1.q.32.n.14.16.17.

Quidam defenſionem Rerum tum demum admittunt, ſi cum vita periculo conjuncta eſt, ibid. n. 19.20.21. reijcitur hæc ſententia, ib: n.22.23.24. 25.31.32.36. Sententia Damhouderi n.26.27.28. R.S.L.n.29. concordat Didac. Covarruv. n.30.

Quando proportio inter Res & vitam hominis eſt attendenda? ibid. n.33.

Res inanimatæ animadverſioni criminali quandoq; ſubjacent, p.3.q.131.n.14.

RESIDVVM.

Reſiduorum crimen quando committatur, p.2.q.84 n. 4.

RESTITVTIO.

Reſtitutio rei ablatæ vid. ſupr. res Furtiva.

RESPVBLICA.

Reſpublica præmijs & pœnis quaſi duobus fulcris continetur, p. 1. q.101.n.2.

Reſpublica ex pœnarum irrogatione hoc commodum ſentit, ut alij non inficiantur ab eo, qui ſublatus eſt, p.3.q.101.n.14.

Reipub: intereſt juſto modo procedi in criminalibus, p.3.q.103.n.1.

In Republica, in qua maxima virtuti proponuntur præmia, viri præſtantiſſimi exiſtunt, p.3.q.101.n.5.

RETORQVERE.

Retorquere injuriam ſic licet, tu mentiris, ut fur, ut latro, non verò ſic regerere licet, tu mentiris, tu fur, tu latro, p.2.q.97.n.27.

Retorquere injuriam injuriâ licet, p. 2. q.97.nu.22. 23. is cui crimen vel delictum certum, veluti furti obijcitur, Retorquendo injurianti aliud crimen obijcere, eumq; latronem vel adulterum vocare nequit, p.2.q 97.n.28.

RETORSIO.

Retorſio eſt ſpecies defenſionis, p.2.q.97.n.24

Retorſio debet fieri in continenti & cum moderamine inculpatæ tutelæ, ibid. n. 25.26.27.28. Sent. Scab. Lipſ. n.29.

Retorſio quomodo in ſcriptis fieri debeat, p. 2. q. 97. n. 30.

Retorſio legitima tollit actionem injuriarum, p. 2. q. 97. n. 31. 32. 33. 34. reÿcitur ſententia Henrici Nebel Kraens ibid. n. 35. 36. S. S. L. n. 37. 38.

Retorſio non præjudicat Magiſtratui, quo minus injurantem punire queat, p. 1. q. 97. n. 41. Sent. Scab. Lipſ. d. n. 41.

Si quis Injuriis provocatus aliud crimen injurianti objiciat, ipſumq́; aliis injuriis reverberet, Retorſio non valet, ſed uterq; de ſua injuria agere poteſt, p. 2. q. 97. n 26.

RETROVENDERE.

Pignoris ſub pacto de Retrovendendo emptio quatenus valeat, p. 2. q. 92. num. 96. 97. 98. 100. 101. 102. Sentent. Scab. Lipſ. n. 99. 103.

REVELARE.

Revelare & indicare an parentes, cognati vel affines Reum latitantem, & ignorantiam juramento purgare teneantur, p. 3 q. 134. n. 52. 53. 54. Sent. Scab. Lipſ. n 55.

An quis ob ſolam ſcientiam delicti jam commiſſi, ſi id non Revelaverit, pęna aliqua teneatur? p. 3. q. 134. n. 56. 57. Sent. Scab. Lipſ. n. 58 59.

Scientes & non Revelantes delicta atrociſſima quã nam pęnam incurrant, p. 3. q. 134. num. 66. Sent. Scabin. Lipſ. n. 67. 68. 69. 70.

REVS.

Rei quatenus ſint favorabiliores, quàm actores, p. 3. q. 105. n. 21. 32.

Reus non eſt qui accuſatur, ſed qui convincitur criminoſus, p. 1. q. 36 n. 29. p. 1. q. 41. n. 101.

Reus nemo exiſtimatur, niſi per ſententiam prius declaretur, p. 1. q. 41. n. 101. p. 1. q. 36. n. 29.

Reus ad ſupplicium mortis condemnatus à refuſione expenſarum eſt immunis, p. 3. q. 138. n. 2. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13.

Reus ſi reſpondere nolit, vel non categoricè reſpondeat, quomodo procedendum? p. 3. q. 106. num. 72. & ſeqq.

Reus actore non probante abſolvitur, ibid. n. 96.

Reus etiam abſens ſortitur forum in loco delicti, p. 3. q. 110. n. 45. & ſeqq ideo remittendus eſt ad locum delicti, ibid. n. 48. & ſeqq.

Reus ad Eccleſiam confugiens à pęna eſt immunis, p. 3. q. 110. n. 91. & ſeqq ſicuti etiam confugiens ad cœmiterium & hoſpitale, ibid. n. 92. quod tamen nõ obtinet de conſuetudine hodierna, ib. n. 95. 97.

Reus in carcere quamdiu detinendus? p. 3. q. 111. n. 54. 55.

Reus carcerem effringens & aufugiens quomodo puniendus, ibid. n. 90. & ſeqq.

Reus ſi in termino publicationis ſententiæ non compareat, per edicta publica denuò citatur ad proceſſum banni, p. 3. q. 112. n. 140.

Reus non eſt judicandus, niſi confeſſus eſt delictum, aut de eo convictus, p. 3. q. 113. n. 1. p. 3. q. 117. n. 1.

Reum contra inauditum non eſt procedendum, ib. n. 3. & ſeqq.

Reum inauditum condemnari juris ordo non patitur, ibid. n. 6.

Reus reſpondere nolens pro confeſſo habetur, ibid. n. 59.

Reus ob certum aliquod delictum tortus num incidenter de alio crimine interrogari debeat? p. 3. q. 124. n. 52. & ſeqq.

Reus ſemel abſolutus denuo accuſari nequit, & quatenus hoc ſit verum? p. 3. q. 127. n. 7. 8. 18.

Reus probationibus convictus ac poſtea tortus crimen negans, num abſolvi debeat? p. 3. q. 125. num. 17. & ſeqq.

Reus non puniri debet, niſi præceſſerit ſententia condemnatoria, p. 3. q. 132. n. 1.

Reus ad mortem condemnatus de rebus ſuis poteſt diſponere & contrahere, p. 3. q. 135. n. 11. 12.

Teſtari, ibid. n. 17. & ſeqq.

Reus ad mortem condemnatus hereditatis ſibi delatæ capax eſt, ibid. n. 13.

Reo ad mortem condemnato ſucceditur ab inteſtato p. 3. q. 135. n. 15.

Reus deprehenſus in facto manuali quando ex carcere ſit relaxandus ſub cautione, p. 3. q. 136. n. 83.

Reus in manuali facto deprehenſus non ſtatim condemnatur, p. 3. q. 136. n. 84.

Reus quis dicatur deprehenſus in facto manuali auff handhaffter That/ ibid. n. 92 & ſeqq.

Reus per triduum ante executionem intolerabili cuſtodia detinendus, p. 2. q. 137. n. 39.

Et cibo potuq́; ſuaviori paſcendus, ibid. n. 42.

Non tamen inebriandus, ibid. n. 43. 44.

Reus ad mortem damnatus, ſi pœnitere nolit, quomodo tractandus, p. 3. q. 137. num. 46. & ſeqq. Sent. Scab. Lipſ n. 48.

Reo ad mortem condemnato adjungendus eſt miniſter Eccleſiæ, & quodnam illius ſit officium, ibid. n. 40. 41.

Reus qui ex inopia ſumptus litis ſolvere nequit, graviori pœnâ punitur, p. 3. q. 138. n. 23. & ſeqq.

Reus ſumptus ad probationem defenſionis ſuæ neceſſarios ſuppeditare tenetur, p. 3. q. 138. n. 25. & ſeq.

Fallit ſi nihil habet in bonis, tum enim ex fiſco ſunt ſuppeditandi, ibid. n. 27.

Reus, ſi promiſſione veniæ confeſſio fuerit extorta pęna ordinaria puniri nequit, p. 3. q. 149. n. 9. & ſeqq.

Reus teſtibus convictus æquè condemnari poteſt ac confeſſus, p. 3. q. 116. n. 35. etiam in Germania & foro Saxon: ibid. 36. 37. 40. & ſeqq. non obſtante traditione Bodini, ibid. n. 38.

Reus docens errorem confeſſionis audiendus eſt, p. 3. q. 121. n. 49.

Reus in executione revocans confeſſionem, ordinariâ pęnâ puniri debet, p. 3. q. 126. n. 63. & ſeqq. modo confeſſio probetur juramento Scabinorum, ibid. n. 65. & ſeqq. aut ſuper ratificatione confeſſionis à Notario, & teſtibus inſtrumentum confectum ſit, ibid. n. 67. & ſeqq. ubi ſimul de effectu hujus inſtrumenti agitur, ibid. n. 69. & ſeqq.

Reus ſi ratificandam confeſſionem ductus reſpondere nolit, quomodo procedendum, p. 3. q. 126. num. 73. & ſeqq.

Reus poſt Vrphedam præſtitam adverſus judicem experiri nequit, priusquam à juramento fuerit abſolutus, ibid. n. 49. & ſeqq.

REX.

In Regem Romanorum quando crimen læſæ Majeſtatis committatur, p. 1. q 41. n. 47. 52. 53. 54.

RIXA.

Rixæ autor an non morte puniendus ſit, ſi de occiſore in rixa certò non conſtet, p. 1. q. 25. n. 50 51. 52. 53. 55. Reſp. Scab. Lipſ. n. 54.

ROTA.

Rotæ cadaveris impoſitio in quibusnam criminibus locum habeat, p.3.q.128.n.42.43.44.60.61.62.

Rotæ cur cadavera punitorum imponantur, p. 2. q. 90.n.14. usq; ad. n. 19.

Rotæ pœna aggravatur, quando crura & brachia prius franguntur, **von vnten auff rädern** */p. 3. q. 128.n.66.67.Sent.Scab.Lipſ.n.68.69.70.*

Rotæ pœna, poſt ignis ſupplicium, eſt reliquis atrocior, & ſola dictatur latroni, etiam concurrentibus alÿs levioribus delictis, p.3.q.132.n.33.& ſeqq.

RUSTICITAS.

Ruſticitas in blaſphemiæ crimine non excuſat, p. 1. q.45.n.43.44.46.Sent. Scab.Lipſ.n 47.

Ruſticitas quatenus in alÿs delictis excuſet, ibid. nu. 45.

à Ruſticis in pagis delinquentes in domo Sculteti cuſtodiuntur, p.3.q.111,n.53.

S.

SACRA.

SAcrorum turbatores quomodo puniantur, p.1.q. 44.n.51.52.Sent. Sc. Lipſ. n.53.54.p.1.q.24 n.44.

Sacrorum & Religionis curà Magiſtratui Politico *incumbit, p. 1.q.44.n.9.11.12.14.15.16.17.*

SACRAMENTA DOMINI.

Sacramenta Domini prophanantis pœna, p.1.q.45. n.99.

SACRILEGIUM.

Sacrilegium eſt ſpecies furti, p.2.q.89.n.1.

Sacrilegium gravius eſt ſimplici furto, p.2.q.89.n.2.

Sacrilegium quando jure Canonico committatur, ibid.n.5.

Sacrilegium quotuplex ſit in Imperio Romano-Germanico, p.2.q. 89 n.6.7.

Sacrilegium rei modicæ an & quando mitiùs ſit puniendum? p.2.q.89.n.67.68.69.Reſp.Scab.Lipſ. n.70.

Sacrilegÿ definitio, p. 2.q.89.n.3.4.

Sacrilegÿ prima ſpecies eſt, quando quis rem ſacrã de loco Sacro ſurripit, p.2.q. 89.n.8.9.

Sacrilegÿ hujus pœna de jure Civili & Sanctione Carolina, ibid, n.10.11.12.13.14.15.16.17.

In foro Sax: quomodo puniatur hoc Sacrilegium, ibid:n.18.19.20.23.O.S.L.n.21.22.24.

Sacrilegÿ altera ſpecies quando quis rem ſacram de loco non ſacro aufert & ſurripit, quæq; hujus pæna, p.2.q.89.n.71.72.73.74.Sent.Sc.Lipſ.n.75.

Sacrilegÿ tertia ſpecies quænam, p.2.q.89 num.76. 77.

Sacrilegÿ absq; effractione commiſſi pæna, p.2.q.89. n.25.26.27.Sent.Scab.Lipſ.28.29.

In pluribus ſociis Sacrilegÿ quid juris ibid.n.33.34. 35.Reſp.Scab.Lipſ.n 36.

Sacrilegÿ pæna ob criminis reiterationem non eſt exaſperanda, p.2.q.89.n.37.38.40.41.Reſp.Scab. Lipſ.n. 42.43.44.45.

In Sacrilegÿ crimine pæna rotæ quando exaſperari queat, p.2.q.89 n 46.Obſ.S.L.n.47.

In Sacrilegÿ crimine auxiliatorum pæna, p.2.q.89. n.56.57.58.Reſp.Scab.Lipſ.n.59.60.

Sacrilegÿ pæna quibus ex cauſis mitigari poſſit, p. 2. q.89.n.61.62.63.64.65.Lipſ.Sent. Scab.n. 66.

Quomodo puniantur in Excubÿs ſtantes interea dum Sacrilegium committitur, p. 2.q.89.n.48. Sent.Scab.Lipſ.n 54.55.

Sacrilegium, res prophanas de loco ſacro auferentium, pœna, p.2 q.89.n.78.79.80.Sent.Scab.Lipſenſ.n. 81.82.

Sacrilegi Gazophylacium ſpoliantis pœna p.2.q.89. n.30.31.32.

Sacrilegium quãdo committatur, p.2.q.89.n.3.4.5.

SAGÆ.

Sagæ ac Stryges illuſæ figmentis Diabolicis pœna quoque mortis affici debent, p.1.q.48.n. 60.

Sagæ ac Lamiæ mulieres ignis ſupplicio puniri debent, p.1 q.49.n.49.51.52.53.54.O.S.L.n.55.

Sagæ ac malefici num verè concumbant cum Dæmone, p. 1.q.49.n.30.

Quidam hoc negant, ibid. num. 31. 32.

Alÿ vero affirmant, ibid. n. 33.

Diſtinguendum eſt in hac quæſtione inter congreſſum & generationem, ibid.n. 34.

Concubitus verus cum Dæmone fieri poteſt, ibid. n. 42 43.Reſp.Scab.Lipſ.n.48.

Sagarum cum Dæmone concumbentium quæ ſit pæna, p. 1.q.49.nu.29.44.45.46.47.

Sagarum conventus an ſint figmenta ac Phantaſiæ, p. 1.q.48.n.17.usq; ad n.28.

Sagarum facta referuntur, p.1.q.48.n.55.56.

Absq; Sagarum conſenſu Diabolus hominibus nocere nequit, p.1.q.48 n.62.63.64.

SALVUS CONDUCTUS.

Salvus conductus duplex eſt generalis & ſpecialis, & quis generalis dicatur, p. 3 q.112.n.6.

Salvus conductus generalis quamdiu præſtet ſecuritatem, p.3.q.112.n.10.11.12.13.S.S.L.n.14.

Salvus Conductus ſpecialis quid ſit? p.3.q.112.n.20.

Salvus Conductus ſpecialis plenam dat ſecuritatem, d.n.20.

Salvus conductus ſpecialis propriè dicitur ſalvus conductus, p.3.q.112.n.21.

Salvus Conductus ſpecialis quando & in quibus delictis debeat concedi, p.3 q.112.n.30.31.

Salvus Conductus Reo abſenti aut latitanti concedi debet, p.3.q.112 num.22.33. etiam in atrocioribus delictis, n. 34.35. non modo in ordinario, ſed & in inquiſitorio Proceſſu, *n.36.37.O.S.L.num. 38.39.*

Salvus conductus Reo confeſſo aut convicto, alleganti exceptionem defenſionis, concedi quoq; debet, p.3 q.112.q.40. Reſp. Scab. Lipſ.n.41.

Salvus conductus reo præſenti incarcerato non datur, p.3.q.112.n.42.43.44. niſi in delictis levioribus, n.45.47.S.S.L.n.46.& in caſu infirmitatis, n.48.51.S.S.L n.49.50. aut ſi judex credit reum fore inculpabilem, n.52.

Salvus conductus ſpecialis in quonam conſiſtat, quaquè ejusdem ſit qualitas & finis, p.3 q.112.n.53.

Salvus conductus non juvat reum in novis delictis, ibid.n.54.

Salvus Conductus non præjudicat alieno Magiſtratui, p.3. q.112.n.15.16.

Salvus conductus ſpecialis ſive ſecuritas plenaria quamdiu duret, p.3.q.112.n.59.usq; ad 63.Sent. Sc.Lipſ.n.64.

Salvus conductus liberat reum à periculo carceris, ibid.n.1.

Salvus conductus num violatoribus Pacis *publ: concedendus, p.1.q.36.n.26.27.28.30 31.Reſtringitur deciſio ad Salvum conductum communem ſive generalem, n.32.S.S.n.33.*

Num absq́; Salvi conductus generalis impetratione Reus ſit ſecurus, p.3.q.112.n.15. usq́; ad 18. Sent. Scab. Lipſ. n. 19.

Salvi conductus effectus eſt, ut Reus ſit ſecurus ab incarceratione & omni vi iniuſta, ibid. nu. 73.74. 75.

Salvum conductum petere maximè conducit Reo, ibid. n.2.3.4.5.

Salvum conductum generalem habens, non modo ad iudicium venire, ſed & ſecurè inde recedere poteſt, p.3.q.112.n.7.8.9. & quolibet die iuridico ſecurè poteſt comparere, ibid. n. 10. nec commorandi diutius facultatem reus habet, n. 11.

Num Salvum conductum generalem qualibet citatio contineat? p.3.q.112.n.15.16.17.18.S.S.L.n.19.

Salvum conductum quatenus citatio generalis contineat, p.3.q.112.n.16 & ſeqq.

Salvum conductum ſpecialem quinam Magiſtratus largiri queat, ibid. n. 22. 23. 24.

Salvum conductum habentem, Reum offendens an crimen læſæ Maieſtatis committat, ib. n. 26. 27.

Num Salvum conductum plenarium Quæſtor Præfecturæ Electoralis Reo accuſato concedere queat? p.3.q.112.n.27.28. Reſp. Scab. Lipſ. n. 29.

Salvum conductum Magiſtratus concedens Reum ne quidem in alieno territorio captivare poteſt, p 3.q.112.n.57.

Salvum conductum habentem reum offendens quomodo debeat puniri, ibid. num. 77.78.79.80. Sentent. Scabin. Lipſenſ. n. 81.

Salvum conductum petens reus debet ſatisdare, p.3. q.112.n.85.86.87. Obſerv. Scab. Lipſ. n.88. Huius ſatisdationis effectus quis ſit, n. 89. 90. 91.

Quantam cautionem reus hoc caſu præſtare debeat, n. 92. 93. 94. 95. cautione absq́; determinatione certæ ſummæ præſtita fideiuſſor liberatur ſolutione unius VVerigeldi, n. 96. S. S. L. n. 97.

Cautio hac non ſolum fideiuſſoribus, ſed & pignoribus præſtari poteſt, p. 3. q. 112. n. 98. 99. 100. 101. Sentent. Scab. Lipſ. n 102.

Fideiuſſores cavere quoq́; debent in hac ſatisdatione, n. 103.

Cautio iuratoria quatenus admittatur, n. 104. 106. Sent. Scab. Lipſ. n. 105. 107. 108.

Reo non comparente, cui debeatur pecunia in cautione expreſſa, n. 109. usq́; ad n. 115. S.S.L.n.116.

An ſingulis vicibus, quibus Reus emanſerit, pecunia cautionis exigi poſſit, p.3.q.112.n.117. usq́; ad nu. 121. Sent. Scab. Lipſ. n. 122.

Cautio hoc caſu præſtita numquam eſt duplicanda, ib. n. 123. 124. Sent. Scabin. Lipſ. n. 125.

An Reo emanente pecunia cautionis ipſo iure comiſſa ſit, an proinde ſtatim executivè contra fideiuſſores procedi poſſit, ibid. n. 126. 127. 128. 129. Sent. Scab. Lipſ. n. 130.

Num pœna cautionis à fideiuſſoribus ſoluta adverſus reum fugitivum nihilominus criminaliter ſit procedendum, ibid: n. 131. usq́; ad n. 137. Sent. S. Lipſ. n. 138. 139.

Antequam tamen ad Bannum procedatur, Reus in termino publicationis definitivæ ſententiæ non comparens denuo citandus eſt ad Banni proceſſum, ibid. n. 140. Obſerv. Scab. Lipſ. n. 141.

Fideiuſſor Reum ſemel ſiſtens ab ulteriori obligatione eſt liberatus, n 142 Reſp. Scab. Lipſ. n. 143.

Salvo conductu pendente nihil novare poteſt iudex, p. 3. q. 112. n. 53.

In Salvo conducto conceſſo conſideranda eſt forma verborum, p. 3. q. 112. n. 53.

Salvo conductu per ſententiam ſublato an judex cõfeſtim reum prehendere poſſit, antequam ſententia tranſeat in rem judicatam, p. 3. q. 112. nu. 65. 66. 67. 68. 69. S. L. n. 67. 70.

Super Salvo conductu majoris fidei causâ conficitur inſtrumentum in foro Sax. p. 3. q. 112. n. 72.

Salvo conductu non obſtante an Reus crimen confeſſus confeſtim prehendi & puniri poſſit, p. 3. q. 112. n. 82. 83. 84.

SALVTI POTATIONES.

Saluti potationes prohibitæ ſunt ab Electore Saxonico, p. 3. q. 146. num. 29.

SAMVEL.

Samuelis de apparitione quid habendum, p. 1. q. 48. n. 29. Lutheri judicium, ibid.

SANGVIS.

Si Sanguinem in præſentia Rei ſuſpecti cadaver effundat, ſufficiens indicium non eſt ad torturam, p. 3. q. 122. n. 28. & ſeqq. S. S. L. n 35.

Niſi alia concurrant adminicula, n. 36. R. S. L. num. 37.

SATISDARE.

Satisdare accuſator pro reconventione & expenſis debet, p. 3. q. 106. n. 39.

Satisdare Reus ſalvum conductum petens, tenetur, p. 3. q. 112. n. 85. vid. plura ſupra in vocabulo Salvus Conductus.

SCABINI.

Scabini Lipſenſes ſoli in Electoratu Saxon. judicant in cauſis criminalibus, p. 3. q. 116. n. 26. Ex ordinatione D. Auguſti Elect. in fundatione Scabinatus Lipſenſis, d. n. 26. In levioribus autem delictis conſilium Ictorum præciſè non requiritur, ibid. n. 27. 28.

Scabinorum Lipſenſium Reſponſa & jus conſuetudinem faciunt, p. 1. q. 20. n. 30.

Ad Scabinos & ICtos in judicandis cauſis criminalibus Caroli V. Admonitio, p. 3. q. 116. n. 32. 33. 34.

Schachtſpiel.

Schachtſpiel Luſus latrunculorum vel farunculorum vetuſtus & ingenioſus num jure defendi poſſit, p. 3. q. 134. n. 15.

P. SCIPIO.

P. Scipio meritò laudatur quod Carthagine captâ cum milites virginem pulcherrimam ad ipſum adduxiſſent, & deſponſatam eſſe Nobili adoleſcenti intellexiſſet, eandem illæſam Sponſo reſtituerit, p. 2. q. 56. n. 11.

SCORTARI.

Pœna parentum filios Scortari permittentium, p. 2. q. 71. n. 40. 41. 42. 43. S. S. L. n. 44.

SCORTATIO.

Scortatio quomodo à ſtupro differt? p. 2. q. 70. n. 2.

Scortatio diverſimodè punitur in foro Saxon. ibid. n. 16.

Num Scorta perpetuâ vel temporali relegatione puniri debeant, p. 2. q. 70. n. 18. 19. 20. 22. 23. 24. 25. 27. S. S. n. 26. 28. 29.

SCVLTETI.

In Sculteti domo in pagis delinquentes à ruſticis cuſtodiuntur, p. 3. q. 111. n. 53.

SEDITIO.

Seditionis autor non modo vim publ: ſed & crimen læſæ Majeſtatis, cujus pœna eſt ultimum ſupplicium, committit, p. 1. q. 44. n. 43.

SECVRITAS.

Ex Securitatis cautione aſſecuratus juvare ſe nequit, quam ipſe oppugnavit, p. 3. q. 112. n. 54.

SEMPER.

Semper verbum non admittit perſonarum differentiam, p. 1. q. 2. n. 8.

SENATOR.

Senatorum Romanorum varij fuerunt ordines, p. 3. q. 118. n. 66. 67. 68. 69. 70.

SENECTVS.

Senectus altera adoleſcentia & pueritia eſt, p. 2. q. 62. n. 29. p. 3. q. 144. n. 5.

Senectus quo anno incipiat, p. 3. q. 144. n. 13. 14.

Senectus regulariter à pœna neminem excuſat, & quare, p. 3. q. 144. n. 12. 15. 19. 20. Sent. Scab. Lipſ. n. 21. 22. 23. 24. 25.

SENES.

Senes quinam propriè dicantur, p. 2. q. 62. nu. 26. 32.

Senes habent ſenſum puerilem, & pueris ſimiles ſunt, p. 3. q. 144. n. 3. 4.

Senes plurimi ſunt robuſti, ſapientes & perſpicaces, ibid. n. 7.

Senes pueris mirè delectantur, p. 2. q. 62. n. 29.

Senes mitius ſunt puniendi, & quare. p. 3. q. 144. n. 1. 2. 6.

Senes ob ætatem decrepitam deliri mitius ſunt puniendi, p. 3. q. 144. n. 34. 35. 36. S. S. L. n. 38. 39.

Senes qui bonam partem conſilij amiſerunt, mitius puniri debent, p. 2. q. 62. n. 33. 39. 40. quatenus verùm, d. n. 39.

Senes in adulterij crimine an mitius puniantur, p. 2. q. 62. n. 27. referuntur argumenta pro ſententia affirmativa & negativa, n. 28. & ſeqq. S. S. L. n. 43. uſq; ad n. 49.

In Senibus circa mitigationem pœnæ variæ traduntur DD. diſtinctiones, p. 3. q. 144. n. 8. 9. 10. 11.

Senibus pœnæ corporis afflictivæ non facilè infliguntur. p. 3. q. 144. n. 26. S. S. L. nu. 28. niſi adhuc ſint graves & robuſti, n. 29. 30 31. S. S. L. n. 32. 33.

Caſtiga juvenem ferulâ, furcâ Senem: Peccantem juvenem corrige, pende Senem, p. 2. q. 62. n. 36.

Senes torqueri prohibentur, p. 3. q. 118. nu. 35. & ſeqq. Niſi ſint robuſti & perſpicaces, ibid. n. 38. & ſeqq.

Senes poſſunt terreri, p. 3 q. 108. n. 42. & ſeqq.

SENTENTIA.

Sententia ſecundum L. L. & Conſtitutiones publicorum judiciorum eſt concipienda, p. 3. q. 132. num. 2. 3.

Sententia benignior in dubio eſt apprehendenda, p. 2. q. 57 n. 30.

Sententia conformis debet eſſe libello, fallit hoc in criminalibus, p. 3. q. 106. n. 18.

Sententia judicio finem imponit, p. 3. q. 106. n. 95.

Sententiæ latæ ſi executioni non mandentur, autoritas Magiſtratus contemtui & deſpectui habetur, d. n. 95.

Sententiæ Scabinorum Lipſenſium conſuetudinem introducunt, p. 1. q. 34. n. 85.

Sententiam latam ab uno judice aliter judex requiſitus exequi tenetur, p. 1. q. 36. n. 17.

In Sententiæ dictamine ſumma requiritur judicis diſcretio, p. 3. q. 132. n. 46 quare & peritiores hac in re ſunt conſulendi, n. 5.

SEPARATA.

Separatorum factorum ſeparata eſt ratio, p. 1. q. 24. n. 73.

à Separatis nulla fit illatio, p. 1. q. 24. num. 73.

SEPARATIO THORI.

Separatione legitima & totali facta adulterium non committitur, p. 2. q 61. num. 54.

Separatione factâ inter conjuges quoad thorum & menſam adulterium ab ipſis perpetratum mitius punitur, p. 2. q. 61. n. 53. 55. 56. R. S. L. n. 57.

Num Separatione quoad thorum & menſam factâ nocens innocenti defuncto ſuccedat, p. 2. q. 58. nu. 70. uſq; ad n. 76. Sent. Scab. Lipſ. n. 73. 77.

Ad Separationem thori ob adulterium conjugis agi poteſt, p. 2. q. 63. n. 3. 4. 6.

SEPELIRE.

Sepeliri debent cadavera punitorum, p. 3. q. 137. nu. 69. quod tamen quandoq; fallit, ut in pœna ſuſpendij, & rotæ. n. 70. 71.

SEPVLCHRVM.

Sepulchra violantium pœna, p. 2. q. 83. num. 64. 65. Sent. Scab. Lipſ. n. 66.

SEPVLTVRA.

Sepultura canina habetur loco pœnæ, p. 1. q. 2. nu. 31.

Sepultura non deneganda eſt mortuis, p. 3. q. 131. num. 29.

SERVUS.

Servus regulariter neminem accuſare poteſt, p. 3. q. 104. n. 27.

Servi pœnæ quondam condemnati efficiebantur, quod hodie correctum eſt, p. 3 q. 135. n. 2. 3. 4. 5. 6.

SEVERITAS.

Severitatis ſæpè plus accedere expedit. quàm benignitatis, p. 3. q. 101. n. 14.

SIMIA.

Simia cur unà cum parricida culeo inſuatur, p. 1. q. 8. n. 9.

SOCER.

Socer & ſocrus, vitricus & noverca impropriè dicuntur parentes, p. 1. q. 8. n. 45.

Socer ſocrus Vitricus vel Noverca affines ſunt, non cognati vel conſanguinei, p. 1. q. 8. n. 38.

SOCIETAS.

Societas hominum, niſi corrupti mores emendentur, vix nulla conſiſtere poteſt, tandemq; interit, niſi ab initio celeriter ſubveniatur, p. 3. q. 101. n. 13.

SOCIVS.

Socij criminis nominatio num facit indicium ad torturam, p. 3. q. 121. n. 20. Ritè ſit qualificata, & qualis eſſe debeat, quæq; ſint requiſita hujus indicij, nu. 21. 22. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. aſſertio plurium correorum quando probet num. 39. aſſertio Rei de mandatore quatenus aliquem faciat ſuſpectum, n. 40.

De Socijs criminis commiſſi quatenus fas ſit judici interrogatione Reum, p. 3. q. 121. n. 23. 24. 26. 27. 31. Interrogatio debet fieri in tortura, num. 28. generaliter debet reus interrogari non expreſſâ certâ perſona, niſi certa ex cauſa, n. 29. 30.

SODOMIA.

Sodomia cum hominibus triplici modo committitur, p. 2. q. 76. n. 9. 16. 17. 18.

Sodomia cum hominibus contra naturam commiſſa quomodo puniatur, p. 2. q. 76. n. 15. 19. 20. 21.

Sodomia cum propria uxore quandoq; committitur, p. 2. q. 76. n. 24. Reſp. Scab. Lipſ. n. 25. 26.

Sodomia cum brutis exercita pæna quanam ſit? p. 2. q. 76. n. 27. quod genus Sodomiæ omnium eſt nefandiſſimum, n. 28. 29.

Sodomiæ crimen in Imperio Romano Germanico & foro Saxon. quomodo puniatur, p. 2. q. 76. num. 30. 31.

Quare bruta animalia comburantur? ibid. n. 32. 33. Obſerv. Scab. Lipſ. n. 34.

Sodomiæ crimen, ſi cum qualicumq; etiam animali bruto commiſſum fuerit, Ignis pœnam meretur, ibid. n. 35. 36. Reſp. Scab. Lipſ. 37. 38. 39.

Num pæna ſit exaſperanda Reo, qui cum pluribus animantibus brutis crimen Sodomiæ commiſit, ibid. n. 40 & ſeqq. S. S. L. n. 45. 46. 47. 48.

Sodomiæ criminis Reus ex ſola confeſſione puniri non debet, p. 2. q. 76 n. 49.

Vnde conſtare poſſit de corpore delicti in crimine Sodomiæ, ibid. n. 50. 51. 53. S. S. L. n. 54. 55.

Sodomiæ crimen unde dicatur. p. 2. q. 76. n. 1. graviſſimum & fædiſſimum eſt hoc crimen, n. 2.

Per Italiam notiſſimum, n. 3.

Sodomiæ pæna eſt ultimum ſupplicium, ibid. n. 4. 5. 6. 7. 8.

Sodomia eſt crimen facti non permanentis, p. 2. q. 76. n. 52.

In Sodomiæ crimine conatus pæna quanam ſit? p. 2. q. 76. n. 56. 57. 58. 59. Sent. Scab. Lipſ. n. 61.

Quando Reus Sodomiticus morte non punitur, in animal brutum quoq; animadverti non debet, p. 2. q. 76. n. 62. Reſp. Scab. Lipſ. d. 63.

Commixtio Chriſtiani cum Judæa, an ſit Sodomia? p. 2. q. 76. n. 64.

Quomodo hæc commixtio debeat puniri, ibid. n. 65. 66. Sentent. Scabin. Lipſenſ. n. 67.

In Sodomia puniuntur bruta animalia, p. 3. q. 131. n. 16.

SOLENNITAS.

Ad Solennitatem alicujus rei quicquid exigitur, id ab actu dividi nequit, p. 1. q. 26 n. 51.

SOLIDVS.

Solidus continet 12. nummos antiquos, vel 16 novos hodiernos Miſnenſes, quorum 12 unum groſſum. & 21. groſſi florenum conſtituunt, p. 1. q. 34. n. 21. 25. p. 3. q. 111. n. 73.

Solidi quotuplices ſint? p. 2. q. 78. num. 23. 24. 25.

Solidus quis intelligatur in materia furtorum, p. 2. q. 78. n. 22. 26. 29. p. 2. q. 83. n. 8. 9.

Solidus quomodo in furto æſtimetur? p. 2. q. 78. n. 31. 32. 33.

SORTIARIVS.

Sortiarij, Segenſprecher/ quomodo ſint puniendi? p. 1. q. 50. 49. 50. 51. Obſervantia fori Saxon? n. 54. Sentent Scab Lipſ. n. 55. 56. 57. 58. 59. 60.

SORTILEGIVM.

Sortilegium ad crimen læſæ Majeſtatis divinæ refertur, p. 1. q. 48. n 1.

Sortilegium atrocius delictum eſt homicidio, adulterio & furto, p. 1. q. 48. n. 47.

Sortilegij definitio, p. 1. q. 48. n 2.

Sortilegij indicia quanam ſint, p. 3. q. 122. n. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68.

De Sortilegij indicio quid habendum, quo Sagæ per lictorem in aquam abijciantur, ibid. n. 69.

In Sortilegij crimine neceſſariò conſtare non debet de corpore delicti, p. 1 q. 49. n. 57. 60.

De Sortilegio ex præſumptionibus & indicijs conſtare poteſt, p. 1. q. 49. n. 59.

Sortilegi & malefici varijs nominibus diſtinguuntur, p. 1. q. 48. n. 3. uſq; ad n. 8. qui tamen omnes indifferenter dicuntur Sortilegi, n. 9. & 12.

SPES.

Spes lucri quale faciat indicium, p. 3. q. 120. n. 49.

SPECTABILIS.

Spectabiles perſonæ quanam apud Romanos fuerint, p. 3. q. 118. n. 99.

SPOLIARE.

Spolians eum à quo antea fuerat Spoliatus, à pœna mortis exemptus eſt, p. 2 q. 91. n. 36. uſq; ad n. 41. Sent. Scab. Lipſ. n. 42.

Quid ſi Spoliatus ab uno Spoliet alium, ibid. nu. 43. 44. 45. 46. Sent. Scabin. Lipſ. n. 47.

Spolians deprædatorem aut furem, in via publ. pœnam Robbariæ incurrit, p. 2. q. 90. num. 53. Sent. Scab. Lipſ. n. 55.

Spoliantes cadavera ſuſpenſorum quomodo puniendi? p. 2. q. 83. n. 60. 61. 62. S. S L. n. 63.

Spoliatores cadaverum defunctorum quomodo puniantur p. 2. q. 83. num. 53. 54. 55. 56. R. S. L num. 57. quandoque hoc caſu pœna mortis infligitur, n. 58. 59.

SPOLIVM.

Quando Princeps, in cujus territorio factum eſt Spolium, Spoliato damnum reſarcire teneatur? p. 2. q. 91. n. 58. 59. 60. 61. 62. 68. 69.

Spoliati damnum quomodo probandum, num. 67. Sent. Scab. Lipſ. n. 70.

SPONSA.

Sponſa quomodo nomine uxoris nuptæ comprehendatur, p. 2. q. 64. n 47. 50.

Sponſa adultera an dotem amittat, eaquè Sponſo ſit applicanda, p. 2 q. 64. n 43. 46. 51. 52.

Sponſa de jure divino poteſt fieri adultera, p. 2. q. 56. n. 10.

Sponſæ à Sponſo deſertæ, adulterantis pœna, p. 2. q. 58. n. 50 Reſp. Scab Lipſ. n. 51.

Cum Sponſa poſteriore matrimonium conſummatum dirimendum eſt, ſi prior Sponſa Sponſum recipere velit, p. 2. q. 67. n. 58. 59. Reſp. Scab. Lipſ. n. 60.

SPONSALIA.

Sponſalia quænam moribus noſtris dicantur, p. 2. q. 56. n. 23. 24. 25.

Sponſalia atq; matrimonium moribus noſtris differunt, p. 1 q. 12. n. 37. 38. p. 2. q. 56. n. 36.

Sponſalia de præſenti de jure Civili non differunt à matrimonio, ſecus de conſuetudine Germaniæ, p. 2 q. 67. n. 5. 6.

Sponſalia de hodierno jure, ac totius ferè Germaniæ moribus ſolum dicuntur, quando quis puellæ ſine conditione purè & ſimpliciter promittit conjugium p. 2. p. 56. n. 22.

Sponſalia pura de jure Civili verè ſunt nuptiæ, quas non concubitus, ſed conſenſus facit, p. 2. q. 56. nu. 22. 29.

Sponſalia bina contrahentes num pœnâ gladij teneantur, p. 2. q 67. n 1. 7. 10.

Sponſalia bina contrahentium abſq; cōmixtione car-

nali

nali aut copulà Sacerdotali pœna,p.2.q.67.n.11.12.13.19.S.S L.n.18.20.

Quæ pœna in foro Sax.n.14.15.

Quid ſi bina Sponſalia clandeſtina fuerint contracta,n.16.17.

Sponſalia bina accedente copulâ carnali,vel benedictione Sacerdotali contrahentes quomodo puniantur,p.2.q.67.n.21.22,24.S.S.L.n.28.89.

Ignorantia tamen in hoc crimine excuſet,n.30.R.S.L.n.31.

Quid ſi Sponſus primam Sponſam carnaliter cognoverit,n.32.33..34.S.S.L.n.35.

Quid juris,ſi Sponſus bina contraxit Sponſalia,& utramq; Sponſam carnaliter cognovit? n.36.37.S.S.L.n.38.

Quandoq; in hoc crimine judex poteſt pœnam exaſperare,n.39.40.43.& mitigare, n.45.R.S.L.n.46.

Num ad interceſſionem Sponſi Sponſæve pœna binorum Sponſaliorum ſit mitiganda? n.47.48.52.53.57.

Remiſſio hæc poſteriori quoq; Sponſo prodeſt, n.49.O.S.L.n.51.54.

Remittenda eſt etiam pœna ad interceſſionem Sponſæ poſterioris,ib.n.55.S S.L.n.56.

Sponſaliorum de præſenti & de futuro,uti à jure Canonico appellantur, differentiam Lutherus rejicit,p.2.q.56.n.23,24.

Sponſaliorum violatores præſumpta remiſſio à pœna fuſtigationis liberat,p.2,q.56.num.63.O.S.L n.64.

Sponſaliorum ignorantia quoq; excuſat,ibid.n.65.66.Ignorantia hoc caſu quomodo ſit probanda? n.67.S.S.L.n.60.

SPONSVS.

Sponſus nomine mariti, & Sponſa vocabulo uxoris quando comprehendatur? p.1.q.12.n.41.42.27.p.2.q.56.n.3.14.15.39.40.78.p.2.q.67.nu.2.3.8.9.

Sponſi appellatione non venit maritus propriè,p.1.q.12.n.38.42.

Sponſus ac Sponſa nomine mariti atq; uxoris in pœnalibus non comprehenduntur,p.2.q.56.n.42.

Sponſus ac Sponſa num thorum habeant?p.2.q.56.n.5.19.20.21.

Vt Sponſus mariti jure utatur,infrequens non eſt,p.2.q.56.n.9.

Si Sponſus ante benedictionem & copulam Sacerdotalem cum Sponſa ſe carnaliter commiſcat, quomodo ſit puniendus,p.2.q.69.n.46 47.48.O.S.L.n.49.50.

Quid ſi poſt ſtuprum commiſſum ſtuprator puellam in matrimonium duxerit,ibid n.51,53. O.S.L.n.52.

Cum Sponsâ quam Sponſus jam antea carnaliter cognovit,adulterium commiſſum quomodo puniatur,p.2.q.56.n.69.70.71.72.R.S.L.n.73.

Quid ſi Sponſus Sponſave cum marito vel uxore aliena adulterium committat,ib.n.74.75,

An hoc caſu remiſſio partis offenſæ locum habeat in Sponſa? ib.n.76.77.78.79.S.S.L.n.80.81.

Quid juris in Sponſo,ib.n.81.83.84.85.

Num remiſſio locum habeat in perſonis conjugatis cum Sponſo Sponſave adulterium committentibus? p.2.q.56.n.86.87.88.R.S.L.n.89.90.

A Sponſo Sponſave adulterii commiſſi pœna quanā ſit,p.2.q.56.n.26.27.28.29.30.33.36.S S.L.nu.44.51.In foro Sax.quanam,ib.n.47.& ſeqq.

Sponſus vel Sponſa in caſu adulterij hodie non niſi carcere ad duas vel tres ſeptimanas puniuntur, excluſâ pecuniariâ mulcta ex ſpeciali Reſcripto Electorali,p.2.q.56.n.61.R.S.L.n.62.

Sponſus incarceratus ſi obtemperare nolit, & in obſtinaciâ perſeverat,perpetuò relegari poteſt,p.2.q.68.n.92.

Si Sponſus vel Sponſa ante conſcenſionem thalami moriatur, ex bonis eius ſuperſtes nihil lucratur,p.1.q.12.n.36.

Sponſi Sponſam interficientis pœna, p.1.q.12.n.23.24.25.28.29.30.31.33.34.44.

In Gallia totâ Sponſi plerunq; miſſis nocturnis antequam luceſcit, copulantur, ne ab incantatoribus per lucem conſpiciantur,p.2.q.61.n.15.

SPONSIO.

Sponſiones an ſint permiſſæ.p.3.q.134.n.32.

SPVRIVS.

Spurij jure Civili ne naturalium quidem liberorum nomine digni judicantur,p.1.q.9.n.12.

Spurius patri non ſuccedit,p.2.q.68.n.129.R.S.L.n.130.

STATIONARII.

Stationariorum ſeu Irenarcharum officium,p.3.q.103.n.19.

STATVA.

Statuam Principis dehoneſtans graviter punitur,p.1.q.45.n.97.

STATVS IMPERII.

Statuum Imperii poteſtas duplex eſt,p.1.q.41..num.84.85.86.

Status Imperii qualem habeant poteſtatem,ib.n.75.77.& ſeqq.

Status Imperii non ſolum Conſiliarii Imperatoris ſunt,p.1.q.41.n.74.ſed & in conſortium poteſtatis adſciſcuntur,n.75.76.

Status Imperii an habeant Majeſtatem,p.1,q.41.n.80.81.42.

Status Imperii tenent hodie Regalia,p.3.q.50.n.19.

Et reis veniā pœna indulgere poſſunt,ib.n.8.& ſeqq.

Status Imperii in ſuis territoriis idem poſſunt, quod Imperator in Imperio,p.3.q.150.n.22.& ſeq.

STATVTVM.

Statuta localia interpretationem declaratoriam & paſſivam, ut vocant, à jure communi accipiunt,p.1.q.20.n.37.p.2.q.65.n.36.

Statuta iis in locis ubi vigent jus faciunt civile, p.1.q.20.n.33.

Statuto de furto non habent locum in expilata hereditate,p.2.q.83.n.77.

Statuta pœnalia non extendātur ad ſubditos delinquentes extra eorum territorium,p.2,q.54.n.50.

STELLIONATVS.

Stellionatus perſecutio quando locum obtineat? p.3.q.133.n.3.

STIGMA.

Stigmatum pœna qualis fuerit? p.3.q.129.n.9,10.

STIPVLATIO.

Stipulatio,qui in diem certum vel ſub conditione ſit deficiente conditione expirat,p.2.q.68.n,36.

STVDIOSVS.

Studioſi ob delictum commiſſum non niſi coram Rectore Academiæ accuſari poſſunt? p.3.q.110.n.78.

STVPRARE.

Stuprator puellam Stupratam vel dotare vel ducere debet,p.2.q.68.n,11.12.

Quanta dos à Stupratore præſtanda, ib.n.13.15.16. O.S.L.n.14.17.18.
Stuprata puella extra Electoratū quoq; Sax. vel duci vel dotari debet, ib.n.19.20.21.S.S.L.n.22.
Idemq; obtinet in vidua honeſta Stuprata, ib.n.23.25.R.S.L.n.26.
Quod & verum eſt, ſi Stuprator perſuaſionibus ac blanditiis puellam ad Stuprum induxerit, ib.n.27.28.29.30.O.S.L n.31.
Quæ Dos ſtatim ſolvi debet, nec tempus nuptiarum eſt expectandum, ib.n.32.33.
Dos ad heredes tranſmittitur, ſi Stuprata moriatur, antequam nubat, p.2.q.68.n.34.uſq; ad n.39.S.S.L.n.40.
Licet puella cauſam dederit Stupro, dotari tamen debet, ib.n.41.42.R.S.L.n.43.
Quinquennio etiam elapſo dotatio fieri debet, ibid. n.44.45.46.47.S.S.L.n.48.
Quid juris, ſi Stuprator cum alia matrimonium cōtraxerit, quam Stuprata dotationem petat, p.2. q.68.49.50.51 S.S.L n 52.
Stuprator Nobilis ignobilem Stupratam ducere vel dotare debet, ib.n.53 uſq; ad 59.S.S.L.n.60.
Stupratæ puellæ dotatio quandoq; ceſſat, ib.n.61.
Veluti ſi Stupratori pœna corporalis infligatur, ibid. n.62.63.64.R.S L.n 65.
Quid ſi Stuprator puellam Stupratam in matrimonium duxerit, p.2.q.69.n.51.53.O.S.L.n.52.
Stuprator, ſi matrimonium cū Stupratâ contrahere renuat, ad hoc compelli debet carcere, p.2.q.68 n 92.
Maritus Stuprans puellam aut viduam, eam dotare non tenetur, p.2.q.68 n.66. uſq; ad n.73.S.S. L.n.74.
Ceſſat quoq; dotatio ſi Stuprator ob ſanguinis proximitatē Stupratā in uxorem ducere nequit, n.75.
Meretrix vulgaris Stuprata dotationem petere nequit, p.2.q.68.n.76.77.79.R S.L n.80.
Commentarienſis Stuprantis mulierem captivā pœna, p.2.q.69.n.23.24.uſq; ad n.31. R.S.L.n.32.
Stuprantis mulierem mente captā pœna p.2.q.69. n.33.34.35.R.S.L.n.36.
Stuprans puellam impuberem quomodo puniēdus? p.2.q.69.n.37.38.39.O S.L.n.40.
Stuprator non ſolum mulieri ſtupratæ ſed & Magiſtratui ad pœnam eſt obligatus, p.2.q.69 n.1.2.3.
Stuprator is pœna juris Canonici in foro etiam Saxonico recepta eſt, p.2.q 68.n.8.
Stuprata nubere nolens Stupratori, dotem ab ipſo petere nequit, p.2.q.68 n.84.85.S.S.L.n.86.
Stuprator à dotatione exemptus eſt, qui remiſſionem dotis à puella impetravit, aut tempore Stupri de certo pretio cum ea convenit ib.n.87.88.89.R.S. L.n.90.
Stuprator ſtupratam præciſè ducere cogitur, quando ei matrimonium promiſit, p.2.q.68.n.91.92.93.
Confeſſio ſolius Stupri ſufficit ad juramentum purgationis de non promiſſo matrimonio, ibid.n.94.95.96.S S.L.n 99.
Reus, adverſus quem præſumptiones Stupri militāt, tam ſuper Stupro, quam ipſo matrimonio debet iurare, ib.n.100.S.S.L.n.101. modo Stuprata ſit perſona bonæ famæ, n.102.
Stuprator per iuramentum à matrimonio liberatus à pœna ſtupri confeſſi exemptus non eſt, p.2.p.68. n.103.
Stuprator tenetur alere infantem ex ſtupro procreatum, p. 2.q.68.n.104.
Alimenta debentur quàm primum infans fuerit natus, n.106.107.108.O.S.L n.109.
Stuprator quamdiu Spurium alere teneatur, p.2.q. 68.n.110.O.S.L.n.111.112.
Mortuo ſpurio in infantia ceſſant alimenta, ibid n. 113.S.S.L.n.114.
Impenſas tamen funebres Stuprator ſolvere debet, ib.n.115.
De Stupratore patre ſtandum eſt aſſertioni mulieris, p.2.q.68.n.116.S.S.L.n.117.
Stuprator pater ſpurium, ex meretrice vulgari procreatum, alere non cogitur, p.2 q.68.n.118.119. 120.R.S.L.n.121.
Maritus Stuprās puellam, infantem alere tenetur, p.2.q.68.n.122.123.124.125.S.S.L.n.126.
In caſu inopiæ Stupratoris mater Stuprata ſpurium alere debet, p.2.q.68.n.127.R S.L.n.128.
Stuprata mulier quâ pœnâ ſit afficienda? p.2.q.69. n.57.uſq; ad n.61.S.S.L.n.62 63.64.
Stuprata filia num à parentibus exheredari queat, p.2.q 69.n.65.66.67.68.71.S.S.L.n.72.
Stuprata puella coronam geſtare prohibetur, p.2.q. 70.n.53.Reſp.S.L n.54.

STVPRVM.

Stupri definitio, p.2 q.68 n.1.
Stupri cognitio & pœna num ad ſuperiorem, an verò ad inferiorem Iurisdictionem referatur? p.2.q. 70.n.47.48.49.51.S.S.L.n.50.52.p.3.q.109.n. 46.47.49 R.S.L.n.48.50.51.
Stupri pœna de jure Civili non eſt certa, p.2.q.67. n.23.
Stupri pœna in foro Sax. varia eſt atq; diverſimoda, p.2.q.69.n.10.11.12.13.14.
Stuprum quomodo regulariter puniatur moribus Sax. ibid.n.15.S S.L.n.16.
In Stupri crimine pecuniaria mulcta eſt abrogata, p.2.q.69.n.17.O.S.L.n.18.
Stupri pœna quandoq; ſolet exaſperari, p.2.q.69.n. 19.21.22.O.S.L n.20.
Stupri pœnā mitigat pœnitentia Eccleſiaſtica, vulgo die Kirchenbuſſe, p.2.69.n.55 O.S.L n.56.
Stuprum ob varias circumſtantias fuſtigatione, puniri ſolet, p.2 q.69.n.42.43.44.S.S.L.n.45.
Stuprum ſevera pœna coerceri debet, p.2.q.68 n.2.
Stupri pœna de jure Civili, ib.n.3.
Stupratam mulierem jus divinum dotari & in uxorem duci vult, ib.n.4.
Jus Canonicum ſequitur in hoc jus divinum, ib.n.5.
Stupri pœna juris Civilis per jus Canonicum hodie correcta eſt, p.2.q.68.n.67.
Stupri pœna in foro Sax. quænam? ib.n.8.9.10.
Stuprum violentum gravius eſt crimen fornicatione, p.2.75.n.1.
Stupri violenti pœna eſt ultimum ſupplicium, p.2 q. 75.n.2.uſq; ad n.9 modus pronunciandi Scabinorum Lipſenſium, n.10.
Si mulier Stuprata armis & minis in Stuprum conſenſerit pœna mortis quoq; obtinet, p.2.q.75.n.11. 12.13.S S.L.n.14.
Stuprans vi fœminam ſolutā maritus gladio quoq; punitur, p.2.q.75.n.21.22.R.S.L.n.23.p.2.69. n.41.
Stupri violenti, commiſſi cum puella impubere, pœna, ibid.n.27.28.

Stuprũ an puellæ impuberi inferri queat, ib.n.29.30
An Stuprum cum puella impubere conſummatum fuerit, judici incumbit inquirere, ib.n.31.S.S.L. n.32.33.34.35.
Stupro cum puella impubere conſummato violentus Stuprator morte non punitur, p.2.q.75.n.36.37.
Quid ſi puella impubes in Stuprum conſentiat? ib. n.38.
Puella infra ſeptimum annum nõ niſi Stuprum violentum infertur, ib.n.39.S.S.L.n.40.41.
Quid ſi puella vi Stuprata inde moriatur? p.2.q.75 n.42.S.S.L.n.43.
Stuprum violentum ſæpius reiteratum graviorem pœnam non meretur, p.2.q.75.n.44.R.S.L.num. 45.
In Stupri violenti crimine minorennitas delinquentem à pœna ordinaria nõ excuſat? p.2.q.75.n.46 47.48.49.R.S.L.n.50.51.
Mortis quoq; pœnam incurrit, qui mulierẽ vulgarẽ per vim carnaliter cognoſcit, ib.n.52.53.54.55.
Stupri violenti conatus quomodo puniatur, p.2.q. 75.n.56.uſq; ad n.61.S.S.L.n.62.63.64.
Stuprator violentus veniam meretur, ſi Stuprata ipſi nubere velit, p.2.q.75.n.65.uſq; ad n.70.S.S. L.n.69.71.
Stuprum violentum abſq; utriuſq; partis confeſſione nõ ordinariè punitur, ib.n.72.73.S.S.L.n.74.75
Mulier vi Stuprata ab omni pœna eſt exempta, p.2. q.75.n.86.O.S.L.n.77.
Mulier per vim Stuprata infamiæ maculam non incurrit, p.2.q.76.n.78.
An virgo vi Stuprata coronam in capite portare prohibeatur? p.2.q.75.n.79.80.S.S.L.n.83.84.
Stuprum violentum quomodo probetur, ib.n.85.86.
Stuprum violentum præſumitur, ſi mulier Stuprata judicem adeat & de vi illata conqueratur, p.2.q. 75.n.87.S.S.L.n.88.
Stupri indicia quænam ſint, p.3.q.122.n.70.& ſeqq.
Stuprum in corrupta vel meretrice non committitur, p.2.q.68.n.78.

SVBLIMATVM.

Sublimatum vendens venenum num puniendus? p. 1.q.20.n.6.

SVCCEDERE.

Num Succedat conjunx nolens innocenti defuncto, ſeparatione quo ad thorum & menſam facta, p.2. q.58.n.70.uſq; ad n.76.S.S.L.n.73.77.

SVFFOCATIO.

Suffocatio in aquis in quibusnam criminibus obtineat, p.3.q.128.n.45.46.47. in crimine parricidij hoc ſupplicium etiamnum hodie practicatur, ib. n.48.

SVMPTVS.

Sumptus litis reſtituit accuſator in probatione deficiens, p.3.q.138.n.5.O.S.L.n.15.
Sumptus litis refundit condemnatus ad pœnam civilem, p.3.q.138.n.16.17.18.O.S.L.n.19.
Quid ſi ſumptus litis Reus ex inopia ſolvere nequeat? p.3.q.138.n.23.S.S.L.n.24.
Sumptus litis ipſemet Reus ad probationem defenſionis ſuppeditat? p.3.q.138.n.25.S.S.L.n.26.
Sumtus litis ex fiſco ſunt ſuppeditandi hoc caſu, quãdo reus nihil in bonis habet, ib.n.37.
Sumptus litis tenetur refundere Reus in tortura cõfeſſus, modo non pœna corporali afficiatur, p.3.q. 138.n.28.R.S.L.n.30.
Sumptus litis quando & quibus caſibus Magiſtratus ex officio ſufferre debeat criminales, p.3.q.138.n. 39.uſq; ad n.50. Sent.Scab.Lipſ.n.48.51.
Sumptus litis in proceſſu criminali ordinario accuſator ſuppeditat, p.3.q.138.num.54.55.56. Sent. Scab.Lipſ.n.57.
Niſi 1. ſit inops, ib.n.38.
2. vel Reus ipſe in expenſas condemnetur, num.59. O.S.L.n.60.
3. aut ſi ad Bannum agatur per Fiſcalem Magiſtratus ib.n.61.
Sumptus litis in proceſſu inquiſitorio ferre debet is, ad cuius inſtantiam inquiſitio fuit ſuſcepta, p.3. q.38.n.62.63.Sent.Scab.Lipſ.n.64.
Nuda tamen delicti denunciatio nemini hoc onus injungit, ib.n.65.Sent.Scab.Lipſ.n.66.
Sumptus litis criminales ex bonis confiſcatis Magiſtratus ſunt reſtituendi, p.3.q.138.n.67.
Sumptus litis criminales ex hereditate hominis occiſi ſunt refundendi, p.3.q.138.n.68.
Sumptus criminales quandoq; ex inveteratâ conſuetudine alicujus loci ſubditi ferre tenentur, p.3. q.138.n.69.
Quam conſuetudinem Magiſtratus probare debet, ib.n.76.Sent.Scabin.Lipſenſ.n.71.
In quantum obliget ſubditos hæc conſuetudo, n.72. 73.82.
Conſuetudo generalis non obſtringit ſubditos ad refuſionem Sumptuum & expenſarum, quando delinquens pœna aliqua civili coercetur, ib.n.74. Sent.Scab.Lipſ.n.75.
Aut quando abſolvitur, n.76.R.S.L.n.77.
Vel ſi agatur ad Bannum, n.78.S.S.L.n.79.
Aut ſi Reus ante executionem mortuus fuerit, n.80. R.S.L.n.81.
Sumptus litis criminales à ſubditis perſolvendi an in concurſu creditorum ſint privilegiati? p.3.q. 138.n.83.84.Obſervantia fori Saxonici, n.85.
à Sumptuum refuſione Reus, ad ſupplicium mortis vel pœnam corporis afflictivam condemnatus eſt immunis, p.3.q.138.num.2.6.7.uſq; ad num.13. quod multo magis verum eſt, quando abſolvitur, num.3.
Ad Sumptuum litis refuſionem an & quando ejusdem heredes teneantur reo ante executionem mortuo, p.3.q.138.n.31.uſq; ad n.37.S.S.L.num. 38.49.
Sumptuum refuſione Magiſtratus gravatur, etiamſi delictum alio in loco fuerit commiſſum, p.3.q. 138.n.49.
Cujusnam Sumptibus incarcerati ſint alendi? p.3.q. 138.n.20.22.Sent.Scab.Lipſ.n.21.

SVPERSTITIOSVS.

Superſtitioſis actibus & imprecationibus, quibus Lamiæ in veneficiis utuntur, nulla per ſe operatio eſt tribuenda, p.1.q.50.n.22.

SVPPLICIVM.

Supplicium certum quando Statuto vel conſuetudine conſtitutum non eſt, arbitraria eſt animadverſio, p.2.q.57.n.40.
Supplicij ultimi executio regulariter differenda non eſt, & quare, p.3.q.137.n.2.uſq; ad n.10.
Supplicij ultimi executio quando & quibus ex cauſis differenda, p.3.q.137.n.11.12.13.14.15.16. 17.18.19.20.21.22.23.24.25.26.27.28.29.30. 31.32.33.34.

Suppliciorum genera, eorumq; argumenta moribus noſtris ab invicem ſunt diſtinguenda, p.3.q.128. n.31.
Supplicia mortis quanam hodie obtineant, ib.n.32.
De non irrogando mortis Supplicio hominibus facinoroſis Anabaptiſtarum & Photinianorum opinio, p 3.q.101.n.22.23.24.rejicitur hac ſententia & refutatur ex jure Divino, n.25.usq; ad n.37. Sententia B. Auguſtini, n.38.39.cum qua convenit Confeſſio Auguſtana, n.40. Refutatur argumenta Anabaptiſtarum & Photinianorum, n. 41.usq; ad n.49.

SVPPOSITVS.

Suppoſiti partus pœna, p.2.q.93.n.27.28.29.S.S.L. n.30 31.

SVRROGATVM.

Surrogatum ſapit naturam ejus, in cuius locum ſurrogatur p.1.q.56.n.47.p.3.q.113.

SVSPECTVS.

Suſpectus quatenus quis reddatur, ſi in loco perpetrati delicti fuerit deprehenſus, p.3.q.120.n.30. & ſeqq.
Suſpectus quatenus reddatur, qui tacet ad crimen ſibi objectum, p.3.q.120.n.81.
Suſpectum num ſe faciat, qui receptat reum criminis cognatum, p.3 q.121.n.66.
Suſpectum num ſe faciat, qui reo favet & pro liberatione illius paciſcitur, p.3.q.121.n.67.

SVSPENDIVM.

Suſpendium quodnam in crucis patibulo exercebatur, p.3.q.128.n.37.
Suſpendium non niſi in furtis crimine receptum eſt, ib.n.41.
Suſpendii pœna ex jure Sax. originem traxit, p.2. q.77.n.10.11.12.& in toto Imperio Romano obtinet, n.13.
Referuntur argumenta eorum, qui pœnam Suſpendij improbant, ib.n.14.15.16.
Suſpendii pœna gravis quidem eſt, attamen juſta, p. 2.q.77.n.17.18.
Et optimo jure defendi poteſt, ib.n.19.
Ratio huius Supplicii quanam? ib.n.20.21.22.
Reſpondetur ad argumenta contraria, ibid.num.29. 44.45.
Suſpendii pœna non pugnat cum jure Divino, ibid. n.32.uſque ad n.43.

SYNDICATVS.

Syndicatus inſtrumentum quale eſſe debeat, & num in eo nomina eorum, à quibus Syndicus conſtituitur, ſint exprimenda, p.3 q.105.n.13. & ſeqq.

SYNDICVS.

Syndicus nomine univerſitatis, criminaliter agentis, admittitur, p 3.q.103.n.10.11. Quod & verum, ſi contra univerſitatem agatur, n.11.

T.

TABELLARIVS.

TAbellarius perfidi pecuniam aliò perferendam dilapidantis pœna, p.2.q.85.n.74.
Tabellarius eiuſmodi furtum committit, ibid.n.75. 77.78.79.
Nec refert, an pecunia ei fuerit adnumerata, vel in ſacculo obſignato tradita, ibid.num.76.S.S.L.n. 80.
Tabellarii perfidi in Electoratu Sax. quomodo puniantur, p.2.q.85 n.81.82.S.S.L.n.83.84.
Tabellarius mitius punitur, qui rem reſtituit, p.2.q. 85.n.85.S.S.L.n.86.
Si Tabellarius non habuerit animum furandi ceſſat pœna ordinaria? p.2.q.85.n.87.88.89.90.S.S. L.n.91.
Tabellarii pœna, an in aurigis, & aliis pecuniam intervertentis obtineat, p.2.q.85.n.92.93.

TACITVRNITAS.

Taciturnitas inculpati num faciat eum ſuſpectum, p.3.q.120 n.81.82.84.85.

TALIO.

Talionis pœna & inſcriptio hodie in deſuetudinem abiit, p.3.q.150.n.6.p.3.q.106.n.40.41.42.S.S. L.n.43.

TEMPVS.

Ex Temporis diuturnitate pœna ordinaria an mitiganda? p.3.q.141.n.70.71.72.variæ diſtinctiones DD. de hac quæſtione, ib.n.73.uſq; ad n.78.
Temporis diuturnitas ſola pœnam non mitigat, ib. n.82.S.S.L.n.83. niſi alia concurrant circumſtãtiæ, & quanam? n.84.85.S.S.L.n.86.87.

TERMINVS PROBATORIVS.

Terminus probatorius in delictis non eſt peremptorius, p.1.q.33.n.11.12.14.
Termino probatorio elapſo accuſatori non licet novos adducere teſtes, p.3.q 106.n.89.& ſeqq.
Secus eſt in accuſato, cui pro ſuâ defenſione hoc facere licet, ib.n.92.

TERMINI AMOTIO.

Terminorum amotio quomodo puniatur de jure Civili, p.2.q.83.n.67.68.
Quomodo in foro Saxonico, ib.n.69.70.71.S.S.L. n.72.73.74.

TERRITIO.

Territio præcedens non connumeratur inter torturam, quando agitur de repetitione tormentorum, p.3.q.125.n.62.& ſeq.
Territio duplex eſt, verbalis & realis, p.3.q.117.n.47
Territio locum habet in impuberibus pubertati proximis, p.3.q.118.n.14.
Territio nuda propriè tortura nõ eſt, p.3.q.117.n.48.
Territio locum habet in delictis, quorum pœna non eſt corporis afflictiva. p.3.q.119.n.52.& ſeqq.
Teritio cum præludiis tormentorum conjuncta, p.3. q.117.n.52.& ſeqq.

TESTAMENTVM.

Teſtamentum num Reus condemnatus ad mortem, facere poſſit? p.3.q.135.n.17.usq; ad n.22.S.S L. n.23.

TESTIMONIVM.

Teſtimonium unius hominis ad probanda indicia non ſufficit, p.3.q.123.n.47.
Ad Teſtificandum num mulier in criminibus admittatur, p.3.q.113.n.39.40.

TESTIS.

Teſtis omni exceptione major quis dicatur, p.3.q. 114.n.27.
Teſtis quando dicatur vacillare, p.3.q.119.n.48.
Teſtis in criminalibus cauſis non admittitur, niſi exceſſerit annum vigeſimum, p.3.q.114.n.41.
Quando hoc fallat, ib.n.42.43.R.S.L.n.44.
Teſtis depoſitionis ſua rationem indicare debet, p.3. q.114.n.62.
Teſtis deponens absq; ratione, dicitur non ut homo, ſed ut pecus deponere, d.n.62.
Teſtis ſummariè & absq; juramento examinatus num

num denuò jurare & examinari debeat, p. 3. q. 114. n. 67. uſq; ad n. 73. O.S.L. n. 74.

Teſtis qui pecuniam accipit, ut veritatem dicat, an in crimen falſi incidat? p. 2. q. 93. n. 94. 50. S.S.L: n. 51.

Teſtis unicus ad faciendam probationem in defenſione Rei & ad probandam illius innocentiam, p. 1. q. 33. n. 44. p. 3. q. 114. n. 56.

Teſtis unicus quandoq; ſufficit, ut in delictis levioribus, p. 3. q. 114. n. 52. 53.

Teſtis unicus ſemiplenā facit probationem, ib. n. 54.

Teſtis unicus factum proprium plenè probat, ibid. n. 55.

Teſtes in cauſis criminalibus, ubi agitur de pœna capitali, non recipiendi ad perpetuam rei memoriam, p. 3. q. 140. n. 2. 3.

Teſtes quando torqueri poſſint, p. 3. q. 114. nu. 46. & ſeqq.

Teſtes inhabiles in criminalibus quando admittantur, p. 3. q. 114. n. 35. 36.

In criminibus nocturno tempore commiſſis, & quæ difficilis dicuntur probationis non ſolum praſumptiva & conjecturata probatio ſufficit, verùm etiam ad probandum Teſtes inhabiles admittuntur, ibid. n. 36.

Teſtes inhabiles num ad torturā ſufficiant, ib. n. 38.

Teſtes in criminalibus cauſis non niſi idonei regulariter ad probationem criminis admittuntur, & quinam dicantur idonei, p. 3. q. 114. n. 26. 27.

Teſtes quinam in criminalibus ſint inidonei & inhabiles, p. 3. q. 114. n. 28. uſq; ad n. 34.

Teſtes de crudelitate deponentes nihil non probant, & quando hoc fallit, p. 3. q. 114. n. 59. 60.

Teſtes de auditu alieno nihil probant, ib. n. 61.

Teſtes num in praſentia inquiſiti jurare oporteat, ib. n. 65.

Teſtes de univerſitate quando in criminalibus admittantur ad probationem criminis, ibid. n. 45.

Teſtes quotnam requirantur ad probationem criminis, p. 3. q. 114 n. 46. 47. 48. 49.

Teſtes duo in foro Saxon: in criminalibus ſufficiunt, ibid. n. 50. 51.

Teſtium atteſtationes & depoſitiones quomodo debeant conſignari, p 3. q. 114. n. 80. 81. 82.

In hac conſignatione quidnam ſit obſervandum, n. 83. O.S.L. n. 84.

Teſtium confrontatio cum inquiſito an ſemper ſit neceſſaria? p. 3. q. 114. n. 75. 76.

Teſtium atteſtatio ſeu depoſitio in criminalibus qualis eſſe debeat? p 3 q 114, n. 57.

Teſtium diſpoſitio debet eſſe jurata, & quando hoc fallit, ibid. n. 63. 64. 66.

Teſtium falſorum pœna, p. 2. q. 93. n. 46. 47. 48.

Teſtium idoneitatis qualitas per producentem non articulanda aut probanda eſt, p. 3. q. 114. n. 27.

Teſtibus duobus ſuper negativâ deponentibus in materia defenſionis plus creditur, quàm mille affirmantibus, p. 1. q. 33. n. 43.

A Teſtibus jusjurandum, priusquam deponant, praſtari debet, p 3. q. 114. n. 67.

TEXTVS.

Textibus & rationibus magis eſt inhærēdum, quàm autoritatibus DD. p. 1. q. 1. n. 59.

THESAVRVS.

Theſauri in fundo alieno inventor quantitatem ejus juratò indicare tenetur, p. 2. q. 86. n. 24.

Quin & torturæ ſubjici poteſt, ut veram indicet quātitatem Theſauri reperti, ibid. n. 25.

Theſaurum in loco alieno repertum occultans quomodo puniatur, p. 2. q. 86. n. 21. 22. R.S.L. n. 23.

TITVBATIO.

Titubatio num Reum faciat ſuſpectum? p. 3. q. 120. n. 77. & ſeqq.

TORMENTA.

Tormenta ad eruendam veritatem ſunt adhibenda, p. 3. q. 117. n. 8.

Per Tormenta in delictis occultis veritas eſt extorquenda, p. 3. q. 117. n. 2. (23.

Tormentorum abuſus & exceſſus, p. 3. q. 124. n. 21. 22

Tormentorum genera carnifices probè habent perſpecta, p. 2. q. 117 n. 28.

Tormentorum modi varij variarum gentium referuntur, p. 3. q. 117. n. 29. uſq; ad n. 37.

Tormentorum nova creverunt genera creſcēte malitiâ, ibid. n. 38.

Tormentorum genera in foro Saxon: quanam ſint uſitata? ibid. n. 40. 41.

Tormentorum gradus diverſimodè referuntur, ib. n. 42. 43. 44. 45.

Tormentorum gradus in foro Saxon: ibid. n. 46.

à Tormentorum novis & inauditis generibus abſtinere debent judices, p. 3. q. 117. n. 39.

Propter Tormentorum ſævitiam multi innocentes confeſſi & condemnati fuerunt, p. 3. q. 117. n. 7.

Per Tormenta confiteri, vel metu Tormentorum paria ſunt, ibid. n. 44.

Tormentis confeſſio legitimè expreſſa ſit neceſſe eſt, p. 3. q. 126. n. 7.

Tormentis de corpore delicti Reus quandoq; interrogari poteſt, p. 1. q. 16. n. 9. 10.

Tormentis non omnes indifferenter ſunt ſubjiciendi, p. 3. q. 118. n. 1.

A Tormentis debilitas corporis reum liberat, ib. n. 34

A Tormentis quatenus dignitas reū eximat, ib. n. 65

In Tormentis quale moderamen adhiberi debeat, p. 3. q. 124. n. 20. 24. 25.

Vnde fiat, quod quidem Rei nullis Tormentis ad confitendum adigi queant, p. 3. q. 125. n. 64.

Arte Magicâ rei efficiunt ſæpiùs, ne Tormentis moveantur, ibid. n. 65. 66. 67.

Judex huic malo debet prævenire & quomodo, ibid. n. 68. 69. 70.

Si Tormentis reus non vincatur, abſolvi debet, non ſupervenientibus indicijs novis, p. 3. q. 125. n. 71.

Supervenientibus autem novis indicijs poſt ſecundam vel tertiam Torturam pœna extraordinaria pro arbitrio judicis eſt reo irroganda, ibid. n. 72. 73. 74. 76. 78.

Vltra relegationem pœna hæc extraordinaria non eſt extendenda, ib. n. 75. Sent. Sc. Lipſ. n. 77. 79.

TORQVERI.

Torqueri quinam poſſint, p. 3. q. 118. n. 2. 3. 4.

Torqueri quænam perſonæ nequeant. p. 3. q. 118. n. 5.

Torqueri quatenus poſſint. (6.

1. Infantes, & aliæ perſonæ, quibus judicium & intellectus deficit, p. 3 q. 118. n. 7. 8. 9.

2. Impuberes & pubertati proximi, ibid. n. 10. 11. etiam in foro Sax: n. 12. 13. 14. Reſp. Scab. Lipſ. n. 15.

3. Furioſi & Melancholici, ib. n. 16. etiam in delictis ante furorem commiſſis, ibid. n. 17.

4. Melancholici, modò verè tales ſint, ibid. n. 18. 19. O.S.L. n. 20.

5. Mutus & ſurdus, ibid. n. 21.
Quid ſi per accidens ſurdus & mutus factus ſit, literas ſciat & intellectum habeat, n. 22. aut ſurdus tantum ſit, n. 23.
6. Cœcus, ibid. n. 25. quid juris in cœco teſte, n. 26.
7. Prodigus, ibid. n. 27. 28.
8. Minores 25. annis, ibid. n. 29. 30. 31.
In Tortura an minori curator adjungẽdus, n. 32. 33.
9. Senes, n. 35. 36. 37. Quid ſi ſint robuſti, ac perſpicaces, n. 38. 39. 40. R.S.L. n. 41.
Senes quandoq; poſſunt terreri, n. 42. 45. R.S.L. nu. 43. 44.
10. Valetudinarij, p. 3. q. 118. n. 46. 47. 49. R.S.L. n. 48. 50.
11. Fœmina prægnans, ibid. n. 51. 52. 53.
Quod & verum in gravidâ muliere ex coitu illicito, num. 54.
Vt & in fœmina, quæ modò concepit, n. 55. 56.
Etiam in puerpera, n. 57. 58. Sent. S.L. n. 59.
Quid juris in muliere lactante, n. 60. 61.
Mulier prægnans terreri quoq; nequit, n. 62.
Niſi credendum hac in re aſſertioni mulieris, n. 63. O.S.L. n. 64.
12. Illuſtres perſonæ, Principes, Duces, Comites & Barones, ibid. n. 66. 71.
Torqueri permiſſu Superioris Magiſtratus illuſtres perſonæ ſolent, ibid. n 93. 94. 95. O.S.L n. 96. 87.
13. Milites etiam noſtri temporis, n. 72. 73. 74, 75.
14. Nobiles. n. 76. 77. 78. 79.
15. Doctores & Licentiati, n. 80.
16. Clerici, Magiſtri & Studioſi, nu. 98. usq; ad n. 105. R.S.L n. 102. 103.
Torqueri quando & quibus caſibus perſonæ in dignitate conſtituta hodie poſſint, p. 3. q. 118. nu. 86. usq; ad n. 92.
De non Torquendo privilegium an conſuetudine mutatum ſit, p. 3. q. 118. n. 83. 84. 85.
De Torquendo Reo territio duplex eſt, verbalis & realis, p. 3. q. 117. n. 47.
Territio nuda propriè Tortura non eſt, ib. n. 48. 49. 50. O.S.L. n. 51. 56.
Territio cum præludijs tormentorum conjuncta, vulgo realis dicitur, ibid. num. 52. 53. 54. 57. O.S.L. n. 55.
Torqueri Reus an die feriato poſſit, p. 3. q. 124. num. 3. 4.
Torqueri reus adhuc jejunus & tempore matutino debet, p. 3. q. 124. num. 5. 6, 8.
Quibusdam in locis tempore nocturno rei Torquentur, ib. n. 7.
Torquendus nemo eſt propterea, quod rixæ interfuerit, p. 3. q. 122. n. 13.
Antequam Torqueatur Reus, de ſpontanea confeſſione interpellandus eſt, p. 3. q. 124. n. 9. 10. 11. O.S.L. n. 12.
Torqueri debet primo ſuſpectiſſimus, ſi plures ſint delicti complices, ibid. n. 13.
Si omnes ſint æquè ſuſpecti, qui timidior creditur, n. 14. O.S.L. n. 15.
Torquenda prius fœmina, quàm mas, ibid. n. 16. 17.
Torqueri debet prius filius, quàm pater, ibid. n. 18.
Torqueatur quis primo vel ſecundo loco, ſi rei ſint æquales parum refert, p. 3 q. 124. n 19.
De Torquendo Reo, quibus in caſibus probatio indiciorum per unicum teſtem facta ſufficiat, p. 3. q. 123. n. 50. usq; ad n. 54.
Plura indicia concurrentia probari poſſunt per teſtes ſingulares, ibid. n. 55. 56. 57.
Modo certa obſerventur requiſita, n. 58.
Quoad effectum Territionis indicia poſſunt probari per unicum teſtem, n. 59. 60.
Num indicia ad Torquendum probata à Reo per cõtrariam probationem elidi ac tolli queant, p. 3 q. 123. n. 61, 62. 63. 64.
Varia argumenta & præſumptiones reum juvare poſſunt, n. 65. 66.
In dubio judex conſulere debet peritos, n. 67. 68.
Indiciorum ad Torquendum materia eſt arbitraria, p. 3. q. 120. n. 2. 3.
Arbitrium tamen judicis juris & æquitati conforme eſſe debet, n. 4. 5.
Indicium quidnam & quotuplex ſit, ibid. n. 6.
Indicium generali nomine dicitur argumentum, ib. num. 7.
Torqueri an reus, de crimine aliquo confeſſus vel convictus, ſuper alio delicto ſimili poſſit, p. 3. q. 119. num. 68. usq; ad n. S.S.L. n. 73. 74.
De Torquendo Reo, ſi is verum fateri nolit, an judex inquiſitor reum interrogans minas addere poſſit, p. 3 q. 113. n. 47. 48. 49.
An Reus ob certum al quod delictum Tortus incidẽter ſaltem de alio crimine queat interrogari, p. 3. q. 124. n. 52. usq; ad n. 58. S.S.L. n. 56. 59.
Num Reus, de crimine aliquo probationibus convictus & poſtea Tortus crimen negans, abſolvi debeat? p. 3. q. 125. n. 17. usq; ad n. S.S.L n. 26.
Tortus ſemel ex novis indicijs quandoq; terreri poteſt, p. 3. q. 125. n. 60. Sent. Scabin. Lipſ. n. 61.
Torti confeſſio veritati debet eſſe conſentanea, & quænam hæc ſit, p. 3. q. 126. n 12, 13. 14. 15. 16.
Torti confeſſio ratificari debet, ibid n. 17. 18. 19. extra locum torturæ, n. 20. 21.
Tortus reus confeſſus non eſt conducendus ad carceres, ubi alij ſunt carcerati, p. 3. q. 126. n. 22.
Torti ratificatio non debet fieri in continenti, ſed ex intervallo poſt torturam, ibid. n. 23.
Qualenam debeat eſſe intervallum? ibid. n. 24. 25. 26. 27. Sent. Scab. Lipſ. n. 28.
Coram judice & Scabinis ratificatio quoq; fieri debet, ibid. n. 29 30 31. Sent Scab. Lipſ. n. 32.
Torti ratificatio diligenter ac verbotenus conſignãda eſt, p. 3. q. 126. n. 33. Sent. Scab. Lipſ. n 34.
Territione exorta confeſſio ratificari etiam debet, ibid. n. 35. 36.
Quid agendum, ſi Reus in Tortura confeſſus extra tormenta confeſſionem ratificare nolit, ibid. n. 37.
Tortus confeſſionem revocans denuò Torqueri debet, p. 3. q. 126. n. 38. 39.
Etiam abſq; alijs novis indicijs, n. 40. usq; ad n. 46. Sent. Scab. Lipſ. n. 47.
Niſi revocationis probabilis afferatur cauſa ib. n. 48
Quoties hoc caſu Tortura ſit repetenda, nu. 49. 50. 51. 52. O.S.L. n. 53.
Quid ſi Reus ſecundâ vel tertiâ vice Tortus revocet confeſſionem, p. 3. q. 126. n. 54. 55.
Tum condemnari non debet ad pœnam mortis, n. 56 57. ſed extraordinariè ſolummodo puniendus eſt, n. 58. 59. O.S.L. n. 60.
Torqueri denuò non debet in Tortura ipſa revocans confeſſionem, p. 3. q 126. n. 61. 62.
Quid ſi Reus delictum, quod anteà non modo in ipſa tortura, ſed & extra locũ torturæ ad ratificandũ

ductus confeſſus erat, indicto capitalis ſententiæ executioni die revocat atq; inficiatur, p.3.q.126. n.63.64.
Pœnâ ordinariâ puniri debet, modo confeſſio probetur juramento Scabinorum ib.n.65.S.S.L.n.66.
Super Torti confeſſionis ratificatione à Notario & teſtibus inſtrumentum confici ſolet, p.3. q. 126. n. 67. Sent. Scabin. Lipſ.n.68.
Quisnam ſit effectus inſtrumenti ſuper confeſſione Rei, ejus ratificatione confecti, ibid. n. 69.70.O. S.L.n.71.
Quomodo procedendum ſit adverſus Reum Tortum, qui ad ratificandam confeſſionem ductus prorſus non vult loqui ac reſpondere, ibid. nu. 73.74.75. 77.78.79.80.81.82.S.S.L.n.76.83.
Rei Torti ratificatio de forma ſubſtãtiali confeſſionis per quæſtionem extortæ requiritur, p.3.q.126.n.78
Torqueri debet reus in delictis gravioribus juramẽtum purgationis detrectans, p.3.q.116.n.81.82. Reſp.Scab.Lipſ.n.83.
Torquendi poteſtatem Reum quinam Magiſtratus habeat? p.3.q.117.n.19.20.21.
Torquens aliquem propriâ & privatâ autoritate, an læſæ Majeſtatis crimen committat? p.1.q.41.n.127.
Pœna hujus criminis, n.128.129.130.131 Sent. Scabinor. Lipſ.n.132.133.
Injuſtè Torto judex emendam præſtare tenetur, & qualemnam, p.3.q.127.n.35.36.37.38.
Injuſtè Torto judex quoq; damnum & operas, quibus in poſterum eſt cariturus reſarcire, tenetur, ib:n.39.40.
Injuſtè aliquem Torquens judex præter emendam & impenſas extraordinariè puniri debet, ibid.n. 41.42.43.Sent.Scab.Lipſ.n.44.45.
A Torto Vrpheda præſtita num & quatenus impediat actionem adverſus judicem movendam? p. 3.q.127.n.46.47.48.
Quid ſi judex ex negligentiâ & imperitiâ aliquem injuſte Torqueri faciat, p.3.q.127.n.8.9.11.12.13.
In dubio non præſumitur dolus, n.10.
Num à Reo Innocenti, legitime tamen Torto, detur actio adverſus iudicem, p.3.q.127.nu.24.25.26. 28.

TORTVRA.

Tortura propriè non eſt territio, p.1.q.16.n.11.
Tortura ipſa in cruciatu corporis conſiſtit, p.3.q.117. n.58.
Tortura lacerat corpus & ipſa morte durior eſt, p.3. q.119.n.9.
Tortura res dira & corporibus hominum noxia eſt, p.3.q.117.n.3. damnum irreparabile infert, n.4. eſt res periculoſa, n.5.6.7.
Tortura pœna non eſt, ſed ſpecies probationis, p.3.q. 138.n.29.
Tortura qualis eſſe debeat, p.3.q.117.n.25.26.27.
Tortura absq; indicijs inferri nequit, p.3.q.120.n.1.
Tortura non niſi in delictis atrocioribus locum habet, p.3.q.119.n.3.4.
Delicta atrocia vel atrociora quænam dicantur, ibi. n.5.6.
Tortura obtinet non niſi in criminibus, pro quibus mortis ſupplicium vel pœna corporis afflictiva infligenda venit, p.3.q.119.n.7.8.9.10.11.12.13.19.
Tortura adverſus negantem & in negando perſiſtentem quandoq; denuò eſt decernenda, p.3.q. 125.n.27.
Num ſimpliciter & pro judicis arbitrio hoc fieri queat, n.28.29.30.
Tortura absq; novis indicijs ſupervenientibus repeti nequit, p.3.q.125.n.31.39.40.41.S.S.L.n.46.
Aliter ſi faciant judices tenentur in Syndicatu, ib. n.52.
Tortura injuſta & incarceratio ad injurias reales refertur, p.2.q.99.n.69.70.
Tortura in delictis, quorum pœna eſt arbitraria, quando locum habeat? p.3.q.119.n.18.
Tortura quandoque ad certas conditiones reſtringi poteſt, ibid.n.20 Sent.Scab.Lipſ.n.21.
Tortura in delictis, quorum pœna eſt relegatio, decerni nequit, ibid.n.22.
Tortura an locum habeat in adulterio ſimplici, ſi uxor marito remittere velit p.3.q.119.n.23.24.O. S.L.n.25.usq; ad n.30.
Quid ſi maritꝰ nolit adulteriũ confiteri, ut maximè uxor ipſi condonaverit, n.31.32. O.S.L.n.33.34.
Tortura in delictis, quorum pœna eſt mulcta pecuniaria, vel carcere ceſſat, p.3.q.119.n.35.
Tortura ceſſat in causâ pecuniaria ſive civili, ib. n. 36. niſi crimen habeat annexum. n 37.
Tortura quando locum habeat in mercatoribus fallitis, n.38.39.41.42.
Quandoq; mercatoribus fallitis imponitur territio vel juramentum purgationis, n.43.
Tortura locum habet in eo, qui doloſè occultat pecuniam, ut eam exſolvat, p.3.q.119.n.44 Sent. Scab. Lipſ.n.45.
Tortura an obtineat in teſtibus, ibid.n.46.& ſeqq. Sentent.Scab.Lipſ.n.51.
Tortura locum nõ habet, ſed territio, in delictis, quorum pœna non eſt corporis afflictiva, ib.n.52.53.
Tortura quando locum habeat in delictis occultis, ibid.n.61.
Tortura locum non habet, niſi probationibus deficientibus, p.3.q.119.n.64.65.66.67.
Tortura quoties ob idem delictum repeti queat, p.3. q.125.n.47.48.49: arbitrio judicis hoc eſt committendum, ibid.n.50.
Tortura in foro Saxon. in criminibus atrocibus ultra duas, in atrociſſimis verò ultra tres vices nequit inferri, ibid.n.51.52.
Quænam crimina ſint atrocia, quæq; atrociſſima, ibid.n.53.54.55.59.Sent.Scab.Lipſ.n.56.57.58.
In Tortura perſiſtens melior reputatur, quàm ante accuſationem, p.1.q.15.n.41.
In Tortura Reus perſeverans ſimpliciter debet abſolvi, p.1.q.33.n.72.
In Torturâ decernenda judex ſingulas delicti qualitates examinare debet, p.3.q.119 n.14.15.
In Tortura examen quale eſſe debeat, p.3.q.124.n. 30. Articulatum ſit examen neceſſe eſt, n.31.
Plura interrogatoria uni articulo non ſunt inferenda, n.32.Reſp.Scab.Lipſ.n.33.
Interrogatio ſit brevis & cõpendioſa, ib.n.34.35.36.
Super qualitatibus delicti reus quoq; debet interrogari, n.37.38.
Quænam ſint illæ qualitates, ſuper quibus examen habendum eſt, ibid.39.40.& ſeqq.
Quænam obſervanda ſint circa examen ſuper circũſtantiis, ib.n.45.46.O.S.L.n.47.48.49.50.
Reus nõ in ipſo Tortura actu, ſed remiſſo eo debet interrogari, q.3.q.124.n.26.27.28.S.S.L.n.29.
Cum Tortura actu quæſtio communiter confunditur p.3.q.117.n.18.

Interrogatio judicis in actu Torturæ pertinens eſſe debet, p.3.q 124.n.51.
Torturæ definitio, p.3.q.117.n.16.17.
Torturæ effectus eſt; ut reus in negando perſiſtens abſolvatur, p.3.q.125.n.1.4.
Non ſolum ab obſervatione judicij, ſed totaliter & definitivè, ibid.n.5.usq; ad n.15.O.S.L.n.16.
Torturæ triplex datur effectus, p.3.q.125.n.2.
Torturæ effectus conſiſtit quoq; in pæna judicis, reum illegitimè Torqueri facientis, p.3.q.127.n.1.2.
Torturæ Reus de crimine convictus haud ſubjici, ſed ultimâ ſententiâ condẽnari debet, p.3.q.125.n.18.
Torturæ executio ritè eſt peragenda, p.3.q.124.n.1. juſto tempore & die præfinita, n.2.
Torturæ executione facta ante omnia judex circumſtantias delicti, de quibus Tortus eſt confeſſus, indagare debet, p.3 q.124.n 60.61.
Quid ſi circumſtantiæ deprehendantur falſæ, num. 62.63.
Torturæ executionis actus conſignari debet ab Actuario judicij, p.3 q.124.n.64.65.O S L.n.66.
De Torturæ actu deponenti carnifici fides habenda non eſt, ibid.n.67.Sent.Scab.Lipſ.n.68.
Torturæ gradus tres ſunt in foro Saxon. & quomodò differant, p.3.q.117.n.47.48.49.59.60.62.63. O.S.L.n 61.64.
Torturæ tertius gradus horribiliſſimus, in quibus delictis locum habeat, p.3.q.117.n.65.66. Sentent. Scab. Lipſ.n.67.
In Torturæ dictandis gradibus quale moderamen judex adhibere debeat, & in quonam conſiſtat, p.3.q.117.n.68.usq; ad n.73.
Torturæ modus & materia arbitraria eſt, p.3.q.117.n.9.
Torturæ nullitas unde probari poſſit, p.3.q.126.n.9.10.11.
De Torturæ nullitate reus excipiens audiri debet, ib. num.8.
Circa Torturæ repetitionem arbitrium judicis in infinitum non eſt extendendum, p.3.q.125.n.33.
De Torturæ repetitione Conſtitutio Electoris Sax: D. Auguſt. ibid.n.34.usq; ad n.38.
Ad Torturæ repetitionem quænam dicantur nova indicia, ibid.n.42.43.44.
Pro non repetitione Torturæ in dubio pronunciandum eſt, p.3.q.125.n.45
Torturæ non ſubjiciendus reus allegans defenſionem & deſtitutus probationibus, p.1 q 33.n 63.65.66. Sentent. Scabin. Lipſ.n.67.68.69.70.71.
Torturæ an ſubjiciendus reus, ſi categoricè vel prorſus reſpondere nolit, p.3.q 113.num.56.57.O.S.L. n.58.
Ad Torturam nequaquam deveniendum eſt, ſi non conſtet de corpore delicti, p.3.q.108.n.15.16.17.p.3.q.119.n.54.usq; ad n.59.Sent Scab.Lip.n.58.
Sufficit tamen conſtare de corpore delicti ex certis indicijs, ibid.n.60.item p.3.q 108.n.18.usq; ad n.23.O.S.L.n.24.
Ad Torturam non niſi deficientibus probationibus & præſumptionibus eſt deveniendum, p.1.q.33.n.73.Sent.Scab.Lipſ.n.74.75.76.
Ad Torturam num teſtes inhabiles ſufficiant? p.3.q.114.n.38.
Ad Torturam quando ſit deveniendum, p.3.q.116.84.85.86.
Ad Torturam non indifferenter in quovis crimine iudex prorumpere poteſt, p.3.q.119.n.1.2.
Ad Torturam quando iudex in delictis, quorum pœna arbitraria eſt, deveniri queat, p 3.q.119.n.16.usq; ad n.20.Sent.Scab.Lipſenſ.n.21.
Ad Torturam quando inculpatio ſeu criminis indicium faciat, p.3.q.108.n.57.58.
Ad Torturam quænam ſint in caſu homicidij, in rixa commiſſi, indicia ſufficientia, p.1.q.25.n.38. & ſeqq.
Ad Torturam unum veriſimile indicium non eſt ſufficiens p.3.q.120.n.15.
Ad Torturam quale indicium fiat fama & vita antè acta ibid.n.17.18.Obſerv.Scab.Lipſenſ.n.19.
Qualis nam fama eſſe & unde oriri debeat? ibid.n.20.& ſeqq.
Ad Torturam ſola fama abſq; alijs indicijs non eſt ſufficiens, ibid.n.27.28.29.
Ad Torturam indicium num oriatur ex eo, quod quis in loco delicti fuerit deprehenſus, p.3.q.120.n.30.31 32.33.34.
Ad Torturam quatenus indicium faciat converſatio cum hominibus facinoroſis? p.3 q.120.n.35.36.
Quando hoc indicium fallat, n.37 38.39.40.
Ad Torturam inimicitia capitalis num faciat indicium, p.3.q.120 n.43.& ſeqq.
Ad Torturam ſpes lucri aut commodi alicuius num faciat indicium, ibid.n.49.
Ad Torturam qualenam indicium faciat inculpatio vulnerati, p.3.q.120.n.50.
Qualis aſſertio & inculpatio eſſe debeat, ibid.nu.51.52.53.
Absque aliis adminiculis inculpatio vulnerati aut moribundi indiciũ ſufficiens nõ eſt, n.54.55.56.57.
Vulnerati excuſatio enervat alia indicia, ib: 58.59.
Ad Torturam an & quatenus fuga indicium præbeat, p.3.q.120.n.60 61.62.63.
Quando ſola fuga abſq; aliis adminiculis ſit ſufficiens ad indicendam Torturam, n.64.65.66.
Fuga quandoq; nullum facit indicium, ibid.n.67.68.69 Sent.Scab.Lipſ.n.70.
Ad Torturam variatio Rei quale & quando faciat indicium? p.3.q.120.n.71.72.73.
Variatio circa negotium principale per ſe indicium eſt ſufficiens ad Torturam, ibid.n.74.75.76.
Ad Torturam quatenus titubatio & trepidatio faciat indicium, p.3.q.120 n.77.78.
Ad Torturam indicium per ſe non facit Phyſiognomia, ne quidam ad Territionem, ibid.n.79.80.
Ad Torturam num faciat indicium taciturnitas inculpati, p 3.q 120.n.81 82.
Ad Torturam occultatio delicti an & quale faciat indicium? p.3.q.120.n.83.84.85.
Ad Torturam num præbeat indicium collocutio in aurem? p.3.q.120 n.86.
Vel ſi quis inſtrumenta ad delictum perpetrandum emerit, ibid.n 87.
Ad Torturam indicia remota non ſunt ſufficientia, p.3.q.120.n.88.89.
Ad Torturam indicia propinqua & certa qualia ſint, p.3 q.121.n.1.
Horum indiciorum unumquodque ſufficiens eſt ad Torturam, ibid.n.2.
Quænam hæc ſint indicia, arbitrio judicis relinquẽdum eſt, ibid n.3.68.
Ad Torturam indicium quale faciat res alicujus in loco delicti commiſſi reperta, p.3.q.121.n.4.

Veluti ſi veſtis aut enſis alicujus reperiatur, n.5.6.
Contrarium ſi tum reus probare velit, admittitur, n.7.8.
Facere hoc poteſt etiam per unicum teſtem, n.9.
Ad Torturam num ſemiplena probatio per unicum teſtem ſufficiens faciat indicium, p.3.q.121.n.10.11.12.
Refutatur Bocerus de quæſtion. & tortur, c.3. nu. 22. ibid. n.13.
Qualiter debeat eſſe qualificata ſemiplena probatio, ut faciat indicium, ubi tria ponuntur requiſita, ibid. n.14.15.16.17.18.
Ad Torturã nominatio conſocij criminis quale faciat indicium, adverſus nominatum, p.3.q.121.n. 20.
Ritè ſit qualificata, & qualis eſſe debeat, quæq; ſint requiſita hujus indicij, nu. 21.22.32.33.34.35.36.37.38.
Ad Torturam habendam num aſſertio plurium correorum indicium ſit ſufficiens, p. 3.q 121.n.39.
Ad Torturam num faciat indicium aſſertio Rei cõvicti de mandatore delicti, p.3.q.121.n.40.
Ad Torturam quale indicium faciat confeſſio Rei extrajudicialis, p. 3. q.121.n.41.42.43.
Qualis hæc confeſſio eſſe debeat, ut ſufficiens inde oriatur indicium, n.44.45.46.47.48.
Reus docens errorem confeſſionis audiendus eſt, ibid. n. 49.
Ad Torturam minæ an & quando faciant indicicium, p. 3.q.121.n.50.
  Indicium hoc periculoſum eſt, ibid. n.51.
  Quales minæ eſſe debeant, ut reum faciant ſuſpectum, n.52.54.55.
Ad Torturam tranſactio cum offenſo quando indicium faciat, p. 3. q.121.n.56.57.58.59.60.
Ad Torturam an & quando auxilium facinoroſis præſtitum indicium faciat ſufficiens? p. 3. q.121. n.61 62.
modò doloſè & ſcienter auxilium præſtitum fuerit, ibid. n.63.
neq; alia juſta quadam ex cauſa, n. 64.65.
Ad Torturam num judex devenire poſſit, ſi quis Reorum cauſis apertè favet & inſcio Magiſtratu pro liberatione captivi paciſcatur, & pretium ſibi vel numerari ſinat, aut pro eo fidejubeat, p. 3. q. 121.n.67.
Receptans Reum criminis cognatum, num ſuſpectum ſe reddat, p 5 q.121.num.66.
Ad Torturam inferendam indicia varia ac difformia ſunt, p.3.q.122.n.1.
Ad Torturam quænam ſint indicia principaliora ſufficientia in crimine homicidij, p. 3. q. 122.n.2. & ſeqq.
Ad Torturam ſufficienti indicio gravatus eſt is, qui in loco delicti deprehenditur cum armis aut veſtibus ſanguine conſperſis, p.3.q.122.n.2.3.4.
Aut qui ex rebus occiſi quid apportaverit vel vendiderit, ibid. n. 5. modò delatus contrarium docere nequeat, n.6.
Ad Torturam confeſſio occiſoris, allegantis moderamen inculpatæ tutelæ, facit indicium, p. 3.q.122. n.7.8.9. Obſerv. Scab. Lipſenſ. n. 10.
Ad Torturam homicidij in rixa perpetrati, indicium eſt, ſi quis cum interfecto altercaverit, eumq; percuſſerit, p.3.q.122.n.11.12.
Ad Torturam ſufficiens eſt indicium, ſi alicujus enſis vulneri accommodetur, p. 3. q. 122.n.14.
Ad Torturam quando & quatenus faciat indicium emtio veneni adverſus ementem, p.3.q.122 num. 15.16.17.18.
Ad Torturam eſt ſufficiens indicium, ſi virginis uterus ſucceſſivè intumeſcat, & mox macra & livida exiſtat, ibid. n.19.
Ad Torturam quatenus ſit gravata, fœmina lac in mammis habens? p.3.q.122.n.22.23.24.
Ad Torturã facit indicium occultatio imprægnationis & puerperij, p.3.q.122.n.25.26.O.S.L.n.27.
Ad Torturam ſufficiens indicium non eſt, ſi in præſentia Rei ſuſpecti cadaver ſanguinem effundat, ibid. n. 28. & ſeqq. S.S.L. n. 35. niſi alia concurrant adminicula, n.36. R.S.L.n.37.
Ad Torturã num ſepultura faciat indicium ſufficiẽs contra ſepelientem de homicidio, p. 3. q.122.n.38.
Ad Torturam habendam num indicium ſit, ſi res rapta aut furto ablata penes inquiſitum reperiatur p. 3. q.122.n.39.40.
Titulum poſſeſſionis an hoc caſu poſſeſſor docere teneatur, ib.n.41.42. O.S.L. n.43.
Quando & quibus caſibus hoc indicium ſufficiens non ſit? n.44.45.46.47. R.S.L. n.48.
Ad Torturam num indicium præbeat contra eum, qui magnos ſumptus facit, aut ſubitò locuples exiſtit, p.3.q.122.num.49. & ſeqq.
Ad Torturam an ſint indicium claves adulterinæ, ibid.n.53. 54.
Ad Torturam indicio eſt gravatus confeſſus aut convictus de uno furto, deprehenſus in loco furti alterius commiſſi, ibid.n.55.
Ad Torturam indicio num gravetur, qui viſus eſt ſub pallio quid portare, p.3.q.122.n.56.57.
Ad Torturam num ſit indicium contra eum, cujus ſcalæ reperiuntur poſitæ ad feneſtram domus, ubi furtum fuit commiſſum, ibid. n.58.
Ad Torturam an oriatur indicium ex auxilio furibus præſtito, p. 3 q.122.n.59.
Ad Torturã inferendã quænã ſint ſufficientia indicia in crimine ſortilegij, p.3.q.122.n.60. usq; ad n. 68.
Quid habendum de indicio, quo Sagæ per lictorem in aquam abijciuntur, ibid. n. 69.
Ad Torturã in crimine adulterij & ſtupri quænã ſint indicia ſufficientia, p.3.q.122.n.70. usq; ad.n.76.
An confeſſio unius adulteri faciat indicium adverſus coadulterantem, ibid.n.77.78. S.S.L.n.79.
Ad Torturam in crimine incendij quænam ſint indicia ſufficientia, p.3.q.122.n. 80.81.82.
Ad Torturam in proditionis crimine quænam ſint indicia ſufficientia ibid. n.83.
Ad Torturã in crimine falſificationis monetæ quodnam ſit indicium ſufficiens, p. 3. q.122.n.84.
Tortura inferri abſq; indicijs legitimis nequit, p.3.q. 123.n.1.3.4.5.6.7. abuſus quorundam Magiſtratuum, ibid. n.2.
Tortus abſq; indiciis præcedentibus, & crimen confeſſus, num cõdemnari queat indiciis ſupervenientibus & confeſſione ratificata, p.3.q.123.n.8.9.
Licet Tortus in confeſſione perſeveret ac poſt Torturam indicia ſuperveniant, ib:n.10. usq; ad n.16. Sent. Scab. Lipſ.n.17.18.19.20. (*n.21.*
Quod & verum, ſi territione confeſſio fuerit extorta
Abſq; indicijs legitimis terreri nequit reus, ib.n.22.
Ne quidem ad Reſcriptum Principis Tortus & confeſſus abſq; indicijs condemnari poteſt, ibid.n.23. 24.25. Reſp. Scab. Lipſ.n.26.

Ad Torturam *inferendam quænam indicia ſufficientia ac legitima habeantur,p.3.q.123.n.27.30.*

Indicia *ſingula referre impoſſibile eſt,ib.n.28.*

Indiciorum *materia arbitraria eſt,ib.n.29.*

Arbitrium judicis hac in re debet eſſe juſtum & quale,n.31.32.33. Conſulendi ſunt ſuper indiciis JCti,n.34.35.

Ad Torturam *decernendam quotnam indicia requirantur? p.3.q.123.n.36.40.41.42.*

Ad Torturam *num unicum quandoq; indicium ſufficiat? p.3.q.123.n.37.38.39.*

Ad Torturam *indicia quotnam teſtibus probari debeant? p.3.q.123.nu.43. uſq; ad num.48.S.S.L. n.49.*

Torturam injuſtè fuiſſe decretam pro Reo ſtat juris præſumptio contra judicem,p.2.q.127.n.27.S.S. L.n.29.30.

De Tortura *injuſtâ judex convictus quâ pœnâ teneatur? p.3.q.127.n.33.34.*

Ob Torturam *injuſtam Reo illatam quænam actio competat illi adverſus judicem,ib.n.14.15.16.17. S.S.L.n.18.*

De Genere ac nomine actionis hodie non multum laborandum,ib.n.19.20.

Ob Torturam *injuſtam an actio injuriarum ſit annalis vel perpetua? p.3.q.127.n.21.22.23.*

per Torturam *indicia purgentur, quando Reus in negando perſiſtit,p.3.q.125.n.3.*

Circa Torturam *judex diſcretus quænam attendere debeat? p.3.q.117.n.11.*

Circa Torturam *cautè eſt procedendum,p.3.q.117. n.11.*

Ob Torturam *injuſtam an & quando judex pœnam ultimi ſupplicij incurrat? p.3.q.127.n.3.4.5.6.*

Quid ſi judex doloſè Tormenta *injuſta intulerit, ac Reus exinde mortuus fuerit,ib.n.7.*

Inter Torturam *non connumeratur territio præcedens,quando agitur de repetitione tormentorum, p.3.q.125.n.62.R S.L.n 63.*

TOTVM.

Totum vel omne dicens nihil videtur excludere,p. 1.q.22.n.28.

TRAHA.

Traha impoſitio die Schleiffung / *quando locum habeat? p.3 q.128.n.58.59.*

TRAIANVS.

Trajanus omnes delatores navibus ſine velis & remis impoſitos fluctuum miſericordiæ exponi juſſit,p.3.q.128.n.45.

TRANSACTIO.

Tranſactio ab initio eſt meræ facultatis,poſtea verò neceſſitatis,p.2.q.55.n.80.

Tranſactio cum offenſo inducit præſumtam delicti probationem,p.3.q.121.n.59.

Tanſactio partium non præjudicat tertio,nec Magiſtratui,p.3.q.148 n.2.3.4. quatenus hoc verũ, p.2 q.80.n.86.87.

Tranſactio cum Magiſtratu facta liberat reum à pœna,p.3.q.148 n.14.18.

Tranſactioni juratæ contravenientis pœna, p.1.q. 46.n.19.

Tranſactio Magiſtratus non præjudicat parti offenſæ,p.3.q.148.n.20.21.

Tranſactione partium non obſtante judex reum poteſt punire, p.3 q.148.n.6.7.8.9.10.S.S.L.n.11. 12.13.

Tranſactione cum parte offensâ initâ an locus ſit pœnæ ordinariæ in crimine homicidii,p.3.q.148. n.24.25 S.S.L.n.26.30.31.

TRANSIGERE.

Tranſigere de omnibus regulariter criminibus licet, p.3.q.148.n.1.

Tranſigere quando Magiſtratus poſſit cum Reo,p.3. q.148.n.15.16.17.S S.L.n.19.

Tranſigere inferior Magiſtratus ſuper delicto cum reo nequit,ib.n.22.

Tranſigere de adulterio, inſcio ſe perpetrato an maritus impunè poſſit? p.2.q.71.n.31.32.33.34 R S. L.n.35.

Si Tranſegerit fur cum Domino rei ablatæ, an liberetur à pœna mortis? p.2.q.80.n.80.& ſeqq.

Tranſigere ſuper adulterio hodie quis poteſt,p.2.q. 55.n.14.

Si Tranſegerit injurians cum injuriato,quatenus liberetur ab infamiâ? p.2.q.96 n.84.85.

TRATTO DI CORDA.

Tratto di corda eſt pœna corporis afflictiva, p.3.q. 129,n.39.40.

TRIBVNAL.

Tribunalium loca pro ſanctis haberi in iiſq; quilibet ab omni hominum injuriâ defendi debet,p.3.q. 102.n.4.

TRIREMIVM POENA.

Triremium pœna ſurrogata eſt in locum damnationis in metallum,p.3.q.129.n.8.

TRITVRATOR.

Trituratores frumenta ſecum auferentes quomodo puniantur? p.2.q.87.n 43.44.45.

Trituratores jurati furtum facientes graviùs puniuntur,quàm injuriati,ib.n.46.47.

TVMVLTVS.

Tumultus adverſus Magiſtratum excitati pœna,p. 2.q.100.n.7.8. quo caſu de autoribus tumultus conſtare debet,ib.n.9.O.S.L n.10.

Regulariter hoc caſu pœna relegationis ſolet irrogari,rariſſimè verò carceris pœna,ib.n.11.12.S.S.L. n.13.

TVRBATOR.

Turbator ſacrorum quomodo puniatur? p.1.q.24.n. 44.& p.1.q.44.n.51.52.

TVRCA.

Turcæ primas Imperatori Romano tribuunt,p.1.q. 41n.45.

Turniren.

Ad certamina equeſtria ac militaria, zum Turniren/Rinckrennen / *Nobilibus ſolùm patet aditus,p.3.q.134.n.15.*

TVTOR.

Si Tutor pupillam ſuam ſtupraverit quâ pœnâ afficiendus,p.2 q.69.n.43.

Tutores in rebus ſibi concreditis furtum committere poſſunt,p.2.q.84.n.3.5.6.7.8.

TYPOGRAPHI.

Typographi,ſculptores & pictores famoſi libelli quomodo puniantur? p.2.q.98.n.11.

V.

VACANTIA.

VAcantia bona heredibus nõ capacibus aut planè non exiſtentibus, Magiſtratui ceduntur, p.1.q.34.n.46.

Vacan-

Vacantia bona in Saxonia Magiſtratus habens merum Imperium, occupat, p.3 q.138.n.44.

VAGABVNDVS.

Vagabundus ubiqꝫ locorum ex delicto ſortitur forũ, p.2.q.54.58. vide ſupra Fugitivus.

VALETVDINARII.

Valetudinarij quatenus torqueri prohibeantur, p.3. q.118.n.46.& ſeqq.

VARIATIO.

Variatio Rei quale & quando faciat indicium? p.3. q.120.n.71.& ſeqq.

Variatio circa negotium principale per ſe indicium eſt ſufficiens ad torturam, ibid.n.74 & ſeqq.

VASALLVS.

Vaſalli Dominum occidentis pœna, p.1.q.24.n.38.

Vaſallo probroſum eſt Dominum ſuum periclitãtem non jurare, p.1.q.30.n.62.

VECTIGAL.

Vectigalia Principi ſolvuntur ad ſecuritatem viarũ præſtandam, p.2.q.91.n.65.66.

VEL.

Vel particula in jure ſæpiſſimè eſt conjunctiva & ponitur pro Et, Etiam, p.1.q.21.n.43.

VENANDI IVS.

Ius Venandi omnes fere Principes ſibi ſolis hodie vẽdicant, & num rectè p.2.q.84.n.6.7.9.10.21.

Ius Venandi juſtis ex cauſis privatis fuit ademptũ, p.2.q.84.n.11.12.13.14.15.16.17.

Ius Venandi ex præſcriptione ſolis Principibus quoqꝫ competit, p.2.q.84.n.1.

Venandi jus an ſubditis jure prohibeatur à Principe, p.2.q.84.n.1.

Venari nemini etiam in ſuo licet, niſi cui id nominatim eſt conceſſum, p.2.q.84.n.24.

Pœna eorum, qui in Electoratu Sax. feras minores, puta vulpes, lepores, anſeres, anates, venantur, capiunt, atqꝫ furantur, p.2.q.84.n.72.73.74.75 76.

VENATIO.

Venationis jura hodie inter Regalia referuntur, p.2. q.84.n.23.24.

Venationis temerariæ Reus torturæ non ſubijcitur, priusquam conſtet de corpore delicti, ib.n.58.S.S.L.59.

Venationem probibitam exercentes extranei & forenſes in Electoratu Sax. num ſuſpendantur? p.2. q.84.n.61.

Venationis prohibitæ propter reiterationem pœna nõ eſt exaſperanda, p.2.q.84.n 65.66.67.69. S.S.L.n.66.68.

Venationem temerariã in ſylvis Nobilium exercẽtes quomodo puniantur, ib.n.70.S.S.L.n.71.

Venationem exercentes privati ac ſubditi pœnam incurrunt, ib.n.25.

De Venationum præſcriptione verba mandati D. Auguſti Electoris Anno 1584.p.2.q.84 n.20.

Venationum temeratores pœna mortis haud ſunt punienda, & quare, p.2.q.84.n.26.27.29.30.31. S.S.L.n.32.

Adverſus venationum temeratores num Princeps pœnam ſuſpendij certâ lege vel ſanctione decernere queat? p.2.q.84.n.33.36.37.

In Electoratu Saxõ fures beſtiarum ſuſpenduntur, ex peculiari ſanctione Electorali, ib.34.35.60.

Quæ Sanctio juſta eſt nec rationibus ac æquitate deſtituitur, n.38. uſqꝫ ad 44.

Hæc Sanctio ad præteritos caſus non eſt trahenda, ib. n.45.S.S.L.n.46.

Venationum temeratores quando & quibus caſibus in Electoratu Sax. ſuſpendio puniantur, p.2. q.84.n.45.S.S.L.n.46.

In furto hoc non tàm lucri percepti, quàm ferarum ablatarum habetur ratio, ib.n.53.O.S.L.54.

Quanti feræ beſtiæ æſtimantur, ibid.n.55.S.S.L.n. 56.57.

Venationũ temeratoribus auxilium præbentes quomodò puniantur? p.2.q.84.n.62.63.R.S.L.n.64

VENATOR.

Venatores, qui in banno ferino ipſius Electoris venãtur, ſuſpendio ſolummodo puniuntur, p.2 q.84.n. 47.48.O.S.L.

Certo conſtare de corpore delicti debet, priusquam Venatoribus pœna ſuſpendii irrogetur, ibid.n.50. 51.R.S.Ln.52.

VENDERE.

Vendens Dominum eâ lege, ut exportaretur capitali pœna in exemplum aliorum vendicari debet, p.3.q.101.

VENEFICI.

Veneficæ fœminæ pœnâ mortis afficiendæ, p.1.q.48. n 60. It.p 1.q.50.n.10.11.12.13.

Quocunqꝫ modo aut quibus mediis Venefici damnũdent, parum refert, ib.n.15.16.17.19.21.22. R.S.L.n.18.20.

Non etiam refert, quale damnum, leve aut ingens, datum fuerit, ib.n.23.27.28.29.30.R.S.L.n.24

Sicuti nec intereſt, hominibus aut brutis damnum ſit illatum, ibid.n.25.26.O.S.L.n.31.

Veneficos conducentes ad damnum aliis inferendum quomodo puniendi? p.2.q.50.n.32.S.S.L.n.36.

Venefici an ſe in lupos, urſos, feles, aliaque animalia transformare poſſint? p.1.q.48.n.20.21.

Et quid habendum de conventibus Diabolicis Lamiarum in monte Bructerorum, ibid.n.22.23.26 28.57.58.59.

Sententia Philippi Melanchthonis, ib.n.24.

Quid de eo ſenſerit Lutherus, n.25.

Referuntur Hiſtoria, n.25.26.27.

Venefico in caſu dubio pœna ſolummodo gladij fuit dictata, p.1.q.21.n.8.

Venefici quomodo artibus Diabolicis nocent hominib. ac brutis? p.1.q.48.n.34.35.36.37.61.65.66

Verbis, actionibus & rebus, quas Venefici & Magi adhibent, præcisè malè vis aliquid per ſe efficiendi attribuitur, p.1.q.48.n.34.

Venefici ac Magi voluntate ac permiſſione Dei nocẽt hominibus, p.1.q.48.n.38.67.

In Veneficos & maleficos Deus ipſemet jampridem ſententiam tulit, p.1.q.48.n.40.41.42.

Venefici & Magi ultimo ſupplicio puniendi ſunt, p. 1.q.49.n.1.

Veneficarum facta referuntur, p.1.q.48.n.55.56.

Veneficæ pecuniam, à Diabolo ſibi datam ſæpius evanuiſſe fatentur, p.1.q.48.n.31.

Plura vid. in vocab. Magi, Malefici, Sortilegi.

VENEFICIVM.

Veneficium generale nomen eſt & accipitur quandoqꝫ pro ſortilegio & incantatione, p.1.q.20.n.1.

Veneficii reus an fiat vendens venena, & qua pœna plectendus? p.1.q.20.n.4.5.6.7.

Veneficii crimen atrociſſimum & graviſſimum eſt, ib.n.10.11.

Veneficij reus crimen proditionis committit, ib.n.12.

Quapropter pœna huius delicti exaſperãda eſt, n.13.

Veneficii reus quo genere ſupplicii hiſce in terris ſit plectendus, p.1.q.20.n.14. 21.22. 23. 24.25.31. 32 34.

Pœna huius delicti de jure Civili eſt capitis truncatio ib.n.15.16.

De jure Saxonico quænam? ib. n.18.19.

Quænam ſecundum Ordinationem Criminalē Carolinam, ib n.26.S.S.L.n.26.27.28.29.

Veneficii pœna quando ſit exaſperanda, p.1.q.20. n.48.49.50.S.S.L.n.51.52.

Veneficii pœna quando à judice mitigari queat? ib. n.46.R.S.L n.47.

Veneficii pœna ordinaria in pluribus caſibus mitigari debet, p.1.q.21.n.1.

1. Quando non conſtat ex veneno propinato mortem fuiſſe ſecutam.n.2.

nec ſufficit propria confeſſio Rei, d n.2.

Ex quibus indiciis præſumendum, quod ex Veneno quis ſit abſumptus, ib n.3.4.5.6.

Judicio Medicorum hac in re fides habenda eſt, ib n. 7.8.9.S.S.L.n.10.11.12.

2. Veneficii pœna ordinaria ceſſat, ſi præbens Venenum non habuerit animum occidendi, n 13.14.

3. Quando quis Veneno non hominem, ſed bruta animalia necavit, ib.n.24.25.26. R.S.L.n.27.28.

4. Quando Veneficium non fuit conſummatum, nec ſubſecutum homicidium, ib.n.33. uſq; ad n.39.S.S.L.n.44.45.

VENENVM.

Venenantium paſcua quæ ſit pœna? p.1.q.21.n.29. 30.R.S.L.n.31.32.

Venenum in corpore natum, non tàm repentè operatur, ſicuti venenum datum, p.2.q.21.n.7.

Venenum qui hominis necandi causâ confecit, aut cum telo ambulat, pœnâ Legis Corneliæ tenetur, p.1.q 7.n.8.

Venenum indifferenter vendens quâ pœnâ plecti debeat, p.1.q.20.n.89.

Venenum vendens aromatarius, quo meretrices uti ſolent in poliendo viſum, prout eſt ſublimatum, an puniendus? p.1.q.20.n.6.

Veneni propinati ſigna, p.1.q.21 n.3.4.5.

Veneno interficere prohibetur judex Reum, quem propter delictum ad pœnam mortu condemnare poteſt p.1.q 20 n.11.

Veneno qui necant parentes, liberos vel conjugem, quomodo ſint puniendi, p.1.q.20.n.41.S.S.L.n. 43.44.45.

De Veneno non temerè vendendo & dando ſine cognitione & permiſſu Magiſtratus Pharmacopolæ, alijq́; Venenorum venditores ac inſtitutores juramento ſunt adſtricti, p.1 q.20.n.7 p.3.q.122.n.15

An Venena ſimpliciter mala quis præbeat, an quæ alterius materiæ adjectione ſalubria fieri poſſunt, parum refert, p.1.q 20 n.2.

Venena comparare ac habere non eſt indifferenter prohibitum, p.1.q 20.n.3.

Venena præbens pœnâ capitis puniri debet, p.1.q.50. n.26.

Vehdung.

Vehdung oder abſagung/ quænam ſint? p.1.q.37. n.21.

VERBERA.

Verbera, alapæ & percuſſiones ad Jurisdictionem inferiorem pertinent, p.2.q.99.n.14.

Inter Verbera & verba nulla omninò eſt proportio, p.1.q.30.n.70.

Verfahren.

An in criminalibus ab accuſatore & accuſato neceſſariò vivâ voce ſit procedendum, von Munde auß in die Feder verfahren/ p.3.q.106.n.76.77 78.S.S.L.n.79.

VERITAS.

Veritas quando aliter haberi non poſſe dicatur, p.3. q 114 n.37.

Veritas in delictis occultis per tormenta eſt extorquenda, p.3.q.117.n.2.

Veritatem promiſſione impunitatis an judici ab inquiſito Reo elicere liceat, p.3.q.113.n.50.51.

VESPASIANVS.

Veſpaſianus nunquam cæde lætatus, juſtis ſuppliciis illacrimans etiam ingemuit p 3 q.101.n.25.

VESPILLONES.

Veſpillones ægrotos necantes & ſpoliantes latrocinium committunt, p.1.q.22.n.24.S.S.L.n.25.

Et Rota puniuntur, ib.n.21.

Veſpillonũ aliorumve qui tempore peſtis lue illa infectos in extremis laborantes interimunt, tuncq́; obvia quæq́; furantur, pœna, p 1 q. 9.n.29.it.p.1. q.20.in Sententiis S.L n.51.52.

Veſpillonum plures homines ægrotos & peſte infectos pulvere venato occidentium & ſpoliantium pœna, p.1 q.23.n.56.

VIA.

Via in dubio benignior eligenda eſt, p.1.q 142.n.47

Via publica inter Regalia connumerari ſolet, p.3.q 110.n.43. rationes afferũtur, p.2.q.90.n 15.16.17

Viæ publ. cura incũbit Principibus, p.3.q.110.n.42.

Viæ publ. ſecuritas ſarta tecta à Principibus conſervari debet, p.2.q 90.n.24.

In Via publ. criminis perpetrati quis judex ſit competens? p.3.q.110.n.39.40.41.43.44.

VICARIVS.

Vicarii Imperii Romani quâ tales Majeſtate nõ ſunt præditi, p.1.q.41.n.27.

VICTVS.

Victus victori in expenſas condemnari debet, & quando hoc fallit, p.3 q.138.n.4.

VIDVA.

Vidua num in foro Sax dignitatem defuncti mariti retineat? p.2.q.65.n.46.54 n.60.

Vidua inhoneſte vivens maritum defunctum & eius filiam dehoneſtat, p.2.q.65.n.53.

Vidua an vivente marito adulterium commiſiſſe, ex ſtupro marito defuncto commiſſo, præſumtio oriatur, p.2.q 65 48.

Vidua intra annum luctus nubere nequit, p.2.q.65. n.80.

Quæ ſit pœna Viduæ intra annũ luctus nubẽtis, n.81.

An Vidua poſt mortem mariti luxurioſè vivẽs perdat dotem, p.2.q.65.n.37.

Variè deciditur hæc quæſtio ab Interpp. ex jure communi, ib.n.38. uſq; ad n.43.

Quid juris in foro Sax. ibid.n.44.45.46.47.48.

Vera deciſio ex jure Sax.n 49.51.52.43..55. S.S.L. n.57.58.

Reſpondetur ad fundamenta contrariæ opinionis, ib. n.59.61.62.63.

An Vidua luxurioſè vivens perdat Morgengabam, Geradam, & Cibaria domeſtica, p.2.q.65.n.64. 65.66.67.R S.L.n.68.

Quid juris in Legatis, aliisq́; in teſtamento mariti viduæ relictis, ib.n.69.70.S.S.L.n.71.72.

An Vidua intra annum luctus vivens luxurioſè dotem, aliaq; jura perdat? p.2.q.65.n.73.74. S.S.L.n.75.76.
Quid ſi intra annum luctus Vidua nubat? n.77. O.S.L.n.79.
Adverſus Viduam ob adulterium marito vivente commiſſum an ejus heredes ad dotem conſequendam agere poſſint? p.2.q.65.n.1.& ſeqq. S.S.L.n.2.3.
VIDVITAS.
In Viduitate cenſetur durare præcedens matrimonium, p.2.q.65.n.46.
VINDICATIO NECIS.
Vindicare necem occiſi nemo cogitur p.1.q.34.n.79.80. Sent.Scab.Lipſ.n.81.
Vindicare defuncti necem quinam conſanguinei poſſint, p.3.q.104.n.48.
Ad Vindicandum necem defuncti an quis cogi poſſit, ib.n.50.51.52.53 Sent.Scab. Lipſ.n.54.
Vindicandi necem patris quondam filiabus non cõpetebat. p.1.q.34.n.55.56.
Ad Vindicationem necis hodie cum agnatis ſimul etiam cognati admittuntur, p.1.q.34.n.59.
Non Vindicãtes necem occiſi num heredes hodie ſeſe indignos reddãt ejusdẽ hereditate, p.1.q.34.n.72.73.74.75.76.82.83.84.89. S.S.L.n.86.87.88.
Vindicatio necis etiam Magiſtratui cedi poteſt, p.1.q.34.n.63.65.69.
VINDICTA.
Per Vindictam Magiſtrat⁹, diſciplina ſervatur, mores, corriguntur, & licentia comprimitur, p.3.q.101 n.9.
VIPERA.
Vipera cur unà cum Parricida culeo inſuatur? p.1.q.8.n.9.
VIR.
Vir & uxor una ſunt caro, p.1.q.12.n.12.
Vir propriè dicitur agere, fœmina verò pati, p.2.q.52.n.23.
Viri in Vxorem ſævientis pœna, p.1.q.12.n.51.
Viro an uxorem caſtigare liceat? p.1.q.12.n.48.50.
VIRGILIVS.
Virgilius de Mantico, Nobilis Romanus, qui in rixa ſubitanea alium Nobilem occiderat, capite obtruncatus fuit, p.1.q.6.n.7.
VIRGO.
Virgo aut vidua in dubio præſumitur honeſta, p.2.q.68.n.81.82.
Virgo non cenſetur ſtupratori conceſſiſſe florem virginitatis decerpere, niſi fidem ipſi de matrimonio dediſſet, p.2.q.68.n.98.
Virgo vi ſtuprata an coronam in capite portare prohibeatur? p.2.q.75.n.79.80.
Pro Virgine ſi quis gravidam vel corruptam duxerit in uxorem, an permittendum ſit divortium? p.2 q.63.n.47.
Sententia Canoniſtarum negativa, ib.n.48.49.51.
Verior eſt opinio affirmativa, n.53. (52.
Fundamenta hujus opinionis, n.54.55.56.57.
In conceſſione tamen divortij hujus cautè eſt procedendum, n.61.
Formula pronunciandi in Conſiſtoriis, ib.n.62. S.S.L.n.63.
VIRGINITAS.
Virginitas duplex eſt animi & corporis p.2.q.75.n.81.
Virginitatis ſignum eſt ſertum, non animi, ſed corporis, p.2.q.75.n.82.
VIRTVS.
Virtus minis ac metu propagari nequit, ſed præmiis invitatur, p.3.q.101.n.5.
VIS.
Vis publica & crimen fractæ pacis ab invicem differunt, p.2.q.79.n.9.
Vis publica à privata quomodo differat, p.1.q.40.n.5.
Vis publ: & privata variis modis committitur, ibid. n.8.9.10.40.
Non omnis Vis publica in crimen fractæ pacis publ: incidit, p.1.q.40.n.1.
Vis major quanam dicatur? p.1.q.35.n.16.17.
Vis ubi committitur dolus adeſſe præſumitur, p.1.q.35.n.22.
Vis alicui domi facta quomodo puniatur? p.1.q.40.n.11.& ſeqq.
Vim publ: aut privatam committentium de jure Civili quanam ſit pœna? ibid.n.4.6. (n.7.
Vim committentium pœna hodie arbitraria eſt, ib.
Vim vi indifferenter & abſq; reſpectu perſonarum repellere licet, p.1.q.28.n.6.
VITA.
Vita ante acta quale indicium faciat, p.3.q.120.n.17.18 O S.L.n.19.
In Vitæ diſcrimine conſtitutus juſtè ſe uſq; ad internecionem alterius defendit, p.1.q.29.n.57.
VITRICVS.
Vitricus affinis eſt, non cognatus, p.1.q.8.n.38.
VLCISCI.
Vlciſci qui ſe voluit provocatus, ei eſt ignoſcendum; p.1.q.18.n.8.p.1.q.29.n.77.
VNIVERSITAS.
Vniverſitas in crimine læſæ Majeſtatis punitur, p.1.q.40.n.7.
Vniverſitatis criminaliter agentis nomine Syndicus admittitur, p.3.q.105.n.10.11.
Quod etiam verum, ſi contra Vniverſitatem agatur ib.n.12.
VNVM.
De Vno quod dicitur, de alio negatur, p.2.q.68 nu.71.
VOLVNTAS.
Voluntas Dei à voluntate Diaboli & hominum diſcrepat. p.1 q.48.n.68.69.
VOMITVS.
Vomitus ex qua cauſa provenire ſoleat, p.1.q.21.n.5.
VRPHEDA.
Vrpheda, à torto præſtita, nũ impediat actionem adverſus judicẽ movendam, p.3.q.127.n.46.47.48.
Vrphedâ præſtitâ de non revertendo ſi Provincia, ex qua relegatus eſt, nondum exceſſit, quâ pœna afficiendus, p.1.q.47.n.40.41.42. S.S.L.n.43.44.45.
Relegatus nolens emigrare, nec Vrphedam præſtare, quomodo adverſus eum procedendum, p.3.q.130 n.38.41. Sent.Scab.Lipſ.n.39.40.42.43.
Poſt Vrphedam præſtitam reus experiri nequit adverſus judicem, priuſquam à juramento fuerit abſolutus, p.3.q.127.n.49.50. S.S.L.n 51.52.53.
Relaxatio juramenti concedenda non eſt, quando nullum producit effectum, ib n.54. S.S.L.n.55.
Contra Vrphedam præſtitam ſecunda vice revertẽtis quæ ſit pœna relegati, p.1.q.47.n.56. O.S.L.n.58.
Quomodo pupiendus tertiâ vice reverſus, ibid.n.61.62.63. O.S.L.n.64.
VSTVLATIO.
Vſtulatio candentibus forcipibus in quibus delictis locum habeat? p.1.q.24.n.65.72.
VSVRA.
Vſuræ omnes an jure Divino prohibitæ, p.2.q.92.n.16.17.18.

Vſuræ quincunces Anno 1586. Wormatiæ à Statibus Imperij approbatæ, ibid n 19.21.
In Electoratu Sax: ſextus quoq; florenus exigi permittitur, ita tamen ut is loco Collectarũ ſuperiori Magiſtratui ſolvatur, ibid. n. 20.
Vſuræ non omnes ſunt prohibitæ, p. 2. q. 92. n.16.17.
Quænam permiſſæ, ibid n.19.20.21. (18.
Vſuræ uſurarum quatenus permiſſæ in pecunijs pupillaribus p.2.q.92.n.81.82.83.85. R.S.L.n.84.
Vſuræ uſurarum exigi poſſunt in annis reditibus, ib. n.86.
Vſuræ currunt etiam ultra alterum tantum lite motâ & conteſtatâ, p.2.q.92.n.51.52. O.S.L.n.53.
Sicuti & Vſuræ rei judicatæ, ib.n.54.S.S.L.n.55.56.
Vſuræ tanquam intereſſe peti poſſunt ultra alterum tantum, p. 2.q.92.n 57.59.S.S.L.n.58 60.61.
Vſuræ uſurarum exigi nequeunt, p.2.q.92.n.79. O.S.L.n.80.
Vſuræ ultra alterum tantum ſolutæ repeti poſſunt, ibid.n.49.S.S.L.n. 50.
Vſuræ ultra modum legitimum jam ſolutæ, vel à debitore condi i, vel in ſortem redigi debent, p. 2. q.96.n.26.R.S.L.n.26.
Vſuras ultra alterum tantum exigere haud licet, p. 2.q.92.n.42. In quo duplo num ſors computetur, ibid.n.43 O S.L.n.44.
Quod verum eſt etiam in Vſuris particulariter ſolutis, n.45.R.S.L.n.46.
Non ſolum in mutuo, ſed & in aliis contractibus, n. 47. S.S L.n.48.
Ad Vſuras ultra modum legitimum debitor nulla conventione ſeſe poteſt obligare, p.2.q.92.n.27.
In Vſuris exigendis exceſſus modicus non multum obeſt, p.2 q.92.n.95.

VSVRARII.

Vſurarij ac fœneratores referuntur inter prædones & latrones, p. 2. q. 92 n.1.2.
Vſurarij quoq; ſunt, qui nomen aliquod. cujus ſolutio particulatim ſit (Zagzeit oder Erbegelder) pro pecunia numerata emunt, & ex ejusmodi emtione ultra licitas uſuras aliquid lucrantur, p. 2.q 92.n.91.92.S.S.L n 93.
Vſurarij ſunt omnes illi contrahentes, qui ultra legitimum jureque cujuslibet Provinciæ definitum modum uſurarum ullo modo vel colore & ſpecie contractus aliquid à debitoribus extorquent, p.2. q.92.n.94.95.
Vſurarij puniuntur amiſſione quartæ partis ſortis, p.2.q.92.n. 82.
Inſuper etiam pœnâ arbitrariâ coercentur, ibid.nu. 29 30.S S.L.n.31.
Infamia notantur, & ſepultu à privantur, ibid. n. 32.33.34.35.36.S.S.L n 37.
Vſurariis jus teſtandi denegatur, p. 2.q.92.d.nu. 32. & ſeqq.
Vſurarij contractus ſunt reſcindendi.ib.n.25.26.27
Vſurariorum hodie magna eſt frequentia atq; malitia, ibid.n.12.13.14.15.
Vſurarios Romani & multi paſſim Princeps & Gubernatores Rerumpubl: non tantum urbibus & communitatibus, ſed totis etiam Provinciis atq; Regnis expulerunt, p. 2.q. 92.n.9.
Vſuraria pravitas multis modis committitur, ibid. n.38.94.95. (24.
Vſurariæ pravitatis pœna in foro Sax: ibid.n.22.23.
Vſurariorum pœna an teneantur die Kipper? ibid. n.39.40.41.

VVLNERARE.

Vulnerans ſemetipſum ex cauſa probroſâ pœnam haud effugit, p.1.q.2.n.41.42.44.45.46.S.S.L. n.47.48.49.
Vulnerans non de oc iſo, ſed de vulnere tenetur, hiſce duobus concurrentibus, non mortalitate Vulneris, & culpa ſeu malo regimine Vulnerati, p. 1. q.26.n.7.
Vulnerans quando & quatenus cauſam mortis præbeat, p.2.q.26.n.12.
Vulnerans non lethaliter pœna extraordinariâ puniendus, p.1.q.26.n.13.
De quo ipſo ex inquiſitione præmiſſâ conſtare poteſt, ibid.n.14.Sent.Scabin.Lipſ.n.15.16.17.18.
Vulnerans ſi civiliter agatur ad tria eſt obligatus ad emendam, intereſſe & pœnam, p. 2.q 99 n.28.
Vulnerãs quoq; tenetur ad intereſſe & reſtitutionem damnorum, p.2.q.99.n.44.45.S.S.L.n.46.47.
Juramentum minorationis hoc caſu locum non habet, n.48.Reſp.Scab.Lipſ.n.49.
Quid ſi Reus Vulnerans ex inopiâ emendam & intereſſe ſolvere nequeat, p.2.q.99.n.50.51.S.S.L. n.52.
Vulnerans præter emendam & impenſas pœnâ arbitrariâ plectendus eſt, ibid.n.56.57.58.59.Sent. Scabinor.Lipſ.n.60.61.62.63.
Vulnerantis pœna quænam ſit, ſi criminaliter agatur, p.2.q.99.n.64.65.66 67.O.S.L.n.68.
Qui vulneravit aliquem, & alium occidit, tenetur ſolummodo de homicidio, p.2.q.51.n. 42.
Vulnerare ſolum mandans an teneatur de homicidio mandatarij, p.1 q.4.n.19.& ſeqq.
à Vulnerante impenſæ nõ ſunt refundendæ, ſi vulneratus ſit autor rixæ p.2.q.99.n.53.S.S.L.n.54.55.
Si Vulneratus unus à pluribus in rixa & occiſus fuerit, ac quiſnam ex pluribus vulnus lethale intulerit, & occiderit, liquidò conſtet, quiſnam eorum teneatur de homicidio p.1.q.25.n. 19.20.21.22.23.
Si Vulnera plura fuerint inflicta, quiſnam verò primum Vulneraverit, certò non conſtat, an omnes ſimul Vulneratores capite plectendi? p. 1 q.25.n. 24.usq; ad n.32.S.S.L n.30.31.
Si non conſtet, quis Vulnus lethale inflixerit, p. 1. q. 25.n.33.34.35.
Tortura hoc caſu quando & cui imponenda, nu. 36. O.S.L.n.37.
Quænam indicia hoc caſu ad torturam ſufficientia ſint, n.38 S.S L.n.39.40.
Quando Vulnera inflicta lethalia non ſunt, omnia tamen ſimul juncta mortem afferunt, ibid.n.41. 42.43.44.S.S.L.n.45.
Vulnerati aſſertio num faciat indicium ad torturã? p.3.q.120 n.50.& ſeqq.
Vulnerati excuſatio enervat alia indicia, ibid. nu. 58.59.

VULNUS.

Vulnus inflictum quoties non judicatur lethale, pœna homicidij ordinaria occiſori infligenda non eſt p.1.q.26.n. 1.
Si Vulnus illatum lethale non fuerit, occiſus ex eo non deceſſiſſe præſumitur, nec propterea reus pœnâ ordinariâ tenetur, p.1.q.26.n.6.7.8.9.10.
De vulneris lethalitate in homicidio ante omnia conſtare debet, p.1.q 26.n.2.3.
De Vulneris lethalitate unde conſtare poſſit, ibid. n. 19.usq; ad n. 23.ſtandum eſt judicio Medicorum hac in re, ibid.n.25.26.28.43.44.R.S.L. n.27.

Ex Vulnere lethali occiſus deceſſiſſe præſumitur, p.1. q.26.n.4. Sent. Scab. Lipſ. n.5.
Pro Vulnere illato qualis debeat eſſe emenda, die Buſſe/p.2.q.99.n.28. Ratio hujus emendæ, nu. 29.30.
Quanta ſit hæc emenda, n.31.32.33. O.S.L. n.34 usque ad n. 43.
Pro injuriis Vulnere illatis certa mulcta eſt conſtituta jure Saxonico, p.2.q.99.n.11.
à qua hodie ubivis fere locorum in foro Sax: uſu ac conſuetudine receſſum, ac judicis arbitrio relictum eſt, ibid n.12.13.
Vulnera & mutilationes membrorum ad ſuperiorem pertinent Iurisdictionem, p.2.q.99.n.19.26.
Vulnera verberibus differunt, ibid. n. 20.
Vulnera quomodo in foro Sax: diſtinguantur, quibusve nominibus notentur, p.2.q.99.n.21.22.23 24.25.
Ob vulnera quamvis non mortifera occiſo illata quâ pœnâ percuſſores teneantur p.1.q.25.n.46. 47.48. Reſp. Scab. Lipſ. n. 49.
Vulnerum conſideratio accurata requiritur, p.1.q. 26.n.42. Sent. Scab. Lipſ. n.45.
Literæ Reſponſoriæ Scabinorum ad Illuſtriſſimum Dn. Electorem Saxon: ibid: n.46.

UXOR.

Uxor de iure Saxon: eſt in tutela mariti, p. 2.q.55. num. 86.
Uxor non minus thorum habet, atqꝫ maritus, p.2.q. 52.n.85.
Vxor de jure Sax: cum marito ſine peculiari Curatoris interventu validè contrahere non poteſt, p. 2.q.55. num. 86.
Vxor ſine conſenſu curatoris donare nequit ib. n.87.
Vxor, marito diutius abſente, alium admittens, non tam ex luxuria, quàm libidine ingenita, cui uſtionis remedio deſtituta reſiſtere nequit, delinquere videtur, p.2.q.58.n.38.
Vxor maritum occidens quomodo puniatur? p.1.q. 12.n.65.77.
Vxoricidij pœna, p.1.q.12.n.2. usqꝫ ad n.10.
Vxor an teneatur ſequi virum, ex ſuo delicto bannitum? p.3.q.130.n.38. & ſeqq.
In Vxorem ducere non licet viduam fratris, p. 2.q. 74.n.28.

W.

Weglagerung.

Der Weglagerung/itinerum obſeſſionis quænam ſit pœna? p.1.q.40.n.36. O.S.L.n.37.

WEINSBERGENSIS.

VVeinsbergenſis mulieres in Suevia, cùm precibus à Conrado III. Imp. obtinuiſſent optionem & facultatem, tantum ex imminente pernicie ſecum eripiendi, quantum tergo geſtare ſingulæ poſſent, relictis parentibus & liberis, adeoqꝫ pretioſà quacunqꝫ ſuppellectile viros ſibi impoſuerunt, & calamitati oppidi ſubduxerunt, p.2.q.58.n.2.

WERIGELDVM.

VVerigeldum & mulcta 60. ſolidorum in foro Sax: pœnæ nomine debentur, p.1 q. 28.n.42.
VVerigeldum an occiſor agnatis interemti ſolvere teneatur, p.1.q.15.n.53. usqꝫ ad n.58. S.L.n.59.
VVerigeldus in ſolatium agnatorum occiſi ſolvitur p.1.q.15.n.58.
VVerigeldus unde dicatur, p.1.q.34.n.7.
Vocatur etiam Mangeld/ibid. n.8.
Quandoqꝫ etiam Sühnegeld/n. 9.
VVerigeldum unde originem trahat, ibid. n.10.11.
VVerigeldi definitio, p.1.q.34.n.12.
VVerigeldũ eſt mulcta juris Sax: p.1.q.34.n.13.14.
Et in locum pœnæ talionis introductum, n. 15.
VVerigeldũ ſolvere tenetur reus, quoties pœna corporali non afficitur, ibid: n.3. Sent. Sc. Lipſ. n.19.
Werigeldum de jure Civili cognitum, moribus Sax. fuit introductum, p.1.q.34.n.4.5.
VVerigeldus eſt mulcta 24 ſexagenarum antiquarum, ibid. n.24.25.
VVerigeldum integrum pro maſculo occiſo præſtatur, p.1.q.34.n.26.
VVerigeldum autem dimidium pro fœminâ occiſa, n.27. O.S.L.n.28.
Differentiæ hujus ratio, d. n.28.
Quid ſi infans fuerit occiſus, n.29. S.S.L. n.30.
VVerigeldũ integrum an quilibet ſolvere teneatur, ſi plures ſint occiſores, p.1.q.34.n.31.32.33. Sent. Scab. Lipſ. n.37.
VVerigeldum cuinam ſit adjudicandum, p.1.q.34. n.54.57.58. O.S.L. n.60.
VVerigeldum non niſi heredibus, necem occiſi vindicantibus, debetur, p.1.q.34.num. 61.
VVerigeldum cuinam præſtandum ſit, ſi heredes occiſi necem vindicare nolint, p.1.q.34.n.63 usqꝫ ad n.70. Reſp. Sc. L. n. 68.71.
VVerigeldum an ſolvatur ut intereſſe, an verò nomine pœnæ alicujus, p.1.q.34.num 13.
VVergeldum ut intereſſe privatum ſeu partis, ſumma mulcta ceu intereſſe publicum cenſeri debet, ibid. n.18.
VVerigeldum non tollit pœna publica, ibid. n.17.22. 23.
VVerigeldum fœmina rea etiam præſtat, p.1.q.34. n.39.
VVerigeldum à Reo exigi nequit in homicidio doloſo, quod pœnâ corporis afflictiva coercetur, p.1.q. 34.n.42.43. Obſervantia fori Sax: num.44.
VVergeldum debet ſolvi in moneta uſuali, p.1.q.34. n.45.
VVerigeldum quid ſi reus ob inopiam ſolvere nequeat, p.1.q.34.n.46.48. S.S L.n 50.51.52.53.
VVerigeldi præſtatio hodie non niſi in crimine homicidij obtinet, p.1.q.34.n.40.41.
VVerigeldi ſolutio pœnam carceris vel relegationis non excludit, p.3.q.143.n.37.38.
VVergeldi ad ſolutionem reus ob levitatem commiſſi exceſſus condemnari debet, p.1.q.29.n.18. Sent. Scab. Lipſenſ. n.19.
à VVergeldi ſolutione num reus homicidij caſualis ſit immunis in foro Sax: p.1.q.27.n. 91. usque ad n.62. Sent. Scab. Lipſ. n. 56.57.58.63.

Z.

Das Zettergeſchrey/proclamatio Rei accuſati à quonam fiat, p.3.q.136.n.31.
Das Zettergeſchrey/clamor violentiæ in judicio bannitorio quandoqꝫ omittitur, p.3.q.136.n.109. 110.111.112.

FINIS.

Vſuræ quincunces Anno 1586. Wormatiæ à Statibus Imperij approbatæ, ibid n 19.21.
In Electoratu Sax: ſextus quoq; florenus exigi permittitur, ita tamen ut is loco Collectarũ ſuperiori Magiſtratui ſolvatur, ibid. n. 20.
Vſuræ non omnes ſunt prohibitæ, p. 2. q. 92. n.16.17. (18.
Quænam permiſſæ, ibid n.19.20.21.
Vſuræ uſurarum quatenus permiſſæ in pecunijs pupillaribus p.2.q.92.n.81.82.83.85. R.S.L.n.84.
Vſuræ uſurarum exigi poſſunt in annis reditibus, ib. n.86.
Vſuræ currunt etiam ultra alterum tantum lite motâ & conteſtatâ, p.2.q.92.n.51.52. O.S.L.n.53.
Sicuti & Vſuræ rei judicatæ, ib.n.54.S.S.L.n.55.56.
Vſuræ tanquam intereſſe peti poſſunt ultra alterum tantum, p.2.q.92.n 57.59.S.S.L.n.58 60.61.
Vſuræ uſurarum exigi nequeunt, p.2.q.92.n.79.O.S.L.n.80.
Vſuræ ultra alterum tantum ſolutæ repeti poſſunt, ibid.n.49.S.S.L.n. 50.
Vſuræ ultra modum legitimum jam ſolutæ, vel à debitore condici, vel in ſortem redigi debent, p. 2. q.96.n.26.R.S.L.n.26.
Vſuras ultra alterum tantum exigere haud licet, p. 2.q.92.n.42. In quo duplo num ſors computetur, ibid.n.43 O S.L.n.44.
Quod verum eſt etiam in Vſuris particulariter ſolutis, n.45.R.S.L.n.46.
Non ſolum in mutuo, ſed & in aliis contractibus, n. 47. S.S L.n.48.
Ad Vſuras ultra modum legitimum debitor nulla conventione ſeſe poteſt obligare, p.2.q.92.n.27.
In Vſuris exigendis exceſſus modicus non multum obeſt, p.2 q.92.n.95.

VSVRARII.

Vſurarij ac fœneratores referuntur inter prædones & latrones, p. 2. q. 92 n.1.2.
Vſurarij quoq; ſunt, qui nomen aliquod, cujus ſolutio particulatim ſit (Tagzeit oder Erbegelder) pro pecunia numerata emunt, & ex ejuſmodi emtione ultra licitas uſuras aliquid lucrantur, p. 2.q 92 n.91.92.S.S.L n 93.
Vſurarij ſunt omnes illi contrahentes, qui ultra legitimum jureque cujuslibet Provinciæ definitum modum uſurarum ullo modo vel colore & ſpecie contractus aliquid à debitoribus extorquent, p.2. q.92.n.94.95.
Vſurarij puniuntur amiſſione quartæ partis ſortis, p.2.q.92.n. 82.
Inſuper etiam pœnâ arbitrariâ coercentur, ibid.nu. 29 30.S S.L.n.31.
Infamia notantur, & ſepultu à privantur, ibid. n. 32.33.34.35.36. S.S.L n 37.
Vſurariis jus teſtandi denegatur, p. 2.q.92.d.nu. 3 2. & ſeqq.
Vſurarij contractus ſunt reſcindendi.ib.n.25.26.27
Vſurariorum hodie magna eſt frequentia atq; malitia, ibid.n. 12.13.14.15.
Vſurarios Romani & multi paſſim Princeps & Gubernatores Rerumpubl: non tantum urbibus & communitatibus, ſed totis etiam Provinciis atq; Regnis expulerunt, p. 2.q. 92.n.9.
Vſuraria pravitas multis modis committitur, ibid. n.38.94.95. (24.
Vſurariæ pravitatis pœna in foro Sax: ibid.n.22.23.
Vſurariorum pœna an teneantur die Kipper? ibid. n.39.40.41.

VVLNERARE.

Vulnerans ſemetipſum ex cauſa probroſâ pœnam haud effugit, p.1.q.2.n.41.42.44.45.46. S.S.L. n. 47.48.49.
Vulnerans non de occiſo, ſed de vulnere tenetur, hiſce duobus concurrentibus, non mortalitate Vulneris, & culpa ſeu malo regimine Vulnerati, p. 1. q.26.n.7.
Vulnerans quando & quatenus cauſam mortis præbeat, p.2.q 26.n.12.
Vulnerans non lethaliter pœna extraordinariâ puniendus, p.1.q.26.n.13.
De quo ipſo ex inquiſitione præmiſsâ conſtare poteſt, ibid.n.14. Sent. Scabin. Lipſ. n. 15.16.17.18.
Vulnerans ſi civiliter agatur ad tria eſt obligatus ad emendam, intereſſe & pœnam, p. 2. q 99 n.28.
Vulnerãs quoq; tenetur ad intereſſe & reſtitutionem damnorum, p.2.q.99.n.44.45.S.S.L.n.46.47.
Juramentum minorationis hoc caſu locum non habet, n.48. Reſp. Scab. Lipſ.n.49.
Quid ſi Reus Vulnerans ex inopiâ emendam & intereſſe ſolvere nequeat, p.2.q.99.n.50.51.S.S.L. n.52.
Vulnerans præter emendam & impenſas pœnâ arbitrariâ plectendus eſt, ibid.n.56.57.58.59. Sent. Scabinor. Lipſ.n.60.61.62.63.
Vulnerantis pœna quænam ſit, ſi criminaliter agatur, p.2.q.99.n.64.65.66 67.O.S.L. n.68.
Qui vulneravit aliquem, & alium occidit, tenetur ſolummodo de homicidio, p.2.q.51.n. 42.
Vulnerare ſolum mandans an teneatur de homicidio mandatarij, p.1 q.4.n.19.& ſeqq.
à Vulnerante impenſæ nõ ſunt refundendæ, ſi vulneratus ſit autor rixæ p.2.q.99.n.53.S.S.L.n.54.55.
Si Vulneratus unus à pluribus in rixa & occiſus fuerit, ac quisnam ex pluribus vulnus lethale intulerit, & occiderit, liquidò conſtet, quisnam eorum teneatur de homicidio p.1.q.25.n. 19.20.21.22.23.
Si Vulnera plura fuerint inflicta, quisnam verò primùm Vulneraverit, certò non conſtat, an omnes ſimul Vulneratores capite plectendi? p. 1 q.25.n. 24. usq; ad n.32.S.S.L n.30.31.
Si non conſtet, quis Vulnus lethale inflixerit, p. 1. q. 25. n.33.34.35.
Tortura hoc caſu quando & cui imponenda, nu. 36. O.S.L.n.37.
Quænam indicia hoc caſu ad torturam ſufficientia ſint, n.38 S.S L.n.39.40.
Quando Vulnera inflicta lethalia non ſunt, omnia tamen ſimul juncta mortem afferunt, ibid. n.41. 42.43.44.S.S.L.n.45.
Vulnerati aſſertio num faciat indicium ad torturã? p.3.q.120 n.50.& ſeqq.
Vulnerati excuſatio enervat alia indicia, ibid. nu. 58.59.

VULNUS.

Vulnus inflictum quoties non judicatur lethale, pœna homicidij ordinaria occiſori infligenda non eſt p.1.q.26.n. 1.
Si Vulnus illatum lethale non fuerit, occiſus ex eo non deceſſiſſe præſumitur, nec propterea reus pœnâ ordinariâ tenetur, p.1.q.26.n.6.7.8.9.10.
De vulneris lethalitate in homicidio ante omnia conſtare debet, p.1.q 26.n.2.3.
De Vulneris lethalitate unde conſtare poſſit, ibid. n. 19. usq; ad n. 23. ſtandum eſt judicio Medicorum hac in re, ibid.n.25.26.28.43.44. R.S.L. n.27.

Ex Vulnere lethali occiſus deceſſiſſe præſumitur, p.1. q.26.n.4.Sent.Scab.Lipſ.n.5.

Pro Vulnere illato qualis debeat eſſe emenda, die Buſſe/p.2.q.99.n.28. Ratio hujus emendæ, nu. 29.30.

Quanta ſit hæc emenda, n.31.32.33.O.S.L.n.34 uſque ad n.43.

Pro injuriis Vulnere illatis certa mulcta eſt conſtituta jure Saxonico, p.2.q.99.n.11.

à qua hodie ubivis fere locorum in foro Sax: uſu ac conſuetudine receſſum, ac judicis arbitrio relictum eſt, ibid n.12.13.

Vulnera & mutilationes membrorum ad ſuperiorem pertinent Iuriſdictionem, p.2.q 99.n.19.26.

Vulnera verberibus differunt, ibid.n.20.

Vulnera quomodo in foro Sax: diſtinguantur, quibusve nominibus notentur, p.2.q.99.n.21.22.23 24.25.

Ob vulnera quamvis non mortifera occiſo illata quâ pœnâ percuſſores teneantur p.1.q.25.n.46. 47.48. Reſp.Scab.Lipſ.n.49.

Vulnerum conſideratio accurata requiritur, p.1.q. 26.n.42.Sent.Scab.Lipſ.n.45.

Literæ Reſponſoriæ Scabinorum ad Illuſtriſſimum Dn. Electorem Saxon: ibid: n.46.

UXOR.

Uxor de iure Saxon: eſt in tutela mariti, p.2.q.55. num.86.

Uxor non minus thorum habet, atq; maritus, p.2.q. 52.n.85.

Vxor de jure Sax: cum marito ſine peculiari Curatoris interventu validè contrahere non poteſt, p. 2.q.55.num.86.

Vxor ſine conſenſu curatoris donare nequit ib.n.87.

Vxor, marito diutius abſente, alium admittens, non tam ex luxuria, quàm libidine ingenita, cui uſtionis remedio deſtituta reſiſtere nequit, delinquere videtur, p.2.q.58.n.38.

Vxor maritum occidens quomodo puniatur? p.1.q. 12.n.65.77.

Vxoricidij pœna, p.1.q.12.n.2. uſq; ad n.10.

Vxor an teneatur ſequi virum, ex ſuo delicto bannitum? p.3.q.130.n.38. & ſeqq.

In Vxorem ducere non licet viduam fratris, p.2.q. 74.n.28.

W.

Weglagerung.

Der Weglagerung/itinerum obſeſſionis quænam ſit pœna? p.1.q.40.n.36. O.S.L.n.37.

WEINSBERGENSIS.

VVeinsbergenſis mulieres in Suevia, cùm precibus à Conrado III.Imp. obtinuiſſent optionem & facultatem, tantum ex imminente pernicie ſecum eripiendi, quantum tergo geſtare ſingulæ poſſent, relictis parentibus & liberis, adeoq; pretioſà quacunq; ſuppellectile viros ſibi impoſuerunt, & calamitati oppidi ſubduxerunt, p.2.q.58.n.2.

WERIGELDVM.

VVerigeldum & mulcta 60. ſolidorum in foro Sax: pœnæ nomine debentur, p.1 q.28.n.42.

VVerigeldum an occiſor agnatis interemti ſolvere teneatur, p.1.q.15.n.53.uſq; ad n.58.S.L.n.59.

VVerigeldus in ſolatium agnatorum occiſi ſolvitur p.1.q.15.n.58.

VVerigeldus unde dicatur, p.1.q.34.n.7.

Vocatur etiam Mangeld/ibid.n.8.

Quandoq; etiam Sůhnegeld/n.9.

VVerigeldum unde originem trahat, ibid.n.10.11.

VVerigeldi definitio, p.1.q.34.n.12.

VVerigeldũ eſt mulcta juris Sax: p.1.q.34.n.13.14.

Et in locum pœnæ talionis introductum, n.15.

VVerigeldũ ſolvere tenetur reus, quoties pœna corporali non afficitur, ibid: n.3.Sent.Sc.Lipſ.n.19.

Werigeldum de jure Civili cognitum, moribus Sax. fuit introductum, p.1.q.34.n.4.5.

VVerigeldus eſt mulcta 24 ſexagenarum antiquarum, ibid.n.24.25.

VVerigeldum integrum pro maſculo occiſo præſtatur, p.1.q.34.n.26.

VVerigeldum autem dimidium pro fœminâ occiſa, n.27.O.S.L.n.28.

Differentiæ hujus ratio, d.n.28.

Quid ſi infans fuerit occiſus, n.29.S.S.L.n.30.

VVerigeldũ integrum an quilibet ſolvere teneatur, ſi plures ſint occiſores, p.1.q.34.n.31.32.33.Sent. Scab.Lipſ.n.37.

VVerigeldum cuinam ſit adjudicandum, p.1.q.34. n.54.57.58.O.S.L.n.60.

VVerigeldum non niſi heredibus, necem occiſi vindicantibus, debetur, p.1.q.34.num.61.

VVerigeldum cuinam præſtandum ſit, ſi heredes occiſi necem vindicare nolint, p.1.q.34.n.63.uſq; ad n.70.Reſp.Sc.L.n.68.71.

VVerigeldum an ſolvatur ut intereſſe, an verò nomine pœnæ alicujus, p.1.q.34.num 13.

VVergeldum ut intereſſe privatum ſeu partis, ſumma mulcta ceu intereſſe publicum cenſeri debet, ibid.n.18.

VVerigeldum non tollit pœna publica, ibid.n.17.22. 23.

VVerigeldum fœmina rea etiam præſtat, p.1.q.34. n.39.

VVerigeldum à Reo exigi nequit in homicidio doloſo, quod pœnâ corporis afflictiva coercetur, p.1.q. 34.n.42.43.Obſervantia fori Sax: num.44.

VVergeldum debet ſolvi in moneta uſuali, p.1.q.34. n.45.

VVerigeldum quid ſi reus ob inopiam ſolvere nequeat, p.1.q.34.n.46.48.S.S.L.n.50.51.52.53.

VVerigeldi præſtatio hodie non niſi in crimine homicidij obtinet, p.1.q.34.n.40.41.

VVerigeldi ſolutio pœnam carceris vel relegationis non excludit, p.3.q.143.n.37.38.

VVergeldi ad ſolutionem reus ob levitatem commiſſi exceſſus condemnari debet, p.1.q.29.n.18. Sent.Scab.Lipſenſ.n.19.

à VVergeldi ſolutione num reus homicidij caſualis ſit immunis in foro Sax: p.1.q.27.n.91. uſque ad n.62.Sent.Scab.Lipſ.n.56.57.58.63.

Z.

Das Zettergeſchrey/proclamatio Rei accuſati à quonam fiat, p.3.q.136.n.31.

Das Zettergeſchrey/clamor violentiæ in judicio bannitorio quandoq; omittitur, p.3.q.136.n.109. 110.111.112.

FINIS.